Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

107
1
30172
103
1
30172

DIVI

BERNARDI

CLARÆVALLENSIS

ABBATIS PRIMI, RELI-

GIOSISSIMI ECCLESIÆ DOCTORIS,

SVAVISSIMIQVE, ET, QVOD PRO EXIMIA

illius pietate non iniuria dixeris, planè Theodidacti,

OPERA OMNIA,

TAM QVÆ VERE GERMANA ILLIVS ESSE nemo inficias eat, quàm quæ ſpuria & ſuppoſititia (quanquam non diſſimilis pietatis) pleriſque videri poſſunt, diligentiſsimè recognita ac emendata, & nunc primùm in ordinem concinniorem diſpoſita.

Vt ex præfatione ad lectorem, & operum Catalogo, maximè verò quid in hac editione ſit præſtitum, licebit cognoſcere.

Cùm Indice duplici, altero locorum ſacræ ſcripturæ paſsim ab ipſo D. Bernardo explicatorum, altero eóque nouo & amplo rerum & verborum.



Apud Sebaſtianum I

Cum I

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIVILEGII SVMMA.

CAROLVS IX. Francorum Rex, suo diplomate sanxit, ne quis Opera D. Bernardi Claræuallensis abbatis primi, ex collatione scriptorum exemplarium recognita, quibusdam libris aucta, & in ordinem concinniorem digesta, ante decennium, à die primæ editionis numerandum, præter Sebastianum Niuellium bibliopolam, ad eius castigationis exemplum imprimat, néve alibi impressa diuendat in Galliis. Secus qui faxit, mulcta fisco applicanda, aliisque pœnis indictis damnabitur, vt latiùs patet in literis Priuilegij, indultis Lutetiæ x. Aprilis, 1571.

R. P. AC. D. GVIDONI CORNVATIO VALLIS-CLARAE Abbati religiosissimo, Ioannes Gillotius Campanus. S. P. D.

MIRABERIS fortasse, Abbas venerãde, quid mihi venerit in mentem, homini vix tibi de facie noto, vt non solùm ad te scribere, sed etiam lucubratiũculas meas religiosissimo tuo nomini dedicare sim ausus. quod si feceris, nihil aliud ꝓfectò, quàm virtutes tuas, quæ me ad te colendum deuinxerunt, suspicies. quẽ enim ad se non alliciat vitę religionisque integritas? quem in tui cultum non inducat facilitas? quem in tui amorem non pertrahat eximia in omnes humanitas? nam qui tecũ ferè quotidie versantur, moréque tuos propius cognitos habent, has tuas virtutes prædicant, summisque laudibus in cœlum ferunt. Veruntamen non istæ solæ me, etsi sunt singulares, ad te obseruandum impulerunt, sed etiam excitauit exquisita doctrina, quam in concionando, monendo, arguendo mirata est plerunq; Lutetia, mirati sunt Trecenses nostri, mirantur etiam nunc vniuersi tuæ religionis homines. sed in primis Claræuallenses, apud quos habitu sanctæ professionis indutus es, huius periculum fecere, cùm tu confectis Theologiæ studiis, & laurea doctoris accepta, primariam apud illos digni[tatem] nuisti. qua in præfectura non modò sincera sacrarum literarum interpretati[one] ctioris exemplo, quod magis quàm verba ad disciplinam extimulat[ant] laudis & gloriæ tibi apud omnes comparasti, vt inde Vallis-claræ Abbas electus & creatus sis. Me quoque inflammauit ad omne dum, mirabilis in rebus gerendis prudentia, potissimum verò dinis disciplinis, quæ alicubi nõ modò labefactatę, sed prop debantur, pro quibus reparandis, & ad pristinum statum r ctoritate Apostolica decretum prodiisset, vt omnes Abb patrum vestigia regulámque maiorum reformarentur Cistercij & Clarę uallis Abbas, summúsque totius o dendis, quę ad vniuersam Domini vineam, quam fe patus esset in sacro Senatu, nec posset ipse visitati uinciam, tanquam Moyses partito in alios one Abbates, & D. Nicolaum Boucheratium, vi que vtinam Cœnobiarcham) monasteriorũ ter & integrè vos gessistis, vt bonis morib ritis, & in ordinem meliorẽ cuncta re sed morum integritate & vitę meri gentes, sponte inducuntur, & ad r

Universidad de Deusto
Biblioteca

neuolentiam conciliauit patria ipſa, quę mihi tecum velut communis eſt parens, cuius tanta eſt vis & natura in animis ſingulorum impreſſa, vt nõ ſolùm ſuam quiſque cęteris etiam florentioribus anteponat, ſed etiam ſuos indigenas, qui pietate, doctrina, dignitate reliquíſque virtutibus hanc illuſtrant, chariſſimos habet, veneratur, ipſíſque diuinos honores, niſi religio prohiberet, libenter impertiret, vt ſuam in illos amicitiam gratúmque animum ſignificaret. Denique huius inſcriptionis cauſam dedit ipſe D. Bernardus, cuius operum hæc editio poſtrema, nulli magis quàm tibi conuenire videbatur. nam præter excellentes animi tui dotes, quas modò recitaui, accedit par tibi cum illo dignitas & præfectura. vt enim ſanctiſſimis regulis Claræuallenſes inſtituit, ſic tuos Vallis-claræ religioſiſſimis illius inſtitutis ſeruandis informas, ad pietatem excitas, & ad beatam viuendi rationem inſtruis. Accedit quoque par vitę ratio, idem inſtitutum, ſimilíſque profeſſio, non quidem ſolùm externa, & quę in candore & amplitudine veſtium conſiſtat, ſed quæ coniuncta ſit, magnámque habeat proximitatem cum eximiis illius inſtitutoris virtutibus. quis enim te religioſior in cultu diuino? quis integritate vitę ſanctior? quis in honore demiſſior? Adde, quod ſi nihil aliud impuliſſet, quàm propenſa in hunc auctorem animi tui affectio, quam declaras cùm te ad eius imitationem cõponis, factíſque exprimis quod ille præcepit, literíſque mandauit, tamen hęc vna debuit operis Bernardini dedicationem præripere, téque patronum huius editionis nominare, cùm nullus aptior deligi queat, qui ſtudioſiùs, ſi quis ordinem noſtrũ improbet, eius defenſionis cauſam ſuſcipiat, ſéque calumniis & obtrectationibus liberiùs opponat: nullus, inquam, qui hunc celeberrimum ſcriptorem per ſe ſatis commẽdatum, maiorem in modum non tantùm ſuis atque totius ordinis religioſis, ſed omnibus cuiuſcũque profeſſionis & conditionis hominibus commendet. Quamobrem te rogo, (Abbas digniſſime) vt quicquid opellę iure meritóque tuę venerationi dedico, ęqui boníque conſulas, atq; tuo patrocinio tueare. Vale. Deus Opt. Max. ita ſanctiſſima tua conſilia ſecundet & perficiat, vt illi gloriæ, ordini commodo, & tibi honori eſſe poſſint. Lutetiæ 15. Ianuarij. 1572.

IDEM GILLOTIVS LECTORI
DE OPERVM D. BERNARDI DISPOSITIONE.

CVM *in piſtrino Gregorianæ reſtitutionis annum integrum & plus eo verſatus, totum opus euoluiſſem, aſſiduóque labore ad finem perduxiſſem, iterum quaſi ſaxum Siſyphi deorſum lapſum repetens, ſurſúmque reuoluens, in iddem genus moleſtias delatus ſum. Nam continuò manum admoui D. Bernardi Claræuallenſis abbatis operibus, & ea cum aliquot ſcriptis exemplaribus reuocare cœpi: vt ſi quid ſeſe offerret, quod percurrẽdo cuiquam oneri eſſe, legentémque retardare poſſet, leuigarẽ, quantúmque in me eſſet, moras & impedimenta reiicerem. Sed cùm iam nonnullos eius viri Sermones, nonnullos etiam Tractatus contuliſſem, & ſingula penè verba, æquali velut trutina expendiſſem: omnia reperi ſic cum manuſcriptis conſentire, vt fruſtra correctionis onus, in quo plurimũ eſt tædij, minimum gloriæ, in re integra ſubirem, actúmque (quod vulgari prouerbio fertur) agerem. Nam ſi quid impedimẽti fuit quod moram faceret, legentíque ſcrupulum iniiceret, iam omne antea ſublatum eſt à Theologis Pariſienſibus, qui poſtremas editiones tam ſuo priuato conatu, quàm ex collatione veterum codicum, quos in Galliarũ bibliothecis corrogare licuit, reſtituerũt, & ſic ab erroribus mendíſque vindicarunt, vt qui poſt tot tantóſque viros redintegrata inſtaurare, & ſanatis iterũ mederi tentaret, labefacere, malúmque inferre videretur. Sanitatem quippe non reuocat ſed impedit morbúmque exaſperat remediorum crebra mutatio, nec venit ad cicatricem vulnus in quo medicamenta ſæpius applicantur. Non omnino tamen nihil à nobis adhibitum eſt. Sed ne vlla poſthac eius authoris recognitione opus eſſet, adiecimus primùm quaſdam correctiones non pœnitendas, & argumenta ſiue diſtinctiones capitum in libros quinque de Conſideratione ad Eugenium, & in libellum de Præcepto & Diſpenſatione: quos Henricus Cnycius Cutemburgenſis, ad ſeptẽ manuſcripta exemplaria, quæ item apud ſuos nactus eſt, alicubi correxit, adiecta textui lectione, quam veriorem ex ſenſu literæ & conſenſu codicum deprehendit, & diuerſa notata in margine antiqua dudúmque recepta ferri poſſet. Deinde præter nonnullas citationes etiam margini ſuper[adiecta] & diuerſa characterum genera, quibus ſparſim inſertis, nonnulla diſtingui curauimus, ſingulis quibuſ[que] ſtatibus aliquid ornamenti in lectoris gratiam, & commoditatem dedimus, vt ipſe facilè, in [quem] ſertim, animaduertet. Præterea librorum partes auulſas, vt membra à toto corpore, in ſuum [locum] mus, præcipuè verò in Sermone primo de pugna ſpiritali, & in Tractatu cui titulus eſt, Fort[itudinis] tæ, quod deerat compleuimus, partim ex appendice Veneta, quæ anno 1550. vulgata eſt, partim [ex] pta ratione, quam non multò pòſt ad calcem operũ Ludouicus Miræus tranſcripſerat, [quæ] ximè erat futura, conſuleret. quod nihilominus ſeorſum hactenus neglectũ eſt, etiam [ab] D. Bernardus. Cæterũ quia in his operibus omnia erant permixta, cõfuſa & ita p[ro]da præcurrerent, Tractatúſque Sermonibus miſcerentur, (vt enim quiſque tra[ctatus] excuſis indigeſtè appendit) de mutando ordine cum aliquot viris bonis egi. (P[rimum] in omni re ſequi, vt quid prius, quid conſequens eſſe debeat, nouerimus, ſed [ordi]uis ſcripti genere, vt multum luminis affert recta partium diſpoſitio, ita i[n] geries plurimum offendit, faſtidiúmque generat.) Quibus cùm meũ co[nſilium] cõmunicaſſem, ſuis calculis approbarũt, ordinémque rectũ fore iudic[arunt] à natiuis ſecernerẽtur: ne legitimus odor ſuauiſſimi nardi, velut p[ro]tus redderetur, & inſignis purpura tanquã veteri panno vileſce[ret]. ſpuria verò cum aliis, quæ ipſo nomine cuius ſint declarant, ad[iungere]nẽ ſumus ſequuti, vt primum Sermones de tempore & de S[anctis] de diuerſis verò rebus, & parui Sermones, & Sententiæ [Patrum] tus ſequerentur, tam in quibus ſacra ſcriptura interpr[etatur]. Tandẽ Epiſtolæ & Rhytmicæ orationes ordine ſu[o] nis autem, piis tamen & Bernardinis tam ſimilibu[s] videantur, hæc ſeries ſeruata eſt, vt in nonnull[is] diuerſa eſt ſcripturæ tractatio, non inuertimu[s] perfectionem vitæ ſpiritualis conſequatur. bis communicarunt. Poſtea locauimus G[illotio]

Universidad de Deusto
Biblioteca

explanationem cùm ipſe ab eo loco, in quo D. Bernardus morte præuentus ſinierat, ſuſcepiſſet, vt interruptũ laborem continuaret, & ad finem deduceret, ex humanis quoque ſublatus eſt. Voluiſſem tamen, ſi mihi liberum fuiſſet, eoſdem Sermones Bernardinis, ſuper eodem volumine coniungere, vt quaſi cõtinuum opus procederet. nec enim multũ differunt ab eius ſtylo & mente. His ſubiecimus Sermonẽ Guerrici, abbatis Igniacenſis, de puriſicandis & adornandis cordium affectibus: & epiſtolam Bernardi Sylueſtris, de rei familiaris adminiſtratione, quòd prius inter opera noſtri Bernardi haberentur. In poſtrema claſſe poſuimus hiſtorica quædam, nempe vitam S. Malachiæ epiſcopi à D. Bernardo conſcriptam: quæ tamen niſi fuiſſet prolixior, aptiori loco inter Sermones de tempore, poſt illum qui eſt de eiuſdem epiſcopi feſto, quod celebratur iiij. Non. Nouemb. conueniſſet, vt omnia eiuſdem Doctoris ſcripta, quæ extant, conſequerentur. Appendimus huic D. Bernardi noſtri vitam in quinque libros diſtinctã, quorũ primum deſcripſit Gulielmus, abbas S. Theoditij, ad quem leguntur quædam ipſius Bernardi epiſtolæ. cui etiam miſit librum Apologeticum, & alterum quem titulo, De gratia & libero arbitrio, prænotauit: ſecundum Bernardus, Bonæuallis abbas: reliquos tres Gofridus, Claræuallis monachus, in quibus non tam compleuit ab aliis prætermiſſa, quàm ipſe de integro vitam contexuit. Hanc præfigere & in frontiſpicio operum locare decreueramus, (quod pleruque fieri ternimus in aliis authoribus) vt eius ſcripta libentius legerentur, cuius ſanctitas & integritas iam eſſet ex vitæ lectione perſpecta & cognita. ſed eò loci quo fuerat olim reiecta, reliquimus. Demũ, ne quid deeſſe videretur, operi toto ſubiunximus D. Bernardi flores, nuper magno labore & cura, ex omnibus eius operibus ſelectos, & in ordinem locorum cõmunium per indicem alphabeticum digeſtos. Hactenus igitur de ſerie quam in vtriusque generis ſcriptis, germanis nempe & aſcititiis ſumus ſequuti, dictum ſit. Viderint illi qui ſuperſtitioſum ordinem ad rem parum facere exiſtimãt, quid iudicent: ſed aliis quibus recta partium diſpoſitio placet, vt integrum corpus perficiatur, ordinem non iniucundum fore ſperamus, ſed multo etiam fortaſſe iucundiorem fuiſſe, ſi eo quo indicauimus loco, tam Gilberti Sermones, quàm Tractationes de vita & moribus SS. Malachiæ & Bernardi, reponere licuiſſet. quod ideo monitum velim, vt editioni proximæ, ſi commodum videatur, conſulatur. Vtinam verò tantum otij cuiquam ſuppeteret, facultatis & ingenij tantum, vt non ſolum huius Doctoris, ſed omnium Eccleſiæ procerum monumenta in ordinem legitimum [illegible] & ſerie temporum redigerentur. Quod iam D. Iacobus Pamelius Brugenſis canonicus, vir ma[illegible]rina præditus, rerúmque antiquarum mirum in modum ſtudioſus ſuſcepit, & ita præſtitit in om[illegible]briani operibus, vt non ſolum aptis & accommodatis locis indigeſta compoſuerit, ſed etiam re[illegible]tionibus & mẽdis, ſingula quæ omnibus antiquitatis Eccleſiaſticæ, reique theologicæ curioſis [illegible] annotarit. Cuius certè exemplo quoſdam idipſum facturos confido in aliis authoribus, [illegible]um pleraque opera vix intelligi poſſunt, niſi ex ſe mutuò dependeant, & in eum or[illegible],referantur. Quod reliquum eſt, non cuiquam temerarium & arrogans videbi[illegible]ſtrũ aut cenſuram interponentes, alia vt notha repudiamus, alia vt germana re[illegible]ateamur, quid de his certò pronuntiemus, nõ habemus, niſi quòd iam ſic viſum [illegible]primenda curarunt. Si quid tamen iudicij eſt in phraſi, quædam non referunt D. [illegible]yſius noſter eſt in citationibus, & ſententiis ſcripturarum aptè & cõmodè inſertis adeo [illegible]dignoſci queat, quanquam in nonnullis orationem vel attollere vel attemperare potue[illegible]a quibus ad[illegible] concionabatur, aut ad quos ſcribebat. Chriſtianum quippe eſt omnibus in[illegible]um eſto iudicium. Superfluum denique & moleſtum videri poſſet, ſi Catalogum [illegible]uaſi repetentes nonnullorum librorum variam titulorum inſcriptionem hic recenſe[illegible]ractore in ipſa [illegible]gulorum operum enumeratione, præſtitum ſit. Interim tamen nõ [illegible]obiter illa Soliloquia, quæ idem Pamelius addidit in appendice poſtrema, conue[illegible]que adiectis aut variatis, cum libello de Amore dei. Quod ita eſſe ſentiet, qui li[illegible]Soliloquiis à numero 2. conferre voluerit. Ea tamen, etſi non erat neceſſe repe[illegible]as morales, propter rerum ſimilitudinem, locauimus, ne quid ex hac edi[illegible]alioqui nomine iam aliquot annos verſamur in hac arena, nõ alio [illegible]vt eius ſtudio [illegible]rémque literariã aliquatenus iuuare poſſimus, [illegible]libris, qui hactenus offuſi tenebris iacuerunt: aut in tollen[illegible]imprudentia, ne dicam impietate hominum irrepſerunt.

D. BERNARDI

D. BERNARDI OMNIVM
OPERVM QVÆ EXTANT IVXTA huius editionis ordinem Catalogus.

Singulorum Sermonum de tempore, & de Sanctis Index.

DE ADVENTV.

DE Aduentu Domini & ſex circunſtantiis eius. Sermo j. fol. 1. A
In Aduentu Domini, & de verbis Iſaiæ ad Achaz, Pete tibi ſignum, vſque ad butyrum & mel. Ser. ij. 2. A
De triplici Domini Aduentu, & de ſeptem columnis, quas in nobis erigere debemus. Ser. iij. 2. F
De duplici Aduentu, & pennis deargentatis. Ser. iiij 3. B
De medio Aduentu & triplici innouatione. Ser. v. 3. H
De tripli Aduentu, & carnis reſurrectione. Ser. vj 3. E
De triplici vtilitate Aduentus Domini. Ser. vij. 4. D

Habetur etiam tractatus de vndecim oneribus, in Aduentu domini. fol. 323.

De Conceptione habetur ſermo. fol. 388.

Feria iiij. Quatuor temporum ſuper Euangelium Miſſus eſt.

In laudibus virginis matris. Homilia j. 4. F
Homilia ij. 5. D
Homilia iij. 6. L
Homilia iiij. 8. A

De Beata Maria virgine Sermones. fol. 29. & ſeq. 61. 64. 394. 405. & ſequent.

In vigilia Natiuitatis Domini.

De pronuntiatione, Ieſus Chriſtus filius dei naſcitur in Bethleem Iudæ. Ser. j. 9. F
De eo quod ſcriptum eſt, O Iuda & Hieruſalem nolite timere, cras egrediemini, & dominus erit vobiſcum. In ead. vigilia. Ser. ij. 9. M
In eadem vigilia. Ser. iij. 10. H
In eadem vigilia. Ser. iij. 11. G
De Reſponſorio, Sanctificamini hodie, in eadem vigilia. Serm. v. 12. F
In eadem vigil. Natiuitatis Domini, De pronuntiatione ipſius. Ser. vj. 12. M

In die Natiuitatis Domini.

De fontibus Saluatoris. ſer. j. 13. M
De tribus mixturis. ſer. ij. 14. G
De loco & tempore & aliis circunſtantiis. Ser. iij. 15. A
De eo quòd Paſtores inuenerunt Mariam & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Ser. iiij. 15. G
De verbis Apoſtoli, Benedictus deus & pater Domini, &c. Ser. v. 15. L

De eadem Natiuitate Sermones iij. fol. 388.

In feſtis SS. Stephani, Ioannis & Innocentium.

De quatuor continuis ſolennitatibus. Serm. 16. C

De S. Stephano. Sermo. 390.

In Circunciſione Domini.

De Circunciſione noſtra, & triplici teſtimonio quod habere debemus. Ser. j. 17. A
De nominibus Chriſti. Ser. ij. 17. A
De die octaua poſt Natiuit. Ser. iij. 17. A

In Epiphania Domini.

De verbis Apoſtoli, Apparuit benignitas &c. & tribus apparitionibus. Ser. j. 18. B
De Magis, vbi exponitur illud de Canticis, Egredimini filiæ Sion. Ser. ij. 18. M
In eadem Epiphania. Ser iij. 19. C

Dominica infra Octauam Epiphaniæ.

De puero Ieſu duodenni. Hom. 20. B

Hæc Homilia dicitur eſſe Aelredi †, Abbatis cuiuſdam Cœnobij Ciſtercienſis.

In Octaua Epiphaniæ.

De circunciſione, baptiſmo & verbis domini ad Ioannem, Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Ser. 19. L

Dominica prima poſt Octau. Epiphaniæ.

De miraculo facto in nuptiis, & de eo quod Dominus ait: Et vos ſimiles hominibus expectantibus, &c. Ser. j. 22. F
De mutatione aquæ in vinum. Ser. ij. 22. L

In Conuerſione S. Pauli.

Quomodo ad exemplum D. Pauli debeamus conuerti. Ser. j. 23. H
De eodem. Ser. ij. 24. D

In feſto Purificationis B. Mariæ.

De triplici miſericordia. Ser. j. 24. F
De ordine & modo proceſſioni j. 24. K
De puero, Maria & Ioſeph. Ser. iij. 25. A

De ead. Purificatione Sermo Domi[illegible]i Guerrici, Abbatis Igniacenſis, habetur circa finem, poſt Sermones Gilberti. fol. 40. D

In Septuageſima.

In Septuageſima. Ser. j. 25. D
De eo quod ſcriptum eſt, Immiſit Dominus ſoporem in Adam. Ser. ij. 25. K

In Quadrageſima.

In capite ieiunij, quomodo debem[illegible] vngere caput noſtrum, & faciem noſtram lauare. Ser. j. 26. B
Quomodo debemus conuerti ad Dominum. Ser. ij. 26. H
De ieiunio Quadrageſimæ. Ser. iij. 27. A
De oratione & ieiunio. Ser. iiij. 27. E
De triplici modo orationis. Ser. v. 27. I
De oratione Dominica. Ser. vj. 28. G

In feſto S. Benedicti.

De ſancto Benedicto, Sermo. 28. K

In Annunciatione B. Mariæ.

De verbis Pſal. Vt inhabiter gloria in terra noſtra. Serm. j.

De septiformi spiritu in Christo. Ser. ij. 30. M
De eadem Annunciatione, præsertim cùm Sabb. 3. in Quadrages. occurrit. de adultera, Susanna & B. Maria. Ser. iij. 31. E
Vide plura de B. virgine Maria fol. 61. G. & 64. A. habentur etiam sermones quidam, super Salue regina, circa finem. fol. 405. & seq.

Dominica in Ramis palmarum.

De tribus ordinibus obsequentium Christo. Ser. j. 32. D
De passione, processione & quatuor ordinibus processionis. Ser. ij. 32. H
De quinque diebus, processionis refectionis, passionis, requietionis, & resurrectionis. Ser. iij. 33. B

Feria iiij. Hebdomadæ pœnosæ.

De Passione Domini. Ser. 33. H
Habetur etiam tractatus de ead. passione. 278.

In Cœna Domini.

De baptismo, de sacramento altaris, & ablutione pedum. Ser. j. 34. K
De Cœna domini. Ser. 35. D
De eadem vide. Ser. 391.

In Parasceue.

De Passione domini. Ser. 36. A
De lamentatione virginis Mariæ. 37. I

In Resurrectione domini.

De septem signaculis quæ soluit agnus. Ser. j. 39. F
De lectione euangelica: Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome. Ser. ij. 40. K
De mersione Naamam septies in Iordane, & de mundatione septemplicis lepræ, & de septem apparitionibus Domini resurgentis, quibus septem dona spiritussancti designantur. Ser. iij. 41. G
Quomodo quibusdam nondum natus est Christus, quibusdam nondum passus, quibusdam nondum resurrexit, quibusdam nondum ascendit in cœlum, quibusdam nõdum misit spiritum sanctum. Ser. iiij. 42. C

Feria secunda Paschæ.

De duobus discipulis euntibus in Emaus. Hom. in. 42. Luc. 42. E

In Octaua Paschæ.

De tribus testimoniis in cœlo & in terra. Ser. j. 44. M
De iisdem testimoniis. Ser. ij. 45. G

In Rogationibus.

De tribus panibus. Ser. 45. M

In Ascensione Domini.

De Euangelica lectione. Ser. j. 46. A
Quomodo ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Ser. ij. 46. E
De intellectu & affectu. Ser. iij. 46. L
De duobus non bonis montibus, & de septem Ascensionibus Christi. Ser. iiij. 47. G
De magnanimitate, longanimitate & vnanimitate. Ser. v. 48. H
De intellectu & affectu. Ser. vj. 48. I

In festo Pentecostes.

Sermo primus. 49. L
Sermo secundus. 50. D
Sermo tertius. 50. L

De corpore Christi.

De cœna Domini. 35. C

In Natiuitate S. Ioannis baptistę.

De lucerna ardente & lucente. Serm. 51. G
De priuilegiis B. Ioannis Baptistę. ser. 393.

In vigilia Apostol. Petri & Pauli.

Sermo. 52. F

In festo Apostol. Petri & Pauli.

Sermo primus. 52. I
Sermo secundus. 53. B
De lectione lib. Sapientiæ: Hi sunt viri misericordiæ. Ser. iij. 53. I

Dominica quarta post Pentecost.

De Dauid & Golia & quinque panibus. Ser. 54. C

Dominica sexta post Pentecostem.

De euangelica lectione, vbi sustinentes dominum, septem panibus turbæ reficiuntur. Ser. j. 54. H
De septem misericordiis. Ser. ij. 54. M
De fragmentis septem misericordiarum. Ser. iij. 55. D

In Natali S. Victoris.

Hic S. sepultus est in monasterio Arremarensi, Trecensis diœcesis. Ser. j. 55. K
De eodem. Ser. ij. 56. C

Dominica x. post Pentecostem.

De villico iniquitatis, Homilia. Ibid. H
De hac Homilia vide eius D. Bernardi epist. 352.

In festo Mariæ Magdalenæ.

De Beata Maria Magdalena. Ser. 58. B

In Assumptione B. Mariæ virg.

De Assumptione B. Mariæ Ser. j. 59. A
De eadem de euangelica lectione. Ser. ij. 59. F
De eadem. Ser. iij. 60. B
In eadem solemnitate. Ser. iiij. Ibid. I
In eadem. Ser. v. 61. E
De B. Virgine Maria. 62. G. H
Ad eandem deprecatio & laus elegantiss. 64. A
Lege plura de ead. Virg. in Annunciatione. fol. 29. K. & sequent.

In Natiuitate B. Mariæ.

De aquæductu. Serm. 64. K

In festiuitate S. Michaëlis

De S. Michaële. Ser. j. 66. C
De eodem. Ser. ij. Ibid. I

In festiuitate omnium sanctorum.

De lectione euangelica. Ser. j. 67. B
De eadem festiuitate Ser. ij. 68. H
De eadem celebritate. Ser. iij. 69. D
In eodem festo. Ser. iiij. Ibid. I
De eodem festo. Ser. v. 70. E

In tran-

In transitu S. Malachiæ.

De S. Malachia. Sermo. 71. E
De eodem, ad fratres in Hibernia. Epist. cccxc. 72. A
De hoc sancto, lege quæ scripsit D. Bernardus in eius vita, quæ est post Sermones Gilberti, 42. D. Et de eodem sancto, Serm. alter. fol. 49. E

In Calendis Nouembris.

De verbis Isaiæ: Vidi dominum sedentem super solium excelsum. Serm. i. 72. E
De re eadem. Serm. ij. 72. H
De eodem. Serm. iij 73. A
Sermo. iiij. Ibidem. F
Sermo. v. Ibidem. I

In festo S. Martini.

De exemplis obedientiæ. Serm. 74. K

In festo S. Clementis.

De tribus aquis. Serm. 76. D

In vigilia S. Andreæ Apost.

De vigilia S. Andreæ. Serm. Ibid. K

In festo S. Andreæ.

De mundis piscibus. Serm. i. 77. B
De eodem S. Andrea. Ser. ii. Ibid. M
De eodem. Ser. iii. 78. G

In festo S. Nicolai.

De sancto Nicolao episc. Serm. 79. G

In obitu deuoti Huberti monachi.

De Huberto monacho. Ser. 80. A

In dedicatione Ecclesiæ.

De dedicatione Ecclesiæ. Serm. i. 80. K
De eadem. Serm. ii. 81. D
De eadem celebritate. Ser. iii. Ibidem. H
De triplici mansione. Serm. iiii. Ibid. M
De gemina consideratione sui. Serm. v. 82. G
De eadem dedicatione. Serm. vi. 83. F

SERMONVM DE DIVERSIS rebus Index.

De nimia quadam fallacia præsentis vitæ. Serm. 83. I
De miseria humana. Sermo. 84. F
De obedientia, patientia, & sapientia. Serm. 85. A
De cantico Ezechiæ regis. Serm. Ibid. I
De triplici cohærentia vinculorum, clauorum, & glutinorũ. Sermo. 86. H
De verbis Abacuc: Super custodiam meam stabo. quòd aliter reprobis, aliter electis sapiat verbum dei. Serm. 86. M
De cute, carne & ossibus animæ. Ser. 87. F
De verbis Apostoli: Qui gloriatur in domino glorietur, de triplici gloria. Serm. Ibid. I
De diuersis affectionibus animæ, & diuersis nominibus secundum eas. Ser. 88. A
De verbis psalmi: Audiam quid loquatur in me dominus. Sermo. 88. I
De vita, & quinque sensibus animæ. Serm. 89. A
De duplici baptismo, & de relinquenda propria voluntate. Sermo. Ibidem. F
De primordiis, mediis, & nouissimis nostris. Sermo. 89. H
De triplici misericordia, & quatuor miserationibus. Sermo. Ibidem. M
De septem donis spiritus sancti, contra septem vitia. Sermo. 90. C
De eo quod scriptum est: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Serm. Ibidem. H
De triplici genere bonorũ, & vigilantia super cogitationibus. Serm. Ibidem. M
De triplici custodia, manus, linguæ & cordis. Serm. 91. G
De verbis Apostoli: Nõ est regnum dei esca & potus. Ser. i. 92. C
De iisdem verbis. Serm. ii. Ibi. H
De verbis domini: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Ser. 93. A
De verbis lib. Sapientiæ: Iustum deduxit dominus per vias rectas. Ser. Ibid. E
De quadruplici debito. Serm. 93. G
De septem spiritibus. Ser. 94. D
De multiplici vtilitate verbi dei. Serm. Ibidem. K
De quatuor modis orandi, de obsecratione, oratione, postulatione, & gratiarum actione. Serm. 95. B
Quomodo voluntas nostra diuinæ volũtati tripliciter subiici debeat. Serm. Ibidem. I
Contra pessimum vitium ingratitudinis. Serm. 96. A
De eo quod legitur in Iob: In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Serm. 96. K
De diligendo deo. Serm. 97. E
De ligno, fœno & stipula. Serm. Ibid. I
De triplici genere cogitationum nostrarum. Serm. Ibid. M
De triplici iudicio, proprio, humano, & diuino. Serm. 98. B
De verbis Psal. 23. Quis ascendet. Ser. Ibid. F
De verbis Origenis. Serm. 99. B
De pugna spirituali. Serm. i. 99. I
Compleuimus hunc Ser. ex appendice Veneta quæ seorsum erat edita.
De pugna spirituali. Serm. ii. 100. G
De eadem. Serm. iii. 101. B
Tertium hic adiecimus ex ead. appendice.
De donis spiritus sancti, Sermo continens septem capita. Ibidem. F
De tribus ordinibus Ecclesię. Serm. 101. M
Exhortatio ad fratres, de altitudine & humilitate cordis. Serm. i. 102. F
De re eadem. Serm. ii. Ibid. K
Quomodo malum duplex cooperetur in bonum, vnde supr. Serm. iii. 103. F
De duabus mensis, vnde supr. Serm. iiii. Ibid. I
Super verbis domini: Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, Homilia. 103. M
Parabola de Christo & Ecclesia. 104. E

PARVI SERMONES.

Dui Bernardi parui sermones, numero lxvi. fol. 104.
Alii sermones parui, numero. xvi. fol. 114. C
Hîc eos adiecimus ex appendice postremò vulgata anno. 1566. per D. Iacobum Pamelium.

Liber moralium sententiarum. 115. G
Soliloquia. 121. B
Quid de his sentiamus, monuimus in fine præfationis nostræ ad lectorem, & quare ex eadem appendice, hîc subiecerimus.

LIBRORVM SIVE TRACTATUUM D. Bernardi, Index.

Explanationis in Psal. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi, &c. Sermones xvii. 122. I

EXPOSITIONIS IN CANTICA CANTICORUM Sermones. lxxxvi.

Sermo primus. 133. G
De incarnatione Christi per Patriarchas & Prophetas prænunciata. Serm. ii. 134. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

De oſculo pedis, manus & oris domini. Serm.iii. Ibid.L
De triplici profectu animæ, qui fit per huiuſmodi oſculum. Serm.iiii. 135.D
De quatuor generibus ſpirituum, videlicet, dei, angeli, hominis, & pecoris. Serm.v. Ibid.H
De ſummo & incircunſcripto ſpiritu qui eſt deus. Serm. vi. 136.C
De amore quo ardenter anima diligit Deum. Ser.vii. Ibid.I
Quomodo per oſculũ oris dei ſignificatur ſpiritus ſanctus. Serm.viii. 137.E
De vberibus ſponſi, id eſt, Chriſti. Serm.ix. Ibid.M
De tribus vnguentis ſpiritualibus, ſcilicet deuotione, contritione & pietate. Serm.x. 138.I
De duobus pertinentibus ad opus humanæ redemptionis. Serm.xi. 139.F
De precioſo vnguento pietatis, & de veneratione ſubditorum erga prælatos. Serm.xii. 140.A
De gloria & laude deo ſemper attribuenda. Ser.xiii. Ibid.M
De eccleſia Chriſtianorum & de ſynagoga Iudæorum. Serm.xiiii. 141.K
Quomodo nomen Ieſus ſit medicina Chriſtianis in aduerſis. Serm.xv. 142.G
De cordis contritione, & de tribus ſpeciebus veræ confeſſionis. Serm.xvi. 143.D
De luciferi deiectione. Serm.xvii. 144.D
De duabus operationibus ſpiritus ſancti. Ser.xviii. Ibid.M
De nouem ordinibus angelorum. Serm.xix. 145.F
De triplici modo dilectionis, qua deum diligimus. Ser.xx. 146.B
Quomodo ſponſa, id eſt, eccleſia trahi ſe optat per ſpõſum, id eſt, Chriſtum. Serm.xxi. Ibidem.M
De quatuor vnguentis ſponſi, atque de quatuor virtutibus cardinalibus. Serm. xxii. 147.L
De tribus modis contemplationum circa deum. Serm.xxiii. 148.K
Quomodo hoc opus intermiſſum propter aliquod ſchiſma, continuauerit. Serm.xxiiii. 150.D
De nigredine & formoſitate ſponſæ eccleſiæ, & quid ſint. Serm.xxv. 151.B
De morte Gerardi monachi. Serm.xxvi. Ibidem.K
De ornatu ſponſæ, & quomodo anima ſancta cœlum dicatur. Serm.xxvii. 153.C
De nigredine & formoſitate ſponſi, & quomodo noſcatur veritas. Serm.xxviii. 154.E
De querimonia Eccleſiæ contra ſuos impugnatores. Ser.xxix. 155.G
Quomodo fidelium animæ per vineas ſignificantur. &c. Serm.xxx. 156.E
De excellentia diuinæ viſionis. Serm.xxxi. 157.F
Quomodo Chriſtus ab anima ſuſcipitur, & de differentiis cogitationum. Serm.xxxii. 158.C
De iis quæ ſectanda ſunt à mente deuota, quid ſit meridies, & quatuor generibus tentationum. Serm.xxxiii. 159.A
De humilitate & patientia. Serm.xxxiiii. 160.F
De dura increpatione ſponſi ad ſpõſam, & de duplici ignorantia. Serm.xxxv. Ibidem.K
Quod ſciẽtia literarum valeat ad inſtructionem, ſcientia infirmitatis ad ſalutem. Serm.xxxvi. 161.G
De duabus notitiis, & duabus ignorantiis. Ser.xxxvii. 162.C
Quomodo ex ignorantia dei naſcatur deſperatio, & cætera. Serm.xxxviii. Ibid.K
De curribus Pharaonis, & de principibus exercitus. Serm.xxxix. 163.C
Quod intentio ſit fames animæ, & de ipſius pulchritudine aut deformitate. Serm.xl. Ibidem.L
Quomodo ſponſa hîc recipiat conſolationem de contemplatione diuinæ claritatis. Serm.xli. 164.E
De duplici humilitate. Serm.xlii. Ibid.L
Quid profit conſideratio paſsionis Chriſti. Ser.xliii. 165.K
Qualis eſſe debeat vir eccleſiaſticus in corrigẽdo. Ser.xliiii. 166.C
De duplici pulchritudine animæ, & quomodo loquatur ad dei verbum, & contra. Serm.xlv. 166.I
De ſtatu & compoſitione totius eccleſiæ, & quomodo per actiuam vitam peruenitur ad contemplatiuam. Ser.xlvi. 167.F
De triplici flore ſcilicet, virginitatis, martyrii & bonæ operationis. Serm.xlvii. 168.F
De reciproca laude inter ſponſum & ſponſam. Serm. xlviii. Ibidem.I
Quomodo ordinetur charitas. Serm.xlix. 169.F
De duplici charitate, ſcilicet, actuali & affectuali. Ser.l. 170.A
De fructibus quos ſpõſa petit ſibi accumulari. Ser.li. Ibid.I
De exceſſu, qui contemplatio dicitur. Serm.lii. 171.E
Quomodo per montes & colles ſignificantur beatitudines cœleſtium ſpirituum. Serm.liii. 172.A
Quòd per montes angeli & homines, & per colles dæmones ſignificentur. Serm.liiii. Ibid.I
Quomodo per veram pœnitentiam euadi poſsit iudicium dei. Serm.lv. 173.K
Quòd peccata ſint tanquam parietes inter deum & peccatorem. Serm.lvi. 174.B
De viſitationibus domini, quę fiunt animæ ſibi rectè vacãti. Serm.lvii. Ibid.I
Quomodo ſponſus hortetur ſponſam. Serm.lviii. 175.H
De gemitibus animæ, & de caſtitate & viduitate. Serm. lix. 176.G
De incredulitate Iudæorum. Serm.lx. 177.E
Quomodo eccleſia reperit diuitias diuinæ miſericordiæ, in foraminibus vulnerum Chriſti. Ser lxi. Ibid.M
Super illud: Oratio iuſti penetrat cœlos, &c. Ser.lxii. 178.A
Quæ ſit cuiuſque vinea, de duobus vulpium generibus, & de tentationibus monachorum. Serm.lxiii. 179.F
De tentationibus monachorum prouectorum, & de hæreticis. Serm lxiiii. 180.A
De duplici genere hæreticorum, & de impietate eorum qui peierare permittunt. Serm.lxv. Ibid.I
De iis qui negant nuptias, & circa baptiſmum paruulorum, purgatorium ignem, & orationes pro defunctis. Ser.lxvi. 181.F
De affectu dilectionis ſponſæ, quem eructat propter amorẽ Chriſti ſponſi. Serm.lxvii. 182.H
De Chriſti & eccleſiæ mutuo amore, de cura dei quam habet de electis, &c. Serm.lxviii. 183.G
Quomodo altitudo aduerſus ſcientiam dei deiicitur, & de aduentu patris & verbi ad animam deum diligentem. Serm.lxix. 184.C
Vnde ſponſus dilectus dicatur, &c. Serm.lxx. Ibid.L
Vnde eſt animæ candor liliorum, & quod ſpõſus paſcit nos, & paſcitur à nobis. Serm.lxxj. 185.H
Dies aſpirans, & vmbræ inclinatæ quid, & vnde concupiſcentia. Serm.lxxii. 186.I
Qualiter Chriſtus ad iudicandum veniet in forma humana. Ser.lxxiii. 187.I
De viſitationibus verbi ſpõſi ad animam ſanctã. Ser.lxxiiii. 188.E
Deus quærendus eſt debito tempore, &c. & quod nunc ſit acceptabile tempus. Serm.lxxv. 189.D
De charitate ſponſi, & quàm ſolliciti debeant eſſe paſtores circa animas commiſſas. Serm.lxxvj. 190.B
De malis paſtoribus, & de animabus ſanctorũ quæ adiutorio ſint electis peregrinantibus. Serm.lxxvii. Ibid.M
Quòd eccleſia electorum prædeſtinata ſit à deo ante ſecula. Serm.lxxviii. 191.G
De amore ſponſi erga animam, & quod reuertetur ad ſaluãdos Iudæos. Serm.lxxix. 192.B
De imagine, ſiue verbo dei, & anima: & de errore Gilberti Pictauenſis epiſcopi damnato ab Eugenio in cõcilio Remenſi. Ser.lxxx. Ibid.H
Quomodo anima verbo dei ſimilatur per ſimplicitatem eſſentiæ. Serm.lxxxj. 193.E
Qualiter anima ſimilis deo manens, per peccatum diſsimilis facta eſt, in ſimplicitate, &c. Serm.lxxxii. 194.D
Quomodo anima vitiis corrupta per amorẽ caſtum poteſt redire

redire ad Chriſtum. Serm.lxxxiij. Ibid.M
Quòd anima quærens deum, ab eo præuẽta eſt. Ser.lxxxiiij. 195.G
De ſeptem neceſsitatibus propter quas anima quærit verbum. Serm.lxxxv. Ibid.M
De verecundia ſponſæ quærentis verbum, & commendatione verecundiæ. Serm.lxxxvj. 197.B
Sermo exhortatorius ad milites tẽpli, cuius ſunt capita. xiij. 197.G
De cõuerſione ad Clericos, in quo ſunt capita. xxxj. 200.H
De conſideratione ad Eugenium pontificem maximum. lib.v. 204.G

Habes hos libros nunc in capita diſtinctos, & argumentis illuſtratos opera Henrici Cnycij.

De gratia & libero arbitrio, liber. 215.G
De præcepto & diſpenſatione, liber. 220.A

Idem Cnycius hunc librum diuiſit in Capita.

De diligendo deo, liber. 225.D
De humilitate ex regula D. Benedicti, Tractatus. 229.B
De duodecim gradibus humilitatis & ſuperbiæ, Tractatus. Ibidem.L
Ad Gulielmum abbatem, liber Apologeticus. 234.I
Declamationes de verbis Euangelij: Ecce nos reliquimus omnia, &c. 237.I

Rectius inſcribitur in antiquis, De contemptu mundi, & appetitu vitæ æternæ ad clericos.

Ad fratres de monte dei, de vita ſolitaria. 241.H
Meditationes. 248.K
De interiori domo, id eſt de conſcientia, Tractatus. 252.F

Aliis dicitur, ſpeculum conſcientiæ, vel liber de conſcientia.

De conſcientia, liber. 260.B
De conſcientia, liber alter. 263.G

Poſterior rectius D. Bernardo aſcribi videtur, quam prior.

De ordine vitæ, & morum inſtitutione, lib. 263.M

Aliàs inſcribitur, de doctrina puerorum, & correctione morum.

Scala Clauſtralium, 267.G *Sine de modo orandi.*
Formula honeſtæ vitæ. 268.M

Hoc etiam titulo notatur, Liber de honeſtate vitæ. Compleuimus autem vt monuimus in Epiſtola noſtra.

Speculum monachorum. 270.C
De amore Dei, liber. Ibidem.G

Confer hunc librum cum Soliloquiis quæ habes ſuprà. fol. 121. B

De natura & dignitate amoris diuini, Tractatus. 272.H
De Paſsione domini, ſuper iſtud Ioannis, Ego ſum vitis vera, &c. Tractatus. 278.C

In hoc tractatu videtur author ſtylum attemperaſſe captui virginum ad quas ſcribebat.

De modo bene viuendi, liber. 294.E
De Cœna domini, Sermones. xv. 312.A
In aduentu domini, de vndecim oneribus. 323.E

EPISTOLARVM. D. BERNARDI, numero ccliij. ordine alphabetico. Index.

Abbati Alpenſi nomine Guarino. Re vera. epiſt. ccliij. 378.
Abbati Aquiſcinti Aluiſo. Retribuat. epiſt. lxv. 340.
Abbati Aremarẽ. pro monacho fugitiuo. Lator. epiſt. ccxcvij. 383.
Eidem & monachis ſuis. Petis chariſsime. epiſt. cccxij. 384.
Abbati Balernen. Burchardo. Ignitum. epiſt. cxlvj. 359.
Abbati Belliloci Odoni. Depoſitum. epiſt. cccxlviii. 383.
Abbati Bonæuallis Carnoten. Arnoldo. Suſcepimus. epiſt. cccx. 384.
Abbas Caſemarij Bernardo. Memor. epiſt. cccxxxiij. 383.
Abbatibus Ciſtercij congregatis. In multa. epiſt. cxlv. 358.
Abbati Cluniacen. Viſitet. epiſt. cxlvij. 359.
Eidem. Lectis literis. epiſt. cxviij. Ibidem.
Eidem. Quam nolim. epiſt. cxlix. Ibidem.
Eidem. Ita ne. epiſt. ccxxvij. 372.
Eidem. Quid facis. epiſt. cclxv. 379.
Eidem. Filius veſter. epiſt. cclxvij. 379.
Eidem. Viſitet te. epiſt. cccix. 384.
Abbas Cluniacen. Petrus ad Bernardum. Forti. epiſt. cclxiiij. 379.
Abbati cuidam nomine Bernardo. Memor. epiſt. cccxxxiij. 383.
Abbati cuidam Super fratre. epiſt. cij. 350.
Abbati de Buzeyo. Dicere non. ccxxxii. 373.
Abbati de Claraualle. Recte. epiſt. cclxxxj. 381.
Abbati de Caſtellione Balduino. Et in hoc. epi. cccxxxviij. 384.
Abbati de Cella. Vnde mihi. epiſt. ccxciij. 382.
Abbati de Dunis. Et tarde. epiſt. cccxxxvj. 384.
Eidem. Super hoc. epiſt. cccxxxvij. Ibid.
Abbati de Præmonſtrato. Audiui. epiſt. cclij. 377.
Abbati Eboracen. Conſilium. epiſt. xciiij. 349.
Abbati Fõtanen. Ricardo & ſociis eius. Quanta. epiſt. xcvj. 349.
Abbati Fuſniacen. Primo ne mireris. epiſt. lxxij. 342.
Eidem. Plangis. epiſt. lxxiij. Ibidem.
Eidem. Sperabam. epiſt. lxxiiij. 342.
Abbati. G. Scito. epiſt. cccxlvj. 385.
Abbati Igniaci Humberto. Parcat. epiſt. cxlj. 358.
Abbati Liſcienſi. Remiſimus. epiſt. cccxxvi. 383.
Abbati Lucæ. Bonum nobis. epiſt. lxxix. 346.
Abbati monaſterij Reatini Balduino. Epiſtola quam. epiſt. ccj. 369.
Abbati Moliſmen. Guidoni. Quanto. epiſt. lxxx. 349.
Abbati Morimundi. Primo ſcire. epiſt. iiij. 327.
Abbati Pontiniaci. In noſtris. epiſt. xxxiij. 334.
Abbati Pultarien. Artaudo. Quicquid. epiſt. lxxv. 342.
Eidem: Vnde placuit. epiſt. lxxvj. Ibidem.
Abbati Pultarienſi Gerardo. Scripſiſſe. epiſt. lxxxj. 346.
Abbati Rualeno. Satis ſupérque. epiſt. cclx. 379.
Abbati ſancti Albani. Et ſi facie. epiſt. ceiiij. 369.
Abbati ſancti Bertini Leonio. Literas dilect. epiſt. cccxxiiij. 382.
Eidem. Quod merito. epiſt. cccxlij. 384.
Abbati ſancti Dionyſij Suggerio. Exiit. epiſt. lxxviij. 344.
Eidem. Homo dei. epiſt. cclxvj. 379.
Abbati ſancti Michaelis Lelberto. Hic filius. epiſt. cccxix. 381.
Abbati ſancti Ioãnis Carnotẽ. Ad ea de quibus. epiſt. lxxxij. 346.
Abbati ſancti Nicaſij Remen. Quanto tibi. epiſt. xxxij. 333.
Abbati ſancti Nicolai Simoni. Perſecutionem. epiſt. lxxxiij. 346.
Eidem prouide. epiſt. lxxxiiij. Ibidem.
Abbati ſancti Stephani Diuionen. Herberto. Si frater. epiſt. ccxxiij. 373.
Abbati ſancti Theodorici Gaufrido. Primo. epiſt. lxvj. 340.
Abbati ſancti Theodorici Gulielmo. Quòd me. epi. lxxxv. 346.
Eidem. Si nemo. epiſt. lxxxvj Ibidem.
Eidem. Hanc mihi. epiſt. lxxxvij. 347.
Abbatibus Sueſsione congregatis. Iraſcor. epiſt. xcj. 348.
Abbati Trecen. Vv. clericum. epiſt. cccxlix. 385.
Abbati trium fontium Guidoni. Pœnitet me. epiſt. cclxxiiij. 380.
Eidem. Vnde te. epiſt. lxix. 241.
Eidem. Conſiderans. epiſt. lxx. Ibidem.
Eidem. Pœnitet me. epiſt. cclxxiiij. 380.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abbatissæ Faberniacen. Fratres, &c. epist. cccxlvij. 385.
Actio causæ Lingonen. ecclesiæ ad Innocentium papam. Dum adhuc. epist. clxiiij. 360.
Alberoni primicerio Metensi. Fidelem. epist. xxx. 333.
Alberto incluso. Petis à me. epist. cccxlv. 385.
Andreæ auunculo suo. Literæ tuæ. epist. cclxxxviij. 372.
Alexandro Lincolienſi. Philippus. epist. lxiiij. 340.
Archiepiscopo Eboracen. Splendor. epist. xcv. 349.
Archiepiscopo Hybernienſi Malachiæ. Inter multiplices. epist. cccxv. 381.
Eidem fecimus. epist. cccxvj. Ibidem.
Eidem. Quàm dul. epist. cccxvij. Ibidem.
Archiepiscopo Lunden. Eskilo. Scripta. & epistо. cccxiiij. 384.
Archiepiscopo Lugdunē. Humbeldo. Dominus episcopus. epist. xxij. 332.
Archiepiscopo Maguntinen. Literas. epistol. cccxxiij. 382.
Archiepiscopo Rothomagen. Hugoni. Si diei. epist. xxv. 333.
Archiepiscopo Senonen. Placuit præstantiæ. epistola. xlij. 335.
Eidem. Prioris. epist. xliij. 338.
Eidem. Videtis. epist. cxliiij. Ibidem.
Eidem. Pro multis. epist. clxxxij. 363.
Archiepiscopus Turonen. Hildebertus ad Bernardum. Balsamum. epist. cxij. 354.
Archiepiescopo Turonen. Hildeberto. Bonus homo. epist. cxxiij. Ibidem.
Eidem. Vt verbis. epist. cxxiiij. 355.
Ardutioni Gebennæ electo. Credimus. epist. xxvij. 333.
Eidem iam episcopo. Præbet. epist. xxviij. Ibidem.

BEatrici nobili. Miror tuæ. epist. cviij. 354.
Bernardo de portis. Petis instanter. epist. cliij. 359.
Eidem. Dissimulare. epist. cliiij. 360.
Bernardi Sylvestris epistola Gratioso. 41.
Bernardo priori Portarum. Ex quodam. epist. ccxlix. 377.
Brunoni Colonienſi. Ex quo dudum. epist. vj. 328.
Eidem: Quæris à me. epist. viij. 330.
Eidem. Dignationis. epist. ix. Ibidem.
Eidem. Horrendum. epist. x. Ibidem.

CAnonicis Lugdunensibus. Inter ecclesias. epist. clxxiiij. 362.
Canonicis quibusdam regularibus. Exhortatio. epistola. iij. 327.
Cartusiensibus & Guidoni priori. Sanctitatis. epistola. xj. 330.
Eisdem. Primum. 331.
Celestino papæ. Oportet. epist. ccxxxiiij. 373.
Claræuallensibus suis. Ex vobis. epist. cxliij. 358.
Eisdem. Tristis est. epist. cxliiij. Ibidem.
Clero Mediolanen. Benedicti. epist. cxxxij. 357.
Clero Senonen. Destituti. epist. cij. 369.
Comiti Angolismensi Angleberto pro fratribus de Brixia. Nolite. epist. ccxcix. 383.
Comitissæ Blesensi. Siquando. epist. Ibid.
Comiti Cāpanię Theobaldo, Quod de nostra. epist. xxxvij. 334.
Eidem. Valde timeo. epist. xxxviij. Ibid.
Eidem. Cum multa. epist. xxxix. 334.
Eidem. Duo vobis. epist. xl. 335.
Eidem. Timeo vos. epist. xlj. Ibidem.
Eidem. Scitis quia. epist. cclxxj. 380.
Comiti Henrico. Abbas. epist. cclxxix. 381.
Comiti Pictauen. ex persona ducis Burgundię. Errorem vestrum. epist. cxxvij. 356.
Eidem. In eo animo. epist. cxxviij. Ibidem.
Comiti sancti Egidij Hildefonso. Quanta. epist. ccxl. 375.
Conrado duci. Omnis. epist. xcvij. 349.
Conrado regi Romanorum. Scripta vestra. epist. clxxxiij. 363.
Eidem. Nec dulciùs. epist. ccxliij. 376.
Cuidam amico suo. Et si facie. epist. ciij. 350.
Cuidam alteri. De Machabæis. Quòd per fratrem. epist. xcviij. 349.
Cuidam, qui ausus est nouitium dehortari. Et si ignotus. epist. ccxcij. 382.
Cuidam. Fratrem. epist. cj. 350.
Cuidam, Si minus. epist. c. 350.
Cuidam, quid à nobis requirat deus. epist. cccliij. 385.

DVci & ducissæ Lotharingiæ. Ex quo cœpimus. epist. cxix. 354.
Ducissæ Burgundiæ. Vestræ dignationis. epist. cxxj. 354.
Ducissæ Lotharingiæ. Gratias agimus. epist. cxx. 354.

EPiscopo Albanensi. Quod à Rom. epist. ccclij. 385.
Episcopo Andegauensi Vlgerio. Lachrymas. epist. cc. 369
Episcopis Aquitaniæ. Virtus in pace. epist. cxxvj. 355.
Episcopo Attrebaten. Aluiso. Rogastis. epist. cccxxv. 383.
Episcopo Carnoten. Gaufrido. Quantum vobis. epist. lv. 339.
Eidem. Quod ad me. epist. lvj. Ibidem.
Eidem. Sicut is. epist. lvij. 339.
Episcopo Cathalaunensi Ebalo. Nauiculæ. epist. lviij. Ibid.
Episcopo Constantien. pro Arnoldo de Brixia. Si sciret. epist. cxcv. 368.
Episcopo cuidam. Si minus. epist. c. 350.
Episcopis & cardinalibus Romanis. Vos scitis. epist. clxviij. 361.
Eisdem de eodem. Nulli dubium. epist. clxxxviij. 364.
Episcopo & clero Spiren. Sermo mihi. epist. cccxxij. 382.
Episcopo & clero Trecen. Legimus. epist. cciij. 369.
Episcopo Hostien. Dominus abbas. epist. cclxxxvj. 382.
Eidem pro Iordano cardinali. Pertransiit. epist. ccxc. Ibidem.
Eidem pro episcopo Cœnomanen. Quidā. epist. ccxcvj. 383.
Eidem de electione abbatis de tribus fontibus. Væ mundo. epist. cccvj. Ibidem.
Eidem. Festiuè ista. epist. cccvij. 384.
Episcopo Laudunensi. Vestri sumus. epist. cclxxij. 380.
Episcopo Lausannensi Guidoni. Manum vestram. epist. xxvj. 333.
Episcopo Lincolienſi Alexandro. Philippus vester. epist. lxiiij. 340.
Episcopo Lingonen. Guilenco. Audito obitu. epist. lix. 340.
Eidem. Pro ecclesia. epist. lx. Ibidem.
Episcopo Londonienſi Gilberto. Longè satis. epist. xxiiij. 333.
Episcopo Metensi. Ex quo dudum. epist. xxix. 333.
Episcopo Nouiomensi Balduino. Mitto. epist cccxxxix. 384.
Episcopo Papiensi Petro. Si semen. epist. cxxxv.
Eidem. Si tristia. epist. cxxxvj. Ibidem.
Episcopo Prænestinensi. Stephano. Loquitur. epist. ccxxiiij. 372.
Episcopis & cardinalibus Romanæ curiæ contra Petrum Abailardum. Nulli dubium. epist. clxxxviij. 364.
Episcopis quatuor curiæ Romanæ. Quantum. epist. ccxix. 371.
Episcopo Rofrensi. Durè. epist. ccv. 369.
Episcopis Senonis conuocandis contra Petrum Abaillardum. Exiit sermo. epist. clxxxvij. 364.
Episcopo Suessionensi. Iosleno, & Suggerio abbati sancti Dionysij scripseram. epist. ccxxij. 371.
Eidem. Minime. epist. ccxxiij. Ibidem.
Eidem. Pro pace laborauimus. epist. ccxxiiij. 572.
Eidem. Semper. epist. ccxxvj. Ibidem.
Episcopo Trecen. Attoni. Laudarē vos, vel honorabili viro. epist. 333.
Episcopis tribus curiæ Romanæ. Ad hoc. epist. ccxxix. 372.
Eisdem. Vobis audeo. epist. ccxxx. 373
Eisdem. Si vera sunt. epist. ccxxxj. Ibidem.
Eisdem. Ad hoc vos. epist. cccviij. 384.
Episcopo Tullen. Ricuino. Peccatori. epist. lxj. 340.
Episcopo Viridunen. Henrico. Hæc muliercula. epist. lxij. Ibidem.
Eidem. Super his. epist. lxiij. Ibidem.
Episcopo Vvintonen. Henrico. Multorum. epist. xciij. 349.
Ermangardi quondam comitissæ Britanniæ. Vtinam sicut. epist. cxvj. 354.
Eidem Recepi. epist. cxvij. Ibidem.
Eugenio papæ. Auditum est. epist. ccxxxvij. 374.
Eidē pro intruso Eboracen. Importunus. epist. ccxxxviij. Ibidem.
Eidem pro eodem. Quàm cupio. epist. ccxxxix. 374.
Eidem pro episcopo Aurelianen. Ita quæso. epist. ccxliij. 376.
Eidem pro eodem. Tempus est. epist. ccxlv. Ibid.
Eidem pro Remensi Archiepiscopo. Parcat vobis. epist. ccxlvj. 376.
Eidem pro domino. Saginen. Non est mihi. epist. ccxlvij. Ibidem.
Eidem pro Valentino electo. Si rebus. epist. ccxlviij. Ibidem.
Eidem Balmenses. epist. ccl. 377.
Eidem pro Eboracen. Sæuit. epist. cclj. Ibidem.
Eidem pro itinere Hierosolymitano. Non est leue. epist. cclvj. 378.
Eidem pro fratre Philippo. Est negocium. epist. cclvii. 379.
Eidem pro abbate Rualeno. In veritate. epist. cclviij. 379.
Eidem pro eodem. Et si quid. epist. cclx. Ibidem.
Eidem pro quodam paupere abbate. Vnus. epist. cclxj. Ibid.
Eidem pro monachis Mozonensibus. Nō possum. epist. cclxij. Ibidem.
Eidem pro abbate Caziacen. Porrexeram. epist. cclxiij. 379.
Eidē pro fratribus de Corona. Alij vereātur. epist. cclxviij. 380.
Eidem. Serpens. epist. cclxix. 380.
Eidem Qui tentant. epist. cclxx. Ibidem.
Eidem. Vox turturis. epist. cclxxiij. Ibidem.
Eidem pro electione Altisiodoren. Cum primum. epist. cclxxv. 380.
Eidem pro obitu episcopi Altisiodoren. Adhuc. epist. cclxxvj. Ibidem.
Eidem pro domino cluniacen. Stultum. epist. 277. Ibidem.
Eidem pro episcopo Beluacen. Petitiones. epist. cclxxviij. 381.
Eidē pro Altisiodoren. negocio. Bene facitis. epist. cclxxx. Ibidem.
Eidem pro Gigniacensibus. Apud. epist. cclxxxiij. Ibidem.
Eidem pro Remensi Archiepiscopo. Dominus. epist. cclxxxiiij. Ibidem.
Eidem pro Odone abbate sancti Dionysij. Pro ecclesia. epist. cclxxxv. Ibidem.
Eidem pro eodem. Si susurrationes. epist. cclxxxvj. Ibid.
Eidem pro ecclesia sancti Eugendi. Sancti Eugēdi. epist. ccxc. 382.
Eidem pro episcopo Cœnomanen. Adest episcopus. epist. ccxiiij. Ibidem.
Eidem de Nicolao. Nicolaus ille. epist. ccxcviii. 383.
Eidem pro episcopo Beluacen. Filius vester. epist. cccv. Ibidem.
Eustachio occupatori Valentinæ sedis. Viro illustri. epist. clxxxvj. 364.

FAlconi & Guidoni. Plaga, vt. epist. clxv. 361.
Eidem. Scripsimus. epist. clxxiij. 362.
Fulconi puero. Non miror. epist. ij. 326.
Fratribus de sancto Anastasio. Testem habeo epist. 381.
Fratribus Hybernienſibus in obitu Malachię, Religiosis fratribus, inter sermones. epist. cccxj. 72.

GAltero de Caluo monte. Sepe. epist. ciiij. 350.
G. cancellario. Prædecessor. epist. cccxxxij. 383.
Gaufrido de Loratorio. Odor in flore. epist. cxxv. 355.
Gaufrido de Perona & eius sociis. Sermo qui. epist. cix. 352.
Et ad eiusdem parentes consolatoria. Si filium. epist. cx. Ibidem.
Gaufrido Lexouiensi. Doleo. epist. cxij. 353.
G. Diacono & cardinali. Benedictus. epist. cccxxxv. 384.
Godefrido priori Claræuallis, postea episcopo Lingonen. in octauis Pentecost. epist. cccxx. 381.
Guidoni de Castello, qui Postea Papa Cœlestinus. Iniuriā facio. epist. cxcij. 367.
Guidonis legato. Arnoldus. epist. cxcvj. 368.

HAymerico cancellario. Non latet amicos. epist. xv. 331.
Eidem. Quia semel cœpi. epist. xx. 332.
Eidem. Etiámne pauperi. epist. xlviij. 338.
Eidem. Quousque. epist. lj. 339.
Eidem. Amicus vester. epist lij. Ibidem.
Eidem. Pro multis. epist. liij. Ibidem.
Eidem. Volo. epist. liiij. 339.
Eidem. Nisi quia vestram. epist. clvij. 360.
Eidem. Amicus in necessitate. epist. clx. Ibidem.
Eidem. Frequentem. epist. clxij. Ibidem.
Eidem. Si verbis. epist. clxxxj. 363.
Henrico Archidiacono. Breuiter. epist. cccxl. 384.
Henrico cardinali. Sic tibi. epist. ccxcv. 382.
Henrico comiti. Abbas. epist. cclxxix. 381.
Henrico Murdach. Quid mirum. epist. cvj. 351.
Henrico regi Anglorum. In terra vestra. epist. xcij. 349.
Eidem. Velle vos. epist. cxxxviij. 357.
Honorio papæ. Abeunt apud vos. epist. xiij. 331.
Eidem. Quanto ad vos timore. epist. xiiij. Ibidem.
Eidem Lachrymabilem. epist. xlvj. 338.
Eidem. Tristissimæ. epist. xlvij. Ibidem.
Eidem. Degentes. epist. xlix. 339.
Eidem oportebat. epist. l. Ibidem.
Hugoni comiti Cāpaniæ, militi templi facto. Si causa. epist. xxxj. 333.
Hugoni de sancto Victore. Si tibi. epist. lxxvij. 342.
Hugoni farsito. Humbertum istum. epist. xxxv. 334.
Eidem. Ad literas. epist. xxxvi. Ibidem.
Hugoni nouitio & post Beneuallen. Abbati. Audita. epist. ccclj. 385.

IAnuensibus. Quod aduentus. epist. cxxix. 356.
Imperatrici Romanorū. In reconciliatione. epist. cxxxvij. 357.
Innocentio papæ. Sanitas. epist. cl. 359.
Eidem pro Trecen. episcopo. Insolentia. epistо. clij. Ibid.
Eidem pro Bernardo de portis. Dilectum. epist. clv. 360.
Eidem pro clericis Aurelianen. Vsquequo. epist. clvj. Ibidem.
Eidem super interfectione prioris sancti Victoris. Feralissima quæ. epist. clviij. 360.
Eidem pro episcopo Parisien. Vir religiosus. epist. clix. Ibid.
Eidem pro eodem. Vox sanguinis. epist. clxj. Ibidem.
Eidem vnde supra. Iterum. epist. clxvj. 361.
Eidem vnde supra. Clementissime. epist. clxvij. Ibidem.
Eidem vnde supra. Dignatio. epist. clxix. 361.
Eidē pro Falcone Lugdunen. archiepiscopo. Qui in aliorum. epist. clxxj. 362.
Eidem pro Godefrido Lingonen. episcopo. Inter crebra. epist. clxxij. Ibidem.
Eidem pro Alberone Treueren. archiescopo. Voluntas. epist. clxxvj. 363.

Eidem pro eodem nunquid.epist.clxxvij. Ibidem.
Eidem pro eodem.Fideliter.epist.clxxviij. Ibid.
Eidem pro eodem.Quomodo.epist.clxxix. Ibid.
Eidem pro eodem.Iterum.epist.clxxx. Ibidem.
Eidem.Fratrem.epist.clxxxiij. 364.
Eidem.de hæresibus Abailardi.Necesse est. epist.clxxxix. Ibidem..
Eidem contra quædam capitula prædictarum hæresum. Oportet ad.epist.cxc. 365.
Eiusdem Innocentij rescriptum contra prædictas hæreses. Testante apostolo.epist.cxciiij. 368.
Eidem Innocentio pro domino Remensi.Auribus occupatis.epist.cxci. 367.
Eidem.In causa.epist.cxcviij. 368.
Eidem.Vsquequo.epist.cxcix. Ibidem.
Eidem.Dominum Sampsonem Remẽsem.epist.ccx. 370.
Eidem.Dominus Cantuarien.epist.ccxj. Ibidem.
Eidem.Vir illustris.epist.ccxij. Ibidem.
Eidem.Quis mihi.epist.ccxiij. Ibidem.
Eidem.Si cura.epist.ccxiiij. Ibidem.
Eidem.Scribo vobis.epist.ccxv. 370.
Eidem de comite Radulpho& eius vxore.Scriptũ.epist. ccxvj. 370.
Eidem.Tribulatio.epist.ccxvij. 370.
Eidem excusatoria, nouissima Domino. epist. ccxviij. Ibidem.
Eidem.Cremonenses.epist.cccxviij. 381.
Eidem.Nec nouum.epist.cccxxvij. 383.
Eidem.Cadit.epist.cccxxix. Ibidem.
Eidem.Gratiam.cccxxx. Ibidem.
Eidem.Iuuenis.epist.cccxxxj. Ibidem.
Ioanni cardinali Cremen.Dilectionem.epist.clxiij. 360.
Iuoni cardinali.Magister.epist.cxciij. 368.

LAmbertum fugitiuum remittit Bernardus ad proprium monasterium.Fratrem.epist.cj. 350.
Legatis apostolicis pro episcopo Maguntino. Etsi corpore. epist.cccij. 383.
Lothario imperatori.Benedictus deus.epist.cxxxix. 357.
Eidem.Miror.epist.cxl. 358.
Ludouico regi Francorum.Rex cœli & terræ.epist.45. 338.
Eidem.Libenter.epist.ccxx. 371.
Eidem.Scit deus.epist.ccxxj. Ibidem.
Eidem.Ludouico,epist.ccxv. 372.
Ediem,volui ego.epist.cclxxii. 381.
Eidem,Regna terræ.epist.cclv. 378.
Ludouico iuniori regi Francorum.Si totus. epist.clxx.361.
Eidem.Si homo.epist.ccciii. 383.
Eidẽ pro ipsius infirmitate solicito.In literis.epist.ccciiij. Ibidem.

MAchabæorum cur festum celebretur.Quæris. epist. cccxiij. 384.
Et respondet epistolæ nonagesimæ octauæ.
De Machabeis.Quod per fratrem.epist.xcviij. 349.
Matthæo legato.Fuit quidam.epist.xxj. 332.
Mathildi reginæ Anglorum.Si de vestra.epist.cccxliiij.385.
Mediolanensibus.Bene vobiscum.cxxxj. 357.
Monacho Adæ.Tua mihi.epist.v. 327.
Eidem.Si maneres.epist.vij. 328.
Monacho Alardo.Conqueritur.epist.cccxxviij. 383.
Monacho Drogoni.Quam non.epist.xxxiiij. 334.
Monachis Alpensibus.Bonus pater.epist.cxlij. 358.
Monachis de Tribus fontibus.Quod nondum. epist.lxxj. 341.
Monachis ecclesiæ sancti Bertini.Ita quæso. epist.cccxlj. 384.
Eisdem.Ad gratiarum.epist.cccxliij. Ibidem.
Monachis Flauiacen.Lectis literis.epist.lxvij. 341.
Eisdem.Modestiæ.epist.lxviij. Ibidem.
NOuiciis apud Mediolanum conuersis. Benedictus. epist.cxxxiiij. 357

OGerio canonico regulari.Totis.epist.lxxxvij. 347.
Eidem.Omitto.epist.lxxxviij. 348.
Eidem.Indignaris.epist.lxxxix. Ibid.
Eidem.Breues.epist.cx. 348.

PArentibus Heliæ monachi.Sola.epist.cxj. 352.
Patriarchæ Hierosolymorum. Patriarchalibus. epist. clxxv. 362.
Petro Bizuntinensi.Peregrinationem.epist.cxcvij. 368.
Petro diaco.cardinali.Quod ad vos.epist.xvij. 332.
Eidem.Cum totum.epist.xviij. Ibid.
Eidem.Tempus est.epist.xix. Ibidem.
Petro Presbytero cardinali.Ego causam.epist.xvj. 331.
Philippo ecclesiæ Turonen.electo.Doleo.epist.clj. 359.
Pisanis.Benefaciat.epist.cxxx. 357.

REginæ Hierosolymorum.Audierunt. epist.ccvj. 369.
Eidem.Miror quod epist.cclxxxix. 382.
Roberto nepoti suo.Satis.epist.j. 325.
Rogerio regi Siciliæ.Longe.epist.ccvij. 369.
Eidem.Si me quæritis.epist.ccviij. Ibid.
Eidem.Habetis.epist.ccix. 370.
Rolando cardinali & cancellario.Scripta.cccxxxiiij. 383.
Romanæ curiæ.Omnibus scribendum. epist.ccxxxv. 373.
Romanæ curiæ quando abbas sancti Anastasij electus fuit in papam Eugenium.Parcat.epist.ccxxxvj. 374.
Romano,Romanæ curiæ subdiacono.Bene fecisti.epist.cv. 351.
Romanis discedẽtibus ab Eugenio.Nobilibus. epist.ccxlij. 375.
Rorgoni de Abbatis villa.Perlatum est.epist.cccl. 385.

SAnctimoniali cuidam.Magnum.epist.cxiiij 353.
Sanctimoniali de monasterio beatæ Mariæ Trecẽsi. Relatum.epist.cxv. 354.
Santiæ sorori imperatoris Hispaniæ.Quod factũ. epist.cccj. 383.
Simoni filio Castellani Cameracẽ. Cognoscẽs.epi.clxxxvj. 364.
Situatio Claræuallis.Si situm Claræuallis. 342.
Sophiæ virgini. Fallax gloria.epist.cxiij. 353.

TOlosanis post reditum suum.In aduentu. epist.ccxlj. 375.
Thomæ de sancto Audomaro.Benefacis.epist.cviii. 352.
Thomæ præposito de Beuerla.Quid opus.epist.cvii. 351.

VNiuersis ciuibus Mediolanen.Vt ex.epist.cxxxiii. 357.
Vvillermo cuidam.Nuncium.epist.xcix. 350.

Rithmicę orationes.

Oratio Rythmica ad vnum quod libet membrorum Christi in cruce pendentis. 386.
Iubilus in commemorationem Dominicæ Pasionis. 387.
Oratio Rythmica ad Iesum Christum eiusque virginẽ matrem. 387.
Prosa Rythmica in laudem Dominicæ Natiuitatis. Ibidem.

SERMONES VARII, ET DE Rebus diuersis,D.Bernardo ascripti,& inter eius opera.

DE Natiuitate domini.Ser.j. 388.
De eadem,Ser.ij. Ibidem.

Potius de Conceptione Beatæ Mariæ virginis.

De Natiuitate domini,Ser.iij. 389.
De Sancto Stephano. ex lectione Actuum Apostolorum. Ser.. 390.

In cœna

In cœna domini,cuiusdam.Sermo. 391.
De priuilegiis B. Ioannis Baptistæ,Ser. 393.
De beata Maria,Ser. 394.
In illud sapientiæ, Sapientia vincit malitiam,Ser. 395.
De decem virginibus.Homilia. 397.
De septem gradibus confessionis. 398.
Confessionis priuatæ formula. 390.
De virtute obedientiæ & eius gradibus. Ibid.
De quinque negotiationibus & quinque regionibus. 401.
Parabola de fide,spe & charitate. Ibid.
Parabola de nuptij filij regis , & de ornamentis sponsę suę. 402.
Ad Clerum in Concilio Remensi congregatum,Ser. 403.
Ad pastores in synodo congregatos,Sermo. Ibid.

Super Salue Regina.Sermones quatuor.

Sermo primus. 405.
Sermo secundus. 406.
Sermo tertius. Ibid.
Sermo quartus. 407.
Meditatio deuotissima super Salue regina. 408.
Disputatio cuiusdam iusti cum Deo. 408.
Doctrina Diui Bernardi. Ibidem.
Descriptio situationis Claræuallis. 409.
Ratio qua quis perfectionem vitæ spiritualis consequatur. 410.

FINIS INDICIS

QVÆ SEQVVNTVR NON sunt D.Bernardi si modo demas Vitam Sancti Malachiæ.Ideoque seorsum reliquimus.

GIlberti abbatis de Holandria,Sermones.xlviij. in Cãtica canticorum,ab eo loco quo Diuus Bernardus morte præuentus finierat. 1.
In die purificationis Guerrici Abbatis Igniacensis, Sermo. 40.
Bernardi Sylvestris Epistola. 41.

Historica quædam.

Vita Sancti Malachiæ episcopi, à Diuo Bernardo edita. 42.
Vitæ Diui Bernardi. { Liber primus per Gulielmum abbatem. 50. / Liber secundus per Bernardum, bonæuallis abbatem. 57. / Liber tertius. / Liber quartus. / Liber quintus } per Gofridum monachum Claræuallensem.
D.Bernardi flores. 79.

OPERVM D. BERNARDI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI BERNARDI CLARAE-VALLENSIS COENOBII ABBATIS primi, sermonum opus.

De aduentu domini, & sex circumstantiis eius, Sermo primus.

HODIE fratres celebramus aduẽtus initium: cuius vtique sicut & cæterarum solennitatum nomen quidẽ celebre satis, & notum mundo; sed ratio nomnis fortè non ita. Infœlices enim filij Adã, omissis veris & salutaribus studiis, caduca potius & trãsitoria quærũt. Quibus assimilabimus homines generationis huius: aut quibus comparabimus illos, quos videmus à terrenis & corporalibus consolationibus auelli separarique non posse? Profecto similes sunt his, qui submersi periclitantur in aquis. Nimirum videas eos tenentes tenere: nec vlla ratione deserere quod primum occurrerit manibus, quicquid sit illud, licet tale sit aliquid quod omnino prodesse nõ possit: vt sunt radices herbarũ, cæteraq; similia. Nã & si qui ad eos forte veniant vt subueniant, nonnunquã solẽt apprehensos inuoluere secum: adeo vt iam nec sibi, nec illis auxiliũ ferre prealeãt. Sic pereũt in hoc mari magno & spacioso, sic pereunt miseri, dum peritura sectantes, amittunt solida: quibus apprehensis emergere & saluare possent animas suas. Neque enim de vanitate, sed de veritate, dicitur: Cognoscetis eam, & liberabit vos. Vos igitur fratres quibus tanquam paruulis reuelat deus, quæ abscondita sunt à sapientibus & prudentibus, circa ea quę verè salutaria sunt, sedula cogitatione versamini, & diligenter pensate rationem aduentus huius, quærentes nimirum quis sit qui veniat, vnde, quo, ad quid, quando, & qua. Laudabilis sine dubio curiositas ista est & salubris: neque enim tam deuote Ecclesia vniuersa præsentem celebraret aduentum, nisi lateret in eo magnum aliquod sacramentum. Primo igitur loco cum Apostolo stupente & admirante, intuemini & vos, quantus sit iste qui ingreditur: ipse enim est secundum Gabrielis testimonium altissimi filius, ac proinde coaltissimus ipse. Neque enim fas est dei filium degenerem suspicari: sed æqualis fateri necesse est altitudinis, & eiusdem penitus dignitatis. Nam & filios principum principes, & filios regum reges esse quis nescit? Veruntamen quid sibi vult quòd è tribus personis quas in summa trinitate credimus, confitemur, & adoramus, non pater, non spiritus sanctus aduenit, sed filius? Minime quidem ego id factum arbitror sine causa. Sed quis cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit? Neque enim sine altissimo trinitatis consilio factum est vt filius aduenire t. Et si consideramus exilij nostri causam: fortassis aduertere possumus vel exparte, quàm congruũ fuerit à filio nos maxime liberari. Lucifer enim ille qui mane oriebatur, pro eo quòd altissimi similitudinem vsurpare tẽtauit, & rapinam arbitratus est esse se æqualem deo (quod vtiq; filij est) præcipitatus ilico corruit, quoniã zelauit pro filio pater, & opere dixisse videtur: Mihi vindictam, & ego retribuã. Continuo videbam Satanam tanquam fulgur cadentem de cœlo. Quid tu igitur superbis terrà & cinis? Si superbientibus angelis deus non pepercit: quanto magis tibi putredo & vermis? Nihil ille fecit, nihil operatus est, tantùm cogitauit superbiam, & in momento, in ictu oculi irreparabiliter præcipitatus est: quia iuxta euangelistã, In veritate non stetit. Fugite superbiã fratres mei (quæso) multum fugite. Initium omnis peccati superbia: quæ tam velociter ipsum quoq; syderibus cunctis clarius micãtem æterna caligine obtenebrauit Luciferum: quæ non modo angelum, sed angelorum primum in diabolum commutauit. Vnde & protinus inuidẽs homini, quam conceperat in semetipso, in eo peperit iniquitatem: suadens vt lignum vetitum gustans fieret sicut deus, sciens bonum & malum. Quid enim polliceris, quid promittis miser: cum filius altissimi scientiæ clauem habeat: imò & ipse sit clauis Dauid, qui claudit & nemo aperit? In eo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: túne eos vt homini præstes, iniquè furaberis? Videtis quia vere iuxta domini sententiam mendax iste est, & pater eius. Nam & mendax fuit dicens: Similis ero altissimo, & mendacij pater cum in hominem quoque venenatum suæ falsitatis seminarium effudit, dicens: Eritis sicut dij. Tu quoque ò homo, si vides furem, curris cum eo? Audistis fratres quid hac nocte lectum est in Esaia dicente domino. Principes tui infideles: vel (vt alia translatio habet) inobedientes, socij furum. Reuera enim principes nostri Adam & Eua principia nostræ propaginis, inobedientes & socij furum: qui quod filij dei est, serpentis imò diaboli per serpentem consilio subripere tentant. Nec dissimulat iniuriam filij pater (pater enim diligit filium,) sed continuo & in ipsum hominem vindictam retribuit, & aggrauat super nos manum suam. Omnes enim in Adam peccauimus, & in eo sententiam damnationis accepimus omnes. Quid agat filius videns pro se zelare patrem, & nulli penitus parcere creaturæ? Ecce, inquit, occasione mei creaturas suas pater amittit, altitudinem meam primus angelus affectauit, & populum qui sibi crederet habuit: sed continuo patris zelus grauiter vindicauit in illum, percutiens eum pariter cum omnibus suis plaga incurabili, castigatione crudeli. Scientiam quoque quæ nihilo minus mea est, surripere voluit homo: & ne illi quidem misertus est, nec pepercit oculus eius. Nunquid de bobus cura est deo? Duas tantum fecerat nobiles creaturas rationis participes, capaces beatitudinis, angelum videlicet, atque hominem: sed ecce propter me angelos perdidit multos, homines vniuersos. Ergo vt sciant quia & ego diligo patrem: per me recipiat quos quodãmodo propter me amisisse videtur. Si propter me tempestas hæc orta est (ait Ionas) tollite me, & mittite in mare. Omnes inuident mihi. Ecce venio & talem eis exhibeo memetipsum, vt quisquis inuidere voluerit, quisquis gestierit imitari, fiat ei æmulatio ista in bonum. Noui tamen in affectum malitiæ & nequitię transisse angelos desertores, nec ex ignorantia aliqua seu infirmitate peccasse, ideóque perire necesse est pœnitere nolentes. Patris enim amor, & honor regis iudicium diligit. Propter hoc enim & ipse creauit homines ab initio, qui supplerent locum illum, & ruinas Hierusalem restaurarent.

Ioan.8. *Matt.1.* *Luc.1.* *Rom.11.* *Rom.12.* *Luc.10.* *Ioan.8.* E *Eccle.10.* *Apo.3.* *Colo.2.* *Ioan.8.* *Esa.14.* *Gene.3.* *Psal.49.* *Esa.1.* *I.Cor.9.* *Ionæ.1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sciebat enim nullam angelis patere redeundi viam. Nempe
Esa.16. nouit superbiam Moab quòd superbus est valde: & superbia
eius pœnitentiæ remedium non admittit, ac per hoc nec ve-
niæ. At vero hominis vice nullam postea cõdidit creaturam,
innuens ex hoc ipso redimendum adhuc hominem: quip-
pe quem supplantauit aliena malicia: ideoque prodesse ei po-
test charitas aliena. Ita domine obsecro, complaceat tibi vt e-
Gen.40. tuas me: quoniam ego infirmus sum. Quoniam de terra mea
furtim sublatus sum, & hic innocens in lacum missus sum.
Non penitus quidem innocens: sed quãtum ad eum qui me
seduxit, innocens aliquatenus. Mendacium mihi persuasum
est domine: veniat veritas vt possit falsitas deprehendi, & co-
gnoscam veritatem, & veritas liberabit me: si tamen depre-
hensæ falsitati penitus renunciauero, & cognitæ adhærero
veritati. Alioquin non humana erit tentatio, nec humanum
peccatum: sed obstinatio diabolica. Nam perseuerare in ma-
lo diabolicum est: & digni sunt perire cum illo, quicunque in
similitudinem eius permanent in peccato. Ecce fratres audi-
stis quis sit qui veniat: considerate iam vnde veniat, & quò.
Venit vtique de corde dei patris in vterum virginis matris:
venit à summo cœlo in inferiores partes terræ. Quid ergo?
Nónne & nobis in terra est conuersandum? Est, si tamẽ in ea
perstitit ille. Vbi enim bene erit sine illo, aut vbi male esse po-
Psal.77. terit cum illo: Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super
H terram? Deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Nam
Psal.22. & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, si tamen tu mecum es. Nunc autem vt video, & ad terras,
& ad ipsum quoque descendis infernum: non tanquam vinctus, sed tanquam inter mortuos liber: sicut lux quæ in tene-
bris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Vnde nec
relinquitur anima in inferno, nec sanctum corpus in terra vi-
det corruptionem. Christus enim qui descendit, ipse est &
Actu.10. qui ascendit vt adimpleret omnia, de quo scriptum est. Qui
Psal. 18. pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à dia-
bolo. Et alibi: Exultauit vt gigas ad currendam viam, à sum-
mo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summũ eius.
Colo.3. Merito proinde clamat apostolus dicens: Quæ sursum sunt
quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens. Incassum labo-
raret erigere corda nostra, nisi collocatum in cœlis salutis no-
stræ doceret auctorem. Sed videamus iam quæ sequuntur.
Nam & si materia quidẽ copiosa inuenitur & vberrima val-
de, sed angustia temporis tantam sermonis longitudinẽ non
admittit. Considerantibus ergo quis veniat, magna omnino
& ineffabilis maiestas innotuit. Suspicientibus vnde veniat,
grandis planè patuit via, secũdum eius testimonium qui pro-
Esa.30. phetico præuentus spiritu, Ecce, inquit, nomen domini venit
de longinquo. Porro quò veniat intuentibus, apparuit inæsti-
mabilis dignatio & penitus inexcogitabilis, quòd in carceris
huius horrorem, tanta descendere dignata est celsitudo. Iam
I quis dubitet magnum aliquid in causa fuisse, vt maiestas tan-
ta de tam longinquo, in locum tam indignum descendere di-
gnaretur? Plane magnum aliquid, quia misericordia magna,
quia miseratio multa, quia charitas copiosa. Ad quid enim ve-
nisse credendus est? Hoc nanque est, quod iuxta propositũ or-
dinem oporteat iam perscrutari. Nec sane laborandum est in
hac parte, cũ manifeste aduentus eius causam, & verba ipsius
& opera clament. Ad quærendam quippe ouem centesimam,
quæ errauerat, de montibus properauit, & vt cõfiteantur ma
nifestius domino misericordię eius, & mirabilia eius filiis ho-
minum, propter nos venit. Mira quærentis dei dignatio, ma-
gna dignitas hominis sic quæsiti. In qua si gloriari voluerit,
non erit insipiens: non quòd aliquid esse videatur tanquam à
seipso, sed quòd tanti eum fecerit ipse qui fecit. Omnes enim
diuitiæ, omnis gloria mundi, & quicquid in eo concupiscitur,
minus est ad hãc gloriam: imò nec est aliquid in cõparatione
Iob.7. eius. Domine quid est homo quia magnificas eum, aut quid
apponis erga eum cor tuum? Attamen velim nosse quid sibi
volucrit quod ad nos venit ille, aut quare non magis iuuimus
nos ad illũ? Nostra enim erat necessitas, sed nec est cõsuetudo
diuitum vt ad pauperes veniant, nec si præstare voluerint. Ita
est fratres, nos magis ad eum venire dignum fuit, sed duplex
erat impedimentum. Nam & caligabant oculi nostri. Ille ve-
ro lucem habitat inaccessibilem, & iacentes paralytici in gra-
bato, diuinam illam non poteramus attingere celsitudinem. K
propterea benignissimus saluator & medicus animarum de- 1. Tim. 6
scendit ab altitudine sua, & claritatẽ suã infirmis oculis tem-
perauit. Induit se laterna quadã, illo vtique glorioso & ab o-
mni labe purissimo corpore quod susceperat. Hæc est enim illa Esa.19.
leuissima planè & præfulgida nubes, supra quam ascensurum
eum propheta prædixerat, vt descenderet in Ægyptũ. Tem-
pus est iam ipsum quoque considerare tempus, quo saluator
aduenit. Venit enim (quod & vos credimus non latere) non
in initio nec in medio temporis, sed in fine. Nec incongrue fa-
ctum est, sed vere sapienter disposuit sapientia, vt cum magis
esset necessarium, tunc primo ferret auxilium, pronos ad in-
gratitudinem Adæ filios non ignorans. Verè enim aduespe-
rascebat, & inclinata erat iam dies, recesserat paulominus sol
iustitiæ: ita vt exiguus nimis splendor eius aut calor esset in
terris. Nam & lux diuinæ notitiæ parua admodum erat, &
abundãte iniquitate feruor refrigerat charitatis. Iam nõ ap-
parebat angelus, nõ loquebatur propheta, cessabant velut de-
sperationc victi, prę nimia vtiq; duritia hominum & obstina-
tione: at ego (ait filius) tunc dixi, ecce venio. Sic sic dum me-
dium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu iter per- Sap.8.
ageret, omnipotens sermo tuus domine à regalibus sedibus
venit. Quod & apostolus innuens aiebat: Quando venit ple-
nitudo temporis, misit deus filium suum. Nimirum plenitudo Galat.4.
& abundantia temporalium, obliuionem & inopiam fecerat L
æternorum. Opportune ergo tum aduenit æternitas, quando
magis temporalitas prævalebat. Nam vt cætera sileam, ipsa
quoque pax temporalis illo in tẽpore tanta fuit, vt ad homi-
nis vnius edictum describeretur vniuersus orbis. Habetis Luc.2.
iam & personam venientis, & locum vtrumque, id est à quo,
& ad quem venit: causam quoque & tempus non ignora-
tis. Vnum restat, via scilicet per quam venit, & hæc quoque
diligenter requirenda: vt possimus sicut dignum est ei occur-
rere. Veruntamen sicut ad operandam salutem in medio ter-
ræ, venit semel in carne visibilis: ita quotidie ad saluandas a-
nimas singulorum in spiritu venit & inuisibilis, sicut scri- Thren.4.
ptum est: Spiritus ante faciem nostram Christus dominus.
Et vt noueris occultum esse spiritualem hunc aduentum, In
vmbra eius, inquit, viuemus inter gentes. Propterea dignum
est vt si non valet infirmus in occursum tanti medici prece-
dere longius, saltem conetur erigere caput, & aliquatenus
assurgere venienti. Non te oportet ô homo maria transfre-
tare, non penetrare nubes, non transalpinare necesse est. Non
grandis inquam, tibi ostenditur via, vsque ad temetipsum
occurre deo tuo: prope est enim verbum in ore tuo & in
corde tuo. Vsque ad cordis compunctionem & oris confes-
sionem occurre, vt saltem exeas de sterquilinio miseræ con-
scientiæ: quoniam indignum est illuc auctorem puritatis M
intrare. Et hæc quidem de eo aduentu dicta sunt, quo singu-
lorum mentes inuisibili dignatur illustrare præsentia. Libet
autem & manifesti aduentus viam considerare. Quoniam Prou.3.
vię eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. Ecce, Cant.2.
inquit sponsa, venit is saliens in montibus, transiliens colles.
Venientem vides ô pulchra, sed cubantem videre ante non
poteras. Dixisti enim. Indica mihi quem diligit anima mea, Cant.1.
vbi pascas, vbi cubes. Cubans pascit angelos, in illas perpe-
tuas æternitates, quos satiat visione æternitatis & immutabi-
litatis suæ. Sed ne ignores te ô pulchra: quoniam mirabilis
facta est visio illa ex te, confortata est, & non poteris ad
eam. veruntamen ecce egressus est de loco sancto suo: & qui
cubans pascit angelos, ipse cœpit, sicque sanabit nos: & vide-
bitur veniens & pastus, qui cubans & pascens ante videri nõ
poterat. Ecce venit hic saliens in montibus, transiliens colles.
Montes & colles patriarchas & prophetas accipe, & quẽad-
modum venerit saliens, & transiliens in libro generationis le-
ge, Abraham genuit Isaac: Isaac genuit Iacob, &c. Ex his Matt.1.
montibus prodiit (vt inuenies) radix Iesse, vnde iuxta pro- Esa.11.
phetam egressa est virga, & exinde flos ascendit, super quem
requieuit spiritus septiformis. Quod manifestius alio in loco Esa.7.
aperiens idem propheta, Ecce, inquit, virgo concipiet & pa-
riet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod inter-
pretatur nobiscum deus. Quem enim prius florem, ipsum
deinde Emmanuelem: & quam dixerat virgam, manifestius
exprimens

exprimens virginem nominauit. Sed necesse est altissimi hu-
ius sacramenti considerationem diei alteri reseruari. Digna est
enim proprio sermone materia, præsertim quòd in longum
iam hodiernus sermo processerit.

In aduentu domini, de verbis Esaiæ ad Achaz, Pete tibi signum, vsque Butyrum & mel. Sermo secundus.

Esa.7. AVdiuimus suadentem regi Achaz Esaiam, petere signum
à domino, siue in profundum inferni, siue in excelsum
supra. Audiuimus responsionem eius formam quidem ha-
bentem pietatis, sed non virtutem. Propter hoc denique ab
vbi supra. eo qui intuetur cor, & cui confitetur hominis cogitatio, me-
ruit reprobari. Non petam, inquit, & non tentabo dominum.
Elatus erat Achaz fastigio solij regalis, astutus humanæ sa-
pientiæ verbis. Audierat igitur Esaias à domino: Vade, dic
vulpi illi, petat sibi signum à domino in profundum. Ha-
bet enim vulpes foueam, sed in infernum quoque si descen-
derit, adest qui comprehendat sapientes in astutia sua. Item.
Vade, ait dominus, dic volucri isti, petat sibi signum in
excelsum supra. Habet enim volucris nidum: sed & si in cœ-
lum ascenderit, illic est qui superbis resistens propria cal-
cat virtute superborum & sublimium colla. Veruntamen dis-
simulat ille potestatis excelsæ seu incomprehensibilis pro-
funditatis sapientiæ quærere signum, & propterea signum E
B bonitatis & charitatis domui Dauid ipse dominus promit-
tit, vt quos nec potestas nec sapientia terruit, alliciat saltem
exhibitio charitatis. Potest tamen in eo quod ait in profun-
dum inferni, etiam charitas ipsa, qua maiorem nemo ha-
buit, vt in infernum quoque pro amicis moriendo descende-
ret, non immerito designari, vt præcipiatur Achaz vel in
excelsum regnantis expauescere maiestatem, vel descenden-
tis ad inferos amplecti charitatem. Molestus est ergo non
solum hominibus, sed etiam deo, quisquis nec maiestatem
cogitat in timore, nec charitatem cum amore meditatur.
Propter hoc, inquit, dabit dominus ipse vobis signum, in quo
Esa.7. manifeste & maiestas & charitas innotescat. Ecce virgo con-
cipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emma-
nuel, quod interpretatur nobiscum deus. Noli fugere Adam,
vbi supra. quia nobiscum deus. Ne timeas ô homo, nec audito dei no-
Ibidem. mine terrearis: quia nobiscum deus. Nobiscum carnis simi-
litudine, nobiscum vnitate. Propter nos venit tanquam
vnus ex nobis, similis nobis, passibilis. Denique butyrum,
inquit, & mel comedet. Ac si dicat, Paruulus erit, & vesce-
tur infantilibus alimentis. Vt sciat, inquit, reprobare malum,
& eligere bonum. Et iam hic bonum & malum audis, si-
cut in arbore vetita, sicut in ligno transgressionis. Sed mul-
to melius à primo Adam secundus iste partitur. Eligens enim
Psal. 108. C bonum, malum reprobat; non sicut ille, qui dilexit maledi-
ctionem, & venit ei: noluit benedictionem, & elongata
est ab eo. Nam & in eo quod præmisit, butyrum & mel
comedet, aduertere poteris paruuli huius electionem. Tan-
tum assit eius gratia, vt quod præstat, vtcunque sentire di-
gnè, & accommodate ad intelligendum proferre concedat.

Duo sunt in lacte ouis, butyrum, & caseus. Butyrum pin-
gue & humidum, caseus econtrà aridus & durus. Bene enim
paruulus noster eligere nouit: qui butyrum comedens, ca-
seum vtique non comedit. Quæ est enim ouis centesima,
Psal.118. quæ errauit, & in psalmo loquitur: Erraui sicut ouis quæ pe-
Matt.12. riit? Vtique genus humanum: quod benignissimus pastor
quærit, aliis sane nonaginta nouem ouibus in montibus dere-
lictis. In hac igitur oue duo reperies, naturam dulcem, na-
ram bonam, & bonam valde, tanquam butyrum: & peccati
corruptionem vt caseum. Vide ergo quàm optime puer no-
ster elegit, qui naturam nostram sine vlla peccati corruptio-
vbi supra. ne suscepit. Nam de peccatoribus legis, Coagulatum est si-
cut lac cor eorum. in quibus vtique lactis puritatem corru-
perat fermentũ malitiæ, coagulum iniquitatis. Sic & apis ha-
bet mellis dulcedinem, habet etiam aculei punctionem. Apis
verò est, quę pascitur inter lilia, quæ florigeram inhabitat pa-
triam angelorum. Vnde & ad ciuitatem Nazareth, quod in-
terpretatur flos, aduolauit, & ad suaueolentem perpetuæ
virginitatis florem aduenit, illi insedit, illi adhæsit. Huius
apis mel & aculeum non ignorat, qui misericordiam ei & iu-
Psal. 100. dicium cum propheta decantat. Attamen ad nos veniens,
solum mel attulit & non aculeum, id est misericordiam, &
non iudicium, ita vt suadentibus quandoque discipulis vt ci-
uitatem, quæ susciperc eum noluit, præciperet igne consu-
mi, responderit, filium hominis non venisse vt iudicaret, sed
vt saluaret mundum. Non habebat aculeum apis nostra: quo-
dammodo deposuerat illum, quando tanta indigna patiens,
misericordiam exhibebat, & non iudicium. Sed nolite spera-
re in iniquitate, nolite peccare in spe. Habet enim apis no-
stra quandoque assumere aculeum suum, & acriter nimis in-
figere illum in medullas hominum peccatorum. Quoniã pa- Ioan.5.
ter non iudicat quenquam, sed filio dedit omne iudicium.
Nunc autem paruulus nostet butyrum & mel comedit, quan-
do bonum naturæ humanæ, diuinæ miseri cordiæ sic vniuit in
semetipso, vt esset homo verus, & peccatum nõ habens: deus
misericors, & iudicium non exhibens. Ex his manifestum
iam arbitror, quænam sit virga de radice Iesse procedens, quis
verò flos super quem requieuit spiritus sanctus. Quoniam
virgo dei genitrix virga est, flos filius eius. Flos itaque filius
virginis, flos candidus & rubicundus, electus ex milibus. Flos
in quem prospicere desiderant angeli, flos ad cuius odorem Cant.1.
reuiuiscunt mortui: & sicut ipse testatur, flos campi est, & non
horti. Campus enim sine omni humano floret adminiculo, E
non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, non impin-
guatus fimo. Sic omnino, sic virginis aluus floruit, sic inuio-
lata, integra, & casta Mariæ viscera, tanquam pascua æterni
viroris florem protulere: cuius pulchritudo non videat cor-
ruptionem, cuius gloria in perpetuum non marcescat. O vir-
go virga sublimis, in quàm sublime verticem sanctum erigis,
vsque ad sedentem in throno, vsque ad dominum maiestatis.
Neque enim id mirum, quoniam in altum mittis radices hu-
militatis. O verè cœlestis planta, preciosior cunctis, sanctior
vniuersis. O verè lignum vitæ, quod solum fuit dignum por-
tare fructum salutis. Deprehensa est maligne serpens, versu-
tia tua, nudata est planè falsitas tua. Duo imposueras creato-
ri, m endacij & inuidiæ infamaueras eum: sed in vtroque con-
uictus es esse mentitus. Siquidem & ab initio moritur cui di-
xeras, Nequaquam morieris: & veritas domini manet in æ-
ternum. Sed & nunc responde si potes, quam ei arborem, Gene.3.
cuius arboris fructum inuidere potuit, qui ne hanc quidem Psal.116.
virgam electam & fructum sublimem negauit? Etenim qui
proprio filio non pepercit, quomodo non omnia simul cum Rom.8.
illo donauit? Sed iam aduertistis (ni fallor) quoniam virgo
regia ipsa est via per quam saluator aduenit, procedens ex ip-
sius vtero tanquam sponsus de thalamo suo. Tenentes ergo
viam quam priore (si meministis) cœpimus inuestigare ser-
mone, studeamus & nos dilectissimi ad ipsum per eam ascen-
dere, qui per ipsam ad nos descendit: per eam venire in gra-
tiam ipsius, qui per eam in nostram miseriam venit. Per te ac- F
cessum habeamus ad filium, ô benedicta inuentrix gratiæ, ge-
nitrix vitæ, mater salutis: vt per te nos suscipiat, qui per te da-
tus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam no-
stræ corruptionis, & humilitas deo grata nostræ veniam im-
petret vanitati. Copiosa charitas tua nostrorum cooperiat
multitudinem peccatorum, & fœcunditas gloriosa fœcundi-
tatem nobis conferat meritorum. Domina nostra, mediatrix
nostra, aduocatta nostra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos
commenda, tuo nos filio repræsenta. Fac ô benedicta per gra-
tiam quam inuenisti, per prærogatiuã quam meruisti, per mi-
sericordiam quam percepisti: vt qui te mediante fieri dignatus
est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ, te quoque inter-
cedente participes faciat nos gloriæ & beatitudinis suæ, Iesus
Christus filius tuus dominus noster, qui est super omnia deus
benedictus in secula, Amen.

De triplici domini aduentu, & de septem columnis, quas in nobis erigere debemus. Sermo tertius. Vnde supra.

IN aduentu domini quem celebramus, si personam ve-
nientis intueor, non capio excellentiam maiestatis. Si
attendo ad quos venerit, dignationis magnitudinem ex-
pauesco. Stupent certe angeli de nouo, videntes infra se,
quem supra semper adorant, manifeste iam & ascenden-
tes & descendentes ad filium hominis. Si considero pro-
pter quid venerit, amplector quoad possum inæstimabi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glem latitudinem charitatis. Si modum cogito, exaltationem agnosco humanæ conditionis. Venit siquidem vniuersitatis creator,& dominus, venit ad homines, venit propter homines, venit homo. Sed dicet aliquis: Quomodo venisse dicitur, qui semper vbique fuit? Erat quidem in mũdo,& mundus per
Ioan.1. ipsum factus est, sed mũdus eum nõ cognouit. Non ergo venit qui aberat, sed apparuit qui latebat. Vnde & humanam, in qua agnosceretur induit formam: qui nimirum in diuina
1.Tim.6 lucem habitat inaccessibilem. Nec sane inglorium maiestati apparere in propria similitudine sua, quam fecerat ab initio: nec indignum deo, à quibus in substantia sua non poterat agnosci, in imagine exhiberi: vt qui fecerat hominem ad imaginem & similitudinem suam, ipse hominibus innotesceret factus homo. Huius ergo aduentus tantæ maiestatis, tantæ humilitatis, tantæ charitatis, tantę etiam glorificationis nostræ, ab vniuersa ecclesia semel in anno solennis memoria celebratur. Sed vtinam ita semel ageretur, vt semper: id quippe dignius. Quantæ enim insaniæ, vt post tanti regis aduentum, aliis quibuslibet negotiis homines velint seu audeant occupari,& nõ magis, omissis omnibus, soli eius cultui vacent, nec in eius præsentia cuiusquam meminerint cæterorum. Sed non omnium est quod ait propheta: Memoriam
Psal. 144. abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. siquidem nec omnes
H hæc memoria pascit. Sane nemo quod non gustauit, sed neque quod tantũm gustauit eructat. Ructus quippe non nisi de plenitudine & satietate procedit. Propterea quocum seculatis est mens & vita, memoriam hanc etsi celebrant, non eructant: sine deuotione & affectione dies istos arida quadam consuetudine obseruantes. Denique quod damnabilius est, ipsa quoque inæstimabilis huius dignationis memoria datur in occasionem carnis, vt videas eos tanta sollicitudine diebus istis vestium gloriam, ciborum parare delicias, ac si hæc
Psal. 100. & huiusmodi quærat in natiuitate sua Christus, & ibi suscipiatur dignius, vt hæc accuratius exhibeantur. Sed ipsum audi dicentem: Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. quid tanta ambitione vestes paras in natale meum? Detestor ego superbiam, non amplector. Quid tanta solicitudine ciborum copias reponis in tempus illud? Damno ego carnis delicias, non accepto. Planè insatiabilis es corde tanta parans,& ex tam longo: nam corpori vtique & pauciora sufficerent, & quæ possent opportunius inueniri. Celebrans ergo aduentum meum, labiis me honoras, sed cor tuum longe est à me. Non me colis, sed deus tuus venter est, & gloria in confusione tibi. Infœlix omnino qui voluptatem
Psal. 143. corporis, & secularis colit gloriæ vanitatem. Beatus autem
Psal.36. populus cuius est dominus deus eius. Fratres nolite æmulari
I in malignantibus, neque zelaueritis facientes iniquitatem. Intelligite magis in nouissima eorum, & compatimini eis ex animo,& orate pro eis qui præoccupati sunt in delicto. Hæc enim faciunt miseri, quia ignorantiam dei habent. Nam si cognouissent, nunquam dominum gloriæ tanta aduersum se insania prouocarent. Nos autem dilectissimi excusationem de ignorantia non habemus. Planè nosti eum quisquis hic es: & si dixeris quia non noui eum, eris similis secularibus, mendax denique si eum non nosti, quis te huc adduxit, aut quomodo huc venisti? alioquin quando tibi persuaderi posset, charorum affectibns, corporis voluptatibus, seculi vanitatibus sponte abrenũciare,& iactare cogitatum tuum in domino, & omnem sollicitudinem in eum proiicere: de quo nihil bene, imò tam male conscientia teste merueras? Quis tibi, inquã, persuadere id posset, si nescires quia bonus dominus sperantibus in se, animæ quærenti ipsum, nisi cognouisses & tu quia suauis est dominus & mitis & multę misericordiæ,& verax? Hæc autẽ vnde nosti nisi quia non solùm ad te, sed etiã in te venit? Triplicem enim eius aduentum nouimus, ad homines, in homines, cõtra homines. Ad homines quidem indifferenter, non autem ita in homines aut contra homines. Sed quia primus & tertius noti sunt, vtpote manifesti, de se-
Ioan.14. cundo qui spiritualis & occultus est ipsum audi dicentem: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit,& pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,& mansionem apud eum faciemus, Beatus, apud quem mansionem facies domine Iesu. Beatus in quo sapientia ædificat sibi domum, excidens columnas septem. Beata anima quæ sedes est sapientiæ. Quænam est il- K
la? Anima vtique iusti. Merito planè, quia iustitia & iudiciũ *Psal.88.*
præparatio sedis tuæ. Quis in vobis est fratres, qui desiderat in anima sua sedem parare Christo? Ecce quænam illi serica, quæ tapetia, quod puluinar oporteat præparari. Iustitia, inquit,& iudicium præparatio sedis tuæ. Iustitia uirtus est quod suum est, vnicuique tribuẽs. Tribue ergo tribus quæ sua sunt. Redde superiori, redde inferiori, redde æquali, cuique quod debes,& digne, celebrãs aduentum Christi, parans ei in iustitia sedem suam. Redde, inquam, reuerentiam prælato & obedientiam, quarum altera cordis, altera corporis est. Nec enim sufficit exterius obtemperare maioribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Quod etsi tam manifeste innotuerit indigna prælati alicuius vita, vt nihil omnino dissimulationis, nihil excusationis admittat: propter eum tamen à quo est omnis potestas, ipsum quem modo talem nouimus, excelsum reputare debemus, non præsentibus personæ meritis, sed ordinationi diuinæ, & dignitati ipsius officij deferentes. Sic & fratribus nostris inter quos viuimus, ipso iure fraternitatis & societatis humanæ, consilij sumus & auxilij debitores. Hæc enim volumus vt & ipsi nobis impendant consilium, quo erudiatur ignorantia nostra, auxiliũ, quo iuuetur infirmitas nostra. Sed fortè erit inter vos qui tacitus
L respondeat dicens: Quod ego consilium dabo fratri, cui nec vnum quidem dicere verbum fas est absque licentia? Quod ei auxilium impendere est, cum nec minimum aliquid agere liceat absque obedientia? Ad quod ego: Non deerit certe quod facias, tantummodo charitas fraterna non desit. Nullum ego consilium melius arbitror quàm si exemplo tuo fratrem docere studeas, quæ oporteat, quæ non oporteat fieri, prouocans eum ad meliora, & consulens ei non verbo neque lingua, sed opere & veritate. An verò vtilius aut efficacius auxilium aliquod est, quàm vt ores deuotè pro eo, non dissimules redarguere culpas eius: vt nõ mõdo nullum ei offendiculum ponas, sed & sollicitus sis quãtum præuales, tanquã angelus pacis de regno dei scandala tollere, & occasiones scandalorum penitus dimouere: Si talem te fratri auxiliarium & consiliarium exhibes, reddis ei quod debes, nec habet vnde causetur. Porrò si cui forte prælatus es, huic sine dubio teneris debitor sollicitudinis amplioris. Exigit à te & ipse custodiam & disciplinam: Custodiam quidem, vt possit cauere peccatũ: Disciplinam verò, vt quod minus cauit, minime maneat impunitum. Quod etsi nemini fratrum præesse videris, habes tamen sub te cui custodiam hanc & disciplinam oporteat exhiberi. Dico autem corpus tuum, quod sine dubio regendum accepit spiritus tuus. Debes ei custodiam, vt non regnet in eo peccatum, nec membra tua arma fiant iniquitati.
M Debes & disciplinam, vt dignos faciat pœnitentiæ fructus, castigatum, & subditum seruituti. Longè tamen grauiori & periculosiori debito tenentur adstricti, qui pro multis animabus reddituri sunt rationem. Quid ego infœlix, quò me vertam, si tantum thesaurum, si preciosum depositum istud, quod sibi Christus sanguine proprio preciosius iudicauit, contigerit negligentius custodire? Si stillantem in cruce domini sanguinem collegissem, essẽtque repositus penes me in vase vitreo, quod & portari sæpius oporteret, quid animi habiturus essem in discrimine tanto? Et certe id seruandum accepi, pro quo mercator non insipiens (ipsa vtique sapientia) sanguinem illum dedit. Sed & habeo thesaurum istum in vasis fictilibus,& quibus multo plura quàm vitreis imminere pericula videantur. Accedit sanè ad sollicitudinis cumulum, & pondus timoris, quòd cum & meam & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutra mihi satis est nota. Vtraque abyssus est imperscrutabilis, vtraque mihi nox est, & nihilominus exigitur à me vtriusque custodia,& clamatur: Custos qui de nocte, custos qui de nocte. Non est mihi di- *Esa.20.*
cere cum Cain: Nunquid custos fratris mei sum ego? sed est *Gen.4.*
fateri humiliter cum propheta: Quia nisi dominus custodie- *Psal. 126*
rit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. In eo tamen excusabilis ego videor, si, vt prædixi, debitam exhibeo custodiam pariter & disciplinã. Quod si propria quoque quatuor non defuerint: dico autem erga prælatos reuerentiam & obedientiam, consilium,& auxilium erga fratres: quod ad iustitiam

Atiam pertinet, non imparatam sedem inueniet sapientia.
Et fortassis hæ videantur sex columnæ, quas excidit in ipsa domo quam ædificauit sibi,& septima quoque quærenda est, si forte & eam nobis notam facere ipsa dignetur. Quid vero prohibet sicut sex in iustitia, septimam quoque intelli-
Psal.87. gi in iudicio? Neque enim iustitia sola, sed iustitia, inquit, & iudicium præparatio sedis tuę. Deniq; si prælatis & æqualibus & inferioribus reddimus quod oporet, nihilne accipiet deus? At ei planè quod debet retribuere nemo potest, quòd tam cõpiosè accumulauerit super nos misericordiã suam, quòd tam multa deliquerimus ei, quòd tã fragiles & nihili simus, quòd tam plenus & sufficiẽs ille sibi,& bonorum omnium nostrorum non egens. Audiui tamen dicentem eum, cui incerta &
Psal.98. occulta sapientiæ suæ reuelauerat, quia Honor regis iudicium diligit. Nihil quod in se est à nobis exigit amplius, tantùm dicamus iniquitates nostras, & iustificabit nos gratis, vt gratia commendetur. Diligit enim animam quæ in conspectu eius & sine intermissione considerat, & sine simulatione diiudicat semetipsam. Idque iudicium non nisi propter nos à nobis exigit, quia si nosmetipsos iudicauerimus, non vtique iudicabimur. Propterea sapiens veretur omnia opera sua, scrutatur, discutit,& diiudicat vniuersa. Honorat quippe veritatem: qui & se & sua omnia in eo statu quo veritas habet,& agnoscit veraciter, & humiliter confitetur. Audi de-
B nique manifestius à te iudicium exigi post iustitiam. Cum fe-
Luc.17. ceritis, inquit, omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus. Hæc planè quo ad hominem est digna sedis præparatio domino maiestatis: vt & iustitiæ mandata studeat obseruare,& super indignum sese & inutilem arbitretur.

In aduentu domini de duplici aduentu, & pennis deargentatis. Sermo quartus.

DIgnum est fratres, vt tota deuotione domini celebretis aduentum, delectati tanta consolatione, stupefacti tanta dignatione, inflammati tanta dilectione. Nec verò solum cogitetis aduentum quo venit quærere & saluum facere quod perierat: sed & illum nihilo minus quo veniet & assumet nos ad seipsum. Vtinam circa hos duos aduentus iugi meditatione versemini, ruminãtes in cordibus vestris quantum in priore præstiterit, quantum promiserit in secundo. Vtinam certè
Cant.2. dormiatis inter medios cleros. Hæc sunt enim duo brachia sponsi, inter quæ sponsa dormiens aiebat: Læua eius sub capite meo,& dextera eius amplexabitur me. Nam in sinistra
Prou.3. quidem eius (sicut alibi legimus) diuitiæ & gloria: in dextera longiturnitas vitæ. In sinistra eius, inquit, diuitiæ & gloria. Filij Adam genus auarum & ambitiosum audite. Quid vobis cum terrenis diuitiis & gloria temporali, quæ nec veræ
C nec vestrę sunt? Aurum & argentum nónne terra est rubra & alba, quam solus hominum error facit (aut magis reputat) preciosam? Denique si vestra sunt hęc, tollite ea vobiscum. Sed homo cum interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius. Veræ ergo diuitiæ non opes sunt,
2.Cor.1. sed virtutes: quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat. De gloria quoque dicit Apostolus: Gloria nostra
Rom.8. hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Hæc est vtique vera gloria, quæ est à spiritu veritatis. Ipse enim spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quòd filij dei sumus.
Psal.61. Gloria verò quam ab inuicem accipiunt qui gloriam quæ est à solo deo, non requirunt, vana est. Quoniam vani filij hominum. Insipiens tu, qui merces congregas in saccum pertusum: qui thesaurum tuum alieno in ore constituis: ignoras quod arca ista non clauditur, nec feras habet? Quanto melius sapiunt, qui thesaurum suum ipsi sibi seruant, aliis non committunt? Verùm nunquid semper seruabunt? Nunquid semper absondent? Veniet cum manifesta erunt absẽdita cordis: quæ verò fuerint ostentata, non comparebunt. Hinc est quòd veniente domino fatuarum virginum lam-
Matt.25. pades extinguuntur: & qui receperunt mercedẽ suam, à domino nescĩuntur. Propterea dico vobis charissimi: vtile est abscondere magis quàm ostentare, si quid habemus boni: sicut & mendici cum eleemosynam petunt, non preciosas vestes ostendunt, sed seminuda membra, vt vlcera si habuerint,
Luc.18. vt citius ad misericordiam videntis animus inclinetur. Quam regulam publicanus ille seruauit multo melius Phatisæo, & D
ideo descendit iustificatus ab illo, id est præ illo. Tempus est fratres, vt iudicium incipiat à domo dei. Quis finis eorum qui non obediunt Euangelio? Quod iudicium his qui in hoc iudicio non resurgunt? Quicunque enim iudicari dissimulant eo iudicio quod nunc est, in quo princeps huius mundi eiicitur foras: iudicem expectent, vel magis timeant, à quo cum ipso principe suo foras eiicientur & ipsi. Nos autem si perfecte iudicamur nunc, securi saluatorem expectemus dominum nostrum Iesum Christum: qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Tunc fulgebunt iusti, ita vt videri possint docti pariter & indocti, fulgebunt enim sicut Sol in regno patris eorum. Erit autem claritas solis septempliciter, id est sicut lux septem dierum. Aduenies enim saluator reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ: si tamen prius fuerit cor reformatum, & configuratum humilitati cordis ipsius. Propter
Matt.11. quod & dicebat: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Considera sanè in his verbis quoniam humilitas duplex est: altera cognitionis, altera affectionis, quæ hic dicitur cordis. Priore cognoscimus quòd nihil sumus: & hanc discimus à nobis ipsis, & ab infirmitate propria, posteriore calca-
Philip.2. mus gloriam mundi: & hanc ab illo discimus, qui exinaniuit semetipsum formam serui accipiens: qui etiam quæsitus in regnum, fugit: quæsitus ad tanta probra & ignominiosum supplicium crucis, sponte obtulit semetipsum. Sint ergo, si dor- E
mire volumus inter medios cleros, id est duos aduentus, pennæ nostræ deargentatæ: vt illam scilicet virtutum formam teneamus, quam verbo & exemplo commendauit Christus præsens in carne. In argento siquidem non incongruè intelligitur humanitas eius, sicut in auro diuinitas. Omnis itaque virtus nostra tam longe est à vera virtute, quàm longè est ab ea forma: & omnis penna nostra ad nihilum valet, si non fuerit deargentata. Magna quædam penna est pauper-
tatis, qua tam cito volatur in regnum cœlorum. Nam in aliis virtutibus quæ sequuntur, promissio futuro tempore indicatur: paupertati non tam promittitur, quàm datur: vn- *Matt.5.*
de & præsenti tempore enunciatum est, Quoniam ipsorum est regnum cœlorum: cum in cæteris dicatur, Hæreditabunt, consolabuntur, & similia. Videmus autem pauperes aliquos, qui si veram haberent paupertatem, non adeò pusillanimes inuenirentur & tristes, vtpote reges, & reges cœli. Sed hi sunt qui pauperes esse volunt, eo tamen pacto, vt nihil eis desit: & sic diligunt paupertatem vt nullam inopiam patiantur. Sunt & alij mites, sed quandiu nihil dicitur vel agitur nisi pro eorum arbitrio: patebit autem quàm longe sint à vera mãsuetudine, si leuis oriatur occasio. Hæc mansuetudo quomodo hæreditabit, quæ ante hæreditatem deficit? Alios quoque lutam facilè illico soluerentur in risum. Nunc autem cum abun- F
dantius ociosa verba & scurrilia profluant quàm prius lachrymæ: lachrymas huiusmodi de his esse non arbitror, quibus cõlè consolatio vilis admittitur. Alij tam vehementer contra aliorum delicta zelantur, vt videri possent esurire & sitire iusti- *Deute.25.*
am, si esset apud eos de suis quoque peccatis idem iudicium: sed nunc pondus &pondus vtrunq; abominatio est apud deũ. Nam contra alios tam impudenter quàm inaniter æstuant: seipsos tam insipienter quàm inutiliter palpant. Sunt alij miseri cordes de his quæ ad ipsos non pertinent, qui scandalizantur si non datur omnibus abundanter, sic tamen, vt ipsi ne in modico quidem grauentur, qui si misericordes essent, de suo fastantia, de voluntate bona darent his qui fortè contra eos peccare viderentur, indulgentiam: darent dulce signum, verbum bonum: quod est super datum optimum: vt eorum mentes ad pœnitentiam prouocarent. Denique & his, & omnibus quos in peccato esse cognoscerent, compassionem impenderent, & orationem. Alioquin misericordia eorum nulla est, & misericordiam consequuntur nullam. Item sunt qui peccata sua sic confitentur, vt videri possent ex desiderio mundandi cordis id agere (omnia enim in confessione lauantur) nisi quòd ea quæ ipsi sponte dicunt aliis, ab aliis pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tienter audire non possunt . qui si vere mundari desiderarent, vt videntur,non irritarentur, sed haberent eis gratiam, qui suas illis maculas demonstrarent. Sunt & alij qui si viderint quempiam vel leuiter scandalizatum , vnde solliciti sunt quomodo eum in pace reducere possint:& viderentur pacifici,nisi quòd eorum commotio si forte quicquam contra eos factum dictúmve videbitur, tardius vniuersis poterit difficiliúsque sedari . qui nimirum si verè pacem diligerent, haud dubium quin eam quærerent sibiipsis. Deargentemus ergo pennas nostras in Christi conuersatione,sicut & martyres sancti lauerunt stolas suas in eius passione.Imitemur,quoad possumus eum qui sic dilexit paupertatem,vt quãuis in eius manu essent fines terræ,tamen non habuit vbi caput reclinaret: ita vt discipulos adhærentes ei legamus fame compulsos spicas manibus confricasse,cum per sata transirent: quique tanquam ouis ad occisionem ductus est:& sicut agnus corã tondente se obmutuit,& nõ aperuit os suum:quem & super Lazarum & super ciuitatẽ fleuisse , & in orationibus pernoctasse legimus: risisse verò aut iocatũ nusquã: qui sic esuriuit iustitiam , vt cum propria non haberet , tantam pro peccatis nostris à seipso exegit satisfactionem. Vnde in cruce nihil aliud quàm iustitiam sitiebat:qui pro inimicis mori non dubitauit , & orauit pro crucifixoribus suis:qui peccatum non fe-
H cit : & imposita sibi ab aliis patienter audiuit, qui pro reconciliandis sibi peccatoribus tanta sustinuit.

De medio aduentu, & triplici innouatione. Sermo quintus vnde supra.

DIximus nuper , his,qui deargẽtauerunt pennas suas, dormiendum inter medios cleros,duos significantes aduentus:sed vbi sit dormiendum,non diximus. Tertius enim quidam aduentus est medius inter illos : in quo delectabiliter dormiunt,qui eum norunt. Illi enim duo manifesti sunt , sed non iste. In priore quidem in terris visus, & cum hominibus conuersatus est:quando(sicut ipse testatur)& viderunt , & oderunt.In posteriore vero videbit omnis caro salutare dei nostri.Et videbunt in quem transfixerunt. Medius occultus est, in quo soli eum in seipsis vident electi , & saluæ fiunt animæ eorum. In primo ergo venit in carne & infirmitate , in hoc medio in spiritu & virtute, in vltimo in gloria & maiestate. Per virtutem enim peruenitur ad gloriam:quia dominus virtutum ipse est rex gloriæ.Et item alibi ait idem propheta : Vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Aduentus siquidem iste medius, via quædam est per quam à primo veniatur ad vltimum. In primo Christus fuit redemptio nostra, in vltimo apparebit vita nostra. In isto vt dormiamus inter medios cleros,requies est & consolatio nostra. Sed ne cui forte
I inuentitia videantur quæ de hoc aduentu medio dicimus, ipsum audite:Si quis diligit me, inquit , sermones meos seruabit:& pater meus diliget eum : & ad eum veniemus.Sed quid est, si quis diligit me, sermones meos seruabit? Legi enim alibi: Qui timet deum,faciet bona, sed plus aliquid dictum sentio de diligente,quia sermones dei seruabit. Vbi ergo seruandi sunt?Haud dubiũ quin in corde,sicut ait propheta: In corde meo abscondi eloquia tua , vt non peccem tibi. Sed quomodo in corde seruandi? An sufficit sola eos seruare memoria? At verò sic seruanti dicet Apostolus : Quoniã scientia inflat.Deniq; & memoriã facilè delet obliuio. Sic serua sermonem dei, quomodo melius seruare potes cibum corporis tui. Nam & ille panis viuus est,& cibus mẽtis. Panis terrenus dũ in arca est,potest à fure tolli,potest à mure corrodi,potest vetustate corrumpi.Vbi verò comederis illum , quid horum timeas ? Hoc modo custodi verbum dei. Beati qui custodiunt illud. Ergo traiiciatur in viscera quædam animæ tuæ:transeat in affectiones tuas,& in mores tuos.Comede bonum, & delectabitur in crassitudine anima tua. Ne obliuiscaris comedere panem tuum , ne exaresçat cor tuum , sed adipe & pinguedine repleatur anima tua. Si sic verbum dei seruaueris, haud dubium quin ab eo serueris . Veniet enim filius ad de eũ patre,veniet propheta magnus qui renouabit Hierusalem, & ille noua faciet omnia. Hoc enim facit hic aduentus , vt sicut portauimus imaginem terreni,sic portemus & imaginem cœlestis.Sicut fuit vetus Adam effusus per totum hominem , & totum occupauit:ita modo totum obtineat Christus, qui totum creauit,totum redemit,totum & glorificabit,quique to- K
tum hominem saluũ fecit in sabbato. Erat in nobis aliquando vetus homo,præuaricator ille erat in nobis , tam in manu quàm in ore & in corde.In manu dupliciter,per facinus & flagitium.In ore similiter per arrogantiam & detractionem . In corde quoque per desideria carnis,& desideria gloriæ temporalis.Nunc autem si qua noua creatura in ipso,vetera transierunt,& contra facinus in manu,innocentia:contra flagitium, continentia est. In ore contra arrogantiam , verbum confessionis : contra detractionem , verbum ædificationis , vt recedant vetera de ore nostro. In corde vero contra carnis desideria,charitas,humilitas contra gloriam temporalem. Et vide si non in his tribus Christum dei verbum recipiant singuli electorum , quibus dictum est : Pone me signaculum super *Cant.8.* brachium tuum : signum super cor tuum. Et alibi, Prope est *Rom.10.* verbum in ore tuo,& in corde tuo.

De triplici aduentu, & carnis resurrectione, Sermo sextus,vnde supra.

VOlo vos fratres non ignorare tempus visitationis vestrę, sed ne illud quidẽ quid hoc tempore visitetur in vobis. Animabus enim hoc tẽpus est nõ corporibus assignatũ, q̃ videlicet longè dignior anima corpore,priorẽ sibi sollicitudinẽ naturali vẽdicet dignitate. Sed & prior reparãda est,quã constat corruisse priorẽ.Anima siquidẽ corrupta in culpã,fecit vt L
corpus quoq; corrũperetur in pœnã. Deniq; si Christi mẽbra volumus inueniri,sequẽdũ nobis est sine dubio caput nostrũ: vt videlicet prima nobis reparandarũ sit sollicitudo animarũ, pro quibus ipse iam venit,& quarũ prius mederi studuit corruptioni.Corporis verò curã illi tẽpori magis reseruemus, & differamus in illũ diẽ,quo reformandi corporis gratia est vẽturus,sicut meminit apostolus dicens: Saluatorẽ expectamus *Philip.3.* dominũ nostrũ Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ. In priore siquidem aduentu tanquã præco , vel magis verè præco ipsius *Ioan. 1.* Ioãnes Baptista clamat:Ecce, inquit, agnus dei:ecce qui tollit peccata mundi . Non dicit morbos corporis , non molestias carnis,sed peccatũ,quod est morbus animæ,& corruptio mẽtis.Ecce qui tollit peccata mundi.Vnde?Vtiq; à manu,ab oculo,à collo,demũ etiã à carne ipsa,cui altius infixum est.Tollit peccatum è manibus,cõmissa peccata delens: tollit ab oculo, purgans cordis intentionem:tollit à collo , violentam remouens dominationem:sicut scriptum est : Sceptrum exactoris *Esa.9.* eius superasti sicut in die Madian.Itémque,Computrescet iu- *Esa.10.* gum à facie olei.Et apostolus loquitur dicens: Vt non regnet *Rom.6.* peccatum in vestro mortali corpore. Siquidẽ alio in loco ait *Rom.7.* idẽ apostolus:Scio,inquit, quòd non est in me bonũ , hoc est M
in carne mea . Et alibi : Infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?Sciebat nimirum non prius liberandum se esse à pessima illa radice quę carni infixa est,à lege peccati quæ est in membris nostris,donec & ab ipso corpore solueretur:vnde & cupiebat dissolui, & cum Christo esse, sciens *Philip.1.* quòd peccatum separans inter nos & deũ,penitus auferri nõ poterit,donec liberemur à corpore. Audistis de quodã quem *Marc.9.* dominus curauit à dæmonio , quoniam collidens & multum discerpens eum dæmon exiuit ab illo. Itaque dico vobis,genus illud peccati quod totiens conturbat nos(concupiscẽtias loquor & desideria mala) reprimi quidẽ debet & potest per *Rom.6.* gaatiam dei,vt nõ regnet in nobis,nec demus membra nostra arma iniquitatis peccato , & sic nulla dãnatio est his qui sunt in Christo Iesu:sed non eiicitur nisi in morte: quando sic discerpimur,vt anima seperetur à corpore.Habes ad quid venerit Christus,& cui intendere debeat Christianus. Propterea noli, ô corpus,noli præripere tempora : potes enim impedire animæ tuæ salutẽ, tuam ipsius operari non potes. Omnia *Eccl. 3.* tẽpus habent. Patere vt nũc anima pro se laboret, magis autẽ *2.Tim.2.* etiam collabora ei, quoniam si compateris , & conregnabis. Quantũ eius impedis reparationem , tantum impedis tuam: quòd nimirum ante reparari non poteris , donec suam in ea deus imaginem videat reformatam. Nobilem hospitem habes ô caro,nobilem valde,& tota salus tua pendet de eius salute.Da honorem hospiti tanto.Tu quidem habitas in regione tua : anima verò peregrina & exul apud te est hospitata. Quæso te,quis rusticus,si forte nobilis & præpotens quispiã

apud

A apud eum voluerit hospitari, non libenter in angulo domus suæ,aut sub gradibus suis,vel in ipsis cineribus accubabit, cedens hospiti suo locum(sicut dignum est)potiorem? Et tu ergo fac similiter . Iniurias vel molestias tuas ne reputaueris: tantum vt hospes tuus honorifice possit apud te demorari. Honor tibi est vt pro eo interim te exhibeas inhonorum. Ac ne fortè despicias aut patuipendas hospitem tuum pro eo quòd peregrinus tibi videtur & aduena : diligenter attende quid hospitis huius tibi præsentia largiatur. Ipse enim est qui tribuit oculis visum:auditum auribus præstat:ipse est qui linguæ vocem,palato gustum , motum membris omnibus submministrat. Si quid vitæ,si quid sensus , si quid in te decoris est, huius hospitis beneficium recognosce,Denique discessus eius probat,quid præsentia conferebat. Protinus enim anima discedente,lingua silebit:oculi nihil videbunt : obsurdescent aures:corpus omne rigebit:facies expalleſcet. In breui quoque totum cadauer putidum simul & putridũ fiet,& decor omnis in saniem conuertetur. Vt quid ergo pro temporali qualibet
B delectatione contristas & lædis hospitem istum , quam nec sentire quidem vllo modo poteras nisi per ipsum ? Ad hæc si tantum tibi confert exul, & inimicitiarum causa à facie domini sui eiectus,quantum tibi præstabit reconciliatus?Noli ô corpus, noli impedire reconciliationem illam: quoniam grãdis tibi exinde gloria paratur. Patienter , imò & libenter temetipsum expone ad omnia , nihil dissimules quod huic videatur reconciliationi posse prodesse. Dic hospiti tuo : Quia *Gen.40.* recordabitur dominus tui , & restituet te in gradum priſtinum, & tu memento mei . Omnino enim memor erit tui in bonum,si bene seruieris illi: & cum peruenerit ad dominum suum,suggeret ei de te,& loquetur bonum pro bono hospite, dicens:Cum in vltionem culpæ suæ exularet seruus tuus,pauper quidam apud quem hospitatus sum,fecit mecum misericordiam,& vtinam retribuat pro me dominus meus. Primò siquidem omnia sua,dehinc etiam semetipsum exposuit vtilitatibus meis, non parcens sibi propter me , in ieiuniis multis, in laboribus frequenter,in vigiliis supra modum , in fame &
Psal. 144. & siti etiam , in frigore & nuditate. Quid igitur?Profecto nõ mentitur scriptura,quæ dicit : Voluntatem timentium se faciet,& deprecationem eorum exaudiet. O si forte gustare dulcedinem hanc , si forte gloriam istam valeas æstimare! Mira enim dicturus sum:sed tamen vera, & omnino indubitata fidelibus. Ipse dominus sabaoth , dominus virtutum , & rex gloriæ,ipse descendet ad reformanda corpora nostra, & configuranda corpori claritatis suæ. Quãta erit illa gloria, quàm ineffabilis exultatio,quando creator vniuersitatis , qui pro animabus iustificandis humilis antè venerat & occultus , pro
C te glorificanda,ô misera caro , sublimis veniet & manifestus: non iam in infirmitate, sed in gloria & maiestate sua? Quis cogitabit diem aduentus illius , quando descendet cum plenitudine luminis,præcurrentibus angelis , & tubæ concentu excitantibus de puluere corpus inops , & rapientibus illud obuiam Christo in aëra? Quousque igitur caro misera , insipiens,cæca, demens & prorsus insana caro transitorias & caducas quærit consolationes,imò desolationes, si fortè cõtingat repelli, & indignam iudicari hac gloria, magis autem nihilo minus ineffabili in æternum excruciari pœna?Nõ sic obsecro fratres mei,non sic : quinimo delectetur in huiusmodi meditationibus anima nostra:quinetiã caro nostra requiescat in spe,saluatorẽ expectans dominũ nostrũ Iesum Christũ,qui reformabit illam configuratã corpori claritatis suæ. Sic enim
Psal.62. ait propheta:Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea! Desiderabat quidem anima prophetalis aduentum priorem, quo se nouerat redimendam : sed multo amplius caro desiderabat aduentum posteriorẽ, & glorificationẽ suã. Tunc enim implebuntur desideria nostra , & plena erit maiestate domini omnis terra. Ad quam gloriam,ad quam beatitudinem,ad quã denique pacem , quæ exuperat omnem sensum,ipse sua nos misericordia perducat, nec cõfundat nos ab expectatione nostra, saluator quem expectamus , Iesus Christus dominus noster , qui est super omnia benedict⁹ in secula.

De triplici vtilitate aduentus domini. Sermo VII.

SI deuote celebramus aduentum domini , id facimus quod oportet. Siquidem non modo ad nos , sed propter nos
D venit,qui bonorum nostrorum non eget . Verùm nostræ quidem indigentiæ quãtitatem manifestius ipsa dignationis eius indicat magnitudo.Nec modò periculum ægritudinis ex ipso precio medicaminis innotescit : sed & valetudinum numerus ex multitudine remediorum. Vt quid enim diuisiones gratiarum sunt,si non videtur necessitatum vlla diuersitas?Et quidẽ difficile est vniuersas vno sermone prosequi indigentias quas experimur : sed occurrunt mihi interim tres communes omnibus,& quodammodo principales. Nemo enim reperitur in nobis , qui non interim & consilij & auxilij & præsidij indigus videatur . Nimirum generalis est humano generi miseria triplex:& quotquot degimus in regione vmbræ mortis,in infirmitate corporis,in loco tentationis,si diligẽter aduertimus, triplici hoc incommodo miserabiliter laboramus.Nam & faciles sumus ad seducendum,& debiles ad operandum, & fragiles ad resistendum . Si discernere volumus inter bonum & malum , decipimur : si tentamus facere bonum , deficimus: si conamur resistere malo,deiicimur & superamur. Necessarius proinde saluatoris aduentus : necessaria sic præoccupatis hominibus præsentia Christi. Atque vtinam sic veniat,vt copiosissima dignatione sua & in nobis per fidem habitans illuminet cęcitatem nostram,& nobiscum manens adiuuet infirmitatem nostram,& pro nobis stãs fragilitatem nostram protegat & propugnet.Si enim ille in nobis,quis iam decipiat nos? *Rom.8.* E
Si ille nobiscum,quid de cætero non possumus in eo qui confortat nos?Si ille pro nobis,quis contra nos ? Fidelis consiliarius est,qui neque falli omnino nec fallere queat , fortis auxiliarius,qui non lasseſcat,patronus efficax , qui & ipsum Satanam sub pedibus nostris velociter cõterat, & omnia eius machinamenta confringat.Nimirũ ipse est dei sapientia,cui semper in promptu sit instruere ignorantes:ipse dei virtus,cui facile sit & deficientes reficere,& eripere periclitates . Ad hunc ergo tantum eruditorem fratres mei in omni deliberatione curramus:hunc tam strenuum adiutorem in omni operatione inuocemus:huic tam fido propugnatori in omni colluctatione committamus animas nostras : qui ad hoc ipsum venit in mundum,vt habitans in hominibus,cum hominibus pro hominibus, & tenebras nostras illuminaret , labores leuaret, & pericula propulsaret.

Præfatio beati Bernardi abbatis in sequentes Homilias.

SCribere me aliquid & deuotio iubet, & prohibet occupatio. Veruntamen quia præpedĩte corporali molestia,fratrum ad præsens non ualeo sectari cõuentum: id tantillum ocij quod uel mihi de somno fraudans in noctibus intercipere sinor,nõ sinam ociosum.Libet ergo tentare id potissimũ aggredi,quod sæpe animum pulsauit: loqui uidelicet aliquid in laudibus Virginis matris, super illa lectione euangelica in qua(Luca referente)domi- Luc.1. F
nicæ annunciationis continetur historia. Ad quod sanè opus faciendum etsi nulla fratrum (quorum me profectibus deseruire necesse est) uel necessitas urgeat, uel utilitas moneat: dum tamẽ ex hoc non impediar,quo ad quæque ipsorum necessaria minus paratus inueniar, non arbitror eos debere grauari,si propriæ satisfacio deuotioni.

D. Bernardi abbatis homilia prima in laudibus virginis matris.

MIssus est angelus Gabriel à deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth,ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph,de domo Dauid: & nomen virginis Maria.)Quid sibi voluit euangelista tot propria nomina rerũ in hoc loco tam signãter exprimere?Credo quia noluit nos negligenter audire,quod tam diligenter studuit enarrare . Nominat siquidem nuncium qui mittitur,dominum à quo mittitur , virginẽ ad quam mittitur, sponsum quoq; virginis:amborúmq; genus,ciuitatẽ,ac regionem propriis designat nominibus . Vt quid hoc? Putásne aliquid horum superuacuè positũ sit?Nequaquã.Si enim nec fo- *Luc.1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lium de arbore sine causa, nec vnus ex passeribus sine patre
Matt.10. cœlesti cadit super terram: putem ego de ore sancti euangelistæ superfluum diffluere verbum, præsertim in sacra historia verbi? Non puto. Plena quippe sunt omnia supernis mysteriis, ac cœlesti singula dulcedine redundantia: si tamen diligentem habeant inspectorem, qui nouerit sugere mel de petra oleúmque de saxo durissimo. Nempe in illa die stillarunt
Ioel.3. montes dulcedinem, colles fluxerunt lac & mel, quando ro-
Esa.45. rantibus cœlis desuper, nubibúsque pluentibus iustum, aper-
Psal.84. ta est terra læta germinans saluatorem: quando domino dante benignitatem, & terra nostra reddente fructum suum, super illum montem montium, montem coagulatum & pinguem, misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax se osculatæ sunt. Illo quoque in tempore vnus iste inter cæteros montes non modicus, beatus videlicet euangelista, dum desideratum nobis nostræ salutis exordium suo mellifluo commendauit eloquio, veluti perflante austro, atque è vicino sole radiante iustitiæ, quædam ex eo spiritualia fluxe-
Psal. 147. runt aromata. Vtinam & nunc deus emittat verbum suum, & liquefaciat ea nobis, perflet spiritus eius, & fiant nobis intelligibilia verba euangelica: fiant in cordibus nostris desiderabilia super aurum & lapidem precio sum multum, siátque dulciora super mel & fauum. Ait itaque: Missus est angelus Ga-
H briel à deo. Non arbitror hunc angelú de minoribus esse, qui qualibet ex causa crebra soleant ad terras fungi legatione: quod & ex eius nomine palàm intelligi datur, quod interpretatum fortitudo dei dicitur: & quia non ab alio aliquo fortè excellentiore se (vt assolet) spiritu, sed ab ipso deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo positum est, à deo: vel ideo dictum est à deo, ne cui vel beatorum spirituum suum deus antequam virgini reuelasse putetur consilium, excepto duntaxat archangelo Gabriele, qui vtique tantæ inter suos inueniri potuerit excellentiæ, vt tali & nomine dignus haberetur, & nuncio. Nec discordat nomen à nuncio. Dei quippe virtutem Christum, quem melius nunciare decebat, quàm hunc, quem simile nomen honorat? Nam quid est aliud fortitudo, quàm virtus? Non autem dedecens aut incongruum videatur, dominũ & nuncium communi censeri vocabulo: cum similis in vtroque appellationis, nõ sit tamen vtriusque similis causa. Aliter quippe Christus fortitudo vel virtus dei dicitur, aliter angelus. Angelus enim tantùm nuncupatiuè, Christus autẽ etiam
1.Cor.1. subsantiuè. Christus dei virtus & dicitur & est, quæ forti armato (qui suum atrium in pace custodire solebat) fortior superueniens, ipsum suo brachio debellauit: & sic ei vasa captiuitatis potenter eripuit. Angelus verò fortitudo dei appellatus est, vel quòd huiusce modi meruerit prærogatiuam officij,
I quo eiusdem nunciaret aduentum virtutis: vel quia virginem natura pauidã, simplicẽ, verecundam, de miraculi nouitate ne expauesceret, confortare deberet. quod & fecit, Ne ti-
Luc.22. meas, inquiens, Maria. inuenisti gratiam apud deum. Sed &
Matt.1. ipsius spõsum hominem vtique nihilo minus humilem ac timoratum, nõ irrationabiliter forsitan idem angelus cõfortasse creditur, quanquam tunc ab euangelista nõ nominetur. Ioseph, inquit, fili Dauid, ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. Conuenienter itaque Gabriel ad hoc opus eligitur: imò quia tale illi negocium iniungitur, rectè tali nomine de-
Ioan.1. signatur. Missus est ergo angelus Gabriel à deo: quò? In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth. Videamus si, vt ait Nathanael, à Nazareth potest aliquid boni esse. Nazareth interpretatur flos. Videtur autem mihi quoddam semen fuisse diuinæ cogitationis táquam è cœlo iactatũ in terras, allocutiones & promissiones factæ cœlitus ad patres, Abraham scili-
Esa.1. cet, Isaac & Iacob, de quo semine scriptum est: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus: & quasi Gomorra similes essemus. Floruit autem hoc semen in mirabilibus quæ ostensa sunt in exitu Israël de AEgypto, in figuris & ænigmatibus per totum iter in deserto vsque in terram promissionis, & deinceps in visionibus & vaticiniis prophetarum, in ordinatione quoque regni ac sacerdotij vsque ad Christum. Christus autem huius seminis & horũ florum non immeritò fructus esse intelligitur: dicente Dauid,
Psal. 48. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum
Psal. 131. suum. Et iterum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. In Nazareth ergo nunciatur Christus nasciturus: quia K in flore speratur fructus processurus. Sed prodeunte fructu flos decidit, quia veritate apparente in carne, figura pertransiit. Vnde & Nazareth ciuitas Galilææ dicitur, id est, transmigrationis: quia nascente Christo, omnia illa transierunt quæ superius enumeraui, quæ, vt ait apostolus, in figura continge- 1. Cor. 10.
bant illis. Hos ergo flores & nos qui iam fructũ tenemus, pertransisse videmus: & dum adhuc florere videbantur, transiturí præuidebantur. Vnde Dauid: Mane sicut herba transeat, Psal.89.
mane floreat & transeat: vespere decidat, induret & arescat. Vespere etenim, id est quando venit plenitudo temporis in Galat.4.
quo misit deus vnigenitum suum factum ex muliere, factum sub lege, dicente ipso, Ecce noua facio omnia: vetera transie- Esa.3.
runt & disparuerunt, quomodo in nouitate succrescentis fructus flores decidunt & arescunt. Vnde rursus scriptum est: Esa.40.
Fœnum aruit, & flos decidit: verbũ autem domini manet in Psal. 75.
æternum. Credo non Ambigis quin verbum fructus sit: verbum autem Christus est. Bonus itaque fructus Christus, qui manet in æternum. Sed vbi est fœnum quod aruit? vbi est flos qui decidit? Propheta respondeat: Omnis caro fœnum: & o- Esa.40.
mnis gloria eius tanquam flos fœni. Si omnis caro fœnũ: ergo carnalis ille populus Iudæorum fœnum fuit. An non fœnum aruit, dũ idem populus ab omni spiritus pinguedine vacuus, siccæ literæ adhæsit? An non etiam flos decidit, quando L
gloriatio quam habebant in lege, non remansit? Si flos non decidit, vbi ergo regnum, vbi sacerdotiũ, vbi prophetæ, vbi templum, vbi denique magnalia illa de quibus gloriari solebant, & dicere, Quanta audiuimus & cognouimus ea, & pa- Psal. 77.
tres nostri narrauerunt nobis? Et iterum: Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis. Et hæc dicta sunt pro eo quod positum est, in Nazareth ciuitatem Galilææ. In illam ergo ciuitatem missus est angelus Gabriel à deo. Ad quem? Ad virginem desponsatam viro, cui nomẽ erat Ioseph. Quæ est hæc virgo, tam venerabilis vt salutetur ab angelo: tam humilis, vt desponsata sit fabro? Pulchra permixtio virginitatis & humilitatis: nec mediocriter placet deo illa anima, in qua & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Sed quanta putas veneratione digna est, in qua humilitatem exaltat fœcunditas, & partus cõsecrat virginitatem? Audis virginem, audis humilem: si non potes virginitatem humilis, imitare humilitatem virginis. Laudabilis virtus virginitas, sed magis necessaria humilitas. Illa cõsulitur: ista præcipitur. Ad illam inuitaris: ad istam cogeris. De illa dicitur: Qui potest capere, capiat: de ista dici- Matt.19.
tur: Nisi quis efficiatur sicut paruulus iste, non intrabit in re- & 18.
gnum cœlorum. Illa ergo remuneratur, ista exigitur. Potes denique sine virginitate saluari: sine humilitate non potes. M
Potest inquam, placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amissam: sine humilitate autem (audeo dicere) nec virginitas Esa.vlt.
Mariæ placuisset. Super quẽ, inquit, requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? Super humilem dixit, non super virginem. Si igitur Maria humilis non esset, super eam spiritus sanctus non requieuisset. Si super eam nõ requieuisset, nec imprægnasset. Quomodo enim de ipso sine ipso conci- Luc.1.
peret? Patet itaque, quia vt de spiritu sancto conciperet, sicut ipsa perhibet, respexit humilitatem ancillæ suæ deus, potius quàm virginitatem. Etsi placuit ex virginitate, tamen ex humilitate concepit. Vnde constat quia etiam vt placeret virginitas, humilitas proculdubio fecit. Quid dicis virgo superbe? Maria virginem se oblita, gloriatur de humilitate: & tu vbi supra.
negligendo humilitatem, blandiris tibi de virginitate? Respexit (ait illa) humilitatem ancillæ suæ. Quæ illa? Virgo vtique sancta, virgo sobria, virgo deuota. Nunquid tu castior illa, Nunquid deuotior? Aut nunquid tua fortè pudicitia gratior castitate Mariæ? vt tu scilicet sine humilitate placere sufficias? ex tua, quod illa non potuit ex sua. Denique quanto honorabilior es ex singulari munere castimoniæ, tanto tibi tu maiorem iniuriam facis, quòd eius in te decorem fœdas permixtione superbiæ. Alioquin expedit tibi virginem non esse, quàm de virginitate insolescere. Non omnium quidem est virginitas: multo tamen pauciorum est cum virginitate humilitas. Si igitur virginitatem in Maria non potest nisi mirari, stude humilitatem imitari, & sufficit tibi. Quòd si & vir-

go

A go & humilis es: quisquis es, magnus es. Est tamen maius aliquid quod mireris in Maria: scilicet cum virginitate fœcunditas. A seculo enim non est auditum, vt aliqua simul mater esset & virgo. Quòd si & cuius mater attendas: quò te tua super eius mirabili celsitudine ducet admiratio? Nonne ad hoc vt te videas nec satis posse mirari? Nónne tuo, imò veritatis iudicio illa quæ deum habuit filium, super omnes etiam choros exaltabitur angelorum? An non deum & dominum angelo- Luc.2.
rum Maria suum audacter appellat filium, dicens: Fili quid fecisti nobis sic? Quis hoc audeat angelorum? Sufficit eis, & pro magno habent, quòd cum sint spiritus ex conditione, ex Psal. 103.
gratia facti sunt & vocati angeli, testante Dauid: Qui facit, inquit, angelos suos spiritus. Maria verò matrem se agnoscẽs, Luc.2.
maiestatem illam, cui illi cum reuerentia seruiunt, cum fiducia suum nuncupat filium. Nec dedignatur nuncupari deus, quod esse dignatus est. Nam paulopost subdit euangelista: Et erat in quiens, subditus illis. Quis quibus? Deus hominibus. Deus, inquam, cui angeli subditi sunt, cui principatus & potestates obediunt, subditus erat Mariæ. Nec tantùm Mariæ, sed etiam Ioseph propter Mariam. Mirare ergo vtrumlibet, & elige quid amplius mireris, siue filij benignissimam dignationẽ, siue matris excellentissimam dignitatem. Vtrinque stupor, vtrinque miraculum. Et quòd deus fœminæ obtemperet, humilitas absque exemplo: & quòd deo fœmina principetur, sub- Apoc.14.
limitas sine socio. In laudibus virginum singulariter canitur, B
quòd sequuntur agnum quocunque ierit. Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit? Disce homo obedire, disce terra subdi, disce puluis obtemperare. De auctore tuo loquens euangelista, Et erat, inquit, subditus illis, haud dubium quin Mariæ & Ioseph. Erubesce superbe cinis: Deus se humiliat, & tu te exaltas? Deus se hominibus subdit, & tu dominari
gestiens hominibus, tuo te præponis auctori? Vtinam mihi a- Matt.16.
liquando tale aliquid cogitanti, deus respondere dignetur, quod & suo increpãdo respondit apostolo. Vade, inquit, post me Satana: quia non sapis ea quę dei sunt. Quotiens enim hominibus præesse desidero, totiens deum meum præire contendo, & tunc verè non sapio ea quæ dei sunt. De ipso nanque dictum est, Et erat subditus illis. Si hominis ô homo imitari dedignaris exemplum, certe non erit tibi indignum sequi auctorem tuum. Si non potes forsitan sequi eum quocunque ierit, dignare vel sequi quò tibi cõdescendit. Hoc est, si non potes sublimem incedere semitam virginitatis, sequere vel deũ per tutissimã viam humilitatis: à cuius rectitudine si qui etiam de virginibus deuiauerint, vt verum fatear, nec ipsi sequuntur agnum quocunque ierit. Sequitur quidem agnum coinquinatus humilis, sequitur & virgo superbus, sed neuter quocunque ierit: quia nec ille ascédere potest ad munditiam agni qui sine macula est, nec is ad eiusdem mansuetudinem descendere dignatur, qua scilicet non coram tondente, sed coram occi- C
dente se obmutuit. Attamen salubriorem elegit sequendi partem in humilitate peccator, quàm in virginitate superbus, cum & illius immunditiam sua humilis satisfactio purget, & huius pudicitiam superbia inquinet. Sed felix Maria, cui nec humilitas defuit, nec virginitas. Et quidem singularis virginitas, quam non temerauit sed honorauit fœcunditas: & nihilo minus specialis humilitas, quam non abstulit sed extulit fœcunda virginitas: & incomparabilis prorsus fœcũditas, quam virginitas simul comitatur & humilitas. Quid horum nõ mirabile? quid non incomparabile? quid non singulare? Mirum verò si non hæsitas in eorum ponderatione, quid tua iudices dignius admiratione, vtrum videlicet potius stupenda sit fœcunditas in virgine, an in matre integritas: sublimitas in prole, an cum tanta sublimitate humilitas: nisi quòd indubitanter horum singulis præferenda sunt simul cuncta, & incomparabiliter excellentius est atque felicius, omnia percepisse, quàm aliqua. Et quid mirum, si deus qui mirabilis legitur & cernitur in sanctis suis, mirabilem se exhibuit in matre sua? Veneramini ergo coniuges in carne corruptibili carnis integritatem: miramini etiam vos sacrę virgines in virgine fœcunditatem: imitamini omnes homines dei matris humilitatem. Honorate sancti angeli vestri regis matrem, qui nostræ adoratis virginis prolem, ipsum vtique nostrum pariter ac vestrum regem: nostri generis reparatorem, vestrę ciuitatis instauratorem. Cuius apud vos tam sublimis, inter nos tam humilis, à vobis pariter D
& à nobis detur & dignitati debita reuerentia, & dignationi honor & gloria, in secula seculorum, Amen.

Homilia II. Vnde supra.

NOuum quidem canticum illud quod solis dabitur in regno dei cantare virginibus, ipsam virginum reginam cum cæteris, imò primam inter cæteras esse canturam, nemo est qui ambigat. Puto autem illam, præter illud quod solis licet, cum omnibus tamen virginibus, ei (vt dixi) commune erit, dulciori quodam atque elegantiori carmine lætificaturam esse ciuitatem dei. Cuius vtique dulcisonos depromere vel exprimere modulos, ne ipsarum quidem virginum vlla digna inuenietur: quia soli meritò decantandum seruabitur, quæ sola de partu, & partu diuino gloriatur. Gloriatur dixerim de partu, non in se, sed in ipso quem peperit. Deus siquidem (deus enim est quem peperit) matrem suam singulari in cœlestibus donaturus gloria, singulari in terris præuenire curauit & gratia, qua videlicet ineffabiliter & intacta conciperet, & pareret incorrupta. Porrò deum huiusmodi decebat natiuitas, qua non nisi de virgine nasceretur. Talis congruebat & virgini partus, vt non pareret nisi deum. Proinde factor hominum vt homo fieret, nascturus de homine talem sibi ex omnibus debuit deligere, imò condere matrem, qualem & se decere sciebat, & sibi nouerat placituram. Voluit itaque E
esse virginem, de qua immaculata immaculatus procederet omnium maculas purgaturus. Voluit & humilem, de qua mitis & humilis corde prodiret, harum in se virtutum necessarium omnibus saluberrimúmque exemplum ostensurus. Dedit virgini partum, qui ei iam antè & virginitatis inspirauerat votum, & humilitatis prærogauerat meritum. Alioquin quomodo angelus eam in sequẽtibus gratia plenam pronunciat, si quippiam vel parum boni quod ex gratia non esset, habebat? Vt igitur quæ sanctum sanctorum conceptura erat pariter & paritura, sancta esset corpore, accepit donum virginitatis: vt esset & mẽte, accepit & humilitatis. His nimirum virgo regia gemmis ornata virtutum, geminóque mentis pariter & corporis decore præfulgida, specie sua & pulchritudine sua in cœlestibus cognita, cœli ciuiũ in se prouocauit aspectus, ita vt & regis animum in sui cõcupiscentiam inclinaret, & cœlestem nuncium ad se de supernis educeret. Et hoc est quod nobis hic euangelista commendat, cum angelum perhibet à deo destinatum ad virginem. A deo, inquit, ad virginem: id est, à celso ad humilem, à domino ad ancillam, à creatore ad creaturam. Quanta dignatio dei, quanta virginis excellentia! Currite matres, currite filiæ, currite omnes quæ post Euam, & ex Eua, & parturimini cum tristitia, & parturitis. Adite virginalem thalamum, ingredimini, si potestis, pudicum sororis vestræ cubiculum. Ecce enim deus mittit ad virginem, ecce F
affatur angelus Mariam. Apponite aurem parieti, auscultate quid nũciet ei, si fortè audiatis vnde cõsolemini. Lætare pater Adam, sed magis tu ô Eua mater exulta: qui sicut omnium parẽtes, ita omnium fuistis peremptores: &, quod infelicius est, prius peremptores, quàm parẽtes. Ambo inquam cõsolamini super filia, & tali filia, sed illa amplius de qua malũ ortum est prius, cuius opprobrium in omnes pertransiit mulieres. Instat nanque tempus quo iam tollatur opprobrium, nec habeat vir quid causetur aduersus fœminam: qui vtique dum se impudenter excusare conaretur, crudeliter illam accusare non cunctatus est, dicens: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de li- Gene.3.
gno, & comedi. Propterea curre Eua ad Mariam, curre mater ad filiam, filia pro matre respondeat, ita matris opprobrium auferat: ipsa patri pro matre satisfaciat: quia ecce si vir cecidit per fœminam, iam non erigitur nisi per fœminam. Quid dicebas ô Adam? Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Verba malitiæ sunt hæc, quibus magis augeas quàm deleas culpã. Veruntamen sapiẽtia vicit malitiam, cùm occasionem veniæ, quam à te deus interrogando eligere Sapien.7.
tentauit, sed non potuit, in thesauro indeficientis suæ pietatis inuenit. Redditur nempe fœmina pro fœmina, prudẽs pro fatua, humilis pro superba, quæ pro ligno mortis gustum tibi porrigat vitæ, & pro venenoso cibo illo amaritudinis dulcedinem pariat fructus æterni. Muta ergo inique excusationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G verbum in vocem gratiarum actionis, & dic: Domine mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno vitę, & comedi: & dulce factum eſt ſuper mel ori meo, quia in ipſo viuificaſti me. Ecce enim ad hoc miſſus eſt angelus ad virginem. O admirandam & omni honore digniſſimam virginem, ô fœminam ſingulariter venerandam, ſuper omnes fœminas admirabilem, parentum reparatricem, poſterorum viuificatricem. Miſſus eſt, inquit, angelus ad virginem. Virginem carne, virginem mente, virginem profeſ-
1.Corin.7. ſione, virginem denique (qualem deſcribit apoſtolus) mente & corpore ſanctâ. Nec nouiter nec fortuitu inuentam, ſed à ſeculo electam, ab altiſſimo præcognitâ, & ſibi præparatam, ab angelis ſeruatam, à patribus præfiguratam, à prophetis promiſſam. Scrutare ſcripturas, & proba quæ dico. Vis ne vt & ego aliqua ex his teſtimonia hic inferam? Vt pauca
Gene.3. loquar de pluribus, quam tibi aliam prædixiſſe deus videtur, quando ad ſerpentem ait: Inimicitias ponam inter te & mu-
Vbi ſupra. lierem? Et ſi adhuc dubitas an de Maria dixerit, audi quod ſequitur: Ipſa conteret caput tuum. Cui hæc ſeruata victoria eſt, niſi Mariæ? Ipſa proculdubio caput cõtriuit venenatum, quæ omnimodam maligni ſuggeſtionem tam de carnis illecebra, quàm de mentis ſuperbia deduxit ad nihilum. Quam
H verò aliam Salomon requirebat, cũ dicebat: Mulierem for-
Prouer. 31. tem quis inueniet? Nouerat quippe vir ſapiẽs huius ſexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem: quia tamen & deum legerat promiſiſſe, & ita videbat congruere, vt qui vicerat per fœminam, vinceretur per ipſam, vehementer admirans aiebat: Mulierem fortem quis inueniet? Quod eſt dicere: Si ita de manu fœminæ pẽdet & noſtra omnium ſalus, & innocentiæ reſtitutio, & de hoſte victoria: fortis omnino neceſſe eſt vt prouideatur, quæ ad tantum opus poſſit eſſe idonea. Sed mulierem fortem quis inueniet? At ne hoc quæſiſſe
Vbi ſupra. putetur deſperando, ſubdit prophetando: Procul & de vltimis finibus precium eius, hoc eſt, non vile, non paruum, non mediocre, nõ deniq; de terra, ſed de cœlo: nec de cœlo proximo terris precium fortis huius mulieris, ſed à ſummo cœlo
Exod.3. egreſſio eius. Quid deinde rubus ille quõdam Moſaicus portendebat, flammas quidem emittens, ſed non ardens, niſi Mariam parientem, & dolorem non ſentientem? Quid rogo virga Aaron florida nec humectata, niſi ipſam cõcipientẽ, quan-
Nume.17. uis virum non cognoſcentem? Huius magni miraculi maius
Eſaiæ.11. myſterium Eſaias ediſſerit, dicens: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, virgam, virginem: florem virginis partum intelligens. Sed ſi tibi quòd nunc in flore
I Chriſtus intelligi dicitur, ſuperiori videtur aduerſari ſententiæ, qua non virgę flore, ſed floris fructu deſignari dicebatur, noueris in eadem Aaronica virga (quæ non ſolum floruit, ſed & fronduit, & fructum emiſit) non ſolum flore vel fructu, ſed ipſis etiam frondibus eundem ſignificari. Noueris & apud
Exod.14. Moyſen nec fructu virgę, nec flore, ſed ipſa virga demonſtra-
Ibidem 17. ri. Illa vtique virga, qua feriente, aqua vel diuiditur trãſituris, vel de petra excutitur bibituris. Nullum autem inconueniens eſt, diuerſis rebus diuerſis ex cauſis Chriſtũ figurari, & in virga quidẽ potentiã, in flore verò fragrantiam, in fructu autem ſaporis dulcedinem: in frondibus quoque ſedulam eius intelligi protectionem, qua videlicet paruulos ad ſe confugientes ſub vmbra alarũ ſuarum protegere non deſinit ſiue ab æſtu carnalium deſideriorũ, ſiue à facie impiorum qui eos afflixerunt. Bona & deſiderabilis vmbra ſub alis Ieſu, vbi tutum eſt fugientibus refugium, gratum feſſis refrigerium. Miſerere mei domine Ieſus, miſerere mei: quoniam in te cõfidit anima
Pſal.56. mea, & in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas. In hoc tamen Eſaiæ teſtimonio, florẽ filium, virgam intellige matrem: quoniam & virga floruit abſq; germine, & virgo cõcepit nõ ex homine. Nec virgæ virorem floris læſit emiſſio: nec virginis pudorẽ ſacri partus editio. Proferamus & alia virgini matri deóque filio congrua de ſcripturis teſti-
Iudic.6. monia. Quid illud Gedeonis vellus ſignificat, quod vtiq; de carne tõſum, ſed ſine vulnere carnis, in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc verò area rore perfunditur, niſi carnem aſſumptã de carne virginis, & abſque detrimẽto virginitatis? Cui vtique, diſtillantibus cœlis tota ſe infudit plenitudo diuinitatis: adeò vt ex hac plenitudine omnes acceperimus, qui verè ſine illa nõ aliud quàm terra arida ſumus. Huic quo- K
que Gedeonico facto propheticum dictũ pulchre ſatis conuenire videtur, vbi legitur: Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Nam per hoc quod ſequitur, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram: idem datur intelligi quod per inuẽtam rore ma-
Pſal.71. didam aream. Pluuia quippe voluntaria quã ſegregauit deus hęreditati ſuæ, placide prius & abſque ſtrepitu operationis humanæ ſuo ſe quietiſſimo illapſu virgineum demiſit in vterũ: poſtmodũ verò vbique terrarũ diffuſa eſt per ora prædicatorũ, nõ iam ſicut pluuia in vellus, ſed ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram, cum quodam vtique ſtrepitu verborum, ac ſonitu miraculorũ. Siquidem recordatæ ſunt nubes illæ quæ portabant pluuiam, præceptum ſibi fuiſſe cum mitterẽtur: Quod dico vobis ĩ tenebris, dicite in lumine: & quod in
Matth. aure auditis, prædicate ſuper tecta. Quod & fecerunt. Etenim in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Audiamus & Hieremiam noua veteribus vati-
Eſaiæ.7. cinantem, & quem præſentem monſtrare nõ poterat, venturum & ardenter deſiderantem, & fidenter promittẽtem: No-
Hiere.3. uum, inquit, creauit dominus ſuper terrã: fœmina circundabit virum. Quæ eſt hæc fœmina? Quis verò iſte vir? Aut ſi vir, quomodo à fœmina circundatus? Aut ſi à fœmina circundari poteſt, quomodo vir? Et vt apertius dicam, quo- L
modo poteſt ſimul & vir eſſe, & in vtero matris? Hoc eſt enim virum à fœmina circundari. Nouimus viros, qui ſcilicet infantiam, pueritiam, adoleſcentiam, atque iuuentutem tranſeuntes, ad gradum vſque ſenectuti proximum peruenerunt. Qui ergo iam adeò grandis eſt, quomodo à fœmina circundari poteſt? Sin dixiſſet, Fœmina circundabit infantem, vel fœmina circundabit paruulum: nec nouum videretur, nec mirum. Nunc autem quia nil tale poſuit, ſed dixit virum, quærimus quæ ſit hæc nouitas quam deus fecit in terra, vt fœmina circundaret viro virum, & vir
Luc.1. intra fœminei vnius corpuſculi membra ſeſe cohiberet? Quid
Ioan.3. eſt hoc miraculi? Nunquid poteſt homo (vt ait Nicodemus) in vẽtrem matris ſuæ iteratò introire, & naſci? Sed verto me ad cõceptum partúmque virginalem, ſi forte inter plurima noua ac mira, quæ ibi profecto inſpicit qui diligẽter inquirit, etiam hãc quam de propheta protuli, reperiam nouitatem. Porro ibi agnoſcitur longitudo breuis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, profunditas plana. Ibi agnoſcitur lux nõ lucens, verbum infans, aqua ſitiens, panis eſuriens. Videas, ſi attendas, potentiã regi, ſapientiam inſtrui, virtutem ſuſtentari: deum denique lactentẽ, ſed angelos reficientem: vagientem, ſed miſeros conſolantem. Videas, ſi attẽdas, triſtari lętitiam, pauere fiduciã, ſalutem pati, vitam mori, fortitudinem M
infirmari. Sed quod non minus mirandum eſt, ipſa ibi cernitur triſtitia lætificans, pauor confortans, paſſio ſaluans, mors viuificans, infirmitas roborans. Cui iam illud quoque nõ occurrat, quod quærebã? Nunquid nõ facile tibi eſt inter hæc fœminam agnoſcere virũ circundantẽ, cum Mariam videas virum approbatũ à Deo Ieſum ſuo vtero circumplectentem? Virum autẽ dixerim fuiſſe Ieſum, non ſolum iam cum diceretur vir propheta potens in opere & ſermone, ſed etiã cum tenera adhuc infantis mẽbra, dei mater blando vel foueret in gremio, vel geſtaret in vtero. Vir igitur erat Ieſus necdum etiam natus, ſed ſapientia, non ætate: animi vigore, non viribus corporis, maturitate ſenſuũ, non corpulentia membrorũ. Neque enim minus habuit ſapientiæ, vel potius non minus fuit ſapientia Ieſus conceptus, quã natus, paruus quàm magnus. Siue ergo latens in vtero, ſiue vagiens in præſepio, ſiue iam grãdiuſculus interrogans doctores in templo, ſiue iam perfectæ ætatis docens in populo, æque profecto plenus fuit ſpiritu ſancto. Nec fuit hora in quacunque ætate ſua, qua de plenitudine illa quam in ſui conceptione accepit in vtero, vel aliquid minueretur, vel aliquid eidem adiiceretur, ſed à
principio perfectus, à principio inquam plenus fuit ſpiritu *Eſaiæ.11.*
ſapientiæ & intellectus, ſpiritu conſilij & fortitudinis, ſpiritu *Lucæ.2.*
ſcientiæ & pietatis, & ſpiritu timoris domini. Nec te moueat quod de illo legis in alio loco: Ieſus autem proficiebat ſapiẽtia & ætate & gratia apud deum & homines. Nam quod de ſapientia & gratia hic dictum eſt, non ſecundum quod erat, ſed ſecundum quod apparebat, intelligendum eſt: nõ quia vi-

delicet

A delicet aliquid ei nouum accideret quod ante nõ haberet, ſed quod accidere videretur, quãdo volebat ipſe vt videretur. Tu homo cum proficis, non quando nec quãtum vis proficis, ſed te neſciente tuus moderatur profectus, tua vita diſponitur. At verò puer Ieſus qui diſponit tuam, ipſe diſponebat & ſuam: & quando volebat & quibus volebat, ſapiens apparebat, quando & quibus volebat ſapientior, quando & quibus volebat ſapientiſſimus, quanquam in ſe nunquam eſſet niſi ſapientiſſimus. Similiter & cum ſemper omni gratia plenus fuiſſet, ſiue quam apud deum, ſiue quam apud homines habere deberet, pro ſuo tamen arbitrio eam nunc plus nunc minus oſtẽtabat, prout cernentium vel meritis congruere, vel ſaluti expedire ſciebat. Conſtat ergo quia ſemper Ieſus virilem animum habuit, etſi ſemper in corpore vir non apparuit. Cur deniq; dubito virum fuiſſe in vtero, quem inibi deum fuiſſe non ambigo? Minus quippe eſt eſſe virum, quàm eſſe deum. Sed vide ſi non etiam hanc Hieremiæ nouitatem Eſaias luciditſſime aperit, qui nouos ſuperius Aaronicos flores expoſuit. Ecce, inquit, virgo concipiet, & pariet filium. En habes fœminam, ſcilicet virginem. Vis & de viro audire quid ſit? Et vocabitur, ait, nomen eius Emmanuel, id eſt, nobiſcum deus. Fœmina itaque circundans virum, virgo eſt concipiens deum. Vides quàm pulchrè & concorditer ſanctorum mira facta & myſtica dicta ſibi inuicem concinunt? Vides quàm ſtupendum ſit hoc
B vnum de virgine & in virgine factum miraculum, quod tot miracula præuenerunt, tot oracula promiſerunt? Vnus nimirum fuit ſpiritus prophetarum: & licet diuerſis modis, ſignis & temporibus, eandem rem diuerſi non diuerſo ſpiritu & præuiderunt & prædixerunt. Quod Moyſi monſtratum eſt in rubo & igne, Aaroni in virga & flore, Gedeoni in vellere & rore, hoc aperte Salomon præuidit in forti muliere & eius precio, apertius Hieremias præcinuit de fœmina & viro, apertiſſime Eſaias declarauit de virgine & deo, Gabriel tandem exhibuit ipſam ſalutando. Ipſa nanque eſt de qua nunc euangeliſta, Miſſus eſt, ait, angelus Gabriel à deo ad virginem deſponſatam Ioſeph. Ad virginem, inquit, deſponſatam. Quare deſponſatam? Cum eſſet, inquam, virgo electa, & vt oſtenſum eſt, virgo conceptura, virgo parituta, mirum cur deſponſata fuerit non nuptura. Nunquid vel hoc caſu factum quis dixerit? Non eſt caſu factum, quod rationabilis cauſa commendat, cauſa valde vtilis & neceſſaria, & diuini prorſus adinuentione conſilij digna. Dicam quod mihi, imò quod ante me patribus viſum fuit. Illa vtique fuit ratio deſponſationis Mariæ, quæ & dubitationis Thomæ. Mos ſiquidem Iudæorum erat, vt à die deſponſationis ſuæ, vſque ad tempus nuptiarum, ſponſis ſponſæ traderentur cuſtodiendæ, quatenus earum ipſi eò ſibi pudicitiam curioſius ſeruarent, quo ſibi ipſi fideliores exiſterent. Sicut ergo Thomas dubitando, palpando, conſtantiſſimus factus eſt dominicæ
C confeſſor reſurrectionis: ita & Ioſeph Mariam ſibi deſponſando, eiúſque conuerſationem in tempore cuſtodiæ ſtudioſius comprobando, factus eſt pudicitię fideliſſimus teſtis. Pulchra vtriuſque rei conuenientia, & dubitatio Thomæ, & deſponſatio Mariæ. Poterant quidam ſimilis erroris laqueum nobis iniicere, fidei videlicet in illo, caſtitatis in illa: veritatem in ſuſpicionem adducere: ſed valde prudenter & piè factum eſt per contrarium, vt vnde metuebatur ſuſpicio, firma ſit certitudo, Nam & de filij reſurrectione citius quidem ego (qui infirmus ſum) crediderim Thomæ dubitanti & palpanti, quàm Cephæ audienti & credenti: & de matris continentia facilius ſponſo eius cuſtodienti & experienti, quàm ipſi quoque virgini de ſola ſua conſcientia ſe defendenti. Dic quæſo, quis eam videns deſponſatam & grauidam, non potius diceret corruptam quàm virginem? Non autem decebat hoc dici de matre domini. Tolerabilius verò atque honeſtius fuit, putari ad tempus Chriſtum de coniugio fuiſſe natum, quàm de fornicatione. Sed non poterat, inquis, deus apertum aliquod oſtendere ſignum, quo videlicet fieret, vt eius nec ortus infamaretur, nec mater criminaretur? Poterat vtique: ſed non poterat latẽre dæmones, quod ſcirent homines. Oportebat autem à principe mundi aliquandiu celari diuini conſilij ſacramentum: non quòd deus ſi palam opus ſuum facere vellet, impediri poſſe ab illo metueret: ſed quia ipſe, qui non ſolum potenter, ſed etiam ſapienter quæcunque vo- D
luit fecit, ſicut in omnibus operibus ſuis quaſdam rerum vel temporum cõgruentias propter ordinis pulchritudinem ſeruare conſueuit: ita in hoc quoque tam magnifico opere ſuo, noſtræ videlicet reparationis, non tantum potentiam ſuam, ſed & prudentiam oſtendere voluit. Et quanquam illud aliter quomodo vellet perficere potuiſſet, placuit ei tamen eo potius & modo & ordine hominem ſibi reconciliare, quo nouerat cecidiſſe: vt ſicut diabolus prius ſeduxit fœminam, & poſtmodum virum per fœminam vicit: ita prius à fœmina virgine ſeduceretur, & poſt à viro Chriſto aperte debellaretur: quatenus malitiæ fraudi dum ars pietatis illuderet, ac maligni fortitudinem Chriſti virtus contereret, diabolo deus & prudentior appareret, & fortior. Ita quippe decuit incarnatam ſapientiam ſpiritalem vincere malitiam, quò non ſolum attingeret à fine vſque ad finem fortiter, ſed & diſponeret omnia ſuauiter. Attingit autem à fine vſque ad finem, id eſt à cœlo vſque ad infernum. Si aſcendero, in-
Pſal.138. quit, in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, adeſ. Vtrobique verò fortiter, quando & de ſupernis expulit ſuperbum, & apud inferos ſpoliauit auarum. Conueniens ergo erat, vt ſuauiter quoque omnia cœleſtia ſcilicet & terrena diſponeret, quatenus & illinc deiiciens inquietum, reliquos in pace firmaret: & hic debellaturus inuidum, nobis prius ſuæ humilitatis & manſuetudinis valde neceſſarium exem- E
plum relinqueret, ſicque mirabili fieret moderamine ſapientiæ, vt & ſuis ſuauis, & hoſtibus fortis appareret. Quid enim prodeſſet diabolum à deo vinci, nobis manentibus ſuperbis? Neceſſariò igitur deſponſata eſt Maria Ioſeph, quando per hoc & à canibus ſanctum abſconditur, & à ſponſo virginitas comprobatur, & virginis tam verecundiæ parcitur, quam famæ prouidetur. Quid ſapientius? quid dignius diuina prouidentia? Vno tali conſilio ſecretis cœleſtibus & admittitur teſtis, & excluditur hoſtis, & integra ſeruatur fama virginis matris. Alioquin quando pepercíſſet iuſtus adulteræ? Scriptum
Matth.1. eſt autem: Ioſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus, & nollet eã traducere, voluit occultè dimittere eam. Bene cum eſſet iuſtus, noluit eam traducere: quia ſicut nequaquam iuſtus eſſet, ſi cognitam ream conſenſiſſet, ſic nihilo minus iuſtus non eſſet ſi probatam innoxiam condemnaſſet. Cum ergo iuſtus eſſet, & nollet eam traducere, voluit dimittere eam. Quare voluit dimittere eam? Accipe & in hoc non meam, ſed patrũ ſententiam. Propter hoc Ioſeph voluit dimittere eam, propter quod & Petrus dominum à ſe repellebat, dicens, Exi à me do-
Luc.5. mine, quia homo peccator ſum, propter quod & Centurio à domo ſua eum prohibebat, cum diceret, Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, Ita ergo & Ioſeph indignum
Matt.8. & peccatorem ſe reputans, dicebat intra ſe, à tali & à tanta nõ debere ſibi vltrà familiare præſtari contubernium, cuius ſupra ſe mirabilem expaueſcebat dignitatem. Videbat & horrebat F
diuinæ præſentiæ certiſſimum geſtantem inſigne: & quia myſterium penetrare non poterat, volebat dimittere eam. Expauit Petrus potentiæ magnitudinem, expauit Centurio præſentiæ maieſtatem. Exhorruit nimirum & Ioſeph, ſicut homo, huius tanti miraculi nouitatem, myſterij profunditatem: & ideo occulte voluit dimittere eam. Miraris quòd Ioſeph præ-
gnantis ſeſe conſortio virginis iudicabat indignum, cum audias & ſanctam Elizabeth eius non poſſe ferre præſentiam, niſi cum tremore quidem & reuerẽtia? Ait nanque, Vnde hoc
Luc.1. mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ideo itaque Ioſeph voluit dimittere eam. Sed quare occultè, & non palam? Ne vidélicet diuortij cauſa inquireretur, exigeretur ratio. Quid enim vir iuſtus reſponderet populo duræ ceruicis, populo non credenti & contradicenti? Si diceret quod ſentiebat, quod de illius puritate comprobauerat, nõne mox increduli & crudeles Iudæi ſubſannarent illum, lapidarent illam? Quando nanque veritati crederent tacenti in vtero, quam poſtea contemſerunt clamantem in templo? Quid facerent necdum apparenti, cui poſtmodum impias manus iniecerunt etiã miraculis coruſcanti? Meritò ergo vir iuſtus, ne aut mẽtiri, aut diffamare cogeretur innoxiam, voluit occultè dimittere eam. Sin verò aliter quis ſentiat, & Ioſeph ſicut hominem dubitaſſe contendat, ſed quia iuſtus erat, noluiſſe quidẽ habitare cũ ea propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

G suſpicionem,nec tamen(quia pius erat) traducere voluiſſe ſuſpectam, & ideo voluerit occulte dimittere eam:breuiter reſpondeo etiam ſic dubitationem illam Ioſeph fuiſſe neceſſariam,quæ diuino meruit certificari oraculo. Sic quippe ſcriptum eſt: Hæc autem eo cogitante, ſcilicet quod occultè dimitteret eam, apparuit ei angelus in ſomnis, dicēs: *Matth.1* Ioſeph fili Dauid, nōli timere accipere Mariam coniugē tuā. Quod enim in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt. Itaque propter iſtas rationes deſponſata eſt Maria Ioſeph,vel potius ſicut ponit euangeliſta) viro cui nomen erat Ioſeph. Virum nominat, non quia maritus, ſed quod homo virtutis erat. *Luc.1.* Vel potius quia iuxta alium euangeliſtam non vir ſimpliciter,ſed vir eius dictus eſt:meritò appellatur, quod neceſſariè *Matth.1.* putatur. Debuit ergo vir eius appellari, quia neceſſe fuit & putari,ſicut & pater ſaluatoris non quidem eſſe,ſed dici meruit, vt putaretur eſſe, dicente hoc ipſo euangeliſta: Et ipſe *Luc 3.* Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, vt putabatur,filius Ioſeph. Nec vir ergo matris,nec filij pater extitit, quamuis certa (vt dictum eſt) & neceſſaria diſpenſatione vtrumque ad tempus & appellatus ſit & putatus. Coniice tamen ex hac appellatione,qua (licet diſpenſatoria) meruit honorari adeò,vt pater dei & dictus & creditus ſit:coniice & ex proprio vocabulo(quod augmentum non dubitas interpre- *Gene.37.* H tari) quis & qualis homo fuerit iſte homo Ioſeph. Simul & memento magni illius quondam patriarchæ venditi in Aegypto, & ſcito ipſius iſtum non ſolum vocabulum fuiſſe ſortitum: ſed & caſtimoniam adeptum, innocentiam aſſecutum & gratiam. Siquidem ille Ioſeph fraterna ex inuidia venditus & ductus in Aegyptum, Chriſti venditionem *Matth.2,* præfigurauit. Iſte Ioſeph Herodianam inuidiam fugiens, *Gene.39.* Chriſtum in Aegyptum portauit. Ille domino ſuo fi- *Matth,1.* dem ſeruans,dominę noluit cōmiſceri. Iſte dominam ſuam *Gen.40.* domini ſui matrem virginem agnoſcēs,& ipſe continens fideliter cuſtodiuit. Illi data eſt intelligētia in myſteriis ſomniorum:iſti datum eſt cōſcium fieri atque participem cœleſtium ſacramentorū. Ille frumenta ſeruauit non ſibi,ſed omni populo:iſte panem viuum è cœlo ſeruandum accepit tam ſibi quàm toti mūdo. Non eſt dubium quin bonus & fidelis homo fuerit iſte Ioſeph,cui mater deſponſata eſt ſaluatoris. Fidelis inquam ſeruus & prudens,quem conſtituit dominus ſuæ matris ſolatium,ſuæ carnis nutricium: ſolum denique in terris magni conſilij coadiutorem fidiſſimum. Huc accedit quod dicitur fuiſſe de domo Dauid. Vere enim de domo Dauid:vere de regia ſtirpe deſcendit vir iſte Ioſeph, nobilis genere,mente nobilior. Planè filius Dauid, non degenerans à patre ſuo Dauid. Prorſus inquam filius Dauid, non tantum carne, ſed fide,ſed ſanctitate, ſed deuotione,quem tanquam I alterum Dauid dominus inuenit ſecundum cor ſuum,cui turò committeret ſecretiſsimum atque ſacratiſſimum ſui cordis arcanum:cui tanquam alteri Dauid incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauit:& dedit illi non ignarum eſſe myſterij,quod nemo principū huius ſeculi agnouit: cui deniq; datum eſt quod multi reges & prophetæ cum vellent videre non viderunt,audire & non audierunt,non ſolum videre & audire,ſed etiam portare,deducere, amplecti, deoſculari,& nutrire & cuſtodire. Non tantum autem Ioſeph,ſed & Maria deſcendiſſe credenda eſt de domo Dauid. Alioquin non eſſet deſponſata viro de domo Dauid,ſi non eſſet & ipſa de domo Dauid. Ambo igitur erant de domo Dauid:ſed in altera completa eſt veritas quam iurauit dominus Dauid,altero tantū cōſcio & teſte adimpletæ promiſſionis. In fine autē verſus,& nomē,inquit,virginis Maria. Loquamur pauca & ſuper hoc nomine,quod interpretatum maris ſtella dicitur:& matri virgini valde conuenienter aptatur. Ipſa nanque aptiſſime ſideri comparatur: quia ſicut ſine ſui corruptione ſidus ſuū emittit radium, ſic abſque ſui læſi one virgo parturit filiū. Nec ſideri radius ſuam minuit claritatem, nec virgini filius ſuam integritatē. Ipſa eſt igitur nobilis il- *Num. 24.* la ſtella ex Iacob orta,cuius radius vniuerſum orbem illuminat,cuius ſplendor & præfulget in ſupernis,& inferos penetrat,terras etiā perluſtrans,& calefaciens magis mētes,quam corpora,fouet virtutes,excoquit vitia. Ipſa inquam eſt præclara & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum & ſpacioſum neceſſario ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis. O K quiſquis te intelligis in huiꝰ ſeculi profluuio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare,quam per terrā ambulare: ne auertas oculos à fulgore huius ſideris,ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationum,ſi incurras ſcopulos tribulationum:reſpice ſtellam,voca Mariam. Si iactaris ſuperbiæ vndis,ſi ambitionis,ſi detractionis,ſi æmulationis:reſpice ſtelam,voca Mariam. Si iracūdia,aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculā concuſſerit mētis,reſpice ad Mariam. Si criminū immanitate turbatus,cōſcientiæ fœditate confuſus,iudicij horrore perterritus, barathro incipias abſorberi triſtitiæ,deſperationis abyſſo:cogita Mariam. in periculis,in anguſtiis,in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore,nō recedat à corde: & vt impetres eius orationis ſuffragium, nō deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam ſequens nō deuias:ipſam rogans non deſperas: ipſam cogitans non erras. Ipſa tenēte non corruis,ipſa protegente non metuis,ipſa duce nō fatigaris,ipſa propitia peruenis: & ſic in temetipſo experiris quàm merito dictum ſit,Et nomen virginis Maria. Sed iam modicè pauſandum eſt, ne & nos in tranſitu claritatem tanti luminis intueamur. Vt enim verbis apoſtolicis vtar,bonum eſt nos hic eſſe:& libet dulciter cōtemplari in ſilentio,quod laborioſa nō ſufficit explicare locutio. Interim autem ex deuota ſcintillantis ſideris cōtēplatione,feruentior reparabitur in his,quæ ſequūtur,diſputatio. L

Homilia III. vnde ſupra.

Libenter, vbi mihi congruere video, verba ſanctorum aſſumo,quò vel ex vaſculorum pulchritudine gratiora fiant,quæque in eis lectori appoſuerim. Vt autem nunc à *Eſaiæ.6.* propheticis verbis incipiam,Væ mihi,non quidē(ſicut prophetæ) quia tacui,ſed quia locutus ſum, quoniam vir polluſtus labiis ego ſum. Heu quot vana, quot falſa,quot turpia per hoc ipſum ſpurciſſimum os meū euomuiſſe me recolo, in quo nunc cæleſtia reuoluere verba præſumo. Vehementer timeo,ne iamiam audiam ad me dictum, Quare tu enar- *Pſal.49* ras iuſtitias meas,& aſſumis teſtamentum meum per os tuū? Vtinam & mihi de ſuperno altari non quidem carbo vnus, ſed ingens globus igneus afferatur, qui videlicet multam & inueteratam prurientis oris mei rubiginem ad plenum excoquere ſufficiat,quatenus angeli ad virginē,& virginis ad ipſum grata inuicē ac caſta colloquia dignus habear meo qualicunque replicare ſermone. Ait enim euāgeliſta: Et ingreſ- *Luc.1.* ſus angelus ad eam(haud dubiū quin ad Mariam) dixit, Aue gratia plena,dominus tecū. Quò ingreſſus ad eam? Puto in ſecretarium pudici cubiculi,vbi illa fortaſſis clauſo ſuper ſe oſtio orabat patrem in abſcōdito. Solēt angeli aſtare orantibus,& delectari in his quos videt leuare puras manus in oratione:holocauſtum ſanctæ deuotionis gaudent ſe offerre deo in odorem ſuauitatis. Mariæ autem orationes quantum M placuerint in cōſpectu altiſſimi, angelus īdicauit:qui ingreſſus ad eam,tam reuerenter ſalutauit. Nec fuit difficile angelo per clauſum oſtiū penetrare ad abdita virginis,qui vtique ex ſubtilitate ſubſtantiæ ſuæ hoc habet in natura,vt nec ſeris ferreis eius arceatur ingreſſus, quocūque ſuus eum impetus ferat. Angelicis enim ſpiritibus parietes non obſiſtunt, ſed cuncta illis viſibilia cedunt,cuncta æquè corpora quantumlibet ſolida vel ſpiſſa penetrabilia ſunt eis ac petuia. Suſpicandum igitur non eſt, quòd apertum inuenerit angelus oſtiolum virginis:cui nimirum in propoſito erat hominū fugere frequentias,vitare colloquia:ne vel orantis perturbaretur ſilentium,vel continentis caſtitas tentaretur. Clauſerat itaque etiam illa hora ſuum ſuper ſe habitaculum virgo prudentiſſima,ſed hominibus,nō angelis. Proinde etſi ad eam potuit intrare angelus:ſed nulli hominū facilis patebat acceſſus. Ingreſſus ergo angelus ad eam,dixit: Aue gratia plena, *Actо.6.* dominus tecum. Legimus in actibus apoſtolorū & Stephanum plenum gratia,& apoſtolos fuiſſe repletos ſpiritu ſancto,ſed lōge diſſimiliter à Maria. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quemadmodum in Maria:nec illi conceperunt de ſpiritu ſancto quomodo Maria. Aue inquit,gratia plena:dominus tecum. Quid mirum ſi gratia plena erat, cū qua dominus erat? Sed hoc potius mirandum,

A randum,quomodo qui angelum miſerat ad virginem, ab angelo inuentus eſt eſſe cum virgine. Itāne velociter angelo fuit deus,vt feſtinantem nuncium celerior ipſe præueniret ad terras? Nec mirum. Nam cum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus virginis dedit odorem ſuum, & aſcendit in conſpectu gloriæ eius fumus aromatis,& inuenit gratiam coram oculis domi- *Canti.3.* ni,clamantibus qui circunſtabant: Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & *Pſal.18.* thuris? Statímque rex egrediens de loco ſancto ſuo, exultauit vt gigas ad currendam viam: & licet à ſummo cœlo egreſſio eius, nimio tamen peruolans deſiderio præuenit ſuum nuncium ad virginem,quam amauerat, quam ſibi elegerat, cuius decorem concupierat. Quem proſpiciens à longe venientem *Canti.3.* gratulans& exultās ait eccleſia: Ecce venit is ſaliens in montibus, tranſiliens colles. Meritò autem concupiuit rex decorem virginis. Fecerat enim quicquid longe antea prædicta *Pſal.44.* fuerat à patre ſuo Dauid,dicente ſibi: Audi filia, & vide,& inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Et ſi hoc feceris,eōcupiſcet rex decorem tuum. Audiuit quippe & vidit, non vt quidam, qui audientes non audiunt,& videntes non intelligunt,ſed audiuit & credidit,vidit & intellexit. Et inclinauit aurem ſuam ad obedientiam,& cor ſuum ad diſciplinam,& oblita eſt populum ſuum, & domum patris ſui: quia nec populum ſuum angere prolis ſucceſſione, B nec domui patris ſui relinquere curauit hæredem, ſed quicquid honoris in populo, quicquid de paterna domo rerū terrenarum habere potuiſſet, omnia arbitrata eſt vt ſtercora vt Chriſtum lucrifaceret. Nec fefellit eam intentio, quando & Chriſtum ſibi filium vendicauit, nec propoſitum pudicitiæ violauit,bene igitur gratia plena, quæ & virginitatis gratiam tenuit, & inſuper fœcunditatis gloriam acquiſiuit. Aue, inquit,gratia plena,dominus tecum. Non dixit, dominus in te, ſed dominus tecum. Deus enim qui vbique æqualiter totus eſt per ſuam ſimplicem ſubſtantiam, aliter tamen in rationabilibus creaturis,quàm in cæteris, & ipſarum aliter in bonis, quàm in malis eſt per efficaciam. Ita ſane eſt in irrationabilibus creaturis, vt tamen non capiatur ab ipſis. A rationalibus autem omnibus quidem capi poteſt per cognitionem, ſed à bonis tantum capitur etiam per amorem. In ſolis ergo bonis ita eſt,vt etiam ſit cum ipſis propter concordiam voluntatis. Nam dum ſuas voluntates ita iuſtitiæ ſubdunt, vt deum non dedeceat velle quod ipſi volunt:per hoc quòd ab eius voluntate non diſſentiunt, deum ſibi ſpecialiter iungunt. Sed cum ita ſit cum omnibus ſanctis,ſpecialiter tamē cum Maria, cum qua vtique tanta ei conſenſio fuit,vt illius non ſolum voluntatem, ſed etiam carnem ſibi cōiungeret, ac ſi de ſua,virgíniſque ſubſtantia vnum Chriſtum efficeret,vel potius vnus Chriſtus fieret: qui etſi nec totus de deo nec totus de virgine, to- C tus tamen dei & totus virginis eſſet, nec duo filij, ſed vnus vtriuſque filius. Ait itaque: Aue gratia plena, dominus tecum. Nec tantum dominus filius tecum, quem carne tua induis: ſed & dominus ſpiritus ſanctus de quo concipis: & dominus pater,qui genuit quem concipis. Pater inquam tecum, qui filium ſuum tacit & tuum. Filius tecum, qui ad condendum in te mirabile ſacramentum miro modo & ſibi reſerat genitale ſecretum, & tibi ſeruat virginale ſignaculum. Spiritus ſanctus tecum, qui cum patre & filio tuum ſanctificat vterum. Dominus ergo tecum. Benedicta tu in mulieribus. Libet adiungere quod Elizabeth, cuius hæc verba ſunt, proſecuta ſubiunxit: Et benedictus fructus ventris tui. Non quia tu benedicta,ideo benedictus fructus ventris tui, ſed quia ille te præuenit in benedictionibus dulcedinis, ideo tu benedicta. Vere etenim benedictus fructus ventris tui, in quo benedictæ ſunt omnes gentes: de cuius plenitudine tu quoque accepiſti cum cæteris, etſi differentius à cæteris. Ac propterea quidem benedicta tu, ſed in mulieribus, ille vero benedictus non in hominibus, non inter angelos, ſed qui eſt, vt ait *Rom.9.* Apoſtolus, ſuper omnia benedictus deus in ſecula. Dicitur benedictus vir, benedictus panis, benedicta mulier, benedicta terra, vel ſi quid tale in creaturis benedictum eſſe memoratur, ſed ſingulariter benedictus fructus ventris tui, cum ſit ſuper omnia benedictus deus in ſecula. Benedictus ergo fructus ventris tui. Benedictus in odore, benedictus in ſapore, benedictus in ſpecie. Huius odoriferi fructus fragrantiam D ſentiebat qui dicebat: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. An non vere benedictus, cui benedixit Dominus? De ſapore huius fructus quidam quod guſtauerat taliter eructabat dicens: Guſtate & videte, quoniam *Pſal.33.* ſuauis eſt dominus. Et alibi: Quàm magna multitudo dul- *Pſal.30.* cedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. Et alius *1.Petr.2.* quidam: Si tamen, inquit, guſtatis quoniam dulcis eſt dominus. Et ipſe fructus de ſe,inuitans non ad ſe, Qui edit me,ait, adhuc eſuriet: & qui bibit me, adhuc ſitiet. Vtique propter ſaporis dulcedinem hoc dicebat, qui ſemel guſtatus magis excitat appetitum. Bonus fructus, qui animarum eſurientium & ſitientium iuſtitiam, & eſca & potus eſt. Audiſti de odore, audiſti de ſapore, audi & de ſpecie. Si enim fructus *Gene.3.* ille mortis non ſolum ſuauis fuit ad veſcendum, ſed etiam teſte ſcriptura delectabilis aſpectu: quanto magis huius vitalis fructus viuificum decorem debemus inquirere,in quem,teſte alia ſcriptura,deſiderant etiam angeli proſpicere? Cuius pul- *1.Petr.1.* chritudinem in ſpiritu videbat,& in corpore uidere cupiebat, qui dicebat: Ex Sion ſpecies decoris eius. Et ne mediocrem *Pſal.49.* tibi videatur commendaſſe decorem, recole quod in alio pſalmo legis: Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt *Pſal.44.* gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Benedictus ergo fructus ventris tui, cui benedixit deus in æternum. Ex cuius benedictione benedicta etiam tu in mulie- E ribus: quia non poteſt mala arbor fructum facere bonum. Benedicta,inquam,tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euaſiſti, qua dictum eſt: In triſtitia paries filios, *Gene.3.* & nihilominus illam, qua ſecutum eſt: Maledicta ſterilis in Iſraël, ac ſingularem conſecuta es benedictionem, vt nec ſterilis maneas, nec cum dolore parturias. Dura neceſſitas, & graue iugum ſuper omnes filias Euæ. Et ſi pariunt, cruciantur: & ſi non pariunt, maledicuntur. Et dolor prohibet parere, & non parere maledictio. Quid facies virgo quæ hæc audis, quæ hæc legis? Si parturis, anguſtiaris, ſi ſterilis manes, maledíceris, Quid eliges virgo prudens? Anguſtiæ, inquit, mihi ſunt vndique: Melius eſt tamen mihi maledictum incurrere & caſtam manere, quàm prius quidem concipere per concupiſcentiam,quod merito poſt cum dolore parturiā. Hinc etenim & ſi video maledictum, ſed non peccatum: illinc verò & peccatum ſimul & cruciatum. Denique hæc maledictio quid aliud eſt, quàm hominum exprobratio? Neque ob aliud ſanè dicitur ſterilis maledicta, niſi quòd opprobrio & contemptui ſit habenda tanquam inutilis & infructuoſa, & hoc in Iſraël tantum. Mihi autem pro minimo eſt, quòd hominibus diſpliceo, dum me poſſim virginem caſtam exhibere Chriſto. O virgo prudens, ô virgo deuota, quis te docuit Deo placere virginitatem? Quæ lex, quæ iuſtitia, quæ pagina veteris teſtamenti vel præcipit, vel conſulit, vel hor- F tatur in carne non carnaliter viuere,& in terris angelicam ducere vitam? Vbi legeras beata virgo, Sapientia carnis mors eſt: &, Curam carnis ne perfeceritis in deſiderio? Vbi legeras *Rom.8.* de virginibus, quia cantant canticum nouum quod nemo a- *Rom.13.* lius cantare poteſt, & ſequuntur agnum quocunque ierit? *Apoc.14.* Vbi legeras, laudatos eſſe qui ſe caſtrauerunt propter regnum *Matt.19.* cœlorum? Vbi legeras, In carne enim ambulantes, non ſe- *2.Cor.10.* cundum carnem militamus:&, Qui matrimonio iungit virgi- *1.Cor.7.* nem ſuam,bene facit,& qui non iungit, melius facit? Vbi audieras: Volo vos omnes eſſe ſicut & meipſum. &, Bonum eſt *vbi ſupra.* homini,ſi ſic permaneat ſecundum meum conſilium? De vir- *ibidem.* ginibus,inquit, præceptum non habeo, conſilium autem do. *vbi ſupra.* Tu verò non dicam præceptum, ſed nec conſilium, nec exemplum: niſi quòd vnctio docebat te de omnibus, ac ſermo dei viuus & efficax ante tibi factus eſt magiſter, quàm filius: prius inſtruxerit mentem, quàm inducrit carnem. Chriſto ergo deuoues te exhibere virginem, & neſcis quòd ipſi exhiberi te oportet etiam matrem? Eligis in Iſraël eſſe contemptibilis, & vt illi placeas cui te probaſti, maledictum incurrere ſterilitatis:& ecce maledictio benedictione commutatur, ſterilitas fœcunditate recompenſatur. Aperi virgo ſinum, expande gremium, præpara vterum: quia ecce facturus eſt tibi magna qui potens eſt:intantum vt pro maledictione Iſraël, beatam te dicant omnes generationes. Nec ſuſpectam ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gbeas prudens virgo fœcunditatem, quia non auferet integritatem. Concipies, sed sine peccato. Grauida eris, sed non grauata: paries, sed non cum tristitia: nescies virum, & gignes filium. Qualem filium? Illius eris mater, cuius deus est pater, Filius paternæ charitatis erit corona tuæ castitatis, sapientia paterni cordis erit fructus uteri virginalis. Deū denique paries, & de deo concipies. Confortare ergo virgo fœcunda casta puerpera, mater intacta, quia non erit in Israel vlla maledicta, neque inter steriles deputata. Et si adhuc maledixeris ab Israel secundum carnem, non quia sterilem vident, sed quia fœcundam inuident: memento quòd & Christus maledictum pertulit crucis, qui te suam matrem benedixit in cœlis, sed & in terris ab angelo benedicta, & à cunctis generationibus terræ merito beata prædicaris. Benedicta ergo tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Solent virgines quæ vere virgines sunt, semper pauidæ & nunquam esse securę, & vt caueant timenda, etiam tuta pertimescere, scientes se in vasis fictilibus thesaurum portare preciosum, & nimis arduum esse viuere angelice inter homines, & in terris more cœlestiū esse viuere angelice inter homines, & in carne cœlibem agere vitā. Ac proinde quicquid nouum quicquid subitum fuerit ortū, suspectas habent H insidias, totum cōtra se æstimāt machinatum. Idcirco & Maria turbata est in sermone angeli. Turbata est, sed non perturbata. Psal.76. Turbatus sum, inquit, & nō sum locut⁹, sed cogitaui dies antiquos & annos æternos in mente habui. Ita ergo & Maria turbata est & nō est locuta, sed cogitabat qualis esset ista salutatio. Quòd turbata est, verecundiæ fuit virginalis: quod nō perturbata, fortitudinis: quod tacuit & cogitauit, prudentiæ. Cogitabat autem qualis esset ista salutatio. Sciebat prudens virgo quòd sæpe angelus satanæ trāsfigurat se in angelum lucis: & quia nimirum humilis & simplex erat, nihil tale penitus à sancto angelo sperabat, & ideo cogitabat qualis esset ista salutatio. Tunc angelus intuitus virginem, & varias eam secū voluere cogitationes facillime deprehendens, Textus. pauidam consolatur: confirmat dubiam: ac familiariter vocans ex nomine, benigne ne timeat persuadet. Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti gratiam apud deum. Nihil hic doli, nihil hic fallaciæ est. Nullam circumuentionem, nullas hic suspiceris insidias. Non sum homo sed spiritus, & dei angelus non satanæ. Ne timeas Maria, inuenisti gratiam apud deum. O si scires quantum tua humilitas altissimo placeat, quanta te apud ipsum sublimitas maneat, angelico te indignam nec alloquio iudicares nec obsequio. Vt quid enim indeI bitam tibi dixeris gratiam angelorum, quæ inuenisti gratiam apud deum? Inuenisti quod quærebas, inuenisti quod nemo ante te potuit inuenire. inuenisti gratiam apud deum Quam gratiam? Dei & hominum pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem. Hæc est ergo gratia, quam inuenisti apud deum. Et hoc tibi signum. Ecce concipies & pari- Textus. es filium, & vocabis nomen eius Iesum. Intellige prudens virgo ex nomine filij promissi quantam & quàm specialem gratiam inueneris apud deum. Et vocabis, ait, nomen eius Iesum. Rationem huius vocabuli alius euāgelista ponit, an- Matth.1. gelo sic interpretante. Ipse enim saluū faciet populum suum à peccatis eorum. Duos Iesus lego in typo huius quem nunc in manibus habemus, præcessisse, ambos populis præfuisse: quorum vnus populū suum de Babylone eduxit, alter suum in terram promissionis introduxit. Et illi quidem illos, quibus præerant, ab hostibus defendebant, sed nunquid saluabant à peccatis eorum? Is autem noster Iesus & à peccatis saluat populum suum, & introducit in terram viuētium. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Vtinā & me peccatorem dignetur dominus Iesus annumerare populo suo, vt saluum me faciat à peccatis meis. Vere enim beatus populus, cuius iste Iesus dominus deus eius, quia ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vereor autē ne multi se profiteantur esse de populo eius, quos tamen ipse non habeat pro populo suo. Vereor ne plerisque, qui quasi in populo Matth.15. ius religiosiores esse videtur, ipse aliquando dicat: Populus hic labijs me honorat, cor autē eorum longe est à me. Noluit enim dominus Iesus qui sunt eius, nouit & quos elegerit K à principio. Quid me vocatis (ait) domine domine, & nō fa- Luc.6. citis quæ dico? Vis scire an pertineas ad populū eius, vel potius vis esse de populo eius? Fac quæ dicit Iesus: & computabit te in populo suo. Fac quæ iubet in euāgelio dominus Iesus, quæ iubet in lege & prophetis, quæ iubet per ministros suos qui sunt in ecclesia, obtempera eius vicariis præpositis tuis, non tātum bonis & modestis, sed etiam dyscolis: & di- Matth. sce ab ipso Iesu, quia mitis est & humilis corde, & eris de beato populo eius quem elegit in hæreditatē sibi, eris de laudabili populo eius quē domin⁹ exercituū benedixit, dicens: Esa.19. Opus manuum mearum tu es, hæreditas mea Israel. cui, ne forte Israel carnalē æmuleris, etiam testimonium perhibet, dicens: Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, in auditu Psal.17. auris obediuit mihi. Sed audiamus quid idē angelus sentiat de illo, cui necdum cōcepto tale indidit nomen. Ait nanque. Hic erit magn⁹, & filius altissimi vocabitur. Bene magnus, Textus. qui filius altissimi merebitur appellari. An non magnus, cuius magnitudinis nō est finis? Et quis magnus, ait, sicut deus Psal.144 noster? Planè magnus, qui tā magnus, quam altissimus, quia Psal.112 & ipse altissimus. Neque enim altissimi filius rapinam arbi- Phil. trabitur esse se æqualem altissimo, Ille merito arbitrādus est cogitasse rapinam, qui cum de nihilo in angelicam formam L factus fuisset, factori suo se comparans, vsurpauit sibi quod filij altissimi proprium est, qui vtique in forma dei à deo nō factus sed genitus est. Altissimus enim deus pater quanuis omnipotens sit, nō potuit tamen vel æqualem sibi condere creaturam, vel inæqualem gignere filiū. Fecit itaque angelum magnum, sed non quantus ipse: & ideo nec altissimum. Solum autem vnigenitum, quem nō fecit sed genuit omnipotens omnipotētem, altissimus altissimū, æternus coæternum, ipsum sibi per omnia comparari, nec rapinam æstimat nec iniuriam. Rectè ergo hic erit magnus, qui filius altissimi vocabitur. Sed quare hic erit & non potius est magnus, qui semper æqualiter magnus, nō habet quo crescat, nec maior post conceptum futurus sit, quàm ante vel sit vel fuerit? An forte propterea dixerit, erit, quia qui magnus deus erat, magnus homo futurus sit? Bene ergo hic erit magnus. Magnus homo, magnus doctor, magnus propheta. Sic enim dicitur de eo in euangelio: Quia propheta magnus surrexit in no- Luc.7. bis. Et à minori quodam propheta magnus itidē propheta vēturⁿ promittitur. Ecce, inquit, veniet propheta magnus. & ipse renouabit Hierusalē. Et tu quidem ô virgo paruulum paries, paruulum nutries, paruulum lactabis, sed videns paruum cogita magnum. Erit enim magnus, quia magnificabit eum deus in conspectu regum, adeo vt adorent eum omnes reges, omnes gētes seruiāt ei. Magnificet ergo & anima tua M dominū, quia hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Magnus erit & magna faciet tibi qui potens est, & sanctum Luc.1. nomen eius. Quod enim sanctius nomen, quàm quod filius altissimi vocabitur? Magnificetur & à nobis paruulis magnus dominus, quos vt faceret magnos, factus est paruulus. Paruulus, ait, natus est nobis: & filius datus est nobis. Nobis Esa.9. inquam, non sibi, qui vtique ante tempora multo nobilius natus ex patre, nasci temporaliter non indigebat ex matre. Non angelis quoque, qui cum magnum haberēt, paruulum non requirebant. Nobis ergo natus, nobis & datus, quia nobis necessarius. Iam de nobis nato & dato faciamus ad quod natus est & datus. Vtamur nostro in nostram vtilitatem, de saluatore salutem operemur. Ecce paruul⁹ in medio statuitur. O paruulus, paruulis desideratus. O verè paruulus, sed malitia, non sapientia. Studeamus effici sicut paruulus iste, discamus ab ipso quia mitis est & humilis corde: ne magnus videlicet deus sine causa factus sit homo paruus, ne gratis mortuus, ne in vacuum crucifixus. Discamus eius humilitatem, imitemur mansuetudinem, amplectamur dilectionem, Roma.8. cōmunicemus passionib⁹, lauemur in sanguine eius, ipsum offeramus propitiationem pro peccatis nostris: quoniam ad hoc ipse natus & datus est nobis. Ipsum oculis patris, ipsum offeramus & suis, quia & pater proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illū, & ipse filius semetipsum, exinaniuit formam serui accipiēs: ipse tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata Luc.23. multorum

A multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit vt non perirent. Non possunt perire pro quibus filius rogat ne pereant, pro quibus pater tradidit filium in mortem vt viuant. Aequaliter ergo ab vtroque speranda est venia, quibus æqualis est in pietate misericordia, par in voluntate potentia, vna in deitate substantia, in qua vnus cum eis spiritus sanctus viuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

Homilia quarta, Vnde supra.

NOn est dubium, quicquid in laudibus matris proferimus, ad filium pertinere, & rursum cum filium honoramus, à gloria matris nō recedimus. Nam si iuxta Salomonem, Prou.10. filius sapiens, gloria est patris, quanto magis gloriosum est matrem ipsius effici sapientiæ? Sed quid ego tento in eius laudibus, quam laudabilem prædicant prophetę, perhibet angelus, narrat euangelista? Non ergo laudo, quia non audeo: sed tantum replico deuotus quod iam explicauit per os euange- Textus. listæ spiritus sanctus, Sequitur nanque, & ait: Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris sui. Verba sunt angeli ad virginem de promisso filio, promittentis, quòd debeat possidere regnum Dauid. Quòd de stirpe Dauid duxerit originem dominus Iesus, nemo dubitat. Quæro autem quomodo dederit ei deus sedem Dauid patris sui, cum ipse in Hierusalem non regnauerit, quin imo turbis eum volentibus constituere regē, B non acquieuerit, sed & ante faciem Pilati protestatus sit: Ioan.18. Regnum meum non est de hoc mundo. Denique quid ma- Esaiæ.6. gnum promittitur ei qui sedet super Cherubim, quem propheta vidit sedentem super solium excelsum & eleuatum, sedere in throno Dauid patris sui? Sed nouimus quandam aliam Hierusalem ab ea, quæ nunc est, in qua regnauit Dauid, significatam, multo ista nobiliorem, multo ditiorem. Hanc igitur puto hic fuisse significatam, illo videlicet vsu loquendi, quo sæpe reperis in scripturis significans poni pro significato. Luc.1. Tunc sanè dedit illi deus sedem Dauid patris sui, quando constitutus est rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Sed hic propheta de quo regno dixerat, expressius aperuisse videtur, in eo quod non in Sion posuit, sed super Sion. Nam ideo fortassis dictum est super, quia in Sion quidem regnauit Dauid, super Sion verò regnum est illius, Psal.131. de quo dictum est ad Dauid, De fructu ventris tui ponam supER per sedem tuam, de quo & dictum est per alium prophetam, Esaiæ.9. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit. Vides quia vbique reperis super: Super Sion, super sedem, super solium, super regnum. Dabit ergo ei dominus deus sedem Dauid patris sui, non typicam sed veram, non temporalem sed æternam, non terrenam sed cœlestem. Quæ idcirco (vt iam dictum est) memoratur fuisse Dauid: quia hæc in qua Textus. C temporaliter sedit, æternæ illius gerebat imaginem. Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Hic quoque si domum Iacob temporalem accipimus, quomodo in illa quæ æterna non est, in æternum regnaturus est? Quærenda est ergo domus æterna Iacob in qua regnet in æternum, cuius regni non erit finis. An non denique domus illa Iacob exasperans impie abnegauit eum, & insipienter respuit ante faciem Pilati: quando illo perhibente, Regem vestrum crucifigam? vno ore respondendo clamauit: Non habemus regem nisi Cæsarem? Require itaque apostolum, & Ioan.19. discernet tibi eum qui in occulto Iudæus est, ab illo, qui in Roma.2. manifesto: & quæ in spiritu est circuncisionem, ab ea, quæ sit Coloss.2. in carne, & spiritualem Israël à carnali, & filios fidei Abra- Roma.9. hæ à filiis carnis. Non enim, inquit, omnes qui ex Israël, hi sunt Israëlitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, hi filij. Sequere ergo & dic: Similiter non omnes qui ex Iacob, hi reputandi sunt in domo Iacob. Iacob quippe ipse est qui Israël. Solos igitur qui in fide Iacob perfecti inueniendi sunt, reputa in domo Iacob, vel potius ipsos noueris fore spiritualem & æternam domum Iacob, in qua regnabit dominus Iesus in æternum. Quis ex nobis est qui iuxta interpretationem nominis Iacob, supplantet diabolum de corde suo, luctetur cum vitiis & concupiscentiis suis: vt non regnet peccatum in suo mortali corpore, sed regnet in eo Iesus, & nunc quidem per gratiam, & in æternum per gloriam? Beati in quibus Iesus regnabit in æternum, quia & ipsi cum eo regnabunt, & regni eius non erit finis.. O quàm gloriosum est regnum illud, in quo te- D ges congregati sunt, conuenerunt in vnum, ad laudandum scilicet & glorificandum eum, qui super omnes est rex regum, & dominus dominantium. De cuius splendidissima contempla- Matt.13. tione fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. O si & mei peccatoris meminerit Iesus in beneplacito populi sui, cū venerit in regnum suum. O si me in illa die, quando traditus est regnum deo & patri, visitare dignabitur in salutari suo, ad viuendum scilicet in bonitate electorum suorum, ad lætandum in lætitia gentis suæ, vt laudetur etiam à me cum hæreditate sua. Veni interim domine Iesu, aufer scandala de regno tuo quod est anima mea, vt regnes tu (qui debes) in ea. Venit enim auaritia, & vendicat in me sibi sedem, iactantia cupit dominari mihi, superbia vult mihi esse rex, luxuria dicit, ego regnabo, ambitio, detractio, inuidia & iracundia certant in meipso de meipso, cuius ego potissimum esse videar. Ego autem quantum valeo resisto, renitor quantum iuuor, dominum meum Iesum reclamo, ipsi me defendo, quia ipsius me iuris agnosco. Ipsum mihi deum, ipsum mihi dominum teneo & dico, non habeo regem nisi dominum Iesum. Veni ergo domine, disperge illos in virtute tua, & regnabis in me, quia tu es ipse rex meus & deus meus, qui mandas salutes Iacob. Dixit Textus. autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Primo quidem prudenter tacuit, cum adhuc dubia cogitabat, qualis esset ista salutatio, malens nimi- E rum humiliter non respondere, quàm temerè loqui quod nesciret. Iam vero confortata & bene præmeditata, angelo quidem foris loquente, sed deo intus persuadente: (erat enim dominus cum illa, dicente angelo, Dominus tecum) ita ergo confirmata, fide scilicet depellente timorem, lætitia verecundiam, dixit ad angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Non dubitat de facto, sed modum requirit & ordinem. Nec enim quærit an fiet istud, sed quomodo. Quasi dicat. Cum sciat dominus meus, testis conscientiæ meæ, votum esse ancillæ suę non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placebit ei, vt fiat istud? si oportuerit me frangere votum vt pariam talem filium, & gaudeo de filio, & doleo de proposito. Fiat tamen voluntas eius. Sin verò virgo concipiam, virgo & pariam, quod vtique si placuerit ei, impossibile non erit, tunc scio vere, quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Quomodo ergo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et Textus. respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Superius dicta est fuisse gratia plena, & nunc quomodo dicitur, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi? Nunquid potuit repleri gratia, & necdum habere spiritum sanctū, cum ipse sit dator gratiarum? Si autem iam spiritus sanctus in ea erat, quomodo adhuc tanquam nouiter superuenturus repromittitur. An fortè ideo non dixit simpliciter, veniet in te, sed addidit super, quia & prius quidem in ea fuit per multam gra- F tiam, sed nunc superuenire nunciatur, propter abundantioris gratiæ plenitudinem quam effusurus est super illam? At verò cum plena iam sit, illud amplius quomodo capere poterit? Si autē plus aliquid capere potest, quomodo & ante plena fuisse intelligenda est? An prior quidem gratia eius tantum repleuerat mentem, sequens verò etiam ventrem perfundere debeat, quatenus scilicet plenitudo diuinitatis, quę ante in illa, sicut & in multis sanctorū spiritualiter habitabat, etiam sicut in nullo sanctorū corporaliter in ipsa habitare incipiat? Ait itaq; Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quid est: & virtus altissimi obumbrabit tibi? Qui potest capere, capiat. Quis enim excepta fortassis illa, quæ hoc sola in se fœliciss̄ime meruit experiri, intellectu capere, ratione discernere possit, qualiter splendor ille inaccessibilis virgineis sese visceribus infuderit, & vt illa inaccessibilē accedere ad se ferre potuisset, de portiuncula eiusdē corporis cui se animatē cōtemperauit, reliquæ massæ vmbraculum fecerit? Et fortasse propter hoc maxime dictū est: O umbrabit tibi, quia res nimirum in sacramento erat, & quod sola per se trinitas in sola & cum sola virgine voluit operari, soli datum est nosse, cui soli datum est experiri. Dicatur ergo: Spiritus sanctus superueniet in te, qui vtiq; sua potētia fœcundabit te. Et virtus altissimi obumbrabit tibi, hoc est, illum modum quo de spiritu san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Cto cõcipies,dei virtus,& dei sapiẽtia Christus,sic in suo secretissimo consilio obumbrãdo cõteget & occultabit, quatenus sibi tantũ notus habeatur & tibi. Ac si angelus respondeat ad Virginẽ: Quid à me requiris, quod in te mox experieris? Sciens scies, & fœliciter scies,sed illo doctore, quo & auctore. Ego autem missus sum nunciare virginalem conceptum,non creare. Nec potest doceri nisi à donante: nec potest addisci nisi à suscipiente. Ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Quod est dicere. Quoniam nõ est de homine sed de spiritu sancto quod cõcipies, concipies autem altissimi virtutem,hoc est filium dei: ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei,id est, non solum qui de sinu patris in vterum tuũ veniens obumbrabit tibi, sed etiã id quod de tua substãtia sociabit sibi, ex hoc iã vocabitur filius dei, quemadmodũ & is qui à patre est ante secula genitus, tuus quoque amodo reputabitur filius. Sic autẽ & quod natũ est ex ipso patre, erit tuus, & quod nascetur ex te, erit eius vt tamen nõ sint, duo filij, sed vnus, Et licet aliud quidem ex te aliud ex illo sit, iam non tamen cuiusque suus, sed vnus vtriusque erit filius. Ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Attende quæso quàm reuerenter dixerit, quod nascetur ex te sanctum. Vt quid enim ita simpliciter sanctũ, & absque additamento? Credo quia non habuit quid proH priè digneve nominaret illud eximiũ, illud magnificum, illud reuerendũ, quod de purissima videlicet virginis carne cũ sua anima vnico patris erat vniendum. Si diceret, sancta caro vel sanctus homo, vel sanctus infans, quicquid tale poneret, parum sibi dixisse videretur. Posuit ergo indefinite sanctum, quia quicquid illud sit, virgo genuit, sanctum procul dubio ac singulariter sanctum fuit, & per spiritus sanctificationem, & per verbi assumptionẽ. Et adiecit angelus. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa cõcepit filium in senectute sua. Quid fuit necesse etiam huius sterilis virgini nunciare conceptum? Nunquid fortè dubiam adhuc & incredulam oraculo, recentiori voluit confirmare miraculo? Absit. Legimus & Zachariæ incredulitatem ab hoc ipso angelo fuisse castigatam: Mariam autem in aliquo reprehensam non legimus, quin potius fidem ipsius Elizabeth prophetante laudatam agnouimus. Beata es, inquit, quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à domino. Sed ideo sterilis cognatæ cõceptus virgini nũciatur, vt dum miraculum miraculo additur, gaudium gaudio cumuletur. Porrò necesse erat non modico lætitiæ & amoris præueniente inflammari incendio, quæ filium paternæ dilectionis cum gaudio spiritus sancti mox fuerat conceptura. Neque enim nisi in deuotissimo corde atque hilarissimo tanta se capere poterat dulcedinis & alacritatis affluentia. Vel ideo cõceptus Elizabeth I nunciatur Mariæ, quia profecto decebat vt verbum mox diuulgandũ vbique, prius sciret virgo per angelum, quàm audiret ab homine: ne mater videlicet dei à consiliis filij videretur amota, si eorum quæ in terris tam prope gererentur remansisset ignara. Vel ideo potius conceptus Elisabeth Mariæ nunciatus est, vt dum nunc saluatoris, nũc præcursoris edocetur aduẽtum, rerum tempus & ordinem tenens ipsa melius postmodum scriptoribus ac prædicatoribus euangelij referet veritatẽ, quæ & plenè de omnibus à principio cœlitus fuerit instructa mysteriis. Vel ideo adhuc nunciatur Mariæ conceptus Elizabeth, vt audiens cognatam vetulam & grauidam, cogitet iuuencula de obsequio, sicque illa properante ad visitandum, paruulo prophetæ locus & occasio detur, quo minori adhuc domino sui officij valeat exhibere primitias: & dum ad se inuicem occurrit matrũ infantúmque ab alterutro excitata deuotio, mirabilius fiat miraculum de miraculo. Vide autem ne hæc tam magnifica quæ ab angelo audis prænunciata, ab ipso speres perficienda. A quo ergo si quæris, ipsum audi angelum. Quia non erit, inquit, impossibile apud deum omne verbum. tanquam diceret, Hæc quæ ego tam fideliter promitto, non de mea, sed de illius qui me misit virtute præsumo: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Quale enim illi verbum impossibile poterit esse, qui omnia fecit in verbo? Mouet me & hoc in verbis angelicis, quòd signanter non ait, quia non erit impossibile apud deum omne factum, sed omne verbũ. An idcirco posuit verbum, quia quàm facile possunt homines loqui quod K volunt, etiam quod nullatenus facere possunt, tam facilè imò incomparabiliter facilius valet deus opere implere, quicquid illi verbo valent exprimere? Dicam apertius. Si hominibus tam facile esset facere quàm dicere quod volunt: & ipsis quoque non esset impossibile omne verbum. Nunc autem quoniam vulgaris & verus sermo est, multum interesse inter loqui & facere, sed apud homines, non apud deum: soli deo quia idem est facere quod loqui, idem loqui quod velle: merito non erit impossibile apud deum omne verbum. Verbi gratia. Potuerunt præuidere & prædicere prophetæ virginem vel sterilem concepturam ac parituram, sed nunquid facere, vt conciperent & parerent? Deus autem qui dedit eis posse præuidere, quàm facile potuit tunc quod voluit per illos prædicere, tam facile potuit nunc quando voluit per seipsum quod promisit implere. Siquidem apud deum nec verbum dissidet ab intentione, quia veritas est: nec factũ à verbo, quia virtus est: nec modus à facto, quia sapientia est: ac per hoc non erit impossibile apud deum omne verbum. Audisti virgo factum, audisti & modum, vtrumque mirum, vtrumque iucundum. Iucundare filia Sion, & exulta satis filia Hierusalem. Et quoniam auditui tuo datum est gaudium & lætitia: audiamus & nos à te responsum lætitiæ quod Zacha.9 desideramus, vt iam exultent ossa humiliata. Audisti, inquam factum, & credidisti: crede & de modo quod audisti. Audisti L quia concipies & paries filium, audisti quòd non per hominem, sed per spiritu sanctũ: expectat angelus responsum, tempus est enim vt reuertatur ad deum qui misit illum. Expectamus & nos ô domina verbũ miserationis, quos miserabiliter premit sententia damnationis. Et ecce offertur tibi precium salutis nostræ, statim liberabimur si cõsentis. In sempiterno dei verbo facti sumus omnes, & ecce morimur: in tuo breui responso sumus reficiẽdi, vt ad vitã reuocemur. Hoc supplicat à te ô pia virgo flebilis Adam cum misera sobole sua exul de paradiso, hoc Abraham, hoc Dauid. Hoc cæteri flagitant sancti patres, patres scilicet tui, qui & ipsi habitãt in regione vmbræ mortis. Hoc totus mundus tuis genibus prouolutus expectat. Nec immerito, quando ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redemptio captiuorum, liberatio damnatorum: salus denique vniuersorum filiorum Adam, totius generis tui. Da virgo responsum festinanter. O domina responde verbum quod terra, quod inferi, quod expectãt & superi. Ipse quoque omnium rex & dominus quantum concupiuit decorem tuum, tantum desiderat & responsionis assensum: in qua nimirum proposuit saluare mundũ. Et cui placuisti in silentio, iam magis placebis ex verbo: cum ipse tibi clamet è cælo: O pulchra inter mulieres, fac me audire vocem tuã. Si ergo tu eũ facias audire vocẽ tuã, ipse te faciet videre salutẽ nostrã. Nunquid nõ hoc est quod quærebas, quod gemebas, quod diebus & noctibus orãdo suspirabas? Quid igitur? M Tu es cui hoc promissum est, an aliam expectamus? Imo tuipsa, non alia. Tu inquam illa promissa, illa expectata, illa desiderata, ex qua sanctus pater tuus Iacob iam morti appropinquans vitam superabat æternam, cum dicebat: Expectabo Gene.49 saluatore tuum domine. in qua denique & per quam deus ipse rex noster ante secula disposuit operari salutem in medio terræ. Quid ab alia speras quod tibi offertur? Quid per aliam expectas quod per te mox exhibebitur, dummodo præbeas assensum, respõdeas verbũ? Respõde itaq; citius angelo, imò per angelum domino. Responde verbum & suscipe verbum: Profer tuum, & cõcipe diuinum. Emitte transitorium, & amplectere sempiternũ. Quid tardas? Quid trepidas? Crede, cõfitere & suscipe. Sumat humilitas audaciam, verecũdia fiduciam. Nullatenus cõuenit nũc, vt virginalis simplicitas obliuiscatur prudentiam. In hac sola re ne timeat prudẽs virgo præsumptionem: quia etsi grata in silentio verecundia, magis tamen nunc in verbo pietas necessaria. Aperi virgo beata cor fidei, labia cõfessioni, viscera creatori. Ecce desideratus cũctis gentibus, foris pulsat ad ostium. O si te morante pertrãsierit, & rursus incipias dolens quærere quem diligit anima tua! Surge, curre, aperi. Surge per fidẽ, curre per deuotionem, aperi per confessionẽ. Ecce, inquit, ancilla dominini, fiat mihi Textus. secundum verbum tuum. Semper solet esse gratię diuinæ familiaris

A secundũ verbum tuum. Semper solet esse gratiæ diuinæ familiaris virtus humilitas. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Humiliter ergo respondet, vt sedes gratiæ præparetur. Ecce, inquit, ancilla domini. Quæ est hęc tam sublimis humilitas, quę cedere nõ nouit honoribus, insolescere gloria nescit? Mater dei eligitur, & ancillã se nominat. Non mediocris reuera humilitatis insigne, nec oblata tanta gloria, obliuiscitur humilitatem. Non magnũ est esse humilem in abiectione. magna prorsus & rara virtus humilitas honorata. Si me miserum homuncionẽ meis decepta simulationibus ad aliquẽ vel mediocrem honorẽ prouexerit ecclesia, deo nimirum hoc vel propter mea vel propter subditorũ peccata permittente: nõnne statim oblitus qui fuerim, talẽ me puto, qualis ab hominibus (qui cor non videt) putatus sum? Credo sanè conscientiã non attendo, & reputans non honorem virtutibus, sed virtutes honori, eo sanctiorem, quo superiorẽ me æstimo. Videas plerosque in ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subito intumescere, pristinę obliuisci abiectionis: genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes. Videas & homines pecuniosos ad honores quosque ecclesiasticos peruolare: móxque sibi applaudere sanctitatem, vestium duntaxat mutatione, non mentium: & dignos se æstimare dignitate, ad quã ambiendo peruenerunt, B quódque (si audeo dicere) adepti sunt nũmis, attribuere meritis. Omitto autẽ de his quos excæcat ambitio, & honor ipse superbiendi eis materia est. Sed video (quod magis doleo) post spretam seculi pompã, nonnullos in schola humilitatis superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis humilísque magistri grauius insolescere, & impatientes amplius fieri in claustro, quàm fuissent in seculo. Quódque magis peruersum est, plerique in domo dei non patiuntur haberi contemptui, qui in sua non nisi contemptibiles esse potuerunt: vt quia videlicet vbi à pluribus honores appetuntur, ipsi locum habere non meruerunt, saltem ibi honorabiles videantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur. Video & alios (quod non sine dolore videri debet) post aggressam Christi militiam, rursus secularibus implicari negotiis, rursus cupiditatibus terrenis immergi: cũ magna cura erigere muros, & negligere mores: sub prætextu quoque communis vtilitatis, verba vendere diuitibus, & matronis salutationes: sed & contra Imperatoris sui edictum concupiscere aliena, & sua cum lite repetere, 1.Cor.6. non audientes Apostolum ex imperio regis tubicinantẽ: Hoc ipsum, inquit, delictũ est in vobis, quòd causas habetis. quare non magis fraudem patimini? Itáne mundum sibi, & se mundo crucifixerunt, vt qui antea vix in suo vico vel oppido cogniti fuerant, modò circumeuntes prouincias, & curias frequẽtantes, regum notitias, principúmque familiaritates assécuti sint? Quid de ipso habitu dicã, in qua iam non calor, sed C color requiritur, magisque cultui vestiũ quàm virtutum insistitur? Pudet dicere, vincuntur in suo studio mulierculæ, quãdo à monachis precium affectatur in vestibus, non necessitas: nec saltem forma religionis retenta in habitu ornari, non armari appetunt milites Christi: qui dum se præparare ad prælium, & contra aëreas potestates prætendere paupertatis insigne debuerant (quod vtique aduersarij valde formidant) in mollitie vestimentorum pacis potius præferentes indicium, vltro se hostibus sine sanguine tradunt inermes. Nec abunde hæc omnia mala contingunt, nisi quòd illam qua seculum deseruimus, deserentes humilitatem, dum per hoc cogimur inepta denuo sectari studia secularium, canes efficimur reuertentes ad vomitum. Audiamus itaque quotquot tales sumus, quid illa responderit, quæ dei mater eligebatur, sed humilitatem non obliuiscebatur. Ecce, ait, ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Fiat, desiderij signum, non dubitationis indicium. Et per hoc quòd dicit, fiat mihi secundum verbum tuum, magis intelligenda est affectum exprimere desiderantis, quàm effectum requirere more dubitantis. quanquam nil obstet intelligi, fiat, esse verbum orantis. Nemo quippe orat nisi quod credit & sperat. Vult autem à se requiri deus etiam quod pollicetur. Et ideo fortè multa quæ dare disposuit, prius pollicetur, vt ex promissione deuotio excitetur: sicque quod gratis daturus erat, deuota oratio promereatur. Sic pius dominus, qui omnes homines vult saluos fieri, merita nobis extorquet à nobis: & dum nos præuenit tribuendo quod retribuat gratis, agit nẽ gratis tribuat. Hoc vtique D prudens virgo intellexit, quando præuenienti se muneri gratuitæ promissionis, iunxit meritũ suæ orationis: fiat (inquiens) mihi secundum verbum tuum. Fiat mihi de verbo secundum verbum tuum. Verbum quod erat in principio apud deum, fiat caro de carne mea secundum verbum tuum. Fiat obsecro mihi verbum non prolatum quod transeat, sed conceptum vt maneat, carne videlicet indutum, non aëre. Fiat mihi non tantum audibile auribus, sed & visibile oculis, palpabile manibus, gestabile humeris. Nec fiat mihi verbum scriptum & mutum, sed incarnatum & viuum: hoc est, non mutis figuris mortuis in pellibus exaratum, sed in forma humana meis castis visceribus viuaciter impressum: & hoc non mortui calami depictione, sed sancti spiritus operatione. Eo videlicet modo fiat mihi, quo nemini ante me factum est, nemini post me faciẽdum. Porrò multiphariam multísq; modis olim deus loquutus est patribus in prophetis: & aliis quidem in aure, aliis in ore, aliis etiam in manu factum esse verbum domini memoratur: mihi autem oro vt in vtero fiat iuxta verbum tuum. Nolo autem vt fiat mihi aut declamatoriè prædicatum, aut figuraliter significatum, aut imaginatoriè somniatum, sed silenter inspiratum, personaliter incarnatum, corporaliter inuisceratum. Verbum igitur quod in se nec poterat fieri, nec indigebat, dignetur in me, dignetur & mihi fieri secundum verbum tuum. Fiat quiE dem generaliter omni mundo, sed specialiter fiat mihi secundum verbum tuum.

Excusatio eiusdem, quòd locum hunc euangelicum post expositores alios explanare voluerit.

LEctionem euangelicam exposui sicut potui: nec ignoro quòd non omnibus placebit, sed scio me ob hanc rem multorum fore indignationi obnoxium: & aut iudicabor superfluus, aut præsumptor: quòd videlicet post patres qui hunc ipsum locum plenissimè exposuerunt, rursus in eodem nouus expositor ausus fuerim mittere manum. Sed si quid dictum est post patres quod non sit contra patres, nec patribus arbitror, nec cuiquam displicere debere. Vbi autem dixi quod à patribus accepi, dum sic absit typus præsumptionis, vt non desit fructus deuotionis, patienter audiant de superfluitate causantes. Nouerint tamen qui me tanquam de ociosa & non necessaria explanatione suggillant, non tam intendisse exponere euangelium, quàm ex euangelio sumere occasiõnem loquendi, quod loqui delectabat. Si verò peccaui, quòd propriam magis ex hoc excitari deuotionem, quàm communem quæsierim vtilitatem, potens erit pia virgo apud suum misericordem filium hoc meum excusare peccatum, cui hoc meum qualecunque opusculum deuotissimè destinaui.

In vigilia natiuitatis domini: De pronunciatione, Iesus Christus filius Dei nascitur in Bethleem Iudæ, Sermo I. F

SOnuit vox lætitiæ in terra nostra, vox exultationis & salutis in tabernaculis peccatorum. Auditum est verbum bonum, verbum consolatorium, sermo iucunditate plenus, dignus omni acceptione. Iubilate montes laudem, & omnia ligna syluarum plaudite mãnibus ante faciem domini, quia venit. Audite cœli, & auribus percipe terra, obstupesce & lauda vniuersitas creaturæ, sed tu magis ô homo. Iesus Christus filius dei nascitur in Bethleem Iudæ. Quis tam lapidei cordis, cuius anima non liquefacta sit in hoc verbo? Quid annunciari dulcius poterat? quid delectabilius commendari? Quid tale vnquam auditum est, aut quid simile aliquando mundus accepit? Iesus Christus filius dei nascitur in Bethleem Iudæ. O breue verbũ de verbo abbreuiato, sed cœlesti suauitate refertum. Laborat affectio, mellifluę dulcedinis copiam latius effundere gestiens, nec inueniens verba. Tanta siquidem est gratia sermonis huius, vt cõtinuò incipiat minus sapere si vel vnum iota mutauero: Iesus Christus filius Dei nascitur in Bethleem Iudæ. O natiuitas illibata sanctitate, honorabilis mundo, amabilis hominibus collati magnitudine beneficij, inuestigabilis etiam angelis sacri profunditate mysterij, & in his omnibus admirabilis singulari excellentia nouitatis: vtpote quæ nec primam similem visa est, nec habeb

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gre sequentem. O partus solus sine dolore, solus nescius pudoris, corruptionis ignarus, non reseruans, sed consecrans virginalis uteri templum. O natiuitas supra naturam, sed pro natura: miraculi excellẽtia superans, sed reparans, virtute mysterij. Fratres, generationem istam quis enarrabit? Angelus nunciat, virtus obumbrat altissimi, superuenit spiritus: virgo credit, fide concipit: virgo parturit, virgo permanet. Quis non miretur? Nascitur altissimi filius, deus de deo genitus ante secula: nascitur verbum infans: quis vel satis miretur? Nec sane otiosa natiuitas, aut infructuosa dignatio maiestatis. Iesus Christus filius dei nascitur in Bethleem Iudæ. Vos qui in puluere estis, expergiscimini & laudate: Ecce dominus veniet cũ salute. Venit cum salute, venit cum vnguentis, venit cũ gloria. Neque enim sine salute Iesus, neque sine vnctione Christus, nec sine gloria venit Dei filius. Siquidem ipse salus, ipse
Prou.10. vnctio, ipse gloria, sicut scriptum est: Gloria patris, filius sapiens. Fœlix anima, quæ gustato salutis fructu trahitur & currit in odore vnguentorũ, vt videat gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Respirate perditi, venit Iesus quærere & saluum facere quod perierat. Morbidi cõualescite, venit Christus qui contritos corde sanat vnctione misericordiæ suæ. Exultate quicunq; estis grandia concupiscentes: descendit ad vos filius dei, vt regni sui faciat cohæredes. Ita obsecro sana
H me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: glorifica, & ero gloriosus. Sic nempe benedicet anima mea dominum, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius, cum propitiatus fueris omnibus iniquitatibus meis, sanaueris omnes infirmitates meas, repleueris in bonis desiderium meum. Hæc tria dilectissimi, sapit mihi quòd audio nasci Iesum Christum filium dei. Quare enim vocamus nomen eius Iesum, nisi quia ipse saluum faciet populum suũ à peccatis eorum? Aut quare Christus nominari voluit, nisi quia computrescere faciet iugum à facie olei? Quare filius dei factus est homo, nisi vt homines faceret filios dei? Volũtati autem eius quis resistit? Iesus, qui iustificat: quis est qui condemnet? Christus qui sanat, quis est qui vulneret? Filius dei qui exaltat, quis est qui humiliet? Nascitur ergo Iesus, gaudeat quisquis ille est, quę perpetuæ damnationis reum adiudicabat conscientia peccatorũ. Excedit quippe pietas Iesu omnem criminum quantitatem seu numerositatem. Nascitur Christus, lætetur quicunque vitiis expugnabatur antiquis. Siquidem ante faciem vnctionis Christi nullus omnino stare poterit morbus animæ quamlibet inueteratus. Nascitur filius dei, exultet qui magna solet desiderare, quia magnus munerator aduenit. Fratres, hic est hęres, deuote suscipiamus eũ. sic enim & hæreditas nostra erit. Qui enim proprium filium dedit, quomodo non omnia
I nobis simul cũ illo donauit? Nemo discedat, nemo hæsitet,
1.Ioan.1. habemus testimonium credibile nimis: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Fratres habere voluit vnigenitus dei, vt esset in multis fratribus primogenitus ipse. Vtiq; nihil hæsitet ipsa pusillanimitas fragilitatis humanæ: prius ipse factus est hominum frater, factus est hominis filius, factus est homo. Si & hoc homo iudicat incredibile, fidẽ astruunt oculi. Iesus Christus natus est in Bethleẽ Iudę. Et vide dignationem. Non in Hierusalem ciuitate regia, sed in Bethleẽ, quæ minima est in milibus Iuda. O Bethleẽ parua, sed iam magnificata à domino, magnificauit te qui factus est in te paruus ex magno. Lætare Bethleẽ, & per omnes vicos tuos festiuum hodie Alleluia cantetur. Quæ tibi ciuitas, si audiat, nõ inuideat preciosissimum illud stabulum, & illius præsepij gloriã? In vniuersa siquidem terra iam celebre est nomen tuum, & beatam te dicunt omnes generationes. Vbique gloriosa dicuntur de te ciuitas dei: vbique psallitur, quia homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, Vbiq; inquã prædicatur, vbique clamatur, quia Iesus Christus filius dei nascitur in Bethleẽ Iudæ. Nec ociosum quod additur, Iudæ. siquidẽ admonet nos eius
Gen.49. quæ ad patres facta est repromissio. Nõ auferetur, inquit, sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gẽtium. Salus quippe ex Iudæis, sed salus vsque ad fines terræ. Iuda, ait, te laudabunt fratres tui. Manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorum, & cętera
vbi supra. quæ de Iuda illo nusquã legimus, sed in Christo videmus impleta. Ipse est enim leo de tribu Iuda, de quo & additur: Catulus leonis Iuda: ad prædã, inquit, fili mi ascẽdisti. Magnus prę- K
dator Christus, qui priusquam sciat vocare patrem aut matrem, Samariæ spolia diripit. Magnus prædator Christus, qui *Esa.8.*
ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: nec tamen abstulit quidquã, sed magis ipse dedit dona hominibus. Has itaq; & cæteras similes prophetias impletas in Christo (de eo siquidẽ & prædictas) ad mentẽ reuocat quod dicitur, Bethleẽ Iudæ: nec omnino quærere est, vtrum à Bethleem possit aliquid boni esse. Sanè quod ad nos spectat, discimus etiam ex hoc quemadmodum suscipi velit, qui in Bethleẽ voluit nasci. Erat enim qui fortè ei sublimia quærẽda arbitraretur esse palatia, vbi cum gloria rex gloriæ susciperetur, sed non propter hoc à regalibus illis sedibus venit. In sinistra eius diuitiæ & *Prou.3.*
gloria, in dextera longiturnitas vitæ. horum omnium æterna in cœlis affluentia suppetebat, sed paupertas non inueniebatur in eis. Porrò in terris abundabat & superabundabat hæc species, & nesciebat homo precium eius. Hanc itaque Dei filius cõcupiscens descendit vt eam eligat sibi, & nobis quoq; sua æstimatione faciat preciosam. Adorna thalamum tuum Sion, sed humilitate, sed paupertate. In his enim pannis complacet sibi, & Maria testimonium perhibente, his fericis delectatur inuolui. Abominationes Ægyptiorũ immola Deo tuo, Considera denique quòd in Bethleem Iudæ nascitur, & sollicitus esto quomodo Bethleem Iudæ inueniaris, & iam non L
in te quidem susci pi dedignetur. Bethleem quippe domum panis, Iuda sonat confessionẽ. Tu ergo si diuini verbi pabulo repleas animam tuam, fidelitérque, etsi nõ digna, certè quanta potes deuotione susci pias panem illum, qui de cœlo descẽdit, & dat vitam mundo, dominicum videlicet corpus Iesu, vt veterem vtrem corporis tui noua illa resurrectionis caro reficiat & sustineat, quatenus nouum quod intus est vinum, hoc solidatur glutino, valeat continere: si denique ex fide viuas, & nequaquam gemere oporteat, quia oblitus sis comedere panem tuum: Bethleem factus es, dignus planè susceptione dominica, si tamen confessio non defuerit. Sit proinde Iudæa sanctificatio tua: cõfessionem & decorem induere, quam maximè stolam in ministris suis Christus acceperat. Deniq; breuiter tibi vtrunque commendat Apostolus: Corde, inquiens, *Rom.10.*
creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Iustitia siquidem in corde, panis in domo. Est enim iustitia pa- *Matt.5.*
nis. Et beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sit ergo in corde iustitia, & iustitia quę ex fide est. Hæc enim sola habet gloriam apud deum. sit etiam in ore confessio ad salutem, & securus iam susci pe eum qui in Bethleem Iudæ nascitur, Iesum Christum filium dei.

In eadem vigilia natiuitatis domini, de eo quod scriptum est: O Iuda & Hierusalem nolite timere, cras egrediemini, & dominus erit vobiscum. Sermo II. M

O Iuda & Hierusalem nolite timere.] Veros alloquimur Iudæos, non liteta, sed spiritu: semen Abrahæ, cuius mul- *2.Para.20*
tiplicatio sicut promissa legitur, sic videtur impleta. Neque enim filij carnis, sed filij promissionis deputantur in semine. Sed nec illi Hierusalẽ dicimus, quæ occidit Prophetas. Vnde enim illam consolemur, super quam dominus fleuit, quę data est in subuersionem? Illi dicimus, quæ de cœlo noua descendit, Nolite timere ô Iuda & Hierusalem. Nolite timere veri cõfessores, qui non solùm ore sed toti pariter, & omni parte domino confitemini, induti confessionem sicut vestimẽtum, imò quorum omnia interiora domino confitentur, & omnia *Psal.85.*
ossa dicunt, Domine, quis similis tibi? non sicut hi qui confitentur se nosse deum, factis autem negant. Vera confessio est, si omnia opera nostra fratres, opera eius sint, & confiteantur ei. Confiteantur autem gemina quadam confessione, vt duplicibus vestiamini, id est confessione peccatorum vestrorum, & cõfessione laudis diuinæ. Tũc enim veri Iudæi eritis, si omnis vita vestra cõfiteatur vos peccatores, & dignos multò maioribus pœnis: deum verò summe bonũ, qui pro his leuibus & transitoriis pœnis, æterna condonat supplicia quæ meruistis. Quisquis enim ardenter non desiderat pœnitentiã, videtur operibus dicere, non indigere se pœnitentia: & ita suã non confitetur culpam, aut non posse prodesse ei pœnitentiam: sic & diuinam non cõfitetur bonitatem. Vos autẽ estote veri

A veri Iudæi, sed & Hierusalem vera, vt nihil iam timeatis. Est enim Hierusalem visio pacis. Visio, non possessio, cuius fines dominus posuit pacem, non initium sanè, nec medium. Si ergo pacem non habetis, imò quia perfectam in hoc seculo habere non potestis, saltem videte eam, intuemini, considerate, & desiderate eam. Illuc sint oculi cordis vestri, ad pacem sese dirigat intentio vestra, vt omnia quæcunque facitis, huius pacis quæ exuperat omnem sensum, desiderio faciatis: in omnibus hoc intendatis, vt recõciliati pacem habeatis ad deum. His dicimus, nolite timere. hos consolamur, non eos qui viam pacis non cognouerunt. Nam si illis dicitur, Cras egrediemini: comminatio non consolatio erit ista. Soli nimirum dissolui desiderant, & egredi concupiscunt, qui pacem vident, & sciunt si terrestres domus eorum huius habitationis dissoluantur, quoniam ædificationem habent ex deo, & non illi qui in insaniam versi suis compedibus delectantur. Denique hi tales moriendo non tam egressi dicendi sunt, quàm
2.Para.20 ingressi: qui non in lucem, non in libertatem vadunt, sed in carcerem, sed in tenebras, sed in infernum. Vobis autem dicitur: Nolite timere, cras egrediemini, & iam non erit timor in finibus vestris. Multos quidem habetis hostes: carnem, qua nullus potest esse vicinior hostis: præsens seculum nequam, quod vndique circumfusum est vobis: principes tenebrarum,
B qui viam vestram obsident in aëre collocati. Attamen nolite timere, cras egrediemini, id est in proximo. Cras enim, in proximo est. Vnde & sanctus Iacob ait: Cras respondebit mihi iustitia mea. Tres enim dies sunt de quibus etiam legimus:
Gen.20. *Osea.6.* Viuificabit nos post duos dies, in die tertia resuscitabit nos. Vnus sub Adam, alter in Christo, tertius cum Christo. Vnde & ibi subditur, Sciemus sequemúrque, vt cognoscamus dominum. & hic dicitur, Cras egrediemini, & dominus erit vobiscum. His enim dicitur, qui dimidiauerunt dies suos, in quibus periit dies in qua nati sunt, quæ est dies Adæ, dies peccati, cui Hieremias quoque maledicebat,
Hier.20. dicens: Maledicta dies in qua natus sum. Omnes enim in illa nascimur. Vtinam pereat in nobis omnibus dies illa, dies nebulæ & caliginis, dies tenebrarum & turbinis, quam nobis
Gen.3. fecit Adam, quam fecit inimicus, qui dixit: Aperientur oculi vestri. Ecce verò illuxit nobis dies redemptionis nouæ, repa-
Psal. 117. rationis antiquæ, fœlicitatis æternæ. Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea, quia cras egrediemur. Vnde nisi de conclaui huius seculi, de ergastulo huius corporis, de compedibus necessitatis, curiositatis, vanitatis, & voluptatis, quæ etiam inuitis nobis pedes tenent affectionis? Quid enim spiritui nostro cum terrenis? Cur non spiritualia desiderat, spiritualia quærit, spiritualia sapit? O spiritus, qui de sursum estis, quid vobis cum infimis? Quæ sursum sunt
C quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens: quæ sursum
Col.3. sunt sapite, non quæ super terram. Sed corpus quod corrum-
Sap.9. pitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Necessitates multæ miseri huius corporis detinent nos. Viscus quidam praui desiderij, & delectationis terrenæ volare non patitur, & citius retrahit mentem, si fortè aliquando subleuetur. Sed nolite timere, cras egrediemini de lacu miseriæ, & de luto fecis. Nam vt inde vos educeret, influxus est ipse quoque in limo profundi. Nolite ergo timere, cras egrediemini de corpore mortis, & de omni corruptione peccati. Agite diem istum in Christo, vt am-
1.Ioan.2. buletis sicut & ipse ambulauit. Qui enim dicit se in Christo manere: debet sicut ipse ambulauit, & ille ambulare. Nolite ergo timere, quia cras egrediemini, & sic semper cum domino eritis. Vel quia signanter dictum, & dominus erit vobiscum: sic intelligamus, vt dum sumus in corpore, possimus nos esse cum domino, id est, adhærere eius voluntati: sed non ille nobiscum, vt consentiat voluntati nostræ. Vellemus enim iam liberi esse, concupiscimus dissolui, egredi desideramus, sed adhuc differt ille certa ex causa. Cras egrediemur, & dominus erit nobiscum: vt quicquid voluerimus velit, & in nullo à nostra voluntate discordet. Itaque Iuda & Hierusalem nolite timere si perfectionem quam desideratis, nondum potestis adipisci: sed quod minus habet imperfectio conuersationis, suppleat humilitas confessionis: & imperfectum vestrum viderunt oculi dei. Propterea enim manda-
ta sua mandauit custodiri nimis, vt videntes imperfectio- D
nem nostram deficere, & non posse implere quod debet, fu- *Psal.138.*
giamus ad misericordiam, & dicamus: Quoniam melior est *Psal.118.*
misericordia tua super vitas, & qui non possumus in vesti- *Psal.62.*
tu innocentiæ seu iustitiæ, appareamus vestiti confessione. Confessio enim & pulchritudo in conspectu domini, si tamen sit (vt diximus) non oris tantùm, sed etiam totius hominis, vt omnia ossa nostra dicant, Domine quis similis ti- *Psal.95.*
bi? idque solius pacis intuitu, & desiderio reconciliationis ad deum. Talibus enim dicitur, O Iuda & Hierusalem nolite timere, cras egrediemini, id est, quàm citò à corpore exierit anima, omnes simul affectiones, omnia desideria quibus per vniuersum interim mundum dispersa & ligata tenebatur, dissoluentur, & egredietur de visco hoc: & dominus erit vobiscum. Nimis id quidem vobis videri potest, si tamen ad vos respicitis, & non ad ea quæ expectant vos. Nónne hoc vniuersus mundus expectat? Creatura enim subiecta est vanitati: & cadente homine, quem constituerat dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ, tota simul hæreditas corrupta est. Inde distemperatus aër, terra in operibus Adæ maledicta, & omnia subdita vanitati. Nec sanè reparabitur hæreditas, donec reparentur hæredes. Vnde & iuxta Apostoli testimonium, Ingemi- *Rom.8.*
scit quoque & parturit vsque adhuc. Nec soli vtique huic mundo, sed & angelis & hominibus spectaculum facti su- E
mus. Me, inquit, expectant iusti, donec retribuas mihi. Et *Psal.141.*
martyres cum iudicij diem postularent, non tanquam vindictæ cupidi, sed perfectionem desiderantes beatitudinis, quam tunc habituri sunt, acceperunt diuinum responsum: Sustine- *Apoc.6.*
te modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum. Acceperunt ergo iam singulas stolas, sed non vestientur duplicibus, donec vestiamur & nos. Vadia tenemus & obsides ipsa eorum corpora, sine quibus consummari non possunt, nec ea recipient sine nobis. Vnde de patriarchis & prophetis ait Apostolus: Deo melius aliquid prouidente pro *Hebr.11.*
nobis, vt non sine nobis consummarentur. O si cognoscerемus & nos quomodo expectant, & quantum desiderant aduentum nostrum, quàm sollicite quærunt, quàm libenter audiunt bona de nobis! Quid tamen de his loquor, qui didicerunt ex his quæ passi sunt, compassionem, quando & ipsi nos angeli sancti desiderant? Nónne de vermiculis istis, & de pulуere isto restaurandi sunt muri cœlestis Hierusalem? Putatis quantum desiderant ciues cœlestes instaurari ciuitatis suæ ruinas? Quomodo solliciti sunt vt veniant lapides viui, qui coædificentur eis? Quomodo discurrunt medij inter nos & deum, fidelissimè portantes ad eum gemitus nostros, & ipsius nobis gratiam deuotissimè reportantes? Planè non dedignabuntur vt simus eorum socij, quorum facti sunt iam ministri. Nónne enim omnes administratorij sunt spiritus in mi- F
nisterium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Festinemus obsecro dilectissimi, festinemus, tota nos multitudo cœlestis curiæ expectat. Exultare angelos fecimus, quando conuersi sumus ad pœnitentiam: proficiamus, & festinemus complere de nobis eorum lætitiam. Væ tibi quicunque es qui deliberas redire ad lutum, reuerti ad vomitum. Putásne placatos habebis in iudicio, quos tanto & tam sperato priuare vis gaudio? Exultauerunt cum nos ad pœnitentiam venimus, tanquam super his quos ab ipsa inferi porta cernerent euocari. Quid nunc erit, si ab ipsa paradisi ianua reuerti viderint, & abire retrorsum eos qui iam pedem alterum in paradiso posuerunt? Nam etsi corpora inferius, sed corda sursum. Currite fratres, currite: non soli angeli, sed & ipse angelorum vos creator expectat. Nuptiæ paratæ sunt, sed nondum plena domus: adhuc expectantur, de quibus nuptiæ impleantur. Expectat vos pater & desiderat, non solùm propter nimiam charitatem suam qua dilexit vos: (vnde & vnigenitus, qui in sinu patris est, ipse enarrauit, Pater, inquiens, amat vos) sed propter semetipsum, sicut loquitur per prophetam: Propter memetipsum ego faciam, non propter vos. *Ioan.15.*
Quis enim implendum dubitet quod promisit filio, dicens: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam? Et ali- *Psal.2.*
bi: Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabel- *Psal.109.*
lum pedum tuorum. Non conterentur omnes inimici eius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dum nos qui sumus membra eius, aliquatenus impugnabunt. Non implebitur hæc promissio, donec nouissima inimica destruatur mors. Nam de filio quis nesciat quantum desideret fructum natiuitatis, & totius vitæ quam gessit in carne, denique fructum crucis & mortis suæ, precium sanguinis pretiosi? Nónne traditurus est regnum deo & patri, quod acquisiuit? Nónne ei restauraturus est creaturas suas, pro quibus pater illum misit in terras? Expectat nos & spiritus sanctus. Est enim charitas & benignitas, in qua prædestinati sumus ab æterno: nec dubium quin prædestinationem suam velit implere. Ergo quia paratæ sunt nuptiæ, & omnis nos curiæ cœlestis frequentia desiderat & expectat, curramus non quasi in incertum, curramus desideriis, & profectu virtutum. Proficere, proficisci est. Dicamus singuli: Aspice in me, & miserere
*Psal.*118. mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum. Non sicut
1.Mach. 3. ego merui, sed sicut illi decreuerint, miserere. Dicamus item,
Sicut fuerit voluntas in cœlo, sic fiat. Itémque, Fiat voluntas
*Rom.*8. tua. Scimus quoniam scriptum est: Si deus pro nobis, quis cō-
Matt. 20. tra nos? Aut quis accusabit aduersus electos Dei? An non licet, inquit, mihi facere quod volo? Hæc sit interim consolatio nostra charissimi, donec egrediamur, & dominus si nobiscū. Qui magna sua misericordia, ad beatam illam egressionem, &
H ad clarum illud cras nos perducat, & in hoc quoque proximo cras visitare nos, & nobiscum esse dignetur: vt si quis forte in tentatione qualibet detinetur, ipso miserante qui prædicare venit clausis apertionem, cras egrediatur: vt cum gaudio salutari susципiamus coronam paruuli regis nostri, ipso præstante qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

In eadem vigilia natiuitatis domini. Sermo III.

HOdie scietis quia veniet dominus, & mane videbitis gloriam eius. Quique terrigenæ, & filij hominum, audite. Vos qui in puluere estis, expergiscimini & laudate: quia veniet medicus ad ægrotos, redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita venit. quippe qui proiiciat in profundum maris omnia peccata nostra, qui sanet omnes infirmitates nostras, qui nos propriis humeris ad propriæ dignitatis reportet originem. Magna est ista potentia, sed plus est mirāda misericordia, quòd sic venire voluit, qui potuit subuenire. Hodie, inquit, scietis quia veniet dominus. Verba hæc quidē suo loco & tempore in scriptura posita sunt, sed nō incōgrue illa vigiliæ dominicę natiuitatis Ecclesia mater aptauit. Ecclesia, inquam, illa quæ secū habet consilium & spiritum sponsi & dei sui, cui dilectus inter vbera commoratur, ipsam cordis sui sedem principaliter possidens, & conseruans. Nimirū ipsa est quæ vulnerauit cor eius, & in ipsam abyssum secretorum
I dei oculum contēplationis immersit, vt & illi in suo, & sibi in eius corde perennem faciat mansionem. Cū ergo ipsa in scripturis diuinis verba vel alterat vel alternat, fortior est illa cōpositio, quàm positio prima verborum: & fortassis tanto fortior, quantum distat inter figuram & veritatem, inter lucem & vmbram, inter dominam & ancillam. Hodie scietis quia veniet dominus. Secundum æstimationem meam duo in verbis istis dies nobis expressius commendantur. Primus, qui à primi hominis lapsu labitur vsque ad finem mundi: dies cui sancti sæpius maledixisse noscuntur. Ab illa enim lucidissima die in qua conditus fuerat Adam, eiectus est, & in has rerum contrusus angustias, diem tenebrosum incurrit, & penè à lumine veritatis extinctus. In hac die nascimur vniuersi, si tamen dies debet & non potius nox vocari. nisi quòd lumen rationis quasi quandam scintillulam nobis inspirabilis illa misericordia dereliquit. Secunda verò dies erit in splendoribus sanctorum, in perpetuas æternitates, cum inclaruerit illud serenissimum mane, cui est misericordia repromissa, & absorpta erit mors in victoria: cū dimotis vmbris & tenebris, splēdor veræ lucis sursum & deorsum, intus & exterius cūcta pa-
Psal. 142. riter occupabit. Auditam fac mihi mane misericordiā tuam,
*Psal.*89. ait sanctus. &, Repleti sumus mane misericordia tua. Sed ad nostrū diem reuertamur, qui tanquam custodia in nocte prosua breuitate dicitur, qui tāquam nihilum & inane ab illo fa-
*Psal.*39. miliari spiritus sancti organo nominatur, cū dicit: Quoniam
*Psal.*101. omnes dies nostri defecerunt. &, Defecerunt sicut fumus dies mei. &, Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Parui & pessimi K sunt omnes dies vitę meæ, ait ille sanctus patriarcha, qui vidit *Gen.*47. dominū facie ad faciem, qui cum eo tā familiariter loquebatur. Et quidem in hac ipsa die homini Deus rationem præstat, tribuit intelligentiam, sed necesse est vt exeuntē de hoc mundo illuminet lumine scientiæ suæ, ne si de domo carceris & vmbra mortis extinctus exierit, illuminari non valeat in ęternum. Ideo quippe vnigenitus dei Sol iustitiæ tanquā immensi & prędari luminis cereus in huius mundi carcerem illuminatus est & accensus, vt omnes qui illuminari voluerint, ad illū accedant, illique iungantur, vt nihil medium inter illos sit & ipsum. Peccata enim nostra separant inter nos & deū: sed illis sabbatis sublatis, vero lumini illuminandi, & quasi cōcorporandi connectimur in idipsum: sicut lumen extinctū lumini lucenti & ardenti sine aliquo medio coniungitur, vt illuminetur, quatenus per exemplum visibilium, effectus rerum inuisibiliū cognoscamus. Ad hoc igitur tam magnū & præfulgidū sidus, iuxta prophetam, illuminemus nobis lumen scientiæ priusquam de mundi huius tenebris exeamus, ne de tenebris trāseamus ad tenebras, & tenebras sempiternas. Quæ est autem ista scientia? Profecto scire quia veniet dominus, etsi quando veniet, scire non possumus. Hoc est illud totū quod postulatur à nobis. At, inquis, ista scientia omnium est. Quis enim nesciat vel nomine tenus fidelis, quia veniet dominus, L quia ventutus est iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique iuxta opera sua? Non omnium ista est scientia fratres mei, sed nec multorū: paucorū est, quia reuera pauci sunt qui saluantur. Putásne quia illi qui cū male fecerint lætātur, & exultant in rebus pessimis, vel sciant vel recogitent quia veniet dominus? Si dixerint ipsi, tu noli credere, quia qui dicit se nos- *1.Ioan.2.*
se deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Confitē- *Ad Tit.1.*
tur, ait Apostolus, se nosse deum, factis autem negant. Quia *Iac.2.*
fides sine operibus mortua est. Non enim ita se omni impuritate polluerent, si dominum venturū scirent vel formidarent, sed vigilarent vtique, & non sinerent tam grauiter perfodi conscientias suas. Scientia autem ista in primo gradu operatur pœnitudinem & dolorem, vt risum in luctum, cantum in planctum, gaudium in mœrorem conuertat, & incipiant tibi displicere, quæ vehementer ante placuerant: vt illa specialiter horreas, quæ specialiter appetebas. Sic enim scriptum est: *Eccles.1.*
Quia qui addit scientiam, addit & dolorem: vt veracis & sanctæ scientiæ sit dolor subsequens argumentum. In secundo verò gradu operatur correctionem, vt iam non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato, sed coërceas gulam, iugules luxuriam, superbiam deprimas, & facias seruire corpus sanctitati, quod iniquitati antè seruierat. Pœnitudo enim M
sine correctione non proderit, sicut sapiens ait: Vnus ædifi- *Eccli.34.*
cans, vnus destruens, quid prodest eis nisi labor? Vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet deus? Qui enim baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, nihil proficit lauatio eius, sed iuxta saluatoris sententiam verendum est ne ei *Ioan.5.*
aliquid deterius contingat. Sed quia hæc diutius haberi non possunt, nisi circa se multa circunspectione mens indefessa vigilēt & attendat: in tertio gradu operatur sollicitudinem, vt iam sollicitus incipiat ambulare cum deo suo, & ex omni parte scrutetur, ne vel in leuissima re tremendæ illius maiestatis offendatur aspectus. In pœnitudine accenditur, in correctione ardet, in sollicitudine lucet, vt interius & exterius renouetur. Hic iam respirare incipit à tribulatione malorum & dolore, & timoris magnitudinem spirituali lętitia temperare, ne suorum enormitate scelerū, abūdantiori tristitia absorbeatur. Hinc etsi timet à iudice, sperat à saluatore, cum iam in animo eius timor & lætitia obequitent & obuient sibi, plerunque timor lætitiam superet, lætitia sæpius timorem excludat, & intra sui gaudij concludat arcanum. Fœlix conscientia, in qua luctamē huiusmodi indesinenter conficitur, donec quod mortale est absorbeatur à vita, donec euacuetur timor qui ex parte est, & succedat lætitia, quod perfectū est quia nō timor sempiternus, sed lætitia sempiterna erit ei. Iam verò sic ardēs & lucens nondum in domo se esse confidat, vbi sine omni timore ventorū accēsum lumen soleat deportari, sed meminerit se esse sub dio, & vtraq; manu studeat operire quod portat, nec credat aëri, etiā si videat esse trāquillū. Repentè enim

&

A & hora qua non putauerit mutabitur, & si vel ad modicū manus remiserit, lumē extinguetur. Quòd etsi etiam ardor portantis manus (vt quandoq; fieri solet) adusserit, eligat potius pati, quàm retrahere manus suas, quia in momēto, in ictu oculi poterit exufflari. Si essemus in domo illa non manu facta, æterna in cœlis, vbi nullus inimicus intrat, nullus exit amicus, nihil esset timendum. Nunc verò tribus malignissimis & va-
Sēper timē dū est quā diu sumus in hoc seculo. lidissimis ventis expositi sumus, carni, diabolo, & mundo, qui conscientiam illuminatam moliuntur extinguere, insufflātes in cordibus nostris desideria mala, motus illicitos, & ita te repente turbātes, vt vix prænoscere valeas vnde venias, aut quò vadas. Ex quibus etsi duo sæpius intermittunt, à tertio tamen nemo vnquam sufflandi inducias extorsit. Ideo vtrisque manibus & cordis & corporis anima est tegenda, ne fortè quæ iā illuminata fuerat, extinguatur, nec dedendū vel recedendū etiam si grauis tentationū feruor vtriusq; hominis statum ve-
Psal. 118. hementer afflixerit, sed dicendū cū sancto: Anima mea in manibus meis semper. Eligamus potius ardere, quàm cedere. Et sicut quod in manibus nostris tenemus, non facilè obliuiscimur: sic nunquam obliuiscamur negotium animarū nostrarū, & illa cura principaliter vigeat in cordibus nostris. Cum ergo sic lumbi nostri accincti fuerint, & lucernæ ardētes, custodiendæ sunt vigiliæ noctis supra gregem cogitationum & actionū nostrarum: vt si in prima vigilia, vel secunda, vel tertia dominus venerit, paratos nos inueniat. Prima vigilia est rectitudo operis, vt ad hanc quā iurasti regulam, omnem vitā exæ-
B quare coneris, nec transgrediaris terminos quos posuerūt patres tui, in omnibus viæ & vitæ huius exercitiis non declinās ad dexteram neque ad sinistram. Secunda, puritas intentionis, vt simplex oculus totum corpus lucidum faciat, vt quidquid feceris, propter deum facias, & ad locum vnde exeunt gratiæ reuertantur, vt iterū fluant. Tertia est custodia vnitatis, vt in congregatione positus, volūtates aliorum tuis voluntatibus anteponas: vt non solū sine querela, sed & cum gratia inter fratres maneas, portans omnes, orans pro omnibus, vt & de
2.Mac.15. te quoque dicatur: Hic est fratrum amator, & populi Israēl? hic est qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Hierusalem. Ita ergo in hac die aduentus vnigeniti nobis veram scientiam accendit, scientiam illam, quæ nos doceat quia veniet dominus, quæ sit morum nostrorum perpetuum & stabile fundamentum. Et mane, inquit, videbitis gloriam eius. O mane, ô dies quæ melior es in atriis domini super milia, quando erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, cū splendor lucis & feruor charitatis vsque in altissima illa magnalia terrarum incolas illustrabit! Quis de te cogitare, nedū aliquid præsumat recitare? Interim tamen ædificemus fratres fidem nostram, vt si miserabilia illa quæ nobis reseruantur, videre non possumus, saltem mirabilia quæ propter nos in
C terrenis facta sunt, aliquantulum contemplemur. Tria opera, tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas in assumptione nostræ carnis: ita singulariter mirabilia, & mirabiliter singularia, vt talia nec facta sint, nec faciēda sint amplius super terram. Coniuncta quippe sunt adinuicem deus & homo, mater & virgo, fides & cor humanum. Admirabiles istæ mixturæ, & omni miraculo mirabilius, quomodo tam diuersa, támque diuisa abinuicem, inuicem potuerunt coniungi. Et primò quidem intuere creationem, positionem & dispositionē rerum, quanta sit videlicet in creatione potentia, quanta in positione sapientia, in compositione quāta benignitas. In creatione vide quàm multa & quàm magna potenter creata sunt, in positione quàm sapienter cuncta locata sunt, in bonitate quàm benigne suprema & infima cōnexa sunt, tam amabili quā admirabili charitate. Huic enim limo terreno vim vitalē misцuit, vt in arborib⁹, vnde surgit venustas in foliis, in florib⁹ pulchritudo, sapor in fructibus & medicina. Nec hoc contētus, adiecit etiam vim sensibilem limo nostro, vt in pecoribus, quæ non solùm vitā habeant, sed & sentiant, quinquepertita sensificatione vigentes. Addidit adhuc honorare limum nostrum, & ei vim rationalem immisit, vt in hominibus, qui non solum viuunt, sentiunt, sed & discernunt inter cōmodum & incommodum, inter bonū & malum, inter verum & falsum. Voluit quoq; infirmiora nostra abundantiori gloria sublimare, & contraxit se maiestas, vt quod melius habebat, videlicet seipsum, limo nostro coniungeret, & in persona vna sibi in- D uicem vniretur deus & limus, maiestas & infirmitas, tanta vilitas, & sublimitas tanta. Nihil enim deo sublimis, nil vilius limo, & tamen tanta dignatione deus descendit in limum, tantáque dignitate limus ascendit ad deum, vt quicquid in eo deus fecit, limus fecisse credatur: quicquid limus pertulit, deus in illo pertulisse dicatur, tam ineffabili quàm incomprehensibili sacramento. Et attende, quia sicut in illa singulari diuinitate trinitas est in personis, vnitas in substantia: sic in ista speciali commixtione trinitas est in substantiis, in persona vnitas: & sicut ibi personę non scindunt vnitatem, vnitas non minuit trinitatem: ita & hic persona non confundit substantias, nec substantiæ ipsæ personæ dissipant vnitatem. Summa illa trinitas hāc nobis exhibuit trinitatem, opus mirabile, opus singulare inter omnia & super omnia opera sua. Verbum enim & anima & caro in vnam conuenere personam, & hæc tria vnū, & hoc vnum tria, non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Hæc est prima & superexcellens mixtura, & hæc prima inter tres. Aduerte homo quia limus es, & non sis superbus: quia deo coniunctus es, & non sis ingratus. Secunda mixtura est, virgo & mater, admirabilis planè & singularis. A seculo nō est auditū quòd virgo esset quæ peperit, quòd mater esset quæ virgo permansit. Nunquam iuxta rerum ordinē virginitas vbi fœcunditas prædicatur, nec fœcunditas vbi virginitas integra conseruatur. Sola hæc est in qua virginitas & fœcunditas ob- E uiauerunt sibi. Ibi semel factum est, quod factum non fuerat, nec fiet in æternum, quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem. Tertia est fides & cor humanum, & hæc quidem prima & secunda inferior, sed non minus forsitan fortis. Mirum enim est quomodo cor humanum his duobus fidem accommodauit, quomodo credi potuit quòd deus homo esset, quòd virgo manserit quæ peperisset. Sicut ferrum & testa iungi nō possunt, sic & hæc duo nequeunt commisceri, si non misceat glutinum spiritus sancti. Ergóne credendum est quòd iste deus sit, qui ponitur in præsepio, qui vagit in cunis, qui omnium infantilium necessitatum iniurias patitur, qui flagellatur, qui conspuitur, qui crucifigitur, qui ponitur in sepulchro, & inter duos lapides concluditur excelsus & immensus? Illáne virgo erit, quæ lactat puerum, cui maritus continuus comes est? in conuiuio, in thalamo? qui ducit illam in Aegyptum, reducit ab Aegypto, & solus cum sola tam lōginquam, tam secretam conficit viam? Quomodo potuit hoc persuaderi generi humano, vniuerso orbi terrarum? Et tamen tam facilè, tam potēter persuasum est, vt mihi id credibile faciat credentium multitudo. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus elegerunt mille mortibus mori, quàm vel ad momētum ab ista fide deficere. Et hæc quidem mixtura excellens, sed excellentior secunda: tertia verò excellentissima est. Primam auris audiuit, sed oculus non vidit: quia auditum est & creditum vsq; in fines terræ magnum illud pietatis sacramentum: sed tamen F
oculus (deus) non vidit absque te, quomodo te intra virginei ventris angustias humano corpori coniunxisti. Secundam oculus vidit, quia se fœcundam & virginem illa singularis regina conspexit, quæ conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo: cognouit & Ioseph, non minus testis quàm custos tantę virginitatis. Tertia in cor hominis ascendit, cū quod factum est, sicut factum est creditum est: cum magis oraculo quàm oculo credidimus, cū quæ dicta vel facta sunt, tenemus firmissime, nullatenus dubitātes. In prima vide quid, in secunda per quid, in tertia propter quid deus dederit tibi. Dedit tibi Christum per Mariam propter sanitatem. In prima remedium est, quia ex deo & homine cataplasma confectum est, quod sanaret omnes infirmitates tuas. Cōtusæ sunt autem & cōmixtę hæ duæ species in vtero virginis tanquam in mortariolo, sancto spiritu tanquam pistillo illas suauiter commiscente. Sed quia indignus eras cui donaretur, datum est Mariæ, vt per illā acciperes quicquid haberes, quæ per hoc quòd mater est, genuit tibi deum: per hoc quòd virgo est, exaudita est pro reuerentia sua, in causa tua & totius generis humani. Si sola mater esset, sufficeret ei vt saluaretur per filiorum generationem, si sola virgo, sufficeret sibi, nec benedictus fructus ventris eius mundi precium esset. Cum ergo in prima sit remedium, in secunda adiutorium est: quia nihil nos deus habere voluit, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

G per Mariæ manus non transiret. In tertia autem meritum est, quia cum hæc firmiter credimus, iam meritum habemus: & in fide sanitas est, quia qui crediderit, saluus erit.

Item in vigilia natiuitatis domini, Sermo IIII.

HOdiernum quidem sermonem ordinis nostri consuetudo non exigit, sed crastina opus erit circa missarum solennia diutius occupari: & hora breuis sermonis longitudinē non admittet. Propterea nō abs re puto præparare hodie corda vestra tantæ solēnitati, præsertim cū sit profundissima sacramenti huius & incomprehensibilis altitudo, & tanquam fons vitæ quo magis hauriatur, eo magis exuberans nunquā valeat exhauriri. Denique scio quemadmodum abundet pro Christo tribulatio vestra, & vtinā abundet & consolatio vestra per ipsum. Nam mūdialem quidē consolationē vobis offerre nec libet nec licet. Vilis enim est & ad nihilum vtilis huiusmodi consolatio, & (quod magis est metuendū) etiā veræ ac salubris consolationis est impedimentum. Propterea qui delectatio est & gloria angelorum, ipse factus est salus & consolatio miserorum: qui in ciuitate sua magnus & sublimis valde beatificat ciues, ipse in exilio paruulus & humilis valde lætificat exules: & qui in altissimis est gloria patris, factus est in terra pax hominibus bonę voluntatis. Parhuulus enim datus est paruulis, vt magnus detur magnis: & quos iustificat paruulus, magnificet postmodum & glorificet magnus & gloriosus. Hinc sine dubio vas electionis quod de plenitudine paruuli huius acceperat, (licet enim paruulus, sed plenus, plenus gratia & veritate, & in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter) hinc vtique Paulus eructat verbum illud bonū, quod his diebus frequenter audistis: Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Gaudete, inquit, de exhibitione, iterum gaudete de promissione: quoniam & res plena gaudio, & spes plena gaudio est. Gaudete quia iam percepistis dona sinistræ, gaudete quia expectatis prēmia dexteræ. Læua, inquit, eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Læua quidem leuat, dextera suscipit. Læua medetur, & iustificat: dextera amplectitur & beatificat. In læua eius merita, in dextera verò prēmia continētur. In dextera, inquā, delitiæ, in sinistra sunt medicinę. Sed attende piū medicū, attende medicū sapientē. Considera diligentius quàm noua medicamina portet, vide quàm non modo pretiosas, sed & speciosas attulerit medicinas, non solum perutiles ad sanitatis fructū, sed & delectabiles ad aspectū, & suaues ad gustū. Deniq; primā eius medicinam, primū quod in sinistra portat, attēde, & conceptū inuenis sine semine. Intuere obsecro quale sit illud quàm nouū, quàm admirabile, q̄ amabile, quàm iucundū. Quid ēm pulchrius quàm generatio casta? quid glorio sius quàm sancta & syncera cōceptio, in qua nihil pudoris est, nihil sordis, nihil corruptionis? At quoniam minus fortassis detineret nos grata licet admiratio nouitatis, nisi fructꝰ quę salutis & vtilitatis consideratio animū delectaret, conceptus iste nō modo gloriosus in ipsa quasi exteriori specie, sed & pretiosus in interiori virtute: vt secundū quod scriptū est, In sinistra domini gloria simul & diuitię inueniantur, diuitiæ inquā salutis, cum gloria nouitatis. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi qui solus sine omni illicita & immūda cōceptus est voluptate? In ipsa radice & origine mea infectus & inquinatus sum, immunda est cōceptio mea, sed est à quo tollatur ista cōfusio. Ipse eam tollit, in quem solum ipsa non cadit. Diuitias salutis habeo, quibus redimam propriæ conceptionis impuritatē, Christi purissimā conceptionē. Adde adhuc domine Iesu, innoua signa, immuta mirabilia: nam priora quidem ipsa consuetudine viluerunt. Planè enim solis ortus & occasus, terræ fœcunditas, temporū vicissitudo, miracula sunt, & magna miracula, sed totiens hæc vidimus, vt iam non sit qui attendat. Innoua signa, & immuta mirabilia. Ecce, ait, noua facio omnia. Quis hoc ait? Agnꝰ vtique qui sedebat in throno. Agnus planè totus suauis, totus delectabilis, deniq; totus vnctus. Hanc enim interpretationē habet nomē eius, quod est Christus. Cui poterit asper aut durus videri, qui nec ipsi matri in natiuitate quicquam asperitatis, quicquā intulit læsionis? O noua vere miracula. Cōceptus fuit sine pudore, partus sine dolore. Mutata est in virgine nostra maledictio Euæ. Peperit enim filium sine dolore. Mutata est, inquam, maledictio in benedictionē, & sicut prædictū est per angelum Gabrielem: Benedicta tu in mulieribus. O beata, sola inter mulieres benedicta & non maledicta, sola à generali maledicto libera, & à dolore parturientium aliena. Nec mirū fratres, dolorē non intulit matri, qui dolores totius mūdi tulit secundū quod Esaias ait: Quia verè languores nostros ipse tulit. Duo sunt quę timet humana fragilitas, pudor & dolor. Vtrūque Christus tollere venit, vnde & vtrunq; suscepit, quando (vt cætera fileam) morte & morte turpissima cōdemnatus est ab iniquis. Itaque vt fiduciā nobis daret quòd tolleret hęc à nobis, prius matrē suam immunē ab vtroq; seruauit, vt nec in conceptu quicquam pudoris, nec in partu quicquā doloris existeret. Accumulantur adhuc diuitiæ, crescit gloria, innouantur signa, & miracula immutantur. Non solùm sine pudore conceptus, & sine dolore partus, sed & mater est sine corruptione. O verè nouitas inaudita. Virgo peperit, & post partum inuiolata permansit, fœcunditatem prolis cum carnis integritate, & gaudium matris habens cum virginitatis honore. Iam securus expecto promissam mihi gloriam incorruptionis in carne mea, quandoquidem conseruata per eū est incorruptio etiam in matre sua. Facile erit ei per quam mater ipsa incorruptionē non perdidit pariendo, vt & corruptibile hoc incorruptionē induat resurgendo. Habes tamen adhuc maiores diuitias, habes gloriā ampliorem. Mater est sine corruptione virginitatis, filius sine omni labe peccati. Non cadit in matrem Euæ maledictio, non cadit in prolē generalis illa cōditio, de qua dictū est per prophetam: Nemo mundus à sorde, nec infans, cuius est vnius diei vita super terrā. Ecce infans sine sorde, solus inter homines verax, imò & veritas ipsa. Ecce agnus sine macula, agnus dei qui tollit peccata mundi. Quis enim peccata melius tolleret, quam is in quem peccatū non cadit? Iste sine dubio lauare me potest, quē constat inquinatū nō esse. Hęc manus opertum luto detergat oculū meum, quæ sola sine pulùere est. Iste mihi festucam educat de oculo, qui non habet trabem in suo, imò iste trabem educat de meo, qui nec exiguum puluerē habet in suo. Vidimus certe diuitias salutis & vitæ. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Quæris, à quo patre? Et filius altissimi vocabitur. Manifestū est quis altissimus sit. Sed ne quis remaneat locus dissimulationis: Quod ex te nascetur sanctum (ait angelus Gabriel ad Mariā) vocabitur filius dei. O vere sanctum. Non dabis domine sanctū tuū videre corruptionem, quod nec matri quidē abstulit incorruptionē. Crescunt miracula, multiplicantur diuitiæ, thesaurus aperitur. Quæ generat, & mater & virgo est: qui generatur, deus & homo est. Sed nunquid dabitur sanctū canibus, aut margaritæ porcis? Abscondatur certè thesaurus noster in agro, & pecunia nostra in sacculo reponatur. Operiatur cōceptus sine semine matris desponsatione, partus sine dolore vagitibus paruuli & mœrore. Abscōdatur & parturiētis incorruptio legali purificatione, infantis innocētia solita circuncisione. Abscōde, inquā, abscōde Maria noui solis fulgorem, pone in præsepio, inuolue pannis infantem. Nā & ipsi panni diuitiæ nostrę sunt. Preciosiores siquidē panni saluatoris omni purpura, & gloriosius hoc præsepe auratis regū soliis, ditior deniq; Christi paupertas cunctis opibus, cunctisq; thesauris seculi. Quid enim humilitate ditius, quid preciosius inuenitur, qua nimirū regnū cœlorū emitur, & diuina gratia acquiritur? Sicut scriptū est: Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnū cœlorū. Et apud Apostolū: Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiā. Habes cōmendatam à deo humilitatem in natiuitate. In hac enim exinaniuit semetipsum, formā serui accipiens, & habitu inuētus vt homo. Vis adhuc preciosiores diuitias & superexcellētem gloriā inuenire? Habes charitatē in passione. Maiorē hac dilectionē nemo habet, vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Hę diuitiæ salutis & gloria, sanguis preciosus quo redēpti sumus, & crux dominica, in qua cum apostolo gloriamur. Mihi, inquit, absit gloriari, nisi in cruce dñi mei Iesu Christi. Et dicebat: Nihil arbitratus sum me scire inter vos nisi Christū Iesum, & hunc crucifixū. Ipsa est læua Christus Iesus, & hic crucifixus: nā dextera quidem Christus Iesus, & hic gloriosus. Christum, inquit, Iesum, & hunc crucifixum. Fortasse crux ipsa nos sumus, cui Christus memoratur infixus. Homo enim formam crucis habet: quam

Ioan.1. *Colo.1.* *Philip.4.* *Cant.2.* *Esa.36.* *Apoc.5.* *Prou.3.* *Iob.13.* *Luc.1.* *Esa.53.* *Iob.25.* *Ioan.1.* *Luc.1.* *Vbi supra.* *Psal.15.* *Matt.5.* *Iaco.4.* *Ioan.15.* *Gala.6.* *1.Cor.2.* *Ioan.1.*

A quam si manus extenderit, exprimet manifestius. Loquitur autem Christus in psalmo: Infixus sum in limo profundi. Limum quidem nos esse manifestum est, quoniam de limo plasmati sumus. Sed tunc quidem limus paradisi fuimus, nūc verò limus profundi. Infixus sum, inquit, non pertransij, non recessi. Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Ipse est enim Emmanuel, nobiscum deus. Nobiscum vtique, sed per sinistram. Sic enim olim Thamar pariente, Zara prius solam protulit manum, quæ in sacramento dominicæ passionis coccineo alligata est filo. Itaque iam quidē tenemus sinistrā, sed adhuc clamare necesse est: Operi manuum tuarum porriges dexteram. Nam delectationes in dextera tua vsque in finē. Domine ostende nobis dexteram, & sufficit nobis. Gloria, inquit, & diuitiæ in domo eius, vtique qui timet dominum. Sed in domo tua domine quid? Profecto gratiarum actio, & vox laudis. Beati qui habitant in domo tua domine, &c. Oculus enim non vidit, auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit quæ præparauit deus diligentibus se. Lux est enim inaccessibilis, pax est quæ exuperat omnem sensum, fons est qui ascensum nescit, sed descensum. Non vidit oculus lucem inaccessibilem, non audiuit auris pacem incomprehensibilē. Speciosi quidem pedes euangelizantium pacem: sed licet in omnem terram exierit sonus eorum, pax tamē quæ exuperat B omnem sensum, nec ab ipsis quāta erat potuit capi, nedū aliorum auribus tradi. Ait etiam Paulus ipse: Fratres, ego me nō arbitror comprehendisse. Fides quidem ex auditu, auditus autem per verbum dei. sed fides non species, & promissio non exhibitio pacis. Et quidem pax nunc est etiam in terra hominibus bonæ volūtatis, sed quid est pax ista ad illius plenitudinem & supereminentiam pacis? Vnde & ipse dominus ait: Pacē meā do vobis, pacem relinquo vobis. Meam siquidem, quæ exuperat omnem sensum, & est pax super pacem. Necdum capaces estis, propterea do vobis patriam pacis, & relinquo interim viam pacis. Sed quid est quod diximus, in cor hominis non ascendit? Vtique quia fons est, & ascensum nescit. Scimus enim quia fontium natura est riuos sectari conualliū, montium ardua declinare, sicut scriptum est: Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ. Hoc autem est vnde admonere sæpius studeo vestram charitatem, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Fons enim ad altiora non ascendit, quàm sit locus eius vnde procedit. Sed videri potest secundum hanc regulam non impediri à superbia vias gratiæ, præsertim quod ille primus superbus qui secundum scripturam rex est super omnes filios superbiæ, dixisse non legitur, Altior ero, sed, Ero, inquit, similis altissimo. Attamen non mentitur apostolus, C quoniam ille extollitur supra omne quod creditur aut quod colitur deus. Horret humanus auditus verbum, sed vtinam horreat similiter animus cogitatum malignum pariter & affectum. Dico enim vobis quòd non tantum, sed & omnis superbus extollitur supra deum. Vult enim deus fieri voluntatem suam, & superbus vult fieri suam. Iam videtur æqualitas, sed attende male congruam proportionem. Deus quidem in his tantùm quæ ratio approbat, suam vult fieri voluntatem, superbus verò & cum ratione & contra rationem. Vides quoniam altitudo est, & non illuc peruenient fluenta gratiæ. Nisi conuersi fueritis, inquit, & efficiamini sicut paruulus iste (se autem dicit, qui est fons vitæ, in quo habitat & vnde manat plenitudo omnium gratiarum) non intrabitis in regnum cœlorum. Para proinde riuulos, aggeres terrenæ & elatæ cogitationis dispergē, conformare filio hominis, non primo homini: quia fons gratiæ in cor hominis carnalis scilicet & terreni non ascendit. Oculum quoque purga, vt videre possis meritissimam lucem: & aurem tuam inclina ad obediendum, vt quandoque peruenias ad quietem perpetuam, & pacem super pacem. Lux enim est propter serenitatem, pax propter tranquillitatem, fons propter affluentiam & æternitatem. Fontē assigna patri, ex quo nascitur filius, & procedit spiritus sanctus, lucem filio, qui est vtiq; candor vitæ æternæ, & lux verā illuminans omnē hominē venientē in hunc mundum, pacem spiritui sancto, qui nimirum super humilem & quietum requiescit. Nec hoc dico tanquā propria ista sint singulorum. nam & pater lux est, vt sit filius lumen de lumine, & filius pax est, pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & spiritus sanctus fons est aquę salientis in vitam æternā. Sed quādo ad hoc perueniemus? Quando adimplebis me domine lętitia cū vultu tuo. Gaudemus in te, quoniā visitasti nos oriens ex alto, iterum gaudemus expectātes beatā spē in aduentu secundo. Sed quando veniet plenitudo lætitiæ nō de memoria, sed de præsentia: de exhibitione, nō de expectatione. Modestia vestra, ait apostolus, nota sit omnibus hominibus, dominus prope est. Dignum est enim vt & modestia nostra nota sit, sicut domini dei nostri modestia cunctis innotuit. Quid enim magis incōgruum, quàm vt immoderatè agat homo, cōscius propriæ infirmitatis, quandoquidem apparuit inter homines modestus dominus maiestatis? Discite, inquit, à me quia mitis sum, & humilis corde, vt possit etiā modestia vestra innotescere cęteris. Iā quod sequitur, Dominus prope est, de dextera debet intelligi. Nā de sinistra ipse loquitur: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationē seculi. Prope est dominus fratres mei, nihil solliciti sitis: in proximo est, & citius apparebit. Nolite deficere, nolite lassari: quærite eum dū inueniri potest, inuocate eū dum prope est. Prope est dominus his qui tribulato sunt corde, prope est expectātibus eū, expectātibus eū in veritate. Deniq; vis nosse quàm prope est? Audi sponsam de sponso canentē: Quoniam ecce stat post parietem. Parietem istum, corpus tuum intellige, quod obstaculū impedit vt cum qui prope est, nondum valeas intueri. Propterea Paulus ipse dissolui cupit, & cum Christo esse: & exclamans miserabilius, E Infœlix, inquit, ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic & propheta in psalmo, Educ, inquit, de carcere, animam meam ad confitendum nomini tuo.

Item in vigilia natiuitatis domini, de responsorio Sanctificamini hodie. Sermo V.

SAnctificamini hodie, & estote parati: die enim crastina videbitis maiestatem dei in vobis. Celebraturi dominicæ natiuitatis ineffabile sacramentum, iure quidem monemur fratres in omni sanctificatione præparari. Adest enim sanctus sanctorū, adest ipse qui dixit: Sancti estote, quia & ego sanctus sum, dominus deus vester. Alioquin quomodo non dabitur sanctum canibus, & margarita porcis, nisi prius illi ab iniquitate, isti ab illicita voluptate purgati decętero tota sollicitudine fugiant, illi quidē vomitum, isti volutabrum luti? Susceptur-
rus olim diuina mādata carnalis Israēl, sanctificabatur in iustiiis carnis, in baptismatibꝰ variis, in muneribus & hostiis, quæ non poterāt iuxta cōscientiā perfectū facere seruientē. Verùm hæc quidem omnia transiere, nimirum vsq; ad tempus correptionis imposita, quod vtiq; iam aduenit. Opportunè igitur ex hoc iam perfecta nobis indicitur sanctificatio, interna mādatur ablutio, exigitur munditia spiritualis, dicente domino: F Beati mundo corde, quoniā ipsi deum videbunt. Ad hoc viuimus fratres, ad hoc nati, ad hoc vocati sumus, ad hoc nobis dies hodiernus illuxit. Erat aliquando nox, quando nemo poterat hæc operari. Erat nox in vniuerso orbe ante veri luminis ortū, ante Christi natiuitatē. Erat nox enim singulis quibusq; nostrū ante suā cuiusq; conuersionē, & internā regenerationem. An non profundissima nox, & densissimæ tenebræ erant super vniuersam faciē terræ, cum olim patres nostri factitios colerēt deos, & insano penitus sacrilegio ligna & lapides adorarent? An non etiā cuiq; nostrum caliginosa nox erat, cum tanquā sine deo in hoc seculo viueremus, cum ambularemus post concupiscentias nostras, cū sectaremur carnis illecebras, cum obtemperaremus desideriis secularibus, cum exhiberemus mēbra nostra arma iniquitatis peccato, cum seruiremus iniquitati ad iniquitatem, in quibus nunc meritò erubescimus tanquam operibus tenebrarum? Qui dormiunt, nocte dormiunt, apostolus ait: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Et hæc quidem fuistis, sed excitati estis, sed sanctificati estis, si tamen filij lucis estis & filij diei, non noctis neq; tenebrarum. Siquidem præco diei est etiā qui clamat: Sobrij estote, & vigilate. Et Iudæis loquebatur in pētecoste de condiscipulis: Quomodo hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia? Hoc enim est quod ait eius coapostolus: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. Abiiciamus, inquit, opera tenebrarum, somnolentiam scilicet & ebrietatem (quo-

Philip.4. *Psal.68.* *Gen.38.* *Iob.14.* *Psal.15.* *Psal.111.* *Psal.83.* *2.Cor.2.* *Rom.10.* *Philip.3.* *Ioan.14.* *Psal.103.* *Iaco.4.* *Ioan.1.* *Matt.18.* *Matt.11.* *Matt.28.* *Psal.33.* *Cant.2.* *Philip.1.* *Rom.7.* *Psal.141.* *Leuit.20.* *1.Thes.5.* *1.Pet.4.* *Act.2.* *Rom.13.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gniam, vt suprà meminimus, qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt) vt tanquã in die nõ dormitemus, sed ambulemus: atq; hoc quidẽ honeste, non temulentè. Vides hominem cuius ad omne bonũ dormitat anima eius præ tædio: in tenebris est vsque adhuc. Vides inebriatũ absinthio, sapientem plusquam oportet, non ad sobrietatem, cuius nec oculus visu, nec auris impleatur auditu, qui pecuniã aut simile aliquid diligens, non satietur, longam instar hydropici sitim bibens? filius noctis est & tenebrarum. Nec facilè separantur hæc duo, dicente scriptura: Quoniam in desideriis est omnis otiosus, hoc est, in ebrietate omnis somnolentus. Sanctificemur ergo hodie, & parati simus, parati quidem hodie nocturnum excutiendo soporem. Porro sanctificati nihilo minus tanquam in die ab ebrietate nocturna, cupidinis noxiæ frenando furorem. In his enim duobus mandatis tota lex pẽdet, & prophetæ, quæ sunt, declinare à malo, & facere bonũ. Verùm hoc die, nam crastina nec in sanctificatione erit, nec in præparatione, sed in visione vtique maiestatis. Crastina, inquit, die videbitis maiestatem dei in vobis. Hoc est quod ait patriarcha Iacob: Cras mihi respondebit institia mea. Hodie enim iustitia colitur, cras respondebit: hodie exercetur, cras fructificabit. Alioquin quod non seminauerit homo, nec metet. Nec enim tunc videbit maiestatem, qui contempserit interim sanctitatem: nec orietur ei Sol gloriæ, cui Sol iustitiæ ortus non fuerit: nec illucescet ei dies crastina, cui non luxerit hodierna. Nimirum idem ipse qui hodie quidem nobis factus est à deo patre iustitia, apparebit cras vita nostra, vt & nos cum eo appareamus in gloria. Hodie enim paruulus nascitur nobis, vt non apponat homo magnificare seipsum, sed conuertamur magis, & efficiamur sicut paruuli. cras exhibebitur magnus dominus & laudabilis nimis, vt ipsi quoque magnificemur in laude, cũ videlicet erit vnicuique laus à deo. Nimirũ quos hodie iustificauerit, cras magnificabit, & consummationi sanctitatis succedet visio maiestatis. Nec inanis visio, quæ non nisi in similitudine constat. similes enim ei erimus, quoniam videbimus, eum sicuti est. Vnde & hic quoque non simpliciter dicitur, Videbitis maiestatem dei, sed additur signãter, in vobis. Hodie nimirum tanquam in speculo nos in eo videmus, dum nostra suscipit: cras videbimus eum in nobis, quando iam sua donabit, cum ostendet nobis seipsum, & assumet nos ad seipsum. Hoc est quòd transeuntẽ sese ministraturũ fore ꝓmisit, de cuius interim plenitudine accepimus, non sanè gloriam pro gloria, sed gratiam pro gratia: sicut scriptũ est: Gratiã & gloriam dabit dominus. Ne ergo contemnas priora munera, si sequentia cõcupiscis: nec fastidias prius edulium, si vis accipere quæ sequuntur. Vel pro ipso ferculo in quo apponitur, quod apponitur, sumere non recuses, Ferculũ enim imputribile fecit sibi pacificus noster, corpus incorruptibile aptans sibi: in quo salutis epulas ministret. Non dabis, inquit, sanctum tuum videre corruptionem. Illud vtique de quo Gabriel ad Mariã, Quod nascetur, ait, ex te sanctũ, vocabitur filius dei. Ab hoc igitur sancto hodie sanctificemur, vt maiestatem eius vbi dies illa aspirauerit, videamus. Siquidẽ dies sanctificatus illuxit nobis, dies salutis, non gloriæ aut fœlicitatis. Denique donec passio sancti sanctorum annunciatur, qui nimirum in parasceue passus est, id est, in die præparationis, meritò omnibus dicitur, Sãctificamini hodie, & estote parati. Sãctificamini magis ac magis de virtute in virtutẽ proficiendo: & estote parati perseuerando. In quibus tamen sanctificabimur? Legi de quodam, dicente scriptura: Quoniã in fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum. neque enim hominibus sine lenitate, non plus quàm deo sine fide, placere possibile est. Meritò sanè in his monemur esse parati, quibus & deo cõueniamus, cuius maiestatem visuri sumus: & nobis inuicẽ, vt in nobis eam pariter videamus. Propterea siquidẽ oportet nos prouidere bona non solùm coram deo, sed etiam coram hominibus, vt non tantùm regi nostro, sed & conciuibus & cõmilitonibus nostris grati esse possimus. Et quidẽ ante omnia fides quærenda est, de qua legitur, Fide mundans corda eorũ. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi deum videbunt. Crede ergo te deo, committe te ei, iacta in eum cogitatum tuum, & ipse te enutriet, vt fiducialiter & fideliter dicas: Dominus sollicitus est mei, neque enim hoc sapiunt homines amantes seipsos, homines scioli, & solliciti pro se ipsis, curã carnis perficientes desideriis, surdi ad vocem dicentis: Omnem sollicitudinem vestram proiicientes in eum: ipsi enim cura est de vobis. Nam sibi quidem ipsi fidere, non fidei, sed perfidię est: nec confidentiæ, diffidentiæ magis, in semetipsõ habere fiduciam. Is verè fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat, factus sibi tãquam vas perditum, sed sic perdens animam suam, vt in vitam æternam custodiat eam. Porrò id quidem solà facit humilitas cordis, vt nõ sibi fidelis anima innitatur, sed deserens semetipsam ascendat iam de deserto innixa super dilectum atque adeò deliciis affluens. Sanè vt perfecta sit sanctificatio, etiam mansuetudinem & socialis vitæ gratiam à sancto sanctorum discamus oportet, sicut ipse ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Quid enim huiusmodi hominẽ dicere prohibet deliciis affluẽtem, qui suauis & mitis & multæ misericordiæ, omnibus omnia factus est, & vniuersos perfundit oleo quodam mansuetudinis & lenitatis, quo sic infusus est, sic perfusus etiam & superfusus, vt stillare videatur vndiq; ? Felix qui gemina hac sanctificatione paratus dicere potest: Paratũ cor meũ deus, paratũ cor meũ. Habet hodie quidem fructum suum in sanctificationem, crastina die finem habiturus vitam æternam. Videbit enim maiestatem dei, quod vtique vita æterna est: sicut & veritas ait: Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Reddet ei coronã iustitię iustus iudex in illum diẽ, cui sanè altera non succedet. Tunc videbit & affluet, & mirabitur & dilatabitur cor ipsius. Quousq; dilatabitur? Vsque ad videndã in se maiestatẽ dei. Nolite arbitrari fratres quòd illam vobis promissionem verbis explicare possimus. Sanctificamini hodie, & estote parati: crastina die videbitis & gaudebitis: & gaudiũ vestrum implebitur. Quid enim maiestas illa non impleat? Etiã superimplebit & superefflluet, quando mẽsuram bonã & confertam & coagitatam & superefflluentem dabunt in sinus vestros. Vsque adeò quidem superefflluet, vt supra modũ in sublimitate excedat nõ modo merita sed & vota, sicut verè potens est facere supra quam nos intelligere aut sperare possumus. Nã desideria quidem nostra in tribus maxime constituta videntur, quod decet, quod expedit, quod delectat. Hæc sunt quæ concupiscimus, omnes quidem omnia, sed alius magis hoc, alius illud. Ille sic deditus est voluptati, vt nec honestatem satis reputet, nec vtilitatẽ: ille quæstui magis incubans & honestũ dissimulat, & iucũdum: ille voluptatis pariter & vtilitatis negligentior, solum vel maxime honorem sectatur. Nec verò reprehensibile desiderium horum, sed si ibi quæreremus ea, vbi verè inueniremus. Hæc enim vbi verè sunt, vnum sunt: atque ipsum vtique summum bonum, summa vtilitas, summa gloria, summa voluptas. Atque hæc quidẽ quãtũ interim capere possumus, expectatio nostra est, & promissa nobis visio maiestatis in nobis, vt deus sit omnia in omnibus, omne iucundum, omne vtile, omne honestum.

Item in vigilia natiuitatis domini, de pronunciatione ipsius. Sermo VI.

AVditum audiuimus plenum gratia: dignum acceptione, Iesus Christus filius dei in Bethleem Iudæ nascitur. Anima mea liquefacta est in sermone isto, sed & spiritus meus in præcordiis meis æstuat, iucunditatem hanc & exultationem solito vobis desiderio eructare festinans. Iesus interpretatur saluator. Quid tam necessarium perditis, quid tam optabile miseris, quid tam vtile desperatis? Alioquin vnde salus, vnde vel tenuis aliqua spes salutis in lege peccati, in corpore mortis, in malitia hac diei & loco afflictionis, nisi noua nobis & insperata nasceretur? At tu fortè salutem optas, sed curationis acerbitatẽ teneritudinis pariter & ægritudinis propriæ conscius reformidas. Ne timeas, Christus est suauis planè, & mitis, & multæ misericordiæ, vnctus oleo lætitiæ præ participibus suis, eis nimirum, qui licet non ipsam plenitudinem, de plenitudine tamen huius accipiũt participium vnctionis. Ne verò suauem audiens, inefficacem fore autumes saluatorem, additur etiã, filius dei. Qualis enim pater, talis filius, cui subest cum voluerit posse. Aut forsitan vtilitate salutis & iucunditate vnctionis audita, nescio quid submurmuras, puto etiam de honestate sollicitus. Saluatorẽ tibi gratularis adesse, vtpote

A vtpote iacens paralyticus in grabato, aut magis inter Hierusalem & Hiericho semiuiuus in via. Amplius autẽ lætaris nec durum esse medicum, nec grauibus vti medicinis, ne tibi forsitan intolerabilior videatur breuis ipsa curatio, quàm diuturna ægritudo. Sic nimirum, sic vsque hodie multi pereunt medicum fugientes, quòd Iesum quidem nouerint, sed Christum nesciant, humano sensu de multitudine & malignitate morborum, paratæ sibi medelæ molestiam æstimantes. Iam verò si certus es de saluatore, & nihilo minus Christum esse cognoscis non vtentem cauterio, sed vnguento, non vstione, sed vnctione curantem: vnum adhuc arbitror ingenuam posse mouere creaturam, ne fortè (quod absit) saluatoris huius non satis condigna videatur esse persona. Puto tamen non vsque adeo ambitiosus es & gloriæ cupidus, aut zelator honoris, vt ab vno quopiam è conseruis tuis si præstare posset hanc gratiam susçipere detrectares. Nam si angelus aut archangelus esset, vel ex superiori quouis ordine spirituum beatorum, multo minus animositas tua quod causaretur, haberet. Nunc autem tanto ampliore tibi deuotione susçipiendus est iste saluator, quanto differentius præ cæteris omnibus nomen hæreditauit Iesus Christus filius dei. Et vide si non euidentius hæc tria ad pastores loquens angelus commẽdauit, gaudium magnum quod euãgelizabat, exponẽs, Quia, inquit, natus est vobis hodie saluator qui est Christus dominus. Exultemus igitur fratres in hac natiuitate, & multipliciter gratulemur in ea, quam B & salutis vtilitas, & vnctionis suauitas, & filij dei maiestas tam eleganter illustrat, vt nihil desit ex omnibus quæ desiderantur, nec commodum, nec iucundum, nec honestum. Exultemus inquam, ruminantes intra nosmetipsos & inuicem eructantes suaue verbum, eloquium dulce: Iesus Christus filius dei nascitur in Bethleem Iudæ. Nec mihi quis ad ista respondeat indeuotus, ingratus, irreligiosus: Non est hoc nouum, olim auditum est, olim factum est: olim natus est Christus. Ego enim dico, olim & ante. Nec mirabitur olim & ante, cui propheticum illud occurrerit, in æternum & vltrà. Natus est ergo Christus non modò ante hęc nostra tempora, sed ante tempora vniuersa. Verùm illa quidem natiuitas posuit tenebras latibulum suum, imò verò lucem magis habitat inaccessibilem: latet in corde patris, in monte vmbroso & condenso. Vt ergo aliquatenus innotesceret, natus est: & in tẽpore natus ex carne, natus in carne, factum est verbum caro. Quid tamen mirum si vsque hodie dicitur in ecclesia, Christus filius dei nascitur, quando tam longe antea dicebatur (haud dubium quin de ipso) Puer natus est nobis? Olim cœpit audiri verbum hoc, & nemo sanctorum aliquando fastidiuit. Siquidem Iesus Christus filius dei, heri & hodie & in æternum. Hinc nimirum primus homo omnium viuentium pater, magnum eructans sacramentum quod in Christo & in ecclesia apostolus postmodum euidentius commendauit, Relinquet, ait, homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hinc nihilo minus Abraham pater omnium credentium exultauit vt videret diem hunc, & vidit, & gauisus est. Alioquin quando seruum iurantem sibi per deum cœli, sub femore suo manum ponere præcepisset, nisi ipsum vtique deum cœli ex eodem nasciturum femore præuidisset? Hoc quoque consilium cordis sui homini secundum cor suum reuelauit deus, cui iurauit veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu, inquiens, ventris tui ponam super sedem tuam. Vnde & in Bethleem Iudę nascitur (sicut angelus ait) ciuitate Dauid, vtiq; propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. Hoc etiam multipharie multisque modis cæteris reuelatum est patribus & prophetis. Absit autem vt à diligentibus deum aliquando fuerit negligenter auditum, nisi fortè negligere videbatur qui dicebat: Obsecro domine mitte quem missurus es, aut fastidire, qui clamabat: Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, cæteráque similia. Idipsum deinde apostoli sancti viderunt & audierunt, & manus eorum tractauerunt de verbo vitæ, quibus singulariter aiebat: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Postremo hoc idem nobis quoque seruatum est fidelibus, vtique thesauris fidei commendatum, ipso æquè dicente: Beati qui non viderunt & crediderunt. Pars nostra hæc in verbo vitæ. Nec sanè contemptibilis, ex qua nimirum viuitur, & qua vincitur mundus: quoniam iustus ex fide viuit. Et hæc est victoria quæ vincit mundum, D fides nostra. Hæc est quæ velut quoddam æternitatis exemplar præterita simul & præsentia ac futura sinu quodam vastissimo comprehendit, vt nihil ei prætereat, nihil pereat, præeat nihil. Meritò proinde in testimonium fidei vestræ, vbi facta est vox annunciationis huius in auribus vestris, exultastis in gaudio, egistis gratias, prostrati solo tenus adorastis, concurrentes velut sub vmbra alarum eius, & sub pennis eius sperantes. Nunquid non singuli natiuitate saluatoris audita, clamastis in cordibus vestris, dicentes: Mihi autem adhærere deo bonum est? Aut potius illud quod idem prophe- *Psal.72.* *Psal.16.* ta ait: Deo subiecta esto anima mea? Infœlix nimirum quisquis fictè prostratus, corde rigido corpus humiliauit. Est enim qui humiliatur nequiter, interiora autem eius plena sunt dolo. Quisquis enim necessitatem suam minus cõsiderat: minus sentit incommoda, minus pericula pauet, minus deuotè confugit ad remedia ortæ salutis, minus affectuosè se subiicit deo, minus fideliter psallit: Domine refugium factus es *Psal.89.* nobis. Huius adoratio minus accepta, huius prostratio minus verax, huius humiliatio minus habens, huius etiam victoriosa minus, imò & minus viuida fides. Quid tamen dicit? Beati qui non viderunt, & crediderunt. Quasi non videatur ipsum credere, quodammodo iam videre. Sed aduerte diligenter cui & quando dictum sit, ei vtiq; qui arguebatur quòd quia vidisset credidisset. Neque enim idipsum est vidisse, & E ideo credidisse, quod credendo vidisse. Alioquin Abraham pater quonam modo dominicum hunc vidisse diem, nisi credendo, credendus est? Sed & illud quomodo accipietur quod hac nocte cantatum est nobis, Sanctificamini hodie & estote parati, crastina die videbitis maiestatem dei in vobis: si non mente videre est, pia deuotione repræsentare & recolere fide non ficta, magnum illud magnæ pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria? Semper igitur nouum, quod semper innouat mentes: nec vnquam vetus, quod fructificare non cessat, quod in perpetuum non marcescit. Hoc est enim sanctum, quod non datur videre corruptionem. Hic nouus homo, qui nullius vnquam vetustatis capax, etiam eos quorum inueterauerunt omnia ossa, in veram vitæ transferat nouitatem. Inde est, quòd etiam in præsenti tam iucundissima annunciatione (si aduertistis) congruè satis dicitur non tam natus esse quàm nasci. Iesus Christus filius dei nascitur in Bethleem Iudæ. Sicut enim quodammodo immolatur adhuc quotidie, donec mortem eius annunciamus: sic videtur & nasci, dum fideliter repræsentamus eius natiuitatem. Die igitur crastina videbimus maiestatem dei, sed sanè in nobis, non in seipso, vtique maiestatem in humilitate, virtutem in infirmitate, F in homine deum. Ipse est enim Emmanuel, quod interpretatur nobiscum deus. Et euidentius audi: Verbum, inquit, caro *Ioan.1.* factum est, & habitauit in nobis. Denique extunc & deinceps vidimus gloriam eius, sed gloriam quasi vnigeniti à patre, vtique plenum gratiæ vidimus, & veritatis. Nõ enim gloriam potestatis aut claritatis, sed gloriã paternæ pietatis, gloriam gratiæ de qua apostolus: In laudem, inquit, gloriæ gra- *Ephes.1.* tiæ suæ. Sic ergo nascitur. Sed vbi putas? In Bethleem Iudæ. neque enim decet nos ita Bethleem præterire. Transeamus vsque Bethleem, dicunt pastores, non Bethleem pertranseamus. Quid enim si pauper viculus est? Quid si videtur minima in Iudæa? Ne id quidem incongruum ei qui cum diues esset, propter nos factus est pauper: & cum esset magnus dominus & laudabilis nimis, paruulus natus est nobis. Et dicebat, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlo- *Matth.5.* rum. Itémque: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut puer *Matt.16.* iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Vnde etiam stabulum elegit & præsepe, vtique domum luteam, & diuersorium iumentorum, vt hunc esse scias qui de stercore erigit pauperem, & saluos facit homines & iumẽta. Vtinam autem inueniamur & nos Bethleem Iudæ, vt in nobis quoque dignetur nasci, & audire mereamur, Quia vobis timẽtibus deum orietur sol iu- *Malac. 4.* stitiæ. Fortè enim est hoc quod supra meminimus, ad videndam in nobis domini maiestatem, & sanctificatione opus esse, & præparatione. Nam & iuxta prophetã facta est Iudæa san- *Psal.113.*

I *Psal.85.* *Psal.15.* *Luc.1.* *Eccli.45.* *Act.19.* *Matt. 5.* *Psal.29.* *Gen.30.* H *Psal.56.* *Ioan.17.* L *Abdiæ.1.* M *Ephes.5.* *Gen.2.* C *Ioan.18.* *Gene.24.* *Psal.131.* *Luc.2.* *Hebr.1.* *Exod.4.* *Esaiæ. 64.* *Matt.13.* *Ioan.20.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gctificatio eius, quia videlicet omnia in confessione lauantur, & domus panis, quod Bethleem sonat, ad præparationẽ fortasse videtur magnopere pertinere. Quomodo enim ille paratus est, vt excipere tantum hospitem possit, qui dicit: Quia *Esaiæ. 4.* non est in domo mea panis? Denique quia imparatus erat quidam, necesse habuit amici ostium clausum media nocte *Lucæ.11.* pulsare, & dicere: Quia amicus meus venit ad me de via, & *Psal.111* non habeo quod ponam ante illum. Paratum cor eius sperare in domino, ait propheta, haud dubium quin de iusto lo- *vbi supra.* quens. Confirmatum est cor eius, non commouebitur. Non *Psal.103.* est paratum cor quod non est confirmatum. Scissum autem, ipso eodem teste propheta, quòd panis cor hominis confirmet. Non est ergo paratum, sed aridum & exangue cor eius, qui oblitus est comedere panem suum. Est autem paratus & non turbatus vt custodiat mandata vitæ, qui oblitus ea quæ retro sunt, in ea quæ ante sunt se extendit. Vides quàm fugienda quædam, quàm sit quædam obliuio cupienda? neque enim totus Manasses Iordanem transiit, sed nec totus citrà sibi elegit mansionem. Est qui oblitus est domini creatoris sui, & est qui prouidet eum in conspectu suo semper, oblitus populum suum, & domum patris sui. Et ille quidem cœlestia obliuiscitur, hic verò quæ sunt super terram: iste præsentia, ille futura. iste quę videntur, ille quæ non videntur. po- H stremo iste quæ sua sunt, ille quæ Iesu Christi. Vterque Manasses, vterque obliuiosus, sed alter quidem Hierusalem, alter Babilonis oblitus. Alter eorum quæ impediunt, & iste paratur: alter sanè eorum magis quæ expediunt, & quæ non expedit obliuisci, atque hic penitus imparatus ad videndum in se domini maiestatem. Neque enim est domus panis in qua saluator oriatur, non est Manasses ille cui appareat, qui *. Psal.79.* Israel regit, & super Cherubim sedet. Appare, inquit, coram Ephraim Beniamin & Manasse. Ego arbitror istos tres esse *Zech.14.* qui saluantur, quos alius quidam propheta Noe Danielem & Iob nominauit: eosdem quoque & tribus illis pastoribus designari, quibus nato angelo magni consilij gaudium magnum *Luc.2.* angelus euangelizauit. Vide autem ne fortè ipsi sint & tres Magi venientes iam non modo ab Oriente, sed etiam ab Occidente, vt recumbant cum Abraham, Isaac, & Iacob. Fortè enim non incongruè videbitur ad Ephraim quidem, quod fructificationem sonat, pertinere thuris oblationem, quòd offerre incensum dignum in odorem suauitatis proprium sit eorum, quos posuit dominus vt eant & fructum afferant, id est, ecclesiæ prælatorum. Nam & Beniamin filius dexteræ offerat, necesse est aurum, id est, substantiã huius mundi, vt vi- delicet fidelis populus in parte dextera constitutus à iudice *Matth.25.* I mereatur audire: Quia esuriui, & dedisti mihi manducare, &c. Porrò Manasses (si tamen is esse voluerit cui appareat deus) myrrham offerat mortificationis, quam quidem à nostra specialiter arbitror professione requiri. Et hæc dicta sint, ne ad eam partem tribus Manasse, quæ citra Iordanem substitit, pertineamus, sed obliuiscamur magis ea que retro sunt, extenti & intenti ad anteriora. Nunc verò redeamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit dominus, & ostendit nobis. Domus panis est vt iam diximus: bonum est nos illic esse. vbi enim fuerit verbum do- mini, non deest vtique panis, qui confirmet cor dicente pro- *Psal. 118.* pheta: Confirma me in verbis tuis. Nimirum in verbo quod procedit de ore dei, viuit homo, viuit in christo, viuit in eo Christus. Ibi oritur, ibi apparet: nec omnino amat cor titubans, aut vacillans, sed stabile & confirmatum. Si quis murmurat, si quis hęsitat, si quis nutat, si quis cogitat reuolui in lutum, redire ad vomitum, deserere votum, mutare propositum suum, non est Bethleem iste, non est domus panis. Sola enim fames, & fames valida in Aegyptum eum descendere, porcos pascere, siliquas esurire compellit, vtpote procul agentem à domo panis, à domo patris: in qua etiam mercenarij panibus abundare noscuntur. Non ergo in huiusmodi cor- *Abac.2.* de nascitur Christus, cui deest fidei fortitudo, vtique panis vitæ, scriptura teste: Quoniam iustus ex fide viuit, quòd videlicet animæ vera vita (quæ ipse est) non nisi per fidem interim habitet in cordibus nostris. Alioquin quomodo in illo nascitur Iesus? quomodo salus oritur illi, quandoquidem vera om- *Matt.10,* nino certáque sententia est, quòd is tantũ, qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit? Nam quod minime inueniatur in K eo Christus, nec de eis sit quibus dicitur, Quia vnctionem ha- *1.Ioan.5.* betis à sancto, ex eo vel maxime constat, quod sine dubio etiã aruit cor illius, ex quo oblitus est comedere panem suum. Multo minus autem ad filium pertinet dei, qui huiusmodi est *Esa.vlti.* quod non nisi super quietum & humilem ac trementem verba sua requiescat spiritus ipsius, nec sit vlla societas æternitati, & tãtæ mutabilitati ei qui est, & ei qui nunquam in eodem permanet statu. Cæterum quamlibet firmi, quamlibet fortes in fide, quamlibet parati, quamlibet panibus abundantes, ipso quidem largiente cui quotidie orantes dicimus, Panem no- *Luc.11.* strum quotidianum da nobis hodie: necesse habemus addere consequenter, Dimitte nobis debita nostra. Alioquin si dixe- *1.Ioan.1.* rimus quoniam peccatum non habemus, nosipsos seducimus & veritas in nobis non est. Nimirum veritas ipse est, qui non simpliciter in Bethleem, sed in Bethleem Iudæ nascitur Iesus Christus filius dei. Præoccupemus igitur faciem domini in confessione, vt sanctificati pariter & parati inueniamur & nos Bethleem Iudæ, atque ita nascentem dominum videre mereamur in nobis. Cæterum si qua anima eousque profecerit (quod quidem est multum ad nos) vt sit fœcunda virgo, sit stella maris, sit plena gratia, & superuenientem habens in L se spiritũ sanctũ, puto quòd nõ modò in ea, sed ex ea quoq; nõ dedignabitur nasci. Nemo sanè id sibi arrogare præsumat, nisi quos ipse speciali designatione tanquam digito monstrauerit, dicens: Ecce mater mea, & fratres mei. Enimuero audi vnum *Matth.12.* ex istis: Filioli mei, ait, quos iterum parturio donec formetur *Galat.4.* Christus in vobis. Si enim nasci videbatur in eis cum formabatur Christus in eis, quomodo non etiam ab eo similiter nasci eum dicere quis præsumat, qui in ipsis quodammodo parturiebat? Et tu quidem impia synagoga hunc nobis filium peperisti officio quidem matris, sed non matris affectu. Excussisti eum de sinu tuo extra ciuitatem eiiciens, & cleuans super terram, tanquam dicens ecclesiæ gentium, pariter & ecclesiæ primitiuorum quæ est in cœlis: Nec mihi nec vobis sit, sed diuidatur. Diuidatur inquam, non inter vtrasque, sed ab vtrisque. Expulsum enim & exaltatum & eleuatum, & quidem modicè satis, tamen vt nec in tuis esset mœnibus, nec in terra, ferro vndique coarctasti: ne fortè vel hac vel illac excideret, vt videlicet à te separatus, ad neutrã peruenire illarum. Sæua nimirum matertera abortiuum facere voluisti, dum non esset qui excipere posset excussum. Age ergo, quid profeceris, intuere. Vndique enim egrediuntur filiæ Sion, vt videant regem Salomonem in diademate quo coronasti eum. Relinquens matrem adhæret vxori suæ, vt sint duo in carne vna: & ciuitate pulsus, atque leuatus à terra, omnia tra- M hit ad se, quippe qui est super omnia benedictus deus in secula. Amen.

In die natiuitatis domini, de fontibus saluatoris. Sermo I.

GRandis quidem est, dilectissimi, hodierna dominicæ natiuitatis solennitas, sed dies breuis cogit breuiare sermonem. Nec mirum, si facimus nos breue verbum, quando & deus pater verbum fe- cit abbreuiatum. Vultis nosse quàm longum quàm bre- *Hiere.23.* ue fecit? Cœlum (inquit hoc verbum) & terram ego impleo. Nunc caro factum, in angusto locatum præsepio est. *Psal.92.* A seculo, ait propheta, & in seculo tu es deus. & ecce factus est infans diei vnius. Ad quid hoc fratres, aut quæ necessitas fuit vt sic exinaniret se, sic humiliaret se, sic abbreuiaret se dominus maiestatis, nisi vt vos similiter faciatis? Iam clamat exemplo, quod postmodum prædicaturus est verbo: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: vt ve- *Matth.11.* rax inueniatur qui dicit: Cæpit Iesus facere, & docere. Obse- *Marc.6.* cro proinde & plurimum rogo fratres, non patiamini sine causa tam preciosum exemplar vobis exhibitum esse, sed conformamini illi, & renouamini spiritu mentis vestræ. Studete humilitati, quæ fundamentum est custosque virtutum. sectamini illam quæ sola potest saluare animas vestras. Quid enim magis indignũ, quid detestandũ amplius, quid grauius puniẽdum, quàm vt videns deũ cœli paruulũ factum, vltrà apponat homo magnificare se super terram? Intolerabilis impudentiæ tumescat,

A est, vt vbi sese exinaniuit maiestas, vermiculus infletur & in- *Philip.2.* tumescat. Hoc igitur est propter quod exinaniuit se formam serui accipiens, qui in forma dei patri æqualis erat, sed exinaniuit maiestate & potẽtia, nõ bonitate & misericordia. Quid *Ad Tit.3.* enim ait apostolus? Apparuit, inquit, benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Apparuerat antè potentia in rerum creatione, apparebat sapientia in earum gubernatione, sed benignitas misericordiæ nunc maximè apparuit in humanitate. Innotuerat Iudæis potestas in signis atque portentis, vnde & in ea lege sæpius inuenies, Ego dominus, Ego deus. Philoso- *Rom.1.* phis quoq; abundantibus in sensu suo maiestas innotuit, quoniam iuxta Apostoli verba, quod notum est dei, manifestũ est in illis. Veruntamen & Iudæi potestate ipsa premebantur, & philosophi scrutatores maiestatis opprimebãtur à gloria. Potestas subiectionem, maiestas exigit admirationẽ, neutra imitationem. Appareat domine bonitas cui possit homo (qui ad imaginem tuam creatus est) conformari: nam maiestatem, potestatem, sapientiam, nec imitari possumus, nec expedit æmulari. Quousque angustata est misericordia tua in sola angelorum parte, reliquam occupat iudicium cum toto pariter hu- *Psal.35.* mano genere: Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes, terram vniuersam condemnans, & aëreas potestates. Dilatet misericordia terminos suos, extẽdat funes, expandat sinus, attingat à fine vsque ad finem fortiter, disponens B omnia suauiter. Restrictus est domine iudicio sinus tuus, solue cingulum tuum, & veni miserationibus affluens, superefflues charitate. Quid tu times ô homo, quid trepidas à facie domini quia venit? Venit non iudicare, sed saluare terram. Olim tibi persuasum est ab infideli quodam seruo, vt furtim tolleres & imponeres regium diadema capiti tuo. Deprehensus in furto, *Gene.3.* quidni timeres? quidni fugeres à facie eius? Fortè enim iam *Psal.138.* gladium vibrabat ignitum. Nunc in exilio positus, in sudore vultus tui vescris pane tuo. Et ecce vox audita est in terra, quia dominator aduenit. Quò ibis à spiritu eius, & quò à facie eius fugies? Noli fugere, noli timere, non venit cum ar- *Gen.3.* mis: non puniendum, sed saluandum requirit. Et ne fortè dicas etiam nunc: Vocem tuam audiui, & abscondi me: ecce infans est, & sine voce. Nam vagientis vox magis miserãda est, quàm tremenda. Aut si cui fortè terribilis, sed non tibi. Paruulus factus est, tenera membra virgo mater pannis alligat, & adhuc timore trepidas? Vel in hoc scies quia nõ venit perdere te, sed saluare: eripere, & non ligare. Iam aduersus hostes tuos dimicat, iam superborum & sublimium colla tanquam dei virtus & sapientia calcat. Duo sunt tibi hostes, peccatum & mors, id est mors corporis, & animæ. Vtrunque debellaturus aduenit, & ab vtroque saluabit te, noli timere. Et iam quidem peccatũ in propria persona vicit, quando humanam naturam sine vlla contagione susceptit. Grandis enim peccato facta est violẽtia, & reuera expugnatum esse cognoscitur, quando natura, quam C se totam infecisse & occupasse gloriabatur, ab eo penitus aliena in Christo inuenta est. Dehinc persequitur inimicos tuos, & comprehendit eos, nec conuertitur donec deficiant. Contra peccatum dimicans in conuersatione sua, verbis pariter & exemplis oppugnat, sed in passione sua alligat illud, alligat planè fortem, & diripit vasa eius. Iam verò eodẽ ordine mortem quoque superat prius in seipso, cum resurgit primitiæ dormientium, & primogenitus mortuorum: postmodum debellaturus eam pariter in omnibus nobis, quando videlicet susciabit mortalia corpora nostra, & destruetur nouissima inimica mors. Propterea enim resurgens decorem indutus est, non sicut antea nascens pannis inuolutus est. Propterea qui prius sinu misericordiæ affluebat, non iudicans quenquã, resurgens præcinxit se, & iustitiæ cingulo videtur quodammodo effluentem sinum misericordiæ collegisse, quoniam ex tunc præparatur ad iudicium, quod in nostra resurrectione futurum est. Nam & propterea paruulus antea venit, vt misericordiam prærogaret, & futurum in fine iudicium præcurrens, misericordia temperaret. Licet enim paruulus ad nos venerit, non parum tamen attulit, non parum contulit nobis. Si *Ad Tit.2.* quæris quid attulit, primò omnium attulit misericordiam, secundum quam teste apostolo, saluos nos fecit. Neque enim his tantum profuit, quos tunc presens inuenit, sed fons est qui nũquam poterit exhauriri. Fons nobis est Christus dominus, vnde lauemur, sicut scriptum est: Qui dilexit nos, & lauit nos D à peccatis nostris. Veruntamen non iste solus aquarum est vi- *Apoc.1.* sus, nec tantùm sordes abluunt, sed & sitim extinguunt. Bea- *Eccli.14.* tus verò, ait sapiens, qui in sapientia morabitur, & qui in iu- *vbi supra.* stitia meditabitur. Et post pauca: Aqua, inquit, sapientiæ salutaris potabit illum. Bene sapientię salutaris, quoniam sapiẽtia carnis mors est, & sapientia mundi etiam ipsa inimica est deo. Sola quæ ex deo est sapientia salutaris est, quæ secundum *Iaco.3.* beati Iacobi definitionem, primùm pudica, deinde pacifica est. Nam sapientia carnis voluptuosa est, non pudica. Sapientia mundi tumultuosa est, non pacifica. Sapientia verò quæ ex deo est, primùm pudica est, non quærens quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi, vt non suam quisque faciat voluntatem, sed consideret quæ sit voluntas dei, deinde pacifica, non abundans in suo sensu, sed alieno magis acquiescens consilio vel iudicio. Tertius aquarum vsus est irrigatio, quam profectò maximè necessariam habent nouellę plantationes. Alioquin aut minus proficient, aut ex toto peribunt præ siccitate. Quærat ergo deuotionis aquas quisquis seminauerit bonorum operum semina, vt irrigatus fonte gratiæ bonæ conuersationis hortus non arescat, sed in perpetua viriditate proficiat. Orat enim *Psal.79.* pro huiusmodi propheta, Et holocaustum tuum, inquiẽs, pin- *Eccli.45.* gue fiat. Sic & in laudibus Aaron legis, quoniam sacrificium eius quotidianus ignis absumpsit. In quibus omnibus nihil aliud intelligendum videtur, nisi vt bona opera feruore deuo- E tionis, & dulcedine spiritualis gratiæ condiantur. Putas, inueniri poterit quartus fons, vt paradisum recuperemus quatuor fontium irrigatione amœnissimum? Nam si terrenum paradisum denuo nobis reddendum non speramus, quomodo re- *Ioan.3.* gnum cœlorum sperabimus? Si terrena, inquit, dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? Nunc autem vt de exhibitione præsentium firma sit expectatio futurorum, paradisum habemus multo meliorem, & longe delectabiliorem quam primi parentes habuerunt: & paradisus noster Christus dominus est. In quo tres quidem fontes iam inuenimus, quartum quæramus. Habemus de fonte misericordiæ ad diluendas culpas, aquas remissionis: habemus de fonte sapientiæ ad potandum sitim nostram, aquas discretionis: habemus de fonte gratiæ ad irrigandas plantas bonorum operum, aquas deuotionis. Quæramus ad decoquendos cibos aquas feruentes, aquas æmulationis. Hæ nimirum condiunt & decoquunt affectiones nostras, & ebulliunt de fonte charitatis. Vnde ait propheta: Concaluit cor meum intra me, *Psal.38.* & in meditatione mea exardescet ignis. Alibi quoque, Zelus, *Psal.68.* inquit, domus tuæ comedit me. Siquidem ex dulcedine deuotionis diligens iustitiam, ex feruore æmulationis odio habet iniquitatem. Et vide ne fortè de fontibus istis prædixerit Esaias: Hauritis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Nam *Esa.12.* vt promissionem hanc vitæ præsentis esse noueris, non futu- F ræ, illud attende quod sequitur: Dicetis in illa die: Confitemini domino, & inuocate nomen eius. Inuocatio quippe præ- *Psal.80.* sentis temporis est, sicut scriptum est: Inuoca me in die tribulationis. Porrò ex his quatuor fontibus tres quidem propriè conuenire videntur tribus ecclesiæ ordinibus, singuli singulis. Nam primus quidem communis est omnibus. In multis enim offendimus omnes, & necessarium habemus misericordiæ fontem ad diluẽdas offensionum sordes. Omnes inquam pec- *Rom.3.* cauimus, & egemus gloria dei. Et prælati, & continentes & coniugati, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos *1.Ioan.1.* seducimus. Quia ergo nemo mundus à sorde, necessarius est omnibus fons misericordię, & pari voto debent ad hunc fontem, Noë, Daniel, & Iob properare. De cætero quidem Iob maximæ sapientiæ fontem quærat, quoniam ipse magis inter medios laqueos ambulat, ita vt magnum videatur, si à malo declinat. Danieli verò currendum est ad fontem gratiæ, cui nimirum pœnitentiæ opera, & labores abstinentiæ deuotionis gratia necesse est impinguare. Oportet enim vt nos maximè *2.Cor.9.* in hilaritate omnia faciamus: quoniam hilarem datorẽ diligit deus. Nam & terra nostra nequaquam fertilis est huiusmodi seminis, bonæ scilicet conuersationis: ideóq; facilè exarescet, nisi crebris irrigationibus adiuuetur. Vnde & in oratione dominica huiusmodi gratiam sub quotidiani panis nomine postulamus. Meritò sanè, ne forte cadat super nos terribilis illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

G maledictio propheticæ imprecationis: Fiat sicut fœnũ tectorũ, quod priusquã euellatur exaruit. Fósverò emulationis Noe cõuenit specialiter, quia maximè prelatos decet hic zelꝰ. Quatuor itaque fontes istos adhuc in carne viuẽtibus nobis in semetipso Christus exhibet: quintum, qui est fons vitæ, post hoc seculum repromittẽs, ad quẽ sitiebat propheta cũ diceret: Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuum. Fortassis etiã propter hos quatuor fontes, quatuor in locis vulneratus est Christus adhuc viuens in cruce: propter quintum, cum iam tradidisset spiritũ, trãsforatus est in latere. Viuebat adhuc quando foderunt ei manus & pedes, vt nobis adhuc viuentibus, quatuor fontes ex seipso proferret. Quintum pertulit vulnus cum iam expirasset, vt in se nihilominus quintum nobis fontẽ post obitum aperiret. Sed eccedum loquimur de mysteriis natiuitatis, ad scrutanda repente deuenimus sacramenta dominicæ passionis. Nec mirum tamen si quærimus in passione, quid in natiuitate sua Christus attulerit. Tunc enim consciſso sacco pecuniam quæ latebat, in precium nostræ redemptionis effudit.

De tribus mixturis. Sermo II. Vnde supra

MAgna opera domini, ait propheta Dauid. Magna quidem omnia opera eius fratres, siquidẽ magnus & ipse: sed ad nos maximè spectant, quæ in eis maxima esse videntur. Hinc est quod psallit idem propheta, dicẽs: Magnificauit dominus facere nobiscum. Denique quàm magnifice nobiscum agat, specialiter tria quædam eius opera clamant, primæ nostræ creationis, præsentis redemptionis, futuræ glorificationis. Quàm magnificata sunt in singulis opera tua domine. Tuum est virtutem operum tuorũ annunciare populo tuo, nos ipsa saltem opera non silemus. Triplicem fratres commixtionem in his tribus considerare est cœlestis planè operis, & diuinę virtutis. Nam in primo opere conditionis nostrę, de limo terrę plasmauit hominem deus, & inspirauit in faciem eius spiritum vitæ. Qualis artifex, qualis vnitor rerum, ad cuius nutũ sic conglutinantur sibi limus terræ, & spiritus vitæ? Limus quidẽ iam ante creatus erat, quando in principio creauit deus cœlũ & terram. At spiritus sanè non communem sed propriam habet conditionem, nec in massa creatur, sed singulari quadã excellentia inspiratur. Agnosce ô homo dignitatem tuam, agnosce gloriam cõditionis humanæ. Est enim tibi cũ mundo corpus. sic enim decet eum qui constitutus est super vniuersam huius creaturæ corporeæ molẽ, aliqua ei similari ex parte. Sed est tibi etiã sublimius aliquid, nec omnino comparãdus es cęteris creaturis. Compacta & confœderata sunt in te caro & anima, illa plasmata, hęc inspirata. Sed cuius interest hæc cõmixtio? Cui hac vnione præstatur? Etenim iuxta sapientiam filiorum huius seculi, vbi sociantur summis inferiora, præualent qui potestatẽ habent, & humilioribns vtuntur pro libito suo. Conculcat fortior minus fortem, ridet sapiens indoctum, simplicem fallit astutus, potens despicit imbecillem. Non sic in opere tuo deus, nõ sic in tua commixtione: non ad hoc sociasti spiritum limo, sublimem humili, dignam & excellentem creaturam abiectę & inutili massę. Quis non videat fratres, quantum corpori prestet anima? Nũquid non truncus esset insensibilis caro inanimata? Ab anima enim pulchritudo, ab anima incrementum, ab anima claritatis visus & sonus vocis. Denique sensus omnis ab anima est. Charitatem mihi cõiunctio ista commendat, charitatem in hac ipsa conditionis propriæ pagina lego. Charitatem in ipso statim principio nõ solum prædicat, sed ingerit mihi manus benignissima creatoris. Et quidem magna hæc coniũctio dilectissimi, sed si stabilis permãsisset. Nunc autem licet diuino fuerit munita sigillo (ad imaginem quippe & similitudinem suam creauit deus hominem) heu diruptũ est figillum, & vnitas dissipata. Accedẽs pessimus ille latro recens adhuc sigillum fregit: & sic mutata similitudine diuina, comparatus est miser homo iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Rectũ quippe fecit deus hominẽ, atque hæc similitudo eius de quo scriptũ est: Quia rectus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. Veracẽ quoque & iustũ fecit eum, sicut & ipse veritas & iustitia est: nec vnitas ipsa posset disiungi, dum sigilli huius integritas permaneret. Verum superuenit falsarius, qui indoctis sigillum promittẽs melius (væ væ) fregit quod erat manu diuinitatis impressum. Eritis in-

quit, sicut dij, scientes bonum & malum. O maleuole, ô maligne, ad quid eis huius similitudo scientiæ? Sint certe sicut dij, recti, iusti, veraces, sint sicut deus, in quem peccatum non cadit. Hoc quippe sigillo stante stabit vnitas illa. Iam experimur miseri quid nobis persuaserit versutia diabolicæ fraudis. Fracto nanque sigillo sequitur amarum dissidium, triste diuortium. Vbi est quod dixisti nequam, Nequaquam moriemini? Ecce enim morimur omnes, & non est homo qui viuat, & non videat mortem. Sed quid erit domine deus? Nunquámne reparabitur opus tuum, & qui ceciderit, non adiiciet vt resurgat? Non est qui reficiat, nisi qui fecit. Itaque propter miseriam inopum & gemitum pauperum nũc exurgam, dicit dominus: ponam in salutari, fiducialiter agam in eo. Nihil siquidem proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Nouam (inquit) ego facio commixturam, vbi & expressius & robustius pono sigillum, eum, qui non ad imaginem meam factus, sed est ipsa imago, splendor gloriæ, & figura substantiæ, non factus sed genitus ante secula. Et ne forte timeas esse frangendum, audi prophetam: Aruit, inquit, tanquam testa virtus mea. sed talis testa, quam nec ipse malleus vniuersæ terrę nocere vllo modo possit. Sanè cum prima ex duobus facta sit, secunda iam coniunctio fit ex tribus, vt discas ex hoc ipso ad sacramentũ accedere trinitatis. Verbum (quod erat in principio apud deũ, & deus erat) anima, quę de nihilo creata est, & ante nõ erat caro de massa corruptionis sine corruptione aliqua diuino segregata artificio (qualis nulla iam caro erat) vinculo indissolubili in personę coeunt vnitatem. Habes in his triplex genus potẽtię: quod non erat, creatum: quod perierat, reparatum: quod super omnia erat, paulo minus ab angelis minoratum. Hæc sunt euãgelica illa sata farinæ quę pariter fermẽtantur, vt sit panis angelorum quẽ mãducet homo, panis cor hominis cõfirmans. Felix mulier benedicta in mulieribus, in cuius castis visceribus superueniẽte igne sancti spiritus coctus est panis iste. Felix inquã mulier quę in hęc tria sata immisit fidei suæ fermentum. Siquidẽ fide cõcepit, fide peperit, &, vt ait Elizabeth, beata quę credidit, quoniã perfecta sunt in ea quæ dicta sunt ei à domino. Nec mireris quòd fide eius mediante vnitũ dixerim verbũ carni, quandoquidẽ & carnẽ ipsam de eius carne susceperit. Sanè ne hoc quidẽ præsenti expositiõi obuiare possit, quod de cœlestis regni dicitur similitudine. Neq; enì indignũ videtur si cœlorũm regnũ fidei Mariæ cõparatur, qua & reparatur. Huius itaque vinculum vnionis nulla omnino soluere poterit creatura. Siquidem nec princeps huius mundi habẽt in eo quícquam, nec ipse Ioannes soluere dignus est corrigiam calceamenti. Quid tamen? Soluatur certè aliquatenus necesse est: alioquin quod dissolutum est, non resolidatur. Panis integer, thesaurus absconditus, sapientia occulta, quæ vtilitas in his omnibus? Meritò flebat Ioannes non inueniri qui aperiret librũ, & solueret signacula eius. dũ enim clausus staret, nemo ex nobis diuinã illam attingere sapientiã præualeret. Aperi tu librũ agne dei, vera mansuetudo. Fodiendas expone Iudęo manus tuas & pedes tuos, vt qui in eis latet procedat thesaurus salutis, & copiosa redẽptio. Frange denique esurientibus panem tuũ. Solus enim frãgere potes, qui solus vt confracta solides stare potes: & in ipsa confractione solus potestatem habes ponẽdi animã, & cum volueris, resumẽdi. Tua igitur miseratiõe soluatur aliquatenꝰ hoc tẽplum, sed non penitus dissoluatur. Separetur ab anima caro, sed verbum sanè & carnis seruet incorruptionẽ, & animæ plenam conferat libertatem: vt sola inter mortuos liberè agat, educẽs vinctos de domo carceris, sedẽtes in tenebris, & in vmbra mortis. Ponat animasancta carnẽ immaculatã, sed resumendã tertia die, vt moriẽs mortem perimat, & vita omnium cum resurgente resurgat. Ita factum est dilectissimi, & ita factũ gaudeamus. Morte illa, mors mortua est, & regenerati sumus in spem vitæ per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Iam quid futurũ sit in vnione tertia, quis loquetur? Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quę pręparauit deus diligentibus se. Cõsummatio erit illa cum tradiderit Christus regnum deo & patri: & erũt duo nõ iam in carne vna, sed in spiritu vno. Etenim si adhærens carni verbum, factum est caro, multo magis qui adhæserit deo, vnus

spiritus

A spiritus erit cum eo. Et in hac quidem vnione, media humilitas exhibetur, & humilitas magna nimis: in ea verò quam expectamus, ad quã suspiramus, perfecta nobis (si tamen nobis) reposita glorificatio est. Quod si meminimus in prima coniunctione qua ex anima & carne compactus est homo, charitatem commendari, meritò humilitas eminet in secunda, quia sola virtꝰ est humilitatis læsæ reparatio charitatis. Porrò quòd vnitur rationalis animæ creatura terreno corpori, omnino nõ est humilitati adscribere: siquidem non ex deliberatione propria carni miscetur, sed creando immittitur, immittendo creatur. Nõ sic sanè summus ille spiritus, qui cum esset magis bonus, ipso beneplaciti sui arbitrio accessit ad corpus incoinquinatum. Meritò denique charitatem & humilitatem sequitur glorificatio, quia sine charitate nihil prodesse potest. Et nemo nisi qui se humiliat, exaltabitur.

In natali domini, de loco & tempore & aliis circunstantiis. Ser. III.

DVo quędam rerũ genera, fratres, in hac natiuitate domini considero, non solùm diuersa, sed & dissimilia valde. Siquidẽ & puer qui nascitur, deus est: & mater de qua nascitur, virgo est, & partus ipse sine dolore est. Fulget in tenebris lux noua de cœlo, gaudium magnum angelus euãgelizat. Laudat multitudo cœlestis militiæ, datur gloria deo, & in terra pax hominibus bonę volũtatis. Currunt pastores, inueniunt quod ad eos dictum est verbũ, nunciant aliis: quicunq; audiunt, ad-

B mirãtur. Hęc & his similia dilectissimi, diuinę virtutis sunt, nõ fragilitatis humanæ. Vasa sunt aurea & argentea, quibus pro tanta solennitate in mensa domini etiã egenis quibusq; hodie ministratur. Non est nobis tollere ista, non nobis datur aureus discus aut scyphus, sed qui in eis est cibus & potus. Diligenter cõsidera, ait sapiens, quæ tibi apponuntur. Et ego quidẽ agnosco mea esse natiuitatis huius tempus & locum, infantilis corporis teneritudinẽ, paruuli vagitus & lachrymas, sed & ipsorum quibus primo annũciatur natiuitas saluatoris, paupertatẽ pastorũ atq; vigilias. Mea sunt hęc, pro me faciunt, mihi apponuntur, mihi proponũtur imitãda. Hyeme natus est, nocte natus est Christus. Nũquid credimus casu factũ, vt in tanta aëris inclemẽtia & in tenebris nasceretur, cuius est hyems & æstas, dies & nox? Nõ eligunt paruuli cæteri quãdo nascantur, quippe quibus adhuc vix incipiẽtibus viuere, nullus subest rationis vsus, nulla eligendi libertas, facultas nulla deliberandi. Christus, fratres, etsi homo erat, erat tamen in principio apud deũ, & deus erat eiusdẽ, cuius nunc est sapientiæ & potestatis, vtpote dei virtus, & dei sapiẽtia. Nascaturus itaq; dei filius (cuius in arbitrio erat quodcunq; vellet eligere tempus) elegit quod molestius est, præsertim paruulo, & pauperis matris filio, quæ vix pannos haberet ad inuoluendum, præsepe ad reclinãdum. Et cum esset tanta necessitas, nullam audio pellium fieri mentionem. Primus Adam pelliceis vestitur tunicis, pannis secundus obuoluitur. Non est tale iudicium mũdi. Aut iste fallitur,

C aut mundus errat. Sed diuinam falli impossibile est sapiẽtiam. Meritò proinde & carnis prudẽtia (mors siquidem & ipsa) inimica est deo, & seculi quoque prudentia stultitia nominatur. Quid enim? Christus vtique qui non fallitur, elegit quod carni molestius est. Id ergo melius, id vtilius, id potius eligẽdum: & quisquis aliud doceat vel suadeat, ab eo tanquam à seductore cauendum. Iam verò etiam nocte voluit nasci. Vbi sunt qui tam impudenter ostentare gestiunt semetipsos? Christus eligit quod salubrius iudicat, vos eligitis quod reprobat ille. Quis prudentior è duobus? Cuius iudicium iustius? cuius sententia sanior? Denique tacet Christus, non se extollit, non magnificat, non prædicat, & ecce annunciat eum angelus, laudat multitudo cœlestis exercitus. Et tu ergo qui Christum sequeris, inuentum absconde thesaurum. Ama nesciri, laudet te os

D alienum, sileat tuum. Adhuc autem in stabulo nascitur Christus, & in præsepio reclinatur. Et nõne ipse est qui dicit: Meus est orbis terræ, & plenitudo eius? Quid ergo stabulum elegit? Planè vt reprobet gloriam mundi, damnet seculi vanitatem. Necdum loquitur lingua, & quæcunque de eo sunt, clamant, prædicant, euangelizant. Ipsa quoque infantilia membra non silent. In omnibus mundi iudicium arguitur, subuertitur, confutatur. Quis enim hominum, si daretur optio, non magis eligeret robustum corpus, & ætatem intelligibilem quam infantilem? O sapiẽtia quæ de occultis traheris, ô vere incarnata &

velata sapientia. Et tamen fratres, ipse est promissus olim per Esaiam paruulus sciens reprobare malum, & eligere bonum. *Esa.7.* Malum ergo voluptas corporis, bonum verò afflictio est. Siquidem & hanc eligit, & illam reprobat puer sapiens, verbum infans. Verbum enim caro factũ est, caro infirma, caro infantilis, caro tenera, caro impotẽs omnis operis, omnis laboris impatiens. Et vere fratres, verbum factum est caro, & sic habitauit in nobis. Dum esset in principio apud deũ, lucẽ habitabat inaccessibilẽ, & non erat qui caperet illud: Quis enim inuestigauit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Carnalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, sed iam capiat & carnalis, quia verbũ factum est caro. Si nihil præter carnẽ nouit audire, ecce verbũ caro factũ est, audiat illud vel in carne. O homo, in carne tibi exhibetur sapientia illa quòdam occulta, ecce iam trahitur de occultis, & ipsis sese ingerit sensibus carnis tuæ. Carnaliter (vt iam dixerim) prædicatur tibi, fuge voluptatẽ: quia posita est mors secus introitũ delectationis. Age pœnitẽtiam, quia per hanc appropinquat regnũ dei. Hoc tibi prædicat stabulũ istud, hoc præsæpe clamat, hoc membra illa infantilia manifeste loquuntur, hoc lachrymæ & vagitus euãgelizant. Plorat quippe Christus, sed non sicut cæteri, aut certè non quare cæteri solent. In aliis sensus, in Christo prævalebat affectus. Patiuntur illi, non agunt, vtpote nec ipsius adhuc vsum voluntatis habentes. Illi ex passione lugent, Christus ex cõpassione. Illi iugum graue quod est super omnes filios Adę, Christus filiorum Adæ peccata deplorat: & certè pro quibus nunc lachrymas fundit, postea fundet & sanguinẽ. O duritia cordis mei. Vtinam domine sicut verbũ caro factum est, ita & cor meum carneum fiat. Siquidẽ & hoc pollicitus es per prophetam. Auferam, inquit, à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Fratres, lachrymæ Christi mihi & pudorem pariunt, & dolorẽ. Ludebam ego foris in platea, & in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudiciũ mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius, exiit posito diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans, quòd morte damnatus esset seruulus eius. Intueor illum subitò procedentem, stupeo nouitatẽ, causam percunctor & audio. Quid facturus sum? Adhúcne ludam, & deludã lachrymas eius? Planè si insanus sum, & mentis inops, non sequar eum, nec simul cum lugente lugebo. Ecce vnde pudor. Dolor & timor vnde? Vtique quia ex cõsideratione remedij, periculi mei æstimo quãtitatẽ. Nesciebã, sanus mihi videbar, & ecce mittitur virginis filius, filius dei altissimi, & iubetur occidi: vt vulneribꝰ meis pretioso sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce ô homo quam grauia sunt vulnera pro quibus necesse est dominũ Christum vulnerari. Si non essent hęc ad mortẽ, & mortẽ sempiternam, nunquã pro eorum remedio dei filius moreretur. Pudet itaq; dilectissimi, propriam negligenter dissimulare passionem, cui tantam à maiestate tanta exhiberi video cõpassionem. Compatitur filius dei & plorat, homo patitur & ridebit? Sic & medicinæ æstimatio, & doloris mihi & timoris exaggeratio est. Verum si diligenter obseruem præcepta medici, erit etiam cõsolationis occasio. Sicut enim grauem agnosco morbum, cui tanta apponitur medicina, sic & ex hoc ipso non incurabilem esse coniecto. Neque enim preciosissimas species fruſtra insumeret medicus sapiens, imò sapientia ipsa. Porrò fruſtra insumi constat non solum si absq; eis facilis esset curatio, sed multo magis, si & cum eis sit impossibilis. Animat itaq; ad pœnitentiã, & accendit vehementius desideriũ spes concepta. Sanè accedit ad consolationem ipsa quoq; quæ pastoribus vigilantibus exhibita est visitatio & allocutio angelorum. Væ vobis diuites qui habetis consolationẽ vestrã, vt iam nõ mereamini habere cœlestem. Quàm multi enim nobiles secudum carnẽ, quam multi potentes, quàm multi sapientes huius seculi hora illa in stratis mollibus quiescebãt, & nemo eorum dignus habitus est nouam videre lucem, scire magnum illud gaudium, angelos audire cantãtes, Gloria in excelsis deo. Agnoscant igitur homines, quia qui in labore hominum non sunt, visitari ab angelis non merentur. Agnoscant quam placeat supernis ciuibus labor, cuius spiritualis intentio est, quandoquidem & eos qui pro victu corporis, corporali vrgente necessitate laborant, suo dignantur alloquio, & alloquio tam fœlici. Nimirum humanam in eis agnoscunt ordinationem, qua consti-

Psal.128. *Psal.41.* *Psal.110.* *Psal.125.* *Psal.48.* *Psal.91.* *Gene.3.* *Psal.11.* *Psal.21.* *Luca.1.* *Apoc.5.* *1.Cor.2.* *Luc.14.* *Prouer.23.* *Psal.49.* *1.Cor.3.* *Ioann.1.* *Esa.40.* *1.Cor.2.* *Matt.3.* *Ezech.11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gene.3. Gtuit deus vt in sudore vultus sui vescatur Adã pane suo. Obsecro vos dilectissimi, cõsiderate diligentius quantum fecerit deus pro vestra exhortatione & salute, ne infructuosus inueniatur in verbis sermo tam viuus & efficax, sermo fidelis, & omni acceptione dignus, sermo n ō tam oris quàm operis. Putatis fratres parum mihi molestum esse, si hoc ipsum verbum quod nunc loquor ad vos, vacuum & sine aliqua vtilitate deperire in cordibus vestris nossem? Et quis sum ego, aut quis est hic sermo meus? Si hunc tantillum vocis laborem inutilem esse doleret homo pusillus, imò & nihili: quàm iustius indignabitur dominus maiestatis, si tantam eius operam nostra aut duritia aut negligentia contingat euacuari? Auertat hoc à seruulis suis, qui pro eorum salute induere dignatus est formam serui, vnigenitus dei patris, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Item in natali domini, de eo, quòd pastores inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Sermo IIII.

A Gnoscite fratres dilectissimi, quanta sit hodierna solennitas. Cui & dies breuis, & terre angusta est latitudo, loco pariter & tempore dilatatur. Noctem præoccupat, cœlum replet antequam terram. Nox enim vt dies illuminata est, cum intempestæ noctis hora pastores circumfulsit lux noua de cœlo. Et vt noueritis quo in loco solennitatis huius cœ
H perint gaudia celebrari: quod iam angelis erat, futurum omni populo gaudium euangelizatur: sed & confestim adest diuinis personans laudibus cœlestis exercitus multitudo. Hinc est quod solẽnis ducitur nox ista præ cæteris, in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus: & his potissimum in vigiliis sine vlla hæsitatione credendum est cœlestes illos principes præuenire coniunctos psallentibus, in medio iuuenculârum tympanistriarum. Sed quàm multa hodie gemmis & auro fulgent altaria, quanti vbique pallis parietes adornantur! Putas ad hæc diuertent angeli, & pannosos homines declinabunt? Si ita est, cur pastoribus ouium magis apparuere, quàm terræ regibus, quàm sacerdotibus templi? Cur & ipse saluator, cuius est aurum pariter & argentum, sacram in corpore suo dedicat paupertatẽ? Aut certè cur paupertas ipsa tam sollicite enarratur ab angelo? Neque enim sine certi ratione mysterij pannis saluator obuoluitur, & ponitur in præsepio, quã
do id manifestè in signum nobis commendatur ab angelo.
Luc.2. Hoc, inquit, vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutũ. In signum positi sunt panni tui domine Iesu, sed in signũ
Zacha.3. cui à multis vsque hodie contradicitur. Multi quippe vocati, sed non multi electi, & ideo nec signati. Agnosco certe agnosco Iesum magnum sacerdotem, sordidis opertum vestibus, dum altercaretur cum diabolo. Scientibus scripturas loquor,
I & quibus non ignota est prophetica visio Zachariæ. Vbi verò exaltatum est caput nostrum super inimicos nostros, ex hoc planè mutauit vestem, decorem induit amictus lumine sicut vestimento. exemplum dedit nobis, vt & nos eadem faciamus. Vtilior siquidem in conflictu lorica ferrea, quam stola linea, licet oneri sit illa, hæc honori. Erit cum & membra sequentur caput, vt corpus iam vniuersum vno
Psal.29. psallat spiritu, & dicat: Concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Inuenietis, inquit, infantem pannis inuolutum
Luc.2. & positũ in præsepio. Et post pauca: Venerunt (ait euangelista) festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Quid est quod sola ab angelo commendari videtur humilitas, nec tamen sola à pastoribus inueniri? Fortè specialius commendat angelus humilitatem: quia ruentibus cæteris per superbiã, ipse in humilitate stetisset. Aut propterea certè cœlitus annunciatur humilitas, quòd hæc quasi propria virtus diuinæ exhibẽda sit maiestati. Sola tamen nõ potuit inueniri, quia semper gratia datur humilibus. Inuenerunt ergo Mariã & Ioseph, & infantẽ positum in præsepio. Sicut enim saluatoris infantia manifestã prætendit humilitatẽ, sic per virginem continentia, iustitia per Ioseph virum iustũ, cuius laus est in euãgelio, non incõgrue designatur. Sane cõtinentiã deberi carni quis nesciat? Iustitia vero virtꝰ est quod suũ est cuiq; tribuẽs, & hęc erga proximos est necessaria. Porrò humilitas deo nos reconciliat, deo facit esse subiectos, deo placet in nobis, sicut ait virgo beata: Respexit deus humilitatem ancillæ
Luc.1. suę. Itaque qui fornicatur, peccat in corpus suũ: qui iniuriosus est, in proximũ: qui extollitur & inflatur, in deũ. Fornicator se K
metipsum dehoneſtat, iniuriosus molestat proximũ: elatꝰ quòd in se est deũ inhonorat. Gloriã meã, dominꝰ ait, alteri nõ dabo, Esaiæ.42.
& superbus. Ego, inquit, mihi eam (licet nõ dederis) vsurpabo. Nec enim placet ei angelica distributio, dans gloriam deo, pacẽ hominibus. Non ergo colit deum, sed aduersus eum extollitur impius planè & infidelis. Quæ est enim pietas, nisi cultus
Psal.61. dei? Quis verò deum colit, nisi qui voluntariè ei subiectus est, & sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sic oculi cordis eius ad dominum deum suum? Vt ergo inueniatur in nobis semper Maria, & Ioseph, & infans positus in præsepio: sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo. Propter
2.Cor.1. hoc enim apparuit gratia eruditens nos, & per hoc quoq; illiꝰ
Thren.3. gloria apparebit. Sic enim habes: Apparuit gratia dei omnibꝰ Ad Tit.2.
hominibus, eruditens nos, vt abnegantes impietatem & seculária desideria, sobrie & iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatã spem, & aduentum gloriæ magni dei. Ap- Luc.1.
paruit in paruulo gratia ad eruditionem. Sed hic erit magnus sicut de eo Gabriel locutus est: & quos paruulus erudierit ad humilitatem cordis & mãsuetudinem, magnificabit postmodum & glorificabit magnus & gloriosus aduenies Iesus Christus dominus noster.

In natali domini de verbis Apostoli, Benedictus deus & pater domini, &c. Sermo quintus. L

BEnedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater
2.Corin.1. misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Benedictus, qui propter nimiam charitatem suã qua dilexit nos, filium suum dilectum, in quo ei bene complacuit, misit, per quem reconciliati pacem habemus ad eum, & idem sit nobis reconciliationis huius & mediator & obses. Nõ est quod vereamur fratres mei, sub tam pio mediatore, non est quod de tam fido obside dubitemus. Sed qualis mediator est, inquies, qui in stabulo nascitur, in præsepio ponitur, pannis inuoluitur, sicut cæteri, plorat vt cęteri, denique infans iacet, vt cæteri consueuerunt? Magnus plane mediator est etiam in his omnibus, quæ ad pacem sunt, non perfunctorie sed efficaciter quærens. Infans quidem est, sed verbum infans, cuius ne ipsa quidem infantia tacet. Cõsolamini consolamimi, dicit dominus deus vester, dicit hoc
Psal.9. Emmanuel nobiscum deus, Clamat hoc stabulũ, clamat præsepe, clamant lachrymæ, clamant panni. Clamat stabulum cu- Esaiæ. 40.
rãdo sese hõmini qui in latrones inciderat, præparari. Clamat Luc.6.
præsepe, eidẽ homini, qui iumẽtis comparatus fuerat, pabulũ Lucæ.10.
ministrari. Clamant lachrymæ, clamant panni eiusdem ipsius Psal.48.
cruenta iam vulnera ablui & detergi. Siquidem nullo horum M
Christus eguit, nihilo horum illi propter se, magis autem omnia propter electos. Verebuntur filium meum, ait pater misericordiarum. Verum id quidem domine, reuerẽtur eũ. sed qui? Non plane Iudęi, ad quos missus: sed electi, propter quos missus. Reueremur eum nos in præsepio, reueremur in patibulo, Matth.21.
reueremur in sepulchro. Deuote suscipimus tenerum propter nos, cruẽtum propter nos, pallidum propter nos, sepultũ propter nos reueremur. Deuote adoramus cũ Magis, deuote amplectimur cũ Simeone sancto infantiam saluatoris, suscipientes misericordiam tuã in medio templi tui. Siquidẽ ipse est de quo legimus: Misericordia domini ab æterno. alioquin quid cœternũ patri, nisi filius & spiritꝰ sanctus? Et vterq; quidẽ nõ Psal.101.
tam misericors, quã ipsa vere misericordia: nihilo minus etiã pater misericordia est: atque hi tres non nisi vna misericordia, sicut vna essentia, vna sapientia, vna maiestas. In eo tamẽ quod pater misericordiarũ dicitur deus, quis nõ videat velut proprio nomine filium de signari? Et bene dicitur pater misericordiarum, cui propriũ est misereri semper & parcere. Sed forte quis dicat: Quomodo illi proprium est misereri, cu
Psal.35. ius iudicia abyssus multa? Neque enim dicitur. Omnes viæ eius sola misericordia, sed misericordia & veritas. Non minus
Psal.24. iustus quam misericors est, cui misericordia & iudicium decã tatur. Verum id quidem: cui vult miseretur, & quem vult indurat: sed quod miseretur, proprium illi est. ex se enim sumit materiam, & velut quoddã seminarium miserendi. Nam quod iudicat & condẽnat, nos eũ quodãmodo cogimus, vt lõge aliter de corde ipsius miseratio, quã animaduersio procedere videatur. Ipsum audi dicentem: Nunquid voluntatis meæ est mors impij,

A mors impij, dicit dominus: & non magis vt cõuertatur & viuat? Rectè igitur non pater iudiciorum vel vltionũ dicitur, sed pater misericordiarum: non modo quòd pater videatur misereri potius quam indignari, & quemadmodum pater filiorum misereatur timentium se: sed eò magis quòd misserẽdi causam & originem sumat ex proprio, iudicandi vel vlciscendi magis
Psal.61. ex nostro. Sed si propter hoc pater misericordiæ, quare pater misericordiarũ? Semel locutus est deus (ait propheta) duo hæc audiui, quia potestas dei est, & tibi domine misericordia. Cæterũ Apostolus nobis in vno verbo, in filio vno ipsam quoq;
2.Cor.1. misericordiam duplicem cõmendat, patrem dicens non vnius tantum misericordiæ, sed misericordiarum: & deũ non vnius,
Thren.3. sed totius consolationis, qui consolatur nos non modo in hac vel in illa, sed in omni tribulatione. Misericordiæ domini multæ, ait quidam, videlicet quia multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. Vnus est dei filius, vnum verbum: sed miseria nostra multiplex, non modo magnam misericordiam, sed & multitudinem quærit miserationum. Forte tamen propter substantiam duplicẽ qua subsistit humana conditio, cum sit vtraq; tam misera, non incongrue duplex hominum dicatur esse miseria, licet sit multiplex in vtraque. Siquidem & corporis & cordis nostri tribulationes multiplicatę sunt, sed ab vtrisque necessitatibus eruit, qui totum hominem saluum facit. Cum ergo vnus ille & vni-
B cus dei filius, & iam nunc venerit propter animas, tollere sci licet peccata mundi, & secundò propter corpora sit venturus, vt ea resuscitet, & configuret corpori claritatis suæ: non incõgruum fortasse videbitur, vt in eo quòd patrem misericordiarum benedicimus, duplicem hanc misericordiam confiteamur. Suscipiens enim humanæ naturæ corpus simul & animam, non modò semel consolamini, sed (vt suprà quoque meminimus) consolamini, consolamini, dicit dominus deus veester: vt videlicet certi simus quòd vtrunque sit saluaturus, qui neutrum suscipere est dedignatus. Sed in quibus putas? Planè in populo suo. Ipse enim & nunc saluum faciet, non quoscunque, sed populum suum à peccatis eorum, & postmodum non omne corpus, sed corpus humilitatis cõfigurabit corpori claritatis suæ. Denique populum suum consolatur, vtique populum humilem, quem saluum faciet, nam oculos superborum
Psal.9. humiliabit. Vis nosse populum eius? Tibi derelictus est pauper, ait homo secundum cor dei. Sed & ipse in euangelio, Væ
Luc.6. vobis, inquit, diuites qui habetis consolationem vestram. Vtinam nos dilectissimi in eo populo inueniri semper optemus, non cui dicit væ, sed quem consolatur dominus deus suus. Quid enim consoletur eos qui suam habent consolationem? Non consolatur Christi infantia garrulos, non consolantur Christi lachrymæ cachinnantes, non consolantur panni eius ambulantes in stolis, non consolantur præsepe & stabulum
C amantes primas cathedras in synagogis: sed æquanimiter fortè vniuersam hanc consolationem expectantibus in silentio dominum, lugentibus, pannosis, pauperibus cedere videbuntur. Cæterum audiant quòd & ipsi quoque angeli non alios consolantur. Vigilantibus enim pastoribus & custodientibus vigilias noctis euangelizatur gaudium nouæ lucis, & eis natus dicitur esse saluator. Pauperibus atque laboranibus, non vobis diuitibus (qui vestram habetis consolationem, & væ diuinum) inter ipsas vigilias noctis dies sanctificatus illuxit, & nox sicut dies illuminata, imò in diem mutata est, dicente angelo: Quia natus est vobis saluator, hodie vtique, non in hac
Luc.1. nocte. Siquidem nox præcessit, dies autem appropinquauit, verus vtique dies ex die, salutare dei Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia benedictus in secula. Amen.

In natali sanctorum Innocentium, de quatuor continuis solennitatibus, scilicet natiuitatis domini, ac sanctorum Stephani, Ioannis, & Innocentium. Sermo vnicus

Psal.117. BEnedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus, & illuxit nobis. Benedictum nomen gloriæ eius quod est sanctum. Neque enim otiosè venit, quod ex Maria natum est sanctum, sed copiosè diffundit & nomen & gratiam sanctitatis. Nimirum inde Stephanus sanctus, inde Ioannes sanctus, inde sancti etiam Innocentes. Vtili proinde dispensatione triplex ista solennitas na- D
tale domini comitatur, vt non modo inter contiguas solennitates deuotio continua perseueret, sed & fructus dominicæ natiuitatis exinde nobis velut ex quadam prosecutione euidentius innotescat. Siquidem aduertere est in his tribus solennitatibus triplicem quandam speciem sanctitatis, nec facilè præter hæc tria sanctorum genera quartum aliud posse arbitror in hominibus reperiri. Habemus in beato Stephano martyrij simul & opus & voluntatem, habemus solam voluntatem in beato Ioanne, solum in beatis Innocentibus opus. Biberunt omnes hi calicem salutaris, aut corpore simul & spiritu, aut solo spiritu, aut corpore solo. Calicem Matt. 20.
quidem meum bibetis, ait dominus Iacobo & Ioanni: nec dubium quin de passionis calice loqueretur. Demum cum Pe- Ioan.21.
tro diceret, Sequere me, euidenter eum ad imitationem suæ prouocans passionis: conuersus ille vidit discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem; non tam gressu corporis quàm promptæ deuotionis affectu. Et bibit ergo Ioannes calicem + Vbi supra.
salutaris, & secutus est dominum sicut Petrus, etsi non omnimodo sicut Petrus. Quòd enim sic mansit vt non etiam passione corporea dominum sequeretur, diuini fuit consilij, sicut ipse ait: Sic eum volo manere donec veniam. Ac si dicat.
Vult quidem & ipse sequi, sed ego sic eum volo manere. An verò de Innocentum coronis quis dubitet? Ille pro Christo E
trucidatos infantes dubitet inter martyres coronari, qui regeneratos in Christo non credit inter adoptionis filios numerari. Alioquin quando coæuos sibi pueros, puer ille, qui natus est nobis, non contra nos, propter se pateretur occidi? quod vtique solo nutu poterat prohibere, nisi melius aliquid eis prouideret, vt quemadmodum cæteris infantibus tunc quidem circumcisio, nunc verò baptismus sine vllo propriæ voluntatis vsu sufficit ad salutem, sic nihilo minus pro eo susceptum martyrium illis sufficere ad sanctitatem. Si quæris eorum apud deum merita vt coronarentur, quære & apud Herodẽ crimina vt trucidarentur. An forte minor Christi pietas, quàm Herodis impietas, vt ille quidem potuerit innoxios neci dare, Christus non potuerit propter se occisos coronare? Sit ergo Stephanus martyr apud homines, cuius voluntaria passio euidenter apparuit in eo vel maxime, quòd in ipso mortis articulo tam pro persequentibus, quàm pro seipso solicitudinem gereret ampliorem, vincerétque in eo sensum corporeæ passionis internæ compassionis affectus, vt illorum magis scelera, quàm sua vulnera plangeret. Sit Ioannes apud angelos martyr, quibus tanquam spiritualibus creaturis spiritualia deuotionis eius signa certius innotuerunt. Cæterum hi sunt planè martyres tui deus: vt in quibus nec homo nec angelus meritum inuenit, singularis tuæ prærogatiua gratiæ euidentius commendetur. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Gloria in excelsis deo, Psal.8.
angeli dicunt, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. F
Magna quidem, sed audeo dicere, necdum perfecta laus, do- Luc.1.
nec veniat qui dicat, Sinite paruulos ad me venire, quia ta- Matt.19.
lium est regnum cœlorum: & pax hominibus, etiam sine voluntatis vsu in sacramento pietatis. Considerent hæc, qui de opere & voluntate contentiosis solent disputationibus corrixari: considerent & aduertant neutrum negligi oportere, vbi non videtur deesse facultas, præsertim cum vtrunque sine altero (vbi tamen facultas deest) non modò salutem conferre possit, sed etiam sanctitatem. Sed & hoc quoque firmiter teneant, prodesse quidem opus sine voluntate, non tamen contra voluntatem: vt vnde saluantur infantes, inde magis damnentur fictè accedentes. Nihilo minus sanè in quibusdam voluntas sine opere sufficiens est, non autem contrà opus. Verbi causa, Rapitur quis in bona quidem voluntate, sed necdum perfecta, necdum idonea martyrium sustinere. quis illi audeat pro hac imperfectione negare salutem? Fortè enim propterea non sinitur in illam grauem tentationem venire, ne deficiat & damnetur. Nimirum si in hac tam infirma voluntate inducetur in eam quæ supra ipsum est tentationem, nec voluntas roboraretur, quis illum dubitet defecturum, negaturum, & si
Luc.9. in eo mori contigerit, etiam periturum? Qui enim erubuerit me coram hominibus, erubescam & ego eum, ait dominus, coram angelis dei. In ea igitur imperfecta voluntate, in qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

G saluatur quis vbi deest facultas operis, iam non saluari posset propter defectum operis, vel opus defectionis. Idem verò & in ignorantia posset accidere. Aemulemur proinde charitatē, & sectemur bona opera, fratres mei, nec infirmitatis nec ignorantiæ peccata vllo modo paruipēdētes. Magis autē solliciti & timorati, agamus gratias benignissimo & largissimo saluatori, qui humanę salutis occasiones tam copiosa charitate perquirit, vt in his voluntatem & opus, in his sine opere voluntatē, in his etiā sine volūtate opus salutis inuenire lætetur, qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem sui venire. Hęc est enim vita æterna, vt cognoscamus patrē verū deum, & quem misit Iesum Christum, qui vnus cum eo verus
Ioan.17. est deus super omnia benedictus in secula. Amen.

In circumcisione domini, de circumcisione nostra, & triplici testimonio, quod habere debemus. Sermo primus,

Luce.2. POstquā cōsummati sunt dies octo, & vt circūcideretur puer, vocatū est nomē eius Iesus.) Audiuim⁹ paucis expressum magnū pietatis sacramētū. Audiuim⁹ cōgruā lectionē verbo abbreuiato, quod fecit dominus super terrā. Abbreuiatū em̄ in carne, amplius abbreuiatur susceptā etiā carnis circumcisione. Minoratus paulo minus ab
H angelis dei filius humanam naturam induit, sed iam nec ipsum respuens remedium humanæ corruptionis, planè multo minoratus ab eis. Habes igitur hic magnum fidei documentum, habes & manifestum humilitatis exemplum. Ad quid enim tibi circumcisio necessaria, qui peccatū non commisisti, nec contraxisti? Quod ipse non feceris, ætas manifestat: quòd non contraxeris, multo certius probat patris diuinitas, integritas matris. Summus sacerdos es, quem nec super patre nec super matre cōtaminādum, prophetatū est in lege, potius quā mādatum. Est enim tibi pater ab æterno, sed deus est, in quem peccatum nō cadit. Est & mater ex tempore, sed virgo, nec parere potuit incorruptio corruptelam. Super hęc omnia circunciditur puer agnus sine macula. Etsi non eguit, tamen voluit circuncidi. Nec vestigiū quidem vllū vulneris habēs, alligaturā nō refugit vulneris. Non sic impij, non sic, non sic agit peruersitas elationis humanæ. Erubescimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus interdum etiam gloriamur. Quem nemo potest arguere de peccato, ipse peccati remedium & verecundum pariter & austerum sine vlla necessitate susscepit, nec repulit cultrum lapideum, in quo solo vetus illa quæ raderetur rubigo non fuit. Nos econtra inuerecundi ad obscœnitatem culpæ, erubescimus agere pœnitentiā: quod extremæ dementiæ est, male proni in vulnera, peius in remedia verecūdi. Qui peccatum non fecit, non dedignatus est se peccatorem reputari: nos & esse volumus, & nolumus æstimari, Itáne sano opus est medicina, & non potius male habentibus? Imò verò itáne eget medicamine non æger sed
I medicus? Qnis hominum tantæ sibi non dicam glorię, sed vel innocentiæ conscius, æquanimiter circuncidētis manum admitteret? Christus verò patiēter quæ non rapuit exoluit, qui venerat purgationem facere (nō susscipere) delictorum. Sed dicas: Quidni susciperet paruulus? Imò verò quidni susciperet humilis & mansuetus? Quidni obtumescēret coram circūcidente, qui coram tondente obmutuit, coram crucifigēte siluit? Alioquin nō erat illi difficile carnem suā integram conseruare ne scinderetur, qui fecerat ne virginalis vteri porta in exitu suo aperiretur. Non erat difficile paruulo prohibere ne caro illa circunderetur, quādo nec mortuo fuit difficile custodire ne corrumperetur. Postquam ergo cōsummati sunt dies octo vt circunderetur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Magnū & mirabile sacramentū. Circunciditur puer, & vocatur Iesus. Quid sibi vult ista connexio? Circumcisio nempe magis saluandi, quam saluatoris esse videtur: & saluatorem circunciděre decet, quàm circuncidi. sed agnosce mediatorem dei & hominum, qui ab ipso natiuitatis suæ exordio diuinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere, sed cui fœcunditatis fructus sic accedat, vt non decidat flos virginitatis. Pannis inuoluitur, sed pānī ipsi angelicis laudibus honorantur. Absconditur in præsepio, sed proditur radiante stella de cœlo. Sic & circūcisio veritatē susceptæ probat humanitas, & nomen quod est super omne nomen, gloriam in- K
dicat maiestatis. Circunciditur tanquam verus Abrahæ filius: Iesus vocatur tanquam filius dei. Neque enim ad instar priorum meus iste Iesus, nomen vacuum aut inane portat. Non est in eo magni nominis vmbra, sed veritas. Cœlitus siquidem inditum nomen euangelista testatur: quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur. Et attende verbi profunditatem. Postquam natus est Iesus, Iesus vocatur ab hominibus, qui vocatus est ab angelo priusquam in vtero cōciperetur. Idem quippe & angeli saluator & hominis: sed hominis ab incarnatione, angeli ab initio creaturę. Vocatum est, ait, nomen eius Ie- *Matth.1*
sus, quod vocatum est ab angelo. In ore ergo duorum vel trium testium stat omne verbum: & ipsum quod in prophęta abbreuiatum, manifestius in euangelio legitur caro factum. Nos, fratres mei, nos respicit hæc parabola. *2.Tim.*
Christus enim nec angelico eguit testimonio, nec humano, sed, vt scriptum est, omnia propter electos. Triplex proinde quærendum nobis salutis proprię testimonium, ne fortè videamur assumpsisse nomē dei nostri in vanum. Et nos enim fratres circuncidi necesse est, & sic nomen salutis accipere. circuncidi sanè non litera, sed spiritu & veritate: circuncidi non vno membro, sed toto corpore simul. Licet enim magis in ea parte in qua mādata est Iudæis circūcisio, regnet additamētum Leuiathā, quod à malo est, & amputari debet, vniuersam tamē occupat carnē. A planta pedis vsque ad verticē L
non est in nobis sanitas, nec est aliqua pars quæ non tabida sit hoc veneno. Propterea sicut paruulus adhuc in fide & dilectione populus congruū sibi mādatum exigę circuncisionis accepit, sic vbi creuit in virū perfectiorem, toto iubetur corpore baptizari, quæ totius est hominis integra circūcisio. Hic est quòd saluator noster & circuncidi octauo die, & post annum triceſimum dignatus est crucifigi, vbi in pœnam corpus *1.Tim.*
omne distensum est: cuius similitudini motus complātamur & nos, vt scribit Apostolus, nimirum quod nouissimè traditū est obseruantes. Quę est ergo moralis circuncisio nostra, nisi quā commēdat idē Apostolus: Victu, inquiēs, & vestitu habētes, his contenti simus? Optimè prorsus circuncidit nos & superflua resecat vniuersa, volūtaria paupertas, pœnitentię labor, regularis obseruatio disciplinæ. Cæterum in hac circūcisione triplex nobis quærendu est salutis nostræ testimoniū, ab angelo & Maria & Ioseph. Oportet, inquam, vt ante omnia nobis magni consilij angelus salutis nomen imponat. Dehinc & ipsius quoq; congregationis necessaria est attestatio, quę tanquā mater est singulorum. Mater, inquam, virgo, tan- *2.Cor.11*
quam ea quam despōdit Apostolus vni viro virginē castam exhibere Christo. Sed nec ipsius ministri contemnendum est testimonium ei qui imitari quærit saluatoris exemplum. Hic est Ioseph, locum quidem obtinens sponsi, re autem vera seruus & dispensator: qui sanè pater vocatur, magis autē nutricius est. Sed dico eadē manifestius. Et ab his qui foris sunt fra- M.
tres mei, & ab eo qui intus est, habere oportet testimonium bonū. Cuius enim omnibus grata, nemini onerosa est cōuersatio, huic sine dubio propria de salute vniuersa fratrum congregatio attestatur. Frustra planè super his dutaxat quæ sunt in manifesto, nequissimus ille fratrū accusator trahit in causam, quē excusat vniuersitas fratrū. Habet & à prælatis testimoniū quisquis & peccata secularis vitæ, & huius quoq; tēporis negligētias (quoniam in multis offendimus omnes (nisi *Iaco.3.*
fortè sanctiores nos arbitramur discipulo quē dilexit Iesus) *Esa.9.*
humili eis & pura cōfessione iudicanda semper exponit, & eorū satisfacere studet arbitrio. Iam ne in his quidem pessimi illius timenda est accusatio, quoniam nō iudicabit dominus bis in idipsum. At fortè criminari volet intentionem, & in ea *Cant.1.*
parte calumniā struere machinabitur, in qua nec fratrum nec ipsius patris testimoniū satis efficax videatur. Necesse est ergo vt in hac parte opituletur nobis testis internus, qui magis cor quàm faciem intuetur. A quo sanè & incipiēdum est, vt non prius quicquam concipiatur in animo, quàm ab eo salutis nomē acceperit. Vbi verò in opus processerit manifestum, expedit iam exteriora quoque sibi testimonia conciliare, sicut ait Apostolus: Prouidentes bona non tantum coram deo, *2.Cor.8.*
sed etiam coram hominibus.

In cir-

A *In Circuncisione domini de nominibus eius. Sermo II.*

Luc.2. POstquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus.] Ab initio deus modum acceptat, & nihil vnquam immoderatum illi placuit æquitati. Hinc fuit, quòd non modo in pondere & mensura & numero condidit vniuersa, sed & protinus ipsi homini mo-
Gen.3. dum præscripsit, mandatum contulit dicens: Ex omni ligno paradisi comedes, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Leuissimum planè mandatum, & larga omnino mensura. Sed transgressus est homo præscriptum sibi modum, & constitutum sibi terminum prętergressus. Vnde & auertens ab eo faciem suam deus, vix tandem in diebus Abrahæ amici sui placabilis fieri incipiens, rursus modum instituit, promulgauit legem, sed non priori similem vsquequaque. Ea siquidem ad cautelam fuerat, hæc ad medelam. Ibi prohibitio facta, ne superfluitas subintraret: hic iam indicta abscissio est, vt sacramenti remedio, quæ subintrauerat, tolleretur. Postremò illa quidem in arbore data est lex, ne fructu eius vescerētur: hæc in proprio corpore, vt caro præputij scinderetur. Nec dubium sanè quin cætera quoque humani corporis mem-
B bra additamentum illud Leuiathan occuparet, venenum scilicet concupiscentiæ, & immoderatæ atque inordinatæ illecebra voluptatis, vt generalis quædā abscissio omnibus necessaria videretur. Cæterùm quia singulorum membrorum abscissionem humanæ carnis fragilitas, & infantilis ætatis infirmitas nullatenus sustineret, pio moderamine dispositio superna prouidit, vt in ea potissimum parte concupiscentia castigaretur, in qua vehementius eam læuire constabat, & violentius malignari. In omni siquidem contradicentium spiritu rebellione membrorum, solum illud vsqueadeo cōtumax inuenitur, vt contra omnem voluntatis deliberationem ad inhonestos & illicitos motus assurgat. Nam quòd hæc circuncisio octaua die fiebat, spem cōmendabat regni cœlestis, quòd videlicet ad primum reflexus dierum circulus præferre quandam coronæ speciem videretur. Hinc est quòd octaua potissimum dies post solennitates præcipuas celebratur, & in sermone domini, primæ beatitudini copulatur octaua, vt cœlestis regni demum iterata promissio, euidenter nobis coronam fabricet. Meritò sanè dum circunciditur puer qui natus est nobis, saluator vocatur, quòd videlicet ex hac iam cœperit operari salutem nostram, immaculatum illum pro nobis
C sanguinem fundens. Neque enim iam quęrere est Christianis, cur voluerit dominus Christus circuncidi. propter hoc siquidem circūcisus est, propter quod natus, propter quod passus. Nihil horum propter se, sed omnia propter electos. Nec in peccato genitus, nec à peccato circumcisus, nec mortuus est pro peccato suo, magis autem propter delicta nostra. Quod vocatum est, inquit, ab angelo priusquam in vtero conciperetur. Vocatum planè, non impositum: nempe hoc ei nomen est ab æterno. A natura propria habet vt sit saluator: innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humana vel angelica creatura. Sed quid dicimus, quòd egregius ille propheta hunc ipsum puerum multis nominibus appellandum fore prædicens, hoc vnum tacuisse videtur, quod solum (vt prænouit angelus, & testatur euangelista) vocatum est nomen eius? Exultauit Esaias, vt videret diem hunc, & vidit, & gauisus est. Denique & loquebatur gratulabundus, & laudans deum: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, & factus est principatus eius super humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Magna quidem nomina. Sed vbi est nomen, quod est super omne nomen, nomen Iesu, in quo omne genu flectatur? Fortè in his omnibus vnum illud inuenies, sed expressum quodammodo & effusum. Nempe ipsum est de quo sponsa in cantico amoris, Oleum, inquit effusum nomē tuum. Habes ergo vnum ex his omnibus appellationibus Iesum: nec omnino aut vocari posset aut esse saluator, si fortè quippiam horum defuisset. Numquid non verè admirabilem eum singuli sumus experti, in mutatione vtique voluntatum nostrarum? Hoc nempe est saluationis nostræ principium, cū incipimus respuere quod diligebamus, dolere vnde lætabamur, amplecti quod timebamus, sequi quod fugiebamus, optare quod cōtemnebamus. Admirabilis planè, qui hæc operatur mirabilia. Sed nihilominus & consiliarium sese exhi- D
beat necesse est in electione pœnitentiæ, & vitæ ordinatione: ne fortè sit nobis absque scientia zelus, & voluntati bonæ prudentia desit. Sanè opus est vt deum quoque probemus in remissione videlicet priorum delictorum, quia nec sine hac salus nobis constare potest: & nemo potest dimittere peccata, nisi solus deus. Verùm ne id quidem sufficiat ad salutem: nisi fortem quoque experiamur in expugnando impugnantes nos, ne ab eisdem rursum concupiscentiis superemur, & fiant nouissima nostra peiora prioribus. Videturne iam aliquid deesse saluatori? Planè deesset quod maximum est, nisi & pater esset futuri seculi, vt per eum scilicet in immortalitatem resurgeremus, qui per præsentis seculi patrem generamur ad mortem. Neque hoc satis, si non etiam princeps pacis patri nos reconciliaret, cui traditurus est regnum, ne fortè sicut filij perditionis vtique, non salutis, resurrecturi videremur ad pœnam. Multiplicabitur sanè eius imperium, vt meritò saluator dicatur etiam pro multitudine saluandorum: & pacis non erit finis, vt veram noueris esse salutem, quæ non possit timere defectum.

Item in circuncisione domini de die octauo. Sermo III.

IN circuncisione domini fratres, habemus quod amemus & admiremur: habemus etiam quod imitemur. Patet in ea magnum dignationis beneficium, vnde gratiam agamus: latet E
aliquid clausum, quod in nobis implere debeamus. Venit nanque dominus propter nos non solùm redimendos sanguinis effusione, sed & docendos verbis, & exemplis nihilo minus instruendos. Sicut enim penitus erat inutile viam scire, si detineremur in carcere: ita redimi non prodesset, si viæ ignaros qui primus inueniret, primus reduceret in carcerem retrudendos. Itaque in maiore quidem ætate, patientiæ & humilitatis & super omnia charitatis cæterarúmque virtutum manifesta dedit saluator exempla, in infantia verò figuris velata. Sed antequam ad hæc discutienda veniamus, delectat aliquid prius de tanta & tam manifesta dignatione loqui. Habent angeli gloriam puram & perfectam: sed nec nos erimus sine gloria. Videmus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre: gloriam misericordiæ, & affectus verè paterni: gloriam procedentis ex corde patris, & paterna planè viscera exhibentis. Omnes enim peccauerunt (ait Apostolus) *Rom.3.*
& egent gloria dei. Et alio loco: Mihi (inquit) absit gloriari, ni- *Galat.6.*
si in cruce domini nostri Iesu Christi. Quid enim nobis gloriosius, quàm quòd tanti æstimauit nos deus? Quæve maior illi gloria, quàm tanta dignatio, & tanta benignitas: eò vtique dulcissima, quò tam gratuita? Nam pro impiis mortuus est. Videtis quantum fecit, & pro qualibus. Pro qualibus, vt non superbiamus: quantum, ne desperemus. Propterea vt inueniamini non spiritum habere huius mundi, sed spiritum qui ex F
deo est, & sciatis quæ à deo data sunt vobis: nolite obsecro fieri, sicut equus & mulus, sed sicut pium iumentum, quod ait: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Talia *Psal.72.*
enim iumenta cognoscunt possessorem suum, & præsepe domini sui: in quo positum est eis piissimum fœnum, ipse qui panis est angelorum. Ipse enim est panis viuus, de quo viuere debuit homo: sed quia homo iumentū factus est, & panis factus est fœnum, vt vel sic viuat de eo. Et huius quidem mutationis sacramentum die natiuitatis celebratum est, quando verbum caro factum est, cum sit omnis caro fœnum. Ipsa ergo die mi- *Esa.40.*
noratus est ab angelis, & habitu inuentus vt homo: hodie verò mirabilius aliquid audio. Iam minoratus est multo minus angelis, qui non solum formam hominis, sed formam habet peccatoris, & infigitur velut quodam cauterio latronis. Quid est enim circuncisio, nisi superfluitatis & peccati indicium? In te domine Iesu quid est superfluum quod circuncidatur? Nónne tu verus deus es de deo patre, homo verus sine omni peccato de virgine matre? Quid facitis circuncidentes eum? Pu- *Gene.17.*
tatis quia super eum possit cadere illa sententia: Masculus cuius præputij caro circuncisa nō fuerit, peribit anima ipsius de populo suo? Potest obliuiſci pater filij veteris sui? Aut non cognosceret eum, nisi signum circuncisionis haberet? Imò verò si quomodo posset nō agnoscere filium, in quo ei bene cōplacuit, ex hoc maximè signo poterat ignorare eum, inuēta in eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G circuncisione, quàm peccatoribus ipse prouiderat, ob purgationem vtique delictorum. Sed quid mirum si caput pro mẽbris accepit curationem, quam tamẽ in seipso nõ habuit necessariam? Nónne & in mẽbris nostris sæpe pro vnius infirmitate alteri adhibetur curatio? Dolet caput, & in brachio fit coctura: dolent renes, & fit in tibia. Ita hodie pro totius corporis putredine cauterium quoddam infixum est in capite. Denique quid mirũ, si pro nobis dignatus est circuncidi, pro quibus dignatus est mori? Totus siquidem mihi datus, & totus in meos vsus expensus est. Ego enim audiens, quia transit ante carcerem filius magni regis, cœpi altius gemere, & miserabilius exclamare dicens, Fili dei miserere mei. At ille sicut benignissimus, Quisnam est, inquit, iste fletus & vlulatus quẽ audio? Et dicunt ei, Ipse est Adam proditor ille, quem pater vester trudi fecit in carcerem, donec cogitet quibus illum supplicijs faciat interire. Quid ageret, cuius natura bonitas, cui proprium est misereri semper & parcere? Descendit in carcerem, venit vt educat vinctum de domo carceris. Iudæi verò non immemores odij quo oderant patrem, exercent illud in filium. vnde & ipse ait? Quia oderunt me, & patrem meum.
Ioan.15. Quid ergo fecerunt impij, quibus grauis erat etiam ad videndum?
Matt. 21. Hic est, inquiunt, hæres: venite, occidamus eum. Sic ergo occiderunt agnum dei: in suam quidem perniciem, sed
H in salutem nostram. Illi enim sanguinem agni fuderunt, nos accessimus, & bibimus illum. Accepimus calicem salutaris: & calix noster inebrians quàm præclarus est! Ecce vnde gratias agamus. Nam ante paucos dies celebrauimus aduentum eius in carcerem huius mundi, id est, diem natalis: hodie verò celebramus quòd catenas & vincula nostra susceperit. Hodie enim qui peccatum non fecit, vt reos absolueret, innoxias manus eorum catenis inseruit: hodie sub lege factus est, qui legem dedit. Sed dicẽdum est iam quid in hac circũcisione nobis spiritualiter indicetur agendum. Neque enim sine causa in
Gen.17. lege præceptum, nec sine causa completum est in domino, vt octaua die fieret circuncisio. Sed quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Assit nunc vestris desideriis aduocatus spiritus, qui scrutetur alta dei, & edisserat vobis sacramentum istud octauæ diei. Non ignoramus iam oportere hominẽ nasci denuo: nam propter hoc secundò natus est dei filius. In peccatis siquidem nascimur omnes, & esse habemus renasci in gratia, quam in baptismate quidem percepimus: sed heu tõtum periit in seculari vita. Nunc primum miserante deo virtus gratiæ in nobis operatur, vt in nouitate vitæ ambulemus. Ergo nascitur homo, quando sol iustitiæ ortus in animo, peccatorum illuminat tenebras, horrendúmque dei iudicium internis obtutibus offert: addens ad terroris vinculum, breuem dierum numerum, & finem incertum. Hęc
I planè vespera est, ad quã demorabitur fletus: & necesse est addi matutini lætitiam, vt auditam faciat nobis misericordiam suam. Sic enim fit vespere & mane dies vnus. Est autẽ dies ista iustitiæ, reddens vnicuique quod suũ est, nobis miseriã, misericordiã deo. In hac die puer nascitur, quando ex his quæ diximus, ad amorẽ pœnitẽtię, & odiũ peccati animus excitatur. Sed periculosum est si forte velit inter seculi turbas agere pœnitentiã: vbi nimirũ alij venenatis persuasionibus, alij vndiq; exẽplis peiorib⁹ ad peccatũ alliciãt: alij adulationibus in vanã gloriã, alij detractionibus in impatientiã animũ eius deiiciãt. Procedat iam necesse est, prudentiæ radius. Ostẽdat quãtas & quàm importunas præsertim in hac generatione nequam opportunitates & occasiones peccati offerat mundus & ingerat, quàm debilis sit ad illas humanus animus, maxime qui in peccati consuetudine sit nutritus. In hac ergo die prudentiæ eligat de præsenti seculo nequam fugere, dicens cũ propheta:
Psal.25. Odiui ecclesiam malignantiũ, & cũ impiis nõ sedebo. Sed nõdum sufficit hoc. Forte enim vult eligere solitudinem, nõ satis attendens propriam infirmitatem, & periculosam diaboli luctam. Quid enim periculosius, quàm solũ luctari contra antiqui hostis versutias, à quo videatur, & quem videre non possit? Itaque iam habet necessariã fortitudinis diem, vt nouerit custodiendam ad dominum fortitudinẽ suam: & aciem multorum pariter pugnantium esse quærendam: vbi tot sunt auxiliarij, quot socij: & tales qui dicere possint cum Apostolo:
2. Cor.2. Quia non ignoramus astutias inimici. Cõgregatio enim pro fortitudine sua terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Væ K autem soli, quia si ecciderit, non habet subleuantem. Quòd si cuiquam ex antiquis patribus gratiam hanc concessam audiuimus, non expedit temere se committere huic periculo, nec oportet tentare deũ, sicut & magister noster de Anachoretis loquens: Qui nõ, inquit, cõuersionis feruore nouitio, &c. Itaque in hac fortitudinis die ad id quod iam cœperat, id est,
Psal.25. Odiui ecclesiam malignantium, etiam addit quod sequitur: Lauabo inter innocentes manus meas. Verùm cum eligit esse in congregatione multorũ: nunquid eliget esse magister qui nondũ discipulus fuit, & docere quod didicit nunquã? Et quomodo aut in se, aut in aliis mor⁹ irrationabiles po-
Ephe.5. terit temperare? Nemo carnem suam odio habuit. Quomodo ergo putatis si iam magister suus fuerit iste: quin facilè sibi aliquando eo amplius quo familiarius condescendat? Illucescat igitur dies temperantiæ, vt quærat quomodo temperari & refrenari possint incontinentes motus voluptatis, bestiales motus curiositatis, cetuicosi motus elationis suæ. Eligat abiectus esse in domo dei sui, & subiectus esse magistro sub quo frangatur eius voluntas, & obedientiæ freno concu-
Psal. 63. piscentia reprimatur: sitq́ue quod ait propheta: Imposuisti homines super capita nostra. Nec dedignandum seruo, quod
Ioan.13. præcessit in domino. Siquidem non est seruus maior domino L suo. Ille enim cum iam creuisset ætate sapientia, & gratia apud deum & homines: cum iam duodecim annorum esset, & remãsisset in Hierusalem: inuentus à beata virgine & Io-
Luc.2. seph, cuius filius putabatur, in medio doctorum audiens illos & interrogans, tamen descẽdit cum illis, & erat subditus illis. Et tu ergo subditus esto propter illum. Sed iam tibi in ipsa obedientiæ via, aliqua fortassis dura & aspera occurrere possunt, vt accipias interdum præcepta nonnulla, quæ licet salubria sint, minus tamen suauia videantur. Hæc si molestè cœperis sustinere, si diiudicare prælatũ, si murmurare in corde: etiam si interius impleas quod iubetur, non est hæc virtus patientiæ, sed velamentum malitiæ. Necesse est ergo vt illucescat dies patientiæ, per quam omnia dura & aspera tacita amplectaris conscientia: te magis diiudicans, & durius arguens: cui nimirum displicent quæ ad salutem sunt: & in cogitatione tua semper partem magistri quoad potes aduersus temetipsum iuuans, tęque in omnibus accusare, ipsum verò magis excusare laborans. Porrò in hoc loco iam cauendũ tibi arbitror a superbia. Magnum est enim omnino sic vincere semet-
Prou.16. ipsum. Melior est (ait Salomon) patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Considera denique quàm manifeste propheta doceat necessariam esse humilitatem post patientiam, dicens: Veruntamen deo subiecta esto
Psal.61. anima mea: quoniã ab ipso patientia mea. Nónne videtur hic occasione patientiæ tentationem sensisse superbiæ? Necesse M est ergo vt illuminet cor tuum radius humilitatis, & declaret quid à te sit, quid à deo, vt non altum sapias: quoniam deus
Iaco.4. superbis resistit: humilibus dat gratiam. Iam verò cum in his diutius fueris exercitatus: roga dari tibi deuotionis lumen: diem serenissimam, & sabbatum mentis, in quo tãquam emeritus miles, in laboribus vniuersis viuas absque labore, dilatato nimirum corde currens viam mandatorum dei: vt quod prius cum amaritudine & coactione tui spiritus faciebas, deœtero iam cum summa dulcedine peragas & delectatione.
Psal.38. Hanc (ni fallor) gratiam petebat, qui ait: Remitte mihi vt refrigerer. Ac si dicat: Quousque in labore & dolore isto crucior, & morte afficior tota die? Remitte mihi vt refrigerer. Verùm & ad hanc quidem perfectionem pauci (ni fallor) perueniunt in hac vita. Neque enim si quis aliquando videtur hanc habere, continuò credat sibi necesse est: maximè si nouitius est, nec per præfatos ascẽderit gradus. Pius enim dominus noster Iesus Christus pusillos corde blanditiis talibus solet allicere. Sed nouerint qui huiusmodi sunt, gratiã hãc præstitam sibi esse, non datam: vt in die bonorum memores sint malorum, & in die malorum non immemores sint bonorum. Longè aliter qui exercitatos habent sensus, deuotionis huius felici fruuntur iucunditate. Sed multi tota vita sua ad hoc tendunt, & nunquam pertendunt: quibus tamen si pie & perseueranter conati sunt, statim vt de corpore exeunt, redditur quod in hac vita dispensatoriè est negatum: illuc perducente

cos

A eos sola gratia, quò prius tendebant ipsi cum gratia, vt consummati in breui, expleant tempora multa. Illis verò qui ad hanc deuotionis gratiam perueniunt, vnum videtur restare periculum, & omnino timendum eis à dęmonio meridiano. Ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis. Hoc ergo timendum ei, qui tanta delectatione omnia facit: ne dum sequitur affectionem, corpus destruat per immoderatã exercitationẽ, ac deinde necesse habeat, non sine magno spiritualis exercitij detrimẽto, circa debilitati curam corporis occupari. Ergo ne incurrat qui currit, illuminari necesse est lumine discretionis, quæ mater virtutum est, & consummatio perfectionis. Hæc nimirũ docet, ne quid nimis: atq; hæc est octaua dies in qua circunciditur puer: quia discretio verè circuncidit, vt nõ plus nec minus fiat. Nam & qui nimius est, fructũ
B boni operis abscidit, non circuncidit: sicut qui tepidus est, si minus facit. In hac ergo die nomen imponitur, & nomen salutis: nec de eo qui sic conuersatur, dubitẽ dicere quod suam ipsius salutem operetur. Vsq; ad hunc enim diem dicere possunt angeli, qui norunt secreta cœlestia: sed ego nunc primũ ei fiducialiter nomen salutis impono. At verò quia omnino rara ista auis est in terris: huius discretionis locum in vobis fratres, suppleat virtus obedientiæ, vt nihil plus, nihil minus, nihil aliter quàm imperatum sit, faciatis.

In Epiphania domini, de verbis Apostoli, Apparuit benignitas, & de tribus apparitionibus. Sermo I.

APparuit benignitas & humilitas saluatoris nostri Dei.] Gratias Deo, per quẽ sic abundat consolatio nostra in hac peregrinatione, in hoc exilio, in hac miseria. Super his nanque sępius vos admonere curamus, vt nunquam mente excidat peregrinos vos esse longè factos à patria, pulsos hæreditate. Quisquis enim desolationem non nouit, nec consola-
C tionem agnoscere potest. Quisquis consolationem ignorat esse necessariam, supereſt vt non habeat dei gratiam. Inde est quòd homines seculi negotiis & flagitiis implicati, dum
Psal.45. miseriam non sentiunt, non attendunt misericordiam. Vos
Psal. 110. quibus non frustra dictum est, Vacate, & videte, quoniã suauis est dominus: & de quibus idem propheta, Virtutem, inquit, operum suorum annunciabit populo suo: vos inquam, quos non detinet occupatio secularis, attendite quænam sit
Ad Tit.3. consolatio spititualis. Vos qui non ignoratis exilium: audite quia de cœlo venit auxiliũ. Apparuit enim benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Priusquã appareret humanitas, latebat benignitas. Siquidem & prius erat: nam & misericordia domini ab æterno est. Sed vnde tanta agnosci poterat? Promittebatur, sed non sentiebatur: vnde & a multis nõ credebatur. Multifariè quippe multísque modis loquebatur do-
Heb.1. minus in prophetis. Ego, inquiens, cogito cogitationes pa-
Hier.29. cis, & non afflictionis. Sed quid respõdebat homo afflictionem sentiens, pacem nesciens? Quousque dicitis pax, pax, &
Ezech. 15. non est pax? Propter hoc angeli pacis amarè flebãt, dicentes:
Esa.53. Domine, quis credidit auditui nostro? Sed nunc credant homines vel visui suo: quia testimonia dei credibilia facta sunt
Psal.92. nimis. Vt enim nec turbatum quidem oculum lateat, in sole
Psal.18. posuit tabernaculũ suũ. Ecce pax nõ promissa, sed missa: non dilata, sed data: nõ prophetata, sed præsentata. Ecce quasi saccum plenum misericordia sua deus pater misit in terrã: saccum inquam in passione concidendum, vt effundatur quod in eo latet precium nostrũ. Saccum vtique etsi paruum, sed plenum. Paruulus siquidem datus est nobis: sed in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Postquam enim venit plenitudo tẽporis, venit & plenitudo diuinitatis. Venit in carne, vt vel sic carnalibus exhiberetur: & apparente humanitate, benignitas agnosceretur. Vbi enĩ dei innotescit humanitas, iam benignitas latere nõ potest. In quo enim magis commẽdare poterat benignitatem suam, quàm suscipiendo carnem meam? Meam inquam, non carnem Adam, id est, nõ qualem ille habuit ante culpam. Quid tãtopere declaret eius misericordiam, quàm quòd ipsam suscepit miseriam? Quid ita pie-
Iob. 7. tate plenum, quàm quòd dei verbum propter nos factum est fœnũ? Domine quid est homo quia reputas eũ, aut quid apponis erga eum cor tuum? Hic attendat homo quãta sit cura D eius deo: hinc sciat quid de eo cogitet, aut quid sentiat. Non interroges ô homo ea quę pateris, sed quę pas⁹ est ille. Quãti te fecit, ex his quæ pro te factus est, agnosce, vt appareat tibi benignitas eius ex humanitate. Quanto enim minorem se fecit in humanitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate: &
Ad Tit.3 quanto pro me vilior, tanto mihi charior est. Apparuit (inquit Apostolus) benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Magna planè & manifesta benignitas, Dei humanitas, & magnum benignitatis indicium declarauit, qui humanitati addere nomen Dei curauit. Et quidem ad Mariam missus Gabriel angelus filium dei loquitur: sed non nominat deum. Benedictus deus, qui talem nobis de nobisipsis angelum dedit, vt noster ipse suppleret, quod ille non dixit. Nam & ipse spiritum dei habuit: & eius spiritus locutus est, quod nobis valde necessarium fuit. Quid enim sic instruit fidem, spem roborat, charitatem accẽdit, quomodo humanitas dei? Sed angelo nostro id reseruatum est, quod alij tacuerũt. Neque enim omnes omnia dicere congruum erat, vt à diuersis diuersa colligere gratulemur, & debitas singulis gratias referamus. Attamen vnum est in quo conueniunt apostolus & angeli qui de Christi natiuitate loquuntur, id est in nomine saluatoris. Ad Mariam quidem tãquam plenius edoctam per spiritum, Gabriel loquens indicat nomen solum. Et vocabis,
Luc.1. inquit, nomen eius Iesum. Ad Ioseph veniẽs angelus, non so- E lum nomen protulit: sed & causam eius interpretatus edocuit, dicẽs: Et vocabis nomẽ eius Iesum: ipse enim saluum fa-
Matt.1. ciet populũ suum à peccatis eorum. Sed & pastoribus quoq;
Luc.1. annunciatur gaudium magnum, natum illis saluatorem Christum dominum. Simile aliquid Paulus loquitur: Apparuit be-
Ad Tit.3. nignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Bene dulce nomẽ nullus ex ipsis tacuit, quia hoc mihi maximè necessariũ fuit. Alioquin quid agerem audiens dominum venientem? Nunquid non fugerem, sicut Adam qui à facie eius fugit, sed non effugit? Nónne desperarem audiens quia venit ille cuius legem sic prouaricatus sum, cuius patiẽtia sic abusus sum, cuius beneficio tã ingratus inuentus sum? Quæ verò maior cõsolatio poterat esse, quàm in dulci vocabulo, in nomine consolatorio? Propterea & ipse dicit, Quia nõ venit filius vt iudicet
Ioan.12. mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Iam cõfidenter accedo, iam supplico fiducialiter. Quid enim timeam, quãdo saluator venit in domum meã? Ei soli peccaui, donatum erit quidquid indulserit ille. Vtique enim licet ei quod vult facere. Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? Aut quis
Rom.8. accusabit aduersus electos dei? Propterea gaudere nos oportet quòd in nostra venerit, nunc enim facilis ad indulgẽtiam erit. Denique paruulus est, leuiter placari potest. Quis enim nesciat quia puer facilè donat? Ecce si non fuerit pro minimo, possumus reconciliari pro minimo. Pro minimo, inquã, F non tamen sine pœnitentia: sed quia minimum quiddam sit nostra ipsa pœnitentia. Pauperes sumus, parum dare possumus: attamẽ recõciliari possumus pro paruo illo, si volumus. Totum quod dare possum, miserum corpus istud est! illud si dedero, satis est. Si quo minus, addo & corpus ipsius. Nã illud de meo est, & meum est. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est mihi. De te domine suppleo, quod minus habeo in me. O dulcissima reconciliatio. O satisfactio suauissima. O verè recõciliatio facilis, sed perutilis: satisfactio parua, sed non paruipẽdenda. Etenim quàm facilis modo, tam difficilis erit postea: & sicut modo nemo est qui reconciliari non possit, ita post paululum nemo qui possit: quoniã sicut benignitas apparuit vltra omnem spem, vltra omnem æstimationẽ: similem expectare possumus iudicij districtionẽ. Noli ergo contemnere dei misericordiam, si non sentire vis iustitiam, sed iram, sed indignationem, sed æmulationem, sed furorem.
Psal.6. Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Vt enim scires quanta districtio succedit, tanta illa mansuetudo præuenit. Ex magnitudine indulgentiæ, magnitudinem vltionis attende. Immensus est enim deus & infinitus in iustitia, sicut & in misericordia. Multus ad ignoscendũ: multus ad vlciscendum. Sed misericordia quidem priora sibi vẽdicat: vt si voluerimus, districtio inueniri nõ possit in quem sæuiat. Propter hoc enim benignitatem prærogauit, vt per eã

Universidad de Deusto
Biblioteca

G reconciliati ſeueritatem videamus ſecuri. Propterea voluit non ſolum ad terras deſcendere, ſed etiam innoteſcere: non ſolum naſci, ſed & agnoſci. Denique propter hanc agnitionem dies iſta celebris habetur, & inſignis dies apparitionis. Hodie enim Magi ab oriente venerunt, ortum ſolē iuſtitiæ
Zach.6. requirentes, eum de quo legitur: Ecce vir, oriens nomen illi. Hodie adorauerunt nouum virginis partum, ſequentes noui ſideris ductum. Nónne & hic nobis eſt magna conſolatio: ſicut in illo de quo loquuti ſumus Apoſtoli verbo? Ille dixit deum: iſti non voce, ſed opere dicunt: Quid facitis ô Magi, quid facitis? Lactentem puerū adoratis, in tugurio vili, in vilibus pannis? Ergóne deus eſt iſte? Deus certè in templo ſancto ſuo: deus in cœlo ſedes eius: & vos cum quæritis in vili ſtabulo, in matris gremio? Quid facitis quòd & aurū offertis? Ergo rex eſt ipſe. Et vbi aula regia, vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? Nunquid aula eſt ſtabulum, thronus præſepium, curiæ frequentia Ioſeph & Maria? Quomodo ita inſipientes facti ſunt viri ſapientes, vt adorēt paruulum deſpicabilem tam ſua ætate, quàm paupertate ſuorum? Inſipiētes facti ſunt, vt fierent ſapientes, & prædocuit eos ſpiritus quod
1. Cor. 3. poſtea prædicauit Apoſtolus: Qui vult ſapiens eſſe, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Quia enim per ſapientiam mundus in ſapientia ſua deum cognoſcere non poterat: placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos fieri credentes. Nónne timendū erat fratres, ne ſcandalizarentur viri iſti, & illuſos ſe crederent, cum tanta indigna viderent? A regia ciuitate vbi regem quærendum coniectabant, ad Bethleem villam paruulam diriguntur. Ingrediuntur ſtabulum, inueniunt inuolutū pannis infantulum. Non illis ſordet ſtabulum: non pannis offendūtur: non ſcandalizantur lactentis infantia: procidūt, venerātur vt regem, adorant vt deum. Sed profectò qui illos adduxit, ipſe & inſtruxit: & qui per ſtellam foris admonuit, ipſe in occulto cordis edocuit. Hæc igitur domini declaratio clarificauit hanc diem: & Magorū deuota veneratio deuotā fecit & venerabilem. Nec ſola hæc apparitio, ſed altera quædam, ſicut à patribus noſtris accepimus, hodie celebratur: quæ & ſi lōgo pòſt tempore, facta creditur hoc ipſo die. Cum enim iam Chriſtus triginta annorum tēpus exegiſſet in carne, qui ſecūdum diuinitatē idem ipſe eſt, & anni eius non deficiunt: inter populares turbas ad baptiſmum Ioannis aduenit. Venit tanquā vnus è populo, qui ſolus erat ſine peccato. Quis eum tunc crederet filium dei? quis putaret dominum maieſtatis? Valde quidem humiliaris domine: in imis abſcōderis ſed Ioānem latére nō poteras. Nónne ipſe eſt qui per maternum vterum te nondum natum nondum natus agnouit? Nónne ipſe eſt qui per vtriuſque materni vteri parietes te agnouit: & quia turbis clamare non potuit, ſaltem matrem ſuā motu
I exultationis edocuit? Nunc autē quid? Vidit eum Ioannes (ait
Ioan.1. euangeliſta) venientem ad ſe, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vere agnus, vere humilis, vere manſuetus. Ecce, inquit, agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. En ipſe qui purgationem faciet delictorū, ecce ſentinam noſtrā purgaturus aduenit: & tamen poſt hoc teſtimonium baptizari vult à Ioanne. Tremuit ille. Quid mirū? Quid inquā mirū ſi tremit homo, nec audet attingere ſanctum dei verticē, caput adorandū angelis, reuerendū poteſtatibus, tremendū principatibus? Baptizari vis domine Ieſu? Vt quid enim aut quid tibi opus fuit baptiſmate? Nunquid ſano opus eſt medicina, aut mundatione mundo? Vnde tibi peccatum, vt baptiſma ſit neceſſarium? Nunquid à patre? At patrem quidem habes, ſed deum: & æqualis es illi, deus de deo, lumen de lumine. Nam in deum peccatum cadere nō poſſe quis neſciat? An verò de matre? Nā & matrem habes, ſed virgo eſt. Quod ergo peccatum ex ea trahere potuiſti, quæ te ſine iniquitate concepit, & ſalua integritate peperit? Quam maculā habere
Matt.3. poteſt agnus ſine macula? Ego, inquit Ioānes, à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Magna vtrinque humilitas: ſed nulla comparatio. Quomodo enim non humiliaretur homo
Vbi ſupra. coram humili deo? Sine modo (inquit dominus) decet enim ſic nos implere omnem iuſtitiam. Acquieuit Ioannes & obediuit: baptizauit agnū dei, & aquas lauit. Nos abluti ſumus, non ille: quia nobis lauandis aquæ cognoſcuntur ablutæ.

Sed fortaſſis minus credis Ioannis teſtimonio: quia ipſe homo eſt, & potes habere ſuſpectum: cognatus eius eſt cui K teſtimonium perhibet. Ecce teſtimonium maius Ioanne: teſtimonium aduenientis columbæ. Nec incongruè ad indicandum agnum dei venit colūba: quia nihil melius agno cōuenit quàm colūba. Quod agnus in animalibus, hoc colūba in auibus eſt. Sūma vtriuſq; innocentia, ſumma manſuetudo, ſumma ſimplicitas. Quid enim ſic alienū ab omni malitia, ſicut agnus & colūba? Nocere cuiquā neſciūt: lędere nō nouerūt. Sed ne fortuito caſu id euenille cauſeris: ecce teſtimoniū dei patris. Ecce deus maieſtatis intonuit: domin⁹ ſuper aquas multas, & vox patris audita eſt, Hic eſt filius meus dilectus, *Ibidem.*
in quo mihi bene complacui. Vere enim hic eſt in quo non eſt quod patri diſpliceat, quod oculos maieſtatis offendat. Vnde & ipſe ait: Quia quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Ip- *Ioan.8.*
ſum, inquit, audite. Ecce domine Ieſu, vel iam nunc loquere. Quouſque ſiles? quouſque diſſimulas? Diu tacuiſti, & valde diu: vel iam nunc loquendi licētiam habes à patre. Quandiu virtus & dei ſapientia, quaſi infirmus aliquis & inſipiens lates in populo? Quandiu nobilis rex & rex cœli, fabri filiū te pateris appellari pariter & putari? Etenim Lucas euangeliſta *Luc.3.*
teſtatur, quoniā adhuc filius Ioſeph putabatur. O humilitas virtus Chriſti, quātum confundis ſuperbiam noſtræ vanitatis! Parum aliquid ſcio, vel magis ſcire mihi videor, & iam ſilere non poſſum: impudenter me & imprudēter ingerens & L
oſtentans, promptulus ad loquendum, velox ad docendum, tardus ad audiendum. Et Chriſtus cū tanto tempore ſilebat, cum ſeipſum abſcōdebat, nunquid inanē gloriam metuebat? Quid timeret ab inani gloria, qui eſt vera gloria patris? Vtiq; timebat, ſed non ſibi. Nobis timebat ab illa, quibus nouerat eſſe timendum: nobis cauebat, nos inſtruebat. Tacebat ore, ſed inſtruebat opere: & quod poſtea docuit verbo, iam cla- *Matt.11.*
mabat exēplo. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Nam de infantia domini parum aliquid audio: extūc iam vſque ad hunc trieſimum annū nihil inuenio. Nunc vero iam latere non poteſt, qui tam manifeſte demonſtratur à patre. Nam in prima quoque apparitione cum matre virgine voluit apparere, quòd verecundia quædam in virginitate ſignaretur. Tertia quoque apparitio eius in euangelio inueniM
tur: & hæc nihilo minus hodie celebratur. Inuitatus enim ad *Ioan.3.*
nuptias dominus, vino deficiente compaſſus eorum verecundiæ, aquam mutauit in vinum. Hoc etiam (ſicut ait euangeliſta) ſignorum eius fuit initium. Itaque in prima apparitione homo verus innotuit, vbi inter vbera matris infans apparuit. In ſecunda vero, verum eſſe dei filium patris indicat teſtimonium. In tertia verò, verus eſſe deus demonſtratur: ad cuius imperium natura mutatur. Tot teſtimoniis hodie confirmatur fides noſtra, tot indiciis roboratur ſpes noſtra, tot incentiuis inflammatur charitas noſtra.

De Magis, vbi exponitur illud de Canticis: Egredimini filiæ Sion. Sermo ſecundus vnde ſupra.

TRes apparitiones domini legimus, vna quidem die, ſed non vno tempore factas. Et quidem mirabilis ſecunda, mirabilis tertia, ſed prima apparitio mirabilius admiranda. Mirabilis aquarum mutatio, mirabilis Ioannis & columbæ pariter & paternæ vocis atteſtatio, ſed illud mirabile magis, quòd agnitus eſt à Magis. Nam quòd deum agnoſcant, indicat adoratio, indicat thuris oblatio. Nec ſolum deum, ſed & regem agnoſcunt, quod deſignatur in auro. Et in his non latet eos magnum pietatis ſacramentum: vnde & myrrha indicat moriturum. Adorant Magi, & offerunt munera adhuc ſugenti matris vbera. Sed vbi eſt, ô Magi, vbi eſt purpura regis huius? Nunquid viles panni iſti, quibus eſt inuolutus? Si rex eſt, diadema eius vbi eſt? Sed vos eum verè videtis in diademate quo coronauit eum mater ſua: in ſacco mor
talitatis, de quo reſurgens ait: Quia conſcidiſti ſaccum meū, *Pſal.30.*
& circundediſti me lætitia. Egredimini filiæ Sion, & videte *Cant.3.*
regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua, &c. Egredimini virtutes angelicæ, incolæ ciuitatis ſupernæ. Ecce rex veſter, ſed in corona noſtra, in diademate quo coronauit eum mater ſua. Sed his deliciis vſque modo caruiſtis, hanc hactenus dulcedinem non guſtaſtis. Habetis ſublimitatem eius: ſed humilitatem eius non vidiſtis. Egredimini igitur,

A igitur, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua. Veruntamen non eſt opus illis noſtra exhortatione: quoniā ipſi ſunt qui deſiderant in illū proſpicere. Illis enim quāto ſublimitas notior, tanto humilitas precioſior & amabilior eſt. Vnde licet nobis maior ſit cauſa lætitiæ (nobis enim natus eſt, & nobis datus) tamē ipſi nos prę-
Luc.2. ueniunt, ipſi nos exhortantur. Probat hoc angelus qui gaudium magnum euangelizat paſtoribus, & quæ cum eo facta eſt multitudo cœleſtis exercitus. Vobis ergo dicimus filiæ Sion, animæ ſeculares, debiles, delicatæ, filiæ, non filij: in quibus nihil eſt fortitudinis, nihil eſt virilis animi: Egredimini filiæ Sion: Egredimini de ſenſu carnis, ad intellectum mentis: de ſeruitute carnalis concupiſcentiæ, ad libertatem ſpiritualis intelligentiæ. Egredimini de terra veſtra & de cognatione veſtra, & de domo patris veſtri, & videte regem Salomonem: alioquin non erit tutum vobis videre eum eccleſiaſten. Idem enim qui Salomon, id eſt pacificus in exilio eſt, eccleſiaſtes, id eſt concionator erit in iudicio: idida, id eſt dilectus domini in regno. In exilio manſuetus & amabilis, in iudicio iuſtus & terribilis, in regno glorioſus & admirabilis. Egredimini igitur, & videte regem Salomonem: nam vbique
Ioan.18. rex eſt. Licet enim regnum eius nō ſit de hoc mundo, tamen
B rex eſt etiam in hoc mundo. Interrogatus ſiquidem, Ergo rex
Vbi ſupra. es tu? Ego, inquit, in hoc natus ſum, & in hoc veni in mundū. Hic ergo rector eſt morum, in iudicio diſcretor meritorum, in regno diſtributor præmiorum. Egredimini proinde filiæ Sion, & videte regē Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua: in corona paupertatis, in corona miſeriæ. Siquidē coronatus eſt & à nouerca ſua corona ſpinea, corona miſeriæ: coronandus à familia ſua corona iuſtitiæ, quādo exibunt angeli, & tollent de regno eius omnia ſcandala, quādo veniet ad iudicium cū ſenioribus populi ſui: cum pugnabit pro eo orbis terræ aduerſus inſenſatos. Coronat eum &
Pſal.8. pater corona gloriæ, ſicut pſalmus ait: Gloria & honore coronaſti eum. Videte eū filiæ Sion, in diademate quo coronauit eum mater ſua. Suſcipite coronam paruuli propter vos regis veſtri, & vnà cum Magis humilitatē eius adorate, quorum fidei deuotio vobis hodie proponitur in exemplo. Cui enim comparabimus, & cui ſimiles æſtimabimus viros iſtos? Si latronis fidem, ſi Centurionis confeſſionem conſidero, in eo ſuperexcellere videntur iſti, quòd iam tūc miracula multa fecerat, iam tunc à multis prædicatus fuerat, à multis adoratus. Attamen conſideremus quid & illi dixerint. Clamabat
Luc.23. latro de cruce: Domine, memēto mei dū veneris in regnum tuum. Ergóne per ſupplicium ille vadit in regnum? Quis in-
C dicauit tibi quoniam oportebat pati Chriſtum, & ſic intrare in gloriam ſuam? Tu quoque Centurio eū vnde noſti? vidēs
Matt.26. quòd ſic clamans expiraſſet, Verè, inquit, hic homo filius dei erat. Mira res, & omni admiratione digna. Propterea rogo vos intuemini & videte quàm oculata ſit fides: quā lynceos oculos habeat, diligentius conſiderate. Cognoſcit dei filium lactentem, cognoſcit in ligno pendentem, cognoſcit moriētem. Siquidem latro in patibulo, Magi in ſtabulo cognoſcūt: ille clauis infixum, iſti pannis inuolutum. Centurio verò vitam agnouit in morte. Iſti dei virtutem in teneri corporis infirmitate, ille ſummum ſpiritum in expiratione, iſti dei verbum in infantia cognouere. Siquidem quicquid illi ſermonibus, iſti muneribus confitentur. Latro Regem, Centurio dei filium ſimul & hominem pronūciat. Et hæc tria ipſa Magorum munera indicant, niſi quòd thure non tam dei filiū mōſtrauere, quàm deū. Obſecramus ergo chariſſimi, profit vobis tanta charitas quam vobis deus maieſtatis exhibuit: tanta humilitas quam ſuſcepit: tanta benignitas quæ vobis per Chriſti humilitatem apparuit. Agamus gratias redēptori & mediatori noſtro, per quem nobis innotuit tam bona erga nos voluntas dei patris. Siquidem talem iam nouimus eius
1. Cor.9. animum, vt non immerito dicamus: Sic currimus, non quaſi in incertum. Profectò enim tale eſt erga nos cor dei patris, quale nobis expreſſit, qui de eius corde proceſſit.

Item in Epiphania domini. Sermo III.

NEceſſarium nobis videtur fratres, iuxta cæterarum ſolennitatum conſuetudinem, etiam ſolennitatis hodiernæ vobis exponere rationem. Interdum enim contra vitia D
loquimur: & genus illud ſermonis perutile, ſed diebus cæteris videtur opportunius conuenire. Feſtiuis autem & maximè in præcipuis ſolennitatibus magis circa ea quæ ſolennitatis ſunt immorādum videtur, vt pariter & eruditatur animus, & excitetur affectus. Quomodo enim celebrabitis quod neſcitis, aut quomodo ſcietis, niſi annuncietur vobis? Propterea non ſit moleſtum his qui ſunt in lege periti, ſi parum doctis morem gerimus, vt exigit ratio charitatis. Credo enim ne ipſos quidem ſuis epulis eſſe fraudandos, ſi minus eruditis tanquam popularibus turbis groſſiores prius appoſuerint cibos. Ita verò apponēt, ſi fraternæ charitatis intuitu placuerint eis quæ neceſſaria ſunt non ſatis intelligentibus, etſi fortaſſe ſibi minus neceſſaria videantur. Sic autem fragmenta poſtmodum recolligent ſibiipſis, ſi diligentius recogitantes ſubtiliora quæque tanquam munda animalia ruminauerint: quæ parū intelligibiles animos præ ſubtilitate effugerint. Solennitas igitur hodiernæ diei ab apparitione nomen accepit. Epiphania quidem apparitio eſt. Hodie ergo apparitio domini celebratur: non tantū vna, ſed trina, ſicut à patribus noſtris accepimus. Hodie enim paruulus rex noſter paucis à natiuitate diebus tranſactis ſtella declarante primitiis gentium apparuit. Hodie quoque cum iam triginta fermè in diſpēſatione carnis egiſſet annos: qui ſecūdum diuinitatē idem ipſe E
eſt, & anni eius nō deficiunt: inter populares turbas abſconditus ad Iordanē baptizandus aduenit: ſed teſtimonio dei patris innotuit. Hodie nihilo minus cum diſcipulis ſuis vocatus ad nuptias, deficiente vino, ſigno admirabili ſuæ potentiæ aquas in vinum mutauit. Sed delectat eam, quę in infantia ſaluatoris facta eſt, apparitionem & diligētius intueri, quoniam & dulciſſima eſt, & ſpecialius hodie noſcitur, celebrari. Hodie ergo ſicut audiuimus in euāgelica lectione, Magi Hieroſolymā venerunt ab oriente. Meritò ſanè ab oriente veniunt, qui ſolis iuſtitiæ nouum nobis ortum annunciāt: qui læti rumoribus totū mundum illuminānt. Niſi quòd infœlix Iudæa, quia lucem oderat, ad fulgorē nouæ claritatis obtenebratur: & caligātes oculi eius coruſcāte radio ſolis ęterni multo magis excæcantur. Venientes ergo ab oriente Magi, quid dixerint audiamus: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorū? Quàm cer- *Matth.2.*
ta fides, & nihil penitus hæſitans. Non quærunt vtrum natus ſit: ſed fiducialiter loquuntur: & interrogāt ſine dubitatione, vbi ſit qui natus eſt rex Iudæorū. Porrò audito (nec mirum) nomine regis, rex Herodes ſucceſſorem ſuſpicatus, expauit. Nec mirum, ſi turbatur Herodes: ſed quòd Hieruſalem ciuitas dei, (quæ viſio pacis eſt) cum Herode turbatur, quis non miretur? Videte fratres quātum noceat iniqua poteſtas: quomodo caput impium ſubiectos quoq; ſuæ cōformat impietati. Miſera planè ciuitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodianæ ſine dubio particeps erit malitiæ, & ad nouæ ſalutis ortum Herodiana mouebitur turbatione. Confido ego F
in domino, quoniam inter nos minimè regnabit: etiam ſi adeſſe contingat, quod & ipſum deus auertat. Nam Herodiana malitia, & Babylonica crudelitas eſt, naſcentem velle extinguere religionem, & allidere paruulos Iſraēlis. Si quid enim ad ſalutem pertinens, ſi quid religionis oritur: quicunque reſiſtit, quicunq; repugnat, planè cum Aegyptiis paruulos Iſraēlitici germinis necare conatur: imò cum Herode naſcentem perſequitur ſaluatorem. Sed iam inchoatam proſequamur hiſtoriam. Credo ſi quis cōſcius eſt huius rei, ſtudioſius ſibi cauebit decætero, & Herodianum execrabitur animum: ne ſimilem exitum ſortiatur. Ergo quærentibus Magis regem Iudæorum, & ſciſcitante à ſcribis Herode dominicæ natiuitatis locum: illi iuxta prophetam nomen ciuitatis edicunt. Cúmq; receſſiſſent Magi, & reliquiſſent Iudæos, Ecce ſtella quam viderant in oriente, antecedebat eos. Hinc manifeſtè datur intelligi, quoniam humanum flagitantes conſilium, diuinum amiſere ducatū: & conuerſos ad terrenum documentum, ſignum cœleſte deſeruit. Vnde & relicto Herode, continuo gauiſi ſunt gaudio magno valde. Stella enim antecedebat eos, vſq; dum veniēs ſtaret ſuprà, vbi puer erat. Et intrantes domū inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eū. Vnde vobis hoc ô alienigenæ? Neque enim tantā inuenimus fidem in Iſraël. Sic vos nō offen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdit vilis habitatio ſtabuli,non pauperies cunæ præſepij?Non vos pauperis matris præſentia,non lactentis infantia ſcandalizat? Denique apertis theſauris ſuis, ait euangeliſta, obtulerunt ei munera, aurum, thus,& myrrham. Si ſolum obtuliſſent aurũ, videri fortaſſe poterant paupertati matris voluiſſe conſulere,vt haberet nimirum vnde paruulum poſſet filiũ educare.Nũc autem offerentes pariter aurum, thus, & myrrham:ſine dubio ſpiritualis oblationis genus inſinuant. Aurum enim inter diuitias ſeculi videtur excellere, quod per eius gratiam omnes nos deuote obtulimus ſaluatori,cum pro eius nomine ex integro dereliquimus ſubſtãtiam huius mũdi. Iam verò neceſſe eſt vt qui perfecte terrena contẽpſimus flagranti deſiderio cœleſtia requiramus. Sic enim offerimus
Apoc.5. & thuris odoramẽtum:quo nimirum,vt in Apocalypſi beati Ioannis legis,ſignificantur orationes ſanctorũ. Vnde &
Pſal.140. pheta in pſalmo, Dirigatur, inquit, oratio mea ſicut incen-
Eccl.35. ſum in conſpectu tuo.Sic & in alio loco legis,quia oratio iuſti cœlos penetrat.Oratio inquam, non cuiuſlibet, ſed iuſti. Nam qui auertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.Porrò ſi iuſtus eſſe volueris, & non auertere aurem tuam à mandatis domini, ne auertat & ipſe ſuã à precibus tuis:neceſſe eſt vt non ſolum præſens ſeculum cõtemnas,ſed & ipſam carnem caſtiges,& ſubiicias ſeruituti.Nam
Luc.14. qui dixit,Niſi quis abrenunciauerit omnibus quæ poſſidet,
Matt.19. non poteſt meus eſſe diſcipulus:& alibi,Si vis eſſe perfectus,
H vade,& vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni
Matt.16. ſequere me:idẽ ipſe in alio loco ait:Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam,& ſequatur me.
Galat.5. Quod exponẽs Apoſtolus,Quicunque,inquit, ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Duas igitur alas habeat oratio noſtra,contemptum mũdi, & afflictionem carnis:nec dubium quin cœlos penetret, & dirigatur ſicut incenſum in conſpectu dei. Erit enim gratũ ſacrificium,& acceptabilis oblatio noſtra, in qua eum auro & thure fuerit etiam & myrrha,quæ licet amara ſit,tamen pertutilis eſt,& cõſeruat corpus quod mortuum eſt propter peccatum,ne defluens in vitiũ putrefiat. Hæc breuiter pro imitanda Magorum oblatione ſint dicta.Cęterum quoniam apparitionem hanc eſſe diximus: quid in ea appareat, dignum eſt vt quæramus.Vtique ſecundum verba Apoſtoli apparuit
Ad Tit.3. benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei. Ecce enim in
Matt.1. euangelica lectione audiuimus, quoniam intrantes domum Magi inuenerunt puerum cũ Maria matre eius. In infantuli corpore quod virgineo mater fouebat in gremio, quid niſi veritas ſuſceptæ carnis apparuit? Quid in eo quòd cum matre paruulus inuenitur, niſi verus homo & verus hominis filius declaratur? Iam verò & in ſecunda apparitione vide ſi
I
Matt.3. non manifeſte vocis paternæ teſtimonio dei filius approbatur.Cœli nanque aperti ſunt ſuper eum,& deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in illũ, & vox patris audita eſt:Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene cõplacui.Satis equidem manifeſtum eſt ex hoc ipſo, ſatis euidens & indubitabile, quoniam dei filium neceſſe eſt deum eſſe.Nam & filios hominum homines, & ipſorum quoque animalium fœtus ex eodem cum eis genere eſſe nemo eſt qui dubitet.Veruntamen vt nullus ſacrilego errori remaneat locus,qui in prima apparitione verus homo & filius hominis eſt declaratus,& in ſecunda verus nihilo minus dei filius: in tertia iã verus deus & auctor naturæ probatur,ad cuius nutum natura mutatur.Nos ergo dilectiſſimi, Chriſtum Ieſum diligamus vt verum hominem & fratrem noſtrum, honoremus vt dei filium, adoremus vt deum. Secure credamus in eum,ſecure credamus ei noſipſos fratres mei, cui nec poteſtas deeſt ſaluandi nos,cum ſit verus deus & dei filius:nec bona voluntas,cum ſit tanquam vnus ex nobis verus homo, & hominis filius. Quomodo nanque nobis erit inexorabilis, propter quos factus eſt ſimilis nobis paſſibilis?Iam ſi deſideratis ſuper his appetitionibus aliquid ad ædificationem morum audire, illud attendite, quòd primo omnium Chriſtus appareat puer cum virgine matre,vt ſimplicitatẽ &verecundiam ante omnia quærẽdam nobis doceat eſſe. Nam & pueris ſimplicitas naturalis, & cognata virginibus verecundia eſt. Omnibus ergo nobis in conuerſionis noſtræ initio nulla magis virtus neceſſaria eſt,quàm ſimplicitas humilis,& gra- K
uitas verecunda. In ſecunda verò apparitione venit ſaluator ad aquas baptiſmi, non quidem lauandus, ſed magis à patre teſtimonium accepturus.Hæ ſunt lachrymæ deuotionis, in quibus non indulgentia peccatorum,ſed beneplacitum quæritur dei patris,cum deſcendit in nos ſpiritus adoptionis filiorum,teſtimonium perhibens ſpiritui noſtro quòd ſumus filij dei,vt melliſluam nobis vocem de cœlo videamur audire:quia verè deus pater in nobis complaceat ſibi.Nec parum diſtat inter has lachrymas deuotionis,& ætatis vtiq; iam virilis,atq; eas, quas primæua ætas inter infantiæ vagitus emiſit:lachrymas vtique pœnitentiæ & cõfeſſionis. Veruntamẽ longè amplius vtriſque procedunt aliæ quædam lachrymæ, quibus & infunditur ſapor vini.Illas enim lachrymas verè in vinũ mutari dixerim, quæ fraternæ compaſſionis affectu in feruore prodeunt charitatis: pro qua etiam ad horam tui ipſius immemor eſſe ſobria quadam ebrietate videris.

De circunciſione,baptiſmo & verbo domini ad Ioannem, Sic decet nos implere omnem iuſtitiam. Sermo IIII. Qui legitur in octaua Epiphaniæ.

POpulo duræ ceruicis cultellus erat neceſſarius,& lapi- L
deis cordibus meritò cultri lapidei debebantur, qualibus *Ioſue 5.*
à Ieſu Naue facta circunciſio memoratur. Noſter autem Ieſus tanquam agnus mãſuetus omnem auſteritatem abſtulit. Domine agnus es cum lana & lacte veniens :aufer à me obſecro cultellum iſtum.Durum enim videtur & crudele, paruulo recenter nato cultrum lapideum adhibere. Sic agit miſericors. Duritiam duris congruam ſeruis,filiis commutauit in manſuetudinem, vt rubiginem originalis peccati, quam vix cultellus eradere poterat,ex hoc iam cum vnctione gratiæ facilè lauet aqua.Nihil ergo mirũ ſi pro diuerſitate temporum mutata ſint ſacramenta:vt daretur vtriſque quod cõgruum erat eis.Ipſe verò Chriſtus vtrunque ſuſcepit, vt tanquam lapis angularis vtrique parieti cohæreret,ac ſi duarum capita corrigiarum conſuendo connecteret: ſicut & paſcha figuratum ipſe compleuit,& verum protinus inchoauit. Sed & propterea voluit circuncidi, vt oſtenderet auctorem ſe
Ioan.3. eſſe veteris legis, ſicut & euangelij,quoniam qui per ſeipſum ait, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, &c.ipſe idem per ſeruum ſuum prius dixerat: Omnis anima cuius præputij caro circunciſa non fuerit, peribit de populo ſuo. Quòd ſi ſolum baptiſma ſuſcepiſſet,videri poterat refugiſſe circunciſionem, tanquam nihil ad ſe pertinentem. Si
M
verò circuncideretur & non baptizaretur, quomodo mihi perſuaderi poſſet baptizari,circunciſione relicta? Nunc itaque poſt circunciſionem baptiſma ſuſcipiens, illud mihi tenendum tradidit, quòd vltimò ſuſcepit. Denique communitatis amator & commẽdator,qui habitare facit vnius moris in domo, quomodo cõmunitatem deſereret,& alios ſcãdalizaret? Sic enim ſcandalizarentur videntes eum non circuncidi,ſicut hodie ſcãdalizaretur eccleſia ſi infantem videret nõ baptizari. Nec ſolùm cõmunitatis & vnitatis bonũ commendare, ſed humilitatem voluit exhibere,vt ligaturam vulneratorum ſuſciperet,qui ſolus erat abſque vulnere.Hinc
Galat.4. enim Apoſtolus dicit:Miſit deus filium ſuum in mundũ, natum ex muliere,factũ ſub lege.Verùm ne quis fortè diceret, quòd circunciſus eſt,parentes fecerunt, paruulus enim erat: iam triginta annorum ad baptiſmũ ipſe perrexit. Inclinatur ſub baptiſtæ manibus caput tremendum poteſtatibus, principatibus adorandum. Quid mirum ſi baptiſta contremuit? Quis vel ipſa cogitatione non contremiſcat? O quàm altum erit in iudicio caput quod modo inclinatur? &vertex qui modo tam humilis videtur, quàm ſublimis & excelſus tunc apparebit?Sine,inquit, modo : ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.Siquidẽ qui in plenitudine temporis venit, &
Matt.3. in quo habitat plenitudo diuinitatis, nihil nouit niſi plenũ. Nam legem non venit ſoluere,ſed implere. Eſt autẽ iuſtitia quædã ſtricta & anguſta valde: ita vt quàm cito pedem verteris,in peccati foueam cadas,nec præponere ſe æquali, nec æquare prępoſito.Huius definitio eſt reddere vnicuiq; quod ſuum eſt.Altera latior & amplior iuſtitia, nec æquare ſe pari,nec inferiori præponere. Sicut enim grandis & grauis eſt

A ſuperbia præferre ſe æquali,aut æquare prælato: ita magnæ humilitatis eſt inferiorem ſe exhibere æquali, aut æqualem inferiori.Maxima & plena iuſtitia eſt ſe inferiorem exhibere etiã ipſi inferiori.Sicut enim ſumma & intolerabilis ſuperbia eſt ſuperiori ſe præponere:ita inferiori ſe ſubdere,ſumma & plena iuſtitia eſt. Quod Ioannes ait,Ego à te debeo baptizari:de prima fuit,quia ſuperiori ſe ſubdidit.quod autẽ Chriſtus fecit,de plena iuſtitia fecit: ſiquidem ille ſeruuli ſui manibus ſe inclinauit.Videat autem nunc quiſque quem imitetur, hunc an eum, qui extollitur ſuper omne quod creditur deus aut colitur.Studeamus & nos obſecro fratres adimplere omnem iuſtitiam.Ipſa enim eſt vía per quam ad lętitiã venitur.Nam lætitia præmium eſt:iuſtitia vero meritũ & materia. Nam de ipſa iuſtitia erit lætitia noſtra:quãdo Chriſtus apparebit vita noſtra: & nos apparebimus cũ ipſo in gloria: quoniã ipſe eſt qui factus eſt nobis à deo patre iuſtitia. Beati verò qui etiam nunc de iuſtitia lætantur & exhilarantur in conſciẽtiis ſuis:ſugentes mel de petra,oleúmque de ſaxo duriſſimo. Nunc autem videtur laborioſa iuſtitia: ſed veniet quando in ſuauitate & iucunditate ſine omni labore deſideretur & habeatur, & ametur & percipiatur, quãdo fruemur ipſa iuſtitia.Væ autem his qui prętergrediuntur viam,qui relicta iuſtitia,vanam & tranſitoriam lætitiam quærunt. Cum
B enim de tranſitoriis quærunt lætitiam,non poterit non tranſire tranſeuntibus his de quibus erat. Sicut enim lignis deficientibus deficit ignis:ſic mundus tranſit, & concupiſcentia eius:haud dubium quin & lætitia quoque.

Dominica infra octauam Epiphaniæ,Homilia de puero Ieſu duodenni.

Luc.3. IN illo tempore. Cùm factus eſſet Ieſus annorum duodecim, aſcendentibus parentibus eius Hieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti: cõſummatiſque diebus cum redirent, remanſit puer Ieſus in Hieruſalem: non cognouerunt parentes eius: & reliqua.

Homilia ſancti Bernardi.

Hæc homilia creditur eſſe Adilredi,abbatis cuiuſdã cœnobij Ciſtercienſis.

PEtis à me fili chariſſime, quatenus ex lectione euangelica, qua duodennis pueri Ieſu geſta narrantur,aliqua piæ meditationis & ſancti amoris eliciam ſemina: & ſportulis literarum commendans,tibi colligenda tranſmittam. Adhuc nuncius iſta ipſe loquebatur, & ecce ſenſi in ipſis medullis cordis mei, ex quanto, ex quali, ex quàm ardenti, ex quàm dulci tua id fraternitas petebat affectu,cum ſubitò mihi venit in mentem,vbi aliquando fuerim, quid ſenſerim, quid in me ipſo euangelica verba nonnunquam egerint vel cum legerentur,vel cum cantarentur. Reſpexi miſer,reſpexi,& vidi
C quam longè poſt terga, illa ſuauia & iucunda reliquerim, quàm longè ab his deliciis occupationum & ſollicitudinum me funes extraxerint,adeò vt quæ tunc tangere nolebat anima mea,nũc præ anguſtia cibi mei ſint.Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam,cum emiſſa ad me manus domini tetigit cor meum,& vnxit illud vnctione miſericordiæ ſuę,cernẽs in ipſo inquiſitionis tuę modo,quid luminis,quid ſplendoris tuus mihi inſtillabat affectus, cum inſinuari tibi flagitares, puer Ieſus triduo illo quo quærebatur à matre, vbi fuerit,quo ſit vſus hoſpitio,quibus cibis alitus, quorum delectatus conſortio,quibus negociis occupatus. Sentio fili mi ſentio ea ipſa q̃ familiariter, quàm affectuoſè, cum quibus lachrymis in orationibus tuis ſanctis ab ipſo Ieſu ſoleas ſciſcitari,cũ ante oculos cordis tui illa dulcis pueri dulcis ver
De puero Ieſu μελέτη. ſatur imago.Cũ illum ſpecioſiſſimum vultum ſpirituali quadam imaginatione depingis,cum oculos illos ſuauiſſimos ſimul & mitiſſimos in te iucundius radiare perſentis. Tunc,vt videtur mihi,intimo clamas affectu: O dulcis puer,vbi eras? Vbi iacebas? Quo vtebaris hoſpitio? Quo fruebaris conſortio?Vtrum in cælo?Vtrum in terra? An in domo aliqua interim morabaris,vel certè cum aliquibus tuæ ætatis puerulis, ſecreto loco cõliſtens,eis ſecretorum myſteria profundebas? ſecundum tuam in euangelio vocem:Sinite paruulos venire ad me,& nolite prohibere illos.Felices,ſi qui fuerũt illi, quibus tot diebus tam familiariter tuam præſentiam indulſiſti. Sed quid eſt mi dulcis domine? Quid? ſanctiſſimæ matri tuæ D
quærenti,dolenti,ſuſpiranti non compatiebaris?Denique ipſa & pater tuus dolentes quærebant te. Imò tu domina mea dulciſſima, cur dominum quærebas, quem Deum eſſe non ignorabas? An ne cruciaretur fame,ne frigore vexaretur, ne ab alio quolibet ætatis ſuæ puero iniuriaretur, formidabas? Nónne ipſe eſt qui paſcit omnia, omnia nutrit? qui fœnum agri quod hodie eſt,& cras in clibanũ mittitur,glorioſius Salomone veſtit & ornat? Quin potius domina mea, pace tua dico,dulciſſimum filiũ tuum cur tam facilè amiſiſti, tam incurioſè cuſtodiſti,tam ſerò quòd deerat,animaduertiſti? Vtinam & mihi inſpirare dignaretur ipſe Ieſus,quid illi ſic quærenti,ſic flagitanti,ſic æſtuanti, interno & ſpirituali ſermone reſponderit,vt nota tibi ſcriberem,& guſtata eructare ſufferrem. Videamus tamen ſi placet, quidnam ſit quòd dominus Ieſus in Bethleem naſcitur,latet in Aegypto, nutritur in Nazareth,& inde duodennis ad templum & metropolim ciuitatem aſcendit,nec tamen ſolus,ſed ſub parentum diſciplina. Vt quid iſta omnia? Quia profectò dux eſt dominus meus Ieſus, quia medicus, quia doctor. Quia vt dux exultauit vt gigas ad currendam viam,quia à ſummo cœlo egreſſio eius, & vſque ad Bethleem deſcenſus eius. Ibi plena cœleſtium odoramentorum relinquens veſtigia, poſuit tenebras, id eſt Aegyptum,latibulum ſuum. Et cum ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis lucem ſupernæ gratiæ infudiſſet,etiam Nazaret ſancta ſua præſentia nobilitauit. Sícque Nazarenus ef- E
fectus in templum introducitur:vtque puer diſcens,non docens, audiens & interrogans, & in his omnibus à parentum diſciplina non recedens.Sic domine,ſic præcedis miſeros,ſic ſanas ægrotos:hanc viam errantibus,hãc aſcendentibus ſcalam,hunc exulibus reditum demonſtras. Quis dabit me bone Ieſu tuis inhærere veſtigiis,& ſic currere poſt te, vt quandoque apprehendam te? Ego prodigus ille filius, qui accepi ad me ſubſtãtiam meam,nolens cuſtodire ad te fortitudinem meam,profectus ſum in regionem longinquam,regionẽ diſſimilitudinis,cõparatus iumentis inſipiẽtibus, & ſimilis redditus illis. Ibi diſſipaui omnia bona mea viuendo luxurioſè, & ſic cœpi egere.Infelix egeſtas, cui & panis defuit, & porcorum cibus non profuit:ſequẽs quædam animalia immundiſſima,erraui in ſolitudine, in inaquoſo. Viam ciuitatis habitaculi non inueni. Eſuriens & ſitiens anima mea in malis contabuit, & dixi: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo? Dum ſic clamarem ad deum, exaudiuit me deducens me in viam rectam, vt irem in ciuitatem habitationis. In quam, niſi in illam, quæ abundans panibus domus dicitur panis, id eſt Bethleem? Confiteantur tibi domine miſericordię tuæ,quia ſatiaſti animam inanem, & animam eſurientem ſatiaſti bonis. Pauper vtique ille qui de cœlo deſcendit, & poſitus in præſepio ſpi- F
ritualium cibus effectus eſt iumentorum. Et hæc quidem conuerſionis vita, quaſi ſpiritualis cuiuſdam natiuitatis initium, vt conformetur paruulo, paupertatis ſuſcipiamus inſignia, & facti vt iumentum apud te domine, præſentiæ tuæ deliciis perfruamur. Sed quia ſcriptum eſt, Fili accedens ad ſeruitutem dei,ſta fortiter,& præpara animam tuam ad tẽtationem. Abſcondit modicùm faciem ſuam dominus Ieſus à nobis: non vt diſcedat,ſed vt lateat. Ecce Aegyptus, ecce tenebræ, ecce turbatio. Sedentes quippe in tenebris,& in vmbra mortis, ex parte iucunditatis inopia vincti, & compediti ferro, proprij videlicet duritia cordis, neceſſe eſt vt clamemus ad dominum cum tribulamur: & ipſe de neceſſitatibus noſtris eruet nos. Luce enim conſolationis ſuæ diſſipans tenebras huius tentationis, & gratia internæ compunctionis rumpẽs vincula interioris duritię,ſereniori vultu nos præcedit in Nazareth,vt ibi inter flores ſcripturarum,& virtutum fructus,ſeniorum diſciplina nutriti, duodecim annis delicias fortiamur. Sicut enim dominus Ieſus in nobis naſcitur & cõcipitur,ita profectò creſcit & nutritur in nobis, donec occurramus omnes in virum perfectũ,in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti. Cũ ergo factus eſſet Ieſus annorũ duodecim,aſcendẽtibus illis in Hieruſalẽ ſecundũ conſuetudinẽ diei feſti,cũ redirẽt,remãſit puer Ieſus in Hieruſalẽ. Primùm itaque ne nos prætereat huius hiſtoriæ ſuauitas, ſciendum id

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gid moris fuisse Iudæis, vt ascendentes ad diē festum, seorsum viri, seorsum mulieres incederent, ne forte aliquid coinquinationis subreperet, præscribente lege diuina vt mundi tantùm sacris solennibus interessent. Vnde credibile est puerum Iesum illo tempore nunc patri & viris adhærentibus ei, nunc matri & mulieribus comitantibus eam, suæ præsentiæ dulcedinem indulsisse. Cogitemus ergo quanta eorū fuerit felicitas, qui tot diebus viderūt faciē eius, & mellifluos eius sermones audierunt, & considerauerūt in homine & puero insignia quædam cœlestis radiare virtutis: & inter confabulationes mutuas concessum est mysterium sapientiæ salutis inserere. Stupent senes, admirantur iuuenes, & suæ tunc ætatis pueri deterrentur morum eius grauitate, & sermonum pondere. Credo enim in illo speciosissimo vultu tantam gratiæ cœlestis elegantiam refulsisse, vt omnium in se conuerteret aspectum, auditum erigeret, excitaret affectum. Cerne, quæso, quemadmodū à singulis rapitur, à singulis trahitur. Senes osculantur, amplectuntur iuuenes, pueri obsequuntur. Quæ lachrymæ pueris, dum diutius à viris tenetur? Quæ sanctis mulieribus querimoniæ, cum paulo plus cum patre & eius
Cantic. 1. sociis moraretur? Credo singulos pclamare intimo affectu:
H Osculetur me osculo oris sui. Et pueris eius præsentiam suspirantibus, senum contuberniis se inserere non audentibus,
Cantic. 8. illud facilè coaptatur: Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meę, vt inueniam te foris, & deosculer? Cum hac igitur iucunditate ingredientibus cunctis ciuitatē sanctam contemplare rogo inter singulas familias quàm pia fuerit ac sancta cōtentio, cunctis desiderātibus eius sibi præsentiam dulcissimā indulgeri. Hæc felix quæ vicit. Fortè ob hanc causam consummatis omnibus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem: & nō cognouerunt parentes eius. Arbitrans enim vnusquisque quia esset cum altero, vtpote qui amabatur ab omnibus, & ab omnibus petebatur: nō cognouerunt parentes eius quòd abesset, donec itinere diei expleto, per singulas familias quæ simul ascenderant, quæreretur inter cognatos & notos. Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem: post triduū autem inuenerūt eum in templo. Per illud itaque triduum vbi eras bone Iesu? Quis cibum aut potum ministrauit? Quis detraxit calciamenta? Quis membra puerilia vnguentis fouit & balneis? Scio certè, quia sicut voluntatem nostram sumpsisti in infirmitatem: ita cum velles, propriam ostendisti virtutem, & ita cum velles, his obsequiis non eguisti. Vbi ergo eras domine Iesu? De his omnibus æstimare vel coniicere vel opinari libet aliquid, affirmare autem temere nihil licet. Quid dicam Deus meus? An,
I vt te per omnia nostræ conformares paupertati, & in te humanæ naturæ calamitates susciperes, quasi vnus è turba pauperum stipem per ostia mendicabas? Quis dabit me buccellarum illarum sic mendicatarum participem fieri, vel saltem diuini illius edulij reliquiis saginari? Sed vt hęc ad sensus sublimioris secreta vertamus, prima fortè die paternis se vultibus præsentauit, non vt illi considēret, sed vt ordine susceptæ dispensationis paternam vocem consuleret. Non absurda videtur talis opinio, si æstimetur quòd dei filius de his quæ diuinæ naturæ sunt, simul ipse cum patre & spiritu sancto coæqualis & consubstantialis vtrique, disposuerat in forma serui quam susceperat, homo paruus deum magnum consulere, non vt disceret, quod ipse cum patre in forma dei æternaliter nouerat, sed vt ipsi patri per omnia deferret, obedientiam offerret, præferret humilitatem. Ibi igitur in illo secreto cubiculo patris de baptismate agebat susceptādo, de eligendis discipulis, & condendo euangelio, de miraculis faciēdis, postremò de tolerātia passionis, de resurrectionis gloria. Cunctis diuino modo dispositis, altera iam die angelicis & archangelicis choris suauitatem sui vultus indulsit, referénsque antiquam ciuium supernorum ruinam post modicū reparandam, vniuersam lætificauit ciuitatem dei. Iam tertia die se cuneis patriarcharū & prophetarum immiscens, ea quæ à sancto sene Simeone dudum audierant, proprij vultus manifestatione approbauit. Sicque expectationis illorum moras, instantis iam redemptionis promissione consolans, animæquiores atque alacriores reddidit vniuersos. Meritò igitur post triduum inuenitur in templo in medio doctorum & seniorum, vt paternæ pietatis de hominum reparatione K
consilium sicut angelis & sanctis carne exutis (quantum videbatur) propalauerat, in omnium locorum sacratissimo tēplo Hierosolymitico, & his primò qui preciosissimum huius promissionis thesaurum in sacris literis versabant, paulatim inciperet reserare, primùm audiens & interrogans, deinde sacratissima mysteria prodens. Denique mirabantur omnes super prudentia & responsis eius. Data est hæc pueris & adolescentibus, humilitatis & reuerentiæ forma, vt in medio seniorum taceant, vt audiant, interrogent vt discant. Indica *Institutio pueriles.*
mihi dilectissima domina mea, mater domini mei quid tibi fuerit animi, quid stuporis, quid gaudij, cum dulcissimum filium tuum dominum Iesum inuenires non inter pueros, sed inter doctores: cum omnium oculos in ipsum intentos, omniū cerneres aures ad ipsum arrectas: cum de prudentia eius & responsis pusilli & magni, docti pariter & indocti loquerentur? Inueni, inquit, quem diligit anima mea, tenebo illum, nec dimittam. Tene ô dulcis domina, tene quem diligis: & triduanam eius absentiam multiplicatis deliciis recompēsa. Fili quid est quod fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.] Iterum domina mea dico tibi: Quid dolebas? Credo non famem, non sitim, non inediam timebas puero, quem Deum noueras: sed tantùm subtractas vel ad L
modicum ineffabiles præsentiæ eius delicias querebaris. Tā enim dulcis est dominus Iesus gustantibus eum, tam speciosus ad videndum, tam suauis ad amplectendum, vt breuis eius absentia, maxima doloris materia sit. Quid est quòd me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Iam hic cœlestium mysteriorum, in quibus per triduum fuerat obseratum, incipit reserare secretum: vt humilitatis & obedientiæ simúlque proprię voluntatis deserendæ seniorum præceptis, etiam vtilibus prætermissis, obtemperandi expressius & excellentius commendaret exemplum, cum his tam sublimibus, tam vtilibus, tam denique necessariis prætermissis, seniorum se subdit voluntati, vt ait Euangelista: Et descendit cum eis, & erat subditus illis. Sed quid est quod ait Euangelista, scilicet quòd ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus fuerat? Non hoc de Maria dictum arbitror, quæ ex quo spiritus sanctus superuenit in eam, & ei virtus altissimi obumbrauit, nullum filij consilium potuit nescire, sed cæteris nescientibus, siue non intelligentibus quod dixerit: Maria vt sciens & intelligens conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Memoria conseruabat, meditatione ruminabat, & hæc cum cæteris, quæ de eo viderat & audierat, conferebat. Ita etiam beatissima virgo tunc misericorditer prouidebat nobis: ne tam M
dulcia, tam salubria, tam necessaria aliqua negligentia laberentur, & propterea nec scriberentur, nec prædicarentur, & sic sequentes huius spiritualis Mannæ deliciis fraudarentur. Omnia igitur hæc virgo prudentissima fideliter conseruauit, verecundè tacuit, opportunè prodidit, & sanctis discipulis & Apostolis prædicanda commisit. De his verò quæ sequuntur, Iesus proficiebat ætate, & sapientia, & & gratia apud Deum & homines: multi multa dixerunt, & diuersi diuersa sentiunt, de quorum sententiis non est nostrum iudicare. Alij animam Christi ex quo creata est, & assumpta in Deum, æqualem cum Deo sapientiam habuisse putarunt: Alij vero creaturam creatori adæquare timentes, sicut ætate, ita eum sapientia profecisse dixerunt, Euangelistæ inritentes auctoritati, qui ait: Iesus autem proficiebat ætate, & sapientia, & gratia. Nec mirum, inquiunt, si minor dicatur fuisse sapientia, cum mortalis atque passibilis, atque per hoc beatitudine minor tunc fuisse veracissimè prædicetur. De horum sententiis iudicet quisque vt velit: mihi sufficit scire & credere dominum Iesum ex quo cum deo in vnam est assumptus personam, fuisse perfectū deum, ac per hoc perfectam sapientiam, perfectam iustitiam, perfectam beatitudinem, perfectam fuisse virtutē, & esse: & quicquid de eo secundum substantiam dici potest, de eo potuisse dici etiam cum in vtero fuisset matris, non ambigo. Nec ideo aut resurrectionem, aut mortalitatem, aut passibilitatem abrogamus, cum eum non phantasticè, sed vere hominem esse confiteamur, & veram hominis fuisse naturam, in qua potuit

A tuit proficere. Vtrum ætate aut sapientia, ipsi videant, qui de huiusmodi contendere norunt. Tu autem fili quæstiones nō quæris, sed deuotionem: nec vnde lingua acuatur, sed vnde animus excitetur. Et propterea his quæ ad historiam pertinent, interim prætermissis, ad spiritualem intelligentiam enucleandam, sicut ipse de quo loquimur, inspirare dignabitur, transeamus. Nunc redeundum est ad te fili charissime, cuius animus est conformari Christo, & vestigiis Iesu arctius inhærere: si forte sufficiam de euangelica lectione tuum tibi explicare profectū, vt hoc ipsum legas in his schedulis, quod in te ipso suauius experiris. Credo enim te transisse ad Nazarenos de Bethleemitica paupertate diuitias, & iam duodenum effectū de floribus Nazarenis ad fructus Hierosolymiticos ascendisse, vbi non tam in codicibus, quàm in propriis moribus hæc mystica valeas lectitare. Sicut enim Bethleem vbi Christus paruulus & pauper nascitur, bonæ vitæ est inchoatio, sicut Nazareth vbi nutritur, virtutum est exercitatio: ita Hierusalem ad quam dominus ascendit, est cœlestium secretorum contemplatio. In Bethleem enim paupereſcit, in Nazareth diteſcit, in Hierusalem affluit deliciis. Paupereſcit quippe perfecta mundi abrenunciatione, & diteſcit virtutum perfectione, ac deliciis affluit, & spiritualium saporū dulcedine. Ascendendum quippe est à conualle plorationis inter aspera tentationis, per plana exercitij spiritualis, ad alta
B luminosæ contemplationis. In Bethleem nouæ conuersationi dedicatur infantia, quæ rationis impotens, neminem lædit, neminem fallit, libera cupiditatis, suæ voluntatis insciа, neminem iudicat, nulli detrahit, nihil cupit, nec de præsentibus anxia, nec de futuris sollicita, alieno tantùm sustentatur iudicio. Hanc nobis infantiam vas electionis commendans, Si quis, ait, inter vos sapiens voluerit fieri, stultus fiat, vt
1. Cor. 3. d Matt. 18. sit sapiens. Et dominus in Euangelio: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Hac itaque quælibet anima initiata infantia, Post Herodianas persecutiones, si cœperint in ea quasi in agro fertilissimo virtutum flores vbique pullulare, non immerito Nazareth quę flos interpretatur, quasi septēnis inhabitans, duodecimum annum feliciter expectabit. Primo quidem necesse est vt ager cordis nostri peccatorum nostrorum recordatione, & infirmitatis nostræ consideratione intercoretur: deinde tentationum vomere multiplici fatigetur, vt sic virtutum semina flores pariant spiritualium exercitiorum. Ergo illum à quo iam spiritus timoris vitia antiqua & inolitas cupiditates resecuerit, vnius anni puerum æstimato. Si deinde mitem eum & obedientem spiritus pietatis effecerit, biennem spiritualiter iudicato. Iam si spiritus scientiæ, suæ infirmitatis cognitionem, & auxilij diuini desiderium infuderit, triennem non dubites accessisse. Quem si contra tentatio-
C nes & carnales delectationes, quæ militāt aduersus animam, spiritus fortitudinis immobilem reddiderit ac robustum, annorum quatuor puerum admirare. Accedat spiritus consilij, & virtute discretionis quinquēnem faciet. Cui si spiritus intelligentiæ meditationem sacræ legis indulserit, ad sexti anni ætatem felici progressu peruenit. Septimum annum spiritus sapientiæ aduehit, quæ de legis diuinæ meditatione procedit. Quatuor vero virtutes cardinales quasi quatuor etiam annorum lucem animę inuehunt proficienti, quibus nihil est
Sapien. 8. in vita vtilius hominibus, sicut de ipsis scriptum est. Sobrietatem enim docet, & prudentiam, & iustitiam, & virtutem, quibus nihil est vtilius, hæ sunt præcedētium virtutum moderatrices, sine quibus cæteræ nec honeste haberi, nec perseuerāter possunt seruari. Facit enim sobrietas, quæ alio nomine temperantia dicitur, ne sit ipsarum virtutum immoderata progressio. Prudentia, ne sit earum indistincta confusio. Iustitia, ne sit virtutum vsus immoderatus. Virtus quæ fortitudo dicitur, vt perseuerāter earum teneatur affectus. Sequitur annus duodenus, isque contemplationis, quæ ad ipsam cœlestem Hierusalem animam subleuat æstuantem, quæ cœlum referat, quæ portas paradisi aperit, quę sponsum ipsum, sponsum speciosum forma præ filiis hominum, quasi per cācellos prospicientem, puris mentis oculis exhibet cōtemplandum,
Canti. 4. vt vocem illā suauissimam mereatur audire: Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Immaculata sordibus peD
catorum vel passionum, euolans à retibus occupationū, oblita malorum præteritorum, euanescentibus imaginibus exteriorum creaturarum, cordis sui faciem ad cernendū quem diligit, summa auiditate sustollit. Et ideo audit, Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fauus distillans, labia tua. Hyems, inquit, transiit imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Hi sunt flores, odoriferi nimirum, licet adhuc in quadam nouitate, virtutes quę post hyemem persecutionum, & imbrem tentationum, in agro peccatoris bene proficientis feliciter oriuntur: quarum Christus decore simul & odore delectatus, ab inferioribus eā ad superiora inuitans, hyems, inquit, transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Et quoniam pro gemitu compunctionis, aperitur vita contemplationis: adiccit in sequentibus, Vox turturis audita est in terra nostra. Recole fili quid soleas in angulis susurrare, cum scilicet ad instar turturis, quę auis castissima est, soliuaga & gemebunda, latebras quæris. Et licet inter multos constitutus sis, solitudinem tibi ædificas quotidianam, quoniam gemis, quoniam æstuas, quoniam quæris quem diligit anima tua: & amoris vim patiens, iam optas videre quem amas, cui nunc blādiris, & nunc ad amoris & desiderij intentionem suauiter illum peruestigas, nunc moras accusas, nunc te cernis contemptum, nunc te visitatione confiteris indignum: & iterum de eius totiens experE
tus bonitate præsumis: nunc quasi vlterius non sustineas, spirituali quodam litigio vel luctamine euincere retardantem conaris. Quæ tunc lachrymæ? Qui gemitus? Quæ suspiria? Quæ voces? Nunc oculi fletu graues cum intimis singultibus eriguntur ad cœlum, nunc manus extenduntur & brachia, nunc pectoris contusione animæ tarditas accusatur. Proferuntur interim verba sine principio, sine fine, quorum nec sententiæ cohærent sibi, nec rationes similes sunt, nec alicuius linguæ sensus vel idioma seruatur: quando vox aliquando respondet affectui, & iterum vocem affectus intercipit. Gaudet certè pius ille Iesus tali certamine superari: & talis animæ tali instantia delectatus, ad circunstātes angelos gloriatur: Vox turturis audita est in terra nostra, In terra viuentium. Vox talis animæ sic æstuantis auditur, cum talis desiderij odor suauissimus vniuersam demulcet ciuitatem Dei. Sic tibi in angulo quasi Heliæ in spelunca primò transit
3. Reg. 19. 8 spiritus grandis subuertens montes, & conterens petras. Nō in spiritu dominus. Et post spiritum commotio, sed non in commotione dominus. Et post cōmotionem ignis, sed non in igne dominus. Post ignem sibilus aurę tenuis, & ibi dominus. Hi sunt quidam gradus per quos in oratione mens compuncta cōscendit, quasi virgula fumi ex aromatibus myrrhæ
Canti. 3. & thuris, & vniuersi generis pulueris pigmētarij. Sed hæc tibi ipsi nō tam inuestiganda quàm ipsa tua oratione animadF
uertenda committo. Diligenter ergo attendas cum qua primùm difficultate nōnunquam ingrederis cubiculum pectoris tui, vt inuenias tibi speluncam in qua quodammodo sepeliaris ab omnibus quę mundi sunt, & ores patrem tuum in absconditio. Videtur aliquando cor in modum silicis durissimæ. Videtur quasi mons aliquis interiacens interiorem aspectum ab omnibus spiritualibus excluisse, donec spiritus grādis pertransiens subuertat mōtes, & cōterat petras ante dominum. Quem nimirum spiritum sequitur commotio, quoniam mens quadam compunctione resoluitur, & fluentibus lachrymis quicquid in se sordidum est vel āduersum, cōmota interiori cōtritione detergit. Vnde orta spe, igne ineffabilis desiderij exardescit, & spirituale quoddam certamen init cum deo, donec sibilus auræ tenuis illapsus præcordiis, leni tactu perstringit affectum, & cunctis motibus, cūctis dissensionibus, cunctis verbis, cunctis cogitationibus imponēs silentium, vsq; ad ipsas Hierusalem cœlestis delicias animam subleuat contemplatiuam. Tunc ille diu quæsitus, toties rogatus, tam ardēter desideratus speciosus forma præ filiis hominum, quasi per cancellos prospiciēs inuitat ad oscula, Surge, inquiens, propera amica mea, & veni. Tunc ingrediens Hierusalem transit in locum admirabilem, vsque ad domum dei, in voce exultationis & confessionis. Tunc amplexus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tunc oscula. Tunc inueni quem diligit anima mea. Tenui illum, nec dimittam. Tunc in Hierusalem affluit deliciis, & fruitur bonis, & diem festum cum exultatione colit. Obsecro itaq; fili charissime memẽto mei, cum bene tibi fuerit, vt sug geras dilecto tuo, regi tuo, qui est in sancto, vt educat me de isto carcere, de his tenebris, de his vinculis: vt tandem aliquando respirem in prioris gaudij libertatem. Sentiam & ego quàm magna multitudo dulcedinis illius quam abscondit timentibus se. Sed heu heu rara hora, & parua mora. Felix anima, quę triduo poterit cõmorari in his deliciis. In his tribus diebus, contemplationis lucem non inconuenienter intelligo: quoniam quicquid de Deo poterit mens illuminata sentire: aut ad potentiam, eius, aut ad sapientiam, aut ad bonitatem credimus pertinẽre. Cernitur itaque dominus Iesus aliquando fortis & potens in prælio, vt scias te vel vt sentias te, si dilexeris eum, contra mundum, contra diabolũ, contra omnem principatum & potestatem eius dextera protegi, cui resistere nemo potest, sub quo curuantur qui portant orbem: qui si tenuerit aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, euertent terram. Si igitur spiritus potestatem habẽs ascenderit super te, si stimulos acediæ exagitauerit, si aculeos diuersarum passionum accenderit, si aduersum te commouerit mundum, si inflammauerit persecutiones, si times, si trepidas, si per singula momenta nimis quàm formidas, & ita ad Iesum tuum anxius curris, ploras, exponis pericula, opem flagitas: aderit tibi quem diligis, in specie potentissimi regis: & secundum orationem sancti Dauid, apprehendet arma & scutum, & exurget in adiutorium tibi. Audiésque, Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum. At si secretorum cognitionem vel cuiusuis alterius solutionem tibi desideras reuelari, si mundanæ confusionis causas & rationes anxius admiraris, si mouentur pedes tui, quia pacem peccatorum vides, qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur: quæris diuersorium vbi cum Iesu solus cum solo fabuleris: clamas cum Hieremia: Iustus quidem tu es domine, si disputem tecum: veruntamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum prosperatur? Sic itaque quærenti aderit ille magister qui docet solus hominem scientiam: qui habet clauem sapientiæ, & aperit, ac nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Aderit in specie doctoris suauissimi, in cuius dextera ignea lex, vt te illuminatione, cognitione & charitate, quæ ex legis meditatione procedit, inflammet. Porrò in sinistra eius virga æquitatis, virga regni: vt & quærentis præsumptionem arguat, & curiositatem compescat. Postremò si hæc omnia etsi magna, etsi splendida, etsi subtilia, vnius tamen oculi desiderio, suauissimorum labiorum illius vno tantùm tactu non fastidias, sed incipias querulis vocibus clamare cum propheta: Quæsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram: Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt mueniam te foris, & deosculer te? Veniet certè tibi in odorem vnguentorum, & aromatum: sicque cœleste & diuinum quoddam trementi imprimens osculum, omnia viscera tua ineffabili iocunditate perfundet, vt clamare delectet: Diffusa est gratia in labiis tuis. Quum legem & prophetas legis, animaduerte diligenter, & inuenies ipsas apertiones & contemplationes multoties in figuris & ænigmatibus quibusdam delignatas. Sunt enim multa genera contemplationis, ac spiritualium visionum, quæ tamen omnia vel ad Dei potentiam, vel ad Dei sapientiam, vel ad Dei benignitatem pertinere noscuntur. Nam si cogitetur deus respectu omnium vt causa quorundam, vt sint, quorundam autem, vt rationales, ac per hoc sapientiæ capaces sint, multorum etiam vt beati sint: primum potentiæ, alterum sapientiæ, vltimum ascribam bonitati. Potentiæ quidem est, quòd sine ipso nulla creatura subsistit. Sapientiæ, quòd sine ipso nulla doctrina instruitur. Bonitatis, quod sine ipso nullus rei vsus expedit. Apud ipsum secura sunt omnia: cum nihil sit quo eius turbari possit potentia. In ipso creata sunt omnia, cuius non potest falli sapiẽtia. Ex ipso recta sunt omnia: cuius natura nulla potest deprauari malitia. Ergo in rerum creatura contemplamur eius potentiam, in forma sapientiam, bonitatem in vsu. Sanè in his quæ in carne gessit, si contemplari malueris, hunc ipsum triduanę lucis splendorem facile intueberis. Si iacentem in præsepio, si in brachiis vagientem, si pendentem ad vbera, si inter vlnas Simeonis paruulum oculis illuminatæ mentis aspexeris, bonitatis eius opera interius admirare. Si vultum eius igneum, flagellum quoque de resticulis, vocémque terribilem, quibus vendentes & ementes in templo terruit, quibus euertit cathedras nu mulariorum, quibus insuper columbarum venditores eiecit, considerare delectat: tantæ virtutis potentiam expauesce. At si iocundum ducis insidias scribarum & Pharisæorum toties deprehensas, callidas eorum obiectiones responsionũ illius prudentia confutatas, oculata mente perspicere, sapientiæ eius lucem clarius emicare persenties. Ita quoque fuit potentiæ, quòd fugauit dæmones, quòd turbas pauit, quòd calcauit maria, quòd Lazarum vocauit de monumento: & tamen non minoris sapientiæ fuit, quòd vt principes huius mundi fallerentur, inter diuina miracula à diabolo se tentari permisit, quòd velut egens esurierit, quòd in naui dormierit, quòd crucem moriturus ascenderit. Verùm quia in bonitatis illius meditatione libentius immoraris, ingredere (quæso) domum Simonis Pharisęi, & intuere attentius quàm pio, quàm suaui, quàm iocundo, quàm clementi vultu humi prostratam respicit peccatricem. Quàm compatienti processu illos pedes pœnitentis lachrymis irrigandos præbeat, & capillis quos sibi hactenus superba & lasciuia vendicauerat, detergendos, labiisque tot scelerum fœditate pollutis diligẽter osculandos. Osculare, osculare ô beata peccatrix pedes dulcissimos, suauissimos, speciosissimos, quibus caput serpentis conteritur, ante quos antiquus hostis egreditur, quibus calcantur vitia, quibus mundi omnis sternitur gloria, quibus superborum & sublimium colla mira virtute premuntur. Osculare inquam, & felicibus allambe labiis vestigia quæ nullus peccator post te exhorreat: nullus quãtumlibet criminosus refugiat: nullus expauescat indignus. Osculare, complectere, stringe, & angelis & hominibus adoranda vestigia pœnitentiæ & confessionis vnguento perfunde, vt tota domus impleatur odore vnguenti. Veh, veh tibi ô Pharisæe, cui est odor mortis in mortem, qui times alienis maculari peccatis, cum te timor proprius deterius fœdiusque maculet. Nescis quàm suaue redoleat misericordiæ, miseræ huius peccatricis miseria. Quam dulce sapiat pietati, confessio pura peccati. Quàm gratum sit illi sacrificium cordis contriti: quàm citò consumat peccatum ardens dilectio. Denique dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Gratia tibi ô beatissima peccatrix, ostendisti mundo tutum suis peccatoribus locum, pedes scilicet Iesu, qui neminem spernunt, neminem proiiciunt, neminem repellunt, suscipiunt omnes, omnes admittunt. Vbi certè vel æthiopissa mutat pellem suam, vbi pardus mutat varietatẽ suam, vbi solus Pharisæus non expurgat superbiam suã. Quid agis, ô anima mea, ô misera mea, ô peccatrix mea? Habes certè in te tuas lachrymas, habes vbi fœda tua oblectamẽta sacris osculis purges: & totũ affectionis tuę vnguentum securè sine aliquo metu vitij infundas. Quid dissimulas? Erumpite ô dulcissimæ lachrymę, erumpite: cursum vestrum nullus impediat. Rigate sacratissimas plãtas domini mei, saluatoris mei, susceptoris mei. Nam siquis Pharisęus submurmuret, siue me à suis aspectibus arcẽdum cẽseat, siue fimbrię suę tactu indignũ iudicet, subsannet, irrideat, auertat oculos, contineat aures, nihilo minus tuis inhærebo vestigiis Iesu, meis stringam manibus, premam labiis, nec à lachrymis cessabo vel osculis, donec audiã, dimissa sũt ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Est ergo dies prima, qua anima sitiẽs deum speculatur, & in amœnitatibus diuinæ potẽtiæ quasi in templo Hierusalem cõmoratur. Secunda sapientiæ illius admiratio. Tertia bonitatis & dilectionis prælibatio. Ad primam pertinet iustitia, ad secundam scientia, ad tertiam misericordia. Iustitia terret, scientia docet, misericordia fouet. Introibo in potentias domini, domine memorabor iustitię tuę solius. Ecce iustitia, Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Ecce scientia. Quoniam melior est misericordia tua super vitas. Ecce misericordia. Et in prima die, timor qui ex iustitiæ consideratione procedit, animam purgat. In secũda,

Hiere.12.a *Psal.34.a* *Esa.41.* *Psal.39.b* *Deut.33.* *Psal.44.* *Psal.70.* *Psa.50.* *62.a*

A da, sapientia illuminat. In tertia, illuminatam bonitate dulcedinis suæ remunerat. Cernis, ni fallor, quàm necessarium sit & vtile inter bonorum operum exercitia, per triduum hoc Hierosolymiticas frequentare delicias, in quibus timor administrat panem doloris: scientia vinum exultationis: bonitas lac consolationis. Scio te hunc mirari quòd delicias dixerim, quibus dolorem non deesse commemoraui, cum expertus sum sæpius, quòd dolorẽ illum qui de casto timore procedit, omnibus huius mundi deliciis mens compuncta præponit. Et hæc dicta pro modulo experientiæ nostræ. Cæterum viri excellentioris meriti, & capacioris ingenij, animæq; purgatioris, in tribus his subtiliora ac profundiora rimantur: in potentia scilicet dei profunda iudicia: in sapientia secreta consilia: in bonitate eius misericordię dona ineffabilia. Denique Paulus ingressus in potentias domini, & abyssum iudiciorũ eius expauescens, ô homo, inquit, tu quis es vt respondeas deo? nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, cur me fecisti sic? Sed & thesauros sapientiæ eius admirans ait: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Diuitias quoque bonitatis eius commemorans, An diuitias, inquit, bonitatis Dei contemnitis? Post triduum igitur inuenerunt eum in templo, haud dubium quin Maria & Ioseph: altera mater, alter nutricius. Inuenitur itaque spiritualis spiri-
B tualium contemplator non in quolibet loco, sed in templo. Habet enim Hierusalem atrium, habet portas, habet templum. Et atrium aliquando patet quidem inimicis, portæ autem patefiunt solis amicis, ingressus verò templi non indulgetur nisi perfectis. Igitur qui in temporalibus æterna, in terrenis cœlestia, in humanis diuina, in creaturis creatorem valet inspicere: quasi in atria cœlestis Hierusalem introductus exultet. Hucusque philosophi quasi inimici, in atria intelligentiæ suæ vim poterant extendere, sicut dicit Apostolus: Quod enim notum est dei, manifestum est in illis, inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas. Qui verò in scripturis sanctis ablato velamine reuelata facie gloriã dei poterit contemplari, de ingressu portarum Hierusalem glorietur. At si pinguedinem intimæ dilectionis, & tuę adipem affectionis in cordis ara cœlestis desiderij flamma succenderit, & ascenderit fumus aromatum de flagrãtia orationis, sicque oculus mentis in ipsa cœli secreta radium porrexerit, & cordis quoque palato illius diuinæ dilectionis felix tactus sapuerit: cum holocausto gratissimo tẽplum Hierusalem frequentasti. Sed anima sancta in his deliciis cõmorante, dolet mater, mater & nutricius conqueruntur, & quęrunt: inuentum tandem Iesum leui increpatione castigant, & reducunt ad Nazareth. Hæc maximè viris spiritualibus congruunt, quibus dispẽsatio verbi dei vel animarum cura commissa est. Porrò nutriciũ nostrũ nihil liberius dixerim quàm
C spiritum sanctum: matrẽ verò nil rectius quàm charitatẽ. Si nos fouent & promouẽt, pascunt & nutriunt, & geminæ affectionis dei videlicet & proximi lacte reficiunt: ij nos in studiis sanctis quasi in Nazareth tenent & sustinent, ij nos consolantur in tristibus, ij in dubiis consulunt, ij fessos roborant, ij sanant contritos corde, & alligant contritiones eorum: horum auxilio de Nazareth transimus in Hierusalem, de labore ad requiem, de fructu bonæ actionis ad secreta contemplationis, ij nobis æterna lege præscribunt, vt pro cura proximi non negligamus ex toto contemplationem Dei: nec rursus pro deliciis contemplationis, curam proximi omittamus. Vnde non immeritò si quieti plus quàm oportet indulgeamus, de nobis charitas fraterna conqueritur: nec gratam habet nostram in Hierusalem commorationem, si aliis quibus nostra solicitudo prospicit, senserit imminere ex nimia quiete perniciem. Plerunque enim nobis vel secretis meditationibus vel priuatis orationibus postposita actione mentis, si plus quàm subditis expedit, immoremur mediis deliciis, spiritu nimirum operante, & charitate suggerente, subitò venit in mentem memoria infirmorum, vt illum cogitemus contristatum expectare à paternis visceribus consolationem: alterum tentatum explorare quando procedens in publicum pater ei afferat suo sermone solamen. Illum iræ stimulis agi-

Rom.9.c *Rom.1.*

tatum, quando non habeat vbi conceptum virus confes- D
sione salubri euaporet, aduersus patrem submurmurare: alterũ acediæ spiritu victum, vt inueniat cui loquatur, quem consulat, huc illúcque discurrere. Tali itaque suggestu progresso ex paternis cordibus, quasi increpantem audimus matrem charitatem, Fili quid fecisti nobis sic? Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Non cum iniuria dicimus spiritum sanctum vel charitatem tu sanctis etsi adhuc minùs perfectis aut dolere aut conqueri, cum ipse spiritus gemitibus inenarrabilibus interpellet pro nobis, qui & loqui, & contristari, & talia agere in sanctis consueuit. Quod si contra huiusmodi necessitates amator quietis in ipsis animę affectibus murmuret dicens, Nónne in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? nihilo minus considerans spiritus rationalis quòd ideo Christus mortuus est, vt qui viuit, non sibi viuat: descẽdit cum eis, & est subditus illis. Securè descendit cum tali nutricio, & cum tali matre descendit feliciter. Descendit, qui spiritu dei actus, charitatem inferioribus ostendit. Descendam libens cum his ducibus in Aegyptum: si tamen ducunt reluctantem, si cogunt descendere, & reconscendere faciunt. Libenter subdar tali matri, libens supponam humeros oneri quod imposuerint, libens suscipiam iugum cui me subdunt, sciens quia iugum eorum suaue est, & onus eorum leue. Sed & si te fili mi à talibus curis liberum adhuc sub alis suis Chri- E
stus abscondat, quòd prælatis incumbit facere, ne subditi pe-
riclitentur, hoc ipsum expedit prouidere ne socij scandalizentur, illi necessitates quandoque præponunt contemplationis deliciis: tu eas non præponas vnitati & paci congregationis. Præcipuè hæc ipsa spiritualium vicissitudinum tempora quando suppetunt, vel descendas ad Nazareth, vel ascendas in Hierusalem: nunquam solus, id est proprię voluntatis arbitrio, sed semper seniorum distingue consilio. Ecce habes fili charissime quod petisti, licet tuo affectu, tuaque contemplatione nihil dignum: voluntatis tamen meæ, aut qualiscunq; conatus aliquod, ni fallor, indicium, Scias igitur quia non tam euangelicam lectionem exponere, quàm ex ea aliquam meditationem, sicut rogasti, elicere curauimus: & legentibus incitamenta deuotionum ex huius serie lectionis euangelicæ composuimus, ipsius adiuuante gratia, de cuius loquitur infantia, qui plenus est virtute & gratia & sapientia, Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Dominica prima post octauas epiphaniæ, de miraculo facto in nuptiis: & de eo quod dominus ait: Et vos similes hominibus expectantibus, &c.

Sermo. I.

F IN lectione sancti euangelij fratres hodie audiuimus, quia dominus noster iuit ad nuptias. Faciamus ergo, quod alibi monet: & studeamus similes fieri hominibus expectantibus dominũ suũ quando reuertatur à nuptiis. Nam tenenti carrucam in agro, & vendenti aliquid vel ementi in foro, non dicitur, quid expectas? neque enim similes sunt expectantibus. Ei verò quem videmus stare ante ianuam, pulsare crebrius, sæpius suscipere ad fenestras: nihil mirum si dicitur, quid expectas? Illi ergo sunt similes expectãtibus, qui non surda aure audierunt, Va- *Psal.45.*
cate & videte, quoniam ego sum deus. Veniet dominus expectantibus eum in veritate: qualis erat qui dicit: Expectans ex- *Psal.39.*
pectaui dominum. Veniet tanquam reuertens à nuptiis inebriatus vino charitatis, & immemor iniquitatum nostrarũ. Veniet non expectantibus tanquam reuertens à nuptiis: tanquam potẽs crapulatus à vino, verè ebrius, & immemor miserationum suarum. Tunc enim quantum ad illos obliuiscetur misereri deus. Veniet in ira & indignatione tanquã furibũdus: sed ô domine ne in furore tuo arguas me. Hæc modo non tam in præsentibus nuptiis, quàm pro earum occasione sint dicta. Iam verò sequamur vnà cum discipulis ad nuptias cuntem dominum, vt videntes quod facturus est, pariter credamus cum illis. Deficiẽte vino dixit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Cõpassa est enim eorum verecundiæ, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis proce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G deret nisi pietas? Quid inquam mirum si pietatem exhibent viscera pietatis? Nonne qui pomum in manu sua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruabit odorem? Quantum igitur viscera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouē mensibus requieuit? Nam & antè mentē repleuit, quàm vētrem: & cum processit ex vtero, ab animo non recessit. Durior fortasse & austerior videri posset responsio domini, sed nouerat ille cui loqueretur: & quis loqueretur, illa nō ignorabat. Deniq; vt scias quomodo respōsum ipsum acceperit, aut quantum de filij benignitate præsumpserit, ait ministris: Quæcunque præceperint vobis, seruate, & facite: Erāt autē ibi lapideæ hydriæ sex positæ. Has nunc hydrias purificādis veris Iudæis nō litera, sed spiritu, necesse habemus apponere, vel magis appositas demonstrare. Quia enim nondū peruenit ecclesia ad perfectam purificationem, quando eam sibi Christus exhibebit gloriosam non habentem maculā, neque rugā, aut aliquid huiusmodi: multis interim purificationibus opus habet, quatenus sicut abundant peccata, abūdet indulgentia: sicut multiplicatur miseria, sic & misericordia: nisi quòd non sicut delictum, ita & donum. Gratia enim non solū peccata lauat, sed & merita donat. Sex igitur hydriæ sunt positæ his qui post baptismum in peccata labuntur. de his enim loquimur, quia de his sumus. Exuimus tunicam vete-
H rem: sed heu peius redinduimus eā. Lauimus pedes nostros: sed peius inquinauimus eos. Sicut ergo quod alius inquinauerat, lauit alius: sic inquinatos à nobis, lauari opus est & à nobis. Aliena lauit aqua, quos culpa inquinauerat aliena. Nec tamen sic alienam dixerim, vt negem nostram, alioquin nec inquinaret. Sed aliena est, quia in Adam omnes nescientes peccauimus: nostra, quia etsi in alio nos tamen peccauimus, & nobis iusto dei iudicio imputabatur, licet occulto. Veruntamen vt iam non sit quod causeris ô homo, contra inobedientiā Adę datur tibi obedientia Christi: vt si gratis venundatus es, gratis & redimaris. Si nesciens in Adam peristi, nesciens viuificeris in Christo. Nescisti quando ad lignum vetitum vetus Adam tetēdit manus noxias: nescisti nihilo minus quando in ligno salutifero innoxias manus Christus extendit. A primo homine in te manauit macula, qua inquinatus es: à Christi latere aqua, qua mūdatus es. Nūc iam inquinatus propria culpa, propria nihilo minus aqua mundaberis, ab illo tamen & per illum, qui solus est purgationem faciens peccatorum. Prima ergo hydria & prima purgatio in com-
Ezech.18. punctione est, de qua legimus, quoniam in quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nō recordabor. Secunda verò, confessio est. Omnia siquidem in confes-
I sione lauantur. Tertia, eleemosynarum largitio. Hinc enim
Luc.11. habes in euangelio, Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarta, remissio iniuriarum, secundum quod
Vbi supra. orātes dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quinta, est afflictio corporis: vnde & oramus vt mundi per abstinentiā deo canamus gloriam. Sexta, est obedientia præceptorum, sicut audierunt di-
Ioan.10. scipuli (quod vtinam audire mereamur & nos) Vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis. Nimirū
Ioan.8. quia non erant sicut hi quibus dicitur: Sermo meus non capit in vobis: sed in auditu verbi obaudierant ei. Hæ sunt sex hydriæ positæ in purificationem nostrā, quæ vacuæ sunt & plenæ vento, si pro inani gloria obseruantur. Aqua replentur, timore dei custodiantur, quoniam timor domini fons vitæ: aqua, inquam, timor domini est, etsi minus sapida, sed optime refrigerās animam noxiis desideriis æstuantē. Aqua est quæ iacula inimici ignita possit extinguere. Nā nec illud dissonat, quòd aqua semper ima petit, & timor ad ima cogitationem deducit, & in inferioribus immoratur, atque loca
Esa.38. horrenda pauida mēte collustrat, iuxta illud: Vadam ad portas inferi. Sed diuina virtute aqua mutatur in vinum, quando perfecta charitas foras mittit timorē. Dicuntur autem lapideæ hydriæ, non tam propter duritiam quàm stabilitatem. Capientes singulæ metretas binas vel ternas. Duæ metretæ, duplex timor, ne forte trudi in gehennam, ne forte ab ęterna vita contingat excludi. Sed quia de contingente futuro sunt ista, & blandiri potest sibi anima dicens: Postquā aliquandiu in voluptatibus tuis vixeris, ages pœnitentiā, nec ista iam ca-
riturus, nec periturus in illa: bonum est adhibere & tertium: K
qui vtique spiritualibus notus est, eo vtilior quo de præsenti est. Timent enim qui nouerunt spirituale cibum, ne quando fortè fraudentur eo. Cibo siquidem forti egent qui manum miserunt ad fortia. Viuant de paleis Aegypti, qui deseruiunt in operibus luti & lateris: nobis fortior cibus est necessarius: quoniam nobis grādis restat via, vt ambulemus in fortitudine cibi illius. Ipse est panis angelorū, panis viuus, panis quotidianus. Hic est de quo nobis promissum est, quia centuplū accipiemus in hoc seculo. Sicut enim mercenariis & quotidianus cibus datur in opere, & merces seruatur in fine: sic do
Matth. minus vitam æternam in fine reddet, & interim centuplum repromittit & exhibet. Quid ergo mirum si timet ne perdat hanc gratiam, qui iam, consecutus est eam? Hæc est metreta tertia, quam sub disiunctione signanter posuit, eo quòd non omnium sit: quia nec omnibus centuplum repromissum, sed solis, qui omnia reliquerunt.

De mutatione aquæ in vinum. Sermo II. Vnde supra.

IN operibus domini, fratres, & minus capaces animos exterior consideratio pascit: & qui magis exercitatos habent sensus, solidiorem intus cibum inueniunt, & suauiorem, tanquam adipem medullamque frumenti. Sunt enim & exteriori specie delectabilia, & interiori virtute multo delecta- L
biliora: quemadmodum & ipse exterius quidem speciosus erat forma præ filiis hominum: interius autem tanquam cādor lucis æternæ, etiam ipsis supereminens vultibus angelorū. Apparebat enim foris homo sine culpa, caro sine peccato, agnus sine macula. Quàm speciosi pedes annunciantis pa-
Naum. cē, annunciantis bona? sed multo speciosius & preciosius caput eius: quoniā caput Christi deus. Delectabilis aspectus ho
Matth. mins in quē peccatum nō cadit: & beati oculi qui viderunt, sed multo magis beati mūdo corde, quoniam ipsi deū vide-
Psal.45. bunt. Deniq; cum peruenisset ad nucleū, testā iam (licet de-
2. Cor.5. coram valde) non reputabat Apostolus, dicens: Et si cognouimus aliquando Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Nimirum quia dominus ipse prædixerat:
Ioan.6. Caro non prodest quicquam: spiritus est qui viuificat. Sed hæc est sapientia quam loquitur Paulus inter perfectos, non
1. Cor.2. inter eos quibus legimus ab eodem dictum: Nihil arbitratus sum me scire inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Totus suauis est, totus salubris est, totus delectabilis, totus denique secundum sponsæ vocem desiderabilis. Sicut autem in eo ostensum est: sic & in operibus eius reperies. Nam & superficies ipsa tanquam à foris considerata decora est valde:: & si quis fregerit nucem, intus inueniet quod iu- M
cundius sit, & multo amplius delectabile. Non sic apud patres veteris testamenti reperies? Nam & in operibus eorum decora & delectabilis est significatio mystica: ipsa tamen si per se considerantur, inuenientur aliquando minus digna, vt sunt facta Iacob, adulterium Dauid, & multa similia. Preciosa quidem sunt fercula, sed vasa nō adeo preciosa. Et fortasse
Psal.17. propterea dictū est: Tenebrosa aqua in nubibus aeris: quoniam tenebrosæ nubes illæ fuerunt, & subiūctum est de domino, Prę fulgore in conspectu eius nubes transierunt. Credo iam aduertistis ad quid hæc dicere velim. Audistis enim hodie miraculum factum in nuptiis: initium vtique signorum domini: cuius & historia satis est admirabilis, & significatio amplius delectabilis. Magnum enim diuinę maiestatis indicium fuit, ad nutum domini aquam in vinum conuerti? sed est illa multo melior mutatio dexteræ excelsi, quā in ista præfigurauit. Omnes enim nos ad spirituales nuptias vocati sumus: in quibus vtique sponsus est Christus dominus: vnde canimus in psalmo: Et ipse tanquā spōsus procedens de tha-
Psal.18. lamo suo. Spōsa verò nos ipsi sumus, si non vobis videtur incredibile: & omnes simul vna spōsa, & animę singulorū quasi singulæ spōsæ. Sed quādo hoc sentire poterit fragilitas nostra de deo suo, quòd eo affectu se diligat, quo diligitur sponsa à spōso? Multum enim hæc sponsa sponso suo inferior genere, inferior specie, inferior dignitate. Attamē propter Aethiopissam istam de longinquo filius æterni regis aduenit, & vt sibi desponsaret illā, etiam mori pro ea non timuit. Moyses quidē Aethiopissam duxit vxorē: sed nō potuit Aethio-
Numer.12. pissæ

A pissæ mutare colorē. Christus verò quam adamauit ignobilē adhuc & fœdam, gloriosam sibi exhibebit ecclesiam, non habentem maculā, neque rugam. Murmuret Aaron, murmuret & Maria, non noua, sed vetus: non mater domini, sed soror Moysi. Non nostra inquā Maria, illa enim sollicita est si quid fortè deest in nuptiis. Vos autem vt dignum est murmurantibus sacerdotibus, murmurante synagoga, toto affectu in gratiarum actione versamini. Vnde enim tibi ô humana anima, vnde tibi hoc? Vnde tibi tam inæstimabilis gloria, vt eius spōsa merearis esse, in quem desiderant angeli ipsi prospicere? Vnde tibi hoc, vt ipse sit sponsus tuus, cuius pulchritudinem sol & luna mirātur: ad cuius nutum vniuersa mutantur? Quid retribues domino pro omnibus quæ retribuit tibi, vt sis socia mensæ, socia regni, socia denique thalami, vt introducat te rex in cubiculum suum? Vide iam quid de deo tuo sentias: vide quantum de deo præsumas. Vide quibus brachiis vicariæ charitatis redamandus & amplectendus sit, qui tanti te æstimauit, imò qui tanti te fecit, de latere enim suo te reformauit, quando propter te obdormiuit in cruce, & ob hoc somnum mortis excepit. Propter te à deo patre exiuit: & matrem synagogam reliquit: vt adhærens ei, vnus
B cum eo spiritus efficiaris. Et tu ergo audi filia & vide, & considera quanta sit erga te dignatio dei tui: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Desere carnales affectus, seculares mores dediscere à prioribus vitiis abstine, consuetudines noxias obliuiscere. Quid enim putas? nonne stat angelus domini qui fecet te mediam, si fortè (quod auertat ipse) alterum admiseris amatorem? Iam enim desponsata es illi, iam nuptiarum prandium celebratur: nam cœna quidem in cœlo & in aula æterna paratur. Veruntamen nunquid ibi vinum deficiet? Absit. Inebriabimur ibi ab vbertate domus dei, & torrente voluptatis eius potabimur. Paratum est profecto illis nuptiis flumen vini, vini inquam, quod lætificat
Psal.45. cor. Siquidem fluminis impetus lętificat ciuitatem dei. Nunc autem quoniam grandis nobis restat via, prandium quidem accipimus hic, etsi non in tanta copia, quòd plenitudo & sanctietas cœnæ reseruetur æternæ. Hic ergo nonnunquam vinum deficit, gratia scilicet deuotionis, & feruor charitatis. Quotiens mihi necesse est fratres post lachrymosas querimonias vestras exorare matrem misericordiæ, vt suggerat suo benignissimo filio, quoniam vinum non habeatis? Et ipsa, dico vobis charissimi, si piè à nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati nostræ: quoniam misericors est, & mater misericordiæ. Nam si compassa est verecundiæ illorum à quibus fuerat inuitata, multo magis compatietur nobis, si piè fuerit inuocata. Placent enim illi nuptiæ nostræ, & pertinent ad eam multo amplius illis: nimirum de cuius vtero tāquam è thalamo suo cœlestis sponsus processit. Sed quem nō mo-
C ueat quod in nuptiis illis respondit dominus benignissimæ ac sanctissimæ matri suæ, dicēs: Quid mihi & tibi est mulier? Quid tibi & illi, domine? Nónne quod filio & matri? Quid ad illam pertines, quæris, cum tu sis benedictus fructus ventris eius immaculati? Nónne ipsa est quæ saluo pudore concepit, & sine corruptione te peperit? Nonne ipsa est, in cuius vtero nouem mensibus moratus es, cuius virgineis vberibus lactatus es: cum qua iam duodecim annorum factus de Hierusalem descendisti, & eras subditus illi? Nunc ergo domine quid molestus es illi dicens, Quid mihi & tibi? Multum per omnem modum. Sed manifestè iam video quòd non velut indignans, aut confundere volens virginis matris teneram verecundiā, dixeris, Quid mihi & tibi? cum veniētibus ad te (iuxta matris præceptum) ministris, nihil cunctatus facias quod illa suggessit. Vt quid ergo fratres, vt quid sic respōdeat pri? Vtique propter nos, vt cōuersos ad dominum iam non sollicitet carnalium cura parentum, & necessitudines illæ nō impediant exercitium spirituale. Quandiu enim de mundo sumus, debitores nos constat esse parentibus. At postquam reliquimus nosmetipsos, multo magis ab eorum sollicitudine liberi sumus. Vnde & legimus fratrem quendam in eremo conuersantem, cum ad eum carnalis frater auxilij gratia aduentasset, respondisse, vt adiret alterum fratrem eorum, cum ille vtique iam obiisset. Cúmque admiratus qui venerat responderet, quia ille obiit: eremita se quoque similiter obiis-
se respōdit. Optime ergo nos docuit dominus ne solliciti si- D
mus super propinquis carnis nostrę plus quàm religio postulet, quando ipse matri & tali matri respondit, Quid mihi & tibi est mulier? Sic & in alio loco cū suggereret ei quidā quoniā foris staret cū fratribus domini quærēs ei loqui, respōdit:
Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Vbi modo sunt *Marc.3.*
qui tam carnaliter & inaniter super carnalibus propinquis suis solēt esse solliciti, ac si adhuc viuerēt & ipsi cum eis? Sed videamus iam quid sequitur. Erant, ait euangelista, hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum. Vel ex hoc potes manifestius aduertere non plenitudinem, sed præparationem nuptiarum esse, vbi nimirū adhuc opus est purificatione. Desponsationis ergo nuptiæ istæ sunt, non copulationis. Absit enim illis in nuptiis fore vasa purificationis: quando gloriosam sibi Christus ecclesiam exhibebit, non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi. Vbi autem non erit macula, quæ purificatio erit necessaria? Nunc vtiq; laudandi tempus est, nunc purificationem paret esse necessariam: quoniam nemo mundus à sorde, nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Nunc abluitur sponsa, nunc purificatur: vt in cœlestibus illis nuptiis sponso suo sine omni macula præsentetur. Quæramus ergo hydrias sex, in quibus hæc ablutio Iudæorum, id est confitentium purificatio fiat. Nam si dixerimus quia peccatum nō habemus, nosipsos *1.Ioan.1.*
seducimus, & veritas in nobis non est, quæ sola liberat, sola E
saluat, sola lauat. Quòd si confiteamur peccata nostra, non deerunt veris Iudæis purificationis hydriæ: quoniam fidelis est deus qui dimittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. Ego quidem sex hydrias, sex obseruantias arbitror esse, quas ad purificāda confitentium corda sancti patres instituēre, & omnes illas (ni fallor) hic poterimus inuenire. Prima siquidem hydria continentia est castitatis, qua diluitur quicquid antè luxuria inquinauit. Secūda verò iciunium est, vt quod maculauerat crapula, nunc abstinentia mundet. Per segnitiem quoque & ociositatem, quæ inimica est animæ, multas contraximus sordes, contra dei sententiam in sudore vultus alieni non nostri pane vescentes: propter hoc quoque *Gene.3.*
tertia hydria nobis apponitur, vt sordes illę in labore manuū diluantur. Sic & per somnolentiam cæteráq; noctium & tenebrarum opera multa deliquimus: ideo quoque quarta hydria vigiliarum obseruantia ponitur, vt nocte surgentes ad confitendum domino, non bonas noctes præteriti temporis redimamus. Iam verò de lingua quis nesciat quàm multum inquinauerit nos per vaniloquia & mendacia, per detractiones & adulationes, per verba malitiæ & verba iactantiæ? Pro his omnibus necessaria est hydria quinta, silentium scilicet custos religionis, & in quo est fortitudo nostra. Sexta quoq;
hydria disciplina est, qua non nostro arbitrio, sed alieno vi- F
uimus, vt deleatur quicquid indisciplinatè viuendo deliquimus. Lapidea sunt hæc, dura sunt, sed necesse habemus in his lauari: nisi fortè voluerimus propter fœditates nostras à domino accipere libellum repudij. Attamen in eo quòd dicuntur lapideæ, nō solùm duritia, sed multo melius soliditas potest intelligi: quoniā non lauāt hæc, nisi firma stabilitate permanserint. Ait ergo dominus ad ministros: Implete hydrias aqua. Quid sibi istud vult domine? Ministri solliciti sunt de vini penuria, & tu dicis, Implete hydrias aqua? Illi de poculis cogitant, & tu præcipis vt vāsa purificationis impleant? Sic omnino sic suspiranti Iacob ad Rachelis amplexus, Lia à pa- *Gene.29.*
tre supponitur. Nobis, fratres, qui ministri sumus & serui vestri, per Christum nobis præcipitur implere hydrias aqua, quotiens deest vinum. Ac si dicatur. Illi deuotionem desiderant, vinum requirunt, feruorem flagitant: sed nondum venit hora mea, implete hydrias aqua. Quæ est enim aqua sapiētiæ salutaris, etsi nō adeo suauis, nisi fons vitæ & initium sapientiæ timor domini? Dicitur ergo ministris, Incutite metum, & spiritu timoris non tam vasa quàm corda replete: quia vt ad charitatem perueniant, initiandi sunt à timore, vt dicant & ipsi: A timore tuo concepimus domine & parturiuimus spiritum salutis. Sed quomodo implebuntur hydriæ? Prædixerat enim euangelista, capientes singulæ metretas binas vel ternas. Quæ sunt duæ metretæ, quæve tertia? Vtique duplex timor, communis, & notus omnibus: ac tertius quidē minus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cõmunis,& minus notus .Primus enim timor est,ne cruciemur in gehenna.Secundus,ne excluſi à viſione dei priuemur tam inæſtimabili gloria.Tertius replet animã omni ſollicitudine timidã,ne fortè deſeratur à gratia.Et quidem omnis timor domini ſicut aqua extinguit ignem,ſic extinguit peccati concupiſcentiã:ſed is maxime cum ad omnem tentationẽ ſtatim occurrit, ne fortè contingat amittere gratiam,vt ſibi derelictus homo labatur quotidie de malo in peius,de periculo minori in grauiorẽ culpam:quales vtique multos videmus cũm in ſordibus ſint,ſordeſcẽtes adhuc.Nam aduerſus timorẽ iſtum non eſt vnde ſibi blandiatur anima,ſiue de minori fortè quantitate peccati, ſiue de emendatione futura. Talibus enim blandimentis impediuntur aliquatenus duo prima genera timoris.Præcepit ergo nobis dominus vt hac aqua hydrias impleamus.Sunt enim aliquãdo vacuæ,& plenæ vento:ſiquis tamen adeo inſanus eſt,vt in eo per vanitatis ſtudium illę,quas prædiximus,obſeruantię,mercede perpetua vacuẽtur,vt ſunt fatuæ virgines,in quarum vaſis oleũ non habetur.Interdum autem (quod peius eſt)plenæ quidẽ ſunt,ſed plenæ veneno,quod eſt inuidia, murmur,tãcor animi,& detractio.Propterea ne fortè ſubintrent iſta,dum vinum deeſt, iubemur implere hydrias aqua, vt obſeruentur mandata domini in timore:quę tunc mutatur in vinum,cum timor expellitur à charitate,& implẽtur omnia feruore ſpiritus,& iucunda deuotione.

In conuerſione ſancti Pauli, Quomodo ad exemplum eius debemus conuerti. Sermo. I.

MErito quidem dilectiſſimi,conuerſio doctoris gẽtium ab vniuerſitate gentium feſtiuis gaudiis hodie celebratur. Multos enim ab hac radice ramos prodiiſſe videmus. Conuerſus Paulus,conuerſionis miniſter factus eſt vniuerſo mundo. Et multos quidem olim in carne adhuc, ſed non iam ſecundum carnem ambulans , prædicationis officio conuertit ad deum, nunc quoque in ipſo felicius viuens , & apud ipſum ne adhuc quidem ceſſat ab hominum conuerſione: dico autem exemplo, oratione , doctrina . Propterea denique conuerſionis eius memoria frequentatur, quod & ipſa quoque memorantibus vtilis inueniatur . In hac enim memoria & peccator ſpem veniæ concipit , & prouocatur ad pœnitentiam , & qui iam pœnitet , perfectæ conuerſionis accipit formam. Quis deſperet vltrà pro magnitudine cuiuſlibet criminis,quandoquidem Saulum audiat adhuc ſpirantem minarũ & cædis in diſcipulos domini,ſubitò factum vas electionis , quis dicat iniquitatis pondere preſſus , aſſurgere iam ad ſtudia meliora non valeo:quando in ipſo itinere quo ſanguinem ſitiens Chriſtianum , dirum toto pectore virus efflabat , perſecutor crudeliſſimus in fideliſſimum repentè mutatus eſt prædicatorem ? Magnificè ſiquidem in hac vna conuerſione & miſericordiæ magnitudo, & efficacia gratiæ commendatur.Subitò,ait Lucas, circunfulſit eum lux de cœlo. O verè inæſtimabilis diuinæ dignatio pietatis. Illuſtrat cœleſti fulgore vel à foris,intus adhuc luminis incapacem. Qui necdum infundi poterat, diuina ſaltem circunfunditur claritate.Et vox facta eſt . Lucis & vocis teſtimonia credibilia facta ſunt nimis:nec dubitare eſt de veritate quæ ſeſe ingerit per vtraſq;, oculorum ſcilicet auriumque feneſtras.Sic nimirum,ſic in Iordane quoque ſupra caput domini & colũba apparuit,& vox ſonuit: ſic & in monte quando transfiguratus eſt coram diſcipulis,& claritas viſa eſt,& vox nihilo minus patris audita : Saule , Saule quid me perſequeris : Verè deprehẽſus eſt Saulus:nõ eſt diſſimulandi locus,non eſt facultas vlla negãdi.In manibus ſunt epiſtolæ crudeliſſimæ legationis , auctoritatis execrandæ , poteſtatis iniquæ: Quid me perſequeris?inquit. An non perſequebatur Chriſtum,qui Chriſti membra trucidabat in terris?An verò perſecuti ſunt Chriſtum,qui ſacratiſſimum illud corpus crucis affixere patibulo,& non perſequebatur eum , qui aduerſus corpus eius quod eſt eccleſia(eſt enim corpus eius etiam ipſa)odio furebat iniquo ? Denique ſi proprium ſanguinem dedit in precium redemptionis animarum , non tibi videtur grauiorem ab eo ſuſtinere perſecutionẽ,qui ſuggeſtione maligna,exẽplo pernicioſo,ſcãdali occaſione,auertit ab eo animas quas redemit,quàm à ludęo qui ſanguinem illum fudit? Agnoſcite dilectiſſimi & expaueſcite conſortia eorũ qui ſalutem impediunt animarum.Horrendũ penitus ſacrilegium quod & ipſorum videtur excedere facinus,qui domino maieſtatis manus ſacrilegas iniecerunt. Videbatur iam ceſſaſſe perſecutionis tempus,ſed vt palàm factum eſt, nũquam deeſt perſecutio Chriſtiano,ſed neque Chriſto . Et nunc quod grauius eſt ipſi Chriſtũ perſequuntur,qui ab eo vtique Chriſtiani dicũtur.Amici tui deus & proximi aduerſum te appropinquauerunt & ſteterunt . Coniuraſſe videtur cõta te vniuerſitas populi Chriſtiani à minimo vſq; ad maximũ:à planta pedis vſq; ad verticem non eſt ſanitas vlla.egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus iudicibus vicariis tuis,qui videntur regere populũ tuum:non eſt iam dicere, vt populus,ſic ſacerdos: quia nec ſic popul⁹,vt ſacerdos.Heu heu dominus deus,quia ipſi ſunt in perſecutione tua primi , qui videntur in eccleſia tua primatum diligere,gerere principatum.Arcem Sion occupauerunt,apprehenderũt munitiones,& vniuerſam deinceps libere & poteſtatiue tradunt incendio ciuitatem. Miſera eorum conuerſatio,plebis tuæ miſerabilis ſubuerſio eſt. Atq; vtinam ſola hac parte nocerẽt.Eſſet fortè qui dominica præmonitus & præmunitus exhortatione , daret operam ipſorum non exempla imitari,ſed obſeruare præcepta, iuxta illud:Quæ dicunt facite,& ad opera eorum nolite reſpicere. Nunc autem dati ſunt ſacri gradus in occaſionem turpis lucri,& quæſtum æſtimant pietatem. Copioſiſſimæ ſiquidem pietatis inueniuntur in ſuſcipienda(imò accipienda magis) animarũ cura,ſed hæc apud eos cura minor,& de animarum ſalute nouiſſima cogitatio eſt.An verò ſaluatori animarum grauior vlla eſſe poterat perſecutio ? Inique agunt & cæteri contra Chriſtum,multiq; ſunt noſtris temporibus Antichriſti.Meritò tamen & crudeliorem eam cenſet perſecutionem pro acceptis beneficiis, & grauiorem ſentit pro poteſtate, quam propriis ſuſtinet à miniſtris:licet alij quoq; multi cõtra proximorum ſalutem multipharie multiſq; modis & variis occaſionibus agere videantur . Hæc videt Chriſtus & ſilet,hæc ſaluator patitur & diſſimulat. Propterea diſſimulemus nos quoq; neceſſe eſt & ſileamus interim, maximeq; de prælatis noſtris magiſtris eccleſiarum.Sic nimirum ſic placet & ipſis,vt euadãt nunc humana iudicia,veniatq; ſemel iudicium graue his qui præſunt,& potentes patiantur tormenta potenter.Vereor diſectiſſimi,ne quis fortè ſit & in nobis domini perſecutor, quia manifeſta docuit ratio, impedire ſalutem,eſſe perſequi ſaluatorẽ.Quas ego de ſalute animæ meæ fratri illi gratias agere poſſum,qui mihi propinat detractionis fraternæ venenum?Meritò detractores deo odibiles deſcribuntur,tanquam perſecutores. Quid & is qui exemplo ſuo ad remiſſius agẽdum cæteros prouocat,aut ſingularitate turbat,aut inquietat curioſitate,aut impatientia ſua & murmuratione moleſtat,aut quocunq; modo cõtriſtat ſpiritum dei qui in eis eſt,ſcandalizans vnum de minimis iſtis credentibus in cum ? Nónne & hic manifeſte perſequitur Chriſtũ? Vt ergo perſecutorum & nomen & crimen longe ſit ſemper à nobis,obſecro vos dilectiſſimi, benignos ſemper & mites exhibeamus nos,inuicem ſupportãtes in omni patiẽtia,& ad id quod melius & perfectius eſt,alterutrũ prouocãtes. Quis enim ſeruus ſufficere ſibi putat nõ perſequi dominũ,ſed nec obſequi domino?Quam habiturus eſt gratiã,ſi vt nõ reſiſtit, ſic nec aſſiſtit quidẽ?Deniq; ſi quis adeo puſillanimis eſt, vt ſatis ſibi reputet nec perſequutorem eſſe nec coadiutorem dei,audiat quid ipſe loquatur:Qui nõ eſt mecũ,cõtra me eſt: & qui nõ colligit mecum,diſpergit. Saule, Saule,quid me perſequeris?Et ille: Quis es domine? Hinc profecto datur intelligi quia verè circunfuſa erat illi claritas,nõ infuſa. Audiebat Paulus vocem domini,ſed faciem domini nõ videbat, quoniam erudiebatur ad fidem:& vt ipſe poſtea docuit,fides ex auditu eſt.Quis es?inquit,Ignotum enim perſequebatur, & ideo conſequutus eſt miſericordiam,quia ignorans in incredulitate hoc fecit.Diſcite ex hoc fratres iuſtum iudicem deum,non modò quid fiat,ſed & quo animo fiat , conſiderate:& cauete deinceps ne quis parua reputet,quamlibet patua ſcienter

A ua ſcienter delinquero conuincatur.Nemo dicat in corde ſuo, Leuia ſunt iſta , non curo corrigere : non eſt magnum ſi in his maneã venialibus minimiſq; peccatis . Hæc eſt enim dilectiſſimi,impœnitentia,hæc blaſphemia in ſpiritum ſanctum, blaſphemia irremiſſibilis.Paulus quidẽ blaſphemus fuit, ſed non in ſpiritum ſanctum,quia ignorans fecit in incredulitate , non in ſpiritum ſanctum blaſphemans:ideo conſequutus eſt miſericordiam. Quis es domine?Et dominus ad eum:Ego ſum Ieſus Nazarenus,quem tu perſequeris.Ego ſum ſaluator , quem tu perſequendo peris.Ego ſum de quo tu in lege tua legis prędictum quod neſcis impletum , quia Nazarenus vocabitur.Et ille: Domine quid me vis facere ? Hæc planè fratres perfectæ conuerſionis eſt forma. Paratum, inquit, cor meum deus,paratum cor meum.Paratus ſum & nõ ſum turbatus,vt cuſtodiã mandata tua. Domine, quid me vis facere ? O verbum breue, ſed plenum, ſed viuum, ſed efficax, ſed dignũ omni acceptione. Quàm pauci inueniuntur in hac perfectæ obedientiæ forma, qui ſuam ita abiecerint voluntatem , vt ne ipſum quidem cor proprium habeant , vt non quid ipſi , ſed quid dominus velit, omni hora requirant, dicentes ſine intermiſſione : Domine quid me vis facere? Et illud Samuelis : Loquere domine,quia audit ſeruus tuus. Heu plures habemus euangelici illius cæci, quàm noui apoſtoli imitatores. Quid vis (ait dominus ad cæcum illum)vt faciam tibi? Quanta eſt miſeratio tua domine,quanta dignatio tua?Siccine dominus quærit vt ſerui faciat voluntatem?Verè cæcus ille , quia non conſideraſti,nõ expauit,non exclamauit: Abſit hoc domine, tu magis dic quid me facere velis. Sic enim decet , ſic omnino dignum eſt , non meam à te , ſed à me tuam quæri & fieri voluntatem . Videtis fratres , quia verè neceſſaria erat hoc in loco conuerſio ? Sic profecto,ſic multorum vſque hodie puſillanimitas & peruerſitas exigit,vt ab eis quęri oporteat,Quid vis vt faciã tibi?non ipſi quærant: Domine quid me vis facere? Conſiderare neceſſe habent miniſtri & vicarij Chriſti , quid ſibi præcipi velint: non ipſi conſiderant quæ voluntas ſit præceptoris . Non eſt obedientia eorum plena , non in omnibus parati ſunt obſequi , non per omnia ſequi propoſuerunt eum qui non ſuam ſed patris venit facere voluntatem . Diſcernunt & diiudicant eligentes in quibus obediant imperanti , imò in quibus præceptorem ſuum ipſorum obedire neceſſe ſit voluntati . Huiuſmodi itaque & ſi tolerari ſe videant , & cõdeſcendi ac morem geri infirmitati ſuæ,proficiant obſecro , pudeátq; ſemper paruulos inueniri:nequando fortè audiant:Quid debui vobis facere,& non feci?& abutentibus patiẽtia & benignitate prælati,fiat tãdem multitudo exhibitæ miſerationis , cumulus iuſtæ damnationis. Domine quid me vis facere ? Et dominus ad illum : Surge & ingredere ciuitatem , ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. O ſapientia ſuauiter verè vniuerſa diſponens. Eum cui tu loqueris , erudiendum de voluntate tua mittis ad hominem , vt ſocialis vitæ commendetur vtilitas, & edoctus per hominem,diſcat & ipſe ſecundum datam ſibi gratiam hominibus ſubuenire.Ingredere ciuitatem . Videtis fratres nõ ſine diuino conſilio factum eſſe, vt hanc ciuitatem domini virtum ingrederemini,diuinam diſcere voluntatem?Planè qui te ſalubriter terruit, & conuertit cor tuum ad deſiderandam voluntatem ſuam , ipſe tibi dixit, Surge, & ingredere ciuitatem. Sed audi quàm manifeſte in his quæ ſequuntur,volũtaria ſimplicitas & Chriſtiana commẽdatur manſuetudo. Apertis oculis nihil videbat:ad manus autem trahebatur ab his qui comitabantur eum.Felix cæcitas, qua malè quondam illuminati in præuaricatione,tandem in conuerſione oculi ſalubriter excæcantur . Sanè quòd triduo Paulus ſine cibo manet perſiſtens in oratione,ad eos maxime pertinet , qui nouiter ſeculo abrenunciantes , necdum in cœleſti conſolatione reſpirant . Suſtineant ergo & ipſi dominũ in omni patientia, orent ſine intermiſſione,quærentes,petentes,pulſantes:quia exaudiet eos pater cœleſtis in tempore opportuno . Non obliuiſcetur eorum in finem,veniet & nõ tardabit. Si triduo ſuſtinueris eum non habens quod manduces, confide quia miſerator & miſericors dominus ieiunum te non dimittet . Exinde iubetur Ananias manus imponere Saulo:ſed tanquã bene eruditus non continuo acquieſcit . Vide enim ſi non etiam Paulus ipſe doctrinam hanc deinde tradidit diſcipulo: Nemini,inquiẽs, cito manus imponas. Vidit (ait dominus) virum imponentem ſibi manus vt viſum recipiat. Fratres, Paulus hoc cum vidiſſet,nõ continuò illuminatus eſt. Nunquid non expectauit Ananiæ manum,quia venturum eum fortè in ſomniis præuidit ? Hæc dico chariſſimi,quia vereor ne quis fortè ſit inter vos qui ſolo ſeſe ſomnio præſumat illuminatum eſſe:nec iam æquanimiter patiatur ad manum trahi , ſed ductorem ſeſe profiteatur aliorum.Cui enim necdum adminiſtrationis cura iniuncta eſt,cui necdum credita diſpenſatio,cui necdum præceptum vt videat & prouideat his qui apertos oculos habẽtes nihil vident:quid hoc præſumere tẽtat,niſi quia meditatur inania,& quaſi ſomnia vana ſectatur?Caueam⁹ ab hoc vitio fratres:ſemper, quod in nobis eſt,abiecti eligamus eſſe , & ad manus trahi,manſuetudinem & humilitatem diſcentes à Chriſto domino : cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

Sermo ſecundus Vnde ſupra.

COnuerſus eſt hodie Paulus , imò Saulus conuerſus verſus eſt in Paulum . Siquidem factus eſt tanquam euangelicus ille paruulus,de quo dominus ait:Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruulus iſte,non intrabitis in regnum cœlorũ. Fortè enim ſeipſum dicebat . Nimirum ipſe magnus dominus & laudabilis nimis,ipſe paruulus qui datus eſt nobis . Nec tamen magnus interim ſed paruulus exhibetur , vt ſeipſum faciat gratum & efficax neceſſariæ paruitatis exẽplum . Ad paruulum ergo ſit conuerſio tua,vt diſcas paruulus eſſe: tu quoq; cum conuerteris,paruulus fias . Enimuero audi quàm euidenter ipſum tibi(in quo conſtituit formam conuerſionis)paruulum manifeſtat,ſignanter ea quę ſunt paruuli in ſeipſo imitanda proponens:Diſcite à me,inquit, quia mitis ſum, & humilis corde.Gemina paruitas,humilitas & manſuetudo.Et illa interior, iſta exterior paruitas : vtraque tamen non parua virtus eſt: nempe quam paruulus ille tam magnus vnicum magiſterium profitetur.Hodie ergo conuerſus eſt Paulus,hodie deſiit eſſe Saulus . Hodie factus eſt humilis , & mitis corde . Probat oris confeſſio cordis humiliationem , dum clamat : Domine quid me vis facere ? Magis autem probat ipſa collatæ gratiæ magnitudo,quæ nimirum tam multa,niſi multum humili, data non fuit.Cæterum manſuetudo quoniam exterior quędam (vt diximus)paruitas,& ob hoc manifeſtior eſt, tripliciter nobis in conuerſione hac commendatur . Triplici quidem velut ariete manſuetudo noſtra pulſatur,verborum iniuriis, damnis rerum,corporis læſione.In his tribus omnis exhibitio patientiæ, omnis exercitatio manſuetudinis . Probata eſt illa virtus, quam nihil horum videtur concutere potuiſſe . Conſiderare libet quemadmodum Paulus ſuper his omnibus in ipſa ſtatim ſua conuerſione tentatus,verè iam Paulus inuentus ſit , in hac parte verè mitis & patiens:Saule Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare . Durum equidem verbum,verbum increpatorium,plenum comminatione . Sanè quod ad corpus pertinuit, cõcuſſus eſt & proſtratus in terram.An verò & damno quoque probatus eſt?Et valde. Siquidem ipſum ei lumen ademptum eſt oculorum , & apertis , vt ſcriptum eſt , oculis nihil videbat . Experta eſt in his tribus & exercitata patientia Iob , quem in hac virtute opinatiſſimum deus exemplar dedit.Sed veſtrę hoc induſtrię relinquimus veſtigandum . Sufficit nos monere formam veræ conuerſionis magna ex parte in hac manſuetudine conſtitutam , vt pudeat eos qui converſi eſſe debuerant vel in corporum læſione , vel in damno rerum,vel (quod magis indignum eſt) in verborum iniuriis,inueniri peruerſos penitus & auerſos.

In purificatione beatæ Mariæ,de triplici miſericordia. Sermo I.

IOdie templi dominum , in templum domini virgo mater inducit : Ioſeph quoque ſiſtit domino non ſuum ſed eius filium dilectum, in quo ei bene complacuit . Agnoſcit iuſtus quem expectabat , Anna quoque vidua confitetur . Ab his quatuor primò hodierna proceſſio celebrata eſt , quæ poſtmodum exultatione vniuerſæ terrę in omni loco & ab omni gente celebraretur.Nec ſanè mirum ſi tunc parua fuit,quãdoquidem paruus erat qui ſuſci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G piebatur. Nullum ibi locum peccator habuit, omnes iusti, omnes sancti, omnes fuere perfecti. Sed nunquid hos tantum saluabis domine? Crescat corpus, crescat & miseratio. Homines & iumenta saluabis domine, cum multiplicaueris misericordiam tuam deus. In secunda iam processione præeunt turbæ, turbæ sequuntur, nec virgo portat, sed asellus. Neminem itaque dedignatur: nec ipsos qui computruerunt tanquam iumenta in stercore suo. non dedignatur inquam: sed si apostolica vestimenta non desint, si doctrina eorum, si morũ iustitia, si obedientia, si charitas cooperiat multitudinem peccatorum, ex hoc iam processionis suę gloria nõ censebit indignos. Magis verò & ipsam quæ tam paucis collata videtur, nobis quoque ab ipso inuenire non reseruatam. Quidni reseruare poteris, quam & prærogauit antiquis? Dauid rex & propheta exultauit vt videret diem istum, & vidit & gauisus est. Alioquin si non viderat, vnde psallat: Suscepimus, inquit, deus misericordiam domini Dauid, suscepit Simeon. Suscepimus & nos, & quicunque sunt præordinati ad vitam. Siquidem Christus heri & hodie & in æternum. In medio enim templi misericordia est, nõ in angulo aut diuersorio, quia non est acceptio personarum apud deum. In communi posita est, offertur omnibus, & nemo illius expers, nisi qui renuit. Deriuantur aquæ tuæ foras domine deus, nisi *Psal.147.*

H hilominus tamen fons tuus tibi proprius est, & non bibit alienus ex eo. Qui tuus est, nõ videbit mortem donec viderit Christum domini, vt securus dimittatur in pace. Quidni dimittatur in pace, qui Christum domini habet in pectore? Ipse enim est pars nostra, qui per fidem habitat in cordibus nostris. Tu quomodo hinc exibis anima misera, quæ ducem itineris Iesum ignoras? Ignorantiam enim dei quidam habent. Vnde hoc? Nempe quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Et lux, inquit, in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderũt. Ac si dicat. Et in plateis deriuantur aquæ, & alienus non bibit ex eis: & misericordia in medio templi est, nec tamen accedunt quos manet æterna damnatio. Medius vestrum stat ô miseri, quem vos nescitis, vt morientes, antequam videritis Christũ domini, non in pace dimittamini: sed potius rapiamini à rugientibus præparatis ad escam. Suscepimus deus, misericordiam tuam in medio templi tui. Longe est hæc gratiarum actio à voce illa gementis: Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. Quid enim? Videtúrne tibi in medio fuisse misericordia: cum apud solos cœligenas spiritus haberetur? At vbi sanè minoratus est Christus paulo minus ab angelis, factusque est dei & hominum mediator, ác velut lapis angularis pacificauit per sanguinem suum quæ in cœlis sunt, & quæ super terram: ex hoc planè iam suscepimus deus, misericordiam tuam in medio templi tui. Eramus enim & nos natura filij iræ, sed consequuti sumus misericordiam. Cuius iræ filij? & quam misericordiam consequuti? Nempe filij ignorantiæ, ignauiæ, captiuitatis: & consequuti sumus sapientiam, virtutem, redemptionem. Ignorantia mulieris seductæ excæcauerat nos, mollities viri abstracti & illecti à propria concupiscentia, eneruauerat nos, malitia diaboli expositos iuste à deo captiuauerat nos. Sic ergo nascimur vniuersi primùm quidem viæ ciuitatis habitaculi prorsus ignari, deinde imbecilles & ignaui, vt etsi nota nobis esset via vitę, propria tamen præpediremur & detineremur inertia: postremò captiui sub pessimo crudelissimóque tyranno, vt licet prudentes essemus atque robusti, ipsa tamen miseræ seruitutis opprimeremur conditione. Nunquid non misericordia & misseratione multa opus habet tanta miseria? Aut certè si iam salui sumus ab hac triplici ira per Christum, qui factus est nobis sapientia à Deo patre, & iustitia & sanctificatio & redemptio: quanta nobis vigilantia opus est dilectissimi, ne fortè (quod absit) inueniantur nostra nouissima peiora prioribus, si denuo contingat iram incendere, vtpote qui non natura iam, sed propria voluntate filij iræ sumus? Amplectamur itaque misericordiam quam in medio templi suscepimus, & cũ beata Anna non dimoueamur a templo. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos, ait apostolus. Prope est hæc misericordia, prope est verbum in ore vestro, & in corde vestro. Denique in cordibus vestris per fidem habitat Christus. Hoc templũ eius, & hæc sedes eius: nisi fortè excidit vobis, quoniam anima iusti sedes sapientiæ est. Quod ergo frequenter imò & semper admonere cupio fratres meos, obsecro & nunc, ambulemus non secundùm carnem in carne, ne displiceamus deo. Non simus amici huius seculi, ne Dei constituamur inimici. Resistamus ergo diabolo, & fugiet à nobis, vt liberè iam ambulemus in spiritu, & in corde sit conuersatio nostra. Siquidem corpus quod corrumpitur, aggrauat & eneruat & effœminat animam, & terrena inhabitatio sensum multa cogitantem deprimit, vt ad cœlestia non assurgat. Vnde & sapientia huius mundi stultitia est apud Deum, & à maligno qui superatur, ei & seruus addicitur. Porrò in corde susK *Psal.45.* *Psal.35.* *1.Corin.5.* *Sapien.9.* *1.Cor.3.*

cipitur misericordia, in corde habitat Christus: in corde loquitur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.

De ordine & modo processionis Sermo secundus. Vnde supra.

GRatias redemptori nostro, qui tam copiosè prœuenit nos in benedictionibus dulcedinis, sacramentis infantiæ suæ gaudia nostra multiplicans. Celebratis siquidem paulo ante Natiuitate, Circuncisione, & Apparitione eius, festus hodie nobis oblationis eius dies illuxit. Hodie nanque sistitur creatori terræ fructus sublimis, hodie placabilis & Deo placens L hostia virgineis manibus offertur in templo, portatur à parẽtibus, à senibus expectatur. Offerunt Ioseph & Maria sacrificium laudis, sacrificium matutinum, Simeon & Anna suscipiunt. Ab his quatuor celebrata processio est, quæ per quatuor orbis climata solẽnibus hodie gaudiis ad memoriam reuocatur. Quia ergo festiuam hodie & nosipsi præter cæterarum consuetudinem solennitatum acturi sumus processionem, non inutile arbitror modum ipsius & ordinem diligentius intueri. Processuri sumus bini & bini candelas habentes in manibus, ipsas quoque succensas, nec quolibet igne, sed qui prius in ecclesia sacerdotali benedictione fuerit cõsecratus. Ad hæc futuri sunt in processione nostra nouissimi primi, & primi nouissimi: & cantabimus in viis domini, quoniam magna est gloria Domini *Mat.6.* *Luca.10.*

Merito sanè bini & bini procedimus. sic enim ob cõmendationem fraternæ charitatis & socialis vitæ missos à saluatore discipulos euangelia sacra testantur. Turbat processionem si quis solitarius incedere curat, nec sibi soli nocet, sed etiam cæteris est molestus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes, nec solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Iam verò sicut non est bonum esse hominem solum, sic in conspectu domini vacuum appaM rere est prohibitum. Cum enim arguãtur ociositatis ipsi quoque, quos nemo cõduxit: qui iam conducti sunt, si ocioси inuenti fuerint, quid merẽtur? Fides quippe sine operibus mortua est. Ipsa denique opera nostra in feruore agenda sunt, & *Iaco.2.* in desiderio cordis: vt sint lucernæ ardentes in manibus nostris. Alioquin timendum est, ne fortè tepidos nos euomere incipiat, qui in euangelio loquitur dicens: Ignem veni mitte- *Luc.12.*

re in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Hic planè sacer & benedictus est ignis, quem pater sanctificauit & misit in mundũ & cui benedicitur in ecclesiis, sicut scriptum est: In ecclesiis benedicite deo domino. Habet enim etiam aduersarius noster, vtpote peruersus diuinorum operum æmulator, habet inquam, ignem suum & ipse, ignem concupiscentiæ carnalis, ignem inuidiæ & ambitionis, quem saluator in nobis nõ accendere sed extinguere venit. Denique si quis alienum hunc ignem in diuino offerre præsumpserit sacrificio, etiam si patrem habeat Aaron, morietur in iniquitate sua. Porrò super hæc quæ de sociali vita & fraterna dilectione, de bonis operibus & feruore sancto dicta sunt: humilitatis virtus maxima maximéque necessaria est, vt honore prœueniamus inuicem: nec modò priores sed & ipsos iuniores sibi quisque præponat: quæ nimirũ humilitatis perfectio est, & iustitiæ plenitudo. Et quoniam hilarẽ datorem diligit deus & fructus charitatis est gaudium in spiritu sancto, cantemus vt dictum est in viis domini, quoniam magna est glória domini, Cãtemus domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. In quibus o- *2.Cor.9.*

mnibus si quis forsitan proficere dissimulat, & proficisci de virtute in virtutẽ, nouerit quisquis huiumodi est, in statione non

A ne nõ in processione se esse, imò verò & in regressione: quoniam in via vitæ non progredi, regredi est, cum nihil adhuc in eodem statu permaneat. Porrò profectus noster in eo constituit (vt sæpius me dixisse memini.) vt nunquam arbitremur nos apprehendisse, sed extendamur ad anteriora, incessanter conemur in melius: vt imperfectum nostrum diuinæ misericordiæ obtutibus iugiter exponamus.

Item in purificatione, de puero, Maria, & Ioseph. Sermo III.

PVrificationem beatæ Mariæ virginis hodie celebramus, quæ secundum legem Moysi facta est, transactis à natiuitate domini quadraginta diebus.

Leuit.12. In lege enim scriptum erat, vt mulier quæ suscepto semine peperisset filium, immunda esset septem diebus, & octauo die circuncideretur puer: dehinc absolutioni & purificationi intenta abstineret ab ingressu templi triginta tribus diebus, quibus expletis offerret filium domino cum muneribus. Sed quis non aduertat in ipso sentẽtiæ huius initio, liberã matrẽ domini ab hoc præcepto? Putas enim quia dicturus Moyses mulierẽ quæ peperisset filium, immundam esse, non timuerit super matre domini blasphemiæ crimen incurrere, & idcirco præmiserit, susceptо semine? Alioquin nisi pa-

B rituram præuidisset sine semine virginẽ, quæ necessitas erat de susceptо semine fieri mentionem? Patet itaque quòd lex *Hiere.31.* ista matrem domini non includit, quæ non susceptо semine filiũm peperit, sicut prædictũ erat per Hieremiam: Quia nouum faceret dominus super terram. Quæris quod nouum? Mulier, inquit, circundabit virum. Non ab altero viro virum suscipiet, non humana lege concipiet hominem: sed intra viscera intacta & integra virum claudet: ita sanè, vt intrante & *Ezec. 44.* exeunte domino, iuxta aliũ prophetam, porta oriẽtalis clausa iugiter perseueret. Putas ergo non poterat moueri animus eius & dicere, Quid mihi opus purificatione? Cur abstineam ab ingressu templi, cuius vterus nesciens virum, templum factus est spiritus sancti? Cur non ingrediar templũ, quæ peperi dominum templi? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitũ, nihil purgandũ: nimirum cũ proles ista fons puritatis sit, & purgationem venerit facere delictorum. Quid in me legalis purificet obseruatio, quæ purissima facta sum in ipso partu immaculato? Verè ô beata virgo, verè non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circũcisione? Esto inter mulieres tãquam vna earũ, nã & filius tuus sic est in numero puerorum. Circũcidi voluit, & non multo magis velit offerri? Offer fi-

C lium tuum virgo sacrata, & benedictum fructum ventris tui domino repręsenta. Offer ad nostram omniũ reconciliationem hostiam sanctã, deo placentẽ. Omnino acceptabit deus pater oblationem nouã, & preciosissimam hostiam, de qua *Matt.3.* ipse ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Sed oblatio ista fratres satis delicata videtur, vbi tantum sistitur domino, redimitur auibus, & ilico reportatur. Veniet quando nõ in templo offeretur, nec inter brachia Simeonis, sed extra ciuitatem inter brachia crucis. Veniet quando non redimetur alieno, sed alios redimet sanguine proprio: quia redemptionem eum misit deus pater populo suo. Illud erit sacrificium vespertinum, istud est matutinum. Istud quidem iucundius, sed illud plenius. Istud enim tempore natiuitatis, illud iam in plenitudine ætatis: de vtroque tamen potes acci *Esa.53.* pere quod prophęta prædixit: Oblatus est quia ipse voluit. Nam & modo oblatus est, non quia opus habuit, non quia sub legis edicto fuit, sed quia voluit: & in cruce nihilo minus oblatus est, non quia meruit, non quia Iudæus prævaluit, sed quia ipse voluit. Voluntarie sacrificabo tibi domine: quia voluntarie oblatus es pro mea salute, non pro tua necessitate.

Sed quid fratres nos offerimus, aut quid retribuimus illi pro omnibus quæ retribuit nobis? Ille pro nobis obtulit hostiam preciosiorem quam habuit, nimirũ, qua preciosior esse non potuit. Et nos ergo faciamus quod possumus, optimum quod habemus offerentes illi, quod sumus vtiq; nosmetipsi. Ille seipsum obtulit, tu quis es qui teipsum offerre cunctęris? Quis mihi tribuat vt oblationem meam dignetur maiestas tanta susciperé? Duo minuta habeo domine, corpus & animam dico: vtinã hæc tibi perfecte possim in sacrificium laudis offerre. Bonum enim mihi longéq; glorioсius atque vtilius est vt tibi magis offerar, quàm deferar mihi ipsi. Nam ad me ipsum anima mea conturbatur, in te verò exultabit spiritus meus, si tibi veraciter offeratur. Fratres, morituro domino Iudæus mortuas hostias offerebat, sed iam nũc, Viuo ego, di- *Hier.18. & 33.*

cit dominus: nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Non vult dominus mortem meam, & non libenter offeram illi vitam meam? Hæc est enim hostia placabilis, deo placens hostia, hostia viua. Sed in oblatione illa domini tres fuisse legũtur, & in oblatione nostra tria nihilominus à domino requiruntur. Fuit in oblatione illa Ioseph spõsus matris domini, cuius filius putabatur: fuit & ipsa virgo mater, & puer Iesus qui offerebatur. Sit ergo & in oblatione nostra constantia virilis, sit continentia carnis, sit conscientia humilis. Sit inquam, in proposito perseuerandi animus virilis, sit in continentia castitas virginalis, sit in conscientia simplicitas & humilitas puerilis. Amen.

In Septuagesima Sermo I.

MAgna mihi consolatio est fratres mei, in verbo il- *Ioan.18.*

lo domini, Qui est ex deo, verba dei audit. Proпterea enim vos libenter auditis, quia ex deo estis. Nec ignoro quod alio in loco dicit scriptu- *Rom.11.* E ra: Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: sed multo aliter sunt ex eo, qui secundum beati Ioannis euangelium, non *Ioan.1.* ex voluntate carnis nati sunt, sed ex deo. Vnde & inuenies ab eodem Ioanne in epistola sua scriptum: Omnis qui natus est *1.Ioan.5.* ex deo, non peccat, sed generatio cœlestis conseruat illum. Non peccat, inquit, id est, non permanet in peccato, quia conseruat illum, vtique vt perire non possit, ea quæ falli non potest generatio cœlestis. Siue non peccat, id est, tantundem est ac si non peccet, pro eo scilicet quòd non imputatur ei peccatum, generatio enim cœlestis etiam in hac parte conseruat illum. Sed generationem istam quis enarrabit? Quis potest dicere, Ego de electis sum, ego de prædestinatis ad vitam, ego de numero filiorum? Quis hæc inquam, dicere potest? reclamante nimirum scriptura: Nescit homo si sit dignus amore, an odio. Certitudinem vtique non ha- *Eccles.9.* bemus: sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt signa quædam & indicia manifesta salutis, vt indubitabile sit eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanserint. Propter hoc inquam quos præsciuit deus, & prædestinauit *Rom.8.* conformes fieri imaginis filij sui, vt quibus certitudinem negat causa sollicitudinis, vel fiduciam præstet gratia consolationis. Hoc enim est vnde semper solliciti & in timore & tremore humiliemur necesse est sub potẽti manu dei, quoniam quales sumus, nosse possumus vel ex parte: quales autem fu- F turi sumus, id nosse penitus nobis impossibile est. Itaque qui stat, videat ne cadat: & in forma quæ salutis indicium est, & argumentum prædestinationis, perseueret atque proficiat. Porrò inter ea quæ fiduciam præstant & materiam spei, vnum illud maximum est de quo nunc cœpimus loqui: Qui de deo est, verba dei audit. Nonnullos enim sic interdum audientes inuenies, ac si nihil omnino ad eos pertineant quæ dicuntur: non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare, ne fortè quod audiunt, dictum sit propter eos. Magis autem si fortè sermo dei viuus & efficax (qui suo, & non eius qui loquitur, arbitrio fertur, quocunque voluerit) si inquam, manifeste aduersus vitia illa processerit quibus sese illi sentiunt obligatos, dissimulant, & auertunt oculos cordis, aut qualibet adinuentione palliant vitia, & seducunt miseri semetipsos. In his ergo salutis signa non video, magis autem vereor, ne forte propterea nõ audiant verbum dei, quia non sunt ipsi ex deo. In vobis fratres (gratia deo) verè inuenio aures audiendi: nimirum cum in emendatione vestra sine mora appareat fructus verbi, sed etiam inter loquendum (fateor) nonnunquam sentire mihi videor feruore studij vestri. Etenim quanto abundantius fugitis, tanto amplius replet vbera mea dignatio spiritus sancti: & tanto copiosius datur quod propinem vobis, quãto citius quod propinatur hausi-

Gstis. Propterea sæpius loquor vobis etiam præter consuetudinẽ ordinis nostri, Scio enim quis dixerit, Si quid supererogaueris, cum rediero reddam tibi. Initium septuagesimæ fratres hodie celebratur, cuius nomen in vniuersa ecclesia celebre satis habetur. Iam verò dico vobis charissimi, quia plurimum in hoc nomine compatior mihiipsi. Cõmouetur enim intra me spiritus meus spirans nimirum ad patriam illam, in qua nec numerus est, nec mẽsura, nec põdus. Quandiu enim in pondere & mensura & numero vniuersa corporis & animæ bona recipio? Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? ego autẽ hic fame pereo. Nam de corporali cibo ad Adam dictum est, & peruenit vsque ad me: In sudore vultus tui vescẽris pane tuo. Sed & cũ laborauero, panis datur mihi in pondere, potus in mensura, pulmẽta in numero. Et de corporali quidem sic. Quid verò de spirituali? Vtique antequam comedã, suspiro: atque vtinã cum suspirauero & fleuero, vel fragmẽtum exiguum merear de cœlesti conuiuio, & tanquam catellus edam de micis quæ cadunt de mensa dominorum meorum. O Hierusalem ciuitas regis magni, qui te ex adipe frumẽti satiat, & quam fluminis impetus lætificat, in te nec pondus vtique nec mensura, sed satietas est & affluentia summa. Sed nec habes numerum: quippe cuius participatio eius in idipsum. Ego verò qui totus sum in vicissitudine & numero, quando veniam ad vnam illam quã requiro? Quando satiabor apparente gloria tua domine? Quando inebriabor ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ quando potabis me? Nũc enim tam exigua sunt stillicidia stillantia super terram, vt nec glutire quidem possim saliuam meam. Sic omnino sic verũ est fratres, quoniam modo omnia dantur in pondere & mensura & numero: sed veniet dies quando omnia sunt cessatura. Nam de numero quidem legimus: Quoniam sapientię illius non est numerus. Et alio in loco apud eundem prophetam: Delectationes in dextera tua vsque in finem. Audi etiam apud Apostolũ pondus sine põdere. Supra modum, inquit, in submilitate æternum pondus glorię. Audi pondus æternum: sed attende quia præmiserit, supra modũ. Sic & Christum audio mẽsuram sine mensura promittentem. Mensuram, inquit, confertam & coagitatam, & superefluentem. Sed quando venient ista? Profectò in fine præsentis septuagesimæ: quod est tẽpus captiuitatis nostræ. Sic enim legimus, quòd captiuitati à Babyloniis filij Israel terminum acceperunt annorũ septuaginta: quibus transactis redierunt in sua, cum instauratum est templum, & ciuitas reędificata. At verò captiuitas nostra fratres, quãdo finietur, quæ tot annis ab initio vtique mundi protẽditur? Quando liberabimur à seruitute ista? Quãdo restauratur Hierusalem ciuitas sancta? Vtique cõpleta hac septuagesima, quæ ex denario & septenario cõstat, propter decem mandata quæ accepimus: & septem impedimenta quibus à mandatorũ obedientia retardamur. Primum enim impedimentum nostrum & occupatio grauis, est ipsa necessitas huius miseri corporis, quod dum modò somnum, modò cibũ, modò vestẽ, cæteráque similia quærit, haud dubiũ quin frequenter impediat nos ab exercitio spirituali. Secundo loco impediunt nos vitia cordis, vt est leuitas, suspicio, impatiẽtię aut inuidiæ motus, laudis appetitus, & similia quę quotidie experimur in nobis. Tertium & quartum impedimẽtum accipę prosperitatem huius seculi & aduersitatem. Sicut enim corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, sic deprimit etiam terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Vtrinque ergo caue à laqueo tentationis, & quęre arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Quintum impedimentũ grauissimũ & periculosissimũ ignorãtia nostra est. In multis enim omnino incertũ habemus quid agere debeamus: ita vt quid oremus sicut oportet, nesciamus. Sextum impedimentũ est aduersarius noster, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Atque vtinam in istis sex tribulationibus liberaremur, vt vel in septima non tangeret nos malũ, nec apprehenderet nos periculum in falsis fratribus. Vtinã soli impugnarent nos maligni spiritus cũ suggestionibus suis, & nihil nocerent homines perniciosis exemplis, persuasionibus importunis, sermonibus adulationis vel detractionis, atque aliis mille modis. Videtis certe quàm necessarium sit vt aduersus hæc septem pericula quibus impedimur, septiformis spiritus sancti auxilio subleuemur. Pro his enim septem quibus ab obseruantia decalogi retardamur, in luctu pœnitẽtiæ septuagesima præsens agitur. Vnde & reticetur interim Alleluia solenne, & humanæ transgressionis historia miserabilis ab exordio recensetur.

Luc.10. *Gen.3.* *Psal.146.* *Psal.15.* *2.Cor.4.* *Luc.6.*

De eo quod scriptum est, Immisit dominus soporem in Adam. Sermo secundus Vnde supra.

IMmisit dominus soporem in Adam. Immisit & in seipsum, factus nimirum secundus Adam: sed est distantia fortè non parua. Ille enim soporatus videtur præ excessu contemplationis, Christus miserationis affectu: vt in illum soporem immiserit veritas, in hunc charitas cum vtraque sit dominus. Ait enim Ioannes Euangelista: Deus charitas est. Et ipse dominus: Ego sum via, veritas & vita. Sanè soporem Christi solius charitatis fuisse nemo dubitat vel nomine tenus Christianus. Siquidẽ accubuit vt leo, nõ victus planè, sed victor, potestate propria ponens animam, somnum mortis excipiens propria voluntate. Cæterùm qualis & ille sopor dicendus sit fuisse vel credendus quem dominus immisit in Adam, in quo sine sensu omnino doloris in mulierem ædificandam costa sublata est de latere dormientis? Mihi quidẽ non nisi incõmutabilis veritatis intuitu, & abysso diuinæ sapiẽtię corporeis excedens sensibus obdormisse videtur: quod ex eius verbis vel maxime coniici potest. Rediens nimirum indicat quò abisset, dum tanquam ebrius de cella vinaria veniens & eructans illud magnum sacramentum quod tanto post in Christo in ecclesia apostolus commendauit, Hoc nunc, inquit, os ex ossibus meis. Et propter hoc, inquit, relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. An tibi penitus obdormisse videtur, qui in hanc vocem excitatus erupit, & non magis dicere potuisse, Ego dormio, & cor meum vigilat? Verùm id quidem sine præiudicio dixerim, si fortè aliter visum fuerit, maxime si quid aliud in sanctorum paginis inuenitur. Neque enim communem arbitror fuisse soporem, aut nostris similem somnis, quos nec contemplationis excessus, nec miserationis affectus, sed infirmitatis defectus immittit, quos nec veritas nec charitas sed necessitas parit. Graue siquidem iugũ super filios Adam: non autem in principio super Adam: sed nunc iam super filios eius. Quid non graue miseris, quibus & viuere labor est? Quibus & (quod pauci videntur aduertere, sentire penitus nemo) ipse quoque sensualitatis vsus inuenitur oneri, adeo vt nequeat sustineri nisi alterna requie foueamur? Quid nõ labor & dolor afflictio spiritus ex omnibus quæ sub sole sunt, quando & illud ei grauissimum est, quo potissimum delectatur, vegetatio scilicet & sensificatio carnis? Nimirum quàm sit ei dulce consortium, triste diuortium manifestat, dum vix tãdem auelli potest, dum corruptio ipsa corporis penitus intolerabilis est vegetanti. Sanè non simpliciter corpus, sed corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt immunem ab hoc grauamine primi parentis animam noueris extitisse, donec adhuc corpus gereret incorruptum. Nimirum in libertate posuit eum deus, vt inter summa & infima versans, & in illa, excederet sine difficultate, & ad hæc sine illecebra aut necessitate descenderet. Illa penetrans naturali viuacitate & puritate mẽtis, hęc auctoritate diiudicans præsidentis. Denique adducta sunt animalia ad Adam, vt videret quid vocaret ea, nõ ipse aliqua curiositate ductus est vt videret ea. Nõ sic in nobis libera ratio, sed vndiq; ei luctãdum est. Sic enim & ab infimis visco quodam captiua tenetur, & à summis indigna repellitur: vt nec ab his sine dolore possit auelli, nec ad illa sine magno gemitu vel rarò queat admitti. Hinc nempe vim faciunt qui quęrunt animam meã: vt clamare necesse sit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Inde priusquam comedã suspiro, quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nihilominus tamen & illic vnitas, & hic tenenda diuisio est: sicut & Adã soporatus est in contẽplatione, & animalia nominum impositione discreuit. Sic nimirum sic & Abrahã in sacrificio non quidem volatilia, sed animalia legitur diuisisse. Et Martha erga multa turbatur, cũ vnum sit necessarium. Necessarium plane vnum, & maximè necessarium, quoniam hæc

Gen.2. *Ioan.4.* *Ioan.14.* *Gen.2.* *Ephes.5.* *Cant.5.* *Esa.41.* *Psal.13.* *Rom.7.* *Matt.11.* *Gen.15.* *Psal.44.* *Sapien.9.*

A hæc pars optima, quæ non augeretur. Cessabit diuisio cũ venerit plenitudo, & erit totius sanctæ ciuitatis Hierusalẽ participatio in idipsum. Interim spiritus sapientiæ non modo vnicus, sed & multiplex est: interiora quidem in vnitatem solidans, sed sub iudicio exteriora distinguens. Vtrunque tibi in primitiua ecclesia commendatur, quando multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, ne volatilia scinderentur: diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat, vt animalia secarentur. Sit igitur etiam in nobis charissimi vnitas animorũ, vnita sint corda diligendo vnũ, quærendo vnũ, adhærendo vni, & idipsum inuicem sentiendo. Sic nimirum exterior ipsa diuisio & euadit periculum, & scandalum non incurrit, dum videlicet etsi propria cuique tolerãtia, propria quoque nonnũquam in terrenis agendis sententia, sed & diuersa interdum dona gratiarum nec membra omnia actum eundem videntur habere: vnitas tamen interior & vnanimitas ipsam quoque multiplicitatem colligat & constringat charitatis glutino, & vinculo pacis.

In capite ieiunij quomodo debemus vngere caput nostrum, & faciem nostram lauare. Sermo I.

BOdie dilectissimi sacrum quadragesimæ tempus ingredimur, tempus militiæ Christianæ. Non nobis singularis est hęc obseruatio, vna omniũ est quicunque in eandem fidei cõueniunt vnitatem. Quidni commune sit Christi ieiunium omnibus Christianis? Quidni caput suũ membra sequãtur? Si bona suscepimus ab hoc capite, mala autem quare non sustineamus? An respuere tristia volumus, & communicare iucundis? Si ita est, indignos nos capitis huius patticipatione probamus. Omne enim quod patitur ille, pro nobis est. Quòd si in opere salutis nostrę ei collaborare piget, in quo deinceps coadiutores nos exhibebimus illi? Non est magnum si ieiunet cum Christo, qui sessurus est ad mensam patris cũ ipso. Non est magnum si cõpatitur membrum capiti, cum quo & glorificãdum est. Felix membrũ, quod huic adhæserit per omnia capiti, & sequetur illud quocunque ierit. Alioquin si fortè abscindi separarique contingat, priuetur statim necesse est etiam spiritu vitæ. Quæcũque enim portio capiti nõ cõhæret, vnde ei iam sensus aut vita? Nec sane deerit qui expositam occupet, vt ne tunc quidẽ sit absque capite. Germinabit rursum radix amaritudinis, venenatum caput iterum pullulabit. Illud inquam caput, quod in eo cõtriuerat antè fortis mulier, mater ecclesia. Dico autem quãdo per eam regeneratus est in spem vitæ, quem natura filium iræ mater carnalis ediderat. Videbit C ergo iam, si fuerit qui reuelatos habeat oculos cordis, & spiritualiter intueatur, horrendum omnino monstrum, corpus quidem hominis, caput autem dæmonis habens. Non solùm autem, sed etiam erunt nouissima hominis illius peiora prioribus, cum vipereum illud caput, quod prius fuerat amputatum, non absque septem nequioribus se reuertatur. Quis nõ solo cõtremiscat auditu? Tollens membrum Christi, faciam membrum dæmoniorũ? Abscissus autem à corpore Christi, Satanæ miser incorporabor? Sit procul à nobis semper execranda ista commutatio, fratres mei. Mihi omnino adhærere tibi bonum est, ô caput gloriosum & benedictũ in secula, in quod & angeli prospicere cõcupiscunt. Sequar te quocunque ieris. Si transieris per ignem, non auellar à te: nõ timebo mala, quoniam tu mecũ es. Tu dolores meos portas, & pro me doles: tu prius trãsis per angustum passionis foramen, vt latum præbeas sequẽtibus membris ingressum. Quis nos separabit a charitate Christi? Ipsa enim est per quã omne corpus per nexus & iũcturas crescit. Hoc glutinum bonum, cuius meminit Esaias. Hæc, per quam bonũ est & iucundũ habitare fratres in vnum. Hoc vnguentũ quod descendit à capite in barbã, à capite descendit & in oram vestimenti, vt ne minima quidem himbria careat vnctione. In capite siquidem plenitudo gratiarũ, de qua accipimus omnes, in capite vniuersitas miserationis, in capite inexhaustus fons pietatis diuinæ, in capite affluẽtia tota spiritualis vnguẽti, sicut scriptũ est: Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ participib⁹ tuis. Ipsum tamen quod tam copiosè pater vnxerat caput, Maria quoque vngere non veretur. Calumniantur quidem discipuli, sed respondet veritas pro ea, quòd bonum opus sit operata. Denique & nobis hodie quid præcipit in euangelio?

D Tu, inquit, cum ieiunaueris, vnge caput tuũ.] Mira dignatio. Spiritus domini super eum, eo quòd vnxit eum, & nihilo minus tamẽ euangelizans pauperibus ait: Vnge caput tuum. Complacet sibi pater in filio, & dum vox sonat in ęthere, descẽdit spiritus in colũba. Putatis fratres, quia Christi baptismo chrisma defuerit? Manet domini spiritus super ipsum: & vnctum ab eo quis dubitet? Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Hæc planè spiritualis vnguenti fragrãtia est. Vnxit pater filium præ participibus suis, in quo præ cæteris singulariter complacet sibi. Pater enim diligit filium, affectu vtique diuino, & inexperto omni creaturæ. Vnxit inquam præ participibus suis, accumulãs super eum vniuersa charismata benignitatis, mansuetudinis, & suauitatis, abundãtius eum replens visceribus misericordiæ & miserationis. Vnctum denique misit ad nos, quem nobis exhibuit plenum gratiæ & miserationis. Sic vnctum à patre est caput nostrũ, & nihilo minus vngi postulat & à nobis. Cùm ieiunaueris, inquit, vnge caput tuum. Itáne aquam petit à tiuulo fons indeficiens? Petit sine dubio, aut certè repetit magis. Ad fontem enim vnde exeunt, flumina reuertũtur, vt iterum fluant. Non verò vt minus habens quod dederat Christus repetit, sed ne tibi pereat quicquid ad eum referre voluerit. Siquidem etiam fluminis aqua si stare cœperit, & ipsa putrescet, & E inundatione facta superueniens repelletur. Sic planè, sic gratiarum cessat decursus, vbi recursus non fuerit: nec modo nihil augetur ingrato: sed & quod acceperat, vertitur ei in perniciem. Fidelis autẽ in modico, censetur dignus munere ampliori. Vnge igitur caput tuũ, refundẽs in eũ qui supra te est, quicquid in te est deuotionis, quicquid delectationis, quicquid affectionis. Vnge igitur caput tuum, vt si qua in te est gratia referatur ad ipsum: nec tuã quæras gloriam, sed ipsius. Vngit enim Christum, qui bonus eius odor est in omni loco. Memento sanè aduersus hypocritas hunc processisse sermonem. Nolite, inquit, fieri sicut hypocritæ tristes. Non omnimodam nobis tristitiam interdicit, sed quę in facie est coram hominibus. Alioquin cor sapientis vbi tristitia: & Paulum quoque discipulos contristasse non piget, pro eo quòd contristati sunt ad salutem. Non est talis tristitia hypocritarum: non in corde, sed in facie est. Exterminant enim facies suas.

Nota proinde quòd non dixerit, Nolite esse sicut hypocritæ tristes, sed nolite fieri, hoc est fingi. Sic quippe vulgo dicitur, Tristem se facit, aut magnificat se: &, Qui beatificat te, in errorẽ te adducit: & similia, quę simulationis sunt, nõ veritatis. Tu autẽ cum ieiunaueris, vnge caput tuum, & faciẽ tuam laua. Exterminant illi faciem, tu autem lauare iuberis. Est autem facies, quæ in facie est conuersatio. Hanc fidelis Christi seruus lauat, ne quod offendiculum præbeat intuenti: hypocrita magis exterminat, dum singularia magis & inusitata sectatur. Sed nec caput vngit, cuius affectio elongatur à Christo, & vanis fauoribus delectatur. Vngit potius semetipsum, vt propriæ fragrantiam opinionis relpergat. Aut certè quia manifestũ est non esse caput hypocritæ Christum: nec suum tamen qualecunq; caput vngere potest, cuius mens non propriæ testimonio conscientiæ, sed adulationibus demulcetur. Date nobis (aiunt fatuæ virgines) de oleo vestro. Cur hoc? Quia in vasis suis oleum non habent. Sed non est prudẽtium huiuscemodi oleum dare. Quod enim sibi fieri nolunt, quando ipsi facient aliis? Audi verò prophetam, cui incerta & occulta sapiẽtiæ suæ reuelauerat deus. Oleum, inquit, peccatoris non impinguet caput meũ. Emunt oleum istud hypocritæ, sicut ait dominus: Amẽ dico vobis, receperunt mercedem suam. Exterminãt enim facies suas, vt appareant ieiunantes. Vides quàm breui sermone hypocritas & singularitatis notat, & arguit vanitatis. Vide etiã quã paucis & corã deo suadeat bona & coram hominibus prouidere. Vnge caput tuũ, & faciem tuam laua, hoc est, sic te irreprehẽsibilem foris exhibe, vt diuinam tibi conciliare studeas gratiam: & ante oculos humanos nõ propriam quæras gloriam, sed auctoris. Potest tamẽ & alio modo lota facies cõscientia pura, & vnctum caput intelligi mens deuota. Quòd si id probas, aduersus du-

Matt.6. *Ecclés.1.* *Matt.25.* *Psal.140.* *Matt.6.* *vbi supra.* *Ecclés.7.* *2.Cor.6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gplex vitium quod maxime solent appetere ieiunantes, hæc duo verba ablutionis & vnctionis dicta videtur. Alius enim ieiunat studio vanitatis, & huic dicitur, Faciem tuam laua. Alius ieiunat cum impatientia & rancore, & huic opus est vt caput vngat. Est autem caput istud, mens interior: quæ tunc vngitur in ieiunio, cum spiritualiter delectatur in ea. An verò tibi nouũ videtur, vt dicamus caput vngi ieiunio? Ego plus dico, etiam impinguatur. Nunquámne legisti quod scriptum est, Vt alat eos in fame? Est ergo ieiuniũ corporis, capitis vnctio, & carnis inedia refectio cordis. Quidni dixerim vnctionem, quæ & medetur vulneribus, & exasperatas conscientias lenit? Emat igitur hypocrita ieiunio suo oleum peccatoris, ego meum interim non vendo ieiunium, & ipsum mihi oleum est quo vngar. Vnge, inquit, caput tuũ, ne quid fortè murmuris aut impatientiæ subeat. Non solùm autem, sed & gloriare in tribulatione, sicut ait apostolus: Gloriare, inquam, sed absque omni studio vanitatis: vt sit etiam facies munda ab oleo peccatoris.

Psal.32.

Item in capite ieiunij, quomodo debemus conuerti ad dominum. Sermo II.

Ioel.2. COnuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu & planctu: & scindite corda vestra, & nõ vestimẽta vestra, ait dominus omnipotens.] Quid sibi vult, dilectissimi, quod præcipit dominus, vt cõuertamur ad eũ? Vbique enim est, & replet omnia, & nihilo minus complectitur vniuersa. Quò me vertam, vt conuertar ad te dominè deus meus? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Quid iubes quò conuertar ad te? *Psal.138.* supra, an infra? ad dexteram, an ad sinistram? Consilium istud est fratres mei, secretum est, quod solis credatur amicis. Mysterium regni dei est, apostolis reuelatur in aure. nam turbis nihil dicitur absque parabola. *Matt. 18.* Nisi conuersi fueritis, inquit, & efficiamini sicut pauulus iste, non intrabitis in regnũ cœlorum. Agnosce planè quò velit vt conuertamur. Ad paruulum conuerti necesse est, vt discamus ab eo, quia mitis est, & humilis corde. Ad hoc siquidem paruulus datus est nobis. Sanè idem & magnus est, sed in ciuitate domini, cui & dicitur: Exulta & lauda habitatio Siõ, quia magnus in medio tui *Esa.12.* sanctus Israël. Quid tu insolaris ô homo? Quid extolleris sine causa? Quid alta sapis, & oculi tui omne sublime videt, quod tibi non cedet in bonum? Sublimis quidem dominus, sed nõ ita proponitur tibi. Laudabilis magnitudo illius, non etiam *Psal.63.* imitabilis. Eleuata est magnificentia illius, & non poteris ad eam. Nec si te ruperis, apprehendes. Accedet, inquit, homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Excelsus siquidem dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Humiliare, I & apprehendisti. Hæc planè lex pietatis: & propter hanc legem sustinui te domine. Si fortè sublimitatis esset via proposita, & illic iter quo ostenderetur salutare dei, quanta facerẽt homines vt exaltarentur? Quàm crudeliter inuicem sternerent, inuicem conculcarent? quàm impudenter reperent, manibúsque & pedibus conarentur in altum, vt imponerent sese homines super capita aliena? Et certè qui contendit supergredi proximos, multas inueniet difficultates, multos habebit æmulos, multos patietur cõtradictores, ascẽdentes equidem ex aduerso. Nihil verò facilius est volenti, quàm humiliare semetipsum. Hoc verbũ est, dilectissimi, quod omnino nos reddit inexcusabiles: vt ne tenue quidem nobis velamen prætendere liceat. Sed iam ad hunc paruulum, ad magnitudinis & humilitatis magistrum, quonã modo conuerti necesse sit, videamus. Conuertimini, inquit, ad me in toto corde vestro. Fratres, si dixisset cõuertimini, nihil addens: esset vobis forsitan liberũ respondere, Factũ est: iam aliud propone mãdatum. Nunc autem spiritualis (vt audio) cõuersionis nos admonet, quæ non vna die perficitur, vtinam vel in omni vita qua degimus in hoc corpore, valeat consummari. Corporis nanque conuersio si sola fuerit, nulla erit. Forma siquidem conuersionis est ista, non veritas, vacuam virtute gerens speciem pietatis. Miser homo, qui totus pergens in ea quæ foris sunt, & ignarus interiorũ suorũ, putãs aliquid se esse cum nihil sit, ipse se seducit. Sicut aqua effusus sum (ait Psalmista in *Psal.21.* persona hominis huiuscemodi) & dispersa sunt omnia ossa *Osee.8.* mea. Et alius quidã propheta, Comederunt, inquit, alieni robur eius, & ignorauit. Exteriorem quippe superficiẽ intuens, K salua sibi omnia suspicatur, non sentiens vermem occultum, qui interiora corrodit. Manet tonsura, vestis necdum mutata est, ieiuniorum regula custoditur, statutis psallitur horis, sed cor longè est à me, dicit dominus. Attende solerter quid dili- *Matt.5.* gas, quid metuas: vnde gaudeas, aut cõtristeris: & sub habitu religionis animum secularem, sub pannis cõuersionis inuenies cor peruersum. Totũ enim cor in his quatuor affectionibus est, & de his accipiẽdum puto quod dicitur, vt in toto corde tuo cõuertaris ad dominum. Conuertatur proinde amor tuus, vt nihil omnino diligas nisi ipsum, aut certè propter ipsum. Cõuertatur etiam ad ipsum timor tuus, quia peruersus est timor omnis quo metuis aliquid præter eum, aut non propter eum. Sic & gaudium tuum & tristitia æquè cõuertatur ad ipsum. Hoc autem ita fiet, si non nisi secundũ eũ doleas aut læteris. Quid enim peruersum magis quàm lætari cũ malefeceris, & in rebus pessimis exultare: Sed & ea quoque quæ secundum carnem est tristitia, mortem operatur. Si pro tuo siue pro proximi peccato doles, bene facis, & hæc tristitia est ad salutem. Si gaudeas ad munera gratiæ, hoc gaudium sanctum est, & securum gaudium in spiritu sancto. Debes & in dilectione Christi fraternis congaudere prosperitatibus, & aduersitatibus condolere, sicut scriptũ est: Gau- *Rom.6.* dete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Verùm ne ipsa L corporalis quidem est paruipendenda conuersio, quia spiritualis huius adminiculum noscitur esse non paruum. Inde est quòd in loco hoc dominus cũ dixisset, in toto corde, adiunxit protinus, in ieiunio: quod vtiq; corporis est. Volo tamen admonitos esse fratres meos, obseruãdum illud non ab escis tantũ, sed ab omnibus illecebris carnis, & vniuersa corporis voluptate. Imò verò ieiunandum lõge amplius à vitiis quàm à cibis. Sed est panis à quo vos ieiunare nolo, ne forte deficiatis in via: & si nescitis, panem dico lachrymarum. Sequitur enim: In ieiunio & fletu & planctu. Exigit enim plan- *Psal.41.* ctum desiderium futurę beatitudinis. Factę sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte (ait propheta) cum dicitur mihi quotidie, Vbi est deus tuus? Parum ei placet huius vitæ nouitas, qui necdum vetera plangit, necdum plangit admissa peccata, necdum plangit tempus amissum. Si nõ plangis, planè non sentis animę vulnera, conscientiæ læsionem. Sed nec futura satis gaudia concupiscis, si nõ quotidie satis postulas ea cum lachrymis. Minus tibi nota sunt, si non renuit consolari anima tua donec veniant. Addit deinde propheta: Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Quibus verbis mani- *Ioel.2.* festè prior ille populus Iudęorum & duritiæ cordis & vanæ superstitionis arguitur. Crebra siquidẽ apud eos scissio vestium, sed non cordium esse solebat. Quando enim scinderẽtur corda lapidea, quę non poterant nec circuncidi? Scindite, M inquit, corda vestra, & non vestimenta vestra. Quis in vobis est cuius voluntas circa vnum aliquid solet obstinatior inueniri? Scindat cor suum gladio spiritus, quod est verbum dei: scindat illud, & in multas minutias festinet dispartiri. Alioquin non est conuerti ad dominum in toto corde, nisi scisso corde. Donec enim illam vnã accipias in Hierusalem, cuius est participatio in idipsum, multa interim tibi præcipiuntur: *Iac.2.* & si in vno offenderis, factus es omniũ reus. Spiritus domini multiplex, ait sapiens, nec potes sequi multiplicẽ sine multiplici scissione. Audi denique hominem quem secundũ cor suum inuenerat deus. Paratum, inquit, cor meum deus, para- *Psal.56.* tum cor meum. Paratum ad aduersa, paratũ ad prospera: paratum ad humilia, paratum ad sublimia: paratum ad vniuersa quæcunque præceperis. Vis pastorem ouium facere? vis constituere regem populorũ? Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Quis vt Dauid fidelis ingrediens, & egrediens, & *Psal.118.* pergens ad imperium regis? Et dicebat de peccatoribus: Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego verò legem tuam meditatus sum. Inde enim cordis duritia, inde mẽtis obstinatio, quia meditatur quis nõ legem domini, sed propriam voluntatem. Scindamus itaque corda nostra dilectissimi, quatenus integra proinde vestimenta seruemus. Vestes enim nostræ, virtutes sunt. Bona vestis charitas, bona vestis obedientia est. Beatus qui custodit vestimenta hæc, vt non ambulet nudus. Deniq; beati quorũ tecta sunt peccata. etenim charitas operit

A rit multitudinem peccatorũ. Scindamus corda, sicut prædictum est, vt hæc vestimenta integra seruemus, quemadmodũ *Iaco.5.* integra seruata est tunica saluatoris. Nec modò integrã seruat vestem scissio cordis, sed & talarem eam facit & polymitam, qualem à sancto patriarcha Iacob accepit filius qui præ cæteris amabatur. Hinc nempe virtutum perseuerantia, hinc cõuersationis pulchrę discolõr vnitas. Hinc illa est gloria regis filiæ in fimbriis aureis, circũamictæ varietatibus. Potest tamen & aliter hæc scissio cordis intelligi, vt si quidẽ prauũ fuerit scindatur ad confessionem: si durũ, ad compassionem. Quidni scindatur cor, vt visceribus effluat pietatis? Quidni scindatur vlcus, vt sanies effluat? Vtilis prorsus vtraq; scissio, vt nec clausum lateat peccati virus in corde, nec indigẽti proximo claudamus viscera misericordiæ: vt & ipsi consequamur misericordiam à domino nostro Iesu Christo, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Item de ieiunio quadragesimæ. Sermo III. Vnde supra.

ROgo vos dilectissimi, tota deuotione suscipite quadragesimale ieiunium, quod non sola abstinentia commendat, sed multo magis sacramentum. Nam si deuote vsque modo ieiunauimus, vtique sancto hoc tempore ieiunandum nobis est multo deuotius. Si quid enim additur ad solitum B abstinentiæ modum, nunquid non valde indignum est vt nobis onerosum sit quod Ecclesia portat vniuersa nobiscum? Hactenus vsque ad nonam ieiunauimus soli, nunc vsque ad vesperam ieiunabunt nobiscum pariter vniuersi reges & principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, simul in vnum diues & pauper. Hæc idcirco dixerim fratres, ne quis fortè turbetur à pusillanimitate spiritus, & ieiunium præsens quis minori deuotione suscipiat, dum se fortassis meminerit prioris quoque ieiunij pondus satis difficile toleraſſe. Hoc enim quantum potest laborat aduersarius noster, vt holocaustum nostrum deuotionis pinguedine vacuetur, vt & minus acceptum sit deo, & conscientia nostra in spirituali gaudio minus exhilaretur: sicque de pusillanimitate tolerantiæ, etiam conscientiæ pusillanimitas generetur. Cuius astutias non ignorantes, tota obsecro aduersus eũ sollicitudine vigilemus: & quia hilarem datorem diligit deus, & ipsa quoque conscientia nostra ampliori exinde fiducia subleuatur, vt deuotiora sint nostra ieiunia, sollicite nobis totius ecclesiæ proponamus exẽpla. Sed quid de his loquor quos habemus in hac ieiunij obseruatione consortes, quasi non multo excellentiores habeamus in ea duces, imò & consecratores? Quanta deuotione suscipiendum est vobis, quod à sancto Moyse tanquam hæreditario iure traditur, cui speC ciali præ cæteris prophetis prærogatiua, facie ad faciem dominus loquebatur? Quãto feruore amplectendũ est, quod Helias ille cõmendat, igneo curru raptus in cœlũ? Ecce enim quàm multa millia à diebus illis generalis cõditio mortis inuasit: Helias tamen vsq; adhuc conseruante domino manus eius euasit. Iam verò si commendant ieiunium prẽsens Moyses & Helias, quanuis magni, tamen conserui nostri. quantũ commendat illud Iesus dominus noster, qui & ipse diebus totidem ieiunauit? Qualis ille est, non dicam monachus, sed Christianus, qui minus deuote ieiuniũ suscipit, quod ei tradit ipse Christus? Denique tanto deuotius imitandum nobis est dilectissimi, Christi ieiunantis exemplum, quanto certius est propter nos eum ieiunasse, non propter seipsum. Ieiunemus ergo charissimi, & deuote ieiunemus sancto hoc quadragesimæ tempore: ita sanè, vt nouerimus quadragesimam nostram non solos quadraginta dies habere. Cõtinuanda enim nobis est quadragesima cunctis diebus miseræ huius vitæ, dum per auxilium gratiæ (quæ in quatuor euangeliis commendatur) necesse est nos decalogum legis implere. Errant planè qui paucissimos dies istos pœnitentiam sufficere credunt, cum certũ sit totum vitę huius tempus non nisi ad pœ- *Esa.55.* nitentiam institutum. Quærite dominum, ait propheta, non solùm quadraginta diebus, sed dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Neque enim tunc erit inuocandi tẽpus, quãdo nemini proximus erit deus, sed aliis quidem præsens, aliis verò nimis valde remotus. Interim sanè ex eo quòd proximus dicitur, manifestum est quòd nondum habetur, sed tamen haberi & inueniri facilè potest. Quis tibi videtur proxi- D mus fuisse illi qui incidit in latrones? Vtique qui fecit cum eo misericordiã. Ergo quia toto hoc tempore misericordię proximus est: quærite dominum charissimi, dum inueniri potest, *Luc.10.* inuocate eum dum prope est. Veruntamen præsenti quadragesima maiore nobis non feruore quærendus, quæ nõ soluni pars, sed & sacramentum est totius temporis huius. Propterea si fortè diebus cæteris studia ve[illegible] aliquatenus intepuerant, dignũ est vt nunc in feruore i[illegible]us recalescant. Quòd si gula sola peccauit, sola quoque ieiunet, & sufficit. Si verò peccauerunt & membra cætera, cur non ieiunent & ipsa? Ieiunet ergo oculus qui deprædatus est animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiam anima ipsa. Ieiunet oculus à curiosis aspectibus & omni petulantia, vt bene humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui male liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriés à fabulis & rumoribus, & quæcunq; ociosa sunt, & ad salutem minime pertinentia. Ieiunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus vanis atque scurrilibus verbis: interdum quoque ob grauitatem silentij, & ab ipsis quæ videri poterãt necessaria. Ieiunet manus ab ociosis signis, & ab operibus omnib⁹ quæcunque non sunt imperata. Sed & multò magis anima ipsa ieiunet à vitiis, & propria voluntate sua. Etenim sine ieiunio hoc cætera à domino reprobantur, sicut scriptum est, quia in diebus ieiuniorum vestrorũ voluntates vestræ inue- *Esa.58.* niuntur. E

Item de oratione & ieiunio. Sermo IIII. Vnde supra.

QVia ieiunij quadragesimalis tempus aduenit, quod tota deuotione suscipere moneo charitatem vestram: dignum reor aliquatenus exponere, quo fructu & quemadmodum oporteat ieiunare. Primùm quidem fratres pro eo quòd ab ipsis quoque licitis abstinemus, ea nobis quę prius commissimus illicita condonantur. Quid verò est condonari commissa, nisi ieiunio breui ieiunia redimi sempiterna? Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus est, consolatio nulla, terminus nullus: vbi guttam aquæ *Luc.16.* dies postulat, & accipere non meretur. Bonum ergo & salutare ieiunium, quo redimuntur æterna supplicia, dum remittuntur hoc modo peccata. Non solùm autem abolitio est peccatorum, sed extirpatio vitiorum: non solùm obtinet veniam, sed & promeretur gratiam: non solùm delet peccata præterita quæ commisimus, sed & repellit futura quæ committere poteramus. Dicam vnum adhuc quod facilè capiatis, sæpius, nisi fallor, experti: Ieiunium orationi deuotionem & fiduciam donat. Et vide quemadmodum sibi in- *Eccl.35.* uicem ieiunium & oratio socientur, sicut scriptum est, Frater adiuuans fratrem, ambo consolabuntur: Oratio virtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium gratiam promeretur orandi. Ieiunium orationẽ roborat, oratio sanctificat ieiunium, F & domino repręsentat. Quid enim ieiunium nobis proderit, si relinquatur in terra? quod absit. Subleuetur ergo ieiunium penna quadam orationis. Verùm huic, ne forte minus sufficiat, alteram quoque necesse est sociari. Oratio iusti, ait *Eccl.35.* scriptura, penetrat cœlos. Sint ergo ieiunio nostro, vt facilè cœlos penetret, alæ duæ: orationis scilicet, atque iustitię. Iustitia verò quæ est, nisi quæ cuique reddit quod suum est? Noli ergo quasi solum attendere deum, debitor enim es etiã prælatis, etiam fratribus tuis: nec vult deus vt paruipendas, quos ipse minimè paruipendit. Neque enim sine causa ait *2.Cor.9.* Apostolus: Prouidentes bona non tantùm coram deo, sed etiam coram hominibus. Dicebas fortasse, Sufficit mihi si tantùm deus approbat quod ago, quæ mihi de humano cura iudicio? Sed certus sis quòd ei minimè placeat quicquid cum scandalo filiorum eius, & contra ipsius feceris voluntarem, cui obedire te tanquam eius vicario oportebat. Sancti- *Ioel.2.* ficate, inquit, ieiunium: vocate cœtum. Quid est enim cœtum vocare? Vnitatem seruare, diligere pacem, fraternitatem amare. Superbus ille Pharisæus ieiunium habuit, ieiunium sanctificauit, qui nimirum & ieiunauit bis in sabbato, & gra- *Luc.18.* tias egit deo: sed non vocauit cœtum, dicens: Non sum sicut cæteri hominum, ideóque ala vna nitoris vnium eius non peruenit in cœlum. Vos ergo charissimi lauate manus ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gstras in sanguine peccatoris,& omnino solliciti estote vt alas duas habeat ieiunium vestrum,sanctimoniam scilicet, & pacem,sine qua nemo videbit deum.Sanctificate ieiuniū,vt pura intētio & deuota oratio diuinæ illud offerat maiestati.Vo
Psal. 149. cate cœtum,vt cōgruat vnitati. Laudate dominum in tympano & choro, vt concors sit mortificatio carnis. Porro quia & de ieiunio & de iustitia aliqua diximus, dignum est vt de oratione quoque pauca loquamur. Hæc enim quanto efficacior est si fiat vt debet, tanto callidius impediri ab aduersario solet. Interdum enim grauiter impeditur oratio à pusillanimitate spiritus,& timore immoderato. Hoc autem tunc solet fieri cum sic cogitat homo propriam indignitatem, vt non conuertat oculos ad diuinam benignitatem. A-
Psal. 141. byssus enim abyssum inuocat:abyssus luminosa,abyssum tenebrosam : abyssus misericordiæ, abyssum miseriæ. Profundum nanque est cor hominis,& imperscrutabile. Sed si magna est iniquitas mea, multo maior est domine pietas tua. Ideóque cū ad meipsum turbata fuerit anima mea, memor sum multitudinis misericordiæ tuæ, & respiro in ea : & cum introiero in potentias meas,nolo memorari iustitiæ tuæ solius.Veruntamen sicut periculum est si fuerit oratio nimis timida,sic in contraria parte non minus imò & maius periculum est, si fortè fuerit temeraria. De his qui sic orant, audi
H quid loquatur ad prophetam dominus:Clama,inquit,ne cesses : quasi tuba exalta vocem tuam, &c. Quasi tuba, inquit,
Esa.58. quia in spiritu vehementi increpandi sunt temerarij. Me etenim quærunt,qui seipsos nondum inuenerunt.Nec hoc dico vt peccatoribus auferam orandi fiduciam,sed volo eos orare tanquā gentem quæ peccatum fecerit, non iustitiam. Orent pro indulgētia peccatorū suorum in animo contrito, & spiritu humilitatis,quemadmodū publicanus ille, Deus,inquit,
Luc.18. propitius esto mihi peccatori. Temeritatem enim dico,quādo is in cuius conscientia peccatum adhuc aut vitiū aliquod regnat,ambulat in magnis & mirabilib⁹ super se, minus sollicitus pro periculo animæ suæ. Tertium periculum est, si sit oratio tepida,& non ex viua affectione procedens. Timida quidem oratio cœlum non penetrat,quia restringit animum timor immoderatus,vt oratio non dicam non ascendere, sed nec procedere queat. Tepida verò in ascensu languescit & deficit,eò quòd non habeat vigorem. Nam temeraria ascendit, sed resilit.resistitur enim ei:nec tantùm non obtinet gratiā,sed & meretur offensam. Quæ verò fidelis & humilis & ferues oratio fuerit,cœlum sine dubio penetrabit : vnde certum est quòd vacua redire non poterit.

I *Item de triplici modo orationis. Sermo V.*
Vnde supra.

CHaritas qua pro vobis sollicitus sum fratres mei, cogit vt loquar vobis : & vrgente ea multo sæpius loquerer, nisi tam multis occupationibus impedirer. Nec mirum si sollicitus sum pro vobis, cum inueniam in meipso materiam multam & occasionem sollicitudinis. Quotiens enim propriam miseriam,& multimoda pericula cogito,haud dubium quin ad meipsum conturbetur anima mea. Nec minor mihi sollicitudo est pro singulis quibusque vestrum, si tamen diligo vos tanquam meipsum. Nouit ipse qui scrutatur corda,quotiens in corde meo propriæ sollicitudini præponderat sollicitudo vestra. Nec mirum si multa mihi sollicitudo est, & timor magnus conturbat me super omnibus vobis,quos video in tanta miseria, & in tantis constitutos esse periculis.Ipsi enim(vt manifestum est) gestamus laqueū nostrum, vbique proprium circunferimus inimicum, carnem hanc loquor,de peccato natam, in peccato nutritam, corruptam nimis ipsa origine,sed multo amplius praua consuetudine vitiatam. Hinc est quòd tam acriter caro aduersus spiritum concupiscit,quòd assiduè murmurat, & impatiens est disciplinæ,quòd illicita suggerit,quòd nec rationi obtemperat, nec inhibetur vllo timore. Huic accedit, hanc adiuuat, hac vtitur ad impugnādos nos callidissimus serpens,cui nullum aliud desiderium est,nullum studium, nullum negotiū, nisi effundere sanguinem animarum.Hic est qui iugiter machinatur malum, qui desideria carnis instigat, qui concupiscentiæ ignem naturalem quodammodo venenatis suggestionibus sufflat, illicitos motus inflammat, peccati occasiones parat,& mille nocendi artibus corda hominum tentare nō cessat. Hic est qui manus nostras ,pprio cingulo alligat,&(vt dicitur)baculo nostro nos cædit : vt carō quæ data est in adiutorium, in ruinam nobis & in laqueum fiat. Sed quid prodest indicasse pericula,si nulla consolatio, nulla adhibeantur remedia:Grande quidem periculum est, & grauis lucta aduersus domesticum hostem, maximè cum nos aduenæ simus,& ille ciuis : ille suam inhabitet regionem,nos exules simus,& peregrini. Magnum quoque discrimen aduersus diabolicæ fraudis astutias, tam crebros, imò continuos habere conflictus : quem nec videre quidem possumus, & quem nimis astutum fecerit tam natura subtilis, quàm longa exercitatio malitiæ eius.Veruntamen in nobis est si vinci nolumus, & nemo nostrum in hoc certamine deiicitur in- *Gen.4.*
uitus.Sub te est ô homo appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est si volueris dare seu negare consensum. In tua facultate est si volueris inimicum tuum facere seruum tuum, vt omnia tibi cooperentur in bonum. Ecce enim inflammat inimicus desiderium cibi, vanitatis aut impatientiæ cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum : tu solummodo ne consenseris : & quotiens restiteris,totiens coronaberis. Ve- L
runtamen negare non possumus, fratres, molesta sunt hæc, & periculosa, sed & in ipso certamine si viriliter resistimus, quædam pia tranquillitas de conscientia bona nascitur.Credo etiam, si cogitationes istas quàm cito in nobis aduertimus, non patimur remorari, sed in spiritu vehementi animus aduersus illas excitatur:quoniam inimicus confusus abscedet à nobis:non tam libenter ilico reuertetur. Sed qui sumus nos,aut quæ fortitudo nostra,vt tam multis tentationibus resistere valeamus ? Hoc erat certè quod quærebat deus, hoc erat ad quod nos perducere satagebat:vt videntes defectum nostrum,& quòd non est nobis auxilium aliud, ad eius misericordiam tota humilitate curramus.Propterea rogo vos fratres,vt semper ad manum habeatis tutissimum o- *Oratio refugium.*
rationis refugium,de qua etiam memini me paulò antè in fine sermonis esse locutum. Veruntamen quotiens de oratione loquor,verba quædam humanæ cogitationis audire mihi videor in corde vestro,quæ & ab aliis frequenter audiui, & nonnunquam expertus sum in corde meo. Quid enim est, quòd licet nunquam ab oratione cessemus, vix vnquam experiri videatur aliquis nostrum, quis sit orationis suæ fructus?Sicut ad orationem accedimus, sic redire videmur. nemo nobis respondet verbum,nemo quicquam donat:sed laborasse videmur incassum. Sed quid in euangelio dicit do- M
minus?Nolite,ait,iudicare secundum faciem, sed iustū iudi- *Ioan.7.*
cium iudicate.Quod est autem iustum iudicium, nisi iudiciū fidei?quoniam iustus ex fide viuit. Ergo iudiciū fidei sequere,& non experimentum tuū:quoniam fides quidem verax, sed experimentum fallax. Quæ est ergo veritas fidei, nisi quod promittit ipse filius dei? Quidquid orantes petitis,cre- *Mart.11.*
dite quia accipietis,& fiet vobis. Nemo vestrum fratres paruipendat orationem suam. Dico enim vobis, quia ipse ad quem oramus,non paruipendit eam. Priusquam egressa sit ab ore nostro, ipse scribi iubet eam in libro suo. Et vnum indubitanter è duobus sperare possumus : quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nobis nouerit esse vtilius. Nos enim quid oremus sicut oportet,nescimus : sed miseretur ille super ignorantiam nostram : & orationem benigne suscipiens,quod nobis aut omnino nō est vtile, aut non tam cito dari necesse est, minime tribuit:oratio tamen infructuosa non erit,ita sane, si fecerimus quod monemur in psalmo, id *Psal.36.*
est, si delectemur in domino. Ait enim sanctus Dauid : Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.Sed quid ô propheta,quòd tam absolutè mones delectari in domino, ac si ad manum nobis sit huiusmodi delectatio ? Delectationem cibi,somni,& quietis, & cæterorum quæ in terra sunt, nouimus : deus autem quam delectationem habet, vt in eo delectemur ? Fratres mei, seculares hoc dicere possunt, vos non potestis. Quis enim vestrum est, qui non sæpe expertus sit conscientiæ bonæ delectationem? qui non gustauerit saporem castitatis,humilitatis,charitatis? Non est hæc delectatio potus neque cibi,aut similis cuiuslibet rei : delectatio tamen est;

A est,& maior omnibus illis.diuina enim est & non carnalis delectatio:& cum in his delectamur,plane delectamur in domino . Sed causantur multi fortasse quòd affectū hunc delectabilem & dulciorem super mel & fauū rarius experiātur: nimirum quia tentationibus interim exercentur, multóque virilius agant,si virtutes ipsas nō pro delectatione quam experiātur,sed pro virtutibus ipsis & pro solo beneplacito dei tota intentione,etsi non tota affectione sectātur. Nec dubiū quin optimè complaceat qui huiusmodi est,prophetæ admonitioni,qua dicit:Delectare in domino:quoniam nō de affectu loquitur,sed de exercitio. Affectus enim ille beatitudinis est,exercitium verò virtutis.Delectare,inquit, in domino,ad hoc tende,ad hoc conare , vt in domino delecteris, & dabit tibi petitiones cordis tui.Sed considera quòd petitiones cordis dixerit,quas approbat iudicium rationis. Nec habes vnde causeris,sed vnde magis tanto affectu in gratiarum actione verseris:quandoquidem tanta super te cura est deo tuo, vt quotiens ignorans quæris quod tibi inutile est, non te audiat super hoc,sed mutet illud vtiliori dono.Sic & pater carnalis paruulo quærenti panem libenter porrigit : quærenti cultellum,quem non necessarium putat , non consentit, sed magis panem ei quem dederat frangit , vel per aliquem ministrorum frangi præcipit, vt nihil ille habeat periculi , nihil
B laboris.Porrò petitiones cordis in tribus credo constare,nec video quid præter illa electus quisque sibi debeat postulare. Duo quidem huius temporis sunt,id est bona corporis & animæ , tertium verò beatitudo æternæ vitæ . Nec mireris quòd bona corpotis à deo dixerim esse quærenda , quoniam eius sunt corporalia omnia, sicut & spiritualia omnia bona. Ab eo ergo petendum & sperandū nobis est , vnde possimus in eius seruitio sustentari.Veruntamē pro necessitatibus animæ orandū nobis est & frequentius,& feruentius, id est pro obtinenda gratia dei,animæque virtutibus.Sic & pro vita æterna tota pietate & toto nobis orandū est desiderio, vbi nimirum corporis & animæ plena &/perfecta sit beatitudo.In his ergo tribus vt cordis petitiones sint , tria nobis sunt obseruanda.Nam & in prima quidem superfluitas, & in secunda impuritas,& elatio interdū surrepere solet in tertia.Nonnunquam enim temporalia quæri solent ad voluptatem,virtutes ad ostentationem.Sed & vitam æternam fortassis aliqui non in humilitate quærunt, sed tanquam in fiducia suorum meritorum.Nec hoc dico,quin accepta gratia fiduciam donet orandi, sed non oportet vt in ea constituat quisquam fiduciam impetrādi.hoc solum conferunt hæc præmissa dona,vt ab ea misericordia quæ tribuit hæc,sperētur etiam ampliora.Sit ergo oratio quæ pro temporalibus est , circa solas
C necessitates restricta.sit oratio quæ pro virtutibus est animę, etiam ab omni impuritate libera,& circa solum beneplacitū dei intenta.sit ea quę fit pro æterna vita,in omni humilitate, præsumens de sola(vt dignum est)miseratione diuina.

In quadragesima, de oratione dominica. Sermo VI.
Vnde supra.

Matt.6. FIat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra.] Voluntas domini, fratres , quæ prius angelos creauit faciens , eosdem postmodum in eis facta beauit.Sicut enim verbum quod erat in principio , carnem susp iciens dicitur (& verè dicitur)
Ioan.1. factum caro,sic voluntas illa æterna in angelo facta est, cum angelicā omnino in se absorbuit volūtatem. Quidni dicatur facta in angelo,cum angelica facta est ? Hæc enim summa illius felicitatis est,hic voluptatis cœlestis torrens, quòd diuina voluntas ipsa facta est etiam angelorum : vt quemadmodum placet deo vniuersitas administrationis huius, sic & ipsi in cunctis gaudeant , in omnibus delectentur . Hoc igitur oramus,vt hæc voluntas sicut in cœlestibus facta est creaturis,fiat etiam in terrenis:vt sicut angelus, sic & homo adhærens deo,vnus cum eo spiritus sit.Sed heu me , quot obstacula separant, quot prohibent impedimenta! Obiicit sese malitia mediam,obiicit infirmitas, obiicit concupiscentia & ignorantia nostra.Inest enim nobis quasi à natura,magis autem ab exterminio naturæ , affectio quædam pessima libido nocendi, vt inextinguibilis inueniatur in miseris animabus nostris malitię delectatio.Quid verò longius à voluntate diuina? Planè chaos magnum inter nos & illam firmatum D
est in hac parte : cum semper eum delectet præstare beneficia , & ingratis nobis econtra suggerat affectio crudelissima & innoxiis velle nocere.Hinc omnis radix amaritudinis germinat,hinc inuidiæ,hinc detractiones,hinc dissensiones pullulant,hinc sylvescunt inimicitiæ. Ad hæc quidē germina virulenta præcidi semper necesse est falce iustitiæ , qua videlicet extorquemus à nobis,ne cui faciamus quod nolumus nō bis fieri : sed quæ volumus vt faciant nobis homines, & nos eis eadem faciamus . Eradicari tamē aut extirpari à cordibus nostris omnino nō poterit malitia,donec in mūdo fuerimus, qui totus positus est in maligno.Conteritur quidem serpentis caput,sed experiri est frequenter calcaneo insidiātem. Secundo loco ipsa quoque corruptibilis huius infirmitate corporis præpedimur,ne voluntas nostra diuinę valeat cohærere.Nobis quidem quod molestum sentimus, non potest non displicere:& frequenter in his voluntas nostra à diuina dissidet voluntate,cui ne penitus aduersetur , fortitudo est nobis necessaria,quæ secunda species est virtutis. Nec sola impedit afflictio corporis: impedit & concupiscentia , qua multiplicibus & inexplebilibus distrahimur desideriis.Quādo autem poterit anfractuosa & angulis plena voluntas ei vniri , quæ rectissima est , & omnimodis indistorta? Heu mihi domine deus,quia vndique mihi bella,vndique tela volant , vndique pericula,vndique impedimenta. Quocunq; me vertā , nulla E
vsquā securitas est:& quę mulcent,& quæ molestant,timeo: & esuries & refectio,& somnus & vigilię,& labor & requies militant contra me.Diuitias & paupertates ne dederis mihi, *Prou.30.*
orat sapiēs : nimirum quia vtrobique laqueus,vtrobique periculum.Quòd si reprimit temperātia concupiscentiam(hoc quippe vnicum in huiusmodi remedium est) erit quidē vnio iam nōnulla,sed plena non erit.Hinc & apostolus de se fatetur. Ego ipse, ait, mente consentio legi dei,carne autem legi
Rom.7. peccati,quæ est in membris meis. Ex parte ergo cohæret , & ex parte dissidet,donec veniat quod perfectum est , & quod ex parte est euacuetur.Quarta est ignorantia, quam & ipsam nobis plurimum obesse non ignoratis. Quo enim pacto voluntatem dei prę uiam sequar,vbi ignoro eam?Cognosco autem tantū ex parte, & necdum sicut cognitus sum . Propterea inquirenda sunt nobis cum omni desiderio incrementa prudētiæ,vt magis ac magis notam faciat nobis deus voluntatem suam, vt sciamus quid acceptum sit in omni tempore. Sic virtutum consummatio,iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ,& prudētiæ vnionem illam tam felicem quàm desiderabilē consummabit,vt sit nobis cum deo vna volūtas:& quæcunque ei placent,placeant simul & nobis : atque hoc nobis erit (vt de angelis suprà dictum est) omnino perfecta iucūditas. Oramus autem vt aduenīat regnum domini, quò videlicet nobis plena sit de regni potestate securitas. Quod autem F
petimus vt sanctificetur nomen eius,omnino iā supra nos in eius notitiam pergere concupiscimus . Vbi nimirum nobis in nobis & felix securitas & secura felicitas fuerit,in eum qui super nos est,tota iam spiritus vehementia rapiemur.Sanctificetur nomen tuum.] Nomen eius,gloria eius . Et illa quando non sancta? Fieri tamen dicitur sancta gloria eius, cum in sanctitate glorificatur à nobis:sicut & voluntatem eius, quæ æterna est,in nobis(vt nostra fiat)fieri postulamus.Hoc ergo primum fieri petimus quod maximum est, vt nobis gloriæ illius innotescat sanctitas illibata . Exinde quod ad nos spectat optamus & regni potestatem propter securitatē, & voluntatis eius in nobis perfectionem propter iucunditatem. Sed quia necdum illa perfectione gaudētes, non sine magno labore diuinę possumus obtemperare voluntati, opus est cibo ne deficiamus,opus est inquam pane quotidiano. Sæpius quoque aberrantes ab ea , & delinquentes , hoc est derelinquentes eam,necessariò pro indulgentia supplicamus , dicētes:Dimitte nobis debita nostra, &c. At ne fortè in eadem recidamus post acceptam veniam peccatorum, orādus à nobis idem ipse est , ne nos inducat in tentationem : sed magis educat nos & liberet à malo.

Item in quadragesima,de peregrino,de mortuo,& crucifixo. Sermo VII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GObsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere
1.Pet.2. vos à carnalibus desideriis. Felices qui se præsenti seculo nequam aduenas & peregrinos exhibent, immaculatos
Heb.13. se custodientes ab eo. Neque enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Abstineamus ergo à carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam, tanquam aduenæ & peregrini. Peregrinus siquidem via regia incedit, nō declinat ad dexteram neque ad sinistram. Si fortè iurgantes viderit, nō attendit. Si nubentes aut choros ducentes, aut aliud quodlibet facientes: nihilo minus transit, quia peregrinus est, & non pertinet ad eum de talibus. Ad patriam suspirat, ad patriam tendit, vestitum & victū habens non vult aliis
Psal.38. onerari. Beatus planè qui suū sic agnoscit, sic deplorat incolatum, dicens domino: Quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Magnum hoc quidē, sed forte gradus aliquis altior est. Nam peregrinus etsi nō admiscetur ciuibus, aliquando tamen delectatur videre quæ fiunt, aut audire ab aliis, aut ipse narrare quæ viderit: & his & huiusmodi etsi penitus non retinetur, detinetur tamen & retardatur, dum minus memor patriæ, minori accelerat desiderio. Nā & tanto tēpore potest in his delectari, vt iam nō solū remoretur, & minus citò veniat, sed & remanens ex toto nec tardè quidem perueniat. Quis igitur est magis alienus ab a-
Colo.3. ctibus seculi, quàm peregrinus? Profectò quibus dicit apo-
H stolus, Mortui enim estis, & vita vestra abscōdita est cū Christo in deo. Peregrinus nimirum potest facilè occasione viatici plus quàm oporteat & detineri quærendo, & prægrauari portando: mortuus, si desit etiam ipsa sepultura, nō sentit. Sic vituperantes vt laudantes, sic adulantes audit vt detrahētes: imò verò nec audit, quia mortuus est. Omnino felix mors, quę sic immaculatū seruat, imò penitus alienū facit ab
Galat.2. hoc seculo. Sed necesse est vt qui non venit in se, viuat Christus in illo. Hoc est enim quod ait apostolus: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Ac si diceret: Ad alia quidem omnia mortuus sum, non sentio, non attendo, non curo: si qua verò sunt Christi, hæc viuum inueniunt & paratum. Nam si non aliud possum, saltem sentio. placet quod ad eius honorem fieri video, displicent, quę aliter fiunt. Magnus omnino gradus est iste. At fortasse poterit aliquid adhuc superius inueniri. In quo ergo quæremus? In quo putas, nisi in eo de quo nunc loquebamur, qui raptus est vsque ad tertium cœlum? Quis enim prohibet tertium cœlum dicere, si quem gradum supra istos poteris inuenire? Audi igitur ipsum de hac tanta altitudine non in se gloriantem, sed dicentem: Mi-
Gala.6. hi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Non solū, inquit, mortuus mundo, sed & crucifixus: quod est ignomi-
I nioſum genus mortis. Ego illi, pariter & ipse mihi. Omnia quæ mūdus amat, crux mihi sunt: delectatio carnis, honores, diuitiæ, vanæ hominū laudes. Quæ vero mūdus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu. An non maior iste est secundo & primo gradu? Peregrinus si prudens est, & nō obliuiscitur suæ peregrinationis, licet cum labore, transit, & non magnopere secularibus implicatur: mortuus æquè blanda huius seculi sicut aspera spernit. Qui verò raptus est vsque ad tertium cœlum, crux illi est omne cui mundus inhæret: & his adhæret quæ mundo crux esse videntur. Quanuis in his verbis apostoli illud quoque non incongruè posset intelligi, crucifixum ei mundum reputatione, ipsum verò mundo crucifixum compassione. Crucifixum enim mundum videbat obligationibus vitiorum, & ipse crucifigebatur ei per compassionis affectum. Pensemus singuli in quo gradu quisque sit positus, & studeamus proficere de die in diem, quoniam de virtute in virtutem videbi-
Psal. 83. tur deus deorū in Sion. Maximè verò hoc sancto tempore in omni obsecro puritate conuersari studeamus, vbi & certus & breuis dierum numerus positus est, ne desperet humana fragilitas. Nam si dicitur nobis in omni tēpore, solliciti estote omnino ad custodiendam puritatem vestræ conuersatiōnis, quis non desperet? Nunc autem monemur, breui dierum numero omnes aliorum temporum negligentias emendare: vt vel sic gustemus dulcedinem perfectæ puritatis, & omni deinceps tempore in cōuersatione nostra sanctę huius quaK dragesimæ vestigia clara resplendeant. Conemur ergo fatres sanctum hoc tempus tota deuotione suscipere, & nūc magis arma spiritualia reparare. Nunc enim generali quodā totius orbis exercitu contra diabolum saluator congreditur: beati, qui sub tali duce strenuè militarint. Toto siquidem anno domestica regis familia militat, & assidua est in bellorum procinctu: semel autem & certo tempore vniuersum imperium generali cōgregatur exercitu. Felices vos, qui domestici meEphe.2. ruistis esse, quibus dicit apostolus: Iam non estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei. Quid igitur facturi sunt qui toto anno pugnam susceperunt, quando & ipsi rudes & vacantes prius spiritualia arma arripiūt? Vtique solito amplius solitæ opus est insistere pugnæ, vt magna quædam victoria regi nostro ad gloriam, nobis proueniat ad salutem.

De sancto Benedicto abbate Sermo.

SOnuenientibus vobis in vnum ad audiendū verbū salutis, magnus mihi timor fratres mei ne quis fortè minus dignè illud recipiat, & non sicut recipiēL dum est verbū dei. Scio enim terrā quæ sæpius superuenientem in se recipit imbrem, si fructū non fecerit, reprobam fore, & proximam maledicto. Et ego vtiq; si possem benedictiones illi dare mallē, & nō maledictiones. Imò verò ipsam benedictionē cœlestis patris vestri, non meā (quam tamen ipso quidem dignante accipitis per os meum) opto vobis benedictionem manere semper, nec in maledictionē posse mutari. Celebramus hodie magistri nostri glorioſi Benedicti natalem: pro eo vobis & de eo solennis ex more sermo debetur. Cuius dulcissimum nomen, cum omni vobis iucunditate amplectendum est, & honorandum, quoniam ipse dux vester ipse magister, & legifer vester est. Delector quidem & ego in ipsius memoria, licet non meo sine rubore beati huius patris nomē audeam memorare. Est enim mihi de ipsius imitatione vobiscum seculi abrenunciatio, & monasticæ professio disciplinæ, sed singulariter sine vobis cum eo participo nomen abbatis. Abbas fuit, & ego. O abbas! & abbas. Nomen vnum, sed in altero sola magni nominis vmbra. Ministerium vnum, sed heu me quàm dissimiles ministri, quantum ministratio ipsa dissimilis! Væ mihi si tam longè à te fuero ô beate Benedicte in futuro, quā à tuæ vestigiis sanctitatis longè esse reperior in præsenti. Sed non mihi hæc apud vos perorare necesse est: scio quòd scientibus me loquor: tantùm peto, vt pudorem hunc & hunc timorem meum fraterna compassione leuetis. Quoniam tamen omnino dispensatio mihi credita est, etsi non habeo apud me quod voM bis apponam, quæram à beato Benedicto tres panes quibus vos pascam. Reficiat vos sanctitas eius, iustitia eius, pietas eius. Recolite dilectissimi, quòd non omnes qui in processione domini fuerunt, sua illi prostrauerint vestimenta. In illa, inquam, processione quam annuente domino in proximo sumus celebraturi, quando venienti domino ad passionem, & sedenti super asellum populi occurrerunt, non omnes vestimenta sua prosternebant in via, sed cædebant aliqui ramos de arboribus. Non erat hoc magnum: quod gratis acceperant, gratis dabant. Veruntamen ne ipsi quidem penitus ocioſi fuerunt, sed nec à processione leguntur exclusi. Fratres mei, pium Christi iumentum, qui cum propheta
Psal.72. dicere potestis, Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum: vos quibus insidet Christus, quoniam anima iusti sedes est sapientiæ, & apostolus prædicat Christum dei
1.Cor.1. virtutem, & dei sapientiam: si nō habeo vestes quas pedibus vestris prosternam, tentabo vel ramos cædere de arboribus, vt tantæ processioni vel parum aliquid non desit ministerij mei. Arbor fuit beatus Benedictus grandis atque fructifera, tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Vbi sunt decursus aquarum? Profectò in vallibus, quia
Psal.1. inter medium montium pertransibunt aquæ. Quis enim nō videat etiam torrentes montium ardua declinare, & mediam ad humilitatē semper diuertere vallis? Sic profecto sic deus
Iaco.4. superbis resistit, humilibus dat gratiam. Securus hic fige pedem

A dem quicunque es iumētum Christi: super hunc ramum innitere: semitam vallis incede. Nimirum in monte sibi sedent constituit serpens antiquus, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro; propterea vallem magis elige ad ambulandum, vallem elige ad plantandum. Neque enim vel in serendis arboribus montana solemus eligere, quòd frequenter
Psal.64. arida sunt & petrosa. In vallibus pinguedo est, ibi proficiunt plantæ, ibi plena spica, ibi centesimus oritur fructus, iuxta illud: Et valles abundabunt frumento. Audis quia vbiq; vallis laudatur, vbiq; humilitas prædicatur. Ibi plantare vbi decursus aquarum, quia ibi copia gratiæ spiritualis: & aquæ quæ super cœlos sunt, laudant nomen domini, id est cœlestes be-
Eccleſiaſtæ.10. nedictiones faciunt vt laudetur. Stemus in hac charissimi, & plantati stemus, vt non arescamus, non moueamur quocunque flatu, sicut scriptum est: Si spiritus habentis potestatem super te irruerit, locum tuum ne deseras. Nulla enim tentatio vobis prævalebit, si non in magnis & mirabilibus super vos ambuletis, sed permaneatis radicibus firmis in humilitate radicati atque fundati. Sic fuit plantatus secus decursus aquarum sanctus iste confessor domini, quoniam fructum suum dedit in tempore suo. Sunt enim qui fructum non faciunt: sunt qui faciunt, sed non suum: sunt qui faciunt suum, sed non in tempore suo. Sunt, inquam, arbores infructuosæ, vt quercus & vlmus, & syluestres aliæ arbores:
B sed huiusmodi nemo plantat in horto suo, quia non faciunt fructum: & si quem faciunt, non humano esui aptus est, sed porcino. Tales sunt filij huius seculi: agentes in comessationibus & ebrietatibus, in crapula & voracitate, in cubilibus & impudicitiis. Hæc nanque porcorum cibus sunt, quos Iudæus verus prohibetur comedere, quia Christianus his non debet adhærere. Sicut enim caro porcina cum comeditur, nostræ adhæret carni, vt iam sit vna caro, sic trāsgressor præcepti dominici spurcos sibi sociat spiritus, & adhærendo eis vnus cum eis efficitur dæmon. Nam & idcirco in sacrificiis prohibetur animal illud offerri, quòd spurcos spiritus immūdósque designet: qui relicta omni munditia, solis sibi spurcitiis cōplacentes, vitiorum & criminum semper cœno delectantur inuolui. Vnde & in euāgelio, legio illa maledicta dū
Marc.5. ejiceretur ab homine, tāquam simile sibi animal porcos postulat, nec negantur. His fructum ferunt arbores infructuosæ, ad quarū radices securis posita iam videtur. Arbores autem quæ fructū faciunt, sed non suum hypocritæ sunt, cum Simone Cyrenæo crucem portantes non suam: qui religiosa intentione carentes, angariantur: & quæ non amant, amore gloriæ quam desiderant, facere compelluntur. Nam in eo quod dicitur, in tempore suo, arguūtur quidam ante tempus fructificare volentes. Nónne enim & arboribus nostris citius quàm oporteat pullulātibus, timemus omnino floribus intempestiuis? Sic sunt aliqui quorū fructus quia nimis pro-
C perè, minus prospere oriuntur. Hi sunt qui in initio conuersionis suæ aliis fructificare continuò velle præsumunt, contráque legis decreta arare in primogenito bouis, & ouis primogenita tondere festinantes. Vultis nosse quàm sollicitè id vitauerit sanctus iste magister noster? Et hunc ramum vobis appono: quoniā tribus annis soli deo notus, hominibus māsit incognitus. Fructum quidem multum tulit, ipsi cernitis, sed in tempore suo. Neque enim credebat tempus esse fructificandi, quando tanta carnis tētatione grauatus est, vt penè cederet, penè discederet. Ego enim nec istum quidem ramum prætеribo, quoniam etsi hirsutus quodammodo spinarum aculeis, quibus seipsum domini benedictus iniecit, tamen vtilis est omnino: vtilis iumēto domini propter foueas tentationum, ne in eas incidat consentiendo, sed magis resistat, & viriliter agat, sustineatque dominum ne desperet. Hic ergo fige pedem Christi iumentum, & disce quantumcunq; acerba tētatio sæuiat, non cedere, nec credere propterea de-
Pſal.80. relictum te esse à domino, sed memineris scriptum esse: Inuoca me in die tribulationis, eruā te, & honorificabis me. Ergo vt dicere cœperā, non credebat Benedictus tunc esse fructificandi tempus, quādo adhuc tantis tētationibus vrgebatur: sed venit tempus, & in tempore suo fructum dedit. De fructu eius sunt illa tria quæ superius tetigi: sanctitas eius, iustitia eius, pietas eius. Sanctitatem miracula probant, doctrina pietatem, vita iustitiam. Vides ô iumentum Christi ramos D foliis virētes, vernantes floribus, onustos fructu? Super istos innitere, vt gressus rectos facias pedibus tuis. Sed quomodo tibi appono eius miracula? Nūquid vt miracula facere velis? Nequaquā, sed vt miraculis eius innitaris: videlicet vt confidas & gaudeas quòd sub tali positus es pastore: quòd tantum meruisti habere patronum. Omnino enim valde potēs est in cœlis, qui tam magnus & potens extitit in terris, secundum magnitudinem gratiæ, magnitudine gloriæ exaltatus. Nam & iuxta radicum quantitatem rami prodire nōscuntur: & quot radicibus arbor innititur, tot ramis, sicut aiunt, decoratur. Sic ergo licet non habeamus nostra, consolatio magna nobis esse debent patroni nostri miracula. Doctrina verò instruit nos, & dirigit gressus nostros in viam pacis. Porrò vitæ iustitia omnino roborat & animat nos: vt tanto magis accendamur ad agenda quæ docuit, quanto certi sumus eum non alia docuisse quàm fecerit. Sermo quidem viuus & efficax, exemplum operis est: plurimum faciens suadibile quod dicitur, dum monstrat factibile quod suadetur. In hunc ergo modum & sanctitas confortat, pietas informat, iustitia confirmat. Quantæ enim pietatis fuit, quòd non solùm presentibus profuit, sed & pro futuris sollicitus fuit? Non solùm his qui tunc erant, fructum tulit hæc arbor, sed vtique hodie fructus eius & crescit & manet. Dilectus planè deo & homini- E bus: cuius non sola præsentia in benedictione fuit, sicut sunt multi dilecti deo soli, quia soli deo iā cogniti: sed & memoria eius etiam nunc in benedictione est. Nam & vsque hodie in triplicem amoris dominici confessionem, triplici hoc fructu pascit domini gregem. Pascit vita, pascit doctrina, pascit intercessione. Per quem incessanter adiuti, fructificate & vos charissimi: quoniam in hoc positi estis, vt eatis & fructum afferatis. Vnde eatis? Vtique à vobismetipsis: sicut scriptum est, A voluptatibus tuis auertere. Nam & de domino legimus, Quia exiit seminare semen suum. Ecce & hic habemus se- Matt.13.
men suum, sicut & prius fructū suum. Imitemur & hunc fratres, quoniā ad hoc venit, vt formam nobis traderet, & viam demonstraret. Fortassis & ipse dominus arbor est, & debemus ab eo quoque ramos accipere quos nostris pedibus apponamus: imò non fortasse, sed magis verè arbor est ipse & planta cœlestis, sed in terris plantata, sicut scriptum est: Ve- Pſal. 84.
ritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Ab eo igitur hunc ramum vobis appono, vt sicut seipsum exinaniuit, hoc ipsum sentiatis in vobis: nisi quòd non tam ego apponо quàm apostolus, apud quem legistis: Hoc sentite in vo Philip.2.
bis, quod & in Christo Iesu: qui quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in similitudinem homi-
num factus, & habitu inuentus vt homo. Et vos fratres cha- F
rissimi exinanite vos, humiliate vos, seminate vos, perdite vos. Seminate corpus animale, & resurget corpus spirituale. Perdite animas vestras, & in vitam æternam seruabitis eas. Vultis nosse quomodo id fecerit apostolus ipse qui docuit? Siue, inquit, mente excedimus, deo: siue sobrij sumus, vobis. 2.Cor.5.
Quid ergo tibi? Ego, inquit, factus sum tanquā vas perditum. Bene seipsum perdit, qui nihil vnquam pro se facit: sed omnis eius intentio & omne desiderium tendit ad dei placitum, & vtilitatem fratrum suorum. Infelix enim qui seminat in Gala.6.
carne, quia de carne metet corruptionem. Alibi vero scriptū
est: Beati qui seminant super omnes aquas. Sed quomodo su- Eſa.32.
per omnes aquas? Fortè & super aquas de quibus legitur: Et Pſal.148.
aquæ quę super cœlos sunt, laudent nomen domini: quę sunt virtutes angelicę, & cœlestes populi. Ita planè: quoniam spectaculum facti sumus & angelis, & hominibus. Seminemus igitur hominibus exemplum bonum per aperta opera: seminemus angelis gaudium magnum per occulta suspiria, & cętera huiusmodi quæ solis eis sunt nota. Gaudiū enim est angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Hinc di- 2.Cor.8.
cebat Apostolus: Prouidentes bona non tantùm coram deo, sed etiam coram hominibus. Coram deo dixit, coram eis qui vultui dei assistunt. Ipsis enim maximè placet, quum vos vident occultè orantes, aut ruminātes psalmum aliquē, aut tale aliquid facientes. Sic seminate & vos, sic fructificate charissimi. Seminate & vos, quia tam multi ante vos seminaue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G runt:fructificate,quia vobis seminauerunt. O genus Adam, quàm multi seminauerunt in te,& quàm preciosum semen: quàm male peribis,& quàm merito, si perierit in te tantum semen, simul & seminantium labor.Cui perditioni traderis ab agricola,si in te perierint hæc vniuersa? Seminauit in terra nostra tota trinitas,seminauerunt angeli pariter & apostoli,seminauerunt martyres,& confessores, & virgines.
Matth.13. Luc.8. Seminauit & filius: ipse enim est qui exiit seminare semen suum.Pater enim non exiit,sed filius à patre processit & venit in mundum:vt qui prius erat cogitatio pacis in corde patris, fieret & ipse pax nostra in vtero matris.Seminauit & spiritus sanctus,quia & ipse venit,& apparuerunt discipulis dispartitæ linguę tanquam ignis.Ita tota trinitas seminauit:pater scilicet panem de cœlo, filius veritatem, spiritus sanctus
Esa.14. Ezech.10. charitatem.Angeli quoque seminauerunt, quando cadentibus aliis ipsi steterũt.Dixit enim Lucifer ille,(sed non iam lucifer,sed tenebrifer & vesperus)Sedebo in monte testamenti,similis ero altissimo. O impudens,ô impudens. Milia miliũ ministrant ei,& decies cẽtena milia assistũt,& tu sedebis? Cherubim,ait propheta,stabant,& non sedebant. Quid laborasti,vt iam sedeas? Omnes administratorij sunt spiritus missi in ministerium propter eos qui hæreditatẽ capiunt salutis,& tu sedebis? Quid seminasti,vt iam metas?Nõ est tuũ, non est tuum hoc,sed quibus paratum est à patre. Quid eis
1 Corin.6. Psal.125. H inuides?Profectò ipsi sedebunt, ipsi inquam vermiculi terræ iudicãtes sedebunt, & tu non modo nõ stabis,sed iudicandus astabis. Nescitis,ait apostolus,quia & angelos iudicabimus?Ipsi vtiq; ibant & flebant mittẽtes semina sua,veniẽtes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Duo manipuli sunt quos quæris,honoris scilicet, & quietis. Sessionem affectas & altitudinem,sed non sic, non sic: non colliges,quia non seminasti. Qui seminauerunt laborem & vtilitatem, metent honorem pariter & quietem.Pro confusione enim sua duplici & labore,in terra sua duplicia possiõe debunt.Vnde & dicebat quidam: Vide humilitatem meam,
Psal.118. & laborem meum.Hodie audistis in euangelio promittentẽ
Mat.9. dominum,& dicentem discipulis: Sedebitis super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.Ecce quies sessionis, & honor iudicij. Nam & ipse dominus ad hæc noluit peruenire nisi per humilitatem & laborem. Vnde & morte turpissima condemnatus est,interrogatus tormentis, & opprobriis saturatus:vtique vt inimicus induatur confusione ipse,pariter & omnes qui imitantur eum,& prętergrediuntur viam.Ipse est ô inique,ipse est qui sessurus est in sede maiestatis suæ similis altissimo,& coaltissimus ei. Hoc vtique cogitauerunt angeli sancti,qui cadente maligno,apostasiæ illius non consenserunt:nobis relinquentes exemplum, vt quemadmodũ
I ipsi elegerũt ministrare,sic & nos faciamus.Nam etiam qui laborem fugiunt,honorem captant, illum se nouerint imitari,qui sessionem altitudinémque quæsiuit:& si non satis terret eos illius culpa,terreat vel vindicta. Omnia enim in contrarium deuenerunt,vt formatus sit ad illudendũ ei, & ignis æternus præparatus est illi. Ad hæc vitanda,prudentiam nobis seminauerunt sancti angeli, qui prius eã aliis cadentibus tenuerunt. Sed & apostoli hanc ipsam seminauerunt nobis, quando recedentibes his qui sapientiam huius mũdi sequebantur(quæ stultitia est apud deum) & prudentiam carnis, quæ mortem operatur,& inimica est deo:ipsi domino adhę serunt.Scãdalizati enim illi audientes de sacramento carnis & sanguinis,vltrà non ibant cum eo.Discipuli verò interro-
Ioan.6. gati an & ipsi vellent abire,responderunt:Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes Necesse habemus fratres hãc prudentiam imitari:quia multi adhuc ambulant cum Iesu, donec veniatur ad edendam eius carnem,& bibendum sanguinem illius,ad communicãdum scilicet passionibus eius.hoc enim & verbum illud,& ipsum sacramentum significat:extunc autem scãdalizantur,& abeunt retro,dicẽtes:Quia durus est hic sermo.Nos cum apostolis prudentes simus,& dicamus:Domine,ad quem ibimus?verba vitæ æternæ habes.
Deut.8. Non discedimus à te,viuificabis nos.Non in solo pane viuit homo,sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Non solus mundus habet delectationem,sed multo maior est in ver
Psal.118. bis tuis.Vnde & propheta ait: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.Ad quem igitur eamus?verba K
vitæ æternæ habes domine: & ea quæ sunt super omnia quæ mundus habere potest.Non solùm ipsa vita,sed & promissio vitæ æternæ,& expectatio iustorum,lætitia est, & tãta lætitia,vt omne quod concupiscitur,ei non valeat comparari.Hanc igitur prudentiam nobis apostoli sancti seminauerunt. Martyres verò manifestum est fortitudinem seminasse.Porrò verò confessores seminauerunt iustitiam,quam in omni vita sua sequuti sunt. Hoc enim interest inter martyres & confessores,quod inter Petrum simul omnia relinquentem,& Abraham substantiam mundi in bonos vsus expendentem.Sic enim illi consummati in breui expleuerunt tempora multa:isti verò longa & multimoda traxere martyria. Virgines sanctæ planum est quia temperantiam seminauerunt,quæ sic libidinem calcauerunt.

In annunciatione beatæ Mariæ de verbis Psalmi,Vt inhabitet gloria in terra nostra. Sermo. I.

VT inhabitet gloria in terra nostra, misericordia & veritas obuiauerunt sibi,iustitia & pax osculatæ sunt.Gloria nostra hæc est(ait apostol⁹) testimonium conscientiæ nostræ.Non quidem tale testimonium,quale ille superbus Pharisęus habebat,seducta &seductrice cogitatione testimonium perL
hibens de seipso: & testimonium eius verum non erat: sed cum spiritus ipse testimonium perhibet spiritui nostro.Porrò hoc testimonium in tribus consistere credo.. Necesse est enim primò omnium credere quòd remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam dei: deinde quòd nihil prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc dederit ipse: postremò quòd æternam vitam nullis potes operibus promereri, nisi gratis detur & illa . Quis enim
Psal.31. potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus ? Vtique quod factum est,non potest non fieri : ipso tamen non imputante erit quasi non fuerit.Quod propheta quoque considerans, ait: Beatus vir cui nõ imputabit dominus peccatum.De operibus verò bonis certũ omnino est quòd nemo hæc habeat à seipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra,quãtò minus poterit per seipsam resurgere iam corrupta? Certum est ad suam originem vniuersa quantum in eis est tendere , & in eam semper esse partem procliuiora.Sic & nos qui de nihilo creati sumus,constat quia si nobisipsis relinquimur, in peccatum semper(quod nihil est) declinamus. Iam verò de æterna vita sciimus , quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam , nec si vnus omnes sustiM
neat.Neque enim talia sunt hominum merita,vt propter ea vita æterna debeatur ex iure , aut deus iniuriam aliquam faceret nisi eam donaret . Nam vt taceam quòd merita omnia dona dei sunt , & ita homo magis propter ipsa deo debitor est,quàm deus homini:quid sunt merita omnia ad tantam gloriam? denique quis melior est propheta cui dominus ipse tam insigne testimonium perhibet , dicens : Virum
Psal.118 inueni secundum cor meum ? Veruntamen & ipse necesse habuit dicere deo, Non intres in iudiciũ cum seruo tuo domine. Nemo itaque se seducat : quia si bene cogitare voluerit,inueniet proculdubio quòd nec cum decem milibus possit occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se. Verùm hæc quę nunc diximus:nõ omnino sufficiunt, sed magis initium quoddam & velut fundamentum fidei sunt habenda. Ideóque si credis peccata tua non posse deleri nisi ab eo cui soli peccasti, & in quem peccatum non cadit,bene facis:sed adde adhuc,vt &hoc credas,quia per ipsum tibi peccata donantur.Hoc est testimonium quod perhibet in corde nostro
Rom.3. spiritus sanctus,dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua.Sic enim arbitratur apostolus, gratis iustificari hominem per fidem.Ita de meritis quoque si credis nõ posse haberi nisi per ipsum,non sufficit donec tibi perhibeat testimonium spiritus veritatis,quia habes ea per illum. Sic & de vita æterna habeas necesse est testimonium spiritus , quòd ad eam diuino sis munere peruenturus . Ipse enim peccata condonat: ipse donat merita,& premia nihilo minus ipse redonat.Porrò testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Nam de remissione

A sione quidem peccatorum validissimum teneo argumẽtum, dominicam passionem . Vox siquidem sanguinis eius inualuit multò plus quàm vox sanguinis Abel , clamans in cordibus electorum remissionem omnium peccatorum . Traditus est enim propter peccata nostra : nec dubium quin potentior & efficacior sit mors illius in bonum , quàm peccata nostra in malum.De bonis autem operibus argumentum nihilo minus efficax mihi est resurrectio eius , quia resurrexit propter iustificationem nostram . Porrò de spe præmiorum testimonium eius est ascensio , quia ascendit propter glorificationem nostram . Hæc tria in psalmis habes , dicente pro-
Psal.31. pheta: Beatus vir, cui non imputabit dominus peccatum. Et
Psal.83. alibi:Beatus vir, cuius est auxilium abs te. Item alibi : Beatus
Psal.64. quem elegisti & assumpsisti , habitabit in atriis tuis . Hæc est gloria vera , gloria inhabitans : quia ab eo est , qui per fidem habitat in cordibus nostris . Filij verò Adam gloriam quæ ab inuicem est quærentes , gloriam quæ à solo deo est non volebant:sed sic gloriam extrinsecus fluentem sectãtes, habebant gloriam non in semetipsis , sed magis in aliis . Vis nosse vnde sit homini inhabitans gloria?Dico breuiter, quoniam ad mystica festinat intentio. Nam & ea sola proposueram in verbis illis propheticis diligentius vestigare , sed reB flexit ad moralia occurrens prima fronte apostolicus sermo de interna gloria , & testimonio conscientiæ. Sic ergo inhabitat hæc gloria etiam hic in terra nostra , si misericordia & veritas obuient sibi , & sese iustitia & pax osculentur . Præuenienti siquidem misericordiæ , vt veritas nostræ conuersionis occurrat necesse est,ac decætero sanctimoniam sectemur & pacem,sine qua nemo videbit deum. Vbi enim compungitur quis, iam tunc eum misericordia præuenit , sed ne-
2. Reg. 12. quaquam ingredietur donec ei veritas confessionis occurrat. Peccaui domino , ait ipse Dauid ad Nathan prophetam, cum de adulterio & homicidio argueretur . Et transtulit dominus peccatum à te , ait Propheta. Nimirum misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Et hoc quidem , vt declines à malo . Iam verò vt facias bonum , in tympano & choro tibi psallendum est , vt ipsa mortificatio carnis tuæ, & pœnitentiæ fructus , ac iustitiæ opera , in vnitate & concordia fiant : quoniam vnitas spiritus , vinculum est perfectionis . Neque ad dexteram neque ad sinistram declinaueris . Sunt enim quorum dextera est dextera iniquitatis . Pharisæus ille cuius supra meminimus, non erat sicut cæteri homiC
num,sed ipse sibi (vt diximus) testimonium perhibuit, sed non verum. Sanè quisquis ille est in quo misericordia & veritas obuiauerunt sibi , iustitia & pax osculatæ sunt , securè glorietur , sed in eo qui sibi testimonium perhiberi in spiritu vtique veritatis . Vt inhabitet gloria in terra nostra , misericordia & veritas obuiauerunt sibi , iustitia & pax osculatæ sunt . Si gloria patris filius sapiens , cum sit sapientia
Hebr.1. ipsa sapientior nemo : liquet profectò gloriam patris Christum dei virtutem & dei sapientiam esse . Quia ergo multifariè multisque modis de eo prædictum fuerat in prophetis quòd in terris videndus esset,& inter homines conuersaturus , quonam modo id factum sit , vt impleris quæ de eo per os omnium prophetarum dicta fuerãt,habitauerit gloria in terra nostra , Psalmista indicat in his verbis , ac si manifeste dicat : Vt verbum caro fieret & habitaret in nobis , mise-
Psal.58. ricordia & veritas obuiauerunt sibi , iustitia & pax osculatæ sunt.Magnum sacramentũ fratres,& diligentius perscrutandũ,nisi & intellectus mysterio , & ipsi quoq; intellectui verba deessent . Dico tamen vtcunq; modicum id quod sentio, si fortè vel occasionem dedisse videar sapienti . Videre mihi videor dilectissimi quatuor virtutibus his amictum primum hominẽ ab ipso suæ creationis exordio , & (vt propheta meminit) vestimento salutis indutum . Est enim in his quatuor illa salutis integritas:nec sine his omnibus potest cõstare salus:præsertim cum nec possint esse virtutes si ab inuicem separentur.Acceperat ergo homo misericordiã, custodem scilicet atque pedissequam, vt ipsa præueniret, ipsa & sequeretur eum , ipsaque protegeret & conseruaret vbique . Vides qualem nutricium cõtulit paꝛuulo suo deus, qualẽ dedit pedissequam homini recẽns orto . Sed erat illi necessarius etiã eruditor tanquam ingenuæ & rationabili creaturæ , vt nõ sicut iumentum aliquod custodiretur , sed tanquam paꝛuulus D
educaretur . Cui sanè magisterio nemo poterat aptior inueniri,quàm veritas ipsa quæ eum in agnitionẽ summæ perduceret aliquãdo veritatis. Interim verò ne sapiens inueniretur vt malum faceret,essẽtque peccatum ei tanquam scienti bonum,& minime facienti:iustitiam quoque qua regeretur accepit.Adhuc autem & pacem qua foueretur & delectaretur; addidit manus benignissima creatoris . Pacem vtique duplicẽ,vt nec intus pugnæ,nec foris timores,id est nec caro concupiscꝛet aduersus spiritum:nec esset ei creatura vlla formidini.Nam & bestiis omnibus libere imposuit nomina:& serpens ipse , qui violentia non præsumpsit , fraude magis eum aggressus est . Quid huic deerat , quem misericordia custodiebat , docebat veritas , regebat iustitia , pax fouebat ? Sed heu homo iste ad multam perniciem & insipientiam sibi,descẽdit de Hierusalem in Hiericho. Siquidem incidit in latro-
Luc.10. nes, à quibus & ante omnia legitur despoliatus . An non despoliatus , qui domino veniente nudum se esse conqueritur? Nec verò poterat reuestiri, vel ablata sibi recipere vestimenta , nisi Christus amitteret sua . Sicut enim viuificari in anima nisi interueniente corporali morte Christi nõ potuit , ita nec reuestiri sine eius despoliatione . Et vide si non propter has quatuor partes vestimenti quod amiserat primus & vetus homo, in totidem quoque diuisa sunt secundi & noui hoE
minis vestimenta. An forte quæris & tunicam inconsutilem, quæ non diuiditur,sed sorte prouenit?Ego diuinam arbitror esse imaginem, quæ nimirum non assuta,sed insita atque ipsi impressa naturæ, diuidi scindíque non potest . Ad imaginem nempe & similitudinem dei factus est homo : in imagine arbitrij libertatem , virtutes habens in similitudine . Et similitudo quidem periit , veruntamen in imagine pertransit homo. Imago siquidem in gehenna ipsa vri poterit, non exuri: ardere,sed non deleri.Hæc ergo non scinditur,sed sorte prouenit. Et quocunq; peruenias anima,simul & ipsa erit . Nam similitudo non sic , sed aut manet in bono : aut si peccauerit anima,mutatur miserabiliter, iumẽtis insipientibus similata. Sed quia spoliatum virtutibus quatuor hominem diximus, quonam modo singulis sit spoliatus , congruum est vt dicamus.Perdidit homo iustitiam,cum Eua serpẽtis , Adam mulieris voci obediuit potius quàm diuinæ . Erat tamen resiF
duum aliquid,quod apprehẽdere possent , idq; dominus suo illo scrutinio innuebat , sed abiecerunt etiam illud , conuersi in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Prior enim iustitiæ portio, non peccare : secunda,per pœnitentiam damnare peccatum.Perdidit & misericordiam,cum sic exarsit Eua in concupiscentia sua,vt nec sibi,nec viro, nec filiis parceret nascituris , simul omnes terribili maledicto & necessitati mortis addicens. Adam quoq; indignationi diuinæ mulierem pro qua peccauerat,obiecit:quasi post tergum G
eius volens declinare sagittam . Vidit enim mulier lignum quòd esset pulchrum visu,& ad vescẽdum suaue,& à serpente audierat tanquam deos se futuros . Funiculus triplex difficilè rumpitur, curiositatis, voluptatis, & vanitatis . Hæc sola mundus habet, concupiscentiam carnis,concupiscentiam oculorum,& superbiam vitæ.His abstracta & illecta misericordiam omnẽ crudelis mater abiecit . Sic & Adam qui mulieri male misertus est,vt cum ea peccaret, bene noluit misereri vt pœnam sustineret pro ea.Priuata est etiam mulier veritate,primò quidem malè detorquens quod audierat, Mor-
Gene.3. te morieris:& dicens,Ne fortè moriamur:demũ serpẽti credens penitus abneganti & dicenti, Nequaquam moriemini.

Priuatus est & Adam veritate , vbi eam confiteri erubuit, folia , hoc est excusationum operimenta prætendens. Siquidem ipsa dicit : Qui erubuerit me coram hominibus, erube-
Luc.9. scam & ego eum coram patre meo.Pacem quoque protinus amiserunt,quia non est pax impiis, dicit dominus. Nónne enim contrariam legem inuenerant in membris suis , quos de nouo pudere cœperat nuditatis?Timui ego, inquit, eò quòd nudus essem. Non sic miser non sic paulo antè timebas, non quęrebas folia,licet corpore nudus sicut & modo.Ex hoc sanè (vt prophetæ ipsius parabolam prosequamur,qui sibi obuiasse eas,& reconciliatas in osculo memorauit)grauis quædam inter virtutes videtur orta contentio. Siquidem veritas

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & iustitia miserum affligebât,pax & misericordia zeli huius expertes,iudicabant magis esse parcẽdum. Sunt etenim collactaneæ hę duę sibi,quemadmodum & priores.Vnde & factum est vt perseuerantibus illis in vltione,& præuaricatorẽ hincinde cædentibus,& præsentes molestias futuri cumulantibus comminatione supplicij,illæ secederent in cor patris, redeũtes ad dominum qui illas dedit. Solus siquidẽ ipse cogitabat cogitationes pacis,cum afflictionis plena omnia viderentur.Siquidem non cessabat pax,nõ ei misericordia dabat silentium,sed pio quodam susurrio paterna pulsantes viscera loquebantur:Nunquid in æternum proiiciet deus, aut non apponet vt complacitior sit adhuc? Nunquid obliuiscetur misereri Deus,aut continebit in ira sua misericordias suas?Et quanuis diu multúmque visus sit dissimulare pater miserationum,vt interim satisfaceret zelo iustitiæ & veritatis:non tamen infructuosa fuit supplicantium importunitas,sed exaudita est in tempore opportuno.Fortè enim interpellátibus tale dicatur dedisse responsum:Vsquequo preces vestræ:Debitor sum & sororibus vestris, quas accinctas videtis ad faciendam vindictam in nationibus iustitię & veritati.Vocentur & veniant, & super hoc verbo pariter conferamus.Festinant ergo legati cœlestes, & vt viderunt miseriá hominum & crudelẽ plagam,vt propheta loquitur,angeli pacis amarè flebant.Qui enim fidelius quęrerent aut rogarẽt quæ ad pacem sunt,quàm angeli pacis?Sanè ex deliberatione communi ascendit veritas ad constitutam diem,sed ascendit vsq; ad nubes,necdum planè lucida, sed subobscura & obnubilata adhuc zelo indignationis.Factumq; est vt legimus in propheta,Domine in cœlo misericordia tua,& veritas tua vsque ad nubes.Medius autem pater luminum residebat,& vtraq; pro parte sua vtilius quod habebat loquebatur.Quis putas illi colloquio meruit interesse, & indicabit nobis:Quis audiuit & enarrabit?Forte inenarrabilia sunt & non licet homini loqui.Summa tamen controuersiæ totius hęc fuisse videtur:Eget miseratione creatura rationalis, ait misericordia,quoniam misera facta est,& miserabilis valde.Venit tempus miserendi eius,quia iam præteriit tempus. Econtra veritas,Oportet,inquit,impleri sermonem quẽ locutus es domine. Totus moriatur Adam necesse est cũ omnibus qui in eo erant,qua die vetitum pomum in præuaricatione gustauit.Vt quid ergo,ait misericordia, vt quid me genuisti pater citius perituram?Scit enim veritas ipsa,quoniam misericordia tua periit,& nulla est,si nõ aliquando misereris.Similiter autem ecõtrario & illa loquebatur: Quis enim nesciat, quòd si prędictam sibi præuaricator sententiá mortis euaserit,periit,nec permanebit iam in æternũ veritas tua domine? Ecce verò vnus de Cherubim, id est magni cõsilij angelus,ad regem Salomonem suggerit esse mittẽdas. Quoniam filio,inquit,datum est omne iudicium.Et in eius ergo conspectu misericordia & veritas obuiauerunt sibi, eadem quę supra meminimus verba querimonię repetẽtes. Fateor, ait veritas,zelum bonum misericordia habet, sed vtinam secundum scientiam. Nunc autem quid præuaricatori potius quàm sorori iudicat esse parcendum? At tu inquit misericordia,neutri parcis,sed tanta indignatione sæuis in præuaricatorem vt inuoluas pariter & sororem. Quid mali meruit si quid habes aduersum me,dicito mihi.Sinautẽ,quid me persequeris?Grandis controuersia fratres,& intrincata nimium disceptatio.Quis non illic diceret, Bonum nobis erat si natus non fuisset homo iste?Sic erat dilectissimi omnino,sic erat:non videbatur quomodo simul possent erga hominẽ misericordia & veritas conseruari. Cumque adiiceret veritas, in ipsum quoque iudicem partis suæ iniuriam retorqueri, dicens cauendum omnino ne fieret irritum verbum patris,ne sermo viuus & efficax qualibet occasione euacuaretur: Parcite quæso,ait pax,parcite verbis huiusmodi:nõ nos talis altercatio decet,virtutum est inhonesta contentio. Porrò iudex inclinãs se,digito scribebat in terra. Erant autem verba scripturæ,quæ pax ipsa legit in auribus omnium. Ea siquidem propius assidebat. Hæc dicit,Perij,si Adam non moriatur.& hæc dicit,Perij,nisi misericordiam consequatur. Fiat mors bona,& habet vtraque quod petit. Obstupuere omnes in verbo sapientię,& forma compositionis pariter atque iudicij.Siquidem manifestũ fuit nullam eis querimonię occasionem relinqui,si quidem fieri posset quod vtraque petebat,vt & moueretur,& misericordiam cõsequeretur.Sed id quomodo fiet?inquiunt. Mors crudelissima, & amarissima est,mors terribilis,& ipso horrenda auditu. Bona fieri quanam ratione poterit?At ille:Mors,inquit,peccatorum pessima,sed preciosa fieri potest mors sanctorũ.An non preciosa erit,si fuerit ianua vitæ,porta gloriæ? Preciosa,inquiunt. Sed quomodo fiet istud?Fieri, ait, potest, si ex charitate moriatur quis,vtique qui nihil debeat morti.Neque enim detinere poterit mors innoxium,sed forabitur(vt scriptum est) maxilla Leuiathan,& destruetur paries medius,soluenturque chaos magnum,quod inter mortem vitámque firmatum est. Nimirũ charitas fortis vt mors,imò & fortior morte,si fortis illius intrauerit atrium, alligabit eum, & diripiet vtique vasa eius,sed & ipso transitu suo ponet profundum maris viam,vt transeant liberati.Bonus visus est sermo, vtpote fidelis, & omni acceptione dignus.Sed vbi poterit ille innocens inueniri, qui mori velit non ex debito,sed ex voluntate,non ex malo merito,sed ex beneplacito suo?Circuit veritas orbem terræ,& nemo mundus à sorde, nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Sed & misericordia cœlum omne perlustrat, & in angelis quoque ne dixerim prauitatem,minorem tamen inuenit charitatem. Nimirum hæc victoria alij debebatur,quo maiorem charitatem nemo haberet,vt animam suam poneret quis pro seruis inutilibus & indignis.Nam etsi ipse iam nõ dicit nos seruos,hoc ipsum immensę dilectionis est,& eximiæ dignationis. Nos autem etsi omnia quę pręcepta sunt nobis faceremus,quid aliud dicere deberemus,nisi quòd serui inutiles sumus?Sed quis eum super hoc conuenire præsumeret? Redeunt ad constitutam diem veritas & misericordia, anxiæ plurimum,non inuento quod desiderabant. Tunc verò seorsum pax consolans eas, Vos,inquit,nescitis quicquam nec cogitatis.Non est qui faciat bonũ hoc,non est vsque ad vnum.Qui consilium dedit, ferat auxiliũ. Intellexit rex quid loqueretur,& ait:Pœnitet me fecisse hominẽ.Pœna,inquit,me tenet, mihi incũbit sustinere pœnã, pœnitentiam agere pro homine quem creaui. Tunc ergo dixit,Ecce venio.Nõ enim potest hic calix transire,nisi bibam illum. Et accersito Gabriele, Vade,inquit,dic filiæ Sion,ecce rex tuus venit.Festinauit ille,& ait: Adorna thalamum tuum Sion,& suscipe regem.Porrò venturum regem misericordia & veritas præuenerunt,sicut scriptum est: Misericordia & veritas præcedent facié tuam. Iustitia thronum præparat,secundum illud,Iustitia & iudicium prępara-tio sedis tuæ.Pax cum rege venit,vt propheta fidelis inueniretur,qui dixerat : Pax erit in terra nostra cum venerit.Inde est quòd nato domino,angelorũ chorus canebat:Pax in terra hominibus bonæ volũtatis.Sed & tunc iustitia & pax osculatę sunt,quę non modicè videbantur hactenus dissidere. Prior enim si qua erat ex lege iustitia, non osculum, sed aculeum magis habebat vrgens timore, quàm prouocans dilectione.Sed nec habuit illa recõciliationem,sicut habet nunc quæ ex fide noscitur esse iustitia. Alioquin quid erat quòd nec Abraham,nec Moyses,nec cæteri iusti tẽporis illius, in obitu suo pacem illam beatitudinis æternæ apprehendere, aut regnum pacis poterãt introire,nisi quòd minime adhuc iustitia & pax sese fuerant osculatę?Ex hoc sanè dilectissimi feruentiore nobis zelo sectãda iustitia est. Siquidem iustitia & pax osculatæ sunt,& indissolubile amicitiarum iniere fœdus:vt quicunque testimonium iustitiæ secum tulerit, hilari vultu iã amplexibus lætis accipiatur à pace, in idipsum dormiens & requiescens.

Item de septiformi spiritu in Christo,in annunciatione dominica. Sermo II.

COnsiderare est fratres,in solennitate hodierna dominicæ annunciationis, velut amœnissimam quandam planiciem,simplicem nostræ reparationis historiam. Iniungitur noua legatio angelo Gabrieli,& nouam virgo professa virtutem,nouæ salutationis honoratur obsequio. Antiqua excluditur maledictio mulierum, nouam noua mater accipit benedictionem. Impletur per gratiam,quæ concupiscentiam nescit, vt spiritu superueniente altissimi pariat filium,

A filium, quæ virum dedignatur admittere. Intrat ad nos eadem porta salutis antidotum, qua venenum serpentis ingrediens, vniuersitatem generis humani occupárat. Innumeros huiusce modi flores ex his facile est legere pratis, sed intueor mediam metuendæ profunditatis abyssum. Abyssus planè imperscrutabilis, incarnationis dominicæ sacramentum:abyssus impenetrabilis, verbum caro factum est, & habitauit in nobis.Quis enim iniuestiget,quis attingat,quis apprehendat?Puteus altus est, & in quo hauriam non est mihi. Veruntamen solet interdum superposita puteis humectare linteamina vapor exhalans. Propterea sanè licet irrumpere verear propriæ conscius infirmitatis,frequenter tamen velut super os huius putei expando ad te domine manus meas,pro eo quòd anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et nunc siquidem quod ascendente de deorsum nebula, tenuis ebiberit cogitatio, vobis fratres modicum illud sine inuidia communicare curabo, velut expresso linteamine vel exigua refundens cœlestis stillicidia roris.Quæro igitur qua ratione filius magis incarnatus sit,quàm pater aut spiritus sanctus, cum totius trinitatis non modo æqualis sit gloria, sed vna eadémque substantia? Sed quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Altissimum est mysterium, nec nos oportet temere super huiusce modi præcipitare sententiam. Videtur tamen nec patris nec spiritus incarnationem in pluB ralitate filiorum effugisse confusionem, dum alius dei, alius filius hominis diceretur. Videtur & illud maxime cõgruum, vt is specialiter filius fieret, qui filius erat: ne quid esset ambiguitatis in nomine. Denique ipsa est virginis nostræ gloria singularis & excellens prærogatiua Mariæ, quòd filium vnum eundémque cum deo patre meruit habere communem, quam sanè perisse constat si non filius incarnaretur. Sed nec nobis alia dari posset occasio similis sperandę salutis & hæreditatis.Factus quidem primogenitus in multis fratribus,qui vnigenitus erat,adsciscet eos sine dubio in hęreditatem, quos vocauit in adoptionem. Si enim fratres,& cohæredes. Hic ergo Christus Iesus mediator fidelis, sicut in persona vna dei hominisque subsantiam copulauit ineffabili sacramento, sic & in ipsa reconciliatione consilio vsus altissimo, mediam non deseruit æquitatem, vtrisque tribuens quod oportebat,honorem deo,homini miserationem. Hæc enim optima inter offensum dominum & reum seruum forma compositionis,vt nec honorandi domini zelo seruus opprimatur austeriori sententia: nec rursum dum huic immoderatius condescenditur,ille debito fraudetur honore. Audi igitur & diligenter obserua angelicam in huius mediatoris ortu distributionem:Gloria,inquiunt,in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Huius denique gratia obseruationis, fideli reconciliatori Christo nec timoris C spiritus defuit,quo patri semper reuerentiam exhiberet,semper ei deferret, semper gloriam eius quæreret: nec spiritus pietatis, quo misericorditer compateretur hominibus. Vnde & necessarium habuit spiritum quoq; scientiæ, per quem timoris pariter & pietatis distributio fieret inconfusa. Et nota quòd in primo illo parentum nostrorum peccato tres quidem auctores extiterunt,sed manifeste defuerunt tria tribus.Dico enim Euam, diabolum, & Adam. Non habuit Eua scientiam, quæ, vt ait apostolus, seducta est in prævaricationem. Verùm hæc quidem serpenti non defuit, qui callidior describitur cæteris animantibus: sed pietatem malignus non habuit,qui ab initio factus est homicida. Adã verò pius fortè videtur mulierem non contristando, sed timorem domini dereliquit,voci illius magis obediens quàm diuinæ. Vtinam magis timor domini præualuisset in eo, sicut de Christo signanter legitur, Quia replcuit eum non pietatis spiritus, sed timoris.In omnibus enim & per omnia pietati proximorum timor domini præferẽdus est,& solus ipse est qui totum sibi hominem debeat vendicare.In his igitur tribus, timore, pietate,& scientia, mediator noster reconciliauit homines deo. Nam in consilio & fortitudine de manu aduersarij liberauit.Cõsilio siquidem pristino iure priuauit hostem, data potestate ut manus iniiceret innocenti. Fortitudine præualuit: ne violenter posset retineri redemptor, dum victor ab inferis rediit,& vita omnium cum eo surrexit. Exinde cibat nos pane vitæ & intellectus,& potat aqua sapientiæ salutaris.Est D enim intellectus rerum spiritualium & inuisibiliũ,verus animæ panis,confirmãs cor nostrum, & ad omne opus bonum roborans in omni exercitatione spirituali. Carnalis autẽ homo qui non percipit ea quæ sunt spiritus dei, sed stultitia ei videntur, gemat & lugeat, dicens: Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.Ecce enim mera & perfecta veritas est,non prodesse homini si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum faciat. Sed quando id capere possit auarus? Sine causa laborat quisquis ei id persuadere conatur. Vt quid hoc? Nempe quia stultitia illi videtur. Quid verius quàm iugum Christi esse suaue? Appone homini seculari,& vide si non magis lapidem quàm panem reputabit: & certè huiusmodi intelligentia veritatis internæ viuit anima, & hic est spiritualis cibus. Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Veruntamen donec sapit tibi veritas, non sine difficultate ad interiora traiicitur. Vbi verò cœperis in ea oblectari,iam non cibus,sed potus est, & sine difficultate intrat in animam, quò videlicet spiritualis cibus intelligentiæ potu sapientiæ digeratur, ne ipsius interioris hominis artubus, id est affectibus siccitate laborantibus, oneri magis sit quàm vtilitati. Ex omnibus ergo quæ saluandis populis fuerant necessaria,nihil penitus defuit saluatori.Ipse est enim de quo prænicit Esaias : Egredietur virga de radice Iesse, & flos E de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Illud sanè diligenter attende, quòd florem hunc de radice nõn de virga dixerit ascẽsurum. Quia etenim si noua Christi caro in virgine creata esset ex nihilo, quod æstimauerunt nonnulli,non de radice flos, sed fortè de virga dici poterat ascendisse. Nunc autem quia prodiit ex radice, sine dubio ab origine communem probatur habuisse materiam. Nã quòd super eum spiritus requieuit, nihil in eo contradictionis fuisse declarat. In nobis enim quia non omnino superior est spiritus,non requiescit, carne nimirum aduersus spiritum,& spiritu aduersus carnem cõcupiscente: à quo cõflictu nos liberet in quo nihil simile fuit,nouus homo,& verus homo, qui veram carnis nostræ susceptt originem, sed fermentum vetus concupiscentiæ non susceptt.

In annunciatione dominica,præsertim cum tertio sabbato quadragesimæ occurrit,de adultera,Susanna,& beata Maria. Sermo III.

QVàm diues es in misericordia, quàm magnificus in iustitia,in gratia quàm munificus domine deus noster! Non est qui similis sit tibi, munerator copiosissime, remunerator æquissime, piissime liberator. Gratis respicis humiles,iuste iudicas innocẽtes,misericorditer saluas etiam F peccatores.Hæc sunt,dilectissimi, quæ nobis in mẽsa diuitis huius patrisfamilias sanctarum testimoniis scripturarum hodie quidem,si diligenter aduertimus, solito copiosius apponuntur. Nimirum hanc nobis copiam præstant, quæ pariter conuenerunt,sacrum videlicet tempus quadragesimæ, & saCratissima dies annunciationis dominicę. Hodie enim in auribus nostris deprehensam in adulterio mulierem indulgentia redemptoris absoluit, hodie innoxium Susannæ sanguinem liberauit,hodie quoque beatam virginem singulari munere gratuitæ benedictionis impleuit. Magnum conuiuium, vbi pariter nobis misericordia iustitia & gratia apponuntur. Nunquid non misericordia esca hominum,salutaris omnino & efficax ad medelam?Nunquid nõ etiam iustitia panis cordis ? Et quidem optime confirmans illud, vtpote cibus solidus ad nutrimentum.Denique beati qui esuriunt illum,quoniam ipsi saturabuntur. Nunquid non cibus animæ gratia dei sui ? Dulcissimus sanè, & omnem habens in se suauitatem,& delectamentum saporis.Imò verò hęc sibi omnia pariter vendicans non modò delectat, sed & reficit & medetur.Accedamus ad mensam hanc fratres mei, & ex singulis dapibus vel modicum aliquid deguſtemus. In lege Moyses mandauit huiusmodi lapidari, aiunt de peccatrice peccatores, de adultera.Pharisæi Iesus autem inclinauit se. Domine

Universidad de Deusto
Biblioteca

G inclina cœlos tuos & descende. Inclinans se & ad misericordiam flexus (neque enim Iudaici cordis erat) digito scribebat,non iam in lapide, sed in terra.Neque hoc tantùm semel sed hic quoque duplex scriptura, sicut apud Moysen tabulæ duæ. Et fortè veritatem & gratiam scribens & iterum scribens terræ impressisse videtur, secundum quod Ioannes apostolus ait: Lex per Moysen data est,gratia & veritas per Iesum Christum facta est.Considera denique an videri possit de tabula veritatis legisse, vnde refelleret Pharisæos: Qui sine peccato est vestrum, primus in eã lapidẽ mittat.Verbum quidem abbreuiatum,sed viuũ & efficax,& ancipiti gladio penetrabilius.Quàm grauiter enim ad verbum hoc saxea corda transfossa,quàm vehementer hoc vno lapillo cõtritæ sunt lapideę frontes,rubor ipse cõfusionis & clandestinus probauit abscessus.Meruit quidem adultera lapidari:sed is punire gestiat,qui dignus non est etiam ipse puniri. Is præsumat à peccatrice exigere vltionem, qui eãdẽ excipere non meretur. Alioquin ipse sibi vicinior,à se incipiat:in se prius sententiã ferat,exerceatque vindictã.Hæc veritas.Cęterũ adhuc minus est.Etsi accusatores refellit hęc veritas,sed reã necdũ absoluit.scribat iterũ,scribat gratiam,legat,& audiamus.Nemo te cõdemnauit,mulier?Nemo,domine . Nec ego te cõdẽnabo:vade,& amplius noli peccare. O vox misericordiæ,ô auditus lætitiæ salutaris. Auditam fac mihi ma- *Psal.142.*
H ne misericordiã tuam:quia in te speraui domine . Sola nimirum spes apud te miserationis obtinet locum,nec oleum misericordię,nisi in vase fiduciæ ponis.Sed est infidelis fiducia, solius vtique maledictionis capax,cũ videlicet in spe peccamus.Quãquam nec fiducia illa dicenda sit, sed insensibilitas quædam,& dissimulatio pernicioſa.Quę enim fiducia ei qui periculum non attendit?Aut quod ibi timoris remediũ, vbi nec timor sentitur, nec materia ipsa timoris?Fiducia solatiũ est,nec eget ille solatio qui lętatur cũ male fecerit,& in pessimis rebus magis exultat. Rogemus itaque fratres responderi nobis quantas habeamus iniquitates & peccata,scelera nostra & delicta nobis desideremus ostendi. Scrutemur vias nostras,& studia nostra:periculáq; vniuersa vigili intentione pensemus.Dicat quisque in pauore suo,Vadã ad portas inferi:vt iam nõ nisi in sola dei misericordia respiremus.Hæc vera hominis fiducia à se deficientis,& innitentis domino suo. Hæc inquam vera fiducia, cui misericordia non denegatur, propheta attestãte,quoniam beneplacitũ est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Nec parua itaque suppetit nobis,in nobis quidem timoris, in ipso autem causa fiduciæ.Suauis & mitis est,copioſę misericordiæ:præstabilis super malitia,multus ad ignoscendum. Credamus sanè vel inimicis,qui in eo nihil aliud vnde occasionem struendæ calumniæ caperent,inuenerũt. Compatie
I tur(aiunt)peccatrici, nec sibi oblatã vllatenus occidi patietur.Tenebitur itaque manifestus aduersarius legis,cum absoluerit lege damnatam.In vestrum ô pharisæi caput tota vestræ malignitatis adinuẽtio retorquetur.Diffiditis causæ,qui iudicium subterfugitis.Nam illa quidẽ sine iniuria legis absoluitur,quæ sine accusatore relinquitur. Sed consideremus fratres,quonam hinc abeant Pharisæi . Videtísne duos senes (nam à senioribus exire cœperunt) quomodo in pomœrio Ioachim abscõduntur ? Susannam quærunt vxorem eius:sequamur eos:nam iniqua cogitatione pleni sunt contra eam. Consentire nobis,aiunt senes,aiunt Pharisæi,aiunt lupi, qui *Daniel.13.* ab alterius pauloante,licet errantis,ouiculæ fuerant deuoratione frustrati.Consentire nobis,& commiscere nobiscum. Inueterati dierum malorũ,modo accusabatis adulteriũ,modo adulteriũ suadetis?Sed hæc est tota iustitia vestra, & quæ palam arguitis,eadem agitis in occulto.Hinc fuit quòd existis,vnus post vnum,cum ille omnium cõscius occultorum, vestras tam validè percussisset consciẽtias,dicens: Qui sine peccato est vestrum,primus in eam lapidem mittat . Meritò proinde ad discipulos veritas ait:Nisi abundauerit iustitia ve *Matt.5.* stra pluſquam scribarum & Pharisæorum , non intrabitis in regnũ cœlorũ. Alioquin dicemus,aiunt,contra te testimoniũ. Semen Chanaan,& nõ Iuda:nec hoc quidem Moyses in lege mandauit.An qui decreuit adulteram lapidare, mandauit accusare pudicam? An qui iusit adulteram lapidibus opprimi,etiam iusit contra insontẽ testimonium ferri?Imò K verò sicut adulteram,sic etiam falsum testẽ non impunitum esse præcepit.Sed qui gloriamini in lege, per legis præuaricationem deũ inhonoratis.Ingemuit Susanna,& ait : Angustiæ mihi sunt vndique.Vndique enim mors. Hinc quidem corporea,inde spiritualis.Si hoc,iquit,egero,mors mihi est: si autem non egero,non effugiam manus vestras . Vestras ô Pharisęi manus nec adultera effugit,nec pudica:vestras accusationes nec sanctus nec peccator euadit.Dissimulatis pecca ta vestra, vbi inueneritis aliena.Alioquin si quis fortè suum non habet, vestrum ei impingitis crimen . Quid tamen Susanna facit inter mortem & mortem, animæ scilicet & corporis vndique angustiata? Melius est mihi, inquit, absque opere incidere in manus hominum , quam derelinquere legem dei mei . Nimirum sciebat ista quàm horrendum sit incidere in manus dei viuentis. Nam homines cum occiderint corpus,animæ non habent vltrà quid faciant: ille autem timendus est qui potestatem habet & corpus & animam mittere in gehennam.Quid familia Ioachim tardat?Irruat posticum,nam in pomœrio clamor auditur. Clamor vt luporum grauium, & balantis ouiculæ inter eos . Sed non patitur ab eis innoxiam deuorari , qui ab ipsis eorum faucibus tam dignanter eripuit etiam eripi non merentem. Meritò proinde cum duceretur ad mortem,erat cor eius fiduciã L
Psal.143. habens in domino,quem vsque adeo timuisset,vt timorem omnem postposuisset humanum, & ipsius legem & simul vitæ pręposuisset & famæ.Non enim dictus fuerat sermo hu iusmodi aliquando de Susanna . Sed & parentes eius iusti erant,& vir eius honoratior omnium Iudæorum.Meritò igitur à iusto iudice iustam de iniustis obtinuit vltionem quæ tam vehementer iustitiam esuriuit , vt propter eam contemneret mortem corporis , opprobrium generis , luctum incõsolabilem amicorum. Et nos fratres si à Christo audiumus,Nec ego te cõdemnabo :si peccare iam nolumus cõtra ipsum:si in Christo volumus pie viuere : necesse est sustineamus persequutionẽ,ne malum pro malo,aut maledictũ pro maledicto reddamus. Alioquin qui patientiam non seruauerit,perdet iustitiam,hoc est vitam perdet,hoc est perdet animam suam.Mihi vindictã, & ego retribuam, dicit dominus. Ita prorsus est.Ipse retribuet,sed si ei vindictam serues,si nõ tollas ab eo iudicium,si non reddas retribuẽtibus tibi mala. Faciet iudicium,sed iniuriam patienti:in æquitate iudicabit, sed pro mansuetis terræ . Iam vobis(ni fallor) molestum est quòd deliciæ tardant.Non miremini,deliciæ sunt.Non onerabunt quanlibet satiatos , nec à ructantibus quidem poterunt fastidiri . Missus est Gabriel angelus à deo in ciuitatem M
Galileæ cui nomen Nazareth . Miraris quòd Nazareth parua ciuitas,& tanti regis nuncio illustretur,& tãto? Sed magnus latet in hac parua ciuitate thesaurus,latet inquam, sed homines latet,nõ deum. An nõ thesaurus de Maria ? Vbicunque illa est,& cor eius.Oculi eius super eam:vbique respicit humilitatẽ ancillæ suæ.Nouit cœlũ vnigenitus dei patris . Si nouit cœlum,nouit & Nazareth.Quidni sciat patriam suam quidni nouerit hæreditatem suam ? Cœlum ex patre , Nazareth ex matre vendicat sibi , sicut ipse se & filium Dauid , & *Psal.xlv.*
dominũ esse testatur.Cœlum cœli domino, terrã autem dedit filiis hominum.Cedat ergo ei vtrumq; necesse est in possessionem,qui non modò dominus,sed & filius hominis est. Audi etiam quomodo terrã sibi tãquam filius hominis vendicat,sed & communicat tanquam sponsus.Flores,inquit,ap *Cantic.*
paruerunt in terra nostra. Neque hinc discrepat quod Nazareth interpretatur flos. Amat florigeram patriam flos de radice Iesse,& libenter inter lilia pascitur flos campi, & lilium conualliũ.Commendat enim flores pulchritudo,suaueolentia,& spes fructus,gratia triplex . Téque florẽ reputat deus: & bene ei complacet in te,si tibi nec honestę conuersationis decor,nec bonę opinionis fragrantia,nec intẽtio desit futuræ retributionis.Fructus enim spiritus est vita æterna.Ne timeas Maria,inuenisti enim gratiam apud dominũ.Quantam gratiam?Gratiam plenam,gratiam singularem. Singularem, an generalem?Vtranque sine dubio,quia plenam,& eo singularem quo generalem . ipsa enim generalẽ singulariter accepisti . Eo inquam singularem , quo generalem:nam sola præ

omnibus

Dominica in ramis palmarum,de tribus ordinibus obsequentium Christo. Sermo I. D

NOn sine causa spiritum sponsi pariter & dei sui habẽs ecclesia,processionem hodie noua quadam & mira coniunctione addidit passioni . Nam processio plausum habet,passio planctum. Quoniam ergo sapientibus & insipiẽtibus debitores sumus : videamus quid vtrisque conferat hæc coniunctio . Et prius quidem quid secularibus indicet : quoniam non prius quod spirituale, sed quod animale . Videat secularis anima ; videat & intelligat, quoniam extrema gaudij luctus occupat . Propter *Prouer.14.*
hoc enim qui cætera quoque cœpit facere & docere, non solùm verbis prædicans , sed exemplis : quod ante prædixerat per prophetam , Quoniam omnis caro fœnum , & omnis gloria eius tanquam flos fœni : etiam apparens in carne *Esa.40.*
manifestè studuit probare in seipso . Vnde & processionis gloria voluit sublimari : qui paulo post sibi nouerat imminere diem ignominiosissimæ passionis . Quis ergo sperare iam debeat in incerto gloriæ temporalis , cum videat in ipso quoque qui peccatum non fecit , creatore temporum , & conditore vniuersitatis , post exaltationem tantam , tantam nihilo minus humiliationem sequi ? In eadem enim ciuitate, à plebe eadem , & eodem tempore , nunc quidem processionis gloria & diuinis est laudibus honoratus : postmodum verò interrogatus contumeliis & tormento, & cum scelera- E
tis deputatus.Hic est trãsitoriæ finis lætitiæ: hic fructus gloriæ temporalis.Propterea prudenter orat propheta vt cantet *Psal.26.*
domino gloria eius,& non compungatur:id est,processionẽ habeat,quam passio non sequatur . Vobis autem charissimi tanquam spiritualibus spiritualia comparantes,in processione quidem cœlestis patriæ repręsentamus gloriam,in passione monstramus viam . Nam si in processione quidem venit tibi in mentẽ futura illa lętitia,& exultatio multa nimis,quãdo rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra:si tota concupiscentia videre desideras diem illam quando suscipietur in cœlesti Hierusalem Christus dominus caput cum omnibus membris portans triumphum victoriæ, applaudentibus iam non popularibus turmis,sed virtutibus angelicis,clamãtibus vndique populis vtriusque testamenti, Benedictus qui venit in nomine domini:si inquam considerasti in processione quò properandum sit : disce in passione quà sit eundum. Hæc est enim via vitæ, tribulatio præsens, via gloriæ, via ciuitatis habitaculi,via regni, secundum quod clamat latro de *Luc.23.*
cruce:Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Euntem in regnum vidit,quò cum peruenisset,sui memorem esse rogauit.Peruenit ergo & ipse . Sed si vis nosse quàm cõpendiosa via : eadem die meruit cum domino esse in paradiso. Tolerabilem proinde reddit passionis laborẽ gloria processionis:quoniam amãti nihil difficile est . Ne mireris quòd F
præsenti processione cœlestem dixerim repræsentari: quãdo vnus & idem in vtraque suscipitur , etsi longè aliter & aliis.In hac enim processione irrationabili iumento Christus insidet:in illa verò iumẽtum futurum est,sed rationale, quoniam homines & iumenta saluos facies domine . Cui simile *Psal.72.*
est illud:Vt iumentum factus sum apud te,& ego semper tecum . Et vide si non de processione loquitur , cum sequitur: Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me:& cum gloria suscepisti me.Ibi certè ne ipse quidem pullus deerit:quoniam etsi murmuret hęreticus paruulos nõ sinens venire,paruulorum baptismo detrahens:qui paruulus natus est , & primam paruulorum elegit aciem (innocentes loquor) hodie quoque paruulos à gratia non excludit : quia nec pietati incongruũ,nec maiestati eius difficile est , vt suppleat munus gratiæ quod minus in eis habet natura possibile . Ibi non ramos arborum, non vilia vestimenta popularis turma prosternet : sed demittẽt pennas suas animalia sancta: deponent coronas suas ante thronum agni vigintiquatuor seniores,& virtutes omnes angelicæ quicquid habent glorię vel decoris,totum ei adscribẽt,totum ei attribuẽt . Iam verò quoniam de iumẽto & vestibus, & de ramis arborum mentio facta est: considerare diligentius libet triplex obsequium quod in processione hac exhiberi video saluatori . Primum

A omnibus gratiã inuenisti.Singularem,quòd sola hãc inueneris plenitudinem.Generalem,quòd de ipsa plenitudine accipiant vniuersi.Benedicta tu in mulieribus,& benedictus fructus ventris tui . Singulariter quidem fructus ventris tui est, sed ad omnium quidem mentes te mediãte peruenit . Sic nimirum sic olim eos totus in vellere,totus in area,sed in nulla parte areæ totus sicut in vellere fuit . In te sola rex ille dies & prędiues exinanitus,excelsus humiliatus, immẽsus abbreuiatus,& ab angelis minoratus est:verus denique deus & dei filius incarnatus.Sed quo fructu?Nempe vt omnes eius paupertate locupletemur,eius humilitate subleuemur, eius minoratione magnificemur,eius incarnatione adhęrentes deo, incipiamus vnus esse spiritus cum eo . Sed quid dicimus fratres?Cuinam potissimum vasi gratia infundetur? Si (vt supra meminimus) capax quidẽ est misericordiæ fiducia, patientia verò iustitiæ, quale iam poterimus idoneum gratiæ receptaculum habere ? Balsamum est purissimum , & solidissimum vas requirit.Et quid tam purum,quídue tam solidum , quàm humilitas cordis ? Meritò proinde humilibus dat gratiam: meritò respexit deus humilitatem ancillæ suæ.Quonam merito quæris?Eo vtique,quo animum humilem,meritum non occuparet humanum, quo minus liberè influeret diuinæ gratiæ plenitudo . Sed ad hanc nobis humilitatem quibusdam
B adhuc peccare delectat,nec miseram consuetudinem proposito meliore mutauit,ne sit gratiæ capax, propriis vitiis præpeditur. Secundò quoq; vbi corrigere mores , & priores nequitias decætero non iterare proponit , ipsa tamen peccata præterita,licet iam amputata quodammodo videantur: dum in eo manent,gratiam non admittunt.Manent autem donec confessione lauentur , donec succedentibus dignis fructibus pœnitentiæ de medio fiant . Sed væ tibi si fortè vitiis & peccatis pernicioſior successerit ingratitudo . Quid enim tam euidenter gratiæ aduersatur?Tepescimus processu temporis à feruore conuersationis nostrę, paulatim refrigescit charitas, abundat iniquitas,vt cõsummemur carne , qui spiritu cœperamus.Inde enim est vt minus ea sciamus, quæ à deo donata sunt nobis,indecuoti pariter & ingrati . Timorem domini re- *Coloss.3.*
linquimus , religiosam omittimus solitudinem : verbosi,curiosi,faceti etiã detractores, & murmuratores , vacantes nugis , fugitantes labores disciplinæ,quoties sine nota id licet: quasi verò confestim sit etiam sine noxa . Quid ergo tantis repulsam obstaculis gratiã nobis deesse miramur ? Iam verò si quis iuxta Apostolum vt verbum Christi , verbum gratiæ in eo habitet, gratus est, si quis deuotus, si quis sollicitus, si- *Luc.18.*
quis spiritu feruens , caueat sibi ne suis fidat meritis , ne suis operibus innitatur : alioquin nec huiusmodi quidẽ animũ intrat gratia.Nimirum plenus est, nec in eo iam inuenit gratia locum sibi.Considera Pharisæum illum orantem.Non
C erat raptor,non iniustus,non adulter . An sine fructibus pœnitentiæ erat?Ieiunabat bis in sabbato,decimas dabat omniũ quæ possidebat . Sed ingratum forsitan suspicamini . Audite quid dicat:Deus gratias ago tibi.Sed nõ erat vacuus , nõ erat exinanitus,nõ erat humilis,sed elatus. Nõ enim quid sibi deesset scire studuit,sed exaggerauit meritũ suum:nec erat solida plenitudo,sed tumor.Vacuus proinde rediit:quia plenitudinẽ simulauit.Nã publicanus ille qui exinanire seipsum, qui vacuũ vas exhibere curauit,gratiã retulit ampliorẽ.Nos ergo fratres si gratiã cupimus inuenire : sic decætero abstineamus à vitiis,vt de præteritis quoque peccatis digne pœniteamus. Nihilo minus quoque solliciti simus & deuotos nos deo & verè humiles exhibere , huiusmodi nẽpe animas gratãter respicit pro illo respectu,de quo sapiẽs ait: Quoniam gratia & *Sapien.4.*
misericordia dei est in sanctos eius,& respectus in electos illius.Et fortè propterea quater reuocat animã quam respicit, dicens:Reuertere reuertere Sunamitis,reuertere reuertere,vt intueamur te:quò videlicet nec in peccandi cõsuetudine,nec in cõscientia peccatorũ,sed nec in tepore & torpore ingratitudinis,aut in elationis cæcitate persistat.A quo nos quadripertito periculo reuocare & eripere dignetur, qui factus est nobis à deo sapiẽtia, & iustitia, & sanctificatio, & redẽptio, Iesus Christus dominus noster,qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per infinita sęcula sęculorum . Amẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quidem à iumento cui insidet. Secundum ab eis qui sua illi vestimenta sternunt. Tertium verò ab his qui de arboribus ramos cædere perhibentur. Nónne tamẽ omnes reliqui ex eo quod abundat sibi mittũt, & quasi sine grauamine obsequũtur domino, solum verò iumẽtum semetipsum exponit eius obsequio? Silendum mihi est, vt elationem caueatis, an magis loquar vt habeatis consolationem? Iumentum cui insidet Christus, nónne vos estis, iuxta præceptum Apostoli glorificantes & portantes deum in corporibus vestris? Exi.Cor.6. pendunt enim seculares homines in obsequium domini, nõ quidem corpora, sed quæ adiacent & necessaria sunt corporibus, cum de terrena substantia eleemosynas largiũtur. Prælati quoque ramos cædunt de arboribus, verbi causa cum de fide & obedientia Abrahę, de castitate Ioseph, de mansuetudine Moysi, cęterorumq; sanctorũ virtutibus euangelizant. Veruntamen & illi de promptuariis plenis largiuntur: & hi quæ acceperunt gratis, gratis nihilo minus dare iubentur. Omnes tamen si fideliter suo quisque intẽtus fuerit ministerio, in processione saluatoris sunt, & cum eo ingrediuntur in sanctam ciuitatem: quoniam tres præuidit propheta saluandos: Noe cædentem ramos in arcæ fabricam: Danielem in vili edulio, & labore abstinentiæ factum tanquam iumẽtum, saluatorémq; portantem: tertium quoque Iob bene dispensantem substantiam huius mũdi, & de velleribus ouium suarum pauperum larera calefacientem. Cui tamẽ in processione illa Iesus propinquior, cui de tribus ordinibus salus vicinior, facilè credo potestis aduertere.

In ramis palmarum, de passione & processione, & quatuor ordinibus processionis. Sermo II.

NEcesse est vt loquamur hodie breuius propter angustiã tẽporis. Multa quidẽ nobis ministrat processio quã celebraturi sumus: sed eadẽ impedit ne dicere plura possimus. Celebraturi sumus hodie processionem, & paulo post audituri passionem. Quid sibi vult mirabilis ista coniuctio, aut quid cogitauerũt patres nostri passionẽ addẽtes processioni Nam processio quidẽ meritò repręsentatur hodie, quę facta est hodie. Passio verò cur addita est, quam sexta feria cõstat esse sequutam? Opportune vtique processioni passio coniuncta est, vt discamus in nulla lætitia huius seculi habere fiduciam: scientes quoniam extrema gaudij luctus occupat. Propterea nõ simus stulti, vt occidat nos prosperitas nostra, sed in die bonorum non immemores simus malorum: & è conuerso. Istis enim mixtum est præsens seculum: non secularibus tãtùm, sed etiam spiritualibus viris. Nam secularibus viris aliquando quæ placent, quãdoque quę displicent videI mus accidere: & ipsis nihilo minus spiritualibus non semper tristia, non semper læta succedunt, sed vespere & mane dies vnus. Et illud: Vilitas eũ diluculo, & subitò probas illũ. Verũ Iob.6. hoc interim dum præsens seculũ manet, vel manat magis & fluit. Cæterũ post hoc seculũ duo futura sunt secula valde diuisa & diuersa: ita vt in altero non nisi fletus & stridor dentium, in altero sola gratiarum actio & vox laudis. Absterget enim deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: & mors iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor: quoniam priora transierũt. Interim sicut amatores mundi multa patiuntur aduersa: sic nec ipsis seruis dei omnia in hoc mundo optata succedunt. In die ergo malorũ memores sunt bonorum, ne pusillanimes fiant & impatientes, sicut is de quo legimus in psalmo: Confitebitur tibi cum benefePsal.48. ceris ei. In die quoque bonorũ nõ immemores sunt malorũ: ne extollãtur, & dicant in abundãtia sua: Nõ mouebimur in ęternum. Sicut enim secularium rerũ prosperitas occidit stultum secularem, sic potest & abundãtia spiritualis prosperitatis occidere indoctum spiritualem, atque ideo nõ spiritualẽ. Spiritualis quippe diiudicat omnia. Vnde autẽ eueniat quòd stultum occidit prosperitas, & nõ sapientem, alibi habemus. Cor sapientis vbi tristitia, & cor stultorum vbi lætitia. Meri-Eccles.7. tò proinde ait: Bonum est magis ire ad domum luctus, quàm Vbi supra. ad domum cõuiuij. Licet enim multos frangat aduersitas, tamen multo plures extollit prosperitas: sicut scriptum est: CaPsal.60 dẽt à latere tuo mille, sinistro scilicet, per quod signatur aduersitas: & decem milia, id est multo plures, à dextris tuis, in quibus prosperitas designatur. Deniq; quia vtrobique periculum est, orat sapiẽs & dicit: Diuitias & paupertates ne de- K
deris mihi: ne fortè aut diuitiæ extollerent in superbiam: aut Prouer.30
paupertas deiiceret in impatientiam. Vnde & dominus sicut in passione patientiam, ita in processione humilitatem exhibere curauit. in illa enim tanquam ouis ad occisionẽ ductus est, & quasi agnus coram tondente obmutuit, & non aperuit os suum. Qui cum percuteretur, nõ comminabatur: sed magis orabat dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa- Luc.24.
ciunt. In processione autẽ quid? Parabant sese populi, vt exirent obuiam ei: nec eum latebat, qui nouerat quid esset in homine. Propter quod & ipse paratus est non in curribus & in equis, nec in frenis argenteis, aut sellis auro tectis: sed humilis aselli tergo sedens, suppositis Apostolorum vestibus, quas ego de preciosioribus regionis fuisse non credo. Sed quid fuit quod processionem habere voluit, qui mox futuram nouerat passionem: Forte vt amarior esset passio, quam processio præcessisset. Ab eodem enim populo, in eodem loco & ipso tempore pauciſsimis diebus interpositis primò cum tãto triũpho susceptus, postea crucifixus est. O quàm dissimile est, Tolle, tolle, crucifige eũ: &, Benedictus qui venit in nomine domini, osanna in excelsis! Quàm dissimile, Rex Israel: &, Nõ habemus regem nisi Cæsarem. Quàm dissimiles rami virentes & crux, flores & spinæ. Cui prius sternebantur vestimenta aliena, ecce suis exuitur, & sors mittitur super ea. L
Væ tibi amaritudo peccatorum nostrorum, propter quę soluenda tãta amaritudo necessaria est. Iam verò ad processionẽ accedẽs tanquã quatuor ordines in ea mihi video r intueri: & fortassis in hac nostra processione hodie omnes poterũt inueniri. Prębãt enim aliqui, & viã parabãt. Ipsi sunt qui viam parant domino ad corda vestra, qui vos regunt, & dirigunt gressus vestros in viã pacis. Alij sequebantur, & hi sunt qui propriæ inscientiæ conscij deuote sequũtur, & adhærent semper vestigiis præcedentium. Erant quoque discipuli tanquam domestici lateri eius adhærentes. Ipsi sunt qui optimam partem elegerunt, qui in claustro soli deo viuũt semper deo adhærentes, & eius placitum considerantes. Ipsum quoque iumentum cui insidebat, non defuit, quod designat duros corde, & animos quodammodo bestiales. Verum non fuit animaliũ ibi huiusmodi copiosior multitudo: nec oportuit. Tales enim magis oneri sunt quàm honori, nec propter eos processio valde glorioſior est. Huiusmodi nanque cantare non norunt, sed male sonoros dant rugitus. Ipsi sunt qui virga semper & calcaribus egent. Attamen nec ipsos relinPsal.2. quit dominus, dum disciplinam ferre voluerint. His enim dicitur: Seruite domino in timore, & apprehendite disciplinã, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Post- M
quam enim iumentum hoc disciplinam ferre noluerit: quid restat nisi vt abiiciat eũ dominus cum indignatione quadã, & protinus exeat à via, currẽs ad spinas & tribulos, à quibus suffocatur verbum dei, qui sunt diuitiæ huius mũdi, & voluptates carnis? Sed si qui tales sunt hîc, quibus grauis sit ordo, & omnia onerosa, qũos pũgi frequenter oporteat & vrgeri: obsecramus eos vt studeant de iumẽtis, si fortè queãt, in hominibus commutari, & cõputari inter eos, vt aut de præcedentibus, aut de adhærentibus & collateralibus, aut de sequentibus sint. Quod si non faciunt, obsecro, vt vel in eo quod sunt permaneãt, & patienter interim ferãt quę salubria sunt, etsi minus suauia, donec complaceat domino respicere humilitatem eorũ, & in melius aliquid eos promouere. Vultis autem vt aliquatenus cõsolemur iumentum nostrũ? Scimus Psal.118.
equidem quia cantare non nouit. Neq; enim de eis est qui dicere posit: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Attamẽ vnum est, quod nemini cæterorum tam prope est domino. Nam nec ipsi qui hinc inde adhærent, tam prope eum habẽt, vt iumẽtum cui insidet. Et Psal.31.
audi hoc ipsum à propheta. Prope est dominus his qui tribulato sunt corde. Nam & mater quem ægrotantem nouit filium, magis fouet, & sæpius amplectitur eum. Nemo igitur indignetur, nemo contemnat, dũ voluerit esse Christi iumẽtum. Etenim qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, illum grauiter offendit, qui eos tanquam mater gremio suæ fouet misericordiæ, donec roborentur. Vnde & morum infirmitates patiẽtissimè ferẽdas beatus Benedictus admonuit. Quatuor-

A tuor ergo sunt genera in processione domini. Boni prudentes, & boni simplices, hi sunt qui præeunt, & qui sequuntur. Bonos autem addidi, quia prudẽres nõ boni iniqui sunt, iuxHier.4. ta illud: Sapientes sunt vt faciant mala, & simplices non boni stulti sunt. In processione autem domini nec iniquus locũ habet, nec stultus. Porrò qui adhærent ei, cõtemplatiui sunt. Qui portant eũ, & onerantur eo: ipsi sunt duri corde, & parũ deuoti. Sed ecce omnes sunt in processione domini: & nemo ex ipsis faciem eius videt. Nam qui præcedunt, occupati sunt in paranda via, solliciti circa peccata & tentationes aliorum. Qui sequuntur, ipsi omnino faciem eius videre non possunt: sed sicut Moysi dictum est, posteriora eius vident. Iumẽtum cui insidet, nunquam ad videndum leuat oculos: sed pronum est semper in terram. Qui verò adhærent ipsi, aliquãdo videre possunt, sed raptim, & non cõtinuè nec plenè dum adhuc sunt in via. Attamen quantum ad alios, ipsi magis facie ad faciem eum vident: iuxta quod vere de Moyse scriptum est, quia cęteris quidem prophetis per visiones & somnia, Moysi verò facie ad faciem loquebatur. Quantũ ad plenã sanè viExod.33. sionẽ, nec ipse Moyses dum viueret in hoc mundo, impetrare potuit facie i ipsius visionẽ: quia sicut ipse ait, Nõ videbit me homo, & viuet. Non videbor, inquit, in hac vita: non videbit quis faciem meam in hac via, & in processione ista. Ipse ita- B
que magna pietate sua donet nobis sic in eius processione perseuerare dum viuimus, vt in magna illa processione, qua cum suis omnibus à patre suscipiendus est, & traditurus regnum deo & patri, sanctam ciuitatem ingredi mereamur, cũ eo qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

De quinque diebus, processionis, refectionis, passionis, requietionis, resurrectionis. Sermo III.

Vnde supra.

CVm vniuersa fecerit deus in numero, pondere, & mensura: specialius tamen ea tempora quibus in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est, quæcunque in eis operatus, locutus, aut passus est, ita disposuit, vt ne minimũ quidem momentum, ne vnum iota à sacramento vacauerit, aut præterierit sine mysterio. Euidentius tamen quatuor proximos dies, & ipsum quẽ hodie colimus, illustrauit diem processionis, diem refectionis, passionis, requietionis, & resurrectionis suæ. Notabiles admodum dies, & inter cæteros insignes magis. Prima siquidem die gloriam suscipere dignatus est humanam: & cum ingenti quodam tripudio, & exultatione vniuersæ terræ Hierosolymam non propriis (vt hactenus consueuerat) pedibus, sed iumento vectus intrare. Et hæc quidem præparatio ad passionem fuit, excitata hinc maximè inuidia sacerdotum. Sanè venturas aliquandiu turC bas vt raperent, & eum regem facerent, fugiens legitur decliIsraël suscipe retur & prædicaretur ab eis: quinetiam in hæc ipsa præconia eorum (quod dubium non est) animos excitauit. Sic nimirũ & de passione aduertere est. Exiit quandoque & abscondit se ab eis, scilicet Iudæis: nec volebat iam ambulare palam in Iudæa: quia quærebant eum interficere. Sciens autem quòd venerit hora eius: tanquam potestatem habens, spontaneus ipse se obtulit passioni. Decebat nempe pontificem nostrum tentari per omnia pro similitudine absq; peccato, vt tanquam verus homo & prospera hominum & aduersa opportune vitaret, opportune susciperet, & vtrarũque rerum in seipso nobis salutare præberet exemplum. Vt enim temperãtiæ est pręconia populi & seculi huius prospera declinare: sic interdum iustitiæ est, certa quidem dispensatione admittere ea. Perfecutio quoque & temporalis omnis aduersitas pro loco & tempore prudenter aliquando fugienda erit: cum autem necesse fuerit, viriliter toleranda. Et in his quidem duobus (prosperitatem & aduersitatem loquor) humana omnis vita versatur. Nihilo minus autẽ in illis quatuor notissimis vtique speciebus virtus vniuersa consistit. Ita ergo omnem virtutem implere decuit eum in quo plenius habitabat omnis plenitudo virtutis, vt notũ fieret omnibus, quia is sciret maxime abundare, sciret & penuriam pati. Nõ enim dei sapientia de his erat, quos occidere prosperitas sua, non dei virtus de his quos perdere posset auersio. Vtrunque enim scriptum est, quòd prosperitas, non tamen omnium, sed stulD
torum, occidat illos: auersio vtique non quorumlibet, sed paruulorum, perdat illos. Quàm modestè tamen hanc ipsam videtur gloriam suscepisse ad triumphalem occursum in asino veniens, non in curribus aut in equis? Et dicebat: Si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet. Matth.21.
Opus magnum, opus salutis. Nempe homines & iumẽta saluos facere venerat: multiplicans misericordiam suam deus. Initia nostræ conuersionis fouet ista dignatio, vt primum ex ancilla filium generemus. Solutus est ad mandatum domini qui antea tenebatur aut non valens aut non volens benefacere, aut vtroque fortius vinculo alligatus, nec volẽs scilicet nec valens. Non nouit interim purius in domino gratulari: persuasum tenet placere ei quod agit, & cõsolatur in eo quòd sibi eum quodammodo se facere reputet debitorem: sæpius memoras quia dominus his opus habet. Nã processu tempo- F
ris in eo magis afficietur vt suo sollicitetur debito, & timeat, ne forte tãtis beneficiis inueniatur ingratus: dicẽs, quia seruus inutilis sum, & bonorum meorum non eges. Ar hęc quidem verax affectio & fidelis: hic filius liberæ, cũ quo ancillæ filius hæres esse non possit. Ita ergo in hac processione. Cæterum ante passionẽ affectuosius paterfamilias refectionem suis curauit domesticis exhibere: & in hoc quoque apparuit benignitas & humanitas saluatoris. Cũ enim dilexisset suos, in finem dilexit eos, & dicebat: Desiderio desideraui hoc pa- Luc.22.
scha manducare vobiscum antequã patiar. Oportebat enim. Expetierat eos satanas vt cribaret sicut triticum: opus erat præuenire refectionem. Deniq; qui refecti paulo minus defecerunt, quid iciuni fecissent? Hinc fuit quòd nõ modò corpora, sed etiam corda refecit, & ea quàm maximè. Neque enim corporalis passio, sed tentatio spiritualis instabat, quòd singulariter ille futurus esset donec trãsiret. Ea nimirum hostia sicut sola prodesse potuit, sic sola suffecit: nec Christum decuit simul & Petrum aut Iacobum vel Ioannem pro salute hominum pati. Crucifixi tamen fuere cũ eo alij duo, sed duo nequam: de quibus nulla prorsus suspicio posset haberi, tanquam ex eis minus efficax sacrificiũ suppleretur. Quibus ergo panibus in cœna refecit Apostolos? Vt ego arbitror, quinIoan.4. que. Meus, inquit, cibus est, vt faciam volũtatem patris mei. Cibus vtique, sed cibus cordis. Quid enim æquè cõfirmat & cor roborat humanum, quid ita in omni necessitate confortat & sustentat, vt diuinæ voluntatis executio, velut in quendam animæ ventrem, cõscientiam scilicet eius, ingesta? Sic & sermonem diuinæ exhortationis, & promissionum eius consolationem, & orãtium lachrymas, panes cordis esse solus illE le ignorat, cuius iam aruit cor pro eo quòd suum ipsius panẽ comedere sit oblitus. Super omnia autem caro domini verè est cibus, & cibus vitę, panis de cœlo viuus. Nullum ex his in hac tam solenni cœna domini defuisse reperies, si diligenter aduertas. Recumbentibus adhuc discipulis surgit à cœna: F
præcingitur linteo: aquam ponit in peluim: discipulorum pedes abluit & extergit. Non est voluntas carnis & sanguinis hæc, sed voluntas patris, & sanctificatio nostra. Deniq; si nõ lauero te (ait dominus ad Petrum obnixius repugnantẽ) Ioan.13.
non habebis partem mecum. Scimus autem quis dixit, Eum Ioan.6.
qui venit ad me, non eiiciam foras: quia descẽdi de cœlo, nõ vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Opportune autem, & vtique more suo, post exemplum operis, exhortationem sermonis adiunxit. Inter loquendum quoq; (nam copiosissimus extitit sermo) multis eos promissionibus propter instantem maximè passionem refouere & refocillare curauit: de resurrectione sua: de aduentu paracleti: de eorum confirmatione, & aliquando assumptione ad seipsum. Nec multo post vẽrum est ad orationem, & vsq; tertiò factus in agonia orabat. Vbi quidem non solis oculis, sed quasi mẽbris omnibus fleuisse videtur: vt totum corpus eius, quod est ecclesia, totius lachrymis corporis purgaretur. Nã de sacramẽto quidem corporis & sanguinis sui nemo est qui nesciat hanc quoque tantam & tam singularem alimoniam ea primùm die exhibitam, ea die cõmendatam & mandatam deinceps frequentari. Ex hoc iam dies sequitur passionis. In qua nimirum sicut totum hominem saluum fecit, sic de toto se fecit hostiam salutatem: corpus exponens tantis suppliciis & iniuriis: animum verò geminæ cuiusdã humanissimæ cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G passionis affectui: hinc quidem super mœrore inconsolabili sanctarum fœminarũ, inde super desperatione & dispersione discipulorum. In his quatuor crux dominica fuit: & hæc omnia propter nos passus est, qui tanta charitate compassus est nobis. Verũtamen quæ de ipso erant, finem habuere, sicut ipse lamentantibus mulieribus ait: Finem vtique celerrimũ & celeberrimum, primò quidem requiem, deinde resurrectionem. Nos quoque si festinamus in illam ingredi requiẽ, per multas tribulationes nobis (si meminerimus) transeundũ est. Et prius quidem donec sumus in tribulatione, magnum nobis videretur aspirare ad requiem: tãquam nihil simus amplius desideraturi. Verum nõ erit nobis requies, ne in requie quidem ipsa, à desiderio gloriæ, à desiderio resurrectionis. Amodo (inquit) iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. A labore ergo requiescunt, qui in domino moriuntur, sed non requiescunt interim à clamore. Denique sub throno dei clamant animæ occisorum: quia etsi nihil habeant quod molestet: nondum tamen totum habẽt quod delectet, donec requiem resurrectio, donec sabbatum pascha sequatur.

Feria quarta hebdomadæ pœnosæ, de passione domini Sermo.

VIgilate animo fratres: ne infructuosè vos huius temporis sacramenta pertranseant. Copiosa est benedictio: date receptacula munda: deuotas animas, sensus vigiles, affectus sobrios, puras conscientias exhibete tantis charismatibus H gratiarũ. Nimirũ admonet vos sollicitudinis huius nõ modò specialis ipsa cõuersatio quã pfessi estis: sed & generalis ecclesiæ obseruatio, cuius filij estis. Vniuersi siquidẽ Christiani sacra hac septimana, aut præ solito, aut præter solitũ pietatem colunt, modestiã exhibent, humilitatẽ sectãtur, induunt grauitatẽ, vt Christo patienti quodammodo cõpati videantur. Quis enim tam irreligiosus qui non compungatur? quis tam insolens vt non humilietur? quis tam iracundus vt non indulgeat? quis tam deliciosus vt nõ abstineat? quis tam flagitiosus vt non contineat? quis tam malitiosus, vt non pœniteat his diebus? Meritò quidẽ. Nempe adest passio domini vsque hodie terram mouens, petras scindens, aperiens monumenta. propè est etiam resurrectio eius: in qua solennitatem celebrabitis altissimo domino: vtinam vsque in altissima quę fecit magnalia alacritate & auiditate spiritus subeuntes. Nihil in mundo poterat melius fieri, quàm quod factum est à domino his diebus. Nihil mundo poterat melius vel vtilius cõmendari, quàm vt ritu perpetuo celebret & singulis annis memoriale eius in desiderio animæ, & memoriã abundantiæ suauitatis suæ eructet. Vtrunque autẽ propter nos, quòd in vtroque nobis salutis fructus, in vtroque vita spiritus nostri.

I Mirabilis passio tua domine Iesu, quæ passiones omniũ nostrum propulsauit: propitiata est omnibus iniquitatibus nostris, & nulli vnquam pesti nostræ inuenitur inefficax. Quid enim tam ad mortẽ, quod non tua morte saluetur? In hac igitur passione fratres, tria specialiter cõuenit intueri: opus, modum, causam, Nam in corpore quidẽ patientia, in modo humilitas, in causa charitas commendatur. Patientia autem singularis, quòd videlicet cũ supra dorsum eius fabricarẽt peccatores, cũ sic extenderetur in ligno, vt dinumerarentur omnia ossa eius: cum fortissimũ illud propugnaculum, quod custodit Israël, vndiq; foraretur, cum foderentur manus & pedes: sicut agnus ad occisionẽ ductus sit, & tanquam ouis coram tondente, non aperuit os suum, non aduersus patrem murmurans à quo missus fuerat: non aduersus humanũ genus, pro quo quæ nõ rapuit exoluebat: non denique vel cõtra populum ipsum peculiarem sibi, à quo pro tantis beneficiis tanta mala recipiebat. Plectũtur aliqui pro peccatis suis, & humiliter sustinent: hoc ipsum tamen eis ad patientiam reputatur. Flagellantur alij non tam purgandi quàm probandi coronandique, & maior in eis patiẽtia cõprobatur & cõmendatur. Quomodo non maxima censeatur in Christo, qui in funiculo hæreditatis suæ, ab his quibus specialiter aduenerat saluator, crudelissima morte mulctabatur sicut fur, nullũ omnino peccatum, nec actu proprio, nec cõtactu, sed nec in quo crescere posset, habens? Nimirum in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, nõ vmbratilẽ, sed corporaliter: in quo deus est mundũ reconcilians sibi, non figuratiue, sed substantialiter: qui denique plenus est gratiæ & veritatis, non cooperatiue, sed personaliter, vt faciat opus suum. Alienum est K opus eius ab eo (Esaias loquitur) quia & opus suũ fuit, quod *Esa.28.* dedit ei pater vt faceret: & alienum ab eo, vt talis talia sustineret. Ita ergo habes in opere patientiam. Nam modum ipsum si diligenter attendas, non modò mitẽ, sed & humilem corde cognosces. Nempe in humilitate iudicium eius sublatum est, cum nec ad tantas blasphemias, nec ad falsissima quę sibi obiiciebantur crimina respõderet. Vidimus, inquit, eum, & non erat ei aspectus, nõ speciosum forma præ filiis hominum, sed opprobriũ hominum, & tanquam leprosum: nouissimum virorum, plane virum dolorũ, à deo percussum & humiliatum: ita vt nulla esset ei species neque decor. O nouissimum & altissimum, ô humilem & sublimem, ô opprobrium hominum, & gloriam angelorũ. Nemo illo sublimior, nemo humilior. Denique sputis illitus est, opprobriis saturatus est, morte turpissima condemnatus est, cum sceleratis deputatus est. Nihilne merebitur vel ista humilitas, quæ hũc habet modum, imò quæ tam est vltra modum? Sicut est patiẽtia singularis, sic & humilitas admirabilis, vtraque sine exemplo. Vtranque tamẽ magnifice causa ipsa commendat: nimirũ charitas est. Propter nimiam quidem charitatem suam, qua dilexit nos deus, vt seruum redimeret, nec pater filio, nec sibi filius ipse pepercit. Verè nimiam quia & mensuram excedit, *Ioan.15.* modum superat, planè supereminens vniuersis. Maiorem, inquit, charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat L quis pro amicis suis. Tu maiorem habuisti domine, ponens eam etiam pro inimicis. Cũ enim adhuc inimici essemus, per mortem tuam & tibi reconciliati sumus, & patri. Quænam alia videbitur esse vel fuisse vel fore huic similis charitati? Vix pro iusto quis moritur: tu pro impiis passus es: moriens propter delicta nostra, qui venisti iustificare gratis peccatores, seruos facere fratres, captiuos cohæredes, exules reges. Nec sanè aliud aliquid patiẽtiam hanc & humilitatem æquè illustrat, quam quòd tradidit in mortẽ animam suam, & peccata multorum tulit: etiã pro transgressoribus rogans, vt non perirent. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Quia enim voluit, oblatus est. Non modò voluit & oblatus est, sed quia voluit. Solus nimirum potestatem habuit ponendi ani- *Ioan.10.* mam suam: nemo eam abstulit ab eo. Vltro, cũ accepisset acetum, dixit: Consummatum est. Nihil restat implendum: iam non est quod expectem. Et inclinato capite (factus obediens vsque ad mortem) tradidit spiritum. Quis tam facilè quando vult dormit? Magna quidem infirmitas mori: sed planè sic mori virtus immensa. Nempe quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Potest humana vesania sibiipsi in mortem sceleratas iniicere manus, sed non hoc est ponere animã M suam, vrgere eam magis, & violẽter abrumpere quàm ad nutum ponere est. Tibi impie Iuda misera planè facultas fuit non ponendi animam, sed pendendi: nec tradente te, sed trahente laqueo nequissimus ille spiritus tuus exiuit, non emissus à te, sed amissus. Solus in mortem tradidit animam suam, qui solus virtute propria regressus est ad vitã. Solus potestatem habuit ponendi, qui solus facultatem æquè habuit liberam resumendi, imperium habens vitæ & mortis. Digna ergo charitas tam inæstimabilis, humilitas tam admirabilis, patiẽtia tam insuperabilis. Digna planè tam sancta tam immaculata hostia, tam acceptabilis. Dignus est agnus qui occisus est, accipere fortitudinem, facere ad quod venit, tollere peccata mundi. Ego autem dico peccatum triplex quod inualuit super terram. Putatis quòd dicere velim concupiscentiam carnis, & cõcupiscentiam oculorum, & superbiã vitæ? Funiculus triplex est, qui difficilè rumpitur: propterea multi trahunt, imò trahũtur hoc funiculo vanitatis, sed prior ille ternarius nõ immerito præualet in electis. Quomodo enim nõ illius patientiæ recordatio omnem arceat voluptatem? quomodo non illius humilitatis consideratio superbiam vitæ prorsus extundat? Nam charitas illa planè digna cuius meditatio sic mentem occupet, sic totam sibi vendicet animã, vt omnino vitium curiositatis exufflet. Fortis igitur contra hæc passio saluatoris. Sed aliud ego triplex æquè peccatũ quemadmodũ virtus crucis expugnat, dicere cogitaui, & id fortè vtilius audiatur. Primum quidem originale, secundũ personale dixerim, tertium singulare. Et originale quidẽ maximũ illud

A illud delictum vocatur, quod à primo Adam contrahimus, in quo peccauimus omnes, pro quo morimur vniuersi. Maximũ planè, quod sic totum non modò genus humanũ, sed & quælibet ipsius generis occupat, vt non sit qui euadat, nõ sit vsq; ad vnũ. A primo homine vsque ad nouissimũ protenditur: & in singulis quoq; à planta pedis vsq; ad verticẽ diffunditur hoc venenum. Sed & aliter nihilo minus in vniuersam dilatatur ætatem, ab ea scilicet die qua sua quemq; concipit, vsq; ad eam qua communis eũ recipit mater. Alioquin vnde graue iugũ super omnes & totos filios Adam, idq; à die exitus de ventre matris eorũ, vsque in diẽ sepulturæ in matrem omniũ? In sordibus generamur, in tenebris cõfouemur, in doloribus parturimur. Ante exitũ miseras oneramus matres, in exitu more vipereo laceramus: mirũ q̃ non ipsi pariter laceramur. Primã vocẽ plorationis edimus, meritò quidẽ, vtpote *Iob.14.* vallem plorationis ingressi, vt nobis illud sancti Iob ex omni parte possit aptari: Homo natus de muliere, breui viuẽs tempore, repletur multis miseriis. Quàm verum verbum hoc sit, non nos verba docuere, sed verbera. Homo (inquit) natus de muliere, nihil abiectius. Et ne fortè ex ipsa sibi voluptate cor poreorum sensuum, quam de sensibilibus hauriat blãdiatur: in ipso statim introitu de exitu quoque terribiliter admonetur, cum dicitur, breui viuẽs tempore. Ac ne spaciolum illud B quod inter ingressum & egressum relinquitur, sibi liberum putet, repletur, ait, multis miseriis. Multis & multiplicibus (inquam) miseriis corporis, miseriis cordis, miseriis cum dormit, miseriis dum vigilat, miseriis quaquauersum se vertat. Nimirũ ipse quoque natus ex virgine, imò factus ex muliere, (sed benedicta in mulieribus) qui loquitur ad matrẽ, Mulier, *Ioan.19.* ecce filius tuus: etiã breui viuens tẽpore super terrã: & nihilo minus multis est repletus miseriis, in illa breuitate appetitus insidiis, interrogatus contumeliis, pulsatus iniuriis, vexatus suppliciis, conuiciis lacessitus. Túne hanc sufficere dubites obedientiã, quæ reatum omnem primæ præuaricationis absoluat? imò verò nõ sicut delictum, ita & donũ. Nam peccatum ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Et graue quidẽ omnino delictum illud originale, quod non solùm personam infecit, sed & naturam. Personale tamẽ cuiq; grauius est, cum iam laxatis habenis exhibemus vndique membra nostra arma iniquitatis pec cato: non modò iam alieno, sed & proprio crimine cõpediti. Singulare verò est grauissimũ, quod cõmissum est in dominũ maiestatis, cum viri impij virum iustum iniuste occiderunt, & sacrilegas manus in ipsum dei filium iniecerunt crudelissimi homicidæ: imò (si fas est dicere) etiã deicidæ. Quid duo præcedentia ad tertium? Ad hoc expalluit & expauit tota ma C china mundialis, & penè in antiquũ chaos sunt omnia reuoluta. Ponamus aliquem de regni principibus terram regiam populasse in vastitate hostili: ponamus alium qui cum esset de conuiuio & consilio regis, vnicum eius filium proditoriis manibus fustocasse. Nunquid non primus respectu secundi innocens videbitur & immunis? Sic est omne peccatũ quantum ad hoc peccatum: & tamẽ hoc peccatum in se pertulit, qui seipsum fecit peccatũ, vt de peccato damnaret peccatũ. Per hoc enim omne peccatum tam originale quàm personale deletum est, & ipsum quoque singulare eliminatũ est per seipsum. Argumentũ mihi est à maximo, quòd duo minora sunt exposa. Et ecce argumentum. Peccatum multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit vt non perirent: Pater ig- *Luc.23.* nosce illis, quia nesciunt quid faciũt. Volat irreuocabile verbum tuum domine, nec reuertetur ad te vacuũ: sed faciet ad quod misisti. Vide nunc opera domini, quæ posuit prodigia super terram. Flagellis cęsus est, spinis coronatus, clauis cõfossus, affixus patibulo, opprobriis saturatus: omniũ tamẽ dolorũ immemor, Ignosce, ait, illis. Hinc multæ miserię corporis, hinc multæ misericordiæ cordis, hinc dolores, hinc miserationes, hinc oleũ exultationis, hinc sanguinis guttæ decurrentis in terram. Misericordiæ domini multæ, sed & miseriæ domini multæ. Vincéntne miseriæ misericordias, an misericordię miserias superabunt? Vincant misericordiæ tuæ antiquæ domine, vincat sapientia malitiã. Magna enim illorum iniquitas, sed nunquid non maior pietas tua domine? Multũ per omnẽ modum. Nunquid redditur pro bono malum, ait, quia foderunt foueã animæ meæ? Planè foderunt impatiẽtiæ D foueam, occasiones indignationis plurimas & quã maximas *Hier.18.* ministrantes. Sed quid horũ fouea ad abyssum mãsuetudinis tuæ? Retribuentes mala pro bonis foueã foderunt, sed charitas nõ irritatur, non præcipitatur, nunquã excidit, non in foueã ruit, & pro retributis malis cumulat bona. Absit vt mussęæ morituræ exterminent suauitatem vnguẽti, quod de tuõ corpore fluit: quia apud sinum tuũ misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Musęæ morituræ miseriæ sunt, musęæ morituræ blasphemiæ sunt, musęæ morituræ insultationes sunt, quas tibi reddit generatio praua & exasperans. Tu autẽ quid? In ipsa eleuatione manuũ tuarum, cum iam sacrificium matutinũ in holocaustum vespertinũ transiret: in ipsã inquã virtute incensi, quod cœlos ascendebat, terrã operiebat, inferos respergebat, exaudiẽdus pro reuerẽtia tua clamas: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. O quàm multus es ad ignoscendũ, ô quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. O quàm longè cogitationes tuæ à cogitationibus nostris. O quàm firmata est etiã super impios misericordia tua. Mira res. Illc clamat, Ignosce: Iudæi, Crucifige. Molliti tibi sermones eius super oleũ, & isti sunt iacula. O charitas patiens, sed & cõpatiens. Charitas patiens est, sufficit. Charitas benigna est, cumulus est. Noli vinci à malo charitas abundãs, sed vince in bono malũ. Superabundãs est. Nõ enim sola patientia, E sed & benignitas dei ad pœnitentiã Iudæos adduxit: quia benigna charitas etiã quos tolerat amat, & amat tam ardenter. Patiẽs charitas dissimulat, expectat, sustinet delinquentẽ: sed benigna trahit, adducit, cõuerti facit ab errore vię suę: deniq; cooperit multitudinẽ peccatorum. O Iudæi, lapides estis, sed lapidem percutitis molliorem, de quo resonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum charitatis. Quomodo potabis domine desiderantes te torrente voluptatis tuę, qui sic perfundis crucifigentes te oleo misericordiæ tuæ? Patet igitur quia hæc passio potentissima est ad exhaurienda omnium genera peccatorum. Sed quis scit si data est mihi? Mihi data est, quia alteri dari nõ potuit. Nunquid angelo? Sed ille nõ eguit. Nunquid diabolo? Sed ille non resurgit. Denique non in similitudinem angelorum (absit autem vt in similitudinem dæmonum) sed in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Filius erat, & factus est tanquam seruus. Non solùm formam serui accepit, vt subesset: sed etiam mali serui, vt vpularet: & serui peccati, vt pœnam solueret, cum culpam nõ haberet. In similitudinem (inquit) hominum, non hominis: quia primus homo nec in carne peccati, nec in similitudine carnis peccati creatus est. Christus enim in vniuersali hominũ miseria pressius & profundius se immersit, ne subtilis ille diaboli oculus magnum hoc pietatis deprehenderet sacramentum. Ideo habitu & omni habitu inuentus est vt homo: F nec in eo quantum ad naturæ debitũ signum aliquod singularitatis apparuit. Quia enim ita inuẽtus est, ideo crucifixus. Paucis autẽ reuelauit seipsum, vt essent qui crederẽt: reliquis autẽ absc̃ditus est: quia si cognouissent, nũquam dominum *1.Cor.2.* gloriæ crucifixissent. Ad hoc etiam illi singulari peccato ignorãtiam copulauit, vt sub aliqua iustitiæ vmbra ignorantibus posset ignosci. Duo autem nobis in hæreditatem reliquerat ille vetustus Adam qui fugit à facie dei, laborem videlicet, & dolorem: laborem in actione, dolorem in passione. Non hoc ipse audierat in paradiso, quem acceperat vt operaretur, & custodiret illum. Operaretur delectabiliter, custoderet fideliter & sibi & posteris suis. Christus dominus laborem & dolorẽ considerauit, vt traderet eos in manus suas: imò se magis in manus eorũ, infixus in limo profundi: & in- *Psal.118.* trauerunt aquæ istæ vsque ad animam eius. Vide (ad patrem inquit) humilitatẽ meam, & laborẽ meum: quia pauper ego sum, & in laboribus à iuuentute mea. Laborauit sustinẽs, manus eius in laboribus seruierunt. De dolore vide quid dixerit: O vos omnes qui transitis per viam, attẽdite & videte *Thren.1.* si est dolor sicut dolor meus. Verè languores nostros ipse tu- *Esa.53.* lit, & infirmitates nostras ipse portauit, vir dolorum, pauper & dolens, tentatus per omnia absque peccato. Et in vita passiuam habuit actionem, & in morte passionẽ actiuam sustinuit, dum salutẽ operaretur in medio terræ. Proinde memor

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gero quandiu fuero, laborum illorum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, tentationum in ieiunãdo, vigiliarum in orando, lachrymarum in compatiẽdo. Recordabor etiam dolorum eius, conuiciorũ, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationũ, clauorũ, horũmq; similium, quæ per eum & super eum abundantius trãsierunt. Facit ergo mihi fortitudo, facit similitudo, sed si accesserit etiam imitatio, vt sequar vestigia eius. Alioquin etiam exquireretur à me sanguis iustus qui effusus est super terram, nec immunis ero ab illo tam singulari scelere Iudæorum: quòd videlicet tantæ charitati ingratus fuerim: quòd spiritui gratiæ contumeliam fecerim: quòd sanguinem testamenti pollutũ dixerim: quòd conculcauerim filium dei. Sunt plerique qui laborem & dolorẽ patiuntur: sed necessitas in causa est, non voluntas: & hi non sunt cõformes imaginis filij dei. Sunt qui ex voluntate sustinent, sed non est eis sors neque pars in sermone isto. Vigilat tota nocte luxuriosus, non solùm patienter, sed & libenter, vt suam expleat voluptatẽ: vigilat raptor vestitus ferro, vt diripiat prædam: vigilat fur, vt domum perfodiat alienam. Sed hi omnes & horum similes longè sunt à labore & dolore quem cõsiderat dominus. Homines autem bonæ volutatis, qui Christiana voluntate diuitias paupertate
H commutarunt, vel etiam non habitas tanquam habitas contempserunt, relinquentes omnia propter ipsum, sicut & ipse reliquit omnia propter ipsos, sequuntur eũ quocũque ierit. Huiusmodi autem imitatio validissimum argumentum mihi est, quòd passio saluatoris, & similitudo humanitatis in meã transeunt vtilitatẽ. Hic enim sapor, hic fructus est & laboris & doloris. Vide ergo quàm magnificauerit facere tecum illa maiestas. De omnibus quæ in cœlo & sub cœlo sunt, dixit, & facta sunt. Et quid facilius dictu? Sed nũquid solo verbo factũ est, cũ te quẽ fecerat, refecit? Triginta & tribus annis super terram visus, & cum hominibus conuersatus, etiam habuit in factis calumniatores, in dictis insultatores, non habens, vbi caput suum reclinaret. Quare hoc? Quia verbum à sua subtilitate descenderat, & grossius acceperat indumentũ. Nam caro factũ fuerat, & ideo grossiori & morosiori opere vtebatur. Sicut autẽ cogitatio vestit sibi vocem corpoream absque sui diminutione vel ante vocem vel post vocẽ: sic filius dei assumpsit carnem, non commixtionem passus neque diminutionem, nec ante carnẽ, nec post carnem. Apud patrẽ inuisibilis, sed hîc manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ: & quod erat ab initio, vidimus oculis nostris. Hoc autẽ verbum quia carnem purissimam & animam sanctissimã vnierat sibi, liberè moderabatur actiones corporis sui, tum quia
I sapiẽtia & iustitia erat: tum quia nullam habebat prorsus legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ. Meum verbum nec sapientia nec iustitia est, sed tamen vtriusque capax, & possunt ei hæc abesse & adesse: abesse autẽ facilius. Familiare enim magis iam nobis est carnis nostræ seruire vitiis, quàm actiones & passiones eius ordinare: pro eo ꝙ omnis ætas ab adolescẽtia prona est in malum, inter flagella quoq; & gladios, etiam sub discrimine mortis ad suas ambiẽs voluptates. Felix, cuius cogitatio, hoc est verbum nostrum, omnes actiones suas ad iustitiam dirigit, vt & intentio sana sit, & operatio recta. Felix, qui passiones corporis sui propter iustitiam ordinat, vt quicquid patitur, propter dei filium patiatur: quatenus & à corde tollatur murmuratio, & in ore vertatur gratiarum actio, & vox laudis. Qui sic extulit se: iste tollit grabatum suum, & vadit in domum suam. Grabatus nostrum corpus est, in quo prius languidi iacebamus, seruientes desideriis & concupiscentiis nostris. Nunc portamus illud, cum spiritui obedire cogimus: & mortuum nostrum portamus: quia corpus mortuum est propter peccatum. Ambulamus tamẽ, nõ currimus: quia corpus quod corrũpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Ambulamus etiam in domum nostram. In quã domum? In matrem omnium, quia sepulchra eorum domus illorum in æternum. Vel potius in domũ nostram, quam habemus ex deo nõ manu factam, æternã in cœlis. Qui sub hoc onere ambulam⁹, posito eo quid putatis quò curremus? quomodo volabimus? Planè super pennas ventorum. Amplexatus est nos dominus Iesus per laborem & dolorem nostrum. Amplectamur eum nos quoque vicariis quibusdã amplexi- K
bus propter iustitiam, & iustitiã suam, actiones ad iustitiam dirigendo, passiones propter iustitiam sustinendo. Dicamus quoque cum sponsa: Tenui eum, nec dimittam. Dicamus etiã cum patriarcha: Non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Quid *Gen.32.* enim iam supereſt nisi benedictio? Quid post amplexũ, nisi osculum restat? Si sic adhærerem deo, quomodo nõ iam clã-
mare liberet: O sculetur me osculo oris sui? Ciba nos interim *Cantic.1.* domine lachrymarum pane, & potum da nobis in lachrymis in mensura: donec perducas nos ad mensuram bonam & cõfertam & coagitatam, quam dabis in sinus nostros, qui es in sinu patris super omnia benedictus deus in secula. Amen.

In cœna domini, de baptismo, & de sacramento altaris, & ablutione pedum. Sermo.

Hi sunt dies quos obseruare debemus: dies pleni pietate & gratia, quibus etiã sceleratorũ hominũ mẽtes ad pœnitentiam prouocantur. Tãta siquidẽ est vis sacramentorũ eorum quæ diebus istis recoluntur, vt possint ipsa quoq; lapidea scindere corda, & pectus omne licet ferreũ emollire sufficiãt. Deniq; videmus vsq; hodie ad passionẽ Christi non modò cœlestia compati, sed terram moueri, & petras scindi, & in confessionem peccatorũ aperiri monumenta. At verò quoniam sic est in spiritualibus cibis, sicut & in corporalibus, vt in quibusdam statim L
præsto sit sapor, in aliquibus oporteat laborare: quæ manifesta sunt, nostro non indigent ministerio: quæ verò clausa sunt, diligentem volunt habere consideratorem. Neque enim tradit mater paruulo nucem integram, sed frangit eam, & nucleum porrigit. Sic & ego vobis, fratres charissimi, si possem, sacramenta quæ clausa sunt, aperire debueram: sed quia minus possum, rogemus vt vobis pariter & mihi mater sapientia frangat nuces istas, nuces inquam quas protulit sacerdotalis virga virtutis, quã emisit dominus ex Sion. Multa quidem sunt sacramenta, & scrutandis omnibus hora nõ sufficit. Fortassis etiam aliqui vestrum imbecilles sunt ad tanta simul capienda. De tribus itaque sacramentis quę satis cõgrua sunt huic tempori, dicendũ erit quod dominus ipse donauerit. Sacramentum dicitur sacrum signum, siue sacrum secretum. Multa siquidem fiunt propter se tantùm: alia verò propter alia designanda, & ipsa dicuntur signa, & sunt. Vt enim de vsualibus sumamus exemplum: datur annulus absolute ꝓpter annulũ, & nulla est significatio. datur ad inuestiẽdum de hæreditate aliqua, & signũ est: ita vt iam dicere possit qui accipit: Annulus non valet quicquã, sed hæreditas est quam quærebam. In hunc itaq; modum appropinquans passioni dominus, de gratia sua inuestire curauit suos, vt inuisibilis gratia signo aliquo visibili præstaretur. Ad hæc instituta M
sunt omnia sacramenta, ad hæc eucharistiæ participatio, ad hæc pedum ablutio, ad hæc denique ipse baptismus initium sacramentorum omnium: in quo cõplantamur similitudini mortis eius: Vnde & trina mersio, tridui quod nunc celebrãdum est, formã gerit. Sicut enim in exterioribus diuersa sunt signa, & vt cœpto immoremur exẽplo, variæ sunt inuestituræ secuncũ ea de quibus inuestimur: verbi gratia, inuestitur canonicus per librum, abbas per baculum, episcopus per baculum & annulum simul: sicut inquã in huiusmodi rebus est, sic & diuisiones gratiarum diuersis sunt traditę sacramentis. Quæ est gratia vnde per baptismũ inuestimur? Vtique purgatio delictorum. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptũ semine, nisi qui solus est mundus, & in quẽ peccatum non cadit, deus? Huius quidem gratiæ sacramentũ prius erat circuncisio, vt originalis rubiginem culpæ quę manauerat à parentibus primis, cultellus eraderet: sed veniente domino, qui agnus est totus suauis & mitis, cuius iugum suaue est, & onus leue, optime satis mutatum est, vt inueteratã rubiginẽ cum vnctione sancti spiritus aqua dilueret, & acerbitas illa cessaret. Sed forte quærat aliquis, & dicat: Si deletum est in baptismo quod contraximus à parentibus: cur adhuc manet cupiditatis fomes, & velut incentiuum quoddam peccati? Neque enim dubiũ quin à primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati. Omnes siquidẽ in peccatrice voluptate generamur: propterea licet inuiti, illicitos quosdam motus cõcupiscentiarum & tanquam bestiales sentimus. Di

A xi vobis sæpius, nec mente excidere debet, quoniam in casu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autẽ super acerum lapidum, & in luto: vnde nõ solum inquinati, sed etiam vulnerati & grauiter quassati sumus. Lauari quidẽ citò possumus, ad sanandum verò opus est curatione multa. Lauamur igitur in baptismo, quia deletur chirographum damnationis nostræ: & gratia hęc nobis cõfertur, ne iam nobis cõcupiscentia noceat, si tamen à consensu abstineamus: atq; ita tanquam sanies inueterati vlceris remouetur, dũ tollitur dãnatio & responsum mortis, quod prius inde manabat. Sed quis poterit tam efferos motus frangere? quis pruritum vlceris huius ferre queat? Confidite, quia & in hoc gratia subuenit, & vt securi sitis, sacramenti dominici corporis & sanguinis precioſi inuestituram habetis. Duo enim illud sacramẽtum operatur in nobis: vt videlicet & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino consensum. Si quis vestrũ non tam sæpe modò, non tam acerbos sentit iracundię motus, inuidiæ, luxurię, aut cęterorũ huiusmodi: gratias agat corpori & sanguini domini, quoniã virtus sacramẽti operatur in eo, & gaudeat quòd pessimum vlcus accedat ad sanitatẽ. Sed tamẽ quid agimus ꝙ in hoc corpore peccati, & in hoc tẽpore malo non possumus esse sine peccato? Nunquid de-
B sperabimus? Absit. Si dixerimus (ait beatus Ioãnes) quia pec- *1.Ioan.1.*
catum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Si autẽ confessi fuerimus peccata nostra, fidelis deus est qui remittat nobis peccata, & emũdet nos ab omni iniquitate. Nã vt de remissione quotidianorũ minime dubitemus, habemus eius sacramẽtũ, pedũ ablutionẽ. Quæris fortè vnde sciam quòd sacramẽtum sit huius remissionis, maxime *Ioan.13.* cũ ipse dominus promiserit Petro dicẽs: Quod ego facio, tu nescis modo: scies autem postea, nihil autem de sacramento locutus est: sed tantùm Exemplum, inquit, dedi vobis, vt & vos ita faciatis. Verũ multa habebat illis dicere, sed tunc portare non poterant. Ideóque nec ex toto voluit eos anxios & suspectos relinquere, nec dicere quod tunc non caperẽt. Vis autem nosse quia pro sacramento illud est, non pro solo exemplo factum? Illud attende quod Petro dictum est: Si non lauero te, non habebis partẽ mecũ. Aliquid igitur latet quod necessarium est ad salutem, quando sine eo nec ipse Petrus partem haberet in regno Christi & dei. Vide enim si non ex- *Ibidem.*
pauerit Petrus ad tantæ communicationis terrificũ verbũ, si non agnouerit salutare esse mysterium, cũ respõdit: Domine nõ tantũ pedes meos, sed & manus & caput. Et vnde scimus quia ad diluenda peccata quæ non sunt ad mortem, & à quibus plenè cauere nõ possumus ante mortẽ, ablutio ista pertineat: Ex eo planè, quo offerenti manus & caput pariter ad abluendum, respõsum est: Qui lotus est, non indiget nisi vt
C pedes lauet. Lotus est, qui grauia peccata nõ habet, cuius caput, id est intentio, & manus, id est operatio & conuersatio munda est: sed pedes, qui sunt animę affectiones, dum in hoc puluere gradimur, ex toto mundi esse non possunt, quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curiositati plus quàm oportet cedat animus vel ad horam. In multis enim of- *Iaco.3.*
fendimus omnes. Veruntamen nemo contemnat aut paruipendat. Impossibile est enim cum eis saluari, impossibile est ea dilui, nisi per Christum Iesum, & à Christo. Nemo inquã pernicioſa securitate dormitet, declinans in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, quoniam (vt audiuit Petrus ab ipso) nisi lauerit ea Christus, non habebimus partẽ cum eo. Nec ideo tamen pro eis necesse est nimis esse sollicitos: ignoscet facilè, imò & libenter, si tãtummodo nos agnoscamus. In huiusmodi nanq; quasi inertitabilibus & negligẽtia culpabilis est, & timor immoderatus. Hinc est quòd in oratione quã ipse constituit, quotidie pro peccatis illis vo-
luit nos orare. Sicut enim de concupiscentia diximus, ꝙ licet *Rom.8.*
damnationẽ abstulerit, quia iuxta Apostolum, nulla dãnatio est his, qui sunt in Christo Iesu: tamen ad humiliãdos nos ipsam adhuc patitur viuere in nobis, & grauiter affligere nos, vt sentiamus quid nobis gratia pręstet, & semper ad illius auxilium recurramus: sic & de minoribus istis peccatis pia dispẽsatione nobiscũ agitur, vt non penitus auferantur, sed in illis nos eruditat deus, vt cum minima cauere nõ possumus, certi simus quòd non nostris viribus maiora superemus: sempérq; timorati, & omnino solliciti simus quomodo eius gratiam D
non amittamus, quam nobis tam multipliciter necessariam esse sentimus.

In Cœna domini, sermo alter.

Sedisti ad mensam diuitis. In verbis istis loquitur spiritus consilij voce suaui: sed & terribili. Vox suauis est, sed obedientibus: vox terroris cõtemnentibus. Recipiẽtibus debentur præmia: reiicientibus intentantur supplicia. Viuent qui recipiunt, damnabuntur qui reiiciunt. Sedisti inquit. Ecce principium huiusmodi verborum quantæ suauitatis præfert insigne. Verba præcedẽtia suauiter sonant, affectum mulcent: & de sensuum vbertate mentẽ impinguant. Quæ autem sequũtur, id est, scito quoniam talia oportet te præparare: dum intellectum quò plus exercent, plus terrent, de altitudine mysteriorum miro modo nos humiliant, siue propter indignitatem nostram, siue propter incapacitatem. Diues itaq; & potentissimus ille dominus est virtutum, & ipse rex gloriæ: cui dicitur per prophetam: Vt viderem virtutem tuam & gloriã tuam. Ipse est qui aufert spiritum principum, terribilis apud reges terræ. Mensa, ad quam residentes fideles epulaturi cum eo, incarnatio ipsius est. Parasti, inquit, in cõspectu meo mẽsam, id est incarnationis tuæ remedium, quod semper attendo & recogito aduersus eos qui tribulant me: ne more antiquo præualeant, qui misero & exuli insultare consueuerant. Porro in mensa & de mensa incarnationis dominicæ refe- E
ctio acquiritur opulenta. Regia quidem ibi sumuntur fercula, & accuratiori arte diligẽtius præparata, deliciosa multum ad saporem, solida ad nutrimentum: efficacia verò ad medicinam. Primum itaque ferculum est obedientia filialis, tribus contexta funiculis, habens humilitatem in corde, patientiam in ore, perseuerantiam in bono opere. Christus nanque factus est obediens patri. Vnde & ipse dicit: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. Et in alio loco: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me patris. Quæris de humilitate? Dominus omnium, seruuli forma indutus est: de paupercula virgine natus est. Ideoq; cũ liber esset à lege, factus est sub lege, sine querela conuersatus est in lege. Cum publicanis & peccatoribus cibum sumpsit, discipulorum quos elegerat pedes lauit: hoc ab ortu suo vsq; ad finẽ vitæ satagens, vt sicut in matre specialis & sine exemplo fuit virginitas, sic in filio singularis & vnica esset humilitas. Quòd si de patiẽtia quæritur, sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & propter iniquitates nostras vulneratus est: & cum iniquis deputatus est. Vt enim inuisibilis videretur à nobis, vt immortalis moreretur pro nobis: Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Habitauit hoc verbum in nobis obumbratum carne, quam pro nobis assumpsit ex nobis, verbũ in carne, sol in nube, mel in cera, lumen in testa, cereus in lucerna. Sustinuit in assumpta carne incommoda nostra sine pec- F
cato carnis, portans in carne peccata nostra: & hoc totũ non propter se, sed propter nos: vt redderet nos incolumes de infirmis, cohæredes de extraneis, liberos de seruis. Si de perseuerantia quæris: obediẽs fuit vsque ad mortem. Obedientia, talaris est tunica, quam Ioseph (quod sonat accrescens vel augmẽtum, id est, quilibet perfectus dono clementioris gratiæ, quæ est mater credẽtium) singulariter induit. Secundum ferculum est paupertas spiritualis, quam tria constituunt: depositio rerum & cõtemptus: vilitas & abiectio suiipsius: abdicatio propriæ volũtatis in omnibus. Voluntaria ergo paupertas, quæ sine possessione vel desiderio habetur: quãto expeditior est, tanto securior est. Custos & magistra est virtutũ huiusmodi paupertas: sicut ecõtrario radix est vitiorum immoderata rerum affluentia. Expedit esse nudos, cum diabolo qui nudus est, luctaturos. Nudus athleta fortius dimicat: natator exuitur, vt fluuium trãseat: viator reiectis sarcinulis bene curritat. Nobilis itaque titulus voluntariæ paupertatis, quam Christus docuit verbo, Beati, inquiens, pauperes spiritu, &c. Cõsecrauit exemplo, nec enim habuit propriam domum in qua caput reclinaret, & in qua cũ discipulis pascha manducaret: nec proprium habuit vnde tributum solueret. Commendauit eam etiam ore prophetico dicens: Ego vir videns paupertatẽ meam. Huius paupertatis exemplum primi post Christum apostoli crediderunt, quando in primitiua

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ecclesia multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna,& omnia communia.Hæc religiosis apostolorum sequacibus indicta est. Paupertas ista quæ nec habet, nec habere desiderat,lateralem adiunctam sibi quærit paupertatem, videlicet superbiæ latentis contritionem:vt qui membrum dei est,pauper sit spiritu,id est humilia & abiecta de seipso sentiat & iudicet. Non applaudat sibi,non infletur de meritorū eminentia,nec aliis insultet:quod Christus tenuit & seruauit præ omnibus:vnde & ad discipulos dicebat: Cum feceritis hæc omnia,dicite, quia serui inutiles sumus. Tertio religiosus sit pauper spiritu,nihil vnquam ex propria faciens voluntate:sed in omnibus & per omnia iugo mācipatus obedientiæ.Hæc sunt tria quæ præmisimus veræ religionis insignia, quæ hominem deo & angelis reddunt conformem, cœlestis patriæ ciuem conscribunt & hæredem. Tertium ferculum est mors Christi reuerenda: præ omnibus sacramentis affectuosa. In hoc enim sacramento pietas magis enituit, gratia plus refulsit, charitas amplius radiauit. Ad mortem Christi tria præcipuè respiciunt,non sine timore,non sine lachrymis & gemitu prosequenda:iniuriarum multiformiū illatio:manuum ac pedum in cruce cōfixio:sepulchri ac sepulti sub militum excubiis obseruatio.Porro sedere duo significat: potestatem iudiciariam,& subiectionem voluntariam. Habes ad
H manum exempla cōgrua de vtroque: Sede à dextris meis, & illud, Vidi dominum sedentē,atque illud, Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ,signa sunt iudiciariæ potestatis. Cæterū ipsa scriptura clamat: Surgite postquā sederitis, qui manducatis panem doloris. Et illud: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus.& illud Christi ad discipulos, Sedete hic donec orem: verba sunt debitæ subiectionis. Christo igitur adhuc orante nequaquam surgere debemus per aliquam extollentiam, sed humiliari,& in bonis exercitari operibus conuenit:vt quandoque post laborum quibus hīc afficimur tolerātiam,surgamus,loco & tempore suo promouendi ad cœlestem gloriam. Tu itaque qui sedes ad mensam diuitis, ferculis quæ præmisimus appositis teipsum subiiciens & humilians incarnationis dominicæ sacramēto, non negligenter sed diligenter attende quę apponuntur tibi. Attende inquam vt discas in referendo gratiam non esse tardus aut segnis:vt discas ad singula dona agere gratias. Attende inquam vt nulla dei munera debita gratiarum actione frustrentur,non grandia,non mediocria,non modica. Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant: id est nec minima beneficia obliuisci. Nunquam nō perit quod datur ingrato. Terribile est quod sequitur, quia onerosum, & quasi impos-
I sibile videtur.Sed quibus?Mollibus,effœminatis, ignauis. In quibus? Libertate pernicioſa,ruptis habenis cōtinentię eunt, quò volunt ebriæ concupiscentiæ, temulentíque affectus, dum post carnem carnalius euagantur:dum mundum supra modum ambiunt,& sequūtur. Sed quid est illud quod terribile iudicant? Hoc est quoniam talia oportet te præparare: Nota quoniam compatiendo,commoriendo & consepeliēdo teipsum, & cætera. Dignum est enim & tibi multum expedit,compati,commori,cōsepeliri passo,mortuo, & sepulto.Ad hoc enim facta sunt huiusmodi,vt his omnibus configuretur & conformetur vita Christiani. Qui enim tanquam membrum Christi dicit se in Christo manere:debet sicut ille ambulauit,& ipse ambulare. Nam propter crucem eius dictum est: Qui sunt Christi Iesu,carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscētiis.Propter sepulturam dictum est: Cōsepulti sumus cum Christo,&c.Et ideo vt validius compungamur,vt amplius moueamur, & curramus per omnia, reuoluamus singula contexendo resticulum, connexendo funiculum,connectendo fasciculum:de omnibus & singulis quæ facta referuntur,de humili dei filio, de summo patris vnigenito,de redemptore piissimo,de amantissimo fratre nostro. Occurrat itaque spiritualiter & ingerat seipsum cordibus nostris dominus Christus, proditus & venditus à discipulo,à Iudæis tanquam vile mancipium precio satis exiguo comparatus, captus,tractus, & ligatus, tanquam homo sine adiutorio:scisso etiam verberibus dorso, vellicatis genis, facie sputis illita, puncto vepribus capite, saucio latere, terebratis palmis,pedibúsque confossis:qui tanquam iugulatori suo alludens,seipsum non reluctans exposuit,& nudum cor- K
pus quasi incudem malleatorum ictibus patiēter explicuit: dum pro nobis per huius vitæ pelagus ad patriam de exilio transferendis,rapacibus piratis naulum proprię mortis exoluit. Sed nec prætermittam myrrham qua in cruce potatus est:sed neque illam qua vnctus est in sepulturam. Quarum in prima sibi applicuit meorum amaritudinem peccatorum: in secunda futuram mei corporis incorruptionem dedicauit. Hoc est celeberrimum & regale cōuiuium, in quo iusti epulantur & exultant in conspectu dei, aut delectatur in lætitia. Præter hæc omnia dulce pigmentum apponitur inuitatis ad lætificandum de Cyprio vino,& preciosis & peregrinis,quia nobis adhuc inexpertis,speciebus conditum. Botrus, inquit, Cypri, dilectus meus mihi. Præmissum erat in proximiore verliculo,fasciculus myrrhę dilectus meus mihi,scilicet Christus secundum carnem.Botrus verò Cypri Christus est secūdum deitatē,fasciculus myrrhæ Christus in passione. Botrus Cypri Christus in resurrectione: fasciculus myrrhæ grando & tonitrua Iudaicæ tempestatis.Botrus Cypri destructio totius aduersariæ potestatis,fasciculus myrrhæ multitudo afflictionum.Botrus Cypri abundantia gaudiorum:illinc amaricans, istinc inebrians. Sed non est prætereundum quod dicitur: fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera com- L
morabitur.Ibi enim est cor.Et vbi est cor,ibi dilectio, & vbi dilectio,ibi dilecti mansio.Nouit autem quicunque rectè sapit,quantūm Christianæ pietati expediat,quantū dei seruum deceat sacrosanctæ passionis ipsius fidelius recolere beneficia,ad fruendum suauiter in conscientia,ad recondendū plenius per imitationem in memoria:quod est spiritualiter māducare corpus domini, & sanguinem eius bibere, ob amorem & reuerentiam eius, qui credentibus in se præcepit dicens: Hoc facite in meam cōmemorationem. In quo etiam quàm impiū sit hominē tantæ pietatis dei esse immemorem, palam est omnibus: cū amici morientis vel peregre proficiscentis cōmendatam sibi sub aliquo signo memoriā nephas sit obliuiſci. Siquidē huius reuerendæ cōmemorationis mysterium,suo modo,suo tēpore,suo loco, celebrare licet paucis hominibus,quibus & hoc traditū est mysteriū.Rem verò mysterij omni tēpore & in omni loco dominationis dei modo quo traditū est,id est debitę pietatis affectu,& sanctæ imi
tationis effectu agere,tractare & sumere in salutē cunctis fidelibus in prōptu est.Nam & sacramentum sicut accipit ad vitā dignus:sic ad iudiciū & mortē propriā indignus. Sacra- M
mentū enim sine re sacramenti, mors est sumenti. Res verò sacramenti etiā prēter sacramentū,vita æterna est accipienti. Quotiens in cōmemorationem eius qui pro te passus est,piè ac ndeliter Christū imitando fueris affectus & deuotus,corpus eius manducas,& sanguinem eius bibis: & quādiu in eo manes per amorem,ipse verò in te per iustitiæ & sanctitatis operationē,in eius corpore & in membris eius cōputaberis. Et ideo si amas animā tuam, propter Christū perdere debes eam,siue ponēdo vt martyr si necessitas exegerit, siue affligēdo districtius vt pœnitens: quanquam & genus martyrij sit, spiritu facta carnis mortificare,illo nimirum quo mēbra cædūtur ferro,horrore quidem mitius,diuturnitate autem molestius.Habeamus ergo eorum quæ contemptibilia Christo sunt illata, continuā & indesinentē memoriam: non vtique ociosam,nō tepidā,non torpentē:sed cōpassionis ardore super omnia plurimū delectantē,& imitationis priuilegio omnia impetrantē.Vnde ,ppheta:Delectare in domino, inquit, vt spreta mundi vitioru omnium iucūditate, suauior eius recordatio sit: & dabit tibi petitiones cordis tui, non carnis. Porro tres sunt species de quibus cōficitur pigmentū, quod ad regalis conuiuij festiuam exhilarationē apponitur:triumphalis reditus ab inferis: gloria resurrectionis: confessus ad dexteram dei patris. Cibi prædicti confortant: ista verò trialętificant.Conuiuantes & inuitati in tempote gratię præ cæteris apostoli & martyres esse creduntur, qui in fortitudine cœlesti & spirituali exultatione non ingrati vel immemores exhibiti à Christo conuiuij, retribuunt & offerunt de seipsis qualia accceperunt.In desiderio & in agone isto sudant,currunt & laborant:,quos elegit deus vt seipsos hostiam viuam & deo acceptam exhibeant. Et vtinam Christus nobis indulgeat

A dulgeat quantulacunque bonorum operum executione illorum vestigia humiliter adorare: qui est deus benedictus in secula. Amen.

D. BERNARDI ABBATIS de Paßione domini, Sermo.

Esum Nazarenum à Iudæis innocenter condemnatum,à gētibus crucifixū, Christiani,diuinis honoremus obsequiis. Saluatoris infirma nos qui Christiani sumus, reuerenter venerari, amanter amplecti,fortiter imitari dignum est,salubre, & honorificū. Hæc enim sunt instrumenta fortissima, in quibus omnipotens virtus & inuestigabilis sapiētia dei restaurationē mundi potenter atque mirifice operata est, & vsque modo operatus Christus dominus minoratus est ab angelis, vt nos æquaret angelis.Et quis propter Christum non se humiliet? Christus dominus pro peccatis nostris crucifixus est, & crucem amarā suis amatoribus dulcorauit.Mortuus est & mortem necauit,vt viueremus per illum.Et quis non amet Christum dominū? Quis nos patiatur pro Christo? Christus per crucis ignominiā ad supernæ claritatis gloriā transiit,& data
B est ei pro sua reuerentia à Deo patre omnis potestas in cœlo & in terra,vt adorent eum omnes angeli Dei, & in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium,terrestrium,& infernorum.Vbi est gloriatio tua ô Christiane,nisi in nomine crucifixi domini Dei tui,& in Christi nomine,quod est super omne nomen,in quo qui benedictus est,super terram benedicetur? Gloriamini in nomine filij redemptoris,& date honorē illi saluatori nostro, qui magna fecit in nobis, & magnificate nomen eius mecum, dicentes: Adoramus te Christe rex Israël pariter & gentium, princeps regum, terræ dominus, deus Saboth, virtus omnipotentis Dei fortissima. Adoramus te precioſum precium redemptionis nostræ, hostiam pacificam,qui sola odoris tui suauitate inæstimabili patrem qui in altis habitat,ad respiciendum humilia inclinasti, & filiis iræ placabilem reddidisti.Tuas Christe miserationes prędicamus, tuæ suauitatis memoriam cum abundantia eructamus. Tibi Christe sacrificium laudis immolamus pro multitudine bonitatis tuæ,quam ostendisti nobis semini nequam, filiis sceleratis & perditis. Cum adhuc inimici tui essemus domine,& mors iniqua in omnem carnem exerceret dominium,cui omne semē Adam erat obnoxiū lege primordialis
C culpæ:recordatus es verbi misericordię tuæ,& prospexisti ex sublimi habitatione tua in hanc vallem plorationis nostrę & miseriæ.Vidisti afflictionē populi tui,& tactus dulcore charitatis intrinsecus, apposuisti cogitare super nos cogitationes pacis & redemptionis. Et quidem cum esses filius dei, deus verus,deo patri sanctóque spiritui coæternus & cōsubstantialis,lucem habitans inaccessibilem, portánsque omnia verbo virtutis tuæ:non despexisti in hoc nostræ mortalitatis ergastulum altitudinem tuam inclinare, vbi nostram & gustares & absorberes miseriam,nósque reparares ad gloriā. Parum fuit charitati tuæ ad consummandum opus nostræ salutis,Cherubim aut Seraphim, aut vnum ex angelis destinare:ipse venire ad nos dignatus es per mādatum patris, cuius nimiam charitatem experti sumus in te. Venisti,inquam, non locum mutādo,sed præsentiam tuam nobis per carnem exhibendo. Venisti à regali solio sublimis gloriæ tuæ in humilem & abiectam in oculis suis puellam pio virginalis cōtinentiæ voto sigillatā,in cuius sacro vtero sola spiritus sancti inenarrabilis virtus te concipi fecit, & nasci in veræ humilitatis natura:ita vt nec diuinitatis in te maiestatē,nec virginitatis integritatem in matre violaret natiuitatis occasio. O amanda, ô admiranda dignatio. Deus immensæ gloriæ, vermis contēptibilis fieri non despexisti.Deus omnium, cōseruus seruorum apparere voluisti.Parum tibi visum est patrem te nobis esse & dominū,frater noster esse dignatus es. Et tu domine vniuersorum, qui nullam habes indigentiam, intra ipsa natiuitatis tuæ initia non abhorruisti abiectissimæ paupertatis degustare incommoda.Vt enim ait scriptura,Tibi cum nascereris,non erat locus in diuersorio:neq; cunabula, quæ teneritudinem tuam exciperent, habuisti: sed in vili D
præsepio sordentis stabuli:u, qui terram palmo cōcludis, inuolutus panniculis reclinatus es. Et hoc ipsum à brutis animalibus mater tua mutuò accepit.Consolamini cōsolamini, qui in sordibus paupertatis enutrimini, quia vobiscum deus in paupertate. Non cubat in deliciis splendidi cubiculi, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Quid vltrà gloriaris, ô diues lutea res in volutabro lecti picti & delicati, cum rex regum recubitu suo pauperum stramēta honestare maluerit? Quid dura stramēta detestaris,cum tener infantulus in cuius manu sunt omnia,tuis sericis,tuis plumis duras iumentorum stipulas prælegerit? Sed hæc tenella tua Christe infantia à persecutorum gladiis tuta non fuit. Adhuc enim inter dulcia matris vbera sugens dependebas, quādo apparuit angelus in somnis Ioseph,dicēs: Surge & accipe puerum & matrē eius, & fuge in Aegyptum,& esto ibi vsq; dum dicā tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerū ad perdēdum eū. Iam extune bone Iesu dura pati cœpisti.Nec solùm illā infantiæ tuę vexationē in teipso pertulisti,sed mortē in pusillis tuis, quorum multa milia inter mamillas matrū pro te Herodis trucidauit immanitas. Infantia vero teneriori decursa, humiliter veritatis nobis exēplum tribuisti.Non enim sedisti cum cōsilio vanitatū,sed in medio doctorū,interrogans & audiens illos,cum tamē dominus scientiarū esses,atq; sapientia dei patris.Sed & obedientiæ nobis formā tribuisti, dum parentum E
imperio tu imperator mundi humiliter subditus extitisti. At vbi robustioris ætatis plenitudo aduenit, missurus manus ad fortia,egressus es in salutē populi tui, vt gigas magnificus ad currendā viam totius nostræ miseriæ. Et quidē vt per omnia te primum fratribus adsimilares, seruum tuum baptizantem peccatores in pœnitentiā,tanquā peccator adisti,baptizari te postulasti innocens agne dei,quē nulla peccati stilla vnquam maculauit. Baptizatus autem non te in aquis, sed aquas in te sanctificas,vt per eas sanctificares nos.De baptismo in desertum in spiritu fortitudinis egressus es, vt vitæ solitariæ in te non deesset exemplum.Solitudinē ac ieiunium quadraginta dierum,famis acerbitatem, tentamenta & illusiones spiritus æquanimiter tolerasti,vt hæc omnia nobis tolerabilia efficeres. Demum venisti ad oues quæ perierant domus Israël, diuini verbi lampadem extollēs palàm ad illuminationem orbis terræ,& regnum dei cunctis annuncians obtemperantibus verbo,sermonem sequentibus signis confirmāsti, virtutem diuinitatis in cunctis ostendisti, male habētibus, & omnia omnibus gentibus gratis exhibēs, quæ saluti peccatorum congruerent,vt omnes lucrifaceres.Sed obscuratum est insipiēs cor eorum domine,& proiecerūt sermones tuos retrorsum,neque attenderunt ad omnia mirabilia tua domine quæ operatus es in eis,exceptis perpaucis nobilibus athletis,quos inter infirma mundi elegisti & abiecta, vt per ipsos fortia & F
alta mirifice expugnares.Nec solum ingrati gratuitis beneficiis tuis extitere, sed contumeliis affecerunt te domine dominantium,& fecerunt tibi quæcunque voluerunt. Te enim faciente opera dei,quæ nemo alius fecit,quid dixerunt? Non est hic homo à deo,in principe dæmoniorū eiicit dæmonia, dæmonium habet, seducit turbas,vorax est, & potator vini, & amicus publicanorum & peccatorum. Quid fles,quid suspiras ô homo dum sustines verborum iniurias? Non audis quanta aduersus dominum deum tuum ceciderūt opprobria propter te? Si patremfamilias Beelzebub vocarunt, quanto magis domesticos eius? Sed hæc quidem & similia blasphemantes, & aliquoties te lapidibus impetentes Iesu bone patienter sustinuisti, & factus es coram eis sicut homo non audiens,& in ore nō habens redargutiones. Nouissimè iustum sanguinē tuū à discipulo tuo filio perditionis traditū triginta argenteis appreciati sunt, vt præcipitarent animam tuam in morte sine causa. Et te quidem perditissimi traditoris tui perfidia non latebat,quādo in cœna ablutionis etiam coram ipso genu flexus procumbēs,maledictos pedes eius, veloces ad effundendum sanguinem tuum,sanctissimis manibus tuis attrectare, lauare & extergere dignatus es.Cur autem adhuc extēto collo ambulas ô terra & cinis? Adhuc te superbia eleuat? Adhuc te impatiētia exagitat? Intuere humilitatis & māsuetudinis dominum Iesum,vniuersę creaturæ factorem,tre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mẽdum iudicem viuorum & mortuorum ante pedes hominis & traditoris sua genua incuruantem. Discę quia mitis est & humilis corde, & confundere in superbia tua, & erubescę in patientia sua. Hoc quoque erat mansuetudinis tuæ domine, perfidum illum in cœtu fratrum detegere & palàm confundere noluisti, leuiter admodum accelerare iussisti quod parabat. In omnibus his non est auersus furor eius à te, sed egressus foras satagebat circa frequẽs maleficium. Quomodo eceidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? In deliciis paradisi gloriosus apparuisti: ciuium cœli socius, & verbi diuini conuiua quomodo reputatus es inter filios tenebrarum? Qui nutriebaris in croceis, cur amplexatus es stercora? Tunc clarificata est familia tua Christe, exeunte immundo de cœtu societatis angelicæ. Tunc demum diuini eloquij vberrima inundatione felix ille conuentus potatus est, eiecto quẽ huiusmodi limpidi liquoris infusione sciebas indignum. Dato autem charitatis & patientię salutari mandato, & dispositio fratribus regno patris tui, ad locum proditori tuo nottum cum illis diuertisti, sciens omnia, quæ ventura erant super te. Ibi animæ tuę tristitiá quam ex imminente passione tua spõ-
H te assumpsisti, sicut & cætera quæ passus es, in auribus fratrũ nõ erubuisti profiteri, dicens tunc: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Positis quoq; in terra genibus procidisti in facię, orans in agonia, & dicens: Mi pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Et angustias quidem cordis tui certissime indicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de carne tua sanctissima guttatim decurrebat in terram. Dominator domine Iesu, vnde tua hæc tam anxia supplicatio? Nõne voluntarie omnino patri sacrificium obtulisti? Vtique domine. Arbitramur autem quòd hoc ad consolationem infirmorum membrorum tuorum assumpsisti, ne forte desperet quis si caro infirma remurmurat, vbi ad passionem promptus est spiritus. Nimirum vt maioris erga te amoris & gratitudinis stimulos habeamus, naturalem carnis infirmitatem his indiciis in te expressisti, quibus doceremur quia vere languores nostros portasti, & non absque sensu doloris passionum sentes percurristi. Vox enim illa vox esse carnis videtur, nõ spiritus, ex eo quod subiunxi: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quòd promptus enim ad passionẽ fuerit spiritus, euidenter ostendisti quando venientibus vna cum proditore tuo viris sanguinum, & quærentibus animã tuam cum laternis & facibus & armis per noctem, vltro occurristi, & ne quid acciperent à duce flagitij teipsum manifestasti. Nam accedẽtem ad osculum sanctissimi oris tui trucem be-
I stiam auersatus non es, sed os in quo dolus inuentus non est, ori quod abundauit malitia, dulciter applicuisti. Innocens agne Dei, quid tibi & lupo illi? Quæ conuentio tui ad Belial? Sed & hoc benignitatis tuæ domine fuit, vt omnia illa exhiberes quæ praui cordis pertinaciam emollire possent. Nam & veteris amicitiæ non immemor illũ commonuisti, dicens:
Luc.22.c Amice, ad quid venisti? Atque horrore sceleris sui cor impij ferire voluisti, cum dixisti: Iuda, osculo filium hominis tradis? Et ecce Philistæi super te Sampson. Non illos à te abstertuit, quòd in hora apprehensionis tuæ omnipotenti brachio tuo terræ eos allisisti, non quidem defensionis causa, sed vt cognosceret humana præsumptio nihil se posse aduersus te, nisi quantum permitteretur à te. Et quis audiat sine gemitu qualiter homicidas manus in illa hora in te iniecerunt, & innocentes manus tuas, Iesu bone, vinculis astringẽtes, te agnũ mansuetissimum nihil loquentem ad instar latronis cõtumeliose traxerunt ad victimam? Et nec tunc misericordiam effundere super inimicos tuos, & distillare fauum dulcedinis tuæ Christe cessasti, ac defensoris tui zelum à lęsione trahentium te compescuisti. Maledictus furor eorum, quia pertinax, quem nec maiestas miraculi, nec pietas beneficij potuit confringere. Concilio malignantium aduersum te pontificũ præsentatus es, & veritatem prout oportuit confessus, quasi de blasphemia adiudicatus es morti. Amantissime domine, quanta illic indigna à propria gente pertulisti? Vultum tuum desiderabilem, in quem desiderant angeli prospicere, qui omnes cœlos adimpleuit lętitia, quem deprecabuntur omnes diuites plebis, polluti labiis suo sputo coinquinauerũt, sacrilegis manibus suis cæciderunt, velo in derisum operuerunt, & te dominum vniuersæ creaturæ tanquam seruum contẽ- K
ptibilem colaphizauerunt. Adhuc autem animã tuam incircunciſæ carni deglutiendam tradiderunt. Vinctum siquidem ante faciem Pilati perduxerunt, postulantes crucis supplicio te interimi, qui peccatum non noueras, & virum homicidam dari sibi, agnum lupo, aurum luto postponentes. O indignũ & infelix cõmercium. Et quidem nec ignorabat impius ille per inuidiam hæc in te fieri, nec tamen abstinuit à te temerarias manus, sed repleuit animam tuam amaritudine sine causa. Illusum recepit, in conspectu illusorum astare te iussit, nec pepercit amarissimis verberibus virgineam carnem tuam diuellere, plagis plagas, liuores liuoribus crudeliter infligere. Electe puer Dei mei, quid tanta amaritudine, quid tanta cõfusione dignum commiseras? Prorsus nihil. Ego ego homo perditus totius perditionis tuæ causa extiti. Ego domine vuã acerbam comedi, & dentes tui obstupuerunt: quia quæ non rapuisti, tunc exoluebas. In omnibus his non est satiata perfidorum Iudæorum impietas. Nouissime autem incircunciſorum militum manibus deuolutus es morte turpissima consumendus. Parum erat sacrilegis illis crucifigere te, nisi prius & ipsi illusionibus repleuissent animã tuam. Quid enim ait de illis scriptura? Et congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum vestimentis suis, induerunt tunicam L
purpuream, & clamydem coccineam circundederunt ei. Et Marc.15
plectẽtes coronã de spinis imposuerunt capiti eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas, & expuentes in eum accipiebant arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, induerunt eũ vestimẽtis suis vt crucifigerent baiulantem sibi crucem. Et perducunt eum in Golgotha, & vinum myrrhatum dabant ei bibere cũ felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. Tunc crucifixerunt eum, & Luca.23
cum eo duos latrones hinc & hinc, mediũ autem Iesum. Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Postea sciens Iesus quia consummata erant omnia: vt scriptura impleretur, dixit: Sitio. Et currens vnus ex eis acceptam spongiã impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cum ergo accepisset acetum, dixit: consummatum est. Et clamans voce magna dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite emisit spiritum. Tunc vnus militũ lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua in redemptionem nostræ salutis. Expergiscere nunc anima, excutere de puluere, & contemplare virum hunc memorabilem, quem in speculo euãgelici sermonis quasi pręsentem intueris. Attende anima mea quis est iste
qui ingreditur habens imaginem quasi regis, & nihilo minus M
serui despectissimi confusione repletus, coronatus incedit: sed ipsa etiam eius corona cruciatus est illi, & mille puncturis speciosum caput ei' diuulnerat. Regali purpura induitur, sed potius in ea despicitur, quàm honoretur. Sceptrum in manus gestat, sed eoipso caput eius reuerendum feritur. Adorant coram ipso positis in terra genibus, & regem clamãt: & continuò sputis amabiles eius genas sublinunt, maxillam palmis & honorabile collum exhonorant. Vide anima mea qualiter vir iste per omnia conturbatur & spernitur, sub crucis onere dorsum incuruare videtur, & tuam ipse portare ignominiam. Ad locum deductus supplicij, myrrha potatur & Luc.23
felle, in cruce subleuatur, & dicit: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Qualis est hic, qui in omnibus pressuris suis nec semel aperuit os suum, vt aut querelæ, aut excusationis, aut comminationis, aut maledictionis verbum aduersus maledictos canes illos proferret? Sed nouissime verbum benedictionis super inimicos suos quale à seculo non est auditum, effudit. Quid hoc viro mansuetius? quid benignius animã mea vidisti? Ad hunc autem attentius intuere, quàm grãdi admiratione, & tenerrima compassione dignus apparet. Vide nudum & verberibus laceratũ, in medio latronum cruci ignominiosæ ferreis clauis affixum, aceto in cruce potatũ, & post mortem lancea in latere vulneratũ, & copiosos sanguinis riuos ex quinque vulneribus manuũ, pedum, & lateris effundẽtem. Fletus deducite oculi mei, & liquesce anima mea igne compassionis super contritione amabilis viri huius, quem in tãta amaritudine tot vides affectum doloribus.

Et

A Et iam quidem infirma eius anima meã vidisti, & misertã es: nunc maiestatem eius attende, & miraberis. Quid enim ait
Matt.17.c scriptura? A sexta autẽ hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terrã vsq; ad horam nonam. Et obscuratus est sol, & velum templi scissum est à summo vsq; deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ qui dormiebãt surrexerunt. Qualis est hic, quia & cœlũ & terra cõpatiuntur ei, cuius & mors mortuos viuificat? Cognosce anima mea cognosce, hic est dominus Deus noster, Iesus Christus saluator tuus, vnigenitus Dei filius, verus Deus, verus homo: qui solus sub sole sine macula
Esa.53. inuẽtus est. Et ecce cum sceleratis quomodo reputatus est, & quasi leprosus, nouissimus virorũ æstimatus: & tanquã abortiuum quod proiicitur à vulua, sic proiectus est ab vtero matris suæ infelicis synagogæ. Iste formosus præ filiis hominũ, quàm deformis factus est! Hic vulneratus propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, & factus in holocaustum suauissimi odoris in conspectu tuo pater æternæ gloriæ, vt auerteres indignationẽ tuam à nobis, vt considere nos sibi faceret in cœlestibus. Respice domine sancte patet de sanctuario tuo, & de excelso cœlorũ habitaculo, & intuere hanc sacrosanctã hostiam, quã tibi offert magnus pontifex noster sanctus puer tuus dominus Iesus pro peccatis fratrum suorũ, & esto placabilis sup multitudine malitię nostrę. Ecce
B vox sanguinis fratris nostri Iesu clamat ad te de cruce. Quid enim domine, quid pẽdet in ea? Pẽdet, quia præterita tanquã
Gene.39.b præsentia corã te sunt. Cognosce pater tunicam veri filij tui Ioseph. Heu fera pessima deuorauit eum, & cõculcauit in furore suo vestimentũ eius, omnẽ decorem eius reliquiis cruoris inquinauit. Ecce quinq; scissuras lamentabiles in ea reliquit. Hoc est domine vestimentum quod in manu Aegyptiæ meretricis innocens puer tuus dereliquit, meliorem æstimãs iactura pallij, quàm pudicitiæ, magísq; eligens spoliatus carnis pallio in carcere mortis descẽdere, quàm pro mundi gloria adulterinæ voci acquiescere. Illi inquã voci qua dictũ est:
Matt.4.b Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Quod vtique esset si dormiret cum adultera. Et nunc domine pater, scimus quia ipse filius tuus viuit, & dominatur in tota terra Aegypti, & in omni loco dominationis tuę. Eductus enim ad imperiũ tuum de carcere mortis & infernorũ, & attonsus in immortalitatis coronã, mutata veste carnis, immortalitatis decore refloruit, & cum gloria suscepisti eum. Subiugauit enim sibi Pharaonis imperiũ, & cum triumpho nobili virtute propria cœlos penetrauit. Et ecce gloria & honorę coronatus, in dextra maiestatis tuæ adsistit vultui tuo pro nobis. Caro enim & frater noster est. Respice domine in faciem Christi tui, qui tibi vsq; ad mortem obediens factus est: nec recedant ab oculis tuis cicatrices eius in perpetuum, vt memineris quantã ab
C eo pro peccatis nostris satisfactionem receperis. Vtinam domine appendas in statera peccata quibus iram meruimus, & calamitatem quam pro nobis passus est innocens filius tuus: certe grauior apparebit & magis digna, vt propter ipsam effundas super nos misericordiã tuã, quàm fuit illa vt pro peccatis nostris cõtineas in ira misericordias tuas. Gratias tibi pater referat omnis lingua pro superabundantia bonitatis tuæ, qui vnico filio cordis tui nõ pepercisti, sed pro nobis omnibus illum tradidisti in mortẽ, vt eum tanquam fidelem aduocatum haberemus coram te in cœlis. Et tibi domine Iesu fortissime zelotes, quid gratiarum retribuã, vt digne retribuam ego homo puluis & vile figmentum? Quid enim pro mea salute facere debuisti, & non feceris? Ab imo pedis vsq; ad summum verticis te totum in aquas passionum demersisti, vt me totum extraheres de illis, & intrauerunt vsque ad animam tuam. Nam & animam tuam in mortem perdidisti, vt meam perditam mihi redderes. Et ecce me duplici debito obligasti. Nam & pro eo quòd dedisti tuã, debitor tibi sum: & pro meã quidem anima bis à te mihi data, semel in creatione, & semel in redemptione, quid magis iuste tibi reddã, quàm ipsam, nõ habeo. Pro tua autẽ preciosa anima ita contribulata quid ab homine dignè rependi possit, non inuenio. Nam etsi cœlũ & terram & omnẽ ornatum eorum pro ea possem rependere, certè nec sic vsq; ad mẽsuram debiti villatenus attingere possem. Vt autem ipsum quod & debeo, & possibile mihi est re-

tribuam, tui domine muneris est. Diligẽ[illegible]es mi domine to- D
tò corde, tota anima, tota virtute, & tua mihi sequenda vestigia, qui pro me mori dignatus es. Et quomodo fiet istud in me nisi per te? Adhæreat anima mea post te: quia tota virtus eius pẽdet ex te. Et nunc domine redemptor meus te vt verũ deum adoro, in te cõfido, in te spero, & quibus possum desideriis ad te suspiro, adiuua imperfectũ meum. Ad tuę passionis gloriosa insignia in quibus salutem meã operatus es, totũ me inclino. Tuæ victoriosæ crucis regale vexillum in nomine tuo Christe adoro. Tuum spineum diadema, tuos rubẽtes sanguineos clauos, tuo sacro lateri immersam lanceam, tua vulnera, tuum sanguinẽ, tuam mortẽ, tuam sepulturam, tuam glorioſam & victoriosam resurrectionẽ & glorificationem Christe supplex adoro & glorifico. Odor enim vitæ spirat mihi in omnibus his. Horũ viuifico odore spiritum meũ domine à peccati morte resuscita. Horũ virtute ab astutiis satanæ me custodi, ac me cõforta, vt iugũ mandatorum tuorum suaue mihi fiat, & onus crucis quod post te baiulare me iubes, humeris animæ meæ sit leue. Quæ est enim fortitudo mea, vt iuxta præceptũ tuum mundi pressuras tãm multiplices inuicto animo sustineã? Nunquid pedes mei tãquam ceruorum, vt velocẽ cursorẽ per spinas & cõfragosa passionum cõsequi valeã? Sed audi vocẽ meam, & inclina super seruum tuum suauem crucẽ illam quæ lignum vitæ est iis qui apprehẽdunt eam: vt spero, curra alacriter, portabo infatigabiliter E
eam quæ ab inimicis est crucẽ post te. Illã inquam diuinissimam crucem humeris meis impone, cuius latitudo est charitas, cuius longitudo est æternitas, cuius sublimitas est omnipotẽtia, cuius profundũ est inscrutabilis sapientia. Cõfige illi manus meas & pedes meos, & totũ passioni tuæ conforma seruum tuũ domine. Da obsecro mihi continere ab operibus carnis quę odisti, & facere iustitiã quam dilexisti, & in vtroq; tuam quærere gloriã: & sinistram quidẽ meam clauo temperantiæ, dexteram verò clauo iustitię in illa sublimi cruce fixas arbitror. Da menti meæ iugiter meditari in lege tua, & omnẽ cogitatum meum iactare in te, & dextrum pedem meum eidum ligno vitæ clauo prudentiæ affige. Da vt sinistram spiritus mei sensualitatem non eneruet labentis vitæ infelix felicitas, non cõturbet præsentis vitæ infelicitas, felix & sinister quoq; meus fortitudinis clauo in cruce tenebitur. Vt autem aliqua similitudo spinarum capitis tui in me appareat, detur obsecro menti meæ & salutaris pœnitentiæ compunctio, & alienæ miseriæ compassio, & stimulus zeli æmulantis quod rectum est coram te, & ad te conuertar in ærumna mea dum triplex configetur spina. Libet vt spongiam per arundinem ori meo porrigas, & aceti amaritudinẽ gustui meo adhibeas. Libet vt per scripturas tuas rationi meæ conferas gustare & videre quoniam florens hic mundus tanquam spõgia inanis est, & omnis concupiscentia eius aceto amarior. Ita pater in F
me fiat calix iste Babylonis amarus in omnem terram, non inani flore seducat, nõ falsa dulcedine inebriet, quemadmodum eos qui tenebras lucẽ, lucem tenebras, amarum dulce, & dulce amarum arbitrantur. Vinum myrrhatum cum felle mixtum suspectum mihi est: pro eo quòd tu ex eo bibere noluisti, quia nimiam acerbitatẽ inuidiæ & nequitiæ crucifixorum tuorum indicabat. Tuæ viuificę morti tuum seruum domine configura, faciens quidẽ in me vt moriar secũdum carnem, viuam autem secundum spiritum iustitiæ. Vt autem integram crucifixi imaginem me portare glorier, illud quoque quod post mortem tuam insatiabilis malitia impiorum in te exercuit, hanc in me similitudinem exprime. Vulneret cor meum viuus & efficax sermo tuus, penetrabilior omni lãcea acutissima, pertingens vsque ad diuisionem animæ meæ, & producens ex ea tanquam de dextro latere meo vice sanguinis & aquę amorem tuum domine & fratrũ tuorum. Postremo & munda sindone primæ stolæ spiritum meum inuolue, in qua requiescam egrediens & ingrediens in locum tabernaculi admirabilis, & abscondas me donec pertranseat furor tuus. Die autem tertio per diem laboris, per diem supplicij, mane prima sabbati perpetuè inter filios tuos me indignum resuscita, vt in carne mea videam claritatem tuam, & adimplear lętitia vultus tui. O saluator meus & deus meus, veniat, veniat oro tempus vt quod nunc credo, oculis tandem reue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glatis aſpiciam: quo[illegible]ro nunc & à longe ſaluto apprehendam. Quod pro viribus meis deſidero, vnis animæ meæ amplectar & deoſculer, & in maris tui abyſſum totus abſorbear. O ſaluator meus, & deus meus. Sed benedic anima mea deū ſaluatorem meū, & magnifica nomē eius. Sanctum eſt enim, & ſanctiſsimis deliciis plenum. O quàm bonus, quàm ſuauis es domine Ieſu, animæ quærenti te. Ieſu redemptor perditorum, ſaluator redemptorum, ſpes exulum, fortitudo laborantium, anxiati ſpiritus latitudo, animæ lachrymoſæ & poſt te currētis in ſudore dulce ſolatium & ſuaue refrigerium, corona triumphantium, vnica merces & lætitia omnium ſupernorum ciuium, vberrimus fons omnium gratiarum, inclita proles ſummi dei, & deus ſūmus, benedicant te omnia quæ in cœlo ſunt ſurſum, & quæ in terra deorſum. Magnus tu, & magnum nomen tuum. O immarceſcibilis decor dei excelſi, & puriſſima claritas lucis æternæ, vita omnem vitam viuificans, lumen illuminans, lux omne lumen illuminans & conſeruans in æterno ſplendore. Mille millena lumina fulguran
tia ante thronū diuinitatis tuę à primo diluculo. O æternum ſubſtātiale & inacceſſibile, clarum & dulce profluuium fontis abſconditi ab oculis omnium mortalium, cuius vnda ſine ortu, cuius profundum ſine fundo, cuius altum ſine termino, cuius amplitudo incircunſcrutabilis, cuius puritas imperturbabilis. Eructauit te cor dei altiſſimi de ſua impenetrabili a-
H byſſo, vita vitam, lux lucem, æternus æternum, immenſus immenſum, & per omnia ſibi coæqualem: & de plenitudine tua nos omnes accepimus. Tu enim largiſſime fons omnis boni, ſeptemplicis gratiæ precioſum flumē de theſauris tuis emittis, cuius ſuaui dulcore huius noſtri maris, id eſt noſtræ infirmitatis ſalſuginem mitigare dignaris. Flumen olei lętitię, flumen vini meraciſsimi, torrentis ignei vigoris. Spiritus paracletus à te & patre, par vtriq[illegible], in orbem terræ perfunditur, omnia replens, omnia continēs: ſpiritus à te, ſpiritus à patre, vnus ex ambobus, vniens ambos vtpote ambotum indiuidua connexio, vnificum gluten complexus indiſſolubilis, & pax omnem ſenſum exuperans. Hic eſt torrēs voluptatis tuæ domine, qua delicatam illam & glorioſam ciuitatem Hieruſalem quæ ſurſum eſt iugiter potas, lætabunda ebrietate facis æſtuare, vt tibi iubilent hymnum inceſſabilem lucida illa & flammea organa in voce exultationis & ſono epulātis, cuiuſque deſiderabilibus guttis refocillari ſitibundæ fauces exulis populi tui iugiter à te expectant domine. Sinito pater vt catelli bibant de ſtillis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum illum, domine quem æſtuare feciſti. Inclitas primitias populi tui, inſigne ſolennitatis noſtræ illo quæſumus igneo ſtillicidio purga, innoua, illumina, inflamma, exhilara & confirma, & vni cor credentium tibi, vt vnum ſint, vnum ſapiant, vnum vnanimiter requirant & apprehendant & videant & benedicant te deum deorum in Sió. Sit indiuiduæ trinitati gloria, gratia-
I rum actio, honor & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

barū pro eo offerēs in holocauſtū. Fugiēs ab Herode ipſum- K
portauit in AEgyptū, lactans eū & nutriens, curā illius habens, ſequēs eū ferè quocunq; pergebat. Credo etiā firmiter q̄ ipſa mater Ieſu erat inter illas fœminas quæ ipſum ſequebātur miniſtrantes ei. Nullus debet inde admirari ſi ſequebatur eū, cū ipſe eſſet totus eius dulcor, ſolatiū, deſideriū & ſolamē. Hanc etiā arbitror fuiſſe inter illas dolētes atq; gemētes quę lamentabātur flētes dominū. Poterat etiā & hęc eſſe inter illas fœminas filias Hieruſalē, ad quas Ieſus tūc nō clarus imperio, ſed plen⁹ opprobrio, ſpinis coronatus, ſputis illitus, flagellis afflictus, ſibi in angariam mortis crucē baiulās, conuerſus dixit: Filię Hieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſos flete, & ſuper filios veſtros. Putáſne domina mundi domina mea, mater dilecta eiuſdem Chriſti éſtne verū quod dico? En obſecro vt dicas ſeruulo tuo decus paradiſi, gaudiū cœli, veritatē huius rei. Obliuiſcere tamē cauſam doloris rogo, quem tūc paſſam te fuiſſe nō dubito. Vtinā dolor ille ſic quotidie inhæreret viſceribus meis, ſicut inhæſit tūc tuis. Vtinam die qua aſſumpta fuiſti in cœlū vt in æternum gauderes eū filio tuo, mihi idicaſſes lachrymas tuas, vt per illas cognoſcerem quantū tibi amaritudinis fuit cum Ieſum dilectū tibi heu, heu, & parū dilectum mihi, clauis in ligno cōfixū, capite inclinato ſuū ſanctiſſimū exhalare videres ſpiritū. Sed peto domina mea, ne te moueant verba mea quæ dico, cum tamē L
ſaxa deberēt ſcindi ad illa. Quis vnquā regnans in cœlo ſurſum, aut peregrinans in terra deorſum, audiēs vel mente pertractās, quomodo fact⁹ eſt opprobriū hominum ipſe dominus angelorum, poterit lachrymas cōtinere etiā in cœlo, vbi eſt impoſſibile flere? Quare? ego miſer nō ploro, cū abiectio plebis factus eſt filius dei patris? Veruntamen tu domina gaude gaudio magno valde, ab ipſo nūc glorificata in cœlis, quæ in mente tantis clauis amariſſimis fuiſti confixa ſuæ piiſſimæ mortis. Mihi tamen, obſecro, lachrymas illas infunde, quas ipſa habuiſti in ſua paſſione: & vt his affluam largius, de paſſione filij tui dei mei & domini mei verba adinuicem conferamus. Teneris promiſſione: redde quia hoc nobis ſuperius promiſiſti. Memini te mihi in primo exordio noſtri ſermonis fuiſſe locutam de doloribus quos ipſa portaſti pro morte vnigeniti tui. Quod vt audiui, non modicum perturbatus cœpi quærere dolens qui eſſent illi tui ſermones. Cui ipſa dixiſti: Qui ſunt iſti mei ſermones, interim recogita in amaritudine animæ tuæ, donec de his adinuicem cōferamus En narra mihi te flagito ſeriem veritatis, quę mater es & virgo, & templum totius trinitatis. Ad quem illa: Illud quod quæris, compunctiuum eſt magni doloris. Sed quia glorificata ſum, vltrà iam flere non poſſum, tu cum lachrymis ſcri- M
be ea quæ cum magnis doloribus ego perſenſi. Cui inquam: Flere peropto, quia & nihil aliud mihi libet, ſed ego miſer cor lapideum habens flere non poſſum. Regina cœli mater crucifixi, da quod iubes, & præbe quod cupio: loquere, quia audit ſeruus tuus. Dic domina mea, dic mater angelorum, mater miſericordiæ, ſi in Hieruſalem eras quando filius tuus captus fuit & vinctus, & in Annæ atrium tractus & ductus? Cui illa reſpōdit: Fui itaque in Hieruſalem quando hæc audiui, & greſſu qualicunque potui, & vix potui, ad dominum meum veni plorans. Cumque ipſum fuiſſem intuita pugnis percuti, alapis cædi, in faciem conſpui, ſpinis coronari, & opprobriū hominum fieri: commota ſunt omnia viſcera mea, & defecit ſpiritus meus, & non erat mihi ferè ſenſus, neque vox, neque ſonus. Erant etiam mecum ſorores meæ, & aliæ mulieres multæ, plangentes eum quaſi vnigenitum. Inter quas erat Maria Magdelene, quæ ſuper omnes, excepta me, quæ tecum loquor, dolebat & plorabat. Cumque Chriſtus deus præcone clamante, Pilato imperante ſibi baiulans crucem ad ſupplicium traheretur, factus eſt concurſus populorum poſt eum euntium, alij ſuper eum plangentes, alij illudentes, & proiicientes lutum, limum, & immunditias ſuper caput eius. Sequebar ego eum prout poteram eius mœſtiſsima mater cum mulieribus, quæ eum ſecutæ fuerant à Galilæa miniſtrantes ei, à quibus velut emortua tenebar & ſuſtentabar, quouſque peruentum eſt ad locum paſsionis, vbi crucifixerunt eum ante me. Et ipſe me videns, fuit in cruce eleuatus, & ligno duriſsimis clauis affixus. Stabam & ego videns eum:

Diui. Bernardi Abbatis

De lamentatione virginis Mariæ.

QVis dabit capiti meo aquā & oculis meis fontem lachrymarum, vt poſſim flere per diē & noctem, donec ſeruo ſuo dominus Ieſus appareat viſu, vel ſomno conſolans animā meam? O vos filiæ Hieruſalem, ſponſæ dilectæ dei, vnà mecum lachrymas fundite, donec nobis veſter ſponſus in ſua ſpecioſitate benignus appareat, vel occurrat. Recolite, recolite, & ſedula mēte pēſate quàm ſit amarū ab ipſo ſeparari, cui vos promiſiſtis ac nupſiſtis: cui vos in omni ſanctitate vouiſtis. Vouiſtis vota, reddite ea: voſ ipſas Chriſto vouiſtis: voſipſas Chriſto reddite. Currite filiæ, currite virgines ſacræ, currite matres Chriſto caſtitatem vouētes, omnes ad virginē currite quæ peperit Chriſtū. Ipſa enim portauit regē gloriæ, illū omni petēti datura. Ipſa genuit eū, lactauit eum, die octaua circuncidit, & quadrageſima preſentauit in tēplo, duos turtures vel duos pullos colum-

A cum: & ipſe videns me, plus dolebat de me quàm de ſe. Ipſe verò tanquam agnus coram tondente ſe vocem non dabat, nec aperiebat os ſuum. Aſpiciebam ego infelix & miſera deum meum & filium meum in cruce pendentem, & morte turpiſſima morientem. Tantóque dolore & triſtitiā vexabar in mente, quòd non poſſet explicari ſermone. Nec mirum. Erat enim aſpectu dulcis, colloquio ſuauis, & omni conuerſatione benigniſſimus. Manabat nanque ſanguis eius ex quatuor partibus rigantibus vndis, ligno manibus pedibúſque confixis. De vultu illius pulchritudo effluxerat omnis, & qui erat præ filiis hominum ſpecioſus forma, videbatur omnium indecorus. Videbam quòd complebatur illud propheticum in eo: Vidimus eum, & non erat ei ſpecies, neque decor. Vultum enim illius iniquorum Iudæorum fœdauerat liuor. Iſte erat dolor meus maximus, quia videbam me deſeri ab eo quē genueram, nec ſupererat alius, quia mihi erat vnicus. Vox mea ferè perierat omnis, ſed dabam gemitus ſuſpiriaque doloris. Volebam loqui, ſed dolor verba rumpebat: quia verbum iam mente conceptum, dum ad formationem procederet oris, ad ſe imperfectum reuocabat dolor intimus cordis. Vox triſte ſonabat foris, vulnus denuncians mentis. Verba donabat amor, ſed raucè ſonabant, quia lingua magiſtra vocis vſum perdiderat loquendi. Videbam
B morientem, quem diligebat anima mea, & tota liquefiebam præ doloris anguſtia. Aſpiciebat & ipſe benigniſſimo vultū me matrem plorantem, & verbis paucis voluit me conſolari, ſed ego nullo modo conſolari potui. Flebam dicendo, & dicebam flendo: Fili mi, fili mi. Væ mihi, væ mihi. Quis dabit mihi vt ego moriar pro te fili mi? O miſera quid faciam? Moritur filius meus. Cur ſecum non moritur hæc mœſtiſſima mater eius? Mi fili, fili mi. Amor vnice, fili dulciſſime, noli me derelinquere poſt te, trahe me ad teipſum, vt & ego moriar tecum. Malè ſolus moreris. Moriatur tecum iſta tua genitrix. O mors miſera noli mihi parcere, tu mihi ſola præ cūctis places, exaggera vires, trucida matrem, matrem cum filio perime ſimul. Fili dulcor vnice, ſingulare gaudium, vita animæ meæ, & omne ſolatium, fac vt ego ipſa nunc tecū moriat quæ te ad mortē genui, ſine matre noli mori. O fili, recognoſce miſeram, & exaudi precem meam. Decet enim filium exaudire matrem deſolatam. Exaudi me obſecro, in tuo me ſuſcipe patibulo, vt qui vna carne viuunt, & vno amore ſe diligunt, vna morte pereant. O Iudæi impij, ô Iudæi miſeri, nolite mihi parcere. Ex quo natum meum crucifixiſtis, & me
Eſa. 53. a
C crucifigite, aut alia quacúque morte ſæua me perimite, dummodo cum meo filio ſimul moriar. Malè ſolus moritur. Orbas orbem radio, me Iudæa filio, gaudio & dulcore. Vita mea moritur, & ſalus perimitur, atque de terra tollitur tota ſpes mea. Cur ergo viuit mater poſt filium in dolore? Tollite, ſuſpendite matrem cum pignore. Non parcitis proli, non parcatis & mihi. Tu mihi ſoli mors eſto ſæua: nunc ſummè gauderem ſi mori cum filio ſimul poſſem. Dulce eſt mihi miſeræ mori, ſed mors optata recedit. Væ mihi & tibi fili, mors ipſa præcipitata venit. Morte mori melius eſt mihi quàm vitam ducere mortis. Sed fugit à me miſera, & infelicem me relinquit, cui ipſa mors multum optata nunc eſſet. O fili chariſſime, ô benigniſſime nate, miſerere matri tuę, & ſuſcipe preces eius. Deſine nunc mihi eſſe durus, qui cunctis ſemper fuiſti benignus. Suſcipe matrem tuam in cruce, vt viuā tecum poſt mortem ſemper. Nihil mihi dulcius eſt quàm te amplexato in cruce tecum mori: & nil certè amarius quàm viuere poſt tuam mortem. O vere dei nate, tu mihi pater, tu mihi mater, tu mihi filius, tu mihi ſpōſus, tu mihi anima eras. Nunc orbor patre, viduor ſponſo, deſolor filio, omnia perdo. O fili mi, vltra quid faciam? Væ mihi, væ mihi. Quò vadam chariſſime? vbi me vertam dulciſſime? quis mihi de cætero conſilium & ſubſidiū præſtabit? Fili dulciſſime omnia tibi poſſibilia ſunt, ſed & ſi non vis vt moriar tecum, mihi ſaltē relinque aliquod benignum conſilium. Tunc iam dominus anxius in cruce an-
Ioan. 19. c
nuens oculis & vultu de Ioanne ait: Mulier, ecce filius tuus. Erat enim Ioānes preſens, vultu triſtis, & corde mœſtiſſimus, lachrymis ſemper plorans. Ac ſi diceret: O mater dulciſſima mollis ad flendum, mollis ad dolendum, tu ſcis quia ad hoc veni, & ad hoc de te earnem aſſumpſi, vt per crucis patibulū ſaluarem genus humanum. Quomodo ergo implebūtur ſcri- D
pturæ? Sic enim oportet me pati pro ſalute generis humani. Die nanque tertia reſurgam, tibi & diſcipulis meis patenter apparēs: deſine flere, & dolorem depone, quia ad patrem vado, & ad gloriam paternæ maieſtatis percipiendam aſcendo. Congratulare mihi, quia nunc inueni quem ērantem quam tam longo tempore perdideram. Moritur vnus, vt totus inde reuiuiſcat mundus. Vnius ob meritum cuncti pariter minores, & nunc ſaluātur vnius ob meritum. Quod placet deo patri, quomodo diſplicet tibi? Mater dulciſſima, calicem quē dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Noli flere mulier, noli flere mater ſpecioſiſſima: non te deſero, non te derelinquo. Tecum ſum, & tecum ero omni tempore ſeculi. Secundum carnem ſubiaceo imperio mortis, ſecūdum diuinitatem ſum & ero ſemper immortalis & impaſſibilis. Benè ſcis vnde proceſſi, & vnde veni. Quare ergo triſtaris ſi illuc aſcēdo vnde deſcendi? Tempus eſt vt reuertar ad eum qui me miſit. Et quò ego vado, tu non potes venire modo, venies autē poſtea. Interim Ioannes qui eſt nepos tuus, reputabitur tibi filius, curam habebit tui, & erit ſolatium fideliſſimum tibi. Inde dominus intuitus Ioānem, ait: Ecce mater tua. Ei ſeruies, curam illius habebis, eam tibi commēdo, ſuſcipe matrem tuam, imò magis ſuſcipe matrē meam. Dum hæc pauca diceret, illi duo dilecti lachrymas fundere non ceſſabant. Tacebant ambo illi martyres, & prę nimio dolore loqui non poterant. Iſti duo E
virgines audiebāt Chriſtum voce rauca & ſemiuiua loquentem, ipſum videbant paulatim morientem: nec ei poterant reſpondere verbum, quia illum videbant quaſi iam mortuum. Erant enim illi duo quaſi iam mortui, vnde ſpiritus illorum voces exhalare nequibāt. Defecerant ſpiritus illorum, & virtutem loquendi amiſerant. Audiebant & tacebant, quia præ anguſtia loqui nō poterant. Solus illis dolor luctūſq; remanſit amicus. Amabant flere, & flebant amarè. Amarè flebant, quia amare dolebāt. Nā gladius mortis Chriſti, animas vtrorumq; tranſibat. Tranſibat ęquus, ęquus perimebat vtrunque. Quo magis amabat, ſæuior fiebat in matre. Vulnera Chriſti morientis, erant vulnera matris dolentis. Dolores ſæui, fuerunt tortores in anima matris. Mater erat laniata morte chari pignoris. Mēte mater erat percuſſa cuſpide teli, quo membra Chriſti ſerui foderunt iniqui. Ipſa enim erat quam dolor tenebat. In mente eius creuerant immēſi dolores, nec poterant extra refundi. Intus atrocius ſæuientes dolores nati, matris animam gladiabant. In carne Chriſtus ſoluebat debitum mortis, quod grauius erat, quàm mori in anima matris. Interim Chriſtus matre commendata Ioanni, dixit: Sitio. Et dederunt illi qui crucifixerunt eum, acetū cum felle mixtum. Quod cum guſtaſſet, noluit bibere. Dixitque: Conſummatum eſt. Ex exclamauit voce magna dicens: Heli Heli lamazabacthani? hoc eſt, deus meus, deus meus, vt quid me dereliquiſti? Et hæc dicens, expirauit. Tunc terra tremuit, & ſol ſua luminaria clauſit. Mœrebántque poli, mœrebant ſidera cuncta. Omne ſuum iubar amiſit luna dolendo, Receſſitque omnis ab alto æthere fulgor. Finduntur duri lapides, ſcinduntur faſtigia templi. Petræ duriſſimæ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta. Surrexerunt multi apertis tumulis, fatentes voce magna Chriſtum eſſe Deum. Cogitare nunc libet quantus dolor tunc inſuit matri, cum ſic dolebāt quæ inſenſibilia erant. Nec lingua poterit loqui, nec mens cogitare valebit, quanto dolore afficiebantur pia viſcera Mariæ. Nunc ſoluis virgo cum vſura, quod in partu non habuiſti à natura. Dolorem pariendo filium non ſenſiſti, quem milies replicatum filio moriente paſſa fuiſti. Iuxta crucem Chriſti ſtabat emortua mater, quæ ipſum ex ſpiritu ſancto concepit. Vox illi non erat, quia dolore attrita iacens pallebat. Quaſi mortua viuens viuebat moriens, moriebatur viuens, nec mori poterat quæ viuens mortua erat. In illius anima dolor ſæuè ſæuiebat. Optabat mori magis, quàm viuere poſt mortem Chriſti, quæ malè viuens mortua erat. Ibi ſtabat dolens ſæuo dolore confecta. O verum eloquium iuſti Simeonis, quem promiſit, gladium ſentiebat doloris. Expectans corpus Chriſti deponi, plorabat dicens: Heu me, heu me: Reddite vel ſaltem nunc mœſtiſſimæ matri extinctum filium. Vel certe, ſi magis liber, me morte illi coniungite, vt cum doloribus ſuis pereant &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dolores mei. Deponite illum, quæso, deponite mihi, vt mecũ habeã corpus exanime, sitq; meus vnicus mihi in solatiũ vel defunctus. Stabat iuxta crucem Maria intuës vultu benigno Christum pendentem in patibulo, pedúmque summitatibus innitens manus leuabat in altum, amplectës rubricatã crucem, ac in oscula eius ruens ea parte qua vnda preciosissimi sanguinis defluebat. Sursum manus nisu quo poterat extendebat, vnicum suum amplecti desiderãs, nec valebat. Sperat enim amor multa, quæ nunquam vel rarò fieri possunt. impatiës siquidem amor credit quod sibi debeãt cedere vniuersa. Volebat amplecti Christum in alto pendentem, sed manus frustra protensæ, in se cõplosæ, cõplexæ redibãt. Leuabatur à terra sursum, vt dilectum suum cõtingeret, ipsumque tẽgere nequiens, durissime recollidebatur ad terram. Ibi doloris immensitate oppressã prostrata iacebat: sed maxima vis amoris qua incensa mens eius ardebat, eam erigere cõpellebat & amoris impetu surgens, reextensis manibus suum attrectare filium affectabat: & rursum magno cruciata dolore terrã repetere cogebatur. O quã male tunc illi erat. Grauius illi erat vita viuere tali, quàm diro gladio sæue necari ab impiis. Tãquã mortis pallor eius vultum perfuderat, genis & ore tantũ cruore Christi rubẽtibus, cadẽtes guttas sanguinis ore sacro tãgebat, terrã deosculãs sæpissime quã cruoris vnda rigabat.

H O graue martyrium. O frequens suspirium. O lãguës pectus virgineum: Anima eius tota liquefacta est, facies pallet rosea sed precioso filij sanguine rubet respersa. Interim vir quidam nobilis nomine Ioseph, qui erat discipulus eius, occulte tamẽ, ad Pilatũ accessit, postulãs sibi donari corpus domini Iesu Christi. Quo sibi concesso, accersiuit quendã virũ sapientẽ & legisperitũ nomine Nicodemum discipulum Christi occultum similiter, & venerũt ad locum vbi erat dominus crucifixus, secũ instrumenta ferentes, quibus clauos extraherent & vt eum de cruce deponerent. Quos cum benignissima & mœstissima mater aspiceret, & sciret eos vnicum suum velle deponere de cruce, quasi de morte consurgens paululum reuixit anima eius, & de terra festina exiliens vbi iacebat dolẽs violentia prostrata, quod poterat adiutorium debilissima illis ministrabat. Vnus duros illos ac diros clauos trahebat manibus, alius, ne corpus exanime caderet sustentabat. Stabat & Maria brachia leuans in altum, vulnera contemplans, man⁹ perforatas sacróque sanguine respersas intuës, vix sustinere se potuit. Iámque manus, brachia sancta & caput sutpra triste pectus susceptt, vt hoc vltimo miserando solatio posset consolari. Quem vt attingere valuit, amore materno

I ruens in dulcissimos amplexus & oscula, de suo sic male tractato filio non poterat satiari. Sed cum de cruce corpus eius fuisset totaliter depositum, præ doloris vehementia & amoris immensitate quasi exanimis facta fuit. Stabat ad caput extincti filij mœstissima mater, & eius regalem faciem mortis ob fuscatam palloribus, magna rigabat affluentia lachrymarum. Aspiciebat illud reuerendissimum caput coronę spineæ diris aculeis perforatũ, manus illas & pedes sacros clauis ferreis crudelissime perforatos, latusque suffossum lancea, cum cæteris membris laceratis, & amarissimè suspirans ac flens dicebat: O fili mi dulcissime, quid feci sti? Quare crudelissimi Iudæi te crucifixerunt? Quę causa mortis tuæ? Commisistine scelus, vt tali morte damnareris? Non fili, non fili, sed sic tuos redimere dignatus es, vt posteris exempla relinquas. In gremio meo nunc te mortuum teneo. Quid ego tua mater fili mi dilectissime faciam? Væ mihi fili mi, dulcedo mea, consolatio mea, vita mea. Vbi est illud gaudium indicibile quod in tua admirabili natiuitate habui? Væ mihi fili mi, in quantum dolorem & tristitiam versum est illud tam magnificum gaudium? Succurre mihi fili mi, & spiritum sanctum mihi interim infunde, quia iam gaudij illius, quod in obumbratione & angelica salutatione concepi, ferè præ dolore immemor deficio. Interim autem frõtem & genas, nasum, oculos, ósq; simul frequentius osculabatur, tanta perfluens affluentia lachrymarum, vt carnem cum spiritu resolui putares in lachrymas. Rigabat felicibus lachrymis corpus exanime filij, & monumentum, in quo posuerunt eum, modo mirabili madidabat, vbi & eius lachrymæ adhuc apparere dicuntur indicatiuæ doloris intimi, qui animam eius tãquam gladius acutus pertransiuit. Cogitabat mirabilia facta vnici sui: & durissima K opprobria & tormenta quæ viderat oculis suis, & auribus audierat, reuoluebat in mẽte, quis videlicet, qualis & quãtus fuerat, quem ipsa virgo concepit illæso pudore & peperit sine dolore, quem etiã cũ summa diligentia lactauerat, custodierat & educauerat, qui erat ei vita dulcedo, gaudium, & solatium, cõsilium, refugium & auxiliũ vitę suę. Videbat inquã dominum & deum suum vnicum suum filium sic viliter & crudeliter pertractatũ. Vnde dicebat: Dic, fili dilectissime, dic amor vnice, vitę meę singulare gaudiũ, vnicum solatiũ, quare sic me dolore perimi permittis? Cur tam longe factus à me? Deus meus consolare animã meã, miserere mei, & respice in me. Dicat qui potest, cogitet quãtum potest, meditetur si potest que doloris immensitas tunc maternam animam cruciabat. Non credo plene enarrari vel meditari posse dolorẽ virginis, nisi tãtum fuisse credamus, quantum vnquã dolere potuit de tali filio talis mater. Veruntamen rectum erat amoris & mœroris cõtinens modũ. Non desperabat, sed pie & iuste dolebat, sperans tamen firmiter fortiterque tenens ipsum secundum promissum suum tertia die resurgere. In ipsa enim sola in triduo illo fides Ecclesiæ stabat: & dũ vnusquisq; hę- L sitabat, hęc quę fide concepit, fidem quam à deo semel susscepit, nunquã perdidit, spéque certissima domini resurgẽtis gloriam expectauit. Aderant secum quædam sanctæ & paucæ mulieres, paruusq; virorũm numerus, qui Christum dominũ cum matre flente amarissime flebant. Erant similiter & ãgeli dolentibus condolentes. Dolebant quidem pio iustóque dolore, morti compatientes Dei & domini sui, si tamen dolere quomodolibet poterant. Sed credo quòd gaudẽtes erant, eo quòd genus humanum miserum & captiuum misericorditer redimebatur. Flebant & ipsi (vt arbitror) amarissime mente turbati, videntes dominã suam matrem vtique dei sui tam vehementi dolore repletam, tot riuulis affluentium lachrymarum perfusam. O quis tunc angelorũ Archãgelorumque etiam contra naturã suam non fleret, vbi auctor naturæ deus immortalis homo mortuus iacebat? Videbãt Christi corpus sic male tractatum ab impiis, sic laceratum à pessimis iacere exanime, suo sanguine cruentatũ. Videbant etiam illam piissimam illam sanctissimam ac beatissimam virginem matrem eius tantis cruciari singultibus, tam amaris repleri doloribus tam abundantibus lachrymis madidari, sic amarissime flere, quòd nullo modo poterat suas lachrymas refrenare. Et quis poterat tunc à lachrymis se abstinere? Fiebat proinde mœror & luctus ab angelis ibidem præsentibus, qualis decebat spiritus almos: immo mirarer si omnes angeli in illa beatitudine vbi flere est impossibile, non fleuissent. Credo, propter quod & loquor quia dolebant si dolere valebant. Sicut enim fuit M possibile deum per assumptum hominem mori, ita forte possibile angelos bonos dolere de morte domini dei sui. Ioseph autem ab Arimathia vir sanctus & iustus, qui corpus Christi cum Nicodemo deposuerat de cruce (sicut euangelistę testãtur) mercatus sindonem inuoluit illud, preciosis conditum aromatibus: & in monumento nouo, quod sibi exciderat, sepeliuit. Tunc angelorum milia milium qui ad Christi sepulchrum conuenerant, dulces ei ac deuotas exequias & victoriam decantabãt. Illi domino laudes canebãt. Sed Maria gemitus & suspiria emittebat. Dũ igitur Ioseph & Nicodemus dominum ponerent in sepulchro, volebat simul cum illo mater mœstissima sepeliri. Erat enim innixa super dilectum suum, quem amplectens suauitérque deosculans sic dicebat: Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei. Illum adhuc paululum mihi relinquite, vt faciẽ ipsius sublato velamine valeam contemplari, & præ amore ipsius aliquãtulum videdo consolari. Nolite quæso eum tam cito tradere sepulturæ, sed ipsum reddite mihi miseræ matri suæ, vt illum mecum habeam saltem vel defunctum: aut si illum in sepulchro reconditis, ibidẽ me miseram matrem cum ipso sepelite, quia male post ipsum superero. Vt quid post ipsum viuam? Illi ponebãt dominum in sepulchro, & illa nisu quo poterat illum ad se trahere conabatur. Illa volebat eum sibi cum totis viribus retinere, & ipsi volebant eum tradere sepulturæ. Sícque pia lis erat & contentio miseranda inter ipsos. Omnes tamẽ virgineo compatientes dolori, pio desiderio coacti sic amarissime

A rissime flebant, vt nullus eorum posset ad plenum verba formare. Videbant etenim piam matrem omni quidem solatio destitutã, & super ipsam potius quàm super dominum suum extinctum plangebãt. Maior illis inerat dolor de dolore matris, quàm de morte domini sui, flebant igitur omnes miserabili dolore gementes cum Christum Iesum vitæ dominum & mortis traderẽt sepulturæ. Sepulto itaque domino mater eius sepulchrum amplectitur, & voce qua poterat, suum benedicebat filium iam sepultum, ingemiscẽsque vocabat. O singularis virgo & mater, iam dicere poteras: Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est in cruce quãdo dixit: Mulier, ecce filius tuus. Nunc dicere potes: Quæsiui, & nõ inueni illum. Vocaui, & non respondit mihi, scilicet ad sepulchrum. Ibi sedens innixo capite manus extendebat desuper, illud osculãs, amarissimisque singultibus suum filium deplorabat. Accessit autem nouus filius eius Ioannes, cui de cruce Christus eam commendauerat diligenter, lugens & ipse inconsolabiliter: ipsam lugentem ac gementem leuauit. Nam cruciata gemitibus, fatigata doloribus, afflicta ploratibus, pedibus se sustinere nequibat: tamen sicut potuit à mulieribus honestis ac sanctis adiuta, cunctis simul plorãtibus Hierusalem ingreditur. Multæ autem fœminæ vidẽtes eam, commotæ pietate super illius doloribus, amarum conuertebãtur ad luctum. Quædam verò post ipsam euntes lamentabantur &

B ipsæ. Dolor etenim eius cunctos intuentes dolore compellebat, vísque lachrymas continere valebant, qui eam plorantem conspicerent. Tã piè plorabat, tam amare dolebat, quòd sui ploratus pietate multos etiam inuitos ad lachrymas provocabat. Fiebat planctus quacunque Maria transibat. Omnésque plorabant e[illegible] obuiabant ei. Sic igitur perducitur à plorantibus & dolentibus ipsa plorans & gemens, quousque peruenerunt ad domum Ioannis. Ibi resedit, ibi permãsit, ibi in sua domo Ioannes retinuit, & super propriam matrem in omni charitate dilexit. Erat enim sibi datus in filium, sed ipse se fecerat seruulum eius, in omnibus & per omnia sibi familiariter seruiendo. Denique resurgente filio, præ nimia debilitate membrorum deficiẽs pia mater ad sepulchrum ire nequibat. Tunc currentibus aliis, & vnicum filium cernentibus dicere potuit virgo Maria: Filiæ Hierusalem, nunciate dilecto, quia amore langueo. O felix & beate Ioannes, cui talem thesaurum dominus dignatus est commẽdare. O Christi dilecte præ omnibus, & prudẽs quem constituit dominus priuatum camerarium aulæ suæ speciosissimæ, Retribuet tibi dominus vicissitudinem amoris, mercedémque dilectionis quam in eius ac tua matre taliter desolata vsque ad finem vitæ suæ exhibere curasti. Benedictus quidem tu es à domino. Benedictus à matre domini, quam dilexisti, & cui seruisti puro corde, & mundo corpore. Benedicti sint omnes qui dili-

C gunt illam matrẽ, & super omnia sit benedictus fructus ventris sui Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus in ęternum, & in secula seculorum. Amen.

SEpulto itaque domino, à Iudæis signatum est monumentum, & traditum est custodibus vt custodirent illud. Interim virgo Maria in domo Ioannis manebat, ibíque iacebat, quia nimio dolore confecta non poterat nisi cum difficultate magna ambulare. Ibi enim die noctúque plorans gemebat, nec erat qui consolari eam posset ex omnibus charis suis, nec suæ sorores, nec etiam ipse Ioannes. Ibi amaro corde opprobriosam passionem dilecti filij sui reuoluebat, modo sputa, modo ludibria, modo colaphos, alapas & flagella, modo crucis angariam, modo dira clauorum vulnera, modo lanceam, modo coronã spineam, modo aceti & fellis pocula, mortem, verbera & improperia, modo mortem, mortem autem crucis. Hæc autem cogitando plorabat, atque plorando & eiulando clamabat: Fili mi Iesu, Iesu fili mi, bone ac benigne, ac creator omnium deus, qui factus homo, morte turpissima es peremptus: quem terra, pontus, æthera capere nequeunt, modo arcto clausus es sepulchro. Iacet filius meus extinctus, & sub lapidibus clausa est vita mea. Sumens enim corpus fragilitatis humanæ, dignatus est ad terram descendere, & sui eum non receperunt, sed malum semper machinati sunt contra eum. In illum sæuiebat Herodes ille tyran-

D nus iniquus cum turba crudelissima Iudæorum: quando scilicet ad magorum verba turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo, paruulúmque & tenellum ad vbera materna pendentem morte crudelissima perdere nitebatur. Dehinc proficiens ætate & sapientia coram deo & hominibus, factus est vir discurrens per ciuitates & castella, prædicans & annuncians regnum dei, elementis & dæmonibus imperabat, infirmos sanabat, & mortuos suscitabat. Et cum talia faceret, sustinebat insidias, sustinebat calumnias, sustinebat blasphemias, quas principes sacerdotum, scribæ & pharisæi, & omnis populus contra eius innocentiam inuehebant: sed cum corum perfida & peruersa nequitia vnici filij mei bonitatem superexcellentem sustinere non posset, ipsum auferre de terra nefariè cogitantes, ligauerunt, flagellauerunt, deturbauerunt, crucifixerunt, dilaniauerunt, & morte turpissima occiderunt: sicut præsens dies liquido manifestat. Ergo vos omnes fideles Christi, recolite de morte & passione domini nostri Iesu Christi, & per totum istum venerabilẽ diem lachrymas fundere non cessetis, vt in die resurrectionis domini ad laudem & honorem illius resurgere valeatis. Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per infinita secula seculorum. Amen..

In die sancto Paschæ, de septem signaculis quæ soluit agnus.
Sermo I.

E

VIcit leo de tribu Iuda. Vicit planè malitiam sapientia attingens à fine vsque ad finem fortiter, & suauiter vniuersa disponens: sed pro me fortiter, suauiter mihi. Vicit Iudæorum blasphemias in patibulo, fortem armatum alligauit in atrio, & de ipso mortis imperio triumphauit. Vbi enim sunt opprobria tua Iudæe? vbi sunt fabulæ vasa captiuitatis? vbi est mors victoria tua? Confusus est calumniator, raptor spoliatus est. Nouum genus potentiæ: hactenus victoriosa mors obstupescit. Quid tu Iudæe? quid pridie ante crucẽ agitabas caput sacrilegum? quid sacrum hominis Christi caput exagitabas opprobriis? Christus, inquit, rex Israël descendat de cruce. O venena- *Matt. 27.*
ta lingua, verbum malitiæ, sermo nequam. Non est hoc
Caipha quod paulo ante dicebas, Expedit vt vnus moriatur
homo pro populo, & nõ tota gens pereat. At illud quia mẽdacium non erat, non loquebaris de proprio: non à temetipso dicebas. Si rex Israël est, descendat de cruce, hoc planè tuũ *Ioan. 11.*
est: magis autem eius qui mendax est ab initio. Quid enim
consequentiæ videtur habere, vt descendat si rex Israël est, &
non magis ascendat? Sic nõ meministi serpens antique, quàm
confusus abscesseris olim cum dicere præsumpsisses: Mitte
te deorsum: &, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris *Matth. 4.*
me. Sic tibi Iudæe excidit quod audisti, quia dominus regna- F
uit à ligno, vt regem abneges, quia manet in ligno? Sed forsitan nec audisti, quia non Iudæis, sed nationibus hæc annunciatio debebatur. Dicite, inquit, in nationibus quia dominus
regnauit à ligno. Meritò proinde titulum regni præfes genti- *Psal. 95.*
lis inscripsit ligno, nec potuit Iudæus (vt voluit) corrumpere
tituli inscriptionem, nedum impedire dominicam passionẽ,
& nostram redemptionem. Descendat (inquiunt) si rex Israël
est. Imò verò quia rex Israël est, titulum regni non deserat:
virgam imperij nõ deponat, cuius nimirum imperium super
humerum eius, sicut præcinit Esaias. Noli (inquiunt Iudæi *Esa. 9.*
ad Pilatum) noli scribere, rex Iudæorum, sed quia ipse dixit: *Ioan. 19.*
Rex sum Iudæorum. Et Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Si Pilatus quod scripsit scripsit: Christus non perficiet quod incepit: Ipse enim cœpit & saluabit nos. Sed dicunt: Alios saluos
fecit: seipsum non potest saluum facere? Imò verò si descẽderit, neminem saluum faciet. Cum enim saluus esse nõ possit,
nisi qui perseuerauerit vsque in finem, quanto minus poterit
esse saluator? Alios ergo saluos fecit: nam saluatione, cum sit
salus ipse, non indiget. Operatur salutẽ nostram, nec caudam
deesse patitur sacrificio vespertino, hostię salutari. Nouit iniquę quid cogites. Non tibi dabit occasionem surripiẽdæ nobis perseuerantiæ, quæ sola coronatur. Non faciet obmutescere prædicatorum linguas consolantiũ pusillanimes, & dicẽtium singulis: Tu locum tuum ne deseras: quod sine dubio

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sequereretur,si respõdere possent,quia Christus suũ deseruit. Proni enim sunt sensus hominis & cogitationes in malũ.Sine causa(maligne) parasti sagittas tuas in pharetra,& discipulorũ suspiria cumulas opprobriis Iudæorũ.Illi quippe desperãt isti improperãt:sed Christo neutra tela nocebũt.Aliud tẽpus elegit confortãdis discipulis,& aliud aduersariis confutãdis. Interim patientiã magis exhibet,humilitatem commendat, obedientiã implet,perficit charitatem.His nanq; virtutũ gẽmis quatuor cornua crucis ornantur:&est supereminentior charitas,à dextris obediẽtia,patientia à sinistris,radix virtutũ humilitas in profundo.His ditauit trophæũ crucis consummatio dominicæ passionis,cum ad Iudæorũ blasphemias humilis,ad vulnera patiẽs:intùs linguis, clauis exterius pũgeretur.Nã & charitas in eo perfecta est,quod pro amicis animã posuit:& obedientia consummata,cum inclinato capite tradidit spiritum, factus obediens vsq; ad mortem. His spliare dotibus,hac priuare gloria Christi satagebant ecclesiã, qui dicebant:Si rex Irahel est,descendat de cruce.Nimirũ vt non sit iam obediẽtiæ forma,nõ incentiuũ amoris, non patiẽtiæ vel humilitatis exemplũ,sed deleri habeãt ex euãgelio verba illa suauissima & dulciora super mel & fauum: Maiorã hac dilectionẽ nemo habet,quàm vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Et ad patrẽ:Opꝰ cõsummaui quod dedisti mihi vt faciã.Itémq; ad discipulos:Discite à me,quia mitis sum,& humilis corde.Et ego si exaltatus fuero à terra,omnia trahã ad meipsum.Hoc est enim quod dolet venenati serpẽtis astutia,exaltatum in deserto serpentem æneum,cuius intuitu satẽntur vulnera quæ inflixit.Alioquin quonam alio instigante te misisse credimus vxorem Pilati ad ipsum,dicentem:Nihil tibi & iusto illi,multa enim passa sum hodie per visum propter eum?Timebat ergo iam tunc,sed nunc maximè, virtute crucis eneruari se sentiens inimicus.Sera ducitur pœnitẽtia: & quos instigauit ad crucifigendum, instigat ad suadendum vt de cruce descendat.Denique si rex Israel est,inquiunt, descendat de cruce,& credimus ei.Hęc planè serpentis astutia: hæc adinuentio nequitiæ spiritualis.Audierat impius saluatoris vocem dicentis:Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel,& nouerat, quantum pro salute illius populi zelum gerere videretur: propterea malitiosè nimis linguas eruditas blasphemorum,suggerebat vt diceret: Descendat,& credimus:quasi iam nihil posset obstare quin descenderet, qui eorum credulitatem tantopere desideraret. Sed quid machinatur,aut cui parat insidias versipellis?Nempe ei in quo nihil proficiet inimicus,& filius iniquitatis non apponet nocere ei. Non mouetur vana pollicitatione, qui nouit omnium corda: sicut nec exprobratione blasphema mitissimus omnium mouebatur. Eò quippe tendebat malitiosa suasio,non vt ipsi crederent,sed nostra quoq; siqua erat fides in eum,omnimodis deperiret. Legentes enim,Dei perfecta sunt opera:quando fateremur deũ, qui salutis opus reliquisset imperfectum ? Sed audiamus quid ad hæc Christus respõdeat per prophetam:quæris signa Iudæe? Expecta me in die resurrectionis meæ.Si vis credere, maiora iam tibi opera demonstraui . Multiplicaui signa:sanitates perfeci heri & pridie,hodie magis habeo consummari . An non maius erat quòd vidisti è corporibus obsessis spiritus exire malignos,& de grabatis suis exilire paralyticos:quàm è manibus meis vel pedibus clauos resilire quos infixisti ? Sed patiendi tempus est,non faciendi:& passionis horam sicut præuenire frustra conatus es,sic nec poteris impedire . Sed si adhęc generatio praua & adultera signum quærit, non ei dabitur nisi signum Ionæ prophetæ:nonsignum descensionis , sed resurrectionis.Quòd si Iudæus non quærit,amplectatur & gaudeat Christianus.Vicit enim leo de tribu Iuda . Suscitatus est paterna voce leonis catulus : clauso prodiit tumulo , qui de patibulo non descendit.An verò id maius sit, inimici nostri sint iudices:qui tam curioſe munierãt monumentum, signãtes lapidem cum custodibus. Hunc enim lapidem magnum valde,de quo mulieres illæ deuotæ inuicem querebantur,facta iam resurrectione dominica,reuoluit angelus,& resedit (sicut scriptum est)super eum.Constat proinde clauso exiisse tumulo reduiuum corpus,quod clauso virginis vtero natum processit in vitã & ad discipulos clausis introiuit ianuis in conclaui.Sed est locus vnde clausis noluit procedere ianuis,carcer vtique gehennalis . Confregit siquidem ferreos vectes , repagula vniuersa contriuit , vt liberè suos educeret quos redemerat de manu inimici:& planis egrederẽtur portis agmina sanctorum dealbatorum,qui lauerunt stolas suas & candidas eas fecerũt in sanguine agni. Cãdidas prorsus in sanguine agni : quia exiuit cum eo & in eo etiam aqua dealbans,& testimonium perhibet ipse qui vidit. Aut certe candidas in sanguine agni nouelli,sanguine lacteo,cãdido & rubicundo:sicut habes in cantico Canticorum:Dilectus meus (ait sponsa)Candidus & rubicundus,electus ex milibus.Inde est quòd in stola cãdida & fulgureo vultu testis quoq; resurrectionis apparuit.Iam si confutandis Iudæorum calumniis sufficere videtur hoc ipsum quòd clauso egressus est monumento,cui insultantes dicebãt:Si rex Israel est, descendat de cruce:(curiosius nanque monumentum claudere & signare studuerant,quàm infigere clauos)si igitur vicit leo de tribu Iuda in hoc ipse processu,& maius demonstrauit opus quàm peterent: ipsum iam resurrectionis miraculum cui poterit comparari? Legimus nonnullorum præcessisse resurrectiones , aut magis certè suscitationes , sed istius præambulas, quibus & duplici priuilegio noscitur præeminere.Nam cæteri quidem resurrexerant mortui,iterum morituri: Christus resurgens ex mortuis iam non moritur : mors illi vltrà non dominabitur.Illi mortui denuo opus habent iterum resuscitari: Christus quòd mortuus est peccato,mortuus est semel quòd autem viuit,viuit deo:viuit in æternitate..Meritò proinde resurgentium primitię Christus:qui ita resurrexit,vt cadere non adiiciat, qui solus attigit imomortalitatem. Est & aliud in quo resurrectionis huius innotescat gloria singularis Quis enim in omnibus cæteris suscitauit aliquando semetipsum ? Ineffabile istud est , vt à morte se excitet ipse qui dormit : singulare est:non est qui faciat,non est vsque ad vnum. Helisęus propheta mortuum suscitauit,sed alterum,nõ seipsum. Ecce enim quot annis iacet in monumento , quod à se non potest,sperans ab alio suscitari: ab eo vtique qui triumphauit mortis imperiũ in se ipso.Inde est quòd cæteros quidem dicimus suscitatos,Christum resurrexisse,qui solus uirtute propria victor prodiit de sepulchro.Siquidem &in hoc vicit leo de tribu Iuda.Quantum poterit,imò quid non posse videbitur viuens,& dicens patri:Resurrexi , & adhuc sum tecum:qui tam potens extitit deputatus cum mortuis,sed in ter mortuos liber?Nec verò resurrectionẽ distulit vltra tertiũ diem , vt propheta fidelis inueniatur , qui dixit : Viuificabit nos post duos dies,in die tertia suscitabit nos.Decet ni mirum,vt quemadmodum caput præcesit,sequantur membra . In patibulo sexta feria redemit hominem ipsa die,qua fecerat hominem initio: sequenti die sabbatizauit in monumento , consummato opere quod susceperat . Tertia verò quæ prima dierum est,primitiæ dormientium apparuit mortis victor nouus homo.Ita & nos quicunque sequimur caput nostrum:tota die hac qua plasmati & redempti sumus, non cessemus agere pœnitentiam, non cessemus tollere crucem nostram , perseuerantes in ea sicut ipse perseuerauit, donec dicat spiritus vt requiescamus à laboribꝰ nostris. Neminẽ audiamus fratres,non carnẽ & sanguinẽ,non spiritum quẽlibet,descensum à cruce suadentẽ. Persistamus in cruce, moriamur in cruce:deponamur aliorũ manibus,non nostra leuitate . Caput nostrũ deposuere viri iusti:nos ergo dignatione sua angeli sancti deponant:vt cõsummata viriliter die crucis secunda, quę post mortẽ est,quiescamus suauiter,dormiamus fœliciter in sepulchris,expectãtes beatã spem:&aduentũ gloriæ magni dei:qui resuscitabit corpora nostra tertia demum die,configurata corpori claritatis suæ. Fœtent quatriduani,sicut de Lazaro scribitur:Iã fœtet domine:quatriduanus est enim.Adinuentio filiorũ Adã quartã formauit diẽ, quã à domino nõ accepit.Propterea corrupti sunt,&abominabiles facti sunt tanquã iumẽta quæ in stercore suo putruerunt. Diuinę siquidẽ ordinationis est triduũ quod prędiximus,in labore,in requie,in resurrectione.Nõ placẽt hæc filiis hominũ,sed suã volunt prędferre diẽ:differẽtes pœnitentiã vt idulgeãt voluptati.Nõ est hæc dies quã fecit dominus: quatriduani facti sunt,& iam fœtent. Nõ nouit hãc quod de

Maria

V Maria natũ est sanctũ:tertia resurrexit die, ne videret corruptionem.Vicit itaq; leo de tribu Iuda. Occisus est agnus, sed leo vicit. Leo rugiet,quis non pauebit? Leo inquam fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauebit occursum, scilicet leo de tribu Iuda.Paueant qui abnegauerunt,qui dixerunt: Non habemus regem nisi Cæsarem. Paueant qui dixerunt: Nolumus hunc regnare super nos.Redit siquidem accepto regno, & malos male perdet.Vultis nosse quia redit accepto regno? Data est mihi,inquit,omnis potestas in cœlo & in terra. Sed & pater in psalmo : Postula à me,ait,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& possessionẽ tuam terminos terræ . Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli cõfringes eos. Fortis siquidẽ leo est, non crudelis: grauis tamẽ indignatio eius: & intolerabilis ira columbæ . Sed pro suis leo rugiet, non in suos paueant alieni:tribus Iuda magis exultet. Gaudeant qui induti sunt confessione , quorum omnia ossa dicunt: Domine quis similis tibi ? Leo de tribu Iuda , radix Dauid . Dicitur enim Dauid visu desiderabilis , vel manu fortis : & idem ait: Ante te omne desiderium meum , & fortitudinem meam ad te custodiam.Radix,inquit,Dauid.Non Dauid radix eius,sed ipse radix Dauid:quia portat,& non portatur.Meritò Dauid sancte filium tuum vocas dominum tuum: quia nõ tu radicẽ portas,sed radix te.Radix fortitudinis tuæ & desiderij : radix desiderabilis,radix fortis.Vicit leo de tribu Iuda,radixDauid, dignus aperire librũ, & soluere septẽ signacula eius . Apocalypsis verba sunt hæc.Discant qui non legerunt:recolant qui nouerunt . Vidi , inquit Ioannes , in dextera sedentis super thronum,librum signatum sigillis septem,& non erat qui legeret vel aperiret.Ego,ait,flebã multum , quòd nemo aperire librum dignus inueniretur.Et vnus de senioribus dixit mihi:Ne fleueris . Ecce vicit leo de tribu Iuda , radix Dauid . Et vidi,& ecce in medio throni agnum stantẽ tanquã occisum: & veniens accepit librum de dextera sedentis in throno , & aperuit librum,factáq; est lætitia magna, & gratiarum actio. Leonem Ioãnes audierat,& agnum vidit. Agnus occisus est: agnus accepit librum:agnus aperuit,& apparuit leo. Deniq; dignus est(aiunt seniores)agnus qui occisus est,accipere fortitudinem.Non mansuetudinem amittere , sed accipere fortitudinem, vt & agnus maneat, & leo sit . Plus dico? vt mihi videtur, idem etiam liber est , qui non poterat aperiri . Quis enim dignus inueniretur aperire hunc librum ? Indignum se profitetur & ipse Baptista Ioannes , quo inter natos mulierũ maior nemo surrexit. Non sum,inquit,dignus soluere corrigiam calceamenti eius. Venerat enim ad nos calceata maiestas, diuinitas incarnata : venerat dei sapientia , sed in libro clauso vtique & signato. Quod ligabat corrigia calceamenti,hoc claudebant signacula libri.Sed quid dicimus super his septem? An forte triplex animæ virtus,ratio,memoria,& voluntas , & quadrifaria corporis compositio, ex elementis videlicet quatuor,in his septem est intelligenda,vt nihil de veritate humanitatis defuisse nouerimus saluatori ? An magis humanitas eius ipse est liber,& quærenda sunt signacula septem?Septem enim quædam arbitror inueniri quibus maximè cœlabatur in carne præsentia maiestatis, vt non posset aperiri liber, & sapiẽtia quæ latebat agnosci. Sunt autem quæ occurrunt interim, matris desponsatio , qua partus virginis, & cõceptionis puritas velabatur : ita vt hominis fabri filius, fabricator hominis putaretur.Infirmitatis etiã corporis, qua nimirum plorans,vagiẽs,lactens,& dormiẽs, & cæteris subiacens necessitatibus carnis , latebat inter hæc virtus diuinitatis . Sic & circuncisionis signum suscipiens, peccati remedium , ægritudinis medicinam,qui morbũ omnẽ tollere venerat & peccatũ,& item in Aegyptum fugiens à facie Herodis reguli:nec dei filius agnosci poterat, nec rex cœli. Quid trina illa tentatio inimici in deserto , in pinnaculo , supra montem?Si filius dei,inquit,es:dic vt lapides isti panes fiant. Et item : Mitte te deorsum . Neutrum Christus fecit : vt signaretur liber : vt falleretur astutus. Denique eousque seductus est,vt haberet iam pro constanti hominẽ esse purum, & in tantam vesaniam superbia cęca proruperat,vt non diceret vltra, Si filius dei es: sed, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.Sextum est signaculum crucis,vbi pepedit inter latrones, & cum iniquis deputatus est dominus maiestatis.Clausit & sepultura librum hunc : nec vllum signaculum omnino sic obstruxit, sic occultauit magnum pietatis sacramẽtum.Sepulto nimirum domino sola restare desperatio videbatur : adeo vt discipuli dicerent : Quia nos sperabamus. Quis nõ illo fleret in tẽpore clausum arctius librum , & non esse qui aperiret ? Sed ne fleueris vltrà Ioannes sanctę etiã tu noli flere Maria. Procul sit luctus:tristitiæ nebula dissipetur: Lætamini in domino,& exultate iusti , & gloriamini omnes recti corde.Dignus est agnus qui occisus est, leo qui resurrexit.postremò liber ipse dignus est aperire seipsum . Resurgẽs nimirũ à mortuis,resurgens autẽ virtute propria,& post tres dies sicut prædixerat , testimonium perhibentibus inimicis, & resurgens in tanta maiestate & gloria , indicat manifeste quæcunq; prædiximus signacula vel operimenta voluntaria non necessaria, nec conditionis fuisse, sed dignationis.Quid tu nuper Iudæe signabas lapidem monumẽti:Quia seductor ille dixerat adhuc viuens : Post tres dies resurgam . Vere seductor, sed pius , non malitiosus . Denique seduxisti me domine,& seductus sum (ait propheta vester in persona vestra) fortior me fuisti,& inualuisti . Seduxit vos ô Iudæi in passione:nam in resurrectione inualuit & prævaluit vincens leo de tribu Iuda . Etenim si cognouissent , nunquã dominũ gloriæ crucifixissent. Quid ergo facturus es? Et prædixit, & iam reuixit.Diligenter explora signaculum sepulturæ , apertum est enim.Datur tibi signum Ionæ prophetæ: quia & hoc prædixit ipse . Egreditur Ionas de ventre ceti , Christus de corde terrę tertia die procedit . Nisi quòd manifestè plus quàm Ionas hic:qui semetipsum viriliter &ab ipso vtero mortis eduxit . Propterea viri Niniuitæ consurgent contra vos in iudicio:propterea ipsi iudices vestri erũt:quia prophetæ obtemperauerunt , vos nec domino prophetarum . Vbi est quod dicebatis:Descẽdat de cruce,&credemus ei?Crucis signaculum dirũpere voluistis, promittentes ad fidem vos introituros.Ecce apertũ,non diruptum est:introite . Alioquin si non creditis resurgenti, vtique nec credidissẽtis descendenti . Sic vos scandalizabat crux Christi . Verbum enim crucis Iudæis quidẽ scandalum est:ait apostolus . Excitet vos saltem nouitas resurrectionis.Inuenimus nos in cruce gloriã. Nobis qui saluamur,dei virtus est: & omnium (vt ostendimus) plenitudo virtutum.Sit vobis pars vel in resurrectione. Sed forte & illa,imò multo magis illa vos scandalizat,& odor vitæ nobis in vitam,vobis est odor mortis in mortem . Quid ergo insistimus ? Non sustinet audire symphoniam & chorum senior frater : occisum nobis sagiuatum vitulum indignatur . Foris stat,omnino nõ acquiescit intrare . Ingrediamur nos fratres, & epulemur in azymis synceritatis & veritatis , etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.Amplectamur cõmendatas nobis in cruce virtutes, humilitatem, patientiam,obedientiam,& charitatẽ.In hac quoq; tam præcipua solennitate quid commendetur nobis , sedula cogitatione pensemus. Nempe resurrectio,transitus & trãsmigratio. Christus enim fratres non recidit hodie, sed resurrexit: non rediit, sed transiit:transmigrauit,non remeauit.Deniq; & ipsum quod celebramus Pascha,transitus,non reditus interpretatur : & Galilæa vbi videndus nobis promittitur qui resurrexit , non remeationem sonat,sed trãsmigrationẽ.Credo iam aliquorum ingenia prævolant:& quorsum hæc velint tendere,suspicantur.Dicimus tamẽ breuiter:præsertim ne deuotionẽ vestram in tanta solennitate sermonis videatur prolixitas onerare. Si post consummationem crucis,in nostram hanc mortalitatẽ, & vitæ præsentis ærumnas Christus dominus reuixisset: ego cum fratres non transisse dicerẽ,sed rediisse: nõ transmigrasse in sublimius aliquid,sed ad statum remeasse priorẽ . Nunc autem quia transit in nouitatem vitæ,nos quoque inuitat ad transitum:vocat in Galilæam. Propterea siquidẽ quòd mortuus est peccato,mortuus est semel:quia quòd iã viuit , viuit non carni,sed deo. Quid nos dicimus qui sacram domini resurrectionẽ Paschæ priuamus nomine , vt sit nobis in reditũ magis quàm in transitũ? Luximus his diebus,cõpunctioni & orationi,grauitati & abstinẽtię dediti:cæterorũ negligentias tẽporũ sacro hoc quadragenario redimere & diluere cupiẽtes.Cõmunicauimus passionibus Christi:complantati ei denuo sumus per baptismum quendã lachrymarũ,pœnitentię,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G confessionis. Si ergo mortui sumus peccato, quomodo viuemus adhuc in illo? Si negligẽtias plãximus, quid causæ est vt recidamus nunc in easdem? Inueniemur nunc iterum curiosi vt ante, verbosi vt ante, pigri & negligentes vt ante: vani, suspicioſi, detractores, iracũdi, cæterilq; impliciti vitiis quæ tã anxiè deploraũimus his diebus? Laui pedes meos: quomodo iterum inquinabo eos? Exui me tunicã meam: quomodo induam eam? Non est transmigratio hæc fratres: non sic videbitur Christus, non hoc iter quo ostendat nobis deus salutare suum. Denique qui retro respicit, indignus est regno dei. Sic amatores seculi, inimici crucis Christi, cuius in vanum accepto nomine dicũtur Christiani: toto hoc tempore quadragesimali ad instantes inhiant dies resurrectionis, heu, vt liberius indulgeant voluptati. Obnubilat fratres, solennitatis lætitiam materia tristior: sed ipsius plangimus solẽnitatis iniuriam, quam dissimulare non possumus nec in ipsa, imò minus in ipsa. Proh dolor, peccãdi tempus, terminus recidẽdi, facta est resurrectio saluatoris. Ex hoc nempe comessationes & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitiæ repetũtur: & laxãtur cõcupiscentiis frena: quasi ad hoc surrexerit Christus, & non magis propter iustificationem nostram. Sic honoratis miseri Christum quem suscepistis? Venturo parastis hospitium, confitentes peccata cum gemitu: castigantes corpora, eleemosynas impẽdentes: & ecce susceptum proditis inimicis, imò exire compellitis, priores nequitias admittendo. Neque enim cohabitatio esse potest luci ad tenebras, Christi cum superbia, cum auaritia, cum ambitione, cum fraterno odio, cũ luxuria, cũ fornicatione. Quid enim minus præsenti debetur quàm vẽturo? Quid minus reuerẽtię resurrectionis tẽpus exigit quàm passionis? Sed vos (vt manifestũ est) neutram honoratis. Nã si cõpateremini, & conregnaretis: si cõmoreremini, & cõresurgeretis. Nũc autẽ ex sola cõsuetudine tẽporis & simulatione quadã humiliatio illa processit, quàm non sequitur exultatio spiritualis. Propter hoc (vt ait apostolus) multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Propter hoc crebra in diuersis regionibus hominũ mortalitas specialiter his diebus. Quid enim? Deprehensi estis inter angustias prævaricatores, nõ qui prævaricati estis, sed qui persistitis in peccato, addẽtes prævaricationẽ, aut penitus impœnitentes, aut tepidè pœnitentes: nec pericula fugientes, vel post miserã experientiã incentiua peccati. Irretiuit vos inimicus perplexis (vt ait scriptura) neruis testiculorum. Si hac conscientia Christi sacramenta refugitis: nihil vobis commune cum Christo, non habetis vitam in vobis. Ipsum audite dicẽtem: Nisi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si indigne suscipitis, iudicium vobis manducatis, sanctum domini non diiudicãtes. Redite ergo prævaricatores ad cor, & in toto corde quærite dominum, & odite malũ: pœnitentes non verbo tantum & lingua, sed spiritu & veritate. Quia vero nõ satis cecidisse piget hominem (vt videtur) qui adhuc manere disponit in lubrico: aut errasse, qui ducem non quærit: sit veræ cõpũctionis iudiciũ, opportunitatis fuga: subtractio occasionis. Alioquin timendum valde ne dies ista (siquidem & ipsa posita est in ruinam & resurrectionẽ multorum in Israel) reprobet vos vel tanquã manifeste alienos à Christo, Christo non cõmunicantes, vel tanquam socio Iudæ in quem intrauit satanas post buccellam. Sed quid ad nos fratres de his qui foris sunt iudicare, nisi quòd in eodem nos fuisse laqueo plãgimus, ab eodem erutos gratulamur, sola misericordia operãte, in quo miserabiliter eos detineri fraterna charitate dolemus? Vtinã autem vel nos iam sanctificati, & penitus alieni ab hac misera & sacrilega consuetudine inueniamur, nec quicquã in nobis pereat aut minuatur de exercitio spirituali sacræ resurrectionis aduentu, sed transire magis & excrescere studeamus. Quicunq; enim post lamenta pœnitẽtiæ non ad carnales redit consolationes, sed in fiduciã diuinę miserationis excedit, ingreditur nouã quandam deuotionem, & gaudiũ in spiritu sancto: nec tam compungitur præteritorũ recordatione peccatorum, quàm delectatur memoria & inflammatur æternorum desiderio premiorum: is plane est qui cũ Christo resurgit, qui Pascha celebrat, qui festinat in Galilęã. Vos ergo charissimi si cõsurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt quæri-

Luc. 9.a

1. Cor. 11.g

Iob. 40.

Ioan. 6.

Colo. 3.a

te, vbi Christus est in dextera dei sedens: quę sursum sunt sa K
pite, nõ quæ super terram: vt quemadmodũ Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & vos in nouitate vitę ambuletis: vt a seculari lętitia, & cõsolatione mundi per cõpunctionem, & tristitiam quę secundum deum est, ad deuotionem sanctã, & spiritualem vos transire gaudeatis exultationem: ipso præstante qui transiuit ex hoc mundo ad patrẽ, & nos quoque trahere post se, & in Galilęam vocare dignatur, vt semetipsum nobis ostendat, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

In tempore resurrectionis ad abbates, de lectione euangelica, Maria Magdalene, Maria Iacobi, & Salome &c. Sermo II.

ACcepimus ab apostolo habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Vnde videtur non incongrue intelligi posse tandiu Christum in nobis viuere, quandiu viuit fides. At postquam fides nostra mortua est, quodammodo Christus mortuus est in nobis. Porro fidei vitam opera attestantur, sicut scriptum est: Opera quæ dedit mihi pater, ipsa testimonium perhibent de me. Nec discrepare videtur ab hac sententia, qui fidem sine operibus mortuam asserit in semetipsa. Sicut enim corporis huius vitam ex motu suo dignoscimus: ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima per quam mouetur & sentit: vita vero fidei charitas est: quia per illam operatur: sicut in apostolo legis: Fides quæ per dilectionem operatur. Vnde & refrigescente charitate fides moritur, sicut corpus anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum, & feruore conuersationis hilarem: viuere in eo fidem non dubites, indubitata tenens vitæ illius argumenta. Sed sunt nonnulli qui cum spiritu cœperint, heu, carne postea consummantur. Scimus autem quia iam non permaneat in eis spiritus vitæ, quia scriptum est: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Quod si nõ permanet spiritus, haud dubium quin excidat charitas, quæ nimirũ diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Porro fidei vitam (vt iam diximus) in charitate constituit qui fidem per dilectionem perhibuit operari. Hinc ergo colligitur, recedente spiritu fidem mori: quoniam spiritus est qui viuificat. Denique si sapere secũdum carnem mors est, non dubium quin illi quos viuere lętabamur, quãdiu facta carnis spiritu mortificabant, secundum carnem viuentes plangendi sint tanquam mortui. Vnde & in eodem apostolo legis: Si, inquit, secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Væ tibi quicunque es canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti. Non eos tãtùm loquor qui corpore, sed etiam eos qui corde redeunt in Aegyptum, seculi huius oblectamenta sectãtes, ac proinde fidei vitam quæ est charitas, non habentes. Si quis enim diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quis magis mortuus eo qui fouet ignẽ in sinu, peccatum in conscientia, nec sentit, nec expauescit, nec excutit? Ecce igitur Christus in sepulchro, fides mortua est in animo. Quid faciemus ei? Quid fecerunt sanctæ mulieres, quę solę ex omnibus suis ampliori tenebantur affectu? Emerunt aromata, vt veniẽtes vngerent Iesum. Nunquid vt susciterent? Et nos scimus fratres, quia susciture nostrum non est, sed vngere nobis incumbit. Cur hoc? Nempe ne fœteat qui huiusmodi est, ne sit cęteris odor mortis, ne pereffluat, & penitus dissoluatur. Emant proinde aromata sua tres mulieres, mens, lingua, manus. De his enim vt arbitror, Petrus mandatum accepit tertiò pascere gregẽ domini. Pasce, inquit, mente, pasce ore, pasce opere. Pasce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione. Quærat igitur mens aromata sua, ante omnia compassionis affectum, dehinc rectitudinis zelum, & inter hæc discretionis spiritum non omittat. Quotiens peccantẽ videris fratrẽ, continuò procedere debet cõpassionis affectus, tanquã cognatus humanitati, quippe quẽ cõcipis ex teipso. Vos (inquit apostolus) qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerãs teipsum, ne & tu tenteris. Et cum exiret dominus baiulans sibi crucem, & plangerent super eum nõdum quidem omnes tribus

terræ,

Ephe. 3.b

Ioan. 10.

Iacob. 2.c

L

Gala. 5.f

Gen. 6.

Rom. 5.d

Rom. 8.

M

Ioan. 21.d

Gala. 6.b

A terræ, sed mulieres paucæ, cõuersus ad eas, Filiæ, inquit, Hie-
Luc. 23. rusalem, nolite flere super me: sed super vosipsas flete, & super filios vestros. Ordinem diligenter attende. Super vos, inquit, primò: deinde super filios vestros. Temetipsum attende vt alij noueris cõpati, vt arguas in spiritu lenitatis. Teipsum considera, ne & tu tenteris. Sed quia exemplũ efficacius persuadet, & altius imprimit animo, mitto vos ad sanctũ illum senem: qui cum audisset peccasse vnum ex fratribus, amarissime flebat, inquiens: Ille hodie, & ego cras. Qui sic flebat super se, putas quia non compassus sit fratri? Hic itaque cõpassionis affectus multis quidẽ prodest, quia animus liberalis contristare quẽ pro se viderit anxium, erubescit. Sed quid agimus quòd nonnulli dura ceruice & attrita sunt fronte, vt quo magis eis compatimur, tanto magis nostra & cõpassione & patientia abutantur? Nónne sicut compatiebamur fratri, ita ipsi iustitiæ compatiendum est, quam videmus tam impudenter abiici, tam imprudenter prouocari? Scio quia si qua in nobis est charitas, contemptum hunc dei ferre æquanimiter non possumus. Hic est zelus iustitiæ quo aduersus delinquentes accendimur, tanquam pietate ducti erga eam quam contemni videmus iustitiam dei. Veruntamen oportet vt priora sibi vendicet compassionis affectus. Alioquin in
B spiritu vehementi cõterimus naues Thrasis, cõterimus quassatũ calamũ, extinguimus linum fumigans. Sed cũ vterq; aderit, videlicet & cõpassionis affectus, & zelus iustitię, necesse est vt adsit spiritus discretionis, ne fortè cũ oporteat hũc exhiberi, ille procedat, & indiscretio ipsa confundat vniuersa. Habeat itaq; mens nostra tertium spiritũ discretionis, vt miscens aptè temporibus tẽpora, opportunè æmulari & nihilo minus ignoscere sciat. Samaritanus sit, custodiés & obseruãs quando oleum misericordiæ, quãdo vinũ feruoris exhibeat.
Psal. 118. Et ne fortè meum putetis inuentum, prophetã audite in psalmo hæc eadem & eodẽ ordine postulantẽ: Bonitatẽ, inquit, & disciplinã & scientiã doce me. Sed vnde hæc nobis? Neq; enim talia profert virtutum germina terra cordis nostri: sed magis spinas & tribulos germinat nobis. Emere ergo oportet. A quo autem emẽda sunt? Ab eo vtique qui ait: Venite,
Isa. 55. emite absq; argento & absq; vlla commutatione vinũ & lac. Non ignoratis quid lactis dulcedo, quid vini desiguet austeritas. Quid est autem emere sine argento & sine commutatione? Non talis est emptio apud amatores huius seculi, sed apud auctorem seculi alia esse non potest. Propheta enim di-
Psal. 15. xit domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorũ nõ eges. Quam igitur commutationem ei dabis homo pro gratia sua qui nullius eget, & cuius sunt vniuersa? Gratia gratis datur: etiam cum emitur, gratis emitur: quia quod datur pro ea nobis melius retinetur. Tria ergo aromata mentis nũmo
C propriæ voluntatis emenda sunt, quam quidem dimittentes nihil amittimus, etiã & lucramur plurimũ, cõmutantes illam in melius, vt cõmunis fiat quæ propria fuit. Porrò cõmunis voluntas charitas est. Emimus ergo absq; cõmutatione recipientes quod non habuimus, & quod habuimus melius retinentes. Quando verò cõpatietur fratri, qui in propria volũtate nescit cõpati nisi sibi? aut quando amans seipsum diliget iustitiã, & odio habebit iniquitatẽ? Simulare quidem potest ante oculos hominũ, etiã & semetipsum seducere, vt cũ priuato amore vel odio ducitur, compassionis affectũ aut zelum putet esse iustitiæ. Verùm facile est nosse quàm sint aliena à propria voluntate, quæ propria sunt charitatis, cui illa recta
1. Cor. 13. fronte contraria se constituit. Ná charitas benigna est, charitas super iniquitate non gaudet. Iam de spiritu discretionis scimus quia nihil sic illũ extinguit, quomodo voluntas propria subuertens corda hominum, & rationis oculos claudẽs. Emẽda proinde sunt tria mentis aromata, affectus cõpassionis, rectitudinis zelus, & spiritus discretionis, nũmo (vt dictũ est) ptopriæ volũtatis. Linguæ quoq; aromata tria nihilo minus sunt, modestia in increpando, copia in exhortãdo, efficacia in persuadendo. Vis habere hæc aromata? Eme illa à domino deo tuo. Eme, inquã, sicut & priora, sine vlla cõmutatione: vt aliquid recipias, perdas nihil. Eme à domino moderatã correptionẽ, quia omnino magnũ quoddã bonum & datum optimũ est, & quod habeant pauci. Linguã enim (vt ait
Iaco. 3. beatus Iacobus) nemo domare potest. Videas multos, syncera licet intentione & benigno accedant animo leuiter dicere D
quod grauiter audiatur. Volat irreuocabile verbum: & quod sanare debuerat, quia mordacius fortè videtur, exásperat & exulcerat magis, quando negligentiæ additur impudentia etiã, & impatientia cumulatur: vt qui sordidus erat, sordescat adhuc, declinans in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, ac more phrenetici non solũ repellens, sed & mordere tentans medici manum. Multis quoq; non suppetit verborum copia, sed præ sermonis inopia linguam suam palato adhærescere sentiunt, quod & ipsum interdum solet audientibus obesse non parum. Aliis verò ad manum est abundantia nostra sermonis, sed quę dicunt, minus sapiunt, minus acceptãtur: & quia gratiam non habent, minus efficacia sunt quę loquuntur. Vides quã necesse sit emere ab eo à quo omne bonum est, à quo omnis scientia, modestiã in increpando, copiam in exhortando, efficaciam in persuadendo. Proinde eme ista nũmo confessionis, vt prius peccata tua confitearis, quàm ad expurgãda accedas aliena. Magnum prorsus & mirabile sacramentũ animæ suscitatio. Vide ne ad illud immũndus accedas. Quòd si fortè nõ potes innocens, imò quia non potes, laua inter innocẽtes manus tuas antequã circũdes monumentũ domini. Omnia siquidẽ in confessione lauantur. Et hæc ablutio in quãdam innocentiã tibi deputabitur, vt inter innocẽtes assistas. Ad altaris officium nemo accedit in veste communi, sed quisquis accessurus est, albis induitur. Et tu er- E
go cum ad domini monumentum properas, lauare, dealbare, induere vestimentis glorię, vt dicatur tibi: Cõfessionẽ & de- *Psal. 103.*
corẽ induisti. Quia vbi cõfessio, ibi in cõspectu domini pulchritudo est. Hæc pro eo dicta sunt, vt aromata linguæ moderata increpatio, copiosa exhortatio, efficax persuasio nummo cõfessionis emãtur. Veruntamen legimus, & quotidianis etiam experimentis didicimus, cuius vita despicitur, restat vt prædicatio contẽnatur. Paret ergo & manus aromata sua, ne subsannet nos sapiens tanquã pigrum illum, cui labor sit manum ad os porrigere, ne possit dicere is quem arguit: Tu qui alium doces, teipsum nõ doces, alligas enim onera grauia & importabilia, & imponis ea in humeros hominũ, digito tuo noles ea mouere. Dico vobis, Sermo quidem viuus & efficax exemplum est operis, facilè persuadens, quod intendimus, dũ factibile probat esse quod suademus. Pro huiusmodi habeat necesse est etiam manus aromata sua, continentiam in carne, misericordiam in fratre, patientiam in pietate. Vnde apostolus ait: Sobrie & iustè & pie viuamus. Hęc enim tria sunt cõ- *Ad Tit. 2.*
uersationi nostræ maxime necessaria, quoniam primum debemus nobis, secũdum proximo, tertiũ deo. Nam qui fornicatur, in corpus suum peccat, magno illud priuãs honore, & pauendo addicens pudendóque dedecori, tollens membrum Christi, & faciens mẽbrum meretricis. Ego autem non ab ea
F
tãtum quæ tam abominabilis est, sed ab omni voluptate carnis continendũ dico. Ante omnia igitur perfectam hãc continentiam quære, quam debes tibiipsi. Nemo enim tibi propinquior est. Dehinc adde misericordiam quam debes proximo, quia cum eo saluandus es. Deinde patientiam quã debes deo, quia ab eo saluandus es. Omnes enim qui pie volunt vi- *2. Tim. 3.*
uere in Christo, persequutionem patientur, & per multas tri- *Act. 14.*
bulationes oportet nos intrare in regnum cœlorũ. Vide ergo ne per impatientiam pereas, sed vniuersa pro eo sustine, qui prior pro te maiora sustinuit, & apud quem infructuosa patientia non erit, sicut ait propheta: Patientia pauperum non *Psal. 9.*
peribit in finem. Porrò hæc manus aromata nummo subiectionis emuntur. Hęc est enim quę dirigit gressus nostros, & sanctæ conuersationis gratiam promeretur. Nam si cõtraria lex inuenta est in membris nostris per inobedientiam, quis nesciat per obedientiam continentiam dari? Ipsa quoque est quę misericordiam ordinare nouit, ipsa quæ patientiã & docet & donat. Cũ his igitur aromatibus accede ad eum in quo fides mortua est. Verùm si consideremus quàm magnum sit ad nos suscitare eum qui huiusmodi est, quàm difficile sit vel accedere ad cor eius, quod lapidea quędã obstinatio & impudentia clausit, puto quòd dicere habeamus & nos: Quis reuoluet lapidem ab ostio monumenti? Attamen dũ sic trepidi veremur accedere cunctantes ad tam grande miraculum, fit nonnunquam vt solita pietate præparationem cordis nostri

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gaudiat auris diuina, & ad vocē virtutis eius resurgat qui erat mortuus. Et ecce angelus domini, hilaritas quædam in vultu illius tanquam in ostio monumenti nobis apparet, & fulgor quidam index resurrectionis, vt aperte videatur facies eius immutata, accessum prębēs nobis ad cor suum, imò & aduocans, ipsumq; obstinationis sue reuoluens lapidem, & sedens super eum: ita vt suscitata fide ipsa, etiam linteamina quibus obuoluta fuerāt, ipse demōstret. Dúmq; omnia quę in corde suo prius actitabātur aperit, & confitetur quomodo seipsum sepelierat intus, ipsam tepiditatem & negligentiā suam prodens, Venite, inquit, & videte locū vbi positus erat dominus

Matt.28.

In tempore resurrectionis, de mersione Naaman septies in Iordane, & de mundatione septemplicis leprę, & de septem apparitionibus domini resurgentis, quibus septem dona spiritus sancti designantur. Sermo III.

SIcut in corporum medicina prius purgationes adhibentur, deinde refectiones, vt scilicet prius exinaniatur corpus ab humoribus noxiis, dehine cibis sanioribus foueatur, sic medicus animarum dominus Christus, cuius tota dispensatio quam exhibuit in carne, medicina salutis est, ante passionem suam septem dedit purgationes, post resurrectionem suam totidem cibos salubres pariter & suaues. Helisæus noster Naamā leprosum septies in Iordane mergi præcepit, qui interpretatur descensus. In descēsu domini nostri Iesu Christi, id est in humanitate conuersationis eius quam exhibuit ante passionem, mundamur & purgamur. In resurrectione verò & vita, quam ostendit quadraginta diebus, reficimur, & delectabilibus pascimur alimentis. Septēpliciter enim occupauit nos lepra superbiæ, in proprietate possessionū, in gloria vestium, in voluptate corporum, in ore quoque dupliciter, similiter & in corde. Prima est lepra domus, qua diuites esse volumus in hoc seculo, sed ab ista mundamur si immergimur in Iordane, id est in Christi descensu. Inuenimus enim quoniam ille cùm esset diues, propter nos pauper factus est. Descendit ab inenarrabilibus cœli diuitiis, & veniens in mūdum nec istas qualescunque diuitias habere voluit, sed in tanta paupertate venit, vt natus continuò poneretur in præsepio, quia ei non erat locus in diuersorio. Deniq; quis nesciat quoniam filius hominis non habebat vbi caput suum reclinaret? Qui bene mergitur hic, quādo quęret diuitias huius mūdi? Et verè magna abusio, & magna nimis, vt diues esse velit vermiculus vilis, propter quem deus maiestatis & dominus Sabaoth voluit pauper fieri. Porrò in lepra vestis, omnem seculi huius pomposam intellige vanitatē. Nam ab illa nihilo minus in Iordanis mersione mundaberis, vbi inuenies Christum domini vilibus pannis inuolutum, factum opprobrium hominum, & abiectionē plebis. A lepra quoque corporis mundamur in ipso Iordane, si bene cogitantes dominicam passionem, erubescimus sequi corporis voluptatem. At in ore (vt diximus) duplex est lepra. Cum enim aduersi quicquam contigerit, murmuramus, & impatientiæ verbū tanquam lepræ sanies effluit. sed ab hac mundamur, si illum attendimus qui tanquam ouis ad occisionem ductus est, & nō aperuit os suum: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non cōminabatur. In prosperis quoque cōtra eum qui dixit, Non qui seipsum cōmendat, ille probatus est, cōmendamus nosipsos, non in multa patiētia, sed in arrogātia: & inquinat nos altera lepra, verbū iactantiæ. Vt ergo mūdemur ab illa, mergamur in Iordane, & imitemur eū qui non quærebat gloriam suam. Vnde & dæmonia quæ clamabant quia ipse esset dei filius, præcipiebat obmutescere, & illuminatos cęcos dicere ꝓhibebat. In corde duplex est lepra, propria voluntas, & propriū consiliū. Lepra vtraque nimis pessima, eoq; pernicioſior, quo magis interior. Voluntatē dico propriā, quæ nō est cōmunis cum deo & hominibus, sed nostra tantū, quando quod volumus, non ad honorē dei, nō ad vtilitatem fratrum, sed propter nosmetipsos facimus, nō intendentes placere deo & prodesse fratribus, sed satisfacere propriis motibus animorū. Huic cōtraria est recta frōte charitas, quæ deus est. Hæc enim aduersus deum inimicitias exercens est, & guerrā crudelissimā. Quid enim odit aut punit deus præter propriam voluntatē? Cesset voluntas propria, & infernus nō erit. In quē em̄ ignis ille desæuiet, nisi in propriā voluntatē? Etiā nunc cū frigus aut famē, aut aliquid tale patimur, quid læditur nisi ꝓpria volūtas? Quòd si voluntarie sustinemus, ipsa iam voluntas cōmunis est, sed infirmitas quædam & velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est, & in illo omnes pœnas sustinemus donec penitus consumatur. Nam volūtas illa proprie dicitur, cui assentimus, & cui se liberum inclinat arbitrium. Hæc autem desideria & concupiscētiæ, quæ inuitos tenent, nō voluntas, sed corruptio volūtatis est. Porrò volūtas propria quo furore dominū maiestatis impugnet, audiant, & timeant serui propriæ voluntatis. Primo nāque seipsam subtrahit & subducit eius dominatui, cui tanquam auctori seruire iure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quod in se est, omnia quoq; quæ dei sunt, tollit, & diripit. Quē enī modum sibi ponit humana cupiditas? Nónne qui per vsurā acquirit pecuniā modicā, similiter mundū lucrari conaretur vniuersum, si non deesset possibilitas, si suppeteret voluntati facultas? Dico fiducialiter, nemini qui sit in propria voluntate, posset vniuersus mūdus sufficere. Sed vtinā vel rebus istis esset cōtenta, ne in ipsum (horribile dictu) desæuiret auctorē. Nunc autem & ipsum (quantū in ipsa est) deū perimit voluntas propria. Omnino enim vellet deum peccata sua aut vindicare nō posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse deum, quæ quantum in ipsa est, vult eum aut impotentē aut iniustum esse, aut īnsipientē. Crudelis planè & omnino execranda malitia, quæ dei potentiam, iustitiam, sapientiam perire desiderat. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & leæna sæuissima. Hæc est immundissima lepra animi propter quam in Iordane mergi oporteat, & imitari eum qui non venit facere voluntatē suam: vnde & in passione, Nō mea, inquit voluntas, sed tua fiat. Lepra verò proprij consilij eo pernicioſior est, quo magis occulta: & quanto plus abundat, tanto sibi quisque senior esse videtur. Hæc illorum est qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam, sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ita vt nullis velint consiliis acquiescere. Hi sunt vnitatis diuisores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placētes sibi, & magni in oculis suis, ignorātes dei iustitiam, & suā volentes constituere. Et quæ maior superbia, quàm vt vnus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquā ipse solus habeat spiritū dei? Idololatriæ scelus est non acquiescere, & quasi peccatum ariolandi repugnare. Eant nunc qui se faciunt religioſiores aliis, qui non sunt sicut cæteri hominū, ecce arioli, & idololatræ facti sunt, si tamen vel ei qui dixit hoc, plus quàm sibi iudicāt esse credendū. Neq; huic dissonat veritatis sermo, quē dixit: Si ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Sed vbi poterit hæc lepra mundari nisi in Iordane? Ibi mergere, quicunque huiusmodi es, & attende quid fecerit magni consilij angelus, quomodo consilium suū postposuerit consilio, vel magis voluntati mulieris vnius, (beatā virginem loquor,) & fabri pauperis, ipse est Ioseph. Inuentus enim in medio doctorū audiens eos & interrogans, quodāmodo increpatus à matre est: Fili, quid feciſti nobis sic? At ille, Quid erat, inquit, quòd me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? At illi nō intellexerunt verbum. Et quid fecit verbum? Non capiebatur in se, descendit, ita vt esset etiam subditus illis. Quis iam non erubescat obstinatus esse in cōsilio suo, quando suū sapientia ipsa deseruit? Sic mutauit consilium suum, vt quod iam tunc ceperat, extunc vsq; ad tricesimum ætatis suæ annū prorsus dimiserit. nihil enim ab hoc duodecimo anno de eius doctrīna vel operibus inuenis vsq; ad annos triginta. Sed fortè quærendū ab ipso est quomodo voluntatē suā cōsiliúmve reliquerit. O domine, voluntas de qua dixisti vt non fieret, si bona non erat, quomodo tua erat? Si bona erat, quare derelicta est? sic & consilium si non bonum, quomodo tuū? si bonum, quomodo relinquendum? Et bona erant, & eius erant, neque minus tamē relinquēda ob hoc videlicet vt fierēt meliora. Neque enim oportebat propria præiudicare cōmunibus. Erat ergo voluntas Christi, & bona erat, qua dicebat: Si fieri potest, transeat à me calix iste. Sed ea de qua dicebat, fiat voluntas tua, melior erat: quia cōmunis nō solū patris, sed & Christi

4.Reg.5.

Matt.26.

Christi ipsius, oblatus est em̄, quia ipse voluit, & nostra. Nisi enim granum fruméti cadens in terrā mortuum esset, ipsum solum maneret, mortuū verò multum fructum attulit. Atq; hæc volūtas patris erat, vt videlicet haberet quos adoptaret in filios. Christi erat, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Nostra erat, quia pro nobis faciebat vt redimeremur. De consilio idē dicimus. Christi enim erat, & bonum erat cōsilium illud quod ait, Quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Sed quia illi nō intellexerunt, mutauit illud consiliū, vt nos mundaret ab ea lepra quæ proprij consilij est. Exemplum enim dedit nobis, vt & nos ita faciamus. Nā ab initio nouerat quid esset facturus, sed voluit formā nobis huius humilitatis exhibere, & ad lauandā pessimam hanc leprā diuinum in seipso parare Iordanē. Audiant igitur vtriq; pariter, qui propriæ voluntatis, & qui proprij consilij lepra sordent: audiant quid spiritus dicat ecclesiis, breui vno versiculo lepram vtranque cōdemnans. Sapientia ait, quæ de sursum est, primum quidem pudica est, contra propriæ volūtatis impuritatem: deinde pacifica, contra consilij proprij obstinatam rebellionem. Dum ab his septem purgatus fuerit æger, tanquam post septem cellas quærat septem fercula quæ sunt septē spiritus sancti dona. Porrò sicut in vita domini ante passionem septem purgationes inuenimus, sic & in apparitionibus septem quæ post resurrectionem factæ leguntur, septem illa dona spiritus sancti possumus inuenire. In prima spiritū timoris accipe, quando mulieribus sanctis venientibus descendit angelus de cœlo, & terræmotus factus est, ita vt ipsas timore perterritas oportuerit ab angelo consolari. In spiritu pietatis apparuit Simoni, quia magna omnino & verè domino Iesu digna pietatis dignatio, quòd ei quasi singulariter & ante cæteros dignatus est apparere, quem præ cæteris de negatione eius rea conscientia confundebat: vt vbi abundauit delictum, superabundaret & gratia. In spiritu scientiæ duobus pergentibus in Emaus scripturas exposuit, incipiens à Moyse & ꝓphetis. In spiritu fortitudinis ianuis clausis intrauit ostēdens manus & latus, sicut solent in signum virtutis clypeorum foramina demonstrari. In spiritu consilij frustra in piscatione laborantes mittere in dexteram rete cōsuluit. In spiritu intellectus aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas. In spiritu sapiētiæ die quadragesimo apparuit eis, quando videntibus illis eleuatus est, & viderunt filium hominis ascendentem vbi erat prius. Vsque ad illam enim diem quasi per stultitiam prædicationis saluos faciebat credentes: postquam verò coram eis ascendit ad patrem, iam cœpit sapientia declarari.

Luc.3.

Rom.5.

Isa.9.

In tempore resurrectionis: quomodo quibusdam nondum natus est Christus, quibusdam nondum passus, quibusdam nondum resurrexit, quibusdam nondum ascendit in cælum, quibusdam nondum misit spiritum sanctum. Sermo IIII.

OMnia quæ de saluatore legimus, medicamina sunt animarum nostrarum. Videamus ergo nequando fortè dicatur de nobis: Curauimus Babylonem, & nō est sanata. Cogitet vnusquisque quantū operentur in eo tam salutaria medicamenta. Sunt enim quibus nondū natus est Christus, sunt quibus nondū est passus, sunt quibus non surrexit vsque adhuc. Aliis quoque nondum ascendit, aliis nondum misit spiritum sanctum. Quomodo enim operatur eius humilitas, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo, sed semet ipsum exinaniuit formā serui accipiēs? quomodo inquam dei humilitas in superbo homine operatur? Quæ illius humilitatis vestigia in his qui adhuc toto desiderio terrenis diuitiis & honoribus inhiant? An non modo exhilaratur conscientia vestra, fratres mei, quòd dicere potestis: Paruulus natus est nobis? Sunt quibus nondū est passus Christus, qui labores fugiunt, & mortē metuūt vsque adhuc, quasi verò ille & labores sustinendo, & mortē moriendo nō vicerit. Sunt quibus nondū surrexit, qui in laborū anxietate & afflictione pœnitentiæ morte afficiuntur tota die, nōdum spirituali cōsolatione recepta. Sed nisi breuiati fuissent dies illi, quis posset sustinere? Aliis surrexit Christus, sed nondum ascendit, imò cum eis adhuc pia dulcedine cōmoratur in terris, his scilicet, qui in deuotione sunt tota die, flēt in orationibus, suspirant in meditationibus suis, & omnia festiua & iucunda sunt eis, & per omnes dies illos continuū Alleluia cātatur. Sed oportet lac eis subtrahi, vt discant vesci solido cibo, & expedit eis vt Christus vadat, & hæc temporalis deuotio subtrahatur. Sed quando hoc capere poterunt? Desertos sese à domino, priuatos gratia conqueruntur. Sed expectent paululum, sedeant in ciuitate donec induantur solidiori quadam virtute ex alto, & maiora percipiant charismata spiritus sancti, sicut apostoli promoti sunt in gradum altiorem, & supereminentiorem viam charitatis ingressi, non iam solliciti quomodo flerent paululum, sed quomodo magna quadam victoria de communi aduersario triumpharent, & conculcarent Satanam sub pedibus suis.

Philip.2.

FERIA SECVNDA PASCHÆ homilia secundum Luc. 24. de duobus discipulis euntibus in Emaus.

IN illo tempore duo ex discipulis Iesu ibant in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus. Et ipsi loquebātur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderāt. Et reliqua. Homilia lectionis eiusdem beati Bernardi abbatis. Conuertere anima mea in requiem tuā: quia Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientiū. Recordatione tantæ dulcedinis, tuorū mitiga dolores fletuū, vt offeras resurgēti cum assato piscę mellis fauum, & paschalis agni suauitas rēperet amaritudinē agrestium lactucarum. Elige an videre Iesum desideres cum Maria Magdalena sub specie hortulani, an cū duobus discipulis in habitu peregrini. Nam vtraq; visio & collocutio, fidelis conscientiæ sunt iubilus & dulcedo. De duobus condiscipulis videtur dulcius sapere. Hęc enim lectio mel in ore, & iubilus est in corde, extasis mentis deuotæ. Dulcor eius omnē excedit eloquētiam, & totam absorbet conscientiā, & transformat in supernæ iubilationis imaginē, & deliciarum cœlestium nouitatem. Considerata huius lectionis mira suauitas totas inebriat medullas animæ. Ex singulis etenim clausulis sentitur quidam ignis erumpere, qui si in sinu absconditur clausus, in ossibus totos depascit angulos amantis cōscientię. Si scintillet exterius, videtur solis iubare splendidius radiare. Ibant duo. Quæ fuerit causa huius itineris, nō declarat textus historiæ, sed hoc fuisse diuinæ prouidētię arbitror, vt qui pro morte domini tantum erant desolati, in via qua ambulabant, cōsolationem reciperēt de ipsius dulcissima visione. Et forte propter hoc duo pariter ambulabant, vt dolores suos cōfabulatione mutua mitigarent, & corda desperantia ad spei refrigerium reuocarēt. Vnde dicuntur in Emaus proficisci, quod interpretatur desiderium consilij. Desiderabant enim amaritudinem titubationis suæ salutari consilio releuare. Sed vt de fauo mel exprimamus, & in auro rutilante flammiuomas gemmas inseramus, si quid in tam dulci historia dulcius lateat, inquirere studeamus. Vt arbitror, isti duo dici possunt oratio & meditatio, quæ coniunctione necessaria sibi ad inuicem copulantur. Et per orationē illuminatur meditatio, & in meditatione exardescit oratio. Quotiens igitur in contemplatione dominicæ passionis suspēdimur, ex recordatione tantæ admirationis in oratione cōpungimur. Meditatio ruminat liuores vulnerum, fixuras clauorum, lanceam & acetum, persecutorum sæuitiam, apostolorum fugam, & mortem turpissimam, corporis sepulturam. Oratio fundit suspiria, piæ deuotionis stillat aromata, tota resoluitur in lamenta. Et factum est dum fabularentur & secum quererent, ipse Iesus appropinquās ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebātur ne illum agnoscerent. Talibus confabulantibus appropinquat Iesus. Quid est Iesus, nisi vita & salus? Etenim in talibus sermocinationibus est vita & salus animæ: & eis dicitur Iesus appropinquasse: quia iuxta est dominus iis qui tribulato sunt corde. Oculi autem eorum tenebātur ne possent eū agnoscere: quia etsi sunt iusti & sapientes, atque opera eorum in manu dei, nescit tamen homo vtrūm sit dignus odio vel amore. Si dixero (in-

Matt.28.

Luc.24.

Marc.14.

Psal.33.d

Iob.9.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quit Iob)cōsolabitur me lectulus meus,& releuabor loquēs mecum in stratu meo, terrebit me per somnia,& per visionē horrore cōcutiet.In lectulo notatur quieta meditatio,& per stratum in quo relenatus colloquitur, virtus orationis exprimitur:quia in his duobus tribulatis corde, veræ consolationis requies inuenitur. Sed cum sub pennis earum deargentatis refrigerium internè quærimus,& occurrūt imaginationibus nostris quàm districtæ in extremo iudicio sunt sententię iudicantis:ibi tristitiam inuenimus, vbi solatium quærebamus.In hoc autem quòd appropinquans dicitur cum illis ire
Iob. 4.c Iesus, aliud potest designari iucundius.In appropinquatione enim illa signatur ille sibilus auræ tenuis quam Eliphaz glo-
1.Reg.19.b riatur se audisse dormientibus cæteris,per quam etiam Helię consistenti in ostio speluncæ legimus dominum aduenisse: quia non in commotione,non in igne,non in spiritu, sed in sibilo aurę tenuis visus est pertransisse.Hic est ille radius suauissimus contemplationis,quo anima per cincinnum capitis eleuatur cum meditatione exardescente, & oratione scintillante. Nascitur in corde iubilus quidam, scilicet mellisluus cordis risus, quem nemo scit nisi qui sentit,nec etiā ipse qui sentit,quia cito pertransit. Felix hora, sed breuis mora, quia
Apoc. 8.a H factum est silentium in cœlo quasi media hora. Norunt experti quæ dico,qui hæc experientia suauitatis intimæ didicerūt:quia cum in feruore orationis admiscetur ardor meditationis,erumpit ille contemplationis radius de medio earum, quasi species electri,hoc est de medio ignis.Et scintillæ quasi æris cadentis, suspiria scilicet conscientiæ iubilantis. Oculi autem illorum tenebantur ne illum agnoscerēt. Infirmitatis autem suæ conscia humana conscientia, præ ineffabili tantæ suauitatis gloria contremiscit.Vnde Helias vultum operuit, &Eliphaz totus inhorruit: nec Moyses ausus est aspicere cōtra dominum.Et si venerit ad me,ait Iob, non videbo eum.
Iob.9.b Oculi illorum tenebantur. O si dominum cognoscerent, quantum gauderent? Quantū ipsi gauderemus si cum in propria specie propius videremus? Quis non accederet imò curreret & teneret pedes eius? Sed adhuc loquitur Ioseph p interpretem fratribus suis. Adhuc dissimulat suam nobis exhibere dulcissimam visionem. Quid enim? Mortales sumus, in exilio degimus,nec illam perfectæ visionis lætabundā beatitudinē præ multitudine gloriæ capere valemus. Quis enim posset inter illa superefluētis iubilationis gaudia spirare quę dabuntur in patria,cum illa etiam stilla dulcedinis,quam nobis in via exhibet, in patria peregrina totam mentem inebriet,& totam cordis latitudinem nouis deliciis coanguste?
I Ideo tenebantur oculi eorum, quia dominus erat in habitu peregrini. Et cum eū quotidie perspicimus in altari sub specie panis & vini,nobiscum habitat in habitu peregrini.Nōne per oculos intelligere possumus amorem & desiderium? Diligimus enim deū & proximū, desideramus regem & regnum. Sed quia(vt ait beatus Gregorius)incognitum est nobis dum in hoc corpore sumus,quantum diligamus deum & proximum,& quādo ex hoc exilio transmigrantes adipiscamur regnum,& videamus deum, cæcitaté patimur oculorū. Vnde in Ezechiele dicitur quia porta & thalamus habet tectum.Nec prętermittendū est quòd confabulando gradiuntur in castellum Emaus, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem. Dulce colloquium & felix confabulatio,cum meditationem tractat oratio. Habent enim mel & lac in lingua.Labia eorū sicut vitta coccinea, dum hæc inuitat ad cōemptum mundi,& illa incitat ad amorem dei. Vnde dicūtur in Emaus proficisci,quod interpretatur desideriū consilij.Nūquid ambulabunt duo pariter nisi his cōuenerit? O beata conuentio quam adinuicem susurrant oratio & meditatio.Profecto ire desiderant in Emaus castellum,quod ab Hierusalem est in spatio stadiorum sexaginta. Sexagenarius numerus ex denario cōstat & senario,quia sexies decem, vel decies sex faciunt sexaginta. Stadium locus est in quo curritur. Denarius significat decalogum in quo decē mandatorū series continetur. In senario verò figuratur seculi abrenunciatio,& morum conuersio:abiectio propriæ voluntatis, & abiectio sine fuco simulationis: custodia cordis, & circunspectio sermonis.In his stadiis currendum est, vt cum dominus dilatauerit cor nostrum,curramus in viam mandatorum suorum,& post deuoluamur per viā.Et in his viis appropin- K
Sap. 6.c quans dominus veniet nobis,sicut scriptum est de sapientia, quia præoccupat qui se concupiscunt, in viis ostendit se illis hilariter,& in omni prouidentia ostendit se illis. Et ait ad illos:Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicē ambulātes,& estis tristes?Interrogatio ista amoris submistrat incēdia,& quasi oleum proiicitur in flammā. Dum enim peregrinus interrogat quid tristes adinuicem colloquuntur,& ille quem tam dilexerat & adhuc diligit, ad memoriam reducitur:dulcis dolor augmentatur, & amor semimortuus in caminum prorumpens de igniculo,in cordibus eorum vehementius debacchatur. Qui sunt hi sermones quos,&c.putas in allocutione peregrini aliquam non persentirent dulcedinem amoris diuini? Immo totus in medullis corū reuixit & refloruit amor Christi.Qui sunt hi sermones quos,&c.Deus deus,quantas iubilationes istæ tristitiæ genuerunt, & q̄ suaues suauitates ruminatæ, & quàm dulcia suspiria percurrunt in corde?Bone Iesu, q̄ iucundo consolaris susurrio, quos de tua vides absentia contristatos? Quàm libenter astas orantibus, & assistis suspirantibus,respiciens per fenestras,prospiciens per cancellos? Quàm iucundus latitas post parietē nostrum,vt audias voces orantium,& dulcescāt tibi dolores di- L
ligentium,de pœnis rideas innocentiū! Et respondens vnus cui nomen Cleophas,dixit ei:Tu solus peregrinus es in Hierusalem,& non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Cleophas qui interpretatur increpās ore, formam orationis videtur exprimere,quæ ponit coram deo iudicium, & replet increpationibus os suum,nunc accusans cordis duritiā, nunc inconstantiam,nunc torporis frigore constrictū,nunc inepta lætitia dissolutū. Tu solus peregrinus es? Corda solet amantium familiarius mœror compunctionis afficere,cum tot vident inde specialiter fastidire studia,& desiderio cœlestis patriæ tepescentis speciem pietatis in solo exteriori habitu retinere.Respondet ergo Cleophas,quotiens talium perditioni ex intimis condolentes tales,tales in orationes profundūt querimonias.Domine,tu solus fuisti tempore passionis, abnegante Petro, fugiente discipulo quem amabas, oblito tui amoris priuilegio,fugientibus etiā cæteris.Sed,heu,heu,tempore cōpassionis quæ nunc est, religiosos videmus non solum non participare per compassionem passionibus tuis,nec fugere nec negare turbatione alicuius tentationis subitæ: sed iniquitas eorum procedit quasi ex adipe, transierunt in affectum cordis. Apponendo enim iniquitatem non verentur M
super dolorem vulnerum tuorū addere, qui cum sanctis mulieribus debuerant piæ deuotionis aromatibus delinire. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Dereliquerunt te omnes amici tui,longe facti sunt à te noti tui, posuerunt te abominationem sibi. Omnes quæ sua sunt quærunt, seipsos diligunt,de exilio fecerunt patriam,operibus diffitentur se peregrinos super terram & hospites. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. Nos etiam excellētiori professionis priuilegio æstimamus expressius fieri conformes humilitatis tuæ peregrinationis,collocati sumus in obscuris sicut mortui seculi.
Psal.v Sed & prudentiores sumus in possessionibus ampliandis, & gloriosiores in ædificiis erigendis,callidiores in pecuniis cōgregandis. Inueniri possunt etiam pauci qui fideliter incedant semitas veritatis.Tu solus peregrinus es. Iam non miratur Behemoth, si absorptus est fluuius: quia pars maxima
Iob.40 Iordanis influit in os eius, & deiecit de fortitudine,& de stellis strauit sibi aurum quasi lutum, & sub ipso sunt radij solis. Tu solus peregrinus es in Hierusalem,in ecclesia scilicet militante deo,quæ videlicet non possidet adhuc pacem: & non cognouisti quæ facta sunt in illa diebus istis? His diebus sanguinem tuum fudisti pro salute generis humani, & tot dolores & opprobria,ad vltimum crucis supplicium pertulisti. Et cum tanta pro mundo passus sis his diebus,& te omnia trahere ad te ipsum promiseris, si à terra esses exaltatus, ecce exaltatus es super cœlos.Imò cur non eruis eos qui ducuntur ad mortem?cur ex Basan non conuertis? cur omnes non trahis?cur tam paucos de multis eligis,quasi tuæ immemor passionis? Non cognouisti quæ facta sunt in Hierusalem diebus istis? In Hierusalem diebus istis tu ille excelsus
Mat.17 admirabilis occisus fuisti,cui Moyses & Helias in transfiguratiōnis

A nimis excessisti: quia cum sis splendor paternæ gloriæ, & figura substantiæ eius, & cum sis dominus maiestatis, trementibus elementis, cœli luminaribus obscuratis,& stupentibus angelis, pati dignatus es tormentum abiectissimæ passionis.Vere fuit excessus cum dedisti vellentibus genas tuas, cum faciem tuam non auertisti ab increpantibus & conspuentibus, quando cum iniquis es deputatus. Tu solus peregrinus es in Hierusalem.Cur non trahis nos post te, vt curramus in odorem vnguentorum tuorum? Cur das alienis honorem tuum, cum pro nobis cōsumpseris carnem & corpus tuum?Cur solium gloriæ tuæ in quo iudicasti principem huius mundi,non recordaris?Cur spiritum gratiæ & precum super nos nō effundis,vt nō solùm lingua,sed & opere & veritate cōfitētes nos aduenas & peregrinos super terrā abstineamus à carnalibus desideriis,& trahamur ad te in funiculis Adæ, in vinculis charitatis?Dū hęc Cleophas loquitur in tribulatione spiritus,& amaritudine mētis,verba ista quātū putas repleāt cōscientiā scīscitātis?Quib⁹ ille dixit:Quę?Nō est interrogatio nesciētis,sed adiocātis,& quędā reciprocatio doloris.Et dixerūt:De Iesu Nazareno qui fuit vir ꝓpheta,potēs
B in opere & sermone corā deo & omni populo: & quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum? Primò solus Cleophas respondisse legitur.Nunc respōdet tam ipse quàm ille cuius nomen in historia non habetur. Vnde quia est sine nomine, videtur formam meditationis exprimere, quam quandoque cogitationem, quandoque contemplationē solemus quasi proprio nomine nuncupare. Secundū verò beatum Gregorium, istum fuisse Lucam aliqui æstimauerunt.
Coloss. 4.c Lucas qui medicus fuisse ab Apostolo dicitur,qui consurgēs vel eleuās interpretatur, interpretatione sui nominis imaginem repræsentat meditationis,quæ medicamentum est contribulati spiritus, & cōscientiæ ægrotantis. Quæ sicut stellio manibus nititur, vt moretur in ædibus regis, & consurgens ab infimis eligendo suspendium,deserit transitoria, & se eleuat ad superna. Adiungitur itaque meditatio orationi, vt ex amborum responsione dulcioris balsamus melodię,diffusiores spiret delicias in auribus peregrini. De Iesu, inquiunt, Nazareno:Oleum effusum est nomen eius. Oleum,inquam, effusum vnguētum aromatum, iubilus cordium Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Sed frangatur alabastrum, perfluet auster hortum aromatum,myrrha det odorem suum, diffluant riuuli balsamorum, crucifixus sit in memoria,crucifixi replicetur iniuria, crucifixi ruminentur opprobria,& charitas indefessa. Omnia interiora nostra loquantur de Iesu Nazareno, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, vt simus
C potentes opere & sermone. Nōnulli potentes sunt in opere, sed non in sermone.Alij in sermone, sed non in opere. Quidam potentes sunt in vtroque. Qui strenuus est in exercitatione corporali,bona quæ præualet,nō negligit operari. Patiens in tribulatione, & gaudens ad labore obedientiæ, potest dici potens in opere.Sed si minus hūc delectat assiduitas orationis,si nō est solicitudine pia deuotus in vigiliis,vel forte nō habeat gratiā prædicationis, potens est in opere, sed
Cant.7.b non in sermone. Videas aliquem frequenter in oratione deuotū,cuius oculi sunt sicut piscinæ in Hesebon præ multitudine lachrymarum,sed recusat ferre iugum obedientiæ, votum suum offerre se æstimat offerēdo hostiam amputata aure; suam plangit in oratione superbiam,sed hora cōpunctionis transacta ita superbus est sicut ante. Vel si leuis in moribus, post orationis suæ deuotionem in eandem recidit leuitatem,ossa eius replentur vitiis adolescentiæ eius,vt nunquā
Gen.27.c in conuersatione sua sit maturus.Licet ad modicum orationis tempore sit deuotus:vox quidem vox Iacob est, sed manus,manus sunt Esau.Tales potētes videntur in sermone,sed non in opere.In opere & sermone sunt potentes,qui habent in moribus honestatem,in operibus virtutē,in sermone scientiam,deuotionem in orationis assiduitate, grauitatem in cōuersatione, perseuerantiam in amore. Piæ siquidem operationis oratio deuota est reclinatorium, & deuotæ orationis exercitatio præbet bonorum operum fulcimentum.Hæc est enim plenariè compunctio salutaris, quam commendat cōscientiæ latitudo.Vnde cū sapientiam & diuitias dedisset do- D
minus Salomoni,dedit ei &latitudinem cordis:quia nihil est sapiētia,nihil diuitiæ,si in corde nō redundauerit(qui trāsuadari nō potest)fluuius charitatis. Nec parcit dominus verbis potentibus,& ad deprecādum compotitis, si sic potens es in opere & sermone,esto corā deo & omni populo. Corā Deo te commendet puritas intentionis,coram populo vtilitas operis,vt sint lumbi mentis tuæ succincti,& lucerna ardens in manibus tuis.Et bene coram omni populo:quia charitas nescit angulum, non amat proprium, deseruire desiderat vtilitatibus singulorum.Hinc est quòd apostolus se cōmendat ad omnē conscientiā hominum,prouidens bona non tantu coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus, vt tam Deo quàm omni populo sit acceptus.Sed beatissimo apostolo nemo se audeat comparare. Quantum enim distat ortus ab occidente,tantum à viis nostris fuerunt viæ eius,& semitæ eius à nostris semitis exaltatæ:quia (sicut dicit Esaias) facti sumus
Esa.64.c immundi omnes nos,quasi pannus mēstruatę vniuersæ iustitiæ nostræ.Potentes non sumus in operibus:& quid oremus sicut oportet, nescimus. Ille solus speciosus forma præ filiis hominum,singulari priuilegio fuit propheta potens opere& sermone,qui potēter operatus est salutem nostram in medio terræ.Potestate plenus fuit in sermone, quando omnia creauit,quādo dixit & facta sunt,ipse mādauit &creata sunt. Fortis fuit in opere cum hominē reparauit, & iuxta vaticinium Esaiæ opus suum vt faceret,opus suū alienum opus fecit.Ve-
Esa.28.c re fuit opus alienum,si consideres quomodo tradiderut eum E summi sacerdotes,& crucifixerunt eum. Domine audiui auditionem tuam,& timui: consideraui opera tua, vias tuas, & expaui.Subsannauerunt te subsannatione, dētibus suis super te frenduerūt,aduersum te lætati sunt & cōuenerunt,te summi sacerdotes & principes tradiderūt. Illi qui regere gregem debuerūt per viam salutis,facti sunt laqueus & ruina in præcipitium damnationis. Ex ipsis flamma inuidiæ erupit: quia sicut in Iob legitur, ignis Dei de cœlo cecidit, & tactas oues
Iob.1.d puerósque cōsumpsit. Nos igitur qui quærimus crucifixum, crucis attendamus mysterium.Ipsa est statera corporis Christi,quam desiderabat qui dicebat:Vtinam appenderētur pec-
Iob.6.d cata mea quibus iram merui,& calamitas quā patior,in statera. Crux facta est statera corporis Christi, quod est Ecclesia. Cur enim ipse crucifigeretur, appensa sunt cum ipso peccata quæ cōmisimus,calamitas quam incurrimus.Ipse erat innocens,impollutus,segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis conuersatio eius: non enim peccatum fecit, nec inuentus
Esa.53.c est dolus in ore eius. Et quoniam talis ac tantus tam indigna dignatus est in cruce pati,præponderare cœpit calamitas, & crimina leuigari.Cū adhuc tamen in cruce erectus staret, vacillare videbatur statēra, nec plenè cognoscebatur quà caderе deberet,cum inclinato capite emisit spiritum:vt calamitas præponderando caderet,& quasi arena maris grauior apparēret.Gentes quasi momētum statēræ reputatæ sunt.Nam in F
statēra ceciderunt: quia partes aduersæ damnationis nostræ chirographum amiserunt. Trituratus est Moab sub domino, expandit manus super eum sicut natans ad natandum, ne demergeretur in profundum:& vt ipse subleuaret nos in excelsum,expandit alas suas,nos assumpsit & portauit in humeris suis,sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos.Sic ascēdens super omnes cœlos,de excelso misit ignē in ossibus nostris:vt quæ sursum sunt,sapiamus,& nostra cōuersatio sit in cœlis.Potēs fuit corā deo & omni populo: quia factꝰ est angelus loquens pro nobis,& intercessor existens patri reconciliauit humanum genus:vtrūq; solus potuit arguere, & ponere manum in ambobus. Et quomodo summi sacerdotes & principes crucifixerunt eum. Per sacerdotum quippe persuasionem populus dimitti Barrabbam, Christum crucifigi acclamauit,& Pilatus fieri adiudicauit, linguis non manibus ipsum crucifixerunt. Vnde dicit Dauid, quia linguas suas vt
psal.139.d gladium acuerunt.In hoc forte minus reprehensibiles,quàm noui crucifixores, qui manibus & verbis mortem illi accersunt:immortalem mortificant,incrucifigibilem crucifigunt. Quæ ab ipsis in occulto,vel etiā in aperto fiunt, turpe est dicere.Ponere vereor os meum in cœlum, vt nō dicam in cœnum,& Saul ad purgationē ventris inclinatum occidere:sufficit si oram chlamydis abscindam gladio Hieremię:cum do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G minus dicat per Malachiam: Vos me configitis, gens scilicet
Malat. 3.b tota. Ostēdit Hieremias quomodo summi sacerdotes & prin
Hier. 5.b cipes eum crudelius crucifigunt. Ibo, inquit, ad optimates, &
loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam domini, & iudicium
dei sui. Et ecce hi magis simul fregerunt iugum, ruperūt vin-
cula, & à propheta vsque ad sacerdotem omnes faciūt dolū.
Ecce quomodo summi sacerdotes & principes crucifixerunt
eum. Nos autem sperabamus quòd ipse esset redempturus
Israel, quod interpretatur videns deum. Per quod literati &
religiosi, qui specialius præ cæteris debent videre deū per in-
telligentiam & affectū signantur. Hinc est non minima cau-
sa tristitiæ nobis: quia etiam literati & qui videntur religiosi,
comparantur iumentis, & immūdiores facti sunt illis. Ipsi e-
nim nō solum spinis peccatorum suorum crucifigunt deum,
sed aliis facti sunt in prouerbiū & exemplū. Nos autem spe-
rabamus quòd ipse esset redempturus Israel. Nō esset doloris
materia, nec res tā stupenda, si plebs quæ non nouit legē, sola
caderet in errorem: quia reuelari posset per literatoru & re-
ligiosorum prudentiam, si ipsi non fuissent primi ad ruinam.
Nos autem sperabamus quòd ipse esset redempturus Israel.
H Nā si dicit regi, apostata, & vocat duces impios, si supplātet
optimates, & ducit sacerdotes inglorios: & ipsi forsitan non
sunt literati, & ignorātes legē domini, filij sunt diffidētię, nec
ipsi sumus in admirationē: sed de literatis stupemus, & qui
prætendunt habitum religionis, qui bonum verbum dei gu-
stauerunt, & donū cœleste, virtutēsque seculi vēturi, & ecce
vaccæ pingues Samarię facti sunt arbores autumnales eradi-
catæ, bis mortuæ, facti hostes in capite, qui docere debuerāt
viam vitæ. Nos autē sperabamus quòd ipse esset redēpturus
Israel. Et nūc super hæc omnia tertia dies est quòd hæc facta
sunt. Primus dies, quo crucifixus est Christus, persecutorū &
hæreticorū significat tēpus, qui primitiuā ecclesiam tormē-
torum asperitatibus vexauerunt, quæ corpus est eius. Secūda
dies, qua sepultus fuit, tempus figurat hypocritarū, qui Chri-
stū quasi sepultū in terra reputant, terrenis cōmodis & hono
ribus inhiātes, qui nullā nisi terrenę facilitatis gloriā pro suis
laboribus expectant. Super hæc omnia tertia dies est, in qua
debemus aliud grauius periculum considerare, scilicet in fal-
sis fratribus. Et in hac tertia die Christus debuerat resurre-
xisse: quia putabamus his diebus vbique diffundi virtutem
veræ fidei, & per loca religiosa charitatis radios dilatari, vt
post Orionas & Hyadas apparerēt interiora austri. Sed quia
penè omnes declinauerunt, & adhuc in iniquitatibus suis
Christum crucifigunt, super hæc omnia dolemus quia tertia
I dies est ex qua hæc omnia facta sunt. Sed & mulieres quædā
ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monu-
mentum, & non inuento corpore eius venerunt dicentes se
etiam visionem angelorū vidisse, qui dicūt eum viuere. Mu-
lieres piæ sunt cogitationes. Per monumentum clausterū re-
ligiosorum potest intelligi, in quo sumus Christo per tēpo-
ralium delectationum mortificationem, & sanctæ professio-
nis vinculum cōsepulti. Tunc mulieres vadunt ad monumē-
tum quærere dominū, quando cogitamus si saltē vel in claus-
tris religiosus sit requirens ac diligens deum. Ante lucē ve-
nerunt, & corpus eius non inuenerūt. O quàm dulce est an-
te lucem surgere ad quærendum dilectum. Dulcis est querēti
Cant. 3.a illum. In lectulo meo quæsiui per noctes quem diligit ani-
ma mea: quæsiui, & nō inueni illum. restat ergo vt vadam ad
monumentum, id est ad religiosorum clausterum, ad vigilias
clausteralium: quia ibi dilectum inueniam, etsi non secundum
corpus. Etenim si cognouimus secundum carnem Christum,
sed iam nunc non nouimus. Ciuitatem custodiunt isti vigi-
les, angeli sunt quorum visionem se vidisse asserunt mulie-
res, quæ dicunt eum venire, & per feruorem verę dilectionis
ostendunt Christum in suis cordibus habitare. Isti sunt vigi-
les obseruātes omni tempore custodias domini. Ipsi excu-
bant ad ostium tabernaculi, ipsi sunt Oriones & Hyades, &
interiora austri. Quàm delectabile est eis interesse vigiliis.
consurgunt de nocte in principio vigiliarum suarū, vt effun-
dant cor suum coram domino, & oratio eorum apud altissi-
mum. Ibi in medio iuuēcularum tympanistriarum principes
coniunguntur psallentibus. Ibi in excessu mentis Beniamin
adolescentulus, ibi resonat cœlestis simul concentus. Ibi sunt
K Seraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus clamātia, & Cherubim
sese versis vultibus in propitiatorium respiciētia. Ibi iubilāt
omnes filij dei, laudant dominū sidera matutina. Ipsi sunt ve-
re similes angelis, per studium angelicæ conuersationis. Ipsis
commissa est custodia monumenti, scilicet obseruātiæ regu-
lares claustri. Monumentum istud Christus non deserit, qui
nobiscum se promisit esse vsque ad cōsummationem seculi,
& tunc nos erimus secum cum nos acceperit ad seipsum. Mu
lieres se dicunt illum non inuenisse, sed visionem angelorum
vidisse, qui dicunt eum viuere, quotiens versamus in cogita-
tionibus nostris: quia etsi sunt vere similes angelis qui de die
in diem, & in nocte laudem domini decantant in terris, sicut
illi in cœlis: non tamen possident gloriā æternæ beatitudinis
summa sanctitate consummata. Paululum, inquit, cum per-
transissem eos, inueni quem diligit anima mea. Sed quid est
quod dicitur, terruerunt nos? Nō est terror qui incutiat hor-
rorem, sed qui nouam cordis parturiat exultationem vel ad-
mirationē. Dum enim cogitamus quàm felices deliciæ abū-
dant in clausterō, super hoc expauescit cor nostrum, & qua-
dam dulci reuerentia mouetur de loco suo. Et abierūt quidā
ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres
dixerunt, ipsum autem non inuenerunt. Abierunt quidam ex
nostris. Isti sunt affectus religiosę mētis, qui omnia sicut mu-
lieres inueniunt, non tamen reuertuntur, sicut de mulieribus L
legitur. Quando enim solis cogitationibus de amore religio-
nis tractamus in cordibus nostris, mulieres ad monumentū
vadunt & redeunt. Sed cum affectus mentis ad conuersionis
desideria conuertuntur: nō iam tantum mulieres, sed quidā
ex nostris ad monumentum vadunt, qui non reuertuntur, sed
nec ipsum inueniunt. Hoc autem experimēto cognoscimus:
quia cum feruore nouitij ad conuersionē venerimus, hic Ie-
sum inuenire nos æstimamus: quia perfectæ tranquillitatis &
sanctitatis gaudia apprehēdere nos speramus. Sed cum pro-
cessu temporis experimur miserias humanæ fragilitatis, tunc
recognoscimus quoniā non inuenimus dominum, visionem
tamen angelorum aspicimus, exempla scilicet feruentiū mo-
nachorum. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad cre-
dendum in omnibus quę locuti sunt prophetæ. Nōne hęc o-
portuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Scatu-
rire videntur hæc verba teneritudinem amoris, & quasi mu-
stum quod dirumpit nouas lagūculas, de medullis procede-
re diligentis. Dedit dominus voci suæ vocem virtutis, vt es-
sent hæc verba eius sicut malleus conterens petram, & sicut
ignis, testimonio Hieremię: Verba eius sicut ignis & malleus. *Hier.*
vt de igne ascendat virgula fumi ex aromatibus & puluere
pigmentarij, & cōterat malleus. Libet paululum ad suauita- M
tem historiæ mentis oculos inclinare. Dū interpretatur scri-
pturas, dum exponit Moysen & prophetas, procedens ex
ipsius ore mira suauitas mentes refrigerat mœrore & tædio
consternatas. Inæstimabilis redundabat in labiis Iesu sermo-
nis elegantia super mel & fauum, dulcescebat eius eloquium
super omnia aromata. Profectò ordinē cœli nouerat, & po-
nebat rationem eius in terra. Impleta gaudent viscera luctu
in lætitiam mutato. Iam refulget in conscientiis domini re-
surrectio. Resurgenti magis gaudere incipiunt, quàm cōdo-
luerāt crucifixo. Hinc est quòd appopinquauerunt castello
quò ibant: quia impleri cœperat desiderium consilio quod
quærebant. Et ipse se finxit longius ire, vt dum vellet eos de-
serere, dilectionis igne quo suauiter ardere cœperant, mira-
bilius æstuarent. Quid eos putas tunc animi habuisse, cum se
fingeret longius ire? Æstimo forsitan talibus eum querimo-
niis interpellasse: Ne decedas dulcissime, ne decesseris à no-
bis: sed adhuc de Iesu Nazareno sonet vox tua in auribus no-
stris. Loquere, quęsumus, de gaudio resurrectionis: mane no-
biscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies, sed
agemus vigilias noctis. Nō enim sufficit dies vt saturetur au-
ris auditu de dulcissimo Iesu. Et coēgerunt eum quia cohi-
bere se non poterat vis amoris. Nunc ad delicias reuertamur
moralitatis. O stulti & tardi corde ad credendum in omni-
bus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit Chri-
stum pati, & ita intrare in gloriam suam? Impletum est tem-
pus quod dixit dominus in euangelio: Vbi duo vel tres con- *Matth.*
gregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Con-

gregati

A gregati sunt in nomine eius duo, scilicet oratio & meditatio,
vt turtur & columba querimonias dulces submurmurent in
foramine petræ, in cauerna maceriæ, condolentes de domini
passione. Sed contra hęc sursurria, hęc deuota suspiria, tā gra
tiosa sunt in oculis eius qui scrutatur renes & corda, quòd
non possit diu abscondere multitudinem dulcedinis suę quā
abscondit timentibus & diligētibus se: sed sæpius per occul-
tam inspirationem, sæpius per scripturæ sacræ lectionē, talē
tristitiam in iubilum solet commutare. O stulti & tardi cor-
de ad credendum. Cogitanti mihi dulcedinem huius incre-
pationis, flere magis libet quàm aliquid dicere, quia quidam
mirifici odoris balsamus perflat areolam mentis meę. Dispu-
tare cum deo cupio: non quidem ex equalitate, sed exponen-
do fragilitatem humanæ conscientiæ. Domine, quotiens pas
sionis tuę amaritudinem in cordibus nostris ruminamus, to-
tiens de nobis expauescimus: quia dedisti metuentibus te si-
gnificationem, vt fugiant à facie eius. Si enim ex hoc mundo
transisti ad patrem cum tantis cruciatibus, quid fiet de nobis
peccatoribus? Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet?
Dum tales in oratione fundimus querimonias, consolatur
nos dulciter increpando illa vera & summa charitas per scri-
pturarum auctoritatem, seu per occultam inspirationem.
Quid de mea passione tam tristes estis? Nolite timere pusil-
B lus grex, passus sum vt vos gaudeatis. Thesaurizaui vobis
thesauros exultationis, quia thesaurizare debent parentes fi-
liis. Omnia enim opera vestra operatus sum vobis, resurre-
xi vt iubiletis. Dico vobis, cur nōn creditis? Incipiens à Moy-
se & prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis
quæ de ipso erant. Beati qui nouerunt gustu felicis experi-
entiæ, quàm dulciter, quàm mirabiliter in oratione & me-
ditatione scripturas dignatur dominus reuelare. Et quidem
scientiarum dominus est, potest eas si voluerit dispensare.
Incipiens à Moyse & prophetis interpretabatur illis in om-
nibus scripturis quæ de ipso erant. Hæc facit, quando cor-
da nostra illuminat radiis charitatis. Ille tenet & quæ latent,
& quæ patent in diuinis sermonibus, qui charitatem seruat
in moribus. De sola dilectione pendent Moyses & prophe-
tæ. Tunc appropinquamus castello quò tendimus, quia per
infusionem charitatis desideratum vitæ consiliū obtinemus.
Eccles. 7.c Ipse autem finxit se longius ire. Dixi, sapiens efficiar: & ipsa
sapientia recessit longius à me. Incipienti difficiles vię domi-
ni videntur, sed curritur per eas, dum cor cœperit dilatari:
vnde & coegerunt eum. Non enim leuiter ad perfectionis
culmen attingitur, sed paulatim virtutum gradibus ad apicē
charitatis per violentiam peruenitur. Coēgerunt eū. Ne mi-
reris si vim patitur regnum cœlorum, quando & ipse domi-
nus eorum. Si igitur quadam naturali duritia cor tuum sen-
C seris indeuotum: insta orationibus, intende meditationibus,
curre vbi est impetus spiritus, ne assensum carni dederis. In-
gere te vigiliis, per lachrymarum violentiam vince dominū
maiestatis, & dic ei: Mane nobiscum domine, quoniā adue-
sperascit, & inclinata est iam dies. Hanc clausulam multipli-
citer possumus intelligere, & in ea multas delicias inuenire.
Mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Cum prosperamus
in virtutū successibus, in die sumus. Cum nos obnubilāt tri-
bulationum angustię, incipit nobis aduesperascere. Cum tri-
stitia nos cōfundit, nobis aduesperascit. Et quia ad te confu-
gimus, qui solus laborem & dolorem consideras: mane no-
biscum, quoniā aduesperascit. Iam veniunt aquæ vsque ad a-
nimam. Iam deuotionis deliciæ vertuntur in miseriam, iam
omnes angulos mentis nostrę vētus tētationis concutit: ma-
ne nobiscum, quoniam aduesperascit. Tu tribulatis cordibus
es refrigerium, tu refugium, tu solatium: tua est potentia, tuū
est imperium. Intenti sunt ad te oculi omniū, te solum sitiens
anima concupiscit: mane nobiscum, quoniam aduesperascit.
Sine te nihil possumus facere. Tu solus carmina das in no-
cte, tu turris es fortitudinis à facie tribulantis. Tuæ pietatis
oculus circa ea quæ sub cœlo sunt respicit: mane nobiscum,
quoniam aduesperascit. Per te consurgit nobis ad vesperum
fulgor meridianus, & oritur vt lucifer cum nos cōsumptos
putamus. Non confunditur omnis qui in te confidit: mane
nobiscum, quoniam aduesperascit. Inclinata est iam dies, fa-
cti sunt vesperi longiores: quia appropinquante mundi ter-
mino superexcrescit iniquitas, & charitas refrigescit. Nē ex- D
tinguatur in nocte lucerna nostra: mane nobiscum, quoniam
aduesperascit. Vergente mundi vespere, solē iustitiæ, frigus
iniquitatis genus humanum opprimit. Omnes occupat nox
perfidiæ, lux veritatis deficit. Ne deficiamus cum deficienti-
bus: mane nobiscum, quoniam aduesperascit. Vitæ meæ iam
instat vespera, corpus cōsumit ægritudo perualida. Iam mors
minatur aspera. Timor & tremor totam conscientiam con-
cutit, terribilem sententiam iudicij pertimescit. Sed tu domi-
ne cui pater omne iudicium dedit, mane nobiscum, quoniam
aduesperascit. In manus tuas commēdo spiritum meum. Nē
tradas animam cōfitentem tibi potestatibus tenebrarum. In
te solo est salus nostra, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus.
De multitudine miserationis tuæ mens fiduciā concipit: ma-
ne nobiscum, quoniam aduesperascit. Vel per vesperam pos-
sumus intelligere vexatæ mentis refrigerium, vt omni feruo-
re tribulationis recedēte, oratio & meditatio trāquillū in ea
deo parent hospitium, vt eum cogant ad manēdum, & inui-
tent ad cœnādum, iuxta quod scriptum est: Si quis aperuerit *Apo. 3.d*
mihi ianuā, intrabo ad eū, & cœnabo cum eo, & ipse mecū.
Factus est sicut viator declinans ad manendū. Vnde & intra-
uit cum illis. Factum est autē cum recumberet cum illis, ac-
cepit panē & benedixit, fregit, & porrexit illis, & aperti sunt
oculi eorum, & cognouerunt eum. Panis iste panis est gratię. E
Hunc panē ipse per se accipit: quia nō quasi inferior, sed pa-
tri æqualis, dona gratię prout voluit non ad mensuram ăccē-
pit. Benedicit panem, quādo benedictionem suam nobis dat
legislator, vt eamus de virtute in virtutem. Frāgit & porrigit
illis: quia non volentis neque currentis, sed miserētis est dei.
Nec panem porrigit integrum, sed fructum, quia diuisiones
gratiarum sunt: sed idem dominus, qui sicut buccellas mittit
crystallum suam. Et quid est quod dicitur, aperti sunt oculi
eorum, & cognouerunt eum in fractione panis? In fractione
panis fit diminutio quædā & exinanitio. In fractione, virtu-
tem humilitatis intellige, per quā seipsum fregit, diminuit, &
exinaniuit ipse etiam qui panis est vitæ. Et quoniā se exinani-
uit, cognitionem suam nobis dedit. Ipse est panis desidera-
bilis quem per dies multos Daniel non comedit: quia multi *Dan. 10. d*
iusti & prophetę voluerunt videre & non viderunt incarna-
tam sapientiam dei patris. Multis æstuarunt suspiriis præ de-
siderio videndi filiū hominis, sed absc̄ditus erat in sinu pa-
tris. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis,
Sapiētia absc̄dita pauperis, & thesaur⁹ integer & occultus,
quę vtilitas in vtrisque? Frange domine esurienti panē tuum, *Eccls. 12. d*
panē teipsum, vt aperiātur oculi hominis, nec reputetur ho-
mini ad peccatū si voluerit esse sicut tu, scienś bonum & ma-
lū. Te cognoscat in panis fractione, qui ab initio voluit inte-
grum attentare vel attrectare. Frange te, vt sese discat frange-
re, quia non cognosceris nisi in fractione panis. Audiuit Ba- F
laam sermones dei, & visiones omnipotentis intuitus est: sed
cadebat apertis oculis, quia non cognoscebat dominū in fra-
ctione panis. Sic multos videtis hodie studētes in scripturis,
docentes in cathedris, prædicantes in ecclesiis, sed opera eo-
rum non concordant cum verbis. Cōfitentur verbis se nosse
deum, sed negant factis: quia non cognoscitur nisi in fractio-
ne panis. Et quidē nobis dominus factus est panis, & nos su-
mus panis eius. In sudore vultus sui dignatus vesci pane suo,
vt nostro vesceremur in gaudio. Si vis ipsum cognoscere, si-
cut se fregit, ita te frāge: quia qui dicit se in Christo manere,
debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Nō est in sermo-
ne regnum dei, sed in virtute. Frange igitur te ad laborē obe-
dientiæ, ad humilitatem pœnitentiæ. Porta in corpore tuo
stigmata Iesu Christi, formam serui accipiens, nō prælati. Et
cum te exinaniueris & fregeris, cognosces dominum in fra-
ctione panis. Sed quoniā cœpimus loqui de pane gratiæ: dū
frangitur, oculi aperiuntur, & dominus cognoscitur: quia cū
cæteris gratiarum donis infunditur virtus humilitatis. Tunc
eum cognoscimus, quia ex acceptis donis nos ei humiliter
subdimus, cū quicquid boni accepimus, ad ipsum referimus:
& sapiens attestatur quòd ab humilibus honoratur deus. Vi-
de quomodo dictis nostris cōcordet beatus Gregorius. Qui,
inquit, virtutes cæteras sine humilitate congregat, quasi pul-
uerem in ventum portat: & vnde ferre aliquid debuit, inde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdeterius sequitur. Vera ergo humilitas aperit oculos, dū virtutes cæteras per quas vento superbiæ poterat excæcari, frāgit & diminuit, & homo se ex se nihil esse cognoscit. Et quāto quis decrescit in despectione sui, tanto amplius proficit in cognitione dei. Vt ergo cognoscatur dominus in fractione panis, frangat homo si quas habet in se virtutes, frangat proprias voluntates, imitans illum qui pro nobis factus est obediens vsque ad mortem crucis. Et ipse euanuit ab oculis eorum. Mira res. Cū incipit magister cordi dulcescere, tunc fugit, vt de absentia sua faciat nos dulciter dolere. Tales sunt amoris deliciæ, oculi amoris ipsum faciunt auolare. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnulóque ceruorum, super montes aromatum. Ascēde super cherubim, & ambula super pennas ventorum. Esto tamen similis capreæ hinnulóq; ceruorū, vt oculos dilectionis tuę non auertas à nobis: etsi à nostris te subtrahis, qui humilia respicis, & alta à longe cognoscis. Et dixerunt adinuicem: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas? Clausula ista non est exponenda, sed ruminanda. Quotiēs in nobismetipsis marcescit anima nostra, & possident nos dies afflictionis, quotiens tædiis vel tentationum
H vulneramur sagittis: ad memoriam reuocemus quid aliquādo in oratione senserimus, quid in meditatione gustauerimus, qualiter locutus sit nobis dominus cum scilicet trāsmigraremus in delicias contemplationis. Nónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu? O dulcis ardor, dulcis splendor, dulcis amor. Ardor confortans, splendor illuminans, amor inebrians. Quàm dulciter ardes, quàm mirabiliter splendes, quàm sufficienter totum cor hominis imples? Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorāte, cum ardoribus sempiternis, cum iam non erit ignis in Sion, sed caminus in Hierusalem in splendoribus æternitatis? Tunc etiam recordabimur de hoc paruo igniculo quē sentimus in cōualle plorationis, cantabimus & psallemus, & dicemus adinuicem: Nónne cor nostrū ardens erat in nobis de Iesu? Cum sub paupertate degeremus militiæ regularis, & staremus ad psallendum in nocturnis vigiliis, & post vigilias absconditi incumberemus orationibus illis beatissimis interuallis, quàm magna tunc erat in cordibus nostris multitudo dulcedinis! Nónne cor nostrum ardēs erat in nobis de Iesu? Nónne nox erat illuminatio in deliciis? Nónne cor nostrum tunc ardens erat in nobis, cum in clausтro residentes meditaremur in silentio, quando secretò deus erat in tabernaculo nostro, cum super Hierusalem cor ascenderet, & cogitaremus patriæ gaudia, cum cōcentus cœli resonaret in conscientia? Nónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, cum diuinarum scripturarum dulcedine nostras reficeremus animas, inuenientes in illis mirabiles delectationes super omnes diuitias? Nóne nos tunc docebat vnctio Christi de omnibus, medullatas infundēdo nobis delicias? Nónne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loqueretur nobis in via? Et surgentes eadē hora reuersi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quia surrexit dominus vere, apparuit Simoni. Non incongrue eadem hora dicuntur surgere, quia non nisi ad horā nec ad horam quidem esse possunt in anima tales deliciæ: cito transeunt, abeunt, euanescunt. Ideo fugiunt, vt earum plenitudinem quæ debetur in patria, feruētius appetamus: ideo animum alliciunt & inflāmant, vt surgamus, non vt in Hiericho descēdamus. Ibi insidiantur, vt spolient vel necent descendentes. Sed nobili quadam superbia despicere debet hæc temporalia, quæ mutabilia sunt sicut luna, anima cœlestibus deliciis adsueta. Surgentes igitur oratio & meditatio reuertuntur in Hierusalem, cū post spiritualium deliciarum refectionem pacis intimæ possident quietem. Vndecim isti, qui in Hierusalem sunt congregati, dona septiformis spiritus, & quatuor principales virtutes possunt intelligi. Illi qui cum eis sunt, fides, spes, charitas, & si qua ibi sunt alia gratiarum dona dici possunt. Congregatos istos oratio & meditatio inueniunt, non congregauerunt: quia etsi pro posse nostro intendamus virtutibus congregādis, nihil sine patre luminum possumus, qui & velle & perficere in nobis operatur. Istis dū oratio & meditatio cōiunguntur, dicunt quia surrexit dominus verè, quando amāti conscientiæ insibilat gaudiū resurrectionis dominicæ. Sed K
quid vult sibi, quod subditur: apparuit Simoni? Videte ne forte propter nos dictum sit, qui specialiter filij sumus obedientiæ, qui sapientibus & insipientibus debitores sumus sine contradictione vocis, sine rancore murmurationis obedire. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, magnum lætitiæ cumulum parturiēs obedientibus, quia dominus apparuit Simoni, & ipsi soli speciali prærogatiua præ omnibus. O si deuotę mentis memoria reuoluamus, quàm dulcis sit eius apparitio obedientiæ filiis in illo agone terribili, & in illa hora miserabili, vbi cogitur anima a corpore separari. Non præsumimus quę nescimus adserere, possumus tamē piis imaginationibus tale aliquid cogitare. Forte aliquibus nunc apparet Christus cum vexillo obedientiæ, & ineffabili exultatione exhilarat obedientis animam in illa tribulatione: & his potest sermocinationibus consolari: Ne timeas fili obedientiæ, ne timeas intueri manus propter obedientiam cruci affixas: considera pedes expositos fixuris clauorum, & latus lancea perforatum: attende quòd propter obediētiam mortuus sum: & si propter fragilitatem humanæ conditionis obediētia tua sit minus aliquid perfectum habens, volo vt plenitudo meæ obedientiæ sit tuæ minus sufficientis obediētiæ supplementum. Quid in illa hora potest esse suauius tali consolatione? quid imprimi potest humano cordi dulcius? Ponite hæc super corda vestra filij obedientiæ, gaudete & exultate, quia surrexit dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eū in fractione panis. Extremam hanc clausulam referre possumus ad illa beatæ quietis gaudia, cum sedebit vnusquisq; sub vite sua, & sub ficulnea sua in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulēta: cum plateę Hierusalē sternentur auro, & per omnes vicos eius alleluia cantabitur, & implebitur infantibus & puellis sequentibus agnum quocūque ierit in vestibus albis. Tunc narrabimus quæ gesta sunt in via, quomodo cognouimus dominum in fractione panis, quàm dulciter nos humiliat hic in loco afflictionis, vt delicietur in cordibus nostris, qui secreta sua abscondit à sapientibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis. Tunc recordabimur periculorum in quibus versamur, tribulationum quibus affligimur, miseriarum quibus inuoluimur: & mirabiliter lętabimur, quia hęc omnia velut vmbra transierunt, & de splēdoribus in quibus erimus, ossa nostra iubilum germinabūt. Tunc plantabimus vineas in monte Samariæ, & audiemus vocem gaudij, & vocem lætitię, vocem sponsi, & vocē sponsæ, & videbimus gloriam regis, & decorem reginæ. Tunc læ- M
tabitur virgo in choro, diadema regni portans in capite suo, & ostēdet nobis fructum sanctissimi ventris sui. In humanitate nostra videbitur dominus maiestatis. Tunc videbit & affluet & mirabitur & dilatabitur cor nostrum, simul laudabimus: quia oculo ad oculum, aspectu contra aspectū videbimus, facie ad faciē cognoscemus, ore ad os colloquemur dicētes: Tibi domine potestas & imperium, tibi honor & gloria, te laudet omnis spiritus in secula seculorum, Amen.

In octaua paschæ, de tribus testimoniis in cœlo & in terra. Sermo I.

OMne quod natum est ex deo, vincit mūdū. Postquā. 1.Ioan.5.
vnigenitus dei nō rapinā arbitratus est esse se æqualē deo, hominis quoq; dignatus est fieri filius, & habitu inuētus vt homo, nō immeritò iā de cœlesti generatione exiguitas humana præsumit. Neq; enim indignū est deo, eorum fieri patrē, quorum se Christus fecerit fratrem. hinc est quòd beatus Ioannes (qui sæpius nobis ac studiosius hanc commendat adoptionem filiorum dei) in ipso quoque euangelij sui principio, Quotquot, inquit, receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Huic ergo verbo simile est *Ioan.1.*
quod audiuimus hodie de eius epistola recitari. Omne, in- *1.Ioan.5.*
quit, quod natum est ex deo, vincit mundum. Quotquot enim sunt Christi, cum Christo eos mundus odit, sed cum *Ioan.15.*
Christo superatur pariter & ab ipsis. Nolite, ait, mirari si *Ioan.16.*
odit vos mundus: scitote quia priorem me vobis odio habuit. Et item, Confidite, inquit, quia ego vicimundum. Sic *Rom.8.*
nimirum manifesta fit sermonis illius veritas, quem ait apostolus

Apostolus: Quos præscIuit, inquit (haud dubium quin deus pater) & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Vide conformationem. Post ipsum adoptantur, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: post ipsum odit mundus eos: post ipsum & ab eis vincitur mundus. Bene ergo quod natum est ex deo, vincit mundum, vt sit testimonium cœlestis generationis victoria tentationis: & sicut is qui filius est per naturam, mundum cum suo principe triumphauit: sic & nos victores inueniamur quotquot sumus filij adoptionis. Victores sanè, sed in ipso qui confortat nos, in quo & possumus omnia: quia hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Fide siquidem in dei filios adoptamur, fidem in nobis mundus in
Hebr.11. maligno positus odit atque persequitur, fide quoque & vincitur, sicut scriptum est: Sancti per fidem vicerunt regna.
Abac.2. Quidni attribuatur fidei victoria, cuius est etiam vita? Iustus, inquit, ex fide viuit. Quotiens ergo tentationi resistis, quotiens vincis malignum, noli propriis tribuere viribus, noli in te, sed magis in domino gloriari. Quando enim fortis ille armatus tuæ cederet infirmitati? Audi denique
1.Petr.5. quid dominici constitutus pastor ouilis admoneat: Aduersarius, inquit, vester diabolus tāquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Vides quemad-
Hebr.11. modum sibi veritatis testimonia cōcinant: Paulus fide regna
1.Petr.5. vicisse sanctos, Petrus principi mundi resistendū in fide, Ioā-
1.Ioan.5. nes quoque, Hæc est, inquit, victoria quæ vincit mundum, fi-
B des nostra. Sequitur: Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius dei? Certum id quidē fratres, omnem qui non credit in filium dei, ex hoc ipso iam nō modò victum esse, sed etiam iudicatum. Sine fide enim impossibile est placere deo. Veruntamen potest fortè mouere quòd tam multos videmus credentes Iesum filium dei esse, adhuc tamē mundi nihilo minus cupiditatibus irretitos. Quid ergo ait: Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quia Iesus est filius dei, cum & ipse iam mundus id credat? An nō ipsi quoque dæmones & credunt & contremiscunt? Sed dico: Putásne filium dei reputat Iesum, quisquis ille est homo, qui ipsius
Iaco.2. nec terretur comminationibus, nec attrahitur promissionibus, nec præceptis obtemperat, nec cōsiliis acquiescit? Nónne is etiā si fateatur se nosse deum, factis tamen negat? Porrò fides sine operibus mortua est in semetipsa. Nec sanè mirum videri potest si nequaquam vincit, quæ nec viuit quidem. Quæris quænam sit viuida & victoriosa fides? Illa sine dubio, per quam Christus habitat in cordibus nostris. Christus
Coloss.3. enim & virtus est & vita nostra. Cum Christus apparuerit vita vestra (ait apostolus) tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Vnde gloria nisi de victoria? Aut quare cum ipso apparebimus, nisi quia in ipso & vincimus? Denique si his tantum data est potestas filios dei fieri, qui suscipiunt Christum,
1.Ioan.5. de his quoque solis intelligendum est quod dicitur: Omnis
C qui natus est ex deo, vincit mundum. Inde est quòd hic quoque cum dixisset, Quis est qui vincit mundum nisi qui credit quia Iesus est filius dei? vt planius faceret eam commendari fidem, per quam (vt dictum est) Christus in cordibus nostris habitat, addidit continuo de ipsius aduentu dicens: Hic est
Vbi supra. qui venit per aquam & sanguinē Iesus Christus. Adhuc autem supereminentiorē viam ostendēs, Et spiritus est, inquit, qui testificatur quoniam Iesus est filius dei. Sanè quòd interponit signanter repetens, non in aqua solum, sed in aqua &
Exod.2. sanguine, ad Moysi differētiam arbitror accipiendum? Moyses quidem in aqua venit, à qua & nomen accepit vt Moyses vocaretur. Recolant quibus nota est historia veteris testamēti, quemadmodum in Aegypto dum paruuli omnes Israēlitici germinis necarentur, expositum in aquis Moysen tulerit filia Pharaonis. Et vide si non manifestè Christi & in hoc ipso videtur præcessisse figura. Simili nempe cum Pharaone etiam Herodes suspicione laborans, ad eadem conuersus est crudelitatis argumenta, sed eodem modo est & ipse delusus. Vtrobiq; pro vnius suspecta persona trucidatur numerositas puerorū: vtrobiq; qui quærebatur, euadit. Et quomodo Moysen filia Pharaonis, ita Christum quoque Aegyptus (quæ non immeritò Pharaonis intelligitur filia) suscepit conseruādum. Manifestè tamen plusquā Moyses hic, vtpote qui venerit non in aqua tantū, sed in aqua & sanguine. Aquę enim multę, populi multi. Venit ergo in aqua tantū, qui con- D
gregauit quidē populum, sed populum nō redemit. Nam & ipsa quoque de seruitute Aegyptia liberatio, non Moysi, sed agni sanguine facta est, liberandos nos præfigurās à vana nostra conuersatione huius seculi, sanguine agni immaculati Christi Iesu. Hic est verus legifer noster, apud quem copiosa est redēptio, mortuus est enim non tantū pro gente, sed vt filios dei qui dispersi erant, congregaret in vnū. Memento sanè hunc esse Ioānem, qui vidit, & testimonium perhibuit: & scimus quia verum est testimonium eius, exisse de latere domini dormiētis in cruce sanguinem simul & aquam: quo videlicet dormienti nouo Adæ noua de latere suo proferretur pariter & redimeretur ecclesia. Sic ergo hodie quoq; ad nos per aquam & sanguinē venit, vt sit aqua & sanguis testimonium aduentus eius, fideiq; victricis. Non solum autē, sed testimoniū est maius his quod perhibet spiritus veritatis. Horū trium testimonium verum certúmq; est, & felix anima quæ meretur illud accipere. Tres enim sunt qui testimonium dāt in terra, spiritus, aqua, & sanguis. In aqua quidem baptismum intellige, in sanguine martyrium, in spiritu charitatem. Spiritus enim est qui viuificat, & fidei vita dilectio. Denique si quæris, quid spiritui & charitati? respondeat Paulus: Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum san- *Rom.5.*
ctum, qui datus est nobis. Necessariò quoque spiritus addi- E
tur aquę & sanguini, cui (eodem apostolo teste) sine charitate *1.Cor.13.*
quicquid habeas, nihil prosit. Iam verò quia baptismum aqua, martyrium diximus sanguine designari: memento & vnicum & quotidianum esse baptismum, similiter & martyrium. Est enim & martyrij genus, & quædam effusio sanguinis in quotidiana corporis afflictione. Est & baptismus aliquis in cōpunctione cordis, & lachrymarum assiduitate. Sic quippe infirmis & pusillis corde necesse est, vt quem semel pro Christo ponere non sufficiunt, saltem mitiori quodam sed diuturniori martyrio sanguinem fundant. Sic & baptismi sacramentum quoniā iterari non licet, his qui sæpius in multis offendunt, frequenti oportet ablutione suppleri. Vnde &
Psal.6. propheta: Lauabo, inquit, per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Vis ergo nosse quis est qui vincit mundum? Quæ in eo vincenda sunt, diligentius intuere. Siquidem & hoc ipsum beatus iste Ioānes indi- *1.Ioan.2.*
cat, dicens: Charissimi, nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Omne enim quod in mundo est, cōcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Hæ sunt tres turmæ quas fecerunt Chaldęi: sed memini quo-
Gene.32. que sanctum Iacob fecisse tres turmas, cum timeret à facie Esau rediens de Mesopotamia. Et vobis ergo aduersus triplex genus tentationis triplici opus est muniméto, vt carnis quidem cōcupiscentia ipsius mortificatione vincatur (quam si meministis, in sanguinis testimonio diximus intelligēdam) F
oculorum verò concupiscentiam superet studium compunctionis, & assiduitas lachrymarum. Porrò ambitionis vanitatem virtus charitatis excludat, quæ sola castificat animum, sola purgat intentionē. Certum quippe triumphati mūdi testimoniū est, si corpus castiges, & subiicias seruituti, ne pernicioſa libertate seruiat voluptati, si fletui prębeas oculos magis quàm petulantiæ, vel curiositati, si deniq; spirituali dilectione flagrans nulli animum dederis vanitati. Meritò sane vnus est, qui in terra pariter & in cœlo testimoniū perhibet spiritus, quia siue corporis afflictio cessābit, siue lachrymarū fons exiccabitur, sed charitas nunquam excidit. Prælibatio quædam est in præsenti, cōsummatio & plenitudo in futuro manet. Veruntamen licet maneat post aquam & sanguinem spiritus, (aqua quippe & sanguis regnū dei non possidebunt) interim tamen aut vix aut nullo modo inuenire est spiritum sine illis, quoniam hi tres, inquit, vnum sunt: vt quolibet ex his tribus deficiēte, adesse cætera non præsumas. Simul verò iuncta testimonia ista credibilia facta sunt nimis, nec poterit cui in terris suppetūt hęc, carere testimonio vel in cœlis. Cōfitetur dei filium coram hominibus non verbo neq; lingua, sed opere & veritate: & filius quoq; confitebitur eum coram angelis dei. An verò ei deesse poterit in testimonio pater, cui filium videat attestantē? Sine dubio cōfitebitur & ipse quod viderit in abscondito. Sed neque spiritus quidem à patre fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lióque dissentiet, quippe qui patris filiíque sit spiritus. Denique quonã modo careat testimonio eius in cœlo, qui habere illud meruit & in terra? Tres ergo sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, & filius, & spiritus sanctus. Et ne quam forte dissonãtiam suspiceris, hi tres vnum sunt. Magnũ profectò habituri sunt testimonium quos in cœlo pater susceperit tanquam filios & hæredes, filius adsciuerit tanquã fratres & cohæredes, spiritus sanctus adhærentes deo vnum spiritũ faciat esse cum eo. Est enim spiritus ipse indissolubile vinculum trinitatis, per quem sicut pater & filius vnum sunt, sic & nos vnum sumus in ipsis, eo miserãte, qui pro discipulis hoc ipsum orare dignatus est, Iesu Christo domino nostro.

De iisdem testimoniis. Sermo II. Vnde supra.

EX epistola beati Ioannis hodie nobis est lectio recitata, in qua discimus testimonium dari triplex in cœlo, triplex in terra. Et quidem pro meo sapere illud stabilitatis, hoc reparationis est signum: illud angelos, istud homines: illud beatos à miseris, istud iustos discernit ab impiis. Angelis siquidem qui in prima illa præuaricatione superbiente Lucifero, in veritate steterũt, meritò testimonium perhibet visio trinitatis: hominibus, quos diuina miseratio saluat, spiritus, aqua, & sanguis. Quidni perhibeat testimonium pater à H quibus honoratus est vt pater? Tibi verò maligne sic loquitur: Si ergo ego pater, vbi est honor meꝰ? Careas omnino necesse est testimonio patris, cuius tibi gloriã vsurpare conaris, non honorare eum cupiens, sed æquare. Sedebo, inquit, in monte testamenti, & similis ero altissimo. Itáne modo creatus, patri spirituum considebis? Et certè necdum tibi dixit: Sede à dextris meis. Si nescis ô impudens, vnigenitus ille est, cui æterna generatione patris æqualitas collata est & consessus. Tu rapinam cogitãs esse æqualis deo, filio gloriam inuides, gloriam quasi vnigeniti à patre, vt ne ab ipso quidem testimonium merearis habere. An verò poterit detestato à patre & filio, vtriusq; spiritus attestari? Abominatur superbum profectò & inquietum, qui super quietum & humilem requiescit amator pacis: & vnitatis consecrator, aduersum te pro pace & vnitate zelatur. Quid mirum fratres si timemus ne fortè pusillam hanc vineam domini depasci singularis ferus incipiat? Quãtos enim cœlestis vineæ palmites prima illa singularitas conculcauit? Sed forte superbiam quidem in eo facile aduertistis, non autem singularitatem. Dico ergo. Vbi stabat vniuersitas angelorum, nunquid caruit singularitatis vitio, qui sedere velle præsumpsit? An fortè queritis vnde mihi nota sit hæc statio angelorum: Duos teneo idoneos I testes, quorum vterque quod vidit hoc testatur. Vidi dominum sedentem (ait Esaias) Seraphim autem stabant. Et Daniel, Milia, inquit, milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. An & tertium desideratis, vt in ore trium testium stet omne verbum? Apostolum profero, qui vsq; ad tertium raptus est cœlum, & rediens loquebatur: Nónne omnes administratorij sunt spiritus? Siccine vbi stant omnes, vniuersi ministrãt, tu pacis inimice sedebis? Planè contristas spiritum, qui habitare facit vnius moris in domo. Offendis charitatem, quia scindis vnitatem, rumpis vinculum pacis. Meritò proinde angelorum qui suum nec ordinem nec domicilium reliquere, charitati, vnitati, & paci spiritus attestatur, à quo sanè tua & inuidia & singularitas & inquietudo reprobatur. Et hæc quidem de eo testimonio, quod datur in cœlis. Est & aliud quod datur in terra, ad discernendos vtique qui in ea sunt exules, ab indigenis, hoc est cæli ciues à ciuibus Babylonis. Quando enim sine testimonio electos suos deserat deus? Aut certè quænam eis esse poterat consolatio inter spem & metum sollicitudine anxia fluctuãtibus, si nullum omnino electionis suæ habere testimonium mererentur? Nouit dominus qui sunt eius, & solus ipse scit quos elegerit à principio. Quis vero scit hominum, si est dignus amore, vel odio? Quod si, vt certum est, certitudo nobis omnino negatur, nunquid non tanto delectabiliora erũt, si qua fortè electionis huius signa posimus inuenire? Quam enim requiem habere potest spiritus noster, dum prędestinationis suæ nullũ adhuc testimonium tenet? Fidelis proinde sermo, & omni acceptione dignus, quo salutis testimonia commendantur. Hoc sanè verbo & electis consolatio ministratur, & subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidem signis vitæ, quisquis hæc negligit manifeste cõuincitur in vano accipere animam suam, & pro nihilo habere terram desiderabilem cõprobatur. Tres sunt, inquit, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Scitis fratres quia in primo homine peccauimus omnes, in ipso etiam cecidimus vniuersi. Cecidimus sanè in carcerẽ luto pariter & lapidibus plenum. Exinde iacebamus captiui, inquinati, conquassati, donec venit desideratus gẽtibus, qui nos redimeret, abluеret, adiuuaret. Hic est enim qui sanguinem proprium dedit in redemptionem, aquã simul produxit de latere suo in ablutionem, emisit deinde de excelso spiritum suum qui adiuuaret infirmitatem nostram. Vis ergo nosse an hæc aliquid operentur in te, ne forte reus sis sanguinis domini quem euacuas quantum in te est: sed & aqua ipsa quę debuerat mundare, in sordibus permanẽti iudicium damnationis accumulet: spiritus quoq; cui resistis, non liberet maledictũ à labiis suis. Cauendum enim ne sint tibi hæc infructuosa, quę necessariò essent pariter & damnosa. Quis est autẽ qui testimonium habet effusi non sine causa sanguinis Christi, nisi qui continet à peccatis? Seruus enim peccati est, qui peccatum facit: vt si deinceps continere potuerit, & iugum abiicere miserę seruitutis, certissimum sit testimonium redemptionis, quam operatur L sine dubio sanguis Christi. Verũ non sufficit peccatori cõtinẽtia, si non etiam adsit pœnitẽtia. Habet ergo & ab aqua testimonium, qui laborat in gemitu suo lauans per singulas noctes lectum suum. Sicut enim sanguis ille redemit vt non regnet peccatũ in nostro mortali corpore, sic aqua illa abluit ab his peccatis quæ commisimus antè. Sed quid erit quòd longo catenarum vsu & carceris habitatione crudeli confracti sumus, atque collisi defecimus in via vitæ? Inuocemus spiritum viuificatorem & adiutorem, cõfidentes quia dabit pater qui est in cœlis, spiritum bonũ petẽtibus se. Sane nouum superuenisse spiritum certissime conuersatio noua testatur. Iam vt breuiter repetam, à sanguine & aqua & spiritu habere est testimonium, si contines à peccatis, si dignos agis pœnitentiæ fructus, si facis opera vitæ.

In rogationibus, de tribus panibus.

QVis vestrum habebit amicum, &c. Quid est quòd amicum vnum perhibet aduenisse, nec tamen contentus est quærere panem vnum? Putásne tam voracem æstimabat amicum vt non posset vni sufficere panis vnus? Nam vni quidem tres apponere panes, inconse- M quens omnino videtur. Puta ergo cum vxore & mancipio hominem aduenisse, vt suum cuique panem apponere velit amicus. Ego quidem amicum venientem ad me, non alium intelligo quàm meipsum. Nemo quippe charior mihi, nemo germanior est. Ad me ergo de via venit amicus, cum trãsitoria deserẽs, ad cor redeo: sicut scriptũ est: Redite præuaricatores ad cor. Deinde tũc verè sibi quisque amicus est, cum de via redit, quoniam qui diligit iniquitatem, odit animã suam. A die itaque cõuersionis meæ, de via ad me venit amicus. Venit de regione lõginqua, vbi pascere porcos, & ipsorũ siliquas insatiabiliter esurire solebat. Venit fame laborãs, cõfectus inedia, attenuatus ieiunio. Venit necesse habens inuenire amicum, sed heu me pauperem elegit hospitem, & vacuum ingreditur habitaculum. Quid faciam huic amico misero & miserabili? Omnino enim nõ habeo quod ponam ante illum. Fateor amicus est, sed ego mẽdicus. Quid venisti ad me amice in necessitate tanta? Non sum medicus, & non est in domo mea panis. Festina inquit, discurre, fuscita amicũ tuum illum magnum, quo maiorẽ dilectionem nemo habet, sed neque substantiam ampliorem. Quære, pete, pulsa, quia omnis qui quęrit inuenit, & qui petit accipit, & pulsanti aperietur. Clama & dic, amice commoda mihi tres panes. Qui sunt isti panes fratres? Vtinam mereamur accipere eos. Forte enim & ipsos nemo scit, nisi qui accipit. Credo tamẽ petẽdos nobis esse tres panes, veritatis, charitatis, fortitudinis. His tribus egere me fateor, veniente ad me amico de via, veniẽte autem

A te ad me amico de viã, veniente autem (vt dixi) cum vxore & mancipio. Deficit quippe ratio mea (ipsa est enim vir) præ ignorantia veritatis, languet & voluntas præ inedia affectionis, infirmatur caro præ inopia fortitudinis. Nam & ratio minus intelligit quæ agenda sunt, & voluntas minus diligit intellecta, & ad hæc etiam corpus quod corrumpitur aggrauat animam, vt non quæcunq; volumus, illa faciamus. Aruit cor meum, etiã & corpus meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Neque enim paterer hunc defectum, si iugiter exercitata esset ratio in inquisitione veritatis, voluntas in desiderio charitatis, caro in operatione virtutis. Commoda ergo mihi amice tres panes, vt intelligam, vt diligam, vt faciam *Psal.29.* voluntatem tuam. Sic enim viuitur, & in talibus vita spiritus mei: dicente scriptura: Quoniam vita in voluntate eius.

In ascensione domini, de euangelica lectione. Sermo I.

Mar.16. REcumbentibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus. Apparuit verè benignitas & humanitas saluatoris. Multam enim fiduciam præstat, quòd libentius assit orationi incumbẽtibus, quando nec recumbẽtibus quidem dedignatur adesse. Apparuit inquam benignitas eius qui cognouit figmentum nostrum, nec dedignatur necessitates nostras, sed miseratur, si tamẽ curam car- *I.Cor.10.* nis in desiderio facimus, sed in necessitate. Quod cõsiderans B idem apostolus, Siue manducamus, inquit, siue aliquid aliud facimus, omnia in gloriam domini faciamus. Potest tamen quod recumbẽtibus apparuit, ad id quoq; referri, quod alibi calumniantibus Iudæis aduersus discipulos non ieiunantes, *Matt.9.* Non possunt, inquit, filij sponsi lugere quandiu cum eis est sponsus. Sequitur. Et exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Audis Christum discipulos increpantem, imò (quod durius sonat) etiam exprobrantem, nec quandocunq;, sed ea hora qua eis corporalem præsentiã subtracturus, videri poterat magis ab increpatione parcere debuisse. Noli ergo 4 indignari decætero si te quoq; aliquando Christi vicarius in- *Christus increpat apostolos.* crepauerit. Id enim exhibet quod ascẽsurus ab eis in cœlum, suis Christus legitur exhibuisse discipulis. Sed quid est fratres quod dicit, his qui viderant eum resurrexisse, non crediderũt? Aut qui fuere, quorum beati oculi glorioſum resurrectionis dominicæ meruerunt videre miraculum? Neque enim resurgentẽ illum quisquam legitur aut creditur vidisse mortaliũ. Restat ergo de angelis accipiendũ, quibus vtiq; resurrectionis testimonium perhibentibus, apostolorum pusillanimitas *Psal.118.* hęsitauit. Iam verò vt faciat quod scriptum est, Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: visitationis gratiã, exprobrationis cẽsuram prædicationis quoque doctrina sequatur, *Mar.16.* & dicat: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Sed C quid ad hæc dicemus fratres? Magna nimis videtur' secularibus hominibus in hoc verbo data fiducia, vereórque ne dare eam incipiant in occasionem carnis, blandientes sibi plus quàm oporteat sine operibus de baptismo & credulitate. Ve- *Vbi supra.* runtamen cõsideremus quod sequitur: Signa autem eos qui crediderint, hęc sequẽtur. Nec minor fortasse videbitur ipsis quoque religiosis ex hoc verbo prouenire desperatio, quàm ex verbo priore vanæ spei data secularibus occasio videretur. Quis enim ea quæ in præsenti loco scripta sunt signa videtur habere credulitatis, sine qua nemo poterit saluari, quo- *Esai.40.* niam qui non crediderit, condemnabitur, & sine fide impossibile est placere deo? Quis inquam dæmonia eiicit, linguis nouis loquitur, serpentes tollit? Quid ergo? Si nemo hæc habet, aut perpauci nostris videtur habere temporibus, aut nemo saluabitur, aut hi soli qui his muneribus gloriantur, quæ non tam merita sunt quàm indicia meritorum, adeo vt multi dicentes, Nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in no- *Matt.7.* mine tuo virtutes multas fecimus? audire habeãt in iudicio, *Matt.7.* Nescio vos, discedite à me operarij iniquitatis. Vbi est quod *Rom.2.* ait apostolus cũ de iusto iudice loqueretur, Qui reddet vnicuique iuxta opera sua: si (quod absit) quærenda sunt in iudicio signa potius, quàm merita? Sunt tamen & ipsa merita signa quędam certiora vtique & salubriora. Nec difficile arbitror nosse quemadmodum intelligi signa possint præsentia, vt sint indubitata signa credulitatis, ac per hoc & salutis. Pri- D mum enim opus fidei per dilectionem operantis, cordis cõ- *In compunctione eiiciuntur dæmonia.* punctio est, in qua sine dubio eiiciuntur dæmonia, cum eradicantur è corde peccata. Exinde qui in Christũ credunt, lin- *cum turba* guis loquuntur nouis, cum iam recedunt vetera de ore eorũ, *monia.* nec decætero vetusta protoparentum lingua loquuntur declinantium in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Vbi verò compunctione cordis, & oris confessione priora sunt deleta peccata, ne recidiuum patiãtur, & iam sint posteriora peiora prioribus, serpentes tollant necesse est, id est vt venenatas suggestiones extinguant. Quid tamen agendum, si qua fortè radix pullulat, quæ tam velociter nequeat extirpari, sed stimulat animum concupiscentia carnis? Profectò si mortiferum quid biberint, non eos nocebit: quoniam iuxta saluatoris exemplum, cum gustauerint, nolent bibere: id est, cum senserint, nolent consentire. Sic enim non eos nocebit, quia nulla damnatio est his qui sunt in Christo Iesu, concupiscentiæ sensus absque consensu. Quid tamen? Molesta certè & periculosa sic corruptæ & infirmæ affectionis lucta: sed qui crediderint, super ægros manus imponent, & bene habebũt, id est, ægras affectiones bonis operibus operiẽt, & hoc remedio curabuntur.

Item in die ascensionis, quomodo ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Sermo secundus.

E SOlennitas ista fratres charissimi gloriosa est, &, vt ita dicam, gaudiosa, in qua & singularis Christo gloria, & nobis spiritalis lætitia exhibetur. Consummatio enim & adimpletio est reliquarum solennitatum, & felix clausula totius itinerarij filij dei. Qui enim descendit, ipse est & qui ascendit hodierna die super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Iam enim cum se dominũ vniuersorũ quæ sunt in terra & in mari & in inferno, probasset, non restabat, nisi vt aëris & cœlorum se esse dominum argumentis similibus vel certè potioribus approbaret. Terra enim cognouit dominum, quia ad vocem virtutis eius cum elamasset magna voce, Lazare veni foras, mortuum reddidit. Cognouit mare, quia solidum se præbuit sub pedibus eius, ita vt apostoli eum putarent phantasma esse. Cognouit infernus, cuius ipse portas æreas & vectes ferreos confregit, vbi & ligauit illum insatiabilem homicidam qui vocatur diabolus & Satanas. Profecto qui mortuos suscitauit, leprosos mundauit, cæcos illuminauit, claudos firmauit, & omnes exufflauit infirmitates, dominus omnium fuit, & eadem manus qua fecerat, quæ defecerant reficiebat. Sic & qui in ore piscis cum ipso pisce staterem inueniri prædixit, patet proculdubio quia maris & omnium quæ in mari mouentur, dominus fuit. Qui verò traduxit aërias potestates, & affixit eas cruci suæ, claret quia super infernales officinas potestatem accepit. Hic est enim qui per- F transiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, qui stetit in loco campestri vt doceret turbas, ante præsidem vt alapas sustineret, toto tempore quo in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus, in laboribus multis, stans & operans salutem in medio terræ. Ad claudendam igitur tunicam tuam inconsutilem domine Iesu, ad perficiendam fidei nostræ integritatem, restat vt videntibus discipulis per medium aëris sicut aëris dominus ascẽdas super omnes cœlos. Extunc probabitur quia dominus vniuersorũ tu es, quia omnia in omnibus adimplesti, & iam tibi profecto debebitur vt in nomine tuo omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur quia tu es in gloria & in dextera patris. In hac dextera sunt delectationes vsque in finẽ: & ideo monet apostolus vt quæramus quę sursum sunt, vbi Christus est in dextera dei sedens: quia illic *Colos.3.* profectò thesaurus noster est Iesus Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid tamẽ putatis fratres, quantus dolor & timor irruperit apostolica pectora, cum eum viderunt à se tolli, & attolli in aëra, nó scalis adiutum, non subleuatum funibus, etsi angelico comitatum obsequio, non tamen fultum auxilio, sed gradientem in multitudine fortitudinis suæ? Impletũ est quod eis dixerat: Quò *Ioan.8.* ego vado, vos non potestis venire. Quocunque enim terra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grum iisset eũ,indiuisibiliter sequerẽtur:mare(sicut Petrus fecit aliquando)cum eo etiam submergendi intrarent:sed hàc
Sapien.9. sequi nõ poterãt:quia corpus quod corrũpitur,aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitãtem.Dolor ergo nimius erat,quia videbãt illũ(propter quẽ omnia reliquerant)à suis sensibus & aspectibus tolli, vt nõ possent ablato à se sponso,filij sponsi non lugere,timor,quia orphani relinquebantur in medio Iudæorum nondum confirmati virtute ex alto. Benedicens ergo eis ferebatur in cœlum,fortè concussis illius singularis misericordię visceribus, cum miseros suos & pauperẽ suam scholam relinqueret,nisi quòd veniebat parare eis locum,& quia expediebat vt præsentiam eis subtraheret corporalẽ.Quàm felix,quam digna ista processio,ad quã ne ipsi quidẽ adhuc apostoli digni fuerunt admitti,cum & animarũ sanctarũ,& cœlestium virtutũ triumphali pompa deductus ad patrem, sedet à dextris dei. Nunc verè adimpleuit omnia, qui natus est inter homines, cũ hominibus cõuersatus est,ab hominibus & pro hominibus passus & mortuus est,resurrexit, ascendit,sedet ad dexterã dei.Agnosco tunicã desuper contextã per totũ,quã superna illa mansio claudit,vbi adimpletus est & adimpleuit omnia dominus Iesus Christus.Verũtamen quid mihi & solẽnitatibus istis?Quis me consolabitur domine Iesu,quia te non vidi in cruce suspẽsum,plagis liuidũ, pallidum morte, quia non sum crucifixo cõpassus,obsecutus mortuo,vt saltẽ lanchrymis meis loca illa vulnerũ delinirẽ? Quomodo me dereliquisti insalutatum, cum formosus in stola tua rex gloriæ in alta cœlorum te recepisti? Prorsus renuisset consolari anima mea,nisi me angeli in voce exultationis prœuenissent,qui dixerũt:Viri Galilæi quid statis aspiciẽtes in cœlũ? Hic Iesus
Act.1. qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntẽ in cœlum,sic inquiunt veniet.Ergõ ne veniet quærere nos in illa tam singulari quàm vniuersali processione, cum præcedentibus omnibus angelis & subsequentibus hominibus vniuersis descendet iudicare viuos & mortuos?Proculdubio veniet, sed quomodo ascendit, non quomodo ante descendit.Humilis enim prius venit animas saluare,sublimis autẽ veniet cadauer istud resuscitare,& cõfigurare corpori claritatis suæ,vt infirmiori huic vasculo abũdantiorem impendere videatur honorẽ. Tunc enim videbitur cũ potestate magna & maiestate,qui prius in infirmitate carnis latuerat.Intuebor & ego eum sed non modo:videbo eum,sed non prope:ita vt hęc secunda glorificatio priori glorificationi propter excellentem gloriam manifeste præluceat.Manipulus primitiarum nostrarum Christus oblatus
I est,ad dexterã patris assumptus, & assistit nũc vultui dei pro nobis.Sedet autẽ ad dexteram habens in dextera misericordiam,in sinistra iudiciũ,& misericordiam multam nimis, & iudicium multum nimis:in dextera aquam,in sinistra ignem immobiliter tenẽs. Et quidem corroborauit misericordiam suam super timentes se secundum altitudinem cœli à terra, vt maiores cumulos miserationum domini sentiãt quàm sit spatij inter cœlum &terrã,propositum nãque dei super illos manet immobile, & misericordia domini ab æterno & vsq; in æternum super timentes eum. Ab æterno per prædestinationem,in eternũ per glorificationẽ.Similiter & in reprobis terribilis est super filios hominũ,& vtrinque stat fixa sententia æternitatis,& in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Quis scit si omnium vestrũ quos hic video, nomina scripta sunt in cælis,& in libro prędestinationis annotata? Vocationis enim& iustificationis vestrę aliqua signa mihi videor intueri in cõuersatione huius tantæ humilitatis.Quanto putas gaudio replerentur omnia ossa mea,si id scire contingeret? Sed nescit homo vtrum sit dignus amore, an odio. Propterea dilectissimi perseuerate in disciplina quam suscepistis,vt per humilitatem ad sublimitatem ascẽdatis,quia hæc est via, &nõ est alia prẽter ipsam.Qui aliter vadit,cadit potiꝰ,quam ascendit, quia sola est humilitas quæ exaltat, sola quæ ducit ad vitam.Christus enim cum per naturam diuinitatis nõ haberet quòd cresceret vel ascẽderet, quia vltra deum nihil est, per descẽnsum quomodo crescere inuenit,veniẽs incarnari pati,mori,ne moreremur in eternum:propter quod deus exaltauit illum, quia resurrexit, ascẽdit,sedet ad dexteram dei.

Vade & tu fac similiter.Neq; enim ascendere potes,nisi de- K
scenderis, quia vt æterna lege fixũ est, Omnis qui se exaltat, *Mat.23.*
humiliabitur: & qui se humiliat,exaltabitur.O peruersitas,ô abusio filiorum Adam,quia cum ascendere difficilimum sit, descendere autem facilimum, ipsi & leuiter ascendũt,& difficilius descendunt,parati ad honores & celsitudines graduũ ecclesiasticorum ipsis etiam angelicis humeris formidãdos: Ad sequendum autem te domine Iesu vix inueniuntur qui vel trahi patiãtur,qui velint duci per viam mandatorũ tuorum.Alij enim trahuntur,qui possunt dicere,Trahe me post *Cantic.1.*
te.Alij ducũtur,qui dicũt: Introduxit me rex in cellaria sua. Alij rapiuntur,sicut apostolus raptus est ad tertiũ cœlum.Et primi quidem felices, qui in patientia sua possident animas suas:secundi feliciores, quia ex voluntate sua confitentur ei: tertij felicissimi,qui in profundissima dei misericordia, quasi quodammodo sepulta iam arbitrij sui potestate,in diuinas gloriæ in spiritu ardoris rapiuntur,nescientes siue in corpore,siue extra corpus,hoc solũ sciẽtes,quòd rapti sint. Beatus qui vbique te ducem habet domine Iesu, non illum refugam spiritum,qui statim ascendere voluit,& tota diuinitatis *Ioan.14.*
dextera percussus est.Nos autẽ populus tuus,& oues pascuę L
tuæ sequamur te,per te ad te:quia tu es via, veritas,& vita: via in exemplo,veritas in promisso,vita in prẽmio. Verba enim æternæ vitæ habes, & nos cognoscimus & credimus *Ioan.6.*
quia tu es Christus filius dei viui,qui es super omnia deus benedictus in secula.Amen.

De intellectu & affectu Sermo tertius, vnde supra, & legitur in octauis.

HOdie cœlorum dominus,cœlorum alta cœlesti potentia penetrauit,& infirma,carnis tanquã nubila quædam excutiens,induit stolam gloriæ.Eleuatus est Sol in ortu suo, incaluit & inualuit. Dilatauit & multiplicauit radios super terram,nec est qui se abscondat à calore eius.Rediit ad regionem sapientię sapientia dei,vbi omnes bonum & intelligũt & requirunt, intellectu perspicacissimi, affectu paratissimi ad audiendam vocem sermonum eius.Nos autem in regione ista sumus vbi plurimũ est malitiæ, sapientiæ parũ: quia *Sapien.9.*
corpus quod corrumpitur,aggrauat animã,& deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Per sensum hic ego arbitror intellectum designari: qui tunc verè deprimitur, cum multa cogitat, cum non colligit se circa illam vnam & vnicam meditationem quæ cõcipitur de ciuitate illa cuius participatio eius in idipsum. Huiusmodi intellectum oportet deprimi & distrahi per multa,multis & multiplici- M
bus modis. Animam verò hic æstimo dici affectiones quæ corrupto corpore diuersis passionibus afficiuntur,quę mitigari nunquã possunt(ne dicã sanari)donec volũtas vnũ quęrat,& tendat ad vnum .Duo ergo sunt quę in nobis purganda sunt,intellectꝰ & affectus:Intellectus vt nouerit,affectus *Sapien.9.*
vt velit. Felices & verè felices illi duo viri Helias & Enoch, quibus omnes materię & occasiones ablatę sunt quę eorum intellectum impediant vel affectũ, quia soli deo viuẽtes nec nouerunt nisi deũ,nec cupiunt nisi deũ. Deniq; & de Enoch legitur quia raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Intellectus noster turbatus erat,ne dicã cęcatus:affectus inquinatus erat,& multũ inquinatus :sed Christus intellectũ illuminat, spiritus sanctus affectum purgat.Venit enim filius dei,& tot & tanta mirabilia in mundo operatus est,vt non immeritò intellectum nostrum ab omnibus mundanis rebus euocauerit vt semper cogitemus,& nunquam cogitare sufficiamus,quia mirabilia fecit.Verè latissimos nobis ad spatiandum intelligẽtiæ campos dereliquit:& torrens cogitationum istarum profundis- E Ecc.42.
simus est,qui iuxta prophetam non possit transuadari.Quis enim sufficiat cogitare qualiter rerum dominus prœuenerit nos,venerit ad nos,subuenerit nobis,& singularis illa maiestas voluerit mori,vt viueremus,seruire,vt regnaremus,exulare,vt repatriaremus,& vsq; ad seruilissima opera inclinari, vt constitueret nos super omnia opera sua?Talem se obtulit apostolis apostolorũ dominus,vt iam non inuisibilia dei per ea quę facta sunt intellecta conspicerent,sed ipse facie ad faciem videretur,qui omnia fecit. Et quia discipuli carnales erant,

A erant,& deus spiritus est,nec bene conuenit spiritui & carni, vmbra corporis sui temperauit se eis,vt obiectu viuificę carnis viderent verbum in carne, solem in nube, lumen in testa,
Thren.4. cereum in laterna. Spiritus enim oris nostri Christus dominus,cui diximus,In vmbra tua viuemus inter gẽtes.In vmbra inquit,tua inter gentes,nõ inter angelos, vbi purissimum lumen purissimis oculis intuebimur. Vnde & virtus altissimi obũbrauit virgini,ne nimio splendore præstricta, diuinitatis fulgur etiã illa singularis aquila tolerare non posset. Ad hoc autem carnẽ eius proposuit,vt omnem cogitatum eorum ab humanis rebus ad carnem suam(qua & mirabilia dicebat, & mirabilia faciebat) adunaret, & sic de carne trãsferret ad spiritum,quia spiritus est deus:& eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Non tibi videtur eis intellectum illuminasse,cum aperuit illis sensum vt intelligerẽt scripturas,ostẽdens quia hæc oportebat Christum pati,& resurgere à mortuis,& ita intrare in gloriam suam?Sed illi sanctissimæ carni eius assuefacti, verbum de discessu eius audire nõ poterãt,vt eos relinqueret,pro quo omnia reliquissent.Quare hoc?Quia intellectus illuminatus erat, sed nõdum purgatus affectus.Vnde & benignus magister blãdè eos ac dulciter
Ioan.16. consolabatur, dicens: Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus nõ veniet ad vos. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Quid est quòd
B Christo commorante in terris, spiritus sanctus ad eos venire non potuit? An carnis illius consortium abhorrebat,quæ de ipso & per ipsum in virgine & de virgine matre cõcepta erat & nata? Absit:sed vt ostenderet nobis per quã ambularemus viam,formam apponeret cui imprimeremur.Et ille quidẽ illis plorantibus eleuatus in cœlum,spiritum sanctũ misit, qui affectũ eorum,id est voluntatẽ mundauit,imò potius alteravit,vt iam magis dominũ velint ascendisse, quàm prius detinuisse voluerant.Impletum est quod eis prædixerat, Vos autem cõtristabimini,sed tristitia vestra conuertetur in gaudiũ. Sic ergo eorum intelligentia per Christum illuminata est, & voluntas emũdata per spiritum:vt sicut bonum nouerint, sic & velint,quod solum perfecta religio vel religiosa perfectio est. Recordor nunc Heliæi sancti, qui cum Helias dixisset
4.Reg.2. vt in discessu vel ascensu suo postularet quod vellet, respondit:Oro vt fiat spiritus tuus duplex in me. At ille: Rem difficilem postulasti: attamen si videris quando tollar à te, erit quod petisti. Nonne tibi videtur Helias ascendentis domini signare personam, Heliæus vero chorum apostolicum in ascensione Christi anxiè suspirantem?Sicut enim Heliæus ab Helia nullo pacto auelli poterat, sic nec apostoli à Christi præsentia poterãt separari.Vix enim tandẽ eis persuasit, quia sine fide impossibile esset placere deo. Quis est ergo spiritus iste duplex qui quæritur,nisi illuminatio intellectus, & affec-
C tus purgatio? Res difficilis,quia rarus in terris est qui illum habere mereatur. Attamen,inquit,si videris quãdo tollar à te erit quod petisti.Nihil est quod propter hoc habeãt perdere vel debeant alũni tui domine Iesu, quia vidẽtibus illis es eleuatus in cœlũ,& desiderãtibus oculis te sequuti sunt gradiẽtẽ in multitudine fortitudinis tuę.Vel certè spiritũ duplicem
Ioan.14. dicere possumus illud quod saluator ad discipulos ait: Qui credit in me,opera quę ego facio,& ipse faciet,& maiora horũ faciet.Nonne maiora Christo per Christũ tamen fecit Petrus,de quo legitur quia in plateis ponebantur infirmi in lectulis,vt veniente Petro saltẽ vmbra illius obumbraret quẽquam illorum,& liberarentur ab infirmitatibus suis?Nusquã enim dominus vmbra sua inuenitur infirmitates sanasse. Nõ dubito ego intellectũ omnium vestrũ qui hic estis, illuminatum esse: sed non affectum æquè esse purgatũ,manifestis approbabo cõiecturis.Omnes quod bonũ est nostis, & viã per quam incedere,& quomodo in ea incedere debeatis, sed voluntas non vna est. Quidã enim ad omnia viæ & vitæ huius exercitia nõ solùm ambulant sed & currunt, imò potius volant,vt eis & vigiliæ breues, & cibi dulces, & panni suaues, labores non solùm tolerabiles, sed & appetibiles videantur. Alij autem non sic,sed corde arido & affectione recalcitrãte, vix trahuntur ad hæc, vix gehennali timore compelluntur. Quosdam nec compellimus quidem, quibus frons mulieris meretricis facta est,& nolunt erubescere. Sunt iterum multi inter nos qui de vno pane comedunt nobiscum, dormiunt B
nobiscum,cantant nobiscum,laborant miseri & miserabiles, vtpote socij tribulationis,sed consolationis nõ ita. Nunquid abbreuiata est manus domini, vt omnibus donare nõ possit, qui aperit manum suam,& implet omne animal benedictione? Quid ergo in causa est? Illud omnino, quia non vident Christum cum tollitur ab eis, id est, non cogitant quomodo eos orphanos reliquerit,quòd peregrini & aduenę sint super terram,quòd tandiu fęculẽti corporis horrido carcere teneantur,& nõ sint cum Christo. Huiusmodi autẽ si diu ita permanserint sub onere,aut opprimuntur & succumbunt, aut quodammodo in inferno sunt, vt nũquam ad plenum respirent in luce miserationum domini,nec in libertatem spiritus, quæ sola facit iugum suaue, & onus leue. Inde autẽ tam pernicioſa tepiditas emanat,quia affectus,id est voluntas eorum nondum purgata est, nec bonum sic volunt sicut nouerunt,à propria concupiscentia abstracti grauiter & illecti. Amant enim in carne sua terrenas consolatiunculas,siue in verbo,siue in signo,siue in facto,siue in aliquo alio: & si hæc interrũpunt aliquando,non tamen penitus rumpunt. Inde est,quòd rarò affectiones suas dirigũt in deum,& eorum compunctio non continua sed horaria est. Impleri autem visitationibus domini anima non potest, quæ distractionibus subiacet: & quãto magis illis euacuabitur,tãto amplius istis implebitur: si multum,multum,si parum, parum. Vel certè si magis pro- E
bas,nunquam istæ illis misceri poterũt in æternum, quia vbi vasa vacua non inuenit oleum, stare necesse est: nec mittunt vinum nouum nisi in vtres nouos,vt ambo cõseruentur.Neque enim spiritus & caro,ignis & tepiditas in vno domicilio commorantur, præsertim cum tepiditas ipsi domino soleat vomitum prouocare.Si enim apostoli adhuc carni dominicę inhærentes,quæ sola sancta(quia sancti sanctorum) erat, spiritu sancto repleri nequiuerunt donec tolleretur ab eis: tu carni tuæ (quæ sordidissima est, & diuersarum spurcitiarum phantasiis repleta)astrictus & conglutinatus, illum meracissimum spiritum te posse putas suscipere,nisi carneis istis cõsolationibus funditus renunciare tentaueris?Reuera cũ inceperis,tristitia implebit cor tuũ: sed si perseueraueris, tristitia tua cõuertetur in gaudiũ.Tunc enim purgabitur affectus, & volũtas renouabitur,vel potiꝰ noua creabitur:vt omnia quæ primò difficilia imò impossibilia videbãtur, cum multa percurrãtur dulcedine & auiditate.Emitte,inquit, spiritũ tuum, *Psal.103.*
& creabuntur,& renouabis faciem terræ. Sicut per faciẽ exterior homo cognoscitur, sic per voluntatẽ demõstratur interior.Emisso ergo spiritu creatur & renouatur facies terræ, id est,terrena voluntas fit cœlestis,parata ad nutũ citius obedire.Beati qui tales sunt: qui nõ solum malum non sentiunt, sed in mira quadã cordis dilatatione cõmorãtur. De illis enim F
quos supra cõmemorauimus,terribiliter ait deus:Nõ permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt, id est *Gene.6.*
carnales: & quicquid in eis spiritus fuerat, in carnẽ euanuit. Quia igitur charissimi hodierna dies est in qua spõsus aufertur à nobis,& non sine tumultu aliquo animorum nostrorũ: ad hoc tamẽ vt mittat nobis spiritum veritatis, ploremus & oremus vt dignus nos inueniat vel potius efficiat, & repleat domum istam vbi sumus sedentes, quatenus non vexatio sed vnctio eius doceat nos de omnibus: sicq; & intellectu clarificato & affectu purificato veniat ad nos, & apud nos faciat mansionem.Et sicut serpens Moysi deuorauit omnes serpẽtes magorũ, sic iste cum venerit, absorbebit omnes carnales affectiones & delectationes nostras & consolationes, ita vt de labore requiem,de tribulatione lætitiam, de contumelia gloriam habeamus, sicut illi quos repleuerat, ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.Spiritus enim Iesu, spiritus bonus, spiritus sanctus, spiritus rectus, spiritus dulcis, spiritus principalis,quicquid in hoc seculo nequã videtur difficile & angustum,leue facit & latum:opprobrium gaudium iudicat, despectionem exultationem esse persuadet. Scrutemur ergo iuxta prophetam vias nostras, & studia nostra,leuemus cor- *Thren.3.*
da nostra cum manibus,vt in solennitate sancti spiritus gaudeamus,& abundantius gaudeamus, qui nos inducat in omnem,sicut promisit dei filius,veritatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In die ascensionis, de duobus nō bonis montibus, & de septem ascensionibus Christi. Sermo IIII.

G

SNatiuitatis & resurrectionis dominicæ digna deuotione solennia celebramus, hodiernum quoque ascensionis diē non minus deuote conuenit celebrari. In nullo siquidēm à festiuitatibus illis ista degenerat, sed finis earum & adimpletio est. Meritò quidē solennitatis & lætitiæ dies agitur, quādo sol ille supercœlestis, sol iustitiæ nostris se præsentauit obtutibus, nube carnis, & mortalitatis sacco fulgorem suum & lucem temperās inaccessibile m. Magna quoque lætitia & exultatio multa nimis, quando consciſſo sacco, lætitia circūdatus est, factaque de medio sacci ipsius non quidem substantia, sed vetustate, sed corruptione, sed miseria, sed vtilitate, nostræ dedicauit primordia resurrectionis. Verūtamē quid mihi & solennitatibus istis, si conuersatio mea vsque adhuc detinetur in terris? Quis verò vel desiderare præsumeret ascensum cœli, nisi quia is qui descenderat, prior ascēdit? Dico ergo vobis, non multo mihi tolerabilior videretur exilij huius habitatio quàm gehenna, nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen fiduciæ & expectationis, quando eleuatus est in nubibus, & spem fecit credētibus. Denique nisi ego abiero, inquit, paracletus nō veniet ad vos. Quis paracletus? Vtiq; per quē diffunditur charitas, & iam spes nō confundit.

Ioan.16.

H

Ille paraclerus, per quem in cœlis sit conuersatio nostra virtus ex alto, per quam sursum sint corda nostra. vado, inquit, parare vobis locum: & si abiero, iterum veniā & assumā vos ad meipsum. Vbi enim fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Videsne quemadmodū cæterarū solēnitatum ea quā hodie celebramus, & cōsummationē habeat, & fructū declaret, & augeat gratiā? Sicut enim cætera omnia eius qui nobis natus est, & nobis datus, ita ipsa quoq; ipsius ascēsio propter nos facta est, & facit pro nobis. In nostra siquidē vita, multa (quantum in nobis est) videmur agere casu, multa necessitate, sed Christus dei virtus & dei sapientia neutri potuit subiacere. Quæ enim dei virtutē necessitas cogeret, aut quid ageret dei sapientia casu? Omnia proinde quęcūq; loquutus est, quęcunq; operatus est, quęcunque passus est, ne dubites fuisse volūtaria, plena sacramentorū, plena salutis. Hæc sciētes, si quid aliquando eorū quę de Christo sunt, in nostrā scientiā venire contingat, nō sic audiendum est tanquam si inuentitum quidpiam proferamus, sed tanquam id quod etiā priusquā causa sciretur, constaret nequaquā sine causa fuisse. Sicut enim qui scribit, certis rationibus collocat vniuersa, ita quæ à deo sunt, ordinata sunt, maximēque ea quę præsens in carne est operata maiestas. Sed væ angustæ cognitioni, væ paupertati sciētiæ nostræ, qui tātū ex parte cognoscimus, & ex parte modica. Vix scintillulæ quædā nobis elucēt de tāta luminis copia, de lucerna posita super candelabrū. Sanè quanto minus singuli capimus, tanto fidelius cęteris cōmunicāda sunt quæ singulis reuelantur. Et ego fratres quæ mihi ad vestram ædificationem de ascensione imò de ascēsionibus suis donare ipse dignatur, nec volo nec debeo subtrahere vobis, præsertim q̄ hęc sit spiritualiū prærogatiua donorū, vt cōmunicata nō minuātur. Aliquib⁹ fortassis hæc nota sunt, quibus similiter reuelata sunt, sed propter eos qui forte nō aduerterūt sublimioribus intenti, aut aliis occupati, seu etiā propter eos qui min⁹ capacis itelligētiæ sunt, mihi incūbit loqui quę sentio. Christus qui descendit, ipse est & qui ascendit. Apostoli verba sunt hęc Ego autem credo eum in hoc ipso quòd descenderit, ascendisse. Sic enim oportebat Christum ascendere, vt nos ascendere doceremur. Cupidi quidem sumus ascensionis: exaltationē concupiscimus omnes. Nobiles enim creaturæ sumus, & magni cuiusdā animi, ideoq; altitudinem naturali appetimus desiderio. Sed væ nobis, si voluerimus eū sequi qui ait: Sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Heu miser, in lateribus aquilonis? Frigidus est mons ille, nō te sequimur. Potestatis habes cōcupiscētiā, altitudinē præsumis potētiæ. Quanti tamen vsque hodie fœda sequuntur infelicitq; vestigia, imò vero quā pauci euadūt, quib⁹ nō dominādi libido dominetur? Hinc est q̄ benefici vocātur qui potestatē habent, hinc q̄ laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Potentibus siquidē omnes adulantur, inuident omnes. Quē sequimini miseri homines, quē sequimini? An non videtis Satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem? Nonne iste est mons in quem ascendit angelus, & diabolus factus est? Vel illud aduertite, quòd post casum suum inuidia cruciante malè sollicitus de supplantando homine, illius tamen montis ascensum nullatenus ausus est suadere ei, in quo nimirum pro inani ascensū tam immane præcipitium cognosceretur expertus. Sed non defuit versuto hosti quid ageret. Similem ei montem alterum demonstrauit. Eritis, inquiens, sicut dij, scientes bonum & malum. Pernicioſa etiam hæc ascensio, imò magis descensio est de Hierusalem in Iericho. Pessimus mons inflans sciētia in quem tamen vsque hodie videas tāta concupiscentia plurimos repere filiorum Adam, ac si non nouerint quantum pater eorum in illius montis ascensū descēderit, imò quàm grauiter ciderit, quantum tota defecta sit & conquassata posteritas. Nondum sanata sunt vulnera quæ tibi in ascensu montis illius inflicta sunt, licet adhuc in patre lateres, & nunc iterū in propria persona conaris ascendere: vt sit error nouissimus peior priore? Quēnā miseris tam dira libido? Filij hominū vsquequo graui cor de, vt quid diligitis vanitatē & queritis mēdaciū? An ignoratis, quoniā infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & stultos mundi elegit deus, vt confundat sapientes? Non nos dei cōminantis terror reuocat perdituri sapientiam sapientium, & prudentiam prudentiū reprobaturi? non patris exemplum, non denique sensus ipse noster, & durę experientia necessitatis, cui sumus addicti per insipientē scientię appetitum? Ecce vobis fratres montē demonstrauimus aliū non in quē ascendatis, sed quē fugiatis. Ipse est in quē ascēdebat, qui voluit esse sicut deus, sciens bonū & malū: ipse quē vsq; hodie filij eius accumulant & eleuāt, nihil inuenientes tam vile vnde nō velint montē eleuare scientiæ. Videas aliū literarū, alium mundialis curæ, istum placitationū displicētium deo, illum seruilis cuiuslibet artis tam vehementer affectare scientiam, vt laborem non reputet, tantūmodo vt possit aliquibus doctior reputari. Sic ędificant Babel, sic putant ad dei se peruenturos similitudinem: sic concupiscunt quod nō expedit, quod expedit omittētes. Quid vobis & mōtibus istis, in quorum ascensu tanta difficultas est, & tam grande periculu? aut cur eum deseritis montem, cuius & facilis est ascensus & per utilis? Potestatis ambitio angelum felicitate priuauit angelica, scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit. Conetur quis ascendere in montem potestatis: quantos putas contradictores habebit, quantos inueniet repulsores, obstacula quanta, quàm difficilem viam? Quid si tāndē eum adipisci contigerit quod optabat? Potentes, ait scriptura, potenter tormenta patientur, vt presentes sollicitudines & anxietates quas potestas ipsa parit, omittam. Cupidus alter est inflantis scientię, quantum laborabit, quantum anxiabitur spiritus eius? Et tamen audiet, Nec si te ruperis, apprehēdes. In amaritudine morabitur oculus eius quoties videre contigerit cui se posteriorem iudicet, aut putet ab aliis reputari. Quid cum intumuerit multum? Perdam, inquit dominus, sapientiam sapientium, & prudentiam prudētium reprobabo. Iam ne multis immorer, vidistis (vt arbitror) quàm fugiēdus nobis sit mons vterque, si præcipitium angeli, si casum homi nis expauescimus. Mōtes Gelboe, nec ros nec pluuia veniāt super vos. Quid tamen agimus? Ascendere sic non expedit, & ascēdendi tenemur cōcupiscentia. Quis docebit nos ascēsum salubrem? Quis, nisi de quo legimus: Quoniam qui descendit, ipse est & qui ascendit? Ab ipso demonstranda nobis erat ascēsionis via, ne ductoris imò seductoris iniqui aut vestigium aut consilium sequeremur, Quia ergo non erat quò ascenderet, descendit altissimus, & suo nobis descensu suauē ac salubrem dedicauit ascensum. Descendit de monte potētię carnis infirmitate circundatus: descendit de monte scientię quoniam placuit deo per stultitiam prędicationis saluos facere credentes. Quid enim tenello corpore & infantilibus membris videtur infirmius? Quid indoctius apparet paruulo qui sola matris vbera nouerit? Quis impotentior eo cuius omnia membra clauis affixa, cuius omnia dinumerantur ossa? Quis insipientior eo, qui tradebat in mortem animam suam, & quę non rapuit tunc exoluebat? Vides quàm multum

Ephes.4.

Esaiæ.14.

Ioan.14.

Ephes.4.

A tum descenderit, quantum à potentia sua, quantum à sapientia sua exinanierit semetipsum. Sed non potuit altius montem bonitatis ascendere, nec suam commendare expressius charitatem. Nec mirum si descendendo Christus ascendit: quando priorum vterque cecidit ascendendo. Et mihi quidem videtur montis huius ascensorem quærere, qui dicebat.

Psal.24. Quis ascēdet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Forte etiam Esaias ascensionis desiderio cadentes

Esa.2. intuens homines, ad hunc reuocabat mōtem, exclamans: Venite ascendamus in montem domini. An non manifestè eos de priorum montium ascensione redarguens, montis huius

Psal.66. *Psal.67.* prædicat vbertatem: qui ait, Vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons coagulatus, mons pinguis: Hic est igitur

Cant.2. mons domus domini præparatus in vertice montium, super quos salientem sponsum inspexerat, quæ dicebat: Ecce venit is saliens in montibus. Docebat enim ignarum viæ: trahebat paruulum, infantulum deducebat: ideóque velut quibusdam passibus ibat, vt de virtute in virtutem videretur deus deorum in Sion. Iustitia enim eius sicut montes dei.

Psal.16. Sed iam (si placet) saltus etiam ipsos intueamur, quibus exultauit vt gigas ad currendam viam, & cuius egressio à summo cœli per gradus quosdam vsque ad summum eius occurrit. Primum ergo cōstitue montem illum in quem ascen-

Matt.17. dit cum Petro & Iacobo & Ioanne: vbi & transfiguratus est

B ante eos. Refulsit facies eius vt sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Resurrectionis gloria ista est, quam in monte spei contemplāmur. Vt quid enim ascendit vt transfiguraretur, nisi vt doceret nos cogitatione ascendere ad futuram illam gloriam quæ reuelabitur in nobis? Felix, cuius meditatio in conspectu domini est semper, qui in corde suo delectationes dexteræ domini vsque in finem sedula cogitatione reuoluit. Quid enim graue illi poterit videri, qui semper mente tractat quòd non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam? Quid concupiscere poterit in seculo nequam, cuius oculus semper videt

Psal.26. bona domini in terra viuentium, semper videt æterna præmia? Tibi dixit cor meum (propheta loquitur domino) tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Quis mihi tribuat vt omnes surgentes stetis in excelso, & videatis exultationem quæ ventura est vobis à domino? Non sit molestum vobis obsecro quòd in monte hoc aliquanto diutius immoramur. Poterimus enim cæteros festinantius pertransire. Veruntamen in isto quem non

Matt.17. detineat sententia illa sancti Petri, quam in eo protulit, & de eo: Domine (inquiens) bonum est nos hic esse? Quid est bonum est, imò quid aliud videtur bonum quàm in bonis animam demorari, quandoquidem adhuc corpus nō potest? Puto quòd eius qui ingrediebatur in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei, in voce exultationis & con-

Sapient. M C fessionis sonus epulantis fuerit, Bonum est nos hic esse. Quis enim ex vobis secum cogitans futuram illam vitam, sed lætitiam, sed iucunditatem, sed beatitudinem, sed gloriam filiorum dei: quis inquam talia tranquilla secum conscientia voluens, non continuo de plenitudine intimæ suauitatis erucтat: Domine bonum est nos hic esse? Non sanè in hac ærumnosa peregrinatione vbi corpore detinetur, sed in suaui ac salubri illa cogitatione in qua corde versatur. Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Vos autem filij hominum, filij hominis qui descēdit de Hierusalem in Iericho, filij hominum vsquequo graui corde? Ascendite ad cor altum, & exaltabitur deus. Hic est enim mons in quo transfiguratur Christus. Ascendite, & scietis quoniam dominus sanctū suum mirificauit. Obsecro vos fratres mei non grauentur corda vestra in curis secularibus: nam de crapula & ebrietate (gratias deo) non magnopere necesse habeo vos admonere. Exonerate obsecro corda vestra graui mole terrenarum cogitationum, vt sciatis mirificatum à domino sanctum suum. Leuate corda vestra cum manibus quibusdā cogitationum, vt transfiguratum dominū videatis. Formate in cordibus vestris nō modò patriarcharū & prophetarum tabernacula, sed omnes domus illius cœlestis multiplices māsiones secūdum eum, qui circuiebat immolās in tabernaculo domini hostiam vociferationis cātans, & psalmum illum dicēs domino: Quam dilecta tabernacula tua dominе virtutū, D concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Circuite & *Psal.83.* vos charissimi cum pietatis & deuotionis hostia, visitātes animo sedes supernas, & multas quæ in domo patris sunt māsiones, humiliter prosternentes corda vestra ante thronum dei & agni, cum reuerentia supplicantes singulis ordinibus angelorum, patriarcharū numerum, cuneos prophetarum, & senatum apostolicum salutantes, coronas martyrū suspicientes purpureis rutilantes floribus, redolentes liliis choros virginum admirantes, atque ad mellifluum noui cantici sonum quantum prævalet infirmitas cordis erigentes auditum. Hæc recordatus sum (propheta loquitur domino) & effudi in me *Psal.41.* animā meam. Quę: Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei. Et item: Memor fui (inquit) *Psal.76.* dei, & delectatus sum. Quem viderunt apostoli, vidit & iste, nec dissimili, vt arbitror, visione: nisi quòd spirituale totum habuit huius visio, corporeum nihil. Omnino non vidit eum sicut is qui dicebat: Vidimus eum, & non erat illi species ne- *Esa.53.* que decor. Transfiguratum proculdubio vidit, & speciosum forma præ filiis hominum, qui delectatum se perhibet sicut & apostoli. Bonum est (inquiunt domino) nos hic esse. Et vt *Matt.17.* nihil desit propositæ similitudini, illi quidem proni cecidisse leguntur, hic verò suum fatetur spiritū defecisse. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timētibus te. Ascendentes igitur in hunc montem, & reuelata E facie gloriam domini speculātes, haud dubium quin clamare habeatis & vos, Trahe nos post te. Quid enim prodest scire quò sit eundum, si quidem quā debeas ire non noueris? Alterum proinde mōtem ascendas necesse est, in quo prędicantem audias, & scalam erigētem octo distinctā scalaribus, cuius summitas cœlos tangit. Beati qui persecutionem patiun- *Matth.5.* tur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Iam si primum ascēderis montem iugi meditatione supernæ gloriæ, istum nihilo minus montem ascendere non grauaberis, vt in lege eius mediteris die ac nocte: sicut idem propheta non solùm meditabatur in præmiis, sed & in mandatis domini quæ dilexit. Sic enim audies & tu, & quò eam scitis, propter ascēsionem primā. Et viā scitis, propter secundam. Propterea in corde tuo pone viam veritatis inquirere, ne fortè sis de eorū numero qui viam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt. Magis autem sollicitus esto ascēdere non modò cogitatione cœlestis gloriæ, sed & conuersatione quæ cœlestem gloriam mereatur. Tertium nihilo minus mōtem lego, in quem ascendit solus orare. Vides ergo quàm bene sponsa in canticis, Ecce, inquit, venit iste saliens in mōtibus. In pri- *Cant.2.* mo transfiguratus est, vt scires quò tenderes: in secundo verba vitæ loquutus est, vt scires quà peruenires: orauit in tertio, vt eundi & perueniendi bonam obtinere studeas voluntatem. Scienti enim bonum, & non facienti, peccatum est illi. *Iaco.4.* Propterea sciens quoniam in oratione datur bona voluntas, F cum videris quæ agenda sunt, vt conualescas ad agenda quæ videris, ascende tu ad orationem, ora instanter, ora perseueranter, sicut ille pernoctabat in oratione, & dabit pater bonus spiritum bonum petenti se. Et vide quàm vtiliter orationis tempore etiam corporalis loci secretum quęrimus, quando hoc ille non solum docuit uerbo, Intra, inquiens, in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum: sed & cōmen- *Matt.6.* dauit exemplo, nec domesticorum quenquam admittēs, sed solus ascendens ad orationem. Putas poterimus aliquid amplius de eius ascēsionibus inuenire? Poterimus vtique. Volo enim vt nec iumenti ipsius sis immemor super quod legitur ascēdisse. Volo vt nec ipsam crucis ascensionē omittas. Nam & in illa exaltari oportebat filium hominis. Et ego, inquit, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Itaq; cum *Ioan.12.* iā & cognitio suppetit, & velle adiacet, quid agis quòd perficere bonum non inuenis? sed asinini quidam & bestiales motus legē contrariam habent, & captiuare te volunt. Quin inquam facies super cōcupiscentiis irrationabilibus, quæ sunt in membris tuis? Vrget te etiam cum ieiunare cōsentis, gulæ illecebra: cum vigilare proponis, somnolentia premit. Quid faciemus huic asino? Asininum enim istud est, cōmune cum asinis: quia homo cōparatus est iumentis insipientibus, & si- *Psal.48.* milis factus est illis. Ascēde domine super asinū istū, concul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ca hos bestiales motus, quia domari debẽt, ne dominari prę-
ualeant. Nisi enim calcati fuerint, cõculcabunt nos: nisi pre-
mantur, oppriment nos. Propterea sequere anima mea & in
hac ascensione Christum dominum, vt sub te sit appetitus
tuus, & tu domineris illius. Nam vt in cœlum ascendas, prius
necesse est leuare te super te, calcando carnalia desideria quæ
in te militant aduersum te. Sequere etiam ascendentem cru-
cem, exaltatum à terra: vt non solùm super, sed & super om-
nem quoque mundum mentis fastigio colloceris, vniuersa
quę in terris sunt deorsum aspiciens & despiciens, sicut scri-
Esa.33. ptum est: Cernent terram de longe. Nulla te mundi oblecta-
menta inclinẽt, nullæ aduersitates deiiciãt. Absit tibi gloria-
ri nisi in cruce domini tui Iesu Christi, per quem tibi mũdus
crucifixus est: vt quæ mundus appetit, crucem reputes: & tu
crucifixus mundo, illis, quæ mũdus crucem reputat, toto in-
hæreas amore. Iam verò quid ex hoc restat, nisi vt ad illum
ascendas qui est super omnia deus benedictus in secula? Dis-
solui iam, & esse cum Christo, multo magis optimum. Bea-
Psal.83. tus vir cuius est auxilium abs te, ait propheta ad dominum:
ascensiones in corde suo disposuit: ibit de virtute in virtu-
tem vsque ad videndum deum deorum in Sion. Hæc est vl-
tima ascensio, in qua implentur omnia, sicut ait Apostolus:
Ephes.4. Christus, qui descendit, ipse est & qui ascẽdit: vt adimpleret
H omnia. Sed de illa ascensione quid dicam? Quò ascendemus,
Esa.64. vt vbi Christus est, & nos simus? Quid ibi erit? Oculus deus
1.Cor.2. non vidit absque te, quæ præparasti diligentibus te. Deside-
remus hanc fratres mei, suspiremus ad eam iugiter, & eo ma-
gis affectus vigeat quo deficit intellectus.

De magnanimitate, longanimitate, & vnanimitate.

Sermo V.

Acto.1. TRiplicem nobis in ecclesia primitiua virtutem sanctus Lucas breui sermone commendat, vbi post domini-
cam ascensionem vnanimiter eos in oratione perseuerasse
describit, expectantes cœlestem consolationem, cuius acce-
perant repromissionem. Laudabili siquidem magnanimita-
te pusillus grex pastoris solatio destitutus, minime tamen
dubitans quoniam illi cura esset de eis, sed paternam pro eis
gereret sollicitudinem, deuotis pulsabat supplicationibus
cœlum, certus quòd penetrarent illud iustorum orationes,
nec pauperum preces spernerẽtur à domino, aut sine copio-
Abac.2. sa benedictione redirent. Sed nec sine longanimitate persi-
stebant indeficientes, iuxta illud propheticum: Si moram fe-
cerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Por-
rò vnanimitas quidem legitur euidenter expressa, quòd hæc
sola diuini spiritus charismata mereatur. Neque enim est
I deus dissensionis, sed pacis, neque habitare facit nisi vnius
moris in domo. Iure igitur preparationem cordis eorum au-
diuit auris diuina, nec ab expectatione sua confudit eos, qui
& magnanimes & longanimes & vnanimes essent. Certissi-
ma nanque hæc testimonia sunt fidei, spei, charitatis. Et qui-
dem euidenter spes longanimitatem, vnanimitatem charitas
operatur. Nunquid fides quoq; magnanimum facit? Et sola.
Quicquid enim sine fide præsumitur, non est vlla animi soli-
da magnitudo, sed vẽtosa quædam inflatio, & tumor inanis,
Philip.4. Vis audire magnanimem virũ: Omnia, inquit, possum in eo
qui me confortat. Imitemur triplicem hanc præparationem
fratres, si desideramus superefluentem mensuram spiritus
obtinere. Omnibus enim præter Christum ad mẽsuram da-
tur spiritus, sed mensuræ cumulus superefluentis videtur
quodammodo excessisse mensuram. Euidens fuit magna-
nimitas in conuersione nostra, sit etiam in consummatione
longanimitas, sit vnanimitas in conuersatione. Huiusmodi
siquidem animabus cœlestis illa Hierusalẽ desiderat instau-
rari, quibus nec fidei magnitudo desit in suscipiendo onere
Christi, nec longitudo spei in persistendo, nec charitatis iun-
ctura, quod est vinculum perfectionis.

Item in ascensione domini, de intellectu & affectu.

Sermo VI.

HOdie sedenti in throno antiquo dierum confessurus
pariter, oblatus est filius hominis & erit deinceps non
modò germen domini in magnificentia & gloria, sed & fru-
ctus terræ sublimis. Felix vnio, & amplectendum ineffabili-
bus gaudiis sacramentum. Idem enim & germen domini, &
fructus terræ: idem & ipse dei filius, & fructus ventris Mariæ K
est. Idem filius Dauid, & dominus, de quo hodie gaudiũ eius
impletum est, vnde olim præcinens aiebat: Dixit dominus Psal.109
domino meo, sede à dextris meis. Quomodo enimnon do-
minus germen domini? Idem tamẽ & filius eius, vtpote fru-
ctus terræ sublimis, fructus virgæ, quę de radice Iesse procef-
sit. Hodie igitur suum hunc, & hominis filium apud semetip-
sum pater clarificat claritate quam habuit priusquam mun-
dus fieret apud ipsum. Hodie veritatẽ, quæ de terra orta est,
cœlum sibi redditam gloriatur. Hodie sponsus aufertur à fi-
liis, & lugendum eis est, sicut ipse prædixit. Non enim pote-
rant filij sponsi lugere donec sponsus cum eis erat: sed venit Mat.9.
dies vt auferatur ab eis, vt decætero lugeant & ieiunent. Vbi
illud iam Petre quod dixeras: Domine, bonum est nos hic es? Mat.17.
se: faciamus hic tria tabernacula? Ecce enim ingressus est am-
plius & perfectius tabernaculum, non manufactũ, id est non
huius creationis. Quomodo ergo iam bonũ est nos hic esse?
Imò vero molestum est, graue est, periculosum est. Nimi-
rum vbi malitię plurimum, sapientiæ modicum, si tamen vel
modicũ inuenitur: vbi viscosa omnia, omnia lubrica, operta
tenebris, obsessa laqueis peccatorũ: vbi periclitantur animæ, L
vbi spiritus affliguntur sub sole, vbi tantum vanitas & affli-
ctio spiritus est. Leuemus igitur fratres mei, leuemus in cœ-
lum corda cum manibus: & ascendẽtem dominum sequi, ve-
lut quibusdam passibus deuotionis & fidei cõtẽdamus. Erit
enim cum sine mora, sine difficultate obuiam illi in nubibus
rapiemur: & id poterũt corpora spiritualia, quod meritò in-
terim nequeunt spiritus animales. Nunc enim quantis cona
tibus corda leuare necesse est: quæ quidem (vt miserabiliter Sap.9.
satis in libro proprię experientię legimus) & corruptio cor-
poris aggrauat, & terrena inhabitatio deprimit? At forte tra-
dendum est quid sit leuare cor, aut quemadmodum illud o-
porteat eleuari: sed tradendum sanè ab apostolo quàm à no- Coloss.3
bis. Si consurrexistis, inquit, cum Christo, quæ sursum sunt
quęrite, vbi Christ⁹ est in dextera dei sedẽs: quæ sursum sunt
sapite, non quæ super terram. Ac si manifestius dicat: Si con-
surrexistis, & coascendite: si cõuitis, & conregnate. Sequa-
mur fratres sequamur agnum quocunque ierit: sequamur pa
tientem, sequamur & resurgentẽ, sequamur multo libentius
ascendentem. Crucifigatur vetus homo noster simul cum il-
lo: vt destruatur corpus peccati: ut vltra non seruiamus pec-
cato, mortificatis nimirum membris nostris quæ sunt super
terram. Sed & quomodo ipse resurrexit à mortuis per glo-
riam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. In hoc e-
nim mortuus est & resurrexit, vt peccatis mortui, iustitiæ vi-
uamus. Cæterum quoniam vitæ nouitas locum exigit tutio- M
rem, & resurrectionis dignitas altiorem expetit gradum, se-
quamur etiam ascendentem, quærere videlicet & sapere quę
sursum sunt vbi ille est, non quæ super terram. Quæris quis Galat.
ille sit locus? Apostolum audi. Quæ sursum est, inquit, Hieru Psal.86
salem libera est, quę est mater nostra. Vis scire quęnam ibi
sint? Visio pacis est. Lauda Hierusalem dominũ, lauda deum
tuum Sion: qui posuit fines tuos pacẽ. O pax quę exuperas
omnem sensum: ô pax etiam super pacem: ô mensura super
mensuram, conferta & coagitata & superefluens. Compa-
tere igitur Christo anima Christiana: conresurge, coascẽde: Actor.
quod est, declina à malo, & fac bonum, inquire pacẽ, & per- Luc.10
sequere eam. Sic nimirum Paulus in actibus apostolorum de
continẽtia & iustitia & spe vitæ æternæ memoratur docuis-
se discipulos. Sic veritas ipsa monet in euangelio præcingere
lumbos, lucernas accẽdere, & deinceps hominibus expectã-
tibus dominum suum similes inueniri. Cæterũ gemina quæ-
dam (si bene aduertistis) ascensio nobis ab apostolo cõmen-
datur, in eo quòd & quærere, & sapere monuit non infima,
sed superna. Quam fortasse distinctionem nec ipse quoque
propheta præteriisse omnino videbitur, dicens: Inquire pa- Psal.33
cem, & persequere eam: vt hoc sit pacem sequendam quæ-
rere, persequi inquisitam, quod est sapienda quærere, quęsi-
ta sapere, quę sursum sunt, non quę super terram. Nimirum
donec diuisa sunt corda nostra, & multos interim sinus in-
ueniuntur habere, nec sibi omnino cohęrere videntur, vel
particulatim ea & mẽbratim quodammodo leuare necesse
est, vt in superna illa Hierusalem colligantur: cuius participa
tio

A tio eius in idipsum: vbi non tantùm singuli, sed & omnes pa-
riter incipiant habitare in vnum: non modo scilicet nõ diuisi
in semetipsis, sed nec inter seipsos. Ecce enim vt tanquã prin
cipalia cordis ipsius membra distinguã: est intellectus in no-
bis, est & affectus: & hi quoq; sępius sibi inuicem aduersan-
tes: vt alter summa petere, alter appetere infima videatur.
Quantus vero is dolor, quàm grauis animæ cruciatus, dũ sic
distrahitur, sic dilaceratur, sic abrumpitur à seipsa, vel ex ea
saltem, quam omnibus experiri in promptu est, corporis scis-
sione cõiiciat: si quis in suo spiritu animaduertere pernicioſa
& periculosa insensibilitate non neglexerit. Distrahũtur ho-
minum crura, & longioris obice ligni remouentur ab inuicẽ
pedes: & dum adhuc cutis integra manet, quis tamen ille est
cruciatus? Sic sic affligi plangimus miseros, qui corporali-
ter inter nos conuersantes, illuminati forte similiter, sed dis-
similiter inueniuntur affecti. Intelligunt pariter bona quæ
faciant, sed non pariter diligunt intellecta. Nam de ignoran-
tia fratres, quænam excusatio nobis, quibus nũquam doctri-
na cœlestis, nunquam diuina lectio, nũquam spiritualis eru-
ditio deest? Quæcunq; vera sunt, quæcunq; pudica, quæcun-
que iusta, quæcunque amabilia, quęcũque bonæ famę: si qua
virtus, si qua laus disciplinæ, hæc discitis & accipitis, hæc au-
ditis pariter, & videtis, in exemplis videlicet & verbis eorum
B qui inter vos sunt perfecti, quorum & hortatio & conuer-
satio plenius erudit vniuersos. Vtinam autẽ hæc vt intellectũ
admonent, moueant, & affectum, ne sit intus amarissima cõ-
tradictio & diuisio molestissima, dũ hinc quidẽ sursum trã-
himur, sed retrahimur inde deorsum. Nimirũ aduertere po-
tes in omnibus ferè religiosis congregationibus, viros reple
tos consolatione, superabundantes gaudio, iucundos sem-
per & hilares, feruentes spiritu, die ac nocte meditãtes in le-
ge dei, crebrò susp icientes in cœlum, & puras manus in ora-
tione leuantes, sollicitos obseruatores cõscientię, & deuotos
sectatores bonorum operũ, quibus amabilis disciplina, dul-
ce ieiunium, vigiliæ breues, labor manuũ delectabilis, & vni-
uersa denique cõuersationis huius austeritas refrigerium vi-
deatur. Contra sanè inuenire est homines pusillanimes & re-
missos, deficientes sub onere, virga & calcaribus indigentes,
quorũ remissa lætitia, pusillanimis tristitia est, quorũ breuis
& rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conuersatio:
quorum obedientia sine deuotione, sermo sine circũspectio-
ne, oratio sine cordis intentione, lectio sine ædificatione,
quos deniq; (vt videmus) vix gehennę metus inhibet, vix pu-
dor cohibet, vix frenat ratio, vix disciplina coẽrcet. Non tibi
horum vita inferno penitus appropinquare videtur, dum in-
tellectu affectui, & affectu intellectui repugnanté, necesse ha
bẽt mittere manum ad opera fortium, qui cibo fortium mi-
C nime subsistentantur, socij plane tribulationis, sed non conso-
lationis? Exurgamus obsecro quicũque eiusmodi sumus, re-
sarciamus animas, spiritum recolligamus, abiicientes perni-
ciosam tepiditatem, etsi non quia periculosa est, & deo solet
(vt interdum miserabiliter plangimus) etiam vomitũ prouo-
care: certe quia molestissima, plena miseriæ & doloris, &
inferno planè proxima, vmbra mortis iure censetur. Si
quærimus quæ sursum sunt, etiam sapere & prælibare inte-
rim studeamus. Forte enim poterit intellectui & affectui nõ
inconuenienter aptari, quòd & quærere quæ sursum sunt &
sapere admonemur: vt in principalibus (quemadmodũ supra
dictũ est) membris suis corda nostra manibus quibusdam pij
conatus & exercitij spiritualis leuare studeamus ad deum.
Omnes (ni fallor) quę sursum sunt quærimus intellectu fidei,
& iudicio rationis, sed nõ æque forsitan sapimus omnes quę
sursum sunt, tãquam inescati his quæ sunt super terram, vio-
lento quodam præiudicio affectionis. Vnde enim ea quam
paulò antè ostendimus, animorũ diuersitas, tanta disparilitas
studiorum, conuersationũ tanta dissimilitudo? Vnde spiritua-
lis gratiæ inopia tanta quibusdam, cùm aliis copia tanta exu-
beret? Profectò nec auarus nec inops est gratiæ distributor,
sed vbi vacua vasa desunt, stare oleum necesse est. Vndique
se ingerit amor mundi: cum consolationibus imò desolatio-
nibus suis obseruat aditus: per fenestras irruit, mentem occu-
pat, sed non eius qui dixit: Renuit consolari anima mea: me-
mor fui dei, & delectatus sum. Pręoccupatum nempe secula- Psal.76.
ribus desideriis animum delectatio sancta declinat: nec mi- D
sceri poterunt vera vanis, ęterna caducis, spiritualia corpora-
libus, summa imis: vt pariter sapias quæ sursum sunt, & quæ
super terram. Felices nimium viri illi per quos dominica a-
scensio legitur prædignata, Enoch raptus, translatus Helias,
Felices plane, qui soli iam deo viuunt, soli vacant intelligen-
do, diligendo, fruendo. Neq; enim corpora quæ corrumpun-
tur, illas aggrauant animas, aut terrena inhabitatio sensus eo-
rum tanquam multa cogitãtes deprimit, qui cum deo ambu-
lasse noscuntur. Factum est impedimentum omne de medio:
occasio vniuersa sublata, materies nulla relicta est quæ eorũ
affectum aggrauet, vel deprimat intellectum. Nam & priorẽ Sapien.4
ob hoc raptum scriptura commemorat, ne forte vincat ma-
litia sapientiam, & intellectus eius vel anima vltrà decipi va-
leat aut mutari. Nobis autẽ vnde in his tenebris veritas, vnde
charitas in hoc seculo nequam, in hoc mundo qui totus po-
situs est in maligno? Putas erit qui intellectum illuminet, qui
inflammet affectum? Erit vtiq;, si conuertamur ad Christum,
vt velamen de cordibus auferatur. Hic est enim de quo scri
ptum est: Habitantibus in regione vmbrę mortis, lux orta est Esa.9.
eis. Siquidem prioris ignorantiæ tempora despiciẽs deus an-
nunciauit hominibus vt omnes vbiq; agerent pœnitentiam,
secundum quod Paulus Athenienſibus tradit. Memento et- Act.17.
enim dei verbum & sapientiam incarnatam: cuius vtiq; opus
erat toto illo tempore, quo videri in terris, & inter homines E
cõuersari dignata est ineffabilis illa virtus, illa gloria, illa ma
iestas, illuminare oculos cordis, etiam suadere fidem homi-
nibus prędicatione pariter & ostensione signorum. Denique
spiritus domini, ait, super me: ad euangelizãdum pauperibus
misit me. Et apostolis loquebatur: Adhuc modicum lumen Esa.61.
in vobis est, ambulate dum lucem habetis, vt nõ tenebræ vos Ioan.12.f.1
comprehendant. Nec modò ante passionẽ, sed & post resur-
rectionem in multis argumentis per dies quadraginta appa- Act.1.a
rens eis, & loquẽs de regno dei: quando & sensum eis vt scri-
pturas intelligerent, legitur aperuisse, intellectum potius in-
formabat, quàm purgabat affectum. Quando enim ad spiri-
tualia affici possent animales? Imò verò ne ipsam quidẽ merã
lucem poterant aliquatenus sustinere, sed exhiberi illis opor-
tuit verbum in carne, solem in nube, lumẽ in testa, mel in ce-
ra, cereum in laterna. Spiritus ante faciem illorum Christus
dominus, sed non vtique sine vmbra in qua viuerent interim
inter gentes. Vnde & virgini legitur obumbrasse, ne vehemẽ-
tiori reuerberata splendore, ad candidissimam illam lucẽ, pu-
rissimúmque fulgorem diuinitatis, etiam illius aquilæ posset
acies hebetari. Minime tamen vel nubes ipsa leuis esse potuit
ociosa, sed ea quoq; vsus est in salutem, & discipulorum ani-
mos qui nec ad fidei intellectum sine aliqua mutatione affe-
ctus poterant promoueri, nec assurgere adhuc ad spiritualia
prævalebant, in suæ carnis prouocauit affectum: vt amore F
quodã humano operanti mira, mira loquenti homini adhæ-
rerẽt, amore vtiq; carnali adhuc, sed tã valido, vt cæteris om-
nibus prędualeret. Nimirum hic erat ille Moysi serpẽs, qui ser- Exod.7.
pentes magorum Aegypti omnes pariter deuorauit. Deniq;
ecce nos, inquiũt, reliquimus omnia, & secuti sumus te. Beati Matt.19.d
siquidẽ oculi qui videbãt dominum maiestatis in carne præ-
sentem, auctorem vniuersitatis inter homines cõuersantem,
virtutibus coruscantem, infirmos curantem, mare calcãtem,
mortuos suscitatẽ, dæmoniis imperantem, & potestatem si-
milem hominibus conferentẽ: mitem & humilẽ corde, beni-
gnum, affabilẽ, misericordiæ visceribus affluentẽ, agnum dei
peccatum non habentẽ, & omnium peccata portantẽ. Beatæ
aures quæ verba vitæ ab ipsius incarnati verbi ore percipere
merebantur, quibus enarrabat vnigenitus qui est in sinu pa-
tris, & nota faciebat quęcunq; audisset à patre, vt fluenta do-
ctrinę cœlestis ab ipsius veritatis purissimo fonte haurirent,
vniuersis postmodũ gentibus propinãda imò eructanda po-
tarẽt. Quid mirum fratres si implebat tristitia cor eorũ cum
ab eis sese pronunciaret iturum, & adderet: Quò ego vado, Ioan.8.
vos non potestis venire modo? Quidni concuterentur visce-
ra, turbaretur affectus, hęsitaret animus, hęreret vultus, pau-
ret auditus, nec omnino ęquanimiter discessionis eius sermo
posset admitti, vt relinqueret eos, pro quo omnia reliquis-
sent? Cæterũ non vt maneret in carne, sed vt transferretur ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gspiritũ, totus ab eo in illã carnẽ discipulorũ fuerat collectus affectus, vt dicere esset aliquando: Et si cognouimus Christũ
2.Cor.5.b secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Vnde & benignissimus ille magister blandis eos refouens consolationi-
Ioan. 14.b bus, ait: Rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis, spiritum veritatis, qui vobiscum maneat in æternum.
Ioan.16.b Et item: Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Nisi enim abiero, paracletus nõ veniet ad vos. Grande mysteriũ fratres mei. Quid enim sibi vult, Nisi ego abiero, paracletus non veniet? Itane inuisa paracleto præsentia Christi, aut contuberniũ dominicæ carnis spiritus sanctus horrebat quæ (sicut angelo prænunciante cognouimus) nec concipi quidem, nisi eo superueniente potuerit? Quid est ergo, Nisi ego abiero, paracletus non veniet? Nisi carnis præsentia vestris subtrahatur aspectibus, spiritualis gratiæ plenitudinem occupata mens non admittit, nõ recipit animus, nõ capit affectus. Quis vobis videtur fratres? Si hæc ita sunt, imò quia ita sunt, audeat quis decætero phantasticis quibusdam illecebris deditus, sectans lenocinia carnis suæ, carnis vtiq; peccatricis, genitæ in peccatis, assuetæ peccatis, in qua deniq; bonum nõ est: illum pariter expectare paracletum? Audeat inquam qui huic sterquilinio semper inhæret, qui carnẽ fouet, in carne seminat, carnem sapit: illã nihilo minus consolatio-
H nem supernæ visitationis, torrentem voluptatis illum, illam sperare gratiam spiritus vehementis, quã (vt veritas ipsa testatur) ne cum ipsa quidem verbi carne percipere vllatenus apostoli potuerunt? Errat omnino si quis cœlestẽ illam dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic veneno, charismata illa spiritus misceri posse huiusmodi illecebris arbitratur. Falleris Thoma sancte, falleris si videre dominum speras ab apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos, non ei diuersoria placẽt. In medio stat: id est, disciplina communi, cõmuni vita, cõmunibus studiis delectatur. Vsquequo miser diuerticula captas, & cõsolationes propriæ voluntatis tanto labore queritas, tanto rubore mendicas? Et quid facio inquis? Eiice ancillam, & filium eius: nõ enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Nulla (vt dictum est) conuentio veritati & vanitati, luci & tenebris, spiritui & carni, igni & tepiditati. Sed dũ ille moratur, inquies, sine aliqua
Abacuc 2 consolatione esse non possum. Imò verò si morã fecerit, exAct. 1. pecta eũ: quia veniens veniet, & non tardabit. Apostoli decẽ dies in hac expectatione sederunt, perseuerantes vnanimiter in oratione cũ mulieribus, & Maria matre Iesu. Et tu igitur orare disce, disce quærere, petere, pulsare, donec inuenias, donec accipias, donec aperiatur tibi. Nouit dominus figmentũ tuum: fidelis est, non te patietur tentari supra quàm possis.
I Confido in ipso quòd si fideliter expectaueris, nec diem decimũ expectabit. Præueniet certè in benedictionibus dulcedinis desolatam animam & orantem, vt feliciter & nõ ad insipientiã tibi consolari renuens, in ipsius memoria delectetur inebriatus ab vbertate domus eius, & voluptatis eius torrente potatus. Sic nimirum & Helisæus quondam orasse legitur, cum dulcissimum illud solatium Heliæ præsentiam sibi
4.Reg.2. plangeret subtrahendam. Sed considera diligentius quid orauerit, quid ve respõsum sit postulanti. Oro, inquit, domine, vt fiat spiritus tuus duplex in me. Nimirum duplicari ei spiritum oportebat, vt magistri abeuntis absentiam gratia duplicata suppleret. Vnde & Helias ad eum: Si videris, inquit, me, quãdo tollar à te, fiet quod petisti. Dubitauit enĩ spiritũ visio abeuntis, cum euidenter raptus in cœlum, vniuersa pariter eius desideria secum tulit: vt inciperet ipse quoque iam sapere quæ sursum sunt, non quæ super terrã. Duplicauit spiritum visio abeũtis: vt intellectui spirituali spiritualis iungeretur affectus, cum ipsa vtique cui potissimum inhærebat, carne raptus in cœlum: quod euidentius in apostolis inuenitur impletum. Vbi enim videntibus illis suus ille Iesus tam manifeste eleuatus est, & ferebatur in cœlum, vt nemo eorum opus haberet interrogare quò vadis, ipsa iã (vt ita dixerim) oculata fide edocti sunt supplices in cœlũ leuare oculos, puras tẽdere manus, promissa sibi dona charisnatũ postulates, donec fieret repentè de cœlo sonus aduenientis spiritus vehemẽtis, aduenientis vtiq; ignis quẽ dominus Iesus mittebat in terram, volens vehementer accendi. Constat siquidẽ eos & prius spiritũ accepisse, cũ videlicet insufflauit eis, & dixit: Ac- K
Ioan. 20. cipite spiritum sanctum: sed spiritum plane fidei & intelligẽtiæ, non feruoris, quo magis illuminaretur ratio quàm inflãmaretur affectio, dũ duplicati vtiq; spiritus opus fuit. Quos enim verbũ patris disciplinã & scientiã antè docuerat, & intellectu adimpleuerat corda eorũ, adueniens vtiq; postmodũ ignis diuinus, & inueniens iam receptacula munda, infudit vberius dona charisnatum, & in spiritualem omnino mutauit amorẽ, vt accensa in eis charitas fortis vt mors, iam non modò fores, sed ne ipsa quidem ora propter metũ Iudeorum claudere dignaretur. Cui nos gratiæ pro nostræ exiguitatis modo præparãtes, exinanire per omnia nosmetipsos, & à delectationibus miseris, & caducis consolationibus euacuare studeamus dilectissimi corda nostra, maximéque instante nunc die festo & feruentius & fiducialius vnanimiter perseueremus in oratione, vt sua nos visitatione, sua consolatione & confirmatione dignetur spiritus ille benignus, spiritus dulcis, spiritus fortis, infirma roborans, aspera planans, corda purificans: qui cum patre & filio idipsum, sed nõ is ipse est: vt tres vnũ, & vnum tres esse verissimè prorsus & fidelissimè catholica ecclesia fateatur, à patre adoptata, à filio desponsata, à spiritu sancto confirmata, quibus vt vna substantia, sic eadẽ nihilo minus gloria in secula seculorum. Amen. L

In festo Pentecostes Sermo I.

Celebramus dilectissimi hodie spiritus sancti solẽnitatẽ, tota cũ iucũditate celebrandã, dignã omni deuotione. Dulcissimũ enĩ quiddã in deo spiritus sanctus est, benignitas dei, & idẽ ipse deꝰ. Proinde si celebramus sanctorũ solennia, quãto magis eius à quo habuerũt vt sancti essẽt quotquot fuere sancti? Si veneramur sanctificatos, quãto magis ipsum sanctificatorẽ cõuenit honorari? Hodie itaq; festiuitas est spiritꝰ sancti, qua visibiliter apparuit inuisibilis, sicut & filius cũ sit nihilo minus inuisibilis in seipso, dignatus est exhibere se in carne visibilẽ. Hodie spiritꝰ sanctus reuelat nobis aliquid de seipso, sicut antè de patre & filio aliquid noueramus. Nã perfecta trinitatis cognitio, vita æterna est. Nũc autẽ ex parte cognoscimus, reliqua credimus Psal.
quæ minime sufficimus cõprehendere. Et de patre quidẽ noRom.
ui creationem, clamãtibus creaturis: Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Inuisibilia enim dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur. At vero æternitatẽ & immutabilitatẽ ipsius cõprehendere multũ est à me: lucẽ habitat inaccessibilẽ. De filio autẽ magnũ aliquid noui (eius gratia) scilicet incarnationẽ. Nã generationẽ eius quis enarrabit? Quis cõprehẽdat æqualẽ genitũ genitori? Iam & de spiritu sancto si non processionẽ qua ex patre filióque procedit, (illa enim
M mirabilis facta est scientia ex me, confortata est, & non poterã ad eam) noui tamen aliquid videlicet inspirationẽ. Duo enim sunt, vnde procedat, & quò. Processio à patre & filio, posuit tenebras latibulũ suũ: sed ꝓcessio ad homines, hodie cœpit innotescere, & est iã fidelibꝰ manifesta. Et prius equidẽ (quoniam sic oportebat) signis visibilibus inuisibilis spiritus suũ declarabat aduẽtũ: nũc eius signa quo spiritualiora sunt, eo magis cõgrua, eo magis videntur spiritu sancto digna. Venit tunc super discipulos in linguis igneis, vt verba ignea loquerentur, & legẽ igneã linguę igneę prædicarẽt. Nemo cõ1.Cor. queratur, ꝙ minimè nobis illa manifestatio spiritus fiat, Vnicuique enim datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Denique si dicere opus est, nobis illa manifestatio potius quam apostolis facta est. Ad quid enĩ illis necessariæ linguæ gentiũ, nisi ad conuersionẽ gentiũ? Fuit in eis alia quædã manifestatio magis ad eos pertinens, & hæc vsque hodie fit in nobis. Manifestum enim fuit indutos esse virtute ex alto, qui de tãta pusillanimitate spiritus ad tantã deuenere constantiã. Non est iam fugere, nõ est abscõdi, ꝓpter metũ Iudeorũ, constantius modo prædicãt quàm delitescerent antè timidius. Denique mutationẽ illã dexterę excelsi manifeste declarat principis apostolorũ prius quidẽ inter ancillę verba formido, postAct.
modũ inter principũ verbera fortitudo. Ibant (ait scriptura) gaudentes à cõspectu concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati, quem sanè prius cũ duceretur ad conciliũ, solum reliquerant fugientes. Quis dubitet aduenisse spiritum vehementẽ, qui mentes eorũ inuisibili illustrarer

A ret potentia? In hunc modũ etiã modo quę spiritus operatur in nobis, testimonium perhibent in nobis de eo. Quia igitur
1.Pet.3.b mandatũ accepimus vt declinantes à malo faciamus quod bonũ est, vide quemadmodũ spirius in vtroque adiuuat infirmitatẽ nostrã. Nam diuisiones gratiarũ sunt, idem autẽ spiritus. Propterea ad declinandũ à malo tria operatur in nobis, cõpunctionẽ, supplicationẽ, remissionẽ. Initiũ enim reuertẽdi ad deũ, pœnitentia est, quam sine dubio spiritus operatur, nõ noster, sed dei: idq; & certa ratio docet, & confirmat auctoritas. Quis enim cum ad ignem venerit algens, & fuerit calefactus, dubitabit ei ab igne venisse calorẽ, quem habere non poterat sine illo? Sic ergo qui prius in iniquitate erat frigidus, si postmodũ feruore quodã pœnitentiæ accendatur, alium sibi spiritũ, qui suũ arguit & diiudicat, non dubitet aduenisse. Habes hoc & in euangelio, vbi cum loqueretur de
Ioan.16. spiritu quem accepturi erant credentes in eum: Ille, inquit, arguet mundũ de peccato. Sed quid prodest pœnitere de culpa, & non supplicare pro venia? Necesse est vt etiã hoc spiritus operetur, dulcedine quadã spei replens animum, per quã fiducialiter postules nihil hæsitans. Visne ostendam tibi etiã hoc opus esse spiritus sancti? Vtique dũ abest ille, tale aliquid in tuo spiritu nõ inuenies. Deniq; ipse est in quo clamamus, Abba pater. Ipse qui postulat pro sanctis gemitibus inenar-
B rabilibus. Et hæc quidem in corde nostro. Quid autẽ in corde patris? Sicut in nobis interpellat ꝓ nobis, ita in patre delicta donat cum ipso patre. Aduocatꝰ noster ad patrẽ in cordibus nostris, dominus noster in corde patris. Itaq; quod postulamus, idem ipse donat, qui donat vt postulemus: & sicut nos erigit pia quadam fiducia, ita deum inclinat ad nos magis pia misericordia sua. Itaque vt omnino scias quia remisIoan. 20. sionem peccatorũ spiritus sanctus operatur, audi quod aliquando audierunt apostoli: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et de malo quidem declinando sic. Porro ad faciendũ bonũ quid in nobis spiritus bonus operatur? Profecto monet, & mouet, & docet. Monet memoriam, rationem docet, mouet voluntatẽ. In his enim tribus tota consistit anima. Memoriæ suggerit bona in cogitationibus sanctis, atque ita ignauiam nostrã torporémque repellit. Propterea quotiens huiusmodi suggestionẽ bo-
Ioan.14.d ni senseris in corde tuo, da honorem deo, & age reuerentiam spiritui sancto, cuius vox sonat in auribus tuis. Ipse nanque est qui loquitur iustitiam. Et in euangelio habes, quia ille suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Et aduerte quid præmiserit: Ille docebit vos omnia. Dixeram enim quia docet rationem. Multi siquidem monentur vt benefaciant, sed minime sciunt quid agendum sit, nisi adsit denuo gratia
C spiritus sancti, vt quam inspirat cogitationẽ, doceat in opus proferre, ne vacua in nobis sit gratia dei. Sed quid? Scienti
Iacob.4. bonum, & nõ facienti, peccatum est illi gratia. Propterea nõ solùm moneri & doceri, verumetiã moueri & affici ad bonũ necesse est ab eo vtique spiritu, qui adiuuat infirmitatem nostram, & per quem in cordibus nostris diffunditur charitas, quæ est bona voluntas. Itaque cum sic aduenientis spiritus totam possederit animam suggerendo, instruendo, afficiendo, loquens semper in cogitationibus nostris, vt audiamus & nos quid loquatur in nobis dñs deus, rationẽ illuminãs, volũtatẽ inflãmãs: nõ tibi videtur quia totã domũ impleuerint dispertitæ linguæ tanquam ignis? Nam in his tribus superius dictũ est animã cõsistere totam. Sint autem dispertitæ linguę propter multiplices cogitationes, sed earũ multiplicitas, & vno lumine veritatis & vno charitatis feruore sit tanquam ignis. Aut certe domus impletio fini potius reseruetur, quando mensuram bonã, & confertam, & coagitatam & superefluentẽ dabunt in sinus nostros. Sed quando hæc erunt? Profecto cũ cõpleti fuerint dies Pentecostes. Felices vos, qui iam intrastis quinquagesimam requiei, & iubileum annũ. Fratres nostros loquor, quibus iam dixit spiritus vt requiescant à laboribus suis. Etenim hoc quoq; inter eius opera reperimus. Duo nanq; tẽpora celebramus fratres, quadragesimę vnũ, alterũ quinquagesimę: illud ante passionem, istud post resurrectionẽ: illud in cõpunctione cordis & lamentis pœnitentiæ, istud in deuotione spiritus, & alleluia solẽni. Prius quidẽ tẽpus ipsa est vita presens: posteriꝰ verò quietẽ sanctorũ significat, quę est post mortẽ. Cum autẽ venerit illius quinquage- D
simę finis, in iudicio scilicet & resurrectione, cõpletis diebus Pẽtecostes, aderit plenitudo spiritus, & totã replebit domũ. Plena siquidẽ erit omnis terra maiestate eius, quãdo non solũ anima, sed & ipsum corpus spirituale resurget, si tamen iuxta Apostoli monitũ, dum adhuc est animale, fuerit seminatum.

Eadem die Pentecostes. Sermo II.

HOdie dilectissimi cœli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israël, & pluuia volũtaria segregata est hęreditati Christi. Spiritus enim sanctus procedens à patre, largiori munere suę maiestatis in apostolos superuenit, & tribuit eis charismatũ dona. Post magnificentiã enim resurgentis, post gloriã ascendentis, post residentis sublimitatem non restabat nisi vt expectatio iustorũ lętitia aduenirent, & cœli muneribus cœlestes homines implerẽtur. Vide autẽ si non & sententiarum põdere, & verborũ ordine hęc omnia Esaias longè antè
Esa.4.b prædixit. Erit (inquit) in die illa germẽ domini in magnificentia & gloria, & fructus terrę sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israël. Germen domini, Iesus Christus solus de mundissimo cõceptus semine: quia etsi in similitudine carnis peccati, non tamẽ in carne peccati. Et si filius carnis Adæ, nõ tamen filius prævaricationis Adæ: quia non fuit natura filius iræ, sicut reliqui omnes qui in iniquitatibus sunt concepti. Istud ergo germẽ quod de virga Iesse virore virgineo pullulauit, in magnificẽtia fuit, cũ resurrexisset à mortuis, quia tũc
E domine deus meus magnificatus es vehemẽtet, confessionẽ & decorẽ induens, amictus lumine sicut vestimẽto. Quanta autẽ ascendentis gloria, cum medius angelorũ & animarum sanctarum ad patrẽ deduceris, & triumphatrice palma cœlis inuectus, susceptum hominẽ in ipsa diuinitatis claudis identitate? Quis cogitet, nedum loquatur, quàm sit fructus terræ sublimis in consessu ad dexteram patris, quod vtique cœlestium oculos reuerberat naturarum, quod angelicus intuitus contremit, non attingit? Veniat ergo exultatio domine Iesu his qui saluati sunt de Israël, apostolis tuis quos elegisti ante mundi constitutionem. Veniat spiritus tuus bonus qui sordes abluat, & infundat virtutes, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris dei. Eia igitur fratres cogitemus super nos & in nos opera trinitatis ab initio mũdi vsq; ad finẽ, & videamus quàm sollicita fuerit illa maiestas, cui administratio pariter & gubernatio seculorũ incumbit, ne nos perderet in æternum. Et potenter quidem omnia fecerat, & sapienter omnia gubernabat, & vtrarumque rerum tam potentiæ quàm sapientiæ signa manifestissima tenebantur in creatione & eõseruatione machinæ mũdialis. Et bonitas quidẽ in deo erat, & bonitas multa nimis, sed latebat in corde patris, cumulãda quandoque super genus filiorum Adam tempore opportuno. Di-
Hier.29.c cebat tamẽ dominus: Ego cogito cogitationes pacis, vt mitteret nobis illum qui est pax nostra, qui fecit vtraque vnum: F
vt iam daret pacem super pacem, pacem his qui longè, & pacem his qui propè. Verbũ igitur dei in sublimi constitutum, vt ad nos descenderet, propria benignitas inuitauit, misericordia traxit, veritas qua se promiserat venturum compulit, puritas vteri virginalis salua virginis susceptit integritate, potentia eduxit, obediẽtia in omnibus deduxit, patientia armauit, charitas verbis & miraculis manifestauit. Prorsus amplissima mihi nunc materia & malorum meorum suppetit, & bonorum domini mei, vt cum cogitauerim vias meas, conuertam pedes meos in testimonia sua. Illa enim bona ineffabilia sunt, quia (vt breui verbo cuncta concludam) nihil melius inuenire potuit vnde nos redimeret sapientia dei, in omni sapientia sua. Sed & mala circundederant nos, quorum non erat numerus: quia peccaui (iustus loquitur) super nume-
2.Pa.39.a rum arenę maris. Et propter nomen tuum domine propitiã-
Psal.28.c beris peccato meo, multum est enim. Missus est coluber tortuosus à diabolo, vt venenũ per aures mulieris in ipsius mentem trãsfunderet, & sic refunderet in totius posteritatis originem. Missus est interim Gabriel angelus à deo, vt verbum patris per aurem virginis in ventrem & mentem ipsius eructaret, vt eadem via intraret & antidotũ, qua venenum intrauerat. Verè videmus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre: quia totum paternum est, quod de corde patris Christus attulit nobis, vt nihil in filio dei nisi dulce, nisi paternum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G humani generis trepidatio ſuſpicetur. A planta pedis vſq; ad verticem non erat in nobis ſanitas: errauerамus ab vtero: in vtero dānati antequā nati: quia de peccato & in peccato cōcepti. Chriſtus ergo ibi primùm medicinā appoſuit, vbi primus vulneri patebat locus: & ſubſtātialiter vtero virginis illapſus, de ſpiritu ſancto cōceptus eſt: vt conceptionē noſtrā mūdaret, quā ſpiritus malus ſi nō fecerat, tamen infecerat: vt non eſſet etiā in vtero vita ipſius ocioſa, dum nouē menſibus purgat vulnus antiquū, ſcrutās (vt dicitur) vſq; ad imū putredinē virulentā, vt ſanitas ſempiterna ſuccederet. Et tunc iam operabatur ſalutē noſtram in medio terræ, in vtero videlicet virginis Mariæ, qui mirabili proprietate terræ mediū appellatur. Ad illā em̄ ſicut ad medium, ſicut ad arcam dei, ſicut ad rerū cauſam, ſicut ad negocium ſeculorū reſpiciunt & qui in cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequētur, & nati natorū, & qui naſcētur ab illis. Illi qui ſunt in cœlo, vt reſarciātur: & q in inferno, vt eripiantur: qui præceſſerunt, vt prophetæ fideles, inueniātur: qui ſequuntur, vt glorificentur. Eò beatam te dicunt omnes generationes genitrix dei, domina mundi, regina cœli.

Epheſ.3.c Omnes inquam generationes. Sunt enim generationes cœli & terræ. Pater ſpirituū, (ait apoſtolus) ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Ex hoc ergo beatam te dicent omnes generationes, quæ omnibus generationibus vitam & gloriam genuiſti. In te enim angeli lætitiam, iuſti gratiam, peccatores veniam inuenerunt in æternū. Meritò in te reſpiciunt oculi totius creaturæ, quia in te & per te & de te benigna manus omnipotentis quicquid creauerat, recreauit.

Placebitne tibi domine Ieſu, vt dones mihi vitam tuam, ſicut dediſti conceptionē? quia non ſolum conceptio mea immunda, ſed mors peruerſa, vita periculoſa, & poſt mortē reſtat mors grauior, mors ſecūda. Non ſolùm, ait, conceptionē meā, ſed & vitā meam, & hoc per ſingulos ætatū gradus infantiæ, pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuentutis tibi donabo: adiiciens mortem, reſurrectionē, aſcenſionē, & miſſionem ſpiritus ſancti. Hoc autē ideò, vt conceptio mea emundet tuam: vita mea inſtruat tuam: mors mea deſtruat tuam: reſurrectio mea præcedat tuā: aſcenſio mea præparet tuā: porro ſpiritus adiuuet infirmitatē tuam. Sic enim planè videbis & viam per quam ambules, & cautelam qua ambules, & ad quā ambules manſionem. In vita mea cognoſces vitam tuam, vt ſicut ego paupertatis & obedientiæ, humilitatis & patientiæ, charitatis & miſericordię indeclinabiles ſemitas tenui: ſic & tu eiſdē veſtigiis incedas, non declinans ad dexteram neq; ad ſiniſtrā.

I In morte autem mea dabo tibi iuſtitiam meā, dirumpens iugum captiuitatis tuę, expugnās hoſtes qui ſunt in via vel iuxta viam, vt nō apponāt amplius nocere tibi. His autem completis reuertar in domum meam vnde exiui, & ouibus illis quæ in montibus remanſerant, & quas propter te reliqueram, vt nō te ducerem, ſed reportarem, reddam faciem meā. Et ne de abſentia mea vel murmures vel contriſteris, mittam tibi ſpiritum paracletum, qui tibi donet pignus ſalutis, robur vitæ, ſcientiæ lumen. Pignus ſalutis, vt ipſe ſpiritus reddāt teſtimonium ſpiritui tuo, quòd filius dei ſis: qui certiſſima ſigna prædeſtinationis tuæ cordi tuo imprimat & oſtendat: qui donet lætitiam in corde tuo, & de rore cœli ſi non continuè, tamen ſæpiſſime mentem tuā impinguet. Robur vitæ, vt quod per naturam tibi eſt impoſſibile, per gratiam eius non ſolùm poſſibile, ſed & facile fiat: ita vt in laboribus, in vigiliis, in fame & ſiti, & in omnibus obſeruantiis (quæ niſi farinula iſta dulcorentur, prorſus mors in olla appareat) delectabiliter incedat ſicut in omnibus diuitiis. Scientiæ lumen, vt cū omnia bene feceris, te ſeruum inutilem putes: & quicquid boni in te inueneris, illi tribuas à quo omne bonum eſt, ſine quo non parum aliquid, ſed nihil omnino potes incipere, ne perficere dicam. Sic ergo ſpiritus iſte in tribus iſtis te docebit omnia, ſed omnia quæ ad tuā pertinent ſalutem, quia in ipſis eſt plena & abſoluta perfectio. Hoc eſt quod per prophetam idem ſpiritus dicit: Seminate vobis ad iuſtitiam, vbi pignus ſalutis oſtenditur: metite ſpem vitæ: vbi vitale robur accipitur: illuminate vobis lumen ſcientiæ, quod verbis propriis ſubinfertur. Vnde & ſpiritus iſte ſuper apoſtolos in igne apparuit, propter lumē pariter & ardorem. Quos enim repleuerit, & ſpiritu feruere, & in veritate cognoſcere facit, quia ſola miſeri- K
cordia eſt quæ eos & præuenit & perducit. Multum ſibi de hac miſericordia vndique contradixerat puer domini, cū diceret: Miſericordia eius præueniet me. & , Miſericordia tua *Pſa.58.d*
ante oculos meos eſt. &, Miſericordia tua ſubſequetur me o- *Pſal.22.c*
mnibus diebus vitę meę. &, Qui me coronat in miſericordia *Pſal.22.b*
& miſerationibus. &, Deus meus miſericordia mea. Quā dul *Pſa.102.d*
citer domine Ieſu cum hominibus cōuerſatus es, quàm abūdāter multa & magna bona hominib⁹ largitus es, quàm fortiter tam indigna quā aſpera pro hominibus paſſus es, ita vt liceat ſugere mel de petra, oleúmque de ſaxo duriſſimo: duro ad verba, duriore ad verbera, duriſſimo ad crucis horrēda: quia in omnibus his ſicut agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum. Vides igitur quàm verum dixe- *Pſal.29.d*
rit ille qui dixit, Dominus ſollicitus eſt mei. Pater vt ſeruum redimat, filio nō parcit: filius ſeipſum libentiſſimè tradit: ſpiritum ſanctum vterq; mittit: & ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. O duri & indurati & obdurati filij Adā, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amor⁹, qui pro vilibus ſarcinulis tam precioſas merces expendit. Non enim corruptibilibus auro vel argento redemit nos, ſed precioſo ſanguine ſuo, quē effudit abunde: quia largiter vndæ ſanguinis de corpore Ieſu per quinque partes emanauerunt. Quid L
vltra debuit facere, & non fecit? Illuminauit cæcos, reduxit erroneos, recōciliauit reos, iuſtificauit impios, triginta & tribus annis ſuper terram viſus, cū hominibus conuerſatus, pro hominibus mortuus, qui de Cherubim & Seraphim & omnibus angelicis virtutibus dixit & facta ſunt, cui ſubeſt cum *Nota.*
voluerit omnia poſſe. Quid ergo à te quærit qui tāta ſollicitudine te quæſiuit, niſi te ſollicitum ambulare cum deo tuo? Hanc ſollicitudinem non facit niſi ſpiritus ſanctus, qui ſcrutatur profunda pectorum noſtrorū, diſcretor cogitationū & intentionū cordis, qui nec minimam paleam intra cordis quod poſſidet habitaculum patitur reſidere, ſed ſtatim igne ſubtiliſſimę circunſpectionis exurit ſpiritus dulcis & ſuauis, qui noſtram voluntatem flectat, imò erigat & dirigat magis ad ſuam, vt eam & veraciter intelligere, & feruēter diligere, & efficaciter implere poſſimus.

Item in eadem ſolennitate. *Sermo III.*

QVam libenter vobis communicem ſi quid mihi ſuperna dignatione ſenſero inſpiratum, nouit ſpiritus ipſe, cuius hodie ſolennitatem, & ſolennitatem præcipuam celebramus, vtinam deuotione præcipua. Ipſe eſt enim, dilectiſſimi, qui vos ſedere facit non ſolùm in ciuitate, & in domo vna, vt ſedeat ſup ſedētes, vt requieſcat ſuper humiles & trementes ad ſermones ſuos. Ipſe eſt qui virgīni obumbrauit, M
apoſtolos roborauit, vt & virgineo corpori temperaret deitatis acceſſum, & apoſtolos indueret virtute ex alto, feruentiſſima ſcilicet charitate. Hāc nimirum apoſtolicus ille chorus loricam ſeſe induit ſicut gigas ad faciendam vindictam *Pſal.149.*
in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Quia enim in domum fortis, ligare eum, & vaſa eius diripere mittebantur, opus erat fortitudine ampliori. Alioquin quàm multum erat ad ipſos, vt de morte triumpharent, & ne ipſæ quidem portæ inferi prævalerent aduerſus eos, ſi non vigeret in eis quæ in eis vinceret dilectio fortis vt mors, dura ſicut infernus æmulatio? Hunc ſibi zelum imbiberant, cū vino ebrij putarentur. Et verè ebrij vino, ſed non eo, quo ab incredulis ebrij credebantur. Planè inquam ebrij, ſed vino nouo, quod veteres quidem vtres nec mererentur accipere, nec continere valerent. Hoc enim vinū vera illa vitis fuderat de excelſo, vinum lætificans cor, non ſtatū mentis euertens: vinum germinans virgines, non apoſtatare faciens etiā ſapientes. Nouum vinū, ſed habitantibus ſuper terram. Nam in cœlis quidem olim copioſiſſime redundabat, non in vtribus, nec in teſteis vaſis, ſed in cella vinaria, in ſpiritualibus apothecis. Fluebat per vicos & plateas omnes illius ciuitatis vinum in quo lætitia cordis, non carnis luxuria eſt. nam terrigenæ & filij hominum vinum eiuſmodi non habebant. Sic igitur cœlū quidem vino proprio fruebatur, quod terra interim neſciebat, ſed ne ipſa quidē terra penitus inops carne

Chriſti

A Chriſti gloriabatur, cuius præſentiā nihilo minus cœlū ſitiebat. Quidni fideliſſimum fieret gratiſſimúmque cōmercium inter cœlum & terram, inter angelos & apoſtolos, vt exhiberetur illis caro Chriſti, iſtis vinū cœli, eſſētque in terra ſpiritus, caro in cœlis, ac deinceps omnia omnibus communia in æternum? Niſi, inquit, ego abiero, paracletus non veniet *Ioan.16.*
ad vos. Hoc eſt dicere: Si non dederitis quod amatis, nō habebitis quod deſideratis. Expedit ergo vobis vt ego vadam: vos quoque de terra ad cœlum, de carne ad ſpiritum tranſlaturus. filius enim ſpiritus, pater ſpiritus, ſpiritus ſanctus ſpiritus eſt. Denique ſpiritus ante faciem noſtram Chriſtus dominus. Sed & pater quia ſpiritus eſt, tales quærit adoratores qui adorent eum in ſpiritu & veritate. Spiritus tamē ſanctus quaſi ſpecialiter ſpiritus dicitur, quòd ab vtroque procedat, firmiſſimū & indiſſolubile vinculum trinitatis: tanquā proprie ſanctus, quòd ſit donum patris & filij, omnem ſanctificans creaturam: quamuis pater quoq; & ſpiritus, & ſanctus: *Rom.11.d*
itémque & filius, & ſpiritus, & ſanctus ſit. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ait apoſtolus. Tria in magno huius mundi opere cogitare debemus, videlicet quid ſit, quomodo ſit, ad quid ſit cōſtitutus. Et ineſſe quidem rerum inæſtimabilis potentia cōmendatur, quòd tam multa, tam magna, tā multipliciter tam magnificè ſunt creata. Sane in modo ipſo ſapientia ſingularis elucet: quòd hęc quidem ſurſum, hæc verò deorſum, hęc in medio ordinatiſſimè ſint locata. Si
B verò ad quid factus ſit mediteris, occurrit tam vtilis benignitas, tam benigna vtilitas, quæ etiam ingratiſſimos quoſque multitudine & magnitudine beneficiorum poſſit obruere. Potentiſſime ſiquidē ex nihilo omnia, ſapientiſſime pulchra, benigniſſime vtilia ſunt creata. Veruntamen & fuiſſe nouimus ab initio & adhuc multos eſſe videmus in filiis hominū, qui in bonis inferioribus ſenſibilis mundi huius, tota ſenſualitate depreſſi, totos ſe dederunt his quæ facta ſunt, quonam modo vel ad quid facta ſint negligentes. Quid iſtos niſi carnales dicamus? Pauciſſimos eſſe iam arbitror: legimus tamen nonnullos quandoque fuiſſe, quibus ſummum ſtudium fuit, atque vnica ſollicitudo, modū & ordinē inueſtigare factorum, adeò, vt plerique nō modò vtilitatem rerum perquirere diſſimulauerint, ſed & ipſas magnanimiter ſpreuerint, cibo paruiſſimo viliſſimóque contenti. Ipſi quidē ſeſe philoſophos vocāt, ſed à nobis curioſi & vani rectius appellantur. Vtriſque igitur ſucceſſerunt viri prudentiores vtriſque, qui nimirū & quę facta ſunt & quomodo facta ſunt trāſilientes, intenderunt aciē mentis, vt ad quid facta ſunt viderent. Nec latuit eos, quoniam omnia propter ſemetipſum fecit deus, omnia propter ſuos. Aliter tamen propter ſe, aliter propter ſuos. in eo quippe quod dicitur, omnia propter ſe, præueniēs commendatur origo: in eo autem quod dicitur omnia propter
C ſuos, magis exprimitur fructus ſequens. Omnia fecit propter ſemetipſum, gratuita videlicet bonitate: omnia propter electos ſuos, pro eorum ſcilicet vtilitate, vt illa quidem efficiens cauſa ſit, hęc finis. Hi ſunt ſpirituales viri, ſic vtētes hoc mundo tanquā non vtētes, ſed in ſimplicitate cordis ſui quęrentes deū, ne illud quidē magnopere veſtigātes, quonā modo mūdialis hæc machina volueretur: primi voluptate, ſecūdi vanitate, tertij veritate impleti. Gaudeo vos eſſe de hac *Pſal.118.a*
ſchola, de ſchola videlicet ſpiritus, vbi bonitatē & diſciplinā & ſcientiam diſcatis, & dicatis cū ſancto: Super omnes docentes me intellexi. Quare? inquam. Nūquid quia purpura & byſſo me indui, & quia lautioribus epulis abūdaui? Nunquid quia Platonis argutias, Ariſtotelis verſutias intellexi, aut vt intelligerem laborauī? Abſit inquam, ſed quia teſtimonia tua exquiſiui. Felix qui in hoc ſancti ſpiritus thalamo commoratur, vt poſſit intelligere triplicem illum ſpiritū: de quo idem ipſe puer domini ſuper ſeniores intelligens clamabat, & decantabat: ne proiicias me à facie tua, & ſpiritū ſanctum *Pſal.50.*
tuum ne auferas à me. Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Redde mihi lætitiā ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Spiritum ſanctū ipſum intellige proprio nomine deſignatum. Rogat ergo ne proiiciatur à facie eius tanquā aliquid immundū: quia ſpiritus iſte odit ſordes, nec habitare poterit in corpore ſubdito peccatis. Cui enim proprium eſt peccata repellere, ipſi & proprium eſt peccata odiſſe: nec in vno domicilio pariter mō- D
rabuntur tanta munditia, & immūditia tanta. Recepto ergo ſancto ſpiritu per ſanctimoniā, ſine qua nemo videbit deum, audet quis ante faciē eius apparere tanquā lotus & mundus: vtpote qui cōtinet ſe ab omni malo, & qui actiones etſi non cogitationes frenauerit. Sed quia peruerſæ & immūdæ cogitationes ſeparant à deo: orandum eſt vt cor mundum creetur *Sapien.1.i*
in nobis: quod vtiq; fiet, ſi ſpiritus rectus fuerit in noſtris viſceribus innouatus. Spiritum rectū quod ait, filio poteſt non inconuenienter aptari, qui nos veterē hominē exuens, nouum induit: qui nos renouauit in ſpiritu mētis noſtræ tanquam in viſcerib⁹ noſtris, vt cogitemus quę recta ſunt, vt ambulemus in nouitate ſpiritus, & nō in literę vetuſtate. Formā enim rectitudinis de cœlis attulit, reliquit in terris: immiſcēs ſanè & mittens dulcedinē rectitudinis in omnibus operibus ſuis, ſicut de eo idē ipſe prędixerat: Dulcis & rectus dominus, pro- *Pſal.24.*
pter hoc legē dabit delinquētibus in via. Caſtigato ergo cotpore per ſanctitudinē operū, mūdato corde vel potius innouato per rectitudinē cogitationū, redditur lætitia ſalutaris, vt iam in lumine vultus dei ambules, & in nomine eius exultes tota die. Quid igitur reſtat, niſi vt ſpiritu principali cōfirmeris? Patrē intellige ſpiritū principalē: non ꝙ maior, ſed quòd ſolus à nullo, cum ab eo ſit filius: ſpiritus ſanctus ab vtroque. In quo autē confirmatio hęc, niſi in charitate? Aut quod donum aliud tam dignū patre? quod munus aliud tam paternū? E
Quis nos (ait Apoſtolus) ſeparabit à charitate Chriſti: Tribu- *Rom.8.*
latio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculū, an perſecutio, an gladius? Certi ſitis, quia neq; mors, neq; vita, neque cętera alia, quæ Apoſtolus tā multipliciter quam audacter enumerat, poterūt nos ſeparare à charitate dei, quę eſt in Chriſto Ieſu. Nūquid nō hoc cōfirmationē ab omni huius ſentētiæ parte demōſtrat? Scis vas tuū poſſidere in ſanctificatione & honore, & nō in paſſione deſiderij? Spiritū ſanctū accepiſti tibi. Vis vt quæcunq; tibi vis ab omnibus fieri, tu quoque facias illis, & quod tibi fieri nō vis, alij ne feceris? Spiritu rectum ad opus proximi ſuſcepiſti. Hęc eſt enim rectitudo quā lex vtraq; cōmendat, & quę naturæ indita eſt, & quæ tradita per ſcripturā. Iam ſi in vtroq; bono & in his quæ ad vtrunq; pertinēt, firmiter perſeueras: principalē ſpiritum (quē ſolum deus approbat) recepiſti, alioquin quæ modo ſunt, modo nō ſunt, is qui verè eſt, non acceptat, nec in caducis iſtis ſibi poteſt æternitas complacere. Itaq; ſi deſideras vt in te deus eligat partem ſibi: eſto ſollicitus ſicut tibi ſpiritum ſanctum, ſicut proximo ſpiritum rectum: ſic ei quoque tanquam vero principi, & patri ſpirituum, ſpiritum principalem exhibere. Verè multiplex ſpiritus, qui tam multipliciter filiis hominū inſpiratur, vt nō ſit qui ſe abſcondat à calore eius. Siquidem cōceditur eis ad vſum, ad miraculum, ad ſalutē, ad auxilium, ad ſolatium, ad feruorem. Ad vſum quidē vitæ, bonis & malis, dignis pariter & indignis communia bona abundantiſſi- F
mè tribuens: ita vt videatur hic diſcretionis limitē non tenere. Ingratus, qui in his quoque beneficium ſpiritus nō agnoſcit. Ad miraculum, in ſignis & prodigiis, in variis virtutibus quas per quorūlibet manus operetur: ipſe eſt antiqua miracula ſuſcitās, vt ex præſentibus fidem aſtruat præteritorum. Sed quia nonnullis hanc quoque gratiam ſine propria vtilitate largitur: tertia infunditur ad ſalutem: cum in toto corde noſtro reuertimur ad dominum deum noſtrum. Porrò ad auxilium datur, cū in omni colluctatione adiuuat infirmitatem noſtram. Nam cū teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro quòd filij dei ſumus, ea inſpiratio eſt ad cōſolationem. Datur etiam ad feruorem, cum in cordibus perfectorum vehementius ſpirans validum ignem charitatis accendit, vt nō ſolùm in ſpe filiorum dei, ſed etiā in tribulationibus gloriētur, contumeliam gloriam reputantes, opprobrium gaudium, deſpectionem exaltationē. Omnibus nobis (ni fallor) datus eſt ſpiritus ad ſalutē, ad feruorem non ita. Pauci enim ſunt qui hoc ſpiritu repleantur: pauci qui ſtudeant æmulari. Contenti ſumus anguſtiis noſtris, nec reſpirare in libertatē illam, nō ſaltem ad eam ſpirare conamur. Oremus fratres, vt conplaceāt in nobis dies pentecoſtes, dies remiſſionis, dies exultationis, dies veriſſimi iubilei: & inueniat nos ſemper ſpiritus ſanctus omnes propter præſentiam corporalem, pariter propter cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dium vnitatem,in eodē loco per promiſſam ſtabilitatem, ad laudem & gloriam ſponſi eccleſiæ Ieſu Chriſti domini noſtri,qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

In natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ, de lucerna ardente & lucente Sermo.

Eſa.1. SIt procul ab his cōuentibus fratres, increpatio illa prophetę,Iudaica reprobantis conuenticula,& dicentis:Iniqui ſunt cœtus veſtri.Hi nimirūm cœtus non iniqui,ſed planè ſancti, ſed religioſi, ſed pleni gratia,digni benedictione. Conuenitis ſiquidem ad audiendum deum:conuenitis ad laudandum,ad orandum, ad adorandum. Sacer eſt conuentus vterq;,placens deo, angelis familiaris.State ergo in reuerentia fratres,ſtate in ſollicitudine & deuotione mentis: maximēq; in loco orationis, & in hac ſchola Chriſti,& auditorio ſpiritali.Nolite conſiderare dilectiſſimi, quæ videntur & temporalia ſunt,ſed magis quę nō videntur ęterna,Secundū fidem,non ſecundū faciem iudicate. Terribiliter ſiquidem metuendus eſt locus vterque:nec maior adeſſe credendus eſt numerus hominū quàm angelorum.Patet vtrobique ſine dubio porta cœli, ſcala illa erecta eſt,aſcendunt & deſcendunt angeli ſuper filium hominis.Gigas nanque eſt iſte filius hominis:cœlū ei ſedes eſt, terra ſcabellum pedū eius.Et eleuata eſt magnificētia eius ſuper cœlos:manet tamen nobiſcum vſq; ad ſeculi cōſummationem. Aſcendunt & deſcendunt itaque ad deum angeli ſancti:quia caput & corpus vnus eſt Chriſtus. Nec tamē vbi caput, ſed vbicūque fuerit corpus,ibi cōgregabūtur & aquilæ, licet nō poſſit caput à corpore ſeparari.Denique & ipſe ait: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum.Sed fortè quis dicat:Vbi eſt modo Chriſtus? Oſtēde nobis Chriſtum,& ſufficit nobis. Quid curioſos circunducitis oculos? Num ad videndū & non magis ad audiendum conuenitis?Dominus deus aperuit mihi aurē,ait propheta. Aurē meam aperuit,vt audiam quid loquatur:non oculum (vt videam vultū eius)illuminauit.Aut certè ſuā mihi aperuit aurem, non facien reuelauit.Poſt parietē ſtat,audit, & auditur: ſed necdum apparet.Audit orantes,erudit audientes. An experimentum eius quæritis qui in me loquitur Chriſtus?Ego, inquit,qui loquor iuſtitiam. Quidni loquatur ore,quod ipſe plaſmauit? Quidni ſuo vtatur vt libet,artifex inſtrumēto? Nō tantum aures eorū,ſed & labia mea aperi domine: ego enim labia mea nō prohibebo domine,tu ſciſti. Bene enim omnia facis,& ſurdos facis audire,& mutos loqui. Audite ergo fratres,quid de Ioanne loquatur, cuius ſolennis hodie natiuitas celebratur.Ipſe(inquit)erat lucerna ardens & lucens.Magnū teſtimonium, fratres mei. Magnus enim eſt cui pethibetur, ſed maior eſt ipſe qui perhibet. Ille (inquit) erat lucerna ardens & lucens.Eſt enim tantùm lucere vanum, tantū ardere parum:ardere & lucere perfectū. Audi quid dicat ſcriptura. Sapiens permanet vt ſol, ſtultus autē vt luna mutatur. Quia enim ſplendet luna ſine feruore:modo plena, modo exigua, modo nulla videtur.Mutuatum ſiquidem lumen nunquā in eodē permanet ſtatu,ſed creſcit,deficit,extenuatur,adnihilatur,& penitus nō cōparet.Sic ſic qui cōſcientias ſuas in alienis labiis poſuerūt,modo magni,modo parui ſunt,modo nulli,ſecundum quòd adulantiū linguis vel vituperare placuerit vel laudare. At verò ſolis ſplēdor igneus eſt,& cum feruet ācrius,etiam oculis lucidior exhibetur.Sic ſapientis ardor internus,foris lucet:& ſi non ei datur vtrunque, curat ſemper ardere magis,vt pater ſuus qui videt in abſcondito,reddat ei. Væ nobis fratres ſi luxerimus tātùm. Nam lucemus quidem & magnificamur ab hominibus, ſed mihi pro minimo eſt vt ab humano iudicer die. Qui enim iudicat me, dominus eſt, qui feruorem ab omnibus exigit: ſplendorem verò non ita. Ignē(inquit)veni mittere in terrā,& quid volo niſi vt accendatur?Hoc nempe cōmune mandatum : hoc eſt quod exigitur ab vniuerſis,nec vlla,ſi deeſſe contigerit,admittitur excuſatio. Cæterum ſingulariter apoſtolis & apoſtolicis viris dicitur:Luceat lux veſtra coram hominibus : nimirum tanquā accenſis,& vehementer accenſis, & quibus non timeatur à flatu quolibet,aut impulſione ventorū. Dictum eſt & Ioāni, ſed illi in aure audiunt:Ioannes in ſpiritu tāquam angelus eruditur. Nimirum tantò propinquiōr deo, quanto vox verbo vicina : cui nulla voce alia media quod foris ſonet operteat intimari. Neque enim Ioannem prædicatio, ſed inſpiratio docuit,quē repleuit ſpiritus in vtero matris ſuæ. Verē ardens & vehementer accenſus,quē ſic præoccupauit flamma cœleſtis,vt iam Chriſti ſentiret aduentum, qui necdū ſentire poterat vel ſeipſum. Nimirum nouus ille ignis, qui recēns elapſus è cœlo,per os Gabrielis in aurem intrauerat virginis, & per matris aurem introiuit ad paruulum:vt ab ea hora vas electionis ſuę ſpiritus ſanctus impleret,& lucernam Chriſto domino pararet. Fuit ergo iam tunc ardens lucerna,ſed interim adhuc ſub modio,donec ſuper candelabrum poneretur, & luceret omnibus qui erant in domo domini. Illo enim in tēpore ſolū adhuc potuit illuminare modiū ſuū: ſoli interim lucere matri magnum ei pietatis ſacramentum reuelans ipſo motu nouæ exultationis. Vnde mihi hoc (inquit) vt veniat mater domini mei ad me? Quis enim tibi indicauit matrem domini, mulier ſancta? Vnde me noſti? Vt facta eſt (inquit) vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.Illuminauit ergo iam tunc modiū ſuū ſub quo latebat:ſed quē non latebat ardens lucerna ſub modio, totum paulò pòſt mundū nouis illuſtratura fulgoribus. Ille erat(inquit)lucerna ardens & lucens. Non ait lucens & ardens:quia Ioannis ex feruore ſplendor, nō feruor prodiit ex ſplendore.Sunt enim qui non eò lucēt,quia feruent: ſed magis feruent vt luceant.At iſti planè nō feruent charitatis ſpiritu:ſed ſtudio vanitatis. Vultis noſſe quemadmodū arſit Ioannes & luxit? Ego vtrunque in eo triplicem poſſe arbitror inueniri,& ardorem ſcilicet & ſplēdorem. Ardens enim erat in ſeipſo vehementi auſteritate conuerſationis: erga Chriſtū intimo quodam & pleno feruore deuotionis:erga peccantes proximos cōſtantia liberæ increpationis.Luxit nihilo minus (vt paucis dixerim)exemplo,digito,verbo: & ſeipſum oſtendens ad imitationē,& luminare maius quod latebat, ad peccatorum remiſſionem, & ipſas quoq; tenebras noſtras illuminans,ſicut ſcriptum eſt : Quoniam tu illuminās lucernam meam,domine deus meus illumina tenebras meas:vtique ad corruptionem.Conſidera igitur hominem angelico promiſſum oraculo,cōceptum miraculo,ſanctificatum in vtero, & nouum in nouo homine pœnitentiæ mirare feruorē. Victum & veſtitū(ait Apoſtolus) habentes, his contenti ſimus. Apoſtolica perfectio iſta eſt, ſed Ioannes etiam hæc contempſit. Denique audi dominum in euāgelio. Venit (inquit) Ioannes non manducans,nec bibens,plane nec veſtiens. Sicut enim nō eſt locuſta cibus,niſi aliquorum fortè irrationabiliū animalium, ſic nec pilus cameli humanū eſt indumentū. Quid tu pilos tuos camele depoſuiſti ? Vtinā gibbum magis depoſuiſſes. Quid vos irrationabiles feræ & reptilia deſerti, cibos exquiritis delicatos? Ioānes ſanctus homo miſſus à deo, imò angelus dei,ſicut ait pater:Ecce mitto angelū meum ante te. Hic ergo Ioānes quo nullus maior in natis mulierum, innocentiſſimum illud corpus ſic caſtigat,ſic extenuat,ſic affligit: vos indui feſtinatis byſſo & purpura, & ſpendidè epulari? Heu hic eſt præſentis totus honor diei, hæc Baptiſtæ reuerētia tota:hęc natiuitatis eius prophetata quondam lætitia eſt. Cuius enim memoriā agitis ô nimis delicati cultores ? cuius celebratis natalem? Nonne illius qui in eremo fuit hirſutus veſte, cōfectus inedia? Quid exiſtis in deſertū videre filij Babylonis,arundinem vento agitatam? Quid igitur?Hominem mollibus veſtitum ? Nutritum mollibus? In his nempe tota verſatur hæc veſtra celebritas : in popularis fauoris aura ſectāda,in gloria veſtium,& voluptate ciborum. Sed quid hęc ad Ioannem?Neq; enim Ioannes fecit ſic, aut talibus vnquā potuit delectari.Multi(inquit angelus)in natiuitate eius gaudebunt.Verum id quidem:multi in natiuitate eius gaudent: & paganis ipſis(vt audiuimus)lęta eſt & ſolēnis.Illi celebrāt quod ignorant,ſed non ita debuerant Chriſtiani. Nunc verò & ipſi in hac beati Ioannis Baptiſtæ natiuitate gaudent : ſed vtinam de natiuitate,non de vanitate.Quid eſt enim niſi vanitas vanitatū quicquid ſub ſole eſt? aut quid amplius habet homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat ? Fratres ſub ſole eſt quicquid oculis cernitur, quicquid huic corporeæ luci ſubiacere videtur. Quid verò illud niſi vapor ad modicū parens?

A rens? Quid illud niſi fœnum,& flos fœni? Omnis caro fœnum(ait dominus)& omnis gloria eius quaſi flos fœni. Fœnum aruit, & flos decidit, verbū autem domini manet in æternum.In hoc verbo laboremus fratres, in quo & viuere & gaudere poſſimus in æternum. Operemur nō cibū qui perit, ſed qui permanet in vitam æternum. Quis ille ? Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei.Seminemus in hoc verbo chariſſimi ſeminemus in ſpiritu:quoniā qui in carne ſeminant, ſolam habent metere corruptionē.Gaudeamus intus, & non ſub ſole, ſed iuxta Apoſtolum tanquam triſtes propter humilitatem & grauitatem: ſemper autem gaudentes propter internam conſolationem. Gaudeamus dilectiſſimi in natali beati Ioānis,& gaudeamus de ipſa natiuitate.Copioſa quidem nobis in eius recordatione cauſa multiplex eſt materia gaudiorum. Ille erat lucerna ardens & lucens:Iudæi voluerunt exultare in luce eius : ipſe verò potius gaudebat in feruore deuotionis,gaudebat ad vocem ſponſi tanquam amicus ſponſi. Nobis in vtroque gaudendum eſt,in altero quidem ei, nobis in altero congaudendum.Ardebat enim ſibi,nobis autem lucebat.Gaudeamus in feruore eius ad imitationem,gaudeamus in lumine,nō tamē ibi manentes,ſed vt in lumine eius videamus lumen. Lumen vtique verum,quod non eſt ipſe,ſed cui teſtimonium perhibet ipſe.Venit Ioannes(ait dominus) nec manducans nec bibens. Incentiuum feruoris id mihi eſt materia humilitatis. Quis enim in nobis eſt fratres,qui Ioannis pœnitentiam intuens,ſuā non dico magnificare,ſed alicuius ſaltem momenti reputare præſumat? Quis audeat murmurare in laboribus ſuis,& dicere,Satis eſt quod patior,nedum nimis? Quæ enim homicidia,quæ ſacrilegia aut flagitia ſic puniebat Ioannes in ſeipſo? Accēdamur ad pœnitentiam fratres, interrogemus cōſcientias noſtras,& animemur,ad vltionem exigendam de nobis,vt horrendum poſſimus euadere iudicium dei viuētis. Quicquid verò minus eſt feruoris , humilitas ſuppleat puræ confeſſionis.Fidelis eſt deus ſi confiteamur iniquitates noſtras,ſi miſerias noſtras exponamus,ſi nō excuſemus infirmitates noſtras,dimittet nobis peccata noſtra . Ex hoc ſanè & erga proximorum delicta feruorem intuere Ioannis. Hic nēpe dignus eſt & rationi cōſentaneus ordo,vt incipiendū tibi memineris à teipſo.Ab occultis (inquit) meis munda me : & ab alienis parce ſeruo tuo. Genimina viperarum (ait Ioānes) quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? De quanto mentis feruore procedere putas ſcintillas iſtas , imò carbones deſolatorios?Sic neque Phariſæis parcens, Nolite (inquit) dicere quia patrem habemus Abraham:potens eſt enim deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę.Sed minus hoc videatur, ſi vel ipſum veretur potentis vultum , & non tota libertate ſpiritus arguit peccantem regem crudelem atque ſuperbum: ſacra quadam vehementia ad hoc ipſum prodiens de deſerto,ſi vel blanditiis eius vel ipſo mortis terrore mouetur.Metuebat(inquit)Herodes Ioannē,& audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.At ille nihil ob hoc parcens:Nō licet,ait,tibi habere eam, Ligatus quoq; , & in carcerē truſus, nihilo minus ſtetit in veritate,& occubuit pro veritate fœliciter. Ferueat etiam in nobis zelus iſte chariſſimi . Ferueat amor iuſtitiæ,odiū iniquitatis.Nemo(fratres)vitia palpet:pec cata diſſimulet nemo. Nemo dicat , Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?Nemo,quod in ſe eſt,æquanimiter ferat cū viderit ordinē deperire,minui diſciplinā. Eſt enim, conſentire ſilere cum arguere poſſis:& ſcimus quia ſimilis pœna faciētes maneat & cōſentientes.Iam verò ſuper humili & omnino feruentiſſima deuotione Ioannis erga dominum quid loquemur?Inde enim exultauit in vtero:inde expauit in Iordane baptizaturus eum:inde non modo Chriſtum,qui putabatur,ſed vel ipſam corrigiam calceamenti eius ſoluere dignū ſe eſſe negabat:inde gaudebat amicus ſponſi ad vocem ſponſi: inde gratiam ſe accepiſſe pro gratia fatebatur : illum autem non ad menſuram habere ſpiritum, ſed plenitudinem de qua omnes acciperēt,clamitabat.Nonne deo ſubiecta eris anima mea? Alioquin non ero lucerna ardens , niſi toto corde,tota mente,& ex omnibus viribus meis diligam dominum deum meum.Sola enim eſt charitas quæ accēdit ad ſalutē: ſola quā infundit & inflammat ſpiritus, quē extinguere prohibemur. Habes quemadmodum Ioannes arſerit,& in hoc ipſo quemadmodum luxerit, indicatum eſt ſi aduertiſti . Neque enim ardorem eius noſſe poteras niſi luxiſſet.Luxit ergo , vt ſupra memini,exemplo,digito,verbo,opere ſeipſum,Chriſtum indice,noſmetipſos nobis ſermone declarās. Tu puer prophēta altiſſimi vocaberis(ait pater)præibis enim ante faciem domini parare vias eius,ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius. Ad dandam (inquit) non ſalutem (neque enim ille lux,) ſed ſcientiā ſalutis,vt teſtimonium perhiberet de lumine. Scientiam(inquit)ſalutis,in remiſſionem peccatorum . Num ſalutis ſcientiam ſapiens paruipendere poteſt ? Ponamus tamen necdum veniſſe Ioannem , necdum ſignificaſſe de Chriſto. Vbi ſalutem quęremus? Peccaui peccatum grande,quod ſanguine vitulorum vel hircorum deleri non poteſt: quia non holocauſtis delectatur altiſſimus . Memoria mea infecta eſt fece huius amurcæ,non eſt nouacula quæ membranam hanc radere poſſit:quia tota totam imbibit fecem . Si peccati mei oblitus fuero,ſtulte ſum & ingratus. Si in memoria mea permanet,arguet me in æternum. Quid igitur faciam? Ibo ad Ioannem,& audiam vocem lætitiæ , miſericordiæ vocem , ſermonem gratiæ,verbum remiſſionis & pacis. Ecce (inquit)agnus dei : ecce qui tollit peccata mundi. Et alibi. Qui habet ſponſam(inquit)ſponſus eſt.Oſtendit igitur quia venit deus, quia ſpōſus,quia agnus. Quia deus,certum eſt quòd peccata remittere poſſit:ſed vtrum velit,adhuc in quęſtione eſt. Vult profectò,quia ſponſus eſt,quia amabilis eſt. Et Ioannes amicus ſponſi eſt,quia ſponſus niſi amicos habere non nouit. Et licet velit gloriоſam ſpōſam non habentē maculā , aut rugā, aut aliquid eiuſmodi, non tamen quærit talem . Vbi enim illam inueniret? Sed talem potius ipſe facit: talem ſibi exhibet ipſe.Audi deniq; quid dicat per prophetam . Vulgò dicitur: Nunquid mulier ſi dormierit cum altero viro , reuertetur ad virum ſuum priorem? Tu autē fornicata es cum amatoribus multis:reuertere tamē ad me, & ego ſuſcipiam te.Ecce quòd poſſit,ecce quòd velit.Sed tu fortaſſis timeas eam quam facere venit delictorum purgationem, ne vſtione & ſciſſione oſſa & medullas oſſium collidat, ne dolorem inferat morte grauiorem. Audi,agnus eſt,in manſuetudine venit cum lana & lacte,ſolo verbo iuſtificās impium. Quid enim(iuxta Comicum)facilius dictu? Tātum(inquit) dic verbo, & ſanabitur puer meus.Vt quid ergo deinceps hæſitemus fratres, & non omni fiducia ad thronum gloriæ aſcēdamus ? Agamus Ioanni gratias , & eo mediante tranſeamus ad Chriſtum , quia vt ait ipſe, illum oportet creſcere,me autem minui. Quomodo minui? Splēdore vtique,non feruore. Retraxit radios, recollegit ſe,ne fieret ſicut is qui totum profert ſpiritum ſuum. Illum(inquit)oportet creſcere,qui exhauriri non poteſt:de cuius plenitudine omnes accipiant : me autem minui,cui datus eſt ſpiritus ad menſuram,& dāda magis opera vt ardere ſemper valeam,quàm lucere.Præceſſi ſolem tanquam ſydus matutinum,abſcōdi neceſſe eſt orto iam ſole . Non eſt mihi niſi modicum olei quo vngar , volo illud in vaſe tutius quàm in lampade poſſidere.

In vigilia Petri & Pauli Apoſtolorum. Sermo.

IN Sanctorum vigiliis neceſſe eſt vigilare hominē ſpiritualem,qui ſolennitates eorum celebrare deſiderat in ſpiritu & veritate. Aliæ enim carnaliū, aliæ ſpiritualium vigiliæ. Illi & nitidiores cultus, & epulas præparant lautiores , & fortaſſis in ipſis vigiliis operantur opera tenebrarum,lætantur cū malefecerint, & exultant in rebus peſſimis.Vos non ita didiciſtis Chriſtum, qui Chriſtum ſecuti eſtis,qui omnia reliquiſtis , qui vigilāti oculo vigiliarum nomen debetis attendere.Ad hoc enim vigiliæ proponuntur,vt euigilemus ſi in aliquo peccato vel negligētia dormitamus,& præoccupemus faciem ſanctorum in cōfeſſione.Non ſic filij huius ſeculi,non ſic,qui potētes ſunt ad bibendum vinum,& viri fortes ad miſcendam ebrietatē, qui obdormierunt in flagitiis & facinoribus ſuis . Illud vos non lateat,quia qui ebrij ſunt, nocte ebij ſunt : & qui dormiunt, nocte dormiunt: & fruſtra ſonat eis nomen vigiliarum ſan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gctarum, cum ipsi magis dormire studeant quàm vigilare. Vos non estis filij noctis, neque tenebrarum, sed lucis & diei, vt non vos præoccupet natalitij sanctorũ dies & inueniant imparatos. Tria sunt igitur quæ in festiuitatibus sanctorum vigilanter considerare debemus, auxilium sancti, exemplum eius, confusionem nostrã. Auxilium eius, quia qui potens in terra, potentior est in cœlis ante faciem domini dei sui. Si enim dum hic viueret, misertus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto amplius quanto verius agnoscit miserias nostras, orat pro nobis patrem: quia beata illa patria charitatem eius non immutauit, sed augmentauit. Neque enim quia impassibilis omnino, ideo & incompassibilis factus est: sed nunc potius induit sibi viscera misericordiæ, cũ ante fontem misericordiæ exiſtit. Est & alia causa quæ magis vrget sanctos vt solliciti sint de nobis, quia iuxta vocẽ Apostoli deus prouidet pro nobis, ne sine nobis consummentur, sicut ait
Psal. 141. sanctus Dauid: Me expectãt iusti donec retribuas mihi. Debemus etiã attendere exemplum eius quia quandiu in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, non declinauit ad dexteram, neque ad sinistram: sed viam regiam tenuit donec veniret ad illum qui dicit: Ego sum via, veritas & vita.
Ioan. 14. Intuemini humilitatem operum eius, auctoritatem verborũ eius, & tunc videbitis quomodo tam verbo quàm exemplo
H luxerit inter homines: qualia nobis vestigia dereliquerit vt ambulemus per ea, & non erremus in eis. Verè iuxta prophetam, semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.
Esa. 26. Sed & deligentiori intuitu confusionem nostram inspiciamus: quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eodem luto formatus ex quo & nos. Quid ergo est quod non solũ difficile, sed & impossibile credimus vt faciamus opera quæ fecit, vt sequamur vestigia eius? Confundamur fratres, & cõtremiscamus ad vocem istam, si forte hæc confusio adducat nobis gloriam, si fortè generet gratiam nobis timor iste. Homines isti fuerunt qui præcesserunt nos, qui tam mirabiliter processerunt per vias vitæ, vt vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo in sanctorum festiuitatibus & gaudere & confundi debemus: gaudere, quia patronos præmisimus: cõfundi, quia eos imitari non possumus. Ita semper gaudium nostrum in hac valle lachymarum, lachrymarum pane condiri debet, vt semper non solùm extrema, sed & prima gaudij luctus occupet: quia & si magna est gaudiorũ materia, sed ma-
Psal. 76. xima est dolorum. Memor fui dei, clamat iustus, & delectatus sum: sed & statim subiungit: Defecit spiritus meus, turbatus sum: sed & non sum loquutus. Quòd si hæc in vigiliis vniuscuiusque sancti cogitare debemus, quid faciemus in solennitate sanctorum & summorum apostolorum, Petrũ & Paulum loquor? Sufficeret vnius festiuitas ad infundẽdam exultationem vniuersæ terræ, sed amborũ iuncta est ad cumulum
I gaudiorum, vt quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sint separati. Quid illis potentius dum fuerunt in terris? quorum alteri traduntur claues regni cœlorum, alteri magisterium gentium: alter Ananiam & Sapphirã occidit in verbis oris sui, alter donat quicquid donat in persona Christi: & cũ infirmatur, tunc fortior est & potens. Quàm potentiores sunt in cœlis, qui tam potẽtes fuerunt in terris? Et qui nobis reliquerũt maiora exẽpla, quàm illi qui in fame & siti, in frigore & nuditate, & in omnibus illis quæ Paulus enumerat, iugiter sunt afflicti, & demum felici martyrio regna cœlestia conscenderunt? Vere nobis robur cõfusionis sunt, quos vix audemus respicere, ne dicam imitari. Oremus ergo eos, vt ipsi propitium nobis reddant amicum suum iudicem nostrum, qui est deus benedictus in secula. Amen.

In die festo eorundem. Sermo I.

Glorioſa nobis solẽnitas illuxit, quã præclari martyres martyrum duces, apostolorũ principes morte clarissima consecrarunt. Isti sunt Petrus & Paulus duo magna luminaria, quos deus in corpore ecclesiæ suæ constituit quasi geminum lumen oculorum. Hi mihi traditi sunt in magistros & in mediatores: quibus securè me committere possim: quia & notas mihi fecerunt vias vitæ, & mediantibus illis ad illum mediatorem ascendere potero, qui venit pacificare per sanguinem suum & quę in K cœlis & quæ in terris sunt. Ille enim in vtraque natura purissimus est, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quomodo ad illũ accedere audebo, qui sum supra modum peccans peccator, qui peccaui supra numerum arenæ maris, cum ille purior, ego impurior esse non possim? Verendum ne incidam in manus dei viuentis, si illi appropinquare vel inhærere præsumpsero, quem à me tanta differentia diuidit, quantum distat inter bonum & malum. Propterea dedit mihi deus homines istos, qui & homines essent, & peccatores, & maximi peccatores, qui in seipsis & de seipsis discerent quàm latè aliis misereri deberent. Magnorum enim criminum rei magnis criminibus facilè donabunt veniam, & in qua mensura mensum est, remetientur nobis. Peccauit peccatum grande Petrus apostolus: & fortassis quo grandius nullum est: & tam velocissimè quàm facilimè veniam consecutus est, & sic vt nihil de singularitate sui primatus amitteret. Sed & Paulus qui in ipsa viscera nascentis ecclesiæ tam singulariter quàm incomparabiliter grassatus est, per ipsius filij dei vocem ad fidem adducitur, & pro tantis malis, tantis bonis repletus est, vt vas electionis fieret ad portandum nomen eius coram gentibus, & regibus, & filiis Israël. Vas dignum: & cœlestibus ferculis repletum: de quo & sanus escam, infirmus accipiat medicinam. Tales L decebat humano generi pastores & doctores constitui, qui & dulces essent & potentes, & nihilo minus sapientes. Dulces, vt me blandè & misericorditer susciperent. Potentes, vt fortiter profegerent. Sapientes, vt ad viam & per viam ducerent quæ ducit ad ciuitatem. Quid Petro dulcius, qui tam dulciter ad se omnes conuocat peccatores, sicut & actus apostolici & epistolarum eius series attestatur? Quid illo potentius, cui & terra obediuit, cum mortuos reddidit, & mare sub pedibus eius se calcabile præbuit, qui Simonem magum spiritu oris sui in aëre attigit, qui claues regni cœlorum tam singulariter accepit, vt præcedat sententia Petri sententiam cœli? Denique quodcunque ligaueris (inquit) super ter- *Matth.*
ram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Quid autem illo sapientius, cui nõ caro & sanguis reuelauit? Libentissimè Paulũ sequor, qui præ nimia dulcedine luget eos qui peccauerunt & non egerunt pœnitẽtiam: qui fortior est omni principatu & potestate: sapientiam & medullam sacrorum sensuum nõ à primo vel secundo, sed à tertio cœlo largiter asportauit. Hi sunt magistri nostri, qui à magistro omniũ vias vitæ plenius didicerunt, & docent nos vsq; in hodiernum diem. Quid ergo docuerunt vel docent nos apostoli sancti? Non piscatoriam artem, nõ scenofactoriam, vel quicquid huiusmodi est: M
non Platonem legere, non Aristotelis versutias inuersare, nõ semper discere, nunquam ad veritatis scientiam peruenire. Docuerunt me viuere. Putas parua res est scire viuere? Magnum aliquid, imò maximum est. Non viuit qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur, qui cæteris inficitur pestibus: quoniam non est hoc viuere, sed vitam cõfundere, & appropinquare vsque ad portas mortis. Bonam autem vitam ego puto, & mala pati, & bona facere, & sic perseuerare vsque ad mortem. Dicitur vulgo, quia qui bene se pascit, bene viuit: sed mentita est iniquitas sibi: quia non bene viuit, nisi qui bonum facit. Arbitror autem quòd tu qui in congregatione es, beneviuis, si viuisordinabiliter, sociabiliter, & humiliter. Ordinabiliter tibi, sociabiliter proximo, humiliter deo. Ordinabiliter, vt in omni conuersatione tua sollicitus sis obseruare vias tuas & in cõspectu domini, & in conspectu proximi: cauens & tibi à peccato, & illi à scandalo. Sociabiliter, vt studeas amari & amare, blãdum te & affabilẽ exhibere: supportare non solùm patienter, sed & libenter infirmitates fratrum tuorum, tã morũ quàm corporum. Humiliter, vt cum hæc omnia feceris, spiritũ vanitatis studeas exufflare, qui ex huiusmodi nasci solet: & quantumcunque illum senseris, negare omnino consensum. Sic & in patiendo malum, quoniã triplex est, triplicem prouidentiam adhibere te oportet. Est enim quod à te pateris, quod à proximo, quod à deo. Primũ est austeritas pœnitentiæ: secundum, vexatio alienæ malitiæ: tertium, flagellũ correctionis diuinæ. In eo quod à te pateris, debes

A debes voluntariè sacrificare, quod à proximo, patiẽter ferre, quod à deo, sine murmure, & cum gratiarum actione sustinere. Nõ sic multi filiorum Adam, qui errauerunt in solitudine in inaquoso. Errauerunt planè & errant à via veritatis, qui in solitudinem superbiæ recedẽtes, socialem vitam habere non volunt: quorum singularitas associari nõ potest. Sed & in inaquoso: quia nullo imbre lachrymarum compuncti in terra sterili & arenti perpetua siccitate morantur. Propterea viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt: quia inueterati in terra aliena coinquinati sunt cũ mortuis, deputati cum his qui in inferno sunt. Nõ erat ita solitarius ille de quo sanctus Hieremias ait: Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescẽtia sua. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. Illi errauerunt, sed iste sedebit semper. Illi enim errant corde: iste autem non sedet, sed sedebit solitarius, cum habuerit honorem singularitatis, illius videlicet iudiciariæ potestatis insigne, quod sancti in terra possidebunt, cũ lætitia sempiterna erit eis. Quare? Quia leuauit se super se, id est cum adolescens esset, & ætatis lubricæ sentiret ardores, senẽ induit, relinquẽs quod erat, assumens quod non erat. Leuauit (inquit) se super se: quia non respicit ad se, sed ad illum qui est super se. Sedebit enim & tacebit, etiã modo à strepitu diabolicarum suggestionum, à strepitu carnalium desideriorum, à strepitu mundi. Felix anima quæ linguas istas non exaudit, audiat licet:
B illa multum felicior (si tamen aliqua est) cui penitus non loquuntur. Hæc est sapientia quã apostolus loquitur inter perfectos, abscondita in mysterio: quam nemo principum seculi huius cognouit. Sic me apostoli & viuere & conscendere docuerunt. Gratias tibi domine Iesu, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis istis qui te secuti sunt, & reliquerunt omnia propter nomen tuum.
1. Cor. 2.

In eadem solennitate. Sermo II.

SAncti isti quorum solennis hodie passio celebratur, multam nobis de se loquendi causam, multam quoque materiam præbuere. Verùm ego vnum timeo, ne totiens audita
• verba salutis vilescere nobis incipiant tanquam verba. Vilis siquidem & volatilis res verbum hominis, nullius molis, nullius ponderis, nullius pretij, nullius soliditatis. Aërem
•• verberat, vnde & verbum dicitur: & sicut folium quod vento rapitur, effluit, & non est qui consideret. Nemo vestrum fratres sic accipiat: imò nemo sic despiciat verbum dei. Dico enim vobis: bonum illi fuisset, si non audisset homo ille. Fructus vitæ sunt verba dei, non folia: & si folia, sed aurea sunt. Proinde non paruipendantur, non pertranseant, non præteruolent. Ipsa quoq; colligite fragmẽta ne pereant. Terra enim quæ sæpius superuenientem susceperit imbrem, & nõ fecerit fructum, terra reproba est, proxima maledicto.
Luc. 13. C Sic & ea quæ in euangelio sterilis ficulnea legitur, si postea quàm foderit circa eã vineæ cultor, atq; miserit stercora, nihilo minus sterilis inuẽta fuerit: nónne iam securis ad radicẽ illius arboris est ponẽda? Et ego dico vobis, si minus boni in secularibus inuenerit, maiorem in eis dominus habiturus est patiẽtiam, quàm in nobis, quibus cœlestium consolationum pluuiam voluntariam segregauit: quibus non sarculus disciplinæ, non paupertatis & vilitatis stercora defuerunt. An nõ stercora sunt abominationes Aegyptiorũ, quas immolamus deo nostro? Stercora planè vilia ad aspectum, sed ad fructum vtilia. Non refugiat hanc fœditatem, qui fœcunditatem desiderat. Siquidem ex deformi stercorum aceruo qui portatur in agrum, formosus surget aceruus manipulorum qui reportabitur ex agro. Propterea non vilescat vobis vilitas preciosa: sed preciosius cunctis thesauris Aegypti Christi improperium æstimate. Veruntamen terrenum habentibus sterquilinium, ipsa quoque cœlestis non deest pluuia: quæ est orationũ deuotio, iucũda ruminatio psalmodiæ, dulcis meditatio, consolatio scripturarum. Denique & hęc ipsa pluuia est, quã accipitis per os meum, siquando de flumine, cuius impetus lætificat dei ciuitatem, & torrente voluptatis illius aliqua super vos, dũ de eis loquimur, stillicidia stillare contigerit. Sed necesse habeo interdum circunfodere, quandoquidẽ posuerunt me custodem & cultorem in vineis. Heu qui meam nõ colui, nec custodiui. Necesse habeo tamẽ, dum hunc occupo locũ, & circunfodere nõnunquã, & apponere stercorã. Mo- D
lestum id quidẽ, sed dissimulate nõ audeo: sciens multo amplius securim nocituram, quàm sarculum, ignem quàm simum. Itaq; & arguere & increpare interdum necesse est: nec ignoro simum esse verbũ increpatorium, verbum improperij, & quod si non excuset necessitas, ipsum quoque minus deceat proferentẽ. Sed quid agimus quòd hoc simo etsi aliquos impinguari, sed alios planè & lapidari & indurari videm⁹? Hinc nanq; scriptum est: De stercore boum lapidabitur piger. An *Eccli. 22.*
non impinguatur, qui increpatus benignè acepit, mansuetè respondet, libenter emendare conatur? Hęc planè salubris & fœcũda impinguatio est, vt corripiat me iustus in misericordia, & increpet: oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meum. Ex ea liquidẽ pinguedine quam generat oleum peccatoris, abundãtius pullulant spinæ & tribuli, & omnis radix amaritudinis germinat copiosius. Itaq; qui iustorum increpationem misericordiam nominat: satis indicat quemadmodum suscipiẽda sit, quàm benigno animo, quàm deuota mẽte: quantãq; ei gratia sit habenda. Sic enim accipientibus nobis erit impinguatio salubris, non fertilis vitiorum, quemadmodum oleum peccatoris: sed fructus illius quem secũdum apostolum habemus, in sanctificationem. Quid autem facia- *Rom. 6.*
mus tibi ô piger, qui ad hanc misericordiam irritaris magis & exasperaris? Nónne bonum simum sparsi in agro tuo? Vn- E
de ergo lapides habet? Sed tu inimice homo: quoniã qui di- *Psal. 10.*
ligit iniquitatem, odit animam suã: tu inquam inimice homo hoc fecisti: qui desidiam tuam nõ excutere, sed excusare pergens, simum tibi peruertis in lapides, & vnde impinguari debueras, lapidaris. Hæc idcirco dicta sunt fratres, vt noueritis quàm benignè audiendũ sit, quàm deuote suscipiendũ, quàm sollicitè conseruandum quicquid ad animarum salutẽ pertinet, & non sicut verbum hominum, sed sicut (quod verè est) verbum dei, siue illud consolatorium, siue commonitorium, siue etiam increpatorium audiatur. Excessi fateor, ipsius propemodum festiuitatis oblitus, sed (vt arbitror) nõ ad insipientiam vobis, si firmiter inhæserint animo quæ audistis. Et nũc iam de solennitate ipsa vel breuiter aliquid loqui rentemus. Apostolorum Christi festus agitur dies, quibus sanè plurimũ à nobis honorẽ deberi scio. Sed vtrum possit aliquis exhiberi, hęsito satis. Nimis enim honorati sunt amici tui de⁹: nimis *Psal. 138.*
cõfortatus est principatus eorum. Quid enim? Si in terra adhuc positi omnia poterant, non quidem in se, sed in Christo: quid non poterunt hodie viuentes in æterna felicitate cum ipso? Mortales adhuc & morituri imperium vitæ & mortis videbantur habere: solo nimirum verbo mortificãtes viuos, & mortuos suscitantes: quãto magis nũc cum honorati sunt nimis: nimis confortatus est principatus eorum? Sed quid est fratres? Cum apostolorum beata hodie memoria celebretur: nunquid natiuitatis seu conuersionis eorum, aut certè vitæ F
vel miraculorum solennis agitur cõmemoratio? Non est fratres natiuitatis humanę solennitas, sicut paulò antè beati Iohannis diem natalitium celebrastis. Ille enim nascens honoratur, quia nascitur sanctificatus. Denique in Ioanne solo celebrior est passione natiuitas: quia etsi passus pro Christo est, cum pro iustitia & veritate occubuit: euidẽtius tamen natus pro eo est, nimirum homo missus à deo, qui in hoc natus est, & ad hoc venit in mũdum, vt perhiberet testimonium veritati. Sed neque cõuersionem apostolorum, aut eorum miracula hodie recensemus, sicut cęteris diebus aliis, alterius quidem cõuersio, alterius de carcere liberatio facta per angelum festiuis ecclesiæ gaudiis ad memoriam reuocatur. Mortem specialius venerat⁹: qua nihil inter homines humano iudicio plus horretur. Considerate fratres ecclesiæ sanctæ iudicium; secundum fidẽ, non secundum faciem iudicantis. Mortem siquidem apostolorum in eorum recolit solẽnitate præcipua. Hodie nimirũ Petrus crucifixus est, hodie decollatus est Paulus. Hæc hodiernæ causa festiuitatis: hæc præsentium materia gaudiorũ. In his igitur festum agens diem & lætum, sine dubio spiritum sponsi habet ecclesia, spiritum domini: *Psal. 115.*
in cuius conspectu (sicut habes in psalmo) preciosa est mors sanctorum. Quantos enim, dum paterentur apostoli, credimus affuisse, qui nequaquã preciosis mortibus illorum inuiderent? Visi sunt enim oculis insipientium mori, & æstimata

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est afflictio exitus eorũ. Et sic quidẽ visi sunt oculis insipientiũ: mihi (ait propheta) nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Fratres, amici Dei mori videntur oculis insipientium, sed in oculis sapientium iudicantur potius obdormire. Denique & Lazarus dormiebat, quia amicus erat: & cum dederit dilectis suis somnũ, ecce hereditas domini. Studeamus fratres viuere vita iustorũ, sed morte eorum mori multo magis desideremus. Sapientia enim iustorum nouissima prefert, ibi nos iudicãs, vbi nos inuenerit. Omnino necesse est vitæ presentis finẽ futurę cohęrere principio, nec ibi tolerabilis dissimilitudo est. Sicut enim si quis duo sibi (vt ita dixerim) cinctoria cõsuere aut colligare voluerit, minus de reliquis partibus curãs, ipsa quę sibi copulanda sunt capita vniformiter parat, ne dissideat à seipsis: ita dico vobis quantumlibet extiterit cõuersatio spiritualis, si carnalis fuerit cõsummatio nostra, vitæ illi spirituali penitus nõ cohęret, nec caro & sanguis regnum dei poterũt possidere. Fili (ait Sapiens) memorare nouissima tua, & nõ peccabis. Nimirum quòd hæc maximè recordatio faciat timoratum: timor expellat peccatum, negligentia non admittat. Hinc & Moyses de quibusdam, Vtinam (ait) saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. In quibus vtique vertibis tria nobis video cõmendari, sapientiam, intelligentiam, prouidentiã. Arbitror sanè tribus eas assignari posse temporibus, vt æternitatis quædã imago reformari videatur in nobis, præsentia moderantibus per sapientiã, præterita per intelligentiam diiudicantibus, nouissima prouidẽtibus ad cautelam. Hęc nempe spiritualis est exercitij summa: hæc forma studij spiritualis, vt sapiẽter disponamus presentia nostra, recogitemus in amaritudine animæ nostræ præterita, futura quoq; sollicite prouideamus. Sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo (ait apostolus) vt videlicet in presenti sobrietas obseruetur, vt iusta satisfactione præterita, quę nobis sine fructu salutis præteriere tempora, redimãtur, vt pietatis clypeum imminẽtibus de futuro periculis opponamus. Sola est enim quę ad omnia valet pietas, cultus scilicet dei humilis & deuot⁹: nec aliter nobis est prouidere nouissima, nisi vt vniuersa quę nobis imminere videntur pericula, sedula nobiscũ cogitatione versantes, discamus de nostra omnino industria, magis autẽ de nostris diffidere meritis, & soli diuinæ nos protectioni cõmittere pio quodam mẽtis affectu pię intẽtionis in ipsum, cuius datũ optimũ, & donum perfectũ est, cõsummatio felix, & mors preciosa. Habes in euãgelio tria hæc ipso tibi sermone domini cõmendata. Beati (inquit) pauperes, beati mites, beati qui lugẽt. Beati qui futura sapiũt, præ desiderio cœlestiũ interno quodã sapore mẽtis presentia respuẽtes. Beati qui nouissima prouidẽt, in mansuetudine suscipiẽtes insitũ verbũ, quod eorũ saluare animas potest, & pietate cordis ad futuram tendunt hęreditatem. Beati qui pristinum intelligentes errorem, crebris lauãt lachrymis lectum suum. Vides quid optat vir sanctus, quid obtinere cupit eis, p quibus orat. Vtinam (inquit) saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderẽt. Ac si manifestius dicat, Vtinam esset in eis spiritus sapientiæ & intelligentiæ atque cõsilij. Vtinam hæc in nobis inueniantur fratres, vt suauiter omnia nostra per sapientiã disponamus, vt intellectu præterita peccata damnemus, vt prouideamus futura cõsilio. Vtinã sapiamus ad præsentis vitæ moderationem: vtinam intelligamus ad pręteritę correptionem: vtinam deuota in deum fide prouideamus vt felicem habeamus (ipso miserante) consummationem. Hic enim est funiculus triplex quo trahimur ad salutem, ordinata conuersatio, rectum iudicium, fides deuota.

Ps. 138.

Eccli. 7.

Deut. 32.

H

Ad Tit. 2.

Matt. 5.

I

Item in solennitate eorundem, de lectione libri sapientiæ: Hi sunt viri misericordiæ. Sermo III.

MEritò, fratres, apostolis sanctis attribuit mater ecclesia, quod in Sapientię libris legitur: Hi sunt viri misericordiæ, quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt: cum semine eorum permanent bona. Sunt enim hi planè viri misericordię, siue quia misericordiam consequuti, siue quia misericordia pleni, seu quia misericorditer à deo nobis donati sunt. Et vide quam misericordiam consequuti sunt. Paulum interroga de seipso, vel magis sponte confitentem ausculta.

Eccl. 44.

Qui fui blasphemus & persequutor & iniquus: sed misericordiã cõsequutus sum. Quis enim non audiuit quanta mala fecerit sanctis in Hierusalem? Nec solùm in Hierusalẽ sed & per totam Iudęã insanię ferebatur habenis, vt Christi membra laniaret in terris. Denique hac furia vectus ibat, sed præuentus à gratia est. Ibat spirans minarum, & cædis in discipulos domini & discipulus domini factus est: cui ostenderetur quanta eum oporteret pro nomine ipsius pati. Ibat direptor totoque corpore virus exhalans, & subitò in electionis vas mutatus est, vt iam cor illius eructaret verbum bonum, verbum pium, & diceret: Domine, quid me vis facere? Hæc vtique, hæc mutatio dexteræ excelsi. Merito proinde loquebatur: Fidelis sermo & omni acceptione dignus: quoniam dominus Iesus venit peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Hoc ergo apud beatum Paulum fiduciæ & consolationis accipite fratres, vt ad dominum iam conuersos non nimis cruciet præteritorum cõscientia delictorum: sed tantum humiliet vos sicut & ipsum. Ego sum inquit, minimus apostolorum: qui non sum dignus vocari apostolus: qui persequutus sum ecclesiam dei. Ita & nos humiliemur sub potẽti manu dei: & fiduciam habeam⁹, quia & nos misericordiã consequuti sumus, abluti sumus, sanctificati sumus. Et hoc quidem omnibus nobis: quoniã omnes peccauimus & egemus hac gloria dei. Verùm apud beatũ Petrum aliud habeo quod apponam, eo charius quo rarius, & quo singularius, eo sublimius. Nam peccauit Paulus, sed ignorãs fecit in incredulitate sua. Petrus cum cecidit, apertos habebat oculos. Porrò vbi abundauit delictum, superabũdauit & gratia. Eorum siquidem qui peccãt antequam deum nouerint, antequã miserationes eius experti sint, antequam portauerint iugum suaue & onus leue, priusquam deuotionis gratiam, & consolationes acceperint spiritus sancti: eorum inquam copiosa redemptio est, & tales omnes nos fuimus. At eorũ qui post conuersionẽ suã peccatis & vitiis implicãtur ingrati acceptæ gratiæ, & post missam manũ ad aratrũ retro respiciũt tepidi & carnales facti, aut post agnitam viam veritatis retrocunt apostatæ manifesti: eorum vtique perpaucos inuenias qui post hæc redeant in gradum pristinum: sed magis in sordibus positi sordescant adhuc. Super quos propheta deplorat: Quomodo obscuratum est aurum, inquit, mutatus est color optimus: & qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora? Nec tamẽ si quis huiusmodi est, desperamus de eo, tantùm vt resurgere velit cito. Quanto enim diutius permanebit, tãto euadet difficilius. Beatus verò qui tenebit, & alliidet paruulos Babylonis ad petram. Etenim si creuerint vix poterunt superari. Filioli hæc dico, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem, qui potest quod nos minime possumus: tantùm qui cecidit, nõ adiiciat in malum vt profundius cadat, sed magis vt resurgat, confidens quòd nec ei negabitur veniã, si tamen ex corde cõfiteatur peccata sua. Si enim is de quo loquimur Petrus, post tam grauem lapsum ad tãtam rediit eminentiam sanctitatis: quis de cætero desperet, si tantùm egredi voluerit à peccatis? Attẽde quod scriptum est: Egressus foras, fleuit amarè. In egressu cõfessionem oris, in amaro fletu compunctionem cordis intellige. Et attẽde quòd tunc primùm recordatus est verbi quod dixerat Iesus: tũc primum cordi fuit verbum quo prędicta fuerat eius infirmitas, cùm euanuit presumpta temeritas. Væ tibi qui post lapsum fortiorem te nobis exhibes. Vt quid tam rigidus es in tuam ipsius pernicię? Inclinare potius vt melius erigaris, & ne prohibeas frãgi quod distortum est, vt possit melius solidari. Quid indignaris increpanti gallo? tibi potius indignare. Pluuiam voluntariam (ait Psalmista) segregabis deus hæreditati tuæ, & infirmata est. Bona infirmitas, quæ segregatur hæreditati, quæ medicum nõ repellit. Induratos enim tanquam vas figuli in virga ferrea conteret: & hæreditas infirmata est ait, tu verò perfecisti eã. Audistis certè quam misericordiam consequuti sint apostoli nostri: vt iam nemo ex vobis super peccatis præteritis vltra quã ne cesse sit confundatur, in cubili conscientię suę compunctus. Quid enim? Fortè peccasti in seculo: nunquid amplius Paulo? Quod si & ipsa in religione, nũquid plus Petro? Attamen illi in toto corde pœnitentiam agentes, non modò salutem, sed &

K

1. Tim. 1.

Act. 9.

1. Tim. 1.

1. Cor. 15.

L

Matth. 26.

Ps. 50.

Prou. 16.

Ps. 140.

1. Cor. 1.

M

1. Reg. 7.

A sed & sanctitatem consequuti sunt: etiam & salutis ministerium, & magisteriũ adepti sunt sanctitatis. Et tu ergo fac similiter, quoniã propter te scriptura loquitur viros illos esse misericordiæ: vtique propter multam misericordiam quam consequi meruerunt. Potes tamen in hoc verbo etiam illud non inconuenienter accipere, viros misericordiæ fuisse apostolos, id est plenos misericordia, seu viros misericordiæ datos ecclesiæ vniuersæ. Scimus enim quòd viri isti nec sibi vixere, nec sibi mortui sunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est magis autem nobis omnibus propter illum. Quantũ enim proderit nobis eorum iustitia, quando ipsa quoque, sicut ostensum est, tantum profuere peccata? Pro nobis facit eorum vita, eorum doctrina, etiam & mors ipsa. Etenim in conuersione cõtinentiam, in prædicatione sapientiam, in passione sua patientiam nobis beati apostoli cõtulerunt. Quarum vsque hodie conferre non cessant misericordia pleni, quod est sanctarum fructus orationũ. Quanuis & in ipsa eorum vita adhuc inuenias quod adnumeres, fiduciam scilicet quam nobis miraculorũ exhibitione præbuerunt. Et quis enumeret quã multa nobis per eos beneficia prouenerunt? Bene ergo de eis scriptura loquitur, Quoniã hi sunt viri misericordiæ. Et addidit: Quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt. Vis vt nec tua accipiat obliuionem? A triplici caue periculo: & florebit in æternum ante dominum. Legis enim, Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Legis, Si auerterit se iustus à iustitia sua, &c. omnium iustitiarum eius non recordabor. Legis quibusdam dicẽdum in iudicio, Non noui vos: illis sine dubio qui receperunt mercedem suam. Ergo omnis iustitia tepida, omnis transitoria, omnis vendita erit in obliuionem coram deo. Sed non ita apostolorum iustitiæ: quod ex eo satis apparet quod sequitur: Cum semine eorũ permanent bona. Manent enim vsque hodie in nobis apostolorum vestigia: & eorum religio quia ex deo est, non potest dissolui. Vestes Israëlitici populi quadraginta annis in deserto perseuerauerunt integrę: multo magis apostolorum vestes super iumentum saluatoris impositæ. Cum semine (inquit) eorum. Quod est semẽ, quia sequutus adiungit, Hæreditas sancta nepotes eorũ? Iidem profecto & semẽ sunt, & nepotes. Meministis credo (sciẽtibus enim legem loquor) meministis inquã legalis mandati, vt suscitet frater superstes semẽ fratri defuncto sine semine. Quis sine semine? Singulariter, ait, ego sum donec transeam. Ideóque resurgens, Vade (inquit) dic fratribus meis. Ac si dicat: Fratres sunt, faciant quod fratres. Ergo per euangelium ipsi nos genuerunt: nõ tamen sibi, sed Christo, quia per euangelium Christi. Hinc est quòd molestè tulit Paulus quòsdam eorum dici, à quibus geniti fuerãt per euangelium: indignans aduersus eos qui dicebant: Ego sum Pauli, ego sum Cephæ, ego Apollo: Christi magis omnes & fieri volens & dici. Itaque semen apostolorum sumus per prædicationem: sed per adoptionem & hæreditatem semẽ Christi, & apostolorum nepotes.

Apo. 3.

Ezech. 18.

B

Matth. 7.

Ps. 140.

1. Cor. 1.

C

Dominica quarta post Pentecosten, de Dauid & Golia, & quinque lapidibus, Sermo.

AVdiuimus ex libro Regum Goliam virum procetæ staturæ, præsumentem super multa fortitudine & magnitudine corporis sui: vociferantem aduersus phalangas Israël, & prouocantem eas ad singulare certamen. Audiuimus etiam à deo suscitatum spiritum pueri iunioris, vt indigne ferret virum spurium & incircuncisum, castris Israël, & dei summi exprobrantẽ agminibus. Spectauimus procedentem adolescentulum in funda & lapide aduersus monstrosæ magnitudinis hominem loricatum, & clypeo protectum ac galea, cæterisque terribilem militaribus armis: si qua in nobis erant viscera pietatis, non potuimus non timere sic ineunti conflictum, non congaudere vincenti. Laudauimus magnanimitatem paruuli, quòd comederet animam eius zelus domus dei, & opprobria exprobrantium ei à se nõ duceret aliena, sed tanquam ad propriam moueretur iniuriam, & doleret super contritione Ioseph. Mirati sumus tantam in adolescente fiduciam, fiduciam, quanta non inueniretur in vniuerso Israële. Collatam denique cœlitus victoriam, & diuina manifeste patratam virtute, tam læti susceepimuus, quàm solliciti certamen spectauimus armati fide paruuli, & gloriantis propria in virtute gigantis. Iam si spiritalem secundum apostoli testimonium legem esse non ignoramus, & scriptam esse propter nos, non solum exterioris superficiei oblectandos aspectu, sed interiorum quoque sensuum gustu tanquam medulla tritici satiandos: considerandum nobis est quisnam videatur iste Golias, qui populo dei iam repromissionis terram ingresso, iámque multis ex hostibus triumphanti, solus exprobrare præsumit, elatus & inflatus spiritu carnis suæ. Credo enim nõ incongrue in superbo homine superbiæ vitium designari. Ipsum nanq; est peccatum maximum, quod dei populo magis insultat, & insurgit specialiter aduersus eos qui cætera iam videantur vicisse peccata. Hinc est quòd prouocat ad singulare certamen, tanquam cæteris iam subactis. Nam & Philistæi illo in tempore timebant omnino aduersus Israël inire conflictum, nisi quòd de Golia enormis magnitudinis viro eorũ fiducia tota pendebat. Vnde enim eiusmodi animam superbia tentet, quam sibi subiugauit inuidia, seu tepiditas ea quæ solet deo vomitũ prouocare, aut pigritia quę facit vt boum stercoribus lapidetur? Vnde inquam ei superbia, vnde extollentia oculorum, cui adeo cætera vitia dominantur, vt diiudicari se ab vniuersis tanquam male sibi conscius arbitretur? Quis denique nisi manu fortis, qui cętera iam sibi potenti virtute vitia subiugauit, aduersus nequissimum superbię vitiũ dimicaturus accedat? Procedat, inquit, Dauid manu fortis, quoniam non est vincere tantum hostem, nisi in manu forti. Armetur ipse contra Goliam, qui & vrsum vicerit & leonem. Videat sanè vtrum Saulis ei arma possint prodesse vtrum seculari sapientia & philosophicis traditionibus, seu etiam diuinarum superficie scripturarum, quam nimirum occidentem literam vocat Apostolus: videat inquam vtrum his armis debellare superbiam, vtrum hac via humilitatem apprehẽdere possit: vt onerari sese magis quàm roborari sentiens, huiusmodi arma atq; impedimenta proiiciat, iactans omnino cogitatum suum in domino, & de propria penitus desperans industria, sola fide armatus non reputet Goliæ proceritatẽ: ne fortè magnitudinis eius mole prematur, sed potius psallat spiritu, psallat & mente: Dominus, inquiens, defensor vitæ meæ, &c. Nam & Petrus dum nec ventorum violentiam, nec maris profundum, corporisque pondus consideraret, in verbo domini iactans semetipsum, nec perire potuit, nec timere. At vbi vidit ventum validum venientem, timuit: ipsóque timore protinus mergi cœpit. Simile aliquid etiam nunc athletæ nostro rex Saul suadere tentat: Non potes (inquiens) resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum, quoniam puer es, hic autem vir bellator ab adolescẽtia sua. Veruntamen non acquiescit ille tale aliquid meditari, sed præsumens de virtute eius cuius auxilio priora certamina iam vicisset, accedit intrepidus. Colligit igitur (abiectis armis Saulis) quinque lapides de torrente, quos nimirum (cum leuia quæque tolleret) leuigare torrens potuit, sed non etiam tollere secum. Torrens quippe quem pertranseat anima nostra, seculum præsens est, scriptura teste: Quoniam generatio aduenit & generatio præterit, tanquam tumens vnda vndã impellens. Quia ergo omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquã flos agri, huiusmodi leuia facilè secum trahit torrens inundans: verbum autem domini nullis fluctibus cedens, manet in ęternum. Arbitror proinde non incongrue quinque lapidibus istis, quinquepertitum verbum intelligi, comminationis, promissionis, dilectionis, imitationis, & orationis. Horum quippe verborum late patens copia in diuinarum reperitur serie scripturarum. Et fortè ipsa sunt quinque verba, quorum meminit Paulus, malens quinque verba loqui in sensu, quàm decem milia in lingua. Præterit enim figura huius mundi: & iuxta aliud testimonium, Et mundus transit, & concupiscentia eius. Hæc autem verba transeunte mundo non modò manent, verumetiam leuigantur magis, dum pertranseuntibus pluribus multiplex est scientia. Iam verò collectos istos lapides cõtra superbiæ spiritum dimicaturus Dauid in vase memoriæ suæ reponat, considerans quanta nobis comminetur deus, quanta promittat, quantani nobis exhibeat charitatem, & quàm multa nobis sanctitatis exempla proponat: quemadmodum denique orationum no-

D

Threm. 3.

Matt. 14.

2. Reg. 17.

E

Eccles. 1.

Esa. 40.

1. Cor. 7.

1. Ioan. 2.

2. Cor. 5.

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gbis vbique commendet instantiam. Hos inquam lapides secum tollat, quisquis superbiæ vitium debellare festinat: vt quoties venenatum audet erigere caput, quibuslibet ex his lapidibus manu cogitationis ei occurrat, percussus in fronte Golias deiiciatur, opertus confusione. In quo sanè conflictu funda quoque necessaria est longanimitatis formam habẽs, quã huic maxime certamini nulla ratione deesse necesse est. Quoties ergo vanitatis cogitatio mentem pulsat, si intimo cordis affectu diuinas expauescere cœperis comminationes seu promissiones eius deliberare, non sustinet Golias vtriusue libet lapidis iactũ, sed reprimitur illico tumor omnis. Quod si venerit in mentem dilectio illa tam ineffabilis, quam tibi deus maiestatis exhibuit, an nõ illico inardescens ad charitatem prorsus abominari incipis & abiicere vanitatem? Sic & exempla sanctorum si diligenti tibi consideratione proponas, erit sine dubio ad reprimẽdam elationem cogitatio ista perutilis. Iam verò si fortè insurgente subitò elatione nihil ex his quæ diximus, apprehendere quiuerit manus tua, toto feruore ad eam conuertere quæ sola restat, orationem, & cõtinuo quem eleuatum videras & exaltatum sicut cedros Libani: subuersus impius, iam nõ erit. Sed queras fortasse quẽ admodum suo ipsius gladio Golię possis abscindere caput, id enim tanto tibi iucundius, quanto molestius hosti. Dico breuiter, quoniam expertis loquor, & qui facilè capiãt & aduertant sine mora, quod in semetipsis crebrò sentiunt actitari. Quoties te prouocante vanitate ad recordationem comminationis diuinæ, seu promissionis, aut cæterorum quæ supra diximus, confundi cœperis & erubescere, deuictus est quidem Golias, sed forsitan adhuc viuit. Accede itaque propius, ne forte resurgat: & stans super eum mucrone proprio caput eius abscinde, de ea ipsa quæ te appetit vanitate perimens vanitatem. Elata siquidem cogitatione pulsatus, si ex ea ipsa materiam & occasionem sumas humilitatis, quo nimirum humilius deinceps & abiectius tanquam de superbo homine sentias de teipso: Goliam vtique Goliæ gladio peremisti.

Dominica VI. post Pentecosten.

De euãgelica lectione, vbi sustinẽs dominum septẽ panibus turbæ reficitur. Sermo I.

Matt.15. Mlsereor super turbam, quia iã triduo sustinent me, nec habẽt quod manducent. Euangelũ fratres ob hoc scriptũ est, vt legatur: nec ob aliud legitur, quã vt rationabilẽ cõsolationẽ vel desolationẽ exinde capiamus. Est enim secularibus consolatio vana de terrenarum affluentia rerum, vana nihilo minus de earum penuria desolatio. At euangelium speculum veritatis nemini blandi-
I tur, nullum seducit, talem in eo se quisque reperiet qualis
Iaco.1. fuerit, vt nec ibi timore trepidet vbi nõ est timor: nec lætetur cum male fecerit. Sed quid dicit scriptura? Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparatur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Nos autem fratres, non sic obsecro non sic, sed consideremus nosmetipsos in ea quam audiuimus sacri euangelij lectione, vt proficiamus ex ea, & corrigamus secundum eam si qua in nobis deprehendimus corrigenda. Propter hoc enim optat propheta dirigi
Psa.5. vias suas, ad custodiendas iustificationes domini: Tunc (in-
Psal.118. quiens) non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Et ego quidem non confundor, sed glorior pro vobis fratres mei, quoniam saluatorem in deserto sequuti, existis ad eũ extra castra: sed vereor ne quis forte in triduana expectatione pusillanimis inueniatur, & in Aegyptum se culi huius nequam vel corde vel etiam & corpore reuertatur. Meritò proinde clamat diuina scriptura, & dicit: Expecta dominũ viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine
Psal.26. dominum. Sed quandiu necesse est sustinere? Prorsus donec misereatur tui. Quæris quando? Misereor, inquit, super turbam, quia iam triduo sustinent me. Viam enim trium dierum eas, necesse est, in deserto, si gratum deo tuo offerre volueris sacrificium: & triduo sustineas saluatorem, si miraculi panibus desideras satiari. Prima est dies timoris, dies inquam declarans & illuminans tenebras tuas, interiores scilicet, & horrendum gehennæ supplicium demonstrãs: in quo K sunt tenebræ exteriores. huiusce modi siquidem cogitatio, si cut ipsi nostis, nostræ solet exercere primordia conuersionis. Secunda est pietatis dies, qua respiramus in luce miserationum dei. Tertia dies est rationis, in qua veritas innotescit, vt tanquam ea debito quodam naturæ sine aliqua contradictione creatori subiecta sit creatura, seruus seruiat redẽptori. Exhinc iubemur iam discumbere, vt charitas ordinetur in nobis, exhinc aperit dominus manum suam, & implet omne animal benedictione. Verùm quoniam apostolis dicitur, Facite homines discumbere: quorum nos licet ad confusionem nostram) habetis vicarios qualescunque, discumbere vos admonemus fratres chariſſimi, vt refecti pane benedictionis subsistere possitis in via: ne fortè misera necessitate compulsi descendatis & vos in Aegyptum, & incipiãt vobis illudere qui necdum vobiscum in deserto sequuti sunt saluatorem. Miseri sanè & ipsi qui non exiere cum exeũtibus, sed planè miserabiliores omnibus hominibus qui profecti quidem cum aliis, sed non cum aliis sunt refecti.

Porrò si qui fuere qui discumbentibus aliis post dumeta seu diuersoria quæuis absconditi latuere, homines eiusmodi ieiunos vacuósque remansisse quis nesciat? Sic & eos nihilo minus, qui leuitate & curiositate ducti, circũquaque vagantes minime resederunt, aut qui resederunt quidem, sed non in ordine nec in numero cæterorum. Hortamur proinde charitatem vestrã, & pastorali solicitudine admonemus, L ne quis ex vobis inueniatur angulos amare, sectari latebras, quærere diuerticula: quoniam qui male agit, odit luçem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Sed nec inveniantur in nobis qui circunferantur omni vẽto doctrinæ, instabiles & inquieti, nihil in se soliditatis, nihil grauitatis habentes, tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. *1.Cor.* Nam de his quid dicam, quorum manus contra omnes, & omnes omnium contra ipsos? Hi sunt qui separant semetipsos, animales, spiritum non habentes: quoniam nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. Nequissima planè & pernicioſissima pestis: quoniam vniuersos vnius obstinatio turbat, & fit omnibus discordiæ fomes, materia scandalorũ. Denique prophetam audi, qui de vinea domini loquẽs, Singularis, inquit, ferus depastus est eã. Pro huiusmodi rogo & *Psal.79.* obsecro vos, fratres mei, fugite simulationem omnem, & angulos propriæ voluntatis: fugite inquietudinem & spiritum leuitatis, fugite obstinationem, & nequissimum vitium singularitatis, nisi fortè (quod absit) fraudare vultis animas vestras panis edulio benedicti. Iam verò ne longius protraham vos, septem panes quibus reficiamini, isti sunt. Primus *Luc.4.* panis verbum dei, in quo vita hominis est, sicut & ipse testatur. Secundus panis obedientia est, quoniam meus cibus est, *Ioan.4.* inquit, vt faciam volũtatem eius qui misit me. Tertius panis M meditatio sancta, de qua scriptum est: Cogitatio sancta conseruabit te. Et quæ alio in loco nominari videtur panis vitæ & intellectus. Quartus panis orantium lachrymæ. Quintus verò pœnitentiæ labor est. Nec mireris quòd laborem aut lachrymas panem dixerim, nisi fortè excidit tibi quod in pro- *Psal.79.* pheta legisti: Cibabis nos pane lachrymarum, & item in alio *Psal.41.* psalmo: Labores, inquit, manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Sextus panis est iucunda vnanimitas socialis, panis inquam ex diuersis granis confectus, fer- *Ioan.6.* mentatus vtique sapientia dei. Porrò septimus panis est Eucharistia, quoniam panis, inquit, quem ego do, caro mea est pro mundi vita.

De septem misericordiis. Sermo secundus. Vnde supra.

Mlsericordias domini in æternum cantabo. Vt quid *Psal.88.* enim mihi insipiens nescio quæ cogitatio de pœnitentiæ huius onere murmurat, vt aggraueт illud super cervicem meam? Aliud onus sentio, suauius quidem, sed vtique multo maius. Sic enim onerat me miserationibus suis deus, sic concludit, sic obruit beneficiis suis, vt onus aliud sentire nõ possim. Quid enim retribuam domino pro omnibus quę retribuit mihi? Tanta tribuit & tanta retribuit, & tu mihi de alio onere loqueris? Deficit spiritus meus, prorsus deficit in tanta beneficiorum consideratione. Et licet dignas nõ sufficiã gratias agere, sed ingratitudinẽ prorsus odit anima mea.

Peremptoria

A Peremptoria siquidem res est ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis. Dico ego vobis, quoniam pro meo sapere nihil ita displicet deo, præsertim in filiis gratiæ, in hominibus conuersionis, quemadmodum ingratitudo. Vias enim obstruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia accessum non inuenit, locum non habet. Hinc mihi fratres tristitia magna, & dolor continuus est cordi meo, quòd nonnullos tam pronos ad leuitatẽ, ad risum, & ad scurrilia verba tam faciles video: vt pertimescam valde ne fortè plusquã expediat, diuinæ misericordiæ sint immemores, & ingrati tam multis beneficiis suis, aliquando deserantur à gratia, quam non vt gratiam venerantur. Nam de eo quid dicam, qui in murmure & impatientia obstinato perdurat animo, aut quẽ pœnitet adhæsisse deo, & contra morem & contra rationẽ bonum factum pœnitentia comitatur, qui sine dubio miserationibus dei non modò non habet gratiam, sed contumeliam reddit? Omnino enim quantum in se est, parum honorat eum, à quo vocatus est, quisquis ei seruit in tristitia & rancore, si tamen seruire ei quis potest in ea tristitia quæ secundum carnem est, & mortem operatur. Putas ergo quia maior illi detur gratia, & non magis etiam quod videtur habere, auferatur ab eo? Nónne enim iure perditũ reputatur, quod ingrato donatum est? Aut dedisse non pœnitet, quod perisse videtur? Oportet proinde gratum esse hominem & deuotum, qui percepta gratiæ mu-
B nera nõ modò manere sibi desideret, sed & multiplicari. Nemo sanè est qui non facilè si quærit inueniat vnde plurimum sit obnoxius deo, quoniam non est qui se abscondat à calore eius. Sed nos maxime, quos segregauit sibi, & assumpsit ad
Rom.8. seruiendum sibi soli, si iuxta apostolum, non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritũ qui ex deo est: vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis: omnino plurima inueniemus vnde continuas ei gratias agere debeamus. Quis enim in nobis est qui nõ confiteri possit, quoniam misericordia tua magna est super me? Itaque de tanta multitudine miserationum domini vobis breuiter aliquas proponere velim, vt qui sapiẽs est, occasione accepta sapientior fiat. Septem ergo in me video misericordias domini, quas & vosipsi credo facilè inuenietis in vobis. Prima est quòd à multis peccatis adhuc in seculo positum custodiuit: prima inquã non inter omnes quas mihi impendit, sed prima inter has septem. Quis enim non videat quòd sicut in multis cecidi, sic & in alia poterã cecidisse peccata, nisi omnipotentis pietas cõseruasset? Fateor & fatebor, nisi quia dominus adiuuit me, paulo minꝰ cecidissẽt in omne peccatum anima mea. Et hæc quanta dignatio pietatis, quòd ingratum & paruipendentem sic gratia cõseruabat, quòd in multis cõtrarium & cõtemnentẽ nihilo minus ab aliis benignissime protegebat? At secunda miseratio tua super me dominе, quonã poterit explicari sermone, quàm benigna, quàm
C liberalis, quámq; gratuita fuerit? Ego peccabã, & tu dissimulabas. Non continebam à sceleribus, & tu à verberibus abstinebas. Prolongabam ego multo tempore iniquitatẽ meam, & tu domine pietatem tuam. Sed quid prodesset expectatio, nisi sequeretur pœnitudo? Cumulus esset dãnationis, dicen-
Psal.49. te domino: Hæc fecisti, & tacui. Tertia proinde miseratio fuit, quòd visitauit cor meum & immutauit, vt amara fierent quæ male dulcia prius erãt: qui lætabar cum malefacerem, & exultabam in rebus pessimis, inciperẽ demum recogitare ei annos meos in amaritudine animæ meæ. Et nũc domine cõmouisti terram cordis mei, & cõturbasti eam: sana contritiones eius, quia cõmota est. Multi enim pœnitentia ducti sunt, sed infructuosa, quoniam pœnitẽtia eorum reprobata est, sicut & prior culpa. Itaque & hæc miseratio quarta fuit, quòd
Psal.31. pœnitentem misericorditer suscepisti, vt in eorum numero inuenirer, de quibus psalmista, Beati, inquit, quorum remissæ sunt iniquitates. Sequitur misericordia quinta, per quã mihi continendi deinceps & emẽdatius viuendi præstitisti virtutem, ne recidiuum paterer, & esset nouissimus error peior priore. Omnino enim manifestè tuæ est (domine deus) & nõ humanæ virtutis, susceptũ semel peccati iugum à ceruicibus excutere: quoniã omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: nec est liberari nisi in manu forti. Iam verò postquã in his quinque miserationibus à malo liberaueris, vt fiat quod scri-
Psal.36. ptum est, Declina à malo & fac bonum: in duabus aliis bona D largiris. Hæ duæ sunt, gratia promerendi, qua videlicet mũnus bonæ cõuersationis indulges: & spes obtinendi, qua donas homini indigno & peccatori de tua toties experta bonitate vsque ad cœlestia speranda præsumere.

De fragmentis septem misericordiarum Sermo tertius, vnde supra.

SCitis quid fecerim septem vobis hodie misericordias proponendo? Septem vtique panes distribui. Nam si factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, quanto magis diuinæ miserationes? Multo enim dulcius istæ sapiunt, reficiunt multo melius, ampliúsque confirmant cor hominis. Verùm multa nobis, ni fallor, ex his panibus hodie cecidere fragmenta. Nam & ego ipse sentiebam inter frangendum multas è manibus euadere micas, atque inter digitos properãtis elabi. Vtrum ipsi collegeritis aliqua, vos videritis. Ego (si nondum fastiditis) nostra, quæ mihi collegeram, sine inuidia communicabo, ne fortè incurram maledictionem abscondentis frumenta in populis. Primus itaque panis, si bene memini, conseruatio gratiæ fuit, quę me licet indignũ, à multis peccatis adhuc in seculo positum custodiuit. Huius ergo tria teneo fragmenta, habentia prorsus magnum delectamentum saporis, & alimoniam vitæ. Tribus siquidem modis à peccato me memini cõseruatum, occasionis subtractione, resistendi data virtute, affectionis sanitate. Milta enim in E peccata facilè cecidissem, si data esset occasio, sed dei miseratione non me talis opportunitas apprehendit. In multa quoque paulo minus cecidissem grauiter impulsus violẽtia tentationis, sed virtutem dedit dominus rex virtutum, vt sub me esset appetitus meus, & ei quam sentiebam, concupiscentiæ minime consentirem. Sed & à quibusdam tam longè me fecit miseratio tua domine, vt penitus abominarer ea, & ne vlla quidem eorum me tentatio molestaret. Secundus quoque panis fuit expectatio, qua tardabat vltionem, indulgentiam cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmenta accipite, cogitantes longanimitatem quam exhibuit, electionem prædestinationis suæ quam impleri voluit, & charitatem nimiam qua nos dilexit. Propter hoc enim expectans expectauit me dominus, & non intendit mihi, sed oculos suos auertit à peccatis meis, quasi nolens aduertere quantum delinquerẽ. Propter hoc inquam dissimulabat, vt commendaret patientiam suam, vt impleret electionem suam, vt confirmaret charitatem suam. De tertio quoque pane, eius scilicet misericordiæ qua conuertit nos ad pœnitentiam, tria non tam fragmenta quàm frusta vobis appono. Tunc enim, vt bene memini, concussit cor meum, excitãs illud vt aduerteret suorum vulnera peccatorum, & vulnerum sentiret dolorem. Etiã & terruit deducens ad portas inferi, & præparata iniquis supplicia monstrans. Et vt nihil iam noxiæ remaneret delectationis, F meliorem mihi consolationem inspirans, spem indulgentiæ dedit. In his tribus ego cõuersus sum, credo quòd & vosipsi. Iam verò quarti panis (ipsa est indulgentia) obsecro vos diligenter colligite fragmenta ne pereant. Sunt enim salubria valde, & dulciora super mel & fauũ. Sic enim ex toto indulsit, & tam liberaliter omnẽ donauit iniuriã, vt iam non damnet vlciscendo: nec confundat improperãdo: nec minus diligat imputando. Sunt enim aliqui sic donantes iniuriã, vt non vlciscantur, sępius tamẽ improperent. Sunt & alij qui fileant licet, manet tamen alta mente reposta, & rancorem tenent in animo: quarum vtiq; neutra plena indulgentia est. Longè ab his omnibus benignissima est diuinitatis natura, liberaliter agit, ignoscit plenarie, ita vt propter fiduciã peccatorum (sed pœnitẽtium) vbi abundauit delictum, soleat & gratia superabundare. Testis est Paulus gentium doctor, qui plus omnibus cum diuina gratia laborauit. Testis est Matthæus de telonio electus in apostolum, cui etiam noui testamenti primum scriptorem esse donatum est. Testis & Petrus, cui post trinam negationem, totius ecclesię pastoralis cura commissa est. Testis deniq; etiam famosissima illa peccatrix, cui in ipso conuersionis initio tanta multitudo dilectionis concessa est, tanta postmodum indulta gratia familiaritatis. Quis accusauit Mariam, & pro se eam oportuit respondere? Si Phariſæus murmurat, si Martha conqueritur, si scandalizantur apostoli

Universidad de Deusto
Biblioteca

G li, Maria tacet: Christus excusat, etiam & laudat tacentem. Denique illud quantæ prærogatiuę, quantę excellentię fuit, quòd resurgentem à mortuis prima videre, tangere prima meruit? Sed iam trāseamus ad alia. Bonum est quidē nos hīc esse, vbi datur fiducia peccatorib', sed oportet etiam cætera non tacere. Itaque & in continentia ipsa, quæ est panis quintus, tria mihi ominus inuenio vnde meritò clamare possim: Luc.1. Quia fecit mihi magna qui potēs est. Fortè paruum aliquid reputatis continentiam vestram, sed ego non ita. Scio enim quos habeat oppugnatores, & quantæ illam necesse sit esse virtutis, vt possit resistere talibus. Primus siquidē continentiæ nostræ hostis caro est, aduersus spiritum concupiscens, Quàm domesticus hostis, quā pernicioſa lucta, quàm intestinum bellum? Hostem hūc crudeliſſimum nec fugere possumus (ó anima mea) nec fugare: circūferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis. ná quod periculoſius est & miserabilius, hostem nostrum ipsi cogimur sustētare, perimere eum non licet. Vide ergo quàm sollicite te custodire necesse sit ab ea, quæ dormit in sinu tuó. Veruntamen non est hic solus aduersarius mihi, alium adhuc habeo qui circuncinxit & obsedit me vndique: & si ignoratis, hostis ille est præsens seculum nequam. Cōclusit inimicus vias meas, & per quinque portas, quinque videlicet corporis sensus, iaculis suis vulnerat me, & mors intrat per feneſtras meas. Sufficere nimis poterant isti duo. Sed (heu me) ecce video vētum validum veH nientem ab aquilone, à quo panditur omne malum. Et nunc quid supereſt aliud: Domine salua nos: perimus. Ecce enim malleus vniuersæ terræ. Ecce serpens callidior cunctis animantibus. Ecce inimicus ille quem nec videre possum, quāto minus cauere? Neque enim est colluctatio seruare volētibus continentiam (continentiam autem dico nō à sola luxuria, sed à cæteris quoque sicut necesse est vitiis & peccatis) aduersus carnem & sanguinem tantùm, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitię in cœlestibus. Et quis est qui iacula eorum ignea possit extinguere? Parauerūt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Sed & narrauerunt vt absconderent laqueos, & dixerūt: Quis videbit nos? Nunc quidem aperte & violenter, nunc occulte & fraudulenter, semper autem malitioſe & crudeliter impugnant & persequuntur nos. Et ad hæc tolerāda ne dicam superāda quis idoneus? Credo iá vobis aliquatenus innoteſcit continentiæ difficultas, vt iuxta apoſtolum sciatis quę à deo donata sunt vobis. Omnino enim in domino facimus hanc virtutem, & ipse ad nihilum deducit tribulantes nos. Ipse est qui non modò carnem nostrā cū cōcupiſcentiis suis, sed & præsens seculū nequam cum curioſitatibus suis & vanitatibus, etiam & ipsum cum tētationibus suis conterit satanā sub pedibus nostris. Nunquid nó meritò dixeram inueniendum in continentia, vnde clamarem quia fecit mihi magna I qui potens est? Iam verò sexti panis fragmenta accipite. Est autem panis iste gratia promerendi bona scilicet æternæ vitæ. quam gratiam in tribus maxime constare arbitror, in odio præteritorum malorum, & contemptu præsentiū bonorum, & desiderio futurorum. Septimus quoq; panis est spes obtinendi, cuius nihilo minus teneo fragmenta tria, & corū sapor dulcis admodum gutturi meo. Tria inquam sunt quæ sic roborant & confirmant cor meum, vt nulla me penuria meritorum, nulla consideratio propriæ vilitatis, nulla æstimatio cœlestis beatitudinis, ab altitudine spei deiicere possit in ea firmiter radicatum. Desideratis ea, an reſeruanda sunt propter eum qui dixit: Mel inueniſti? comede quod sufficit tibi. Sic completur hodie quod de seipsa sapientia prophetauit: & nunc idipsum video, quoniam qui edunt me, adhuc esurient. Proinde non vos protraham vltrà, sed nec vestram fraudabo esuriem, quoniam quidem sic paratos video, ac si necdum sumpſeritis quicquam. Tria considero in quibus tota spes mea consistit, charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis. Murmuret iam quantum voluerit iniipiens cogitatio mea dicens: Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria, quibusve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter reſpondebo: Scio cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax in pmiſſione, quia potens in exhibitione. licet enim ei facere qd K voluerit. Hic est funiculus triplex qui difficilè rūpit ur, quem nobis à patria nostra in hunc carcerem vsque demiſſum firmiter obsecro, teneamus: vt ipse nos subleuet, ipse nos trahat & pertrahat vsque ad conſpectum gloriæ magni dei, qui est benedictus in secula. Amen.

In natale sancti Victoris cōfeſſoris, sepulti in monaſterio Arremarenſi Trecenſis diœceſis, qui obiit quarto kalendas Martij. Sermo I

VIctoris vita gloria ſpecialis, nō tam ad gloriā quā ad virtutē prouocat oēs qui recto sunt corde. Nō recti planè sed peruerſi est animi, antè quærere gloriā, quā exercere virtutē, & velle coronari qui legi *pſal.93* time nō certauerit. Vanū est vobis, inquit, ante lucē surgere. Ita est. Fruſtra ad celsitudinē nititur glorię, qui prius nō claruit virtute. Fruſtra fatuæ virgines sponſo obuiā surgūt, quarum lampades extinguuntur: & ideo fatuæ, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis oleum non habentes. Abſit *pſal.33* mihi gloriari niſi in gloria illorum, quibus propheta congratulans ait: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua ex altabuntur. Et infert: Quoniam gloria virtutis eorum tu es. L Pulchrè non eorum, sed virtutis eorum gloria commendatur. Quæ enim sine virtute est gloria, profecto indebita venit, præpropere affectatur, periculoſe captatur. Virtus, gradus ad gloriam: virtus, mater gloriæ est. Fallax gloria, & vana est pulchritudo quam illa non parturiuit. Sola est cui gloria iure debetur, & secure impēditur. Sancto Victori nec virtus nec gloria deeſt: sed quemadmodum ambæ res & quo ordine in homine proceſſerūt, id operę precium intueri. Pugnauit fortiter, viriliter ſuperauit, & ſic demum gloria & honore coronatur. Quomodo nempe inglorius remanſiſſet bellator fortis, humilis victor? quanquam nec in die virtutis ſuę sine gloria fuit, signis & prodigiis admirandus. Habemus dilectiſſimi in vita Victoris & quod digne miremur, & qd ſalubriter imitemur. Miror vina dediſſe in eremo nō vitem, sed fontem. Miror & ſtupeo infantem adhuc in vtero pauori fuiſſe pauendis dęmoniis, quippe ab ipsis pręcognitum, & iam tunc ex nomine deſignatum. Nec vacuum nomen, vbi hostium fuga & extorta confeſſio victoriam conceſſit infantulo. Quis item non miretur furem à dæmone deprehenſum, & rurſum à dæmone mox hominem liberatum? Quis non etiam omni admiratione ſtupendū ducat carne circundatum hominē, cœlis patentibus, carnis oculos ſuperno infigere lumini, & videre viſiones dei, angelico inſuper mulceM ri cantico, doceri oraculo? Hęc atq; ſimilia in ſancto homine veneramur, non æmulamur. Meritò quidem, quando & ſine ſalutis periculo poſſunt non fieri, & ſine ſalutis periculo nequeunt vſurpari. Tutius ſanè æmulāda ſolidiora quàm ſublimiora, & quæ magis virtutem redoleant, gloriam minus. Studeamus proinde moribus conformari, cui in mirabilibus ſimilari etſi volumus, non valemus. Aemulemur in viro ſobrium victum, deuotū affectum, æmulemur manſuetudinem ſpiritus, caſtimoniam corporis, oris cuſtodiam, animi puritatem, ponere frenum iræ, & modum linguæ, dormire parcius orare frequētius, commonere noſmetipſos pſalmis, hymnis & cāticis ſpiritualibus, diebus iungere noctes, & diuinis laudibus occupare. Aemulemur chariſmata meliora. Diſcamus ab ipſo quòd mitis & humilis corde fuit. Aemulemur, inquā quod extitit liberalis in pauperes, iucundus ad hoſpites, patiens ad peccātes, benignus ad omnes. Hoc enim melius. In his forma est cui imprimamur, in miraculis gloria à qua reprimamur. Illa lætificēt, iſta ædificent: moueant illa, iſta promoueāt. Epulemur dilectiſſimi ad mēſam diuitis vocati, mēſam abundantem panibus, deliciis cumulatam. An nō diues qui exemplis nos reficit, protegit meritis, lętificat ſignis? Diues planè, in cuius hodie cōuiuio ſolenni angeli & homines pariter congregantur. Hi vt reficiantur, illi vt deliciētur. Iſti vt proficiant, illi vt gaudeant. Cuius vita repleta bonis, quid niſi mensa referta cibis? Nec tamen omnibus omnia apponuntur

A nuntur, ſed vt tollat quiſque quod ſibi expedire & cōuenire videbit. Et ego quidem conſilio ſalubriori diligenter conſidero quę mihi apponuntur. Cautum est mihi eligere mea, & aliena non tangere. Non extendam manum ad gloriam miraculorum: ne ſi attentauero quod deſuper non accepi, perdam meritò & quod videor accepiſſe. Non leuo cū illo oculos ad rimanda ſecreta cœleſtia, ne oppreſſus à gloria confuſus reſiliam, ſerò confugiens ad conſilium ſapientis qui ait: *Eccl.3.* Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Infertur menſis vinum nouum aquarum rubētium: non tango, quia non mihi appoſitum ſcio, qui ſimiliter elementa mutare, naturas innouare non valeo. Cerno item in menſa Victoris angelos illum audiſſe canentes. Nunquid videbo & ego mihi ſupernos exhiberi cantores, aut certè citharœdos illos de Apocalypſi corā me citharizare in citharis ſuis? Imperat ille dæmonibus adhuc in corpore viuens, vinctum in corpore ſoluit corpore iam ſolutus. Cibi ſunt, ſed non mei, equidē iucundi & ſapidi: ſed non tangit illos anima mea, quoniam non est inopi mihi vnde ſufficiam talia redhibere. At ſi diligenter conſidero, ecce prę oculis in menſa ſancti cenſura iudicij, diſciplinę vigor, ſanctitatis ſpeculū, vitæ forma, virtutis inſigne. Hæc à me & abſque præſumptione ſumuntur, & ſalubriter inſumūtur: & ſi diſſimulo, diſtricte repoſcūtur. Audi adhuc quæná mihi iure appoſita putem. Si panem doloris B & vinum compunctionis de diuitis mēſa obtuleris, tollo ſecurus, qui ſum pauper & inops. Erunt mihi lachrymæ meæ *pſal.41.* panes die ac nocte, & poculum meum cum fletu miſcebo. Pars mea hæc, qui dolenda cōmiſi. Nec me tamen pigebit, vt æſtimo, cibi huius, quoniam qui appoſuit ſcientiā, addidit & doloré. Sed & ſi temperantiæ, ſi iuſtitiæ, ſi prudentiæ vel fortitudinis exempla appareant, ea incunctanter ſumo, ſciens quia talia oportet me præparare. Hæc mihi apponi, hęc à me repetitum iri non dubito. Nunquid ſigna & prodigia exigenda à nobis ſunt, vt ea diuiti viciſſim præparemus? Patres vaſa ſunt in honorem illi qui nos inuitauit, non cibi pauperum. Tu ergo qui inuitatus es, diligenter conſidera quid tibi ille, quid ſibimet appoſuerit, non enim quicquid in menſa apponitur, tibi apponitur. Quid ſi in poculo aureo fuerit propinatum? Non poculum tibi, ſed potus apponitur. Sume potum, & pone aurum. Ergo exempla bonorum operum & rectitudinem morum paterfamilias communicat ita domeſticis, vt prærogatiuam ſibi retineat in miraculis. In his tamen atque illis, ille glorificandus est, cuius munus ſancte viuere, cuius virtus ſigna facere est, qui in trinitate perfecta viuit & regnat deus in ſecula ſeculorum. Amen.

De eodem. Sermo ſecundus.

C Gaudete in domino dilectiſſimi, qui inter continua ſuæ pietatis beneficia indulſit hominem mundo, cuius multi ſaluarentur exemplo. Iterum dico gaudete, quòd factus de medio appropiauit deo, vt multo plures eius interceſſione ſaluentur. Habet ex hominibus cui hominum peccata donet miſericors & miſerator dominus. Habet tempus & locum intercedendi pius & miſericors aduocatus. Equidem locum quietum, & tempus feriatum. In teris viſus est, vt eſſet exemplo: in cœlum leuatus est, vt ſit patrocinio. Hic informat ad vitam, illic inuitat ad gloriam. Factus est mediator ad regnū, qui fuit incitator ad opus. Bonus mediator, qui ſibi iam poſtulans nihil, totum in nos transferre deſiderat & ſupplicantis affectum, & ſupplicationis fructum. Quid enim quærat ſibi, qui nullius eget? Dominus conſeruat eum & viuificat eum, & beatum facit eum in gloria: nihil illi deerit in loco paſcuæ collocato. Hæc dies glorioſæ migrationis eius, dies lætitiæ cordis eius, exultemus & lætemur in ea. Introiuit in potentias domini, gaudeamus quia nunc potētior est ad ſaluandum. Hodie Victor poſito corpore quo ſolo præpediri ab introitu gloriæ videbatur, tanto alacrior quanto expeditior penetrauit in ſancta, ſimilis factus in gloria ſanctorum. Hodie de nouiſſimo & humili loco quem ſibi ex cōſilio ſaluatoris elegerat, ipſo ſummo patrefamilias euocante verus amicus aſcendit ſuperius, & eſt illi gloria coram ſimul diſcūbentibus. Hodie deſpecto mundo, & mundi principe triumphato, ſupra mundum verè victor aſcendit, accipiens de manu domini coronam victoriæ. Aſcendit autem cum immenſa ſupellectili meritorum, clarus triumphis, miraculis glorioſus. Pauſat miles emeritus, & poſt labores ſudoréſque sacræ peractæ militiæ locatur fœliciter, coronatur ſublimiter. Anima eius in bonis demorabitur. Quæris vbi? Cum Abrahā, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Ita cum talibus & tali in loco ſibi ſedet. Sedet excelſa & fulgida, ſedet lætabunda & laudans. Sedet delicata & ornata monilibus ſuis, ſtipatā malis, fulcita floribus. Sedet inquam ſibi vacua curis, deliciis affluens, abundans ocij & quietis ad vacandum ſapientiæ. Quæ ſedit & fleuit ſuper flumina Babylonis, ſedet modo ad fontem vitæ, & conuerſatio illi ſecus torrentem voluptatis, cuius impetus lætificat ciuitatem dei. Inuenit ſibi fontē hortorum, puteum aquatū viuentium, & cum Samaritana potatur aqua ſapientiæ ſalutaris, vt non ſitiat in æternum. Datur illi de fructu manuum ſuarum, & laudant eam in portis opera eius, & gloriatur teſtimonio conſcientiæ. Conſcientiæ dico ſuæ, non alterius. Sedet media angelorū, digna planè eorum cōſortio, quorum deſiderio flagrat, puritate nitet, caſtimonia decoratur. Sedet inter apoſtolos vir apoſtolicæ gratiæ: nec est quòd ſe abſcondat à cuneo prophetarum, qui quem illi prædixerunt, glorificauit & portauit in corpore ſuo. Neque ſe putat victorioſis martyrum choris Victor noſter arcendum, qui duro & diuturno martyrio viuentem ſui corporis hoſtiam immolauit. Sedet veteranus miles debita B iam ſuauitate & ſecuritate quietus. Securus quidem ſibi, ſed noſtri ſollicitus. Nō enim cū putredine carnis ſimul ſe exuit viſceribus pietatis: nec ſibi ſic induit ſtolam gloriæ, vt noſtræ pariter miſeriæ ſuæque ipſius miſericordiæ obliuionem indueret. Non est terra obliuionis quā anima Victoris inhabitat, non terra laboris, vt occupetur in ea: nó denique terra, ſed cœlum est. Nunquid cœleſtis habitatio animas quas admittit indurat, aut memoria priuat, aut ſpoliat pietate? Fratres, latitudo cœli dilatat corda, non arctat: exhilarat mentes, non alienat: affectiones nō contrahit, ſed extendit. In lumine dei ſerenatur memoria, non obſcuratur. In lumine dei diſcitur quod neſcitur: non quod ſcitur dediſcitur. Superni ſpiritus illi qui ab initio cœlos inhabitāt, nunquid quia incolunt cœlos, deſpiciūt terras, & non magis eas viſitant & frequētant: Nunquid quòd ſemper vident faciē patris, miniſterium euacuat pietatis? Omnes nihilo minus adminiſtratorij ſpi- *Hebr.1.* ritus ſunt, miſſi in miniſterium propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Quid ergo? Diſcurrunt angeli & ſuccurrunt hominibus: & qui ex nobis ſunt, neſciūt nos: nec norunt iam compati, in quibus paſſi ſunt & ipſi? Qui dolores neſciunt, ſentiunt tamē noſtros: & qui venerunt de magna tribulatione, nó recognoſcunt iam in quo fuerunt? Scio qui dixit: Me *pſal.141.* expectant iuſti, donec retribuas mihi. Iuſtus est Victor etiam expectans noſtram proculdubio retributionem. Non est ille F pincerna Pharaonis, qui inuentam gratiam retinuit ſibi, pro- *Gen. 40.* phetæ ſui pariter & captiui minime recordatus. Miniſter Chriſti est, Chriſtum ſequitur. Non est ille oblitus ſuæ promiſſionis, nec ſocio paſſionis regni conſortium denegauit. Nō est diſcipulus cōtra magiſtrum, non poteſt Victor quicquam facere niſi quod viderit magiſtrum facientem. Opera quæ ille fecit, & iſte fecit ſimiliter. Iam cœlos ingreſſus, quos & antè apertos beatis oculis ſuſpiciebat, verè nunc reuelata facie ſpeculatur gloriam dei, abſorptus quidem, ſed nō oblitus clamorem pauperum. Beata viſio, qua in eandem imaginem trāsformatur de claritate in claritatem, tanquam à domini ſpiritu. Paruulus ad pugnam, magnus ad victoriam, macremēto virtutum ac meritorum Victor viuens inter peccatores tranſlatus est. O virum præcipuæ ſanctitatis, qui antè ſanctus quàm natus, antè opere quàm nomine victor. Adhuc vtero clauſus iam de hoſte triumphauit. O venerandā etiam ipſis angelis ſanctitatem, quam pari ſtudio etſi diſpari volūtate, & mali fugitant, & frequentant boni. Nec facilè dixerim quid virum aſtruat ſanctiorem, horum fauor, aut pauor illorū. Corpore denique terras, mente cœlos inhabitans, aliquando familiarius aliquid nunciantes, aliquando ineffabili cantus ſuauitate plauſibiles ſupernorū voces ſpirituum audiebat. Verè anima tua Victor, vna ex gēmis quæ tibi in cru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ce apparuerunt. Verè infixa cruci, cum diuinę inserta glorię, eandem sibi claritatis imaginem induit quam inuenit. Vincenti expandit gremium suum, qui pugnanti dederat spiritũ suum. O victrix anima, quæ sicut passer transuolans, mundi laqueos euasisti: respice ad incautas animas itricatas illis, perielitantes in illis, vt tuo patrocinio eruamur. O miles emerite, qui Christianæ militiæ duris laboribus, angelicæ felicitatis requiem commutasti: respice ad imbelles & imbecilles cõmilitones tuos, qui inter hostiles gladios & spiritales nequitias tuis laudibus occupamur. O victor inclite, qui & de terra & de cœlo gloriosissime triumphasti, illius gloriam nobiliter superbę despiciens, & huius regna pie violẽtus diripiẽs, respice de cœlo ad vinctos terræ, vt hæc sit tuorũ cõsummatio triumphorũ, si & nobis demum vicisse te sentiamus. Nã si ex re nomen tibi, perfecta veritas nominis ex nostra liberatione censebitur: & certè deest interpretationi quandiu nos qui tui sumus, minime liberamur. Quàm pium quàm dulce, quàm suaue ô Victor in hoc loco afflictionis & in hoc corpore mortis te canere, te colere, te precari: Nomẽ tuum & memoriale tuum fauus distillans in labiis captiuorum, mel & lac sub lingua eorum qui tui memoria delectantur. Eia ergo fortis athleta, dulcis patrone, aduocate fidelis: exurge in adiutorium nobis, vt & nos de nostra ereptione gaudeamus, & tu de plena victoria glorieris. Omnipotẽs pater, peccauimus tibi facti filij alieni, sed appropiauimus in Victore, qui dum vicit cupiditatẽ suam, vincat & iram tuã, H nos quoque in gratiam potẽter restituat. O victor Iesu te in nostro Victore laudam⁹, quia te in illo vicisse cognoscimus. Da ei piissime Iesu sic de sua in te victoria gloriari, vt non subeat obliuio nostri. Fili dei immite ei nostri semper in cõspectu tuo memorem esse, nostram in tuo tremendo iudicio susc̃ipere & agere causam: qui cum patre & spiritu sancto vius & regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

Dominica x. post Pentecosten homilia euangelij secundum Lucam, de hac hom. epist 352. de villico iniquitatis.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud eum, quasi dissipasset bona illius. Et reliqua

Homilia lectionis eiusdem.

HVius sancti euangelij lectio quantæ sit vtilitatis & in I historia simpliciter ad literam dicta, & moraliter expedita, prudens auditor aduertet, si aurem cordis apposuerit, & ex deo est. Sic enim veritas ait: Qui ex deo est, verba dei audit. Qui subiungit reprobis dicens: Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Dicamus ergo: Homo quidam erat diues. Quantum ad literam nos id enarrare non conuenit, litera enim per se patet, cuius tamen vtilis est narratio minus doctis, minúsque capacibus cæteris sit exponẽda. Homo quidam erat diues, &c. Homo ille, iste est de quo Apostolus ait: In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Qui quidam merito dicitur, quasi singularis. Vnde propheta: Homo est, & quis cognouit eum? Ac si dicat: Superexcellentiam eius quis enarrabit? Sequitur: Erat diues. Vere diues, sicut scriptum est: Cum esset diues in omnibus: factus est pauper pro nobis, vt nos sua paupertate ditaret. Et item de eodẽ domino dicitur: In dextera eius ignea lex, in sinistra vero illius diuitiæ & gloria. Cui bene conuenit, erat: quia de eo dicitur: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Qui habebat villicum. Reuera habuit villicum & villam quia Domini est terra, & plenitudo eius. Et ipse ait: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. tamen in terra nihil voluit possidere, sicut idem de semetipso ait: Non habet filius hominis vbi caput reclinet: paupertatis nobis relinquens exemplum. Et tamen villicum eum habuisse videamus & villam, hoc modo: Villa est proprie terrena possessio pluribus vestita colonis, per quos significatur terrena hęc corporum nostrorum cõpaginatio, primo multis ornata virtutibus, quasi multis inhabitata viris. In hac sua villa dominus ad custodiẽda bona sua quæ plura habuit, villicum posuit interiorem hominem, quẽ K tantę valetudinis fecit, tãti decoris, vt ad imaginem & similitudinem suam formaret: tantęq; potẽtię per sibi datum liberum arbitrium, vt in quamlibet partem boni malíve flecteretur. Villam etiam tantis muniuit præsidiis, vt nullius ope prẽter solius eius, scilicet domini egeret cõtra quoslibet cuiuscũque impugnationis incursus. Posuit nãque in ea murorum custodem prudentiam: defensorem fortitudinẽ: dapiferum temperãtiam: iustitiarium ad tuenda iura, iustitiam. Isti quãtæ fuerint solicitudinis, quãtæque strenuitatis in suis per agendis officiis, ex eorundem propriis diffinitionibus videtur, quæ sunt huiusmod: Prudẽtia est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum. Fortitudo est firmitas animi aduersus ea quæ temporaliter sunt molesta. Temperãtia est refrænatio cupiditatis aduersus ea quę carnaliter delectant. Iustitia est reddere vnicuique quod suum est. Quomodo vero hę virtutes quasi solertes viri in villa sibi cõmissa officia sua compleant, audiamus. Prudẽtia custos familię tuum sic facit officium, dicẽs: Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester vẽturus sit: sero, an media nocte, an galli cantu, an mane, &c. Scitis quia non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis, sed L sanguine quasi agni immaculati & incõtaminati Iesu Christi domini nostri. Non simus concupiscentes malorum, neque idololatræ efficiamur. Auaritia quippe ipsa est idolorum seruitus. Neque fornicemur, sicut illi qui ceciderũt vno die viginti tria milia. Neq; tentemus deum, sicut qui à serpẽtibus perierũt. Neque murmurauerimus, sicut qui perierut ab exterminatore: quæ omnia scripta sunt ad correptionẽ nostrã, in quos fines seculorum deuenerunt. Fortitudo quoque sic suos hortatur in acie dicẽs: Estote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum. Et itẽ: Ne terreamini ab iis qui occidunt corpus, postea vero non habent quid faciant. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Leo quippe rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Cum fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Itaque viriliter agite & confortamini, & omnia vestra in charitate fiant. Empti enim estis precio magno. Glorificate & portate deũ in corpore vestro, sicut portauit Apostolus dicens: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an periculum, an gladius? Certus sum quod neque mors, neque vita, neq; præsentia, neque futura poterũt nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu. Temperantia vero sic solicitat dicens: Videte ne grauentur cordà vestra in crapula & ebrietate, & curis huius mũdi. Scriptum est enim: Vę qui potẽtes estis ab bibẽdum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Sicut ę M ger ad medicinam, sic ad sumendas dapes quisque debet accedere. Inter cætera enim sua mala, Sodoma panis abundantia periit, ad Hierusalem domino per prophetã dicente: Hęc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis & abundãtia. Hinc Apostolus ait: Multi ambulant post concupiscentias suas, quos sępe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi: quorum finis interitus, quorũ deus vẽter est, & gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Esca ventri, & yẽter escis, deus autẽ & hunc & has destruet. Nequaquam igitur in illis voluptatem appetas, sed necessitati succurre. Iustitia autem sic illæ iura tuetur, dicens: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Quia hinc Salomon ait: Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud deum. Et, Quæcunque vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis similiter, & sic implebitis quod Moyses ait: Iustus modius sit vobis, ęquusque sextarius. Itaque cũ debeat tibi quippiam frater tuus, & abstuleris pignus ab eo, ante solis occasum pignus restitue. Nisi abundauerit iustitia vestra plus, quam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quorum legalis erat iustitia, oculum pro oculo, dentem pro dente, vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, neque malum pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes. Hinc Paulus

A lus ait: Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.
Rom.13.b Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: & hæc faciens carbones ignis congeres super caput eius. Sic vtiq; aio ego iustitia, & volo fieri. In hac etiam villa diues dominus quasi turicolas habuit, qui redderent ei fructus vsurarios temporibus suis, qui sunt huiusmodi, bonitas, benignitas, modestia, mansuetudo concordia, pax, patientia, misericordia, charitas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent, qui accusarent, qui testificarentur, qui iudicarẽt, qui punirent. Conscientia quippe ipsa est accusatrix, memoria testis, ratio iudex, timor carnifex. Quod enim conscientia accusat, memoria testificatur: & quod ratio iudicat, timor
Psal. 98.a excruciat, dicens: Dominus regnauit, irascantur populi. Qui
Psal. 49.c sedes super Cherubim, moueatur terra. Ignis in circuitu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Et impiis dicet: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo
Matt.25.d & angelis eius, vbi ignis est qui non tepescit, vermes qui non moriuntur, tortores qui non lassescunt: vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Villam suam his aliisque tutoribus fortem, tradidit dominus villico, pluribus plenam bonis, quibusdam corporis, multis propriis ipsius hominis interioris. Septem quippe sunt hæc bona corporis, pulchritudo, fortitudo, velocitas, libertas, sanitas, voluptas, diu-
B turnitas vitæ. Septem quoque sunt bona animæ, sapientia, amicitia, concordia, honor, pietas, potestas, iucunditas. Præter hęc propria, communia sunt multa data ruricolis, alia his, & alia his. Bona enim sunt diuitum diuitiæ suæ, ne eos paupertatis molestia frangat. Bona sunt pauperum penuriæ suæ, quibus castigantur ne per incontinentiam defluãt. Fortium fortitudo, vt ad bona opera cõualescant. Debilium imbecillitas, qua refrenantur ne quod velint malum perficiant. Sapientium sua scientia, qua illuminantur vt proficiant, Insipientiũ sua simplicitas, qua humiliantur ne superbiant. Omnino quicquid in hac vita nostra fragilitas possidet, pius cõditor (quantum in sua bonitate est) ad bonum nostrum nobis quotidie confert, scilicet vel ad correptionem prauitatis, vel ad profectum virtutis. Sed (vt verbis beati Gregorij vtar) quæ ad vsum accepimus vitæ, ad vsum conuertimus culpæ. Valetudinem corporum in vsum consumimus vitiorum, bona mentis in vsum expendimus vanitatis. Et hoc est quod dicitur, Qui diffamatus est apud eum quasi dissipasset bona ipsius. Operęprecium est scire quis diffamauerit villicum, vel vnde prodierit diffamatio. Petulãtia ipsa est quæ dissemina-
Sap.2.b uit infamiam: quæ tunc dicitur infamare, cum non erubescit negligentiam suam declamare, sicut ibi: Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra: coronemus nos rosis antequã marcescant: vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ. Quippe hæc talis locutio plane infamatio est. Fit autem triplici voce, scilicet cogitationis, locutionis, & operis. Ha-
C bet enim cogitatio vocem suam. Vnde dominus cogitanti
Exo. 14.d Moysi ait: Quid clamas ad me? Et Dauid ad dominum: Cogi-
Psal. 75.b tatio hominis confitebitur tibi. Habet & opus vocem suam.
Gen.4.c Vnde dominus ad Cain: Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Prodit autem infamia nostra ex his quæ fiunt aut contra naturam, aut contra legem, aut contra cõsuetudinem. His tribus modis quicquid agimus, vertitur in peccatum. Et quia villicus bona domini sui in hæc dissipauerat, dictum est ei: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, iam enim amplius non poteris villicare. Illud nõ semel aut iterũ, sed tertio iam cõminatur dominus villico suo, videlicet ante legem, sub lege, sub gratia: & per tres nuncios per quos omnia sua nobis cõsilia dicit, id est per hominẽ, per spiritum, per familiare mandatum. His dominus secreta sua solet notificare, atque per hos aliis quibusque iubet: cum quibus ire solet timor, & modo iungitur illis ferens ista tria quæ semper habere solet, clauam cõminationis, radium cognitionis, virgam doloris, ad intuendum terrorem, ad videdum errorem, ad habendum mœrorẽ incipientiũ, proficiẽtium, perficientiũ. Nota ꝙ in hoc facto cognoscitur mirabilis pietas huius domini, qui nõ circumuenit seruũ suum, sed ad reddendã rationem prius submonet eum, quàm iudicet. Sic quoq; visus
Gen.18.c est Abrahamo dixisse cum loqueretur ad eum de Sodomis: Descendã & videbo per memetipsum si sic vt rumor est, opere compleuerint. Et hic instruimur non statim debere dare fidem quibuslibet verbis, sed si sic est vt dicitur prius ad- D hibere cautelã. Sequitur: Quid faciam? Hæc querimonia de præmissa comminatione procedit. Sic vtique quidam cum mortem sibi venire de prope vident, se male vixisse scientes, timore perterriti, quid fecerint, vel qualiter id emendare debeant, secum satis amarissime exquirunt, dicentes: Quid faciam? Fodere non valeo, mendicare erubesco. Hæc duo verba in persona illorum loquitur, qui hęc duo timent, in pœnitẽtia scilicet afflictionem corporis, & paupertatem: quorum alterum intelligitur per fodere, alterum per mendicare. Vt enim sic moraliter dicam, fodere est sarculo compunctionis, & aratro cõfessionis, in fructus bonę operationis cordis nostri iugera dissulcare: quod facere propheta nos admonet dicens: Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et hinc *Ioel.2.c* est illud quod ait custos vineæ de sterili ficulnea ad dominũ suum: Dimitte eam & hoc anno, vt ego veniens fodiam circa illam, & apponã stercora. Sed hoc iste de quo hic agitur, *Luc.13.b* primo facere pertimescens ait: Fodere non valeo. Contra quem recte per Salomonẽ dicitur: Piger propter frigus arare noluit, mẽdicabit ergo æstate, & non dabitur ei. Qui enim *Prou.20.c* nunc propter pauorem mẽtis aut torporem macerare se per pœnitentiam & affligere negligit: cum sol iustitiæ in iudicio velut in æstate claruerit, quæret requiem, sed non accipiet: quia propter illam operari bona contempsit. Sequitur: Men- E dicare erubesco. Hoc igitur ad literã tantum. Sunt enim quidam qui erogando bona sua pauperibus, culpas suas redimere vellent, & hoc cogitando pertractant: sed postmodum timentes ne egeant, erga egentes tenaces fiunt, & ab eo quod mente conceperant, se suspendunt: præcipue quia vident aliquos qui sua se sic dedisse fatentur, & pœnitẽt: de quibus bene per Salomonem dicitur: Qui obseruat ventum, non semi- *Eccle.11.b* nat: & qui considerat nubes, nunquam metit. Venti nomine malignus spiritus qui mentẽ tentationibus impellit, & nubis appellatione peccator exprimitur. Qui ergo attendit ventũ, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metit: quia qui tentationes maligni spiritus metuit, & iniquorum lapsus conspicit, in bono opere nec exercetur, nec in iudicio quo consoletur inueniet, sed & nunc quoque vilescit. Propterea quanuis villicus paulo ante dixerat: Fodere non valeo, mendicare erubesco, pœnitens tamen subiungit quod sequitur: Scio quid faciam. Videte quid facit timor, quippe perutilis domino suo. Ipse est qui quod dominus iubet, homines facere cogit. Certe iste villicus hodie non dixisset, scio quid faciã, si non timuisset. Sed timuit, quoniam illi subito timor aduenięns claua comminationis tales ei ictus impressit, dicẽs: Audi miserabilis, audi, euigila tãdem, quia hora est iam te de pigritia surgere. Si non amore, saltem timore euigila. Crux enim tibi duplex dura paratur: altera iã corporis, altera postmodum corporis & animæ gehennalis. Cogita ergo crucia- F tus tuos, quos præsentialiter medullitus senties iã in morte. Mors inquam ipsa est crux horribilis, ad quam quotidie festinas, & non attendis. Vide quomodo mors te crucifigit. Crura distenduntur, manus & brachia decidũt, pectus anhelat, ceruix languescit, labia spumant, oculi stupescunt, vultus horrescunt, facies exudat, & morte tacta palleścit. Et hæc vtique quæ videmus de foris, & quæ sentimus, leuia sunt ad ea quæ intus anima miserabilis iam prægustat. Nã sensus à corpore cito recedit: animam sua mors comitatur euntem. Qui autem cruciatus te maneant, audi quid propheta de perditis dicat: Sicut oues, inquit, in inferno positi sunt: mors depascet *Psal.48.c* eos, & Iob: Trãseunt, inquit, à frigore niuium ad calorem ni- *Iob.24.c* mium. De quo & alibi dicitur: Quis poterit ex vobis habi- *Esa.33.b* tare cum igne deuorante? aut quis habitabit ex vobis cum aridoribus sempiternis? Hæc audiens villicus plane si timuerit, ne mireris. Et notandum quòd timor iste quadriformis est, scilicet mundanus, seruilis, initialis, & filialis siue castus. Mũdanus, qui facit recedere à malo pro cuitatione pœnæ. Seruilis, qui facit à malo abstinere pro cuitatione pœnæ, mali retinens voluntatem. Initialis timor gehennæ, de quo dicitur per prophetam: Initium sapientiæ timor domini. Filialis, de *Psal.110.b* quo per eundem dicitur: Timor domini sanctus permanet *Psal.18.c* in seculum seculi. In duabus his formis vtilis est hominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G semper, in aliis minime. In initiali formaliter frēdens, vt modo dictum est, ad villicum venit: propter quod ait: Scio quid faciam, vt cum amotus fuero, &c. Hæc amotio nihil est aliud quàm hominis interioris, id est animę & corporis separatio. Et notandum quòd scire, nos exponere non oportet, quia ipsemet suum scire, scilicet quid facere velit, innotuit, per hoc quod sequitur dicens: Vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. In hoc quod suum scire exposuit, meminit poëtæ dicentis:

Persius Satyra 1. Scire tuum nihil est, nisi scire tuum hoc sciat alter.

Visus siquidem est minus hoc dixisse, scilicet qui sunt qui recipere eum debeant: quod tamen cum dixerat, in domos suas, succinctè deprehenditur annotasse. Sunt namque qui homines recipiunt, quorum sunt domus cœli, & æterna tabernacula: & hi qui sint, dominus ad discipulos suos loquēs *Mat. 19. b* patenter ostendit in illis verbis suis, cum dicit: Sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnū cœlorum. Et alibi: *Matt. 5. a* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ab his ergo necesse est emere regnū cœloru, quorū est. *Heb. 13. c* Verè necesse est, quia non habemus hic (vt ait apostolus) manentem ciuitatem, sed futurā inquirimus. Et item de suis cōfidens ait: Scimus quòd si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd habemus ex deo domū non manufactā, æternā in cœlis. Hanc vtique nos emere docet dominus in subsequentibus dicens: Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Et hoc in loco suo exponetur, sed non modo. Sed videamus quid sequitur: Conuocatis singulis debitoribus, &c. Memini me superius dixisse misericordiā & veritatem & charitatē cū aliis multis quasi ruricolas esse, & debere eas huic diuiti domino reddere suos effectus, quasi fructus operū suorum per manus villici. Nihil ergo est aliud quod dicimus villicum debitores domini sui conuocasse, nisi vnūquemq; in corde suo quid fecerit, vel quid fecisse debuerit, iuxta posse virium suarū pertractasse. Quod quotiēs agimus, fere per omnia reos nos esse cognoscimus: præcipue tamē in eo quod per charitatē largius erogasse debuimus: & in eo q̄ per pœnitentiam illis qui nos iniuriauerunt, condonasse perfectius debebamus. Et hoc datur intelligi cum huic quęstioni, scilicet quantum debes domino meo, respondetur: centum cados olei. Per centum enim significatur perfectio, per oleū misericordia. Est ergo sensus: Debeo centum cados olei, id est, quod mihi iniuriantibus perfectè dimisisse debuerā, nō dimisi. Cui subsequenter adiungitur: Sede cito, scribe quinquaginta. Nouimus quòd sedere, humiliationē: cito, festinationem: scribere, firmitatem: quinquaginta, pœnitentiā designat. Et super his conuenientia habemus exempla, sed quia satis est notū, nō conuenit adducere, sed quid sibi verba velint, dicemus. Cū ergo dicimus, sede cito & scribe quinquaginta, idem est ac si quis dicat sibimetipsi aut proximo suo: Qui fateris te peccasse in misericordia, humiliare cito, firmē permane in pœnitentia. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Centum coros tritici. Ferè eadē est hæc quæstio & responsio cum prima: excepto quòd illa est de indulgentia, hęc de charitate. Hic enim frumentū charitatē designat, quemadmodum superius per oleum misericordiam diximus designari. Hoc itaque huius quæstionis responsio nobis innuit, quòd qui seculi huius substantiā possidemus, perfectè egentibus erogasse debuimus: quod si non fecerimus cum possemus, apud summum patremfamilias debiti vinculo obligamur, sicut scriptū est: Qui habet substantiā huius mūdi, & vi- *1. Ioan. 3. c* derit fratrē suū necessitatē habere, si clauserit viscera sua ab eo, vere charitas patris nō est in eo. Huius tamē obligationis nodus celeriter rumpitur, si bene perficiatur quod sequitur, scilicet sede cito & scribe octoginta: id est, humiliare (sicut exposuimus) in obseruatione mandatorū dei, & certa spe hæreditatis æternę. De cado & coro dicant alij pro abundantia sensus sui quid senserint, ego super his nihil aliud dico, nisi quòd vnumquodq; vas est ad mensurandū in suo genere: & hīc significare possunt mēsuratè, id est discrete debere agere pœnitentes: quasi sic occidant hostem ne perimāt ciuē, quoniam scriptum est: Si recte offeras, & non recte diuidas, pec- *Gene. 4.* casti. Recte offerimus, cū bono studio bonum opus agimus: sed nō rectè diuidimus, si discretionem habere in bono opere posponamus, quàm qui dissimulat, etiam rectè offerens (sicut beatus ait Gregorius) peccat. Sequitur: Et laudauit dominus villicum iniquitatis, eo quòd prudenter egisset. Sunt qui mirantur vnde hæc laus processerit, cum non dicatur ad literam persoluisse debitum, sed curtasse: quod si quis egerit, attendat quòd potius imitari debet villicum, quàm admirari. Seculariter enim prudenter egit, qui quæ reddere non potuit, ne super his argueretur furti, caute cœlauit: & secundum cuiusdam verba dicentis, Si non caste, saltem caute. est nanque minoris culpæ quemlibet se solum dare morti, quàm si cæteros secum tollat contagione peccati: & quod sibi pertile summáq; prudētia fuit, quia apud quos reciperetur effecit, si amoueretur à villicatione. Sed & altius loquar. Plane secundum moralem intelligentiam multa laude est dignus, qui relicto errore pristinæ conuersationis, diuiti deo satisfaciens, redit ad gratiam. Et propter hoc eum dominus laudauit, quia siue hoc modo vel hoc modo dicatur fecisse, prudēter egit. Nec moueat quenquam quod dicitur, iniquitatis. Non enim ponitur hic in eo quod operetur ad laudē, sed ad eorum qui audierunt tollendam desperationem, sicut dominus testatur ad prophetam dicens: Multiplicatę sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. Ad hoc enim Matthæus suum cognomen retinuit publicanus. Hoc quod sequitur, quia filij huius seculi prudētiores sunt in generatione sua filiis lucis: dictum est nobis vt secularium inutilem imitemur prudentiam, sicut Moyses ibi nos mystice docet dicens: Cum egressus fueris *Deut. 21.* ad pugnam, si videris mulierem pulchram, & adamaueris eā, rades ei cæsariem, &c. & erit tibi vxor. Et dictum est similiter ad magnam nostram erubescentiam, ac si dixisset nobis *Esa. 50.* illud prophetæ: Erubesce Sidon, ait mare. Grandis enim nobis debet esse verecundia, quòd filij perditionis promptiores sunt in appetendis malis, quàm nos sumus in cœlestibus gaudiis, de quibus beatus Gregorius ait: Qui cœlestis vitæ dulcedinē, in quantum possibilitas admittit, perfecte cognouerit: ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta dereliquit. Et ad hæc incitamur cū dicitur: Facite vobis amicos de māmona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Bonus sermo & omni acceptione dignus docēs nos illis amicitiam iungere, qui nos possunt in æterna secum tabernacula collocare. Qui videlicet sunt illi, nisi quos superius breuiter annotaui, paruuli & pauperes Christi? Quos *Ioan. 13.* quia dominus amat, ipso teste qui ait: Vos amici mei estis: ab his nos faciamus amari de eo quod idem dominus nos docuit dicens, de mammona iniquitatis. Vile est precium, sed emptio multa. Mammona nanque diuitiæ nuncupantur, quę dicuntur iniquæ non propter se, sed propter iniquitatis effectum, qui euenit ex se, sicut arbor illa quæ appellata est scientiæ boni & mali: non quòd vllam haberet scientiā, sed quòd tangentes eam contra præceptum, boni pariter & mali contingeret esse scientes. Hic satis ostenditur quòd ex facili possunt amici superni ciues haberi, ex quorū amicitiis quis fructus nobis proueniat, veritas subsequenter ostendit cum dixit: Vt recipiant vos in æterna tabernacula. Videtur hic oriri quæstio in eo quòd pauperibus attribuitur susceptio & retributio benefacientium sibi, cum donum solius dei sit, veniens ex eius multa miseratione & gratia. Quæ multum facile soluitur, si attendatur quòd dei filius nostram carnē suscipiens, factus est pauper pro nobis, & id quod pauperibus erogatur, sibi factum fuisse dicat, & se retribuere benefaciētibus: quod ibi testatur vbi de paruulis loquens ait: Quæcūque fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Venite ergo & percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mūdi. Sollicitemur ergo fratres mei, sollicitemur pauperibus erogare consilio domini. Sed quia interest pauperis & pauperis, quod dominus ibi visus est annotasse cum dicere: Beati pauperes spiritu, de paupertate talis facienda est distinctio, quæ designet quibus præcipue debeamus largiri. Paupertas igitur alia naturalis, alia locuples, alia spiritualis. Et huius diuisionis vnumquodque membrum bifariè supartitur,

A partitur, quod his pertractādum relinquamus qui magna de minimis sciunt extrahere, præter quod hoc solum dicimus, quia naturalibus egenis & spiritualibus præcipuè manū misericordiæ porrigere monemur verbis apostoli Pauli dicentis: *1. Tim. 5. a* Qui suis non prouidet, & maxime domesticis, fidē abnegat, & est infideli deterior. Sed quia nescimus hodie quis ante dei oculos dignus sit odio vel amore, demus his & demus *Gala. 6. b* illis, iuxta eiusdem Apostoli vocem dicentis: Bonum, inquit, operemur ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Et quia sunt qui petunt, sunt & qui verecundantur: cum superest vnde possit dari, demus vtrique. De petentibus enim dominus ait: Omni petenti te tribue. De verecundis beatus Au- *Luc. 6. d* gustinus super hunc versum, Qui producit fœnum iumētis, *Psa. 103. b* & herbā seruituti hominum: dicit hoc modo: Beatus, inquit, qui præoccupat vocem petituri. De omnibus indifferenter *Luc. 6. f* dominus ait: Date, & dabitur vobis. Et etiā illud: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et iterum illud: *Luc. 11. f* *Eccli. 3. d* Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit pec- *Eccli. 29. a* catis. Et hinc est illud: Cōclude eleemosynam in sinu pau- *Tob. 4. b* peris, & hæc orabit pro te. Et bonus pater filio ait: Si multū tibi fuerit, abūdanter tribue: si exiguum, & illud libenter impertire. Quod tam solerter omnes agere studeamus, quatenus in æterna tabernacula recipi mereamur, Per dominum Iesum Christum saluatorem nostrum, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus, per omnia secula seculorum. Amēn.

In festo beatæ Mariæ Magdalenæ. Sermo.

B Hodie misericordia & veritas obuiauerunt sibi, & multitudo miserationum domini in peccatricem fœminam refusa est. Filius enim virginis, peccatricis & menstruatæ manibus attrectatur, deúmque atque dei filium mulier infrunita contingit. Tangit pedes mundi atque mundantis immunda, & vestigiis creatoris mulier criminosa procūbit. Transit in affectum cordis præuaricatrix, & redit ad cor: & magnitudinem scelerum, lachrymarum multitudo condemnat. Dissimulat pietas tangentis officium, & obsequiorum iustitiam remuneratorius ille maiestatis oculus felici dedignatione non inspicit. Osculatur Maria pedes Christi frequentibus osculis, & oculis inundantibus vestigia redemptoris infundit, tergit crinibus, odoriferis illinit & irrorat vnguentis. Videt & inuidet singularitatis amor, & vtrunque redarguit Pharisæi iactantia, illum ignorantiæ, præsumptionis istam. Sed deliberans prouidentia suspendit iudicium, dum affectat obsequium, & inuectiuam retinet præparatam, donec Mariæ sacrificium in holocaustum pertranseat. Gaudent angeli super peccatrice pœnitentiam agente, & odoris fragrantia cœlestis ille conuentus aspergitur, saluantémque & saluandam tota misericordiæ dulcedo pertingit. Vbi abundauit delictum, super- *Rom. 5.* abundauit & gratia, numerositatem criminum præponderans pietas intereludit. Quàm magna multitudo dulcedinis C tuæ domine in peccatricis confessione: quàm iusta reprehēsio in Pharisæi superbia & abusione? Enumeratur obsequentis obsequium, & per obliquum tangitur indignantis iniquitas, tota literali cohærentia Simonis inuidiam impugnante. Et quia vbi spiritus domini, ibi libertas: dimittuntur illi peccata multa, quæ multum diligit: immittuntur illi, qui multum negligit. Non erat satiatus ab vberibus sponsæ, nec induerat compassionis affectum, legem relegens quæ miseri- *2. Cor. 3. d* cordiam nescit, nouit iustitiam. Lex dura duris & lapideis promulgata, parata percutere, nesciens misereri. Lex excludens pœnitentiæ locum, veniam negans, emendationis ignara. Lex vinum durum & acidum de botris amarissimis eliquatum, consecratum feritati, deriuatum Israēli: saluatori propinatum. Vinum de quo dentes bibentium obstupescunt: non de genimine vitis illius quod saluator bibit *Cantic. 1. a* nouum in regno patris sui. Vere meliora sunt vbera sponsæ vino isto. Quænam, ais, sunt ista? Procedat in mediū Paulus *Rom. 12. c* apostolus, & vbera felici lacte manantia nobis assignet. Gaudete, inquit, cum gaudentibus, flete cum flentibus. O quàm breui sermunculo totius religionis depinxit insigne: quàm eleganti clausula proposuit pietatem, æquitatem statuit, submouit inuidiam? His vberibus mater ecclesia lactat proficientes, nutrit perfectos, Gaudete, inquit, cum gaudentibus. Fa- D cessat hinc secularis plausus insania, & lætitia mundialis abscedat, quia non est gaudere impiis, dicit dominus. Nunquid *Prou. 23. c* illorum os gaudio repleri æstimas, qui lætantur cū malefecerint, & exultant in rebus pessimis? Sed nec illi qui laudibus adulatoris rapiuntur, diuinæ iubilationis agnouere lætitiam. Nunquid qui vestiuntur purpura & bysso, & epulantur quotidie splendide, gaudium & lætitiam obtinebunt? Absit vt in terra suauiter viuētium gaudiorum inueniatur materia, cum tantis alternationibus tota mundi facies immutetur, vt eleuans allidatur, & respiret allisus. Sed est gaudium continua sibi iucunditate firmissimum, quod perfectus animus de secura sibi conscientia pollicetur. Mens enim ab huius mundi aspergine pure pressēq; detersa, & in diuinæ cōtemplationis acumen totum desiderij sui figens affectum, gaudens gaudet in domino, & exultat anima sua in deo salutari suo. Talis anima minas aspernatur, nescit timorem, spem falsam eludit, & omnium scādalorum immunis, in pace in idipsum dormiens requiescit. Pax multa diligentibus legem tuam (air iustus) & *Psal. 118.* non est illis scandalum. Nouerat enim quia lictores non persequuntur martyres, sed coronant. Cum huiusmodi gaudentibus gaudet apostolus, & vt abundantius gaudeant, tota securitate promittit. Hoc gaudium certum & plenum est tantóque certius idem, quāto vicinius circa identitatem imprimitur. Hæc est mamilla congratulationis, de qua lac exhortationis effunditur, quo nutriuntur perfecti, vt cū aulsi fue- E rint à lacte isto, epulentur ab introitu gloriæ dei. Secunda est flere cum flentibus. Nunquid apostolus præcipit flere rerum amissionem, intermissionē voluptatum, filiorū mortes, morborum instantiam, grauitatem inopiæ, potētiam fortiorum? Absit. Plorandi enim sunt qui taliter plorant. Religiosa enim tristitia aut alienū luget peccatum, aut proprium. Beati quorum luctus in hac intētione versatur, quia cōsolatoriam possunt in hac expectare dulcedinē. O quàm leni & dulcissimo spiritu imbutus est spiritus illius qui nouit in spiritu lenitatis peccantem instruere, suspendere vindictam, & affectuosis visceribus inuiscerare sibi peccatorem, donec vitę reddatur. De hac compassionis mamilla lac cōsolationis effunditur, & hoc lacte pascit Apostolus illos qui solido cibo vesci non possunt. Amator innocentię, pacis amicus, patiētię cibus, patientibus compatiens, & congaudens gaudētibus, perfectionis metam cursu consummato contingit. Hæc sunt vbera lacteis irrorata liquoribus, meliora vino, lacte dulciora, misericordiam sonantia, redolentia pietatem. Fragrātia, inquit, vnguentis optimis. Digna prorsus vbera, de quibus eliquatur vnguētorum infinitas, odorata diffluxione ciuitatem dei vi- *Cant. 1. a* uentis circunquaque respergens. Hæc sunt vnguenta quę regina Saba attulit in Hierusalem, de quibus dicit scriptura: Non sunt allata vltrà aromata tam multa, quàm ea quę dedit regina Saba Salomoni. Quàm excellenter apposuit optima *3. Reg. 10.* spiritus ille subtilis, qui totam sibi libri huius rapit positionem? Est enim vnguentū bonum quod Maria pedibus saluatoris infudit: est & melius quod eadem (si tamen eadem) super caput recumbentis effudit: est & optimum quod & ipsa præparauit toti corpori Christi. Primum vnguētum contritionis est de recordatione peccatorum, de spiritu contrito & contribulato descendens. Hoc infunduntur pedes illius qui ambulat super pennas ventorum, hic adorat Maria in loco vbi steterunt pedes eius. Steterunt, inquam, quia validissima amoris manu pedem vtrunq; retinuit, donec vtrunque pergeret, & audiret criminum remissionem, & dimissionē in pace. Remittuntur, inquit, tibi peccata: & vade in pace. Magnam prorsus miseriam magna misericordia diluit & absterg- *Luc. 7. g* it, & hoc quidem festinanter, quia sine vllo interuallo coniunguntur & lachrymæ peccatricis, & misericordia saluatoris. Remittuntur peccata, & in pace dimittitur: vt & de præterito sit sollicita, & secura de futuro. Pedes isti sunt misericordia & iudicium: quorum alterum sine altero osculari, vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda. Quis enim dei misericordiam indesinenter attendens, non statim tepidioris vitæ quietem exoptet? Cum enim recogitat vniuersitatis dominum formam serui pro seruis susćipere, triginta & tribus annis operari salutem nostram in medio terræ huius, capi, ligari, lanceari, crucifigi, & hoc totum pati pro filiis ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G minum, ſtatim deceptoria ſpe ſibi bláditur & alludit, gaudet obſeruari in miſericordia & miſerationibus, iudiciũ neſcit, ignorat iuſtitiam, & punienda æſtimat nõ puniri. Fallitur qui ſic oſculatur miſericordiæ pedem, vt pedem iudicij nõ attẽdat: qui totum de miſericordiæ pede præſumit, hoc ſolum ad ſalutem ſufficere credens, quòd credit. Rurſus cum abducit os, & iudicij pedem crebrioribus oſculis intertangit, ſubcutit. carnis animæque ſubſtantia, & vtriuſque hominis ſtatum vehementior aura percellit. Horrendũ enim eſt incidere in manus dei viuentis, offendere creatorem, neſcire dominum, recalcitrare dominantis imperio, qui habet poteſtatem corpus & animam ponere in gehennam. Terribilis certè (ſicut ait Apoſtolus) quædam expectatio iudicij, quando ignis in conſpectu eius ardeſcet, & virtutes cœlorum mouebuntur, & vacillantibus conſcientiis latitudinem mũdi validiſſimus ignis aduret. Nihil prorſus terribilius quàm videre latronis officinam plenãm ſanguine, cumulatam opprobriis, tormẽtis vndantem. Quis hæc diutius cogitans non ſtatim contremiſcat, & in deſperationis rotetur abyſſum? Nõ eſt igitur huic pedi moroſius incumbẽdum, ne pietatis intuitum ferocia iudicantis excludat. Vtrunque igitur inungat pedem animæ pœnitentis affectus, & nunc miſericordiam amplectens, nunc iudicium deoſculans, cõtribulati ſpiritus offerat holocauſtum. Vide Mariam iudicij pedem fortiter attendentem, dum nobilis & laſciua mulier conuiuantiũ faciem non attendit, ſed extenſo corpore prouoluitur pedibus maieſtatis, doloris plena, timoris impatiens, cõpunctionis iaculo vulnerata. Sed & miſericordiæ pedem labiis impreſſioribus oſculatur, in cuius ſpe firmiter inhæret veſtigiis redẽptoris, donec audiat, Remittũtur tibi peccata tua. Sanè precioſum vnguẽtum, quo nõ ſolùm terrena domus, ſed etiam cœleſtis aſpergitur. Viliſſimæ autem ſunt ſpecies de quibus conficitur, & magna earum copia intra noſtros hortulos poterit inueniri. Peccata igitur noſtra plantata in conſcientiis noſtris, quorum numeroſitas præ multitudine numerari non poteſt, ſpecies eius ſunt. Ipſa igitur in mortariolo pœnitentiæ, macerationis piſtillo contuſa, & reſperſa diſcretionis oleo, doloris igne ſuppoſito, & in aheno diſciplinæ cocta, vnguentum exhibens precioſum & acceptum pedibus ſaluatoris. Compẽdioſè autem iſtud confecimus, ſapienti rerum occaſionem penitus relinquentes. Et licet materia videatur indignior: interim tamen bonum eſt vnguentum iſtud, quod domum replet, penetrat cœlos, angelos lætificat, & beatæ ciuitati lætitiam refundit & gaudium. Hoc eſt ſacrificium iuſtitiæ: quia ſacrificium deo ſpiritus contribulatus. Secundum vnguentum eſt deuotionis de recordatione beneficiorum dei. Prorſus digniſſima huius vnguenti compoſitio: & in iſtius cõparatione prioris eſt conſpectio vilipendenda. Eius enim ſpecies de cœleſti paradiſo allatę ſunt, & in terra filiorum hominum nequeunt inueniri. Virtutes enim diuinitus collatæ, & in mortariolo pectoris piſtillo diligentiſſimæ meditationis contritæ, & exultationis oleo ſuperfuſæ, ſuffuſo igne iuſtitiæ in humilitatis aheno decoctæ, faciunt vnguentũ & odore & virtute mirabile: quod ſolum ſuper caput domini recumbẽtis poſſit effundi, & exhiberi reuerẽtiæ maieſtatis. Sed & hoc recolligimus breuiter: illis qui multa de paucis excipere cognouerunt, verborum multitudinem reſeruantes. Notanda tamen vtriuſque differentia, & ſecundi ſublimitas attendenda, quoniam illud eſt ſacrificium deo ſpiritus contribulatus, & iſtud ſacrificium laudis quod honorificat deum. Pedes igitur vngimus ſaluatoris, cum de peccatis compungimur: vngimus caput, cum de collatis virtutibus, virtutum largitori gratias cumulamus. Interſtitij tamen moroſitas inter pedes eſſe debet & caput: quia profecto difficilimus & præſumptuoſus ſaltus eſt à veſtigiis ad verticẽ domini tranſuolare. Neque enim eadem quę vnxit pedes, vnxit & caput: cum illa meretrix nihil horum feciſſe legatur, ſecundum illud: Verte impios, & non erunt. Vnxit ergo Maria ſanctũ domini verticem, profecto iam electa, iam familiaris effecta, longéque à peccatricis illius obuoluta veſtigiis, quam infelix ille ſeptenarius confundebat. Porrò ſi duo præmiſſa vnguenta tantæ dignitatis ſunt, vt alterũ pedibus, alterũ complaceat capiti dominantis: illud tertium quad optimum eſt & ſuperexcellens, vbinã inuenire poterimus? Sed abſit vt ſpõſa veritatis à veritate diſſentiat, & tale aliquid habere ſe iactiter, quod habere non poſſit. Eſt ergo tertium vnguentum pietatis: quod eſt ſuper omnia aromata morbis omnibus & periculis ſalutare, quodque nulli vnquam peſti inuenitur inefficax. De ipſo nanque ſic legitur: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Vidéſne in prima fronte capituli propoſitum quod non vna vel duæ, ſed tres vix ſufficiunt ad emendum tantæ compoſitionis vnguentũ? Intelligis quia non pedes aut caput, ſed totum crucifixi corpus ſibi vendicat iſta confectio? Confectio ſine dubio precioſa, quæ toti ſufficiat corpori creatoris. Et attende quia vnguentum pedibus infuſum, adeo dignantiſſima lenitate ſuſcepit, vt Phariſæum murmurãtem parabolica prolixitate conuinceret, & retorto ſugillaret exemplo. Sed & de refuſo ſuper caput eius vnguento diſcipulos indignantes coarguit, bonum mulieris opus eſſe proteſtans: & tumidam eorum animoſitatem verbis cõpeſcuit moderatis. Hoc verò tam ſalubre, támque mirificum, in mortuo ſuo corpore noluit expẽdi, quod viuo vtique reſeruabat. Duo enim corpora habet Chriſtꝰ, vnum quod ſuſcepit ex virgine, alterum eccleſię, quod charius habet benignitas redimentis. Denique illud pro iſto morti expoſuit & tormẽtis, addictus cruci, iunctus ſceleratis, morte turpiſſima condemnatus. Poterimúſne tam ſalubrem conficere confectionem? Vniuerſæ miſeri miſeriæ, tam animarum quàm corporũ, oculo pietatis inſpectę, ſpecies eius ſunt. Iſtæ igitur in mortariolo largitatis, dulcedinis piſtillo confractæ, & delinitæ charitatis oleo, ſuccenſæ compaſſionis igne, & in aheno perſeuerãtię deſpumatæ, vnguentum faciunt ipſius etiam angelis admirandum. Sunt viri diuitiarum in domo domini virtutum, inueſtigemus an apud eos huiuſmodi habeatur vnguẽta. Primus occurrit mihi Paulus (ſicut vbique ſolet) totus præſenti delibutus vnguento. Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Felix anima facta ſibi tanquam vas perditum, vt omnium miſerias in ſua continentia colligaret, totũ ſe toti corpori Chriſti donauerat, omnibus omnia factus, vt omnes lucrifaceret. Sed & ille ſimplex & rectus & timens deum, vide quomodo nõ hominem, imò verò hominem, & quod verius eſt, ſuper hominem ambulabat. Oculus, inquit, fui cęco, & pes claudo, pater eram pauperum, &c. Qui ſic eum hoc vnguẽto perunxerat, vt de miſericordiæ thalamo largius irroratus exiret. Samuelem recolo, qui non ſemel, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ lugebat ſuper Saul, cum ſciret illum longius ab oculis diuinitatis elongatum. Non ceſſabat tamen compaſſio quæ cõdolentis animum irrepſerat, fundens lachrymas etſi non profuturas, puras tamen. Dauid parricidam filium cõtinua deploratione plorabat, plorans in eo non carnis neceſſitudinem, ſed fidei deſtructionem. Cerne quomodo Ioſeph totus hoc melle illitus erat. Veniunt fratres non iam ante fratrem, ſed ante dominum aſſiſtentes, conſcij proditionis, homicidij rei, fratricidij ſucceſſores. Videt eos Ioſeph, & omnium iniuriarũ immemor, dulciſſimis fletibus inũdatur, & pietatis adeps qui intus latitat, foras per oculos emanat. Fũgit odiũ, neſcit iram, tempus iracundię non reſeruat: reddens bonũ pro malo, pro crudelitate dulcedinem. Penè quin oblitus ſim Moyſen adeò ſacri liquoris huius rore perfuſum, vt totus ex eo ſu perfundatur & profluat. Peccat Iſraël, & Moyſes peccantem reconciliare nititur creatori, ſed diſſimulat dominus exaudire rogantem. Promittit plurima Moyſi creator omnium: & feriendi licentiam quærit à Moyſe, qui Moyſen fecit. Dimitte me (inquit) vt iraſcatur furor meus contra eos, & faciam te in gentem magnam. Reſpondit Moyſes. Si dimittis, dimitte: alioquin dele me de libro quem ſcripſiſti. Obſtupeſcenda profectò dulcedo. Et principatum reſpuit gẽtis alienæ, & de libro viuentium deleri deſiderat, niſi peccantibus dimittatur offenſa. Hæc ſunt vnguenta propitiationis & miſericordiæ, quæ à ſponſæ vberibus eliquantur, infirmitates omnes fugãtia, profligantia paſſiones. Felix Maria vnxit pedes Ieſu: felicior eadem vnxit caput auctoris: feliciſſima quæ rorem vnguentariũ toti corpori Chriſti præparauit. Conſidera quàm vehementiſſimo dilectionis affectu beata hæc mulier diligebat Chriſtum regem. Domine, inquit, ſi ſuſtuliſti eum, dicito mihi:

A mihi: & ego eum tollam. Quem eũ Maria? Cum de nullo feceris mentionẽ, ad quem relationem facis? Putáſne quòd in omnibus cordibus verſetur ita memoria dilecti tui, ſicut & in contrario cordis tui? Et ego, inquit, eum tollam. Mira res. Hominem perfectæ ætatis, virum cuius corpori vix centum libræ ſufficiunt vnguentorum, tenerrima mulier portabis & tolles? Ardens & affecta locutio, quæ de puritatis amore refuſa, promittit quod implere non poteſt. Nihil enim amanti difficile eſſe videtur. Quis deſperare debeat, tanta peccatrice non ſolùm veniam, ſed & gloriam conſequente? Ipſa hodie intercedat pro peccatis noſtris, & placatum nobis reddat iudicem noſtrum amicum ſuum, qui eſt ſuper omnia benedictus deus in ſecula, Amen.

In Aſſumptione beatæ Mariæ. Sermo I.

VIrgo hodie glorioſa cœlos aſcendens, ſupernorum gaudia ciuiũ copioſis ſine dubio cumulauit augmẽtis. Hæc eſt enim cuius ſalutationis vox & ipſos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viſcera claudunt. Quòd ſi paruuli necdum nati anima liquefacta eſt vt Maria locuta eſt: quid putamus quænam illa fuerit cœleſtiũ exultatio, cum & vocem audire, & vídere faciem, & beata eius frui præſentia meruerunt? Nobis verò chariſſimi, quæ in eius aſſumptione ſolennitatis occaſio, quæ cauſa lætitiæ, quæ B materia gaudiorum? Mariæ præſentia totus illuſtratur orbis, adeò vt & ipſa iam cœleſtis patria clarius rutilet virgineæ lampadis irradiata fulgore. Meritò proinde reſonat in excelſis gratiarum actio, & vox laudis, ſed plangendum nobis quàm plaudendum magis eſſe videtur. Quantum enim de eius præſentia cœlum exultat, nunquid non conſequens eſt vt tãtum lugeat hic noſter inferior mundus eius abſentiam? Ceſſet tamen querela noſtra, quia nec nobis hic eſt manens ciuitas: ſed eam inquirimus, ad quam hodie Maria benedicta peruenit. In quam ſi conſcripti ciues ſumus, dignum profecto eſt etiam in exilio, etiam ſuper flumina Babylonis eius nos recordari, eius cõmunicare gaudiis, eius participare lætitiam, maximèque eam quæ tam copioſo impetu lætificat hodie ciuitatem dei: vt ſentiamus & ipſi ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Præceſſit nos regina noſtra, præceſſit, & tam glorioſè ſuſcepta eſt, vt fiducialiter ſequantur dominum ſeruuli clamantes, Trahe nos poſt te: in odore vnguentorum tuorum curremus. Aduocatá præmiſit peregrinatio noſtra: quæ tanquam iudicis mater, & mater miſericordiæ, ſimpliciter & efficaciter ſalutis noſtræ negocia pertractabit. Precioſum hodie munus terra noſtra direxit in cœlum, vt dando & accipiendo felici amicitiarum fœdere copulẽtur humana diuinis, terrena cœleſtibus, ima ſummis. Illò enim aſcendit fructus terræ ſublimis, vnde data optima & dona pfecta deſcẽC dunt. Aſcendens ergo in altum virgo beata dabit ipſa quoque dona hominibus. Quidni daret? Siquidẽ nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas. Regina cœlorum eſt, miſericors eſt. Denique mater eſt vnigeniti filij dei. Nihil enim ſic poteſt poteſtatis eius ſeu pietatis magnitudinem commẽdare: niſi forte aut non creditur dei filius honorare matrẽ: aut dubitare quis poteſt omnino in affectũ charitatis tranſiſſe Mariæ viſcera, in quibus ipſa quæ ex deo eſt charitas, nouem mẽſibus corporaliter requieuit. Et hæc quidem propter nos dixerim fratres, ſciens difficile eſſe, vt in tanta inopia charitas illa perfecta nõ quærens quæ ſua ſunt, valeat inueniri. Vt tamen interim ſileam beneficia quæ pro illius glorificatione conſequimur: ſi eam diligimus, gaudebimus vtique, quia vadit ad filium. Planè inquam congratulabimur ei, niſi forte (quod abſit) inuentrici gratiæ omnimodis inueniamur ingrati. Quem enim in caſtellum mũdi huius intrantem prius ipſa ſuſceperat: ab eo ſuſcipitur hodie ſanctam ingrediens ciuitatem. Sed cum quanto putas honore, cum quanta putas exultatione, cum quanta gloria? Nec in terris locus dignior vteri virginalis templo, in quo filium dei Maria ſuſcepit, nec in cœlis regali ſolio in quo Mariam hodie Mariæ filius ſublimauit. Felix nimirũ vtraque ſuſceptio: ineffabilis vtraque, quia vtráque inexcogitabilis eſt. Vt quid enim ea hodie in eccleſiis Chriſti Euangelica lectio reçitatur, in qua mulier benedicta in mulieribus excepiſſe intelligitur ſaluatorem? Credo vt hæc quam celebramus, ex illa ſuſceptione aliquatenus æſtimetur, imò vt iuxta illius inæſtimabilem gloriam inæſtimabilis cognoſcatur & iſta. Quis enim etiam ſi linguis hominum angelorúmque loquatur, explicare queat quemadmodum ſuperueniente ſpiritu, obumbrante virtute, altiſſimi caro factũ ſit verbum dei, per quod facta ſunt omnia, & dominus maieſtatis, quem non capit vniuerſitas creaturæ, intra virginea ſeſe clauſerit viſcera factus homo? Sed & illud quis cogitare ſufficiat, quàm glorioſa hodie mundi regina proceſſerit, & quãto deuotionis affectu tota in eius occurſum cœleſtium legionum prodierit multitudo, quibus ad thronum gloriæ canticis ſit deducta, quàm placido vultu, quàm ſerena facie, quàm diuinis amplexibus ſuſcepta à filio, & ſuper omnem exaltata creaturam, cum eo honore quo tãta mater digna fuit, cum ea gloria quæ tantum decuit filium? Felicia prorſus oſcula labiis impreſſa lactentis, cui virgineo mater applaudebat in gremio. Verùm nunquid non feliciora cenſebimus quæ ab ore ſedentis in dextera patris hodie in beata ſalutatione ſuſcepit, cum aſcenderet ad thronum glorię, epithalamium canens & dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui: Chriſti generationem, & Mariæ aſſumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratiæ in terris adepta eſt præ cæteris, tantum & in cœlis obtinet gloriæ ſingularis. Quod ſi oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparauit deus diligentibus ſe: quod præparauit gignenti ſe, & (quod omnibus eſt certum) diligenti præ omnibus, quis loquatur? Felix planè Maria, & multipliciter felix, ſiue cum excipit ſaluatorem, ſiue cum à ſaluatore ſuſcipitur: vtrobiq; mira dignitas virginis matris: vtrobiq; amplectenda dignatio maieſtatis. Intrauit, inquit, Ieſus in quoddam caſtellum, & mulier quædam excepit illum in domum ſuam. Sed laudibus magis vacandum eſt, quòd feſtiuis præconiis hæc dies debeatur. Quia verò copioſam nobis materiam lectionis huius verba miniſtrant: eras quoque conuenientibus nobis in vnum cõmunicandum erit ſine inuidia quod fuerit deſuper datum, vt in memoria tantę virginis non modò affectus deuotionis excitetur, ſed & mores ædificẽtur ad proue-D ctum conuerſationis, in laudem & gloriam filij eius domini noſtri, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula.

Item in eadem ſolennitate, de euangelica lectione, Sermo ſecundus.

INtrauit Ieſus in quoddam caſtellum. Opportune ſatis hoc mihi in loco prophetica exclamatio aſſumenda videtur: O Iſraël quàm magna eſt domus domini, & ihgens locus poſſeſſionis eius! An non ingens, cuius comparatione caſtellum dicitur terræ huius ſpatioſiſſima latitudo? An non ingens patria & regio inæſtimabilis, quando ab ea ſaluator aduenies, cum ingrederetur orbem terræ, introiret caſtellum? Niſi forte caſtellum quis aliud intelligendum putet quàm atrium fortis armati, principis mundi huius, cuius vaſa diripere fortior ſuperuenit. Feſtinemus in illam ingredi beatitudinis amplitudinem fratres, vbi nemo alium coanguſtat: vbi poſſimus cum omnibus ſanctis comprehendere quęnam ſit longitudo & latitudo, ſublimitas & profundum. Neque id deſperemus, quandoquidem ipſe cœleſtis habitator patriæ etiam & creator, noſtri huius caſtelluli anguſtias non refugit. Sed quid introiiſſe eum dicimus in caſtellum? Etiam in anguſtiſſimum virginalis vteri diuerſorium introiuit. Deniq; & mulier quædã excepit illum in domum ſuam. Felix mulier, quę iam non exploratores Hiericho, ſed potius fortiſſimum illum expoliatorem ſtulti illius, qui verè vt luna mutatur, non legatos Ieſu filij Naue, ſed ipſum magis ſuſcipere meruit verum Ieſum filium dei. Felix inquam mulier, cuius domus ſaluatore ſuſcepto inuenta eſt munda quidem: ſed planè non vacua. Quis enim vacuam dixerit, quam ſalutat angelus gratia plenam? Neque hoc ſolùm: ſed adhuc quoque in eam ſuperuenturum aſſerit ſpiritum ſanctum. Ad quid putas, niſi vt etiam ſuperimpleat eam? Ad quid niſi vt aduenientę iam ſpiritu plena, ſibi eodem ſuperuenientę, nobis quoq, ſuperplena & ſupereffluens fiat? Vtinam fluant in nos aromata illa, chariſmata ſcilicet gratiarum: vt de plenitudine tanta omnes accipiamus. Ipſa nempe mediatrix

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nostra, ipsa est per quam suscepimus misericordiam tuam deus, ipsa per quam & nos dominum Iesum in domos nostras excipimus. Et nobis enim singulis castra sunt singula, & singulæ domus: & sapientia pulsat ad ostia singulorum. Si quis ei aperuerit, introibit, cœnabitque cum eo. Est vulgare prouerbium, quod multorum in ore, magis autem in corde versatur: Bonum, inquiūt, seruat castellum, qui custodiet corpus suum. Sapiens tamen non sic, sed magis inquit, Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Esto tamen, cedendum sit multitudini: bonum castrum custodiet, qui custodierit corpus suum. Illud sanè quærendum; quænam huic sit adhibenda custodia castro. Rectène custodisse tibi videtur anima illa corporis sui castrum, cuius membra velut coniuratione facta inimico eius dominiū tradidere? Sunt enim qui cum morte fœdus inierunt, pactū pepigerunt cum inferno. Incrassatus est, inquit, dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Hæc planè custodia, quæ laudatur à peccatoribus in desideriis carnis suæ. Quid vobis videtur fratres? Num & in hac parte cedendum est multitudini? Absit. Paulum magis interrogemus, vtpote ducem strenuum militiæ spiritualis. Dic nobis apostole, quæ sit tui custodia castri? Ego, ait, sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aërem verberans. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. Et alio in loco: Non regnet, inquit, peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum concupiscentiis eius. Vtilis profectò custodia, & felix anima quæ sic custodierit corpus suum, vt nunquam sibi vendicet illud inimicus. Fuit enim aliquando cum hoc meum castrū tyrannidi suæ impius ille subiecerat, sibi potestatiue membris imperans vniuersis. Quantum ergo nocuerit tempore, præsens adhuc indicat desolatio & egestas. Heu nec concentiæ murum in eo, nec patientiæ antemurale reliquit. Exterminauit vineas, messuit segetes, arbores extirpauit: quippe etiam oculus iste meus deprædabatur animam meam. Denique nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Dico autem infernum inferiorem, vbi nulla confessio, vnde nemini datur exire. Cæterum etiam tunc nec carcer illi deerat, nec infernus. Ab ipso nempe coniurationis & perditionis pessimæ deprehensa principio, non alibi quàm in domo propria carcerali est mācipata custodię, nec aliis quàm suæ illius familiæ data tortoribus. Erat enim illi conscientia carcer, erant tortores ratio & memoria: atque hi quidem crudeles, austeri & immisericordes: sed longe minus rugiētibus illis præparatis ad escam, quibus erat iamiámque tradenda. Sed benedictus deus qui non dedit me in captionem dentibus eorum. Benedictus inquā dominus qui visitauit & fecit redemptionē. Cum enim inferiori eam carceri tradere malignus & tortoribus acceleraret, sed & castrum ipsum ignibus cremare perpetuis, vt digna periuris fieret retributio membris: fortior superuenit. Intrauit in castellum Iesus: qui fortem alligās, eius vasa diripuit: vt quæ prius erant in contumeliam, faceret in honorem. Contriuit portas æreas, & confregit ferreos vectes, vinctum de domo carceris & vmbra mortis educens. Porrò egressus eius in cōfessione. Ipsa est enim scopa, qua mundatus carcer & ornatus, deinceps regularium institutionum iuncis quibusdam pulchrè virentibus de carcere redit in domum. Habet ergo mulier iam domum suam, habet vbi suscipiat eum cui super tantis beneficiis erat obnoxia. Alioquin væ ei si eum excipere renuit, si non detinet, si non cogit manere secum, quoniam adueſperascit. Rediens enim qui prius eiectus est, mundatam quidem & ornatam domum inuenit, sed vacantē. Relinquitur siquidem mulieri domus sua deserta, quam saluatoris hospitio dignā exhibere neglexit. Quomodo? inquis. Poteritne domus mundata confessione priorum delictorum, & obseruatione regularium institutionum ornata, indigna adhuc iudicari habitaculo gratiæ, saluatoris ingressu? Poterit sine dubio, si superficie tenus emundata, & iuncis (vt dictum est) strata virentibus, interius plena sit luto. Quis enim suscipiendum dominum arbitretur in dealbatis mortuorum sepulchris, quæ videntur à foris speciosa, intrinsecus autem spurcitia & sanies vniuersa repleuit? Esto siquidem vt aliquando tanquam ipsa superficie delectatus incipiat primum apponere pedem ei, qui huiusmodi est, primam aliquam visitationis suæ gratiam indulgendo: nunquid non resiliet illico cum indignatione? Nunquid non effugiet clamitans: Infixus sum in limo profundi, & nō est substantia? Virtutis est enim species & non veritas, quasi qualitas est, non substantia. Neque verò ingressum eius exterioris potest conuersationis tenuis superficies sustinere: quoniam omnia penetrat, & in intimis cordibus eius habitatio est. Quòd si nequaquam spiritus disciplinæ subditum manifestè peccatis corpus inhabitat, fictum vtique non modò declinat, sed & effugit, atque elongatur ab eo. An verò aliud est quàm fictio exercenda, si peccata superficie tenus radas, non intrinsecus eradices? Certus esto quoniam pullulabit vberius: & emundatam, sed vacantem domum cum nequioribus septem qui eiectus fuerat hostis malignus intrabit. Reuersus enim ad vomitum canis, odibilis erit multo plus quàm antè: & fiet filius gehennæ multipliciter, qui post indulgentiam delictorum in eadem denuo sordes inciderit, vt sus lota in volutabro luti. Vis videre mundatam, ornatam, & vacantem domum? Hominem intuere qui confessus est, & deseruit manifesta peccata præcedentia ad iudicium, & nunc solas mouet manus ad opera mandatorū, corde penitus arido, ductus consuetudine quadam, planè quasi vitula Effraim docta diligere triturам. Exteriorum quæ ad modicū valent, nec vnum iota præterit, sed camelum glutit dum culicem liquat. In corde enim seruus est propriæ voluntatis, cultor auaritiæ, gloriæ cupidus, ambitionis amator, aut hæc omnia aut singula quęq; intus vitia fouens: & mentitur iniquitas sibi: sed deus non irridetur. Videas enim interdum sic palliatum hominem, vt seducat etiā semetipsum, penitus non attendens vermem qui interiora depascitur. Manet enim superficies, & salua sibi omnia arbitratur. Comederunt (ait propheta) alieni robur eius: & ignoraūit. Dicit, quia dies sum, & nullius egeo: cum sit pauper & miser & miserabilis. Nam & inuenta occasione ebullire saniem quæ latebat in vlcere, & excisam non extirpatam arborem in syluam pullulare videas densiorem. Quod periculum si volumus declinare, securim ponamus necesse est ad radices arborum, non ad ramos. Non sola inueniatur in nobis exercitatio corporalis ad modicum valens: sed inueniatur vtilis ad omnia pietas, & exercitium spirituale. Mulier, inquit, Martha nomine excepit illum in domum suā, & huic erat soror nomine Maria. Sorores sunt, & debent esse contubernales. Occupatur hæc circa frequēs ministerium, illa dominicis est intenta sermonibus. Ad Martham spectat ornatus, sed impletio ad Mariam. Vacat enim domino vt non sit, domus vacans. Sed mundationem cui possumus attribuere? Erit enim, si & hoc inuenerimus, domus in qua saluator suscipitur, & munda & ornata, & non vacans. Demus eam Lazaro, si & vobis ita videtur. Et ei siquidem fraternitatis iure cum sororibus est domus ista communis. Dico autem Lazarum, quem quatriduanum iamiámq; fœtentem à mortuis excitat vox virtutis: vt videatur satis congruè formam gerere pœnitentis. Intret ergo domum saluator, & frequenter visitet eam, quam pœnitens Lazarus mundat ornat Martha, & Maria replet internæ dedita contemplationi. Sed fortè curiosus quisquam requirat cur in præsenti euangelica lectione nulla prorsus Lazari mentio fiat. arbitror sanè ne id quidem à proposita similitudine dissidere. Virginalem etenim domum intelligi volens spiritus, siluit non incongruè pœnitentiam, quæ malum vtique cōminatur. Absit enim vt proprij quicquam inquinamenti domus hæc aliquādo habuisse dicatur, vt in ea proinde scopa Lazari quæreretur. Quòd si originalem a parentibus maculam traxit, sed minus à Hieremia sanctificatam in vtero, aut non magis à Ioanne spiritu sancto repletam credere prohibet pietas Christiana. Hæc enim festis laudibus nascēs honoratur. Postremò cum omnimodo constet ab originali contagio sola gratia mundatam esse Mariā: quippe cum & nunc in baptismate sola hanc maculam lauet gratia, & sola eam raserit olim petra circūcisionis: vt omnino pium est credere, proprium Maria delictum non habuit, nihilo minus ab innocentissimo corde etiā pœnitentia longe fuit. Sit ergo Lazarus apud eos quorum necesse est

A se est ab operibus mortuis cōscientias emundari: secedat inter vulneratos dormientes in sepulchris, vt in thalamo virginali inueniantur Martha & Maria tantum. Ipsa est enim quæ Elizabeth grauidæ & grandæuæ quasi mensibus tribus humili deseruiuit officio: ipsa verba omnia quæ de filio dicebantur, conseruabat conferens in corde suo. Neminem ergo moueat quòd suscipiens mulier dominū, nō Maria, sed Martha vocatur: quando in hac vna & summa Maria, & Marthæ negocium, & Mariæ non ociosum ocium inuenitur. Omnis quidē gloria filiæ regis ab intus, nihilo minus tamen in fimbriis aureis circumamicta est varietate. Non est de numero fatuarum virginum prudens virgo. Lampadem habet, sed in vase oleum portat. An forte excidit vobis euangelica illa parabola, quæ fatuas virgines prohibitas narrat ab introitu nuptiarum? Erat equidem domus earum munda, virgines enim erant. Erat ornata, quia simul omnes, id est fatuæ cum prudentibus lampades ornauerunt: sed erat vacans, qui in vasis suis oleum non acceperunt. Hinc est quòd nec ab eis susci pi in domos suas, nec admittere eas dignatur sponsus cœlestis ad nuptias. Non sic mulier illa fortis, quæ serpentis caput contriuit. Habes enim post multa in laudibus eius, quia non extinguetur in nocte lucerna ipsius. In suggillationem hoc dicitur fatuarum, quæ veniente media nocte sponso, conqueruntur serò, & dicunt, Quia lampades nostræ extinguuntur. Processit igitur gloriosa virgo, cuius lampas ardentissima ipsis quoque angelis lucis miraculo fuit, vt dicetēt: Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol? Clarius enim cæteris rutilabat, quam repleuit oleo gratiæ præ participibus suis Christus Iesus filius eius dominus noster.

Matt.25.a
B
Can.6.c

Item vnde supra Sermo III.

Luc.10.g

INtrauit Iesus in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Quid est fratres, quòd è duabus sororibus altera tantùm dominum legitur excepisse, & ea ipsa quæ videtur inferior? Optimam enim partem elegit Maria, teste ipso, quem Martha susceepit: sed prior natu Martha videtur, & salutis initium sibi magis actio quàm contemplatio noscitur vēdicare. Laudat Christus Mariam, sed à Martha susicipitur. Amat Rachelem Iacob, sed Lia supponitur ignoranti. Si de fraude queritur audit non esse consuetudinis vt iuniores prius tradantur ad nuptias. Quòd si luteam hanc cogites domum, facile erit nosse quemadmodum in ea dominum Martha magis excipiat quàm Maria. Quod enim ait apostolus, Glorificate & portate deum in corpore vestro: Marthę dicitur, non Marię. Hæc nimirum corporis vtitur instrumento, cum illi potius sit impedimento. Denique corpus, inquit, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Nunquid & operantem? Martha igitur in domum suam excepit saluatorem in terris, Maria potius cogitat quēadmodum susicipiatur ab eo in domo non manufacta, æterna in cœlis. Fortè tamen & ipsa dominum suscepisse videtur, sed in spiritu. Dominus enim spiritus est. Huic inquit, (haud dubiū quin Marthæ) soror erat nomine Maria: quæ etiam sedens secus pedes Iesu, audiebat verbū illius. Vides quòd vtraq; susicepit verbum, hæc in carne, illa in voce. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit & ait: Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Putas in domo in qua Christus susicipitur, vox murmurationis audietur? Felix domus, & beata semper congregatio est, vbi de Maria Martha conqueritur. Nam Mariæ Martham æmulari prorsus indignū, prorsus illicitum est. Alioquin vbi legitur Mariā causantem, quia soror mea reliquit me solam vacare? Absit, absit, vt qui deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrū officialium vitā. Martha semper insufficiens sibi & minus idonea videatur, aliisq; magis id operis quod administrat, optet imponi. Respondit autem ei Iesus: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Vide prærogatiuam Mariæ, quē in omni causa habeat aduocatum. Indignatur siquidem Phariſæus, conqueritur soror, etiam discipuli murmurāt: vbique Maria tacet, & pro ea loquitur Christus. Optimam, inquit, partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea in æternum. Hoc vnum illud necessarium est, hæc vna quam propheta tam sedulè requirebat: Vnam, inquit, petij à domino, hanc requiram. Quid tamen sibi vult fratres, quòd optimam partem Maria dicitur elegisse? Vbi iam erit quod aduersus eā proferre solemus, si quando forte administrantis Marthæ turbationem, inæqualitatem diiudicare voluerit: Melior est iniquitas viri, quàm benefaciens mulier? Vbi erit & illud: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus? & illud: Qui maior est vestrum, erit minister vester? Postremò quæ consolatio est laboranti, quasi in eius suggillationem, partem sororis attollere? Vnū ergo arbitror e duobus, vt aut de electione Maria laudetur, quòd pars ipsa, quantum in nobis est, sit omnibus eligenda: aut certe vt neuttum dicatur defuisse, nec in partem quamlibet præcipitasse sentētiam, sed ad obedientiam præceptoris in vtrūlibet sit parata. Quis enim sicut Dauid fidelis ingrediens, egrediens, & pergens ad imperium regis? Denique paratum, inquit, cor meum, paratū cor meum, non semel tantùm, sed & secūdo, & vacare tibi, & proximis ministrare. Hæc planè pars optima, quæ non auferetur, hæc mens optima, quæ non mutabitur quocunq; vocaueris eam. Bonum, inquit, acquirit gradum, qui bene ministrauerit: forte meliorem, qui bene vacauerit deo: optimum autem, qui perfectus est in vtroque. Vnum adhuc dico, si tamen id de Martha licet suspicari. Nónne enim quasi ociosam reputasse videtur, quam sibi dari petiit adiutricem? Sed carnalis est, & omnino non percipit quæ sunt spiritus dei, si quis forte vacantem animam sua de vacatione redarguit. Audiat igitur optimam esse hanc partem, quæ maneat in æternum. Nunquid non rudis quodammodo videtur anima quę diuinæ cōtemplationis penitus expers, illam intrauit regionē, vbi hoc vnum omnium opus, vnum studium, eadem vita? Sed consideremus fratres quemadmodum in hac domo nostra tria hæc distribuerit ordinatio charitatis, Marthæ administrationem, Mariæ contemplationem, Lazaro pœnitētiam. Habet hæc simul quæcunque perfecta est anima, magis tamen videntur ad singulos singula pertinere, vt alij vacent sanctæ contemplationi, alij dediti sint fraternæ administrationi, alij in amaritudine animæ suæ recogitent annos suos tanquam vulnerati dormientes in sepulchris. Sic planè sic opus est, vt Maria piè & sublimiter sentiat de deo suo, Martha benignè & misericorditer de proximo, Lazarus miserè & humiliter de seipso. Gradum suum quisque consideret. Si inuenti fuerint in ciuitate hac Noe, Dauid, Iob, ipsi iustitia sua liberabuntur, ait dominus: sed filium aut filiam non liberabunt. Nemini nos blandimur, vtinam nec vestrum quispiam se seducat. Quibus enim nulla credita est dispensatio, administratio nulla commissa: his omnino sedendum erit aut secus pedes Iesu cum Maria, aut certe cum Lazaro intra septa sepulchri. Quidni erga multa turbetur Martha, quæ sollicita est pro multis? Tibi ergo, cui necessitas hæc non incumbit, è duobus vnum est necessarium, aut non turbari penitus, sed delectari magis in domino: aut si id necdum potes, turbari non erga plurima, sed (vt de se propheta loquitur) ad teipsum. Iterum dico, ne quis de ignorātia habeat excusationem: Oportet te frater ad quem de fabricanda seu regenda inter vndas diluuij arca nihil spectat, aut virum esse delideriorum, vt Daniel erat: aut cum beato Iob virum dolorum, & scientem infirmitatē. Alioquin vereor ne tepidum te & nauseam prouocātem euomat ex ore suo qui te inuenire cupit aut sui cōsiderationē calidum, charitatis igne flagrantem: aut tua ipsius cognitione frigidū, & aqua compunctionis ignita diaboli iacula restinguentem. Sed & ipsam quoque Martham admonitam esse necesse est id maxime quæri inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Erit autem fidelis, si neque quæ sua sunt quærat, sed quæ Iesu Christi, vt sit intētio pura: nec suam faciat, sed domini voluntatem, vt sit actio ordinata. Sunt enim quorum non simplex est oculus, & recipiunt mercedem suam. Sunt qui ferūtur propriis motibus animorum, & contaminata sunt vniuersa quę offerunt, quippe cum voluntates eorum inueniantur in eis. Veni nunc mecum ad nuptiale carmen, & consideremus quemadmodum sponsus sibi sponsam vocat, nec vllum omiserit ex his tribus, nec addiderit vltrà. Surge, inquit, propera amica mea, formosa

1.Cor.9.d
Rom.6.b
Deut.32.
Psal.68.
1.Cor.6.d
Sap.9.d
Psal.26.b
Eccli.44.e
Ioan.12.d
Matt.20.
1.Tim.3.c
Psal.56.b
Genes.29.
Osee.7
Ezech.14.
Cant.2.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mea, columba mea, & veni. An non amica est, quæ dominicis lucris intenta, fideliter ipsam quoque pro eo ponit animam suã? Quotiens enim pro vno ex minimis eius spirituale studiũ interponit, totiens pro eo spiritualiter ponit animã suã. An non formosa, quæ reuelata facie gloriam domini speculando, in eandẽ imaginẽ transformatur de claritate in claritatẽ tanquã à domini spiritu? An nõ columba, quę plangit & gemit in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ, tanquam sepulta sub lapide? Mulier, ait, Martha nomine excepit eũ in domũ suam. Certũ est huius tenere locum fratres officiales, quos fraternæ charitatis intuitus variis administrationibus deputauit. Vtinam autẽ & ego ipse inter dispensatores fidelis merear inueniri. Quibus enim conuenientius videtur aptandũ quod dñs ait, Martha, Martha sollicita es, quàm prælatis, si tamen digne in sollicitudine præsunt? Aut quis turbatur erga plurima, nisi cui & Marię vacãtis & Lazari pœnitẽtis, sed & ipsorũ quibus onera sua partitur, vniuersa incũbit sollicitudo? Vide Martham sollicitam, vide Martham erga plurima turbatam, apostolum loquor, qui prælatos sollicitudinis admonẽs, gerit ipse sollicitudinẽ omniũ ecclesiarum: Quis infirmatur, inquit, & ego nõ infirmor? Quis scãdalizatur, & ego nõ vror: Suscipiat igitur Martha dominum in domum suam, cui nimirũ credita est dispensatio domus. Mediatrix est, vt sibi pariter & subiectis salutem obtineat, suscipiat gratiam: sicut scriptum est: Suscipiant montes pacẽ populo, & colles iustitiam. Suscipiant & cæteri coadiutores eius singuli pro qualitate ministerij sui, excipiant Christum, seruiãt Christo, ministrent ei in membris suis: ille in infirmis fratribus, ille in pauperibus, ille in hospitibus & peregrinis. Quibus ita sollicitis circa frequens ministerium, videat Maria quemadmodum vacet, & videat quoniam suauis est dominus. Videat, inquã, quàm deuota mente, quàm tranquillo sedeat animo secus pedes Iesu, prouidens eum semper in conspectu suo, & verba ex ore eius excipiens cuius & aspectus delectabilis, & eloquiũ dulce. Diffusa est enim gratia in labiis eius, & est speciosus forma præ filiis hominũ, immo etiã super omnẽ gloriam angelorũ. Gaude & gratias age Maria quę partem optimã elegisti. Beati enim oculi qui vident quæ tu vides, & aures quæ merentur audire quod audis. Beata plane quæ venas susurri diuini percipis in silentio, in quo vtique bonum est homini dominũ expectare. Simplex esto, non tantùm sine dolo & simulatione, sed & absq; multiplicitate occupationũ, vt tecum sit sermocinatio eius & vox dulcis, & facies decora. Vnum caue, ne abundare incipias in sensu tuo, & velis plus sapere quàm oportet sapere: ne forte dum lucem sectaris, impingas in tenebras, illudente tibi dæmonio meridiano: de quo non est huius temporis disputare. Nã Lazarus quò deuenit? Vbi posuistis eum: Sorores alloquor, quæ sepelierunt fratrẽ prædicatione & ministerio, & exemplo & oratione. Vbi ergo posuistis eũ? Abscõditus est fossa humo, sub lapide iacet, non facilè inuenitur. Propterea non erit incongruum quatriduano quartum reseruare sermonẽ, vt iuxta saluatoris exẽplum audientes, Ecce, quẽ amas, infirmatur: & nos maneamus hic die isto.

Item in eadem solennitate. Sermo IIII.

TEmpus loquendi est omni carni cũ assumitur incarnati verbi mater in cœlũ: nec cessare debet à laudibus humana mortalitas, cũ hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in virgine. Sed de eius gloria nec silere deuotio patitur nec dignũ aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Hinc est q̃ & ipsi cœlestis curiæ principes in consideratione tãtæ nouitatis clamant nõ sine admiratione: Quæ est ista quæ ascẽdit de deserto deliciis affluens? Ac si manifestius dicant: Quanta est hæc, & vnde ei ascendẽti vtiq; de deserto affluentia tãta deliciarũ? Nec enim pares inueniũtur delicię vel in nobis quos in ciuitate domini lætificat fluminis impetus, qui à vultu gloriæ voluptatis gloria potamur. Quæ est ista quæ de sub sole (vbi nihil est nisi labor & dolor, & afflictio spiritus) ascendit deliciis spiritualibus affluens? Quidni delicias dixerim virginitatis decus cũ munere fœcunditatis, humilitatis insigne, distillantem charitatis fauum, misericordiæ viscera, plenitudinem gratiæ, prærogatiuã gloriæ singularis? Ascendens igitur de deserto regina mundi, etiam angelis sanctis, vt canit ecclesia, speciosa facta est & suauis in deliciis suis. Desinant tamen deserti huius mirari delicias, quia dominus dedit benignitatẽ, & terra nostra dedit fructum suum. Quid mirãtur de terra deserta Mariam ascendere deliciis affluentem? Mirentur potius pauperem Christum de cœlestis regni plenitudine descendentem. Longe enim ampliori miraculo dignum videtur, dei filium paulo minus ab angelis minorari, quàm dei matrẽ super angelos exaltari. Illius siquidẽ exinanitio, facta est repletio nostra: illius miseriæ, mundi deliciæ sunt. Deniq; cum diues esset, propter nos pauper factus est, vt nos eius inopia ditaremur. Sed & crucis ignominia, credẽtium facta est gloria. Adhuc autem & ad monumẽtum properat vita nostra, vt quatriduanũ reducat à monumento: & eum de quo vobis hodie (si meminit charitas vestra) sermo debetur, Lazarum quærit, vt quęratur & inueniatur à Lazaro. In hoc enim est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Age igitur domine quære quem amas, vt amantem facias & quærentẽ. Quære vbi posuerũt eum. Iacet enim clausus, ligatus, oneratus. Iacet in ergastulo conscientiæ, tenetur vinculis disciplinæ, & tanquam lapide superposito premitur & opprimitur onere pœnitẽtiæ, maximè quòd desit interim fortis vt mors dilectio, & charitas omnia sustinens. Et in his omnibus iam fœtet domine: quatriduanus est enim. Credo iam multorũ ingenia præuolant vt intelligant quem velim dicere Lazarũ: Eum sine dubio, qui nuper peccato mortuus fodit sibi patierẽ, vt videat abominationes multas & malas praui & inscrutabilis cordis sui, & iuxta prophetam alium ingressus est in petram, absconditus fossa humo à facie furoris domini. Sed quid est, Domine iam fœtet, quatriduanus est enim? Forte enim fœtorẽ istum & quatuor dies istos non continuò quiuis intelligat. Ego primam arbitror timoris diem, qua nimirum irradiante cordibus nostris, peccato morimur, & quodammodo sepelimur in cõscientiis nostris. Secunda (ni fallor) agitur in labore certaminis. Solet nempe inter primordia conuersionis acrius insurgere tentatio prauæ consuetudinis, & vix extingui possunt iacula ignita diaboli. Tertia nihilo minus doloris etiam videtur, dũ recogitat quis annos suos in amaritudine animæ suę, nec tam laborat declinando futura, quàm præterita plangendo deplorat. Miratis quòd hos dixerim dies? Sed sepulturæ debentur dies nebulæ & caliginis, dies luctus & amaritudinis. Sequitur dies pudoris, non dissimilis tribus, quando iam horribili confusione operitur anima miseranda, dum nimis considerat quæ & quanta deliquerit, & in oculis cordis tetras versat imagines peccatorum. Animus huiuscemodi nihil dissimulat, sed diiudicat, sed aggrauat, sed exaggerat vniuersa: non sibi parcit durus iudex in semetipsum. Vtilis quidem exacerbatio: & digna miseratione crudelitas, facilè sibi diuinam concilians gratiam, dum pro eo mens æmulatur etiam contra seipsam. Verũtamen Lazare veni foras: ne in tãto fœtore diutius immoreris. Caro putrida putredini proxima est: & qui confunditur vehementius & tabescit, propè est vt desperet. Propterea Lazare veni foras. Abyssus abyssum inuocat: abyssus luminis & misericordiæ, abyssum miseriæ & tenebrarũ. Maior illius bonitas quàm iniquitas tua: & vbi peccatum abundat, superabundare gratiam facit. Lazare, inquit, veni foras. Ac si manifestius dicat, Quousque conscientiæ tuæ caligo te detinet? quandiu in cubiculo tuo graui corde compungeris? Veni foras, procede, respira in lucem miserationum mearum. Hoc enim est quod in propheta legisti: Infrenabo os tuũ laude mea, ne pereas. Euidentius quoque propheta alius de seipso: Ad meipsum, inquit, anima mea turbata est, propterea ero memor tui. Iam verò quid sibi vult quod ait: Tollite lapidem: & post pauca: soluite eũ? Nunquid post visitationem gratiæ consolantis cessabit agere pœnitentiam, quoniam appropinquabit regnum cœlorum: aut abiiciet disciplinam: ne forte irascatur dominus, & pereat de via iusta? Absit hoc. Tollatur lapis, sed pœnitentia maneat, non iam premens & onerans, sed viuidam & robustam mentẽ roborans atque confirmans: nimirum cuius cibus sit (quem antea nesciebat) domini facere voluntatem. Sic & disciplina non iam constringit liberũ, secundũ illud: Iustis non est lex posita:

A sita: sed voluntarium regit & dirigit in viam pacis. Super hac Lazari suscitatione manifestius psallit propheta: Non derelinques animam meam in inferno: quia, vt dixisse memini secundo huius festiuitatis die, infernus quidam, & carcer animæ, rea conscientia est. Nec dabis sanctum tuum (non suum ipsius, sed tuum vtique, quem ipse sanctificas) videre corruptionẽ. Corruptioni siquidem proximus erat quatriduanus, qui cœperat iam fœtere: Prope erat vt penitus dissolueretur, & veniens in profundum malorum cõtemneret impius, sed præuentus voce virtutis & ab ea viuificatus gratias agit dicens: Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Ad ipsius siquidem contemplationem euocasti & eduxisti ab inferno animam meam, dum anxiaretur super me spiritus meus: intuens conscientiæ propriæ faciem nimis abominandam: Clamauit, inquit, voce magna, Lazare veni foras. Magna vtique voce, non tam sono clamosa, quàm pietate & virtute magnifica. Sed quò deuenimus? Nunquid non supra cœlos virginem prosequebamur euntem? Et ecce cum Lazaro descendimus in abyssum. A splendore virtutis, ad fœtorem quatriduani procliuis decurrit oratio. Cur hoc, nisi quia pondere proprio ferebamur: & trahebat nos materia, tanto vberior vtiq;, quanto familiarior? Fateor imperitiam meam: pusillanimitatem propriam non abscondo. Non est equidem quod me magis delectet, sed nec est quod terreat B magis quàm de gloria virginis Mariæ habere sermonem.

Vt enim sileam interim ineffabile priuilegium meritorum, & prærogatiuam penitus singularem, tanto eam deuotionis affectu amplectuntur, honorant, suscipiunt (vt dignum est) vniuersi, vt licet de ea loqui gestiant omnes, tamen quicquid dicitur de indicibili, eo ipso quod dici potuerit, minus gratum sit, minus placeat, minus acceptetur. Quidni minus sapiat quicquid de incomprehensibili gloria comprehẽdere potuerit mens humana? Ecce enim si in ea laudauero virginitatẽ, mihi multæ virgines post eam videntur offerri. Si humilitatem prædicauero, inuenientur forte vel pauci qui (docẽte filio eius) mites facti sunt, & humiles corde. Si magnificare voluero misericordiæ eius multitudinẽ, sunt aliqui misericordiæ viri, etiam & mulieres. Vnum est in quo nec primam similem visa est nec habere sequentem, gaudia matris habens cum virginitatis honore. Optimam partem elegit sibi Maria, optimam planè: quia bona fœcunditas coniugalis, melior autem castitas virginalis: prorsus autẽ optima est fœcunditas virginea, seu fœcũda virginitas. Mariæ priuilegium est, nõ dabitur alteri, quia non auferetur ab ea. Singulare est: sed cõtinuò etiam indicibile inuenitur, vt nemo assequi possit, sic nec eloqui quidem. Quid si & illud adiicias, cuius mater? Quæ iam poterit lingua, etiã si angelica sit, dignis extollere laudibus virginẽ matrem, matrem autem non cuiuscunque, sed dei? Duplex nouitas, duplex prærogatiua: duplex miraculum, sed digne prorsus amplissimèque cõueniens. Neq; enim filius alius virginem, nec deum decuit partus alter. Veruntamen non hoc tantùm, si diligenter attendas, sed cæteras quoq; virtutes singulares prorsus inuenies in Maria, quæ videbantur esse cõmunes. Quæ enim vel angelica puritas virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit spiritus sancti sacrarium fieri, & habitaculum filij dei? Si rerũ precia de raritate pẽsamus: quæ prima in terris angelicam proposuit ducere vitã, super omnes est. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco? Immobile propositum virginitatis, quod nec angelo filium promittente aliquatenus titubauit. Quomodo, inquit, fiet istud? Neque enim eo modo quo fieri solet in cæteris. Virum penitus non cognosco nec filij desiderio, nec spe prolis. Quanta verò & quàm preciosa humilitatis virtus cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum conscientia prorsus absque delicto, imò cum tantę gratiæ plenitudine? Vnde tibi humilitas & tãta humilitas ô beata: Digna planè quam respiceret dominus, cuius decorẽ concupisceret rex, cuius odore suauissimo ab æterno illa paterni sinus attraheretur accubitu. Vide enim quàm manifestè sibi concinant virginis nostrę canticum, & nuptiale carmen, nimirum cuius vterus, sponsi thalamus fuit. Audi Mariam in euangelio: Respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ. Audi eandem in epithalamio: Cum esset rex, inquit, in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suum. Nardus quippe herba humilis est, & pectus purgat: vt manifestum sit humilitatem nardi nomine designari, cuius odor & decor inuenerit gratiam apud deum. Sileat misericordiam tuam virgo beata, si quis est qui inuocatam te in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Nos quidem seruuli tui cæteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem: humilitatem miramur: sed misericordia miseris sapit dulcius, misericordiam amplectimur charius, recordamur sæpius, crebrius inuocamus. Hæc est enim quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetrauit. Constat enim pro vniuerso genere humano fuisse sollicitam, cui dictum est: Ne timeas Maria: inuenisti gratiam, vtique, quam quærebas. Quis ergo misericordiæ tuæ ó benedicta, longitudinem & latitudinem, sublimitatem & profundum queat inuestigare? Nam longitudo eius vsque in diem nouissimum inuocantibus eam subuenit vniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum: vt tua quoque misericordia plena sit omnis terra. Sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationem, & profundum eius sedentibus in tenebris & in vmbra mortis obtinuit redemptionẽ. Per te enim cœlum repletum: inferhus euacuatus est: instauratæ ruinæ cœlestis Hierusalem: expectantibus miseris vita perdita data. Sic potentissima & piissima charitas & affectu compatiendi, & subueniendi abundat effectu, æquè locuples E in vtroq;. Ad hunc igitur fontem sitibunda properet anima nostra. Ad hunc misericordiæ cumulum tota sollicitudine miseria nostra recurrat. Ecce iam quibus potuimus votis ascendẽtem te ad filium deduximus, & prosecuti sumus saltem à lõge, virgo benedicta. Sit pietatis tuæ, ipsam quã apud deum gratiam inuenisti, notam facere mundo: reis veniam, periclitantibus adiutorium & liberationem sanctis tuis precibus obtinendo. In hac quoque die solennitatis & lætitiæ dulcissimum Mariæ nomẽ cum laude inuocantibus seruulis, per te regina clemẽs, gratiæ suę munera largiatur Iesus Christus filius tuus dominus noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

In eadem solennitate. Sermo. V.

INtrauit Iesus in quoddam castellum. Quod dominus ac saluator noster semel & in vno loco visibiliter tunc temporis dignatus est operari: hoc etiam nunc vbique terrarum in cordibus electorum operatur quotidie inuisibiliter. Ecce enim euangelio loquente audiuimus, quòd in quoddam castellum intrauit Iesus, & mulier quædã Martha nomine excepit illum: & reliqua. Quod est autem hoc castellum, nisi cor humanum, quod priusquam dominus ad illud veniat, cupiditatis fossa vallatur, muróque obstinationis clauditur, atque in interiori latitudine sua Babylonica turre erigitur? Tria certe in omni oppido sunt maxime necessaria: victualia quibus sustententur, munitio qua protegantur, arma quibus hostibus resistant. Sic ergo & huius castelli incolæ victum habent voluptatem corporis, & F seculi vanitatem, quibus pascuntur. Habent & qua teguntur proprij cordis duritiam: vt verbi dei sagittis potentibus vix aut nunquam penetrari valeant. Accincti sunt armis, carnalis scilicet sapientiæ argumentis, quibus contra hostes repugnant. Vnde scriptum est: Filij huius seculi prudẽtiores filiis lucis in generatione sua sunt. At verò Christo visitante & intrante castellum hoc euertitur, & pro eo nouum aliud pulchrum ac spirituale constituitur, impletúrque quod dicitur: Si qua in Christo noua creatura, vetera trãsierunt: & ecce facta sunt omnia noua. Sublata quippe cupiditate expanditur ingens sinus desiderij: vt ad eius aduentum multo magis anhelet mens ad cœlestia, quàm prius terrenis incubuerat. Iam ponitur murus continentiæ, antemurale patientiæ. Surgit autem hoc opus à fundamento fidei, & crescit per dilectionem proximi vsq; ad charitatem Dei, quæ est in superiori tabulatu, & in propugnaculis eiusdem muri: quia nimirum tũc perfecta est virtus continentiæ, quando in vnitate fidei cum proximis communiter viuentes, non supplicij metu, vel humanę laudis appetitu, sed solo diuini amoris obtẽtu à peccatis nos continemus. Vel certè ideo charitas dei (qua scilicet

Psal. 15. c *Ibidem.* *Psal. 8.* *2. Cor. 11. g* *Ioan. 11. a* *Cant. 8. b* *Ibidem.* *Ibidem. c* *Luc. 1. d* *Luc. 1. a* *Luc. 1. b* *Luc. 10. g* *2. Cor. 5. d*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nos diligit) ſuper murũ eſſe videtur vt pro continẽti ſuo pugnare ſignificetur, & quia continentia crebris validiſque tentatoris ictibus reſiſtere non poſſit niſi eius gratia protegatur. Idcirco enim antemurale patientiæ ponitur, ne ad impugnandam continentiam facilis diabolo pateat acceſſus. Qui ergo protegente patientia continenter viuunt: ipſi bene cum apoſtolo proteſtantur & dicunt: Quis nos ſeparabit à *Rom.8.g* charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladi⁹? Vides quàm ſolidus ſit continentium murus, quos neque mors, neque vita, neque angeli neque principatus, neque poteſtates, neque virtutes, neq; inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundũ, neque creatura aliqua poteſt ſeparare à charitate dei, quę eſt in Chriſto Ieſu. Sed iã pulſemus ad eius portas, portas ſcilicet iuſtitiæ: vt aperiantur nobis, ingreſſiq; per eas videamus intus magna opera domini exquiſita in omnes voluntates eius. Ibi enim operante ipſo conſtruitur tanquam in monte Sion, euangelica illa turris, per- quam humiliato corde aſcẽdunt in cœlum ſancti de conualle plorationis. Aſcendunt, inquam, non virtute ſua, ſed auxilio & gratia dei: ſicut ait ſpiritus ſanctus per prophetam Dauid: Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Quæris vbi? In conualle plorationis, hoc

H eſt in humilitate vitę preſentis. Et eandem ipſam gratiam re- *Pſal.83.b* plicat dicens: Etenim benedictionem dabit legiſlator. Quò autem pertingat aſcẽſus, vel ad quem fructum perducat aſcendentes ipſa gratia, protinus ſubiungit: Ibunt, inquit, de *Ibidem.* virtute in virtutem: videbitur deus deorum in Sion. Hæc eſt merces & hic eſt finis & fructus noſtri laboris, viſio ſcilicet dei. Quis non hunc tantum fructum rebus omnibus viſibilibus & inuiſibilibus incomparabiliter præferat? Quis eſt cuius vel gelidum pectus hoc deſiderium non accẽdat? Hæc eſt enim illa gratia quam nobis cõmendat beatus Ioannes euan- *Ioann.1.b* geliſta dicens: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus & gratiam pro gratia, Ex quibus ſcilicet verbis innuitur quòd triplicem gratiam diuinitus accepimus: vnam qua conuertimur: aliam qua in tẽtationibus adiuuamur: tertiam qua probati remuneramur. Prima nos initiat, per quã vocamur: ſecunda prouehit, qua iuſtificamur: tertia cõſummat, qua glorificamur. Et prima quidem beneplacitum eſt, ſecunda meritũ, tertia præmium. De prima dictum eſt, Et de plenitudine eius omnes accepimus, de duabus reliquis dictum eſt, Et gratiam pro gratia, id eſt munera glorię æternæ pro merito temporalis militiæ. Sit ergo prima gratia in muro cõtinentiæ ad quã vocamur, ſit ſecũda in aſcenſu turris quam aſcendimus, ſit tertia in eius culmine quò peruenimus. Hic itaq;, id eſt, in

I hoc culmine, cum ad illud perueniunt qui bene proficiunt *Pſal.121.a* fiũt iam locus & ſedes domino, de qualibus ſcriptũ eſt: Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus domini teſtimoniũ Iſrael, ad confitẽdum nomini domini: quia illic ſederunt ſedes in iudicio. Et quidem dum adhuc erant in muro cõtinentiæ, & in acie ſtabãt, impugnari poterãt, & primò tanquã adiutor noſtus erat in Iudæa deus: cũ verò iam in iſta ſtatione cõſiſtunt vbi dominum ſpeculantur, in Iſraël magnum nomen eius, & factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius, in Sion. Ibi cõfregit potentias, arcum, ſcutum, & gladium, & bellũ: quia ibi nullus motus carnis reſiſtit, ſed omnimodis ſubiecta eſt ſpi- *Pſal.131.a* ritui. Hunc locum ardenter deſiderabat propheta cum dicebat: Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormi- *Pſal.54.b* tationem, & requiẽ temporibus meis donec inueniã locum domino. Huc etiã volare cupiens, quis, inquit, dabit mihi pẽnas ſicut colũbæ, & volabo & requieſcam? Iam verò ſi quæratur de caſtelli huius habitatoribus quis cibus ad ſuſtentandum, quod munimen ad protegendũ, quæve arma ſuppetãt ad repugnandũ poſſumus ſatis rationabiliter reſpondere, q quemadmodũ carnalibus carnis opera fuerunt victus: ita his multo melior cibus ſit fructus ſpiritus. Cibus etiam eorũ eſt vt faciant voluntatem patris omnipotentis. Cibus eorum eſt *Deut.8.a* verbum dei, quo paſcũtur omnes ſancti, tam homines quàm *Matt.4.a* angeli. Vnde ſcriptũ eſt: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei. Munimẽtum eorum eſt (ſicut dictum eſt) murus cõtinẽtiæ & antemulare patien- *Epheſ.6.c* tiæ. Habẽt contra hoſtes arma quę deſcribit apoſtolus, lori-

cam iuſtitiæ, ſcutum fidei, galeam ſalutis, & gladium ſpiritus, K quod eſt verbum dei. Nec quenquã moueat, quod idem verbum dixerim eſſe & cibum & gladium, quaſi impoſſibile vel abſurdum ſit. In rebus quidem materialibus aliud hoc, aliud eſt illud: & alibi quæritur hoc, alibi illud. In rebus verò ſpiritualibus nõ aliud hoc eſt, quàm illud: nec alibi quæritur hoc, alibi illud, ſed omnia ſunt nobis in deo, & eſt deus omnia in nobis. Ecce enim in natura rerum quid tam diuerſum quàm panis & lapis? & tamen ſi ad intellectum myſticum referas, vtrunque idem ſignificat. Nam idẽ Chriſtus eſt dictus & panis & lapis: panis ſcilicet viuus: & lapis quem reprobauerũt ædificantes. Vtrunque quidem eſt per ſignificationem, licet neutrum ſit per proprietatem. Sed iam reuertamur ad propoſitum. Intrante Ieſu in hoc caſtellum, duæ ſorores Martha & Maria, id eſt operatio & intellectus, excipiũt illũ. Excipiũt dixerim: an excipiuntur? Sed ſiue hoc ſiue illud dicatur, vtrũque prodeſt illis, non Ieſus. Et Ieſus quidem cum ad illas venit, duo confert eis congruentia ſingulis: virtutem & ſapientiam: Virtutem operationi, ſapientiã intellectui. Vnde etiam ab apoſtolo prædicatur dei virtus, & dei ſapientia. Sed quid *2.Cor.1.d* eſt quòd intrantem eum Martha excipit, diſcurrit, miniſtrat: Maria verò ſecus pedes ſedẽs ingreſſi, in eius verbũ cor ſuſpendit: niſi q prius eſt actio, poſtea verò cõtemplatio? Quiſquis enim ad intelligẽtiam peruenire deſiderat, profecto neceſſe eſt vt prius per omnia bona ſeſe diligenter exerceat, ſi- L *Eccli.2.d* cut ſcriptum eſt: Fili concupiſcens ſapientiam, cõſerua iuſtitiam: & deus prębebit illam tibi. Et alibi: A mandatis tuis intellexi. Et fide purgãs corda eorum. Qua fide? Fide per dilectionem operante. Habet Martha dum agit, formam bene operantis, Maria verò ſpeciem exprimit cõtemplantis, dum ſedet, dum tacet, dum interpellata nõ reſpõdet: ſed tantum in dei verbum toto mentis ſtudio intẽdit, ac ſolam quam diligit gratiam diuinæ cognitionis cętera reſpuens medullitus haurit: foriſque velut inſenſibilis redditur, dum intus ad cõtemplãda domini ſui gaudia feliciſſime rapitur. Sine dubio *Cant.5.d* talis eſt illa quę in cãticis loquitur: Ego dormiõ, & cor meũ vigilat. Duobus autem modis Martha excipit dominum, & duplex ei conuiuium parat, quia duobus modis excluſerat eum. Duo quippe ſunt in operatione quæ nobis deum auferunt, flagitia ſcilicet, & facinora. Flagitia dicimus ſcilicet quę in nobis, facinora quæ in proximos peccãdo committimus. Item ſunt duo quæ deum reddunt, continentia & beneuolentia: vt ſcilicet ex contrariis cõtraria curentur. Hinc enim *Roma.6.d* ſcriptum eſt: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita & nunc exhibete ea ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Dum ergo parandis tali- M bus epulis occupatur Martha multum ſatagẽs pro parte ſua, vult etiam Mariã, id eſt intellectum & omnia interiora ſua actioni inſiſtere, operiq ſuo perficiendo operam dare. Itaque conqueritur de ſorore quòd ab ea non adiuuetur, nõ tamen ad ipſam, ſed potius ad dominum querelam dirigens. Domine non eſt tibi curæ, q ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? dic ergo illi vt me adiuuet. Vbi ſanè aduertenda eſt delatio quædã, & honoris obſequium erga dominum: quòd ſcilicet ipſo præſente nõ ſit auſa Martha euocare Mariã, quiimmo & apud ipſum querelam depoſuerit, ipſumq; dominũ vocauerit, in cui⁹ poteſtate ſit impetrare ſorori quicquid neceſſe fuerit. Non ergo miremur ſi quempiam laborantem & bene operantem aduerſum fratrem vacantẽ murmurare videamus, quia hoc in euangelio legimus Marthã feciſſe aduerſus Mariam. Quod autem Maria quandoque murmurauerit aduerſus Marthã, eo quòd eius actionibus implicari vellet, nuſquã omnino reperitur. Neque enim vtrũque ſimul agere cõpetenter ſufficeret, & curis ſcilicet exterioribus deſeruire, & internis ſapiẽtiæ deſideriis vacare. De ipſa quippe *Eccli.1.b* ſapiẽtia ſcriptum eſt: Et qui minoratur actu, percipiet illam. Propterea Maria ſedet, immotaque manet, nec vult interrũpere ſilentij quietem, ne iucundam amittat contemplationis dulcedinem: præſertim cum intus ipſum audiat dominũ di- *Pſal.44.f* centem: Vacate & videte quoniam ego ſum deus. Hic ſanè conſiderãdum eſt tria eſſe quę impediunt cõtemplationem. Equidẽ animæ noſtræ oculꝰ, intelligẽtia eſt. Sicut enim oculo corporis lux corporea & cætera quæque corporalia videtur:

A dentur: ita deus qui eſt lumen incircunſcriptum, & eius inuiſibilia vtcunque intellectu percipiuntur. Differunt autem in hoc exterior & interior oculus, quòd exteriori quidem corporea lux extrinſecus vt videat admouetur, interiori verò creatoris lumen intrinſecus vt diſcernat infunditur. Vtrunq; vero oculum tria ſunt quæ ad vidẽdum impediunt. Primum ergo de exteriori atq; viſibili differat oratio noſtra, vt de rebus viſibilibus (ordine diſputãdi) facilius adſurgat ad intelligibilia. Poteſt ſanè fieri vt ille ſanus ſit & pateat: ſed quoniã lux exterior ei deſit, nil videat. E contrario fit aliquando vt prẽſens quidem ei lux ſit: ſed fortè ſanguine ſeu quolibet humore concreto turbatus, cernere minime poſſit. Iterum ſolet plerunque contingere vt neutrum deſit ei, nec lux nec ſalus, ſed tamen aliqua puluueris iniectione lædatur, quo fit vt eius acies retundatur. Sunt ergo tria quę hunc oculum impediunt, tenebræ, humor concretus, puluis iniectus. Hæc ipſa ſunt etiam quibus interior oculus impeditur, ſed alia nomina ſortiuntur. Nam quod hic tenebræ, ibi peccata dicuntur. Ipſa verò peccata confluunt in memoriam quaſi in quandam ſentinam: & hic eſt ille humor concretus. Quod autem hic puluis dicitur, hoc ibi cura terrenorum actuum nuncupatur. Hæc igitur tria ſunt quæ oculum intelligentiæ confundunt, atque à contemplatione veri luminis excludunt: tenebrę ſcilicet peccatorum, recordatio eorundẽ peccatorum, cura ter-

B renorum actuum. Primo illo morbo turbatum ſe plangebat *Pſal.37.b* propheta cum diceret: Dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum nõ eſt mecum. Cum enim luce iuſtitiæ deſtituimur, nil aliud quàm peccatorũ noſtrorum tenebras inuenimus. Item ſecũdo ſe grauari ſentiebat cum di- *Pſal.31.a* cebat: Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina: peccatorum ſcilicet recordatio. Tertio occupari ſe cõqueri- *Pſal.101.* tur cum dicit: Quia cinerem tanquã panem manducabã: Cinerem ſcilicet actionis pro pane cõtemplationis. Quicunq; ergo mentis oculum diuinæ contemplationi vult intendere, profecto neceſſe eſt vt eũ prius ad hoc triplici impedimento ſtudeat purgare. Quod ſi quis facere cõtendat, nouerit contra triplicem morbum triplex quoque fore remedium. Nam primus quidem per confeſſionem, ſecundus per orationem, tertius curatur per quietẽ. Hoc tertio, id eſt cura actionis poterat ab intentione ſua præpediri Maria. Ideóque miniſtrante Martha ſedet ipſa, manétque quieta. Illa igitur conquerente, & iſta tacẽte, audiamus quid dominus pro Maria reſpõderit. Martha, Martha, inquit, ſollicita es, & turbaris erga plurima. Erga plurima quidem turbaris, dum & tibi continentiam, & proximis paras neceſſitatis impenſam. Nam vt continentiam habeas, ſollicita es vigilare, ieiunare, corpus tuum caſtigare. Vt cæteris præſtes, inſtas operis, vt habeas vnde tribuas neceſſitatem patiẽti. Porrò erga hæc plurima turbaris;

C ſed vnum eſt neceſſarium. Niſi enim opus tuũ in vnitate feceris, deo qui vnus eſt, acceptum (teſte ipſo) profecto non e- *Pſal.13.a* rit. Scriptum quippe eſt: Non eſt qui faciat bonum, non eſt *Ioan.5.a* vſq; ad vnum. Hinc eſt quòd in illa piſcina mouebatur aqua, *Luc.17.d* & ſanabatur vnus. Hinc eſt quòd decem leproſis mundatis, vnus regreſſus eſt cum magna voce magnificans deum: cui etiã dominus cæteris reprobatis, teſtimonium laudis aſſcribit dicens: Nónne decem mundati ſunt, & nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui rediret & daret gloriam deo, niſi hic a- *1.Cor.9.* lienigena. Paulus quoque ait: Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium. His itaque & aliis quàm plurimis ſcripturarũ eloquiis perſpicuè docemur quàm vnitas probabilis ſit, maximè autem ex præſenti loco vbi dominus ait: Porrò vnum eſt neceſſarium. Sed ſciendum quòd alia eſt vnitas ſanctorum, quam ex ſcripturis iam commẽdauimus. Alia eſt facinoroſorum, quæ nihilo minus ex eiſdem ſcripturis oſtẽditur & improbatur. De hac enim ſcriptum eſt. Aſtiterũt re- *Pſal.2.a* ges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. De hac iterum euangeliſta: *Matt.22.b* Abeũtes Phariſæi conſiliũ inierunt vt caperent Ieſum in ſer- *Ioan.11.f* mone. Et iterum: Collegerunt pontifices & Phariſæi concilium. Vt quid hoc? Sicut Ioannes teſtatur, vt interficerent Ieſum. Quàm vero pertinax ſit iſta reproborum vnitas, docet ipſe dominus, qui de corpore diaboli ad beatũ Iob loquitur *Iob.41.a* dicens: Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, & compactum ſqua-

mis ſe prementibus. Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum D quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur. Talis vnitas, imò vero peruerſitas ſolet eſſe aliquorũ fratrum tepide ac remiſſe conuerſantium: quibus ſi quid honeſtatis, aut inſigne cuiuſquam bonæ conſuetudinis perſuadere velis, promptiores ſunt maiori diſpendio, ac difficultate grauiori reſiſtere, quàm facili compendio aſſequi velle quod rectum eſſe cõſtiterit. Peruerſa & execrãda talis vnitas. Hac ergo à cordibus & ſermonib⁹ noſtris excluſa, illam quæ bona eſt, & tantùm bonorum eſt, profequamur. Et ipſa quidem gemina eſt. Alia eſt enim quæ iuſtificat, alia quæ glorificat, illa meritum, iſta præmium eſt. Deniq; de illa ſcriptum eſt: Multitudinis credentium erat cor vnum, & *Act.4.f* anima vna. De hac autem: Qui adhæret domino, vnus ſpiri- *1.Cor.6.d* tus eſt. Et quoniam in futuro magis ſperanda eſt (res eſt enim futuri temporis magis quàm præſentis) eam interim omittamus, & à deo ſperemus potius quã tractemus. Illã verò quæ iuſtificat, quæ etiam nunc potiſſimum neceſſaria eſt, in vſum noſtri operis aſſumamus. Ipſa eſt enim decus ſuauitatis, quã dulcedine ſacra inſonat pſalmiſta: Ecce quàm bonũ & quam *Pſal.132.a* iucundum, habitare fratres in vnum. Cuius vnitatis cum deſcripſiſſet ſermo propheticus pulchritudinem, eius etiam nõ tacuit vtilitatem: quòniam illic, inquiens, mãdauit dominus benedictionẽ & vitam: hic ſcilicet benedictionem, & in futuro ſeculo vitam ęternam. Ipſa eſt, inquam, vnitas quã ſum- E ma diligentia obſeruandam tradidit apoſtolus, dicẽs: Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Seruatur au- *Ephe.4.a* tem hoc vnitatis bonum duobus modis ab his qui curã gerunt ſeruandi. Debet quiſque perfectus vnitatem habere ad ſeipſum: debet & ad proximum. Ad ſeipſum per integritatem, ad proximum per conformitatem. Omnis quippe creatura, & maximè rationalis, debet ſuum principiũ imitari. Si ergo deus noſter vnus eſt, dicente Moyſe: Audi Iſraël, domi- *Deut.6.a* nus deus tuus vnus eſt: ſed & ille cum ſit vnus & idem, atque in ſeipſo perfectus, nec vllo indigens, ineſt ei tamẽ benignitas erga nos, & amor ex beneuolentia in nos veniens: debemus & nos quiſque ſibi vnus eſſe per integritatem virtutis, & vnum cum proximis per vinculum dilectionis. Hanc imitationem loquens de charitate commendat nobis apoſtolus Ioannes dicens: Quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mun- *1.Ioan.4.d* do. Sed hanc vnitatem, quam quenque ſibiipſi diximus habere debere, tria ſunt quæ ſolent impedire: nimietas, puſillanimitas, leuitas. Et nimij quidem ſunt qui putant ſe poſſe quod non poſſunt: & quod nõ acceperunt, præſumunt: quorum ſpeciem tenebat Petrus in paſſione domini, cũ diceret: Domine, tecum paratus ſum & in carcerem & in mortẽ ire. *Luc.22.c* Puſillanimes contrarij ſunt nimiis. Et horum quoque tenuit imaginẽ Petrus, cum diceret: Exi à me, quia homo peccator *Ibid.5.b* ſum domine. Leues ſunt & inconſtantes, qui circunferuntur F omni vento doctrinæ: quibus quod paulò antè placuit, nunc diſplicet: & quod nunc eligunt, poſt paululum reprobant. Sed quid prodeſt hæc vitia enumeraſſe, niſi etiam doceamus quibus remediis ea poſſit quiſque in ſemetipſo curare? Perſequamur vnitatis inimicos, nec conuertamur donec deficiant. Igitur contra nimietatem opponenda eſt conſideratio propriæ fragilitatis. Ipſa enim eſt quæ odioſam præſumptionem potiſſimum deiicit. Contra puſillanimitatem habenda eſt diuinæ fiducia poteſtatis, vt quod tuis viribus non poſſe putas, ex illius adiutorio poſſis, & cum apoſtolo dicas: Om- *Philip.4.c* nia poſſum in eo qui me cõfortat domino Ieſu Chriſto. Cõtra leuitatem adhibenda eſt conſultatio ſenioris, ſcilicet ne doctrinis variis & peregrinis abducaris: ſed facias quod lex diuina præcipit: Interroga patrem tuum, & annũciabit tibi: maiores tuos, & dicẽt tibi. Diximus de illa vnitate quam habet quiſque ad ſeipſum, dicamus & de illa quã habet ad proximum. Sed illa duobus modis habetur, dum & nos per dilectionem tendimus in alterum: & alterius quoque viciſſim in nobis recipimus affectum. Et hæc etiam duobus modis impeditur, obſtinatione, & ſuſpicione. Obſtinatio non permittit nos ad alterius cor ingredi, nec ſuſpicio paritur credere nos ab aliis amari, ita fit vt dum nec nos alium obſtinati diligimus, nec nos ab aliis diligi ſuſpicioſi putamus: vnitas quæ cum proximis habenda eſt, impediatur. Verùm huic dupli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ci morbo duplex charitas medetur,illa scilicet quæ non sua quærit,& iterum illa quæ omnia credit. Habeat obstinatus charitatem non quærentem quæ sua sunt,& alios diligat. Habeat suspicios⁹ charitatem omnia credentem, & ab aliis se diligi sine dubio credat.

De beata virgine Maria Sermo.

Luc.1.c AVe gratia plena. Nō in sola virginitate cōstare poterat gratiæ plenitudo: neq; eni omnibus est de ea accipere. Felices, qui nō inquinauerūt vestimenta sua, & cū regina nostra virginitatis priuilegio gloriātur. Sed num vnā tantū benedictionē habes ô domina? Et mihi, obsecro vt benedicas. Periit virtus illa à me, nō est iam vel aspirare ad illam. Computrui in stercore meo, vt iumentum factus sum. Sed nunquid non erit mihi etiam aliquid apud te? Non erit vbi possim esse tecum: quia iam sequi non valeo quocunque ieris. Quærit angelus puellam quam præparauit dominus filio domini mei. bibit ipse de hydria tua, cognata sibi virtute delectatus. Sed nunquid non etiam iumentis potum tribues? Bibit angelus, quòd virum non cognoscis: bibant iumēta, quod de humilitate singulariter gloriaris. Respexit, inquit, dominus humilitatem ancillæ suæ.

Ibidem. H Nam virginitas sine humilitate fortasse habet gloriam, sed non apud deum. Humilia semper excelsus respicit, qui alta à longè cognoscit: & humilibus dat gratiam, qui superbis resistit. Sed forte ne quidem his duabus metretis plena est hydria tua, capax est ipsa quoque tertiæ metretæ, vt iam nō solùm homines & iumenta, sed ipse quoque ex ea bibat architriclinus. Hoc enim vinum bonum, quod seruauimus vsque adhuc, haurit ministēr angelus, vt ferat archittriclino: patrē dico, qui trinitatis principiū, architriclinus merito nominatur. Ait siquidem angelus fœcunditatem eius commendans, quæ tertia est metreta: Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius dei. Ac si dicat: Cū eo solo tibi est generatio ista communis.

Item de eadem virgine Maria, de verbis Apocalypsis beati Ioannis, Sermo.

Apo.12.a SIgnum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Vehementer quidem nobis dilectissimi, vir vnus & mulier vna nocuere: sed gratias deo, per vnum nihilo minus virum & mulierem vnam omnia restaurantur, nec sine magno fœnore gratiarum. Neque enim sicut delictum, ita & donum, sed excedit damni æstimationem beneficij magnitudo. Sic nimirum prudētissimus, & clementissimus artifex, quod quassatum fuerat, nō cōfregit, I sed vtilius omnino refecit, vt videlicet nobis nouum formaret Adam ex veteri, Euam transfunderet in Mariam. Et quidem sufficere poterat Christus: siquidem & nūc omnis sufficientia nostra ex eo est, sed nobis bonum nō erat esse hominem solum. Congruū magis vt adesset nostræ reparationi sexus vterque, quorū corruptioni neuter defuisset. Fidelis planè & potēs mediator dei & hominum homo Christus Iesus, sed diuinam in eo reuerētur homines maiestatem. Absorpta videtur in deitatem humanitas, nō quòd mutata sit substātia, sed affectio deificata. Non sola illi cantatur misericordia, cantatur pariter & iudicium: quia etsi didicit ex his quę passus est cōpassionem vt misericors fieret, habet tamen & iudiciariā potestatē. Denique deus noster ignis consumēs est.

Deut.4.d *Heb.12.g* Quidni vereatur peccator accedere, ne quemadmodū fluit cera à facie ignis, sic pereat ipse à facie dei? Iam itaq; nec ipsa mulier benedicta in mulieribus videbitur ociosa: inuenietur equidē locus eius in hac reconciliatione. Opus est enim mediatore ad mediatorē istum, nec alter nobis vtilior quā Maria. Crudelis nimirum Eua, per quā serpens antiquus pestiferum etiam ipsi viro virus infudit: sed fidelis Maria, quæ salutis antidotū & viris & mulierib⁹ propinauit. Illa enim ministra seductionis, hæc propitiationis: illa suggessit prævaricationem, hęc iniecit redemptionem. Quid ad Mariā accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerū in ea, nihil terribile tota suauis est, omnibus offerens lac & lanā. Reuolue diligē. tius euāgelicæ historiæ seriem vniuersam, & si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signū vel tenuis K indignationis occurrerit in Maria, decætero suspectam habeas, & accedere vereari. Quod si (vt vere sunt) plena magis omnia pietatis & gratię, plena māsuetudinis & misericordię, quæ ad eam pertinent, inueneris, age gratias ei qui tam tibi mediatricē benignissima miseratione prouidit, in qua nihil possit esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitricē se fecit, omnibus misericordiæ sinum aperit, vt de plenitudine eius accipiāt vniuersi: captiu⁹ redemptionem, æger curationem, tristis cōsolationē, peccator veniam, iustus gratiam, angelus lætitiam: denique tota trinitas gloriā, filij persona carnis humanæ substantiam, vt non sit qui se abscondat à calore eius. Putāsne ipsa est sole amicta mulier? Esto siquidem vt de præsenti ecclesia intelligēdum propheticæ visionis series ipsa demōstret, sed id plane non incōuenienter Mariæ videtur attribuendum. Nimirum ea est quæ velut alterum Solem induit sibi. Quēadmodū enim ille super bonos & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque prēterita non discutit merita: sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam prębet, omnium denique necessitates amplissimo quodā miseratur affectu. Nam & defectus omnis sub ea, & quicquid fragilitatis seu corruptionis est, excellētissima quadam sublimitate præ cęteris omnibus excedit & supergreditur creaturis, vt meritò sub pedibus eius luna esse dicatur. Alioquin nihil magnū dixisse videbitur, vt sit luna ista sub pedibus eius, quam super omnes angelorū choros, super Cherubim quoque & Seraphim exaltatam nefas est dubitare. Solet autem luna nō modo defectum corruptionis, sed & stultitiam mētis, nonnunquam verò ecclesiam huius temporis designare: Illam quidem propter mutabilitatē, hāc sanè propter susceptum aliunde splendorē. Vtraque vero (vt ita dixerim) luna sub Mariæ pedibus congruè satis ponitur, alio tamen atq; alio modo. Siquidē stultus vt luna mutatur: sapiens autē permanet vt sol. In sole nimirum & feruor & splendor stabilis, in luna solus splendor, atq; is omnino mutabilis & incertus, qui nunquam in eodē statu permaneat. Iure ergo Maria sole perhibetur amicta, quæ profundissimā diuinæ sapientiæ vltra quàm credi valeat, penetrauit abyssum: vt quātum sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa. Illo nimirum igne prophetæ labia purgantur, illo igne Seraphim accenduntur. Longe verò aliter Maria meruit non velut summatim tāgi, sed operiri magis vndiq; & circunfundi, & tanquam ipso igne cōcludi. Cādidissimus sanè, sed & calidissimus huius mulieris amictus: cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, vt nihil in ea non dico tenebrosum, sed obscurum saltem vel minus lucidum, sed ne tepidum quidem aliquid, aut nō feruentissimū M liceat suspicari. Insipientia verò omnis longe sub pedibus eius est, vt penitus absit hęc ab insipientium mulierum numero, & collegio virginum fatuarum. Imò verò & vnicus ille stultus, & totius stultitiæ princeps, qui vere mutatus vt luna sapientiam perdidit in decore suo, sub Mariæ pedibus cōculcatus & contritus miseram patitur seruitutem. Nimirum ipsa est quondam à deo promissa mulier sępētis antiqui caput virtutis pede contritura: cuius planè calcaneo in multis versutiis insidiatus est, sed sine causa. Sola enim contriuit vniuersam hæreticam prauitatem. Alius non de substātia carnis suæ Christum edidisse dogmatizabat: alius paruulum nō periisse, sed reperiisse sibilabat: alius vel post partum viro cognitam blasphemabat: alius dei matrem audire nō sustinēs, magnum illud nomen theotocos, impiissime suggillabat: sed contriti sunt insidiatores, conculcati supplantatores, confutati derogatores, & beatā eā dicūt omnes generationes. Deniq; & continuò per Herodē draco insidiatus est parienti, vt nascētem excipiens filium deuoraret, quod inimicitiæ essent inter semē mulieris & draconis. Iā si ecclesia lunæ magis intelligenda videtur vocabulo, quòd videlicet non ex se splendeat, sed ab eo qui dicit: Sine me nihil potestis facere: habes *Iohā.15* mediatricem quā tibi paulò antè commendauimus, euidenter expressam. Mulier, inquit, amicta sole, & luna sub pedibus *Apo.12* eius. Amplectamur Mariæ vestigia fratres mei, & deuotissima supplicatione beatis illius pedib⁹ prouoluamur. Teneamus

A mus eā, nec dimittamus donec benedixerit nobis. Potens est enim. Nempe vellus est mediū inter rorem & aream, mulier inter solem & lunam, Maria inter Christum & ecclesiam cōstituta. Sed forte miraris nō tam vellus opertum rore, quàm amictam sole mulierem. Magna siquidē familiaritas, sed mira omnino vicinitas solis & mulieris. Quomodo enim in tā vehementi feruore tam fragilis natura subsistit? Meritò quidem admiraris Moyses sancte, & curiosius desideras intueri.

Exod.3.a Veruntamen solue calceamēta de pedibus tuis, & inuolucra pone carnalium cogitationum, si accedere cōcupiscis! Vadā, inquit, & videbo visionē hanc magnam. Magna planè visio rubus ardēs sine combustione, magnum signum mulier illæsa manens amicta sole. Nō est rubi natura, opertum vndique flammis manere nihilo minus incōbustum: non mulieris potentia, vt sustineat solis amictū. Non est virtutis humanæ, sed

Luc.1.d nec angelicæ quidem: sublimior quædā necessario est. Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te. Et tanquam respondeat illa quoniam spiritus est deus, & deus noster ignis cōsumens est: Virtus, ait, nō mea, non tua, sed altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaq; mirum, si sub tali obumbraculo talis etiam à muliere sustineatur amictus. Mulier, inquit, amicta sole: planè amicta lumine tanquā vestimento. Non percipit forte carnalis, nimirum spirituale est, stultitia illi videtur. Nō sic videbat apostolo qui dicebat: Induimini dominum Iesum Chri-

Rom.13.d B stū. Quàm familiaris ei facta es domina, quàm proxima, imò quam intima fieri meruisti quantam inuenisti gratiam apud deum! In te manet, & tu in eo: & vestis eum, & vestiris ab eo.

Hier.31. Vestis eum substantia carnis, & vestit ille te gloria suæ maiestatis. Vestis solē nube, & sole ipsa vestiris. Nouum enim fecit dominus super terram, vt mulier circundaret virum, nec alium quàm Christū, de quo dicitur: Ecce vir, Oriens nomen

Zach.6. eius. Nouum quoq; fecit in cœlo, vt mulier sole appareret amicta. Deniq; & coronauit eum, & vicissim ab eo meruit co-

Cant.3. ronari. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Verum hoc aliàs. Interim sanè ingredimini magis, & videte reginam in diademate quo coronauit eam filius suus. In capite, inquit, eius corona stellarum duodecim. Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longè clarius micans, ornet eas potius quā ornetur ab eis. Quidni coronent sidera quam sol vestit? Sicut dies verni circundabat eam flores rosarum, & lilia conuallių. Nimirū læua sponsi sub capite eius, & iam dextera illius amplexatur eam. Quis illas ęstimet gemmas? Quis stellas nominet quibus Mariæ regium diadema cōpactum est? Supra hominem est coronę huius rationē exponere, indicare compositionē. Nos tamen pro modulo nostræ exiguitatis abstinentes à periculoso scrutinio secretorum, nō incongruè forsitan duodecim stellas istas, duodecim prerogatiuas gratiarum intelligere videamur, quibus Maria singulariter adornatur. Si-

C quidem inuenire est in Maria prærogatiuas cœli, prærogatiuas carnis, prærogatiuas cordis: & si fuerit ternarius iste per quaternariū multiplicatus, habemus forte stellas duodecim, quibus reginæ nostræ diadema prefulgeat vniuersis. Mihi sane singularis rutilat fulgor primò quidem in Mariæ generatione: secūdò in angelica visitatione: tertiò in spiritus superuentione: quartò in filij dei inenarrabili conceptione. Sic & in his quoque sidereum planè irradiat decus, quòd virginitatis primiceria, quòd sine corruptione fœcūda, quòd sine grauamine grauida, quòd sine dolore puerpera. Nihilo minus etiam speciali quodam splendore in Maria coruscant māsuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. Vestræ quidem sedulitatis erit singula quæque diligentius intueri. Nos interim satisfeciisse videbimur, si breuiter ea potuerimus demonstrare. Quid ergo sidereū micat in generatione Mariæ? Planè quòd ex regibus orta, quòd ex semine Abrahæ, quòd generosa ex stirpe Dauid. Si id parum videtur, adde quòd generationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis diuinitus noscitur esse cōcessa, quòd longe antè eisdē patribus cœlitus repromissa, quòd mysticis præfigurata miraculis, quòd oraculis prænunciata prophetici. Hanc enim sacerdotalis virga dum sine radice floruit, hāc Gedeonis vellus dum in medio siccæ areę maduit, hanc in Ezechielis visione Orientalis porta quæ nulli vnquam patuit, præsignabat. Hanc deniq; præ cæteris Esaias nunc virgam de D radice Iesse orituram promittebat, nunc euidētius virginem pariturum. Meritò signum hoc magnum in cœlo apparuisse scribitur, quod tāto antè de cœlo noscitur fuisse promissum. Dominus ait: Ipse dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet. *Esa.7.b* Magnum profecto signū dedit: quia & magnus ipse qui dedit. Huius ergo prærogatiuæ fulgor, quorum non vehemēter reuerberat aciem oculorum? Iam in eo quòd tam reuerenter atq; officiosissimè ab archangelo salutata est, vt iam in regali solio supra omnes cœlestium ordines regionum exaltatam cernere videretur, & paulo minus adoraturus fœminam, qui solebat ab hominibus hactenus æquanimiter adorari, excellentissimum nobis virginis nostræ meritū, & singularis gratia commēdatur. Nihilo minus fulget etiam nouus ille conceptionis modus, vt non in iniquitate, quēadmodum cæteræ omnes, sed superueniēte spiritu sancto sola, & de sola sanctificatione Maria conciperet. Nam quòd verum deum & dei filium genuit, vt idē ipse dei atq; hominis filius vnus omnino deus & homo prodiret ex Maria, abyssus est luminis, nec facilè dixerim quòd vel angelicus oculus ad huius fulgoris vehementiam non caliget. De cętero sanè & virginitatem carnis, & propositum virginitatis, & ipsius quoq; propositi nouitas euidēter illustrat: quòd videlicet in libertate spiritus legis mosaicæ decreta transcendens, illibatam deo corporis simul & spiritus sanctimoniam vouit. Probat enim propositi E intiolabile fundamentum, quòd tam constanter promitteti filium angelo respōdit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Forte enim propterea primò turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio, quòd benedictam sese audisset in mulieribus, quæ nimirum benedici in virginibus semper optabat. Et ex tunc quidem cogitabat qualis esset ista benedictio, quòd iā videretur esse suspecta. Vbi verò in promissione filij manifestum virginitatis periculum videbatur, nō potuit vltrà dissimulare quin diceret: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Meritò proinde & illam meruit benedictionem, & hanc non amisit: vt lōgè glorioſior fiat & virginitas ex fœcunditate, & ex virginitate fœcūditas, ac mutuis sese radiis illustrare hęc duo sidera videantur. Magnum enim virginem esse: sed virginem matrem esse, longe amplius per omnem modum. Iure etiam illud molestissimum tædium, quo reliquæ omnes grauidæ mulieres laborare noscuntur, sola non sensit, quæ sola sine libidinosa voluptate concepit. Vnde & in ipso suæ conceptionis initio, quando potissimùm cæteræ mulieres misęrabilius affliguntur, Maria tota alacritate montana cōscendit, vt Elizabeth ministraret. Sed & ascendit Bethleem imminēte iam partu, portans precioſissimum illud depositum, portās onus leue, portās, à quo portabatur. Sic & in partu quàm lucidum est quòd noua exultatione nouam edidit prolem, sola inter mulieres à communi maledicto & dolore parturiētium alie- F na? Si rerum precia de raritate pensamus, nihil his potest rarius inueniri. Siquidem in omnibus istis nec primam similem visa est, nec habere sequentem. E quibus nos si ea fideliter intuemur, sine dubio admirationem concipimus, sed veneratiōnem, sed deuotionem, sed consolationem. Cæterum quæ restant adhuc, & imitationem requirunt. Non est nobis ante ortum tam multifariè multisque modis promitti diuinitus, cœlitus prænunciari: sed nec ab archāgelo Gabriele tam nouæ salutationis obsequiis honorari. Minus autem cętera duo cōmunicat nobis, planè secretum suum sibi. Sola enim est de qua dicitur: Quod in ea natū est, de spiritu sancto est, sola cui *Matt.1.c* dicitur: Quod ex te nascetur sanctū, vocabitur filius dei. Of- *Luc.1.d* ferantur regi virgines, sed post eam: nam primatū sola vendicat sibi. Multo magis autem sola sine corruptione concepit, sine grauamine tulit, sine dolore filium parturiuit. Itaq; nihil horum à nobis exigitur, sed exigitur planè nōnihil. Numquid enim si defuerit nobis etiam mansuetudo pudoris, si humilitas cordis, si magnanimitas fidei, si compassio mentis: negligentiam nostrā munerum singularitas excusabit? Gratissima sanè gemma in diademate, micās in capite stella, rubor in facie hominis verecundi. An verò quis putat quòd hac caruerit gratia, quę gratia plena fuit? Pudibūda fuit Maria: ex euāgelio id probamus. Vbi enim aliquando loquax, vbi pręsum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gptuosa fuisse videtur? Foris stabat quærens loqui filio, nec-
Matt.12.g materna auctoritate aut sermonem interrupit, aut in habita-
tionem irruit in qua filius loquebatur. In omni denique tex-
tu quatuor euangeliorum (si bene meminimus) nō nisi quā-
ter Maria loquens auditur. Primò quidem ad angelū, sed cū
iam semel atque iterum allocutus eam fuisset. Secundò ad
Elizabeth, quādo vox salutationis eius Ioannem exultare fe-
cit in vtero, & ea magnificante Mariam, ipsa magis dominū
magnificare curauit. Tertiò ad filium, cum iam esset annorū
duodecim, quod ipsa & pater eius dolentes quæsissent eum.
Quartò in nuptiis ad filium & ministros. Et is quidē sermo
certissimus index ingenitæ māsuetudinis, & virginalis vere-
cundiæ fuit. Aliorum quippe verecundiam suam reputans,
sustinere non potuit, non potuit vini dissimulare defectum.
Vbi sanè increpata à filio, tanquam mitis & humilis cor-
de, nec illi respondit, nec tamen desperauit, ministros ad-
monens facere quod diceret eis. Nunquid non ab initio
Luc.2.c veniſſe pastores, & primam omnium Martham inuenisse le-
guntur? Inuenerunt, ait Euangelista, Mariam & Ioseph,
& infantem positum in præsepio. Sic & magi quoque, si
recolis, non sine Maria matre eius puerum inuenerunt: & in-
ducēs in templum domini, templi dominum, multa quidem
à Simeone audiuit tam de eo quam de seipsa, ad loquendum
tarda, velox ad audiendum. Et quidem Maria conseruabat o-
H mnia verba hæc conferens in corde suo: sed in his omnibus
neque de ipso incarnationis dominicæ sacramēto quodcun-
que verbum fecisse reperies. Vę nobis qui spiritum habemus
in naribus, væ qui totum proferimus spiritum, qui iuxta il-
Terent.in Eunucho. lud Comici, pleni rimarū effluimus vndique. Totiens deniq;
Maria filium audiuit nō modò turbis loquētem in parabolis
sed & discipulis seorsum regni dei mysteria reuelantem: vidit
miracula facientem: vidit deinde in cruce pendentem, vidit
expirantem, vidit resurgentem, vidit & ascendentem: sed
in his omnibus, quotiens verecundissimæ virginis, quotiens
pudicissimi turturis vox memoratur audita? Denique le-
Actu.1.b gis in actibus apostolorum, quod redeuntes à monte Oli-
ueti vnanimiter perseuerabant in oratione. Qui? Si forte Ma
ria affuit, nominetur prima, quæ super omnes est, tā filij præ-
rogatiua, quàm suę priuilegio sanctitatis. Petrus & Andreas,
ait, Iacobus & Ioānes, & cæteri qui sequūtur: hi omnes per-
seuerabāt vnanimiter cum mulieribus, & Maria matre Iesu.
Itáne & mulierum sese vltimam exhibebat, vt nouissima o-
mniū poneretur? Verè carnales adhuc discipuli, quibus nec-
dum spiritus erat datus, quia Iesus necdum fuerat glorifica-
tus, quando facta est inter illos contentio de primatu: cum
Maria quanto maior erat, humiliaret se non modò de omni-
bus, sed & præ omnibus. Meritò facta est nouissima prima,
quæ prima esset omnium, sese nouissimam faciebat. Me-
ritò facta est omnium domina, quæ se omnium exhibebat
I ancillam. Meritò denique super angelos exaltata est, quæ &
infra viduas & pœnitentes, infra eā de qua eiecta fuerant se-
ptem dęmonia, ineffabili sese mansuetudine inclinabat. Ob-
secro vos filioli, æmulamini hanc virtutē. si Mariam diligitis
si contenditis ei placere, æmulamini modestiam eius: nihil e-
nim tam idoneum homini, nihil tam congruum Christiano,
maximéq; monachum nihil adeò decet. Et quidē manifesta
satis in virgine ex hac ipsa mansuetudine virtus humilitatis
elucet. Nimirum collactaneæ sunt humilitas & mansuetu-
Math.11.d do, in eo confœderatæ germanius, qui dicebat: Discite à me,
quia mitis sum & humilis corde. Sicut enim mater præsum-
ptionis elatio, sic mansuetudo vera non nisi ex vera humili-
tate procedit. Nec in sola tantùm Mariæ taciturnitate com-
mendatur humilitas, sed euidentius resonat in sermone. Au-
Luc.1.d dierat: Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius dei. Et
nihil aliud, quàm ancillam eius se esse respondit. Inde vērum
est ad Elizabeth, & cōtinuo virginis gloria singularis eidem
per spiritum reuelatur. Denique & mirabatur personam ve-
nientis, dicens: Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei
Ibidem. ad me? Commendabat & vocem salutantis adiiciens: Vt fa-
cta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gau-
dio infans in vtero meo, & beatificabat fidē credētis: Beata,
inquiens, quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ di-
cta sunt tibi à domino. Magna quide præconia, sed & deuo-
ta humilitas nihil sibi passa retinere, in eum magis vniuersa K
refudit, cuius in se beneficia laudabantur. Tu (inquit) magni-
ficas matrem domini, sed magnificat anima mea dominū. In
voce mea filium perhibes exultasse in gaudio, sed exultauit
spiritus meus in deo salutari meo: & ipse quoque tanquam
amicus sponsi gaudet ad vocē sponsi: Beatam esse dicis quæ
credidisset: sed credulitatis & beatitudinis causa respectus est
supernæ pietatis, vt ex hoc magis beatam me dicant omnes
generationes, quia ancillam humilem & exiguam respexit
Deus. Veruntamē nunquid putamus, fratres, Elizabeth san-
ctam in eo quod per spiritum vtique loquebatur, erasse? Ab
sit. Beata planè quam respexit Deus, & beata quæ credidit.
Hic enim magnus diuinę respectionis extitit fructus. Ineffa-
bili siquidem artificio spiritus superueniens tantæ humilita-
ti magnanimitas tanta in secretario virginei cordis accessit,
vt (quemadmodum de integritate & fœcunditate prædixi-
mus) hæ quoque nihilominus sint stellæ ex respectu mutuo
clariores, quòd videlicet nec humilitas tāta minuit magna-
nimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem: sed cum in
sua æstimatione tam humilis esset, nihilo min⁹ & in promis-
sionis credulitate magnanimis, vt quæ nihil aliud quam exi-
guam sese reputabat ancillam, ad incomprehēsibile hoc my-
sterium, & admirabile cōmercium, ad inscrutabile sacramē-
tum nullatenus se dubitaret electā, & veram dei & hominis
genitricem crederet mox futuram. Agit hoc nimirum in L
cordibus electorum, gratiæ prærogatiua diuinæ, vt eos nec
humilitas pusillanimes faciat, nec magnanimitas arrogantes
magis autem cooperentur sibi, vt nō tolùm nulla ex magna-
nimitate subintret elatio, sed hic maximè prouehatur humi-
litas, vt inueniātur eo amplius timorati, & largitori munerū
nō ingrati: ac vicissim ex occasione humilitatis pusillanimi-
tas nulla surrepat. Sed quo minus de sua quisque vel in mini-
mis pręsumere consueuit, eo amplius etiā in magnis quibus-
que de diuina virtute cōfidat. Martyrium sanè virginis (quā
nimirū inter stellas diadematis eius, si meminīstis, duodeci-
mā nominauimus) tam in Simeonis prophetia, quàm in ipsa
dominicæ passionis historia commendatur. Positus est hic Luc.2.d
(ait sanctus senex de paruulo Iesu) in signum cui contradi-
cetur: & tuam ipsius animā (ad Mariam autem dicebat) per-
transibit gladius: Vere tuam, ô beata mater, animam gladius
pertransiuit. Alioquin non nisi eam pertrāsiens carnem filij
tui penetraret. Et quidē postea quàm emisit spiritū tuus ille
Iesus (omniuṁ quidem, sed specialiter tuus) ipsius plane nō-
attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius (nec mortuo par-
cens, cui nocere non posset) aperuit latus, sed tuam vtique a-
nimam pertransiuit. Ipsius nimirum anima iam ibi non erat,
M sed tua planè inde nequibat auelli. Tuam ergo pertransiuit
animam vis doloris, vt plus quàm martyrem non immerito
prędicemus, in qua nimirum corporeę sensum passionis ex-
cesserit compassionis affectus. An non tibi plus quam gla-
dius fuit sermo ille reuera pertransiens animam, & pertin-
gens vsque ad diuisionem animæ & spiritus: Mulier, ecce fi-
lius tuus? O commutationē. Ioannes tibi pro Iesu traditur,
seruus pro domino, discipulus pro magistro, filius Zebedæi
pro filio dei, homo purus pro deo vero. Quomodo nō tuam
affectuosissimam animam pertransiret hęc auditio, quādo &
nostra licet saxea licet ferrea pectora sola recordatio scidit?
Nō miremini fratres quòd Maria martyr in anima fuisse di-
catur. Miretur qui non meminerit se audisse Paulum inter Rom.1.d
maxima gentium crimina memorantē, quòd sine affectione
fuissent. Longè id fuit à Mariæ visceribus, longe sit à seruu-
lis eius. Sed forte quis dicat: Nunquid non eum præscierat
moriturū? Et indubitanter. Nunquid non sperabat continuò
resurrecturum? Et fidenter: Super hæc doluit crucifixum? Et
vehemēter: Alioquin quisnam tu frater, aut vnde tibi hęc sa-
pientia, vt mireris plus Mariam compatientē, quàm Mariæ
filium patiētem? Ille etiam mori corpore potuit, ista cōmo-
ri corde non potuit? Fecit illud charitas, qua maiorem nemo
habuit: fecit & hoc charitas, cui post illam similis altera non
fuit. Iam te mater misericordiæ per ipsum syncerissimę tuę
mentis affectum, tuis iacens prouoluta pedibus luna, media-
tricem sibi apud solem iustitiæ constitutā deuotis supplica-
tionib⁹ interpellat, vt in lumine tuo videat lumē, & solis gra-
tiam

A tiam tuo mereatur obtentu, quam verè amauit præ omnibus
& ornauit stola gloriæ induens, & coronam pulchritudinis
ponens in capite tuo. Plena es gratiarum, plena rore cœlesti,
innixa super dilectum, deliciis affluens. Ciba hodie pauperes
tuos domina: ipsi quoque catelli de micis edant, nec puero
Abrahæ tantùm, sed & camelis potum tribuas de superef-
fluenti hydria tua, quia tu vere puella es prælecta & præpa-
rata altissimi filio, qui est super omnia benedictus in secula.
Amen.

Ad eandem gloriosam virginem Mariam deprecatio & laus elegantissima.

MEntem & oculos pariter cum manibus ad te regina
mundi attollimus, & coram tuæ celsitudinis gloria ge-
nu flectimus, ceruicem inclinamus, ac plenis suspiriis ad te
preces in cœlum transmittimus. Tu altitudo cœli, beatos o-
culos tuos, quibus incomprehensibilem gloriam illam lucis
æternæ cum desiderio semper intueris, ad tuos supplices in
hanc mundi miseriam proiectos, de alto inclinare non de-
spicias. Et ecce coram tremēdo iudice peccatores assistimus,
cuius manus terribilis gladium iræ suæ vibrat super nos. Et
quis auertet eam? Nemo domina tam idoneus, vt gladio do-
mini manum pro nobis obiiciat, vt tu dei amantissima, per
quam primùm in terris suscepimus misericordiam de manu
B domini Dei nostri. Aperi itaque tu mater misericordiæ beni-
gnissimi cordis tui ianuam suspiriosis precatibus filiorum
Adam. Ex omnibus finibus terræ ad tuæ protectionis vm-
braculum confugimus à facie formidinis fortitudinis dei. Ad
te domina mea, stillant oculi nostri: te deuotionis clamore
valido obsecramus: vt filij tui domini nostri iram quam gra-
uiter peccando succendimus, erga nos mitiges: eiúsque gra-
tiam à qua ingrati excidimus, nobis tua conciliet, cuius liuo-
re sanati sumus, eius iterum medelam deposcimus, quia pu-
truerunt & corruptæ sunt cicatrices nostræ, & non est in no-
bis sanitas. Attende domina, & vide dolores vulnerum ani-
marum nostrarum, qui tibi reuelamus causam nostram cum
fiducia. Te enim inæstimabilis benignitatis fœminam & ve-
nerandam matrem esse cognoscimus ex eo, quòd tu mūdum
hunc immundum & lubricum, impolluto calle transisti, &
adhuc inter peccatores degens, tanta ante deum sanctitate
fœcundaris, vt sola solio regis æterni immediate approxima-
re mereris. Tu peccatorem quantumlibet fœtidum non
horres, non despicis, si ad te suspirauerit, tuúmque inter-
uentum pœnitenti corde flagitauerit. Tu illum à desperatio-
nis barathro pia manu retrahis, spei medicamen aspiras, fo-
ues: non despicis quousque horrendo iudici miserum re-
concilies. Famosum huius tuæ benignitatis testimonium est
per te Theophilus restauratus gratiæ. Nec mirum ô domi-
C na si tam copioso oleo misericordiæ tui cordis perfusum est
solatium: cùm illud inæstimabile opus misericordiæ, quod
prædestinauit deus ante secula in redemptionem nostram,
primum in te à mundi artifice sit fabricatum. Quando enim
placuit gratiæ supernæ vt habitaret in nobis à quibus elon-
gata fuerat: tu sola inuenta es digna, vt in tua virginali aula
rex regum & dominus dominantium à regalibus sedibus ve-
niens, primam sibi mansionem inter filios hominum eligeret. Vere beneplacitum fuit deo habitare in te, quando ex
Collatio ex scripturis. ipsa illibata carnis tuæ substantia quasi de lignis libani architectura ineffabili domum sibi ædificauit dei sapientia: suf-
fulsit eam septem columnis argenteis, ac reclinatorium au-
reum in ea collocauit. Hi sunt septem spiritus dei, & hæc
est vnica illa saluatoris fœmina, in qua sola quæsita in om-
nibus requiem inuenit, atque in eius sinum omnes thesau-
ros suos absque mensura transfudit. Vnde bene sancto spiri-
tui in te complacuit ô Maria, cùm diuinis adeò mysteriis vte-
rum tuum consecrare dignatus est. Ipse est enim ignis con-
sumens qui sanctissimam animam tuam totam inflammauit
seipso, atque splendore diuinæ maiestatis impleuit: tuúmque
vterum ineffabili modo fœcundauit, fecitq; vt deum & ho-
minem clausa conciperes, clausa pareres, & post partum vir-
go permaneres. Iam ergo vterum tuum domina velut sacra-
tissimum Dei viui templum totus mundus veneratur. In eo
salus mundi initiata est, ibi decorem indutus est dei filius, ac
prælectæ spōsæ suę ecclesię formosus in stola candidā exul-
tanter occurrit, desideratum diu osculum prælegit, ac prę-
destinatas à seculo nuptias, virgo cum virgine prælibauit. Ibi
ruptus est paries inimicitiarum quem inter cœlum & terram
protoplastorum inobedientia construxerat. Ibi confœdera-
ta sunt terrenis cœlestia, & obuiauerunt sibi in osculo pacis,
quando in vnam eandemque personam concurrerunt diui-
nitas & humanitas: factúmq; est nouum illud super terram,
vt esset Deus homo, & homo Deus. Ibi magnus Elisęus in
mensuram susciṫandi pueri sese contraxit. Ibi antiquus die-
rum prælecto filio suo tunicam induit polymitam. Ibi Re-
becca futurorum pręscia, magnificandi filij manibus pellicu-
las hœdorum circumdedit, & colli nuda protexit. Ibi enim
cooperante gratia spiritus sancti filius à deo patre hæreditā-
dus in omnibus gēnibus diuinæ maiestatis potentiam simili-
tudine carnis peccati cooperuit, & quasi absconditus est vul-
tus eius in infirmitate: vnde nec reputauimus eum. Ibi consi-
lij prouidentia inescatus est hamus qui ad extrahendum ser-
pentem antiquum in hoc mare magnū de cœlo traiectus est.
Inde egressa est armilla aurea vt perforaretur maxilla Leuia-
than, vt euomeret mortuos non suos quos ab origine mundi
securè deglutiuerat. Hortus deliciarum nobis sacratissimus
tuus vterus ô Maria: quia ex eo multiplices gaudij flores col-
ligimus, quotiens mente recolimus quàm magna multitudo
dulcedinis toti orbi inde affulsit. Hortus conclusus tu es Dei E
genitrix, ad quem deflorandum manus peccatoris nunquam
introiuit. Tu sanctorum areola aromatum à cœlesti consita
pigmentario, virtutum omnium speciosis floribus delectabi-
liter vernas: inter quos pulcherrimos flores tres miramur in
te ô excellētissima. Hi sunt quorum odore suauissimo totam
domum domini reples, ô Maria, viola humilitatis, lilium ca-
stitatis, rosa charitatis. Meritò de dei areola flos ille speciosus
præ filiis paradisi electus est super quem requieuit spiritus
domini. Et cui te assimilabimus, mater pulchritudinis? Verè
paradisus dei tu es, quia lignum vitæ mūdo protulisti, de quo
qui manducauerit, viuet in æternum. Fons vitę, qui ex ore al-
tissimi prodiit, de medio ventris tui exiliuit, atq; in te in qua-
tuor capita sese dispergens ad irrigandā faciem arentis mun-
di emanauit lætificās ciuitatem dei. Omnis enim qui biberit
ex eo, non sitiet in æternum, & erit plusquam paradisus hic:
de cuius aqua si quis biberit, sitiet iterum. O quanta mundo
contulisti, quę tam salubris aquę ductus esse meruisti! O lam-
pas luculentissima, quantos lætificasti, quando splendore dei
illustrata desideratum illud lumen quo inuenta est drachma
decima, sedentibus in vmbra mortis protulisti! Te nimirum
ille epithalamij præcentor à longe intuitus cum admiratio-
nis voce ita prorupit: Quæ est ista quæ progreditur velut au- Cant.6.f
rora cōsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt ca-
strorum acies ordinata? Sicut aurora valde rutilās in mundo F
progressa es ô Maria, quādo veri solis splendorem tantæ san-
ctitatis iubare præcurristi, vt verè diem salutis dixerim, diem
propitiationis, diem quē fecit dominus, quem tuæ charitati
initiari dignum fuit. Felix aurora felicis diei extitisti nuncia.
Talis dies talem auroram diei decuit: & rectè quidem aurorę
implesti officium. Ipse enim sol iustitię de te processurus, or-
tum suum quadam matutina irradiatione præueniens, in te
lucis suę radios copiosè trāsfudit, quibus potestates tenebra-
rum quas Eua produxerat, in fugam conuertistis: atque ita de
sideratum cunctis gentibus solem mundo inuexisti. Tu pul-
chra vt luna diceris, eique non immeritò compararis. Illa es
nim omnium astrorum sola soli similima comparatione, &
candore venusta argenteo, cæteris in cœlo præmicat sideri-
bus: tu verò solis imago expressissima, inter milia astrorum
deo assistentium virginali puritate in cœlo gloriosa præful-
ges. Illa enim transfuso in se solari lumine noctem nostram
illuminat: tu virtutū tibi à deo inditarum magnificis exem-
plis ad imitationem tui nos prouocas, sicq; noctem nostram
illuminas. Qui enim vias tuas consectatus fuerit, non ambu-
labit in tenebris: sed lumen vitæ inueniet. Tu ergo pulchra
es vt luna: immo & pulchrior luna, quia tota pulchra es, &
macula non est in te, neque vicissitudinis obumbratio. Tu
electa es vt sol, ille inquam sol solis cōditor. Ille enim electus
est ex milibus virorum: tu electa ex milibus fœminarum. Ille

Iuxta Dio-
ny. Areop.
θεάτθρω-
πος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G electus ex omnibus quæ sunt: tu electa ex omnibus quæ per illum sunt. Tu terribilis vt castrorum acies ordinatata. Quid enim? An non horruerunt principes tenebrarum quando viderunt præter morem armatura omni fortiore instructã cõtra se procedere fœminam, fœminam fortem, ad bella doctissimã, cuius ensis super femur suum propter timores nocturno? In circuitu eius acies validas spiritualium virtutum suo se invicem ordine tuentium (siquidem ordinatione perfecerat dies) sed & innumerabilium beatorũ spirituum militiam ad ministerium tanti principis delegatam fuisse nullatenus ambigimus: vtpote qui custodirent lectulum Salomonis gratissimum, ac prouiderent ne præparatum æterno regi hospitium alienus hospes inuaderet. Nimirum timor & tremor venerunt super eos, ita quòd dicerent: Ecce plusquam Eua hęc. castra dei sunt hæc, fugiamus Israelẽ. Tu ergo bellatrix egregia primò cum qui primus omnia supplantauit, expugnare viriliter aggressa es: tu & spiritum elationis Euæ vertice humilitatis complosisti: quam in te ita respexit dominus, vt ipsius merito super omnes choros angelorum te sublimari dignam æstimauerit. Nũquam enim super omnes angelos glorificata ascẽdisses, nisi priùs infra omnes homines humiliata descendisses. Tu & ardorem veritæ concupiscentiæ, virtute castitatis in tua carne virginea eatenus extinxisti, vt is in cuius conspectu nec astra munda sunt, tantæ munditiæ carnem tuam iudicauerit, vt etiam sue diuinę puritati agglutinare nõ desperexerit. His ergo primariis ducibus tenebrarum à te fortiter expugnatis, omnis ante faciem tuam spiritualiũ nequitiarum militia in fugam conuersa est. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei genitrix. Sed adhuc locus est tuæ laudi adhuc in tuis laudibus omnis lingua balbutit. Non enim sunt loquelę neque sermones in natione quæ sub cœlo est, quibus amplitudo gloriæ tuæ ad plenum valeat explicari. O pia, ô magna, ô multum amabilis Maria: tu nec nominari quidem potes quin accendas: nec cogitari quin recrees affectus diligẽtium te: tu nunquam sine dulcedine diuinitus tibi insita memoriæ portas ingrederis. Et nũc sequimur te ô domina ex totis præcordiis vociferãtes ad te: Adiuua imbecilitatem nostram, aufer opprobrium nostrum. Vides hãc tunicam pelliceam quæ nos circundedit? Tunica Euæ parentis nostræ est, quã ad nos olim misera illa transmisit, & superuestruit carnem filiorum suorum sicut diploide confusione sua. De manu quippe ipsius duplicis mali semen terra nostra suscepit, & concepit, & peperit nobis spinas & tribulos iniquitatis in anima, calamitatis in corpore, ac per hoc mortem vtrobique. O infelix hæreditas, ô dira humanæ carnis infirmitas, vsquequo patiemur te? Multum dorsa nostra incuruasti, quia grauis es valde, & diu te sustinuimus. Multum minuisti nos ab angelis, equo & iumentis insipientibus coæquasti, nimis inualuisti: quæ non nisi morte filij dei sanari potuisti. Nimis super nos te extulisti, quando & vsq; ad eum qui super omnia est, ineautè ascẽdisti. Et quis liberabit nos à corruptela huius miserrimæ pellicułæ? Gratia saluatoris nostri filij tui, ô Maria, qui vt infirma nostra tolleret, sponte infirmatus est: & vt mors mortis nostræ ipse fieret, innocens pro peccatoribus mortuus est. Et quis tam idoneus, vt loquatur ad cor domini nostri Iesu Christi, vt tu felix Maria, quæ in secretissimis amplexibus amantissimi filij tui recubas in meridie sempiterno, eiúsque familiarissimo colloquio cum plena cordis lætitia perfrueris Loquere domina, quia audit filius tuus: & quęcunque petieris impetrabis. Inuoca bonum nomen eius super nos, vt curemur à vetusta hac lepra carnis & spiritus. Exurge virus hoc mortiferum exinanitura, quod de pomi sui reliquiis Eua nobis propinauit: quando succi noxialis gustu ebriata est, & reliquias dimisit paruulis suis: Vtinam poculum suum ebria illa totum ebibisset, nõ item in nos diffudisset. Te domina exorãte, omne iugum nostrum computrescat à facie olei diuinæ misericordiæ: renouetur vt aquilę iuuentus nostra, vt noui noua voce nouum canticum nouis ciuibus aggregati illic, vbi noua sunt omnia, iubilum sempiternum celebrantes in cymbalis iubilationis cõcinamus. Tollatur hæc crassa nebula ab oculis, vt reuelata facie gloriam domini speculantes in immensum illud pelagus diuini luminis absorbeamur: & domini spiritu ac deo nostro in vinculis charitatis astricti vnũ

γνώμη.

cum ipso efficiamur. Præstet & hoc nobis tuo interuentu ô K Maria filius tuus Iesus Christus deus & dominus noster, cui laus & gloria & gratiarum actio in sempiterna secula. Amen

In nativitate Mariæ, de aquæductu. Sermo.

EO cundæ virginis amplectitur cœlũ præsentiam, terra memoriã veneratur. Sic nimirũ toti⁹ boni illic exhibitio, hic tenuis quædã libatio primitiarũ: ibi res, & hic nomẽ. Domine, inquit, nomẽ tuũ in æternũ, & memoriale tuũ in generatione & generationẽ. Generatio & generatio nó angelorũ profectò, sed hominũ est. Vis scire quia nomen & memoriale eius in nobis est, præsentia in excelso? Sic orabitis, inquit: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Fidelis oratio, cuius ipsa primordia & diuinæ adoptionis & terrenæ peregrinationis admoneant, vt hoc scientes quòd quandiu nõ sumus in cœlo, peregrinamur à domino, gemamus intra nosmetipsos adoptionem filiorum expectãtes, præsentiam vtique patris. Signanter proinde & de Christo propheta loquitur dicens: Spiritus ante faciem nostram Christus dominus, in vmbra eius viuemus inter gentes. Nam inter cœlestes quidem beatitudines non in vmbra viuitur, sed potius in splendore. In splendoribus sanctorum, inquit, ex vtero ante luciferum genui te. Verum id quidem pater. At mater sanè eundem ipsum in splendore non genuit, sed in vmbra, nõ nisi ea tamen qua obumbrauit altissimus. Merito proinde canit ecclesia, nõ illa quidem ecclesia sanctorum quæ in excelsis & in splẽdore est: sed quæ interim peregrinatur in terris. Sub vmbra eius, ait, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gustui meo. Lucem quippe meridianam vbi pascit sponsus, sibi petierat indicari, sed repressa est, & pro plenitudine luminis vmbram, pro satietate interim gustum recepit. Denique nõ ait, Sub vmbra eius quam desideraueram: sed, sub vmbra eius quem desideraueram, sedi. Neque enim ipsius expetierat vmbram, sed ipsum profecto meridiem, lumẽ plenum de lumine pleno. Et fructus, ait, dulcis gutturi meo: ac si dicat gustui meo. Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam saliuam meam? Quousque manet illa sententia: Gustate, & videte quoniã suauis est dominus? Et quidem suauis gustui, & dulcis gutturi, vt meritò etiam super hoc sponsa proruperit in vocem gratiarum actionis & laudis. Sed quando dicetur: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi? Iusti epulentur (ait propheta) sed in cõspectu dei, vtique nõ in vmbra. Et de seipso: Satiabor, ait, cum apparuerit gloria tua. Sed & dominus ad apostolos ait: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam. Sed vbi? In regno meo, inquit. Beatus planè qui manducabit panem in regno dei. Sanctificetur itaque nomen tuum: per quod vtcũque interim in nobis es domine per fidem in cordibus habitãs, quoniam nomen tuum iam inuocatum est super nos: Aduemat regnũ tuum. Veniat vtique quod perfectum est, & euacuetur quod est ex parte. Habetis (ait apostolus) fructum vestrũ in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Vita æterna fons indeficiẽs, qui vniuersam irrigat superficiẽ paradisi. Nec modò irrigat, sed inebriat, fons horrorũ, puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de Libano: & fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Quis verò fons vitæ, nisi Christus dominus? Cum Christus (inquit) apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Sanè ipsa sese plenitudo exinanuit, vt fieret nobis iustitia & sanctificatio & remissio, necdũ apparens vita, aut gloria, aut beatitudo. Deriuatus est fons vsque ad nos, in plateis deriuatæ sunt aquæ, licet non bibat alienus ex eis. Descendit per aquæductum vena illa cœlestis, non tamẽ fontis exhibens copiam, sed stillicidia gratiæ arentibus cordibus nostris infundẽs, aliis quidem plus, aliis verò minus. Plenus equidem aquæductus, vt accipiant cæteri de plenitudine, sed non plenitudinem ipsam. Aduertistis iam, ni fallor, quem velim dicere aquæductũ qui plenitudinem fontis ipsius de corde patris excipiens, nobis edidit illum, sed si non prout est, prout capere poteramus. Nostis enim cui dictum sit: Aue

A sit: Aue gratiã plena. An verò inueniri potuisse miramur, vnde talis ac tãtus fieret aquæductus, cuius nimirum summitas instar profectò scalæ illius quam vidit patriarcha Iacob, cœlos tãgeret, imò & transcenderet cœlos, vt viuidissimum illũ aquarum quę super cœlos sunt, posset attingere fontem? Mirabatur & Salomon, & velut desperanti similis aiebat: Mulierem fortem quis inueniet? Nimirum propterea tãto tempore humano generi fluenta gratię defuerunt, quòd necdum intercederet is de quo loquimur, tam desiderabilis aquæductus. Nec mirabere diutius expectatum, si recordaris quot annis Noë vir iustus in arcæ fabrica laborarit, in qua paucæ, id est, octo animæ saluæ factæ sunt, idque satis ad modicũ tẽpus. Sed quomodo noster hic aquæductus fontem illum attigit tam sublimem? Quomodo putas nisi vehementia desiderij, nisi feruore deuotionis, nisi puritate òrationis? Sicut scriptũ est: Oratio iusti penetrat cœlos. Et quis iustus, si non Maria iusta, de qua sol iustitię ortus est nobis? Quomodo ergo illa inaccessam attigit maiestatem, nisi pulsando, petẽdo, quærendo? Denique & quod quærebat, inuenit: cui dictum est: Inueniſti gratiam apud deum. Quid? Plena est gratia, & gratiam adhuc inuenit? Digna prorsus inuenire quod quęrit, cui propria non sufficit plenitudo, nec suo potest esse contẽta bono: sed quemadmodum scriptum est: Qui bibit me, adhuc sitiet: petit supereffluentiam ad salutem vniuersitatis. Spiritus sanctus, ait, superueniet in te, & preciosum illud balsamũ tanta tibi copia tãtáque plenitudine influet, vt copiosissime effluat circunquaq;. Ita est, iam sentimus, iam exhilarantur facies nostræ in oleo, iam clamamus: Oleum effusum nomen tuum, memoriale tuum in generatione & generationem. Verum id quidem non in vanum, etsi oleum effunditur, sed non perit. Propterea siquidem & adolescentulæ, paruulę scilicet animæ sponsum diligunt, idq; non parum: & vnguẽtum descendens de capite, nõ modo barba, sed & ipsa vestimenti ora suscepit. Intuere ô homo consilium dei, agnosce consilium sapientiæ, consilium pietatis. Cœlesti rore aream rigaturus, totum vellus priùs infudit. Redempturus humanũ genus, precium vniuersum cõtulit in Mariam. Vt quid hoc? Forte vt excusaretur Eua per filium, & querela viri aduersus fœminam deinceps sopiretur. Nè dixeris vltra, ô Adam, Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vetito: dic potius: Mulier quã dedisti mihi, me cibauit fructu benedicto. Piissimum sanè consilium, sed latet forsitan aliud, nec totum hoc est. Verum id quidem, sed parum est (ni fallor) desideriis vestris. Dulcedo lactis est, elicietur forte, si forti⁹ premimus, & pinguedo butyri. Altius ergo intuemini quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria: vt proinde siquid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare, quę ascendit deliciis affluens. Hortus plane deliciarum, quem non modò afflauerit veniens, sed & perflauerit superueniens auster ille diuinus, vt vndique fluant & affluant aromata eius, charismata scilicet gratiarũ. Tolle corpus hoc sõlare, quod illuminat mundum: vbi dies? Tolle Mariam hanc maris stellã, maris vtique magni & spacioſi: quid nisi caligo inuoluẽs, & vmbra mortis, ac densissimæ tenebræ relinquũtur? Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariã hanc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam. hæc inquam voluntas eius est, sed pro nobis. In omnibus siquidẽ & per omnia prouidens miseris, trepidationem nostram sollatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, etigit pusillanimitatẽ. Ad patrẽ verebaris accedere solo auditu territus ad folia fugiebas: Iesum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem patrẽ filius talis obtineat? Exaudietur vtiq; pro reuerentia sua: pater enim diligit filium. An vero trepidas & ad ipsum? Frater tuus est, & caro tua, tentatus per omnia absque peccato, vt misericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsitan & in ipso maiestatem vereare diuinam, quòd licet factus sit homo, manserit tamen deus. Aduocatum habere vis & ad ipsum? ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria, nõ modò pura ab omni cõtaminatione, sed & pura singularitate naturę. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reuerentia sua. Exaudiet vtique matrem filius, & exaudiet filium pater. Filioli, hęc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Potéstne filius aut repellere, aut sustinere repulsam? Non audire, aut non audiri filius potest? Neutrum plane. Inuenisti (ait angelus) gratiam apud deum: Fœliciter. Semper hæc inueniet gratiam, & sola est gratia qua egemus. Prudens virgo non sapientiam, sicut Salomon, non diuitias, non honores, non potentiam, sed gratiam requirebat. Nimirum sola est gratia qua saluamur. Quid nos alia concupiscimus fratres? Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus: quia quod quęrit, inuenit, & frustrari non potest. Quæramus gratiam, sed gratiam apud deum: nam apud homines gratia fallax. Quærant alij meritum, nos inuenire gratiã studeamus. Quid enim? Non gratiæ est quòd hic sumus? Profectò misericordiæ domini est, quòd nõ sumus cõsumpti nos. Qui nos? Nos periuri, nos adulteri, nos homicidę, nos raptores, purgamenta vtique mundi huius. Consulite conscientias vestras fratres, & videte quia vbi abundauit delictum, superabundat & gratia. Maria non prætendit meritum, sed gratiam quærit. Denique vsque adeo fidit gratiæ, & non altum sapit, vt salutationem angelicam vereatur. Maria, inquit, cogitabat qualis esset ista salutatio. Nimirum sese salutatione angelica reputabat indignam. Et forsitan talia meditabatur: Vnde hoc mihi, vt veniat angelus domini mei ad me? Ne timeas Maria, ne mireris angelum venientem, & maior angelo venit. Ne mireris angelũ domini, & dominus angeli tecũ. Posterò quidni videas angelum, cũ iam angelice viuas? Quidni visitet angelus vitæ sociam? Quidni salutet ciuẽ sanctorum, & domesticam dei? Angelica planè vita virginitas: & qui non nubent neque nubẽtur, erunt sicut angeli dei. Videsne quòd & hoc nihilo minus modo aquęductus noster ascẽdit ad fontẽ, nec sola iam oratione cœlos penetrat, sed etiã incorruptione, quæ proximum deo facit, sicut sapiens ait: Erat enim virgo sancta corpore & spiritu, cui specialiter esset dicere: Conuersatio nostra in cœlis est. Sancta inquam corpore & spiritu, ne quid forsitan super hoc dubites aquæductu. Sublimis equidem valde, sed nihilo minus integerrimus manet. Hortus conclusus, fons signatus, templum domini, sacrarium spiritus sancti. Nec enim est fatua virgo, cui non modò oleum est, sed olei plenitudo in vase recondita. Ascensiones in corde suo disposuit, conuersatione pariter (sicut iam diximus) & oratione ascendens. Denique abiit in montana cum festinatione, & salutauit Elizabeth, & in ministerio eius erat quali mensibus tribus, vt iam tunc posset dicere matri mater quod tantò pòst filio dixit filius: Sine modò, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Planè montana conscendens, cuius iustitia sicut montes dei. Tertius enim hic ascensus virginis fuit, vt funiculus triplex difficilè rumperetur. Feruebat siquidem in quærenda gratia charitas, splendebat in carne virginitas, humilitas in obsequio eminebat. Etenim si omnis qui se humiliat, exaltabitur: quid hac humilitate sublimius? Venisse eã mirabatur Elizabeth, & dicebat: Vnde mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Sed iam magis miretur quòd instarvtique filij & ipsa non ministrari venerit, sed ministrare. Meritò proinde cantor ille diuinus in ipsius admiratione prœcinens, aiebat: Quæ est ista, quę ascendit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Ascendit planè supra omne humanũ genus, ascendit vsq; ad angelos, sed & ipsos quoque trãscendit, & cœlestem omnem supergreditur creaturam. Nimirum supra angelos hauriat necesse est, quam refundat hominibus aquam viuam. Quomodo, inquit, fiet istud, quoniam virum non cognosco: Vere sancta corpore & spiritu, & integritatẽ carnis habens, & propositum integritatis. Respõdens autem angelus, dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ne me interrogaueris, inquit: supra me est, & non potero ad illud. Spiritus sanctus, non angelus, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, non ego. Ne stetteris vel inter angelos virgo sancta, sublimius aliquid tuo sibi ministerio propinandum terra sitiens præstolatur. Paululùm cum pertransieris eos, inuenies quem diligit anima tua. Paululùm inquam, nõ quia non incomparabiliter supereminet, sed quòd inter eum & ipsos mediũ nihil inue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnias. Trási ergo virtutes & dominationes, Cherubim quoq; & Seraphim, vt ad eum peruenias de quo vociferantur ad inuicē, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth. Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius dei. Fós sapiētię verbū patris in excelsis: hoc verbū mediāte te caro fiet: vt qui dicit, Ego in patre, & pater in me: dicat nihilo min⁹, quia ego à deo processi & veni. In principio, inquit, erat verbum. Iam scatet fons: sed interim tantùm in semetipso. Deniq; & verbum erat apud deum: lucem profecto habitans inaccessibilē, & dicebat dominus ab initio: Ego cogito cogitationes pacis & nō afflictionis. Sed penes te est cogitatio tua, & quid cogites, nos nescimus. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius erat? Descendit itaq; cogitatio pacis in opus pacis. Verbum caro factum est, & habitat iam in nobis. Habitat planè per fidem in cordibus nostris, habitat in memoria nostra, habitat in cogitatione: quia vsque ad ipsam descendit imaginationē. Quid enim prius cogitaret homo de deo, nisi forsitan idolum corde fabricaretur? Incomprehensibilis erat & inaccessibilis, inuisibilis & inexcogitabilis omnino. Nunc verò comprehēdi voluit, videri voluit, cogitari voluit. Quonam modo inquis? Nimirum iacens in præsepio, in virginali gremio cubans, in monte prædicans, in oratione pernoctans, & in cruce pendēs, in morte pallens, liber inter mortuos, & in inferno imperans: seu etiā tertia die resurgens, & apostolis loca clauorum victorię signa demonstrans, nouissime coram eis cœli secreta conscendens. Quid horū non verè, non piè, non sanctè cogitatur? Quicquid horum cogito, deum cogito, & per omnia est deus meus. Hæc ego meditari dixi sapientiam, & prudentiā iudicaui eructare memoriam suauitatis: quoniam in huiusce modi nucleis virga sacerdotalis copiosę produxit, quam in supernis hauriēs, vberius nobis Maria refundit. In supernis planè, & vltra angelos: quæ verbum ex ipso patris corde susceptum, vt scriptū est: Dies diei eructat verbum. Vtique dies pater: siquidem dies ex die salutare dei. An non etiam virgo dies? Et præclara. Rutilans planè dies, quæ præcedit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol. Intuere igitur quēadmodum vsque ad angelos plenitudine gratiæ, supra angelos superueniente spiritu sancto peruenit. Est in angelis charitas, est puritas, est humilitas. Quid horum non enituit in Maria? Sed ostensum est superius, vt quidem à nobis ostendi potuit: supereminentiā prosequamur. Cui enim angelorū aliquando dictum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei: Denique veritas de terra orta est, non de angelica creatura: nec angelos, sed semen Abrahę apprehendit. Magnū est angelo vt minister sit domini, sed Maria sublimius quiddam meruit, vt sit mater. Fœcunditas itaq; virginis, supereminens gloria est: tātóq; excellentior angelis facta munere singulari, quanto differentius prę ministris nomen matris accepit. Hanc inuenit gratiam plena iam gratia, vt charitate feruida, virginitate integra, humilitate deuota, fieret nihilo minus sine viri cognitione grauida, sine muliebri dolore puerpera. Parum est, quod ex ea natū est, sanctum vocatur, & est filius dei. De reliquo fratres curandum nobis summopere est, ne verbum quod de ore patris ad nos egressum est virgine mediante, vacuum reuertatur: sed per eandē nihilo minus virginē gratiam pro gratia referamus. Eructemus memoriā, donec præsentiam suspiramus, & suę reddantur origini fluenta gratiæ, vt vberius fluant. Alioquin nisi ad fontem redeant, exiccātur, & infideles in modico, quod maximum est accipere nō meremur. Modicum planè memoria ad præsentiam, modicum ad id quod cupimus, magnū ad id quod meremur: longè infra desiderium, sed nihilo minus supra meritum. Sapienter proinde sponsa & pro hoc modico non modicè gratulatur. Cum enim dixisse, Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie: recipiens exigua pro immensis, & pro pastu meridiano libās sacrificium vespertinum, minime tamen (vt solet fieri) murmurat aut tristatur, sed gratias agit, & in omnibus sese exhibet deuotiorem. Nouit enim q̄ si fidelis fuerit in vmbra memoriæ, lucem præsentiæ sine dubio obtinebit. Itaq; qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei. Nimirum qui præsentem habent dominum, exhortatione non indigent: & quod ait propheta alius, Lauda Hierusalē dominum, lauda deum tuū Sion: congratulationis est potius quā cōmonitionis. Qui in fide ambulāt, egent admonitione ne taceant, & ne dederint silentiū ei. loquitur enim & loquitur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertūtur ad cor. Cæterum cum sancto sanctus eris, & cum viro innocēte innocens eris: & audientem sese audiet, & loquenti sibi loquetur. Alioquin silentiū ei dedisti, si taceas. Sed vnde si teneas? A laude? Ne taceatis, inquit, & ne detis silentiū ei, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terra. Laus Hierusalem iucunda, & decora laudatio. Nisi forte angelos ciues Hierusalem mutuis opinamur laudibus delectari, & decipere de vanitate in idipsum. Fiat voluntas tua pater sicut in cœlo & in terra, vt laus Hierusalē stabiliatur in terra. Quid enim modo est? Non quærit angelus ab angelo gloriam in Hierusalem, & homo ab homine laudari cupit in terra? Execranda peruersitas, sed eorum sit qui ignorantiam dei habent, qui obliti sunt domini dei sui. Vos qui reminiscimini domini, ne taceatis à laude eius, donec stabiliatur & perficiatur in terra. Est enim silentium irreprehensibile, imò & laudabile magis. Est & sermo non bonus. Alioquin non diceret propheta bonum esse homini præstolari cum silentio salutare dei. Bonum silentiū à iactantia, bonum à blasphemia, bonū à murmure & detractione. Alius enim ob laboris magnitudinem, & pōdus diei exasperatus, animo murmurat, diiudicat eos qui pro anima sua peruigilant, tanquam reddituri vtique rationem. Clamor est, sed supra omne silentium: clamor iste animi obdurati silere facit (quam audiri nō patitur) vocem verbi. Alius pusillanimitate spiritus in expectatione deficit, pessimúmq; hoc verbum blasphemiæ est, quod nec in hoc seculo remittitur, nec in futuro. Tertius in magnis ambulat, & in mirabilibus super se, dicens: Manus nostra excelsa, putans se aliquid esse, cùm nihil sit. Quid loqueretur huic qui loquitur pacem? Dicit enim quia diues sum, & nullius egeo. Porrò veritatis sententia est: Væ vobis diuitibus, quia habetis hîc consolationē vestram. Contra vero: Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sileat ergo in nobis lingua maledica, lingua blasphema, lingua magniloqua: quoniam bonum est in hoc triplici silentio salutare domini præstolari, vt dicas: Loquere domine, quia audit seruus tuus. Eiusmodi quippe voces non ad eum sunt, sed aduersus eum, sicut legislator murmurantibus ait: Non enim contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Ita tamen ab his taceas, ne omnino taceas, ne dederis silentium ei. Loquere illi contra iactantiā in confessione, vt obtineas veniam de prēterito. Loquere in gratiarum actione cōtra murmurationem, vt ampliorem inuenias gratiam in præsenti. Loquere in oratione contra diffidentiā, vt consequaris & gloriam in futuro. Confitere inquam prēterita, & pro præsentibus gratias age, ac deinceps ora studiosius pro futuris, vt ne ipse quidem sileat à remissione, ab immissione, à promissione. Ne taceas inquam, ne dederis silentiū ei, loquere vt & ipse loquatur, & dicere possis: Dilectus meus mihi, & ego illi. Iucunda vox, & eloquium dulce. Nimirū nō vox murmuris hæc, sed vox turturis est. Et ne dixeris: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? non iam aliena reputabitur, de qua sponsus ait: Vox turturis audita est in terra nostra. Audierat enim dicentē: Capite nobis vulpes paruulas: & forte ex eo in vocē exultationis erupit vt diceret: Dilectus meus mihi, & ego illi. Planè vox turturis, quæ tam viuenti quàm mortuo singulari vtique castimonia suo compari perseuerat, vt eam neque mors neq; vita à Christi separet charitate. Intuere etenim vtrumnā aliquid hûc dilectū auertere potuerit à dilecta quo minus ei & peccanti & auersæ perseueraret. Glomeratæ nubes radios solis offendere contendebant, vt iniquitates nostræ separarent inter nos & deum, sed incaluit sol, & vniuersa dissoluit. Alioquin quando rediisses ad eum, nisi ille tibi perseuerasset, nisi clamasset: Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te? Esto ergo illi & tu nihilo minus perseuerans, vt nullis ab eo flagellis aut laboribus auertaris. Luctare cum angelo, ne succumbas: quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. An non lucta, Dilectus meus

A meus mihi, & ego illi? Notam fecit dilectionem suam, experiatur & tuam. In multis enim tentat te dominus deus tuus. Declinat sæpius, auertit faciem, sed non in ira. Probationis illud est, non reprobationis. Sustinuit te dilectus, sustine tu dilectum, sustine, viriliter age. Non illum vicere peccata tua, te quoque ipsius flagella non superent, & obtinebis benedictionem. Sed quando? Cùm aurora fuerit, cū aspiraverit iam dies, dum stabilierit Hierusalem laudem in terra. Ecce, inquit, vir luctabatur cum Iacob vsque mane. Auditā fac mihi mane misericordiam tuam, quia speraui in te domine. Nō tacebo, nec dabo tibi silentium vsque mane, vtinam nec ieiuniū. Nimirum dignaris & pasci, sed inter lilia. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Nimirū & supra, si meministi, in eodem cantico euidenter expressum est, quòd florum apparitio turturis comitetur auditum. Sed attēde, quòd locum nō cibum iudicare videtur, nec quibus pascitur exprimit, sed inter quæ. Forte enim non cibo, sed consortio pascitur liliorum: nec liliis vescitur, sed versatur. Nimirum odore potius quàm sapore lilia placent, & visui magis sunt apta, q̄ esui. Ita ergo pascitur inter lilia donec aspiret dies, & venustati florum fructuū succedat vbertas. Interim quippe florū nō fructuū tempus est, dum in spe magis quàm in re sumus: & per fidem non per speciem ambulātes, expectatione magis quàm experientia gratulamur. Considera denique floris
B tenēritudinem, & memento verbi quod ait apostolus: Quia habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Quanta enim videntur imminere pericula floribus? quàm facilè spinarum aculeis lilium perforatur? Meritò proinde canit dilectus: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. An non erat inter spinas, qui dicebat: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus? Cæterum etsi iustus germinat sicut lilium, sed non ad lilium sponsus pascitur, nec in singularitate complacet sibi. Audi denique inter lilia commorantem: Vbi, inquit, duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorū. Amat semper media Iesus, diuerticula semper & reclinatoria reprobat filius hominis, dei & hominum mediator. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Curemus habere lilia fratres, extirpare spinas & tribulos, & inserere lilia festinemus: siquando forte & ad nos pascendos dignetur dilectus descendere. Apud Mariam vtique pascebatur, idque copiosius pro multitudine liliorum. An non lilia virginitatis decus, humilitatis insigne, supereminētia charitatis? Erunt tamen & nobis lilia, quamuis inferiora valde, sed ne inter hæc quidē dedignabitur pasci sponsus: si quidem eas quas prædiximus actiones gratiarū, deuotionis hilaritas illustrauerit, orationē intentionis puritas candidauerit, con-
C fessionem indulgentia dealbauerit, sicut scriptum est: Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Cæterùm quicquid illud est quod offerre paras, Mariæ cōmēdare memēto, vt eodem alueo ad largirorem gratiæ gratia redeat quo influxit. Neque enim impotens erat deus & sine hoc aquæductu infundere gratiā prout vellet, sed tibi vehiculum voluit prouidere. Forte enim manus tuæ aut sanguine plenę, aut infestæ munerib⁹, quòd non eas ab omni munere excussisti. Ideóque modicum istud quod offerre desideras, gratissimis illis & omni acceptione dignissimis Mariæ manib⁹ offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam. Nimirum candidissima quædam lilia sunt, nec causabitur ille liliorum amator inter lilia non inuentum, quicquid illud sit quod inter Mariæ manus inuenerit.

In festiuitate sancti Michaelis.
Sermo I.

ANgelorum hodie memoria celebratur, & exigitis debitū pro tāta solennitate sermonē. Sed quid de angelicis spiritib⁹ viles loquātur vermiculi? Credimus sanè & indubitata fide tenemus diuina eos præsentia & visione beatos sine fine lætari in bonis domini, quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēderūt. Quid ergo de his homo loquatur hominib⁹, quę nec ipse quidē cogitare, nec illi saltē audire sufficiant? Profectò si ex abundantia cordis os loquitur, sileat nihilo mīnus lingua necesse est ex inopia cogitationis. Attamen si multum est ad nos loqui de ea claritate & gloria qua in semetipsis, imò in deo suo angeli sancti nostri omnino supereminēt cordibus: de ea loquamur quam nobis exhibent, gratia & charitate. In supernis enim spiritibus non solum admirabilis dignitas, sed dignatio amabilis inuenitur. Dignum est proinde fratres vt gloriam nō capientes, tanto magis amplectamur misericordiam, qua nimirum constat nihilo minus abundare domesticos dei, cœli ciues, principes paradisi. Testatur denique Apostolus ipse qui raptus vsque ad tertium cœlum, beatæ illi curię meruit interesse, atque eius nosse secreta: quoniam omnes administratorij sunt spiritus, missi in ministeriū propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Neque id cuiquam incredibile videatur, quandoquidem ipse qūoque creator & rex angelorum venit non ministrari, sed ministrare, & animam suā dare pro multis. Vt quid ergo ministerium illud angelorum quispiam dedignetur, in quo præcedit eos cui in excelsis tota cum auiditate & fœlicitate ministrant? Si & hinc dubitas, vtique qui vidit, testimonium perhibuit: Milia, inquiens, miliū ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Alius quoque propheta ad patrem de filio loquens, ait: Minuisti eū paulò minus ab angelis. Sic planè, sic decet vt vincat & humilitate, qui sublimitate vincebat, sitq; tanto minor angelis, quāto inferiori sese ministerio mācipauit: qui tāto excellētior
E est, quanto differentius præ eis nomen hæreditauit. Sed quęras fortasse in quo minoratus videatur ab angelis cùm ministrare venit, quandoquidem (vt supra meminimus) in ministerium mittuntur & illi? In eo vtique, quòd non modo ministrauit, sed ministratus est, erátque vnus & idem qui ministrabat, & qui ministrabatur. Meritò proinde spōsa in Cantici canticorum, Ecce (inquit) venit is saliens in montibus, transiliens colles. Ministrans enim saliit inter angelos, sed & ipsos transiliit ministratus. Ministrant enim angeli, sed de alieno, offerentes deo bona opera non sua, sed nostra, ac nobis eius gratiam referentes. Vnde & scriptura dicens, Quoniam ascendit fumus aromatum in cōspectu domini de manu angeli, sollicitè præmisit data ei fuisse incensa multa. Nostros enim sudores non suos, nostras non suas lachrymas offerunt deo: nobis quoque eius munera referunt, & non sua. Non sic minister ille sublimior cunctis, sed humilior vniuersis, qui semetipsum obtulit sacrificium laudis, qui patri offeris animam suam, nobis ministrat vsque hodie carnem suam. Huius vtique tanti ministri gratia nihil mirum si dignanter nobis imò & libēter angeli sancti ministrent. Ipsi enim amant nos, quia nos Christus amauit. Dicitur certe vulgari quodā prouerbio: Qui me amat, amat & canem meū. Nos vero ô beati angeli catelli sumus domini illius quem tanto affectu diligitis, catelli inquam cupientes saturari de micis quæ cadunt de
F mensa dominorum nostrorum, qui estis vos. Et hæc dixerim fratres, vt ampliorem decætero erga beatos angelos fiduciā habeatis, ac proinde familiari⁹ in omni necessitate vestra coluersari, & magis ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare beneuolentiam, exorare clemētiam studeatis. Cuius rei gratia necessarium duco alias quoque charitati vestræ exponere causas, quæ ipsos beatos angelos pro nostra infirmitate reddāt sollicitos: absque sua sanè anxietate, sed non absque vtilitate nostra, nec ad detrimētum felicitatis suæ, sed ad nostræ salutis augmentum.

Constat sine dubio, rationis participes, & capaces beatitudinis humanas animas angelicæ (si dicere id audeam⁹) cognatas esse naturæ: nec decet vos, ô beati spiritus, contra legis præceptum dedignari, quā visitare debetis speciem vestram, licet in multam (vt ipsi cernitis) deiecta sit vilitatem. Sed neque arbitramur vos superni ciues, ciuitatis vestrę excidio delectari, & ruina murorum quos semirutos ipsi videtis. Cuius instaurationem si desideratis (vt dignum est) frequenter quæso ante thronum gloriæ verbum precis iterate dicentes: Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem. Si diligitis decorem domus dei (imò quia diligitis) experiantur zelum vestrum viui & rationales lapides, qui soli in instaurationē eius vobis possunt coædificari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Hic est,dilectissimi, funiculus triplex, quo de excelso cœlorum habitaculo ad consolandos, ad visitandos, ad adiuandos nos attrahitur supereminens charitas angelorũ propter deum, propter nos, propter seipsos. Propter deũ vtique, cuius tãta erga nos misericordię viscera ipsi quoque(vt dignum est)imitantur. Propter nos, in quibus nimirũ propriam similitudinem miserantur. Propter seipsos,quorũ ordines instaurandos ex nobis toto desiderio præstolatur. In ore enim parvulorum,qui lacte modò vescuntur, & nondum solido cibo perficienda est laus illa maiestatis diuinę,cuius habentes primitias angelici spirit⁹ beata nimirum delectatione fruuntur: sed tanto auidius nos expectant,quanto cõsummationis eius expectatione & expetitione sollicitantur. Quæ cũ tamen ita sint, pensate quanta etiam nobis sollicitudine opus est dilectissimi,vt dignos nos exhibeamus eorum frequentia, & eo modo conuersemur in cõspectu angelorum,ne forte sanctos offendamus obtut⁹. Væ enim nobis, siquãdo prouocati peccatis & negligentiis nostris,indignos nos iudicauerint præsentia & visitatione sua,vt iam necesse habeamus & nos plã-
Psal. 37.b gere, & dicere cum propheta: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me erant,de longe steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meã. Elongatis nimirum eis quorũ præsentia protenH gere nos, & propulsare poterat inimicũ. Quòd si tam necessariam habemus familiaritatem dignationis angelicę,cauenda nobis eorum offensa, & in his maxime exercendũ, quibus eos nouimus oblectari. Sunt enim plurima quæ eis placent, & quæ in nobis inuenire delectat: vt est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria,crebri in cœlum gemitus, & orationes cum lachrymis, & cordis intentione. Attamen super omnia hæc vnitatem & pacem à nobis exigunt angeli pacis. Quidni maxime delectentur in his quæ formam quandam ciuitatis suæ repræsentãt in nobis, vt mirentur Hierusalem nouam in terra? Dico autẽ vt quomodo ciuitatis illius participatio est in idipsum: sic & nos idipsum sentiamus, idipsum dicamus omnes,& nõ sint in nobis schismata:sed magis omnes simul vnum corpus simus in Christo, singuli autem alter alterius membra.Econtra vero nihil æquè offendit & ad indignationem prouocat eos,quomodo dissensiones & scãdala,si forte
1.Cor.3.a inueniantur in nobis. Audiamus siquidem quid loquatur ad Corinthios Paulus: Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis,& secundum hominem ambulatis?
Iudæ.1.f In epistola quoque Iudæ apostoli legimus sic: Hi sunt qui segregant semetipsos,animales,spiritum non habentes. Videre est animam hominis,quemadmodũ vniuersa corporis membra viuificet cohærentia sibi. Separa ergo quiduis à iunctura
I cæterorum,& vide an de cætero illud viuificet. Sic est omnis qui dicit anathema Iesu: quod nemo dicit loquens in spiritu dei:quia anathema separatio est. Sic & inquam omnis qui ab vnitate diuiditur,ne dubites quin ab eo recesserit spiritus vitæ. Dignè igitur contentiosos,& qui separant semetipsos, apostoli carnales vocant & animales,spiritum non habentes. Dicunt ergo sancti illi & beati spiritus, vbi scandala inuenerint & dissensiones: Quid nobis & generationi huic spiritũ non habenti? Nam si adesset spiritus,per eum vtique charitas diffunderetur,& vnitas non scinderetur. Et dicunt: Non permaneamus cum hominibus istis in æternum: quia caro sunt. Quæ enim conuentio luci ad tenebras? Nos de regno vnitatis & pacis sumus, & homines istos in eãdem vnitatem & pacem sperabamus esse venturos. Nunc autem qua ratione nobis cohæreant, qui dissident à seipsis? Videtis quàm congruat huic solennitati euangelica lectio, quæ sic deterret nos
Matt.18.a à scandalo paruulorum,quandoquidem iam vehementer angelis displicẽt scandala? Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, durum est quod sequitur. Sed iam præterit hora, ad missas nobis eundum est. Peto ne sit vobis molesta dilatio, quæ poterit non inutilis fore, si capitulum præsens sermone altero diligentius prosequamur.

In eadem solennitate
Sermo II.

Audistis fratres euangelicam lectionem aduersus eos qui K
apusillos scandalizant, satis terribiliter intonantem. Nemini blãditur veritas,neminem palpat, nullũ seducit, aperte
denuncians, quoniã væ homini illi per quẽ scandalũ venit. *Matt.18.a*
Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Natus sanè denuo,natus ad vitam, natus de spiritu,& nimirum carne postmodum consummatur. Expedit ei, si quis est qui scandala suscitat in hac domo, in hac sancta deo placita,&angelis eius admodũ grata ac familiari cõgregatione,vt suspẽdatur i collo eius mola asinaria,& pro suaui iugo & leui onere saluatoris,graui mole terrenæ cupiditatis humeris eius imposita demergatur in profundũ maris huius magni & spacioſi manibus quod est sine dubio seculum nequam. Minus enim damnabile erat ei in seculo magis perire q̃ in monasterio. Perire siquidem necesse est hominem qui charitatem non habet, etiam si tradiderit corpus suum ita vt ardeat. Et hoc dixerim fratres,non quasi minus bene de vobis sentiã,aut regnare videatur in vobis nequissimũ istud vitiũ: sed vt in ea charitate & vnanimitate & pace in qua statis in domino, solliciti sitis perseuerare, & abundare magis. Quæ est enim spes nostra, & gaudium nostrũ, & corona gloriæ? Nónne vnitas & vnanimitas vestra,in qua gaudeo vos inueniri fraternitatis amatores, & ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatẽ habentes,quod est vinculum perfectionis? Propter quod obsecro vos, sic stat̨e in domino charissimi. In hoc enim cogL
noscunt omnes etiam angeli sancti,quòd Christi estis discipuli, si dilectionẽ habueritis ad inuicem. Deniq; si tenetis memoria,quàm vobis præcedẽti sermone tradidimus triplicem angelicæ erga nos charitatis & sollicitudinis causam, potest hinc quoque fraternæ dilectionis vtilitas magnificè cõmendari. Facile siquidẽ cõsiderare est homini qui nõ diligit proximum,nullam ex his quas tunc diximus, suppetere causam. Nũquid em̃ Christi gratia diligemur ab angelis, si de mutuæ dilectionis inopia cognouerint nequaquam eius nos esse discipulos? Nunquid diligemur ab eis propter nosipsos, id est, spiritualis naturæ similitudine,si inuenimur non diligere humanæ naturæ nostræ consortes: imò verò si ex eis,quæ inter nos sunt,contentionibus, carnales nos magis quàm spirituales esse cõstiterit? Denique nunquid diligent nos propter seipsos, & futuram de nobis ciuitatis suæ restaurationem, si (quod absit) vnũ,quo solo vniri & coædificari eis possumus, defuerit glutinum charitatis? Quomodo sperabunt reædificandos de nobis perpetuos ciuitatis illius muros, si cognouerint, si viderint nos non lapides esse viuos qui possint inuicem cohærere:sed magis puluerem quem proiiciat ventus à facie terræ,quem vnius verbi flatus in turbinem excitet, & suspicionis cuiusliber leuissima aura dispergat? Et hæc quidẽ
dixisse sufficiat pro eo quod ait dominus: Si quis scandaliza- M
uerit vnum de pusillis istis. Credo enim quòd maiori sollicitudine deinceps ab hac quàm nequissima peste cauebitis. *Ibidem.*
Iam verò quem non moueat quod sequitur in euangelio? *Matt.5.b*
Si oculus tuus scandalizauerit te, erue eum, & cætera. Nunquid enim corporalem hunc oculum monemur eruere, aut vnã ex manibus istis,similiter & vnum abscindere pedẽ? Absit à nobis huiusmodi carnalis omnino & nimis ridicula cogitatio. Sed postquam ab exterioribus scãdalis deterruit nos sermo diuinus asperè satis, sicut audistis, consilium dat quid de eo nobis agendum sit scandalo quod interius patimur cõtrariam inuenientes legem in membris nostris. Ipse enim nouit figmentum nostrum, quòd eiusmodi scandalum non tam facile à nobis valeat euitari. Porrò tripliciter fieri scandalũ istud,quotidiano nobis nosse liquet experimento. Interdũ enim est in nobis spiritualis intentionis oculus simplex, & qui gratiæ magis quàm nosterdicendus sit: sed scandalizat *Ibidem.*
nos oculus noster,& qui verè à nobis est, dum voluntas nostra aliam minus castam importune ingerit intentionẽ. Sed habemus iam super hoc salubre consilium saluatoris. Erue eum,inquit,& proiice abs te. Hoc autem fiet, si non consentias,si abiicias,si resistas. Simili modo de manu ac pede est intelligendum. Cum enim bonis operibus intentos ad alia opera trahere voluntas propria conatur,manus nostra est quę scandalizat nos:sed abscindi debet,& proiici à nobis, vt non ei cõsentiamus. Sic etiam proficere in sancta conuersatione, & ascendere per gradus scalæ quæ Iacob apparuit, ac iuxta
quod ait Psalmista: De virtute in virtutem ire desiderantes, *Psal.83*
sæpius

A sæpius scandalum patimur à pede quodam pusillanimitatis & negligentiæ nostræ, qui nimirum descẽdere magis ac remissius ire conatur:sed abscindi eum necesse est,vt pes gratię qui stat in directo, currere possit sine offensione, sine scandalo, sine impedimento. Quod autẽ dicit, bonum nobis esse ad vitam intrare cũ vno oculo, aut manu,aut pede,quàm duos habentes ire in gehennam ignis:eos notat qui voluntatem suam,siue bona,siue mala sit,æquè sequũtur, & ingrediuntur duabus viis,nunc bona,nunc mala sectantes, secundum quod variãtur desideria sua. Quibus meritò vtilius fuerat gratiæ in omnibus inhærere, & vbi obuiat propria volũtas,abscindere & à seipsis abiicere. Est autẽ,cum multo tempore in abscissione propriæ voluntatis nostræ exercitati aliquatenus eam domamus,vt discat iam nõ superbire,sed magis sine omni scandalo vel contradictione deo subiecta sit anima nostra, nec iam abiicere necesse sit oculũ nostrũ, nem-
1.Cor.6.d pe qui simplici adhærens oculo factus est & ipse simplex,aut certe iam non alter est oculus,sed vnus cum eo,Apostolo teste: Quoniam qui adhęret domino,vnus,spiritus est cum eo. Quod autẽ de oculo dictũ est, de manu quoque & pede eodem modo est intelligendũ. Cuius enim volũtas ex affectioB ne & cum desiderio gratiæ cohæret,vt nec concupiscat mala agere,nec bona minora,nec minus bene quàm gratia suggerit:hic plane perfectus est vir. Sed pax ista potius est felicitatis:abscissio verò scandalorum,& tentationum victoria,fortitudinis:illa,inquam, gloriæ,hæc virtutis.

In festiuitate omnium sanctorum de lectione euangelica.
Sermo I.

Estiuitatem hodiernã sanctorum omniũ cum omni deuotione dignum est celebrari. Nimirũ si magna videtur,& est, beati Petri solennitas,seu beati Stephani,aut cuiuslibet cęterorum,quanta ista est, quæ non vnius tantùm est,sed vniuersorũ? Verùm non ignoratis fratres secularibus id moris esse, vt diebus festis festiua sibi cõiuia parent:& quanto fuerit solennitas clarior,tanto splendidius epulentur. Quid ergo? Nónne & his qui cõuertuntur ad cor,cordis deliciæ sunt quærendæ, & spiritualibus spiritualia comparãda? Propterea iam paratũ est conuiuium nostrum fratres, iam cocta sunt omnia, & epulandi tempus aduenit. Dignum est enim vt prius anima satietur,quòd hæc portio sine dubitatione & sine comparatione sit potior,præsertim cum sanctorum solennitates manifestũ sit ad animas magis quàm ad corpora pertinere:& quæ animarum sunt,a-
C nimæ plus acceptent, quippe naturali quadã eis cognatione coniunctæ. Quibus propterea quoque sancti isti compatiũtur amplius,propterea magis desiderant animarum bona, & plus earum refectionibus delectantur, quoniam & ipsi similes nobis fuere passibiles: & ipsi peregrinationis hui⁹ & exilij miserabilis deplorauere molestias: & ipsi praui huius corporis onus,& tumultus seculi,& tẽtationes experti sunt inimici. Nihil itaque dubium quin gratior eis sit,& multo acceptabilior illa festiuitas qua intenditur epulis animarum, quàm sit ea quæ celebratur à secularibus,curam carnis perficientibus in desideriis voluptatum. Veruntamen vnde nobis animarum panis in terra deserta,in loco horroris,& vastę solitudinis? vnde nobis sub sole spiritualis cibus, vbi nihil est
Matt.7.a nisi labor,& dolor,& afflictio spiritus? Sed scio quis dixerit: Petite,& accipietis. Et illud: Si vos cũ sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cœlestis è cœlo dabit spiritum bonum petẽtibus se? Nec ignoro quàm obnixè tota hac nocte & die petieritis,mendicantes dari vobis panem de cœlo viuum:non eum qui corpus corroborat, sed qui confirmat cor hominis. Nam conuiuas quidem non ausim dicere, sed mendici sumus, præbenda dei viuentes. Mendici,inquã,iacentes ante ianuam regis prædiuitis, vlceribus pleni,& cupientes saturari, imò & sustentari de micis quæ cadunt de mẽsa dominorum nostrorum, quorum celebramus hodie solennitatem. Nempe deliciis affluunt,& mẽsuram accipiunt bonam & confertã,& supereffluentẽ. Confidimus autem quoniam erit qui det nobis. chaos enim magnum & distantia est multa nimis inter liberalitatem & benignitatem dei, & auari diuitis crudelitatẽ. Propterea dedit
hodie pater noster panem. Patrem enim misericordiarum, D
patrem esse necesse est etiam miserorum. Dedit(inquam)nobis panem de cœlo, & cibaria in abundãtia: quorum vtinam ego fidelis coquus, vtinam anima mea coquina vtilis videatur. Siquidem ad præparanda fercula vestra, tota hac nocte concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exarsit ignis: ille sine dubio quem dominus Iesus misit in terram,& voluit vehementer accendi. Nam spiritualem cibum, & coquinam, & ignem habere necesse est spiritualem. Supereſt iam vt distribuam quæ paraui: vos autem considerate potius dantem dominum quàm ministrum distribuentẽ. Ego enim, quantum in me est, nihil aliud sum quàm conseruus vester, qui vobiscum pariter & mihi & vobis (sicut ipse dominus nouit)mẽdico panem de cœlo,& alimoniam vitæ. Propterea non ego vobis, sed pater vester ipse est qui dat vobis panem de cœlo viuum:ipse vos pascit & operibus,& sermonibus,etiam & carne filij sui,qui est verè cibus. Nam & de operibus lego: Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei, & de verbis: Quoniam non in solo pane viuit homo, sed in *Ioan.4.e*
omni verbo quod procedit de ore dei. Ergo nunc quidem ci- *Deut.8.a*
bari habemus factis eius & verbis, post hæc etiam illibatum dominici corporis sacramentum in altaris mẽsa sacrosancta (ipso propitio)percepturi. Legimus in euangelio hodie,quoniam videns turbas Iesus,ascendit in montem. Prædicantem *Matt.5.*
enim dominum de ciuitatibus & castellis populi sequeban- E
tur:quorum saluabat animas,sanabat corpora:& adhærebãt ei, affatu pariter & aspectu illius delectati: cuius nimirum vox suauis,& facies decora,sicut scriptum est:Speciosus for- *Psal.44.a*
ma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Talis est quem nos sequimur, cui adhæremus, totus desiderabilis, in quem non solum populi, sed & ipsi quoque angeli sancti desiderant prospicere. Quid vobis suauius apponemus? Nimirum hæ sunt deliciæ angelorum. Gustate proinde,& videte quoniam suauis est dominus. Et huic suauitati,huic sapori, huic sapientiæ quæ trahitur de occultis, omne quod desideratur,non valet comparari. Quid enim? Miraris in sole splẽdorem, in flore pulchritudinem, in pane saporem, in terra fœcunditatem? Sed à deo hæc vniuersa donata sunt: nec dubium quin multo amplius reseruauerit sibi, quàm dederit creaturis. Iam ne hoc quidem ociosum putemus, quòd ascẽdit in montem, nimirum quod tanto ante prædictum est, tanquam à longe clamante propheta: Super montem excel- *Esa.40.*
sum ascende tu qui euãgelizas Sion,exalta in fortitudine vocem tuam,qui euangelizas Hierusalem. In qua ascensione si vos melius non habetis, ego illud intelligendum puto quod in initio Actuum apostolorũ beatus Lucas meminit, dicens: *Act.1.a*
Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere. Vtique nõ iuxta Pharisæorum morem,qui alligãt onera grauia & importabilia, & im- F
ponebant ea in humeros hominum, digito autem suo nolebant ea mouere. An non bonus animę panis est iste, & plurimum confirmans cor hominis? Fiducialiter sequor te dominę quocunque ieris, & securè incedo viam mãdatorum tuorum, sciens quòd per eam præcesseris ipse. Securè, inquam, viam mandatorum tuorum curro,quãdoquidem noui,quòd à summo cœlo egressio tua ad currendam hanc viam: & occursus tuus vsq; ad summum eius fuerit per hanc viam. Non possum modo fratres in hunc modum singula masticare:vos estote animalia munda & ruminantia, vt fiat sicut scriptum est: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Co- *Prou.21.c*
gitenim succingere,forsitã & præscindere verbum tam breuitas horæ, quam materiæ magnitudo. Videns turbas Iesus ascendit in montem. Videns miserationis intuitu, quoniam erant sicut oues errãtes,nõ habentes pastorẽ. Quid est quòd priusquam docere inciperet, ascendit in montem, nisi quòd in hoc ipso docuit necesse habere prędicatores verbi dei, desideriis animi, & conuersione sancta ad sublimia tendere, & virtutum conscendere montem? Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Cum sedisset, inquit. Alioquin quis ad excelsum illum gigantẽ posset accedere? Benignissimè prorsus inclinauit se, & exinaniuit vsq; ad sessionem, vt dicat patri: Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meam. *Psal.138.a*
Sedit enim, vt ad eum quem ne ipsi quidẽ angeli stantem at-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tingere poterant etiam publicani & peccatores accedãt: accedat Maria Magdalene, accedat & latro de cruce. Et cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Accesserunt nõ tam incessu pedum, quàm affectu cordis, & imitatione virtutum. Bene autem non turbæ, non quilibet de populo, sed discipuli accessisse dicuntur: quatenus sicut testamentum vetus datum legitur in monte Sina, solo Moyse ascendente, & populo expectante deorsum: sic & modò susciperent montes pacem populo, & colles iustitiam: & velut in tenebris quibusdam in occulto diceretur Apostolis, quod postea dicerent in lumine: & audirent in aure, quod prædicarent postmodum super tecta. Vnde & sequitur: Et aperiens os suum, docebat eos. Aperuit nũc os suum, qui prophetarum prius aperuerat ora. Hinc est quod legitur in Psalmo, propheta dicente: Domine, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Nunc autem qui multifarie multisque modis olim locutus fuerat in prophetis, demum suo ipsius ore locutus est tanquam si diceret: Ego qui loquebar, ecce adsum. Beati qui audierunt loquentem in carne sapientiam: beati, qui verbi dei verba quæ ab ipsius ore processerunt, audierunt. Veruntamẽ quod audierũt illi, adhuc reseruatur nobis: quia & nos audire possumus, quanuis nõ ab ipso. Aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu. Verè apertum est H os eius, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi. Et vere eius hæc doctrina, qui in Apocalypsi loquitur: Ecce noua facio omnia qui per prophetã antè prædixerat: Aperiam os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Quid enim tam absconditũ, q̃ paupertatem esse beatam? Attamen veritas loquitur, quæ nec falli nec fallere potest: & ipsa est quæ dicit, quoniam beati pauperes spiritu. Sic vos insensati filij Adam diuitias quæritis, diuitias desideratis vsque adhuc, cum iam beatitudo pauperum diuinitus cõmendata, prædicata mundo, credita sit ab hominibus? Quærat eas paganus, qui sine deo viuit. Quærat Iudæus, qui terrenas promissiones accepit. Sed qua fronte magis, aut qua mente Christianus diuitias quærit, postquam Christus beatos esse pauperes prædicauit? Quousq; filij alieni, quousque vanitatem loquetur os vestrum, vt beatum dicatis populum cui hæc sunt, hæc visibilia, hæc præsentia: cum filius dei os suum aperiens, locutus sit veritatem beatos esse pauperes, & væ diuitibus? Sed diligenter attende quòd non simpliciter pauperes nominat, propter plebeios pauperes necessitate miserabili, non laudabili voluntate. Spero equidẽ profuturã eis apud diuinæ bonitatis misericordiam, hanc ipsam afflictionis suæ miseriam: scio tamen dominum hoc in loco non I de huiusmodi fuisse locutum, sed de his qui possunt dicere cum propheta: Voluntariè sacrificabo tibi. Attamen nec voluntaria quidem paupertas omnis laudem habet apud deũ. nam & philosophi omnia sua reliquisse leguntur, vt expediti mundialibus curis, studio vanitatis possent vacare liberius: & nolebant censu abundare terreno, vt abundarẽt magis in sensu suo. Hos discernit quod dictum est, spiritu, id est spirituali voluntate. Beati verò pauperes spiritu, spirituali scilicet intentione, desiderio spirituali, propter solum beneplacitum dei, & animarum salutem: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Sed quis est qui sic loquitur, qui sic beatificat pauperes, & sic dicat? Putas poterit verum esse? Erit sine dubio: siquidem verax & potens est qui promittit. Si murmurat inimicus, respondebitur ei: An non licet mihi facere quod volo? Nõne oculus tuus nequam est, quia ego bonus? Si tu iure humiliatus es pro eo quòd aduersum me exaltare te voluisti, nónne qui se humiliant propter me, meritò sunt exaltandi? Et vere, fratres, si miserrimus ille è cœlo deiectus est quoniam affectauit celsitudinem, altitudinem concupiuit, sublimitatem præsumpsit, nónne consequens est beatos esse qui sponte in paupertatis humilitatem sese deponũt: & iuxta domini promissionem ipsorum est regnum cœlorũ, quod perdidit iste? Et attende quàm sapienter ordinauerit sapientia, contra peccatum primũ, remedium primum opponens. Ac si apertius dicat: Vis obtinere cœlum quod perdidit superbiens angelus, qui confisus est in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum? Paupertatis vilitatẽ amplectere, & tuum erit. Sequitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Bene, optime. Sic enim oportebat commendata paupertate etiam mansuetudinem prædicari: quoniam relinquentibus omnia, prima solet esse tentatio de molestiis corporis, & afflictione carnis insolita. Quid verò paupertas proderit, si (quod absit) pauper in murmurationem deueniat, factus exasperans, & impatiens disciplinæ? Optime quoque post regni promissionem minus aliud regnum velut in arrã datur, vt secundum scripturam promissionẽ habeamus vitæ eius quæ nũc est, pariter & futuræ, & de exhibitione præsentium firma sit expectatio futurorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Hanc ego terram corpus nostrum intelligo. Quod si possidere vult anima, si regnare desiderat super mẽbra sua, necesse est vt sit ipsa mitis, & superiori suo subiecta, quoniam talẽ inueniet inferius suum, qualem se exhibuerit superiori. Armatur enim creatura ad vlciscendam sui iniuriam creatoris. Et ideo nouerit anima quæ rebellem sibi inuenit carnem suam, se quoque minus quàm oporteat, superioribus potestatibus esse subiectam. Mansuescat ipsa, & humilietur sub potenti manu dei altissimi, subiecta sit deo, & his pariter quibus vice eius habet obedire prælatis: & continuò corpus suum inueniet obediens & subiectum. Veritas enim est quæ loquitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebũt L terram. Et vide si non aduersus secundi peccati vulnus, secũda processerit medicina. Prima siquidem post angelicæ præuaricationis ruinam Eua peccauit, inquietudine spiritus agitata, & interdicti dominici iugum suaue & leue onus abiiciens: quoniã expectare noluit, vt de manu domini vnde iam cætera acceperat, perfectionem quoque beatitudinis mereretur, sed præripere illam serpentis consilio attentauit. Propter hoc paradisum perdidit, terram deliciarũ: propter hoc in ipso corpore contrariam legem inuenit. Sed iam fortassis ad hanc domini vocem desiderio mansuetudinis æstuas, & conquereris super asperitate cordis tui, & beluinis quibusdã motibus, atque indomita feritate. Attende ergo quod sequitur: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Equum indomitum flagella domant, animam immitem cõtritio spiritus, & assiduitas lachymarum. Ergo in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, mortis horrorem, iudicij tremendum discrimen, ardentis gehennæ metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miseriam, recogita annos tuos in amaritudine animæ tuæ: cogita vitæ humanæ pericula, cogita fragilitatem propriam: & in huiusmodi cogitatione si perseueraueris: dico tibi, parum senties quicquid foris videtur esse M molestum, dum toto corde circa interiorem molestiam occuparis. Sed nec patietur dominus sine consolatione te esse, quoniam pater misericordiarum est, & deus totius consolationis, complebitur omnino quod veritas pollicetur: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Concordat autem huic sententiæ etiam illud quod in Salomone legisti: Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum cõuiuij. Propterea beata esses Eua, si post culpam consolationẽ quæreres lachrymarum, & cõuersa ad pœnitentiam veniam citius obtineres. Nunc autem miserrimam quæsisti consolationem de simili casu viri tui, & veneno pessimo, nequissimo videlicet vitio, totam infecisti posteritatem tuam: vt vsque hodie perditionem alterius, alter suam reputet consolationem. Misera prorsus Euæ consolatio, & eorum qui miseriam hanc imitãtur: sed beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Verum quid aliud est hæc consolatio, quàm procedens de spe venię gratia deuotiõis, & suauissima delectatio boni, & gustus sapientiæ licet exiguus, quibus interim benignus dominus afflictam refrigerat animam? Sed gustus ille nihil aliud est quàm irritamentum desiderij, & incentiuum amoris: sicut scriptum est: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibũt me, adhuc sitient. Propterea ilico subinfertur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabũtur: Qui esurit, esuriat amplius: & qui desiderat, abundantius adhuc desideret: quoniam quantumcũque desiderare potuerit, tantum est accepturus. Imò verò non secundũ imperfectionem modúmve desiderij, quoniã quis donec perfectè habeat, perfectè desiderare non potest: sed nec & perfectè habere, donec perfectè desideret: sed mensurã recepturus est bonam, & cõfertam,

Exo. 24.d
Psal. 50.d
Heb. 1.a
Apoc. 21.
Psal. 77.a
Psal. 53. a
1. Tim. 4.
Eccli. 7.b

A fertam & coagitatam & superefluentem. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabũtur. Infirmiori palato cordis, & animæ languẽti adhuc dura & insipida res videtur esse iustitia: sed qui gustauerunt, ecce ipsi sciunt quàm beati sunt qui esuriunt illam, quoniam ipsi saturabuntur. O vere felix & gloriosa satietas, ô sanctum conuiuium, ô desiderabiles epulæ: vbi nimirum anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium, quoniam satietas summa, & summum inerit desiderium. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Iam verò hoc verbũ aduersus Adam procedere credo, qui portionẽ quidem aliquam videtur tenuisse iustitiæ in eo, quòd mulieri quidem compassus est: sed si esurisset iustitiam, curasset sine dubio reddere quod debebat, non modò vxori, sed multo magis creatori. Debebat enim *Ephes. 5.* vxori compassionem vtique & disciplinam tanquã inferiori, (caput enim mulieris vir,) Debebat autem deo obedientiam atque subiectionem. Sed quid putamus fratres, quàm plurimi vsque hodie factum illud grauiter diiudicant, & tamen insipienter imitãtur? Indignãtur aduersus Adam quòd obedierit voci vxoris suæ plus quàm dei, & ipsi quotidie Euam suam, carnem videlicet audiunt plus quàm deũ. Fratres si modo præsentem videremus Adam in eo articulo positũ, ascendẽtibus cogitationibus in cor eius, coarctari inter precem vxoris, & præceptum creatoris, nónne clamaremus adB uersus illum dicẽtes: Caue tibi miser: vide ne feceris, seducta est mulier, non acquiescas ei? Vt quid ergo quoties apprehẽdit nos tentatio similis, non persuademus similiter nobis ipsis? Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sed quid potest esse omnis iustitia nostra corã *Esa. 64.* deo? Nónne iuxta prophetam velut pannus menstruatæ reputabitur: & si districtè iudicetur, iniustitia ꝛuenietur omnis iustitia nostra, & minus habens? Quid ergo de peccatis erit, quando ne ipsa quidem pro se poterit respondere iustitia? *Psa. 142.a* Propterea obnixè cũ propheta clamantes: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine: tota humilitate ad misericordiam recurramus, quæ sola potest saluare animas nostras: & sollicitè pensemus quod sequitur: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et attende quemadmodum Zachæus breuiter vno verbo vtrunque complecti- *Luc. 19.b* tur dicens: Dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quempiam defraudaui, reddo quadruplum. Vides quantũ esuriuit iste iustitiam, cui non sufficit æqua mẽsura reddere, nisi reddat quadruplũ. Misericordia quoque magna est, quòd dimidium bonorum suorũ dat pauperibus. Veruntamen nõ silebo ego quod sentio. Laudem domini loquetur os meum: domini planè, non vestram. Neque enim vobis, sed nomini C eius do gloriam. Zacheus certè cuius laus est in euãgelio, dimidium bonorum suorum dedit pauperibus: sed ego multos Zachæos hic video, qui nihil sibi ex omnibus reliquere. Quis *Mat. 19.d* mihi scribet hoc euangelium de Zachæis istis, imò de Petris istis? quis fiducialiter loquatur domino: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te? Sed scriptum est iam in euangelio æterno, in libro vitæ scriptum est & signatum: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Iam verò fratres Adæ crudelitatem hæc sententia tangit, qui videbatur vxoris amore peccasse. Ecce enim scimus ô Adam quia os de ossibus tuis, & caro de carne tua est, & eius amore peccasti. Videamus nunc quantum diligas eam. Vidit dominus igneum tenens gladium in vltionem præuaricationis, opponẽte te discrimini propter illam, & dic: Domine, mulier infirmior est, mulier seducta est: mea est iniquitas, meum peccatum: in me solum vindicta procedat. Sed non loquitur sic: *Gen. 3.b* Mulier (inquit) quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & cætera. O peruersitas, pœnam pro ea susc̃ipere refugis, & culpam admittere non recusasti? Quomodo, proh dolor, omnia cõfudisti, pernicioseꝫ misericors, vbi seuerus esse debueras: & pernicioſus crudelis, vbi misericordiam impendere oportebat? Nam delinquere propter illam nullo modo, satisfacere verò pro ea libenti animo debuisti. Sic enim oportet fieri fratres, vt nunquam propter alium homo peccet, quod est iustitię: & libenter aliena peccata portet, quod est misericordiæ. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sequitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi D deum videbunt. Beati planè & omnino beati qui videbũt in quem desiderant angeli prospicere, quem videre vita æterna est. Tibi dixit cor meũ, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Quid enim est in cœlo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei, & pars mea deus in æternũ. Quando adimplebis me lætitia cum vultu tuo? Væ mihi ab immunditia cordis mei, qua impediente necdum mereor ad beatam illam visionem admitti. Quanta sollicitudine fratres, quanto studio danda est opera vt mundari possit oculus quo videndus est deus? Et ego quidem triplici sorde inquinari me sentio, concupiscentia carnis, & concupiscentia gloriæ temporalis, & præteritorum conscientia delictorum. Sunt enim in anima motus quidam vtrorumque desideriorum, quos nec ratione nec viribus extinguere possum, quandiu sum in hoc seculo nequam, & in corpore mortis teneor alligatus. Attamen contra sordes istas orationis oppono remedium: & propterea sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum deũ nostrum donec misereatur nostri: qui solus mundus est, & potest facere mundum de immundo conceptum semine. Sic & contra peccati conscientiam remedium cõfessionis est institutum, & omnia in confessione lauãtur. Ecce hæc sunt quæ mundãt oculum cordis, oratio, & confessio. Porro beati mundo corde, quoniam ipsi E deum videbunt. Videbunt quidem in fine facie ad faciem: videbunt etiam nunc, sed per speculum in ænigmate, & nunc cognoscent ex parte, perfectè postea cogniturí. Omnis enim in cuius conscientia clausum adhuc peccatum viuit, aut peccat in spe, & ita sentit de deo tãquam si minus ei peccata displiceant: aut peccat in desperatione, immisericordẽ sentiens deũ. Quorum vtriq; meritò dicitur: Existimasti inique quòd *Psal. 49.d* ero tui similis: quoniam neuter deum videt, sed mentitur ini- *Ibid. 26.d* quitas sibi, formans sibi idolũ pro eo quod non est ipse. Beati verò mundo corde, quoniam ipsi soli deum vident, soli de eo sentiunt in bonitate: sicut vere bonus est, ita vt nemo bonus sit nisi ipse. Beati mundo corde, quoniã ipsi deum videbunt. Miseri proinde Adam & Eua, qui conuersi in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, dum confessionis mundationem fugiunt, immundo remanent corde, & à facie domini eiiciuntur. Sequitur: Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Meritò filij nomine vocabuntur, qui filij opus impleuerint. Ipse enim est per quem reconciliati pacem habemus ad deum. Ipse qui pacificauit in sanguine suo quæ in cœlis sunt, & quæ super terrã, mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Et attende quemadmodum in tribus quidem prioribus sibiipsi recõciliatur anima, in duobus quæ sequuntur, proximo, in sexto, deo: In septimo, etiam alios recõciliat, tanquã receptos in gratiã domini, & felici familiarita- F te donatos. Nam paupertate, mansuetudine, fletu, renouatur in anima similitudo quędam & imago æternitatis, omnia tempora cõplectentis, dum paupertate futura meretur, mansuetudine sibi præsentia vendicat, luctu pœnitentiæ præterita quoque recuperat, sicut scriptũ est: Recogitabo tibi om- *Esa. 38.c* nes annos meos in amaritudine animę meę. Porrò iustitia & misericordia perfectè proximo cohęremus, dũ quicquid nolumus nobis fieri, aliis nõ faciamus per iustitiam: & quęcunque volumus vt faciant nobis homines, & nos faciamus illis per misericordiam. Iam reconciliati nobis, recõciliati etiam proximo, fiducialiter per munditiam cordis reconciliamur deo. Beati verò qui de sua reconciliatione nõ ingrati, & pro fratribus suis piè solliciti, eos quoq; quantũ prævalẽt, & sibi & deo reconciliare laborãt. Quibus enim laudibus dignum, quanto amplectendũ putas affectu fratrẽ illum qui sine querela conuersans inter fratres, tota sollicitudine cauet ne quid in eo sit quod ab aliis portari oporteat: & quicquid in aliis est onerosum, patientissime portat: singulorum scandala sua reputat: qui & cum apostolo loquitur: Quis scandalizatur, & *2. Cor. 11.g* ego non vror? quis infirmatur, & ego non infirmor? Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Nõ est enim deus dis- *Matt. 5.a* sensionis, sed pacis: ideóq; filios pacis, dei quoq; filios dignũ est appellari. Iam quę sequitur octaua beatitudo, martyrum est prærogatiua: cuius nobis tolerãtię nec tępus videtur esse,

Universidad de Deusto
Biblio

G nec virtus. Honoratur nunc iustitia magis quantum in facie est: aut nulli, aut pauci pro ea sustinẽt persecutionem. Felices tamen si qui sunt, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, vt eos nemo persequatur. Quòd si multiplex fuerit tribulatio, tunc quoque multiplicius exultandum, non intuentibus quę videntur incõmoda, sed pręmia quæ nõ videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Beati, inquit, eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & eiecerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra copiosa est in cœlis, copiosior lõge quàm sit labor in tertis. Veruntamẽ quid sibi vult quòd eadem promissio facta est pauperib⁹ & martyribus, nisi quia
Eccli 31.a veri martyrij genus paupertas voluntaria est? Beatus vir, ait propheta, qui post aurum non abiit, nec sperauit in thesauris pecuniæ. Quis est hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Quid mirabilius, aut quod martyriũ grauius est, quàm inter epulas esurire, inter vestes multas & pretiosas algere, paupertate premi inter diuitias, quas offert mundus, quas ostẽtat malignus, quas desiderat noster iste appetitus? An non meritò coronabitur qui sic certauerit, mundum abiiciens promittentẽ, irridens inimicum tentantẽ, & (quod gloriosius est) de semetipso triumphans, & crucifigens cõcupiscentiam prurientem? Denique propterea pauperibus pariter & martyribus regnum cœlorum promittitur, quia pertate quidem emitur: sed in passione pro Christo absque omni dilatione percipitur.

H

In eadem solemnitate. Sermo II.

QVia sanctorum omnium festiuam hodie dilectissimi omníque dignissimam deuotione memoriam celebramus, operæprecium puto de communi eorum felicitate, in qua beata iam requie perfruuntur, & futura quam præstolantur consummatione, adiuuante spiritu sancto sermonem facere charitati vestrę, ita sanè, vt nõ opinionis propriæ coniecturas, sed diuinorum librorum sequar auctoritatem, ne prophetare videar de corde meo, sed innitar quoad potero testimoniis scripturarum. Erit enim præstante domino triplex sermonis vtilitas, quatenus agnita vel ex parte aliqua felici retributione sanctorum, abundantiori deinceps sollicitudine ipsorum inhærere vestigiis, ac feruentiori desiderio ad eorum suspirare consortia, propensiori quoque deuotione eorundem nos commẽdare patrociniis studeamus. Fidelis quippe sermo, & omni acceptione dignus, vt quos solenni veneratione prosequimur, etiam simili cõuersatione
I sequamur: quos beatissimos prædicamus, ad eorũ beatitudinem tota auiditate curramus: quorũ delectamur præconiis, subleuemur eorum patrociniis. Nec sanè parũ fructuosa inuenitur memoria festiua sanctorum, languorẽ, teporẽ, erroremq; depellens, cũ eorum intercessione iuuetur infirmitas nostra, consideratione beatitudinis excitetur negligentia nostra, ignorantia quoque nostra ipsorum erudiatur exemplis. Propterea cum perfectę eruditos vos ad imitãda sanctorum vestigia, hodierna sancti euangelij lectione, & ipsius domini sermone non dubitem, erecta nimirum ante oculos vestros scala, per quam vniuersus quem hodie veneramur sanctorũ chorus ascendit, nec ignorem implorandis eorum suffragiis totum paulo minus noctis & dei huius religiosa deuotione tempus expensum, iam de eorum felicitate loqui vel exiguũ aliquid attentabo, quod donauerit ipse qui eos & magnificat iam & glorificat, quos vocauit prius atque iustificauit. Legimus in propheta: Cõuertere anima mea in requiem tuã, quia
Psa. 114.b dominus benefecit tibi: quia eripuit animã meã de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Et in alio psalmo: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ.
Psal. 123.a Multa quoq; similia in diuinarũ reperisse mihi videor serie scripturarũ verba hominũ, qui liberatos se esse non sine multa admiratione lætantur, verba perfectæ securitatis, & felicitatis immensæ, vocem gratiarum actionis & lætitiæ, quã pro meo sapere his qui luteas adhuc domos inhabitant, & in sudore vultus sui comedunt panẽ suum, omnino non arbitror conuenire. Quis enim eorũ gloriabitur castũ se habere cor? Quis audeat gloriari cõtritum esse laqueum, liberatos pedes à lapsu, reclamante nimirum apostolo & dicente: Qui stat, K
videat ne cadat? Vnde & de semetipso, Infelix, inquit, ego *1. Cor. 10.a*
homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et alio in *Rom. 7.d*
loco: Fratres, inquit, ego me non arbitror comprehendisse. *Philip. 3.a*
Vnum autẽ, quę retro sunt oblitus, & in ea quæ ante me sunt extentus, sequor ad palmã, &c. Itémq;, Ego, ait, sic curro non *1. Cor. 9.b*
quasi in incertum, sic pugno nõ quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & seruituti subiicio: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Hæc tamen planè tuba militiæ est, hæc verba ducis strenui fortiter dimicantis. Nam superiora quidem, potius triumphantis sunt, aut certè necdũ quidẽ triumphantis, sed cum victoria iam redeũtis de prælio, & futurã magni triũphi diem læta ac secura conscientia præ-
Psal. 114.b stolãtis. Quid enim loquitur reuersus de prælio fortis miles, seruus fidelis? Conuertere iam, inquit, anima mea in requiem tuam. Dum enim in corpore mortis domino militares, nulla requies erat, tum pro labore certaminis, tũ pro periculo exitus adhuc incerti. Hinc excitabat tumultus tentationum, inde succumbẽdi metus grauius sollicitabat. Habebat tamen fratres & tunc gloriam miles Christi, licet & requiẽ non haberet. Ait siquidẽ strenuus ille & fortis miles, cuius & paulò
antè fecimus mentionem: Gloria nostra hæc est, testimoniũ *2. Cor. 1.c*
conscientiæ nostrę. Quod cõscientiæ testimonium nõ sic intelligendum puto, tanquã ipsa sibi conscientia attestetur. Nõ L
enim qui seipsum cõmendat, ille probatus est, sed quem deus *2. Cor. 10.*
commendat. Est ergo testimonium cõscientię in quo gloriatur apostolus, non quod perhibet conscientia, sed quod loquitur spiritus veritatis in ipsa, testimonium perhibens spiritui nostro quòd filij dei sumus. Est enim testimonium conscientiæ non perhibentis, sed percipientis. Cum enim veritas applaudit, cum iustitia attestatur, dei sine dubio cõmendãtis vox est, & spiritus sancti testimoniũ perhibentis: ac si decertanti vitiliter militi rex suus, pro cuius amore & honore decertat, propè assistẽs lętus applaudat, laudet fortia facta, proximam clamitet esse victoriã, parata iam præmia, & coronã polliceatur æternam. In quo testimonio gloriatur quidem probatus & strenuus miles, minime tamẽ quiescit, sed tanto acrius viriliúsque decertat. Itaque dum adhuc militant, gaudent vtique electi dei, sed tantùm de primitiis spiritus, qui & infirmitatem eorum adiuuat virtute sua, & pusillanimitatẽ sua consolatur attestatione. Vnde & is de quo loquebamur
Rom. 14.b apostolus, Nõ est, inquit, regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudiũ in spiritu sancto. Iam verò cõsummato militiæ tempore gaudium habent sancti etiam in spiritu suo, donec adueniat dies illa qua introire mereãtur in gaudiũ domini sui, gaudiũ habituri & in ipso corpore suo. Sic habemus
Psal. 4.b in psalmo: Signatum est super nos lumen vultus tui domine, M
dedisti lætitiam in corde meo. Vnde? Plane ex his quę sequũtur: A fructu frumenti, vini, & olei sui. Audiuit enim eiusmodi anima vocem dicentis: Date ei de fructu manuũ suarũ, & laudent eam in portis opera eius. Vnde & Ioánes scribere iubetur in Apocalypsi, quoniã beati mortui qui in domino moriuntur. Quare beati? Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Vnde & in ipso de quo paulò ante loquebamur psalmo, eis quæ supra posuimus verbis adiũctũ est: In pace in id ipsum dormiã & requiescã. Et de operibus habemus in Apocalypsi: Opera enim illorum sequũtur illos. Ad quid verò sequũtur, nisi vt laudent eos in portis? Ad quid sequuntur, nisi vt multiplicentur à fructu eorum, & accipiẽtes de fructu manuum suarum, saginẽtur vituli quos ex prophetico testimonio cum reædificabuntur muri Hierusalem, super altare dñi nouimus imponendos? Interim quippe sub altari eos esse, & non supra, ipse nos doceat, cuius testimoniũ credibile factum est nimis, qui (vt scribit in Apocalypsi) sub altari ipso eorum etiam voces audiuit. Adhuc ergo signatum est super nos lumen vultus dominici, & licet nõ plenam, habent tamen lætitiam multam in corde suo, donec veniat dies illa qua implebit eos lætitia cum vultu suo. Interim inquam cõuertantur animæ illæ in requiẽ suã, donec veniat dies qua introire mereãtur in requiem dñi. Adhuc laudãt eas in portis opera sua, donec veniat cũ erit vniquiq; laus à deo. Videtis fratres quãta est vnitas scripturarũ, quàm vno sensu & eisdem penè verbis de beatitudine loquãtur animarũ? Iam verò

A rò nemo ex vobis paruam aliquam requiem aut lætitiam suspicetur eorum qui ab omni penitus molestia liberi recogitant annos suos in dulcedine animæ suæ lætantur pro diebus quibus humiliati sunt, annis quibus viderunt mala: cũ iucunda admiratione & mira iucunditate cõsiderant pericula quæ euaserunt, labores quos pertulerũt, certamina quæ vicerunt, & pro his omnibus certa & indubitata fide expectãt beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris sui, qui resuscitabit corpora eorum configurata proprij corporis claritati. Quanta est felicitas eorum, quàm immensa lætitia, qui nimirum triplici gaudio de recordatione transactæ virtutis, de exhibitione præsentis quietis, de certa expectatione futuræ consummationis exultant? Nam de futura illa cõsummatione habemus vocem eorum in fine eius psalmi de quo superius loquebamur. Dicũt enim singulę animæ quibus iã datum est ad hanc requiẽ peruenire: In pace in idipsum dormiã
Psal. 4.b & requiescam, quoniã tu domine singulariter in spe cõstituisti me. Singulariter inquam in spe, nõ iam inter spem & metum, vbi prius nõ sine sollicitudine & anxietate plurima fluctuabam. Sic & de præsenti sanctorum requie habemus in a-
Psal. 114.b lio psalmo scriptum: Conuertere anima mea in requiẽ tuam, quia dominus benefecit tibi. Bene inquam fecit, quãuis necdum optime. Deniq; audi quàm bene: Quia eripuit animam
B id est à peccato omni, & à peccati pœna, à timore quoque & à periculo recidendi penitus liberauit. Hoc est suauissimum animæ stratũ, quod nullis iam lauet aut riget lachrymis, quãdo absterget deus omnẽ lachrymam ab oculis eius. Hoc cubile in quo iam non cõpungitur, nec conuertitur in ærumna sua dum cõfigitur spina. Exiit enim de terra illa quæ spinas ei & tribulos germinabat. Hoc planè stratum animæ, quod minimè iam versatur in infirmitate eius, quoniam vniuersa quę infirmitatis erant, pariter transierũt. Hæc est, inquam, animæ suauissima & saluberrima requies, cõscientia munda, quieta, secura. Sit ergo beatæ animæ culcitra, conscientiæ suæ puritas, sit capitale tranquillitas, sit opertorium eius securitas: vt in hoc interim strato dormiat delectabiliter, feliciter requiescat. Iã verò de recordatione transactæ virtutis habes in psalmo 123. manifeste verba eorum, quę superius quoq; commemoraui. Cõsiderant enim & multa cum admiratione recogitant à quibus laqueis quantísve periculis diuino meruerint auxilio liberari, & exultãtes in domino dicunt: Nisi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Israël, nisi quia dominus erat in nobis: cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutíssent nos. Torrentẽ pertransiuit anima nostra, forsitan pertransíssiet anima nostra aquam intolerabilem. Et addunt: Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus
C eorum. Sed & verba quę iam tẽpore suæ resolutionis instante loquebatur apostolus, de eo in quo nunc feliciter requie-
2. Tim. 4.b scit statu præsumpta, videntur & nunc ei multo melius conuenire. Nunc enim iam securè loquitur: Bonũ certamẽ certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illum diem iustus iudex. Hæc sunt dico vobis fratres, hæc modò sunt vniuersa sanctorũ negocia, hic cibus, hic somnus eorũ: & propterea voluit spiritus sanctus scribi verba ea quæ protulimus, cęteráque similia, vt ex his aliquatenus innotesceret nobis status eorum. Longè aliter tamen afficiuntur in huiusmodi meditationibus, & multo amplius delectãtur quàm nostra aut cogitatio capere, aut explicare queat oratio. Audi enim quomodo laborat propheta inculcans & multiplicans
Psal. 30.c verba, nec tamen sic digne magnificare valens quod intẽdit. Quàm magna, inquit, multitudo dulcedinis tuę domine, quã abscõdisti timentibus te! Quid tamen addidit? Perfecisti, inquit, eis qui sperant in te, in conspectu filiorũ hominum. Est ergo multitudo dulcedinis quæ abscõdita est, magna quidẽ, & magna valde, necdum tamen perfecta: quoniam in manifesto perficietur, nõ in abscondito, quando non sub altari re-
Psal. 141.b quiescent sancti, sed super thronos tanquam iudices residebũt. Ad requiẽ enim exutæ à corporibus animæ sanctæ protinus admittũtur, ad plenã autem gloriam regni non ita. Me expectãt iusti (ait propheta cum adhuc detineretur in custodia corporis huius) donec retribuas mihi. Et vox diuina ad animas sanctas corporum suorum resurrectionẽ flagitantes: D
Sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fra- *Apoc. 6.c*
trum vestrorum. Sed iam sermo claudẽdus est, vocant enim nos missarum adhuc celebranda solennia. Quod ergo restat adhuc de eadem materia, sermoni alteri reseruemus.

In eadem celebritate Sermo III.

ADuertistis, nisi fallor, ex his quæ præcedente sermone sunt dicta, tres esse sanctarum status animarum. Primum videlicet in corpore corruptibili, secundum sine corpore, tertium in beatitudine eonsummata. Primum denique in tabernaculis, secundum in atriis, tertium in domo dei. Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum! multo ma-
Psal. 83.a gis tamen atria concupiscibilia, secundum quod addit: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Sed quoniam in ipsis quoque atriis nonnullus (vt audis) defectus est, beati omnino qui habitant in domo tua domine. Lętatus sum planè in his quæ dicta sunt mihi fratres, quoniã in domum domini ibimus. Quòd si quæritis vnde id tam fiducialiter præsumã, inde sine dubio, quòd iam multi ex nobis in atriis stent expectãtes donec recipiãt corpora sua, donec impleatur numerus fratrum. In illã enim beatissimã domum nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis: id est nec sancti sine plebe, nec spiritus sine carne. Neq; enim præstari decet integram beatitudinẽ, donec sit homo integer cui detur, nec per- E
fectione donari ecclesiã imperfectam. Propterea cum resurrectionẽ expeterent corporum, sicut priore sermone iam diximus, acceperunt diuinum respõsum dicens: Sustinete modicum tẽpus donec cõpleatur numerus fratrum vestrorum.

Acceperunt iam singulas stolas, sed non vestientur duplicibus donec vestiamur & nos: quomodo de patriarchis & de prophetis ait apostolus: Deo melius aliquid prouidente pro *Hebr. 11.g*
nobis, vt non sine nobis consummarentur. Stola enim prima ipsa est quam diximus felicitas & requies animarũ, secunda verò immortalitas & gloria corporũ. Vnde & dicũt: Vindica domine sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effusus est: non tãquam vindictę cupidi, nec de proprię vltionis zelo: sed ex desiderio resurrectionis, & glorificationis corporum suorum, quam nimirum vsq; in diem iudicij differendam esse non dubitant. Sed vnde hoc tibi ô misera caro, ô fœda, ô fœtida, vnde tibi hoc? Animæ sanctæ quas propria deus insigniuit imagine, te desiderant: quas redemit proprio sanguine, te expectanti & ipsarum sine te cõmpleri lætitia, perfici gloria, cõsummari beatitudo nõ potest. Adeò siquidem viget in eis desiderium hoc naturale, vt necdum tota eorum affectio liberè pergat in deum, sed contrahatur quodãmodo, & rugam faciat dum inclinantur desiderio tui. Vnde & beatus Ioánes qui multa nobis de eo statu in quo feliciter beatæ animæ requiescunt, per
F spiritum reseruit: Sine macula, inquit, sunt ante thronũ dei. Sine macula inquam, sed necdũ sine ruga: donec veniat dies, *Aps. 14.a*
cum sibi gloriosam Christus exhibebit ecclesiam, nõ habentem maculam neq; rugam. In his nãque qui adhuc militant, nec sine macula quidem ecclesia est: quoniam nemo mũdus à sorde, nec infans cuius est vnius dici vita super terrã: quam vtiq, vitam beatus Iob militiam esse testatur. In his verò qui *Iob 7.a*
sub altari domini requiescunt, iam quidẽ sine macula est ecclesia, sicut habes in psalmo: Domine, quis habitabit in taber- *Psal. 14.a*
naculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur, inquit, sine macula. Hic ergo requiescet in mõte domini, qui ingreditur sine macula: qui verò fuerit sine ruga, ex altabitur supra mõtem. Sed si vis scire quando erunt sine ruga animæ sanctæ, quando extendentur cœli sicut pellis, quæ dilatatur penitus, vt nec minima quidem ruga inueniatur in ea: tunc sine dubio, quando iam sequẽtur agnum quocunque ierit. Verè enim extendi & dilatari necesse est animas quibus vbiq; sequendus est agnus. Quò enim vadit? Attingit profecto à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

Vis adhuc nosse quò eat agnus, & quò necesse habeãt beatę animę sequi eum? In omnibus requiẽ quæsiui. Hæc est plane requies domini, nõ intercisa, nõ circa aliquid certũ restricta: quoniã in omnibus gaudet, in omnibus delectatur, in omnib⁹ requiẽ quærit & inuenit. Nã & bona ei placẽt in seipsis, & delectatur nihilo minus bona ordinatione malorũ. Diligit

Universidad de Deusto
Biblioteca

G misericordiam & iudicium: nec modò in bonorum gloria sibi complacet, sed in ipsis quoque (vtpote iustis) suppliciis impiorum. Quid ergo Putásne poterit humana anima in hoc gaudium domini sui, & in hanc eius requiem intrare, vt & ipsa quoq; in omnibus delectetur: nec aliqua iam priuata affectione contrahatur in rugam, sed transeat in affectum quendam generalem atq; diuinũ? Poterit sine dubio si fidelis inueniatur super pauca quæ accepit militiæ suæ tẽpore, id est super artus, super sensus, super appetitus suos quos suscepit regẽdos, vt in his probetur quàm fidelis sit domino suo. Sciat igitur seruus Christi vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut gentes quæ ignorant deum. Et rursus, Qui possidet vas suum in sanctificatione & honore, hic glorificet & portet deum in corpore suo: nec dubium quin fidelem in modico seruum supra multa cõstituat dominus liberalis & diues. Supra multa planè, quando constituet eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Neque id vobis incredibile videatur fratres, tanquam à me ipso id loquar, quoniam veritas ipsa manifestè id pollicetur, cuius de promissione omnino dubitare non licet. Beatus, ait, seruus ille, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua cõstituet eũ. Tũc enim fidelis seruus cõstituitur super omnia bona domini sui, cum in gaudiũ eius meretur intrare, & cum eo deinceps lętari in vniuersis, in cũctis gaudere, in omnibus delectari. Etenim qui adhęret deo (apostolo teste) vnus cũ eo spiritus efficitur, & volũtas eius omnino diuinę adhærẽs volũtati fit vna cũ ea, vt nihil iã quod cõtra eam sit, inueniatur in omnibus creaturis, sed vniuersa fiant vel magis maneant pro eius arbitrio. Hęc est ergo beata spes quam expectant animæ sanctæ: & licet in gratiarum actione versentur pro ea felicitate in qua requiescunt, adhuc tamen orant & clamant ad deum pro ea consummatione quam præstolentur. Vnde quemadmodum sine macula quidem vetustatis, sed non sine ruga contractionis eas diximus esse: sic ad gratiarum actionem iam peruenisse videtur, sed necdũ ad vocẽ laudis, quoniam perfectum perfectos laudare decet, vt laudẽtur cũ hæreditate sua: quando iam & ipsi laudabũt eum, & erit vnicuique laus à deo: Vnde & propheta signãter futuri temporis verbo vsus videtur: Beati, inquiens, qui habitãt in domo tua domine in secula seculorũ laudabunt te. Nam & beatus Ioannes in apocalypsi nõ vocem laudis, sed potius vocem precis audiuit. Sic enim habes: Sub altari dei audiui voces occisorũ. Quas voces? Vindica domine sanguinem sanctorũ tuorum qui effusus est. Vox precis, nõ laudis est ista. Sed quousque à longe circundamus altare istud, & veremur accedere? Desiderat, nisi fallor, charitas vestra audire sacramentũ altaris huius, & sacrũ secretúmq; nosse mysterium. Sed quis ego sum qui sanctorum cubiculũ facilè audeam temerarius perscrutator irrumpere? Quasi verò non legerim scrutatorem maiestatis opprimendum à gloria. Veruntamen pausemus hic, si placet, hodie, si forte pulsantibus nobis aperire dignẽtur mysterium altaris illius inhabitatrices animæ sanctę, non nostro merito sanè, sed propter eum qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: agnoscentes & nos inter ciues & domesticos dei, nec tanquam hospites & aduenas à secreta illa habitatione censeant propulsandos.

Mat.24.a

1.Cor.6.d

Psal.83.a

Apo.6.c

In eodem festo Sermo IIII

Apo.6. CVm de altari illo cœlesti sub quo beatus Ioãnes sanctorum voces audiuit, sermo incidisset, distulimus, (sicut meminisse arbitror charitatem vestram) vt oratione pręmissa securior nobis ad tam sacrum secretúmq; cubiculum pateret accessus. Tempus est vt iam dicamus quod de eo nobis sentire datum est, sine præiudicio sanè, si cui forte aliter fuerit reuelatum. Illud ergo primum mouere potest, quid sibi velit quòd beatus Ioannes sub altari dei audisse se perhibet sanctarum voces animarum, cum saluator in euangelio de Lazari anima loquens, non sub altari dei, sed in sinum Abrahæ dicat eam ab angelis deportatam. Nam & sanctus Iob, vt apparet, nequaquam ad altare dei ausus est aspirare, cùm diceret: Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscõdas me donec pertranseat furor tuus, & cõstituas mihi tempus in quo recorderis mei? Sed iam venerat tempus, fratres, illud quod beatus Iob postulabat, iam recordandi tempus, iam venerat tempus miserendi, quãdo sanctorum voces sub altari dei beatus Ioannes audiuit. Donec enim veniret desideratus ille qui sanguine suo deleret chirographũ damnationis nostrę, & flammeũ accingens gladium aperiret credentibus regna cœlorũ, nullus omnino cuiquam sanctorum ad ea patebat accessus, sed prouiderat eis dominus in inferno ipso locum quietis & refrigerij, chaos magnum firmãs inter sanctas illas animas, & animas impiorũ. Quãuis enim vtræque in tenebris essent, non vtræq; erant in pœnis, sed cruciabantur impij, iusti verò consolabantur. Quòd autem in tenebris essent, beati Iob testimonio didicimus: qui se quoq; in locũ tenebrosum & opertũ mortis caligine perhibebat iturum. Hũc ergo locum obscurum quidẽ, sed quietum, sinum Abrahæ dominus vocat: pro eo, vt arbitror, quòd in fide & expectatione quiesceret saluatoris. Abrahæ enim fides tã manifeste probata est & approbata, vt primus ipse futurę incarnationis Christi meruisset accipere promissionẽ. In hunc ergo locũ saluator descendens cõtriuit portas æreas, & vectes ferreos cõfregit, eductosq; vinctos de domo carceris, sedẽtes quidem, hoc est quiescẽtes, sed in tenebris & vmbra mortis, iam tunc quidem sub altari dei collocauit, abscondens eos in tabernaculo suo in die malorum, & protegens eos in abscõdito tabernaculi sui, donec veniat tempus in quo procedant completo iam numero fratrum, & percipiãt regnũ quod eis paratum est ab origine mũdi. Iam verò sicubi forte præsens quoq; sanctorum requies Abrahę sinus vocatur, certũ est de euangelio hanc inoleuisse consuetudinẽ: licet neminẽ oporteat dubitare longè aliũ hunc sinum esse quàm illum, quippe cum ille in tenebris, hic in luce multa: in inferno ille fuerit, iste in cœlo. Non incõgruè tamen etiã nunc dictum videtur patriarcharum filios paternum in sinum recipi, cũ ad eorum cõsortiũ ab hoc seculo trãsire meruerint. Porrò altare ipsum de quo nobis habendus est sermo, ego pro meo sapere nihil aliud arbitror esse quã corpꝰ ipsum domini saluatoris. Credo autẽ quòd & ego super hoc sensum eius habeã, præsertim cũ audiam eũ in euãgelio promittentẽ: Vbicunq; fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquilæ. Interim ergo sub Christi humanitate feliciter sancti quiescũt, in quam nimirum desiderant etiam angeli ipsi prospicere, donec veniat tẽpus quãdo iam non sub altari collocentur, sed exaltentur super altare. Sed quid dixi? Nũquid humanitatis Christi gloriam, non dicam hominum, sed vel angelorũ assequi poterit quis, nedũ superare? Quonam igitur modo super altare dixerim exaltandos eos qui nũc sub altari quiescunt? Visione vtique & contemplatione, non prælatione, Ostendet enim nobis filius (vt pollicitus est) semetipsum, non in forma serui, sed in forma dei. Ostendet etiam nobis patrem & spiritum sanctum: sine qua nimirũ visione nihil sufficeret nobis: quoniã hæc est vita æterna, vt cognoscamus patrẽ verũ deum, & quẽ misit Iesum Christum, & in eis (quod nõ est dubium) etiam spiritum vtriusq; Transiens quippe ministrabit nobis nouas vtiq;, & vsque ad tempus illud nobis penitus inexpertas delicias manifestę suę contemplationis. Vnde & beatus Ioannes in epistola sua, Nunc, inquit, filij dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Et addit: Scimus autem quoniam cũ apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Audi denique sponsam in cantico canticorum fiducialiter loquentẽ, & spe quidem iam super altare locatam: Lęua eius (haud dubium quin sponsi) sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Transcendit enim beata anima Christi incarnationem & humanitatem, quæ nimirũ læua eius iure vocatur: vt diuinitatem eius & maiestatẽ eius (quam non incongruè dexteram nominat) sublimius contempletur. Tripliciter enim fratres, in æterna illa & perfecta beatitudine fruemur deo vidẽtes eũ in omnibus creaturis, habẽtes eum in nobis ipsis, & quòd his omnibus ineffabiliter iucundius sit atq; beatius, ipsam quoq; cognoscentes in semetipsa trinitatẽ & gloriam illam, sine vllo ænigmate mundo cordis oculo contemplantes. In hoc enim erit vita æterna & perfecta, vt cognoscamus patrẽ & filium cum sancto spiritu, & videamus deum sicuti est: id est, nõ modò sicut inest, nobis videlicet aut cęteris creaturis, sed sicut est in semetipso. Vnde duo illa velut circũiacentia esse videntur quæ prædiximus, & quasi cortex tritici: hæc verò

Luc.16.c

Iob.14.c

Iob.10.a

Luc.23.b

Ioan.17.a

1.Ioan.3.d

Eccles 1.

Cant.2.d

Psal.71.d

Psal.62.a

A hęc verò cognitio summę beatitudinis, tritici medulla, adeps frumenti, quo nimirum ciuitas sancta Hierusalẽ satiatur. Verùm quàm magna est beatitudo illa, tam abscondita ab oculis nostris? Nec enim oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quãta claritas, quãta suauitas, quãta iucunditas maneat nos in illa cognitione. Pax dei est illa, quæ exuperat omnẽ intellectũ, quanto magis omnẽ sermonẽ nostrum? Quod ergo nulli datũ est experiri, nullus conetur effari. Mẽsuram, ait dominus, plenam & cõfertam, & coagitatã, & supereffluentem dabunt in sinus vestros. Plenam vniuersitate creaturarum, cõfertam in interiore homine nostro, coagitatam in exteriore, & supereffluentem in deo ipso. Ibi cumulus felicitatis, ibi supereminens gloria, ibi supereffluens beatitudo. Nam quomodo videndus sit in creaturis, quomodo in nobis habendus, possumus vel ex parte coniicere, ex ipsis nimirum quas accepimus iam primitiis spiritus. Cognitio autẽ illa omnino adhuc nobis incognita est, mirabilis facta est, confortata est, vt non possimus ad eã. At verò quẽadmodum in creaturis videndus sit, possumus aliquatenus intelligere, nimirum cum & modo videatur in ipsis: vnde & philosophi (apostolo teste) per ea quæ facta sunt, dei inuisibilia conspexere. Verùm quantumcunq; proficiat quis intelligendo conspicere, quàm potentissime, quàm prudentissime, quàm benignissime maiestas æterna omnia fecerit, cuncta regat, nunc B creet omnia, nũc regat, ordinet vniuersa: prorsus modicũ ab eo quod est cõprehendit. Veniet autẽ quando iã (vt in præcedenti sermone diximus) sequemur agnum quocunque ierit: & in omnibus cõsequemur creaturis, vt in omnibus gaudeamus, quod est gaudiũ domini dei nostri. Gaudeamus sanè in omnibus, sed non aliunde quàm de ipso: sicut & ipse nõ aliis fruitur, sed semetipso. Iam verò quẽadmodum in nobis habendus sit, & hoc vel ex parte possumus cogitare. Constat enim animarũ triplicem esse naturam: vnde & sapiẽtes mundi huius animam humanam, rationalem, irascibilẽ, concupiscibilem esse tradiderunt. Quam vtiq; triplicem vim animæ ipsa quoque natura & quotidiana experimenta nos docent. Porrò quemadmodum circa rationale nostrum, & sciẽtia & ignorantia constat tanquam habitus & priuatio: sic & circa concupiscibile, desiderium & contẽptus: & circa id quod dicitur irascibile, & lætitia pariter & ira versatur. Implebit ergo deus rationale nostrum luce sapientiæ: ita vt penitus nobis nihil desit in vlla sapientia. Implebit concupiscibile nostrum fonte iustitię, vt omnino desideremus eam, & ea penitus repleamur: sicut scriptum est: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Nulla enim alia res implere potest desiderium animæ, nulla alia præter iustitiã beatitudinis potest. Cum ergo repleuerit deus concupiscibile nostrũ iustitia: quicquid respuere debet anima respuet: C quicquid debet concupiscere, concupiscet: & ex omnibus id magis appetet, quod magis fuerit appetẽdum. Meritò denique cõcupiscibili nostro iustitiam attribuimus, ex quo nimirũ aut iusti aut iniusti reputamur. Iam verò quod dicitur in nobis irascibile, cum repleuerit illud deus, perfecta erit in nobis tranquillitas, & in summam iucunditatem atque lætitiam replebitur pace diuina. Et vide si nõ etiam in his tribus perfecta, quantum sanè ad animã spectat, beatitudo cõsistat: quando scientia iam nõ inflat propter iustitiã, iam non contristat propter lætitiam, vt cesset prouerbium illud: Qui apponit sciẽtiam, apponit & dolorem: quoniam iustitia nec indiscreta erit propter sciẽtiam, nec onerosa propter lætitiam: quando lætitia nec inepta erit propter scientiam, nec impura propter iustitiam. Sed in his omnibus nihil adhuc exterior homo noster accepit. Ipsi ergo, vt inhabitet gloria etiam in terra nostra, & iuxta alium prophetam repleatur maiestate domini omnis terra, quatuor sunt quærenda, quem nimirum constat ex elementis quatuor esse compactum. Ne miremur quòd pluribus indigere videtur qui melior est, cũ & in psalmo legeris dicente propheta: Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea? Habeat ergo terra nostra immortalitatem, ne iam timeat denuo se in puluerem redigendam. Resurgens enim corpus nostrum iam non moritur, mors illi vltrà non dominabitur. Sed quid proderit si forte contingat in æternũ viuere in miseriis & ærumnis passibilitatis huius, qua nimirum incessanter corruptibile hoc corpus affligitur: D & si non semel, vtique semper moritur? Habeat certe etiam aliquando omnimodam impassibilitatem, ab humoribus enim inordinatis causas aiunt procedere passionum. Sed iam desiderat corpus nostrum etiam leuitatem, secundum eam nimirum quam habet ex aëre portionem. Tanta itaq; futura credenda est corporum leuitas & agilitas beatorum, vt possint, si velint, absq; omni mora seu difficultate ipsam quoque cogitationum nostrarum sequi ad omnia velocitatem. Quid vltrà deest ad perfectam corporis beatitudinem? Sola vtique pulchritudo. Hanc perfectissimam habituri, non immeritò possumus attribuere ei parti quã habemus ab igne. Saluatorem enim expectamus (vt ait apostolus) qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, exhibẽs quod pollicitus est, quoniã fulgebunt iusti sicut Sol in regno patris eorũ. Sic ergo replebit animas nostras deus, cum perfecta in eis scientia fuerit, perfecta iustitia, perfecta lætitia. Sic replebitur maiestate omnis terra, cũ fuerit corpus incorruptibile, impassibile, agile, configuratum deniq; corpori claritatis suę. Et vide ne forte isti sint septem panes, quibus quatuor hominũ milia saluatòr legitur satiasse, è quibus eiusdẽ numeri sportas plenas apostoli referuãdas sustulerũt. Nunc enim reficimur panibus istis, cum iucunda meditatione beatam spem ruminamus, donec veniat cum iam non de spe, sed de re ipsa & exhibitione gaudẽtes, quasi plenas sportas recipere pro panibus singulis mereamur. E

1.Cor.2.c

Luc.6.f

Matth.5.a

Philip.3.d

Matt.13.f

Rom.1.

In eodem festo. Sermo V.

FEstiua nobis est dies hæc, & inter præcipuas solennitates hodierna solennitas numeratur. Quid ergo dicimus, cuius apostoli, cuius martyris, cuius sancti? Non vnius alicuius singulariter, sed pariter vniuersorum. Omnes siquidem nouimus festiuitatem omnium sanctorum dici & esse, quam hodie celebramus. Omnium inquam, siue cœlestium, siue terrestrium. Sunt enim sancti de cœlo, & sunt sancti de terra: itémque eorum qui de terra sunt, quidam adhuc in terra, aliqui iam in cœlo. Celebratur ergo festiuitas omnium horum communiter, sed forsitan non vniformiter. Neque hoc mirum, cum non sit ne ipsa quidem sanctitas omnium vniformis, sed inter sanctos & sanctos distet, idque non parum. Nec modò dico quia alius alio sanctior (hæc enim quãtitatis potius quàm qualitatis distantia est) sed quòd nõ modò magis & minus, verumetiam aliter atq; aliter sanctos dici & verè dici inueniamus. Et forte inter angelos atque homines assignari possit ista diuersitas sanctitatis pariter & celebritatis. Neque enim tanquam triumphãtes honorari posse videntur, qui nunquam pugnasse noscuntur. Aliter tamen honorandi sunt nimis etiam ipsi tanquã amici tui deus, cuius nimirum voluntati semper adhæserunt, tanta vtique felicitate, quanta facilitate. Nisi forte in eo pugnasse creduntur, quòd peccantibus aliis viriliter perstiterunt, non abeuntes in consilio impiorum, sed singuli quique dicentes: Mihi autem adhærere deo bonum est. Celebranda ergo in eis gratia præueniens in benedictione dulcedinis, honoranda benignitas dei, nõ ad pœnitentiã adducens, sed abducẽs ab omnibus quibus pœnitentia deberetur: non eripiens à tentatione, sed à tentatione conseruans. Aliud sanè in his sanctitatis genus, & proprio modo videbitur honorandũ, qui venerũt ex magna tribulatione, & dealbauerunt stolas suas in sanguine agni: qui post multos agones iam nunc triumphant in cœlis coronati, quoniam legitime certauerunt. Estne adhuc sanctorum tertium genus? Est, sed occultum. Sunt enim sancti qui adhuc militãt, adhuc pugnant, currunt, necdum comprehenderunt. Temerariè forsitan huiusmodi videar dicere sanctos, sed tamẽ noui vnum ex his non veritum dicere deo: Custodi animam meam, quoniã sanctus sum. Sic & apostolus diuinorum conscius secretorum, euidentius ait: Scimus quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Hæc nimirũ diuersitas appellationis in nomine sanctitatis: vt alij quidem iam secundum consummationem sancti vocentur, alij iuxta solam adhuc prædestinationem. Latet ergo huiusmodi sanctitas penes deum, clausa est, & clausè quodãmodo cele-

Psal.85.a

Rom.8.c

Psal.72.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gbratur. Siquidem nescit homo vtrùm amore an odio dignus
sit, sed in futurũ omnia reseruantur incerta Sit ergo istorum
Eccles9. celebritas sanctorum in corde dei: quoniam nouit dominus
qui sunt eius, & ipse scit quos elegerit à principio. Sit etiam
apud administratorios illos spiritus, qui mittuntur in minis-
terium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Nos in
vita sua laudare hominẽ prohibemur. Quomodo nanque se-
cura laudatio, vbi nec ipsa vita secura? Non coronabitur nisi
2. Tim. 2.c qui legitime certauerit (ait tuba illa cœlestis) & legem certa-
Matth. 10. minis ab ore ipsius legislatoris auscultat: Qui perseuerauerit
& 24. vsque in finem, hic saluus erit. Nescis quis sit perseueratu-
rus, nescis quis sit legitime certaturus, nescis quis coronam
sit accepturus. Illorum lauda virtutem, quorum iam certa
victoria est: illos deuotis extolle præconiis, quorum secure
potes adgaudere coronis. Cantauimus sanctis hac nocte, di-
Psal. 33. centes: Timete dominum omnes sanctiei eius, sed non istis.
Non, inquam, eos, qui perseuerauerũt vsque in finem, timere
hortabamur, quia scriptum est: Iam non erit timor in finibus
nostris. Illis potius dicebamus sanctis quibus custodia mul-
tiplex necessaria est pro multitudine periculorum. Siquidem
Ephes. 6. non est eis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantũ:
sed aduersus principatus quoque & potestates, aduersus mũ-
H di rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitię in
cœlestibus. Egent plane custodia, qui tam multipliciter non
modo cõminus, sed eminus appetuntur: & vbi tot pugnę fo-
ris, non debent intus deesse timores: vt meritò his dicatur:
Psal. 33. Timete dominũ omnes sancti eius. Tota interim beatitudo
Prouc. 28.c nostra est, timere deum, dicente scriptura: Beatus homo qui
Psal. 127. semper est pauidus. Et item psalmista ait: Beati omnes qui ti-
ment dominum, qui ambulant in viis eius. Cæterùm longe
aliter beati in quibus perfecta charitas foras misit timorem,
nec iam timent ambulantes in viis eius, sed laudãt potius ha-
bitantes in domo, sicut idem ait: Beati qui habitant in domo
Psal. 83. tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Nostra ergo
felicitas, nostra interim festiuitas in timore dei: nam illo-
rum magis in exultatione & laude versatur. Inde est quòd
secure laudantur homines qui non sua iam viuunt vita, sed
dei: nam hominum vtique vita tentatio est. Est autem gemi-
na quędam securitas laudis huius, nisi quòd forte videbitur,
si diligenter attendimus, intra alteram altera comprehendi.
Siquidem nõ est quòd laudare vereamur verissime certissi-
meque laudabiles: non est quòd glorificare cũctemur sic ab-
sorptos in gloria, vt nostra omnino nequeãt laudatione mo-
ueri. Non enim est quo vanitas intret, vbi veritas iam totum
occupauit. Sed quænam, inquies, gloria sanctis? Neque enim
singuli sese glorificant, quia scriptum est: Non te laudet os
tuum. Nõ vicissim alter alterum laudat, quia in laudem con-
I ditoris intẽti & extenti, in quo nimirum tota eis reposita est
beatitudo, mutuis nunquam vacare laudibus possunt, dicẽte
Psal. 83.a propheta, sicut supra quoque meminimus: Beati qui habitãt
in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Ve-
runtamen non acquiesco expertes gloriæ credere sanctos,
2. Cor. 4.d maximè propter illud quod apostolus ait: Quod in præsenti
est momentaneũ & leue tribulationis nostræ supra modum
in sublimitatem æternum glorię põdus operabitur in nobis.
Psal. 105.a Et propheta: Visita nos in salutari tuo ad viuendum in boni-
tate electorum tuorum: ad lętandum in lætitia gentis tuæ: vt
lauderis cum hæreditate tua. Nõ enim ait, vt lauderis ab hæ-
reditate tua: sed, cum hæreditate tua, vt communis intelliga-
tur futura laudatio. Quod si ipsa laudat hęreditas dominum,
hæreditatem quis lauder, ab apostolo audiamus: Tũc, inquit,
1. Cor. 4.a vnicuique laus erit. A quo? A deo. Magnus laudator, & vehe-
menter ambienda laudatio. Felix commutatio laudis, vbi &
Psal. 105. laudare beatum est, & laudari. Ad quid ergo sanctis laus
nostra, ad quid glorificatio nostra, ad quid nostra hęc ipsa so-
lennitas? Quò eis terrenos honores, quos iuxta veracem filij
promissionem honorificat pater cœlestis? Quò eis præconia
nostra? Pleni sunt. Prorsus ista est dilectissimi, bonorum no-
strorum sancti non egent, nec quicquam eis nostra deuotio-
ne præstatur. Planè quòd eorum memoriam veneramur, no-
stra interest, non ipsorum. Vultis scire quantum intereat no-
stra? Ego in me (fateor) ex hac recordatione sentio desideriũ
vehemens inflammari, & desiderium triplex. Vulgò dicitur:

Quod nõ videt oculus, cor non dolet. Oculus meus, memo- K
ria mea: & cogitare de sanctis, quodammodo eos videre est.
Sic nempe portio nostra in terra viuẽtium, nec modica sanè
portio, si tamen vt decet memoriã affectio comitetur: sic in-
quam cõuersatio nostra in cœlis est. Veruntamen nõ sic no-
stra, sicut illorum. Ipsorum enim substantia ibi est, nostra au-
tem desideria ipsi per præsentiam, nos per memoriam ibi su-
mus. Quando & nos addemur ad patres nostros? quando es-
sentialiter præsentabimur eis? Hoc enim primũ desiderium,
quod in nobis sanctorũ memoria vel excitat, vel incitat ma-
gis, vt eorum tam optabili societate fruamur, & mereamur
conciues & contubernales esse spirituum beatorum, misceri
cœtui patriarcharum, cuneis prophetarum, senatui apostо-
lorum, martyrũ exercitibus numerosis, confessorũ collegiis,
virginum choris: in omnium denique colligi & collætari
communione sanctorum. Singulorũ quippe recordationes
quasi scintillæ singulæ, imò quasi ardentissimæ faces deuotos
accendunt animos, vt eorum & conspectum sitiãt & cõple-
xum, adeo vt plerumque etiam inter eos esse se reputẽt: mo-
dò ad omnes simul, modò ad hos vel ad illos tota auiditate &
vehementia corda vibrantes. Alioquin quid istud negligen-
tiæ, quid pigritiæ, imò quid vecordiæ est, vt non crebris su-
spiriis & feruentissima affectione abrumpere hinc & in illa
tam felicia agmina iaculari animos studeamus? Væ nobis à
duritia cordis nostri, væ à peccato gentium, quas apostolus *Roma.1.d*
memorat sine affectione fuisse. Præstolatur nos ecclesia illa L
primitiuorum, & negligimus: desiderant nos sancti, & parui-
pendimus: expectant nos iusti, & dissimulamus. Excitemur
aliquando fratres, resurgamus cum Christo, quęramus quæ
sursum sunt, quę sursum sunt sapiamus. Desideremus desi-
derantes nos, properemus ad præstolantes nos, expectates nos
votis præoccupemus animorũ. Ecce enim nihil in hac nostra
communione fecuritatis, nihil perfectionis, nihil quietis: &
tamen hic quoq; quàm bonum & quàm iucundum, habitare
fratres in vnũ! Quicquid enim siue interius siue exterius mo
lestũ occurrit, ipso quoq; tam germanorũ consortio fratrum
cum quibus est nobis cor vnũ & anima vna in deum, tolera-
bili" inuenitur. Quàm dulcior erit, quàm delectabilior, quàm
beatior vnio, vbi nulla suspicio esse poterit, nulla dissensio-
nis occasio, vbi omnes perfecta charitas indissolubili fœdere
colligabit: vt sicut pater & filius vnum sunt, sic & nos vnum
simus in ipsis? Non tantummodo societas, sed etiam felici-
tas nobis est optanda sanctorum: vt quorũ desideramus præ-
sentiam, gloriam quoque feruentissimis studiis ambiamus.
Neq; enim pernicioſa hæc ambitio, aut illius affectatio glo- *Psal.132.*
riæ vllatenus periculosa est. Nam quod dicimus, Non nobis
domine nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam: huius tempo- M
ris vox est, quando & ipsi angeli clamant: Gloria in excelsis *Luc. 2.b*
deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Noli me tan- *Ioan. 12.b*
gere, ait, nondum enim ascendi ad patrem meum. Verbum
gloriæ est. Nempe filius sapiens, gloria patris. Noli ergo, ait
gloria, noli me tangere. Noli interim quærere gloriam, fuge
potius, & vide omnino ne me tetigeris donec perueniamus
ad patrẽ, vbi sit gloriatio omnis iã secura. Ibi, ibi in domino
laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur. Nun-
quid non videtur audisse dicentem, Noli me tangere, non- *Cantic.8.d*
dum ascendi ad pattem meum, quæ in cantico clamat: Fuge
dilecte mi, fuge! Hoc est enim quod supra meminimus. Non
nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Vnde
& in hymno hodie nos canimus: Des pacẽ famulis, nos quo-
que gloriam per cuncta tibi secula iuxta angelicam scilicet
distributionem. Quia enim tentatio est vita hominis super *Iob 7.d*
terram, meritò in terra homini non gloria, sed pax est quæ- *Ibidem.*
renda: pax cum deo, pax cum proximo, pax cum seipso. O cu-
stos hominum, quare me posuisti contrarium tibi, & factus
sum mihimetipsi grauis? Vicina nimirum lucta & intestina
seditio, bellum non ciuile, sed domesticum, spiritus aduersus
carnem, & caro aduersus spiritum concupiscens. Vnde hoc
nisi quia posuisti me contrarium tibi? Tu enim vera liber-
tas, tu vita, tu gloria, tu sufficientia, tu beatitudo: ego pauper
& miser & miserabilis cõfusus & humiliatus vsquequaque,
mortuus propter peccatum, venundatus sub peccato. Deni-
que tu perfecta & sancta voluptas, & requies spirituum bea-
torum

A torum posuisti me ab initio contra Eden (quod voluptatem
sonat) in labore vtique & ærumna. Attamen dicis: Conuer-
Ioel. 2.c timini ad me in toto corde vestro. Liquet quia sumus auersi,
quos vt reuertamur, hortaris. Liquet quia contratij, quos re-
uocas vt conuertamur. Sed quomodo? In ieiunio, inquit, &
fletu & planctu. Mira res. Itáne in ieiunio tu versaris, & fletu
degis, & in plãctu habitas? Procul à te omnia ista: procul ipse
ab his vehementer. Nimirum regnum tuum in Hierusalem,
quam satias adipe frumenti: nec ibi luctus & clamor, sed nec
Psal. 67.a vllus dolor: magis autem gratiarum actio, & vox laudis. In-
sti, inquit, epulentur in conspectu dei, & delectẽtur in lætitia
& exultatione. Quomodo ergo in ieiunio & fletu & planctu
cõuertemur ad ipsum? An verò iustus eum in lætitia & exul-
tatione: qui verò nondũ iustus est, non nisi in ieiunio & fletu
& planctu reperiet? Ita planè, sed iustus qui iam conspectum
Psal. 90.c meruerit, nõ qui adhuc viuat ex fide. Nimirum quod ait do-
minus, Cum ipso sum in tribulatione, ad eum pertinet qui
per fidem ambulat: non autem qui ad faciem iam peruenit.
Equidem vtrisque est caput vnum, sed non vno modo mem-
bris omnibus exhibetur. Quibusdam enim ostenditur caput
hirsutum spinis, inclinatum in cruce, vt humilientur pariter,
pariter & compungãtur. Quibusdam gloriosum apparet, vt
ab ipso glorificentur, vt in ipso gloriẽtur facta ei similia, quę
B videnti sicuti est. Hoc ergo secundũ desiderium, quod ex san-
ctorum cõmemoratione flagrat in nobis, vt sicut illis, sic no-
bis etiam Christus appareat vita nostra, & nos quoque cum
ipso appareamus in gloria. Interim nempe non sicut est, sed
Cant. 3.d sicut pro nobis factum est, caput nostrum nobis repræsenta-
tur, non coronatum gloria, sed peccatorũ nostrorum circun-
datum spinis, dicente scriptura: Egredimini filiæ Sion, & vi-
dete regem Salomonẽ in diademate quo coronauit eum ma-
ter sua. O regem, ô diadema. Mater siquidem synagoga, non
matrem sanè se exhibens, sed nouercam, regem nostrum co-
rona spinea coronauit. Pudeat sectari gloriam membra, qui-
bus caput suum tam inglorium exhibetur, non habens spe-
ciem aut decorem, vel aliquid eiusmodi. Nimirum Salomon
est, quod interpretatũ est pacificus, sanè quod in præsenti est:
non vtiq; beatificus, aut glorificus: vt in omnibus angelicum
illud elogium commẽdetur, quo terris pacem, cœlis gloriam
tradiderunt. Pudeat sub spinato capite membrum fieri deli-
catum, quòd omnis ei interim purpura non tam honoris sit,
quàm irrisionis. Videre est tamen hodie multis in locis non
sine multa ambitione & comessatione præsentem diem ho-
norari. Honorari, an dehonestari dicã? Ipsi viderint qui hæc
agunt. Ipsorum est enim huiusmodi celebritas, non sancto-
rum: quod sibi libet faciunt, non quod sanctis. Erit cùm ve-
nerit Christus, nec mors eius vltrà annũciabitur, vt faciamus
C quoniam ipsi quoque mortui sumus, & cum eo absconditа
est vita nostra, apparebit caput gloriosum, & cum eo mem-
bra glorificata fulgebunt: cum videlicet reformabit corpus
humilitatis nostræ cõfiguratum gloriæ capitis, quod est ipse.
Hanc ergo gloriam tota & tuta ambitione concupiscamus,
ne forte audiamus & nos: Quia gloriam quæ ab inuicem est
quæritis, & gloriam quæ à solo deo est, non vultis. Sanè vt eã
nobis sperare liceat, & ad tãtam beatitudinem aspirare, sum-
mopere nobis desiderãda sunt suffragia quoque sanctorum:
Iob. 19. vt quod possibilitas nostra non obtinet, eorum nobis inter-
cessione donetur. Miseremini mei, miseremini mei, saltẽ vos
amici mei. Nostis ipsi periculum nostrum, nostis figmentum
nostrum, nostis ignorantiã nostram, & dolos aduersariorum:
nostis eorum impetus, & nostrã fragilitatem. Vobis enim lo-
quor, qui in eadẽ tentatione fuistis, qui eosdẽ superastis con-
flictus, eosdem laqueos euasistis, qui didicistis ex his quę pas-
si estis, compassionem. Confido equidem & de angelis quòd
Iob 5.d nec ipsi suam visitare speciem dedignẽtur, maxime, quia scri-
ptum est: Visitabis speciem tuam, & non peccabis. Cæterùm
etsi de eis mihi arbitror præsumendum ob spiritualis substã-
tiæ & rationalis formæ similitudinem, ampliori tamen fidu-
cia ad eos mihi reor vtẽdum, quos habere me nouerim & in
ipsa humilitate consortes, vt oporteat eos familiarius & spe-
cialius misereri ossi de ossibus suis, & carni de carne sua. De-
nique transeuntes ex hoc mundo ad patrem, sancta nobis pi-
gnora reliquerunt. Apud nos siquidẽ corpora eorum in pace
sepulta sunt, quorum nomina viuent in seculum, id est, quo- D
rum nũquam gloria sepelitur. Absit, absit à vobis animæ san-
ctæ, Aegyptia illa crudelitas pincernæ Pharaonis, qui in gra- *Genè. 40.*
dum pristinũ restitutus, statim oblitus est Ioseph sancti qui
in carcere tenebatur. Nõ enim erant vnius capitis membra,
nec aliqua pars fideli cum infideli, aut vlla societas Israëlitæ
ad Aegyptium, non plus quàm luci ad tenebras. Interpreta-
tur enim Aegyptus tenebræ, Israël verò videns deum: atque
ideo vbicunque Israël erat, lux erat. Non sic noster Iesus cru-
cifixi secum latronis potuit obluiſci: factum est vtique quod
promissum est: ipsa die qua compassus est, & conregnauit.
Nos quoq; si non sumus ipsius capitis membra cuius & san-
cti, vnde eis tam solennibus hodie votis & tanto gratulamur
affectu: Cæterum qui dixit: Si glorificatur vnum membrum, *1. Cor. 12.d*
congaudent omnia membra: hoc quoquo nihilo minus ait,
Quod si patitur vnum mẽbrum, compatiuntur omnia mem-
bra. Hæc igitur nostra & eorum cohærentia est, vt nos con-
gratulemur eis, ipsi compatiantur nobis: nos deuota medita-
tione regnemus in eis: ipsi in nobis, & pro nobis militent pia
interuentione. Nec est quòd de eorum pia erga nos sollicitu-
dine dubitemus, quandoquidem non consummandi sine no
bis, sicut supra meminimus, expectant nos vsque dum retri-
buatur nobis: vt videlicet in nouissimo die magno festiuita-
tis omnia simul in virum perfectũ cum suo tam excelso ca-
pite membra concurrant, & laudetur cum hæreditate sua Ie- E
sus Christus dominus noster, qui est super omnia benedictus
& laudabilis & gloriosus in secula. Amen.

In transitu sancti Malachiæ episcopi. Sermo.

DE cœlo vobis hodie, dilectissimi, copiosa quædam
est benedictio destinata: & fideliter eam non di-
stribui vobis quidem damnosum esset: mihi verò
periculosum, cui nimirum hæc dispensatio vide-
tur esse commissa. Timeo itaque damnum vestrum, timeo
damnationem meam, si forte dicatur: Paruuli petierunt pa-
nem, & non fuit qui portigeret illis. Scio enim quàm neces- *Thren. 4.a*
saria vobis sit è cœlo veniens consolatio, quos constat ille-
cebris carnalibus & oblectamentis secularibus viriliter ab-
renunciasse. Nemo sanè beneficij esse cœlestis, & superno
dubitet consilio diffinitum, vt episcopus Malachias hodie
inter vos obdormiret, & desideratam inter vos haberet se-
pulturam. Cum enim nec folium quidem arboris sine diui-
no nutu cadat in terram, quis tam hebes, vt non euidenter in
huius beati viri aduentu & transitu magnum prorsus consi-
lium supernæ pietatis aduertat? A finibus terræ, terram hic
posituras aduenit, alia quidem occasione festinans, quanuis
ob specialem erga nos charitatem id plurimum desideraſſe
noscatur. Multa quidẽ in itinere ipso impedimenta sustinuit,
nec transfretare permissus est, donec appropinquaret tem-
pus consummationis eius, & terminus qui non poterat præ- F
teriri. Quem quidem multis ad nos perueniẽtem laboribus,
tanquam angelum dei pro reuerentia sanctitatis suæ susce-
mus, sed & nos ipse pro sua mãsuetudine & humilitate altius
radicata, longè supra quàm mererenur, deuoto susciebat
affectu. Paucos deinde apud nos dies fecit in ecolumitate sua
dum socios prestolaretur qui dispersi in Anglia fuerant, cum
regis illius vana suspicio dei hominem impediret. Iámque
omnibus ad eum collectis, ad Romanam pro quã venerat cu
riam parabat iter: cũ subitò infirmitate præuentus sensit pro-
tinus ad cœleste magis sese palatium euocari, deo melius ali-
quid prouidente pro nobis, quę à nobis egressus alibi cõsum-
maretur. Nullum quidem in eo non dico mortis, sed vel gra-
uis ægritudinis signum medicis apparebat, ille tamen exhila-
ratus spiritu aiebat omnimodis oportere, vt hoc anno Mala-
chias ab hac vita egrederetur. Laboratũ est ecõtra & deuotis
precibus apud deum, & quibuscunque potuimus modis, sed
illius prævaluere merita, vt desideriũ cordis eius tribueretur
ei, & non fraudaretur voluntate labiorum suorum. Sic enim
pro votis omnia ei concurrêre, vt hunc maxime locum diui-
na sibi inspirante clemẽtia elegisset: & hunc quoque ex lon-
go optaret sepulturæ habere diem, quo fidelium omnium ge
neralis memoria celebratur. Sed & illud nostra hæc gaudia
meritò cumulauit, quòd fratrum nostrorũ ossibus de priore

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cœmeterio huc asportandis & recondendis, eadē nobis dies auctore deo fuisset electa: quę nimirū deportātibus nobis, & ex more psallentibus, idē vir sanctus plurimū sese illo cantu delectari dicebat, & nō multò pòst ipse quoq; secut⁹ est somno suauissimo & felicissimo soporatus. Agimus itaq; gratias deo super omnibus dispositionibus suis, quòd indignos nos beatę mortis eius honorare presentia, q̄ pauperes suos preciosissimo corporis eius locupletare thesauro, quod infirmos nos tanta ecclesię suę voluit fulcire colūna. Alterū siquidem è duobus signum istud quod nobis in bonum factū est, persuadet quòd aut placitus deo sit locus, aut sibi placitum facere velit, ad quem tantæ sanctitatis virum à finibus terræ moriturum sepeliendūmque perduxit. Cæterum populo illi affectuosius condolere, & eius, quę tam miserabili ecclesiæ dirum hoc vulnus non pepercit inferre, crudelitatem mortis vehemētius abhorrere beati huius patris charitas ipsa compellit. Dira profectò & inexorabilis mors, quæ tātam hominum multitudinem vnius percussione mulctauit: cęca & improuida, quæ Malachiæ ligauit linguam, impediuit gressus, dissoluit manus, oculos clausit. Illos inquam deuotos oculos, qui piissimis fletibus diuinam peccatoribus reconciliare gratiam consueuere. Illas mundissimas manus, quæ laboriosis & humilibus operibus exerceri semper amauerant, quæ H dominici corporis ostiam salutarē pro peccatoribus totiens offerebant, & sine ira & discepatione in oratione leuabantur in cælum: quæ infirmis multa beneficia præstitisse, & signis variis effulsisse noscuntur. Illos quoque speciosos gressus euangelizantis pacem, euangelizantis bona, illos pedes qui totiēs fatigati sunt studio pietatis, vestigia illa digna quę semper deuotis osculis premerētur. Sancta denique labia illa sacerdotis quæ custodiebāt scientiam: os iusti quod sapiētiam meditabatur: & linguam eius quæ iudicium loquens, imò & misericordiam, tantis mederi solebat vulneribus animarum. Nec mirum fratres, iniquam esse, quam generauit iniquitas: inconsideraram, quam nescitur seductio peperisse. Nihil inquam mirum si ferit sine discretione, quæ venit ex præuaricatione: si sit crudelis & fatua, quæ ex antiqui serpētis fallacia, & mulieris insipientia prodiit. Quid tamē causamur quòd Malachiam ausa sit attentare, fideie equidē membrum Christi, quādo & ipsum Malachiæ pariter & omnium electorum caput furibunda peruasit? Peruasit vtique immunem, sed non immunis euasit. Impegit in vitam mors, & inclusit intra se vita mortem, & absorpta est mors à vita. Hamum sibi deuorans, inde teneri cœpit, vnde visa est tenuisse. At fortasse quis dicat: Quomodo mors à capite superata videtur, quæ tanta adhuc libertate sæuit in membra? Si mors mortua, quomodo Malachiam occidit? Si victa, quomodo adhuc prævalet vniuersis, & non est homo qui viuat & non videat mortem? Victa planè mors opus diaboli, & peccati I pœna victum peccatū causa mortis: victus & malignus ipse, & peccati author & mortis. Nec modo victa sunt hęc, sed & iudicata iam & damnata: Diffinita quidem, sed nōdum promulgata sententia est. Denique iam diabolo ignis paratus, etsi nondum ille præcipitatus in ignem, modico adhuc tempore sinitur malignari. Tāquam malleus cœlestis opificis factus est, malleus vniuersæ terræ. Terit electos ad eorum vtilitatem, reprobos conterit in eorum damnationem. Qualis ergo paterfamilias, tales & domestici eius, peccatum scilicet & mors. Nam & peccatum licet simul cum Christo cruci ipsius nō dubitetur affixum, adhuc tamē interim non regnare quidem, sed habitare etiam in ipso dum viueret apostolo permittebatur. Mentior si non ipse ait: Iam non ego operor *Rom.7.d* illud, sed quod habitat in me peccatum. Sic & mors ipsa minime quidem adhuc abesse cogitur, sed cogitur non obesse. Erit autem cum dicetur: Vbi est mors victoria tua? Et ipsa siquidem inimica nouissima destruetur. Nūc verò moderante eo qui imperiū habet vitę & mortis, & mare ipsum certis littorum coercet metis, mors ipsa dilectis domini somnus refrigerij est, propheta attestante, qui ait: Cum dederit dilectis *Psal.86.d* suis somnum, ecce hæreditas domini. Pessima quidem mors peccatorū, quorū & natiuitas mala, & vita peior: sed preciosa est mors sanctorum. Preciosa planè tanquam finis laborum, tanquam victoriæ consummatio, tanquam vitæ iaK nua, & perfectę securitatis ingressus. Congratulemur itaque fratres, cōgratulemur, vt dignum est, patri nostro: quia & piū est defunctum plangere Malachiam, & piū magis Malachiæ congaudere viuenti. Nunquid non viuit? Et beatē. Nimirum visus est oculis insipiētium mori, ille autem est in pace. Denique iam conciuis sanctorum, & domesticus dei psallit pariter & gratias agit dicens: Trāsiuimus per ignem & aquā, & *Psal.65* eduxisti nos in refrigeriū. Transiuit plane viriliter, & feliciter pertransiuit. Verus Hebræus Pascha celebrauit in spiritu, & nobis transiens loquebatur: Desiderio desideraui hoc *Luc.22.d* Pascha manducare apud vos. Transiuit per ignem & aquā quem nō tristia frangere, nec detinere mollia potuerunt. Est enim deorsum nos locus quem sibi totū vendicat ignis, adeò *Luc.16.f* vt ne minimam quidem aquę guttam de Lazari digito miser ille diues ibi habere potuerit. Est & sursum ciuitas dei, quam lętificat fluminis impetus, voluptatis torrens, calix inebrians quàm præclarus. In hoc sanè medio boni & mali sciētia continetur, & voluptatis & tribulationis hic capere est experimentum. Infelix Eua in has vicissitudines nos induxit. Hic planè dies & nox: nā in inferno tantùm nox, & in cœlo tantum dies. Beata proinde anima quæ vtrunque pertransit, nec voluptati inhærens, nec deficiens in tribulatione. Breuiter vobis vnū aliquid ex multis huius viri magnificis actibus arbitror referendum, in quo strenuè satis & ignem & aquā nos- L scitur pertrāsisse. Magni illius Patricij Hybernienſium apostoli sedē metropolitanam tyrannica sibi progenies successionis ordine creans archiepiscopos vendicabat, hæreditate possidens sanctuarium dei. Rogatus itaque à fidelibus Malachias noster, vt tantis sese malis opponeret, animam suam in manibus suis ponēs, accessit intrepidus, suscepit archiepiscopatum, tradens sese discrimini manifesto, vt tanto crimini finem daret. Inter pericula rexit ecclesiam? post pericula sibi continuò successorem alterum canonicè ordinauit. Ea siquidem cōditione susceperat, vt postquam cessante persecutionis rabie alter secure posset institui, ad sedem propriam remeare permitteretur. Vbi sine ecclesiasticis secularibúsve reditibus in congregationibus religiosis quas ipse extruxerat, degens inter eos, tanquam vnus eorum, vsque ad hoc tēpus vixit absque vlla proprietate. Sic dei hominem exanimauit, nō exinaniuit tribulationis incendium, (siquidem aurum erat) sic nec illecebra tenuit aut resoluit: nec curiosus spectator in via substitit propriæ peregrinationis oblitus. Quis vestrum fratres nō vehemēter eius imitari cupiat sanctitatem, si id audeat vel sperare? Credo igitur libētius audituros, si dicere forte poterimus quid sanctum fecerit Malachiam. Sed ne nostrum forsitan minus acceptabile testimonium videatur scriptum, audite dicentem: In fide & lenitate ipsius sanM *Eccl.* ctum fecit illum. Fide calcabat mundum, Ioanne attestante *1.Ioan.5* qui ait: Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Nam in spiritu lenitatis dura quælibet & aduersa æquo animo tolerabat. Hinc quidē post Christū fide calcabat maria, ne caperetur illecebris: inde in patiētia sua possidebat animā suam, ne molestiis frangeretur. De his enim duobus habes in *Psal.90* psalmo casuros à latere tuo mille, & decē milia à dextris tuis: quòd multo plures prosperitatis fallaciæ quam aduersitatis flagella deiiciant. Nemo itaq; nostrū, charissimi, plana mollioris viæ superficie delectatus, iter illud marinum sibi commodius arbitretur. Magnos hic campus montes habet, inuisibiles quidē, sed eo ipso periculosiores. Laboriosior forte via videtur inter ardua colliū, & aspera rupium, sed expertis lōge securior & desiderabilior inuenitur. Vtrobique tamen la*2.Cor.6.d* borem, vtrobiq; periculum esse nouerat qui dicebat: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, vt merito congratulemur eis qui transierunt per ignem & aquam, & in refrigeriū sunt educti. Refrigerium vultis audire? Vtinam id vobis alius loqueretur. Nam ego quod non gustaui, eructare non possum. Videor tamen mihi hodie super hoc refrigerio Malachiam *Psal.115* audire dicentem: Cōuertere anima mea in requiem tuā, quia dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meā de morte, &c. In quibus verbis quid intelligam, paucis audite. Siquidē inclinata est iā dies, & longius q̄ sperabamus sermo processit, quòd inuitus euellar à paterni dulcedine nominis, & Malachiam silere lingua formidās, finem facere vereatur. Mors

A animæ, fratres mei, peccatū est: nisi forte excidit vobis quod *Ezec.18.a* in propheta legistis: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Triplex proinde congratulatio est hominis ab omni peccato & labore & periculo liberati. Ex hoc siquidē nec peccatum in eo habitare dicitur, nec pœnitētiæ luctus indicitur, nec ab vllo deinceps lapsu ei prædicitur esse cauendū. Posuit Helias pallium, non est quòd timeat, non est quòd tangi, nedum teneri ab adultera vereatur. Currū conscendit: non est iam trepidare ne cadat: suauiter scandit, nō laboras volatu proprio, sed celeri in vehiculo sedens. Ad hoc nos refrigerium, dilectissimi, tota animi auiditate cutramus in odore vnguentorū huius beati patris nostri, qui nostrū hodie torporē in feruentissimum desideriū visus est excitasse. Curramus inquā post eum crebriùs illi clamātes: Trahe nos post te: & affectu cordis, & profectu conuersationis, deuotas omnipotenti misericordiæ gratias referētes, quòd indignis seruulis, quibus propria desunt merita, aliena saltem voluit suffragia non deesse:

Epistola de eodem, ad fratres de Hybernia.

REligiosis fratribus qui in Hybernia sunt, & his maxime congregationibus, quas beatæ memoriæ Malachias episcopus fundauit, frater Bernardus Claræuallis vocatus abbas, paracleti consolationem. Si haberemus hic ciuitatem manentem, copiosissimis iure lachrymis plangeremus talem B nos amisisse conciuem. Cæterum si futuram magis inquirimus, vt oportet: est quidem non modica doloris occasio tam necessariō duce destitui: debet tamen zelum temperare scientia, & dolorem spei fiducia delinire. Nec mirari quempiam decet, si gemitum extorquet affectus, si desolatio lachrymas exprimit: modum tamen adhibere necesse est, imò non modice etiam consolari intuentes non quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: *Ioan.14.a* quæ autem non videntur, æterna. Primùm quidem congratulandum est animæ sanctæ, ne nos arguat de inopia charitatis, dicens & ipse quod dominus ad apostolos ait: Si diligeretis me, gauderetis vtique: quia vado ad patrem. Præuenit nos ad patrem spirituum spiritus patris nostri. Nec modò charitatis inopes, sed ingratitudinis etiam rei esse conuincimur super omnibus quæ per eum nobis beneficia prouenere, si non congratulamur ei qui de labore ad requiem, de periculo ad securitatem, de mundo transiit ad patrem. Itaque & pium est Malachiam flere defunctum, & pium magis Malachiæ congaudere viuenti. Nunquid non viuit? Vtique, & beatè. Visus est oculis insipiētium mori, ille autem est in pace. Dehinc etiam vtilitatis propriæ consideratio exultandum nobis suggerit & lętandum, quòd tam potens suos patronus C ad cœlestem curiam, tam fidelis præcesserit aduocatus: cuius & feruentissima charitas obliuiſci nequeat filiorum, & probata sanctitas obtineat gratiam apud deum. Quis enim nunc Malachiā sanctum aut minus posse prodesse, aut minus suos diligere audeat suspicari? Profecto cū diligeretur prius, certiora nunc suę dilectionis à deo capit experimēta: & cùm dilexisset suos, in finem dilexit eos. Absit autem vt tua nunc, ô anima sancta, minus efficax æstimetur oratio, quādo præsenti viuidius supplicare est maiestati, nec iam in fide ambulas, sed in specie regnas. Absit vt imminuta nedum exinanita tua illa tam operosa charitas reputetur, cum ad fontē ipsum charitatis æternæ procumbis pleno hauriens ore, cuius & ipsa prius stillicidia sitiebas. Nō potuit morti cedere charitas fortis vt mors, imò & morte fortior ipsa. Nam & decedens non erat immemor vestri, affectuosius vos cōmendās deo, & nostram quoq; exiguitatem solita illa sua mansuetudine & humilitate exorans, vt vestri non obliuiscēremur in finem. Vnde & dignū duximus scribere vobis, vt sciatis nos & in spiritualibus (si quid nostra in his exiguitas per beati huius patris nostri merita vnquam potuerit) & in corporalibus (siquando fortè opportunitas præberetur) omnem vobis cōsolationem impēdere tota deuotione paratos. Et nunc quoque, dilectissimi, Hybernienſis ecclesię grauem hanc destitutionem toto miseramur affectu, & eò amplius vobis cōpatimur, quò nos amplius ex hoc nouimus debitores. Magnificauit enim dominus facere nobiscū, cùm locum nostrum dignatus est beatæ mortis eius honorare præsentia, & preciosissima corporis eius locupletare thesauro. Nec molestū sit vobis quòd apud D nos habeat sepulturam: quando sic ordinauit deus secundum multitudinem misericordiæ suæ, vt vos eum viuū haberetis, nobis habere liceat vel defunctum. Et nobis siquidē cōmunis vobiscum pater ille erat & est, nam in morte ipsius hoc nobis confirmatum est testamentum. Quamobrem sicut nos huius tanti patris gratia vniuersos vos tanquā germanos fratres totis amplectimur visceribus charitatis, sic & de vobis nos idē sentire spiritualis ipsa cognitio persuadet. Hortamur autem vos fratres, vt beati huius patris nostri semper curetis sectari vestigia, eo studiosius, quo vobis certius sancta eius conuersatio diuturnis experimentis innotuit. In hoc enim veros vos eius filios esse probabitis, si paterna viriliter instituta seruetis: & vt in eo vidistis, & audistis ab eo, quēadmodum vos oporteat ambulare, sic ambuletis, & abundetis magis. Siquidem gloria patris, sapientia filiorum. Nam & no- *Prou.10.b* strum non mediocriter excutere desidiam, & reuerētiam incutere cœpit presens nobis tantæ perfectionis exemplar. Atque vtinam sic nos post se trahat vt pertrahit in tam recenti virtutum eius odore auidiùs alacriúsque currentes. Orantem pro nobis vniuersitatem vestram Christus custodiat.

In calendis Nouembris, de verbis Esaiæ: Vidi dominum sedentem super solium excelsum. Sermo I.

E

VIdi dominum sedentem super solium excelsum & *Esa.6.a* eleuatum, & plena erat omnis terra maiestate eius. Sublimis quædam visio prophetico nobis sermone describitur. Vidi, inquit, dominum sedentē. Magnum spectaculum fratres, & beati oculi qui viderunt. Quis non toto desiderio concupiscat tantæ maiestatis gloriā contemplari? Hoc quippe sanctorum omnium vnicum semper desiderium fuit. Ipse est enim in quem desiderant angeli prospicere, quem videre est vita æterna. Sed aliam, fratres, audio prophetæ eiusdem, & eiusdem domini longè dissimilem visionem. Siquidem Esaias iste est qui in alio loco sic loquitur: *Esa.53.a* Vidimus eum, & non erat ei species neque decor, & æstimauimus eum tanquam leprosum, &c. Vbi illud primùm considerandum est, quòd communis illa, hæc propheticæ prærogatiuæ propria videatur. Nō sine causa sanè ibi, vidimus, scriptum est: & hic, vidi: nisi vt illam quidem intelligas esse communem, hanc verò excellentiæ singularis. Siquidem absque specie & decore vidit eum & spreuit Herodes: viderūt quoque ipsi Iudæi, qui & dinumerauerunt omnia ossa eius. Iam verò super hac visione beata manifeste propheta denunciās ait: Tollatur impius, ne videat gloriam dei.

Multipariè ergo multisque modis non solum locutus in prophetis, sed & visus est à prophetis. Agnouit eum Dauid minoratum ab angelis, Hieremias etiā vidit eum cum homiF nibus conuersantem, Esaias modò super soliū excelsum, modò nō solùm infra angelos, aut inter homines, sed tanquā leprosum se vidisse testatur, id est, nō in carne tantùm, sed in similitudine carnis peccati. Tu quoq; si desideras videre sublimem, humilē prius Iesum videre curato. Intuere prius exaltatum in deserto serpentem, si videre desideras regem in solio residentem. Ista te humiliet visio, vt illa exaltet humiliatum. Reprimat & sanet ista tumorem tuum, vt illa repleat & satiet desideriū tuum. Exinanitum vides? non sit ociosa visio, quia exaltatum ociosè videre nō poteris. Similis eris illi cùm videris eum sicuti est: festo & nunc similis ei videns eum sicut propter te factus est. Si enim ne in humilitate quidē similitudinem eius abnuis, certa tibi sublimitatis quoque similitudo debetur. Nunquā ille sociū tribulationis à communione gloriæ patietur arceri. Denique vsque adeò non dedignatur passionis suæ cōsortem & in regnum mittere secum, vt in cruce confitens latro eadem die cum eo fuerit in paradiso. Hinc est quod ait etiā ad apostolos: Vos estis qui permansistis mecum *Luc.22.c* in tribulationibus meis, & ego disposui vobis regnum. Quia ergo si compatimur, & cōregnabimus, sit interim meditatio nostra fratres Christus, & hic crucifixus. Ipsum ponamus signaculum super cor, signaculum super brachium nostrū. Ipsum amplectamur brachiis quibusdā vicariæ dilectionis, ipsum sequamur studio piæ conuersationis. Hoc enim iter quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gostendatur & nobis ipse, qui est salutare dei sanè: non iã sine specie & decore, sed in claritate tãta, vt maiestas eius repleat orbem terrarum. Opportunè siquidem visione prima tanquam hyemali adhuc tempore nõ super solium, sed in inferiori atq; humiliori habitatione videtur. Duplicem quippe solet habere magna domus quælibet mansionẽ, æstiuã superius, inferius hyemalẽ. Igitur dum ipsa etiã discipulorũ corda brumali adhuc glacie strigerẽtur, & Petrus quoq; nõ minus geldo corde quàm corpore calefaceret se ad prunas, tẽpus omnino nõ erat habitãdi in solio, vel potius apparendi.

Canti.2.c At vbi cantabitur cãticum nouum, Hyems abiit & recessit, flores apparuerũt in terra nostra: opportunè iam tũc ascenditur in solium: & habitabit dominus in excelso. Puto ergo Esaiam cũ hæc loqueretur, illius gloriã temporis oculo præ-

Esaiæ.6.a uidisse prophetico. Vidi (inquit) dominum sedentem super solium excelsum, &c. Sed quid putamus quale est soliũ istud fratres? Neq; enim altissimus in manifestis & manufactis inhabitat. Nulla omnino materia corporalis apta tanto solio, tanto habitatori videtur. Viuis est construenda lapidibus fabrica spiritualis, quam vera & æterna vita sua inhabitare dignetur. Quòd si minus tanto ædificio sufficit angelica creatura præuaricatorũ vtique minorata præcipitio, suscitet certè de terra inopem, & de puluere erigat pauperem, vt collocet eum cum principibus, & solium gloriæ compleat. Et for-

Psal.112.a H tassis propterea ipse qui vidit, non modò excelsum solium, sed & eleuatum quoque describit, vt proinde & angelorum stabilis celsitudo, & hominum misericors eleuatio designetur. Quæ sequuntur, diligentiorem & ipsa considerationem desiderare videntur: sufficiat hodie vel cœpisse.

Item de eadem Sermo secundus.

Esaiæ.6.a PLena erat (ait contemplator noster de eo quem super solium viderat) maiestate eius omnis terra. Adueniat regnum tuũ, vt maiestate tua sicut cœlum repletur, repleatur & terra. Vt quid enim princeps huius mundi tanto vbique furore debacchatur, nisi quia terra data est in manus impij? Sed hæc est hora eius, & potestas tenebrarum. Erit certè quando qui in cœlo locum non habuerit, & ab ipsa quoque terræ superficie exturbabitur, miser cauernis vtique subterraneis recludendus. Hinc quoque propheta Dauid sanctorum prosperitate præmissa de maligno & angelis seu membris eius adiecit, & ait: Non sic impij, nõ sic, sed tanquã pul-

Psal.1.b uis quem proiicit ventus à facie terræ. Nulla iam tunc tentãdi facultas erit, inquietãdi nulla libertas possibilitas nulla nocendi. Replebitur maiestate eius omnis terra, quãdo iam voluntatis eius transgressio nulla erit. Magis autem quando creatura ipsa liberabitur à seruitute corruptionis huius, pro-

I pter quam ingemiscit & parturit vsq; adhuc. Erit enim cœlum nouum, & terra noua: vt quaqua verteris oculos, in ipsa tibi rerum facie diuina videatur quodammodo resplendere maiestas. Sed & est tibi altera quædam terra propinquior, &

Ephes.5.f super hac amplior iustiórque sollicitudo. Nemo quippe carnem suã odio habuit. Consolare ergo eam, vt & ipsa requiescat in spe: audiẽs nimirum quia replebitur maiestate domini omnis terra. Quomodo enim nunc carnẽ nostrã, dilectissimi, maiestas diuina repleat, cum & magnus ille Paulus primitias tantùm spiritus habens ingemiscat miserabiliter satis, & dicat: Scio quia non est in me, hoc est in carne mea, bonũ?

Roma.7.d Et certè iam nõ dominabatur peccatum in eius mortali corpore. Nota tamẽ adhuc & corpus mortale perhiberi, & pec-

Roma.7.b cati quoque solum dominium negari. Erat enim etiam tunc lex peccati in membris eius, quam quidem maiestatis plenitudo cum venerit, prorsus excludet. Non solùm autem, sed & nouissima inimica destruetur mors. Replebitur ergo maiestate domini terra nostra, quando prorsus de medio fiet & peccati omnis sensus, & debitum mortis. Replebitur inquam omnis terra nostra domini maiestate, quando resurrectionis gloria vestietur, induet immortalitatis stolam, con-

Philip.3.d figurabitur denique claritati corporis Christi. Saluatorem siquidem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quid adhuc murmuras caro misera, quid adhuc recalcitras, & aduersus spiritum concupiscis? Si te humiliat, si castigat, si redigit in seruitutem, id profecto in tuo genere non minus tua in- K tereſt quàm ipsius. Quid eis inuides, qui de operibus vermium & murium pellibus ingloriam planè gloriam mendicare non erubescunt, cultu indigno viris, interdicto & mulieribus, semetipsos dehonestantes potius quàm ornantes? Reforment ipsi, aut magis certè deforment corpora sua: te, si fueris corpus humilitatis, reformabit idem artifex qui formauit. Illam (si non desipis) præstolabare manum, vt quod fecit, ipsa reficiat. Iam verò quid in ipsa prophetica visione sequatur attende. Et ea, inquit, quæ sub ipso erant, replebant templum. Propterea sanè dixi, Humiliare sub potenti ma-

Esaiæ 6.b nu dei, vt exaltet te in tempore visitationis. Vide vt sub ipso inueniaris, alioquin non esse poteris cum ipso. Quid enim putas? indifferenter admittet homines in illud tantæ beatitudinis templum, qui ne ipsos quidem angelos indifferenter reliquit in eo? Aut non discernet inter glebas, qui discreuit inter stellas? Examinabit certè argentum, qui ipsum quoque aurum probauit, & reprobauit. Qualem ergo putas necesse est hominem inueniri, qui repudiari locum angeli sortiatur? Planè immunem ab omni iniquitate, sed ab ea maximè, quæ in ipso quoque angelo, nõ ad leuem offensam, non ad momentaneam iram inuenta est, sed ad odium sempiternum. Semel turbauit superbia regnum illud, concussit muros, etiam prostrauit ex parte, & parte non modica. Quid ergo? Faciléne deinceps admittenda videtur? L Nunquid non odit ciuitas illa & vehementer huiusmodi pestem abominatur? Certi estote fratres eum, qui superbis non pepercit angelis, nec hominibus parciturum. Non est contrarius sibiipsi, non est personarum acceptor, similia sunt iudicia eius. Sola ei placet humilitas siue in angelo, siue in homine: & qui sedet in throno, solos eligit subditos è quibus repleat templum. Scriptum quippe est: Quis *Psal.112.b* sicut dominus deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra? Vide autem ne forte Michaëlis verbum sit, superbo illi dicenti, Similis ero altissimo: in faciem resistentis. Michael quippe interpretatum dicitur, quis vt deus? Bene ergo propheta cum dixisset vidisse se dominum super solium excelsum & eleuatum, ne forte aut excelsum intelligeres de eo dictum qui ait: Ascendam super altitudinem nubium: aut eleuatum referres ad eos homines qui in superbiam eriguntur, addit: Et ea quæ sub ipso erant, replebant templum: vt manifeste intelligas non eam altitudinem commendari, quæ extollitur aduersus eum, sed eos in templo siue in solio fore, qui sub eo sunt, alios quidem excelsos stabilitate solida, alios eximo ieuatos miseratione diuina. Ac ne forte obiicias ditioni eius vniuersa subesse, M nec quicquã determinationis habere quod ait, Quæ sub ipso erant, vt solam quæ voluntaria est, & ex feruore charitatis procedit, approbaret & commendaret dei subiectionem, addidit & de Seraphim, de quibus & nos loco suo dicemus, quod ab eo fuerit datum: Et ea, inquit, quę sub ipso erant, replebant templum. Ab initio siquidẽ creauerat angelos deus in quibus beati illius templi plenitudo constaret, sed non in omnibus beneplacitũ est ei, quia in ipsis (vt scriptum est) angelis suis reperit prauitatẽ. Fuit quippe in eis qui diceret, *Esaiæ.14.d* Ponam sedem meam ad aquilonem: & populum qui sibi cre- deret habuit. Miser ipse, qui sine deo esse maluit quàm sub deo: miseri & illi, qui videntes furem cucurrerunt cum eo. Exierũt infelices, & vacuus relictus est locus, quem accipiet alter. Nónne deo subiecta eris anima mea? Alioquin nec tibi locus erit in templo, quia quę sub ipso erant, replebant templum. Fruſtra pulsabunt fatuæ virgines, in vanum clamabũt, vbi impletæ fuerint nuptiæ discumbentium, & ianua clausa erit. Infelix anima, cui à nuptiis illis contigerit excludi. Infelix de quo clamabitur: Tollatur impius, ne videat gloriam dei. Vt quid enim lucem hanc temporalem miser ille videt, qui gloriam illam non merebitur intueri? Vtinam nihil vnquã vidisset oculus meus, si illa (quod auertat deus) fruſtrandus est visione. Eant superbi, insolescant magis, extollantur, inflentur, appetant semper in cumulo apparere: vt cum venerit æquitatis linea, à plenitudine eiiciantur. Tu verò non sic, sed deo subiecta esto anima mea, subiecta sanè ex animo, subiecta cum feruore deuotionis, quia Seraphim stabant super

A per illud. Cũ quibus stemus & nos hodie fratres, nec dimoueamur à templo isto, in quo omnes dicunt gloriam, quia gloriam contemplantur domini nostri Iesu Christi, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Item de eodem. Sermo III.

NOn vobis arbitror excidisse, de duobus seraphim hodie vobis habendum esse sermonẽ propter illud Esaiæ:

Esa.6.a qui postquam dominũ sese vidisse testatus est super solium residentem, addit Seraphim stare super illud. Seraphim quidem, dilectissimi, sicut frequenter audistis, nomen est supernorum spirituum, ordinis vnius de nouem summi atque supremi. Verùm hoc loco, vt arbitror, non in ea ponitur significatione, præsertim cum innumera illa sint agmina, hic duo tantùm Seraphim describantur. Et ego quidem fratres, si licet in hac parte vnicuique abundare in suo sensu, in duobus Seraphim duplicem arbitror intelligi creaturam rationabilem, angelicam scilicet & humanam. Nec mireris hominem Seraphim factum, memento quia creator & dominus Seraphim factus est homo. Ad contumeliam tuam ô superbe, qui creatus inter angelos, inter angelos stare non meruisti, ecce rex noster nouos in terra angelos fabricaturus

B aduenit: atque vt tabescas amplius, & liuore proprio tor-

Luc.12.f quearis: non qualescunque nec inferiores alicuius ordinis angelos, sed Seraphim. Audi enim quid ipse loquatur: Ignẽ, inquit, veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Vult ergo Seraphim fabricari, vt ibi stent vnde tu corruisti. Seraphim, inquit, stabant super illud. Vt quid ergo tu qui mane oriebaris Lucifer, in veritate non stetisti, nisi quia Seraphim non fuisti? Seraphim quippe ardens vel incendens interpretatur. Tu vero habuisti miser lucem, sed ardorem non habuisti. Bonum erat tibi si ignifer magis esses quàm lucifer: nec tam immoderato appetitu lucendi, vt eras frigidus

Esa.14.d ipse, frigidam quoque eligeres regionẽ. Dixisti enim: Ascendam super altitudinem nubium, sedebo in lateribus aquilonis. Quid festinas mane oriri Lucifer? quid gloriaris super sidera, quibus aliquando clarius rutilare videris? Breuis omnino erit gloriatio tua. Sequitur sol iustitiæ, quem te esse vana simulatione iactabas, cuius feruore pariter & splendore in nihilum redactus omnino dispareas. Fruſtra quoque paras venturum in fine seculorum dominum tanquam veri solis ortum in dãnato illo quem assumpturus es homine præuenire, & extolli super omne quod dicitur aut colitur deus: quia & tunc aduentus eius illustratione penitus destruẽris. Quàm melius (& certe non ad insipiẽtiam sibi) Ioannes Ba-

C ptista (siquidem & ipse lucifer fuit) non sua præsumptione, ne & ipse fur esset & latro, sed dei patris auctoritate præmis-

Luc.7.d sus est ante dominum. Ecce, inquit, mitto angelum meũ ante

Psal. 131.c faciem tuam, &c. Habes & in psalmo de eodem: Paraui lucernam Christo meo. Ille enim erat lucerna ardens & lucens, & voluerunt Iudæi ad horam exultare in lumine eius, sed non ipse. Vnde ergo? Ipsum interroga, ipse de se loquatur. Amicus, inquit, sponsi stat, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Stat ergo Ioannes: neque enim arundo est vento agitata. Stat, quia amicus: stat, quia ardens est: & Seraphim stare describuntur. Vere amicus sponsi, qui procedentis de thalamo suo non æmulatur gloriam, sed parat viam, sed præ-

Esaiæ.6.b dicat gratiam: vt & ipse de plenitudine eius accipere mereatur. Lucet ergo Ioannes, tãtò vtique clarius, quanto amplius feruet: tanto verius, quanto minus appetit lucere. Fide-

Ioan.3.d lis Lucifer, qui solis iustitiæ non vsurpare venit sed prænunciare splendorem. Non sum ego (inquit) Christus: venit fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius. Et illud: Ego baptizo vos aqua, ille baptizabit vos spiritu sancto & igne. Ac si manifestè Lucifer dicere videatur: Quid admiramini intuentes splendorem meum? Non sum ego sol, longè alium videbitis eum: in eius comparatione tenebræ sum, & non lux. Ego tanquam sidus antelucanum mãtutino vos rore perfundo: ille emittet in feruore radios suos, soluet glacies, paludes siccabit, algentes calefaciet, paũperibus erit pro vestimento. Nec sanè dis-

Luc.12.f sonat à verbo iudicis vox præcursoris, sed manifeste ignem à Ioanne promissum Christus exhibuit, dicens: Ignem veni mittere in terram. Dicas fortassis in igne vt feruorem, sic & D splendorem esse. Non contendo, licet feruor ei quodammodo subſtantialior videatur: ipsum potius audiamus quid magis in igne commendet. Ignem (ait) veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Cognouisti certè quid velit. Sed ne illud quidem ignoras, quòd vita in voluntate eius, & seruus sciens nec faciens domini voluntatem, plagis plurimis habeat vapulare. Quid lucere festinas? Nondum illud aduenit tempus in quo fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Interim pernicioſus est iste appetitus lucendi: feruere enim multo melius. Denique si tam vehementer splendorem desideras, quod videri vis, esse curato, & primum quære feruorem, nec dubium quin & splendor adiiciatur tibi. Alioquin incaſſum laboras: quia vanus splendor abſque feruore. Mutuata aut magis certè simulata lux est quæ non ab igne procedit. Quod autẽ alienum est, ad modicum poteris vſurpare. Erit maior confuſio, quod non erat tuum, tuum voluiſse videri. Luna (vt aiunt) habet abſque feruore splendorem, sed & ipsum mutuatur à sole, ideóque tam frequẽter, imò & semper mutatur, nec vnquam in eodem statu permanet. Sic profectò ſtultus vt luna mutatur, sapiens permanet vt sol. Il-

Eccle.27.b le inquam ſtultus qui in decore suo perdidit sapiẽtiam, id est, qui refriguit in splendore. Cecidit ergo Lucifer vt fulgur de cœlo, Seraphim vero ſtabant super illud. Stant planè Seraphim: quia charitas nunquam excidit. Stant attoniti & ſuſ- E

1.Cor.13.d penſi in contemplatione sedentis in throno, ſtant in æterna incommutabilitate, & æternitate incommutabili. Tu sedere tentaſti ô impie, propterea tui moti sunt pedes, & effuſi sunt greſſus tui. Filius est qui sedet in throno, dominus sabaoth, cum tranquillitate iudicans omnia. Sola sedet trinitas, quæ sola habet immutabilitatem, sola est apud quam nõ est transmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Seraphim verò ſtant immutabiles quidem, sed ſuo modo, nõ in eius comparatione. Stant extendentes ſe & intendentes in eum in quem proſpicere concupiſcunt. Qui sedere præſumpſit, seipſo voluit esse contentus, vnde solam hodie quoque malitiã esurit: quia solam habet hanc à semetipso. Cum loquitur mendacium, de proprio loquitur: quia mendax est, & pater eius. Quod audis de verbo mendacij, inſellige & de opere malitię. Et licet malè sibi in malo complaceat, ſufficere tamẽ sibi nunquam poterit nec in ipso. Sola proinde sedet trinitas ſumma, quæ sola in se est, & ideo sola vere est: sola se fruitur, sola nullius eget, sola ſufficit sibiipsi.

Item de eodem Sermo quartus.

CVm dixisset propheta, Et Seraphim ſtabant: adiunxit deinde, & ait: Sex alæ vni, & sex alæ alteri. Quid sibi vo- *Esa.6.a*

lunt alæ iſtæ fratres? Ergóne etiam cum hyems tranſierit, & sedebit rex super solium, volandum adhuc erit & ipsis Seraphim, vt poſſint diuersis occurrere neceſſitatibus diuerſorum, ab imminentibus liberare periculis, opem ferre labo- F rantibus, in tribulatione poſitos conſolari? Abſit vt in illo æternæ beatitudinis regno neceſſitas aut periculũ aut labor aut tribulatio ſit, cui oporteat ſubueniri. Ad quid ergo tunc alæ? Placet mihi ſtatio illa: omnino ſic volo manere, nec aliquid prorſus admitto quo mihi ſtabilitas illa depereat. Veruntamen scio beate Esaia quòd propheta es tu, & ſpiritum eius habes, qui abundantia pietatis excedit hominum non modò merita, sed & vota. Salua mihi ſit illa tam amara ſtabilitas: iam si quid alæ iſtæ ad beatitudinem addiderint, non recuſo. Credo autẽ sicut in ſtatione immutabilitatem, sic & in volatu alacritatem promitti, ne videlicet inſenſibilis quædam & quaſi lapidea ſtabilitas æſtimetur. Sed dicas: Et ſi alas habere neceſſe eſt, quare tam multas? Quid sibi vult multiplicitas iſta pennarum? Audi quod ſequitur: Duabus alis velabant caput, duabus pedes, duabus volabant. In quibus verbis videre mihi videor, quod de ſtatione dictum est, volatu manifeſtius explicari. Quò enim Seraphim volant, niſi in eum cuius ardent amore? Vide flammam quaſi volantem & ſtantem ſimul, nec miraberis iam Seraphim ſtãtes volare, ſtare volantes. Sed quia diximus quò volant, ipſas quoque quibus volãt, alas exigere religioſa curioſitas veſtra videtur. Certius poſſet & credibilius teſtimonium perhibere cui datum est & videre. Ego tamen opinor non incongruẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genes. 4.b

Gpennas istas agnitionem & deuotionem intelligi posse, quibus in eũ qui supra ipsos est, Seraphim rapiũtur. Leuat quippe cognitionis ala, sed sola non sufficit. Ruit citius, qui vna tantùm ala volare contendit: & quo magis attollitur, peius colliditur. Experti sunt hoc philosophi gentium: qui cum cognouissent deum, nõ sicut deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Denique traditi in reprobum sensum, vsque in ipsas etiam passiones ignominię corruerunt. Adeò vera probatur illa sententia: Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi. Sic & zelus absque scientia, quo vehementius irruit, eo grauius corruit, impingens nimirum atque resiliens. Vbi vero intelligentiam charitas, agnitionem deuotio comitatur, volet securè quisquis eiusmodi est, volet sine fine, quia volat in æternitatem. Iam super ea quæ præmittitur capitis & pedum velatione, extat à patribus probata sententia, dei caput pedésq; velari, eo quòd lateat quid ante mũdum fuerit, quidve futurum post consummationem. Et hoc quidem pro eo quòd distincte in Latinis codicibus scriptũ est, Caput eius, & pedes eius. Testatur autem interpres noster in Hebræo verbum esse cõmune quod interpretari possit eius, & suam: vt Seraphim iuxta Hebræi sermonis ambiguitatem, vel faciem pedésque dei, vel suam faciẽ ac pedes operire dicantur. Vnde & mirum videri potest cur è duobus eũ magis in interpretatione elegerit sensum, quem visionis ipsius cõsequentia minus videtur admittere, vt videlicet & velarent pariter caput pedésque sedentis: nisi quòd Origenis expositionem secutus est in hac parte. Quod si de ipsis quoque Seraphim licet accipere, sic pinge ea, vt operto capite & pedibus, solum appareat corpus mediũ, sed & ipsum quoque nõ penitus, propter eas nimirum alas quibus volare perhibentur. Considero siquidem quasi quoddam caput, corpus, & pedes meos, in verbis apostoli, quibus ait: Quos enim præscisuit, & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui: & quos prædestinauit, hos & vocauit: Quos autem vocauit, hos & iustificauit: Et quos iustificauit, hos & magnificauit. Ita initium meum solius gratiæ est, & nõ habeo quid mihi in prædestinatione attribuam sine vocatione. Non sic sanè ab opere iustificatiõis alienus sum, operatur & illud gratia, sed plane mecum. Videsne quemadmodum Seraphim in medio appareat aliquatenus? Porrò consummatio quidem & ipsa solius gratiæ est: nec est mihi in hac parte vel cum ea siue in ea gloriari, quasi coadiutor videar aut cooperator. Velat itaque Seraphim caput suum duabus pennis, si & veraciter cognouerit & humiliter fateatur quia misericordia eum sola præuenerit. Velat & pedes alis equè duabus, si misericordię quoque quæ subsecutura est, nec ignarus extiterit nec ingratus. Quam sanè capitis & pedum velationẽ & nunc quoque negligere non oportet, licet tunc maximè perficienda sit quando iudex sedebit super solium, & astantes sibi Seraphim & agnitione veritatis subtilius illustrabit, & inflammabit vehementius charitatis ardore. In quorum numero indignos nos seruos nominis sui ipsa, de qua locuti sumus constituere dignetur misericordia, quæ ab æterno est & vsque in æternum super electos, in medio quidem aliquatenus ostendens liberum arbitrium, meriti gratia principium & finẽ omnino soli vendicans sibi: vt sit nobis alpha & ω dominus deus noster, & pro vtroque iure clamemus: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Amen.

Roma. 8.f

Psal. 113. b

Vnde supra. Sermo V.

COmmendant nobis sacræ literæ Christum dominum & ex patre & in patre & cum patre & à patre & pro patre, & etiam sub patre. Quòd dicitur ex patre, ineffabilis est natiuitas: quòd in patre, consubstantialis vnitas: quòd cum patre, æqualitas maiestatis. Sane enim tria hæc ab æterno. Cæterùm si ex patre nascens, quid in patre, aut cum patre? Non incongruè forsitan in patre cubans, cum patre sedens dicatur. Et audite confessus huius & huius accubitus rationem. Sicut enim sessio maiestatem, sic confessio æqualitatem exprimit maiestatis, præsertim cum sit ei sedes à dextris patris, non sanè sub pedibus vel quasi à tergo. Et sedere quidem iam quiescere est sed iacere magis. Quid autem delectabilius & quodammodo dulcius esse videbitur filio, quòd in patre est, an quòd cum patre omnibus præest? In quo putas horum summa illa pax dei quæ exuperat omnem sensum, & singularis requies domini competentius assignetur? Etsi digne ore id exprimi nequeat, corde tamen forsitan piè concipitur: vt salua quidem in omnibus illius indiuisibili simplicitate essentiæ, inter gloriæ æqualitatem, & substantiæ vnitatem, velut similis quædam ei quæ inter consessum & accubitum est, cogitari posse distinctio videatur. Denique parũ videtur sponsæ videre sedentem, cubantem sibi flagitat indicari: Indica mihi, ait, quẽ diligit anima mea, vbi cubes in meridie. Sed & animæ omni quæ sanum sapit, dulcius sapit per omnẽ modũ quod apostolus ait: Qui adhæret deo, vn⁹ spiritus est: quàm quod apostolis dicitur: Cum sederit rex in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicãtes. haud minus vtique iucũdior sessione cubatio. Ego in patre, ait filius, & pater in me est. Non potuit expressius substantiæ vnitas cõmendari. Vbi enim vterque in altero, nihil quasi exterius licet, nihil interius cogitari: simplicissimã magis credi necesse est in ambobus substantiæ vnitatẽ. Veruntamen aliquatenus huic simile est quod dicitur: Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo: nisi q̃ hîc quidẽ spiritualis quædam vnio, secũdum q̃ supra memorauimus: Qui adhæret deo, non quidem vnũ, id est, non vna substantia, sed vnus spiritus est: illic verò naturalis potius & substantialis vnitas designatur. Vnde & habes in euangelio: Ego & pater vnum sumus. Illud proinde iuxta præfatam similitudinem tanquã cubiculum vnigeniti, & quasi summa quædam domini requies est. Nos quoq; per hanc voluntatum vnionem, & adhæsionem spiritus, quã nimirum charitas facit, pro nostro quidem modulo, in hoc suũ cubiculum, & in suam requiem factus etiã primogenitus introducit. Iam verò quod dicitur à patre, ambulãtem significat, & ad eum quem proxime ipso præstante celebraturi sumus, spectat incarnationis eius aduentum. Hinc nimirum & ipse ait: Ego enim à deo processi & veni. In terris deniq; visus, & cum hominibus conuersatus, medius nostrum, quem nesciebamus stetit, verus quidẽ Emmanuel, nobiscum deus, nobiscum stans, sed pro patre. Quòd enim nobiscum steterit, adiutorium: quòd pro patre stetit, zelum designat. Paternam nanque quærebat in omnibus gloriam, cuius & venerat facere voluntatem. Cæterum si pendentem cõsideres, si Christum & hunc crucifixum attendas, ibi maxime euidentissimẽque eum sub patre reperies. hoc enim proprie ac specialiter ad humanæ pertinuit naturæ humilitatem, secundũ quã ipse ait: Pater maior me est. Diceréne audebimus quòd aliquando fuerit etiam sine patre? Nemo id præsumeret, si non prior ipse dixisset: Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Quasi quædam enim ibi derelictio fuit, vbi nulla fuit in tãta necessitate virtutis exhibitio, nulla ostensio maiestatis. Habemus itaque Christum ex patre nascentem, in patre cubantem, cum patre sedentem, à patre ambulantem, pro patre stantem, sub patre pendentem, sine patre quodammodo morientem. Quonam igitur modo ex his vidisse eũ credemus Esaiam, cum diceret: Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum? Longè enim per omnem modum dissimilis ea visio fuit, de qua alibi idẽ propheta, Vidimus eũ, inquit, & non erat ei species neque decor: & æstimauimus eũ tãquã leprosum, & percussum à deo, & humiliatũ. Item vtrobique vidit eundem, sed nõ vidit eodem modo, ac per hoc quodammodo nõ eundem. Ibi enim vidit eum liuidum plagis, saturatum opprobriis, afflictum suppliciis, lacessitum iniuriis. Vidit denique contemptibilem, vidit pendentem, vidit propter nos morientem: & ait: Attritus est propter scelera nostra, cuius liuore sanati sumus. Ibi inquam nouissimus virorum apparuit, & despectus: hîc autem erat plena omnis terra maiestate ipsius. Ibi vir dolorũ, & sciẽs infirmitatem, hîc dominus sedens. Et illa quidem cõmunis visio verbo pluralis numeri designatur, hæc autem tam singularis est, quàm sublimis. Ibi ergo tanquã vnus de multitudine, Vidimus, ait: hic vero tanquàm solus & solitarius leuans se supra se, Vidi, inquit, dominũ sedentem, &c. Sanè competenter dominus dicitur, qui sedere cõspicitur. Sedere enim præsidentis est, sedere dominãtis est & regnantis. Maximè verò sedere

Cantic. 1.b

1. Cor. 6.c

Matt. 19.c

1. Ioan. 4.d

L

Ioan. 10.f

Ioan. 8.c

Ibidem

Ibidem

A re super solium, dominationem notat: nam sedere simpliciter, aliquando & humiliationem. Cæterũ, vt prędiximus, qui in patre cubat delicians, cum patre imperans sedet: ibi sponsus amabilis, ibi dominus admirabilis. Denique gloriosus deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate sua. Vidi, inquit, dominum sedentem super solium excelsum & eleuatũ, & plena erat omnis terra maiestate eius: & ea quę sub ipso erãt, replebant templum. Quæ enim sub ipso erant? Nunquid ipsum quod dixerat solium quamlibet excelsum & eleuatum, sub ipso tamen nihilo minus erat? Si enim ipse super solium sedens, solium planè sub ipso. Et quomodo illud replebat templum? Deinde quando & ipsa iam terra omnis plena est maiestate eius, quomodo templum adhuc vel vnde repletur? Enimuero disce ex his quæ audis, solium non machinã imaginari corpoream, sed angelicam intelligere creaturam. Si enim sedes est sapientiæ anima iusti, quã dignior sedes angeli sancti? Hoc planè solium gloriæ eius excelsum per naturam, sed multo magis per gratiam eleuatum. Excelsos enim fecit eos natura conditionis, eleuatos gratia cõfirmationis, de qua dicitur: Verbo domini cœli firmati sunt. Ea igitur agmina angelorum in quibus sedet deus, & quæ sub ipso sunt, tẽplum replẽt, licet iam terra omnis ipsius plena sit maiestate. Vbiq; enim regnat, vbique imperat, vbiq; maiestas eius, sed gratia forte non ita. Non inquã vbique sicut potestas, sic & voluntas eius bona & beneplacens & perfecta. Alioquin quid est quod dicimus: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra? Fit enim voluntas eius de omnibus, fit per omnes, nõ in omnib⁹ tamen. In electis spiritibus fit voluntas dei, quãdo eis efficitur cum ipso vna volũtas. Hæc sanè adhæsio spiritualis vnũ spiritum faciens, sicut multitudinis quoque credentium cor vnum & anima vna legitur extitisse. Et ea quæ sub ipso erant, replebant templũ.] Replebant omni benedictione spirituali, replebant cõsolatione diuina, replebant diuisionibus gratiarum. Replebant denique fructu sanctificationis: siquidem domum tuam domine decet sanctitudo. Replebant diuersis charismatũ donis, spiritu sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientię & pietatis, & replebant illud spiritu timoris domini. Seraphim stabant super illud. Nomen est ordinis angelorum summi atque supremi: vt meritò stare super cæteros describantur: & ipsi tamen quamlibet cęteris præstent, astant nihilo minus domino præsidenti, deuotũ vtique ministeriũ, & plenũ reuerẽtiæ obsequiũ exhibentes. Aliter enim domini, aliter angeli, aliter hominis intelligi cõuenit stationem. Stat Christus pro patre zelans, patris gloriã quærẽs, & tanquam fidelis vnigenitus, imò & primogenitus patris, zelo patris adiuuans adoptiuos. Sic illum Stephanus stantem vidit, quem habuit adiutorem: sic propheta in adiutorium eum surgere precabatur: Exurge, inquiens, domine, adiuua nos. Sanè angelica statio ministratio est, dicente propheta: Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebãt ei. Nam hominis quidem stare, persistere est in vigore animi, & obseruatione propositi. Sic Moyses stetit in confractione & in conspectu domini, vt auerteret iram eius: sic stetit Phinees, & placauit. Seraphim stabant super illud. Quid sibi vult quòd non vnum, non plurimos stantes vidisse se perhibet propheta, sed duos? Duos siquidem ei apparuisse constat ex eo quod secutus adiunxit? Sex alæ vni, & sex alæ alteri. Et bene duo stabant. Væ enim soli: quia si ceciderit, nõ habet subleuantem. Væ tibi superbe spiritus, solitudinis & solitariæ præsumptionis amator. Non stetisti in veritate, expulsus est pes superbię, stare non potuit. Solus sedere volens, tanquam fulgur cecidisti de cœlo, non habiturus aliquando subleuantem. Sex alæ vni, & sex alæ alteri. Ad quid multiplicitas ista pennarum? Duabus, inquit, velabant caput eius, & duabus pedes, & duabus volabant. Grande mysterium, & profundum vtique sacramentũ. Attentas in vobis hæc verba desiderãt aures, sed multo magis disertam in nobis linguam exigunt, maximéq; animum spiritualem. Dico vobis tamen vtcũque quod sentio, nec sanè affirmans dico, sed coniectans quodãmodo & opinãs. Quid emẽ estimare vetat, deiecto Lucifero ad peruigiles excubias Seraphim cõstitutos, sicut eiecto homine (teste scriptura) Cherubim ad custodiam posuit deus? Nec incongruè forsitan Cherubim flammeus traditur gladius, vt à ligno vitæ incisio pariter & incensio, quibus nihil carni terribilius, manum prohibeãt corporalẽ. Porro Seraphim tantùm alas accipiunt, quarũ velamine arceant oculum spirituale. Deniq; duabus, inquit, velabant caput eius, & duabus pedes, vt nec alta dei, nec profunda eius iniquus ille valeat contemplari. Erit cum reuelabitur gloria domini, sed nõ erit hoc nisi factum fuerit ante quod scriptum est: Tollatur impius, ne videat gloriam dei. Interim sane velatur caput, velãtur pedes, vt medium quidem aliquid eidem impio videndum, sed ad inuidendum vtique relinquatur. Et velantur alis, quæ nimirum sic illum arceant vt istos sustineant & sustollant. Quærendum tamen prius quibus alis volare dicantur, quia duabus, inquit, volabant. Nec incongruè forsitan duas istas naturæ & gratiæ dicimus: præsertim cum prius quoque in his ipsis etiam solij celsitudo & eleuatio à nobis fuerit assignata. Viuaci siquidem per naturam intellectu, & feruenti nihilo minus affectu per gratiam in eum qui supra ipsos est, extenti iugiter & intenti stare quidẽ, vt diximus per ministerium, sed & volare per studium perhibentur. Licet enim velent caput domini, velent etiam pedes, sed sibi ista nõ velant, magis autem sedule volant & volitãt inter ista: & alta potentiæ eius, & profunda sapientię vestigantes. Nec sanè scrutatores sunt maiestatis, vt proinde opprimãtur à gloria: quòd non minus diligant, quàm intelligant, vtpote quos ille regit & agit spiritus, qui scrutatur etiam alta dei. Superbus ille Lucifer lucem præferens, non ignem habens, alteri tantùm innixus alæ, casum facere potuit, non volatum. Exultauit enim lucidus esse, non feruidus, non incensus, quod Seraphim sonat. Non ergo stetit, quia contempsit: sed nec volare potuit, quod præsumpsit. Sustulit eũ naturæ viuacitas, sed in suã planè pernicię, quippe quem defectus gratiæ mox deiecit. Nec dissimilis sanè illorũ casus, qui cũ cognouissent deũ, non glorificauerunt aut gratias egerunt: quo tandem merito traditi sunt in reprobum sensum, & obscuratum, est insipiẽs cor eorũ. Deniq; & ipsi eorum principi interpositum est velamen, quod nulla iam naturæ viuacitate perträseat, vt ipsius qui super solium sedet, caput aut pedes valeat intueri. Siquidem Seraphim stantes & astantes duabus alis caput velant, duabus pedes. Nõ est corporalis diuina substãtia, nec in formam hominũ mẽbris distincta corporeis. Spiritus est deus: & quæ de eo dicuntur, spiritualiter vestiganda. Alioquin quis nobis reuelabit hoc caput & pedes istos quos geminis alis Seraphim velant, nisi spiritus ipse qui nouit omnia quæ in eo sunt, & scrutatur etiam alta dei? Ego enim opinor ipsa esse quæ in hoc loco capitis nomine designantur. Itaq; secũdum hũc sensum caput eius, maiestas eius: potestas eius, sempiterna virtus atq; diuinitas. Caput eius, iuxta illud propheticum: Iustitia tua sicut montes dei. Nẽpe quod sequitur, Iudicia tua abyssus multa: non incongruè forte videbitur pedũ posse appellatione signari. Sunt enim velut quidã pedes eius, inuestigabiles viæ eius, inscrutabilia iudicia eius, profundum sapientiæ, & irreprehensibilis quædã, sed incomprehẽsibilis dispositio eius. Ad hos pedes ipsum quoq; dominicæ incarnationis mysterium specialiter cognoscitur pertinere, & omnis pariter operatio nostræ salutis. Cernere est quàm sit iustitia illa sublimis, quam sicut mõtes dei propheta esse miratur. Nostra enim (si qua est) humilis iustitia, recta forsitan, sed nõ pura. Nisi forte meliores nos esse credimus, quàm patres nostros, qui nõ minus veraciter quàm humiliter aiebãt: Omnes iustitię nostræ tanquã pannus mẽstruatæ mulieris. Quomodo enim pura iustitia, vbi adhuc non potest culpa deesse? Recta proinde interim videri potest iustitia hominum, si tamen peccato non consentiant, vt non regnet in eorũ mortali corpore. Nam primi hominis in initio quidẽ non modò recta, sed etiã pura fuit, quandiu ei datum est nec sentire peccatum. Cęterùm & hęc ipsa quoniam firma nõ fuit, & puritatẽ facile perdidit, & nec ipsam quoq; retinuit rectitudinẽ suã. Sanè apud angelos iustitia, recta, pura & firma est, sublimis quidẽ, sed adhuc longe inferior quàm diuina. Non enim innata est eis, sed à deo collata: vt natura ipsa, quod ex se est, nõ modò iustitiæ, sed etiã iniustitiæ capax inueniatur. Nunquid nõ ista est prauitas quædam quam in angelis suis vera illa iustitia legitur inuenisse? Non enim iustificabitur in conspectu

Matt. 6.b

Actor. 4.f

Actor. 7.g

Esa. 43.d

Daniel. 7.c

Esa. 6.d

Ibidem

Eccles. 4.

Gen. 3.d

Psal. 35.b

Esa. 64.a

Psal. 142.b

G tuo omnis viuens, ait is qui dei iustitiam minime ignorabat. Nec ait, omnis homo: sed, omnis viuēs, forte vt nec ipsos angelicos eum nouerit spiritus excepisse. Viuunt enim & ipsi tanto verius quanto propius astāt ei apud quē est fons vitæ. Nihilo minus etiam iusti sunt, sed ex eo: non corā eo: munere eius, non in eius comparatione. Ipse enim sibi iustitia est, cuius voluntas non tam æqua quàm ipsa æquitas. Et vtraque non aliud quàm ipsa substantia est. Illa ergo iustitia verissime sicut mons est, quę recta est, quæ pura est, quæ firma est, & vt ita dixerim, etiam substantia est. Quanta enim in hoc capite latet altitudo? Quanta gloria est, quantáq; sublimitas in hoc vmbroso & cōdenso monte reposita? Quibus tamen putamus alis hoc caput Seraphim velant, vt nulla suæ subtilitate naturæ, nulla rationis perspicacitate nequam oculus in illius queat irrumpere veri luminis claritatē? Duabus, ni fallor, alis: suæ videlicet ipsorum gloriæ, & felicitatis. Ineffabiliter siquidem delectantur in admitatione cōtemplationis illius, nec minus gloriantur in ipsius veneratione. Iniquus ille admirationem quidem, sed nō venerationem habens, quia subdi noluit per venerationem, figi non valuit per admirationē. Denique admirationem ipsam in æmulationem conuertit, nec venerari dignatus, sed conatus est imitari. Quàm melius Seraphim sua ipsa admiratione felices, veneratione etiam
H venerabiles fiunt, veram in ipso habentes gloriam, cui seruire regnare est, & apud quē omnis qui se humiliat exaltatur? Et nūc audi quēadmodum his duabus alis ipsum quod diximus caput domini, ne iniquus ille inspiciat, velare Seraphim videantur. Quotiens enim sursum dirigit acie, in angelicam statim felicitatem & gloriam malignus offendit, & offundit oculum pessimus humor liuor proprius, vt penetrare vltrà non possit. Sic nimirum quasi gemino quodam velamine, ne sublimiora prospiciat inuidus præpeditur, ad illorum quos superiores habere dolet, modò quidem felicitatem, modò gloriam, modò vtranq; simul, reuerberata acie cōtabescens. Quis enim tam grauis pruritus oculi quàm inuidia est? Nec verò aliis liuor inuidus quàm aliena gloria & felicitate torquetur. Miseria enim (vt aiūt) inuidia caret. Sed & pedes domini, quibus nimirum impenetrabilem iudiciorū eius abyssum, & dispositionis eius dixim⁹ vias inuestigabiles designari, duabus æquè alis velant Seraphim. Ego autem dico, prudentia & fidelitate. Cum enim & fideles pariter ministri sint & prudentes, sic diuina negocia gerunt, & saluti prouident electorum, vt malignus ille deprehendere omnino non possit. Ex hoc pedum velamento factum reor, vt nesciens dominum gloriæ fecerit crucifigi: ex hoc quotidie fieri, vt saluI tis nostræ negociis ignorans seruiat & inuitus, serò postmodum plangens quòd dum obesse voluit, inuētus est profuisse. Sic nimirū per administratorios spiritus illuditur eius astutia, quòd & fideles sint qui detegere nolint, & prudentes qui norint tegere diuina erga nos prouidentiæ & dispositionis arcana. Cæterū sicut è supremis duabus alis nequissimus ille admirationem habuit, sed non venerationē, (vt diximus) sic è mediis quoque spiritualem ei intellectū natura, sed non etiam gratia affectum dedit: sed nihilo minus ex infimis istis facile satis animaduertere est quàm inuentus sit fidelitatis expers, non autem similiter caruisse prudentia. Nisi tu forte alium aliquem putas esse qui dictus est callidior cunctis animantibus serpens. Ferte etiam non incongruè dicimus quoniam eo ipso tam irreuocabilis casus eius, irreparabilisque collisio fuerit, quòd ex his quas diximus alis, sicut in parte dextera nulla affuerit, sic in læua nulla defuerit. Non ita sanè duo illi, quos prophetica nobis visio commendauit stantes, & adstantes domino maiestatis. Cuius etiam duabus (vt dictum est) alis caput velant, ipsa equidem sua admiratione inqua delectantur feliciter, ac veneratione in qua sublimiter gloriantur: duabus etiam pedes, fidelitate videlicet atq; prudentia. Porrò duabus volant, naturæ vt diximus perspicacia, & efficacia gratiæ. Sanè mediam quasi quandam longitudinem nudam visibilémque relinquunt, longanimitatem dico & benignitatem dei ad pœnitentiā homines inuitātis. Omnibus enim cernere est quemadmodū solem suum super bonos & malos oriri faciat, & pluat super iustos & iniustos. Hac nimirum charitate verus ille Salomō quasi quædā media sua constrauit propter filias Hierusalem: vt quibus altiK ra se quærere, & profunda vestigare non licet, in his saltem mediis valeant exerceri, & ad sublimium subtiliúmque exin de rerum contemplationem promoueri aliquando mereantur. Cæterum nequissimus ille ex hac visione & in præsenti torquetur acrius, & grauius cruciabitur in futuro. Primùm quidem quòd ipsam nobis longanimitatem benignitatis inuideat, deinde quòd nequaquam sibiipsi hac saltem occasione prouideat vt ad pœnitentiam adducatur.

In festo sancti Martini, de exemplis obedientiæ. Sermo.

PVto sermonē à nobis expetit tam vester iste cōuentus, quàm aduentus harum honorabilium personarum, quas de lōginquo gratulamur adesse. Sanè audirem eos ipse libētius: sed quoniam eligunt, imò & exigunt magis vt loquar, mihi si non licet audire eos, eis necesse est obaudire. Et quidem viuus est nobis sermo tam multa mansuetudo eorum, qua videlicet meritis sanctiores, dignitate superiōres, sapientia locupletiores, non modò ad visitandos, sed etiam ad audiendos nos dignati sunt declinare. Effi- L
cax eruditio, & omni digna acceptione doctrina. Siquidem non verbo & lingua, sed opere & veritate nos admonēt imitatores suos esse, sicut ipsi sunt Christi, & discere quod ab ipso vtique didicerūt, mites esse, & humiles corde. Sic Maria Elizabeth petiit, coniugatam virgo, ancillam domina, præcursoris matrem iudicis mater, dei genitrix seruuli genitricem. Sic postmodum Iesus etiam ipse Ioannem adiit, & adiit baptizandus, vtpote quem decebat implere omnem iustitiā. Vos quoque reuerendi patres deteriorem nobis non facitis partem vestram. Ad audiendum quippe quàm ad loquendū velociores, etiam inter ipsos qui vestro magis egūerant documento. Nam nos quidem quia omnem non possumus implere iustitiam, vel nonnullam vobis exhibere curamus, iu- Ioan.3.b
stum esse non ignorantes, inferiorem superioribus obedire. Sed vnde loquemur? Qui de terra est, de terra loquitur: ait vox illa clamātis. De terra ergo loquamur quia de terra subsistimus, & in terra. Audite quique terrigenæ & filij hominum, vobis dicimus, & de vobis. In terra orimur, in terra morimur, reuertentes in eam vnde sumus assumpti. Hic nobis angustus introitus, mora breuis, sola mors certa. Cogitur totus Adam iudicium portare quod meruit. Dilata- M
tus est vehementer, multiplicatus est, & repleuit terrā. Attamen velit nolit, quantūcunque recalcitret, vniuersus adhuc Gen.3.
fert sententiā quam excepit. Terra, inquit, es, & in terrā ibis. Grauis equidem sententia, sed non sine grandis misericordię temperamento. Dura admodum, sed si merita penses, indulgentiæ plena. Siquidem non minus iuste peccanti diceretur, Terra es, sed ex hoc sub terrā ibis, iustus foret etiā tūc iustus dominus, & laudabilis nimis. Dignus planè qui laudaretur, sed ego non idoneus qui laudarem. Alioquin tunc quoque nihilo minus vere dicerem, si tamen dicere possem: Iustus es domine, & rectū iudiciū tuum. At non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: sed nos qui viuimus, benedicimus domino. Pepercisti ergo creaturæ tuæ, pepercisti gloriæ nominis tui, vt descendētem de Hierusalem, minime tamen vsque in Hiericho patereris abduci. Semiuiuus adhuc relictus in via semilaudare possum: vbi totus vixero, ibi totus erumpam in laudem, & dicent omnia ossa mea, Domine, quis similis tibi? Propter hoc nēpe cum iratus fuisses, misericordię meministi, non damnans hominē in loco perditionis, sed in loco afflictionis humiliās. Quid causaris homo, quid sententiam quereris duriorem? Terræ addictus es, factus è terra, vt ipsa tibi sit patria, quę materia fuit. Sed audire, inquies, velim, Quia spiritus es, & ad spiritum ibis. Siquidē etiā spiri- 2.Cor.3.
tus sum, quod ad animam pertinet, nec portionem hanc mei Ioann.4.
dubitauerim potiorem. Audiui sanè ab apostolo, quia dominus spiritus est: & ab ipso domino, quia spiritus est deus. Nec modo spiritus, sed spirituū pater. Vt quid ergo tenet me mater carnis, quia caro ex parte: spirituū pater non recipit, cum ex parte sim spiritus? Scio, scio, agit hoc non tā substātia ipsa, quàm culpa. Sicut eñ peccatores spiritus inter cœlū & terram

A ram vērosum hoc mediū tenēt, vnde & potestates huius aēris nominantur: sic peccata nostra inter nos & deū separant, inter creatorē patremque spirituū, & spiritualē vtique creaturam. Traxit animam corpus in regionē suam, & ecce prævalens opprimit peregrinam. Factum est nempe talentum
Sapiē. 9.d plumbi, non aliunde tamen nisi quia sedet iniquitas super illud. Corpus enim aggrauat animā, sed vtique quod corrum-
Rom. 8. b pitur: corrumpitur autem, imò etiam apostolo teste mortuū est propter peccatum. Itaque licet quodammodo cœlum sit homo, cœlestibus sine dubio spiritibus similis, substantia simul & forma, substantia quidem, quoniam spiritualis, forma vero, quia rationalis est: minime tamen leuare eum duo ista sufficiūt vt mereatur audire, Quia cœlum es, & in cœlū ibis. Frustra glorietur de libertate arbitrij, quæ in mente est: captiuus ducitur in legē peccati, quę in carne est. Nam etsi fortitan videretur duplex funiculus posse alteri æquè duplici prævalere, vt videlicet quem sibi terra gemino quodam iure tanquam patria pariter & materia vendicat: ob geminam nihilo minus quæ prædicta est, substantiæ scilicet & formæ similitudinem, cœlum quoque recipiat vt cœlestē: sed iam triplicatus inferior ille & deorsum trahens peccato equidē accedente funiculus, nisi illinc quoque occurrerit gratia, non
E rumpetur. Sanè vbi illa affuerit, haud dubium quin soluatur facilè grauis iste, quo trahimur, imò quem trahimus, funiculus iniquitatis. Hæc enim inter nos & deum nō separans interuenit, sed reparans & cōiungens. Itaque ibo mihi ad mōtem gratiæ, & colles miserationum, quarum thesauros omnes repositos audio penes Christum. Ibo ad eum qui est plenus gratiæ & veritatis, si forte accipiam aliquid de plenitu-
Ioan. 3. b dine illa, imò si forte accipiar in plenitudine illa: vt cum cæteris aliquando membris occurram in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Nemo quippe ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Fidelissimus planè & benignissimus mediator, qui quidē non discreuit, sed fecit vtraque vnum, medium parietem maceriæ soluens, donās nobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographū decreti, quod erat cōtrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expoliās principatus & potestates, traduxit cōfidenter palām, triumphans illos, pacificánsq; per sanguinē suum quæ sunt in cœlo, & quæ super terram. Propter hanc nempe salutem quam in medio terræ erat operaturus, non cōfestim sub terra posuit hominē, sicut peccando meruerat, sed in terra. Siquidem respirandum est nobis, & nullatenus desperandum, donec in terra adhuc interim cōstituti & suspicere cœlum possumus, & susципere data optima & dona perfecta de
C sursum à patre luminum, à patre spirituū, à patre misericordiatum. Nam & propterea rectū fecit hominē etiam corpore ipso, & os homini sublime dedit, cum prona vtique spectent animantia cætera terram: vt attollens ad sidera vultus, ilico suspiret, vbi tam beatam & perennem conspicit mansionem. Nónne enim piè & fideliter intuētibus nobis vehemētissimum quoddam incentiuū amoris, & prouocatio flagrantissimi desiderij est visio ipsa tam lucidissimæ regionis? Non sunt stellæ cœli similes glebis terræ. Inter splendorem Solis, & caliginem soli huius non parua distantia est. Forte tamen hic quoque nonnulla, sed in suo genere pulchra videtur & hæc ipsa vndique mixta non pulchris, vt aurum in luto, gemma in sterquilinio, lilium inter spinas. Tota pulchra es patria mea, & macula non est in te: tota pulchra es, absque eo quod intrinsecus latet. Quid illud? Nempe illi beati angelici spiritus, & animæ sanctorum, quæ iam ingredi meruerunt in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei. Sicut enim sunt corpora terrestria, sic sunt & corpora cœlestia, sed longè verò alia cœlestium gloria, quàm terrestrium: sic sunt cœlestes spiritus & terrestres, nec minor sane distantia inter eos. Angeli, archangeli, virtutes, principatus, potestates, dominationes, throni, Cherubim & Seraphim. Bene nomina noui. forte hoc totum est. Quid enim amplius capiam terrigena de cœlestibus, carnalis homo de spiritualibus & diuinis? Veruntamen etsi ignoro quid lateat in his tantis appellationibus, illud equidem certissime noui, quòd magnum & mirabile aliquid sub hac tāta verborum maiestate clausum sit & signatum. Non sine causa cælum hoc dicitur: plane eximium nescio quid cœlatur in eo. D
Cœlatur inquam, sed tamen non negatur fidei vsquequaque. Videte enim nobis datur in terra ipsam exteriorē cœli pulchritudinem, nō adire: internam quoq, gloriam sectetorum eius etsi nō comprehendere, conceditur vel audire. Videmus patriam, sed à longe salutamus: adoramus illas delicias, non gustamus. Enimuero nō sine causa vnigenitus qui est in sinu patris, ipse nobis in regione hac vmbræ mortis quā inhabitamus, cœlestium gloriam spirituum sane per fidem enarrat, corporum verò per speciem manifestat. Audi, inquit, filia & vide. Et factum est. Quorsum ista? Inclina, ait, aurem tuam, Psal. 44.b
& obliuiscere populum tuum, & domū patris tui. Vult nos ponere contumaciā, discere obedientiā, apprehendere disciplinā. Vult nos etiā obliuiscī posteriora, despicere inferiora, terrenos mores & vitia genuina deserere, cœlestia sapere, superna quærere, anteriorib⁹ inhiare. Vult & illum tātum decorem domus suæ ingenuam concupiscere creaturā: quò scilicet in eandem imaginem trāsformetur de claritate in claritatem, tāquam à domini spiritu, ac proinde cōcupiscat etiam rex decorem illius, vtiq; spiritualem. Sed in quo visus ille, inquies, vel auditus inclinare me aurē & obaudire monet? nam quòd desiderium pariat, manifestum est. Sane ergo considera vniuersam hāc cœlestium gloriam corporum incessanter legibus obtemperare diuinis, nec vnquā sibi positas in tam cōtinuis motibus metas excedere temporum, aut locorum ter- E
minos transgredi constitutos. Sed & ipsos spiritus tam sublimes audi omnes administratorios esse, & in ministeriū mitti dignātissimum, vt ne indignū dicam: minime tamen puto reperies in scripturis aliquādo quenquā illorū vel contradixisse mittenti, vel erga ipsos tam inferiores se, propter quos in ministerium mittebātur, saltem tenuiter fuisse commotum. Exempla sunt obedietiæ, si diligenter attendas, eo sanè acceptabiliora, quo in materia digniori. Sed noui quid ad ista submurmurat sensus hominis, & cogitatio prona semper ad malum. Quid tu mihi, inquit, elemētorum proponis obedientiā supernorū? Quasi verò aut sensus vllus in eis, aut vlla vigeat deliberatio rationis, & non potius agi ipsa, quàm agere videantur. Quid verò vel ipsorum angelorum obedientiam sic commēdas? Sentiunt quidem angeli, sed delectabilia sola, obediētes equidem creatori, sed tam felici quàm facili voluntate. Quidni obediant? Semper enim vident faciem patris, quem videre, perfecta beatitudo, æterna gloria, summa voluptas est. Produc nobis domine patriarchas & prophetas, viros obedientes præceptis tuis, obedientes ex voluntate, obedientes contra propriam voluntatem. Factum est. Exhibetur nobis (vt cæteros breuitatis causa præteream) exhibetur inquam nobis Abraham, ad præceptum domini exiens de terra sua, eiiciens ancillā & filium eius, etiam charissimum fi- F
lium Isaac immolare paratus. Quid hic humana astutia poterit cauillari? Forte respōdeat, quoniam multipharię multisq; modis apparēs eis deus, susципiebatur hospitio, participabat cōuiuio, animabat alloquio, instruebat cōsilio, donabat filiis, illustrabat victoriis, diuitiis cumulabat. Quid dices cū venerit Christus factus obediēs patri vsque ad mortem, mortem autē crucis? Multum, inquit, per omnē modū. Quando enim vnigenitum dei patris, dei virtutē, & dei sapientiā Christum, quando præsumerem æmulari? Oblatus est quia ipse voluit, quando & quātum voluit passus est, vtpote verus quidē homo, sed verus nihilo minus deus. Imò verò ne ipsam apostolicam obediētiam afferas velim: quos nimirū iuxta propheticam promissionem oculis suis vidisse constat præceptorem suum, & auribus suis vocem audisse monentis. Vnde & vnus eorum expressius scribens ait: Quod audiuimus, quod vidi- 1.Ioan.1.a
mus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ palpauerūt de verbo vitę. Quidni relinquerēt omnia, quidni ad omnia sequerentur tantæ præsentiā maiestatis? Quid ego nō facerē si mihi eadem copia præstaretur? Sed non fecit taliter omni nationi, nō præeunti vtiq;, nō sequēti. Siquidē vt multi reges optauerunt videre & non viderunt, sic nihilo minus venerunt iam dies quādo desideremus videre diem vnum filij hominis, nec tamē mereamur. Opportunè ergo iam Martinus ad medium veniat, vt de medio fiat occasio peccatorū. Hodie enim ille per omnia similis nobis plane & sensibilis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G passibilis,sed & longe post illa patriarchalium & prophetica-
rum tempora visionum, & homo purus, nihil de natura
diuinitatis habens : credens autem in eum quem non vidit,
plenus fructu obediētiæ,& virtutum locuples, solum dese-
ruit, populum subiit,terræ cōdemnās quod habebat è terra,
spiritū dirigens ad patrē spirituū, cui fideliter in adoptionis
spiritu deseruiuit. Non fuit cœleste corpus, sed nec spiritus
quidem cœlestis,rationale animal,etiam & mortale,terrige-
na,filius hominis.In terra natus est,in terra educatus, in ter-
ra exercitatus & probatus, in terra etiam cōsummatus. Nec
Matt.11.b vero patriarcha erat, aut vnus ex prophetis, de quibus sanè
in euangelio veritas ait : Quia lex & prophetæ vsq; ad Ioan-
nem.Multo magis nō erat ipse Christus,sed erat tamē Chri-
stus in ipso,haud aliter vtiq; quàm per fidē. Enimuero iuxta
hūc modum etiam modò propè est verbum in corde tuo &
in ore tuo, tātùm si recto quæ|etis corde. Nempe apostolo
Heb.13.b interpretante verbum fidei istud est,de quo Moyses ait. Vn-
de & alibi idem apostolus,Iesus Christus,inquit, heri & ho-
die & in æternum.Hesternum quidem ab initio seculi vsque
ad ascensionem dominicā, hodiernum verò diem exinde vs-
que ad seculi consummationem,porro æternū intellige post
cōmunem omniū resurrectionē. Nulli horū deest Christus,
nulli deest Iesus,nulli deest vnctio,nulli salus. Patriarchis &
H prophetis in visione exhibitus est, apostolis in humanitate,
Martino in fide, angelis iam in specie. Quam sanè speciem
electis omnibus ostensurum sese promiterat, non quidem
hodie,sed in æternum.Denique iam transierat heri,iam illud
nostrum illuxerat hodiernum,cum apostoli loquerentur: Et
2.Cor.5. si cognouimus Christum secundū carnem, sed iam nūc non
nouimus. Videtur tamē etiam in hoc mane de carnibus agni
nonnihil esse seruatū:sed quod residuū est, vtique iam datur
igni:quòd videlicet vsque hodie eadem caro nobis,sed spiri-
tualiter vtique nō carnaliter exhibeatur. Neque enim est q̄
causemur nostro huic negatam tempori siue eam,quę ad pa-
tres veteris testamenti facta est,apparitionem,siue eā quæ a-
postolis exhibita est,præsentiam carnis eius. Siquidē fideliter
considerantibus neutram deesse liquebit. Adest enim nobis
etiam nunc carnis ipsius vera substantia, haud dubium sanè
quin in sacramēto. Adsunt reuelationes,sed in spiritu & vir-
tute:vt tempori gratiæ,quod nunc est,nihil in vlla gratia de-
1.Cor.2.b esse probetur. Deniq; nec oculus vidit,nec auris audiuit, nec
in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligētibus se,
nobis tamē reuelauit per spiritū suū. Nec mireris quòd car-
nales eis manifestationes exhibuit, qui carnalē eius præsto-
labantur aduētum.Nobis enim tanto efficacior gratia & re-
uelatio dignior necessaria est,quanto nimirum excellentiora
constat esse quæ expectamus.Itaque(vt supra diximus) Mar-
I tinus iste Christus nō fuit, sed tamen Christum habuit : non
quomodo angeli in præsentia maiestatis, nō quomodo apo-
stoli in visione humanitatis, nō quomodo olim locut⁹ est in
visione sanctis suis, sed quomodo eum etiā nūc habet eccle-
sia in fide & sacramentis. Non erat ille lux, sed lucerna pla-
ne ardens & lucens,de Ioāne dictum est. Sed si illum protu-
lero,puto dicetis:Maximus hominum est, plusquā prophe-
Luc.7.d ta est, etiam angelus est dei patris, sicut ipse testatur:Ecce
mitto angelum meum,&c. Et Martinus lucerna erat ardens
& lucens:eum saltē nō pigeat imitari.Sed imitari in eo quod
est imitabile,nō autē quod mirabile exhibetur. Ad mensam
diuitis sedes hodie,diligenter considera quæ tibi apponūtur.
Discerne inter cibos,& vasa ciborū.Illos enim iuberis tolle-
re,sed non illa. Dies est iste Martinus, dies in meritis, dies
in miraculis,dies in virtutibus, dies in signis. Diligen-
ter ergo cōsidera quæ apponūtur tibi,quęnā videlicet ad ad-
mirationem,quę verò ad imitationem. Aut certe quia sequi-
tur in scriptura illa,quoniā talia oportet te pręparare:diligē-
ter cōsidera quid apponitur, & in quo. Suscitauit Martinus
tres mortuos,quot nimirū saluatorē legerat suscitasse. Red-
didit visum cæcis,surdis auditū, mutis loquelā, claudis gres-
sum, aridis sospitatē. Euasit diuina virtute pericula, proprij
corporis obiice flammas repulit,immanē sacrilegę machinæ
molem columna parili è cœlo descēdente prostrauit, lepro-
sum mūdauit osculo,curauit oleo paralyticam,dæmones vi-
cit,angelos vidit,futura præuidit. Verùm hæc quidem cæte-
ráque eiusmodi altissima quæ fecit magnalia, quidni mi- K
fica quædam vasa dixerim diuitis huius,auro grauia,gemmis
micantia paritérque materia & operę preciosa? Noli in his
saporem quærere, sed mirare splendorem. Luceat in huius-
modi lucerna nostra, vt in lumine eius videamus lumen,
quod quidem parum prout in se est,necdum prævales intue-
ri. Non enim est iste lux,sed vt testimonium perhibeat de lu-
mine : & appareat tibi interim gloriosus deus in sancto suo,
dum non potes ad gloriam eius sicut est in seipso. Cæterum
ne putaueris ornatas quidem Martini lampades, sed vacuas
inueniri, non est fatua virgo : habet in vasis oleum,habet vi-
num in phialis : habet intra paropsides istas ciborum co-
piam, delicias vtique spiritales:vt non modò videant & mi-
rentur,sed edant pauperes & saturētur: atque in illis quidem
dominum laudent : porro in his viuant corda eorum. A-
lioquin quomodo mortui laudabunt te domine ? Vt ergo sit
iucunda decoráque laudatio in admiratione,etiam viuant ex
imitatione:& vt auidius sumant delicias, ipsas quoque diui-
tias curiosius contemplentur.Sic nimirum inter splendorem
& feruorem lucernæ huius vicariis quibusdam affectibus
discurrendum,vt nobis alter ex altero commendetur, & ex
mutua collatione vterque complacitior fiat. Siquidem hu-
milis fuit & spiritu pauper iste Martinus,sicut euidentissime
probat effectus ipse diuinæ gratiæ,quam profecto tam mul- L
tam nisi multùm humili non dedisset.Vt tamen pauca virtu-
tum eius indicia promam,pauperē illū spiritu beatus nouit
Hilarius,cum imponere ei diaconatus officium tentans, nec
prævalens,quòd indignum sese vociferaretur:exorcistā eum
esse præcepit,in quo quidem locus iniuriæ videretur, sciens
nimirum quòd humiliorē ordinationē minimè repudiaret.
Pauper fuit,veste sordidus,crine incultus, facie despicabilis:
quæ quidem licet in electione eius à quibusdam maleuolis
obiecta fuissent,& in ipso tamen episcopatu, sicut scriptum
est,penitus non mutauit.Deniq; quia vere pauper fuit spiritu
Martinus, pauper & modicus meruit nominari. Audi verò
mansuetudinem eius,suo illo Sulpitio sic scribēte: Tantā ad-
uersus omnes iniurias patientiā assumpserat,vt cū esset sum-
mus sacerdos,impune etiā ab infimis clericis læderetur, nec
propter id eos aut loco vnquam amouerit, aut à sua quātum
in ipso fuit charitate repulerit:quod quidē in Brixio manife-
ste probatum,omnes vos arbitror meminisse. Eum nempe
ex omnibus sibi successorē elegit, & de tanta pòst futura ad-
uersitate præmonuit:postremò in fide & lenitate ipsius san-
ctum fecit illum:ad cuius os aures suæ fuerant cū respondē-
ret homini,qui de eo scisitabatur : Si illum delirum quæris,
prospice eminus:Ecce cœlū solito sicut amens respicit. Cre- M
bro siquidem homo dei,vtpote terram despiciens, cœlū sū-
spiciebat. Nempe sciebat ad hoc sese (vt suprà meminimus)
rectam in corpore accepisse staturam, sciebat illic esse the-
saurū suū,sciebat illic sedere in patris dextera Christū suum,
sciebat nunquā sese donec illuc peruenirēt,quod desiderabat
assecuturum.Vnde & hoc ipsum,q̄ delirus vocabatur in ter-
ra,meritò non attendit, cuius nimirū cōuersatio esset in cœ-
lis,cuius oculi in capite suo.Sanè illuc etiam lachrymę eius à
maxilla ascendere consueuerant,quibus sic abundabat,vt so-
leret pro illorū quoque qui obtrectatores sui videbātur, flē-
re peccatis.Sanè quantū iustitiā esurierit,tum in cæteris eius
actibus, tum specialiter in idololatriæ persecutione proba-
tum est, in templorum destructione, in statuarū deiectione,
in succisione lucorum. Vbi se quoque aliquādo non est veri-
tus dare discrimini,vt occasio tanti criminis de medio tolle-
retur.Nam misericordem eum in paupere se expertū saluā-
tor ipse apud angelos gloriabatur, datam sibi medietatē ve-
stis ostētans.Vtinam nobis etiam miseris apud summum iu-
dicem(in cuius admirabile tabernaculū introiuit) misericor-
diam illam exhibere dignetur, qua & illos olim morti desti-
natos,& tormentis variis deputatos eripuit,pro quibus ante
terreni iudicis ianuam nocte media scribitur iacuisse. Quo-
modo enim nō audiet eū nunc, qui tūc quoque fecit audiri?
Porrò mūditiam cordis eius illud vel maxime indicat, quòd
non est cōfusus inimico loquens in porta : Nihil in me fune-
ste reperies, Abrahæ me sinus recipit. Nam in opere pacifi-
corum feliciter planè cōsummans labores suos,licet dierum
suorum

A suorum fidem non ignoraret, clericos tamen adiit dissidēn-
tes,inter quos reformata pace,in pace ipse quieuit. Cętetūm
persecutiones quas sustinuit propter iustitiā, longum est nu-
merare,quomodo apud Iulianū Augustum in ciuitate Vvan-
gionum intrepidus,imò & illato terrore constantior, custo-
diæ mancipatus est,vt inermis postero die Barbaris oppone-
retur: quomodo circa Alpes sub securi quā in verticem eius
latro vibrabat,securissimus fuit:quomodo illum Mediolani
Auxentius Arrianus grauiter insectatus, multisque appeti-
tum iniuriis,tandem de ciuitate exturbauit:quomodo & alī-
bi prius aduersus sacerdotum perfidias acerrimè pugnans,
suppliciis fuit affectus, publicè virgis cæsus, inde quoq; exi-
re compulsus est:quomodo item in cuiusdam fani euersione
cùm gentilis eum stricto gladio peteret,nudam ceruicē præ-
buit percussuro,donec ille extollens ad ictum dexteram, ce-
cidit resupinus:quomodo alter eum cultro ferire voluit, sed
ferrum de manibus eius elapsum,repentè disparuit.Pro qui-
bus omnibus dubium non est multipliciter coronari eū, qui
quidem etsi nō semel affectu consummatæ passionis, sed to-
tiens martyr fuit affectus deuotissimæ voluntatis. Comedite
iam amici & bibite,& inebriemini charissimi. Sic enim viui-
tur,& in talibus vita spiritus vestri. Nisi forte beatos prædi-
B cat sermo diuinus,qui mortuos suscitant, cæcos illuminant,
morbidos sanant,leprosos mundant,paralyticos curant,dæ-
monibus imperāt,futura prænunciant, miracilis coruscant:
& non magis pauperes spiritu,mites, lugentes, esurientes &
sitientes iustitiam, misericordes, mundicordes, pacificos,
persecutionem propter iustitiam sustinentes . Ignoscite
mihi fratres, exemplum obedientiæ paulo minus præteriui,
quod quidem vel solum iuxta præpositum ordinem in Mar-
tino quoque nobis conuenit exhiberi.Sanè moram facimus,
sed vt arbitror,bonū est nos hic esse:tardius enim hodie ve-
nimus ad Martinum. Domine, inquit, si adhuc populo tuo
sum necessarius, nō recuso laborem: fiat voluntas tua. O ve-
rè sanctissimam animam,ô inæstimabilē charitatem, ô obe-
dientiam singularem.Bonum certamen certasti, cursum cō-
summasti, fidem seruasti,de reliquo supereſt tibi corona iu-
stitiæ,quā reddet tibi dominus hodie iustus iudex : & adhuc
dicis:Non recuso laborem,fiat voluntas tua.Obtulisti planè
Isaac:vnicum illum quem diligis,quod in te est,iugulasti:im-
molasti singulare gaudiū tuum pia deuotione,paratus redire
iterum in pericula, innouare certamina, denuo subire labo-
rem,sustinere tribulationem,prolongare tentationē, deinde
differri adhuc ab illa tanta felicitate,& diu desiderata socie-
tate spirituū beatorū,atq; in huius mortalitatis ærumnas ab
ipso introitu gloriæ reuocari:postremò(quòd maximū est) à
Christo tuo peregrinari diutius, si modò ipse voluisset. Nec
C sanè dubiū quin ampliorē gratiā mereatur qui paratū se ex-
hibet etiā ante mandatū,quā qui obedire satagit post mādā-
tū.Magna quidē obedientia vestra angeli sancti,sed quod di-
cere audeā pace vestra,nescio an inueniatur in vobis quisquā
paratus in tale aliquādo ministeriū mitti, in quo necesse ha-
beat nō videre faciē patris.Magnū est Petre,quòd dominum
secuturus,omnia reliquisti, sed audiui te in mōte dicentē,vbi
Matt.17.a trāsfiguratus est coram vobis:domine,bonū est nos hic esse,
faciamus hic tria tabernacula.Non est hoc,Si adhuc populo
tuo sum necessarius:nō recuso laborem. Paratum cor tuum
Martine,paratū cor tuū siue manere in corpore,siue dissolui,
& esse cum Christo. Et magna quidē in horrenda morte se-
curitas,magna in visione Christi desiderāda & tam feruen-
ter ac singulariter desiderāda perfectio reperitur: sed id qui-
dem longe amplius per omnē modū,q̄ qui mori nō metuis,
imò qui tāto desiderio præsentiā domini concupiscis,viuere
quoque non renuis,& expectatione molestissima fatigari.In
quo enim alio non obedire potuerat, qui in hoc tāto articu-
lo tam deuote clamabat,Fiat volūtas tua?Hęc ergo pars no-
stra sit fratres in conuiuio hodierno, hanc nobis obedientiā
in mensa pauperis imò iam diuitis huius appositam diligen-
ter consideremus,scientes quoniam ipsa est quæ à nobis exi-
gitur,ipsa quam oportet nos pręparare, vt singuli quique di-
Psal.118.b camus:Quia paratus sum,& nō sum turbatus, vt custodiam
mandata tua.Nec modò semel aut in parte, sed paratum cor
meum deus,paratum cor meum,paratum ad vtrunque,& in
nullo tuam præscribens dispositionem. Forte hoc cupio & D
specialiter & vehementer, sed ne quidem illud recuso : sicut
fuerit voluntas in cœlo,sic fiat.Desidero requiem, sed nō re-
cuso laborem, fiat voluntas tua.

De sancto Clemente papa & martyre,de tribus aquis. Sermo

PReciosa in conspectu domini mors sanctorū eius. *Psal.115.a*
Audiat peccator & irascatur, dentibus fremat &
tabescat. Deprehensus est in astutia sua, cecidit in
foueam quam fecit,in laqueum incidit quem tetendit. Inui-
dia siquidem diaboli mors intrauit in orbem terrarum, sed
ecce preciosa facta est mors sanctorū. Audi igitur hostis vi-
tæ, mortis auctor attende. Quid valet fraus tua? versutia tua
quid nocet?Imò verò,vt plus doleas, etiam omnia cooperā-
tur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt san-
cti.Neque enim aliter quàm ipsa(quę tui est operis)de te ho- *Rom.8.*
die beatus martyr cuius solennia celebramus, morte corpo-
ris triumphauit, fecit siquidem de necessitate virtutem, pœ-
nam peccati in meritum gloriæ commutauit:fidelem se pro-
bauit in modico, vt dignus inueniretur supra multa consti-
tui. Modicum nanque erat,& omnino modicum, quicquid
prius acceperat anima illa beata, quantum ad eam gloriam
quam præsenti promeruit passione. Omnis enim delectatio
huius mundi, vniuersa eius gloria, quicquid denique in eo E
concupiscitur,prorsus modicum est in illius fœlicitatis,in il-
lius gloriæ,in illius beatitudinis comparatione : si tamen vel
modicum dici debet,& non potius nihilum,vapor ad modi-
dum parens. Acceperat beatus Clemens nobile genus, am-
plas possessiones, hæreditatem multam, scientiam quoque
quàm plurimam,ita vt optimus quidem illius temporis phi-
losophus haberetur. Acceperat hæc vniuersa à domino:Dei
enim dona sunt etiam hæc. Fidelem ergo se probauit ei qui
dederat,cum pro eius amore vniuersa contempsit,omnia de-
trimentum faciens, & arbitratus vt stercora, vt lucrifaceret
Christum. Sed forte murmurat etiam nūc inimicus, Pellem, *Iob.2.b*
inquiēs,pro pelle, & omnia quæ habet homo dabit pro ani-
ma sua. Quid ergo? Putas quòd in ipsa corporis sui vita quā
accepit à domino,infidelis inueniatur, vt vel ipsam præferat
illi?Ecce habes potestatem,irrue in eum per satellites tuos vt
coarctetur è duobus,aut à domino necesse habens,aut à cor-
pore separari. Varia & immania exquire genera tormētorū,
sed noueris te martyri nostro fabricare coronas. Sicut enim
ipsa vitæ huius ornamēta & adiumenta contempsit, sic con-
tēnit & ipsam:corpus omne tibi exponit in mortē, & in fa-
ciē maledicit tibi,atque idola tua sacro ore blasphemat, do-
minum deum suum etiam inter tormēta tua libere prędicat,
in igne confitetur.Coronabitur ergo,quia legitimè certauit,
quia fideliter vicit,quia nec blādimētis vitæ huius, nec mor- F
tis horrore à charitate Christi potuit separari.Dic quęso no-
bis anima sancta quæ sic corpus tuum suppliciis exponebas,
obsecro diligebas illud,an nō?Vtique diligebam, inquit, ne-
mo enim vnquā odio habuit carnē suā. Diligebā ergo eam, *Ephes.5.*
sed parum diligebam tanquam ancillam,& multo magis di-
ligebā dominum deum.Vtq; probatio esset dilectionis, ope-
ris exhibitio:libenter ipsam quoque pro eius gloria mortem
corporis amplectebar.Quid nos ad hęc dicimus fratres? Cō-
gratulamur martyri, sed iam gloria eius non sine nostra con-
sulione est.Ecce enim beatus Clemēs homo erat similis no-
bis,passibilis,eadem circundatus infirmitate,& carni suæ eo-
dem vinculo naturalis affectionis inhærens. Si ergo ille sic
glorificauit Christum in corpore suo,& calicem salutaris ac-
cepit:quid nos retribuimus domino pro omnibus quæ retri-
buit nobis?Eadem certè insigniuit imagine, eodem sanguine
nos redemit, & vocauit in eandem hæreditatem incorrupti-
bilem & incontaminatam æternam cōseruatam in cœlis. Vt
quid ergo non possumus & nos cum beato Clemēte Christi
bibere calicem?Sed forte respondent aliqui, Possemus,si op-
portunitas nō deesset, sed persecutionis tempus cessauit. At
ego,fateor, non satis crediderim ita dicentibus. Quid enim?
Quotidie ceditis punctioni acus vnius,& mucroni vos arbi-
tramini posse resistere?In minimis probate cōflictibus quàm
viriliter in maiori certamine stare possitis . Ecce enim vobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G non dicitur: Sacrificate idolis, & viuite: aut si hoc non vultis, oportet vos diuersis suppliciis intetire. Nouit domin⁹ figmẽtum nostrum, nec dat nobis tam forte certamen. Beato Clementi certamen forte dedit, vt vinceret, & disceret quoniam omnium potentior est sapientia. Vestrum autem certamen quale est, fratres mei? Quotidie vobis suggeritur in cordibus vestris, frange ordinem tuum, murmura, detrahe, age remissius, infirmitatem simula, respõde ei qui forte durius locutus est, vt satisfacias desiderio tuo: nec dicitur cuiquam, Nisi hæc feceris, morieris: sed vt multum, cum difficultate & labore resistes animo tuo. Et quis sustineret tanta? Hæc enim intus audire, hæc respondere consueuimus exhortãtibus nos, aut foris homini, aut intus spiritui sancto. Si ergo in huiusmodi certamine periclitamur, si vix resistimus, si interdum etiã succumbimus, quid in illo tam graui certamine faceremus? Si iuncis fragilibus cedit infirmitas nostra, quomodo telis resisteret? Videtis quomodo ad nihilum redacti sumus: & sicut solent mulieres aut paruuli, pugnantes laudamus alios, pugnare ipsi non possumus. Quid tamen agimus? Omnes certe ad nuptias agni vocati sumus, & in cõspectu eius vacuos apparere non licet. Diligenter ergo consideremus quæ apponuntur nobis, quoniam talia oportet nos præparare. Consi-
H derauit beatus Clemens vinum sibi appositũ esse à domino, & ipse quoque quoniam dies fuit, ad nuptias illas vinũ nihilo minus proprij sanguinis effusione portauit. Sed nos pauperes sumus, & vinum domine nõ habemus. At ille, implete, inquit, hydrias aqua. Ergóne & ipsa suscipietur aqua, si attulerimus eam? Vtiq; suscipietur. Nã & ipsam cum vino nobis appositam inueniet, qui secundum monita sapientis diligenter cõsideratierit quæ sibi apponuntur, ab eo nimirũ, qui venit non in aqua solũ, sed in aqua & sanguine. Testimoniũ em̃ perhibuit qui vidit, quod aperto latere domini dormientis in cruce exierit sanguis & aqua. Et nos ergo fratres, vt vel fideles nos probemus deo nostro, si martyrium sanguinis non habemus (martyrium enim testimonium est) quæramus vel testimonium aquæ, & ne ipsum quidem despiciet deus. Tres sunt enim qui testimoniũ dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Beati quibus trinũ suppetit testimonium, quoniam funiculus triplex difficilè rumpitur. Nos si sanguinis testimonium non habemus, habeamus spiritũ & aquam: quoniã sine spiritu nec sanguis nec aqua sufficiet: imò verò si spiritus ipse sine aqua aut sanguine inuenitur, sufficit testimonium eius: quoniã spiritus veritatis est, nec sanguis nec aqua quicquam proderunt à seipsis, sed spiritus est qui testificatur in illis. Sa-
I nè tamen aut vix aut nunquã sine aqua aut sanguine spiritũ arbitror inueniri. Propterea charissimi quæramus vel aquã, qui sanguinem non habemus. Et quoniam hydriarum suprà fecimus mentionem, quæramus mensuras binas vel ternas quas hydrię capiebant. Nam & Christus triplicem nobis apponit aquã, & perfectus omnis qui fuerit in nobis sicut ipse, qui videlicet tres metretas habere potuerit. Propter hoc enim sub distinctione dicitur, binas vel ternas, vt duas ad minus constet necessarias esse, tertiã non ab omnibus exigendã.
K Accipe igitur triplicem aquam quam tibi saluator apponit. Plorat super Lazarum & super ciuitatem Hierusalem, & hęc est aqua prima. Sudauit imminẽte iam passionis hora, & hæc est aqua secunda, non ab oculis tantùm, sed à toto corpore manans. Hæc autem rubea est, sanguineíque coloris, sicut
Luc.22.c scriptum est: Et factus est sudor eius sicut guttę sanguinis decurrẽtis in terram. Iam verò tertia est aqua quam & prædiximus de latere eius vnà cum sanguine emanasse. Et tu ergo primam quidẽ habes si rigas lachrymis tuis conscientiæ tuæ stratum, & dolore compunctionis præteritorum diluis maculas peccatorum. Secundam aquã habes, si in sudore vultus tui vescẽris pane tuo, & labore pœnitentiæ corpus tuum castigas, ac restringis concupiscentiæ flammam. Est autem sanguinei coloris siue propter laborem, seu etiã propter ipsum quem extinguit cõcupiscentiæ ignem. Iam verò si proficere potes vsque ad deuotionis gratiam, potaberis aqua sapientię salutaris, & spiritus Christi qui super mel dulcis est, fiet in te fons aquæ salientis in vitam æternam. Et memento hanc esse aquam quæ procedit de latere dormientis, & sine omni molestia fluit. Oportet enim iam mortuũ esse mundo, qui in hac voluerit gratia delectari. Ergo vt breuiter repetam, prima quidem præteritis delictis abluit conscientiam: secunda vt futura caueas extinguit cõcupiscentiam: tertia si ad eam peruenire meruerit, potat animam sitientem.

In vigilia sancti Andreæ apostoli Sermo.

SAnctorum festa præcipua patrum sanxit auctoritas, votiuis præuenienda ieiuniis. Vtiliter planè, & non ad insipientiam nobis, si affuerit qui aduertat. Multa siquidem quotidie peccata contrahimus, & in multis offendimus omnes: nec tutum omnino est celebrãdas suscipere festiuitates sacras, maximéque eas quæ maximę sunt, nisi prius abstinentiæ purificatione præmissa, quò & digniores & capaciores inueniamur spiritualium gaudiorum. Sic enim iustus in principio sermonis accusator est sui, nec nisi à propria reprehensione laudes incipit alienas. Quòd si etiam iustus trepidat sollicitus præuenire eum, qui ipsas quoque paratus est iustitias iudicare: quid agimus nos, quorum interim iudicata non fuerint & tecta peccata? Timendum valde est ne forte manifesta inueniantur præcedentia ad iudicium. Si nec iustus sine modestia & verecundia quadam ad sanctorum præsumit accedere laudes: quanto magis peccator in cuius ore nõ est laus speciosa, timeat sem- L *psal.49.*
per necesse est vocem illam: Quare tu enarras iustitias meas? *Mat.22.*
siue illam: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Beati proinde qui stolam suam, dico autem gloriam conscientiæ suæ, solliciti sunt omni tempore conseruare immaculatam, semper splendidã exhibere. Sed quia pauci sunt qui sic omni custodia seruent cor suum, pauciores autem (si tamen vel pauciores) qui in omni sanctimonia cõseruent illud, necesse est frequenti abstinentia maculas diluere subintrantes, præcipuè cum præciqua quælibet solennitas aduenerit celebranda. Non modò tamen præparatio est ad proximam celebritatem obseruatio præmissa ieiunij, est & admonitio quædam eruditióque nõ parua. Discimus ex hoc ipso quænam vera sit via festiuitatis æternæ. Quid est enim quòd ieiuniis solennia præuenimus, nisi quod per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei? Indignus quippe solenni lætitia est, qui statutam vigiliæ abstinentiam non obseruat. Planè, inquam, si renuis affligere animam tuã in vigilia, indignus iure cẽseris requie & exultatione festiua. Est autem vniuersum præsentis pœnitentiæ tempus, vigilia quædam solennitatis magni & æterni sabbati quod præstolamur. Nec causaberis vigiliam longiorem, si ęternitatem festiuitatis attendas. Licet enim habere præparationem soleat solennia diurna diurnam: illa cùm ęterna sit, non exigit tamẽ M
æternam. Sed quò nos rapit iucundior illius memoria felicitatis? Hoc enim nomine & sæpius & forte dignius nominatur illa festiuitas. Redeundũ nobis est ad id quod prę manibus est. Hodierni itaque ieiunij, & eius, quę præstolamur solennitatis & lætitiæ causaest beata passio Andreæ apostoli. Dignum est enim vt si cum eo pendẽre non possumus, cum eo vel ieiunemus. Nã & ipsum, cum biduo penderet in cruce, etiam ieiunasse quis dubitet? Inueniamur ergo vel in exiguo communicantes passioni eius, etsi non simul affixi patibulo, simul afflicti ieiunio: vt miserante deo etiam coronæ participes simus, & in præsenti quoque spiritualium socij gaudiorũ. Quomodo enim nõ exultemus in memoria triũphi eius, quem in ipsa sui præsentia supplicij tam vehementer nouimus exultasse? An nõ erit læta festiuitas, vbi & crux ipsa plena est gaudio? Siquidem & festiuum solemus nominare quod lætũ est, & crux à cruciatu vtique dicitur, aut certe cruciatus a cruce. Quanta proinde exultatione vniuersæ terræ celebrandum tãtæ nouitatis miraculum, tam magnificum opus diuinæ virtutis? Andreas homo erat similis nobis passibilis, & tam vehementi ardore spiritus crucem sitiebat, tam inaudito à seculis gaudio tripudiabat, cum paratum sibi eminus patibulum conspexisset. O crux (inquit) diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens venio ad te, ita vt & tu exultans suscipias me. Videtis quia non se capit prę magnitudine gaudij? Ita (inquit) vt & tu exultans. Ergóne tanta est exultatio vt exultet & ipsa crux, nec læti quicquam habeat, sed totum lætitiæ sit? Aut quis dicat

A cat minus, cõtra consuetudinem, supra rationem, vltra naturam, crucifixum exultare quàm crucẽ? Illi sensum lætitiæ natura negauit, huic si quid prævalet, gaudium omne exterminat, ingeritq; dolorẽ. Amator, ait, tuus semper fui, & desideraui amplecti te. Fratres, ignis vibrãs est, non lingua loquens: & si lingua, certe ignea est. Carbones sunt ignis illius quem de excelso Christus miserat in ossibus meis. Atque vtinã desolatorij nobis sint, cõsumentes & exurẽtes quicquid in nobis est carnalis affectionis. Quales enim scintillę sunt istę, aut à quãto interiori incendio micant? Planè beate Andrea, granum sinapis est fides tua, quæ tam insperatum vbi teri cœpit, cœpit ex se proferre feruorẽ. Quid si paulo amplius tereretur? Quis feruorẽ illum animus, quis verba illa sustinere posset auditus? Dum enim minus minaretur Aegeas, adhuc granum sinapis despicabile videbatur. Integrum erat, nesciebamus quid intus lateret. Dominus, inquit, me misit ad istam prouinciam, in qua nõ paruum ei populum acquisiui. Accedat cõminationis pistillus, longè iam acrius sapiet, constantiúsque loquetur. Terrendum eum putat Aegeas crucis supplicium minitans: sed non est ita. Accenditur magis in verbo hoc, & liberè clamat: Ego si patibulum crucis expauescerem, crucis gloriam non prædicarem. At vbi paratum sibi lignum intuitus est, ex hoc iam planè totus igneẽs applaudebat, &
B blandiebatur illi amatę suæ, officiosissimè salutabat, deuotissimè suscipiebat, magnificè attollebat eã, & in ipsius præconio gloriabatur, clamans magis affectione quàm voce: Salue crux preciosa, quæ decorem & pulchritudinem de membris dominicis accepisti. Salue crux quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membris eius tanquam margaritis ornata. Meritò proinde crucis amatorem venerantur quicunq; sunt serui crucis: sed ab his ampliorem iure deuotionem exigit, qui specialius proposuerunt tollere crucem suam. Vobis hoc & de vobis dico fratres mei, qui non surda aure audistis illam
Luc.14.f euãgelicam tubam: Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Parati estote, totam animi diligentiam huic adhibete solennitati, & corde magno celebrate eam: quia magnus omnino cõsolationis pariter & exhortationis thesaurus vobis repositus est in ea, si fuerit qui fodiat & scrutetur.

In die sancti Andreæ, de mundis piscibus. Sermo I.

CElebrantes hodie gloriosum beati Andreæ triumphum, in verbis gratię, quę procedebãt de ore eius, exultauimus & delectati sumus. Neque enim locus poterat esse tristitiæ, vbi tã vehemẽter lætabatur & ipse. Nemo ex nobis cõpassus est sic patiẽti, nemo ausus est plangere exultantẽ. Alioquin & nobis ipse non incongruè dicere po-
C terat, quod saluator crucem baiulans sequẽtibus se & lugentibus ait: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super Luc.23. vos ipsas flere. Denique cum duceretur ipse beatus Andreas ad crucem: populus qui sanctum & iustum dolebat iniustè damnari, prohibere voluit ne puniretur: sed magis ipse instantissima prece prohibuit eos, ne non coronaretur, imò ne non pateretur. Desiderabat siquidẽ dissolui, & cum Christo esse, sed in cruce quam semper amauerat. Desiderabat regnum intrare, sed per patibulum. Quid enim dicit illi amatæ suæ? Per te, inquit, me recipiat, qui per te me redemit. Ergo si diligimus eum, congaudemus ei, non solùm quia coronatus, sed & quia crucifixus: quia desideriũ animæ eius tribuit ei dominus, & posuit in capite eius coronã de lapide preciosso. Veruntamen dum congratulamur ei quòd diu desideratæ crucis frui mereatur amplexu, mirum valde est si non ipsum eius miramur gaudium cui cõgratulamur. Dum enim noctis huius vigilias celebrantes, in verbis tantæ exultationis cantando delectaremur, putas non fuit in nobis qui secum cogitaret & diceret, Quid sibi vult hoc, aut vnde tã noua lætitia? Certe & crux preciosa est, & crux amati potest, & crux habet exultationem. Ita est, fratres mei. Si fuerit qui colligat, semper lignum crucis vitam germinat, fructificat iucunditatem, oleum lætitiæ stillat, balsamum sudat spiritualium charismatum. Nõ est syluestris arbor, lignum vitę est apprehendentibus eam. Arbor fructifera, arbor salutifera est: alioquin quomodo dominicã occuparet terram? Illam dico preciosis- D
simam glebã, cui clauorũ est infixa radicibus. Si nõ esset hæc preciosior cunctis, fructuosior vniuersis, nunquã illo plantaretur in horto, nec illam permitteretur vineã occupare. Deinde quid mirum si cruci suauitatem dedit, qui dedit & igni? Aut quomodo crux iudicatur insipida, vbi dulce sapit & flãma? Quid enim sapiebat Laurẽtio ignis cum irrideret carnifices, iudicem subsannaret? Quid nos ad ista dicemus fratres, quòd nõ sapit etiã nobis quæ pro Christo est tribulatio, nec gustamus & nos manna absconditum? Sic enim victus esset omnino diabolus, nec haberet penitus quod afferret. Sufficeret nobis hoc vnum aduersus duplicem malitiam inimici. Habet quippe nequissimus ille laqueos, habet & iacula: vtpote callidissimus venator hominum, solũ sitiens sanguinem animarum. Alios telis appetit malitioſę cuiusliber suggestionis, & in eis vulnerat multos, quorum tenuis est patientia. Alios voluptatibus irretire laborat, & in his includit multitudinẽ copiosam eorũ quæ in terra repũt, aut volitãt iuxta eũ. Sit ergo gaudium in tribulatione, & iam nõ habet malignus vnde illiciat, nõ habet vnde deiiciat: liberati sumus à laqueo venantiũ, pariter & à verbo aspero. Nihil enim proficiet inimicus in eo quem crux Christi delectat, si carnalẽ suggesserit delectationẽ: & filius iniquitatis nõ apponet nocere ei, si ad exasperandum animum eius quãlibet immittere tẽtauerit amaritudinem. Nõ curat delicias qui ieiunio pascitur: multo E
minus murmurare pro eo potest, in quo etiã delectatur. Planè altissimum posuit refugium suũ: vbi nec muscipula inimici timẽda sit, nec sagitta, imò verò mũdus piscis est, squamas pariter & pennulas habẽs. Porrò sicut frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, sic frustra iacitur telũ in squamas loricarum. Huiusmodi siquidem pisces mundos esse legalis sanctio iudicat, qui & pennis leuantur, & proteguntur squamis: siue illi in mari sint, siue in flumine, siue in stagno. Habet etiam mare hoc magnum & spaciosum pisces mũdos, & dominica dignos mensa: quia ex his qui in seculi latitudine habitu actúq; versantur, reliquit sibi multa milia, quæ apostolica sagena trahit, vt cum educta fuerit, segregentur à malis. Vbi sanè sedebit & hic noster piscator hominum, qui totam nunc post se Achaiam trahit. Habet & flumen pisces mũdos, quicunque inter dispensatores fideles inueniuntur. Fluuius quippe est prædicatorum ordo, non in eodem permanẽs loco, sed extẽdens se & currens, vt diuersas irriget terras. Sunt & in stagno mundi pisces, qui in claustro deo seruiunt in spiritu & virtute. Meritò siquidem stagnis monasteria comparantur, vbi quodammodo incarcerati pisces euagãdi non habeant libertatem, quò videlicet parati sint semper ad epulas spirituales, dicentes singuli intra se: Quando veniet qui me deferat? Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Porrò vt de lege suprà meminimus, F
siue in mari, siue in flumine, siue in stagno, illi mundi sunt pisces qui squamas & pennulas habent. Sunt autem squamæ multæ, sed vna ex eis quodammodo lorica contexitur: quia vna est patientiæ virtus, licet singulis tribulationibus exhibere singulas videamur. Iam verò sicut squamas ad patiẽtiã, sic pennulas quoque ad hilaritatem arbitror non incongruè posse referri. Hilaritas quippe leuat & subleuat, vt saltus quosdam in altum dare videatur quisquis exhilaratur. Sane vt duas habeamus pennulas, duplex nobis hilaritas quærenda est. Et forte propterea docet apostolus (ille enim vere pennas habebat, quibus & in tertium vsque cœlum raptus est, & volauit etiam in paradisum) non solum gloriari in spe, sed etiam gloriari in tribulationibus. Prorsus sublime volat quisquis ille est quem non modò futurorum expectatio bonorum, sed præsentium quoq; malorum exhibitio ipsa delectat, ita vt in eo etiam glorietur. Talem inuenimus hunc beatum apostolum, talem miramus, talem meritò prædicamus.

Vnde & triplicem hic licet considerare gradum, incipientium, proficientium, perfectorum. Initium sapientiæ timor *Rom.13.c*
domini: medium, spes: charitas, plenitudo. Denique apostolum audi, quia plenitudo legis est charitas. Qui initiatur à ti- *Eccli.1.b*
more, crucem Christi sustinet patienter: qui proficit in spe, portat libenter: qui verò cõsummatur in charitate, amplectitur iam ardenter. Solus etenim iste est qui dicere possit, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G amator tuus semper fui, & desideraui amplecti te. Longè est vox ista ab eo qui sustinet quidem, sed optaret omnino, si posset, non venisse in hãc horam. Denique (si non videor temerarius) longe est ab ea voce: Pater, si fieri potest, transeat
Mat.26.d à me calix iste. Quid enim? Certè super asellum ascẽderat, vt ne hic quidem hostibus relinqueretur. Agnosco planè in duce belli pusillanimorum trepidationem, agnosco ægroti vocem in medico, agnosco infirmantem gallinam cum pullis. Considero charitatem, stupeo miserationem, expauesco dignationem. Misericors dominus, non beati Andreæ robustũ
Matt.9.b tibi suscepit affectum, quia non sanis opus medicus, sed male habentibus. Si quem forte dignatio scandalizat, planè meretur audire: Nónne oculus tuus nequã est, quia ego bo-
Mat.20.b nus? Huic enim odor vitę in mortem est. Quid magnũ fuerat domine Iesu si accedẽte hora propter quam veneras, intrepidus staręs, tanquam qui potestatem habebas ponendi animam tuam, & nemo eam tollebat à te? An nó longè gloriosius fuit, quando quidem totum propter nos agebatur, vt non modò passio corporis, sed etiam cordis affectio pro nobis faceret; & quos viuificabat mors tua, tua nihilo minus & trepidatio robustos, & mœstitia lætos, & tædium alacres, & turbatio quietos faceret, & desolatio consolatos? Lego qui-
Ioan.11.d dem in Lazari resurrectione quia infremuit spiritu: & turbauit seipsum. Sed esto interim: quia se ipse turbauit, non conditionis necessitate, sed suæ beneplacito voluntatis. Nec autem aliquid iam amplius audio. Vsque adeo siquidem prę-
Luc.22.c ualuit ea quæ fortis est vt mors dilectio, vt Christum angelus dei confortauerit. Quisquem? Euangelistam audi. Apparuit, inquit, angelus cõfortans eum, Quẽ eum? Planè eum, cui nascituro clausus patuit virginis vterus, cuius nutu in vinum aqua mutata est, cuius tactu lepra fugata, sub cuius plãtis solidum mare stetit, ad cuius vocem mortui surrexerunt. Denique eum qui portat omnia verbo virtutis suæ, per quẽ facta sunt omnia, per quem vniuersa subsistunt, etiã & angelus ipse. Et quid dicam? quem eum? Minus enim moraret, si non penitus esset indicibilis. Confortans eum. Quem eum? Cuius ne ipse quidem confortator suus capere poterat maiestatem. Rogo te angele, quem consolaris? An ignorabas quis esset ad quem consolandum veniebas? Certe consolator est, certe paracletus est. Alioquin nõ diceret alium paracletum à patre mittendum apostolis, si non esset & ipse paracletus. Denique agnosco & in hoc ipso paracletum maximum, agnosco paracletum benignissimum, qui propè sit his qui tribulato sunt corde. Non despero iam domine etiam si molesta mihi videatur tribulatio quam patior, etiam si pusillanimis sum, etiam si desidero vt transferatur calix à me. Nõ despero inquam, dummodo audiam ipse: Verũtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Didici etiam ex hoc ipso non ad carnalem siue caducam recurrere consolationem, sed ad an-
I gelicam, sed ad spiritualem, sed ad cœlestem. Ita planè, dummodo non murmurem: id enim penitus separaret à te, si non citius resipiscerem: non renuo etiam si opus habeo consolari. Quid enim? Agnosco vocem meam in saluatore: & de salute desperem? Planè in patiẽtia mea possidebo animam meã.

Veruntamen proficere volo si possum, nec statim adepta
Sapien.15. salute esse contentus. Qui timet deum (ait sapiens) facier bo-
Psal.36.c na: sed parum est. Scriptum est enim: Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. Noli esse salute contentus, quære pacem, ne tibi sit in periculo etiam salus ipsa. Audi ergo angelũ nato eo, qui factus est pax nostra, exul
Luc.2.d tantẽ atque canentem: Pax in terra hominibus bonę voluntatis. Quæ autem bona, nisi ordinata voluntas? Quænam est illa? inquis. Profecto quæ rationi cõsentanea est, dicẽti: Quia
Rom.8.d non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. Hoc si iam sentire cœpisti,
Psal.118.b haud dubium quin libẽter feras crucem domini, & dicas: Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiã mandata tua. Attamen si vis perfectus esse, vnum adhuc tibi est necessarium. Quid illud? inquis. Profecto gaudiũ in spiritu sancto. Siquidem & is qui timore coercetur & patiens est, & qui ratione spei ducitur, & beneuolus est: nisi etiam fuerit feruens spiritu, facilè labi potest. Porro quę per spiritum diffunditur charitas, & patiẽs & benigna est, & quod est amplius, nunquam excidit. In primo denique mandato quod parentibus nostris K datum est, si diligenter consideres, & Eua patiens, & Adam beneuolus fuisse videtur: quia tamen vterque cecidit, liquet quòd stabili non erat ille vel illa gradu. Vidit mulier lignum
Genes.3.b (ait scriptura) quòd esset pulchrum visu, & ad vescendũ suaue. Non tibi videtur vix continere manũ? Sic & vbi à serpente interrogata est, vide si nõ manifestè sonãt verba eius molestum ei fuisse mandatum. Ex omni (inquit) ligno paradisi comedimus, de ligno autem scientiæ boni & mali dixit nobis, ne comedamus. Non dicit, Sic est voluntas creatoris: quare sic, ipse nouit: nobis sufficit obedire, quia vita nostra in voluntate eius. Itaque facilè seducta est mulier & promissioni credere, & acquiescere persuasioni. Vir autem non seductus est, sed subuersus mulieris amore. Optaret enim semper seruare mandatum quod sibi vtile nouerat, si nõ mulier
Cantic.8. ei aliud suaderet. Nec aliquam in seruando mandato visus est pati difficultatem, sed quæ bona voluntas erat, non habuit fortitudinem, quia non habuit feruorem. Fortis quippe est vt mors, non patientia aut spes: sed dilectio. Non timor aut ratio, sed spiritus fortitudinis est. Dicit patiẽtia, sic oportet fieri: quia timore vrgetur. Dicit voluntas bona, sic expedit, & sic agendum est: quia spei attrahitur ratione. Charitas verò quæ inflammatur à spiritu, neque sic oportet, dicit, ne- L que sic expedit: sed sic volo (inquit) sic cupio, sic desidero vehementer. Videtis quanta sublimitas, videtis quãta securitas quantáque suauitas charitatis? Felix anima, quę ad hunc charitatis peruenerit statum. Nec sanè desperandum nobis, quãdoquidem eius qui ad hunc peruenit gradum, ob hoc maxime memoria celebratur, vt ipsius & inuocemus auxilium, & prouocemur exemplo. Plus dico, & ex nobis nõnullos videre mihi videor in hoc gradu. Si dicis beatum Andream apostolũ esse, nec posse te, qui pusillus es, eius sequi vestigia: pudeat vel eos qui tecum sunt non imitari. Nemo repente fit summus: ascendendo non volando apprehenditur summitas scalæ. Ascendamus igitur velut duobus quibusdam pedibus, meditatione & oratione. Meditatio siquidẽ docet quid desit, oratio ne desit obtinet. Illa viã ostendit, ista deducit. Meditatione denique agnoscimus imminentia nobis pericula, oratione euadimus, præstante domino nostro Iesu Christo.

De Sancto Andrea, Sermo II.

BEati Andreæ apostoli solennitas hodie celebratur: quã si pia sollicitudine perscrutemur, multa inueniem⁹ in ea, q̃ ædificẽt animas nostras. In ipso siquidẽ cõuersionis suæ initio magnũ nobis perfectæ obedientiæ præstat exẽplũ. Quod quidẽ christianis omnibus necessariũ, nobis tamẽ est charius M amplectendũ, qui nimirũ specialiter ex ipsa professione nostra tenemur obediẽtiæ debitores. Sapiens nummularius est, imò ipsa sapientia, cui necesse habemus reddere hunc obedientiæ nummum: nec suscipiet eum nisi & integer inueniatur, & sine aliqua falsitate. Nam si discutimus, si diiudicamus & in hoc quidem prẽcepto non obedimus, sed in illo fractus est nummus: non suscipiet eum Christus, à quo nimirum tenemur nummi integri debitores. Omnes enim obedientiã simpliciter & sine vlla exceptione promisimus. Quòd si quis obediat quidem, sed simulatoriè & ad oculum, murmuret autem in abscondito, falsus est nummus eius: plumbũ habet non argentum, & iniquitas sedet super talentum plumbi: Dolosè agit, sed in conspectu dei quoniam deus non irridetur. Vis audire perfectæ obedientiæ formam? Vidit dominus (ait euangelista) Petrum & Andream mittentes rete in *Mat.4.b* mare, & ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Faciam (inquit) de piscatoribus piscatores: imò prædicatores. At illi continuo nihil diiudicantes aut hæsitantes, non solliciti vnde viuerẽt, non considerãtes quonam modo rudes homines & sine literis prædicatores fieri possent, nihil denique interrogantes, sine omni mora relictis retibus & naui, secuti sunt eum. Agnoscite fratres quoniam propter vos scripta sunt hæc, propter vos singulis annis in ecclesia recitantur: vt discẽtes veræ obedientiæ formam, castigetis corda vestra in obedientia charitatis. Hæc nimirum est quę sola commendat obediẽtiæ nummum, hoc illius argentum est probatum atque purgatum. Sola est charitas quæ

A quæ obediẽtiam gratam facit & acceptabilem deo. Hilarem
1.Cor.9.b quippe datorem diligit deus. Et item: Si tradidero (inquit)
1.Cor.13.a corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam: nihil mihi prodest. Vultis vt de ipsa quoque beati huius apostoli passione, quam nimirum hodie celebramus, loquamur aliquid ad laudem Christi, & ædificationem vestram? Audistis certè cum peruenisset beatus Andreas ad locum vbi crux parata erat, quomodo cõfortatus sit in domino, & per spiritum quem vnà cum cæteris apostolis in igneis linguis acceperat, verba vere ignea loqueretur. Videns ergo paratam eminus crucem, nequaquam (vt exigere videtur mortalis infirmitas) facies eius expalluit, nequaquam sanguis eius gelatus est, non stetere comę, aut vox faucibus hęsit: non contremuit corpus, nec mens turbata est, non necessit, vt assolet, intellectus. Ex abundantia cordis os locutũ est, & charitas quæ feruebat in corde, quasi scintillas quasdam ardentissimas emittebat in voce. Quid enim beatus Andreas cum sibi paratam (vt dixi) crucem eminus cerneret, loquebatur? O crux, inquit, diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata: securus & gaudẽs venio ad te, ita vt & tu exultãs suscipias me discipulum eius qui pepẽdit in te, quia amator tuus semper fui, & desideraui amplecti te. Obsecro, fratres, homo est B qui loquitur hæc, an non est homo, sed angelus, aut noua aliqua creatura? Homo planè similis nobis, passibilis. Nam passibilem eum passio ipsa testatur, qua appropinquãte tam lætabundus exultat. Vnde ergo in homine noua hæc exultatio, & lætitia hactenus inaudita? Vnde in tãta fragilitate tãta cõstantia? Vnde in homine tam spiritualis mens, tam feruens charitas, animus tam robustus? Absit vt à seipso tãtam ei credamus inesse virtutẽ. Donum perfectum est, descẽdens à patre luminum, ab eo vtique qui facit mirabilia magna solus. Planè spiritus erat, dilectissimi, qui adiuuabat infirmitatem eius, per quẽ diffundebatur in corde ipsius fortis charitas vt mors, imò & fortior morte. Cuius ô si & nos participes inueniamur. Ecce enim molestus est nobis pœnitentiæ labor, corporis afflictio grauis, abstinentia onerosa: in vigiliis dormitat anima nostra prę tędio, nõ ob aliud sanè quàm propter inopiã spiritus. Ipse enim si adesset, adiuuaret sine dubio infirmitatem nostrã: & sicut beato Andreæ crucem & mortem ipsam, sic nobis quoq; laborem & pœnitentiã nostram faceret non solùm non molestam, sed etiam desiderabilem atque
Eccl.24.c omnino delectabilem esse. Spiritus enim meus (ait dominus) super mel dulcis: ita vt ne ipsa quidem dulcedini eius præualere queat amarissima licet mortis amaritudo. Quid nõ tem-
Psal.126.a perabit illa dulcedo, quæ mortem quoque facit esse dulcissimam? Quæ resistere possit asperitas vnctioni illi, quæ mortẽ quoq; facit suauissimam? Cum dederit (ait) dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini. Quam molestiam non expellit C gaudium illud, quod mortem quoque ipsam facit esse lętissimam? Quęramus hunc spiritũ fratres, tota sollicitudine operam demus vt mereamur habere hũc spiritum, imò vt quem iam habemus, abundantius habeamus. Quicunque enim spiritum Christi nõ habet, hic non est eius. Nos autẽ non accepimus spiritũ huius mundi, sed spiritũ qui ex deo est, vt sciamus quę à deo donata sunt nobis. Testimoniũ prẽsentiæ eius præbent opera ipsa salutis & vitæ, quę nullatenus agere possemus, nisi spiritus qui viuificat, spiritus saluatoris adesset. Quæramus igitur vt dona sua multiplicet deus in nobis, & spiritum suum augeat, qui iam primitias dedit. Nullum enim omnino præsentiæ eius certius testimoniũ est, quàm desi-
Eccl.24.c derium gratiæ amplioris, quoniã ipse dicit: Qui edũt me, adhuc esũrient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Sed fortasse multorum nobis conscientiæ iam respondent: Desideramus quidem hũc spiritum qui sic adiuuet infirmitatem nostram, sed inuenire nõ possumus. Et ego dico, propterea non inuenitis, quia non quęritis: propterea nõ accipitis, quia nõ petitis. Petitis & non accipitis, eo quòd negligẽter petatis. Nihil enim aliud expectat, nihil aliud quęrit deus, nisi vt sedulè & cũ de-
Matt.7.b siderio requiratur. Denique quando negabit petentibus, qui etiã non petentes prouocat & hortatur vt petant? Si vos (inquit) cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quãto magis pater vester cœlestis de cœlo dabit spiritum bonũ petentibus se? Petite ergo charissimi, petite sine intermissione, petite sine hæsitatione: in omnibus operibus vestris dulcissi- D mi semper huius ac suauissimi spiritus præsentiã & auxilium inuocate. Et nos enim fratres cum beato Andrea necesse habemus tollere crucem nostram, imò cum eo quem & ipse secutus est domino saluatore. Inde enim sic lætabatur, inde sic exultabat, quòd nõ solum pro eo, sed etiam cum eo mori videretur, & complantari similitudini mortis eius, vt compatiens etiam conregnaret. Cum quo vt simul crucifigamur & nos, attentius auribus cordis audiamus vocem dicentis: Qui
Luc.9.c vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Ac si dicat, Qui me desiderat, se despiciat: qui vult facere voluntatem meam, discat frãgere suam. Sed continuo bella insurgunt, armantur protinus aduersum nos inimici. Et nos armemur cõtrà, imitemur arma regis nostri, vt tollamus & nos crucem nostram, in qua de inimicis omnibus triumphemus. Audi enim quid Psalmista promiserit, imò spiritus sanctus per os eius. Scuto (inquit) circũdabit
Psal.90.a te veritas eius, haud dubium quin altissimi. De eo siquidem loquebatur, sicut manifeste indicant ipsius psalmi præcedentia verba. Ad quid fratres scuto circundamur, nisi quia nos vndique bella circundant? Denique quid causæ sit vt te scuto circundet, attende. Scuto (inquit) circundabit te veritas eius. Ad quid enim? Non timebis (inquit) à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Vidésne quàm necesse sit vt E scuto circundet te veritas, quem sic hostium tela circundant? Ab inferiore enim parte timor nocturnus insurgit, à sinistris sagitta volat in die, à dextris perambulat negocium tenebrosum: & vt nihil sit vacuum, à superiori parte dæmonium meridianum insurgit. Nos autem miseri & miserabiles vicinis tot serpentibus, & igneis telis vndique volantibus, insurgentibus inimicis, nihilo minus perniciosa securitate & negligentia dormitamus: torpemus otio: vanitatibus & scurrilitatibus indulgemus, tam pigri ad spiritualia exercitia, ac si iam pax sit & securitas, & nõ sit militia vita hominis super terrã. Hoc est (dico vobis charissimi) quod me vehementius terret, quod omnino timoris acerbissimi gladio trãsuerberat animã meã: quòd inter tãta pericula minus timorati, minus exercitati, minus quàm necesse sit, solliciti videamur. Siquidẽ vnũ è duobus hæc ipsa negligentia nostra probat, aut omnino traditos nos hostibus & nescire: aut si inter hæc cõseruamur, ci qui tuetur nos, ingratos nimirum inueniri. Quorum vtrunq; quid periculi habeat, satis manifestũ est. Propterea obsecro vos, dilectissimi, ipsa nos excitet hostium malitia peruigil: & instãtia eorũ maligna, qua tã seduli, tã solliciti sunt in nostrã perditionem, nos quoq; sollicitos faciat & circunspectos, vt in timore & tremore nostram ipsorum salutem operemur. Ecce enim in cruce salus nostra, tantùm, vt ei viriliter inhæreamus. Verbũ crucis (ait apostolus) pereuntibus quidẽ stul- *1.Cor.1.b*
titia, his autẽ qui salui fiunt, id est nobis, virtus dei est. Ipsa est F scutũ quo circundamur, vt eius quatuor cornua quadripharia hostium tela repellant. Sit ergo inferius cornu contra timorem nocturnum, id est aduersus pusillanimitatem quæ de carnis afflictione procedit, vt id quod sub nobis est corpus castigare viriliter studeamus, ac subiicere seruituti. Si quis verò nobis in facie maledicit, si quis apertè mala suadere conatur, in die volat sagitta, & à sinistris est, sinistro nihilo min⁹ cornu crucis excipienda. Quòd si adulatur, si quasi consulens seminare conatur, si deniq; iniquum aliquid tanquã iustum persuadere tentat, à dextris est mihi iste: sed ludas est, osculo me prodit: & dextro cornu crucis negocium perambulans in tenebris necesse est propulsari. Sed ecce dæmonium meridianum, superbiæ scilicet spiritus, qui nimirum in splendore maiori virtutũ acrius insurgere solet. Hæc autẽ quàm pernicios sit, sæpius vobis intimare curamus. Initiũ quippe omnis peccati & causa totius perditionis superbia est. Propterea quisquis es qui salutem tuam operari studes, aduersus hãc super caput tuum cornu crucis habere memento, vt nõ eleueris in superbiam, non exaltetur cor tuum, non ambules in magnis neque in mirabilibus super te: sed tela ea quæ de sublimi veniunt, supereminens capiti tuo cornu crucis excipiat. Sanè hoc solum est cui salutis pariter & regni titulus inscri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gbitur? quia solus qui se humiliat, saluari & exaltari meretur.
Luce.14. Iam vt breuiter repetam, quatuor hæc cornua sunt, continẽtia, patientia, prudentia, & humilitas. Felix anima, quę in hac cruce gloriatur & triumphat, tantum vt perseueret in ea, & nullis valeat tẽtationibus deiici. Oret igitur quisquis in hac cruce est, oret cum beato Andrea dominum & magistrum suũ, ne patiatur eum de cruce deponi. Quid enim malignus ille non audeat, quid non præsumat impius attentare? Quod Andreæ manibus de discipulo, hoc Iudæorum linguis facere cogitauerat & de magistro. In vtroque tamen sera pœnitentia ductus, victus & confusus abscessit. Vtinam abeat simili ter & à nobis, eo vincente qui & in se & in discipulo triumphauit. Faciat ipse vt mereamur & nos in hac nostra qualicunque cruce pœnitentię, quam pro ipsius nomine tulimus, feliciter consummari, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De sancto Andrea apostolo, Sermo. III.

ET quietum studium & attentum silentium, & tanta tanti viri solennitas mouẽt, imò cõpellunt aliquid dicere ad ostendendũ gloriã deitatis, gratiã apostolicæ dignitatis, confessionis virtutẽ. Demus gloriam laudi eius quem laudãt omnes gentes, qui ministros & laudat & laudabiles facit. ipse est cui adsistunt angeli ad audiendum vocem sermonũ eius qui stellas vocat & dicũt, assumus: cuius manꝰ extẽdit cœlos qui fundauit terrã super stabilitatẽ suam, qui graditur super fluctus maris, qui fecit mirabilia solus, in quem desiderãt angeli prospicere. ipse qui fecit omnia, quęcunque voluit fecit. Huic seruire regnare est, qui seruiuit pro nobis dura & grauí necessitate, & purpurã suæ diuinitatis cilicio nostræ mortalitatis operiẽs, pauper & mẽdicus venit in regionẽ nostrã. Nunquid nõ ludus vobis videtur Iudæi, pagani, hæretici, & omnis illa subsannantiũ, imò insanientiũ turba, cùm dicimus filiũ dei carnẽ, mortẽ, clauos & lãceam toleraſſe? Ludus profecto, vnde sic nobis luditur, vt vobis illudatur. Vnicus ille sapiẽs huius mysterij nõ ignarus, ludum istũ eleganti sermone prælusit: Delectabar, inquit, per singulos dies, ludens coram eo in orbe terrarum. Lusit quippe coram deo cũ carnẽ ex eius præcepto susceptus, in orbem terrarum, quia ad terminum orbis terrarum delectatus per singulos dies in singulis Apostolis iucundatus, dum vni tradit regnum cœlorum, alteri de pectore suo reclinatorium facit. Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Putabam ego domine Iesu quòd deliciæ tuæ essent esse non cum filiis hominum, sed cum choris angelorum, vbi diuinitatis gloria thronis & potestatibus admirandus, superiorum oculos reuerberas naturarum, ibi lucem inhabitas inaccessibilem: & circunstantiam clarissimorum luminum tui luminis obtegis maiestate. Sed illa clemẽtissima tua pietas, & benignitas adoranda, delicias suas dicit esse cum filiis hominum. Isti sunt filij hominum qui sperauerunt sub tegmine alarum tuarum, quos elegisti de plebe, quorum lauisti pedes, quibus tuum spiritum infudisti, qui fidem tui nominis quadrigis euangelicis per orbem quadrifidum portauerunt. Nota tamẽ quòd dicit non cum hominibus, sed cum filiis hominum. Ego puto homines ad veterem hominẽm, filios hominum ad filium hominis pertinere, iuxta quam intelligentiam puer citharista sic intonat: Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eum? Videsne quia Deum hominis esse memorem, filium verò hominis se visitare confirmat? Præsumimus & suspiramus, quia fecit nobis misericordiã suam in conspectu filiorũ hominũ, si interim protegat nos in abscondito faciei suę à cõturbatione hominum. Igitur & dominꝰ noster cuius schola est in terris, & cathedra in cœlo, ex his omnibus quos elegit & prælegit, Andream elegit apostolum, cuius solennitatem & vocibus & cordibus inclamamꝰ. Dulcis Apostolus & primitiua vocatio domini saluatoris, qui in ipsum apostolicum chorum tanti prioratus insignitur fastigio, non subterfugit vos, quia quodãmodo tenerrimus est, & dulcior in cordibus fideliũ: cuius passio tanta spiritus deuotione distillat, vt mẽtes audientium adipe & pinguedine replere videatur. Vnde nõ immeritò in singularem auctoritatis arcem susceptа est, quã qui viderũt scripserunt orbi, & ministri fuere sermonis. Vocatio eius vita eius & passio cognita sunt vobis, & nunc quid supereſt vt à me amplius expectetis? Veruntamẽ mouet me lectio apostolica, vt aliquantisper de ea vestræ reuerẽtiæ colloquamur. Ait enim: Corde creditur ad iustitiã: ore autẽ cõfessio fit ad salutẽ. Dicit enim scriptura: Omnis qui credit in ipsum, nõ cõfundetur. Tria proponũtur hic, & corde credere ad iustitiã, & ore confiteri ad salutẽ, & in illũ credere, in quem qui crediderit nõ cõfundetur. Solum cor hominis capax est rationis, & susceptibile mysteriorum Dei, quod purgatum atque politum ipsam diuinitatis substantiam cõsiderat: & si non comprehendit tamen cor est in peccatore, anima in corde, mens in anima, fides in mente, Christus in fide. Et hoc est puto quod dicit Apostolus, habitare Christũ per fidem in cordibus nostris. Hoc igitur in meracissimam eliquatum est puritatẽ, cum omnia mysteria Christianæ fidei fide percipis incõcussa, nihil est quod tibi dubitationem parit, licet non videas rationem. Hæc est consummata iustitia, perfecta veritas, & vera perfectio, si tamen oris cõfessio subsequatur. Fides enim cordis sine oris fide, aut nulla est, aut parua, saluatore dicẽte: Qui me erubuerit & meos sermones hũc filius hominis erubescet, &c. Et propheta: Periit fides & ablata est de ore eorum. Non dixit de corde, sed de ore: quia nihil valet fides cordis sine fide oris, nec fides oris sine fide cordis: cum ista iustitiam, illa docet salutem: quia salus à iustitia, vel iustitia à salute separari non possunt. Crede ergo & confitere, nihilo minus confitere & crede: quia fides ad iustitiam, confessio fit ad salutem. Et quandoquidem in hæc deuenimus loca, & occasio confessionis se obtulit: reddendum est quod alibi promisimus, totúmque conferendum quod de confessione sentimus. Patientes autem estote, & si forte protensius sermonem extendero, vos intendite quæ dicuntur: quia vestræ vtilitati proferuntur. Via enim est sine qua nemo venit ad patrem: quam qui perdidit, perdidit Deum. Cum enim de vitiorum abysso disponis emergere, ad illum præcipuè sit refugium tuum, cui tua anima commissa est, quę imposuit Deus super caput tuum. Nec te moueat, si illiteratus sit vel indiscretus, quia hoc ipsum signũ humilitatis est, quæ generat confessionem. Memento quia non est potestas nisi à Deo. Super cathedram, inquit, Moysi, sedent scribæ & pharisei. Et attende non sedentẽ, sed sedem: cathedram non personam. Quid si forte vel licẽtia eius ad alium transfugere permittatur? Tu tamẽ prius ei reueles tui cordis arcanum, quia non est plena salus, si ille fugitur aut contemnitur, cui adhærere & honorare debueras. Quid si minus sufficiens tibi videtur eius instructio? patet ad libertatem via: vt coram alio literato atque discreto effundas cor tuum: reseruato illi priuilegio suo, cui tu tuam animam commendasti. Nec tibi blandiaris si grauiter peccanti leuior pœnitentia vel à nescionte vel à dissimulante dictatur, cum purgatorius ignis perficere debeat quicquid hic minꝰ feceris. quia dignos fructus pœnitentiæ quærit altissimus. Licet autem non cuaserit manus omnipotentis, qui tibi non plenè consuluit: tibi tamen ratio in gratia præsidet, quæ te doceat tantũ à licitis abstinere, quantum te memineris illicita perpetrasse. A vestibulo igitur huius sacratissimæ virtutis omnes illos excludimus, quos ad confessionem vel timor cogit, quia extorta cõfessio non est confessio: vel aliorum accusatio trahit, quia non est cõfessio, sed offensio: vel sui excusatio ducit, quia nõ est cõfessio, sed defensio: vel iactãtia inanis rapit, quia nõ est confessio, sed illusio: & si quę aliæ sunt species, quę obumbratorio velamine tanti sacramenti simulent sanctitatem. Cor in semetipso & ex semetipso contritum & humiliatum, ad huius purificationis potest ascendere puritatem. Ostendam tibi vnum iustorum iustissime confitentem. Quæris quisnam sit? Psaltes domini est. Dixi, inquit, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Dixi, hoc est, in corde proposui, non coactus, non cõpulsus, sed spontaneus. Iniustitiã meam, ait, non alienam, aduersum me arguens & accusans. Vides quia non timore alterius, vel ad alium accusandum, sed seipsum sanctus domino confitetur. Pro huiusmodi confessione remittes tu domine impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Hæc præmium in corde germinat ad iustitiam, post hæc in ore nascitur ad salutem

A salutem. Primus eius gradus est cognitio peccati. In hac cognitione videndum est quid egeris, quantis cõtumeliis affeceris corpus tuum, ambulãs passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum, possidens vas tuum in immunditia & vilitate, nõ in sanctificatione & honore. Considerandum est etiam quem merueris ignem, scilicet illum qui paratus est diabolo & angelis eius, & omnia genera pœnarum quæ in illis pœnalibus locis cumulantur & crescunt. Inspiciendum verò quid amiseris, bona videlicet illa quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quę præparauit deus diligentibus se. Horum igitur omnium cõsideratione perterritus trãsi ad pœnitentiã vltricẽ vitiorum, altricem virtutum. Pœniteat te quòd tot & tãtis flagitiis inuolutus, in luto fecis & miseriæ diutius iacuisti. Pœnitẽtiam agens, corpus tuũ conteras, & furibundo carnis asello incentiuorum semina subtrahens, pœnitenda amplius non admittas, ne vulnus vulneri frequenter ingeminans, confringas ossa animæ tuæ, quæ custodit in iustis dominus, vnum ex his inquam non conteretur. Nam hæc duo ita sibi inuicem conIuncta sunt, vt se cognoscere nemo possit, nisi pœniteat: & pœnitere nõ possit, nisi se cognoscat. Sic ergo tibi cognitus, & in te pœnitẽs, transuola ad tertium gradum, dolorem cordis, & iam plantata erit iustitia plantatione illa quam plantauit pater tuus cœlestis. Dole igitur quia creatorem offendi- B sti, cuius legem cœlestia & terrestria præter te indefessa statione conseruant: & in tanta republica Dei tu solus peregrinus es, & imperatoriæ maiestatis decreta non curas. Surgat & acrior dolor, quòd cum creatore etiam pattem offenderis, & illum patrem, qui tibi ministrat siderum cursus, fœcunditatem terræ, fructuum vbertatẽ. Accedat & acerrimus qui pertranseat animam tuam, quòd tantum benefactorem contempseris, qui dolorem crucis sustinuit, ne dolores inferni amplius sustineres. Sic igitur in interiori homine iustitia germinante, surculus erumpat in arborem, & loquatur lingua quod scientia loquebatur. Quartus itaque gradus est confessio oris. Hæc purè facienda est, quia non est pars vna peccatorum dicenda, & altera reticenda, neque leuia confitenda, & grauia diffitenda. Nec alter accusandus, & ipse excusandus, sed cum iusto dicendum est: Non declines cor meum in verba malitię ad excusandas excusationes in peccatis. Hęc enim sunt verba malitiæ, & grauis malitiæ, qua grauior vix possit esse. Confitẽdum est & humiliter, vt idem sit in corde, quod sonabit in ore. Sunt enim nonnulli qui narrare in confessionibus solent quæ vel argutè literatorio & fortiter gladiatorio gessere conflictu, proh dolor sub humilitatis pallio superbiam inducentes, & putantes se posse vitare oculos iudicis cuncta cernentis. Nonne vtique reges Saul & Dauid C redarguti à prophetis Samuele & Nathan, dixerunt, Peccaui: & tamen Saul audiuit, transtulit dominus regnum à te, & dabit illud æmulo tuo: & Dauid, Transtulit dominus peccatum tuum, & nõ morieris? Quid est hoc, nisi quia quod Saul habuit in ore, non fuit in corde: & humilitas quæ in ore Dauid extitit, in corde etiam radiauit? Dicendum est & fideliter, vt in fide ecclesiæ credat sibi peccata dimitti, quia Cain & Iudas purè & humiliter confessi sunt, sed nequaquam fideliter, quia alter eorum desperans ad laqueum cucurrit, alter illud grande scelus euomuit, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Mentiris latro, quia maior est pietas Dei quàm quæuis iniquitas: quia miserationes eius super omnia opera eius.

Sequitur quintus gradus, maceratio carnis, quę ieiuniis & vigiliis attenuanda est, ne noua prurigine voluptosam reuoluat prauitatem. Hæc autem facienda est licentiosè: quia quod sine licentia fit, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi. Occultè, vt nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Discretè propter debilitatem corporis, & multimodas infirmitates. Plurimósque videmus in principio conuersionis ita discretionis infregisse repagula, vt laudum solẽnibus inhabiles redderentur, & apparatu lautiori diuturnis fouerentur temporibus. Iam sic illuminatus procedat ad sextum, qui est correctio operis. Prohibe ergo linguam tuam à malo, operare quod bonum est, & sensuales motus tuos cõtinentiæ frænis infræna, & sic erit pax in terra carnis tuæ. Argue malos pro persona quam habes: & te præsente iustitiam non sinás D sepeliri. Veni ad septimum gradum: & hic est perseuerantia bonitatis. Et in hoc septimo vocabit te dominus cum Moyse de medio caliginis: & in ipsam diuinitatis substantiam interiores oculos infiget. Perseuerantiam autem faciunt expectatio præmiorũ, pœnarum recordatio, primitiæ spiritus & donum cœleste, de quibus loquitur apostolus, quod nec expertus ignorat, nec inexpertus intelligit. Stultitia est enim illi, & non potest intelligere quæ sunt spiritus dei. Audite & breuiter quem oporteat ordinari ad dispensationem mysterij huius. Oportet eum esse non minus literatum quàm religiosum, vt zelum dei habeat, & secundum scientiam, cùm indiscreta religio magis obesse soleat quàm prodesse. Literatum ideo, vt sciat quid iniungat, cui parcat, quando parcere debeat, quam consolationem proferat de scripturis. Religiosum verò idcirco, vt puras manus leuet ad Deum, & pro peccatoribus fiducialiter intercedat. Videat ne vnquam de his quæ sub signacula confessionis accepit, aliquam faciat mentionem, vel alicui loquenti consentiat. Caueat etiam ne vilescat in conspectu eius qui ei suam vilitatem ostendit, nec sit suspectus, nec de præterita futuram vitam æstimet peccatoris. Quod si fortuitò de his quæ in confessione suscepit, causa coram eo fuerit ventilata, non tanquam conscius in partem declinet, sed quasi nescius iudiciarium ordinem permittat exerceri. Habeat in voluntate compati & liberare eum, & nitatur aliquid detrahere seueritati, imitans dulE cedinem domini sui, de quo dicit sanctus: Quoniam feciſti *Psal.34.* iudicium meum, & intendisti causam meam. Sed proh dolor temporibus nostris per vniuersum mundum pestilentialis morbus excreuit, vt præficiãtur ecclesiis, quos nec scientia nec vita commendet, cæci duces cæcorum, & præcipitati ad præcipitium perducentes. Audiuimus de confitente, & de confessionem suscipiente, audiamus nunc quæ impediant confessionem. Quantum colligere possum, quatuor præcipuè occurrunt, pudor, timor, spes, & desperatio. Nihil fortius ad expugnandum gratiam dei quàm pudor humanus: quia dum erubescimus confiteri quæ commisimus, Deũ minus quàm homines reueremur. Hæc est confusio adducens peccatum. Opponamus ei considerationem rationis, reuerentiam intuentis dei, comparationem maioris confusionis. Vt enim confiteamur, ratio monet, Deus cogit qui vidit. Et si confundimur hic dicere, quid erit in illa magna confusione, vbi omnibus omnia patebunt? Timor plerosque opprimit, ne graui pœnitentia percellantur, & perferre non possint. Vere qui timet pruinam, irruet super eum nix. Hic considerandum quàm grauis sit pœna gehennæ, quàm longa, quàm infructuosa. E contrario autem pœnitẽtia præsens, leuis, breuis, & fructuosa. Spes autem multos obruit, qui dũ bona præsentium cupiunt, aperire conscientias suas nolunt: ne si quales sint hominibus appareant, ad nulla præsen- F na huius seculi parua sunt, incerta & momentanea, & illa illius vitæ maxima, & certissima & æterna. Plurimos despe ratio interficit, qui hoc solum metuunt, ne possint cõtinere. Verum est quia peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnit. Hanc obtinere debemus vigore confessionis, gratia humilitatis, & compassione illius, cui aperimus cõscientiam nostram. Sciendum autem, quia alia est confessio quæ peccatum plangit, alia quę laudem canit. Bonum animę ornamẽtum confessio, quæ & peccatorem purgat, & iustum reddit purgatiorem. Sequitur: Qui credit in illum, non confundetur. Credere deo, est verbis eius fidem adhibere. Credere deum est confiteri vbique esse. Credere in deum est omnem spem suã in illum dirigere. Deum & deo credunt dæmones, sed in illum non credunt (in quem qui credit, nõ confundetur) quia spem suam non ponunt in illum. Ecce quantum pótui, etsi non quantũ volui, de confessionis disserui sacramento. Sed qui sermonem in longum protraximus, finem loquendi pariter audiamus. Det nobis credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem, & in se credere, sponsus Ecclesiæ, filius Mariæ: qui est deus benedictus in secula. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In festo sancti Nicolai episcopi Sermo.

NIcolaus iste meus, imò & vester: electus ab vtero, sanctus à puero, iuuenum gloria, senum reuerentia, sacerdotum honor, pontificum splendor, reuerentia sua nostram lætificat festiuitatem. Hic est Nicolaus, cuius miracula per totam mundi latitudinem diffunduntur: quem laudat orbis terræ, & qui habitant in eo. Tot enim & tanta miracula cumulantur, vt omnes literatorum argutiæ vix ad scribendum sufficiantos ad legendum. Et licet scholarium numerus in incude thetorica sub Quintiliani vel Ciceronis malleis, tenuissimas orationum laminas extendat: superat tamen gloria coinfessoris vocem & mentē, linguam & conscientiā. Crebrescunt enim quotidie mirabilia, nec requiescit spiritus Dei ad memoriam militis sui sua continuare miracula. Glorificatur in mari, laudatur in terra: in omnib⁹ periculis inuocatur. Denique qui descendunt mare in nauibus facientes operationes in aquis multis, ipsi viderūt opera domini, & Nicolai per dominum mirabilia in profundo. Nónne post memoriam virginis singularis, tā dulcis pietas, vel pia dulcedo in cordibus fideliū obseruatur, vt in die tribulationis nomen Nicolai teneatur in ore, requiescat in corde? Si coruscationes
H fulgurant, & procellis detonantibus à supernis vindicta procedit, Nicolaus in patronum adsumitur, Nicolaus dulciter inuocatur. Si tempestas sæuiens & crudelitas maris nauigantibus intentātur, Nicolaus flebiliter exoratur vt audiat supplicitur, inuocatur vt veniat, vt eruat misericorditer acclamatur. Si pulsamur incōmodis, vel offendiculis indolemus, statim sancti confessoris nomen prosilit in os nostrū: Nicolaus ingeminatur, patrocinium quęritur Nicolai. Ne putetis autē inde declamatoriè loqui, vel venustate rhetorica, verborum aggregare splendorem: cum omnis mundus beneficia sentiat confessoris, nec sit qui ab amore eius se absc̄odat. In testimonium sunt peregrinationes ad sanctum illius corpus à finib⁹ terræ susceptæ: vt videantur quæ per eum fiant miracula. Nō solùm autem christianis, sed & paganis in tantam reuerentiā sancti nominis aduolauit auctoritas, vt certatim cōfluant ad laudandum & glorificādum nomen sanctum eius. Præcipuè sanctorum sacerdotum & clericorum turba tanta deuotione circa cultum ei⁹ adficitur, vt in tōto orbe terrarum vndique conuadant & concurrant ab obsequēdum tantę solennitati. Lætantur pueri, iuuenes cōgratulantur, ornātur virgines, senes exhilarātur: & omnis ætas personaliter alludit. Vnusquisque autem habet materiam gaudiorum, vt laudēt pueri puerum ieiunantem, iuuenes iuuenem liberantem, virgines virginum infamiā propulsantem, senes senis inopiam redimentem. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudāt nomē eius. Et nunc post actus eius Græcorum excellētibus linguis insigniter diffamatos, quid audeat sermo pauperculus balbutire? Veruntamen ne tergiuersationes inducere videar excusatorias, recurro ad euāgelicā lectionē: & quod de cōmuni accepi, profero in commune. Ait enim: Homo quida nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnū & reuerti. Et ait seruis suis: Negociamini dum venio. Non paruum mihi fiducię robur præstat, quòd ille summus imperator negociator meus factus, & negociū meum sine ocio egit quan diu fuit in terris, & preciosarum mercium sarcinas portās ad patrem, ipsi vultui Dei, & quid emit, & quid redemit, & vnde redemit, ostendit. Tu ergo illo negocioso, ociosus esse disponis, & illo laborante, quiescere? Ipse venit negociari in regionem longinquam: & tu ad regiones proximas ambulare contemnis? Aggredere & ingredere regionem dissimilitudinis, videlicet mundū istum: & vide quàm frequentes ibi nūdinæ, quantę ibi germinent & regerminent vanitates. Prorsus dissimilitudinis, quia regionem similitudinis vbi ad similitudinem dei facti sumus, amisisse nos constat. Nunquid nō magna dissimilitudo de paradiso ad infernum, de angelo ad iumentū, de Deo ad diabolum? Vade per forenses tumultus, & hinccinde decertantes circunspice: & quantum colligo, in tribus causis vacat omnis voluptas. alij diuitiis, alij honorib⁹ alij glorię innituntur. Curris ad Indiam, Aethiopiam circūis, transis maria: & alium orbem tibi aperis nauigando, vt diuitias congreges. Fugis patriā, ignoras filios, diuelleris ab vxore: & omnium necessitudinū oblitus, quæris vt acquiras: acquiris vt perdas, perdis vt doleas. Ascendis montes niue obsessos, & horribilē eorum altitudinem tāquam plana quæq; perambulas: faciem abyssi latentis non reputas: latronū gladios, & vias insidiarum quasi planas pertrāsis: oblitusque humanitatis tuæ, nec fulminātem cœli faciem, nec æstus vel frigora magnipendis: thesaurizas, & ignoras cui congreges ea. Nec deest plerunque potētia fortioris, qui detecta fronte capiat vel rapiat: & vna hora pauperem & humilem te faciat, quem diuitem & sublimem longa ætas prouexerat. Audi & breuiter de honoribus. Ducem te constituere, & data est tibi facultas vt miser sis, & amplius nō quiescas. Cumulatur materia sollicitudinum, & inter ærumnas cor ipsum exedentes, necesse est vultum inducere gaudiorum. Nunquid in honore sine dolore, in prælatione sine turbatione, in sublimitate sine vanitate quis esse potest? Miseri iuxta philosophum mercedem miseriarum amamus, & ipsas execramur. Audi & de gloria. Si quæris gloriā: omnibus inuidiæ semina præbuisti. Inflatus es, & in ventilatorio plenius distrumperis, nec attēdis quot te sequantur: sed quot præcedant. Conglomerantur omnes ad detrahēdum tibi, ad maledicendū linguas acuunt, & argutissim⁹ es, si vel manum vel linguam inuidorum possis euadere. Ecce vnde gloriosus esse volebas, inglorius esse conuinceris. Nullum enim inexorabilius persequitur mul- L
titudo, quàm illum qui sibi multitudinis arrogat principatū. Decursa igitur hac regione, & (quod preciosius est) inde sublatus: transi ad secundam quæ est paradisus claustralis. Verè claustrum est paradisus. Hic prata virētia scripturarum: prætfluens lachrymarū vndositas, quam de purissimis affectibus amor ille cœlestis eliquat. Hic sunt arbores erectissimæ chori sanctorum, nullaq; est quæ non multa gaudeat fructus vbertate. Hic est sublimis illa mensa, in qua Deus est & cibās & cibus, munerans & munus, offerens & oblatum, conuiuās & conuiuium. Hic aggestæ sunt optionis diuitiæ: hic refusa est gloria angelorum. Putásne vllas hic esse nūdinas, & ociari illos qui habitāt vnius moris in domo? Videas hunc sacris lectionibus intendentem: illum incubantē orationibus: hūc pro suis excessibus lachrymātem, illum in dei laudibus exultantem: hunc vigilantem, ieiunantem illum: & officia pietatis sibi inuicem inuidere. Nocte consurgunt ad confitendum ei, vespere & mane & meridie narrant & annunciant laudem eius: & omnis illorum sedulitas in orbem diuini rotatur obsequij. Relicto mundo, & modo viuendi suspenso, transi ad tertiam, quæ est regio expiationis. In hac benignus pater examinat filios rubiginosos sicut examinatur argentum: ducit per ignem & aquam, vt educat in refrigerium. Tria loca M
sunt, scilicet cœlū & terra & infernus: & habēt suos singula habitatores. Pro his qui in cœlo sunt, non est orandum: quia eos, non pro eis orare debemus. Pro his qui in inferno sunt, suspendendæ sunt preces: quibus clausa est ianua misericordię, & totius spes intercluſa salutis. Pro illis tantùm vigilādū est in orationibus, & subueniēdum sacrificio singulari, qui in locis purgatoriis emundantur: vt benignus pater pœnitentiā eorum in satisfactionem, in glorificationem citò conuertat. Quarta est regio gehennalis: regio dura & extimescēda, terra afflictionis & miseriarū: terra tenebrarum, terra turbinis & caliginis? terra maledictionis & mortalitatis, terra sitis & famis, terra cōbustionis & frigoris: in qua null⁹ ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Totus tremo atq; horreo ad memoriā regionis istius, & cōcussa sunt omnia ossa mea. Illic est ignis qui non succenditur, vermis qui nō moritur: frigus horrendū. Ibi fœtor intolerabilis ex corporibus damnatorū exoritur: percutiētes mallei resonāt incessanter: obfuscæ tenebræ cumulatius indēsantur: ibi fletus & stridor dentiū, planctus & gemitus, & alternantia mala impios sine pietate discerpūt. Quinta regio est paradisus supercœlestis, regio beata & glorioſa, voluptatis & gratiæ, suauitatis & lætitiæ, benignitatis & gloriæ: ibi requies à labore, iucūditas de nouitate, de æternitate securitas. Illic omnes viuūt, nullus moritur, omnes exultant in voce exultationis, quā nobis cōcedat dominus noster Iesus Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

In obitu

A *In obitu deuoti Humberti monachi. Sermo.*

VMbertus famulus domini mortuus est, deuotus famulus, seruus fidelis. Ipsi vidistis quomodo nocte præterita inter manus nostras expirauit tanquam vnus ex vermiculis terræ. Per hoc triduum fatigauit eum mors, & demolita est intra fauces suas, vt satiaretur sanguine quem sitiuit. Eia fecit quod potuit, occidit carnem, & ecce recondita est in corde terræ. Separauit à nobis dulcem amicum, prudentem consiliarium, auxiliarium fortem. Nec mihi nec vobis pepercit insatiabilis homicida, mihi minus. Siccine separas amara mors? O bestia crudelis, ô amaritudo amarissima, ó fœtor & horror filiorum Adam. Quid fecisti? Occidisti, possedisti. Sed quid? Carnem vtique solam. Animæ enim non habes quid facias. Volat ad creatorem suum: quem tam ardenter concupierat, tam fortiter secuta fuerat omnibus diebus vitæ suæ. Sed & ipsum corpus quod videris habere, auferetur à te: cum tu nouissima inimica destruēris, & absorbeberis in victoria. Reddes vtique, reddes aliquando corpus istud, quod ad signum aduentus tui tantis hesterna die sputis & execrationibus, ac multiplici sordium squalore repleueras lætabunda & laudans, quia hunc tuis laqueis irretiisses. Veniet vnigenitus patris cum potestate magna & maiestate Humbertum quærere, & illud idem cadauerosum corpus configura-
B re corpori claritatis suæ. Tu autem quid? Profectò (quòd in
Hier.17.b Hieremia scriptum est) in nouissimo dierum stulta remanebis: & Humberto in æternum viuente, tu in perpetuum morieris. Euomuit prophetam marina bestia quem deglutierat: & tu Humbertum reddes, quem videris tuo vastissimo ventre concluſisse. De cætero, fratres, factitium vobis sermonem in omni forma sanctitatis iste dei seruus exhibuit, quem & longum fecit & magnum. Longum, quantum ad longinquitatem viæ: magnum, quantum ad vitæ sublimitatem. Non oportet me amplius aperire os meum, si bene retinuistis sermonē eius, si vestris illum cordibus impressistis. Quinquaginta annos & eo amplⁱ vixit in seruitio illius cui seruire regnare est: quia à puerilibus annis locatus est in sanctuario dei. Nobiscum triginta annis ab ipso penè principio monasterij huius conuersatus est, non solùm sine querela, sed & cū gratia: cuius ex hoc memoria in benedictione erit nobis & generationi quæ ventura est. Sicut aduena & peregrinus pertransiit viam & vitam istam, quātum minus potuit de mundi rebus accipiens, vtpote sciens quia non erat de hoc mundo. Non habebat hic manentem ciuitatem, sicut nec patres sui: sed in anteriora extentus, sequebatur ad palmā supernæ vocationis. Nihil habet mundus quod iure clamet in eo, vel de eo: quia nec mundus ei placuit, nec ipse mundo.
C Quantum parcius potuit de substantia eius accepit, & minus accepisset, si non obedientia coēgisset. Victum & vestitum habens, his contentus fuit, non ad superfluitatem, sed ad necessitatem: nisi quòd ipsam quoq; necessitatem, superfluitatem esse sæpius causabatur. Ante hos paucos dies, si bene memini, dum colloqueremur ad inuicem, dicebat se monasterij huius præbendarium esse, & nullius tanquam vtilitatis hominē pasci in domo dei. Erat enim verè mitis, & humilis corde: & cùm cæteris floreret virtutibus, gratiam tamen manſuetudinis specialiter obtinebat. Ideo se amabilem & affabilem omnibus exhibebat, sicut erat amabilis valde. Verūtamen in his omnibus quàm circunciſum fuerit os eius & lingua, omnes vos plenissime cognouistis, qui tādiu vidistis eius conuersationem, & sermonem eius audistis. Quis vnquam ex ore eius sonum detractionis, verbum scurrilitatis, sermonem gloriæ, inuidiæ vocem audiuit? Quis eum vel alios iudicantem, vel iudicanti consentientem aliquando deprehendit? Quis eum loquentem inania audire potuit? imò quis non ab eo timuit, si talia forte loqueretur, audiri? Nimirum sollicitè custodiebat vias suas vt non delinqueret *Iam.3.d*
in lingua sua, sciens quia qui in verbo non offendit, hic per- *Luc.6.*
fectus est vir. Longe à te Humberte, væ illud euangelicum: Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Nunquid aliquis vestrum eum ridentem & inter multos ridentes inuenit? Serenabat quidem vultum suum assidentium gratia, ne fieret onerosius, sed risum integrum, si bene recolitis, non admisit. Porrò quanti feruoris in opere dei diebus & noctibus fuerit, non solùm vidistis, sed etiam admirati estis vsque ad diem mortis suæ. Cum enim ferè iam ad decrepitam peruenisset ætatem, præter incommoda senectutis, etiam tot & tantis infirmitatibus, quas multi vestrum nō ignorant, lassatus atque quassatus: erat tamen, vt dicitur, animus victor annorum, & cedere nesciens infirmitati. Denique in frigoribus & caloribus per montes & valles ascendens & descendens, iuuenum laborem prosequebatur, ita vt admirationi esset omnibus & stupori. Si eum quandoque propter multitudinem negotiorum cōsilij gratia retinuissem, tristis perseuerabat & nubilus, donec vestro cōsortio redderetur. Rarissime vnquam solennibus vigiliis, quas non rarò anticipabat, tarissimè cęteris horis psallentium in choro inuentus est defuisse: nec nisi ea necessitate vt ex instanti responsum mortis habens infirmitas sequeretur. Porrò in refectorio vix communibus vtēs cibis, si quid forte aliud apponeretur, aut non accipiebat, aut tam molestè accipiebat, vt super hoc vniuersitatem nostram sæpius molestaret. Decreuerat aquam bibere semper, si non totis viribus restitissem. Vinum si quandoque bibere cogeretur: erat vinum colore potius quàm sapore, adeo illud aquis nimiis obruebat. Vix vnquam obedientia compellente infirmatorium introiuit: vix cum intrasset, teneri potuit. Fateor minus obediens in hac parte, quòd auctoritatis suę mole me premeret. Laudo eum, in hoc non laudo: quia sicut vos sci- E
tis, non parum in huiusmodi perstitit obstinatus. Credo quia si quid triste sensit, propter hoc sensit, quòd minus nobis consensit de necessitate corporis sui. Sed qualis erat in consiliis? Purus vtique & discretus, quod ego tanto melius noui, quanto sæpius tetigi pectus eius. Non solus autem noui hoc, nouit & vniuersitas vestra. Quis denique multitudine vel magnitudine tentationum percussus, non audiuit ab ore eius & radicem tentationis, & curationis remedium? Ita enim percurrebat omnes angulos conscientiæ infirmantis, vt credere posset qui confitebatur, eum vidisse omnia, omnibus interfuisse. Quantæ autem charitatis erat? Sic se induerat viscera pietatis, vt omnes excusaret, pro omnibus intercederet, nesciētibus illis pro quibus loquebatur: non personarum acceptor, sed necessitatum. Erat ergo humilis corde, dulcis sermone, strenuus opere, feruēs charitate, in commisso fidelis, in consilio circunspectus & prudēs. Compositus erat super omnes homines quos viderim in diebus istis, vnus & idē perseuerās omni tempore & omni hora. Planè in semitis domini Iesu posuit vestigia, nec retraxit pedem donec cursum itineris consummaret. Ille fuit pauper, pauper etiam iste fuit. Vixit ille in laboribus, & hic in laboribus multis. Crucifixus est ille, & iste multis & magnis crucibus affixus, stigmata Iesu tulit in corpore suo, adimplens ea quæ deerant passionum Christi, etiam in carne sua. Resurrexit ille, iste resurget. Ille F
ascendit in cœlum, & iste creditur ascensurus. Ascensurus planè cū rex gloriæ propter nos descendet sicut prius ascenderat, vt notam faciat potentiam suam: cum non minoris excellentię sit descendere per aēra, quàm per aērem ascendisse. Sic enim olim angeli prædixerunt: quia hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis *Act.1.a*
eum eūtem in cœlum. Nec laudaueris hominem in vita sua, *Eccli.11.d*
dicit scriptura, pro eo quòd non est secura laudatio nisi post mortem. Hoc & ego in eo studioſe seruāui, qui dum viueret, in huiusmodi nō aperui os meum: ne forte possemus, vel ego adulationis notam, vel ille culpam incurrere vanitatis. Ex hoc sanè neutrum iam timetur: nec ego eum video, & illum verbis, fortius inhærens atque felicius verbo dei. Nihil proficiet inimicus in eo, & vanitatis suggestor non apponet nocere ei. Ecce iam coram te est, pater dulcissime, fons illę puritatis, quem tāto ardore animi sitiebas: ecce immersus es in illam diuinæ pietatis abyssum, cuius memoriam abundantiæ suauitatis tā deuotè eructare solebas. Quis enim tam deuotus prædicator pietatis diuinæ, quis humanæ puritatis commēdator tam studioſus, quis vtriusque rei tam affectuoſus amator erat? aut cui aliquando quinq; verba locutus est, in quibus non vera puritas resonaret, in quibus non sancta dei pictas audiretur? Nō ergo super te doleo, cui desiderium

Universidad de Deusto
Biblioteca

In dedicatione ecclesiæ Sermo I.

G animę tuæ tribuit deus: mihi potius ademptum doleo fidele consiliū, auxilium grande, virum vnanimem, hominē secundum cor meū. In me hęc omnia mala ceciderunt. In me trāsierunt iræ tuæ domine Iesu, & terrores tui conturbauerunt me. Elōgasti à me amicū & proximum, & notos meos à miseria extrahens, me in miseriis reliquisti. Abstulisti mihi germanos carne, germaniores spiritu, & in tuis negociis & in secularibus secundum te sapientes. Sustulisti hinc alios atque alios, qui onus meum portabant, onus grāde quod mihi imposuisti. Vnus mihi propè solus Humbertus supererat è tantis necessariis meis, eo suauior amicus, quo antiquior: & hūc tulisti, quoniam tuus erat. Ego solus ad verba relinquor, ego morior in singulis, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Vtinam quem flagellas, occidas semel, & non miserum hominem tot & tantis mortibus serues. Veruntamen non contradico sermonibus sancti: sed qui cœpit, ipse me conteret, & hæc mihi consolatio sit, vt affligens dolore, non parcat. Ego in flagella paratus sum, si forte pius pater in beneficia flagella commutet. Vnde & verba mea nō murmure plena sunt, sed dolore. Non ploro Humbertum (neque enim ille plorandus est, qui vocatus est ad mensam diuitis) sed super me & super vos ploro, super domum istam, super cæteros fratres nostros, qui omnes ab eius ore consilium exper-
H ctabant. Sic & saluator crucem suam tanquam latro suum laqueū portās, cum mulieres quæ eum à Galilæa secutæ fuerant, super se lamentantes respiceret, conuersus ad eas dixit:
Luc.23.d Filiæ Hierusalē, nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros. Etenim ea quę de me sunt, finem habent. Quæ videtis mihi præparari, temporalia sunt: quæ non videtis, æterna. Si temporalia sunt, transitoria sunt: si transitoria sunt: & mortalia sunt: & transeundi vel morien-
di argumentum hoc solum est, quia videri possunt. Temporalia fuerunt quæ in Humberti morte conspeximus, sed iam obtinet gaudium & lætitiam in perpetuas æternitates. Non est ergo lugendus nobis, cui nec luctus nec dolor est. Sed nec pro nobis quibus ille sublatus est, murmurādum est, magis gratias agamus quòd tādiu concessus est nobis. Siquidem (vt ego arbitror) decenniū iam decursum est, quod non vixit nisi nobis & pro nobis: atque hic timor meus est, ne ideo translatus sit, quia nō eramus iam digni cōsortio illius. Quis scit tamē si idcirco sublatus fuerit, vt nos suis intercessionibus protegat apud patrem? Vtinam ita sit. Si enim tantæ charitatis erat dum esset nobiscum, vt omnia quæ ad corpoream necessitatem spectant, libentius mihi quàm sibi cederet: quāto magis nunc cum illi summæ charitati (quæ deus est) inhæret, maiorem habet in me gratiam & charitatem? Sed forsitan nunc de me & de cōuersatione mea plenius no-
I uit veritatem, nec compatitur, vt solebat: sed vt vereor, indignatur. Quod si etiam propter peccata nostra abstulit eum deus: vtinam idem ipse obtineat vt nobis hoc ipsum misericorditer relaxetur, ne pœnam super pœnam sustineamus. De reliquo fratres, dico vobis, si sequeremini vestigia eius, non tam facilè in vanis cogitationibus & ociosis sermōnibus, in iocis & scurrilitatibus laberemini: quia in his multum perditis & de vita vestra, & de tempore vestro. Volat irreuocabile tempus, & dum creditis vos cauere pœnam istam minimam, incurritis ampliorem. Illud enim scitote, quia post hāc vitam in purgabilibus locis, centupliciter, quæ fuerint hic neglecta, redduntur vsque ad nouissimum quadrātem. Scio ego quia durum est homini dissoluto apprehendere disciplinam, verbosō silētium pati, vagari solito stabilem permanere: sed durius & multo durius erit futuras illas molestias tolerare. Et homo iste qui hic sepultus est, multa in principio (sicut ipse cognoui) super huiusmodi tentamenta sustinuit, sed cum multo luctamine pugnauit & vicit. Et sicut tunc ei durum erat pugnam in tentationibus sustinere, sic ei modo durius esset ad illas ineptias reuolare, quia bona consuetudo peruenerat in naturam. Exercete vos in doctrina ista, & attendite formam illam quam vidistis in eo & audistis: vt ad eū peruenias, ad quem ipse peruenit, qui est benedictus in sęcula. Amen.

ESTiuitas hodierna, fratres, tāto nobis debet esse deuotior, quāto familiarior est. Na cæteras quidē sanctorū solēnitates cū ecclesiis aliis habemus cōmunes: hęc verò sic nobis est propria, vt necesse sit vel à nobis eā, vel à nemine celebrari. Nostra est, quia de ecclesia nostra: magis autē nostra, quia de nobis ipsis. Miramini forsitā & erubescitis celebrari festa de vobis, sed nolite fieri sicut equus & mulus, quib⁹ nō est intellectus. Quid enim lapides *Psal.31.a*
isti potuerunt sanctitatis habere, vt eorum solennia celebremus? Habent vtique sanctitatem, sed propter corpora vestra. An verò corpora vestra sancta esse quis dubitet, quæ templum sancti spiritus sunt, vt sciat vnusquisque possidere vas suum in sanctificatione? Itaque sanctæ sunt animæ propter inhabitantem spiritum dei in vobis. Sancta sunt corpora propter animas, sancta est etiam propter corpora domus. Adhuc certè corruptibili tenebatur in carne, & in corpore peccati, in quo & graue adulterij crimen admisit illius anima, qui dicebat: Custodi animam meam, quoniam sanctus *Psal.85.a*
sum. Mirabilis planè deus in sanctis suis, non modò in cœlestibus, sed etiam in terrenis. Vtrobique sanctos habet, & in vtrisque mirabilis est: illos quidem beatificans, istos sanctificans. An experimentum quæritis eius de qua loquimur sanctitatis, & sanctorum vobis istorū miracula desideratis ostēdi? Multi certè ex vobis à peccatis & vitiis in quibus computi
L quotidie impugnantibus eis potenter resistunt, iuxta apostolum qui de sanctis loquens vtique, Conualuerunt, inquit, de *Heb.11.f*
infirmitate, fortes facti sunt in bello. Quid mirabilius, quando is qui prius vix per biduum poterat à luxuria, crapula, & comessationibus & ebrietatibus, à cubilibus & impudicitiis, cęterisque similibus & dissimilibus vitiis continere, nunc ab eis continer multis annis, tota vtique vita sua? Quod maius miraculum, quādo tot iuuenes, tot adolescentes, tot nobiles, vniuersi denique quos hic video, velut in carcere aperto tenentur sine vinculis, solo dei timore confixi, quod in tanta perseuerant afflictione pœnitentiæ vltra virtutem humanā, supra naturam, contra consuetudinem? Ipsi credo, videtis quanta iam possemus inuenire miracula, si perscrutari sigillatim liceret singulorum exitum de Aegypto, & deserti viā, id est, abrenunciationem seculi, introitū monasterij, in monasterio conuersationem. Quid verò sunt hæc, nisi manifesta inhabitantis in vobis spiritus sancti argumenta? Nam habitare in corpore animam probant vitales motus corporis: habitare in anima spiritum probat vita spiritualis. Illud ex visu & auditu dignoscitur: istud ex charitate & humilitate, cæterisq; virtutibus. Vestra est igitur, fratres charissimi, ve-
M stra est hodierna festiuitas. Vos dedicati estis domino, vos elegit & assumpsit in proprios. Tibi (inquit propheta) dere- *Psal.9.g*
lictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Quam bene commutastis, dilectissimi, quicquid habere potuistis in sęculo, quando nunc relinquendo ea, proprij esse meruistis auctoris seculi, & eum habere propriam possessionem, qui sine dubio portio & hæreditas est suorum. Neque enim, sicut dixerunt *Psal.145.*
filij iniquitatis, beatus populus cui hęc sunt, temporalia scilicet quæ præmiserat, promptuaria eructātia ex hoc in illud, *Esa.41.b*
oues fœtosæ, & similia: non inquam beatus populus cui hæc sunt, sed beatus populus cuius dominus deus eius. Videte ergo non dignum sit, vt festum agamus diem quo nos assumpsit in proprios, & inuestiuit se per ministeriales & vicarios *Zacha.2.d*
suos: vt fiat sicut iam olim promiserat: Ego, inquiens, in medio eorum ero eorum deus: nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Quādo enim domus ista per manus pontificum dedicata est domino, propter nos sine dubio factum est: non solùm qui præsentes sumus, sed & quicunque vsque in finem seculi domino sunt in hoc loco militaturi. In nobis proinde spiritualiter impleri necesse est, quę in parietibus visibiliter præcesserunt. Et si vultis scire, hæc vtique sunt, aspersio, inscriptio, inuńctio, illuminatio, benedictio. Hęc vtiq; in hac visibili domo fecere pontifices, hęc & Christus assistēs pontifex futurorum bonorum inuisibiliter quotidie operatur in nobis. Primò siquidem aspergit nos hyssopo, vt mudemur, *Cant.4.d*
lauemur, dealbemur, dicaturque de nobis: Quæ est ista quæ ascendit

Item in eadem solennitate. Sermo. II.

OLim rex gloriosus & propheta domini Dauid sanctus religiosa quadam cœpit cogitatione moueri, indignum iudicans quòd nullam adhuc dominus sabaoth domum ha- *2.Reg.7.*
beret in terris: ipse verò domum inhabitaret regiæ dignita- *1.Par.17.*
tis. Hoc ipsum, fratres, nos quoque decet cogitare, fideliter & viriliter effectui mancipare. Nam quòd licet deo placuerit cogitatio illa prophetæ, opus tamen reseruatum est Salomoni: alia ratio est, forte prolixiore indigens disputatione. Iam verò ô anima tu quidem sublimi in domo habitas, quæ à deo tibi fabricata est, corpus hoc dico: quod sic compegit, quod sic aptauit, quod sic ornauit & ordinauit, vt glorioſe in eo & delectabiliter habitares. Sed & ipsi corpori domum fecit excelsam, aptissimam & decoram, dico autem sensibilem hunc & inhabitabilem mundum. Nónne ergo indignum reputas, vt tibi ipse fecerit domum, tu verò ei templum ædificare dissimules? Adhuc domum quidem habes, sed cerra esto quoniam in breui casura est domus tua: & tu nisi prius prouideris aliam, eris pluuiæ vento & frigori exponenda. Heu à facie frigoris eius quis sustinebit? Felix proinde & multùm *Psal. 147.*
felix anima quæ dicere potest: Scimus quoniam si terrestris *2.Cor.5.*
domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem habemus ex deo, domum nō manu factam, ęternam in cœlis. Propterea iam ne dederis ô anima somnum oculis *Psal.131.a*
tuis, & palpebris mētis dormitationē, donec inuenias locum E
domino, tabernaculū deo Iacob. Sed quid putamus fratres? Vbi inuenitur huius ędificij locus, aut quis poterit esse architectus? Nam visibile istud templum vtiq; propter nos factū est ad nostram habitationem. Neque enim altissimus in manu factis habitat. Quod ergo ædificabimus tēplum ei qui dicit, & vere dicit: Cœlum & terrā ego impleo? Tribularer val- *Hier.23.d*
de, & anxiaretur super me spiritus meus, nisi quòd audio eū de quodam dicētem: Quia ego & pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ita iam scio vbi pręparanda *Ioan.14.c*
sit domus ei, quoniam non capit eum nisi imago sua. Anima capax illius est, quæ nimirum ad eius imaginem est creata. Propter quod iam festina, adorna thalamum tuum Sīō: quoniā cōplacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur. Exulta satis filia Sīō, habitabit in te deus tuus. Dic cum Maria tua, Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Dic *Luc.1.d*
iuxta beatæ Elizabeth verbum: Et vnde hoc mihi, vt veniat *Ibidem.*
maiestas domini mei ad me? Quanta enim dei benignitas, quāta dignatio, quāta dignitas, quāta gloria animarum, quòd dominus vniuersorum, & qui nullā habet indigentiam, templum sibi fieri iubet in illis? Itaque fratres toto cum desiderio, & digna gratiarum actione studeamus ei templum ædificare in nobis: primò quidē solliciti vt in singulis, deinde vt in omnib⁹ simul inhabitet: quia nec singulos dedignatur, nec vniuersos. Primo igitur loco studeat vnusquisq; ne dissideat *Matt.12.b*
ipse à semetipso, quoniam omne regnum in seipsum diuisum F
desolabitur, & domus supra domu cadet: nec intrabit Christus vbi fuerint parietes declinati, & macerię depulsæ. Nónne enim corporis sui domum integrā anima vult habere, & exire illam necesse est, si fuerint à se inuicem membra dispersa? Videat ergo & ipsa si desiderat habitare Christum per fidem in corde suo, id est in seipsa: sollicite caueat ne à se inuicem membra eius dissideant, id est ratio, voluntas, atq; memoria. Sit ergo sine errore ratio, vt bene congruat voluntati. Talem enim voluntas amat. Sit & voluntas sine iniquitate, quoniam ratio talem approbat. Alioqui si sese iudicat anima propter volūtatis prauitatem in eo quod per rationem probat, bellum intestinum est, & discordia periculosa: quoniam volūtatem huiusmodi ratio semper suggillat, sed accusat, sed diiudicat, sed condemnat. Propter quod ait dominus in euā-
gelio: Esto consentiens aduersario tuo dum es in via cum il- *Matt.5.a*
lo, ne forte aduersarius tradat te iudici, & iudex tradat te tortoribus, &c. Sit etiam memoria sine sorde, vt nullum in ea peccatum maneat, quod non pura confessione & dignis fructibus pœnitentiæ deleatur. Alioquin conscientiam in qua peccatum latet, & voluntas odit, & ratio execratur. Bonum proinde parat habitaculum deo, cuius nec ratio decepta, nec voluntas peruersa, nec memoria fuerit inquinata. Iam verò sic se habentibus singulis, etiam omnes nos connecti & con-

A ascendit de alba? Lauat inquā nos in confessione, lauat nos lachrymarum imbre, lauat sudore pœnitentiæ: magis autem lauat nos aqua illa preciosa quę de fonte pietatis, id est, ab eiº latere emanauit. Aspergit nos hyssopo, quæ humilis herba est, & pectoris purgatiua: aqua sapientiæ salutaris, quæ est timor domini, initium sapientiæ, & fons vitæ: etiā condimētum salis admiscens, ne sit insipidus timor sine spe, sine deuotione. Non solum autem, sed inscribit digito dei, in quo eiiciebat dæmonia, haud dubiū quin in spiritu sancto. Inscribit inquā legem suam non iam in lapide, sed in tabulis cordis carnalibus, propheticam implens promissionem, qua se *Ezec.11.d*
pollicitus est ablaturum cor lapideum, & carneū cor esse daturum, id est non durum, non obstinatum, non Iudaicum: sed pium, sed mansuetum, sed tractabile, sed deuotum. Beatus *Psal.93.b*
quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Beati inquam, qui docti & memores sunt mandatorum eius, sed *Ibid. 102.*
ad faciendum ea. Alioquin scienti bonum & non facienti, *Iaco.4.d*
peccatum est illi: & seruus sciens voluntatem domini sui & *Luc.12.f*
non faciens, plagis vapulabit multis. Vnde necesse est vt vnctio spiritualis gratiæ adiuuet infirmitatem nostram, obseruantiarum & multimodę pœnitentiæ cruces, deuotionis suę gratia leniens? quia nec sine cruce sequi Christum, & sine vnctione crucis asperitatem ferre quis posset? Hinc est quòd
B multi abominantur & fugiunt pœnitētiam, crucem quidem videntes, sed non etiā vnctionem. Vos qui experti estis, ecce scitis quia verè crux nostra inuncta est, & per gratiam spiritus aduuantis suauis & delectabilis est pœnitentia nostra, & vt ita dicā, amaritudo nostra dulcissima. At postquam vnctio gratiæ huius præcesserit, iam lucernam suā Christus non po- *Matt.5.*
nit sub modio, sed super cādelabrum: quia tēpus est vt luceat lux nostra coram hominibus, & videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Iam verò benedictionem quidem expectemus in fine, quando aperiet manum suam, & implebit omne animal benedictione. Nam in quatuor præmissis merita constant, in benedictione sunt præmia. In benedictione tota complebitur gratia sanctificationis, quando iam in domum transibimus nō manu factam, æternam in cœlis. Ipsa est quę constituitur viuis ex lapidibus, angelis scilicet & hominibus. Simul enim ædificatio & dedicatio ipsa complebitur. Disiuncta nimirum ligna & lapides domum nō faciunt, nec in eis habitare quis potest: sola verò coniunctio domum facit. Sic cœlestium spirituum perfecta vnitas, sine vlla sibi diuisione connexa, integrā & congruam deo reddit habitationem, quam ineffabiliter beatificat inhabitans gloria maiestatis. Quis enim sic sciret vniuersa re-
C gum cōsilia, aut quis eorum omnia dicta vel facta sic nosset, quomodo palatij ligna & lapides, si non adesset illis intelligentiæ sensus? Itaque cœlestis illius curiæ lapides viui ac rationabiles diuinis intersunt consiliis, & trinitatis mysteria norunt, audiúntque verba ineffabilia quæ non licet homini *Psal. 83. a*
loqui: Beati qui habitāt in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Quanto enim plus vident, plus intelligunt, plus agnoscunt: tanto plus diligunt, tanto magis laudant, tanto amplius admirantur. Verūm quia cohærere quidem sibi domum illam & perfecte connexam esse iam dixi- *Esa.41.b*
mus, supereſt vt iuncturam & connexionē ipsam aliquatenus exprimamus. Legimus in Esaia: Glutino bonū est. Duplici sibi igitur cohærēt lapides illi glutino, cognitionis plenæ, & perfectæ dilectionis. Tanto siquidē maiori ad se inuicem dilectione copulantur, quanto ipsi charitati quæ deus est, viciniores assistunt: sed nec vlla separare eos ab inuicem *1.Cor.6.d*
suspicio potest, vbi nihil omnino quod in altero sit, alterum latere patitur, penetrans omnia radius veritatis. Quoniam enim qui adhæret deo, vnus spiritus est cum eo: nihil dubium est quin perfectè adhærentes ei beati spiritus, cum eo pariter & in eo penetrent vniuersa. Ad hanc domū si peruenire de- *Psal.26.b*
sideras, sic concupiscat & deficiat anima tua in atria domini, sicut propheta clamat: Vnam petij à domino, hāc requiram, *Psal.131.a*
vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Ipsum nihilo minus imitare prophetam, qui sicut iurauit domino, votum vouit deo Iacob, si introiero in tabernaculum domus meę, &c. Sed hinc alio sermone nobis tractandū erit, quod dominus ipse donauerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glutinari necesse est, mutua vtiq; charitate quæ est vinculum perfectionis. Nam cognitio quidem perfecta in hac vita haberi nó potest, forsitan nec oportet. In cœlesti siquidem domo cognitio dilectionis est nutrimétum, hic vero esse poterat detrimentum. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? Propterea facile erat & confundi cognitum, & cognoscentem offendi. Ibi iucunda erit cognitio, vbi macula iam non erit. Illa ergo domus connexa firmius est tanquam in æternũ manſura, hæc tanquam tabernaculum bellatorum minus sibi perfecte cohæret. Illa nimirũ domus lætitiæ, ista militiæ est. Illa domus laudis, ista orationis. Hæc inquá est vrbs fortitudinis nostræ, illa est ciuitas requiei nostræ. Proinde si victorioſi fuerimus hic, illic erimus glorioſi: habẽtes loco galeæ diadema, sceptrum & palmã pro gladio, pro scuto chlamydem deauratam, pro thorace stolam iucunditatis. Interim sanè premi magis quàm perimi videtur vtilius: & sustinere pondus clypei & loricæ, quàm maligni iaculis igneis vulnerari. A quibus nos superna sua protectione custodiat qui est benedictus in secula. Amen.

Item in eadem celebritate *Sermo III.*

HDomus hæc, fratres, æterni regis est oppidum, obsessum ab inimicis. Quotquot igitur in ipsius arma iurati sumus, & eius militiæ dedimus nomina, triplici nobis opus esse nouerimus apparatu ad custodiam castri huius: munitione videlicet, & armis, & alimentis. Quæ est ergo munitio? Vrbs fortitudinis nostræ Sion (ait propheta) saluator ponetur in ea murus & antemurale. *Esa.26.a* Murus continentia, antemurale patientia est. Bonus continentiæ murus, qui sic vndique circundat & circuncingit, vt nec per oculorum fenestras, nec per cæteros sensus detur ingressus morti. Bonum antemurale patientiæ, quod primos hostium sustinet impetus, vt inter plurima tentamenta stemus viriliter, & perseueremus iugiter incõcussi. Vnicum quippe remedium est, dum continentia quatitur & quodammodo nutat, obiicere patientiam: & quantumcunque ferueat sensus peccati, negare *Luc. 21. d* omnimodo consensum. In patientia vestra, inquit, possidebitis animas vestras. Ponitur ergo in ciuitate saluator ipse *Psal.70.a* murus & antemurale, factus nobis à deo patre iustitia, & prophetæ patientia, sicut idem ait: Quoniam tu es patientia mea domine. Murus inquam ponitur in conuersatione, antemurale in passione, ab omnibus carnis & seculi præsentis illecebris abstinens, & aduersa sustinens fortiter vniuersa. Oportet autem & arma parare, sed arma spiritualia potentia deo non modò ad resistendum, sed ad impugnaudum quo-I que, & expugnandũ viriliter inimicum. Induite vos armatu- *Ephes. 6.b* ram dei, ait apostolus, vt possitis &c. Quid enim putamus fratres? Grauis equidem nobis est inimici tentatio, sed longe grauior illi oratio nostra. Lædit nos iniquitas eius atque versutia, sed multo amplius nostra eum simplicitas & misericordia torquet. Humilitatem nostram non sustinet, vritur charitate nostra, manſuetudine & obedientia cruciatur. Iam verò nec fame quidem vrgeri possumus vt hostibus castrum tradere compellamur: quoniam gratias ago deo, non venit super nos terribilis illa comminatio prophetæ, imò domini *Amos 8.* per prophetam, famis videlicet & sitis, non panis & aquæ, *Matt. 4.d* sed audiendi verbum dei. Sic enim habemus: Non in solo pa- *et Deu. 8.a* ne viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Itaque non nobis alimenta desunt, qui & sermones frequenter, & frequentius sacras lectiones audimus: & interdũ quoque spiritualis deuotionis gustamus delicias, tanquam si catuli edant de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, cœlestes illos conuiuas dico qui replentur ab vbertate domus dei. Habemus etiam panem lachrymarum, qui licet minus suauis, optime tamen confirmat cor hominis. Habemus & obedientiæ panem, de quo loquitur ad discipulos dominus: Meus (inquiens) cibus est, vt faciam voluntatem pa- *Ioan.4.c* tris mei. Habemus super omnia de cœlo panem viuum, corpus domini saluatoris, in cuius vtique fortitudine cibi, omnis aduersæ partis deiicitur fortitudo. Sic ergo munita est castri dominici fortitudo, vt nihil iam timere oporteat, si tamen fideliter & viriliter agere voluerimus: vt videlicet nec proditores, nec pauidi, nec desides inueniamur. Nam prodi-

K tores quidem fiũt, quicunque in hoc domini castrum inimicos eius introducere moliũtur, quales sunt vtique detractores deo odibiles, qui discordias seminant, nutriunt scandala inter fratres. Sicut enim in pace factus est locus domini, sic in discordia locum diabolo fieri manifestum est. Non miremini fratres, si durius loqui videor: quia veritas neminẽ palpat. Omnino proditorem sese nouerit si quis forte (quod absit) vitia quælibet in hanc domum conatur inducere, & templum dei speluncam facere dæmoniorum. Gratias deo, non multos hic inuenimus huiusce modi. Sed tamen deprehendimus interdum forte nonnullos qui colloquantur hostibus, & paciscantur fœdus cum morte, hoc est moliantur (quod in eis est) imminuere ordinis disciplinam, intepescere feruorẽ, turbare pacem, lædere charitatem. Verùm nos quidem cauemus ab eis quantum possumus: sicut scriptum est de qui- *Ioan.2.d* busdam, Iesus autem non credebat se eis. Dico autem vobis quia licet portentur modò, sed portabunt citò grauẽ iudicium, nisi se citius emendauerint, sicut graue damnum moliuntur inferre. Quid enim frater? Vanitati aut tepiditati seu cuilibet alteri vitio fidem seruas operibus, & deo per tonsuram mentiris? Optimum certè castrum tulisti Christo, si inimicis eius tradideris Claram vallem. Optimos inde singulis annis & precioſos in oculis suis reditus accipit: & prædam multã quam hostibus eripit, in hunc munitionis suæ locum L solet inducere, & habet fiduciã multam in fortitudine eius. Ecce enim quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos, à solis ortu & occasu, ab aquilone & mari. Quibus ergo proditorem castri huius postquam deprehensus & comprehẽsus fuerit (neque enim latere aut fugere poterit) quibus inquam, putas exponendum esse suppliciis? Non vtique communi cæterorum morte damnabitur: exquisitis illum necesse est interire tormentis. Sed non modo plus immoror circa ista, credo melius deinceps ab hac tam execrabili proditione cauebimus, studẽtes decætero maiori sollicitudine non attrahere sed repellere vitia, quæcunque illa sint, seu carnalia, seu etiam secularia, ne proditorũ notam vel pœnam incurrere mereamur. Secundo loco etiam illud cauendum, ne quis forte pusillanimitate deiectus, fugiat à munitione, ibi trepidans timore, vbi nõ est timor: vbi verò summum periculum, insana temeritate securus. Hostilibus enim manibus, hostilibus gladiis se exponit, quicunque est ille qui fugit, ac si ignoret quoniam hostes illi omnino carent misericordia, crudeles quidem in alienos, sed multo crudeliores in suos, quippe crudelissimi in seipsos. Iam vero tertiũ quoque periculum breuiter dico, quia hora præteriit, dum ve- M stræ, vt dignum est, salutis plurimũ cupidus, diuersis morum infirmitatibus remedia diuersa cõquiro. Quid prodest si nec prodere castrum nec relinquere velis, sed segnis & desidiosus in eo permaneas? Toto proinde animo, tota virtute dilectissimi cõmissum nobis castrum domini & regis nostri manu tenere laboremus, solliciti cõtra omnes inimici versutias, & aduersus omnia eius machinamenta parati, sicut scriptum *Iam.4.d* est: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. At quoniam scimus à *Psal.126.a* quo dictum sit: Nisi dominus custodierit ciuitatẽ, fruſtra vigilat qui custodit eam: humiliemur sub potenti manu altissimi, nos & domum istam tota deuotione eius misericordiæ committentes, vt ipse nos custodiat ab omnibus insidiis inimicorum omnium, ad laudem & gloriam nominis sui, quod est benedictum in secula. Amen.

Vnde supra, de triplici manſione. *Sermo IIII.*

VOtiuis laudibus celebramus hanc diem, & festiuis eam gaudiis honoramus. Quòd si nec religioſis competit, nec sapientes decet ignorare, quid venerentur, aut celebrare, quod nesciant, quærendum nobis est, in cuius id agitur vel in quorum commemoratione sanctorum. Nec verò id mihi ex me arbitror præsumendum: prior loquatur alter cuius testimonium maius sit, & credibilius videatur. Miramini forte cur ista præloquimur, cum vestris sese obtutibus ecclesia præsens manifestius ingerat, cuius anniuersaria dedicatio celebratur. Quis enim parietes eius sanctos dicere vereatur, qnos manus sacratæ pontificum tantis sanctificauere mysteriis? Extunc quoque & deinceps sanctarum inibi

A lectionum resultare frequentia, sanctarum orationum deuota murmurare susurria, sanctarũ reliquiarum honorari beata præsentia, sanctorum spirituum indefessa nosci tur custodia vigilare. Dicas forsitan, cætera quidem euidentia sunt, sed quis angelicas sese vidisse excubias gloriatur? Etsi tu forte *Esa.62.c* non vides, est tamen qui videt, ipse qui mittit. Quis ille? Nimirum qui loquitur per prophetam. Super muros tuos Hierusalem constituti custodes. Est quidem sursum Hierusalem, quæ est libera, mater nostra, sed minime crediderim super *Psa.147.a* muros eius constitutos esse custodes, in cuius laudibus propheta decantat: Qui posuit fines tuos pacem. Tu verò si id parum iudicas, perge audire quod sequitur in testimonio præcedenti: Tota die, inquit, & tota nocte in perpetuum nõ tacebũt. Siquidẽ aduertere est vel ex hoc, nõ hãc esse Hierusalem de qua legisti: Portæ eius nõ claudentur per diem: nox enim non erit in ea. Illa ergo Hierusalem nec vicissitudines patitur, nec custodibus eget, nostris potius custodes necesse *Apoc.21.* est & diebus & noctibus deputari. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes. Benignus es domine, nec nostrorũ hac fragili protectione murorum potes esse contentus, sed ipsis hominum prælatis hominibus angelicã quoque custodiam superponis, vt muros defensent, & eos qui murorũ ambitu continentur. Ita pater, quoniam sic est placitum ante te,

B sic necessarium nobis. Insufficiens enim est ministratio nostra, nisi & nobiscum & pro nobis administratorios spiritus in ministerium mittas, vt hæreditatẽ capiamus salutis. Quid enim si nõ videmus obsequium, cum experiamur auxilium? Quid si non meremur aspectum, cum sentiamus effectũ? Di- *2.Cor.4.* scimus certè vel ex hoc ipso inuisibilia visibilibus præferenda. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non vidẽtur, æterna. Denique in inuisibilibus visibilium causa consistit, vt secundum apostolum, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, à creatura visibili intellecta conspiciãtur. Sic nimirum Iudæos olim de inuisibili peccatorum indulgentia san- *Marc. 2. b* ctum dei blasphemãtes, sanitatis corporeæ signo visibili cõfutauit: Vt sciatis quia filius hominis potestatẽ habet in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Sic & pharisæũ illum mur- *Luc.7.g* murantem aduersus medicũ qui salutem operabatur, & succensentem lãguidæ quæ saluabatur, manifestis reuicit indiciis, obsequia mulieris enumerans. Errabat siquidem qui tãquam adhuc peccatricem horrebat, quæ diuinis inhærẽs vestigiis, rigabat fletibus, tergebat crinibus, osculo premebat, vngebat vnguento. Quis enim crimina iam deleta recenseat? quis tangenti succenseat? quis tam peccatricem censeat, quæ dum commissa deplorat, odit iniquitatẽ: dum osculatur pe-

C des domini, diligit iustitiam: & rursum dum tergit crinibus, exhibet humilitatem: dum vngit vnguento, manſuetudinem præfert? Nunquid possibile est regnare peccatum in animo contrito & spiritu ingemiscenti, aut nõ multa charitas operit multitudinem peccatorum? Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Merito proinde iam nõ peccatrix iuxta tuam pharisæe sententiam, sed sancta & discipula Christi vocabitur, à quo etiam didicit in tam breui esse mitis *Prou.12.a* & humilis corde. Nimirum hoc est quod in propheta legisti, sed forsitan neglexisti: Verte impios, & nõ erunt. Sic chariſsimi, sic & antiquus ille accusator fratrũ si in quibus & vos *1.Cor.6.c* erubescitis præterita peccata vestra vobis improperet, apostolum audite magnifice consolantem vos, & dicentem: Hęc *Roma.6* quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis: & illud: *2.Cor.3.c* Habetis nũc quidem fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Et manifestius imprimẽs: Templum dei, ait, sanctũ est, quod estis vos. Nimirum ipse est cuius reuerentiæ primam in huius sermonis principio referuauimus vocem, dũ quæreremus sanctos, quorũ sanctimoniæ congratulamur deuotione soleni. Licet enim parietes hos & dici sanctos & esse faciat consecratio episcoporum, frequentatio scripturarum, instantia orationum, reliquię sanctorum, visitatio angelorum: minime tamen eorum sanctitas propter se credenda est honorari, quos nec propter se certum est sanctificari. Quinimmo sancta est propter corpora domus, corpora propter animas, animæ propter spiritum inhabitantẽ. Neque hinc dubitet quis, cum inuisibilis eius gratiæ visibile nobis signum fiat in bonum. Dico autem in eo quod & ipsi D instar illius euangelici paralytici surgitis, quòd corporeum hũc grabatum in quo iacebatis languidi, tam facilè tollitis, quòd denique ambulatis in domum vestram. Illam sanè domum de qua lætamini dicẽtes cum propheta: In domum do- *Psal.121.a* mini lætãtes ibimus. O admirabilis domus, & dilectis tabernaculis & atriis concupiscibilibus præferenda. Quàm dilecta *Psal.83.a* tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Verùm multo magis beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorũ laudabũt te. Si- *Ibidem.* quidem glorioſa dicta sunt de te, domus dei. In tabernaculis enim gemitus est pœnitentiæ, in atriis gustus lętitiæ, in te sãtietas gloriæ. Hęc quidem est infima domus orationis, media expectationis, tu gratiarum actionis & laudis. Felix proinde qui hic declinauerit à malo quod est culpa, & fecerit bonũ: vt illic à malo quod est pœna, liberetur, & in te recipiat bonum. Hic nimirum primitiæ spiritus, illic diuitiæ, in te plenitudo: vbi bona illa mensura conferta & coagitata & superefluens detur in sinus vestros. Hic deniq; fiunt sancti, illic securi, in te beati. Hæ siquidem primitiæ spiritus, quæ militantibus interim prærogantur: sanctitas in conuersatione, pietas in intentione, virtus in colluctatione. In sanctitate conuersationis pœnitentię fructus intellige, & corporalia quæque diuinorum exercitia mandatorum. At quoniam hæc, nisi simplex fuerit oculus, simplicia esse non possunt, necessariò pie- E tas intentionis & puritas cordis exigitur, ne vel honoris ambitus, vel laudis surrepat appetitus: sed solus ille desideretur qui solus desiderium replet, & ad proprij fontis originẽ omnis quam accepimus, gratia reuertatur. Memento tamen solam ex omnibus perseuerantiã coronari, nec eam facilè posse inter tot discrimina vẽdicari, nisi multiplicem obtineas in tam multiplici colluctatione virtutem. Hæc in tabernaculis. Porro in atriis quæ post molestos conflictus amœna iucunditate fouẽdos excipiunt exeuntes, iam diuitię spiritus erogantur: requies à laboribus, securitas à sollicitudinibus, pax ab hostibus. Ipse enim amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis, qui tãto feruore otium hactenus interdicere, labores indicere consueuit. Ipse seorsum à curis faciet, & ab omni sollicitudine sequestrabit, qui modo consilia ponit in anima sua, & sollicitã facit erga multa turbari. Ipse iam parta victoria in pace in idipsum suauiter dormire prętabit, qui dum adhuc leo rugiẽs fremit, & ad vigilias excitat, & accingit ad pugnã. Verùm in his, vt supra tetigimus, liberatio magis à malo quàm boni muneratio est: nili quòd dura nos nostræ necessitatis experientia cogit, absentiam mali, boni cumulos æstimare: quemadmodum cõscientia grauiorum immunitatem criminum, plenitudinẽ reputat sanctitatis. Hinc aduertere est, quàm longe agimus à summo bono, qui carere culpa iustitiam, carere miseria beatitudinẽ iudicamus. Absit F autem vt talem quis putet vbertatem domus illius, & torrẽtẽ voluptatis, & si qua sunt alia quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus diligẽtibus se. Nec ergo audire velis ô homo quod, auris hominis nõ audiuit, nec ab homine quæras quod humanus nec oculus videt, nec animus capit. Nec tamẽ hinc penitus taceamus: nostram hanc patriam à longe salutãtes, triplicẽ quandam odorari videmur, potentiæ scilicet & magnificentiæ & gloriæ repromissionem. Siquidem homo erat, & filius captiuitatis huius, qui dicebat: Introibo in potentias domini. Cæ- *Psal.70.c* terum nos scire possumus quid sit infirmitate carere, tãquam infirmitate circundari. Quid verò sit virtute indui, & potentiam introire, nec modo potentiam, sed & multam potentiã, forte & omnipotẽtiam interim scire non possumus. Clamat etiam testis fidelis, quia quos iustificauit, illos & magnifica- *Rom.8.f* uit. At magnificentiam eam præsertim quam procedere deceat à magnitudine cuius nec finis nec numerus est, vtinam nostræ interim exiguitati liceat expectare: nam estimare non licet. Iam verò ne ipsius quidem vereri necesse est aut habere suspectam gloriæ promissionem, feliciter tunc & fiducialiter hauries gloriam, à cuius interim appetitu tantis commi- nationibus deterreris. Erit enim tunc vnicuique laus à deo, secura certe & sempiterna, finis pariter & discriminis expers, & vt scriptum est, iucunda decoráque laudatio. Eia ergo fra- *Psa.146.a*

Gtres, viriliter interim in tabernaculis militemus, vt suauiter deinde in atriis requiescam⁹: vt nouissimè in domo sublimiter gloriemur, cum momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ supra modum in sublime æternum pondus glorię operabitur in nobis, cũ in domino laudabimur tota die, in veritate vtique, non in vanitate.

Item in dedicatione ecclesiæ, de gemina consideratione sui, Sermo V.

FIam hodie fratres solennitatem agimus, & præclaram. Atque id quidem facilè dixerim: sed si pergitis quærere cuius sancti, illud forte iam non ita. Quotiens enim apostoli seu martyris vel confessoris alicuius memoria celebratur, haud difficile est dicere cuius, vtputa sancti Petri, & Stephani glorioſi, aut scilicet patris nostri Benedicti, vel alicuius cæterorum magnorum principum magnæ curiæ cœli. Nunc verò nullius eorum solennitas agitur, agitur tamen nonnulla solennitas. Nec modò nonnulla, sed non parua. Et si iam vultis audire, festiuitas est domus domini, templi dei, ciuitatis regis æterni, sponsæ Christi. Nemo sanè ambigit sanctam esse sponsam sancti sanctorum, & omni celebritatis honore dignissimam. An verò domum dei sanctam

H esse quis dubitet, de qua legitur: Domum tuam decet sanctitudo? Sic & sanctum est templum eius, mirabile in æquitate: sed & ciuitatem sanctam Ioannes sese vidisse testatur. *Ibidem 92 d. & 64. a* Vidi, inquit, sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendentem de cœlo, à deo paratam tanquam sponsam ornatam viro suo. In quibus sanè verbis aperire iam cœpi, quod adhuc (fateor) dissimulare volebam. Dico autem quòd eadem sponsa, quæ ciuitas est, sed & templum quoq; & domus nihilo minus sit. Neq; id mirum, præsertim cum similiter vnus sit qui se ei sponsum dignatur & regem & deũ & patremfamilias exhibere. Necdum tamen vobis arbitror satisfactum, donec euidẽtius quæ domus huius patrisfamilias, quod hoc templum dei, quæ ciuitas regis istius, quænam deniq; huius glorioſi sponsi sponsa dici & esse meruerit, audiatis. At ego super hoc quidem non parum vereor loqui quid sentiam, ne quem vestrum (quod absit) aut minus fideliter, aut minus humiliter audire contingat: ne quis forsitan ab hoc auditorio aut elatus præ magnitudine gloriæ, aut incredulus exeat præ pusillanimitate spiritus sui. Opto enim super vos & fideles & humiles inueniri, q̃ vtrũque summopere sit necessarium ad salutem. Solis nanque humilibus ipse dat gratiam, cui etiam sine fide placere impossibile est. Opto igitur & omnibus modis cupio vt & paruulos & magnos, imò (vt plus miremini) & nihil & aliquid, etiam grãde aliquid ei vos exhibe-

I re curetis. Neq; enim sine magno animo bona illa tam magna capere, aut vim facere poteritis regno cœlorum, nó plus *Matt. 18. a* quàm idem cœlorum regnũ intrare, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli. Non sum homo profundi sensus, non possum vobis quod non gustauerim eructare. Dicam tamen quid interdum in me sentiam actitari, vt si quis forte *Eccli. 30. d* sibi vtile iudicauerit, imitetur. Quia enim olim persuasum est mihi vt miserear animæ meæ, placiturus exinde deo meo, frequenter de ea re cogito: vtinam autem magis semper liceret. Erat quando id actitari minime libebat, nempe quòd minus (si tamen minus, & non magis minime) diligerem eam. Quomodo enim amat quis, cuius mortem amat? Quod si, vt verum est & indubitabile, mors animæ iniquitas est, absolu- *Psal. 10. d* tam proinde liquet esse sententiam, quòd iniquitatẽ qui diligit, odit animam suam. Oderam ergo eam, & odissem adhuc, nisi hoc mihi quodcunq; amoris eius initiũ, is qui prior eam dilexerat, contulisset. Ipsius proinde beneficio nonnúquam de ea cogitans, videor mihi in ea (fallor) velut duo quædam contraria inuenire. Si ipsam prout in se est & ex se iuxta rei veritatem intueor, nihil de ea verius sentire possum, quàm ad nihilum esse redactam. Quid modò necesse est singulas eius miserias numerare, quàm sit onerata peccatis, obfusa tenebris, irretita illecebris, pruriens concupiscentiis, obnoxia passionibus, impleta illusionibus, prona semper ad malum, in vitium omne procliuis, postremò totius confusionis & ignominiæ impleta? Nimirum si ipsæ quoque iustitiæ no- *Esa. 64 b* strę omnes ad lumen veritatis inspectæ, velut pannus menstruatæ inueniũtur, iniustitiæ deinceps quales reputabũtur? K Si lumen quod in nobis est, tenebręq; sunt, ipsæ tenebræ quãtę *Matt. 6. c* erunt? Facile est cuiq; nostrum, si sua melius vniuersa & sine dissimulatione vestiget, & iudicet sine acceptione personæ, attestari per omnia apostolicę veritati, & liberè proclamare: *Gala. 6. a* Qui se putat aliquid esse, cum nihil sit: ipse se seducit. Quid *Iob 7. d* est homo quia magnificas eum (ait fidelis & deuota confessio) aut apponis erga eum cor tuum? Quid? Sine dubio vanitati similis factus est homo, ad nihilũ redactus est homo, nihil est homo. Quomodo tamen penitus nihil est, quem magnificat deus? Quomodo nihil, erga quem appositum est cor diuinũ? Respiremus fratres, & si nihil sumus in cordibus nostris, fortè in corde dei potest aliud latere de nobis. O pater misericordiarum, ô pater miserorum, quid apponis erga eos cor tuum? Scio, scio: vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Quomodo ergo nihil sumus, si thesaurus tuus sum⁹? Omnes gentes quasi non sint, sic sunt ante te, & tanquam nihilum & inane reputabuntur. Siquidem ante te, sed non sic intra te. Sic in iudicio veritatis tuæ, sed non sic in affectu pietatis tuę. Nimirum vocas ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Et non sunt ergo, quia quæ non sunt, vocas: & sunt, quia vocas. *Rom. 3. a* Licet enim non sint quantum ad se, apud te tamen sunt, vtique iuxta apostolum non ex operibus iustitiæ, sed ex vocante. Sic nimirum, sic cõsolaris in tua pietate, quem in veritate L tua humiliasti: vt magnifice dilatetur in tuis, qui meritò angustiatur in visceribus suis. Siquidẽ vniuersæ viæ tuæ mise- *Psal. 24. b* ricordia & veritas requirentibus testamentum tuũ, & testimonia tua. Testamentum vtique pietatis, & testimonia veritatis. Lege homo in corde tuo, lege intra teipsum de teipso testimonia veritatis, etiam hac cõmuni luce iudicabis te indignum. Lege in corde dei testamentum quod firmatum est *Iob 7. d* in sanguine mediatoris, & inuenies quã longe aliud spe possidere quàm re tenere videris. Quid est, inquit, homo quia *1. Pet. 5. d* magnificas eum? Magnus vtiq;: sed in illo: siquidem magni- *Psal. 32. d* ficatus est ab illo. Aut quomodo non magnus apud illũ, cui tã magna cura est de eo? Ipsi enim cura est de nobis, ait apostolus Petrus. Et propheta: Ego autem mẽdicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei. Planè artificiosa connexio vtriusquee considerationis, qua velut vno momento descẽdens pariter & ascendens, & se pauperem & mendicum, & deum pro se sollicitum vidit. Angelicum est istud ascendere *Ioan. 1. b* & descendere simul. Videbitis, ait, angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. Neque enim talis aliqua vicissitudo in eorum ascensionibus & descensionibus est: simul & mittuntur in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, & assistunt vultui maiestatis, deo miseri- M corditer prouidente, vt & nobis sit consolatio, & eis tribula- tio nulla. Alioquin quando æquanimiter paterentur ab illo vultu gloriæ in quem semper prospicere desiderant, propter nos vel ad modicum separari? Denique ipsam audi in euãgelio veritatem. Angeli eorum, ait (hauddubium quin paruu- *Matt. 18. b* lorum) in cœlis semper vident faciem patris: sic videlicet paruulorum custodię deputati, vt nõ priuati vllo modo beatitudine sua. Hinc est quòd Ioannes sanctus ciuitatẽ Hieru- *Apo. 21. a* salem descendentem vidit, stantem nõ potuit intueri. Et aduerte quòd descendentem dixerit, non cadentem. Cecidit enim quondam nõ minima pars ciuitatis illius, sed ea quidem minime sancta, quippe cui grauissimus casus fuit q̃ totius inimica facta est sanctitatis. Verùm hanc quidem ruinam & terribilem casum Ioannes videre non potuit, quia necdum erat: sed vidit verbũ quod in principio erat, vidit principiũ, *Luc. 10. d* quod apostolis loquebatur: Videbam Satanam tãquam fulgur cadentem de cœlo. Itaque pars illa quæ cecidit, à deo reparanda est, cum implebit ruinas, & reędificabit muros Hierusalem. non tamen ex his qui ceciderunt. Hæc autem quæ descendens apparuit, iam parata erat, sicut secutus adiunxit: A deo paratã. Siquidem quòd descendunt non cadunt angeli sancti, diuina præparatio facit: à quo nimirum hæc ipsa eis & *Hebr. 1. d* voluntas præparata est, & facultas. Vnde non solùm administratorios, sed & missos in ministerium quoq; apostolus testatur. Quidni mittat angelos, pro quibus & ipse à patre voluit mitti? Quidni pro eis inclinet cœlos, pro quib⁹ ipse quoque cœlorum rex inclinauit se, ita vt digito in terram scribe- ret?

A ret? Domine inclina cœlos tuos. Parum est: Et descende. Quid vltrà? Vt quibus condescendit, faciat etiam coascẽdere sibi. Cæterum, vt iam dixi, angelicus ascensus & descensus caret vicissitudine, nos autem modò hac, modò illac versari necesse est: quòd nec supra diutius stare liceat, nec expediat infra longius demorari. Ascendunt, ait, vsq; ad cœlos, & descẽdunt vsque ad abyssos: anima eorũ in malis tabescebat. Vt quid hoc? Propterea sanè anima eorum in malis interim plus tabescit, quàm delectetur in bonis, quòd hæc in re, illa verò *Mat. 19. d* tantùm in spe videantur haberi. Quis poterit saluus esse? dicunt discipuli saluatoris. Et ille: Apud homines hoc impossibile est, sed non apud deum. Hæc tota fiducia nostra, hæc vnica consolatio nostra, hæc tota ratio spei nostræ. Sed de possibilitate iam certi, de voluntate quid agimus? Quis scit *Rom. 11. d* si est dignus amore, an odio? Quis nouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Hic iam planè fidem nobis subuenire necesse est, hic oportet succurrere veritatem: vt quod de nobis latet in corde patris, nobis per ipsius spiritum reueletur, & spiritus eius testificãs persuadeat spiritui nostro quòd filij dei sumus. Persuadeat autem vocando & iustificãdo gratis per fidem, in quibus nimirũ velut medius quidam transitus est ab æterna prædicatione ad futuram magnificationem. Propterea sanè geminam illam considerationem, alteram quidem iudicij & veritatis, alteram verò nõ incongruè B vocari credimus fidei & pietatis. Nec mirabere in humanis qualitatibus tam dissimilia reperiri, si solerter aduertas quanta & in ipsa eius substantia conuenisse videtur diuersitas naturarum. Quid enim spiritu vitæ sublimius? Quid verò humilius limo terræ? Quam profecto tam discohærentiũ in homine cohærentiam rerum, ipsos quoque sapientes seculi huius arbitror non latuisse, cum hominem diffinirẽt animal rationale mortale. Mirabilis siquidẽ copula rationis & mortis, mira societas discretionis & corruptionis. Sic nimirum sic in moribus, sic in affectibus, sic in studiis hominũ nõ minor, forte & amplior contrarietas inuenitur: vt si totam prauitatem seorsum intuearis, ac rursum quicquid boni videtur inesse, consideres sigillatim, plenum censeas esse miraculo *Mat. 16. c* q̃ tam aduersa conuenerint. Inde homo nunc quidem Bar Iona, nũc verò Satana meretur audire. Nolite mirari hoc. Recolite ex euangelio cui dictum sit (& vtrunque in veritate: nam vtrũque ab ipsa veritate dictum) prius quidem, Beatus es Simõ Bar-Iona: nec multò post, Vade retro Satana. Vnus ergo vtrunque, etsi nõ vtrunque ex vno. Illud enim ex patre, istud ex homine, ipse tamen vtrunque erat. Vnde Bar-Iona? Quia non caro nec sanguis, sed pater ei quod locutus est reuelauit. Vnde Satanas? Quia sapuit quæ erant hominum, non C quæ dei. Iam si vtraque consideratione diligenter inspexerimus nos quid sumus, imò in vna quàm nihil, in altera quàm magnificati, quippe pro quibus etiam sollicitudinẽ gerat tãta maiestas, & cor suum apposuerit erga nos: puto tẽperata videtur gloriatio nostra, sed forsitan magis aucta est, solidata tamẽ, vt nõ in nobis, sed in domino gloriemur, quibus ni- *Hieron. 13.* mirũ in hoc solo respirare est, vt dicamus: Si decreuerit saluare nos, cõtinuò liberabimur. Ex hoc iam in illa superiori specula vel paululum immorantes, quæramus domum dei, quæramus tẽplum, quæramus ciuitatem, quęramus & sponsam. Neque enim oblitus sum, sed cũ metu & reuerentia disco, Nos sumus. Nos inquam sumus, sed in corde dei. Nos sumus, sed ipsius dignatione, nõ dignitate nostra. Nõ vsurpet quod dei est, vt non apponat homo magnificare seipsum, alioquin quod illius erat faciens deus, exaltantem se humiliabit. Quod & si nos puerili animositate gratis saluari volum⁹, merito non saluamur. Excludit miseriæ dissimulatio miserationem, nec dignatio locum habet vbi fuerit præsumptio dignitatis: prouocat verò cõpassionem humilis confessio passionis. Sanè hęc sola facit vt nos ipse tanquam diues paterfamilias alat in fame, & sub eo panibus abundãtes, inueniamur proinde domus eius, cui nunquã deest alimonia vitæ. Et me- *Matt. 21. b* mento quòd domum suam domum orationis esse diffiniat: quia & hoc prophetico satis videtur testimonio conuenire: *Psal. 79. a* qui ab ipso nos in orationibus vtique cibãdos pane lachry- *Ibid. 92. d* marum, & in lachrymis potum asserit accepturos. Cæterum iuxta eũdem prophetam, sicut supra quoq; meminimus, domum istam decet sanctitudo, vt videlicet pœnitentię lachry- D mas puritas continentiæ comitetur, & quæ iam domus est, fiat subinde etiam templum dei. Sancti estote, inquit, quia sanctus sum dominus deus vester. Et apostolus: Nescitis *1. Cor. 6. d* quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti, & spiritus sanctus habitet in vobis? Si quis templum dei violauerit, disperdet eum deus. Nunquid tamen vel ipsa iam sanctimonia sufficit? Pax quoque necessaria est, apostolo teste, qui ait: Pa- *Heb. 12. d* cem sectamini cum omnibus, & sanctimoniã, sine qua nemo videbit deum. Hæc est quæ facit vnius moris habitare fratres in vnum, nouam vtique regi nostro vero pacifico ædificans ciuitatem, quæ & ipsa Hierusalem nominetur, quod est visio pacis. Vbi enim sine fœdere pacis, sine obseruantia legis, sine disciplina & regimine acephala multitudo congregata fuerit, non populus, sed turba vocatur: non est ciuitas, sed confusio: Babylonem exhibet, de Hierusalem habet nihil. Sed quemadmodum fieri posse videbitur, vt rex tantus in sponsum transeat, ciuitas promoueatur in sponsam? Sola hoc potest, quæ nihil non potest, charitas fortis vt mors. Quomodo non facilè istam leuet, quæ illum iam inclinauit? Verùm hinc tibi nullatenus consulẽda prior illa quam diximus consideratio tui, hic quàm potissimũ fidei magnanimitas exercetur. Denique & ipse ait: Desponsaui te mihi in fide, desponsaui te in iudicio & iustitia: eius, non tuam intellige: desponsaui te in misericordia & miserationibus. Si non fecit E ille quod sponsus, si non tanquam sponsus amauit, si non zelatus est tanquam sponsus, noli acquiescere sponsam te arbitrari. Itaque fratres mei, si per abundantem refectionem magni patrisfamilias domus esse probamur, si templum dei per sanctificationẽ, si ciuitas summi regis per socialis vitæ communionem, si sponsa immortalis sponsi per dilectionem, puto iam non esse quod dicere verear nostram esse solennitatem. Nec miremini quòd in terris agitur hæc celebritas, si quidem agitur & in cœlis. Nempe si (vt veritas ait, & non *Luc. 15. b* potest non esse verum) super vno peccatore pœnitentiam agente gaudium est in cœlis etiam angelis dei, nõ est dubium multiplex esse super tam multorum pœnitentia peccatorum. Adhuc amplius vultis audire? Etiam gaudium domini, fortitudo nostra. Collætemur ergo angelis dei, congaudeamus deo, & in gratiarum actione præsens solennitas agatur: quia quanto nobis domestica, tanto amplius debet esse deuota.

Vnde supra, Sermo sextus.

DOMESTICA nobis celebritas dedicatio domus nostræ, magis autem domestica nostra ipsorum dedicatio. Nostra siquidem illa aspersio, nostra illa benedictio, nostra consecratio fuit: quæ per manus sanctorum celebrata pontificum, etiam hodie anniuersario reditu votiuis laudibus ad F memoriam reuocatur. Nunquid de lapidibus cura est deo? Non parietes dicunt, sed homines: Ipsi enim cura est de *1. Pet. 5.* nobis. Vnus homo erat Iacob, & dormiens vidit descendentes angelos & ascendentes. Parum est hoc, etiam dominum angelorum adesse testatus est, dicens: Vere dominus est in *Gen. 28.* loco isto, & ego nesciebam. Miratur enim gratiam, & dignationis magnitudinem expauescit. Quàm terribilior est iste locus, quam euidentius certiúsque dominus est in loco isto: vbi nimirum non modò duo aut tres, sed tam multi in ipsius congregati nomine perseuerant. Nemo iam nesciat, nemo *1. Cor. 2.* vestrum ignoret. Siquidem non accepimus spiritum mundi huius, sed spiritum qui ex deo est: vt sciamus quæ à deo data sunt nobis. Terribilis planè locus, & dignus omni reuerentia, quem fideles viri inhabitant, quem angeli sancti frequentant, quem sua quoque præsentia dominus ipse dignatur. Quomodo enim tantus patriarcha nescire potuerat quòd non esset locus vbi non esset deus? Sed fortè aliud esse miratus est vbi ait: Vere dominus est in loco isto. Ibi verè est, & verè dominus est, vbi in eius nomine angeli simul & homines congregantur. Licet enim in omni loco sit qui nullo clauditur loco, signanter tamen dicimus: Pater noster qui es in cœlis: quòd aliter illic & proprio quodam modo præsentem se exhibeat, non quidem ipse diuersus, sed diuersa distinguens. Est ergo in omni loco omnia vniuersaliter con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtinens, omniaque disponens, sed longè tamen aliter atque aliter. Apud homines malos est præstans atque dissimulans, apud electos homines operans & seruans, apud superos pascens & cubans, apud inferos arguens & damnans. Facit solem suum oriri etiam super malos: sed vbi malorum interim dissimulatio est, quodammodo veritas non est. Itaque si dicere licet, apud impios est in dissimulatione, apud iustos in veritate, apud angelos in felicitate, apud inferos in feritate sua. Durum vobis sonat quod feritate dixi? ego verò & iram vereor & furorem. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Verè, inquit, dominus est in loco isto. Vbi enim pluit super iustos & iniustos, pater est, pater misericordiarum, expectans homines ad pœnitentiam. Vbi damnat obstinatos, iudex est, *Heb.10.f* & horrendum incidere in manns dei viuentis. Vbi cubat, sponsus est: & beata anima, quam introduxerit in cubiculum suum. Cæterum in loco isto verè dominus est, si tamen seruiamus ei in spiritu & veritate. Nō enim verè dominus erat apud eos quibus dicebat: Quid vocatis me domine, domine, *Luc. 6.g* & non facitis quæ dico? Testantur sacræ literæ in paradiso olim positum primum Adam vt operaretur & custodiret illum. Sic secundus Adam in ecclesia sanctorum, in congregatione suorum, in horto deliciarum (si quidē deliciæ suæ esse *Psa. 126.a* cum filiis hominum) ita inquam & ipse dominus est in loco H isto, vt operetur atque custodiat. Alioquin sicut nisi quia dominus ędificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ędificant eam: sic nihilo minus nisi ipse custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Porrò angelos ascendentes & descendentes esse in loco isto, patriarchalis ipsa visio manifestat. Ascendentes vt videant faciem patris, descendentes vt prouideant nobis. Quid ergo nos quomodo hic esse debemus, in quanta reuerentia stare in loco isto, vbi deus est operans, & seruans ascendentes & descendentes? Nimirum pœnitentes & expectantes esse nos conuenit. Hoc est enim obliuisci quæ retro sunt, ignorare, reprobare, recogitare annos illos in amaritudine animæ nostræ, ac deinceps cogitatione simul & auiditate extendere nos in anteriora. Ad hoc venimus, in hoc positi sumus. Hæc sunt quæ exiguntur à nobis, prēteritorum pœnitudo peccatorum, & futurorum expectatio præmiorum.

Finis Sermonum de Tempore & de Sanctis.

I

D. Bernardi Sermones
De diuersis.

De nimia quadam fallacia præsentis vitæ, Sermo.

Iob 7.a VERA omnino sentētia fratres, quoniam tentatio est vita hominis super terram. Siquidem fallax est, nec simpliciter fallere consueuit. Vt enim multipliciter illudat hominib⁹, mutat faciem, mutat vocem, modo ait, modo negat, nec erubescit: de ipsa quātitate sua diuersis diuersa loquitur, imò & eidem diuerso tempore contraria quoque suggerit & aduersa. Modò enim se breuem esse causatur, modò simulat longiorem. Cum peccare delectat adhuc, gemit altius pro breuitate sua. Nec breuitas falsa, sed gemitus fallax, quòd id memoret cum mœrore, vnde magis oportuerat gratulari. Siquidem bonum est ei si sic agere perseuerat, vt flagitiis eius quibus voluntas modum non ponit, vel necessitas finem ponat. Expedit ei qui sempet anima moritur, vt corpore citius moriatur, magis au- K tem ei bonū erat si natus nō fuisset homo ille. Et ipsa deniq; vitæ memoria breuioris remediū magis, q̄ incentiuū debuerat esse peccati, sicut scriptū est: Memorare nouissima tua, & *Eccli 7.d* in æternū non peccabis. Quod si vsq; adeo regnat in te peccatum, imò vsque adeo delectat te seruire peccato, vt doleas tibi modicū tēpus esse, quo seruias ei, sed couso; latam diligis viam, vt omnimodis optes si posses eam etiam facere lōgam: velis nolis, non longe est finis eius, sed tu fateor longe es à regno dei, & fitmissimum pepigisse videris cum morte fœdus, pactum cum inferno. Errauerunt (ait propheta) *Psa.3.c.d* in sollitudine in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi nō inuenerunt. Solitudo hæc superborum est, quia solos sese reputant, solos appetunt reputari. Literatus est, odit sociū. Astutus in negotiis secularibus, neminem vellet sibi similem inueniri. Pecuniosus est, si diteſcere viderit alterum, cruciatur. Fortis est aut formosus, da ei patem, & cōtabescit. Solitarius est, sed erroneus. Erat in solitudine sua: non enim solus habitare poterit super terram. Nec mirum quòd solitudini huic inaquosum additur, vt dicatur, in solitudine in inaquoso. Sicut enim in solitudinibus aquæ deesse solent, & loca deserta sterilia quoque & arida esse cōsueuerunt, sic superbiam impœnitentia comitatur. Elatum enim cor, durum & expers est pietatis, ignarum compunctionis, siccum ab L omni rore gratiæ spiritualis, quia superbis deus resistit, humilibus verò dat gratiā. Qui emittis fontes in conuallibus, *Iacob.4.f* *Psa.103.b* inter medium montium (ait propheta) pertransibunt aquæ. *Psa.142.b* Hinc est quòd de seipso miserabiliter conquerēs ait: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Siquidem aquæ inopiā nō modò aridum, sed & sordidum facit, dum non est quo laueris: & *Psal.6.b* humanum cor lachrymas nescions, non modò durum, sed & impurum esse necesse est. Lauabo, ait, per singulas noctes lectum meum, vt cōscientiæ maculas diluam. Lachrymis meis stratum meum rigabo, ne in me quoque fiat quod scriptū est *Matt.13.d* de semine quod cecidit supra petram, Et natū aruit, quia non habebat humorem. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Errauerunt planè in inuio, & non in via. Neque enim via est lata via. Rectitudo quippe ad viam, latitudo ad planitiem magis quàm ad viam pertinet. Solitudo inuia lata est via: & vbi nulla est via, totum est via. Sic est vita expositа vitiis, latissimos habēs hinc inde terminos, quia nullos terminos habēs. Nec vita sane dicenda est, qua nimirum soli viuitur morti, apostolo te- *Rom.8.c* ste, qui ait: Quia si secundum carnem vixeritis, moriemini. M Sic nec circuitus via, & tamen impiorum est via, sicut scriptū *Psal.31.d* est: In circuitu impij ambulant. Ipsa est spatiosa via, cuius latitudinis spatium nullis clauditur metis, vbi nec lex est, nec prēuaricatio. Huiusmodi ergo filiis diffidentię, qui totos sese corporeis voluptatibus & propriis voluntatibus tradiderūt, fiducialiter fallax vita breuē sese esse fatetur, vt carnaliter do leant quòd instar principis sui modicū tempus se habere cognoscāt, atq; eò vehementius ad omne flagitium inardescāt, *Sapien.2.d* sicut quidam dicere referuntur: Non nos prætereat flos temporis: coronemus nos rosis antequā marcescant. Nullū pratum sit quod nō pertranseat luxuria nostra: nullus sit expers luxuriæ nostræ: vbiq; relinquamus signa lætitiæ: quoniā hęc *Esa.22.d* est pars & hæc est sors nostra. Et manifestius: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Verum id quidem: respondebit eis cras iustitia sua: nec manentem hic ciuitatem habēt vel ipsi qui viā ciuitatis habitaculi nō inuenerunt. Sed quòd eo magis peccare festinant, prorsus insaniunt. Sanè eisdem ipsis siquando forte imminētis sibi mortis cœperint horrere memoriam, & terribilem expectationē iudicij contremiscere, continuò vitæ huius fallacia longā se esse mētitur: vt quā paulò ante breuem esse dolebāt peccato vitam, nunc eādem repente inueniant vsque adeo prolongatā, vt securè se posse putent non modicam adhuc partem consumere in peccatis, quòd reliqua lōga sit, & sufficiat ad agendā pœnitentiā propeccaris. Cęterum sicut prioribus nisi resipuerint, timor, quę timent eueniet, imò grauius quàm quod verētur accidet eis, vt non modo flagitiorum tempus velociter transeat, sed & succedat tempus aut magis ęternitas suppliciorum: ita & his cum dixerint, Pax & securitas, repentinus superueniet interitus,

Aitus, vt non possint nec dimidiare dies quibus sese somniant adhuc esse victuros, nō illam quam sibi pollicentur dimidiationem explere dierum. Vobis fratres, nec iam à tristitia veræ breuitatis, nec à fallaci consolatione simulatæ longitudinis timeo, quòd certissime iam cœperitis ire in ciuitatē habitationis, nec ambuletis in inuio, sed in via. Vereor autem ne vobis quoque, sed aliter vita ipsa simulatione longitudinis illudere velit, nō consolationem hinc afferens, sed magis inferens desolationem. Vereor, inquam, ne longioré sibi vitam superesse quis reputans, & grandē sibi restare autumans viā, obruatur à pusillanimitate spiritus, & labores tantos & tam diuturnos sustinere posse desperet: quasi verò nō secundum multitudinem dolorum suorum in corde suo consolationes diuinæ lætificent ánimas electorum. Et nunc quidē secundū multitudinem dolorum, dum adhuc quasi ad mēsuram dantur: cæterum post hæc delectationes, non iam consolationes in dextera eius vsque in finem. Cōcupiscamus illam dexterā fratres, quæ totos amplexabitur nos, suspiremus ad delectaBationes illas: vt sicut breue est omnino tēpus, etiam pauci vi- *Rom. 8.d* deantur nobis dies amoris præ magnitudine. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Iucunda promissio, & votis omnibus amplectenda. Nō enim astabimus quasi inanes & vacui spectatores, nec gloria quasi extrinsecus reuelabitur nobis, sed in nobis. videbimus enim deum faciē ad faciem, sed non extra nos, quia in nobis erit, vtique omnia in omnibus. Nimirum *Psal. 64.a* plena erit gloria illa etiam omnis terra, quanto magis anima ipsa replebitur? Replebimur, inquit, in bonis domus tuæ. Et quid dico quòd nō aderit nobis gloria, sed inerit? Nūc quoque in nobis est, sed tunc reuelabitur. Nunc enim filij dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Fratres mei, si non accipimus spiritum huius mūdi, sed spiritum qui ex deo est, *Rom.8.f* sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Ego enim dico, quoniam omnia. Et si mihi non creditis, apostolo credite: Qui proprio, ait, filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo nō omnia etiam cum illo nobis donauit? Hæc nempe potestas filiorum dei, quam dedit his qui receperunt eum. Hæc gloria cuiusque fidelis, gloria quasi adoptati à patre, per eum vtique cuius gloriam vidimus, gloriam *Marc. 9.d* quasi vnigeniti à patre. Audi denique potestatē: Omnia, inquit, possibilia sunt credenti. Sed adhuc multa, inquies, grauiter inquietant, multa euidētius aduersantur. Et miror quomodo omnia data memores, quibus ferè nulla famulātur ad votum. Seruire nobis vidētur aliqua, sed cum labore nostro, nec nisi prius seruierimus eis. Iumenta ipsa nisi fuerint à nobis nutrita, nisi domita, nisi fuerint pabulo sustentata, nō adCiuuant. Terra ipsa, quæ debuerat nobis esse germanior, nō sine sudore vultus nostri panē nobis ministrat: imò & cū coluerimus eam, spinas & tribulos germinat nobis. Et cætera omnia deniq;, si diligenter considereмus, seruitium à nobis magis exigunt, quàm exhibent nobis: vt ea interim sileā quæ sunt parata nocere, vt est ignis ad exurendum, aqua ad subмergendum, feræ ad lacerandū. Et hęc quidem ita se habent, *Rom.8.a* sed tamen non mentitur apostolus, etiā alio loco manifestius asseuerans, scire se quoniam diligentibus deū omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Veruntamen solerter attēde quòd non ad libitum famulari, sed cooperari dicit ad bonum. Neq; enim ad volūtatem seruiunt, sed ad vtilitatem: non ad voluptatem, sed ad salutem: nō ad votum, sed ad cōmodum nostrū. Vsqueadeo siquidē in hunc modum omnia nobis cooperātur in bonū, vt inter hæc omnia, etiā ea, quæ nihil sunt, numerētur: molestia, morbus, & ipsa mors etiā, & peccatū: quę quidē cōstat naturas nō esse, sed naturæ corruptiones. An verò ei peccata ipsa nō cooperātur in bonū, qui ex eis humilior, feruentior, sollicitior, timoratior & cautior inuenitur? Hę sunt ergo primitię spiritus, hæ primitiæ regni, hæc gloriæ prælibatio, hoc potestatis initiū, & arra quædam paternæ hæreditatis. Cæterū cū venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, vt ad votū deinceps omnia disponātur, quòd indissolubili vinculo copulata sibi vtile & iucundū, separari vltrà nō possint. *1.Cor.6.d* Hoc nempe erit illud æternum gloriæ pondus de quo idētidem ait apostolus. Momentaneū, inquit, hoc & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternū gloriæ pon- D dus operatur in nobis. Perge ergo murmurare & dicere: Lōgum est, graue est, nō possum tam immania & tam diuturna portare. Apostolus momētaneum & leue perhibet esse quod tolerat: & certe necdum à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepisti, necdum nocte ac die in profundo maris fuisti, necdum plus omnibus laborasti, postremò necdū vsq; ad sanguinem restitisti. Vide ergo quàm non sunt condignæ ad gloriam passiones. Quod tribulationis est, momētaneum est & leue: quod gloriæ, æternū est, & pondus etiā supra modum in sublimitate. Quid in incertum tibi dies & annos numeras? Transit hora, transit & pœna: nec accedunt sibi, sed cedunt potius & succedunt. Non sic gloria, non sic remuneratio, non sic merces ipsa laboris: nescit vicissitudinem, nescit finem, manet tota simul, & manet in æternū. Cum dede- *Psal.39.a* rit (inquit) dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini. Sufficit enim nunc cuique diei malitia sua, nec laborē suum poterit reseruare sequenti: sed omnium merces laborum in vna illa die reddetur, cui altera nō succedit. Reposita est mihi corona iustitiæ (ait apostolus) quam reddet mihi non in illis, sed *2.Tim.4.b* in illum diem iustus iudex. Melior est enim dies vna in atriis illis super milia. Guttatim pœna bibitur, liquando sumitur, *Psal.83.c* per minutias transit: nam in remuneratione torrens est voluptatis, & fluminis impetus, torrens inundans lætitiæ, flumen gloriæ, & flumē pacis. Flumē planè est, sed quod affluat, non E quod fluat vel effluat. Flumē vocatur, non quòd transeat vel pertranseat, sed quòd abūdet. Aeternū, inquit, gloriæ pōdus. Nō enim nobis gloriosa vestis, non gloriosa domus: sed ipsa gloria promittitur. Si quid verò illorū aut similium aliquando dicitur, figura est. Nā in veritate iustorum expectatio, non aliquod lætum, sed ipsa lætitia est. Gaudent in cibis, gaudent in pompis, gaudent in diuitiis, gaudent & in vitiis homines: sed luctus extrema occupat eiusmodi gaudiorum, quòd gaudium in materia cōuertibili mutari necesse sit, re mutata. Accenditur cereus: non purum lumen est, sed lucerna: siquidem ignis ipse propria fomenta consumit, nec nisi ipsa consumptione fouetur, porrò deficiente materia etiā ipse deficiet: & vbi illā videris prorsus exustam, hūc quoq; nihilo minus extinctū esse reperies. Sicut ergo flāmæ illius nouissima fumus occupat & caligo, sic lętitia lætæ rei in tristitiā commutatur. Nobis autem nō fauum mellis, sed purissimum & liquidissimum mel reposuit deus, ipsam planè lætitiam, vitam, gloriā, pacem, voluptatem, amœnitatem, felicitatem, iucunditatem & exultationem thesaurizauit nobis dominus deus noster: & hæc omnia vnum, vt sit participatio Hierusalem in idipsum. Et hoc vnū & idipsum non nisi ipse, sicut supra meminimus, dicente apostolo, quoniam erit deus omnia in omnibus. Hęc *1. Cor.2.d* merces nostra, hæc corona nostra, hoc brauium nostrum: ad *Colo.3.b* quod vtinam sic curramus, vt comprehēdamus. Fratres, nun- F quam prudens agricola seminandi opportunitatem reputat longiorem, quòd futuræ messis desiderat vbertatem. Vestri autem dies non minus vtique quàm capilli omnes numerati sunt: & sicut pilus de corpore, sic & momentum de tempore non peribit. Habentes ergo talem promissionem charissimi, non deficiamus aut fatigemur aliquādo: nec graue causemur onus Christi, quod testę ipso leue est, vel iugum, quod reuera suaue est: sed ad omne quod videmur portare pondus dei, æternum gloriæ pondus cogitemus. Ad quam nos sua miseratione perducat virtutum dominus & rex gloriæ, cui interim deuota humilitate clamamus: Non nobis domine, nō nobis, *Psal.113.b* sed nomini tuo da gloriam.

De miseria humana. Sermo.

OHomo qui ex anima rationali & humana carne subsistis, conditionis miseræ repletus multis miseriis. Miser & miserabilis homo, pauper, cæcus, nudus, plurimis necessitatibus subditus, ad cor tuum reuertere. Quid foris vagaris? quid foris quæris? quid his carnalibus studes? quid in saecularibus te implicas? quid vanitatibus te inuoluis? in inferioribus delectaris? Quid ab omnibus interioribus & superioribus elongaris? & per ea quæ foris sunt, diffunderis? Quanto magis ad mundum accedis, tanto longius à deo recedis. Quanto magis foris es sapiens, tanto magis intus stultus efficeris. Quanto magis extra lucraris, tanto magis intus perdis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Quanto magis in his quæ foris sunt vagaris, magis intus euacuaris. Quanto magis in temporalibus es sollicitus, tanto magis es mendicus in spiritualibus. Quid est homo, quòd omnia ordinas, & teipsum non vis ordinare? Quid in omnibus es prudens, & circa temetipsum es insipiens? Quid est quòd ad omnia quæ foris sunt sollicitus es bona facere, & temetipsum finis esse malum semper & inutilem? Dormit in te spiritus dei, & vigilat in te spiritus mundi. Vacat in te ratio, viget in te sensus: extinguitur in te spiritus dei, dominatur in te amor mundi. Feruet in corde tuo amor terrenorum: & moritur in te amor æternorum bonorum. Mundum diligis, & deum relinquis. Omnium recordaris, & teipsum obliuisceris. Quæ super terram sunt, desideras & diligis, cœlestia verò non curas: appropinquas ad interitū, & elōgaris à salute. Curris ad diabolum, & elongaris à deo. Redi, redi preuaricator homo ad cor, quia loquitur deus pacem eis qui conuertuntur ad cor. Omnia mundi huius tibi dedit Deus: & tu propter omnia relinquis eum. Omnia propter te fecit de°: & tu propter omnia dimittis temetipsum. Propter omnia quæ occurrunt tibi, dimittis deum: & idcirco omnia dimittunt te. Propter creaturas relinquis creatorem: & ideo contra te insurgent omnes creaturæ. Qui offendendo creatorem, offendisti omnem creaturam: ideo creaturæ quæ fa-
H ctæ sunt in ministerium & vtilitatem tuam, conuertentur in vindictam & pœnam tuam. Et væ tibi erit sine fine, quia noluisti habere bonum sine fine. Recognosce itaque homo miser, recognosce temetipsum. Recogita quia nihil fueris. Attende quòd vilis & malus es: cōsidera quid futurus es. Plange homo miser, plange incessanter peccata tua. Dele lachrymis malitias & miserias tuas, quia voluntate propria peccasti. Displiceat tibi super omnia, displiceat tibi toto corde & continuo displiceat tibi, quòd dominum immensæ maiestatis habentem potestatem omnis carnis, & mittere corpus & animam in gehennam, ausus fuisti offendere. Amarescat tibi amarissime cor tuum, quòd deum summum patrem incomprehensibilis bonitatis (qui benignus & misericors est super ingratos & malos) volūtarie libenter ac delectabiliter offendisti. Totus displiceas tibi, vt totus possis placere ei qui est summus, verus & sol' deus: cui nemo placet, nisi qui sibimet ipsi displicet: & nemo ei displicet, nisi qui sibimetipsi placet. Dissipat namque Deus ossa eorum qui hominibus placent. Et quod altum & pulchrum est apud homines, abominabile est apud Deum. Mirum est de te homo miser quòd ad mala sis totus auidus, totus promptus, totus facilis, totus sapiēs, & totus sollicitus: ad bona autem es totus durus, totus piger, totus tepidus, totus stultus, totus incredulus & rebellis. Vnde tibi hoc, nisi à carne quā diligis & sequeris? Quia verò carnē
I diligis, carnem sequeris: & quia carnē sequeris, opera carnis facis, & cum ea punieris. Carnis tuæ fructus est libido, cōcupiscentia, inuidia, infirmitas, id est, fragilitas & dolor, vermis, putredo fœtēs, & fœtidus fœtor. Tu ipse es tenebris ignorātiæ sic excæcatus, vt nescias quid sis, non attendis quò vadis, non animaduertis factū tuum, neque insidias inimici & tentationes eius fradulentas intelligis. Totus negligens es, nec cogitas quò tendere debes: viam nescis, & non inquiris. Grādis namque tibi restat via. Sollicitè tibi queris cibum, vestitū & requiem, & omnes carnis necessitates, quando indiges: de vita verò & salute animæ tuæ supertepens non curas, licet semper indigeas, plenus nequitiis & malitia. Miser homo vt miserū pascas corpus & vestias, & carnis voluptatibus quæ post paucos dies à vermibus deuorabitur, satisfacias, sollicitus laboras, discurris, vigilas, & somnum non capis oculis, vt repleas ventrem: & pro anima tua quæ deo præsentanda est in cœlis, cur nō sollicitus fatigaris, vt ipsam pascas bonis operibus, & induas virtutibus, ne appareat nuditas eius? Homo tristis quæris semper implere ventrem, cur non pascis animam esurientem? De vase stercorum semper curas, & de dei imagine cur non curas? Pascis sterilem, & quę non parit: animam autem esurientem nō satias bonis. Væ tibi erit, quia anima tua propter famem in te deficiet. Væ tibi est, & vę tibi erit quia reddis quæ sunt Cæsaris Cæsari, & non reddis quæ sunt dei deo: & ideo maledictus es à deo, & confunderis ab eo. Vide miser homo, quia totum est vanitas, totū stultitia, totum dementia, quicquid facis in hoc mundo, præter id so-K lum quod in deum & propter deum & ad honorē dei facis. Quicquid sine deo facis, totū est malitia & vanitas: quia nihil est bonum sine summo bono. Et magna miseria hominis est cum illo non esse, sine quo nō potest esse: vnde homo miser qui ad similitudinem & ad imaginē dei creatus es, & propter nimiam charitatem domini nostri Iesu Christi à morte æterna ac turpissima redēptus es, & liberatus es, & ad videndum claritatē summi dei sola inæstimabili misericordia sua vocatus es, & plurimis beneficiis ex quo esse cœpisti, ab altissimo patre totius bonitatis ad vitam æternam habēdam per vnicum filium suum inuitatus es: miser homo recognosce hunc honorem, intellige dignitatem tuam, qui à tanta maiestate honoratus es. Aeternus enim deus & immēsus creauit te, formauit te, redemit te, & inuitauit te. Maximus honor & amplus amor. Cognosce ô homo honorem tuum, & curre gratias agēs ad inuitatorem tuum, ne forte si ingratus ire nolueris, aut villa, aut boues, aut vxor te impedierint, iratus dominus iubeat te succidi, & tibi ostium vitæ æternæ in perpetuum claudat. Cognosce ergo ô homo honorem tuum, & honora creatorē tuum. Sed heu hodie potest rectè dici, Homo cum in honore esset, non intellexit: cōparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis. Dignum certè & iustum est, vt qui socius noluit esse angelorum, fiat similis iumentorum: & qui destruxit in se imaginem & similitudinem dei, dignum est vt imago & similitudo iumētorum adhæreat ei. Cognosce te ergo ô homo miser, cognosce te meliorē auibus, meliorem cunctis animantibus: noli esse similis iumentis insipientibus quæ solam vitam præsentem cogitant: quæ tantùm carnalia & temporalia diligunt, quia nec alia sciunt. Homo non te subiicias carni, non sis amator mundi: non te sustineas esse filium diaboli, propter honorem potentissimi & sapientissimi & incomprehensibilis patris tui altissimi dei æterni: propter nomen dei admirabile non te constituas aduersarium & homicidam tui: propter amorem benignissimi dei non te facias inimicum omnipotentis dei: propter vnigenitum & delictum filium eius Iesum Christū nō te facias socium dæmoniorum, & cōbustionis ignis æterni: qui redemptus es precio sissimo sanguine agni immaculati, noli tantum pretium vilipendere, quod pro te dei filius dignatus est exoluere, ne sempiternis inuoluaris incēdiis. Tunc enim pœnam maximam habebis sine remedio, tunc dolorem inopinabilem patieris sine fine, & tormento plenus eris: nunquam tamen alleuiaberis: quia qui nō fleuit quādo erat tempus flendi, æterno luctu lugebit, sed sine fructu. Redi ergo ad te homo, redi ad spiritualia, redi ad æterna & cœlestia gaudia, redi miser, redi ad filium: nec tardes conuerti ad eum qui te sua M potestate & sua fecit sapiētia, redemit suo inenarrabili bonitate. ad se vocauit & expectat adhuc quotidie vt te coroner. Quid quæris extra illum? quid desideras præter illum? Quid tibi placet sine ipso? Ipse fecit omnia, ipse habet omnia, ipse est omnia: quodcunque bonum cupis, quodcunque pulchrū quæris, quodcunque dulce & delectabile requiris, totum in ipso inuenies, & in ipso petfruēris. Si gaudere vis, ipse gaudiū est: si te pugnare delectat, ipse palma est. Si coronari vis, ipse corona est, Si vincere cupis, ipse victoria est. Si potentiā desideras, ipse potentia est, Si fortitudinem quæris, ipse fortitudo est. Si iustitiam vis habere, ipse iustitia est. si amas sapientiam, ipse fons sapientiæ est. Si charitatē vis, deus charitas est. si diuitias appetis, ipse diues est. Si pulchritudinem vis habere, summa pulchritudo ipse est. Si plenitudinem quæris omnis boni, ipse plenitudo est. Si gloriam & honorē cupis, vera gloria & summus honor deus est. Si pacem vis, pax æterna ipse est. Quicquid boni quæris, summum bonum & omne bonum ipse est. Imò semper est totus desiderabilis, totus dulcis, totus amabilis, totus suauis & totus delectabilis. Ipse semper vbique totus est. Vbicunque fueris sine ipso, malè eris, & malè tibi erit: & vbicūque fueris cum ipso, bene eris, & bene tibi erit. Subiice itaque te totum ei qui te totum fecit, à quo omnia habes: cuius gratia omni momento vteris. Serui semper ei qui non patitur omnia nocere tibi, quæ semper nocerent tibi libenter, siue infirmitates, siue homines, siue bestiæ vel dæmones, vel quæcunque alia. Serui semper ei, qui nō sinit

A nit te cadere in omnia peccata: quia non permittit vt inferas tibi omnia mala ac damna quæ libenter faceres. Totus semper ama patrē, & filium, & spiritum sanctum, solum verum & summum bonum: qui semper solus verè & summè te diligit. Placeat igitur tua volūtas ei: & voluntas eius semper placeat tibi. Sēper concorda te cum eo: semper sequere eius voluntatem in omnibus, qui semper bonum tuum vult, qui nihil aliud curat nisi salutem tuam, cuius voluntas ad miserendum tibi est beneuola, & delectatur benefacere tibi. Nūquid putas teipsum magnum amicum tibi? Magis amicus est deus tibi quàm tu ipse tibi: quoniam magis ipse diligit te quàm tu temetipsum. Nūquid credis alterius auxilium fortius, aut alterius consilium vtilius? Erras si id credis. Stultissimus & dementissimus es, quia tua desideria vel aliorum sequeris, & illius consilium dimittis, qui semper est amicus dulcis, sapiens & pius consiliarius & saluator, & super omnia adiutor fortis & potens, pater futuri seculi, & princeps pacis. Amen.

De obedientia, patientia, & sapientia, Sermo.

OBsecro vos fratres per communem salutem, studiosè suscipite datam vobis opportunitatem operandæ salutis. Obsecro per misericordiam pro qua tam miserabiles vos fa-
Psal.136.a cere studuistis, facite ad quod venistis, ad quod ascendistis de
B ta) illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. fluminibus Babylonis. Super flumina Babylonis (ait prophe-
Nulla vobis hic nutriendorum liberorum cura, nulla sollicitudo quomodo placeatis vxoribus: non de nundinis, non de negotijs secularibus, non de ipso victu & vestitu necesse est cogitare. Procul à vobis magna quidem ex parte diei malitia, & sollicitudo vitæ. Sic abscondit vos deus in abscondito tabernaculi sui. Vacate itaque dilectissimi & videte quoniam
Psal.9.b ipse est deus. Verum vt hoc quandoque possitis, curandum est vobis prius vt videatis quid estis vos, & iuxta eiusdē prophetæ vocem, sciant gentes quoniam homines sunt. Huic duplici considerationi tota hæc vestra vacatio tribuatur, sicut sanctus orabat: Deus nouerim me, nouerim te. Quomodo enim natus sibi videtur homo, si labores fugitās & dolo-
Iob 5.b res? Aut quomodo scit se esse hominem, qui ad id paratus nō est ad quod natus? Homo, inquit, natus ad laborem. Nam ad
Psal.9.d laborē natum se dubitet, qui non natus est in dolore. Sed dolorem parturiētis, clamor: laborē, prolis fletus indicat & vagitus. Quoniam tu laborem & dolorem consideras, ait propheta. Labor in actionibus, dolor in passionibus est. Proinde
Psal.56.a qui se nouerat hominem, ad vtrumq; paratus supplici cōfes-
Psal.118.b sione dicebat: Paratum cor meum deus, paratum cor meum.
Psal.37.d Et geminam hanc præparationem euidentius exprimens de
C actione quidē, Paratus sum (ait) & nō sum turbatus, vt custodiā mandata tua. De passione verò: Ego, inquit, in flagella paratus sum, & dolor meus in cōspectu meo semper. Nemo sanè in hac misera vita geminā hanc vexationē se euadere glo-
Psal.72.a rietur. Nemo quippe ex omnibus filiis Adæ sine labore hic viuit, nemo sine dolore. Est qui declinat aliquos, sed incidit
Ibidem. procul dubio in grauiores. In labore, inquit, hominū nō sunt & cum hominibus non flagellabuntur. Non tamen cōtinuò sine labore sunt, aut minimè flagellantur. Deniq; propterea, inquit, tenuit eos superbia. Grauis equidē labor. Operti sunt iniquitate & impietate sua, grauibus planè flagellis. Siquidē nō est gaudere impijs, dicit dominus. Quòd enim nec laboris anxietatem, nec flagelli sentiunt læsionem, ipsa iam insensibilitas vehemētiam indicat passionis. Sudat pauper in opere foris, sed nūquid minus anxiè diues intus in ipsa sua cogitatione laborat? Aperit iste os suum in oscitatione, aperit ille in eructatione, & interdū ille grauius fastidio quàm ille inedia cruciatur. Postremò velint nolint, nō modò homines, sed etiā dæmones & faciunt & patiuntur quod prouidētia summa disposuit. Cæterum nec leprosa obedictia, nec canina patientia commēdatur. Inde est quòd non simpliciter petimus vt fiat voluntas domini, quam in omnibus & per omnia fieri certissime cōstat, (volūtari enim eius quis resistit?) sed vt fiat sicut in cœlo, & in terra. Quam nimirum adiectionē duabus quoq; præcedentibus petitionibus nihilo minus reor aptandam, vt patrem nostrum qui in cœlis est exoremus, quatenus & nomen eius sanctificetur, & regnum eius adueniat, & vo-D luntas fiat: hæc omnia sicut in cœlo, sic & in terra: alioquin vbi non sanctificatur nomen eius? Vbi iam regnum eius non venit, quando in nomine Iesu omne genu flectitur, cœlestiū, terrestrium & infernorum? Scio te quis es, sanctus dei, ait e-
Philip.2. tiam ipse malignus. At longè aliter & dissimili prorsus affectione nomē istud sanctificatur in cœlis, vbi tam inenarrabili iucūditate clamatur, Sāctus sanctus sanctus dominus deus Sabaoth. Sic & regnat nō in terra solum, verùm etiam in gehenna, imperium habēs vitæ & mortis. Sed omnino dissimiliter regnat in his qui inuiti seruiunt, & qui voluntarie famulantur. Bonus cibus obedientia, de qua nimirum & ipse dominus ait: Meus cibus est vt faciam volūtatem patris mei. Et
Ioan.4.c propheta: Labores (ait) manuū tuarum quia māducabis, bea-
Psa.127.a tus, & bene tibi erit. Bonus cibus patientia pauperum, quæ non peribit in finem, panis lachrymarum, panis doloris. Veruntamen vtrique necessarium est condimētum, sine quo vterque insipidus non modò non reficiat, sed gustatus afferat mortem. Durissimus equidem cibus vterq; fratres, & nisi aliquod tertium saporabile apponatur, vtriq; mors in olla. Quid verò tam saporabile quàm sapiētia? Nempe lignum vitæ est,
Exod.1.b quod & ipsas aquas Marath per Moysen dulcorauit. Farinu-
4.Reg.4.g la est, quæ pulmentum prophetarum per Helisæum sapora-
Leui.6.c uit. Ignis est, qui semper ardere præcipitur in altari. Oleum
Matt.25.a E est, ob cuius inopiam virginibus fatuis ostium clauditur nuptiarum. Sal est, quod nulli sacrificio deesse iubetur. Inde est
Leui.2.d quòd insulsos homines dicimus, quos intelligi volumus mi-
Matt.9.d nime sapientes. Et dominus sal in nobis habere præcipit. A-
& 14.g postolus quoque omnem nostrum sermonem sale monet es-
Coloss.4.b se conditum. Puto tamen hanc ipsam quam obediētię & patientiæ tertiam addi volumus sapiētiam, nihilo minus triplicem inueniri, vt nostrum hoc condimētum velut tribus quibusdam herbis conficiatur. Opus est vt iustitia sit in intētione, hilaritas in operatione, humilitas in reputatione. Insipida nanque deo & insulsa quodammodo nostra obedientia seu etiam patiētia est, nisi omnium quæ vel agimus vel patimur, ipse sit causa: quia & quicquid facimus, iubemur facere in gloriam dei: & non si quid patimur, sed si quid propter iustiam patimur, beati. Oportet autem pusillanimitatem quo-
2.Cor.9.b que & tristitiam in omnibus quæ agenda sunt vel toleranda, caueri: quia hilarem datorem diligit deus. Denique hilaritas ipsa & deuota voluntas ad eam quam supra diximus præparationem specialiter noscitur pertinere. Porro elationē super omnia fugere necesse est. Quisquis enim altum sapit, & opus eius & patiētia vanum sapit: nec grauior vllus sapor, aut magis contrarius est veritati. Vidésne quàm sit vtile homini sci-
re se hominem, vt proinde sit paratus ad mandatorum obedientiam, & tolerantiam flagellorum, ac deinceps studeat vt qui nec laborem interim poreſt effugere, nec dolorē, sic sal-F tem laboret & doleat, vt hæc sibi in cibos trāseant salutares? Siquidem melior est obedientia quàm victorię, & melior est
Eccles 4.b patiens viro forti. Inobediētia est causa morris, omnes expe-
rimur, omnes morimur propter eam. Impatiētia animæ perditio est, dicente domino: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Nihilo minus autem sapiētia quoq; quam diximus, necessaria est ad salutē. Siquidem non solùm propter inobedientiam quibus obedientia defuit, aut propter impatientiam qui patiētia caruerunt: sed & qui nō habuerunt sapientiam, propter suam insipientiam perierunt. Et hæc quidem vt sciant homines quoniam homines sunt, actionibus iam & passionibus deputati. Erat quando in actione & meditatione positus erat homo sine passione habens actionem, habens etiam sine labore meditationem. Dico autem quando positus est in paradiso, vt operaretur & custodiret. Verum hinc quoque si non caderet, erat aliquando promouendus vt sola iam frueretur contemplatione: sicut & ex hoc inferiori gradu quem modo tenet, nisi resurgere satagat, in infimum est quandoque casurus: videlicet vt in sola iam passione versetur, quod nec opus nec ratio, sed tantùm passio apud inferos sit. Felix quidem cuius animam corpus non aggrauabat, quia nec corrumpebatur. Sed longe felicior si ad hoc peruenisset, vt minoratus actu, plenius perfectiúsq; perciperet sapientiā, gratis diligens corpus, tāquam in nullo in-

G digẽs corpore. Esset enim hic pulcherrimus ordo, & erit ad-
huc quando erit. Neque enim aliquatenus desperandum, vt
videlicet sicut anima deo, sic animæ caro dicere videretur:
Psal.51.c Quoniam bonorum meorum non eges, adimplebis me lęti-
tia (ait) cum vultu tuo. Inde plenitudo, inde satietas, cũ ap-
paruerit gloria tua. Nam quod de corporũ reformatione, &
conformatione claritati corporis eius expectamus, ex abun-
danti quodammodo & mensuræ superefluentia erit: vt feli-
citer quidem in ipsius glorificatione, sed non principaliter
Psal.127.a gaudeamus. Vxor, inquit, tua sicut vitis abundans in lateri-
bus domus tuæ. Honorabitur caro, sed iuxta mensuram: non
in medio domus habitãs, sed seorsum: nec in facie nobis, sed
Ibidem. in latere constituta. Filij tui sicut nouellæ oliuarũ in circuitu
mensæ tuę. Nimirum opera etiam ipsa non deerunt, sed quæ
Apo.14.c nunc fiunt, nõ quę fient tunc, sicut scriptum est: Opera enim
illorum sequuntur illos. Verũ etsi gratulemur & agamus
gratias deo super his quæ ipsius adiutorio gessimus, non pri-
mum tamen eis locum dabimus, sed in circuitu locabuntur.
Nunc vero in regione corporum habitantes, corporibus su-
mus obnoxij, & ex quo dissipauerunt legem domini paren-
tes nostri, non modo faciendi tempus est, sed etiam patiẽdi,
& omnium nostrum amplius labor & dolor. Durus equidẽ
cibus est hordeaceus panis, sed offenso rege pulsus palatio
miles quamlibet delicatus, ad vnum forte quẽ solum habet
seruulũ diuertere opus habebit: ibi fouere latebras, & insoli-
H ta capere prandia: apud eum regales delicias pultibus rusti-
canis, ac nobiles stratus sterquilinio mutare seruuli, iuxta il-
lud propheticæ lamentationis: Qui nutriebantur in croceis,
Thren 4. amplexati sunt stercora. Ibiq; hoc maxime propheta deplo-
rat, oblitas propriæ cõditionis ingenuas creaturas tantã dis-
simulare miseriã: nec modò non reputare quod tolerant, sed
tanquam bona magna complecti quæ paulò minus extrema
sunt mala. Propterea siquidem & de seipso ait: Ego vir vidẽs
Ibidem.3. paupertatẽ meam in virga indignationis eius. Gemamus nos
sub hoc onere fratres, & presentes deplorem⁹ erumnas: fre-
quenter quisque nostrum in vocem piæ querimoniæ erum-
pat & clamet: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpo-
Rom.7.d re mortis huius? Studeamus etiam furati aliquando nosmet-
ipsos, & à pessimis occupationib⁹ istis surripere vel ad horã:
iaculari animos, vibrare corda in id quod suum est, & quod
quanto naturalius, tãto suauius est. Hoc enim est quod dici-
Psal.45.b tur: Vacate & videte quoniã ego sum deus. Neque enim est
oculorum visio ista, sed cordium, cum dominus dicat: Beati
Matth.5.b mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Proprium hoc
cordis bonum: nec seruili ad hoc indiget instrumento: pro-
Psal.101.a prius enim animæ cibus est: de quo propheta: Aruit, inquit,
cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Sanè
quod dicimus, dictu facilius nihil est: in comparatione dici-
I mus operũ: quòd longe sit volubilior lingua quàm dextera,
& leuius hæc ad verbũ, quàm ad actum illa moueatur. Alio-
quin & dictu & actu cogitatus facilior est, quod in eo quidẽ
suo ipsius ore loquatur anima, suis videat oculis, suis manib⁹
operetur. Quãuis & hic interdũ laborare eam necesse est etiã
in gemitu suo, & intra proprium quoq; cubile compũgi. Si-
quidẽ vsq; adeo vita nostra inferno appropinquauit, qui so-
lius vtique passionis est locus, vt & actio nem passio, imò &
ipsam quoq; cogitationẽ actio & passio pariter occuparint.
Nõnne enim nobis quodammodo passiuæ sunt actiones, &
in cogitationibus etiam dolor & labor? Heu vitula Effraim,
docta diligere triturã, assueta iugo, ignara quietis. Quando
veniam & apparebo ante faciem dei? Quando cessabunt hęc
omnia, & iam non erit amplius neque luctus neque clamor,
sed nec vllus dolor, neque labor vllus? Quando inebriabit
animam vbertas domus dei, & torrens ille indeficiens volu-
ptatis diuinæ? Quando totam sibi eam serenissimi contẽpla-
tio luminis vẽdicabit: Filioli, concupiscamus in atria domini
crebrò suspiremus illuc. Patria nostra ipsa est, odoremur
saltem, & à longe salutemus eam. Amen.

De cantico Ezechiæ regis, Sermo.

Psal.54.a VIri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos,
perseuerantes in sua vestutate vsque ad mortem, & hoc
quia non timent dominum. Verùm qui timore dei initiatur
ad sapientiam, is continuò dimidiat dies suos, exclamãs præ
timore: Vadam ad portas inferi. Cuius vtique inferi metu K
cum cœperit quiescere à malis, incipit de bonis quærere
consolationem, quia necesse est in alterutro consolari. Est
autem bona consolatio de spe salutis æternæ, in quam sublã-
tis peccatis quæ seperabant inter ipsum & deum, per dei gra-
tiam reuiuiscit & hilarescit. In quo cum cœperit proficere,
hoc est pie viuere in Christo necesse est (teste scriptura) per- *2.Tim.3.c*
secutionẽ patiatur: vt recẽs gaudium vertatur in mœrorem,
& dulcedo boni vix summis (vt ita dicam) labiis attacta, in a-
maritudinẽ cõmutetur, ita vt libeat dicere: Versa est cithara *Iob30.d*
mea in luctum, & cantatio mea in ploration em. Plorat ergo
amariùs amissam dulcedinem, quàm prius fleuerat admissam
peccatorum amaritudinẽ, & hoc tãdiu facit, donec deo mise
rante cõsolatio redit. Qua denuo redeunte cognoscit eã quã
passus est tẽtationẽ probationẽ fuisse, non desolationẽ: por- *Ibidem.7.*
ro probationẽ fuisse ad eruditionẽ nõ ad destructionẽ, licut
scriptum est: Visitas eum duluculo, & subitò probas illũ. Vn-
de & cognito suo de tentatione profectu, non tantũ non te- *Psal.25.a*
fugit, sed etiam tentari appetit, Proba me, inquiens, & tenta
me. Crebris itaque huiusmodi vicissitudinib⁹ inter gratię vi-
sitationẽ, & tẽtationis probationẽ, in schola virtutum profi-
ciens, faciente vtique visitatione, ne deficiat tẽtatione, ne su-
perbiat: & tali tandem exercitio mũdato oculo interiori, sta-
tim adest lex, cui fideliter inhærere cupiẽs, sed corpore pres-
sus non prævalens, ad seipsum nolens dolẽsq; resilit. Gusta- L
to tamẽ aliquatenus quàm dulcis est dominus, eius etiam cũ
ad sua redierit, in cordis palato saporẽ retinet, quo fit vt iam
ipsum, non ipsius quæcũque bona desideret. Et hæc est cha-
ritas nõ quærens quæ sua sunt: hæc facit filium non quæren-
tem sua sed patrem diligentem. Timor quippe faceret seruũ
in sua commoda declinãtem, spes mercenarium sua lucra se- *Esa.38.d*
ctantem. Per hos proculdubio gradus Ezechias tranſiit, &
innotuit trãsituris: Ego dixi in dimidio dierum meorum va-
dam ad portas inferi, Ac si diceret: Cũ deposita imagine ter-
restris hominis, imaginem cœlestis vellem portare, cœpi à ti-
more, vt præscriptũ est. Concipiens exclamaui, vadã ad por-
tas inferi. Quo tamẽ timore nequaquam desperans, quæsiui *Ioan.15.b*
residuũ annorum meorum, vt iam mihi viuere inciperẽ, qui
contra me vixeram vsque adhuc. Quæsiui autem ab illo qui *Psal.77.a*
dixit: Sine me nihil potestis facere. Neque enim ad ipsum si-
ne ipso, non dicam reuerti, sed nec conuerti quidem poterã:
vtpote spiritus vadens & non rediens. Quæsiui ergo residuũ *Eccle.1.d*
annorum meorum. Quo accepto (non enim negat qui inci-
tat ad quærendum) statim veram experior sententiam sapiẽ-
tis, qui ait: Fili accedens ad seruitutem dei, sta in timore, &
præpara animam tuam ad tentationem. Tentationibus itaq;
cum vrgerer, & spes recens quam conceperam salutis, mihi
iamiamque intercludi videretur, dixi, Nõ videbo dominum
deum in terra viuentium: quod vtiq; in abundantia præsum-
pseram. Dixi enim in abundantia mea, nõ mouebor in æter-
num, non attendens quòd in voluntate tua non in potestate M
mea, præstitisti decori meo virtutẽ. Quãobrem auertisti fa-
ciẽ tuam à me, & factus sum conturbatus, nequaquã iam vi-
surus dominum deum id est, patrem in terra viuentium. Nõ *Hier.38.d*
aspiciam hominem vltrà, videlicet filium, de quo dictum est: *Esa.66.d*
Et homo est, & quis cognouit eum? Sed nec habitatorẽ quie-
tis, id est spiritum sanctum, de quo scriptum est: Super quem
requiescet spiritus meus, nisi super humilẽ & quietum? Ad-
didit quoq;: Generatio mea ablata est & conuoluta est à me.
Hoc est, bonorum operũ proles, quã ex timore cœperã par-
turire, vt de anima nostra possit dici, Et quę multos habebat
filios, infirmata est. Ablata est autem pia hæc soboles, & cõ-
uoluta est à me quasi taber naculum pastorũ: ad tem pus vti-
que credita, non tradita in æternum. Item adiecit: Præcisa est
velut à texente via mea: vt discerem profectus vitæ meę non
in mea, sed in manu omnipotentis, sicut tela in manu texen-
tis: quandoquidẽ dum adhuc ordirer, hoc est, statim in initio
succidit me, quatenus eodem penè tẽpore & dederit & tule-
rit quod donarat. Sed si defecit virtus mea, non tamẽ dereli-
quit me, ne qui cœperat, non possẽ perficere videretur. Quid *2.Cor.12*
multa? In veritate mox comperi, quia virtus in infirmitate
perficitur, & aio: Bonum mihi quia humiliasti me. Cognoui
enim, quia de mane vsque ad vesperam finies me, id est, con
summabis-

A summabis me. Non in solo mane visitationis, aut tantùm in
vespera tentationis, sed in vtroque simul erit perfectio mea.
Psal.129.b Stultus ego qui tantum sperabam vsq, ad mane, cum Dauid
dicat: A custodia matutina vsq; ad noctẽ speret Israël in do-
mino. Et quoniã pusillus in spe, quasi leo sic contriuit omnia
1.Per.5.b ossa mea: robur omne videlicet, de quo adhuc sub tutela gra-
tiæ futurorum improuidus confidebã. Cõtriuit autem, quis,
nisi aduersarius noster diabolus, qui tãquã leo rugiẽs circuit
querens quẽ deuoret? Tu ergo domine ex hac cõtritione hu-
miliatũ & probatũ de mane vsq; ad vesperã finies me; quo-
niã & factum est mane & vespere dies vnus. Quãobrem ego
vt didici, benedicã dominum in omni tẽpore, hoc est, mane
Iob 2.c & vespere: nõ sicut ille qui cõfitebitur tibi cũ benefeceris ei:
non sicut illi qui ad tempus credunt, & in tẽpore tentationis
recedunt: sed dicam cum sanctis: Si bona suscepimus de ma-
nu domini, mala autem quare non sustineamus? Et in mane
quidem sicut pullus hirundinis sic clamabo, in vespere autẽ
meditabor vt columba, quatenus & cum gratiæ matutinum
arriserit, in modum hirundinis exultans & clamitans gratias
agam pro visitatione: & cum vespera ingruerit, nõ deerit sa-
crificium vespertinum, cum instar columbæ gemens, lachry-
mas fundã in tribulatione. Sic enim deseruit tempus vtrun-
que deo, cum & ad vesperũ demorabitur fletus, & ad matu-
tinum lætitia. Mœrens mœrebo in vespera, quò lætus fruar
B matutino. Placet vtrunq; deo, & peccator compũctus, & iu-
stus deuotus: cui è regione displicet tã ingratus iustus, quàm
peccator securus. Aut certe sicut pullus hirũdinis hac illãcq;
discurrẽs, Marthæ me officiis mãcipabo, hilarẽ datorem me
exhibẽs omni necessitatem patienti: & meditabor vt colum-
ba, gemendo vtiq; quod obstat, dũ quod restat intueor. Hoc
Gen.29.c autẽ faciam mane & vespere, hoc est prius & posterius, iux-
ta quod in typum vtriusq; vitæ dictum est à Laban: Non est
cõsuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias, quanquã
Iob 7. indifferenter de altera ad alteram transeatur. Quod signifi-
care Iob puto, vbi ait: Si dormiero, dico, quando surgam, &
rursum expectabo vesperam. Quiescens quippe in vespera
cõtemplationis, mane desiderabat quo surgeret ad actionẽ:
rursumq; negotiis fatigatus, expectabat vesperam, libenter
repetens otia cõtemplationis. Potest & per garrulam auicu-
lam cantus simul psallentium in ecclesia, & per gementẽ co-
lumbam priuata orationũ suspiria designari. Sed mediã sen-
tentiã magis velle videtur sequens versiculus: Attenuati sunt
oculi mei suspicientes in excelso. Siue enim dicatur, attenua-
ti, hoc est subtiles facti, pro assiduitate suspiciendi in excelso,
videlicet sublimia atq; excelsa contemplandi: siue intelliga-
Psal.118.b tur, attenuati, id est reuerberati, & à suo quodammodo acu-
mine imminuti, iuxta illud: Defecerunt oculi mei in eloquiũ
C tuũ. Et rursum: Memor fui dei, & delectatus sum, & exercita-
tus sum, & defecit spiritus meus. Siue ergo illo, siue hoc mo-
do accipiatur, non aliud quàm contemplatio designatur. Cę-
terum posterior expositio sequentibus magis conuenire vi-
detur. Ait enim: Domine vim patior. Quasi dicat: Domine
Sapien.9.d nõ spõte, sed inuitus retrahor, & arceor à tui cõtemplatione:
quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animã, & deprimit
terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Respondeer-
go tu ô conditor pro me, qui nosti naturæ conditionem. Aut
si peccata mea hoc faciũt, nec est culpa naturæ, sed meæ pes-
simæ cõsuetudinis, etiam sic nihilo minus respondepro me,
affigens peccata cruci, & sanguine tuo delẽs, vt non sit quod
me impediat contemplantem. Nam quid dicam, aut quid re-
spondebit mihi, cum ipse fecerit? Ad quẽ me videlicet alium
vertam, aut quis alius respondebit pro me, cum ipse nõ alius
hanc mihi difficultatem imò impossibilitatem imposuerit,
Gene.3.d dando super me illam sentẽtiam: In sudore vultus tui come-
des panẽ tuum? Quod si non fecerit, legitur, sed, fecerim: ar-
guit se quòd quasi culpam in auctorem retorserit, cum de na-
tura causatus est, & totũ sibi imputat & suis peccatis, dicens,
quid dicam, aut quid respõdebit mihi, cum ipse fecerim? hoc
est, id, quod patior, peccãdo meruerim. Quamobrẽ vnum est
quod facere possum. Recogitabo tibi omnes annos meos in
amaritudine animæ meæ. Nempe non sum dignus vt valeam
te recogitare cum dulcedine, faciam quod possum, cogitabo
meipsum in amaritudine animæ meæ. Lucẽ habitas inacces-

sibilem, nec queo diu infirmam mẽtis aciem radio tui fulgo- D
ris infigere, & ob hoc cõfusus redeo ad consuetas & familia-
res mihi tenebras vitæ meæ pristinæ: non quidem in eis ite-
rum iacẽdo cum mortifera delectatione, sed puniẽdo eas, &
recogitando in amaritudine animę meæ. Oportebat quidẽ si
fieri posset reuiuere me (vt ita loquar) denuo quod male vi-
xi: sed quia hoc non possum, saltem recogitabo tibi omnes
annos meos in amatitudine animę meæ, faciam recogitando
quod reoperando non possum. Recogitabo autem tibi: quia
tibi soli peccaui: vt in quo ego me condemno, tu iustificeris,
& vincas misericordia cum de me iudicabis. Iam quidem &
ante cogitaueram ea, sed quia non satis punita sunt quæ me
adhuc impedire possunt, rursum redeo ad ea recogitanda in
amaritudine animæ meæ, quousq; ita penitus extirpata sint,
vt iam impedire non possint. Nec infructuosum (vt arbitror)
erit hoc studium. Nẽpe si sic viuitur, imò quia sic viuitur, non
quidem carne, sed spiritu, & in talibus vita spiritus mei: hoc
est tam in mei considerat ione, quàm in tui contemplatione,
magis ac magis corripies me, & viuificabis me. Siquidẽ cor-
ripior, cum me cogitãdo compũgor: reuiuisco, cum te suble-
uatus vtcunq; intueor. Itaq; ostendendo me mihi corripies,
ostendẽdo te viuificabis. Porro viuifices necesse est: quia ec-
ce in pace amaritudo mea amarissima. Amaram passus sum
amaritudinẽ pro peccatis in principio cõuersionis, vnde ex- E
clamaui: Vadam ad portas inferi, amatiorẽ pro terroribus in
Psal.93.b profectu cõuersationis, quando dixi: Non videbo dominum
deum in terra viuentium. Sed ecce iam peccatis pœnitentia
punitis, & sopitis terroribus, quæ impugnare solebant, in
hac tamẽ pace amarissimam sustineo amaritudinem pro de-
fectu contemplationis. Verùm qui & mihi peccata miseran-
do donasti, & tentationes iuuãdo superasti, etiam nunc ô do-
mine reddes mihi lætitiã salutaris tui. Hoc quippe est quod
ait: Tu autem eruisti animam meam vt nõ periret: in consli-
ctu videlicet vitiorum, siue in impetu tẽtationum: proiecisti
post tergum tuum omnia peccata mea, secundum multitudi-
nem miserationum tuarum. Nec immerito. Neque enim in-
fernus confitebitur tibi, quò vtiq; ego pene descenderã, cùm
irruentibus pulsarer tẽtationibus: quippe quia nisi deus ad-
iuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Sed
neq; mors laudabit te, qua nimirũ aliquando detinebar, dum
adhuc iacerem mortuus in peccatis: nec expectabũt qui de-
scẽdunt in lacum, veritatem tuam: qui scilicet post gustatam
dulcedinem contemplationis in lacum descendunt desperа-
tionis. Mors siquidem est iacenti in peccatis ante conuersio-
nem: infernus succumbenti tentationibus post acceptam re-
missionem: lacus verò desperanti post expertam contempla-
tionem. Nam quanto quis ad altiora profecerit, tanto gra-
uius si corruerit colliditur quando ruit. Non itaque infernus
confitebitur tibi, hoc est, qui iam quidem sunt conuersi, sed F
tentationibus superãtur. Neque mors laudabit te. Hi vtique
Prou.2.c qui necdum conuersi sunt aut confessi, lætantur potius cum
Eccl.17.d malefecerint, & exultant in rebus pessimis. A mortuo quip-
pe quasi qui non sit perit confessio⁹. Nec expectabũt qui de-
scendunt in lacum, veritatem tuam: quos de fastigio diuinæ
contemplationis in lacum propriæ diffidentiæ forte deuolui
contigerit. Quod proculdubio fit, cũ nimia quis tristitia post
acceptam tantam lætitiam absorbetur. At verò viuens vi-
uens ipse confitebitur tibi. Est qui viuens carne, mortuus est
spiritu: & est qui mortuus carne, nihilo minus mortuus est
spiritu: sed horum neuter laudabit te, aut confitebitur tibi.
Cæterum viuens viuens ipse confitebitur tibi. Qui videlicet
non tantùm carne, sed & spiritu viuit, ipse confitebitur ti-
bi, sicut & ego hodie hac me duplici vita tuo munere viuere
confido. Sequitur: Pater filiis notam faciet veritatem tuam.
Non reuelatur seruo veritas, quia seruus nescit quid faciat
dominus eius. Sed nec mercenarius rapitur ad contemplan-
dam veritatem, qui propriam quærit vtilitatem. Filio autem
pater notam faciet veritatem suam, quem audit dicentem:
Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu pater. Reuela- *Mat.26.d*
tur itaq; seruo dei potestas, mercenario felicitas, filio veri-
tas: nõ quòd in deo ista discreta sint, cui idẽ posse, quod feli-
cem & veracem esse: sed quòd à creatura creator pro diuer-
sis eiusdẽ creaturæ affectibus, diuersis sentiatur respectibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Cum sancto enim sanctus, & cum peruerso crit peruersus.
Psal.17.d Audi denique vocem filij: Domine saluum me fac. Quare? forte ne ardeat in inferno, forte ne fraudetur præmio? Non, inquit, sed psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini. Non, inquit, quæro salutem, vt pœnas vitem, aut in cœlo regnem: sed vt te in æternum cum illis laudem, de quibus scriptum est: Beati qui habitant in domo
Psal.83.a tua domine, in secula seculorum laudabunt te, Seruus dicit: Vadam ad portas inferi. Mercenarius: Nõ videbo dominum deum in terra viuentium. Filius: Psalmos nostros cãtabimus
Psal.117.c cũctis diebus vitæ nostræ in domo domini. Cui simile est illud: Aperite mihi portas iustitiæ: ingressus in eos confitebor domino. Et qui timet ire ad portas inferi, & qui deum cupit videre propter quietem sui, vterque profecto quęrit quæ sua sunt. Porro qui psalmos cantare desiderat in domo domini, nõ sua vel pericula fugit, vel lucra appetit, sed illum proculdubio diligit quẽ laudare gestit cunctis diebus vitæ suæ. Laudatur non immerito in æternum, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

De triplici cohærentia vinculorum, clauorum, & glutinorum. Sermo.

HNOn hic stamus tota die otiosi. Scimus enim & quid quærimus, & quis est qui nos conduxit. Deũ quærimus deum expectamus. Non est parua res, nec parui animi, cum illa quæ singulari pietatis nomine gloriatur, sæpius sese queratur esse frustratam, dicens: Quæsiui illum, & non inueni.
Canti.5.b Est enim sicut amabilis, ita etiam admirabilis: quia cum non quæritur inuenitur, & non inuenitur cum quæritur. Si nati essemus ex quo factus est homo super terram, & vsque ad centum milia annorum vita nostra extenderetur, non esset tamen condigna quæsitio huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: ecce nunc tempus quærendi, ecce nunc dies inueniendi præ manibus sunt. Quærite, in-
Esa.55.d quit, dominum dum inueniri potest: inuocate eum dũ prope est. Erit tempus quãdo non erit locus, cũ ille fons miserationis interminabili siccabitur siccitate. Quęretis me, inquit,
Ioan.7.c & non inuenietis. Bonus es domine animæ quærenti te. Si quærenti, quanto magis inuenienti? Si tam dulcis est memoria, qualis erit præsentia? Si mel & lac dulce est sub lingua, quid erit supra linguam? Hinc probate vos fratres, si in via estis, si non exorbitatis. Lætetur, inquit, cor quærentium dominum. Si gaudetis ad labores, si inoffenso, si indefesso pede curritis viam mandatorum dei: si quotidie vtriusque hominis status recẽtior est ad proficiendũ & perficiendum quàm ad incipiendum, profecto quęritis faciem eius semper. Quò
I ergo abiit dilectus ex dilecto? & quæremus eũ. Vbi est? Quid dixi miser? Sed vbi non est? Altior est cœlo, inferno profundior, latior terra, mari diffusior. Nusquam est, & vbique est, quia nec abest vlli, nec vllo capitur loco. Ipse hic est, sed ego hic non sum. Quàm verisimilius videretur vt tu huic non esses, & ego hic essem domine! Sed ego nec hic nec alibi sum quia ad nihilum redactus sum, & nesciui. Verè ad nihilum, id
Psal.72.a est ad peccatum, & nesciui: quia non fui ibi cum primus parens meus deuorauit me morsu amarissimo. Hinc est quod corde cõfractus & corpore, diffluo in voluptates, in amaritudines, habẽs innatam culpã, pœnam cognatã, totus fluidus & eneruis. Ille autẽ qui idẽ ipse est, qui dicit: Ego sum qui sum,
Exod.3. veraciter est, cui est esse quod est. Quę ergo participatio, quę cõuentio illius qui nõ est, ad illũ qui est? Quomodo possunt tam diuersa coniungi? Mihi (ait sanctus) adhærere deo bonum est. immediate ei cõiungi nõ possumus, sed per medium aliquod poterit fieri fortassis ista coniunctio. Et ne diutius vos protrahã, tria sunt vincula quibus ei adstringimur: & sic tria, vt sola: cum solis istis vel istorum similibus omne quod ligatur ligetur. Et primum accipite funes. Secundum clauos ligneos velferreos. Tertium gluten. Primum astringit fortiter & dure: secũdum fortius & durius: tertium suauiter & secure. Func quodãmodo alligatus est redemptori, si quis forte dum vehementiori tentatione turbatur, proponit sibi honestatis intuitum, memoriam promissionis, & hoc interim sefume retinet, ne propositum penitus abrumpatur. Durũ profecto vinculum & molestum, sed & periculosum nimis, & quod diu tenere non possit. Siquidem putrescũt funes, & pũ- K
doris vinculum aut obliuiscimur, aut abrumpimus cito. Est autem qui clauis configitur domino maiestatis, quem timor dei ligat, qui non expauescit ad vultus hominum, sed ad memoriam gehennalium tormentorum. Et hic quidem peccare nõ metuit, sed ardere. Durius tamen & fortius primo imprimitur, quia cum ille vacillet in proposito, iste propositũ non amittit. Tertius vero glutine ei conglutinatur, id est charitate: qui tam suauiter quàm securè ligatus adhęrens deo, vnus spiritus est cum eo. Iste est qui quæcunque vndecunque, siue quæ facit, siue quæ ei fiunt, ad suum commodum reuocat & retorquet. Beatus huiusmodi homo & abundanti spiritus in fluens maiestate, qui suauis & vnctus portat omnes, & neminem onerat ipse: qui terribilius & horribilius ipsa gehẽna iudicat, in re leuissima vultum omnipotentis scienter offendere. Hic est fratrũ amator & populi Israel. Hic est qui multum *2.Mac.15.c*
orat pro populo, & pro ciuitate sancta Hierusalem. Glutino bonum est, ait Esaias, Bonum est reuera & iucundũ, quia alia duo, ne mala dixerim, comparatione istius grauia & importabilia sunt. Sed ille misericors oculus qui nouit figmentum nostrum, neminem saluandorum dimittit in primo, sed provehit ad secundum & nec ibi deserens de secundo perducit ad tertiũ. Primo siquidem quia pudet deserere, æstuantes vix L
sustinemus ad horam, secundo iam timẽtes & sperantes proficimus, tertio perficimur amantes. Sic igitur duobus præcedentibus timore pariter & pudore exclusis, in solius amoris reclinatorio cõmoramur. Ita & Christus prius quidem ligatur, secũdo crucifigitur, tertio glutinosa aromatum inunctione linitur: non quod opus haberet corpus illud huiusmodi aromatibus solidari, quod dissolui omnino non poterat, aut videre corruptionem: sed qui propter nos Iudæorũ sputa sustinuit, propter nos quoque fidelium non est dedignatus vnguenta. Et attende quòd vix vnius diei spatio in funibus & clauis moratus, cum vnctione victor, qui victurus perenniter, resurrexit. Sic & dilectos in duobus prędictis non diutius patitur immorari, sed vngit eos vnctione misericordiæ suæ, *Rom.8.b*
vt crucifixi mũdo & mũdus illis, iã resurgant in nouitate spiritus & dicant: quis nos separabit à charitate dei? Hoc glutine agglutinauit nos sibi ille diuinus intuitus à constitutione mundi, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Scimus enim quia qui natus est ex deo, nõ peccat, quia generatio cœlestis seruat eum, Generatio cœlestis est æterna prędestinatio, quã deus præuidit eos conformes fieri imaginis filij sui. Ex his nullus peccat, id est in peccato per- M
seuerat: quia nouit dominus qui sunt eius, & propositum dei manet immobile. Etsi Maria Magdalene septẽ dæmoniis cumulatur, inuritur, etsi princeps apostolorum in profundũ negationis, submergitur: non est tamen qui de manu dei possit eruere. Quos e- *Ibidem.*
nim prędestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. Nónne huic adhęrere deo bonum est? Quærite fratres, quærite dominum, & cõfirmamini, quærite faciem eius semper. Quærite dominum, & viuet anima vestra. Et anima mea, inquit, illi viuet, quæ mũdo mortua est. Quæ enim mũdo viuit, non illi viuit. Sic ergo quæramus eum, vt & semper *Psal.33.b*
quæramus, & cũ venerit quærere nos, dicatur de nobis: Hæc est generatio quærentium deum, quærentium faciem dei Iacob. Sicq; aperiãtur portæ æternales, & introeat rex gloriæ, & nos cum illo, qui est deus benedictus in secula. Amen.

De verbis Habacuc prophetæ, Super custodiam meam stabo: quod aliter reprobis, aliter electis sapiat verbum dei, Sermo

LEgimus in euangelio quod prędicante domino, & sub mysterio edendi corporis sui discipulos ad cõmunicandum passionibus suis admonente, dixerint quidam: Durus est hic sermo: & ex hoc iam non fuerint cum eo. Interrogati verò discipuli an & ipsi vellent abire: Domine, inquiunt, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Ita dico vobis fratres, vsque hodie quibusdam manifestum est quoniam verba quæ loquitur Iesus, spiritus & vita sunt, & propterea sequũtur illum: aliis dura videtur, & miserã alibi quærunt consolationẽ. Sapiẽtia siquidem in plateis clamitat, in lata videlicet & spaciosa

A & spaciosa via quæ ducit ad mortem, vt reuocet ambulantes
Psal.94.a per eam. Deniq; quadraginta annis, inquit, proximus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde. Habes & in a-
Psal.61.c lio psalmo: Semel locutus est deus. Semel vtique, quia semper: vna enim, & nõ interpolata, sed cõtinua & perpetua locutio est. Reuocat autem peccatores ad cor, de cordis errore redarguit, pro eo q; ibi habitet ipse, ibiq; loquatur, faciẽs ni-
Esa.40.a mirum quod docuit per prophetam dicẽtem: Loquimini ad cor Hierusalẽ. Nam Babylon quoniã terra est, nec potest sustinere vniuersos sermones eius, elõgatur à corde, & in carne magis ambulat, tanquã mortua à corde: imò tanquã columba seducta non habẽs cor. Vult enim lætari cum malefecerit, & exultare in rebus pessimis: audiẽsq; vocẽ domini huiusmodi gaudia nullatenus approbantẽ, sed detestantem, sed arguentẽ, sed condemnãtem, fugit & abscõdit se in similitudine prævaricatoris Adæ. Sed heu me, quàm vile operimẽtum quæris misera anima, quàm inutile quæris operimentũ! Folia enim sunt quæ intexis, folia inquam, quæ nil tibi caloris prębeant, nil habeant soliditatis. Orto denique sole arescent, & vẽtus vrens disperget illa, tu verò nuda & misera remanebis. Tunc ergo nihil opertum quod nõ reueletur, quoniã veniet dominus qui & illuminabit abscõdita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiũ. Non erit iam quo lateas misera. Fru-
B stra dices mõtibus, cadite super nos: & collibus, operite nos: quoniam nudam & apertam oportebit te stare ante tribunal
Matt. 4.a Christi, vt audias vocem iudicij, quæ vocem consilij cõtemsti. Ecce enim quid loquitur deus. Agite, inquit, pœnitentiam, & dissimulant multi, & continent aures suas, & dicunt, durus est hic sermo. Nõ sic impij, non sic dissimulare poteri-
Matt.25.d tis cum sonabit asperũ illud verbum, & auditio mala: Ite maledicti in ignẽ æternum. Videtis fratres quàm salubriter admoneat nos propheta vt si vocẽ eius audierimus hodie, non obduremus corda nostra. Eadẽ enim penè verba & in euan-
Ioan.10.c gelio legitis, & in propheta. Ait enim dominus in euangelio:
Psal.94.b Oues meæ vocem meam audiunt. Et sanctus Dauid in psalmo: Populus, inquit, eius (haud dubium quin domini) & oues pascuæ eius: hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Vtilius nanq; & multo salubrius est hodie audire eum cõsulentem, consolãtem, admonentem, docentem, & vt multum arguentem, increpãtem, corripientẽ: quàm in die illa tam amara, tam lugubri, tam tenebrosa audire illum iudicantẽ, indignantẽ, vlciscentem, sæuientem, cõdemnantẽ. Bo-
Psa.140.b num, inquã, mihi vt humilier, vt corripiat me iustus in misericordia & increpet me, quàm vt oleũ peccatoris impinguet caput meũ, ne forte terra inueniat, quam percutiat virga oris
Psal.16.b sui, quando vasa figuli virga ferrea conterentur. Bonum mihi propter verba labiorũ eius cum propheta custodire vias duras, quàm pariter cũ impio interfici spiritu labiorũ eius. Nũc
C autẽ si quid amaritudinis sentio in voce eius, non sine dulcedine est: quoniã cũ iratus fuerit, misericordiæ recordabitur: imò verò & ipsa indignatio non aliunde quàm de misericordia est. Quos enim amat, arguit & castigat, & flagellat omnẽ filium quẽ recipit: visitans in virga iniquitates eius, & in verberibus peccata ipsius: misericordiam autem suam non dispergit ab eo. Propterea qui prudẽtes sunt, nõ operiunt vulnera sua, sed detegunt: & cõfitẽtur domino quoniam bonus, quoniã in seculum misericordia eius: & sic vinum reprehensionis infundit, vt non desit oleum consolationis. Propterea, inquã, sapiens apprehendit disciplinã, nequãdo irascatur do-
Eccles 7.d minus, & iã secũdum multitudinẽ iræ suæ nõ quærat, sed recedat zelus eius ab ipso. Inde est enim quòd sapientis cor vbi tristitia, cor verò stultorum vbi lætitia: sed tristitia illius conuerteretur in gaudium, & extrema gaudij illorũ luctus occupabit. Audi denique Habacuc prophetam quomodo dominicã
Abac.2.a non dissimulet increpationem, sed sedula ac sollicita circa eã cogitatione versetur. Ait enim: Super custodiã meam stabo, & figam gradum in munitionem: vt videam quid dicat mihi, & quid respondeã ad arguẽtem me. Et nos ergo fratres obsecro super custodiã nostram stemus, quoniam tempus militiæ est. Nec in sterquilinio huius miseri corporis, sed in corde vbi Christus habitat, in iudicio & consilio rationis sit cõuersatio nostra: ita sanè, vt non in ipsa habeamus fiduciã, nec fragili innitamur custodiæ, sed figamus gradũ in munitionẽ firmissimæ petræ Christo totis viribus innitentes, sicut scri- D
ptum est, Qui statuit supra petrã pedes meos, & direxit gressus meos. Sic ergo constituti & stabiliti iam contemplemur *Psal.39.a*
vt videamus quid dicat nobis, & quid respondeamus ad arguentem nos. Primus enim contemplationis gradus iste est dilectissimi, vt incessanter cõsideremus quid velit dominus, quid placeat ei, quid acceptum sit coram ipso. Et quoniam in multis offendimus omnes, & fortitudo nostra in illius rectitudinem voluntatis offendit, nec cõiungi ei aut coaptari potest: humiliemur sub potenti manu dei altissimi, & omnino solliciti simus miserabiles nos exhibere in oculis misericordię eius, dicẽtes: Sana me domine, & sanabor: saluũ me fac, & *Hier.17.b*
saluus ero. Et illud: Domine miserere mei, sana animã meam, *Psal.40.c*
qui peccaui tibi. Postquã enim in huiusmodi cogitationibus mundatus est oculus cordis, iam non in spiritu nostro cum amaritudine, sed in diuino magis spiritu cũ multa delectatione versamur: nec iam consideramus quæ sit voluntas dei in nobis, sed quæ sit in seipsa. Vita enim in volũtate eius, vt hoc nobis in omnibus vtilius atq; omnino commodius esse non dubitemus, quod eius cõgruit voluntati. Et propterea quàm sollicite conseruare volumus vitã animę nostræ, tam solliciti simus quoad possumus ab ea nõ deuiare. Deinde cum iam in spirituali exercitio aliquatenus profecerimus, ducem sequẽtes spiritũ qui scrutatur etiã alta dei, cogitemus quàm suauis sit dominus, quàm bonus in semetipso, orantes cũ propheta, E
vt videamus voluntatẽ domini, & visitemus iam nõ cor nostrum, sed templũ eius, & cum eodẽ propheta nihilo minus *Psal. 26.b*
dicentes: Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea *Ibid. 41.b*
memor ero tui. In his enim duobus tota spiritualis cõuersationis summa versatur, vt in nostra consideratione turbemur & contristemur ad salutẽ, in diuina respiremus: vt de gaudio spiritus sancti habeamus cõsolationem, & hinc timorem & humilitatem, inde verò spem concipiamus & charitatem.

De cute, carne, & ossibus animæ. Sermo.

BEatus Dauid in psalmo 33. de iustis loquitur dicens: Multæ tribulationes iustorum, sed de omnibus his liberabit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. Quod nemo dictum esse de corporeis ossibus arbitretur, præsertim cum tot beatorum martyrum ossa cõfracta sint manibus hominum impiorum, & contrita dentibus bestiarum. Sed miranda prorsus & miseranda humanarum cõditio animarum, quæ licet tam multa foris ingenij viuacitate percipiant, nulla tamen perspicacitate semetipsas sicut sunt nosse aut cogitare sufficiant, sed egeãt omnino figuris & ænigmatibus quibusdam corporearum similitudinum, vt ex vilibilibus & exterioribus possint vel aliquatenus inuisibilia atque interna conijcere. Ponamus itaque velut quandam animæ cutem cogitationem, carnem F
affectionem, vt consequenter os eius intentionem possimus accipere. Sic enim erit in ossis integritate animæ vita, in carnis incorruptione sanitas, in cutis specie pulchritudo. Quæ sunt ergo tribulationes iustorum, nisi quòd interdũ decoloratur cutis, cũ videlicet inutilis cogitatio in corde versatur? nonnunquã verò etiã caro vulneratur, quãdo scilicet ad hoc vsq; cogitatio pernicioſa procedit, vt delectatione corrumpatur affectio. Nã ossa quidẽ iustorum omnino integra atq; illæsa custodiũtur à domino, vt nunquã frangatur propositũ cordis eorũ, nunquã salubris intẽtio conteratur, vt videlicet concupiscentiæ titillanti etiã detur assensus. Sicut enim peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat: sic consensus omnino animam necat. Caueamus ergo dilectissimi cogitationes inutiles, vt animarũ nostrarum facies decora permaneat: vt obliti quæ retro sunt, id est populũ nostrum, & domũ patris nostri; concupiscat rex speciem nostram. Exeamus de terra nostra, vt non comprehendat nos cogitatio spectans ad voluptatem carnis. Exeamus & de cognatione nostra, id est à cogitationibus curiositatis, quæ nimirum cum in sensibus corporeis habitet, carnali vtique cognata est voluptati. Exeamus etiam de domo patris nostri, vt fugiamus cogitationes superbiæ & vanitatis. Eramus nos aliquãdo, sicut & cæteri, filij iræ: eramus & nos ex patre diabolo, qui nimirum rex est super omnes filios superbiæ, & in montibus elationis se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

GAdem sibi atq; habitaculū infelicissimum præparauit. Quòd si forte aliquādo talis aliqua cogitatio mētē subierit, tota sollicitudine laboremus citius abluere & eradere sordē qua nos maculari cōspicim⁹, clamātes cū propheta ac dicētes: Asperges me domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuē dealbabor. Iam verò si quādo forte per incuriam & negligētiam nostrā transierit cogitatio inutilis etiam in affectū cordis, sciētes quoniā non macula est iam sed plaga, tota festinatione ad auxiliū spiritus qui adiuuat infirmitatē nostrā recurramus, clamantes illud de psalmo, & dicentes: Domine miserere mei, sana animā meam: quia peccaui tibi. Humanæ enim sunt tentationes istæ nec ex toto caueri possunt quandiu in hoc corpore mortis peregrinamur à domino. Nemo tamen paruipendat aut dissimulet ista, quoniā etsi non mortifera sunt, certe periculosa. Intentionē verò & propositum mētis ea sollicitudine custodiamus fratres, qua vitam animarum nostrarū volumus custodire, quoniam istud omnino est peccatū ad mortē, cū ex consensu & deliberatione delinquimus, proprio iudicio condēnati. Nec ideo sanè id dixerim, vt desperet si quis forte delicti hui⁹ sibi cōscius est: sed vt expauescat præcipitium, & qui cecidit, adiiciat citius vt resurgat. Nouerit enim excidisse se ad iustitia quicūque eiusmodi est. Cuius os cōfractum est & cōminutum, nouerit præcisum se à corpore Christi: de quo nimirū legitur: Os nō comminuetis ex eo. Vnde & in passione sua licet plagis virgarū in liuorē decolorata sit cutis, vt liuore eius nos sanaremur, licet clauis vulnerata sit caro, & lācea latus eius apertum, vt sanguine eius redimeremur: os tamen non est comminutum ex eo. Propterea & sanctus Dauid, Non est, inquit occultatum os meū à te quod feci sti in occulto. Et in alio psalmo, Ossa, inquit, mea vt cremiū aruerunt. Quod tunc fit, cū omnē delectationē boni prorsus amisisse videtur anima, solāq; sibi aridæ intentionis fortitudinē reseruasse. Et vide ne forte tale aliquid etiā beat⁹ Iob pateretur cū diceret: Pelli meę cōsumptis carnib⁹ adhæsit os meū: vt videlicet corrupta affectione vix solam sibi intentionem spiritualis cogitatio vendicaret.

Psal. 50.
Psal. 40.a
Exod. 12.g
Psal. 138 c
Psal. 101.a
Iob 19.c

De verbis apostoli: Qui gloriatur, in domino glorietur, de triplici gloria, Sermo

QVI gloriatur, in domino glorietur. Nouerat apostolus gloriam propriam esse creatoris, nō creaturæ, secundū illud: Gloriam meam alteri non dabo: &, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Itémque, Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Sed considerauit rationalem creaturam adeo affectare gloriam, vt aut vix aut nūquam ab hoc compesci desiderio possit, quippe quæ ad imaginem facta est creatoris. Propterea secundum datam sibi à deo sapientiam, saluberrimum adinuenit consilium, dicēs: Quando quidem persuaderi nobis nō potest non gloriari: saltē qui gloriatur, in domino glorietur. Et considera quàtum superexcedit Pauli philosophia philosophiam sapientium mundi huius, quæ nimirum stultitia est apud deum. Cū enim nonnullos viderent philosophi alienis delectari laudibus, & gloriam ab inuicem quærere: qui inter eos fuere præcipui, prudenter aduerterunt vanam esse huiuscemodi gloriam & penitus contemnendā. Sed cōsiderantes deinde ac studiosius inquirentes quænā appetēda esset gloria sapienti, hic iam plane euanuerunt in cogitationibus suis, propriam cuique sufficere gloriam arbitrantes: quasi verò anima quæ à semetipsa esse non potest, à se possit esse beata. Sicut ergo cupidi laudis alienę tota sollicitudine operam dabant ea operari quæ mirarentur homines & laudarēt: sic isti sola ea iudicabant sectanda esse, quæ interior arbiter animus approbaret. Et hæc quidē summa philosophia sapientiu huius mundi est, ipsa quoque minus habens, licet ptopinquior veritati. Vnde & vtranque gloriam sublimi veritatis contēplatione transcendens apostolus: Qui gloriatur, inquit, non in altero, non in se, sed in domino glorietur. Et eam quæ veritati videbatur esse vicinior, maiori proinde redargues sollicitudine, & condemnanns certo iudicio veritatis, Non enim inquit, qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus comendat. Vt quid enim aut de alterius hominis, aut de meo ipsius iudicio sollicitus sum, cuius nec vituperio repro-

1.Cor.1.d
Esa. 42.b
Luc.2.c
Psal. 113.d
1.Cor. 3.d
2.Cor. 10. d

bus nec laude probatus inueniar? Fratres, si me ante vestrum K oporteret tribunal astare, meritò super vestris laudibus gloriarer. Quòd si vel meo ipsius essem iudicandus examine, iure meo ipsius testimonio contentus, propriis laudibus delectarer: nunc autem cum nec vestro, nec meo, sed dei sim iudicio præsentandus: quantæ insipientiæ, imò & insaniæ est, aut in vestro me, aut in meo ipsius testimonio gloriari: præsertim cū ipse sit cuius oculis omnia nuda sunt & aperta, & cui nequaquam opus sit vt quis ei testimonium perhibeat de homine? Meritò proīde apostol⁹ ipse vanæ & fallacis glorię reprobator, Mihi, inquit, pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; me ipsu iudico. Nihil enim mihi cōscius sum sed nō in hoc iustificatus sum: qui autē iudicat me, dominus est. In quibus verbis illud quoque diligenter considerandum est, quòd alienum quidē iudiciū pro minimo habens, suum quoque nequaquā sequeretur, quanuis non illud adeò pro minimo iudicaret habendum. Nemo enim scit hominum quę sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est, vt comparatione interioris testimonij, exterius omnino pro nihilo iit habēdum. Quid enim mihi cum eorū laudibus quibus ignotus sum? Quod si vel ipse qui in homine est spiritus, omnia, quæ hominis sunt nosse posset, ,pfecto sufficeret testimoniu eius. Nūc autem prauum est cor hominis, & imperscrutabile etiā sibiipsi, adeò vt præsentia qùoq; magna ex parte ignoret, futura verò sua omnino nosse non possit quia aliquatenus nouit præsentia, si non reprehendat nos cōsciētia nostra, nō quidē gloriam, sed fiduciam habemus ad eum, sicut beatus Ioannes ait. Cum autem veritatis ipsius quā nihil latet, sententiam de nobis tenere meruerimus, in ea planè securius poterimus gloriari. Interimverò nolite ante tempus iudicare (ait apostolus) donec veniat dominus, qui & illuminabit abscōdita tenebrarum. Illa enim profecta omnino erit & secura gloriatio, cum erit vnicuique laus à deo. Nūc quoque licet non plenarie, licet non sine timore & sollicitudine multa, aliquatenus tamen in domino gloriamur, testimoniū perhibēte spiritu sancto spiritui nostro, quòd filij dei sumus. Hinc enim verè possumus gloriari, quod tantū habemus patrē quòd maiestati ineffabili cura est de nobis. Vnde & propheta: Domine, inquit, quid est homo quia magnificas eū, aut quid apponis erga eū cor tuū? Itaq; qui gloriatur, iam non in meritis suis glorietur. Quid enim habet quod non acceperit? Si autē accepit, quid gloriatur quasi nō acceperit? In eo ergo à quo accepit glorietur non quasi ipse magnus sit, sed quia magnificet eu deus: hoc est vt in illis quæ acceperit, nō quasi ea non acceperit, sed quasi qui ea acceperit glorietur. Neque enim ait apostolus, si autem accepisti, quid gloriaris? sed quid gloriaris, inquit, quasi nō acceperis? vt nō prohibeat, sed doceat gloriari. Sed quid sibi vult quod ait, Nō enim qui seipsum commēdat, ille probatus est, sed quem deus cōmendat? M Quis est enim quę in hoc seculo cōmendat deus? Quomodo cōmendabit veritas eū qui adhuc reprehensibilis inuenitur? Deniq; ego, inquit, quos amo, arguo & castigo. Hęccine cōmēdatio est tota? Prorsus, quantū mihi videtur, ipsa est. Quæ est enim melior & efficacior cōmendatio, quàm diuinæ erga nos testatio charitatis? Testimoniū verò amoris eius nullum credibilius, nullum certius in hac vita, quàm quod desiderat propheta, vbi ait: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me. Hæc nāq; increpatio qua iugiter nobis suggerit in occulto spiritus veritatis quid desit nobis: superbiam, negligentiam, ingratitudinémque repellit, Quo triplici vitio omne paulo minus religiosorum hominum gen⁹ periculose laborat, pro eo quòd min⁹ attēta cordis aure percipiant quid intus loquatur is qui neminē palpat spiritus veritatis. Quod nonnullis exinde prouenit (nisi fallor) quòd propriæ gloriæ cupidi, nulla ratione quiescere possunt, cum in seipsis penitus nihil inueniunt vnde possint aliquatenus gloriari. Per fecta autē & secura gloriatio est, cum veremur omnia opera nostra, sicut testatur beatus Iob de seipso, & cum Esaia propheta omnes iustitias nostras non aliud quàm pannum menstruatę reputandas esse cognoscimus. Nihilo minus tamē cōfidimus etiam & gloriamur in domino, cuius misericordia tanta est super nos, vt à grauioribus quidem, & quæ ad mortem peccata sunt custodiat nos, & tā benigne ipsa imperfectionis

1.Cor.4.d
Iob 7.d
1.Cor.4.c
2.Cor.10
Esa.64.b
Psal.140 b
Esa.64.a

AFectionis nostræ delicta & conuersationis impuritatem nobis manifestare, & agnitam cōdonare dignetur, quatenus in humilitate & sollicitudine & gratiarum actione firmiter radicati, iam non in nobis, sed in domino gloriemur.

De diuersis affectionibus animæ, & diuersis nominibus secundum eas. Sermo.

QVod diuersis nominibus deum nunc quidem patrem nunc magistrum vocemus aut dominum, nō illius simplicissimæ & omnino inuariabilis naturæ diuersitas vlla in causa est: sed affectionum nostrarum multiplex variatio secundum diuersos profectus animæ vel defectus. Videntur enim quædam animæ sub patrefamilias agere, quædam sub domino, quædam sub magistro, quædam quoque sub patre, & nonnullæ cum sponso, vt cum proficientibus proficere, cum immutatis mutari videatur & ipse, qui iuxta prophetam mutat quidem creaturas, & mutabuntur, licet idem ipse sit, & anni eius non deficiant. Denique quid in alio psalmo idem propheta ad ipsum loquatur, attēde: Cū sancto, inquit, sanctus eris, & cum viro innocente innocēs eris, & cum electo electus eris: atque vt magis miremur, & cū peruerso perueteris. Et quēadmodum sic mutetur, imò sic mutet immutabilis ipse, secutus adiungit: Quoniam tu populum humilē saluum facies, & oculos superborum humiliabis. At verò B quoniam non prius quod spirituale, sed prius quod animale, deinde quod spirituale: videtur mihi quatuor interdum conuersionem nostrā præcedere: status vnus sub nobis ipsis, tres sub principe mundi huius. Est enim anima sub seipsa, cū propriam sequitur voluntatem, libertate pernicioſa gaudens. Hic est filius ille prodigus, qui portionem paternæ substātiæ quæ se contingebat accepit: ingenium scilicet, memoriam, vires corporis, cæteráq; similia bona naturæ: quibus non ad diuinam, sed ad suam vteretur voluntatem, essetq; tanquam sine deo in hoc seculo. Est autem interim homo sub se, cum propriæ satisfaciens voluntati, necdum tamen possidetur à vitiis & peccatis: quoniam qui facit peccatum, iam nō suiipsius seruus est, sed peccati. Iā tunc ergo proficiscitur in regionem lōginquam, qui prius quidem separatus erat, sed necdū elongatus à patre. Accepta siquidem portione substantiæ factus est sui iuris, & quamuis recessit ab auctore, proximus tamen fuit quandiu ab opere non recessit. Hoc autē tandiu fit, dum licita quidem, sed non expedientia pro sua sequitur voluntate. At postquam recesserit & à seipso, declinans scilicet in peccatum, tunc iam in longinquam verè proficiscitur regionem: quoniam ab eo qui summe & singulariter est, nihil longius eo, quod nullo modo est: nihilq, remotum magis ab eo, à quo, & per quem, & in quo sunt omnia, quàm peccatū, quod nihil est inter omnia. Porrò iustum diuinæ vltionis iu- C dicium est, vt fugitiuum patris filiū alter sibi vsurpet in seruum. Vnde & profectus in regionem longinquam, vni ciuiū legitur adhæsisse, quē ego nō alium quàm vnum ex malignis spiritibus intelligēdum puto, qui pro eo quòd obstinatione irreparabili peccant, & trāsierunt in affectē malitiæ & nequitiæ, iam nō sunt hospites & aduenæ, sed quasi ciues & inhabitatores peccati. Quid est autem quòd ciui dicitur adhæsisse pauper adolescēs & peregrinus, nisi quòd factus est subditus illi? Denique quemadmodum adhæsit, sequentia manifestant. Sic enim habes: Adhęsit vni ciuium regionis illius: & misit eū in villam suam pascere porcos. Et nota, quòd famis necessitate ciui maligno dicitur adhæsisse, sicut Israēl tempore famis descendisse legitur in Aegyptum. Periculosa plane & pernicioſa esuries, quę liberos addicat miserę seruituti, subiiciat operibus luti & lateris, porcis associet, imò & seruos faciat esse porcorum. Vnde autem egestas tāta ei qui dines aduenerat, collectis nimirū omnibus quę de paterna substantia in suam acceperat portionem? Ex eo sine dubio, quòd præmissum est dissipasse bona sua viuendo luxurioſe cū meretricibus: propterea, inquit, cœpit egere. Porrò meretrices istas concupiscentias carnis intellige, cum quibus luxurioſe viuēdo dissipat bona naturæ dum eis abutitur ad voluptatē. Hinc, vt iā diximus, egestas succedit pernicioſa (teste scriptura) quòd nō satietur oculus visu, nec auris impleatur auditu. Mittitur ergo pascere porcos, corporeos scilicet sensus, qui volutabro luti & spurcitiis oblectantur. Et vide ne forte hi D sint porci, quos iecti ab homine maligni spirtus intrāt. Iectum enim à rationali nostro, id est mēte, peccatum sensibus corporis hæret, apostolo teste, quòd mente consentiat legi dei, carne verò legi peccati quæ est in membris nostris. Vnde & in alio loco: Scio, inquit, quòd non est in me bonū, hoc est in carne mea. Quid tamē agendū est cum sic iecti ab homine porcos inhabitant spurci spiritus, nisi quærendā remedia lachrymarum, & currendū ad aquas, quarum abundātia male viuida radix peccati suffocetur in eis? Quanuis hæc omnimoda peccati extinctio, fini potius reseruata videtur. Hęc excursu quodam sunt dicta, vt proinde manifestius assignarem quonā modo eum quē sub semetipso reperit, sibi malignus subiiciat, tanquam fortis armatus intrans & possidēs atrium in quo pauper & debilis inuentus est habitator. Veruntamen tripliciter mihi videntur homines esse sub principe tenebrarum. Primùm quidem nec volentes nec nolentes, quod conuenit his qui necdum habēt voluntatis vsum: sunt tamē vasa iræ propter originale peccatū, donec alligato forti vasa eius diripiat fortior per sacramentū aduenies, verus vtiq; Moyses qui in aqua venit, nec in aqua solùm, sed in aqua & sangnine. Secundo modo volentes, cum iam volūtarie peccant. Tertio quoque modo nolentes, cum iam resipiscere vellent, nisi quòd peccati consuetudine miserabiliter obligati, iusto dei iudicio qui in sordibus sunt sordescunt adhuc. In quo ter- E tio statu laborasse videtur prodigus ille filius, & vere prodigus nimis, qui non modo dissiparat sua, sed & semetipsum subiecerat miseræ seruituti, infelix venundatus sub peccato, cum ad se reuersus ait: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autē hic fame pereo! Si quis expertus est in semetipso, facilè credo in his verbis animū miserabilē recognoscet. Quis enim peccati consuetudine obligatus, nō se felicem reputaret si datum ei esset, esse tanquam vnum ex his quos in seculo tepidos vident viuētes sine crimine, minime quærentes quæ sursum sunt, sed quę super terram? Quāti, inquit, mercenarij in domo patris mei abundant panibus, id est, consolantur in innocentia sua, & fruuntur propriæ conscientiæ bono: ego autem hic fame pereo, id est, insatiabilibus crucior peccatorū desideriis, & affectibus vitiorum. Potest tamē intelligi, quòd non fame panis, nec siti aquæ, sed fame & siti diuini verbi, quā & Iudææ propheta minatur, sese perhibeat laborare. Et hæc dixerim nō quòd ita sit, sed quòd ita sentiat miser humiliatus sub peccato. Neque enim gloriantur cōscientiæ testimonio, quorum secularis & mercenaria intentio est, sed peccator cōpunctus reputat sanctissimum quacunque ex causa alterum videat innocentem. Fac me, inquit, sicut vnum ex mercenariis tuis. Ecce hic iam primus est status quo sub deo cœperūt esse homines, qui tanquam mercenarij sub patrefamilias viuunt. Hi sunt quos in seculo videmus aut nullo aut exiguo desiderio æternorū ve- F lut sub mercede seruire deo, & ab eo terrena petere quę desiderant. Iam verò secundo statu incipit esse sub domino, qui tanquam seruus carcerem timet, & metuit ne subigatur pœnis. In quo sanè statu cōuersio est, exitúsq; à seculo, & introitus vitæ: vnde & legis: Principium sapientiæ timor domini. Et alius quidam propheta: A timore, inquit, tuo concepimus & parturiuimus spiritum salutis. Huic gradui tertius admodum proximus & quasi permixtus est eorū scilicet, qui parvuli adhuc in Christo lac concupiscunt tanquā sub magistro & pædagogo viuētes. Id nanque conuenit maximè nouitiis, qui nimirum si forte in cōsolationibus meditationis sanctæ, lachrymarum, psalmodiæ, & cæterorum huiusmodi cœperint delectari, quasi pueriliter timēt ne magistrum offendāt, ne vapulent, defraudentur munusculis quibus solet eos eruditor ille benignissimus allicere. Hi sunt qui prouident dominum in cōspectu suo semper, & cōmouentur si vel ad horam abesse contigerit: nec iam seruiliter timent supplicia, sed tanquam paruuli metuunt plagas virgarum, apprehēdentes disciplinam magistri, nequādo irascatur, & pereant de via iusta: ne deuotionis gratia subtrahatur, & molesta eis omniā fiant, laborent tædio quodam, & quasi vapulent iatus in animā, in amaritudine scilicet cogitationum. Hęc enim verbera quibus castigat suos paruulos deus, quæ melius experimēto

Rom.1.d
Ibidem.
Amos 8.d
Eccli.1.b
Esa.26.d
Psal.101.d
Psal.17.d
Ibidem.
Gene.42.a
Eccle.1.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dignoscimus quàm sermone. Vnde & ipse dominus loquitur
Psal.88.c per prophetam: Si dereliquerint filij eius legem meam, &c.
visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata
eorum. In his itaq; primordijs, & quasi infantili ætate sic vi-
cissim sibi succedunt timor domini, & disciplina magistri, vt
nunc in isto, nunc in statu illo sese inueniat, quisquis sollicitus
Ioan.13.b fuerit, diligẽter hoc obseruare. Inde est q̃ nouellæ adhuc ec-
clesiæ loquens simul vtriusq; nominis meminit, dicens: Vos
vocatis me magister & domine, & bene dicitis: sum etenim.
Agnoscãt hic locum suum nouitij nostri, vt solliciti sint de
cætero sedulè magis circa ista versari: ante omnia siquidẽ ti-
Eccli 1.c mor eis necessarius est, quo nimirũ peccata possint præteri-
ta delere, cauere futura. Timor em̃ domini (vt ait scriptura)
expellit peccatũ, siue quod iam admissum est, siue quod tẽ-
tat intrare. Expellit sanè illud quidẽ pœnitendo, hoc resistẽ-
do. Sed quoniã arcta & ardua est via quæ ducit ad vitam: tã-
quã paruulis in Christo pædagogus vobis ô filij, ac nutritius
necessarius est, qui doceat, deducat, foueat vos, & tanquã al-
ludat paruulis, ac blanditiis quibusdam consoletur ne pereat
1.Pet.2.a ætas infirma. Proterea non ego, sed magis ecclesiæ princeps
& pastor vos admonet: Quasi modò geniti infantes rationa-
biles sine dolo lac cõcupiscite, ita sanè vt in eo nequaquam
Esa.66.d permaneatis, sed in eo crescatis in salutẽ. Quod alia quædam
H scriptura manifestius exprimens loquitur sic: Gaudete gau-
dio omnes qui lugebatis super eam (haud dubiũ quin Hie-
rusalem, de ea siquidem loquebatur) vt potemini, ait, à lacte,
& satiemini ab vberib⁹ cõsolationis eius: & cùm auulsi fue-
ritis à lacte, epulemini ab introitu gloriæ eius. Ipse est enim
status filij iam robustæ ætatis, qui sub patre viuit nec lacte iã
potatur, sed vescitur solido cibo, oblitus sanè quæ retro sunt,
in quibus seruilis oculus in amaritudine morabatur: sed ne
ipsa quidẽ præsentia cõsiderãs, nec paruas paruulorum con-
solationes captans, magis extẽdens se in anteriora, ad palmã
supernæ vocationis, & introitum futuræ beatitudinis, expe-
ctans beatam spem & aduentum gloriæ magni dei. Euacua-
uit enim quæ erant paruuli, nec circa eiusmodi suaues qui-
dem, sed non perennes consolationes hactenus occupatur.
Sed quia iam profecit in virum perfectum, in his quæ patris
sunt oportet eum esse, suspirare ad hæreditatẽ, sedulaq; cir-
ca eam meditatione versari. Nũquid enim mercenarij eum
ca eam meditatione versari. Nũquid enim mercenarij eum
quis æstimet, qui paternæ inhiat hæreditati, eámq; toto affe-
ctu expetit & expectat, quam nimirũ filij mercedem esse nõ
mercenarij, ppheta testatur? Cu dederit, inquit, dilectis suis
Psal.126.a somnum, ecce hæreditas domini filij, merces fructus vẽtris.
Inuenitur tamen alter gradus sublimior, & affectus dignior
isto, cum penitus castificato corde nihil aliud desiderat ani-
ma, nihil aliud à deo quærit, quam ipsum deũ. Crebro siqui-
I dem didicit experimento quoniã bonus dominus speranti-
bus in se, animæ quærenti ipsum, ita vt iam ex affectu cordis
Psal.72.d atq; sententia clamet illud de psalmo: Quid enim mihi est in
cœlo, & à te quid volui super terrã? Defecit caro mea & cor
meum, deus cordis mei, & pars mea deus in æternũ. Neque
enim suum aliquid, non felicitatem, non gloriam, non aliud
quicquam tãquam priuato suiipsius amore desiderat anima
quæ eiusmodi est: sed tota pergit in deum, vnicumque ei ac
perfectum desideriũ est, vt introducat eam rex in cubiculũ
suum, vt ipsi adhæreat, ipso fruatur. Vnde & iugiter reuelata
facie quoad potest cœlestis sponsi gloriã speculando, in eam
dem imaginem transformatur de claritate in claritatem, tã-
Canti.4.d quam à domini spiritu: Ex hoc planè audire meretur: Tota
pulchra es amica mea. Audet & ipsa loqui: Dilect⁹ meus mi-
hi, & ego illi. Atque in huiusmodi felicissima & iucundissi-
ma confabulatione delectatur gloriosa cum sponso.

Psal.84.b

De verbis psami: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Sermo.

Roma.1.c INVISIBILIA dei (apostolo teste) à creatura mundi
per ea quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur. Et est velut
cõmunis quidã liber, & cathena alligat⁹ (vt assolet) sensibilis
mundus iste, vt in eo sapientiam dei legat quicunque volue-
rit. Erit tamẽ cum cœlum plicabitur sicut liber, in quo vtiq;
deinceps legere habeat necesse, quoniam erũt omnes doci-
Ioan.6.c biles dei: & quemadmodum creatura cœli, sic & creatura
mundi iam nõ per speculum & in ænigmate, sed facie ad fa-K
ciem deum videbit, & sapientiam eius ad liquidum cõtem-
plabitur in seipsa. Interim verò opus habet humana anima
velut quodã vehiculo creaturæ, vt ad cognitionem creato-
ris assurgat: cum econtra longe beatius perfectiúsque ange-
lica natura in creatore notitiã habeat creaturæ: ad quam ni-
mirum excellentiam licet ad modicũ, rapta fuisse videtur a-
nima illa beata quæ collectũ sub vno solis radio mũdũ vni-
uersum conspexit: de quo miraculo beatus papa Gregorius
in libro dialogorum scribens, Videnti, inquit, creatorem
angusta est omnis creatura. Felices proinde qui satiantur ex
adipe frumẽti, nec opus habent fugere mel de petra, oleúm-
que de saxo durissimo, qui videlicet inuisibilia dei non in in-
uisibilibus rimando perquirũt, sed in seipsis ad liquidum in-
tellecta conspiciunt. Verùm, vt iam diximus, angelicæ feli-
citatis illud est, non fragilitatis humanæ. Quæramus igitur
per ea saltem quæ facta sunt, intellectum inuisibilium dei:
quæ si in cæteris creaturis intellecta conspicit anima, necesse
est vt longe amplius conspiciat, & intelligat multo subtilius
in ea creatura, quæ facta est ad imaginem creatoris, hoc est
in seipsa. Nullus deo vicinior gradus inter omnes quæ sub
sole habitãt creaturas, quàm anima humana: vt meritò pro-
pheta dicat ad ipsum: Beatus vir cuius est auxilium abs te, *Psal.83.b*
ascensiones in corde suo disposuit. Et post pauca: Ibunt, in- *Ibidem.*
quit, de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in Sion.
Propter ea inceſſanter hortamur vos fratres, vt ambuletis L
via cordis, & sit anima vestra in manibus vestris semper, vt
audiatis quid loquatur in vobis deus quoniam loquetur pa-
cem. Quibus loquetur pacem? Vtique in plebem suam, &
in sanctos suos. Quæ est plebs, aut qui sunt sancti? Ipsi ni-
mirum qui conuertuntur ad cor. Vnde & sequitur: Et in eos
qui conuertuntur ad cor. Nos tamen in his verbis tria sole- *Et.c.14.*
mus intelligere hominum genera, quibus solis deus loqui-
tur pacem, sicut & propheta alius tres tantùm præuidit sal-
uandos, Noë, Danielem, & Iob: contrario quidem ordi-
ne, sed eosdem ordines exprimens, continentium scilicet,
prælatorumque, & coniugatorum: si tamen continentes à
carnalibus illecebris ad ea quæ cordis sunt, id est, ad spiritua-
lia desideria conuertantur. Vnde & Daniel vir desideriorum
ab angelo nominatur. Et prælati prodẽsse magis studeant,
quàm præesse, quoniam ipsos maximè decet sanctitudo: vn-
de & in psalmo sancti specialiter appellantur. Et coniugati
mãdata nõ transgrediantur, vt meritò plebs domini, & oues
pascuæ ei⁹ debeãt nominari. Imò vero & in nobisipsis (quo-
niã inde est nobis amplior sollicitudo) tres istos ordines as-
signare solemus, plebem quidem intelligentes officiales fra-
tres, qui exterioribus & quasi popularibus negociis occupã- M
tur. At verò qui cõuertũtur ad cor, ipsi sunt clausirales, quos
nulla impedit occupatio, sed libere vacant, vt videãt quoniã
suauis est dominus. Super vtrunque parietem deus loquitur
pacem, quoniam idem est ad quod tendunt: licet non eadem
via. Est psalterium iucundum cum cithara, nec minus iucũ-
dus est sonus citharæ, quàm psalterij, licet hæc ab inferiori-
bus reddat sonum, illud à superioribus. Veruntamen optimã
partem elegit Maria, licet non minoris fortasse meriti sit a-
pud deũ humilis conuersatio Marthæ, sed de electione ma-
ria laudatur, quoniam illa quidẽ omnino (quod ad nos spe-
ctat) eligenda: hęc verò si iniungitur, patienter est toleranda.
Iam quod interponitur, super sanctos suos: ad prælatos per-
tinet, quibus nimirum vtraque vita necessaria est. Et ipsorũ
est vtriusq; prouidere, & copulare sibi parietes è diuerso ve-
niẽtes: quoniam angularis lapidis (qui est Christus Iesus) vi-
carij constituti sunt. Nec dubium quin longè periculosior
cæteris eorum sit administratio. Tamen si bene adminis-trau-
erint, gradum bonum sibi acquirent, & maiorem abũdan-
tiam, & superefluẽtem mensuram accipient pacis, vt de eis
meritò dicatur: Quoniã super sanctos pacẽ loquitur Deus. *Esai.65*
An verò dubitet quis quos dixerit sanctos? Audiat Esaiam:
Vos, inquit, sancti domini vocabimini ministri dei nostri.
Proposueram exemplum aliquod dare quemadmodum ex
sua ipsius cõsideratione ad spiritualem intelligentiam assur-
gere humanus debeat animus, sed necesse est in diem alte-
rum & sermonem alterum differre.

De vita

A

De vita & quinque sensibus animæ, Sermo.

MAgna est dico vobis charissimi, & nimirum inexcu-
sabilis negligẽtia nostra, qui cogitationibus ociosis va-
cantes tempus amittimus, quibus nimirum nec penettandæ
nubes, nec maria transfretanda vt salubres inueniamus cogi-
Deu.30.c tationes, sed prope est (vt ait Moyses) verbum in ore nostro,
Rom.10.b & in corde nostro: & infinitas in nobismetipsis vtilium co-
gitationum occasiones & seminaria possumus inuenire. De-
nique si tam inerudita & negligens fuerit anima, vt nec inte-
riora sua sufficiat perscrutari, attẽdat ea quæ foris agit palam
Prou.9.b & manifestè: & in ipsis quoq;, si diligenter quęsierit, inueniet
sapientiam. Ecce enim scriptum est: Da occasionem sapienti,
& sapientior erit. Considera ô anima quid impendas corpo-
ri tuo, & inuenies sine dubio quòd vitam ei sensúmque mi-
nistras: & vitam quidem in toto corpore inuenies vniformẽ.
verbi gratia. Neque enim aliter viuit oculus quàm articulus:
Sensum vero non ita: Quære ergo vt tibi quoque anima tua
(quæ est sine dubio deus tuus) similia largiatur. Neque enim
viuere dicenda est anima quæ veritatis non habet cognitio-
nem, sed adhuc mortua est in semetipsam, quemadmodũ &
ea sine sensu, quæ necdũ habet dilectionem. Est ergo animæ
vita veritas, sensus charitas. Nec mireris quòd interdũ ani-
mæ impiorum notitiam habent veritatis, quæ tamen exper-
B tes sunt charitatis, quando & in corporibus nõnullis vitam
reperis sine sensu, vt sunt arbores, cæteráque similia anima-
tia quidem, sed animatione, non anima: quemadmodũ & a-
nimæ iniquorum veritatis habẽt notitiam naturali ratione,
quę tamen interdum adiuuatur à gratia, cum nullatenus sanè
animetur ab ea. In his autem quibus & cogitationem verita-
tis, & dilectionem anima spiritualis infundit, non exteriori
quoliber modo, sed tanquam anima ipsorum cui adhęrentes
vnus spiritus fiũt cum ea, in his inquam indiuisa est cognitio
veritatis, secundum quod dictũ est de vita corporis. Eadem
enim cognitione & minima & maxima comprehẽdis. Porrò
dilectionem quidem, si diligenter aduertas, variam, & fortas-
sis secundum quinque sensus corporis quinquepertitã pote-
ris inuenire. Est enim amor pius, quo parentes diligimus. Est
amor secundus, quo socios diligimus. Est & erga omnes ho-
mines amor iustus, erga inimicos amor violẽtus, erga deum
sanctus siue deuotus. In his omnibus, si diligenter attendis,
proprium erga singulos, & omnino diuersum ab aliis modũ
inuenies. Denique si cõsiderare curiosius delectat, nõ imme-
rito fortasse videbitur primus, id est parentum amor, tactui
conuenire, quòd hic sensus sola proxima & corpori iuncta
percipiat, quemadmodũ amor ille nullis exhibetur nisi pro-
ximis carnis nostræ. Sed nec illud quidem discrepat à ratione
C similitudinis, quòd hic solus è sensibus per corpus diffundi-
tur vniuersum, quoniã & amor ille naturalis est omni carni,
adeo vt ipsa animalia bruta & diligãt fœtus suos, & diligãtur
ab eis. Amor quoq; socialis videre licet quàm proprie dica-
tur gustui cõuenire, ob maiorẽ pfecto dulcedinẽ, & quoniã
hic sensus solus est quo magis eget humana vita. Nec video
qua ratione viuere dicendus est saltem hac cõmuni vita, qui
non eos diligit inter quos viuit. Amor autem generalis, quo
videlicet omnes homines diliguntur, odoratus habet simili-
tudinem, in eo vtique quòd hic sensus iam remotiora perci-
piat, & quòd nõ ex toto carnalis delectationis expers, eo ta-
mẽ tenuiorẽ eam habeat, quo diffusiorẽ. Auditus autẽ multo
magis remotiora capit, nec inter homines ab amãte quisque
remotior est quàm non amãs. Deniq; cũ in cæteris sensibus
nonnulla carnis ipsius oblectatio sit, & magis ad carnẽ per-
tinere videatur, auditus penè totus exit à carne, & ei dile-
ctioni nõ immeritò cõuenire videtur, cuius tota causa obe-
dientia est: quam pertinere ad auditum satis euidens est, cum
cæterarum, vnde diximus dilectionũ nõnulla à carne suma-
tur occasio. Porrò visus quidem in eo sibi vendicat amoris
diuini similitudinem, quòd cæteris omnibus excellentior &
singularis cuiusdam naturæ, perspicacior quoque cæteris in-
ueniatur, & discernit multo remotiora. Deniq; odoratus qui-
dem & auditus videntur vtique remota sentire, sed ad se ma-
gis quem sentiãt aërem creduntur attrahere. Visus autem nõ
ita, sed magis ipse exire videtur, & ad remota procedere. Sic
& in dilectionibus est. Quodãmodo enim attrahimus pro-
ximos quos tanquam nosipsos diligimus. Attrahimus & ini- D
micos, quos ad hoc diligimus, vt sint & ipsi sicut nos, id est, vt
sint amici. Deum vero si vt dignum est, tota virtute, tota ani-
ma, toto corde diligimus, ipsi magis in eũ pergimus, & tota
festinatione in eum qui ineffabiliter super nos, properamus.
Iam verò & id manifestum est, quoniam in corporis sensi-
bus visus quidem cęteris omnibus, auditus reliquis tribus di-
gnior, odoratúsq; & gustum & tactum etsi non vtilitate, di-
gnitate tamen superare videtur, & gustus tactui superexcel-
lere: quod manifestat etiã dispositio ipsa membrorum. Ocu-
lis siquidem in summitate locatis, aures inferiores esse quis
nesciat? Sic & auribus nares & fauces narib⁹, ipsis quoq; fau-
cibus manus pariter & reliquas corporis partes ad quas per-
tinet tactus, subesse manifestũ est. Secundum ergo hunc mo-
dum & in sensibus animæ considerare licet alterũ altero di-
gniorem: quod quia facilè iam potestis aduertere, breuitatis
causa prætereo. Illud quoque vestræ nihilo minus diligentiæ
cõsidetãdum relinquo, quòd quemadmodum artus corporis
cadere necesse est quàm cito desierit eos anima vegetare, sic
& eas quas diximus affectiones, quæ sunt velut quędam ani-
mæ membra, sine anima ipsius animæ (quæ deus est) cadere
omnino necesse est, quatenus videlicet aut ex toto non dili-
gatur quod diligendum est, aut non diligatur ad quod debet,
aut quomodo debet. Sunt enim qui parentes carnaliter tan-
tum diligunt, & ipsi quoque confitentur domino cum bene- E
fecerit eis: Sed huiusmodi dilectio aut omnino vocãda dile-
ctio non est, aut caduca est, aut decidens in terrena.

De duplici baptismo, & de relinquenda propria voluntate. Sermo.

SCitis fratres (firmissime enim teneris catholicam verita-
tem) quòd in baptismate abrenunciantes diabolo, pater
cœlestis adoptet, & in regnum filij claritatis suæ de potestate
transferat tenebrarum. Nimirum ipsa est stola prima quam
verè citò proferre ministros paternus iubet affectus, nõ oris
petitionem, non desiderium cordis expectans, sed & ipsum
intellectũ præueniens in benedictionibus dulcedinis. Quot- *Gala.3.d*
quot enim baptizati sumus in Christo Iesu, Christum indui-
mus: de quo & alius clamat testis & ipse fidelis, quia quot- *Ioan.1.b*
quot receperunt eũ, dedit eis potestatem filios dei fieri. Nec
verò inanis est aut infirma potestas, quia nimirum certi su- *Rom.8.g*
mus continuò & nos quoniam neq; mors, neque vita, neque
virtutes, neq; angeli, neque altitudo, neque profundum po-
terit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu. Sed
attende quanta enumerauit apostolus (eius enim verba sunt)
minime tamen adiiciens, nec nosipsi. Nimirum hæc est liber-
tas qua Christus nos liberauit, vt nulla penitus creatura auel-
lere nos, aut vim facere possit. Soli id deserere possum⁹ pro
pria voluntate abstracti, & illecti à propria concupiscentia. F
Præter hanc enim nihil est quod timeamus. Denique donec
voluntatis vsum, & facultatem deliberãdi renatus quisq; re-
cipiat, à charitate dei separari omnino nõ potest. Securus in-
terim degit sub protectione & aduocatione domini dei sui,
non est quod vereatur ex omnibus. At vbi sanè discretionis
annos ingrediens redditur sibi, cæterorum vtique violẽtiam
nec tunc quidem formidare necesse est, sed ab ea quæ dormit
in sinu, caueat, propria scilicet voluntate. Erit forte peccatum
in foribus, sed appetitus eius sub eo est, tantũ ipse aperire re-
nuat, cõsentire recuset. Denique primos parentes non vrsus
aut leo, sed potius serpens, callidior vtiq;, nõ fortior cæteris
animantibus, supplantauit. Nec mulierẽ vir, sed mulier virũ
Serpens ô Eua decepit te, decepit profectò, non impulit aut
coegit. Mulier tibi ô Adã de ligno dedit, sed offerendo vtiq;,
non violentiam inferendo. Neque enim potestate illius, sed
tua factum est volũtate, vt eius voci plus obedieris quàm di-
uinæ. Cæterum si ille sibi non præcauit ignarus, nos saltẽ no-
bis tot exẽplis prẽmoniti caueamus. Imò vero quoniã peri-
clitati sumus & nos miserabiliter in hac parte, decætero iam
remedium aliquod tantis prouidere malis sollicite studea-
mus. Quando enim fortis ille armatus, quẽ fortior superue-
niens alligauit, atrium illud olim suum valuit violẽtia aliqua
obtinere? Sed vacuum sibique insipiẽter expositum domici-
lium reperit, & cum aliis septẽ nequioribus, nõ fortioribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ingrediens, non irrues, liberè habitauit. Quis verò illum admisit, nisi propria voluntas? Ipsa est quæ in potestatem tenebrarũ denuo rediit, quæ nos iterũ subdidit mortis imperio.

Veni domine Iesu etiam nunc. Iesu bone eiice iterum fortiter, quem nos insipienter admisimus. Tunc enim verè liberi erimus etiam nunc, si nos liberaueris. Irritum fecimus fœdus primũ, tibi peccauimus domine, satanæ & operibus eius obligantes denuo nosmetipsos, iugo iniquitatis colla vltronea submittentes, & subiiciẽtes nos miseræ seruituti. Itaque fratres mei rebaptizari nos cõuenit, secundum fœdus inire necesse est, opus est professione secunda, nec iam sufficit abrenunciare diabolo & operibus eius: mundo pariter abrenunciandũ est, & propriæ volũtati. Ille enim seduxit, ille tradidit nos. In priori nimirum baptismate, quãdo nihil nobis adhuc voluntas nostra nocuerat, satis fuerat abrenunciare diabolo, cuius profecto inuidia peccatum pariter & mors per vnũ ingrediens, in omnes homines pertransiuit. Cæterũ postquam mundi fallentis illecebras, & infidelitatem propriæ voluntatis manifestè sumus experti, decætero iam in secũdo (vt ita dixerim) conuersionis nostræ baptismate meritò prorsus & non ad insipientiã nobis, non refarcire tantummodo fœdus
H primũ, sed etiam roborare solliciti, ipsis quoq; affectibus pariter abrenũciamus. Studeamus proinde dilectissimi, immaculatos nos ab hoc sæculo custodire, scientes quoniã religio munda & immaculata coram deo hæc est. Caueamus autem à propria voluntate tanquã à vipera pessima & nequissima, & quæ sola deinceps damnare possit animas nostras.

De primordiis, mediis, & nouissimis nostris, Sermo.

Ecclĩ 7.d FIlli memorare nouissima tua, & in æternum nõ peccabis. Recole primordia, attende media, memorare nouissima tua. Hæc pudorem adducunt, ista dolorem ingerunt, illa metum incutiunt. Cogita vndeveneris, & erubesce: vbi sis, & ingemisce: quò vadas, & contremisce. Vide ne adiicias adhuc ignorare, ne forte super te veniat terribilis illa comminatio qua sponsus intonat dicens: Si ignoras te ô pulchra inter mu-
Can.1.d lieres, egredere & abi post greges sodalium tuorum. Primò
Psal. 48.d siquidem cum in honore esses ô homo, non intellexisti, vnde comparatus es iumentis insipientibus, & similis factus es illis. Iam si nec vexatio intellectum dederit auditui, etiam post greges abibis, illis nihil mali sentientibus, malis expositus vniuersis. Agnosce ergo primordia tua, & erubesce comparatum te esse iumentis: memorare nouissima tua, & time ne abeas etiam post iumenta. Erubesce, inquam, quòd pro consortio angelorum, consortium sortitus es pecorum, non
I modò in necessitatibus corporis, sed etiam in affectibus cordis. Cum iumentis partiris cibum terræ, quia panem angelicum, panem fastidisti cœlestem. Non solùm autem, sed etiam quod peius est, in recto corpore curua est anima: & in corpore manet humanæ animæ similitudo, in anima vero bestiali similitudine mutata est similitudo dei. An non confunderis sursum caput habere, qui sursum cor non habes? corpore rectus stare, qui corde repis in terra? An non repere est in terra, carnem sapere, carnalia desiderare, carnalia quærere? Veruntamẽ quia ad imaginem & similitudinem dei creatus es, si perdidisti similitudinem similis factus iumẽtis, sed in imagine pertransisti. Ergo si in sublimi positus non intellexisti quoniam limus esses, noli infixus in limo profundi ignorare quia imago dei es, & erubesce quòd peregrinam ei superduxeris similitudinem. Memor nobilitatis tuæ, pudeat te tantæ deiectionis. Ne ignores pulchritudinem tuam, vt de fœditate amplius confundaris. Hæc est iuxta Salomonem confusio adducens gloriam, quando à tanta gloria cecidisse confunderis. Eras enim aliquando gloria & honore conoratus, cõstitutus super opera manuum domini, incola paradisi, angelorum ciuis, & domesticus domini Sabaoth. Hinc deiecisti teipsum in has interiores tenebras, vnde ad exteriores quoque & palpabiles tenebras eiiciendus eris aliquando, si non caues. Ab ista inquam gloria filiorũ dei deposuisti temetipsum, à felici illa dulcissima patria, ab horto voluptatis exulem te fecisti. Ecce vnde venisti: vis nosse quo deueneris? In locum vtique afflictionis. Siquidem vita tua inferno appropinquauit. Quid enim hic nisi labor, & dolor, afflictio spi- K
ritus? Sed nunc ita cõtigit tibi, ac si puer in carcere natus sit, & in carcere sit nutritus, & quia nũquam viderit lucem, miretur super tristitia & anxietate matris suæ. Illa enim scit vnde doleat: & quia nouit bona, grauiora sunt ei mala, & recordatione pacis amaritudo eius amarissima est. Tibi magna bona videtur minora mala, & præ maioribus compedibus quibus assuetus es, minores annulos requiem putas. Comedere appetis, quia fames te cruciat. Vtrũque labor est, sed quia fames grauior magis, comedere, nescis esse laborem. Denique postquã fames depulsa fuerit, vide si nõ grauius ducis comedere quàm esurire. Sic se habent vniuersa sub sole, vt nihil sit in eis verè iucũdum, sed ab vno semper transire velit homo ad aliud, solaque vicissitudine releuetur vtrunque, ac si prosiliat ab aqua in ignem, & inde rursus in aquam resiliat, vtpote qui neutrũ ferre possit. Omnis siquidẽ laboris remediũ, alterius laboris initiũ est. Nemo in hoc seculo nequam quod vult habere potest, quandoquidẽ nec iustus iustitia satiatur, nec voluptosus voluptate, nec curiositate cùriosus, nec ambitiosus inani gloria. Ecce vnde doleas, si nõdũ insensibilis factus es. Ecce vnde doleas q̃ in exilio posit⁹ es, in deserto moraris, & in tenebris ambulas & in lubrico, & in sudore vultus tui vescaris pane tuo. An non in amaritudine moratur oculus tuus, quotiẽs ista cõsiderat & deplorat pariter cum pro- L
Psal.119.d pheta: Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est? Habes iam primordia, habes etiam media: sed nouissima quæ sunt? Nam de eis dicitur, quòd eorum memor non peccabis. Ipsa Eccles 7.d sunt mors, iudicium, gehenna. Quid horribilius morte? quid iudicio terribilius? Nam gehenna nihil potest intolerabilius cogitari. Quid metuet si quis ad ista non trepidat, non expauescit, non timore concutitur? O homo si pudorem perdideras ad nobilem creaturam pertinentem, si dolorem non sentiebas afflictionis, quod est etiam carnalium: vel timorẽ non omittas, quoniam ille est etiam iumẽtorum. Oneramus asinũ & fatigamus in laboribus plurimis, & non curat quia asinus est. At si in ignẽ impellere, si in foueam præcipitare velis, cauet quantum potest, quia vitam diligit, & mortẽ timet. An nõ tibi ergo iustum videtur, vt qui modo iumẽtis insensibilior fuerit, post iumẽta ipsa cõpellatur abire, & in tormẽtis positus locum teneat posteriorem? Time ergo ô homo, quòd in morte seperandus es à bonis omnibus huius corporis, & tam dulce carnis & animę vinculum amarissimo secãdũ diuortio erit. Time quòd in terribili iudicio ei præsentandus es, in cuius manus horrẽdũ est incidere: & eo examinãte Hebr.10.d quẽ nihil latet: si quidem inuẽta fuerit in te iniquitas, alienãdus ab vniuersitate quietis & glorię, & segregandus à numero beatorũ. Time quòd in gehẽna cruciatibus æternis & im- M
mẽsis exponẽdus es, in sorte diaboli & angelorũ eius, in igne æterno, qui præparatus est eis. Hic ergo timor initiũ sapiẽtiæ dicitur, non pudor, non dolor: quia neuter eorũ sic initiat ad sapientiã, neuter tantã habet efficaciã. Vnde est quòd non dicitur, memorare primordia, aut media, sed nouissima, & non peccabis. Validior enim est & vehementior spiritus timoris ad resistẽdum peccato, quàm pudor & dolor: quia pudor de multitudine, & dolor de qualicunque huius mundi consolatione capit solatium, timor verò non inuenit vnde consoletur. Nam in morte non magnum, non paruũ aliquid de bonis huius mundi tecũ delaturus es: in iudicio nec fallere nec resistere possibile erit: in gehenna penitus nulla consolatio, sed perpetuum væ, vlulatus, & fletus, & stridor dentium.

De triplici misericordia, & quatuor miseratio-nibus, Sermo.

Psal.50.a MIserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Sicut sunt peccata minima, sunt mediocria, sunt & magna: sic est misericordia parua, mediocris, & magna. Magnus ergo peccator magna misericordia opus habet: vt vbi abundauit delictum, superabũdet & gratia. Paruam misericordiam dico expectationem, qua non statim punit peccantem, sed expectat ad pœnitentiam. Paruam autem non in se, sed ad comparationem aliarũ. Alioquin magna plane, magna omnino misericordia, expectatio domini est. Nam peccantẽ angelum omnino nõ expectauit, sed præcipitauit: hominẽ quoq; peccantẽ non distulit, sed protinus expulit de paradiso.

A paradiso. Nunc iam expectat, dissimulat, sustinet decẽ annis, viginti, vsque ad senectutem & senium. Et si consideremus quanta & quàm plurima peccata quotidie fiunt, nónne leuia reputamus illa quæ tam continuò damnationis excepere sententiam? Nihil proinde mirum si ipsius quoq; prophetæ penè moti sunt pedes, penè gressus effusi, quoniam zelabat su-
Psal.72.a per iniquos pacem peccatorum videns: si peccatores ipsi dicunt, Quomodo scit deus, & si est sciẽtia in excelso? Sed hęc
Ezec.18.g est gratia crucis Christi & virtus. Viuo ego, dicit dominus, nolo mortẽ peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Quantũ verò mihi videtur, vox Christi resurgentis est ista: ac si dicat, velit nolit Iudęus, & viuo ego. Nolo mortẽ peccatoris, qui mori volui pro peccatoribus. Volo vt fructuosa sit mors mea, & copiosa per eã redẽptio. Hãc ergo misericordiã domini qua tardat ferire, paratus ignoscere: paruam nõ quidem in seipsa, sed aliarũ comparatione nominaui, quia hæc
Psal.49.d si quidẽ sola fuerit, nullatenus sufficit ad salutem, imò verò iudiciũ dãnationis accumulat, vt dicatur: Hæc fecisti, & tacui. Apostolũ pinde audiamus more suo terribiliter intonãtẽ: An diuitias bonitatis eius, inquit, (haud dubiũ quin dei)
Roma.2.a & longanimitatis contẽnis? Ignoras quoniã patientia dei ad pœnitentiã te adducit? Tu autem secundũ duritiã tuã & cor impœnitẽs thesaurizas tibi irã in die iræ. Thesaurizas, inquit,
B tibi thesauros iræ p prærogatis thesauris misericordiæ quos contẽnis, & euacuas in te misericordiã dei. Sed secũdũ quid? Secũdum duritiam tuam, ait, & cor impœnitens. Quis autẽ scindet duritiam istã, nisi qui passione sua petras scidit? Quis dabit cor pœnitens, nisi à quo est omne datum optimũ? Hæc est secunda misericordia omnino maior priore, quæ facit ne prima sit infructuosa, & cõuertatur in damnationẽ mortis, dando scilicet pœnitentiã, sine qua expectatio nõ modò non prodest, sed obest plurimũ. Et hæc quidẽ in leuibus peccatis potest sufficere, quoniã in his à quibus abstinere non possumus dum gestamus corpus peccati, ad salutẽ sufficere potest pœnitentia quotidiana. At in grauioribus quidẽ, & quæ peccata ad mortẽ sunt, opus est nõ modo pœnitẽtia, verum etiã cõtinentia. Difficilis prorsus res, & soli diuinæ virtuti possibilis, susceptum semel peccati iugum à ceruicibus excutere:
Psal.50.a quoniã qui facit peccatũ, seruus est peccati, nec est iam liberari nisi in manu forti. Hæc est magna misericordia magnis necessaria peccatoribus, de qua dicitur: Miserere mei deus secundum magnã misericordiã tuã, & secundum multitudinem miserationum tuarum, &c. De quatuor filiabus magnę misericordiæ dictũ est, quæ sunt immissio amaritudinis, subtractio opportunitatis, virtus resistẽdi, & sanitas affectionis. Quandoque enim ei qui peccato quouis obligatus tenetur,
C piè immittit dominus amaritudines quasdam, quæ mentem occupant hominis, & expellunt pernicioſam delectationem peccati. Quandoque subtrahit opportunitatem, nec tentari patitur infirmitatem. Quandoque virtutem donat resistẽdi, quod maius est, vt scilicet tentationẽ sentiens viriliter agat, & non consentiat. Quandoque affectionem sanat quod perfectissimum est, & in quo prorsus tẽtatio tollitur: vt non solùm non consentiatur ei, sed nec sentiatur quidem.

De septem donis spiritus sancti contra septem vitia, Sermo.

SApientia vincit malitiam, dum satanam conterit dei virtus & dei sapientia Christus. Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter, in cœlo quidem deiiciendo superbum, in mundo superando malignum, in inferno spoliando auarum. Et disponit omnia suauiter, in cœlo stantes angelos confirmando, in mundo venundatos redimendo, in inferno captiuos liberando. Aut si melius placet, accipiamus hoc modo. Ordinata procedit acie aduersus septẽ peccati gradus spiritus septiformis. Et primus contra negligentiam timor exurgit, nimirum ipse est quo concutitur anima, discutitur conscięntia, excutitur sopor lethalis, incutitur sollicitudo. Deniq; qui timet deũ, nihil negligit, sed veretur omnia opera sua. Cęterũ vt grauior sit conflictus, squama squamæ iũgitur, & comitãtia sunt in humano corde negligẽtia sui, & curiositas cęterorũ. Triplex enim (vt ait sapiens) incõmodũ ciicit de domo inhabitantẽ, fumus, stillicidium, mala vxor. Quãdo verò hæc deerunt negligenti? Propria quidẽ qui negligit, fumum non abigit, vxorẽ non corrigit, tectũ non reficit. Fumãt peccata nullo misericordiæ studio, nullis lachrymarũ vndis ex- D
tincta, & fumus ille terrimus & intolerabilis. Malignatur volũtas ipso neglectu quotidie deterior semetipsa. Stillat superni iudicis indignatio ex defectu vtiq; charitatis, quæ sola operit multitudinẽ peccatorum. Egrediatur vtique foras necesse est, & curiosius exteriora consideret qui sic interna despicit, præterita nõ respicit, præsentia nõ inspicit, futura non prospicit. Euidenter proinde curiositati pietas aduersatur: & quẽ illa à corde euocat, ista reuocat. Nimirum pietás illa est cultus dei, & in corde colitur, qui in corde cognoscitur habitare. Parit autem curiositas experientiã mali, vt facilè qui per multa vagatur offendat, facilè cadat in laqueũ, facilè inueniat quod pernicioſe delectet. Cõfligit sanè aduersus hanc scięntiæ spiritus, docẽs eligere bonũ, reprobare malũ, docẽs quid pernicioſum sit, quidve expediat experiri. Veruntamen in multis iã in cõcupiscentiã experientia trãsire videtur. Habes ergo hos gradus in Dina filia Iacob, quã nimirum ad viden- Gene.34.d
dũ alienigenas mulieres egressam Emor filius Sichẽ rapuisse, corrupisse, ac deinde tristem blãditiis delenisse legitur, ita vt illius animę anima eius adhęserit. Dico autẽ in cõcupiscẽtiã, & vt propheta meminit, in affectũ cordis transisse hominẽ qui legẽ spreuit, honestate abiecit, valefecit pudori: timorẽ autẽ domini penitus transiliit, solóq; vehitur appetitu, sequitur cõcupiscentiã solam, sola trahitur voluptate, & est apud eũ pro ratione voluntas. Cõtra hanc igitur cõcupiscen- E
tiam mali dimicat fortitudo: neq; enim vlla iam nisi in manu forti liberatio est. Indicat sibi homo iciunia, corpus castiget, & subiiciat seruituti: ne forte iam de radice colubri egrediatur regulus, de cõcupiscentia consuetudo. Quemadmodum enim misera nimiũ & miserabilis humana fragilitas sine pruritu concupiscentiæ, aut impetu desiderij sola consuetudine ipsa ad illicita trahatur, vtinam omnibus liceat ignorare. Nimirum peccatũ faciẽs, seruus est peccati, seruus planè diabo- Ioan.8.d
li, ad praua quæque prout ducitur sequẽs, à quo nimirum captiuus tenetur ad ipsius voluntatẽ. Est autẽ consuetudo hæc grauis quędam & pernicioſa cathena, soluenda vtiq; facilius quàm rumpenda: vt hic máxime vulgare illud prouerbiũ videatur vsurpari, industriá violẽtia potiorẽ: vt quemadmodũ vis vi repellitur, & feruore spiritus feruor extinguatur desideriorum: vt maligni artem arte deludas, & cõsuetudini cõsiliũ opponas. Alioquin si forte violentiam quæras, & castigationem corporis speres consuetudini prætualere, timẽdum omnino est ne sit pernicioſius labor, & prius ipsa subſtantia deficiat quàm inolita concupiscentia, præsertim quòd altera quędam natura sit ipsa cõsuetudo. Necessarium itaq; est cõsilium vel ab ipso magni consilij angelo ministratum, vel ab homine aliquo spirituali qui cogitationes satanæ spiritualiáque remedia nõ ignoret. Subtrahẽda nobis occasio est, & opportunitas fugienda peccati. Legimus fratres, in eremo for- F
nicationis spiritu quempiam impugnatum, laudabili prorsus industria à patre curatum. Aduocans enim senior frattem alterum secretò, iussit vt eũdem lacesseret iniuriis, & prior ipse quasi accepta ab eo iniuria quereretur. Anxiabatur ille, & confusus vehementer, sic in breui oblitus est pristinæ tentationis, vt quærẽti de ea nõ sine admiratione plurima responderet: Papæ, viuere nõ licet: & fornicari libet? Sed forte necdum venit cui victoria repoſita est, quem triumphus manet, cui corona debetur, & contemptus ex consuetudine prodit, vt tanto liberius, quanto desperatius peccans, totas iam concupiscẽtiæ laxet habenas, toto impetu feratur in præceps, sicut scriptum est: Peccator cum venerit in profundum malo- Prou.18.a
rum, contemnit. Hunc ergo contemptum necesse est vt spiritus intellectus impugnet, illuminãs tenebras cordis, & lucem diuinæ misericordiæ, & copiosæ miserationis infundẽs. Intelligentia nempe diuinis & altissimis rebus attribuenda est, quas quidem ratio humana nullatenus, difficilè autẽ vel fides ipsa comprehendere possit, vt est illud: Vbi abundauit Rom.5.d
delictum, superabundauit & gratia. Iam si contemptus perstiterit, accedere necesse est & malitiam, vt quam potest cõsolationem desperatus miser admittat, & cui non est pars in bonis, lætetur vel in malis, lætetur cũ malefecerit, & exultet in rebus pessimis. Ex his ergo solum hoc remediũ est, vt ipsa aduersus malitiam sapientia congrediatur, propriáq; dex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tera prælietur, quæ succumbere omnino non nouit. Quando enim liberetur qui in habitationem descendit, nisi prę ueniatur in benedictionibus supernæ dulcedinis, vt clauū clauo expellat, & pestiferam dulcedinem vitiorum iucunditas spiritualis vnctionis excludat? Attingit ergo à fine vsque ad finem fortiter sapientia victrix eradicando singula vitia, singulásque inserēdo virtutes. Excutitur siquidem negligentia, vt timoris spiritus repleat mentem: abiicitur curiositas, vt succedat pietas: experientia mali fugatur, apponitúrque scientia. Sic & concupiscentiæ prævalet fortitudo, & consilium consuetudinem amputat, & intellectus vigens contemptum amouet, & disparente omnino malitia, sapientia regnat. Qua quidem triumphante, decætero miseram illam animam quā pernicioſe negligentia soporauerat, peius excitauerat curiositas, attraxerat experientia, tenuerat concupiscentia, ligauerat consuetudo, contemptus in carcerem truserat, malitia iugulauerat: timor suscitat, pietas blande demulcet, scientia quid actum sit indicans, dolorem apponit: quod suum est, fortitudo erigit, consilium soluit, intellectus educit de carcere, sapientia mensam ponit, refocillat esurientem, & salutaH ribus reparat alimentis.

De eo quod scriptum est: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia, Sermo.

Prou.3.b QVid in hoc mundo agimus fratres, aut quid facimus de hoc mundo? Si saluari contēdimus à præsenti seculo nequam, quid adhuc de hoc mundo decernimur? Si exire volumus, quid cōpedes nostros nobiscum trahere laboramus? Ponamus aureos esse, sed multo melius est sine his liberari, quàm eorum occasione teneri. Nō æstimemus precium, sed impedimentū cōsideremus, ne præter ipsam quæ dura satis reputanda est conditionis necessitatem, etiam cupiditatis visco inhærere hic incipiamus, & inanis sollicitudinis nexibus irretiri. Quid enim in cōpedibus faciat quis, percūctari forte minus cōgruū iudicetur, quòd videlicet ad patiendum magis, quàm ad aliquid faciēdum soleant homines cōpediri: & actionis impedimenta cōpedes sunt, adminicula passionis. Agendū tamē nobis aliquid in hoc mundo, agenda vtique pœnitentia, sed ad passionem hæc potius, quam ad actionem videbitur pertinere. Nihilo minus tamen agendum hic nobis aliquid: non quidē de hoc mundo, sed in hoc mundo. Cū enim legatur Adam in loco voluptatis ab initio positus vt operaretur, quis sanum sapiens, filios eius in loco afflictionis ad feriandū positos arbitretur? Operemur ergo, sed cibū qui non perit: operemur opus salutis nostræ. Operemur I in vinea domini: vt denarium diurnum accipere mereamur.
Eccli 24.c Operemur in sapientia, quæ dicit: Qui operantur in me, non
Marc. 13.f peccabunt. Ager enim est mūdus: ait veritas. Fodiamus: in eo thesaurus absc̄ditus latet: effodiamus eum. Ipsa est enim sapientia quę trahitur de occultis. Omnes eam quęrimus: omnes cōcupiscimus eam. Sed frustra quærit qui in lectulo suo
Esa.21.c quærit: neque enim in terra suauiter viuentiū inuenitur. Lectulus est, & ibi gigantē quæris? Tuus est, & ibi speras inue-
Eccli 18.d nire eum qui diuersoria semper ignorat? Si quæritis, inquit, quærite: cōuertimini & venite. Quæris vnde? A lectulo tuo. Quæris vnde cōuertaris? A voluntatibus, inquit, tuis auertere. Et si in voluntatibus meis nō inuenio: vbi, inquis, inuenio sapientiam? Vehementer enim eam cōsiderat anima mea: nec inuenisse sufficiet si cōtigerit inuenire: nisi mensurā bonam & confertā & coagitatam & superefluentem ponam in sinū meū. Merito quidē. Beatus enim homo qui inuenit sapiē-
Pro.3.b tiam: & qui affluit prudentia. Quære ergo dum inueniri po-
Esa.55.b test: & dū prope est inuoca illam. Vis audire quàm prope sit?
Rom. 10.b Prope est verbū in corde tuo & in ore tuo, tantū illud recto si quæsieris corde. Erige cor, surge de lectulo tuo, vt nō frustra audias admonentē, sursum habere cor. Si enim inuenies corde sapientiam: ore affluet prudentia. sed affluere non effluere vel euomere cura. Nimirum mel inuenisti, si inuenisti sapiētiam: tantum ne multū comedas: ne satiatus euomas il-
Eccli 24.c lud. Sic comede, vt semper esurias. Nā ipsa dicit: Qui me edunt, adhuc esurient. Noli multū reputare quod habes, noli satiari, ne euomas: & hoc ipsum quod videris habere, auferatur à te: quippe qui ante tēpus quærere destitisti. Neq; enim dum potest inueniri, dū prope est, ab inquisitione vel inuocatione cessandum est. Aliter quoque sicut qui mel comedit K
Prou. 25.d multum (vt ait idem Salomon) non est ei bonū: ita qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Quid tu Pilate seorsum interrogas dominū, vt tibi susurret in aure quid sit veritas? Multum est ad te: non dabitur sanctum cani, nec margarita porco. Quære potius fidei gustum: satietatem intelligentiæ interim ne requiras. Meritò, fratres, reuerberata acie protinus resiluit: & responsum nō sustinens, egressus est ad Iudæos, qui ambulare cœperat in magnis & mirabilibus super se, quid esset veritas percontatus. Quocirca quęramus sapiētiam in corde: & sapientiam quæ est ex fide, quemadmodum
Rom.12.a apostolus ait: Non plus sapere, quā oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Sobria siquidē sapientia est in pœnitudine peccatorum præteritorum: in cōtemptu præsentium cōmodorum: in desiderio futurorum prę miorū. Inuenisti planè sapientiā, si prioris vitæ peccata defleas: si huius seculi desiderabilia paruipendas: si æternā beatitudinē toto desiderio cōcupiscas. Inuenisti sapientiā, si tibi horū singula sapiūt prout sunt, vt hæc quidē amara & omnino fugienda, ista quoq; velut caduca & trāsitoria contēnenda, illa verò vt perfecta bona totis appetenda desideriis, intimo quodam animi sapore diiudices & discernas. Atq; hęc quidē sobria est sapientia, & vomitū nescit, vbi & timoris frigus ex recordatione peccatorū, & charitatis feruor ex appetitu diuinarū promissionū, L tepiditatem amouet earū quæ nunc sunt pessimarū occupationum: vt nec euomas sapientiam: nec euomaris ab ea. Sicut
Prou.3.b enim beatus homo qui inuenit sapiētiam: sic etiā beatus vir vel beatior etiam, qui morabitur in sapientia. fortè enim hoc ad affluentiam spectat. Sanè in his tribus ore affluit sapientia vel prudentia, si sit in ore confessio propriæ iniquitatis: si gra
Rom. 10.b tiarum actio & vox laudis: si etiam sermo ædificationis. Nimirum corde creditur ad iustitiam: ore autem cōfessio fit ad
Prou.18.b salutem: atque in principio quidem sermonis iustus accusator est sui. Nam in medio magnificare dominum, in tertio quoque (si eatenus affluit sapientia) ædificare proximum debet. An verò & in opere affluendū est sapientia? Est maxime. Quæramus ergo & in opere triplicem affluentiam: nam & olim dictum est à sapiente quodam, quòd sapientia triplici ter describeretur. Itaq; si vos melius nō habetis: puto ego, quod ad opus pertinet, copiosè satis affluere sapiētia, quicūq; inter vos continenter, patienter, & obedienter conuersatur, tantùm vt fidelis obedientia propriam mortificet voluntatem, humilis continentia carnalem pariter & secularē amputet voluptatem, hilaris patiētia vtranque simul, & corporalem scilicet, & mundialem viriliter sustineat aduersitatem.

De triplici genere bonorum & vigilantia super cogitationibus, Sermo. M

ET propensius studium & cura vigilantior nostris esset cogitationibus adhibenda, fratres mei, nostris inquam quibus tam sanctarum meditationum assiduè materia ministratur. Nocte enim & die nobis propheticæ & euangelicæ, sed & apostolicæ voces canuntur & leguntur, quæ & pœnā minantur inferni, & gloriam regni pollicentur. Vnde ergo nobis tam vanæ, tam noxiæ, tam obscœnæ cogitationes, quę nunc immunditia & eleuatione, nunc superbia & ambitione cæterisque passionibus extorquent nos, vt vix aliquando in serenitatem sanctarum cogitationum respiremus? Væ nobis à torpore & tepore cordis nostri, qui permittimus nos his vanitatibus occupari, & nō magis ex instanti transilimus in bona domini, siue in naturalia, siue in spiritualia, seu etiam in æterna. Et quidē naturalia bona magna, spiritualia maiora, sed maxima sunt æterna. In primis reparamur, in secundis exercitamur, extendimur & beatificamur in tertiis. Si nō potes oculum meditationis in illā sublimitatē æternalium bonorū infigere, quę stantia sunt, & omnem sensum exuperāt: in bonis gratiæ quæ sunt in exercitio virtutum, visum reflecte, vt videas quàm puræ conscientię, quàm liberę frontis sit versari & cōuersari in castitate & charitate, in patiētia & humilitate, cæterisq; virtūtibus, quæ amabilē deo, placabilem & imitabilē hominibus reddūt. Quòd si & hæc nimis sublimia sunt, & trāsgredientia infirmitatē tuā, mitte oculos tuos in bona naturæ, quæ tibi tā familiaria esse debent, quantum tu

A tu familiaris es tibi. Nec sic dicimus bona naturæ, quasi gratię nō sint, sed ideo ꝙ ipsi naturæ quodammodo ingenita & cōplantata fuerūt antequā fieret peccatū illud, quod nō solū personā infecit, sed etiā naturā. Extunc non ita nobis ad mānum prouenisse monstratur propter vulnus inflictū, cum tamen nos illa in nobis & circa nos esse tam rationibus q̄ affectionibus plerunq; sentiamus. Et quia nos ex anima & cor-
1.Cor. 12. pore cōsistimus, iuxta vocē apostoli: ab animali parte, id est, à bonis corporis incipiam⁹, vt nō sit prius quod spirituale est, sed quod animale. Sunt autē omnia bona corporis, & quæ ei solūmodo debeam⁹, sanitas. Nihil autē ei vltra dandū est vel quærēdum, sed hoc termino ligandū & frenandū est, cū fructus eius nullus sit, & mors sit finis illius. Sed hīc fouea est, quę nolo vos lateat. Insidiatur enim voluptas sanitati, & tam subtili malignitate prosequitur, vt vix eam quis vel possit cauere, vel nouerit. Quòd si voluptati seruitur, nō sanitati, hoc iam de natura nō est, sed sub natura, quæ morti man⁹ dat, cū magistrā constituit voluptatē. Inde etiā est ꝙ multi ad tā bestiales & rebelles impetus descenderūt, vel (vt dicam verius) ceciderunt, vt voluptatem præferant sanitati, & illis ipsis sæpissime volutentur, quę sciūt difficiles & acutissimas subsequi passiones. Sicut autē corporis natura est sanitas, ita cor-
B dis natura est puritas: quia turbato oculo nō videbitur deus: & cor humanū ad hoc factum est, vt suum videat creatorē. Si verò sanitati corporis sollicita est prouidenda custodia, puritati cordis tanto sollicitior est impendenda, quanto pars ista dignior illa esse cōuincitur. Hic tamē simpliciter accipimus puritatem, vt videlicet omnia quæ agimus, purè & humiliter
Psal. 31. b cōfiteamur domino in oratione, homini in cōfessione, & dicamus: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et quia sociale animal sumus, ex his, quæ in nobis sunt, ad ea quæ circa nos sunt, transeamus: vt si fieri potest quod ex nobis est, pacē habeamus cū omnibus hominibus. Hæc enim est lex naturalis societatis, vt omnia quæcunq; nobis fieri nolumus, aliis non faciamus: & quæ nobis fieri volumus, aliis impēdere studeamus. Sicut ergo debemus sanitatem corpori, puritatem cordi: sic & fratri pacem. Iam hinc transeundum est ad sanctorū animas, quæ de huius mortalitatis carcere ad cœlorum gaudia volauerunt. His profecto debemus imitationem: quia simiC les fuere nobis passibiles, & notas nobis fecerunt vias vitæ, quas tam infatigabiliter, quā interminabiliter tenuerunt. Sed & illis qui non in tanta sanctitate seu peracta pœnitētia exierunt, cōpassionem debemus & orationē propter similis naturæ cōsortiū, vt pius pater auferat scoriā eorū, & in beneficia flagella cōmutet, & sic tandem reconsignet ad beatæ gaudia ciuitatis. Si enim tauri cum taurum mortuum inuenerint, plorāt, mugiunt, & quasi quibusdā debitis humanitatis obsequiis fraterna funera prosequuntur: quid debet homo homini, quē & ratio docet, & trahit affectio? Sicut ergo sanctis animabus imitationem, sic minus sanctis compassionem debemus, illinc exemplum, hinc gemitum haurientes. A sandebemus, illinc exemplum, hinc gemitum haurientes. A sanctis verò angelis auxilium quærendum est & occultis suspiriis, & frequentia lachrymarum: vt illi superemineti maiesta-
Heb.1.d ti preces nostras offerant, referant gratiam: quia administratorij spiritus sunt, missi propter nos, vt hæreditatē capiamus salutis. Ab illo autem rerum omnium domino pietas quærēda est, vt ille cuius natura bonitas, cui proprium est misereri semper & parcere, non respiciat multitudinem iniquitatum nostrarum: sed secundum multitudinem miserationum suarum misereatur nostri. Ipsi enim nos & amorem debemus, & subiectionem cum omni reuerentia & humilitate: Amorem, quia fecit nos, & benefecit nobis: subiectionem, quia super nos est, & hoc præcipit nobis, terribilis in consiliis super filios hominum. Ita ergo & sanitatem corpori, puritatem cordi, pacem fratri, imitationem sanctis, compassionē mortuis debemus: auxilium ab angelo, pietatē à deo postulemus. Ex arca naturalium bonorū habere debemus & quærere, vt sciamus quia cū hæc omnia quæ mādata sunt & data naturæ, fecerimus, serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus. Aut vix enim aut nunquam inuenitur aliquod præceptū datum hominibus, quod trāseat terminos possibilitatémq; naturæ. In his autē bonis, sicut prædiximus, reparamur, & quasi quodammodo restituimur in antiquum, dum ad ingenitam D naturæ suauitatem reuertimur, dum etiam nobis & his qui circa nos sunt, & eis qui supra nos sunt, debitū rerum ordinem exhibemus. Et hæc quidem pro bonis naturalibus. Spiritualia autem bona in quibus exercemur vt ad æterna tendamus, ipsa eadem sunt: sed alia, quia alio intuitu cōsiderata, cum plurimis tamen aliis, quæ longum est enumerare. Illa enim iuxta naturam hęc supra naturam esse noscuntur. Nam & in spirituali exercitio non sanitatem debemus corpori, sed seruitutem, sed afflictionem, sed laborem, iuxta vocem illius spiritualis & summè spiritualis hominis qui dicebat: Castigo
1. Cor. 9.d corpus meum, & in seruitutē redigo. Nec istam tantùm cordi puritatem debemus, vt pure & humiliter cōfiteamur peccata nostra, sed vt in intentione, cogitatione & opere hanc circunspectionē exhibeamus, vt & vita nostra sit fructuosa, & fama gloriosa, non quæ fructificet sibi, sed deo: non quæ glorificet se, sed patrem suum qui in cœlis est. Pacem quoq; non solum fratribus exhibēdam dicimus in via ista, sed cum his qui oderunt pacem, esse pacificum, portare omnes, & à nemine velle portari. Cōfitemur etiam non modò compassionem mortuis & orationem, sed in spe etiam congratulationem adhibēdam: quia & si contristandum est, quòd in locis purgatoriis patiuntur, multo amplius collætandum quòd prope est vt abstergat deus omnē lachrymam ab oculis eorum, & iam nō sit neq; luctus neq; clamor, sed nec vllus do- E lor, quæ prima abierunt. Sanctis verò animabus nō iam imitationem, nec à sanctis angelis tantummodo quærere debemus auxilium, sed ardēter desiderare conspectum eorum, & esse cum illis, & videre quę sint illę columnæ cœli quæ sustinent orbem terrarum, in quibus rutilat & relucet tantum & tam excellens diuinitatis insigne. In domino autē non solum pietas quærenda est, sed & in eum tota affectio dirigenda, vt diligamus nos propter ipsum, & suspiciamus quæ sit illa maiestas, quæ cuncta faciat, cuncta cōtineat, & in quam desiderant rationabiles creaturæ prospicere. Hæ sunt semitæ spiritualis exercitij, in quibus religiosa mens & dilatatur & delectatur, eorum, quæ sunt retro oblita: & ad anteriora, id est, æterna bona se extendens, sequitur ad palmam supernæ vocationis. Nūquid non supra naturam beatus iste Andreas apostolus, cuius solēnitas præ manibus est, transilierat, qui dicebat, O bona crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens venio ad te? Alterati hominis est ista vox, & qui de bonis naturæ ad gratiæ bona surrexerat: vt nō solùm gloriaretur in spe, sed & in tribulationibus, & gaudens iret à cōspectu cōcilij, quòd dignus esset pro nomine Iesu cōrumeliam pati. Non modo enim patiēter, sed & libenter, verū & ardenter ad tormenta sicut ad ornamēta, ad pœnas sicut ad delicias properabat. Porro quidē æternā bona illa bona sunt quę nec oculꝰ vidit, nec auris audiuit, & quę F nunquā exeunt ab illa patria quę nescit nisi gaudiū & iubilationē. Ibi nihil deest, ecce abundātia qua impleatur humana cupiditas. Quæ est ista copia vbi nihil quod nolis sit, totū sit quod velis? Fiat pax (ait propheta ad Hierusalē) in virtute tua, *Psal.121.b* & abundātia in turribus tuis. In illis inquā turribus, quę iuxta prophetā alium gēmis ędificabuntur, vbi adipe frumēti, non cortice sacramēti satiabit nos deus. Quòd si nihil deerit nobis, aliquid autē nos latuerit, nunquid erit gloria cōsummatā? Ideo nihil latebit nos, & ecce sapientia qua curiositas hominis satietur. O sapiētia qua tūc omnia quæ in cœlo & quæ in terra sunt, perfectissime cognoscemus, in ipso fonte sapiētiæ rerum omnium cognitionē bibētes. Nō metuā suspicio-
Apoc.21.f mo vitro similis erit, vt sicut per vitrū lucidissime cernimus, sic aliorum cōscientias clarissime videamus. Quid si & nihil defuerit, & nihil latuerit, maneat autem timor & anxietas amittendi? Ideo nihil terret, & ecce potentia qua humana infirmitas roboretur. Qui posuit, inquit, fines tuos pacem, & *Psal.147.* cōfortauit seras portarum tuarum, ita vt nullus inimicus intret, nullus exire possit amicus. Vbi ergo summa abundantia, summa sapientia, summa potentia est, puto quòd nihil desit plenitudini beatitudinis, quantum spectat ad summam felicitatis humanæ. Hæc sunt bona naturæ, gratiæ, gloriæ, bona humanitatis, bona virtutis, bona æternitatis. Hæc cogite-

Gmus,hæc ruminemus fratres,& iuxta præceptum legis reuocemus ruminationem,quia sic viuitur, & in talibus vita spiritus nostri.Sic enim cogitatio sancta seruabit nos,vt dicam⁹
Ibid. 18.d cum sancto:Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, domine adiutor meus, & redemptor meus.

De triplici custodia, manus, linguæ, & cordis. Sermo.

OMnes nobis causamur deesse gratiam, sed iustius forsitan ipsa sibi queratur gratia deesse nonnullis. Nempe res cordis est gratia deuotionis ista quam quærimus: & hoc munere ipse se fraudat, qui internum ei dissimulat receptaculum exhibere. Cæterùm vnde illi cura cordis, cui ne ipsa quidem adhuc oris circūspectio, seu manus custodia subest? Non sibi deesse miretur consummationem, qui nec initium apprehendit:sed ne is quoque qui initium iam tenere videtur,si ad medium non peruenit. Magnum est homini seculari mundas habere manus, monacho non est magnum: sed planè magnum ei malum esse probatur ne ipsarum quidem contagia declinare. Imò verò & in ipsis quoq;manibus longè amplior munditia & iustitia abundantior à nobis exigitur quàm ab illis. Nimirum illis dicitur: Fugite fornicationem:&, Qui furabatur,iam non furetur: cæteráque similia,
1. Cor. 6.b *Ephes. 4.c* quæ qui fecerint,regnum dei non cõsequentur. Nunquid & H nobis ab huiusmodi contagiis operum, & tam graui manuũ contaminatione timendum est? Sed quo nitidiores manus, eo grauius quoque minor in eis næuus offendit,& sicut preciosam vestem exigua quęuis macula turpius decolorat.Nobis ad immunditiam minima quælibet inobedientia sufficit, nec iam næuus est,sed grauis macula, si in actionibus nostris vel minorum residet negligentia mandatorum. Hæc igitur operum diligentia seruandorum, initia nostræ conuersionis exercet: dum adhuc quidem modicum, sed tamen iam lumen in nobis est, nisi forte magnum se putãt habere lumẽ,
Luc.17.c quibus veritas ait: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite quia serui inutiles sumus: quæ debuimus facere fecimus.Sed hoc,inquies,propter humilitatem monuit esse dicendum.Planè propter humilitatem: sed nunquid contra veritatem? Cæterũ si circa factorum quoque custodiam inuenimur adhuc negligentiores:nemo sapiẽs cum liquare culicem moneat,qui vtinam nõ glutiat vel camelum. At si iam manus mundatæ fuerint(nec sic quidẽ cõtinuò ad cor transitur)labiis sanè mundãdis secundũ studiũ & media sollicitudo debetur. Quod si dixeris, Rarus est qui sermones suos in iudicio disponere videatur: vel ex hoc disces quàm sit rara perfectio, cum nec perfectum inueneris omnibus esse cõmune.Quis sanè numeret quantas modicũ linguæ membrũ cõtrahat sordes,quàm multiplex in labiis incircunciſis immun-
I ditia coaguletur,q̃ sit grauis pernicies oris incircũspecti? Est enim lingua dissoluta in sermonibus ociosis, est lingua impudica,est & magniloqua:quarum prima lasciuiæ,sequẽs arrogantię famulatur.Est etiã lingua dolosa, & item lingua maledica, quarum altera in fasiloquã & adulatoriam subdiuiditur:altera verò nunc in facie contumelias irrogat,nunc detrahit in occulto. Quòd si de omni vel ocioso verbo quodcunq; locuti fuerint homines,deo sunt reddituri rationem in die iudicij: quanto districtius de verbo mendaci,mordaci &
Prou.10.c iniurioso,de elato vel lasciuo, de adulatorio aut detractorio iudicabuntur? Quã vera sententia fratres, in multiloquio nõ effugiendũ peccatum! Vt enim prætereã cætera,si propterea est ociosum verbũ,quòd nullã rationabilem causam habeat, quam rationem de eo reddere poterimus quod est præter rationem?Nemo vestrũ,fratres,parui æstimet tempus quod in verbis cõsumitur ociosis. Siquidem tempus acceptabile est, & dies salutis. Volat verbum irreuocabile, volat tẽpus irremeabile,nec aduertit insipiens quid amittat. Libet confabulari,aiunt,donec hora prætereat. O donec prætereat hora: ô donec pertranseat tempus!Donec hora prætereat, quam tibi ad agendam pœnitentiam,ad obtinendã veniam,ad acquirẽdam gratiam, ad gloriam promerendam, miseratio conditoris indulget.Donec transeat tempus,quo diuinam tibi repropitiare debueras pietatem, properare ad angelicam societatem, suspirare ad amissam hæreditatem, aspirare ad promissam felicitatem,excitare remissam voluntatẽ,flere cõmissam iniquitatem.Sic nimirum sic agricolę cum diu desiderata af-K fuerit opportunitas seminãdi, sic vinitores cum expectatum tẽpus putationis aduenerit,inueniſse occupationes, & quasi irreprehensibiliter sine opere diem transegisse lætantur? Sic instantibus nundinis institores nectere moras, occasiones quærere solent,ne quem forte sibi ex eis quæstũ prouenire contingat?Sic deniq; pauperes mendicantes cum multis clamoribus euocatus tandem affuerit eleemosynarum distributor,diuerticula captant, & concurrẽtibus sociis vacuos ambiunt occupare recessus,& fouere latebras in angulis plateарum? Vtinam tamen vel solũ tẽpus vitæ amitteretur in verbis,sed multi in his etiam vitam amittere comprobãtur:nec modò ipsi amittere,sed adimere quoq;,& hoc fratribus suis. An nõ amittunt vitam detractores deo odibiles, odibiles vitæ?Fugit vita quos odit:& quos vita fugit, mori necesse est. An non & ipse moritur, qui venenum bibit quod ei malesuada detractoris lingua propinat? Siquidem furtim ei dilectionis vita subtrahitur:& dum nescit,paulatim in eo fraterna charitas refrigescit. Auditurus est forsitan ipse quoq; cui detrahitur.vndique enim verba volant, & multorum prius ora sermo pertransiens,difficilè fieri potest quin singulorum creuerit linguis,& quasi iam prouectus referatur ad eum ad cuius spectat offensam.Itaque scandalizabitur audiens,& tabescet,eóq; facilius extinguetur in eo charitas,quo amplius L
Psal. 54.b ante viuere videbatur.Si inimicus,ait, meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique.& quidẽ cauet sibi prudens auditor, cauet & ipse, si non desipit,qui sibi nouerit esse detractũ:ille ne veneno inficiatur,iste ne scãdalo perturbetur.Sed quod in se est tamen, lingua maledica & illius percutiens conscientiam,& istius vulnerans charitatem,secum pariter vtrunque perimit.Nunquid non vipera est lingua ista?Ferocissima planè,nimirũ quæ tam lethaliter tres inficiat flatu vno. Nunquid non lancea est ista lingua? Profecto,& acutissima, quæ
Ibid.56.b tres penetrat ictu vno. Lingua (inquit) eorũ gladius acutus. Gladius equidem anceps,imò triceps est lingua detractoris. Nec verò eiusmodi linguam ipso etiam mucrone quo dominicum latus confossum est,crudeliorem dicere verearis. Fodit enim hęc quoque Christi corpus,& membrum de membro,nec iam exanime fodit,sed facit exanime fodiendo. Ipsis quoque nocẽtior est spinis quas illi tam sublimi capiti furor militaris imposuit: sex etiam clauis ferreis quos sanctissimis manibus illis & pedibus cõsummatio Iudaicæ iniquitatis infixit.Nisi enim huius quod nunc pũgitur & trãsfoditur corporis sui vitã,illius vitæ corporis prætulisset,nunquam illud pro isto mortis iniuriæ,crucis ignominiæ tradidisset. Et dicimus: Leuis res sermo, tenera mollis & exigua caro lingua
M hominis:quis sapiens magnipẽdat?Leuis quidem res sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat: leuiter transit, sed grauiter vrit: leuiter penetrat animum, sed non leuiter exit: profertur leuiter,sed non leuiter reuocatur:facilè volat,atq; ideo facilè violat charitatem.Vilis res est musca moriens,sed exterminat oleum suauitatis. Tenerum membrum lingua, attamen vix teneri potest: subſtantia quidem infirmum atque exiguum, sed vsu magnum & validum inuenitur. Modicum membrum est,sed nisi caueas, magnum malum. Tenuis est & lata, aptissimum vacuandis cordibus instrumentum,sicut multorum mihi inter vos conscientias arbitror attestari:nisi forte omnes tam perfecti simus, vt nunquam nobis post longas confabulationes inuenta sit mens quodammodo vacua, meditatio min⁹ deuota,sicca magis affectio,& holocaustum orationis non adeo pingue propter verba siue quæ diximus,siue etiam quæ audiuimus,verba tamen. Facilè enim lingua labitur,nec minus facilè illabitur cordi, ita vt multis inter loquendum minus profuerit quòd propriã cohibuerint,dum non cauerint alienã. Vtilis est frater qui tibi loquitur,sapiens est,religiosus ac timẽs deum, plus dico, angelus est,& angelus lucis:etiã sic caue tibi ne audias vnde legaris.Nec personam tibi velim suspectam esse,sed linguam, præsertim in sermocinatione communi. Bona quidem columbæ simplicitas, sed in hac parte quoq; serpẽtis astutiam non omittas.Maria ne angelicum quidẽ verbum sine discus-
Luc.1.d sione prætereis,cogitabat qualis esset ista salutatio. Tu quoque qui crebris experimentis saltẽ solerter aduertisti quantum

A tum noceant verba,non desipies si sollicitus fueris, quandoquidem interesse necesse est collocutioni non modò ori circunspectionem,sed & auri nihilo minus adhibere cautelam. Non miremini quòd huic gradui proficientium diutius immoremur.plures siquidem inter vos proficientes esse credimus, quàm perfectos. Forte tamen nimij videamur in suggillatione verborum.Sed mementote quoniã lingua est quæ contra vitia linguæ loquitur, vt in eo vel maxime haberi debeat excusata,quòd nec sibi parcat,& aduersus propria quo-
Can.4.d que suiipsius periculã muniat audientes. Ventus est sermo, sed non semper est ventus vrens.Surge (inquit) aquilo, veni auster,perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Est quoque magna nihilo minus sermonis vtilitas,& frequenter in lingua fructus precioſiſſimus reperitur. Nempe iusti vita ex fide est, & fides ex auditu,auditus per verbum dei. Quomodo enim viuet quis nisi crediderit? Quomodo credet nisi
Rom.10.d audierit? Quomodo audiet nisi annuncietur ei? Sane propterea maiorem ei diligentiam, & diligentiorem custodiam conuenit exhiberi,quòd sit iuxta scripturam mors & vita in manibus linguæ.Alioquin si sola inesset vita, nec circuncisio quidem ei,sed sola mors, etiam abscissio deberetur. Nũc verò ponenda nobis ori nostro custodia,& ostiũ circunstantiæ
B labiis, vt nec vitalem ædificationẽ clausura damnet æterna, nec lethalis pernicies liberum sortiatur egressum.Vigilemus itaq; super opera nostra fratres,ne vel omittamus quod præ-
Psal. 36.e ceptum, vel quod prohibitum est committamus. Hortatur nos ad bipertitam hanc custodiam propheta, cum dicit: Declina à malo,& fac bonũ.Vigilemus nihilo minus super verba nostra, ne in eis vel offendere deũ, vel proximum nocere contingat.Felix siquidem quẽ in omni confabulatione duplex timor ille sollicitat,& duorum cõsideratio stimulat auditorum: primum quidem diuinæ maiestatis,in cuius manus incidere prorsus horrendum: dehinc fraternæ infirmitatis, cui nihilo minus perfacile est offendiculum dare. Puto tamẽ ne eum quidem qui in verbo cauet offensionem, perfectum adhuc dici oportere, nisi forsitan comparatione prioris qui tantùm super opera vigilabat. Nam & veritas in euangelia
Luc. 12. e de vigilantibus seruis & aduentum domini præstolantibus loquens,Si (inquit) in tertia vigilia venerit,& ita inuenerit: beati sunt serui illi. Quod nequaquam de prima, sed nec de
Prou.4.d secunda dictum quidem reperies. Est autem vigilia hæc super cor,cui sanè omnem iam custodiam exhibere sapiẽs monet: nimirũ quia ex ipso vita procedit. Ego tamen etiam hãc constare arbitror specialiter in duobus: vt videlicet super affectionum pariter & cogitationũ suarum greges mens sollicita vigilanter intendat.Et bene huic datur omnis custodia,
C à quo cæteras quoq; duas procedere constat:nisi forte(quod absit)simulationis gerantur studio: & pietatis habeant speciem,non virtutẽ.Sicut enim fontis vena scaturiens nisi fossas ante repleuerit adiacentes,nec refluere,nec se dare,nec in altum sese tollere prealebit,quòd videlicet aliàs occupetur: sic humanus animus donec eas quas prædiximus manus & linguæ custodias solerter impleat,nec ad perfectam hãc suiipsius poterit reflecti curam,nec iucũda deuotionis trãquillitate frui,nec in sublimem diuinæ cõtemplationis proficere gradum.Eia fratres, si supernæ visitationis gratiã quærimus, sic quæramus:si spirituales cõsolationes desideramus percipere,sic petamus:si cœlum nobis aperiri cupimus, sic pulsemus. Hoc denique triplici modo vigilemus, si ad nuptias volumus intrare cum nostro sponso Iesu Christo domino, qui est benedictus in secula. Amen.

De verbo apostoli,Non est regnum dei esca & potus. Sermo. I.

Rom.14.c NOn est regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto.Quid prætergredimur viam, qui ad gaudium properamus? Est quidem gaudium de regno dei, sed non præmium est. Et gaudium de regno dei, sed non gaudium carnale,non gaudium seculare, non gaudium cuius extrema luctus occupat, sed in quod magis tristitia vertitur: non denique gaudium eorum qui lætantur cum malefecerint: & exultatio quæ in rebus pessimis est, D sed gaudium in spiritu sancto. Vnde autem hoc gaudium interim, nisi de iustitia & pace procedit? Ipsa ergo procedant tanquam cellulæ mellis, vt facilè adhuc labilem liquorem suauitatis solidior possit materia continere.Erit quando iam ipso simplici melle fruemur, & gaudium nostrum plenum & purum erit, vt non modò in spiritu, sed de ipso quoque spiritu gaudeamus. Erit quando omnimodis erit gaudium spirituale,vt nullis iam corporeis occasionibus excitetur, non operibus misericordiæ,non lachrymis pœnitentiæ, nõ exercitatione iustitiæ,non probatione patientiæ, sed ipsa magis præsentia spiritus in quẽ desiderant etiam angeli prospicere. Interim sanè velut salis loco sapientia mihi cætera condit, tanquam non sit & ipsa cibus. Interim prius quàm comedã,suspiro,& nec tũc quidem permittor vt glutiam saliuam meam.Est enim sapiens, cui quæque res sapiunt prout sunt. Cui verò ipsa iam in se prout est sapientia sapit, is non modò sapiẽs,sed etiã beatus est. Nempe hoc est videre deum sicuti est, atque hic quidem fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Hic torrens voluptatis, hæc denique vbertas inebrians est.Nũc verò domine vinum non habet: deficit enim in his interim nuptiis vinum,vinum vtiq; carnalis illecebræ, & concupiscentiæ secularis. Fel draconum (inquit) vinum *Deut.32.e*
E eorum, & venenum aspidum insanabile. Semper nobis hoc vinum deficiat fratres mei, quia non est hoc vinum bonum.

Bonum vinum non ex vinea impuritatis,sed ex hydria purificationis hauritur. Bonũ vinum non ex vua Gomorræ cõficitur,sed ex aqua Iudææ. Seruasti, inquit, bonũ vinum vsq; *Ioan.2.b* adhuc.Nam optimum quidẽ vinum seruat etiã adhuc, quod videlicet non ex aqua conficiendũ, sed exprimendum magis ex botro illo magno terræ promissionis, qui interim in vecte portatur,dum secundũ carnẽ nouimus Christum, & hũc crucifixum. Nunquid non illi vinum defecerat, qui dicebat: Renuit consolari anima mea?Sed & vinum aqua factum gu-
Psal.76.a stasse visus est, cum subjunxit: Memor fui dei, & delectatus sum.Quid enim faciet in præsentia, qui in sola memoria delectatur? Sic & apostoli planè vinum aqua factum gustauerant,quando ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Quomodo non vinum ex aqua, gaudium de contumelia? Nimirum implebatur iã promissio veritatis, quæ ad eos facta erat hoc modo: Tristitia vestra conuertetur in gaudium: hoc est, *Ioan.16.d* aqua vestra vertetur in vinum. Miraris quòd in vinum aqua mutatur? etiam transit in panem, nisi forte oblitus es comedere panem tuum, eum de quo legisti: Cibabis nos pane la-
Psa..79.a chrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. *Ioan.2.b* Denique audi mensuram. Erant,ait lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum.Si verus Iudæus es, non carne,sed spiritu:sex annis seruies,in septimo liber egredieris: in sex hydriis purificaberis, sex diebus operaberis, F in sex tribulationibus liberaberis, in septima non tanget te malum. Nõ solùm autem liberaberis in eis, sed & vinum bibes ex eis, vbi cœperis (iuxta apostolum) gloriari non solùm in spe, sed etiam in tribulationibus. Hoc enim est duplex interim gaudium quod habes in spiritu sancto, de memoria futurorum bonorum,& malorum præsentium tolerãtia.Nil quippe in his carnale sapit, nil seculare, nil vanum, sed spiri-
Philip.4.a tus veritatis & cœlestis sapientia est, cuius in vtraque suauitas prælibatur.Gaudete in domino semper,ait apostolus,iterum dico gaudete. Et duplicis huius gaudij materiam secutus adiunxit: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dominus prope est. Quid modestia, nisi mansuetudo & ponitentia est? Gaudeamus ergo de his quæ expectamus, quoniam dominus prope est. Iterum gaudeamus de his quæ sustinemus, vt modestia nostra omnibus tota sit. Nimirum tribulatio patientiam operatur,patientia probationem,probatio verò spem, spes autem non confundit. Sane vt idoneus fiat animus geminæ huic spirituali lætitiæ capessendæ: duo æquè ad iustitiam exercendã, duo nihilo minus ad conseruandam pacem necesse est præmittantur,quæ quidẽ vtraque copiosius nobis scriptura sacra cõmendat. Siquidem iustitiæ exercitatio in his duobus mandatis tota pendere videtur, vt quod sibi quis fieri non vult, alij non faciat, sicut ad *Tob.4.c* gentes missa epistola cõtinet apostolorum,& quemadmodũ *Matth.7.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gad eosdem apostolus dicit: Quæcũque volumus vt nobis faciãt homines, & nos faciamus illis. Cęterum quoniã in multis offendimus omnes impossibile est in hoc loco & tẽpore scandalorum, (neque enim adhuc venerunt angeli qui de regno dei tollant omnia scandala, sed nec fumus in illa beata ciuitate cuius fines pacem posuit deus) propterea impossibile hic & modo pacem inter nos conseruari, nisi & is qui in aliquo forte offendit proximum, animosam elationẽ, & qui of fensus est, nihilo minus caueat inexorabilẽ obstinationem.

Studeamus itaq; fratres mei & humiles ad satisfaciendum his qui aliquid habent aduersum nos, & ad remittendum his qui offenderunt nos, faciles inueniri quia non solùm mutuæ inter nos pacis conseruatio constat in his duobus, sed ne ipsa quoque diuina sine his propitiatio poterit obtineri, quòd nec munus ab eo recipiat, qui non prius ierit vt fratri recõcilietur: & dimissum etiã ab eo delictum strictius exigat, qui conseruo suo debitum non remittit. Iam si manent in nobis iustitia pax & gaudium in spiritu sancto, tria hæc: non quasi securi simus pro eo quòd regnum dei intra nos est, sed eo magis in timore & tremore nostram ipsorum salutem operemur, scientes nimirum quòd hunc tantum thesaurum adhuc in vasis fictilibus habeamus.

H *Item de eisdem verbis apostoli: Non est regnum dei esca & potus, Sermo II.*

SOlet apostolus Paulus iu verbis esse breuis, in sententiis copiosus. Non ignorauit hoc ille tam eloquentiæ quàm sapientiæ dotibus approbatus, qui singula Pauli verba tonitrua iudicabat. Tam signanter enim vniuersa depromit, & sic intonat spiritu & virtute, vt in serie ordinem, in sensu plenitudinem, in vtroque connexionem mirabiliter extendat.
Rom. 14.c Non est (inquit) regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Quid ad hæc dicitis vos guloſi & luxurioſi, quorum deus venter est, quorum omnis vsus aut in ventre, aut sub ventre est, qui (vt ait Iacobus apostolus) in luxuriis enutristis corda & corpora vestra? Audite audite, quia esca ventri, & venter escis, deus autem
Iaco.5.a hunc & has destruet. Væ vobis qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis vitulum
2.Cor.6.c de armento, & bibitis vinum defecatum, & primis vngimini vnguentis. Filij hominum vsquequo graui corde, quia
Amos 6.d corpore pingui, vt quid diligitis vanitatem, & veritatem negligitis? Pinguedo carnis, deliciæ corporis, saturitas ventris, aut ante mortem vos deserent, aut vos in morte illas relin-
Psal. 48. d quetis: Quoniam (inquit sanctus) cum interierit, non su-
Ibidem c met omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Sicut oues I in inferno positi sunt: mors depascet eos. Quàm bene sicut oues? quia detracto vellere mundialium diuitiarũ, durè pressęq; detonsi, sempiternis nudi deputabuntur incendiis. Mors depascet eos: quia semper morientur ad vitam, & semper viuẽt ad mortem. Ergo hic caro vermibus, illic anima ignibus deputatur: donec rursus infelici collegio colligati, tormentis pœnalibus sociẽtur, qui socij fuerunt in vitiis. O delicate, qui deliciis & diuitiis circunfusus atque confusus, confusionem expectas & mortem: non est regnum dei esca & potus,
Luc.16.d non purpura & byssus, quia dies ille vtroque circũfluus, in puncto ad inferna descendit. Quid ergo? Sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Attendis & intendis quia gaudium in fine est? Sic fatui filij Adam, & præcipiti saltu iustitiam transilientes & pacem, rem finalem in principium conuertere & peruertere vultis? Nemo enim est qui gaudere nõ velit. Non stabit & non erit istud, quia sicut non est pax impiis, sic nec gaudere impiis: dicit dominus. Non sic impij nõ
Esa.48.d sic. Prius est iustitiam facere, inquirere pacẽ, & persequi eam, & sic demum apprehendere gaudiũ: imo à gaudio comprehendi. Sic angelicus ille conuentus prius iustitiam fecit, cum stetit in veritate, & veritatis deseruit desertorem. Post hæc illa pace firmati sunt, quæ exuperat omnem sensum: quia cũ diuersis honoris primatibus ambiãtur nullus qui murmuret,
Psa.147. a qui inuideat nullus. Lauda tu Hierusalem dominum, lauda deum tuum Sion, quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te, qui posuit fines tuos pacem. Lauda & laudes replica, quia munitissimis vectibus & inco-
K uulsibilibus æris clausæ sunt portæ tuæ, nullus inimicus intrat, nullus exit amicus: benedicti filij tui in te, omni benedictione spirituali in cœlestibus cum Christo. Iam non est timor in finibus tuis, quia posuit fines tuos pacẽ: nullæ tibi tẽtationes, nulla sese cogitationũ turma cõfundit, quia versipellis ille & tortor longe est à muris tuis & à filiis tuis. Et ille qui idem est, omnia in identitate cõsolidat atque coniungit. Cuius participatio, inquit, in idipsum. Hoc iã tertiò hauriunt aquas in gaudio de fontibus saluatoris, & nudis (vt ita dicã) oculis diuinitatis intuentur essentiam, nulla corporeorum phantasmatum imaginatione decepti. Ecce gaudium in fine, sed sine fine. Miseri nos, qui ab illa felici regione repulsi in hanc descendimus, imò cecidimus vanitatem. Filij Sion (ait propheta) inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea? Filij Sion, illius videlicet speculatiuæ ciuitatis quam ædificauit dominus vt videatur in gloria sua: filij supernæ Hierusalem, quæ libera est mater nostra: inclyti per dignitatem conditione, amicti auro primo per diuinitatis imaginem. Quomodo ergo ex his nos quidẽ reputati fumus in vasa testea, in hęc lutea & fragilia corpora degeneraL uimus? Exhibent enim angeli fratres chariſſimi, iustitiam deo, pacem inter se, gaudium sibi. Sic & tu homo noli prius rapere quod tuum est, & iustitiam quã deo, & pacem quam proximo debes, contemnere. Iustitia virtus est qua redditur vnicuique quod suum est. Tu non solùm iustitiam, sed multas & multiplices iustitias debes creatori. Iustus enim dominus, & iustitias dilexit. Iustitia tua sicut montes dei. Bene si- *psa.35.d*
cut montes, quia plures cumulos miserationũ suarum ingessit tibi. Et prius quidem te cum cæteris & inter cætera creauit, non sine magna prærogatiua dignitatis. Dixit enim de omnibus, & facta sunt. Post hæc vehementissimo tui amore inflammata maiestas illa redemit te. Nunquid verbi facilitate? Non: sed triginta annis operatus est salutem tuam in medio terræ, affixus cruci, addictus morti, ludibriis deputatus. Deus tuus factus est frater tuus, non angelorum frater, quia nusquam angelos apprehẽdit, sed semen Abrahæ apprehendit. Commune quidem habes quòd factus es, quòd frater es speciale. Adiecit adhuc erga nos specialius quoddam, quòd de lata nos & spaciosa via quæ ducit ad mortem, digito suo traxit, & posuit in cõcilio iustorum & congregatione. Quid vltrà debuit facere, & non fecit? Cuius vel saxeum pectus tãta & talia à tanto & tali collata beneficiorum multitudo nõ emolliat? Quicquid igitur es, quicquid potes, debes creanti, redimẽti, vocãti. Sed cum iustitiã feceris fac & pacẽ. Quãdiu enim sumus in hoc vase testeo, & fragilitate complexionis M humanæ, non possumus inueniri scandalorum prorsus immunes. Si igitur recordatus fueris quòd frater tuus habet ali quid aduersum te, sis humilis ad veniam petendam: si tu habes aduersus illum, sis facilis ad dandam: & omnia membra erunt in pace. Sic enim ad duo ista charitatem & humilitatem paratissimi, non poterimus dissensionem sentire. Discite (inquit) à me, quia mitis sum, & humilis corde: mitis, quod *Matt.11.*
pertinet ad charitatem, quia charitas patiẽs est, benigna est. humilis, quod ad ipsam verbi spectat proprietatem. Sic procedentibus erit gaudium in spiritu sancto. Loquar quod expertus nouit, inexpertus ignorat: animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Nunquid non plerunque orantibus nobis omnia viscerum succutiuntur occulta ad memoriam gaudij illius quod est in Hierusalem quę sursum est, quæ est mater nostra, & lachrymarum vnda vultus meditantium superfundit? O si duraret. Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ. Verè in principio lętitiæ, quia finis illic repositus est. Quando conscindes faccum meum domine Iesu, & circundabis me lætitia, vt cantet tibi gloria mea, & non cõpungat? Principium gaudij illius quod hic quandoque sentimus, stilla est, guttula est, de flumine illo est descendens, cuius impetus lætificat ciuitatem dei. Quando veniet tempus, vt perennibus gaudiis nos in ipso diuinitatis fonte profundius immergamur, vbi vnda vndam sine intercapedine & interpolatione continuet. Quando veniam & apparebo ante faciem dei? Quãdo trãsibo in locum tabernaculi

A tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei? Quando sicut audiuimus, sic videbimus in ciuitate domini virtutum? Eia igitur fratres, huic felici ternario fideliter insistamus, & sem-
Matt.26.c per simus memores verbi illius: Amice ad quid venisti? Quia non ad hoc venimus, vt simulatoria specie regem interficiamus, sed ei seruiamus qui est benedictus in secula.

De verbis domini: Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Sermo.

Luc.18.c OMnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Si consideramus diligenter fratres, gradus hominum quatuor inueniemus: Dico autem summam felicitatem in cœlo ad quam suspiramus: mediam felicitatem in paradiso, vnde cecidimus: itémque mediam infelicitatem in hoc mundo, pro qua gemimus: & in inferno extremam infelicitatem, quam merito formidamus. Breuius tamen dicere possum, vitam, & vmbram vitæ: vmbram mortis, & mortem. Itaque nec in summo nec in imo positi timemus descendere, ascendere cupimus, eo magis anxij, quo videmur viciniores infimis quàm supremis: & ecce dicitur nobis: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Quidnam sibi vult cancellata hæc connexio exaltationis & humiliationis? Itáne parum est domine quòd in veritate tua humiliasti nos, quia adhuc exigis vt apponat homo
B humiliare seipsum? Et quidem restat adhuc quo possimus humiliari, sed qui illò ceciderit, iam non adiiciet vt resurgat: qui humiliatus fuerit vsq; illuc, frustra speret exaltationem: siquidem humiliasti nos in loco afflictionis, & operuit nos vmbra mortis. Vsque adeo vita nostra inferno appropinquauit: quò nos humiliabimus vltra? Quæ vtilitas in sanguine nostro, si descenderimus in corruptionem? Sanè nihil aliud infra nos est quàm irreparabilis illa corruptio: post vmbram mortis non restat nisi mors: post locum afflictionis solus superest locus mortis. Qui se (inquit) humiliat, exaltabitur. Si dixisset, qui humiliatus fuerit, exaltabitur: exultassem vtique, tanquam certissime humiliatus, & vehementer. Nunc verò cum dicat, Qui se humiliat, exaltabitur: angustiæ mihi sunt vndique, nec ignoro quid eligam, sed quid agam. Exaltari cupio, quia summopere id necessarium. Siquidem neque hic manentem habeo ciuitatem, nec bonum esset hic manere, etiã si liceret. Porrò inferius adhuc ire, perire est. Iã enim locum teneo inferioré, & qui solum habeat intra se infimum, hoc est infernum, si me illuc humiliauero, non est spes exaltationis, si me non humiliauero, identidẽ desperatio est exaltationis: quia qui se humiliauerit, exaltabitur, & is tantum. Si hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, & ab exaltatione repulsus, nec sic effugiam manus mortis. Sed si hoc difficilè patet, saltem quod præmissum est consideremus.

C *Ibidem.* Omnis qui se exaltat, ait, humiliabitur. Quem enim veritas humiliat, ipse quomodo se exaltat? Neque hic dicimus quo, sed quomodo: quia nõ locus videtur deesse, sed virtus. Non inquam deest homini quo exaltare se possit, sed deest omnino qui possit. Est quidẽ voluntas multa, sed nulla facul-
Psal.118.k tas. Nempe velint nolint homines, cõmunis totius Adæ, totius humani generis vox est: In veritate tua humiliasti me. Quisquis autem in veritate humiliatur, veraciter humiliatur, nec nisi fallaciter exaltatur. Quid est autem falsò exaltari, nisi vere non exaltari? Gratias ei, quia non dixit, omnis qui se exaltauerit, exaltabitur. Quomodo enim conaremur in vanũ exaltari, si id arbitraremur, quando ne ipsa quidem nunc desperatio proficiendi, appetitum cohibet exaltandi? Et forte hoc est quod ait: Qui se exaltat, humiliabitur: nec pertinet ad effectum qui nullus est, sed affectum qui stultus est.

Quantos enim videmus humiliatos, sed non humiles: percussos, sed non dolentes: curatos quidem à domino, sed ne ipsa curatione sanatos! Hi sunt qui sub sentibus esse delicias cõputant, dissimulantes peccata quæ actitant, lubricũ in quo titubant, tenebras quibus caligãt, laqueos inter quos ambulant, locum afflictionis quem inhabitãt, corpus mortis quod gestant, iugum graue quod tolerant, grauiorem cõscientiam quam occultant, grauissimam sententiam quam expectant.
Apoc.3.d Talis ille erat, cui Ioannes in Apocalypsi scribere iubebatur: Dicis, quia diues sum, & nulli egeo, & nescis quia tu es pau-

per & miser & miserabilis, & cæcus & nudus. Nec mirum si D sit vana & mendax exaltatio filiorum hominum: siquidẽ vani sunt & mendaces. Humiliat eos veritas, exaltat vanitas. Et dilexerunt magis tenebras quàm lucẽ, amplectentes exaltantem se vanitatem, & quærentes mendaciũ. Porro contra veritatem quæ se humiliat, votis & studiis quibus possunt, dissimulationibus & conatibus friuolis recalcitrãtes. Fecimúsne aliquid? Puto quia inuenimus etiam quomodo humiliat homo seipsum. Dico autem vt adhæreat humilianti se veritati, nec dissimulet, sed cooperetur ei deuoto pietatis affectu. Proinde cauebo deinceps quàm solicite porero duritiã cordis, sentiam, & plãgam dolorem meum: ne si forte insensibile fuerit, sit etiam insanabile vulnus meũ. Erò vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius, ne veniat anima mea in consortio eorum de quibus veritas ait: Percussi eos, *Hiere.5.a*
& non doluerunt. Et item: Curauimus Babylonẽ, & non est *Hier.51.d*
sanata. Grauis curatio humiliatio hæc, sed grauior morbus superbia est, quæ vtinã sic curetur, vt sanetur hac cura. Consentiam itaque aduersario meo, acquiescã iudici meo, cedam denique vrgenti aculeo, ne bis pungat. Tale enim reor esse quod dominus ait: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Ac si dicat: Quisquis cõtra stimulum recalcitrat, duplo pungetur: parcetur autem ei qui senserit & dederit locum iræ.

E *De verbis libri sapientiæ: Iustum deduxit dominus per vias rectas, &c. Sermo.*

IVSTVM deduxit dominus per vias rectas, & ostendit *Sap.10.a*
illi regnum dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. Est iustus qui in principio sermonis accusator est sui, & est iustus qui ex fide viuit, & est iustus qui absque terrore est. Et primus quidem bonus, qui accedit ad viam: secundus melior, quia currit per viam, tertius optimus, quia iam appropinquat ad finem viæ. Hic tamen accipiamus primum, quem velocius inuenimus. Hunc deduxit dominus, & non alius, quia ipsius est de via iniquitatis ad viã veritatis reducere, & deducere per eã. Per vias (inquit) rectas. Viæ domini viæ rectæ, viæ pulchræ, viæ plenæ, viæ planæ. Rectæ sine errore, quia ducunt ad vitam. Pulchræ sine sorde. quia docent munditiam. Plenæ multitudine, quia totus iam mundus est intra Christi sagenam. Planæ sine difficultate, quia donant suauitatem. Iugum enim eius suaue est, & onus eius leue. Et ostendit illi regnum dei. Regnum dei conceditur, promittitur, ostenditur, percipitur. Conceditur in prædestinatione, promittitur in vocatione, ostenditur in iustificatione, in glorificatione percipitur. Vnde est illud: Venite benedicti patris *Matt.25.d*
mei, percipite regnum dei. Sic enim ait apostolus: Quos prę- *Rom.8.f*
destinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, illos & iustifi- F
cauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. In prædestinatione est gratia, in vocatione potentia, in iustificatione lætitia, in magnificatione est gloria. Et dedit illi scientiam sanctorum. Scientia sanctorum est hic temporaliter cruciari, & delectari in æternum: & in contrarium scientia malorum relabitur. Alia est scientia mundi quæ docet vanitatem, & alia scientia carnis quæ docet voluptatem. Illa tanquam pater, ista tanquam mater nobis est. Sicut enim mater filio suo semper optat quietem, & omnem prorsus laborem claudit à filio suo: sic caro incrassata, impinguata, dilatata recalcitrat, nec minimis saltem digitis patitur se contingi. Et sicut pater vult filium suum huc illúcque discurrere, vt addiscat vnde aliquando magnificetur: sic & mundus vult hominem multis laboribus intricari, vt habeat vnde superbiat, vnde inflerur, & despiat de vanitate in idipsum. Sanguisugæ duæ sunt filiæ, id est, propriæ voluntatis, quæ quasi radix est, duæ filiæ sunt, vanitas & voluptas, clamantes: affer, affer. Hę nunquam satiantur, nunquam dicunt, Sufficit. Si quis has plene in se contriuerit, non immerito sibi illam vocem poterit coaptare: Quoniam (inquit) pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Honestauit illum in laboribus. Nónne nos & in ipsis laboribus nostris honestamur, cum omnia quæ facimus, ad vnitatis vinculum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gadunamus,non in nobis sit pondus & pondus,mensura & mensura,quia vtrunque abominabile est ante deum? Nónne & hęc vilitas,hęc deformitas,hęc semicincta honorantur & adorantur à principibus terrę?Ve nobis si exultauerimus nisi in Christo & pro Christo:væ nobis si vendibilem obtulerimus paupertatem. Et compleuit labores illius, vel hic in perseuerantia,vt vsque in finem iustitiam non relinquat: vel illic in gloria,vt gaudeat in æternum.Felix vtraque completio,cum & hic moritur iustus plenus dierũ, & illic oritur in plenitudine dierum, vtrobique plenus,& hic gratia, & illic gloria,quia gratiam & gloriam dabit dominus.

De quadruplici debito Sermo.

IN via estis fratres quæ ducit ad vitam, in via recta & impolluta quæ ducit ad ciuitatem sanctam Hierusalem illam quæ libera est, quæ sursum est, quæ est mater nostra. Arduus quidem ascensus eius, vtpote per ipsam montis summitatem incisus : sed via compendiosior laboris magnitudinem vel temperat, vel excludit . Vos autem tam felici facilitate, quam facili felicitate viam istam non solum itis, sed curritis : quia exonerati estis & accincti, nihil ponderis super dorsa portantes . Non sic aliqui non sic, qui quadrigas & quadrigalia onera pertrahentes montis circuitum ambire decernũt,& plerunque per deuexa montis præcipitantur, vt vix finem inueniant vitæ suæ . Felices igitur H vos,qui vos & vestra sine omni exceptiuncula reliquistis. per ipsum montis verticem iter facitis ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi . Illi verò qui quanuis Aegyptum fugerint,tamen ad quæque Aegyptia tenerrime reluspirant,viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt:sed voluntatum suarum grauissimis sarcinis prægrauati, vel sub onere, vel cum onere cadunt,vt vix ad cursum perueniant destinatum. Quid enim est (gratias illi cuius gratia hoc totum factum est) quòd vita vestra vitã apostolicam repræsentet ? Illi reliquerunt omnia,& in schola saluatoris sub eius præsentia congregati hauserũt aquas in gaudio de fonte saluatoris, ipsum vitę fontem in ipso fonte bibentes.Beati oculi qui viderunt.Nũquid non & vos non in præsentia,sed in absentia ipsius,non ad verbã oris eius,sed ad vocem nunciorum eius simile aliquid feci stis ? Defendite vobis hanc prærogatiuam, quòd illi ad visum & ad verbum,vos ad auditum & nũcium credidistis .Sic state in domino charissimi , vt quẽadmodum illi in fame & siti, in frigore & nuditate,in laboribus & ieiuniis & vigiliis & cæteris obseruantiis iustitiæ viam regiam
Psal.89.d tenuerunt : sic & vos etsi non eorum meritis, tamen exercitiis aliquatenus coæquati,dicatis domino deo vestro cũ veneritis ante thronum gloriæ ipsius:Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti,annis quibus vidimus mala.In veritate dico vobis , quia in veritate estis in via recta, in via sancta
I quæ perducat ad sanctum sanctorum.Mentior (quod ad cõsolationem vestram dico) si non ex manibus huius peccatoris,monachorum nouitiorum & conuersorum animæ ad cœlestia gaudia volauerunt,tam liberę quãm liberatæ de carcere nostræ mortalitatis.Si quæritis vnde id sciam,scitote quia certissima mihi signa inde facta sunt & ostensa . Non est igitur quod vobis vel pro vobis timeam à viribus sataną & ministrorum eius,cum nouerim illius fortitudinem per redẽptoris vulnera traductam & deductam ad nihilum . In spiritu enim fortitudinis fortẽ fortior ille contriuit, portas æreas & vectes ferreos cõfringens.A versutiis & astutiis illius formido mihi est pro vobis , in quibus partim subtilitate naturæ,partim experientia temporum sub tot annorum milibus eruditus,fragilitatem humanæ naturę quaquauersum se verterit,non ignorat.Sic ille insatiabilis homicida primis parẽtibus nostris non vrsos,nõ leones,non fortia terræ animalia delegauit : sed tortuosum & callidum serpentem , qui per sinuosa volumina nunc caput cauda,nunc caudam capite tegere consueuit . Denique & serpens non fortior erat , sed callidior cunctis animantibus terræ:ait scriptura.Vnde & ab
Gene.3.a interrogatione incepit,mentem mulieris explorãs sciens,ingenio non viribus laborandum : Cur præcepit vobis dominus deus(inquiens)ne comederitis de ligno scientię boni & mali? Quę respõdit:Ne forte moriamur. Quod deus pro certo posuerat,dicens: Quacunque die comederitis,morte mo- K rieminiista sub dubio supponit,ne forte(inquiens)si comederimus moriamur.Et audi ingenium malitiamque serpentis.Nequaquam (inquit) morieminí . Deus affirmat , mulier *Ibidem.* dubitat, satan negat.Sic & ego timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua,sic & sensus vestri corrumpantur à castitate quæ est in Christo Iesu. Putásne aliquis in vobis est cui dicat in cogitationibus suis,Cur præcepit vobis deus vt istam regulam teneretis?Secũdum enim impetum spirituum vestrorum huic tepido remissiorem,illi feruenti vitã arctiorem proponit,hoc solum expetens & expectans, vt quoquo modo tollat eum à concilio iustorum & cõgregatione Profecto spiritus ille qui tibi hoc suggerit,spiritus mendax est, *Eccliso.* spiritus potestatem habens , qui tibi inuidet locum tuum . Vnde & sapiens huius rei non ignarus:Si spiritus potestatem habentis super te ascenderit, ait , locum tuum ne dimiseris. Absit enim vt spiritus veritatis qui te huc adduxit,te reducere velit:quia nõ est in ore eius,est,& non:sed est in illo,est: *1.Cor.11.d* sicut irrefragabilis auctoritas testatur.Nemo (ait apostolus) loquẽs in spiritu dei dicit anathema Iesu Iesus, saluator siue salus:anathema,separatio interpretatur.Qui verò tibi separationem à salute submurmurat : nec dei spiritus est , nec à deo:quia spiritus sanctus non dispergere,sed colligere venit: qui semper reuocat dispersos Israël in terram suam . Quid? L Vitam fortiorem aliquis quærat?Dico vobis quia istã fortissima est,& quæ ex omni parte,si dissimulare nolueris,primæ illi scholę saluatoris pro sua possibilitate respondeat.An audes ad molliorem vel cogitando descendere? O si cognouisses & tu quàm multa & quàm multis debeas : videres quam nihil sit quod facis, quàm nec inter minima numerãdum ad comparationem debitorum tuorum.Vis scire quę & quibus debeas?Primo Christo Iesu debes omnem vitam tuam , quia ipse vitam suam posuit pro vita tua:& cruciatus amaros sustinuit,ne tu perpetuos sustineres . Quid tibi dirum vel durum esse poterit,cũ recordatus fueris quia ille in forma dei, in die ęternitatis suę,in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus,splendor & figura substantiæ dei : venit ad carcerem tuum , ad limum tuum , infixus (vt dicitur) vsque ad cubitos in limo profundi? Quid non suaue tibi,cum tibi collegeris omnes amaritudines domini tui , & rememoraberis primùm quidem illarũ infantilium necessitatum:deinde laborum quos pertulit in prædicando:fatigationum in discurrendo : tentationum in ieiunando:vigiliarum in orando: lachrymarum in compatiendo:insidiarum in colloquẽdo· postremò periculorum in falsis fratribus,cõuitiorum, sputorũ, colaphorum,flagellorũ,irrisionum,subsannationum,exprobrationum,clauorum,horumque similium : quæ in salutem nostri generis triginta & tribus annis operatus & passus est M in medio terræ ? O quàm indebita miseratio:quàm gratuita & sic probata dilectio : quàm inopinata dignatio:quam stupenda dulcedo:quàm inuicta mansuetudo:regem glorię pro despicatissimo vernaculo,imò vermiculo crucifigi?Quis audiuit vnquam tale , aut quis vidit huic simile ? Vix enim pro iusto quis moritur:ipse pro iniustis & inimicis mortuus est, eligẽs exulare à cœlis,vt nos reportaret ad cœlos:amicº dulcis,consiliarius prudens,adiutor fortis. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Nónne si conferrentur in me omnes vitæ filiorum Adam , & omnes dies seculi, & labores omnium hominum qui fuerunt , qui sunt , & qui erũt,nihil esset ad comparationem corporis illius quod spectabile & stupẽdum est virtutibus etiam supernis in conceptu de spiritu sancto,in ortu de virgine,in vitæ innocẽtia , in doctrinæ affluẽtia,in coruscationibus miraculorum,in reuelationibus sacramentorum?Vides igitur quia sicut exaltãtur cœli à terra,sic exaltata est vita illa à vita nostra : quæ tamen posita est pro vita nostra:Sicut nihil ad aliquid nullam habet comparationem,ita & vita nostra nullam habet ad vitã illius proportionem,cum illa dignior, ista miserior esse nõ possit. Nec me putes rem exaggerare sermonibus : quia hic deficit omnis lingua,nec sufficit oculus vel ad intuendum tantæ dignationis arcanum. Cum ergo ei donauero quicquid sum, quicquid possum:nónne istud sic est sicut stella ad solem,gutta ad fluuium,lapis ad montem,granũ ad aceruum? Non habeo nisi

A beo nisi minuta duo, imò minutissima corpus & animã, vel potius vnum minutum,voluntatem meam:& nõ dabo illam ad voluntatẽ illius,qui tantus tantillum tãtis beneficiis præuenit,qui toto se totum me comparauit ? Alioquin si illã retinuero,qua fronte,quibus oculis,qua mente, qua conscientia vado ad viscera misericordiæ dei nostri ; & audeo perfodere illud fortissimum propugnaculũ quod custodit Israël, & illius sanguinis non guttas , sed vndas à quinque partibus corporis in meum precium detorquere?O generatio peruersa,& infideles filij,quid facietis in die calamitatis de lõge venientis?ad cuius fugietis auxilium?Sed nunquid huic soli debitor sum , cui vix parum aliquid retribuere possum ? Exigunt à me præterita peccata mea futurã vitam meam ; vt faciam fructus dignos pœnitentiæ,& recogitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ . Et ad hæc quis idoneus? Peccaui super numerũ arenę maris:& multiplicata sunt peccata mea,& non sum dignus videre altitudinẽ cœli præ multitudine iniquitatis meæ:quoniam irritaui iram tuam,& ma- *Psal.39.c* lum coram te feci . Circundederunt me mala quorum nõ est numerus,comprehẽderunt me iniquitates meæ, & nõ potui vt viderem. Quod ergo sine numero est, quomodo numerabo? Quomodo satisfaciam cum cogar reddere debitum vsq; ad nouissimum quadrantem ? Sed & delicta quis intelligit? Ait illa cœlestis fistula Ambrosius:Facilius inueni eos qui in- B nocentiam seruauerunt,quàm qui congruam egerunt pœnitentiam.Sed & quantumlibet pœniteat, quantumlibet se af- *Psal.24.c* fligẽt & maceret,propter nomen tuum,non propter meum meritum propitiaberis peccato meo domine(ait iustus)multum est enim. Cum ergo quicquid viuis , quicquid sapis, quicquid habes,quicquid potes,huic vni rei dedicaueris, nũquid aliquid est, vel inter aliqua computandum ? Paulo ante vitam tuam pro vita sua Christo reddideras : & nunc iterum eam totam præcedentium exigit recordatio peccatorum. Nunquid (vt vulgo dicitur) de vna filia duos generos statuisti facere? Quid si tertium tibi debitorem ostendam, qui non *Psal.86.a* minus acriter quàm veraciter vendicat eam sibi ? Puto quòd & tu possidere desideras ciuitatem de qua dicitur : Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei . Gloriam illam quam nec oculus vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, regnum omnium seculorum viuere in æternum,in perpetuas hęreditates.Credo quòd velis esse æqualis angelis dei in cœlo , esse etiam hæres dei, cohæres Christi , & in plateis supernæ Sion melos angelicum auscultare,& videre quicquid illud sit,cum Christus tradiderit regnum deo patri , & erit deus omnia in omnibus:postremò esse similis deo , & videre eum sicuti est. Nec dubito quin & concupiscas suspicere & vmbras declinantes,& diem aspirantem, cum illuxerit illa solẽnis dies, & nubila rerum excusserit : quando iam non inclinabitur dies, C sed erit ęterna meridies,quãdo erit plenitudo feruoris & lucis,solis statio,tenebrarũ exterminatio , desiccatio paludum, fœtorum depulsio.Nónne ad hoc emendũ,totum te,& quęcunque & vndecunque contrahere poteris , dare oportebit? Et cum vniuersã cõpleueris,non tamen putes esse condignas passiones huius temporis vel corporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis.An sic impudens es vel imprudens, vt minutum tuum quod sibi tam Christi vita , quàm peccati pœnitentia certatim rapiunt , etiam ad hoc conquirendum vel audeas numerare ? Quid dices si & quartum debitorẽ inmedium adduxero , qui sibi etiam iure primatus sui superiores tres cedere velit:Ecce in ianuis est qui fecit cœlum & terram,& creator tuus est, tu creatura : tu seruus, ille dominus: ille figulus , tu figmentum . Totum ergo quod es , illi debes, à quo totũ habes,illi præcipue domino qui & te fecit, & benefecit tibi , qui tibi ministrat siderũ cursus , aëris tẽperiem, fœcunditatem terræ,fructuum vbertatem. Huic reuera totis medullis , totis viribus seruiendum : ne forte indignationis oculo te respiciat, & despiciat & conterat in æternũ & in seculum seculi.Non arbitror autem quòd de tanta raptet insania,vt & hic minutum tuũ nominare nedum numerare præsumas.Expone ergo mihi cui horum quatuor proponas reddere quos debes: cum vnusquisq; tã internus quàm æternus exactor sit : vt te possit singulariter suffocare. Eia domine vim patior:respõde pro me.In manus tuas commẽdo minutum meum:tu persolue omnibus,tu ab omnibus libera, quia D tu es deus,& non homo:& quod hominibus impossibile est, possibile est tibi. Quod habui, & feci. Domine habe me excusatum:quia imperfectum meum viderunt oculi tui . Quis ergo amplius gruniet dicens : Nimium laboramus , nimium ieiunamus, nimium vigilamus : cum nec millesimæ imò nec minimæ parti debitorum suorum valeat respondere?Hęc est fortasse fratres illa vera vestra quadragesima,nõ exterior:sed interior,quæ non corticem sacramenti,sed adipem frumenti contineat.Si enim vnicuiq; istorum quatuor & pro se & per se omnem decalogi perfectionem debetis : profecto decem quater ducta quadragesimam vestram faciunt : quam custodire vos oporteat omnibus diebus vitæ vestræ . Et ipse qui vos congregauit in loco isto,vitam vestram cõseruet in opere sancto:vt cum ipse apparuerit vita vestra, & vos appareatis cum ipso in gloria.

De septem spiritibus· Sermo.

MAgister gentium Paulus ex occasione ipsius spiritualis naturæ qua viuimus, ad spiritualem conuersationem excitans discipulos , ait Si spiritu viuimus , spiritu & *Gala.6.a* ambulemus. Ac si dicat : Si cato non prodest quicquam, sed spiritus est qui viuificat ipsam : separare oportet preciosum à vili , & digniorem præponere partem : vt secundum spiritum ambulemus, non secundum carnem. Ad spiritum enim E debet fieri conuersio carnis , vt seruiat ipsa , & non seruiatur ei , vt dicat spititus seruo suo , Veni , & veniat : fac hoc , & faciat illud . Sic enim erit vxor nostra sicut vitis abundans, & saluabitur per generationem filiorum, qui sunt opera bona,si fuerit ipsa quidem in lateribus domus nostræ , id est in absconditо & humili loco : anima verò residеat in medio tanquam domina,tanquam paterfamilias,tanquam iudex:vt fiat quod scriptum est , anima mea in manibus meis semper. *Psal. 118.e* Maledictus enim spiritus ille, qui partem suã deteriorem facit.Maledictus homo qui pascit sterilem, & viduæ nõ benefacit. Denique vt testatur idem apostolus : Si secundum car- *Rom.8.c* nem vixerimus,moriemur:quoniam qui in carne ambulant deo placere non possunt : & qui seminant in carne, de carne metent corruptionem . Si autem spiritu facta carnis mortifi- *Ibidem.* cauerimus,viuemus?quoniam qui spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt : & qui seminant in spiritu , de spiritu metent vitam æternam . Prudenter proinde fratres & non ad insipientiam nobis spiritualem elegimus vitã, castigare scilicet corpus, & seruituti subiicere,& deum qui spiritus est,adorare in spiritu & veritate . Sed quia spirituum diuersa sunt genera , necessaria est nobis eorum discretio , præsertim cum ab apostolo didicerimus non omni spiritui esse credendum . Videri enim *1.Ioan.4.a* potest minus eruditis , & qui parum exercitatos habent sensus,omnem cogitationem non alterius quàm ipsius humani F spiritus esse sermonem : quod non ita esse & certa fidei veritas probat , & diuinarum testimonia scripturarum . Audiam *Psal.84.b* (inquit propheta) non quid ego loquar , sed quid loquatur in me dominus deus . Et alius propheta : Angelus , inquit, *Zach.1.c* qui loquebatur in me , &c. Et in psalmo didicimus fieri im- *Psal.77.* missiones etiam per angelos malos . Vnde & timet apostolus,ne sicut serpẽs decepit Euam astutia sua:sic & discipulo- *2.Cor.11.a* rum quibus loquitur corda decipiantur , ab eo vtique cuius *2.Cor.2.c* ipse Paulus astutias non ignorat : vnde & dicit : Non est no- *Ephe.6.b* bis colluctatio aduersus carnem & sanguinem , sed aduersus principes & potestates,aduersus mũdi rectores tenebrarum . Esse tamen spiritum carnis non bonum , manifestè *Colos.2.d* idem apostolus indicat, vbi inflatos spiritu carnis suæ quosdam esse testatur . Et esse etiam spiritum huius mundi declarat , vbi gloriatur in domino pro se pariter & pro discipulis suis,non quòd cum acceperint:sed spiritum qui à deo est , vt sciamus (inquit) quæ à deo donata sunt nobis . Sunt ergo hi *1.Cor.2.c* duo satellites maligni illius principis tenebrarũ : vt dominetur spiritus nequitiæ spiritui carnis , & spiritui huius mundi. Quisquis ergo ex his tribus spiritibus spiritui nostro loquatur:ne credamus ei,quoniam sanguinem sitiunt , nõ quidem corporum,sed,quod grauius est,animarum . Sed quoniã spiritualis omnium natura est , à sermonibus eorum cognoscemus eos : & quis spiritus sit qui loquatur , ipsa suggestio

Universidad de Deusto
Biblioteca

G declarabit. Semper enim spiritus carnis mollia, spiritus mũdi vana, spiritus malitiæ semper amara loquitur. Quotiés ergo importune(vt assolet) carnalis cogitatio mentem pulsat: verbi gratia cum de potu, de cibo, de somno, cæteriſq; similibus ad carnis curam pertinentibus cogitantes, humano quodam inardescimus desiderio : certum sit nobis spiritum carnis esse qui loquitur: & tanquam aduersarium repellamus
Matth.8.d cum, dicentes: Vade retro satana, quoniam non sapis ea quæ dei sunt: sed magis sapientia tua inimica est deo. Cum autem non de illecebris carnis, sed de ambitione seculi, de iactantia & arrogãtia, cæteriſque similibus cogitatio vana versatur in cordibus nostris, spiritus mundi est qui loquitur longe pernicioſior hostis, & maiori sollicitudine repellẽdus. Interdum verò satellitibus istis terga verrentibus, princeps ipse habens iram magnã tanquam leo rugiens insurgit aduersus nos, cum videlicet non ad voluptatem carnis aut seculi vanitatem, sed ad iram, ad impatientiam, ad inuidiam, ad amaritudinem animi prouocamur: importune ingerendo si quid minus amicabiliter minúsve discrete factum videtur aut dictum : si qua deniq; aut in signo aut in opere quolibet data videtur indignationis occasio, materia suspicionis. Huic ergo cogitatio-
Luc.21.d ni non aliter q̃ ipsi diabolo reliſtendum est : nec aliter ab ea quàm ab ipsa perditione cauendũ. Scriptum est enim: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Fit tamen aliquan-
H do vt spiritus noster à quolibet horum trium crebro superatus, & seruus addictus illi, in suam ipsius pernicie(heu) vices illius agat, vt iam sine omni alterius spiritus suggestione ipsa ex se anima aut voluptosas aut vanas aut amaras pariat cogitationes. Iam verò non facilè arbitror posse discerni quando noster ipse loquitur spiritus, quandóve loquentem alterum audiat quemlibet è tribus illis. Sed quid refert quicunque loquatur, dum vnum & idem sit quod loquuntur? Quid refert loquẽtis nosse personam, dum cõstat pernicioſum esse quod loquitur? Si inimicus est, reſiſte viriliter inimico : si tuus ipse spiritus est, argue eũ, & miserabiliter plange quòd in tantã miseriam & tam miserabilem deuenerit seruitutem. Quotiens verò super castigando corpore, humiliando corde, seruanda vnitate, & charitate fratribus exhibenda, seu cẽteris virtutibus acquirendis, conseruandis, amplificandis, salubris cogitatio in mẽte versatur, diuinus sine dubio spiritus est qui loquitur, aut per se ipsum sanè, aut per angelum suũ. Et quemadmodũ de humano aut maligno spiritu dictum, sic & de angelico & de diuino. Nec facile est quis loquatur discernere, nec ignorare periculosum : præsertim cum certum sit angelum bonum nunquam loqui ex semetipso, sed deum esse qui loquitur in ipso. Studioſius igitur deinceps conſide remus quonam modo malignorum illorum spirituũ suggeſtiones audire, imò quanta indignatione abiicere debeamus,
I auertentes aures nostras ne audiamus sanguinem & sapientiam quam reuelat caro & sanguis: paruulos quoque Babylonis, cogitatus scilicet mundanos ab ipso initio tenentes, & allidentes ad parietẽ: ipsum etiam malignum cum tentationibus suis à conſpectu cordis nostri abiicientes, & deducentes ad nihilum. Eas verò cogitationes, quæ iustitiæ & veritatis nos admonent, tota deuotione suſcipiẽtes, diuinæ dignationi gratiam habeamus: nec aliquãdo tantæ benignitati inueniamur ingrati, scientes quoniam ipse est qui loquitur iustitiã: ipse enim, cuius sermo veritas est. Quantæ enim temeritatis, imò quãtę insaniæ est si forte dum alloquitur nos dominus maiestatis, non insensati auertamus aurẽ, & ad nescio quas ineptias conuertamur? Quanta est hæc iniuria, & quàm grauiter vindicanda, cùm viliſſimus vermis clamantem ad se audire dedignatur creatorem vniuersitatis? Quanta verò & quàm ineffabilis diuinæ dignatio bonitatis quę quotidie cõſpicit nos infelices, auertentes aures, obdurantes corda, & nihilo minus clamat ad nos, & iugiter clamitat in plateis? Vere in plateis, quia in latitudine charitatis. Ecce enim bonorum meorum non eges domine: & tamẽ dicis, Cõuertimini filij hominum. Et iterum clamitas: Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. Propterea obsecro
Canti.6.d vos dilectiſſimi, qui remiſſimini domini, ne taceatis, & ne detis silẽtium ei: audiẽtes iugiter quid loquatur in vobis dominus deus, quoniam loquitur pacem. Felix & beata anima quæ venas susurrij diuini percipit in silentio, frequenter iteK rãs illud Samuelis: Loquere domine, quia audit seruus tuus. 1.Reg.3.b
Hic ergo hodiernus sermo finem accipiat, vt etiã tacentibus nobis deum intus audiamus loquentem & suadentem de regno suo, tanto vtiliùs, quanto subtiliùs per internam inſpirationem. Si qua tamen adhuc de audienda hac domini voce ipse suggeſſerit, alio sermone tractabimus, ne præsertim in tam vtili ac spirituali materia mẽtes vestras longitudine sermonis oneremus.

De multiplici vtilitate verbi dei, Sermo.

TEnetis credo quemadmodum hesterno sermone de ea quæ nobis admodum necessaria est, diſcretione spiritum admonuerimus sollicitudinem vestram: vt contra venenatos serpentis antiqui sibilos, contra mortiferos Sirenæ cantus, aures cordis iugiter obturare studeatis, vt nec spiritum carnis loquẽtem mollia, nec spiritum mundi vana suggerentem, nec spiritum nequitiæ audiatis immittentem amaritudines, & scandala seminãtem. Sed huius spiritus astutias nosse necesse est, huius cogitationes non expedit ignorare. Interdum enim transfigurat se malignus ille & nequam spiritus in angelum lucis, vt virtutis simulatione plùs L
noceat. Sed & nunc quoque si diligenter aduertimus, nonnunquam nisi amaritudinis & diſcordiæ seminaria spargit. Suadet enim nonnullis singularia iciunia quædam, vnde cæteri scandalizentur: non quia ieiunium diligat, sed quia scandalo delectetur. Multa quoque in hunc modum solet afferre, quæ tamen à diuina sapientia facilè diſcernantur, si apoſtolicam illam beati Iacobi diffinitionem præ oculis habeaIacob.3.b
mus, qui diuinam describens sapientiam ait: Sapientia quę à deo est, primum quidem pudica est, deinde pacifica. Omnem ergo cogitationem in qua hæc duo non concurrunt, à dei sapientia alienam esse non dubites. Eam ergo quæ pudica videtur, nec ad vitia trahit aperte, sed virtutis prætẽdit imaginem, tunc demum à deo noueris esse, si pacifica sit, si prælati
Amas. tui atque spiritualium fratrum approbatur iudicio: quoniam non faciet dominus deus verbũ quod non reuelauerit seruis suis. Quãta verò deuotione, quanta humilitate, quãta sollicitudine cogitatio sãlubris non aliter quàm diuinæ dignationis sermo suſcipi debeat, & hesterno sermone partim iam diximus, & hodierno nihilo minus aliquãto latius perſuadere
Luc.11.d conabimur. Beati enim qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Vultis nosse quàm beati? Primùm quidem sonãs in auribus animæ vox diuina conturbat, terret, diiudicátque: sed cõtinuò si bene aduerteris, viuificat, liquefacit, cãlefacit, illuminat, mundat. Denique & cibus noster est, & gladius, & medicina, & confirmatio, & requies, reſurrectio quoque & consummatio nostra. Nec mireris quòd verbũ dei iam nunc
M inueniatur omnia in omnibus esse, quantum ſpectat ad iustificationem, siquidem & futurum est omnia in omnibus ad glorificationem. Audiat & illud peccator, & conturbabitur venter eius: à voce illa carnalis anima contremiſcet. Omnia nanque cordis secreta rimatur atque diiudicat sermo viuus & efficax, cordium atque cogitationum perſcrutator. Vnde
Psal.44.c & licet mortuus in peccato, si audieris vocem filij dei, viues.
Cant.5.c Sermo enim quem loquitur, spiritus & vita est. Si cor tuum induratum est, memẽto ſcripturæ dicentis: Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Et item: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Si tepidus es, & euomi iam formidas, nõ diſcedas ab eloquio domini, & inflammabit te: quia eloquiũ eius ignitum valde. Quod si tenebras ignorantiæ plangis, diligenter audi quid loquatur in te dominus deus, & erit lucerIoan.8.d na pedibus tuis verbũ domini, & lumen semitis tuis. At fortaſsis tãto amplius doles, quanto clariùs peccata etiam minima illuminatus agnoſcis: sed sanctificabit te pater in veritate
Ioan.15.d quæ est vtiq; sermo eius, vt inter apoſtolos audire merea־ris: Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Iam verò cum laueris manus tuas, ecce parauit in conſpectu tuo mensam, vt non de solo pane viuas, sed ex omni verbo quod procedit de ore dei, & in fortitudine cibi illius curras viam mandatorum eius. Vbi si cõſiſtunt aduerſum te caſtra, & prælium tentationis insurgit, arripe gladium ſpiritus, quod est verbũ dei, & in eo facilè triumphabis. Quòd si forte

A forte (vt est certaminis consuetudo) contigerit aliquãdo vulnerari, mittet verbum suum, & sanabit te, & eripiet te de interitionibus tuis: vt in te quoque impleatur quod ait Centu-
Matt.8.a rio, cuius fides tam magnifice commẽdatur: Domine (inquit) dic tantùm verbo, & sanabitur puer meus. Sed & si titubas
Psal.72.a adhuc, confitere & elama: Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei : & in verbis suis confirmabit te: vt experimento discas quoniam verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ. In his atq; huiusmodi perseuera, in talibus iugiter exercere, donec iam dicat spiritus, vt requiescas à laboribus tuis. In hoc verbo quiescs dulciter, ac suauiter soporaberis donec veniet hora, cum omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent. Sed quò? Alij quidem in iudicium, alij verò in vitam æternam. Et quis scit si est dignus amore vel odio? Tunc maxime memor esto verbi tui seruo tuo domine, in quo mihi
Matt.25.d spem dediſti, vt ab auditione mala nõ timeam: sed beata ma-
Luc.12.a gis auditio perducat ad visionem, cum dices: Venite benedicti patris mei, &c. Quicunq; enim confitebitur me corã hominibus, ait ipse, hunc & ego confitebor in conſpectu patris mei & angelorum sanctorum: quod nobis conferre dignetur ipse qui cõstitutus est iudex viuorum & mortuorum. Amen.

B *De quatuor modis orandi: de obsecratione, oratione, postulatione, & gratiarum actione, Sermo.*

1.Tim.2.a QVatuor mihi videntur orandi modos exprimere apoſtoli verba dicentis: Volo primùm fieri obsecrationes, deinde orationes, poſtulationes, gratiarum actiones. Sunt enim quos adhuc peccati conscientia terret & cruciat, nondũ accepta resistendi virtute, tunc scilicet cum primum ipsos in peccatorum cœno iacentes spiritus veritatis irradiat, & excitans erubescere facit, & timere deum dum vident immanitatem criminum, meritorum exiguitatem, & velut ardentem coram se gehennam expaueſcentes, quoniam in seipſis boni
Exod.23.b nil inueniunt, aliunde apprehendunt vnde tegantur. Sciunt
34.c enim quòd non sit tutum in cõſpectu domini dei sui vacuos apparere contra legis præceptum, & multo minus id præsumere plenis stercore manibus audent. Quia ergo timent, & meritò timent per seipsos accedere, studẽt quaſi per alios supplicare. Tale est illud orationis genus quo solemus vti dicentes: Sancte Petre, ora pro nobis, & similia. Maximè verò illud obsecratio est manifeſta: Per passionem tuam, libera nos domine: & cætera in hunc modum. Tale enim videtur, ac si latro deprehenſus, & iam vicinus suspendio, quando penitus desperat, nec inuenit in se vnde veniam deprecetur, extendens brachia dicat, quia sic passus est Christus: vt eorum à quibus tenetur, animos moueat ad pietatem. Credo
C ego de talibus dici posse, quia regnum cœlorum vim patitur,
Matt.11.b & violẽti rapiunt illud. Vim faciebat regno cœlorum publi-
Luc.18.b.c canus ille, qui dum nõ auderet oculos ad cœlos leuare, ipsum cœlum ad se potuit inclinare. Simile aliquid mulier illa egiſse videtur, quæ profluuium sanguinis habẽs, dum timeret ad
Matt.9.c Christum accedere, fecit ab eo virtutem exire. Furtim enim tetigit fimbriã, & curata est ab infirmitate: vnde & indignãtis quodammodo verbum videtur quod de ea dominus ait: Quis me tetigit? Et addidit: Sensi à me exire virtutem. Non credo quòd sit inter nos quiſpiã, sed forte nõnulli in seculari habitu vel conuerſatione potuerunt aliquando experiri quid
Ioan.8.d loquor, vt inuiti fluxum sanguinis paterentur, eius inquam sanguinis, qui regnum dei non possidebit. Etenim qui facit peccatum, seruus est peccati: nec sua se poterit continere virtute, etiã cum volet. Huic ergo minime expedit per seipſum ad Christum accedere, sed tãgere si quam inuenerit eius fimbriam, hoc est eum cõsiderare hominem quem humiliorem viderit, & extremum in eccleſia, quæ est vestis Christi: cum inquam qui elegit abiectus esse in domo dei, oportet considerare, quoniam is vere est fimbria posita in ora vestimenti, ad quam vtique spiritualis vnguenti descendens à capite copia tota decurrit. Hũc si beneficiis aliquibus seu prece humili, aut cõfeſſione pura tetigerit, vt affectum eius erga se moueat ad compatiẽdum sibi, habeat fidem, & sine dubitatione sanabitur. Illud tamen nouerit fimbria, non à se, sed à Christo exiiſſe virtute, qui & tangi se proteſtatur in fimbria. Expreſſi D
nunc vobis quantũ potui quale sit, & cui animæ necessarium genus obsecrationis. At verò iam continendi virtute accepta securus accedit, qui sibi conscius fuerit pro delictis præteritis veniam quærens, & oratione vtens, quæ nostri oris est ratio, quando iam ore suo loquitur cum deo suo. Hinc illud est quòd Maria Magdalene, quanquam non minus humilis hæmorrhoiſſa illa, non sic tamen veretur accedere, sed rigat lachrymis pedes, capillis tergit, vngit vnguento, osculatur ore deuoto. Vnde satis liquet quòd omnino iam proposuerat in corde suo à peccato deinceps abſtinere: & quaſi profluuium ſtabat. Quòd si iã confecutus es & tu, primũ est vt ipsi domi-
nio in oratione loquens, recogites annos tuos in ãmaritudine animæ tuæ. Dehinc poſtquã in lamentis pœnitentię aliquandiu perſeuerans, hilaritatẽ quandã & fiduciam cõceperis indulgentiæ, accede iam ad poſtulationes: vt ſecure tãquam receptus in gratiam domini, tibi & conſeruis tuis audeas petere quod oportet. At fortaſsis requiras, vnde aut quomodo noſse poteris vtrum hanc conſecutus ſis indulgẽtiam. Sic nimirum cõſeruandæ humilitatis gratia, diuina ſolet pietas ordinare: vt quanto quis plus proficit, eo minus ſe reputet profeciſſe. Nam & vſque ad ſupremum exercitij ſpiritualis gradum, ſi quis eouſque peruenerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, vt vix ſibi ptimum videatur adeptus. Attamen ſcio quod hodie lectũ ſit in euangelio: dixerat E
Ieſus paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua: & Matt.9.d
reputatum eſt ei ad blaſphemiam. At ille, cui nimirum cogitatio hominis cõfitetur: Quid (inquit) cogitatis mala in cordibus veſtris? Blaſphemare me blaſphematis, & quaſi ad excuſandum vim viſibilis curationis, virtutem mihi inuiſibilẽ vſurpare. Sed ego vos potius blaſphemos eſſe conuinco, ſigno probans viſibili inuiſibilem poteſtatem. Vt ſciatis (inquit) quia poteſtatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata, tũc ait paralytico: Surge, tolle lectũ tuum, & ambula. Et tu ergo ſi iam ſurgis deſiderio ſupernorum, ſi grabatum tollis, corpus ſcilicet à terrenis eleuans voluptatibus, vt iam non feratur anima cõcupiſcentiis eius, ſed magis ipſa, vt dignum eſt, regat illud, & ferat quò non vult, ſi demũ ambulas quę retro ſunt obliuiſcẽs, & ad ea quę antè ſunt, te extendens deſiderio & propoſito proficiendi, curatum te eſſe non dubites. Neque enim ſurgere poteras, ſi nõ aliquatenus onus eſſet alleuiatũ, & nec grabatum tollere niſi exoneratus magis, quia nec ambulare in feruore conuerſationis cum peccatorũ grauimole poſſibile eſt. Propter quod fiduciãliter iam poſtulare poteſt qui eiuſmodi eſt, tantùm caueat ne forte aut poſtulet non poſtulanda, aut minus poſtulet quæ à deo ſunt poſtulãda: aut ea tepide quærat quæ toto affectu & omni tẽpore ſunt quærenda. Petitis & non accipitis (ait Iacobus) eo Iaco.4.c
quòd male petatis, vtpote in concupiſcentiis veſtris. Sic agit F
omnis qui terrena quærit vltra neceſſitatem, qui mundialem gloriã ſectatur aut voluptatem. Tale eſt etiã quod ſolent ſecularis homines mortem inimicorum in orationibus poſturalia ſi defuerint, petenda quidem ſunt quantum neceſſitas humana requirit: ſed iuxta beati Gregorij ſententiam non ſunt hæc nimium requirenda. In quo genere etiam illa ſpiritualia ſunt, ſine quibus nihilo minus ſalus conſtare poteſt, vt ſermo ſciẽtiæ, gratia curationum, omniáq; de quibus certum non habemus quid expediat nobis: vtpote ſi te fatiget tentatio, ſupplicandum quidem pro ea vt auferatur à te, ſed non nimis obnixè, quoniam in talibus meminiſſe ſemper oportet apoſtolicæ illius ſententiæ: Nos enim quid oremus ſicut o-
Rom.8.c porret neſcimus: & deo magis committere, quàm temere aliquid apud nos definire. Hæc autem ſunt toto affectu & omni tempore poſtulanda: hæc ſunt pro quibus inceſſanter & quàm obnixè poterunt, ad deum clament deſideria tua, vt habeas gratiã eius bonam, & placere poſſis in oculis pietatis ipſius, & in eo viuas, & moriaris in ipſo, vt gloriã eius videre, & ipſo frui in perpetuum merea־ris. De his enim dictum eſt: Sine intermiſſione orate. Vnde & propheta, Exquiſiuit, Luc.18.a
inquit, te facies mea, faciem tuam domine requiram. Et alibi: Pſal.26.c
Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Porrò ad quartum ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

GNus orationis quod est gratiarum actio, perpaucos attingere credo: & quo rarius, eo preciosius est. Multam enim prorsus gratiam inueniet apud deum, quem iuxta promissionem suam exaudit antequã inuocetur: & testimonium reddet spiritui eius spiritus quem habet ex deo, quoniam exauditum est desiderium eius, ita vt certus iam non orare, sed gratias agere possit. Sic enim habes in Lazari resuscitatione, vbi dominus, licet prius nihil orasset, Pater, inquit, gratias ago tibi *Ioan.11.c* quia audisti me. Prima igitur, id est, obsecratio, verecũdo fiat affectu. Secunda, quam propriè diximus orationem affectu puro: vt videlicet non dissimulemus peccata, non nos palpemus: scientes quòd sic quisque inuenit gratiam apud deum, si inuentus fuerit durus iudex in semetipsum. Tertia, id est, postulatio, amplum quærit affectum, & fiduciæ latitudinem *Iacob.1.a* sicut scriptum est: Postulet autem in fide nihil hęsitans. Cre- *Iosue.1.a* do enim propterea dictum: Quemcunque locum calcauerit pes vester, vester erit, quòd tantum impetrabimus, quantum porrexerimus pedem fidei. Quarta, quæ est gratiarum actio, ipsa debet esse deuotione plenissima, & deliciis affluens. iam verò de reuerẽtia orationis, in eo quod lectum est in capitulo ipsi⁹ regulę, vos modo sollicitauit auctoritas, ex cuius occasione aliqua de oratione dicẽda putaui. Illud tamen breuiter dico, nonnullos (vt arbitror) experiri interdum in oratione ariditatem & hebetudinem quandam mentis, vt solis orantes labiis non satis attẽdant neque quid dicant, neq; cui H loquantur, pro eo quòd velut ex cõsuetudine quadam cum minus digna reuerentia & solicitudine accesserunt. Quid enim aliud cogitare debet frater intrans ad orationem, quàm *Psal.41.a* propheticum illud: Ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei? Omnino siquidem oportet nos orationis tempore curiam intrare cœlestem, illam vtiq; curiam in qua rex regum stellato sedet solio, circundãte innumerabili & ineffabili beatorum spirituum exercitu. Vnde & ipse qui viderat, quia maiorem numerũ nõ inuenit, Milia, ait, mi- *Danie.7.c* lium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Quanta ergo cum reuerentia, quanto timore, quãta illuc humilitate accedere debet à palude sua procedens & repens ranunncula vilis? Quàm tremebundus, quàm supplex, quã denique humilis & sollicit⁹, & toto intẽtus animo maiestati gloriæ, in præsentia angelorũ, in concilio iustorum & cõgregatione assistere poterit miser homũcio? In cũctis igitur actionibus nostris multa opus est animi vigilãtia, sed præcipuè in oratione. Etenim sicut in regula nostra legimus, licet hora omni & omni loco oculi domini super nos speculẽtur, maximè tamen in oratione. Licet enim semper videamur, sed nũc etiam præsentamus & ostendimus nos quasi facie ad faciem cum deo loquentes. Porrò quanuis vbique sit deus, in cœlo tamen orandus est, ibique orationis tempore cogitandus: vt I mens nostra non oratorij tecto, nõ aëris spatio, non ipsa retardetur nubium densitate, iuxta eam formam quæ nobis à *Matt.6.b* Christo tradita est, vbi ait: Sic orabitis: Pater noster qui es in cœlis. Cœlũ enim quadã prærogatiua etiam sedes siue thronus dei vocatur: quia ad eam comparationẽ qua deum in cœlis angeli sancti & electorum animæ vidẽt, nos miseri & peregrini super terram vix solum nomen habere videmur. Sic igitur oret qui orat, tãquam assumptus & præsentatus ei qui sedet super excelsum thronũ in angelis qui minime cecidẽrũt, & eleuatũ in hominibus quos susciṫauit de puluere inopes, & erexit de stercore pauperes: sic inquã semetipsum cõsideret & sic attendat, tanquã præsentatũ domino maiesta- *Gene.18.d* tis, vt dicat cum Abraham: Loquar ad dominũ meũ, cũ sim puluis & cinis. Et quia tuo præcepto commonitus, tua institutione formatus, id præsumo domine fons pietatis.

Quomodo voluntas nostra diuinæ voluntati tripliciter subiici debeat, Sermo.

AVDISTIS nunc ex regula nostra fratres de humilitate sententiam, cui ego, quotiens legitur, toto animo intentos vos esse volo. Insipiens est enim & insanus quicunque in aliis vitæ meritis, quicunque in alia religione seu sapientia, nisi in sola humilitate confidit. Apud dominum fratres, ius habere non possumus, quoniam in multis offendimus omnes: sed nec fallere eum, ipse enim nouit abscondita cordis, quanto magis opera manifesta? vtique nec resistere K viribus, quoniam omnipotens est. Quid ergo restat nisi ad humilitatis remedia tota mente confugere, & quicquid in aliis minus habemus, de ea supplere? Sed ô mira vanitas, ô mira fatuitas cordis nostri, cuius elationem perfecte reprimere, cuius ceruicosos motus omnino domare, humilitatis materia tanta non sufficit, quin superbiat adhuc terra & cinis.

Porrò totius humilitatis summa in eo videtur consistere, si voluntas nostra diuinæ (vt dignum est) subiecta sit voluntati, sicut ait propheta: Nónne deo subiecta erit anima mea? *Psal.61.a* Scio quidem creaturam omnem velit nolit subiectam esse creatori. Sed à creatura rationali voluntaria subiectio quęritur, vt voluntariè sacrificet domino, & confiteatur nomini eius, non quia terribile & sanctum, nõ quia omnipotens, sed quia bonum est. At verò subiectionem istam triplicem esse necesse est, vt quod certum est deum velle, id nos velimus omnino: & quod certũ est eum nolle, similiter execremur & nos. Quod autem incertum est vtrũ velit aut nolit, neq; velimus ex toto, neque penitus non velimus. Hic certe, fratres, in hoc medio totum periculũ est religiosorum, dum infeliciter blandimur nobis, & palpates seducimus nosmetipsos. Huic accedit vt dissimulemus domini quærere voluntatem, dum & nostram facere, & aliquam de ignorãtia habere volumus excusationẽ. Quis enim est ille tã infelix monachus, L qui id nolle audeat quod certus est deũ velle: aut quod certus est eũ nolle, id velle præsumat? Sed in medio periculum est his qui iam egressi de seculo, in loco cõuersionis habitãt tanquam in paradiso voluptatis: sicut in medio paradisi lignum transgressionis positum erat, in quo præuaricati sunt parentes primi, lignũ scientiæ boni & mali, non tantum boni vel mali solius, sed boni & mali. Propterea rogo vos fratres, diligenter attendite quia nihil mihi occurrit quod vtilius possitis audire. Vbi certa est dei volũtas, omnino nostra sequatur, in his videlicet de quibus certũ aliquid in scripturis inuenimus, aut ipse spiritus manifeste clamat in cordibus nostris quid sentiendũ sit, vt est charitas, humilitas, castitas, obedientia: hæc approbemus indubitanter & appetamus, quæ placere deo scim⁹ indubitãter. Sed & ea omnimodis odisse debemus, de quibus certum est ꝙ oderit ea deus: vt est apostasia, fornicatio, iniquitas, impatientia. In his verò rebus de quibus nihil certi possumus inuenire, nihil certum voluntas nostra definiat: pendeat inter vtrunque, aut saltem neutri parti nimis inhæreat, cogitans semper ne forte altera pars deo magis placeat: & parati simus voluntatẽ eius sequi *Psal.118.a* in quãcunque partem eam cognouerimus inclinari. Nemo super his quæ certa sunt hæsitet, nemo dubia pro certis admittat, nemo sibi in dubiis iudicium vendicet, præcipitétve sententiã, & experiemur quod scriptũ est: Pax multa diligẽ- M tibus legem tuam domine, & non est illis scandalum. Vnde enim sunt scãdala, vnde turbatio, nisi quòd propriam sequimur voluntatem, & temere quod volumus in corde nostro definientes, si quo modo id prohiberi contingat aut impediri, continuo etiam in impatientiam, in murmurationem, in scandalum proni sumus, non attendentes quoniã omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti, & qui nobis casus videtur, sermo quidam dei est, suam nobis indicans voluntatem? At quicunque nihil certũ de huiusmodi in corde posuerit: in quãcunque partem postea conuertatur, scandalizari non poterit. Aut si quis facere cogitat vnde mandatum certum non habet, si voluntatem suam suspensam tenuerit donec prælatũ interroget, & ab eo quærat domini voluntatem, cui vice ipsius obedit, nõ turbabitur quicquid ei præcipiatur: quoniam pax multa diligentibus legem tuam domine, & non est illis scandalum. Porrò quod dixi voluntatem suspẽsam teneat, aut volũtatem suam diuinę subiiciat voluntati: non de concupiscẽtiis desideriorum, non de affectionibus dico. Illud enim impossibile est, dum adhuc in hoc peccati corpore, in hoc corpore mortis animam detinetur. Quid enim esset aliud quàm vita æterna, tota affectione diuinam in omnibus sequi voluntatẽ? Sed consensum nostrum necesse est diuinæ subiicere volũtati si pacem æternam, & pacem desideramus habere præsentem sicut scriptum est: Pacem meam do vobis, pacẽ relinquo vo- *Ioan.14.b* bis. Domine

A bis. Domine (ait propheta) in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. Alius enim ambulat in lumine vultus sui, sollicitus facere suam volũtatem, & beneplacitum cordis sui considerãs. Alius ambulat in lumine vultus humani, in eo semper intentus quid hominibus placeat, *Hier.17.b* quid mundus iudicet: de quo die propheta loquitur: Diem *Psal.13.b* hominis non concupiui, domine tu scis. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viã pacis non cognouerunt: non est ti- *Prouer.3.d* mor dei ante oculos eorũ. Nam qui timorẽ dei semper habet *Matt.11.d* præ oculis, vię eius viæ pulchrę, & omnes semitę eius pacificę. Venite ad me, inquit, omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: quos vestræ seu alienæ voluntatis dura premit seruitus: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Quãto enim benignior & dulcior est diuina clementia quolibet homine, tanto suauius esse manifestum est iugum eius cæteris omnibus. Propterea homines sibi ipsis aut aliis hominibus placere studentes, confusi sunt: sed qui in lumine vultus tui ambulant domine, id solum cogitantes quomodo tuam faciant voluntatem, & toto corde contendentes placere tibi: nunc quidem in nomine tuo exultabunt, & non erit illis scandalum: demum in iustitia tua exultabunt, quando exuentes infirmitates suas, & intrantes potentias domini, memorabuntur iustitiæ tuę solius, vt eam nunc teneant sine labore, quam B modo sequi laborant.

Contra peßimum vitium ingratitudinis, Sermo.

MAgna est super nos, dilectissimi, magna valde misericordia dei nostri, quos tam ineffabili spiritus sui virtute, tam inæstimabili dono gratiæ suæ eripuit à vana nostra conuersatione huius seculi, in quo eramus aliquando tanquam sine deo, aut certe (quod execrabilius est) etiam contra deum, non ignorantiam habentes, sed contemptum: cuius vitæ aut potius mortis (anima enim quæ peccauerat, ipsa moriebatur) vtinam frequenter in oculis cordis nostri tetra versetur imago, quanta videlicet cæcitas, quanta peruersitas illa fuerit, vt sedula meditatione pensantes miserię pondus: etsi non tam perfectè sicut est, aliquatenus tamen æstimare possimus liberatricis misericordiæ quantitatem. Iam verò si quis ex vobis diligenter considerare non negligat nõ modo vnde erutus, sed vbi sit constitutus, non solum quid euaserit, sed & quid acceperit: non tantùm vnde reuocatus sit, sed etiam quò vocatus: inueniet sine dubio cumulum huius misericordiæ omnino mensuræ prioris excedere quantitatem. Neque enim fecit taliter omni nationi, vt non solùm iudicia, sed & consilia sua manfestaret eis: sed omnino magnificauit facere nobiscum, non solùm in seruos assumẽs, sed C eligens in amicos. Neque enim nos elegimus eum, sed ipse elegit nos, & posuit nos vt eamus & fructũ afferamus: fructũ inquam non solùm nõ peremptoriũ, quod ad iudicium pertinens, notum sit etiam seruis, sed nec periturum quidẽ, quod de cõsilio est, & reuelatus amicis. In hoc siquidem positi sumus, vt non peccato seruiamus. Ipse enim est peremptorius labor: nec seculo quoque, quemadmodum his quos videmus subditos curis terrenis, etsi non culpis: corporalibus officiis, etsi non flagitiis implicatus, & in ea quæ præterit huius mũdi figura, pro sua suorúmq; præsenti sustentatione laborantes, quorum vtique labor etsi non ad damnationem, minimè tamen pertinet ad salutem, ita vt etsi conseruauerint fundamentum, detrimentum tamẽ patiantur, pereuntibus, quę superædificauerant, ipsi verò salui sint, sic tamẽ quasi per ignẽ. *Ioan.6.c* Nobis autem quid dicitur? Quod cõsilium datur amicis? Operamini nõ cibum qui perit, sed qui permanet in vitã æternam. Nec cessamus ab operãdo hoc cibo etiam cum terrenis forte occupamur operibus, aut obedientia dictante, aut fraternæ charitatis intuitu, quoniam dissimilis nobis intẽtio est ab his quorum laborem periturum esse prędiximus. Dissimili proinde radice inhærens labor similis, non similiter habet perire, quoniam radicatus est in ea quæ nunquam perit ęternitate. Denique si forte non quidem illicita, nec tamen expedientia sectantes, priori forsitan fornicatione relicta stetissemus in coniugij castitate, non capientes quod de cœlibe vita datum nouimus esse consilium, sed à rapinis & fraudibus abstinentes, licitè propriis rebus vteremur, necdum tamẽ ad D perfectionem euangelicam attingentes: sicut scriptum est: Si vis esse perfectus, vade & vẽde omnia quæ habes, & veni se- *Matt.19.c* quere me, &c. Hoc ipsum quãtæ pietatis esset, si à tantis criminibus in quibus multi ex vobis inuoluti, solũ in se respiciunt mortis, & iudicium certæ damnationis haberent, datum esset vel in inferiori aliquo respirare gradu? Prodigus certe filius ad filiorum numerũ aspirare timebat, beatum se repu- *Luc.15.d* tans si forte vel in mercenariorũ numero recipi mereretur: minime tamen sufficere potuit paternæ pietati, nisi tam copiosam ei misericordiam exhiberet, cui posset & ipse qui nũquam à patre discesserat senior filius, inuidere. Sic & nos, dilectissimi, abundanter effusa super nos misericordia dei nostri, de filiis iræ & diffidentiæ non solùm ad electorum recepit numerum, sed vocauit ad collegiũ perfectorum. Nam & si forte aliquorum negligentia ad perfectionem nõ assurgit, ipsi viderint quid excusationis possint afferre, quoniam apostolicam omnes nos viam professi sumus, apostolicæ professioni nomina dedimus vniuersi. Quod sanè non de ea gloria sanctitatis dixerim, quam non sibi tantùm sed vniuerso orbi suscipere meruerunt, sicut scriptũ est: Suscipiant montes pa- *Psal.71.c* cem populo, & colles iustitiam: sed de eorum potius professione, qua pro omnibus Petrus loquitur dicẽs: Ecce nos reli- *Matt.19.c* quimus omnia, & secuti sumus te. Sed iam omnino mouet fratres mei, quid sibi velit quòd minus erga nos liberalis nũc E diuina clementia videatur, vt quibus tanta contulit non rogantibus, non desiderãtibus, immo & fortasse recusantibus: nunc orãtibus, obsecrãtibus, postulantibus sæpissime, immo cõtinue videatur multa minora negare? Quid enim putamus charissimi? Abbreuiata est manus domini, an forte thesauri gratiæ defecerunt? Quid inquam putamus, vtrum voluntas mutata sit, an immutata facultas? Neutrũ sanè de eo æstimare licet, neutrum fas est credere de omnipotenti & immutabili maiestate. Quid sibi vult ergo, quòd incessanter orantes, obsecrantes, postulantes. non exaudit, quibus tantam & tam gratuitam misericordiam prærogauit? Nam si respondeat quis quod apostolo Paulo respõsum est, sufficere nobis gra- *2.Cor.12.b* tiam dei: planè omnino fallitur, cũ pro ea quã maximè vniuersæ orationes, obsecrationes, & postulationes nostræ fiãt, ne ambulemus in magnis, aut in mirabilibus super nos, orãtes nobis dari humilitatem quanta decet non dico sanctos, sed monachos peccatores: obsecrantes patientiam nobis tribui, quanta non dico in martyribus inuenta est, sed professioni nostræ necessaria est: postulantes charitatem quantam non dico angelis, sed patribus qui fuere homines similes nobis passibiles, etiam & peccatores, diuino munere collatam agnouimus ex testimonio scripturarum. Væ generationi huic miserę ab imperfectione sua, cui sufficere videtur insufficientia, immo inopia tanta. Quis enim ad perfectionem il- F lam quam scripturæ tradunt, vel aspirare videtur? Non sine causa sanè cum sint nobis eadem cum patribus conuersionis initia, dispar valde conuersationis profectus inuenitur, adeo vt cum eos profecisse de die in diem, & cursum cõsummasse legamus, apud nos magnus æstimaretur si quis vel ipsa conuersionis suæ primordia conseruaret, vt non minus humilis aut timoratus, non minus sollicitus & circunspectus, nõ minus feruens spiritu, nõ minus patiens ac mansuetus in medio quàm in initio videretur. Quãtos enim videmus quasi oblitos sui, & peccatorũ suorum, dei quoq; & beneficiorum eius immemores, sic nõ redimere sed amittere tempus, vt de moribus & affectionibus suis vix vltima apud ipsos mentio fiat? Quid istos aliud agere dixerim, qui scurrilitates, detractiones, iactãtiæ & impatientiæ verba non reputant, facilè contristant proximos, immo spiritum dei qui in eis est, pusillorum scandala paruipendunt, ad increpationem aliorum aut negligentia quadam dormitare videntur, aut iracundiæ facibus inflammantur, & cum his quasi gens quę fecerit iustitiã, accedunt liberè ac ecclesiam, psallunt cum aliis, sed non spiritu neq; mente, orationis tempore nescio quas ineptias meditantur, & ne ipso quidem tremẽdo angelis participare verentur dominici corporis sacramẽto: quid, inquã, istos aliud agere dixerim, quàm securos iã de gratia domini sui, fiducialiter de ea quam longo tempore promeruerint familiaritate

Universidad de Deusto
Biblioteca

G præsumere? Hoc nempe est quod vulgari prouerbio dicitur: Familiaris dominus fatuum nutrit seruum Sed vbi est dile-
Psal.38.c ctissimi quod totiés canitis: Quoniá aduena ego sum apud
te & peregrinus, sicut omnes patres mei? Heu heu nō inue-
Luc.17.d nitur qui redeat & agat gratias deo, nisi hic alienigena. Nónne decē mundati sunt? & nouem vbi sunt? Meministis credo verba saluatoris hęc esse, nouem illorum ingratitudinem arguentis. Bene siquidem orasse, obsecrasse, postulasse leguntur, qui leuauerunt vocem dicentes: Iesu fili Dauid, miserere nobis. Sed defuit eis quarta, quam adiecit apostolus, gratiarum actio, quando nec redierunt, nec egerunt gratias deo.

Multos quoque videmus vsque hodie satis importunè petentes quod sibi deesse cognouerint: sed paucos admodum nouimus qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur. Nec reprehensibile quòd instanter petimus, sed planè petitioni negat effectum, quod inuenimur ingrati. Et forte hoc etiam clementia esse videtur ingratis negare, quod postulant: ne contingat nobis, vt tanto grauius de ingratitudine iudicemur, quáto magis accumulatis beneficiis ingrati probabimur extitisse. Ergo misericordiæ res est, in hac parte subtrahere misericordiam, quemadmodum iræ & indigna-
Esai.26.b tionis misericordiam exhibere, eam sanè de qua per prophetam ipse pater misericordiarum loquitur dicens: Misereatur impio, & nō discet facere iustitiam. Quam multos enim
H videmus & plangimus, fratres qui dūmodo maneat habitus & tonsura, salua sibi omnia arbitrantur? non considerantes miseri quēadmodū ingratitudinis vermis interiora corrodens ob hoc tantùm corticē quem vident transforare dissimuler, ne forte recogitent & erubescant, ipsaque verecundia emendentur. Qui sic interdū in nonnullis consumpta est alieni robur eorum, & nescierunt. Vides ergo non omnibus prodesse quòd à lepra secularis conuersationis (cuius peccata manifesta sunt) emūdantur: sed nonnullis peius in occul-
to ingratitudinis vlcus oriri, quod tanto periculosius sit,
Luc.17.d quanto interius. Et bene saluator hinc in euangelio nouem illos vbi sunt quærit, quoniá longe est à peccatoribus salus. Sic enim & primū hominem post peccatum vbi sit interrogat, & iudicio nescire se profitebitur operatios iniquitatis,
Psal.1.b cum legamus in psalmo: Quoniā nouit dominus viam iustorum, & iter impiorū peribit. Nec sine causa in nouenario inuenti sunt qui nō redeūt ad saluatorem, in quo nimirum numero quaternario quinarius iungitur, & est non bona mixtio corporeæ sensualitatis, & euangelicæ traditionis. Quod tunc fieri solet, cum sic volumus quatuor euangeliis obedi-
I re, vt quinque corporis sensus pariter oblectare velimus.

Felix autem Samaritanus ille, qui cognouit se nihil habere quod non accepisset, idcirco seruauit depositum, & cum gratiarum actione ad dominū est reuersus. Felix qui ad singula dona gratię redit ad eum in quo est plenitudo omnium gratiarum: cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, vt maiora adhuc accipere mereamur. Omnino enim sola nos à ꝓfectu conuersationis impedit ingratitudo nostra, dum quodammodo amissum reputās dator quod ingratus accepit, cauet sibi decætero ne tanto plura amitteret, quanto plura conferret ingrato. Felix proinde, qui se alienigenam reputans, etiam pro quibusque minimis beneficiis nō minimas refert grates, gratuitum esse non dubitans, neque dissimulans, quod alieno impenditur & ignoto. Nos autem miseri & miserabiles cum in initio adhuc alienos nos æstimam⁹, timorati satis, satis deuoti & humiles inuenimur: tam facilè postmodū obliuiscimur quàm gratuitum sit quicquid accepimus, & præsumentes nō bene quasi de familiaritate dei, nequaquā aduertimus quod mereamur audire, quoniam inimici domini domestici eius. Tàto enim facilius nūc offendimus eum, quanto ea grauius quę à nobis cōmittuntur, iudicāda nouerimus esse: cum in psalmo legamus, quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuis-
Psal.54. sem vtique. Obsecro itaque, fratres mei, humiliemur magis ac magis sub potenti manu dei, & ab hoc tam maximo, tam nequissimo vitio ingratitudinis lōge fieri studeamus: vt tota K deuotione in gratiarum actione versantes, cōciliemus nobis gratiam dei nostri, quæ sola potest saluare animas nostras. Nec verbo tantùm vel lingua, sed opere & veritate exhibeamus nos gratos ei, qui gratiarū actionē magis quam dictionem à nobis exigit, dator gratiarū dominus deus noster, qui est benedictus in secula, Amen.

De eo quod legitur in Iob, In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Sermo.

Iob 5.b

DIgnum valde est & omnino exigit ratio æquitatis, vt quibus à constitutione mundi regnum paratur, ipsi etiam sese regno parare non negligant, ne parato regno inueniantur forsitan qui regnaturi fuerant, imparati. Sic enim legimus de cœna quadam dicente domino: Quoniam qui-
Matt.22.d dem cœna parata est, sed qui vocati erant, non fuerunt digni. Quærimus ergo quemadmodum regno parato parari debeant reges futuri. Et si pie quærimus, cum propheta vti-
Psal.14.a que dicere non audemus: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui
Iob 5.b ingreditur, inquit, sine macula. Sed hæc, inquies, præparatio soli Christo conuenire videtur. Nemo enim cęterorum omnium mundus à sorde, nec infans cuius est vita vnius diei su-
L per terram. Itaque solus intrabit, qui solus agnus est sine macula, solus argui non potuit de peccato, quod non ab eo factum est, nec in eo inuentum. Solus planè summus pontifex meus nec in patre nec in matre cōtaminatus est, vt lex dicit: patrem quippe sed deum, matrem quoque sed virginem habens: vnde & solus ingreditur sancta sanctorum, & nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Quid ergo nos? Itáne continuo desperabimus? Immo verò sperabim⁹, & hinc maxime. Licet enim solus, sed profectò totus intrabit, & os non cōminuetur ex eo. Nō sine membris caput inuenitur in regno, si tamen mēbra fuerint conformia sibi, & cohærentia capiti suo. Conformia sanè moribus, cohærentia fide. Habet enim cōformationem quantum potest, habet & cohęrentiam ipsa etiam minor ætas, dum & similitudini mortis ei⁹ mersione illa triplici cōplantatur, & fidem in inuolucro quodam recipit, quod necdum capax sit euolutæ. Benignus est nimirum spiritus sapiētiæ: & quem traducta culpa ligauerat, indulta iustitia soluit.
Hebr.10.b Sed non ita deinceps liberabit maledictum à labiis suis. Voluntarie enim peccanti post agnitam gratiam, non relinqui-
Matt.15.b tur hostia pro peccato. Sed neque sic liberabit à suis quomodo ab aliens labiis maledictum. Maledictio, fratres, gra-
M uis est macula, & scimus quoniá non quod intrat in os, coinquinat hominē, sed quod de ore egreditur. Inde ergo macula, inde maledictio à labiis suis, sed non semper à propriis. Neque enim de corpore vel corde proprio originalis in paruulum culpa procedit, cui non modo consensus, sed ne vllus quidem interim potest sensus esse peccati. Quomodo tamen maledictum à labiis suis non liberat spiritus, aut voluntariè peccantibus non relinquitur hostia, nisi quia non illi denuo crucifigitur Christus, nec complantatur iterum similitudini mortis eius per baptismū? Propria iam ab eo lachrymarū vnda exigitur, propriam baiulare crucem, propria mortificare membra, & propriam immolare hostiā necesse est. Sine causa aliter diceret, Credo. Propriis labiis expietur oportet pro-
Act.14.b priorum maledictio labiorū. Per multas enim tribulationes in regnum dei intrare necesse est, & nemo nisi per tribulationes ingreditur, aut proprias, aut alienas. Sola nimirum secundi Adæ tribulatio purgat, quos cōtaminauit offensio sola prioris: non quò propria cuiquam sufficere possit satisfactio. Quid enim est vniuersa pœnitentia nostra, nisi quòd si non compatimur, omnino nō possumus conregnare? Quod enim in nobis minus est, ipse supplet: modicum tamen illud quodcunque nostrum est, non patitur reseruari. Quòd si fidei cohærentia sine morum conformitate nequaquam saluat adulatores, lōge minus saluare poterunt opera sine fide. Facilius enim membrum inhærens capiti, si deforme est, reformatur, quàm diuulsum quālibet simile copuletur. Et ipsum tamen quod deforme est, aut cōforme fieti imagini filij sui

A sui & capitis sui, aut certè tādem alicui ab eo, necesse est anathema esse à Christo, ne in illa plenitudine corporis eius inueniatur quippiam indecorum. Vbi ergo macula propria, propria quoque purgatio iure requiretur: & si contaminatio multiplex, opus est etiam tribulatione multiplici, Vnde enim tribulatio nisi dum resistitur cōtaminationi, concupiscentiæ repugnatur? Quid verò in homine purū ab hac macula, immune ab hoc contagio poterit inueniri? Ab intus manat, de corde exit pestiferū virus, ac deinceps corp⁹ occupat vniuersum, mentē desideriis afficit, membra illecebris inficit. Inde ritus auriū, oculorū petulātia, inde olfaciendi voluptas, inde in faucibus tam inordinata delectatio, inde in vniuersō corpore mollitiei sensus, & libido perniciosa tangēdi, inde intus in anima ebrietas illa desideriorum, & fornax quædā ambitionis, auaritiæ, inuidiæ, contumaciæ, nequitiæ, & omniū denique vitiorū affectibus vehemēter accēsa. Quot enim corpus illecebras, quot oblectamenta mundus habere videtur, tot patitur tribulationes, tot sustinet tentationes vir iustus. Et quemadmodum ambulans quis in carne, sensuū voluptate delectatur, & delicias cōputat esse sub sentibus: sic & omnis qui in spiritu seminare desiderat, spinas & tribulos, quos propria terra ex maledicto vtiq; germinat, potius eradicare quàm propagare contendit, quippe qui cōuertitur in ærum-
B na sua quotiens configitur spina. Huic ergo tam multiphariæ pesti, per singula quæque resistere, quā multiplex tribulatio? A planta pedis vsque ad verticem nō est sanitas in me, totum infecit concupiscentia, lex peccati in membris omnibus inuenitur, vndique per fenestras mors intrare cōtendit, & intus fomes totius nequitiæ periculosius sæuit, crudelius malignatur. Minimè tamen in hac tam multiplici lucta deficiendum, aut desperatione cedendum est. Licet enim abundent tribulationes pro Christo, sed abundant & consolationes per ipsum. Deniq; audi consolationem. Peccatum in fo-
Gen.4.a ribus est: nisi ipse aperias, non intrabit. Appetitus in corde prurit, sed sub te est: nisi sponte cesseris, nil nocebit. Audi cōsolationem. Consensum cohibe, ne prævaleant hæc, & immaculatus eris, vt sine macula ingrediaris & ipse ad habitandum in tabernaculo, & requiescēdum in mōte sancto domini dei tui. Si tui nō fuerint dominati, tunc immaculatus eris, & emundaberis à delicto maximo. Maximum plane delictū,
Iob.5.c quod interiorem & exteriorem hominem occupat vniuersum. Audi adhuc consolationem. In sex, inquit, tribulationibus liberaberis, & in septima nō tanget te malum. Si puer Hebræus es, sex annis seruiens liber egrediēris in septimo. Sex tibi tribulationes sunt contra desideria cordis, & quin-
C quepertitam sensualitatis corporeæ voluptatem: sed in his sex liberaberis à septima, nō quidem ne veniat, sed ne lædat, ne noceat, ne tangat te malum. Veniet quidem mors: ipsa enim est septima tribulatio: sed somnus erit dilectis domini, & ecce hæreditas eius. Erit ianua vitæ, erit initiū refrigerij, erit sancti illius montis scala, & ingressus in locū tabernaculi admirabilis quod fixit deus, & non homo. In septima itaque non tanget te malum. Malum vtique triplex quod eos manet in septima, qui in sex tribulationibus dissimulant perfectè interim liberari, nec in sex hydriis purificantur ad liquidum vt exhibeantur in nuptiis sponsi nō habentes maculam neque rugam. Monet enim eos horror in exitu, dolor in trāsitu, pudor in conspectu gloriæ magni dei. Vnde nobis ista dissimulatio est fratres mei? Vnde hæc tam pernicioſa tepiditas? vnde hæc securitas maledicta? Quid seducimus miseri nosmetipsos? Forsitan iam diuites facti sumus, forsitan iam regnamus. Nónne ostiū domus nostræ horribiles spiritus illi obsident? Nónne exitū nostrum laruales illæ facies præstolantur? Quis ille pauor erit ô anima mea, cū dimissis omnibus quorum tibi est tam iucunda præsentia, tam gratus aspectus, cohabitatio ipsa tam familiaris, sola ingredies incognitam penitus regionem, occursantia tibi cateruatim ruere terrima illa monstra videbis? Quis tibi in die tantę necessitatis occurret? Quis tuebitur à rugientibus præparatis ad escam? quis consolabitur? quis deducet? Filioli mei, memoremur hæc nouissima nostra, ne peccemus. Nam & per ignem nobis transeundū est, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Ibi enim aurū nostrum vertetur in scoriam, ibi re-
D uelabitur vniuersa impuritas, ibi veritas ipsa accepta tempore (quod nobis interim datum contemnimus) iustitias iudicabit. Quid verò illic omnes iustitiæ nostræ, nisi pannus menstruatæ reputabuntur? Quicquid nunc paruipendendo trāsimus, palpādo tegimus, dissimulando negligimus, quanto illic cruciatu vindex flamma consumet? Vtinā magis nunc daret quis capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum! forte enim non reperiret ignis exurens quod interim fluens lachryma diluisset. Iam verò post ignem illū putas residuum aliquid inuenietur in nobis? Aut tantum erit, vt audeamus illud vultui maiestatis offerre: aut eius sic astare cōspectui: Quis ille pudor etit, quæve cōfusio, post tanta beneficia tam tepidos, tam imperfectos, tam vacuos apparere ante faciem dei nostri? Fugiebat Adam vt abscōderetur ab eo, post vnius vtique pomi vetiti gustū: quid nos post tanta flagitia post tanta facinora præsumemus? Quando ab hac confusione purgabitur oculus cordis, cui nunc operam dare negligimus, vt irreuerberata acie veri illius solis radios valeat intueri? Sicut fluit cera à facie ignis, sic peribunt peccatores à faciè dei. Ingrediatur vtiq; putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis huius septimæ, & in ea nō tangat me malum. Malum hoc triplex, hor-
Psal.67.a roris, doloris, & pudoris Felix siquidem anima, quæ fiducialiter inimicis suis loquetur in porta: Quid hic astas cruenta bestia? Nihil in me funestū reperies. Felicior, cuius opus non
E arserit, quem superædificasse aurū, argentum, lapides pretiosos, examē illud inueniet. Felicissimus, qui sine vlla nube cōfusionis reuelata penitus facie gloriam domini speculādo, in eandem imaginem trāsformabitur, & similis erit illi, videns eum sicuti est, vtique super omnia deus benedict⁹ & laudabilis & gloriosus in secula seculorum, Amen.

De diligendo deo, Sermo.

NOlite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Omnia enim quæ in mundo sunt concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & ambitio spiritus, quæ non sunt ex patre. Quid ergo? Sunt aliqua ex patre, quibus nobis ista recompensentur. Sunt vtique omnino dulciora his & amabiliora, sed hæc non creduntur seruis, multo minus inimicis. Quisquis verò amicus voluerit esse huius mundi, inimicus dei constituetur. Amicis creditur consilium, quibus dicitur: Quia omnia quæcunque audiui à patre meo,
Ioan.15.b nota feci vobis. Exponit beatus Gregorius, quia amor ipse, notitia est. Est ergo triplex amor qui tria illa excludat quæ non sunt ex patre. Et propterea credo ter interrogatur Petrus, Amas me, amas me, amas me? Sed & forte hæc sunt
Ioan.21.c de quibus in lege præcipitur: Diliges dominum deum tuum
Deut.6.d ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, id est, diliges dulciter siue affectuose, diliges prudenter, diliges fortiter. Siquidem amor cordis simile quiddam ha-
F bet carnalis amoris: nam affectiones propriæ cordis esse dicuntur. Anima verò aliquanto iam superius sonat, vnde & meritò dicitur sedes sapientiæ: vt meritò videatur illi attribuendum prudenter diligere deū. Sanè ad affectuosum illum quem dicimus cordis amorem, plurimū valet incarnationis Christi cogitatio, sed & totius dispensationis quàm gessit in carne, & maximè passionis. Videns enim deus homines omnino carnales effectos, tātam eis dulcedinem exhibuit in carne, vt durissimi cordis sit quisquis eum toto affectu non diligat. Volens siquidem nobilem creaturam hominem renuperare, Si, inquit, inuitū coēgero, asinum habeo, nō hominem, quoniam quidem non libens veniet nec spontaneus, vt
Psal.53.b possit dicere: Volūtariè sacrificabo tibi. Nūquid asinis dabo regnum meum? Nunquid de bobus cura est deo? Vt ergo habeam voluntarium, terrebo eum, si forte conuertatur & viuat. Et cōminatus est acerbiora quæ excogitari possunt, tenebras æternas, vermes immortales, ignem inextinguibilem. Cum autem nec sic homo reuocaretur, ait: Non solùm timidus, sed etiam cupidus est: promittam ei quod potissimum desiderabile videatur. Desiderant homines aurum & argentum & similia, & super hæc omnia vitam desiderāt. Manifestum est hoc, & valde manifestū. Si, inquit, tantopere desiderant miseram hāc laboriosam vitam & momētaneam, quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtum diligent vitam quietam,æternam,beatam? Promisit itaque vitam æternã,promisit quod nẽc oculus vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit. Videns autem quòd nihil proficeret,Vnũ,inquit,restat adhuc.Inest homini non solum timor & cupiditas,sed & amor,nec quicquã in eo vehementius ad trahendum.Venit igitur in carne, & tam amabilem se exhibuit,vt illam nobis impenderet charitatem, qua maiorem nemo habet,vt animã suam daret pro nobis.Quisquis sanè nec ob hoc quidem conuerti voluerit, nónne meritò audiet: Quid debui facere tibi, & non feci? Et vere in nullo sic cõmendat deus charitatem suam, quomodo in mysterio incarnationis eius & passionis: in nullo sic reuelatur eius pietas, in nullo sic apparet benignitas, quomodo in humanitate,apostolo teste,qui ait: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Nam potentia quidẽ occultata est,quoniã in infirmitate venit. Vnde Habacuc: Absconditа est,inquit,fortitudo ei⁹,haud dubiũ quin in cruce,cuius cornua in manibus eius.Sapientia quoque absconditа est & incarnata.Placuit enim ei per stultitiã verbi saluos facere credentes.Nónne quoddãmodo stultum se fecerat, qui tradidit in mortem animam suam,& tulit peccata multorum,& quæ non rapuit,tunc exoluebat? Nónne ebrius erat vino charitatis,& immemor sui,contra Petri consilium dicentis: Propitius esto tibi? itaque absconditа est fortitudo, maximéque velata & incarnata sapientia, sed benignitas non potuit amplius declarari,nec abundantius exprimi, nõ euidẽtius commendari. Porrò id quidem ad affectuosum cordis amorẽ diximus pertinere.Nã videre est homines sic affectos erga huiusmodi, vt vix sine lachrymis audiant vel recordentur. Hic ergo amor cõtra concupiscentiã carnis est. Quid enim dulce sit ei in carne, cui tãta dulcedo est in Christi passione? Verùm hæc dulcedo falli potest si desit prudẽtia, & iam difficilè caueri poterit in melle venenum. Necesse est igitur adesse prudentiam, qua diligenter interiora mysteria inuestigare possimus, vt parati simus omni poscenti reddere rationem. Hic amor prudens excludit curiositatem. Siquidem animus his intentus, temporalium non poterit esse curiosus, dicens cum propheta: Quomodo dilexi legem tuam domine, tota die meditatio mea est, Tertium est, vt fortiter quisque diligat,quatenus sicut falli non potest,ita nec cogi possit, paratus omnia pati propter iustitiam. Quis autem nesciat eum qui rex cœli sit,terrena regna & honores nõ ambire,sed magis abiicere? Porrò beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Itaque de his tribus nunc Petrus interrogatur, quia prius inuẽtus fuerat minus habẽs. Audiẽs enim primò de passione domini,facere non potuit,tãquam dulciter diligens, sed, Absit, inquit,à te,vtpote insipienter amans.Vnde & audire meruit: Vade retro Satana,quoniam nõ sapis ea quæ dei sunt.Simile aliquid in apostolos erat,quibus dicebatur,Si diligeretis me, gauderetis vtique,quia vado ad patrem immo verò quia diligunt,dolent.Et diligunt: & non diligunt: diligunt dulciter sed non sapienter.Nocte verò ipsa qua tradendus erat dominus, & dulciter & prudenter diligebat Petrus, cum diceret: Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. sed nõ diligebat fortiter: quoniam qui cecidit, stabili non erat illegradu.Nondum venerat virtus ex alto, qua accepta non negauit,sed libera voce vsus,Vos,inquit, iudicate vtrũ deo magis obedire oporteat,an hominibus.An non cõgrue de dilectione requiritur,qui pascendo præponitur gregi? Ille enim præesse debet aliis, qui vino charitatis ebriatus æstuat immemor sui:vt non quærat quæ sua sunt, sed magis quæ Iesu Christi. Et nota quia requisitus Petrus an diligat plus his, tantùm respondit se diligere,nõ audẽs affirmare quod prius se dixisse temere confundebatur, & fortasse propterea contristatus est.Dixerat enim prius:Etsi omnes scanzalizati fuerint in te,sed non ego.

Adi.3.b *Abac.3.a* *Marc.8.d* *Psal.118.n* *Matt.5.a* *Marc.8.d* *Ioan.14.d* *Luc.22.d* *Actor.5.e* *Ioan.21.c* *Marc.14.c*

De ligno, fœno, & stipula. Sermo.

NVsquam est securitas, fratres, neque in cœlo, neque in paradiso,multo minus in mundo.In cœlo enim cecidit angelus sub præsentia diuinitatis: Adam in paradiso de loco voluptatis: Iudas in mundo de schola saluatoris. Hæc idcirco dixerim,ne quis sibi de loco isto blandiatur, quia dicitur locus iste sanctus est:quia non locus homines, sed homines locum sanctificant. Sunt enim etiam inter nos tria genera hominum,ipsaque satis incongrua & ordini & homini qui hanc viam ingressus est. Sunt enim qui bene inceperunt, sed statim defecerunt. Et sunt qui nunquam inceperunt, sed in sua mollitie permanserunt & permanent. & sunt qui rapiantur spiritu leuitatis, tardi ad audiendum, veloces ad loquendum, paratissimi cursim enumerare quod faciunt, si quid faciunt tamen. Nunquid vel istos repellet deus? Non, si in fundamento permanserint, sed salui erunt, sic tamen quasi per ignem. Per quem ignem? Dicit apostolus:Fundamẽtum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est,quod est Christus Iesus. Si quis ædificauerit super fundamentum hoc lignum, fœnum,stipulam: detrimentum patietur:ipse autem saluus erit,sic tamen quasi per ignẽ. Fundamentum Christus est,lignum fragile est, fœnum molle, stipula leuis.Lignum sunt qui fortiter inceperunt,sed fracti nõ renodantur. Fœnum sunt,qui fugienda mollitie tepefacti,nec summitate digiti (vt dicitur) labores arduos attingere volunt. Stipula sunt, qui leuitatis motibus exufflati, nunquam in eodem statu permanẽt. Et timendum quidẽ est de istis,sed non desperandũ:quia si in fundamento Christum habuerint,hoc est in hac via vitam finierint,salui erũt, sic tamen quasi per ignem. Ignis tria habet, fumum,lucem, ardorẽ.Fumus excitat lachrymas, lux vicina illuminat, ardor adurit.Ita & qui eiusmodi est,fumum hoc est amaritudinem in mente habere debet, quia tepidus est, quià remissus est, quia leuis,quia ordinem quantum in se est subruit & perturbat. Sed & lucem in ore, vt qualis est in mente, talem se in confessione & dicat & plangat,vt & linguam acuat conscientia, & conscientiam arguat lingua. Necesse est quoque vt ardorem sentiat in corpore,id est,pœnitentiæ tribulationem, etsi non multimodam,aliquã tamen.Putas quia sic compunctos corde, ore confessos, corpore fatigatos abiiciet qui omnes homines vult saluos fieri & neminẽ vult perire? Sunt & alij qui ædificant supẽr fumdamentum hoc,aurum,argentum,& lapides præciosos, qui vehementer incipiunt, vehementius proficiunt,vehementissime perficiunt,non attendentes quid caro possit,sed quid spiritus velit.

De triplici genere cogitationum nostrarum, Sermo.

ADmonet nos beatus Benedictus (fratres) solicitos esse circa cogitationes nostras, sapientis vtique consilium sequens, qui omni custodia cor custodire suadet, quoniam ex ipso vita procedit. Tria igitur occurrunt genera cogitationum, à quibus multa solicitudine cauere necesse sit eos qui conuertuntur ad cor, & dignum deo in semetipsis templum exhibere festinant. Sunt enim nonnullæ interdum cogitationes penitus ociosæ, & ad rem non pertinentes: quas tam facilè abiicere quàm recipere facilè possit anima,dummodo sit secum habitans in corde suo, & adsistens dominatori vniuersæ terræ. Sunt & aliæ cogitationes violentæ magis, fortius adhærentes, quæ videlicet ad necessitates naturæ pertinent: & quasi ex eodem adsumptæ limo de quo & nos facti sumus, si paululum insederint, auelli nequeunt sine læsione & difficultate. Sæpe enim sic afficit nos cogitatio carnalis de cibo, de potu siue vestimento, vt vix eradicari queat de cordibus nostris: quod non aliunde est, nisi quòd & ipsa limosa & viscosa quodammodo, limosam nihilo minus & glutinosam inuenerit terram. Nõ sine causa enim dictum est, hominem plasmatum nõ de terra qualiber, sed de limo. Vide enim quàm limosum sit corpus, quod ipsi quoque spiritui tam fortiter & penè indissolubiliter inhæret, vt vix cum multa afflictione possit aliquando separari. Quid ergo agendum cum limosa illa cogitatio mentem subierit? Planè exclamandum nobis est cũ sancto Iacob atque dicendum: Ruben primogenitus meus nõ cresças:ascendisti enim cubile patris tui. Rubea enim & carnalis atque sanguinea huiusmodi concupiscentia est:quæ tunc cubile nostrum ascendit,cum non solùm memoriam tangit cogitatione, sed & ipsum voluntatis stratum ingreditur & pollut praua delectatione

Prou.4.c *1.Cor.3.c* *Gen.49.a*

A lectatione. Bene autem primogenitus noster dicitur appetitus ille carnalis, qui ab ipso nimirũ initio vitæ nostræ in nobis pullulat, cum cætera vitia processu temporis ex malitia mundi huius variisque occasionibus contrahantur. Oportet ergo reprimere,quem extinguere non possumus appetitum: vt quàm cito cubile nostrum ingreditur,crescere eum nullatenus patiamur,sed sub nobis sit quemadmodum dicit scriptura:Subter te erit appetitus tuus,& tu dominaberis illius. Iam verò tertium cogitationũ genus immundum nimis ac fœtidum est,quod nec admittere quidem vlla ratione debemus,sed à longe præsentire fœtorem, & tota virtute repellere,toto animo propulsare & cõuerti statim ad gemitus, lachrymis atque susspiriis inuocantes spiritum, qui adiuuet infirmitatem nostram. Sic nimirum confusus abscedens non tam facilè deinceps simile aliquid viriliter resistẽtibus nobis malignus hostis offerre vel afferre præsumet. Dico autẽ cogitationes illas immũdas penitus ac fœtidas,quæ ad luxuriã, ad inuidiam & vanam gloriam pertinent, cæteráq; vitia detestanda. Opõrtet enim si mundas conseruare volumus animas nostras,adhuc longe agentibus cogitationibus huiusce modi multa cum indignatione occurrere, & exufflare à nobis,vt nullus ei detur accessus.Et primum quidẽ genus cogitationum ociosarum, scilicet ad rem non pertinentium, lutum est,sed lutum simplex,id est,non inhærens nec fœtẽs,nisi fortè diutius immoretur in nobis,& per incuriam ac negligentiam nostram in alterum genus cogitationum vertatur: quod quotidie experimur. Dũ enim ociosa tãquam minima spernimus, ad turpia atque inhonesta dilabimur. Secundum verò cogitationum genus non lutum simplex, sed vt iam diximus, viscosum ac limosum est. Nam tertium quidẽ sic cauendum est non tanquam lutum aut limus,sed tanquam immundissimum ac fœtidissimum cœnum.

De triplici iudicio, proprio, humano, & diuino, Sermo.

SIc nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei.Minister Christi sic debet conuersari,vt ex moribus exterioris hominis qui videtur, existimetur compositio interioris animi qui non videtur, ne vel ab alio vel à seipso possit iudicari, sed dicat cum eodem apostolo: Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico: qui autem iudicat me, dominus est. In quibus verbis notanda sunt tria iudicia, humanum,suum cuiusque proprium,& diuinum.Et humanum quidem potest iudicare de rebus exterioribus, quæ sensibus corporis percipiuntur, de interioribus verò nõ potest. Hinc enim scriptum est, Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? Quapropter de his quæ sunt in homine, potest iudicare spiritus hominis qui in ipso est: longè verò præstantius de his ipsis iudicat deus,cuius necdum fatetur apostolus euasisse iudiciũ, qui tamen iam humanum transcendisset & proprium. Porrò humanum cõtemnebat,qui dicebat: Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque proprium timebat,qui dicebat: Sed neque meipsum iudico, nihil enim mihi cõscius sum. Solum ergo restabat diuinum: de quo ait:Qui autem iudicat me,dominus est.Debet tamen quisque quantum potest se irreprehensibilem exhibere, primùm quidẽ coram deo, sed deinde etiã coram hominibus. Hoc nempe est quod alibi loquitur idem apostolus, dicens: Prouidentes bona non tantùm coràm deo, sed etiam coram hominib⁹,id est habitu,actione,sermone. Habitu, ne sit notabilis:actione,ne sit reprehensibilis:sermone, ne sit contemptibilis.Tribus etiam modis coram deo,cogitatione, affectione,& intentione. Nam & cogitatio debet esse sancta: vnde scriptum est: Cogitatio sancta seruabit te, & affectio pura,& intentio recta.Sunt autẽ tria ista,id est,cogitatio, affectio,intentio,in anima.Sed in ea quoque propriis singula locis distincta videntur.Nam cogitatio in memoria est, affectio in voluntate,intentio in ratione consistit. Atque vt eorum vsum ac differentiam clarius videamus,sumamus nobis exemplum de rebus exterioribus. In corporibus si quilibet deformis color cutem tantùm inficiat, corpus quidẽ turpius redditur, sed nihil ei de sua sanitate ex hoc adimitur. Si ergo carni putredo aliqua vel liuidus tumor insederit,iã nõ solùm decus corporis, sed salus quoque perturbatur. Quòd si languor forsitan inualescens, cum ipsa carne ossa quoque medullitus occuparit,tunc demum de vita non immeritò potest desperari. Eodẽ modo in anima si peccatum suggeritur memoriæ per cogitationem,nullum tamẽ præbuerit aut voluntas affectum,aut deliberatio ipsa consensum: fateor quidem deformitas est, nec audire interim anima illa meretur: Tota pulchra es amica mea:& si nęuus est,sed non morbus. Quòd si voluntas quoque præoccupata sensu delectationis afficitur,resistit tamen adhuc deliberatio rationis,infirmatur quidem, sed necdum moritur anima, clamet tamen necesse est: Sana me domine,& sanabor.Tunc verò mori dicitur, quãdo & ipsa ratio ad peccatum per intentionem curuatur: tunc enim consentit.Et de tali dicitur: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Hunc triplicem gradum deplorauit Dauid ex persona Adam, dicens domino expellenti de paradiso in latam huius seculi euagationẽ:Cõfirmasti super me manum tuam. Et quoniam carnalia desideria sunt pœna peccati:non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ. Iam verò nec robur est rationis.Nõ est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Qui rursus eosdem gradus ex persona iusti decantat dicens: Memor fui dei,& delectatus sum, & exercitatus sum. Delectatus enim per voluntatem, exercitatus per rationem. Ne ergo à memoria repellat deum irruẽs turba plurimarũ cogitationum,quæ solent effluere tanquam vilis plebs in atrium, ponatur ad eius portam ianitor, cuius nomen est recordatio propriæ professionis:vt cũ turpibus sese cogitationibus senserit animus prægrauari, increpet se,& dicat sibi: Túne hæc debes cogitare,qui sacerdos es,qui clericus es,qui monachus es? Cultor iustitiæ debet in se quicquã iniquum admittere? Decet seruum Christi,amatorẽ dei, tale aliquid ad modicum meditari? Hęc dicendo,excludet fluxum illicitæ cogitationis per recordationem propriæ professionis. Similiter ad portã voluntatis,in qua solent manere carnalia desideria,tanquam in domo domestica familia, statuatur ostiarius qui vocatur recordatio cœlestis patriæ. Hic enim potest prauũ desideriũ quasi cuneus cuneum expellere: & ipsum qui ait, Ecce sto ad ostium & pulso:sine cunctatione recipere. Iam verò ad thalamum rationis talis & tam ferox adhibendus est custos, qui nemini parcat,sed quicunque hostis siue clam siue palam ingredi præsumpserit,procul eum arceat, & hic sit recordatio gehennæ. In cæteris siquidem, id est memoria & voluntate, non ita est intolerabile si vel memoria recipiat quandoque vagam cogitationem, vel voluntas impuram affectionem. Hoc verò grauissimum & omnino damnosum, si vnquã ratio perdiderit rectitudinem intentionis.

1.Cor.4.a *1.Cor.2.c* *Rom.12.d* *Hier.17.* *Eccl.18.d* *Psal.37.a* *Psal.76.a* *Apoc.3.d*

De verbis psalmi vicesimitertij, Quis ascendet, &c. Sermo.

QVis ascendet in montem domini,aut quis stabit in loco sancto eius? Verbum exhortationis est, fratres mei: vt quandoquidem omnes ascendere nitimur, omnes tendimus in sublime, sursum aspiramus omnes, omnes conamur in altum: illuc studeamus ascendere, vbi bonum sit nos esse, vbi securum sit nos esse, vnde cadere non oporteat, vbi stare possimus. Nec modò vt desiderium prouocet, ascensorem montis huius propheta requirit: verùm etiam vt ascendere cupientem, modum doceat ascendendi. Felix, qui huius montis ascensiones in corde suo disposuit, concupiscens & deficiens in atria domini. Siquidem mons iste mons vber,bonorum omnium cumulus,mõs voluptatis æternæ, domus dei est. Et beati qui habitãt in domo tua domine,in secula seculorum laudabunt te. Audi testem fidelem quia mons est domus ista, O Israël quàm magna domus domini,& ingens locus possessionis eius:magnus & nó habens consummationem:excelsus & immensus. Imò vero non solùm mons est,sed & mons montium,& multę in eo mansiones,multi montes.Denique etiam fundamenta eius in mõtibus sanctis. Et ne hoc quidem sanctus tacuit Esaias. Erit, inquit, mons domus domini præparatus in vertice montium,

Psal.23.a *Psal.83.b* *Ibidem.* *Baruc.3.c* *Psal.86.a* *Esa.2.a*

G & eleuabitur super colles. Quidni montium mons, fundatus exultatione vniuersæ terræ: vbi tam multiplex omnium delectabilium copia, vbi copiarum omnium plenitudo? Erit enim mons pacis, mons gaudij, mons vitæ, mons gloriæ. Et hi omnes montes vnus mons consummatæ felicitatis. An non mons pacis, pax super pacem, pax quæ exuperat omnem sensum? Planè mons magnus pax in corde, pax in carne, pax ab iniquis hominibus, pax cum omnibus proximis, pax ab ipsis dæmonibus, pax cum deo, & pacis non erit finis. Erit gaudium, sed quale dominus ait, gaudium plenum, securum
Ioan. 16. e gaudium, quod nemo tollet à nobis, sed & vitam habituri sumus, & abundantius habituri, quòd non possit inefficax esse tanti pastoris aduentus, qui ad hoc ipsum venit ad oues (sicut
Ioan. 10. b ipse testatur) vt vitam habeant, & abundantius habeant. Nunquid non etiam mons tibi videtur æternum gloriæ pondus supra modum in sublimitate? Porrò ex his omnibus, &
Luc. 6. f si qua possunt similiter desiderabilia cogitari, vna est beatitudinis mensura bona, conferta, coagitata, superefluens, ac si plurimos montes, alium quidem aureũ, alium argenteum, alium ex hyacinthis & smaragdis atq; omnium gemmarum gloria, alium quoque ex vermiculo purpura & byssо cęterisque eiusmodi opibus pariter coaceruans in vnum redigas montem. Omnia enim nobis multiplicata reddentur. Et qui
H aurum & argentum, lapides pręciosos superędificauerit fundamẽto, ædificium humile in immensos montes excreuisse mirabitur, & ex modico semine magnos metet non tam manipulos quàm aceruos manipulorum. Quis ergo ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde. Beatus ille, si quis tamen ille est. Sed quis gloriabitur innocentes manus aut castum se habere cor? Nemo mundus à sorde, nec infans cuius est vnius
Iob. 25. b dici vita super terram. Vnus tamen est inter noxios innocens: mundus inter impũros, inter mortuos liber: vnus est, & non æstimabitur alius absque eo. Ipse est de quo legistis: Nemo
Ioan. 3. b ascendit in cœlũ, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Erat enim innocens manibus, qui peccatum nõ fecit, sed multa bona operatus Iudæis libere aiebat:
Ioan. 8. f Quis ex vobis arguet me de peccato? An verò mundissimũ cor fuisse quis dubitat vnitum personaliter sapientiæ in quam nihil inquinatum incurrit, attingit autem vbique pro-
Ioan. 10. b pter suam munditiam? Sed non in vano accepit animam suã, qui solus potestatem habuit ponendi animam suam, & iterum resumendi. Nõ in vano accepit nascens, nõ in vano posuit moriens, non in vano recepit resurgens. At quomodo non in dolo iurauit proximo suo, quomodo nõ in vano accepit animam suam, quomodo nõ in vano omnia illa perfe-
Luc. vlt. g cit, si hic solus accipiat benedictionẽ? Itáne oportebat Chri-
1 stum pati, resurgere, & sic introire in gloriam suam: Sua erat. Quæ vtilitas in sanguine eius, dum omnes descendimus in corruptionem? Quæ veritas in promissione, si (vt supra me-
Ioan. 3. b minimus) nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit? Esto, hic accipiat benedictionem, misericordiam quare? At non solus hic accipiet, aut certè magis non soli sibi accipiet, si aduertas. Perge enim per sacra verba prophetica, & vide quonam modo velut occultè multitudinem subinducit. Loquebatur de vno, & dicebat, hic accipiet: sed continuo hunc transfudit in hanc generationem, & ait, Hæc est generatio quærentium: vt in vno non personæ singularitatem intelligas, sed spiritus vnitatem. Nimirum hic sponsus & hæc sponsa est, & scimus quis dixerit, Iam non sunt duo, sed vna caro. Ita ergo hic ascendet, hic accipiet benedictionem, sed ascendet etiam cum eo vel magis in eo, qui ab eo accipiet benedictionem. Audi hoc à propheta: Etenim benedictionẽ
Psa. 83. e dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem. Atque hoc est
Luc. vlt. g propter quod oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, vt prędicetur in nomine eius pœnitẽtia & remissio peccatorum, & pœnitentia ad innocentiam, remissio ad mundi-
Psal. 31. a tiam deputetur. Beatus enim, non in quo non inuenerit, sed
Act. 13. d cui non imputabit dominus peccatum. Inueni, ait, hominem secundum cor meum. Nunquid vt gloriari possit castum se
Iob. 25. d habere cor? Non: quia stellæ non sunt mundæ in conspectu
Psal. 50. d eius: sed cor contritum & humiliatũ deus non despiciet. Cor contritum proximum cordi mundo, & hoc est esse iuxta cor dei. Siquidem prope est his qui tribulato sunt corde. Samari- K
tanus est, proximus ei qui incidit in latrones. Non iurabit in *Psal. 33. d*
dolo huic proximo suo, sed faciet quod promisit: Amẽ dico *Mat. 19. d*
vobis, sedebitis & vos iudicantes. Simus ergo & nos dilectissimi pro nostro quidẽ modulo, & manuum innocentiæ, & cordis munditiæ sectatores. Ante omnia quidem soliciti, etsi penitus cauere pro humana fragilitate non prąualemus; quantum tamen declinare à malo possumus nõ modo actionis, sed & cogitationis. Decętero quoque ne in vano acceperimus animas nostras rationales, exerceamus nos in operibus bonis, & consilio rationis vtamur. Quomodo enim non frustra humanam accipit homo animam, qui tãquam vnum ex irrationabilibus animãtibus incubans corporeis voluptatibus, solum sequitur carnis appetitum? Addit quoque propheta: Nec iurauit in dolo proximo suo. Sicut enim munditiam intra nos, erga proximum innocentiam conuenit obseruari: sic & in nobis, & erga proximum exercenda virtutis opera, opera pietatis. Nõ ergo simus nobis inutiles, ne in vano receperimus animas nostras: non simus inutiles proximo *Psal. 102. d*
nostro, ne in vano ei iurasse probemur. Nouit figmentũ nostrum spiritus qui loquebatur per prophetam, nec de vtilitate proximi simpliciter voluit cõmonere. De iuramento nos conuenit, vt agnoscamus debitum, vt promissam fidem irritam facere vereamur. Omnes enim proximis iurati, sumus, L
cum quibus in ecclesiæ venimus vnitatem. Et hæc professio *2. Cor. 5. f*
fidei Christianæ, vt qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. Nec mihi dicat quis: Et viuam, sed tibi non: quandoquidem ille non solùm pro omnibus vixit, sed & pro omnib⁹ mortuus est. Quomodo enim ei viuit, qui negligit sic ab eo dilectos? Quomodo ei viuit, qui legẽ eius *Ioan. 13. d*
non implet, qui mandatum eius non seruat? Quæris legem, *Gala. 6. a*
quæris mandatum? Hoc est, inquit, mandatum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Noli ergo putare gratuitum bonum quod exhibes proximo, vt liceat etiam dissimulare si velis. Debitor es sacramenti cautione, & propria professione teneris. Hic ergo accipiet benedictionem à domino, & misericordiã à deo salutari suo. Hic, quia *1. Cor. 9. d*
vnus accipit brauium. Sed ne vnum hominem putes, hæc est generatio quærentium dominum. Hic accipiet benedictionem: quia caput & corpus vnus est Christus. Sed hæc est ge- *Ephes. 4. d*
neratio: quia in mensura ætatis plenitudinis Christi omnes pariter occurremus. Et forte idem ipse dominus mõs domi- *Dan. 2. g*
ni est, de quo dicitur: Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Nimirum ipse est absciſſus sine manibus lapis, qui in montem creuit immensum: ipse qui *Ioan. 12. c*
exaltatus à terra omnia trahit ad se: mons coagulatus, mons M
pinguis. Vt quid vos Iudæi, vt quid suspicamini montes coa- *Matt. 17. b*
gulatos, montẽ in quo beneplacitum est deo habitare in eo? *Luc. 1. b*
In Beelzebub, inquiunt, principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Execrãda suspicio, & blasphemia reprehensibilis. Prin- *Ibidem.*
ceps est Christus, & magnus princeps, cuius ne ipsi quidem dæmones possunt effugere principatum. At illorum regnum *Luc. 11. c*
in seipsis diuisum desolabitur. Huius regnum integrum atq; perfectum, & regni eius nõ erit finis. Distat ergo inter principem & principes, nec vlla comparatio inter montẽ coagulatum & pinguem, & montes tantùm coagulatos. Vester iste Beelzebub mons coagulatus, sed non pinguis, magis autem sterilitate perpetua maledictus. Mõs, quia elatus est: coagu- *Psal. 118. d*
latus, quia squama squamæ coniungitur & coagulatum est sicut lac cor eorũ. Christus dominus mons est, mons coagulatus, & mõs pinguis. Mons est sublimitate, coagulatus multorum congerie, pinguis charitate. Et nunc vide quomodo trahat ad se omnia, quomodo ei omnia vniãtur vnitate substantiali, personali, spirituali, sacramentali. Habet in se patrem cum quo est vna substantia, habet assumptum hominem cum quo est vna persona, habet adhærentẽ sibi fidelem animam cum qua est spiritus vnus habet sponsam ecclesiam vnam omnium electorum, cũ qua est caro vna. Et forte carnalis hæc vnio dicenda fuisse videbitur, sed sacramentalem dicere malui, dignius hoc vocabulum arbitratus, præsertim *Ephes. 5. c*
occasionem dante apostolo, vbi ait: Sacramentum hoc magnum est, ego autẽ dico in Christo & in ecclesia. Pinguissimus

A mus plane & vberrimus mons in quo beneplacitum est deo
Ephe. 5. g habitare in eo: siquidem propterea vnxit eum oleo lætitiæ
Psal. 67. d præ participibus suis. Mons cœlestium aromatum, mõs cha-
Psal. 44. b rismatum spiritualium, nõ ad mensuram accipiens spiritum, sed omnimodam obtinens plenitudinem gratiarũ. Magnus mons, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi sunt, in quo tota humanitatis veritas, tota diuinitatis in-
Colo. 2 habitat plenitudo: excelsus & immensus: in quo omnia instaurantur quæ in cœlis & quæ super terram, vt sit deus omnia in omnibus. Venite, ascendamus in hunc montem fra-
Can. 1. a tres: & si via nobis videtur ardua, exoneremus nos: si arcta,
1. Cor. 9. d etiam exinanire nos non parcamus: si longa, tanto magis festinemus: si laboriosa, clamemus ei: Trahe nos post te, in odore vnguentorũ tuorum curremus. Felix, qui sic cucurrerit vt comprehendat, immo vt ipse comprehendatur, & in illam amplitudinem mõtis & plenitudinem corporis Christi mereatur admitti. Felix, qui in illum beatificum montem tam desideranter & perseueranter ascẽderit, vt in loco sancto locum accipiens stationis, deo patri in sancto eius appareat simul & videat virtutem eius & gloriam. Haud aliam sanè
Psal. 62. a quàm eundem ipsum montem montium, montem coagulatum & pinguem, Iesum Christum dominum nostrum. In quo nimirum per prædestinationem ab æterno apparuit ei
B qui dilexit nos & gratificauit in dilecto filio suo, in quo elegit nos ante mundi constitutionem. Sed iam tunc cognoscemus sicut & cogniti sumus, cum plenius & perfectius exaltatus altissimus & vberrimus ille mons omnia trahet ad se, qui est super omnia benedictus in secula. Amen.

Ephes. 1. a
1. Cor. 13. c

De verbis Origenis, Sermo.

Ezuit. 10. b NOcere possunt, vt vereor, fortè nonnullis verba quæ heri lecta sunt vobis, ex homilia scilicet Origenis super capitulum illud legis, vbi Aaron & filij eius vinum bibere prohibentur cum accessuri sunt ad altare: si recipiant ea simpliciter sicut sonare videntur. Saluator meus, inquit, luget etiam nunc peccata mea, & tandiu est in mœrore, quandiu nos persistimus in errore. Plurima quoque alia in hunc modum abundantius forsitan quàm circunspectius dicta, nec tam sobriè quàm discretè. Quidnam sibi vult insolitus iste grunitus, aut quis inter vos nescio quid submurmurat? Scio quidẽ doctos in lege diuina huiusmodi verba ridere, sed nihilo minus & minus sapientibus me confiteor debitorem. Nec modò de intellectu Origenis quæstio est, potuerit forsitan hyperbolicè loqui: ipse viderit, nihil interest nostra.
C Quanuis ne hoc quidem silentium arbitror, quòd euidentissime illum contra fidem nonnulla scripsisse, sanctorum patrum tradat authoritas, atque ideo non sine circunspectione monet esse legendum. Verùm nos in præsenti non quid ipse senserit quærimus, sed id agere cupimus, vt vos omnes quod ad sanam doctrinam pertinet sentientes, nihil moueamini verbis illis. Absit enim vt in cœlo credatur locus esse tristitiæ, sicut nec culpæ. Nemo ibi delinquere, nemo lugere
Ioel. 3. a potest, sicut nec in terra quidẽ pœna vlla fuisset, nisi iniquitas præcessisset. In cœlo vtique sola iustitia, sola nihilo minus lętitia est: in inferno solum peccatũ, & pœna peccati: porrò in medio vtraque inueniuntur, atque ideo neutra cõsummata.
Baruc. 3. d In multis offendimur, quia in multis offendim⁹ omnes. quo-
Psal. 43. c niã enim nullus in cœlo passionis locus esse poterat vel doloris, propterea sanè vnigenitus dei patris passione sua homi nem redempturus, sicut carnẽ in qua pateretur (qui pati non poterat in diuinitate (susceþit, sic etiam in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, vt humiliaret etiam semetipsum in loco afflictionis. Hic ergo turbare se, pauere quoq; dignatus est & tædere, tentatus per omnia pro similitudine absque peccato. In terra inquam vere lachrymatus est Iesus, vere contristatus, vere passus, vere mortuus, vere sepultus: sed vbi surrexit, vetera trãsierunt. Noli vltrà dilectũ tuum in
Cantic. 3. a tuo quærere lectulo. surrexit, non est hic. Vox sponsæ est, In
Matt. 28. a lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui & nõ inueni. Maria fuit quæ dominũ quæsiuit in lectulo, quæsiuit in tumulo, nec inuenit. Magis autem inuenerũt eam vigiles, & dixerunt: Quid quæris viuentem cum mortuis? Fuit quidem cum mortuis, sed iã nõ est: fuit inter mortuos, sed & tũc D
liber fuit. Siquidem ipse sese turbauit, ipse animam suam posuit: quia ipse voluit, oblatus est, & omnis ei infirmitas de voluntate fuit, non de necessitate. Vnde & quod infirmum erat *1. Cor. 1. d*
dei, fortius erat hominibus: quòd esset tunc quoq; etiam inter paruulos magnus, inter infirmos validus, inter mortuos liber. Videtur quidem & in nostris aliquãdo tribulationibus esse nonnulla libertas, cum videlicet pro peccatis proximorum libera & liberali charitate laborem pœnitentiæ sustinemus, lugentes pro eis, ieiunãtes pro eis, vãpulantes pro eis, & quæ non rapuimus, exoluentes. Vnde & Paulus: Cum liber *1. Cor. 9. e*
essem, inquit, ex omnibus, omnium me seruũ feci. Cęterum nihil hoc ad libertatem illius qui nihil proprij delicti habuit, qui nihil morti debuit, nihil meruit tribulationis. Nã & nobis quidem etiam voluntarias illas tribulationes etsi proximus exigere forsitan ex iure non potest, exigit tamen deus. Et si proximo fore videtur quis reddere plusquam debeat, deo tamen nemo vnquam tõtum reddit quod debeat. Mihi autem, inquit apostolus, pro minimo est vt à vobis iudicer, *1. Cor. 4. i*
aut ab humano die, sed neque meipsum iudico. Nota sanè quod alibi ait: Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudi- *1. Cor. 11. g*
caremur. Et itẽ: Spiritualis homo omnia diiudicat. Nõ enim *1 Cor. 2. d*
iudicare hic posuit, sed diiudicare: quod vtique discernere & probare est: sicut item ait: Beatus qui se non iudicat in eo *Rom. 14. d*
quod probat. Itaque pro minimo illi erat vt ab eis iudicare- E
tur, quibus nihil sese debiti officij subtraxisse sciebat, nihil peccasse in aliquẽ, sed magis omnibus præstitisse, adeo vt se- *2. Cor. 11. g*
cura cõscientia ingenue loqueretur: Quis infirmatur, & ego *1. Cor. 9. e*
non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Nam & Iudæis Iudęus factus est, vt Iudęos lucrifacere: & his qui sine lege erãt, tanquã sine lege: postremò omnibus omnia factus est, vt omnes saluos faceret. Meritò proinde pro minimo illi erat vt ab eis iudicaretur, quibus vsque adeo sese sine offensione præbuerat: inter quos sic honorificauerat ministerium suum. Sed neq; ipse se diiudicabat in eo quod probabat, perfectè etiam sibi quod debebat impendẽs, corpori castigationem, animæ miserationem, atq; omnem custodiæ solicitudinem cordi suo, vt nec in se quoque peccati conscius haberetur. Sed nõ in hoc, inquit, iustificatus sum: qui autem iudicat *1. Cor. 4.*
me, dominus est. Illius enim prorsus nequeo declinare iudicium: & si iustus fuero, non leuabo caput, quoniam omnes iustitiæ meæ tanquã pannus menstruatæ coram illo. Non est *Esa. 64. b*
qui in conspectu eius iustificetur, non est vsq; ad vnum. Cæ- *Psa. 142. a*
terorum siquidẽ nemo est quẽ non oporteat dicere deo, Ti- *Psal. 5. a*
bi peccaui: sed magnus, qui in veritate potest dicere, tibi soli. Solus ille etiam inter mortuos penitus liber fuit, qui peccatum non fecit, cuius iustitia sicut montes dei. Cæterùm iam nec inter mortuos est, sed assumptus ab eis, mutatus corpore, mutatus corde, ingressus in potẽtias domini, & omni infirmitate priuatus, exutus nimirũ sordidas illas vestes quibus F
sanè apud Zachariã prophetam primò vẽstitus apparuit, & *Zach. 3. a*
indutus splendidis, sicut loquitur in psalmo: Conscidisti sac- *Psal. 29. c*
cum meum, & circũdedisti me lætitia. Quia enim veram humanæ carnis & animæ subsẽtiam susceþit, veram vtriusque naturam: nec corporis illi defuerũt nec animæ passiones, sed ex hoc iam glorificatus est in vtroque. Puto autem quòd vtriusque glorificationem breui vno versiculo propheta comprehendit dicens: Dominus regnauit, decorem induit, induit *Psal. 92. a*
dominus fortitudinem. Decorem sanè in corpore claritatis, fortitudinem verò in perturbabili statu mentis. Denique trinans caput dixit: Consummatum est, ne quid deinceps infir- *Mat. 26. d*
mitatis in eo liceat suspicari. Sed ait iste: Si apostolus ipsius *Ioan. 19. f*
luget quosdam qui ante peccauerunt nec pœnitentiam ege- *2. Cor. 12. g*
runt in his quæ gesserunt, quid dicam de ipso qui filius dicitur charitatis? Et deinde: Cum ergo quæ nostra sunt quæsierit, nunc iam nos nõ quærit, nec quæ nostra sunt cogitat, nec de erroribus nostris mœret, nec perditiones nostras deflet & cõtritiones, qui fleuit super Hierusalem? Item: Nunc, inquit, *Psal. 85. c*
quia misericors & miserator est domin⁹, maiori affectu quàm apostolus suus flet cum flentibus, & luget eos qui ante peccauerunt. Nec enim putandum est quòd Paulus lugeat pro peccatoribus & fleat, dominus autem meus abstineat à fletu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Hæc quidem sic accipere,quidni adhuc dilectum in lectulo quærere dicam?Nescit mortuus extra tumulum, nescit infirmus extra lectũ,nescit paruulus extra lectulum quærere quẽ diligit anima sua.Verùm ille (vt supra meminimus) non minus corde quàm corpore glorificatus (immo tanto amplius quanto amplior anima & gloriæ capacior est quàm caro) sicut nõ potest negligere suos,sic nec lugere pro eis. Sed quãdo humana fragilitas eiusmodi capere possit affectum qui sine miseria misereatur,& sic diligat eum qui dolet aut qui perficitatur, vt tamẽ ipse omnino nec doleat nec turbetur? Verũtamen etsi id longe supra nostram experientiã est,deo tamen nihil impossibile est.Potest igitur non modò sibi,sed & suis omnibus quos infirmitate carnis exutos, virtute induit, & in potentias introduxit,eam conferre dilectionẽ quę gaudeat cum gaudentibus,non autem fleat cum flentibus, & sic eos quos amat,efficacissimè & affectuosissimè vniat, vt ipsa tamen imperturbabilis perseueret. Nec dubium sanè quin longe præstantior sit ea dilectio, quemadmodum medicina (si quæ tamen huiusmodi est) preciosior vtique iudicatur, quæ sic curat vulnera, vt inter curandum nec virtus eius in aliquo,nec substantia minuatur: quàm ea quæ sic curat, vt curando deficiat aut corrumpatur. Licet ergo fleuerit dominus super Hierusalem, ex hoc iam omnino non flebit: si-
H cut mortuus est,sed resurgens ex mortuis iam non moritur:
Rom. 6.b sicut fuit in lectulo,sed exurgens iam in lectulo non inuenitur.Habet tamen etiam nunc ineffabiliter ampliorem affectum & efficaciorem quàm habeant qui lugent pro delinquentibus, aut pro fratribus ponunt animas: quanuis ipse quidem consummato nimirum opere suo, neutrum deinceps sit facturus.Nostræ infirmitatis istud est,quorum adhuc
Matt. 13.f in mari sagena trahitur, & ex omni genere piscium congregat, nihil omnino discernens. Ille enim, nec modo ille, sed & apostoli,& cæteri qui cum eo sunt sancti, ad littus vtique peruenerunt,nec mixtos pisces in vasis posuere, sed electos, & bonos tantùm:nam malos vtique foras miserunt. Quantos ego interim cogor trahere malos pisces, quantos anxios & molestos intra sagenam meam congregaui, quando vobis adhæsit anima mea!Congratulor proficientibus:iucunda affectio bonus est piscis. Condoleo deficientibus, fleo cum flentibus,angor pro periclitantibus,infirmor cum infirmantibus,vror cum scandalizatis.Grauia sunt hæc & acerba, vtique mali pisces.Malos autem dixerim non propter culpam, sed propter pœnam. Faciat deus ne à multitudine malorum
Psal. 54.b piscium obruamur pusillanimitate spiritus & tempestate,do nec perueniamus ad optati littoris stationem, vbi malos se-
I paremus & secludamus à bonis,vt videlicet decætero nec luctus nec clamor, sed nec vllus dolor aut etiam timor sit in finibus nostris,sed gratiarum actio,& vox exultationis.

De pugna spiritali. Sermo I.

REx diues & præpotens deus omnipotens filium sibi fecit hominem quem creauerat, cui sicut puero delicato pædagogos delegauit, legem, prophetas, cæterósque tutores & actores vsque ad præfinitum tempus eius consummationis.Instruxit eum & monuit, dominum eum paradisi constituens, omnésque thesauros gloriæ suæ ei ostendens & repromittens si se non desereret. Et ne quid deesset bonis eius,etiam liberum arbitrium ei indulsit,vt bonum eius esset voluntarium, non coactum. Accepta licentia boni & mali,cœpit eum tędere bonorum suorum, à concupiscentia sciendi bonũ & malum.Egressus igitur de paradiso bonę cõsciętiæ,noua quęrẽs quæ nesciebat, qui nulla adhuc nisi bona nouerat,paternis legibus & pædagogis relictis manducauit de ligno scientiæ boni & mali contra vetitum patris: & abscondens se miser & fugiens à facie domini,cœpit vagari puer insipiens per montes altitudinis,per valles curiositatis, per campos licentiæ,per nemora luxuriæ, per paludes voluptatum carnalium, per fluctus curarum seculatium. Videns antiquus prædo lasciuum puerum sine custode,sine rectore procul à domo patris vagantem,accessit, & pomula illa inobedientiæ manu malæ persuasionis ei porrigens: postquam consensum ab eo elicuit, aggressus est miserum, & in terrã, id est in terrena eũ desideria præcipitans,pedésque,id est mentis affectiones, ne tesur- K
gat,fortissimis ei secularis concupiscentiæ vinculis alligans, manúsque operationis, & oculos mentis, misit eum in nauim malę securitatis, & flante vehementer vento adulationis,transuexit eum in longinquam regionem dissimilitudinis.Veniens ille in regionem non suam,venalis factus est omnibus qui prætergrediuntur viã.Discit porcos pascere,siliquas porcorum manducare,dediscit omnia quæ didicerat,& discit quæ nesciebat, seruilia scilicet opera. Vinctúsq; in desperationis carcere,vbi in circuitu impij ambulant, in mola illa impiæ circuitionis cogitur molere emolumento malæ cõscientię.Proh dolor.Et vbi nũc est pater ille potẽtissimus & dulcissimus atque liberalissimus? Nũquid potest obliuisci filium vteri sui:Absit,absit. Non obliuiscitur, sed miseretur, dolet & conqueritur de absentia & perditione filij sui. Mandat amicis,solicitat seruos,omnésque suscitat ad requirendũ eum.Vnus seruorum timor,ad imperiũ domini, filij fugitiui vestigia prosequens, in profundo carceris inuenit filiũ regis carnalibus peccatorum sordibus obsitum,vinculis& catenis malæ consuetudinis ligatum,miserum & amentẽ,in miseriis securum & ridentem. Quem verbis & verberibus vrgens vt exiret & rediret,tanta miserũ cõfusione deiecit,vt sicut morti iam vicinus iaceret,& adhæreret in terra venter eius.Egres- L
sus euestigio alius,cui nomen spes, vidénsque filiũ regis à timore non erutum,sed obrutum,non adiutum,sed deiectum, accessit leniter,& suscitans de terra inopẽ,& de stercore erigens pauperem,leuánsque caput eius,& coacta in vnũ cõsolationis veste,oculos eius detergẽs & faciẽ:heu,inquit, quãti mercenarij in domo patris tui abundant panibus,tu autem hic fame peris?Surge obsecro,& vade ad patrem tuũ, & dic ei:Pater fac me sicut vnum ex mercenariis tuis. Tunc ille tãdem vix ad se modicũ reuersus:Túne es,inquit,spes? Et quomodo spei introitus potuit patêre in tantũ & tam horribile profundũ desperationis meæ?Ego ego,inquit,sum spes à patre tibi transmissa,te adiutura,te non desertura, donec te introducam in domum patris tui,& in cubiculũ genitricis tuę. Et ô,inquit ille,dulce seuamen laborũ, dulcis consolatio miserorum,ô vna & nõ infima de tribus cubiculi regis assistricibus,vides carceris mei profundum immane,vides vincula, quæ tamen ad ingressum tuũ iam maxima ex parte dirupta sunt & dissoluta, vides concaptiuorum meorum immanem multitudinẽ,fortitudinem,velocitatem,astutiam: & quis tibi locus hic?At spes,ne timeas,inquit,qui nos adiuuat, misericors est:qui pro nobis pugnat, omnipotens est: pluréſque sunt nobiscum quàm cum illis.Super hæc omnia adduxi tibi à patre missum equum desiderij, cui cum insederis, me duce ab his omnibus securus proficiscêris.Dixit,& mollibus stra- M
mentis piæ deuotionis submissis, & bonorum exemplorum calcaribus additis,equo desiderij imposuit filium regis,sed frenum defuit,tanta erat festinatio fugiẽdi. Illico equus currit infrenis,trahit spes ante, timor autẽ retro verberibus vrget & minis. Tunc videntes hoc turbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes inhabitatores Chanaã. Irruat super eos formido & pauor in magnitudine brachij tui,fiant immobiles quasi lapis donec pertranseat filius tuus domine, filius tuus iste quem possedisti. Sed cum sic feruntur præcipites, effugiunt quidem, sed non sine periculo:quia sine modo,sine cõsilio.Propter quod à patre transmissa accurrit prudentia,vna de summis principibus palatij,in comitatu amicam habens temperantiam: &
tenens currentes,Parcius,inquit,obsecro parcius:dicit enim *Prouib.*
Salomon:Qui festinus est,pedibus offendit.Si sic curritis,offenditis:si offenditis,caditis:si caditis,filiũ regis,quem suscepistis liberandum, inimicis redditis. Nam si ceciderit,illico manus eorum erit super eum.Hæc dicens,frenum discretionis imposuit feruido illi equo desiderij,eiúsque habenas temperantiæ regendas commisit. Cúmque timor retro de vicinia & virtute inimicorũ,& tarditate fugæ cauſaretur: Vade, inquit prudentia,retro satana,scãdalum es nobis. Fortitudo & laus nostra dominus, & factus est nobis in salutẽ. Et ecce fortitudo miles domini egregius, accurrens per campum fiduciæ,extracto gladio lætitiæ,Nolite,inquit,turbari: plures nobiscum sunt quàm cũ illis.Tunc prudentia curiæ cœlestis assueta

A assueta consiliis,cauete,inquit,obsecro,quia hereditas illa ad
Prou. 20.c quam in initio festinatur (sicut dicit Salomon) in fine benedictione carebit. Proficiscimini igitur non tam festinanter quàm prudenter.Inimici enim non sunt in itinere, sed iuxta iter scandalum solent ponere, in biuiis & triuiis, & viarum anfractibus.Præcedam itaque: vos autem tenete viam iustitiæ:& velociter introducemus vos in castra sapientiæ quæ
Eccli. 1.d iam non procul sunt à nobis. Sapientia enim est de qua dicitur:Concupiscẽs sapientiam,disce iustitiam. Sic itaque dum viam carpunt,vrget timor,spes trahit,munit fortitudo,temperantia moderatur,prouidet & instruit prudentia, ducit & perducit iustitia, appropinquat filius regis castris sapientiæ. Quæ noui hospitis audito aduentu, præoccupat eum qui se concupiscit,occurrit & ostendit se in viis hilariter. Fossa verò profundæ humilitatis castra cingebat: super quam fortissimus & pulcherrimus murus obedientiæ ædificatus cœlos penetrabat,quem bonorum exemplorum historiæ vndique depictæ mirabiliter decorabant. Aedificatus autem erat cum propugnaculis:mille clypei ex eo dependebãt, omnis armatura fortium. Porta professionis omnibus patens: ianitor in limine dignos inducens, & indignos abiiciens. Præco super portam clamans:Si quis diligit sapiẽtiam, ad me declinet,&
B eam. Huc filius regis, occurrẽtis sibi sapientiæ ducatu introductus,immò vlnis deportatus, familiæ regiæ vallatus obsequiis,ad mediæ ciuitatis arcem perducitur, vbi ipsa ædificauit sibi domum,excidit colomnas septem, subdidit sibi gentes,superborum & sublimiũ colla propria virtute calcauit. Ibi collocatur in lecto sapientiæ, quem ambiunt sexaginta fortissimi ex fortibus Israel, vniuscuiusque ensis super femur suum. Adest Dauid in tympano & choro, in cordis & organo:cæteríque cœlestis curiæ paranymphi gaudentes & exultantes magis super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia.Et ecce veniens ab Aquilone ventus turbinis & ignis inuoluens totam concussit domum, sapientiæ castra turbauit.Egressus est enim Pharao cum curribus & equitibꝰ, persequens fugientem Israël. Cogitauerunt etiam vnanimiter simul aduersus eum,testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaëlitæ, Moab & Agareni, Iebal & Amon & Amalech, alienigene cum habitantibus Tyrum. Etenim Assur ille magnus exterminator diabolus venit cum illis.Quid multa?Obsessa est ciuitas iam surgunt tentationum machinæ,vrget vndique inimicus ille,in insidiis draco, in aperto leo,cogit socios,ignes iniicit,perfodit muros,bella suscitat,insidias submittit,totius vrbis minitans excidiũ. Intus
C verò timor & angustiæ,& à vehementi & improuiso hostiũ impetu omnes turbati sunt,& moti sunt sicut ebrius,& omnis sapientia eorum deuorata est,& clamauerunt ad dominũ cum tribularentur.Curritur ad arcem sapientiæ: mala nunciantur:consiliũ quæritur.Reuersa enim ad se prudentia cõsulit sapientiam quid facto opus sit. Illa accelerandum testatur,& regis summi quærendum consiliũ. Et quis,inquit,ibit nobis?At sapientia, oratio, inquit. Et ne moram faciat in eũdo,ascendat super equũ fidei. Quæsita diu oratio, & in tanto tumultu vix tandem inuenta adest: ascendit super equum fidei, proficiscitur per viam cœli, nec cessat donec intret portas domini in confessione,atria eius in hymnis.Et sicut familiare mancipium cum fiducia accedens ad thronum glorię eius,exponit necessitatis suæ negocium. Audito rex filij periculo,cõuersus ad consortem regni sui charitatem: O,inquit, quem mittam,& quis ibit nobis? At illa,ecce ego,inquit,mit te me. Tunc rex, Prævalens, inquit, prævalebis,& liberabis eum.egredere,& fac ita.Illico egressam à facie domini reginam cœli charitatẽ tota comitatur militia cœlestis: veniénsque & descendens in castra,virtute & lætitia præsentiæ suæ illico omnia exhilarauit,commota compositit,turbata pacauit.Reddita est miseris lux,timidis fiducia.Redit coram spes quæ penè aufugerat,fortitudo quæ penè corruerat.Resumit constantiam tota sapientiæ militia. At inimici ciuitatem obsidentes,quænam est,inquiunt,exultatio in castris? Non fuit tanta exultatio heri & nudiustertius.Væ nobis,venit deus in castra: væ nobis.Fugiamus Israëlem: deus enim pugnat pro D
eis.Sic fugientibus inimicis,gratię dei impetus lætificat ciuitatem dei,sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam deus mane diluculo.Conturbatę sunt gentes,& inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra, Dominus virtutum nobiscum:susceptor noster deus Iacob. Suscipiẽs ergo puerum dei,puerum suum regina charitas euexit ad cœlum, patríque deo repræsentauit.Cui pater placidus ac serenus occurrens, cito,inquit,proferte stolam primam, & induite illum,& date annulum in manu eius,& calceamenta in pedibus eius. Et producite vitulum saginatum,& occidite illũ. Epulari enim & gaudere oportet, quia iste filius meus mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus est. Nota hic quatuor in pueri nostri liberatione.Primò pœnitentiam,sed fatuam. Secundò fugam,sed temerariam & irrationabilẽ. Tertiò pugnam,sed trepidam & meticulosam. Quartò victoriam validam & sapientem. Quæ omnia in vno quolibet fugiente de seculo inuenies.Primò enim est egens & insipiens: postea præceps & temerarius in prosperis: deinde trepidus & pusillanimis in aduersis: postremò prouidus & eruditus & perfectus in regno charitatis.

Peccantes prima excipit negligentia sui, deinde curiositas rerum exteriorum,& ad se non pertinẽtium,deinde ipsarum rerum concupiscentia.Concupiscentiam sequitur cõsensus, E
consensum consuetudo,consuetudinem contẽptus,contemptum malitia,id est affectus & delectatio peccati. Negligentia tardat,curiositas impedit,concupiscentia ligat,consensus stringit vel obdurat,consuetudo trahit,contemptus præcipitat,delectatio incarcerat carcere desperationis, quare peccator dum venerit in profundum,desperat.Veniens autem spiritus sanctus & visitãs miseram animã per septiformem gratiam suam,primùm infundit ei timorẽ, timori subinfert pietatem, vt miseriam timoris suauitas consoletur pietatis,pietati scientiam,scilicet vt sciat vti & timore & pietate,ne à timore tristitia abundantior absorbeat, ne à pietate præsumptio vana præcipitet, scientia fortitudinem, scilicet contra tentationes, & vt proficiatur in bono, non tantùm scientiæ, sed etiam fortitudini consilium suffragatur, vt nec scientiæ, nec fortitudini nimium credatur.Sed vt omnia cum consilio agantur,consilio intellectum addit,vt iam in interiori cordis sui legat per se non solùm quæ consulant homines,sed etiam quæ sit voluntas dei bona,& bene placens & perfecta.Intellectui sapientiam, vt quod hactenus consilio vel intellectu didicerat, iam ei transeat in affectum: vt per semetipsam ex gratia Dei sapiat,& sapidum ei fiat & dulce quicquid hactenus durum videbatur & intolerabile.Primúmque negligentiæ opponit timorem:& qui timet, nihil negligit, curiositati pietatem,id est affectum ad deum,quę sicut dicit Apostolus, F
ad omne opus bonum vtilis est, & omnino contraria curiositati.Concupiscentiæ scientiam adnectit,vt sciat seipsam,& in interioribus suis vagans non egrediatur ad concupiscentiam seculi, ne audiat illud: Si ignoras te pulchra inter mulieres, egredere & pasce hœdos tuos, vel vt sciat quàm vana sunt & caduca quæ concupiscit.Consensui fortitudinem adiungit,ne veniat ad consensum consuetudini consilium,quia cum ventum fuerit ad consuetudinẽ,tunc vere opus est consilio,contemptui intellectum, quia consilio iam hominum contempto,nisi per se intelligat periculum suum,iam proximus est desperationi,malitiæ sapientiam, quia sola sapientia vincit malitiam. Destruens autem spiritus, scilicet per septiformem gratiam suam,in anima humana septiformem hanc miseriam, statim in ea ædificat septiformem beatitudinem, per spiritum timoris faciens beatos pauperes spiritu,per spiritum pietatis beatos mites, per spiritum scientiæ beatos lugentes, per spiritum fortitudinis beatos esurientes & sitientes iustitiam, per spiritum consilij beatos misericordes, per spiritum intellectus beatos mundo corde,per spiritũ patientię beatos pacificos,cum sapientia vincit malitiam,& pax illa Dei exultat in corde quæ exuperat omnem sensum,& hæc est perfectio seruorum dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *De pugna spiritali. Sermo II.*

INter Babylonem & Hierusalem nulla pax est, sed guerra continua. Habet vnaquæque ciuitas regem suum. Rex Hierusalem Christus dominus est, rex Babylonis diabolus. Et cum alterum in iustitia, alterum in malitia regnare delectet, rex Babylonis quos potest de ciuibus Hierusalem per ministros suos, scilicet spiritus immundos, seducere, vt seruire eos faciat iniquitati ad iniquitatem, in Babylonem trahit. Vnde dum vnum de ciuibus suis constitutus speculator super muros Hierusalem trahi cerneret, nunciauit regi captam prædam in Babylonem duci. Rex verò Hierusalem aduocans spiritum timoris, militem in talibus strenuum: Vade inquit, eripe prædam nostram. Ille vt semper ad omnia imperata paratus, eũ velocitate hostes persequitur, & in auribus eorum factus est repente sonus tãquam aduenientis spiritus vehementis. Timor enim super eos intonuit, & ad vocem virtutis eius hostium robur omne contremuit: quos in fugam conuersos timor non longius prosecutus est, sed ereptum conciuem reducebat ad propria. Verùm vnus ex aduersariis tristitiæ spiritus non erat cum eis quando timor aduenit. Hic cum cerneret socios subitò fugientes, ab insidiis in quibus latebãt, ocyus aduolauit. A timore, inquiunt, solo H factum est istud, & est opprobrium omnibus nobis. At ille: Ne timeatis à timore isto. Scio enim quid facto opus sit. Ibo & ero spiritus mendax in angulis semitarum, & amicum me simulabo timoris. Noui enim hominem, nec est agendum cum eo vi, sed fraude. Vos autem expectate finem. Fecit vt dixerat, & viarum compendia captans præcessit timorem. Referénsque iter per viam qua gradiebatur timor, obuius ei factus est, amica, sed iniqua cum eo colloquia commiscens, ita vt seducere eũ cœperit: & timor nescius bono animo sequebatur. Prope iam erat vt eos in foueam desperationis impelleret. Sed spectator regi indicat quid agatur. Rex autem vnum de militibus suis, spẽ scilicet, præcepit accersiri, quem cum equo desiderij, & ense lætitiæ in auxilium iubet accelerare timoris. Fidelis miles ad imperium egrediens, cum peruenisset ad locum, vibrans ensem lætitię, tristitiam effugauit. Sícque liberatũ conciuem & impositum equo desiderij præcedens trahebat funiculo promissionum: & timor sequẽs vrgebat facto flagello de funiculis peccatorum. Ibat igitur voluntarius equus, hinc attractus, inde cõpulsus: sed in tam rapido cursu timendum ei fuerat ab incursu. Vnde & collegerunt milites Babylonici consiliũ dicẽtes: Quid facimus quia sic euadit, quẽ iam quasi cum securitate possidebamus? Quomodo plausus inferni versus est in planctũ, & per solos duos I milites gaudium est in cœlis super sui liberatione conciuis? Quomodo periit versutia diabolicæ fraudis? Vnus autem ex eis cæteris nequior, cùm sceleris huius opifex esset, prophanum protulit consilium, dicens: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia modo ad capiendum facilior sit, etsi captus difficilius eripi possit. Vos igitur à longe prosequimini, ego me in angelum lucis transfiguro, vt ignaros viæ tanquã aduenas & peregrinos docendi simulatione decipiam. Hunc igitur in modũ fraude disposita, regi nostro speculator annunciat, venire quidem hominẽ equo impositu desiderij, sed plus quàm oportet properare, eò quòd frenum & sella deesset. Hostes, inquit, à longe prosequuntur, alij tanquã inueterati malorũ, viarum compendia captant. Sed & nunc vnum video in quo armorum nostrorũ relucet effigies, à nobis tamen ille exiuit. Necesse est eat qui interrogare nouerit eũ, noster es, an aduersariorum? Porrò rex cuius animum cura semper sollicitat animarum, duos consiliarios suos emittit, prudentiam & tẽperantiam. Quarum temperantia quidem equo frenũ discretionis imposuit, & spem moderatius incedere persuasit. Prudẽtia verò timorẽ increpans & arguens improbitatis, de futuro cõmonuit: & equo sellã circũspectionis apposuit, vt nõ caderet ascẽsor eius retro, sed retro præteriti cõfessioni peccati, antè meditationi iudicij, à sinistris patientiæ inniteretur, à dextris humilitati. Porrò spes & timor dedere calcaria, spes in dextro pede expectationẽ præmij, timor in sinistro suppli-

Rom. 6. d

Actũ. 2.

Luc. 24. c cij metũ. Et facta mora cum aduesperaſceret & inclinata esset iam dies, rursus congregati sunt hostes in multitudine vt K dimicẽt contra eos. Pauet timor, spes accelerat: sed vix tandẽ ad consilium eos prudentia temperantiaq; reuocauit, Et illa: Videtis, inquit, quia dies præcessit, & nox appropinquauit: & *Rom. 13. d* qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat? Porrò vobis gran- *Ioan. 12. f* dis restat via, nec parua est hostium multitudo. Est autẽ mi- *3. Reg. 19.* les quidam regi nostro fidelissimus quem ego noui, castrum habens prope nos positum, & firmissimum est habitaculum: quia in petra posuit nidũ suum. Diuertamus ad illum si pla- *Iob 39. d* cet, quia bonum est illic esse. Quod cùm placuisset omnibus, & ducem itineris quęsissent, ait prudentia: Armiger meus ratio præcedet nos: est enim gnarus viarũ, & notus iustitiæ, vtpote cõsanguineus eius. Præcedẽte itaq; ratione, cæteris subsequẽtibus anteuenit ratio: & salutata iustitia, nunciauit hospites aduẽtare. Quærit illa qui sint: vnde, ad quid veniãt, scisitatur. Et cũ regem cognouisset, hilari vultu surgens fugiẽtibus occurrit cum panibus, & obuiauit illis quasi mater honorificata, susceptámq; animam ab equo deposuit, & in penetralibus domus auida collocauit. Insequitur hostilis exer- *1. Pet. 5. b* citus, & castrum obsidẽs vndiq; inquirit si quis forte pateret ingressus, ac tanquam leo circuit quęrens quem deuoret. Sed cum vndique illud munitũ inueniunt, tentoria figũt, & excubias ordinãt: ne quis ingredi aut egredi valeat, vt manè facto instructis machinis diruant & irruant super eos. Interim pauor pauiditate & solicitudine nõ piger, nec vnquam securus L commilitones excitat, iustitiã cõuenit, de munitione loci, de preparatione armorum quęrit, adiiciens & illud, ne forte sustentationi deficiant alimẽta. Ad hæc iustitia respõdit: Situs loci, vt animaduertere potestis, saxosus & inaccessibilis est, nec in armis nec in machinis inimicorũ timet insultum. Sed quia aridꝰ est, paucos habet indigenas quos arido hordeacei panis cibo vtcunq; sustẽtat. Et nuc supersunt nobis quinque *Ioan. 6. a* panes hordeacei, & duo pisces. Et timor, Quid hæc, inquit, sunt inter tantos? Cœpit igitur magis pauere & tędere, & arguens animam quòd ab equo desiderij descendisset, illud sæpius memorabat, esse nouissima hominis illiꝰ peiora prioribus. Equus enim ille præpeti cursu festinus aduolabat ad vrbẽ, nunc solius rationis comissus ducatui. Ipse, inquit, videris si nõ melius erat tibi tunc magis quàm nunc, Prope iam erat vt aduersus spẽ contraria sentientẽ timor insurgeret, sed temperantia prudentiam aduocauit. Accersita prudentia improbitatem timoris obiurgans, In aduersarios, inquit, tuus, ô timor, mucro desæuiat. Nescis quia rex noster, rex virtutũ est, *Psal. 23. b* dominus fortis & potẽs, dominus potens in prælio? Eat igitur nũcius qui suorum necessitates exponat, adiutorium flagitet, auxiliatorem adducat. Et quis ire poterit? ait timor. Tenebræ operiunt terram, & muros obsidet ostium peruigil multitudo, & nos ignari viæ tanquam in regione longin- M qua. Aduocauerunt igitur hospitem suum iustitiam. Si quid, inquiunt, potes, adiuua nos. Quibus illa: Bono animo estote. Est enim mihi nuncius fidelissimus regi bene notus & curiæ, oratio scilicet, quæ in secreto noctis silentio per ignotas semitas arcana cœli penetrare, & cubiculũ regis adire, & opportuna importunitate pium regis animũ flectere non indoctus, supplicatione miserabili laborantibus auxilium solitus impetrare. Erat ille, si placet: ecce enim præsto est. Cúmq; respondissent omnes, Placet: prudẽtia quid regi insinuet dictãte, iustitia vt fideliter agat & ne vacuus reuertatur præcipiẽte, cæteris & maximè timore vt iter acceleraret deprecantibus, per occultos quosdã muri exitus dimissus est. At ille hostium cuneos penetrans securus, omni aue velocior, in momento, in ictu oculi vsque ad portas nouæ Hierusalem peruenit. Quas cum clausas reperisset & pulsasset, ianitoribus ægrè ferentibus quòd intempestæ noctis silentio ciuitatem impleret clamoribus, & regi ipsi importunus esse nõ vereretur, ille perseuerabat pulsans, & amplius loquebatur. Aperte mihi, inquit, portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor domino regi nostro in ore meo secundum multitudinem dolorum meorũ qui sunt in corde meo. Hæc, inquit, porta domini mei: iustitia me misit ad vos, vt introducar ad regẽ, quia ad ipsum habeo secreta quæ perferã. Vox turbinis audita est in terra nostra. Et cum cognouisset nuncium esse iustitiæ, introduci

Psal. 117. b

A troduci eum præcepit. Ingressa oratio ad regem, adorauit & *4. Reg. 5.* ait: Rex in æternum viue. Et ille: Rectẽne sunt omnia circa dominum tuum, & quæ illius sunt? Et oratio rectè domine, *Luc. 10. g* vestri gratia. Porrò vnum est necessarium. Seruus ille vester à cornibus vnicornium ad imperiũ regis ereptus diuertit ad militẽ vestrum dominum meum: & domine mi terra illa australis & arens est, & cibum nõ habet. Det dominus benedictionem, & terra nostra det fructum suum, & congregati hostes in multitudine vt dimicẽt contra nos. Da nobis domine auxilium de tribulatione: quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu deus noster. Porro rex noster, cuius natura bonitas, motus his lachrymis ait: Quem mittemus? Ad quẽ charitas: Ecce ego domine, mitte me. Rex autem quærebat de sociis, sed charitas domesticam sibi familiam respondit sufficere. Exit ergo vnà cum nobili illo comitatu suo, gaudio, pace, patientia, longanimitate, benignitate, bonitate, mansuetudine. His stipatus dux insignis progreditur, certúsque de victoria, erecto signo triumphali primam pertransiit inimicorum secundámque custodiam. Cúmque venisset ad portam, vltro aperta est ei. Ad cuius ingressum facta est lętitia magna in oppido. Cúmque suadente gaudio vociferarentur omnes & acclamarent, exortus clamor exterorum castra perterruit. Et illi: Quæ est ista, inquiunt, vox exultationis in auribus nostris B de castris Israël? Non ita erat heri & nudiustertius. Forte venit eis auxilium, & impetum facient in nos. Fugiamus ergo Israël: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Interim charitas moræ impatiens ordinari exercitum, aperiri portas, & persequi præcipit inimicos, apertè denuncians, Vadam ad portas inferi. Sícque vno impetu vniuersus charitatis exercitus procedit, quos Babylonij non ferentes fugiunt, sed non effugiunt. Cadent à latere timoris mille, & à dextris charitatis decem milia.

Psal. 90. b

De pugna spirituali, Sermo III.

INter Hierusalem & Babylonem ordinatæ sunt acies ad bellum. Hinc Dauid manu fortis aciem producit virtutum terribilem & ordinatam: inde Nabuchodonosor Babylonis spiritualia nequitiæ, suúmq; illum vitiorum tumultuosum exercitum dirigit ex aduerso. Procedit de castris Dauid tyrunculus nouitius, nuper in militiam regis iuratus, & per manus ipsius æterni Dauid verbi dei gladio accinctus, & spiritualibus armis insignitus, ingẽtes gerens animos & contra regis edictũ ad faciendum sibi nomen plus quàm ad hostem vincendũ impatientissimus. Equus erat ei feruidus proprium corpus de succo adhuc seculi fortis, viridis, lasciuus, animúsque eius conueniens, cui insidens ferebatur insignis, castrorúmque suorum dedignans disciplinam, contẽptis sociis stolida quadam præsumptione longè præ cæteris progrediebatur æstuans & anhelans ad faciẽdum sibi nomen. Vidés Da- C uid impetuosam eius præsumptionem, per filium suum Salomonem sub interminatione ei mandauit: Væ soli: quia si ceciderit, non habebit subleuantem. Cuius ille monita paruipendẽs, cum sibi vel aliis ostendere magnæ virtutis suæ quæreret occasiones, & prędarũ aliquod facinus moliretur, conspicatur eminus in parte hostili vnum de inimicis fortis malitiæ, astutæ nequitiæ, arma habentem ignea, manúsq; plenas iaculis igneis, multos vulnerantem, vulneratos occidentem, occisos conculcantem, facilè capientem, difficilè relaxantem: spiritum fornicationis. Hic se ostensurum præsumens præclaram virtutem suam, impetum in eum dirigit, & promptum illum equum suum ieiuniorum verberibus, & vigiliarum calcaribus perurgẽs totus fertur in illum. Clamat a tergo prudẽtia: parce, parce, clamat discretio, sustine, sustine, totúsque eum concrepat Dauidicus exercitus: quos ille omnes surda aure præteriẽs fertur miser totus in malum suũ, & nescit. Vidẽs Nabuchodonosor infremuit, & malũ ei parãs dolos præmittit. Occurrunt enim illi à latere in præceps ruenti sorores duæ superbia & vana gloria, acclamantes ei in dolo: euge, euge. Quibus ille miser nimis credulus totus fertur in præceps, & nescit quę iam vndiq; eum circunuallent insidię. Spiritus quidẽ fornicationis iam crebrò rales & talium impetus expertus, fugã simulat, & delusum miserũ sequi prouocat donec per patentẽ portam in medio Babylonis introductum suis illum sociis tradidit illudendum. Gastrimargia, & fornicatio equum sibi vendicant, nec dominum suum iùs in D eo habere vltra permittunt. Iam quippe deficiebat: iam fatigatus diuertere quærebat: in medio quippe pugnæ sub pugnante ceciderat, & casu suo vehementer attriuerat sessorem suum. Quem illi cibis Babylonis refectum reimpinguatũ suis subdidere seruitiis. In miserũ verò ira, inuidia, cæteraque vitiorum turba consurgit, & fiducialiter supra dorsum eius fabricant peccatores. Sed & fornicatio, cuius nisi terga fugientis nil adhuc ille viderat, aperta iam facie & impudenti frõte in eũ cõsurgit, & spicula ignea in cor eius torquet, gladiúmq; in ceruicem eius exerit, proiectúmq; in terram conculcat, & coquo regis Babyloniorum Nabuzardã eũ tradens, eius immundis gurgitationibus subdidit illud ẽdum, nec iam patitur vt honesta in eum vitia manum mittant, sed immundis scurris de coquina regis, id est, fœdis & horrendis vitiis exhibet irridendum. Sic igitur captus ab inimicis ligatur funibus malæ consuetudinis, & præcipitatur in carcerem desperationis. Rex autem Dauid cooperto capite lugebat dicens, Absalon fili mi, fili mi Absalon. Vocánsque vnum regiæ clientelæ ac sedis in huiusmodi vtilem & probatum, timorẽ scilicet ad requirendum eum dirigit, & obedientiam secum mandauit, vt ereptum de carcere tutelæ committeret obedientiæ. Missus timor venit & susćitat miserum, ereptúmque de carceralibus claustris & vinculis sicut sibi iussum fuerat, obedientię tradidit equum suum & restituit, sed ferocem & rebellem, & qui E vix vltra dominum dignaretur agnoscere. Quem obedientia apprehendens, & freno ferreo cohibens licet renitẽtem plurimum, & recalcitrãtem, antiquo domino subdidit, docuitq; eum mutare fortitudinem. Susceptum itaque à timore obedientiæ deducens militem Christi per aliam viam reduxit in regionem suam, primámque ei mãlionem apud pietatẽ constituit, vt scilicet animos eius quos timor exacerbauerat, pietas patris reuocantis refocillaret. Secundam, apud scientiam, vt sciret vnde & quò sibi esset redeundum, scirétq; vti & pietate & timore: ne pietas extolleret, timor frangeret. Tertiam, apud fortitudinem, quæ eum ad peragendum reditus sui iter confortaret. Quartam, apud cõsilium, vt vlterius cum consilio omnia faceret, nec à ducatu obedientię in aliquo declinaret. Quintam, apud intellectum, vt non iam consilio tantùm hominum, sed ipse per se iã intelligere inciperet, quæ sit voluntas domini bona & beneplacens & perfecta. Ad sextam mansionem peruenit miles Christi sapientiæ, hospitibus suis eum persequentibus, nec iter eius deserentibus, vt iam ei sapiant bona domini, & exinde cum Moyse velut de monte Abarim repromissiones Dei incipiat cõtemplari. Et hinc iam *Num. 27.* peruenitur in Hierusalem, in regnum & ciuitatem Dauid in *Deut. 32.* visionem pacis, vbi beati pacifici filij Dei interius & exterius omnibus pacificatis ingressi in gaudium domini sui celebrãt sabbatum sabbatorum, Amen. F

De donis spiritus sancti, sermo. Capitulum primum.

PRima gratia est timor domini. Qui hanc habet gratiam, omnem odit iniquitatẽ, iuxta illud Psalmistæ: *Psal. 118.* Iniquitatẽ odio habui, & abominatus sum. Et alio loco: Omnẽ viam iniquitatis odio habui. Scriptũ nanq; est: Timor domini odit malum. Et item: Time deum, & recede à *Prou. 3. a* malo. Et de Iob dicitur: Vir timens deum, & recedens à ma- *Iob 1. a* lo. Sine hac gratia prima gratiarum, quæ totius religionis exordium est, nullum bonũ pullulare vel manare potest. Sicut enim securitas vel desidia causa est & mater omniũ delictorum, sic timor domini radix est & custos omnium bonorũ: vnde scriptum est: Si non in timore domini tenueris te inflã- *Eccl. 27. a* ter, cito subuertetur domus tua. Omne nanq; virtutum ædificium illico vergit in præcipitium, si huius gratiæ amiserit præsidium. Vnde Salomon ait: In timore domini esto quoti- *Prou. 23. b* die, quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur. Hinc & apostolus: Cum metu & tremore vestram *Philip. 2. b* salutẽ operamini. Et quid plura? Connexa sunt timor & religio, nec manere potest alterũ absque altero. Vnde Cornelius *Act. 10. c* vir religiosus ac timens deum, & Simeõ iustus & timoratus. *Luc. 2. d* Vnde Salomon: Deum, inquit, time, & mandata eius obserua *Eccl. 12. d* Hunc verò sic habere debemus, quomodo asserit se habuisse Iob beatissimus. Sẽper quasi tumentes super se fluctus deum *Iob 31. c*

G timuit. Per hunc timorẽ dei vniuersa deserimus, mũdo abrenunciamus, nósq; ipsos, sicut dominus ait, abnegamus nobis.
Luc.9.c Si quis vult post me venire, abneget semetipsum. Iste ergo diuinus timor qui eum quẽ perfectè imbuit, paupertati subiicit, & à malo diuidit, ita est primus in ordine gratiarũ, sicut
Matt.5.a paupertas in serie beatitudinum: de qua dominus in cæterarum fundamento virtutum eam ponens, ait: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Capitulum secundum.

SEcundum charisma est spiritus pietatis, illi secundæ quæ in euangelio ponitur beatitudini simile, de qua domi-
Matth.5.a nus sic ait: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.
Esa.61.a De talibus dominus in Esaia ait: Spiritus domini super me,
Num.12.a ad annunciandum mansuetis misit me. Moyses quoque mitissimus erat super omnes homines qui morabantur in ter-
Iob.5.b ra. De talibus Iob dicit: Dominus ponit humiles in sublime: & mœrentes erigit sospitate. Vnde & illud de domino
Psal.33.d dicitur: Humiles spiritu saluabit. Econtra de superbis dici-
Iacob.4.b tur: Dominus superbis resistit. Ante ruinam exaltatur cor.
Prou.16.c Superbia de supernis ad ima præcipitat, humilitas de imis ad superna eleuat. Angelus enim in cœlo superbiens, ad tartara corruit: homo in terra se humilians, ad cœlos ascendit. Tanto
H verò quisque debet esse humilior, quanto est sublimior. Vn-
Eccli.3.c. de scriptum est: Quãto magnus es, humilia te in omnibus, &
Mat.20.d coram deo inuenies gratiam. Hinc ipse dominus ad discipulos ait: Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.
Luc.17. Item cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Ser-
Matt.11.a ui inutiles sumus. Item ipse dicit: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Sine hac humilitatis virtute, reliquæ virtutes nequeunt prodesse. Vnde beatus Gregorius ait: Qui virtutes sine humilitate congregat, est, quasi qui in ventum puluerem portat. Sicut enim puluis venti validi flatu dispergitur, sic omne bonum sine humilitate inanis vento gloriæ rapitur. Multo etiam melius est peccatorem esse humilem, quàm iustum arrogantem. Quod à domino euidenter osten-
Luc.18.b ditur, vbi publicanus & pharisæus in exemplum adducũtur, sicut quidam sapiens ait: Melior est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis factis superba gloriatio.

Capitulum tertium.

Eccles 1.d TErtium donum est spiritus scientiæ, de quo Salomon ait: Qui addit scientiam, addit & dolorem. Vera nanque scientia est scire nos mortales & caducos & fragiles esse, & in hoc exilio, & in hoc ergastulo, in hac peregrinatione, in hac valle lachrymarum dolendum & lugendum esse. Vn-
I de dicitur in tertia beatitudine, huic tertio dono congruen-
Matt.5.a ti: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Itẽ: Væ vo-
Luc.6.d bis qui nunc ridetis: quia plorabitis. Hinc Salomon ait: Ri-
Prou.14.b sus dolori miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

Capitulum quartum.

QVarta gratia est spiritus fortitudinis, quartæ in euange-
Matt.5.a lio beatitudini similis, de qua dicitur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Qui enim iustitiam esurit & sitit, contra quælibet aduersa fortis insuperabilis & imperterritus existit. Vnde Salomon ait: Iu-
Prou.28.a stus vt leo confidit, & absque terrore erit. Item: Non contri-
Prou.12.c stabitur iustus quicquid ei acciderit. Hoc spiritu erãt prædi-
Hebr.11.g ti omnes de quibus loquitur apostolus: Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus & in speluncis & in cauernis terræ. Hæc & apo-
Romã.8.g stolus ipse, qui ait: Quis nos separabit à christe Christi? tribulatio, &c. Iste spiritus omnem alienam malitiam sustinet, & aduersus hostiles insidias instruit & munit. Vnde sponsus
Canti.6.a in sponsę prœconio ait: Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.

Capitulum quintum.

QVintum donum est consilij spiritus, qui aliis facit compati & misereri, illi competens, de qua dicitur, quintæ beatitudini: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Hinc & Salomon ait. Qui pronus est
Matt.5.a *Prou.22.b* ad misericordiã, benedicetur. Hanc principaliter tripharíam exercemus, vel quando sex eius quæ in euãgelio leguntur o- K
pera implemus, vel quãdo delinquentes corrigere & ad bonũ reducere studemus, vel quando iniurias nobis illatas facilè indulgemus. Iste secundus clementiæ modus, siue consilij spiritus, deum fecit semetipsum exinanire, formam serui accipere, scilicet vt sic posset ouem errantem corrigere, & ad
Gal.1.a proprium ouile reducere. Vnde apostolus ait: Semetipsum dedit pro peccatis nostris, vt nos eriperet de præsenti seculo nequam. Huic consulendi modo sic oportet insistere, vt in-
2.Ti.4.a iungitur ab apostolo monente: Insta opportune, importune. Est & alius consulendi modus, scilicet discretionis virtus, qua veras à palliatis atque simulatis virtutibus discernimus,
2.Cor.11.c qua etiam ipsum Satanam hypocrisis auctorẽ dignoscimus, Ipse enim Satanas (vt ait apostolus) transfigurat se in angelum lucis: & iuxta beati Cypriani dictum, ministros iniustitiæ subornat, noctẽ afferentes pro die, interitum pro salute, Ista quidem cæterarum virtutum magistra ac domina, omnes alias proinde temperat, ac superne gubernat, & ne vltra vel citra euagentur licenter, imperialiter ac discrete conseruat. Vnde Boethius: Virtutes medium tenent. Si vel vltra vel infra quàm oportuerit fiat, à virtute disceditur:

Capitulum sextum.

SExta gratia est spiritus intelligentię, illi sextæ beatitu- L
Matt.5.a dini congruus: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Nisi enim mentis intuitus diligenter purificatus fuerit, mystica ac diuina liquide intelligere nequit. Nam scriptum est: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Vnde Salo-
Sapien.1.b mon: Abominatio domini, cogitationes malæ, Peruersæ cogitationes separãt à deo. Qui ergo vult sincerum ac lucidum
Prou.15.b intellectum habere, prauarum cogitationum phantasias ac nebulas studeat effugare, & omni diligentia & cautella cor
Prou.4.d seruare. Vnde Salomon: Omni custodia serua cor tuũ, quoniam ex ipso vita procedit.

Capitulum septimum.

SEptimum donum est spiritus sapientiæ quidam inter-
Psal.45.b nus sapor, ac suauissimus gustus. Vnde psalmista: Gustate
Psal.45.b & videte quoniam suauis est dominus. Et item: Vacate &
Psal.33.d videte. Et iterum: Accedite ad eum, & illuminamini. Hoc diuinæ sapientię interno gustu superna prælibamus, videlicet cõtemplantes quàm amœnum sit angelicis cœtibus interesse, vbi nil poterit quod displiceat esse, nil quod placeat abesse. Ista septima gratia illi veræ beatitudini congruit, de qua ait
Matt.5.a dominus: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Qui M
enim mentem pacificam & serenam habent, de supernis dul-
Prou.15.b cius sapiunt. & subtilius vident. Nam quisquis patientior, eo
Psal.118.c probatur esse sapientior. Vnde Salomon: Doctrina viri, per patiẽtiam dignoscitur. De talibus alibi dicitur: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Hę septem gratiæ sunt septem mulieres virum num apprehendentes, septem spiritus super florem requiescentes, septem in candelabro lucernę fulgentes, septem in lapide oculi, septem spiritus ante thronum dei.

De tribus ordinibus ecclesiæ ad patres in capitulo factis, Sermo.

Psal.103.a HOc mare magnũ & spatiosum, in quo vtiq; cerrum est nihil aliud quã presens seculũ amarũ fluctuãs de signari, tribus hominũ generibus suo cuiq; modo peruiũ est vt trãseãt liberati. Tres em̃ sunt, Noe, Daniel, & Iob: quorũ primus nauĩ, secũdus póte, tertius vado trã sit. Porrò tres homines, tres ordines ecclesię signãt. Noë quidẽ arcã rexit ne periret diluuio, vbi protinus rectorũ ecclesiæ formã agnosco. Daniel vir desideriorum abstinẽtiæ & castimoniæ deditus, ipse est soli deo vacãs pœnitentium & continentium ordo. Iob quoq; substantiam huius mũdi bene dispẽsans in coniugio, fidelem designat populum terrena licitè possidentẽ. De primo igitur & secũdo nobis habẽdus est sermo: quoniã assunt venerabiles fratres & coabbates nostri de numero prelatorũ, assunt & monachi de pœnitentiũ ordine: à quo tamen nec nos abbates alienos reputare debemus, nisi forte (quod absit) officij nostri gratia nostrę fuerimus professionis

A sionis immemores. Tertiũ igitur, cõiugatorũ videlicet ordinem, magis succincte transcurro, tanquã minus ad nos pertinentem. Ipse est qui maxime mare magnum vado pertransit, laboriosum prorsus, & periculosum etiam & longum habẽs iter: quippe qui nulla viæ compẽdia captet. Nam quòd periculosum sit iter, in eo patet, quòd tã multos in eo perire dolemus, tam paucos videmus sicut necesse est pertransire. Valde enim difficile est, præsertim diebus istis quibus malitia nimis inualuit, inter vndas huius mundi, voraginem vitiorum, & criminalium peccatorũ foueas declinare. At cõtinentium quidem ordo & ponte pertransit, quod iter breuius & facilius & securius esse nemo est qui nesciat. Sed omitto laudes, pericula magis ostendo: hoc enim multo melius atq; vtilius est. Recta quidem semita vestra charissimi, & securior cõiugatorum via, non tamen omnino secura. Timendum enim periculũ triplex, id est ne forte aut æquare se alteri, aut respicere retro, aut certe in medio ponte stare aut residere quis
Psal.35.d velit. Neque enim vllum ex his tribus pontis patitur angustia, & arcta via quæ ducit ad vitam. Cõtra ergo primum periculum oremus singuli cũ propheta, ne veniat nobis pes superbiæ: quoniam ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem. Nam de eo qui mittens manum suam ad aratrum, postea retro conuertitur, certum est quoniam labitur statim, & pelagus operit caput eius. Sed & qui stare voluerit, non quidem
B relinquens ordinem, sed proficere in eo dissimulans, cadat necesse est ab his qui sequuntur impulsus & euersus. Arcta
Sapien.2.b enim est via, & impediméto est proficere & proficisci volentibus. Hinc est quòd iugiter arguunt & reprehendunt, quòd
Prou.15.b ferre nequeũt tepiditatis eius segnitiem, quòd velut quibusdam stimulis vrgẽt & impingunt manibus: vt vnum necesse
Prou.4.d sit è duobus, aut proficere scilicet, aut prorsus deficere. Minime igitur oportet sistere gressum: retrospicere quoque, aut æquare nos aliis, multo expedit minus: sed tota humilitate currendum nobis & properandum, nequando forte is qui egressus est vt gigas ad currendam viam, longe à nobis fiat, quem (si bene sapimus) prouidentes in cõspectu nostro semper, & in eius odore tracti, facilius citiúsque curremus. Nec verò angusta nimis inuenietur pótis semita, currere in ea volẽtibus: tribus enim compactus est lignis: vt qui perfecte eis inniti voluerint, nõ labatur in itinere pes eorum. Hæc autem
Act.14.d *1.Ti.6.b* sunt pœna corporis, paupertas substãtię mundialis, & humilitas obedientiæ. Nã & per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum: & qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli: & quem à deo suo exturbauit inobediẽtia, sine dubio per obediẽtiam recto tramite ad eum redit. Hæc itaq; sibi inuicem compacta esse necesse est. Nã nec pœna corporis inter diuitias stabilis, nec o-
C bediẽtia sine pœna facile potest esse discreta, & paupertas in voluptate & voluntate propria nullius potest esse momenti, & obedientia in diuitiis & voluptate nec stabilis nec gloriosa. At verò his ritè compositis vide si non tria maris huius pericula euasisti, concupiscentiam carnis, concupiscẽtiam oculorum, & superbiã vitæ. Rite inquam compositis, vt in pœna quidem nodum impatientię, in paupertate vero cupiditatis scrupulum, in obediẽtia næuum caueas propriæ voluntatis. Nam & qui murmurauerũt, à serpẽtibus perierũt: & qui volunt diuites fieri (non ait qui sunt, sed qui volunt fieri) incidunt in laqueum diaboli. Sed & illud qui refert, si forte (quod absit) non quidem diuitias, sed ea ipsa quę paupertatis sunt, toto affectu desideres, aut etiam ardẽtius quàm diuitias cupiant homines seculares? Quid distat quęcunque subsẽtia desideretur, dũ æqualiter sit corruptus affectus, nisi quòd tolerabilius illud videri potest, quæ pluris esse videntur, plurimum desiderare? Porro quisquis vel apertè vel occultè satagit, vt quod habet in voluntate, hoc ei spiritualis pater iniungat, ipse se seducit, si forte sibi quasi de obediẽtia blandiatur.
Matt.4. Nec; enim in ea re ipse prelato, sed magis ei prelatus obedit. Verũtamen quia iuxta sententiam saluatoris, in qua mensura mẽsi fuerimus, remetietur nobis: bonũ est homini hoc ad cumulum dare, vt de eorum sit numero quibus mensurã bonam & cõfertam & coagitatã & superefluentem dabunt in sinus suos. Sufficit enim ad salutem, corporis molestias patienter ferre: sed cumulus est etiam libenter in feruore spiritus eas amplecti. Sufficere potest superflua nõ requirere, sed D
nec propter ipsa si forte desint necessaria murmurare: sed cumulus est etiam exultare & libenter quærere quomodo alius magis habeat necessaria, & ipse penuriam patiatur. Sufficit quoq; ad salutẽ, si nec impatiẽtia nec simulatione ad id quod desideras inuitum velis prælati animum inclinare: sed cumulus est etiam fugere ea quibus voluntatem propriam sensеris oblectari, quantum sanè bona cum conscientia potes. Porro prælati quidem ipsi sunt qui descendunt mare in nauibus facientes operationẽ in aquis multis. Neque enim certa pontis aliqua seu vadi semita coarctatur: vt liberè possint vsquequaque discurrere, & occurrere singulis vt oportet, ac dirigere pótis semitã seu vadi, ordinare gradiẽtes, pericula inuestigare ac declinare, excitare tepidos, pusillanimes sustentare. Deniq; ascendunt vsq; ad cœlos, & descendunt vsq; ad inferos, nunc quidem spiritualia tractantes atq; sublimia, nunc infernalia & horribilia facta diiudicantes. Sed quę poterit nauis inueniri quæ tã immanes sustineat fluctus, & in tanto secura possit esse discrimine? Vtiq; fortis vt mors dilectio, dura sicut
Cant.8.c infernus æmulatio: quia iuxta quod alibi habes, Aquæ multę nó poterunt extinguere charitatem. Necessaria est & omnino necessaria nauis ista prælatis, tribus compacta lateribus,
1.Ti.1.b quæ est vtique forma nauium: vt sit nimirum iuxta Pauli doctrinam, charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide
E non ficta. Puritatem quidem cordis in eo prælatus habet, vt prodesse desideret, nó præesse: vt scilicet proprium commodum, vel honorem seculi, seu aliud quidpiam suum in prælatione non quærat, præter solũ beneplacitũ dei, & animarum salutẽ. Sed cum intentione pura, irreprehensibilis quoq; necessaria est cõuersatio, vt forma factus gregis incipiat facere & docere: & secundum magistri nostri regulã. Quæcũq; docuerit discipulis esse contraria, hæc in suis actibus indicet nõ agenda, ne forte submurmurare possit frater quem arguit, & dicere: Medice, cura te ipsum. Talis enim occasio plurima dã
Luc.4.d natio prælati, plurima subditorũ perditio est. Non quòd ego bene id caueã, idcirco sic loquor: sed & mihi & omnibus pariter veritas clamat, quoniam oportet irreprehensibilem esse
1.Tim.3.d eum qui præest, ita vt secura cõscientia cum domino respondeat exprobrãtibus sibi verbum: Quis ex vobis arguet me de
Ioan.8.f peccato? Nó quòd sine peccato penitus esse possit in hac misera vita, sed quòd ea quæ arguit in discipulis, oportet summopere vitare magistrũ. Ob hoc, qualis est in conuersatione, talis sit necesse est etiã in occulta cogitatione: ne videlicet foris humilis, intus elatus sit, in corde suo præsumens de sapiẽtia seu virtute aut sanctitate sua: quæ est sine dubio fides ficta, quando non sicut ostendit humilitas conuersationis, in sola dei pietate cõfidit. Et vide quàm proprie his tribus, cordis scilicet puritati, conscientiæ bonæ, & fidei non fictæ, conuenire videantur alia quoque ipsius apostoli verba dicẽ- F
1.Cor.4.c tis: Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die, &c. Non me iudico, inquit, quia nihil mihi cõscius sum quòd meum aliquid quæram, sed quæ Iesu Christi. Sed & pro minimo mihi est vt à vobis iudicer, propter conscientiam bonam, & irreprehensibilem conuersationem. Qui autem iudicat me, inquit, dominus est: vt in eo solo spem suam positam esse doceret, humiliatus sub potẽti manu dei. Sed & illud tu iudica, vtrum possit his conuenièter aptari trina Petri interrogatio, vt hoc sit dicere: Amas me, amas me, amas me? Habes charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta? Meritò siquidem interrogatur an charitatem habeat piscator hominum constituendus.

Exhortatoriorum ad fratres de altitudine & bassitudine cordis, Sermo 1.

DE eo quod nuperrime dictũ est sursum alios, alios deorsum aspicere, habeo adhuc aliquid quod vestræ non sileam charitati. Nam earum quidem cogitationum quas expressimus tunc, si bene memistis, licet perfectior altera, vtraq; tamen vtilis est. Sunt autem qui alio modo aut sursum cor habeant, sicut fecit deus hominem rectum, & secure respondeant ad exhortantis vocem presbyteri: Habemus ad dominum. Sunt & alij qui similes brutis animalibus inclinati deorsum, derisui sese faciant

Universidad de Deusto
Biblioteca

G esse immundis spiritibus, qui profecto clamitant illudentes:
Psal.51.g Incuruare, vt transeamus. Scitis enim quod in congregatione plurimorum impossibile est vnius omnes fortitudinis esse seu corporum seu morum: nam vtramque infirmitatem patienter ferre, regulæ nostræ monet auctoritas, & vtrique aliquatenus condescendere iubet charitas. Videt hoc alter quispiam, & fortassis incipit inuidere cui condolere debuerat. Hinc accidit vt sæpe beatificet eum in corde suo ea de re, vnde miserum se ille reputat, molestè ferens necessitatem suam. Omnino igitur incuruatum se esse, & bassо corde carnem sapere probat, apud quem ne ipsa quidem miseria caret inuidia. Sed eis quas certa charitatis consideratione alienæ necessitati dispensationes prælatus impendit: talibus apponit cor suum, similia quærés: murmurat aduersus eum qui denegat irrationabiliter postulanti. Hinc suspitiones, detractiones, & scandala suscitantur. Non idcirco id loquor charissimi, quasi magnopere de vobis habeam conqueri super hac re, sed præmonere vos & præmunire necessarium duxi, propter multos qui inter vos sunt coteneri & delicati: quibus aut ætas aut infirmitas rigorem cõteneri & delicati: quibus aut ætas aut infirmitas rigorem cõmunis regulæ exigit aliquatenus temperari. Gratias ei de-
cuius munere venit, quia multos hic video quorum mens in-
H tenta deo tam longe facta est ab illo infimo cogitatu, vt iuxta se positos debiliores prorsus ignorent, se minus omnibus fa-
cere conquerantur. Nimirum quia superiores semper atten-
dunt, cum apostolo obliti quæ retro sunt, & extenti in ante-
riora. Quantum putas illos ego admiror, quãtum veneror in
corde meo, quanto amplector charitatis affectu, qui velut
nescientes eos quos secum quotidie vident: vnum forte aut
duos, seu etiam plures quos in maiore feruore spiritus vide-
rint, sibi ex omnibus eligunt: & cum ipsi forte meliores sint,
semper tamen illorum sibi præponunt & proponunt in do-
mino sancta studia & exercitia corporalia seu etiam spiritu-
alia? Memini me altera quoque iam vice dixisse, sed iterum
repetere non grauabor, quàm sublimi aliquando meditatio-
ni monachus quidam laicus toto intendit spatio vigiliarum.
Etenim summo mane apprehẽsum me in auditorium trahit,
& prostratus pedibus, Væ mihi, inquit, quia monachum in
vigiliis vnum cõsideraui in quo triginta virtutes numeraui,
quarum ne vnam quidem in me inuenio. Et fortasse nullam
ille tantam habebat, quãta hæc ipsa erat religiosæ æmulatio-
nis humilitas. Hic itaque fructus sit nostri huius sermonis.
vt aliorũ quisque altiora semper attendat, quia in eo plenitu-
do constat humilitatis. Nã si forte in re aliqua maior tibi fra-
tre aliquo gratia collata videtur, sed in multis (si bonus æmu-
lator fueris) iudicare te poteris inferiorem. Quid enim si for-
I te laborare aut ieiunare plus illo potes, & ille te patientia su-
perat, præcedit humilitate, supereminet charitate? Quid e-
nim tota die super id quod videris habere, insipienti cogi-
tatione versaris? Esto magis solicitus, vt scias quid desit tibi.
Hoc enim melius. Vtinam fratres nos sic essemus cupidi
gratiæ spiritualis, quemadmodum seculares homines pecu-
nię temporalis. Debuimus certe & multum debuimus vin-
cere in bono malum, & tanto amplius desiderare, quãto præ
cipuius est quod desideramus: sed vtinã vel æquales esse pos-
simus. Magna enim confusio, magna valde, quod ardentius
illi pernicioſa desiderant, quam nos vtilia: citius illi ad mor-
tem properant, quàm nos ad vitam. Quanto enim desiderio
pecuniæ crucietur auarus, quanto gloriæ apetitu ambitio-
sus exæstuet, quàm violenter denique sua trahat quemq; vo-
luptas, quis explicet? Videas certe eos quicquid adepti sunt
paruipẽdere, non attendere quãto labore & desiderio ea vix
tandem consequi potuere: quoniam vilescunt eis omnia præ
desiderio minoris forte rei quam alteri cœperint inuidere.

Et tu ergo non magnopere cogites quæ tibi videris habe-
re: nisi forte interdũ vt gratias agere possis, & te noueris de-
bitorem ei qui dedit: seu gratia consolationis, cum id necesse
fuerit, ne qualibet ex causa tristior fias. Decætero ea semper
magis attende quæ alius habet, tu non habes: quòd hæc co-
gitatio in humilitate te custodiat, & à descẽsu tepiditatis elõ-
get, magis autem & accendat desiderio proficiẽdi, Vide autẽ
quantum è regione malum cogitatio illa parturiat, qua sedu-
lè versas in animo quod tibi habere videris, & alterũ quem-
piam æstimas non habere. Hinc enim eleuaris in superbiam, K
dum te præponis alteri. Hinc proficere negligis, dum te ma-
gnum quempiam arbitraris. Hinc demum incipis & defice-
re, dum tibi alterius comparatione etiá nimis egisse videris,
ficque in tepiditatem incidis, & incipis remissius agere. Sci-
mus autem quia deus superbis resistit, humilibus autem dat *Iacob.4.b*
gratiam, & quia maledictus qui opus dei negligenter fecerit. *Hier.48.b*
Beati vero qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quia si spiritu fa-
cta carnis mortificauerimus, viuemus: si verò secundum car-
nem vixerimus, moriemur.

Vnde supra, Sermo secundus.

HÆc est generatio quærentium dominum quærentium *Psal.23.b*
faciem dei Iacob. Et diuersis & diuersa quærentibus
hominum turbis animo fatigatus, quàm desideranter ad hũc
cuneum hodie spiritum refocillaturus accessi. Gratias deo,
non sum fraudatus á desiderio meo, non frustratus à spe
mea. Concupiui videre, vidi, & liquefacta est anima mea.
Repletus sum consolatione, superabundo gaudio, omnia in- *Psal.34.b*
teriora mea nomini domini benedicunt, omnia ossa mea di-
cunt, domine quis similis tibi? Nempe prospiciens eminus
cum accederem, fateor, videre mihi corporaliter visus sum
quos in spiritu quondã propheta præuidit, & cõtinuo subiit
animum quod ore ille deprompserat, vt cum eo psallere di- L *Psal.23.b*
cens: Hæc est generatio quærentium dominum. Multæ sunt
generationes hominum, & (ni fallor) tertia ista generatio,
quæ nunc viget & apparet in vobis. Prima siquidem genera-
tio nec quærens adhuc dominum, nec quęsita fuit à domino:
cum in obliuione mentis & reatu iniquitatis vnumquemque
genuit mater sua. Secunda proinde statim (sicut necesse erat)
ex aqua & spiritu remedium nobis exhibuit festinatum: &
fuit illa generatio nondum quidem generatio quærentium,
sed tamen iam quæsitorum, quòd nec sciẽtes adhuc quærere
dominum nec valentes ipse quæserit. Quæsiuit igitur nos,
& acquisiuit in generatione secũda, vt essemus iam populus
acquisitionis. Si adhuc forte senior frater murmurat, & inui-
dia cõtabescit, dicitur ei: Quoniam epulari & gaudere opor-
tebat, quia hic frater tuus perierat, & inuentus est. Cæterum
ad hoc statim quæsiuit nos dominus, vt quæreretur tempore
opportuno, cum iam posset quæri, posset & inueniri. Væ
nobis quoniam tam diu dissimulauimus & negleximus quę-
rere vitam, quærere eum qui solus bonus est quærentibus se,
animæ sperantí in se. Væ tibi generatio praua & exasperans,
mala & adultera generatio, mendacium vsque hodie quæri-
tans, & diligens vanitatem, nec seruans fidem cui desponsata
fueras veritati. Nunquid non opus habet eiusmodi genera-
tio nasci denuo, iterum generari? Et maxime. Nempe geni-
mina viperarum facti, tanto magis nunc necesse habent in M
ventrẽ matris gratię iteratò introire & nasci, quãto facta no-
scuntur posteriora eorum deteriora prioribus. Gratias ipsi
gratiæ, & si dici potest, plusquam gratuitæ miserationi, quæ
beneficiis obruit non modo immeritos, sed nimiũ male me-
ritos & ingratos. Gratias ei qui regenerauit vos etiã hac vi-
ce in spem vitæ, vt adoptionem filiorum reciperetis. Volun-
tariè enim nunc propriè genuit vos verbo vtique veritatis.
Nam quòd prius vos genuit sacramento equidem pietatis,
etsi voluntarium generanti, genitis tamen voluntarium esse
non potuit, in quibus, adhuc nullus voluntatis vsus, nullum
rationis exercitium fuit, ac proinde nulla generationis ipsius
agnitio, nulla tanti notitia genitoris. Nunc demum volun-
taria generatio voluntarium exhibet sacrificium, iuxta illud: *Psal.53.b*
Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domi-
ne, quoniam bonum est. Hæc est generatio quærentium do-
minum. Quærentium, an habentium dicam? Habentium vti-
que & quærentium. Alioquin non possent quærere non ha-
bentes. Sed quid habentes, aut quid quærentes? Vel potius
quomodo habentes, quomodo requirentes? Verbo geniti,
verbum habent. Nunquid non verbum dominus? Ioannem
audi, & deus erat verbum. Quid ergo iam amplius quęrit ge- *Ioan.1.a*
neratio quærentium dominum? Considera quid sequatur in *Psal.23.b*
psalmo. Hæc est generatio quærentium dominum, quæren-
tium faciem dei Iacob. Eúdem proinde habent pariter & re-
quirunt, quia vnus idemque & verbum patris, & splendor
paternę

A paternæ gloriæ est. Et is quidem nõ quæsitus haberi forsitan
potest, non habitus autem quæri omnino non potest. Deni-
Eccl.24.c que ipsa est quæ de se loquitur sapientia: Qui edit me, adhuc
esuriet. Potens ipse est præstare etiam se non quærẽti, qui (vt
supra ostendimus) de cumulo gratiæ & benedictione dulce-
dinis quærit & pręuenit adhuc quærere non valentes. Nemo
Ioan.6.c autẽ antè idoneus est quærere quàm habere, quia nemo, in-
quit, venit ad me, nisi pater meus traxerit eũ. Adest ergo qui
trahit, & quodammodo necdum adest qui nõ aliò trahit quã
ad seipsum. Nũquam enim nec vsquam sine filio pater adest
per fidem vt ad speciem trahat. Quomodo ergo nunc nõ ex-
ulcet spiritus meus, quomodo non sine modo iucundetur in
generatione ista quærentium dominũ? Nempe testimonium
credibile nimis gustatæ sapiẽtiæ, est esuries ipsa tã vehemẽs.
Certissima mihi probatio & indubitabile argumentum quia
habetis quem sic quæritis: & in vobis habitat, qui tam valide
trahit vos ad seipsum. Non enim humanæ possibilitatis est
Cant.1.a cursus iste: eius dextera facit virtutem, cui semper necesse est
vt clametis: Trahe nos post te, in odore vnguentorum tuo-
rum cutremus. Non inquam ab homine forma ista conuer-
sationis, nec aliud experimentum quærimus eius qui in vo-
bis habitat Christus, quàm quòd ita quæritis Christum. Vi-
detis enim fratres qualem spiritum accepistis: spiritum qui
ex deo est, vt sciatis quę à deo donata sunt vobis. Audiuimus
B apostolicum, audiuimus & propheticum, etiam & euangeli-
cum gradum, quibus nihil à nobis arbitror posse sublimius
affectari. Sanè è singulis mihi videor in vobis aliquid, & ma-
gnum aliquid inuenire. Quis enim cœlibem vitam, vitã cœ-
lestem & angelicam dicere vereatur? Aut quòd in resurre-
ctione futuri sunt omnes electi, quomodo non iam nunc
estis sicut angeli dei in cœlo, à nuptiis penitus abstinentes?
Amplectimini fratres preciosissimã margaritam, amplecti-
mini sanctimoniam vitæ, quæ vos efficit sanctorum similes,
Sapien.6.c & domesticos dei: dicente scriptura: Incorruptio facit pro-
ximum esse deo. Ita ergo non vestro quidem merito, sed gra-
tia dei estis quod estis: quod ad castitatem & sanctimoniam
spectat, angeli quidem terreni, aut potius cœli ciues: sed in-
terim in terra peregrini. Quandiu enim sumus in hoc corpo-
Luc.16.d re, peregrinamur à domino. De prophetia quid dicimus? Lex
& prophetæ vsque ad Ioannem, veritas ait. Veruntamen
1.Cor.13.c non erat ille aduersarius, sed discipulus vtique veritatis, qui
dicebat etiam post Ioannem: Ex parte enim cognoscimus, &
Ibidem. ex parte prophetamus. Cessauit ergo prophetia, quia iam
cognoscimus: necdum tamẽ tota cessauit, quia adhuc ex par-
te. Cum venerit, inquit, quod perfectum est, euacuabitur
quod ex parte est. Siquidem ante Ioannem qui fuerunt
prophetę, vtrunq; aduentum domini prophetabant, & quasi
neutra adhuc pars salutis in notitia, sed vtraque in prophetia
C erat. Magnum sanè prophetandi genus, cui vos deditos esse
2.Cor.4.d conspicio: magnum prophetiæ studium, cui vos video man-
cipatos. Quod illud? Nempe iuxta apostolum nõ considera-
re quæ videntur, sed quæ non videntur, sine dubio prophe-
tare est. Ambulare in spiritu, ex fide viuere, quæ sursum sunt
quærere, non quæ super terram: obliuisci quæ retro sunt, &
extendi in anteriora, ex magna parte prophetare est. Alio-
quin quonammodo nisi per spiritum prophetiæ conuersatio
nostra in cœlis est? Sic nimirum prophetæ olim quasi nõ in-
ter homines erant sui temporis, sed virtute & impetu quo-
dam spiritus dies illos transilientes exultabant vt viderent
Matt.19.d diem domini, & videbant, & letabantur in ea. Sed & profes-
sionem apostolicam audiamus. Ecce nos reliquimus omnia,
& secuti sumus te. Si gloriari licet, habemus gloriam: sed si
sapimus, habere curabimus apud deum. Hæc enim vera est
gloriatio, vt qui gloriatur, in domino glorietur. Nam neque
manus nostra excelsa, sed dominus fecit hæc omnia. Fecit no
bis magna qui potens est: vt meritò magnificet anima nostra
dominum. Ipsius enim magno munere factũ est, vt magnum
illud propositum vnde magni gloriabantur apostoli, magni-
ficè sequeremur. Forte etiam si in hoc quoq; gloriari volue-
ro, non ero insipiens veritatem enim dicam, esse hic ali-
quos qui plusquam nauem & retia reliquere. Quid verò il-
lud quòd ipsi quidem apostoli reliquerãt omnia, sed vt præ-
sentem in carne dominum sequerentur? Non est nostrum di-
cere, securius ipsum dominũ audiamus. Quia vidisti me, in- D
quit, Thoma credidisti: beati qui nõ viderunt, & crediderũt. *Ioan.20.g*
Forte etiam prophetandi genus excellentius esse videbitur,
non intendens quibuscunq; temporalibus rebus & transitu-
ris aliquãdo: sed spiritualibus & æternis, nihilo minus in va-
se fictili thesaurus castitatis illustrior, in carne fragili ex ali-
qua parte probabilior virtus. Vbi ergo angelica in hoc
corpore cõuersatio, in corde prophetica expectatio, in vtro-
que apostolica perfectio inuenitur: quantus iste cumulus gra
tiarum? Quid retribuitis domino pro omnibus quę retribuit
vobis? Sublimis gradus, sed eo amplius periculosa ruina. Nũ-
quid non tres cœli sunt quos ascendimus? Itaque qui stat, vi-
deat ne cadat. Videbam, inquit, satanam tanquam fulgur de *Luc.10.c*
cœlo cadentem. Ex alto corruit, confractus & comminutus
est, desperata est plaga eius. Factus est spiritus eius vadens, &
non rediens. Nunquid & vos vultis abire? Satanas ruit, nun-
quid & ruitis vos secum? Quàm salubrius vobis stare in viis
domini, stare in gratia in qua statis? Non enim beatus vir
qui non abiit in via peccatorum: beatus magis cuius est au-
xilium abs te domine. Ibunt enim huiusmodi de virtute in
virtutem, ad videndum deum deorum in Sion, ad viden-
dum in bonitate electorum tuorum, vt lauderis cum hæredi-
tate tua. Ipsi nempe hæreditas, ipsi sunt dij, & filij excelsi o-
mnes. Itaque fratres mei, quandoquidem verissimè certis-
simèque hæc est generatio quærentium dominum, quæren-
tium faciem dei Iacob: quid vobis dixerim aliud quàm quod E
idem propheta ait: Lætetur cor quærentium dominum: quę- *Psa.104.a*
rite dominum & confirmamini: querite faciem eius semper?
Et quod alius quidam dicit: Si quæritis, quærite. Quid est, si *Esa.21.c*
quæritis, quærite? In simplicitate cordis quærite illum. Non
aliud tanquam illum, non aliud præter illum, non aliud post
illum. In simplicitate cordis quærite illum. Simplex natura,
simplicitatem cordis exquirit. Denique & cum simplicibus
sermocinatio eius. Vir duplex animo, inconstans est in om-
nibus viis suis. Non potest quem quęritis inueniri ab his qui
ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Ae-
ternitas est: quę nisi perseueratèr quæsita, minime inuenitur.
Væ etiam peccatori terram ingredienti duabus viis. Nemo
enim duobus dominis seruire potest. Ne hãc quidem duplici-
tatem amat integritas illa, perfectio illa, illa plenitudo. In- *Luc.18.f*
dignũ enim est ei vt inueniendam se præbeat, nisi perfecto
eam quæsieris corde. Cæterum si odibilis est canis reuersus
ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti, sed & ipsum
quoque quem inuenerit tepidum, ex ore suo euomere inci-
pit deus: simulator & proditor vbi parebunt? Si maledictus
qui facit opus dei negligenter: qui fraudulenter fecerit, quid
meretur? Fugiamus hanc duplicitatem charissimi, & à fermẽ-
to Pharisæorum omni modo caueamus. Veritas est deus, &
tales quæsitores requirit, qui quærunt eum in spiritu & veri- F
tate. Si nolumus frustra quærere dominum, quæramus vera-
citer, quæramus frequenter quæramus perseueranter: vt nec
pro illo quæramus aliud, nec cũ illo aliud, sed nec ab illo ad
aliud conuertamur. Facilius est enim cœlum & terram trãsi-
re, quàm vt sic quærens non inueniat, sic petens nõ accipiat,
sic pulsanti non aperiatur.

Quomodo malum duplex cooperetur in bonum, Sermo tertius vnde supra.

PAuperes quidem videmur & sumus: sed si spiritum qui
ex deo est accipiamus, vt sciamus quæ à deo donata sunt
nobis, magna ab eo gloria, magna nobis est collata porte-
stas. Quotquot, inquit, receperunt eum, dedit eis potesta- *Ioan.1.b*
tem filios dei fieri. An non potestas filiorum dei est ista, quã-
do etiam nobis seruiunt vniuersa? Sciebat enim apostolus *Rom.8.e*
ipse quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bo-
num. Sed forte dicat aliquis vestrum, quid hoc ad me? & in
pusillanimitate cordis sui talia meditetur: Glorientur certe
de potestate filiorum dei, in quibus filialis erga eum feruet
amor, viget affectus: vt præsumant omnia sibi cooperari in
bonum, qui deum diligunt in veritate. Ego verò mendicus
sum & pauper, carens affectu filiali, expers dignæ deuotio-
nis. Sed attẽde quod sequitur. Nullum enim desperationi lo-
cum reliquit in scriptura sua, qui alio loco sic loquitur: Vt *Rom.15.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Affectus enim ille quem quæris, pax est, non patientia: in patria est, non in via: nec eos qui eiusmodi sunt, à scriptura opus est consolari. Ergo per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, etiam si nondum possumus apprehendere pacem. Propterea cum dixisset diligentibus deum omnia cooperari in bonum, solerter addidit, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. In quo verbo non te terreat sanctitatis nomen, quando non secundum meritum, sed secundum propositum, non secundum affectionem, sed secundum intentionem sanctos vocat, iuxta illud
Psal.85.a prophetæ: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Illam enim quam putas sanctitatē ne ipse quidē Paulus corruptibili adhuc grauatus cōrpore arbitrabatur se comprehēdisse. Vnum autem, inquit, quę retro sunt oblitus, & in ea quę
Philip.3.c ante me sunt extendens meipsum, sequor ad palmam supernæ vocationis. Vides quia licet nondū apprehendisset brauiū, habebat tamen propositū sanctitatis. Et tu ergo si proposueris in corde tuo declinare à malo, & facere quod bonum est, tenere quod accepisti, & proficere semper in melius, sed & si quid aliquādo minus rectè egeris (vt est humana fragilitas) nō in eo persistere, sed pœnitere & corrigere quātū prætereat sine dubio sanct⁹ & tu, sed cui interim clamare neceſſe sit. Custodi animam meam, quoniā sanct⁹ sum. Vis ergo
H tur in bonum? Non modò curro per singula, quia in longum protrahi sermonem hora non patitur. Eudum nobis est, iam enim campanā audiuimus, iam vespertinæ tempus orationis aduenit. Audite ergo verbum abbreuiatū, quemadmodū nobis vniuersa seruiant, omnia cooperētur in bonū. Inimici nostri sint iudices. Etenim si quidem illi pro nobis, quis contra nos? Si pro nobis faciunt hostes nostri, quomodo non omnia simul cum illis? Porro duo nobis (vt manifestum est) aduersantur hostium genera, malū videlicet duplex, quod facimus, & quod patimur. Hęc autem, vt apertius dixerim, sunt culpa & pœna. Itaq; cum sit nobis vtraque contraria, erit (si voluerimus) vtraque pro nobis, vt hęc quidem ab illa liberet, & itē aduersus istam iuuet illa, nec parum. Ecce enim cōpugimur in cordibus nostris & in cubili cōscientiæ super delictis præteritis, sed delinit conscientiam, & corrodentium peccatorū dentes conterens reducit ad spem veniæ pœnitētia ista & voluntaria pœna quam patimur: nō solū autem præterita sed & futura repellit. Nam & tentātia propulsat vitia, & nonnulla sic perimit, vt raro aut nunquam erigere caput audeāt venenatū. Sic pœna facit pro nobis aduersus culpam, vt vel omnino non sit, vel sit minor. Culpa verò nihilo minus agit, vt aut non sit, aut minor pœna. Non quidem vt omnino non sit: siue à quantitate sua minoretur, quod nullatenus expediret: sed vt non sit pœna, aut minor sit pœna, videlicet vt aut non
I sit, aut minus sit onerosa. Quisquis enim perfectè senserit onus peccati & animæ læsionem exteriorem, vtique aut parū sentiet, aut ex toto non sentiet corporis pœnam, nec reputabit laborem quo peccata nouerit deleri præterita, futura cauēri. Sic enim sanctus Dauid conuiciantis serui non reputauit iniurias, memor filij persequentis.
2.Re.16.b

Vnde supra de duabus mensis, Sermo IIII.

LAbor iste, fratres, exilij & paupertatis nostræ nos admonet profectò & iniquitatis. Vt quid enim morte afficimur tota die, in iciuniis multis, in vigiliis abundantius, in laboribus & ærumnis? Nunquid ad hæc creati sumus? Absit. nam licet homo natus sit ad laborem, sed minime ad laborem creatus est: natiuitas est in culpa, ideo & in pœna. O-
Psal.50.a mnes enim oportet nos gemere cum propheta: In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Aliena ab vtrisque prima creatio, quia sicut nec culpam, ita nec pœnam deus fecit. Quod de ea quæ maior est omnīū, morte videlicet apertè scriptura testatur: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Et in alio loco: Deus
Sapien.2.d *Sapien.1.d* mortem non fecit. Itaq; sicut laborātibus manibus nec oculus propterea clauditur, nec auris abstinet ab auditu, sic imò & multo melius laborate corpore, mens quoque ipsa suo intenta sit operi vt non vacet. Caulam laboris cogitet in labore, vt ipsa ei pœna quam patitur, culpā pro qua patitur, repręsentet. Et dum videt vulnerum ligaturā, ipsa sub pannis vul- K
nera meditetur. Huiusmodi siquidē cogitatione humiliamur sub potēti manu dei, & dulci quadam pietate mēs plena, miserabilē se exhibet in oculis eius. Hinc quippe scriptura nos
Eccli.30.d admonet, Miserere, inquiēs, animæ tuæ placens deo. Nec debium quin ea quæ deo placet miseria, facile possit eius misericordiā obtinere. Et ne dixerimus, vnde miserēdum sit animabus nostris? Nisi enim insipiēter dissimulauerimus, multa in eius miseratione digna poterunt inueniri. Vnum tamen dico, vt occasionem vobis dedisse videar, & cætera quoq; similiter aduertatis. Nonne velut inter duas mensas positi epulātes hincinde spectam⁹ ieiuni? Sic sumus omnino, sic sumus. Vnde ergo sic positus risus, vnde iocus, vnde leuitas, vnde superbia, vnde extollentia oculorū? An forte non agnoscimus mensas, non consideramus epulas, delicias nō videmus? Hinc mihi sunt quos video delicioſe viuētes in omnibus bonis sensibilis huius mundi: inde contemplor alios quibus disposuit Christus regnū, vt edant & bibant super mensam eius in regno patris sui. Vtrobique video similes mei homines, fratres meos, & heu me ad neutrā licet extendere manum. Ab vtraque mensa prohibeor, ab hac quidē professionis, ab illa corporis vinculo, vt nec ad inferiorē audeam, nec ad superiorem L
accedere possim. Quid inter hæc restat nisi comedere panem doloris vt sint mihi lachrymę meę panes die ac nocte, si quis forte cœlestiū conuiuarum misericordia motus, in os latrantis sub mensa catelli, vel exigua aliqua deliciarū illarum fragmenta demittat? Nā inferior quidem cōsideratio qua nobis ipsis cōparamur eorum respectu quos nouimus delicioſe viuētes in hoc seculo, infirmę adhuc animę est, nec omnino talis mihi placet affectio in anima spirituali. Longius enim positus est à iudicio veritatis, qui beatificat quos velut miserrimos lugere debuerat, qui peccant, & non agunt pœnitentiā: & se miserum reputat non sane cōsensu iudicij, sed affectionis sensu, quòd nō sit sicut illi, qui id magis optare debuerāt, *Psal.16.b* vt omnes essent sicut ipse. Hoc tamē solum tali in cogitatione laudabile est, si miseriam ipsam quam reputat, pro amore siue timore dei patienter ferre deliberat, & cū pietate quadam dicit deo: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Et hæc quidem cogitatio inchoantium est, tanquam lac paruulorū. At verò cum iam proficere cœperit anima, & affectione sequi iudiciū rationis, omnia proculdubio detrimentum faciet, & quasi stercora arbitratus lugebit cum propheta super eos qui amplexati sunt stercora. Ipse vero sancta quadam humiliq́ue superbia hęc vniuersa despiciet, & magna in altitudine animi collocatus non beatum dicet po- M
pulum cui hæc sunt, sed miserum planè, beatum verò cuius dominus deus eius. Verùm dum hic ita sui comparatione miseretur illis, inueniet vtique quorum comparatione sui quoque misereatur, si suspexerit ad cœlestes diuitias, & delectationes in dextera domini vsq; in finem. Vnde fit vt qui prius de inferiori irriguo lachrymas fundens plangebat dicens *Rom.8.d* *Psal.118.c* Quoniam propter te mortificamur tota die: iam de superiori abundantiores emittat fletus dicens: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.

Homilia super verbis domini, Simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas.

REges terræ & omnes populi, principes & oēs iudices terræ, iuuenes & virgines, senes cū iunioribꝰ audite supplico verbū domini dicentis: Simile est regnū cœloru homini quærēti bonas margaritas. Inuēta autē vna preciosa margarita, abiit & vēdidit omnia quæ habuit, & emit eā. Sed quę est ista quęso fratres mei charissi- *Matt.13.*
mi tā preciosa margarita, pro qua vniuersa dare debem⁹, id est *E dilectio*
nosmetipsos, quia totum deo dedit, qui seipsum obtulit, vt *nem qua*
possimus eam habere? Nónne hæc religio sancta, pura & *proficitur.*
immaculata, in qua homo viuit purius, cadit rarius, surgit velocius, incedit cautius, irroratur frequentius, quiescit securius *tur.*
moritur fiducius, purgatur citius præmiatur copiosius. O religio gloriosa & mirabilis! Quæ mens cogitare, quis intellectus plene cognoscere, quæ lingua humana te poterit sufficienter & digne extollere? Hæc est enim fratres mei, quę mi- ſerante

A serante deo peccata remittit, & reserat paradisum. Quæ contritum sanat hominem, & tristem exhilarat, vitam de interitu reuocat, statum restaurat, honorem reuocat, fiduciam reformat, viresque & gratiam abundantiorem refundit. O religio virtutib⁹ ornata! O margarita præfulgida! quid noui de te referam? Omnia enim ligata tu soluis, omnia soluta tu reseras. Omnia aduersa tu mitigas: omnia desperata tu animas. O religio rutilantior auro, sole splendidior. Si verè seruatur, non vincit peccatum, nec detractio superat, nec desperatio debet: vsque in finem deo dante vt brauium apprehendat, perseuerat. Hæc est quæ respuit auaritiam, horret luxuriam, fugit furorem, firmat amorem, calcat superbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit nequitiam, cogitque hominem dei amore omnia libenter sufferre. O religio gratissima, & toto corde perquirenda! Nónne per te cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, pauperes euangelizātur? O religio pacifica à strepitu maligni seculi elongata, & pro Christo seculo mortua, vbi spiritus sanctus super humilem venit & quietum, super deuotum Christi descendit! O religio habitaculum dei & angelorum eius! hìc permansionem faciunt cōserui sui. O religio vita beata, vita angelorum! Ore proprio spiritus sanctus dicit: Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea. O beatissima vita solitaria, vita contemplatiua! Quando in solitudine contem-
B plabatur virgo Maria, tunc venisti & in ea, & de ea carnem assumpsisti. O deus meus! ô bone Iesu! quid plura referam? Vere clausтrum, fratres mei, verè religio est paradisus. O religio vallo disciplinæ munita, in qua est preciosarum virtutum
Psal.132. fœcunda fertilitas. Gloriosa res est homines vnius moris habitare in domo. Bonum est & iocundum habitare fratres in vnum. Videas illum peccata flentem, alium in dei laudibus exultātem, hunc hominibus ministrantē, alium alios eruditem, hunc orantem, illum legentem, hunc miserantem illum, alium peccata punientem, hunc charitate flagrantem, alium humilitate pollentē, hunc in prosperis humilem, illum in aduersis sublimem, hunc in actiua laborātem, illum in contem-
Gene.32.a platiua quiescentem. Et poteris dicere: Castra dei sunt hæc. Quàm terribilis est locus iste! Verè non est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli. O porta præclarissima, per quam in sanctam ciuitatem intratur, per quam regnum cœlorum rapitur & possidetur! O religio prænobilissima! tu castitas religiosorum, tu chorda clericorum, tu thesaurus super aurum. O solitudo beata! ô ereme mors vitiorum! vita virtutum, te lex & prophetæ mirantur: & quicunq; ad perfectionem venerunt, per te in paradisum introierunt. O beata vita solitaria & contemplatiua, quin vltra de te loquar? ipse dei filius saluator & magister noster exemplum dedit nobis fugiens in
C desertum, & māsit in solitudine: vbi sunt rosæ charitatis quæ semper flammescunt, quæ semper in sancto odore viuūt. Vbi mira perfectio mortificatorum, & gratiarū actio, scilicet contiderare quæ & quāta sint quæ nobis promitturtur in cœlis, & vilescere faciunt omnia quæ habentur in terris, & dicere: Quid prodest homini si mundum lucretur, se autem perdat? O solitudo negociorum cœlestium apotheca! In te transitoria & terrena mutantur in cœlestia & æterna. Hoc perbreue purgatorium operatur æternum & cœleste conuiuium, & pascuæ sempiternæ. Denique in te lachrymæ mutantur in risum: & gaudium pariunt sempiternum. Ex possessione quippe terrena quæ vermibus mortalibus † relaxatur, ad æternæ hæreditatis patrimoniū peruenitur. O religio spiritualis exercitus lucta, mirabilis officina: in te fidelis anima creatoris sui in se restaurat imaginem, ac ad suæ redit imaginis puritatem. Tu fornax vbi vasa superni regis formantur, vbi peccata soluuntur, & cum angelis in diuinis laudibus † insudātur. Possessio quæ terræ verè viuētium comparatur. O sancta vita, balneum animarum, mors peccatorum, & animarum purgatorium sordidarum. Tu mētium secreta purificas: tu conscientiarum squalorem diluis, atq; ad angelicæ mūditiæ puritatē peruenire facis animas: tu scala Iacob quæ animas perducis ad paradisum. Tu via regia paradisi, quæ homines perducit ad patriam. Tu stadium cōcertantium, luctatorúmque bene currentium, perducis ad altas coronas. O religio, sepultura dominicæ passionis, de te Hieremias propheta dicit: Bo-
Thre.3. num est præstolari cum silentio salutare dei. Stabit solitarius, B
& tacebit. In eremo, quia in quiescēdo & tacendo fit homo prudens, de his probata quædam sunt, vnde dicitur, O homo *Arist.*
fuge homines: religionem elige, & saluaberis. Surge qui dor- *Vox redditta Arsenio.*
mis in seculo, & exurge à mortuis, dimittéque mortuos sepelire mortuos suos. O vita mirabilis, spirituale habitaculum, quæ de superbis humiles facis, de gulosis sobrios, de crudelibus pios & sanctos, de iracūdis mites, de luxuriosis pudicos, de inobedientibus obedientes, & de osoribus facis in fraterna dilectione feruentes, Tu loquacibus linguæ frænum imponis, tu immundis castitatibus dulcis amoris Christi adhibes cingulum, tu ieiuniorum ac vigiliarū es nutrix, tu vagos ligas catenis, tu patientię custos, tu purissimę simplicitatis es magistra. Qui te fugiunt, luce dei priuati sunt. Qui diligūt te, astringunt & gustant quàm suauis est dominus & dulcis. Tu ducis ad æterna gaudia quæ oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, & lingua dicere non potest quæ tu parasti domine diligētibus te. Ingredimini igitur fratres mei dilectissimi, ex quo vocat vos magni consilij angelus: & non tardate, quia precium magnum, & non paruum est in mora periculum. In sanctam igitur festinate Christi religionem: & illuminabit vos filius dei per condignam satisfactionem. Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Parabola de Christo & Ecclesia. E

SImile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit *Matt. 22.*
nuptias filio suo. Cúmq; dies instaret nuptiarum, consuluit pater filium, quam vellet ducere. Ille se elegisse & prælegisse Ecclesiam respondit à seculo. At pater: Sed captiua (inquit) tenetur in Aegypto: ibique *Exod.1.*
seruit in luto, & latere, venūdata sub peccato. Induratum est *Exod.3.*
cor Pharaonis super eam, & aggrauata manus: nec dimittet eam nisi in manu forti. Et ego, inquit filius, manus tua & brachium fortitudinis tuæ, intrabo Aegyptum in manu forti & brachio extento, & liberabo eam. Et vt obstruam os loquentium iniqua, & redimam eam à calumniis hominum: appendam in statera iuxta precium quo venundara est sub peccato, voluntatē scilicet peccati, & econtrà precium sanguinis mei: & inuenietur illa minus habens, & peruenier ad victoriā iudicium meum. At pater: Planè, inquit, peruenies: sed lex est coniugij, sponsæ requirere assensum. Requiretur, inquit, in-
1.Reg.25. ueni Dauid seruum meum, virum secundum cor meum. Mittam eum cum cithara, vt loquatur ad cor eius, & aduocet eā, & demulceat animos eius in luto Aegypti alluetos & putrefactos. Missus Dauid Aegyptum ingreditur: & præparatum habens dulcissimum epithalamij canticum, eructauit de cor-
Psal.44. de suo hoc verbum bonum: Audi filia, & vide & inclina aurē tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus F
deus tuus. Iussus etiā Esaias euestigio subsequitur, vidénsque illam in vinculis captiuitatis: Consurge, inquit, consurge, in-
Esa.52. duere fortitudinē brachij domini. Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, solue vincula colli tui captiua filia Sion. Cúmque etiam alij multi intrassent patriarchæ & prophetæ, omnes eadem nunciantes, tandem aliquando intelligens illa gratiā Dei, surgénsque de puluere, dixit: Recordatus es mei domine deus meus. Misereris, cuius misereris: & misericordiam præstas, cuius misertus eris. Et subsequens quod sapiens illa A-
Exod.33. bigail: Quis, inquit, me det in ancillam seruorum domini mei, vt lauem pedes seruorum domini mei? Móxque exurgens sicut ipsa Abigail ascendit super asinam, id est subdidit sibi carnem suam, & secuta est seruos regis. Occurrit spon- *Cant.2.*
sus festiuus & hilaris: tenénsque manum dexteram eius, & in voluntate sua deducens eam, & cum gloria susciēs eam, introduxit in ciuitatē regni sui, & in cubiculū genitricis suæ. Et in lectulo charitatis suæ eam collocans, & gratiæ suæ ornamentis eam condecorans, læuámq; suā sub capite eius ponens, & dextera sua eam amplexans: Adiuro vos, inquit, filiæ *Cant.3.*
Ierusalem vt non suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Posuitq; sexaginta ex fortissimis Israel, qui ambirēt lectū, ad bella doctissimos: & vniuscuiusq; ensis super femur suum, propter timores nocturnos. Osculánsq; eā

Tam nihilū reliquitur, quàm reliquitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Osculo oris sui,& valedicens ei,abiit in regionẽ longinquam
accipere sibi regnum,& reuerti. Mãdauitq; ei per Oſee pro-
Oſee.3. phetam:Multo tempore me expectabis,& nõ erit tibi sacer-
dos,nec sacrificium.Cuius Pharao ille Aegyptius captãs ab-
Exod.15. sentiam,conuocato exercitu,Veni,inquit,persequar & com-
prehendam,diuidam spolia,implebitur anima mea:euagina-
bo gladium meum,interficiet eos manus mea.Surgénsq; cũ,
omni malitiæ suæ nequitia, ecclesiæ persecutionem indixit.
Móxq; eius castra aggrediens,cõprehensum Petrũ, fratrémq;
eius Andreã crucifixit,Paulum decollauit, Ioãnem exi-
lauit,Bartholomeum decoriauit,Stephanũ lapidauit,Laurẽ
tium & Vincentium vstulauit,& sanctorum mortibus,mor-
Pſal.78. tiumq; & tormentorũ generibus omnia cõpleuit. Posuerũt
morticina seruorũ Dei escas volatilibus cœli,carnes sancto-
rum bestiis terræ.Effuderunt sanguinem innocentem tanquã
aquam in circuitu Ieruſalem:& non erat qui sepeliret.Vidés
ecclesia defensores suos positos vt oues escarũ, ingemuit:&
facta est amaritudo eius amara.Sed terra ecclesiæ, sanguine
martyrum impinguata,fideliũ segetes multiplici quodã ger-
mine refundebat:& in prœcisione vnius cẽtum vel mille red
dens,vnde vinci sperabatur,vincebat.Quod barbara illa ini-
mici nequitia deprehendens infremuit,&ad nota calliditatis
suæ arma refugiens,à persecutione interim cõquieuit,virés-
que contraxit,gladium reuocauit,cõsilium mutauit. Nullus
Pſal.106. peior, inquit,quàm domesticus inimicus.Effundã igitur cõ-
H tẽtionem super principes eorũ,& errare eos faciam in inuio,
Hier.6. & non in via.Et cum dicent,pax pax:non erit pax. Sed susci-
tabo inter eos hæreses & schismata,& ciuili & intestino quo
dam bello omnia turbabo:& facilius suo eos gladio facia in-
terire,quàm meo.Dixit,& mox terribilis illa hactenus eccle-
siæ acies ordinata,facta est nõ terribilis:quia deordinata,Mu
tuis quippe se vulneribus impetentes,seque inuicẽ hostiliter
concidentes,hostibus à longè stantibus & ridentibus, risum
& insultationem,ecclesiæ verò luctum & intolerabilem in-
cussere dolorem.Amaritudo enim eius prius amara,nunc fa-
cta est amarior,cum vipereo quodam malo à filiis suis defle-
bat discerpi viscera sua.Sed continuò egregij curię Christia-
næ milites prœualere videntes astutam inimici malitiam,spi-
ritum resumpserunt,arma fidei corripuerũt:& malum ex se-
metipsis viriliter auferentes,Alexander cum multis Arrium
Augustinus Manichęum, mutósq; alios: Hieronymus epi-
cureum Iouinianũ,cęteriq; cęteras hęresium & schismatum
pestes peruadentes,vel fortiter trucidauerunt vel prudenter
à castris propulerunt,pacémq; ecclesiæ & gaudium restitue
runt.Sed heu heu,nec mare fluctibus,nec vita ista carere po-
test tentationibus:nec potest esse pax firma & solida,nisi in
Pſal.111. regione sua.Videns enim peccator,& inuide irascitur, den-
tibus fremit & tabescit,&noua parãs bella,ad spiritualia mi-
I litiæ arma se conuertit. Conuocánsq; sui exercitus egregios
illos duces,spiritum scilicet fornicationis spiritum gulæ,spi-
ritum auaritię:Videtis inquit,quia nihil proficimus,& iã to-
tus mundus post ipsos abiit. Sed adhuc experiri habent vires
nostras,qui gloriãtur se iam effugisse vel elusisse artes meas.
Dixit:& castris eos ecclesię immittens,&dormientes omnes
1.Theſſ.5. & ebrios nocte inueniẽs(qui enim dormiũt,& qui ebrij sunt
nocte dormiũt,& nocte ebrij sunt(cõtinue omnia turbauit.
Mox enim(*aliquid deest*:) omnes seipsos amãtes,quæ sua sunt
quærentes, non quæ Iesu Christi : qui hæreditate sibi vendi-
Pſal.73. cauerunt sanctuarium Dei,&polluerunt tabernaculũ nomi-
nis eius:nõ Deo in eo,sed voluntatibus & voluptatibus suis
seruientes:quæque Deo oblata vel sacrata, in suos vsus ver-
tentes.facientes enim sibi de nominibus & officiis religionis
nomina & auctoritates auaritiæ elationis & vanitatis: tuni-
Ioan.19. cam illã charitatis inconsutilem desuper textam per totum,
purpureúmq; illud fidei pallium precioso sanguine agni tin-
ctum,quibus nuditatem sponsę sponsus operuerat,cæteráq;
religionis ornamenta reluctanti & reclamãti ecclesiæ detra-
xerunt.Illámque denudantes,nec se vestientes: quam custo-
dire debuerant,nudam reliquerunt, & de statu quietis eam
exturbantes,quantum in ipsis est,de mundo fugere compu-
lerunt.Sed illa clamans & plorans,& nudata turpitudine,&
discoopertis natibus,omnia occulta & pudẽda sua risui om-
nium deflens exposita,orat filios vteri sui,nec miserétur:ob-
secrat,& irridetur.Et vtraq; manu totis viribus panniculos K
quosdam canonicæ vel monasticæ religionis, qui vix manus
diripiẽtium effugerant,circa cor & vitales illas partes astrin-
gens,hos saltem dimitti sibi precatur,nec exauditur.Et ipsos
enim sui illi non custodes,sed latrones, diripere conãtur: vt
vel nuditatem suam non ferens,de hoc mundo fugiat,vel in-
ter eos in frigore malitię eorum moriatur.fingétes tamẽ nõ-
nunquam se misereri,vestem de simulatione virtutum,&dis-
simulatione vitiorum,manu hypocrisis vtrinque contextam
vincere illi conantur. Quam illa detestans & abominans,
non suscipit,non recognoscit,non illam sapientiæ manibus
contextam,tinctam & sacratam agni sanguine, à sponso sibi
derelictam,à filiis sublatam.Aliã nescit,sed abiicit & respuit.
Ideo abiicitur,respuitur,conspuitur,& omnibus opprobrio
habetur.Hæc sunt nostra,hæc sunt ecclesiæ periculosa tem-
pora:in quibus in pace facta est amaritudo eius amarissima,
Eſa.38. Sed tria væ abierunt:adhuc restat vnum væ:scilicet angelus
satanæ,in angelum lucis se transfiguraturus, sessurus in tem-
1.Cor.11.d plo Dei,& ostensurus se tãquam sit Deus. Qui iam mysteria
2.Theſſ.2. iniquitatis operatur,prenunciis eius iam vndique ecclesię su
gillantibus : Ecce hic, & ecce illic Sed ô sponsa Christi noli
credere,noli exire:sed sustine sponsum tuum, qui te non de-
Matt.24. spicit,nec obliuiscitur in tribulatione : sed quarta vigilia ve-
niet ad te,ambulans super mare.Et veni domine, veni ad li- L
berandum eam,domine Deus virtutum: qui viuis & regnas
per omnia secula seculorum,Amen.

B. Bernardi parui sermones.

Sermo primus.

BEata illa & sempiterna trinitas pater & filius & spiritus sanctus,vnus deus scilicet summa potentia, summa sapientia, summa benignitas creauit quandam trinitatem ad imaginem & similitudinem suam, animam videlicet rationalem : quæ in eo præfert vestigiũ quoddã illius summę trinitatis,quod ex memoria,ratione,& volũtate cõsistit Creauit autem eam hoc modo,vt manens in illo, participatione eius esset beata:auersa ab illo,quocunq; se cõferret,remaneret misera. Sed hæc trinitas creata elegit potius per motum proprię volũtatis cadere,quàm ex gratia conditoris per arbi trium stare.Cecidit ergo per suggestionem, delectationem, consensum,ab illa summa & pulchra trinitate, scilicet potẽtia,sapientia,puritate,in quandã contrariam & fœdam trinitatem,scilicet infirmitatem, cæcitatem,immunditiam. Me- M moria enim facta est impotens & infirma, ratio imprudens & tenebrosa, voluntas impura. Porro memoria quæ simplicis diuinitatis potentiam stans cogitabat,ab illa cadens & velut super saxa corruens, in tres partes confracta dissiliit, scilicet in cogitationes affectuosas,oneroſas,ociosas. Affectuosas voco illas in quibus ipsa afficitur, vt in curis rerum necessariarũ,edendi,bibendi,cęterorumque similium.Oneroſas,in exterioribus administrationibus & occupationibus duris.Ociosas, quibus nec afficitur nec oneratur, & tamen ab æternorum contemplatione per illa distenditur: vt si cogitet verbi gratia equum currentem, aut auem volantem. Rationis quoque triplex casus est.Siquidem eius erat discernere inter bonum & malum, verum & falsum,commodum & incommodum.In quibus discernẽdis tanta modo caligine cæcatur,vt sæpe in contrarium ducat iudicium, recipiens malum pro bono,falsum pro vero, noxium pro commodo, & econuerso.Nunquam verò in his falleretur,si nũquam lumine à quo creata est priuaretur.Sed quia & ipsa inde cecidit,proculdubio nihil aliud quàm tenebras suæ cæcitatis inuenit.Vnde factum est vt & instrumentum perderet,scilicet illud triuium sapientiæ,ethicam, logicam, physicam: quas nos possumus aliis vocare nominibus,moralẽ, inspectiuam, & naturalem scientiam.Siquidem per ethicam eligitur bonum,reprobatur malum:per logicam cognoscitur verum & falsum:per physicam cõmodum & incommodũ,id est quid

A in vsum assumendum sit,quid respuendum. Sequitur voluntas,cuius ruina similiter tripertita est.Quæ enim summæ benignitati & puritati inhęrete,& eã solam diligere debuit:per propriam iniquitatem à supernis in hæc infima lapsa,per cõcupiscentiam carnis & concupiscẽtiam oculorum & ambitionem seculi terrena dilexit. Quid hoc infelicius casu potest æstimari,vbi pereunte memoria,ratione, voluntate,tota animæ substantia perimitur? Veruntamen hunc tam graué, tam tenebrosum,tam sordidum lapsum nostræ naturæ reparauit illa beata trinitas memor misericordiæ suæ; immemor culpæ nostræ.Venit ergo à patre missus dei filius, & dedit fidem:post filium missus spiritus sanctus, & dedit charitatem. Per hæc duo,id est fidem & charitatem, facta est spes redeũdi ad patrem.Et hæc est trinitas, scilicet fides, spes, charitas, per quam velut per tridentem reduxit de limo profundi ad amissam beatitudinem illa incommutabilis & beata trinitas mutabilem, lapsam,& miseram trinitatem. Et fides quidem
B illuminauit rationem, spes erexit memoriam, charitas verò purgauit voluntatem. Cum ergo venit(vt dictum est) dei filius,factus est homo qui erat deus : tanquam medicus bonus dedit prœcepta,quibus obseruatis reformaretur salus amissa. Vt verò præceptis faceret fidem, exhibuit signa. Vt-eorundem præceptorum persuaderet vtilitatem,promisit beatitudinem.Est igitur fides alia præceptorum, alia signorum, alia promissorum : id est qua credimus in deum, qua credimus deum,qua credimus deo. Per fidem præceptorum credimus in deum. Credere autem in deum,est in eum sperare, & eum diligere.Per fidem signorum credimus deũ, qui talia potest, & omnia potest.Per fidem promissorum credimus deo, qui quicquid promittit,veraciter complet. Similiter quoq; spes triplex est, & procedit de prædicta triplici fide. Nam de fide præceptorum oritur spes veniæ : de fide signorum, spes gratiæ:de fide promissorum,spes gloriæ.Charitas itidem ternario numero colligitur, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.Puritatem debemus proximo, cõscientiam nobis,fidem deo. Puritas autem est, vt quicquid agitur, aut ad vtilitatem proximi, aut ad honorem fiat dei. Maxime autem exhibenda est proximo,quia deo manifesti sumus. Proximo autem non possumus,nisi in quantum illi cor nostrum aperimus. Conscientiam bonam faciunt in nobis duo, pœnitentia & continentia,quando scilicet per pœnitẽtiam peccata commissa punimus, & per continentiam deinceps punienda non committimus:& hanc debemus nobis.Post hæc supereſt fides non ficta:quæ deo vigilanter exhibenda est, vt nec propter proximum cui nos impendimus, offendamus deum:nec propter conscientiam quam per pœnitentiam &
C continentiam in humilitate custodire volumus, minus exequamur mandatorum dei obedientiam:& hæc est fides non ficta.Non ficta autem ponitur ad differentiam mortuæ fidei & fictæ. Mortua fides est quæ sine operibus est. Fides ficta quæ ad tempus credit,& in tempore tẽtationis recedit. Vnde etiam ficta, id est fragilis dicitur.Hæc omnia breuius possumus colligere,vt facilius commendentur memoriæ. Dicamus ergo.Est trinitas creatrix, pater & filius & spiritus sanctus,ex qua cecidit creata trinitas,memoria,ratio,& volũtas. Et est trinitas per quam cecidit, videlicet per suggestionem, delectationem,consensum.Et est trinitas in quam cecidit,videlicet impotentia,cæcitas,immunditia.Rursus trinitas quę cecidit,id est memoria,ratio,voluntas.Singulæ cuiusque tripertitus excidit casus. Memoria cecidit in tres species cogitationum:affectuosas, oneroſas, ociosas. Ratio in triplicem ignorantiam:boni & mali, veri & falsi, cõmodi & incõmodi.Voluntas in cõcupiscentiam carnis , concupiscentiã oculorum,ambitionem seculi.Est trinitas per quam resurgit fides,spes,charitas.Quæ trimembres habẽt subdiuisiones. Est enim fides præceptorum,signorum,promissorum:est & spes veniæ,gratiæ, gloriæ : & est charitas de corde puro , & conscientia bona,& fide non ficta.

Sermo secundus.

AVE Maria gratia plena. Non in sola virginitate constare poterat gratiæ plenitudo : neque enim omnibus est de ea accipere. Felices,qui non inquinauerunt vestimenta sua , & cum regina nostra virginitatis priuilegio gloriantur. Sed num vnam tantùm benedictionem habes , ô domi- D *Gene.27.d*
na? Et mihi obsecro vt benedicas . Periit virtus illa à me non est iam vel aspirare ad illam . Computrui in stercore meo, vt iumentum factus sum . Nunquid non erit mihi etiam aliquid apud te? non erit vbi possim esse tecum, quia iam sequi non valeo quocunque ieris? Quærit angelus puellam quam præparauit dominus filio domini sui. Bibit ipse de hydria *Gen.24.e*
tua, cognata sibi virtute delectatus : sed nunquid non & iumentis potum tribues?Bibit angelus quòd vitum nõ cognoscis,bibant iumenta quòd de humilitate singulariter gloriaris.Respexit(inquit)dominus humilitatem ancillę suæ. Nam *Luc.1.e*
virginitas sine humilitate habet fortasse gloriã,sed non apud deũ.Humilia semper excelsus respicit,& alta à longe cogno- *Pſal.137.a*
scit.Humilibus dat gratiam, superbis resistit . Sed forte ne in *Iacob.4.a*
his quidem duabus metretis plena est hydria tua : capax est etiam tertiæ,vt non modo angelus & iumenta,sed ipse iã bibat architriclinus . Hoc enim vinum bonum , quod seruaui- *Ioan.2.b*
mus vsque adhuc,minister angelus haurit,sed vt ferat architriclino.Patrem loquor,qui principium trinitatis architriclinus iure vocatur.Ait sane angelus, fœcunditatẽ Mariæ commendans , quæ tertia est metreta : Quod ex te nascetur san- *Luc.1.d*
ctum,vocabitur filius dei.Ac si dicat:Cum eo solo tibi est generatio ista communis.

Sermo tertius.

AVE Maria gratia plena.Bene plena: quia deo & angelis E
& hominibus grata.Hominibus per fœcunditatem,angelis per virginitatem , deo per humilitatem . In hoc tertio à domino se respectam testatur, qui humilia respicit, & alta *Pſal.137.a*
à longe cognoscit.Sicut enim oculi satanę omne sublime vident, ita oculi domini omnem humilem intuentur. Vnde ait in Cantico Canticorum:Reuertere reuertere Sunamitis , re- *Canti.6.d*
uertere reuertere , vt intueamur te . Quater dicit reuertere, propter quadruplicem superbiam , per quam auersa à domino non videbatur.Est enim superbia cordis,superbia oris,superbia operis,superbia habitus. Superbia cordis est, quando homo in oculis suis magnus est : contra quam Sapiens orat dicens:Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Et *Eccl.23.d*
alibi:Væ qui sapiẽtes estis in oculis vestris. Superbia oris vel *Eſa.5.e*
linguæ,quæ & iactantia dicitur, est quando homo nõ solum magna de se sentit,sed etiã loquitur.Vnde psalmista: Disper- *Pſal.11.a*
dat dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquã. Superbia operis est, quando homo exteriori quadam superbia vt magnus appareat agit:de qua idem psalmista ait: Non *Pſa.100.b*
habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Superbia habitus est, quando homo vt gloriosus videatur, preciosis se ornat vestibus.Vnde Paulus: Non in veste preciosa . Et *1.Tim.2.e*
dominus: Qui mollibus vestiuntur,in domibus regum sunt, *Matt.11.d*
vbi superbia abundat. Sunt autem quinq; quæ ad remedium tam mortiferæ pestis à domino rationali animæ sunt posita, F
locus,corpus,tentatio diaboli,prędicatio Christi,& eius cõuersatio.Locus,quia exilium:corpus,quia oneroſum : tentatio,quia inquietat:Christi prædicatio, quia ædificat : & eius conuersatio,quia informat.His quasi quinque sensibus deus humilitatem operatur in anima . Sicut enim anima vita est corporis , ita deus vita est animæ : & sicut corpus mortuum est quod per quinque sensus ab anima non vegetatur,ita anima mortua est quæ per hæc à domino non humiliatur.

Sermo quartus.

INtrauit Iesus in quoddam castellum , & mulier quædam *Luc.10.c*
Martha nomine excepit illum in domum suam.Castellum vbi Christus intrauit, voluntaria est paupertas , quæ habitatores suos à gemina impugnatione qua huius mundi amatores expugnantur , reddit securos , scilicet propria inuidia & aliena . Paupertas enim dum putatur misera , aliena caret inuidia : & quia est voluntaria , nemini quicquam inuidet. Duæ istæ sorores , duas vitas amatorum paupertatis significant.Quidam cum Martha soliciti domino Iesu duo pulmẽtaria præparant,scilicet correctionem operis cum salsamento contritionis, & opus pietatis cum condimento deuotionis.Hi verò qui cum Maria soli deo vacãt, considerãtes quid *Gala.6.b*
sit deus in mundo, quid in hominibus, quid in angelis, quid

G in seipso,quid in reprobis,contemplantur quia deus est mũdi rector & gubernator,hominum liberator & adiutor, angelorum sapor & decor,in seipso principium & finis,reproborum terror & horror.In creaturis mirabilis,in hominibus amabilis,in angelis desiderabilis,in seipso incomprehensibilis,in reprobis intolerabilis.

Sermo quintus.

Psal. 17. a DIes diei eructat verbum. Dies diei, angelus virgini. Dies angelus propter beatitudinem, virgo dies propter integritatis virtutem. Et nox nocti indicat scientiam. Serpens nox propter malitiam: mulier nox propter ignorantiam.Dies diei eructat verbum. Deitas virginitati de vtero paternæ maiestatis, in vtero maternæ integritatis. Aliter: Dies diei eructat verbum,deus pater animæ rationali per fidem illuminatæ.Et nox nocti indicat scientiam, creatura rationalis animæ rationali nondum per fidem illuminatæ. Vnde apostolus:Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur à creatura mundi. Vnde nos dicimus, verbum indicatum,verbum inspiratum,verbum eructatum.Primum fecit cognitionem, secundũ conuersionem,tertium viuificationem.Primum obfuit,secũdum non profuit, tertium viuificauit. Primum obfuit:quia cum cognouissent deum, nõ sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerũt
Rom. 1.c in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorum Secũdum non profuit:quia non data est lex quæ posset viuificare.Tertium viuificauit:quia per crucem redemit. Primũ totum deforis,secũdum foris & intus,tertiũ totum intus. Et nota, quia quod eructatur, de plenitudine eructantis cum quodam ipsius substantiæ sapore profertur: & idcirco sapietia incarnata dicitur habẽs in se omnẽ plenitudinẽ, in miraculis cognitionem,in doctrina conuersionem,in passione viuificationẽ.Vnde ait propheta: Venite & reuertamur ad dominum: quia ipse cepit & sanabit nos: percutiet & curabit
Osee. 6. a nos. Viuificabit nos post duos dies,scilicet cognitionis & cõuersionis:in die tertia suscitabit nos,voce verbi incarnati per primam suam resurrectionem:& viuemus in conspectu eius viuificati per passionem, serenius illuminati per miraculorũ cognitionem: sequemq́ vt cognoscamus dominum,instructi per doctrinæ conuersionem.

Sermo sextus.

Canti. 3. d EGredimini filiæ Sion,& videte regem Salomonem.Non dicit Ecclesiastes aut Ididan. Nam & his nominibus appellatus est rex ille: & significat Iesum Christum nostrum verum Salomonem,qui est Salomon, id est pacificus in exilio:Ecclesiastes,id est concionator in iudicio:Ididа, id est dilectus domini in regno.Vbique rex. In exilio rector morum, in iudicio discretor meritorũ, in regno distributor præmiorum.In exilio mansuetus,in iudicio iustus, in regno gloriosus.In exilio amabilis, in iudicio terribilis, in regno admirabilis. In diademate quo coronauit eum mater sua.Est autem I hæc corona misericordiæ,& in hac imitabilis.Coronauit eũ & nouerca sua corona miseriæ,& in hac contemptibilis.Synagogam loquor, quæ se ei non mattrem exhibuit, sed nouercam.Coronabit eum familia sua corona iustitiæ,& in hac terribilis. Coronat eum pater suus corona gloriæ , & in hac desiderabilis.Videant ergo eum peccatores in corona miseriæ,id est spinea,& compungantur. Videant eum filiæ Sion animæ affectuosæ in corona misericordiæ , & imitentur. Videbunt eum impij in corona iustitiæ,& peribunt. Videbunt eum sancti in corona gloriæ, & perpetualiter gaudebunt.Egredimini filiæ Sion,animæ delicatę de sensu carnis ad intellectum mentis,de seruitute carnalis concupiscentię ad libertatem spiritualis intelligentiæ:& videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua.Coronãtur quidẽ &alij imitatores ipsius, sed hoc ex industria adiuti per gratiam.Solus iste à matre coronatus est,quia solus cũ ordinatis affectionibus tanquam sponsus è thalamo processit ex vtero matris.Sũt autẽ affectiones istæ quatuor nouissimæ,amor & lætitia, timor & tristitia. Absq; his nõ subsistit humana anima, sed quibusdã sunt in coronam, quibusdã in confusionẽ. Purgatę enim & ordinatæ,glorioſam in virtutũ corona reddunt animã:inordinatæ,per confusionem deiectam & ignominiosam.Purgantur autẽ sic.Si amantur quæ amanda sunt, si magis amantur quæ magis amãda sunt,si non amãtur quæ K amanda non sunt:amor purgatus erit. Sic & de cæteris. Ordinantur autem sic:In initio timor,deinde lætitia, post tristitia,in consummatione amor.Compositio quarũ talis est. De timore & lætitia nascitur prudentia, & est timor causa prudentiæ,lætitia fructus.De lætitia & tristitia nascitur temperantia,cuius est tristitia causa,lætitia fructus.De tristitia & amore nascitur fortitudo , & est tristitia causa fortitudinis, amor fructus.Clauditur circulus coronæ.De amore & timore nascitur iustitia, & est timor causa iustitiæ , amor fructus. Considera ergo quomodo istæ affectiones ordinatæ virtutes sunt,inordinatę perturbationes.Si timorem sequatur tristitia,desperationem generat:si amorem lętitia,dissolutionẽ. Sequatur ergo timorẽ lætitia , quia timor futura cauet, lætitia de præsenti gaudet,prudentis cautelę finem lætitia possidet.Probet ergo lætitia timorem.Probatus timor nihil aliud quàm prudentia est.Comitetur lætitiam tristitia,quia moderatè læta amplectitur, qui tristia reminiscitur. Temperet ergo lætitiam tristitia. Temperata lætitia nihil aliud quàm tẽperantia est.Iungatur amor tristitię,quia fortiter sustinet tristia,qui per amorem quæ sunt amanda desiderat. Confortet ergo amor tristitiam. Confortata verò tristitiã nihil aliud quàm fortitudo est.Iungatur amor timori: quia ordinatè amandis inhæret,qui timenda non negligit. Ordinet ergo amor timorem : ordinatus timor nihil aliud quàm iustitia est. Duæ affectiones lætitia & tristitia non se extendunt ad alia: in nobis enim lętamur,& in nobis tristamur.Amor & timor ad alia se extendunt. Timor enim affectio est naturalis quæ nos coniungit superiori per inferiorem partem, & habet se ad solum deum.Amor affectio est quæ nos coniungit superiori,& inferiori,& æquali,& habet se ad deũ & proximum. In his autem duobus perfecta consistit iustitia, vt timeamus deum propter potentiam, amemus propter bonitatem, & proximum propter naturæ societatem.

Sermo septimus.

QVid est quòd dicimus beatam Mariam purificati? Quid verò quòd ipsum Iesum dicimus circuncidi? Enimuero tam non indiguit illa purificatione , quàm nec ille circuncisione. Nobis ergo & hic circunciditur , & illa purificatur, præbentes exemplum pœnitentibus, vt à vitiis continentes, primùm per ipsam continentiam circuncidamur, deinde à commissis per pœnitentiam purificemur.

Sermo octauus.

QVid est autem quòd Maria portat Iesum in vtero , Ioseph in humero, in Aegyptum scilicet iens & inde rediens : Simeon portat in brachiis ? Significant isti tres, tres electorum ordines,Maria prædicatores, Ioseph pœnitentes, M Simeon bonos operatores. Qui enim aliis euangelizat,quasi Iesum in vtero portat , vt eum aliis vel potius alios ei pariat. *Gala. 4. c* De talibus erat beatus Paulus , qui dicebat:Filioli mei quos iterum parturio,donec Christus formetur in vobis. Qui verò pro Chriſto laboribus fatigantur , qui persecutiones patiuntur, qui nulli mala inferunt , sed ab aliis illata patienter ferunt,meritò isti portare eum in humeris dicuntur : quibus *Luc. 9. c* & ab ipsa veritate dicitur: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &c. Si quis autem est qui porrigat panem esurienti,potum sitienti,cæteráque misericordiæ opera solicite impendat egenti : nónne iste rectè videtur eum portare in brachiis? Huiusmodi enim dicturus est in iudicio dominus: *Matt. 25. d* Quandiu feciſtis vni ex minimis meis,mihi feciſtis.

Sermo nonus.

SApientia ædificauit sibi domum, &c. Cum multis mo- *Prou. 9. a* dis sapientia intelligatur, quærendum est quæ sapientia *Rom. 8. b* ædificauit sibi domum. Dicitur enim sapientia carnis, quæ *1. Cor. 3. b* inimica est deo : & sapientia huius mundi , quæ stultitia est *Iaco. 3. b* apud deum : vtraque ista secundum Iacobum apostolum terrena est, animalis, diabolica. Secundum hanc sapientiam dicuntur sapientes vt faciant mala , bene autem facere *Iob 5. b* nesciunt: & in ipsa sua sapientia arguuntur & perdũtur,sicut *1. Cor. 3.* scriptum est:Comprehendam sapientes in astutia eorum, & perdam sapientiam,sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.Et vtique talibus sapiẽtibus videtur mihi dignè & competenter dictum Salomonis aptari, quo ait:Est malitia

A tia quam vidi sub sole,virum qui videtur apud se sapiens esse. Nulla talis sapientia, siue carnis siue mundi ædificat, immo destruit quamcumque domum inhabitat. Est ergo alia sapientia quæ desursum est:primùm quidem pudica, deinde pacifica. Hic est Christus dei virtus, & dei sapientia, de quo *1. Cor. 1. d* apostolus:Qui factus est,inquit,nobis sapientia à deo, & iustitia,& sanctificatio,& redemptio. Hæc itaq; sapientia quæ dei erat,& deus erat,de sinu patris ad nos veniens, ędificauit sibi domum,ipsam scilicet matrem suam virginem Mariam: in qua septem columnas excidit. Quid est in ea septem columnas excidere,nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide & operibus præparare? Nimirum ternarius numerus ad fidem propter sanctam trinitatem,quaternarius pertinet ad mores propter quatuor principales virtutes. Quòd autem in beata Maria sancta trinitas fuerit (fuerit dico per præsentiam maiestatis) vbi solus filius erat per susceptionẽ humanitatis : testatur nuncius cœlestis , qui ei arcana mysteria reserans , ait: *Luc. 1. c* Aue gratia plena,dominus tecum.Et post pauca:Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obũbrabit tibi.Ecce habes dominum , habes virtutem altissimi , habes spiritum sanctum,habes patrem & filium & spiritum sanctum. Neq; enim potest esse aut pater sine filio , aut sine patre filius,aut sine vtroque,procedẽs ab vtroque spiritus sanctus , ipso filio B dicente:Ego in patre, & pater in me est. Et iterũ : Pater autẽ *Ioan. 14. c* in me manens,ipse facit opera. Manifestum est fuisse in corde virginis fidem sanctæ trinitatis. Vtrum autem & quatuor principales virtutes tanquam quatuor columnas possederit, inquisitione dignum videtur.Primum ergo videamus an fortitudinẽ habuerit. Quæ nimium virtus quomodo illi abesse potuit,quæ abiectis secularibus pompis , spretísque voluptatibus carnis,soli deo in virginitate viuere proposuit? Nisi *Prou. 31. a* fallor,hæc virgo est quæ apud Salomonem legitur : Mulierẽ fortem quis inueniet? Procul & de vltimis finibus præcium *Gene. 3. e* eius. Quæ adeo fortis fuit , vt illius serpentis caput contereret,cui à domino dictũ est: Inimicitias ponã inter te & mulierem,& inter semen tuum & semen illius:ipsa conteret caput tuum.Porro quòd temperans,prudens & iusta fuerit, ex angeli collocutione,& sua ipsius respõsione luce clarius cõprobamus. Salutata quippe tã venerabiliter ab angelo , Aue gratia plena , dominus tecum : non se extulit quasi quæ ex singulari gratiæ priuilegio beneditceretur,sed siluit:& qualis esset insolita hæc salutatio,secũ cogitauit. Qua in re quid nisi temperans fuit? At verò cum de cœlestibus mysteriis ab eodẽ angelo doceretur, diligẽter quæsiuit quomodo cõciperet ac pareret,quę virum vtique non cognosceret:& in hoc sine dubio prudens extitit. Iustitiæ autem præfert insigne vbi se C ancillam domini confitetur. Nam quòd iustorum sit confes- *Psal. 139. c* sio, testatur qui ait: Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo,& habitabunt recti cum vultu tuo.Et alibi iustis dicitur: Et dicetis in cõfessione , opera domini vniuersa bona valde. Fuit igitur beata virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione , iusta in confessione. His itaque quatuor morum columnis , & tribus fidei prædictis extruxit in ea sibi domũ sapiẽtia cœlestis : quæ adeo mẽtem eius repleuit,vt de plenitudine mentis fœcundaretur & caro,ac virgo singulari gratia eandem ipsam sapientiam carne tectam pareret, quam prius mente pura conceperat. Nos quoque si eiusdem sapiẽtiæ fieri domus volumus, necesse est vt eisdẽ septem columnis extruamur, id est vt fide & moribus ei præparemur. Et in moribus quidẽ solam puto sufficere iustitiam, cæteris tamen virtutibus circumfultam. Itaque errore fallatur ignorantiæ , sit ei præuia prudentia. Sint hincinde temperantia atque fortitudo, ne forte labatur , vel in dexteram vel in sinistram partem declinando.

Ezc. 9. b

Sermo decimus.

ET vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus, fortis,pater futuri seculi,princeps pacis. Admirabilis est in natiuitate,cõsiliarius in prædicatione,deus in operatione, fortis in passione , pater futuri seculi in resurrectione, princeps pacis in perpetua beatitudine. Hæc etiam nomina possunt ei congruè assignari in opere nostrę salutis.Nam primo dicitur admirabilis in cõuersione nostrę voluntatis,quę mutatio est solius dexteræ excelsi. Postmodum dicitur consiliarius in reuelatione suæ voluntatis , quando reuelat quid se- D quendum sit iam conuersis.Vnde Paulus conuersus dicebat: Domine quid me vis facere? Conuersi autem necesse est cõ- *Act. 9. b* pungantur pro præteritis delictis, in quorum remissione dicitur deus,cuius tãtùm est peccata remittere. Hinc est quòd saluatore nostro in terra remittente peccata,Iudæi dicunt eũ blasphemare , quasi qui assumeret sibi quod erat solius dei. Quarto dicitur fortis. Iuxta sententiam enim apostoli ne- *1. Tim. 3. b* cesse est , vt omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiãtur. Sed quis sustineret, nisi ille iuuaret? Vnde Dauid:Nisi quia dominus adiuuit me,paulo minus ha- *Psal. 93. c* bitasset in inferno anima mea. Cum ergo nos in tribulatione protegit,cum ipsas aërias potestates arcet à nobis ac repellit, quid aliud in hoc opere dici potest nisi fortis ? Vnde dictum est:Dominus fortis & potens,dominus potens in prælio. Et *Psal. 23. b* quoniam ipsa conuersio & vita nostra in Christo agenda est, non intuitu temporalium rerũ,sed spe futurorum bonotum: ideo quinto loco ponitur pater futuri seculi. Pater scilicet in regeneratione corporum nostrorum. Quia verò omnes qui- *1. Cor. 15. g* dem resurgemus,sed non omnes immutabimur: vt discernat immutationem iustorum ab iniquorum resurrectione , ponitur sexto loco princeps pacis : qua obrenta, tota perfectio impletur , nec iam vltrà aliud quicquam appetendum relinquitur.Ipsa est enim in cuius exultatione concinit psalmista, dicens:Lauda Hierusalem dominum, lauda deum tuum Siõ: E quoniam cõfortauit seras portarum tuarum , benedixit filiis *Psa. 147. d* tuis in te,qui posuit fines tuos pacem. Horum sex nominum consequentiam & virtutem breuiter atque eleganter cõprehendit vno nomine angelus loquens ad Ioseph : Et vocabis *Matt. 1. d* (inquit) nomen eius Iesum . Cuius videlicet nominis exponens rationem,Ipse enim,ait,saluum faciet populum suum à *Ibidem.* peccatis eorum.

Sermo vndecimus.

FIllius dei apparuit vt nos adiuuaret & erudiret : quod potest, quia est virtus patris & sapientia. Virtus adiuuat, sapientia erudit & informat. Infirmitati auxilium est necessarium. Cæcitas eruditione indiget & doctrina . Eruditus sanè faciens abnegare impietatem & secularia desideria,vt sobriè *Tit. 2. c* & iustè & pie viuamus.Impietas erat incredulitas , quia deũ nec credebamus,nec colebamus . Deum enim sicut pium est colere,sic impium est abnegare. Secularia desideria sunt concupiscentia carnis,concupiscentia oculorum, superbia vitæ: quæ trahunt & inclinant ad amorem seculi . Istis abnegatis viuit homo sobriè,refrenans concupiscentiam carnis, cõcupiscentiam oculorum,superbiam vitæ. Postquam verò incipit esse sobrius,contra duplicem ebrietatem duplicem ponit sobrietatem. Ebrietas exterior,voluptatum effusio , interior curiositatum occupatio.Econtrà sobrietas exterior voluptatum refrenatio, interior curiositatum exclusio . Ita viuit ho- F mo sobriè quantum ad seipsum, iustè quantum ad proximũ, cui exhibet quod iustum est . Iustitia est in duobus : in innocentia,& in beneficentia.Innocentia iustitiam inchoat , beneficentia consummat . Piè quantum ad deum . Pietas est in duobus : vt de nobis non præsumamus , sed in deo perfectè confidamus : vt per eum omnia mundi impedimenta vincamus.In deo non est diffidendum,sed secure & fiducialiter est agendum.Ipse tanquam pius & laudabilis medicus prius bibit potionem quam parabat suis,id est passionem & mortem sustinuit,& sic sanitatem immortalitatis accepit, & impassibilitatis,docens suos vt confidenter biberent potionem quæ generat sanitatem & vitam:& qui post passionem vita æterna viuit,spem dat nobis vt idem speremus ab eo securi.

Sermo duodecimus.

ERant ibi positæ lapideæ sex hydriæ secundum purifi- *Ioan. 2. a* cationem Iudæorum.Intelligamus has sex hydrias positas , esse sex obseruantias seruis dei propositas , in quibus tanquam Iudæi purificari debeant . Sunt autem istæ , silentium , psalmodia, vigiliæ , ieiunium , opus manuum , carnis munditia . In hydria silentij purificamur à peccatis quæ verbositate contrahimus . Cuius vitij sunt octo species . Est enim verbũ stultum,vanum,mẽdax,ociosum, dolosum, maledicum,impudicum,excusatorium. Quæ nimirum pestis de

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gloquacitate nascitur,& per silentij censurā aut euertitur funditus,aut certe ne multum noceat, reprimitur. In psalmodia fit duplex confessio,vbi & peccator de culpis compungitur, & deo laudes super iudicia iustitiæ suæ dicuntur.In hac ergo hydria Iudæus quisque, qui scilicet recte confitetur, purificatur ab immundo spiritu blasphemiæ,cui ante conuersionē subiacebat Dum enim seipsum laudaret, ac deum accusaret, quid aliud quam blasphemus erat? An non sunt blasphemi qui dicunt,Non est æqua via domini? An ne insipiens ille blasphemus qui dicit in corde suo,non est d:? Ilā verò conuersus &cōfessus,canticisq; diuinis instructus,correcta vita, corrigit & verba:seque ipsum accusans,mala sibi computat: deum autem laudans,bonū quod in se videt,non sibi, sed illi applicat:& hoc totum agitur in psalmodia. Per psalmodiam accipe quicquid deo agitur cū mētis melodia, siue sint psalmi, siue hymni,siue etiam quæcunq; cantica.Tertiā hydriam posui superius vigilias:has semper debet comitari orationū instantia.Vnde & dominus in euangelio legitur in oratione pernoctasse:& discipulos suos exhortans, vtrūq; simul coniunxit,dicens : Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.Tales vigiliæ abluunt nos à sordibus quas contraximus per somnolentiam resoluti,dum obliuione quadam à via salutis intepuimus ac torpuimus. Quarta hydria est ieiuniū,de quo quis dubitet an & ipsum purificet? Vera est illa sententia:Contrariis curantur cōtraria.Si ergo per gulam peccauimus & ingluuiem,quid restat nisi vt per abstinentiā reparemur?Nec solū huius vitij fit per ieiuniū purificatio , insuper & virtus ad expellendos dæmones comparatur, dicente domino:Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio.Sequitur quinta hydria,quę dicitur opus manuum. In quo si quęratur an sit aliqua purificatio,facilè potest inueniri per multa.Nam vt plurima præteream, hoc solū quanti sit præconij, quantæ gratiæ quis dignè æstimet, suo se quemq; labore trāsigere,ac nullius aliquid desiderare? Ac ne me quisquam putet hæc magis declamatoriè quàm ex veritate proferre,audiat ipsum doctorem nostrū in fide & veritate apostolum Paulum scribentem ad Thessalonicēses, hęc ipsa docentem & præcipientē:Rogamus vos,inquit,fratres,vt abūdetis magis,& operam detis vt quieti sitis,& vt vestrū negotium agatis,& operemini manibus vestris sicut præcepimus vobis, & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt , & nullius aliquid desideretis.Audiat eundē ipsum facientē quę docebat.Ipsi enim scitis, inquit, quemadmodum oporteat vos imitari nos,quoniam non inquieti fuimus inter vos , neque panem gratis manducauimus ab aliquo,sed in labore & fatigatione,nocte & die operantes , ne quem vestrum grauaremus.Item audiat docentē quæ faciebat : Cum essemus apud vos,hæc denunciabamus vobis,quoniā si quis non vult operari,nec manducet.Vides quàm solicitè obseruādum præcepit doctor gentium opus manuum?Cur hoc tantopere curauit,nisi quia sicut bonus & diligens pastor hoc ouium saluti plurimum expedire prouidit? Restat vltima carnis mūdicia. In hac sit purificatio ab illa quinquepertita corporis illecebra,visus,auditus,gustus,odoratus,tactus.Et cætera quidem prædicta,id est silentium,psalmodia,vigiliæ, ieiunium, opus manuum , exerceri sine ista possunt : sed si lumbi præcincti non sint,id est si desit carnis mūditia , lucernæ ardentes quid proderunt? Hinc ergo colligendum est quòd sit necessaria huius hydriæ purificatio , quæ sola omnibus supradictis æquipollentem obtinet vim salutis. Et notandum quòd in his omnibus obseruantiis quatuor primas debemus nobis, quintam proximo,sextam deo.Nam silentium,psalmodiam, vigilias, ieiunium debet quisque exercere propter seipsum, hoc est propter suam disciplinam:opus manuū propter proximum,ne quem grauet, sed magis habeat vnde tribuat necessitatem patienti:carnis munditiam propter deum , vt illi placeat,& eius volūtatem faciat.Vnde scriptum est: Hæc est enim volūtas dei sanctificatio vestra,vt abstineatis vos à fornicatione,vt sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione & honore. Quòd autē illæ hydriæ lapideę dicūtur,significat quòd sine aliqua difficultate obseruari nō possunt,& quòd dura & aspera est via quæ ducit ad vitā. Vel certè lapideæ dicuntur propter fortitudinem, ne facilè frangantur aut dissoluātur,& effundatur liquor gratiæ,qui in eis continetur:quod vtique cito contingere posset,si vel fictiles essent,vel ligneæ,seu cuiuslibet alterius fragilis materiæ. Vel etiam lapideæ,id est Christianæ,à lapide Christo , vt scilicet in fide Christi fiant.

Eccl. 18.f
Psal. 52.a
Luc.6.b
Marc. 14.
& Luc.12
Marc. 9.e
1.Thes.4.a
2.Thes.3.b
Ibidem.
1.Thes.4.a

Sermo decimustertius. *Ioan.2.b*

CApientes singulæ metretas binas vel ternas . Hic primum sciendum est quòd huiusmodi hydriæ aliquando sunt vacuæ,aliquando sunt plenæ.Plenę autem aliquādo veneno,aliquādo aqua,interdum etiam vino.Vacuæ quippe & inanes sunt,cum pro inani gloria,vel aliquo temporali emolumēto fiunt .Plenæ veneno sunt,si cum murmure & animi rancore gerantur. Aqua plenæ dicuntur , cum ex timore dei obseruātur.Siquidem per aquam timor intelligitur: vnde & apud Salomonē legitur: Timor domini,fons vitæ.Vino autem plenæ sunt,cum timor vertitur in amorem , cū charitas excludit timorem:cum ea quæ prius obseruabantur timore pœnæ,iam exercentur delectatione & amore iustitiæ.Vt vacuæ vel veneno infectæ sint,non vult dominus:vt impleatur aqua iubet dominus:vt autē aqua in vinum vertatur,hoc facit dns.Sed quibus implere hydrias aqua imperat dominus? Ministris vtiq;,quos & cōstituit super familiā suā,vt dēr illis in tempore tritici mensurā: quibus tamen Maria primū suggesserit dicens:Quodcunque dixerit vobis, facite. Quo exēplo innuitur quòd officiū prædicationis nō debent vsurpare sibi,nisi quos Maria,id est mater gratia prius instruxerit. Alioquin dicetur eis:Regnauerunt, & nō ex me:principes extiterūt,& ego ignoraui.Implent ergo ministri hydrias aqua, prædicant mira de dulcedine regni, intentant horrenda de terrore supplicij:fit summus auditoribus de vtroq; timor,ne vel illo fraudentur,vel isto plectantur, & ita capiunt hydriæ metretas binas.Quid est autem vel ternas? Addatur illis duobus tertius timor,& capiunt hydriæ metretas ternas. Et illi quidē duo prædicti timores de futuro sunt valde vtiles. Sed est alius timor de præsenti multo probabilior,quo timet homo & semper est pauidus ne interna gratia deseratur. Quisquis igitur hoc timore repletus fuerit, profecto binis metretas ternas addidit.Notandū autē quòd cum hydriæ plenę factæ sunt vsq; ad summū,tunc aqua versa est in vinum bonū, quia nimirū ordo rationis est, vt si timor est initium charitatis,perfectum sequatur etiā plenitudo dilectionis. Vnde etiā Architriclinus dicit ad spōsum: Omnis homo primū vinum bonum ponit:& cum inebriati fuerint, tūc id quod deterius est.Tu autem seruasti vinū bonum vsque adhuc? Cōsuetudinis est seculariū hominum,vt cū aliquem honorem adipiscī desiderāt, cęteros sibi prius per amorē acquirant.Cum verò adepti fuerint,elati potestate , eos ipsos per timorē sibi postmodum subiiciunt,quibus prius priuati non terrorem , sed amorē exhibuerant. Isti ponunt primum bonum vinum , id est amorē:& cū inebriati fuerint , tunc id quod deterius est, id est timorē.Econtrario facit sponsus noster. Semper enim seruat ad vltimum bonū vinū:quod vero in eius cōparatione deteri' est,ante propinat,dicens: Fili accedēs ad seruitutē dei,sta in timore. Si ex timore te feceris ipsius seruum,faciet te ex charitate amicū suū,& sic aqua timoris cōmutabitur in vinū dilectionis. Ad hoc enim purificaris in illis sex hydriis aquis timoris,ad hoc in timore accedis ad ipsum tanquam seruus ad dominum,vt de seruo proueharis in filium.

Ioan.2.b
Prou.14.b
Ioan.2.b
Ecclc.2.d

Sermo decimusquartus. *Apo.5.b*

ECce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius. Septem signacula sunt, temporalis natiuitas,legalis circuncisio,matris purgatio, fuga in Aegyptum,carnis necessitudo,baptismus , passio. Hæc siquidem sunt quædam veræ humanitatis insignia , quibus se teneri ac ligari voluit incarnata dei sapientia. Ipsa quippe est secunda in trinitate persona:& licet eandem incarnationem simul fecerint pater & filius & spiritus sanctus, non tamen pater aut spiritus sanctus est incarnatus,sed solus filius. Impleuit quidem & pater & spiritus sanctus carnem filij , à quo neuter eorum poterat seperari,sed impleuit maiestate, non susceptione.Ideóque filius ostendit in carne potentiam patris per opera , exhibuit bonitatem spiritus sancti remittendo peccata , & quod ipse erat,id est sapientia , occultauit per

A per illa prædicta signacula.Facta est igitur res mira & obstupenda,Infirmata est virtus summa,& vt ita dicā(si dici licęat, quod tamen reuerenter dico) quasi infatuata est sapientia. Nec erubescо dicere quòd non erubuit doctor gentium docere. Sic nempe credidit, sic docuit , sic scriptum reliquit. Nos,inquit,prædicamus Christum crucifixum , Iudæis quidem scādalum,gentibus autem stultitiam : ipsis autē vocatis Iudæis atq; Græcis, Christū dei virtutem, & dei sapientiam: quia quod stultum est dei,sapientius est hominibus: & quod infirmū est dei, fortius est hominibus. Veruntamen hæc virtus abscondenda erat,& in humilitate perficienda:vt omniū implerētur oracula prophetarū. Passus est ergo in cruce impassibilis deus: & in carne nostra mortali mortu' ac sepultus immortalis dei filius.Sed ecce tertia die resurrexit à mortuis: & qui agnus extiterat in passione , leo factus est in resurrectione.Surrexit,& vicit leo de tribu Iuda : quia mortem quā ex infirmitate nostra pertulit,ex virtute sua resurgēdo calcauit.Resurgens enim à mortuis,iam nō moritur, mors illi vltra non dominabitur.Resurgendo autē & in cœlū ascendendo librum aperuit quia nimirum ex auctoritate sacræ scripturæ quòd deus esset,innotuit.Vnde scriptum est : Exaltare super cœlos deus,& super omnem terram gloria tua. Septem quoque eiusdem libri signacula soluit, quādo eloquia sacra fidelium mētibus reserauit:& quicquid de mysteriis suis lex & prophetæ sub allegoriis prædixerant , de his scilicet quæ per hominem temporaliter gessit, de se prædicta , & in se ac per se completa,luce clarius indicauit.

1.Cor. 1.d
Rom.6.b
Psa.107.a
Ioseph.8.b

Sermo decimusquintus. *Mar.16.a*

QVid est quòd post mortem eius tres illæ sanctæ mulieres emerunt aromata , vt in monumento positum vngerent eum? Quid in sua actione nobis reliquerunt imitandum?Res enim gesta(vt ait beatus Gregorius) aliquid in sancta ecclesia signat gerendum . Et nos ergo si Christum mortuum,id est,fidem Christi mortuam in corde cuiuspiam fratris sensērimus,danda nobis opera est, vt ad vngendum corpus mortuum emptis aromatibus accedamus. Significāt autem tres illæ mulieres,tres in nobis efficientias, quæ sibi cōgrua cōparant aromata.Quæ sunt illæ:Mens,manus,lingua. Omnis em qui emit,dat & accipit aliquid : & quod dat perdit,vt possideat quod accipit. Dat igitur mens nummū propriæ volūtatis,& cōparat affectū cōpassionis,zelum iustitię, discretionem consilij.Dat manus obedientiam, & emit in tribulatione patientiam, in opere perseuerantiā , in carne cōtinentiam.Dat lingua nummū cōfessionis, & accipit modū in correctione,copiā in exhortatione, efficaciā in persuasione.

B

C Talibus vnguentis cōpositis, dum ad monumentū simul venerint,colloquuntur inuicem & dicūt: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Lapis iste est vel nimia tristitia,vel pigritia,vel duritia , quæ dum cordis aditū obstruit, frustra ad vngendū mortuū mens vel manus vel lingua cum quibuslibet aromatibus venit.Sed quoniā scriptum est,Præparationem cordis eius audiuit auris tua : videt lapidē reuolutū,introēunt in monumentū: & quē vngere volebāt mortuū,audiunt suscitatū.Quis hoc indicat? Quis hoc prędicat? Angelus vtiq; testis resurrectionis. Videtur scilicet huius in quo Christus resurrexit,vultus lętior,aspectus venustior,sermo purior,incessus modestior, & ad omne opus bonū spiritus prōptior. Quæ omnia quid sunt aliud quā quidā internæ resurrectionis hilaris nuncius? Cætera quoq; quæ in Christi resurrectione gesta vel dicta sunt,vtpote de inuento sudario, ac de ipso domino in Galilæa videndo, & aliis quæ euangelica continet historia , possunt nimirū iuxta cœptam tropologiā interpretari:vt quod historicè præcessit in capite, consequenter etiam credatur fieri moraliter in eius corpore.

Ibidem.
Psal.9.g
1.Reg.5.b

Sermo decimussextus.

TRes sunt qui testimonium dant in cœlo , pater & filius & spiritus sanctus. Tres in terra, spiritus , aqua, & sanguis.Similiter in inferno,vt in Esaia legimus: Vermis eorum non morietur , & ignis eorum non extinguetur. Duo mala sunt vermis & ignis: altero roditur conscientia , altero cremantur corpora.Tertium additur desperatio , quæ in eo vtique intelligitur quòd dicitur,non morietur,& non extinguetur.His qui in cœlo sunt, datur testimoniū beatitudinis: his qui in terra, iustificationis: his qui in inferno sunt, damnationis.Primum testimonium est gloriæ,secūdum gratiæ, tertium iræ.

Psa.66.g

Sermo decimusseptimus.

VEniens ad nos de via nostra amicus , id est quilibet conuersus proximus:tribus panibus reficiendus est.Primus panis est continētia, qua restringitur corpus ne deinceps per mortiferas voluptates diffluat.Secūdus est humilitas,qua instruitur anima ne de ipsa sua cōtinentia superbiat.Tertius est feruor charitatis,quo accēditur spiritus,vt vtrūq;,id est, corpus & animam in castitate & humilitate perseuerāter custodiat.His tribus virtutibus,id est castitatis,humilitatis, charitatis,tanquā tribus panibus reficitur homo dei & roboratur, vt secundū apostolū in die aduentus domini sit integer spiritus,anima & corpus.Spiritum autē voco gratiam,quæ(iuxta apostolū eundē)adiuuat infirmitatē nostrā ne deficiamus,do nec suo tēpore metamus bonū quod seminauimus. Vocatur primus panis carnalis vel corporalis, secūdus rationalis, tertius spiritualis . Hi panes quotiens desunt , à deo requirendi sunt.Meritò autē tres quęruntur,quia tres reficiēdi veniunt: anima quasi vir,caro quasi coniunx , spiritus velut vtriusque vernaculus.Et notandum quòd non ait,da:sed,cōmoda mihi tres panes,quasi redditurus:quia sacerdos peccatori conuertenti debet quidem gratiam diuinitus impetrare,fructum vero eiusdem gratiæ non sibi debet,sed deo referre.

Luc.11.d
1.Thes.5.d

E

Sermo decimusoctauus.

NEmo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit , filius hominis qui est in cœlo . Dominus & saluator noster Iesus Christus volens nos docere quomodo in cœlum ascenderemus, ipse fecit quod docuit, ascendit in cœlum. Et quoniam ascendere non poterat nisi prius descenderet : (descendere autem eum vel ascendere non patiebatur diuinitatis suæ simplicitas:quippe quæ nec minui potest nec augeri, aut aliquo modo variari)assumpsit in vnitatem suæ personæ naturā nostram,id est humanam,in qua descēderet & ascenderet, viámque nobis qua & nos ascenderemus, ostenderet. Quod totum indicant sancti euāgelij verba proposita. In eo enim quod dictum est, Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit , assumptio humanæ naturæ exprimitur:in eo autem quod infertur,qui est in cœlo , diuinitatis suæ incōmutabilitas ostenditur.In quibus verbis illud etiā innuitur, quòd ipse sit via per quā ascēdamus,ipse patria vbi maneamus : via scilicet transeuntibus,patria peruenientibus.Manens itaq; quod erat in natura sua,descendit & ascēdit propter nos in nostra: attingens nimirum à fine vsq; ad finem fortiter,& disponens omnia suauiter. Descendit siquidem quo inferius nō decuit, ascendit quo celsius nō potuit. Ipsumq; descensum egit fortiter,quia virtus erat:ascensum disposuit suauiter,quia sapiētia erat.Descendit autem dictum est,non cecidit:quia qui cadit,sine gradu ruit:qui autē descēdit,gradatim pedem ponit. Sunt ergo gradus in descendendo,sunt in ascendendo.In descendendo primus quidem gradus est à summo cœlo vsq; ad carnē,secundus vsq; ad crucem,tertius vsq; ad mortem.Ecce quousq; descēdit.Nunquid amplius potuit?Poterat iam certè rex noster dicere , & quasi quodā operis effectu clamare: Quid vltrà debui facere, & non feci? Maiorem hac dilectionem nemo habet,vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Vidimus descensum,videamus & ascensum. Sed & ille quoque triplex est , & eius primus gradus gloria resurrectionis, secundus potestas iudicij , tertius confessus ad dexteram patris . Et de morte quidem meruit resurrectionem , de cruce iudicij potestatem : vt quoniam in illa iniustè iudicatus est, de illa iustam obtineret iudicis censuram , ipso post resurrectionem dicente : Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Ipsam verò serui formam , id est carnem in qua passus & mortuus est , resuscitatam euexit super omnes cœlos, & super omnes angelorum choros , vsque ad dexteram patris . Quid hac dispositione suauius , vbi mors absorbetur in victoria,vbi ignominia crucis vertitur in gloriam ? vt de illa dicant sancti: Absit mihi gloriari , nisi in cruce domini nostri Iesu Christi , vbi & ipsa carnis humilitas ex hoc mundo transit ad patrem . Hac ascensione nihil sublimius , hoc honore nihil gloriosius dici potest aut cogitari . Sic per in-

Ioan.3.b
Sapien.8.a
Esa.5.a
Ioan.15.b
Matt.28.d
Gala.6.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcarnationis suæ mysterium descendit, & ascendit dominus, relinquens nobis exemplum vt sequamur vestigia eius. Sumamus & nos de mysterio eius moribus nostris exemplum. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit, & ipse ambulare. Descendamus per viam humilitatis, ponatúrque nobis primus eius gradus, id est primus profectus, nolle dominari, secúdus velle subiici, tertius in ipsa subiectione quáslibet eótumelias & iniurias illatas equanimiter pati. Primo gradu caruit in cœlo Lucifer ille, qui dixit in corde suo: In cœlum ascendam, super astra dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendá super altitudinem nubiú, similis ero altissimo. Hæc dicens irreparabiliter cecidit de cœlo: & hoc ideo forte, quia omnino intolerabilis superbia est velle dominari. Secundo gradu caruerút primi homines in paradiso, qui licet sua maluerint volútate abuti, quàm creatori subiici: non tamé præsumpserunt cæteris suæ sortis dominari. Ideóq; culpa eorum & pœna longe extitit dissimilis superbiæ atq; ruinæ diaboli: vnde & diuina clementia quádoque meruerút reparari. Tertium gradum nó habent qui ad tempus credunt, sed in tempore tentationis recedunt. Hæc dicimus vt sciamus à quorú imitatione declinare debeamus. Nam & diabolus & homo vterq; ascendere præpostere voluit: hic ad scientiam, ille ad
H potentiam, ambo ad superbiam. Non sic ascendere velimus, quin potius audiamus prophetam quærentē quomodo ascē-
Psal. 23. a dendum sit. Quis, inquit, ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Vbi notandú, ꝙ triplicem gradum ascendendi cóstituit. Primus gradus est innocētia operis: secúdus, munditia cordis: tertius, fructus ædificationis. Quos gradus miro modo inuenim⁹ in superioribus gradibus deicctionis. Ibi quippe fuerat tertius gradus, tolerantia iniuriarú. Ipsa est enim quæ probat huius ascensionis primum gradum, id est, innocentiam operis. Ibi secundus fuerat patientia subiectionis: & ipsam operatur múditia cordis, quæ est secundus ascēsionis gradus. Ad hoc enim doctores prælatos habemus, vt cor mundemus, dicēte domino: Iam vos mundi estis propter
Ioan. 15. a sermonē quem locutus sum vobis. Ibi etiam primus gradus fuerat contemptus dominationis: hic tertius est fructus ædificationis. Quisquis autem dominari non appetit, is profectò fructuose præest cæteris instituendis.

Sermo decimusnonus.

Psal. 23. a QVis ascendet in montem domini? Ascendit quidem semel Christus corporaliter super altitudinem cœlorú, sed & nunc ascendit quotidie spiritúaliter in cordibus electorum. Si ergo volumus & nos cum eo ascendere, ascendendum nobis est in montes virtutum de vallibus vitiorum, Est autem gemina species ipsorum vitiorum. Alia enim sunt quæ nocent nobis, alia quæ proximis. Illa flagitia, ista vocantur facinora: & hæc omnia dicuntur vallis lachrymarú, quia omni fletus fluuio plangenda est vita peccatorum. De valle flagitiorum ascenditur in montem castitatis triplici cōtinentia, membrorum, sensuum, cogitationum. In prima cōtinentia cohibetur actus, in secunda vitatur aspectus, in tertia resecatur affectus. Item de valle facinorum ascenditur in montem innocentiæ. Hic erigitur scala: Quod tibi non vis fieri, alij ne facias. & ponitur in ea triplex gradus timoris, vel eius scilicet qui patitur ne reddat talionem, vel superioris po testatis ne inferat vltionē, vel interni iudicis qui reddit vnicuique secundum opera sua. Cum autē ad hunc montē ascēderint, iam iusti sunt, & ex fide viuunt, sed necesse est eos secundum apostolum persecutionem pati. Itaque confugiendum est de monte innocentiæ ad montem patientiæ: & hic quoque erigitur scala triplicis gradus. Primus est domini passio, secúdus martyrum fortitudo, tertius præmij magnitudo. Possunt sanè gradus isti dici gradus pudoris, sicut in innocētia fuerunt gradus timoris. Et nota quòd mons iste patientiæ secundū hos gradus est arduus, spinōsus, aridus. Arduus propter difficultatem imitādi passionem domini: spinosus propter aculeos tentationum, quę multiplices sunt, damna scilicet rerum, contumelię verborum, cruciatus corporū, in quibus sancti martyres examinantur. aridus propter retributionem præmiorú, quę nó in hoc seculo speratur, sed in futuro. K
Post hunc montem restat ei alius mons ascendendus, mons scilicet montium: ad quem cum peruenerit, iam in eo deus requiescit: vnde scriptum est: Factus est in pace locus eius. *Psal. 75. a*
Sed & in hoc monte pacis erigitur scala charitatis. vnde dominus dicit: Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & *Matt. 7. b*
vos facite illis. Volumus siquidem retribui nobis, volumus *Tob. 4.*
ignosci, volumus gratis dari.

Sermo vigesimus.

DE spiritu sancto testatur scriptura, quia procedit, spirat, inhabitat, replet, glorificat. Procedere dicitur duobus modis: vnde, & quò. Vnde? à patre & filio. Quò? Ad creaturā. Procedendo prædestinat: spirando vocat quos prædestinauit: inhabitando iustificat quos vocauit: replendo accumulat meritis, quos iustificauit: glorificando ditat præmiis, quos accumulauit meritis.

Sermo vigesimusprimus.

SPiritus sanctus arguit mundum de peccato quod dissimu- *Ioan. 16. b*
lat de iustitia quam non ordinat, dum sibi non deo eam dat: dē iudicio quod vsurpat, dum tam de se quàm de aliis temere iudicat.

Sermo vigesimusecundus.

QVi mihi ministrat, me sequatur. Quidam sunt qui non *Ioan. 12.*
sequuntur Christum, sed fugiunt. Alij non sequuntur, L
sed præeunt. Nonnulli sequuntur, sed non assequuntur. Alij vero sequūtur, & consequuntur. Non sequuntur, sed fugiunt, qui necdum peccare desistūt, de quibus scriptum est: *Ioan. 3. c*
Omnis qui male agit, odit lucem. Et propheta: Ecce isti qui *Psa. 72. a*
elongant se à te, peribunt. Non sequuntur, sed pereunt, qui magistrorum sententiis suas præferunt: quorum imaginem tenebat Petrus, cum pro salute nostra volentem pati dominum increparet, dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. *Matt. 16. b*
Sequuntur, sed non assequuntur, qui segniter ac remisse agunt, vel vsque ad finem non perseuerantes de medio itinere reuertuntur. Talibus dicit apostolus: Remissas manus, & *Heb. 12. c*
dissoluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Sequuntur & consequuntur, qui viam humilitatis eius deuoto mentis affectu perseueranter imitantur. Huiusmodi vere sequuntur dominum. Qui mihi ministrat, me sequatur, id est, *Ioan. 12. d*
me imitetur. Quo fructu? Vt vbi sum ego, inquit, ibi sit & minister meus. Fructus itaque huius imitationis, mansio est æternæ beatitudinis.

Sermo vigesimustertius.

QVi vult venire post me, per me, ad me. Post me, quia ve *Luc. 9. b*
ritas sum: per me, quia via sum: ad me, quia vita sum. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Tria proposuit Christus dei virtus & dei sapientia, angelus magni consilij, animæ rationali M
ad imaginem trinitatis factæ, scilicet seruitutem, vilitatem, asperitatem. In abnegatione sui seruitus, in toleratione crucis vilitas, in imitatione Christi designatur asperitas: vt quæ per inobedientiam de statu trinæ felicitatis ceciderat, humiliata afflictione trinæ miseriæ per obedientiam resurgat. Ceciderat enim à semetipsa, à societate angelorum, à visione dei, id est, à libertate, à dignitate, à beatitudine. Audiat ergo consilium, vt abnegando semetipsum, id est, propriam voluntatem, sui libertatem recuperet: tollendo crucem suam, id est, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigēdo, per continentiæ bonum recuperet societatem angelorum: sequendo Christum, id est, eius passionem imitando, recuperet claritatis eius visionem: quia si compatimur ei, & conregnabimus.

Sermo vigesimusquartus.

PRæciosam in conspectu domini mortem sanctorum *Psal. 115.*
eius facit aliquando vita, aliquando causa, aliquando vita simul cum causa. In confessoribus qui in domino moriuntur, facit præciosam vita. In martyribus qui pro domino moriuntur, facit eam preciosam aliquando sola causa, aliquando causa pariter & vita. Et illa quidem mors pręciosa est, quam commendat vita: pręciosior vero, quam facit causa: pręciosissima vero, quam præuenit vita simul cum causa.

Sermo

A
Sermo vigesimusquintus.

Ibidem. PRęciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. Tria sunt quæ sanctum faciunt hominem, victus sobrius, actus iustus, sensus pius. Victus sobrius erit, si continenter, si socialiter, si obedienter, id est, caste, charitatiue, humiliter vixerimus. Per continentiam enim castitas, per socialitatem charitas, per obedientiam humilitas acquiritur. Et hæc est virtus quæ animam perfectè deo subditam, sub vmbra alarú ipsius securè facit viuere. Actus iustus erit, si fuerit rectus, discretus, fructuosus. Rectus per bonam intētionem, discretus per mensuram possibilitatis, fructuosus per vtilitatem proximorum. Sensus pius erit, si fides nostra deum sentit summe potentem, summe sapientem, summe bonum: vt per eius potentiam, nostram credamus adiuuari infirmitatē: per eius sapientiam, nostram credamus corrigi ignorantiam: per eius bonitatem, nostram credamus dilui iniquitatem. Tria sunt quæ mortem sanctorum faciunt pręciosam, quies à labore, gaudium de nouitate, securitas de æternitate.

Sermo vigesimussextus.

Mat. 13. f TRiplicem nobis commendat gradum parabola triplex lectionis vnius. Ager est corpus. Huic dum adhuc dominantur passiones desideriorú, iacet incultus, & obnoxius
B maledicto. Spinas & tribulos germinat, quid intus lateat ignoratur. Quis enim eo tempore idoneum reputet ferre dignos pœnitentiæ fructus? Quid tam insipienter exponis anima corpus tuum? Nescis quid absc̄ditum sit in eo. Quid, nisi regnū cœlorum? Inuenire est in eo salutis opera, quibus regnum cœlorum poteris adipisci. Eme ergo agrum, & à concupiscentiis tuis tibi vendica corpus tuum, dato nimirum pręcio fomentis & occasionibus ipsarum concupiscētiarum. Vbi verò thesaurum effoderis, esto iam negociator, & pręciosas margaritas quære. Si pręciosissimam vnā inueneris, etiam tunc vēde quicquid habes, & eme eam. Quæ est tamen vna tam pręciosa? Neque enim mirum si pro thesauro vendidit, quæcunq; habebat, id est pro diuitiis salutis, & peccata & peccati fomenta deseruit. Hæc quippe sola prius habebat. Nunc autem vbi thesaurum hunc reperit, quomodo quærit bonas margaritas, & pro vna omnia vendidit: Ego vnam hanc nihil aliud quā vnitatē arbitror esse. Quærit autē bonas margaritas, qui in opere salutis suę nō est contētus inferioribus bonis, sed summa quæq; & excellentiora perquirit. Nihil ergo pręciosius inueniens vnitate, nō parcat omnibus cæteris propter eā: ieiuniis, vigiliis, orationibus audacter præferat vnitatem. Volo autem vt in ea quoq; sic maneat, nō quasi vnus ex omnibus, sed quasi cū omnibus vnus. Latum
C expandat sinum, ex omni genere affectionum claudat intra viscera sua, omnibus omnia fiat, & cōgaudere paratus & cōpati: gaudere cum gaudētibus, flere cum flentibus. Erit enim cum ad littus veniens, malos pisces à sagena charitatis excludet, & quicquid molestum est, foras mittetur.

Sermo vigesimusseptimus.

EOdem ordine quo præcessit culpa, subsecuta est etiam culpæ medicina. Primum peccatum est factum in cœlo per superbiam præuaricatoris angeli, qui dixit in corde suo: *Isa. 14. d*
In cœlum conscendam, super astra dei exaltabo soliū meum: sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo. In seipsum tumuit, & de sorte beatorum spirituum eiectus, cœlorum *Matt. 5. d*
regnum amisit. Contra hoc peccatum dictum est: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Secūdum peccatum commissum est per inobedientiā mulieris in paradiso. Ex hoc peccato facta est caro rebellis spiritui, vt quoniam spiritus eius non fuit subiectus creatori, nec caro *Ibidem.* fit subiecta spiritui. Contra hoc est dictum: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Horū duorū peccatorum com
Matt. 11. d prehendit dominus medicinā, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Tertium peccatum fuit, quòd ipsa mulier virum quoque secum traxit in culpam. Debuit quidē illa peccatum suum deflere, nec addere peccatum peccato: sed in hoc se putauit habere consolationem, si virum faceret peccati sui participem. Quodammodo enim naturale est, vnumquemque velle siue in vitiis, siue in virtutibus associare sibi consortem. Contra hoc peccatū est istud remedium. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quartum pec D
catum commisit Adam, qui consensit. Adam enim (sicut ait *Matt. 5. a*
apostolus) non est seductus, mulier autem seducta in præua- *1. Tim. 2. d*
ricatione fuit. Illa per ignorantiam, iste peccauit per infirmitatem. Peccauit autem nimis diligendo vxorē, non quia eius voluntatem fecit, sed quia eam volūtati prætulit diuinæ. Vnde & à domino ei dictum est: Pro eo quòd obedisti voci vxo- *Gene. 3. d*
ris tuæ plus quàm meæ, maledicta terra in opere tuo. Iustum quippe erat, vt illius magis volūtatem faceret, cui plus debebat. Quis vero ambigat plus eum debere conditori quàm vxori? Siquidem vxori erat astrictus tantùm per amorem, deo autem per timorem simul & amorem. Plus ergo debuerunt valere duo vincula ad tenendum eum erga dei præceptum, quàm vnum tantū erga coniugis affectum. Cōtra hoc quartum peccatum, adhibitum est remedium: Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Habuit quidem *Matt. 5. a*
Adam iustitiā, à iusto deo creatus iustus: sed quia non eam ex libero arbitrio direxit, facilè ab ea per idē liberum arbitrium defluxit. Quo contra dicitur per psalmistā de Christo: Dile- *Psal. 44. b*
xisti iustitiam, & odisti iniquitatē. Quintum æquè peccatum cōmisit, qui propriā culpā retorsit in vxorē, cum ait: Mulier *Gene. 3. b*
quā dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Primò quidem crudelis in se, qui peccatum suum excusauit: secundò in vxorem, quam accusauit. Et vtique satis sumpta est digna de peccato vindicta, quādo eam accusauit, cuius amo- E
re peccauit. Contra hoc peccatum dictum est: Beati miseri- *Matt. 5. a*
cordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sextum peccatum fecit Eua, quæ cū increparetur à domino, cur hoc fecisset, respondit ei: Serpens decepit me, & comedi. Sic de- *Gene. 3. b*
clinauit & ipsa in verba malitiæ ad excusandas excusationes *Psal. 140.*
in peccatis, refundens culpam in serpētem, quasi immunis à crimine, cum nil obfuisset suggestio serpentis, si illa negasset assensum propriæ voluntatis: & forte præcessit in ea aliquis motus superbiæ, vnde seduci meruit à serpente. Cōtra quòd dictum est: Beati mundo corde, quoniā ipsi deum videbunt. *Matt. 5. a*
Septimum peccatū factum est extra paradisum, quādo Cain consurrexit aduersus Abel fratrem suum, & interfecit eum. *Gene. 4. b*
Ex eo iam tempore inueteratum est, vt mali insurgant in bonos, & opprimant eos. Huius peccati remediū est illud: Beati *Matt. 5. a*
pacifici, quoniam filij dei vocabūtur. Quod si ab infestatione cessare noluerint iniqui, patiēter tolerēt eos iusti, audientes consolationem quæ sequitur, & dicit: Beati qui perfecu- *Ibidem.*
tionem patiūtur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ecce quàm necessarius fuit aduentus Christi, qui carnem subiiceret spiritui, hominem pacificaret sibi, dum reconciliaret homini.

Sermo vigesimusoctauus.

LEx per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Chri- *Ioan. 1. b*
stum facta est. Duplex in lege veteri præceptorum ge- F
nus inuenio. Sunt enim moralia quædam, vt est: Non con- *Matt. 19. a*
cupisces, non adulterabis, honora patrem tuum, & his simi- *Rom. 13. c*
lia. Sunt etiam figuratiua & vmbratilia quædam, vt est tau- *Exod. 20. b*
rorum immolatio, & sanguis hircorum. Veruntamen carnalis ille populus, nec illa implere poterat, nec in his obtinere salutem. Vnde & saluator in euāgelio, legis præcepta improperat Pharisæis, ꝙ propter traditiones suas irrita faceret dei *Marc. 7. a*
mandata, ipsa sine dubio in quibus esset ædificatio morū. Nā de cæteris ipse loquitur per prophetā: Dedi eis pręcepta non *Ezec. 20. d*
bona: ipsa plane in quibus esset vmbra futurorū. Quæ enim consequentia rationis, vt homine peccante aries mulctare- *Psal. 68. a*
tur, & diceret cum propheta: Quę nō rapui, tūc exoluebam? Meritò sanè nō bona præcepta populus non bonus accepit, dicente propheta: Cū sancto sanctus eris, & cū peruerso per- *Psal. 17. d*
uertēris. Nouerat enim Iudæorū corda carnalia, vnde & carnalia eis tradidit sacramēta, quæ nō possent iuxta cōscientiam perfectū facere seruiētē in iustitiis carnis. Venit proinde plenus gratia & veritate Christus dominus noster, vt ex hoc iam moralia quidē impleatur per gratiā: quæ vero vmbratilia & mystica fuerāt, reuelata veritate deinceps nō ad literā obseruētur, sed secundum spiritum spiritualiter intelligātur. Propterea iam non aries vel taurus homine peccante mactatur, sed viua corporis hostia, rationale & acceptabile sacrificium in ieiuniis, & laboribus veniam meretur pariter & gratiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sermo vigesimusnonus.

G

1.Cor. 4.d SIc nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Ministet Christi sic debet conuersari, vt ex moribus exterioris hominis qui videtur, existimetur compositio interioris animi qui non videtur, ne vel ab alio vel à seipso possit iudicari, sed dicat cum eodem apostolo: Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano
Ibidem. die, sed neque meipsum iudico. Qui autem iudicat me, dominus est. In quibus verbis notanda sunt tria iudicia: Humanum, suum cuiusque proprium, diuinum. Et humanum quidem potest iudicare de rebus exterioribus, quæ sensibus corporis percipiuntur: de interioribus verò nó potest. Hinc
1.Cor.2.c enim scriptum est: Quis enim scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in eo est? Quapropter de his quæ sunt in homine, potest iudicare spiritus hominis qui in ipso est. Longè verò præstantius de his ipsis iudicat deus, cuius necdum se fatetur apostolus euasisse iudicium, qui tamen iam & humanum transcendisset, & proprium. Porro humaI.Cor. 4.a num contemnebat, qui dicebat: Mihi autem pro minimo est
Ibidem. vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neque proprium timebat, qui dicebat: Sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum. Solum ergo restabat diuinum, de quo ait:
Ibidem. Qui autem iudicat me dominus est. Debet tamen quisque
H quantum potest irreprehensibilem se exhibere primùm quidem coram deo, sed deinde coram hominibus. Hoc nempe
2.Cor. 8.d est quod alibi loquitur idem apostolus dicens: Prouidentes bona non tantùm coram deo, sed coram hominibus. Et notandum quòd tribus modis prouidentur bona coram hominibus, id est habitu, actione, sermone. Habitu, ne sit notabilis: actione, ne sit reprehensibilis: sermone, ne sit contemptibilis. Tribus etiam modis corã deo, cogitatione, affectione, intentione. Nam & cogitatio debet esse sancta, vnde scriptú est: Cogitatio sancta seruabit te, & affectio pura, & intentio recta. Sunt autem tria ista, id est cogitatio, affectio, intẽtio, in anima: sed in ea quoq; propriis singula locis distincta videntur. Nam cogitatio in memoria, affectio in voluntate, intentio in ratione cõsistit. Atque vt eorũ vsum ac differentiá clarius videamus, sumamus nobis exemplum de rebus exterioribus. In corporibus si quilibet deformis color cutem tantùm inficiat, corpus quidem turpius redditur, sed nil ei de sanitate sua ex hoc adimitur. Si ergo carni putredo aliqua, vel liuidus tumor insederit, iam non solùm decor corporis, sed salus quoque turbatur. Quod si languor forsitan inualescẽs, cum ipsa carne ossa quoque medullitus occuparit, tũc demũ de vita non immeritò poterit desperari. Eodẽ modo in anima si peccatum suggeritur memoriæ per cogitationem, nulI lum tamen præbuerit aut voluntas affectum, aut deliberatio
Canti. 4.b ipsa cõsensum: fateor quidem, deformitas est, nec audire interim anima illa meretur: Tota pulchra es amica mea. Cæterũ & si næuus est: sed non morbus. Quod si voluntas quoq; ipsa iam sensu delectationis afficitur, resistit tamẽ adhuc deliberatio rationis, infirmatur quidem, sed necdũ moritur aniIsior. 17.b ma: clamet tamen necesse est: Sana me domine, & sanabor. Tunc enim mori dicitur, quãdo & ipsa ratio ad peccatũ per
Ezech. 18. intentionẽ cutuatur. Hoc nẽpe est peccatum, de quo dicitur: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Hunc triplicem gradũ
Psal. 37.a deplorat Dauid ex persona peccatoris, dicẽs domino, Expel-
Ibidem. lendo de paradiso in latam huius seculi euagationem, Cõfirmasti super me manum tuam. Et quoniam carnalia desideria sunt peccati pœna: Non est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ. Iam vero vbi robur deest rationis, non est pax ossibus
89. meis à facie peccatorum meorum. Qui rursum eosdẽ gradus
Psal.76.a ex persona iusti decantat dicens: Memor fui dei, & delectatus sum, & exercitatus sum. Delectatus enim dicit per volũtatem, exercitatus per rationem. Ne ergo à memoria expellat deum irruens turba plurimarum cogitationum, quæ solẽt effluere tanquam vilis plebs in atrium: ponatur ad eius portam ianitor cuius nomen est recordatio propriæ professionis, vt cũ turpibus sese cogitationibus senserit animus prægrauari, increpet se, & dicat sibi: Túne hæc debes cogitare qui sacerdos es, qui clericus es, qui monachus es? Cultor iustitiæ debet in se huiusmodi quicquam admittere? decet seruum Christi, amatorem dei, tale aliquid vel ad modicũ meditari? Hæc dicendo excludes fluxum illicitæ cogitationis K per recordationem propriæ professionis. Similiter ad portam volũtatis in qua solẽt manere carnalia desideria tanquã in domo, domestica familia, statuatur ostiarius qui vocatur recordatio cœlestis patriæ. Hic enim potest prauũ desideriũ quasi cuneus cuneum expellere, & ipsum qui ait, Ecce sto ad ostium & pulso: sine cũctatione recipere. Iam vero ad thalamum rationis talis & tam ferox adhibẽdus est custos qui nemini parcat, sed quicũque hostis siue clam, siue palam ingredi præsumpserit, procul eum arceat: & hic sit recordatio gehennæ. In cæteris siquidem, id est, memoria & voluntate nó ita est intolerabile, si vel memoria recipiat quandoque vagã cogitationem, vel voluntas impuram affectionem. Hoc verò grauissimum est & omnino damnosum si vnquã ratio perdiderit intentionis rectitudinem.

Sermo tricesimus.

1.Cor. 15.f SIcut portauimus imaginem terreni hominis, portemus & imaginem cœlestis. Duo homines sunt, vetus & nouus, Adam vetus, Christus nouus. Ille terrenus, iste cœlestis: illius imago vetustas, istius imago nouitas. Est autem triplex vetustas, & econtrariò triplex nouitas. Est enim vetustas in corde, in ore, in corpore: in quibus tribus modis peccauimus, cogitatione, locutione & opere. In corde sunt desideria carnalia & secularia, id est, amor carnis, & amor seculi. Similiter in ore est gemina vetustas, arrogantia & derogatio. Item gemina in corpore, flagitia & facinora. Hæc omEphe.4.f nia sunt imago veteris hominis, & hæc omnia renouanda sunt in nobis. Si non esset vetustas in corde, nó diceret apostolus: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Item si non esset vetustas in ore, non dice1.Reg.2.a ret scriptura: Recedant vetera de ore vestro. Et apostolus di-Ephes.4.b cit: Omnis sermo malus non procedat de ore vestro, sed qui bonus est, ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Sed & de vetustate corporis mentionem facit, cum di-Rom. 6.d cit: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem. De cuius renouatione etiá subiungit: Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Renouetur ergo cor nostrum à carnalibus, & secularibus desideriis: vt excluſis illis introducatur amor dei, & amor patrię cœlestis. Recedãt ab ore nostro arrogantia, & derogatio, & succedant pro his vera peccatorum nostrorum confessio, & bona de proximis æstimatio. Pro flagitiis & facinoribus, quæ vetustas est corporis, assumatur continentia & innocentia, vt scilicet cõtrariis virtutibus, contraria vitia depellãtur. Hanc suprадictam renouationem facit Christus
M habitans in nobis per fidem, sicut ipse ait: Ecce noua facio Esa.43.c omnia. Vnde & ad sponsam loquitur in canticis: Pone me vt Canti.8.b signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. Habitans igitur in corde est sapientia, habitans in ore veritas, habitans in corpore iustitia.

Sermo tricesimusprimus.

1.Cor. 4.b SPectaculum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Ita planè, & malis & bonis pariter. Illos enim sollicitat inuidiæ passio, istos compassio misericordiæ, vt in nos incessanter intendant: illi quidem defectum nostrum, isti profectum desiderantes. Nimirum in probatione sumus, inter paradisum, & infernum interim medij, velut inter claustrum & seculum constituti. Diligenter consideratur vtrinque quid agimus: vtrinque dicitur, O si ad nos transeat: intentione quidem dissimili, sed non dispari forsitan voluntate. Quòd si ita omnium oculi in nos: nostri quò abierunt, aut quare soli ipsi recesserunt à nobis? A dextris siquidem & à sinistris tanto studio circunspecti, soli dissimulamus inspicere vitam nostram: soli nosmetipsos negligimus intueri, nec verentes deceptorios, nec administratorios saltem spiritus reuerentes. Me expectant iusti, donec retribuas mi-Psal.141.a hi. Et item: Me expectauerunt peccatores vt perderent me. Psa.118.a Hinc mihi gehenna, in corona paratur, & inter hanc atque illam medium nugari libet, oscitare delectat? Vsque adeo nec trahor desiderio, nec periculo terreor, nec cupidus planè nec pauidus, in quibus magis fuerat necessariú: pernicioſissime insensibilis ad vtrunq;, Exurgamus aliquando fratres,

A tres, nec in vano accipiamus animas nostras, pro quibus alij tanto zelo, vel in bonum vigilant, vel in malum. Non est res parua quam sic insectantur hostes, ciues sic præstolantur.

Sermo tricesimussecundus.

VSque hodie in ciuibus Babylonis aquarum effusio, id est cõfusio cogitationum, terram facit inanem & vacuam.
Gene.1.a Dum enim fluctuat circa carnem cogitatio vniuersa, nullum ex ea sperare est fructum salutis. Diuidantur ergo aquæ ab aquis, quatenus anima quoque (vt dignum est) partem sibi vẽdicet solicitudinis, & meditationis. Sane inferiores certis limitibus coërceantur, certis contineantur alueis, necessitatis
Psal.84.b terminos non excedant, proinde superiores copiosius dilatentur. Ex hoc sanè dat dominus benedictionem, & terra nostra dabit fructum suum.

Sermo tricesimustertius.

CVm in populo dei carnales alij sint, alij spirituales: nec illi tamen æternorum, nec isti carent omnimodo temporalium desiderio. In eo sanè distant, quòd plus alia appetunt alij, & secundum ea quæ præferunt, aut spirituales aut carnales iudicantur. Hinc est quòd in benedictionibus Iacob &
Gene.27.d Esau, & ros cœli, & terræ pinguedo nominatur, sed non eodem ordine in vtroque. Det tibi deus de rore cœli & de pinguedine terrę abundantiam, ait Isaac ad Iacob. Ad Esau vero: In pinguedine terræ, inquit, & in rore cœli desuper, erit beB nedictio tua. Quid autem singuli præferant, à studiis eorum & solicitudinibus innotescat.

Sermo tricesimusquartus.

INtegra & perfecta moralitas in duobus præcipuè consistit, in cuitandis vitiis, & appetendis virtutibus, quoniam
Psal.66.e non sufficit à malo abstinere, si non & bonum faciamus. Inde Psalmista: Declina à malo, & fac bonum. Fugiamus ergo vitia, amplectamur virtutes. Historias igitur summatim delibantes, moralitatis fructus decerpamus. Fames coëgit Is-
Gene.42. & 43.a raël intrare in Egyptum: statim reperit ibi nouum dominũ, Exod.1.c & de libero, seruus efficitur. Ex illius regionis inhabitatione redigitur sub potestate Pharaonis: qui masculos præcepit interfici, fœminas reseruari. Israël operibus luti, & lateris duriIsam.3.a ter affligitur. Pharao paleas ministrat laborantibus. Fames
Psal.18.b coëgit. Non fames panis, neque sitis aquæ, sed audiendi verbum dei, compellit multos intrare Aegyptum, hoc verbum dei est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vnde psalmista: Præceptum domini lucidum, illuminans oculos. Qui hanc lucem sequitur, non ambulat in tenebris, sed habet lumen vitæ. De luce præceptorũ transitur ad lumen præmiorum. Qui huius diuini verbi patitur egestatem, cogitur intrare Aegyptum, id est tenebras. Inuoluitur enim tenebris ignorãtiæ, & subiacet dominio Pha-
C raonis, id est diaboli, qui princeps est Aegypti, hoc est tene-Ephes.6.b brarum, iuxta illud apostoli: Nó est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Sub iugo Pharaonis fiunt lutea opera, id est dissoluta & sordida. Ab ipso dantur paleæ, id est leues cogitationes. Palearum est leuiter accẽdi, & in momento consumi. Sic & malæ cogitationes à diabolo immissę cito in mentibus nostris accenduntur, carnis mollitie consentiente. Sed si viriliter studeamus resistere, deo iuuãte protinus extinguuntur. Paleis accensis coquebatur lutum, & solidabatur in lateres: & prauæ cogitationes quæ sunt lutum, paleis delectationis accenduntur. Quæ cum transeunt in actum, tunc decoquuntur: cum vero ducuntur in consuetudinem, tunc solidantur.
Psal.1.a

Sermo tricesimusquintus.

BEatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. Pij sunt qui in deum credũt, & ipsum colunt. Est enim pietas cultus dei. Hic autem cultus in tribus consistit, fide, spe, & charitate: quæ sunt inuisibilia. His tribus carent impij qui deum non colunt, & quorum consilium est visibilia inuisibilibus, terrena cœlestibus præponere. Horum caput & princeps est diabolus, qui primus à pietate recessit, & impius factus etiá homines in paradiso positos, ab eadem pietate fraude sua deiecit, voles eos habere socios sui erroris, & participes iniquitatis. Ille enim Euam seduxit, & illa virum sibi subdidit. Similiter adhuc dęmon suggerit carni, caro spiritui, & fit imD piorum consilium. Dicunt enim sibi inuicem: Omnium no-Prou.1.b strum sit vnum marsupium. Ponunt ergo in memoria quasi in marsupio quisq; obolum suum: dæmon scilicet suggestionem, caro delectationẽ, spiritus consensum. Inde tãquam de symbolo comparant sibi victum competẽtem. Caro quidem combustionem, ignem scilicet qui non extinguitur: spiritus malam conscientiam, id est vermẽ qui non moritur. Dæmon autem emit vtriusq; sanguinem. Ad hoc cõsilium impiorum itur quatuor modis. Quidam enim trahũtur inuiti, alij attrahuntur illecti, alij seducuntur ignari, alij sequuntur spõtanei. Istis necessarię sunt quatuor virtutes, per quas armati resistãt ne in cõsiliũ eant. Inuitis necessaria est fortitudo qua resistãt vsque ad mortem minis, cruciatibus, & damnis. Illi qui attrahuntur illecti, indigent temperantia quæ reprimit illicita desideria, nec cedit promissionibus, nec emollitur blanditiis. Illis qui seducuntur ignari, est opus prudẽtia, quæ ab vtilibus inutilia discernit, & docet quid tenendum, quidve reiiciendum sit. Iustitia indigent illi qui sequuntur spontanei. Iustitia est rectitudo voluntatis, quæ nec amat peccare, nec peccato consentire. Iustitia & fortitudo sedem habent voluntatem: quia voluntas iusta debet esse & fortis. Est autem iustitia ordinata hoc modo, scilicet mala respuens, bonis meliora præponens. Hanc non videtur habuisse Adam, qui malo cõsentiens, quod vtile erat deseruit. Prudentia & temperantia sedẽ E habent in ratione, quia ratio prudens debet esse & tẽperata. Est quippe prudentia, ratio docta scilicet à gratia vitare contagia iniustitiæ, propter iustitiam. Vitat quidẽ non solum iniustitiam apertam, sed etiam illa quæ sunt aliquo modo contra iustitiam, attendẽs non quod licet, sed magis quod expedit: vitans diuitias & quædam alia, non quia illicita, sed quia iustitiæ solent esse impedimenta. Sed propter quosdã, qui ex hypocrisi hoc faciunt, additur, propter iustitiam. Iustitia est perfectio animæ rationalis. Aliæ virtutes sunt ad eius acquisitionem vel conseruationẽ, fortitudo, temperantia, prudentia, quæ iustitiam conseruãt ne amittatur aut minuatur. Postquam verò perfecta est iustitia, & transit in affectum cordis: idem est quod illa tria: quia fortis est, prudens, tẽperata. Qui non abiit. Abire pertinet ad illos qui sunt & inconstantes, & leuiter possunt impelli. Quod quidam volentes euitare, fiunt euidenter obstinati, nullius consilio acquiescentes, proposituú suum immobiliter tenentes: & ideo adiunctum est, & non stetit, scilicet vt nec leuis sit, nec obstinatus. Via peccatorum est mundus, vel propria voluntas quæ est superbia, ex qua omnia mala, sicut ex communi sunt bona. Et in cathedra pestiPsal.1.a lentiæ non sedit. Sedet, qui docet exemplo suo faciens peccare alios. Cathedra est hęc, & quatuor pedibus subsistit. Primus pes est malitia, secundus contemptus dei, tertius irreuerentia, quartus astutia. Malitia est amare malum, & saporem mali habere: & malum, quia malum est diligere, sicut facit F diabolus, & nonnulli iniqui. Sed quia fit aliquando vt tales timeant deum non timore bono, sed ne incurrant vel damnum rerum, vel corporis cruciatum: vt amplius fiant mali, contemnunt & ipsum deum, & fit secundus pes contemptus dei. Item posset fieri vt malum amarent, deum contemnerẽt, sed inhiberet eos pudor hominum, cum quibus habitãt: ideo ad augmentum mali sequitur tertius pes irreuerentia, vt nec deum timeant, nec homines reuereantur. Ad consummationem verò malitiæ adest quartus pes astutia, vt sciant vti tribus prædictis, miscentes oleo venenum, & melli acetum. Eminens pars cathedræ cui sedens inhæret, est potentia. Si enim potens est qui prædicta habet, tunc plurimum nocet, vel si potentem sibi allicere potest, quem consilio suo seducat, & ad malũ impellat. Deinde apponitur puluinar, vt suauiter sedeat. Puluinar fit de leuibus pennis auium, significans vanam gloriam, & fauorem popularem, quibus homines delectati, extollũtur. Scabellum pedibus supponitur, ne terram tangant. Tales enim nonnulli terrenas actiones non faciunt, sed spirituales simulant, vt magis decipiant. Horum doctrina est quasi pestilentia, multa loca occupans & vastans. Sed in *Ibidem.* lege domini volũtas eius. Superiori versu dictum est quid sit respuendum: in hoc autẽ dicitur quid sit appetendum. In illo dictum est tanquam Declina à malo: in hoc autem, Et fac bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnum:quod vtique est ambulare in lege. Sed quoniã hæc via agitur non gressu corporis,sed affectu mentis.ideo dictum est,In lege domini voluntas eius.Velle enim(teste beato Gregorio)mente ire est.Per hanc viam incedunt, & quasi quedam currum ducunt tria genera hominum,seruus,mercenarius,filius. Trahunt autem eundem currum iumenta, quorũ nomina sunt,comminatio & promissio.Super cõminationẽ seruus sedet,super promissionẽ mercenarius. Horum vterq; trahit currũ,alter timore,alter cupiditate,& vterq; propriis stimulis impellitur.Solus filius qui nec timore quatitur.nec illicitur cupiditate,sed spiritu dilectionis agitur,sine labore
Rom.8.c aut læsione vehitur in curru.Quicunq; enim spiritu dei agũtur,hi filij sunt dei.Habet etiam currus ille quatuor rotas, illas scilicet quatuor animi affectiones notissimas,amorem & lætitiam,timorem & tristitiam. Amant enim reprobi tẽporalia,& lætantur cũ malefecerint:sed hunc amorem & hanc lætitiam sequitur timor & tristitia sempiterna. Electi vero
Ioan.16.a quibus dicitur: Mundus gaudebit,vos autẽ contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium:ponunt primas rotas timorẽ & tristitiã,posteriores amorẽ & lætitiã. Ipsis etenim cõmutatur timor in charitatẽ, tristitia in lætitiã sempiternã

Notandũ autem, quòd,hæc via legis domini cõsummatur sex diebus Et prima quidem dicta est gemitus cordis,secun-
H da confessio oris,tertia largitio propriæ possessionis,quarta labor corporis, quinta abnegatio propriæ voluntatis, sexta contemptus mortis.In septima sit quies ab omnibus prædictis,sperans octauam resurrectionis,Et in lege eius meditabitur die ac nocte.In quocũque statu sit homo positus,nunquam recedendum est illi à lege domini, sed semper in die bonorum non immemor sit malorum,& in die malorũ memor sit semper bonorum.Potest etiam per diem & noctem contemplatiua & actiua vita intelligi,quæ ambæ continentur in lege domini.

Sermo tricesimussextus.

Psal.52.a Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Deus licet vnus sit & vnum sit,tamen non sui varietate, sed animi nostri mutatione gustantibus nobis diuersos videtur habere sapores. Sapit enim timenti iustitiam & potentiam, sapit amanti bonitatem & misericordiam. Vnde & alibi ait idem
Psal.61.c iste propheta: Semel locutus est deus, duo hæc audiui: quia potestas dei est, & tibi domine misericordia. Idem quippe est audire hoc quod gustare: quia vtrumque fit vna & simplicissima mente. Itaque semel locutus est deus quia vnum genuitverbum. Cæterum nos per vnum verbum duo hæc audimus siue sapimus, quia potestas dei est,& tibi domine misericordia. At is quidem penitus insipiẽs est,cui nec timorem deus sapit nec amorem.Discat quãtum vult, ego sapiẽtem non dixerim.dum nec timebit nec diliget deum. Quomodo enim dixerimus in sapientia consummatum, quem
I video nec initiatum? Nam initium sapientiæ timor domini:
Eccl.1.& consummatio amor:media sibi vendicat spes.Cui ergo nec
Prou.1.a iustitiam sapit deus per timorem,nec misericordiã per amorem:is plane dicit in corde suo,non est deus. Deũ enim non putat,quem nec iustum nec pium reputat,

Sermo tricesimusseptimus.

Psa.13.& Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis
52. suis, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum Habet anima corruptionem suam,habet & corpus suã.Corruptio animæ tripertita est,quadripertita est corporis. Corpus siquidem constat ex quatuor elementis: anima vero in triplici vi subsistit.Est enim rationalis, concupiscibilis, irascibilis.Rationalẽ cuius sanitas est cognitio veritatis, corrumpit superbia.Corrupta autem fallitur duobus modis:in cognitione sui,& cognitione dei. Cõcupiscentiam corrumpit vana gloria, iram inuidia. Corruptio corporis dicitur abominatio,& fit quatuor modis.secũdum quatuor elemẽta ex quibus constat. Quatuor enim sunt quę corpus corrũpunt,curiositas,loquacitas,crudelitas,voluptas.Sunt autem quatuor partes corporis,in quibus singulis maxime vigent singula elementa.Nam in oculis est ignis:in lingua quæ vocem format,aer:in manibus quarum proprie tactus est, terra:in membris genitalibus,aqua. Has quatuor partes corrũpit illa quadripertita pestis.Oculos scilicet curiositas,linK guam loquacitas,manus crudelitas, genitalia voluptas. Sic fiunt homines corrupti & abominabiles,corrupti in anima, abominabiles in corpore:corrupti coram deo,abominabiles coram hominibus.Nõ est qui faciat bonum,nõ est vsque ad vnum.Quatuor genera sunt hominum,quorũ omnium nullum est quod faciat bonum nisi vnum. Quidã enim sunt qui deum nec intelligunt nec requirunt:& hi mortui sunt. Alij intelligunt quidem,sed non requirunt: & hi impij sunt. Alij requirunt non autem intelligunt: & hi fatui sunt. Alij verò & intelligunt,& requirunt: & hi sancti sunt,de quibus solis dici potest,quia ipsi sunt qui faciunt bonum.

Sermo tricesimusoctauus.

Psal.15.a Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Quid dissimulant homines in vita sua agere pœnitentiam,& extrema de cõfessione præsumũt? Quomodo sub vnius horæ articulo reuocari posse æstimant omnia animæ membra,cuius cõcupiscentiæ& desideria per totum mundum sparsa sunt,& vbique terrarum velut quodam visco tenẽtur? Non dico(ait dominus)quin & talium saluem aliquos,potens sum enim in momento omnia reuocare: sed
Ibidem. non congregabo cõuenticula eorum de sanguinibus:id est, qui in sanguine perseuerant,donec multiplicatis infirmitatibus deserantur à peccatis anteq̃ deserant ea, nõ magna taliũ
L cõuenticula cõgregabo.Si bene memini,in toto canone scripturarũ vnũ latronẽ inuenies sic saluatũ.Noli ergo huic tam
Ioan.3.b periculosæ expectationi credere temetipsum. Et quidẽ spiritus non modo vbi vult,sed quãdo vult spirat,nec ei difficile est de subito perfectã dare contritionem cordis,quam vix multo tempore alij consequuntur:sed vnde scis q̃ tunc tibi ita subuenire velit, quem tu interim sic repellis? Benignus quidem est spiritus sapientiæ: sed non liberabit maledictum
Sapien.1.b à labiis suis. Audi quis ille sit:Maledictus qui peccat in spe.

Sermo tricesimusnonus.

Psal.20.a Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. Triplex nobis necessaria est benedictio, præueniens, adiuuans, & consummans.Prima misericordiæ, secunda gratiæ,tertia gloriæ. Præuenit misericordia conuersionem, adiuuat gratia cõuersationem,perficit gloria consummationẽ Nisi trinam hanc benedictionem dederit deus,nõ potest dare terra nostra fructum salutis.Neque enim aut inchoare bonum donec à misericordia præueniamur, aut agere bonum donec adiuuemur à gratia, aut consummari in bonis possumus donec gloria repleamur.Verùm in his tribus nõ immerito dulcius sapit ea quæ non modo immeritos, sed & male meritos præuenit:vt dum adhuc filij sumus iræ,&operamur opera mortis,ipse cogitet super nos cogitationes pacis& ne
M petentibus quidem,imò & impetẽtibus: non inuocantibus, sed prouocantibus:nõ interpellantibus,sed etiam repellentibus,spiritum bonum,spiritum vitæ,adoptionis spiritũ largitur. Quid illi animæ dulce sapiat,cui misericordia tanta nõ sapit? Merito proinde benedictio dulcedinis nominatur ea quæ præuenit:quia quæ adiuuat,fortitudinis: quæ consummat,pletitudinis est.

Sermo quadragesimus.

Psal.17.b Populus quem nõ cognoui, seruiuit mihi. Non esset magnæ admirationis, si populus à deo cognitus seruiret illi.Cum verò incognitus illi seruiat, & in auditu auris obediat,magnæ laudi asscribendum est.Ex hoc genere cognitorum,& non cognitorum,& cognoscentium, & non cognoscentium sunt quatuor differentiæ.Quidam enim sunt qui à deo cognoscuntur & deum cognoscunt,alij non cognoscũtur nec cognoscunt,alij cognoscuntur quidem, sed ipsi non cognoscunt, alij non cognoscuntur & tamen cognoscunt. Cognoscere dei,est felicem facere: cognoscere hominis est gratias agere. Qui ergo cognoscũtur à deo, & deum cognoscunt,sancti angeli sunt,qui ab eo felices facti,eius laudibus semper vacant,& obsequiis deseruiũt. Qui nec cognoscuntur nec cognoscunt pauperes sunt necessarij, quos nec rerum temporalium copia ditat,nec beatificat seruitus diuina. Qui autem cognoscuntur sed non cognoscunt, diuites sunt huius seculi, qui acceptis quidem opibus affluunt, sed carnalibus desideriis huius seculi pressi, nunquam ad cœlestia cor su

A cor suspendunt. Qui verò nõ cognoscuntur & cognoscunt, pauperes sunt voluntarij, quos nec tribulatio, nec angustia, nec alia quæcunq; pericula possunt separare à charitate dei.
Eccli.27.a Et hi nimirum multis modis probantur aduersis,durissq; fati-
Psal.21.a gantur tribulationibus,sicut scriptum est: Vasa figuli probat fornax,& homines iustos tentatio tribulationis. Ex quorum item persona loquitur Psalmus: Deus deus meus respice in me,quare me dereliquisti? Nunquid non incogniti videntur qui orant vt respiciantur? Veruntamen licet derelicti videantur,ipsi tamen deum cognoscunt: & ex persona cognoscentium statim in eodem psalmo subinfertur:Deus meus clamabo per diem,& non exaudies:& nocte, & non ad insipientiã mihi. De his ergo vox diuina dicit: Populus quem non cognoui,seruiuit mihi. Ac si aperte diceret angelis suis: Quid si vos mihi seruitis,quos felices facio,quandoquidem illi mihi seruiunt, quos in sua paupertate derelinquo? Et quid si vos mihi obeditis qui faciem meã videtis,cum & illi obediãt qui me tantum audiunt,& non vident? Vident quippe angeli,audiunt homines. Audiunt scilicet & obediunt, vt quandoque
Psal.44.c similes angelis facti, mereantur ipsi quoque videre. Itaque auditus est meritum videndi,visio præmiũ audiendi.Et prius est audire, videre posterius, sicut scriptum est: Audi filia, & vide. Quisquis ergo in futuro deum videre desiderat, profectò necesse est vt in præsenti prius deum audiat, & in auditu
B auris obediat.

Psal.33.d *Sermo quadragesimusprimus.*

Mors peccatorum pessima. Mala in amissione mundi, quia non possunt sine dolore separari ab eo quem diligunt. Peior in dissolutione carnis, à qua euelluntur eorum animæ à spiritibus malignis. Pessima in tormentis inferni, quando corpus & anima perpetuis simul addicuntur ignibus. Econtrario bonorum mors optima, quoniam quidem fit ibi quies à labore, fit iucunditas de nouitate, fit securitas de æternitate.

Sermo quadragesimussecundus.

Dani.7.c Tria sunt,tabernacula,atria, domus. In tabernaculis sunt omnes iusti in carne viuentes & laborantes, quia tabernacula laborantium sunt & militantium.Tabernaculum verò habet tectum,sed fundamento caret,& portabile est:quia iusti in præsentibus non sunt fundati, sed inquirunt ciuitatẽ desursum fundamenta habentem.Fides etiam eorum quæ est fundamentum, non est in terrenis, sed in domino. Tectum habent,id est,munimentum gratiæ & protectionem. Atria sunt domui vicina,amplitudinem habentia In illis sunt animæ sanctæ corporibus exutæ,quę in latitudine sunt depositæ carnis angustia.Atria habent fundamẽtum, sed non tectum,
Psal.121.a quia animæ quæ in amore dei sunt, non ruunt: vnde stantes
C tes augmentum,quod non erit nisi in resurrectione corporũ suorum.Post ipsam sane resurrectionem cum angelis erunt in domo,quæ habet fundamentum & tectum.Fundamẽtum est stabilitas æternæ beatitudinis, tectum consummatio & perfectio ipsius.

Sermo quadragesimustertius.

Psal.56.a Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Via regia, fratres,nec ad dexteram declinat,nec ad sinistram. Porrò inuenire est hominem semel quidem paratum, non quidem
Gene.21.b secundò.Si dixerit ei deus,Eiice ancillam & filium eius, dico
Gene.22.b autem opera carnis:non cunctatur. Si dixerit, Immola mihi filium tuum quem diligis Isaac:hoc planè iam patienter audire non potest,vt fraternæ vtilitatis aut vnitatis gratia,spiritualis sustinere videatur studij detrimenta. Quidni abiiciat facilè seruus Christi quicquid ad corpoream pertinet voluptatem? At verò spirituali iucunditate æquanimiter fraudari, quando aut obedietia cogit,aut fraternæ charitatis ratio postulat, hoc planè magnum & deo gratum offerre est holocaustum.Memento tamen non Isaac in hoc sacrificio, sed arietem contumaciæ iugulari.

Psal.132.a *Sermo quadragesimusquartus.*

Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.Est vnitas naturalis,vnitas carnalis, vnitas virtualis, vnitas moralis, vnitas spiritualis, vnitas socialis, vnitas personalis, vnitas principalis. Vnitas naturalis est inter corpus & animam.Vnitas carnalis inter virum & mulierem, D de qua dictum est: Erunt duo in carne vna. Vnitas virtualis *Gene.2.d* est quæ hominem sibiipsi coniungit, vt non per diuersa effluat, sed cum propheta vnam petat à domino. Vnitas mo- *Psal.26.b* ralis est quæ nos coniungit proximo: vnde Psalmista: Qui habitare facit vnius moris in domo.Vnitas spiritualis est quę *Psal.67.a* nos coniungit deo. Vnde apostolus: Qui adhæret deo, vnus *1.Cor.6.d* spiritus est.Vnitas socialis inter angelos, quibus omnimodis idem velle est,idem nolle.Vnitas personalis in Christo. Vnitas principalis,quæ & subsũtialis est,in trinitate.Ecce quam bonum & quàm iucundum.Sunt quædam bona & iucunda, sunt quædam nec bona nec iucunda. Sunt quædam bona & non iucunda,sunt quædam iucunda & nõ bona.De bonis & nõ iucundis peruenitur ad bona & iucunda. De iucundis & non bonis peruenitur ad non bona & non iucunda. Bona & non iucunda sunt cõtinentia,patiẽtia, disciplina. Iucunda & nõ bona,voluptas,curiositas,& vanitas.Nec bona nec iucũda,inuidia,tristitia,acedia. Bona & iucunda, honestas,charitas,& puritas.Ad hoc bonũ & iucundum obtinẽdum necessaria est vnitas virtualis,& vnitas moralis. Primam disturbãt pusillanimitas & leuitas.Pusillanimitas facit propositum relinquere,leuitas mutare. Alterã obstinatio, suspicio & simulatio disturbant.Obstinatio non recipit proximum, suspicio non credit proximo, simulatio non se iungit proximo. Spes æternorum expellit pusillanimitatem,humilis obedientia le- E uitatem.Obstinatio humilitate, suspicio & simulatio charitate pelluntur.

Sermo quadragesimusquintus.

Eccles.15.a Non est speciosa laus in ore peccatoris. Etiam quæ est in ore peccatoris pœnitentis, non videtur speciosa: quia adhuc de peccati recordatione & memoria cõfusionem patitur, & frequenter inde compungitur. Sed tamen in eo est vtilis & fructuosa confessio, etsi non speciosa decoráq; laudatio. Postquam verò de beneficiis dei proficiens adhæret diuinæ laudi, & in ea assidue delectatur & proficit, ita vt nihil aliud placeat ei: tunc in ore eius est speciosa laus dei, ad similitudinem agricolæ, qui dum stercorat agrum suum,totus in luto est & stercoribus: non est pulcher labor eius, etsi sit fructuosus:sed quando colligit manipulos segetis, tũc labor est speciosus & dulcis.

Sermo quadragesimussextus.

Prou.4.d Omni custodia serua cor tuum,quia ex ipso vita procedit. Duobus autem modis vita à corde procedit. Aut quia
Rom.10.c corde creditur ad iustitiam, & iustus ex fide viuit, & fide
Matt.5.a mundatur cor, & mundo corde deus videtur, id est, agnoscitur: & hæc est vita æterna, vt cognoscant te vnum deum,
Ioan.17.c & quem misisti Iesum Christum: aut quia Christus vita nostra,qui nunc per fidem habitat in cordibus nostris, erit cum apparebit,& nos cũ ipso apparebimus in gloria:& qui nunc F latet in corde,tunc quasi de corde ad corpus procedet,quan-
Philip.3.d do reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum cor-
1.Ioan.3.d pori claritatis suæ. Vnde & alius apostolus ait: Nunc filij dei sumus,& nondum apparuit quid erimus. Sed considerãdum est quomodo dicat: Omni custodia serua cor tuum. Solent dicere homines huius seculi, Bonum castellum custodit qui corpus suum custodit.Nos autem non sic, sed sterquilinium vile custodit,qui custodit corpus suum:apostolo teste: Quo-
Gala.6.b niam qui seminat in carne,de carne metet corruptionẽ. Qui verò,inquit,in spiritu,de spiritu metet vitam æternam. Ac si dicat colendum,custodiendum magis animæ castrum, quoniam æterna ex ipso vita procedit. Sed castrum istud in terra inimicorum situ vndique impugnatur: & idcirco omni custodia,id est,ex omni parte vigilanti solicitudine est muniendum, inferius, superius, antè & retrò, à dextris & à sinistris. Inferius impugnat concupiscentia carnis quæ militat aduersus animam, quia caro concupiscit aduersus spiritum. Superius imminet iudicium dei. Horrendum est enim incidere in
Hebr.10.f manus dei viuentis.Solicitè satis hac parte cor suũ custodierat,qui dicebat:Sæpe enim quasi tumentes super me fluctus
Iob.31.c timui deũ.Retro mortifera delectatio est, quę oritur ex recordatione præteritorũ peccatorũ. Antè instantia tentationũ. A sinistris verò arrogantiũ fratrũ & murmurantiũ inquietudo. A dextris obedientiũ fratrũ deuotio. Possunt enim hi quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnisi caueatur) duobus nocere modis: aut bonis eorũ actibus inuidendo, aut, ſingularem gratiam æmulando. Vigilet ergo aduerſus carnem rigor diſciplinæ: contra iudicium dei, iudicium propriæ confeſſionis: & hoc ſit duplex: manifeſtum de
1.Cor.11.g manifeſtis, occultum de occultis. Vnde ait apoſtolus: Si noſmetipſos diiudicaremus, nõ vtique iudicaremur. Cõtra delectationem quæ procedit de recordatione præteritorũ peccatorũ, frequentia lectionis. Contra inſtantiam tentationis, inſtantia ſupplicis orationis. Cõtra fratrum inquietudinem, patientia & compaſſio. Aduerſus obedientium fratrum feruorem, congratulatio & diſcretio. Congratulatio enim expellit inuidiam, diſcretio nimiam æmulationem.

Sermo quadrageſimuſſeptimus.

Prou.25.b MEL inueniſti? noli multum comedere, ne forte ſatiatus euomas illud. Poteſt non incongrue hoc loco mel lis nomine fauor humanæ laudis intelligi. Meritóque non ab omni, ſed immoderato mellis huius edulio prohibemur. Eſt enim cum vtiliter humanas laudes recipimus, fraternæ duntaxat intuitu charitatis, & ad ſalutem eorum qui nobis propterea facilius acquieſcunt. Hac ergo parcitate ſeruata, mellis huius moderata comeſtio non nocebit. Si quid verò amplius eſt à malo eſt, & in perniciem conuertetur. Inuento enim melle immoderatius veſcitur, quiſquis apponẽs om
H nino cor ſuum, fauore humanę laudis inflatur, increaſſatur, impinguatur: à quo ſe propheta ſanctus cuſtodiri deprecatur à domino, non quidem mellis, ſed olei ſatis vicina appellatione ipſum quem prædiximus fauorem exprimens, vbi ait: O-
Pſal.140.b leum autem peccatoris non impinguet caput meũ. Vis noſſe quando euomat immoderatus epulator mellis edullium, quod vſque ad ſatietatem ſumẽs modum parcitatis exceſſit? Tunc ſine dubio laudes quibus ſatiabatur, non aliũ fructum quærens, ſed fauore ipſo contentus humano: tũc inquã multa cum anxietate euomit, quod cum pernicioſa delectatione comedit, cum alium quemlibet laudari audiens, inuidia contabeſcit. Mens enim debita vanitate, & arrogantia tumens, laudem alterius, ſuam reputat vituperationem.

Sermo quadrageſimuſoctauus.

DVO loca ſunt animæ rationalis, inferior quem regit, & ſuperior in quo requieſcit. Inferior quem regit, corpus: ſuperior in quo quieſcit, deus. De vtroque poteſt re-
Eccles.10. cte intelligi quod ſcriptum eſt: Si aſcenderit ſuper te ſpiritus poteſtatem habentis, locum tuum ne dimiſeris: vel inferiorem, ſcilicet regendo, vel ſuperiorem, quieſcẽdo. Sed hoc
Roma.6.d quod prius dixi, conuenit rudibus adhuc & imperfectis, quibus loquitur apoſtolus: Humanũ dico propter imfirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra
I ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Habet quippe anima tria facere in corpore, viuificare, ſenſificare, regere. Sed ſiue auferatur vita, ſiue ſenſus perturbetur, de neutro cõdemnatur. Sin vero tentatori victa ſuccubuit, hoc illi ad peccatum reputatur. Dicitur ei ergo ne aſcẽdente ſuper eam ſpiritu locum ſuum deſerat, hoc eſt ne ingruẽte tẽtatione mẽbra ſua arma iniquitatis peccato exhibeat. Notãdum autem quod dicitur: Si aſcẽderit ſuper te ſpiritus poteſtatem habẽtis. Nihil quippe aduerſus nos malignus ſpiritus poteſt niſi miſſus aut permiſſus. Vndę cum eius ſit voluntas ſemper mala, nunquam poteſtas eſt niſi iuſta. Nam voluntas quidem mala ex ſeipſo ſibi ineſt, poteſtatem verò nõ aliũde quàm à deo habet. Quam tamẽ poteſtatẽ ſemper moderatur dominus, ne ſcilicet ex nequitia volũtatis plus puniat, quàm eorum exigunt merita qui puniuntur. Et hæc de inferiori loco dicta ſunt. Cæterũ de ſuperiori hoc intelligitur, ne quietem mẽtis, quam in deo habet, tentante diabolo deſerat, ſed vndecunq; ille tẽtauerit, ipſa in deo fixa conſtanter in tranquilitate permaneat. Hæc poſterior ſententia conuenit per-
4.Reg.3.b fectis, qui cum Helia dicere poſſunt: Viuit dominus deus Iſrael in cuius cõſpectu ſto. Et illud de Ioanne apoſtolo, Quia
1.Ioan.4.d ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Hæc inquã ſententia conuenit perfectis, qui iam in ſua cõuerſatione quodammodo imitantur ſtatum æternitatis.

Sermo quinquageſimusnonus. K

SIue ad Auſtrum ſiue ad Aquilonem arbor ceciderit, ibi Eccle.11.b
erit. Auſtri calor & leuitas in ſacra ſcriptura bonam ſolet habere ſignificationem: ab Aquilone verò panditur omne malum. Porro homines ſicut arbores vidit aliquis. Exciditur autem arbor in morte: & quocunque ceciderit, ibi erit: quia ibi te iudicabit deus, vbi inuenerit. Ibi inquam erit immutabiliter & irretractabiliter. Videat quò caſura ſit
Pſal.40. antequam cadat: quia poſtquam ceciderit, non adiiciet vt
& Hier.8 reſurgat, ſed nec vt ſe vertat. Quò vero caſura ſit arbor, ſi ſcire volueris: ramos eius attende. Vnde maior eſt copia ramorum & ponderoſior, inde caſuram ne dubites, ſi tamen fuerit tunc exciſa. Rami noſtri, deſideria noſtra ſunt: qui bus ad Auſtrum extendimur, ſi ſpiritualia fuerint: ſi carnalia, ad Aquilonem. Quæ vero præpõderent, medium corpus indicat. Ea nanque præponderãt, quæ ſecum trãxerint corpus. Sic enim eſt corpus noſtrũ inter ſpiritum cui ſeruire debet, & carnalia deſideria quæ militãt aduerſus animam ſiue poteſtates tenebrarũ, ac ſi vacca ſit inter raptorem & ruſticum conſtituta. Quicquid ille minetur, quicquid intẽdat, ſi vaccã non duxerit, ruſticus vicit. Sic quãtumcũq; ſæuiat malignus, quãtumcunq; praua deſideria crucient: ſi vas ſuũ ſibi vendicat anima, viciſſe credẽda eſt: vt quemadmodum ait apoſto-
Rom.6. lus, non regnet peccatum in noſtro mortali corpore: ſed ſicut exhibuimus membra noſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem, ſic exhibeamus ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. L

Sermo quinquageſimus.

BOues ſunt qui in opere dei ſtrenuè exercentur: qui ſeminant in lachrymis, ſed in gaudio metẽt. Iſti ſane quæcunque ſunt mundi huius arbitrantur vt ſtercora. Piger verò cuius ſabbata videntes hoſtes deridentes, dehoneſtatur ab hoſtibus in ocio ſuo, ſicut boues ſtrenui in laboribꝰ ſuis honeſtantur à deo. Quem enim maligni ſpiritus pigrum vident ad ſpiritualia exercitia, in cogitationibus eius ingerunt importune terrena: velut de ſtercoribus bouum maſſas coagulantes, & pigrum, ſicut dignus eſt, lapidantes.

Sermo quinquageſimusprimus.

OMnia feciſti in pondere & menſura & numero. Ad Sapien.11.
differentiam ipſius diuinæ eſſentię dictum eſt. Creaturæ enim in pondere & menſura & numero factæ ſunt: ſolus creator his omnibus caret. Pondus in dignitate rei conſideratur. In pondere igitur facta eſt quæ rei ſui generis eſt comparanda aut ſecundum maius, aut ſecundum minus, aut ſecundum æquale. Põdus habet, quę quãti vaeat æſtimari poteſt. Menſura verò in loco & tempore conſideratur. Quod
M ſi locum ſolum accipimꝰ corporalem, incorporeorum mẽſura in tempore erit, & non in loco. Neque enim anima in loco poteſt eſſe corporeo: nec corpus de quo magis videtur, locus animæ eſt. Quomodo enim corpore clauditur, quæ ſic vegetat exteriora ſicut interiora, ſic eſt in ſuperficie cutis, ſicut in viſceribus intimis? Sed ex affectione carnali & cõſuetudine corporũ ſic errat anima, vt ſeipſam neſciat niſi corpo Matt.6.b
ream cogitare. Vbi eſt enim theſaurꝰ eius, ibi eſt & cor. Hoc ſapit, quod diligit. Affectionibꝰ ſiquidẽ obligata, & illita terrenis, ſuam ipſius faciem cõſiderare non poteſt. Infixa eſt in limo profundi, & ſeipſam non videt, ſed putat formam ſuam eſſe luteam illam quam portat imaginem. Sed omnino aliter eſt: & aliter conſideratur menſura animæ ſecũdũ locũ. Locus ſiquidem vnicuique rei, finis eſt ſuæ ſubſtãtię. Subſtantia verò animæ in ratione, in memoria, in cõſilio, in iudicio cæteriſq; ſimilibus eſt: quæ omnia ſuo quoq; fine claudũtur In mẽſura eſt ergo factus omnis ſpiritus prẽter diuinũ: quia & ratio eius, & memoria, & cætera omnia ſuã habẽt mẽſuram. In numero facta ſunt omnia, vel ſecũdũ partium compoſitionem, vt ſunt corpora: vel ſecundũ varietatem & mutabilitatẽ, vt ſunt etiam incorporea. Solus deus eſt, in quem nec pondus, nec menſura cadit omnino, nec numerus. Vnus deus eſt: nõ habet ſui generis cui valeat comparari. Vnus eſt & ſolus ipſe penitus inæſtimabilis, æternus quoque & immenſus, indiuiſus & omnino inuariabilis.

Sermo

A *Sermo quinquageſimusſecundus.*

Cant.1.a OSculetur me oſculo oris ſui. Tria ſunt oſcula: primum, pedum: ſecundum, manuum: tertium, oris. Cum primò conuertimur, pedes domini oſculamur. Duo autem ſunt pedes domini, miſericordia, & veritas. Hunc vtrunque pedem deus conuertentium cordibus imprimit, & vtrunque pedem peccator quiſque ſi vere cõuertitur, amplectitur. Si enim ſolam miſericordiam ſine veritate reciperet, per præſumptionem caderet. Rurſus ſi veritatem ſine miſericordia reciperet, nihilo minus per deſperationẽ periret. Sed vt fiat ſaluus, ad vtrunque pedem humiliter prouoluitur, vt per veritatem peccata damnet, & per miſericordiam veniam ſperet: & hoc primum oſculum. Secundum oſculum fit, cum primùm ad bona opera conſurgimus. Tunc manus domini oſculamur, cum ei noſtra bona opera offerimus, vel cum ab eo virtutum dona recipimus. At verò tertium oſculum tunc fit, cum iam conſumpto luctu pœnitentiæ, iam acceptis virtutum donis
Pſal.26.c mens cœleſti deſiderio inſpirata, ad ſecreta interioris cubiculi gaudia impatiens amoris introduci deſiderat: cum dulcibus ſuſpiriis vocem animi interrumpentibus pio cordis affectu decantat: Vultum tuum domine requiram. Et ita ex ve-
B hementi deſiderio fit ei præſens ſponſus: quem ſic amat, quẽ ſic affectat, cui ſic ſuſpirat. Primum itaque oſculum fit in remiſſione peccatorum, & dicitur propitiatorium. Secundum fit in donis virtutum, & vocatur muneratorium. Tertium fit in contemplatione cœleſtium, & vocatur cõtemplatorium.
Rom.1.c Sciendum eſt autem eſſe duo genera contemplationis. Quidam enim ſunt qui aſcẽdunt, & cadunt: alij verò qui rapiuntur, & deſcendunt. Aſcendunt ſicut illi de quibus ſcriptũ eſt: Cum cognouiſſent deum, non ſicut deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt. Gratias non egerunt: quia viribus ſuis & ingenio tribuerunt quod deus reuelauit illis. Ideo ſequitur cauſus eorũ: Et euanuerunt in cogitationibus ſuis. Dicẽtes enim
2.Cor.5.c ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Electi verò rapiuntur, ſicut
Ibidem. Paulus & ſui ſimiles. Sed & deſcendunt, vt ea quæ per exceſſum mentis viderint, loquantur paruulis: eo ſane modo quo capiantur ab ipſis. Rapitur Paulus cum dicit: Siue mente excedimus deo. Deſcendit cum dicit: Siue ſobrij ſumus vobis.
Cant.1.a Hoc poſteriori genere contemplationis rapi deſiderat anima perfecta in caſtiſſimos amplexus ſponſi ſui, dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui. Ac ſi diceret: Ego non viribus meis, non induſtria, non meritis ad contemplanda gaudia domini mei aſſurgere valeo: ſed ipſe oſculetur me oſculo oris ſui, id eſt eius gratia fiat: non per doctrinam, non per naturam, ſed per gratiam ſuam oſculetur me oſculo oris ſui. Miro autem modo gratiã operantis, & opus, & modum operis eleganter expreſſit. Cum enim dicit, oſculetur: operãtis gratia mõſtratur. Cum autem ſupponit oſculo: ipſum opus, id eſt cõtem-
C platio deſignatur. Cum verò adiungit, oris ſui: modũ operis, ſcilicet quo fiat contẽplatio, euidẽter expreſſit. Per os quippe verbum intelligitur. Fit autem cõtemplatio ex cõdeſcenſione verbi dei ad humanam naturam per gratiam, & exaltationem humanæ naturæ ad ipſum verbũ per diuinum amorem. Nec abſurdum cuiquam videri debet, ſi in contemplatione verbi dei hæc ita diſtinguamus: cum eiuſdem quoque verbi dei incarnationem eodem ordine factam euangelium
Luc.3.c teſtetur. Ibi etenim gratia præmittitur, cum ab angelo virgo ſalutatur. Aue, inquit, gratia plena. Etenim cuius ſit, & quanta ſit ipſa gratia, ſubiungit dicens: Dominus tecum, Opus etiam eiuſdem gratiæ ſubinfertur, cum dicitur: Benedictus fructus ventris tui. Fructus namque ventris tui, incarnatio eſt verbi. Modus verò tanti operis edocetur vbi dicitur: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. In quibus operibus verbi, ſiue his quæ de euangelio protulimus, ſiue his quæ de Canticis canticorum expoſuimus, manifeſtè conſtat & iſtam ſcilicet incarnationem ex ſola vbertate diuinæ gratiæ eſſe factam: nec illam, id eſt contemplationem, quandoq; humana voluntate, ſed diuino tantùm munere prouenire poſſe. Et notandum quòd hæc ipſa contemplatio tribus modis pro diuerſo ſtatu temporum diſtinguitur. Et primo quidem vocatur cibus, ſecundo potus,
Cant.5.a tertio ebrietas. Vnde & in conſequẽtibus electi quoque voce ſponſi inuitantur, dicentis: Comedite amici, & bibite, &
inebriamini chariſſimi. Prius comedunt, dum in carne adhuc D
corruptibili degunt. Poſtmodum verò corpore exuti, & in cœlum trãſlati iam bibere dicuntur eadem quæ prius comederant: quia iam per ſpeciem contemplantur ſine labore quę prius per fidem crediderãt, dum in corpore poſiti peregrinarentur à domino, & in ſudore vultus ſui veſcerẽtur pane ſuo: ſicut & nos facilius ſumimus ea quæ bibimus, quàm illa quę mandimus: quia in illis nonnullus labor, in his leuis eſt tranſitus. In hoc ergo ſtatu poſiti ſancti bibere quidẽ poſſunt, ſed inebriari non poſſunt: quoniã à perfectiſſima cõtemplatione diuinitatis quodãmodo retardantur, dum adhuc reſurrectionẽ ſui corporis in fine ſeculi præſtolantur. Qua facta ita corpus mẽti, & deo mẽs inhærebit, vt iam deinceps nihil ſit quo ab interna ebrietate contemplationis reuocari poſſit. Prima itaque inuitatione qui comedunt vocãtur amici, id eſt chari: in ſecunda quia bibunt, chariores: in tertia quia inebriantur, chariſſimi. Quia meliora ſunt vbera tua vino. Duo ſunt vbe-
Cant.1.d ra ſponſæ, vnum cõgratulationis, alterum cõpaſſionis. Vnde apoſtolus his duobus paruulos fouẽs, Gaudere, ait, cum gaudentibus: flere cum flentibus. Vinũ accipitur deſideriũ ſeculare, de quo ſcriptum eſt: Fel draconũ vinum eorum, & vene-
Deut.32.e num aſpidum inſanabile. Fragrantia vnguẽti optimi, innuit quòd aliqua ſunt vnguẽta bona, aliqua meliora, quibus omnibus ſuperferãtur hęc optima. Dicamus ergo tria genera eſſe vnguẽtorum: Primum ſit de recordatione peccatorũ, cum E
pro ipſis compũgimur, & veniam petimus: & hoc vnguentũ bonum eſt, quia cor contritũ & humiliatũ deus non ſpernit.
Pſal.50.d Effunditur autẽ ad pedes domini, ibiq; remunerationem accipit, ſcilicet remiſſionẽ peccatorũ, cum dominus dicit: Re-
Luc.7.g mittuntur ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Secundum vnguentum ſit de recordatione beneficiorũ dei. Et hoc rectè ad caput effunditur: quia virtutes non niſi ad deũ, à quo ſunt, referuntur. Hoc autẽ vnguẽtum iam charius eſt: quia de hoc
Mat.26.d ſcriptum eſt: Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? Poterat enim venũdari pluſquã trecẽtis denariis, & dari pauperibus.
Ibidem. Sed hanc perditionẽ approbat dominus cũ dicit: Sinite eam. Quid illi moleſti eſtis? Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me autẽ non ſemper habebitis. Nõ ſolum approbat, ſed
Ibidem. etiã remunerat, cum dicit: Amen dico vobis, vbicunq; prędicatum fuerit hoc euangelium, in toto mũdo dicetur & quòd hęc fecit memoriã eius. Tertiũ ergo vnguentũ cõponitur de
Mar.16.a pręcioſis aromatibus, ſicut de quibuſdam ſanctis mulieribus ſcriptũ eſt quòd emerũt aromata vt veniẽtes vngerẽt Ieſum. Sed huius tertij vnguenti non fit aliqua effuſio vel perditio: quia noluit dominus illud ſuper corpus ſuũ mortuũ effundi, ſed ſeruari viuo corpori ſuo, id eſt eccleſię ſanctę, cui nimirũ mulieres quę cũ vnguentis venerãt, mittuntur reſurrectionẽ euangelizare. Primum itaq; vnguentum vocatur vnguẽtum cõpunctionis, & abſumitur igne cõtritionis. Secundũ deuo-
F tionis, & abſumitur igne charitatis. Tertiũ vocatur vnguentum pietatis, quod nõ abſumitur, ſed integrum conſeruatur.

Sermo quinquageſimuſtertius.

SIcut de Chriſto duo ſunt, vnum nobis incognitum, ſcili-
Eſa.53.b cet generatio diuina, de qua ſcriptum eſt: Generationem eius quis enarrabit? alterum cognitum, vt generatio vel opera humana: ita etiã de ſpiritu ſancto aliud eius noſtris eſt mẽtibus occultum, ſcilicet quomodo procedat à patre & filio, cum ſit æqualis & coæternus eidem patri & filio: aliud verò ipſo docente manifeſtum, videlicet quibus modis operetur gratiam ſuam in nobis. Duplex quippe eſt operatio ſancti ſpiritus. Operatur enim in nobis aliud propter nos, aliud propter proximos. Propter nos, id eſt propter vtilitatem noſtrã, operatur in nobis primò compunctionem, conſumẽdo peccata. Secundò deuotionem, vngendo & ſanando vulnera. Tertiò creando intellectum tanquam pane confirmat nos & roborat. Quartò hæc ipſa multiplicius augendo, & amorem infundendo, quaſi vino inebriat. Cętera chariſmata, id eſt pietia, conſilia & huiuſmodi, dãtur nobis ad vtilitatẽ aliorũ.
1.Cor.12. Vnde apoſtolus cũ de diſtributione donorũ loqueretur, non ait ſimpliciter, Alij datur ſapiẽtia, alij ſcientia: ſed addidit dicens, ſermo ſcientiæ, ſermo ſapiẽtiæ: vt oſtenderet quòd huiuſmodi dona propter alios dantur, ſcilicet vt alij ædificentur. In quibus operibus cauendum eſt duplex periculum, ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gvel illa quæ dantur propter nos diuidamus proximis: vel illa quæ propter proximos, reseruemus nobis. Si enim quæ pro vtilitate aliorum accepimus, retinemus tantum nobis, charitatem non habemus, & dicitur nobis: Sapiẽtia abscondita, & Eccl.20.d thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Rursus si de donis dei velimus innotescere hominibus, non deo in occultis cordis placere, humilitatem perdimus, & merito illa voce increpamur: Quid habes quod non accepisti? Sic vtroque mòdo 1.Cor.4.b perclitamur, hinc humilitatem, illinc amittẽdo charitatem. Et quis sine humilitate & charitate potest saluus fieri? Rectus ergo profectus nostri ordo est, vt illis donis scilicet cõpunctione & cæteris studeamus impleri primùm, deinde si per gratiam spiritus sancti cætera supercreuerint, id est sapiẽtia & scientia, curemus illa proximis partiri. Ita sane obtinebimus illud spiritus sancti donũ quod vocatur discretio spirituum, si & ea quæ nobis tantùm congruunt, nobis reseruemus: & ea quę ad aliorum vtilitatem conferuntur, nobis largiamur & proximis.

Sermo quinquagesimusquartus.

OSculetur me osculo oris sui. Os patris intelligitur filius. Nemo autem nouit filium nisi pater, & nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. At verò Canti.1.a Matt.11. cuicunque fit ista reuelatio, siue patris siue filij, non fit nisi per spiritum sanctũ. Hinc est quòd cum Petrus dixisset domino, Tu es Christus filius dei viui: ille respondit: Beatus es Matt.16.c Simõ Bar-iona, (quod interpretatur filius columbæ) quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis. Et apostolus cum præmisisset quod oculus non vidit, & 1.Cor.2. auris non audiuit, &c. statim subiunxit, Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Videtur ergo sponsa gratiam habere spiritus sancti, per quam cognoscat filium æqualem patri. Nec dicit, Osculetur me ore suo (quod solius filij est dicere, non cuiuslibet creaturæ: quippe quæ nullo modo potest esse æqualis patri) sed osculo oris sui. Porro osculum commune est osculantis & osculati. Si igitur se inuicem osculantur pater & filius, quid est eorum osculum nisi spiritus sanctus? Hoc itaque flagrat sponsa osculari, osculetur me, inquiens, osculo oris sui. Hoc osculum testatur etiam Paulus eam accepisse, cum dicit: Quoniã estis filij, misit deus Gala.4.b spiritum filij sui in corda nostra, clamantem, Abba pater. Hoc osculum pollicebatur & ipse saluator, cum ad instantiam orationis exhortaretur discipulos. Si vos, inquit, cũ sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona, id est spiritum bonum, Matt.7.b petentibus se? Ex huius osculi impressione suscipit anima I rationalis ab ipso sponso suo verbo dei cognitionem, & amorem veritatis, quæ duo quasi labia imprimit ei ipsa dei virtus, & dei sapientia Siquidem sapiẽtia cognitionem, virtus confert amorem. Habet & ipsa anima similiter duo labia quibus osculatur sponsum suum, id est rationem & voluntatem. Rationis est percipere sapientiã, voluntatis virtutem. Si sola ratio percipiat sapientiæ cognitionem, & voluntas non habet virtutis amorem, non est plenum osculum. Aut si sola volũtas obtineat amorem, & ratio minime percipiat cognitionem, nihilo minus est semiplenum. Tunc verò plenum & perfectum est, quando & sapientia illustrat rationem, & virtus afficit voluntatem.

Canti.1.d OSculetur me osculo oris sui. Tria sunt oscula, reconciliatorium, numeratorium, contemplatorium. Primum ad pedes, secundum ad manum, tertium ad os sumitur. In primo accipitur remissio peccatorũ, in secundo munus virtutum, in tertio cognitio secretorum. Vel ita, osculum doctrinæ, naturæ, gratiæ.

Sermo quinquagesimusquintus.

DVo sunt vbera sponsæ: congratulatio & compassio. Gemina lactis species: exhortatio & consolatio. Tria vnguenta: compunctio, deuotio, pietas. Compunctio de recordatione peccatorum, deuotio de recordatione beneficiorum, pietas ex consideratione miserorum.

Sermo quinquagesimussextus.

DVo sunt pedes dei: misericordia, & iudicium. His circuit & perambulat iugiter spirituales mentes, exultans vt gigas ad currendam viam: si tamen tales sunt de quibus merito dicat: Habitabo in illis, & deambulabo in eis. Hos Psal.18.b, ergo pedes primo vngit anima peccatrix illo primo vnguen K to quod dicitur compunctionis. Denique Maria quæ peccatrix erat, vnxit pedes Iesu. Nec mediocre sane vnguentum hoc videatur, de quo scriptum est: Et domus impleta est ex Ioan.12.a odore vnguẽti. Nec mirum, cum etiam in cœlestibus sentiatur huiusmodi vnguenti fragrantia, veritate attestante quæ Luc.15.b ait: Gaudium est angelis dei super vno peccatore pœnitentiã agente. Verùm quantumlibet vnguẽtum hoc preciosum videatur, tamen comparatum alteri quod appellatur deuotionis, & conficitur ex memoria beneficiorum diuinorum, quo Psal.50.d & vngitur caput domini, vile & nullius precij intelligitur. Psal.49.d Denique de illo dicitur: Cor contritum & humiliatum deus 1.Cor.11.a non despicies. De isto verò: Sacrificium laudis honorificabit me. Caput ex eo vngis, cum de suis donis deo gratias agis. Siquidem caput Christi, deus. Deitas ergo in Christo tangitur quotiens ad laudem ipsius eius beneficia memoramus, sicut nõ tam deitas quàm humanitas necesse est vt cogitetur, cum non eius dona, sed nostra peccata recordamur. Nam in carnis assumptione duos illos pedes ad hoc accepisse cognoscitur, id est misericordiam & iudicium, vt peccator qui ad caput, id est ad deitatem accessum non habebat: ad pedes, id est ad humanitatem accederet. Nisi enim pes ille quem diximus L misericordia, ad hominem assumptum pertineret, Paulus Hebre.4.d de illo non diceret: Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato, vt misericors fieret. Et nisi iudicium æquè ad hominem pertineret, ipse homo deus de seipso nõ di- Ioan.5.c xisset: Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Itaque ad hos pedes viri doloris & scientis infirmitatem, peccator accedere non dubitans, fidenter loquitur: Hebre.4.d Nunc autem cum fiducia accedimus ad thronum gratiæ. Nõ enim habemus põtificem qui nõ sciat compati infirmitatibus nostris. Peccatrix ergo ad pedes, iuxta ad vngendũ caput accedit. Tãto autem vnguentum capitis illo alio quod pedibus apponitur, præciosius est æstimandum, quanto species quibus conficitur, illis constat esse præciosiores. Has quippe facilè & absque labore in nostra regione reperimus. Peccatores siquidem omnes sumus. Porrò illas difficile ac de longinquo valde, vtpote de paradiso dei asportata suscipimus. Luc.1. Omne enim datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est descẽdens à patre luminum. Quid denique huiusMatt.26.b cemodi vnguento excellentius, de cuius effusione etiam apostoli murmurasse dicũtur, dicentes: Vt quid perditio hęc? potuit enim venũdari, & dari pauperibus. Sed & nunc quoque cum forte videtur quispiã vacare deo, tantæque deuotionis & gratię, vt merito credatur vngere caput Christi, persistens M iugiter in sancta quiete, & gratiarum actione, & diuinæ delectatione deuotionis, non desunt qui hoc perditionem dicãt: & iusto vt sibi videtur murmure conqueruntur, quod is qui pluribus prodesse poterat, quiescat sibi: non quod sanctitati inuideant, sed quòd prouideãt charitati. Cęterũ ipsa charitas deus huiusmodi animę plerunq; parcit, quam videt spiritualibus studiis delectari, maximéq; si talẽ eam nouerit, quæ adhuc pusillanimitate & imbecilitate vt mulier sit, & necdum in virum perfectum profecerit: quod vtiq; melius ipse discernit qui intuetur cor, quàm homines qui in facie tantũ videt, & secundũ faciẽ iudicant, cũ videlicet minime attendũt non esse eiusmodi facilitatis deuotè quiescere, & fructuosè occupari: humiliter subesse, & vtiliter præesse: regi sine querela, & regere sine culpa. obedire spõte, & imperare discretè: bonũ denique esse inter bonos, & bonũ inter malos: imò etiã esse pacatum inter filios pacis, & his qui oderũt pacem, exhiberi pacificũ. Sciens ergo Iesus qui sint quíve non sint idonei implicari curis pro tali delicata anima, quã pro sui adhuc teneri tudine tractandis negociis minus sufficere sentit, aduersus aliud sentiẽtes, & ob hoc eius quietẽ tãquã infructuosam bono quidẽ zelo, sed nõ secũdũ scientiã insimulãtes, ipso respõ- Ibidem. det effectu: Quid molesti estis huic mulieri? Nam etsi (quod fatendum est) melius est ad quod illam trahere tẽtatis, bonũ tamen opus est quod operata est in me. Sinite eam interim operari bonũ quod potest. Noui enim ego quòd adhuc mulier sit. Cum autem mutatione dexterę excelsi de muliere factus fuerit vir (quod & me quando tamen erit latere non po terit,

Eccli.42.c Aterit, quia me prouocante promouebitur, me quoq; seruante tenebitur) tunc meliot erit iniquitas viri quàm nũc benefaciens mulier: vnde & illud melius spero: nec reputo perditionem vnguenti huius effusionẽ, in quo & mulieris deuotio designatur, & mea præfiguratur sepultura. Huc accedit quòd tam latè suam fragrantiam circunquaq; diffundit, quaMatt.26.a re vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium, dici etiam habeat quod & hæc fecit in eius commemorationem.

Sermo quinquagesimusseptimus.

IAm ad tertium vnguentum accedamus. Sanè in duorum præmissorum alterutra collatione, priore sequens absque omni ambiguitate cognoscitur esse melius, longéque excellentius. Illud autem mirum videtur, si tertium aliquod inCant.1.a ueniri queat, quod ambobus iure debeat anteponi, iuxta quod optimum vnguentum sponsa sua redolere vbera glorietur. Alioquin optima non sunt si non vincunt & meliora, sicut & meliora veraciter non dicuntur nisi quæ superant bona. Porro tantæ excellentiæ vnguentum illud secundum quo caput vngitur inuentum est, vt vix quælibet ei diuitiæ non dico præferri, sed nec saltem conferri posse videantur. Ego tamen non crediderim sponsam esse mentitam, quippe quæ habeat sponsum ipsam veritatem, cuius & hic verba loquitur, qui vtique sicut fallere non vult, ita nec falli potest. Alioquin frustra desiderat & suspirat veritatis amplexibus B iungi, mentiens veritati. Quæ enim mendacio societas cum Psal.5.b veritate? Quin potius veritas perdit omnes qui loquuntur mendacium. Fortassis in euangelio si quærimus, inuenimus Marc.16.a præcessisse & huius figuram. Maria, inquit, Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerẽt Iesum. Vidésne in prima frõte propositi capituli quanti æstimandum sit etiam hoc materiale vnguentum, cuius aromatibus comparandis non vna vel duæ sufficere potuerunt? Vna primum, vna & secundum attulit vnguentum. Ad hoc autem comparandum & prẽparandum tres pariter conuenerunt, vt simul videlicet emerẽt quod per se singulæ non poterant, & sic venientes vngerent Iesum. Non solùm pedes aut solum caput, sed vt venientes (inquit) vngerent Iesum, id est totũ corpus. Sed attende quòd tã precioſi huius vnguenti Christus pati noluerit perditionem fieri, & ideo non inuẽto corpore reportarunt illud, & iussæ sunt exhibere viuo quod prẽparauerant mortuo. Quod & fecerũt, cum protinus nunciato gaudio resurrectionis, discipulorum (qui proculdubio membra Christi, & membra viua erant) tristia corda delinire curarunt. Quę vtique membra nisi plus illo crucifixo corpore Christus diligeret, pro his illud crucifigendum non tradidisset. Liquet itaq; quòd duo illa tanto hoc vltimũ præcellit vnguẽta, quanto Christus hoc suum corpus, id est ecclesiam cui exhibetur, illo quod ex eo vngi voluit, quod & propter C huius redemptionem tradi voluit, constat esse amabilius.

Sermo quinquagesimusoctauus.

Cant.6.d REuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere vt intueamur te. Reuertere primò ab inepta lætitia, reuertere secundò ab inutili tristitia, reuertere tertiò ab inani gloria, quartò reuertere à latenti superbia. Inanis gloria est quæ ab ore hominũ venit extrinsecus. Superbia latens oritur intrinsecus. Cum hęc omnia vitia reliquerit anima, intuebitur eam sponsus eius. Ob hoc autem debet ab aliis abstinere, vt digna fiat eius complexibus. Vnde & ad eam dicitur: Reuertere reuertere, vt intueamur te.

Sermo quinquagesimusnonus.

Cant.4.d EMissiones tuæ paradisus. Vox illius cœlestis Hierusalem, congaudentis huic quæ peregrinatur in terris. Sũt autem tres emissiones. Prima coniugatorum pœnitentium in mundo. Secunda conuersorum continentium in claustro. Tertia prælatorum prædicantium, & orantium pro dei populo. De prima emissione, id est pœnitentia dicunt angeli, Luc.15.b quibus gaudium est super vno peccatore pœnitẽtiam agen- Cant.3.c 6.d.8.b tes: Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut aurora consurgens? Ascendere autem dicitur hæc anima pœnitens per desertum, terram scilicet inuiam & inaquosam, peccatorum suorum recordando. Ascendit sicut virgula, eadem peccata humiliter confitendo. Quæ cõfessio rectè fieri sicut virgula fumi dicitur, quia per plures peccatorum species tanquam fumus de thuribulo per plura foramina deriuatur. Et D notandum quòd cum fumus nunquam habeat splendorem, nonnunquam tamẽ habere possit odorem. Quòd hic fumus confessionis odorẽ quendam pietatis habeat, innuitur ex his quæ subiunguntur: Ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniIbidem. uersi pulueris pigmentarij. Confessionẽ debet semper comitari myrrha & thus, id est mortificatio carnis, & oratio cordis. Alterũ enim sine altero aut parum aut nihil prodest. Nã si quis carnẽ mortificet, & orare dissimulet, superbus est: & dicitur ei: Nunquid mãducabo carnes taurorum, aut sanguiPsal. 49.b nem hircorum potabo? Item si orauerit, & carnẽ suam mortificare neglexerit, audiet: Quid vocatis me domine domine, Luc.6.g & non facitis quæ dico? Et illud: Qui auertit aurem suam ne Prou.28.b audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Vtrunq; ergo alteri suffragatur, dum constat quòd alterum sine altero reproba-Cant.3.c tur. Sequitur: Et vniuersi pulueris pigmentarij. Post recordationem & confessionem peccatorum, post mortificationẽ & orationem, exhibendus est fructus eleemosynarum. Quæ bene puluis dicuntur, quia de terrena substãtia fiunt. Pigmẽtarius verò, quia suauissimum odorẽ emittũt. Hinc est quòd Cornelio bene agenti dictum est: Orationes tuæ & eleemoAct.10.a synæ tuæ ascenderunt. Vel vniuersi pulueris pigmẽtarij ideo dicitur, quia nõ solùm magna, sed etiam minima quæq; peccata conterenda sunt per confessionem, & diluenda per compunctionem. Hæc de prima emissione dicta sufficiant. E

Sermo sexagesimus.

SEcunda est vita continentium in claustro vel eremo. In hac emissione nulla fit deserti mentio, aut fumi seu pœnitentiæ: sed lucis, splendoris, atque virtutis. Denique in huius laude angelica voce cantatur: Quæ est ista quæ ascenCant.6.d dit sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? In quibus verbis triplex virtus eius ostenditur, humilitas, castitas, charitas. Aurora quippe finis est noctis, & initium lucis. Nox autem vitam peccatoris, lux significat vitam iusti. Aurora ergo quæ fugat tenebras, lucem nunciat, meritò humilitatem designat: quia sicut illa diem & noctem, ita ista diuidit iustum & peccatorem. Nam hinc, id est ab humilitate iustus quisque incipit, & inde proficit. Vnde etiam ipsa aurora consurgens dicitur, vt videlicet virtutum structura surgens ab humilitate tanquam proprio fundamento erigatur. Igitur ad ostendendam eius humilitatẽ dictum est: Sicut aurora cõsurgens. Illud verò quod sequitur, Pulchra vt luna, castitatem demõstrat. Porro luna dicitur splendorem suum non à se habere, sed à sole trahere: quãtóque magis solis conspectui cernenda opponitur, tãto maiore sui parte ab eiusdem solis lumine illustratur. Similiter congregatio seu quæque fidelis anima, si veri solis obtutibus offeratur intuenda, sine dubio ex visione illius admittit protinus in se decus quoddam pulchritudinis, F & venustatem castitatis. Vnde fit, vt ex eius lumine crescens & proficiens etiam ad perfectionem prouehatur, vt rectè dicatur de illa quod sequitur: Electa vt sol. Quare vt sol? An Matt.13.f ideo quia refulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum? Sed ibi vnde sicut sol fulgebunt, nisi de splendore vestis nuptialis? Ipsa est enim qua vtiq; in terris positi vestiendi erant illi quibus dictum est: Vos autẽ sedete in ciuitate donec in-Luc.24. duamini virtute ex alto. Hac virtute charitatis qham vestis illa nuptialis significat, quisquis indutus fuerit, eámque in se rectè ordinauerit, erit procul dubio terribilis hostibus suis vt castrorum acies ordinata. Nam de cęteris quidem virtutibus quantascunq; sine charitate habuerit, non curant dæmones. Cum verò charitatem & ipsam ordinatam in acie viderint, illico præcipites agũtur in fugam. Potest in eo quod dicitur electa vt sol, perseuerãtia intelligi, quæ tantùm electorum est. In eo autẽ quod sequitur, terribilis vt castrorũ acies ordinata, discretio mater virtutum, per quam terrẽtur & fugantur dæmones, acquiruntur & conseruantur virtutes. Possunt & alia multa in hac secunda emissione cõgrue & intelligi & dici, sed hæc pauca de multis dixisse sufficiat. Tertia emissio conuenit sanctis prædicatoribus, de quorum vita & doctrina etiam vox illa sub admiratione profertur: Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? In prima emissione dictum fuerat, quæ est ista

Gque ascendit per desertum: in hac autem quæ ascendit de deserto: quia nimirũ ibi pœnitentes cõpungunt spinæ per quas incedunt, hic vero doctores quicquid de seculo subripere potuerunt, sublimi mente calcauerunt. Ideo dictum est, de deserto deliciis affluens. Sed quærendum est quæ sint illæ deliciæ quibus affluere dicũtur, & quis ille dilectus, aut cur super eũ inniti dicãtur. Neque enim paruæ æstimandæ sunt quæ à supernis ciuibus deliciæ nominantur. Siquidem huiusmodi deliciæ mentis sunt non ventris, animi non corporis, spiritus non carnis, rationis non sensualitatis, interioris non exterioris hominis. Quas vt breuiter aliquo modo describam, ipsæ sunt abundans infusio gratiæ spiritualis. Beata illa anima, cui talis gratia infunditur, quæ in benedictionibus supernæ dulcedinis præuenitur, vt templum dei & oraculum spiritus sancti efficiatur. Tali quippe animæ deesse non possunt diuitiæ salutis sapientia & scientia, & eiusdẽ salutis optimus thesaurus timor domini. Quibus deliciis cum abundauerit & repleta fuerit, exaltet iam in ecclesiis dominum, & in cathedra seniorum laudet eum. Quod in aure audiuit in cubiculis, prædicet iam super tecta, & sic affluet deliciis. Affluere enim dictum est verbo doctrinæ insistere, exemplo vitæ lucere, opus spirituale instãter exercere. Sed necesse est vt in his omnibus
H non suam, sed auctoris sui quærant gloriam. Ipse est enim di- *Canti.2.d*
lectus eius de quo scriptum est: Ego dilecto meo, & dilectus *Luc.9.c*
meus mihi. Et de quo pater: Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Super quẽ mnitendum est, vt videlicet illius gratię auxilio ascribatur op° eius à quo omnia, per quẽ omnia, & ad quẽ omnia referuntur. Cur autem super eum inniti debeat, ipse dilectus qui docet hominem sciẽtiam, plenius nos *Ioan.15.a*
doceat. Ait ille discipulis suis, quos huiusmodi deliciis implebat: Ego sum vitis, vos palmites. Sicut palmes non potest facere fructum nisi manserit in vite, sic & vos nisi in me manseritis. Et iterum: Sine me, inquit, nihil potestis facere. Ac si aperte diceret: Si deliciis vultis affluere, innitimini super me. Sed iam videamus quomodo illi affluãt & innitãtur. Veniat in medium vnus pro omnibus ille prædicator egregius. Eia *Rom.15.c*
beatissime Paule afflue deliciis tuis. Certe cum euangelium ab Hierusalem per circuitum ad Illyricum prædicasses, cum sine sumptu ipsum euangelium posuisses, cum cœlestes thesauros fideique sacramentum Græcis ac Barbaris sapiẽtibus & insipientibus vt prudens ac fidelis dispensator erogasses, cum mortificationẽ Iesu in tuo mortali corpore circuntulisses, & inter multas admirandas virtutes tuas quas tu potuisti facere, nos vix possumus enarrare, etiá illud cũ omni auctoritate, sine omni arrogantia: cum esses apostolorum tuo iudicio minimus, tamẽ ausus es dicere, Gratia dei in me vacua nõ *1.Cor.15.b*
I fuit, sed abundantius omnibus illis laboraui. Magnę, & vt ita dicã, delicioſę delicię. Sed ne illas amittas, innitere super dilectum tuum. Non autem ego, inquit, sed gratia dei mecum. *Ibidem.*
Rursum affluе: quoniam vt verum fatear, delectant valde tales delicię. Omnia possum, ait. Iterum innitere. In eo, inquit, *Philip.4.c*
qui me confortat. Item dicit apostolus: Qui gloriatur, in do- *2.Cor.10.c*
mino glorietur: hoc est, qui deliciis affluit, super dilectũ suũ innitatur. Hæc de tribus emissionibus in significatione triũ generum hominum quos in hac vita cõtinet sancta ecclesia, quos etiam apud Ezechilẽ designant Noë, Daniel, & Iob, adiuuante domino diximus: quãuis in singulis quibusq; perfectis possint non incõuenienter assignari. Et in his quoque prima emissio est pœnitẽtia, secunda iustitia, tertia doctrina. Primò enim pœnitendo conuertuntur, secũdò bene viuẽdo iustitiã exercent, tertiò si bene profecerint, ipsam iustitiã quã vita tenent, verbo docent. Sed quoniã virtutibus insidiantur vitia, & ita iuxta sunt posita, vt qui ab illis deuiauerit, istorum laqueos incurrat, oportet vt sit pœnitentia sine pudore, ne scilicet erubescat cõfiteri commissa peccata, caueat iustitia simulationem, eliminet prælatio elationem. Vbi enim magnitudo gratiarum est, ibi etiam magnitudo discriminis est.

Sermo sexagesimusprimus.

VEni in hortum meum soror mea sponsa. Alibi dicitur: *Canti 5.a*
Introduxit me rex in cellarium suum. Alibi dicitur, in *Canti.1.a*
cubiculum suum. Hæc triplex introductio fit animæ ratio- *Canti.3.a*
nali à sponso suo, verbo scilicet dei, secundum triplicem sensum scripturarum, historicum, moralem, mysticum. In horto est hystoricus, in cellario moralis, in cubiculo mysticus. In horto, id est in historia continetur triplex trinitatis operatio, creatio cœli & terræ, renouatio cœli & terræ, confirmatio cœli & terræ. Pater creauit, filius reconciliauit, spiritus sanctus conformauit. Et aliud tempus est creationis, aliud confirmationis, aliud reconciliationis: sicut & in horto aliud est tempus plantationis, aliud fructus colligendi, aliud vescendi. Creatio & reconciliatio sunt præsentis, confirmatio futuri seculi. In principio temporis creauit pater, in plenitudine temporis reconciliauit filius, post omne præsens tempus confirmabit spiritus sanctus. De patre dixit filius: Pa- *Ioan.5.c*
ter meus vsque modo operatur. Et de se subiunxit, Et ego o- *Ibidem.*
peror. Similiter & spiritus sanctus in consummatione seculi vere poterit dicere: Pater & filius vsque modo operantur, & ex hoc iam operor ego: cum scilicet iam fecerit corpora nostra spiritualia, corpusque adhæserit spiritui, & spiritus deo, hoc ipsum corpus eodem spiritu sancto sic confirmante, vt iam deinceps absque vllo temporis interuenientis momento fiat quod scriptum est: Qui adhæret deo, vnus spiritus est. *1.Cor.6.b*
De creatione instruit nos vetus testamentum, & promittit reconciliationem. Reconciliationem exhibet nouum testamentum, & spondet confirmationem.

Sermo sexagesimussecundus.

SEcunda introductio est in cellarium. Hoc cellarium cõ-
tinet moralem scientiam, & habet tres distinctas man- L
siones. Prima dicitur aromatica. Secunda fructuaria. Tertia cella vinaria. In prima sunt qui bene se habent cum prælatis, in secunda qui cum æqualibus, in tertia qui cum subditis. Est ergo prima cella disciplinæ, secunda naturæ, tertia gratiæ. Qui enim perfectæ conuersationis nititur cumulum attingere, fit primũm discipulus, & ingreditur cellam disciplinæ, in qua mores eius à magistro variis virtutibus velut à pigmentariis aromata diuersis speciebus componuntur. Vnde & ista cella dicitur aromatica, quia tales quique dum vltro amplectuntur disciplinæ laborem, optimum aliis exemplo suo effundunt imitationis odorem. Inde cõsequenter ingrediuntur in secundam cellam naturæ: quoniam illi quidem cæteris condiscipulis concordare facilè possunt qui sub magistro propriam voluntatem frangere didicerunt. Et hæc cella vbi cum cæteris communiter viuitur, congruè cella naturæ dicitur, quia omnes homines æquales quidem natura genuit, sed alios aliis meritorum causa vel præposuit vel supposuit. Dicitur etiam fructuaria, quia magnę vtilitatis est si quisque gratiam quam accipit, in alterutrum administrat. *Prouer.18.c*
Vnde scriptum est: Frater fratrem adiuuans, exaltabitur sicut *Psal.132.a*
ciuitas munita. Et item dicit propheta: Ecce quàm bonũ & quã iucundum, habitare fratres in vnum. At verò cum consummati plene fuerint in hac secunda cella naturę, tunc tan- M
dem ingredi possunt tertiam quæ est gratiæ, vt etiam cæteris instituendis præsint, qui cum cęteris iustè & sine querela vixerint. Et hęc quoque cella dicitur vinaria, vt scilicet ferueãt charitate, qui cęteris pręsunt in regimine. Dicitur etiam cella gratiæ, quod nomẽ scilicet aliis quoque duabus possit esse commune. Nam & disciplina & socialis vita donum gratiæ est: ista tamen sibi illud vendicat specialiter, quoniam quidem multum facile est subiici vel sociari: rarum vero & difficile ad aliorũ regimen vtiliter quemuis posse transferri. His tribus cellis continentur & formantur omnium hominum mores. Omnes enim homines vel sunt prælati, vel æquales, vel subditi. Quemadmodum autem eligũtur de hortis quæque potiora, & in cellariis reponuntur, vbi etiam distincta habent loca in quibus seruentur: ita de historia sumitur & quasi reconditur in cellario moralis sensus, vnde omnis humana vita instruatur. Legunt etenim ibi prælati quales se exhibere subditis debeant, cum eis dicitur: Non dominantes in *1.Pet.5.d*
clero, sed forma facti gregis. Et illud: Nõ quia dominamur fi- *1.Cor.1.d*
dei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. Et dominus in *Luc.10.b*
euangelio: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. *Galat.6.a*
Inueniunt etiam in eadem scriptura æquales, qualiter se ha- *Rom.12.c*
bere debeãt inuicem, cum legunt: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Et illud: Honore inuicem prævenientes & multa in hunc modum. Habent ibi & subditi quod eorum mores cõponat, quomodo scilicet subdi eos

A di eos maioribus oporteat, quibus dicitur: Obedite prępositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris. *Heb.13.c*

Sermo sexagesimustertius.

DEntes tui sicut grex tonsarum quæ ascenderunt de la- *Cant. 4.a*
uacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. Spiritus sanctus de cuius secretiori fonte canticorum flumẽ emanat, in his (vt sentio) dentibus mysteria nobis non par- *Psa 57.a*
ua commendat. Non sunt hi dentes de quibus dicitur: Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. vel de quibus ad vi- *Ibi.41.d*
rum sanctum vox diuina proclamat: Per gyrum dentium eius formido. Dentes isti lacte candidiores. Quippe sponsæ sunt, cuius speciem concupiuit altissimus, quæ non habet maculam neque rugam. Cum enim tota candida sit, candidior probatur in dentibus. Noua tamen & inaudita comparatione in illius laudes perorat dicens: Dentes tui sicut grex tonsarum. Quid in hac rogo similitudine dignum est, vt eam de cœlestibus arcanis descendisse credamus? Magnũ prorsus, & magno animo magnificè sentiendũ. Spiritus enim est qui loquitur: qui cum loquitur, nec vnum potest iota vacuum præterire. Aliquid profecto est in his dentibus inuolutum, quod euolutum sacratioris intelligentiæ prælignet arcanum. Dentes enim candidi sunt & fortes: carnẽ non ha- B bent: carent corio: nihil intra se pati possunt: nõ est dolor sicut dolor eorum: clausi sunt labiis ne videantur: indecens est cum videtur, nisi ridendo: toti corpori masticant cibũ: nullũ inde saporẽ habent: non facile consumuntur: per ordinẽ positi sunt, superiores alij, & alij inferiores: & cum inferiores moueãtur, superiores nunquã. Huiusmodi dẽtes ego arbitror homines monasticæ professionis, qui viam compendiosiorem & securiorem vitam eligentes, de toto ecclesiæ corpore quod candidum est, cãdidiores esse videtur. Quid enim illis cãdidius, qui totius immunditias spurcitiæ euitantes, cogitationum sicut actionum peccata deplorãt? Quid fortius illis, quibus tribulatio pro solatio, contumelia pro gloria, inopia *Rom. 8.b*
pro abũdantia ducitur? Isti carnem nõ habent, quia in carne carnem obliti audiunt ab apostolo: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Corio carent: quia nitorem & distensionẽ mundanarũ solicitudinum non habentes, in pace in idipsum dormiunt & requiescunt. Nihil morari intra se patiũtur, quia nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputant aut intra se, aut in cõscientiis singulorum. Hinc est illa vestra opportuna importunitas, qua tam sæpe fatigatis nos, vt multotiens etiam cũ necesse non sit, multum in his diei expendatis. Non est dolor sicut dolor eorum: quia nihil tam horrendum & horribile est sicut murmur & dissensio in congregatione.
C Clausi sunt labiis, ne videantur: sic & nos materialibus vallis circũcingimur, ne secularių oculis & accessui pateamus. Incedens est si appareant, nisi interdũ forte ad risum: quia nihil turpius, quàm monachus per vrbes & castella discurrẽs, nisi cum illa cogit quæ operit multitudinem peccatorum. Charitas eñ risus est, quia hilaris est. Lęta quidẽ, nõ tamẽ dissoluta. Toti corpori masticant cibũ dentes, quia ipsi pro toto ecclesiæ corpore videlicet tam viuis q̃ mortuis orare sunt constituti. Nullũ inde saporẽ habere debẽt, nullã sibi gloriã assi- *Psal.113.b*
gnare: sed dicere cum propheta: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Non facilè consumuntur: quia quanto annosiores, tanto feruẽtiores: & eo rapidius currũt, quo vicinius appropinquant ad palmam. Per ordinem positi sunt. Vbi enim aliquid ordinatum est si hic non est, vbi cibus & potus, vigilare & dormire, laborare & quiescere, ambulare & sedere, & cętera omnia in numero & mẽsura & põdere constituuntur? Superiores & inferiores sunt, quia inter nos prælati & subditi sunt: & sic superiores inferioribus iunguntur, vt inferiores à superioribus non discordẽt. Cum autẽ inferiores moueãtur, superiores nunquã moueri debẽt: quia & si subditi quandoq; turbentur, prælatorum est in mente composita perdurare. Sicut grex tõsarũ, inquit. Quàm bene monachi tonsis ouibus comparãtur: quia reuera tonsi sunt, quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mũdanũ in proprietate relictũ est. Quæ ascenderunt de lauacro. Lauacrũ baptismus est, de quo ascendit qui ad celsitudinem vitæ perfectionis intendit. Descendit autẽ, qui se vitæ mancipat inhonestæ. D
Omnes gemellis fœtibus: quia & verbo pariũt & exemplo. Et sterilis non est in eis, quia nullus est infœcundus.

Sermo sexagesimusquartus.

TImuit Helias Iezabel, & surgens abiit quocunque tulit *3.Reg.19.d*
eum voluntas: venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum. Cúmq; venisset subter vmbram iuniperi & sederet, proiecit se, & dormiuit. Et angelus domini tetigit eum, & dixit illi: Surge, & comede. Et respexit: & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsque ad mõtem dei Oreb. Per Heliam quippe qui interpretatur dominus, vel dominus fortis, intelligitur quilibet iustus, qui persecutionem patitur propter iustitiam. Vnde illud: Beati *Matth.5.i*
qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Qui metuẽs Iezabel, id est malitiam seculi, vel tyrannidem diaboli, surgit de tentatione peccaminum, & abit quocunque cum tulerit voluntas à domino sibi collata. Venitque in Bersabee Iuda, in sanctam ecclesiam: quæ dicitur Bersabee, id est puteus septimus, propter abundantem septiformis spiritus gratiã, quę inibi fidelibus diuiditur: vel puteus satietatis, propter mysteriorum dei profunditatem, & sanctarum scripturarum refectionẽ. De hac profunditate habemus in psalmo: Tenebro- E
sa aqua in nubibus aëris. Et rursus: Iudicia tua abyssus multa. *Psal.17.b*
Ad eiusdem considerationem apostolus expauescens, & pa- *Psal.35.b*
uefiendo deficiẽs, clamare compellitur: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, &c. De hac satietate legis in *Rom.11.d*
psalmo: Super aquam refectionis educauit me. Et item: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Huiusmodi ebrietas non *Psal.22.a*
inducit fastidiũ, sed indeficiẽtem quibusdam desideriis pro- *Psal.35.b*
uocat appetitum. In hoc sacrę lectionis pelago agnus ambulat, & elephas natat. In catholicæ doctrinæ mensa iuxta modulum intelligentiæ sufficientes singulis epulæ apponuntur. Hæc est paradisus deliciarũ, hic est hortus omniũ pomorum. Veniens itaque in Bersabee in sanctam ecclesiam, vt dictum est, currit ad cõfessionem quæ per Iudam notatur: & dimittit ibi puerum suum, id est puerilem sensum, vel pristinorum actuum debilitatem: & pergit in desertũ, id est in istius mundi contemptum. Quò postquam venit, sedet, id est à seculari tumultu quiescit, cãtans cum propheta: Hæc requies mea in *Psal.131.d*
seculũ seculi. Proiicit se, id est vilem se reputat, suis abrenuncians desideriis, iuxta illud euãgelicũ: Qui vult venire ad me, *Luc.9.c*
abneget semetipsum. Obdormiuit in vmbra iuniperi, quia in atriis domus dei secũdum sensus corporis vacat omnino ab omnibus prauitatibus, dicens cum psalmista: In pace in idip- *Psal.4.d*
sum dormiam & requiescam. Tunc angelica visio tangit eũ, excitans ab bonum operãdum, & ad altiora consurgendum. Respicit ad caput suum, id est ad Christum, qui caput est ec- F
clesiæ. Et ecce subcinericius panis, id est pastº diuini dogmatis, forinsecus quidem rudis, sed medullitus ineffabiliter confortatiuus & dulcis. Et vas aquæ, hoc est fons lachrymarum cum cordis compũctione. Comedit & bibit, id est adimplet quę audit: & pergit in fortitudine ad montem dei, ad cellitudinem videlicet beatitudinis.

Sermo sexagesimusquintus.

ERat fames in terra, & filij prophetarum habitabant *4.Reg.4.d*
coram Helisæo, quibus fecit apponi pulmentum. Cúmque gustassent de coctione, exclamauerunt: Mors in olla, vir dei. Et non potuerunt comedere. At ille: Afferte, inquit, farinam. Et misit in ollam, & ait: Infunde turbæ. Et comedit: & nõ fuit quicquam amplius amaritudinis in olla. Fames in terra, penuria verbi dei in mente humana: filij prophetarum, filij prædicatorum. Propheta interpretatur vidẽs. Et sancti prædicatores non ab re prophetæ appellantur: qui & arcana mysteriorum dei contẽplantur: & prout vidẽt mores hominum, adhibent modos curationum. Helisæus salus domini interpretatur: quo nomine quiuis prælatus & doctor ecclesiæ decenter censetur: cuius salubri persuasione domini salus populis annũciatur, & annunciãdo impertitur. Hic talis ex debito sui officij apponit subiectis ollam grãdem herbas agrestes continentem, id est admonitionem de grauibus differentem, acerbitate refertam, sed tamen igne sancti spiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G succensam. Subditi ergo perhorrescentes sermonum austeritatem clamant, Mors in olla: & nó possunt gustare. Sapiens igitur dispensator non affert, imò afferri iubet farinam, quoniam non præbet, sed hortatur habere charitatem, cuius cómento reddúntur dulcia, quæ prius videbátur amara. Potest namq; prædicator monita salutis auribus circunstantiú insonare, sed nemo nisi solus deus valet saporé charitatis palato cordis infundere. Vnde Gregorius: Nisi sit intus spiritus qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Alius est sapor cœli, alius est sapor terræ. Haudquaquá nobis placere potest sapor cœli, dum saporé quærimus coci nostri. In deserto dantur coturnices & manna, id est in loco disciplinæ maiora & minora mandata. Cum vidissent filij Israël manná, dixerút adinuicem, Manhu? quid est hoc? Ignorabát enim quid
Exod. 16 c esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis quem dedit dominus vobis ad vescendum. Huius facti mysterium in euágelio Ioánis conuenienter aperitur vbi dominus ait: Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carné filij hominis, &c. Multi
Ioan. 6.f ergo ex discipulis audientes dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Ex hoc multi abierút retro. Ad hunc itaq; modum cum aliqui simplices ad conuersioné veniunt, sœueritatem regulæ expauescunt: si fiat eis sermo de mundi contemptu, de virtutum vitiorúmq; conflictu: si anxietás vigiládi, assíduitas orandi, parsimonia ieiunandi ab ipsis requiritur, dicunt conquerendo inter se: Quid est hoc? Quis tot & tanta implere sufficiat? Nesciút enim quáta sit virtus assúmpti ordinis. Sed pastor eis consolatorie habet respondere, & de afferenda eos solicitare farina.

Sermo sexagesimussextus.

Esa. 12.c HAurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Pro paradiso quem perdidimus, restitutus est nobis Christus saluator. Sicut ergo de vno fonte paradisi deriuátur quatuor flumina ad irrigandum paradisum: ita de pectoris eius arcano procedunt quatuor fontes, ex quibus hauriúntur quatuor aquarum genera, vnde tota per vniuersum mundum rigatur ecclesia. Sunt autem quatuor fontes, veritas, sapientia, virtus, & charitas. Ex his ergo fontibus hauriuntur aquæ, ex singulis scilicet singulæ. Nam de fonte veritatis sumuntur aquæ iudiciorum: de fonte sapientiæ aquæ consiliorum: de fonte virtutis aquæ præsidiorum: de fonte charitatis aquæ desideriorum. In aquis iudiciorum cognoscimus quid liceat, vel quid non liceat. In aquis consiliorum discernimus quid expediat, vel quid non expediat. Sed quia electis viris rectè per hæc gradientibus non desunt tentationes: (tentantur autem de duobus: aut terroribus vt concutiantur, aut blandimentis vt seducantur) idcirco armandi sunt contra terrores
I præsidiis diuinę virtutis, contra blándimenta desideriis supernę charitatis. Desideriis enim meliorú superantur (vt ait quidam sanctus) desideria deteriorum. Vel sic possumus procedere. Quid prodest nosse quid liceat & expediat (quod vtiq; docent iudicia atque consilia) si posse perfici minime cótingat? Ideo post aquas iudiciorum & consiliorum, quærendæ sunt aquæ præsidiorú. Rursum & posse quid valeat, si horú omniú nó sit finis charitas? Rectè itaq; post iudicia, post cónsilia, post præsidia, hauriuntur de fonte charitatis desideria, vt videlicet quicquid sapimus aut loquimur, quicquid operamur, aut patimur, æternæ vitę finis cócludat. Sed vt hæc quę dicta sunt de fontibus & aquis, clarius eluceát, scripturarum testimoniis reor esse cóprobanda, auríq; similitudines quas protulimus, vermiculandas argento. Ac primú quod dictum est quatuor illos fontes de pectore Iesu manare, nullú arbitror ambigere. Quomodo autę ex eisdem fontibus hauriantur prædictæ aquæ, id elaborandum est. Veniat ergo Dauid & dicat quòd ex fonte veritatis procedant iudicia. Hoc certe
Psal. 16. a videtur sensisse cũ diceret: De vultu tuo iudiciú meum prodeat. Neq; enim vir sanctus iudiciú suú diceret, quod de vultu dei, id est de veritate non prodiret. Nouerat enim electos dei veritatis iudiciis tanquá virga ferrea regi: & quia sub eorum regimine se esse sentiebat, exultans psallebat: Iudicia dei
Psa. 18. c vera, iustificata in semetipsa: desiderabilia super aurú & lapidę prędosum multú, & dulciora super mel & fauú. A quibus ne forte per incuriá deuiét, audiant vocem patris per eundę
Psal. 88. c prophetá comminátis. Si in iudiciis, inquit, meis non ambulauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga K
iniquitates eorú, & in verberibus peccata eorú. Hæc mysteria diuini iudicij reserabat cœlestis regni clauicularius cũ diceret: Tępus est vt incipiat iudiciú de domo dei. Si autę primùm à nobis, quis finis eorú qui non crediderunt dei euangelio? Et hoc de electis dictum est. Cæterú est aliud de reprobis iudiciú, quod nihilo minus ab ipsa veritate procedit. Vnde & per Paulú dicitur: Scimus enim quoniam iudiciú est secundum veritatę in eos qui talia agunt. Et vtrumque quidę iudiciú complectitur ipsa veritas, dicens: In iudiciú ego veni in hunc múdum, vt qui non vident videát, & qui vident, cęci fiant. Vtrunq; autem discernit cum item dicit: Et ibunt hi in suppliciú æternum, iusti autę in vitá æternă. Si vidimus quomodo de fonte veritatis hauriútur iudicia: videamus quomodo de fonte sapiętiæ propinętur consilia. Quis dubitet apostolú Paulum esse sapientę, cum & Petrus eius coapostolus sapientiá ei datá esse astruat, & eiusdę apostoli tota verború series nil aliud q̃ sapientiá redoleat? Proferat igitur cósilia, & per ipsa nos doceat quid peregrinantibus, & ad cœlestę patriá festinátibus expediat. De virginibus, inquit, præceptú domini non habeo, consiliú autę do, tanquá misericordiá conseeutus à domino vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonú esse propter instantę necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse, hoc est in virginitate manere. Si de virginibus præceptú haberet, nil aliud q̃ quod pręciperetur liceret. Núc verò cum vtrunq; liceat, vel nubere, vel nó nubere: quid compédiosius dici potuit, quàm bonú est homini sic esse: præsertim cum & necessitatis instantia frequẽter obrepere soleat, & citò mori ipsa temporis breuitas vrgeat, totiúsque mundi figura prætereat? Item cum de vidua loqueretur, Beatior, inquit, erit si sic (id est inmupta) permáserit, secundú consiliú meum. Ac ne de proprio corde, & non potius de fonte sapientię videretur hoc ipsum consiliú depromptisse, subiecit dicens: Puto quòd & ego spiritú dei habeá. Sed cur ego paucis immoror exẽplis cu in eius verbis omnis sexus, omnis ætas, omnis conditio consiliú inueniat, si diligenter quærat, salutis? Quid si quis curiosius velit perspicere vtrú verú sit quod dictu est de sapientia cósilia manare, legat libros qui inscribuntur sapientiæ, vbi totus orationis cõtextus cósilia parare videtur. Si verò cósultius & vtilius studet vitá inde eligere, audiat ipsam salubriter inuitantę sapientiá. Si vis, inquit, ad vitam veL
Ibid. *1. Pet. 4. d*
Rom. 2. a
Ioan. 9. b
Matt. 25. d
2. Pet. 3. b
1. Cor. 7. d
Ibid.
Ibid.
Ibid.
Matt. 19. d
Eccles. 12.
Prou. 3. d
nire, serua mandata. Quæris cuius? Deú, inquit, time, & mandata eius obserua. Audiat eá ipsam materno affectu inclamantem: Da mihi cor tuú. O quantú vellẽ & ego cor meum in eius verbú suspendere, de cuius ore mirifico tá dulcia vitæ cósilia audio personare! Vtinả autę & linguæ meæ calamú in eius fonte possem intingere, quo idone⁹ essem ea quoq; quæ restát de duobus fontibus, id est virtutis & charitatis, vtiliter exarare! Et quoniá quatuor isti fontes ita sibi inuicẽ saporem M
trásfundunt, vt qui de vno biberit, quadá ineffabili dilectionis dulcedine inuitetur ad aliú: libet iam de sapiętia ad virtutẽ trásire, & qualiter illinc hauriátur aquæ præsidiorú, quantú ab ipsa virtute adiuuor, ostendere. Sicut autę superius dixi gemina esse veritatis iudicia, quia scilicet determinát quid liceat vel quid nó liceat: itidẽ sapientię duo, hoc est quid expediat, vel quid nó expediat: ita & hic agnoscam⁹ de fonte virtutis hauriẽdas duplices prędisidiorú aquas, quę vel abluát electos à culpis, vel refrigerẽt in tormẽtis. De vtrisq; sumamus exẽplum. Refert Lucas euãgelista, q̃ quædá mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, erogata in medicos tota substátia cum minime curari potuisset, accesserit retro, & tetigerit fimbriá vestimenti domini, & cõfestim steterit fluxus sanguinis: Iesum verò dixisse, Quis me tetigit? Cúmque discipuli respónderent. Turbę te cõprimunt & affligũt, & dicis, quis me tetigit? Rursum repetiisse, tetigit me aliquis: nã & ego noui virtutem de me exiisse. Ecce quas aquas prędisidij hauserit mulier de fonte virtutis, quibus abluta est à profluuio sanguinis, quę nulla medicorú arte poterat sanari. Quòd si quis obiiciat, platum testimoniú nihil ad rem præsentis operis pertinere, eo quòd illa mulier nequaquá abluta esse videatur à culpis, sed tátú ab ægritudine carnis, nouerit moris esse diuinę virtutis, prius cordi mederi, quàm corpori. Vnde & alibi cũ quidá ei paralyticus offerretur curádus, tãquá bonus & pius medicus volens
Luc. 8. f
Matt. 9. b
Ibidem.

A volens sanare prius, quod erat potius, id est mentẽ quàm carnẽ, ait eidem paralytico: Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Itaque sanata conscientia, consequenter sanatur corpus,
Ibidem. cũ dicitur, Surge, tolle lectum tuũ, & vade in domum tuam.
Actor. 15. c Sic ergo & huius cor mulieris prius abluit intus per donum fidei, sicut scriptum est: Fide mundans corda illorũ. per quam
Luc. 8. g meruit exterius impetrare salutẽ corporis. Hoc enim innuit ipse dominus, cum dicit: Filia, fides tua te saluá fecit, vade in pace. Quòd autẽ de hoc ipso fonte virtutis hauriantur aquæ præsidij in tormentis, ostendunt & illi tres pueri in fornacis incendio æstuantis positi, quibus ipsa flamma refriguit, & præcipuè inclytus ille martyr Vincentius, qui cũ grauiter torqueretur, non solùm toleraſſe, sed etiam tortorem suum cõstanter prouocasse fertur his verbis: Insurge (inquit) & toto malignitatis spiritu debacchare: videbis me dei virtute plus posse dum torqueor, quàm possis ipse qui torques. Possent plura de hoc fonte virtutis copiosius dici, sed eum succinctè prætereo: quia de fonte virtutis bibere potius, quàm scribere desidero. Ad hunc fontem inuitamur redemptoris nostri voce dicentis: Si quis sitit, veniat & bibat, & de ventre
Ioan. 7. a eius fluent aquæ viuæ. Et sequutus euangelista exposuit ad
Ibidem. quem fontem nos inuitaret, dicens: Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Quem, nisi spiritum charitatis, quem mundus non potest accipere, sed soli
B accipiunt qui vere credunt in eum? Ex hoc ergo fonte hauriamus nobis aquas desideriorũ, ipsásque partiamur in gemi nos riuulos, vt sicut eiusdem charitatis duo sunt præcepta, ita sint & desideria gemina, quibus impleãtur ipsa præcepta. Aliud est enim desiderium, quo deus propter seipsum, aliud quo proximus diligitur in deo, vel propter deũ. In illo nullus modus, sed ex toto corde, tota anima, tota virtute diligitur deus: in hoc autem præscribitur quidam modus, cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Illo flagrabat
Matt. 22. d propheta, cũ diceret: Sicut ceruus desiderat ad fontes aqua-
Psal. 41. a rum, ita desiderat anima mea ad te deus. Et item: Cõcupiscit
Psal. 83. a & deficit anima mea in atria domini. Hoc exhibebat apostolus Romanis, quibus scribebat: Desidero enim videre vos,
Rom. 1. a vt aliquid gratiæ spiritualis impertiar vobis. Et dominus in
Luc. 22. b euangelio discipulis suis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar. Et notandum quòd ad illud excitatur mens humana specialiter tribus affectionibus ac prouehitur: vnde & deũ diligere toto corde, tota anima, tota virtute iubetur. Prima quidẽ dulcis, secunda prudẽs, tertia fortis est. Primam habuit Petrus, cũ domino mori dissuaderet. Ex corde enim dulciter diligebat, cuius passionem
Marc. 8. d expauescebat. Sed cum audiret, Vade retro Satana, non sapis
Ibidem. quæ dei sunt, sed quæ hominis: his verbis eruditus & intelligens quid boni haberet mors Christi, cœpit tota anima prudẽter diligere quem prius tantũ diligebat dulciter toto cor-
C de, necdum verò diligebat tota virtute: quod si faceret, nec propter mortis discrimẽ eum negaret. At verò post resurrectionem & ascensionem dato desuper spiritu, tunc demum tota virtute dilexit, pro quo etiam horrendum crucis supplicium postmodum subire non expauit. Erga charitatem quoque proximi exercemur tripliciter, vel vt ędificetur ipsa charitas vbi non est, vel certe ne pereat, vel minuatur vbi est. Quisquis autem hanc puro affectu erga proximum operatur, illam proculdubio quæ deus est, vlterius promeretur.

D. BERNARDI ABBATIS CLARÆVALLIS *alij sermones parui numero xvi.*

Psal. 114. COnuertere anima mea in requiẽ tuã. Laborat & requiescit anima in conscientia: quia conscientia alia bona, & nõ trãquilla: alia trãquilla, & nõ bona: alia nec trãquilla, nec bona: alia bona, & tranquilla. Trãquilla, & nõ bona, eorũ est qui in spe peccãt, & dicunt in corde suo, q̃ Deus non requiret: & ista maxime adolescentiũ. Bona, & non tranquilla, corũ est qui iam conuersi ad dominũ, recogitãt annos suos in amaritudine. Nec bona, nec trãquilla, eorũ qui multitudine peccatorũ desperãt. Bona & tranquilla, eorũ qui carnem spiritui subdiderunt: qui cũ his qui oderũt pacẽ, sunt pacifici. Hic est lectus animæ in hoc requiẽ capit anima, sed nondũ perfectam. Oportet autẽ D
vt perfectá possit præstare requiẽ, non solũ bona & trãquilquilla sit conscientia, sed etiam secura, vnde subiungit: Quia eripuit ánimá meã de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. De morte, dando bonam conscientiá: à lachrymis, dando tranquillam & bonam: à lapsu, dando securam.

2 Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce *Psal. 18.*
seruo tuo. Tria sunt occulta, illicita actio, dolosa intẽtio, impudica affectio. Praua operatio inquinat memoriam, dolosa intẽtio rationem vel mẽtem, impudica affectio voluntatem. Mundatur memoria per cõfessionẽ, mens per lectionẽ, affectio vel voluntas per orationẽ. Ab alienis mundus eris, si nó insultes, si non discedas, si non consentias, si non dissimules. Iustitiæ est nó consentire, sed cum rigore resistere, fortitudinis, non discedere, sed mala proximi patienter tolerare, tẽperantiæ, nõ insultare, sed cũ moderamine compati, prudentię, non dissimulare, sed sollicitè vt mala desinant prouidere.

3 Pax corporis est, ordinata tẽperãtia partium. Pax animæ *Ex lib. D. Augu. de ciuita. dei.*
irrationalis, ordinata requies appetitionũ. Pax animæ rationalis, cogitationis actionisq; cõsensio. Pax corporis & animę ordinata vita, & salus animãtis. Pax hominis ac Dei, ordinata in fide sub æterna lege obedięti a. Pax hominum, ordinata cõcordia. Pax domus, ordinata imperãdi atq; obediẽdi concordia cohabitantiũ. Pax ciuitatis similis est. Pax cœlestis ciuitatis, ordinatissima & cõcordissima societas fruẽdi Deo, & E
viuẽdi in eo. Pax omniũ rerũ, tranquillitas ordinis. Ordo est partium disparium rerum sua cuiq; loca tribuens dispositio.

4 Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Est cor *Psal. 54.*
altũ, cor humile, cor mediocre. Dicit propheta: Redite præ- *Esa. 46.*
uaricatores ad cor. Prima accessio prẽuaricatoris seruí, ad cor humile: ad quod trahitur per iudicium. Secũda accessio mercenarij ad cor mediocre: ad quod vocatur per cõsiliũ. Tertia filij ad cor altũ, ad quod leuatur per desiderium. Et tunc exaltatur Deus, id est supra cor eleuatur: vt dũ non potest cõprehendi per rationẽ, desideretur per affectionẽ & amorem. Et nota quòd accessiones istæ siue ascensiones in corde agũtur Vnde dicit propheta: Ascensiones in corde suo disposuit in *Psal. 83.*
valle lachrymarum. Sed aliquando homo interior rationem excedit, & supra se rapitur, & dicitur excessus mẽtis. Vnde & quatuor gradus ascẽsionis esse dicimus. Primus ad cor, secũdus in corde, tertius de corde, quartus supra cor. In primo timetur dominus, in secundo auditur consiliarius, in tertio desideratur sponsus, in quarto videtur Deus.

5 Bonitatem & disciplinã & scientiam doce me. Hæc sunt *Psal. 118.*
quę pastori conueniunt. Bonitas attrahit, disciplina corripit, scientia pascit. Bonitas amabilem, disciplina imitabilem, scientia docilem reddit.

6 Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax *Psal. 84.*
osculatæ sunt. Misericordia, quæ custodiret. Veritas, quę eruditet. Iustitia, quæ regeret. Pax, quæ foueret. F

7 Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. *Coloss. 3.*
Duæ sunt mortes, & totidẽ resurrectiones. Prima mors animæ, secunda corporis. Mors animæ, separatio à Deo. Mors corporis, separatio animę à corpore. Hanc operatur peccatũ, illã pœna peccati. Itẽ, prima resurrectio animæ, secunda corporis. Resurrectionẽ animę operatus est humilis & occultus Christi aduẽtus: resurrectionẽ corporis, gloriosus & manifestus Christi perficiet aduẽtus. Sed anima inuisibilis est ad imaginem Dei creata: vnde dicit scriptura: Fecit Deus hominem *Gene. 1.*
ad imaginem & similitudinem suã, rectum quidem. Vnde & exterior homo (id est corpus) in forma sua rectus apparet, habens vitam & sensum: vt per hunc exteriorẽ & visibilẽ, illum interiorẽ & inuisibilẽ intelligeremus: qui rectus factus est in voluntate, viuus in cognitione, sensibilis in amore. Et sicut corpus, id est exterior homo, in resurrectione sua vitam & sensum recipiet, ita & in resurrectione sua vitam & sensum anima, id est interior homo recipit, id est cognitionẽ & amorẽ. Quòd autẽ cognitio vita sit, veritas attestatur dicens: Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te Deum verũ, & quẽ mi- *Ioan. 17.*
sisti Iesum Christũ. Et quod amor sit sensus, hinc accipe. Sicut homo interior in vita non discernitur, quia in toto suo ę-qualiter viuit, in sensu autẽ discernitur in quinq; partes notissimas, scilicet visum, gustũ, auditum, odoratũ, & tactũ: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G aliter sentit in oculo, aliter in aure, & sic in cæteris: ita interior homo in cognitione quidē non discernitur, sed in amore. Et sicut ille in quinq; tepartito sensu diuiditur: ita iste circa quinque inuisibilia Dei afficitur, quę sunt veritas, iustitia, sapiētia, charitas, æternitas. Aliter enim afficitur circa veritatēm, quā diligit propter libertatē: aliter circa iustitiā, quā diligit propter suauitatē: aliter circa charitatem, quam diligit propter virtutē: aliter circa æternitatē, quā diligit propter securitatē.

8 Habet fidelis anima paradisum suum spiritalē quidē, non terrenum: & idcirco priori illo delectabiliorē & secretiorē.
Psal.118.d In hoc delectatur anima sicut in omnibus diuitiis. De hoc paradiso prodeunt fontes quatuor, id est veritas, charitas, virtus, sapientia. De his fontibus laborāti animæ salubres aquæ hauriūtur. Laborat enim anima humana quadruplici morbo vitiorū, scilicet timoris, concupiscētiæ, propriæ iniquitatis, ignorantiæ. Timore enim victa in vitiū cogitur, cōcupiscētia illecta in vitiū trahitur, propria iniquitate volūtariè vitiū sequitur, ignorantia seducta in vitiū labitur. His malis laborātes & gemētes animas cōsolatur propheta dicens: Haurietis
Esa.12. aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Cōtra pusillanimitatē, quę prouenit de vitio timoris, aqua præfidiorum de fonte virtutis: cōtra cōcupiscentiā tēporalis voluptatis, aqua desideriorū de fonte charitatis: cōtra malitiā volūtarię iniquitatis, aqua iudiciorū de fonte veritatis: cōtra fallaciā ignorātię, aqua consiliorū de fonte sapientiæ, & hoc in gaudio: vt quæ prius gemebat sub pondere vitiorum, modo gaudeat in adeptione virtutū, cōparando sibi de aquis consiliorū prudētiā, de aqua præsidiorū fortitudinē, de aqua desideriorū tēperantiam, de aqua iudiciorū iustitiā: vt in aduersis fortitudo expellat pusillanimitatē, in prosperis tēperantia refrenet lasciuiā: in agendis iustitia excludat iniquitatē, in dubiis prudētia instruat ignorantiā. Talibus anima refocillata aquis, & ornata
Ephe.3. virtutibus, extendat se & cōprehendat cum omnibus sanctis quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundum. Hęc quatuor, Dei duobus brachiis cōprehendi possunt, vero scilicet amore, & vero timore. Timore, sublimitatē & profundū, id est potentiā & sapientiam: amore latitudinē & longitudinē, id est charitatē & veritatē. Timetur enim Deus, quia omnia per potentiam potest: & veraciter timetur, quia nihil eū per sapientiam latet. Amatur Deus, quia charitas est: & veraciter amatur, quia veritas, id est æternitas est.

9 State in viis domini, & interrogate semitas eius. In via
Hier.6. domini stat, qui corporales obseruantias boni propositi seruat. Sed quia corporale exercitium ad modicū valet, vt Paulus dicit, idcirco subiungit: Et interrogate semitas æternas eius, id est desiderate sanctorum patrū vitas, & inuenietis viā.
I ambulate in ea. Viam inuenit, qui ad cor reuertitur ambulat
Psal.83. in ea, qui ascensiones in corde suo disposuit. Prima ascensio huius viæ est cōtritio, secunda cōfessio, tertia affectio, quarta proprietatis abiectio, quinta abnegatio propriæ voluntatis, sexta humiliatio volūtarię subiectionis, septima perseuerātia.

10 Mysteriū incarnationis tria in se considerāda continet: scilicet formam humilitatis, probamētum dilectionis, sacramentum redemptionis. Formam humilitatis demonstrat vagitus paruuli, locus diuersorij, reclinatio in præsepio, pannorum inuolutio. Probamentum dilectionis, pia mors: quia ma
Ioan.15. iorem charitatem nemo habet, quàm vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Sacramentum redemptionis, triplicem ostendit potentiā deitatis: scilicet de nihilo aliquid fecit, inueteratum innouauit, temporale perpetuauit.

11 Ministeriū ministrorū Christi triplex est: seruitutis, charitatis, dignitatis. Ministeriū seruitutis, corporis castigatio. charitatis, mentis deuotio. dignitatis, corporis Christi consecratio. Primum fit in afflictione, secūdum in hilaritate, tertium in humilitate. Primum est sacrificium timoris, secundū amoris, tertium laudis.

12 In schola Christi sumus: in qua duplici doctrina erudimur: quia aliud per se ipsum ille vnus & verus magister docet, aliud per ministros. Per ministros timorem, per seipsum
Ioan.12. dilectione. Vnde deficiente vino præcepit ministros implere hydrias aqua: & adhuc quotidie refrigescente charitate, ministri Christi implent hydrias aqua, id est mentes hominū timore. Et bene per aquam timor intelligitur: quia sicut aqua ignem, ita timor extinguit libidinē: & sicut aqua sordes corporum, ita timor sordes purgat animorum. Impleamus ergo aqua ista hydrias, id est mentes nostras: quia qui timet, nihil negligit: & bene plenus est, vbi negligentia cadere non potest. Sed quia aqua grauat, id est timor pœnam habet, accedendum est ad eum qui de aqua vinum facit, id est timorem pœnalem in amorem conuertit: vt audire possimus quod
Ioan.15. ipse de dilectione docet. Dicit enim: Hoc est præceptū meū, vt diligatis inuicē. quasi diceret: Multa per ministros præci-
Ioan.13. pio: sed hæc specialiter per meipsum commendo. Et alibi: In
1.Ioan.4. hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Vt ergo veritatis nos discipulos esse probemus, diligamus inuicem. Et in hac dilectione triplici solicitudine vigilemus: quia Deus charitas est: & omnem solicitudinem nostram illi debemus: id est vt nascatur, vt crescat, vt seruetur. Nascitur, si cibaueris inimicum, si
Rom.12. potum dederis ei: quia hoc faciens carbones ignis congeres super caput eius. Carbones ignis, opera sunt charitatis: quæ congeruntur super diabolum, qui est caput omnium iniquorum: vt ablato eo nascatur eis caput Deus, qui charitas est. Crescit, si necessitate patienti subueneris, si volenti mutuare præstiteris, si amico animum tuum aperueris. Seruatur, si loquendo vel exhibendo etiam quæ non videntur necessaria, amicorum voluntati satisfeceris. Seruatur etiam & augetur bono vultu, dulci sermone, hilari operatione: vt charitatem quam vultus & sermo indicant, pia & hilaris operatio confirmet: quia exhibitio operis, probatio est dilectionis.

13 Tu autem cum ieiunaueris, vnge caput tuum, & faciem
Mat.6. tuam lauа. Hoc autem dixit dominus propter duplex vitiū, vanæ gloriæ scilicet, & impatientiæ, quod solet ieiunantes subuertere. Per hoc quòd iubet faciem lauare, præcipit nobis intentionē puram seruare: quia sicut decor corporis in facie, ita decor totius operationis animæ cōsistit in intētione. Per vnctionem capitis, qua quod asperum erat lenitur, præcipit nobis lenitatem mentis in ieiunio tenere. Pura erit intentio, si in omni actione nostra aut honorem dei, aut vtilitatem proximi, aut bonam conscientiam quæramus.

14 Spiritu ambulate, & desideria carnis nō perficietis. Sunt
Gala.5. qui carne ambulant: qui omnem sollicitudinē in hoc ponūt, quomodo molestias carnis euitent. Hi sunt qui licet virtutes probent, tamen dū molestias carnis omnino euitare volunt, concupiscentiis eius prauis nequeunt resistere. Talibus dicit Apostolus: Spiritu ambulate. id est, sollicitudinē vestrā quomodo molestias carnis euitetis, deponite. In hac via spiritus duo gradus sunt, superior, & inferior. In inferiori gradu homo in suo spiritu ambulat, in superiori gradu in spiritu Dei. M
In inferiori gradu ambulat homo, quando reuersus ad cor circa affectiones suas sollicitus, in se reprehendit quod virtuti cōtrariū esse cognoscit. In hoc gradu sacrificiū Deo tribulati spiritus & cordis humiliati per compunctionē offert. De hoc gradu ad superiorē ascendens incipit cogitare beneficia Dei: & cōuersus ad gratiarū actiones, offert Deo per deuotionem sacrificiū laudis. In vtroq; gradu videt Christum: in primo crucifixū, in secūdo gloria & honore coronātū. In pri-
Esa.53.d mo erat Esaias quando dixit: Et vidimus eum, & non erat ei
Esa.6. species neque decor. In secundo erat quando dixit, Vidi dominum sedentem super soliū excelsum. Et nota quòd in primo dixit Vidimus: in secundo Vidi: quia illud multorū est & peccatorū, istud paucorū, & solius prophetæ. Vnde apostolus, Ex parte cognoscimus Christū, & hūc crucifixū: ex parte prophetamus, quia nondum videmus sicuti est. Scimus enim quoniam cū apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eū sicuti est. vidit propheta, sed oculo prophetico, dominum sedentē super solium excelsum: id est super angelicā creaturā: & eleuatū, id est super humanā: quia ipse susceitabit
Psal.112. de puluere egenū, & de stercore eriget pauperē, vt sedeat cū principibus, & soliū gloriæ teneat. Et plena erat omnis terra maiestate eius, Omnis terra, hoc est omnia electorū corpora, plena erunt maiestate eius, quando reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratū corpori claritatis suæ. Et ea quę
Philip.3. sub ipso erant, replebāt templum. Projectis hypocritis, & his qui inuitati venite excusant, in tenebras exteriores, humiles &

A & deo subditi replebunt templum: quoniam ipse populum humilem saluum faciet, & oculos superborum humiliabit. Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri. Seraphim, id est ardentes, significant eos qui in feruore
Luc. 12. deo seruiunt: quos dominus vigilantes inuenit, & super omnia bona sua cōstituet eos. Sex alæ vni, & sex alæ alteri: quia non solū prælati, sed etiam subiecti alas habent, & Seraphim sunt, si feruentes fuerint. Duabus tegebant caput, & duabus
Philip.3. pedes, & duabus volabant. Habent feruētes animæ alas quibus volant, spem, & timorem: quia volantis est aliquando
Gal.6. alta petere, aliquādo ima. Per spem enim alta petunt, quia in cœlestibus habitant. vnde quidam ex eis dicunt: Nostra conuersatio in cœlis est. Per timorē ima. Condescendendo enim infirmis, instruunt eos, considerantes seipsos, ne & ipsi tentētur. Duabus tegebant pedes. eorum affectiones sunt, quibus proximis iunguntur. Sed quia his duobus modis offenditur, scilicet nimio rigore infirmos deiiciendo, ac nimia lenitate
B alis, contra vanam gloriam vna ala, scilicet amore veritatis: contra superbiam, studio humilitatis.

15 Sermo Dei duo operari debet, & animas vitiosas sanare, & bonas admonere. Vitiosas dico nō omnes quibus inest vitiū, sed quæ vitio ex voluntate consentiunt, nec resistunt quantum possunt. Tali animæ loquitur veritas in euangelio
Matt.5. dicens: Esto consentiens aduersario tuo, quandiu cum illo
Psal.50. es in via &c. Non dixit, vitio: sed aduersario. Aduersarius iste, sermo Dei est, qui semper vitiis aduersatur. Huic consentit, qui cum propheta dicere possit: Et peccatum meum contra me est semper. Bonas dico animas, non solum perfectas, sed incipiētes: quę licet vitium habeant, nō tamen consentiunt, sed repugnant. Tales animæ licet ex infirmitate vel
Prou.24. ignorantia sępe cadant, sicut scriptum est, Septies in die cadit iustus: tamen per voluntatem quam habent bonam, resurgunt. Hæc est enim quæ bonam facit animam: quia cum multa sint animæ bona naturaliter insita, sicut ingenium bonum, memoria capax, vigil ratio, & cætera animæ bona: sola
Iob.13. tamen voluntas si fuerit bona, bonam facit animam. si fuerit vitiosa, vitiosam. Sed quia homo (sicut Iob ait) nunquam in eodem statu permanet: aut enim deficit aut proficit: proficiendum est in hac volūtate: quia ipsa est via de qua ait pro-
Esa.31. *Psal.83.* pheta, Hæc est via, ambulate in ea. & psalmus: Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in
C valle lachrymarum. In corde, id est voluntate. Primus huius viæ gradus est recta voluntas, secundus valida, tertius deuota, quartus plena voluntas. In primo gradu anima
Rom.7. mente legi Dei consentit: sed carne repugnante, bonū quod diligit, perficere non inuenit: sed sæpe malum quod odit, per infirmitatem facit. In hoc tamē recta est eius voluntas, quòd aduersario suo consentiens in se odit, quod ille reprehendit. In secundo gradu anima non solum malum quod odit non
Psal.16. agit, sed etiā bonū quod diligit, licet cum grauedine, fortiter tamen perficit, dicens cum propheta: Propter verba labiorū tuorum ego custodiui vias duras. In tertio gradu iam dilatato corde currit viā mandatorū Dei, & delectatur in eis sicut in omnibus diuitiis: quia inuncta pellis oleo spiritalis gratię,
1. Cor. 13 & sciens quòd hilarem datorem diligat Deus, cum hilaritate
1. Ioan. 3. ad quodlibet bonum se extēdens, clamat cum propheta Da-
Psal.118. uid: Viam mandatorū tuorū cucurri, cum dilatasti cor meū. In quarto gradu sunt angeli: qui ea facilitate qua semper volunt, bonum plenariè perficiunt. Hunc gradū desiderare quidē potest anima, ascendere non potest corpore, ob hoc quòd
Psal.112. corpore aggrauatur. Qui nondum rectam habet voluntatē, sciat quia impedit eum carnalis intentio. Qui habet rectā, & non validam, sciat quia impedit eum praua consuetudo. Qui
Matt.6. habet deuotam & nondum plenam, sciat quia impedit eum terrena inhabitatio. Cuius adhuc vitiosa voluntas est, oret & dicat, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: se intelligens terram: illum autē qui rectam habet voluntatē, cœlum: quia quantum cœlum distat à terra, tātum distat recta voluntas à D
vitiosa. Ita oret qui rectam habet voluntatem, se intelligens terram: illum autem qui in valida est, cœlum. Ita de cæteris, vt semper attendat anima proficere: quia sicut condemnatus est, qui in vitiosa permanet voluntate: ita reprehensibilis est qui in aliis non studet proficere.

16 Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Alibi *1.Cor.16.* dicit scriptura: Iustificata est sapientia à filiis suis. Et in ora- *Matt.11.* tione dicimus: Sanctificetur nomen tuum. Christus Dei vir- *Matt.6.* tus, & Dei sapientia, iustificatur, sanctificatur, glorificatur à *1.Cor.1.* filiis suis. Dicamus ergo primùm quomodo sapientia iustifi- *Hebr.12.* catur à filiis suis. Flagellat Deus omnem filium quem diligit. Sed in initio flagelli, dum adhuc sub lege seruus Dei est, & nescit quomodo filius Dei erit, murmurat: se autem innocētem, Deum verò crudelem pronunciat. Huic autem Christus Dei virtus apparet, sed nondum sapientia: quia per flagellum potentiam virtutis sentit: sed nondum sapientiæ suauitatem per intellectum capit. Hunc talem sapientia attingit fortiter *Sap.8.* per flagellum, & disponit suauiter per intellectum, dum illud apostoli ei inspirat, scilicet gaudere in tribulationibus, scire quoniam tribulatio patientiam operatur, patiētia probatio- *Rom.5.* nem, probatio verò spem: spes autem non confundit. Et iam se nō quasi seruum puniri, sed quasi filium per flagellum eruditi cognoscit, vt hæreditatem capiat. Se peccatorem, Deum verò iustum pronuncians, iustificat in se matrem sapientiam. E
Sed quid prodest peccata inter flagella cōfiteri, si non ab, eisdem per continentiæ sanctitatem abstineas? sicut scriptum *Leuit.19.* est, Sancti estote, sicut & ego sanctus sum: vt qualis pater, talis sit filius: & in sanctimonia filiorum nomen patris sanctificetur. Quod & quotidie in oratione petimus, & sicut de quibusdam prauis & incontinentibus pater conqueritur dicens: Quotidie nomē meū blasphematur per vos inter gen- *Esa.5.* tes: ita & per sanctos sanctificetur. Sed ne meum putes inuētum, quòd sanctitas continentia sit, audi Apostolum dicentē ad Thessalonicēses: Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio *1. Thess.4.* vestra. Et ne aliud putes sanctificationem quàm continentiā, audi quod sequitur: Vt abstineatis à fornicatione: vt sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificationem. Vnde & sanctos eos dicimus, quos firmos in proposito continentiæ ab huius seculi non solū illicitis actionibus, sed etiā impudicis locutionibus abstinere videmus. Vnde scriptum *Eccli. 27.* est, Sapiēs vt sol permanet: stultus vt luna mutatur. Sed quia *Prou.16.* sapiens filius gloria est patris, necesse est vt nō solum sanctificetur ab eo mater sapientia per continētię stabilitatem, sed etiam glorificetur per boni operis fructificationem: sicut in euangelio veritas dicit: Luceat lux vestra corā hominibus, vt *Matt.5.* videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum qui in cœlis est. Vnde psalmista sapientiæ filiū describens ait: Io- *Psal.111.* cundus homo qui miseretur & commodat. Et verè breuis & F
perfecta diffinitio sapientis. Iocundus enim inter flagella cōfitendo delictum, gaudet illud per præsentem tribulationem deleri. Miseretur animę suę placens Deo per continentiæ decorem: cōmodat proximo fructum bonæ operationis. Et hic est iustus, reddens cuique quod suum est, Deo confessionem, sibi misericordiam, proximo charitatem. Sic autem iustificatur sapientia à filiis suis per cōfessionem peccatorum: sanctificatur per continentiæ bonum: glorificatur per boni operis fructificationem. Primus conflictus timoris Dei, est contra negligentiam. Timor enim ad custodiam sui excitat: quòd si prævaluerit negligētia, generat curiositatem. Dum enim per negligentiā terra cordis inculta, spinas & tribulos germinat, quæ in seipsa non inuenit requiem, foras cogitur euagari. sic curiositas à corde exit, contra quam dimicat pietas. Pietas enim, Dei cultus est, & in corde colitur, qui in corde cognoscitur habitare. Curiositas si non vincitur, generat experientiam mali: quia dum animus euagatur per multa, facilè inuenit vbi noxiam experiatur delectationem. Hanc impugnat scientia, docens quid tutum sit experiri, quid nō. Si verò prævaluerit experientia, generat concupiscentiam, vt transeat in affectum cordis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G

D. BERNARDI ABBATIS, LIBER continens diuersas morales, ac vtiles sententias.

Psal.75. EActus est in paee locus eius. Est pax ficta, vt in Iuda: est inordinata, vt in Adam & Eua. Harũ neutra est locus dei. Sola pax Christiana quam dominus relinquit & dat discipulis suis, ipsa est in qua dominus requiescit. Hæc offertur per sanctos prædicatores vniuerso generi humano, sed eam quidã repellunt, aliqui recipiunt. Nos verò excutientes puluerem pedum nostrorum, super odientes pacem, ad dilectorem eiusdem pacis nos cõferamus. eorum alij dicuntur recipientes pacem, alij retinentes pacem, alij facientes. Possunt & aliis nominibus vocari, scilicet pacati, patientes, pacifici. Et hæc nomina sortiuntur secundum diuersos status pacis in quibus proficiunt. Nam pacati per hanc pacem possident terram corporis sui, quia mites sunt. Patientes possident animam suam, quibus dicitur: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Pacifici
Matt.5.a Luc. 21. d possident non solùm suam, sed etiam aliorum in quibus faciunt pacem: vnde meritò filij dei vocantur. Pacati ergo dicuntur, qui pacẽ recipiunt, de quibus scriptum est: Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Sed quia pu-
Matt.10.b H silli sunt, scandalis exagitati citò pacem quam receperãt perdunt. Patientes autem sunt qui receptam retinẽt, nec quauis iniuria exasperati eam amittunt. Istis tanquam robustioribus præcipitur: Pacem diligite & sanctimoniam, sine qua nemo
Heb.12.d videt deum. Pacifici verò, qui non solum in se & in aliis eam faciunt, sed etiam volentes auferre diligunt, sicut scriptum
Psal.119.b est: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. ecce isti sunt in quibus requiescit & mansionem deus facit. Ecce isti sunt quos sicut filios deus diligit, & de quibus tanquam viuis lapidibus templum sibi sapientia construit. De quo ædificio, ne vllo impulsu possint labefactari, ipso deo inhabitante pariter & operante, ad similitudinem lapidis quadrantur quatuor modis, superius, inferius, à dextris, & à sinistris. Superius, cum diuinæ voluntati suam humiliter & prudenter subiiciunt. Inferius, cum carnem subiectam temperãter regunt. A dextris, iustè bonos amplectendo. A sinistris, malos fortiter tolerando.

ANte omnia sine murmuratione sint fratres. Fortè aliqui
Philip. 2.b leue peccatum æstimant murmurare, sed non hic, qui
Exo. 16. b ante omnia monet esse cauẽdum. Puto autem ne illum quidem leue reputasse, qui murmurantibus aiebat: Non contra
2. Cor. 10. nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Nos enim quid sumus? Sed ne illum quoque qui dixit? Non murmuraueritis, sicut quidã murmurauerũt, & perierũt ab exterminatore. Illo nimirũ exterminatore, qui positus est in hoc ipsũ, vt
I à terminis beatæ illius ciuitatis arceat murmurãtes, & longe faciat à finibus eius: cui dicitur: Lauda Hierusalem dominum, lauda deum tuum Sion, qui posuit fines tuos pacẽ. Nihil enim commune habent murmur & pax, gratiarũ actio & detractio, zelus amaritudinis, & vox laudis. Itaq; in ore triũ & talium testium stet hoc verbum, vt pestem istam murmurationis summopere nobis nouerimus esse cauendam.
Psal. 147.

TRes sunt quibus reconciliari debemus, hominibus, angelis, deo. Hominibus per aperta opera, angelis per occulta signa, deo per puritatem cordis. Nam de operibus quæ coram hominibus facienda sunt, scriptum est: Luceat lux ve-
Matt.5.b
Psal.137.a stra coram hominibus, vt videant vestra opera bona, & glorificẽt patrem vestrum qui in cœlis est. De angelis dicit Dauid: In conspectu angelorum psallam tibi. Occulta autem signa sunt gemitus, suspiria, vsus cilicij, & cætera pœnitentiæ
Luc. 15.b insignia, quę angelis placent. Vnde est illud, Gaudium est angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Vt autẽ deo reconciliemur, nec operibus nec signis, sed puritate & simplicitate cordis indigemus. Scriptum est enim: Beati mũdo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Et illud: Si oculus
Matt.5.a Matt.6.c tuus fuerit simplex, &c.

QVatuor sunt genera hominum regnum cœlorum possidentium. Alij violenter rapiunt, alij mercantur alij furantur, alij ad illud compelluntur. Rapiunt, qui dereliquerunt omnia, & sequuntur Christum: de quibus dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlo- K
Matt.5.a rum. Sunt alij inferioris gradus à quibus metuntur carnalia,
Luc.16.b dum eis spiritualia seminantur: & his loquitur in euangelio dominus: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Tales dicuntur mercatores, quia dant in præsenti pauperibus temporalia quæ possident, vt in futuro recipiant ab eis æterna, quæ nõ nisi per eos habere merentur. Necesse est enim omnes qui in futuro iudicio examinãdi sunt, vel esse iudicis amicos, vel apud iudicem intercessores habere amicos. Habẽt ergo primũ beatitudinis locum, qui intercedũt: habent hi pro quibus intercedunt, secundum. Sunt alij qui nõnulla bona occultè faciũt, pro quibus merentur regnum cœlorum: sed tamen furari illud dicuntur, quia laudẽ humanã vitantes, solo diuino testimonio contenti sunt. Horum figuram tenuit mulier illa in euangelio, quæ fluxũ sanguinis pa-
Luc. 8.f tiens cogitauit intra se dicens: Si tetigero fimbriã vestimenti eius, salua ero. quo dicto accessit occultè, & tetigit, & salua facta est. Alij sunt qui compellũtur: verbi gratia vt pauperes necessarij, quos scilicet hic ignis paupertatis deo dispensante purgat, ne in futuro ignis iudicij puniat: de quibus scriptum
Luc. 14.d est: Cõpelle intrare, vt impleatur domus mea. Compellũtur multi variis necessitatibus & oppressionibus afflicti: qui mira dei prouidentia dum temporalem pœnam si non libenter, L tamen patienter sustinent, vitam consequuntur æternam.

QVantum distat inter pastorem & gregem, tantum debet distare inter episcopum & plebem. Stat ille sub-
Ouidius Met.15. limis & rectus, curuat iste caput solo depressus. Vnde poëta: Pronáque cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit. Ille regit, iste regitur: ille pascit, iste pascitur. vt ex ipsa forma & habitu vterque discernatur. Habet ille in manu virgam qua feriat, vel potius ducat & reducat ouem. Quid est autem habere in manu virgam, nisi in opere disciplinam, vt subiectos suos exemplo magis instruat quàm verbo? Erubescunt enim superbi esse discipuli, si eos in humilitate præcesserint magistri. Vnde & de domino scriptum est:
Act.1.a Quæ cœpit Iesus facere, & docere. Habet etiam baculum, quo feriat lupum. Virga ouem, baculo lupum. Hoc est, mites & obedientes debet lenius corripere, duros verò corde & improbos acrius arguere: cúmque necesse fuerit, etiam anathematis sententia ferire. Tenet canem in fune, zelum scilicet
Rom.10.d in discretione, ne sit de illis de quibus scriptum est: Habent zelum (aliàs æmulationem) dei, sed non secundum scientiam. Habet etiam pastor bonus panem in pera, hoc est verbum dei in memoria.

DVo sunt amores, carnalis & spiritualis: ex quibus colli- M
guntur quatuor modi diligendi, scilicet diligere carnem carnaliter, spiritum carnaliter, carnem spiritualiter, spiritum spiritualiter. In his fit quidam profectus & ascensus ab inferioribus ad superiora. Nam vt homines qui tantùm nouerãt diligere carnem carnaliter, ad hoc proficerent, vt deum quoque diligerent spiritualiter, deus caro factus est: & loquendo & conuersando cum hominibus, primùm ab eis carnaliter dilectus est. Cum autem pro amicis suis animam ponere vellet: iam spiritum diligebant, sed adhuc carnaliter. Vnde & Petrus loquenti de passione sua respondit:
Matt.16.b Absit à te domine, non erit tibi hoc. Sed cum per eandem passionem fieri mysterium redemptionis agnosceret, in ipsa passione iam carnem spiritualiter diligebat. Resurgente autem eo & ascendente, spiritum spiritualiter amant, lætique decantant: Etsi cognouimus secundũ carnem Christum,
2.Cor.5.d sed nunc iam non nouimus. Nos quoque carnem nostram carnaliter diligimus, cum eius desideria diligimus & perficimus. Spiritum carnaliter, quando cum flendo, suspirando, gemendo in oratione conterimus. Carnem spiritualiter, cum eam spiritui subiectam in bonis spiritualiter exercentes, cum discretione seruamus. Spiritum spiritualiter, cum etiam ipsa spiritualia studia nostra fraternæ vtilitati ex charitate postponimus.

ESt ad deum quidam redeundi modus primi hominis casui oppositus. Adam quippe in paradiso positus, primò perdidit circunspectionem dei. Testatur enim beatus Augustinus quòd nequaquam tentator hominem de paradiso eiecisset,

A cisset, nisi aliqua elatio in animam hominis præcessisset, cum
Prou.16.e verissime scriptum sit: Ante ruinam exaltatur cor. Secundò perdidit iustitiam, quando vxoris voci plus quàm diuinæ obediuit. Iustitia enim est virtus quæ suum cuique reddit. Tertiò amisit iudicium, cum post peccatum correctus, obliquè per mulierem retorsit propriam culpam in auctorem,
Gene.3.b dicens: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Eisdem ergo virtutum gradibus redeundũ est homini in exilio posito, quibus primus expelli meruit de paradiso. Primùm itaque faciendum est iudicium, deinde exercenda iustitia, tandem circunspectio adhibenda. Et iudi-
Mich. 6.b cium quidem nobis, vt nosipsos iudicemus & accusemus, iustitiam proximo, circunspectionem debemus deo. Hanc redeundi viam ostendit nobis Michæas propheta dicens: Indicábo tibi ô homo quid sit bonum, & quid deus requirat
ad Tit. 2.c à te: vtique facere iudiciũ, & diligere misericordiam, & ambulare solicite cum deo tuo. Hanc salutis viam testatur apostolus Christum docuisse, dicens: Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatẽ, & sæcularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc sæculo &c. Sobriè scilicet quantum ad nos, iu-
Ibidem. stè ad proximum, piè ad deũ. Qui etiam manifestius intulit circunspectionem dei, dicens: Expectantes beatam spem, & B aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi.
Eccli.14.d Et in multis aliis scripturæ sacræ locis si hic ordo viæ & institutio vitæ quęratur, potest inueniri, vt illud: Beatus vir qui in sapiẽtia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sen-
1.Cor.11.g sũ cogitabit circunspectionem dei. Moratur siquidem in sapiẽtia & sapiens est, qui semetipsum hic diiudicat, vt æternũ dei iudicium euadat. Si enim (ait apostolus) nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Sapiens est non secundum sapientiam huius sęculi, sed secundũ illam quæ trahitur de occultis, per quam vtique miro dei opere agitur vt electi quique tũsionibus & pressuris hic attriti, in ædificio veri Salomonis sine sonitu mallei postmodum collocentur.

QVatuor gradibus distinguitur omnium electorum profectus. Primò enim fit quisque amicus suæ animæ, secundo fit amicus iustitiæ, tertiò sapientiæ, quartò fit sapiens. In primo profectu vitat omnia quæ animam possunt offendere, & diligit ea quæ eam possunt mulcere. Horret ergo infernum, & cœlum concupiscit: ita potest implere illud diuinum præceptum quod in prima conuersione sua accepit: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Nam dum secũdum carnem ambulat, nullo modo potest. Cum autem spiritu dei
Matt.22.d agitur facilè potest. Quid enim habeat emolumenti homo C si proximus eius ardeat in inferno, aut quid perdiderit si secum fuerit in paradiso? Neque enim talis est illa paradisi hæreditas, vt possidentium numero minuatur. Diligit ergo proximum, quem non vult malum pati, sicut nec seipsum, & quem sicut seipsum vult possidere cœlum. Hoc autem suo, id est hominis spiritu, quando posset, vt scilicet expaueſceret
Psal.138.b gehennam, ac cœlestia desideraret? Sed potest hoc illius spiritu, cui dictum est: Si ascendero in cœlum, tu illic es, &c. Spiritus quippe sapientiæ vbique præsens, nouit quid in cœlo, & quid agatur in inferno. Cúmque mentẽ humanam re-
Eccli.30.d pleuerit, & de pœnis inferni incutit timorem, & cœlestium amorem infundit: sicq; facit hominem amare seipsum, & dicit ei: Miserere animæ tuæ, placens deo. Primũ igitur est diligere se, deinde proximum. Non enim dictum est, diliges te sicut proximum, sed diliges proximũ sicut te. Hoc modo fit amator animæ suæ per spiritum sanctum quem ex fide accepit. Accepto autem hoc dono, non debet eo solo contentus esse, sed ad maiora prouehi, & in melius proficere. Vidit au-
Gal.5.d tem iam per spiritũ. Sed si per spiritum viuimus (ait apostolus) spiritu & ambulemus. Et alibi dicit: Nos verò omnes re-
2.Cor. 3.d uelata facie gloriam dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Hoc ipsum & psalmista de sanctis videtur sensisse.
Psal. 83.b Benedictionem, inquit, dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorũ in Sion. Ambulet & iste quẽ in manibus habemus, eat & proficiat donec ad quartum gradum perueniat. Ibi sine dubio factus sapiens, videbit deum deorum in Sion. Porrò eo ipso quod dixi, qui bene diligit animam suam, debet etiam diligere iustitiam. Alioquin si dili- D
git iniquitatem, odit planè, non diligit animam suam. Diligendo autem iustitiam transit ad secundum gradum, & audit illud sapientiæ præceptum: Diligite iustitiam qui iudicatis
Sapien.1.a terram. Quam si perfectè dilexerit, debet pro ea ferre patienter omnem pœnam, & quãcunque illatam contumeliã. Duo quippe præstabit ei iustitia, vnum vt faciat quod debet, alterum vt patiatur quod debet, scilicet vt si bonum non fecerit quod debuit, malũ quod meruit patiatur. Sic rhiro modo ne deserendo quidẽ iustitiam ab ipsa deserimus, dum per ipsam quilibet præuaricationis reatus punitur. Neque enim est qui se abscondat à calore eius. Hanc autem pœnã non solùm vir iustus nõ horret, verumetiam libenter excipit, dum per eam præteritæ vitæ peccata purgari fideliter credit. Hinc enim
Prou. 12.d scriptum est: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Opponit igitur variis voluptatibus quibus corruit, contraria medicamenta per quæ resurgat. Verbi gratia: cecidit per inobedientiam, per obedientiæ laborem redit ad vitam. lubricus extitit ac dissolutus, per continentiæ studium rigorémq; disciplinæ reparatur. Patitur ab ipsis elementis mundi pœnam, quorum vsum dudum inflexerat ad voluptatẽ. Quibus cruciatibus cum diu tanquã aurum in fornace probatus fuerit, quantum scilicet dignum iudicabit is qui in pane lachrymarum nos cibat, & potum dat nobis in lachrymis in mẽsura, incipit iam consolari, & audit illam Esaię vocem dicentis: E
Esa. 40.a Cõsolamini cõsolamini populę meus, dicit deus vester. Loquimini ad cor Hierusalem, & aduocate eam, quoniam cõpleta est malitia eius, id est afflictio: dimissa est iniquitas illius. Susceꝑit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Postquã verò cõsolationem receperit, solicitus est & quærit quomodo placeat ei cui se probauit. Facit quicquid boni facit, vt soli placeat suo conditori. Transit ad tertium gradum sui profectus, vt sit scilicet amicus sapiẽtiæ, quæ materno affectu loquitur sibi cum dicit: Prębe fili cor tuum mi-
Prou.25.d hi. Cum ergo ad hunc gradum peruenerit, nihil aliud ei restat nisi vt ad quartum ascendat, vbi dicitur esse sapiens. Hoc autem fit quando iam operatur nõ vt ipse deo placeat, quod vtiq; in tertio gradu fecerat, sed quia placet ei deus, vel quia placeat deo quod operatur. Quisquis talis est, potest cum tota fiducia ac securitate conscientiæ illud sapientis canticum
Eccle.24.d decãtare: In omnibus requiem quęsiui, &c. Hic enim requiescit in omnibus, cum per omnia ei placeat deus, qui non dei voluntatem ad suam curuare, sed suam didicit ad dei voluntatem erigere. Morabitur in hæreditate domini, sicut ei eiusdem domini voce promittitur cum dicitur: Terram in qua dormis, tibi dabo, hoc est, quietem istam ad quam peruenisti
Gene.8.a labore tuo & munere meo, stabilem tibi faciam atq; perpetuam. Quod autem subiungit, & semini tuo, sic possumus intelligere, vt non solùm spiritui detur tranquillitas ista & hic F & in futuro, sed etiã semini tuo, id est operibus tuis dabitur corporis tui glorificatio.

TRia sunt loca, cœlum, terra, infernus: & habent singula habitatores suos: cœlum solos bonos, terra mixtos, infernus solos malos.

QVatuor sunt quæ impediunt confessionem, pudor, timor, spes, desperatio. Quosdam enim impedit pudor, qui scilicet pro sola confusione dicere erubescũt peccata quæ commiserunt: de quo per Salomonem dicitur:
Eccli.4.c Est confusio adducens peccatum. Quo contra de his qui confitentur, iterum dicitur: Est confusio adducens gloriam.
Psal.103.a Quos etiam commendat propheta dicens: Confessionem & decorem induisti. Et alibi: Confessio & magnificentia opus eius. Alios impedit timor. Timent enim si confiteantur, ne grauis eis pœnitentia iniungatur: & hos arguit Iob dicens:
Iob 6.c Qui timet pruinam, irruet super eum nix. Sunt autem nonnulli qui in hoc mundo adhuc aliquid cõcupiscunt, nec putant se adepturos quod desiderant, si hominibus quales sunt, innotescant. Horum confessionem impedit spes, id est cupiditas potiendi desiderij, talibus comminatur dominus in euangelio: Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Sunt item alij qui nil horum verentur, sed solum hoc timent,
Mat.24.b quia post peccatorum confessionem ab ipsis abstinere minime possent: & his obest desperatio. Quibus non incongruè

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gillud potest aptari: Peccator cum venerit in profundum ma-
Prou.18.u lorum, contemnit. Fit verò nonnunquā vt hæc omnia simul confessione impediant. Sed qui quatuor his malis premitur, rectè iam in monumento iacet, & velut ille euāgelicus qua-
Ioan.11.e triduanus fœtet. Scriptum est enim: A mortuo velut qui non
Eccli.17.c sit, perit cōfessio. Quod si is mortuus est, qui non cōfitetur, vtique reuiuiscet qui cōfitebitur. Veniat ergo Iesus, & dicat:
Ioan.11.f Veni foras. & ad vocem eius illico suscitabitur mortuus. Excipiat hic noster mortuus exhortationē, & non differat confessionem. Dicatur ergo illi quem pudor afficit: Cur te pudet peccatum tuum dicere, quem non puduit facere? Aut cur erubescis deo confiteri, cuius oculis non potes abscondi? Quòd si fortè pudor est tibi vni homini & peccatori peccatū tuū exponere, quid facturus es in die iudicij, vbi omnibus exposita tua conscientia patebit? Hæc itaq; tria proponenda sunt contra pudorē, scilicet consideratio rationis, reuerentia intuentis dei, cōparatio maioris confusionis. Similiter cōtra timorem opponēda sunt tria. Considerandū enim est quàm sit longa pœna inferni, quàm grauis, quàm infructuosa. Ecōtrario verò præsentis tēporis pœnitentia breuis est, & leuis, & fructuosa. Contra spem quoque itidem tria opponuntur, bona scilicet futuri seculi, præsentis vitæ bonis maiora, certiora, durabiliora: ad quorum comparationem quicquid in
H hoc mundo desiderari potest, modicum est & incertum: &, vt ita dicam, momentaneum. Ita contra desperationem vincendi peccatum, tria sunt remedia. Primum est vigor ipse propositi boni, quem assumit ex confessione. Secundum est gratia dei, quam meretur ex humilitate. Tertium est auxilium, quod ex eius habet cui confitetur, compassione.

DVo sunt in quibus consistit nostra salus, iustificatio, & glorificatio. Altera initium, altera perfectio est. In illa labor, in hac autem fructus laboris est. Et nunc quidem iustificatio fit per fidem, nam glorificatio erit per speciem.

Quanta autem sit in futura vita glorificatio sanctorum, humanus interim non potest attingere intellectus. De illa enim
Esa. 64.a scriptum est, quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. Hæc ergo interim omissa, quoniam vires nostras excedit, de iustificatione quæ nunc agitur, aliud ad ædificationem fratrum nostrorum, quod necessarium visum est, loquamur. Ipsa est enim via per quam fit transitus ad glorificationem, dicente apostolo: Quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos
Rom.8.f vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Neque enim poterit obtineri magnificatio, nisi iustificatio præcesserit: cum ista meritum, illa præmium sit. Hoc in euangelio docuit dominus, qui cum discipulis euangelizaret regnum dei, primùm eis proposuit iustitiam, dicens:
Matt.5.c Nam nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & pharisæorum: non intrabitis in regnum cœlorum.
I Notandum autem quòd sicut in illo beatitudinis regno præsentem se electis suis exhibebit dominus ad glorificationem, ita etiam se eisdem ipsis exhibet in via peregrinationis ad iustificationem: vt à quo scilicet glorificandi sunt per speciem, ab ipso prius iustificentur per fidem. Et quidem tria sunt à quibus abstinere debent quicunque iustificari desiderant. Primò vtique ab operibus prauis, secundo à carnalibus desideriis, tertio à curis seculi. Item tria sunt quibus debent insistere, quę etiam continet sermo domini in mōte, eleemosyna, ieiunium, oratio. Sic enim adimpletur iustificatio, dum ab interdictis vitiis abstinent, & bona quæ præcepta sunt fideliter exercēt. Opponātur ergo prauis operibus, opera misericordiæ, contra carnalia desideria adhibeātur ieiunia, & pro curis seculi, succedat amor dei, & frequentia orationis.

PAstorū est, vigilare super gregē propter tria necessaria, videlicet ad disciplinam, ad custodiam, ad precs. Ad disciplinam propter morum correctionem, ne grex commissus propria molestia deficiat. Ad custodiam propter diabolicam suggestionem, ne hostili seducatur calliditate. Ad preces propter tentationum instantiam, ne vincatur à pusillanimitate. In disciplina rigor iustitiæ, in custodia spiritus consilij, in prece affectus compassionis.

DVs ad intelligendum se condidit vniuersitatis auctor creaturas, hominem, & angelum. Hominem iustificant fides & memoria, angelum beatificant intellectus & præ-
K sentia. Et quia homines quandoque perducendi sunt ad æ-
Esa. 6.b qualitatem angelorum, necesse est vt interim iustificentur per fidem, & proficiant ad intellectum. Scriptum est enim: Nisi credideritis, nō intelligetis. Itaque fides, via est ad intelligendum: nam mundatur cor fide, vt intellectus videat deū. Similiter & memoria dei, via est ad præsentiā dei. Qui enim hic habet mandatorum eius vt ea faciat memoriam, merebitur quandoque, vt eius quoque videat presentiam. Habeāt igitur intellectum & præsentiam angeli dei in cœlo, habeamus & nos eius fidem & memoriam in mundo.

TRes sunt status animæ. In corpore, posito corpore, recepto corpore. Primus datus est ei ad agendam pœnitentiam, reliqua duo ad habendam requiem vel pœnam, scilicet prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Ad agendam verò pœnitentiam tria sunt necessaria, tempus, corpus, & locus. Quod tempus sit necessarium, dicit apostolus: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Si-
2.Cor.6.d militer & de corpore idem scribit: Omnes nos oportet ma-
2.Cor.5.b nifestari ante tribunal Christi, vt referat quisq; propria corporis prout gessit. Sed & de hoc loco loquitur scriptura dicens: Si ascenderit super te spiritus potestatem habentis, lo-
Eccles.10. cum tuum ne deseras. Porro tempus in tria diuiditur, in præteritum, in præsens, in futurum. Horum nullum perdit quisquis rectè pœnitētiam agit. Nam præteritum quidem quod
L perdiderat restaurat, dum in amaritudine animæ suæ omnes annos suos recogitat. Præsens autem tenet iam per exercitium operis. Futurum verò per constantiam boni propositi.
Ephes.5.d De præterito loquitur apostolus, cum dicit: Redimentes tēpus, quoniam dies mali sunt. Ad præsentis verò operationē hortatur nos cum dicit: Dum tēpus habemus, operemur bonū ad omnes, maximè autē ad domesticos fidei. Futuri nos
Gala.6.c admonet dominus, cum ait: Qui perseuerauerit vsq; in finē,
Matt.10.c saluus erit. Corpus quoque necessariū est ad agēdam pœnitentiam. In corpore quippe possumus mala pati, & bona operari. Pati scilicet pro commissis delictis, operari pro adipiscēdis æternis præmiis. Qui ergo corpore caret, dignos pœnitentiæ fructus facere quomodo valet? Et notandum quòd pœnitētia quæ per corpus geritur, breuis est & leuis. Breuis, quia corporis morte terminatur. Leuis, quia per societatem corporis fertur facilius. Grauis siquidē esset si eam solus animus portaret. Cum verò & ipsi corpori eius partitur pōdus, quantò magis inde corpus oneratur, tantò amplius animus exoneratur. Locus etiā videtur necessarius esse & vtilis, ecclesia scilicet vitæ præsentis: in qua quisquis dum in corpore viuit, pœnitentiam rectè agere negligit, nullum in futuro salutis remedium obtinere poterit.

TRiplici morbo laborat genus humanum: principio, M medio, & fine, id est, natiuitate, vita, & morte. Natiuitas immunda, vita peruersa, mors periculosa. Venit Christus, & contra triplicem hunc morbum attulit triplex remedium. Natus est enim, vixit, mortuus est: atque eius natiuitas purgauit nostram, mors illius destruxit nostram, & vita eius instruxit nostram.

SIcut æger ad medicum, sic esse debet peccator ad creatorem suum. Qui ergo peccator est, debet orare deum, sicut æger medicum. Duobus autem modis impeditur oratio peccatoris, vel nulla vel nimia luce. Nulla luce illustratur, qui peccata sua nec videt nec confitetur. E contrario nimia luce obruitur, qui ea tanta videt, vt de indulgētia desperet. Horum neuter orat. Quid ergo? Temperanda est lux, vt peccata sua videat peccator, & confiteatur, ac pro ipsis oret vt remittantur. Primò ergo eius oratio debet fieri verecūdo affectu. hoc autem fit cum necdum peccator audet per seipsum accedere ad deum, sed quærit aliquem sanctum virum, aliquem sanctum pauperem spiritu, qui sit in ora vestimenti domini tanquam fimbria, per quem habeat accessum. Huius orationis tenuit typum illa euangelica mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, cupiénsque sanari accessit, & intra se cogitauit dicens: Si tetigero fimbriam vestimenti
Luc.8.f eius, salua ero. Secunda oratio fit duro affectu: & hoc fit quando scilicet peccator iam per ipsum accedit, & ore proprio cōfitetur. Talis orationis reliquit nobis exemplum illa peccatrix quę lachrymis rigauit pedes domini, & capillis capitis

A pitis sui terfit, de qua dictum est à domino: Remittuntur ei
Luc.7.f peccata multa, quoniā dilexit multum. Tertia oratio effun-
Matth15.c ditur amplo affectu: & hoc fit quando is qui pro se orauerat, orat iam pro aliis. Sic orauerūt apostoli pro muliere Chananæa pro filia sua rogante. Dimitte, inquiunt, illam, quia clamat post nos. Quarta oratio emittitur deuoto affectu, quę de cordis puritate, sine vlla hæsitatione cum gratiarum actione depromitur. Talem orationē fecit ipse dominus quādo qua-
Ioan.11.e triduanum de monumēto Lazarum resuscitauit, & ait: Pater gratias ago tibi, quia audisti me. Tales orationes docuit nos
1.Thess.5.d apostolus facere frequētes, dicens: Sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Has quæ dictæ sunt quatuor orationum species, id est, verecūdam, puram, amplam, deuotam, nuncupat apostolus aliis nominibus, & ad eas nos hortatur,
1.Tim.2.a dicens: Obsecro primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Nam obsecrationes verecundo, orationes puro, postulationes amplo, gratiarum actiones fiunt affectu deuoto.

DIximus de generibus affectionum & orationum, dicamus etiam qua puritate sit orandum. Et quidem tria videntur mihi hic esse necessaria, quibus orationis intentio firmiter est astringenda. Considerare nanque debet is qui orat, & quid petit, & ipsum quem petit, & seipsum qui petit. In eo autem quod petit, duo debet attendere, vt secun-
B dum deum sit quod postulat, & vt hoc ipsum in summo affectus desiderio habeat. Verbi gratia. Si mortē inimici, si læsionem seu deiectionem proximi orando petierit, non est
Luc.6.b secūdum deum talis oratio, cum ipse præcipiat & dicat: Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Si verò peccatorum remissionem, si spiritus sancti gratiam, si virtutem atque sapientiam, si fidem, veritatem, iustitiam, humilitatem, patientiam, mansuetudinē, & cętera spiritualia charismata quæsierit, & ea cogitando vehementer affectauerit, hęc
Esa.65.d secundum deum est oratio, & hæc verè meretur audiri. De huiusmodi enim orationibus loquitur per Esaiam deus: Antequam clament, ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam. Sunt & alia quæ cum desunt, à deo dātur, & possunt esse vel non esse secundum deum, quātum duntaxat interest finis ad quem referuntur, vt est corporis sanitas, pecunia, cæterarūmq; rerum affluentia: quæ etsi à deo sint, non tamen sunt magnipendenda, nec ex desiderio possidenda. Similiter & in ipso quē petit, debet duo considerare, bonitatē, & maiestatem. Bonitatem, qua gratis velit: & maiestatem, qua planè possit dare quicquid petitur. Sed & in seipso qui petit, debet nihilo minus duo attēdere, id est, vt pro suis meritis nihil accepturum putet, sed de dei misericordia tantùm quicquid
C rogauerit, impetraturū speret. Tunc ergo dicitur cor purum, quando tria hæc quæ dicta sunt, & eo modo quo dicta sunt,
Matt.10.c cogitat. Et quisquis hac puritate & intentione cordis orauerit, exaudiri se sciat, quia sicut testatur Petrus apostolus, non est personarum acceptor deus, sed in omni gente quæ timet deum & operatur iustitiam, acceptus est illi.

Mors animæ, obliuio, de qua morte suscitatur hoc modo. Per memoriam sentit, per obedientiam audit, per intelligentiam videt, per circunspectionem olfacit, & gustat per dilectionem.

QVatuor sunt genera voluntatis humanę. Sicca in reprobis & terrenis, quorum corda nullo rore gratię perfunduntur. Recta in inchoantibus, qui vitæ pristinæ torpitudinē relinquētes, ad boni operis rectitudinem mutatione voluntatis assurgunt. Deuota in proficientibus, qui vsu orationis assiduæ in amorem bene agendi cœlitus eriguntur. Beata in consummatis, qui penè nihil aliud nisi deum cogitantes, in ipso totius desiderij sui finem reponunt. Inter siccam & rectam voluntatem chaos quoddam firmatum est, vt qui voluerit transire non possit, peruersa scilicet intentio. Inter rectam & deuotam, insolita cōsuetudo. Inter deuotam & beatam, corporalis affectio. Quæ tria quasi quidam lapides dum in via nostri operis se opponunt, ne de virtute in virtutem ascendamus, impediunt.

RAtionalis creatura ad hoc se debet diligere, vt beata sit: & deum, per quem solum beatificari possit: cuius insecutor & æmulus ad hoc elaborat, vt eam in vtraq; sui quali-
D tate corrumpat. Corpoream igitur qualitatem appetitu gulę & fluxu luxuriæ deprauat penitus & corrumpit, iumentumque carnis his duobus aculeis agitatum in præcipitia mortis impellit. Inuisibilem ergo humanæ substantiæ portionem spiritualibus aggreditur armis, eāmq; gemina peste inficiens, tumore superbiæ, & auaritię labe commaculat, sicque totam massam fermenti huius colluuione corrumpēs, homini præripit beatitudinem, quam amisit.

QVatuor sunt quorum in hac vita obsequiis deseruimus, caro, mundus, diabolus, deus. Carni militamus, gulæ illecebris seruiēdo, luxuriæ stimulis obsequēdo. Mundo militamus auaritiæ æstibus anhelando, honoris altitudinem affectando. Diabolo militamus, bonorum profectibus inuidendo, & contra deum superbiæ spiritu intumescendo. Deo militamus pietatis operibus humiliter insistendo, potestates aërias virtute spiritus oppugnando. Habent & singuli principes isti donatiua sua propria. Caro suis tyronibus elargitur momentaneam voluptatem: mundus transitoriam sublimitatem: diabolus perpetuam captiuitatem: deus interminabilem felicitatem. Hæc sola præponderat.

EVangelica sanctione præceptum est, vt in via mortalita-
Ioan.10.d tis huius terrenis affectibus inhærentem neminem salutemus. Quos autem ab hac vita suspensos viderimus, illis se-
E curæ salutationis gaudium offeramus. Vnde & in euangelio tria salutationis genera inuenimus. Virgo siquidem Maria sa-
Luc.1.b lutauit Elizabeth, angelus verò Mariam, dominus autem Ie-
Ibidem. sus discipulos salutauit post resurrectionem. Cum ergo vi-
Ioan.20.d demus eos qui in sterilitate vitæ huius senuerunt, montana confessionis ascendendo, feruorem pœnitentiæ quasi filium quendam concipere: illis vocem salutationis, illis in verbo domini remissionis & gratiæ & veniæ largitatem debemus offerre. Quos verò in sanctitate & castimonia domino seruire conspicimus, inuitando ad meliora, benedictionem & gratiæ fœcunditatem eis necessariò promittamus. Quos sanè in conclaui remotioris vitæ positos, ad imitationis apostolicæ fastigium tendere videbimus: illis quietis & pacis geminam soliditatem, cuius etiam in suo corpore quædam præludia sentiunt, viuæ vocis ministerio spondeamus.

DOminum Iesum Christum subire crucis & mortis ignominiam, tria quædam præcipua coactione voluntaria compulerunt. Filialis & pura obedientia, qua prioris inobedientiæ piaculum solueretur. Compassibilis & communis miseria, quæ illius iustitiam inflexibilem, virgam ferream, ad misericordiam hortabatur. Erat miseria illa & ponderosa & grauis, quæ ceruices hominum communis peccati & mortis conditione premebat. Publica & generalis, quæ iustos & in-
iustos simili damnationis sententia pariter obligabat. Conti- F
nua & perennis, quæ nisi per Christum redemptionis gratia fieret, irremediabilis captiuitatis nexu, omne genus Adam damnationis voragine absorbebat. Porrò tertium quod spōtaneè cogit in mortem, celeberrima & solennis victoria, cuius successu, ineuitabilis diaboli, & mortis potētia in monumento gloriosè & efficaciter erat imminuenda.

TRibus modis exaltat dominus caput nostrum: mentem scilicet à terrenis affectibus suspendendo, vt spe cœlestium trāsitoria contemnamus: diuinam scientiam conferendo, vt eorum quæ temporaliter non videntur, scientiam teneamus: ad amorem cœlestium subleuando, vt in carne positi, ipsa quoque carne diuinæ dilectionis altitudine transcendamus.

Homines habent triformem statum viuendi. Non delinquere, quod agit vtiq; timor seruilis. Nolle delinquere, quod exhibet filialis. Nō posse delinquere, quod sola confert beatitudo perennis.

Quatuor esse dicūtur quæ nostræ gratiā deuotionis adaugent. Memoria peccatorum, quæ hominem reddit humilem apud se. Recordatio pœnarum, quæ illum solicitat ad bene agendū. Consideratio peregrinationis, quæ illū hortatur vilibilia debere contemni. Desiderium vitæ perennis, quæ hominem incitans ad perfectum, cogit eum à terrenis affectibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G voluntatis mutatione suspendi.

NOstræ inscientiæ tarditatem erudit dominus tribus modis. Indulti beneficii largitate, quæ nostræ duritiam mentis emollit, & excitat ad amorem. Frequenti verberum seueritate, quæ præstans intellectum auditui, incutit nobis timorem. Contemptus publica vilitate, quo implens facies nostras ignominia, parit nobis verecundiam & ruborem.

Motus & titillatio carnis nostræ tribus ex causis contingit. Ex præcedenti cogitatione, cum formas & imagines illicitas intus trahentes, in earũ retractatione turpiter commouemur. Ex vẽtris plenitudine: quia cum venter ciborum cumulositate distẽditur, caro lasciuiens ad motũ luxuriæ concitatur. Ex maligni spiritꝰ impugnatione, quia quò iustos superare se minime posse considerat, eò per carnis titillationẽ grauius eos impugnat.

AVctoritate scripturarum, malè cogitare, male dicere, & malè facere prohibemur: quia in malè cogitare vel immunditia est, cum res sordidæ & impurę memoria reuoluuntur: vel superbia, cum animus quasi superior super proximos suos erigitur & inflatur: vel auaritia, cum diabolo instigante contra præceptum dei res proximi cõcupiscitur. Necesse est enim malæ cogitationi horum trium aliquid semper inesse. In malè dicere verò sermo est vel suH peruacuus, ratione & vtilitate carens: vel detractorius, fraterna bona inuida corrosione & odij instinctu diminuens: vel adulatorius, caput alicuius falsa olei delinitione demulcens. In malefacere quoque opus est vel simulatorium, cum aliud intendimus quã opere demonstramus: vel impium, cum proximos nostros lædimus: vel impudicum, cum nos aliquo modo sordidamus.

DE conualle plorationis ascensuri, semper ad altiora tẽdere, & anhelare debemus. Est enim quasi quoddam desertum vita ista mortalis de qua dicitur: Terra deserta, inuia & inaquosa. Sed triformis est species desertorum. Est quippe desertum momentanea scilicet vanitas, quam despicere virę moderatione debemus. De quo deserto ascendere nos oportet, sicut dicitur: Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Deliciis affluimus, cum virtutibus abundamus. Super dilectum innitimur, cum deo ascribimus quicquid boni operamur. Est aliud desertum, Christianę simplicitatis humilitas: vocata desertum, quia ferè nullus est imitator Christi qui studeat istud bonum operari. Per hoc desertum necesse est ascendamus. Vnde dicitur: Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus? Sicut virgula fumi ex aromatibus ascendimus, cum virtutum studio & disciplina exercitati, proximos nostros ad bene agendi similitudinem incitamus. Est aliud quoque desertum, innocentiæ purioris simplicitas vel integritas. Ad hoc debemus ascendere, quia I ad veram munditiã, vt simus sancti corpore & spiritu, debemus anhelare. Ascendamus ergo de deserto momẽtaneę vanitatis per desertum humilimę simplicitatis, ad desertum integerrimæ puritatis

Cant 3.c & 8.d

Ibidem.

DOminus noster habet propriè sagittas, quibus hostes suos vulnerat, & in brachio virtutis expugnat. Sunt autem tres sagittæ, quibus hostes sauciantur. Stimulus amissæ pecuniæ. quia valde conteritur qui instrumenta viuendi, & satellites voluptatum diuitias amisisse reminiscitur. Sequitur pestis corporalis molestiæ, quæ vt eius vias ex omni parte sepiat, eum quem ad peccatum festinare considerat, etiam corporis contritione flagellat. Sequitur malleus infernalis memoriæ: quia cum se homo vndique circunseptum pondere pœnarum corporalium pensat, etiã ad illam quæ fine caret angustiã oculos porrigẽs, horribilem gehennæ fornacem timida secum consideratione tractat.

SVnt & aliæ tres sagittæ, quibus, dominus etiam eos sauciat quos ad degustãdam dulcedinem suæ dilectionis inuitat. Quarum prima est timor castus: qui ideo sic vocatur, quia & timeri dominum à seruo iubet, & seruum ab illicitis continere respectus domini admoniti onecontinua persuadet. Sequitur amor deuotus: qui dum mentem occupauerit, totam igne suauissimę dilectionis accendit. Sequitur desiderij virtus, quę dum latitudinem conscientiæ veluti aura lenis K afflauerit, ea quæ retro sunt mens oblita, ad solam faciẽ conditoris anhelans, quia sui voti finem minime consequitur, contabescit.

Oblatio nostræ laudis, quam deo immolamus, triformis esse debet. Affectuosa, vt mens concordet voci. Fructuosa, vt ædificationem pariat intuenti. Gratiosa, vt placeat conditori qui gratis dedit.

Decretis & adhortationibus sanctorum pattum bene cogitare, & benedicere, & bene facere iugiter admonemur: quia in bene cogitare cogitatio est vel honesta nihil impuritatis cõtrahẽs, vel humilis nihil superbũ sapiens. vel pia nihil crudele moliens. In bene dicereverò sermo est vel auditori commodũ afferens, vel humilis nihil inanis eloquentiæ lepore turgescens, vel verisimilis nihil fuco simulationis obtectum in sua prętextione prætendens. In bene facere quoq; factum vel purum, quod mũditiam exhibet, vel pium quod misericordiam redolet, vel pudicũ quod oculos intuentium non offendat aut violet.

VSitatum est satis & tritum, seculum istud merito cæcitatis & ignorantię, suę Aegypti vocabulo nuncupari, quod nimirum quotiens mutatione voluntatis egredimur, tria nobis occurrunt. Stimulus cupiditatum, qui veluti mare rubrum sensum rationis nostræ tumidis & procellosis vndis cogitationum inuoluit: & nisi virga discreti iudicij aquæ superiores ab inferioribus secernantur, subruit funditus & demergit. Sequitur cumulus tentationum, quasi alter Iordanis aluei sui metas excedens, & terram corporis nostri solito plenius occupans, nisi arca testamenti, id est, sententia veritatis intercedens, impetus illius refrenet, & ipsum pœnitus arefaciat & exsiccet. Sequitur aculeus molestiarum, qui cum ingruerit quasi iterum Iordanis Heliseo occurrens, sumendum Heliæ pallium, & mediis fluctibus opponendum: vt quicquid nos tẽporaliter cruciat, respectu dominicæ passionis sapore mutato, noua nobis suauitate dulcescat. L

VLæ quæ ducunt ad mortem, ratione trifaria diuiduntur. Alia ærumnosa, alia laboriosa, alia delicios a. Ærumnosa est in pauperibus, qui in paupertate sua regio spiritu & diuite animo tumescentes, ab inopia temporali ad æternam miseriã transferuntur. Laboriosa est in auaris & cupidis, qui dum diuersarum anxietate curarum miserabiliter distendũtur, obliuiscuntur ea quærere quæ dei sunt: & auaritiæ æstibus anhelantes, vsque ad virę terminum ab inquietudine tẽporali ad æterni laboris angustias trãsferuntur. Deliciosa in diuitibus delicatis, qui in deliciis & voluptatibus enutrientes corpora & corda sua post dulcedines momentaneas, & horarias suauitates, ad sempiternas amaritudines M deferuntur.

VIa quoque quæ ducit ad vitam, simili ratione distinguitur. Est enim alia sanguinea, alia purpurea, alia lactea. Sanguinea in martyribus, qui in sanguine agni suorum corporum indumenta lauerunt, & per iter martyrij, triumphalis altitudinis solium attigerunt. Purpurea est in confessoribus, qui in sua carne vestigia dominicæ passionis per abstinentiam expresserunt, & in suis corporibus vulnerũ Christi stigmata portauerunt. Lactea in virginibus, quæ in seipsis puritatis angelicę candidatum & virtutes sanctimonię consecrauerunt, & per viam munditiæ amplexus & thalamos veri sponsi, virtutum pennis feliciter euolarunt.

LIgna sunt omnes iusti, qui plantati in medio ecclesiæ temporalis facere debent fructus vitæ qui maneant. Videat autem quisque vt eligat sibi locum irriguum, in quo fructificans, proferat in tempore suo vitæ fructum. Sunt autem tres decursus aquarum. Incitamenta scripturarum: quæ per minas & promissa honestam in homine suscitant voluntatem. Charismata gratiarum: quæ hominem spiritualem ex animali efficiũt ad sui prouisionem & curam informando, & docendo omnem veritatem, ministrant operum fœcunditatem. Stillicidia lachrymarum: quæ dum venas intentionis atque propositi suo rore irrigant & infundunt ne lignum moriatur, perseuerantiam largiuntur. Qui iuxta hæc fluenta radicatus fuerit, per mensẽs singulos facier fructũ, & folia ligni illius ad suauitatem gentium.

Non vno

A NOn vno eodémque modo omnes qui ebrij fuerint, debriantur, Aliud est vinum malitiæ, quod effluit de vua fellis, & à diabolo initium habuit, qui amaritudinem peccati & mortis humano generi propinauit: quo debriantur iniqui conformes facti ei. Aliud est vinum molestiæ, quod emanat de labrusca conditionis humanæ: quæ domino suo acetum iniquitatis appositi. Hoc vino quisquis inebriatur, non iniustè, sed merito peccati sui, à deo hoc perpeti comprobatur. Aliud est vinum gratiæ, quod ex botro cypri, id est conditoris largitate decurrit: & hoc est mustum quo sponsi filij debriantur: quod mittitur etiam & in vtres nouos.

REges sunt & sacerdotes, omnes electi: & eos oportet oleo vnctionis inungi. Est autem oleum triforme. Aliud siquidem est oleum effusionis, videlicet verbum dei quo initiantur, veterem hominem exuentes, vt quasi adolescentulæ in amorem sponsi surgant. Aliud est oleum puritatis: quo lagenæ operum nostrorum impleri debẽt: quod in lampade diuini feruoris ignem debet incessanter nutrire. Aliud verò oleum exultationis: charitas videlicet principalis: quæ mentem quam repleuerit, dilatat: vt gustans quàm suauis est dominus, in vertice iustitiæ sedens in solo deo glorietur & gaudeat.

B CHristiani à Christo nomẽ acceperunt: & operæprecium est vt sicut sunt hæredes nominis, ita sint imitatores sanctitatis. Tria ergo sunt quæ in Christo nobis expressa, plenis viribus exercere debemus: videlicet improbare viuaciter seculi vanitatem: quia & Iesus ne rex constitueretur à turbis, aufugit. Exercere viriliter pœnitentiam: quia & Iesus sicut agnus occisus est. Et habere veraciter geminam charitatem: quia Iesus pro inimicis orauit.

SEptem gradus descensionis habet humilitas. Abdicationẽ rerum exemplo apostolorum. Abdicationem vestium: sicut Helias & Ioannes. Corporis exercitium: vt Paulus. Directionem in prosperis, instar Dauid pauperis & regis. Patientiam in aduersis: sicut Iob & Tobias. Proprium abhorrere consilium, & propriæ voluntatis affectum.

ARma virtutis, quibus arma nequitiæ expugnantur, sunt hæc. Plena peccati cognitio, quæ expellit tenebras voluptatis. Pœnitentialis afflictio, cõtra dulcedinem carnalitatis. Humilis & vera confessio, contra venenum iniquitatis. Sufficiens & digna correctio in mutatione pristinæ voluntatis. Perseuerantiæ plena successio, vt perfecta subrogetur custodia sanitatis.

Necessaria sunt pœnitentiæ tria hæc. Abstinentia, per quã carnis superbia edomatur. Lectio, cuius fructu reformandus in vigorem animus saginatur. Oratio, cuius munimine & tutela virtutum examina proteguntur.

C Humilitatis virtus habet hæc tria. Superiori subdi, vt ad eius æqualitatẽ nulla ambitione vel inuidia rapiatur. Aequali non præferri, ne illicito appetitu superior velle fieri videatur. Minori subdi potius quàm præponi, vt ex hoc humilitatis veritas comprobetur.

Non omnes vniformiter gradiuntur ad deum. Quidam passu, sicut illi qui terrenorum curis impliciti, vix aliquando respirant vt domini recordentur. Quidam modesto incessu: sicut hi qui domini seruitio mancipati, & deo quidem seruiunt, & tamen erga seipsos indulgentiores exiſtunt. Alij veloci, id est rapido cursu: sicut hi qui super carne sua se intuentes, & se & transitoria contemnentes, celeriter proficiscuntur ad deum, hoc solummodo cupientes, in pace quiescere in idipsum.

Psal. 67.a

Electos tria in futuro manent. Interna satietas: æterna iucunditas: iucũda voluptas. De his dicitur: Exultent iusti, &c.

Psal. 26.b Roma. 7.b Philip. 1.c

Triforme est desiderium electorum. Vnanimiter habitare in domo: vnde est: Vnam petij à domino. Victoriam obtinere de mũdo: vnde est: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Præsentialiter frui deo: vnde est & illud: Cupio dissolui, & esse cum Christo.

Trifarius est prælatorum timor. Ne audientium animos exquisitior apparatus commoueat, ne interni iudicis oculos immoderatior vsus offendat, ne iustitiæ retributio in præsenti eis fiat.

Triformis est sanctorum dolor: quia ceciderunt de paradiso: quia tenentur in exilio: quia differuntur à regno. D

In monte montium Christo fuerunt hæc duo, coagulum passionis, & pinguedo sanctitatis.

Vituli quos domino immolare debemus, tres sunt. Nouæ conuersionis effectus: quasi vitulus nouellus cornua producẽs & vngulas. Sacræ religionis profectus: qui est uitulus tenerrimus de armento. Consummatæ virtutis affectus: qui est vitulus saginatus.

Quadriformis est pressura nostra. Corruptibilis carnis angustiæ: quæ sunt dolores mortis. Temporalium pressurarum molestiæ: quæ sunt torrentes iniquitatis. Occulti hostis latẽtes insidiæ: quę sunt dolores inferni. Deceptoriæ faciés mundanæ gloriæ: quæ sunt laquei mortis.

Fumus est ab ira dei: quia in consideratione iræ dei electi compũguntur. Ignis à facie eius: quia per cognitionẽ & præsentiam eius ad amorem accenduntur. Caligo sub pedibus eius: quia per districtum illius examen reprobus desperationis nebulis obscuratur.

Ambulat dominus super pẽnas ventorum, cum electi eius dulcedinẽ vel tenuiter attingunt. Volat, cum de incircunscripta eius subsẽtia nihil percipiunt. Vnde est: Fuge dilecte mi. *Cant. 8.d* Ponit dominus tenebras profunditatis & altitudinis latibulum diuinitatis suæ, in sole manifestationis & laboris tabernaculum carnis suæ, in luce puritatis & sanctimoniæ habitaE culum mansionis suæ.

Portas suas mũdus habet quibus ingredimur ad eum, quę sunt, corrupta sensualitas, & incesta cupiditas: vnde est: Appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Portæ inferi, cæca desperatio, & dura obstinatio: vnde est: Portæ inferi non *Psa. 106.b Matt. 16.c* præualebunt. Portæ cœli, humilis patientia, quæ est porta *Act. 12.b* ferrea ducens ad ciuitatem: & amoris cõcordia, quæ est por- *Ezec. 43.a* ta orientalis.

Genera retributionis sunt quatuor, duo in hoc seculo, & duo in futuro. Retributio prosperitatis & abundãtiæ impiorum: vnde est: Receperunt mercedem suam. Damnationis & *Matt. 5.g* ignominiæ eorum, familiaritatis & gratię iustorum, dulce- *6.a.c* dinis amoris & gloriæ. Duo autem sunt quæ remunerantur, iustitia operis, & puritas cordis.

Tres sunt lucernæ. Regula disciplinæ Christus, quæ accẽditur vt drachma perdita inueniatur. Forma veritatis in euãgelio, quæ ponitur super candelabrũ. Scientię puritas in corde bono, quæ illuminatur à domino.

Pedes nostri esse debent sicut ceruorum, & sicut vituli.

Alij sunt filij alieni, qui mentiuntur: alij filij Belial, qui nõ cognoscunt deum: alij filij Israël, qui cognoscunt.

Triforme est semen. Veritatis & iustitiæ, quod in terra iactum, facit fructum centuplum: iniquitatis & malitiæ, quod est genimẽ viperarum: erroris & malitiæ, quod est Chanaan, F & non Iuda.

Sapientia dei quasi perdix fouet filios quos non peperit, quasi gallina congregat pullos sub alis, quasi aquila prouocat ad volandum.

Trifaria est vestis nostra. Pœnitentialis anxietas, quæ est vestis viduitatis: religiosa maturitas, quæ est vestis iucunditatis: sincera integritas, quæ est vestis virginum.

VEstes Esau, honestas vitæ, & maturitas disciplinæ: pelliculæ hædorum, abiectio noxiæ vetustatis, & mortificatio propriæ voluntatis. Cibi, hilaris obedientia, & humilis *Gen. 27.d* abstinentia. Pater tangit filium appositi probationis manu. Osculatur secretæ inspirationis instinctu. Benedicit religionis profectu.

Tria sunt necessaria puritati. Integritas actionis, simplicitas intentionis, tranquillitas deuotionis.

Puritas tria confert. Spiritum libertatis, gaudium securitatis, firmitudinem charitatis.

Reprobi aliquãdo sunt sicut fumus, quia in sua altitudine euanescunt. Aliquando sicut puluis, quia nullũ charitatis humorem proferunt. Aliquando sicut cera, quia ad calorem, id est impulsum tentationis facilè liquefiunt.

Portæ Sion, ecclesiæ sunt sacramẽta, sine quibus ecclesiam non intramus. Portæ iustitiæ sunt virtutes medię, quas tẽporaliter exercemus. Portæ æternales sunt præcipuæ virtutes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quas etiam in futuro habituri sumus.

Tria sunt quibus obnoxij sumus deo. Signaculum naturæ, quo ad similitudinem dei facti sumus. Talentum fidei, quod per bonũ opus deo integrum resignare debemus. Titulus professionis, quo ad seruiẽdum deo sponsionis vinculis alligamur.

Tribus modis nos interrogat deus. Promulgatiõe præcepti, vt nostra nobis obedientia nota fiat. Inuectione flagelli, vt patientia nostra proximis innotescat. Reuelatione secreti, vt se nobis virtus humilitatis aperiat.

Tribulatio tria cõfert. Exercitiũ, ne virtus amoris, ocij tepore frigescat. Probationem, vt nostrę constantię fortitudo, ad exemplum hominibus innotescat. Præmiũ, vt iuxta tribulationis modum, immensum glorię pondus accipiat.

Aduersitati tria sunt opponẽda. Electorum agones & angustię, quas patiũtur qui piè viuunt. Redemptoris afflictiones & molestię, quas ei sęuissimi principes intulerũt. Dispositio moderatricis iustitiæ, cuius altitudinem, quasi virgę Ioseph summitatem non discutere, sed adorare debemus. Hæc sunt tria illa ostia, vectes & termini, quibus dominus circundat marẽ sęculi.

Triforme est exercitiũ electorum. Austeritas ieiuniorum, qua excolitur terra carnis, vt fructũ ferat. Assiduitas lectionum, qua reficitur animus, vt homo interior pinguescat. Instantia orationũ, qua mẽs ad cœlestium appetitũ assurgat.

Auctor mirabilium deus, tria quædam mirabilia operatus
H est in Maria. Integritatem munditiæ mirabiliter suscitauit, vt arca testamenti auro purissimo tegeretur. Puritatẽ virgineã potentialiter fœcundauit, vt rubus ardens nõ cõbureretur. Ima supernis ineffabiliter copulauit, vt scala Iacob mediante, terrena cœlestibus vnirentur.

Tria nobis cõtulit Mariæ fœcunditas. Auertit iugum captiuitatis antiquę, remisit iram indignationis diuinę, deleuit notam iniquitatis humanæ.

Electi tria prestolãtur in futuro. Quod in eis mortale est, à via penitus absorberi: perennis gloriæ compensatione ditari: deum sicuti est insatiabiliter contemplari.

Reprobi tria sperare dicuntur. Voluptatem corpoream sibi ad sufficientiam cumulari, momentaneam gloriã ad beatitudinem suffragari, mores suos & opera nullo posse iudicio reprobari.

Imitator Christi tria debet agere. Simplicis innocẽtię sensum tenere, vt cum Christo puer efficiatur. Abiectũ & humilem habitum amare, vt infantiæ Christi pannis vilibus inuoluatur. In disciplina simpliciter ambulare, vt cũ Christo in præsepio positus inueniatur

Spiritus sunt administratorij, qui curam habẽt salutis nostræ: sunt operatorij, qui auctores existunt sospitatis humanæ: sunt cõtemplatorij, qui assistũt vultui maiestatis diuinæ.

I Beati spiritus visione satiantur, dulcedine debriãtur, charitate sociantur.

Homines deum expectantes, debent esse suspensi quando veniat, dubij quid eis deferat, hilares & deuoti, diligentius adornati, tria sperãtes in eo, nuptialem præsentiam, familiarem gratiam, liberalem munificentiam.

Tres sunt species nuptiarum. Prima reconciliationis per fidẽ, in qua sunt tria fercula, Peccatorum ablutio, gratiæ cõsecutio, naturæ reformatio. Secunda adoptionis per spem, in qua etiam sunt eloquij diuini cõsolatio, alimonię cœlestis cõmunio, dulcedinis internę prælibatio. Tertia est glorificationis perfectę per charitatẽ: cuius fercula sunt, æterna incorruptio, vera glorificatio, perennis dei visio.

Tres sunt equorũ species. Mũdialis superbia, cuius ascensor cadit retro. Spiritualis sciẽtia, cuius collo circũdatur hinnitus. Integralis munditia, quam omnis cœlorum exercitus sequitur in vestimentis albis.

Verba cõsolationis dei sunt ablutio culpæ, restitutio gratiæ, euasio exilij, consecutio regni, consortium diuinitatis, adeptio æternitatis.

Arma fideliũ tria sunt. Sapientię plenitudo, quę est funda Dauid, de qua sentẽtiarũ lapides emittuntur. Patiẽtiæ firmitudo, quę est baculus, quo luporũ rabies ꝓpulsatur. Charitatis amplitudo, quę est pera Dauid, de qua orationes ꝓferũtur

Tria prælatis necessaria sunt. Viua fidei & doctrinæ sinceritas, vt inhabitent in eadẽ regione. Studiosa bene operandi sedulitas, vt vigilias cum pastoribus celebrẽt. De salute subditorum diligens curiositas, vt custodiant gregem suum. K

Bubulcus habere debet duo. Vocis suauitatẽ, quæ laborẽ mulceat operãtium. Aculei punctionem, quæ torporẽ excutiat pigritantium.

Tres sunt species pœnitentiæ. Simulatoria & infructuosa. cuius exemplũ est in Esau & in Saul. Crudelis & desperata, sicut in Cain & Iuda. Vtilis & consummata, sicut in Maria & Zachæo: cuius partes sunt quinque: Cõtritio in corde, cõfessio in ore, maceratio in carne, correctio in opere, perseuerantia in virtute.

Tria inueniuntur in Petro, fidei vnitas, pœnitentiæ veritas, amoris soliditas.

Tria sunt genera mutationum. Sublimitas in humilitatẽ: quãdo verbum carnẽ assumpsit. Contemptibilitas in maiestatem: quando se homo deus coram discipulis transformauit. Mutabilitas in æternitatem, quãdo resurgens, cœlum regnaturus ascendit.

Ea quę agimus, vel in lumine vultus hominum facimus, vt hominibus placeamus: vel in lumine vultus nostri, vt bene facere quod malum est nos credamus: vel in lumine vultus dei, vt ipsi soli quicquid boni in nobis est, humiliter ascribamus.

Tria sunt quæ patientiam subruũt. Anxietas nimia dolo- L ris, causa iusta innocentis, indignitas inferentis.

Qui à societate recedit, amittit cõuentorum solatia: prosequendo socios subit fastidia: aberrans facilè sequitur deuia: incurrit sæpius vitæ naufragia.

Magistri operum Pharaonis tres sunt. Fœtidus ardor æstuantis luxuriæ: anxius furor sæuiẽtis auaritię: noxius appetitus inanis gloriæ.

Tres sunt i nobis principes quos necesse est mori, vt Christus viuat. Prudẽtia secularium, quæ est Ioseph. Eloquentia spiritualiũ, quæ est Moyses. Copia tẽporaliũ, quæ est Iosue.

Triforme est impiorum refugium. Deceptricis documentum fallaciæ: quæ est Phitom. Secularis munimentum potẽtię: quę est Ramesse. Simulatricis figura iustitiæ: quę est ciuitas solis. Has iubet Pharao ædificari.

Tres sunt calices quos dominus nobis propinat. Pœnitẽtię & doloris, qui est plenus mixto. Patientię & laboris, quem bibit Iesus. Beneuolentiæ & amoris, qui est inebriãs & præclarus.

Quinque sunt torrentes. Crudelitatis & malitię, qui est Cison apud quẽ Iabin occiditur. Philosophialis eloquentię: M hic est Cedron, vltra quẽ Iesus egreditur. Passionis & angustiæ: hic est i via, de quo Iesus dicitur bibisse. Cœlestis sapientiæ, apud quem Helias pascitur. Iucunditatis & lętitię, quo potantur electi.

Tribus modis renouamur. Carne per baptismi mysteriũ ab originali peccato: opere per pœnitentię remedium ab actuali delicto: carne & spiritu per resurrectionis donum.

Species terrę quadriformis est. Flos & viriditas temporalium bonorũ, quę irrigatur sicut paradisus. Vtilis vita & cõuersatio electorum, de qua oritur panis. Amœnitas cœlestiũ mansionum, quæ fluit lacte & melle. Situs gehẽnalium loco rum: quæ est terra miseriæ & tenebrarum.

Quadrifarium est genus deserti. Inuia mũdani exilij solitudo, de quo Dauid: In terra deserta inuia & inaquosa, &c. Disciplinę Christianę difficilis altitudo: in qua peregrinatur filij Israel. Cœlestis Hierusalẽ delectabilis amplitudo: in qua relinquũtur oues nonaginta nouem. Gehẽnalis miseriæ terribilis habitudo, quæ est desertum solitudinis.

Quatuor sunt species curruũ. Elationis & dominij: in quo mergitur Pharao. Humilitatis & studij, in quo sedet Eunuchus. Deuotionis & obsequij, in quo sedens Ioseph occurrit patri. Amoris & desiderij, in quo rapitur Helias.

Triformis est accensus domini. Victoriosus, quo ascendit super occasum. Speciosus, quo ascẽdit super cœlos cœlorũ. Gloriosus quo ascendit super pennas ventorum.

Regnum cœlorũ alij violenter rapiunt, vt pauperes spiritu, alij mercantur, vt illi qui faciũt amicos de mammona iniquitatis:

A quitatis: alij furantur, vt mulier quæ tangit fimbriam: alij cõpelluntur intrare, vt pauperes sęculi.

Quatuor sunt quæ veram conferunt humilitatem. Vilitas operis, assiduitas subiectionis, cõparatio melioris, iudicium conditoris.

Tria sunt iudicia, alienum, proprium, diuinum.

Prędosam mortem aliquando facit vita, vt in confessoribus: aliquando causa, vt in martyribus: aliquãdo vita & causa, vt in plerisque.

Tria sunt præputia quæ præciduntur. Carnis præputium in Iudæo, cordis præputium in Christiano, linguæ præputiũ in perfecto.

Quatuor sunt tempora, præfigurationis, prænunciationis, visitationis, redemptionis.

Modis quatuor visitat nos deus. Exhibitione præcepti. Præceptũ enim aliud carnale, aliud spirituale. Asperitate flagelli, cuiusmodi sunt quinque causæ: vt ab iniquitate corrigat, ne quis de collata virtute superbiat, vt virtus hominibus innotescat, vt alios eius exẽplo compescat, vt corona cumuletur & crescat. Nouitate miraculi: quod visibile est & inuisibile. Inspiratione subtili.

Quater luctatus est Iacob. In vtero cũ Esau, in adolescentia cum eodem, in Mesopotamia cum Laban, in Bethel cum angelo.

B Iesus dicitur ter fleuisse: in ipso ortu genus humanũ: processu temporis Lazarum: ad vltimum in Hierusalẽ futurum casum.

In fronte aliquando leprãm, aliquando Thau, aliquando laminam auream gerimus.

Dominus sedet aliquando in valle Iosaphat, aliquando in monte, aliquando in solio excelso.

Tonitruum aliud igneum, aliud pluuiale.

Duo sunt calcaria quibus vrget propheta asinã suam: Pudor ne tẽporaliter polluatur, timor ne æternaliter puniatur.

Tria sunt quę nos restringunt & cohibẽt, & quasi cinctoria dici possunt. Corporeæ mortis memoria: quę est zona pellicea qua cingebatur Helias & Ioanes. Probabilitas & decor pudicitiæ, qua cingitur Aaron accedẽs ad deum. Amor religionis & iustitiæ, quæ est zona aurea, & ea præcingitur Iesus ad mamillas.

Quatuor virgines sunt quas in coniugium sociare debemus. Eloquẽtia philosophialis, quę est Zelpha ancilla Iacob. Sententia iuridicialis, quæ per Balam designatur. Innocentia actualis, quæ Lia potest dici. Contemplatio spiritualis, quæ Rachel intelligitur.

Duo sunt oculi spõsæ. Rerum labentiũ consideratio, quæ est velut flamma ignis: & cœlestis patriæ digna æstimatio, in qua vulneratur cor sponsi.

C Vestimenta communia ministris dei tria sunt. Cœlestis sapientia, quæ est Ephod, & caput operit: perseuerans iustitia, quæ põdẽris est, & totum corpus induit: carnalis cõtinentia, quæ lumbos cingit.

Candelabra in scripturis reperiũtur tria. Legalis obscuritas, quæ sphærulas habet & lilia: propheticalis subtilitas, quæ habet duas oliuas in cacumine suo: & euãgelica veritas, quæ habet in medio sui similem filio hominis.

Munitiones quibus anima vallatur, tres sunt. Sedula circunspectio, quæ est sepes: sanctorum intercessio, quę est vallum firmissimum: diuina protectio, quæ est murus protegẽs ab incursu hostium.

Spem nostrã triplex ratio discutit & roborat. Humilitas collatæ sapiẽtiæ, quod est ouũ in aqua coquere: firmitas cõstantis patiẽtię: quod est ouum igni assare: veritas inspirationis occultæ, quod est ouum in sagimine frigere.

Tria sunt quibus deus vindictam exercet in hostes. Lauacri salutaris remedium, quod velut mare rubrum occidit Aegyptios. Pœnitentiæ condignæ exercitium, quod velut sulphur peccatores interimit. Districtionis extremæ iudicium. quod velut ignis ad vocem Heliæ inuoluit.

Lectus animę in quo pausat, tripertitus est. Grauitas debilitatis corporeę, quam sibi lãguidus sanatus substernit. Tranquillitas quietæ conscientiæ, in qua fugiente Dauid statua ponitur. Hæc est cui duæ culcitræ supponuntur. De prætero securitatis & fiducię amplitudo, de futuro remunetatio- D nis & prędmij certitudo. Ceruical quod supponitur capiti, diuinæ familiaritatis & gratiæ largitudo. Lectus tertius humilitas superioris gloriæ, quæ est lectus floridus, quem sexaginta fortes ambiunt.

Vitreæ per quas solis radius infunditur, tres sunt: charitatis integritas, per quam peccati remissio se infundit: humilitatis puritas, per quam Marię gratia cœlestis illapsa est: intellectus subtilitas, per quam radius sapientiæ cor illustrat.

Septem lampades thronum electæ mẽtis illuminant: charismata scilicet spiritus, quæ plenius propheta prosequitur: quæ dum oleum gloriæ iuncúmque timoris & infirmitatis cœlesti igne consumunt, lumen veritatis incessabiliter administrant.

Quod nobis apponitur ad edendum, trifarium est carnis edulium: hœdus de capris in fructu pœnitentiæ, quem Iacob obtulit Isaac vt benediceretur. vitulus de armento in actu iustitiæ, quem Abraham expendit in cibos angelorum. vitulus saginatus in cumulo gloriæ, quem pater recepto filio legitur victimasse.

Triplex est hortus in quo electæ animæ spatiantur. Molestia corruptibilis vitæ, quæ est hortus nucum in quo Susannæ lauatur. Amœnitas iucũditatis supernæ, quæ est hortus deliciarum in quo ponitur Adam, vt operetur & custodiat. Dulcedo & suauitas visionis diuinæ, quæ est hortus conclusus in E quo Ioseph statuit sibi monumentum in petra excisum. Munda quoque conscientia, pro sui diuersitate hos in se susçipit hortos.

Esuries nostræ mensæ tres apponuntur: legis & euangelij sacramentum, in quo sumuntur sapiẽtiæ dapes: catholicæ institutionis mysterium, vbi accipitur caro piscis assi, & fauus mellis: æternæ satietatis arcanum, quod intra velũ est: & panes continet propositionis, & vitæ.

Thesauri quos thesaurizare debemus, tres sunt. Desideriũ pietatis in corde, qui absconditur in agro vt ematur. Doctrina veritatis in ore, quæ est thesaurus niuis & grandinis. Assiduitas perseuerans in homine, quæ habet frumẽtum & hordeum, & oleum & mel. Hi sunt thesauri Magorum, qui aurum, thus, & myrrham nato domino obtulerunt.

Quatuor differentię panum in scripturis reperiuntur, quibus diuersę generis humani deplorãtur miserię, panis coctus in stercore humano, bouino, cinere & clibano, quibus diuersi affectus mentis humanæ exprimuntur.

Altaria quibus vota superponere debemus, tria sunt: diuinarum sanctionũ expletio, quod fit de lignis setim in deserto: beatorũ multiplex aduocatio, quod fit de lapidibus quos ferrum non tetigit: redemptoris humilis incarnatio, quod fit de terra.

Puellæ quę euertunt sensum nostrum, tres sunt. Teneritudo carnis nostræ, quæ est Dalila quæ Sampsoni eruit oculos. F Amœnitas mundialis gloriæ, quæ est Iezabel, & Naboth occidit. Diffidentia futuræ vitæ, quę est filia Herodiadis: & aufert caput prophetæ.

Duę sunt tribus Leui & Iudæ, ex quibus sacerdotes sumũtur, Aaron & Christus, & eorum successio. Quod qualiter conueniat, ex nominum interpretatione poterit coniectari.

Aquilæ dominico corpori assidẽtes tres sunt. Magnitudo potẽtię laicalis, grãdis & magnarum alarum. Abusio propositi clericalis, quæ ponit in cœlo nidũ suum. Humilium subtilitas spiritualis, quæ prouocat ad volandum pullos suos.

Quadripertitum est officiũ sacerdotale: viuam carnis hostiam immolare, quod Leuiticũ est: virtutum charismata deo offerre, quod est incẽdere aromata, & filiorũ Aaron est: cum feruore martyrij cœlũ intrare, quod est introire cum sanguine sancta sanctorum: gratiæ & precum vota cœlo transfundere, quod est panem & vinum deo offerre.

Fontes quibus animæ lauantur, tres sunt. Anxietas contritionis, quæ irrigat superficiem terræ: humilitas confessionis, quæ polita est extra vrbem: deuotio compunctionis, super quam Iesus moratur & sedet.

Panes quibus alimur in hac vita, tres sunt. Purgatorius cũ amaritudine, quẽ mulier Sarepthana ministrat in fame: consolatorius cum dulcedine, quem angelus apponit quiescenti

G in vmbra: ſolidus cum fortitudine, qui perducit ad montem dei Oreb. Hi in tribus portionibus corporis dominici continentur.

Lucernæ quæ noctem vitæ huius illuſtrãt, tres ſunt. Intelligentiæ vigor in animo, quæ accẽditur vt drachma reperiatur. Sapiẽtiæ ſplendor in verbo, qui in alto ponitur, vt lumẽ eius videatur. Iuſtitię forma in proximo, quæ venięti ad nuptias anteferatur, vt candelãbris portari poſſit.

Tres riui ſalutis fluxerunt à corpore Ieſu. verbũ doloris in quo cõfeſſio, ſanguis aſperſionis in quo afflictio, aqua emundationis in qua compunctio.

Piſcinæ tres in ſcriptura reperiũtur. Vetuſtas erroris, quæ eſt poſt duos muros. Senſualitas carnis, in qua decumbebant lãguidi, Perſpicacitas rationis, quę eſt in via agri fullonis. In his adaquantur oues, & holocauſta lauantur.

Fomenta ignis tria in nobis. Stipula cogitationis immũdæ. Fœnum locutionis prauæ. Lignum operationis illicitæ. Hæc ad ignem nos nutriunt, niſi ſuperioribus fontibus extinguantur.

Contemplatiuorũ feneſtræ tres ſunt. Originaria, quæ eſt verſus Orientem. Gubernatricia, quæ vergit ad auſtrum. Conſummatiua, quæ reſpicit ad occidentem.

H Quatuor fontes irrigant hortum dei: reatus proprij deploratio, quę circuit terram Aethiopię: exceſſionis fraternæ compaſſio, quæ vadit contra Aſſyrios: indultæ gratiæ conſideratio, quæ medium interſecat Babylonis: deſiderioſa charitatis affectio, quæ circuit omnẽ terrã Euilath. Hi fontes habent irriguum ſuperius, & irriguum inferius, habentes aquas maris, fluminis, fontis, & riuis.

In ſcutella dei tria fercula continentur: claritas perſpicuitatis, quæ fulgebit vt ſol: Integritas puritatis, quæ erit vt angeli: firmitas æternitatis, quæ erit vt deus.

Oſtia per quæ trãſitur ad vitam, tria ſunt: fidei veritas, retro quam Sarra ridet: ſpei firmitas, quæ eſt in latere arcæ: charitatis ſoliditas, quam obſeruat Cherubim cum flammeo gladio.

Triforme vinum eſt in ſcypho dei: rubicundum in longanimitate ſanctorum, quod lętificat Iſaac in ægritudine: album in remuneratione iuſtorum, quo ebriatur Noë: nigrum & acidum in damnatione prauorũ, quod Ieſus guſtat, ſed non vult bibere.

Veſtis qua ſacerdos vti debet, triplex eſt: exterioris operis groſſitudo, quo induitur Aarõ coram populo: ſpiritualis ſanctimoniæ habitudo, quã apud ſe Rebecca abſcõdit, & ea vtitur Aaron in tabernaculo: cõtemplatiuæ dulcedinis pulchritudo, quæ inconſutilis eſt, & ea vtitur Ieſus.

Tunicæ quibus veſtimur, tres ſunt: caſtigatiua corporis edomatio, quæ pellicea eſt, & induit Adam: cõſtantis perſeuerantiæ longitudo, qua dilectus amicitur Ioſeph: remuneratricis gratiæ largitudo, qua veſtitur Ieſus.

I Seraphim ſex alæ ſunt, Duę pedales, pudor de pręteritis & metus de futuris. Laterales quibus velatur, timor deprimẽs, & ſpes ſuſtollens. Capitaneæ, humilitas prouchens, & charitas perficiens.

Solia duo deus habet: angelicam ſubſtantiam, quæ eſt excelſum ſolium: & humanam naturam, quæ eſt ſolium eleuatum.

Quatuor animalibus quatuor pennæ ſunt, timor & pœnitentia, quæ corpus velant: amor & ſpes, quæ ſibi iunguntur, & volant.

Animalibus nouę legis ſex alę inſunt, naturalis ſuggeſtio, legalis inſtitutio, prophetalis aſſertio, euãgelica ſanctio, apoſtolica iuſſio, eccleſiaſtica conſuetudo.

Cubile Ieſu triplex eſt: vnitas teſtamentorũ, quę eſt quaſi vterus virginalis: eccleſia electorum, quæ eſt quaſi pręſepiũ: conſcientia purgatorum, quę eſt quaſi ſepulchrum in petra.

Tria ſunt quæ nobis in ſanctis apponuntur ad edendum: exterior corporis habitudo, quam tria ſata cõſtituũt: in vultu grauitas, in habitu vilitas, in inceſſu maturitas. Hic eſt panis quo quinque milia ſatiantur, & eſt hordeaceus. Sequitur interior ſpiritus aptitudo, quã tria quoque ſata conſtituunt, in proſperis humilitas, in aduerſis ſoliditas, in cũctis mediocritas. Hic eſt panis ſiligineus, quo quatuor milia ſaturantur.

Sequitur ſuperior & deo ſimilis pulchritudo. Huius ſata cõ- K
ſtituit in deo & homine charitatis triformitas, quæ amicum & inimicum complectitur, & diligit propter deũ. Hic eſt panis frumẽtitius, qui ſpiritu ſancti vapore decoquitur, & panis angelorum vocatur.

Duæ ſunt domus dei. Exterior rerum miniſtra curioſitas: quæ tabernaculum eſt ſuper quod apparet gloria domini, & recedit: deo vacans & ſeruiens deuota ſimplicitas, quæ templum eſt, & de loco non mouetur.

Duę ſunt arcæ in veteri lege. Textus hiſtorię literalis, quæ habet in ſe homines & iumenta: & ſenſus continentiæ ſpiritualis, quæ habet manna & virgam Aaron.

In ſcriptura inueniuntur tres currus. Elatio potentię temporalis, cuius auriga eſt tumor pręſumptionis & audacię, habens equum robur propriæ confidentiæ. Rotæ eius præceps mobilitas vanitatis, & felix ſucceſſio proſperitatis. Hic eſt *Exod.14.g*
currus Pharaonis, in quo moritur [Rechab.] Sequitur altitu- *15.*
do cõuerſationis & vitę. Auriga eius ſermo cõmonitionis diuinæ, habens equum votum perſeuerantiæ. Rotæ eius horrenda terribilitas tormentorum, & mira delectabilitas præmiorum. Hic eſt currus in quo legit cũ Philippo ennuchus. *Actu.8.c*
Sequitur celſitudo cõtemplationis & gratiæ. Auriga eius amor cœleſtis patriæ, habens equum deſiderium beatitudinis L
& vitæ. Rotæ, improbatio gloriæ mundialis, & diuinę reuerẽtia maieſtatis. Hic eſt currus igneus, in quo Helias rapitur *4.Re.2.b.c*
in cœlum.

Tria ſunt operimenta altaris. De peccatis pœnitentialis afflictio, quę eſt cilicium: de venia laudis & lętitię magnitudo, quæ eſt velut æs ſonans: de gratia pręcordialis iubilatio, quę rutilat velut aurum.

Claues quę nobis occulta reſerant, tres ſunt. Anxij tẽporis auſteritas, quę aperit puteũ abyſſi: præſumptiuæ ſpei ſubtilitas, quę reſerat regnum cœlorum: verę dilectionis cõſpicuitas, quę eſt clauis Dauid.

Fluuij quibus peccatores ſe lauãt, duo ſunt: Fluxus corruptionis & laſciuię, peſtis adulationis & fallacię, qui ſunt Abana & Pharphar fluuij Damaſci.

Quibus iuſti ſe balneant, duo ſunt. Inuectio corruptionis & contumeliæ, ſuauitas conſolationis & gratiæ, qui ſunt Ior & Dan fluuij Iudęæ.

Cantica fidelium quatuor ſunt. Victorię, quod ſubmerſo canitur Pharaone. Adhortationis, quod terrã promiſſionis concinunt intraturi. Lętitię, quod de ſuſceptione filij cãtat Anna. Fortitudinis, quod Dauid cantat de manu Saulis creptus. *Exod.15.f* *Num.21.d* *1.Reg.2.d* *Pſal.69.*

Quatuor ſpecies herbarum ſunt in horto dei. Puritas corporalis munditiæ, quę eſt quaſi lilium: gratia ſpiritualis innocentię, quę eſt quaſi hyſſopus: veritas liberalis eloquentię M
quę eſt quaſi viola: iuſtitia operationis continuæ, quæ eſt quaſi roſa.

Martyrium ſine ſanguine triplex eſt. Parcitas in vbertate, quam habuit Dauid & Iob: largitas in paupertate, quã exercuit Tobias & vidua: caſtitas in iuuentute, qua vſus eſt Ioſeph in AEgypto.

Duo ſunt pedes quib⁹ vti debemus, natura, & cõſuetudo.

Equi quibus ad cœlũ euehimur, tres ſunt: Dolor ex pœnitudine, cuius vngulas coluber mordet. Huius ſella, eſt de veniæ perceptione præſumptio, frenum & camus ſolatia ſcripturarum, & exemplaria veterum. Calcaria quibus vrgetur, de reat⁹ enormitate cõfuſio, de pœnę cõſideratione formido: Fouea, deſperatio. Sequitur feruor ex religione, cui ſuper ſedet Mardocheus in veſte regia. Huius ſella, temperans diſcretionis grauitas, frenum & camus ſuſpecta conditio carnis ſuæ, & vtilis emerſio perſeuerãtię. Calcaria, exercẽdæ honeſtatis cupiditas, & fraternę commoditatis auiditas. Fouea, intemperantia. Sequitur deſiderium ex amore, cui datur fortitudo, & circundatur hinnitus. Calcaria, fluxa labilitas prę-ſentium, ſtabilis ęternitas futurorũ. Ductor, affectuoſitas videndi deum. Fouea, indiſcretio.

Speluncæ in libris ſacris inueniũtur tres. Peruerſa impietas volũtatis, quæ eſt latronum, in qua Saul purgat ventrem. Solida firmitas ęquanimitatis: quę ſit in altari, & eſt vnius cubiti. Exercitium geminę pietatis. Hęc eſt ſpelunca duplex in qua

A in qua patriarchæ ſepeliuntur.

Quatuor ſunt arma quibus principaliter cõmunimur. Prudens & humilis intelligẽtia: quæ eſt quaſi galea, & caput operit: mediocris & parca temperantia, quæ eſt lorica, & pectus tegit: perſeuerans & patiens conſtantia, quæ eſt quaſi ſcutũ, & dexteram munit: retributrix æquitatis iuſtitia, quæ eſt gladius vtrobique incidens ad diuiſionem animæ & ſpiritus.

Tria ſunt ſacrificia: Pia contritio habens butyrum humilitatis, & abſinthiũ indignationis: digna operatio habẽs oleũ diſcretionis, & acetum confuſionis: gratiarum actio habens balſamum deuotionis, & venenum ingratitudinis.

Quatuor ſunt in quibus anima captiuatur. Mundialis nequitia, inutilis triſtitia, inanis gloria, latens ſuperbia.

Cœli ad quos rapimur, tres ſunt. Dignitas eccleſiaſticę puritatis, ad quam rapitur Helias in corpore: veritas angelicæ ſubtilitatis, ad quã rapitur Ezechiel in ſpiritu: ſummæ incircunſcriptio deitatis, ad quam rapiuntur animæ electorum.

Sex ſunt refugij ciuitates. Interdictæ prævaricationis cautio, ſequendæ præceptionis obeditio, propitiandę diuinitatis ambitio. Hæ ſunt in terra Chanaan. Mundanæ fabricę conſideratio, vrbis tyrannicæ iugis inſpectio, & ſupereminens verbi dei cognitio. Hæ ſunt trans Iordanem, & ſunt de ſorte Leuitica.

Paradiſorum tria genera ſunt. Voluptuoſa dulcedo viſibi-
B lium, quæ irrigatur ſicut hortus deliciarũ: ſincera puritas ſpiritualium, quę in ſe conſeruat hominem: delicioſa veritas ſupercœleſtium, vbi Paulus audit arcana verba.

2.Reg.1.b Montium genera quatuor ſunt. Montes Gelboe, vbi abii-
Amos 3.c citur clypeus Saul. Montes Samariæ, qui nimis eriguntur.
Gene.8.a Montes Armeniæ, ſuper quos arca requieuit. Montes Iſraël,
Deu.36.a qui expandunt ramos ſuos.

Quæ nos reuocãt à propoſito noſtro, duo ſunt. Rubor incepti operis, & deſperatio exequendæ virtutis. Hi Rechab &
2.Reg.4.d Banaa, qui occidunt Hiſboſeth in ſtrato ſuo.

Pallia quibus noſtra nuditas operitur, quatuor ſunt. Vetuſtas erroris & nequitiæ, quę eſt quaſi perizoma verẽdorum.
Gene.3.b *Gene.24.g* Nouitas conuerſationis & vitæ, qua Rebecca deſcendens de
4.Reg.2.c camelo operuit vultũ ſuũ. Integritas cœleſtis ſanctimoniæ, quam Helias reliquit Heliſæo, & diuidit Iordanem. Claritas immortalitatis æternæ, quod eſt pallium ſapphirinũ, quo in die feſto vtitur Mardochæus.

Bonus eſt deus temporale beneficium largiter impendendo. Patiens eſt vltionẽ peccatorum miſericorditer differendo. Longanimis eſt reos ad pœnitentiam inuitando.

Hoſtes quibus tradimur, tres ſunt. Immundorum deſideriorum impuritas, quæ ſunt quaſi mures rodẽtes poſteriora. Corporaliũ paſſionum obſcœnitas, quæ ſunt quaſi locuſtæ
C more ſcorpij percutientes. Rationis & ſenſus obſtinata perueritas, quæ ſunt ſerpentes igniti.

Latrones qui nobis optima quæq; furantur, quatuor ſunt. *Pſal.90.b* Heberati intellectus ſocordia tollens nobis ſcientiam veritatis. Hic latro apud Pſalmiſtam dicitur negocium in tenebris.
Ibidem. Indomitę carnis laſciuia rapiens meritum integritatis, & dę-
Ibidem. monium dicitur meridianum. Fauorabilis aurę iactantia tollens plenitudinem ſanctitatis, & dicitur ſagitta volans in die.
Ibidem. Vitæ huius amor & appetentia, rapiens præmiũ æternitatis, & dicitur timor nocturnus. Hi ſunt latrones Syriæ.

Oſcula tria ſunt. Recõciliatorium, quo duo pedes domini miſericordia & iuſtitia cõtinguntur. Remuneratorium, quo duæ manus opus creatricis iuſtitiæ, & modũ gubernationis continuę complectũtur. Cõtemplatorium, quod ſumitur ad os, & verbũ dei arq; hominem in virtute mirãda connectit. Poſſunt quoq; dici Naturale, quando ſpontanea volũtate ducimur ad bonum. Doctrinale, quando admonitione alterius inuitamur ad deum. Gratioſum, quando iucunda inſpiratione trahimur ad bene agendum.

Vocationes tres ſunt. Diuina, ſicut in Paulo. Humana in quinque milibus conuerſis ad vocem apoſtolorum. Neceſſaria in primo eremita Paulo.

Contemplatio dicitur cibus in hac vita, vbi in ſudore veſcimur pane noſtro. Potus in futura, vbi liberè & ſine dolore
Canti.5. ſumitur. Ebrietas in vltimo, cum anima recepto corpore eon gaudebit: vnde dicitur, Comedite amici, &c.

Contemplatiui alij aſcẽdunt & corruũnt, ſicut beſtia quæ D
tangit montẽ: alij rapiuntur & deſcendunt, ſicut Petrus poſt *Exod.19.* excelſum deſcendit de cœnaculo. *Act.10.b*

Duo ſunt verba. Compaſſio, de qua fluit lac cõſolationis, quo nutriuntur infirmi: cõgratulatio, vnde fluit lac adhortationis, vnde ſuſtentantur validi.

Vnguenta tria ſunt. Cõpunctio de memoria peccatorum, quæ infundit pedes Ieſu. Deuotio ex recordatione beneficiorum, qua perungitur caput Ieſu. Pietas ex conſideratione miſerorum, quæ ad vngẽdum corpus Ieſu à mulieribus præparatur.

Virgæ tres ſunt. Virga Moyſi, quæ diuidit mare rubrum. *Exod.14.d*
Virga Aaron, quæ confert ſacerdotium. Virga Dauid paſto- *Nũ.17.d*
ralis propulſans aduerſarium. *1.Reg.17.e*

Triplex fuit forma Ieſu. Communis & deſpecta: ſole clãtior & tota ſplendida: ſpiritualis & diuina, ſed humanis viſibus temperata.

Cibi Iſraël tres ſunt. Azyma ſcientiæ ſecularis in exitu de Aegypto. Manna intelligentiæ in deſerto, palma victorię triumphalis in promiſſionis regno.

Diuinorum conſcij ſecretorum tres ſunt. Agnitæ fidei firmiſſimus executor: ingruentium vitiorum ſtrenuus ſupplantator: perceptæ gratiæ humilis confeſſor: hi ſunt Petrus, Iacobus, & Ioannes.

Tres ex omni populo liberantur, Noe, Daniel, & Iob. E

Tres in ſacerdotium aſſumuntur, Moyſes, Aaron, & Samuel.

Latrones innocentiæ veſtem diripiũt, tentationum ſagittis confodiunt, cœleſti conſolatione deſtituunt.

A domina noſtra rei habent veniam, iuſti gratiam, angeli lætitiam.

Bona prouidere coram hominibus debemus habitu, ne ſit notabilis actione, ne ſit reprehenſibilis: ſermone, ne ſit contemptibilis. Coram deo cogitatione ſancta, affectione pura, intentione recta.

Duo ſunt in Chriſto, generatio diuina, & generatio humana: & in ſpiritu ſancto proceſſio & gratia. Operatur aliud in nobis propter nos, vt compunctionem dimittendo peccata, deuotionem ſanãdo opera, amorem reuelãdo cœleſtia. Propter proximos aliud, vt doctrinam ſermonum, gratiam curationum, &c.

Duplex eſt periculum, ne vel ea quæ propter nos, diuidamus proximis: vel ea quę propter proximos, reſeruemus nobis. Hæc eſt diſcretio ſpirituum.

Ianitor memoriæ, recordatio profeſſionis: voluntatis iãnitor, memoria patriæ cœleſtis: portitor intentionis, cõſideratio gehennalis.

Modi diligendi ſunt quatuor. Carnẽ amare carnaliter, ſpiritum carnaliter, carnem ſpiritualiter, ſpiritum ſpiritualiter. F

Tres ſunt panes quos de via veniẽs quærit amicus: conti- *Luc.11.a*
nentia, humilitas, charitas.

Pax triformis. Ficta, vt in Iuda. Inordinata, vt in Adam & in Eua. Vera, quam Chriſtus reliquit diſcipulis ſuis.

Sequentium pacẽ tria ſunt genera: Pacati, qui in pace poſſident terram ſuam: patientes, qui in patientia ſua poſſident animas ſuas: pacifici, qui pacem faciunt inter diſcordes.

Contemplatores alij aſcendunt & cadunt, vt illi qui euanuerunt in cogitationibus ſuis: alij rapiuntur & deſcendunt, vbi ſine mente excedimus deo.

Quadrus lapis eſt ſuperius amando cœleſtia, inferius contemnendo terrena, à dextris vilipendẽdo proſpera, à ſiniſtris æquanimiter ſuſtinendo contraria.

Minuendi ſanguinis duplex eſt cauſa. Interdum qualitas, interdum quãtitas obeſt. Nec minus pernicioſa immoderata abundãtia, quàm corruptio. Sanguis animę meæ, voluntas mea. Naturę ſiquidem cognatus præ cæteris humoribus ſanguis dicitur, & animę vita in volũtate eſt. Minuatur ergo prava voluntas, quæ morbi cauſa eſt ſpiritualis. Minuatur inquã dum penitus exhauriri exſiccarique non poteſt. Scindatur & aperiatur vena ferro cõpunctionis, vt peccati etſi non omnis ſenſus, certe conſenſus effluat & abiiciatur. An dubitas inueniri & in anima ſanguinis non inutilis inutilem abundantiã? Audi ſapientẽ medicum, qui & ipſum docet iuſtitiæ ſangui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnem minuendum. Noli inquit, nimium esse iustus. Simile est
Eccles 7.c &istud apostoli: Nō plus sapere, quàm oportet, sed sapere ad
Rom.12.c sobrietatem. Cui putas venæ parcendū est, si & iustitia & sapientia egēt minutione? Quis enim sanguis vtilior? Illud tamen memento, nec nimis iustum, iustū: nec ebriam (vt ita loquar) sapientiam, oportet sapientiam nominati. Sic nimirum & in sanguine corporis inuenire est vbi excreuerit nimis, nō iam nutrimentum afferre corpori, sed detrimentum. Quamobrē si peccare delectat adhuc, sanguis vitiosus est, & minuere festinato. Si vis agere pœnitentiā, castigare vt oportet mē bra, corpus affligere, iudicare temetipsum, vt non incidas in manus dei viuentis iustum id quidem, sed ne quid nimis. Alioquin reprimendus est feruor immoderatus, ne noceat v-
Gene.68.d nitati, seruiat indiscretioni.
Hebre.4.c Pars tua sumus domine, quam tulisti de manu Amorrei in gladio & arcu tuo. Gladius tuus sermo viuus & efficax. Arc' tuus incarnatio tua. Ibi em̄ velut curuato sapientiæ ligno, & pio quodā modo flexa diuinitate, neruus carnis vehementer extensus, & humanitas ineffabiliter aucta cognoscitur. Pars
1.Pet.2.b ergo tua sumus, & populus acquisitionis tuæ, quem acquisiuisti verbo prædicationis, & mysterio incarnationis.

In circuncisione domini, nec neruus rumpitur, nec os cōminuitur, vt robustiora quæque & firmiora seruentur illesa. Aperitur autem cutis, amputatur caro, sanguis effunditur, vt illecebrosa mollities castigetur. In carne quidem, peccatum quod in ea manet intellige, porrò in cute operimentum eius,
H in sanguine verò incētiuum. Hæc igitur vera circuncisio spiritu, non litera, si velamē excusationis & dissimulationis per compunctionē cordis, & confessionem oris amoueas, si peccati cōsuetudinem correctione cōuersionis abscindas: si denique, vt necessarium est, occasiones quoque peccati, & fomitem fugias concupiscentiarum.

Matt.2.b Obtulerunt Magi domino aurum, thus, & myrrham. Hæc fortassis pro loco & tēpore necessaria videbantur. Audi precium ob paupertatem: myrrhę vnguentū ob infantilis (vt assolet) corporis teneritudinem: thuris odoramentū ob sordidam stabuli mansionem. Nos verò quoniam illa iam omnia transierunt, offeramus ei acceptabiliora munera, myrrhæ vn ctionē in communionē socialis vitę, thuris speciem in suaue olentiam bonæ famæ, auri splendorem in cōscientiæ puritatem, quò videlicet nec de officiosa cōuersatione familiarem gratiam, nec de laudabili opinione inanem gloriam, sed honorem dei, & fratrum vtilitatem quærere studeamus.

Caueamus fratres, ne vasorum interim vacuo splendore decepti, sero conqueri habeamus, quòd lampades nostræ extinguntur, Ego enim reor minimè fuisse accensas, quę tunc
Matt.25.a I videntur extingui. Sic nempe habes: Simile est regnū cœlorum decem virginibus, quę accipientes lampades suas, Accipiētes dixit, non accendentes. Quomodo enim accenderūt, quæ non sumpserunt oleum secum? Aut vbi ignis materia defuit, quomodo ignis fuit? At lucet castitas etiam ex seipsa. Sed quanto lucidior lāpas ardens, quàm sine igne, tanto pulchrior casta generatio cū charitate. Sic & à cæteris voluptatibus temperantia, & patientia in aduersitatibus, honestas in cōuersatione, & circunspectio in sermone, eleemosyna quoque & eiusmodi opera pietatis naturali quadam placere gratia, & velut ingenito decore etiam apud fatuas virgines reni tere videntur. At quoniam vitrea magis quàm ignea claritate fulgebant, eo ipso lampades suas arbitrabantur extingui, quo nimirum inanem hunc splendorem ab æterna conspexerint luce reprobari.

Quanta est miseria nostra, & indigētia nostra q̄ multiplex, Etiam verbis opus habemus. Et cum vtrumque sit miserum, nō iam mirum, quod inter nos: mirum magis, quod etiam ad
1.Cor.2.c nosipsos. Nemo scit quę sunt in homine, nisi spiritus hominis
Luc.19.f qui est in ipso. Chaos magnu inter nos firmatum est, nisi in tetueniente quasi instrumento verborum fiat adiuicē transitus quidam cordium in communicatione cogitationum. Hac necessitate inuenta sunt verba. Quis nesciat? Veruntamen & nosipsos verbis iam alloqui necesse est. Nónne deo
Psal.61.a subiecta eris anima mea? propheta ait. Ab ipso enim salutare meum. Et cui non frequenter necelle est animam reuocare suam, aduocare rationem suam, suos cōuocare affectus? Cui

nō opus est crebrò seipsum conuenire verbis, increpare mi- K
nis, solicitare monitis, vrgere accusationibus? Quinetiam ratiociniis suadere expedit: quale est: Ab ipso enim salutare
Psal.42.b meū. & cōsolari aliquādo, iuxta illud: Quare tristis es anima
mea, & quare cōturbas me? Et interdum velut excitare & di-
Psal.145.a cere: Lauda anima mea dominum. Et nonnunquā diligētius
Psa.102.a cōmonere de quibus oportet, vt est: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones ei⁹. Nempe cor meū dereliquit me, & necesse habeo ad me ipsum, immo ad me alterum loqui. Arq; id interim tanto amplius, quāto minus sum adhuc reuersus ad cor, reuersus in me, vnitus deniq; mihiipsi. Nam ne inuicem quidem erit iam verbis vti, vbi in vnum vtique virum perfectum occurremus omnes. Opportunè igitur linguę cessabūt, nec medius requietur interpres, vbi vsqueadeo mediū omne charitate cōstrauerit ille vnicus mediator, vt & nos in vnū facti sim⁹ in ipsis qui verè sempiternéq; vnum sunt, deo patre, & ipso domino Iesu Christo.

Canti.4.c MEL & lac sub lingua eius. Id quidē necesse: Nam quod
Eccli.12. in lingua est, durum sonat. Verba sapientis quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi. Alius est cuius molliti
Psal.54.c sunt sermones super oleum, sed oleum peccatoris non im-
Psa.140.b pinguet caput meum. Corripiat me magis iustus & increpet (nam hoc in misericordia est) quàm illud impinguet oleum caput meum, in quo est dolus. Pulchrè enim non molles, sed molliti dicuntur sermones vel suasoris adulatoris, vel L
suasoris iniqui, quòd sit in eis non tam vera & solida, quàm
Psal.9c superducta & simulata suauitas. Siquidem ipsi sunt iacula. Denique sub lingua eius quid? Audi prophetam: Labor & dolor. Porrò sub lingua eius mel & lac, qui iuxta eundem
Psal.39.b prophetam laborem fingit in præcepto. Miraris fingere veritatem? nam mirari licet, dubitare non licet. Si & alterum te
Luc.24.b stem quæris, lege in euāgelio quia finxit se longius ire. Quid ni figmentum figmento exhibeat? Siquidē ipse nouit figmentum nostrum, vtique laboris impatiens, dilationem nō sustinens fragile ad vtrūque. Piè ergo prouidit vt haberet pietas promissionem vitæ eius quæ nunc est & futuræ, nec laborem verum imponeret, sed magis fingeret in præcepto. Audi
Matt.11.d quomodo laborem fingere ipse se prodat: Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Quomodo non fictus labor, vbi non labor, sed requies inuenitur? Ita ergo labor in lingua, mel sub lingua. Quid supra linguā? Ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Miseri qui solum quod in lingua sonuit attendentes, nec quod sub lingua recōditū, nec quod supra repositum fuit, capere potuerunt, Durus est hic sermo, inquiunt. Durus equidem, sed tam'en idem est ver M
Ioan.6.f bum vitæ. Qui non baiulat crucem suam, & sequitur me, nō
Matt.10.d est me dignus. Si quis venit ad me, & nō odit patrem & ma-
Luc.14.f trem, adhuc autem & animam suam, nō est me dignus. Quid durius poterat dici? Noli errare. Lapis videtur, panis est. Durus in cortice, sed suauissimus in medulla. Tētat te dominus deus tuus. Fidei exercitatio, & probatio dilectionis, est fictio ista laboris. Esto tamen, lapis sit. Num tu credis quod & dæmones credunt? Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Omnes nouimus quis hoc dixit. Non dubitat ille posse solo
Matt.4.d dicto (quo quidem facilius nihil est) ex lapide panem facere, quem filium dei esse credit. Fas est & ab hoste doceri. Dicamus & nos filio dei, Dic vt lapides isti panes fiāt. Nam & ille qui hominū vtique non dęmonū venerat in salutē, sic confutauit aduersarios, vt paruulos eruditet. Nō enim dicēs quod ille voluit, sed quod oportuit nos audire, vt videlicet noster hic lapis panis fieret, nō illius: Nō in solo, inquit, pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Quid tu ibidem. ad hæc veritatis inimice submurmuras? Quod quidē ipse fateris, & negare omnino non potes, potēs est filius dei dicere vt lapides panes fiant. Vbi ergo ille de verbis dei ait, & generaliter ait, quia sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, quid tu mihi subsibilas ad quoduis eorum, dicēs: Durus est hic sermo? Quę dei filius dixit, & facta sunt alimenta vitæ: tūne saxa dixeris, qui filius dei nō es? Non sum ego qui te arbitrer (quod temeraria prorsus rapina arbitratus es ipse) esse te æ- Philip.2.d qualem deo, vt dicente te panis in lapidem reuertatur. Qui filius dei nō es, sine causa dicas vt lapides isti panes fiāt. Nec minus

Esa.5.c A minus frustra tuum nobis apponas prō pane lapidem, scorpionem pro ouo, pro pisce serpentem. Væ enim his qui panē lapidem, lapidem panem dicunt, ponentes lucē tenebras, &
Esa.33.c tenebras lucem: iugum Christi asperum, & esse sub sentibus delicias reputantes. Has delicias ego nolim. Opto magis gustare & videre quoniam suauis est dominus. Hoc enim non
Psal.118.n frustra is ipse qui monet, studuerat experiri. Deniq; ait: Quā
Psal.30.c dulcia faucibus meis eloquia tua. Et rursum: Quàm magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti
Cant.2.c timentibus te. Vbi putas absconditur? Nempe sub lingua sua, sub capite eius quæ dicit: Læua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Licet enim in promissione vitæ eius quę nūc est, dulcedo & multitudo dulcedinis, & magna
Psal.30.f quoque & quàm magna sit multitudo, perfectio tamen non nisi in promissione futuræ. Perfecisti, inquit, his qui sperant in te, in cōspectu filiorum hominum. Quid perfecit? Non est hic sermo in lingua, sed supra linguam. Ideo enim auris non audit, quia nec lingua protulit, quod prępararuit deus his qui
Rom.8.c diligunt eum. Nec sanē in absconditO consummatio illa, sed in conspectu filiorum hominum erit. Cōgruè verò non adhuc perfecturum, sed iam perfecisse cum sperantibus ait. Spe enim salui facti sumus.

B *D. BERNARDI ABBATIS Clarævallensis, Soliloquia.*

Psal.39. Psal.68. Psal.129. NLacu miseriæ & in luto fecis iam penè putrefactus, & in limo profundi infixus, in quo nō est substantia, de profundis dolorum meorū ad te clamo domine, domine exaudi vocem meā. Siquidē in vltionem formæ tuæ (qua me tibi conformaueras, creator bone, creans me ad imaginem & similitudinē tuam) quam neglexi & perdidi, in huius miseriæ formam qua miser sum, deformasti me, & cū iniquitate deprimente, in limo peccati infixus sum inferius. Posuisti super me manum iusti & occulti iudicij tui, prementem super me, ne resurgā. Nec in lacu, nec in luto, nec in limo substantiam domine inuenio, cui innitar vt exeam, quam apprehendam, vt extrahar. Lacus inferni nō habet fundum, nisi desperationis profundum. Lutum fecis corruptio naturæ quo semper mergar habet, per quod resurgam non habet, immo impedit & obligat. Limus profundi,
Psal.41. amor carnis, ima semper petens, & insatiabilitatis profundū, iusto iudicio tuo tenet me infixum. Sed ô domine, abyssus abyssum inuocat. abyssus profundissimæ miseriæ meæ, abyssum altissimæ misericordiæ tuæ. Quærens substantiā cui innitar, quam apprehendam, nullam vsquā inuenio nisi te: qui verè certa & solida es subsistantia, non nisi ex teipso & à teipso subsistens, à quo esse, quę sunt omnia habent esse. Sed quid
C Canti.1. dico, inuenio? Iam si te inuenissem, solidè subsisterem. Quæ-
Canti.3. ro vbi te inueniam, quem dilexit anima mea. Circumeo ciui-
Ephe.4. tatis huius magnæ sęculi huius vicos. Viuūt sibi, qui (sicut dicit apostolus) alienati sunt à via dei. Circumeo plateas latas sęculi vias, & omnia quæ intra sunt vel extra me magnis clamoribus, certis scilicet rationibus, ad interiora mea me reuocant, testificātia ex te regnum Dei intra me esse, vt intus in cubili cordis te quæram, quem exiens extra non inuenio.
Psal.103. Ecce intus sum. Annūciate mihi & omnia interiora mea, nū quem diligit anima mea, vidistis? Respōdętque mihi memoria mea, Penes me est. Vbi inquam? Tu enim mare magnum, in te reptilia quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis. Non, inquit, cum reptilibus vel in homine eum quęras. Vbi ergo? In amore. Ibi est sedes eius, ibi cubiculum eius. Amoris affectus in te naturaliter est. Quem quæris, si in amore tuo est, in te est. Si ibi non est, in te non est. Sed quē quæris, non quæreres, si non amares. Habes ergo quem quæris, & penes te est. Sed non eo frueris, nisi ego tecum tota adsim. Noli ergo me in aliena diuidere & dissipare, totam me ad te in eum collige: & habebis fruendi copiam, memoriam abūdantiæ suauitatis eius eructabis, & in iustitia eius exultabis. Immo totę ingrediamur, ô memoria mea, & omnes affectiones meæ ingrediamur: & memorando, intelligendo, & vidēdo fruamur summo bono, & omnibus bonis eius. Prorsus penes me est, in amore meo eū inuenio: quia certa conscientia amo eū, & amplius & perfectius amo & desidero. Totis ergo in eum feramur amplexibus, & oculis incumbamus. Amande, tremende, colende, suauis & mitis, & multæ misericordiæ: dignare amplexu, qui dignatus es naturam meam, dignare me osculo charitatis tuæ, qui naturæ meæ dignatus es vnire naturam tuam. Amplexus noster est ad te, affectuum & operum conatus & extensio ad fruendum te. Osculum nō strum, cum puræ mentis purum tibi porrigimus affectū: amplexus tuus ad nos, dignatio visitationis & cōsolationis tuæ. Osculum tuum, reuelatio & infusio gratiæ tuæ. Læua ergo temporalis consolationis tuæ domine non desit, sed sit sub capite meo ad vtēdum. Dextera verò tua spiritualis, de spiritualibus & æternis consolatio tua, totum me amplectatur ad fruendum. Et in amplexu charitatis tuæ, in osculis dulcedinis tuę, in pace in idipsum dormiat & requiescat anima mea: Psal.4. quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.

2 Venite ascendamus ad montem domini, & ad domū Dei Esa.2. Iacob, & docebit nos vias suas. Intētiones, voluntates, cogitationes, affectiones, & omnia interiora mea, venite ascēdamus in montem vel locum vbi dominus videt vel videtur. Curæ, solicitudines, anxietates, labores, pœnæ seruitutis, expectate me hic cum asino corpore isto, donec ego cum puero, ratio cum intelligētia, vsque illuc properantes, postquam adorauerimus, reuertamur ad vos. Reuertemur enim. Et heu E
quàm citò. Abducit enim nos à vobis charitas veritatis, sed propter fratres abdicare & abiurare vos non patitur veritas charitatis. Sed licet retrahat nostra necessitas, nō propter vos omnino omittenda est illa suauitas.

3 Domine Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem Psal.79. tuam, & salui erimus. Sed heu, heu domine quàm præpropera est, quàm temerarium, quàm inordinatum, quàm præsumptuosum, quàm alienū à regula verbi veritatis & sapientiæ tuæ, corde immūdo velle Deum videre! Sed ô summe bonus, summum bonum, vita cordium, lux oculorum interiorum: propter bonitatem tuā domine miserere. Hæc est enim mundatio mea, fiducia mea, hæc iustitia: contemplatio bonitatis tuæ bone domine. Ergo domine Deus meus, qui dicis animæ meæ, modo quo tu scis: Salus tua ego sum: Rabboni, Psal.34. summe magister, vnice doctor videndi quæ desidero, dic cæco mēdico tuo: Quid vis faciam tibi? Et tu scis quia tam hoc ipsum das, quàm ex omnibus suis recessibus, abiectis procul omnibus seculi huius altitudinibus, pulchritudinib⁹, & quicquid concupiscentiam carnis vel oculorum, vel ambitionem specie attentare potest vel solet, tibi dicat cor meum: Exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requirā. Ne auertas Psal.26. faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo. Impudens Psal.87. quidem & improbus sum. Dominus adiutor meus antique, & susceptor indefesse. Sed amore amoris tui hæc facio. Sicut vides me, non videntem te. Et sicut dedisti mihi desiderium F
tui, & si quid tibi placet in me: & citò ignoscis cęco tuo ad te currenti, & manum das in aliquibus in currendo offendenti.

4 Respondēt quippe mihi intus in anima & in mente mea, tumultuans in me, & cōcutiens omnia interiora mea vox testificationis tuæ, & caligāt oculi mei interiores à fulgore veritatis tuæ ingerentis mihi: quia non videbit te homo, & viuere potest. Ego enim verè in peccatis totus vsque adhuc, Exod.33. necdum potui mori, vt viuam tibi. Sed tamen ex præcepto tuo, & dono tuo sto in petra fidei tuæ, fidei Christianæ, in loco qui verè est penes te: in qua vt possum interim fero patiēter, & amplector, & deosculor tegentem & protegētem me dextram tuam: & aliquotiens contemplans, & videre gestiēs posteriora videtis me, humilitatem scilicet pertranseuntem dispensationis humanæ Christi filij tui suspicio. Sed cum accedere gestio ad eum, & vel sicut hęmorroissa illa, infirmę & Matt.9. miseræ animæ meæ à salutifero tactu vel fimbriæ eius, quasi furari gestio sanitatē: vel sicut Thomas ille, vir desideriorum, Ioan.22. totum eum desidero videre & tangere, & non solum, sed accedere ad sacrosanctum lateris eius vulnus, ostiū arcæ quod factum est in latere: vt non tantum mittam digitum, vel totā manum, sed totus intrem vsq; ad cor ipsum Iesu, in sanctum sanctorum: in arcam testamenti, ad vrnam aureā, nostræ animam humanitatis, continentem intra se manna diuinitatis. Heu dicitur mihi: Noli me tangere. Et illud de Apocalypsi: Ioan.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Foris canes, Sicque condignis conſcientiæ meæ verberibus
Apoc.22. expulſus & propulſus, improbitatis & præſumptionis meæ
pœnas cogor luere. Rurſúmque in petrã meam me recipiẽs,
quò refugium eſt erinaciis, ſpinis peccatorum plenus, reamplector & reoſculor tegẽtem & protegentem me dexteram
tuam. Et ex eo quod vel leuiter ſenſi vel vidi, magis accenſo
deſiderio, vix patienter expecto vt aliquãdo auferas manum
tegentem, & infundas gratiam illuminantẽ, vt tandem aliquando ſecũdum reſponſum veritatis tuæ mortuus mihi, & viuens tibi, reuelata facie ipſam tuam faciem incipiam videre, & affici tibi à viſione faciei tuæ. Et ô facies, facies, quàm
beata facies, quæ affici tibi meretur videndo te, ædificans in
corde tabernaculum Deo Iacob, & omnia faciens ſecundum
exemplar quod ei oſtenditur in monte. Hic verè & cõpetenter cantat: Tibi dixit cor meũ, exquiſiuit te facies mea, faciẽ
Pſal.26. tuam domine requiram. Itaque vt dixi, ex dono gratiæ tuæ
contemplans omnes cõſcientiæ meæ angulos vel terminos,
vnicè & ſingulariter deſidero videre te, vt omnes fines terrę
meæ, videant ſalutare domini Dei ſui, vt amem, cum videro,
quem amare, hoc eſt verè viuere. Dico enim mihi in languore deſiderij mei: Quis amat quod nõ videt? quomodo poteſt
eſſe amabile, quod non aliquatenus eſt viſibile?

H 5 Sed te deſideranti, amabilia quidẽ tua occurrunt & à cœlo & à terra, & ab omni creatura ſe mihi vltrò offerũt & ingerunt, in omnibus adorãde, & amabilis domine. Quæ quãtò te manifeſtius & verius prædicant & approbant amabilẽ,
tantò ardentius te mihi faciunt deſiderabilem. Sed heu, non
ad fruendi ſuauitatem perfectã & gaudium, ſed ad intentionis & defectus, non tamen ſine aliqua ſuauitate tormentum.
Sicut enim mea non tibi perfectè placent oblata, niſi mecũ:
ſic bonorum tuorum contemplatio reficit nos quidem dulciter, ſed non ſatiat perfectè niſi tecum. Hæc eſt animæ meæ
aſſidua exercitatio, hinc aſſiduè ſcabo vel ſcopo ſpiritũ meũ,
& eum bonis & amabilibus tuis, quaſi pedibus & manibus
& totis innitens viribus ſurſum tendo ad te: in te ſumme amor, ſummũ bonũ: quantò tendo fortius, tantò retrudor durius infra memetipſum ſub memetipſo. Sic ergo reſpiciẽs &
diſcernens & diiudicãs meipſum factus ſum mihiipſi de meipſo laborioſa & tædioſa quæſtio. Tamen tu domine, certè
certus ſum per gratiam tuam, deſiderium deſiderij tui, & amorẽ amoris tui habere me in toto corde, & in tota anima
mea. Hucuſque te faciente profeci, vt deſiderẽ deſiderare te,
& amem amare te. Sed hæc amans, quid amem neſcio. Quid
enim eſt amare amorẽ, deſiderare deſiderium? Amore amamus, ſi quid amamus: deſiderio deſideramus, quicquid deſideramus. Sed forſitan cum amo amorẽ, nõ amo amorẽ quo
I amo quod amare volo, & amo quicquid amo: ſed me amantẽ, cum in dño à me laudatur & amatur anima mea: quã proculdubio deteſtarer, & odio haberẽ, ſi eam alibi quàm in domino & in eius amore inueniré. Sed & de deſiderio quid dicemus? Si dicam deſiderio eſſe deſiderãs, iam me inuenio deſiderantem, Sed nunquid deſiderantem deſiderium tui, quaſi
non habeam, aut deſiderium maius quàm habeam?

6 Cum ergo hoc modo deficiant & caligent & cæcutiant
interiores oculi mei, oro vt ad te citius aperiantur, non ſicut
Gen.3. aperti ſunt Adam carnales oculi, vt videret cõfuſionem ſuã:
ſed vt videam domine gloriam tuam, vt oblitus paruitatis &
paupertatis meę, totus erigar & curram in amplexus amoris
tui: videns quem amauero, & amans quem videro: & moriẽs
in me, viuere incipiam in te. Et bene mihi ſit in te, cui peſſimè eſt in ſe. Sed feſtina domine, ne tardaueris. Habet enim ſapientiæ tuæ gratia, vel gratiæ tuæ ſapiẽtia, ſua compendia: &
quo rationis, ratiocinationis nullis argumentis, nullis diſcuſſionibus, quaſi quibuſdam ſcalis conſcenditur ad torrentem
ſcilicet voluptatis tuæ, ad plenum amoris tui gaudiũ: cui hoc
datum eſt, fideliter quærens, fideliter pulſans, ſæpe repentè ſe
ibi inuenit. Sed ô domine, ſi quando (quod quàm rarum eſt)
Marc.9. me in aliqua huius gaudij parte inuenio: clamo, vociferor:
Domine bonũ eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula,
fidei vnum, amori vnum, ſpei vnũ. Nunquid neſcio quid dicam, cum dico: Bonum eſt nos hic eſſe? Sed repentè cado in
terram quaſi mortuus, & reſpiciens nihil video, & me vbi
prius erã inuenio, in dolore ſcilicet cordis, & afflictione ſpiritus. Vſquequo domine, vſquequo? Quandiu ponam conſi-K
lia in anima mea, dolorem in corde meo per diem? Quandiu Pſal. 12.
non permanebit ſpiritus tuus in hominibus: quia caro ſunt, Gen.6.
ſed venit & vadit & ſpirat vbi vult? Sed in conuertendo do- Ioan.3.
minus captiuitatem Sion, facti erimus ſicut conſolati. Tunc Pſal. 125.
replebitur gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.
Interim heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, ha- Pſal.119.
bitaui cum habitãtibus Cedar, multũ incola fuit anima mea.
Sed reſpondet mihi intus in corde meo veritas cõſolationis
tuæ, & cõſolatio veritatis tuæ. Eſt amor deſiderij, & eſt amor
fruitionis. Amor deſiderij meretur aliquãdo viſionem, viſio
fruitionem, fruitio amoris perfectionem. Gratias ago gratiæ
tuę, qui loqui dignaris ad cor ſerui tui, & anxiis eius quęſtionibus aliquatenus reſpõdes. Suſcipio & amplector hanc ſpiritus tui arram, & lętus expecto in arra promiſſionem tuam.
Deſidero itaq; amare te, & amo deſiderare te: & hoc modo Philip.3.
curro vt apprehendam, in quo apprehenſus ſum, ſcilicet vt
amem te perfectè aliquando, ô qui prior nos amaſti, amande
& amabilis domine.

7 Sed eſtne aliquando aut alicubi domine, hæc amoris tui
perfectio, hæc in amore tuo beatitudinis conſummatio, vt
ſitiens anima ad Deum fontem viuum ſic ſatietur, ſic impleatur, vt dicat, Sufficit? miror, quicũque ſit ille, vbicunque ſit,
ſi nõ deficit, ſi dicit, Sufficit. Sed vbi iſtius ſufficientiæ eſt de- L
fectio, quę poteſt eſſe perfectio? Nuſquam ergo & nunquam
perfectio. Sed & iniuſti domine nunquam regnum tuũ poſſidebunt. Iniuſtus autem eſt, qui non tantum deſiderat, & debitorem ſe ſentit, & intelligit ſe amare, quantum ab aliqua
creatura rationali poſſibile eſt amari te. Conſtat certè beata
illa Seraphim, quæ à vicinitate præſentiæ tuæ, à claritate viſionis tuæ ardentes & interpretantur & ſunt, plus amare te,
q̃ aliquem qui minor eſt in regno cœlorum. Qui ſi in regno
cœlorum non dicam minimus, ſed non nullus eſt, vtique tã-
tũ deſiderat amare te, quantũ ab aliquo vel potes amari, vel 1.Pet.1.
debes. Et hoc forſan eſt, In quem angeli deſiderant proſpicere. Deſiderat ergo beatus minor ille quicunque ille eſt, tantũ
te amare, quantum amat: quicunque plus te amat, non æmula inſectatione, ſed pia & deuota imitatione. Si verò & in amore proficit, quanto felicius illuminatis oculis in interiora
procedit, tanto dulcius ſentit & intelligit, ſi ingratus non eſt,
& iniuſtus, & te plus poſſe amari, & ſe debitorem plus amare, vel quantũ te amant Cherubim & Seraphim. Sed qui deſiderat quod aſſequi non poteſt, miſer eſt. Miſeria verò à regno beatitudinis prorſus aliena eſt. Aſſequitur ergo quod deſiderat, quiſquis ibi aliquid deſiderat. Quid dicemus ad hæc? 1.Reg.2.
Quid inquam dicemus? loquere obſecro domine, quia audit
ſeruus tuus. Nũquid & magni & parui omnes qui ſunt in re- M
gno Dei, vnuſquiſq; in ſuo ordine & amat & amare deſiderat? & amoris vnitas non ſinit vt ſit diuerſitas, dum amat cui
datum eſt hoc ardentius. Minor autem in amore ſine inuidia
bonum vbicunque videt amat, quod ipſe ſibi deſiderat: & ha
bet vtique amorem, quantuſcunq; eſt quẽ in amante amat.
Nimirum amor eſt qui amatur, qui ex magna bonitatis ſuæ
effluentia & natura, amantes & coamãtes, gaudentes & cõgaudentes pari implet gratia, licet diſpari menſura. Et quanto ſe amantium ſenſibus infundit largius, tantò eos ſui capaciores efficit, ſatietatem faciens, ſed ſine faſtidio. De ipſa
ſatietate non minuens deſiderium, ſed augens, ſed remota
omni anxietatis miſeria. Amor enim eſt, qui (vt dictum eſt)
amatur: qui voluptatis ſuæ torrente omnem ab amatore ſuo
repellit vel in ſatietate faſtidij, vel in deſiderio anxietudinis, 2.Cor.3.
in zelo inuidiæ, miſeriam: illuminans eos, vt dicit Apoſtolus,
à claritate in claritatem, vt in lumine videant lumen, & in amore concipiant amorem. Hic eſt enim fons vitæ, qui ſemper fluit, & nunquam pereſſluit. Hæc eſt gloria, hæ ſunt diuitię in domo beati amatoris tui: quia præſto eſt deſideranti &
amãti, quod deſiderat, & quod amat: ideóque & qui deſiderat, ſemper amat deſiderare: & qui amat, ſemper deſiderat amare. Et deſideranti & amanti, quod deſiderat & amat, ſic facis abundare ô domine, vt nec anxietas deſiderantem, nec faſtidium affligat abundantem. Et nunquid, obſecro domine, Pſal.138.b
hæc eſt via æterna, de qua cantat Pſalmus: Et vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via ęterna? Hęc eſt affectio,
hæc

A hæc eſt perfectio. Sic ſemper ire, hoc eſt peruenire, Vnde apo-
Philip.3. ſtolus tuus, qui paulo antè dixerat. Non quòd acceperim aut
perfectus ſim: ſequor autem ſi comprehendam, in quo com-
prehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Vnum, inquit, quæ retro ſunt
obliuiſcens, ad ea verò quæ ſunt priora extendens me, ad de-
ſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei in
Chriſto Ieſu. Quicũque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.

8 Et hoc eſt amare tuum, quo amas te amantes à dulcedine
bonitatis tuæ, quam habes ad creaturam tuam creator bone:
inſpirare eis hoc deſiderium amandi te, & amorẽ quo amãt,
& deſiderare & amare te. Non enim afficeris ad nos vel à no
bis cum nos amas, ſed es quod es, qui ſemper id ipſum es, cui
hoc eſt eſſe, quod bonum eſt. Bonum autem tibi in te, & om
ni in te creaturæ tuæ. Nos autem à te ad te afficimur, cum te
amamus, qui poſſumus miſero aliquo modo eſſe, & nõ amare te, id eſt eſſe, & male eſſe. Tibi autem qui ſemper idem es,
nihil accedit ſi amando proficimus ad te, nihil decedit ſi deficimus à te. Cum autem nos amas, non niſi propter te: cum
veriſſima ſummæ iuſtitiæ regula nihil nos amare permittat,
extra te. Et certe poſſibile eſt amare dominum amantis, vbi
magna occurrit gratia, eo proficere, vt nec te nec ſe amans
propter ſe, & te & ſe propter te ſolũ amet. Et per hoc refor-
B matur ad imaginem tuam, ad quam creaſti eum: qui ex veritate naturæ tuę, & natura veritatis tuę, nec te niſi propter te,
nec angelum nec hominem amare potes, niſi propter te. Et ô
felicem & feliciſſimam animam, quæ Deo ſic adeò meretur
affici, vt per vnitatem ſpiritus in Deo ſolum amet Deum: nec
ſuum aliquid prenatũ, nec niſi in Deo amet ſeipſum, & Deus
in ipſo amet vel approbet quod amare vel approbare debet
Deus, id eſt ſeipſum. Imò quod ſolum debet amari à creatore Deo, & à creatura Dei. Amoris enim nomen vel affectus
nulli competit vel debet, niſi tibi ſoli ô vere amor & amãde
Ioan.17. domine. Et hæc eſt in nobis voluntas filij tui. Hæc pro nobis
oratio eius ad te patrem ſuum: Volo vt ſicut ego & tu vnum
ſumus, ita & in nobis ipſi vnum ſint. Hic eſt finis, hæc eſt cõ-
ſummatio, hæc eſt perfectio, hæc eſt pax, hoc eſt gaudiũ do-
mini, hoc gaudium in ſpiritu ſancto, hoc eſt ſilentium in cœ-
lo. Quandiu quippe in hac ſumus vita, hoc felicíſſimæ pacis
Apoc.8. ſilentio in cœlo, id eſt in anima iuſti, quæ ſedes eſt ſapientiæ,
aliquando fruitur affectus: ſed hora dimidia, vel quaſi dimi-
Matt.25. dia, intentio verò de reliquiis cogitationis diem feſtum per-
petuum agit tibi. In illa verò beata & æterna vita, de qua dicitur, Intra in gaudiũ domini tui, ſola erit perfecta & perpe-
tua fruitio: & tanto felicior, quanto iam remotis omnibus,
quæ hæc tardare vel impedire videntur, amoris eius indiſſolubilis æternitas, irrefragabilis perfectio, incorruptibilis erit
C beatitudo.

9 Amor veni in nos, poſſide nos. Diſpereant à facie tua in
nobis omnia fœditatis nomina, quæ à concupiſcentia carnis,
& oculorum, & ſuperbia vitæ, huic innaſcũtur affectui, quaſi
ſpuria quædam vitulamina. Affectus inquã, qui amor in no-
bis dicitur, & corrumpitur ſæpius, iuſtę animæ à te creatę ad
te ſolum cõcreatus & concretus, & reluctans legi naturali,
& reclamans: cogitur vocari luxuria, gula, auaritia, & his ſimilia: qui incorruptus, & in ſua permanens natura, ad te ſolũ
eſt domine, cui ſoli amor debetur. Etenim amor animæ rationalis (ſicut dicit quidã ſeruus tuus) motus, vel quieta ſta-
tio: vel finis in id vltra quod nihil appetat, vel appetendum
iudicet voluntatis appetitus. Vltra te verò vel ſupra te qui
quærit aliquid tanquam melius te, nihil eſt quod quęrit: quia
nihil eſt melius vel dulcius te. Ideóque nihil efficitur rece-
dendo à te, qui amandus ſolus es verè. Et fornicatur & luxu-
riat in alienis affectibus, aliena (vt dixi) nomina habentibus.
Eccli.12.c Amor enim, vt dictum eſt, & ſæpe dicendum eſt, ad te ſolum
eſt domine, in quo ſolo eſt quicquid verè eſt, vbi quieta & ſe-
cura ſtatio, quia Deum timere timore amoris caſto, & man-
Deut.6. data eius obſeruare, hoc eſt omnis homo.

19 Recedat itaque ab anima mea omnis iniuſtitia, vt te di-
ligam dominum deum meum ex toto corde meo, & ex tota
anima mea, & ex omnibus viribus meis: recedat omnis zelo-
typia, vt tecum aliquid amem, quod propter te non amem, ô
verè vnice amor, & verè domine. Cum vero propter te ali-
quid amo, non illud amo, ſed te, propter quem amò, quod a- D
mo. Tu enim vere ſolus es dominus, cuius dominari ſuper
nos, hoc eſt ſaluare nos: noſtrum verò ſeruire tibi, nihil eſt a-
liud, quàm à te ſaluari.

11 Quæ eſt enim ſalus tua ô domine, cuius eſt ſalus, & ſuper
populum tuum benedictio tua, niſi quòd à te accipimus vt
amemus te vel amemur à te? Idcirco domine filium dexteræ
tuæ, hominem quem confirmaſti tibi, Ieſum, id eſt ſaluatorẽ
appellari voluiſti. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à Pſal.3.
peccatis eorum: & non eſt alius in quo ſit ſalus. Qui docuit
nos amare ſe, cum prior dilexit nos: amando & diligendo ſu- Pſal.79.
ſcitans nos, vt amemus cum qui prior vſque in finem dilexit
nos. Hæc eſt iuſtitia filiorum hominum: Ama me, quia amo Matt.1.
te. Rarus autem eſt qui dicere poſſit, Amo te, vt ames me. Act.4.
Hoc tu feciſti: quia ſicut clamat & prædicat ſeruꝰ amoris tui, 1.Ioan.4.
prior nos dilexiſti. Et ſic planè, ſic eſt, amaſti nos prior, vt a- Ioan.15.
maremus te: non quòd egeres amari à nobis: ſed quia quod
nos feciſti, eſſe non poteramus niſi amando te. Ideo multifariam multíſq; modis olim locutus patribus in prophetis, no-
uiſſimè diebus iſtis locutus es nobis in filio, in verbo tuo quo
cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Lo 1.Ioan.4.
qui tuum in filio tuo, nõ aliud fuit quàm, in ſole id eſt in manifeſto ponere quãtum & quomodo nos amaſti, qui proprio
filio tuo non pepercíſti, ſed pro nobis omnibus cum tradidi- Hebr.1.
ſti: qui & dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. Hoc Pſal.32.
eſt verbum tuum ad nos domine, hic omnipotẽs ſermo, qui
dum medium ſilentium (profundi ſcilicet erroris) tenerent Rom.8.
omnia, à regalibus ſedibus venit, durus errorum debellator, E
dulcis amoris commendator. Et quicquid fecit, quicquid dixit in terris, vſque ad opprobria, vſque ad ſputa & alapas, vſque ad crucem & ſepulchrum, nõ fuit niſi loqui tuum nobis
in filio, amore tuo prouocans & ſuſcitans amorem noſtrum. Sap.18.
Sciebas enim creator animarum Deus, in animabus filiorum
hominum cogi non poſſe, ſed prouocari oportere affectum
iſtum: ſimiliter etiam quia vbi coactio, iam nec libertas: vbi
nõ libertas, nec iuſtitia. Tu autem domine iuſtè, nos iuſtè ſaluare volebas: qui nullum ſaluas vel damnas niſi iuſtè. Ipſe
nobis formans & iudicium & cauſam, ſedẽs ſuper thronum,
& iudicãs iuſtitiam, ſed quam tu feciſti: vt omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo, cum miſereris cuius
miſereris, & miſericordiam præſtas, cuius miſertus eris. Voluiſti ergo vt amaremus te: qui nec iuſte poteramus ſaluari,
niſi amaremus te: nec amare te poteramus, niſi procederet Pſal.9.
à te. Ergo domine, ſicut apoſtolus amoris tui dicit, & nos Rom.3.
iam diximus: prior dilexiſti nos, & prior diligis omnes di- Rom.9.
lectores tuos.

12 Sed nos te diligimus affectu amoris à te nobis indito: tu
verò cõditor omnium & affectuum bonorum, & animarum
afficiendarum, nunquam accidente vel incidente amoris af-
fectu amas quos amas, & aliquo in aliquo afficeris, qui om-
nes & omnia facis. Abſit, abſurdum eſt, procul eſt à fide, alie- 1.Ioan.4.
num ab omnium creatore. Quomodo ergo nos amas, ſi non F
amore nos amas? Sed amor tuus bonitas tua eſt, ſumme bo-
ne, & ſummum bonum, Spiritus ſanctus à patre procedẽs &
filio, qui ab initio creaturæ, ſuperfertur ſuper aquas, id eſt mẽ
tes filiorum hominum fluitantes, omnibus ſe offerẽs, omnia
ad ſe trahens, inſpirãdo, aſpirandò, noxia arcẽdo, prouidẽdo
vtilia, Deum nobis, & nos vniens Deo. Sic enim ipſe ſpiritus
ſanctus tuus, qui amor dicitur patris & filij & vnitas & vo-
lũtas, per gratiã ſuam nobis inhabitans, & Dei in nos chari- Gene.1.
tatem commendans, & per ipſam ipſum nobis concilians,
Deo nos vnit per inſpiratam nobis bonam voluntatẽ. Cuius Rom.5.
bonæ voluntatis vehementia, amor in nobis dicitur, quo a-
mamus, quod amare debemꝰ, te ſcilicet. Nihil enim aliud eſt
amor, quàm vehemẽs & bene ordinata voluntas. Amas ergo
te ô amabilis domine in te ipſo, cum à patre procedit & filio
ſpiritus ſanctus.

Cætera deſiderabantur in Codice manu ſcripto.

Finis ſententiarum & Soliloquiorum.

Præfatio in explanationem sequentem.

CONsidero labores Vestros, fratres, non sine magno miserationis affectu. Quæro cõsolationẽ quam exhibere possim, & corporalis occurrit: sed ea non prodest quicquam, magis & obesse plurimum potest. Siquidem modica sementis detractio, non modicum messis est detrimentum: & si pœnitentia Vestra minuatur miseratione crudeli, paulatim gemmis corona Vestra priuatur.

4.Reg.4. Quid tamen agimus? Vbi prophetæ farinula? Siquidem mors in olla est, & mortificamini tota die in ieiuniis multis, in laboribus frequenter, in vigiliis supra modum, præter ea quæ intrinsecus sunt contritio cordium, & multitudo tentationum. Mortificamini, sed propter eum qui mortuus est pro Vobis. Quòd si abundat tribulatio Vestra pro eo, abundabit consolatio Vestra per eum, vt in eo delectetur anima, quæ in his renuit consolari. Apud ipsum namque ipsa quoque tribulatio magna quædam consolatio poterit inueniri. Nonne enim certum est supra Vires humanas, vltra naturam, contra consuetudinẽ esse quæ sustinetis? Alius igitur portat ista, ille sine du-

Hebr.1.a H bio qui (secundum apostolum) portat omnia verbo Virtutis suæ. Nonne ex hoc iam suo ipsius gladio inimicus perimitur, & magnitudo tribulationis de qua tentare solebat, ipsa magis tentationes exuperat tanquam certissimum diuinæ præsentiæ argumentum? Quid enim timendũ nobis, si adest qui portat omnia? Dominus protector Vitæ meæ, à quo trepidabo?

Psal.26.a Nam & si ambulauero in medio Vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Quid est quod totam molem terræ sustinet? Et vniuersus orbis cui innititur? Nam si est aliquid quod sustineat cætera, ipsum à quo sustinetur? Non, inue-

Psal.32.b nitur nisi Virtutis Verbum omnia portans. Verbo enim domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis Virtus eorum.

Propterea Vt sit Vobis in Verbo domini consolatio, maximè his diebus quibus (sicut omnino dignum est) aliquatenus maior est labor Vester, non erit inutile tractare Vobiscum aliquid de scripturis sanctis, quod etiam aliqui Vestrum rogauerunt. Vnde nobis eligendus est psalmus ipse de quo tentationis occasionem inimicus assumpsit, vt inde confringãtur arma maligni, vnde sibi Vsurpare præsumpsit. Propterea nolo Vos ignorare fratres, quoniam manifestè imitatores sunt inimici, qui-

I cunque de scripturis sanctis aliquid non sanctè Vsurpant, & detinent Veritatem dei in mendacio, sicut solent quandoque nonnulli. Cauete hoc dilectissimi: quia prorsus diabolicum est, & de parte eius se esse probant, qui id faciunt in suam ipsorum perniciem, salutaria scripta peruertere molientes. Sed non modo plus immoror, sufficit credo breuiter tetigisse. Iam de ipso quem elegimus psalmo, aliqua præstante domino disserere & explanare tentemus.

Explanatio in psalmum, QVI HABITAT.

In explanationem primi versus, Sermo primus.

Psal.90. QVI habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur. Quis sit diuini inhabitator adiutorij, per non inhabitãtes illud melius potest agnosci. Tria siquidem eorum reperies genera. Vnum non sperantium, aliud desperantium, tertium frustra sperantium. Neque enim inhabitat in adiutorio dei, qui nõ posuit deum adiutorem suum, sed confidit in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum. Surdus namque ad prophetæ vocẽ dicentis: K Esa.55.a Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est: & sola temporalia quærens, æmulatur in malignãtibus, pacem peccatorum videns, & elongatur ab adiutorio altissimi, q̃ sibi ad hæc necessariũ esse non reputat. Sed quid nobis de his quæ foris sunt iudicare? Timeo fratres, ne forte etiã sit in nobis qui non habitet in adiutorio altissimi, sed cõfidat in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarũ. Fortè enim feruorem habet aliquis, potens in vigiliis, in ieiuniis, in labore, & cæteris huiusmodi, aut etiam multorum (vt sibi videtur) diuitias meritorum longo tempore acquisiuit, & in his confidens remissior est in timore dei, facilè iam ad ociositates & curiositates pernicioſa quadam securitate declinat, murmurat, detrahit, diiudicãtque. Qui profectò si habitaret in adiutorio dei, attenderet vtiq; sibi, & timeret offendere quem sibi cognosceret adhuc tam necessarium esse. Tãtò siquidem amplius timere deũ, & magis sollicitus esse debuerat, quantò maiora eius munera iam percepit. Neque enim quæ habemus ab eo, seruare aut tenere possumus sine eo. Nunc verò (quod non sine dolore loquimur aut videmus) sunt aliqui qui in conuersionis initio satis timorati & solliciti sunt donec initium aliquod cõuersionis acceperint, & cum multò magis desiderare debuerant, iuxta illud, Qui Eccli. 24 edunt me, adhuc esurient: incipiunt sic agere ac si dicant: Vt quid ei seruiamus vltrà, quando iam habemus quod daturus est? O si scires quàm parum est quod habes, & hoc ipsum quàm citò perdes, si non seruauerit ille qui dedit! Hæc L enim duo sunt quę valde sollicitos & subiectos deo nos reddere possunt: vt non simus de his qui propterea non habitant in adiutorio altissimi, quia non reputant illud sibi necessarium esse, & hi sunt qui non sperant in domino.

Sunt autem & alij qui & desperant, hi scilicet qui considerantes imbecillitatẽ propriam, deficiunt & obruuntur à pusillanimitate spiritus, habitãtes in carne sua, & circa infirmitatem propriã semper intenti, vt omnia quæ patiuntur, cursim enumerare parati sint. Vbi enim intẽderis ingenium, valet. In adiutorio autem dei non habitant, neque nouerunt illud, quòd nec assurgere valeant vt aliquando cogitent illud.

Sunt autem alij qui sperant quidem in domino, sed frustra: quia sic de misericordia eius sibiipsis blãdiuntur, vt à peccatis suis non emẽdentur. vana est omnino spes ista, & hæc cõfundit, eo quòd charitas desit. Contra hos propheta, Male- Psal.144. dictus, inquit, qui peccat in spe. Et alius: Beneplacitũ est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Dicturus qui sperant, signanter præmisit, super timentes eum. Frustra siquidem sperat, qui contemptu suo gratiam à se repellit, & spem suam prorsus euacuat. Nullus horum trium habitat in adiutorio altissimi. Primus enim ha- M bitat in meritis suis, secundus in pœnis, tertius in vitiis. Immũda habitatio tertij, anxia secundi, stulta & periculosa primi. Quid enim stultius q̃ habitare in domo vix adhuc inchoata? Consummasse te putas? at cum consummauerit homo, tunc incipit. Denique ruinosa est omnino hæc habitatio, & quæ sustẽtari magis opus habeat & fulciri quàm inhabitari.

Nonne vita præsens fragilis est & incerta? Simile esse necesse est quicquid fundatur in ipsa. Quis enim super fragile fundamentum, stabile credat ędificium? Periculosa habitatio eorum qui in meritis suis sperant: periculosa, quia ruinosa. Eorum verò qui considerationepropriæ infirmitatis desperatione deiiciuntur, habitatio est anxia, & eos in tormẽtis diximus habitare. Quandiu enim & pœnas sustinent in quibus nocte & die conteruntur, & eis quoque quas nondum sentiunt amplius cruciantur, vt non sufficiat diei malitia sua, sed opprimuntur his quoque quę fortasse nunquam experiẽtur: quæ tormenta, quis infernus intolerabilior potest excogitari, præsertim quia & tanto labore premuntur, & cœlestis panis nõ sustentantur edulio? Hi sunt qui in adiutorio altissimi non habitant: quia desperant. Priores autẽ idcirco non quærunt, quia nequaquam sibi illud necessarium sentiũt. Extremi verò propterea longè sunt, quia eo modo quærunt auxilium dei, quo obtinere non possunt. Soli enim in adiutorio altissimi habitant, qui id solum obtinere desiderant, id solum amittere trepidant: sedula circa illud & sollicita cogitatione

A tione versantes, quæ est vtique pietas, cultus dei. Beatus planè qui habitat in adiutorio altissimi: quia in protectione dei cœli commorabitur. Quid ei nocere poterit eorum quæ sub cœlo sunt, quem deus cœli protegere & conseruare voluerit? Portò sub cœlo sunt quæcũque nocere possunt, sub cœlo sunt aëreæ potestates, sub cœlo præsens seculum nequam, & caro aduersus spiritum concupiscens. Optimè igitur dictum est, In protectione dei cœli cõmorabitur: vt nihil eorum quæ sub cœlo sunt, timere possit quisquis protectionẽ eius habere meruerit: siue ita dictũ sit vt ad versum sequentem oratio dependeat: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli cõmorabitur: dicet domino susceptor meus es tu: & sit quod dicitur, In protectione dei cœli commorabitur, expositio præcedentis partis, Qui habitat in adiutorio altissimi, aut magis addere videatur, vt non solum adiutorium ad operandum bonum, sed protectionem quoque ad liberandum à malo doceat esse quærendam. At verò diligenter attende quòd in protectione dicit: non, in præsentia. Angelus in præsentia eius exultat, ego vtinam possim in eius protectione morari. Ille beatus in præsentia, ego vtinam in protectione sim securus. Dei cœli, inquit. Licet enim vbique

B esse non dubitetur, sic tamen in cœlo est, vt ad eius comparationem nec esse videatur in terris. Propter quod & orantes dicimus: Pater noster qui es in cœlis. Sicut enim anima cum in toto quoque sit corpore, excellentius tamen & singularius est in capite, in quo sunt omnes sensus, (nam in cæteris omnibus membris vix vnum exercet solum, scilicet tactum: vnde quantum ad eum modum quo in capite est, cætera membra videtur quodãmodo nõ tam inhabitare quàm regere) ita si præsentiam illius cogitemus, qua beati angeli perfruuntur, videri possumus vix aliquam dei protectionem & nomen habere. Felix tamen anima quæ vel hanc protectionem meretur. Dicet enim, domino, susceptor meus es tu. Verùm id quidem sermoni alteri reseruemus.

Adhuc de primo versu, sermo secundus, vnde supra.

QVi habitat in adiutorio altissimi, ait propheta, dicet domino, susceptor meus es tu, & refugium meũ. Deus meus, sperabo in eum. Dicet in gratiarum actione, Confitemini domino misericordię eius, super duplici adiutorio eius. Omnis enim qui adhuc in adiutorio habitat, non in regno, & frequenter opus habet fugere, & interdum cadit. Fugere inquam dum in hoc corpore sumus à facie tentationis persequentis oportet. Quòd si minus celeriter fugimus, aliquando (vt assolet) impellimur & euertimur, sed dominus susciꝑit nos. Ipse itaque refugium est, vt venientem cum

C stercoribus boum pigrorum lapidatorem impigri fugiamus, & cuadere possimus fœdam nimis lapidationem. Ipse quoque susceptor est, vt etiam cum ceciderimus non collidamur, quoniam supponit manum suam. Cum ergo tentationis impetum sentimus in cogitatione, statim fugiamus ad ipsum, & humiliter postulemus auxilium. Quòd si forte præoccupauerit nos (vt aliquando) cum tardius quàm oporteat ad eum confugimus, solliciti simus vt susciꝑiat nos manus domini. Homines enim aliquando cadere necesse est dũ in hoc seculo detinentur: sed alij colliduntur, alij non, quia deus supponit manũ suam. Sed quomodo eos discernere poterimus, vt segregemus iuxta domini exemplũ agnos ab hœ- Prou.24.b dis, iustos ab iniustis? Nam & iustus septies in die cadit. Verùm hoc interest inter eorum casus, quòd iustus susciꝑitur à domino, ideóque resurgit fortior: iniustus autẽ cum ceciderit, nõ adiicier vltrà vt resurgat, immo verò aut in pudorem noxiũ, aut in impudentiam cadit. Aut enim excusat quod fecit, & hic est pudor adducẽs peccatum: aut fit ei frons meretricis, & iam nec deum timet, nec hominem reueretur, sed

Rom.8.c prædicat peccatum suũ sicut Sodoma. Iustus verò super manum domini cadit, & miro quodã modo etiam ipsum ei peccatum in iustitiam cooperatur. Scimus enim quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonũ. Nonne cooperatur nobis ille casus in bonũ, vnde & humiliores efficimur

Psal.117.b & cautiores? Nónne dominus cadentem illũ susciꝑit, qui ab humilitate susciꝑitur? Impulsus euersus sum vt caderem (ait propheta) sed nihil profecit qui impulit me, quoniam dominus susciꝑit me. Sic ergo dicet fidelis anima domino, Susce- D ptor meus es tu. Possunt omnia dicere, Creator meus es tu: possunt & animalia dicere, Pastor meus es tu. Possunt omnes homines dicere, Redemptor meus es tu. At verò susceptor meus es tu, is tantũ dicere potest, qui habitat in adiutorio altissimi. Vnde & addidit: Et deus meus. Cur non deus noster? Quia in creatione, in redemptione, cæterisque communibus beneficiis est deus omnium: sed in tentationibus suis tanquã proprium eum habent singuli electorum. Sic enim paratus est susciꝑere cadentem, & eripere fugientem, vt videri possit relictis omnibus aliis ei soli operam dare: propterea expedit omni animæ deum semper attendere, tãquam proprium non modo adiutorem, sed etiam inspectorem. Quomodo enim negligens poterit fieri, qui intuentem se deum nunquam desinit intueri? Aut quomodo non quasi proprium illum habere videtur, qui sic eum super se videt intentum, vt omnia interiora eius & exteriora omni hora considerare nõ cesset: omnésque non solùm actus, sed etiam ipsos subtilissimos animæ motus perscrutetur atq; diiudicet? Hic igitur non immeritò dicere potest, deus meus sperabo in eum. Et attende quòd non dixerit, speraui, aut spero: sed, sperabo. Hoc, inquit, est votum meum, hoc propositum meum, hæc intentio cordis mei. Reposita est hæc spes mea in sinu meo, & in hac perseuerabo. Sperabo in eum. Nec desperabo, nec frustra sperabo, quia maledictus qui peccat in spe: & nihilo minus E qui peccat in desperatione: sed nec esse volo de his qui non sperant in domino. Sperabo, inquit, in eum. Sed iam dic nobis quo fructu, qua mercede, quo lucro? Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Sanè laqueum hunc, & hoc verbum, in diem alterum & sermonem, si placet alterum differamus.

De tertio versu. Sermo tertius, vnde supra.

DEus meus sperabo in eum: quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Ego vtique, fratres, in hoc verbo magna meiipsius pietate compungor, & valde misereor animæ meæ. Ipse liberauit me de laqueo venantium. Ergóne bestiæ sumus nos? Bestiæ prorsus. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Bestiæ profecto sunt homines, oues errantes, non habentes pastorem. Quid superbis ô homo? quid te Psal. 48.a sciolum iactas? Vide quia bestia factus es, cui venandæ laquei præparãtur. Sed qui sunt venatores isti? Venatores vtique pessimi & nequissimi, callidissimi & crudelissimi. Venatores qui cornu non sonant vt audiantur, sed sagittant in occultis immaculatum. Ipsi rectores sunt tenebrarum harum, astutissimi versutia & malitia diabolicæ fraudis, ita vt sicut est ante venatorem bestia, sic ad eorum comparationem sit quilibet astutissimus hominum, præter eos duntaxat qui cum apostolo nõ ignorant cogitationes eorum, qui- F bus in dei sapientia datum est fraudes deprehendere malignorum. Obsecro vos nouellæ plantationes dei, vos qui 2.Cor.2. nondum exercitatos habetis sensus ad discretionem boni & mali, nolite sequi cordis vestri iudicium, nolite abundare in sensu vestro: ne vos tãquam rudes adhuc versutus ille venator decipiat. Nam siluestribus illis & omnino bestialibus bestiis (seculares homines loquor) apertos satis expandit laqueos, vtpote quos facilè capiendos esse non dubitat. Vobis autem, qui tanquam prudentiores cerui, serpentes necatis, & desideratis ad fontẽ viuum, subtiliores occultat laqueos, & callidiora fraudis suæ argumenta conquirit. Vnde obsecro vos humiliamini sub potenti manu dei pastoris vestri, & acquiescite eorum consiliis, qui melius norunt venatoris illius versutias, edocti diuturno longi temporis exercitio, & crebris experimẽtis, tam in se quàm in multis. Sed ecce quia iam venatores & bestias nouimus, quisnam sit laqueus iste, quærendum est. Nolo ego adinuenire ex me, nec dubiũ aliquod tradere vobis. Ostẽdat nobis apostolus laqueum istum, ipse enim venatorum illorum non ignorat cogitationes. Dic nobis inquam beate Paule, quis sit laqueus iste diaboli, à quo se liberatam fidelis anima congratulatur. Qui volunt, inquit, 1.Tim.6.b diuites fieri in hoc seculo, incidunt in tentationes, & in laqueum diaboli. Ergóne laqueus diaboli diuitię sunt huius seculi? Heu quàm paucos inuenimus, qui ab hoc laqueo libe-

Grati exultent, quàm multos qui dolent quòd parũ sibi videntur irretiti, & adhuc quãtum possunt ipsi se inuoluere & intricare laborant. Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis non habẽtem vbi caput suum reclinaret filiũ hominis, exultate & dicite: Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium. Confitemini illi toto corde, tota anima, tota virtute, & ex ipsis medullis cordis gratias ei agite, dicentes: Quoniã ipse liberauit me de laqueo venantium. Et vt noueritis quàm magnum sit beneficium hoc, & sciatis quę à deo donata sunt vobis, audite quod sequitur: Et à verbo aspero. O homo, vel magis bestia, laqueũ non timebas? Time vel malleum. A verbo, inquit, aspero. Quod est hoc verbum, nisi illud insatiabilis gehẽnæ, Affer, affer, persute, dilacera, citò interfice, velociter spolia detrahe? Quid est verbum asperum, nisi, Tollatur impius ne videat gloriam dei? Quomodo exultant venatores capta bestia, & clamãt, tolle tolle, infige verubus, infer prunis, & malè bullientibus impone lebetibus? Verbũ aspe-
Ioan. 19. rum fuit quod protulit domus exasperans populus Iudęorũ: Tolle tolle crucifige eum. Quàm horribile verbum, quam asperum, quàm crudele? Vere dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Hoc verbum asperum tu sustinuisti domine. Cur, nisi vt nos liberares à verbo aspero? Sit iam pietatis tuæ, vt nõ sustineamus nos, quod tu dignatus es
H sustinere pro nobis. Respondent homines seculares cum eis
Ioan. 6. f suademus agere pœnitentiam, & dicunt: durus est hic sermo. Nempe hoc est quod in euangelio legimus. Loquebatur de pœnitentia ipsa dominus, sed in figura, tanquam his quibus non erat datum nosse mysterium regni dei. Cũ audirent dicentem, Nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, dixerunt: Durus est hic sermo. & abierunt retrorsum. Quid autem est manducare eius carnem, & bibere sanguinem, nisi cõmunicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari quam gessit in carne? Vnde & hoc designat illibatum illud altaris sacramentum vbi dominicũ corp⁹ accipimus: vt sicut videtur illa panis forma in nos intrare, sic nouerimus per eam quam in terris habuit cõuersationem, ipsum intrare in nos, ad habitandum per fidẽ in cordibus nostris. Cum enim iustitia ingreditur, ille ingreditur
1. Ioan. 4. qui factus est nobis à deo patre iustitia. Sed & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Sed tamen adhuc multi nobis dicunt: Durus est hic sermo. Ergóne durum est momẽtaneum hoc & leue tribulationis, quod supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis? Durum est breuissimo & leuissimo labore cruciatus illos & tormẽta redimere, quæ nullus terminus finiat, nullus animus sufficiat cogitare? Durũ vobis videtur cũ dicitur: Agite pœ-
I nitentiam? Erratis, sed audituri estis aliquãdo verbum aspe-
Mat. 25. d rum, sermonem durum, auditionem malam: Ite maledicti in ignem æternum. Ita dico vobis, hoc timete, hoc durũ reputate, & inuenietis quia iugum domini suaue est, & onus eius leue. Si in seipso suaue illud credere necdum potestis, vel hoc non ignoratis quoniam huius comparatione suauissimũ est. Vos autem fratres mei, vos pennati, ante quorũ oculos frustra iacitur rete, vos qui diuitias huius seculi penitus reliquistis, quid timeatis à verbo aspero, quoniam iam liberati estis à laqueo? Felix tu Idithun, pro quo psalmi quidam inscripti
Ibidem. sunt, qui transiliisti laqueum, vt omnino lõgè fieres à verbo aspero. Quibus enim dicetur: Ite maledicti in ignem æternum: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: quibus inquam dicetur, nisi his qui subsantiam huius mundi habuere? Nunquid non valde exhilarantur ad verbum hoc corda vestra, & spirituali iucunditate replentur? Nunquid non preciosiorem ducitis paupertatem vestram thesauris seculi? Siquidem ipsa est quæ liberat vos à verbo aspero. Quomodo nanque à nobis exigat deus, quod pro ipsius amore relictum est? Et tamen etiam hoc facitis, & de labore manuum vestrarum Christus alitur & vestitur, vt nihil desit. Agite ergo gratias, exultate & dicite: Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Exultate inquam, sed adhuc interim cum tremore. Lætos vos esse volo, sed nondum securos. Gaudentes in spiritu sancto, sed tamen pauentes adhuc, & cauentes, à recidiuo. Quid enim vobis vltrà pauendũ est? Vnum vtique, idque grauissimum, peccatũ Iudæ, peccatum apostasiæ. Bene enim factum est vt pẽnas acciperetis si- K
cut columbæ, & volaretis ad requiescendũ. Nam in terra nõ erat requies, sed labor & dolor, & afflictio spiritus. Quid ergo timendum est sic volanti, nisi ne forte cadauer vel simile aliquid in terra videat cuius desiderio tractus videatur & venatoribus illis pessimis, & pręparatis laqueis capiatur, & sint nouissima hominis illius peiora prioribus? Hoc inquã omnino timendum est, ne quis aut corde solo, aut etiam corpore ad vomitum reuertatur. Legimus enim de filiis Israẽl quia corde redierũt in Aegyptum. Nam corpore reuerti, clausum post eorum talos rubrũ mare prohibebat. Hoc est quod vehementer singulis quibusque timendum est, nequando forte eatenus deum offendant, vt manifeste abiiciãtur & euomãtur ab eo: aut si pudor neget apostasiam corporis, tepor ipse paulatim ingerat apostasiam cordis: vt videlicet in habitu religionis cor seculare gerant, & quicquid secularis consolationis inuenire potuerint, amplectantur. Neque enim sumus
1. Cor. 9. d nos apostolo sanctiores, qui tamẽ verebatur ne forte cũ aliis prædicasset, ipse reprobus efficeretur. Sed id tandiu timendũ est, donec laqueus contritus sit, donec corpus istud anima
Threno. 3. f deposuerit. Nam & ipsum corpus laqueus quidam est, vnde & oculus legitur animam deprędari. Minime ergo decet esse securum hominem, qui secum portat laqueũ suum, imò verò bonum est magis habitare in adiutorio altissimi, vt per eum L
possit laqueus euitari.

De quarto versu, Sermo quartus, vnde supra.

SCapulis suis obumbrabit tibi. Confitenti humiliter, & deuotè gratias referenti, non immeritò ampliora beneficia promittuntur. Nam qui fidelis inuenitur in modico iure, constituetur super multa: sicut econtrario accipiendis indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus. Itaque deuotæ illi gratiarum actioni respondet spiritus, non id solum, inquiens, faciet, sed & scapulis suis obumbrabit tibi. Credo in his scapulis geminam dei promissionem intelligẽdam, vitæ scilicet eius quæ nunc est, pariter & futuræ. Si enim solum promitteret regnum, & in itinere deesset viaticum, omnino conquererentur homines & responderent: Magnum quidem est quod promittitur, sed perueniendi illuc nulla facultas datur. Propterea qui post hoc seculum vitam promisit æternam, ipse dandum etiam in hoc seculo centuplum Mat. 19. d
prouidentissima pietate premisit. Quid iam excusationis habes ô homo? Profectò obstructum est os loquentium iniqua. Quid plus afferet ad tentandum, nisi quia longa futura est via tua? Etsi grandis tibi restat via, cur hoc timeas, cui 3. Reg. 19. d
fortis cibus datur, ne deficere possis in via? Heliæ vtique cibus allatus est ab angelo, quo nullus in humana consuetudi- M
ne vilior inuenitur, scilicet panis & aqua: tanta tamen fortitudo collata est, vt quadraginta diebus ambulans non fatigaretur nec esuriret. Vis tibi hunc cibum ab angelis ministrari? Mirum valde si non vis. Quòd si cibum hunc desideras, & angelica ministeria non superba, sed humili magis ambitione requiris, audi quomodo scriptum sit de domino, quia tẽtante diabolo, & suadente vt de lapidibus faceret panem, re- Deut. 8. e
stitit & dixit: Non in solo pane viuit homo, sed in omni ver- Matt. 4. d
bo quod procedit de ore dei. Deinde tẽtationibus superatis, & tentatore fugato, accesserunt angeli, & ministrabant ei. Et tu ergo si vis habere ministerium angelorum, fuge consolationes seculi, & tentationibus resiste diaboli. Renuat consolari anima tua in aliis, si vis in dei memoria delectari. Cum esuris, currere suadet ad panem. At tu potius audi dicentem: Non in solo pane viuit homo. Cur enim tanta varietate distraheris, vt modò cibum, modò potum, modò vestẽ aut lectum, nisi pro sola corporis necessaria sustẽtatione requiras, qui in vno, id est, in verbo dei potes hęc omnia inuenire? Mãna enim est, omnem saporem habens, & odoris delectationem: & requies est vera & syncera, suauis & salubris, iucũda & sancta. Hęc promissio est vitæ præsentis. Nam promissio-
nem futuræ quis explicet? Si expectatio iustorum lætitia, & Esa. 64. d
tanta lętitia, vt omne quod desideratur in seculo, non valeat ei comparari: ipsum quod expectatur, quid erit? Oculus non vidit deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Sub his itaque scapulis quatuor nobis beneficia cõferuntur. Sub his enim

A enim abscondimur, sub his in occursu accipitrum & miluorum protegimur, quæ sunt aereæ potestates: sub his vmbraculum salubre refrigerat nos, & repellit nimium solis feruo-
Psa. 26. b rem: sub his quoq; alimur & fouemur. Ait enim propheta in alio psalmo: Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum, id est, dũ adhuc dies mali sunt, & in terra aliena sumus, quæ data est in manus impij, in qua non est regnũ pacis, nec deus pacis regnat in ea. Nã si regnat, quid est quod
Matt. 6. b orantes dicimus: Adueniat regnum tuum? Necesse igitur est absconde re interim si quid habemus boni, quoniam thesaurum regni cœlorum, qui inuenit homo absondit. Propter quod etiam corporaliter in clausris & in syluis absõdimur. Et si scire vultis quantum in hac absconsione lucramur, credo nullum hic esse, qui si quartã partem eorum quæ facit, in seculo actitaret, nõ adoraretur vt sanctus, reputaretur vt angelus: nunc autem quotidie tanquam negligens arguitur & increpatur. Parúmne hoc lucrum ducitis, quòd non reputamini sancti antequam sitis? An non timetis ne forte hic vili
Luc. 17. c mercede hac recepta, in futuro mercedem non habeatis? Necessaria est ergo hæc absconsio non solùm ante oculos alio-
B rum, sed etiam multo magis ante teipsum. Hoc enim habet dominica illa sentẽtia: Cum feceritis omnia quæ præcipiuntur vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. væ enim nobis si non feci ssemus. Et hæc est vtique magna virtus, & summa securitas, quãdo & piè viuis: & & tamen. plus attendis quę desunt tibi, quàm quæ obtinuisse videris, oblitus quæ retro sunt, & extendens te in anteriora. Hæc igitur est absconsio quam sub scapulis domini præstari dixeramus: qualis forsitan absconsio fuit vel obũbratio quæ Mariæ facta est à spiritu sancto, ad celandum videlicet tam
Psal. 139. b incomprehensibile sacramentum. De protectione quoque idem ait propheta istet: Obumbrasti super caput meum in die belli. Sicut enim videns venientem accipitrem mater expandit alas suas, vt pulli subeant & habeant tutum refugium: sic nobis parata, & quodammodo dilatato sinu extensa est summa illa & ineffabilis pietas domini nostri. Vnde & supra dixit: Quoniam refugium meum es tu. Iam verò sub ipsis quoque scapulis & vmbraculum salubre & protectionem habemus. Sicut enim iste corporeus sol licet bonus sit & valde necessarius, tamen & feruor eius si temperatus nõ fuerit, infirmo capiti, & splendor infirmis oculis nocet, nec est solis
Eccles. 7. c culpa, sed infirmitatis: sic etiam sol iustitiæ est. Vnde & dicitur: Noli nimium iustus esse. Non quòd iustitia bona non sit, sed quia dum adhuc infirmi sumus, oportet ipsa bona gratia temperari, ne forte elationis, aut indiscretionis vitium incur-
C ramus. Quid est quòd incessanter orãtes & supplicantes non possumus ad eam quam desideramus gratię abundantiã peruenire? Putatis quia auarus aut inops factus est deus, impotẽs aut inexorabilis? Absit hoc prorsus, absit: sed ipse cognouit figmentũ nostrum, & scapulis suis obumbrat nobis. Non tamen à petitione propterea cessandum est, quia etsi non dat ad satietatem, dat tamen ad sustentationem: etsi cauet nobis à feruore nimio, tamen fouet nos tanquam mater calore suo. Hoc est enim quartum quòd diximus sub scapulis eius nobis præstari, vt tanquam pulli in calore materni corporis foueamur, ne foris vagantes moriamur, refrigescente nimirum charitate: quæ nõ diffunditur in nobis nisi per spiritum qui datur nobis. Sub his igitur pennis eius securus sperabis, vt videlicet de exhibitione præsentium munerum firma sit expectatio futurorum.

De prima parte quinti versus, Sermo quintus, vnde supra.

Mat. 24. d SCuto circundabit te veritas eius. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Et quis hoc dixerit, scitis: & tempus scitis, domini enim est verbum istud instante iam passione sua. Et attendite quoniam ipse quidem erat passu-
Luc. 22. d rus, & non discipuli: nec tamen pro se dicebat orandum, sed pro illis. Vnde ad petrum: Ecce Satanas, expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Si tantum illos oportebat timere in passione dominj, quantum nobis timendum est, fratres, in passione nostra? Vigilate proinde & orate, vt non intretis in tentatio- D
nem: quoniam vndique circundati estis tentationibus. Vnde & legistis, quia tentatio est vita hominis super terram. Iob. 7. a
Itaque si tot tentationibus plena est vita nostra, vt non immeritò tota ipsa tentatio debeat appellari: peruigili circunspectione opus est & oratione ne inducamur in eam: vnde est & illud in oratione dominica: Et ne nos inducas in ten- Matt. 6. b
tationem. Quia ergo vndique sic circundatus es tentationibus, scuto circundabit te veritas eius: vt quemadmodum vndique bella, ita vndique sint & præsidia. In quo & omnino illud manifestum est, spirituale scutum esse oportere quod circundare potest. Veritas autem circundat, quia verax qui promittit, & sic exhibet vt promittit. Fidelis deus, ait apos- 2. Cor. 10. f
tolus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis.

Non incongruè sanè scuto comparatur gratia diuinæ protectionis, quod in superiori parte amplum & latũ est, vt caput humerósque custodiat: in inferiori verò strictius, vt minus oneret, maximè quòd graciliores sint tibię, nec tam facilè vulnerentur, sed nec adeo periculosum sit illis in partibus vulnerari. Sic omnino, sic militibus suis Christus ad inferiora tuenda, id est, carnem, magnam (vt ita dixerim) strictitatem atque penuriam rerum temporalium donat: nec vult eos illarum multitudine prægrauari, sed vt victum & vestitum habentes, quemadmodum ait apostolus, his contenti simus: in 1. Tim. 6. b
superioribus verò ampliorem latitudinem, & abundantiam E
gratiæ spiritualis. Sic enim habes: Primum quærite regnum Matt. 6. d
dei, & iustitiam eius, & omnia adiicientur vobis. De victu vtique dixit, & vestitu. Vnde dixerat sollicitos esse non debere. Nam & hæc ipsa pater noster cœlestis benignissima pietate ministrat, ob duplicem scilicet causam: ne vel omnino crederemus infensum si ista negaret, & sic desperaremus: vel illorum nimia solicitudo, spiritualis exercitij fieret detrimẽtum. Sine his enim neque viuere, neque deo seruire est. Cęterum quanto strictiùs, tanto meliùs. Itaque scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negocio perambulãte in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Hæ sunt quatuor tentationes, quibus vndique circundati, necesse habemus circundari etiam scuto domini, vt sit nobis à dextris & à sinistris, antè & retro. Hoc enim præmonitos vos esse volo, neminem super terram absque tentatione victurum, vt cui forte tollitur aliqua, alteram securus expectet: aut forte non securus, sed pauidus magis, & sic petat ab ea liberari, vt nunquã sibi in corpore mortis huius libertatem perfectam seu requiem audeat polliceri. Qua in re considerãda est nobis tam benigna erga nos diuinę pietatis dispensatio, vt quibusdam nos tentationibus patiatur diutiùs occupari, ne forte periculosiores occurrãt: ab aliquibus verò citius liberet, vt possimus in aliis quas nobis vtiliores fore præuidet, exerceri. Verùm considerandum nobis est F
(sed non modò) quæ sint istæ quatuor quas hic penit. Credo enim quòd in hoc ordine quo hic numerantur, cõtra eos qui conuertuntur insurgunt, & velut principes sunt omnium tẽtationum.

De secunda parte quinti versus, & de sexto versu, Sermo sextus, vnde supra.

SOlet in diuinis scripturis aduersitas designari per noctem, & scimus quia aduersus eos qui conuertuntur, primum esse certamen de modestiis corporis consueuit. Caro enim hactenus indomita, castigari & in seruitutẽ redigi nequaquam æquanimiter patitur, sed adhuc memor recens perditæ libertatis acriùs concupiscit aduersus spiritum, maximéque in his pœnis in quibus estis vos quotidie morientes: imò verò morte affecti tota die, quæ & supra vires sunt, & vltra naturam, & contra consuetudinem vestram. Quid igitur mirum? Turbant ista maximè eos qui necdum consueuerunt, necdum satis in promptu habent recurrere ad orationes, resurgere ad meditationes sanctas, vt sic releuetur diei pondus & æstus. Necessarium planè nobis inter ipsa nostræ conuersionis initia scutum domini, vt non timeamus à timore nocturno. Bene autem dicitur non timendum à timore nocturno, & non dicitur à nocte, quia nõ ipsa afflictio tẽtatio est, sed magis timor ipsius. Nam & om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnes laboramus, cum tamen nō omnes inde tentemur: & qui tentātur, multo magis timore futuræ pœnæ, quàm præsentis dolore læduntur. Quia ergo timor ipse tentatio est, cōgruè dictū est ei qui circundatur scuto domini, quòd à tentatione hac non timebit. Forte impugnabitur, forte tentabitur, forte timebit noctem, sed nō ei timor iste nocebit. Magis autem si nō fuerit dominatus, tunc immaculatus erit, & emūdabitur, sicut scriptum est, quia, territi purgabuntur. Caminus est timor iste: sed vt examinet, non exurat, veritas facit. Nocturnus plane & tenebrosus timor, sed facilè hunc radius veritatis exuperat. Ingerit enim oculis cordis nunc quidem peccata quæ fecimus: vt quemadmodum de se propheta ait, etiam nos in flagella parati simus, annunciantes iniquitatē nostrā, & cogitantes pro peccato nostro. Nunc verò æterna supplicia quæ meruimus, vt in eorum comparatione quę euadimus, vniuersa quæ patimur, delicias reputemus. Nunc quoq; cœlestia præmia ad quæ tendimus, crebro videlicet memorantes, quoniā non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nūc etiam ea quæ pro nobis pertulit Christus, vt crebrò considerantes quanta sustinuit illa maiestas pro inutilibus seruis, erubescamus nō sustinere vel parua pro nobis. Sed fortasse prævalet veritas, præsertim tam multiplex & vsquequaque circundās, non repellere modò, sed etiam expellere penitus hunc timorem. Nox præcessit: vt filius lucis & diei honestè ambulans, time sagittā. Leuiter volat, leuiter penetrat: sed dico tibi non leue infligit vulnus, citò interficit. Nimirū sagitta hæc vana gloria est, nō est vnde hæc impugnet pusillanimes, remissos. Qui feruentiores esse videntur, ipsi paueant, ipsi sibi caueant in hac parte: nihilo minus adhuc soliciti non deserere scutum inexpugnabile veritatis. Quid enim aliud tam contrarium vanitati? Nec sanè huic opponenda sagittæ secreta illa & quodammodo intima veritatis exigimus: semetipsam nouerit anima, de se teneat veritatem. Difficile prorsus (ni fallor) homo verbis laudantium hominem in vita sua, adduci poterit altum sapere, si se intus ad lucem veritatis solicita cōsideratione discutiat. Nónne enim si propriam cogitat cōditionem, dicturus est sibi, Quid superbis terra & cinis? Nónne si propriam consideret corruptionē, fateatur necesse est quoniam non est in eo bonum? Sed & si forte aliquid habere videtur, non inueniet puto quod respondeat apostolo dicenti: Quid habes quod non accepisti? Et alibi: Qui stat, videat ne cadat. Postremò si fideliter computet, facile illi erit aduertere, quòd nec cum decem milibus possit occurrere ei, qui cū viginti milibus venit ad se, & omnes iustitias suas tanquam pannum menstruatæ reputari. Eadem quoque veritas & eis nihilo minus opponēda est tentationibus quę sequūtur. Neque enim vel sic desistit hostis antiquus, sed ad callidiora forte cōuertitur argumenta. Firmā probauit vtroque latere turrim. Non est quòd vel à sinistris pusillanimitate timoris, vel à dextris eam humanis concutere laudibus, in vtraque iam molitione frustratus attentet. Sed si viribus, inquit, deiicere nequeo: forte decipere possum alicuius ingenio proditoris. Quis putas erit hic proditor? Planè cupiditas, radix iniquitatis: ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex: mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem. Contempsit vanam gloriam, ait, quoniā vana est: forte solidius aliquid affectaret, forte honores, forte diuitias. Quātos hoc negocium perambulans in tenebris trudi fecit in tenebras exteriores, veste spolians nuptiali, & virtutū exercitia fructu pietatis euacuans? Quantos ergo pestis hæc nequiter supplātatos turpiter quoque deiecit, vt cæteri quique quos latuit occultus effossor, subitam expauescerēt ad ruinam? Quid verò hunc fouet vermem aliud quàm mentis alienatio, & obliuio veritatis? Aut quid nisi veritas hunc prodēdum vestigat proditorem, & negocium arguit tenebrarum? Nimirum hæc est quæ dicit: Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur: se autem perdat, & detrimentum sui faciat? Et item: Potentes, ait, potenter tormenta patientur. Hæc est quæ sedula suggestione reducit in mentem quàm sit in habitu friuola cōsolatio, graue iudiciū, vsus breuis, finis ignotus. Hucusque tentationes domini: quartam inimicus non præsumit afferre. Illa enim de ignorātia est, nec dubitat sapientissimū qui sic moderabatur respōsiones suas, vt in nullo vnquam posset deprehendere quod quærebat. Prima siquidem tentatione esurienti suadebat de lapidibus panem facere: sed ille nec posse nec non posse respondens, cibum aliū prætendit, dicens: Non in solo pane viuit homo, &c. Secunda verò tentatione præcipitium suadebat promittēs quia nō læderetur si filius dei esset, & sic vidēs omnis ciuitas laudaret eū & magnificaret: & nec esse se nec non esse respondit. Tertia de ambitione fuit, quando omnia regna mundi promisit si cadens adoraret eum. Vidésne quòd ambitionis via, adoratio diaboli est, qua videlicet ad honores & gloriam mūdi peruenīēdum suis ille adoratoribus pollicetur? Quarta, vt dixi, tentatione apud eum abstinuit, cuius nimirum tantam esset expertus prudētiam ex respōsis. Quid autem aduersus alios faciat, quos videt omnimodo diligere iustitiam, & odisse iniquitatem? Quid nisi vt iniquitatē palliet virtutis imagine? Quos enim perfectos boni nouerit amatores, malum eis sub specie boni non mediocris, sed perfecti persuadere conatur: vt citò consentiat qui magnopere diligit bonū, & facilè qui currit, incurrat. Hoc est igitur dæmonium non modo diurnum, sed meridiannm. An non hoc timuit Maria, quando ad nouam angeli salutationem expauit? An nō hoc insinuabat apostolus cum diceret: Non enim ignoramus cogitationes eius? Ipse enim angelus satanæ trāsfigurat se in angelum lucis. An non denique hoc ipsum metuebant discipuli, quando videntes dominū super mare ambulantē, clamabāt, putantes phātasma esse? Et vide quàm bene congruit quòd quarta vigilia noctis fuisse dicitur, quando contra tentationem quartam vigilasse discipuli perhibētur. Nec verò in re manifestissima nostro arbitror opus esse eloquio, quòd videlicet sola sit veritas, quæ palliatā detegit falsitatem. Quatuor has tentationes etiam in generali statu ecclesiæ haue difficilè diligens considerator inueniet. Nónne enim timor nocturnus exercebat nouellā adhuc ecclesię plātationem, quando omnis qui occideret seruos dei, arbitrabatur se obsequium præstare deo? Demū persecutione cessante, & die reddita, turbauit eam grauius & afflixit sagitta volans, quando exierunt aliqui de ecclesia inflati spiritu carnis suæ, inanis & volatilis gloriæ cupidi: & volentes sibi facere nomē linguas suas magnificādo, diuersa & peruersa dogmata fabricauerunt. At nunc quidē pax à paganis, pax ab hæreticis: sed non est pax à falsis filiis. Multiplicasti gentem domine Iesu, sed non magnificasti lætitiam: quoniā multi sunt vocati, pauci verò electi. Omnes Christiani, & omnes ferè quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Ipsa quoque ecclesiasticæ dignitatis officia in turpem quæstum, & tenebrarum negociū transiere: nec in his salus animarum, sed luxus quæritur diuitiarum. Propter hoc tundentur, propter hoc frequentant ecclesias, missas celebrant, psalmos decantant. Pro episcopatibus & archidiaconibus, abbatiis, aliisque dignitatibus impudenter hodie decertatur, vt ecclesiarum reditus in superflui tatis & vanitatis vsus dissipentur. Superest vt reueletur homo peccati, filius perditionis, dæmonium nō modò diurnum, sed & meridianum: quod nō solum transfiguratur in angelū lucis, sed extollitur super omne quod dicitur deus, aut quod colitur. Nimirum insidiatur crudelius calcaneo matris ecclesiæ, à qua dolet caput suum esse contritum. Hic planè grauissimus erit incursus: sed ab hoc quoque ecclesiā electorum veritas liberabit, propter eos breuians dies, & dęmonium meridianum destruens illusttratione aduentus sui. Et hæc quidem dicta sunt de tentationibus istis: nam & in sermone quodam super cantica canticorum memini me super his tractasse similiter, cum meridiani huius dęmonij mētio incidisset, ex occasione scilicet meridiani accubitus sponsi, quem sibi sponsa petierat indicari.

De septimo versu, Sermo septimus. vnde supra.

INspe viuimus fratres, nec deficimus in tribulatione præsenti, quòd in expectatione simus indefectibilium gaudiorum. Neque enim vana vobis hæc expectatio, aut dubia spes

Aspes videtur innixa nimirum æternæ promissionibus veritatis. Deinde etiam ex perceptione præsentium munerum firma est expectatio futurorum, & præsentis gratiæ virtus nimis credibiliter attestatur felicitatem promissæ gloriæ sine dubio secuturam. Nempe dominus virtutum ipse est rex gloriæ, & in hymno quoque eundem votis cantamus Patrem perennis gloriæ, patrem potentis gratiæ: cui & in psalmo canimus quia misericordiam & veritatem diligit deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Viriliter ergo sustineat in hoc seculo pietas colluctationem, & persecutionem quamlibet æquanimiter patiatur. Quidni toleret omnia, quæ ad omnia valet, promissionem habēs eius vitæ quæ nunc est, & futurę? Repugnet fortiter impugnanti, quia & repugnanti propugnator aderit indefessus, & triumphanti non deerit largissimus remunerator. Scuto, inquit, circundabit te veritas eius. Necessaria planè insuperabilis protectio veritatis, non modò interim in carne degenti, sed postmodum exeūti: & nunc quidē ob periculosos conflictus, tunc verò ob monstruosos occursus spirituum malignorū. Nempe & sanctissimā illam glorioſi Martini animā voluit pars inimica nocere, & cruenta bestia sciēs quòd modicum iam tempus haberet, tota profectò insania malitię infatigabilis, nō est verita pope assistere ei quoque in quo nihil habebat. Imò verò ad ipsum etiam regem glorię accedere impudētissima temeritas illa præsumpsit, sicut ipse testatur: Venit enim princeps mundi huius, & in me non inuenit quicquā. Felix anima, quæ sic interim tentationū iacula scuto veritatis repulerit, vt nil prorsus venenatū in se coalescere passa, omnino non cōfundatur cum loquetur inimicis suis in porta. Nihil in me funeste reperies. Felix, quē sic circundat clypeus veritatis, vt introitum quoque & exitum eius custodiat: exitum vtiq; ab hac vita, & introitum in futuram, quò videlicet nec moliatur à tergo, nec à facie mali quippiam inimicus attentet. Siquidem omnino opus erit illic custode, opus erit duce fideli, opus erit cōsolatore magno propter horribiles illas visiones: nō minus q̄ hic adiutore & propugnatore contra inuisibiles tentatores.

Glorificate itaq; dilectissimi, & portate interim Christum in corpore vestro, onus delectabile, suaue pondus, farcinam salutarem, etiam si premere aliquando forte videtur, etiam si interdum latera tundit, & flagellat recalcitrantem, etiam si quando in camo & freno maxillas cōstringit & coërcet omnino feliciter. Esto vt iumentum. Homo, inquit, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quid enim tantopere vel plāgit propheta, vel arguit in homine similitudinem iumentorum, præsertim qui alio quodam loco de se loqui & dicere deo non sine quadam congratulatione videtur: Vt iumētum factus sum apud te, & ego semper tecum? Puto, imò non puto, sed scio similitudinem aliquam iumētorum homini commendari: sed planè non eam quæ in non intelligēdo, & insipientiæ, sed patientiæ imitatione consistat. Neque enim succensentis similiter, sed ne plangentis quidem videretur vox si dixisset, Homo cum sub onere dei esset, nō recalcitrauit, vt iumentū factus est apud eum. Quis enim nō illi iumento plurimum inuideret, cuius in humili tergo ad commēdationem ineffabilis suæ mansuetudinis dignatus est sedere saluator: si cū illius tam precioſi oneris gestatione intelligentiam quoq; tam singularis habuisset honoris? Vt iumentum igitur esto, minimè tamen iumentum, patienter quidem sustinens onus, sed honorem intelligens: sapienter & delectabiliter cogitans tam ipsius oneris qualitatem, quàm propriam vtilitatē. Magnus ille Ignatius, discipuli quem diligebat Iesus, auditor, martyr noster, cuius prēcioſis reliquiis nostra ditata est paupertas, Mariam in pluribus quas ad eam scripsit epistolis Christiferam consalutat. Egregius planè titulus dignitatis, & commendatio honoris immēli. Nempe cui seruire, regnare est: gestare hunc, non onerari est, sed ornari. Cæterùm vnde ei de quo nunc loquebamur saluatoris asello verendum vllatenus videbatur, ne sub illa tali sarcina deficere posset in via? An verò timendus ei aut luporum incursus, aut raptorum occursus, vel præcipitiū seu periculum aliquod sub tanto præside metuendum? Felix, qui sic tulerit Christum, vt à sancto sanctorum in sanctam ciuitatē mereatur induci. Non est omnino quòd timeat ne vel in via aliquod offendiculum, vel repulsam in ianua patiatur. Illi nempe iumento viam parabāt fideles populi, huic angeli sancti: quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiāt te in omnibus viis tuis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Sed non sunt hæc præoccupanda modo, series magis ipsa scripturæ expositionis ordine sequēda est. Cadent à latere, inquit, tuo mille, & decem milia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Hic enim versus hodie nobis tractandus est, nō ignoratis. In præcedenti sanè capitulo quod nouissime tractabatur, dictum est, si recolitis, quemadmodum à quatuor quibusdam maximis equidem grauissimisq; tentationibus huius vitæ, protectio liberet veritatis: videlicet à timore nocturno, à sagitta volāte in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Quod igitur sequitur, Cadēt à latere tuo mille, &c. futuræ magis vitæ arbitror assignandum. Vnde & in principio sermonis huius meministis adhuc, ni fallor, sententiæ apostolicæ, qua videlicet valere ad omnia pietatem, vitæ quoque eius quæ nunc est, & futuræ promissionē habere cōmendat. Audite ergo & audite in lætitia cordis vestri quod ad futuræ vitæ promissionem, vestrámq; expectationē pertinere videtur. Vbi est thesaurus vester, sit & cor vestrum. Et quidem studioſe audistis præsentia, non sum immemor, sed studioſius decet futura audire. Nam & pseudoprophetam (Balaam dico) recolite qui historias nostis, & ipse, inquam, iniquus iustorum mortem optabat, & nouissima sua horum similia fieri precabatur. Tantus est pietatis fructus, tanta iustitiæ merces, vt ne ab ipsis quidem non desiderari queat impiis & iniustis. Minus tamen oblectat canticum Sion salices Babylonis. Suspendenda proinde organa apud eos, lamentandum magis super flumina Babylonis, si forte persuaderi eis possit vt plangant. Hic planè cantandum est, vbi non deerunt qui tota alacritate spiritus saltent ad vocem psalterij, ad canticum Sion: & vehementia quadam sacri desiderij ad eam gestiant præuolare, dicentes: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Quid enim aliud exultare, quàm ex seipso saltare est? Minus sapit iis qui medio adhuc periclitantur in mari, iactantur vndis, aguntur fluctibus, quamlibet fauorabile sit, quod de remoti & prope iam desperati tranquillitate seu amœnitate littoris nunciatur. Sed nec ad eiusmodi pertinet animam quod hodie nobis propositum est: neque enim talis quæpiā adhuc meretur audire: Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Memento cui hæc promissio facta sit. Nempe ei qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur. Audiat igitur is qui salutis portui cogitatione iam & auiditate appropinquat, qui præiactata velut quadam anchora spei suę, terræ illi desiderabili inconuulsibiliter inhæsisse videtur, cunctis diebus quibus nunc militat, expectans donec veniat immutatio sua. Certissima sanè & præcipua propinquatio portus huius, hæc ipsa conuersatio eius in qua positi estis, exitus præparatio est, vocationis videlicet & iustificationis diuinæ. In his nempe duobus fidelis quædam cōstituta est connexio, velut cuiusdam æternitatis ad æternitatem, id est magnificationis ad prædestinationem: quarum equidem sicut prędestinatio nullo est præcisa principio, sic & magnificatio nihilo minus nullo vnquam fine claudēda. Ne verò eam quam diximus quasi geminę huius æternitatis mediā connexionem, esse putes nostræ adinuentionis, apostolum audi, si non eandem tibi manifestius ipse commendat: Quos enim præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Quomodo putas aut quo ordine magnificabit? Siquidem quæ à deo sunt, ordinata sunt. Num à prædestinatione ad magnificationem saltu quodam peruenies repētino? Prouide tibi medium pontem, aut magis ingredere iam paratum. Quos prędestinauit, inquit, hos & vocauit: quos autem vocauit, hos & iustificauit. Et quos iustificauit, hos & magnificauit. Hæc via equidem bona videtur nonnullis hominibus, sed & bona est, nihil super eius fine timendum. Non tibi sint viæ huius suspecta nouissima, perge securus, tanto viuidius, quanto certius ea iam propinquare videntur: nempe tenes media, quomodo non nouissima propinquarent? Agite, inquit, pœnitentiam, appropinquabit enim regnū cœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glorum. Sed regnum, inquies, cœlorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Nullus mihi ad hoc nisi per medios hostium cuneos patet accessus: in itinere medio sunt gigantes, in aëre volitant, obsident transitum, obseruant transeuntes. Attamen fiducialiter age, ne timeas. Magni sunt, multi sunt: sed cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Cadent vndique, nunquam tibi deinceps in perpetuum occituri: parū est non appropinquaturi. Equidem videbit peccator & irascetur, sed à latere venient: quod videlicet præueniat te misericordia dei tui, eadem quoq; nihilo minus etiam misericordia subsequatur, & introitum videlicet tuum (vt quidem supra meminimus) & exitum tuum custodiēs. Alioquin quid in illo tam terribili spiritualium nequitiarum occursu humani possent consistere sensus, quòd nō intolerabili concuterentur horrore? Quid putatis fratres, si vel vni alij cui è tam multis principibus tenebrarum in mediū vestri irruere, & in tota feritate sua, ac tenebrosi enormitate corporis apparere liceret: quis illū posset vel corporis sensus sustinere vel cordis? Deniq; ante hos paucos dies (ipsi scitis) vnū quēdam ex vobis, & prius dormientem & postea excitatum tam grauiter phantasia nocturna perturbare permissa est, vt vix illa die rationis compos, vix potuerit esse securus. Etiam H omnes vos pariter expauistis, cum territus ille tertibilem nimis exclamasset in vocem. Erubescendum sanè, quòd vsque adeò fides in vobis vel dormientibus visa fuerit obdormiisse sed ad nostram sine dubio factum est admonitionem, vt tota sollicitudine meminerim' aduersum quos nobis sit collucta tio, nequando scilicet aut ignari hostilis inuidiæ, aut protectionis diuinę inueniamur ingrati. Ex vehementissimo siquidem proprij cruciatu liuoris in tantum prorupit malitia inueterata furorem, his præsertim diebus sanctis acrius sese indicans vestra deuotione torqueri. Eodē sanè tabescētis insaniæ zelo, sed licentia ampliori exeuntibus sanctis adest, non nisi à latere tamen: neq; enim vel occurrere iam à facie quasi vt vim faciat, vel à tergo repere tanquā vt decipiat permittetur. Sed nec iuxta iter quidem scandalum decæt ero ponet tibi: ad te enim nō appropinquabit, non modo non attinget vt feriat, sed, nec accedet vt terreat. Puto enim id verebaris ne te forsitā grauis ad illas tā monstruosas effigies, & latualiū tantam multitudinem facierum, horror inuaderet, sed egregius tibi paraclet⁹ & efficacissimus aderit cōsolator, iple ni mirū de quo legisti: Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. Planè ad nihilum deducetur in con spectu eius malignus, sic rimentes se glorificabit. Præsente te domine Iesu quantumlibet irruant hostes, immo nō irruant I sed ruant: confluant vndique, sed vt fluant, & pereant à conspectu domini, quemadmodum fluit cera à facie ignis. Quid enim metuam deficientes, quid trementes paueam, quid verear cadentes? Etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, nō timebo mala, dummodo tu mecum sis domine deus meus. Siquidem protinus aspirabit dies, & inclinabuntur vmbræ, cadent hinc inde principes tenebratū, Quos enim nunc quoque dum inter malignas eorum occultātq; suggestiones per fidem adhuc non per speciem ambulamus, fides tamen victoriosa triumphat: quomodo nō facilius ipsa iam tunc propalatæ cognitio veritatis euidēs cum suis illis tenebrosis ferrugineisque imaginibus exufflabit? Nec causeris forte de numero, vel ipsam saltem multitudinem verearis. Memento sanè quod ad vnum saluatoris imperium, ab obsesso iam & diu possesso vnius hominis corpore, dęmonum legio tota discessit: & ne ipsos quidem ausa est nisi ab eo iussa contingere porcos: quanto magis ipso duce quotquot fuerint vndique cadent cum ingenti admiratione & confusione, dicentes: Quæ est ista quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra Cant. 6. a vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Intrepidus itaque & omnino impauidus, magis autem gratulabundus & laudans oculis tuis considerabis: nec sanè iam vel impugnationem sustinebis, vel furorem pauebis, sed magis retributionem pecccatorum videbis. Et quidem videntur sufficere posse hodie quæ dicta sunt, sed adhuc sanè aliquos vestrū nonulla arbitror expectatione suspendi. Mouet enim studiosiores quoq; (ni fallor) quidnam sibi velit q, à dextris quidem decem milia, à sinistris vero mille perhibet esse casuros. Nam latus sanè quod simpliciter dicitur, nō nisi K sinistrū hoc loco licere accipi puto, præsertim quod dextrū quidem incontinenti proprio designetur ex nomine. Et quidem nō sine certi ratione mysterij a sinistris multos, sed multo plures à dextris casuros esse prędixisse videatur. Nisi forte quis tam hebes fuerit & insulsus, vt in eo quod dicitur mille & decem milia, certam exprimi putet numeri taxationem, & non magis superabūdantem comparationem. Nos enim sic non diuinas scripturas accipimus, sed neque ecclesia dei. Cadent ergo ā sinistris quidem mille, à dextris autem decem milia: quòd videlicet abundantiori malignitate & velut copiosiore manu dextris insistere partibus, dextrū latus appetere consueuissent. Quod quidem, si magnum illud ecclesiæ corpus considerare libet, facile satis aduertimus longe acrius impugnari spirituales viros ipsius ecclesiæ, quàm carnales: quę nimirum duo eius latera, dextrū sinistrumque puto non inconuenienter accipimus. Agit hoc sanè superba semper inuidiosa malitia, perfectiores quosque vehementius pulsans, iuxta illud: Esca eius electa. Et iterum: Absorbebit fluuium Iob. 40. c & nō mirabitur, & habet fiduciā quod influat Iordanis in os eius. Agit, inquam, etsi non sine certa diuini dispēsatione cōsilij: qui quidem nec imperfectiores supra id quod ferre possunt tentari permittit, faciens cum tētatione prouentum: & L perfectioribus, nō modo gloriosiores, sed numerosiores parat ex hoste triumphos. Tota ergo pariter electorum ecclesia coronabitur: quod ex vtraque parte sui legitimè certauerit, vtroque nimirum cornu tam potenter interim ventilans inimicos, vt paulopost manifestiùs cadere videantur à latere eius mille &, decem milia à dextris eius. Sic nimirum olim iam quidem Dauid perfectiore virtute probata, nec dum verò propalata in Israel reprobatione Saulis, canebāt in choro dicētes: percussit Saul mille, & Dauid decem milia. Sin autē 1. Reg. 18. b ad singulos magis placet hoc referri, non vobis deest ne in hac quidem parte spiritualis intelligentiæ via, dummodo propriam super hoc experientiam consulatis. Longe siquidem ampliori sollicitudine, & calliditate multiplici pars aduersa vulnerare in nobis dexteram satagit quàm sinistram: nec tam corporis profecto quàm cordis laborat auferre substantiam. Vtranque nimirum prosperitatem humano generi inuidere nosciuntur, vtraque eos felicitate priuare contendunt, & cœlesti videlicet & terrena, sed longe amplius rore cœli, quàm pinguedine terræ. An verò incongruè hæc dixerimus duo latera, quibus nimirum duplicem hominis substā tiam cōstat inniti, vos iudicate. Nā quòd spiritualia quidem bona attribuimus dexteræ, sinistræ verò carnalia, minimè prorsus vereor arguendū, præsertim à vobis, quibus semper M studij est nec dexteram aliquando sinistram, nec sinistrā dexteram reputare. Nec verò aliter vera quidem sapientia probat, quàm vt in sinistra diuitię & gloria, in dexetera autem sit longiturnitas vitę: nam & hoc sanè nullatenus expedit ignorare, quęnam vobis vehementius instet peruicax hostiū multitudo: illic nempe studiosius repugnandum, vbi grauior vrget necessitas, vbi totum belli imminet pondus, & vbi collu ctationis ratio vniuersa consistit: vnde vobis paratur tota aut victis ignominiosa captiuitas, aut vincētibus gloria triūphalis. Denique propter hoc, non quidem ad insipientiam vobis, tūdendum liberè aduersario videmini latus exposuisse sinistrum, vt dexterum proinde tota sollicitudine conseruetis. Hæc nimirum commēdata à Christo, & Christianis omnibus imitanda serpentis prudentia est, vt caput solum toto (si necesse fuerit) expositio corpore tueatur. Hæc vera philosophia, hoc consilium sapientis, vt omni custodia seruetur cor, quia ex ipso vita procedit. Hæc denique gratia & misericordia dei in seruos eius, & respectus in electos illius, vt in eorum interim sinistram quidem velut dissimulans, dexteræ semper studiosius protector assistat. Hinc est quod de se ipso propheta testatur: Prouidebam dominum in cōspectu Psal. 15. a meo semper, quoniā à dextris est mihi ne commouear. Nunquid non & illius manum dexterā, & solā eam putas dexteram tenuisse, cuius totam in facultatem pariter & in carnē licere passus est, quicquid liberè visum est inimico? Veruntamen animam, inquit, eius serua. Vtinā mihi semper à dextris Iob. 2. b sis Iesu bone, vtinam semper teneas manum dexteram meā.

Scio

A Scio enim & certus sum quoniam nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Tondeatur interim & tundatur sinistrum latus; pulsetur iniuriis, vellicetur opprobriis: libens illud expono dum à te custodiar, dūmodo iis ipse protectio mea super manum dexteram meam. Forte enim mille qui à sinistris casuri sunt, homines magis intelligendi sunt quam dæmones. Hi nimirum nobis non nisi ob temporalia quælibet aduersantur & transitoria bona, quæ quidē aut nos habere inuidiosa malignitate suspirent, aut cupiditate iniusta sese potius doleant non habere. Forte enim mundi huius cōnantur auferre substātiam, forte fauorē hominū, forte ipsam corporum vitam. Vsque huc sæuire humana persecutio potest, animæ verò non habent quid faciant. Nā dæmones quidem superna nobis & æterna potius inuidere nosciuntur, nō tamē vt sibi cedat quod irreparabiliter amiserūt: sed ne illuc pauper de puluere susciatus accedat, vnde ipsi in gloria conditi irreparabiliter ecciderunt. Indignatur & liuore tabescit obstinata malignitas, humanam fragilitatem obtinere, quod retinere ipsa non meruit. Sed & siquādo forte cuiuis temporalia damna aut inferre conantur, aut gratulantur inferri: hęc eorum tota molitio est, vt iactura exterior vel eidem ipsi vel alteri occasio sit interna: sicut è regione homines quotiēs ea suadere nobis, aut quolibet modo efficere curāt vnde dextera nostra lædatur, nō hoc quidē principaliter agere, sed tem- B porale aliquod cuiuis prouēturum, vel sibi scilicet vel nobis, vel alteri forte cuipiā, aut detrimentū aut emolumentum exinde seu captare seu propulsare velle videntur. Nisi forte eatenus quis in dæmonem transierit ex homine, vt optare vllo modo possit quemlibet sibi inimicissimum hominem eterna damnatione mulctari. Quid nos miseri dormitamus à spirituali studio, quos tam multipliciter insectatur nequitia spiritualis? Et pudor est dicere, & silere prohibet vis doloris. Quantos enim inuenire est fratres, ex his quoque qui in religionis habitu & proposito degunt perfectionis, quod terri- Psal. 136. b bilis illa prophetæ sententia comprehēdisse videtur: Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea? Nēpe sinistri custodiæ lateris tota sollicitudine incubantes callent admodum, sed sapientia huius seculi, cui abrenunciasse debuerant: ea quoque nihilo minus quam reuelat caro & san- Gal. 1. a guis: quibus iuxta apostolum noluisse acquiescere videbantur. Denique videas eos tam auidè lucra captare præsentia, tam seculariter transitoriis vtilitatibus gaudere, ad terrenarum damna vel minima facultatū tam pusillanimiter turbari, tā carnaliter super his decertare, discurrere tam impudenter, tam irreligiosè secularibus sese implicare negociis, ac si hoc esset tota eorum portio, hęc vniuersa substantia. Attētius sane agricola pauperē excolit fundum, sed cui forte nulla amplior preciohórve sit possessio. Buccellam panis in sinu C suo mēdicus abscondit: quòd in saccellis suis solum hoc metalli genus æruginet. Tu quid ita extremæ huic paupertati, & quidem proprij malè prodigus laboris, incumbis? Est & alia tibi possessio, etsi forte remota. Erras, nihil tam prope nos quàm quod intra nos est. At forte non quidem longius positam, sed inutilem esse causaris, vt hic tibi quærendam magis sufficientiam putes. Falleris, ibi magis inuenies, imò non inuenies nisi ibi. An verò æstimas quod vel operam tuam non exigat, vel minus respondeat operanti? Aut certe in tuto credis esse locatā, nec vlla deinceps sollicitudine custodis egere? Galat. 6. b Quodlibet horum sapias, scito quòd desipias vehementer. Ibi enim quā maximè quæ seminauerit homo, hæc & metet. 2. Cor. 9. Sed & qui parcè seminat, parcè & metet: qui verò in benedictionibus seminauerit, de benedictionibus & metet, vt faciat vnū tricesimum, vnum sexagesimū, vnum cētesimum. Habes autem thesaurum istum in vasis fictilibus, si tamen adhuc habes. Puto enim iam amisisti, puto iam sublatus est, puto iam comederunt alieni robur tuū, & ignorasti, nec potes thesauro tuo cor apponere: quippe qui thesaurum ipsum nō habeas. Alioquin quæso te, si tam sollicitus es, si nec minima spernis, si tam prudenter seruas paleas tuas, etiam horreum tuum seruare memento & custodire. Imò verò non exponas thesaurum tuum, qui sic incubas sterquilinio tuo. Forte enim illud tibi inuident mille, sed istum obsident decē milia, nec minus superabundantes astutia & crudelitate quàm numero. Cadet, inquit, à latere tuo mille, & decem milia à dex- D tris tuis: verte illuc oculos fidei: forte enim iam irruperunt aditus, forte iam liberè diripiunt omnia, forte iam spolia ipsa distribuunt. Quid sinistro lateri tam male studiosus obseruator inhæres, nisi quòd non in latere iam tibi esse, sed in facie sinistra videntur, quòd hæc prouideras in conspectu tuo semper: & qui tangit hoc, non latus tetigisse putetur, sed pupillam oculi tui? Cæterum iam nunc tibi prouide quisquis es dextri negligens, sinistri lateris cultor, ne cum hœdis locum accipias in sinistra quam elegisti. Asperum verbum est fratres, non immerito expauistis. At cauere nō minus necesse est quàm pauere. Et quidem dominus meus Iesus post cætera inæstimabilis suæ erga me beneficia pietatis, etiā dextrum sibi propter me passus est latus fodi: quòd videlicet non nisi de dextera mihi propinare vellet, non nisi in dextera locum parare refugij. Vtinam ego talis merear esse columba, quæ in foramine petræ habiter, & in foramine lateris dextri. Considera tamen hoc vulnus cum penitus non sensisse. Neque enim illud excipere voluit, nisi iam soporatus in morte: vt moneret te quandiu viuis, in huius semper lateris vigilare custodia, sed & mortuam censeri eam animam oportere, quæ quidem pernicioſa insensibilitate dissimulet in dextera sibi vulnus infligi. Merito quidem in sinistro latere positum esse ditur cor hominis, q affectio eius prona sit semper & procliuis in terram. Nec sanè ignorabat hoc qui miserabiliter in- E gemiscens, Adhęsit, inquit, pauimēto anima mea, viuifica me Psal. 118. d secundum verbum tuum. Sed ne is quidē in hoc pōdere nos conditionis humanę & grauedine cordis volebat remanere, qui sic admonens loquebatur: Leuemus corda nostra cū manibus ad deū. Planè id suadebat, vt à sinistro latere erigerentur ad dextrum. Secularis militia fratres, in sinistro tātum latere clypeum portat: non imitemur, si inter eos nolumus deputari, quos huic seculo militare constat, non Christo. Nemo, inquit, militās deo, implicat se negociis secularibus: hoc 2. Tim. 2. d est scutu applicat non tam dextrę quàm sinistræ. Attamē fratres, vtrunq; nobis latus tegendū est, si meminisiis. Scuto, inquit, circundabit te veritas eius. Et apostolus ipse: Per arma, 1. Cor. 6. b inquit, iustitiæ à dextris & à sinistris. Cęterum ipsam audi iustitiam. Forte enim non eadē vtrique lateri forma præscribitur. Nempe hinc quidem mādatur: Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Inde verò præcipitur Rom. 12. d Nolite locum dare diabolo. Et item: Resistite diabolo, & fu- Ephes. 4. f giet à vobis. Audi adhuc quomodo tegas latus vtrunq;. Pro- Iaco. 4. b uidentes bona, ait idem apostolus, non tantum corā deo, sed 1. Cor. 8. d etiā coram omnibus hominibus. Hæc est enim voluntas dei, vt benefaciētes, non modo tabescere malignorū dæmonum inuidiā, verumetiam obmutescere faciatis imprudētium hominum ignorantiam. Nunquid tamen in ęternum erit nobis hæc protectio necessaria? Aut certe ab vtroque latere hosti- F le agmen instabit: Erit quando non modo non instabunt, sed nec stabunt quidē. Cadent à latere tuo mille, & decē milia à dextris tuis. Siquidem nec humana malitia iam tunc habebit quid faciat, nec dæmonū milia plus verebimur, quàm totidē vermium agmina vel musęarum. Haud aliter deniq; intuebimur eos, quam filij Israël transmisso iam mari rubro vndiq; sui Aegyptios mortuos, sed & rotas curruū ire in profundū cernebāt, vt & nos scilicet (longè tamen securius & delectabilius) cantemus domino quòd glorioſe honorificatus sit, equum pariter & ascensorem eius deiiciens in abyssum.

De octauo versu, Sermo octauus, vnde supra.

BReuiùs quidem vobis aliquando, dilectissimi, loquemur si crebrius id liceret: quod & vos credimus nonnunquam aduertere potuisse. Cæterum quotiens ipsa diei præoccupante malitia, pluribus forte diebus molestissimum sustinuimus à vestra exhortatione & cōsolatione silentium, neminem vestrum reor oportere mirari si tempus ipsum redimere cupientibus nobis, sermo rarior interdum protractior videatur. Hoc sanè nobis actum sit breui proœmio, vt hesterni pariter hodierníque sermonis, illius quidē prolixitas, huius verò breuitas excusata apud vos habeatur. Vereor siquidem minus gratam forte nonnullis vel fuisse illam, vel istam fore, aut magis vtramque, quàm alteram. Scuro, inquit,

G circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno: à sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Cadentà latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Diximus hinc præcedentibus sermonibus, quod dignata est veritas ipsi largiri, quemadmodum scilicet fidelem animam interim quidē à tentationibus, postmodum verò à difficultatibus tueatur. Quæ tamen vtraque breuius quidem in
Psal.17.d alio psalmo idem iste propheta cōmendans, In te, inquit, eripiar à tētatione, & in deo meo transgrediar murū: quòd ipso nimirum duce, nec hic gradiens offendiculum, nec egrediēs hinc obstaculum pateretur. In altero ergo crebra ereptio, in altero plena iam & secura liberatio designatur. Nam in hoc sanè tertio quod adiungit: Veruntamen oculis tuis cōsiderabis, etiam felicitatis nō modicæ promissionem arbitror cōtineri. Cadent, inquit, à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Veruntamē oculis tuis considerabis. Ita oro domine, ita fiat. Cadāt illi & nō cadam ego: paueant illi, & non pauear ego: cōfundantur illi, & non confundar ego. Euidentiùs siquidem paucis hoc loco verbis & animę mihi immortalitas cōmēdatur, & ipsi quoque fides astruitur corporeæ resurrectionis Nempe ruētibus illis futurus sum ipse qui videam, & ne isti quoq; quibus eorum nouissimam intueat retributionē oculi defuturi.
H Neque enim simpliciter oculis, sed oculis (ait) tuis considerabis, istis vrique qui nunc languent prę inopia, & deficiunt dū speras in deum tuū. Et verè fratres, deficiūt oculi dum speramus. Quod enim videt quis, quid sperat? Spes, inquit quę vi-
Rom.8.c detur, nō est spes. Ipsis ergo iam tūc cōsiderabis oculis, quos modo quidē nec leuare audes ad cœlū, ipsis planè qui totiēs interim fluunt lachrymis, ac crebris cōpunctionibus atterūtur. Nec enim nouos tibi instaurandos putes, sed tuos vtique restaurādos. Quid tamen de oculo dixerim, etsi minutissima, eminentissima tamen excellentissimáque humani corporis portione? Reposita est in sinu nostro beata spes, ex promissione vtique veritatis, ne capillum quidem de capite peritu-
Psa.26.d rum. Forte tamē idcirco signāter visio promittitur oculorū, quòd hoc quidē summū interim animæ desideriū videatur, vt videat bona. Credo, inquit, videre bona domini in terra vi uētiū. Supremas nimirū corporis sui fenestras supernę aperi
Esai.50.q ri desiderat veritati, per speciē ambulare gestiēs quàm per fidem. Sanè fides ex auditu, non ex visu. Denique substantia est sperandarū rerū, argumētum non apparentiū. Et in fide ergo sicut & in spe deficit oculus, auris proficit sola. Domin⁹ deus aperuit mihi aurē, ait propheta, sed quādoq; etiā oculū reuelabit. Erit quādo iam nō dicetur: Audi filia & vide, & inclina aurē tuam: sed leua potius oculos tuos & cōtemplare. Quid?
I Planè iucunditatem & exultationē, quā thesaurizat super te deus tuus. Quid? planè non ea modo quæ interim quidē etsi non videre adhuc & audire, tamen & credere potes verū etiā
Esa.64.q & 2.Cor. 2.b quod sicut nō vidit ocul⁹, sic nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quod præparauit deus diligentibus se. Nimirū tanta capiet oculus resurrectionis, quāta nec auditus, nec animus ipse nunc capiat. Ob hanc deniq; tam vehementem animæ concupiscētiam, videndi scilicet quod audit & credit
Iob.29.d alium quoque euidentissimum futuræ præconē resurrectionis, ipsorū propriam mētionē fecisse arbitror oculorū. Rursum, ait, circūdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum saluatorē meū: quē visurus sum ego ipse & nō alius, & oculi
Psal.90.b mei conspecturi sunt. Et adiecit: Reposita est hęc spes mea in sinu meo. Forte tamen considerandū attētius quod ait, oculi mei, sicut & in psalmo, oculis tuis cōsiderabis. Nūquid enim mei esse oculi nunc vidētur? Planè non mei. Nōnunquā sanè visi sunt fuisse mei, quòd ipsi quoq; ad eam pertinere noscātur, quā male seruaturus accepi paterneq; substantiæ portionē. Nępe velociter profligata est, vniuersam citius dissipaui. Oc cupauit membra omnia lex peccati, liberè intrabat mors per fenestras meas, cuius nimirū factus erā seruus etiā ego ipse. Miser equidem seruus, non sanè homini seruiens, sed immūdo pecori & cœnoso. Neque enim mercenaria saltē cōditione famulabar, sed planè seruili. Nisi forte mercedem quis dari putet, cui etiā cibus negatur, cibus quoque ipsa esurie perniciosior. Cupiēti siquidem porcorum siliquas nemo dabat, vt porcis viuerem, nec conuiuerem porcis. Deinde nunquid K meus tunc oculus erat, quādo deprędabatur animam meam? Qua quidem necessitate demū coactus sum beneficiū resignare in manu dominatoris, vt quod omnino nō poterā, ipse sibi illud ab hostili tyrannide vendicaret. Considerate attentiùs dilectissimi, & animaduertite in quanā potestate euaserītis Pharaonis intolerabile iugum: vt iam mēbra vestra non sint arma iniquitatis peccato, nec regnet vltra in mortalibus corporibus vestris. Non est hoc operis vestri fratres, dextera domini facit virtutem, sol⁹ hoc potest ille qui nihil omnino non potest. Ne dixeritis, man⁹ nostra excelsa, sed tam salubri ter quā veraciter cōfitemini, quia dominus facit hæc omnia. Deniq; nemo sibi dubitet omnimodis esse cauendu, ne forte donec adhuc dies mali sunt & nulla vsquam securitas homini, hāc suam possessionē de manu tam pij tamq; prouidi tutoris in periculosam pernicioſamque interim libertatē recipere velle presumat. Quod enim ęmulatur pater, pro te æmulatur: nec inuidentiæ, sed prouidētiæ est quòd sibi totam iubet manere substantiā, ne pereat tibi. Denique vbi ad magnā illam sanctamq; ciuitatē peruenēris, cuius fines posuit pacē, vbi nullus iam hostiū timeatur incursus, nō modò reddet te tibi, sed dabit insuper & seipsum. Interim sanè à voluptatibus tuis auertere, & deo dicata mēbra nulla tibi temeritate vsurpes, sciens quòd pietati sanctificata, nō absque graui sacrilegio in vsus vanitatis, curiositatis, voluptatis, aut eiusmodi secularis operis assumantur. Nescitis (ait apostolus) quòd cor-
1.Cor.6.d pora vestra templū sunt spiritus sancti, quem habetis à deo, & non estis vestri? Et item: Corpus, inquit, non fornicationis Sed cui? Nunquid tibi? Plane sit tibi liberum, sed si eripere illud, dicare ereptū saltem deinceps à fornicationis impetu vē dicare propriis viribus potes. Quod si forte non potes, imò quia vere nō potes, sit corpus non fornicationi, sed domino: seruiatq; interim sanctificationi, ne corruptioni denuo peius
Rom.6.d seruire contingat. Humanum dico (ait apostolus propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nūc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Verùm id quidē propter infirmitatē, vt ipse quoq; præmisit. Cæterùm vbi resurrexerit in virtute quod i infirmitate fuerat seminatū, nulla iā erit necessitas seruiēdi. Vbi & securitas libera fuerit, & secura libertas, quidni multo magis reddat eum sibi? Quidni potius libertate donet fidelē seruum magnus ille paterfamilias, quandoquidem & super omnia bona tua cōstituet eum? Iam tunc ergo oculis tuis cōsiderabis, si tamē eos fideliter agnoueris interim esse eius, non tuos Nam & prēter eam quā diximus voti vtique tam necessarij rationē, quo nimirum mēbra ipsa quæ tibi à peccati tyrānide vēdicare omnino nō pos
Psal.57.b ses, propriis abrenuncians voluntatibus, diuino cultui mācipasti: nunquid vel modo tua esse vidētur, in quib⁹ adhuc cōtaria lex etsi nō regnat, habitat tamē: in quibus pœna peccati secūdus equidē hostis tuus, nō modo manet, sed & prævalet, & liberè dominatur? Tūne tuum dixeris corpus ꝙ mortuum est, ꝓpter peccatum, aut animæ esse quod animā aggravare nō cessat? Planè si quis suum illud dicere cupit, nō aliud conuenienter dixisse videbitur, quàm onus suum, quā carcerem suum. Alioquin quonā modo tuos dixeris oculos, quos sane (vis nō vis) totiēs somnus occupat, fum⁹ turbat, exiguus puluis sauciat, noxius humor obnubilat, dolor acerb⁹ excruciat, vel ipsa demum nouissima mors excęcat? At tunc plane tui erunt, quādo omnia ista nō erunt, vt vere iam tuis oculis cōsiderare sit, quibus nimirum pro libitu deinceps vtaris ad omnia tam liberè quā securè. Neq; enim auertendi decætero erunt oculi ne videant vanitatem, quòd purissimā videāt veritatē: multo minus intrabit per fenestras mors, quòd ipsa quoq; inimica nouissima destruatur. An verò times eos è tāta plenitudine luminis, vbi singuli iusti tāquam singuli soles fulgeāt, aliquādo caligaturos fore? Timendum id plane, si nō ipsos quoq; oculos sicut cætera humani corporis mēbra resurrectio glorificaret. Et retributionē peccatorum videbis. Hoc plane eis graue tormētum, & magnus quidā malorū cumulus erit, forte enim quodcunq; solatium videretur, eorū quos tam malitiosē impugnauerint, in tormentis suis vel cōscientiā latere, vel ipsos saltē declinare posse conspectus. Veruntamen

A runtamen etsi illis ex hac nostra consideratione immensum quoddam miseriæ pondus accedāt, nobis quę necessitas erit, quæ vtilitas, quæ voluptas? Quid enim modo tam irreligiosum, imò quid tam inhumanū & execrabile videretur, quàm cruore quantūlibet inimicorum, quantumlibet iniquorū pascere velle oculos, & oblectare aspectus supplicijs miserorū? Attamen sicut videbit peccator & irascetur, dētibus suis fremet & tabescet (prius enim benedicti vocabūtur in regnū, q̄ maledicti in caminum deiiciantur ignis æterni, quò videlicet acrius doleāt, vidētes quid amiserint) sic iusti quoq, videbūt & lætabuntur considerātes quid euaserint. In illa ergo tanta separatione quēadmodum hœdis, agnorū diuisio grauissimi luoris occasio fiet, sic electis è regione cōsideratio reproborum, immēsa quædā materia gratiarū actionis & laudis. Vnde enim iusti tam magnificè gratias agerent, nisi cū illa inexcogitabili felicitate qua perfruuntur, ipsam quoque retributionē cernerent iniustorū, à quibus equidem sola misericordia redemptoris segregatos sese esse fidelissimè & deuotissimè recordātur? Vnde verò impij tanto animi furore tabescerent, nisi in regnum summę beatitudinis coram sese vidissent alios introduci, & tunc demum in illos sese fœtores, in illos
Matt.13.f horrores, in illos ęterni incendij cruciatus, in illas deniq; immortalis mortis miserias gemerent esse damnatos? Ibi enim, inquit, erit fletus, & stridor dentium. Fletus quidem ob ignē
B qui non extinguitur: stridor verò ob vermem qui non moritur. Planè fletus ex dolore, stridor dentium ex furore. Fletum nempe tormentorum immanitas, stridorem dentium vehementia ipsa tabescentis inuidiæ, & obstinata malignitas extorquebit. Ita ergo retributionē peccatorum videbis, ne videlicet ignarus tanti periculi, ingratus aliquando liberatori posse fieri videaris. Non solùm autem, sed & securitas perfecta iustorum, erit visa retributio peccatorum: quò videlicet nec humanam aliquando, nec diabolicam vltrà vereri malitiam possint, qui nimirum cadentibus à latere suo mille, & decem milibus à dextris suis, non modò eos cadere viderint, sed & cadere in gehēnam. Putas enim timere adhuc non poterant, & callidiorem cunctis animantibus serpētem habere suspectum, præsertim seductæ quōdam in paradiso non immemores mulieris: nisi cum toto iam corpore suo vltricibus traditum flammis, & inter se & eum magnū planè iam chaos firmatum esse conspicerēt? Tertium quoq; hoc nihilo minus peccatorum tibi consideratio ipsa præstabit, vt ex comparatione deformitatis eorum, eminentius glorioſiúsq; respldeas. Sic nimirum sibi inuicem collata contraria, suę quidem
Prou.1.c vtrunque videtur suscepisse augmentum aliquod qualitatis: vt album nigro si conferas, & hoc candidius, & illud tetrius apparebit. Sed audi certius super hoc testimonium prophe-
C ticum sermonē: Lętabitur, ait, iustus cum viderit vindictā. Vt quid ita? Manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Planè non inquinabit in sanguine, sed lauabit: vt vnde ille cruentus magis, inde ille nitidior videatur: vnde ille plus sordet, inde iste pulchrius eluceſcat. Nullam forte ex his tribus causis humanus refugere vel modò inueniatur affectus: sed non propter aliquid horum sapientia in eorum ridebit interitu, quod tamen sine vlla dubitatione factura est. Nempe ipsa prædicit quæ mentiri omnino non potest: Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & nō fuit qui aspiceret. Et post pauca: Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interius quasi tempestas ingruerit. Quid ergo in insipientium interitu sapientiæ credimus placiturum, nisi iustissimam suam dispositionem, & irreprehēsibilem ordinem rerum? Sanè quod sapientiæ tunc placebit, sapientibus quoque placeat necesse est vniuersis. Non igitur tibi durum videatur fore quod dicitur, Oculis tuis considerabis: quādo & ridebis in eorum interitu: non quòd velut quadam immanitate crudelitatis in ipsa tibi vltione cōplaceat, sed quòd modus ipse pulcherrimus diuinæ ordinationis vltra quàm credi possit, iustitiæ zelatorem & amatorem æquitatis oblectet. Vbi optimè omnia cōstituta, & suum cuique eessisse locum, imò in suum quemque cessisse, plenius & perfectius illustrāte veritate cognosces: quomodo non omnia considerare, & in omnibus, omnium moderatorē magnificare libebit? Pul-
Act.1.c chrè omnino Petrus apostolus filium perditionis in locum D suū abiisse testatus est, quòd in aëre crepuerit medius, aëriarum collega potestatum: vtpote quem veri dei & veri paritet hominis, qui de cœlo veniſſet operaturus salutem in medio terræ: huius inquam proditorem, nec cœlum reciperet, nec terra sustineret. Itaque oculis tuis cōsiderabis, & retributionem peccatorum videbis. Primò quidem ob tuam euasionē, secundò ob omnimodam securitatem, tertiò quoq; ob comparationem, quartò ob ipsius iustitiæ perfectā æmulationē. Erit enim iam tunc non misericordię, sed iudicij tempus: nec vllā omnino credenda est erga impios futura illic miseratio, vbi nec vlla speranda est correctio. Procul erit humanę infirmitatis ista mollities, qua tamen interim pro tempore charitas vtitur ad salutem, amplissimo quodam videlicet expansæ sagenæ sinu, & bonos & malos colligēs pisces; id est affectus iucūdos pariter & molestos. Verum hoc quidē in mari. Nam in littore solos eliget bonos, sic videlicet gaudens cum gaudentibus, vt ex hoc iam cum flentibus flere non possit. Alioquin quomodo in nobis iudicabitur hic mundus, nisi huius teneræ affectionis obliti, introductíq; fuerimus in cellam vinariam, secundum cum qui dixit: Introibo in potēstias domini, domine memorabor iustitiæ tuæ solius? Nec modò qui-
Psa.70.e dē considerare permittimur personam pauperis, aut misereri eius in iudicio: sed cum molestia licet, coērcendus eiusmodi pietatis affectus, & æquitatis est dictanda sententia. Quan-
E to magis vbi nulla animi colluctatio, vbi nulla poterit subintrare molestia; oportet impleri quod dictū est: Absorpti sunt
Psa.140.b iuncti petræ iudices eorum? Absorpti planè in affectū iustitiæ, & petræ soliditatem cui iuncti sunt imitantes. Iuncti, inquit, petræ, quàm profectò solam vt sequerentur, cętera omnia reliquerūt. Nempe hoc est quod interrogāti Petro quidnam acepturi essent, petra ipsa respondit: Cum sederit filius
Matt.19.d hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Hæc quoque propheta prænunciās ait: Dominus ad iudicium veniet cum
Esa.3.c senioribus populi sui. Tu ne putes flexibile quippiam inueniendū in iudicibus iunctis petræ. Qui adhæret deo, apostolus ait, vnus spiritus est: qui & petræ iungitur, lapis vnus. Ad
1.Cor.6.d quod sanè propheta nō immeritò suspirans, Mihi, inquit, ad-
Psal.72.d & 140.b hærere deo bonum est. Ita ergo absorpti sunt iuncti petrę iudices eorum. O familiaritatis gratiā, ô honoris culmen, ô fiduciæ priuilegium, ô prærogatiuam securitatis perfectæ.

Quid enim tam pauēdum, quid tam plenum anxietatis, & vehementissimæ solicitudinis excogitari potest, quàm iudicandum astare illi tam terrifico tribunali, & incertām adhuc expectare sub tam districto iudice sententiam? Horrendum
Heb.10.f est (ait apostolus) incidere in manus dei viuentis. Iudicemur interim fratres, & terribilem illam expectationem præsenti
F studeamus declinare iudicio. Non iudicabit deus bis in idipsum. Sanè vt quorundā peccata, sic & quorundam studia bona manifesta sunt præcedentia ad iudicium: vt illi quidē non
1.Tim.5.d expectantes sententiam, proprio statim pondere criminū in tartara deiiciātur: isti verò è regione paratas sibi sedes tota libertate spiritus sine vlla cunctatione cōscendant. Felix paupertas volūtaria omnia relinquentium, & sequentium te domine Iesu. Felix planè quæ tam securos, imò tam gloriosos faciat in illo singulari fragore elementorū, & in illo tremendo examine meritorum, in illo tanto discrimine iudiciorum. Iam verò audiamus quid ad tātas promissiones deuota & fidelis anima respōdeat, ne forte aut diffidere, aut secus quàm oporteat fidere videatur. Quoniam tu es, inquit, domine spes mea. Quid tam sobriè, quid tam piè poterat dici? Sed nec aliud huic verbo videtur posse cōuenientius respōderi, quàm quod sequitur: Altissimum posuisti refugium tuum. Cæterū ignoscite nobis fratres, hodie quoque promisſę etiam terminos breuitatis paulo minus excessisse videmur.

De nono versu, Sermo IX. vnde supra.

ETIAM fratres hodie aliquid audiamus de promissione patris, de expectatione filiorum, de fine huius nostræ peregrinationis, de mercede laboris, de fructu captiuitatis. Et quidem dura omnino captiuitas non modò illa communis quam ex ipsa iam conditione generis toleramus humani, sed hæc quoque qua voluntates mortificare pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gprias,etiam perdere proprias in hoc mundo animas festinantes, in hos tam rigidæ compedes disciplinæ,in hunc tam grauis pœnitentiæ carcerem dedimus nosmetipsos. Miserãda seruitus planè,sed si coacta, sed si non spontanea videretur. Nunc verò cùm voluntariè sacrificetis deo, nec ingeratur vlla nisi per ipsam voluntatem violentia voluntati, profecto aliquid in causa est. Illud puto aliquid,quo maius aliquid esse non potest. An verò plangendum videtur quanlibet magnum,quálibet laboriosum,quod propter eum fiat? Et si magnitudo ipsa laboris interdum forte extorqueat cõpassionem, sed multo magis causæ consideratio exigit congratulationem. Quid? quòd bona omnia non modo propter
Philip.2.b eum cõstat fieri,sed per eum? Deus enim est,qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Ipse ergo auctor,ipse remunerator operis,ipse remuneratio tota: vt sum mum illud bonũ,cui' nimirum tam perfecta est simplicitas in seipso duplex quodammodo videatur in nobis causa bonorũ,effectiua scilicet,& finalis. Bene ergo dilectissimi quod in his omnibus tam multis laboribus vestris non modo subsistitis sed etiam superatis,propter eum qui dilexit vos. Anverò non per eum? Et manifestè. Sicut enim abundant pro
2.Cor.1.a Christo tribulationes nostræ(ait apostolus)ita abundant etiam consolationes nostræ per ipsum. Vsitatus sermo, com-
H munis sermo, Propter deum: sed planè vbi nõ vacuè dicitur, profundissimus sermo. Crebrò sonat in ore hominum, etiã à quorum corde longè esse probatur. Omnes sibi propter deum præstari postulant,propter deum flagitant sibi subueniri. Facilè quoque ipsa petuntur propter deum,quæ tamen non sunt secundum deum: & id sibi fieri quis obsecrat propter deũ,quod non desiderat propter deum,magis autẽ forte contra deum. Cæterùm viuus planè & efficax sermo,vbi non perfunctoriè,non vsurpatoriè, non velut quodam vsu loquendi,vel arte persuadendi: sed ex pinguedine,vt dignum est deuotionis,& pura animi intentione procedit. Nempe& mundus transit,& concupiscentia eius,nec satis vtiliter posita aut stabilita firmiter,vel cadente eo,quæ pro eo,facta sunt videbuntur. Vbi enim causa ipsa deficiet,quomodo nõ omnia quoq; quę ei videbãtur innixa,pariter euacuabũtur? Propterea deniq;,& qui in carne seminant,de carne habẽt mere-
Esa.40. ri corruptionẽ,quòd videlicet omnis caro fœnum,& gloria eius tanquam flos fœni: & vbi fœnũ aruerit, floré quoq, nihilo min⁹ cadere sit necesse. Solus qui est causa,indefectes est nec flos fœni, sed verbum domini manet in æternum. Denique cœlum,inquit,& terra transibũt,verba autem mea non
Mat.24.d transibunt. Prudenter itaque dilectissimi,& vtiliter elegistis propter verba labiorum eius custodire vias duras: illic seminantes,vbi ne minima quidẽ portio vestri seminis valeat de-
2.Cor.9.b perire. Sanè qui parcè seminat,non quidem non meret, sed parcè meret. Nempe qui metit, mercedem accipit: & sci-
Mat.10.d mus quis promisit ne eum quidem qui pro nomine suo calicem aquæ frigidæ dederit sitienti, mercede propria caritu-
I *Matt.4.c* rum. Nunquid tamen in qua mẽsura mẽsus fuerit, sibi quoque remetietur: aut in retributione æquabitur ei qui non a-
Mar.4.c quam porrigẽs, sed sanguinem fundens propinatum sibi biberit calicem saluatoris? Non est hic calix aquæ frigidæ, sed calix inebriãs quàm præclarus,calix vini meri,& quidem plenus mixto. Solus enim merũ habuit vinum dominus meus
Ioh.14.a Iesus,qui solus perfectè mundus, & semper etiam potest facere mundum de immundo conceptum semine. Solus planè merum habuit vinum,qui nimirum & secũdum diuinitatem sapientia est vbiq, attingens propter munditiam suam& nihil inquinatum cadit in eum: & secũdum humanitatem peccatum non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius: solus non debito conditionis gustauit mortẽ, sed suæ beneplacito voluntatis,sanè non ob propriã vtilitatem,bonorum enim nostrorum non eget: sed nec tanquam retribuens nobis gratiã pro gratia,qui non aliter pro amicis mortuus est nisi pro acquirendis, videlicet vt amicos faceret ex inimicis. Cũ enim adhuc inimici essemus,reconciliati sumus deo per sanguinem filij sui. Aut potius pro iam amicis,etsi nondũ quidem amãtibus,sed tamen iam amatis. In hoc est enim gratia,nõ quasi nos dilexerimus deum,sed prior ipse dilexit nos. Vis nosse q̃
2.Cor.1.a lõge prior? Benedict⁹ deus & pater domini nostri Iesu Christi(ait apostolus)qui benedixit nos in omni benedictiõe spi- K rituali in cœlestibus in Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso; ante mundi constitutionem. Et post pauca: Gratificauit, inquit,nos in dilecto filio suo. Quomodo ergo nõ dilecti iam tunc in illo,quando electi in illo? Quomodo non ei grati, in quo gratificati sumus? Sic ergo Christus secũdu tempus quidem,pro impiis mortuus est: secũdum prædestinationem autem pro fratribus & amicis. In his ergo omnibus merum est vinum ipsius equidem & solius, vti ne quispiam cæterorum præsumere audeat nõ esse quod sibi propheticum illud apetetur: Vinum tuum mixtum est aqua. Primùm quòd nemo in-
Esa.1.f terim mundus à sorde,nemo gloriari possit omnino se castũ habere cor. Deinde quod mortis debitum persoluant quandoque necesse est. Tertiò quòd ponẽtes pro Christo animas, hoc sibi compendio vitam mercãtur æternam: sed & væ eis, si ipsius erubescerent testimonium. Quartò, quòd prærogatę sibi & gratis exhibitę tãtę dilectioni,imparẽ nimis exiguámque repẽdant. Attamẽ nec hoc mixtum, qui sine mixtura est dedignatur,adeo vt fiducialiter apostolus dicat implere le-
Col.1.d quæ desunt passionũ Christi in corpore suo. Sit ergo licet electis pariter omnibus vnus idémq; denarius vitę reddẽdus æternæ,& in ipsa tamẽ sicut stella à stella differt in claritate: & alia claritas solis,alia claritas lunæ,alia stellarũ: sic erit & L resurrectio mortuorũ: & quãuis domus vna,diuersę tamẽ in ea sunt mãsiones: vt videlicet quantum quidem ad æternitatem & sufficientiam,& qui parũ,non minoretur: & qui multum,non abundet: quantum vero ad eminentiã & discretionem meritorum,vnusquisque accipiat secũdum suum laborem,ne quid omnino pereat quod in Christo sit seminatum. Hęc autem dicta sunt fratres,vt illius tam spiritualis respon si,quod hodie nobis considerandum est,gratia cõmendetur: Quoniam tu es domine spes mea. Quicquid igitur agendum sit, quicquid declinandum,quicquid tolerandum, quicquid optandũ,tu es domine spes mea Hæc vna mihi omniũ promissionum causa,hæc tota ratio meę expectationis. Prętendat alter meritum,sustinere se iactet pondus diei & æstus,ieiunare bis in sabbato dicat, postremò non esse sicut cæteros hominum glorietur: mihi autem adhærere deo bonũ est,ponere in domino deo spem meam. Sperent in aliis alij forte hic in sciẽtia literarum,hic in astutia seculi,ille in nobilitate, ille in dignitate,ille in alia qualibet vanitate cõfidat: propter te omnia detrimenta feci,& vt stercora arbitror, quoniam tu es domine spes mea. Speret qui vult in incerto diuitiarũ: ego verò ne ipsa quidẽ nisi abs te victui necessaria spero, nimirum verbo tuo confidens,in quo abieci omnia. Quærite
Matt.6.d primùm regnum dei,& iustitiã eius,& omnia adiicientur vo-
Psal.9.d bis. Nempe tibi derelictus est pauper,orphano tu eris adiutor. Si mihi præmia promittuntur,per te obtinẽda sperabo.
* Si insurgant aduersum me prælia,si sæuiat mundus,si fremat M malignus, si ipsa caro aduersum spiritum concupiscat: in te ego sperabo. Fratres,hoc sapere,ex fide viuere est: nec alius ex sententia dicere potest: Quoniam tu es domine spes mea, nisi cui intus sit persuasum à spiritu,vt(quemadmodum monet propheta)iactet cogitatum suum in domino,sciẽs quod enutriẽdus sit ab eo: iuxta illud quoq; Petri apostoli: Omnẽ
Psal.54.d *1.Pet.5.d* solicitudinem vestram proiicientes in eum: ipsi enim cura est de vobis. Vt quid enim si hæc sapimus, vt quid cunctamur abiicere omnino spes miseras,vanas,inutiles,seductorias: & huic vni tam solidæ,tã perfectæ,tam beatæ spei, tota deuotione animi toto feruore spiritus inhærere? Si quid illi impossibile, si quid vel difficile est,quære aliud in quo speres. Sed verbo omnia potest. Quid facilius dictu? Attamẽ huiusmodi dictum intelligas volo. Si decreuerit saluare nos,continuò liberabimur: si viuificare placuerit,vita in voluntate eius est. Si præmia æterna largiri,licet ei quod vult facere. An verò de fallacitate iam non dubitas,sed ipsa tibi est suspecta
Ioan.15.b voluntas? Planè & volũtatis testimonia credibilia facta sunt nimis,Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Denique quãdo in se
Psal.36.b speranti defit illa maiestas,quę tam studiosè monet in se sperari? Planè non derelinquit sperãtes in se. Adiuuabit eos,ait, & eruet eos à peccatoribus,& saluabit eos. Quare? Quibus meritis? Audi quod sequitur: Quia sperauerunt in eo. Dulcis causa

A causa,attamen efficax, attamen irrefragabilis. Nimirum hæc est iustitia,sed quæ ex fide est,non ex lege. De quacunque tribulatione,inquit,clamauerint ad me,exaudiam eos. Ecce numera tribulationes, secundum multitudinem earum, consolationes eius lætificabunt animã tuam: dummodo ad aliũ nõ conuertaris,dummodo clames ad eum, dummodo speres in eum: nec humile aliquid vel terrenum, sed altissimum ponas refugium tuum. Quis sperauit in eo,& confusus est? Facilius est cœlum & terrã transire, quàm verbum eius euacuari. Altissimum,inquit,posuisti refugium tuum. Non accedet illuc tentator,non calumniator ascender, non pessimus ille fratrũ accusator attinget. Nempe ei dicitur hoc(recolite psalmi primordia)ei dicitur, qui in protectione altissimi commoratur, illuc refugiens à pusillanimitate spiritus & tempestate. Quæ quidem duplex est necessitas fugiẽdi, quòd videlicet & foris pugnæ,& intus timores. Minus enim fugere oporteret,si vel interior magnanimitas exteriores tumultus viriliter sustineret,vel exteriori trãquillitate pusillanimitas propria foueretur. Altissimum,ait,posuisti refugium tuum. Sępe illuc fugiamus fratres,munitus est locus,nullus ibi timetur hostis. Vtinam magis semper ibi mãnere liceret. Sed non est hoc temporis huius. Quod modò refugium est, quãdoque habitaculum erit,& habitaculum sempiternum. Interim sanè etsi persistere nõ cõceditur,frequẽter tamen est recurrẽdum. Nem-
B pe ad omnẽ tribulationẽ, ad omnem deniq; cuiuscunq; modi necessitatẽ aperta est nobis vrbs cõfugij. Sinus matris expansus est. Parata sunt foramina petræ. Patẽt viscera misericordiæ dei nostri. Hoc refugium qui declinat, nihil mirum si effugere non meretur. Iam quidem fratres,quę dicta sunt, ad expositionem versus huius videntur posse sufficere,si dixisset propheta,Quoniã in te sperauit: sicut in aliis psalmis quibusdam inuenitur. Cęterum quod dicit: Tu es domine spes mea: forte amplius aliquid sonat & sublimius,quòd videlicet non modò in eo sperer,sed eum. Conueniẽtius siquidem spes nostra dicitur,quod speramus,quàm in quo speramus. Sunt autem forte nonnulli qui à domino obtinere tẽporalia seu spi-
Psal.72.d ritualia quęlibet cõcupiscunt: sed perfecta charitas solũ sitit quod summum est,tota desiderij vehementia clamans: Quid enim mihi est in cœlo,& à te quid volui super terram? Deus cordis mei,& pars mea deus in ęternũ. Pulchrè nobis vtrun-
1.Reg.3.c que paucis verbis hodie Hieremiæ prophetæ lectio cõmendauit. Bonus es domine sperantibus in te, animæ quærẽti te. Vbi sanè & ipsam numeri discretionem prudenter aduerte, quòd sperantes quidem in eo pluraliter dixerit,quòd hoc videatur commune multorum: quærenti verò eum singulariter, quòd singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis,non modò nil sperare nisi ab eo, sed nil quęrere nisi eum. Quòd si bonus illis,quanto magis isti? Meritò pro-
C inde quærẽti illum animæ respondetur: Altissimum posuisti refugium tuum. Neq; enim sic deum sitiens anima, aut cum
Matt.17.d *Ioan.20.d* Petro ei in terreno mõte facere tabernaculum, aut cum Maria deinceps eum tangere vult in terra, sed planè clamat: Fu-
Cant.8.d ge dilecte mi,assimilare capreæ hinnulóque ceruorum super
Ioan.14.d montes Bethel. Audiuit enim dicentẽ: Si diligeretis me, gaderetis vtiq;, quia vado ad patrem: quia pater maior me est.
Ioan.20.d Audiuit dicentem: Noli me tangere: nõdum enim ascendi ad
2.Cor.5.d patrem. Et cœlestis iam non ignara consilij clamat cum apostolo: Et si cognouimus Christũ secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Super montes,inquit,Bethel,super omnẽ montis huius. Quod modò refugium est, quãdoque habitaculum erit,& habitaculum sempiternum. Interim sanè etsi persistere nõ cõceditur,frequẽter tamen est recurrẽdum. Nempe ad omnẽ tribulationẽ, ad omnem deniq; cuiuscunq; modi necessitatẽ aperta est nobis vrbs cõfugij. Sinus matris expansus est. Parata sunt foramina petræ. Patẽt viscera misericordiæ dei nostri. Hoc refugium qui declinat, nihil mirum si effugere non meretur. Iam quidem fratres,quę dicta sunt, ad expositionem versus huius videntur posse sufficere,si dixisset propheta,Quoniã in te sperauit: sicut in aliis psalmis quibusdam inuenitur. Cęterum quod dicit: Tu es domine spes mea: forte amplius aliquid sonat & sublimius,quòd videlicet non modò in eo sperer,sed eum. Conueniẽtius siquidem spes nostra dicitur,quod speramus,quàm in quo speramus. Sunt autem forte nonnulli qui à domino obtinere tẽporalia seu spi-
Psal.72.d ritualia quęlibet cõcupiscunt: sed perfecta charitas solũ sitit quod summum est,tota desiderij vehementia clamans: Quid enim mihi est in cœlo,& à te quid volui super terram? Deus cordis mei,& pars mea deus in ęternũ. Pulchrè nobis vtrunque paucis verbis hodie Hieremiæ prophetæ lectio cõmendauit. Bonus es domine sperantibus in te, animæ quærẽti te. Vbi sanè & ipsam numeri discretionem prudenter aduerte, quòd sperantes quidem in eo pluraliter dixerit,quòd hoc videatur commune multorum: quærenti verò eum singulariter, quòd singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis,non modò nil sperare nisi ab eo, sed nil quęrere nisi eum. Quòd si bonus illis,quanto magis isti? Meritò proinde quæ sperandarũ rerum substantiã esse diffinit, quòd videlicet non credita nemo sperare, non plus quàm super inane pingere possit. Dicit ergo fides: Parata sunt magna & inexcogitabilia bona à deo fidelibus suis. Dicit spes: Mihi illa seruantur. Nam tertia quidem charitas: Curro mihi,ait,ad illa. Cæterum,vt iam memini,difficile omnino, aut etiã impossibile est illorum qualitatẽ inuestigare bonorũ: nisi cui forte, iuxta illud apostoli,quæ oculus non vidit,nec auris audiuit, nec in
1.Cor.2.c cor hominis ascendit,quæ præparauit deus diligẽtibus se,reuelauit ipse per spiritum suum. Sanè quãtumlibet perfectus in carne adhuc mortali degẽs(nisi enim esset hic quędam,vt ita dixerim,imperfecta perfectio,non diceret apostolus: Quot-
Philip.3.c quot perfecti sumus, idipsum sentiamus: idipsum profectò quod præmiserat: Non quasi iam acceperim, aut iam perfectus sim) etiam Paulus ipse necesse est fateatur, quia nũc cognosco ex parte. Et itẽ: Videmus nũc per speculũ & in ænig-
1.Cor.13.d mate,tũc autẽ facie ad faciẽ. Quod ergo homini interim noscitur capabilius, sanè pia & prouida inculcatione amplius cõmendatur. Propriũ enim est afflictorũ, vt molestiis eximi, summã reputent felicitatẽ: & carere miseria,summam beatitudinẽ arbitrentur. Vnde propheta in psalmo: Conuertere,
Psal.114.b inquit,anima mea in requiem tuam,quia dominus benefecit E tibi,nec vlla tamen collatæ munera felicitatis enumerat, sed adiungit: Quia eripuit animã meã de morte, oculos meos à lachrymis,pedes meos à lapsu. In quibus sanè verbis patẽter indicat quãtam sibi requiẽ, quantáq; domini beneficia iudicet à tribulationibus & periculis liberari. Cui profecto sententię illud quoq; quod de psalmo nonagesimo hodie nobis tractandũ est,simile inuenitur. Non accedet ad te malum, & flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Est autẽ versus ipsius,quantum nos capimus,facilis intelligẽtia,ad quam forte ex vobis iam aliqui præuolarint. Neq; enim tam rudes estis,aut spiritualis studij tam experres,vt non facillimè inter vos & tabernacula vestra,& rursum inter id quod malum & flagellum dicitur,discernatis. Nam & apostolum sanè audistis dicentem,cum iam bonũ certamen certasset, veloceẽ fore
1.Tim.4.b depositionem tabernaculi sui. Sed quid ego apostoli verba memoro? Quasi verò ignorare possit miles tabernaculũ suũ, aut docendus sit exemplo alieno. Videmus sanè nõnullos tabernacula sua in turpissimæ captiuitatis domicilia cõmutasse: nec militare in his,sed miseram gerere seruitutẽ. Imò verò(quod omnino ridiculum est)sic errant aliqui, & in tãtam obliuionem & spiritualem phrenesim deuenerũt,vt nihil sese aliud putare, quàm suum hoc exterius tabernaculũ videãtur. Quid enim aliud quàm nõ modo dei, sed & sui ignorantiam habẽt, qui tanquam mortui à corde, omnem insumunt F operã circa carnẽ,sic intendentes tabernaculo suo, ac si nunquã putent esse casurum? Veruntamen eadat necesse est, atq; id quidem in breui. An non seipsos nescire videntur, qui sic dediti sunt carni & sanguini, ac si omnino nihil aliud quàm carnẽ solũ se esse reputẽt,sic in vano accipiẽtes animas suas, tanquam prorsus ignorent animas se habere? Si separaueris
Hier.15.d prętiosum à vili(ait dominus)tãquam os meum eris: hoc est, si soleter discreueris inter exteriorem interiorémque substantiã, vt non plus tabernaculo tuo timeas à flagello, quàm tibiipsi à malo. Hoc enim malum est,vnde dicitur: Declina à
Psal.36.c malo,& fac bonum. Hoc malum,quod sua quidẽ anima animã priuat,quod separat inter te & deum: vt eo regnãte,tanquã corpus sine anima,sic sit anima sine deo,planè mortua in semetipsa,instar vnius eorum quos tanquam sine deo in hoc seculo fuisse apostolus memorabat. Nec sanè dixerim, vt vel ipsam odio habeas carnem tuã. Dilige eam tanquam tibi data in adiutorium,& ad æternæ beatitudinis consortiũ pręparatam. Cæterum sic amet anima carnem,vt nõ ipsa in carnẽ transisse putetur,dicatúrq; ei à domino: Non permanebit
Gene.6.a spiritus meus in homine, quia caro est. Diligat anima carnẽ suam,sed multo magis suã ipsius animã seruet. Amet Adam Euam suam, sed nõ sic amet, vt voci eius plus obediat quàm diuinę. Deniq; ne ipsi quidem expedit sic amari, vt videlicet

Nec nostra est,nec noua vobis,sed nota omnino sentẽtia, in præcipuis quibúsq; partibus nostrę fidei, quid nõ sit, quàm quid sit,& sciri posse facilius,& periculosius ignorari. Idẽ sanè & spei nõ incõuenienter tribui posse videtur. Lógè

De decimo versu Sermo X. vnde supra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cui interim caues à flagello paternę correptiõis, thesaurizes iram æternæ dãnationis. Genimina viperarum (ait Ioannes) quis demõstrauit vos fugere à vẽtura ira? Facite dignos fructus pœnitentiæ. Ac si euidentius loqueretur: Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus: sustinete virgam corripientẽ, ne sentiatis malleum conterentem. Quomodo dicunt nobis carnales homines: Crudelis est vita vestra, nõ parcitis carni vestræ. Esto, non parcimus semini. In quo ei magis parcere poteramus? An non melius est illi renouari & multiplicari in agro, quã in horreo putrefieri? Heu computruerunt iumenta in stercore suo. Sic vos parcitis carni vestræ? Simus nos crudeles interim non parcẽdo, at vos planè parcendo crudeliores. Siquidem etiam nunc caro nostra requiescit in spe, videritis vos ipsi quid ignominiæ interim vestra sustineat, quid miseriæ eam maneat in futurum. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Hic duplex est stola, & gemina quædã immortalitas commendatur. Vnde, enim nisi ex separatione animæ & corporis mors procedit? Inde est ꝙ mortuũ corpus exanime nominatur. Vnde autẽ separatio hęc, nisi ex flagellis præsentibus, ex qualibet doloris vehementia, ex ipsius corporis corruptione, ex pœna peccati? Meritò timet: proinde, & odit flagellum caro nostra: quo nimirũ ab ipsius animæ tam delectabili, honorabilique consortio amarũ nimis diuortium patiatur. Cæterum interim quidem donec renouetur, velit nolit, sustineat illud necesse est. Expedit autem sic tolerare, vt prorsus cuadas, & flagellum deinceps non appropinquet tabernaculo tuo. Iam verò (vt supra meminimus, & incessanter cõuenit meminisse) vera animę vita deus est: & inter hęc quoque separat malum, sed malum animæ, quod non est aliud quàm peccatum. Eia fratres nugari libeat ociositatibus indulgere delectet. Nimirum gemino hoc serpente vicino, qui duplicem nobis auferat vitam, alter corporis, alter cordis: quidni securè dormiamus, nisi quòd negligentia in grauiori periculo, non tam securitatis est quàm desperationis indicium? Et quidem optandum nobis ab vtroque liberari: sed cauendum sanè interim magis peccatum quàm peccati pœna: & eò studiosius à malo quam à flagello declinandũ, quò pernicioſius & omnino infelicius sit à deo animam, quàm à corpore separari. Sanè vbi prorsus de medio actum fuerit omne peccatum, causa quidem omnino sublata, nec ipse quoque deinceps manebit effectus, vt quomodo accedere iã ad te malũ omnino nõ poterit, sic nec flagellum quidẽ valeat appropinquare tabernaculo tuo, quòd videlicet tam longè sit ab exteriori homine quælibet pœna, quam longe fuerit culpa ab interiori. Neque enim dicit, nõ erit in te malũ aut flagellum in tabernaculo tuo, sed non accedet, nõ appropinquabit. Siquidem est cõsiderare homines in quibus peccatum nõ modò habitat, sed & regnat: nec iam proximũ magis, aut magis intimũ posse esse videtur, nisi forte cũ sic dominabitur eis, vt nullo modo deinceps valeat nõ dominari. Est autem & alios inuenire in quibus quidem adhuc manet peccatũ, sed iam non dominatur aut prævalet in eis euulsum quodãmodo, necdũ tamẽ expulsum, deiectum, sed non prorsus eiectum. Cõstat sanè ab initio non fuisse sic sed in parẽtibus primis ante primam illam mãdati præuaricationem nõ modo nõ regnasse peccatũ, sed nec fuisse quidem. Attamẽ quodammodo iã tũc prope illis fuisse videtur, quod tam facilè persuasum est, quod tam festinãter intrauit. Quid vero aliud admonebat q̃ & ipsam quoq; peccati pœnã etsi necdũ inesse corporibꝰ, iã tamẽ velut pro foribus esse qui dixit: in quacunq; die comederitis de ligno scientiæ boni & mali, morte moriemini? Felix proinde expectatio, & beata spes nostra, quorum tam lõge glorioſior futura est resurrectio, q̃ fuerit prima conditio: vt nec culpa omnino nec pœna, nec malum scilicet nec flagellum aut regnet, aut habitet, aut regnare aut habitare iam possit aliquando in animabus, seu in corporibus nostris. Non accedet (inquit) ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Nẽpe nil tam remotum, quam quod abesse vltrà nõ potest. Sed quid agimus fratres? Vereor deprehendi. Nempe horam hãc magnus ille & communis abbas noster & vester, nõ vacationi sermonum, sed operi manuũ nosci tur assignasse. Puto tamen ignosset facilè, præsertim non immemor religioſæ fraudis, illius qua Romanꝰ olim tribus annis ei in specu posito piè ministrauit. Piè siquidem (vt legimus) patris sui oculis furabatur horas, & quem sibi furripere ad manducandum poterat, certis diebus Benedicto panem ferebat. Et ego qui dem nõ dubito fratres, pluribus qui inter vos sunt, abundãtiorem spiritualium deliciarum suppetere copiam: sed quod vobis communico, non surripio mihi. Quinimo & securius & suauius quicquid illud sit quod dominus donat, sumo vobiscum: nec enim alimonia hæc distribuendo minuitur, sed potius augetur ministrando. Veruntamen quòd aliquando vobis loquimur præter consuetudinem ordinis nostri, non nostra id agimus præsumptione, sed de volũtate venerabiliũ fratrum, & coabbatum nostrorum, qui id nobis etiam iniunxerunt, quod tamen sibi quidẽ passim nolunt omnino licere. Nempe aliam mihi rationem & singularem necessitatẽ esse nouerunt. Neque enim modo loquerer vobis, si possem laborare vobiscum. Illud forté vobis efficacius verbũ foret, sed & conscientiæ meæ magis acceptum. Cæterum quando id mihi peccatis meis exigẽtibus, & onerosi huius (vt ipsi scitis) tam multiplici infirmitate corporis, & ipsa quoque temporis necessitate negatur: vtinam dicẽs & non faciens in regno dei vel minimus merear inueniri, Amen.

De XI. versu, Sermo XI. Vnde supra.

SCriptum est, & veraciter scriptum: quia misericordiæ domini, quod consumpti non sumus, quòd non tradidit nos in manus inimicorum nostrorum. Vigilat super nos indefessus & peruigil ille singularis clementiæ oculus non dormit neque dormitat qui custodit Israel. Id quidem necesse. Non enim dormit, neque dormitat, qui impugnat Israel. Et sicut ipse solicitus est nostri, & ipsi cura est de nobis: sic ille solicitus est vt nos mactet & perdat: & vna ei cura, ne forte qui auersus est reuertatur. Nos autem aut non attendimus, aut minus attendimus reuerentiam præsidentis, protegentis custodiam, beneficia largientis, ingrati gratiæ, imò tam multiplicibus gratiis quibus præuenit nos, & subnenit nobis. Et nunc quidem per seipsum implet splendoribus animas nostras, nunc per angelos visitat, nunc per homines instruit, nunc etiam consolatur & erudit per scripturas. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Bene ad doctrinam, vt per patientiam speremus. Siquidẽ (vt alibi dictum est) doctrina viri per patientiam nosci tur: sed & patientia probationem operatur, probatio verò spem. Quid nos soli nobis non adsumus? quid soli negligimus nosipsos? An ideo dissimulãdum nobis, quia vndiq; subuenitur nobis? Imò vero propterea studiosius vigilandum. Neque enim tam magna pro nobis in cœlo pariter & in terra solicitudo gereretur, si non magna nobis incumbere necessitas videretur: non tam multiplex nobis custodia, nisi ob multiplices insidias poneretur. Felices proinde fratres nostri qui iam liberati sunt de laqueo venantium, qui de tabernaculis militantium ad atria quiescentiũ trãsierunt, malorum timore sublato, in spe singulariter constituti. Vni istorũ, imò vniuersitati dicitur: Nõ accedet ad te malũ, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Sane cõsidera non ad hominem qui secundum carnem viuit, sed ad eum qui in carne degens, secundũ spiritũ ambulat, hanc fieri promissionem. Siquidem nõ est distinguere inter illũ, & tabernaculũ illius. Cõfusa in eo sunt omnia tanquã in filio Babylonis. Deniq; huiusmodi homo etiã caro est, nec in eo spiritus manet. Vbi autem non fuerit spiritus bonũ, quãdo deerit malum? Porrò vbi malum, flagellum quoque appropinquet necesse est. Semper enim malum pœna comitatur. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Magna promissio, sed vnde id sperare licet? Quomodo malũ & flagellum euadam? quomodo effugiam? quomodo elongabo vt non appropinquẽt mihi? Quo merito, qua sapiẽtia, qua virtute? Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In quibus omnibus viis? Quibus declinas à malo, quibus fugis à vẽtura ira. Multæ sunt viæ, & genera multarum viarum: magnum profectò periculum viatori. Quàm facilè in multarũ occursu errabit

A su errabit in via sua, qui viarum discretione caruerit? Nam neque angelis mãdatum, vt in omnibus viis custodiant nos, sed in omnibus viis nostris. Sũt autem à quibus & in quibus oporteat custodiri. Scrutemur proinde vias nostras fratres, etiam vias dæmonum: vias quoque beatorum spirituum, & vias domini inuestigemus. Et quidem supra me est quod incipio, sed adiuuabitis orationibꝰ vestris: vt aperiat mihi thesaurum intelligentiæ suæ, & voluntaria oris mei beneplacita faciat sibi deus. Viæ igitur filiorum Adã in necessitate & cupiditate versantur. Ab vtraque siquidẽ ducimur, & ab vtraque trahimur: nisi quòd videmur magis vrgeri necessitate, trahi cupiditate. Et necessitas quidem specialiter corpori tribuẽda videtur. Nec simplex illa est, sed anfractus habens plurimos, plurimáque dispendia: nam compendia pauca admodũ, si qua tamẽ. Quis hominũ nescíat, quòd necessitas hominum reuera quàm multiplex sit? Quis sufficiat quàm sit multiplex explicare? Ipsa nos erudit experientia, ipsa vexatio dat intellectũ. In his quisque docetur, quàm necesse habeat clamare ad dominum, non de necessitate, sed de necessitatibus meis eruc me. Nec modò ab hac via necessitatis, sed ab ea quoque quæ cupiditatis est optabit educi, quisquis nõ surda aure monita sapientis exceperit. Quid enim ille ait? A voluntatibus tuis auertere. Et item: Post concupiscentias tuas non eas. Siquidem è duobus malis longe melius est in necessitate gradi, quàm in cupiditate. Multiplex illa, sed ista amplius per omnem modum, imò vltra omnem modũ multiplicior inuenitur. Res cordis est ista cupiditas, propterea tanto maior, quanto anima plus est quàm corpus. Denique hæ sunt viæ quæ videntur hominibus bonæ, sed finem non habent nisi cum demergunt in profundum inferni. Si inuenisti vias hominũ, illud quoque considera, ne forte de his dictũ sit: Contritio & infelicitas in viis eorum: vt sit contritio in necessitate, infelicitas in cupiditate. Quomodo in cupiditate infelicitas? id est nõ felicitas, vt putatur. Quid enim si cui forte videtur in terrenarum affluentia rerum felicitas arridere cupita? Eo ipso infelicior est, quo vehementius ipsam pro felicitate ample&titur infelicitatem, aut magis immergitur ei, & absorbetur ab ea. Væ filiis hominum ab hac felicitate falsa atque fallaci. Væ qui dicit, quia diues sum & nullius egeo: cũ sit pauper & nudus, & miser & miserabilis. Et necessitas quidem ex infirmitate carnis, cupiditas ex cordis inedia & obliuione procedit. Idcirco alienum mendicat anima, ꝙ oblita sit comedere panem suum. proprerea terrenis inhiat, quòd minimè cœlestia meditetur. Videamus & dæmonum vias. Videamus & caueamus, videamus & fugiamus eas. Siquidẽ vię illorum præsumptio & obstinatio. Scire vultis vnde id sciã? Considerate eorum principem: qualis ille est, tales & domestici eius. Considerate viarum ipsius principia, si nõ manifestè in immanissimam statim præsumptionem prosilierit dicens: Sedebo in nomine testamenti in lateribus aquilonis, similis ero altissimo. Quàm temeraria, quámque horrenda præsumptio! Nunquid non illic ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec potuerũt stare? Propter præsumptionem stare non potuerunt: propter obstinationẽ qui cecidit, non adiiciet vt resurgat. Ex hac nanque spiritus vadens, ex illa non rediens est. Et mira quidem præsumptio dæmonum, sed nõ minus mira obstinatio est: quòd superbia eorum semper ascendit, propterea non est illis commutatio. Quia enim conuerti noluerunt à via præsumptionis, inciderunt in viã obstinationis. Quàm peruerso & euerso sunt corde filij hominum quicunque sectantur vestigia dæmonũ, ingrediuntur dæmonũ vias? Hæc enim tota aduersum nos spiritualium colluctatio nequitiarum est, vt nos seducãt, vt nos inducant in vias suas, vt deducant in eis, perducant ad destinatum finem qui paratus est eis. Fuge homo præsumptionẽ, ne gaudeat de te inimicus tuus. Nempe in his maxime vitiis gaudet, in seipso expertus quàm difficilè possis ab hac tanta voragine respirare. Nolo autem ignorare vos fratres, quonam modo descẽdatur, imò cadatur in illas. Primus enim, vt interim occurrit, gradus descensionis huius, dissimulatio est propriæ infirmitatis, iniquitatis, inutilitatis: dum sibi parcés, sibi blandiẽs, sibi persuadens homo aliquid se esse cum nihil sit, iam ipse se seducit. Secundus gradus, ignoratia sui. Vbi enim in primo gradu inutilia sibi consuẽrit perizomata foliorũ, quid supereſt nisi vt vulnera tecta non videat, præsertim cum ad hoc solum texerit, ne videret? Ex hoc tandem fit, vt etiam alio reuelante, vulnera non esse contendat, conuersus in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Atq; is quidem tertius gradus est admodũ vicinus, imò continuus præsumptioni. Quid enim mali iam actitare vereatur, qui præsumit & defensare? Cæterum difficilè hic hærebit in tenebris & lubrico, præsertim cum noſi desit etiam angelus domini malus persequens & impellẽs. Itaq; quartus gradus, vel quartum potius præcipitium, cõtemptus est: vt quemadmodum scriptura dicit, impius cum venerit in profundũ malorum, contemnat. Ex hoc & deinceps magis ac magis super eum vrget puteus os suum, dum videlicet eiusmodi animam contemptus tradit impœnitentiæ, impœnitẽtia obstinatione firmatur. Hoc est iam peccatũ quod neq; in hoc seculo, neq; in futuro remittitur: quia cor durum & induratum nec timet deum, nec hominem reueretur. Qui sic in omnibus viis suis adhæret diabolo, manifestè factus est vnus spiritus cum eo. Et viæ quidem hominũ quas superius demonstrauimus, ipsæ sunt de quibus dicitur: Tẽtatio vos non apprehẽdat nisi humana: & quia humanum est peccare. Porrò vias diabolicas à natura hominis alienas esse quis nesciat, nisi ꝙ in nonnullis ipsa sibi consuerudo induisse naturam videatur? Cæterũ etsi quorundam hominum sit, non humanũ tamen, sed diabolicũ est in malo perseuerare. Quæ verò sunt sanctorum angelorum viæ? Profectò illæ quas vnigenitus enarrauit, dicens: Videbitis angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. Ascensio igitur & descensio, viæ illorum. Ascensio propter se: descensio vel potius condescensio propter nos. Sic beati illi spiritus ascendunt per contemplationem dei, descendunt per compassionem tui, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Ascẽdunt ad vultum eius, descendunt ad nutum eius: quoniam angelis suis mãdauit de te. Nec tamen vel descendendo visione gloriæ fraudantur: quia semper vident faciem patris. Puto & vias domini vultis audire. Multum præsumere videor, si me illas promisero ostensurum. Legi autem de ipso, Quoniam docebit nos vias suas. Cui enim alteri crederetur? Docuit itaque vias suas cum aperuit labia prophetæ vt diceret: Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Ita ad singulos, ita ad omnes communiter venit: in misericordia scilicet & veritate. Vbi enim multa iam fuerit de miseratione præsumptio, sed obliuio veritatis, non continuò ibi deus: sed neque vbi terror multus ex recordatione veritatis, nulla autem de memoria misericordię consolatio. Nam neque veritatem tenet qui misericordiam (vbi vere est) non agnoscit, nec vera esse sine veritate misericordia potest. Itaq; vbi misericordia & veritas obuiauerunt sibi, sese etiam iustitia & pax osculãtur: nec is abesse potest, cuius in pace factus est locus. Quanta audiuimus & cognouimus (siquidẽ patres nostri annũciauerunt nobis) super hac copula tam felici misericordiæ & veritatis! Misericordia tua & veritas tua susceperunt me, ait prophetа. Et alio loco: Misericordia tua, inquit, ante oculos meos est, & cõplacui in veritate tua. Sed & dominus ipse de eo: Veritas mea & misericordia mea cũ ipso. Sed considera etiam manifestos aduentus domini, quem admodum scilicet in eo quidem qui iam præsumptus est, misericordem teneas saluatorẽ: porrò in eo qui in fine promissus est, veracem sustineas retributionẽ. Nam & hinc forte videbitur dictum: quia misericordiam & veritatẽ diligit deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Quãuis & in priore quoque aduentu recordatus sit misericordię suæ, & veritatis suæ domui Israël: & in posteriori licet iudicaturus sit orbẽ terræ in æquitate, & populos in veritate sua, nõ tamen futurũ iudiciũ fiet sine misericordia, nisi forte ei qui non fecerit misericordiã. Hæc sunt etenim æternitatis itinera, de quibus apud prophetã sic habes: Incuruati sunt colles mũdi ab itineribus æternitatis eius. Ad manũ est vnde id facillime probare possim. Siquidẽ misericordia domini ab æterno, & vsque in æternum. Et veritas domini manet in æternum. Ab his itineribus incuruati sunt colles mũdi, superbi dæmones, principes mundi huius, tenebrarũ harum: qui viam veritatis & misericordiæ nescierunt, neq; meminerunt semitarum eius. Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gilli & veritati, qui mendax est & pater eius? Denique habes manifestè de eo scriptū: quoniā in veritate non stetit. Quàm verò longè fuerit à misericordia, etiam inflicta nobis ab illo miseria nostra testatur. Quando ille vnquam misericors fuit, qui homicida ab initio erat? Postremò qui sibi nequam, cui bonus? Quàm nequissimus ille sibi, qui nunquā super propria iniquitate dolet, nunquam super propria damnatione compungitur? Nimirum falsa præsumptio à via veritatis extrusit, crudelis obstinatio viā misericordiæ intercluſit. Inde enim nec in se vnquam assequi, nec à domino misericordiam consequi potest. In hunc ergo modum tumidi illi colles incuruati sunt ab itineribus æternitatis, dum à viis domini (quę quidem rectæ sunt) per anfractus suos & distorta non tam itinera quàm præcipitia corruerunt. Quàm vero prudentius atque vtilius alij quidem colles ab his itineribus incuruati & humiliati sunt ad salutem! Non enim incuruati ab his tanquam ab eorū rectitudine dissidentes, sed quòd ipsa eos incuruauerunt itinera æternitatis. An non incuruatos iam cernere est colles mundi, dum sublimes quique ac potentes deuota subiectione inclinantur ad dominum, & eius vestigia adorant? Nunquid nō incuruantur, cum ab ipsa sua pernicio-
sa celsitudine vanitatis & crudelitatis, ad humiles semitas cō-
H uertuntur misericordiæ & veritatis? Ad istas nimirum domini vias non modò bonorum spirituum, sed etiam electorum viæ hominum diriguntur. Et primus quidem gradus misero homini emergenti de profundo vitiorum, illa est misericordia qua miseretur filio matris suæ, miseretur animæ suę, proinde places deo. Imitatur enim qui huiusmodi est, magnum illud diuinæ miserationis opus: cōpunctus cum eo qui prior pro eo punctus est, moriens & ipse quodammodo pro salute sua, nec parcens sibi ipsi. Hæc miseratio prima excipit redeūtem ad cor, & hæc intra ipsa viscerū actitatur arcana. Superest vt via regia progrediatur & procedat vsque ad veritatem: & quod sæpissime cōmendamus vobis, cordis contritionem
Rom. 10.c oris confessio comitetur. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Conuersus ad cor paruu-
Matt. 18.d lus fiat in oculis suis necesse est, sicut veritas ait: Nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Non ergo velit dissimulare, quod non valet nescire, quàm ad nihilum redactus sit. Non confundatur in lucem prodire veritatis, quod non sine miserationis affectu viderit in occulto. Sic ingreditur homo misericordiæ vias & veritatis, vias vtique domini, vias vitæ: & fructus viarum, salus est viatoris. Vias quoq; angelorum ad easdem nihilo minus tendere manifestum est. Cum enim ascendunt ad
I contemplationē, inquirunt veritatem, de qua & desiderando satiantur, & satiando desiderant. Cum verò descendunt, faciunt nobiscum misericordiam, vt custodiant nos in omni-
Heb. 1.d bus viis nostris. Administratorij enim spiritus sunt, missi in ministerium propter nos. Planè ministri nostri, non domini
Mat. 20.d nostri. Et in hoc vnigeniti formam imitantur, qui non venit ministrari, sed ministrare: qui stetit inter discipulos tanquam qui ministrat. Fructus angelicarū viarū, quod ad ipsos spectat, sua ipsorum beatitudo, & obediētia charitatis: quod autem ad nos pertinet, inde quidem obtentus diuinæ gratiæ, hinc vero custodia viæ nostræ. Siquidem angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus indigentiis tuis, in omnibus desideriis tuis. Alioquin facile est tibi incurrere vias mortis, vt videlicet aut de necessitate in obstinationem, aut in præsumptionem de cupiditate prorumpas: quæ quidē iam non hominum, sed dæmonum viæ sunt. In quo enim tam facilè inueniri solent homines obstinati, quàm in eo quod aut ad necessitatem pertinere simulant, aut arbitrātur? Quicquid moneas (ait ille) ego quod possū, possum, & nō vltra possum. Tu si hic sis, aliter sentias. Vnde vero in præsumptionem, nisi ex quodam impetu vehementioris desiderij prosilimus? Interim ergo mandauit angelis suis deus, non quidem vt amoueant te à viis tuis, sed vt in eis ipsis te custodiāt, & quasi per vias suas, vias tuas dirigant in vias ipsius. Quonam modo? inquis. Nempe vt quod angelus ex sola charitate purius agit, tu propria saltem necessitate cōpulsus & admonitus, descēdas & condescendas exhibere proximo misericordiā: & rursum cum eodem angelo leuans desideria tua, tota animi cupiditate ascendere studeas ad summā & perpetuam veritatē. K
Hinc enim monemur leuare corda nostra cū manibus, hinc audimus quotidie, Sursum corda. Hinc quoque negligentes Psal. 4.a arguimur, & dicitur nobis: Filij hominum, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Exoneratū enim cor & leue, leuatur magis, vt quærat & diligat veritatem. Nec meritis q̄ in vias domini secum nos admittere, imò & immittere nō dedignentur, qui custodire dignantur in nostris. Quàm felicius tamen in eis ipsi ambulāt, quámque securius? Cæterum & ipsi quoque lōge inferius ab eo qui veritas ipsa, & ipsa misericordia est, in misericordia & veritate versantur. Quàm verò congruè suis quæque gradibus, sibiq; competentibus, disposuit deus! Summam rerum tenet ipse qui summus est, ipse supra quē nihil est, vltra quē nihil. Porrò angelos sanctos nō in summo quidē posuit, sed in tuto: quippe ei qui in summō stat, vicinius adhærentes, ac proinde confirmatos virtute ex alto. Nam homines quidem nec in summo, nec in tuto sunt, sed in cauto. Denīq; & in solido sunt id est, in terra habentes locum imum, sed non infimum, vnde & possibile & necesse sit vt sibi caueant. Dæmones autem in pendulo huius aēris vagi ventosiq; vagantur. Indigni siquidem cœlos cōscendere, ad terram tamen descēdere dedignantur. Et hodie quidem ista sufficiant, atque vti- 2. Cor. 3.b
nam eiusdem ipsius munere sufficientes ei gratias referre va- L
leamus, ex quo & sufficientia nostra est. Non enim sufficientes sumus vel cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, nisi ipse dederit nobis qui dat omnibus affluenter, & est super omnia benedictus in secula seculorum, Amen.

De XI. versu, Sermo XII. Vnde supra.

SI meministis, hesterno sermone vias dæmonum præsumptionem diximus & obstinationem, nec tacuimus quare id diceremus. Possumus tamen, si necessarium iudicatis, vias eorum via adhuc alia inuestigare. Nam & si omnimodis eas occultare laborent, multipliciter eos prodit spiritus sanctus, multipliciter in scripturis sanctis declarat se- Psal. 13.b
mitas iniquorum. Legimus siquidem de eis omnibus, quo- 1. Pet. 5.b
niam in circuitu impij ambulant. Legimus de eorum prin- Heb. 1. b. 2. a
cipe, quoniam circuit quærens quem deuoret. Quod & ipse fateri cogitur in præsentia maiestatis: vt inter filios dei astans, & vnde veniat requisitus: Circuiui, ait, terram, & perambului eam. Dicamus itaque vias eius circuitionem & circunuentionem. Ista enim ad nos, illa vtitur in seipso. Semper ille extollitur, sed deiicitur semper: superbia eius ascendit semper, semper humiliatur. Nunquid non circuitus iste? Qui enim in circuitu ambulat, proficiscitur quidē, sed pro- M
ficit nihil. Væ homini qui sequitur hunc circuitum, qui nun-
quam à propria voluntate recedit. si conaris auellere, paulum sequi videbitur, sed in dolo. Circuitus est, aliunde reditum parat, non ab ea penitus abducetur. Satagit vndiq;, vndique fugitat, hæret tamen semper propriæ voluntati. Veruntamen si mala est circuitio propria, longe equidem peior circūuentio aliena. Ea siquidem vel maxime diabolum facit, Sed quomodo fratres, vt miserum hominem circunueniat, superbissimus ille descendit? Vide circuitum impij etiam in hoc ipso. Oculi eius omne sublime vident: attamē ima quoque ipsa curioſè vestigat, sed vt magis ascendat, vt vehementius intumescat, & dum cōculcauerit humilem, sibi videatur Psal. 13.b
ipse sublimior, sicut scriptū est: Dum superbit impius, incendit pauper. Quàm peruersè ascēdentes & descēdentes angelos bonos angelus malus æmulatur? Ascendit studio vanitatis, descendit liuore malignitatis. Cuius mendax ascensio, eius crudelis descensio est: expers ille (vt heri diximus) misericordiæ & veritatis. Cæterum si descēdunt maligni, vt circunueniant, gratias ei cuius mandato descendunt & benigni angeli vt subueniāt nobis, vt custodiant nos in omnibus viis nostris. Neque hoc solùm, sed in manibus, inquit, portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuū. Quanta nobis fratres, in huius scripturæ verbis & eruditio & admonitio & cōsolatio exhibetur? Quis in omnibus psalmis tam magnificè pusillanimes cōsolatur, negligētes admonet, erudit ignorantes? Vnde id quoque fidelibus suis prouidentia voluit

A voluit diuina præstare, vt in ore ipsorum versiculi psalmi huius hoc maximè quadragesimali tempore versarentur. Nec aliunde, quàm ex ipsius vsurpatione diaboli sumpta videtur occasio, vt in hoc quoq; nequissimus ille seruus filiis seruiat vel inuitus. Quid enim tam molestum ei, quid nobis esse potest tam iucundum, q̄ vt etiam malū eius nobis cooperetur in bonum? Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in o-
Psal. 106. mnibus viis tuis. Confiteantur domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum. Confiteantur & dicant inter gentes: quoniam magnificauit dominus facere cū eis. Domine quid est homo quia innotuisti ei, aut quid apponis erga eum cor tuum? Apponis cor erga eum, geris pro eo solicitudinem, curam illius habes. Denique ei mittis vnigenitū tuū, immittis spiritum tuū, promittis etiam vultum tuum. Et ne quid in cœlestibus vacet ab opera solicitudinis nostræ, beatos illos spiritus propter nos mittis in ministerium, custodiæ nostræ deputas, nostros iubes fieri pædagogos. Parum est e-
Matt. 18.b nim quòd facis angelos tuos spiritē, facis & angelos paruulorū. Denique angeli eorum semper vident faciē patris. Illos vtiq; tā felices, & tuos ad nos, & nostros ad te angelos facis. Angelis suis mandauit de te. Mira dignatio, & verè magna dilectio charitatis. Quis enim, quibus, de quo, quid mādauit? Studioſè consideremus fratres, diligenter commendemus
B memoriæ hoc tam grande mandatum. Quis enim mandauit, cuius sunt angeli, cuius mandatis obtemperant, cuius obediunt voluntati? Nēpe angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis: nec cunctantur quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo maiestas mandauit angelis, & angelis suis mandauit. Illis vtique sublimibus, tā beatis, tā proximis sibi cohærentibus, tam familiariter adhærētibus, & vere domesticis dei. Mādauit de te. Tu quis es? Domine, quid est homo q̄ memor es eius, aut filius hominis quoniam reputas eum? quasi verò non sit homo putredo, & filius hominis vermis! Sed quid putas mandauit de te? Nunquid scripsit contra te amaritudines? Nunquid vt contra foliu quod vento rapitur, ostendant potentiā suam, & stipulam siccam persequantur? Núquid vt tollant impium ne videat gloriam dei? Mandandū istud est, non mandatū. Non recedas ab adiutorio altissimi in protectione dei cœli cōmorare, ne de te illud quandoque mandetur. Quem enim protexerit deus cœli, nō de eo illud mandabitur, sed pro eo. Et quod interim non mā-
Mat. 13. d datur, pro eo differtur, vt sint omnia propter electos. Deniq; parantibus ire seruis, & continuò superseminata colligere zizania cupientibus, prouidus paterfamilias, Sinite, inquit, C
lis suis mandauit de te, vt custodiant te. O triticum inter zizania, ô granum inter paleas, ô lilium inter spinas. Gratias ei fratres, gratias ei pro nobis pariter & pro vobis. Præciosum depositum nobis commiserat, fructum crucis suæ, præcium sanguinis sui. Non est contentus custodia hac tam parum tuta, tam parum vtili, tam fragili, tam insufficienti. Super muros tuos Hierusalem constituit custodes. Nempe etiā ipsi qui videntur muri, aut in muro ipso columnæ, his custodibus egent, & maxime. Angelis suis mādauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Quantam tibi debet hoc verbū inferre reuerentiam, afferre deuotionem, cōferre fiduciam! Reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciā pro custodia. Cautè ambula, vt videlicet cui adsunt angeli (sicut eis mādatum est) in omnibus viis tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo, angelo tuo reuerentiam habe. Tu ne audeas illo præsente, quod vidente me nō auderes. An præsentem esse dubitas quem nō vides? Quid si audires, quid si tangeres, quid si olfaceres? Vide quia non solo visu rerum præsentia comprobetur. Nō omnia visui subiacent, nec corporalia quidem: quanto magis spiritualia procul sunt ab omni sensu corporeo, & spiritualiter potius vestigāda? Si fidem
Heb. 11.a consulas, ea tibi angelicam probat præsentiam non deesse. Nec dixisse piget, quoniam fides probat: quam nimirū apostolus argumentum non apparentiū esse diffinit. Adsunt igitur, & adsunt tibi, non modo tecum, sed etiam pro te. Adsunt vt protegant, adsunt vt prosint. Quid retribuā domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Siquidem soli ei honor & D
gloria. Quare ei soli? quia ipse mandauit, & omne datum o- Iaco. 1.b
ptimum non nisi ab illo est. Veruntamen etsi ille mandauit, ipsis quoque qui & ei ex tanta charitate obediunt, & nobis subueniunt in tanta necessitate, ingratos esse nō licet. Simus ergo deuoti, simus grati tantis custodibus: redamemus eos, honoremus eos quantum possumus, quātum debemus. Totus tamē ei reddatur & amor & honor noster, à quo tam ipsis quàm nobis est totum vnde honorare possumus vel amare, vnde amari honorarive meremur. Neque enim apostolus
1. Tim. 1. d vbi ait, Soli deo honor & gloria: prophetico credendus est obuiare sermoni, qui sibi etiam amicos dei nimis honorifica- Psal. 138.e
tos esse testatur. Puto autem simile esse illud verbum apostoli, ei quod item ait: Nemini quicquam debeatis, nisi vt in- Rom. 13.c
uicem diligatis. Siquidem nō hoc voluit, vt alia quælibet debita negarentur, præsertim cum idem ipse dicat: Cui hono- Ibidem. b
rem, honorem: & cætera in hūc modum. Vt ergo plenius intelligas quid in vtroq; senserit, quídve monuerit: vide quemadmodum inter radios solis minora quælibet luminaria non videntur. Nunquid aūota modo sidera arbitramur, nunquid extincta? Minime quidē, sed ampliori claritate quodammodo tecta, interim apparere non posse. Sic ergo dilectio illa quæuis debita superans, quasi sola regnare debet in nobis: vt quicquid debetur cæteris, sibi vendicet, & ex dilectione omnia faciamus. Sic diuinus prealere debet honor, & quodam- E
modo prejudicare vniuersis, & solus ipse nō modò prę omnibus, sed in omnibus honoretur. Idipsum sanè putes dictum etiam de amore. Quid enim extra ipsum reliquit cæteris, qui totum cor, totam animam, totam virtutem domino deo suo in dilectione donauit? In ipso itaq; fratres, affectuosè diligamus angelos eius, tanquam futuros aliquādo cohæredes nostros, interim verò actores & tutores à patre positos & præpositos nobis. Nunc enim filij dei sumus, etsi nondum apparet quid erimus, eo quòd adhuc paruuli sub tutoribus & actoribus simus, tanquā nihil interim differētes à seruis. Cęterum etsi tā paruuli sumus, & tam magna nobis, nec modo tā magna, sed & tam periculosa via restat, quid tamē sub tantis custodibus timeamus? Nec superari nec seduci, minus autem seducere possunt qui custodiunt nos in omnibus viis nostris. Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt, quid trepidamus? Tantū sequamur eos, adhæreamus eis, & in protectione dei cœli commoremur. Vide enim quàm necessaria sit ista protectio, ista custodia in viis tuis. In manibus (inquit) portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Parum tibi videtur, quòd nō sit lapis offensionis in via? Cōsidera quæ sequuntur: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonē & draconē. Quàm necessarius pædagogus, imò etiam baiulus, præsertim paruulo inter hæc gradienti? In manibus (inquit) portabunt te. In tuis quidem viis custodiēt te, F
& deducent paruulum, quà potest paruulus ambulare. Cæterum non te patientur tentari supra quàm sustinere potes, sed in manibus tollent, vt pertranseas offendiculū. Quàm facilè transit qui illis portatur manibus? quàm suauiter (iuxta vulgare prouerbium) natat, cuius alter sustinet mentum? Quotiens ergo grauissima cernitur vrgere tētatio, & tribulatio vehemēs imminere, inuoca custodē tuum, doctorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, & dic: Domine, salua nos, perimus. Non dormit neque dormitat, etsi ad tempus quandoq; dissimulet: ne forte periculosius ab illius te manibus ipse præcipites, si te eis ignorantis sustentatū. Spirituales enim sunt manus istæ, & auxilia vtique spiritualia, quæ singulis electorum pro cuiusq; discriminis modo & obiectæ difficultatis tanquam lapideæ molis quantitate, ab his qui sibi deputati sunt angelis spiritualiter & multipliciter exhibentur. Dico ego tamen aliqua ex his quæ cōmunia magis arbitror, & paucis qui inter vos sunt inexperta. Turbatur aliquis vehementer seu corporali quouis incōmodo, seu tribulatione aliqua seculari, seu acedia spiritus, & quadam animi defectione lāguescens? Iam tentari incipit supra quàm valeat sustinere, iam impinget & offendet in lapidem, si non fuerit qui subueniat. Quis verò est lapis iste? Ego illum intelligo lapidem offensionis, & petram scandali, in quam si offenderit quis, collidetur: super quem verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ecciderit, conteret eum. Lapidem vtique angularem, electũ,
Esa.28.c pręciosum, qui est dominus Christus. In hũc lapidem offendere, est murmurare aduersus eum, scãdalizari à pusillanimitate spiritus & tempestate. Itaque opus illi est angelica ope, angelica cõsolatione, angelicis manib⁹, qui iam defecit, iam propemodum offendit in lapidem. Et verè offendit in lapidem, qui murmurat & blasphemat, seipsum collidẽs, non eũ in quem furibundus impingit. Arbitror sanè velut duabus quibusdam manibus eiusmodi homines interdũ ab angelis supportari, vt quodammodo non sentientes transeant, quod tantopere formidabant, nec parum mirentur postmodũ tam super posteriori facilitate, quàm super difficultate priori.

Vultis scire quas intelligam duas manus? Duplicem vtique demonstrationem, dum videlicet hinc quidem tribulationis breuitas, inde æternitas retributionis ostenditur, aut magis pingitur vel imprimitur cordi, vt intimo affectu sentiat, quoniam momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Quis verò istas tam bonas per bonos non credat fieri, cum certum sit quòd econtrario malæ vtiq; fiant immissiones per angelos malos? Habetote familiares angelos fratres mei, frequentate eos sedula cogitatione & deuota oratione, qui semper vobis adsunt ad custodiam & consolationem.

H *De XII. versu. Sermo XIII. Vnde supra.*

POssumus hunc versum qui in manibus est, videlicet, In manibus portabunt te, ne forte &c. non modò de præsenti consolatione dictum accipere, sed etiam de futura. Nẽpe custodiunt nos in viis nostris angeli sancti, sed via finita (quod est vtique vita finita) in manibus tollunt. Nec enim desunt nobis testes fideles. Proximè lectum est vobis de beatissimo patre nostro verè per omnia Benedicto, quòd dum intentam oculorum aciem in splendore coruscæ lucis habere videretur, vidit Germani animam Capuani episcopi in sphæra ignea ab angelis in cœlum deferri. Sed quid huiusmodi testimonia requirimus? Ipsa in euangelio veritas de
Luc.16.f mendico & vlceroso ait, quoniam portatus est ab angelis in sinum Abrahæ. Neque enim in illa tam noua nobis támque incognita regione ambulare ipsi possemus, præsertim cum tantus sit lapis in via. Quis lapis? Qui in lapidibus olim con-
Matt. 4.c sueuerat adorari, qui lapides obtulit domino, dicens: Dic vt lapides isti panes fiant. Portò pes tuus, affectio tua: pes animæ, quam in manibus angeli portant, ne offendat ad lapidẽ pedem suum. Quomodo enim non vehementissimè turbaretur anima, si sola hinc egrederetur, si illas sine consolatione ingrederetur vias, si inter illos lapides suis pedibus graderetur? Etenim verò manifestius audi quàm necesse habeas
I portari in manibus alienis, nec aliis quàm angelicis tamen. Super aspidẽ & basiliscũ ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Quid inter hæc faceret pes human⁹? Quid humanæ affectionis inter tam terribilia monstra constaret? Nempe nequitiæ spirituales sunt, & quidẽ non incongruis appellationibus designatæ. Siquidẽ & de his dictum, quod nequaquam vobis excidisse reor: Cadent à latere tuo mille, & decẽ milia à dextris tuis. Quis verò scire potest, an diuisę sint inter eos operationes malitiæ, ministeria iniquitatis: vt ex diuersis officiis, quin potius maleficiis, vocabula quoque diuersa sortiti nominentur? Alius siquidem aspis, alius verò basiliscus, alius autẽ leo, & alius quidẽ draco, quòd videlicet suo quodã inuisibili modo variè quoq; noceant, quasi alius morsu, alius quoque visu, alius autem rugitu vel ictu, alius quidem flatu.
Matt.17.c Legi etiam de quodam genere dæmoniorum, quod non eiiciatur nisi in orationibus & ieiuniis. Nihil poterat nanq; verbum apostolicæ increpationis ad illud. Quomodo nõ illud aspis erat, illa vtique de psalmo aspis surda, & obturans aures
Psal.57.a ne vocem audiat incantantis? Vis non terreri à tam terrifico monstro, vis securus post mortem ambulare super aspidem istam? Caue ne interim post eã ambules, caue ne imiteris, & nõ erit quod paueas in futuro. Enimuero vitium est cui reor eiusmodi spiritum dominari: & si vultis scire, ipsa est circuitio à qua vobis hesterno sermone monuimus esse cauendũ. Ipsa obstinatio est aduersus quam pridie loquebamur. Nec enim piget quotiens datur occasio, ab hac tã graui peste prẽmunire vos, vt eam omnimodis fugiatis: quòd hæc quidem sit summa quædã religionis subuersio, & verè iuxta testimo- K
Deut.32.c nium legislatoris, venenum aspidũ insanabile. Dicitur aspis hinc alteram aurẽ quàm pressius potest terræ infigere: inde verò alteram caudæ immissione nihilo minus obturare, ne audiat. Quid ad hæc incantantis vox, quid sermo faciet prædicãtis? Orabo pro eo, humiliabo in ieiunio animam meam, baptizabor pro mortuo vbertimo quodã profluuio lachrymarum, apud quẽ viderim nihil humanæ incantationis quãlibet sapientiã, nihil quantancunque admonitionis industriã præualere. Nouerit tamẽ vir pertinax non cœlo sese, sed solo infigere caput, quòd sapientia quæ desursum est, non modò pudica, sed & pacifica sit: hæc autem magis, vt ita dicam, aspidica, nisi terrena esse non potest. Sed nec adeo obsurdescret, nisi cauda quoque obturaret auditum. Quæ est hæc cauda? Finis intentionis humanæ. Hæc surditas desperata, dũ hinc quidẽ velut terræ infixus, propriæ quisque inhæret voluptati: inde velut reflectens caudam, finem aliquem meditatur, & infigit animo quod desiderat adipisci. Nolite obsecro fratres, nolite obturare aures, nolite aliquãdo obdurare corda vestra. Inde enim tam mordax & amarus sermo inuenitur in ore hominis obstinati, q̃ nulla ad eũ penetrare queat beneuolentia monitoris. Inde aspidi virus in linguæ aculeo perseuerat, quòd auersus linguã incãtatoris tanto se studio obturarit. At basiliscus, vt aiunt, venenum in oculo gerit, L
pessimum animal, & præ omnibus execrabile. Nosse cupis oculum venenatum, oculum nequam, oculum fascinantem? Inuidiam cogitato. Quid verò inuidere, nisi malũ videre est? *Inuidere quid.*
Si nõ esset ille basiliscus, nunquam per eius inuidiã mors intrasset in orbem terrarũ. Væ homini misero, quòd inuidum non præuidit. Superemus & vitium hoc dũ adhuc viuimus, si post mortem volumus ministrũ tantæ nequitiæ non timere. Nemo alterius bonũ inuido aspiciat oculo. Nempe hoc
1.Ioan.3.c ipsum iam quod in se est, tabe suã illud inficere, & quodammodo interficere est. Qui hominem odit, homicidam illum veritas ipsa testatur. Quid & ille qui bonum odit in homine, nunquid nõ homicida poterit appellari? Adhuc viuit homo, & ille iam reus est mortis eius. Adhuc ardet ignis quem dominus Iesus misit in terram, & inuidus tãquam qui spiritum extinxerit, iam damnatur. Væ vobis à dracone. Immanis est bestia, flatu igneo quicquid attigerit, necat: nõ modò bestias terræ, sed & volucres cœli. Haud alium ego draconem hunc quàm spiritũ iracundiæ reor. Quantos etiam sublimis (vt videbatur) vitę, flatu huius draconis miserè satis adustos, turpiter in huius os ingemimus cecidisse? Quàm melius sibiipsis irasci potuerant ne peccarent? Nimirum affectio naturalis ira hominum est, sed abutentibus bono naturæ grauis perditio est, & miseranda pernicies. Occupemus illam fratres, in M
quibus expedit, ne forte ad inutilia illicitáq; prorumpat. Sic nimirum solet amorem amor expungere, solet timor timore depelli. Nolite timere eos qui corpus occidũt, ait dominus, *Luc.12.b*
animæ autẽ non habent quid faciant. Et confestim, ostendã autẽ, ait, vobis quẽ timeatis. Timete autem eũ qui potestatẽ habet corpus & animã mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Ac si manifestius dicat: Hunc timete, ne illos timeatis. Repleat vos spiritus timoris domini, & timor alienus locum non habebit in vobis. Et ego vobis dico: Nõ autem ego, sed veritas: non ego, sed dominus: Nolite irasci eis qui transitoria vobis auferunt, qui conuitia inferunt, qui ingerunt forte supplicia, & post hoc faciunt nihil. Ostendam autem vobis cui debeatis irasci. Irascimini ei quæ sola vobis nocere potest, sola facere vt omnia illa non prosint. Vultis scire quænam illa sit? Iniquitas propria. Ita dico vobis, huic irascimini. Nulla emẽ nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Qui perfectè huic irascitur, cæteris non mouetur, magis & amplectitur ea. Ego (inquit) in flagella parat⁹ sum. *Psal.37.d*
Sit damnum, sit conuitium, sit læsio corporalis, paratus sum, & non sum turbatus: quoniam dolor meus in cõspectu meo semper. Quidni exteriora omnia paruipẽdam in huius æsti- *1.Reg.16.c*
matione doloris? Filius (inquit) vteri mei persequitur me, & *Psal.93.b*
conuitianti seruulo indignabor? Cor meũ dereliquit me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorũ: & damna temporalia plangam, aut incommoda corporalia reputabo? Hinc nimirum non modo mansuetudo oritur cui dracoNis

A nis flatus non noceat, sed etiam magnanimitas, quam rugitus
1.Pet.5.c leonis non terreat. Aduersarius vester tanquam leo rugiens, ait Petrus. Gratias magno illi leoni de tribu Iuda: rugire iste potest, ferire non potest. Rugiat quantum vult, tantùm non fugiat ouis Christi. Quanta minatur, quanta exaggerat, quanta intentat? Non simus bestiæ vt nos prosternat vacuus ille rugitus. Sic enim perhibent qui talia curiosiùs vestigauerunt, ad rugitum leonis nullam bestiam stare posse, ne eam quidem quæ aduersus ictum eius tota animositate repugnat: & plerunque superat ferientem, quæ non sustinet rugiẽtem. Verè bestia, vere rationis expers, qui tam pusillanimis est vt solo timore cedat, qui sola futuri exaggeratione laboris vi-
Heb.12.b Iac.4.b ctus, ante conflictum non telo, sed tuba prosternitur. Nondũ restitistis vsq; ad sanguinem, ait strenuus ille dux, qui leonis huius nouerat vanum esse rugitum. Et alius quidã: Resistite (inquit) diabolo, & fugiet à vobis.

De XII. versu & XIII. Sermo XIIII. Vnde supra.

AGamus fratres gratias factori nostro, benefactori nostro, redemptori nostro, remuneratori nostro, aut potius spei nostræ. Ipse enim retributor, ipse retributio nostra, nec aliud iam quàm ipsum expectamus ab ipso. Primum
B quod nobis præstitit, nosipsi sumus. Siquidem ipse fecit nos, & non ipsi nos. Parúmne tibi videtur istud, quia te fecit? Cogita qualem te fecit. Nempe etiam secundum corpus egregiam creaturam, sed secundum animam magis, vtpote imagine creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ. Porrò secundum ambo simul præ cæteris creaturis maxime admirandam, cohærentem sibi incomprehensibili artificio, inuestigabili sapientia conditoris: itaque tam magnum hoc donum, quàm magna res homo, Sed quàm gratuitũ putas? Planũ est quia nihil ante promeruit, qui penitus nihil fuit. An postea sperabatur gratiam
Psal.15.a retributurus auctori? Dixi domino, deus meus es tu, quoniã bonorum meorum non eges. Non igitur necessariam retributurus gratiam ei qui sic per omnia sibi sufficit, sed deuotas reuelaturus gratias ei qui sic meruit, sperabatur. Quidni gratias agat? Si quis oculorum lumẽ, si quis vsum aurium, si quis narium, si quis manuum, si quis pedem tibi prępeditũ aliquo modo reparasse videretur, si quis sopitam quauis occasione excitasse in te rationem: quis non alius tibi vehementissime succenseret, siquãdo forte beneficij huius immemorem, aut benefactori deprehendisset ingratum? Enimuero dominus deus tuus, ipsa etiam tibi instrumenta largitus, ex nihilo fecit
C hæc omnia. Nec modò fecit, sed & compegit etiã & formauit, ac suo quoque illustrauit officio. Quomodo non is omni iure sibi gratias exigit ampliores? Nam ne hoc quidem (licet maximo contentus munere) qui dedit vt esses, qui ante non fueras, adiecit etiam vnde subsisteres, qui iam eras. Nec mi-
Gen.1.c rabiliter fecit, nec liberaliter hoc, quàm illud mirabiliter est operatus. Facimus (inquit) hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quid verò postea? Et præsit piscibus maris, & bestiis terræ, &c. Nam & cœlestia sese elementa in vsus creasse tuos, ante docuerat. Nempe facta memorantur vt essent in signa & tempora & dies & annos. Cui putas? Nulli vtiq; nisi tibi. Cæteræ siquidem omnes creaturæ aut in nullo egent his omnibus, aut nõ intelligunt ea. Quàm copiosus in secũdo hoc beneficio, q̃ liberalissimus fuit! Quãta igitur largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionẽ, quanta ad consolationem, quanta ex hoc iam ad correptionem, quanta etiam ad delectationem! Verùm hæc duo gratis, & dupliciter
Psal.32.b gratis fecit. Quid dico dupliciter gratis? Sine merito tuo, sine labore suo. Nempe dixit, & facta sunt. An idcirco minus deuotus, minus obnoxius, minus gratus es, quòd hæc quidẽ ficut pro nihilo, ita de nihilo fecit? Peruersi cordis est occasiones ingratitudinis vestigare. Nemo id facit nisi qui etiam gratis esset ingratus. Puto enim neutrum tibi propterea minus vtile, q̃ quod præstanti minime difficile fuit. Alioquin si forte quod ei laboriosum, tibi magis commodum ducis, ex teipso tibi iudicium hoc: nec te alibi illud putem quàm apud te didicisse. Sic præstares libentius ipse fratri tuo absque incommodo tuo. Verùm etsi gratis pręstare velles, nolles tamẽ vt hanc tibi ille prætẽderet ingratitudinis catusam. Cæterum D
ex hoc iam tertium opus tuæ redemptionis attende. Non est velamen excusationis, laboratum prorsus in ea. Gratis hoc quoque præstitum est, sed gratis quod ad te pertinet. Nam quod ad illum, planè non gratis. Saluus factus es pro nihilo, non de nihilo tamen. Quid ad hæc dormitat affectio? Immo vero mortua est illa, non dormit, quæ huic beneficio non respondet, quæ se totam nõ effundit in gratiarum actionem, & vocem laudis. Nam & cęteta duo euidentissimè tertium hoc commendant, vt in eis quoque veta fuisse dilectio comprobetur: non propterea de facili præstans, quòd nollet aliter, sed quòd non aliter oporteret. Itaque fecit te deus tuus, fecit tam multa propter te, fecit propter te & semetipsum. Verbũ
Ioan.1.b caro factum est, & habitauit in nobis. Quid adhuc restat? Factus est ipse tecum caro vna, te quoq; secum faciet spiritum vnũ. Non recedant hęc quatuor à corde tuo, non ab ore, non à memoria, nõ ab affectione. Hæc cogita semper, in his iugiter delectare. His velut quibusdam stimulis vrgens sollicita animam tuam, his facibus eam inflammare curato ad redamandum eum, qui tam multipliciter suum tibi erga te com-
Ioan.14.b mendat amorem. Memento sanè quod idem ait: Si diligitis me, mandata mea seruate. Serua igitur mãdata creatoris tui, serua mandata benefactoris tui, redemptoris tui, remuneratoris tui. Sed si hæc quatuor, quot sunt mandata? Omnes nouimus decem esse. Itaq; per quaternarium hunc decalogum E
legis multiplicans, veram habes quadragesimam, tenes quadragesimam spiritualẽ. Tantùm sta in timore, & prępara animam tuam ad tentationem. Caue serpentis astutiam, observa insidias inimici. Nempe quadruplici tentamento quadrifariam impedire conatur actionẽ quam exigetis gratiarũ. Tentatus est in his omnibus Christus, vt veraciter ab apostolo scriberetur: Tentatus per omnia pro similitudine absq; *Hebr.14.b*
peccato. Erit forte qui miretur & dicat quartam sese domini tentationem non legisse. Verùm, vt ego arbitror, non hoc diceret si legisse se meminisset, quoniam tentatio est vita ho- *Iob.7.a*
minis super terram. Hoc enim qui meminit, non ea tantùm triplici tentatione tentatum fuisse dominum arbitratur, quæ facta est in ieiunio deserti, in pinnaculo tẽpli, in vertice mõtis. Sanè in his omnibus erat manifesta tẽtatio. Verũ illa quæ extunc & deinceps vsq; ad mortem crucis ei non defuit, etsi occultior, vehementior tamen fuit. Nec hoc quoque à proposita similitudine videtur abhorrere. Nam & tria illa beneficia quæ iam transiere, euidentissima & in lucem posita esse nosc̃unrur. Sanè quod ad spem vitæ æternæ pertinet, nondũ exhibitum, necdum propalatũ est nobis. Nihil proinde mirum si sit minus aperta tentatio, vbi etiam causa tentationis occulta. Cęterùm & diuturnior & validior ipsa est, quòd aduersus spẽ nostrã quicquid habet malignitatis exerat inimicus. Itaque primo quidem vt auctori naturę ingratos faciat, F
ampliorem ingerit pro natura sollicitudinem, quemadmodũ etiam ipsi Christo esurienti ausus est dicere: Dic vt lapides
Matt.4.a isti panes fiant. Quasi verò figmentum nostrum ignoret ipse qui finxit, aut non curet homines, qui cœli volucres pascit. Quàm vero ingratus est ei qui propter hominem, vniuersum hunc condidit mundum, quisquis vt substantiam eius quam cõcupiscit obtineat, procidẽs nõ veretur adorare malignum? Hæc omnia (inquit) tibi dabo si procidens adoraueris me. Túne illa feceris miser? Quomodo dabis quæ ille creauit? aut quomodo abs te sperãda, quomodo tua adoratione petẽda, quę ab illo condita in illius posita sunt ditione? Iam in hoc q̃ait, Mitte te deorsum: caue tibi quicunque es, qui templi pinnaculum conscendisti. Cauę tibi spęculator domus domini. Caue tibi, qui in ecclesia Christi locũ cerneris tenere sublimem. Quàm ingratus enim, imò quàm iniuriosus es illi magno sacramento pietatis, si in illo quæstum æstimes pietatẽ? Quàm infidelis ei qui ministeriũ hoc sanguine proprio consecrauit, si eò quęras gloriam tuam, quæ nihil est, quęras quæ tua sunt, non quæ Iesu Christi? Quàm indignè respondes eius dignationi, qui in dispensatione humilitatis suæ sublimẽ esse te fecit, cœlestia tibi sacramenta commisit, cœlestem forte & ampliorem quàm ipsis spiritibus cœlestibus tradidit potestatem? Si deorsum ipse te mittas, sapies non quæ sursum sunt, sed quæ super terrã. Sed & omnis qui de virtutum emi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnentia ad inanis gloriæ sese demittit & deiicit appetitū, haud dubium quin domino virtutum, qui tāta inter nos tolerauit, vt nobis formā huius imprimeret sanctitatis, pro gratia contumeliam reddat. Consideremus diligentiùs fratres, ne forte prima illa tētatio quæ corporalis necessitatis occasione animū turbat, aspidi debeat cōparari. Hoc em animal quodammodo violentum morsu nocet, obturat aurem ne audiat vocem incantantis. Quid verò agere nititur in hac parte tentator, nisi vt aduersus consolationem fidei aurem cordis obstruat & obturet? Sed non profecit inimicus in eo, non illius præcluſit auditum, qui ait: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Nā in eo quòd ait: Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me: in malum insidiantis suasibilē sibilum animaduertite draconis. Ferunt illum in arena latitantem, etiam aues volantes flatu attrahere venenato. Quàm venenatus hic flatus fuit, Hæc omnia tibi dabo si procidēs adoraueris me? Verùm nō erat ista quælibet auis, nihil potuit draconis flatus ad illam. De basiliſco quid dicimus? Mōstruosius cæteris solo visu hominem inficere & interficere perhibetur. Ni fallor, vana gloria est. Videte ne (inquit) iustitiam vestrā faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Ac si dicat: Cauete oculos basiliſci. Sed cui nocere dicitur basiliſcus? Ei qui non viderit basiliſcum. Alioquin si prior eum videas, iam non tibi nocet (vt aiūt) magis moritur ipse. Ita est fratres. Non vidētes necat inanis gloria, cæcos & negligentes, qui se ei ostentant, qui se exponunt: & non potius ipsi inspiciunt, non attendunt, non discutiunt illam, non vident denique quàm sit friuola, quàm sit caduca, quàm vana, quàm inutilis. Si quis eum intueatur hoc modo, moritur basiliſcus, nec iam occidit eum gloria, sed occiditur magis, & occidit ei quodammodo versa in puluerē, imò redacta in nihilum. Puto autem non est quærere quid ad inanem gloriam ea tentatio visa sit pertinere vbi dictum est: Si filius dei es, mitte te deorsum. Vt quid enim hoc, nisi vt videretur, vt lauderetur à basiliſco? Et vide quomodo seipsum occultauerit basiliſcus, quasi vt non posſit ante videri. Scriptum est (inquit) quoniam angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te. Quid scriptum est maligne, quid scriptū est? Angelis suis mandauit de te. Quid mandauit? Animaduertite & videte quoniā subticuit malignus & fraudulētus, quod malignitatis suæ cōmenta dissolueret. Quid enim mādauit? Nempe quod in psalmo sequitur: Vt custodiant te in omnibus viis tuis. Nunquid in præcipitiis? Qualis via hæc de pinnaculo templi mittere se deorsum? Nō est via hæc, sed ruina: & si via, tua est, non illius. Frustra in temtationem capitis intorsisti, quod scriptum est ad corporis cōsolationem. Huic enim necesse est custodiri, cui timendū ne offendat ad lapidem pedem suum. Non est quòd custodiatur, cui nō est quod timeatur. Quid vero taces & illud quod sequitur: Super aspidem & basiliſcum ambulabis, & cōculcabis leonem & draconem? Te enim hæc parabola tangit. Monstruosa malignitas, monstruosis appellationibus conculcanda signatur, nec modò ab ipso capite, sed etiam à corpore vniuersō. Siquidem aduersus dominum post ternam confusionem hanc non iam serpentina calliditate, sed crudelitate vsus est leonina, vsque ad contumelias, ad flagella, ad alapas, ad mortem, & mortem crucis. Sed manifeste etiam leonem te conculcauit leo de tribu Iuda. Sic & aduersus nos fratres, vt in cæteris omnibus viderit se frustratum, toto iam furore persecutionem susciat qualis non fuerit ab initio: vt vehementia tribulationis regnum cœleste sperantibus intercludat. Felix anima, quæ & ipsum leonem potenti virtute conculcans, violenter illud rapere præualebit. Ex hoc itaque dilectissimi, tanquam super aspidem & basiliſcum cautius & sollicitius ambulemus. Caueamus omnem radicem amaritudinis, vt nemo nostrū mendax inueniatur, nemo audax vel ardens, nemo inexorabilis aut rebellis. Nec verò deorsum mittamus nos, sed transcendamus & transeamus letalem gloriæ temporalis obtutum, vt quomodo scriptū est, frustra iaciatur rete ante oculos pennatorum. Conculcemus quoq; leonem pariter & draconem, vt neque illius rugitus terreat, nec istius flatus inficiat. Videntur hæc quatuor monstra affectionibus æquè quatuor singula singulis incubare. Cui ergo potissimū draco insidiatur? Aestimo quia cupiditati, quòd hanc nouerit esse radicem malorum omnium, & quę maxime cor subuertat. Inde enim etiam quasi consulens dixit, Hęc omnia tibi dabo. Nam de leone quidem manifestū est, quòd nisi ad ianuā timoris terrificos nō dat rugitus. Porrò tristitiæ fores aspis obseruat, quòd eas maxime morsibus suis peruias arbitretur. Vnde & ad Christū dominū donec iam esurientē certeret, non accessit. Ecōtra sanè caueat necesse est lætitia basiliſcum, quòd eo potissimū aditu venenatos ingerere soleat radios oculorum: nec vana gloria nisi ob lætitiæ noceat vanitatem. Illud quoque considera, an forte virtutes quatuor, quatuor his tentationibus opponere valeamus. Leo rugiet, quis non timebit? Si quis ille fuerit, fortis erit. Sed frustrato leone, draco absconditur in arena, vt virulentis flatibus attrahat animam, insufflans ei quodammodo concupiscentiā terrenorum. Quis putas illius præteruitabit insidias? Nemo vtique nisi prudens. At forte dum ad ista descendere caues, vrget quis molestia: & ecce protinus aspis adest. Nam opportunum tempus sibi inuenisse videtur. Quis non exasperabitur ab aspide ista? Nēpe vir temperans & molestus, qui sciat abundare, & penuriam pati. Puto ex hac occasione fascinare te volet male blādiens oculus nequam. Quis auertet faciem suam? Profectò iustus, qui non modo non ipse sibi accipere gloriam quæ dei est, sed ne ab alio quidem recipere velit oblatam si tamen ille sit iustus, qui iuste quod iustū est exequatur, qui iustitiam suam non faciat coram hominibus, qui denique etsi iustus fuerit, caput nō leuet. Hæc enim virtus specialiter in humilitate consistit: hæc intentionem purgat, hæc quoque meritum omne eo veracius & efficacius obtinet, quo minus arrogat sibi.

De XIIII. versu, Sermo XV. Vnde supra.

VEnite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiā vos: dicit dominus. Tollite iugum meum supēr vos, & inuenietis requiē animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leuę. Laborantes ad refectionem inuitat, ad requiem prouocat oneratos. Non tamen interim onus subtrahit aut laborem, magis autem onere alio labore commutat: sed onere leui, suaui iugo, in quibus requies ac refectio, etsi minus appareat, tamen inueniatur. Graue onus iniquitas sedens super talentum plumbi. Sub hac gemebat sarcina, qui dicebat: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Quod ergo onus Christi, quod onus leue? Vt quidem ego sentio, onus beneficiorum, dulce onus, sed ei qui sentit, ei qui experitur. Alioquin si non inuenias, si non aduertas, graue omnino & periculosum. Oneriferum animal homo timore suæ mortalitatis. Si adhuc portat peccata sua, onus est graue: si iam forte exoneratus est à peccatis, minus quidem graue: sed si sanum sapiat, non minus grāde onus inueniet hanc ipsam quā diximus exonerationem. Onerat nos cum exonerat deus, onerat beneficio, cum exonerat peccato. Vox onerati: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Vox onerati: Exi à me, quia homo peccator sum domine. Vox onerati: Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui deum. Semper (inquit) timui: sicut ante, sic post acceptam indulgentiam peccatorum. Beatus homo qui ita semper est pauidus, nec minori angitur sollicitudine, ne forte obruatur beneficiis, quàm peccatis. Ad hoc siquidem diuina nobis tam sedula erga nos & tam profusa beneficentia commendatur, sollicitemur ad gratiam, inuitemur ad dilectionē. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Quid vltrà potuit tibi facere & nō fecit? Noui quid cogites ingenua creatura. Habes gratiam angelis domini, sed ad ipsum ambis dominum angelorum. Oras & optas, vt nūciis non contētus, ipse quoque qui loquebatur, adsit: nec te quasi per mediū, sed sui oris osculo osculetur. Audisti, super aspidem & basiliſcum, leonem pariter & draconem tibi amlulandum fore, nec super dracone ipso victoriam Michaelis & angelorum eius ignoras. Veruntamen non Michaeli, sed domino clamāt desideria tua. Libera me & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Hoc nēpe non est modo aliis, sed ipsis quoque altioribus altius captare refugium, vt

A vt ex sententia profitenti quoniam tu es domine spes mea, meritò respondeatur, Altissimum posuisti refugium tuum. Non enim dedignatur esse spes miserorum miserator & misericors dominus: non seipsum liberatorem simul & protectorem in se sperantibus exhibere recusat. Quoniam in me sperauit (inquit) liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Nempe, nisi dominus custodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui custodit eam, siue ille homo siue etiam angelus esset. Montes in circuitu Hierusalem, sed parū hoc, imò nihil hoc foret, si non etiam dominus in circuitu esset populi sui. Meritò proinde in cantico sponsa describitur inuentis licet vigilibus (imò ab eis magis inuenta: nec enim eos ipsa quærebat) non subsistitisse, nec contenta fuisse vigilibus, sed percontata breuiter de dilecto, ad ipsum ocyus peruolasse. Erat enim cor eius nō in vigilibus, sed in domino fiduciam habēs. Et aliter forte suadentibus aiebat: In domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Minus vigilanter id obseruarant Corinthij, cum offensis quasi vigilibus secederent apud eos, & minime pertransirent. Ego quidem Cephæ, ego autem Pauli, aiunt, ego verò Apollo. Sed quid fecerūt vigiles sobrij, vigiles circunspecti? Non enim poterāt sibi suscipere sponsam, qui bene eam æmulabantur, qui æmulabantur dei æmulatione, qui desponderant vni viro virginem castam exhibere Christo.

B Percusserunt me, & vulnerauerūt me, ait. Vt quid ita? Ni fallor, vrgebant vt pertransiret proinde inuentura dilectum. Denique etiam tulerunt pallium meum (inquit) haud dubiū quin vt curreret expedita. Animaduertere est quàm validè percutiat quibus sagittis apostolus vulneret eos qui diuertisse apud vigiles videbantur. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Et item: Cum enim dicit quis, Ego sum Pauli: alius autē, ego sum Apollo: nónne homines estis? Quid ergo est Apollo, quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis. Quoniam in me sperauit, liberabo eum. Non in vigilibus, non in homine, nō in angelo, sed in me (inquit) sperauit: nihil boni nisi ex me ne per ipsos expectes. Omne enim datum optimum, & omne donū perfectum desursum est, descendens à patre luminū. Ex me vigiliæ hominum vtiles, circa opera vtique manifesta, eis nimirum custodes homines deputaui. Ex me excubiæ angelorum obseruantium, secretiores motus spiritualiter sollicitātium, propulsantium suggestores iniquos. Cæterū intima sanè custodia secretissimæ intentionis, nō modo ex me, verunetiam per me fiat necesse est, quòd illò quidem humanus nequeat, sed ne angelicus quoque oculus penetrare. Agnoscamus triplicem hanc custodiam fratres, & exhibeamus nos eis quales cuique cōuenit exhiberi. Prouideamus bona corā hominibus, corā angelis, coram deo. Contendamus placere omnibus per omnia, sed maxime ei qui maximus est super omnia.

C In cōspectu angelorū psallamus ei, vt in eis impleatur quod scriptum est: Qui timēt te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verbo tuo supersperaui. Obediamus præpositis nostris, qui peruigilant tanquam reddituri rationem pro animabus nostris, vt non cum tristitia hoc faciant. Et quidem gratias deo ex cuius solo munere venit, nō est quòd multū vos moneam, nō est quòd multum vobis timeā in hac parte. Quod enim est gaudium meum & gloria mea, nisi prompta obeditio & irreprehensibilis conuersatio vestra? Quid si certò cognoscerē ne angelos quidem amplius aliquid in vobis cognoscere quod dedeceat, apud neminem vestrū ex anathemate Hierico quippiam occultari, non murmurare aliquem, non detrahere in occulto, non simulatorie agere vel remisse, non ignominiosas voluere animo cogitationes, quibus solet (heu) interdū ipsa quoq; pars corporis perturbari? Magnum hoc mihi gaudij incrementum, sed nondum vtiq; plenitudo. Nō enim tā magni sumus, vt possit nobis adeò esse pro minimo, ab homine iudicari non posse, minus autem nihil cōscios esse nobis. Cæterum si occultissimum iudicem timent etiā magni, quantum nos ad illius examinis memoriam conuenit trepidare? O si mihi cōtingeret certum esse, nihil esse in omnibus nobis illum offendens oculum, qui solus perfectè nouit quid sit in homine, videns in eo & quod in se ille non videt. Hoc vel maximè iudiciū vestigemus fratres, & eo amplius frequentemus in timore & tremore ipsius cōsiderationem, quo minus cōprehendere possumus inuestigabilē abyssum iudiciorum dei, & irrefragabilem dispositionem. Cum hoc timore spes habet meritū, cum hoc metu fructuosè speratur. Est autē is ipse timor firmissima quædā & efficax materia spei, si quis prudenter aduertat. Siquidē maximū quoddam dei donum timor iste, & ex perceptione præsentium firma est expectatio futurorū. Postremò beneplacitum est domino super timētes eum, & vtique vita in voluntate eius, & in beneplacito eius salus æterna. Quoniam in me sperauit, liberabo eum. Dulcissima liberalitas, in se sperantibus non deesse. Hoc enim totum hominis meritum, si totam spem suam ponat in eo qui totum hominem saluum facit. In te sperauerunt patres nostri, sperauerūt, & liberasti eos: ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt cōfusi. Quis enim sperauit in eo, & confusus est? Sperate in eo omnis congregatio populi. Quemcunque enim locum calcauerit pes vester, vester erit. Pes vester vtique spes vestra est: & quantumcunq; illa processerit obtinebit, si tamē in deum tota figatur, vt firma sit, & non titubet. Quid timeat aspidem aut basiliſcum? quid leonis rugitus, aut draconis sibilos expauescat? Quoniam in me sperauit, liberabo eum. Porrò liberatum quidem, ne iterum egeat liberari, protegam eum & conseruabo, si tamē cognouerit nomē meū, ne sibi tribuat quòd liberatus est, sed nomini meo det gloriam. Protegā eū quoniam cognouit nomen meum. In præsentia enim vultus glorificatio, in notitia nominis protectio exhibetur. Spes in nomine, res in facie est. Quod enim videt quis, quid sperat? Fides vtique ex auditu, & ea quidem, iuxta eūdem apostolum, est rerum substantia sperandarum. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meū. Non nouit nomen eius qui illud assūmit in vanū, qui dicit ei domine domine, & non facit quę dicit ipse. Non nouit nomen eius, qui eum nec honorat vt patrem, nec vt dominum timet. Non nouit nomen eius qui ad vanitates & insanias falsas cōuertitur. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius, & nō respexit in vanitates & insanias falsas. Hoc nomen cognouerat qui dicebat: Non enim est aliud nomen datum hominibus in quo oporteat saluos fieri. Nos quoque si nouimus nomen sanctum quod inuocatū est super nos, desiderandum vtiq; nobis vt semper sanctificetur in nobis: atque ita orandum iuxta doctrinam vtique saluatoris: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuū. Denique audi quid sequatur in psalmo: Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. Hic fructus notitiæ nominis, clamor orationis: porro fructus clamoris exauditio saluatoris. Quomodo enim aut non inuocans exaudiri poterat, aut nomen domini nesciens inuocare? Gratias ei qui manifestauit hominibus nomen patris, fructum salutis in eius inuocatione constituens, sicut scriptum est: Quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit.

D

E

F

De XV. versu, Sermo XVI. Vnde supra.

CLamauit ad me, & exaudiam eum. Hoc planè est testamentum pacis, hoc pietatis fœdus, hoc pactum misericordiæ & miserationis. Sperauit in me, liberabo eum. Nomē meum cognouit, protegam eum: inuocauit me, & ego exaudiam eum. Nisi enim hæc aut similia diceret, quis nō diffideret? Quis gloriabitur castum se habere cor? Nunc autē apud te propitiatio est, & propter hanc legem tuam sustinui te domine. Dulcis lex, quæ meritum exauditionis in clamore constituit postulationis. Clamauit (inquit) ad me, & exaudiā eū. Meritò non exauditur qui clamare dissimulat, aut omnino non postulans, aut tepidè postulans & remisse. Siquidem in dei auribus desiderium vehemens, clamor magnus: è regione autem remissa intentio, vox submissa. Quādo illa penetrabit nubes? quando audietur in cœlis? Nempe vt clamandum sibi nouerit homo, inter primordia suæ orationis ipsum quem oraturus est patrem in cœlis esse protinus admonetur, quòd videlicet impetu quodam spiritus, illò sibi iaculandam esse meminerit orationem. Spiritus est deus, & in spiritu clamet necesse est quisquis clamorem suum ad eum desiderat peruenire. Sicut enim non faciem hominis respicit tanquam homo, sed magis intuetur cor: sic ad cordis potius vocē, quàm corporis aures ei°: cui merito dicitur: Deus cordis mei. Hinc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est quòd Moyses foris tacens intus auditur, dicente domino, Quid clamas ad me? Clamauit ad me, & exaudiam eum. Non immerito. Clamorem magnum sanè magnitudo necessitatis extorsit. Quid enim clamans petit nisi consolationem, liberationem, glorificationem? Alioquin quo modo super his exauditur, si pro aliis clamat? Exaudiam eum, ait. In quo exaudies domine, vel in quibus? Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Ad magnum illud triduum quod proximè sumus celebraturi, hunc mihi ternarium arbitror referendum. Siquidem & ipse propter nos tribulationem & dolorem inuenit, quando proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta. Veruntamè quæ de ipso erant, sicut ante mortem prædixerat, finem habuerunt: & sicut in morte dixit, consummata sunt: & extunc sabbatizauit. Nec dilata est gloria resurrectionis: die tertia summo diluculo sol iustitiæ de tumulo ortus est nobis. Ita ergo fructʒ pariter tribulationis & veritas ereptionis, in manifestatione glorificationis apparuit. Nihilo minus quoque & in nobis simile quoddam triduũ posse videbitur assignari. Cum ipso sum (ait) in tribulatione. Quando hoc, nisi in die tribulationis nostræ, in die crucis nostræ, dũ impletur quod ipse ait: In mundo quidem pressuram habebitis: & quod apostolus eius: Omnes qui piè volũt viuere in Christo, persecutionem patiuntur? Nam liberatio plena atque perfecta ante diem sepulturæ esse non poterit, quòd manet iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. In hac ergo die eripiam eum (inquit) quando nihil iam vltra quod vel corpori vel animæ faciat, mũdus habebit. Sanè glorificatio diem vltimũ manet, diẽ resurrectionis, quãdo surget in gloria quod in ignominia interim seminatur. Vnde scimus quòd nobiscũ sit in tribulatione? Ex eo vtiq;, quòd in ipsa tribulatione nos sumus. Quis enim sustineret, quis subsisteret, quis persisteret sine eo? Omne gaudium existimemus cũ in tribulationes varias inciderimus fratres mei, non modò quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei: sed quoniam iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Si ambulauero in medio vmbræ mortis (ait quidã) nõ timebo mala, quoniã tu mecũ es. Ita ergo nobiscũ est omnibus diebus vsque ad consummationẽ seculi. Quando autẽ nos erimus cum ipso? Nimirũ quãdo rapiemur obuiã Christo in aëra, & sic semper cũ domino erimus. Quãdo apparebimus cum ipso in gloria? Nẽpe cũ Christus apparuerit vita nostra. Interim sanè abscõdatur necesse est vt præcedat tribulatio ereptionẽ, ereptio glorificationẽ. Vox liberati: Cõuertere anima mea in requiẽ tuam: quia dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meã de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Eripiã eũ, & glorificabo est. Felix qui te interim consolatorem & adiutorẽ habet, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. At quàm felicior quẽ iam eripuisti & exemisti tantis malis, quàm felicior qui iam exemptus de laqueo venantiũ, qui iam raptus est ne malitia mutet intellectum illius, aut ne fictio decipiat animã eius. Longe tamen pro his omnibus felicissimus ille erit quem assumpseris ad teipsum, quem repleueris in bonis domus tuæ, & claritati tuæ cõformaueris cũ. Et nunc filioli clamemus in cœlũ, & miserebitur nostri deus noster. Clamemus in cœlum: quia sub cœlo omnia labor & dolor, vanitas & afflictio spiritus. Denique prauum est cor hominis & imperscrutabile, proni sensus eius in malum. Nõ est in me bonum, hoc est in carne mea. Lex peccati in ea habitat, aduersus spiritum concupiscit. Postremò & cor meum dereliquit me, & corpus mortuum est propter peccatum. Sufficit autem diei quoque malitia sua: & est mundus ipse positus in maligno. Quàm nequã in omnibus seculum præsens, quàm nequiter aduersus animam seculatia desideria militare noscuntur? Sunt & principes mundi huius tenebrarum harum, spirituales nequitiæ, aëreæ potestates, & inter eas callidior cunctis animantibus serpens. Hæc ergo sub sole omnia. Hæc omnia sub cœlo. Ad quod horum cõfugium facis? In quo horum omnium speras solatij aliquid, aliquid auxilij inuenire? Si quæras intra te, aruit cor tuum, & obliuioni datum te reperis, tanquan mortuum à corde. Si infra te, corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Si circa te, etiam terrena habitatio deprimit sensum multa cogitãtem. Quære ergo supra te, sed cautus esto vẽtosa agmina transilire. Quia enim omne datum optimum, & omne donum perfectũ non nisi desursum esse nouerunt, mediũ iter latrunculi obsedere. Transi ergo transi peruigiles illas nequitias, quæ tã indefesse custodiunt & obseruant ne quis in illam possit euadere ciuitatem. Si te percusserint, si vulnerauerint, dimitte eis palliũ, quod in Aegypto olim Ioseph adulteræ dereliquit: dimitte sindonem, vt cum euãgelico illo iuuene profugias nudus ab eis. Nunquid non solum palliũ eius & sindonẽ dederat deus in manibus impij, in cuius facultatem & carnem dans potestatem, veruntamen animam, ait, illius seruat? Ita ergo sursum cor, sursum clamor, sursum desideria, sursum cõuersatio, sursum intentio, & omnis expectatio tua desursum sit. Clama in cœlũ vt exaudiaris, & qui in cœlis est pater mittat tibi auxiliũ de sancto, & de Sion tueatur te. Mittat interim auxilium de tribulatione, eripiat à tribulatione, glorificet in resurrectione. Magna sunt hæc, sed tu magne domine promisisti. Ex tua promissione speramus, inde audemus dicere: Si cor de clamemus pio, certe debes ex promisso. Amen.

De vltimo versu. Sermo XVII. Vnde supra.

BEne nobiscum agitur fratres, satis competit huic tempori versus psalmi. Celebraturis proxime dominicã resurrectionem, iam nunc cuique nostrum sua promittitur, vt festiuius in capite suo factum recolant membra, quod in seipsis præstolantur aliquando faciendum. Congruus finis psalmi, vbi psallenti finis promittitur tam beatus. Iucundè completur, dum in eo spondetur repletio tam iucunda. Lõgitudine, inquit, diebus replebo eum, & ostẽdam illi salutare meum. Sæpius vos admoneo fratres, quòd iuxta Pauli sententiam promissionem habeat pietas vitæ eius quæ nunc est pariter & futuræ. Vnde & idẽ ait: Habetis nunc quidem fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternã. Ipsa est quæ hoc loco promittitur plenitudo, ipsa longitudo dierũ. Quid enim tã longũ, quàm quod æternũ est? Quid tam longũ, quàm quod nullo fine præciditur? Bonus finis vita æterna, bonus finis qui finẽ non habet. Et sane cuius finis bonus est, ipsum quoque bonũ est. Amplectamur itaq; sanctificationẽ, quoniam bona est, quoniam finis eius vita sine fine. Sãctimoniam sectemur & pacẽ, sine qua nemo videbit deũ. Longitudine, inquit, dierũ replebo eum, & ostendam illi salutare meũ. Dextræ dei est ista promissio, mumus est dextræ quã sibi olim sanctus porrigi optabat. Operi, inquit, manuũ tuarũ porriges dexterã. delectationes in dextera hac vsque in finem. Hanc nimirum & ille sibi porrigi optauit & obtinuit dexteram, de quo psalmista ait: Vitã petiit à te, & tribuisti ei longitũdinem dierũ in seculũ, & in seculũ seculi. Manifestius denique sapiẽs dixit: In sinistra illius diuitię & gloria, in dextera eius longiturnitas vitæ. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Hæc enim vita qua viuimus, magis mors est: nec simpliciter vita, sed vita mortalis. Moritur homo dicimus, quãdo morti certissimę appropinquat. Quid verò agimus ex quo primũ incipimus viuere, nisi morti appropinquare, & incipere mori? Sed & dies qualescũque vitæ huius pauci & mali sunt, sicut sanctus patriarcha testatur. Ibi vere viuitur, vbi viuida vita est & vitalis. Ibi dies boni, vbi interminabilis longitudo dierum. Gratias ei qui tã non modo fortiter, sed & suauiter disponit vniuersa. Eorum nempe paucitas dierum finietur breui, quorũ sufficit cuique malitia sua. Vbi autem dierum bonitas, ęternitas quoque non deerit. Longitudine dierum replebo eum. Quod prius dixerat, glorificabo eũ, euidentius hoc versiculo declarauit. Cui tamen nõ sufficeret ab eo glorificari, cuius perfecta sunt opera? Nõ enim tãta immensitas nisi in immensum quempiam glorificare posset. Necesse est magna sit glorificatio, à magnifica gloria quę descendit. Voce delapsa à magnifica gloria ait Petrus. Bene magnifica gloria glorificans tam magnificè, in lõgitudine, in multitudine, in plenitudine claritatis. Fallax gloria, & vana est claritas, dies hominũ breuis. Sapiẽs eiusmodi non optabit, magis loquetur ex corde ei qui intuetur eor: Et diem hominis non desiderauit: tu scis. Ego tamẽ plus aliquid quàm non desiderat, desidero, vt nẽ recipiam quidem. Scio enim

A enim cuius vox sit: Ego claritatem ab homine non accipio. Quàm verò miseri, qui gloriam quæ abinuicem est quærimus, & nolumus eam quæ à solo est deo. Sola siquidem ea quam solam negligimus, longitudinem habet, sola repletionem, Breues dies hominis, & dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. Exsiccatum est, inquit, fœnum, & cecidit flos: verbum autem domini in ęternum manet. Verus nimirum dies, qui nõ nouit occasum, æterna veritas, vera æternitas, ac proinde vera æternáque satietas. Alioquin quomodo gloria illa replebit, quæ fallax & vana est? Denique & inanis dicitur, vt noueris te ex ea magis exinaniri posse, non posse repleri. Bonum ergo interim magis abiectio quàm elatio est, bonũ magis necessitas quàm voluptas: quòd eum vtraque res citius transeat, altera pœnam habeat, altera sit paritura coronam. Vtilis tribulatio, quæ probationem operatur, ducit ad gloriã. Cum ipso sum, inquit, in tribulatione: eripiã eum, & glorificabo eum. Agamus gratias patri misericordiarum, qui no biscũ est in tribulatione, & in omni tribulatione nostra nos cõsolatur. Res enim, vt dixi, necessaria tribulatio quæ in gloriam vertitur, tristitia quæ mutatur in gaudium. Gaudium sanè longum quod nemo tollit à nobis, gaudium multiplex, gaudium plenum. Res necessaria est ista necessitas, quæ coronam parit. Nõ contemnamus fratres: semen modicum est: magnus exinde fructus exurgit. Fortè insipidum, fortè acerbum est, fortè granum sinapis. Non consideremus quæ videntur, sed quæ non videntur in eo. Quæ enim videtur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Prælibemus primitias gloriæ, gloriemur in spe gloriæ magni dei. Non solùm autem, sed vt dicam expressius, gloriemur in tribulatione. In ea siquidem spes gloriæ est. Vide si non hoc ipsum docere voluit apostolus cum subiunxit: Quoniã tribulatio patientiam operatur, &c. Manifestè aduertere est in his verbis cum præmisisset apostolus gloriari in spe: non aliud aliquid sed amplius eum addidisse dicendo: Non solùm autem, sed & gloriari in tribulationibus. Nõ enim altera gloriatio cõmendatur, sed additur vbi spes gloriæ, vbi ipsa spei gloriatio requiratur. Siquidem in tribulatione spes glorię, imò & ipsa in tribulatione gloria cõtinetur, sicut spes fructus in semine, sic & ipse fructus in semine est. In hunc modum etiam modo regnum dei intra nos est, thesaurus ingens in fictili vase, in agro vili. Est, inquam, sed absconditum est, felix qui ibi inuenerit illud. Quid ille? Nẽpe qui messem magis cogitauerit quàm semẽtem. Oculus fidei inuenit hunc thesaurũ, non secundum facię iudicans, sed videns quæ non apparent, sed intuens quæ non videntur. Quàm veraciter hunc thesaurũ inuenerat, quẽ volebat inueniri & ab aliis, qui dicebat: Momẽtaneũ hoc & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Non dixit remunerabitur, sed æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Latet gloria fratres mei, abscondita nobis est in tribulatione: in momentaneo hoc latet æternitas, in hoc leui pondus sublimè & supra modũ. Interim ergo festinemus nobis emere agrũ istum, emere thesaurum istum, qui absc̃ditus est in agro. Omne gaudium existimemus cum in varias incidemus tribulationes. Dicamus ex animo, dicamus ex sententia: Bonum magis ire ad domum luctus, quàm ad domũ conuiuij. Cum ipso sum in tribulatione, ait deus: & ego aliud interim requiram quàm tribulationem? Mihi adhærere deo bonum est. Nõ solum autem, sed & ponere in domino spem meam: quia eripiam eum, inquit, & glorificabo eum. Cum ipso sum in tribulatione. Delicię, inquit, meę esse eũ filiis hominum. Emmanuel nobiscum deus. Aue gratia plena, ait angelus ad Mariã: dominus tecum. In plenitudine gratię nobiscum est, in plenitudine glorię erimus nos cum eo. Descendit vt prope sit his qui tribulato sunt corde, vt nobiscũ sit in tribulatione nostra. Erit autẽ quando rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino erimus, si tamen curemus interim eum habere nobiscũ vt sit comes viæ, qui patriæ redditor est futurus: imò qui tunc patria, modo sit via. Bonũ mihi domine tribulari dummodo ipse sis mecum, quàm regnare sine te, epulari sine te, sine te gloriari. Bonũ in tribulatione magis amplecti te, in camino habere te mecum, quàm esse sine te vel in cœlo. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid voluí super terrã? Aurũ probat fornax, & viros iustos tentatio tribulationis. Ibi ibi cũ eis es domine, ibi in tuo nomine cõgregatis medius ástas, sicut olim cum tribus pueris es dignatus etiã ethnico apparere vt diceret, quia species quarti, similis filio dei. Quid trepidamus, quid cunctamur, quid refugimus hunc caminum? Sæuit ignis, sed dominus no biscum est in tribulatione. Si deus nobiscum, quis cõtra nos? Nihilo minus quoq; si ille eripit, quis est qui rapiat de manu eius? Quis est qui de manu eius possit eruere? Postremò si ille glorificat, quisnam alius inglorium faciet? Si ille glorificat, quis humiliabit? Audi deniq; quanam gloria ipse glorificet. Lõgitudine, inquit, dierum replebo eum. Et primo quidem in eo quòd dierum nomẽ pluraliter posuit, non vicissitudinẽ aliquam, sed multitudinem voluit commendare. Alioquin si vicissitudinem suspicaris, melior est dies vna in atriis domini super milia. Legimus sanctos atq; perfectos viros etiã ab his diebus nostris plenos migrasse dierum: nec sanè aliud quàm virtutũ plenos, plenos intelligimus gratiarũ. Nimirũ in hanc plenitudinem velut de die in diem, de claritate in claritatem, non quidem à suo, sed à domini spiritu trãsformantur. Si ergo dies gratia dicitur, si (vt supra meminimus) etiam dies hominis, claritas quæ ab homine est, & male nitẽs gloria, quam abinuicem quærimus: quomodo nõ magis verus dies & plenus meridies veræ gloriæ plenitudo? Quòd si dies plurimos diuisiones dicimus gratiarũ, quomodo nõ in multiplici gloria dierum intelligitur multitudo? Postremò euidentius audi sine vlla vicissitudine dies multos. Erit lux lunæ sicut lux solis (ait propheta) & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum. Istis (ni fallor) cunctis diebus vitæ suæ psalmos suos cantare in domo domini rex fidelis optabat. Erit enim deuotos esse deo ad singula tãæ & tam multiplicis gloriæ munera, & in omnibus semper gratias agere, quasi cunctis diebus psalmos dicere nomini eius. Longitudine dierum replebo eum. Ac si manifestius dicat: Scio quid desideret, scio quid sitiat, quid sapiat ei. Non ei aurum vel argentum sapit, non voluptas, non curiositas, non dignitas aliqua secularis. Omnia detrimẽtum facit, omnia aspernatur & arbitratur vt stercora. Exinaniuit penitus semetipsum, nec se ex his patitur occupari, quibus nouit se nõ posse repleri. Nõ ignorat ad cuius imaginem conditus sit, cuius magnitudinis capax sit: nec sustinet de modico crescere, vt de maximo minuatur. Itaq; lõgitudine dierum replebo eum, quem nisi lux vera reficere, nisi æterna implere non potest. Siquidem nec longiturnitas illa terminum, nec claritas illa occasum, nec satietas illa fastidiũ habet. Erit enim securitas de æternitate, gloriatio de veritate, exultatio de satietate. Et ostendam illi salutare meum. Nimirũ extunc videre merebitur quod optauit, cum sibi rex gloriæ glorioſam exhibebit ecclesiam, non habentem maculam ob splendorem diei, sed neque rugam ob omnimodam plenitudinem sui. Alioquin ad illius fulgorem luminis sicut non impurus, sic nec turbatus quidem in aliquo animus vel inquietus assurgit. Inde est quòd nunc quoque (vt supra memini (sanctimoniã simill & pacem sectari præcipimur, quòd sine his nemo videat deũ. Cum ergo repleuerit in bonis desiderium tuum, vt non aliud sit quod requiras, serenato penitus ex ipsa plenitudine animo, videre iam poteris serenitatẽ illam; illam plenitudinem maiestatis, similis deo factus, quòd videas eum sicuti est: aut forte iam plenus omni gloria in semetipso, etiam foris saluationem quam operatus est deus, & plenam maiestate eius omnem terram vndique circunspiciet delicioſissimus delicioſissimi seculi habitator, ad hoc quoq; referri posse videbitur quòd adiecit: Et ostendam illi salutare meum. Alioquin accipiamus, si magis placet, etiã hoc modo, vt ipsos quos promiserat dies, in hac ostensione salutaris exponat. Longitudine, inquit, dierum replebo eum. Et tãquam quæreres vnde erit dies in ciuitate de qua legimus, quia non lucebit ibi sol per diem, nox enim non erit in ea: ostendã illi, ait salutare meum: vt quemadmodum & in illa scriptura dicitur, Lucerna eius sit agnus. Ostẽdam illi salutare meũ. Non iam in fide eruditã, non iam exercebo in spe, sed specie adimplebo. Ostendam illi salutare meum, ostendã illi Iesum meũ, vt in æternũ iam videat in quẽ credidit, quem dilexit, quem semper optauit. Ostẽde nobis domine misericordiam tuam,

Exo. 14. d
Ioan. 16. g
2. Tim. 3. c
Iaco. 1. a
Act. 14. d
Psal. 33. d
Psal. 22. a
Psa. 114. d
Hier. 17. b
Psal. 30. b
Sapie. 9. d
Ioan. 5. g
Esa. 40. b
Gen. 39. c
Marc. 14
Iob 1. b
Iob 14. c
2. Cor. 4. d
Eccles. 7. a
Psal. 72. a
Prou. 8. d
Luc. 1. e
1. Tit. 4. d
Rom. 6. c
Heb. 12. b
1. Pet. 1. d
Psal. 20. a
Prou. 3. c
Gen. 47. b
Psal. 72. a
Psal. 83. c
Esa. 30. f
Dan. 3. g
Hebr. 12. d
Psal. 120. a
Apo. 21. g
Psal. 84. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & salutare tuũ da nobis. Ostende nobis salutare tuũ & sufficit nobis. Qui enim videt illũ, videt & te quia ipse in te, & tu in ipso. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscamus te verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Itaque tunc dimittes seruum tuum domine, secũdum verbum tuum in pace, cum viderint oculi mei salutare tuũ, Iesum tuũ, dominũ meum, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amẽ.

Ioan.17.d

D. Bernardi Abbatis Clarævallis, in Cantica Canticorum, Expositio.

Sermo primus.

VObis fratres alia quam aliis de seculo, aut certè aliter dicẽda sunt. Illis siquidem lac potum dat & non escam, qui apostoli formam tenet in docendo. Nam spiritualibus solidiora apponenda esse itidem ipse suo docet exemplo: Loquimur, inquiẽs, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Item sapientiam loquimur inter perfectos, quales vos nimirum esse confido, nisi fruſtrà fortè iam ex longo studiis estis cœlestibus occupati, exercitati sensibus, & in lege dei meditantes die ac nocte. Itaque parate fauces non lacti, sed pani. Est panis apud Salomonem, isque admodum splendibus sapidúsque, librum dico qui Cantica cãticorum inscribitur. Proferatur si placet & frangatur. Nam de veris Ecclesiastæ satis (nisi fallor) per dei gratiam instructi estis mundi huius cognoscere & contemnere vanitatem. Quid & parabolas? An non vita & mores vestri iuxta eam quæ in ipsis inuenitur doctrinam sufficienter emẽdati sunt & informati? Proinde illis ambobus prælibatis, quos nihilo minus de amici arca præstitos accepistis, accedite & ad tertium hunc panem, vt probetis forsitan potiora. Cùm enim duo sint mala quę vel sola vel maximè militant aduersus animam, vanus scilicet amor mundi, & superfluus sui: pesti vtrique duo illi libri obuiare noscuntur, alter sæculo discipline praua queq; in moribus & carnis superflua resecans, alter luce rationis in omni gloria mũdi fucum vanitatis sagaciter deprehendens, veracitérque distinguens à solido veritatis. Denique vniuersis humanis studiis ac mundanis desideriis prętulit deum timere, eiúsque obseruare mandata. Meritò quidem. Verę etenim sapientiæ primum illud initium, secundum consummatio est: si tamen constat vobis non aliud veram & consummatam esse sapiẽtiam quàm declinare à malo, & facere bonum: itemque recedere à malo neminem posse perfectè absque timore dei, nec bonũ opus omnino esse pręter obseruantiam mãdatorum. Depulsis ergo duobus malis duorum lectione librorũ, competẽter iam acceditur ad hunc sacrũ theoricúmque sermonem: qui cum sit amborum fructus, non nisi sobriis mẽtibus & auribus omnino credendus est. Alioquin ante carnẽ disciplinæ studiis edomitam, & manciparam spiritui, ante spretam & abiectã seculi pompam & sarcinã, indigne ab impuris lectio sancta presumitur. Quomodo nempe lux incassum circumfundit oculos cęcos vel clausos, ita animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus dei. Quippe spiritus sanctus disciplinę effugiet fictum, quod est vita incontinens. Sed nec erit ei vnquã pars cum mũdi vanitate, cum veritatis sit spiritus. Quę enm societas ei quę desursum est sapientiæ, & sapientię mundi, quę stultitia est apud deum: aut sapientiæ carnis, quę & ipsa inimica est deo? Puto autem quòd iam nõ habebit vnde aduersum nos murmuret is qui nobis de via venit amicus cum & tertium istum insumpserit panem. Sed quis franget? Adest paterfamiliãs, cognoscite dominũ in fractione panis. Quis enim alter idoneus? Non equidem ego mihi istud temere arrogauerim. Sic spectetis ad me, vt ex me nõ expectetis. Nam & ego vnus sum de expectantibus, mendicans & ipse vobiscum cibum animę meę, alimoniã spirit⁹. Reuera pauper & inops pulso ad eum qui aperit & nemo claudit, super sermonis huius profundissimo sacramẽto. Oculi omniũ in te speRant domine. Paruuli petierunt panem: non est qui frangat eis. Speratur id à benignitate tua. O piissime frange esurientibus panem tuum, meis quidẽ (si dignaris) manibus, sed tuis viribus. Dic quęso nobis à quo, de quo, ad quẽm ve dicitur: Osculetur me osculo oris sui? Aut quale est istud ita subitaneum, & factum repente de medio sermonis exordium? Sic quippe in verba prorumpit, quasi quempiam loquentẽ prẽmiserit, cui cõsequenter respondentẽ & hãc introducat personam quęcunque est ipsa quę osculum flagitat. Deinde si se osculari à nescio quo vel petit vel præcipit, cur signanter & nominatim ore, & ore suo, quasi aliud quam os, aut alienum & non potius suum exhibere sibi soleant osculantes? Quan quam ne hoc quidem dicit, Osculetur me ore suo: sed aliud profecto inusitatius: osculo, inquit, oris sui. Et quidem iucũdum eloquium quod ab osculo principium sumit, & blanda ipsa quædam scripturæ facies facilè afficit & allicit ad legẽdum, ita vt quod in ea latet, delectet etiã cum labore inuestigare, nec fatiget inquirendi fortè difficultas, vbi eloquij sua uitas mulcet. Verùm quem non valde attentum faciat istiusmodi principiũ sine prĩcipio, & nouitas locutionis in veteri libro? Vnde constat hoc opus non humano ingenio, sed spiritus arte ita cõpositum, vt quãuis sit difficilè intellectu, sit tamen inquisitu delectabile. Sed quid? Titulum prætermimus? Non oportet ne vnũ quidem iota: quãdo & minutias iubemur colligere fragmentorum, ne pereant. Titulus talis est: Incipiũt Cãtica cãti corũ Salomonis. Obserua in primis pacifici nomen, quod est Salomõ, cõuenire principio libri qui incipit à signo pacis, id est ab osculo: simũlq; aduerte huiusmodi principiis solas ad hãc intelligendam scripturã mẽtes inuitari pacificas, quæ sese iam à vitiorum vẽdicare perturbationibus & curarum tumultibus prędualent. Dehinc ne hoc quoque ociosum putes, quòd nõ simpliciter cãtica, sed Cantica canticorũ habet inscriptio. Multa quippe legi cantica in scripturis, & nullum illorum memini taliter apellari. Cecinit Israël carmen domino, quòd gladium pariter & iugum euaserit Pharaonis, gemino maris mirabiliter liberatus simul & vindicatus obsequio. Non tamen quod cecinit dictum est canticum canticorum, sed si bene recolo, Cecinit (ait scriptura) Israël carmen hoc domino. Cecinit etiã Debbora, cecinit & Iudith, cecinit & mater Samuelis: prophetę quoque aliqui cecinerunt, & nemo eorum legitur appellasse canticum suũ Cantica canticorum. Sane omnes (ni fallor (cecinisse reperies pro quocunque suo suorúmve percepto commodo. Verbi gratia pro obtentu victoriæ, pro euasione periculi, aut pro cupitę rei qualiscunque adepto beneficio. Ita ergo plerique cecinerũt singuli pro singulis causis, ne ingrati diuinis beneficiis inuenirentur: iuxta illud Cõfitebitur tibi cum benefeceris ei. At verò rex iste Salomon sapientia singularis, sublimis gloria rebus affluens, pace securus, nullius talium eguisse cognoscitur, pro quo accepto ista decantare libuerit. Sed nec scriptura ipsa sui vsquam tale aliquid significare videtur. Itaque diuinitus inspiratus, Christi & ecclesiæ laudes, & sacri amoris gratiam, & æterni connubij cecinit sacramenta, simúlque expressit sanctæ desiderium animę, & epithalamij carmẽ exultans in spiritu iucundo composuit elogio, figurato tamen. Nimirum velabat & ipse instar Moysi faciem suam non minus forsitan in hac parte fulgẽtem, eo quòd illo adhuc in tempore nemo aut rarus erat qui reuelata facie gloriam istam speculari sufficeret.

Igitur pro sui excellentia reor nuptiale hoc carmen huiusmodi titulo præsignitum, vt meritò Cantica canticorum singulariter appelletur, sicut is quoque cui canitur, singulariter est dictus rex regũ, & dominus dominãtiũ. Cæterũ vos si vestram experientiã aduertatis, nónne in victoria qua vicit mũdum fides vestra, & in exitu vestro de lacu miserię & de luto fecis, cantastis & ipsi domino canticum nouũ quia mirabilia fecit? Rursus cum adiecit primum supra petram statuere pedes vestros, & dirigere gressus vestros, puto quòd & tunc nihilo min⁹ pro indulta nouitate vitæ immisũ sit in os vestrũ canticum nouũ, carmẽ deo nostro. Quid cum pœnitẽtibus vobis nõ solum peccata dimisit, sed insuper promisit & præmia, num multo magis spe gaudentes futurorũ bonorũ, cãtastis

I.Cor.3.a

Ibidem.2

Psa.1.a & 118.n

I.Cor.2. Sapien.1.b

Ioan.14.b

I.Cor.3.b

Roma.8.a

Luc.11.a

Luc.24.c

Apoc.3.b

Psa.144.b

Thre.4.

Canti.1.a

1.Reg.2.

Exod.15.a

Iudic.5.a

Iudith.16.c

Psal.48.a

Exod.3.a

Matt.5.c

Ioan.6.b

1.Tim.6.b

1.Ioan.3.a

Psa.39.a

Psal.97.

Psal.39.d

A tastis in viis domini, quoniam magna est gloria domini? At si cui fortè vestrum clausum vel obscurũ aliquid de scripturis interdum eluxerit, tunc prorsus necesse est pro percepta cœlestis panis alimonia diuinas mulceat aures i voce exultationis & cõfessionis sonus epulãtis. Sed & in quotidianis exercitiis & bellis quę nulla hora pie in Christo viuẽtibus desunt à carne, à mundo, à diabolo, sicut militiã esse vitam hominis super terram incessanter experimini in vobismetipsis, quotidiana necesse est cantica pro assecutis victoriis innouari.

Psal.137.b

Psal.41.a

118.7.a

Quotiens tentatio superatur, aut vitium subiugatur, aut imminens periculum declinatur, aut ląqueus insidiãtis depreHenditur, aut annosa & inueterata quæcunque animæ passio semel perfectéque sanatur, aut multum diúque cupita & sæpius petita virtus tandem aliquando dei munere obtinetur, quid nisi totiens (iuxta prophetam) personat gratiarum actio & vox laudis, & ad singula quæq; beneficia benedicitur deus in donis suis? Alioquin ingratus reputabitur cum discussio venerit, qui non poterit dicere deo: Cãtabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Arbitror vos in vobisipsis illa iam recognoscere quę in psalterio non Cantica cãticorum, sed Cantica graduum appellãtur, eo quòd ad singulos profectus nostros iuxta ascẽsiones, quas quisque in corde suo disposuit, singula sint cantica depromenda ad laudem & gloriam promouẽtis. Quonam modo impleatur aliter ille versiculus, nõ video: Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum: aut certe apostoli illa pulcherrima salutatio & berrimáque exhortatio: In psalmis, hymnis & canticis spiritualibus cantantes & psallentes in cordibus vestris domino.

Psal.118.g

Psal.117.b

Coloss.3.& Ephes.5.d

Sed est canticum quod ex sui singulari dignitate & suauitate cũctis meritò quæ memorauimus, & si qua sunt alia antecellit, & iure hoc appellauerim Cãticum canticorum, quia cæterorum omnium ipsum est fructus. Istiusmodi canticum sola vnctio docet, sola addiscit experientia. Experti recognoscant, inexperti inardescant desiderio non tam cognoscendi, quàm experiendi. Nõ est enim strepitus oris, sed iubilus cordis: non sonus labiorum, sed motus gaudiorum: voluntatum, non vocum consonantia. Non auditur foris, nec enim in publico personat: sola quæ cantat audit, & cui cantatur, id est sponsus & sponsa. Est quippe nuptiale carmen exprimens ea ństos iucundósque complexus animorũ, morum cõcordiam, affectuúmque consentaneam ad alterutrum charitatem.

Cæterum non est illud cantare seu audire animæ puerilis & neophytæ adhuc & recenter conuersæ de seculo, sed proiectæ iam & eruditæ mentis, quæ suis nimirum profectibus deo promouente intantum iam creuerit, quatenus ad perfectam ętatem, & ad nubiles quodammodo peruenerit annos, annos dico meritorum, nõ temporum, facta nuptiis cœlestis sponsi idonea, qualis denique suo loco pleniùs describetur. Sed præterit hora qua nos exire vrget ad opera manuum & paupertas, & institutio regularis. Cras in nomine domini quod cœperamus prosequemur de osculo, quia de titulo hodiernus sermo nos expediuit.

Cant.1.a

Psal.44.a

De incarnatione Christi per patriarchas & prophetas prænunciata, & ardentißimè ab eis expectata.

Sermo secundus.

ARdorem desiderij patrum suspirantium Christi in carne præsentiam, frequentissimè cogitans compungor & confundor in memetipso, & nunc vix contineo lachrymas, ita pudet teporis torporíssque miserabilium temporum horum. Cui nanque nostrum tantum ingerat gaudium gratiæ huius exhibitio, quantum veteribus sanctis accenderat desiderium promissio? Ecce enim quàm multi in hac eius quæ proximè celebranda est natiuitate gaudebunt, sed vtinã de natiuitate, non de vanitate. Illorum ergo desiderium flagrans & piæ expectationis affectum spirat mihi vox ista: Osculetur me osculo oris sui. Senserat nimirum in spiritu quisquis tunc spiritualis esse poterat, quanta foret gratia diffusa in labiis illis: propterea loquens in desiderio animæ aiebat: Osculetur me osculo oris sui: nimirum omnimodis cupiens tantæ suauitatis participio non fraudari. Dicebat enim perfectus quisque: Quò mihi ora hæc seminiuerbia prophetarum? Ipse potius speciosus forma præ filiis hominum, ipse me osculetur osculo oris sui. Non audio iam Moysen: D impeditioris siquidem linguę factus est mihi. Esaię labia immũda sunt: Hieremias nescit loqui, quia puer est: & prophetæ omnes elingues sunt. Ipse ipse quem loquuntur, ipse loquatur, ipse me osculetur osculo oris sui. Non in eis iam aut per eos loquatur mihi, quoniam tenebrosa aqua in nubibus aëris: sed ipse me osculetur osculo oris sui, cuius gratiosa præsentia, & admirandæ fluenta doctrinæ fiant in me fons aquæ salientis in vitam æternam. Quem vnxit pater oleo lætitiæ præ consortibus suis, nunquid non ex ipso mihi vberior infunditur gratia, si tamen dignetur me osculari osculo oris sui? Cuius vtique sermo viuus & efficax osculum mihi est, non quidem coniunctio labiorum, quæ interdum pacé mentitur animarum, sed planè infusio gaudiorum, reuelatio secretorum, mira quædã & quodammodo indiscreta commixtio superni luminis & illuminatæ mentis. Adhærens quippe deo vnus spiritus est. Meritò proinde visiones & somnia non recipio, figuras & ęnigmata nolo: ipsas quoque angelicas fastidio species. Quippe & ipsos longe superat Iesus meus specie sua & pulchritudine sua. Non ergo alium siue angelum siue hominem, sed ipsum peto osculari me osculo oris sui. Nec sanè præsumo me osculatum iri ab ore ipsius: (est enim hoc assumpti hominis vnicæ felicitatis, & prærogatiuæ singularis) sed humilius ab osculo oris sui peto me osculari: quod cõmune vtique est multorum qui dicere possunt: Et nos omnes E de plenitudine eius accepimus. Intendite. Sit os osculans, verbum assumens osculatum, caro quæ assumitur: osculum verò quod pariter ab osculante & osculato conficitur, persõna ipsa ex vtroque compacta, mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Hac ergo ratione sanctorum nemo dicere præsumebat: Osculetur me ore suo: sed tãtùm osculo oris sui: ipsi sanè seruantes prærogatiuam istam, cui singulariter semélque os verbi impressum tunc est, cùm ei se corporaliter plenitudo omnis diuinitatis indulsit. Felix osculum, ac stupęda dignatione mirabile: in quo non os ori imprimitur, sed deus homini vnitur. Et ibi quidem cõtactus labiorum complexum significat animorum, hic autem consideratio naturarum diuinis humana componit, quæ in terra sunt & quæ in cœlis pacificans. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnũ. Ad hoc igitur osculum sanctus quisque antiqui temporis suspirabat: eo quòd iucũditatem & exultationẽ thesaurizari super eum, & thesauros omnes sapientiæ & scientiæ in ipso absconditos præsentirent, cuperẽntq; & ipsi de plenitudine eius accipere. Sentio, placet vobis quod dicitur. Sed accipite & alium sensum. Nõ latuit sanctos & ante aduentũ saluatoris deum super mortalium genus cogitare cogitationes pacis. Nec enim faceret verbum super terram quod non reuelaret seruis suis prophetis. Erat tamen verbum hoc absconditum à multis. Fuit nanque in tempore illo rara fides in terris: & tenuis admodum spes in pluribus quoque illorum qui expectabant redẽptionem Israël. Qui verò præsciebant, ipsi & prædicabãt Christum in carne venturum, & cum ipso pacem. Vnde quidam eorum, Et pax erit, inquit, in terra nostra cum venerit. Immò per ipsum dei gratiam homines recuperaturos cum omni fiducia sicut diuinitus acceperant prædicabant. Quod & præcursor domini Ioannes suo tempore impletum agnouit & perhibuit, Gratia (inquiens) & veritas per Iesum Christum facta est: & ita verum esse omnis nunc Christianus populus experitur. Cæterùm illis prænuntiantibus pacem, moram autem faciente auctore pacis, nutabat populi fides, dum non erat qui redimeret, neq; qui saluum faceret. Itaque causabantur homines moras, quòd ille totiens nunciatus necdum veniret princeps pacis, sicut locutus fuerat per os sanctorum qui à seculo sunt prophetarum eius: & suspectas habentes promissiones, signum promissæ reconciliationis (quod est osculum) flagitabant: ac si nunciis pacis vnus quilibet responderet de populo: Quousque tollitis animas nostras? Iam olim prædicitis pacem, & non venit: promittitis bona, & adhuc turbatio. Ecce hoc ipsum multipariè multísque modis & angeli patribus, & patres nostri annunciauerunt nobis, dicentes, Pax pax, & non est pax. Si mihi vult esse persuasum deus quod de suæ beneplacito voluntatis tam crebra iam legatione spondet nec exhibet,

Exod.4.b

Esa.6.b

Hier.1.b

Psal.17.b

Ioan.4.b

Psal.44.b

Heb.4.c

1.Cor.6.d

Ioan.1.b

Psal.7.d

Luc.1.g

Ioan.10.c

Hier.8.d

Ephe.2.c

Eccl.15.b

Colo.2.d

Hier.29.c

Amos 3.b

Luc.18.f

Luc.1.f

Mich.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gosculetur me osculo oris sui,sicq, in signo pacis faciat de pace securum.Nam verbis iam quomodo credam? Op⁹ magis est opere verba firmari. Probet veridicos nuncios suos deus, si tamen nuncij eius sunt:& sequatur eos ipse,vt sepius pro-
Ioannis.1.a 4.Reg 4.c tulit baculum,& necdum est vox neque vita,Non surgo, nō susciter,non excutior de puluere,non respiro in spem,si non propheta ipse descendat,& osculetur me osculo oris sui.

Huc accedit quòd is qui nostrum profitetur se mediatorē
1.Tim.2.b ad deum,dei filius est,& deus est. Et quid est homo vt innotescat ei,aut filius hominis vt reputet eum? Quæ mihi fiducia, vt tātæ me audeam credere maiestati? Vnde inquan terra & cinis presumo deum curam habere mei? Ad hæc diligit patrē suum,me verò opus non habet,bonorum meorum nō eget. Vnde ergò cōstabit mihi quòd mediator meus in parte nequaquā sit? Tamē si verè(vt dicitis)decreuit misereri deus, cogitātque vt complacitior sit adhuc, statuat testamentum pacis,& fœdus perpetuum feriat mihi in osculo oris sui, vt quę procedūt de lābiis suis,non faciat irrita:exinaniat se,humiliet se,inclinet se,& osculetur me osculo oris sui. Vt ex æquo partibus congruens mediator,neutri suspectus sit:deus filius dei fiat homo,fiat filius hominis,& certū me reddat in
H filius dei quem agnosco & meum. Minimè planè iam mihi suspectus
Gene.2.d erit. Frater enim & caro mea est. Puto enim spernere me iam non poterit os de ossibus meis, & caro de carne mea. Ita ergo vetus querela sacrosanctum osculum,id est incarnādi verbi mysterium exigebat,dum longa & molesta expectatione fatigata fides deficeret,& infidelis populus aduersus ,pmissā dei victus tędio murmuraret. Adinuentio mea est,si nō hoc idem & vos recognoscitis de scripturis. Inde profectò erant
Esa.28.c querulæ illæ & plenæ murmure voces:Manda,remāda. Expecta,reexpecta.Modicum ibi,modicum ibi. Inde anxię illæ
Eccl.36.c & plenę pietate preces:Da mercedem domine sustinentibus
Ibidem. te,vt prophetæ tui fideles inueniantur. Item: Suscita domi ne precationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetę priores. Inde blandæ illæ & plenæ consolatione promissiones:
Abac.2.a Ecce apparebit dominus & non mentietur:si moram fecerit,expecta eum,quia veniens veniet,& non tardabit. Item:
Esa.14.a Prope est vt veniat tempus eius,& dies eius non elongabun-
Esa.66.d tur. Et ex persona promissi:Ecce ego, inquit, declino in vos vt flumen pacis,& vt torrens inundans gloriæ gentium. In quibus verbis satis apparet & prędicatorum instantia,& diffidentia populorum. Sic itaque & plebs murmurabat,& fides nutabat:& iuxta Esaiæ vaticinium (angeli pacis amarè
Esai.33.c flebant. Ne ergo vniuersum genus humanum moram faciente Christo desperatione periret,dum se contemni suspicaretur infirma mortalitas,sųęque reconciliationis cum deo de gratia totiens repromissa diffideret:sancti qui de spiritu
I certi erant,certitudinem de carnis præsentia exoptabant, ac signū reformandæ pacis propter pusillanimes & incredulos omni instantia requirebant. O radix Iesse qui stas in signum
Esa.11.c populorum,quàm multi reges & prophetæ voluerunt te videre & non viderunt? Felix tamen ex omnibus Simeon, cui
Luc.2.d Psal.91.b ius senectus in misericordia vberi. Is nempe exultauit vt videret desiderij signum, & vidit & gauisus est: acceptóque osculo pacis,in pace dimittitur, ante tamen apertè pronun-
Luc.2.d cians Iesum esse natum in signum cui contradicendum erat. Omnino ita fuit. Contradictum est exorto signo pacis, sed ab his qui oderunt pacem. Nam pax hominibus bonæ volūtatis, maleuolis autem petra scādali,& lapis offensionis. Herodes denique turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo.
Mat.2.a Siquidem in propria venit,& sui eum non receperunt. Feli-
Ioan.1.b ces illi in sua pernoctatione pastores,qui signi huius visione digni habiti sunt. Iam tunc se absconde bat a sapientibus & prudentibus,& reuelabat paruulis. Et Herodes videre vo-
Luc.10.d luit:sed quia non bona voluntate, nō meruit. Pacis siquidem signum erat,datum tantùm hominibus bonæ voluntatis. Herodi verò & similibus eius non dabitur nisi signum Ionæ prophetæ. Porrò ad pastores, Et hoc (ait angelus) vobis signum: vobis humilibus: vobis obedientibus: vobis non alta sapientibus: vobis vigilantibus,& in lege dei meditantib⁹ die ac nocte. Hoc, inquit, vobis signū. Quod? Quod angeli promittebant,quod populi requirebant, quod prophetæ K
prædixerāt,hoc fecit dominus nūc & ostendit vobis:in quo recipiant increduli fidem, pusillanimes spem, perfecti securitatem. Hoc ergo vobis signum. Cuius rei signum? Indulgētiæ,gratię,pacis,& pacis cuius non erit finis. Hoc est ergo si-
Luc.2.b gnum: Inuenietis infantem pannis quidem inuolutū, & po-
2.Cor.5.b situm in præsepio: deus est tamen in ipso mundum reconci-
Roma.5.a lians sibi. Morietur propter peccata vestra, & resurget propter iustificationem vestram, vt iustificati per fidem, pacem habeatis ad deum. Hoc signum pacis propheta quondam regi Achab proponebat petendum à domino deo suo siue in
Esa.7.b excelso supra,siue in inferno deorsum. Sed impius rex recusauit,non credens miser,quòd in signo hoc ima summis in pace socianda essent: quatenus & inferi domino descendente salutari in osculo sancto signum pacis & ipsi recipiant,& superni spiritus idipsum nihilo minus cū ad cœlos redierit, æterna suauitate participent. Sermo finiędus est,sed vt quod in eo disputatum est, breui recolligam summa, pater hoc sanctum osculum duabus ex causis necessariè indultum mundo: vt & infirmis faceret fidem: & desiderio satisfaceret perfectorum: porrò ipsum osculum esse non aliud quàm mediatorem dei & hominum, hominem Iesum Christum. Qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula L
seculorum, Amen.

De osculo pedis,manus,& oris domini,&c, Sermo tertius.

HOdie legimus in libro experientiæ: Conuertimini ad vosipsos,& attendat vnusquisque conscientiam suam super his quæ dicenda sunt. Explorare velim si cui vnquam vestrum ex sententia dicere datum sit: Osculetur me osculo oris sui. Non est enim cuiusuis hominum ex affectu hoc dicere:sed si quis ex ore Christi spirituale osculum vel semel accepit, hunc proprium experimentum profectò sollicitat, & repetit libens. Ego arbitror neminem vel scire posse quid sit, nisi qui accipit. Est quippe manna absconditum: & solus quid edit, adhuc esuriet. Est fons signatus, cui non communicat alienus:sed solus qui bibit, adhuc sitiet. Audi ex-
Psal.30.d pertū quomodo requirit: Redde mihi inquit, lętitiam salutaris tui. Minimè ergo id sibi arroget mei similis anima onerata peccatis, suæq; adhuc carnis obnoxia passionib⁹, quę suauitatem spiritus necdum senserit,internorū ignara atque inexperta penitus gaudiorum. Ostendo tamen ei quæ huiusmodi est,locū in salutari sibi congruentem. Non temerè assurgat ad os sereniſſimi spōsi,sed ad pedes seueriſſimi domini mecum pauida iaceat,& cum publicano terram tremens non cœlum aspiciat: ne cōfusa in luminaribus cœli facies at M
sueta tenebris,opprimatur à gloria: atque insolitis reuerbera ta splēdoribus maiestatis,dentioris rursum cæcitate caliginis obuoluatur. Non tibi ô quęcunq; es talis anima,non tibi ille locus vilis aut despicabilis videatur,vbi sancta peccatrix pec cata deposuit,induit sanctitatē. Ibi Aethiopissa mutauit pellem,& in nouum restituta candorē,iam tunc fiducialiter ve-
Cantic.1.b racitérque respondebat exprobrantibus sibi verbum: Nigra sum,sed formosa,filiæ Hierusalem. Miraris quanā id arte pomuerit,vel quibus obtinuerit meritis? Paucis accipe. Fleuit amarè,& de intimis viscęribus longa suspiria trahens,salutaribus intra se succussa singultibus, felleos humores euomuit.
Psa.147.a Cœlestis medicus celerrimè subuenit: quia velociter currit
Psal.7.c sermo eius. Nunquid non potio est sermo dei? Est vtiq; for-
Hebre.4.a tis & vehemex, & scrutās corda & renes Deniq; sermo dei viu⁹ & efficax, & penetrabilor omni gladio ancipiti,pertingens vsq; ad diuisionem animę ac spiritus, compagum quoque & medullarum,& discretor cogitationum. Huius ergo beatæ pœnitētis exemplo prosternere & tu ô misera,vt destinas esse misera: prosternere & tu in terrā,amplectere pedes, placa osculis,riga lāchrymis,quibus tamen non illum laues,
Luc.7.g sed te,& fias vna de grege tonsarum,quæ ascendunt de lauacro: ita sanè,vt suffusum pudore ac mœrore vultū non antè
Esa.52. sustolere audeas,quàm audias & ipsa,Dimittūtur tibi peccata tua. quàm audias,Consurge consurge captiua filia Sio,cō surge,excutere de puluere. Sumpto itaque ad pedes primo osculo,nec sic quidē præsumes statim ad osculum oris assur gere:

A gere: sed erit tibi gradus ad ipsum, medium quoddam aliud osculum,quod secundo loco ad manum accipies. De quo & talem accipe rationem. Si dixerit mihi Iesus, Dimittuntur tibi peccata tua: nisi ego peccare desiero, quid proderit? Exui tunicam meam, si reinduero eam, quantum profeci? Si rursus pedes meos quos laueram,inquinauero,nunquid aliquid
Ioan.5.c lauisse valebit? Sordens omni genere vitiorum, iacui diu in luto fecis: sed erit sine dubio recidēti quàm iacenti deterius. Denique qui me sanum fecit, ipsum mihi dixisse recordor: Ecce,sanus fact⁹ es,vade,iam amplius noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Qui autem dedit voluntatem pœnitendi,opus est vt addat & continendi virtutem: ne iterem pœnitenda, faciámque nouissima mea peiora prioribus. Væ enim mihi etiam pœnitēti,si statim subtraxerit manum, sine
Eccli.7.b quo nihil possum facere. Nihil inquā,quia nec pœnitere nec continere. Audio proinde quòd cōsulit sapiens. Verbum (inquit)in oratione ne iteres. Paueo & quod iudex intentat arbori non facienti fructum bonum. Fateor,pro huiusmodi nō sum omnino contentus priori gratia,qua iam malorum sum
Matt.3.b pœnitens,nisi & secūdam accepero: vt videlicet dignos faciā
2.Petr.2.b pœnitentiæ fructus: & deinceps non reuertar ad vomitum.

Hoc ergo restat mihi prius petendū & accipiendum,quàm
B præsumam altiora & sacratiora contingere. Nolo repētè fieri summus: paulatim proficere volo. Quantum displicet deo
Eccli.3.c impudentia peccatoris, tantum pœnitentis verecundia placet. Citiùs placas eum si mēsuram tuam seruaueris,& altiora te non quæsieris. Longus saltus & arduus est de pede ad os, sed nec accessus conueniens. Quid enim? Recenti adhuc respersus puluere,ora sacra cōtinges? Heri de luto tractus, hodie vultui gloriæ præsentaris? Per manum tibi transitus sit. Illa prius te tergat: illa te erigat. Quomodo erigat? Dando vnde presumas. Quid istud? Decor continentiæ,& digni pœ-
Psal.112.a nitentiæ fructus,quæ sunt opera pietatis. Hæc te de stercore
+ erigent in spem audendi potiora. Sanè accipiendo donum, osculare manum: hoc est,non tibi,sed nomini eius da gloriā.
1.Cor.4.b Da semel & da iterum,tum pro donatis criminibus,tum pro collaris virtutibus. Aut certe videro vnde munias frontem contra ictus istos. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti,quid gloriaris,quasi non acceperis?

Iam tandem in osculis duobus geminum habens diuinæ dignationis experimentum, forsan non confunderis præsumere sanctiora. Quantum quippe crescis in gratia, tātum & in fiducia dilataris. Inde fit vt & ames ardentiùs, & pulses fidentiùs pro eo quod tibi deesse sentis. Porrò pulsanti aperietur. Iam summum illud quodcūque est summæ dignationis & miræ suauitatis osculum credo non negabitur sic affecto. Hęc via: hic ordo. Primò ad pedes procidimus, & plora-
Psal.94.b mus coram domino qui fecit nos, ea quæ fecimus nos. Secū-
C dò manum quęrimus subleuantis & roborantis genua dissoluta. Postremò cùm ista multis precibus & lachrymis obtinemus, tum demum audemus forsitā ad ipsum os gloriæ caput attollere (pauens & tremens dico) non solùm speculandum,sed etiā osculandum: quia spiritus ante faciem nostram
Psal.26.c Christus dominus: cui adhærētes in osculo sancto, vnus spiritus ipsius dignatione efficimur. Tibi domine Iesu tibi meritò dixit cor meū, exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Nempe audità fecisti mihi mane misericordiam tuam, cum iacēti primùm in puluere, tuáq; deosculanti reuerenda vestigia, quòd malè vixeram, remisisti. Porrò in progressu diei lætificasti animam serui tui, cùm deinde in osculo manus etiam bene viuendi gratiā indulsisti. Et nūc quid restat,ô bone domine,nisi vt iam in plenitudine lucis, in fer-
Psal.15.c nore spiritus, ad oris quoq; osculum dignāter admittens ad-
Cant.1.b impleas me lætitia cum vultu tuo? Indica mihi ô suauissimè, ô sereniſſimè, indica mihi vbi pascis², vbi cubas in meridie. Fratres,bonū est nos hic esse, sed ecce auocat nos diei malitia. Hi siquidem qui modo superuenisse nunciantur, gratum cogūt rumpere magis quàm finire sermonem. Ego exibo ad
Matt.23.a hospites,ne quid desit officiis eius de qua loquimur charitatis: ne forte & de nobis audire cōtingat: Dicunt enim & non faciunt. Vos orate interim vt voluntaria oris mei beneplaciti faciat deus ad vestram ipsorum ædificationem,& laudē & gloriam nominis sui.

De triplici profectu animæ, qui fit per osculum pedis, manus, & oris domini, Sermo IIII. B

TRiplicem quendam animæ profectum, sub nomine trium osculorum sermo hesternus complexus est. Nunquid excidit vobis? Is mihi hodierna disputatione prosequendus erit, prout parare dignabitur in dulcedine sua pauperi deus. Diximus, si recolitis, illa oscula sumi ad pedes, ad manum, ad os, singula singulis referentes. In primo sanè primordia dedicantur nostræ conuersionis. Secundum autem proficientibus indulgetur. Porrò tertium sola experitur & rara perfectio. Ab hoc solo quod vltimum positum est, sumpsit exordium scriptura ista quam trāctare suscepimus,& ipsius causa reliqua duo à nobis adiūcta sunt. An verò necessariè, vos iudicabitis. Puto enim facies ipsa eloquij facilè admonet & ista requirere. Mirum verò si non & vos aduertitis oportere reuera esse aliud siue alia oscula à quibus illud oris distinguere voluit, qui dixit: Osculetur me osculo
Cant.1.b oris sui. Cur enim cùm sufficere poterat dixisse simpliciter, Osculetur me: præter morem tamen vsūmque loquendi distinctè & signanter adiecit,osculo oris sui, nisi vt ostenderet ipsum quod petebat osculum summum esse,non solum? Nōne denique ita inuicem loquimur, osculare me, vel da mihi osculum, & nemo sequitur vt dicat ore tuo, siue osculo oris E
tui? Quid: alterutrum osculari parantes, num versus inuicem ora tendimus,quæ tamen abinuicem non requirimus nominatim? Denique qui narrat(verbi gratia)à domino susceptum in osculo proditorem, Et osculatus est,ait,eum: nec addidit,
Mar.14.b ore suo,vel osculo oris sui. Sic nimirum omnis & qui scribit & qui loquitur,consueuit.

Sunt ergo hi tres animarum affectus siue profectus expertis duntaxat satis noti & manifesti,cùm aut de actis malis indulgentiam, aut de bonis agendis gratiam, aut ipsius etiam indultoris & benefactoris sui præsentiam, eo quidem modo quo in corpore fragili possibile est, obtinet intueri. Cæterùm primum & secundum qua ratione osculā nominauerim,manifestius accipite. Osculum, pacis iudicium esse omnes nouimus. Porrò autem si (vt scriptura loquitur) peccata
Sap.1.a nostra separant inter nos & deum, tollatur de medio quod interest,& pax est. Cū ergo satisfacimus, vt ablato quod separat peccato recōciliemur: indulgentiam quam recipimus, quid nisi quoddam osculum dixerim pacis? Idque interim non alibi,quàm ad pedes sumendum. Humilis quippe & verecunda debet esse satisfactio,qua emendatur superba transgressio. At cùm etiam ad viuendum emendatius, deóque dignius conuersandum,placita quadam amplioris gratię familiaritate donamur: cū ampliori fiducia caput iam leuamus de puluere, largitoris(vt assolet)manū osculaturi, si tamē de ac- F
cepto munere non nostram,sed auctoris gloriam quærimus, eíque sua dona & non nobis ascribimus. Alioquin si in te & non magis in domino gloriaris, propriam profectò, & non domini manum osculari conuinceris, quod (iuxta beati Iob
Iob 31.b sentētiam) est iniquitas maxima,& negatio in deum. Si ergo ad scripturæ testimonium propriam gloriam quærere, propriam est osculari manum: profectò qui dat gloriam deo,dei dicitur non incongruè manum osculari. Et in hominibus quidem ita esse videmus, seruos videlicet offensorum dominorum osculari solere pedes,cùm ab ipsis veniam petunt, & pauperes diuitum manus,cùm ab eis munus accipiunt. Verùm quia spiritus est deus,& nullis simplex illa substātia mē-
Ioan.4.c bris distincta corporeis: erit forsan qui nullatenus de illa recipiat tale aliquid. sed à me sibi dei manus & pedes flagitet demonstrari, sieq; probari quod de osculo pedum manúsve diffinio. Sed quid si & ego vicissim ab ipso meo scisciatore de ore quoque dei requisiero quatenus quod de oris osculo scriptura loquitur, ad deum pertinere demonstret? Nempe aut cum isto simul & illa habet, aut cū illis pariter & isto caret. Sed enim & os habet deus, quo docet hominē scientiam, & manum habet qua dat escam omni carni, & pedes habet quorū terra scabellum est, ad quos nimirum peccatores terrę conuersi atque humilitati satisfaciunt. Hęc, inquam, habet deus omnia per effectum, non per naturam. Inuenit profe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gctò apud deum & verecunda cõfessio,quo se humiliãdo deiiciat,& prompta deuotio vbi se innouando reficiat,&iucũda contemplatio,vbi excedendo quiescat. Omnia omnibus est qui omnia administrat,nec quicquam est omnium proprie. Nam quòd in se est,lucem habitat inaccessibilem, & pax eius exuperat omnem sensum,& sapientiæ eius non est numerus,& magnitudinis eius nõ est finis,nec potest eũ videre homo vt viuat. Non q̃ longe ab vnoquoq; sit, qui esse omnium est,sine quo omnia nihil,sed vt tu plus mireris, & nil eo præsentius,& nil incomprehensibilius. Quid nempe cuique rei præsentius,quàm esse suũ? Quid cuique tamen incomprehẽsibilius,q̃ esse omnium? Sanè esse omniũ dixerim deum,non,quia illa sunt quod est ille,sed quia ex ipso & per *Rom.11.d* ipsum & in ipso sunt omnia. Esse est ergo omnium quæ facta sunt,ipse factor eorum,sed causale,non materiale. Tali proinde modo dignatur illa maiestas suis esse creaturis,omnibꝰ quidem quòd sunt,animãtibus autem quòd & viuunt,porrò ratione vtentibus lux,rectè verò vtentibus virtus,vincẽtibus gloria. Et in his omnibus creãdis,gubernandis,administrandis,mouendis,promouẽdis,innouandis,firmãdis,nullis cordis,indiget instrumẽtis,qui omnia solo verbo & corpora creauit & spiritus. Animæ corporibꝰ & corporeis egent sencreãtur:breuiter respondeo hoc illis conferre gratiam,nõ naturam. Et quid ad me de miraculo dei,qui de naturalibus differo? Iam quòd & supercœlestes spiritus opus corporibus habeãt,illa maximè certos nos faciat vera & verè diuina sen *Hebre.1.d* tẽtia. Nónne omnes(ait) administratorij spiritus sunt, missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiũt salutis? Quonã ergo modo implent ministerium suum absque corpore,præsertim apud viuentes in corpore? Denique non est discurrere,nec de loco ad locum transire,nisi corporũ,quod frequẽter angelos facere tam indubitata quam nota probat auctoritas. Hinc est q̃ & visi sunt patribus,& ad eos intrauerunt,& mãducauerunt,& pedes lauerunt. Ita inferior superiorq; spiritus propriis corporibus egent, sed tamen quibus iuuent,non etiam iuuentur. At pecus quidem ex debito seruitutis& ad vsus tãtum temporalium corporaliúmq; necessitatum iuuãdo seruit:ideòque ille spiritus & cum tempore K transit,& cum corpore deficit. Seruus quippe non manet in *Ioan.8.d* domo in æternum:licet qui bene eo vtũtur,omnẽ vsum huius temporalis seruitutis ad quæstum referãt æternorũ. Angelus verò curat satagitq; in libertate spiritus administrare officium pietatis,futurorum bonorum promptum mortalibus alacremq; ministrũ sese exhibens,vtpote suis in æternũ futuris ciuibus & cohæredibus supernæ iucunditatis. Ille ergo vt iure seruiat, iste vt piè subueniat, ambo proculdubio suis corporibus egent vt iuuent. Nã in quo ipsi eis iuuentur, non video, ad profectum duntaxat æternitatis. Irrationalis nempe spiritus etsi corporalia per corpus & ipse hauriat, nunquid tamen eousq; iuuatur corpore suo,vt per corporalia & sensibilia quæ per illud sentit, etiam ad spiritualia & intelligibilia proficiẽdo pertinguat? Ad quę tamen capessenda pro suo corporali temporaliq; obsequio nosc itur iuuare illos,qui omnem vsum rerum temporalium ad fructum trãferunt æternarm, vtentes hoc mundo tanquã non vtentes. Porrò autẽ supercœlestis spiritus absque adiutorio corporis,& absque intuitu horum quæ per corpus sentiuntur. sola ꝓfectò suæ vicinitate ac viuacitate naturæ sufficit apprehẽdere summa,& intima penetrare. An nõ hoc apostol' intellexit,qui cũ diceret,Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt in- *Rom.1.e* tellecta conspiciuntur:adiecit protinus, à creatura mundi? L Nimirum quoniã à creatura cœli nõ ita. Quò enim is inuolutus carne & terræ incola spiritus ex cõsideratione sensibilium proficiens,gradatim quodammodo paulatimq; nititur peruenire: eò ille cœlestium habitator ingenita subtilitate ac sublimitate sua in omni velocitate facilitatéque pertingit, nullo vtiq; sensus corporei adminiculo fultus,nullo corporei membri adiutus officio,nullo corporeæ cuiuscunque rei informatus intuitu. Cur enim inter corpora spirituales seruetur sensus,quos in libro vitæ & absq; cõtradictione legit, & absque difficultate intelligit? Cur in sudore vultus sui laboret excutere grana de paleis,de uuis vina,& de amurca oleum,qui ex omnibus satis abundéq; ad manum habet? Quis mendicet victum suũ per domos alienas,in sua abundãs panibus? Quis puteum fodere curet,& in terræ visceribus venas aquarũ cum labore rimari, cui vltro affatim aquas lympidas fons viuus emanat? Nec brutus ergo nec angelicus spiritus ad ea capessenda quæ beatam spiritualem faciunt creaturam,suis vllo modo corporibus adiuuantur,ille quidé pro innata stoliditate non capiens, iste verò pro excellentioris gloriæ prærogatiua non indigens. Porrò hominis spiritum, (qui medium quendam inter supremum & infimũ tenet lo- M cum) vsqueadeo ad vtrunq; necessarium habere corpus manifestum est,vt absque eo nec ipse proficere, nec alteri prodesse possit. Nam vt taceã membra cætera corporis, officiáve membrorũ,quonam modo quæso aut sine lingua instruis audientem,aut sine auribus percipis instruentẽ? Itaque cum absque corporis adminiculo nec bestialis spiritus seruilis cõditionis soluere debitum, nec spiritualis cœlestisq; creatura implere ministerium pietatis,nec rationalis anima tam proximo q̃ etiam sibi sufficiat consulere ad salutẽ, liquet omnẽ creatũ spiritum siue vt iuuet,siue vt iuuetur simul & iuuet corporeo prorsus indigere solatio. Quid enim si qua animãtia quantum ad vsum sui reperiantur incõmoda,nullisque apta vsibus humanarũ necessitatũ? Prosunt profectò visu, etsi nõ vsu,vtiliora cordibus intuẽtium,quàm vtentiũ corporibus esse possent. Etsi nociua,etsi etiam pernicioſa tẽporali hominũ constet esse saluti,non tamen deest eorum corporibus vnde cooperẽtur in bonũ his qui secundum propositũ vocati sunt sancti,& si non cedendo in cibũ,aut exhibendo ministerium,certe ingenium exercẽdo, iuxta eũ qui vtique omni vtẽti ratione præsto est cõmunis disciplinæ profectũ,quo inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur. Nã & diabolus eiúsque satellites,cùm sit semper eorum maligna intentio,nocere quidem semper cupiũt, sed *1.Pet.5.d* bonis æmulatoribus,quibus dicitur: Quis vobis nocere potevrit,si boni æmulatores fueritis? absit vt possint: magis autem prosunt & nolentes,cooperentúrque in bonum bonis. Cæterum angelica corpora vtrúmnam ipsis spiritibus naturalia sint,sicut hominibus sua,& sint animalia sicut homines,immortalia

A mortalia tamen,quòd nondũ sunt homines: porrò ipsa corpora mutẽt & versent in forma & specie qua volunt quãdo apparere volunt,dẽsantes & solidantes ea quantum volunt, cum tamẽ in sui veritate præ subtilitate naturæ atq; substantiæ suę impalpabilia sint,& nostris omnino inattingibilia visibus: an verò simplici spirituali substantia subsistentes,corpora cùm opus est sumãt,tursúmq; expleto opere ponant,in eandem de qua sumpta sunt materiam dissoluenda: nolo vt à me requiratis. Videntur patres de huiusmodi diuersa sensisse, nec mihi perspicuum est vnde alterutrum doceam: & nescire me fateor. Sed & vestris profectibus nõ multum conferre arbitror harum rerum notitiam. Illud autem scitote, nullum creatorum spirituum per se nostris mentibus applicari,vt videlicet nullo mediante nostri suíve corporis instrumẽto, ita nobis immisceatur & infundatur,quo eius participatione docti siue doctiores, vel boni siue meliores efficiamur. Nullus angelorũ,nulla animarum hoc modo mihi capabilis est,nullius ego capax. Nec ipsi angeli ita se alterutrum capiunt. Sequestretur proinde prærogatiua hæc summo ac incircunscripto spiritui,qui solus cum docet angelum siue hominem scientiam,instrumentum non quærit nostræ corporeæ auris,sicut nec sibi oris. Per se infunditur,per se innotescit,purus capitur à puris. Solus nullius indiget, solus & sibi & omnibus de sola omnipotenti voluntate sufficiẽs. Operatur tamẽ im- B mensa & innumera per subiectam creaturam corporalem siue spiritualem: sed quasi imperans, non quasi mendicans. En (verbi gratia) quòd linguam meam corporalem assumpsi nũc in opus suum,docere videlicet vos, cum per se absque dubio facilius suauiúsque id posset, profecto indulgentia est, non indigentia. In profectu siquidem vestro meritum quærit mihi, non sibi solatium. Idipsum sapere opus est omni homini operanti bonum,ne forte in se de bonis domini & non in domino glorietur.

Est tamen qui bonum operatur nõ volens siue homo malus,siue angelus malus,& cõstat non fieri propter eum quod fit per eum, cum prodesse nullum bonũ possit inuito. Igitur ei quidem dispensatio tantùm credita est,sed nescio quomodo gratius iucundiúsque sentimus bonum, quod per malum dispensatorẽ ministratur. Ipsa est ergo causa cur & per malos deus faciat bona bonis, non autem quòd opera eorum indigeat in benefaciendo. Portò his quę ratione vel sensu carentia sunt, multo minus deum egere quis dubitet? Sed quando *Psal.49.b* in opus bonum & ipsa concurrunt,apparet quoniam omnia seruiunt ei cui meritò est dicere: Meus est orbis terræ. Aut certè quia nouit quæ per quæ cõuenientius fiant, de seruitute corporeæ creaturæ non efficaciã quærit, sed congruentiã. Esto deinde quòd corporũ ministeria opportunè plerunq; di- C uinis operibus applicentur,vt verbi gratia pluuię viuificãdis seminibus,& multiplicandis segetibus,& fructibus maturãdis: quid proprio, quæso, de corpore facere habet,cui ad nutum, indifferenter vniuersa corpora cœlestia atque terrestria obsequi constat? Planè superfluo haberet suum, qui nullum sibi reperit alienum. Verùm si cuncta quæ hoc loco dicenda occurrunt, præsenti velimus sermone cõcludere, sermo modum excedet,& vires forsitan aliquorum. Propterea quæ restant,sub alio seruemus absoluenda principio.

De summo & incircunscripto spiritu qui est deus: & quomodo misericordia & iudicium dicantur pedes domini. Sermo sextus.

VT præcedenti sequens sermo cohæreat, tenetísne datum superius solum summum & incircunscriptum spiritum ad omne quod facere vel fieri vult, corporis instrumento siue obsequio non egere? Demus ergo securi veram soli deo sicut immortalitatem, ita & incorporeitatem,quòd solus spirituum vniuersam corpoream naturam eo vsq; trãscendat, vt quocunque corpore in quocunque opere non indigeat, solo spirituali nutu cum vult ad quæcunque vult agenda contentus. Sola igitur est quæ nec propter se,nec propter alium solatio corporei instrumenti opus habet illa maiestas, cuius omniporenti arbitrio incunctanter præsto est omne opus, omne altum inclinat, omne aduersum cedit, omne creatum fauet,etiam nullo interueniẽte vel subueniẽte solatio corporali siue spirituali. Docet vel monet siue liD gua,præbet vel tenet sine manibus,sine pedibus currit & succurrit pereuntibus. Actitabat ista & cum patribus prioribus seculis: experiebantur homines sedula beneficia, sed latebat eos beneficus. Ille quidem attingebat à fine vsque ad finem *Sap.8.e* fortiter,sed disponens omnia suauiter non sentiebatur ab hominibus. Et gaudebant de bonis domini, & dominũ sabaoth (eo quòd cum trãquillitate iudicaret omnia) omnino nesciebant. Ab ipso erant,sed nõ cum ipso. Per ipsum viuebant,sed nõ ipsi. Ex ipso sapiebant, sed non ipsum,alienati,ingrati,insensati. Hinc demum factum est, vt quod erant, quod viuebant,quod sapiebant,non auctori tribuerent, sed naturæ adscriberent,aut certè(quod insipiẽtius erat) fortunæ. Propriæ quoque industriæ atq; virtuti multi multa arrogabant. Quãta sibi vsurparunt seductorij spiritus? quanta soli & lunæ data sunt? quãta terris & aquis attributa? quanta etiam manu factis fabrilibúsq; mortalium deputata operibus? Herbis, arbustis,minutissimis vilissimísque seminibus pro numinibus deferebatur. Heu sic homines perdiderunt & cõmutauerunt gloriam suam in similitudinẽ vituli comedentis fœnũ. Quo- *Psal.105.e* rum deus miseratus errores, de mõte vmbroso & condenso *ibid.18.d* dignanter egrediens,in sole posuit tabernaculum suum. Obtulit carnem sapientibus: carnem,per quam discerent sapere & spiritum. Nam dum in carne & per carnẽ facit opera non carnis,sed dei,naturæ vtiq; imperans, superánsq; fortunam, stultam faciens sapientiam hominum,dæmonúmq; debellãs E tyrãnidem, manifestè ipsum se indicat esse,per quem eadem & ante fiebant quando fiebãt. In carne inquã & per carnem potenter ac patenter operatus mira, locutus salubria, passus indigna, euidenter ostendit quia ipse sit qui potenter, sed intuisibiliter secula condidisset,sapienter regeret, benignè protegeret. Denique dum euangelizat ingratis,signa præbet infidelibus, pro suis crucifixoribus orat: nónne liquidò ipsum se esse declarat qui cum patre suo quotidie oriri facit solem *Matt.5.g* suum super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos? Hoc enim est quod ipse aiebat: Si nõ facio opera patris mei, *Ioan.10.g* nolite credere. En aperit os carnis suæ docens in monte discipulos,qui in silẽtio angelos in cœlestibus docet. En ad tactũ corporeæ manus curatur lepra, fugatur cæcitas, auditus reparatur, lingua muta resoluitur, discipulus propè mersus erigitur,& is indubitanter agnoscitur cui dixerat longè antè Dauid: Aperis tu manum tuã,& imples omne animal bene- *Psa.144.d* dictione. Et item: Aperiẽte te manum tuam, omnia replebũ- *Psal.103.d* tur bonitate. En secus corporales pedes iacens ac pœnitens audit peccatrix: Remittũtur tibi peccata tua, & recognoscit *Matt.9.a* eum de quo ex multis retro temporibus scriptum legerat: E- *Abac.3.a* gredietur diabolus ante pedes eius. Vbi nempe peccatum remittitur,ibi proculdubio diabolꝰ de corde peccatoris expellitur. Hinc vniuersaliter de cunctis pœnitẽtibus dicit: Nunc *Ioan.12.e* iudicium mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras; quòd scilicet humiliter cõfitenti remittat deus peccatũ, F & diabolus eum quem in hominis corde inuaserat, amittat principãtum. Deniq; ambulat super vndas carnalibus pedibus,cui necdũ carne vestito iã Psalmista prænuerat: In ma- *Psal.76.d* ri via tua,& semitę tuę in aquis multis. Quod est: Conculcas corda tumẽtia superborũ, & fluxa desideria carnalium comprimis,iustificãs impios,& superbos humiliãs. Quod tamen quia inuisibiliter fit,carnalis nõ sentit à quo fit. Vnde & subdit,Et vestigia tua nõ cognoscentur. Hinc rursus pater ad filiũ, Sede,inquit, à dextris meis,donec ponam inimicos tuos *Psal.109.c* scabellum pedũ tuorũ: hoc est,donec omnes qui te contemnunt,tuæ volũtati subiiciam,siue inuitos & miseros, siue volũtarios & beatos. Itaq; hoc opus spiritus quia carnẽ nõ per- *1.Cor.2.d* cipiebat(animalis quippe homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus dei) opus fuit vt corporalibus pedibus corporaliter incubans,& corporalibus labiis pedes eosdem deosculans, veniã peccatorũ peccatrix perciperet: sicq; illa mutatio dexte- *Psal.76.e* ræ excelsi,qua mirabiliter,sed inuisibiliter iustificat impium, etiam carnalibus innotesceret. Verùm illos spirituales pedes dei, quos primo loco spiritualiter osculari pœnitentem oportet,præterire me non oportet. Nouí ego curiositatẽ vestram,quæ nil sua voluntate inscrutatum omnino prætereat. Nec verò ducendum contemptui,nosse quibus scriptura pedibus tãm frequẽter deum commemorat nunc quidem sta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gre vt ibi: Adorabimus in loco vbi ſteterũt pedes eius. nunc
Pſal.131.b verò ambulare, vt ibi: Et habitabo in illis, & deambulabo in
2.Cor.6.d eis. nũc etiam currere, iuxta illud: Exultauit vt gigas ad cur-
Pſal.18.a rendam viam. Si recte apoſtolo viſum eſt caput Chriſti re-
ferre ad deitatem, puto & nobis nõ incongruè videri pedes
ad hominem pertinere: quorum alterum miſericordiã, alte-
rum iudiciũ nominemus. Nota ſunt vobis duo iſta vocabu-
la: & de pleriſq; ſcripturæ locis ambo pariter ſi cogitatis oc-
currũt. Quia verò miſericordiæ pedem deus in carne cui ſe
vniuit aſſumpſerit, docet epiſtola ad Hebræos, tẽtatum per-
hibens per omnia Chriſtum pro ſimilitudine abſque pecca-
to vt miſericors fieret. Quid illum alterum qui iudiciũ nun-
cupatus eſt, nonne ad hominẽ æquè aſſumptũ & ipſum per-
tinere ipſe deus homo apertè ſignificat vbi datam ſibi perhi-
bet à patre poteſtatẽ iudiciũ facere, quia filius hominis eſt?
His duobus ergo pedibus aptè ſub vno diuinitatis capite cõ
currẽtibus, natus ex muliere, factus ſub lege, inuiſibilis Em-
manuel in terris viſus eſt, & cũ hominib⁹ cõuerſatus eſt. His
Baruc.3.d certè pertrãſit & nunc benefaciendo & ſanando omnes op-
preſſos à diabolo, ſed ſpiritualiter, ſed inuiſibiliter. His inquã
pedibus deuotas perambulat mẽtes, inceſſanter luſtrãs ſcru-
tanſq; corda & renes fidelium. Vide autem ne fortè hæc il-
la ſint ſponſi crura, quæ ſponſa tam magnificè commẽdat in
cõſequentibus, cõparans ea (ni fallor) columnis marmoreis,
fundatis ſuper baſes aureas. Pulchrè omnino, quoniã quidẽ
H incarnata dei ſapiẽtia (quæ auro deſignatur) miſericordia &
Pſa.84.a veritas obuiauerunt ſibi: denique vniuerſę vię domini miſe-
Pſal.24.b ricordia & veritas. Felix mens, cui ſemel dominus Ieſus v-
trumq; infixerit pedẽ. A duobus ſignis cognoſcite eam quæ
huiuſmodi eſt, quæ ſecũ neceſſe eſt referat diuinis impreſſa
veſtigiis. Ipſa ſunt timor & ſpes ille iudicij, iſta miſericordiæ
repreſentãs imaginem. Meritò beneplacitum eſt deo ſuper
Pſal.146.b timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius:
Proue.1.a cùm ſapientiæ timor initiũ ſit, ſpes profectus. Nam conſum-
mationem ſibi charitas vẽdicat. Quæ cùm ita ſint, non par-
uus fructꝰ eſt in primo hoc oſculo quod ad pedes accipitur:
tãtùm curato vt neutro frauderis illorum. Porro enim ſi iam
dolore peccati & iudicij timore cõpũgeris, veritatis iudicii-
que veſtigio labia impreſſiſti. Quòd ſi timorem dolorémq;
diuinæ intuitu bonitatis, & ſpe conſequendæ indulgẽtiæ tẽ-
peras etiam miſericordiæ pedem amplecti te noueris. Alio-
quin alterum ſine altero oſculari non expedit, quia & recor-
datio ſolius iudicij in barathrũ deſperationis præcipitat, &
miſericordiæ fallax aſſentatio peſſimã generat ſecuritatem.
Datum eſt & mihi miſero nonnunquam ſedere ſecus pedes
domini Ieſu: & modo hũc, modo illum tota deuotione am-
plecti, inquantum me ſua benignitas dignabatur admittere.
I At ſiquando miſerationis oblitus ſtimulante conſcientia, iu-
dicio paulo diutius inhærerem: mox metu incredibili ac mi-
ſerabili cõfuſione deiectus, & tenebroſo circũfuſus horro-
Pſal.89. re, hoc ſolum palpitans de profundis clamabam: Qui nouit
poteſtatẽ iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuã dinumerare?
Quod ſi eo relicto pedem miſericordiæ plus tenere contin-
geret, tanta econtrariò incuria & negligentia diſſoluebar, vt
confeſtim & oratio tepidior, & actio pigrior, & riſus promp-
tior, & ſermo incautior, & omnis denique vtriuſq; homi-
nis ſtatus incõſtantior appareret. Proinde magiſtra inſtructꝰ
experientia, nõ iudicium iam ſolum aut ſolã miſericordiam,
Pſa.100.a ſed miſericordiam pariter & iudicium cantabo tibi domine.
In æternũ non obliuiſcar iuſtificationes iſtas. Cantabiles mi-
hi erũt ambæ pariter in loco peregrinationis meæ: quouſq;
miſericordia ſuperexaltata iudicio, miſeria cõticeſcat, ac ſo-
Pſa.29.a la cantet tibi de cætero gloria mea, & non compũguar.

De amore ardenti quo anima diligit deum: & de attentione habenda quando homo orat vel pſallit coram deo & angelis eius. Sermo VII.

IPſe mihi laborem ſuſcito, qui vos ſponte prouoco ad
quærendum. Quia enim ego primi oſculi occaſione ſpiri-
tuales dei pedes propriis diffinitionibus ac nominibus equi-
dem ex abundanti demonſtrare curaui, vos pergitis inqui-
rere & de manu, quæ ſecundo loco oſculanda proponitur.
Annuo, gero vobis morem, inſuper non manum, ſed ma-
nus oſtẽdo, propriiſque diſtingo vocabulis. Latitudo vna, K
altera fortitudo dicatur: quòd & tribuat affluenter, & de-
fendat potenter quod dederit. Vtramque profectò oſculabi-
tur, qui ingratus nõ fuerit: deum vtique bonorum omnium
ſicut largitorẽ, ita & conſeruatorem recognoſcens & confi-
tens. Satis de duobus oſculis dictum eſſe reor, videamus &
de tertio. Oſculetur, inquit, me oſculo oris ſui. Quis dicit *Canti.1.d*
Spõſa. Quænam ipſa? Anima ſitiens deum. Sed pono diuer-
ſas affectiones: vt ea quæ propriè ſpõſæ congruit, diſtinctius
eluceſcat. Si ſeruus eſt, timet à facie domini. Si mercenarius,
ſperat de manu domini. Si diſcipulus, aurem parat magiſtro.
Si filius, honorat patrem. Quæ verò oſculum poſtulat, amat.
Excellit in naturę donis affectio hæc amoris: præſertim cùm
ad ſuum recurrit principium, quod eſt deus. Nec ſunt inuẽta
æquè dulcia nomina quibꝰ verbi animęque dulces adinuicẽ
exprimerentur affectus, quemadmodum ſponſus & ſponſa
quippe quibꝰ omnia cõmunia ſunt, nil proprium, nil à ſe di-
uiſum habẽtibus. Vna vtriuſque hæreditas, vna domus, vna
menſa, vnus thorus, vna etiam caro. Deniq; propter hanc re- *Gen.2.d*
linquet ille patrẽ & matrem, & adherebit vxori ſuæ: & erũt *Epheſ.5.b*
duo in carne vna. Hęc quoq; iubetur nihilo minus obliuiſci *Pſal.44.d*
populum ſuũ, & domum patris ſui: vt concupiſcat ille deco-
rem eius. Si ergo amare ſpecialiter ſponſis principaliterque L
conuenit, nõ immeritò ſponſæ nomine cenſetur anima quæ
amat. Amat autem quæ oſculum petit. Nõ petit libertatem,
non mercedem, nõ hæreditatẽ, non denique vel doctrinam,
ſed oſculum. More planè caſtiſſimæ ſponſę ac ſacrum ſpirã-
tis amorem, nec omnino volẽtis flammã diſſimulare quàm
patitur. Vide eñ qualè præripiat, ſermonis exordiũ. Magnũ
quid à magno petitura, nullo tamẽ, vt aſſoleт, vtitur blandi-
tiarũ fuco: nullis circũuolutionibꝰ ad id quod deſideрat am-
bit. Non facit prooemium, non captat beneuolentiam: ſed ex
abũdantia cordis repentè prorumpens, nudè frontoſéq; ſa-
tis, oſculetur me, ait, oſculo oris ſui. An non tibi quaſi dicere
manifeſtè videtur: Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid volui
ſuper terrã? Amat profecto caſtè, quæ ipſum quẽ amat, quæ-
rit, nõ aliud quicquam ipſi us. Amat ſanctè, quia nõ in con-
cupiſcentia carnis, ſed in puritate ſpiritus. Amat ardẽter, quæ
ita proprio debriatur amore, vt maieſtatẽ non cogitet. Quid
enim? Reſpicit terram, & facit eam tremere: & iſta ſe ab eo
poſtulat oſculari? Ebriane eſt? Ebria prorſus. Et forte tũc cũ *Canti.1.*
ad iſta prorupit, exierat de cella vinaria, quò ſe nimirum in- *&2*
troductam poſtmodum gloriatur. Nam & Dauid de quibuſ
dam dicebat deo: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & *Pſal.35.b*
torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. O quanta amoris vis?
quanta in ſpiritu libertatis fiducia! Quid manifeſti⁹ quã ꝓ *1.Ioan.4.d*
perfecta charitas foras mittit timorem? Verecundè tamen M
non ad ipſum ſenſum ſermonẽ dirigit: ſed ad alios: tanquã
de abſente. Oſculetur me inquiens, oſculo oris ſui. Grandis
quippe res petitur, & opuseſt verecundia comitari precem,
commendare petentẽ. Itaque per domeſticos & intimos ac-
ceſſus ad intima quæritur, ambitur ad deſideratum. Quinam
illi? Credimus angelos ſanctos aſtare orantibus, offerre deo
preces & vota hominum, vbi tamen ſine ira & diſceptatione
leuari puras manus perſpexerint. Probat hoc angelus ita lo- *Tob.12.d*
quens ad Tobiam: Quando orabas cum lachrymis, & ſepe-
liebas mortuos, & derelinquebas prãdium, & mortuos abſ-
cõdebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas: ego ob-
tuli orationẽ tuam domino. Puto id vobis ſatis & aliis ſcri-
pturæ teſtimoniis perſuaſum. Nam quòd pſallentibus quoq;
dignanter admiſceri ſancti angeli ſoleant, quid eo manife- *Pſal.67.f*
ſtius quod pſalmiſta ait: Præuenerũt principes cõiuncti pſal-
lentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum? Vnde & *Pſal.137.a*
dicebat in conſpectu angelorum pſallam tibi. Doleo pro-
inde aliquos veſtrum graui in ſacris vigiliis deprimi ſomno,
nec cœli ciues reuereri, ſed in preſentia principum tanquam
mortuos apparere, cum veſtra ipſi alacritate permoti veſtris
intereſſe ſolenniis delectantur. Vereor ne veſtram deſidiam *Pſal.87.b*
quãdoque abominantes, cum indignatione recedant: & inci-
piat vnuſquiſque veſtrum ſerò cum gemitu dicere deo: Lõ- *Ibidem.d*
ge feciſti notos meos à me: poſuerunt me abominationem
ſibi, Et illud Elongaſti à me amicum & proximum & notos *Pſal.87.d*
meos à miſeria. Item: Qui iuxta me erant, de lõge ſteterunt,
&

A & vim faciebant qui quærebãt animam meã. Pro certo enim
ſi ſe à nobis boni ſpiritus elõgauerint, impetus malignorum
Hier. 48. quis ſuſtinebit? Dico ergo his qui eiuſmodi ſunt: Maledictus
qui opus dei facit negligenter. Dicit quoque, nõ ego, ſed do-
Apoc.3.c minus: Vtinam te calidum aut frigidum inueniſſem! ſed quia
te tepidum inueni, incipiam te euomere ex ore meo. Eapro-
pter attendite principes veſtros cum ſtatis ad orandum vel
Matt.18.b pſallendũ, & ſtate cum reuerentia & diſciplina, & gloriami-
Hebr.1.d ni, quia angeli veſtri quotidie vident faciẽ patris. Nimirum
miſſi in miniſterium propter nos, qui hæreditatem capimus
ſalutis: deuotionem noſtram in ſuperna ferunt referunt gra-
tiam. Vſurpemus officium, quorum ſortimur conſortium: vt
Pſal.8.a in ore infantium & lactãtium perficiatur laus. Dicamus eis:
Pſal. 46.b Pſallite deo noſtro, pſallite. Atque audiamus eos viciſſim re-
ſpondentes: Pſallite regi noſtro, pſallite. Laudem ergo cum
cœli cantoribus in cõmune dicentes, vtpote ciues ſanctorũ
& domeſtici dei, pſallite ſapienter. Cibus in ore, pſalmus in
corde ſapit. Tantùm illum terere nõ negligat fidelis & pru-
dens anima quibuſdã dentibus intelligentiæ ſuæ, ne ſi fortè
integrũ glutiat & nõ manſum, fruſtretur palatum ſapore de-
ſiderabili & dulciori ſuper mel & fauũ. Offeramus cum apo
2.Cor. 3.b ſtolis in cœleſti cõiuio & in dominica, menſa fauum mellis.
Mel in cera, deuotio in litera eſt. Alioquin litera occidit, ſi
B abſque ſpiritus condimento glutieris. Si autem cum apoſto-
2.Cor.14.c lo pſallas ſpiritu, pſallas & mente, cognoſces & tu de illius
Ioan.6.c veritate ſermonis quem dixit Ieſus: Verba quæ locutus ſum
vobis, ſpiritus & vita ſunt. Et item quem legimus dicente ſa-
Eccli.24.c pientia: Spiritus meus ſuper mel dulcis. Sic delectabitur in
Iſa.55.a craſſitudine anima tua, ſic holocauſtum tuũ pingue fiet. Sic
Pſal.19.a placabis regem: ſic placebis principibus: ſic denique totam
tibi curiam beneuolã reddes, & odorati odorem ſuauitatis
in cæleſtibus, de te quoque dicent: Quæ eſt illa quæ aſcen-
dit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę &
Pſal. 67.f thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? Principes, inquit,
Iuda duces eorum, principes Zabulon, & principes Nephta-
lim, hoc eſt cõfitentium, & continentium, contemplantium.
Norunt ſiquidẽ principes noſtri regi ſuo acceptã eſſe pſallẽ-
tium confeſſionem, continentium fortitudinẽ, contemplan-
tium puritatem, & ſoliciti ſunt exigere à nobis iſtiuſmodi
primitias ſpiritus, quæ profectò non aliud ſunt quàm primi
& puriſſimi fructus ſapiẽtiæ. Quod enim non ignoratis, Iu-
das laudans vel confitens, & Zabulon habitaculum certitu-
dinis, Nephtalim ceruus emiſſus interpretatur: quia nimirũ
agilitatis ſuæ ſaltibus exprimitur ſpeculantis exceſſus, ſed &
opaca penetrare nemorum (vt ille ſenſuum) conſueuit. Sci-
Pſal.49.d mus autem qui dixerit: ſacrificium laudis honorificabit me.
Eccli.15.b Verùm ſi non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, nõne per-
C neceſſariam habetis continentiæ virtutem per quam fiat vt
non regnet peccatum in veſtro mortali corpore? Porrò con-
tinentia non habet meritum apud deum, quæ gloriã requirit
humanam. Ideóq; maximè opus eſt etiam puritate intentio-
nis, qua ſoli mens veſtra deo & placere appetat, & valeat in-
hærere. Neq; enim aliud eſt inhærere deo, quàm videre deũ:
quod ſolis mundicordibus ſingulari felicitate donatur. Cor
Pſal. 62.c mundũ habebat Dauid qui dicebat deo: Adhæſit anima mea
Pſal.72.d poſt te. Item: Mihi autem adhærere deo bonum eſt. Videndo
adhærebat, & adhærendo videbat. Animę ergo in his exerci-
tatæ cœleſtes ſeſe nuncij familiares exhibent & frequentes,
præſertim ſi frequenter orantem perſenſerint. Quis dabit
mihi pet vos, ò benigni principes, petitiones meas innoteſce
re apud deum? Nõ enim deo cui etiã cogitatio hominis con-
fitetur, ſed apud deũ, hoc eſt ipſis qui cũ deo ſunt tam beatis
virtutibus, quàm carne ſolutis ſpiritibus. Quis ſuſcitabit me
Pſal.112.a de terra inopem, & de ſtercore eriget pauperem, vt ſedeam
cum principibus, & ſolium gloriæ teneam? Nõ ambigo quin
gratanter in palatio colligant, quem dignanter in ſterquili-
nio viſitãt. Denique lætati ſunt de conuerſione, & in aſſum-
ptione nõ agnoſcent? Hos itaque puto inter orandũ alloqui
ſponſam, & ipſis tanquam ſpõſi domeſticis ac ſodalibus de-
fiderium cordis ſui aperire, cum ait: Oſculetur me oſculo o-
ris ſui. Et vide familiare amicúmq; colloquiũ animæ in car-
ne ſuſpirantis cum cœleſtibus poteſtatibus. Geſtit in oſcula
petit quod cupit, nõ tamen nominat quem amat: quia illos
noſſe non dubitat, vtpote de quo ſibi frequens cũ illis ſoleat D
eſſe confabulatio. Propterea non dicit: Oſculetur me ille vel
ille, ſed oſculetur me, tantùm: ſicut & Maria Magdalena non
exprimebat ex nomine quem quæreret: ſed tantùm aiebat ei
quem putabat hortulanum: Domine ſi tu ſuſtuliſti eum. Quẽ *Ioan.20.c*
cum? Non aperit: quia palam omnibus eſſe credit, quod à ſuo
corde nec ad momentum recedere poteſt. Ita ergo & iſta lo-
quens ſodalibus ſponſi ſui tãquam conſciis & quibus ſe no-
uerat manifeſtam, tacito nomine repente in hæc de dilecto
verba prorumpit: Oſculetur me oſculo oris ſui. De quo iam
oſculo nolo vos diutius protrahere, ſed ſermone craſſino au-
dietis quicquid orantibus vobis ſuggerere mihi inde digna-
bitur docens de omnibus vnctio. Neque enim hoc ſecretum
reuelat caro & ſanguis: ſed is qui ſcrutatur profunda dei ſpi-
ritus ſanctus, qui à patre filióque procedens, cum ipſis pariter
viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Quomodo per oſculum oris dei ſignificatur ſpiritus ſanctus; quem eccleſia ſibi petit dari ad notitiam ſanctæ trinitatis. Sermo octauus.

HOdie vobis, ſicut heſternа promiſſione tenetis, de ſum-
mo, id eſt de oris oſculo diſputare propoſitum eſt. Au-
dite attentiùs, quod ſapit ſuauius, & guſtatur rariùs, & intel-
ligitur difficiliùs. Mihi videtur (vt paulò altiùs inchoem) E
ineffabile quoddam atque inexpertum omni creaturæ oſcu-
lum deſignaſſe, qui ait: Nemo nouit filium niſi pater, & ne- *Luc.10.d*
mo nouit patrem niſi filius, aut cui voluerit filius reuelare.
Pater enim diligit filium, & ſingulari dilectione amplecti-
tur: ſummus æqualem: æternus cœternum: vnus vnicum.
Sed enim nõ minori ipſe à filio affectione aſtringitur: quip-
pe pro cuius amore & moritur, ipſo atteſtante cum ait: Vt *Matt.26.b*
ſciant omnes quia diligo patrem, ſurgite eamus, haud dubiũ
quin ad paſſionem. Illa itaque mutua gignentis genitiq; co-
gnitio pariter & dilectio, quid niſi oſculum eſt ſuauiſſimum,
ſed ſecretiſſimum? Ego pro certo ad tantum & tam ſanctum
diuini amoris arcanum ne ipſam quidem angelicam admitti
arbitror creaturam. Etenim Paulo hoc ipſum ſapiẽte, pax illa *Philip.4.b*
exuperat omnẽ etiam angelicum ſenſum. Vnde nec iſta (quã-
quam multum præſumens) audet tamẽ dicere: Oſculetur me
ore ſuo: ſoli illud ſcilicet reſeruãs patri: ſed aliquid minus po
ſtulans, oſculetur me (inquit) oſculo oris ſui. Videte nouam
ſponſam nouum oſculum accipientem, non tamẽ ab ore, ſed
ab oſculo oris. Inſufflauit, inquit, eis (haud dubium quin Ieſus *Ioan.20.c*
apoſtolis, id eſt primitiuæ eccleſię) & dixit: Accipite ſpiritum
ſanctum. Oſculum profecto fuit. Quid Corporeus ille fla-
tus? Non, ſed inuiſibilis ſpiritus: qui propterea in illo domi-
nico flatu datus eſt, vt per hoc intelligeretur & ab ipſo pari-
ter tanquam à patre procedere, tanquam vere oſculum, quod
oſculanti oſculatóque commune eſt. Itaque ſufficit ſponſæ ſi F
oſculetur ab oſculo ſponſi, etiam ſi nõ oſculetur ab ore. Nec
enim exiguum quid aut vile putat oſculari ab oſculo, quod
non eſt aliud niſi infundi ſpiritu ſancto.

Nempe ſi rectè pater oſculans, filius oſculatus accipitur?
nõ erit ab re oſculum ſpiritum ſanctum intelligi, vtpote qui
patris filiíque imperturbabilis pax ſit, gluten firmum, indiui-
duus amor, indiuiſibilis vnitas. De ipſo igitur audet ſponſa,
ipſúmq; infundi ſibi fidenter ſub oſculi nomine petit. Tenet
quippe aliquid vnde non deſit occaſio præſumendi. Dicens
enim filius: Nemo nouit filiũ niſi pater, & nemo nouit patrẽ *Luc.10.d*
niſi filius: adiecit, aut cui voluerit filius reuelare. Non autem
diffidit ſpõſa quin ſibi velit, ſi cui voluerit. Petit ergo auden-
ter dari ſibi oſculum, hoc eſt ſpiritum illum in quo ſibi & fi-
lius reueletur & pater. Alter enim ſine altero nequaquam in-
noteſcit: vnde eſt illud: Qui videt me, videt & patrem meum. *Ioan.14.b*
Et illud Ioannis: Omnis qui negat filium, nec patrem habet. *1.Ioan.2.b*
Qui autem confitetur filium, & patrem habet. Ex quibus li-
quidò conſtat quia nec pater ſine filio, nec filius ſine patre
agnoſcitur. Meritò proinde non in alterius tantùm, ſed in v-
triuſque cognitione conſtituit ſummã beatitudinem, qui di-
cit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te verum deum, & quẽ
miſiſti Ieſum Chriſtũ. Deniq; & qui ſequuntur agnum, refe- *Ioan.17.a*
runtur habere nomen eius & nomen patris eius ſcriptum in
frontibus ſuis, quod eſt de vtriuſque notitia gloriati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sed dicit aliquis: Ergo & spiritus sanctus agnitio nō est necessaria, vt cùm dixerit esse vitā æternā nosse & patrem & filiū, de spiritu sancto tacuerit. Est vtique: sed vbi pater & filius perfectè agnoscitur, vtriusq; bonitas, quæ spiritus sanctus est, quomodo ignoratur? Neq; enim integrè homo homini innotescit, quandiu latet vtrumne bonæ an malæ sit voluntatis: quanquā & cum dictū est, Hæc est vita æterna vt cognoscant te verum deum, & quem misisti Iesum Christū: profecto si missio illa beneplacitum tam patris benignè mittentis, q̄ filij voluntariè obedientis demōstrat, nō omnino tacitum est de spiritu sancto, vbi tantæ vtriusque gratiæ mentio facta est: vtriusq; siquidē amor & benignitas, spiritus sanctus est. Trinæ ergo huius agnitionis infundi sibi gratiam, quantum quidem capi in carne mortali potest, sponsa petit, cū osculū petit. Petit autem à filio: quia filij est cui voluerit reuelare. Reuelat ergo filius seipsum cui vult, reuelat & patrem. Reuelat autem sine dubio per osculū, hoc est per spiritū sanctum, apostolo teste, qui ait, Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. At verò dando spiritū per quem reuelat, etiam ipsum reuelat. Dando reuelat, & reuelando dat. Porrò reuelatio quæ per spiritum sanctū fit, non solùm illustrat ad agnitionem, sed etiam accendit ad amorē, dicente Paulo: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritū sanctum qui H datus est nobis. Et ideo forsan de his qui cognoscentes deum non tanquā deū glorificauerunt, nō legitur q̄ spiritu sancto reuelante cognoscerent, quia cum cognoscerent, nō amauerunt. Sic quippe habes: Deus enim illis reuelauit. Nec enim adiunctum est, per spiritum suū, ne sibi sponsæ osculū mētes impiæ vsurparent, quæ contentæ ea quæ inflat, eā quæ ædificat nescierunt. Deniq; ipse apostolus dicat per quid cognouerunt. Per ea, inquit, quæ facta sunt, intellecta conspiciūtur. Vnde & cōstat quia nec perfectè cognouerunt, quē minimè dilexerunt. Si enim integrè cognouissent, bonitatem qua pro eorum redemptione in carne nasci & mori voluit, nō ignorassent. Audi denique quid eis de deo reuelatum fuerit. Sempiterna (ait) virtus eius & diuinitas. Vides quia quod sublimitatis, quod maiestatis est, in præsumptione spiritus non dei sed sui rimati sint: q̄ autē mitis sit & humilis corde, non intelexerint. Nec mirū, quia & caput eorum Behemoth nihil humile, sed (sicut de eo legitur) omne sublime videt. Quo contra Dauid nō ambulabat in magnis, neque in mirabilibus super se, ne scrutator maiestatis opprimeretur à gloria. Vos quoque vt cautè in arcanis sensibus pedē figatis, mementote semper quod Sapiens admonet. Altiora (inquit) te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. In spiritu ambulate in illis, & non in sensu proprio. Doctrina spiritus non curiositatem acuit, sed charitatem accendit. Meritò proinde sponsa I quem diligit anima sua inquirens, non se suæ carnis sensibus credit, nō curiositatis humanę inanib⁹ ratiociniis acquiescit, sed petit osculum, id est spiritum sanctum inuocat, per quem accipiat simul & scientiæ gustum, & gratiæ condimentū. Et bene scientia quæ in osculo datur, cum amore recipitur: quia amoris indicium osculum est. Scientia ergo quæ inflat, cum sine charitate sit, non procedit ex osculo. Sed nec qui zelum dei habent, & non secundum scientiam, sibi vllatenus arrogent illud. Vtrunque enim munus simul fert osculi gratia, & agnitionis lucem, & deuotionis pinguedinem. Est quippe spiritus sapientiæ & intellectus, qui instar apis ceram portātis & mel, habet omnino & vnde accendat lumen scientię, & vnde infundat saporem gratiæ. Neuter ergo se osculum percepisse putet, siue qui veritatem intelligit nec diligit, siue qui diligit nec intelligit. Sane in osculo isto nec error locum habet, nec tepor. Quāobrem geminæ gratiæ sacrosanctī suscipiendæ paret è regione duo labia sua quæ sponsa est, iutelligentiæ rationem, sapientiæ voluntatem: vt de pleno osculo glorians mereatur audire: Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in æternum. Itaque pater filium osculans, plenissimè illi arcana suæ diuinitatis eructat, & spirat suauitatem amoris, scriptura hoc significante cum ait: Dies diei eructat verbum. Cui sanè sempiterno singularitérque beato complexui, nulli omnino (vt iam dictum est) creaturæ interesse donatur, solo vtriusque spiritu teste, ac conscio mutuæ agnitionis & dilectionis. Quis enim cognouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? Sed dicat mihi K fortasse aliquis: Tibi ergo vnde id innotuit quod nulli fateris creditum creaturę? Profectò vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Enarrauit, dixerim, nō mihi misero & indigno, sed planè Ioanni amico sponsi, cuius hæc verba sunt: non solum autē, sed & Ioanni euangelistæ, vtique discipulo quē diligebat Iesus. Placita enim fuit deo & anima illius digna prorsus nomine & dote spōsæ, digna sponsi amplexibus, digna denique quæ recumberet super pectus domini. Hausit Ioānes de sinu vnigeniti, quod de paterno hauserat ille. Nec solus ipse tamē, sed & omnes quibus idem aiebat magni cōsilij angelus: Vos dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Hausit & Paulus, cuius euangeliū non est ab homine, neque ab homine illud accepit, sed per reuelationem Iesu Christi. Profectò hi omnes tam feliciter q̄ veraciter dicere possunt: Vnigenitus qui erat in sinu patris ipse enarrauit nobis. Et illa enarratio quid eis nisi osculū fuit? Sed osculum de osculo, & nō de ore. Audi siquidē oscūlū de ore: Ego & pater vnū sumus. Item: Ego in patre, & pater in me est. Osculum est ore ad os sumptum, sed nemo appropiat. Osculū planè dilectionis & pacis, sed dilectio illa supereminet omni scientiæ, & pax illa omnē sensum exuperat. Veruntamē quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, Paulo reuelauit deus per spiritum suū, L hoc est per osculum oris sui. Igitur filium in patre, & patrem esse in filio, osculū de ore est. Quod autē legitur, Non enim accepimus spiritum huius mūdi, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quę à deo donata sunt nobis: osculū sanè de osculo est. Et vt apertius alterutrum distinguamus, qui plenitudinem capit, osculū de ore sumit. Qui verò de plenitudine, osculū de osculo recipit. Magnus quidem Paulus, sed quantumlibet sursum porrigat os, etiam si se vsq; ad tertium cœlum extēdat, citra os altissimi tamen necesse est vt remaneat, & modo suo contentus in se subsistat: & cum pertingere ad vultum gloriæ nō valebit, condescendi sibi, & ex alto transmitti osculum humiliter petat. Qui verò non rapinam arbitratur esse se æqualem deo, ita vt audeat dicere: Ego & pater vnum sumus: quia ex æquo coniungitur, ex æquo cōplectitur: non osculum de loco inferiori mendicat, sed pari celsitudine os ori coniungit, & singulari prærogatiua osculum de ore sumit. Christo igitur osculū est plenitudo, Paulo participatio: vt cum ille de ore, iste tantùm de osculo osculatum se glorietur. Felix tamen osculum, per quod nō solum agnoscitur deus, sed & diligitur pater: qui nequaquam plenè cognoscitur, nisi cum perfectè diligitur. Quæ in vobis anima sensit aliquando in secreto conscientiæ suæ spiritum filij clamantē, abba pater? Ipsa ipsa paterno se diligi præsumat affectu, quæ eodem se spiritu quo & filius, affectam sentit. Cōsi- M de quæcunque es illa, confide nihil hæsitans. In spiritu filij, filiam cognosce te patris, sponsam filij & sororem. Vtroque vocabulo eam quæ huiusmodi est inuenies appellari. Ad manum est vnde id probē, non multum laborabo. Vox sponsi est ad ipsam: Veni in hortum meum soror mea sponsa. Soror siquidem est, quia ex vno patre: sponsa, quia in vno spiritu. Nam si carnale matrimoniū cōstituit duos in carne vna, cur non magis spiritualis copula duos coniunget in vno spiritu? Denique qui adhæret deo, vnus spiritus est. Sed audi etiam de patre quàm amanter quámque dignanter & filiam eam nominat, & nihilo minus tanquam nurum propriam ad filij blandos inuitet amplexus. Audi (inquit) filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Ecce à quo ista flagitat osculum. O sancta anima reuerentiam habe, quoniam ipse est dominus deus tuus, & fortasse non osculādus, sed adorandus cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

De vberibus sponsi, id est Christi: quorum vnum dicitur expectatio eius erga peccatorem: & alterum dicitur benigna susceptio eius, quando peccator conuertitur ad pœnitentiam. Sermo nonus.

ACcedamus iam ad librum, verbísque sponsæ rationem demus & consequentiā. Pendent enim & prærupta nutant

A tant absque principio. Ideóque præmittendum cui competenter cohæreant. Ponamus proinde istos quos sponsi sodales diximus, visitandi salutandíque gratia, sicut heri & nudiustertius, accessisse nunc quoque ad sponsam, ipsámque submurmurantem & tædentem reperisse, mirari causam, & quasi alloqui in hunc modum: Quid noui accidit? Quid tetemimus solito tristiorem? Quæ inopinati murmuris causa? Certè cum auersa & alienata ires post amatores tuos, cum quibus malè erat tibi, compulsa tandem reuerti ad virum tuum priorē, nonne vt saltē merereris tangere pedes, multis precibus & fletibus institisti? Recolo, inquit. Quid? Obtento eo, simulque accepta in osculo pedum indulgentia de offensis, nunquid non rursus facta impatiens, & tanta nequaquam dignatione cōrenta, sed maioris familiaritatis cupida, secundam quoque gratiam eadem qua prius instantia postulasti & impetrasti, ita vt in osculo manus adepta sis virtutes non paucas & non paruas? Non diffiteor, ait. Et illi enimuerò num tu es quę iurare & obtestari solebas, si vnquam ad osculum manus peruenire daretur, sufficere iam tibi, nil te de cætero petituram? Ego. Quid igitur? Forte horum quæ acceperas, quippiam ablatū causaberis? Nihil. An verò times repetitum iri quod tibi de mala tua pristina conuersatione indultum præsumperas? Nō. Age tamen dic vnde queamus satisfacere tibi. Non quiesco (ait) nisi osculetur me osculo oris B sui. Gratias de osculo pedum, gratias & de manus: sed si cura est illi vlla de me, osculetur me osculo oris sui. Non sum ingrata, sed amo. Accepi, fateor, meritis potiora, sed prorsus inferiora votis. Desiderio feror, non ratione. Ne quæso causemini præsumptionem, vbi affectio vrget. Pudor sanè reclamat: sed superat amor. Nec ignoro quòd honor regis iudiciū diligit, sed præceps amor nec iudicium præstolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi subiicitur. Rogo, supplico, flagito, osculetur me osculo oris sui. En gratia ipsius multis iam annis castè sobriéq; viuere curo, lectioni insisto, resisto vitiis, orationi incumbo frequenter. Vigilo cōtra tētationes, recogito annos meos in amaritudine animę meæ. Sine querela me arbitror quantū in me est conuersari inter fratres. Superioribus potestatibus subdita sum, egrediens & regrediens ad imperium senioris. Aliena non cupio: mea potius & me pariter dedi. In sudore vultus mei comedo panem meum. Cæterùm quod in his omnibus est, totū constat: de consuetudine, de dulcedine nihil. Quid nisi (iuxta prophetam) vitula Effraim sum, docta diligere trituram? Deniq; in euangelio qui hoc solū quod facere debet facit, seruus inutilis reputatur. Mādata forsan vtcunque adimpleo, sed anima mea sicut terra sine aqua in illis. Vt igitur holocaustum meum pingue fiat, osculetur me, quæso, osculo oris sui. C Plerique vestrū mihi quoque (vt memini) in priuatis confessionibus suis conqueri solent super huiusmodi arentis animi languore, atque hebetudine stolidæ mentis, quòd dei scilicet alta atque subtilia penetrare nequeant, quòd de suauitate spiritus aut nil aut parum sentiant. Quod ifti, nisi ad osculum susPirant: Suspirant planè, & inhiant spiritui sapientiæ & intellectus, intellectus vtiq; quo pertingant, sapientiæ qua gustent quod intellectu apprehēderint. Ego in hoc ipso affectu sanctū puto orasse prophetā cum diceret: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meū. Osculum omnimo petebat, & illud osculū in cuius tactu perfusis labiis pinguedine gratiæ specialis sequeretur quod alibi idem ipse precatur, Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuā. Denique & ructauit vbi gustauit: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine quā abscondisti timentibus te. Satis hoc osculum detinuit nos, & necdum me illud (vt verum fatear) dignè satis expressisse confido. Sed transeamus ad reliqua: quia id melius impressum quàm expressum innotescit. Sequitur. Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Et hæc verba cuius sint, auctor non loquitur, relinquens nobis liberè cōmentari cui potissimum personæ conueniant. Mihi verò non deest vnde illa congruēter assignem siue sponsæ, siue sponso, siue etiā sponsi sodalibus. Et primùm sponsæ qualiter cōgruant, indicabo. Interim cōfabulantibus illa pariter atq, illis, accessit ipse de quo sermo erat. Vtique libens appropiat de se loquentibus. Sic solet. Sic D euntibus in Emaux, & conferētibus inter se, iucundum se facundúmq; exhibuit comitem. Nempe hoc est quod in euangelio pollicetur: Vbi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine meo, ego sum in medio eorū. Et per prophetā: Antequā, ait, clament, ego exaudiam: adhuc loquētibus illis dicam, ecce adsum. Ita ergo nunc nō vocatus affuit, & delectatus verbis præuenit preces. Arbitror quòd interdum nec verba expectat, sed solis cogitationibus aduocetur. Denique ait homo qui inuētus est secundum cor dei: Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationē cordis eorum audiuit auris tua. Attendite & vos vobis in omni loco, scientes quoniā omnia vestra norit scrutās corda & renes deus, qui finxit singillatim corda vestra, & intelligit omnia opera vestra. Spōsa ergo sponsum adesse perSentiens subsistit. Pudet enim præsumptionis in qua se deprehensam intelligit. Nam verecundiùs id moliri per internuncios existimarat, mōxq; conuersa ad ipsum, temeritatē prout valet excusare conatur: quia meliora sunt, inquiens, vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Ac si dicat: Si altum sapere videor, tu feci sti ô sponse, qui in dulcedine vberum tuorum tāta me dignatione lactasti, quatenus omni metu, tui charitate, nō mea temeritate depulso, audeā plus forte quàm expediat. Audeo sanè pietatis memor, immemor maiestatis. Hæc pro verborū consequentia dicta sint. Nunc qualis sit ista vberum sponsi commendatio, videamus. Duo sponsi vbera, duo in ipso sunt ingeniteæ mansuetudinis argumēta, quòd patiēter expectat delinquētem, & clemēter recipit pœnitentem. Gemina, inquam, dulcedo suauitatis exuberat in pectore domini Iesu, longanimitas videlicet in expectando, & in donando facilitas. Et audi quia non sit hoc inuentum meum. Legis profecto de longanimitate: An diuitias bonitatis eius & patiētię & longanimitatis contēnis? Idem: An ignoras quia benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Ad hoc siquidem diu suspendit sententiam vltionis à contemnente, vt quandoq; exhibeat gratiam remissionis in pœnitēte. Non enim vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Ponamus exempla & de altero vbere, quod dictum est remittendi facilitas. Legis & de ipsa: Quacunq; hora ingemuerit peccator, peccatū suum remittetur ei. Legis: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius: & ad deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Pulchrè Dauid paucis cōprehendit vtrumque dicens: Longanimis, & multū misericors. Huius ergo geminę bonitatis experimēto in eam se fiduciam excreuisse fatetur sponsa, vt auderet petere osculum: Quid mirum (dicens) si sic præsumo de te ô sponsę, quæ de tuis vberibus tātam sum experta abundantiam suauitatis? Ergo ad audendum me prouocat dulcedo vberū tuorum, non meorū confidentia meritorum. F Quod autem dicit, Meliora sunt vbera tua vino, hoc est: Pinguedo gratię quę de tuis vberibus fluit, efficacior mihi est ad spirituale profectum, quàm mordax increpatio prælatorum. Nec solùm meliora vino, sed & fragrantia vnguentis optimis: quia non modo internæ dulcedinis lacte præsentes alis, sed bonæ quoque opinionis grato odore respergis absentes, bonum habens testimonium & ab his qui intus & ab his qui foris sunt. Habes, inquā, lac intus, & foris vnguēta: quoniam quidem non essent quos lacte reficeres, si non prius odore attraheres. Sanè de his vnguentis si quid dignum considerationę contineant, videbitur posthæc, cum eò ventum fuerit vbi dicit in consequētibus: In odore vnguentorum tuorum curremus. Nunc iuxta promissum nostrum hæc ipsa verba quę sponsæ data sunt, an & sponso cōgruant videamus. Spōsa loquente de sponso, repente (vt dixeram) adest ille, annuit voto, dat osculum, implétq; in ea sermonem qui scriptus est: Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quod & probat ex eius vberum repletione. Tantæ nempe efficaciæ osculum sanctum est, vt ex ipso mox cū acceperit illud sponsa concipiat, tumescentibus nimirum vberibus, & lacte quasi pinguescētibus in testimonium. Quibus studiū est orare frequenter, experti sunt quod dico. Sæpe corde tepido & arido accedimus ad altare, orationi incumbimus: persistentibus autem repente infunditur

Apo. 14. a
1. Cor. 2. c
Rom. 5.
Rom. 1. c
Ibidem.
Iob 41. c
Psa. 130. a
Prou. 25. b
Eccli. 3. c
Psal. 44. a
Psal. 17. a
Rom. 11. d
Ioan. 15. b
Gala. 1. a
Ioan. 10. f
Cant. 5. b
Psal. 44. b
1. Cor. 2. c
Psal. 98. d
Osee 10. c
Luc. 17. c
Psal. 62. c
Psal. 70. b
Psal. 30. c
Cant. 1. a
Philip. 2
Iorn. 10. f
Matt. 18. b
Esa. 65. a
Psal. 9. g
Rom. 2. a
Ibidem.
Eccle. 18. g
Ibidem.
Esa. 55. b
Psal. 102. b
Cant. 1. a
Psal. 30. d

G gratia, pingueſcit pectus, replet viſcera inundatio pietatis, & ſi ſit qui premat, lac conceptæ dulcedinis vbertim fundere non tardabunt. Dicat ergo: Habes ſponſa quod petiſti, & hoc tibi ſignũ, quia meliora facta ſunt vbera tua vino. Hinc te ſcilicet noueris oſculum acceppiſſe, quòd te conceppiſſe ſentis. Vnde & vbera tibi intumuerunt, facta in vbertate lactis meliora vino ſcientiæ ſecularis, quę quidem inebriat, ſed curioſitate, non charitate: implens, non nutriens: inflans, non ædificans: ingurgitans, non confortans. Sed demus & ſodalibus iſta depromere. Iniuſtè (inquiũt) murmuras aduerſus ſpõſum: quia id pl⁹ valet quod ille iã dedit, quàm quod tu petis. Quod enim poſtulas, te quidem delectat: ſed vbera quibus paruulos alis, quos & paris, meliora hoc eſt neceſſariora ſunt vino contemplationis. Aliud ſiquidẽ eſt quod vnius lætificat cor hominis, & aliud quod lætificat multos. Nã etſi Rachel formoſior, ſed Lia fœcundior eſt. Noli ergo nimis inſiſtere oſculis contẽplationis: quia meliora ſunt vbera prædicationis. Occurrit & alius ſenſus, quẽ quidẽ non propoſueram, ſed minime prẽteribo. Vt quid eñ verba hęc non magis conuenire eis ipſis dicamus, quib⁹ præeſt in ſolicitudine tanquã paruulis mater aut nutrix? Nec enim æquanimiter ferunt iuuenculæ & teneræ adhuc animæ, illã vacare quieti, cuius plenius eruditi doctrina, & exemplis inſotmari deſiderant. An non denique talium in ſubſequenti cõpeſcitur inquietudo, vbi ſub graui conteſtatione prohibentur ſuſcitare dilectam quouſque ipſa velit? Hæ itaq; ſentientes oſculis inhiare ſpõſam, ſecretum quærere ſibi, fugitare publicum, declinare turbas, & curæ ipſarũ propriã præferre quietem, noli (inquiunt) noli: quia maior in vberibus quàm in amplexib⁹ fructus exiſtit. Per ea ſiquidem nos vendicas à carnalibus deſideriis quę militant aduerſus animam, eripis mundo, & acquiris deo. Hoc ergo eſt quod aiunt, quia meliora ſunt vbera tua vino.

H *Cant. 2. b*

Carnis (inquiunt) voluptatem qua paulò antè tanquam vino ebriæ tenebamur, vincunt hæ quas tua nobis vbera ſtillãt deliciæ ſpirituales. Et pulchrè vino comparãt carnalem affectũ. Vt enim vua ſemel expreſſa non habet iam quod denuo fundat, ſed perpetua ariditate damnatur, ſic caro in preſſura mortis ab omni prorſus ſua delectatione ſiccatur, nec vltra reuireſcit ad libidines. Vnde propheta: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tãquam flos fœni. Exſiccatum eſt fœnũ, & cecidit flos. Et apoſtolus: Qui ſeminat in carne, de carne & metet corruptionẽ. Et rurſum: Eſca ventri, & venter eſcis, deus autem & hũc & has deſtruet. Vide autem ne non carni tantùm, ſed & mũdo fortè competat iſta proportio. Siquidẽ & ipſe tranſit, & concupiſcentia eius. Et cum omnia quæ in mundo ſunt, finem habeant, finis eorum nõ erit finis. Verùm vbera non ſic. Hæc enim cũ exhauſta fuerint rurſum de fonte materni pectoris ſumũt quod propinent ſugentibus. Meritò proinde meliora carnis ſeculive amore aſſeruntur vbera ſponſæ, quæ nullo vnquam lactantium numero areſiunt, ſed ſemper abundãt de viſceribus charitatis, vt iterũ fluant. Flumina ſiquidem fluunt de ventre eius, fitq; in ea fons aquæ ſaliẽtis in vitã æternam. Cumulatur deinde laus vberũ fragrãtia vnguentorũ, q⁹ non ſolũ verborum ſapore paſcant, ſed & factorũ opinione redoleant. Iam quę ſint vbera, quo tumida lacte, qualib⁹ delibuta vnguẽtis, ſub alio ſermonis principio Chriſto adiuuãte mõſtrabimus. Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

1.Cor. 6.c *Eſa. 40. b* *Gala. 6. b*

I *Ioan. 7. f*

Rom. 12.

De tribus vnguentis ſpiritualibus, ſcilicet deuotionis, contritionis, & pietatis. Sermo X.

NOn ſum ego profundi ſenſus, neque adeo perſpicacis ingenij, vt noui quippiã ex me adinuenire poſſim: ſed eſt fons magnus & indeficiens os Pauli, quod patet ad nos. De ipſo haurio mihi etiam nunc in oſtenſione vberum ſpõſæ, ſicut & frequenter ſoleo. Gaudete, inquit, cum gaudentibus, flete cum flentibus. Materni breuiter exprimuntur affectus: quia nec dolere paruuli, nec valere queunt abſque illa quæ genuit. Vtrobique neceſſe eſt ſuis eam conformari viſceribus. Igitur iuxta Pauli ſententiam, duas illas affectiones duobus ſponſæ vberibus aſſignabo, comparationem vni, & congratulationẽ alteri. Alioquin paruula eſt, & nondum nubilis, ſi nondum vbera miſit, ſi ſe videlicet neque ad congaudendum ſentiat promptam, neque pronam ad condolendum. Talis ſi fortè ad regimen animarum, ſeu ad officium prædicationis aſſumitur, aliis quidem non prodeſt, ſibi verò obeſt plurimum. Porrò ſeſe ingerere, quantæ impudentiæ eſt? Sed redeamus ad vbera ſponſæ, ac pro diuerſitate vberum diuerſas & lactis ſpecies proponamus. Nam congratulatio quidem exhortationis, compaſſio verò conſolationis lac fundit. Porrò vtramque ſpeciẽ vbertim cœlitus irrorari pio pectori ſuo ſpiritualis mater toties ſentit, quotiens oſculum ſumit. Videas eam mox plenis vberibus paruulis incubare lactãdis, & ex vno quidem conſolatoria, ex altero verò exhortatoria vberius miniſtrare, prout ſingulis conuenire videbit. Verbi cauſa: Si quem fortè ex his quos genuit in euangelio, deprehenderit forti aliqua tentatione concuſſum, & inde turbatum ac triſtẽ puſillanimémque factũ non poſſe iam ferre vim tentationis: quomodo condoleat, quomodo mulcet, quomodo plangit, quomodo conſolatur, quot argumenta pietatis mox reperit, quibus erigat deſolatum? Econtrà ſi promptum, ſi alacrẽ, ſi bene proficientem cognouerit, exultat: aggreditur ſalutaribus monitis, accendit amplius, inſtruit de quibus poteſt vt perſeueret, vtque in melius ſemper proficiat exhortatur. Omnibus ſe conformat, omniũ in ſe transfert affectus, matrẽ ſe denique probat non minus deficientium quàm proficientium. Quãti hodie ſecus affectos ſe oſtẽdunt, de his dico qui animas regere ſuſceperũt! Quod enim ſine miſerabili gemitu dicendũ non eſt: Chriſti opprobria, ſputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligant in acquiſitionẽ turpis quæſtus, & precium vniuerſitatis, ſuis marſupiis includere feſtinant: hoc ſolo ſanè à Iuda Scariothe differentes, quòd ille horũ omne emolumẽtum denariorum numero cõpenſauit: iſti voraciori ingluuie lucrorum infinitas exigunt pecunias. His inſatiabili deſiderio inhiant, pro his ne amittant timẽt, & cũ amittunt dolent: harũ in amore quieſcũt quantum dũtaxat liberum eis eſt à ſeruandi vel augmentandi cura. Animarum nec reputatur caſus, nec ſalus. Non ſunt profectò matres, qui cũ ſint de crucifixi patrimonio nimiũ incraſſati, impinguati, dilatati, non compatiuntur ſuper contritione Ioſeph. Quæ mater eſt, non diſſimulat: habet vbera, & nõ vacua. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus nouit, nec ceſſat exprimere de vbere quidem congratulationis lac exhortationis, de vbere verò cõpaſſionis lac conſolationis. Et de ſponſæ vberibus & vberum lacte iſta ſufficiant.

K

L

M

Iam qualibus etiam vnguentis eadem vbera redoleant, indicabo, ſi tamen veſtris orationibus iuuer, vt quod inde mihi ſentire datum eſt, detur & eloqui dignè ad audientium vtilitatem. Alia ſponſi, atque alia ſpõſæ vnguenta ſunt, quemadmodum & ſua cuique vbera. Sed de ſpõſi quo in loco tractãdum ſit, ſuperius præfixũ eſt. Nunc ſponſæ vnguentis intendamus, idque attentius, tanquã his quæ ſcriptura nõ mediocriter cõmendauit, ita vt ea pronunciauerit non ſimpliciter bona, ſed optima. Et pono diuerſas ſpecies vnguentorũ, quò ex pluribus ea quæ potiſſimum ſponſæ vberibus congruant, eligamus. Eſt vnguentum contritionis, & eſt vnguentum deuotionis, eſt & pietatis. Primũ pungitiuũ, dolorem faciens, Secundum temperatiuũ, doloren leniẽs. Tertium ſanatiuũ, etiam morbum expellens. Nũc de ſingulis latius diſſeramus. Eſt ergo vnguentum quod ſibi cõficit anima multis irretita criminibus, ſi cum incipit cogitare vias ſuas, colligat, congerat, cõteratq; in mortariolo cõſcientiæ multas ac varias ſpecies peccatorum ſuorum, & intra æſtuãtis pectoris ollam ſimul omnia coquat igne quodã pœnitẽtiæ & doloris, vt poſſit dicere cum propheta: Cõcaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Ecce hoc eſt vnũ vnguẽtum quo anima peccatrix ſuæ cõuerſionis primordia cõdire debet, plagíſque ſuis recentibus adhibere. Primũ namque ſacrificium deo ſpiritus contribulatus. Quãdiu ergo nõ habet tanquã pauper & inops vnde ſibi melius ac prẽcioſius componat vnguentum, nõ negligat parare interim iſtud, licet de vilibus ſpeciebus, quia cor cõtritum & humiliatum deus nõ deſpiciet. Tanto autem minus vile diuinis apparebit cõſpectibus, quanto plus ſibi illa viluerit in recordatione peccatorum ſuorum. Tamen ſi illi viſibili quo viſibiliter vncti à peccatrice

Pſal. 49. a *1.Cor. 11. a* *Pſal. 38. d* *Pſal. 50. d* *Ibidem.*

A catrice corporei pedes dei referũtur in euangelio, inuiſibile hoc & ſpirituale fuiſſe dicimus figuratum: non omnino vile reputare poterimus. Quid enim de illo legitur? Et domus, inquit, impleta eſt ex odore vnguenti. Peccatricis manibus diſtillabatur, & extremis mẽbris corporis, id eſt pedibus fundebatur: & tamen nõ vſq; adeo contemptibile aut vile fuit, quin totam domum vis aromatum & ſuauitas repleret odoris. Quòd ſi attendamus quãta in vnius peccatoris conuerſione fragrantia reſpergatur eccleſia, & quantis fiat odor vitæ ad vitam quiuis pœnitens ſi publicè perfectéq; pœniteat, pfectò & de hoc èquè indubitãter pronũciabimus, quia domus impleta eſt ex odore vnguenti. Denique & ſupernas beatorum manſiones attingit pœnitentiæ odor, ita vt teſte ipſa veritate magnum gaudium ſit inter angelos dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Gaudete pœnitẽtes, puſillanimes confortamini, vobis dico quos nuper conuerſos de ſeculo, & à viis veſtris prauis recedẽtes excepit mox amaritudo & confuſio animi pœnitentis, ac velut recentium adhuc vulnerum dolor nimius excruciat & perturbat. Securæ manus veſtræ diſtillent myrrhæ amaritudinẽ in ſalubrẽ hanc vnctionem: quia cor contritum & humiliatũ deus nõ deſpiciet. Nõ eſt omnino ſpernenda nec vilis æſtimanda huiuſcemodi vnctio, cuius odor nõ ſolũ homines prouocat ad correctionem, ſed & angelos ad exultationem inuitat. Sed eſt vnguentum tantò iſto profecto prẽcioſius, quãtò de melioribus compoſitum ſpeciebus. Huius ſiquidem ſpecies ne lõge quærantur, penes nos & abſque difficultate reperimus, ac de noſtris hortulis talium perfectè copiã tollimus quotienſcunque neceſſitas poſcit. Quis enim non ſatis de proprio cũ vult ad manum habet iniquitates & peccata, ſi non diſſimulat? Hæ autem ſunt (ſicut recognoſcitis) ſpecies vnguenti primi quod iam deſcripſimus. At verò ſecundi huius aromata, terra noſtra nequaquã profert, ſed procul & de vltimis finibus ea nobis conquirimus. Nempe omne datum optimũ, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcẽdens à patre luminum. Fit enim vnguentũ iſtud de diuinis collatis humano generi beneficiis. Felix, qui ipſa ſibi ſtudioſè colligere, & ante mentis ſuæ oculos digna cum gratiarum actione reducere curat. Profectò cum fuerint in vaſculo pectoris piſtillo crebræ meditationis contuſa atque cõtrita, deindéq; igne ſancti deſiderij ſimul decocta omnia, & demũ impinguata oleo lætitiæ, erit vnctio lõgè prẽcioſior excellentiorq; priore. Sufficit ad probandum eius teſtimonium, qui ait: Sacrificium laudis honorificabit me. Nec dubium quin excitet ad laudandũ beneficiorũ recordatio. Porrò cum ſcriptura hoc ſolum teſtetur de illo alio quia nequaquam deſpicitur, liquet amplius

B

C

esſe commendatum quod & honorificat. Denique illud pedibus apponitur, hoc capiti. Si enim in Chriſto caput ad dũ uinitatem referẽdum eſt, dicente Paulo, Caput Chriſti deus: procul dubio caput vngit, qui gratias agit, quoniam deũ tangit, nõ hominem. Non quia non ſit homo qui deus eſt, ſiquidem deus & homo vnus eſt Chriſtus: ſed quia omne bonum à deo, nõ ab homine eſt, etiam ipſum quod per hominẽ miniſtratur. Profecto enim ſpiritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. Propterea & maledictus qui ſpem ſuam ponit in homine: quoniam etſi ſpes noſtra tota meritò pendet ex homine deo, nõ tamen quia homo, ſed quia deus eſt. Itaque illud pedibus, hoc capiti exhibetur: quoniã & humiliatio contriti cordis humilitati congruit carnis, & maieſtatẽ decet glorificatio. En quale vnguentum propoſui vobis, quo ſe nimirum tangi caput illud tremendum principatibus non ducit indignum, imò & honoris inſigne iudicat, dicens: Sacrificium laudis honorificabit me. Quamobrẽ non eſt pauperis & inopis ſeu puſilli cordis animæ conficere iſtiuſmodi vnctionem, nempe cuius aromata & ſpecies ſola confidẽtia poſſidet, quæ tamen de libertate ſpiritus & cordis puritate deſcendit. Quæ enim puſillanimis eſt & modicæ fidei mens, rei ſuæ familiaris tenuitate conſtringitur, nec valet prę inopia ociari ad vacandum diuinis laudibus, ſeu his quæ laudes pariunt intuendis beneficiis. Et ſi quando certe conatur aſſurgere, confeſtim domeſticarum neceſſitatũ curis vrgentibus reuocatur ad ſua, & in ſpe cõprimi propria egeſtate cõpellitur. Quòd ſi huius miſeriæ quæritur à me cauſa, dicam quod ipſi in vobis (niſi fallor) aut eſſe aut fuiſſe recognoſcetis. Duabus de cauſis videtur mihi huiuſmodi animi ægritudo & diffidentia ſolere contingere, aut de nouitate videlicet conuerſionis, aut certè de conuerſationis tempore, etiam ſi in conuerſione longum tempus habuerit. Vtrúque profecto humiliat & deiicit cõſcientiam, & inquietam facit, dum ſiue pro tẽpore, ſiue pro tempore antiquas animi paſſiones necdũ in ſe emortuas ſentit: & neceſſe proinde habens reſecandis intendere de cordis hortulo ſpinis inquinatũ, & vrticis cupiditatem, longius à ſemetipſa euagari non ſinitur. Quid enim? Qui laborat in gemitu ſuo, poteritne ſimul & in die laudibus exultare? Quonam modo in ore gementis & plangentis ſonabit pariter illud Eſaiæ, gratiarum ſcilicet actio, & vox laudis? Nam ſicut à ſapiente accepimus, muſica in luctu, importuna narratio eſt. Denique gratiarum actio beneficium ſequitur, non præcedit. Quæ autem adhuc in triſtitia eſt anima beneficio non gaudet, ſed indiget. Habet ergo vnde preces offerat, non autem vnde referat grates. Quomodo enim recolet beneficiũ quod non accepit? Meritò proinde dixi nõ eſſe animæ pauperis conficere hoc vnguentũ, quod de recolendis diuinis beneficiis componi debet: quoniam nõ poteſt videre lucem donec tenebras intuetur. Nẽpe in amaritudine eſt, occupátq; memoriam triſtis recordatio peccatorum, nec libet lætum quippiã ſimul admittere. Idcirco talibus denunciat ſpiritus propheticus dicẽs: Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. Quod eſt: Fruſtra ſurgitis ad intuenda beneficia quæ delectant, niſi prius recepto lumine cõſolationis de reatibus qui conturbant. Non eſt ergo pauperum hoc vnguentũ. Sed videre quinam de eius copia non immeritò glorientur. Ibant gaudentes apoſtoli à conſpectu concilij, quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Multũ ſibi profecto inſtillauerant de pinguedine ſpiritus, quorum lenitas nõ dico verbis, ſed nec verberibus ceſſit. Erant enim diuites in charitate, quæ nullis exhauritur expẽſis, & de ipſa facilè holocauſta medullata offerre ſufficiebãt. Fundebant paſſim ſudantia pectora liquorem ſanctum quo imbuta pleniùs erant quando loquebantur variis linguis magnalia dei, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Nec dubiũ quin & illi abundarent iiſdem vnguẽtis, quibus apoſtolus teſtimonium perhibebat dicẽs: Gratias ago deo meo ſemper pro vobis in gratia dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu: quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſciẽtia, ſicut teſtimoniũ Chriſti confirmatum eſt in vobis, ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia. Vtinam & pro vobis ego has ipſas gratias referre poſſim, vt videam vos diuites in virtutibus, alacres in laudibus dei, ſpirituali hac pinguedine abundantius redundantes in Chriſto Ieſu domino noſtro.

D

E

F

Pſal. 50. d *Pſal. 49. d* *Act. 5. b* *Act. 2. b* *1.Cor. 1. a*

De duobus, hoc eſt fructu & modo pertinentibus ad opus humanæ redemptionis, Sermo XI.

DIxi in fine ſermonis, nec me iterare piget, quòd cupiam vos omnes fieri ſacræ vnctionis participes, illius videlicet in qua dei beneficia cum lætitia & gratiarum actione reuolitur ſancta deuotio. Hoc enim bonum eſt tum propter releuandos vitæ præſentis labores, qui vtiq; tolerabiliores nobis fiunt exultantibus in laude dei: tum quia nihil ita propriæ quendã terris repræſentat cœleſtis habitationis ſtatum, ſicut alacritas laudantium deum: ſcriptura dicente: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. De hoc prẽcipuè vnguẽto tuto dixiſſe propheta: Ecce quàm bonum & quàm iucundũ habitare fratres in vnum, ſicut vnguentum in capite. Neq; enim priori videtur cõgruere poſſe. Illud enim etſi bonum ſit, nõ eſt tamẽ iucundum: quia recordatio peccatorũ amaritudinẽ facit, non iucunditatẽ. Sed nec qui illud faciunt, in vnum habitant, cum quiſq; peccata propria lugeat atque deploret. Qui verò in gratiarum actione verſantur, deum ſolu intuẽtur & cogitant, ac per hoc ipſi verè habitant in vnũ. Bonum eſt autẽ quod faciunt, quia ſeruãt ei iuſtiſſimè gloriã, cuius eſt: & nihilo minus iucũdum, quia delectat. Quamobrem ſuadeo vobis amicis meis reflectere interdum pedẽ à moleſta & anxia recordatione viarum veſtrarum, & euadere in irinera planiora ſerenioris memoriæ beneficiorum dei: vt qui in vobis cõfundimini, ipſius intuitu

Pſal. 83. a *Pſal. 132. a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G respiretis. Volo vos experiri illud quod sanctus ꝓpheta cōsulit dicēs: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et quidē necessarius dolor pro peccatis, sed si non sit cōtinuus. Sanè interpoletur lætiori recordatione diuinæ benignitatis, ne fortè prę tristitia induretur cor, & desperatione pl' pereat. Misceamus absinthio mel, vt salubris amaritudo salutē dare tunc possit, cū immixto tēperata dulcore bibi poterit. Audi denique deū quomodo ipse contriti cordis tēperat amaritudinē, quomodo pusillanimem à desperationis barathro reuocat, quomodo blandæ & fidelis promissionis melle mœrentē consolatur, erigit diffidentē. Ait per prophetam: Ego infrenabo os tuum laude mea, ne intereas. hoc est: Ne interitu facinorum tuorū nimiā incurras tristitiam, atq; instar effrenis equi desperatus in prœceps ruas & pereas. Freno te (inquit) inhibebo indulgentiæ meæ, & meis laudibus erigam, respirabisq; in bonis meis, qui de tuis confunderis malis, dum me sanè benigniorē quam te culpabiliorem inuenies. Hoc freno si infrenatus fuisset Cain, nequaquā desperando dixisset: Maior est iniquitas mea, q̄ vt veniam merear. Absit, absit. Maior enim est eius pietas, quàm quæuis iniquitas. Ideo iustus nō continuè, sed tantū in principio sermonis accusator est sui. Porrò autē in dei laudes extrema sermonis claudere cōsueuit. Videte deniq; iustū hoc ordine procedentem. Cogitaui (ait) vias meas, & cōuerti pedes meos in testimonia tua: vt videlicet qui cōtritionem & infelicitatē in viis propriis perpessus fuerat, in via testimoniorū dei delectaretur sicut in omnibus diuitiis. Et vos igitur exemplo iusti si de vobis in humilitate sentitis, sentite & de domino in bonitate. Sic enim legitis apud sapientem: Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Hoc autem facilè menti persuadet diuinę munificētiæ frequens imò cōtinua recordatio. Alioquin quomodo implebitur apostolicū illud, In omnibus gratias agentes: si ea pro quibus gratiæ debentur, à corde recesserint? Nolo vos Iudaico notari opprobrio, de quibus scriptura testatur quòd non fuerint memores benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis.

Verum quoniam bona quæ largiri mortalibus non cessat misericors & miserator dominus, recolere & recolligere omnia, omni homini impossibile est (quis enim loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius?) in salutē quod præcipuum est, & maximum, opus videlicet nostræ redēptionis à memoria redemptorū aliquatenus non recedat. In quo opere duo potissimum quæ nunc occurrūt, vestris studiis intimare curabo. Et hoc quàm paucis ad cōpendium potero, memor illius sentētiæ: Da occasionem sapienti, & sapiētior erit. Duo ergo illa sunt, modus & fructus. Et modus quidem I dei exinanitio est, fructus vero nostri de illo repletio. Hoc meditari, sanctæ spei seminariū est, illud summi amoris incētiuum. Vtrūque profectibus nostris necessarium, ne aut spes mercenaria sit, si amore non comitetur: aut amor tepescat, si infructuosus putetur. Porrò fructū talem expectamus nostri amoris, qualē ipse quē amamus promisit, mensurā (inquiēs) plenam & cofertā & coagitatam & supereffluentem dabūt in sinum vestrum. Mensura ista (vt audio) erit sine mensura. Sed velim scire cuius rei futura sit illa mēsura, vel potius illa immēsitas quæ repromittitur. Oculus non vidit deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Dic nobis tu qui præparas, quid præparas: Credimus, confidimus, reuera sic promittis: replebimur in bonis domus tuæ. Sed quibus, quęso, bonis vel qualibus? Forte frumento, vino, oleo, auro, atque argento, lapidibúsve prętiosis: Sed hæc nouimus & vidimus, & videmus & fastidimus. Id quærimus quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hoc placet, hoc sapit, hoc delectat inquirere, quodcunq; est illud. Erūt, inquit, omnes docibiles dei, & ipse erit omnia in omnibus. Vt audio, plenitudo quam expectamus à deo, non erit nisi de deo. Quis verò comprehendat quàm magna multitudo dulcedinis in breui isto sermone comptehensa sit: erit deus omnia in omnibus? Vt de corpore taceam, in anima tria intueor: rationem, voluntatē, memoriam: & hæc tria ipsam animam esse. Quantum cuiq; horū in præsenti seculo desit de integritate sua & perfectione, sentit omnis qui ambulat in spiritu. Quare hoc, nisi quia deus nondū est omnia in omnib⁹? Hinc est ꝙ & ratio sæpissimè in iudiciis fallitur, & voluntas quādruplici perturbatione iactatur, & memoria multiplici oblitione cōfunditur. Triplici huic vanitati nobilis creatura subiecta est non volens, in spe tamen. Nā qui replet in bonis desiderium animæ, ipse rationi futurus est plenitudo lucis, ipse voluntati multitudo pacis, ipse memoriæ continuatio æternitatis. O veritas, charitas, æternitas. O beata & beatificans trinitas, ad te mea miseria trinitas miserabiliter suspirat, quoniam à te infeliciter exulat. Discedens à te quantis se intricauit erroribus, doloribus, timoribus? Heu me qualem pro te commutauimus trinitatem: Cor meum conturbatum est, & inde dolor: dereliquit me virtus mea, & inde pauor: & lumē oculorum meorum nō est mecū, & inde error. En quàm dissimilem trinitatem ô animæ meæ trinitas exulans offendisti. Veruntamen quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: cum error videlicet à ratione, à volūtate dolor, atque à memoria timor omnis recesserit, & successerit illa quam speramus mira serenitas, plena suauitas, æterna securitas. Primū illud faciet veritas deus, secundum charitas deus, tertium summa potestas deus, vt sit deus omnia in omnibus ratione recipiente lucem inextinguibilem, voluntate pacem imperturbabilem consequente, memoria fonti indeficienti æternaliter inhærente. Videritis vos, rectēne primū illud filio, spiritui sancto sequens, patri vltimum assignetis, sic tamē, vt nihil horū vel patri vel filio vel spiritui sancto subtrahatis, ne cui forte personatum aut plenitudinem minuat distinctio, aut proprietatem tollat perfectio. Simul & hoc aduertite, quid simile filij huius seculi experiantur de carnis illecebris, de mundi spectaculis, & de pōpis satanæ: cū tamen hoc totum sit vnde vita præsens eludit miseros amatores suos, dicente Ioanne: Quicquid in mundo est cōcupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Hæc de redemptionis fructu. In modo quoque quem (si recolitis) dei esse exinanitionem diffiniuimus, tria item præcipuè vobis intuenda commendo. Non enim simplex aut modica illa exinanitio fuit, sed semetipsum exinaniuit vsq; ad carnem, ad mortem, ad crucē. Quis dignè pensēt quantæ fuerit humilitatis, māsuetudinis, dignationis, dominū maiestatis carne indui, mulctari morte, turpari cruce? Sed dicit aliquis: Non valuit opus suum reparare creator absque ista difficultate? Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum atque odiosissimum vitium ingratitudinis occasionem vltra reperiret in homine. Sanè multum fatigationis assumpsit, quò multę dilectionis hominem debitorem teneret, cōmonerētque gratiarum actionis difficultas redēptionis, quem minus esse deuotum fecerat conditionis facilitas. M Quid enim dicebat homo creatus & ingratus? Gratis quidē cōditus sum, sed nullo auctoris grauamine vel labore. Siquidem dixit, & factus sum, quemadmodum & vniuersa. Quid magnum est quamlibet magna in verbi facilitate donaueris? Sic beneficium creationis attēnuās humana impietas, ingratitudinis materiā inde sumebat, vnde amoris causam habere debuerat, idque ad excusandas excusationes in peccatis. Sed obstructum est os loquentiū iniqua. Luce clariùs patet quātum modo pro tē ô homo dispendium fecit: de domino seruus, de diuite pauper, caro de verbo, & de dei filio hominis filius fieri nō despexit. Meméto iam tē etsi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptū. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia: at vero per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terræ. O quātum laborauit sustinens! Carnis necessitates, hostis tētationes, nónne sibi crucis aggrauauit ignominia, mortis cumulauit horrore? Necessariè quidem. Sic sic homines & iumenta saluasti domine, quemadmodum multiplicasti misericordiā tuā deus? Hæc meditamini, in his versamini. Talibus odoramētis refouete viscera vestra, quę diu torsit odor molestior peccatorū, vt abunderis & his vnguentis nō minus suauibus q̄ salutaribus. Nec tamē adhuc vos puteris habere illa optima quæ in spōsę vberibus cōmendātur: de quibus incipere, modo finiēdi sermonis angustia, phibet. Quæ dicta sunt de aliis, tenete memoria, probate vita, & de his iuuate me precibus vestris vt digne loqui possim quod dignū sit tātis sponsę deliciis, & vestras animas ad amorē ædificet sponsi Iesu Christi domini nostri. Amen.

De

A

De prætioso vnguento pietatis: & de veneratione habenda à subitis erga prælatos suos. Sermo XII.

D Vo me vnguenta vobis tradidisse recordor. Vnum contritionis, delicta multa complectens. Alterum deuotionis, multa continens beneficia. Ambo salubria, sed non ambo suauia. Primum siquidem pungitiuum sentitur, quia mouet ad compunctionem amara recordatio peccatorum, & dolorem facit: cum sequens mitigatorium sit, diuinæ bonitatis intuitu cōsolationem dante, & sedante dolorem. Sed est vnguentum quod ambobus longe antecellit, & hoc appellauerim pietatis, eo quòd fiat de necessitatib⁹ pauperum, de anxietatibus oppressorum, de perturbationibus tristiū, de culpis delinquentium, & postremo de omnibus quorumlibet miserorum ærumnis, etiā si fuerint inimici. Despicabiles videntur species istę, sed est super omnia aromata vnguentū quod ex eis conficitur. Sanatiuum est: Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Igitur multæ miseriæ collectæ, atque oculo pietatis inspectæ, ipsæ sunt species ex quibus vnguenta optima componuntur, sponsæ digna vberibus, spōsi sensibus grata. Felix mens, quæ talium collectione aromatum sese ditare & impinguare curauit, infundens ea oleo misericordiæ, & ardore decoquens charitatis. Quispuras est iucundus homo qui miseretur & commodat, pronus compati, subuenire prōptus, dare quàm accipere beatius iudicans: ignoscere facilis, irasci difficilis, vlcisci penitus nō acquiescens, & per omnia proximorū æquè vt proprias respiciens necessitates? O quęcunque es anima sic affecta, sic imbuta rore misericordiæ, sic affluens pietatis visceribus, sic te omnibus omnia faciens, sic facta ipsa tibi tanquam vas perditum, vt cæteris pręsto vbique semper occurras atq; succurras, sic deniq; mortua tibi, vt viuas omnibus: tu planè tertium optimúmq; vnguētum felix possides, & manus tuæ distillauerunt totius suauitatis liquorem. Non exsiccabitur in tempore malo, nec feruor persecutionis ebibet illum: sed semper deus memor erit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiet. Sunt viri diuitiarum in ciuitate domini virtutum, quęro an apud aliquos hęc vnguenta inueniantur. Et primus occurrit (sicut vbiq; solet) mihi Paulus vas electionis, reuera vas aromaticum, vas odoriferū, & refertum omni puluere pigmentario. Christi enim erat bonus odor deo in omni locō. Multæ profectò suauitatis fragrantiam longe latéque spargebat pectus illud quod sic affecerat solicitudo omniū ecclesiarū. Vide enim quales species & qualia aromata coaceruauerat sibi. Quotidie (inquit) morior propter vestrā gloriam. Et rursum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Et multis talibus (quæ vobis bene nota sunt) abundabat diues iste in componendis C vnguentis optimis. Decebat nanq; primis & puristimis aromatibus redolere vbera quæ Christi mēbra lactarent, quorū Paulus mater erat, pro certo parturiens semel & iterum donec Christus formaretur in eis, ac mēbra capiti suo reformarētur. Audi & de alio diuite quomodo ad manum habebat electas species de quibus optima vnguenta conficeret. Foris (inquit) non mansit peregrinus. Ostium meum viatori patuit. Item: Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum: conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Si negabam quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellā meā solus, & non comedit pupillus ex ea. Si despexi prætereuntem eo quòd nō haberet indumentū, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearū calefactus est. Quanto putamus vir iste odore terrā respersérat in his operibus? Singula opera singula erant aromata. His propriam repleuerat conscientiam, vt fœtorem putridæ carnis, internæ suanitatis exhalatione sibi temperaret. Ioseph postquam vniuersam Aegyptum post se fecit currere in odore vnguentorū suorum, etiā suis venditoribus eandem demum fragrantiam propinauit. Equidem increpatoria verba vultu proferebat irato, sed erumpebant lachrymæ de pinguedine cordis, non iræ indices, sed gratiæ proditrices. Samuel lugebat Saul qui se quærebat occidere, & ad ignē charitatis incalescēte pectore liquefactus intus pietatis adeps foras emanabat per oculos. Ob bonū deniq; quē circū

D

quaq; diffuderat suæ opinionis odorem, refert de eo scriptura quia cognouerunt omnes à Dan vsque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset domini. Quid de Moyse dicam quanto adipe & pinguedine & ipse repleuerat viscera sua? Nec domus illa exasperās in qua pro tēpore versabatur, potuit vnquā in omni murmure & furore suo vnctionē spiritus qua semel imbutus fuerat exterminare, quò minus inter assiduas lites & quotidiana iurgia ipse in sua mansuetudine perduraret. Meritò testatus est spiritus sanctus de eo quòd esset mitissimus omniū hominum qui morabātur super terrā. Siquidē cum his qui oderunt pacē, erat pacificus, intantū vt populo ingrato & rebelli non modo non iraſceretur, sed & iraſcētem deum suo interuentu leniret, sicut scriptum est: Dixit vt disperderet eos, si nō Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, vt auerteret iram eius ne disperderet eos. Deniq; si dimittis (ait) dimitte: sin autē, dele me de libro tuo quem scripsisti. O verè hominem vnctum vnctione misericordię! Loquitur planè parentis affectu, quem nulla possit delectare felicitas, exortibus quos parturiuit. Verbi gratia, si diues quispiam mulieri pauperculæ dicat: Ingredere tu ad prandium meum, sed quem gestas infantulum relinque foris, quoniam plorat, & molestus est nobis: nūquid faciet? Nónne magis eliget ieiunare, quàm exposito pignore charo sola prandere cum diuite? Ita nec Moysi sedet solum se introduci in gaudium domini sui, foris scilicet remanēte populo, cui licet inquieto & ingrato, vice pariter & affectione matris inhæret. Dolet viscera, sed tolerabiliorem sibi iudicat tortionem, quàm euulsionem. Quid Dauid mansuetius, qui illius mortem lugebat, qui suam semper sitierat? Quid benignius, quàm vt eius molestē ferret decessum, cui succedebat in regnū? Sed & de morte parricidæ filij quàm difficile consolationem admisit? Magnā profecto optimæ vnctionis copiā præferebat talis affectio: ideo & securus orabat, dicens: Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Ergo hi omnes habuerunt vnguenta optima, quibus hodieque per vniuersas ecclesias suauissimè redolēt. Nec solum ipsi, sed & quicunque se in hac vita ita beneuolos & beneficos præbuerunt, ita inter homines humanę viuere studuerunt, quatenus omnem quam visi sunt habuisse gratiā, non sibi tenerent, sed in commune deducerent, ęstimantes se amicis pariter & inimicis, sapientibus & insipiētibus debitores: cúmque fuissent vtiles omnibus, humiles in omnibus: & prę omnibus extitērūt dilecti deo & hominibus, quorū fragrātia in benedictione est: quotquot inquā tales præcesserūt, fragrarūt suis tēporibus, fragrāt & hodie vnguētis optimis. Tu quoq; si donum quod desuper accepisti, nobis cōturbernalib⁹ tuis libēter impertiaris, si te exhibeas vbique inter nos officiosum, si affectuosum, si gratū, si tractabilē, si humilē: testimoniū habebis ab omnibus, ꝙ fragres & ipse vnguentis optimis. Omnis in vobis qui fraternas infirmitates tam corporū, quàm animorum nō solum patiēter supportat, sed insuper si licet, & si valet, iuuat obsequiis, confortat alloquiis, consiliis informat: si hoc nō potest propter disciplinam, solicitis saltem orationibus solatiari nō cessat infirmo: omnis inquam qui talia operatur in vobis, bonum omnino spargit odorem inter fratres, & odorem de vnguentis optimis. Balsamum in ore, huiusce modi frater in congregatione, mōstratur digito, & dicunt de eo omnes: Hic est fratrū amator, & populi Israël, hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate. Sed recurramus ad euangelium, atque aliquid quod forte spectet & ad hęc vnguenta, requiramus. Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Quænam ista vnguēta tam preciosa, vt Christi corpori parentur & comparentur? tam copiosa, vt toti sufficiāt? Neutrum quippe duorum præcedētium aut emptum aut factum specialiter ad opus domini, aut toto in corpore legitur fuisse diffusum, sed de subito introducitur mulier vno quidem in loco osculans pedes, & vnguento vngens: in altero vero vel ipsa vel altera habens alabastrum vnguenti, & illud mittens in caput. Cæterum nunc emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum. Emunt non vnguenta, sed aromata: & vnctio in obsequium domini non facta assumitur, sed noua conficitur: nec in vngendā tantum aliquam corporis partem, verbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G gratia pedes aut caput, sed sicut scriptum est, vt veniétes vngerent Iesum, quod est totius complexio, non partis distinctio. Tu quoque si te induas viscera misericordiæ, liberalem benignúmque exhibeas non tantùm parentibus siue cognatis tuis, aut quos tibi vel benefactores tenes, vel benefacturos speras, nã & Ethnici hoc faciũt, sed (iuxta Pauli consiliũ) studeas operari bonum ad omnes, ita vt propter deum nec inimico officium humanitatis corporale seu spirituale negãdum subtrahendúmque existimes: constat te quoque abundare vnguẽtis optimis, nec caput aut pedes domini tantùm, sed passim quantum in te est vngere susceпisse totum corpus quod est ecclesia. Et forte prouidè ob hoc dominus Iesus paratam sibi cõfectionem expendi noluit in suo corpore mortuo, vt seruaret viuo. Viuit enim ecclesia, quæ manducat panem viuum qui de cœlo descendit. Ipsa est charius corpus Christi, quod ne mortem gustaret, morti illud alterum traditum fuisse nullus Christianus ignorat. Ipsam vngi, ipsam foueri desiderat, ipsius infirma membra cupit fomẽtis accuratioribus reuelari. Ipsi ergo preciosa vnguenta retinuit, cum anticipans horam, & accelerãs gloriam, mulierum deuotionem non eluſit, sed instruxit. Renuit vngi, sed parcens, non spernens. Non recusans obsequium, sed reseruans proficuũ.

Proficuum dico non huius materialis atque corporalis vnH guenti, sed planè spiritualis quod in isto designatum est. In isto ergo pepercit magister pietatis vnguentis optimis pietatis, quæ membris suis indigentibus tam corporaliter quàm spiritualiter omnino cuperet exhiberi. Denique paulo antè cum in caput eius aut etiam in pedes funderetur vnguentũ, ipsúmque satis pręciosum, nunquid prohibuit? Imò & obstitit prohibentibus. Nam & Simoni indignanti quòd se tangi à peccatrice permitteret, longam texuit reprehẽsionis parabolam: & aliis perditionis vnguentum causãtibus respõdit

Mat.26.a dicens: Quid molesti estis huic mulieri? Nonnunquam ego (vt modicum faciam excessum) cum sederẽ mihi ad pedes Iesu mœrens & offerens sacrificium spiritus cõtribulati in re-

Ibidem. cordatione peccatorum meorum: aut certè ad caput si quando vel rarò starem & exultaré in recordatione beneficiorũ eius, audiui dicentes: Vt quid perditio hæc? Causantes videlicet quòd soli viuerẽ mihi, qui (vt putabant) multis prodesse possem. Et dicebãt: Potuit enim venundari multo, & dari pauperibus. Sed nõ bonum mercatum mihi est, etiã si vniuersum mundum lucrer, meipsum perdere, & detrimentum mei facere. Vnde intelligens verba hæc inter illas esse quas

Eccles.10. scriptura loquitur muscas morituras quæ perdunt suauitatem vnguenti, recordatus sum diuinæ illius sententiæ: Populeus meus, qui te beatificant, in errorem inducunt. Verùm audiant excusantem dominum, & respondentẽ pro me, qui me

Esa.3. b quasi de ocio incusant. Quid, inquit, molesti estis huic mu-

Mat.26.a lieri? quod est: Vos videtis in facie, & ideo secundum faciem iudicatis. Non est vir (vt putatis) qui possit mittere manum ad fortia, sed mulier. Quid tentatis ei imponere iugum ad quod ego eum minus sufficientem intueor? Bonũ opus operatur in me. Stet in bono, quandiu non cõualescit ad melius. Si quando de muliere in virum & virum perfectũ profecerit, poterit & in opus perfectionis assumi. Fratres, reuereamur episcopos, sed vereamur labores eorũ. Si labores pensamus, nõ affectamus honores. Agnoscamus impares vires nostras, nec delectet molles & fœmineos humeros virorũ supponere sarcinis: nec obseruemus eos, sed honoremus. Inhumanè nẽpe eorũ redarguis opera, quorũ onera refugis. Temerariè obiurgat virum de prælio reuertentẽ mulier nens in domo. Dico enim: Si is qui de claustro est, eum qui versatur in populo, interdũ minus districte minúsve circũspecte sese agere deprehenderit (verbi gratia in verbo, in cibo, in somno, in risu, in ira, in iudicio) non ad iudicandum confestim prosiliat,

Eccli.42.c sed meminerit scriptum: Melior est iniquitas viri, quàm benefaciẽs mulier. Nam tu quidem in tui custodia vigilans bene facis, sed qui iuuat multos, & melius facit, & virilius. Quod si implere non sufficit absque aliqua iniquitate, id est absque quadam inæqualitate vitæ & cõuersationis suæ, memento quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hæc

Iaco.5.d dicta sint contra geminã tentationem, qua sæpe viri religiosi episcoporum vel ambire gloriam, vel excessus temerè iudicare diabolicis instigationibus incitantur. Sed redeamus ad K vnguenta sponsæ. Videsne quàm sit præferendũ cæteris istud pietatis vnguentum, de quo solo permissum non est perditionem fieri: In tantum perditio de ipso non fit, vt nec aquæ *Mat. 10.d* frigidæ munus irremuneratum sinatur. Bonum tamen contritionis vnguentũ, quod de recordatione peccatorum conficitur, mittitúrque in pedes domini: quia cor contritum & *Psal.50. d* humiliatum deus non despiciet. Cæterum longe melius esse arbitror id quod dicitur deuotionis, factum de recordatione beneficiorum dei, quippe quod & capiti idoneũ reputatur, ita vt perhibeat de ipso deus: Sacrificiũ laudis honorificabit *Psal.49. d* me. Porrò vtrunque vincit vnctio pietatis, quæ de respectu miserorum fit, & per vniuersum Christi corpus diffunditur. Corpus dico non illud crucifixum, sed quod illius acquisi-*Matt.9.b* tum est passione. Optimum reuera vnguentum, in cuius cõparatione cætera nec respicere se ostendit qui ait: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hanc ergo potissimũ inter cæteras virtutes redolere puto vbera sponsæ, quæ sponsi per omnia gestit cõgruere volũtati. An non odore misericordiæ *Act.9.g* Tabitha etiam in morte fragrabat? Et ideo cito de morte cõualuit: quia prævaluit odor vitæ. Sed audite verbum abbreuiatum super præsenti capitulo. Quisquis & inebriat verbis, & fragrat beneficiis, sibi dictum putet, quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Et ad hæc quis L *Cant.1.c* idoneus? Quis nostrum vnum saltem horum integrè perfectéq; possideat, vt non videlicet interdum & in dicendo sterilior, & in operando tepidior sit? Sed est quæ merito & non dubiè hoc pręconio glorietur, ecclesia vtique, cui nunquã de vniuersitate sua deest & vnde inebrier, & vnde fragret. Quod *1.Cor.12.b* enim sibi deest in vno, habet in altero, secundum mensuram donationis Christi, ac moderationem spiritus diuidentis singulis prout vult. Fragrat ecclesia in his qui sibi faciunt amicos de mammona iniquitatis, inebriat in ministris verbi, qui vino lætitiæ spiritualis infundunt terrã, & inebriant eam, & fructum referunt in patientia. Ipsa audacter securéq; sese nominat sponsam, tanquã quæ verè habet vbera meliora vino, & fragrantia vnguẽtis optimis. Quod etsi nemo nostrum sibi arrogare præsumat, vt animam suam quis audeat sponsam domini appellare: quoniã tamen de ecclesia sumus, quæ meritò hoc nomine & re nominis gloriatur: non immeritò gloriæ huius participium vsurpamus. Quod enim simũl omnes plene integréque possidemus, hoc singuli sine contradictione participamus. Gratias tibi domine Iesu, qui nos charissimæ ecclesię tuæ aggregare dignatus es, non solùm vt fideles essemus, sed vt etiam tibi vice sponsæ in amplexus iucũdos, castos, æternósque copularemur, reuelata & ipsi facie speculantes gloriam tuam, quæ tibi communis pariter est cum pa-M tre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

De gloria & laude deo semper attribuenda pro omnibus bonis eius nobis impensis. Sermo XIII.

ORigo fontium & fluminum omnium mare est: virtutum & scientiarum dominus Iesus Christus. Quis enim dominus virtutum nisi ipse est rex gloriæ? Sed & iuxta An-*1.Reg.d* næ canticum, idem ipse deus scientiarum dominus est. Continentia carnis, cordis industria, voluntatis rectitudo, ex illo fonte manant. Non solùm autem, sed & si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est. In-*Colo.2.b* de scientiæ, inde sapiẽtiæ sermo. Thesauri siquidem sapientiæ & scientiæ ibi omnes abscõditi sunt. Quid? Casta cõsilia, iusta iudicia, sancta desideria, nónne riuuli fontis illius sunt? Quòd si copiæ aquarum secretis subterraneísque recursibus incessanter æquora repetunt, vt inde rursus ad visus vsúsque nostros iugi & infatigabili erumpant obsequio, cur non etiam spirituales riui vt arua mentium rigare non desinant, proprio fonti sine fraude & sine intermissione reddãtur? Ad locum vnde exeunt reuertãtur flumina gratiarum, vt iterum fluant. Remittatur ad suũ principium cœleste profluuiũ, quo *1.Thess.5.d* vberius terræ refundatur. Qualiter inquis? Qualiter dicit apostolus: in omnibus gratias agentes. Quicquid sapientiæ, quicquid te virtutis habere cõfidis, dei virtuti & dei sapientiæ deputa Christo. Et quis tam insanus (ais) vt aliunde præ-*Luc.18.b* sumat? Nemo planè, adeò vt & Pharisæus gratias agat: cuius tamen

A tamen iustitiæ non est laus à deo. Nec enim illa gratiarum actio (si bene recolis euangelium) gratiorem eum facit. Quare? Quia quicquid in ore deuotum sonuerit, cordis non sufficit excusare tumorem apud eum qui alta à longe cognoscit.

Psal.137.d *1.Cor.4.b*

Deus, ô Pharisæe, non irridetur. Putas tu habes aliquid quod non accepisti? Nihil, inquit, & ideo gratias refero largitori. Si omnino nihil, ergo nec meritum præcessit in tẽ vllum, vt illa de quibus gloriaris acciperes. Quòd si & fatearis, primò quidem frustra inflaris aduersus publicanum, qui ideo non habet quod tu, quia non accepit vt tu. Deinde vide etiam ne non integrè sua dona resignes deo, & tibi inflectens aliquid de gloria & honore ipsius, fraudis meritò arguaris, & fraudis in deum. Si enim de his quæ iactas, ex te tibi quippiã forte arrogares, falli te magis quàm velle fraudare crederem, & errorem corrigerem. Nunc verò quia gratias agendo, probas te tibi nihil tribuere, sed dei esse dona tua merita, prudẽter agnoscere: certè cæteros aspernando, prodis te quòd in corde & corde locutus sis, altero commodãs linguam mendacio, altero veritatis vsurpans gloriam. Non enim iudicares publicanum contemnendum pręte, si non præillo te honorandum censeres. Sed quid respondes apostolo præscribenti *1.Tim.1.d* & dicenti: Soli deo honor & gloria? Quid angelo distinguẽti & docenti quid sibi retinere placeat deo, & quid partiri dignetur hominibus? Nam gloria, inquit, in excelsis deo, & in *Luc.2.b*

B terra pax hominibus bonæ volũtatis. Cernitisne pharisæum agentem gratias, labiis quidem honorare deum, cordis autem sententia se? Sic vsu quodam magis quàm sensu vel affectu personare in ore multorum gratiarum actionẽ aduerte-re est, intantum vt homines quoque sceleratissimi ad quæque flagitia & facinora sua soleãt gratias deo agere quòd bene prosperéque (vt quidem ipsi sapiunt) cesserit sibi in adimpletione peruersarum volũtatum suarum. Audias (verbi gratia) furem cum impię machinationis male cupitum manipulum reportarit, exultantem clàm, & dicentem: Deo gratias, non inanes vigilias feci, nocturnum laborem meum nõ perdidi. Similiter qui hominem interfecit, nónne gloriatur, & refert gratias quòd prævaluit aduersus æmulum, aut de hoste se vindicauit? Et nihilo minus adulter tripudians gestit in dei laudes, quòd diu optato concubitu tandem potitus sit. Non ergo omnis gratiarum actio accepta est deo nisi quæ de cordis pudica & mera simplicitate procedit. Pudica sanè dixerim propter eos qui & de malis actibus suis gloriantes, deo

Prou.2.c *Esai.69.d* gratias agere solent, quasi deus more ipsorum lætetur cum male fecerint, & exultet in rebus pessimis. Audiet qui huiusmodi est: Existimasti iniquè quòd ero tui similis? arguam te, & statuam contra faciem tuam. Mera verò adiunxi propter hypocritas, qui deum quidem de bonis suis, sed verbotenus glorificantes, corde retinent quod ore præduerãt: & quoniã

C dolosè agunt in cõspectu eius, inuenitur iniquitas eorum ad odium. Isti impiè mala sua deo, isti dei bona fraudulenter intorquent sibi. Et quidem primum illud tam stultum támque seculare ac quodãmodo etiam bestiale est, vt necesse non habeam de ipso monere vos. Cæterum sequẽs religiosis maxime & spiritualibus viris insidiari solet. Magna & rara virtus profecto est, vt magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus, tuam te solum latere sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contẽptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Fidelis reuera famulus

Esa.33.c es, si de multa gloria domini tui etsi non exeunte ex te, tamen transeunte per te, nil tuis manibus adhærere contingat. Tunc

Matt.5.b iuxta prophetam proiicis auaritiam ex calumnia, & excutis manus tuas ab omni munere. Tunc iuxta mãdatum domini, lux tua lucet coram hominibus, ad glorificandum non te,

Philip.2.c & 4.d *Matt.25.d* sed patrem qui in cœlis est. Sed & imitator Pauli fideliúmq; prædicatorum, non prædicantium semetipsos, æquè nec tu quæ tua sunt quæris, sed quæ Iesu Christi. Quamobrem audies & tu: Euge serue bone & fidele, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Ioseph cum domum & omnia bona Aegyptij domini sui sibi credita sciret, dominã

Gene.39. non ignorauit exceptã: & ob hoc non acquieuit contingere. Non est, inquit, ex omnibus bonis domini mei quod non in

1.Cor.11.b mea potestate sit, vel nõ tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es. Mulierem nouerat gloriam esse viri, & iniquum sibi iudicauit vice contraria inglorium facere eum qui se fecerat D gloriosum. Aduertit homo dei sapiẽtia prudens, virum vxorem fortiter tanquam propriam zelare gloriã, sibiq; ipsi retinuisse seruandam, non alij credidisse, & manum ad non concessum extendere non præsumpsit. Quid ergo? Homo zelat gloriam suam, & deum audet velle fraudare de sua quasi non zelantem? Sed audi quid dicat. Gloriam, inquit, meam al-*Esa.48.b* teri non dabo. Quid ergo dabis nobis domine, quid dabis nobis? Pacem, inquit, do vobis, pacem relinquo vobis. Sufficit *Ioan.14.d* mihi: Gratãter suscipio quod relinquis, & relinquo quod retines. Sic placet, sic mea interesse nõ dubito. Abiuro gloriam prorsus, ne fortè si vsurpauero nõ concessum, perdam meritò & oblatum. Pacé volo, pacem desidero, & nihil amplius. Cui non sufficit pax, non sufficis tu. Tu es enim pax nostra, *Ephes.2.c* qui fecisti vtraq; vnum. Hoc mihi necessarium, hoc satis est, reconciliari tibi, reconciliari mihi. Nam ex quo posuisti me *Iob.7.d* cõtrarium tibi, factus sum etiam mihimetipsi grauis. Cautus sum, nec ingratus fore beneficio darę pacis, nec sacrilegus inuasor gloriæ tuæ. Tibi domine tibi gloria tua maneat illibata, mecum bene agitur si pacem habuero. Golia prostrato lætatus est populus pace recepta, sed Dauid singulariter extitit gloriosus. Iosue, Iepthe, Gedeon, Sanson, Iudith quoque, quanquã fœminę, gloriosè in diebus suis triumpharũt de hostibus, sed pace cum gaudio fruentibus cæteris nemo eis cõmunicauit in gloria. Iudas Machabæus multis & ipse incly-*1.Mac.4.g* tus victoriis, cum frequenter exultanti populo pacem forti-E ter pugnãdo tribuisset, nunquid gloriam quandoque est partitus alicui? Denique & facta est, inquit, non gloria, sed lætitia magna in populo. Quid minus ab his omnibus conditor omnium fecit quo minus & ipse debeat gloriari singulariter? Solus cuncta creauit, solus de hoste triumphauit, solus captiuos liberauit: & socium habebit in gloria? Et brachiũ, inquit, meum auxiliatum est mihi. Item: Torcular calcaui solus, & *Esa.63.b* de gentibus non est vir mecum. Quid mihi ergo cum victo-*Ibidem.* ria si nec in prælio fui? Impudentissimè mihi arrogo vel gloriam absque victoria, vel victoriam sine pugna. Sed susci-*Psal.71.d* pite montes pacem populo, pacem susципite nobis, non gloriam, ipsi soli eam seruantes qui solus & pugnauit & vicit. Ita quæso ita sit, gloria in excelsis deo, & in terra pax homi-*Luc.2.b* nibus bonę volũtatis. At verò nõ bonæ, sed planè iniquæ voluntatis est, qui nequaquam pace cõtentus, superbo oculo & insatiabili corde inquietus anhelat & ad gloriam dei, nec pacem proinde retinens, nec gloriam apprehendens. Quis credat parieti, si se dicat parturire radium quem susципit per fenestram? Aut si gloriẽtur nubes quòd imbres genuerint, quis non irrideat? Mihi liquidò constat nec de canalibus oriri riuos aquarum, nec de labiis vel dentibus verba prudẽtiæ, etsi sensus vltra corporeus non attingat, Si qua sanè in sanctis digna laude vel admiratione intueor, clara luce veritatis discutiens profecto reperio laudabilem siue mirabilem alium ap-F parere, atq; alium esse, & laudo deum in sanctis eius. Siue sit Helisæus, siue ille magnus Helias, mortuorum vtique susci-*Psal.71.d* tatores, ipsi quidem suo nõ imperio, sed ministerio foris exhibent nobis noua & insueta: deus verò in ipsis manens ipse facit opera: inuisibilis & inaccessibilis in se, in suis spectabilis atque mirabilis est, & solus mirabilis, qui facit mirabilia solus. Nec laus calami, laudabilis est pictura siue scriptura, nec gloria linguæ aut labiorum sermo bonus. Tempus est vt & propheta loquatur. Nũquid gloriabitur, inquit, securis con-*Esa.10.d* tra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra cõtra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui vtique lignum est, sic cõtra dominum omnis qui gloriatur, si non in domino glorietur. Si gloriandum est, Paulus me docuit vnde & in quo. Gloria, inquit, no-*2.Cor.1.c* stra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Securus gloriór, si teste conscientia de gloria conditoris nihil mihi vsurpo. Securus planè: quia iam non contra dominum, sed in domino. Hæc nobis gloriatio non solùm nõ prohibetur, sed & suadetur, cum dicitur: Gloriam abinuicem quæritis, & glo-*Ioan.5.g* riam quæ à solo deo est, non vultis? Reuera gloriari in solo deo, non nisi à solo deo est. Nec mediocris ista gloria, quippe tam vera quàm de veritate, & in veritate tam rara, vt vix vel paucitas perfectorum perfectè glorietur in ea. Eant ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

vani filij hominum,mendaces filij hominū, eant & decipiāt
Psal.61.c G ipsi de vanitate in idipsum.Nam sapiens gloriator probabit opus suum,atque ad lumen veritatis diligenter examinabit, & sic habebit in semetipso gloriam, & non in ore alterius, Stultus sum si ciſtellæ labiorum tuorum gloriam meam credidero,& cœpero,mendicare eam abs te cū habere voluero. Nōne nempe in tuo arbitrio est probare me vel improbare, prout voueris? Sed si retineo penes me, ipse fideliùs seruo
2.Timi.c mihi. Imò nec mihi eam credo,ipsi potius repono,seruandā qui potens est depositum meum seruare in illum diem, cautus in custodiendo, fidelis in restituendo. Secura tunc erit vnicuique laus à deo,his duntaxat qui humanas laudes contempserint.Nam gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt,dicente etiam Dauid: Qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Fratres, si hæc scitis,
Psa.52.b nemo vestrum velit laudari in vita ista: quia quicquid hic fauoris captas quod ad deum non retuleris, ipsi furaris. Tibi enim vnde gloria putide puluis,tibi vnde De vitæ sanctitate? Sed spiritus est qui sanctificat,spiritus dico,non tuus, sed dei.Et si prodigiis aut signis effulgeas,in manu tua fiunt, sed virtute dei.An blanditur popularis fauor,quòd verbum bonum,& bene forte depromseris? Sed Christus donauit os & sapientiam.Nam lingua tua quid nisi calamus scribæ? Et hoc ipsum mutuò accepisti. Talentum creditum est,repetendum cum vsura. Si inuentus fueris ad opus impiger,ad
H fructum referendum fidelis,pro labore tuo mercedem accipies. Si quo minus,tolletur à te talentum,& nihilominus exigetur lucrum,& vocaberis seruus nequam & piger. Omnis igitur de bonis multiformis gratię apparētis in vobis referatur ad ipsum laus, laudabiliū siquidem vniuersorum auctorem & largitorem,Idque non,fictè, quemadmodum ab hypocritis: nec sola consuetudine, sicut à secularibus: sed nec quadam necessitate,vt iumenta ferendis oneribus appli cantur:sed sicut decet sanctos,sinceritate fida,deuotione solicita,hilaritate grata,sed non dissoluta. Immolantes itaque hostiam laudis,& reddentes vota nostra de die in diem, curemus omni vigilantia iungere sensum vsui,affectum sensui, exultationem affectui,grauitatem exultationi,humilitatem grauitati,libertatem humilitati,quò interdum liberis purga tæ mentis passibus procedamus & excedamus per inusitatas quasdā affectiones spirituales lętitias in iubileis amœnitatibus,in lumine dei in suauitate,in spiritu sancto probātes nos cōprehensos in his quos propheta intuebatur cum dice
Psal.88.c ret:Domine in lumine vultus tui ambulabunt,& in nomine tuo exultabūt tota die,& in iustitia tua exaltabūtur.At fortasse aliquis mihi dicat:Bene admones,sed si ea diceres quę tuo proposito conuenirent.Expectate paulisper. Non sum im-
Cantic.1.a memor.Nónne in manibus est id tractare quod dicitur: O-
Aenei.6. leum effusum nomen tuum? Hoc opus,hic labor est.Et quæ
I præmisimus,an fuerint necessaria,vos videritis.Ac quod ad me attinet,quia hinc aliena non sint,paucis aduertite.Nō re cordamini in sponsę vberib⁹ extremam commendatam esse suaueolentiā vnguentorum? Quid ergo consequētius, quàm vt eandem fragrantiam sponsā ne sibi arrogare putetur, de sponsi beneficio recognoscat? Cui planè sensui illa omnia quæ prætaxauimus,subseruire cognoscitis? Quòd vbera, inquit,mea sic redolent & sic placent,nec studiis nec meritis asscribo meis:sed tuæ,ô sponse,tribuo largitati,de oleo vtique effuso nomine tuo.Hoc pro literæ consequentia.Cæterum explanatio ipsius capituli,cuius occasione super nequissimo vitio ingratitudinis præsentem sermonem tam in longum protraximus,tempus aliud &aliud exordium sermonis desiderat.Nunc hoc solum admonitos vos esse sufficiat: si spōsa vtiq; de omni virtute sua vel gratia minime audet sibi quippiam arrogare,quantò minus adolescentulæ forte quę nos sumus?Dicamus proinde & nos sponsę vestigia insectā-
Psal.113.b tes,dicamus:Non nobis domine,non nobis,sed nomini tuo da gloriam.Dicamus non verbo & lingua tantum,sed opere & veritate,ne forte(quod nimis vereor)dicatur & de nobis:
Psal.77.d Quoniam dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei:cor autem eorum nō erat rectum cum eo,nec fideles habiti sunt in testamento eius.Dicamus ergo dicamus, cla-
Psal.105.g mantes plus medullis cordis,quā labiis oris: Saluos fac nos domine deus noster,& congrega nos de nationibus,vt con- K fiteamur nomini sancto tuo,non nostro,& gloriemur in laude non nostra,sed tua,in secula seculorum.Amen.

De ecclesia fidelium Christianorum: & de synagoga Iudæorum perfidorum. Sermo XIIII.

Psal.73.a
Esa.9.b
Psal.33.a
NOtus in Iudæa deus,in Israël magnum nomen eius.Po pulus gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam,quæ erat in Iudæa & in Israel: voluitque accedere & illuminari: vt qui aliquando non populus, nunc populus esset,lapisq; vnus angularis ambos in se parietes venientes è
1.Pet.2.b diuerso reciperet, & esset decætero in pace locus eius. Porro fiduciā dabat inuitantis vox quæ iam sonuerat: Lætami-
Ra.15.c & Psal.75.a ni gente cum plebe eius. Ergo accedere voluit, sed vetuit synagoga,immundam asserens ecclesiam de gentibus & indignam,idololatrię fecem & ignorantiæ cæcitatem improperans,& dicebat:Tu enim quo merito? Noli me tangere.
Rom.3.d Cur,inquit.An Iudæorum tantum deus? Nónne & gentium
Psa.118.k Etsi mihi certe meritum deest,sed non illi miseratio. Nunquid solūmodo iustus est:Est & misericors. Domine veniāt
Ibidem. mihi miserationes tuæ, & viuam. Et rursum:Misericordiæ tuæ multæ domine,secundum iudicium tuum viuifica me
L quod nimirum temperatum, misericordia est. Quid faciet iustus & misericors dominus,altera gloriante in lege,& applaudente iustitiam sibi,nec indigente misericordia,sed despiciente ipsam quæ indiget:altera è regione propria cognoscente delicta,confitente indignitatem, renuente iudicium, flagitante misericordiam:quid inquam faciet iudex,& ille iudex cui &iudicare & misereri sic vtrūq; familiare est,vt neutrum altero familiarius? Quid sanè possit conuenientius, quàm pro suo quæque accipiat voto,iudicium illa, ista misericordiam? Iudæus iudicium quærit,& habeat:gentes autō super misericordia honorāt deum,Et est iudiciū,vt qui contemnunt dei misericordem iustitiam,& suam volunt constituere(quæ profectò non iustificat,sed accusat)eidem suæ iustitiæ relinquantur, opprimendi magis quàm iustificandi.

Est quippe ex lege(quæ neminem vnquā duxit ad perfectum)est iugum quod neque ipsi neq; fratres eorū vnquam portare potuerūt.Sed synagoga fortis est, non curat onus leue,nec iugū suaue.Sana est,non est ei opus medicus,nec vnctio spiritus.Cōfidit in lege,liberet eam si poteſt.Nō autem
2.Cor.3.b data est lex quę possit viuificare,insuper & occidit. Litera enim occidit.Propterea,inquit,dico vobis moriemini in pec M catis vestris. Hoc ergo iudicium ô synagoga,quod flagitas. Errori tuo cæca cōtentiosa defereris, donec plenitudo gētium(quas superba spernis,& inuida repellis)introeat,& agnoscat etiam ipsa ipsum qui notus est in Iudæa deus,quódque est in Israel magnum nomen eius.Hoc quippe in iudi-
Ioan.9.b cium venit.Iesus in hunc mundū,vt qui non vident videant
Psa.93.d & 94.a & qui vidēt cęci fiāt.Ex parte tamen:quia non repellet dominus plebem suam:ex toto,seruans sibi ad semē apostolos & multitudinem credentium,quorum erat cor vnum,& ani ma vna.Sed nec repellet in finem,reliquias saluaturus.Iterū
Luc.1.c enim suscipiet Israel puerū suum,& recordabitur misericor diæ suæ: vt ne ibi quidem iudicium deserat comes misericor
Iacob.2.c dia,vbi nullum ipsa reperit locū.Alioquin si pro meritis recepisset, iudicium profecto sine misericordia ei qui nō facit misericordiam.Habet quippe Iudæa oleum multum diuinæ notitiæ,idque in se tanquā in vase clausum asara retinet.Peto,& nō miseretur nec commodat.Sola dei cultum,sola notitiam,sola vult possidere magnum nomen eius.Nec zelat sibi,sed inuidet mihi. Ergo tu domine iudica indiciū, meum, & nomē tuum magnū magnificetur adhuc,& oleum quod multū est,multiplicetur magis.Crescat,ebulliat,effundatur, deriuetur & in gētes,& sentiat omnis caro salutare dei.Quo pacto(vt vult Iudæus ingratus) tota in barba Aaron remaneat vnctio salutaris;Non barbæ,sed capitis est. Caput autē nō barbę solius,sed ætotius est corporis.Capiat sane prima non sola.Refundat & inferioribus membris quod accepit ipsa desuper.Descendat descēdat & in vbera ecclesię supernus liquor.Auida quippe nimis hūc sibi exprimere de barba non despicit.Perfusaq; rore gratię vt se non ingratam probet,dicat:Oleum effusum nomen tuum.Sed exuberet quęso in

A adhuc,& perueniat vsq, in oram vestimenti, in me vtique omnium nouissimo atque indignissimo, de vestimēto tamen. Nā & ego illud mihi de maternis vberibus tāquam paruulus in Christo iure profecto pietātis efflagito. Quod si murmuret homo cui de bonitate oculus nequam est, domine respōde pro me:De vultu tuo iudicium meum prodeat, & non de
Mat.20.b supercilio Israël. Imò responde pro te, & dic calumniatori, tibi quippe calumniatur quòd tribuas gratis. Dic proinde illi:Volo & huic nouissimo dare similiter.Displicet Pharisæo. Quid mussitas?Ius meum, voluntas est iudicis. Quid iustius ad meritum, quid ad præmium ditius? An non licet ei quod
Psal.62.a vult facere?Mihi quidē misericordia, sed tibi minime iniuria fit.Tolle quod tuum est,& vade.Si decreuerit saluare & me, quid tu perdis? Exaggera quantum vis merita, & extolle sudores,melior est misericordia domini super vitas. Fateor,nō sustinui pondus diei & estus, sed iugū suaue & onus leue pro beneplacito patrisfamiliās porto. Opus meum vix vnius est horæ: & si plus, præ amore non sentio. Iudæus proprias exercitet vires, mihi probare libet quæ sit voluntas domini bona & beneplacens & perfecta.Ex ea sane operis ac tempo ris damna mihi refarcio.Ille pacto conuentionis,ego placito voluntatis inito credo,& non ad inspiētiam mihi.Nam vita in voluntate eius. Illa mihi reconciliat patrem, illa hæreditatem restituit:etiam cumulatiori gratia, symphoniæ & can-
B tus & epularum ac totius exultātis familiæ celeberrima gaudia suscitat mihi.Si indignatur frater meus senior ille,qui hæ
Luc.15.g dum comedere mauult cum amicis suis foris, quàm mecum in paterna domo vitulum saginatum, respōdebitur illi: Epulari & gaudere oportet, quia hic filius meus mortuus fuerat
Ibidem. & reuixit, perierat & inuentus est. Adhuc synagoga foris epulatur cū amicis suis dæmonibus,quibus satis placet quòd hœdum peccati insipiens deuorat transglutiens,& reponens atque quodammodo occultans sibi illud in ventre socordiæ & insipientiæ suæ, dum contemnens dei iustitiam, & suam volens constituere,dicit se non habere peccatum,nec morte egere vituli saginati, mundam siquidem iustāmque ex legis operibus se reputans. At verò ecclesia scisso velo occidentis literæ in morte verbi crucifixi, audacter ad eius penetralia præeunte spiritu libertatis irrumpit, agnoscitur, placet, sortitur æmulæ locum,sit sponsa,fruitur præreptis amplexibus, & in calore spiritus Christo domini cui cōfricatur inhęrens, stillante ac fundente vndique sui oleum exultationis, hoc illa præ participibus suis excipiens ait: Oleum effusum nomē tuum. Quid mirum si vngitur, quæ vnctum amplectitur? Ecclesia ergo recumbit intus, sed ecclesia interim perfecto-
C rum. Spes tamen est & nobis. Excubemus pro foribus qui minus perfecti sumus,spe gaudentes. Sponsus & sponsa soli interim intus sint, mutuis secretisque fruantur amplexibus, nullo strepitu carnalium desideriorum, nullo corporeorum phantasmatum perturbāte tumultu. Turba verò adolescen-
Psal.44.d tularum,quæ absque huiusmodi inquietudinibus nōdum est se possunt, foris expectet. Expectēntq; securæ scientes ad se illud spectare quod legunt: Adducentur regi virgines post eam,proximę eius afferentur tibi.Et vt quæq; sciat cuius spiritus sit,virgines dico illas quę antè Christo fœderatæ quàm fœdatæ mundi complacuerant,ipsi firmiter perseuerant, cui se tantò felicius quantò maturius deuouerunt: proximas verò, quæ pristinam suam deformitatem in qua mundo huic quādoque conformes,mundi principibus, id est spiritibus spurcis in omni carnali cōcupiscentia sese turpiter prostituerant, tandem aliquando erubescētes,& exeuntes,in noui hominis formam quanto serius tanto syncerius reformare festinant. Et hæ & illæ sanè proficiant,non deficiant neque fatigentur, etsi necdum plenè in se sentiunt vnde dicant & ipsæ:Oleum effusum nomen tuum. Nec enim audēt adolescentulæ per se facere verba sponso. Tamen si magistræ vestigiis pressius inhærere student,effusi olei saltem odore delectabuntur, & incitabuntur etiam de odoris perceptione cupere & quærere potiora. Frequenter ego ipse (quod fateri non verecundor) maximēq; in initio conuersionis meæ, corde durus & frigidus,& quærens quem vellet diligere anima mea, nec adhuc enim diligere poterat quē nōdum inuenerat,aut certe minus quàm vellet diligebat, & ob hoc quærebat vt magis diligeret,quē nequaquam quęreret,nisi iam aliquatenus dilexisset. D Cum ergo eum quærerem in quo recalesceret atque requiesceret spiritus meus,vtique torpens & languens, nec vlla de parte occurreret qui succurreret, per quem videlicet pruina rigens quæ sensus stringebat internos dissolueretur, & vernalis illa suauitas ac spiritualis amœnitas reuerteretur, tunc magis ac magis languebat & tædebat & dormitabat anima mea præ tædio tristis penè & desperans, & mussitans secum illūd: A facie frigoris eius quis sustinebit? cum subito forte
Psa. 147.b ad affatum vel etiam aspectum cuiuspiam spiritualis perfectique viri, interdum & ad solam defuncti seu absentis me-
Ibidem. moriam flabat spiritus,& fluebāt aquę:& erant mihi lachry-
Psal.41.d mæ illæ panes die ac nocte. Quidnam istud nisi odor exhalātis vnctionis qua erat ille perfusus?Non enim vnctio, quę ad me nimirum nisi homine mediante non pertingebat.Eapropter etsi gaudebam de munere, confundebar tamē & humiliabar quòd sola ad me tenuis exhalatio, & non pinguis aspersio peruenisset.Odoratu quippe delectatus nō tactu, indignum me proinde cognoscebā cui per se ipsum dulcesceret deus.Et nunc idipsum si accidat, auidus quidem suscipio munus indultum, gratúmque habeo: sed dolens doleo per meipsum non meruisse,atque(vt dicitur)de manu in manum minime accepisse, cum obnixè id peterem. Pudet nimirum E magis ad hominis quàm ad dei moueri memoriam. Et nunc cum gemitu clamo: Quando veniam & apparebo ante fa-
Psal.41.e ciem dei?Existimo & aliquos vestrum idem esse expertos, & experiri interdum adhuc. Qua in re quid sentiēdū nisi quòd nostra aut superbia cōuincitur, aut humilitas custoditur,aut fraterna charitas nutritur, aut desiderium excitatur? Vnus idémque cibus & ægroris est medicina, & ægrotatiuis dicta. Porrò & debiles confortat,& delectat valentes.Vnus idémque cibus & languorem sanat,& seruat sanitatem:& corpus nutrit, & palato sapit. Sed redeamus ad verba sponsæ, & sic curemus audire quæ ait, vt studeamus sapere & quod sapit. Sponsa (vt dixi) ecclesia est. Ipsa est cui plus dimissum est, & quæ plus diligit. Quod æmula improperat ei ad conuicium, hoc sibi ipsa inflectit ad cōmodum. Inde mansuetior ad correptionem, inde patientior ad laborem, inde ardentior ad amorē,inde sagacior ad cautelam,inde humilior pro cōscientia,inde acceptior pro verecundia, inde ad obediendum paratior, inde ad gratiarum actionem deuotior ac solicitior. Denique illa (vt dictum est)murmurante & memorante merita sua & labores & pondus diei & æstus, ecclesia beneficiū recolit dicens: Oleum effusum nomen tuum. Hoc planè te-
Cant.1.a stimonium Israël ad cōfitendum nomini domini. Nō tamen
Psal.121.a Israël secundum carnem,sed eius qui secundum spiritum est. Nam hoc ille quo pacto dicat? Non quòd nō habeat oleum, sed non habet effusum. Habet, sed reconditum:habet in co-
F dicibus,sed non in cordibus.Foris hæret in literā: contrectat manibus vas plenum,sed & clausum, nec aperit vt vngatur. Intus intus est vnctio spiritus,aperi & vngere,& iam nō eris domus exasperans. Quid facit oleum in vasis, si non sentias & in membris? Quid tibi prodest pium saluatoris nomen lectitare in libris,nec habere pietatem in moribus? Oleum est, effunde,& senties virtutem eius,quæ triplex est. Sed Iudæus ista fastidit, vos audite. Volo dicere cur nomen sponsi oleo comparetur,quod nondum dixeram.Et tres huius rei occurrūt causæ.At quoniā pluribus vocabulis appellatur(eo quòd nullum quo propriè dicatur inuenitur,ineffabilis quippe est) prius nobis inuocandus est spiritus sanctus, vt de multis vnum quod vult hoc loco intelligi(quoniam scripto designare non placuit)per se nobis aperire dignetur. Sed hoc quoq; aliàs.Nam etsi in promptu nunc essent omnia, & neque vos onerati, nec ego fatigatus essem, hora tamen finem indicit. Tenete in quo attentos vos reddidi, vt non sit cras necesse repetere.Hoc incumbit, hoc in manibus est, docere scilicet cur nomen sponsi oleo comparetur: & quod de nominibus. Et quoniam non possum ego à me dicere quicquam, indicta oratio est, vt nobis sponsus ipse reuelet per spiritum suum Iesus Christus dominus noster, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Qualiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Qualiter hoc nomen Iesus est medicina salubris fidelibus Christianis in omnibus aduersis. Sermo XV.*

Sapien.1.b BEnignus est spiritus sapientiæ,& non consueuit esse difficilis se inuocantibus, qui sæpe & antequam inuocetur, dicit: Ecce adsum. Audite iam quod orantibus vobis
Esa.58.c per me indicare dignatur de eo quod heri ad hoc ipsum distulimus: & orationum vestrarum fructum tempestiuum percipite.En ostendo nomen quod oleo meritò comparatur:& quo merito,dicam.Multa quidē sponsi vocabula spar sa per omnem diuinam paginam legitis,sed in duo ea vobis vniuersa complector.Nullum(vt arbitror) reperietis quod
Psal.61. non aut pietatis gratiam,aut potētiam maiestatis sonet.Spiritus ita dicit etiam per sibi familiarius organum. Duo hæc audiui:quia potestas dei est,& tibi domine misericordia.Er-
Psa.61.c go secundum maiestatem sanctum & terribile nomen eius.
Psa.110.b Secundum pietatem non est nomen aliud sub cœlo datū ho
Actō.4.c minibus,in quo oporteat nos saluos fieri.Sed exēplis magis
Hier.23.b perspicuum fiet.Hoc est,inquit,nomen quod vocabūt eum
Esai.7.c dominus iustus noster.Nomē potentię est.Item: Et vocabi-
tur nomē eius Emmanuel.Pietatem insinuat item ipse de se,
Ioan.13.b Vos vocatis me,ait,magister & domine Primum gratiæ est,
secundum maiestatis. Non enim minus pium est docere
H animū scientiā,quàm præbere escā corpori.Rursum prophe
ta:Vocabitur,inquit,nomē eius admirabilis,cōsiliarius, de⁹
Esa.9.b fortis,pater futuri seculi,princeps pacis. Primū,tertiū quartum,maiestatem sonāt,reliqua pietatem.Quod horum ergo effunditur?Profectò maiestatis ac potētiæ nomē,in id quod est pietatis & gratiæ quodammodo transfunditur, ipsumq; effunditur abundè per Iesum Christum saluatorē nostrum Nomen(verbi causa)quod deus est,nonne in id quod est no bisēū deus,hoc est in Emmanuel liquescit & deficit?Sic admirabilis in id quod est cōsiliari⁹,sic deus & fortis in ea quæ sunt pater futuri seculi,& princeps pacis.Et dominus iustus noster,misericors & miserator domin⁹.Nō dico nouū quid: quondam quoq; nihilo min⁹ Abram in Abraham, & Sarrai in Sarrā effusa sunt,& iam tunc salutiferę effusionis celebratum præfiguratúmque mysterium recordamur. Vbi iam illud q; apud antiquos tam terribiliter quàm frequenter intonare solebat,Ego domin⁹,ego dominus? Mihi dictatur ora-
Exo.20.a tio cuius principiū nomine dulci paterno,sequentium ob-
Leuit.20. *Num.35.d* tinendarum petitionum præbet fiduciam. Serui nominātur
Esa.27.a amici,& resurrectio non tantum discipulis,sed fratribus nū
ciatur.Nec mirum si cum venit plenitudo tēporis,facta est
Iohel.2.g effusio nominis,deo quippe quod per Iohelē promiserat ad implente,& effundēte de spiritu suo super omnem carnem, cum tale aliquid &apud Hebręos olim contigisse legā.Credo vos præuolare& scire iam quid dicere velim.Quale erat, inquā,quòd scisitanti Moysi primò respōsum est: Ego sum
I qui sum,& qui est,misit me ad vos:Nescio an vel ipse Moyses caperet sic,si nō videlicet effunderetur.Sed fusum est,&
Exod.3. captū est.Nec modo fusum,sed & effusum.Nā infusum iam erat.Iā cœli habebant illud:iam angelis innotuerat.Est autē foris missum:& quod angelis ita erat infusum,vt esset & priuatum & effusum,in homines est,ita vt iā tūc meritò clama-
Canti.1.a retur de terra,Oleū effusum nomen tuū:si nō ingratæ plebis
Exo.3.a exosa peruicacia obstitisset.Ait enim: Ego sum deus Abraham,& deus Isaac,& deus Iacob.Currite gentes,ad manum est salus,effusum est nomē quod quicūq; inuocauerit,saluus erit.Angelorū deus etiā hominum deum se nominat. Oleū misit in Iacob,& cecidit in Israel.Dicite fratribus vestris Da te nobis de oleo vestro.Si nolūt,rogate dominū olei vt mittat & vobis.Dicite: Auferr opprobrium nostrum. Ne quæso insulcet maleuolus dilectę tuę,quam à finibus terrę euocare placuit tibi,tantò vtiq; dignantius,quantò minus dignā.Decętne obsecro vt benigni patrisfamiliās inuitatos seruus nequam excludat.Ego sum (ais) deus Abraham, & deus Isaac & deus Iacob.Et non amplius?Effunde,effunde,aperi manū
Psal.121.a tuam adhuc,& imple omne animal benedictione. Veniant
Matt.8.b ab oriente & occidente,&recūbant cum Abraham,Isaac,& Iacob in regno cœlorū.Veniāt veniāt tribus tribus domini: testimonium Israel ad confitendū nomini domini.Veniāt& recumbant,epulentur & delectētur in lætitia,& vnus vbiq; resonet in voce exultationis & cōfessionis sonus epulantis, K
Psal.41.a Oleum effusum nomen tuum.Vnum scio,si Philippū & An
Ioan.12.c dream habuerimus ostiarios,repulsam omnino nō patiemur quicunq; oleū petimus,quicūq; volumus Iesum videre. Incunctanter Philippus dicet Andreæ: Andreas autē & Philippus dicent Iesu.Iesus autem quid?Profectò quod Iesus.Nisi
Ibidem. granū frumenti cadēs in terrā mortuū fuerit,ipsum solū manet,Si autē mortuū fuerit,multū fructum affert. Moriatur igitur granum,& surgat gentium seges. Oportet pati Christum & resurgere à mortuis,& prædicari in nomine ei⁹ pœnitentiā & remissionem peccatorum non solū in Iudeā, sed etiā in omnes gētes,quatin⁹ ab vno nomine quod est Christus,milia miliū credentiū Christiani dicātur,& dicāt:Oleū
Esa.65.c effusum nomen tuum.Agnosco enim nomen quod in Esaia legi.Seruos suos,inquit,vocabit nomine alio,in quo qui benedict⁹ est super terrā,benedicetur in domino Amē.O nomē benedictū.O oleū vsquequaq; effusum. Quousq;de cœlo in Iudeā,& inde in omnē terrā excurrit, & de toto orbe clamat ecclesia:Oleum effusum nomen tuū. Effusum plane; quòd nō solum cœlos terrásq; perfudit,sed aspersit & infe-
Philip.2.b ros,adeo vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestriū & infernorū,&omnis lingua confiteatur & dicat: Oleū effusum nomē tuū.Ecce Christus,ecce Iesus, vtrúque
L infusū angelis,vtrūq; effusum ī homines,&in illos homines qui cōputruerant tanquā iumēta in stercore suo,homines& iumēta saluās,quēadmodū multiplicauit misericordiā suam de⁹.Quàm carū,quàm vile.Vile,sed salubre.Si vile nō esset, nō mihi effunderetur.Si salubre nō esset,non me lucraretur.
Rom.8.c Particeps nominis sum,sum &hæreditatis.Christianus sum, frater Christi sum.Si sū quod dicor,hæres sum dei, cohæres
Philip.2.b autē Christi.Et quid mirū si sponsi effusum est nomē,cū ipse
Psal.22.c quoque effusus sit?Nam semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs.Denique ait:Sicut aqua effusus sum. Effusa est plenitudo diuinitatis,habitās super terrā corporaliter,vt de illa plenitudinē omnes qui corpus mortis gestamus caperemus ac vitali odore repleti diceremus:Oleū effusum nomen tuū. En quod nomen effusum,& qualiter & quatenus. Cur verò oleū?Nā hoc nondū dixi.In sermone superiore dicere cœperā,sed interuenit subitò aliud quod prædicēdū videbatur:
Prou.31.d quānquam intermiserim vltrà quàm credidi,Quod nō aliud esse reor,nisi quod fortis mulier sapientia misit manum ad colum,& digiti eius apprehenderūt fusum.Nouit enim modicam lanam vel linum in longum producere filum,atq; in telæ extēdere latitudinem,& sic omnes domesticos suos vestire duplicibus.Est proculdubio inter oleū & nomen sponsi similitudo,nec ociosē spiritus sanctus alterutrum comparauit.Ego autem dico in triplici quadā qualitate olei, quòd M
lucet,pascit,& vngit:si vos melius nō habetis.Fouet ignem, nutrit carnem,lenit dolorē,lux,cibus, medicina. Vide idem nunc & de sponsi nomine.Lucet prædicatum:pascit recogitatum:inuocatū lenit & vngit.Et percurramus singula. Vn
Ephes.5.b de putas in toto orbe tanta & tam subita fidei lux nisi de prędicato Iesu?Nónne in huius nominis luce deus nos vocauit in admirabile lumē suū,quibus illuminatis & in lumine isto videntibus lumen,dicat meritò Paulus:Fuistis aliquando tenebræ,nūc autē lux in domino.Hoc denique nomen coram regibus & gentibus & filiis Israēl portare iussuseſt idē apo-
Rom.15.b stolus,& portabat nomē tanquam lumen,& illuminabat patriam,& clamabat vbique:Nox præcessit,dies autem appropinquauit:abiiciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lucis,sic vt in die honestē ambulemus. Et monstrabat omnibus lucernā super candelabrum : annunciās omni loco Iesum,& hunc crucifixum. Quomodo lux ista insplēduit ac perstrinxit cunctorū intuentiæ oculos,quando de ore Petri tanquam fulgur egrediens,claudi vnius corporales plantas solidauit & bases,multósq; spiritualiter cæcos illumina-
Actō.3.c uit? Nunquid non ignē sparsit cum ait:In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula? Nec tantum lux est nomen Iesu,sed est & cibus.An non totiens confortaris,quotiés recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus:virtutes roborat:vegetat mores bonos atque honestos:castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus si non oleo isto infunditur.Insipidus est,

A est,si non hac sale conditur. Si scribas, non sapit mihi nisi legero ibi Iesum.Si disputes aut cōferas , nō sapit mihi nisi sonuerit ibi Iesus.Iesus mel in ore,in aure melos,in corde iubilus.Sed est & medicina.Tristatur aliquis nostrum ? veniat in cor Iesus,& inde saliat in os, & ecce ad exortum nominis lumen,nubilum omne diffugit,redit serenum . Labitur quis in crimen,currit insuper ad laqueum mortis desperādo ? nónne si inuocet nomē vitæ,confestim respirabit ad vitam? Cui aliquando stetit ante faciē salutatis nominis duritia (vt assolet) cordis ignauiæ torpor,rācor ānimi,lāguor acediæ ? Cui fons forte siccatus lachrymarum,inuocato Iesu non cōtinuò erupit vberior,fluxit suauior? Cui in periculis palpitanti & trepidāti, inuocatum virtutis nomen non statim fiduciā præstitit,depulit metum? Cui,quæso, in dubiis æstuāti & fluctuāti, non subitò ad inuocationē clari nominis emicuit certitudo? Cui in aduersis diffidenti , iamiámq; deficienti, si nomen adiutorij sonuit,defuit fortitudo? Nimirum morbi & lāguores
Psal.49.c animæ isti sunt, illud medicina . Deniq; & probare licet. Inuoca me,inquit,in die tribulationis:eruam te, & honorificabis me . Nihil ita iræ impetū cohibet, superbiæ tumorem sedat,sanat liuoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam,sitim temperat auaritię,ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino Iesum , hominem mihi propono mitem & humilem corde,benignum,so-
B brium,castum,misericordem, & omni denique honestate ac sanctitate conspicuum,cūdémq; ipsum deum omnipotentē, qui suo me & exemplo sanet,& roboret adiutorio. Hęc omnia simul mihi sonāt cum insonuerit Iesus . Sumo itaque mihi exempla de homine,& auxilium à potēte,illa tāquam pigmentarias species,hoc tanquā vnde acuam eas, & facio confectionem,cui similé medicorum nemo facere possit. Hoc ti
Cant.8.b bi electuarium habes ô anima mea, reconditū in vasculo vocabuli huius quod est Iesus,salutiferum certè, quódque nulli vnquam pesti tuæ inueniatur inefficax . Sēper tibi in sinu sit, semper in manu , quò tui omnes in Iesum & sensus dirigātur & actus. Deniq; & inuitaris, Pone me,inquit,signaculum in corde tuo:signaculum in brachio tuo.Sed hoc aliās. Nūc verò habes vnde & brachio medearis & cordi . Habes inquam in nomine Iesu vnde actus tuos vel prauos corrigas , vel minus perfectos adimpleas: itémq; vnde tuos sensus aut seruos ne corrūpantur,aut si corrumpantur,sanes. Habuit & Iudæa quondā Iesus, quorum vacuis gloriatur vocabulis . Illa enim nec lucent, nec pascunt, nec medentur . Idcirco synagoga in tenebris est vsque adhuc,fame & infirmitate laborans,& nō sanabitur nec satiabitur quousque sciat meum Iesum dominari Iacob & finium terræ,& conuertatur ad vesperā , & famem patiatur vt canes,& circumeat ciuitatē . Et illi quidem præmissi sunt tanquam baculus ad mortuum,prophetā præ-
C uenientes,& sua interpretari nomina nequiuerūt, vacua quipe erāt.Superpositus mortuo baculus est: & nō erat vox ne-
4.Reg.4.e que sensus:quoniam baculus erat.Descēdit qui baculum misit,& mox saluum fecit populum suū à peccatis eorum, probās se esse quod dicebatur.Quis est hic qui etiam peccata dimittit?Nimirū qui dicit:Salus populi ego sum . Iam vox,iam
Matt.2.a sensus est,& patet eum non inane portare nomē instar priorum.Sētitur infusa salus,& beneficium nō tacetur.Intus sensus,foris vox.Compungor & confiteor, & confessio vitā in-
Eccli.17.c dicat . A mortuo enim tanquam qui non est perit confessio. Ecce vita,ecce sensus. Suscitatus perfectè sum: integra est resurrectio.An aliud mors corporis est,nisi cum sensu priuatur & vita? Peccatum quod mors animæ est,nec compunctionis mihi sensum,nec confessionis reliquerat vocē, & eram mor-
Psal.34.a tuus.Venit is qui peccata dimittit, & vtrunq; restituit: & di-
Rom.10. cit animę meæ: Salus tua ego sum.Quid mirum si cedit mors vbi vita descendit? Iam corde creditur ad iustitiā,& ore con-
4.Reg.4.f fessio fit ad salutem.Iam oscitat puer,& oscitat septies: & di-
Psal.118.x cit:Septies in die laudē dixi tibi domine . Videte hunc septenarium.Sacer numerus est,nō vacat. Sed melius hoc alij seruamus sermoni, quò famelici & non fastidiosi ad tam bonas epulas accedamus,inuitante nos sponso ecclesiæ domino nostro Iesu Christo , qui est super omnia deus benedictus in secula.Amen.

D *De cordis contritione: & de tribus speciebus veræ confessionis, Sermo XVI.*

QVid sibi ergo vult septenarius iste ? Nescio enim an ita simplex quispiā in nobis sit , qui ociosas esse has vices, & numerum hunc putet fortuitū. Ego nec illud vacare reor, quod propheta incumbens super mortuum , ad mensūram
4.Reg.4.f puerilis corporis sese contraxit, os suum ori illius coniunxit, oculisque oculos,& manibus manus . Spiritus sanctus sic omnia fieri,& sic scribi fecit , ad eruditionem proculdubio illorum spirituum quos corrupti corporis circumuenit infida societas , ac stulta mundi sapientia desipere docuit . Corpus quippe quod corrumpitur,aggrauat animā, & deprimit ter-
Sapien.9.d rena inhabitatio sensum multa cogitantem.Propterea nemo miretur ac molestè accipiat si in his scrutandis tanquam quibusdam spiritus sancti apothecis curiosus existo , cum sciam
Esa.38.c quia sic viuitur,& in talibus vita spiritus mei. Dico tamē his qui præuolantes ingenio , in omni sermone ante penè flagitant finem, quàm principium teneant : debitorem me etiam tardioribus esse,& maxime.Sed nec studium tam esse mihi vt exponam verba,quàm vt imbuam corda . Et haurire & propinare me oportet , quod non fit celeriter percurrendo , sed tractando diligenter,& exhortando frequenter. Quanquam & præter spem quoque meam diu nos discussio detinuit sacramentorum. Putaui(fateor)vnum ad hūc sermonem sufficere:siluámque istam vmbrosam latebrosamq; allegoriarum E
pertrāsire nos cito: & ad planitiē moralium sensuum itinere diei quasi vnius peruenire:sed secus contigit . Biduum quippe iam in eo expedimus:& adhuc restat via. Ictus oculi eminus summitates ramorū & montium cacumina peruolabat: sed vallium subteriacēs vastitas,& densitas dumetorum frustrabatur obtutus . Nunquid (verbi gratia) Heliśei miraculum præuidere valebam , quia nobis videlicet de gētium vocatione,& repulsione Iudæorum differentibus, ita de subito in medium prosiliret?Et nunc quandoquidē incidimus , non pigeat nos paululum immorari,consequenter ad id quod intermittimus , postea reuersuros . Siquidem animarum cibus nihilo minus est iste.Canibus quoque ac venatoribus plerūque contingit à bestia quam aggressi erant,desistere, & sequi aliam quæ inopinantibus forte occurrerit . Non paruum fiducię robur prestat mihi quòd magnus ille vir propheta potens in opere & sermone, de excelso mōte cœlorum descendens visitare dignatus est me, cū sim cinis & puluis: misereti mortuo:inclinare se iacenti:contrahi & coæquari paruo,cæco partiri lumē oculorum suorum:& os mutum oris proprij osculo soluere : debilésq; manus suarum roborare contactu. Suauiter rumino ista , & replentur viscera mea : & interiora mea saginātur:& omnia ossa mea germināt laudē.Hoc semel cōtulit vniuersitati,hoc quotidie singuli in nobis actitari sentimus,& cordi scilicet tribui intelligentię lumē,& ori ædifi- F
cationis verbum,& manibus opus iustitię.Dat sentire fideliter,dat proferre vtiliter , dat efficaciter adimplere . Et est fu-
Eccles.4.c niculus triplex,qui difficilè rumpitur ad extrahendas animas de carcere diaboli , & trahendas post se ad regna cœlestia, si rectè sentias,si digne proloquaris,si viuēdo confirmes.Oculis suis tetigit meos,interioris hominis frontē claris luminaribus ornans,fide & intellectu.Ori meo iūxit suum, & mortuo signum pacis impressit:quoniam cum adhuc peccatores essemus,recōciliauit nos deo,iustitię mortuos. Os ori applicuit , iteratò inspirans in faciem meam spiraculum vitæ : sed
Gene.2.b sanctioris quàm primò. Nam primò quidē in animam viuētem creauit me:secundò in spiritum viuificātem reformauit me.Manus suas meis superposuit,exemplum prębens bonorum operum,formā obedientiæ. Aut certe manus suas misit
Prou.31.c ad fortia:vt doceret manus meas ad prælių , & digitos meos ad bellum . Et oscitauit , inquit , puer septies . Sufficiebat ad gloriam manifestādi miraculi oscitasse semel: sed multiplicitas & insignis numerus , mysterij admonent . Si illud ingens vniuersi humani generis primū quidem examine corpus attēdas:vides vbiq; ecclesiam (ex quo vitam propheta incumbente recepit) quasi septies oscitare : quia septies in die laudem dicere consueuit.Si teipsum aduertas, in hoc te noueris
Psal.118.x vita viuere spirituali , ac mysticum hunc implere numerum, si sensualitatis tuæ quinarium , charitatis binario subiicis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G exhibéſq; (iuxta apoſtolum) membra tua ſeruire iuſtitiæ in
Roma.6.d ſanctificationẽ, quę prius exhibuiſti ſeruire iniquitati ad iniquitatẽ: aut certe ſi eũdem quinarium proximorũ ſaluti impertiens, ad perficiendũ ſeptenariũ duo hæc adiicias: miſericordiã ſcilicet & iudiciũ cantare deo. Habeo & alias ſeptem oſcitationes: ſeptẽ videlicet experimẽta ſine quibus vera & certa ſalus reduiui ſpiritus minimè conſtat: quatuor ad ſenſum compũctionis, tria ad confeſſionis ſolùm pertinẽtia. Si viuis, ſi vox ſi ſenſus eſt, tu quoque eadem in te recognoſcis. Porro ſenſum ex integro recuperaſſe te ſcias, ſi tuã cõſcientiam quadruplici ſentis cõpunctione morderi, pudore gemino, & gemino metu: nã vitã ad perficiendum ſeptenariũ triplex cõfeſſionis ſpecies atteſtatur, de quibus poſtea videbitur. Nõne & ſanctus Hieremias in ſuo plãctu obſeruat hunc numerũ? Et tu igitur in tua pro te lamẽtatione formã habẽs ꝓphetica, deũ cogita factorẽ tuũ, cogita & benefactorẽ, cogita patrẽ, cogita dominũ. Ad omnia reus es, plange per ſingula. Ad primũ & vltimũ reſpondeat timor tuus: ad duo media pudor. Pater ſanè nõ metuitur, cum pater ſit. Patris eſt miſereri ſemp & parcere. Et ſi percutit, virga non baculo
Deu.23.f percutit, & cum percuſſerit ſanat. Paterna vox eſt: Percutiã, & ego ſanabo. Non eſt proinde quod à patre formides, qui
H etſi quãdoq; feriat vt emẽdet, nunq̃ tamen vt vlicet. At vero cogitãtem q̃ patrẽ offenderim, eſt certe quod pudeat: etſi non quod terreat. Voluntariè genuit me verbo veritatis, nõ ſtimulo carnalis cupiditatis excuſſit, quẽadmodum genitor carnis meæ. Deinde etiam nõ pepercit vnigenito pro ſic genito. Ita ipſe quidẽ patrem ſe exhibuit mihi, ſed non ego me illi viciſſim filium. Quanã fronte attollo iam oculos ad vultum patris tam boni tam malus filius? Pudet indigna geſſiſſe
Pſal.48.b genere meo, pudet tãto patri vixiſſe degenerẽ. Exitus aquarum deducite oculi mei: ꝰperiat confuſio faciem meã, vultũ
Pſa.30.c meũ pudor ſuffundat, occupétque caligo. Deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Proh pudor, quẽ fructũ
Gala.6.b habui in quibus nunc erubeſco? Si in carne ſeminaui, de carne nõ metam niſi corruptionem. Si in mundo, & ipſe tranſit
1.Ioan.2.c & concupiſcẽtia eius. Quid? Caduca, vana, & prope nulla, & quorum finis mors eſt, infelix & inſanus præferre nõ erubui æterni patris amori & honori. Confundor confundor audi-
Mala.1.b re: Si ego pater: vbi eſt honor meus? Sed & ſi pater non eſſet: obrueret me beneficiis. Inſtaurat aduerſum me teſtes (vt alia innumera raceam) huius corporis victum, & vſum temporis huius, & ſuper omnia ſanguinem dilecti filij clamantem de terra. Pudet ingratitudinis, quanquam ad confuſionis cumulum arguar etiam reddidiſſe mala pro bonis, & odiũ pro di-
I lectione. Minimè quidem mihi à benefactore, ſicut nec à pa
Iaco.1.a tre timendum. Verus quippe beneficus eſt, dans affluẽter, & non improperans. Non improperat dona, quia dona ſunt: & beneficia ſua mihi dedit, non vendidit. Denique ſine pœnitẽtia ſunt dona eius. At quantò de illo benignius: tantò de me indigniùs ſentire cogor. Erubeſce & doce nihilo minꝰ anima mea, quoniã etſi illum non repetere & non improperare decet: nos tamẽ omnino dedecet ingratos immemoréſque extitiſſe. Heu, quid vel nunc tandem retribuam domino pro
Pſa.115.a omnibus quę retribuit mihi? Quòd ſi ſegnior forte ſuas partes minus exequitur pudor: timor ſanè excitetur in adiutoriũ. Excitetur, vt excitet. Sepone parũ pia vocabula benefactoris & patris, atque ad auſteriora cõuertere. Nẽpe qui legitur pater miſericordiarum, & deus totius cõſolationis: le-
2.Cor.1.a gitur nihilo minꝰ deus vltionum dominus. Legitur deus iu-
Pſal.93.a dex iuſtus & fortis. Legitur terribilis in conſiliis ſuper filios hominũ. Legitur deus zelãs. Quòd pater eſt q̃ beneficus eſt,
Pſal.7.c tibi eſt: q̃ dominus ac creator, tibi. Etenim propter ſemetipſum fecit omnia, ſcriptura teſte. Qui ergo quòd tuũ eſt tibi
Exo.20.a
Eſa.48.b defendit ac ſeruat, putas & pro ſe aliquãdo nõ zelabit: putas
&.37.g ſui nõ requiret principatus honorem? Propter hoc irritauit impius deũ, quia dixit in corde ſuo, non requiret. Et quid eſt
Pſa.9.g in corde ſuo dicere, non requiret, niſi non metuere quòd requirat: Sed requiret vſq; ad nouiſſimum quadrantem: requiret & retribuet abundanter facientibus ſuperbiã. Requiret à redẽpto ſeruitium: honorẽ & gloriã ab eo quem plaſmauit. Eſto quòd diſſimulet, pater ignoſcat beneficus: ſed non domiꝰ & creator. Et qui nõ parcit filio, nõ parcet figmẽto, nõ parcet ſeruo nequam. Penſa cuius ſit formidinis & horroris K
tuum atq; omnium cõtempſiſſe factorẽ, offendiſſe dominũ maieſtatis. Maieſtatis eſt timeri, domini eſt timeri & maximehui' maieſtatis, huiuſq; domini. Nam ſi reum regiæ maieſta-
Pſa.143 tis quãuis humanæ, humanis legibus plecti capite ſancitũ ſit qui finis cõtemnẽtium diuinam omnipotentiam erit? Tangit montes, & fumigant: & tam tremendam maieſtatem audet irritare vilis puluiſculus, vno leui flatu mox diſpergẽdus & minimè recolligẽdus? Ille ille timendus eſt, qui poſtq̃ oeciderit corpus, poteſtatẽ habet mittere & in gehennam. Paueo gehẽnam, paueo iudicis vultũ, ipſis quoq; tremẽdũ angelicis poteſtatibus. Cõtremiſco ab ira potentis, à facie furoris eius, à fragore ruentis mũdi, à cõflagratione elementorũ, à tẽpeſtate valida, à voce archangeli, & à verbo aſpero. Cõtremiſco à dentibus beſtię infernalis, à ventre inferi, à rugiẽtibus ꝓparatis ad eſcã: horreo vermẽ rodẽtẽ, & ignẽ torrẽtem, fumũ & vaporẽ & ſulphur, & ſpiritũ procellarum. Hor-
Hie.9.a reo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontẽ lachrymarũ, vt præueniam fletibus fletum &
ſtridorem dẽtium, & manuum pedũmq; dura vincula & pẽdus catenarum prementiũ, ſtringentium, vrentium, nec cõſumentiũ? Heu me mater mea, vt quid me genuiſti filiũ do- L
loris, filiũ amaritudinis, indignationis & plorationis eternę? Cur exceptus genibus, cur lactatus vberibus, natus in combuſtionẽ, & cibus ignis? Qui ſic afficitur, ſenſum proculdubio recuperauit, & in duplici metu iſto, itémque pudore illo
Mat.27.a æquè duplici, habet oſcitationes quatuor. Tres quæ reſtant
Gene.4.b ex voce cõfeſſionis adiicies, & nequaquã dicetur iam de eo, quòd nõ ſit vox neq; ſenſus, ſi tamen de corde humili, ſimplici, fideliq̃ proceſſerit illa cõfeſſio. Omne ergo quod re-
Prou.1.b mordet cõſcientiã, confitere humiliter, purè, fideliter, & has
Eſa.3.b. vices impleſti. Sunt qui gloriantur cũ male fecerint, & exultant in rebus peſſimis: quos notãs propheta, Peccata ſua, inquit, prędicauerunt ſicut Sodoma. Verum hos ab hac diſputatione tanquã ſeculares amoueo. Nã quid ad nos de his qui foris ſunt? Quanquam & de his qui religioſè veſtiti & religionem profeſſi ſunt, nonnunquã audimus aliquos reminiſci & iactare impudentiſſimè mala ſua præterita, quæ (verbi gratia) aliquando vel fortiter gladiatorio, vel argutè literatorio geſſerẽ conflictu, ſed aliud quid ſecundum mundi quidẽ vanitatem fauorabile, ſecundum animæ verò ſaluté nociuum, pernicioſuum, dãnoſum. Secularis adhuc animi indicium eſt hoc: & humilis habitꝰ qui geſtatur à talibus, nõ ſanctæ nouitatis eſt meritum, ſed priſcæ vetuſtatis operculum. Nonnulli talia quaſi dolẽdo & pœnitendo rememorant, ſed gloriam intentione captantes, commiſſa ſua nõ diluunt, ſed ſeipſos illudunt. Nam deus non irridetur. Veterẽ hominem M
non exuerunt, ſed nouo palliant. Nõ proditur aut proiicitur vetus fermentum illa confeſſione: ſed ſtatuitur, ſecundum
Pſal.31.a illud: Inueteraueruntoſſa mea dum clamarem tota die. Pudeat reminiſci quotundam tantam proteruiam, vt nõ pudeat eos cum exultatione lugẽda iactitare, quòd & poſt ſuſceptũ ſanctum habitũ callidè quempiam ſupplantauerint, & circũuenerint in negocio fratrem, aut quòd ralionem pro conuicio vel maledicto, id eſt malum pro malo, aut maledictũ pro maledicto audacter reddiderint. Sed eſt confeſſio eo periculoſius noxia, quò ſubtilius vana, cum ipſa etiam inhoneſta & turpia de nobis detegere nõ veremur, non quia humiles ſumus, ſed vt eſſe putemur. Appetere autem de humilitate laudem, hmilitatis eſt non virtus, ſed ſubuerſio. Verus humilis vilis vult reputari, nõ humilis prædicari. Gaudet cõtemptu ſui, hoc ſolo ſanè ſuperbus, quòd laudes conténit. Quid peruerſius, quid ve indignius quàm vt humilitatis cuſtos cõfeſſio ſuperbię militet, & inde velis videri melior, vnde videris deterior? Mirabile iactantiæ genus, vt non poſſis putari ſanctus, ſi nõ appareas ſceleratus. At talis confeſſio ſpeciem habens humilitatis non virtutẽ, non ſolum veniã nõ meretur, ſed & prouocat irã. Nunquid profuit Saul quòd ſe ad increpationem Samuelis peccaſſe cõfeſſus eſt? Culpabilis procul dubio fuit illa confeſſio, quæ culpam non diluit. Quomodo enim humilẽ contemneret confeſſionem humilitatis magiſter, & cui humilibus dare gratiam certe ingenitum eſt? Omnino nõ poterat nõ placari, ſi quæ in ore ſonuit, in corde radiaſſet

A diaſſet humilitas. Ecce cur humilem eſſe debere cõfeſſionem dixi. Oportet autem & eſſe ſimplicem. Non intentionem (forte quia latet homines) excuſare delectet ſi ſit rea, nec leuigare culpam quę grauis eſt, nec alieno adumbrare ſuaſu, cũ inuitum nemo coẽgerit. Primum illud non confeſſio eſt ſed defenſio, nec placat ſed prouocat. Sequens monſtrat ingratitudinẽ, ex quo minor reputatur culpa, eò minuitur & gloria indultoris. Sed enim minus libenter beneficium datur quod minus grate minúſve neceſſariè prouenire ſentitur. Veniam proinde ſibi abiudicat qui munus largitoris attenuat: quod quidem omnis qui reatum ſuum verbis alleuiare conatur, facit. Iam à poſtremò primi hominis dehortetur exemplũ, nec culpam ſiquidẽ diffitentis, nec tamen conſequentis veniam, non dubium quin ob reatus mulieris admixtionẽ. Genus excuſationis eſt, cum argueris tu, alium incuſare. Porro excuſare te velle quãdo corriperis, quàm ſit non modo minime fructuoſum, ſed & pernicioſum, ſanctum Dauid intẽtroga. Verba nempe malitiæ, excuſationes in peccatis appellat; ne in ea declinet cor ſuum rogans & ſupplicans. Meritò quidem. In animam etenim ſuam peccat qui ſe excuſat, repellens proinde à ſe indulgentiæ medicinam, & ſic vitam ſibi proprio ore intercludens. Et quænam maior malitia, quàm propriam armari in ſalutem, & linguæ tuæ temetipſum mucrone confo-
Pſal.14.a dere? Denique qui ſibi nequam, cui eſt bonus? Sit autem &
B fidelis confeſſio, vt confitearis in ſpe, de indulgentia peni-
tus non diffidens, ne tuo te ore non tam iuſtifices quàm condemnes. Iudas certe proditor domini, & Cain fratricida con-
Mat.27.a feſſi ſunt, & diffiſi ſunt. Alter, Peccaui, inquit, tradens ſanguiGene.4.b nem iuſtum. Alter Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear, & verax licet, nil eis profuit infidelis confeſſio. Hæ itaque tres confeſſionis obſeruantiæ, iunctæ quatuor ſuperioribus compunctionis, ſeptenarium implent. Iam verò ſic compunctus, & ſic cõfeſſus, ac propria proinde certus de vita, certus quoque nihilo minus es (vt arbitror) vacuo nequaquam nomine appellari Ieſum eũ qui in te talia valuit & voluit operari, nec vacuè ſubſecutum fuiſſe baculum quẽ præmiſerat. Non venit vacuè, quia non venit vacuus. Nam quomodo vacuus, in quo habitauit plenitudo? Neq; enim ei datus eſt ad menſuram ſpiritus. Deniq; & venit in plenitudine
Pſal.44.b temporis, plenum proinde venire ſe indicans. Bene plenum, quem vnxit pater oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis. Vnxit & miſit plenũ gratiæ & veritatis. Vnxit vt vngeret. Omnes ab
Eſa.61.a eo vncti ſunt, qui de plenitudine eius meruerũt accipere. Ideo ait: Spiritus domini ſuper me, eo q̃ vnxerit me: ad annunciandũ mãſuetis miſit me, vt mederer cõtritis corde, vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionẽ, vt prædicarem annum placabilem domino. Veniebat (vt audis) vn-
C gere contritiones noſtras, ac lenire dolores. Ideóque venit vnctus, venit mãſuetus & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus inuocantibus ſe. Sciebat ſe ad infirmos deſcendere, exhibuitq; qualẽ oportuit. Et quoniã multę erant infirmitates, multa quoq; prouidus medicus medicamina curauit afferre. Attulit ſpiritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilij & fortitudinis, ſpiritum ſcientię & pietatis, & ſpiritum timoris domini. Vides quot phialas plenas adoramentis cœleſtis medicus præparauit ad ſananda vulnera illius miſeri qui incidit in latrones? Septem ſunt numero, ſeptem fortaſſe præfatis oſcitationibus excitandis accommodatæ. Spiritus enim vitæ erat in phialis. Ex his profectò infudit oleum meis vulneribus. Infudit & vinum, ſed minus quàm olei. Sic nempe congruebat infirmitatibus meis, vt miſericordiam ſuper exaltaret iudicio, quẽadmodum vino oleum ſuperfertur infuſum. Attulit proinde quinque cados olei, vini non niſi duos. Vinum ſiquidẽ timor tantũ & fortitudo fuere, reliqua quinque oleum propria ſuauitate deſignant. In ſpiritu deniq; for-
Pſal.77.g titudinis tanquam potens crapulatus à vino deſcendit ad inferos, contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, alligauit fortem, & vaſa captiuitatis eripuit. Deſcendit nihilo minus in ſpiritu timoris, ſed timendus, non timidus. O ſapiẽtia, quanta arte medendi in vino & oleo animæ meæ ſanitatẽ reſtauras, fortiter ſuauis, & ſuauiter fortis! Fortis pro me, & ſuauis mihi. Denique attingis à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponis omnia ſuauiter, propellens inimicum, & infirmũ foueſ. Sana me domine & ſanabor, pſallam & cõfitebor no- D
mini tuo, & dicam: Oleum effuſum nomen tuum. Non vinũ Cant.1.a effuſum (nolo enim vt intres in iudicium cum ſeruo tuo) ſed Pſal.142.
oleum, quia coronas me in miſericordia & miſerationibus. & 102.a
Oleũ planè, quod dũ ſuperenatat cũctis quibus immiſcetur liquoribus, liquidò illud deſignat nomẽ, quod eſt ſuper omne nomen. O nomen præſuaue & prædulce. O nomen præclarum, prælectum, & præexcelſum, & ſuperexaltatũ in ſecula. Hoc verè oleum quod exhilarat faciem hominis, quod caput ieiunantis impinguat, vt oleum peccatoris nõ ſentiat. Hoc nomen nouum quod os domini nominauit, quod & vo- Eſa.62.a
catum eſt ab angelo priuſquam in vtero conciperetur. Hoc Luc.2.c
non ſolùm Iudæus, ſed quicunque inuocauerit, ſaluus erit: in Iohel.2.g
tantum vſquequaque effuſum eſt. Hoc pater donauit filio ſponſo eccleſiæ domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Sermo XVII. in quo tractatur de Luciferi dieiectione.

PVtamúſne ſatis proceſſum eſſe in ſanctuario dei dum ſcrutamur mirabile ſacramentum, an ad perſcrutandum adhuc ſi quid reſtat, audemus ſpiritum ad interiora ſequi? Spiritus nempe iſte ſcrutatur non ſolùm hominum corda & renes, ſed etiam profunda dei: & ſiue ad noſtra, ſiue ad alia, ſecurus ſequor eum quocunque ierit: tantùm vt cuſtodiat corda noſtra, & intelligentias noſtras, ne forte cum non E
aderit, adeſſe putemus, noſtrúmque pro ipſo ſequamur ſenſum deuiantes. Venit nanque & vadit prout vult, & nemo Ioan.8.b
facile ſcit vnde veniat aut quò vadat. At iſtud ſine damno fortaſſe ſalutis neſcire licet. Cæterũ quãdo veniat vel quando vadat, id planè periculoſiſſimè ignoratur. Cum enim hæ ſpiritus ſancti circa nos diſpenſatoriæ quidem viciſſitudines vigilantiſſimè non obſeruantur, fit vt nec abſentem deſideres, nec præſentem glorifices. Nempe qui idcirco recedit, vt auidiùs requiratur, quonam modo ſi abeſſe neſcitur, requiritur? Et rurſum qui dignanter ad hoc redit vt conſoletur, qualiter digne pro ſua maieſtate ſuſcipitur, ſi nec adeſſe ſentitur? Mens ergo quæ ignorat abſceſſum, patet ſeductioni: & quæ reditum non obſeruat, erit ingrata viſitationi. Petiit quondam aliquid Heliſæus à magiſtro, cum diſ- 4. Reg.2.a
ceſſum eius imminere præſenſit: nec obtinuit, ſicut ſcitis, niſi
ea quidem conditione, ſi videret quando tolleretur à ſe. In
figura contigit hoc illis, ſcriptum eſt autem propter nos.
Vigiles eſſe & ſoliciti circa opus noſtræ ſalutis (quod mira ſubtilitate ac ſuauitate diuinæ ſuæ artis inceſſanter actitat ſpiritus in intimo noſtri) prophetico docemur & monemur exemplo. Nunquã ſanè ſine noſtra conſcientia magiſtra vnctio quę docet de omnibus, tollatur à nobis, ſi duplicato volumus munere non fraudari. Nunquam cum venerit inueniat imparatos, ſed ſemper vultus ſuſpẽſos, expanſóſque ha- F
bentes ſinus ad largã domini benedictionem. Tales denique quærit, ſimiles hominibus expectantibus dominũ ſuũ quan- Luc.12.g
do reuertatur à nuptiis: qui vtique ab illis ſupernæ mẽſæ copioſis deliciis vacua nunquam reuertitur manu. Vigilandum proinde, & vigilandum omni hora, quia neſcimus qua hora ſpiritus venturus ſit, ſeu iterum abiturus. Ir & redit ſpiritus, & qui ſtat eo tenente, deſerẽte cadat neceſſe eſt: ſed non collidetur, quia dominus rurſum ſupponit manum ſuam. Et has alternare vices non ceſſat in his qui ſpirituales ſunt, vel quos potius ſpirituales proinde ipſe creare intendit viſitans diluculo, & ſubitò probans. Denique ſepties cadit iuſtus, & ſe- Prou.24.b
cecidiſſe ſciat, & reſurgere cupiat, & requirat manum aduuantis, & dicat: Domine in voluntate tua præſtitiſti de- Pſal.29.b
cori meo virtutem: auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Aliud eſt dubitare de veritate, quod patiaris neceſſe eſt cum ſpiritus minime ſpirat: & aliud ſapere falſitatem, quod facilè caues ſi eandem tuam ignorantiam non ignoras, quatenus dicas & tu: Et ſi quid ignorani, igno- Iob.19.a
rantia mea mecum eſt. Sancti Iob ſententia eſt. Agnoſcite. Peſſimæ matris ignorantiæ, peſſimæ itidem filiæ duæ ſunt, falſitas & dubietas. Illa miſerior, iſta miſerabilior. Pernicioſior illa, iſta moleſtior. Cum loquitur ſpiritus, cedit vtraque: & eſt non ſolùm veritas, ſed & certa veritas. Eſt quippe ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gritatis ille spiritus, cui contraria falsitas est. Est & sapientię quæ cum sit candor vitæ æternę, & vbique attingat propter munditiam suam, obscurum ambigui non admittit. Cauenda sane cum spiritus iste non loquitur, etsi non molesta dubietas, certe falsitas execrāda. Aliud est enim sub incerto hoc vel illud opinando sentire, aliud temerè affirmare quod nescias. Aut ergo loquatur semper spiritus quod nostri quidē minime arbitrij est: aut quādo silere placet, hoc ipsum indicet, & loquatur saltem suum silentium, ne ipsum nobis falsò præire putantes, nostrum pro ipso male securi sequamur errorem. Et si suspenderit ambiguo, non relinquat mendacio. Est qui dubiè profert mendaciū, nec mentitur: & est qui veritatem quam nescit affirmat, & mētitur. Nam & ille nō qui dem quod nō est esse, sed se quod credit credere dicit: & verum dicit, etiam si hoc verum non sit quod credit: & is cum se certum vnde nō est certus dicit, verum non dicit, etiam si verū sit de quo asserit. His præmissis ad cautelam talia inexpertorum, sequar iam spiritum (sicut cōfido) præeuntem, eadem tamē cautela si potero quam præmisi, & tentabo facere ipse quod doceo, ne dicatur & mihi: Tu qui alios doces, *Rom.2.c* teipsum non doces. Distinguendum sane inter manifesta & dubia, nec illa scilicet adduci in dubiū, nec ista temerè affirmari. Quod quidem ipsum de magisterio sperandum est spiritus. Nec enim nostra ad illud omnino industria sufficit.

H Quis nouit hominum an id quod inter homines iudicatū à deo sermo superior (à quo videlicet, si bene memini, quartus est iste) patefecit, in supernis quoque iudicium iam factū præcesserit? Quod dico, tale est. Putásne, Lucifer ille qui mane oriebatur, sed præproperè eleuabatur, antequā verteretur ī tenebras, generi nostro inuiderit & ipse olei effusionē, vt per seipsum iam tunc indignabundus mussitaret dicēs intra se quodāmodo: Vt quid perditio hæc? Hoc ego non asserо dicere spiritum, sed nec contradicere dico. Nescio enim. Potuit autem contingere (si tamen incredibile non putetur) plenum sapiētia, & perfectum decore, homines præscire potuisse futuros, etiam & profecturos in parem gloriam. Sed si præsciuit, in dei verbo absque dubio vidit, & in liuore suo inuidit, & molitus est habere subiectos, socios dedignatus. Infirmiores sunt, inquit, inferiorésque natura: non decet esse conciues, nec æquales in gloria. An forte prodit impiā hanc eius machinationem illa præsumpta ascēsio sessióque signi- *Esa.14.d* ficans magisterium? Ascendam, inquit, super montem excelsum, & sedebo in lateribus Aquilonis: quò altissimi quandā proinde similitudinem obtineret, si quemadmodum ille super Cherubim sedēs gubernat omnem angelicā creaturam, ita & ipse altus sederet, regerétque genus humanum. Absit. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, mentiatur iniquitas sibi. Nos aliū non cognoscimus iudicem quàm auctorē. Nō diabolus, sed dominus iudicabit orbem terræ: ipse deus nos-
I ster in seculum & in seculum seculi: ipse reget nos in secula. Ergo in cœlo concepit dolorē, & in paradiso peperit iniquitatem prolem malitiæ, matrē mortis & ærumnarū omnium *Sapiē.2.d* prima parens superbia. Nam etsi inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, initiū tamen omnis peccati superbia *Hier.14.b* Verū quid illi profuit? Nihilo minꝰ tu in nobis es domine: & nomen tuū inuocatū est super nos. Et dicit populus acquisitionis, dicit ecclesia redemptorū: Oleū effusum nomē tuum Cum eiicior ego, tu illud effundis post me, & in me: quoniā cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Accepit tamen Satan regnum super omnes filios superbię, factus princeps tenebrarum harum, vt regno humilitatis etiā superbia militet, dum in vno suo principatu temporali & tali multos humiles excelsos æternósq; reges constituit. Iucūdum iudiciū, vt superbus ille humilium malleator, eisdē ipsis nescientes fabricet coronas perpetuas, impugnādo omnes, & omnibus succumbēdo. Siquidem vbiq; & semper iudicabit dominus populos, & saluos faciet filios pauperū, & humiliabit calūniatorē. Vbiq; & semper defensābit suos, propulsabit nocētes, & tollet virgā peccatorū de super sorte iustorum, vt non *Psal.44.b* extendāt iusti ad iniquitatē manus suas. Eritq; tandem cum ex toto arcum conteret, & confringet arma, & scuta combu ret igni. tu tibi miser sedem collocas in Aquilone, plaga nebulosa & frigida, & ecce suscitantur de puluere inopes, & de stercore pauperes, vt sedeāt cum principibus, & soliū glorię K teneant, dolcaſque impleri illud: Pauper & inops laudabūt nomē tuum. Gratias tibi pater orphanorum, & iudex pupillorū, incaluit super nos mons coagulatus, mōs pinguis, cœli distillauerūt à facie dei Sinai, effusum est oleum, dilatatum est nomē quod nobis & cui nos inuidebat iniquus. Dilatatū *Psal.8.a* inquam vsq; ad corda & ora paruulorum, & in ore infantiū *Psal.21.b* & lactantium perficitur laus. Porrò peccator videbit & irascetur, & erit sicut ira implacabilis, sic flāma inextinguibilis, quę iam parata est ei & angelis eius. Zelus domini exercituū faciet hoc. Quomodo me amas deus meus, amor meus? quo modo me amas, vbiq; recordās mei, vbiq; zelans saluté egeni & pauperis, non solùm aduersum homines superbos, sed etiam aduersus sublimes angelos? In cœlo & in terra iudicas domine nocētes me, expugnas impugnātes me. Vbique subuenis, vbiq; assistis, vbiq; à dextris es mihi domine ne cō mouear. Hęc cantabo domino in vita mea, psallam deo meo quandiu sum. Hæ virtutes eius, hæc mirabilia eius, quæ fecit. Hoc primum & maximum iudicium, quod mihi illa cō- *Luc.1.d* scia secretorum aperuit virgo Maria: Deposuit, inquiēs, potētes de sede, & exaltauit humiles. Esuriētes impleuit bonis, L & diuites dimisit inanes. Secūdum autē simile est huic quod *Ioan.9.f* iam audistis, vt qui nō vidēt, videant, & qui vidēt cæci fiant. *Psa.118.d* In his duobus iudiciis consoletur se pauper, & dicat: Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine, & consolatus sum. Sed reuertamur ad nosipsos, scrutemúrq; vias nostras: & vt in veritate id possimus, inuocemꝰ spiritum veritatis, & reuocemus ab alto quò nos eduxerat, quatenus antecedat nos etiam ad nos, quoniā sine ipso possumus nihil. Nec verēdum ꝙ dedignetur cōdescēdere nobis, qui potius si vel exiguum quid absq; ipso conamur, indignatur. Nō est enim ille vadēs & nō rediens, sed ducit nos & reducit de claritate in claritatem tanquā domini spiritus, quandoq; rapiens ad se in lumine suo, quādoq; contēperans & illuminās tenebras nostras: vt siue supra nos, siue apud nos, semper in luce, sempervt filij lucis ambulemus. Trāsiuimus allegoriarū vmbras: vētum est ad indagāda moralia. Aedificata est fides, instruatur vita: exercitatus est intellectus, dicterur actus. Siquidē intellectus *Esa.10.b* bonus omnibus faciētibus eū, si tamē & actus & intelligentia dirigātur in laudem & gloriam domini nostri Iesu Christi, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De duabus operationibus spiritus sancti, quarum vna vocatur effusio, & alia infusio, Sermo XVIII. *Cantic.1.b*

OLeum effusum nomen tuum. Quid certum demonstrat spiritus sanctus nobis, in nobis occasione huius capituli? Profecto (quod interim occurit) geminæ cuiusdam M suæ operationis experimentum. Vnius quidem qua nos primò intus virtutibus solidat ad salutem, alterius vero qua foris quoque muneribus ornat ad lucrum. Illas nobis, hæc nostris accipimus: verbi gratia fides, spes, charitas nobis propter nos dantur (absque his quippe salui esse non possumus) porro sciētiæ seu sapientię sermo, gratia curationis, prophetia similiáq;, quibus carere cum integritate etiā salutis propriæ possumus, proximorum proculdubio in salutem expēdenda donantur. Et has spiritus sancti operationes quas vel in nobis vel in aliis experimur, vt ex re nomina accipiāt, infusionem (si placet) atque effusionem nominemus. Cuinam ergo harum conuenit oleum effusum nomen tuum? Nonnè effusioni? Nam de infusione infusum potius q̄ effusum, dixisset. Denique de vberum foris spirante fragrantia, & non de internis spōsę virtutibꝰ prolatum est. Oleum effusum nomē tuum. Deniq; ob bonum odorē vberum extrinsecꝰ perfusorum, ait sponsa: Oleum effusum nomen tuum: asscribens ipsum odorem nomini spōsi tanq̄ oleo effuso super vbera. Et quicunq; munere gratię exterioris perfusum se sentit, quò & ipse aliis refundere possit, etiā huic dicere est, Oleū effusum nomē tuum. Sed sanè cauendum in his aut dare quod nobis accepimus: aut quod erogandum accepimus, retinere. Rem profecto proximi retines tibi, si (verbi causa) plenus virtutibus cum sis, foriśq; nihilo minus donis sciētiæ & eloquētiæ adornatus, metu forte, aut segnitie, aut minus discreta humilitate verbum bonū quod posset prodesse multis, inutili, immo

A mo & damnabili ligas silētio, certè maledictus quòd frumēta abscōdis in populis. Rursum quod tuū est spargis & per- *Deut.15.b* dis, si priusquam infundaris tu totus, semiplenus festines effundere, contra legem arans in primogenito bouis, & ouis primogenitum tondens. Nimirum vita atque salute quā alteri das, te fraudas, dū sana vacuus intentione, gloriæ inanis vento inflaris, aut terrenæ cupiditatis veneno inficeris, & lethali apostemate turgens interis. Quamobrem si sapis, concham te exhibebis, & non canalem. Hic siquidem pene simul & recipit & refundit: illa vero donec impleatur expectat, & sic quod superabundat sine suo damno communicat, sciens maledictum, qui partem suam facit deteriorem. Et ne meum consilium contemptibile ducas, audi sapiētiorem me: *Prou.29.b* Stultus (ait Salomon) profert totū spiritum suu simul, sapiēs reseruat in posterū. Verùm canales multos hodie habemus in ecclesia, cōchas verò perpaucas. Tantæ charitatis sunt per quos nobis fluenta cœlestia emanāt, vt antè effundere quam infundi velint, loqui quàm audire paratiores, & prompti docere quod non didicerunt, & aliis præesse gestiētes, qui seipsos regere nesciunt. Ego nullum ad salutem pietatis gradum illi gradui anteponendum existimo, quem sapiens posuit di- *Eccli.30.d* cens: Miserere animę tuæ placens deo. Quòd si nō habeo nisi parumper olei quo vngar, putas tibi debeo dare, & remanere inanis? Seruo illud mihi, & omnino nisi ad prophetæ iussionē non profero. Si institerint rogitantes aliqui ex his qui B fortè existimant de me supra id quod vident in me, audiunt *Mat. 25.a* aliquid ex me, respondebitur eis: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendētes, & emite vobis. Sed cha- *1.Cor.13.g* ritas, inquis, non quærit quæ sua sunt. Et tu scis quamobrē? Non quærit quæ sua sunt, profecto, quia nō desunt. Quisnā quærat quod habet? Charitas quæ sua sunt, id est propriæ saluti necessaria, nunquam non habet. Nec modò habet, sed etiam abundat. Vult abundare sibi, vt possit & omnibus. Seruat sibi quantum sufficiat, vt nulli deficiat. Alioquin si plena non est, perfecta non est. Cæterum tu frater cui firma satis propria salus nōdum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut adeo tenera atque arūdinea, quatenus omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circūferatur vento doctrinæ, imo cui charitas tanta est, vt vltra mandatum quidem diligas proximum tuum plus quàm teipsum: & rursum tantilla, vt contra mandatum fauore liquescat, pauore deficiat, perturbetur tristitia, auaritia contrahatur, protrahatur ambitione, suspicionibꝰ inquietur, cōuiciis exagitetur, curis euisceretur, honoribus tumeat, liuore tabescat: tu inquam ita in propriis teipsum sentiens, quanam dementia, quęso, aliena curare aut ambis aut acquiescis? Sed enim audi quid consulat cauta vigil- *2.Cor. 8.c* que charitas. Nō quod aliis, inquit, sit remissio, vobis autem *Eccli.7.c* tribulatio, sed ex æqualitate. Noli nimium esse iustus. Suffi- C cit vt diligas proximum tuum tanquam teipsum, hoc quippe est ex æqualitate. Dicit enim Dauid: Sicut adipe & pin- *Psal.161.a* guedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum, infundi nimirū prius volens, & sic effundere. Nec solū infundi prius, sed & impleri, quatenus de plenitudine eructaret, non oscitaret de inanitate. Cautè quidem: ne quod aliis remissio, sibi esset tribulatio. Et nihilo minus caste imitans illum de cuius plenitudine omnes accepimus. Discę & tu non nisi de pleno effundere, nec deo largior esse velis. Cōcha imitetur fontem. Non manat ille in riuum nec in lacum extenditur donec suis satietur aquis. Non pudeat concham non esse suo fonte profusiorem. Denique ipse fons vitæ plenus in seipso, & plenus seipso, nónne primum quidem ebulliens & saliens in proxima secreta cœlorum, omnia impleuit bonitate, & tunc demum impletis secretioribus superioribúsque partibus erupit ad terras, ac de superfluo hominес & iumenta saluauit, quemadmodum multiplicauit misericordiam suam deus? Prius interna repleuit: & sic exundans in multis miserationibus suis visitauit terram, & inebriauit eam, multiplicauit locupletare eam. Ergo & tu fac similiter. *Heb.2.a* Implere prius, & sic curato effundere. Benigna prudénsque charitas affluere consueuit, nō effluere. Fili mi, ne pereffluas, ait Salomon. Et apostolus: Propterea, inquit, debemus intēdere his quæ dicuntur, ne fortè pereffluamus. Quid enim? Túne Paulo sanctior, sapiētior Salomone? Alioquin nec mihi sederet ditari ex te exinanito. Si enim tu tibi nequam, cui D bonus eris? Si cumulo si vales adiuua me. Sin autem, parcito tibi. Sed iam audite quæ & quanta saluti propriæ necessaria sint, quæ & quanta infundi oporteat prius quàm effundere præsumamus, quæ tamen impræsentiarum breuiter colligere potero. Hora siquidem iam multum ascendit, & sermonis vrget ad finem. Accedit medicus ad vulneratum, spiritus ad animam. Quam enim non reperiat gladio diaboli vulneratam etiam post sanatum vulnus antiqui delicti medicamento baptismatis? Ergo ad illam animam quæ dicit, Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ *Psal.37.b* meę: cum accedit spiritus, quid primo opus est? Vt tumor vel vlcus quod forte supercreuit in vulnere, & potest impedire sanitatem, ante omnia amputetur. Abscindatur itaque ferro acutæ compunctionis vlcus inueteratæ cōsuetudinis. Sed est acerbus dolor, leniatur proinde vnguento deuotionis, quod non est aliud nisi cōcepta de spe indulgentiæ exultatio. Hanc continenti parit facultas, & victoria de peccato. Iam gratias agit, & dicit: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam *Psal.115.b* laudis. Deinde apponitur medicamentum pœnitētiæ, malagma ieiuniorum, vigiliarum, orationum, & si qua sunt alia pœnitentium exercitia. In labore cibandus est cibo boni operis, ne deficiat. Quòd opus sit cibus, inde doceris. Meus cibus est, inquit, vt faciam voluntatem patris mei. Itaque comitentur *Ioan.4.b* pœnitentiæ labores, pietatis opera quæ confortent. Magnā, E ait, fiduciam præstat apud altissimum eleemosyna. Cibus si- *Tob.4.b* tim excitat, potandus est. Accedat cibo boni operis orationis potus, componens in stomacho conscientiæ quod bene gestum est, & commendans deo. Orando bibitur vinum lætificans cor hominis, vinum spiritus, quod inebriat, & carnalīū voluptatum infundit obliuionem. Humectat interiora arentis conscientiæ: escas bonorum actuum digerit, & deducit per quædam animæ membra, fidem roborans, spem confortans, vegetans ordinánsque charitatem, & impinguans mores. Sumpto cito potúque, quid iam restat nisi vt pensēt ægrotus, & quieti cōtemplationis post sudores actionis incūbat? Dormiens in contemplatione deum somniat, per speculum siquidem & in ænigmate, non autem facie ad faciem interim intuetur. Tamē sic non tam spectati quàm coniectati, idque raptim & quasi sub quodam coruscamine scintillulæ trāseuntis tenuiter vix attacti inardescit amore, & ait: Anima *Esa.26.b* mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in pręcordiis meis. Talis amor zelat: hic decet amicum sponsi: hoc necesse est ardeat fidelis seruus & prudens, quem cōstituit dominus super familiam suā. Hic replet: hic feruet: hic ebullit: hic iam securus effundit, exundans & erumpens, ac dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō *1. Cor.11.g* vror? Prædicet, fructificet, innouet signa, immutet mirabilia: non est quò se immisceat vanitas, vbi totum occupat charitas. Siquidem plenitudo legis & cordis est charitas, si tamen F plena. Deus deniq; charitas est, & nihil est in rebus quod possit replere creaturam factam ad imaginem dei, nisi charitas *Rom.13.c* deus, qui solus maior est illa. Eam nōdum adeptus periculo- *1.Ioan.4.b* sissime promouetur, quantislibet aliis videatur pollere virtutibus. Si habuerit omnē scientiam, si dederit omnē substantiā suā pauperibus, si tradiderit corpus suum ita vt ardeat: absq; charitate vacuus est. En quanta prius infundenda sunt, vt effundere audeamus de plenitudine nō de penuria largientes. Primò quidem compunctio, deinde deuotio, tertiò pœnitētiæ labor, quartò pietatis opus, quintò orationis studiū, sextò contemplationis ocium, septimò plenitudo dilectionis. Hæc omnia operatur vnus atq; idem spiritus secundum operationē quæ infusio appellatur: quatenus illa quę effusio dicta est, pure & ob hoc tutè iam administretur ad laudem & gloriam domini nostri Iesu Christi. Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus in secula seculorum. Amen.

De nouem ordinibus angelorum. Sermo XIX.

ADhuc sponsa amatorio loquitur, adhuc pergit amplius prosequi laudes sponsi. Et gratiam prouocat dum monstrat eam quam iam acceperat, in se vacuam non fuisse. Audi etenim quid secuta adiungit. Propterea, inquit, adolescentulæ dilexerunt te nimis. *Cant.1.a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Quasi dicat. Non frustra nec inaniter nomen tuum exinanitũ est ô sponse, atque effusum in vbera mea: propterea enim adolescentulæ dilexerunt te nimis. Propter quid? Propter no mẽ effusum, & propter vbera ex eo perfusa. Inde quippe excitatæ sunt in amorem sponsi, inde sumpserunt vt diligant. Sponsa infusum munus excipiente, illæ mox sensere fragrantiam, quæ longe à matre minimè esse poterãt: atque illa suauitate repletæ dicunt: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Ergo ipsarũ deuotionem sponsa cõmendans, Hic, inquit, fructus ô spõse effusi nominis tui, quòd propterea adolescentulæ dilexerunt te. Effusum siquidem sentiunt, quod integrũ capere non valebant: propterea dilexerunt te. Effusio quippe nomen facit capabile, captus amabile, sed adolescentulis dũtaxat. Qui capaciores sunt integro gaudent, effuso non indigent. Angelica creatura irrepercussa mentis acie intuetur diuinorũ iudiciorũ abyssum multã, quorũ summæ æquitatis ineffabili delectatione beata, gloriatur insuper effectui ea mancipari per suum ministerium, ac palam fieri: & propterea diligit meritò dominum Christum. Nónne omnes, ait, administratorij spiritus sunt, missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Porrò Archangelos (vt eis aliquid differentius ab his qui simpliciter angeli sunt, tribuamus) mirabiH liter credo delectat, quòd ipsis quoque æternæ sapientiæ cõsiliis familiarius admittuntur: eadémq; per ipsos locis quæque suis atque tẽporibus summo moderamine dispensantur. Et hæc causa quòd diligunt dominum Christum & ipsi. Illæ quoque beatitudines quæ Virtutes ex eo forsitan appellatæ sunt, quòd virtutum ac prodigiorum occultas perpetuásq; causas felici curiositate rimari ac mirari diuinitus ordinatæ, signa quæ & quãdo volunt ex omnibus elementis terris potenter exhibeant: & ipsæ ergo exinde non immeritò inardescunt diligere dominum virtutũ, & dei virtutem Christum. Plenum quippe est suauitatis & gratiæ, incerta & occulta sapientiæ in ipsa sapientia intueri: plenum nihilo minus honoris & gloriæ, causarum in dei verbo absconditarum mundo spectandas mirandásq; in manu ipsorũ dirigi efficientias. Sed & illi spiritus qui Potestates nominãtur, dũ crucifixi nostri diuinam omnipotentiam vbiq; fortiter attingentẽ intueri ac magnificare delectantur, exturbare & debellare dæmonũ hominũq; cõtrarias potestates pro his qui hæreditatẽ capiunt salutis, accipiunt potestatem. Et hi nónne iustissimam habẽt causam vt diligant dominũ Iesum? Sunt & super istos Principatus, qui ipsum altius speculantes, & liquidò peruidentes vniuersitatis esse principiũ, & primogenitum omnis creaturæ: tanta proinde principatus dignitate donantur, vt vbique terrarum habeant potestatem quasi de summo quodam rerũ I cardine regna & principat⁹ & quaslibet pro arbitrio mutare & ordinare dignitates, pro quorũq; meritis facere primos no uissimos, & nouissimos primos: deponere potẽtes de sede, & exaltare humiles. Et hæc istis quoq; ratio diligendi. Sed diligũt & Dominationes. Cur? Nescio quid subtilius sublimiúsque indagare de Christi interminabili atq; irrefragabili dominatu, laudabili quadã præsumptione feruntur, q⁹ scilicet vbique vniuersitatis non solùm potens sed & præsens, supra infraq; obsequi rectissimæ volũtati suę cursus temporũ, motus corporum, nutus mentiũ, ordine vtiq; pulcherrimo cogat, ídq; cura tam vigili, vt ne puncto quidẽ aut iota vni, vt dicitur horum omnium debitũ subtrahere famulatũ vllatenus liceat: opera tamen tam facili, vt turbationem seu anxietatẽ vllã omnino gubernator non sentiat. Intuẽtes ergo dominũ Sabaoh tanta cũ tranquillitate omnia iudicantẽ, intentissimæ suauissimæq; contẽplationis stupore nimio sed sensato rapti in illud diuinæ claritatis tam ingens pelagus, recipiunt sese in secretiori quodã miræ trãquillitatis recessu, vbi tanta pace ac securitate fruuntur, vt quiescentibus ipsis pro reuerentia prærogatiuæ tanquã verè dominationibus ministrare & militare videatur cætera multitudo. In thronis sedet deus. Et puto q⁹ his spiritibus supra omnes qui memorati sunt, & iustior causa & copiosior sit materia diligẽdi. Etenim si intres hominis regis cuiuscunq; palatiũ, nónne cũ plenum sit cellis, scamnis, cathedrísque, regia sedes eminenti posita cernitur? Et nõ est necesse quærere vbi rex sedere solitus sit:

Rom. 5. a

Hebr. 1. d

nimirũ mox occurrit manifesta sedes eius, cæteris altior ornatiórque sedilibus. Sic quoque omni decoris ornatu cũctis K aliis præeminere spiritibus istos intellige, in quibus speciali quodam stupendæ dignationis munere diuina eligit residere maiestas. Quòd si sessio significat magisteriũ: puto illum qui vnus est nobis magister in cœlo & in terra, dei sapiẽtiã Christum, cum aliàs quidẽ vbiq; attingat propter munditiã suam, specialiùs tamen istos atq; principalius tanquã propriã sedẽ sua illustrare præsentia, & inde tãquã de solẽni auditorio docere angelũ, docere hominẽ sciẽtiam. Inde angelis diuinorũ notitia iudiciorum, inde consiliorum archãgelis: ibi virtutes audiunt quãdo & vbi & qualia proferant signa. Ibi denique vniuersi, siue sint potestates, siue prícipatus, siue dominationes, discũt profectò quid ex officio debeãt, quid pro dignitate præsumant, & (quod præcipuè cautũ est omnibus accepta potestate ad propriã voluntatẽ seu gloriã non abuti. Illa tamen cœli agmina quæ Cherubim nuncupantur (si eis sui vocabuli seruetur interpretatio) arbitror nihil habere quod ab ipsis aut per ipsos accipiãt, cũ de ipso fonte ad plenũ haurire liceat, ipso ea per se domino Iesu dignantur introducẽte in omnẽ plenitudinẽ veritatis, & thesauros sapientiæ scientiæque (qui in eo omnes absconditi sunt) largissime reuelãte. Sed nec ea quę appellata sunt Seraphim, quippe quę ipsa charitas deus in se adeo traxit & absorbuit, atq; in eundẽ rapuit L sanctæ affectionis ardorẽ, vt vnus cũ deo esse spiritus videãtur. Instar profecto ignis, qui aërem quẽ inflãmat, dum suũ ei totũ calorẽ imprimit, induitq; coloré, non ignitum sed ignẽ fecisse cernitur. Amãt itaq; præcipue contemplari in deo illi quidẽ spiritus scientiã cuius non est numerus: hi vero charitatẽ quæ nunquã excidit, vnde & nomina ista sortiti sunt: ex eo quippe in quo præeminere videtur. Nam Cherubim quidẽ plenitudo scientiæ, Seraphim vero incendentia vel incensa dicũtur. Diligitur ergo ab Angelis deus ob indiciorũ suorum summã æquitatẽ: ab Archangelis ob consiliorũ summã moderationẽ. Porrò à Virtutibus ob benignissimã exhibitionem miraculorũ, per quæ incredulos dignãtissime trahit ad fidẽ. A Potestatibus verò ob illã iustissimæ potẽtiæ vim, qua solet à piis malignãtium propulsare & arcere crudelitatem. Verũ à Principatibus ob æternam & originalẽ illam virtutẽ qui dat esse & essendi principiũ omni creaturæ superiori & inferiori, spirituali & corporali, attingẽs à fine vsq; ad finem fortiter. A dominationibus quoq; ob placidissimã voluntatẽ, qua licet vbiq; dominetur in fortitudine brachij sui, virtute tamẽ potẽtiori pro sua ingenita lenitate & imperturbabili trãquillitate disponit omnia suauiter. Diligitur & à Thronis ob beneuolentiã magistræ sapientiæ sine inuidia sese cõmunicãtis, & vnctionẽ quæ gratis docet de omnib⁹. Cæterũ M à Cherubim propterea diligitur, quia deus scientiarũ, dominus est, & sciẽs quid cuiq; opus sit ad salutẽ, discrete, quidẽque dona sua digne poscẽtibus prout nouit expedire distribuit. A Seraphim quoq;, quia charitas est, & nihil odit eorũ quę fecit, & vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Hi ergo oẽs prout capiũt diligunt. Sed eã adolescẽtulę quoniã minus sapiũt, minus & capiũt, nec omnino sufficiunt ad tã sublimia. Paruulę quippe in Christo sunt, lacte & oleo nutriẽdæ. Ergo ex vberibus spõsę opus sumere habẽt vndè diligãt. Habet oleũ effusũ spõsa, ad cuius illę excitãtur odorẽ gustare & sentire q̃ suauis est dominus. Cũq; amore flagrãtes persenserit, cõuertens se ad sponsum, Oleũ, *Cantic. 1. b* ait, effusum nomen tuũ, propterea adolescentulæ dilexerunt te nimis. Quid est nimis? Valde, vehemẽter, ardẽter. Vel certè magis ex obliquo vos qui nuper venistis, tangit spiritualis sermo, vestram illam (quam & nos frequenter reprimere conati sumus) minus discretam vehementiã, imò intemperantiam prorsus nimiũ obstinatam redarguens. Non vultis esse cõmuni contẽti vita. Non sufficit vobis regulare ieiuniũ, nó solennes vigiliæ, non imposita disciplina, non mensura quã vobis partimur in vestimentis & alimentis: priuata præfertis communibus. Qui vestri curam semel nobis credidistis, quid rursum de vobis vos intromittitis? Nam illam qua totiens deum conscientiis vestris testibus offendistis, propriã scilicet voluntatem vestram, ecce nunc iterũ magistrã habetis, non me. Illa vos naturæ docet non parcere, rationi non acquiescere

A acquiescere, non obtemperare seniorum consilio vel exemplo, nõ obedire nobis. An ignoratis quia melior est obedientia quàm victimæ? Non legistis in regula vestra, quòd quicquid sine voluntate vel consensu patris spiritualis fit, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi? Non legistis in euangelio quam formam obediendi puer Iesus pueris sanctis tradideLuc. 2. g rit? Nam cum remansisset in Hierusalem, & dixisset his quæ patris sui erant oportere se esse: nõ acquiescentibus parentibus eius, sequi illos in Nazareth non despexit, magister discipulos, deus homines, verbum & sapientia fabrum & fœminam. Quid? etiam addit sacra historia. Et erat, inquit, subditus illis. Quousque vos sapientes estis in oculis vestris? Deus se mortalibus credit & subdit, & vos in viis vestris adhuc ambulatis? Bonum receperatis spiritum: sed non bene vtimini eo. Vereor ne alium pro isto recipiatis, qui sub specie boni supplantet vos: & qui spiritu cœpistis, carne con*1. Cor. 11. c* summamini. An nescitis quia angelus satanæ multotiens transfigurat se in angelum lucis? Sapientia est deus, & vult se amari non solùm dulciter, sed & sapienter. Vnde apostolus: Ra*Rom. 12. d* tionabile, inquit, obsequium vestrum. Alioquin facillimè zelo tuo spiritus illudet erroris, si scientiam negligas. Nec habet callidus hostis machinamentũ efficacius ad tollendã de corde dilectionem, quàm si efficere possit vt in ea incautè &
B non cum ratione ambuletur. Quamobrem ego cogito modos quosdã tradere vobis, quos operęprecium est deum diligentibus obseruare. Sed quia hic sermo finem desiderat, cras eos, si deus vitam mihi & ocium quod nunc habemus ad diserendum seruauerit, explicare conabor. Tunc enim recreatis nocturna quiete sensibus, & (quod est præcipuum) oratione præmissa alacriores, vt iustum est, ad sermonem de dilectione conueniemus, præstante domino nostro Iesu Christo, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

De triplici modo dilectionis qua deum diligimus.

Sermo XX.

1. Cor. 16 VT à magistri verbis sermo exordium sumat: Qui non amat dominum Iesum anathema sit. Valde omnino mihi amãdus est, per quem suum, viuo, & sapio. Si ingratus sum, & indignus. Dignus planè est morte, qui tibi domine Iesu recusat viuere, & mortuus est: & qui tibi non sapit, desipit: *Psal. 143. a* & qui curat esse nisi propter te, pro nihilo est, & nihil est. Denique quid est homo nisi quia tu innotuisti ei? Propter te*Eccles. 12.* metipsum deus fecisti omnia: & qui esse vult sibi & non tibi, nihil esse incipit inter omnia. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est, inquit, omnis homo. Ergo si hoc est omnis homo, absque hoc nihil omnis homo. Inclina tibi deus modicum id quod me dignatus es esse, atque de mea misera
C vita suscipe obsecro reliduum annorum meorum: pro his *Psal. 50. b* vero quos viuendo perdidi quia perditè vixi, cor contritũ & humiliatum deus non despicias. Dies mei sicut vmbra declinauerunt, & præterierũt sine fructu: impossibile est vt reuocem: placeat vt recogitẽ tibi eos in amaritudine animæ meę. Iam de sapientia, ante te est omne desiderium meum, & propositũ cordis mei. Si qua esset in me, seruarẽ ad te. Sed deus tu scis insipientiam meã: nisi quòd hoc ipsum fortasse sapere est, quòd & ego agnosco eam, & quidem ex munere tuo. Auge illud mihi minimè quidẽ ingrato pro munusculo, sed solicito pro eo quod deest. Pro his ergo ita sum amãs te quãtum possum. Sed est quod me plus mouet, plus vrget, plus accendit. Super omnia inquam reddit amabilem te mihi Iesu bone calix quem bibisti, opus nostræ redemptionis. Hoc omnino amorẽ nostrum facilè vendicat totũ tibi. Hoc inquã est quod nostram deuotionem & blandius allicit, & iustius exigit, & arctiꝰ stringit, & afficit vehemẽtius. Multũ quippe *Psal. 32. b* laborauit in eo saluator, nec in omni mũdi fabrica tantũ fatigationis auctor assumpsit. Illa deniq; dixit & facta sunt, mãdauit & creata sunt: at verò hoc & in dictis suis sustinuit cõtradictores, & in factis obseruatores, & in tormẽtis illusores & in morte exprobratores. Ecce quomodo dilexit. Adde *Rom. 11. b* quòd hanc ipsam dilectionem nõ reddidit, sed addidit. Nam *1. Ioan. 4. b* quis prior dedit, & retribuetur ei? Sed vt sanctus Ioãnes euãgelista ait, Non quia nos dilexerimus deũ, sed quia ipse prior *Rom. 5. b* dilexit nos. Denique dilexit etiam nõ existẽtes. Sed adiecit & resistentes diligere, iuxta Pauli testimoniũ dicentis: Quoniã cũ adhuc inimici essemus, recõciliati sumus deo per mortẽ fi D lij eius. Alioquin si nõ dilexisset inimicos, nõdum possedisset amicos: sicut necdum quos sic diligeret essent, si non dilexisset qui nondum essent. Dilexit autem dulciter, sapiẽter, fortiter. Dulce nempe dixerim quòd carnẽ induit, cautum quòd culpam cauit, forte quòd mortẽ sustinuit. Nam quos sanè in carne visitauit, carnaliter tamẽ nequaquã amauit, sed in prudẽtia spiritus. Spiritus quippe ante faciẽ nostrã Christus dominus, æmulãs nos dei æmulatione, nõ hominis, & certè saniori quàm primus Adã Euã suã. Itaq; quos in carne quęsiuit, dilexit in spiritu, redemit in virtute. Plenũ prorsus omni suauitatis dulcedine, videre hominem hominis conditorem. At dum naturam prudẽter selegit à culpa, etiam potenter morẽ populit à natura. In carnis assumptione condescendit mihi, in culpę vitatione consuluit sibi, in mortis susceptione satisfecit patri, amicus dulcis, cõsiliarius prudẽs, adiutor fortis. Huic securus me credo, qui saluare me velit, nouerit, possit. Quem quæsiuit, hunc & vocauit per gratiã suã: nunquid venientem eiiciet foras? Sed nec vim nec fraudẽ metuo profecto vllã, quòd me videlicet de manu eius possit eruere, qui & vincentem omnia vicit mortẽ, & seductorẽ vniuersitatis serpẽtem arte vtiq, sanctiore delusit, isto prudẽtior, illa potentior. Carnis quidẽ assumit veritatẽ, sed peccati similitudinẽ, dulcem prorsus in illa exhibẽs consolationem infirmo, & in hac prudẽter abscõdens laqueũ deceptionis diabolo. Porrò E vt patri nos recõciliet, mortem fortiter subit & subigit fundens precium nostræ redẽptionis sanguinem suum. Ergo nisi amasset dulciter, non me in carcere requisisset illa maiestas. Sed iunxit affectioni sapientiam, qua tyrannũ deciperet: iunxit & patientiam, qua placaret offensum deum patrẽ. Hi sunt modi quos vobis promiseram, sed præmisi eos in Christo, vt commendabiliores haberetis. Discе ô Christiane à Christo quemadmodũ diligas Christum. Discе amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter, ne illecti: Prudenter, ne decepti: Fortiter, ne oppressi ab amore domini auertamur. Ne mũdi gloria seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi præ his sapientia Christus. Ne seducaris spiritu mẽdacij & erroris, luceſcat tibi veritas Christus. Ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus dei Christus. Zelum tuũ inflãmet charitas, informet scientia, firmet constantia. Sit feruidus, sit circunspectus, sit inuictus. Nec teporẽ habeat, nec careat discretione, nec timidꝰ sit. Et vide ne fortè tria ista tibi & in lege tradita fuerint, dicẽte deo: Diliges dominũ deum tuum ex *Deut. 6. a* toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Mihi videtur (si alius competentior sensus in hac trina distinctione non occurrit) amor quidem cordis ad zelum quẽdam pertinere affectionis, animæ verò amor ad industriã seu iudicium rationis, virtutis autẽ dilectio ad animi posse referri constãtiam vel vigorem. Dilige ergo dominum deum tuum F toto & pleno cordis affectu: dilige tota rationis vigilantia & circunspectione, dilige & tota virtute, vt nec mori pro eius *Cant. 8. b* amore pertimescas, sicut scriptum est in cõsequẽtibus: Quoniã fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Sit suauis & dulcis affectui tuo dominus Iesus, contra malè vtiq; dulces vitę carnalis illecebras, & vincat dulcedo dulcedinẽ, quemadmodũ clauum clauus expellit. Sed si nihilo minus intellectui præuia lux, & dux rationi, non solũ ob cauendas hæreticæ fraudis decipulas, & fidei puritatem ab eorum versutiis custodiẽdã, verũ vt cautus quoq; sis nimiã & indiscretam vehementiã in tua cõuersatione vitare. Sit etiã fortis & constans amor tuus, nec cedens terroribus, nec succũbens laboribus. Ergo amemus affectuosè, circunspectè, & valide, scientes amorẽ cordis (quem affectuosum dicimus) absq; eo qui dicitur animæ, dulcẽ quidem, sed seductibilẽ: istum vero, absque illo qui virtutis est, rationabilem esse, sed fragilem. Et vide in manifestis exẽplis hoc ita esse vt dicimus. Cum ægrẽ ferrent discipuli quod de ascensuri magistri discessũ ab eodẽ ipso audierant, audierunt: Si diligeretis me, gauderetis vtiq; *Ioan. 14. b* quia vado ad patrem. Quid ergo? Non diligebant de cuius discessione dolebãt? Sed diligebãt quodammodo, & nõ diligebãt. Diligebant dulciter, sed minus prudenter. Diligebant carnaliter, sed nõ rationabiliter. Deniq; diligebãt toto corde, non autẽ tota anima. Dilectio eorũ cõtra salutẽ eorum. Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

G & aiebat: Expedit vobis vt ego vadam, culpans consiliũ, non affectũ. Loquenti item de morte sua futura, obuiare sibi conantem Petrum, qui eum tenerè diligebat, cum ita vt meministis increpãdo repressit, quid in eo aliud q̃ imprudentiam
Marc. 8.d reprehendit? Postremò quid est, Non sapis quæ dei sunt: nisi, non sapienter diligis humanum sequens affectũ, contra diuinum cõsilium? Et vocauit satanã, eo q̃ saluti, etsi nescies, aduersaretur, qui saluatorẽ mori prohiberet. Vnde & correct', repetentẽ postmodũ triste verbũ minime iam mori vetuit, sed se cõmoriturum esse promisit. Nõ autem impleuit, quia needũ ad tertiũ peruenerat gradum, in quo virtute tota diligitur. Erat tota anima doctus diligere, sed adhuc infirmus: bene instructus sed parum adiutus: nõ ignarus mysterij, sed martyrij pauidus. Non planè illa fortis vt mors dilectio tunc fuit, quæ morti succubuit. Fuit autẽ postea, cũ ex promissiõe Iesu Christi indutus virtute ex alto, tanta tandem cœpit virtute diligere, vt in concilio prohibitus prędicare nomen san-
Act. 5.c ctum, constanter prohibentibus respõderet: Obedire oportet magis deo q̃ hominibus. Tunc demũ tota virtute dilexit, eũ nec vitæ suę pepercit pro dilectione. Maiorẽ siquidẽ cha-
Ioan. 15. b ritatem nemo habet, quàm si animam suam ponat quis pro amicis suis. Quã etsi minime tunc posuit, iam tamẽ expositi.
H Ergo non abduci blanditiis, nec seduci fallaciis, nec iniuriis frangi: toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. Et nota amorem cordis quodammodo esse carnalem, quòd magis erga carnẽ Christi, & quæ in carne Christus gessit, vel iussit, cor humanum afficiat. Hoc repletus amore, facilè ad omnẽ de huiusmodi sermonẽ cõpungitur. Nihil audit libentius, nihil legit studiosius, nihil frequẽtius recolit, nil suauius meditatur. Inde holocausta orationũ tanquam ex adipe vituli saginati impinguat. Astat oranti hominis dei sacra imago, aut nascẽtis, aut lactãtis, aut docẽtis, aut morientis, aut resurgentis, aut ascẽdẽtis, & quicquid tale occurrerit, vel stringat necesse est animũ in amorẽ virtutũ, vel carnis exturbet vitia, fuget illecebras, desideria sedet. Ego hanc arbitror præcipuam inuisibili deo fuisse causam, q̃ voluit in carne videri, & cum hominibus homo cõuersari, vt carnaliũ videlicet qui nisi carnaliter amare nõ poterãt, cunctas primò ad suæ carnis salutarẽ amorẽ affectiões retraheret, atq; ita gradatim ad amorẽ
Luc. 18. c perduceret spirituale. Nõne deniq; in hoc gradu adhuc stabãt qui aiebãt: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te? Solo profectò corporalis præsentiæ amore reliquerant omnia, adeo vt salutaris futuræ passionis & mortis ne audire quidẽ verbũ æquanimiter sustinerent, sed nec gloriã ascẽ-
Ioan. 16.b dentis postmodũ nisi cũ graui mœrore susp icere. Hoc enim est quod eis dicebat: Quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ. Itaq; in sola interim gratia præsentis suę
I carnis eos ab amore omnis carnis suspenderat. Monstrabat autem postea eis altiorem amoris gradum cum diceret: Spi-
Ioan. 6.g ritus est qui viuificat, caro nõ prodest quicquam. Puto hunc
2. Cor. 5.d ascenderat iam, qui dicebat: Etsi cognouimus Christũ secundum carnẽ, sed nunc iam nõ nouimus. Fortassis & nihilo mi-
Thren. 4.d nus propheta in hoc ipso stabat cũ diceret: Spiritus ante faciem nostrã Christus dominus. Nã quod subiungit, Sub vmbra eius viuemus inter gẽtes: mihi videtur ex persona incipientium addidisse, vt quiescant saltẽ in vmbra, qui solis ferre ardorem minus validos se sentiunt, & carnis dulcedine nutriantur, dũ necdũ valent ea percipere quæ sunt spiritus dei.
Ibidem.
Luc. 1.d Vmbrã siquidẽ Christi, carnẽ reor esse ipsius, de qua obũbratum est & Mariæ, vt eius obiectu feruor spẽdórque spiritus illi tẽperaretur. In carnis ergo deuotione interim cõsoletur, qui viuificantẽ spiritũ necdum habet, eo dũtaxat modo quo habent illi qui aiunt: Spiritus ante faciem nostram Christus
2. Cor. 5. d dominus. Et item: Etsi cognouimus Christũ secundũ carnẽ, sed nũc iam nõ nouimus. Nam aliàs quidẽ nequaquam sine spiritu sancto vel in carne diligitur Christus, etsi non in illa plenitudine. Cuius tamen mẽsura deuotionis hæc est, vt totũ cor illa suauitas occupet, totũ sibi ab amore vniuersæ carnis ac carnalis illecebræ vẽdicet. Hoc quippe toto corde diligere est. Alioquin si carnis meæ quanlibet consanguinitatẽ vel voluptatẽ fortè præfero carni domini mei: per quod me videlicet minus ea implere contingat, quę in carne manẽs verbo & exemplo me docuit: nónne liquido constat, q̃ toto neK quaquam diligo corde, cum id diuisum habens partẽ impendere videar carni eius, partẽ intorquere ad propriã? denique
Mat. 10.d ait: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus. Et qui amat filiũ aut filiã plus quàm me, non est me dignus. Ergo vt breuiter dicam, toto corde diligere, est omne quod blanditur de carne propria vel aliena, sacrosanctæ carnis eius amori postponere. In quo & mundi æquè gloriam cõprehendo, quia gloria mundi gloria est carnis: & qui in ea delectantur, carnales esse non dubium est. Licet vero donũ & magnum donum spiritus sit istiusmodi erga carnẽ Christi deuotio, carnalem tamen dixerim hunc amorem, illius vtique amoris respectu quo non tam verbum caro iam sapit, quàm verbũ sapientia, verbũ iustitia, verbũ veritas, verbum sanctitas, pietas, virtus, & siquid aliud quod sit huiusmodi dici potest. Et hæc nempe omnia Christus, qui factus est nobis sapientia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio. An tibi æquè & vno modo affecti videntur, is quidem qui Christo passo piè compatitur, compungitur, & mouetur facilè ad memoriam horum quæ pertulit, atque istius deuotionis suauitate pascitur, & confortatur ad quæque salubria, honesta, pia: itémque ille qui iustitiæ zelo semper est accensus, qui veritatem vbiq; zelat, qui sapientiæ feruet studiis, cui
L amica sanctitas vitæ, & morum disciplina, cuius mores erubescunt iactantiã, abhorrent detractionẽ, inuidiam nesciũt, superbiam detestantur, omnem humanam gloriam non solum fugiunt, sed & fastidiunt & contemnunt, omnem in se carnis & cordis impuritatem vehementissime abominantur & persequuntur, omne denique tanquam naturaliter & malum respuunt, & quod bonum est amplectuntur? Nónne si compares vtriusque affectiones, constat quodammodo illum superiorem respectu quidem huius amare quasi carnaliter? Bonus tamen amor iste carnalis, per quem vita carnalis excluditur, contemnitur & vincitur mundus. Proficitur autem in eo cũ fit & rationalis, perficitur cum efficitur etiam spiritualis. Porrò rationalis tunc est cum in omnibus quæ oportet de Christo sentiri, fidei ratio ita firma tenetur, vt ab ecclesiastici sensus puritate nullaverisimilitudine, nulla hęretica seu diabolica circunuẽtione aliquatenus deuietur. Itéq; cum in propria conuersatione illa cautela seruatur, vt discretionis meta nulla superstitione vel leuitate, vel spiritus quasi feruentioris vehementia excedatur. Et hoc esse tota anima deum diligere, iam supra diximus. Quòd si etiam adiuuantis spiritus vigor tantus accedat, vt nulla vi laborum vel tormentorum, sed nec mortis metu iustitia vnquã deseratur, in hoc etiã tota virtute diligitur, & est amor spiritualis. Quod nimirũ nomẽ huic specialiter amori cõgruere puto, ob prærogatiuam vtique plenitudinis spiritus qua præcellit. Et hæc M
Cant. 1.a sufficiãt pro eo quod sponsa dicit: Propterea adolescentulæ dilexerunt te nimis. In his quæ sequuntur, dignetur nobis aperire thesauros misericordiæ suæ ipse custos eorum Iesus Christus dominꝰ noster. Qui viuit & regnat cũ patre in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum, Amen.

Qualiter sponsa, id est ecclesia trahi se optat per sponsum, id est Christum. *Sermo XXI.*

Ibidem. TRahe me post te: in odore vnguentorum tuorum curremus. Quid? Sponsáne ergo necesse habet trahi, & hoc post spõsum? Quasi vero inuita eum & non libens sequatur. Sed non omnis qui trahitur, inuitus trahitur. Nec enim infirmum aut debilem, eum videlicet qui per se ire nõ valet trahi ad balneum seu ad prandium piget, etsi reum pigeat trahi ad iudicium vel ad pœnã. Denique trahi vult, quæ & hoc rogat. Non autem rogaret, si sequi per seipsam dilectum prout vellet, valeret. Vt quid verò non valet? An infirmam fateamur & sponsam? Si qua quæuis ex adolescentulis infirmam se diceret, & peteret trahi, nequaquam miraremur. At verò desponsa quæ trahere & alios vtpote fortis & perfecta posse sufficere videbatur, cui non durum sonet, quòd & ipsa trahi tanquam infirma vel debilis necesse habeat? De quanam anima iam confidimus, quòd valida sit & sana, si illam infirmam dici consenserimus, quæ pro sui singulari perfectione & excellẽtiori virtute spõsa domini nominatur? An ecclesia fortè id dixerit cùm intueretur dilectũ ascendẽtem, gestiens eũ sequi, atq; assumi cum ipso in gloria? Quanquã & quantæuis

A quãtæuis perfectionis anima, quandiu quidẽ gemit sub corpore mortis huius, & huius seculi nequam retinetur inclusa carcere, vincta necessitatibus, tota sceleribus, lẽtius segniúsque assurgat necesse est ad contemplanda sublimia, nec omnino liberum habet sequi sponsum quocũque ierit. Hinc la-
Rom. 7.d chymosa vox illa gementis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hinc supplex illa precatio: Educ de carcere animam meam. Dicat proinde, dicat cũ gemitu etiam sponsa: Trahe me post te: quia corpus quod cor-
Cant. 1.a Sapiẽ. 9. d rumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio
Philip. 1.c sensum multa cogitantem. An hoc dicat cupiens dissolui & esse cum Christo, præsertim dum videat eas propter quas manere ipsam in carne necessariũ videbatur, bene proficientes amare iam sponsum, & stare in tuto charitatis? Siquidem hoc præmiserat, Propterea, inquiens, adolescentulæ dilexerunt te. Nunc ergo quasi dicat, ecce adolescentulæ amant te, & amãdo firmiter inhærent tibi, méq; minime iam opus habent, nulla mihi causa in hac vita vlterius cõmorandi. Idcirco ait. Trahe me post te. Hoc sentirem, si dixisset, Trahe me ad te. Nũc verò quia dicit post te magis illud mihi postulare videtur, vt conuersationis eius valeat vestigia sequi, vt possit æmulari virtutẽ, & normam tenere vitæ, & morũ queat apprehendere disciplinã. In his quippe maxime opus est adiu-
B torio, quo valeat abnegare semetipsam, & tollere crucẽ suã, & sic sequi Christum. Hic prorsus trahi necesse habet spõsa, nec sanè trahi ab alio q̃ ab eo ipso qui ait: Sine me nihil pote-
Psal. 83. b stis facere. Scio, inquit, me nequaquam posse peruenire ad te nisi gradiendo post te, sed neq; hoc quidem nisi adiutam abs te: ideóq, precor vt trahas me post te. Beatus siquidẽ cuius est auxilium abs te, ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum: peruenturus quandoque ad te in montibus gaudiorum. Quàm pauci post te ô domine Iesu ire volũt, cũ tamen ad te peruenire nemo sit qui nolit, hoc scientibus cũctis quia delectationes in dextera tuã vsque in finẽ. Et propterea volunt omnes te frui, at nõ ita & imitari: conregnare
Sapiẽ. 3.b cupiunt, sed non compati. Ex his erat ille qui dicebat: Moriatur anima mea morte iustorũ, & fiant nouissima mea horum similia. Optabat sibi extrema iustorũ, sed nõ ita & principia.
Psal. 33.d Mortem spiritualium optant sibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent, sciẽtes pretiosam mortem esse sanctorum? quoniam cum dederit dilectis suis somnũ, ecce hæreditas domini: & quia beati mortui qui in domino moriũtur, cum econtrario iuxtà prophetæ sentẽtiam, mors peccatorum pessima sit. Nõ curant quærere quem tamen desiderant inuenire, cupiẽtes consequi, sed nõ & sequi. Non sic illi
Luc. 22. c quibus aiebat: Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Beati qui digni habiti sunt testimonio tuo beni-
C gne Iesu. Ipsi reuera ibãt post te & pedibꝰ & affectibus. Notas eis fecisti vias vitæ, vocãs eos post te, qui via & vita es, & dicẽs: Venite post me, faciam vos fieri pisc atores hominum.
Psal. 15.c
Mat. 4.c Itẽ: Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic &
Ioan. 12. d minister meus erit. Dicebant ergo gloriantes: Ecce nos reli-
Matt. 19. quimus omnia, & secuti sumus te. Sic itaque & dilecta tua relictis omnibus propter te, concupiscit semper ire post te, semper tuis inhærere vestigiis, ac sequi te quocunque ieris, sciẽs quoniã viæ tuæ viæ pulchræ, & omnes semitæ tuæ pacificæ, & quia qui sequitur te, non ambulat in tenebris. Precatur autem se trahi, quoniã iustitia tua sicut mõtes dei, nec sufficit ad illam suis viribus. Precatur se trahi (vt assolet) quia
Ioan. 6. c nemo venit ad te, nisi pater tuus traxerit eũ. Porrò quos pater trahit, trahis & tu. Opera quippe quę pater facit, hæc & filius similiter facit. Sed familiarius à filio postulat trahi, tanquã à spõso proprio, quem pater misit obuiã ei ducẽ ac præceptorem, qui sibi præiret in via morum, & præpararet iter virtutum, & erudiret eam sicut semetipsum, & viam prudẽtiæ doceret, & traderet ei legem vitæ & disciplinę, & sic meritò ipse concupiscceret decorem eius. Trahe me post te, in
Cant. 1.a odore vnguẽtorum tuorũ curremus. Propterea opus habeo trahi, quoniam refriguit paulisper in nobis ignis amoris tui, nec valemꝰ à facie frigoris huius currere modo sicut heri & nudiustertius. Curremus autem postea, cum reddideris lætiam salutaris tui, cum redierit melior temperies gratiæ, cum sol iustitiæ iterum incaluerit, & pertransierit tentationis nubes, quæ hunc operire ad horam cernitur, atq; ad lenem flã-
D tum aurę blandioris solito cœperint vnguenta liquefcere, & aromata fluere, & dare odorẽ suum. Tũc curremus, in odore illo curremus. Spirantibus inquã vnguentis curremus, quoniam absc œdet torpor qui nunc est, & reuertetur deuotio, & iam nõ erit opus nobis vt trahamur, quippe odore excitatis, vt sponte curramus. Nunc verò interim trahe me post te. Videsne illum qui in spiritu ambulat, nequaquã permanere in vno statu, nec eadem semper facilitate proficere, & quòd nõ sit in homine via eius, sed quemadmodum ei spiritus moderator prout vult dispẽsat, nũc segnius, nũc alacrius quæ retro sunt obliuisci, & ad anteriora sese extendere? Puto quòd hoc ipsum si attenditis, vestra vobis experientia intus respondet quod ego foris loquor. Ergo cum te torpore, acedia vel tædio affici sentis, noli propterea diffidere aut desistere à studio spirituali, sed iuuantis require manum, trahi te obsecrans sponsæ exemplo, donec denuo susc itãte gratia factus promptior alacriórque, curras, & dicas: Viã mandatorum tuorum
Psal. 118.d cucurri, cum dilatasti cor meum. Sic autẽ quandiu adest gratia, delectare in ea, vt non te existimes donum dei iure hæreditario possidere, ita videlicet securus de eo, quasi nũquã perdere possis: ne subitò cũ fortè retraxerit manũ, & subtraxerit donum, tu animo cõcidas, & tristior quàm oportet fias. De-
Psal. 29.b nique ne dixeris in abundãtia tua, nõ mouebor in æternum:
E ne etiam illud quod sequitur, dicere cum gemitu quidem cogaris: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cõturbatus.
Ibidem. Curabis potius (si sapis) pro consilio sapiẽtis in die malorum
Eccles. 11. d non immemor esse bonorum, atq; in die bonorum non immemor esse malorum. Ergo in die virtutis tuæ noli esse securus, sed clama ad deum cum propheta, & dic: Cum defecerit
Psal. 70.b virtus mea, ne derelinquas me. Porrò in tempore tentationis cõsolare, & dic cum sponsa: Trahe me post te, in odore vnguẽtorum tuorum curremus. Sic te non deseret spes in tempore malo, nec in bono prouidẽtia deerit, erísq; inter aduersa & prospera mutabilium temporum tenens quãdam æternitatis imaginem, vtiq; hanc inuiolabilẽ & incõcussam constantis animi æqualitatem, benedicẽs dominũ in omni tempore, proindéque vendicans tibi etiam in huius nutabundi seculi dubiis euentibus certísque defectibus, perennis quodammodo incõmutabilitatis statum, dum te cœperis renouare & reformare in insigne illud antiquum similitudinis æterni dei, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obũbratio. Quippe sicut ipse est, ita & tu eris in hoc mundo,
Iac. 1.c nec in aduersis timidus, nec in prosperis dissolutus. In hoc inquam nobilis creatura facta ad imaginẽ & similitudinem eius qui se fecit, antiqui honoris dignitatẽ receptare iam iáq; & recuperare se indicat, cũ sibi indignũ ducit huic labẽti seculo cõformari, reformari magis satagẽs (iuxta Pauli doctri-
Roma. 12.c nã) in nouitate sui sensus in eã similitudinẽ in qua se conditã
F nouit, ac per hoc etiam cogens (vt dignum est) seculum istud quod propter se factum fuit, versa vice mirũ in modum conformari sibi, dum omnia ei cooperari in bonũ incipiũt, tanquã in propria & naturali forma, abiecta degeneri specie recognoscentia dominũ suũ, cui ad seruiendũ creata fuere. Vnde arbitror illum sermonem quem dixit de se vnigenitus, vi-
Ioan. 12.c delicet, si exaltaretur à terra, omnia traheret ad seipsum: cunctis quoque eius fratribus posse esse communem, his vtique quos pater præsciuit & prædestinauit cõformes fieri imagi-
Ibidem. nis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et ego igitur si exaltatus fuero à terra (audacter dico) omnia traham ad meipsum. Nec enim temerariè vsurpo mihi fratres mei vocẽ cuius me induo similitudinẽ. Quod si ita est, nõ putent
Matt. 5.c diuites huius seculi fratres Christi sola possidere cœlestia, quia audiunt dicentem: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Non eos, inquam æstiment sola cœlestia possidere, quia ea sola audiũt in promissione: possident & terrena, & quidẽ tanquam nihil habentes, sed omnia possidentes: non mendicantes vt miseri, sed vt domini possidentes: eo pro certo magis domini, quo minus cupidi. Denique fideli homini totus mũdus diuitiarum est. Totus planè quia tã aduersa quàm prospera ipsius æquè omnia seruiũt ei, & cooperantur in bonũ. Ergo auarus terrena esurit vt mendicus, fidelis cõtemnit vt dominus. Ille possidẽdo mendicat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G iste contemnẽdo seruat. Quære à quouis eorũ qui insatiabili corde lucris temporalibus inhiant, quidnam de his sentiat qui sua vendentes & dantes pauperibus, regna cœlorum pro terrena mercantur substãtia, sapienter agant necne? procul dubio respondebit, sapienter. Quære itẽ cur quod approbat, ipse non facit? Nõ possum, inquiet. Quare? profectò quia domina auaritia non permittit: quia liber non est: quia nõ sunt sua quæ possidere videtur: sed nec ipse sui iuris. Si verè tua sunt, expende ad lucra, & pro terrenis cœlestia cõmutato. Si non vales, fatere te pecuniæ tuæ non dominũ esse, sed seruũ: custodem, non possessorem. Denique & conformaris crumenæ tuæ tanquam seruus dominæ suæ, dum quomodo ille illi necessariò & congaudet gaudenti, & dolenti condolet: tu quoque cũ crescente tuo marsupio crescis pariter animo, & cum decrescente decrescis. Nam & contraheris tristitia cum illud exinanitur: & lætitia solueris, aut certè inflaris superbia, cum impletur. Hoc ille. Nos verò sponsæ curemus æmulari libertatem atque constantiam, quæ sicut benè instructa in omnibus, & erudita corde in sapiẽtia, scit abundare, scit & penuriã pati. Cum se rogat? trahi, ostẽdit quid desit sibi, nõ pecuniẽ, sed virtutis. Rursum cũ se nihilo minus de spe reditutæ gratiæ consolatur, etsi deficere, nõ tamen diffidere se probat. Dicit ergo: Trahe me post te, in odore vnguentorũ tuorũ curremus. Et quid mirũ si indiget trahi, quæ post gigantem currit? quæ cõprehẽdere nititur eũ qui salit in mõtibus, transilit colles? Velociter, ait, currit sermo eius. Non valet ex æquo currere, nõ potest pari cum illo celeritate contendere, qui exultat vt gigas ad currendam viam: nõ potest suis viribus, & propterea rogat se trahi. Fessa sum, inquit, deficio, noli me deserere: sed trahe me post te, ne incipiam vagari post amatores alios, nec curram quasi in incertũ. Trahe me post te: quia satius mihi est vt me trahas, vt scilicet vim qualẽcunque mihi, aut terrendo minis, aut exercendo flagellis inferas, quàm parcens in meo me torpore male securã derelinquas. Trahe quodammodo inuitam, vt facias voluntariam. Trahe torpentem, vt reddas currentem. Erit quando non indigebo tractore: quoniam voluntariè & cum omni alacritate curremus. Non curram ego sola, etsi solam me trahi petierim: current & adolescentulæ mecũ. Curremus pariter, curremus simul, ego odore vnguentorũ tuorũ, illæ meo excitatæ exemplo atque hortatu: ac per hoc omnes in odore vnguentorũ tuorum curremus. Habet sponsa imitatores sui, sicut & ipsa est Christi. Et ideo nõ ait singulariter curram, sed curremus. Sed oritur quæstio, cur similiter cum se petiit trahi, etiam adolescentulas non adiunxit, vt non trahe me, sed trahe nos diceret. Quid enim? forténe sponsa indiget trahi, & adolescẽtulæ non indigent? O pulchra, ô fœlix, ô beata, edissere nobis huius distinctionis rationẽ. Trahe me, ais. Quare me, & non nos? An hoc bonum inuides nobis? Absit. Neque enim protinus dixisses adolescentulas tecum esse cursuras, si sola post sponsum ire voluisses. Cur ergo pluraliter mox subiunctura curremus, trahi te singulariter postulasti? Charitas, inquit, ita postulabat. Disce per hoc verbũ à me in spirituali exercitio duplex auxilium desuper sperare, correptionem, & consolationẽ. Altera foris exercet, altera visitat intus. Illa reprimit insolentiam, ista in fiduciam erigit. Illa operatur humilitatẽ, ista pusillanimitatem consolatur. Illa cautos, ista deuotos facit. Timorem domini docet illa, ista ipsum timorem infuso temperat gaudio salutari, sicut scriptũ est: Lætetur cor meũ vt timeat nomen tuũ. Item: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Trahimur, cum tentationibus & tribulationibus exercemur. Currimus, cum internis cõsolationibus & inspirationibus visitati, tanquam in suaueolentibus vnguentis respiramus. Ergo quod austerum & durum videtur, retineo mihi tanquam forti, tanquam sanæ, tãquam perfectæ, & dico singulariter, trahe me. Quod suaue & dulce, tibi tanquã infirmo communico, & dico, curremus. Noui ego adolescentulas delicatas & teneras esse & minus idoneas sufferre tentationes, & propterea mecum volo vt currant, sed non vt mecum trahãtur. Volo habere socias consolationis, non autẽ & laboris. Quare? Quoniã infirmæ sunt, & vereor ne deficiant, ne succumbant. Me, inquit, ô sponse corripe, me exerce, me tenta, me trahe post te: quoniam ego in flagella parata sum, & potens ad sustinendum. Certatim simul curremus, id est sola trahar, sed simul curremus. Curremus curremus, sed in odore vnguentorum tuorum, non in nostrorũ fiducia meritorum. Nec in magnitudine viriũ nostrarũ currere nos confidimus; sed in multitudine miserationũ tuarũ. Nam & si quando cucurrimus ac volũtariæ fuimus, non fuit volentis neque currentis, sed miserentis dei. Reuertatur miseratio, & curremus. Tu quidem in virtute tua tanquã gigas & potens curris, nos nisi vnguenta tua spirauerint, non curremus. Tu quem pater vnxit oleo lætitiæ præ consortibus tuis, curris in ipsa vnctione, nos illius odore curremus. Tu in plenitudine, nos in odore. Tempus esset vt persoluerem quod de vnguentis sponsi longè supra promisisse me memini, si non huius sermonis longitudo vetaret. Differo ergo. Nam & materiæ dignitas arctari molesta breuitate non patitur. Rogate dominum vnctionis, vt voluntaria oris mei beneplacita facere dignetur ad insinuandam vestris desideriis memoriam abundantiæ suauitatis suæ, quæ est in sponso ecclesiæ Iesu Christo domino nostro, &c.

De quatuor vnguentis sponsi, atque de quatuor virtutibus cardinalibus, Sermo XXII.

SI ita preciosa, ita magnifica sponsæ vnguenta inuẽta sunt quemadmodum cum tractarentur audistis, sponsi qualia sunt? Etsi dignè ea nos prout sunt non sufficimus explicare, haud dubium tamen quin excellentior horum virtus, & gratia efficacior sit, quorum solus non solùm adolescentulas, sed ipsam quoque sponsam odor excitat ad currendum. Si enim aduertis, nil tale de propriis vnguentis ausa est polliceri. Et quidem illa optima esse gloriatur, sed non dicit tamẽ quia in eis cucurrisset aut cucurreret, quod istorum solo odore promittit. Quid si ipsam vnctionem in se effusam sentiret, cuius ita tenui exhilarata fragrantia permouetur vt currat? Mirum si non & volaret. Sed dicit aliquis: Désine iam commendare, satis cum ea cœperis assignare, apparebit quid sint. Non. Minimè ego istud polliceor. Sanè an vel ipsa sint quæ animo suggeruntur dicenda, crede mihi, adhuc nescire me fateor. Existimo enim sponsum varias aromatum atque vnguentorum habere species, & non paucas: & alias quidẽ esse in quibus singulariter oblectatur sponsa tanquam propinquior ac familiarior: alias verò quæ vsque ad adolescentulas perueniunt: alias quæ pertingunt etiam ad longè positos & extrãneos, vt non sit qui se abscondat à calore eius. Sed licet suauis dominus vniuersis, maximè tamen domesticis. Et quãtò quis ei familiarius pro vitæ meritis ac mentis puritate appropiat, tantò eum arbitror recentiorum aromatum & vnctionis suauioris sentire fragrãtiam.

Porrò in huiusmodi non capit intelligentia nisi quantum experientia attingit. Ego verò haud temere mihi arrogarim sponsæ prærogatiuam. Nouit sponsus quibus deliciis spiritus foueat dilectam, quibus singulariter refocillet sensus eius inspirationibus, & mulceat odoramentis. Sit sibi fons proprius, in quo ei non cõmunicet alienus, nec indignus bibat ex eo. Est quippe hortus conclusus, fons signatus. Cætera deriuantur aquæ inde in plateas. Eas me habere ad manum fateor, dum tamen nemo mihi molestus sit aut ingratus si de publico haurio & propino. Nam vt paulisper ministerium meum in hac parte commendem, non nullius profectò fatigationis est atq; laboris, quotidie scilicet exire & haurire etiam de manifestis riuulis scripturarum, & ex eis singulorum necessitatibus inseruire, vt absque suo labore quisq; vestrũ præsto habeat aquas spirituales ad omne opus, verbi gratia ad lauandũ, ad potandum, ad cibos coquendos. Et nimirum aqua sapientiæ salutaris sermo diuinus nõ modo potãs, sed & lauans, dicẽte domino: Et vos mundi estis propter sermonẽ quẽ locutus sum vobis. Sed & crudos carnis cogitat° igne spiritus sancti accedente coquit diuinũ eloquiũ, ac vertit in sensus spirituales & cibos mẽtis, ita vt dicas: Cõcaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Qui sanè puriori per seipsos apprehendere sublimiora sufficiunt quàm per nos proferãtur, nõ solũ nõ prohibeo, sed & multum congratulor, dum & ipsi nos patiantur simpliciora simpli-

A simplicioribus ministrare. Quis dabit mihi vt omnes prophetent? Vtinam mihi necesse non esset in his occupari. Vtinam aut alteri cura incumberet ista, aut certè (quod mallem) nemo in vobis esset qui ea indigeret, essẽtq; omnes docibiles dei, & ego possem vacare & videre quoniam sponsus est deus! Nunc verò quem minimè interim non dico intueri sed ne inquirere quidem licet (quod sine lachrymis non loquor) regem in decore suo sedẽtem super Cherubim, super solium excelsum & eleuatum, in ea forma qua æqualis patri in splẽdoribus sanctorũ ante luciferũ genitus est, in qua & semper desiderant angeli eum prospicere, deũ apud deum: ipsum saltem hominẽ homo hominibus loquor secundũ eam formã in qua vt se manifestũ nimia sua dignatione & dilectiõe prẽberet, minoratus ab angelis, in sole posuit tabernaculũ suũ, tanquã sponsus procedẽs de thalamo suo. Suauẽ magis quàm sublimem, & vnctũ nõ altũ loquor, qualẽ deniq; spiritus domini vnxit, & misit euãgelizare pauperibus, mederi contritis corde, prædicare captiuis indulgentiam, & clausis apertionẽ, prædicare annum placabilem domino. Saluo igitur cuique quod fortè sublimius subtiliúsque de sponsi vnguentis speciali munere sentire sibi & experiri donatũ est, ego quod de cõmuni accepi, profero in commune. Ipse siquidem fons vitæ, ipse fons signatus, de intra hortũ conclusum erũpens, per os
B Pauli fistulã suam, tanquãm verè illa sapiẽtia quæ iuxta beati Iob sententiã trahitur de occultis, in quatuor sese riuos diffudit, & deriuauit in plateas, vbi videlicet & assignat nobis eum factum à deo sapientiã & iustitiam & sanctificationẽ & redemptionẽ. Ex his vtique quatuor riuis tãquam preciosissimis vnguentis, (nil enim obstat vtrũq; intelligi, & aquã & vnctionem: aquam quia mũdant, vnctionem quia fragrãt) ex his inquam quatuor præmissis tanquã vnguentis preciosissimis super mõtes aromatum de cœlestibus speciebus cõfectis, tanta ecclesiæ nares odoris suauitas repleuit, vt mox à quatuor nundi partibus excitata illa dulcedine, supernũ properaret ad sponsum, tanquã verè illa regina Austri festinans à finibus terræ audire sapiẽtiam Salomonis, opinionis siquidem odore prouocata. Sanè & ecclesia non antecurrere valuit in odore sui Salomonis, quoúsq; is qui ab æterno ex patre sapientia erat, factus est ei in tempore à patre sapientia, quò ipsius odorẽ percipere posset. Sic iustitia, sic sanctificatio, sic & redemptio nihilo minus ei factus est, vt horũ quoque in odore currere posset, cum hæc æquè omnia in se ante omnia esset. Nam & in principio quidẽ erat verbum, sed tũc demum ad videndũ ipsum pastores venerũt festinantes, cum nunciatum est factũ. Denique & loquuntur adinuicẽ: Transeamus vsq; Bethleẽ, & videamus hoc verbum quod factum
C est, quod fecit dominus, & ostẽdit nobis. Et sequitur quia venerunt festinantes. Prius nõ se mouebant, dum verbum erat tantum apud deũ. At vbi verbum quod erat, factum est, vbi hoc dominus fecit & ostendit, tunc venerũt festinantes: tunc cucurrerunt. Quomodo ergo in principio erat verbum, sed verbum erat apud deũ, factũ est autem quatenus esse incepe-
M ret & apud homines: sic nihilo minus in principio sapientia erat, erat iustitia, erat sanctificatio & redẽptio: sed angelis, vt esset & hominibus, fecit eum hęc omnia pater, & fecit quod pater. Denique qui factus est, inquit, nobis sapientia à deo, & non ait simpliciter, qui factus est sapientia, sed qui factus est nobis sapientia: quoniã quod erat angelis, factus est & nobis. At angelis, inquis, quomodo redemptio fuerit, non video. Nec enim auctoritas scripturarum vspiam assentire videtur eos aliquãdo aut peccato extitisse captiuos, aut morti obnoxios vt necessariam haberent redemptionem, exceptis dũtaxat illis qui superbiæ lapsu irremediabili corruentes, redimi deinceps non merentur. Si itaque angeli nunquam redempti sunt, alij vtique non egentes, alij non promerentes, illi quidẽ quia nec lapsi sunt, hi autem quia irreuocabiles sunt: quo pacto tu dicis dominum Iesum Christũ eis fuisse redemptionem? Audi breuiter. Qui erexit hominem lapsum, dedit stãti angelo ne laberetur, sic illum de captiuitate erueus, sicut hũc à captiuitate defendens. Et hac ratione fuit æquè vtrique redemptio, soluens illũ, & seruans istũ. Liquet ergo sanctis angelis dominum Christum fuisse redemptionẽ, sicut iustitiã, sicut sapientiã, sicut sanctificationem: & nihilo minus tamen

D hæc ipsa quatuor esse factum propter homines, qui inuisibilia dei non nisi per ea quę facta sunt intellecta cõspicere possunt. Sic ergo omne quod erat angelis, fact° est nobis. Quid? Sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio. Sapientia in prædicatione, iustitia in absolutione peccatorum, sanctificatio in cõuersatione quam habuit cum peccatoribus, redemptio in passione quam sustinuit pro peccatoribus. Vbi ergo hæc à deo factus est, tunc ecclesia odorem sensit, tunc cucurrit. Vide iam quadrifariam vnctionem, vide affluentissimam atque inæstimabilem suauitatem eius quem vnxit pater oleo lętitię præ consortibus suis. Sedẽbas ô homo in tenebrosis & vmbra mortis per ignorãtiam veritatis, sedebas vinctus catenis delictorum. Descendit ad te in carcerem non vt torqueret, sed vt erueret de potestate tenebrarum. Et primò quidẽ veritatis doctor depulit vmbram ignorantiæ tuæ, luce sapientiæ suæ. Per iustitiam deinde quę ex fide est, soluit funes peccatorum, gratis iustificans peccatorem. Quò gemino beneficio impleuit sermonem illum sancti Dauid: Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cęcos. Addidit quoque sanctè inter peccatores viuere, & sic tradere formam vitæ tanquam viæ qua redires ad patriã. Ad cumulum postremò pietatis tradidit in mortem animam suam, & de proprio latere protulit pręcium satisfactionis quo placaret patrẽ: per quod
E illum planè ad se versiculum traxit: Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redẽptio. Prorsus copiosa: quia non gutta, sed vnda sanguinis largiter per quinque partes corporis emanauit. Quid tibi debuit facere, & non fecit? Illuminauit cæcum, soluit vinctum, reduxit erroneum, recõciliauit reũ. Quis non post illum libẽter atque alacriter currat, qui & ab errore liberat, & errata dissimulat, qui deinde merita viuendo tradit, præmia moriendo conquirit? Quam excusationem habet qui in odore horum vnguentorum non currit, nisi ad quẽ fortè odor minimè peruenit? Sed enim in omnem terram exiuit odor vitæ: quoniam misericordia domini plena est terra, & miserationes eius super omnia opera eius. Ergo qui vitalem hanc sparsam vbique fragrantiam nõ sentit, & ob hoc non currit: aut mortuus est, aut putidus. Fragrantia fama est, præuenit opinionis odor, excitat ad currendum, perducit ad vnctionis experimẽtum, ad brauium visionis. Vox vna lætantium, omnium peruenientium: Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutum. Omnino propter mansuetudinem quæ in te prędicatur, currimus post te domine Iesu, audientes quòd non spernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem latronem, non lachrymantem peccatricẽ, non Chananæam supplicantem, non deprehensam in adulterio, nõ sedentem in telonio, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, nõ ipsos crucifixores tuos. In odore horum currimus. Portò sapiẽtiæ tuæ odorem ex eo
F percipimus quod audimus, quia si quis indiget sapientia, postulet eam à te, & dabis ei. Aiũt siquidem quòd des omnibus affluenter, & nõ improperes. At verò iustitiæ tuæ tanta vbique fragrantia spargitur, vt non solum iustus, sed etiam ipsa dicaris iustitia, & iustitia iustificans. Tam validus denique es ad iustificandum, quàm multus ad ignoscendum. Quamobrem quisquis pro peccatis compũctus esurit & sitit iustiam, credat in te qui iustificas impium, & solam iustificatus per fidem, pacem habebit ad deum. Sanctitatem quoque suauissimè & copiosissimè tua redolet non solùm conuersatio, sed & conceptio. Peccatum siquidem non cõmisisti, nec cõtraxisti. Qui ergo iustificati à peccatis sectari desiderant deliberántque sanctimoniam, sine qua nemo videbit deum, audiant te clamãtem: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Considerent vias tuas, & discant à te quia iustus sis in omnibus viis tuis, & sanctus in omnibus operibus tuis. Iam redẽptionis odor quantos currere facit? Cum exaltaris à terra, tunc prorsus omnia trahis ad teipsum. Passio tua vltimum refugium, singulare remedium. Deficiente sapientia, iustitia non sufficiente, sanctitatis succumbentibus meritis, illa succurrit. Quis enim de sua vel sapientia, vel iustitia, vel sanctitate præsumat sufficientiam ad salutem? Nõ quòd sufficientes, inquit, simus cogitare aliquid à nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Itaque cum defece-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grit virtus mea, non conturbor, non diffido, scio quid faciam.
Psal.115.b Calicem salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo. Illu-
Psal. 12.b mina oculos meos domine, vt sciam quid acceptum sit corã
Psal. 24.b te omni tempore, & sapiens sum. Delicta iuuentutis meæ, &
Psal. 85.b ignorantias meas ne memineris, & iustus sum. Deduc me do
& 138.d mine in via tua, & sanctus sum. Veruntamen nisi interpellet
Rom. 8.g sanguis tuus pro me, saluus non sum. Pro his omnibus cur-
rimus post te: dimitte nos, quia clamamus post te. Nec cur-
rimus æqualiter omnes in odore omniũ, vnguentorum, sed
videas alios vehemẽtiùs studiis flagrare sapientiæ, alios ma-
gis ad pœnitentiam spe indulgentiæ animari, alios amplius
ad virtutum exercitium vitæ & cõuersationis eius prouoca-
ri exemplo, alios ad pietatem passionis memoria plus accen-
di. Putamus nos de singulis posse reperire exẽpla? currebant
in odore sapientiæ qui missi fuerant à Phariseis, cum reuersi
dicerent: Nunquã homo sic locutus est. Vtique admirantes
Ioan. 8.c doctrinam, & confitentes sapientiã. Currebat in hoc ipso
Ioan. 3.a odore sanctus Nicodemus, qui venit ad Iesum nocte, in
splendore multo sapientiæ: de multis quippe instructus edo-
ctúsq; recessit. Verùm in odore iustitiæ cucurrit Maria Mag-
Luc. 7.g dalena, cui dimissa sunt peccata multa, quoniã dilexit mul-
tum. Iusta profectò & sancta, & non iam peccatrix quemad-
modũ Pharisæus exprobrabat, nesciens iustitiam seu sanctita
H tem dei esse munus, nõ opus hominis, & quia non modò iu-
stus, sed & beatus cui non imputabit dominus peccatum. An
oblitus erat quomodo vel suam ipsius vel alterius corpora-
lem tangendo leprã fugarat, nõ contraxerat? Sic tactus à pec
Luc. 18.c catrice iustus iustitiã impertit, non perdit: nec sorde peccati,
qua illam mũdat, se inquinat. Cucurrit & Publicanus, qui cũ
propitiationem peccatis suis humiliter imploraret, descẽdit
Luc. 22.g iustificatus, teste ipsa iustitia. Cucurrit Petrus, qui lapsus fle-
uit amarè, quatenus culpam dilueret, recuperaret iustitiam.
Cucurrit Dauid, qui reatum agnoscens & confitens, audire
2. Reg. 12.d meruit: Et dominus transtulit à te peccatum tuum. Porrò in
sanctificationis odore Paulus currere sese testatur, cũ Christi
Philip. 3.d se imitatorem esse gloriatur, dicẽs ad discipulos: Estote imi-
tatores mei, sicut & ego Christi. Cucurrerunt & omnes qui
Mat. 19.d aiebant: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. De-
siderio quippe sequendi Christum reliquerant omnia. Hor-
tatur generaliter vniuersos ad eundem odorem ista sentẽtia:
2. Ioan. 2.a Qui se dicit in Christo manere, debet sicuti ille ambulauit, &
ipse ambulare. Iam qui in odore cucurrerint passionis, si au-
dire vis, vniuersos martyres accipe. En quatuor vngueta assi-
gnata habetis, primũ sapiẽtiæ, secundũ iustitiæ, tertium san-
ctificationis, quartum redemptionis. Tenete nomina, percи-
pite fructum: & compositionis modum, vel numerũ specie-
I rum quibus confecta sunt, nolite requirere. Non enim facilè
Psal. 146. in sponsi vnguentis hæc præsto esse possunt nobis, quẽadmo
Psal. 35.b dum in superioribus illis sponsæ fuerunt. In Christo nempe
rerũ plenitudo est sine numero & sine modo. Nam & sapiẽ-
tiæ eius non est numerus, & iustitia ipsius sicut mõtes dei, si-
cut mõtes æterni: & sanctitas singularis, & redemptio inex-
plicabilis. Dicendum & hoc, & quia frustra huius seculi sa-
pientes de quatuor virtutibus tam multa disputauerũt, quas
tamen apprehendere omnino nequiuerũt, cum illum nesci-
erint, qui factus est nobis à deo sapientia docens prudentiam,
& iustitia delicta donans, & sanctificatio in exemplum tem-
perantiæ continenter viuens, & redemptio in exemplũ pa-
tientiæ fortiter moriens. Fortsitan dicit aliquis: Cætera bene
conueniunt, sed sanctificatio ad temperantiam minus pro-
priè referri videtur. Ad quod respondetur primũ, id esse cõ-
tinentiam, quod temperantiã. Deinde, vsitatum in scripturis
sanctificationẽ pro continentia seu munditia poni. Denique
quid illę apud Moysen tã crebræ sanctificationes aliud erant
quàm quædam purificationes hominũ temperantiũ se cibo,
à potu, à concubitu, hísq; similibus: Sed audi ipsum præcipuè
apostolũ quàm familiare habeat vel vti vel vsurpare sanctifi-
1. The. 4.a cationẽ in hoc sensu. Hæc est, inquit, voluntas dei, sanctifica-
tio vestra, vt sciat vnusquisque vestrum suũ vas possidere in
Ibidem. sanctificatione, & nõ in passione desiderij. Itẽ: Non enim vo
cauit nos deus in immunditiã, sed in sanctificationẽ. Liquet
quòd sanctificationem pro temperantia ponit. Educto itaq;
in lucẽ quod subobscurũ videbatur, redeo ad id vnde digres-
sus eram. Quid vobis cum virtutibus, qui dei virtutẽ Chri- K
stum ignoratis? Vbinam quæso vera prudentia nisi in Chri-
sti doctrina? Vnde vera iustitia nisi de Christi misericordia?
Vbi vera temperantia, nisi in Christi vita? Vbi vera fortitudo
nisi in Christi passione? Soli ergo qui eius doctrina imbuti
sunt, prudentes dicendi sunt: soli iusti, qui de eius misericor-
dia veniam peccatorum consecuti sunt: soli temperantes, qui
eius vitam imitari studeunt: soli fortes, qui eius patientiæ do-
cumenta fortiter in aduersis tenent. Incassum proinde quis
laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperãdas pu-
tat quàm à domino virtutum, cuius doctrina, seminariũ pru-
dentiæ: cuius misericordia, opus iustitiæ: cuius vita, speculũ
temperantiæ: cuius mors, insigne est fortitudinis. Ipsi honor
& gloria in secula seculorum. Amen.

De tribus modis contemplationis circa deum sub figura trium cellarum. Sermo. XXIII.

INtroduxit me rex in cellaria sua. Ecce vnde odor, ecce *Cant. 1.d*
quò curritur. Dixerat quia currendum, & in quo cur-
rendum: sed quò currendum esset, non dixerat. Ergo ad cel-
laria curritur, & curritur in odore qui ex ipsis procedit, spõ-
sa illum solita sua sagacitate præsentiente, & cupiente in ip-
sius plenitudinẽ introduci. Verũ de cellariis his quid sentien-
dum putamus? Cogitemus ea interim loca quædam redo- L
lentia penes sponsum, plena odoramentis, referta deliciis.
In istiusmodi nempe officina potiora quæque ex horto siue
ex agro seruanda reponuntur. Illuc ergo pariter currunt.
Qui? Spiritu feruentes animæ. Currit sponsa, currunt ado-
lescentulæ: sed quæ amat ardentius, currit velocius, & citius
peruenit. Perueniens nõ dico repulsionem, sed nec cunctа-
tionem patitur. Sine mora aperitur ei, tanquam domesticæ,
tanquã charissimæ, tanquã specialiter dilectæ, & singulariter
gratæ. Adolescentulæ autem quid? Sequuntur à lõge. Neque
enim cũ adhuc infirmæ sint pari possunt deuotione cũ spon-
sa currere, nec ipsius omnino imitari desideriũ & feruorem:
ideóque tardius peruenientes, foris remanent. At charitas
sponsæ non quiescit, neque insolescit (vt assolet) successibus
suis vt eas obliuiscatur, consolans magis & hortans ad pa-
tientiã, quatenus æquanimiter & sui ferãt repulsam, & illius
absentiam. Denique & nunciat eis gaudium quod percepit,
non ob aliud sanè nisi vt sibi congaudeant, dũ confidant mi-
nimè alienum fore à se quicquid gratiæ matri accesserit. Nã
nec illa ita proficere curat quo ipsarum negligat curam, nec
iuuãdos suos profectus putat illarum dãno. Quocunq; pro-
inde meritorũ prærogatiua tollatur ab illis, charitate absque
dubio & pia solicitudine necesse est eã semper esse cum illis. M
Oportet deniq; eam spõsum suum imitari, & petẽtem nimi-
rum cœlos, & nihilo minus in terris cum suis se fore vsq; ad
ad consummationem seculi pollicentẽ. Sic & ista quantũuis
proficiat, quantũlibet promoueatur: cura, prouidentia, atque
affectu ab his quas in euãgelio genuit, nunquã amouetur, nũ
quã sua viscera obliuiscitur. Dicat itaq; eis: Gaudete, cõfidite: *Ibidem.*
Introduxit me rex in cellaria sua: putate & vos pariter in-
troductas. Sola introducta videor, sed soli non proderit. Ve-
strum omniũ est meus omnis profectus: vobis proficio, vo-
biscũ partibor quicquid plus fortè vobis meruero. Vis indu-
bitãter scire quia in hoc sensu & affectu locuta sit? Audi quid *Ibidem.*
illę respõdeãt: Exultabimus & lætabinur in te. In te, inquiũt,
exultabimus & lætabimur, nam in nobis necdum meremur.
Et addunt: Memores vberum tuorum: hoc est, æquanimiter *Ibidem.*
sustinemus dum venias, scientes te plenis ad nos reuersũrũ
vberibus. Tunc nos confidimus exultare & lætari, memores
interim vberũ tuorum. Quod adiungunt, super vinũ, signifi- *Ibidem.*
cant se adhuc quidem pro sui imperfectione carnaliũ desi-
deriorum (quæ vino designantur) recordatione pulsari, vinci
tamen eadem desideria memoria abundantiæ suauitatis quã
iam ex vberibus fluentem expertæ sunt. Dicerẽ de vberibus,
si non me satis dixisse superius meminissem. Nunc verò vides
quomodo de matre præsumũt, quomodo eius lucra & gau-
dia sua reputãt, propriæ repulsæ iniuriam illius introductio-
ne consolãtes. Minimè ita confiderent, nisi matrem agnosce-
rent. Audiant hoc prælati qui sibi commissis semper volunt *Psal. 2.b*
esse formidini, vtilitati rarò. Erudimini qui iudicatis terram.
Discite

A Discite subditorum matres vos esse debere, nõ dominos. Stu
dere magis amari quàm metui. Et si interdũ seueritate opus
est, paterna sit, nõ tyrannica. Matres fouendo, patres vos cor-
ripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite feritatem. Suspen-
dite verbera, producite vbera: pectora lacte pinguescant,
non typho turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggra-
uatis, quorum potius onera portare debetis? Cur morsus à
serpente paruulus, fugit conscientiam sacerdotis, ad quem
Gal. 6.a eum magis oportuerat tãquam ad sinum recurrere matris? Si
spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, con-
Ezech. 3.c sideret vnusquisq; seipsum, ne & ipse tentetur. Alioquin il-
le in peccato suo morietur, sanguinem autem eius, ait, de ma
nu tua requiram. Sed hæc alias. Nunc quoniam literæ con-
sequentia ex his quæ prætaxauimus manifesta est, videamus
iam de cellariis quid spiritualiter sentire debeamus. In con-
sequẽtibus mẽtio fit etiam de horto & de cubiculo, quæ am-
bo nunc adiungo istis cellariis, & in præsentem disputatio-
nem assumo. Nam simul tractata, melius ex inuicem innote-
scẽt. Et quęramus (si placet) tria ista in scripturis sanctis, hor-
tum, cellarium, cubiculum. In ipsis nempe libenter deum si-
tiens anima versatur & moratur, sciens se ibi absque dubio
inuẽturam quem sitit. Sit itaque hortus simplex ac plana hi-
storia, sit cellarium moralis sensus, sit cubiculum arcanum
theoricæ contemplationis. Et primùm quidem historiam ad
B hortum puto nõ immeritò deputari, quòd in ea inueniantur
viri virtutum tanquam ligna fructifera in horto sponsi & in
paradiso dei, de quorum bonis actibus ac moribus quot su-
Psal. 1.a mis exempla, tot carpis poma. An fortè quis ambigat dei es-
se plantationem bonum hominem? Audi sanctum Dauid de
viro bono quid canat: Erit, ait, tanquam lignum quod plan-
Hier. 17.b tatum est secus decursus aquarum, quod fructũ suum dabit
in tempore suo, & folium eius non defluet. Audi Hieremiam
eodem spiritu concinentem, & eisdem penè verbis: Erit tan-
quam lignum, inquit, quod plantatum est secus decursus a-
Psal. 91.e quarum, quod ad humorem mittit radices suas, & non time-
Psal. 51.b bit cum venerit æstus. Item propheta: Iustus vt palma flore-
bit, & sicut cedrus libani multiplicabitur. Et de seipso, Ego
autem sicut oliua fructifera in domo dei. Est ergo histo-
ria hortus, & ipsa tripertita. Continetur nanque in ea cœli &
terræ creatio, reconciliatio, & reparatio. Creatio quidem tã-
Esa. 45.d quam horti satio siue plãtatio. Reconciliatio autẽ quasi ger-
minatio satorum vel plantatorum. Tempore nempe suo ro-
rantibus cœlis desuper, & nubibus pluentibus iustum, aperta
Ephes. 2.c est terra, & germinauit saluatorem, per quem facta est cœli
terræque reconciliatio. Ipse est enim pax nostra, qui fecit
vtraq; vnum, pacificans in sanguine suo quæ in terris sunt, &
quæ in cœlis. Porrò reparatio futura est in fine seculi. Erit
enim cœlũ nouum, & terra noua, & colligentur boni de me-
dio malorum, tanquam fructus de horto, in dei promptuaria
Esa. 4.a C reponendi. In die illa (vt scriptum est) erit germen domini in
magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis. Habes igi-
tur tria tẽpora in horto historici sensus. In morali quoque di
sciplina tria æquè aduertere est, cellas quasi tres in cellario
Prou. 9.b vno. Et idcirco forsitan pluraliter cellaria dixit, & non cella-
rium, cellarum videlicet hunc numerum cogitans. Infra de-
nique introductam se gloriatur in cellam vinariam. Nos er-
go quia legimus, Da occasionem sapienti, & sapientior erit:
habentes occasionem ex vocabulo quod spiritus sanctus cel-
lę huic censuit imponendum, reliquis quoq; duabus nomina
imponamus, aromaticam vni, & vnguẽtariam alteri. Causas
horum vocabulorum videbimus postea. Nunc autẽ aduerte
cuncta apud sponsum salubria, cuncta suauia reperiri, vinum,
Iudic. 9.b vnguenta, aromata. Vinum (scriptura teste) lætificat cor ho-
Psal. 103.b minis. Exhilarari nihilo minus facit in oleo legis, quo vtique
puluis pigmentorum infunditur vt vnguenta fiant. Aromata
non modò grata suauitate odoris, sed vi quoque medẽdi vti-
lia sunt. Meritò se introductam illuc exultat sponsa, vbi tan-
ta redũdat vbertas gratiæ. Sed habeo & alia nomina, puto &
euidentiorem sui gerentia rationem. Et vt suo ordine nomi-
nentur, primam nuncupauerim disciplinæ, secũdam naturæ,
postremã gratiæ. In priori discis (iuxta ethicæ partis rationẽ)
inferior esse, in sequenti par, in posteriore superior, hoc est
sub alio, cum alio, super alium. Vel sic: Subesse, coẽsse, præ-
esse, Primò ergo discis esse discipulus, secũdò socius, tertiò & D
magister. Equidem omnes homines natura æquales genuit.
At quoniã bono naturæ in moribus superbia deprauato, fa-
cti sunt homines æqualitatis impatientes, cõtendentes inui-
cem superiores constitui, atq; alterutrum supergredi cupien-
tes, & inanis gloriæ cupidi, inuicem inuidẽtes, inuicem pro-
uocãtes: primò omnium in cella priori iugo disciplinæ insо-
lentia morum domãda est quousque duris ac diutinis senio-
rum attrita legibus humilietur & sanetur ceruicosa volũtas,
bonúmque in se naturæ quod superbiendo amiserat, obediẽ-
do recipiat, dum solo iam naturali affectu, non metu discipli-
næ, cum vniuersis naturæ suæ sociis, id est cum omnibus ho-
minibus socialiter quantum in se est, quietéq; sese habere di-
dicerit, in cellam tãdem naturæ trãsiens, experiénsque quod
scriptum est: Ecce quàm bonum & quàm iucũdum habitare *Psal. 132.a*
fratres in vnum, sicut vnguentum in capite. Accedit nimi-
rum disciplinatis moribus tãquam tritis speciebus oleũ læti-
tiæ bonum naturę, & fit vnguentũ bonum atque iucundum.
Quo quasi vnctus redditur homo suauis & mitis, homo sine
querela, neminem circunueniens, neminẽ concutiens, nemi-
nem lædens, nemini se superextollẽs aut præferẽs, insuper &
libẽter communicans in ratione dati & accepti. Puto si bene
intellexisti vtriusq; cellæ proprietates, nõ incõgruè me hanc
vnguẽtariam, illam aromaticam appellasse testaberis. In illa
deniq; sicut pigmentorum vires atq; fragrantiam pistilli ex- E
torquet & exigit violenta contusio, sic rectorũ morum elicit
quodammodo & exprimit naturalem vim vis magisterij, &
districtio disciplinæ. In hac autẽ volutariæ & tãquam inna-
tæ affectionis grata mãsuetudo sponte officiosa currit, instar
planè vnguenti quod est in capite, ad leuem caloris tactũ de-
scendentis ac diffluentis per totum. Itaque in cella disciplinę
tanquã siccæ ac simplices aromatũ species cõtinentur, & in-
de aromaticã eam denominãdam putaui. In ea verò quæ na-
turæ dicta est, quoniam iam quasi cõfecta reponuntur & ser-
uantur vnguenta, nihilo minus ex re nomẽ & ipsa accipit, vt
vnguẽtaria nuncupetur. Nam vinariã quoq; cellam nõ aliam
sanè sui nominis arbitror ferre rationẽ, nisi quòd in ea vinum
zeli in charitate feruẽtis reconditur. Nec debet omnino præ-
esse aliis qui in eam necdũ meruit introduci. Oportet pror-
sus hoc vino æstuet, qui aliis præsidet, quẽadmodum doctor
gentiũ æstuabat, quãdo dicebat: Quis infirmatur, & ego non *2. Cor. 11.b*
infirmor? Quis scãdalizatur, & ego nõ vror? Alioquin impro
be satis præesse affectas quibus prodesse non curas: & quorũ
non zelas saluterẽ, subiectionem nimis ambitiosè vẽdicas tibi.
Hanc ego cellam quoque gratiæ nominaui, non quòd absq;
gratia vel reliquas duas obtinere omnino quis possit, sed ob
plenitudinẽ quæ singulariter in ista percipitur. Deniq; pleni-
tudo legis est charitas: & qui diligit fratrem, legem impleuit. *Rom. 13.b*
Vidisti rationẽ vocabulorum, vide & differẽtiam cellarũ.
Nec enim paris facilitatis seu facultatis eiusdem est, petulan- F
tes vagósque sensus atque intemperantem carnis appetitum
magistri cõprimere metu, ac rigida disciplinæ cohibere cen-
sura, & spõtaneo affectu bene cum sociis cõuenire: castitatis
sub ferula viuere moribus, & sola magistra volũtate gratum
paribus gerere morẽ. Nam neq; vnius rursum quis dicat esse
meriti, vniúsve virtutis, socialiter viuere, & vtiliter præesse.
Quã multi denique sub præceptore quieti viuunt, quos si iu-
go absoluas, videas non posse quiescere, nec se vllo modo æ-
qualibus seruare innoxios. Itémq; innumeros cernes simpli-
citer ac sine querela inter fratres conuersari, super fratres nõ
solùm inutiliter, sed & insipiẽter & nequiter. Quadã siquidẽ
bona mediocritate cõtenti sunt qui huiusmodi sunt, sicut eis
mensuram gratiæ partitus est deus, minimè quidem egentes
magistro, nec tamen idonei magisterio. Prioribus ergo se-
quentes quidem in moribus antecellunt, sed vtriſq; superio-
res existunt, qui superiores esse sciunt. Deniq; & accipiunt in
promissione qui bene præsunt, cõstitui super omnia bona do
mini sui. At pauci profecto qui vtiliter, pauciores qui & hu-
militer præsunt. Facilè tamẽ vtrunque adimplet qui matrem
virtutum discretionem perfectè adeptus, vino nihilo minus
charitatis vsque ad contẽptum propriæ gloriæ, vsq; ad suiip-
sius obliuionem, & non ad quærẽda quæ sua sunt debriatur,
quod solo ac miro spiritus sancti magisterio intra cellam vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnariam obtinetur. Virtus siquidem discretionis absque charitatis feruore iacet, & feruor vehemens absque discretionis temperamento præcipitat. Ideóque laudabilis cui neutrum deest, quatenus & feruor discretione erigat, & discretio feruorem regat. Ergo taliter oportet esse moratum eum qui præest. Optimum autem in moribus dixerim, & summam disciplinæ huius perfectè apprehendisse, cui totas has cellas absque offendiculo percurrere & circuire donatum est, qui in nullo prorsus aut resistat prioribus, aut inuideat paribus, aut subiectis, vel desit in cura, vel in superbia præsit, prælatis obedies, sociis congruens, subditis vtiliter condescendes. Quod quidem perfectionis insigne haud dubius sponsę annuerim.

Canti 1.a Innuit hoc etiá sermo quę dixit: Quia introduxit me rex in cellaria sua: dū non in vnā aliquā cellam, sed in cellaria pluraliter se introductam ostendit. Iam ad cubiculum veniamus. Quid & istud? Et id me præsumo scire quid sit? Minimè mihi tantæ rei arrogo experientiam, nec glorior in prærogatiua quæ soli seruatur beatæ sponsæ, cautus iuxta illud Græcorum scire meipsum, vt sciam etiá cum propheta, quid desit mihi. Tamē si nihil omnino scirem, nihil dicerem. Quod scio, non inuideo vobis nec subtraho. Quod nescio, doceat

Psa.93.b vos qui docet hominē sciētiā. Dixi, & meministis, in theoricæ contemplationis arcano regis esse quærendum cubiculū. Sed quomodo de vnguentis dixisse me scio, multa videlicet & diuersa penes spōsum ea esse, nec omnia prēsto omnibus, sed sua quibusq; pro diuersitate indulta meritorum: sic quo-

H que non vnum puto cubiculum regi esse, sed plura. Nam nec vna est regina profecto, sed plures, & cōcubinæ multæ sunt, & adolescentularū non est numerus. Et vnaquæque inuenit secretum sibi cum sponso, & dicit: Secretum meum mihi, se-

Esa.24.c cretum meum mihi. Nō omnibus vno in loco frui datur grata & secreta sponsi præsentia, sed vt cuique paratum est à patre ipsius. Non enim nos eum eligimus, sed ipse elegit nos, & posuit nos: & vbi ab eo quisque positus est, ibi est. Denique mulier vna cōpuncta secus pedes domini Iesu sortita est locum, cū altera suæ deuotionis fructum ad caput inuenerit, si tamen altera. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore Petrus in sinu patris, Paul' in tertio cœlo, secreti huius gratiam sunt assecuti. Quis nostrum dignè distinguere sufficiat has varietates meritorum vel potius præmiorum? Ne omnino tamen prēteriisse quod ipsi nouimus videamur, prior mulier strauit sibi in tuto humilitatis, posterior in solio spei, Thomas in solido fidei, Ioannes in lato charitatis, Paulus in intimo sapientię, Petrus in luce veritatis. Sic ergo apud spōsum mansiones multæ sunt, & siue regina, siue concubina, siue etiam de numero sit adolescentularū, congruum quæque pro meritis accipit ibi locum, terminúmq; quousq; liceat sibi contemplando procedere & introire in gaudium domini sui, & rimari dulcia secreta sponsi. quod suo loco distinctius quantum dignabitur ipse suggerere, demonstrare conabor.

Nunc v ero id nosse sufficiat, nulli adolescentularum, nulli cōcubinarum, nulli vel reginarum patere omnino accessum

I ad secretum illud cubiculi quod suæ illi columbæ formosę, perfectę vni vnicum sponsus seruat. Vnde nec ego sanè indignor si non ad illud admittor, præsertim cum cōster mihi ne ipsam quidem sponsam interim adhuc ad omne quod vult

Canti.1.b peruenire secretum. Denique & flagitat indicari sibi vbi pascat, vbi cubet in meridie. Sed audite quousq; peruenerim, aut me peruenisse putauerim. Nec enim iactātiæ deputandū est quod in vestros pando profectus. Est locus apud spōsum de quo sua iura decernit, & disponit cōsilia ipse vniuersitatis gubernator, leges constituens omni creaturę, pōdus & mensuram & numerū. Et locus iste altus & secretus, sed minime quietus. Nam etsi ipse quantum in se est disponit omnia suauiter, disponit tamen, & cōtemplantē qui forte eo loci peruenerit quiescere nō permittit: sed mirabiliter quanuis delectabiliter rimātem & admirātem fatigat, redditq; inquietū.

Pulchrè vtrunque in consequentibus sponsa exprimit, & delectationem videlicet istiusmodi contemplationis, & inquietudinem, vbi & se dormire, & cor suum vigilare fatetur. Nā in somno quidem suauissimi stuporis placidæq; admirationis sentire quietem, in vigiliis verò inquietę nihilo minus curiositatis ac laboriosæ exercitationis pati se fatigationem significat. Hinc beatus Iob, Si dormiero, ait, dico, quādo cō- K surgam? & rursus expectabo vesperam. Sentisne in his ver- *Iob.7.a*
bis sanctam animā velle interdum molestam quodamodo declinare suauitatem, eādémq; rursum suauem molestiam affectare? Non enim dixisset quando consurgam, si ex toto ei quies illa suæ cōtemplationis placuisset: sed & si ex toto displicuisset, nō denuo expectasset horam quietis, id est vesperam. Non igitur locus est iste cubiculi, vbi nequaquam per omnem modum quiescitur. Est item locus de quo super rationalem reprobam quidem creaturam immobilis vigilat secretissima & seuerissima animaduersio iusti iudicis dei terribilis in consiliis super filios hominum. Cernitur inquam à timorato cōtemplatore hoc loco deus, iusto sed occulto iudicio suo reproborum nec diluēs mala, nec acceptans bona, insuper & corda indurans, ne forte doleant & resipiscant & conuertantur, & sanē eos. Et hoc nō absque certa & æterna ratione, quod tantò formidolosius cōstat esse, quātò immobilius fixum extat in æternitate. Pauendum valde quod in propheta de huiusmodi legimus, vbi loquēs ad angelos suos *Esa.26.b*
deus sic ait: Misereamur impio. Quibus pauentibus atque quærentibus: Non ergo discet facere iustitiam? Non, inquit, *Ibidem.*
subdénsq; causam, In terra, ait, sanctorum iniqua gessit, & nō videbit gloriam domini. Timeāt clerici, timeant ministri ecclesiæ, qui in terris sanctorum quas possident, tām iniqua ge- L
runt, vt stipendiis quæ sufficere debeāt, minimè cōtenti, superflua quibus egeni sustentandi forent, minimè sacrilegéque sibi retineant: & in vsus suæ superbiæ atque luxuriæ victum pauperum cōsumere non vereātur, duplici profecto iniquitate peccantes, quòd & aliena diripiūt, & sacris in suis vanitatibus & turpitudinibus abūtuntur. Talibus ergo cum impræsentiarum parcere ac misereri, ne in æternum parcat, cuius iudicia abyssus multa, aduertitur: quis hoc loco requiem quærat? Habet hæc visio tremorem iudicij, non securitatem cubiculi. Terribilis est loc' iste, & totius expers quietis. Totus inhorrui siquando in eum raptus sum, illam apud me replicans cum tremore sentētiam: Quis scit si est dignus amo- *Eccle.9.a*
re, an odio? Nec mirum si titubo ego ibi (folium vtiq; quod *Iob.13.d*
à vento rapitur, & stipula sicca) vbi & maximus ille contemplator suos quoq; fatetur penè motos fuisse pedes, penè ef- *Psal.72.a*
fusos gressus, & dicebat: Zelaui super iniquos, pacem peccatorum vidēs. Quare? In labore, inquit, hominum nō sunt, *Ibidem.*
& cum hominibus non flagellabuntur: ideoque tenuit eos superbia, ne humilientur ad pœnitentiam, sed damnentur propter superbiam cum superbo diabolo & angelis eius. Nā M
qui in labore hominum non sunt, in labore dæmonū profe- *Mat.25.d*
cto erunt, dicēte iudice: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Est tamē dei locus & iste, *Gene.28.b*
planè non aliud quàm domus dei, & porta cœli. Hic nempe *Psal.117.b*
timeri dicitur deus. Hic sanctum & terribile nomen eius, & *Ibidem.*
tanquam ingressus glorię. Initium plane sapientiæ timor do- *Eccles.1.b*
mini. Nec te moueat quod initium sapientiæ huic demū loco dederim, & nō priori. Ibi quippe in quodā quasi auditorio suo docētem de omnibus magistram audimus sapientiā, hic & suscipimus. Ibi instruimur quidem, sed hic afficimur. Instructio doctos reddit, affectio sapientes. Sol non omnes quibus lucet, etiam calefacit. Sic sapiētia multos quos docet quid sit faciendum, non continuo etiā accendit ad faciendū. Aliud est multas diuitias scire, aliud & possidere: nec notitia diuitē facit, sed possessio. Sic prorsus sic aliud est nosse deū, & aliud timere: nec cognitio sapientē, sed timor facit, qui & afficit. Túne sapientem dixeris, quem sua sciētia inflat? Quis *Rom.1.d*
illos sapientes nisi insipientissimus dicat, qui cum cognouissent deum, non tanquā deum glorificauerūt, aut gratias egerunt? Ego magis cum apostolo sentio, qui insipiens cor eorū pronunciat. Et bene initium sapientiæ timor domini: quia tūc primum deus animæ sapit, cum eam afficit ad timēdum, non cum instruit ad sciendū. Times dei iustitiam, times potentiam, & sapit tibi iustus & potens deus: quia timor sapor est. Porro sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut diuitiæ diuitem. Quid ergo prior locus? Tantùm præparat ad sapientiam. Illic præpararis, vt hic initieris. Præparatio, rerum cognitio est. Verum hāc facillime sequitur elationis tumor, si non reprimat timor, vt meritò dicatur: Initium sapienæti

A pientiæ timor domini, qui se pesti insipientiæ primus opposuit. Ibi itaque quidam accessus est ad sapientiā, hic & ingressus. Porrò nec hic nec ibi speculanti perfecta est quies: quia illic deus apparet tanquam solicitus, hic tanquam turbatus. Non ergo cubiculum quęsieris in his locis, quorum alter auditorium quasi docētis, alter prætoriū iudicis magis apparet.

Sed est locus vbi verè quiescens & quietus cernitur deus, locus omnino non iudicis, nó magistri, sed sponsi: & qui mihi quidem (nam de aliis nescio) planè cubiculum sit, siquando in illum contigerit introduci. Sed heu rara hora, & parua mora. Clarè ibi agnoscitur misericordia domini ab æterno & vs- *Psal.118.b*
que in æternum super timentes eum. Et felix qui dicere potest: Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Stat propositum dei, stat sententia pacis super timentes eum, ipsorum & dissimulans mala, & remunerans bona, & miro modo eis non modo bona, sed & mala *Psal.31.a*
cooperentur in bonum. O solus verè beatus, cui non imputauit dominus peccatum. Nam qui non habuerit peccatum, *Rom.3.c*
nemo. Omnes enim peccauerunt, & omnes egent gloria dei. *Rom.8.f*
Quis accusabit tamen aduersus electos dei? Sufficit mihi ad omnem iustitiam solum habere propitium, cui soli peccaui. Omne quod mihi ipse non imputare decreuerit, sic est quasi non fuerit. Non peccare, dei iustitia est: hominis iustitia, in- *1.Ioan.3.b*
dulgentia dei. Vidi hæc, & intellexi illius sententiæ veritatem:

B Omnis qui natus est ex deo, non peccat: quia generatio cœlestis seruat eū. Generatio cœlestis, æterna prædestinatio est, *Psal.62.a*
qua electos suos deus dilexit & gratificauit in dilecto filio suo ante mundi constitutionem, sic in sancto apparētes sibi, vt viderent virtutem suam, & gloriam suam, quò eius forent consortes hæreditatis, cuius & appareret conformes imaginis. Hos ergo aduerti quàsi nunquam peccasse, quoniam & si qua deliquisse videntur in tempore, non apparent in æter- *Psal.31.a*
nitate: quia charitas patris ipsorum cooperit multitudinem peccatorum: & dixi beatos, quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: cum subitò tanta mihi quoq; de me suborta fiducia, & infusa lætitia est, quantus certè in loco horroris, id est in loco secundæ visionis non præcesserat *Psal.105.a*
timor, ita vt mihi visus sim tanquam vnus ex illis beatis esse. O si durasset. Iterum iterúmque visita me domine in salutari tuo, ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandū in lætitia gentis tuæ. O veræ quietis locus, & quem immeritò cubiculi appellatione censuerim, in quo deus non quasi turbatus ira, nec velut distentus cura prospicitur, sed probatur voluntas eius in eo bona & beneplacens & perfecta. Visio ista non terret, sed mulcet: inquietam curiositatem nō excitat, sed sedat: nec fatigat sensus, sed tranquillat. Hic verè quiescitur. Tranquillus deus tranquillat omnia, & quietum aspicere quiescere est. Cernere est regem post diurnas forenC sium quasi lites causarum, dimissis à se turbis, curarum molestias declinantem, petentem de nocte diuersorium, cubiculū introeuntem cum paucis, quos hoc secreto & hac familiaritate dignatur, eò certè securius, quò secretius quiescentem: eo serenius se habentem, quo placidius solos intuētem quos diligit. In hoc arcanum & in hoc sanctuarium dei si quem fortè vestrum aliqua hora sic rapi & sic abscondi contigerit, vt minime auocet aut perturbet vel sensus egēs, vel cura pungens, vel culpa mordens, vel ea certè quę difficilius amouentur irruentia imaginum corporearum phantasmata: poterit *Canti.1.d*
quidem hic cum ad nos redierit, gloriari & dicere: Introduxit me rex in cubiculum suum. Quod tamen an ipsum sit de quo exultat sponsa, non temerè affirmauerim. Est tamen cubiculum, & cubiculum regis: quia nimirum de tribus quos triplici assignauimus visioni, solus factus est in pace locus iste. Vt enim apertè monstratum est, & in in priori exigua, & in secundo nulla percipitur quies, cum & illic apparens admirabilis, ad indagandi studium exerceat curiositatem: & hic innotescens terribilis, infirmitatem concutiat. At verò tertio isto in loco non planè terribilis, nec tam admirabilis quàm amabilis apparere dignatur, serenus & placidus, suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus intuentibus se. Iam vt horum quæ de cellario, horto, cubiculo, longiori sunt dispu- D
tata sermone, memoria vestra compendium teneat: memento trium temporum, trium meritorum, triū quasi præmiorum. In horto aduerte tempora, merita in cellario, præmia in triplici illa contemplatione cubiculum inquirentis. Et de cellario quidem ista sufficiant. Porrò de horto vel cubiculo si qua addenda, aut alia forte quàm dicta sint modo, aduertenda occurrerint, loco suo non prætereamus. Sin autem, sufficiant quæ dicta sunt, & minimè iterentur, ne vnquam in fastidium (quod absit) veniāt ea quæ proferuntur ad laudem & gloriam sponsi ecclesiæ domini nostri Iesu Christi, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Hic ostenditur qualiter beatus Bernardus diu distulerit prosequi præsens opus, propter schisma quod in ecclesia suscitauerat Petrus Leo contra verum papam Innocentium secundum: tandem diuina clemētia suffragante, beatus Bernardus ipsum schisma sedauit: & omnes ecclesiæ aduersarios, mortuo Petro Leone, eum papa Innocentio pacificauit: & postmodum ad opus hoc, quod intermiserat, repedauit. Sermo XXIIII.

HOc demum tertiò fratres reditum ab vrbe nostrum clementior oculus è cœlo respexit, & vultus tandem serenior desuper arrisit nobis, quieuit Leonina rabies, finem accepit malitia, ecclesiā pacem recepit. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, qui eam per hoc fermè octēnium diro schismate conturbarat. Num verò ego gratis de tantis periculis ero redditus vobis? Vestris desideriis donatus sum, vestris me profectibus paro: quorum viuo meritis, volo viuere studiis & saluti. Quòdque dudum cœpta in Canticis me exequi vultis, libenter quidem accipio, & dignum arbitror interruptum potius resarcire sermonē, quàm noui ordiri quippiam. Vereor autē ne desuetum per id temporis animum & distentum diu habitum, non solùm ad tam diuersa, sed etiam ad tam indigna, dignitas materiæ prout oportet non admittat. Sed si quod habeo, hoc vobis do: poterit & fideli obsequio meo deus etiam quod non habeo dare vt dem. Si non, culpetur sanè ingenium, non voluntas. Locus autem vnde incipere debemus (nisi fallor) iste est: Recti di- *Cant.1.c*
ligunt te. Quod antequam explanare incipiamus quid sit, videamus cuius sit, quisnam hoc videlicet dicat. A nobis nanque exigitur quod auctor non loquitur. Et fortasse melius adolescentulis id damus, vt suis verbis & hoc addant: Recti diligunt te. Et cui hoc potissimum personæ congruere iudicamus? Si adolescentuli, matri sine dubio id loquuntur. Siquidem cum dixissent ei, Exultabimus & lætabimur in te, *Ibidem.*
memores vberum tuorum super vinum: (nec dubiū quin matri loquerentur) continuato sermone hoc quoque intulerunt: Recti diligunt te: puto propter aliquas de numero ipsarum, quæ nō idem saperent, licet pariter currere viderentur, quæ sua sunt quærentes, & non ambulantes simpliciter neq; sincerè, sed speciali gloriæ matris inuidentes, & captantes occasionem murmurandi aduersus eam, ex eo nimirum F
quòd sola in cellaria introisset. Quod non est aliud nisi quod apostolus ait: Periculum in falsis fratribus. Ipsæ sunt denique quibus exprobrantibus subinde pro se satisfacere cogi- *2. Cor.11.f*
tur, vbi eis ita respondet: Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem. Itaque propter murmurantes & blasphemantes di- *Cant.1.b*
citur ab his quæ bonæ, quæ simplices, quæ humiles & mansuetæ sunt, ab his inquam dicitur sponsæ, consolandi gratia: Recti diligunt te. Non sit tibi, inquiunt, cura de iniqua reprehensione blasphemarum harum, cum constet quia recti diligunt te. Bona profecto consolatio cum blasphemamur à malis bene facientes, si recti diligāt nos. Omnino sufficit aduersus os loquētium iniqua, opinio bonorū cum testimonio conscientię. In domino laudabitur anima mea, audiant man- *Psal.33.a*
sueti, & lætentur. Mansueti, inquit, lætentur: mansuetis placeam, & æquanimiter audio quicquid in me iactare voluerit liuor perditarum. Ergo in hoc sensu puto appositum, Recti diligunt te. Nec absurdè, vt æstimo cū vbique penè in choro adolescētularum tales inueniam quæ acta spōsæ curiosè obseruent, derogandi non imitandi causa. Torquentur in bonis seniorum suorum, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, cōuenire sibi & sedere pariter, mōxque laxare procaces linguas in detestandum susurrium. Vna vni coniungitur, nec spiraculum incedit in eis: tanta est libido detrahendi, audien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dive detrahentem. Ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordes ad discordiam. Conciliant inter se inimicissimas amicitias & pari consentaneę malignitatis affectu celebratur odiosa collario. Haud secus egere quondam Herodes & Pilatus, de quibus narrat euãgelium, quia facti sunt amici in illa die, hoc est, in die dominicę passionis. Conuenientibus sic in vnum, non est dominicam cœnam manducare, sed magis propinare & bibere calicem dæmoniorum, dum importãtibus linguis aliorum perditionis virus, aliorum aures intrantem mortem libenter excipiũt. Sic quippe (iuxta prophetam intrat mors per fenestras nostras, cum prurientes auribus & oribus lethale poculum detractionis inuicẽ nobis ministrare contendimus. Non veniat anima mea in consilio detrahentium: quoniã deus odit eos, dicente apostolo: Detractores deo odibiles. Quam sententiam deus ipse loquẽs in psalmo, audi quomodo affirmat: Detrahẽtẽ, inquit, secretò proximo suo, hunc persequebar. Nec mirum, cum id præcipuè vitium charitatem quę deus est, & quidem cęteris acrius, impugnare & persequi cognoscatur, quemadmodum vos quoque potestis aduertere. Omnis qui detrahit, primum quidẽ seipsum prodit vacuum charitate: deinde quid aliud detrahẽdo intendit, nisi vt is cui detrahit, veniat in odiũ vel cõtemptum ipsis apud quos detrahit? Ferit ergo charitatem in omnibus qui se audiunt, lingua maledica: & quantũ in se est, nencat funditus & extinguit: nõ solùm autem, sed & in absentibus vniuersis ad quos volans verbum forte per eos qui prẽsentes sunt peruenire cõtigerit. Vides quàm facilè & in breui ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe malitiæ huius inficere possit? Propterea dicit de talibus propheticus spiritꝰ. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem. Vtique tam veloces, quàm velociter currit sermo. Vnus est qui loquitur, & vnum tantum verbũ profert, & tamen illud vnum verbum vno in momento multitudinis audientium dum aures inficit, animas interficit. Cor siquidem felle liuoris amarum, per linguę instrumentum spargere nisi amara non potest dicente domino: Ex abundantia cordis os loquitur. Et sunt species pestis huius, dum alij quidem nudè atque irreuerenter vti in buccam venerit, virus euomant detractionis. Alij autem quodam simulatæ verecundiæ fuco conceptam malitiam quam retinere nõ possunt, adumbrare conãtur. Videas prẽmitti alta suspiria, sicq; quadam cum gratuitate & tarditate, vultu mœsto, demissis superciliis, & voce plangenti egredi maledictionem, & quidẽ tantò persuasibiliorem, quantò creditur ab his qui audiunt, corde inuito, & magis condolentis affectu, quàm malitioso proferri. Dolco, inquit, vehementer, pro eo quòd diligo eũ satis, & nunquam potui de hac re corrigere eum. Et alius: Mihi quidem, ait, bene compertum fuerat de illo istud, sed per me nunquã innotuisset. At quoniam per alterum patefacta est res, veritatem negare non possum: dolens dico, reuera ita est. Et addit: Grãde damnum. Nam aliàs quidem in pluribus valet, cæterũ in hac parte (vt verum fateamur) excusari minime potest. His paucis aduersus maligniſſimum vitiũ commemoratis, reuertamur ad explanãdi ordinem, & demonstremus qui sint hoc loco intelligendi recti. Nõ enim arbitrõr sentire quempiam rectę intelligentię, secundũ corpus rectos dici eos qui sponsam diligunt. Propterea demõstranda à nobis est spiritualis, id est, animi cordisve rectitudo. Spiritus est qui loquitur, spiritualibus spiritualia comparans. Ergo secundum animũ nõ secũdum terrenam & feculentam materiam deus hominem rectum fecit. Ad imaginem quippe & similitudinem suam creauit illum. Ipse verò, quemadmodũ psallis, rectus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. Rectus itaq; deus rectum fecit hominem, similẽ sibi id est sine iniquitate, sicut non est iniquitas in eo. Porrò iniquitas cordis est, non carnis vitium: vt per hoc noueris in spirituali portione tui, & non in crassa luteaque substantia Dei similitudinem conseruandam fore, siue reparãdam. Spiritus enim est Deus, & eos qui volũt similes ei vel perseuerare, vel fieri, oportet intrare ad cor atque in spiritu id negocij actitare: vbi reuelata facie speculantes gloriam Dei, in eandem imaginem transformẽtur, de claritate in claritatem, tanquã à domini spiritu. Quãquam & corporis staturam dedit homini deus rectã, forsitan vt ista corporea exterioris viliorisque rectitudo figmẽti, hominem interiorem illum qui ad imaginem Dei factus est, spiritualis suæ seruandæ rectitudinis admoneret, & decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecẽtius quàm curuum recto corpore gerere animũ? Peruersa res est & fœda, luteum vas quod est corpus de terra, oculos habere sursum, cœlos liberè suspicere, cœlorúmque luminaribus oblectare aspectus: spiritualem verò cœlestémq; creaturam suos econtrario oculos, id est internos sensus atq; affectus, trahere in terram deorsum, & quę debuit nutriri in croceis, hærere in luto tãquam vnam de suibus, amplexariq; stercora. Erubescę anima mea diuinam in pecorinam commutasse similitudinem. Erubescę volutari in cœno, quę de cœlo es. Erubescę anima (sait corpus) in mei cõsideratiõe. Creata similis creanti recta, me quoq; accepisti adiutorium simile tibi, vtiq; secũdum lineamenta corporeæ rectitudinis. Quocũq; te vertas, siue ad deum sursum, siue ad me deorsum (nemo siquidẽ carnem suã vnquam odio habuit) vbiq; occurrit tibi species decoris tui, vbiq; pro statu tuæ dignitatis habes de magisterio sapiẽtię familiarem admonitionem. Me ergo meã (quam tui gratia accepi) retinente & seruãte prærogatiuam, tu quomodo non confunderis amisisse tuam? Cur suam in te condi tor intuetur abolitam similitudinem, cũ tuam in me tibi cõseruet, assiduéq; repræsentet? Iam omne adiutoriũ quod tibi ex me debebatur, vertisti tibi in confusionem: abuteris obsequio meo: indigne humanum corpus inhabitas, brutus & bestialis spiritus. Ittiusmodi ergo curuæ animę non possunt diligere sponsam, quoniã non sunt amicæ sponsi, cũ sint mundi. Qui vult, inquit, amicus esse huius mũdi, inimicus dei cõstituitur. Ergo quærere & sapere quę sunt super terram, curuitas animæ est: & è regione meditari ac desiderare quę sursum sunt, rectitudo. Et hanc rectitudinem, vt sit perfecta in omnibus, inueniri necesse est sensu atque consensu. Illum verò rectum corde dixerim, qui & recte in omnibus sentiat, & à recto quod senserit, in nullo dissentiat. Ecce de quibus dicitur ad spõsam: Recti diligunt te. Qui videlicet in omnibus & recte & recto acquiescunt. Rectum reuera te dixerit, si rectè in omnibus sentias, & factis non dissentias. Inuisibilis animi statum nũciet fides & actio. Rectum iudica, si fide catholicum, & iustũ opere probaueris. Si quò minus, cutuum censere nõ dubites. Sic nempe habes: Si recte offers, & recte non diuidis, peccasti. Recte quidem quodcunq; horũ offers, recte autem ab alterutro ea non diuidis. Noli esse rectus oblator, & prauus diuisor. Quid diuidis actum à fide? Iniquè diuidis, fidem perimẽs tuam. Nam fides sine operibus mortua est. Munus mortuum offers deo? Si enim quædam anima fidei, ipsa deuotio est, quid fides quę nõ operatur ex dilectione, nisi cadauer exanime? Bene honoras deum munere fœtido? bene placas tuę fidei interfector? Quomodo hostia pacifica, vbi tam sæua discordia est? Non mirum si Cain insurrexit in fratrem, qui suam prius occiderat fidem. Quid miraris ô Cain, si ad tua nõ respicit munera, qui te despicit? Nec hoc mirum si non respicit ad te, qui ita diuisus es in te. Si manum deuotioni, quid animum das liuori? Nõ cõcilias deum tibi, discors tecum. Non placas, sed peccas: etsi nõdum quidem impiè feriendo, sed tamen diuidendo non rectè. Etsi necdum fratricida, iam tamen fideicida teneris. Nunquid rectus vel quando manum porrigis deo, cuius cor in terram trahit liuor & fraternum odium? Quomodo rectus, cuius fides mortua, cuius opus mors, cuiꝰ nulla deuotio, amaritudo multa? Erat quidem in offerente fides, sed non in fide dilectio. Recta oblatio, sed crudelis diuisio. Mors fidei est separatio charitatis. Credis in Christum? fac Christi opera, vt viua fides tua. Fidem tuam dilectio animet, probet actio. Non incuruet terrenum opꝰ, quem fides cœlestium erigit. Qui te dicis in Christo manere, debes sicut ipse ambulauit, & tu ambulare. Quod si propriam gloriam quæris, florenti inuides, absenti detrahis, reponis lædenti te: hoc Christus non fecit. Confiteris te nosse deum, factis autem negas? Non rectè plane, sed impiè linguam Christo, animam dedisti diabolo. Audi ergo quid dicat: Homo iste labiis me honorat, cor autem eius longe est à me. Non es profecto rectus, qui tam non recte

A cte diuidis. Non potes attollere caput pressum diaboli iugo. Non te surrigere præuales, cui dominatur iniquitas. Iniquitates tuæ supergressæ sunt caput tuum, & sicut onus graue grauatę sunt super te. Iniquitas denique sedet super talẽtum plumbi. Vides quòd non faciat hominem rectum fides etiam recta, quæ non operatur ex dilectione? At qui sine dilectione est, non habet vnde diligat sponsam. Sed nec opera quamuis recta rectum cor efficere sufficiunt sine fide. Quis enim rectum dicat hominem non placentem deo? Sine fide autem impossibile est placere deo. Qui non placet deo, non potest illi placere deus. Nam cui placet deus, deo displicere non potest. Porrò cui non placet deus, nec sponsa eius. Quomodo ergo rectus qui nec deum diligit, nec ecclesiam dei, cui dicitur: Recti diligunt te? Si ergo nec fides sine operibus, nec opera sine fide sufficiunt ad animi rectitudinem: nos qui in Christum credimus fratres, rectas studeamus facere vias nostras, & studia nostra. Leuemus corda nostra cum manibus ad deum, vt toti recti inueniamur, fidei nostræ rectitudinem rectis actibus comprobãtes, dilectores spõsæ, dilecti à sponso Iesu Christo domino nostro, qui est deus benedictus in secula, Amen.

Psal.37.a
Hebr.11.d
Cant.1.a

De nigredine & formositate sponsæ, id est ecclesiæ, quid sint. Sermo XXV.

B Ecce quod dixeram in sermone, quia æmulis lacessentibus sponsa respondere cogatur, quæ corpore quidem de numero adolescentularum esse videntur, animo autem longè sunt. Ait nempe: Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem. Patet quòd detraherent ei, nigredinem improperantes. Sed aduerte sponsæ patientiam ac benignitatem. Non modò enim non reddidit maledictum pro maledicto, sed insuper benedixit, filias Hierusalem vocans, quæ magis pro sua nequitia filiæ Babylonis, vel filiæ Baal, aut si quod aliud nomen improperij occurrisset, appellari meruerant. Sane dicerat à propheta, imò ab ipsa vnctione quæ docet suauitatem, calamum quassatum non conterendum, & linum fumigans non extinguendum. Propterea non putauit ampliùs irritandas satis commotas per se, nec quicquam addendum stimulis inuidiæ qua torquebantur. Magis autem cum his qui oderunt pacem, studuit esse pacifica, sciens se etiam insipientibus debitricem. Maluit ergo ipsas fauorabili demulcere vocabulo, quia curæ fuit ei infirmarum potius operam dare saluti, quàm propriæ vltioni. Omnibus quidem optanda est ista perfectio, priorè autem optimorum forma est prælatorum. Sciũt quippe boni fideléſque præpositi languentiũ sibi creditam animarum curam, nõ pompam. Cúmque internum murmur cuiuspiam illarum quęrulæ vocis indicio deprehendunt, etsi in ipsos vsque ad conuitia & contumelias prorumpẽtis, medicos se & non dominos agnoscentes parant confestim aduersus phrenesim animæ non vindictam, sed medicinam. Hæc igitur ratio cur sponsa filias Hierusalem dicat eas ipsas quas maleuolas sustinet atque maledicas, videlicet vt in blando sermone deliniat murmurantes, commotionem sedet, sanet liuorem. Scriptum est enim: Lingua pacifica compescit lites. Aliàs vero filiæ reuera Hierusalem quodammodo sunt quę huiusmodi sunt: nec falso ita eas nominat sponsa. Siue enim propter sacramenta ecclesiæ, quæ indifferẽter quidem cum bonis suscipiunt, siue propter fidei æquè communem confessionem, siue ob fidelium corporalem saltem societatem, seu etiã propter spem futuræ salutis, (à qua omnino non sunt quandiu hic viuunt, vel tales desperandæ, quantumlibet viuant desperatæ:) non incongruè filię Hierusalem nominantur. Videamus iam quid illud fuerit dicere: Nigra sum, sed formosa. Nullàne in his verbis repugnantia est? Absit. Propter simplices dico, qui inter colorem & formam discernere non nouerunt, cum forma ad compositionem pertineat, nigredo color sit. Non omne denique quod nigrum est, continuò deforme est. Nigredo (verbi causa) in pupilla non dedecet. Et nigri quidam lapilli in ornamentis placent. Et nigri capilli cãdidis vultibus etiam decorem augent & gratiam. Sic tibi quoque facilè aduertere est in rebus innumeris. Quãquam sine numero sunt quæ in superficie quidem reperies decoloria: in compositione vero decora. Tali fortassis modo potest sponsa cum pulchritudine vtique compositionis, næuo non carere nigredinis, sed sanè in loco peregrinationis suæ. Alioquin erit cum eam sibi in patria exhibebit sponsus gloriæ gloriosam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. At verò nunc si diceret quia nigredinem nõ haberet, seipsam seduceret, & veritas in ea non esset. Quamobrem ne mireris quia dixit: Nigra sum: & rursum nihilo minus quia formosa sit gloriatur. Quomodo enim nõ formosa, cui dicitur: Veni formosa mea? Cui autem dicitur, Veni, nondum peruenerat: ne fortè quis puret hoc dictum, non quidem huic nigræ quæ adhuc laborat veniendo in via, sed beatę illi quę iam prorsus absque nigredine regnat in patria. Sed audiamus vnde nigram, & vnde formosam se dixerit. An nigram quidem ob tetram conuersationem quam prius habuit sub principe huius mundi, imaginem terrestris hominis adhuc portans: formosam verò de cœlestis similitudine quam postea commutauit ambulans iam in nouitate vitæ? Sed si hoc est: cur nõ magis de præterito, nigra fui, & non nigra sum, dicit? Si cui tamen placet hic sensus: id quod sequitur, Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis: sic oporteret intelligi, vt de veteri quidẽ conuersatione Cedar, de noua verò Salomonis se dixerit tabernaculum. Hoc enim esse pelles quod tabernaculum, prophetа ostendit dicens: Repente vastata sunt tabernacula mea: subitò pelles meæ. Prius igitur nigra sicut vilissima tabernacula Cedar: postea formosa sicut pelles glorioſi regis. Sed videamus quomodo ad statum potius vitæ potioris vtrunq; respiciat. Si consideremus habitum exteriorem sanctorum, eum qui in facie est, quàm sit humilis vtique & abiectus, & quadam neglectus incuria, cum tamẽ identidem intus reuelata facie gloriam dei speculãtes, in eandem imaginem transformentur de claritare in claritatem, tanquam à domini spiritu: nónne vnaquælibet talis anima meritò nobis videbitur posse respondere exprobrantibus sibi nigredinem: Nigra sum, sed formosa? Vis tibi denique demonstrem animam & nigram pariter & formosam? Epistolæ (inquiũt) graues sunt: sed præsentia corporis infirma, & sermo cõtemptibilis. Paulus hic erat. Itáne Paulum ô filiæ Hierusalem, de præsentia corporis æstimatis, & tãquam decolorem deformẽmq; contemnitis, quia cernitis homunculum afflictari in fame & siti, in frigore & nuditate, in laboribus plurimis, in plagis supra modum, in mortibus frequenter? Hæc sunt quæ denigrant Paulum. Pro huiusmodi doctor gentium reputatur inglorius, ignobilis, niger, obscurus, tanquam denique peripsema huius mundi. Enimuero nónne ipse est qui rapitur in paradisum, qui vnum alterúmque perambulans, vsque ad tertium sui puritate penetrat cœlum? O verè pulcherrima anima, quam etsi infirmum inhabitãtem corpusculum, pulchritudo cœlestis admittere nõ despexit, angelica sublimitas nõ reiecit, charitas diuina non repulit: hanc vos dicitis nigram? Nigra est, sed formosa, filię Hierusalem. Nigra vestro, formosa diuino angelicóq; iudicio. Et si nigra est, forinsecus est. Sibi autem pro minimo est vt à vobis iudicetur, aut ab his qui secundum faciem iudicãt. Homo siquidẽ videt in facie, deus autem intuetur cor. Propterea etsi nigra foris, sed intus formosa, vt ei placeat cui se probauit. Non enim vobis, quibus si adhuc placeret, Christi seruus non esset. Felix nigredo, quæ mentis candorẽ parit, lumẽ scientiæ, conscientiæ puritatem,

Audi denique quid per prophetam deus promittat istiusmodi nigris, quos aut humilitas pœnitẽtiæ, aut charitatis zelus, tanquã solis æstus decoloralsse videtur. Si fuerint, ait peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Nõ planè contemnenda in sanctis ista nigredo extera, quæ candorem operatur internum, & sedẽ proinde præparat sapientiæ. Candor est enim vitæ æternæ sapientia, vt sapiens diffinit: & candidam oportet esse animam in qua ipsa sedẽ elegerit. Quod si anima iusti sedes est sapientiæ, haud dubie dixerim animam iusti esse candidam: & fortassis iustitia ipsa candor est. Iustus autem erat Paulus, cui reposita fuerat corona iustitiæ. Candida proinde Pauli anima erat, & sapientia sedebat in ea, ita vt sapientiam loqueretur inter perfectos, sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo principum mundi huius

Luc.23.b
1.Cor.11.d
Hiere.9.g
Roma.1.d
Psa.100.a
Ephes.5.f
Iacob.4.b
Psal.13.b
Ibidem.
Luc.6.g
Psa.91.c
Gene.4.d
Iacob.2.b
Gene.4.b
Act.13.d
Mar.7.b
Cant.1.b
Esa.42.a
Psal.119.b
Prou.15.d
Hier.4.e
Esa.1.c
Sapien.7.b
2.Tim.4.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gagnouit. Portò hũc in eo sapiẽtiæ iustitiǽque candorem nigredo illa exterior de præsentia corporis infirma, de laboribus plurimis, de iciuniis ac vigiliis multis, aut operabaſ, aut promerebatur. Ideóque & quod nigrum eſt Pauli, ſpecioſi' eſt omni ornatu extrinſeco, omni etiã regio cultu. Nõ comparabitur ei quantalibet pulchritudo carnis, nõ cutis vtique nitida & arſura, non facies colorata vicina putredini, nõ veſtis prẽcioſa obnoxia vetuſtati, non auri ſpecies ſplendórve gemmarum, ſeu quęque talia, quę omnia ſunt ad corruptionem. Meritò proinde omnis cura ſanctorum, ſpreto ornatu cultúque ſuperfluo exterioris ſui hominis, qui certe corrumpitur, omni ſe diligentia præbet & occupat excolẽdo ac decorando interiori illi qui ad imaginem dei eſt, & renouatur de die in diem. Certi ſunt enim deo non poſſe eſſe quicquam acceptius imagine ſua, ſi proprio fuerit reſtituta decori. Propterea & omnis gloria eorum intus non foris eſt, hoc eſt nõ in flore fœni, aut in ore vulgi, ſed in domino. Vnde & dicunt: Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientię noſtræ, quòd conſcientiæ ſolus ſit arbiter deus: cui ſoli placere deſiderãt: & cui placere, ſola vera & ſumma gloria eſt. Non mediocris planè gloria illa quæ intus eſt, in qua gloriari dignatur & dominus gloriæ, dicẽte Dauid: Omnis gloria eius filię regis ab intus. Et tutior ſua, cuiq; gloria dum habet eam in ſemetipſo, & non in altero. At non in ſolo fortaſſis cãdore interno, ſed in exteriori quoque nigredine gloriãdum, ne quid omnino ſanctis depereat, ſed omnia cooperẽtur in bonum Non ſolum igitur in ſpe, ſed, & gloriari in tribulationibus. Libẽter, ait, gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Optãda infirmitas, quæ Chriſti virtute compenſatur. Quis dabit mihi non ſolum infirmari, ſed & deſtitui ac deficere penitus à memetipſo, vt domini virtutum virtute ſtabiliar? Nam virtus in infirmitate perficitur. Denique ait: Quando infirmor, tunc fortis ſum & potens. Quod cum ita ſit, pulchrè ſponſa conuertit ſibi ad gloriam, quod ei pro opprobrio ab æmulis intorquetur, non modò formoſam, ſed & nigram eſſe ſe glorians. Non enim erubeſcit nigredinẽ, quam nouit præceſſiſſe & in ſponſo: cui ſimilari, quantæ etiam glorię eſt? Nil ſibi glorioſius proinde putat, quàm Chriſti portare opprobriũ. Vnde vox illa prorſus exultationis & ſalutis: Abſit mihi gloriari, niſi i cruce domini mei Ieſu Chriſti. Grata ignominia crucis ei qui crucifixo ingratus non eſt. Nigredo eſt, ſed forma & ſimilitudo domini. Vade ad ſanctum Eſaiam, & deſcribet tibi qualem in ſpiritu illum viderit. Quem namque alium dicit virum doloris & ſciẽtem infirmitatem, & quia non erat ei ſpecies neque decor? Et addidit: Nos putauimus eum tanquã leproſum, & percuſſum à deo & humiliatum: ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: & liuore eius ſanati ſumus. Ecce vnde niger. Iunge & illud ſancti Dauid: Speciоſus forma præ filiis hominum, & habes totum in ſponſo quod ſponſa de ſe hoc in loco teſtata eſt. Num tibi rectè & ipſe videtur ſecundũ ea quę dicta ſunt Æmulis poſſe reſpõdere Iudæis: Niger ſum ſed formoſus, filij Hieruſalem? Niger planè: cui non erat ſpecies neque decor. Niger, quia vermis, & non homo, opprobrium hominũ & abiectio plebis. Denique ſeipſum fecit peccatum, & nigrũ dicere verear? Intuere ſanè pannis ſordidum, plagis liuidum, illitum ſputis, pallidum morte, & nigrum vel tunc profectò fatebere. Pereuntem etiam apoſtolos eundem ipſum qualẽ in mõte perſpexerint, aut certe angelos in qualem proſpicere concupiſcant: & nihilo minus formoſum mirabere. Ergo formoſus in ſe, niger ꝓpter te. Quàm formoſum & in mea forma te agnoſco domine Ieſu, non ob diuina tantũ quibus effulges miracula, ſed & propter veritatem & manſuetudinẽ & iuſtitiam. Beatus qui te in his hominẽ inter homines cõuerſantem diligenter obſeruans, ſeipſum præbet pro viribus imitatorem tui. Hoc iam beatitudinis munus formoſa tua primitias ſuæ dotis accepit, nec quod formoſum eſt tui, imitari pigra, nec quod nigrum, ſuſtinere confuſa. Vnde & dicebat: Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalẽ. Et addidit ſimilitudinem, Sicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis. At iſtud obſcurũ eſt, nec attingẽdum omnino fatigatis. Habetis tempus ad pulſandum. Si nõ diſſimulatis, aderit qui reuelat myſteria: nec cunctabitur aperire, qui & ad pulſandum inuitat. Ipſe eſt enim qui aperit, & nemo claudit ſponſus eccleſiæ Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo vigeſimuſextus, in quo beatus Bernardus interſerit planctum & mœrorem ſuum pro morte venerabilis Gerardi monachi fratris ſui.

SIcut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis. Hinc incipiendum, quia hic deſiit ſermo ſuperior. Hoc expectatis audire quid ſit, & qualiter ei quod proximo tractatum eſt capitulo coaptetur: quia ſimilitudo eſt. Poteſt enim hoc ita ſubiunctum fuiſſe, vt vtraque pars ſimilitudinis ad id ſolum reſpondeat quod ibi præceſſerat, Nigra ſum. Poteſt & ita, vt duobus illis duo iſta, id eſt ſingula ſingulis referantur. Ille ſenſus ſimplicior, iſte obſcurior eſt. Sed tentemus vtrumque: & prius quidem hunc qui difficilior apparet. Non autem in duobus primis, ſed in duobus duntaxat extremis difficultas eſt. Nam Cedar quidem (quod interpretatur tenebræ) apertè ſatis cum nigredine conuenire videtur: ſed pelles Salomonis cum formoſitate non ita. Porrò tabernaculã in eandem nihilo minus concurrere conuenientiam quis non videat? Quid enim tabernacula, niſi noſtra ſunt corpora, in quibus peregrinamur? Nec enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Sed & militamus in eis tanquam in tabernaculis: prorſus violẽti ad regnum. Deniq; militia eſt vita hominis ſuper terram. Et quãdiu militamus in hoc corpore, peregrinamur à domino, id eſt à luce. Nam dominus lux eſt: & inquantum quiſque cũ eo non eſt, intantum in tenebris eſt, hoc eſt in Cedar. Plebem proinde vocem illã agnoſcat ſuam: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar multum incola fuit anima mea. Eſt ergo hoc habitaculum noſtri corporis non ciuis manſio, aut domus indigenæ, ſed aut tabernaculum militantis, aut ſtabulum viatoris. Eſt inquam hoc corpus tabernaculum, & tabernaculum Cedar. quòd nimirum animam quaſi obiectu ſui, incircũſcripti luminis interim nũc fraudat aſpectu: nec ſinit omnino videre illud, niſi per ſpeculũ quidem & in ænigmate, non autem facie ad faciem. Vidéſne vnde eccleſiæ nigredo, vnde pulcherrimis quoque animabus nonnulla rubigo inhæſerit: De tabernaculo profecto Cedar: de exercitio laborioſæ militiæ: de diuturnitate miſeri incolat': de anguſtiis ærumnoſi exilij: de corpore denique frãgili & graui: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cõgitantem. Propterea & cupiunt diſſolui: vt corpore leuatæ, Chriſti auoleẽt in amplexus. Vnde & gemẽs vna de miſeris aiebat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Scit nimirum quæ huiuſmodi eſt. quòd nõ poſſit in tabernaculo Cedar carere ad purũ macula aut ruga, non quantulacũque nigredine, & cupit exire vt ſe poſſit exuere. Et hęc ratio cur ſponſa nigram ſe dixerit ſicut tabernacula Cedar. Sed enim quomodo formoſa ſicut pelles Salomonis? At neſcio quid ſublime ac ſacrũ ſentio in his pellibus inuolutum, quòd minime auſim omnino cõtingere, niſi ad nutum ſanè ipſius qui repoſuit & ſignauit. Legi nimirum: Qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Superſedeo igitur & differo Vobis interim curæ erit ſolitò impetrare fauorem veſtris precib': vt eò alacriores quò fidentiores redeamus ad id quod attentioribus eget animis. Et fortaſſis inueniet pius pulſator quod temerarij ſcrutator non poſſet: quanquã & mœror finem imperat, & calamitas quam patior. Quouſque enim diſſimulo, & ignis quem intra meipſum abſcondo, triſte pectus adurit, interiora depaſcitur? Clauſus latiùs ſerpit, fœuit acriùs. Quid mihi & cãtico huic, qui in amaritudine ſum? Vis doloris abducit intentionem, & indignatio domini ebibit ſpiritum meum. Subtracto ſiquidem illo per quem mea in domino ſtudia vtcũque libera eſſe ſolebant, ſimul & cor meum dereliquit me. Sed feci vim animo, ac diſſimulaui vſque huc, ne affectus fidem vincere videretur. Denique plorantibus aliis ego (vt aduerrere potuiſtis) ſiccis oculis ſecutus ſum inuiſum funus, ſiccis oculis ſteti ad tumulum quouſque cuncta peracta ſunt exequiarum

Arum ſolennia. Indutus ſacerdotalibus, ſolitas in eum orationes proprio ore compleui, terrã meis manibus ex more ieci ſuper dilecti corpus terram mox futurum. Qui me intuebantur, flebant, & mirabãtur quòd non flerem ipſe: cum non illum quidẽ, ſed me potius qui illum amiſiſſem, omnes miſerarentur. Cuius enim vel ferreũ pectus ſuper me ibi nõ moueretur, quem videret Gerardo ſuperſtitem? Cõmune damnum: ſed præ meo nõ reputabatur infortunio. At ego quibus poteram viribus fidei reluctabar affectui, nitens vel inuitus non moueri fruſtra addictione naturæ, vniuerſitatis debito, cõditionis vſu, potentis iuſſu, iudicio iuſti, flagello terribilis, domini volũtate. Pro huiuſmodi ſemper extunc & deinceps exegi à memetipſo non indulgere multo fletui, multũ tamen turbatus & mœſtus. Non potui imperare triſtitiæ, qui potui lachrymæ, ſed vt ſcriptũ eſt: Turbatus ſum, & non ſum locutus. At ſuppreſſus dolor altiùs introrſum radicauit, eo (vt ſentio) acerbior factus, quòd non eſt exire permiſſus. Fateor, victus ſum. Exeat neceſſe eſt foras quod intus patior. Exeat ſanè ad oculos filiorum, qui ſcientes incõmodum planctum humaniùs æſtiment, dulcius conſolentur. Scitis, ô filij, quàm iuſtus ſit dolor meus, quàm dolenda plaga mea. Cernitis nẽpe quàm fidus comes deſeruit me in via hac qua ambulabã, quàm vigil ad curam, quàm non ſegnis ad opus, quàm ſuauis ad mores. Quis ita mihi perneceſſarius? cui æquè dilect' ego? Frater erat genere, ſed religione germanior. Dolete, quæſo, vicem meam vos, quibus hæc nota ſunt. Infirmus corpore eram, & ille portabat me. Puſillus corde eram, & confortabat me. Piger & negligens, & excitabat me. Improuidus & obliuioſus, & commonebat me. Quò mihi auulſus es? quò mihi raptus à manibus homo vnanimis, homo ſecundũ cor meũ? Amauimus nos in vita: quomodo in morte ſumus ſeparati? Amariſſima ſeparatio, & quam non poſſet omnino efficere niſi mors. Quãdo enim me viuus viuum deſcereres? Omnino opus mortis, horrendũ diuortium. Quis enim tam ſuaui vinculo mutui noſtri non pepercíſſet amoris, niſi totius ſuauitatis inimica mors? Bene mors, quæ vnũ rapiendo, duos furioſa peremit. An non mors etiam mihi? Immò plus mihi, cui vtique omni morte infelicior vita ſeruata eſt. Viuo vt viuens moriar, & hoc dixerim vitam? Quàm mitius me priuares, ô auſtera mors, vitæ vſu quàm fructu. Nam vita ſine fructu, grauior mors. Denique duplex malum ligno paratur infructuoſo, ſecuris & ignis. Ergo meis laboribus inuidens, elongaſti à me amicum & proximum: per cuius maxime ſtudium erant (ſi quando erant) fructuoſi. Satius proinde mihi fuiſſet periclitari vita, quàm tua Gerarde præſentia, qui meorum in domino ſtudiorum eras ſolicitus incitator, fidelis adiutor, cautus examinator. Cur quæſo aut amauimus aut amiſimus nos? Dura conditio, ſed mea miſeranda fortuna, non & illius. Nam tu chare frater ſi charos amiſiſti, chariores vtique recepiſti. Me verò quænam iam miſerum conſolatio manet poſt te vnicum ſolatium meum? Placita fuit pariter vtrique ſocietas corporum pro morũ concordia: ſed ſolum me diuiſio vulnerauit. Commune, quod libuit: quod triſte & lugubre, meum: in me trãſierunt iræ, in me confirmatus furor eſt. Erat ambobus alterutrum grata præſentia, dulce cõſortium, ſuaque colloquium: ſed tantas vtriuſque delicias ego perdidi, tu mutaſti. Et quidem immutatis illis retributio multa. Quãto fœnore gaudiorum, ac benedictionũ cumulo cares hodie nobis frater chariſſime: tanto habes certè pro me tantillo repoſitam tibi Chriſti præſentiam. Nec diſpendium ſentis abſentiæ à nobis tuæ, angelorum admixtus choris. Non eſt igitur quod cauſeris tu de noſtra quaſi ſubtracta tibi præſentia, cui affatim ſui ſuorúmq; copiam dominus maieſtatis indulſit. At ego pro te quid? quàm vellem ſcire quidnam ſentias nũc de me illo vnico tuo, mediis nutante curis & pœnis, deſtituto te baculo imbecillitatis meæ: ſi tamen licet adhuc cogitare de miſeris ingreſſo abyſſum luminis, atque illo pelago æternæ felicitatis abſorpto, forte enim etſi noſti nos ſecundum carnem, ſed nunc iam non noſti, & quoniam introiſti in potẽtias domini, memoraris iuſtitiæ eius ſolius, immemor noſtri. Cæterùm qui adhæret deo, vnus ſpiritus eſt, & in diuinum quẽdam totus immutatur affectum: nec poteſt iam ſentire aut ſapere niſi deum, & quod ſentit & ſapit deus, plenus deo. Deus autem charitas eſt, & quãto quis coniunctior deo, tanto plenior charitate. Porrò impaſſibilis eſt deus, ſed non incompaſſibilis, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. Ergo & te neceſſe eſt miſericordem eſſe, qui inhæres miſericordi, quamuis iam minime miſer ſis: & qui non pateris, compateris tamẽ, affectus proinde tuus non eſt imminutus ſed immutatus, nec quoniã deum induiſti, noſtri cura te exuiſti: & ipſi enim cura eſt de nobis. Quod infirmum eſt abiecíſti, ſed non quod pium. Charitas denique nunquam excidit. Non obliuiſcẽris me in finem. Videor mihi quaſi audire fratrem meum dicẽtem: Nunquid mater obliuiſci poterit filij vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Non expedit prorſus. Scis vbi verſer, vbi iaceam, vbi reliqueris me. Nõ eſt qui porrigat manũ. Ad omne quod emerſerit, reſpicio ad Gerardum vt conſueueram, & non eſt. Heu tunc ingemiſco miſer, ſicut homo ſine adiutorio. Quem conſulam in ambiguis, cui in aduerſis fidam, quis portabit onera, quis pericula propulſabit? Nónne vbique greſſus meos Gerardi oculi anteibant? Nóne tuum Gerarde pectus curæ meę notius quàm meum ipſius habebãt, familiariùs incurſabant, acrius vrgebant? Nónne in lingua tua illa placabili & potenti meam à ſermonibus ſeculi frequentiſſimè vendicabas, & amico reddebas ſilentio? Dominus dederat illi linguam eruditam, vt ſciret quando deberet proferre ſermonem. Ita denique in prudentia reſponſorum ſuorum, & in gratia data ſibi deſuper, & domeſticis ſatisfaciebat & exteris, vt penè me nemo requireret, cui prior fortè Gerardus occurriſſet. Occurrebat autẽ aduentãtibus, opponẽs ſe, ne ſubitò meum ocium incurſarent. Si quibus ſanè per ſe ſatisfacere non quibat, hos perducebat ad me, cæteros emittebat. O virũ induſtrium, ô amicum fidelem: & amico gerebat morem, & officiis charitatis non deerat. Quis vacua ab eo receſſit manu? Si diues, conſilium: ſi pauper, ſubſidium reportabat. Nec quærebat quæ ſua ſunt, qui ſe mediis ingerebat curis, vt ego vacarem. Sperabat enim (ſicut erat humiliſimus) maiorem de noſtra quiete fructum, quàm ſi vacaret ipſe. Interdum tamen poſtulabat abſolui, & alteri cedere, quaſi qui melius prouideret. Sed vbi ille inueniretur? Nec petulanti aliquo (vt aſſolet) in eo officij detinebatur affectu, ſed ſolo intuitu charitatis. Si quidem plus omnibus laborabat, & minus omnibus accipiebat, ita vt ſæpe cum aliis neceſſaria miniſtraret, egeret ipſe in pluribus, verbi cauſa cibo aut veſte. Denique cum ſe ſentiret deceſſui propinquare: Deus, inquit, tu ſcis quòd quantum in me fuit, ſemper optaui quietem, mihi intendere, tibi vacare. Sed implicitum tenuit timor tuus, voluntas fratrum, & ſtudium obediendi, ſuper omnia abbatis pariter & fratris germana dilectio. Ita eſt. Gratias tibi frater, de omni fructu meorum, ſi quis eſt in domino, ſtudiorum. Tibi debeo ſi profeci, ſi profui. Tu intricabaris, & ego tuo beneficio feriatus ſedebam mihi, aut certe diuinis obſequiis ſanctius occupabar, aut doctrinæ filiorum vtilius intẽdebam. Cur enim ſecurus intus non eſſem, cum te ſcirem agentem foris manum dexteram meã, lumen oculorum meorum, pectus meũ, & linguam meam? Et quidem indefeſſa manus, oculus ſimplex, pectus conſilij, lingua loquens iudicium, ſicut ſcriptum eſt: Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Sed quid dixi foris agentem illum, quaſi interna Gerardus neſciret, ac ſpiritualium expers eſſet donorũ? Norunt qui illum norunt ſpirituales, quàm verba eius ſpiritum redolerent. Norunt contubernales, quàm mores eius & ſtudia non carnem ſaperent, ſed feruerẽt ſpiritu. Quis illo rigidior in cuſtodia diſciplinæ? quis in caſtigando corpus ſuum diſtrictor, ſuſpenſior vel ſublimior in contemplando, ſubtilior in diſſerendo? Quotiens cum eo diſſerens ea didici quæ neſciebam, & qui docturus aduenerã, doctus magis abíceſſi? Nec mirũ de me, cum magni ac ſapientes viri idipſum nihilo minus ex illo ſibi accidiſſe teſtentur. Non cognouit literaturam, ſed habuit literarum inuentorem ſenſum, habuit & illuminantem ſpiritum. Nec in maximis tantùm, ſed & in minimis maximus erat. Quid (verbi cauſa) in ædificiis, in agris, hortis, aquis, cunctis denique artibus ſeu operibus ruſticorum, quid inquam vel in hoc rerum genere Gerardi ſubterfugit peritiam? Cæmentariis, fabris, agricolis, hortulanis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sutoribus atque textoribus facilè magister erat. Cúmque omnium iudicio omnibus esset sapientior, solis in suis oculis non erat sapiens. Vtinam multos etsi minus sapientes, non plus tangeret illa maledictio: Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Scientibus ista loquor, & adhuc plura his de illo, & maiora compertis. Parco tamen, quia caro mea & frater est, hoc tamen securus addo, mihi vtilis in omnibus & præomnibus fuit. Vtilis in paruis & magnis, in priuatis & publicis, foris & intus. Meritò ex eo pendebam totus, qui mihi totum erat. Solum pene reliquerat mihi prouisoris honorem & nomẽ: nam opus ipse faciebat. Ego vocitabar abbas, sed ille præerat in solicitudine. Meritò requieuit in illo spiritus meus, per quem licebat delectari in domino in omnibus prędicare liberiùs, orare securiùs. Per te inquam mihi frater mi mens sobria, & grata quies, sermo efficacior, pinguior oratio, frequentior lectio, & feruentior affectus. Heu sublatus es, & hęc omnia simul. Tecum omnes pariter abiere deliciæ & lætitiæ meæ. Iam curæ irruunt, iam molestię hincinde pulsant, & angustiæ vndique solum me repererũt, solæ mihi te abeunte remanserunt, solus sub sarcina gemo. Aut ponere aut opprimi necesse est, quia tu tuos humeros subduxisti. Quis mihi tribuat cito mori post te? Nam pro te nolim, nec te tua fraudare gloria. Porro superuiuere tibi, labor & dolor. Viuam quoad viuam in amaritudine viuam in mœrore: & hęc sit mihi consolatio, vt mœrẽdo affligar. Non parcam & iuuabo manũ domini. Etenim manus domini tetigit me. Me inquam tetigit & percussit, non illum, quem vocauit ad requiem. Me occidit, cum succidit illũ. Nunquid enim occisum quis dixerit, quem plantauit in vita? At quod illi vitę ianua fuit, mihi planè est mors: méque illa morte mortuum dixerim, non hunc qui obdormiuit in domino. Exite exite lachrymæ iampridem cupientes: exite quia is qui vobis meatum obstruxerat, cõmeauit. Aperiantur cataractæ miseri capitis, & erumpant fontes aquarum, si forte sufficiãt sordes diluere culparum, quibus iram merui. Cũ cõsolatus fuerit super me dominus, tunc fortassis & ego merear consolari, si tamen non pepercero à mœrore. Nam qui lugent, ipsi consolabuntur. Propterea cõdescendat mihi omnis sanctus & in spiritu lenitatis qui spiritualis est, sustineat lamentantem. Luctus meus humano quæso pensetur affectu, non vsu. Videmus nempe mortuos quotidie plangere mortuos suos, fletum multum, & fructum nullum. Nõ culpamus affectum nisi cum excedit modum, sed causam. Ille nimirũ naturæ est, & eius turbatio pœna peccati: hæc vanitas & peccatum. Ete nim ibi sola (nisi fallor) plorantur damna gloriæ carnis, vitę præsentis incommoda. Et plorandi qui ita plorant. Nunquid ego sic? Similis mihi affectus, sed altera causa dissimilisq; intẽtio. Nulla mihi sanè querela de omnibus quæ sunt mundi. In his profecto quę sunt dei, ademptum dolco fidele auxilium, salutare consilium. Gerardum lugeo, Gerardus est in causa, frater carne, proximus spiritu, socius propositi. Adhæsit anima mea animæ illius: & vnam fecit de duabus non consanguinitas, sed vanimitas. Cărnis quidem necessitudo non defuit: sed plus iunxit societas spiritus consensus animorum, morum conformitas. Cum ergo essemus cor vnum & anima vna, hanc meam pariter atque ipsius animam pertransiuit gladius, & scindens mediam partem locauit in cœlo, partẽ in cœno deseruit. Ego ego illa portio misera in luto iacens, trũcata parte sui, & parte potiori: & dicitur mihi, ne fleueris? Auulsa sunt viscera mea à me, & dicitur mihi, ne sęneris? Sentio, sentio vel inuitus, quia nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est: sentio prorsus & doleo, & dolor meus in cõspectu meo semper. Non sane nos poterit duritię & insensibilitatis arguere ille qui verberat, quomodo illos de quibus ait: Percussi eos, & non doluerunt. Affectũ meum cõfessus sum, & non negaui. Carnalem quis dixerit, ego humanũ non nego, sicut nec me hominem. Si nec hoc sufficit, nec carnalẽ negauerim. Nam & ego carnalis sum, venundatus sub peccato, addictus morti, pœnis & ærumnis obnoxius. Non sum (fateor) insensibilis ad pœnas mortem horreo meam & meorũ. Meus Gerardus erat, meus plane. An non meus, qui frater sanguine fuit, professione filius, solicitudine pater, consors spiritu, intimus affectu? Is re

Esa.5.c

Mat.5.a

I

Iob.19.c

K cessit à me, sentio: Iesus sum, & grauiter. Ignoscite filij: immo si filij, vicem dolete paternam. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, qui certè consideratis quàm grauia pro peccatis recepi de manu domini. In virga idignationis suæ percussit me, digne pro meritis, durè pro viribus. An leue quis dixerit, viuere me absq; Gerardo, nisi qui ignorat quid mihi cum Gerardo? Nec tamen contradico sermonib⁹ sancti: Nec reprehendo iudicium quod recepit quisque quo dignus est, ille coronam quam meruit, ego quam debui, pœnam. Nunquid quia sentio pœnam, reprehendo sententiam? Humanum est illud, hoc impium. Humanũ inquã & necesse affici erga charos, siue delectabiliter cum præsto sunt, siue cum absunt, molestè. Non erit ociosa socialis conuersatio, præsertim inter amicos: & quid effecerit mutuꝰ amor in sibi præsentibus, horror indicat separationis, & dolor de inuicẽ separatis. Doleo super te Gerarde charissime, non quia dolendus, sed quia ablatus. Et ideo fortassis dolẽdum mihi potius super me, qui bibo calicem amaritudinis. Et solus dolẽdus, quia solus bibo. Non enim & tu. Solus ego patior quod solent pariter pati qui se diligunt, cum se amittunt. Vtinam non te amiserim, sed prędmiserim, vtinam vel tarde aliquãdo sequar te quocunque ieris. Non enim dubium quin ad illos ieris quos circa mediũ extremæ noctis tuæ inuitabas ad laudem, cum in vultu & voce exultationis subitò erupisti in illud Dauidicum, stupentibus qui assistebãt: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Iam tibi frater mi nocte adhuc media diescebat, nox sicut dies illuminabat. Prorsus illa nox illuminatio tua in deliciis tuis. Accitus sum ego ad id miraculi, videre exultantem in morte hominem, & insultãtem morti. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Iam non stimulus, sed iubilus. Iam cãtando moritur homo, & moriendo cãtat. Vsurparis ad lætitiam mater mœroris, vsurparis ad gloriam gloriæ inimica, vsurparis ad introitum regni porta inferi, & fouea perditionis ad inuentionem salutis, idque ab homine peccatore. Iustè nimirum, quia tu inique in hominẽ innocentem & iustum potestatem temeraria vsurpasti. Mortua es ô mors, & perforata hamo quẽ incauta glutisti, cuius illa vox est in propheta: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Illo inquam hamo perforata, transseuntibus per medium tui fidelibus latum lętũmque exitum pandis ad vitam. Gerardus te non formidat larualis effigies. Gerardus per medias fauces tuas transit ad patriam, non modo securus, sed & lætabundus & laudans. Cum ergo superuenissem, & extrema iam psalmi me audiente clara voce complesset, susçipiens in cœlum ait: Pater, in manus tuas commẽdo spiritum meum. Et repetens eundem sermonem, ac frequẽter ingeminans, Pater, pater conuersus ad me, exhilarata quidem facie, Quanta, inquit, dignatio dei, & patrem hominum esse? quãta hominum gloria, dei filios esse & hæredes? Nam si filij, & hæredes. Sic cantabat quem nos lugemus, in quo &meum (fateor) luctum penè in cãtum cõuertit, dum intentus gloriæ eius, propriæ ferè miseriæ obliuiscor. Sed reuocat me ad me pungens dolor, faciléque à sereno illo intuitu tanquam à leui excitat somno perstringens anxietas. Plangam igitur, sed super me, quia super illum iã vetat ratio. Puto enim si opportunitas daretur, modo diceret nobis: Nolite flere super me, sed super vosipsos flete. Planxit meritò Dauid super parricida filio, cui perpetuo sciret obstructum exitum de ventre mortis mole criminis. Meritò super Saul & super Ionatham: quib⁹ æquè absorptis semel, emersio iam non sperabatur. Et quidem resurgent, sed non ad vitã. Immo ad vitã, vt viui in morte infelicius moriantur. Quanquam de Ionatha possit nõ immerito hærere sententia. At mihi etsi nõ ista suppetit plangendi ratio, non tamẽ nulla. Plango primũ super mea ipsius plaga, atque huius iactura domus. Plango deinde super pauperum necessitatibus, quorũ Gerardus pater erat. Plango certè & super vniuerso statu nostri ordinis, nostræ professiõis, qui de tuo Gerarde zelo consilio & exemplo robur non mediocre capiebat. Plango postremo etsi non super te, propter te tamen. Hinc prorsus, hinc afficior grauiter, quia vehementer amo. Et nemo mihi molestus sit, dicens non debere sic affici: cum benignus Samuel super reprobo rege, & pius Dauid super parricida

Iob.19.c

Osee.13.d

Psa.30.b

Luc.23.g

2.Reg.1.b

A parricida filio satisfecerint affectioni, & non ad iniuriam fidei, nón in superni suggillationem iudicij. Absalon fili mi (ait sanctus Dauid) fili mi Absalon: & ecce plus quàm Absalon hic. Saluator quoque vidés ciuitatem Hierusalem, & præuidens ruituram, fleuit super eam. Et ego propriam & quæ in præsenti est desolationem nõ sentiam? Plagam meam recentem, & grauem non doleam? Ille fleuit compatiendo, & ego patiendo non audeam? Et certè ad tumulum Lazari nec flentes arguit, nec à fletu prohibuit, insuper & fleuit cum flentibus. Et lachrymatus est, inquit, Iesus. Fuerunt lachrymæ illæ testes profectò naturæ, non indices diffidentiæ. Denique & prodiit mox ad vocẽ eius qui erat mortuus, ne cõtinuò putes fidei præiudicium dolentis affectum. Sic nec fletus vtique noster infidelitatis est signum, sed conditionis indicium. Nec quia percussus ploro, arguo ferientem, sed prouoco pietatem, seueritatẽ flectere satago. Vnde & verba mea dolore sunt plena, non tamen & munere. Nunquid non plenum iustitiæ protuli, quod vnius sententiæ cõplemento & punitus est qui debuit, & coronatus qui meruit? Et adhuc dico. Benè vtrunque fecit dulcis & rectus dominus. Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine. Cantet tibi misericordia quam fecisti cum seruo tuo Gerardo, cantet & iudicium quod nos portamus. In altero bonus, in altero iustus laudaberis. An solius laus bonitatis? Est & iustitię: Iustus es domine, & rectum B iudicium tuũ. Gerardum tu dedisti, Gerardũ tu abstulisti: & si dolemus ablatum, non tamen obliuiscimur quòd datus fuit, & gratias agimus quòd habere illum meruimus, quo carere intantum non volumus, inquantum non expedit. Recordor domine pacti mei, & miserationis tuę, vt magis iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Cum pro causa ecclesiæ anno præterito Viterbij essemus, ægrotauit ille, & inualescente languore cum iam proxima videretur vocatio, ego ægerrimè ferens comitem peregrinations, & illum comitem in terra relinquere aliena, nec resignare his qui mihi eum commiserant, quoniam amabatur ab omnibus, sicut erat amabilis valde: cõuersus ad orationem cum fletu & gemitu, Expecta, inquam, domine vsque ad reditũ. Restitutum amicis tolle iam eũ si vis, & nõ causabor. Exaudisti me deus: conualuit, opus perfecimus quod iniunxeras, rediuimus cũ exultatione reportantes manipulos pacis. Porrò ego oblitus penè sum meæ conuentionis, Sed non tu. Pudet singultuum horum, qui præuaricationis me arguunt. Quid plura? Repetiisti commendatum, recepisti tuum. Finem verborum indicunt lachrymæ, tu illis domine finem modúmque indixeris.

2.Reg.17. Luc.19.f

Ioan.11.c

Ibidem.

Iob 6.a

Psal.118.f

Psal.50.a

C

De ornatu sponsæ, & qualiter quælibet anima sancta cœlum dicatur, Sermo vigesimusseptimus.

QVia debitis humilitatis officiis amicum reuertentem in patriam prosecuti sumus, redeo fratres ad propositum ædificandi quod intermiseram. Incongruum namque est diu flere lætantem: & sedenti ad epulas, lachrymas multas ingerere, importunum. Sed & si nostras defleamus ærumnas, ne id quidem oportet nimis, ne nõ tam amasse illũ, quàm nostra quæsisse de illo commoda videamur. Temperet sanè dilecti gaudium mœstitiam desolatorum, & tolerabilius fiat nobis quòd nobiscum non est, quia cum deo est. Fretus ergo orationibus vestris, volo in lucem, si possum, prodere quicquid illud est quod opertum illis pellibus sentio quæ in exemplum decoris sponsæ productæ sunt: hoc (si recolitis) tactum fuit, sed indiscussum remansit: porrò discussum & declaratum quomodo nigra sit sicut tabernacula Cedar. Quomodo ergo sicut pelles Salomonis formosa, quasi Salomon in omni gloria sua quicquam habuerit condignũ decore sponsæ, & gloria ornatus eius? Et quidem si non ad decorem sponsæ, sed ad nigredinem potius nescio quas pelles istas, sicut & tabernacula Cedar respicere diceremus, fortassis competeret, nec deesset vnde id congruere monstraremus, sicut & monstrabimus. At verò si sponsæ claritati quatuncunque decorem pellium comparandum putamus, hic prorsus opus nobis est eius ad quem pulsastis auxilio, quatenus mysterium hoc dignè aperire possimus. Quid nanq; eorum quæ in facie lucent, si internæ cuiuspiam sanctæ animæ pulchritudini comparetur, nõ vile ac fœdum recto appareat æstimatori? Quid inquam tale in se ostendit ea quæ præterit figura huius mundi, quod æquare speciẽ animę possit illius, quæ exuta terreni hominis vetustatem, eius qui de cœlo est decorẽ induit, ornata optimis moribus pro monilibus, ipsõ purior sicut & excelsior æthere, sole splendidior? Noli ergo respicere ad istum Salomonem cum indagare cupis cuiusmo di se pellibus similem in decore sponsa glorietur. Quid est ergo quod dicit: Formosa sum sicut pelles Salomonis? Magnum & mirabile quiddam, vt ego æstimo, si tamẽ nõ hunc, sed illum hic attendamus de quo dicitur: Ecce plus quàm Salomon hic. Nam vsq; adeo is meus Salomon Salomõ est, vt non modo pacificus (quod quidem Salomon interpretatur) sed & pax ipsa vocetur, Paulo perhibente, quia ipse est pax nostra. Apud istum Salomonem non dubito posse inueniri quod decori sponsæ omnino comparare nõ dubitem: & præsertim de pellibus eius aduerte in psalmo: Extendens, ait, cœlum sicut pellem. Non ille profecto Salomon (etsi multum sapiens, multúmq; potens) extẽdit cœlum sicut pellem, sed is potius qui nõ tam sapiens quàm ipsa sapientia est, ipse prorsus extendit & condidit. Istius siquidem & nõ illius illa vox est: Quando præparabat cœlos (haud dubium quin deus pater) ego aderam. Aderat sine dubio præparanti cœlos sua virtus suaque sapientia. Nec putes aftitisse ociosam, & quasi ad spectandum solummodo, quia dixit, aderam, non etiam præparabam. Respice paulisper inferius, & inuenies apertè subiungentem, quia erat cum eo componens omnia. Deniq; ait: Quæcunque enim pater facit, hæc & filius similiter facit. Et ipse itaque extendit cœlum sicut pellem. Pulcherrima pellis, quæ in modum magni cuiusdam tẽtorij vniuersam operiens faciem terræ, solis, lunæ atq; stellarum varietate tam spectabili humanos oblectat aspectus. Quid hac pelle formosius? Quid ornatius cœlo? Minimè tamen vel ipsum vllatenus cõferendum gloriæ & decori spõsæ, eo ipso succumbens, quòd præterit & hæc figura ipsius, vtpote corporea, & corporeis subiacens sensibus, quæ enim videtur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Sed est rationalis quædam sponsæ species, spiritualisque effigies, ipsáque æterna, quia imago æternitatis. Decor eius (verbi gratia) charitas est, & charitas, sicut legitis, nũquam excidit. Est certè & iustitia: & iustitia eius, inquit, manet in seculum seculi. Est etiam patiẽtia, & legitis nihilo minus quia patientia pauperum nõ peribit in finẽ. Quid voluntaria paupertas, quid humilitas? Nõne altera regnum æternum, altera æquè exaltationẽ promeretur æternam. Eo quoque spectat & timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Sic prudentia, sic temperantia, sic fortitudo, & si quæ sunt virtutes aliæ, quod nisi margaritę sunt quædã in sponsæ ornatu, splendore perpetuo coruscantes? Perpetuò inquam, quia sedes & fundamẽtum perpetuitatis. Nec enim perpetuæ beatæq; vitæ omnino locus in anima est, nisi mediis quidem interiectisque virtutibus. Vnde propheta deo (qui vtique vita beata est) Iustitia, inquit, & iudicium præparatio sedis tuæ. Et apostolus dicit Christũ habitare non omnimodo quidem, sed signanter per fidẽ in cordibus nostris. Domino quoque sessuro super asellum, vestes suas discipuli substrauerunt, significantes saluatorem seu salutem nequaquam insidere nudæ animæ, quam nõ videlicet vestitam inuenerit doctrina & moribus apostolorũ. Et ideo ecclesia promissionem habens futuræ felicitatis, curat interim prępparare & pręornare se in vestitu deaurato, circundata varietate gratiarum atq; virtutum (qualem quidem ex parte descripsimus) quo digna & capax plenitudinis gratiæ inueniatur. Cæterum spirituali huic tam pulchræ varietati, quam de prima interim stola in quadam veste suæ sanctificationis accepit, nullo pacto ego comparauerim in decore cœlum hoc visibile atque corporeum, quanuis in suo genere quidem siderea varietate pulcherrimum. Sed est cœlum cœli, de quo propheta: Psallite, inquit, domino, qui ascẽdit super cœlum cœli ad Orientem. Et hoc cœlum, intellectuale ac spirituale: & qui fecit cœlos in intellectu, creauit illud & statuit in sempiternum, ipsúmq; inhabitat. Ne verò putes spõsæ deuotionem citra illud remanere cœlum, in quo scit habitare dilectũ. Vbi enim thesaurus eius, ibi & cor eius. Aemulatur

Cant.1.b

Luc.12.d

Ephe.2.b

Psal.103.b

Prou.8.b

Prou.8.b

Ioan.5.c

Psal.103.a

1.Cor.15.c

Psal.111.a

Psal.103.c

Psal.18.d

Psal.67.g

Psal.135.a

Matt.6.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gsanè assistentes vultui ad quem suspirat: & quibus se interim non valet videndo associare, studet cõformare viuendo, moribus magis quàm vocibus clamãs: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Prorsus de hoc cœlo minimè sibi indignum ducit ducere similitudinẽ. Hoc extentũ sicut pellis, non spaciis tamen locorum, sed affectibus animorũ. Hoc miris variisque artificis distinctũ operibus. Diuisiones autem sunt non cœlorũ, sed beatitudinum. Nam alios quidem posuit angelos, alios autem archangelos, alios verò virtutes, alios dominationes, alios principatus, alios potestates, alios thronos, alios Cherubim, atq, alios Seraphim. Sic stellatũ cœlum hoc. Sic depicta hæc pellis. Hæc vna de pellibus mei Salomonis, & hęc præcipua in omni ornatu multiformis gloriæ eius. Habet autẽ grandis ista pellis quàm plurimas in se æquè Salomonis pelles, quoniam vnusquisque beatus & sanctus qui ibi est, pellis est vtiq; Salomonis. Benigni siquidem sunt atque extenti in charitate, pertingentes vsque ad nos, quibus gloriam quam habent, nõ inuident, sed optant, ita vt ex ipsis huius rei gratia deuorari apud nos non grauentur, seduli circa nos, & curam gerentes nostri, omnes administratorij spiritus, missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Quamobrem sicut cœlum cœli singulariter dicitur vniuersa illa multitudo collecta beatorum, sic & cœli cœlorũ propter singulos, qui vtique cœli sunt, nominãtur: & ad singulos spectat quod dicitur: Extendens cœlum sicut pellem. Videtis credo quænã illæ pelles, & cuius sint Salomonis, de quarum sponsa similitudine gloriatur. Nunc iam intueamini eius gloriam, quæ & cœlo se comparat: & illi cœlo, quod tantò est gloriosius, quantò diuinius. Nec immerito vsurpat inde simulationem, vnde originem ducit. Nam si propter corpus quod de terra habet tabernaculis Cedar se assimulat: cur nõ & propter animã quæ de cœlo est, cœlo æquè similem se esse glorietur, præsertim cum vita testetur originem, testetur naturę dignitatem & patrię? Vnũ deum adorat & colit quomodo angeli, Christum super omnia amat quomodo angeli, casta est quomodo angeli, idque in carne peccati & fragili corpore, quod non angeli: quærit postremò & sapit quæ apud illos sunt, nõ quæ super terram. Quod euidẽtius cœlestis insigne originis, quàm ingenitam, & in regione dissimilitudinis retinere similitudinem, gloriã vitæ cœlibis in terra & ab exule vsurpari, in corpore denique penè bestiali viuere angelum? Cœlestis sunt ista potentię, non terrenæ, & quòd verè de cœlo sit anima quæ hæc potest, apertè indicantia. Audi tamen apertius.

Vidi, inquit, ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, descendentem de cœlo, à deo paratam tanquam sponsam ornatam viro suo & addidit: Et audiui vocem magnam de throno dicẽtem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Ad quid? Credo vt sibi acquirat spõsam de hominibus. Mira res. Ad sponsam veniebat, & absq; sponsa non veniebat. Quærebat sponsam, & sponsa cum ipso erat. An duæ erant? Absit. Vna est enim, ait, columba mea. Sed sicut de diuersis ouium gregibus vnum facere voluit, vt sit vnũ ouile, & vnus pastor: ita cum haberet sponsam inhærentem sibi à principio multitudinem angelorũ, placuit ei & de hominibus cõuocare ecclesiam, atque vnire illi quæ de cœlo est, vt sit vna sponsa, & sponsus vnus. Ergo ex adiecta ista, perfecta est illa, non duplica, & cognoscit de se dictum: Vna est perfecta mea. Porrò vnam conformitas facit, nunc quidẽ in simili deuotione, postea verò & in pari gloria. Habes itaq; vtrunque de cœlo, & sponsum scilicet Iesum, & sponsam Hierusalem. Et ille quidem vt videretur, semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo. At illam in quanam putamus forma seu specie, aut in quo habitu videlicet descendentem vidit ille qui vidit? An forte in frequentia angelorum quos vidit descendentes & ascendentes super filium hominis? Sed melius dicimus quòd sponsam tunc viderit, cum verbum in carne vidit, agnoscens duos in carne vna. Dum enim sanctus ille Emmanuel terris intulit magisteriũ disciplinæ cœlestis, dum supernæ illius Hierusalẽ (quæ est mater nostra) visibilis quædam imago, & species decoris eius per ipsum nobis & in ipso expressa innotuit: quid nisi in sponso spõsam perspeximus, vnum eundémque dominũ gloriæ admirantes, spõsum decoratum corona, & spõsam ornatam monilibus suis? Ipse igitur qui descendit, ipse est & qui ascendit: vt nemo ascendat in cœlũ, nisi qui de cœlo descendit, vnus idémq; dominus, & sponsus in capite, & spõsa in corpore. Nec frustra in terris visus est homo cœlestis, cum de terrenis cœlestes quàm plurimos fecerit sibi similes, vt sit quod legitur: Qualis cœlestis, tales & cœlestes. Extunc igitur in terra viuitur more cœlestium, dum instar supernæ illius beatęque creaturæ, hæc quoque quæ à similibus terræ venit audire sapientiam Salomonis, cælesti viro nihilo minus casto inhæret amore: etsi necdũ quomodo illa iuncta per speciem, tamen spõsata per fidem, iuxta promissum dei dicentis per prophetã: Spõsabo te mihi in misericordia & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide. Vnde magis magísque conformari satagit formæ quæ de cœlo venit, discens ab ea verecũda esse & sobria, discens pudica & sancta, discens patiens atque compatiens, postremò discẽs mitis & humilis corde. Et ideo moribus huiusce modi contendit & absens placere ei in quẽ angeli prospicere concupiscunt: vt dum desiderio feruet angelico, proberse proinde eiuem sanctorum, & domesticam dei, probet dilectam, probet sponsam. Ego puto omnem animam talem non modo cœlestem esse propter originem, sed & cœlũ ipsum posse non immeritò appellari propter imitationẽ. Et tunc liquidò ostendit quia verè origo ipsius de cœlis est, cum conuersatio eius in cœlis est. Est ergo cœlum sancta aliqua anima, habens solem intellectum, lunam fidem, astra virtutes. Vel certè sol iustitiæ zelus aut feruens charitas, & luna cõtinentia. Quomodo enim claritas, vt aiunt, lunæ nõ nisi à sole est: sic absque charitate seu iustitia continentiæ meritum nullũ est. Hinc denique sapiens, O quàm pulchra est, inquit, casta generatio cum charitate!ᵘ Porrò stellas dixisse virtutes non me pœniteret, cõsiderantem congruentiam similitudinis. Quomodo nempe stellæ in nocte lucẽt, in die latent: sic vera virtus, quæ sæpe in prosperis nõ apparet, eminet in aduersis. Illud sanè cautelæ est, hoc necessitatis. Ergo virtus est sidus, & homo virtutum, cœlum. Nisi quis fortè cum deũ per prophetam dixisse legit, Cœlum mihi sedes est, cœlum hoc volubile visibiléque intelligendum existimet, & nõ potius illud de quo alibi apertius scriptura cõmemorat. Anima inquiens, iusti sedes est sapiẽtiæ. Qui autem ex doctrina sapit saluatoris spiritum esse deum, atque in spiritu adorandum: etiam sedem ei non ambigit assignare spiritualem. Ego verò fidenter id fecerim, non minus in hominis iusti quàm in angelico spiritu. Confirmat me in hoc sensu maximè illa fidelis promissio: Ego (ait filius) & pater ad eum (id est ad sanctum hominem) veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Prophetam quoque nõ de alio dixisse cœlo arbitror: Tu autem in sancto habitas laus Israël. Manifestè autem apostolus dicit habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Nec mirũ si libenter inhabitat cœlum hoc dominus Iesus, quod vtique non quomodo cæteros dixit tantũ vt fieret, sed pugnauit vt acquireret, occubuit vt redimeret. Ideò & post laborem voto potitus ait: Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eã. Et beata cui dicitur: Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. Quid tu tristis es nũc, ô anima mea, & quare cõturbas me? Putásne & tu penes te inuenias locũ domino? Et quis nobis locus in nobis huic idoneus gloriæ, sufficiens maiestati? Vtinam vel mereamur adorare in loco vbi steterunt pedes eius. Quis dabit mihi saltem vestigiis adhærere sanctæ cuiuspiam animæ, quã elegit in habitationem sibi? Tamen & si dignetur infundere & meam animã vnctione misericordiæ suæ, atque ita extẽdere sicut pellem, quæ vtique cum vngitur, dilatatur, quatenus & ego discere valeam: Viam mandatorum tuorũ cucurri, cum dilatasti cor meum: potero etiam ipse fortassis ostendere in meipso, etsi non cœnaculũ grãde stratum vbi possit recumbere cum discipulis suis, attamen vbi saltem reclinet caput. A lõgè suspicio illos certè beatos de quibus dicitur: Et inhabitabo in eis, & deambulabo in illis. O quanta illi animæ latitudo, quanta & meritorum prærogatiua, quæ diuinã in se præsentiam & digna inuenitur suscipere, & sufficiens capere? Quid illa cui & spatia suppetunt, & deambulatoria ad opus quidem

Adem maiestatis? Non est profecto intricata forensibus causis, curísve secularibus, nec certè ventri & luxuriæ dedita, sed nec curiosa spectandi, seu cupida omnino dominãdi, vel etiã tumida dominatu. Oportet namque primo quidẽ his omnibus vacuam esse animam vt cœlum fiat, atque habitatio dei. Alioquin quomodo poterit vacare & videre quoniam ipse est deus? Sed & odio siue inuidiæ aut rãcori minimè prorsus indulgendum, quoniam in maleuolam animam nõ introibit sapiẽtia. Deinde necesse est eam crescere ac dilatari vt sit capax dei. Porrò latitudo eius, dilectio eius: sicut dicit apostolus: Dilatamini in charitate. Nam etsi anima minimè, cum sit spiritus, quantitatem corpoream recipit, tamen confert illi gratia quod negatum est à natura. Crescit quidem & extenditur, sed spiritualiter. Crescit non in substantia, sed in virtute. Crescit & in gloria. Crescit etiam in templum sanctum in domino. Crescit denique & proficit in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ergo quantitas cuiusque animæ æstimetur de mensura charitatis quam habet, vt verbi gratia quę multum habet charitatis, magna sit: quę parum, parua: quæ verò nihil, nihil: dicẽte Paulo: Si charitatem nõ habuero, nihil sum. Quòd si quãtulamcũque habere cœperit, vt saltem diligentes se diligere curet, ac salutare vel fratres suos, & eos qui se salutant: iam non nihil quidem illam animã dixerim, quæ in ratione dati & accepti socialem saltem retinet charitatẽ. Veruntamen iuxta sermonem domini quid amplius facit? Nec amplam proinde nec magnam, sed planè angustam modicámq; censuerim animam quam adeo modicæ charitatis esse cognouerim. At si grandescat & proficiat, ita vt trãsiens limitem angusti obnoxiique amoris huius latos fines bonitatis gratuitæ tota libertate spiritus apprehendat, quatenus largo quodam gremio bonę voluntatis ad omnem seipsam curet extendere proximum, diligendo vnumquemque tanquam seipsam: nunquid iam illi rectè dicetur: Quid amplius facis? quippe quæ seipsam tam amplã facit? Amplum inquam gerit charitatis sinum, quæ complectitur vniuersos etiam quibus nulla se nouit carnis necessitudine iunctam, nulla spe percipiẽdi commodi cuiusquam illectam, nulla percepti redhibitione obnoxiam, nullo denique omnino astrictã debito, nisi illo sanè de quo dicitur: Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Verum si adiicias etiam vsquequaque vim facere regno charitatis, vt vsque ad vltimos eius terminos occupare illud pius inuasor præualeas, dum ne inimicis quidem claudenda viscera pietatis existimes, benefacias his quoque qui te oderunt, ores & pro persequentibus ac calumniantibus te, necnõ & cum his qui oderunt pacem, esse pacificus studeas: tũc prorsus latitudo cœli, latitudo tuæ animæ, & altitudo non dispar, sed nec dissimilis pulchritudo: impletúrque tunc demum in ea quod dicitur: Extẽdens cœlum sicut pellem. In quo iam miræ latitudinis, altitudinis, ac pulchritudinis cœlo summus & immẽsus atque glorioſus non modo dignanter habitat, sed & spacioſè deambulat. Videsne quales in se habeat ecclesia cœlos, cum sit nihilo minus ipsa in ipsa quidem vniuersitate ingens quoddam cœlũ extentum à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum? Vide etiam consequenter cui & in hoc ipso assimiles eam, si tamen non tibi excidit illud quod paulò ante memoratum est huius rei exemplar, de cœlo videlicet cœli, & de cœlis cœlorum. Ergo exẽplo illius quæ sursum est mater nostra, hæc quoque quæ adhuc peregrinatur, habet cœlos suos, homines spirituales vita & opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, latos charitate, cõtemplatione suspensos. Et hi pluentes pluuiam verbi salutarem, tonant increpationibus, coruscant miraculis: hi enarrãt gloriam dei: hi extenti sicut pelles super omnem terram, legem vitæ & disciplinæ digito quidem dei scriptam in semetipsis ostendunt, ad dãdam scientiam salutis plebi eius: ostendunt & euangelium pacis, quoniam Salomonis sunt pelles. Agnosce iam in his pellibus supernarum illarum imaginem, quæ in sponsi ornatu non longè superius describebantur. Agnosce similiter & reginam astantem à dextris eius circũamictam similibus ornamentis, nõ tamen paribus. Nam etsi huic etiam in loco peregrinationis suæ, & in die virtutis suę, in splendoribus sanctorum, nõ minima claritatis atq; decoris est portio: differenter tamen illum coronat integritas & consummatio gloriæ beatorum. Quanquã & sponsam dixerim perfectam atque beatam, sed ex parte. Nam ex parte tabernaculum Cedar, formosa tamen, siue in illa portione sui quæ iam beata regnat, siue etiam in illustribus viris, quorum etiam in hac nocte sua sapientia atq; virtutibus tãquam cœlum suis sideribus adornatur. Vnde propheta: Qui docti, inquit, fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiũt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. O humilitas, ô sublimitas. Et tabernaculũ Cedar, & sanctuarium dei: & terrenum habitaculum, & cœlestẽ palatium: & domus lutea, & aula regia: & corpus mortis, & tẽplum lucis: & despectio denique superbis, & spõsa Christi. Nigra est sed formosa, filiæ Hierusalem, quam etsi labor & dolor longi exilij decolorat, species tamen cœlestis exornat, exornant pelles Salomonis. Si horretis nigrã, miremini & formosam. Si despicitis humilem, sublimem suspicite. Hoc ipsum quàm cautum, quàm plenum consilij, plenum discretionis & congruẽtię est, quòd in spõsa deiectio ista, & ista celsitudo secũdum tempus quidem eo moderamine sibi pariter cõtemperãtur, vt inter mũdi huius varietates & sublimitas erigat humilem, ne deficiat in aduersis: & sublimem humilitas reprimat, ne euanescat in prosperis? Pulchrę omnino ambę res cũ adinuicem cõtrariæ sint, sponsæ tamen pariter cooperantur in bonum, subseruiunt in salutẽ. Et hæc pro eo quòd sponsa videtur de pellibus Salomonis inducere similitudinem. Restat tamen aperiendus ille super eodẽ capitulo sensus, quem in principio cõmemoraui & promisi, qualitẽr videlicet tota ad solam nigredinem similitudo referatur: qua quidem non est promissione fraudandi. Cæterũ id differendum in aliud sermonis principium: tum quia hoc iam huius flagitat lõgitudo, tum etiã vt præueniat ex more oratio, ea quæ in laudẽ & gloriam sunt referenda sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri: qui est deus benedictus in secula seculorum, Amen.

De nigredine & formositate sponsi: & quomodo non per visum, sed potius per auditum corporis peruenitur ad notitiam veritatis, Sermo vigesimusoctauus.

TENETIS credo cuius & quibus Salomonis pellibus decorem sponsæ sentiam comparatum, si tamen ad ostensionem commendationémque referatur decoris data ex his similitudo. At si ad nigredinem magis referenda putetur, sicut & illa de tabernaculis Cedar: non equidem aliunde occurrit mihi quicquam de pellibus huiusmodi Salomonis, nisi quas forte rex in vsum tabernaculi soleret assumere, siquando in tentoriis habitare libẽret, quas vtique (si quæ tamen fuerũt) obscuras sine dubio & tetras esse necesse fuit, tanquam quæ quotidiano forent expositæ Soli, & frequentium iniuriis pluuiarum. Neque id frustra, sed vt is qui intus repositus erat ornatus, nitidior seruaretur. Hoc exemplo sponsa non negat nigredinem, sed excusat, nec probro ducit qualemcunque habitum quem charitas formet, iudicium veritatis non improbet. Denique quis infirmatur, cum quo non infirmetur? quis scandalizatur, & non vritur? Induit se compassionis næuum, vt morbum in altero passionis leuet vel sanet. Nigrescit candoris zelo, lucro pulchritudinis. Multos candidos facit vnius denigratio, non cum tinguitur culpa, sed cum afficitur cura. Expedit, inquit, vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Expedit vt vnus pro omnibus denigretur similitudine carnis peccati, & non tota gens nigredine condẽnetur peccati. Splendor & figura substãtiæ dei obnubiletur in forma serui pro vita serui. Cãdor vitæ æternæ nigrescat in carne, pro carne purganda. Speciosus forma præ filiis hominum, pro filiis hominum illuminãdis obscuretur in passione, turpetur in cruce palleat in morte, ex toto non sit ei species neque decor, vt sibi speciosam atque decoram acquirat sponsam ecclesiam sine macula & sine ruga. Agnosco pellem Salomonis, imò ipsum in pelle foris nigra Salomonem amplector. Habet & Salomon nigredinem, sed in pelle. Foris niger, in cute niger, non intus. Alioquin omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Intus diuinitatis candor, decor virtutum, splendor gloriæ, innocẽtiæ puritas. Sed tegit hoc despicabilior infirmitatis color, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quasi absconditus vultus eius & despectus, dum tentatur per omnia pro similitudine absque peccato. Agnosco denigratæ formam naturę. Agnosco tunicas illas pelliceas protoplasto-
Philip.2.a rum peccantium habitum. Denique semetipsum denigrauit forma serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Agnosco sub pelle hœdi (qui peccatum significat) & manum quæ peccatum non fecit, & collum per quod mali cogitatio non transiuit. Ideóque non est
Esa.53.c inuentus dolus in ore eius. Noui quòd sis lenis natura, mitis
Psal.44.b & humilis corde, blãdus aspectu, suauis spiritu. Et quidẽ vnctus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Vnde ergo nunc instar Esau pilosus & hispidus? Cuiusnam rugosa & tetra imago hæc, & vnde hi pili? Mei sunt, nam pilosæ manus similitudinem proximi exprimũt peccatoris. Meos agnosco hos pi-
Iob.19.d los, & in pelle mea videbo deum saluatorem meum. Non tamen Rebecca sic illum induit, sed Maria, tantò digniorem qui benedictionẽ acciperet, quantò sanctior quæ peperit. Et bene in meo habitu: quia mihi benedictio vendicatur, mihi
Psal.2.b postulatur hæreditas. Siquidẽ audierat: Postula & me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Tuam, inquit, hæreditatẽ, tuámq; possessionem
ℓ dabo tibi. Quomodo dabis ei, si sua est? Et quomodo suam mones vt postulet? Aut quomodo sua, si necesse habet vt postulet? Mihi proinde postulat, qui meam ad hoc induit for-
H mam, vt suscipiat causam. Quippe disciplina pacis nostrę su-
Esa.53.b per eum, dicẽte propheta: Et dominus in eo posuit iniquitatem omnium nostrum: vnde debuit fratribus per omnia si-
Hebr.2.d milari, sicut ait apostolus, vt misericors fieret. Propterea vox
Gen.27.c quidem, vox Iacob: manus autem, manus sunt Esau. Suũ est, quod auditur ex eo: quod in eo videtur, nostrũ. Quod loquitur, spiritus & vita est: quod apparet, mortale & mors. Aliud cernitur, & aliud creditur. Nigrũ sensus renunciat, fides candidum & formosum probat. Niger est, sed oculis insipientium, nam fidelium membris formosus valde. Niger est sed formosus. Niger reputatione Herodis, formosus confessione latronis, Centurionis fide. Quàm formosum aduerterat qui
Marc.15.d exclamauit: Verè homo hic filius dei erat. Sed in quo aduertit, aduertendũ. Si enim attenderet quod apparebat, quomodo formosus, quomodo filius dei? Quid nisi deforme & nigrum oculis spectantium occurrebat, cum expansis in cruce manibus, medius duorum nequam, risum malignantibus daret, fletum fidelibus? Et solus erat risui, qui solus poterat esse terrori, solus honori debuerat. Vnde igitur aduertit pulchri-
Esa.53.d tudinem crucifixi, & quòd is sit filius dei, qui cũ iniquis reputatus est? Respondere aliquid ad id, nostrum nec fas nec opus est. Nec enim euangelistæ hoc diligentia præteriit. Sic
Marc.15.d enim habes: Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat,
I quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo filius dei erat. Ergo ad vocem credidit, ex voce agnouit filium dei, & non
Ioan.10.a ex facie. Erat enim fortasse ex ouibus eius de quibus ait: Oues meæ vocem meam audiunt, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Auditus inuenit quod non visus. Oculũ species fefellit, auri veritas se infudit. Oculus pronunciabat infirmũ, oculus fœdum, oculus miserum, oculus morte turpissima condẽnatum. Auri dei filius, auri formosus innotuit: sed non Iudæorum, quia erant incircuncisi auribus. Meritò Petrus absc idit auriculam serui, vt viã faceret veritati, & veritas liberaret eum, id est liberum faceret. Erat ille Centurio incircuncisus, sed non aure, qui ad vnam expirantis vocem sub tot infirmitatis iudiciis dominum maiestatis agnouit. Ideóque non despexit quod vidit, quia credidit quod non vidit. Non autem credidit ex eo quod vidit: sed ex eo proculdubio quod audiuit, quia fides ex auditu. Dignũ quippe fuerat per superiores oculorum fenestras veritatem intrare ad animam: sed hoc nobis, ô anima, seruatur in posterũ, cùm videbimus facie ad faciem. Nunc autem vnde irrepsit morbus, inde remedium intret, & per eadem sequatur vestigia vita mortem, tenebras lux, venenum serpẽtis, antidotum veritatis: & sanet oculum qui turbatus est, vt serenus videat quem turbatus non potest. Auris prima mortis ianua, prima aperiatur & vitæ. Auditus qui tulit, reparet visum: quoniam nisi crediderimus, non intelligemus. Ergo auditus ad meritum,
Psal.50.b visus ad præmium. Vnde propheta: Auditui meo, inquit, dabis gaudium & lætitiam: quòd fidelis retributio auditionis, K
Matt.5.b beata visio sit, & beatæ meritum visionis fidelis auditio. Beati, ait, mũdo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Porrò fide oportet mundari oculum qui videat deum, quemadmodum
Act.15.c habes: Fide mundans corda eorum. Interim ergo dum necdum paratus est visus, auditus excitetur, auditus exercitetur, auditus excipiat veritatem. Felix, cui veritas attestatur di-
Psal.17.g cens: In auditu auris obediuit mihi. Dignus qui videam, si priusquam videam, obedisse inueniar. Securus videbo, ad quem meæ obedientiæ munus præcesserit. Quàm beatus qui
Esa.50.b ait: Dominus deus aperuit mihi aurem, & ego non contradico retrorsum non abiit. Vbi & voluntariæ habes obedientiæ formam, & longanimitatis exẽplum. Qui enim non contradicit, spontaneus est: & qui retro non abiit, perseuerat. Vtrumque necessarium, quoniam hilarem datorẽ diligit deus:
2.Cor.9.b Et qui perseuerauerit vsque ad finem, hic saluus erit. Vtinam
Matt.10.c & mihi aperiat aurem dominus, intret ad cor meum sermo
&.24.b veritatis, mundet oculum, & lætæ præparet visioni, vt dicam deo etiam ipse: Præparationem cordis mei audiuit au-
Psal.9.g ris tua. Vt audiam à deo etiam ipse cum cæteris obedientibus: Et vos mundi estis propter sermonẽ quem locutus sum
Ioan.15.a vobis. Nec omnes mundantur qui audiunt, sed qui obediũt.
Luc.11.c Beati qui audiunt, & custodiunt illud. Talem requirit audi-
Deut.6.a tum qui mãdat dicens: Audi Israël. Talem offert qui ait: Lo-
1.Reg.3.b quere domine, quia audit seruus tuus. Tãlem spondet qui di-
Psal.84.b cit: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et vt scias
L etiam spiritum sanctũ hunc in animæ spirituali profectu ordinem obseruare, vt videlicet prius formet auditum, quàm
Psal.44.a lætificet visum: Audi, inquit, filia & vide. Quid intendis oculum? Aurem para. Videre desideras Christum? oportet te
Psal.47.b prius audire eum, audire de eo, vt dicas cum videris: Sicut audiuimus, sic vidimus. Immensa claritas, visus augustus, & nó
Gen.3.b potes ad eam. Potes auditu, sed nõ aspectu. Clamantem denique deũ, Adam vbi es? non videbam iam peccator, audiebã tamen: sed auditus aspectum restituet, si pius, si vigil, si fidelis
Psal.118.a præcesserit. Fides purgabit, quem turbauit impietas. Et quę inobedientia clausit, aperiet obedientia. Denique à mandatis tuis intellexit, inquit, quòd intellectũ reddat obseruatio mãdatorum, quem tulit transgressio. Aduerte adhuc in sancto Isaac quomodo præ cæteris sensibus auditus in iam sene vigerit. Caligant oculi patriarchæ, palatum seducitur, fallitur manus, non fallitur auris. Quid mirum si auris percipit
Rom.10.a veritatẽ, cum fides ex auditu, auditus per verbum dei, verbũ
Gen.27.c dei veritas sit? Vox, inquit, vox Iacob est: nihil verius. Manus autem, manus sunt Esau: nihil falsius. Falleris, manus similitudo decepit te. Nec in gustu veritas, etsi suauitas est. Nã quo modo habet veritatem, qui se putat edere venationem, cum domesticis vescatur hœdorũ carnibus? multo minus oculus qui nihil videt. Non est veritas in oculo, non sapientia. Væ M
Esa.5.c qui sapientes estis, ait, in oculis vestris. Num bona sapiẽtia, cui maledicitur? Mundi est, ac per hoc stultitia apud deũ. Bona & vera sapientia trahitur de occultis, vt sapit beatus Iob.
Iob 28.c Quid foris eam quæris in corporis sensu? Sapor in palato, in corde sapientia est. Ne quæras sapientiam in oculis carnis, quia caro & sanguis nõ reuelat eam, sed spiritus. Non in gustu oris: nec enim inuenitur in terra suauiter viuentium. Nõ
Iob 31.b in tactu manus, cum sanctus dicat: Si osculatus sum manum meã ore meo, quod est iniquitas maxima, & negatio in deũ. Quod tunc fieri arbitror, cum donum dei quod est sapientia, non deo, sed meritis assc ribitur actionum. Sapiens fuit Isaac, sed tamen errauit in sensibus. Solus habet auditus verum, qui percipit verbum. Meritò carnem rediuiuam verbi tangere prohibetur mulier carnaliter sapiẽs, plus quippe tribuens oculo quàm oraculo, id est carnis sensui, quàm verbo dei. Quem enim mortuum vidit, resurrecturum nõ credidit, cùm tamen hoc promiserit ipse. Deniq; non quieuit oculus vsque dum satiatus est visus, quoniam non erat cõsolatio fidei, nec dei rara promissio. Nónne cœlum & terra, & quicquid omnino carnis oculus attingere potest, ante habẽt transire & reperire, quàm iota vnũ ant vnus apex ex omnib⁹ quę locutus est deus? Et tamen cessauit à fletu in visu oculi, quæ noluit consolari in verbo domini, pluris habens experimentum quàm fidem. At experimentum fallax. Mittitur ergo ad certio-

A certiorem fidei cognitionem: quæ vtique apprehendit quod
Ioan.20.d sensus nescit, experimentum non inuenit. Noli me tangere (inquit) hoc est, dissuesce huic seducibili sensui, innitere verbo, fidei assuesce: fides nescia falli, fides inuisibilia comprehendens, sensus penuriam non sentit. Denique transgreditur fines etiam rationis humanæ, naturæ vsum, experientiæ terminos. Quid interrogas oculum ad quod nõ sufficit? Et manus quid explorare conatur quod supra ipsam est? Minus est quicquid ille vel illa renũciet. Sanè fides pronunciet de me,
Ibidem. quæ maiestati nihil minuat. Discе id habere certius, id tutius sequi, quod illa suaserit: noli me tangere, nondũ enim ascendi ad patrẽ meum. Quasi verò cum iam ascenderit, tunc tangi ab ea velit aut possit. Et vtique poterit, sed affectu nõ manu, voto nõ oculo, fide non sensibus. Quid tu me (ait) modo tãgere quæris, quæ sensu corporis gloriam æstimas resurrectionis? Nõ recordaris quomodo tempore adhuc meæ mortalitatis transfigurati ad horam morituri corporis gloriam oculi discipulorum sustinere nequiuerunt? Adhuc quidem
Psal.138.a tuis sensibus gero morem formam ingerendo seruilem, quã de consuetudine recognoscas. Cæterum mirabilis facta est gloria mea ex te, confortata est, & non poteris ad eam. Differ ergo iudicium, suspende sententiam, & tantæ rei diffinitionem ne credas sensui, fidei reseruato. Illa dignius, illa diffiniet
B certius, quæ plenius comprehendet. Denique comprehen-
1.Cor.2.c dit illo suo mystico ac profundo sinu quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, illa in se quasi quodam inuolucro clausum portat, seruátque signatum. Illa igitur digne me tanget, quę patri consedentẽ suscipiet, non iam in humili habitu, sed in cœlesti carne ipsa, sed altera specie. Quid deformem vis tangere? Expecta vt formosum tangas. Nam qui deformis modo, tunc formosus. Deformis tactui, deformis aspectui. Deformis denique deformi tibi, quæ sensibus plus inhæres, fidei minus. Esto formosa, & tange me. Esto fidelis, & formosa es. Formosa formosum & dignius tãges & felicius. Tanges manu fidei, desiderij digito, deuotionis amplexu. Tanges oculo mentis. At nunquid adhuc ni-
Cant.5.c grum? Absit. Dilectus tuus candidus & rubicundus. Formosus planè, quẽ circundant flores rosarum, & lilia cõuallium, hoc est martyrum virginúmque chori. Et qui medius resideo, vtriq; non dissideo choro, virgo & martyr. Quomodo denique candidis nõ congruo virginum choris, virgo, virginis filius, virginis sponsus? Quomodo non roseis martyrum,
Ibidem. causa, virtus, fructus, & forma martyrij? Talem talis talitérque tange, & dic: Dilectus meus cãdidus & rubicundus, electus ex milibus. Milia milium cum dilecto, & decies centena
C milia circa dilectum, & nemo ad dilectum. Num tibi verendum erit ne fortè in quempiam de multitudine errore incidas quærendo quem diligis? Non prorsus ambiges quemnã eligas: facilè occurret electus è milibus, cunctis insignior, &
Esa.63.a dices: Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Nõ ergo in pelle nigra, quæ hactenus sanè inuestigerenda fuit oculis persequentium, vt contemnerent occidendum: aut etiam amicorum, vt recognoscerẽt rediuiuum: non inquã iam in pelle occurret nigra, sed in veste alba, speciosius forma non modo præ filiis hominum, sed etiam præ vultibus angelorum. Quid me vis tangere in humili habitu, seruili forma, specie contemptibili? Tange cœlesti decorum specie, gloria & honore coronatum: diuina quidem maiestate tremendum, sed ingenita serenitate gratum ac placidum.
Inter hæc aduertenda prudentia sponsæ, & profunditas sermonum eius, quę sub figura pellium Salomonis, scilicet in carne rimata est deum, in morte vitam summã gloriæ & honoris inter opprobria, & sub nigro denique habitu crucifixi candorem innocẽtiæ, splendoremq; virtutum, sicut illæ vti-
1.Cor.2. que pelles cum essent nigræ atque despectæ, preciosa & prę-candida prędiuitis regis in se ornamenta seruabant. Meritò nigredinem non contemnit in pellibus, decorem qui sub pellibus est aduertens. Et ideo quidam illam contempserunt, quia hunc minime cognouerunt. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Non cognouit Hero-
Matt.27.c des, & idcirco despexit. Nõ cognouit synagoga, quæ nigredinem illi passionis & infirmitatis improperans, Alios, ait, saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Christus rex D
Israël descendat de cruce, & credimus ei. Sed cognouit latro de cruce, licet in cruce, qui & innocentiæ puritatem cõfessus
Luc.23.c est: Hic autem (inquiens) quid mali fecit? Et gloria regiæ ma-
Ibidem. iestatis simul est protestatus: Memento mei, dicens, dum veneris in regnum tuum. Cognouit Centurio, qui filiũ dei cla-
Matt.27.f mat. Cognoscit ecclesia, quæ & æmulatur nigredinem, vt decorem participet. Non confunditur nigra videri, nigra dici, vt dicat dilecto: Opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt
Psal.68.b super me. At sanè nigra instar pellium Salomonis, foris scilicet, & non intus. Neque enim intus nigredinem meus Salomon habet. Denique non ait, Nigra sum sicut Salomon, sed sicut pelles Salomonis: quòd in superficie tantùm sit veri nigredo pacifici. Peccati nigredo intus est, & pri⁹ interiora cul pa commaculat, quàm ad oculos prodeat. Denique de corde
Matt.15.b exeũt cogitationes malę, furta, homicidia, adulteria, blasphemiæ, & hæc sunt quę coinquinant hominẽ: sed absit vt Salomonem. Minimè prorsus apud verum pacificum istiusmodi inquinamenta reperies. Oportet namq; esse sine peccato eũ qui tollit peccata mundi, quò ad reconciliandos peccatores inuentus idoneus, iure sibi nomen vendicet Salomonis.
Sed est nigredo affligentis pœnitentiæ, cum assumitur lamentatio pro delictis. Hanc fortassis nõ abhorreat in me Salomon, si spontè tamen induam mihi pro peccatis meis: quia
Psal.50.d cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Est & affi-E cientis cõpassionis, si afflicto cõdoleas, & fraternum te deco loret incommodum, Nec hanc profectò reiiciendã putat no ster pacificus, quippe quam & sibi ipse pro nobis dignanter induit, qui peccata nostra tulit in corpore suo super lignum.
1.Pet.2.d Est & persecutionis: quæ etiam pro summo ornamẽto habetur, si quidem suscipiatur pro iustitia & veritate. Vnde est illud: Ibant gaudentes discipuli à conspectu concilij, quoniam
Act.5.g digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Deniq; beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiã. Hac po-
Matt.5.a tissimũ gloriari ecclesiam arbitror, hanc libentius imitari de pellibus sponsi. Denique & habet in promissione: Si me per-
Ioan.15.c secuti sunt, & vos persequentur. Vnde & addit sponsa: No-
Cant.1.b lite me considerare quòd fusca sim, quia decoloraui me sol: hoc est, nolite me notare quasi deformẽ, quia cernitis pro ingruente persecutione minus florentem, minus secundũ gloriam seculi coloratam. Quid exprobratis nigredinem, quam feruor persecutionis, non conuersationis pudor inuexit? Vel solem dicit zelum iustitiæ quo accenditur & accingitur aduersus malignantes, dicens deo: Zelus domus tuæ comedit
Psal.68.b me. Et illud: Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt
Psal.118.b verba tua inimici mei. Illud quoque: Defectio tenuit me pro
Ibidem.g peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Item: Nõne qui
Psal.138.g oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Etiam illud sapientis cautè obseruat: Filiæ (ait) tibi
Eccli.7.c sunt? noli ostendere lætũ vultum ad ipsas: vt scilicet remissis F & mollibus & fugitantibus disciplinã, non cãdorem serenitatis, sed obscurum seueritatis exhibeat. Vel decolorari à sole, est ignescere charitate fraterna, flere cum flentibus, cũ infirmantibus infirmari, vri ad scãdala singulorum. Vel sic: Sol iustitiæ decolorauit me Christus, cuius amore langueo. Languor iste coloris quędam exterminatio est, & defectus in desiderio animæ. Vnde & dicit: Memor fui dei, & delectatus
Psal.76.a sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Ergo instar vrentis solis, desiderij ardor peregrinãtem in corpore decolorat, dum vultui gloriæ inhiantem, impatiẽtem facit repulsa, & excruciat amantem dilatio. Quis nostrum ita sancto amore ardet, vt desiderio videndi Christum omnem colorem præsentis gloriæ lætitiæque fastidiat & deponat, illa ei prophetica voce contestans: Et diem hominis non desiderauí: tu
Hier.17.c scis? Item cum sancto Dauid: Renuit cõsolari anima mea: id
Psal.76.a est, præsentium bonorum inani lætitia despicit colorari. Vel certè, Decoloraui me sol, sui nimirum comparatione splendoris, dum appropians illi, ex eo me obscuram deprehendo, nigram inuenio, fœdam despicio. Cęterum aliàs quidem formosa sum, quid fuscam dicitis solius solis pulchritudini succumbentem? At sensui priori videntur magis assentire ea quę sequuntur. Adiiciens siquidem, Filij matris meæ pugnauerũt
Cant.1. contra me: persecutionem passam se esse apertè significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sed hinc aliud sermonis principium ordiemur, quoniam sufficere hac vice possunt quæ accepimus de gloria sponsi ecclesię domini nostri Iesu Christi, dono ipsius, qui est deus benedictus in secula, Amen.

De querimonia ecclesiæ contra suos impugnatores, vel contra illos qui impugnant vnitatem fraternam.
Sermo XXIX.

FIlij matris meæ pugnauerent contra me. Annas & Caiphas & Iudas Iscarioth filij synagogæ fuerũt, & hi contra ecclesiã æquè synagogæ filiam, in ipso exortu ipsius acerbissimè pugnauerunt, suspendentes in ligno collectorem ipsius Iesum. Iam tunc siquidem deus impleuit per eos quod
Mat. 26. c olim præsignauerat per prophetam, dicens: Percutiam pa-
Zach. 13. c storem, & dispergentur oues. Et fortassis illius vox illa est in
Esa. 38. c cantico Esaiæ: Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me. De his ergo atque aliis qui de illa gente Christiano nomini contradixisse sciuntur, puta dictum à sponsa: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Et pulchrè filos matris suæ, non autem & patris sui illos vocat, qui non habebant patrem deum, sed ex patre
Ioan. 8. f diabolo erant: homicidæ vtique, sicut & ille homicida erat ab initio. Propterea non dicit fratres mei, aut filij patris mei,
H sed filij (inquit) matris meæ pugnauerunt contra me. Alioquin si non ita distingueret, videretur etiam apostolus Paulus comprehensus in his de quibus conqueritur, quòd & ipse aliquando persecutus sit ecclesiam dei: sed misericordiam
1. Cor. 15. c consecutus est: quia ignorans hoc fecit manens in incredu-
1. Tim. 1. c late: & approbauit: deum se habere patrem, fratrem ecclesię tam ex patre quàm ex matre esse. Sed attende quomodo nominatim filios matris suæ, & solos incusat, quasi soli in culpa sint. Quanta & ab exteris passa est, iuxta illud apud prophe-
Psal. 128. tam: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, & suprà dorsum meum fabricauerunt peccatores. Quid ergo singulariter filios matris tuæ causaris, quæ te minimè ignoras & ex aliis atque aliis. nationibus sæpissimè impugnatam? Ad
Prou. 23. a mensam diuitis vocatus, diligenter (inquit) considera quæ tibi apponuntur. Fratres ad mensam Salomonis sedemus. Quis ditior Salomone? Non de terrenis dico diuitiis, quanquam & ipsis Salomon abundaret. Sed intuemini præsentem mensam, quomodo supernis est referta deliciis. Spiritualia sunt & diuina quæ nobis in ea apponuntur. Diligenter ergo (inquit) considera quæ tibi apponuntur, sciens quia talia te oportet præparare. Ego vtique quod in me est, diligenter attendo id mihi apponi in his verbis spõsæ, & ad meã prorsus doctrinam cautelamque respicere, quod ita ex nomine ac sola exprimitur persecutio à domesticis, & tacentur
I tot & tam grauia quæ vbique terrarũ nihilo minus ex omni natione quæ sub cœlo est, ab infidelibus, ab hæreticis & schismaticis pertulisse cognoscitur. Noui sponsæ prudentiam, nec putauerim casu hæc illam aut quasi immemorem præterisse. Sed profectò id expressius plangit, quod & sentit differentius, quódque vigilantius nobis, cauendum existimat. Quidnam hoc? Malum vtique intestinum atq; domesticum. Hoc tibi manifestè in euangelio ore ipsius saluatoris expri-
Matt. 10. c mitur, cum dicit: Et inimici hominis domestici eius. Hoc &
et Mic. 7. b in ꝓpheta: Homo (inquit) pacis meę, qui edebat panes meos,
Psal. 54. b magnificauit super me supplantationem. Item: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: hoc est, quod à te patior conuiua & contubernali meo, id molestius sentio, fero ægrius. Scitis hæc querimonia cuius, & de quo sit. Agnoscite ergo & sponsam eodem de filiis matris suę cõquerentem affectu, quoniam in eodem spiritu, cum ait: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Vnde & alibi loquitur:
Psal. 37. a Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerũt & steterunt. Lõgè quæso à vobis facite super hoc tam abominabile & detestabile malum, vos qui experti estis, & quo-
Psal. 132. a tidie experimini quàm bonum sit & quàm iucundum habitare fratres in vnum, si tamen in vnum, & non in scandalum. Alioquin nec iucundum planè nec bonum, sed pessimum ac molestissimum. Væ autem homini illi per quem vnitatis vin K
culum iucundum turbatur. Iudicium profectò portabit quicunque est ille. Antè mihi cõtingat mori, quàm audire in vobis quempiam iustè clamitantem: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Nónne præsentis congregationis tanquam vnius matris filij omnes vos estis, singuli alteruttum fratres? Quid ergo à foris vos conturbare aut contristare possit, si intus bene estis, & fraterna pace gaudetis? Denique quis vo- *1. Pet. 3. c*
bis nocere poterit (inquit) si boni æmulatores fueritis? Quã- *1. Cor. 12. d*
obrem æmulamini charismata meliora, vt bonos vos probetis æmulatores. Charisma peroptimũ, charitas est. Planè incomparabile, quod nouæ sponsæ cœlestis spõsus totiens in- *Ioan. 13. d*
culcare curabat, nunc quidem dicens: In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Nunc verò: mandatũ nouum do vobis, vt diligatis in- *Ioan. 15. b*
uicem, &. Hoc est præceptũ meũ, vt diligatis inuicem. itémque orans vnum eos fore, sicut ipse & pater vnum sunt. Et *1. Cor. 13. d*
vide si non ipse Paulus qui te ad charismata meliora inuitat, *1. Cor. 12.*
inter cætera charitatem in summo ponit, siue cum fide & spe
dicit eam esse maiorem, & supereminentem scientiæ: siue cũ *1. Cor. 13. d*
enumeratis pluribus aut mirabilibus supernæ gratiæ donis, tandem ad superexcellentiorem viam nos mittit: haud aliam profectò illam quàm charitatem diffiniens. Denique quidnam huic comparandum putemus, quæ ipsi præfertur marty L
rio, ac fidei transferenti montes? Hoc igitur est quod dico:
Pax vobis à vobis sit, & omne quod extrinsecus minari videtur, non terret: quia non nocet. Nam econtrario quicquid foris blandiri apparet, nulla est profecto consolatio, si intus (quod absit) seminarium discordiæ germinauerit. Proinde dilectissimi, pacem habete ad vos, & nolite lædere inuicem non facto, non verbo, non signo qualicũque: & ne quis fortè exacerbatus & præoccupatus à pusillanimitate spiritus & tẽpestate, deum interpellare cogatur aduersus eos qui se læserint aut contristauerint, & prorumpere in verbum graue contingat, Filij matris meæ pugnauerunt cõtra me. Sic enim *Mat. 25. d*
peccantes in fratrem, in Christũ peccatis, qui ait: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Nec cauendum à grauioribus tantùm offensis, verbi gratia ab aperto conuitio seu maledicto, sed à clandestino quoq; & venenato susurrio. Non, inquam, sufficit os custodire ab his & his similibus: cauenda sunt & leuia, si tamen leue debeat dici quodcunque in fratrem præsumpseris voluntate lædendi: cùm hoc solo si irascaris illi, diuini reus iudicij tenearis. Meritò quidem. Nam quod tu leue putas, & ob hoc leuius præcipitas, plerunque alius aliter accipit, tanquam homo videns in facie, & secundum faciem iudicans, paratus festucam trabem suspicari, & scintillam putare fornacem. Non enim est om- M
nium charitas illa quæ omnia credit. Proni sunt autẽ sensus *1. Cor. 13. b*
hominis & cogitationes ad malum potius suspicandũ, quàm *Gen. 8. d*
ad bonum credendũ: præsertim vbi disciplina silentij nec te qui in causa es, excusare permittit, nec illum vulnus suspicionis aperire quod patitur, vt curetur. Ita vritur ille & moritur clauso & lethali vulnere intra semetipsum gemens, dum totus in ira & disceptatione positus, nil aliud silens versare in mente possit, nisi iniuriam quam accepit. Non potest orare, non potest legere, non sanctum aut spirituale aliquid meditari. Et ita intercepto vitali spiritu, dum suis destituta alimẽtis vadit ad mortẽ anima pro qua Christus mortuus est, quid tu interim quæso animi habes? Quid oratio tua aut opus quodcunque interim feceris, sapit tibi, contra quem nimirũ Christus anxiè clamat de pectore fratris tui quem contristasti, filius (inquiens) matris meæ pugnat contra me: & qui simul mecũ dulces capiebat cibos, repleuit me amaritudine? Quod si dixeris illum non tam grauiter pro tam leui causa debuisse turbari, respondeo: Quantò leuior est, tantò à te leuius potuit non committi: quanquam nescio quomodo leue dicas (vt iam dixi) quicquid amplius est quàm irasci, cùm vel hoc ipsum obnoxium esse iudicio, ex ore ipsius acceperis iudicis. Quid enim? Tùne leue dixeris, in quo offenditur Chri- *Heb. 10. d*
stus, vnde ad dei iudicium pertrahi habes, cum horrẽdum sit incidere in manus dei viuentis? Tu ergo accepta fortè iniuria (quod quidem interdum nõ accidere in his conuentibus, difficile est) non continuò, more secularis, obliquè referire fratrem

A trem responsione festines, sed neque sub specie quasi corripiendi verbo acuto & vrenti trãsfigere audeas vllatenus animam pro qua Christus affigi cruci dignatus est, non grunnire quasi increpando, non labiis mussitare quasi murmurãdo, non narem contrahere aut cachinnare quasi subsannãdo, non frontem rugare quasi inuehendo aut comminãdo. Sanè commotio tua ibi moriatur vbi oritur, nec permittatur exire
Psal. 76. a quæ mortẽ portat, ne perimat, vt dicere possis & tu cũ propheta: Turbatus sum, & non sum locutus. Quosdam altius intellexi sentire istud, quasi de diabolo & angelis eius dictũ, qui cùm fuerint & ipsi filij Hierusalem illius quæ sursum est mater nostra: ex quo lapsi sunt, non cessant fororem suam ecclesiam impugnare. Sed neque contendo si quis vsurpet hoc etiam in bonam significationem, secundum quod spirituales
Ephes. 6. d qui sunt in ecclesia, aduersus carnales fratres suos dimicãt in gladio spiritus, quod est verbum dei, vulnerãtes eos ad salutem, atq; ad spiritualia istiusmodi impugnationibus proue-
Psal. 140. hentes. Vtinam corripiat me iustus in misericordia, & increpet me, percutiens & sanans, occidens & viuificans: quò au-
Deut. 32. f deam & ego dicere: Viuo autem iã non ego, viuit verò in me
Gala. 2. d Christus. Esto (inquit) consentiens aduersario tuo dũ es cum
Mat. 5. d eo in via, ne tradat te iudici, & iudex tortori. Bonus aduersarius, cui si consentiens ero, nõ erit vnde aut iudex me calumnietur, aut tortor. Ego profectò si quos vestrum aliquando
B pro huiusmodi cõtristaui, non me pœnitet. Contristati enim
Ioan. 16. d sunt ad salutem. Et quidem nescio me id feciſſe vnquam absque mea quoq; magna tristitia, secundum illud: Mulier cum parit, tristitiam habet. Sed absit vt iam meminerim pressuræ, tenens fructum doloris mei, dum perinde videam Christum formatum in sobole. Nescio autẽ quomodo etiam tenerius mihi astricti sunt qui post increpatoria & per increpatoria tandem cõualuerunt de infirmitate, quàm qui fortes ab initio permanserunt, non indigentes istiusmodi medicamento. Ergo in hunc sensum poterit ecclesia seu anima diligens deũ dicere quòd decoloravit eam sol, mittendo scilicet & armando de filiis matris eius qui eam salubriter expugnarent,
Psa. 119. b & captiuã ducerẽt ad fidem amorémq; ipsius, multis vtique
Psa. 37. a confixam sagitis illis de quibus scriptum est: Sagittæ potentis acutæ. Et itẽ: Sagittę tuæ infixæ sunt mihi. Ideóque sequi-
Mat. 26. a tur & ait, Quoniam non est sanitas in carne mea. vt secundũ
2. Cor. 12. c animam sanior proinde fortiórq; factus dicat: Spiritus quidem promptus est, caro autẽ infirma. Et cum apostolo: Quãdo enim infirmor, tunc potens sum & fortis. Vides quia carnis infirmitas robur spiritui augeat, & subministret vires? Ita econtrario noueris carnis fortitudinem debilitatem spiritus operari. Et quid mirum si hoste debilitato, tu fortior efficeris? Nisi fortè illam tibi insanissimè ducas amicam, quæ non
C cessat concupiscere aduersus spiritum. Vide ergo si non pru-
Gala. 5. c dẽter sagittari & impugnari salubriter postulat sanctus cùm dicit in oratione: Confige timore tuo carnes meas. Optima
Psal. 118. p timor iste sagitta, qui configit & interficit carnis desideria, vt spiritus saluus sit. Sed & qui castigat corpus suũ, & in seruitutem redigit: nónne si tibi videtur etiam manum contra se
Heb. 4. c pugnantis ipse iuuare? Est & sagitta sermo dei viuus & efficax, & penetrabilior omni gaudio ancipiti: de quo saluator,
Mat. 10. d Non veni (inquit) pacem mittere, sed gladiũ, Est etiam sagitta electa amor Christi, quæ Mariæ animam non modò confixit, sed etiam pertransiuit, vt nullam in pectore virginali particulam vacuam amore relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & esset gratia plena. Aut certè pertransiuit eam, vt veniret vsque ad nos, & de plenitudine illa omnes acciperem⁹, & fieret mater charitatis, cuius pater
Esa. 49. b est charitas deus, parturiens & in sole ponens tabernaculum eius, vt scriptura impleretur quę dicit: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hoc enim impletum est per Mariam, quæ in carne visibilem edidit, quem inuisibilem nec de carne nec cum carne susceperit. Et illa quidem in tota se grande & suaue amoris vulnus accepit: ego verò me felicem putauerim si summa saltem quasi cuspide huius gladij pungi interdum me sensero, vt vel modico accepto amoris vulnere dicat etiam anima mea: Vulnerata charitate ego sum. Quis mihi tribuet in hunc modum nõ modò vulnerari, sed & expugnari omnino vsque ad exterD minationem coloris & caloris illius qui militat aduersus animam? Si exprobrauerint filiæ huius seculi illi animæ quę huiusmodi est, dicentes pallidam & sine colore esse, nónne tibi congruè posse respondere videbitur: Nolite me considerare quòd fusca sim: quia decoloravit me sol? Et si se ad hoc meminerit peruenisse adhortationibus seu increpationibus aliquorum seruorum dei æmulantium eam dei æmulatione, nónne consequenter veracitérque inferre poterit: quia filij matris meæ pugnauerunt contra me? Erit ergo sensus (iuxtà quod dictum est) vt ecclesia seu studiosa quæuis anima id loquatur, non quasi gemens aut conquerens, sed quasi gaudens & gratias agens, insuper & glorians quòd pro nomine & amore Christi digna sit fusca seu decolor esse & dici: atq; hoc ipsum ascribat non suæ industriæ, sed gratiæ & misericordię præuenientis se, & mittentis ad se. Nam quomodo crederet *Rom. 10. f*
sine prædicante? Quomodo autem prædicarẽt nisi mitterentur: Filios matris suæ contra se pugnasse memorat, nõ vt irata, sed vt non ingrata. Vnde & sequitur: Posuerunt me custodem in vineis. Quod verbum vtique si spiritualiter examinetur, puto nil in se querimonię aut rancoris habere videbitur, sed magis fauorabile aliquid redolere. Verùm, ad id contingẽdum prius sanè quàm manum apponere audeamus (locus enim sanctus est) conciliandus est nobis solitis precibus, & sic consultandus ille spiritus qui scrutatur alta dei, aut certè
E vnigenitus qui est in sinu patris sponsus ecclesiæ Iesus Chri-
stus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Qualiter populi fidelium seu animæ electorum per vineas significantur, quarum ecclesia custos dicitur: & de prudentia carnis, quæ est mors.
Sermo tricesimus.

POsuerunt me custodem in vineis. Qui? Tulne illi oppugnatores, quos proximè memorasti? Audite & intelligite si non se ab illis ipsis fatetur ista promotam, à quibus & passam. Nec mirum tamen, si quidem fuerit causa pugnandi, intentio corrigendi. Nam quis nesciat multos amicabiliter vtilitérq; multotiens oppugnatos? Quàm multos quotidie experimur piis impugnationibus prælatorum ad meliora proficere, prouchi ad altiora? Ergo illud potius demonstremus, si possumus, quemadmodum aduersus ecclesiam pugnatum sit à filiis matris suæ & hostili animo, & damno vtili. Id enim iucundius, cum qui nocere intendunt, prosunt & nolentes. Vtrunq; verò sensum tenet superior interpretatio, quoniam quidem non defuerunt & qui bene & qui male æmularentur eam diuersa intentiõne pugnantes, sed vtriq; profuerunt. Intantum deniq; se profecisse ex iis quæ ab æmulis passa est gloriatur, vt pro vna vinea quã sibi abstulisse visi sunt, super mul F
tas se gaudeat constitutam. Hoc mihi (inquit) præstitere pugnando contra me, & contra vineam meam, qui dicunt: Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea: vt vnam plu- *Psal. 136. b*
ribus commutarim. Hoc quippe est quod infert, Vineã meã non custodiui: tanquã causam subiungens vnde hoc illi cõtigerit, vt nõ in vna iam, sed in pluribus custos posita sit. Et litera quidem sic est. Sed si eam simpliciter sequimur, contenti eo solo quod sonare in superficie illa videtur, putabimus nos legere in scriptura sancta de his vineis corporeis & terrenis, quas quotidie cernimus de rore cœli & de pinguedine terræ accipere vnde fundunt vinum, in quo est luxuria: & sic nihil non dico domini sponsæ dignum, sed nec cuiuis cæterarum cõgruum quid de tam sancta & diuina scriptura attulisse videbitur. Quæ enim conuenientia sponsis & custodiæ vinearum? Sed & si conuenire putetur, vnde docebimus fuisse aliquãdo ecclesiam istiusmodi deputatam officio? Nunquid de vineis cura est deo? Si autem spirituali sensu vineas ecclesias, id est fideles interpretamur populos, iuxta prophetæ sensum
Esa. 5. b dicẽtis: Vinea domini sabaoth domus Israel est: incipiet fortassis elucere nobis quomodo sponsæ minimè indignum sit fieri custodẽ in vineis. Puto quidẽ quòd & nõ parua insuper & in hoc ipso apparebit prærogatiua, si quis diligẽtiùs curet aduertere quantũ vbiq; per orbẽ in huiusmodi vineas dilatauerit terminos suos à die illa qua Hierosolymis à filiis matris

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.4.f Gsuę expugnata est,& exturbata,vnà cum prima illa sua nouel
la plantatione,multitudinem dico credẽtium, quorum legi-
tur fuisse cor vnum,& anima vna.Et ipsa est quam modo fa-
tetur se minimè custodisse,sed non ad insipientiam sibi. Nec
enim ita inde euulsa in perfectione fuit, vt non alibi planta-
retur,atque aliis locaretur agricolis,qui reddant fructus eius
temporibus suis.Non prorsus,non periit,sed migrauit,etiam
creuit & dilatata est, tanquã cui benedixit dominus. Deniq;
Psal. 79.b leua oculos tuos,& vide si nõ operuit montes vmbra eius,&
arbusta eius cedros dei:si non extendit palmites suos vsq; ad
mare & vsque ad flumen propagines eius.Nec mirum:dei e-
1. Cor. 3.b nim ædificatio est,dei agricultura est.Ipse fœcũdat, ipse pro-
pagat,ipse putat & purgat eam,vt fructũ plus afferat.Quan-
do nempe sua destitueret cura vel opera, quam plantauit de-
xtera eius?Nõ planè habenda neglectui,in qua apostoli pal-
mites,dominus vitis,& pater eius agricola est.H In fide plãta-
ta, in charitate mittit radices,defossa sarculo disciplinæ, ster-
corata pœnitentium lachrymis,rigata prædicantium verbis,
& sic sanè exuberans vino in quo est lætitia,sed non luxuria,
vino totius suauitatis,nullius libidinis. Hoc certè vinum læ-
tificat cor hominis,hoc constat & angelos bibere cum læti-
tia. Denique gaudent in conuersione & pœnitentia pecca-
torum,salutem hominum sitientes.Lachrymę pœnitentium
H vinum eorum,quòd in illis vitæ odor,sapor gratiæ sit,indul-
gentiæ gustus,recõciliationis iucũditas,sanitas redeuntis in-
nocentiæ,serenatæ suauitas conscientiæ. Ergo ex illa vna vi-
nea quam sæuæ persecutionis visa est deleuisse tẽpestas,quã-
tæ in vniuersa terra propagatæ refloruerunt? Et in his omni-
bus custos posita sponsa est, vt non contristetur quòd primã
vineam nõ custodiuit. Consolare filia Sion:si cæcitas ex par-
te contigit in Israël,quid tu perdis?Mirare mysterium,& no-
li plangere detrimentum.Dilata sinum,& collige plenitudi-
Act.13.g nem gentium.Dic ciuitatibus Iudæ: Vobis oportebat primũ
loqui verbum dei:sed quoniam repulistis illud, & indignos
vos iudicastis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes. Moysi
Exod.32.b sanè oblatum est à deo, si præuaricatorem populum vellet
dimitttere, & diuinæ exponere vltioni,ipsum quidẽ fieri pos
se in gentem magnam:sed ille renuit. Quare?Ob nimiã pro-
fecto dilectionem qua illi fortiter deuinctus populo tenebatur,& quoniam non requirebat quæ sua sunt, sed dei hono-
rem,& non quod sibi vtile foret,sed quod multis.Et ille qui-
dem sic. Ego autem consilio secretiori puto hoc munus di-
uinitus pro sui magnitudine seruatũ sponsæ,vt ipsa potius &
non Moyses mitteretur in gentem magnã. Non enim opor-
tebat amicum spõsi præripere spõsę benedictionem, & pro-
pterea non quidem Moyses, sed noua sponsa cui dicitur: Ite
Marc.vl.d in mundũ vniuersum, prædicate euangelium omni creaturę:
I ipsa,inquam,prorsus missa est in gentẽ magnam.Num in ma
iorem potuit quàm in vniuersitatẽ? Et facilè vniuersitas ces-
sit portanti pacem,gratiam offerenti.Sed non sicut gratia,ita
& lex.quàm dissimili vultu ad omnem conscientiam se offe-
runt suauitas huius,& illius austeritas!Quis sanè ex æquo re-
spiciat condemnantem & cõsolantem,reposcẽtem & igno-
scentem, plectentem & amplectentem?Non parui profectò
acceptabitur voto vmbra & lux,ira & pax, iudicium & mise
ricordia,figura & veritas,virga & hęreditas,frenum & oscu-
Exod. 17.c lum. Graues denique Moysi manus, testibus Aaron & Hur.
Graue legis iugum,testibus ipsis apostolis, qui hoc & sibi &
Acto.15.c patribus importabile clamitant. Graue iugum, & vile præ-
mium:nam terra est in promissionẽ. Pro huiusmodi non est
Moyses missus in gẽtem magnam. Verùm tu mater ecclesia
promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ, facilè in
duplici gratia obtines ab vniuersis te recipi, & propter iugũ
suaue, & propter regnum sublime.Pulsa de ciuitate, ab vni-
uersitate exciperis, dũ sic prouocat quod promittis,vt quod
imponis,non terreat. Quid adhuc vnius veniæ plangis dam-
num,quod tanto tibi fœnore compẽsatum est? Pro eo quòd
fuisti derelicta, & odio habita, & non fuit qui per te transi-
Esa.60.e ret,Ponam te (inquit) in superbiam seculorum, gaudium in
generatione & generationẽ:& suges lac gentium,& mamil-
la regum lactaberis,& scies quia ego dominus saluans te, &
redemptor tuus fortis Iacob. Tali itaque modo dicit se spõ-
sa positam custodẽ in vineis, & quia vineam suam nõ custo-
diuit. Ego loci huius occasione meipsum reprehendere so- K
leo,quòd animarum susceperim curã,qui meam non sufficerem custodire,vineas animas interpretãs. Quòd si probas &
tu hanc nostram interpretationem,vide etiam consequenter
an recte quoque dicamus fidem,vitem:virtutes,palmites:bo
Heb.11.b trum,opus:deuotionem,vinum? Siquidẽ nec palmites absq;
vite,nec virtus sine fide aliquid est. Sine fide enim impossi-
Rom.14.d bile est placere deo,fortasse & displicere necesse erit. Deniq;
omne quod non est ex fide,peccatum est. Hoc ergo conside-
rare oportuit illos qui me posuerũt custodem in vineis, si vi-
delicet propriam custodissem. At quãtò tempore inculta ia-
cuit & deserta,redacta in solitudinem? Prorsus defecerat vi-
Iacob.2.d num ex ea,arefactis præsterilitate fidei, virtutũ palmitibus.
Erat fides,sed mortua.Quomodo enim nõ mortua sine ope-
ribus?Et id quidem in singulari vita. Cæterùm conuersus ad
dominũ,meliusculè cœpi,fateor, custodire, non tamen pro-
Psa.126.d ut oportuit.Et quis nempe ad hoc idoneus?Nec sanctus pro-
pheta,qui ait:Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vi-
gilat qui custodit eam. Quantis etiã tunc memini me patẽre
insidiis illius qui sagittat in occultis immaculatum? Quãtum
nobis ô vinea mea furtiuis subreptum est machinamentis eo
ipso tempore quo vigilantius intẽdere cœpimus curæ & cu-
stodiæ nostri? Quot & quales piorum botros operũ aut præ-
focauit ira,aut tulit iactãtia,aut fœdauit inanis gloria? Quã- L
ta ab illecebra gulæ,quanta ab acediæ spiritu,quanta à pusil-
lanimitate spiritus & tempestate sustinuimus? Sic erã, & ni-
hilo minus tamen posuerunt me custodem in vineis,nõ con-
1.Tim.3.b siderantes quid de mea ego facerem vel fecissem, nec audiẽ-
tes arguentem magistrum ac dicentem: Si quis domui suæ
præesse nescit,quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit?
Miror audaciam plurimorum quos videmus de suis vineis
non colligere nisi spinas & triculos, vineis tamen dominicis
etiam se ingerere non vereri. Fures sunt & latrones, non cu-
stodes neque cultores.Hoc illis:væ autem mihi etiam nunc
à periculo vineæ meæ,imò magis nunc quando pluribus in-
tentus,minus circa vnam diligens, minúsque solicitus fieri
Psal.79.b cogor.Nec septem circũdare,nec torcular fodere in ea licet.
Heu destructa est maceria eius, & vindemiant eã omnes qui
prætergrediuntur viam.Patet exposita tristitiæ,iracũdiæ, at-
que impatientiæ peruia. Demoliuntur eam sedulæ quædam
vulpeculæ instantium necessitatum.Irrumpunt vndique an-
xietates,suspiciones,solicitudines.Turbæ discordãtium,cau-
sarum molestiæ rara hora desunt. Non est prohibendi facul-
tas,non copia declinandi,sed nec orãdi spacium.Quo imbre
lachrymarum perfundere sufficiam sterilitatem animæ meę?
Vineæ meæ volui dicere,sed de psalmo sic incidit propter vo-
sum,& sensus idẽ est. Nec piget erroris, qui admonet simili- M
tudinis,quia non de vinea sermo est,sed de anima. Ergo ani-
ma cogitetur cum vinea legitur. Siquidem sub huius specie
& nomine illius sterilitas deploratur. Quibus etgo lachry-
mis rigabo sterilitem vineæ meæ? Omnes palmites eius a-
ruerunt præ inopia. Iacent sine fructu, eo quòd nõ habeant
humorem.Iesu bone,quos fasciculos sarmentorum ex eis in
tuo quotidie sacrificio vstio contriti cordis mei te teste ab-
Psal.50.d sumit?Sit obsecro sacrificium tibi spiritus contribulatus, cor
contritum & humiliatum deus ne despicias. Et ego qui-
dem sic pro imperfecto meo traho ad me capitulũ præsens.
Perfectus autem omnis erit qui alias dicere poterit: Vineam
Mat.10.d meam nõ custodiui: illo videlicet sensu, quo saluator loqui-
tur in euangelio:Qui perdiderit animam suam propter me,
inueniet eam. Idoneus planè & dignus qui ponatur custos
in vineis,quem propriæ cura vineæ à commissarum diligen-
tia & solicitudine nou impedit aut retardat, dum non quæ-
rit quæ sua sunt, neque quod sibi vtile est, sed quod multis.
Luc.12.d Propterea sanè Petro cura ista credita est in tam multis vi-
neis quæ erant de circũcisione,quia homo paratus erat & in
carcerem & in mortem ire:vsque adeo suæ vineæ, id est suæ
animæ nõ detinebatur amore,quo minus curæ intẽderet cre
ditarum.Meritò & Paulo inter gentes tam ingens sylua cre-
Act.21.c dita est vinearũ, quòd & ipse in suæ custodia vineæ minimè
curiosus inuentus sit,ita vt non solum alligari, sed & mori in
Hierusalem paratus fuerit propter nomen domini Iesu Chri
sti.Deniq; nihil horũ vereor (inquit)nec facio animã meam
precio;

A preciosiorẽ quàm me. Optimus æstimator rerũ, qui nil suo-
rum sibi præferendum existimet.Quàm multi saluti propriæ
modicam vilissimámque pecuniam prætulerunt? Paulus nec
† animam.Non(inquit)facio eam preciosiorem quàm me. Er-
go differentiam facis inter tẽ & animã tuam.Prudenter qui-
Rom.7.c dem tu tibi pluris es, quàm quiduis tuum. Sed quomodo
nõ tua anima tu? Arbitror quòd quia Paulus iam tunc in spi-
ritu ambularet,& mente consentiret legi dei,quoniam bona
est,idcirco hanc ipsam mentem suam tanquam principale ac
supremum quiddã sui, dignum duxerit suimet potius quàm
suæ cuiuspiam rei nomine designare: reliquum verò quod
constat naturæ esse inferioris,& inferiori proinde viliorique
essentiæ (quod est corpus) inhærere non modò officio viui-
ficandi ac sensificandi,sed & fouendi nutriendique desiderio:
hoc,inquã,sensuale atque carnale appellatione sui homo spi
ritualis indignum iudicans, inter sua magis censuit deputan-
dum,quàm se personaliter exprimendum per illud. Cùm me
dico (inquit) excellentius quod in me est, in quo & sto per
gratiam dei, id est mentem rationémque intellige. Cùm lo-
quor animam meam,hoc inferius accipe quod carni animã-
dæ vides accommodatum,etiam & iunctum in cõcupiscen-
Rom.8.a tia.Id me fuisse quidem, sed iam non esse agnosco, quia non
Galat.2.d secundum carnẽ adhuc ambulo,sed secundum spiritum. Vi-
uo ego iam non ego, viuit verò in me Christus. Secundum
B mentem ego, secundum carnem non ego. Quid enim si car-
Rom.7.c naliter etiam nunc anima concupiscit? Iam non ego operor
illud,sed quod habitat in me peccatum.Et ideo non me qui-
dem, sed tamen meum dixerim quod in me carnaliter sapit,
idque non aliud quàm ipsam animam. Reuera enim animæ
portio est carnalis affectio eius, & vita quã administrat cor-
pori.Hanc ergo animam suam Paulus spernebat prę se,para-
tus pro domino non solùm alligari,sed & mori in Hierusalẽ,
& sic perdere animam suam iuxta cõsilium domini.Tu quo-
que si propriam deseras voluntatem, si corporis voluptati-
bus perfectè renuncies,si carnem tuam crucifigas cum vitiis
& concupiscentiis, sed & mortifices mẽbra tua quæ sunt su-
per terram:probabis te Pauli imitatorem,qui non facies ani-
mam tuam pręciosiorem teipso:probabis & Christi discipu-
Mat.16.d lum etiam illam perdendo salubriter.Et quidem prudentius
eam perdis vt custodias, quàm custodis vt perdas. Nam qui
voluerit animam suam saluam facere,perdet eam. Quid hic
vos dicitis obseruatores ciborum,morum neglectores?Hip-
pocrates & sequaces eius docent animas saluas facere in hoc
mundo:Christus & eius discipuli perdere. Quemnam vos è
duobus sequi magistrum eligitis? At manifestum se facit qui
sic disputat,Hoc oculis,hoc capiti,& illud pectori vel stoma
cho nocet. Profecto vnusquisq; quod à suo magistro didicit,
hoc in mediũ profert.Num in euangẽlio legisti has differen-
C tias,aut in prophetis,aut in literis apostolorum?Caro & san-
guis pro certo reuelauit tibi hanc sapientiam,non spiritus pa
Rom.8.a tris.Est enim carnis hæc sapiẽtia. Sed audi quid de ipsa nostri
Ibidem. medici sentiant. Sapientia (inquiunt) carnis mors est. Item:
Sapiẽtia carnis inimica est deo.Num Hippocratis seu Galeni
sententiam,aut certe de schola Epicuri debui proponere vo-
bis?Christi sum discipulus: Christi discipulis loquor. Ego si
peregrinum dogma induxero, ipse peccaui. Epicurus atque
Hippocrates, corporis alter voluptatem,alter bonam habi-
tudinem præfert: meus magister vtriusque rei contemptum
prædicat.Animæ in corpore vitam, quam summo studio iste
vnde sustentet,ille vnde & delectet, inquirit atque inquirere
docet: saluator monet & perdere. Quid enim tibi aliud de
Christi auditorio sonuit cum paulò ante clamatum est: Qui
+ amat animam suam,perdet eam?Perdet eam,dixit,siue ponẽ-
do vt martyr,siue affligendo vt pœnitens.Quanquam genus
martyrij est,spiritu facta carnis mortificare, illo nimirũ quo
membra cæduntur ferro,horrore quidem mitius,sed diutur-
nitate molestius. Videsne hac sententia magistri mei carnis
sapientiam cõdemnari,per quam vtique aut in luxum volu-
ptatis diffluitur,aut ipsa quoque bona valetudo corporis vl-
tra quàm oporteat appetitur? Denique quòd vera sapiẽtia in
Iob.28.c voluptates non effluat,audisti profecto à sapiente ne inueni-
Sapien.7.a ri quidem hanc in terra suauiter viuentium. Quin autem in-
uenit,dicit:Super salutẽ & omnem pulchritudinem dilexi sa-
pientiam.Si super salutem & pulchritudinem,quanto magis D
super voluptatem & turpitudinem? Quid verò prodest tem-
perare à voluptatibus, & inuestigandis diuersitatibus cõple-
xionum,ciborúmque varietatibus exquirendis,quotidianam
expẽdere curam? Legumina(inquit)ventosa sunt, caseus sto-
machum grauat,lac capiti nocet,potũ aquæ non sustinet pe-
ctus,caules nutriunt melancholiam,cholerã porri accẽdunt,
pisces de stagno aut de lutosa aqua meæ penitus complexio-
ni nõ congruunt. Quale est hoc,vt in totis fluuiis,agris, hor-
tis,cellariisve reperiri vix possit quod comedas? Puta te,quę-
so, monachum esse, non medicum, nec de complexione iu-
dicãdum,sed de professione? Parce obsecro primùm quidem
quieti tuæ,parce deinde labori ministrantiũ, parce grauami-
ni domus,parce conscientiæ. Conscientiæ dico,non tuæ,sed
alterius,illius videlicet qui propè sedẽs,& edẽs quod sibi ap-
ponitur,de tuo singulari ieiunio murmurat. Scãdalo quippe
est ei aut tua odiosa superstitio, aut duritia quam forte putat
illius qui tibi habet prouidere Scandalizatur,inquam, in tua
singularitate frater iudicans te superstitiosum tanquam su-
perflua quæritantem: aut certe me durum causans, qui non
perquiram victui non necessaria. Frustra sibi quidam blan-
diuntur de exemplo Pauli hortantis discipulum non bibere 1.Tim.5.d
aquam,sed modico vti vino propter stomachum, & freque-
tes suas infirmitates. Qui attendere debent primùm quidem
apostolum minimè sibiipsi rem istiusmodi suadere, sed nec E
discipulum æquè exposcere sibi. Deinde non monacho hoc
intimari,sed episcopo,cuius vita tenerę adhuc & nascẽti ec-
clesiæ perneccssaria esset. Timotheus hic erat. Da mihi alte-
rum Timotheum,& ego cibo eum si vis etiam auro, & poto
balsamo.Cæterùm tu tibimetipsi dispensas,misertus tui. Su-
specta est mihi(fateor)tua ipsius in te dispẽsatio,& vereor ti-
bi illudi sub tegmine & nomine discretionis à carnis prudẽ-
tia.Id te saltem volo admoniium esse, vt si tibi ita auctoritas
apostoli placet de bibendo vino:modico,quod ille adiunxit,
nõ prætermittas. Et de hoc satis. Sed reuertamur ad spõsam,
& discamus ab ea vineas proprias vtiliter non custodire,præ-
sertim nos qui videmur deputati custodes in vineis spõsi ec-
clesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus
benedictus in secula,Amen.

De excellentia diuinæ visionis, & qualiter in præsenti sanctis viris gustus diuinæ præsentiæ variatur pro variis animæ desiderijs. Sermo XXXI.

INdica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cu-
bes in meridie.] Studiosis mentibus verbum sponsus fre-
quenter apparet, & non sub vna specie. Quid ita? Pro-
cto, quoniam nondum videtur sicuti est. Nempe illa visio
stat, quia forma stat quæ tunc videtur. Est enim: nec vllam P
capit ex eo quod fuit vel erit, mutationem. Tolle nempe
fuit & erit, vnde iam transmutatio, aut vicissitudinis obum-
bratio? At quicquid veniens ex eo quod fuit,nõ cessat tende-
re in id quod erit,transitu sanè habet per est,sed omnino non
est. Nam quomodo est, quod nunquam in eodem statu per-
manet? Solũ proinde verè est,quod nec à fuit præciditur, nec
ab erit expungitur: sed solùm atq; inexpugnabile remanet ei
est, & manet quod est.Nec fuit sanè tollit illi esse ab æterno,
non erit esse in æternum:ac per hoc sibi vendicat verum esse,
id est increabile, interminabile, inuariabile. Cùm igitur ipse
qui sic est, immò qui non sic aut sic est, videtur sicuti est, stat
(vt dixi) illa visio, quia nulla eam interpolat vicissitudo. Et
tunc ille de euangelio vnus omnibus qui sic vident, denarius Mat.20.a
redditur in vna specie quę offerunt.Nam & quod apparet,vt
inuariabile in se est, ita inuariabiliter intuentibus præsto est:
& quibus apparet,nil videre desiderabilius volũt,nil possunt
delectabilius. Quando ergo illa vel fastidiet auiditas, vel se
subtrahet suauitas,vel fraudabit veritas, vel deficiet æterni-
tas? Quod si in æternum extenditur videndi copia pariter &
voluntas:quomodo nõ plena felicitas? Nil quippe aut deest
iam semper videntibus,aut supereſt semper volẽtibus. At tã-
lis visio non est vitæ præsentis, sed in nouissimis reseruatur,
his dũtaxat qui dicere possunt: Scimus quia cum apparuerit, 1.Ioan.3.a
similes ei erimus,quia videbimus eum sicuti est. Et nũc qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdem appatet quibus vult,sed sicuti vult,non sicuti est. Non sapiens,non sanctus,nō propheta videre illum sicuti est potest aut potuit in corpore hoc mortali:poterit autē in īmortali,qui dignus habebitur.Itaque videtur & hic,sed sicut videtur ipsi,&non sicuti est.Nam neque hoc luminare magnū (solem loquor ĩstum quem quotidie vides) vidisti tamē aliquando sicuti est,sed tantum sicut illuminat,verbi causa aerem,montem,parietem.Quod nec ipsum quidem aliquatenus posses,si non aliqua ex parte ipsum lumen corporis tui pro sui ingenita serenitate &perspicuitate cœlesti lumini simile esset.Non denique alterum membrum corporis capax est luminis,ob multam vtique dissimilitudinem.Sed nec ipse oculus cum turbatus fuerit, lumini propinquabit,nimirū ob amissam similitudinem.Qui ergo turbatus, nullatenꝰ serenum solem videt propter dissimilitudinē,serenus aliquatenus videt propter nonnullam similitudinem.Profecto si pari prorsus puritate vigeret, videret omnino inoffensa facie eum sicuti est,propter omnimodam similitudinem.Ita & solem iustitiæ illum qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,videre in hoc mundo sicut illuminat illuminatus potest,tanquam iam in aliquo similis:sicuti est. *Psal.33.c* omnino nō potest,tanquam nondum perfectē similis. Pro-
H pterea dicit: Accedite ad eum,& illuminamini: & facies ve- *2.Cor.3.d* stræ non confundentur, Ita sanè, sed si quantum satis est illuminamur, vt reuelata facie speculantes gloriam dei, in eandem imaginem trāsformemur de claritate in claritatem tanquam à domini spiritu.Ergo accedēdum ad eum,non irruendum, ne irreuerens scrutator maiestatis opprimatur à *Prou.25.d* gloria.Nec locis sanè accedendum,sed claritatibus,ipsisque non corporeis,sed spiritualibus tanquam à domini spiritu à domini plane,& nō à nostro,quāuis in nostro.Qui itaque clarior,ille propinquior:esse autem clarissimum, peruenisse est.Porro iam presentibus non aliud est videre sicuti est,quā esse sicuti est,& aliqua dissimilitudine non confundi. Sed id tunc,vt dixi.Interim verò tanta hęc formarum varietas,atq; numerositas specierum in rebus conditis, quid nisi quidam sunt radij deitatis, monstrantes quidem quia vere sit, à quo sunt,non tamen quid sit prorsus diffinientes? Itaque de ipso
I vides,sed non ipsum.Cum autem de eo quem non vides, cę tera vides,scis indubitanter existere, quem oportet inquirere,vt inquirentem non fraudet gratia, negligentem ignorantia non excuset. Verùm hoc genus videndi commune. *Rom.1.c* In promptu enim est (iuxta apostolum) omni v tenti ratione,inuisibilia dei per ea quę facta sunt intellecta conspicere.

Alius proculdubio ille modus quo quōdam patribus crebra illa atq; ambitiosa diuinæ præsentiæ familiaritas dignā- *Heb.1.a* ter indulta est,quanquam nec ipsis sicuti est,sed sicut dignataest.Nec vno omnibus modo,sed,vt ait apostolus,multifa- *Deut.6.a* riē multisque modis:cum ipse in se sit vnus, dicente ipso ad Israēl:Dominus deus tuus,deus vnus est. Et hæc demōstratio non quidem communis,sed tamen foris facta est, nimirum exhibita per imagines extrinsecus apparētes,seu voces sonantes.Sed est diuina inspectio eò differentior ab his,quò interior, cum per seipsum dignatur inuisere deus animam quærentem se,quæ tamen ad quærendum toto se desiderio *Psa.96.a* & amore deouuit.Et hoc signum istiusmodi aduentus eius, sicut ab eo qui expertus est edocemur:Ignis ante ipsum prędcedet,& inflammabit in circuitu eius inimicos eius. Oportet nāque vt sancti desiderij ardor præueniat faciem eius ad omnem animam ad quam est ipse venturus,qui omnem cōsumat rubiginem vitiorū,& sic præparet locum domino.Et *Thren.1.d* tūc scit anima quoniam iuxta est dominus,cum se senserit il *Psal.38.a* lo igne succēsam,& dixerit cum propheta:De excelso misit ignem in ossibus meis,& eruditi me. Et illud : Concaluit cor meum intra me,& in meditatione mea exardescet ignis.

Tali animæ suspiranti frequenter,immo sine intermissione orāti & afflictanti se præ desiderio,cum interdum desideratus ille qui ira quęritur,miserꝰ occurrit,puto illi de propria experientia conuenire vt dicat cum sancto Hieremia: *Thren.3.c* Bonum es domine sperātibus in te,animæ quærēti te.Sed & angelus eius qui vnus est de sodalibus sponsi, in hoc ipsum deputatus,minister profectò & arbiter secretæ mutuęq; salutationis,is inquā angelus quomodo tripudiat, quomodo collætatur & condelectatur,& cōuersus ad dominum dicit: K *Psal.20.a* Gratias ago tibi domine maiestatis, quia desiderium cordis eius tribuisti ei,& voluntate labiorū eius non fraudasti eam. Ipse est qui in omni loco sedulus quidam pedisequus animę *Psa.36.d* non cessat solicitare eam,& assiduis suggestionibus monere *Ibidem.* dicens:Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis *Abac.2.a* tui.Et rursum:Expecta dominum, & custodi viam eius. Itē *Psal.41.a* Si moram fecerit,expecta eum,quia veniens veniet, & non tardabit.Ad dominū autem, Sicut ceruus (inquit) desiderat ad fontes aquarū,ita desiderat anima ista ad te deus. Desiderauit te in nocte,sed & spiritus tuꝰ in præcordiis eius: de ma *Psal.87.b* ne vigilauit ad te.Et iterum:Tota die expandit ad te manus *Mat.15.c* suas:dimitte illam,quia clamat post te.Conuertere aliquan- *Psal.89.a* tulū, & deprecabilis esto super eam.Respice de cœlo, & vide & visita desolatam.Fidelis paranymphus,qui mutui amoris cōscius,sed non inuidus,non suam quærit,sed domini gratiam:discurrit medius inter dilectum & dilectam,vota offerens,referens dona.Excitat istam,placat illum.Interdū quoque (licet rarò)representat eos pariter sibi siue hanc rapiēs, siue illum adducens.Siquidē domesticus est, & notus in palatio,nec veretur repulsam, & quotidie videt faciem patris.

Vide autem tu ne quid nos in hac verbi animæque commixtione corporeum seu imaginatorium sentire existimes. *1.Cor.6.b* Id loquimur quod apostolus dicit,Quoniā qui adheret deo vnus spiritus est.Excessum puræ mētis in deum,siue dei piū L descensum in animam,nostris quibus possumus exprimimꝰ verbis,spiritualibus spiritualia comparantes.Itaque in spiritu fit ista cōiunctio,quia spiritus est deus,& concupiscit decorem animæ illius quam forte aduerterit in spiritu ambu- *Ian..4.c* lantem,& curam carnis non perficientem in desiderio,præsertim si sui amore flagrantem conspexerit.Non ergo sic affecta & sic dilecta contenta erit omnino vel illa quæ multis per ea quę facta sunt,vel illa quę paucis per visa & sōnia facta est manifestatio sponsi,nisi & speciali prærogatiua intimis illum affectibus atq; ipsis medullis cordis cœlitus illapsum suscipiat habeātque præsto quem desiderat nō figuratum,sed infusum:nō apparentem,sed efficientē:nec dubium quin eo iucundiorem, quo intus,non foris.Verbum nempe est nō sonans,sed penetrans:non loquax,sed efficax:non obstrepens auribus,sed affectibus blandiens. Facies est non formata,sed formans:non perstringens oculos corporis,sed faciem cordis lætificans : grato quippe amoris munere, non colore.Non tamen adhuc illum dixerim apparere sicuti est, quanuis non omnino aliud hoc modo exhibeat quàm quod est.Neq; enim vel sic continuè præsto erit quanuis deuotissimis mentibus,sed nec vniformiter omnibus . Oportet nāque pro variis animę desideriis diuinę gustum præsentię variari,&infusum saporem supernę dulcedinis diuersa appetētis animi aliter atque aliter oblectare palatum.Denique ad- M uertisti in hoc amatorio carmine quotiēs mutauerit vultum &in quāta multitudine dulcedinis suę coram dilecta dignatus sit transformari,& quomodo nunc quidem instar verecundi sponsi sanctæ animę secretos petat amplexus,&oscu- C lis delectetur:nunc verò in oleo & vnguentis medicum exhibere appareat,nimirum propter teneras & infirmas animas istiusmodi adhuc indigentes fomentis &medicamentis vnde & delicato adolescentularum nomine designantur. Si *Mat.9.d* mussitet quis,audiet quia nō est opus sanis medicus,sed male habentibus.Nunc rursum quasi viator quispiam itinerantibus sponsæ simul atque adolescentulis sese associans,iucūdissimis cōfabulationibus suis à labore viæ omnē reuelat co *Luc.24.c* mitatum,ita vt eo discedente loquātur:Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu,dum loqueretur nobis in via?

Facundus comes,qui in sermonum & morum suauitate suorum, tanquam in quadam suaueolentia spirantium vnguentorum post se currere faciat vniuersos. Vnde & dicunt *Cantic.1.a* In odore vnguentorum tuorum curremus. Item aliquando occurrens quasi prædiues aliquis paterfamiliās qui in domo sua abundet panibus,immo tanquam rex magnificus & potens,qui sponsę pauperis videatur pusillanimitatem erigere prouocare cupiditatem,demonstrans illi omnia desiderabilia gloriæ suæ,diuitias torcularium ac promptuariorū, hortorum & agrorum copias,demum etiam introducēs eam in ipsa

A ipsa secreta cubiculi. Nimirum confidit in ea cor viri sui, & *Prou.vlt.b* non est ex omnibus quod ab illa existimet absondendū, quā redemit inopem,probauit fidelem,amplexatur amabilē. Atque ita non cessat siue hoc siue illo modo interno iugiter apparere conspectui quærentium se, vt sermo impleatur quem *Mat.vlt.d* dixit : Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi.Et in his omnibus suauis & mitis &multę misericordię. Nam in osculis quidem affectuosum & blādum,in oleo autē & in pigmentis atque vnguentis clementē & affluentem viceribus pietatis & compassionis , porro in via hilarem,affabilem,plenum gratię & solatij,in ostensione verò diuitiarum ac possessionum munificum se ac largum pro regia liberalitate remuneratorem demonstrat.Ita per omnē huius carmi- *1.Cor.2.e* nis textum reperies verbū istiusmodi similitudinibus adumbrati.Vnde ego puto id significatum apud prophetā, vbi ait: *Thre.4.* Spiritus ante faciem nostram Christus dominus,in vmbra eius viuemus inter gēres:quòd scilicet videamus nūc per speculum & in ænigmate , & necdum facie ad faciē. At istud sanè donec viuimus inter gētes.Nam inter angelos aliter:quādo iam indifferenti omnino felicitate cum ipsis videbimus eum & nos sicuti est, hoc est, in forma dei, & non in vmbra. Quomodo namque apud veteres quidem vmbram figurámque dicimus extitisse,nobis autē per gratiam Christi in carne præsentis ipsam per se illucescere veritatem: ita nos quoque B respectu futuri seculi in quadam interim veritatis vmbra viuere non negabit,nisi qui nō acquiescit apostolo dicenti : Ex *1.Cor.13.c* parte cognoscimus,& ex parte prophetamus. Et illud : Non *Philip.3.c* arbitror me comprehendisse.Quomodo enim nō est distinctio eius qui per fidem ambulat,& illius qui per speciem? Er- *Abac.2.a* go iustus ex fide viuit, beatus exultat in specie . Et ideo sanctus homo viuit interim in vmbra Christi,sanctus angelus in splendore vultus gloriæ gloriatur . Et bona fidei vmbra,quæ lucem temperat oculo caliganti , & oculum præparat luci. *Act.15.c* Scriptum est enim : Fide mundans corda eorum . Fides itaque lucem non extinguit,sed custodit . Quicquid sanè est illud quod videt angelus,hoc mihi vmbra fidei seruat,fideli sinu repositum,in tempore reuelandum . An nō expedit tenere vel inuolutum quod nudum non capis:Denique & mater *Luc.1.c* domini viuebat in vmbra fidei, cui dictum est , Et beata quæ *Ibidem.* credidisti.Habuit & de Christi corpore vmbram , quæ auditum est,Et virtus altissimi obūbrabit tibi . Nec enim vilis vmbra, quæ de virtute altissimi formatur. Et verè virtus in carne Christi,quę virgini obūbrauit,vt quod impossibile erat mortali fœminæ,obiectu tamē inuoluceri viuifici corporis ferret præsentiam maiestatis,& lucem sustineret inaccessibilē.Virtus planè in qua omnis contraria fortitudo debellata est. Et virtus & vmbra fugans dæmones,tutans homines.Aut certe virtus vegetans,vmbra refrigerans.Viuimus proinde in vm- *Ioan.6.f* bra Christi,qui per fidem ambulamus , & carne ipsius pascimur vt viuamus . Caro enim Christi vere est cibus . Et vide ne propterea etiam nunc describatur hoc loco apparens tanquam in schemate pastorali, vbi illum spōsa quasi vnū quēpiam de pastoribus videtur alloqui dicens : Indica mihi vbi *Ioan.10.b* pascas,vbi cubes in meridie.Bonus pastor,qui animam suam dat pro ouibus suis. Animam pro illis, carnem illis . Illam in precium, istam in cibum. Res mira : ipse pastor , ipse pascua est,ipse redemptio.Verùm sermo in lōgum pergit, quoniam locus amplus est, & grandia continens , & non explicabitur paucis , atque hac necessitate videtur mihi iam rumpendus Potius quàm finiendus. Oportet autem vt quoniam materia pendet,memoria vigilet, quatenus vbi paufatum erit, inde mox resumatur & pertractetur prout dominus dabit Iesus Christus sponsus ecclesiæ , qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Qualiter Christus suscipitur ab anima sancta tanquam sponsus, & ab anima infirma tanquam medicus: & de differētiis cogitationum,vnde oriantur. Sermo XXXII.

INdica mihi vbi pascas , vbi cubes in meridie . Hic sumus, hinc progredimur . Sed antequam tractari incipiat visio ista & allocutio , recapitulandum breuiter arbitror de aliis visionibus quæ præcesserunt , quomodo nobis aptari spiritualiter possint pro votis & meritis singulorum , vt ap- D prehensis illis (si tamen hoc datum fuerit) facilior & in huius discussione eluceat intellectus . Verùm id difficillimum. Nam etsi illa verba quibus ipsæ visiones seu similitudines describuntur, sonare corpora atque corporea videantur,spiritualia tamen sunt quæ nobis ministrantur in his , ac per hoc in spiritu quoque causas & rationes earum oportet inquiri.Et quis idoneus inuestigare & cōprehendere tam multos animæ affectus profectúsque , quibus hæc de præsentia sponsi tam multiformis gratia dispensatur ? Tamen si intremus ad nos,& spiritus sanctus in lumine suo dignetur ostendere nobis, quod opere suo non dedignatur assiduè actitare in nobis,puto non omnino nos in his sine intellectu remansuros.Confido enim non accepisse nos spiritum huius mundi , sed spiritum qui ex deo est , vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis . Ergo si cui nostrum cum sancto propheta ad- *Psal.72.d* hærere deo bonū est,& (vt loquar manifestius) si quis in nobis est ita desiderij vir,vt cupiat dissolui,& cum Christo esse: cupiat autem vehementer,atdenter sitiat, assiduè meditetur: is profecto non secus quàm in forma spōsi suscipiet verbum in tempore visitationis , hora videlicet qua se adstringi intus quibusdam brachiis sapientiæ , atq; inde sib infundi senserit sancti suauitatem amoris . Siquidem desiderium cordis eius *Psal.20.a* tribuetur ei , etsi adhuc peregrinanti in corpore. Ex parte tamen, idque ad tempus,& tempus modicum.Nam cum vigi- E liis & obsecrationibus & multo labore & imbre lachrymarum quæsitus affuerit,subitò dum teneri putatur,elabitur:& rursum lachrymanti & insectanti occurrens cōprehendi patitur, sed minimè retineri , dū subitò iterum quasi è manibus euolat. Et si institerit precibus & fletibus deuota anima , denuo reuertetur,& voluntate labiorū eius nō fraudabit eam: *Ibidem.* sed rursum mox disparebit,& non videbitur , nisi iterum toto desiderio requiratur. Ita ergo & in hoc corpore potest esse de presentia sponsi frequens lætitia,sed non copia:quia etsi visitatio lætificat , sed molestat vicissitudo . Et hoc tandiu necesse est pati dilectam,donec semel posita corporeæ sarcina molis , auolet & ipsa leuata pennis desideriorum suorum liberè iter carpens per campos contemplationis,& mēte sequens expedita dilectum quocunque ierit. Nec tamen vel in transitu præsto erit sic omni animæ , nisi illi duntaxat quam ingens deuotio,& desiderium vehemēs,& prędulcis affectus sponsam probat , & dignam ad quam gratia visitādi accessiurum verbum decorem induat,formam sponsi accipiens. Qui enim nondum inuenitur ita affectus, sed compunctus magis actuum recordatione suorum,loquēs in amaritudine animæ suæ dicat deo:Noli me condēnare:aut forte etiam adhuc pe- *Iob.10.a* riculosē tentatur à propria concupiscentia abstractus & illectus:hic talis non sponsum requirit,sed medicum:ac per hoc non oscula quidem vel amplexus , sed tātùm remedia vulne- F ribus accipiet suis,in oleo vtique & vnguentis. An non sępenumero sic sentimus & sic experimur orātes,nos qui nostris quotidie adhuc excessibus tentamur prędsentibus,mordemur præteritis? A quanta me amaritudine frequenter liberasti adueniens Iesu bone? Quotiens post anxios fletus, post inenarrabiles gemitus & singultus,sauciam cōscientiam meam vnxisti vnctione misericordiæ tuæ , & oleo lætitiæ perfudisti? Quotiens me oratio quem penè desperātem suscipit , reddit exultantē & prędsumentē de venia? Qui similiter afficiuntur,ecce hi sciunt quòd verè medicus sit dominus Iesus , qui *Psa.102.46.* sanat contritos corde,& alligat contritiones eorum. Qui experti non sunt,credant inde eidem ipsi dicēti:Spiritus domi- *Luc.4.c* ni vnxit me,ad euangelizādum mansuetis misit me,vt mederer contritis corde. Si adhuc dubitant,accedant certè & probent,& sic in semetipsis discant quid sit , Misericordiam vo- *Matt.9.b* lo , & non sacrificium . Sed videamus & reliqua . Sunt qui in studiis spiritualibus fatigati , & versi in teporem, atque in defectu quodam spiritus positi , ambulant tristes vias domini,corde arente & tædente accedunt ad quęque iniuncta,frequenter murmurant : longos dies , longas conqueruntur & noctes,loquentes cum sancto Iob:Si dormiero dicam,quan- *Iob.7.a* do cōsurgam? & rursum expectabo vesperam.Ergo vbi contingit tale aliquid pati, si misertus dominus appropiet nobis in via qua ambulamus , & incipiat loqui de cœlo qui de cœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glo est,necnon fauorabile quippiam cantare nobis de cãticis Sion,narrare etiam de ciuitate dei,de pace ciuitatis,de æternitate pacis,de statu æternitatis,dicó vobis erit pro vehiculo animæ dormitanti & pigritáti læta narratio, ita vt pellat omne fastidium ab animo audientis,& à corpore fatigatione. An tibi aliud vel pati vel petere ille videtur,qui ait: Dormitauit anima mea præ tædio, cõfirma me in verbis tuis?Et nónne cum obtinuerit,clamabit: Quomodo dilexi legé tuã domine,tota die meditatio mea est? Sunt enim quędam verba verbi sponsi ad nos, nostræ meditationes de ipso & eius gloria, elegantia, potentia, maiestate. Non solùm autem sed & cum auida mente versamus testimonia eius,& iudicia oris eius, & in lege meditamur die ac nocte: sciamus pro certo adesse sponsum,atque alloqui nos,vt non fatigemur laboribus,sermonibus delectari. Tu ergo cum tibi aliqua talia volui animo sentis,non tuam putes cogitationem sed illum agnosse loquentem,qui apud prophetam dicit: Ego qui loquor iustitiam. Simillima enim sunt nostræ cogitata mentis sermonibus veritatis in nobis loquentis: nec facilè quis discernit quid intus pariat cor suum quídve audiat, nisi qui prudenter aduertit dominum in euangelio loquentem,quia de corde exeunt cogitationes malæ. Et illud: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et qui loquuntur mendaciũ,de suo loquuntur. Apostolus autem, Non quòd sufficiẽtes (inquit) H simus cogitare aliquid à nobis tãquã ex nobis(subaudis bonum)sed sufficientia nostra ex deo est. Cũ ergo mala in cornobis versamus, nostra cogitatio est: si bona, dei sermo est. Illa de corde exeunt, nec audimus ea, sed dicimus. Denique dixit insipiens in corde suo, non est deus. Et propter hoc irrtauit impius deum,quia dixit in corde suo,non requiret. Sed est præterea quod corde quidem sentitur,non tamen cordis est verbum: nec enim de corde exit sicut nostra cogitatio: sed neq; illud est quod ad cor fieri diximus, verbum videlicet verbi,cum sit malum: immittitur autem à contrariis pocet testatibus,sicut fiunt immissiones per angelos malos, quale (verbi causa)fuit quod legitur misisse in cor diabolus vt traderet dominum Iudas Simonis Iscariotis. Verum quis ita vigil & diligens obseruator motionum internarum suarum, siue in se,siue & ex se factarum,vt liquidò ad quęque illicita sensu cordis sui discernat inter morbum mentis,& morsum serpentis? Ego nulli hoc mortalium possibile puto, nisi qui I illuminatus à spiritu sancto speciale accepit donum quod apostolus inter cętera charismata quę enumerat,nominat discretionem spirituum. Quantumlibet enim quis (secundum Salomonem)omni custodia seruet cor suum, & omnia quæ intra se mouentur,vigilantissima intentione obseruet,etiam si diuturnum forte in his habuerit exercitium,& frequẽs experimentum: non poterit tamen ad purum in se dignoscere discerneréve abinuicem malum innatum,& malum seminatum. Nam delicta quis intelligit? Nec multum refert nostra scire vnde inest nobis malum, dummodo inesse sciamus: vigilandum potius & orandum vndecunque sit,ne consentiamus. Denique orat propheta contra vtrunq; malum dicens: Ab occultis meis mũda me domine,&ab alienis parce seruo tuo. Et ego non possum tradere vobis quod non accepi. Nó autem accepi(fateor)vnde assignẽ certam notionẽ inter partum cordis,& seminarium hostis. Quippe vtrunque malum vtrunque à malo: vtrunque in corde,sed non vtrũq; de corde. Hoc totum certum mihi in me,etsi incertum quid cordi, quid hosti tribuam. Et id quidem(vt dixi) absque periculo.

Sed sanè est vbi periculosè immo damnabiliter erratur,atque ibi meritò nobis certa præfigitur regula,ne quod dei est in nobis,demus nobis,putantes verbi visitationem nostram esse cogitationem. Ergo quantum distat bonũ à malo,tantú ista duo à se,quoniã nec de verbo malum,nec de corde exiet bonum,nisi quod priº forte de verbo cõceperit: quia nõ potest bona arbor malos fructus facere, nec arbor mala fructus bonos. At satis dictú esse credo quid dei,quid nostrũ in nostro sit corde,nec superfluè(vt arbitror) sed vt sciant inimici K gratiæ,absque gratia,nec ad cogitandum bonũ sufficere cor humanũ,sed sufficiẽtiam ipsius ex deo esse,dei vocẽ bonum quod cogitatur,non cordis prolem existere. Tu ergo si vocẽ eius audis,non iam nescias vnde veniat,aut quò vadat, sciés quia à deo exit,& ad cor vadit. Vide autem quomodo verbũ quod egreditur de ore dei,non reuertatur ad eum vacuũ,sed prosperetur & faciat omnia ad quæ misit illud,vt dicere possis & tu,quia gratia dei in me vacua non fuit. Felix mens,cui verbum indiuiduº comes,vbique se affabilem præbet, cuius indesinenter oblectata suauitate facundiæ,à carnis molestiis & vitiis sese vendicet,omni hora redimẽdo tempus à diebus malis. Non lassabitur,non molestabitur: quoniam sicut dicit scriptura,non contristabit iustum quicquid ei acciderit.

Iam verò magni patrisfamiliãs seu regię maiestaris schema apparere existimo his qui accedẽtes ad cor altum,de maiori spiritus libertate,& puritate conscientiæ magnanimiores facti cõsueuerũt audere maiora,inquieti prorsus & curiosi secretiora penetrare,&apprehẽdere sublimiora,& tẽtare perfectiora nõ modo sensuum,sed & virtutum. Hi enim pro fidei magnitudine digni inueniuntur qui inducantur in omnẽ plenitudinẽ: nec est omnino in omnibus apothecis sapiẽtiæ à quo deus scientiarũ dominus arcendos cẽseat cupidos veritatis,vanitatis nõ conscios. Talis erat Moyses,qui audebat dicere deo: Si inueni gratiam in oculis tuis,ostende mihi teipsum. Talis Philippus, qui sibi & suis condiscipulis patrem flagitabat ostendi. Thalis & Thomas qui nisi sua manu tãgeret vulnº & fossum latus,credere recusabat. Pusilla fides,sed de magnitudine animi miro modo descẽdens. Talis quoque Dauid,qui & ipse dicebat deo: Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Tales itaque magna audent,quoniam magni sunt: & quæ audent obtinent,iuxta verbum promissionis ad ipsos, quod est istiusmodi: Quemcunque locum calcauerit pes vester,vester erit. Magna siquidem fides, magna meretur: & quatenus in bonis domini fiduciæ pedem porrexeris,eatenus possidebis.

Denique Moysi ore ad os loquitur deus,& palam non per ænigmata & figuras dominum videre meretur,cum prophetis aliis tantum in visione apparere se dicat,& per somnium loqui. Philippo quoque secundum petitionem cordis sui ostensus est pater in filio in eo proculdubio quod incontinẽti audiuit: Philippe,qui videt me,videt & patrem: & quia ego in patre, & pater in me est. Sed & Thomæ iuxta desiderium cordis eius palpandum se præbuit,& voluntate labiorum eius non fraudauit eum. Quid Dauid? Nónne & ipse voto se non omnino fraudari significat,vbi ait non daturum se somnum oculis suis,nec palpebris suis dormitationẽ, donec inueniret locum domino? Igitur istiusmodi magnis spiritibus M magnus occurrit sponsus,& magnificabit facere cum eis, emittens lucem suam,& veritatem suam,eósque deducens & adducẽs in montem sanctum suum & in tabernacula sua,ita vt dicat qui eiusmodi est,Quia fecit mihi magna qui potens est. Regem in decore suo videbunt oculi eius præeuntem se ad speciosa deserti,ad flores rosarum,& lilia conuallium,ad amœna hortorum,& irrigua fontium ad delicias cellariorũ, & odoramẽta aromatum,postremò ad ipsa secreta cubiculi.

Isti sunt thesauri sapientiæ & scientiæ penes sponsum absconditi, hæc vitæ pascua præparata in refectionem animarum sanctarum. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis. Hoc solũ admonitus sit,ne solus habere velit quæ possunt sufficere pluribus. Propterea enim fortassis post ista omnia sponsus tanquã pastor apparere describitur,vt proinde admoneatur assecutor tantorum munerum, pascendi gregis simpliciorum,qui scilicet tam non valent per semetipsos apprehendere ista,quàm non audent sine pastore oues exire in pascua. Denique hoc ipsum sponsa prudenter aduertens, postulat sibi indicari vbi ipse pascat & cubet sub meridiano feruore,parata(vt quidem ex hoc intelligi datur)pasci & pascere cum illo & sub illo. Nec enim tutum arbitratur longè agere gregem à summo pastore,nimirum ob incursiones luporum,eorum maximè qui veniũt ad nos in vestimentis ouium: & propterea satagit in eisdẽ cum ipso pariter pascere pascuis,& cubare vmbris. Et causam ponit: Ne incipiam(inquiens)

A quiens)vagari post greges sodalium tuorum, ipsi sunt qui se volunt videri amicos sponsi,& non sunt: & cum suos non illius greges pascere cura sit eis, hinc inde tamẽ insidiantes dicunt: Ecce hic est Christus, ecce illic est, videlicet vt multos seducant & abducant à Christi gregibus,& socient suis. Hoc pro literæ textu. Iam verò spiritualem sensum qui in ea latet, sub alio sermonis principio expectate, quicquid illud erit quod mihi inde vobis orantibus,sua misericordia partiri dignabitur sponsus ecclesię Iesus Christus dominus noster,qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De his quæ semper sectanda sunt à mente deuota,& quid sit mevidies,& de quatuor generibus tentationum semper euitandis. Sermo XXXIII.

Ioh.10.d INdica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Et alius quidam: Indica (inquit) mihi cur me ita iudices. Vbi non sanè sententiam causatur, sed scrutatur causam, eruditi flagellis petens, non erui. Item alius Psal.24.b precatur, dicens: Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Quas dixerit vias vel semitas, manifestat alibi: Deduxit me(inquit)super semitas iustitiæ. Ergo tria Psal.22.a ista anima curiosa dei non cessat inquirere,iustitiam, & iudicium,& locum habitationis gloriæ sponsi, tanquam viam in B qua ambulet, cautelam qua ambulet, & ad quam ambulet Psal.26.b mansionem: de qua mansione sic habes in propheta. Vnam petij(inquit)à domino,hãc requiram, vt inhabitem in domo Psal.25.b domini omnibus diebus vitæ meæ. Et iterum: Domine dilexi decorẽ domus tuæ,& locum habitationis glorię tuæ. Porro de reliquis duobus,Iustitia & iudicium(ait)præparatio sedis tuæ. Meritò tria ista mens deuota requirit, vtpote sedem dei,& sedis præparationem. Et pulchrè in sponsę prærogatiPsal.88.c uam concurrunt pariter omnia ad consummationem virtutum, vt de forma iustitiæ sit formosa,de iudiciorum notitia cauta,de desiderio præsentiæ seu gloriæ sponsi casta. Talem prorsus decet esse sponsam domini,pulchram,eruditã, & castam. Ergo petitio quam vltimam posui, istius est loci. Petit siquidem ab eo quẽ diligit anima sua,indicari sibi vbi pascat, & vbi cubet in meridie. Et primò aduerte quàm eleganter amorem spiritus à carnis discernat affectu, dum dilectum exprimere magis ipsa affectione quàm nomine volens,nõ simpliciter quem diligo,sed ô (inquit) quem diligit anima mea, spiritualem designans dilectionem. Deinde quidnam eam in loco pascuæ adeò delectet, diligenter attende. Sed nec illud prætereat te de hora meridiana, & quòd is potissimum exploretur locus, in quo qui pascit, cubat simul: quod est magnę securitatis indicium. Arbitror enim ob hoc additum,cubat,quòd eò loci minimè necesse sit stare & vigilare super cu C stodiam gregis, quando grex etiam cubante pastore & pausante sub vmbris liberè nihilo minus discurrat in pascuis.

Matt.18.b Felix regio, in qua pro libitu oues ingrediuntur & egrediuntur, & non est qui exterreat. Quis mihi tribuat videre vos méque pariter in montibus pasci vnà cum illis nonaginta nouem quæ illic relictę leguntur,cum pastor earũ dignanter ad vnam descendit quæ errauerat? Securè proculdubio cubat prope,qui & longè recedere minimè dubitauit, sciens quia in tuto eas reliquerat. Meritò sponsa illò suspirat, meritò inhiat loco pascuæ simul & pacis,sed quietis, sed securiPsal.136.a tatis,sed exultationis,sed admirationis,sed stuporis. Nam & me miserum heu longè agentem & de longe salutantem. En Psa.147.a ipsa eius recordatio ad lachrymas prouocat,planè iuxta affectionem & vocem dicentium: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus,dum recordaremur tui Sion. Libet exclamare & me cum sponsa pariter & cum propheta: Lauda deum tuum Sion,quoniam confortauit seras portarum tuarum,Benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacẽ, & adipe frumenti satiat te. Quis nõ illic vehementer cupiat pasci & propter pacem,& propter adipẽ, & propter satietatẽ? Nihil ibi formidatur,nihil fastiditur,nihil deficit. Tuta habitatio paradisus,dulce pabulum verbum, opulentia multa nimis æternitas. Habeo & ego verbum,sed in carne,& mihi apponitur veritas,sed in sacramẽto. Angelus ex adipe frumenti saginatur,& nudo saturatur grano,me oportet interim quodam sacramenti cortice esse contentum, carnis furfure, lite- D ræ palea, velamine fidei. Et hæc talia sunt quæ gustata afferunt mortem, si non de primitiis spiritus quantulumcunque accipiant condimentum. Prorsus mors mihi in illa, nisi ex prophetæ farinula dulceretur. Denique absque spiritu & sa- 4.Reg.4.g cramentum ad iudicium sumitur, & caro non prodest quicquam,& litera occidit,& fides mortua est sed spiritus est qui viuificat, vt viuam in eis. At quantalibet sanè abundantia spiritus pingueſcant ista, non pari omnino iucunditate sumitur cortex sacramenti & adeps frumẽti, fides & spes, memoria & prędsentia,æternitas & tempus,vultus & speculum, imago dei & forma serui. Nempe in omnibus his fides locuples mihi,intellectus pauper. Nunquid verò par sapor intellectui fideique,cùm sit in meritum ista,ille in præmium? Vides ergo distare inter pabula quantum & inter loca, & sicut exaltantur cœli à terra, ita habitantes in eis bonis potioribus abundare? Festinemus proinde filij, festinemus ad locum tutiorem, ad pastum suauiorem, ad vberiorem & fertiliorem agrum. Festinemus vt habitemus sine metu, abundemus sine defectu, epulemur sine fastidio. Tu enim domine sabaoth,qui cum traquillitate iudicas omnia, etiam cum securitate æquè omnia ibi pascis. Idem ipse & dominus exercituum,& pastor ouium. Ergo & pascis & cubas pariter, sed non hic. Denique stabas cum è cœlo prospiceres vnam ex Act.7.g tuis ouiculis(Stephanum loquor) à lupis circũdari super ter- E ram. Et propterea quæso indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, hoc est tota die. Etenim illa meridies tota est dies, & ipsa nescіens vesperam. Et ideo melior dies illa in atriis tuis super milia, quia nescit occasum. At matutinum Psal.83.e forsitá habuit, cum primum videlicet dies sanctificatus illuxit nobis per viscera vtique misericordiæ dei nostri, in qui- Luc.1.g bus visitauit nos oriens ex alto. Verè tunc suscepimus deus Psal.47.b misericordiam tuam in medio templi tui, cum in medio vmbrę mortis exortus matutini lux orta est nobis,& manè vidimus gloriam domini. Quanti reges & prophetæ voluerunt videre,& non viderunt? Quare,nisi quia nox erat,& necdum venerat illud expectatum mane cui fuerat repromissa misericordia? Vnde & orabat quis dicens: Auditam fac mihi mane Psa.142.b misericordiam tuam, quia in te speraui. Fuit nanque quædam huius aurora diei, ex quo sol iustitiæ per archangelum Gabrielem nũciatus est terris, & virgo deum in vtero de spiritu sancto concepit & peperit virgo, ac deinceps quoad in terris visus est,& cum hominibus conuersatus est. Nam vsq; adeo per totum id temporis lux pusilla & tanquam lux reuera auroræ apparuit, vt diem esse interim apud homines penè vniuersitas ignoraret. Deniq; si cognouissent,nunquam do- 1. Cor.2.b minum glorię crucifixissent. Et vtique ipsis paucis discipulis dicebatur: Adhuc modicum lumen in vobis est: eo quòd au- Ioan.12.f rora esset & initium vel potius indicium diei, dum sol adhuc F abscõderet radios suos,& minimè eos spargeret super terrã. Paulus quoque dicebat, Quoniam nox præcessit,dies autem Rom.13.d appropinquauit: significans esse tunc adhuc adeo modicum lumen, vt propinquasse quàm venisse diem dicere maluerit. Quando autẽ hoc dicebat? Profecto quando sol reuersus ab inferis,iam se ad alta cœli sustulerat. Quanto magis cum adhuc similitudo carnis peccati instar densæ nubis operiret auroram,iuxta omnes nimirum nostri corporis passiones,ita vt neq; amaro mors,nec crux probrosa defuerit: quanto magis, inquam,tunc exigua tenuisque admodum lux fuit,& quæ de auroræ magis quàm de solis prodire præsentia videretur?

Erat ergo aurora,& ipsa subobscura satis, tota illa Christi conuersatio super terram, vsque dum occumbens & rursum exoriens,solaris suæ præsentiæ lumine clariori fugauit auroram,& mane facto absorpta & nox in victoria. Denique habes: Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumen- Mar.16.g tum orto iam sole. An non mane fuit quãdo ortus est sol? Attulit autem nouum de resurrectione decorem,& sereniorem solitò lucẽ: quoniam etsi noueramus eum secũdum carnem, 2. Cor.5.d sed nunc iam non nouimus. Est scriptum in propheta: Deco- Psal.92.a rem induit,induit fortitudinem,& præcinxit se: quòd carnis infirma tanquã nubila quædam excusserit, stolam gloriæ induens. Sanè extunc eleuatus est sol,& sensim demum diffundens suos radios super terram, cœpit paulatim vbiq; clarior

Universidad de Deusto
Biblioteca

apparere, feruidióreque sentiri. Verum quantumlibet in calescat & inualescat, multiplicet & dilatet radios suos super omne huius nostræ mortalitatis curriculũ (erit enim nobis cũ vsque ad consummationem seculi) non tamẽ ad meridianũ perueniet lumẽ, nec in illa sui plenitudine videbitur modo, in qua videndus est postea ab his duntaxat quos hac visione ipse dignabitur. O vere meridies, plenitudo feruoris & lucis solis statio vmbrarũ exterminatio, deficcatio paludum, fœtorum depulsio. O perenne solstitium, quãdo iam non inclinabitur dies. ô lumen meridianũ, ó vernalis temperies, ô æstiua venustas, ô autumnalis vbertas, & (ne quid videar præteriisse) ô quies & feriatio hyemalis. Aut certe si hoc magis probas, sola tunc hyems abiit & recessit. Hunc locũ (inquit) tantę claritatis & pacis & plenitudinis indica mihi, vt quẽadmodum Iacob adhuc in corpore manẽs vidit dominũ facie ad faciẽ, salua facta est anima eius: vel certe sicut Moyses vidit eum nõ per figuras & ænigmata seu per somnia, vt ti prophetæ alij sed modo planè præcellenti atque inexperto cæteris, sibi noto & deo: vel sicut Esaias reuelatis oculis cordis vidit eum super solium excelsum & eleuatum: vel etiam quomodo Paulus raptus in paradisum audiuit verba ineffabilia, & dominum suum Iesum Christum vidit oculis suis: ita ego quoque te in lumine tuo & in decore tuo per mẽtis excessum merear contemplari pascẽtem vberiũs, quiescentem securius. Nam & hic pascis, sed non in saturitate. Nec cubare licet, sed stare & vigilare oportet, ppter timores nocturnos.

Num.12.a *Esa.6.a* *2.Cor.12.a*

H Heu nec clara lux, nec plena refectio, nec mansio tuta: & ideo indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie. Beatã me dicis cum esurio & sitio iustitiam. Quid hoc ad illorum felicitatem, qui repleti sunt in bonis domus tuæ, qui epulãtur & exultant in conspectu dei, & delectantur in lætitia? Sed & si quid patior propter iustitiam, nihilo minus beatam pronũcias. Et certe pasci vbi timeas pati, iucunditatem habet, sed nõ securitatem. Porrò autem pasci & pati simul, nónne molesta iucunditas est? Omnia mihi hic cedũt citra perfectum, plura præter votum, & tutum nihil. Quando adimplebis me lętitia cũ vultu tuo? Vultum tuum domine requiram. Vultus tuus meridies est. Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie. Scio satis vbi pascas nõ cubans, indica mihi vbi pascas & cubes. Non ignoro vbi aliis temporibus pascere soleas, sed scire velim vbi in meridie pascas. Nam in tempore quidem mortalitatis meæ, & in loco peregrinationis meę cõsueui sanè sub tua custodia pasci & pascere in lege & prophetis & psalmis de te, necnõ in euãgelicis pascuis, & apud apostolos similiter requieui, frequenter etiã de gestis sanctorũ & verbis & scriptis eorum victũ mihi atque attinẽtibus mihi mẽdicaui vt potui: frequẽtius autem (quoniam is magis ad manum fuit) manducaui panem doloris, & vinum compũctionis bibi, & factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi est deus tuus? Nisi quòd de mensa tua, (siquidẽ parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulãt me.) De ipsa inquam tuæ quidem beneficio miserationis accipio, in quo vtcũq; respiro quotiens tristis est anima mea, & quotiens conturbat me. Hæc pascua noui & frequẽtaui te secuta pastorem, sed indica quæso etiã quæ non noui. Sunt quidem & alij pastores qui dicunt se esse sodales tuos, & non sunt, habentes greges suos, & fines suos pabulo mortis refertos, in quibus pascunt nec tecũ, nec per te, quorum vtique terminos nõ intraui, nec appropiaui eis. Ipsi sunt qui dicunt: Ecce hic est Christus, ecce illic est promittentes sapiẽtiæ & scientię pascua vberiora, & creditur eis, & cõfluunt ad eos multi, & faciũt eos filios gehennę duplo quàm se. Cur hoc, nisi quia nõ est ibi meridies & perspicua lux vt liquidò veritas cognoscatur, faciléq; pro ea recipitur falsitas propter verisimilitudinem, quæ non facilè in obscuro à vero discernitur, præsertim quia aquę furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior? Et propterea quęso vt indices mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, id est, in manifesto, ne seducta incipiam vagari post greges sodalium tuorum, quẽadmodum & ipsi vagi sunt, nulla stabiles certitudine veritatis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Hæc sponsa propter philosophorum & hæreticorum varia & vana dogmata. Mihi verò videtur

Num.12.a *Esa.6.a* *2.Cor.12.a* *Mat.5.a* *Psa.64.c* *Psal.67.c* *Mat.5.a* *Psal.15.c* *Psal.26.c* *Psal.41.a* *Psal.22.b* *Mar.13.c* *Prou.9.c* *Canti.1.b*

non solum propterea, sed & propter, dolos inuisibilium potestatum, sicut sunt sedactorij spiritus sedentes in insidiis, & parantes sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde: propter hos, inquã, & maxime, videtur mihi illã meridies optanda etiam nobis, vt clara luce deprehendam astutias diaboli: atque angelum satanæ illum, qui se trãsfigurat in angelum lucis, ab angelo nostro facillime discernamus. Non enim aliter nos custodire sufficimus ab incursu dæmonio meridiano, nisi in meridiano æquè lumine. Quod quidem dæmonium idcirco meridianum dictum existimo, quia sunt aliqui de numero malignorum, qui cũ merito tenebrosæ obstinatęq; volũtatis suę nox & nox perpetua sint, diem tamen se ad fallendum simulare nouerunt, nec modo diem, sed & meridiem: sicut eorum princeps non contentus esse æqualis deo. etiã aduersatur & extollitur supra id quod dicitur aut quod colitur deus. Itaque nisi cordi illius quem forte aliquod istiusmodi dæmonium meridianũ tentandum acceperit, oriens ex alto illuxerit verus meridies, qui falsum conuincat & prodat, nõ poterit omnino cauere, sed tentabit & supplantabit sine dubio sub specie boni, pro bono scilicet malum incauto & improuido persuadens. Et tunc meridies, id est maior claritas apparet tentans, cũ quasi boni maioris imaginem præfert. Quotiẽs (verbi causa) suggesserit anticipare vigilias, quo ad solẽnia fratrum illuderet dormitanti? Quotiens produci ieiunia, vt diuinis obsequiis eò inutilem redderet, quò imbecilem? Quotiens bene proficientibus in cœnobiis inuidens, obtentu quasi maioris puritatis eremum petere persuasit, & cognouerunt miseri tandem quàm verus sit sermo quem frustra legerant: Væ soli, quoniam si cecidерit, non habet subleuãtem? Quotiens ad opus manuum plus quàm opus fuerat incitauit, & fractum viribus, cæteris regularib⁹ exercitiis inualidum reddidit? Quam multis exercitationem corporis (quę, iuxta apostolum, ad modicum valet) non modicam persuasit, & pietate fraudauit? Denique ipsi experti estis quomodo quidam (ad verecundiam illorum dico) qui ante inhiberi non poterant, (ita in spiritu vehementi ad omnia ferebantur) post ad tantam ignauiam deuenerunt, (vt secundũ illud apostoli) cum spiritu cœperint, nunc carne consummẽtur: quàm turpe iniere fœdus cũ suis corporibus, quibus crudele ante indixerant bellum. Videas proh pudor importunè superflua quæritate, qui prius necessaria obstinatissimè recusabant. Quanquam si qui in sua forte inuicti obstinatione perdurant indiscretius abstinẽtes, & singularitate notabili conturbantes eos cũ quibus habitare debent vnius moris in domo, haud scio sanè an se existimẽt pietatem retinere, cum huiusmodi mihi videãtur & longius abiecisse. Nã M qui sapiẽtes in oculis suis decreuerũt apud se nec cõsilio acquiescere nec præcepto, videant quid respondeant, nõ mihi, sed dicenti, quoniam quasi peccatũ harioládi est, repugnare: & quasi scel⁹ idololatrię, nolle acquiescere. Præmiserat autẽ quia melior est obedientia q̃ victima, & auscultare magis q̃ offerre adipem arietum, id est abstinentiã cõtumaciũ. Vnde dominus per prophetam: Nunquid manducabo (ait) carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? significãs minimè sibi accepta fore ieiunia superborum vel immundorum.

Psa.10.a *1.Cor.11.c* *Psal.90.b* *1.Reg.15.a* *Psal.49.a*

Sed sanè vereor ne damnãtes superstitiosos videamur frena laxare gulosis: & audiant illi ad periculum sui quod ad remedium his dicitur. Quamobrẽ audite vtraq; pars, quatuor esse tentationũ genera, & ipsa nobis ita prophetico sermone describi. Scuto (inquit) circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, à sagitta volãte in die, à negocio perambulãte in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Attẽdite nihilo minus & vos alij quod omnib⁹ spero profuturum. Illud omnes in nobis sentimus & sensimus qui cõuersi sumus ad dominum, quod sancta scriptura dicit: Fili accedẽs ad seruitutem dei, sta in timore, & prępara animam tuam ad tentationẽ. Itaque primordia nostræ conuersionis (iuxta cõmunis quidem experiẽtiæ rationem) primus exagitat timor, quã intrãtibus stãrim horror vitæ ingerit arctioris, & insuetа austeritas disciplinę. At is timor nocturn⁹ dicitur, vel quia nox in scripturis designare solet aduersa, vel quoniam propter quod aduersa pati aggredimur, id nondum reuelatũ est. Si enim dies ille luceret, in cuius lumine pariter & labores & præmia

Psal.90.a *Eccle.4.c* *Eccli.2.a*

A præmia videremus, timor omnino quorumuis laborum nullus esset præ desiderio præmiorum, dum clara luce appareret quoniam non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nunc verò quoniam abscondita sunt ab oculis nostris, & nox est interim in hac parte, tentamur nimirũ à timore nocturno, & pro bonis quæ non videmus, formidamus quæ in præsentiarũ sunt aduersa tolerare. Vigilandum proinde & orandũ primò intrantibus contra hanc primam tentationem, ne subito præoccupati à pusillanimitate spiritus & tempestate, à bono cœpto (quod absit) resiliant. Superata autẽ hac tentatione, armemus nos nihilo minus & aduersus hominũ laudes, quæ de laudabili potissimũ vita sumũt materiã. Alioquin patebimus vulneri à sagitta volãte in die, quæ est inanis gloria. Fama siquidem volat: & ideo in die, quia ex operibus lucis. Si hęc exsufflatur tanquam inanis aura, restat vt solidius aliquid afferatur de diuitiis & honoribus seculi, si forte qui non curat laudes, apperat dignitates. Et vide si non hic ordo tentandi seruatus est in domino nostro, qui post suggestũ ad solam vanitatem præcipitium, ostensa sunt omnia regna mundi atque oblata. Tu ergo exemplo domini & ista renue. Aliter necesse est circunueniri te à negocio perambulante in tenebris, quod est hypocrisis. Etenim ista de ambitione descẽdit, & in tenebris habitatio eius, quippe absc⁹dit quod est: & quòd nõ est, mẽ

Rom.8.d *Matt.4.b* *Psal.90.a*

B titur. Negociatur autem omni tempore, formam retinẽs pietatis ad sese occultandum, virtutem autem eius vendicans, & emens honores. Postrema tentatio est dæmonium meridianum: quòd soleat maximè insidiari perfectis, qui videlicet tãquã viri virtutũ omnia superauerint, voluptates, fauores, honores. Quid enim iam supereret ei qui tentat, in quo posset pugnare palã aduersus huiusmodi? Venit proinde occultus, qui manifestus non audet: & quem satis expertus est apertum omne horrere malum, falso bono supplãtare molitur. Qui autem dicere possunt cum apostolo: Nõ enim ignoramus astutias eius: quo plus proficiũt, eo magis soliciti sunt cauere à laqueo isto. Hinc est quòd Maria angelica salutatione turbatur, dolũ (nisi fallor) suspicans. Et Iosue nõ prius amicum angelum susc̃ipit, quàm esse amicum nouerit. Denique scisc̃itatur, suũne sit, an aduersatiorum: tanquã qui expertus sit dæmonij meridiani versutias. Apostoli quoq; aliquando cũ laborarent in remigando vento aduersante & iactante nauiculam, videntes dominum ambulantem supra mare, & putãtes esse phantasma, ita vt clamarent præ timore, nónne apertam meridiani suspicionẽ dæmonij prætenderunt? Et recordamini scripturæ dicentis quia quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Quarto igitur id est supremo demum loco hæc tentatio formidetur, & quo se in summo stare quis viderit, eo sibi vigilantius ab incursu & dæmonio meridiano

2.Cor.2.c *Iosue.5.c* *Matt.6.c*

C cauendum intelligat. Porrò discipulis verus se manifestauit meridies in eo quod audierũt: Ego sum: nolite timere, & falsi suspicio ab eis depulsa est. Vtinam & nobis quotiens palliata falsitas molitur irrepere, emittat lucẽ suam & veritatẽ suam ad prodẽdam illam oriens ex alto verus meridies, & diuidat lucem à tenebris, vt non notemur à propheta tanquã ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Adhuc nisi tædio fuerit longitudo sermonis, has quatuor tentationes tentabo suo ordine assignare ipsi corpori Christi, quod est ecclesia. Et ecce q̃ breuius possum percurro. Videte primitiuã ecclesiã, si non primò peruasa est acriter nimis à timore nocturno. Erat enim nox, quando omnis qui interficeret sanctos, arbitrabatur obsequium se præstare deo. Hac autem tentatione deuicta, & sedata tempestate, inclyta facta est, & iuxta promissionem ad se factã in breui posita in superbiã seculorum. Et dolẽs inimicus quòd frustratus esset, à timore nocturno cõuertit se callidè ad sagittã volãte in die, & vulnerauit in ea quosdã de ecclesia. Et surrexerunt homines vani, cupidi gloriæ, & voluerunt sibi facere nomen, & exeuntes de ecclesia diu eandẽ matrẽ suã afflixerunt in diuersis & peruersis dogmatibus. Sed hęc quoque pestis depulsa est in sapientia sanctorum, sicut & prima in patientia martyrum. Et tempora ista libera quidẽ deo miserante ab vtraque illa malitia, sed planè fœda à negotio perambulãte in tenebris. Væ generationi huic à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis, si tamẽ hypocrisis

Esa.5.c

dici debet, quæ iã latẽre præ abundantia nõ valet, & præ impudentia non quærit. Serpit hodie putida tabes per omnẽ corpus ecclesiæ, & quo latius, eo desperatius: cóq; periculosius, quo interius. Nam si insurgeret apertus inimicus hereticus mitteretur foras & arescet: si violẽtus inimicus, absc̃ôderet se forsitã ab eo. Nunc verò quem eiiciet, aut à quo absc̃ôdet se? Omnes amici, & omnes inimici: omnes necessarij, & omnes aduersarij: omnes domestici, & nulli pacifici: omnes proximi, & omnes quæ sua sunt quærũt. Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. Honorati incedũt de bonis domini, qui domino honorem non deferunt. Inde is quẽ quotidie vides, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus: inde aurũ in frenis, in sellis & calcaribus, & plus calcaria quàm altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ & cibis & scyphis, inde comessationes & ebrietates, inde cithara & lyra & tibia, inde redundãtia torcularia, & prõptuaria plena ructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia. Pro huiusmodi volunt esse & sunt ecclesiarũ præpositi, decani, archidiaconi, episcopi, archiepiscopi. Nec enī hæc merito cedunt, sed negotio illi quod perambulat in tenebris. Olim prædictum est, & nunc tempus implerionis aduenit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non fugere eos potest, ita inualuerunt, & multiplicati sunt super numerum. Intestina & insanabilis est plaga ecclesiæ, & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est, & non est pax. Pax à paganis, & pax ab hæreticis, sed nõ profectò à filiis. Vox plangẽtis in tempore isto: Filios enutriui & exaltaũi, ipsi autem spreuerunt me. Spreuerunt & maculauerunt me à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commercio, à negocio denique perambulante in tenebris. Supereſt vt iam de medio fiat dæmonium meridianum ad seducendos si qui in Christo residui sunt adhuc permanentes in simplicitate sua. Siquidem absorbuit fluuios sapientium, & torrentes potentium, & habet fiduciam vt Iordanis influat in os eius, id est, simplices & humiles qui sunt in ecclesia. Ipse enim est Antichristus, qui se non solum deum, sed & meridiem mentietur, & extolletur supra id quod dicitur aut quod colitur deus: quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, vtpote verus & æternus meridies, sponsus & aduocatus ecclesiæ: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Psal.143.a *Esa.38.a* *Psal.39.b* *Esa.1.a* *Psal.90.a* *Iob.40.c* *2.Thess.2.*

Sermo XXXIIII. in quo tractatur de humilitate & patientia.

SI ignoras te, ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi post greges sodalium tuorum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. Olim sanctus Moyses quoniam multum præsumebat de gratia & familiaritate quam inuenerat apud deum, aspirabat ad quandam visionem magnam, ita vt diceret deo: Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi reipsum. Accepit autem pro ea visionem longè inferiorem, ex qua tamen ad ipsam quàm volebat, posset aliquando peruenire. Filij quoque Zebedæi in simplicitate cordis sui ambulantes, magnum aliquid & ipsi ausi sunt: sed ad gradum nihilo minus sunt reducti per quem fuerat ascendendum. Ita & modo sponsa quoniam rem grandem postulare videtur, reprimitur sanè austeriori responsione, sed planè vtili & fideli. Oportet nanque humiliter sentire de se nitentem ad altiora, ne dum supra se attollitur, cadat à se, nisi in se firmiter per veram humilitatẽ fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis merito maxima minimè obtinentur, propterea qui prouchẽdus est, correptione humiliatur, humilitate meretur.

Cant.1.c *Exod.33.c* *Matt.20.c*

Tu ergo cum te humiliari videris, habeo id signum in bonum, omnino argumentum gratiæ propinquãtis. Nam sicut ante ruinam exaltatur cor, ita ante exaltationem humiliatur. Sanè vtrunq; legis, deum scilicet & superbis resistere, & humilibus dare gratiam. Nónne deniq; seruum suum Iob, cum post insignẽ triumphum, tantam & tam probatam ipsius patientiam larga remunerandam benedictione cẽseret, prius in multis & diutrictis percũctationibus humiliare curauit, & sic parare vitam benedictioni. At parũ est cum per seipsum humiliat nos deus, si tunc libẽter accipimus, nisi quando & per

Iacob.4.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grei mirabile documentum de sancto Dauid. Aliquando maledictum est illi & à seruo: at ille nec cumulatâ iniuriam sensit, quia præsensit gratiam. Quid mihi, ait, & vobis filij Saruiæ? O verè hominem secundum cor dei, qui se vlciscēti potius quam exprobrāti succēsendum putauit. Vnde & secura conscientia loquebatur: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Vetuit ergo prohiberi maledicum conuitiātem, quęstū æstimans maledicta. Et addidit: Dominus misit illum ad maledicendum Dauid. Prorsus secundum cor dei, qui de corde dei ferebat sententia. Sæuiebat lingua maledica, & ille intendebat quid in occulto ageret deus. Vox maledicētis in auribus, & animus inclinabat se ad benedictionē, Nunquid in ore blasphemi e? Absit: sed eo vsus est ad humiliādum Dauid. Nec latuit prophetam, quippe cui incerta & occulta sapientiæ suę manifestauerat deus: & ideo dicit: Bonū mihi quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Vides quia humilitas iustificat nos? Humilitas dixi, & non humiliatio. Quanti humiliantur & humiles non sunt, alij cum rancore humiliantur, alij patienter, & alij libenter. Primi rei sunt, sequentes innoxij, vltimi iusti. Quanquam & innocētia portio iustitiæ est, sed cō summatio eius apud humilem. Qui autem dicere potest, Bonum mihi quia humiliasti me: is verè humilis est. Nō potest hoc dicere qui inuitus tolerat, minus qui murmurat. Neutri horum promittimus gratiam quòd humiliatur: etsi sanè lōge hi duo à se differant: & alter quidem in patientia sua possideat animam suam, alter in suo murmure pereat. Sedenim etsi vnus, iram, neuter tamen gratiam promeretur, quoniam nō humiliatis sed humilibus deus dat gratiam. Est autem humilis, qui humiliationem cōuertit in humilitatē, & ipse est qui dicit deo: Bonū mihi quòd humiliasti me. Nemini prorsus quod patienter fert bonū est, sed planè molestū. Scimus autē quòd hilarem datorem diligit deus. Vnde & cū ieiunamus iubemur caput nostrū vngere oleo, & faciē lauare, vt nostrū scilicet opus bonum spirituali quodā gaudio condiatur, & holocaustum nostrū pingue fiat. Etenim sola gratiam quam prefert meretur lęta & absoluta humilitas. Quæ enim coacta fuerit vel extorta, qualis vtique est in viro patiēte illo qui possidet animā suā: hæc inquā humilitas etsi vitā obtinet propter patientiam, propter tristitiam tamen grātiam non habebit. Non enim congruit ei qui eiusmodi est, illud scripturæ: Glorietur humilis in exaltatione sua, quoniam nō spontè humiliatur, neque libenter. Vis autem videre humilem rectè gloriantem, & verè dignum gloriā? Libēter inquit gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Nō dicit patiēter se ferre infirmitates suas, sed & gloriari, & libenter gloriari in illis, probās etiam sibi bonū esse, quòd humiliatur: nec sufficere omnino vt possideat animā suam tāquam patienter humiliatus, nisi & gratiā accipiat tāquā sponte humiliatus. Generalem verò hinc audi regulam. Omnis qui se humiliat, ait, exaltabitur. Significat, p fecto nō omnem exaltādam esse humilitatem, sed eam tātùm quę de voluntate venit, non ex tristitia, nec ex necessitate. Nec enim per contrarium, omnis qui exaltatur, humiliandus erit: sed tantū qui se exaltat, humiliabitur, nimirum ob volūtariam vanitatem. Ita ergo nō qui humiliatur, sed qui sponte se humiliat, exaltabitur: vtiq; ob meritū voluntatis. Esto eñ quod humilitatis materia per aliū ministratur, verbi gratia, probra, damna, suppliciа: nō tamē idcirco rectè ab alio quam à semetipso humiliat° ille dicetur, qui illa omnia tacita & lęta cōscientia, causa dei subeūda decreuerit. Sed quò progredimur? Patiēter (vt sentio) sustinetis excessūm in verbo de humilitate & patientia, sed reuertamur ad locū de quo digressi sum°. Id nanq; incidit nobis ex occasione respōsi quo grandia præsumentem sponsam reprimendam censuit spōsus, & nō ad insipientiam, illi, sed vt sanè ex eo probabilioris & maioris humilitatis daretur occasio, per quā dignior potiorū atq; corū ipsorū quæ petebat, capacior efficeret. Veruntamē quia adhuc in ianuis sum° præsentis capituli, discussionis eius initiū principio, si placet, sermonis alteri° ordiamur, præsertim ne verba spōsi vel recēseantur cum tędio, vel audiantur. Quod ipse auertat à seruis suis Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedict° in secula. Amen.

De increpatione dura, quàm facit sponsus ad sponsam & de duplici ignorantia nimium pauenda & fugienda.

Sermo XXXV.

SIte, inquit, ignoras, egredere. Dura & aspera increpatio, quod dicit, egredere. Hoc quippe verbum serui audire solent à valde irascentibus & indignantibus dominis: vel ancillæ à dominabus suis cum grauiter illas offenderint. Exi hinc, exi à me, egredere à conspectu meo, & à domo ista. Hoc ergo verbo aspero & amaro satis nimiúmque increpatorio vtitur modo sponsus contra dilectam, sub cōditione tamen, si seipsam ignorauerit. Nil quippe validiùs efficaciúsve ad terrendum potuit in eam intendere, quam vt egredi minaretur. Quod & tu aduertere potes, si bene attendas, vnde quò egredi iubeatur. Vnde enim quò putas, nisi de spiritu ad carnem, de bonis animi ad secularia desideria, de interna requie mentis ad mundi sttepitum, & inquietudinem curarum exteriorum? In quibus omnibus nō est nisi labor & dolor, atque afflictio spiritus. Quæ enim anima semel à domino didicit & accepit intrare ad seipsam, & in intimis suis dei præsentiam susprirare, & quęrere faciem eius semper (spiritus est enim deus, & qui quærunt eum, oportet eos in spiritu ambulare, & non in carne vt secundum carnem viuant) talis inquam anima nescio an vel ipsam gehennam ad tempus experiri horribilius pœnaliúsve ducat, quam post spiritualis studij huius gustatam semel suauitatem exire denuo ad illecebras vel potius ad molestias carnis, sensuúmq; inexplebilem repetere curiositatem, dicente Ecclesiaste: Oculus nō impletur visu, nec auris auditu. Audi enim hominem expertum quę loquimur. Bonus es, inquit, domine sperantibus in te, animæ quærenti te. Ab hoc bono si quis auertere sanctam illam animam conaretur, puto haud secus accepisset, quàm si se de paradiso, & ab ipso introitu gloriæ cōspiceret deturbari. Audi adhuc & alium similem huic: Tibi dixit cor meū, ait, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Vnde & dicebat: Mihi autē adhęrere deo bonū est. Et item loquens ad animam suam, dicit: Cōuertere anima mea in requiē tuā, quia dominus benefecit tibi. Dico ergo vobis nihil est quod intantum formidet quisquis hoc beneficium semel accepit, quàm ne à gratia derelictus necesse habeat de nūo egredi ad carnis consolationes, imò desolationes, rursúmque carnalium sensuum sustinere tumultus. Terribilis proinde & nimis formidolosa cōminatio: Egredere, & pasce hœdos tuos. Quod est, indignam te noueris illa tua familiari & suaui rerū contemplatione cœlestium, intelligibium, diuinarū. Quamobrē egredere de sanctuario meo, corde tuo, vbi secretos sacrósq; veritatis ac sapiētiæ sensus dulciter hauire solebas: & magis tanquam vna de secularibus pascendis & oblectandis tuæ carnis sensibus intricare. Hœdos quippe (qui peccatum significant, & in iudicio collocandi sunt à sinistris) dicit vagos & petulantes corporis sensus, per quos peccatum tanquā mors per fenestras intrauit ad animā. Cui & bene cōgruit quod sequitur in scriptura, Iuxta tabernacula pastorū. Non enim supra sicut agni, sed iuxta tabernacula pastorū hœdi pascūtur. Pastores siquidem qui veri pastores sunt, licet tabernacula habeant de terra & in terra, corpora videlicet sua his diebus quibus nunc militant, non tamen de terra, sed de cœlestib° pascuis greges dominicos pascere cōsueuerūt: neq; enim suam eis, sed domini prædicant volūtatē. At hœdi (qui sunt corporis sensus) cœlestia nō requirūt, sed iuxta tabernacula pastorum in omnibus videlicet bonis sensibilibus huius thūdi (quæ est regio corporū) sumunt vnde sua desideria non tam satiant quam irritent. Turpis mutatio studiorum, vt cui ante studij fuerat peregrinantem & exulē animā suam sacris meditationibus tanquā cœlestibus pascere bonis, dei beneplacitū & mysteria volūtatis eius inquirere, penetrare deuotiōe cœlos, & mēte supernas circuire mansiones, salutare patres atq; apostolos & choros prophetarum, martyrúmq; admirari triumphos, ac stupere pulcherrimos ordines angelorū: nunc omnibus his omissis, turpi se mancipet corporis seruituri ad obediēdum carni, ad satisfaciendū ventri & gulę, ad mendicandum in vniuersa terra, vnde ex ea quę præterit mundi huius figura, suam semper famelicam curiositatem aliquatenus cōsoletur. Exitus aquarum

Arum deducant oculi mei super huiusmodi animam, quę cum nutriretur in croceis, demū amplexatur stercora. Pascit enim iuxta beati viri sententiam, sterilem quæ non habebat filios, & viduæ non benefacit. Et vide quia non simpliciter egredere: sed, egredere, inquit, & abi post greges sodalium tuorum, & pasce hœdos tuos. In quo (vt mihi videtur) magnę cuiusdā rei nos admonet. Quid istud? Heu quòd egregia creatura iā olim facta de grege, & nunc in peius miserabiliter proruens, non saltem inter greges remanere permittitur, sed post abire iubetur. Quomodo, inquis? Quomodo legis: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ecce quomodo de grege facta est egregia creatura. Puto dicerent iumenta, si loqui fas esset: Ecce Adam fact° est quasi vnus ex nobis. Cū in honore esset, inquit. In quo honore quęris? Habitabat in paradiso, & in loco voluptatis conuersatio eius. Nihil molestiæ, nihil indigentiæ sentiebat, & odoriferis stipatus malis, fulcitus floribus, gloria & honore coronatus, & constitutus super opera manuum plasmatoris, magis autem ob insigne diuinæ similitudinis præcellebat: & erat illi sors & societas cum plebe angelorum, & cum omni militia cœlestis exercitus. Sed mutauit istam gloriam dei in similitudinem vituli comedentis fœnum. Inde est quòd panis angelorum factus est fœnum positum in præsepio, appositum nobis tanquā iumētis. Verbum quippe caro factum est, & iuxta prophetā, omnis caro fœnum. At fœnū istud minimè deficcatum est, nec ex eo cecidit flos, quia requieuit super ipsum spiritus domini. Propter hoc nāq; aliquādo finis venit vniuersæ carnis, quia spiritus recesserat vitæ. Denique ait: Non permanebit spiritus meus in homine in ęternū, quia caro est. Carnis nomine hoc loco vitium designari intellige, non naturam. Nec enim spiritum natura expūgit, sed vitium. Propter vitium ergo omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tāquam flos fœni. Exsiccatum est (inquit fœnum, & cecidit flos, sed non ille flos qui de virga & radice Iesse ascēdit, eò p requieuit super eum spiritus domini. Nec illud fœnum quod verbum factum est, pro eo p sequitur in propheta: Verbum autem domini manet in æternū. Si enim fœnum verbum, & verbum in æternū manet, fœnū quoq; necesse est maneat in æternum. Alioquin quomodo vitam præbet ęternam, si ipsum minimè manet in æternum? Ait enim: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et quem panem dicat, aperit cùm subiungit: Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mūdi vita. Quomodo ergo ęternum non est, quo æternaliter viuitur? Sed recole nunc mecū vocem filij ad patrem loquentis in psalmo: Non dabis (inquit) sanctum tuum videre corruptionē. Haud dubiū quin de corpore dicat, quod in sepulchro iacebat exanime. Hoc enim sanctum & angelus qui nūciauit virgini locutus est dicens: Et quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Quo ergo pacto sanctum fœnum poterat videre corruptionem, quod de incorrupti vteri perpetuo virore vernātibus pascuis ortum, etiam auidos angelorū in se figere possit obtutus, insatiabiliter oblectandos? Perdat sanè fœnum viriditatem, si Maria virginitatē amiserit. Ergo cibus hominis mutauit se in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. Heu tristis & lachrymosa mutatio, vt homo paradisi accola, terrę dominus, cœli ciuis, domesticus domini sabaoth, frater beatorum spirituum, & cœlestium cohæres virtutum, repētina se cōuersione inuenerit & propter infirmitatem iacentē in stabulo, & propter pecorinam similitudinem indigentem fœno, & propter indomitam feritatem alligatum præsepio, sicut scriptum est: In camo & freno maxillas eorum cōstringe, qui nō approximant ad te. Agnosce tamen ô bos possessorem tuum, & ô tu asine præsepe domini tui, vt prophetæ dei fideles inueniantur qui ista sunt dei mirabilia prælocuti. Cognosce pecus, quem nō cognouisti homo. Adora in stabulo, quē fugiebas in paradiso. Honora præsepiū cuius contempsisti imperium. Comede fœnū, quem panem, & panem angelicum fastidisti. Sed quænam causa (inquis) tantæ deiectionis? Profectò quòd homo cum in honore esset, nō intellexit. Quid non intellexit? Non dicit: Non dicamus. Positus in honore non intellexit, quòd limus esset, honoris fastigio delectatus: & continuò in se expertus est, quod tātò post tē-

pore homo de filiis captiuitatis & prudenter aduertit, & veraciter protulit dicens: Qui se putat aliquid esse cùm nihil sit, ipse se seducit. Væ misero, quòd non fuit qui iam tunc diceret ei: Quid superbis terra & cinis? Hinc egregia creatura gregi admixta est, hinc bestiali similitudine dei similitudo mutata est, hinc societas cum iumentis pro consortio angelorum inita est. Vides quàm sit fugienda nobis hæc ignorantia, de qua tot milia malorum vniuerso nostro generi prouenerunt? Ait enim propter[a] hominem iumentis insipiētibus cōparatum, quia non intellexit. Cāuenda proinde omnimodis ignorantia, ne forte si adhuc sine intellectu & post vexationem inuenti fuerimus, multo plura & grauiora prioribus mala inueniant nos, dicatúrq; de nobis: Curauimus Babylonem, & non est sanata. Meritò quidem, quòd nec vexatio dederit intellectum auditui. Et vide nē forte etiam hic sponsus cùm dilectam ab ignorātia tanto increpationis tonitruo deterreret, propterea minime dixerit, Egredere cum gregibus, aut egredere ad greges, sed egredere (ait) post greges sodalium tuorum. Vt quid hoc? Sanè vt secundum proinde ignorantiam priore magis pauendam pudendámque ostenderet, quòd illa hominē bestiis parem fecisset, ista & posteriorem. Nam homines quidem merito ignorantiæ ignorati, id est reprobati, & ad tremendum illud iudicium stare, & igni perpetuo tradi habent, non autem & pecudes. Nec dubiū fore deterius his qui sic erunt, quàm his quæ omnino nō erunt. Melius ei fuerat (inquit) si natus non fuisset homo ille. Non vtiq; si natus non fuisset omnino, sed si natus nō fuisset homo, sed verbi gratia aut pecus, aut alia quæpiam creatura, quæ quoniam iudicium non haberet, ad iudicium non veniret, ac per hoc nec ad supplicium. Sciat ergo anima rationalis quę se ob priorem ignorantiam erubescit pecudes habere sodales, in perfruendis vtique bonis terræ, nō etiam similiter socias habituram in perferendis tormentis gehennæ, & tum demum etiam ab ipsis gregibus suorum sodalium iumentorum cum dedecore exturbādam, nec iam vel cum ipsis iturām, sed plane post, quādo illis nihil mali sentientibus, ipsa malis omnibus exponetur. A quibus non liberabitur in æternum, si quidem secundò ignorare adiecerit. Egreditur itaque homo & solitarius abit post greges sodalium suorum, cum solus in inferno inferiori retruditur. An non tibi posteriorem videtur tenere locū, qui ligatis manibus & pedibus proiicitur in tenebras exteriores? Et erunt profectò nouissima hominis illius peiora prioribus, quando qui prius bestiis æquabatur, nūc & post ponitur. Puto quòd & in præsenti vita, si bene aduertas, posteriorē ire pecoribus hominem iudicabis. An non siquidem tibi videtur ipsis bestiis quodāmodo bestialior esse homo ratione vigens, & ratione non viuens? Nam pecus quidem si se ratione non regat, excusationem habet à natura, à qua hoc ei penitus munus negatum est: nō habet homo, cui ab ipsa speciali prærogatiua donatum est. Meritò proinde eo ipso censetur homo egredi & post ire gregalibus animantibus, quòd solum hoc animal conuersatione degeneri iura naturæ trāsgrediens, rationis compos, rationis expertia moribus & affectibus imitatur. Conuincitur ergo ire post greges homo & nunc quidem depraua tione naturæ, postmodū autem & extremitate pœnæ. Ecce sic maledicetur homo qui ignorantiam dei habere inuentus fuerit. Dei dicam, an sui? Vtrunque sine dubio, vtraque ignorantia damnabilis est, vtralibet sufficit ad perditionem. Vis scire quia ita est? Sed de dei minime dubitas, si tamen constat tibi non aliam vitam esse æternam, quàm vt patrē cognoscas deum verum, & quē misit Iesum Christum. Audi ergo sponsum liquidò & apertè in anima etiam animæ ignorantiam condemnātem. Quid enim dicit? Non vtique si deum, sed si ignoras te, inquit, &c.

Pater ergo quia ignorans ignorabitur, siue se, siue deum ignorare contingat. De qua vtraque ignorantia erit nobis (si tamen deus manum apponat) vtilis admodū disputatio. Non modo tamen, ne fatigati, & non præmissa ex more oratione, aut ego minus diligēter rem necessariam prosequar, aut vos minus attentè, quæ non nisi magno suscipienda sunt desiderio, audiatis. Etenim si corporis cibus cum absq; appetitu & satiatus illum sumis, nō modò non prodest, sed & nocet plurimum: multo magis panis animæ cum fastidio sumptus, nō

G scientiæ nutrimentum,sed magis tormentū conſcientiæ importabit.Quod à nobis auertat ſponſus eccleſiæ Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula,Amen.

Quod ſcientia literarum ſit bona ad inſtruendum, ſed ſcientia propriæ infirmitatis ſit vtilior ad ſalutem.

Sermo XXXVI

EN ego meæ promiſſioni, en ego deſideriis veſtris, en ego etiam deo pro debito famulatu triplici, vt videtis, ratione vrgeor ad loquendum, pacti veritate, charitate fraterna,timore domini. Si tacuero, os meum cõdemnabit me. Quid ſi loquar? Profectò vereor idem iudicium, ne loquen- *Rom. 15. b*
tem videlicet & non facientẽ identidem os meum condemnet me. Iuuate me orationibus veſtris vt ſemper poſſim & loqui quę oportet,& opere implere quæ loquor.Non ignoratis hodiernum vobis propoſitum eſſe ſermonem de ignorantia, vel potius de ignorantiis, quoniam duæ ſi meminiſtis,propoſitæ ſunt,noſtri vna,& altera dei.Quas & monuimus ambas eſſe cauendas, quòd ambæ damnabiles ſint. Supereſt vt clarius hoc ipſum faciam , ediſſeram pleniùs . Sed prius quærendum exiſtimo,ſit ne ignorantia omnis damnabilis.Et mihi quidem videtur non eſſe, (neque enim omnis ignorantia damnat) ſed multa & innumera eſſe quæ neſcire
H liceat abſq; diminutione ſalutis:verbi gratia,ſi ignoras fabrilem artem,ſeu carpentariam,aut cæmentariam,& quęcunq, iſtiuſmodi ſunt artes quæ ad vſus vitæ huius præſentis ab hominibus exercentur,nũquid impedit ad ſalutem? Etiam abſque omnibus illis artibus quæ liberales dicuntur,quãuis honeſtioribus vtilioribuſq; ſtudiis & diſcantur & exerceãtur, & quàm plurimi hominũ ſalui facti ſunt placentes moribus atque operibus : quantos enumerat apoſtolus in epiſtola ad *Heb.11.* Hebręos factos dilectos non in ſcientia literarum? ſed in cõſcientia pura & fide nõ ficta? Omnes placuerunt deo in vita ſua,vitæ meritis,non ſcientiæ.Petrus & Andreas & filij Zebedęi,cęteríque cõdiſcipuli omnes nõ de ſchola rhetorũ aut philoſophorum aſſumpti ſunt,& nihilo minus tamen ſaluator per ipſos operatus eſt ſaluté in medio terræ. Non in ſapientia quæ in ipſis eſſet plus quàm in cunctis viuentibus, quemadmodum ſanctus aliquis de ſemetipſo confeſſus eſt, ſed in fide & lenitate ipſarum ſaluos fecit illos, etiam & ſanctos, etiam & magiſtros. Denique notas mundo fecerunt vias vitæ,& nõ in ſublimitate ſermonis,aut in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed ſicut placuit deo per ſtultitiam prædicationis eorum ſaluos facere credentes, quia mundus eum in ſua ſapientia non cognouit.Videar forſan nimius in ſuggillatione ſcientiæ, & quaſi reprehendere doctos, ac prohibere ſtudia literarum.Abſit.Nõ ignoro quantũ eccleſię profuerint & proſint literati ſui , ſiue ad refellendos eos qui ex *Oſee. 4. b* *Dan. 12. b* aduerſo ſunt,ſiue ad ſimplices inſtruẽdos.Deniq; legi : Quia tu repuliſti ſciẽtiam,repellam & ego te,vt non fungaris mihi ſacerdotio.Legi:Qui docti fuerint,fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti : & qui ad iuſtitiam erudiunt multos,quaſi *1.Cor.8.a* *Eccle.1.d* ſtellæ in perpetuas æternitates.Sed & ſcio vbi legerim:Sciẽtia inflat. & rurſum, Qui apponit ſcientiã, apponit & dolorem.Vides quia differẽtia eſt ſcientiarũ , quando alia inflans, alia contriſtans eſt ? Tibi verò velim ſcire quænã harum videatur vtilior ſeu magis neceſſaria ad ſalutem,illãne quæ tumet,an quę dolet?Sed non dubito quin dolentẽ tumenti præferas:quia ſanitatem quam tumor ſimulat, dolor poſtulat. Qui autem poſtulat , propinquat ſaluti : quoniam qui petit, *Luc.11. b* *Pſal. 146.* accepit. Denique qui ſanat contritos corde, execratur inflatos,dicente ſapientia, Quia deus ſuperbis reſiſtit,humilibus *Iaco. 4. b* autem dat gratiã.Et apoſtolus aiebat: Dico autem per gratiã *Roma. 12.* quæ data eſt mihi,omnib' qui ſunt inter vos , nõ plus ſapere q̃ oportet,ſed ſapere ad ſobrietatẽ. Nõ prohibet ſapere, ſed plus ſapere quàm oportet. Quid eſt autem ſapere ad ſobrietatem? Vigilantiſſimè obſeruare quid ſcire magis priúſve oporteat.Tempus enim breue eſt, Eſt autem quod in ſe eſt,omnis ſcientia bona,quę tamen veritate ſubnixa ſit:ſed tu qui cum timore & tremore tuam ipſius operari ſalutẽ pro temporis breuitate feſtinas,ea ſcire prius ampliúſq; curato, quæ ſenſeris viciniora ſaluti . Nõne medici corporum medicinæ portionem diffiniunt eligere in ſumendis cibis quid prius, quid poſterius,& quemadmodũ quidq; ſumi oporteat? Nã K
etſi bonos conſtat eſſe cibos quos deus creauit, tu tamen ipſos tibi,ſi in ſumendo modum & ordinem nõ obſerues,reddis planè non bonos.Ergo quod dico de cibis,hoc ſentite & de ſcientiis.Sed melius mitto vos ad magiſtrum. Non eſt enim noſtra iſta ſententia,ſed illius,imò & noſtra,quoniã veritatis.Qui ſe,inquit,putat aliquid ſcire, nondum ſcit quo- *1. Cor. 8.a*
modo oporteat eum ſcire. Vides quoniam nõ probat multa ſcientem,ſi ſciendi modum neſcierit? Vides,inquam,quomodo fructum & vtilitatem ſcientiæ in modo ſciendi cõſtituit? Quid ergo dicit modum ſciẽdi? Quid?niſi vt ſcias quo ordine,quo ſtudio,quo fine quæque noſſe oporteat ? Quo ordine? vt id prius,quod maturius ad ſalutem. Quo ſtudio ? vt id ardentius,quod vehementius ad amorem. Quo fine? vt non ad inanem gloriam,aut curioſitatem , aut aliquid ſimile, ſed tantùm ad ædificationem tuam vel proximi. Sunt nanq; qui ſcire volunt eo fine tantùm,vt ſciant: & turpis curioſitas eſt. Et ſunt qui ſcire volunt,vt ſciantur ipſi:& turpis vanitas eſt. *Perſius ſatyra 1.*
Qui profectò non euadent ſubſannantem Satyricum, & ei qui eiuſmodi eſt decantantem:Scire tuũ nihil eſt,niſi te ſcire hoc ſciat alter.Et ſunt item qui ſcire volunt,vt ſcientiam ſuã vendant, verbi cauſa pro pecunia pro honoribus : & turpis quæſtus eſt.Sed ſunt quoque qui ſcire volunt,vt ędificent: & charitas eſt. Et item qui ſcire volunt vt ædificentur , & pru- L
dentia eſt. Horum omnium ſoli vltimi duo non inueniũtur in abuſione ſcientiæ,quippe qui ad hoc volunt intelligere,vt *Pſal.110.b* *Iac.4.d* benefaciãt.Deniq; intellectus bonus omnibus faciẽtibus eũ. Reliqui omnes audiant:Scienti bonum & non facienti,peccatum eſt ei.Ac ſi per ſimilitudinem dicat : Sumẽti cibum & nõ digerenti,pernicioſum eſt ei. Cibus ſiquidem indigeſtus, & qui bonam nõ habet decoctionem,malos generat humores,& corrũpit corpus,& non nutrit.Ita & multa ſciẽtia ingeſta ſtomacho animę,quę eſt memoria,ſi decocta igne charitatis nõ fuerit,& ſic per quoſdam artus animæ , mores ſcilicet atque actus transfuſa atq; digeſta, quatenus ipſa de bonis quæ nouerit, vita atteſtante & moribus bona efficiatur: nónne illa ſcientia reputabitur in peccatum , tanquam cibus cõuerſus in prauos noxioſq; humores? An nõ malus humor peccatum:an non mali humores praui mores? An non inflationes & tortiones in conſcientia ſuſtinebit qui huiuſmodi eſt, ſciens videlicet bonũ,& non faciens? An non reſponſum mortis & dãnationis totiens in ſemetipſo habebit, quotiens in mentem venerit ſermo quem dixit deus,quia ſeruus ſciens voluntatẽ domini ſui & non faciens digna , plagis vapulabit *Luc.12.f* multis?Et vide ne fortè in perſona talis animæ ,ppheta plan- *Hier.4.c*
geret dicens:Ventrẽ meum doleo,ventrem meũ doleo. Niſi M X
quòd ipſa ingeminatio geminum videtur innuere ſenſum, vt præter hunc quem diximus, etiam alium requiramus . Puto enim quòd in ſua perſona potuit hoc dixiſſe propheta, quòd videlicet ſcientia plenus,& æſtuans charitate,& omnino effundere cupiens , non inueniret qui curaret audire : & ſic quaſi oneri ſua ſibi ſcientia erat, quã cõmunicare non poterat. Plangit itaque pius eccleſiæ doctor tam illos qui ſcire contemnunt quomodo ſit viuendum, quàm illos qui ſcientes male nihilo minus viuũt.Et hoc pro eo quòd eũdem ſermonem propheta repetit. Aduertiſne iam quàm verum ſenſit apoſtolus, quia ſcientia inflat?Volo proinde animam primò omnium ſcire ſeipſam,quòd id poſtulet ratio & vtilitatis & ordinis.Et ordinis quidem:quoniam quod nos ſumus, primum eſt nobis:vtilitatis verò,quia talis ſcientia nõ inflat, ſed humiliat,& eſt quędam preparatio ad ædificandum.Niſi enim ſuper humilitatis ſtabile fundamentum,ſpirituale ædificium ſtare minimè nõ poteſt.Porrò ad humiliandum nihil anima inuenire viuacius ſeu accommodatius poteſt, quàm ſi ſe in veritate inuenerit,tantùm non diſſimulet,non ſit in ſpiritu eius dolus,ſtatuat ſe ante faciem ſuam,nec ſe à ſe auertere abducatur.Nónne ſe ita intuens, clara luce veritatis inueniet ſe in regione diſſimilitudinis , & ſuſpirans miſera quam *Pſal. 118.* iam latẽre non poterit quòd vere miſera ſit,nónne cùm propheta clamabit ad dominum:In veritate tua humiliaſti me? Nam quomodo nõ verè humiliabitur in hac vera cognitione ſui,cùm ſe perceperit oneratã peccatis, mole huius mortalis corporis aggrauatã,terrenis intricatam curis,carnalium deſide-

A deſideriorum fece infectam,cæcam,curuam, infirmã, implicitam multis erroribus,expoſitã mille periculis , mille timoribus trepidam,mille difficultatibus anxiam , mille ſuſpicionibus obnoxiam,mille neceſſitatibus ærũoſam, procliuem ad vitia,inualidam ad virtutes? Vnde hinc iam extollentia oculorum,vnde leuare caput?Nónne magis conuertetur in æ- *Pſal. 31.a*
rumna ſua,dum configitur ſpina? Cõuertetur inquam ad lachrymas,cõuertetur ad planctus & gemitus, conuertetur ad *Pſal.40.a* dominum, & in humilitate clamabit ? Sana animam meam, quia peccaui tibi.Porrò conuerſa ad dominum recipiet conſolationem.quia pater eſt miſericordiarũ, & deus totius cõſolationis. Ego quandiu in me reſpicio, in amaritudine moratur oculus meus.Si autẽ ſuſpexero & leuauero oculos ad diuinæ miſerationis auxilium:temperabit mox amarã viſio- *Pſal. 41.b*
nem mei,viſio læta dei,cui & dico: Ad me ipſum anima mea conturbata eſt,propterea memor ero tui. Nec mediocris dei viſio,pium & deprecabilẽ experiri, ſicut reuera benignus & miſericors eſt,& præſtabilis ſuper malitia , quippe cuius natura bonitas,& cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. Tali itaque experimento & tali ordine ſalubriter innoteſcit *Iſa. 49.c* deus,cum prius ſe homo nouerit in neceſſitate poſitũ, & clamabit ad dominum,& exaudiet eũ,& dicet:Eruam te,& honorificabis me. Atque hoc modo erit gradus ad notitiã dei,
B cognitio tui, & ex imagine ſua quæ in te renouatur , ipſe videbitur,dum tu quidem reuelata facie gloriam domini cũ fiducia ſpeculando,in eandem imaginem transformaris de claritate in claritatem tanquam à domini ſpiritu . Sed iam demum aduerte quomodo vtraque cognitio ſit tibi neceſſaria ad ſalutem,ita vt neutra carere valeas cũ ſalute.Nam ſi ignoras te,non habebis timorem dei in te,non humilitatẽ. An verò ſine timore dei & ſine humilitate de ſalute præſumas , tu videris. Benè feciſtis grunniendo ſignificare quòd minimè ita ſapiatis,imò quod nõ ita deſipiatis,ne in eo quod planum eſt immoremur.Sed attẽdite cætera. An potius pauſandũ eſt nobis propter ſomnolentos? Putabam me vno ſermone implere quod promiſi de duplici ignorantia:& feciſſem,niſi faſtidioſis longior videretur. Quoſdam ſiquidem oſcitantes, quoſdam & dormitantes intueor.Nec mirũ.Præcedentis nocte vigiliæ(longiſſimæ quippe fuerũt) excuſant eos. Verùm illis quid dicam qui & tunc dormierunt,& modo nihilo minus dormiunt? Sed non pergo nunc vlcerius exagitare verecũdiam eorum,ſufficit tetigiſſe. Puto quòd melius deinceps vigilabunt,noſtræ obſeruationis cauterium verituri . In hac ſpe gerimus eis in hac vice morem,& quod continuandum
C ratio exigebat,eorum charitate (pendente licet diſputatione)partimur,facientes finem vbi non erat finis. Ipſi verò ſuper ſibi facta intelligẽtia nobiſcum glorificent ſponſum eccleſiæ Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula, Amen.

De duabus notitiis, & de duabus ignorantiis: & de his quæ ex ſe parturiunt.

Sermo XXXVII.

PVto non habemus nunc opus hortari ad vigilandum,cũ abſque dubio ſermo ille ſuggillatorius vigilet , vtpote adhuc recens,qui heri à nobis charitatiuè prolatus , bene aliquos expergefecit. Ergo tenetis memoria quòd teneam aſſenſum veſtrum, neminem abſque ſui cognitione ſaluari: de qua nimirum mater ſalutis humilitas oritur,& timor domini, qui & ipſe ſicut initium ſapientiæ , ita eſt & ſalutis. Nemo dico abſque illa cognitione ſaluatur, qui tamen ætatem habeat ac facultatem cognoſcendi. Quod propter parvulos loquor,& propter fatuos,quorum alia ratio eſt. Quid ſi ignoras deum? Poteritne ſpes eſſe ſalutis cum dei ignorantia? Ne hoc quidem. Nec enim potes aut amare quem neſcias,aut habere quem non amaueris. Noueris proinde te,vt deum timeas:noueris ipſum,vt æquè ipſum diligas. In altero initiaris ad ſapientiam , in altero & conſummaris : quia initium ſapiẽtię timor domini eſt,& plenitudo legis eſt charitas.Tam ergo vtraque ignorantia cauenda eſt tibi,quàm ſine timore & amore dei ſalus eſſe non poteſt.Cætera indifferentia ſunt,nec ſalutẽ ſi ſciantur, nec damnationẽ ſi neſcian- *1.Cor.12.a*
tur, habentia.Non tamen dico cõtemnendam aut negligendam ſcientiam literarum,quæ ornat animã,& erudit eam, & D
facit vt poſſit etiam alios erudire.Sed duo illa oportet & expedit vt præcedant,in quibus ſummam ſalutis cõſtitui ſuperior ratio declarauit . Et vide ſi non intuebatur & ſi non docebat hunc ordinem,qui dicebat: Seminate vobis ad iuſtitiã, *Oſee.10.b* metite ſpem vitæ, & tunc demũ illuminate vobis(ait)lumen ſcientiæ.Vltimam poſuit ſcientiam,tanquam pictũram, quæ ſtatũ habere nequeat ſuper inane , & inde illa duo præmiſit & ſubiecit illi tanquam ſi ſolidum aliquid picturę ſubſterneret. Securus iam intendam ſcientiæ, ſi vitæ prius per beneficium ſpei ſecuritatẽ accepero . Tu ergo ſeminaſti tibi ad iuſtitiam,ſi ex vera notitia tui euigilaſti timere deum, temetipſum humiliaſti,fudiſti lachrymas,eleemoſynas profudiſti,cæteriſq; te pietatis actionibus mãcipaſti, ieiuniis & vigiliis afflixiſti corpus,ſi pectus tũſionibus,cœlos clamoribus fatigaſti. Hoc ſiquidem ſeminare eſt ad iuſtitiã . Semina ſunt bona opera,bona ſtudia,ſemina lachrymę ſunt.Ibãt(inquit) & fle- *Pſal. 125.d*
bant mittentes ſemina ſua.Sed quid? Semper flebunt? Abſit. *Ibidem.*
Sed veniẽt cum exultatione portantes manipulos ſuos . Meritò cum exultatione, cum reportant manipulos gloriæ . At iſtud (inquis) in reſurrectione in nouiſſimo die, & eſt omnis longa expectatio. Noli animo frangi, noli deficere à puſillanimitate ſpiritus:habes interim de primitiis ſpiritus,quod ad præſens in exultatione metas. Seminate(ait) vobis iuſtitiam, E
metite ſpem vitę.Nõ te modo mittit ad diẽ nouiſſimũ quandõ res iam erit in re, & non in ſpe : ſed de præſenti loquitur. Prorſus magna lętitia & exultatio multa nimis cũ vita venerit.Sed nunquid tantæ lætitiæ ſpes erit ſine lætitia ? Spe gau- *Rom.12.c*
dentes, ait apoſtolus . Et Dauid nõ lætaturũ,ſed lætatũ ſe di- *Pſal.121.d*
xit,quòd in domũ domini ſe ſperaret iturum. Nõdum vitam tenebat, ſed ſpem profecto vitæ meſſuerat:atq; in ſemetipſo experiebatur veritatem ſcripturæ perhibentis, quia non modo remuneratio , ſed ipſa quoque expectatio iuſtorum læti- *Prou.10.d*
tia.Hãc parit in animo illius qui ſibi ad iuſtitiam ſeminauit, præſumpta indulgentia delictorum,ſi tamẽ ipſam indulgentiam efficacia atteſtatur acceptæ gratiæ ad viuẽdum ſanctius deinceps.Omnis in vobis qui hæc ſentit intra ſe actitari, ſcit quid loquitur ſpiritus, cuius vox atque operatio minimè inter ſe vnquam diſſentiunt. Propterea ergo intelligit quæ dicuntur, quoniam quæ foris audit, intus ſentit.Nam qui in *1.Cor.12.*
nobis loquitur, operatur in vobis , vnus atque idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult : aliis quidem loqui, aliis autem operari quod bonum eſt . Quiſquis itaque veſtrum poſt illa amara & lachrymoſa conuerſionis ſuæ primordia reſpiraſſe in ſpem , atque in quoddam ſerenum ſupernæ conſolationis pẽnis gratiæ ſubleuatum ſe euolaſſe lætatur , is profecto iam metit ſuarum recipiens fructum tẽporaneum lachrymarum, & ipſe vidit deum,& audiuit vocem dicentis: Date ei de fru- *Prou.31.b*
ctibus manuum ſuarum.Nam quomodo nõ vidit deum, qui F
guſtauit & vidit quoniam ſuauis eſt dominus? Quàm dulcem & ſuauem te ſenſit domine Ieſu , cui à te non modo peccata donata ſunt, ſed & munus ſanctitatis indultum eſt: neque id ſolùm , ſed addita inſuper ad cumulũ bonorum vitæ æternæ promiſſio? Felix,qui tantum iam meſſuit,habẽs interim quidem fructum ſuum in ſanctificationem,finem verò vitam æternam. Meritò qui ſe inuento fleuit , gauiſus eſt viſo domino,ad cuius vtique miſerationis intuitum tantos iam leuauit manipulos,remiſſionem,ſanctificationẽ,ſpem vitæ.O quàm verus eſt ſermo qui in propheta legitur: Qui ſeminant in la- *Pſal.125.a*
chrymis , in exultatione metent? Vbi breuiter comprehenſa vtraque cognitio eſt , & noſtri quidem in lachrymis ſerens, quæ autem dei,metens in gaudio.Hac ergo in nobis gemina præeunte notitia,iam ea quę forte ſupercreuerit ſcientia minimè inflat,vtpote quæ nihil afferre valeat terreni commodi vel honoris,quod nõ ſit ſanè inferius ſpe concepta, lætitiáq; ſpei iam altius radicata in animo . Spes autem nõ confundit, *Rom.5.a*
quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.Ideo illa nõ confundit, quia iſta infundit certitudinem . Per hanc enim ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro quòd filij dei ſumus. Quidnam igitur nobis de noſtra quantacunq; ſcientia prouenire poſſit,quod non ſit minus hac gloria, qua inter dei filios numeramur? Parum dixi,nec reſpici in eius cõparatione poteſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qualiter ex ignorantia dei nascitur desperatio, & qualiter sponsa dicatur pulchra inter mulieres.
Sermo XXXVIII.

Gorbis ipse, & plenitudo eius, etiã si totus cedat vnicuiuis nostrum in possessionem. Cæterùm si nos ignorantia dei tenet, quomodo speramus in eum quẽ ignoramus? si nostri, quomodo humiles erimus, putãtes nos aliquid esse, cùm nihil simus? Scimus autem nec superbis nec desperatis partem esse vel societatem in sorte sanctorũ. Intuere ergo nunc mecũ quãta cura & solicitudine ambas istas repellere à nobis ignorantias debeamus, quarum omnis peccati altera initium parit, altera cõsummationem: sicut duarum è regione notitiarum initium sapientiæ vna, perfectionem altera gignit: illa timorem domini, ista charitatem. At istud de notitiis suprà ostensum est. Nũc de ignorãtiis vide. Etenim sicut initium sapientiæ timor domini, sic initium omnis peccati superbia: & quomodo perfectionem sibi sapiẽtiæ vendicat amor dei, ita desperatio sibi omnẽ malitiæ cõsummationem. Et quemadmodum ex notitia tui venit in te timor dei, atque ex dei notitia, dei itidem amor: sic econtrario de ignorãtia tui superbia, ac de dei ignorantia venit desperatio. Sic autem superbiam parit tibi ignorantia tui, cum meliorem quàm sis, decepta & deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Hoc quippe est superbia, hoc initium omnis peccati, cùm maior es in tuis oculis quàm apud deũ, quàm in veritate. Et ideo qui primus peccauit hoc grande peccatum (diabolũ loquor) de ipso dictum est, quia in veritate non stetit, sed mendax est ab initio: quoniam quod in sua fuit cogitatione, non fuit in veritate. Quid si in eo discordaret à veritate, vt minorem se inferiorémque putaret quàm veritas haberet? Excusaret eum sua proculdubio ignorantia, & minimè reputaretur superbus, nec tàm inueniretur iniquitas eius ad odiũ, quàm humilitas fortassis ad gratiam. Si enim in quonam statu vnumquemque nostrum habeat deus, liquidò cognosceremus: nec suprà sanè nec infrà secedere deberemus, veritati in omnibus acquiescentes. Nunc autem quia consilium hoc posuit tenebras latibulum suum, & sermo absc̃ditus est à nobis, ita vt nemo sciat si dignus sit amore vel odio, iustius tutiúsq; profectò iuxta ipsius veritatis consilium nouissimũ nobis locum eligimus, de quo postmodũ cum honore superius educamur, quam præsumimus altiorem, vnde cedere mox oporteat cum robore. Non est ergo periculum, quantũcunque te humilies, quantũcunque reputes minorem quàm sis, hoc est, quàm te veritas habeat. Est autem grande malum, horrendúmq; periculũ, si vel modicè plus vero te extollas, si vel vni videlicet in tua cogitatione te præferas, quem fortè parem tibi veritas iudicat, aut etiam superiorem. Quemadmodum enim si per ostium transeas cuius superliminare (vt ad intelligentiam loquar) nimiùm bassum sit, nõ nocet quantumcunque te inclinaueris, nocet autem si vel trãsuersi digiti spatio plus quàm ostij patitur mẽsura, erexeris, ita vt impingas, & capite quassato collidaris: sic in anima nõ est planè timenda quantalibet humiliatio, horrenda autem nimiúmq; pauẽda vel minima temere præsumpta erectio. Quamobrem noli te homo cõparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni. Quid scis enim ô homo si vnus ille quem fortè omnium vilissimũ atque miserrimum reputas, cuius vitam sceleratissimam ac singulariter fœdissimam horres, & propterea illum putas spernendũ non modò præ te (qui fortè iam sobriè & iustè & piè viuere te confidis) sed etiam præ cæteris omnibus sceleratis tãquam omnium sceleratissimũ: quid scis, inquam, si melior & te & illis mutatione dexteræ excelsi in se quidem futurus sit, in deo verò iam sit? Et propterea non mediocrem, non vel penultimum, non ipsum saltem inter nouissimos eligere locum nos voluit: sed recumbe, inquit, in nouissimo loco: vt solus videlicet omnium nouissimus fœdeas, téque nemini nõ dico prẽponas, sed nec cõparare prẽsumas. En quantum malum venit de ignorantia nostri. Vtique peccatum diaboli, & initium omnis peccati superbia. Quid etiam dei parturiat ignorantia, aliàs videbimus. Nã nunc horæ breuitas non permittit, quoniam hodie tardè conuenimus. Itaque sufficiat vnũquenque, modò ne seipsum ignoret, admonitum esse non solùm sermone nostro, sed ipsius quoque dignatione sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Ecclĩ. 1. et 10. b

2. Reg. 22. b
Eccles. 9. a
Luc. 14. b

Ibidem.

Eccli. 10. b

QVid igitur dei ignorantia parturit? Nam hinc incipiẽdum est, sicut recordamini hic heri fuisse terminatum. Quid itaque parturit? Diximus desperationem: sed quonam modo, dicamus. Fortè aliquis reuersus in se, & displiceens sibi in omnibus malis quæ fecit, cogitánsque resipiscere & redire ab omni via mala & carnali conuersatione sua, si ignorat q̃ sit bonus deus, quàm suauis & mitis, & q̃ multus ad ignoscẽdum: nónne sua carnalis cogitatio arguet eum, & dicet: Quid facis? Et vitam istam vis perdere & futuram? Peccata tua maxima sunt, & nimium multa. Nequaquam pro tot & tantis, nec si te excories, sufficies satisfacere. Cõplexio tenera est, vita extitit delicata, consuetudinem difficilè vinces. Pro his & similibus desperatus resilit miser, ignorans quàm facilè omnipotẽs (qui neminem vult perire) cuncta ista dissoluere t: sequitúrq; impœnitẽtia, quæ est delictum maximũ, & blasphemia irremissibilis: ipse verò aut cõturbatus nimia tristitia absorbetur & fertur in profundũ, minimè iã vt consolationem recipiat emersurus, sicut scriptũ est: Impius cùm venerit in profundum malorum, contemnit. Aut certè dissimulans, & sibi qualicũque verisimili blãdiens ratione, reuocat se irreuocabiliter in seculum ad perfruendum & delicitãdum in omnibus bonis eius quoad licuerit. Cùm autem dixerit pax & securitas, tunc repentinus ei superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugiet. Ita ergo & de ignorantia dei, vniuersæ malitiæ consummatio venit, quę est desperatio. Apostolus dicit q̃ ignorantiam dei quidam habent. Ego autẽ dico omnes ignorare deũ, qui nolunt conuerti ad deum. Neq; enim ob aliud proculdubio renuunt, nisi quia grauem & seuerũ imaginantur, qui pius est: durum & implacabilem, qui misericors est: ferũ & terribilem, qui amabilis est: & mẽtitur iniquitas sibi, formans sibi idolum pro eo quod nõ est ipse. Quid timetis modicæ fidei, vt peccata nolit remittere? Sed affixit ea cruci cum suis manibus. Quòd teneri & delicati estis? Sed ipse nouit figmẽtum nostrũ. Quod male assueti, & ligati peccandi consuetudine? Sed dominus soluit compeditos. Fortè ne irritatus immanitate & multitudine criminum, cunctetur porrigere manũ adiutorij? Sed vbi abundauit delictũ, superabundare & gratia consueuit. An de vestimento soliciti estis, vel cibo, cæterísq; corpori vestro necessariis, & propterea eunctamini relinquere vestra? Sed scit quia his omnib⁹ indigetis. Quid vultis amplius? Quid iã impedit à salute? Sed hoc est quod dico, Deũ ignoratis, sed nec creditis auditui nostro: vellem vos vel expertis credere: quia nisi credideritis, non intelligetis. Sed nõ est omnium fides. Absit autem vt de tali, hoc est, de dei ignorantia spõsam commonitam sentiamus, quæ tanta sponsi pariter & dei sui non dico agnitione, sed amicitia & familiaritate donata est, vt eius crebra colloquia & oscula mereretur, & nũc familiari ausu loquitur: Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie. Vbi sanè non ipsum, sed locum habitationis gloriæ eius sibi indicari requirit: quanquam non aliud ipse, & alius locus eius vel gloria. Sed reprimẽda censetur propter præsumptionem, & de sua ipsius cõmonenda cognitione, in qua nimirũ visa est aliquatenus caligare, quę tantę se æstimauerit idoneã visioni, siue minus attendens præ excessu suo quòd esset in corpore: siue frustra sperans etiam manentem in corpore ad illam se posse inaccessibilem accedere claritatem. Ergo ad se ipsam protinus reuocatur, & ignorantia conuincitur, & infolentia castigatur. Si ignoras te (inquit) egredere. Terribiliter sponsus intonat in dilectam, non tanquã sponsus, sed tanquã magister, & non quasi iratus, sed vt territa purgaretur, purgata idonea redderetur huic ipsi cui inhiat visioni. Mũdicordibus nempe illa visio sequestratur. Pulchrè autem pulchram, nõ omnimodè quidem, sed pulchram inter mulieres eam dicit videlicet cũ distinctione: quatenus & ex hoc amplius reprimatur, & sciat quid desit sibi. Ego enim puto mulierũ nomine hoc loco appellatas animas carnales ac seculares, nihil in se virile habentes, nihil fortè aut constans in suis actibus demonstrantes, sed totum remissum, totũ fœmineum

Ioan. 8. f

1. Thes. 5. a

1. Cor. 15. d

Cantic. 1. a

Cantic. 1. b

Psa. 143. a

Rom. 5. d
Luc. 12. d

Cantic. 1. d

Cantic. 1. c

Aneum & molle quod viuunt & quod agunt. Spiritualis autẽ anima etsi inde iam pulchra quòd non secundũ carnem ambulat, sed secundum spiritũ: ex eo tamen quòd adhuc in corpore viuit, citra perfectum adhuc pulchritudinis proficit, ac proinde nõ pulchra omnimodo, sed pulchra inter mulieres, id est inter animas terrenas, & quæ non sunt sicut ipsa spirituales, nõ autem inter angelicas beatitudines, non inter virtutes, potestates, dominationes: sicut patrum aliquis olim inuentus & dictus est iustus in generatione sua, id est, præ omnibus sui tẽporis, suæq; generationis: & Thamar iustificata perhibetur ex Iuda, hoc est præ Iuda: & in euãgelio publicanus descendisse refertur de templo iustificatus, sed iustificatus à pharisęo: & quomodo magnus ille Ioãnes magnificè quondam commendatus est, quòd videlicet superiorem nõ haberet, sed hoc inter natos mulierum, non autem inter choros beatorum cœlestiúmque spirituũ: ita & sponsa modo dicitur pulchra, sed interim adhuc inter mulieres, & non inter cœlestes beatitudines. Desinat proinde quandiu in terris est, quę in cœlis sunt curiosius inuestigare, ne fortè scrutatrix maiestatis opprimatur à gloria. Desinat, inquã, donec inter mulieres versatur, inquirere quæ apud sublimes illas sunt potestates, solis ipsis perspicua, solis licita tanquam cœlestibus cœlestia ad videdum. Mirabilis facta est, inquit, visio ista ex te ô spõsa, quam tibi postulas demõstrari: nec modò præuales intueri meridianam & miram quam inhabito claritatem. Dixisti enim: Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie. Sedecim induci in nubes, penetrare in plenitudinẽ luminis, irrumpere claritatis abyssos, & lucẽ habitare inaccessibilem, nec temporis est huius nec corporis. Id tibi in nouissimis reseruatur, cũ te mihi exhibuero glorioſum, non habẽtem maculam, aut rugã, aut aliquid huiusmodi. An nescis quia quandiu viuis in hoc corpore, peregrinaris à lumine? Quomodo quæ necdum tota pulchra es, idoneam te existimas vniuersitatem pulchritudinis intueri? Quomodo deniq; quæris me in mea claritate videre, quæ adhuc ignoras te? Nam si te plenius nosses, scires vtique corpore (quod corrumpitur) aggrauatam, nullatenus posse attollere oculos, & figere in illu fulgorem in quem prospicere angeli concupiscunt. Erit cum apparuero, & tota pulchra eris, sicut ego pulcher sum totus: & simillima mihi, videbis me sicuti sum. Tunc audies: Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. Nunc verò etsi ex parte iam similis, ex parte tamen dissimilis, contenta esto ex parte cognoscere. Te ipsam attẽde, & altiora te ne quæ-ieris, & fortiora te ne scrutata fueris. Alioquin si ignoras te ô pulchra inter mulieres (nam & ego te dico pulchrã, sed inter mulieres, hoc est, ex parte: cum autem venerit quod perfectũ est, tũc euacuabitur quod ex parte est) Si ergo ignoras te: sed quæ sequũtur, dicta sunt, & non oportet iterum dici. Promiseram me de duplici ignorãtia vtiliter disputaturum. Si quo minus implesse videor, date veniam volenti. Nam velle adiacet mihi, perficere autẽ non inuenio, nisi quantum suã benignitate ad vestram ædificationem largiri dignabitur sponsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Gen. 6. b
& 38. f
Luc. 18. c
Luc. 7. b

Cant. 4. a
Eccli. 3. c
2. Cor. 13. c

De curribus Pharaonis, id est diaboli, & de principibus exercitus, qui sunt malitia, luxuria, & auaritia.
Sermo XXXIX.

EQuitatui meo in curribus Pharaonis assimulaui te amica mea.] Ante omnia in his verbis libenter accipimus ecclesiæ typum in patribus præcessisse, & nostræ sacramenta salutis præostensa esse: In exitu Israël de Aegypto, geminóque illo admirabili maris obsequio, & transitum scilicet populo dantis, & vltionem de hostibus, baptismi gratia euidenter exprimitur, saluantis homines, & crimina submergentis. Omnes, inquit, sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Sed oportet consequentiam (sicut solemus) signare verborum, & sequentia prioribus copulare, & ita demum elicere suaue quippiam si possumus quod prosit moribus instruendis. Vbi itaque sponsæ præsumptio, dura & austera increpatione repressa est: ne tristior remaneret, bona illi aliqua quæ iam acceperat, ad memoriã reducuntur, & aliqua quæ nõdum acceperat, promittuntur: sed & pulchra denuo perhibetur, & appellatur amica. Quod tibi, inquit, durè locutus sum amica mea, nulla in me tibi suspicio sit odij vel rãcoris: nam signa amoris mei in te euidentia sunt ipsa mea munera quibus te honoraui & ornaui: nec mihi animi est illa retrahere, sed magis addere ampliora. Vel sic: Nõ ęgrè feras amica mea minime te accipere mõdo quod postulas, quæ tanta à me iam accepisti, & maiora horũ accipies, si in præceptis meis ambulaueris, & in amore meo perseueraueris. Hæc pro literæ consequentia. Nunc iam videamus qualia sint quæ se donasse cõmemorat. Et primũ quidẽ est quòd eã assimilauit equitatui suo in curribus Pharaonis, liberãdo vtique à iugo peccati, mortificatis vniuersis operibus carnis, quemadmodum ille populus liberatus est à seruitute Aegypti, subuersis & submersis cũctis curribus Pharaonis. Id quidem miseratio maxima, in qua ego quoq; si gloriari voluero, non ero insipiens: veritatẽ enim dicam. Fateor & fatebor, Nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Nõ sum ingratus, non sum oblitus. Misericordias domini in æternum cantabo. Verùm hactenus mihi cum sponsa. De reliquo, illa singulari dignatione postquam liberata est, ascisitur in amicam, decorem induitur tãquam domini sponsa, interim tamen in genis duntaxat & in collo. Ad hæc illi promittũtur murænulæ pro ornatu, ipsæq; aureæ pro precio, & distinctæ argẽto pro decore. Cui nõ admodum placeat ordo ipse donationũ? Primum misericorditer liberatur, secundò dignãter adamatur, tertiò benignè abluitur & purgatur, postremò optimi ornamenti accipit promissionem. Nõ ambigo quosdam iam vestrum in semetipsis recognoscere quæ dicuntur, proprióq; experimẽto commonitos ad intelligentiam præuolare. Sed sanè memor versiculi illius: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis: pro huiusmodi dignum duco eadem modicè latiùs explanãda. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & placet illi doctor benignus & diligens, qui ita cupiat satisfacere studiosis, vt morem gerere tardioribus non recusẽt. Denique qui elucidant me, vitam æternã habebunt: ait ipsa sapientia. Quo quidem præmio ego fraudari noluerim. Quanquam in his etiam quæ plana videntur, quandoq; talia latent, quæ ipsis quoque qui capaciores videntur & præuolantes ingenio, non erit inutile si diligentius declarentur. Sed vide iam similitudinem de Pharaone & exercitu eius, & domini æquitatu. Non inter ipsos exercitus similitudo data est, sed de ipsis. Quæ enim societas luci ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli? Sed inter sanctam spiritualẽmq; animam & equitatum domini planè cõparatio est, & inter Pharaonem & diabolum, amborúmq; exercitus. Nec miraberis vnam animam equitatus multitudini similatam, si aduertas quantæ in ipsa vna quæ tam sancta anima sit, virtutũ acies habeãtur, quanta in affectionibus ordinatio, quãta in moribus disciplina, quãta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in zelo terror, quanta denique ipsi cum hoste conflictuum assiduitas, numerositas triumphorum. Denique in consequentibus legitur: Terribilis vt castrorum acies ordinata. Et item: Quid videbis (inquit) in Sunamite, nisi choros castrorum? Aut si id tibi non placet, noueris huiusmodi animam nunquam esse sine angelorũ custodia, qui eam æmulãtur in æmulatione, soliciti suo viro seruare, & virginem castam exhibere Christo. Et ne dixeris in corde tuo: Vbi sunt? Quis eos vidit? Vidit eos propheta Helisæus: insuper & fecit orando vt videret etiam Giezi. Tu non vides, quia non es propheta, nec puer prophetæ. Vidit patriarcha Iacob, & ait: Castra dei sunt hæc. Vidit & doctor gentium, qui dicebat: Nónne omnes administratorij spiritus sunt, missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Ergo angelicis fulta ministeriis, & superno stipata agmine spõsa incedẽs, similis est equitatui domini, illi vtique qui quondam in curribus Pharaonis tum stupendo diuini adiutorij miraculo triũphauit. Si enim diligentiet aduertas, cuncta quę ibi miraris magnificè perpetrata, inuenies hic nihilo minus admirãda. Nisi quòd in eo nunc magnificẽtius triumphatur, quòd quæ illic corporaliter præcesserũt, hic spiritualiter adimplentur. An non tibi nempe multo fortius longęque gloriosius esse videtur, diabolũ prosternere, quàm Pharaonem,

Psal. 113. a

1. Cor. 10.

Cant. 1. c

Psal. 93. e
Psal. 88. a

2. Cor. 11. a
4. Reg. 6. b

Gene. 32. a
Hebr. 1. d

Exo. 14. f. g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gatque aëtias debellare poteſtates,quã currus Pharaonis ſubuertere?Ibi denique pugnatũ eſt aduerſus carnẽ & ſanguinẽ,
Epheſ. 6.b hic aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Et proſequere modo mecum ſingula proportionis membra. Ibi populus eductus de Aegypto, hic homo de ſeculo.Ibi proſternitur Pharao,hic diabolus. Ibi ſubuertuntur
1.Pet.2.c currus Pharaonis,hic carnalia & ſecularia deſideria quæ militant aduerſus animam,ſubruũtur. Illi in fluctibus,iſti in fletibus.Marini illi,amari iſti.Puto & nũc clamitare dæmonia,
Exod.14.f ſi forte contingat incidere in talem animã: Fugiamus Iſraëlem, quia dominus pugnat pro eo. Viſne enim aliquos de principibus Pharaonis propriis tibi deſignem nominibus,& de curribus deſcribam,inſtar quorum tu quoque alios ſi qui ſunt per teipſum valeas inuenire? Magnus quidam princeps ſpiritualis atq; inuiſibilis regis Aegypti profecto malitia eſt, magnus luxuria,magnus auaritia. Et hi quidẽ poſſident terminos ſuos ſub rege ſuo,ſicut ſui cuique aſſignati ſunt. Nam malitia in omni regione maleficiorum atque facinorum dominatur. Luxuria omni immunditiæ & turpitudini carnis præeſt. Auaritia in partes rapinę & fraudis ſortita eſt principatum. Accipe nunc quoq; quales his ſuis principibus Pharao præparauerit currus ad perſequẽdum populum dei. Habet namque malitia currum ſuum rotis quatuor conſiſtentẽ:
H ſæuitia,impatientia,audacia,impudẽtia. Valde etenim velox eſt currus iſte ad effundendum ſanguinẽ, qui nec innocentia ſiſtitur,nec patientia retardatur,nec timore frenatur,nec inhibetur pudore.Trahitur autem duobus admodum pernicibus equis,& ad omnẽ perniciem paratiſſimis, terrena potẽtia,& ſeculari pompa.Tunc namq; quadriga iſta malitię currit valde velociter,cum hinc quidem potẽtiæ effectus ſubeſt eius adimplendis malitioſis conatibus,inde plauſus pompæ arridet perpetratis ſceleribus, vt ſermo impleatur qui ſcriptus eſt,quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuę,
Pſal.9.d & iniquus benedicitur.Et iterum alia ſcriptura: Hæc eſt, inquit,hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Porrò præſident
Luc.22.f duobus his equis aurigę duo,tumor & liuor:& tumor quidẽ pompam, liuor verò potentiam agit. Is enim rapido fertur diabolicarum amore pomparum,cuius apud ſe cor prius intumuit.Nam quod in ſe firmiter ſtat timore cõpreſſum, grauitate modeſtum,humilitate ſolidum, puritate ſanum: aura huius vanitatis nequaquam leuiter rapietur.Item terrenę iumentum potentiæ nõnne inuidia agitur,& quaſi quibuſdam liuoris vrgetur hinc inde calcaribus, ſuſpicione vtique decedendi,& metu ſuccumbendi? Aliud eſt enim quòd ſuſpectus eſt ſucceſſor,& aliud quòd timetur inuaſor. His itaq; ſtimulis terrena potentia continuè agitatur.Et currus quidem malitiæ ſic ſe habet. Luxurię verò currus quadriga nihilo minus
I voluitur vitiorum, ingluuie videlicet vẽtris, libidine coitus, mollitie veſtium, ocij ſoporiſq; reſolutione. Trahitur equis æquè duobus,proſperitate vitæ,& rerum abundantia:& qui his præſident duo,ignauiæ torpor,& infida ſecuritas:quia & copia in ignauiam ſoluit:& ſecundum ſcripturã, proſperi-
Prou.1.d tas ſtultorum perdet illos:non ſanè ob aliud,niſi quoniã male ſecuros reddat. Cùm autem dixerint pax & ſecuritas, tunc
1.Theſ.5.a ſubitaneus ſuperueniet eis interitus. Hi calcaria minimè habent,neque flagella vel aliquid huiuſmodi, ſed pro his vtuntur paruulo papilione conopeo ad faciendã vmbram,& flabello ad citandum ventũ.Porrò conopeum diſſimulatio eſt, vmbram faciens,& protegẽs ab æſtu curarũ.Propriũ namque eſt mollis & delicatæ animæ etiam neceſſarias diſſimulare curas,& ne æſtuãtes ſolicitudines ſentiat,ſub latibulo diſſimulationis abſcondi.Flabellũ verò effuſio eſt ventum adulationis apportans. Largi ſunt enim luxurioſi ementes auro ventum de ore adulatorum. Et de hoc ſatis. Iam verò auaritia roris & ipſa vehitur quatuor vitiorum,quę ſunt puſillanimitas,inhumanitas,contemptus dei,mortis obliuio.Porrò iumenta trahentia,tenacitas,& rapacitas: & his vnus auriga ambobus præſidet,habendi ardor.Sola ſiquidẽ auaritia quoniam conducere plures non patitur, vno contenta eſt ſeruitore.ipſe verò iniuncti operis prõptus admodum atque infatigabilis executor,vrgendis ſanè iumentis trahentibus,flagris vtitur acerrimis,libidine acquirendi,& metu amittendi.

Sunt & alij principes regis Aegypti, habentes & ipſi cur- K
rus ſuos in expeditione domini ſui, ſicut ſuperbia, quæ vnus eſt de maioribus principibus:ſicut inimica fidei impietas,magnum & ipſa tenens locum in domo & regno Pharaonis: & multi adhuc ſunt alij inferioris ordinis ſatrapæ & equites quorũ non eſt numerus in Pharaonis exercitu, quorũ & nomina & officia, necnon & arma & apparatus eorum veſtris ſtudiis (vt in his exerceamini) inquirenda relinquo. In iſtorũ itaque principum fortitudine,curruúmque ſuorum inuiſibilis Pharao vbique diſcurrens,in omnem familiã domini quibus poteſt viribus more tyrannico debacchatur,in his etiam his diebus exeũtem Iſraël de Aegypto inſequitur. At ille nec ſubuectus curribus,nec protectus armis, nihilo minus tamẽ *Exod.15.d*
ſola domini manu confortatus,ſecurè decantat:Cãtemus do mino, glorioſe enim honorificatus eſt: equum & aſcenſorẽ *Pſal.19.b*
proiecit in mare.Item:Hi in curribus,& hi in equis,nos autẽ in nomine domini dei noſtri inuocabimus. Et hæc dicta ſint pro adducta ſimilitudine de equitatu domini,& curribꝰ Pharaonis.Poſt hæc amica appellatur.Nam ipſe quidem & ante liberationem amicus erat,alioquin non liberaſſet quam non amaſſet, ſed illa beneficio liberationis adducta eſt vt eſſet a- *1.Ioã.4.b*
mica.Audi denique cõfidentem:Non quia dilexerimus eum *Num.12.d*
nos, inquit, ſed ipſe prior dilexit nos. Recordare nunc mihi L
& Moyſi & Aethiopiſſæ, & agnoſce iam tunc præfiguratum coniugium verbi & animæ peccatricis, & diſceme ſi potes quid tibi dulcius ſapiat in cõſideratione ſuauiſſimi ſacramẽti,verbíne nimium benigna dignatio, an animæ inæſtimabilis gloria, an inopinata fiducia peccatoris. Sed non potuit Moyſes Aethiopiſſæ mutare pellem,potuit Chriſtus. Sequitur enim:Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Sed hoc ſermoni alteri reſeruetur:vt ſemper quæ in menſa ſponſi nobis apponuntur,cum auiditate ſumẽtes,eructemus in ipſius laudem & gloriam Ieſu Chriſti domini noſtri,qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Quòd intentio ſit facies animæ,cuius quæ ſit pulchritudo aut deformitas declaratur,& quæ eiuſdem ſit ſolitudo & pudicitia. Sermo XL.

PVlchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Tenera eſt ſponſæ *Cant.1.g*
vercundia, & ad increpationem ſponſi puto facies eius rubore ſuffuſa eſt, pulchriórque ex eo apparens illico audit: Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Vide autem ne carnaliter cogites coloratam carnis putredinem, & purulentiam flaui ſanguineíve humoris vitreæ cutis ſuperficiẽ ſummatim atque æqualiter ſuffundentem, è quibus ſibi inuicem moderatè permixtis ad venuſtandam genarum effigiem ruborſubpallidus in efficiẽtiam corporeæ pulchritudinis temperatur. Alioquin incorporea illa animæ inuiſibiliſque ſubſtantia nec corporeis diſtincta membris, nec viſibilibus ex- M
tat fucata coloribus.Tu verò ſpiritualem eſſentiam ſpirituali ſi potes attinge intuitu, & ad coaptandum propoſitæ ſimilitudinis ſchema cogita animæ faciem mentis intentionem: ex qua nimirum rectitudo operis, ſicut ex facie pulchritudo corporis æſtimatur. Porrò verecundiam intellige tanquam colorem in facie, quòd hæc potiſſimum virtus & venuſtatem ingerat,& augeat gratiam. Pulchræ ergo ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Poterat vſitatius faciem ponere & deſcribere pulchram,ſicut ſolet cuius pulchritudo laudatur, pulchra facie ſeu decora facie dici,ſed neſcio quid ſibi voluerit vt magis genas pluraliter dicendum putauerit, niſi quod minimè id crediderim ocioſum. Spiritus namque ſapientiæ loquitur,cui non eſt fas vel modicum quid omnino aſcribere ocioſum,aut ſecus dictum quàm oportuerit. Eſt itaque ſine dubio cauſa,quæcunque illa ſit,cur pluraliter genas maluerit quàm ſingulariter faciem dicere.Et ſi tu melius nõ habes, ego quod mihi videtur aperio. Duo quædam in intentione(quam faciem animæ eſſe diximus)neceſſaria requiruntur,res & cauſa,id eſt quid intendas, & propter quid. Et ex his ſanè duobus animæ vel decor vel deformitas iudicatur,vt(verbi cauſa)anima quæ ambo iſta recta atque pudica habuerit,illi meritò veraciterque dicatur:Pulchræ ſunt genę tuæ ſicut turturis. Quæ verò altero horum caruerit, non poterit dici de ea q̃ pulchræ ſint genæ eius ſicut turturis, propter eam quæ adhuc ex parte erit deformitatem. Multò autem

Atem minus illi hoc poterit conuenire,quę neutrũ horum habere laudabile inuenitur. At id totũ fiet planius in exemplis.
Si(verbi cauſa) intendat quis animum inquirendæ veritati, atque id ſolo veritatis amore,nónne is tibi videtur & rem & cauſam habere honeſtam,meritóque ſibi vẽdicare quod dicitur:Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis, quippe cui in neutra genarũ næuus reprehenſionis appareat? Quòd ſi minimè quidem veritatis deſiderio,ſed aut inanis gloriæ, aut alterius qualiſcunq; commodi temporalis obtentu in veritatem intẽderit,iam etſi vnam genarũ videatur habere formoſam,nõ tamen, vt arbitror, dubitabis iudicare vel ex parte deformẽ, cuius alteram faciem cauſæ turpitudo fœdauerit. Si autẽ videris hominem nullis honeſtis ſtudiis intendentẽ, ſed carnis
Philip.3.d illecebris irretitum,ventri & luxuriæ deditũ, quales ſunt illi quorum deus vẽter eſt, & gloria in confuſione eorũ qui terrena ſapiũt: quid? iſtum nónne ex vtraque parte fœdiſſimum iudicabis,in cuius vtiq; intẽtione & res & cauſa reproba inuenitur:Ergo intendere non in deum,ſed in ſeculum, ſeculares animæ eſt,nec vllam prorſus genarũ ſpecioſam habẽtis.
Intendere autem quaſi in deũ, ſed non propter deum, hypocritæ planè animę eſt:cuius etſi vna facies decora videtur, B
quòd ad deum qualicunque intentione reſpiciat: ipſa tamen ſimulatio omne decorũ in ea exterminat: & magis per totũ ingerit fœditatẽ. Si autem vel ſolũ vel maximè ob vitæ præſentis neceſſaria ad deum conuerterit intentionem,non quidem fece hypocriſis putidã,puſillanimitatis tamen vitio dicimus ſubobſcuram,& minus acceptam. Porrò ecõtrario intendere in aliud quàm in deum, tamen propter deum,non
Luc.10.g ociũ Mariæ,ſed Marthæ negocium eſt. Abſit autẽ vt quę huiuſmodi eſt,quicquã illã dixerim habere deforme,nec tamen ad perfectũ affirmauerim perueniſſe decoris,quippe quę adhuc ſolicita eſt & turbatur erga plurima, & nõ poteſt terrenorum actuum vel tenui puluere non reſpergi: quem tamen citò faciléque deterget vel in hora ſanctæ dormitionis caſta intentio,& bonæ conſcientiæ interrogatio in deũ. Ergo ſolum inquirere deum propter ipſum ſolũ, hoc planè eſt vtrãque bipertitæ intentionis facié habere pulcherrimã,atque id
Cant.1.c proprium ac ſpeciale ſponſæ,cui meritò ſingulari prærogatiua audire conueniat: Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Cur verò ſicut turturis? Pudica auicula eſt,& cõuerſatio eius non cum multis,ſed ſolo degere fertur cõtenta compare: ita vt ſi illum amiſerit,alterũ non requirat,ſed ſola deinceps cõuerſetur.Tu ergo qui hæc audis:vt ſanè non ocioſè audias ea quæ ſcripta ſunt propter te,& nunc propter te verſantur & diſputantur:tu inquam ſi ad iſtiuſmodi ſpiritus ſancti incita-
C menta mouẽris,& inardeſcis dare operam quomodo animã tuam facias ſponſam dei, ſtude ambas ſpecioſas habere has
Thren.3.d genas tuæ intentionis,vt imitator caſtiſſimæ volucris ſedeas ſecundum prophetam ſolitarius, quoniã leuaſti te ſupra te. Omnino ſupra te eſt,angelorum domino deſponſari. An nõ ſupra te, adhærere deo,atq; vnum ſpiritum eſſe cum eo? Se-
Pſal.44.c de itaque ſolitarius ſicut turtur,nihil tibi & turbis,nihil cum multitudine cæterorum,etiãmque ipſum obliuiſcere populum tuum,& domum patris tui,& concupiſcet rex decorem tuũ.O ſancta anima ſola eſto, vt ſoli omniũ ſerues teipſam, quem ex omnibus tibi elegiſti.Fuge publicum, fuge & ipſos domeſticos,ſecede ab amicis & intimis, etiam & ab illo qui tibi miniſtrat. An neſcis te verecundũ habere ſpõſum,& qui nequaquam ſuam velit tibi indulgere præſentiam præſentibus cęteris? Secede ergo,ſed mente non corpore,ſed intẽtione,ſed deuotione, ſed ſpiritu. Spiritus enim ante faciem tuã
Act.6.a Chriſtus dominus,ſpiritúſque requirit non corporis ſolitudinem: quãquam & corpore interdum nõ ocioſè te ſeparas, cum opportunè potes,præſertim in tempore orationis. Te-
Luc.6.d nes etiam in hoc & mandatum ſpõſi & formam. Tu,inquit, cùm oraueris,intra in cubiculum tuũ, & clauſo oſtio ora. Et quod dixit,fecit.Solus in oratione pernoctabat, nõ modo ſe abſcõdens à turbis,ſed nec vllum quidem diſcipulorum, nec vllũ domeſticorum admittens.Denique tres ſecum intimos ſibi adduxerat cum vltro properaret ad mortem:auulſus eſt & ab ipſis orare volens.Ergo & tu fac ſimiliter,quando orare volueris. Decætero ſola indicitur tibi mentis & ſpiritus ſolitudo. Solus es ſi non communia cogites, ſi non affectes

præſentia,ſi deſpicias quod multi ſuſcipiunt,ſi faſtidias quod B
omnes deſiderãt, ſi iurgia deuites, ſi damna non ſentias,ſi nõ recorderis iniuriarum. Alioquin nec ſi ſolus corpore es,ſolus es.Videsne poſſe eſſe te & ſolum cum inter multos, & inter multos ſolus es? Solus es in quantacunque hominum verſeris frequentia: tantùm caue alienæ conuerſationis eſſe aut curioſus explorator,aut temerarius iudex.Etiam ſi perperam actum quid deprehendas, nec ſic iudices proximum, magis autẽ excuſa. Excuſa intentionẽ ſi opus non potes:puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. Quòd ſi omnem omnino diſſimulationẽ rei certitudo recuſat,ſuade nihilo minus ipſe tibi,& dicito apud temetipſum:Vehemẽs fuit nimis tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem?Et memento me modo alloqui ſponſam,& non amicum ſpõſi inſtruere,cui alia ratio eſt diligẽtius obſeruandi ne quis peccet,& explorãdi an peccet,& emẽdandi ſi peccatum fuerit. A qua ſanè neceſſitate ſponſa libera eſt, ſoli viuens ſibi, & ipſi quem diligit ſponſo pariter & domino ſuo, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula,Amen.

Qualiter ſponſa recipit interim magnam conſolationem de contemplatione diuinæ claritatis,antequam perueniat ad eius ſpeciem futuram. Sermo XLI.

COllum tuum ſicut monilia.] Solet ornari collum mo- *Cant.1.a*
nilibus, non ipſis comparari. Sed hoc illæ faciant, qui- E
bus quia de proprio non ineſt decor, aliunde neceſſe eſt vt mendicent vnde ſe ſpecioſas mentiantur. Nam ſponſæ collum ita in ſeipſo formoſum,& tam decẽter quaſi natura formatum eſt,vt extrinſecus non requirat ornatum. Quid enim opus eſt peregrinorum fucos adhibere colorũ,cui propria & tanquam innata ſufficit pulchritudo, in tantum vt ipſorum quoque quæ ad ornandum quæruntur monilium poſſit adẽquare nitorem?Hoc nempe intelligi voluit,qui minime quidem à collo(vt aſſolet)pẽdêre monilia, ſed ipſum potius eſſe ſicut monilia dixit. Nunc iam inuocandus eſt nobis ſpiritus ſanctus,vt ſicut ſpirituales ſpõſę genas ſua dignatione tribuit inuenire, ita etiam ipſius ſpirituale collum demonſtrare dignetur. Et meo quidẽ intellectui (quia mihi incumbit loqui quæ ſentio) nihil interim veriſimilius probabiliúſve elucet, quàm ipſum animæ intellectum colli nomine deſignari. Tu quoq; idem(vt arbitror)approbabis,ſi aduertas ſimilitudinis rationem. An nõ ſiquidẽ tibi videtur colli quodãmodo vice fungi intellectus, per quẽ tua anima traiicit in ſe ſpirit⁹ vitalia alimenta, atq; in quædam trãsfundit viſcera morum affectuúmq; ſuorũ?Hoc ergo ſpõſæ collum, id eſt purus & ſimplex intellectus,cũ nuda & aperta veritate ſatis per ſeipſum retineat,nõ indiget ornamẽto,ſed ipſum magis tanquã prẽcioſum monile animã decẽter exornat,ac proinde ſimile monilibus ipſis deſcribitur.Bonum monile veritas, bonum pu- F
ritas ſiue ſimplicitas, bonũ planè monile ſapere ad ſobrietatem.Philoſophorum vel hęreticorum intellectus non habet hunc in ſe puritatis veritatiſq; nitorem:& ideo multam curã gerũt ipſum colorare & fucare phaleris verborum,& verſutiis ſyllogiſmorum,ne ſi nudus appareat,falſi etiam appareat turpitudo. Sequitur. Murænulas aureas faciemus tibi,ver- *Cant.1.b*
miculatas argento.]Si,faciam ſingulariter, & non pluraliter faciemus, dixiſſet: abſolutè & indubitanter etiam hoc loqui ſponſum pronũciaſſem.Nunc autem vide ne forte magis ſodalibus eius congruentius aſſignemus,ſponſam quaſi conſolãtibus tali promiſſione quòd donec perueniat ad viſionem cui⁹ ſic flagrat deſiderio,facturi ſint illi murænulas pulchras & precioſas,quæ ſunt auriũ ornamenta. Atq; hoc propterea (vt opinor)quia fides ex auditu,& quãdiu per fidẽ ambulatur &nõ per ſpeciẽ,danda opera potius inſtruẽdo auditui,quàm viſui exercendo. Fruſtra nanq; intenditur oculus qui non ſit fide mundatus:cum ſolis qui mundo corde ſunt, videndi co- *Act.15.d*
pia promittatur.Scriptum verò eſt: Fide mundans corda eorum. Quia ergo fides ex auditu, & ex illa viſus purgatio eſt, meritò illi ornandis auribus intendebant, dum auditus ſicut ratio docuit, viſus ſit præparatio. Tu, inquiunt, ô ſponſa intuẽdę dilecti inhias claritati,ſed hoc alterius tẽporis eſt. Damus autem impreſentiarũ ornamenta auribus tuis,quod erit tibi interim cõſolatio,erit & præparatio ad hoc ipſum quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

G postulas. Ac si illud prophetæ ei dicant: Audi filia & vide. Vi-
Psal.144. dere desideras, sed audi prius. Gradus est auditus ad visum.
Proinde audi & inclina aurem tuam ornamentis quę tibi fa-
cimus, vt per auditus obedientiam ad gloriam peruenias vo-
Psal. 50. b sionis. Nos auditui tuo damus gaudium & lætitiam, nam vi-
sui non est nostrum dare (in quo gaudij plenitudo, & tui de-
siderij adimpletio est) sed illius quem diligit anima tua. Ipse
vt gaudium tuum plenum sit, ostendet seipsum tibi. Ipse ad-
Psal. 15. c implebit te letitia cum vultu suo. Tu interim accipe ad con-
solationem murænulas has de manu nostra, cæterũ delecta-
tiones in dextera eius vsque ad finem. Aduertendum cuius-
Canti. 1. c modi ei murænulas offerunt. Aureas, inquit, & vermiculatas
argento. Aurum diuinitatis est fulgor, aurũ sapientia quæ de-
sursum est. Hoc auro fulgentia quędam quasi veritatis signa-
cula spondẽt se figuraturos hi quibus id ministerij est, super-
ni aurifices, atque internis animæ auribus inserturos. Quod
ego nõ puto esse aliud, quàm texere spirituales quasdam si-
militudines, & in ipsis purissima diuinæ sapiẽtia sensa animæ
1.Cor.13.d contemplantis conspectibus importare, vt videat saltem per
speculum & in ænigmate quod nondũ facie ad faciem valet
vllatenus intueri. Diuina sunt, & nisi expertis prorsus incog-
nita quæ effamur, quomodo videlicet in hoc mortali cor-
pore, side adhuc habẽte statum, & necdum propalata perspi-
H cui substantia luminis, iam tamen interim puræ interdũ con-
templatio veritatis partes suas agere intra nos vel ex parte pre-
sumit, ita vt liceat vsurpare etiam alicui nostrum, cui hoc da-
tum desuper fuerit, illud apostoli: Nunc cognosco ex par-
Ibidem. c te. Item: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.
Cum autem diuinius aliquid raptim & veluti in velocitate
corusci luminis interluxerit menti spiritu excedenti, siue ad
temperamentum nimij splẽdoris, siue ad doctrinæ vsum: cõ-
tinuò (nescio vnde) adsunt imaginatoriæ quædam rerum in-
feriorum similitudines infusis diuinitus sensis conuenienter
accommodatæ, quibus quodãmodo adumbratus purissimus
ille ac splẽdidissimus veritatis radius & ipsi animæ tolerabi-
lior fiat, & quibus communicare illum voluerit, capabilior.
Existimo tamẽ ipsos formari in nobis sanctorum suggestio-
nibus angelorum, sicut econtrario cõtrarias & malas ingeri
immissiones per angelos malos non dubium est. Et fortas-
Ibidem. d sis hinc illud est speculum atque ænigma (vt dixi) per quod
videbat apostolus, ex istiusmodi puris pulchrisque imagina-
tionibus angelorum quasi manibus fabricatum: quatenus &
dei esse (quod purum & absque omni phãtasia corporearum
imaginum cernitur) sentiamus: & elegãtem quamlibet simi-
litudinem, qua id dignè vestitum apparuerit, ministerio de-
putemus angelico. Quod signasse expressius videtur alia in-
Can.1.d terpretatio dicẽs: Similitudines aurifabri faciemus tibi, cum
I distinctionibus argenti. Vnum est cum distinctionibus argẽ-
ti, & vermiculatas argento. In quo mihi significare videtur
non modo similitudines intus per angelos suggeri, sed nito-
rem quoq; eloquij per ipsos extrinsecus ministrari, quo con-
gruè atq; decenter ornatæ, & ab auditoribus facilius capian-
Psal.11.a tur & delectabilius. Quòd si dixeris, quid eloquio & argen-
to? dicit tibi propheta: Eloquia domini, eloquia casta, argen-
tum igne examinatum. Ita ergo illi cœlestes administratorij
spiritus peregrinanti in terris sponsæ faciunt murænulas au-
reas vermiculatas argento. Vide autem quomodo illa aliud
cupit, & aliud accipit, & nitẽti ad contemplationis quietem,
labor prædicationis imponitur: & stitẽti sponsi præsentiam,
filiorum sponsi pariendorum alendorúmque solicitudo in-
iungitur. Neque nunc tantùm accidit illi hoc, sed & alia vice
Cant.1.c (vt memini) cũ sponsi amplexus & osculta suspiraret, respon
sum est ei: Quia meliora sunt vbera tua vino: vt ex hoc se in-
telligeret matrem, atq; ad dandum lac paruulis nutriendúm-
que filios reuocari. Fortassis & in aliis cãtici huius locis hoc
ipsum tu quoque (nisi piger sis ad inquirendum) per teipsum
aduertere poteris. An non res ista quondã in sancto patriar-
Gene. 29.c cha Iacob præfigurabatur, cum frustratus optatis diúque ex-
pectatis Rachelis amplexibus, pro sterili & decora, fœcun-
dam & lippam inuitus atque ignarus accepit? Ita ergo nunc
sponsa scire cupiens & inquirens vbi in meridianis horis di-
lectus pascat & cubet, murẽulas, p eo reportat aureas, ver-
miculatas argento, id est sapientiam cum eloquentia, haud
dubium quin ad prædicationis opus. Docemur ex hoc sanè K
intermittenda plerunque dulcia oscula propter lactantia
vbera, nec quẽquam sibi, sed omnes illi qui mortuus est pro
omnibus, esse viuendum. Væ qui benè de deo & sentire &
eló qui acceperunt, si quæstum æstiment pietatẽ, si conuertãt
ad inanẽ gloriam quod ad lucra dei acceperant erogandum:
si alta sapientes, humilibus non consentiant. Paueãt quod in
propheta legitur dicente domino: Dedi eis aurum meum & *Iohel.3.b*
argentum meum, ipsi autem de argento & auro meo operati
sunt Baal. Tu ergo audi quid sponsa accepta hinc quidem in-
crepatione, inde verò promissione responderit. Neque enim
vel de promissis extollitur, vel pro repulsa irascitur, sed sicut *Prou.9.b*
scriptum est: Corripe sapientem, & amabit te. Et item quod *Eccli.3.c*
ad donationes & promissiones spectat: Quantò maior es, hu
milia te in omnibus. Quod ex eius responsione melius vrũ-
que patebit. Sed ipsa, si placet, discussio in aliud sermonis
principium differatur. Et de iis quæ dicta sunt, glorificemus
sponsum ecclesiæ dominum nostrum Iesum Christum, qui
est super omnia benedictus deus in secula. Amen.

De duplici humilitate, vna vedelicet quam parit veritas
& altera quam inflammat charitas.

Sermo XLII. *Cánti.1.c*

CVm esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem
suum.] Hæc sunt verba sponsæ quæ in hodiernum diem L
distulimus, hoc responsum quod dedit vbi increpata est à
sponso, non tamen sponso, sed eius sodalibus. Quod facilè
est aduertere ex verbis ipsis. Cum enim non dicit quasi ad se-
cundam personam, Cum esses rex in accubitu tuo: sed, cum
esset in accubitu suo: patet quòd non ad ipsum loquitur, sed
de ipso. Puta proinde sponsum, vbi eam quatenus visum
fuit aut cortipuit, aut repressit, comperta ex suffusione gena-
rum verecundia, cessisse loco, vt illa se absente loqueretur li-
berius quæ sentiret: sed & si pauidior (vt assolet) quàm opor-
tuerit, & deiectior animo facta esset, sodalium eam consola-
tiones erigerent. Quod tamen & per seipsum facere non ne-
glexit, quantum iudicauit pro tempore oportere. Nam vt
clarum relinqueret quãtum sibi in illa correptione compla-
cuit, quippe quam sensit dignè, & prout oportuit acceptari,
non sanè antè se absentauit, quàm ex abundantia (quod non
est dubium) cordis prorumperet in laudes eius, & genarum
collíque ipsius pulchritudinem commendaret: propterea &
qui cum ipsa remanent, blandè loquuntur illi, & munera of-
ferunt scientes domini voluntatem. Ad ipsos ergo responsio
eius. Et literalis quidem cõtextio schematis ita se habet. Sed
priusquam ex hac testa nucleum spiritus elicere inchoemus,
dico vnum breuiter: Felix, cui sua obiurgatio sic respondet
quemadmodum habemus formam presentis loci. Vtinã mã- M
gis neminẽ obiurgare necesse sit: hoc enim melius. Sed quo-
niam in multis offendimus omnes, mihi tacere non licet, cui
ex officio incumbit peccantes arguere, magis autẽ vrget cha
ritas. Quòd si arguero & fecero quod meum est, illa autẽ in-
crepatio procedens minimè quod suũ est faciat, neque id ad
quod missi illã, sed reuertatur ad me vacua, tanquã iaculũ fe-
riens & resiliens, quid me animi tunc habere putatis fratres?
Nónne angor? nónne torqueor? Et vt mihi vsurpẽ aliquid ex *Philip.2.d*
verbis magistri (quia de sapientia non possum) prorsus coar-
ctor è duobus, & quid eligam nescio, placeréne mihi in eo
quod locutus sum, quoniã quod debui feci: an potentiam a-
gere super verbo meo: quia quod volui, nõ recepi. Volui ni-
mirũ perimere hostẽ, & eripere fratrem: & nõ feci sic, magis
autem contrariũ accidit. Nam læsi animã, & culpam auxi. Si- *Eccli.3.b*
quidem accessit & contemptus. Nolũt audire te inquit, quia
nolunt audire me. Vides quæ maiestas contemnitur? Non te
putes me solũ spreuisse, dominus locutus est. Et quod dixit *Luc. 10.d*
prophetæ, dixit & apostolis: Qui vos spernit, ait, me spernit.

Non sum propheta, non sum apostolus: & prophetę tamẽ
& apostoli (audeo dicere) vice fungor: & quibus non æquor
meritis, eorum implicor curis. Etsi ad meam multam confu-
sionem, etsi ad grande periculum mihi super cathedrã Moy-
si sedeo: cuius tamẽ non vendico mihi vitã, nec experior gra-
tiam: quid tamen? Nũ ideo cathedræ nõ deferetur, quoniam *Mat.23.d*
occupata est ab indigno? Etiam si Scribæ & pharisęi in ea se-
deant, inquit, quæ dicunt facite. Plerunque etiam imparien-
tia

A tia contemptui iungitur, ita vt aliquis non solum non curet
corrigi obiurgatus, sed insuper obiurganti indignetur more
phrenetici manum medici repellẽtis. Mita peruersitas. Me-
Psal.10.a dicãti irascitur, qui non irascitur sagittãti. Est enim qui sagit-
tat in obscuro rectos corde, qui & teipsum nũc sagittauit ad
mortem, & in illum nõ commoueris, mihi indignaris, qui sa-
Psal.4.a nũ te fieri cupio. Irascimini, inquit, & nolite peccare. Si pec-
cato irasceris, non solum minime peceas, sed & quod pecca-
ras, exterminas. Nunc verò & peccatum retines medicamẽ-
tum respuendo, & peccare apponis irrationabiliter irascẽ-
do, & est supra modum peccans peccatum. Aliquotiẽs addi-
tur & impudẽtia, vt non modo impatiẽter ferat quòd corri-
pitur, sed etiam id vnde reprehẽditur, impudenter defendat.
Hier.3.a Hoc plane desperatio. Frõs, inquit, mulieris meretricis facta
Ezec.16.c est tibi, noluisti erubescere. Et ait: Recessit zelus meus à te,
vltra nõ irascar tibi. Solo auditu cõtremisco. Sentísne quanti
periculi quãtíque horroris & tremoris res sit peccati defen-
Apoc.3.d sio: Dicit iterum: Ego quos amo, arguo & castigo. Si ergo tẽ
zelus deseruit: & amor. Nec eris amore dignus, qui indignus
Esa.26.b castigatione censeris. Vides quia tunc magis irascitur deus,
cum non irascitur: Misereamur impio, inquit, & nõ discet fa-
Psal.26.b cere iustitiam. Misericordiam hanc ego nolo. Super omnem
iram miseratio ista sepiens mihi vias iustitiæ. Satius profecto
Psal.2.c mihi, iuxta prophetę consilium, apprehendere disciplinã, ne-
quando irascatur dominus, & peream de via iusta. Volo ira-
B scaris mihi pater misericordiarũ, sed illa ira qua corrigis de-
uium, non qua extrudis de via. Illud tua nobis benigna ani-
maduersio parit, hoc formidolosa nutrit dissimulatio. Non
enim cum nescio, sed cum sentio te iratũ, tunc maxime con-
Psal.98.b fido propitium, etenim cum iratus fueris, misericordię recor
daberis. Deus, inquit, tu propitius fuisti eis, & vleiscens in
omnes adinuẽtiones corũ. Moysen loquitur & Aaron atque
Samuelẽ, quos modo præmiserat, & hoc vocat propitiatio-
nem, q̃ corũ deus nõ pepercit excessibus. I nunc tu ergo, atq;
hanc tibi excludito in æternũ, defendẽdo erroré & accusan-
do correptionem, An non istud est malum dicere bonum, &
bonum malum? An non ex hac odiosa impudẽtia pullulabit
mox impœnitẽtia, mater desperationis? Quẽ enim pœniteat
super bono quod putat? Væ illis, inquit. Væ illud æternũ est.
Aliud est quẽque tentari à propria concupiscentia abstractũ
& illectum, & aliud spõte appetere malum tãquam bonum,
ad mortem quasi ad vitam male securum properare. Pro hu-
iusmodi, dico, mallem aliquãdo tacuisse & dissimulasse quod
agi perperam deprehendi, quàm ad tantã reprehendisse per-
niciem. Dicas forsan mihi quòd bonum meum ad me reuer-
Ezech.3.d tatur, & quia liberaui animã meam, & mundus sum à sangui-
ne hominis cui annũciaui & locutus sum, vt auerteretur à via
sua mala, & viueret. Sed etsi innumera talia addas, me tamen
minime ista consolabuntur, mortẽ filij intuentem. Quasi ve-
C rò meã illa reprehensione liberationẽ quęsierim, & non ma-
gis illius. Quæ enim mater etiam si omnẽ quam potuit curã
& diligentiam ægrotanti filio adhibuisse, se sciat, si demum
frustratam se viderit, & omnes labores suos esse penitus in-
efficaces illo nihilo minus moriente, propterea vnquã à fle-
tibus temperauit? Et illa quidem hoc pro morte temporali,
quanto magis me pro morte ęterna mei filij manet vtiq; plo
ratus & vlulatus multus, etiã si nihil mihi conscius sum quo
minus annunciauerim illi? Vides etiam à quantis è regione
malis & se & nos liberat, qui correptus mãsuetè respondet,
verecundè acquiescit, modestè obtemperat, humiliter confi-
Cant.1.d tetur? Huic ego animæ in omnibus me profitear debitorem,
huic me ministrũ & seruum tãquam dignissimæ domini mei
sponsæ: & quæ reuera dicere possit: Cum esset rex in accubitu
suo, nardus mea dedit odorẽ suum. Bonus humilitatis odor,
quid de hac valle plorationis ascẽdens, perfusis circunquaq;
vicinis regionibus, ipsum quoq; regium accubitũ grata sua-
uitate respergat. Et nardus humilis herba, quam & calidæ
ferunt esse naturæ hi qui herbarũ vires curiosius explorarũt:
& ideo per hanc videor mihi non inconuenienter hoc loco
virtutem humilitatis accipere, sed quæ sancti amoris vapori-
bus flagret. Quod propterea sanè dico, quoniam est humili-
tas quam nobis veritas parit, & non habet colorem: & est hu
militas quam charitas format, & inflãmat. Atq; hæc quidem
in affectu, illa in cognitione consistit. Etenim tu si temetip- D
sum intus ad lumen veritatis & sine dissimulatione inspicias,
& sine palpatione diiudices: non dubito quin humilieris &
tu in oculis tuis, factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui,
quanuis necdum fortasse id esse patiaris in oculis aliorum.
Eris igitur humilis, sed de opere interim veritatis, & minime
adhuc de amoris infusione. Nam si veritatis ipsius quę te tibi
veraciter atque salubriter demonstrauit, sicut splendore illu-
minatus, ita affectus amore fuisset: voluisses procul dubio,
quod in te est, eandem de te omnes tenere sententiam, quam
ipsam apud te veritatẽ habere cognoscis. Sane quod in te est
dixerim, quoniam plerunque non expedit innotescere om-
nibus omnia quæ nos scimus de nobis, atque ipsa veritatis
charitate, & charitatis veritate vetamur palã fieri velle quod
noceat agnoscenti. Alioquin si priuato amore tui tentus de-
tines pariter intra te iudicium veritatis inclusum, cui dubium
est minus te veritatem diligere, cui proprium præfers vel cõ-
modum vel honorem? Vides igitur non esse idipsum, homi-
nem de seipso non altum iam sapere, veritatis lumine redar-
gutum: & humilibus sponte cõsentire, munere charitatis ad-
utũ. Illud enim necessitatis est, hoc voluntatis. Semetipsum
exinaniuit, inquit formam serui accipiens, & formam humi- *Philip.2.c*
litatis tradens. Ipse se exinaniuit, ipse se humiliauit, nõ neces-
sitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum vilem se
& contemptibilẽ demonstrare, sed planè non reputare, quo- E
niam sciebat seipsum. Voluntate proinde humilis fuit, & nõ
iudicio, qui talem se obtulit qualem esse nesciuit: magis au-
tem placuit minimum reputari, qui se summum non ignora-
bat. Denique ait: Discite a me, quia mitis sum, & humilis cor- *Matt.11.d*
de. Corde dixit, cordis affectu, id est voluntate. Itaque neces-
sitatem excludit, qui voluntatẽ confessus est. Non enim quo-
modo ego vel tu inuenimus nos in veritate dignos dedecore
& contemptu, dignos omni extremitate & inferioritate, di-
gnos etiam suppliciis, dignos plagis: non inquam ita & ille:
quę tamen omnia expertus est, quia voluit tanquam humilis
corde. Humilis videlicet illa humilitate quã cordis suasit af-
fectio, non quam extorsit discussio veritatis. Propterea dixi
hanc voluntatię humilitatis speciem, non redargutione veri-
tatis, sed charitatis intra nos infusione creari: quia cordis est,
quia affectionis, quia volũtatis: an verò recte, tu iudica. Itẽm-
que etiam hoc tuo æquè examinetur iudicio, dignéne ean-
dem domino assignarim, quem charitate cõstat exinanitum,
charitate minoratum ab angelis, charitate parentibus subdi-
tum, charitate Baptistę manibus inclinatum, charitate carnis
infirma passum, charitate postremò morti obnoxium, cruce
inglorium extitisse. Sed & hoc vnum adhuc tui sit considẽ-
rare arbitrij, recténe etiam hanc ipsam humilitatem ita cha-
ritate calentem, herba humili & calida, id est nardo putaue-
rim designatam. Et si ita cuncta probaueris, (probabis enim F
rationi manifestissimæ acquiescẽs) tunc si iam apud teipsum
humiliatus es necessaria illa humilitate quam scrutans corda
& renes veritas sensibus ingerit animæ vigilãtis, adhibe vo-
luntatem, & fac de necessitate virtutem, quoniam nulla est
virtus sine conuenięntia voluntatis. Sic autem fiet istud, si no-
lis alter apparere foris, quàm te inuenis intus. Alioquin time
ne de te ipso legas: Quoniam dolosè egit in cõspectu eius, vt *Psal.35.b*
inueniatur iniquitas eius ad odium. Pondus, inquit, & pon-
dus abominatio est apud deum. Quid enim? Tu te deprecia-
ris in secreto apud te ipsum veritatis trutina põderatus, & fo
ris alterius precij mentiens, maiori te pondere vendis nobis
quàm ab ipsa accepisti? Time deum, & noli hanc rem pessi- *Prou.20.d*
mam facere: vt quem humiliat veritas, extollat voluntas: hoc
enim est resistere veritati, hoc pugnare contra deum. Magis
autem acquiesce deo, & sit voluntas subdita veritati, nec tã-
tùm subdita, sed & deuota. Nónne deo, inquit, subiecta *Psal.61.d*
erit anima mea? Et parum est esse subiectum deo, nisi sis &
omni humanæ creaturæ propter deum: siue abbati tanquam
præcellenti, siue prioribus tanquam ab eo constitutis. Ego
plus dico, subdere paribus, subdere & minoribus. Sic enim
decet nos, inquit, omnem implere iustitiam. Vade & tu ad *Matt.3.d*
minorem si vis in iustitia esse perfectus, defer inferiori, iu-
niori te inclinato. Hoc enim faciẽs trahes & ipse ad te spon-
sæ sermonem quem dixit: Quia nardus mea dedit odorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qualiter consideratio passionis & labiorum Christi facit sponsam, id est animam pergere illæsam inter prospera & aduersa huius mundi.
Sermo XLIII.

G suum. Odor deuotio est, odor bona opinio quæ ad omnes, peruenit, vt Christi sis bonus odor in omni loco, spectabilis omnibus, amabilis omnibus. Non potest hoc ille humilis quem veritas ad humilitatem cogit, quoniam sibi habet illam, & exire non patitur, vt sparsa foris redoleat. Magis autem non habet odorem, quia non habet deuotionem vtpote qui non sponte neque libenter se humiliat: sponsæ verò humilitas tanquam nardus spargit odorem suum, amore calēs, deuotione vigens, opinione redolens. Sponsæ humilitas voluntaria est, perpetua est, fructifera est. Odor eius nec reprehensione exterminatur, nec laude. Audierat: Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, & collum tuum sicut monilia. Acceperat & repromissionē ornatus aurei, & nihilo minus tamen cum humilitate respondet: & quantò maiorem se audit, tantò humiliat se in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec inter laudes suas humilitatis obliuiscitur, quam & humiliter confitetur sub nardi nomine. Ac si voce virginis Mariæ dicat: Nullius mihi meriti conscia sum ad tantam dignationem, nisi quòd respexit deus humilitatem ancillæ suæ. *Canti.1.c*

Nam quid est aliud, nardus mea dedit odorem suum, quàm placuit mea humilitas? Non mea, inquit, sapientia, non mea nobilitas, non mea pulchritudo, quę nulla erat mihi sed quę sola inerat humilitas dedit odorem suum, id est solitum. So- *Canti.1.d*

H litò placet deo humilitas. Solito plane atque ex cōsueto excelsus dominus humilia respicit: & ideo cum esset rex in accubitu, id est in excelso habitaculo suo illuc quoque humilitatis odor ascendit. In altis habitat, inquit, & humilia respicit in cœlo & in terra. Ergo cum esset rex in accubitu suo, *Psal.112.a*
nardus spōsæ dedit odorem suum. Accubitus regis, sinus est *Canti.1.d*
patris: quia semper in patre filius. Nec dubites regem hunc esse clementem, cui perennis accubitus est paternæ benignitatis diuersorium. Meritò clamor humilium ascēdit ad eum, cui fons pietatis est mansio, cui familiaris suauitas cui substantialis vel potius consubstantialis bonitas est: cui ideo totum quod est, de patre est vt nil prorsus in regia maiestate nisi paternum, humilium trepidatio suspicetur. Denique propter miseriam inopum & gemitum pauperū nunc exurgam *Psal.11.a*
dicit dominus. Horum igitur conscia sponsa (vtpote domestica atque charissima) non se putat arcendam sponsi gratia penuria meritorum, sola de humilitate præsumens. Regem denique nominat. nam spōsum interim territa increpatione non audet, & in alto habitare fatetur, nec sic tamē diffidit humilitas. Primitiuæ ecclesiæ potes hunc congruentissime aptare sermonem, si recordaris dies illos quibus assumpto domino vbi erat prius, & sedēte in dextera patris illo suo antiquo nobili atque glorioso accubitu, discipuli erant congregati in loco vno, perseuerātes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius. Nónne tibi

I videtur reuera tunc temporis nardum paruulæ & trepidātis *Actō.2.a*
sponsæ dare odorem suum? Denique cum factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes: an non meritò *Cantic.1.c*
paupercula tūc dicere potuit: Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suū? Patuit pro certo omnibus in loco manētibus quàm gratus humilitatis & quàm beneplacitus odor ascēderat, cui mox tam copiosa & gloriosa remuneratione responsum est. Cęterum illa non ingrata beneficij fuit. Audi enim quomodo mox replera deuotione parat se ad omnia mala perferenda pro nomine eius. Nam sequitur: *Ibidem.*
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cōmorabitur. Infirmitas mea (quā nostis) nō finit vlterius progredi. Hoc solum dico: quia tribulationum amaritudines sub myrrhæ nomine dicit se subire paratam amore dilecti. Reliquum capituli alias prosequemur, si tamē exoratus à vobis spiritus sanctus affuerit, qui nos intelligere faciat verba sponsę quę ipse inspirando formauit, sicut nouit illius cuius ipse spiritus est, laudibus cōuenire spōsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

FAsciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.] Ante rex, modo dilectus. Ante in accubitu regio, modo inter sponsæ vbera. Magna humilitatis virtus, cui etiam deitatis maiestas tam facilè se inclinat. Cito reuerentiæ nomen in vocabulum amicitiæ mutatum est: & qui longe erat, in breui factus est prope. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Myrrha amara res, dura & aspera tribulationum significat. Ea sibi dilecti causa immi- *Canti.1.d*
nere prospiciens, gratulabunda id loquitur, confidens se omnia viriliter subituram. Ibant, inquit, gaudentes discipuli a *Actō.5.g*
conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Propterea denique non fascem, sed fasciculum dilectum dicit, quod leue prę amore ipsius ducat quicquid laboris immineat & doloris. Bene fasciculus, quia paruulus natus est nobis. Bene fasciculus, quia non sunt cōdignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quę reuelabitur in nobis. Id enim, inquit, quod in præsenti est mo- *Rom.8.d*
mentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Erit L
ergo quandoque nobis ingēs cumulus gloriæ, qui modo est fasciculus myrrhę. An nō fasciculus, cuius iugū suaue est, & onus leue? Nō quia leue in se (nec enim leuis passionis asperitas, mortis amaritudo) sed leuis tamen amanti. Et ideo non *Canti.1.d*
ait tantùm fasciculus myrrhę dilectus meus: sed mihi, inquit quæ diligo, fasciculus est. Vnde & dilectū nominat, mōstrās *Cantic.8.b*
dilectionis vim omnium amaritudinum superare molestiā, & quia fortis est vt mors dilectio. Et vt scias nō in se illā, sed in domino gloriari, neque de propria virtute, sed de domini adiutorio præsumere fortitudinem, dicit illum inter vbera *Psa.22.a*
sua commoraturum, cui secura decātet: Etiam si ambulauero in medio vmbrę mortis, non timebo mala, quoniā tu mecum es. Memini me in vno superiorum sermonum duo sponsę vbera congratulationem diffinisse atque compassionem, iuxta Pauli doctrinam, dicentis: Gaudete cum gauden- *Rom.12.c*
tibus, flete cū flentibus. Quia verò inter aduersa & prospera versans, nouit vtrobique pericula nō deesse, medium huiuscemodi vberū suorum vult habere dilectum, cuius aduersus vtraque cōtinua protectione munitā, nec læta extollant, nec tristia deiiciant Tu quoq; si sapis, imitaberis sponsę prudentiam, atque hūc myrrhę tam charum fasciculū de principali tui pectoris nec ad horā patieris auelli, amara illa ōnia quæ pro te pertulit, semper in memoria retinens, & assidua medi- *Canti.1.d*
tatione reuolues: quò possis dicere & tu: Fasciculus myrrhæ
dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Et ego M
fratres ab ineunte mea cōuersione pro aceruo meritorū quę mihi deesse sciebam, hūc mihi fasciculum colligare, & inter vbera mea collocare curaui, collectū ex omnibus anxietatibus & amaritudinibus domini mei. Primū videlicet infantium illarum necessitatum: deinde laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrēdo, vigiliarum in orā- *Psal.103.a*
do, tentationum in ieiunando, lachrimarum in compatiēdo, insidiarum in colloquēdo, postremò periculorū in falsis fratribus, cōuitiorū, sputorum, colaphorum, subsannationum, exprobrationū, clauorū, horúmq; similium, quę in salutē nostri generis sylua euangelica copiosissimè nosc itur protulisse. Vbi sanè inter tot odoriferæ myrrhæ huius ramusculos minime prætermittēdam putaui etiam illā myrrham qua in cruce potatus est, sed neq; illam qua vnctus est in sepultura. Quarum in prima applicuit sibi meorū amaritudinē peccatorum: in secūda futuram incorruptionem mei corporis de- *Psal.144.* dicauit. Memoriam abundantiæ suauitatis horum eructabo *Psa.118.m*
quoad vixero. In æternum non obliuiscar miserationes istas *Ibidem.k*
quia in ipsis viuificatus sum. Has olim sanctus Dauid cum lachrymis requirebat: Veniant mihi, inquiens, miserationes *Threm.3.c*
tuæ, & viuam. Has & alius quidā sanctorū cum gemitu memorabat dicēs: Misericordię domini multæ: quā multi reges & propherę voluerūt videre, & nō viderunt: & audire, & nō audierunt. Ipsi laborauerūt, & ego in labores eorū introui.

Ego

A Ego messui myrrham quam illi plantauerunt. Mihi hic salutaris fasciculus seruatus est. Nemo tollet eū à me, inter vbera mea commorabitur. Hæc meditari dixi sapientiam, in his iustitiæ mihi perfectionem constitui, in his plenitudinem scientiæ, in dis diuitias salutis, in his copias meritorum. Ex his mihi interdum potus salutaris amaritudinis, ex his rursum suauis vnctio consolationis. Hæc me erigunt in aduersis, in prosperis reprimunt, & inter læta tristiaque vitæ præsentis via regia incedenti tutum præbent vtrobique ducatum, hinc inde mala imminentia propulsando. Hæc mihi conciliāt mundi iudicem, dum tremēdum potestatibus mitem humilémq; figurant, dum non solùm placabilē, sed & imitabilem repræsentant eum qui inaccessibilis est principatibus, terribilis apud reges terræ. Propterea hæc mihi in ore frequenter, sicut vos scitis: hæc in corde semper, sicut deus scit: hæc stylo meo admodū familiaria, sicut apparet: hæc mea sublimior interim philosophia, scire Iesum, & hūc crucifixum. Non requiro, sicut sponsa, vbi cubet in meridie, quem lætus amplector mea *Cant.1.a*
inter vbera commorantem. Non requiro vbi pascat in meridie, quem intueor saluatorem in cruce. Illud sublimius, istud suauius vel paratius. Panis illud, hoc lac. Hoc viscera reficit paruulorum, hoc replet vbera matrum: & ideo inter vbera mea commorabitur. Hunc & vos dilectissimi tam dilectum fasciculū colligite vobis, hunc medullis inserite cordis, hoc
B munite aditum pectoris, vt & vobis inter vbera cōmoretur. Habete illum semper nō retro in humeris, sed ante præ oculis, ne portantes & non odorantes, & onus premat, & odor *Luc.2.d*
non erigat. Memētote quia accepit eum Simeō in vlnis suis, Maria gestauit in vtero, fouit in gremio, spōsa sibi inter vbera collocauit. Et ne quid prætermittam, factum est verbum in manu Zachariæ prophetæ, necnon & quorundam aliorū. *Ioan.13.b*
Arbitror & Ioseph virum Mariæ super genua frequenter illi astitisse. Hi omnes ante se eū habuerunt, & nullus retro. Exēplo ergo sint vobis, vt & vos similiter faciatis. Si enim ante oculos habueritis quē portatis, pro certo videntes angustias domini, leuius vestras portabitis, ipso auxiliāte ecclesiæ spōso qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Quòd vir ecclesiasticus debet esse pius in corrigendo mansuetos, & econuerso durus & austerus contra asperos & obstinatos, quando ipsi delinquunt.
Sermo XLIIII.

Cant.1.d
BOtrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.] Si dilectus in myrrha, multo magis in botri suauitate. Ergo dominus meus Iesus myrrha mihi in morte, botrus in *Rom.4.d*
resurrectione, seipsum mihi saluberrimum temperauit in potum, in lachrymis in mensura. Mortuus est propter pec- *Rom.4.d*
C cata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Itaque tu si peccata luxisti, bibisti amaritudinem. Si autem iam respiraſti in spem vitæ vita sanctiori, mutata est tibi myrrhæ amaritudo in vi- *Psal.103.a*
num quod lætificat cor hominis. Et fortassis hoc illud significauerit quod saluatori oblatum est in cruce vinū myrrhatum, & ideo noluit bibere, quoniam istud sitiebat. Tu erraſ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tèm extertroinant. Hinc homo iunior filius appellatur, quòd natura quodam insensatæ lubrico adolescentiæ deprauata, omnè virilis maturitatis ac sapientiæ succum amiserit, & versus in asperum arēte animo præter se vniuersos despiciat, factus sine affectione. Igitur ab ineunte adolescentia ista pessima atque miserrima proni sunt sensus hominis & cogitationes in malū, & natura ad indignandum quàm ad compatiēdum paratior. Inde homo tāquam omnino exutus hominē. in quo vult sibi cū opus habet ab hominibus subueniri, non vult ipse hominibus opus habētibus subuenire. Magis autē iudicat, spernit, irridet homo homines, delinquentes peccatores, nō cōsiderās scipsum ne & ipse tētetur. A quo malo minimè per se (vt dixi) natura resurget, neq; recuperabit oleum ingenitę māsuetudinis, quod semel est exterminatum in ea, Veruntamen quod non potest natura, potest gratia. Quem ergo hominum vnctio spiritus miserata, perfundere denuo sua benignitate dignabitur: is continuò reuertetur in hominē, insuper & aliquid melius à gratia, quàm à natura recipiet. In fide & lenitate sanctum faciet illū, & dabit illi nō oleum, sed balsamum in vineis Engaddi. Nec enim dubium ex fonte hœdi profluere charismata meliora, cuius vtiq, vnctio hœdos vertit in agnos, & de sinistra trāsfert in dexteram peccatores, abūdātius quidem ante perfusos vnctione misericordiæ, vt vbi abundauerunt delicta, superabundet & gratia. An non verè videtur tibi rediisse quodāmodo is homo in hominem, qui animi secularis feritate depositā, & recuperata etiā cum fœnore gratiæ, humanæ vnctione māsuetudinis, quàm in ipso museę carnaliū cupiditatū penitus exterminarant, de suo quē gestat homine (imò qui ipse est) & materiam sumit & formam miserēdi hominibus aliis, ita vt tāquam feralem quendā rictum exhorreat, non solum cuiquam facere hominum quod pati ipse nolit, sed etiam non facere omnia omnibus quęcunque sibi fieri velit? En vnde oleum. Vinum vnde? Profecto ex botro Cypri. Etenim si amas dominum Iesum toto corde, tota anima, tota virtute tua, nūquid si videris eius iniurias, cōremptúmque ferre vllatenus æquo animo poteris? Mimime, sed mox arreptus spiritus iudicij & spiritu ardoris, & tanquā potēs crapulatus à vino, repletus zelo Phinees dices cum Dauid: Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. Et cū domino: Zelus domus tuæ comedit me. Vinum est ergo feruidissimus zelus iste, expressum de botro Cypri, & calix inebrians Christi amor. Deniq; deus noster ignis consumens est, & propheta ignem dicebat de excelso missum in ossibus suis, eo quòd diuino amore flagraret. Habens itaque ex fraterno oleum mansuetudinis, & ex diuino amore vinū æmulationis, securus accede ad sanāda vulnera illius qui incidit in latrones, piissimi Samaritani optimus imitator: securè quoq; dicito & tu cum sponsa: Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi: hoc est, zelus iustitiæ amor dilecti mei mihi in affectibus pietatis. Et de hoc satis. Nam & infirmitas mea pausandum indicit, sicut & sępe facit, ita vt plerunq; cogar imperfectas (vt ipsi scitis) relinquere disputationes, residuāq; capitulorum in diem alterum reseruare. Sed quid? Ego in flagella paratus sum, sciens me adhuc longe recipere imparia meritis. Vapulem sane vapulem vt male operās, si forte verbera in merita reputentur: fortassis miserebitur flagellato, qui bonum in me nō inuenit quod remuneret, spōsus ecclesię Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Rom.5.d
Psa.118.f
Deut.4.d
Thren.1.d
Psal.37.a

De duplici pulchritudine animæ, & qualiter anima loquitur ad dei verbum, & verbum ad animam: & quæ sint eorum linguæ. Sermo XLV.

Cantic.1.d

ECce pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui columbarum.] Pulchrè optimè ex amore sponsæ præsumptio, ex amore indignatio sponsi. Hoc rei exitus probat. Etenim præsumptionem correptio, correptionem emendatio, emendationem remuneratio secuta est. Adest dilectus, amouetur magister: rex dispares, dignitas exuitur, reuerentia ponitur. Cedit quippe fastus, vbi inualescit affectus. Et sicut quondam quasi amicus ad amicum Moyses loquebatur, & dominus respondebat: ita & nunc inter verbum & animam, ac si inter duos vicinos familiaris admodum celebratur confabulatio. Nec mirum. Ex vno amoris fonte vtrique influit diligere inuicem, confoueri pariter. Ergo dulciora melle volant hinc inde verba, mutui in se totius suauitatis feruntur aspectus, sancti indices amoris. Deniq; is illam amicam nūcupat, pulchram pronunciat, pulchram iterat, eadem ab illa vicissim recipiens. Nec ociosa iteratio, quæ amoris confirmatio est, & fortassis aliquid innuit, requirendum. Quæramus geminam animæ pulchritudinem. hoc enim mihi videtur innuere. Decor animæ humilitas est. Non à meipso hoc dico, cum propheta prior dixerit: Asperges me hyssopo, & mundabor. humili herba & pectoris purgatiua, humilitatem significans. Hac se post grauem lapsum rex & propheta laua ri cōfidit, & sic niueum quendam innocētiæ recuperare candorem. Verum in eo qui grauiter peccauit, etsi amāda, nō tamen admiranda humilitas. At si quis innocentiam retinet, & nihilo minus humilitatem iungit: nónne is tibi videtur gemi num animæ possidere decorem? Sācta Maria sanctimoniam non amisit, & humilitate non caruit: & ideo concupiuit rex decorem eius, quia humilitatem innocentię sociauit. Deniq; respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ. Ergo beati qui custodiunt vestimenta sua munda, videlicet simplicitatis & innocētiæ, si tamen & decorem induere humilitatis adiiciant. Profecto audiet quę huiusmodi inuenitur. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Vtinā vel semel dicas animæ meę domine Iesu: Ecce tu pulchra es. Vtinā mihi humilitatē custodias. Nā primā vestē ego male seruaui. Seruꝰ tuus sum ego. Nec enim audio profiteri amicum, qui testimonium decoris mei cū petitione non audio. Sufficit mihi si semel audiam Sed quid si & hoc in quæstione sit: Scio quid faciā, venerabor amicam seruus, cumulatum in ea decorē deformis homunculus admirabor, gaudebo ad vocem sponsi tantā nihilo minus pulchritudinem admirantis. Quis scir si saltē ex hoc inuenturus sim gratiam in oculis amicæ, vt gratia ipsius & ipse inueniar inter amicos? Denique amicus sponsi stat, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. En vox eius in auribꝰ dilectæ: audiamus & gaudeamus. Adsunt sibi, loquuntur pariter. Stemus simul, nulla nos huic subducat colloquio seculi cura, nulla illecebra corporis. Ecce, inquit, tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Ecce admirantis vox est, reliquū laudis. Meritò admiranda, cui sanctitas amissa humilitatem non attulit, sed seruata admisit. Meritò pulchra reperitur, cui neutra defuit pulchritudo. Rara auis in terris, aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem sanctimonia non excludi, & ideo beata quæ vtramque retinuit. Denique probatum est, nihil sibi cōscia est, & correptionem nō abnuit. Nos & cum magna delinquimus, vix ferimus reprehēdi: hęc autem æquo animo audit contra se amaritudines, nihil peccans. Nam si desiderat videre claritatem spōsi, quid mali est? magis & laudis est, tamen increpata pœnitentiam agit, & dicit: Fasciculus myrrhæ dilectus meꝰ mihi, inter vbera mea commorabitur. Hoc est. Sufficit mihi, nolo iam scire nisi Iesum, & hunc crucifixum. Magna humilitas. Actu innocens susceipit pœnitētis affectū: & quę non habet vnde pœniteat, habet tamē vt pœniteat. Cur ergo, inquis, increpata est, si nihil mali fecit? Sed enim audi nunc dispensationem & prudētiam sponsi. Sicut Abrahę olim obedientia sanè tētata est, ita & nunc humilitas spōsę. Et quomodo ille impleta obediētia tunc audiuit: Nūc cognoui quòd timeas deū: sic & huic modo quasi sub aliis verbis dicitur: Nūc cognoui quòd humilis sis. Hoc enim est quod ait: Ecce tu pulchra es. Et ideo prœconium iterat, vt glorię sanctitatis additū signet humilitatis decorem. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Nunc cognoui quòd pulchra sis, nō solùm ex meo amore, sed etiā ex tua humilitate. Nō dico nunc pulchrā inter mulieres, nec pulchram in genis nec in collo, sicut ante dicebam: sed pulchram simpliciter fateor: non vtique pulchram ex compara tione, non cum distinctione, non ex parte. Et addit: Oculi tui, columbarum. Aperte adhuc commēdatur humilitas. Ad hoc siquidem respicit, quòd illa reprehensa de alta inquisitione sua, cōtinuo non cunctata est ad simpliciora descēdere, ita vt diceret: Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi. Multum profecto distat inter vultum gloriæ & fasciculum myrrhæ:

Psa.50.a
Esa.44.c
Luc.1.c
Pal.118.q
Gene.22.a
Esa.7.fe. tyra.
Cant.1.a
Cantic.1.d

A rhæ: & ideo magnū humilitatis insigne, inde huc acquiescere reuocari. Ergo oculi tui columbarū. Iam, inquit, non ambulas in magnis, neq; in mirabilibus super te, sed instar simplicissimæ volucris contenta es simplicioribus, nidificans in foraminibus petrę, meis vulneribus inimorās, & libēter ea quę sunt de me duntaxat incarnato & passo, oculo intuēs columbino. Aut certe quia in specie auis huius spiritus sanctus apparuit, spiritualis magis quàm simplex in ea intuitus colūbæ nomine cōmendatur. Et si hoc placeat, oportet referas capitulū præsens ad id quod paulo ante sodales murænulas ei facere aureas promiserunt, non intendentes (vt tunc docui) ornare aures corporis, sed informare auditū cordis. Potuit itaque fieri vt fide quę est ex auditu, corde amplius mundato, ad videndum quod ante non poterat, instructior redderetur.

Psal.130.

Et quoniam de acceptis murænulis in visu acutiori ad intelligētiam spiritualem visa est profecisse: placuit sponso, cui semper (quod in se est) placet magis videri in spiritu: & annumerans id quoque eius laudibus, ait: Oculi tui columbarum. Iam me, inquit, intuere in spiritu, quia spiritus ante facię tuā Christus dominus. Et habes vnde id possis, quia oculi tui columbarum. Ante non habebas, & ideo reprimenda fuisti: sed nunc copiam habeto videndi, quia oculi tui columbarum, id est spirituales. Non sanè copiam quam petebas: nec enim vel modo adhuc ad illam potes, sed quæ tamen interim sufficere B possit, sane ducēda es de claritate in claritatem: & propterea vide vt potes modo, & cum plus poteris, plus videbis. Non puto fratres, non puto mediocrem hanc neque communem esse omnibus visionem, etsi sit inferior illa qua vidēdus est in futuro. Denique ex his quæ sequuntur aduertite. Sequitur enim: Ecce tu pulcher es dilecte mi, ecce tu pulcher. Vides quàm in excelso stat, & in sublime mentis verticem extulit, quæ vniuersitatis dominum quadā sibi proprietate vendicet in dilectum? Attende enim quomodo non simpliciter dilecte, sed dilecte mi, inquit, vt proprium designaret. Magna visio prorsus, de qua ista in id fiduciæ & auctoritatis excreuit, vt omnium dominum, dominū nesciat, sed dilectum. Existimo enim nequaquā hac vice eius sensibus importatas imagines carnis, aut crucis, aut alias quascunq; corporearū similitudines infirmitatum. In his nanque iuxta prophetam nō erat ei species neq; decor. Hæc autem eum intuita nunc pulchrū decorúmque pronunciat, in visione meliori illum sibi apparuisse significans. Ore enim ad os (sicut quōdam cum sancto Moyse) loquitur cum sponsa, & palam non per ænigmata & figuras deum videt. Talem denique ore pronunciat, qualem & mente conspicatur, visione plane sublimi & suaui. Regem in decore suo viderunt oculi eius, non tamen vt regem, sed vt dilectum. Viderit eum sane quis super solium excelsum & eleuatum, & alius facie quoque ad faciem sibi apparuisse testatus sit: mihi tamen videtur eminētia in hac parte esse apud C sponsam, quòd ibi visus legitur dominus, hic dilectus. Sic enim habes: Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Et item: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Sed si ego dominus, inquit, vbi est timor meus? Quòd si illis facta est reuelatio cū timore: quia vbi dominus, ibi timor: ego profecto si optio daretur, tanto libētius tantóque charius sponsæ amplecterer visionem, quanto in meliori affectione, quę est amor, factam aduerto. Nam timor Pœnam habet, perfecta autem charitas foras mittit timorē. Multum sane interest apparere terribilem in consiliis super filios hominum, & apparere speciosum forma præ filiis hominum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Verba ista planè amorem resonant, non timorem. Sed forte ascendunt cogitationes in corde tuo, & quæris dubius apud te dicens: Qua ratione verba verbi facta ad animā referūtur: & rursum animæ ad verbum, vt illa audierit vocem loquentis sibi, & perhibētis quòd pulchra sit, vicissimq; idem præconium suo mox reddiderit laudatori? Quomodo possunt hęc fieri. Nam verbo loquimur, non verbū loquitur. Itémq; anima non habet vnde loquatur, nisi os corporis sibi verba formauerit ad loquendum. Bene quæris, sed attende spiritum loqui, & spiritualiter oportere intelligi quę dicuntur. Quotiens proinde audis vel legis verbum atque animam pariter colloqui, & se inuicē intueri, noli tibi imaginari quasi corporeas intercurrere voces, sicut nec corpóreas colloquētium apparere imagines. Audi potius quid tibi sit in huiusmodi cogitandū. Spiritus est verbum, spiritúsq; anima, & habēt linguas suas quibus se alterutrum alloquantur, præsentésq; indicent. Et verbi quidē lingua fauor dignationis eius, animæ verò deuotionis feruor. Elinguis est anima atq; infans quæ hanc nō habet, & non potest ipsi vllatenus sermocinatio esse cum verbo. Ergo huiusce modi linguā suam cum verbum mouet volēs ad animā loqui, non potest anima nō sentire. Viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionē animæ & spiritus. Et rursum cum suā animā mouet, verbum latere multo minus poterit, nō solùm quia vbiq; est præsens, sed propter hoc magis, quòd nisi ipso stimulāte, deuotionis lingua minime ad loquendū mouetur. Verbo igitur dicere animę, pulchra es, & appellare amicā, infundere est vnde & amet, & se præsumat amari. Ipsi verò verbum vicissim nominare dilectū, & fateri pulchrū, quòd amat & quòd amatur, sine fictione & fraude ascribere illi, & mirari dignationem, & stupere ad gratiā. Siquidem pulchritudo illius, dilectio eius: & ideo maior, quia præueniens. Medullis proinde cordis & intimarum vocibus affectionum tāto amplius atq; ardentius clamāt sibi diligēdum, quanto id prius sensit diligēs quàm dilectū. Itaq; locutio verbi, infusio doni: respōsio animæ, cum gratiarum actione admiratio. Et idcirco plus diligit, quòd se sentit in diligēdo victam: & ideo plus E miratur, quòd præuentā agnoscit. Vnde non contenta est semel dicere pulchrū, nisi reputat & decorum, eminentiā decoris illa repetitione designans. Aut certe in vtraq; Christi substātia dignum expressit omni admiratione decorem, in altera naturæ, in altera gratiæ. Quàm pulcher es angelis tuis domine Iesu in forma dei, in die ęternitatis tuę, in splendoribus sanctorum ante Luciferum genitus, splendor & figura substantię patris, & quidem perpetuus miniméque fucatus candor vitæ æternæ. Quàm mihi decorus es domine mi in ipsa tui huius positione decoris. Etenim vbi te exinaniuisti, vbi naturalibus radiis lumen indeficiens exuisti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulsit, ibi amplius gratia radiauit. Quàm clara mihi oriris stella ex Iacob, quàm lucidus flos de radice Iesse egrederis, quàm iucundum lumen in tenebris visitasti me oriens ex alto. Quàm spectabilis & stupēdus etiam virtutibus supernis in cōceptu de spiritu, in ortu de virgine, in vitæ innocētia, in doctrinæ fluētis, in coruscationibus miraculorum, in reuelationibus sacramentorum. Quàm deniq; rutilās post occasum sol iustitię de corde terrę resurgis, quàm formosus in stola tua demum rex gloriæ in alta cœlorum te recipis. Quomodo non pro his omnibus omnia ossa mea dicēt: Domine quis similis tui? Hæc ergo similiaq; puta in dilecto intuētem sponsam aduertisse cum diceret: Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Neq; hæc sola, sed insuper ali- F quid proculdubio de naturæ decore superioris quod nostrū omnino prēteruolat intuitum, & effugit experimentū. Ergo iteratio vtriusq; decorem substantiæ designauit. Audi deinde quomodo tripudiat ad aspectum affatúmq; dilecti, & coram ipso nuptiali carmine quæ amoris sunt gratulabūda decātat. Sequitur enim: Lectulus noster floridus, tigna domorum no strarū cedrina, laquearia nostra cypressina. Sed seruemus recentiori principio sponsę cantilenam, vt & nos de quiete facti alacriores, liberius exultemus & lætemur in ea ad laudem & gloriam sponsi ipsius Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Num.24.b
Esa.11.a
Cant.1.d

De statu & compositione totius ecclesiæ, & quomodo per actiuam vitam, quæ sub obedientia agitur, perueniatur ad contemplatiuam. Sermo XLVI.

LEctulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.] Epithalamium canit, cubile & thalamos pulchro sermone describens. Sponsum inuitat ad requiem. Hoc enim melius, quiescere, & cum Christo esse: necessarium autem exire ad lucra propter saluandos. Verùm nunc opportunitate (vt putat) inuenta, ornatum nunciat thalamum, lectulúmque velut digito mon-

Cant.1.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gstrans, dilectum (vt dixi) inuitat ad requiem, & cum euntibus in Emaus cordis ardorem non sustinens, ad mentis pertrahit hospitium, secum pernoctare compellit, & cum Petro loquitur: Domine, bonū est nos hic esse. Iam quid spiritualiter ista contineāt, requiramus. Et in ecclesia quidē lectum in quo quiescitur, claustra existimo esse & monasteria in quibus quietē à curis viuitur seculi, & solicitudinibus vitæ. Atque is lectus floridus demonstratur cum exemplis & institutis patrum tāquam quibusdam bene olētibus respersa floribus fratrū cōuersatio & vita refulget. Porro domos populares cōuentus intellige Christianorum, quos hi qui in sublimitate positi sunt, Christiani vtique vtriusq; ordinis principes, quasi tigna parietes iustis impositis legibus fortiter
Psal.61.a stringūt, ne sua quisquē lege vel voluntate viuētes, tanquam parietes inclinati & macerię depulsę dissideant à semetipsis, & sic omnis structura ædificij corruēs dissipetur. Laquearia verò quæ à tignis firmiter pendent, & domos insigniter ornant, puto bene institūti cleri māsuetos & disciplinatos mores, ritēq; administrata officia designare. Quomodo nanque stabūt ordines clericorum, & administrationes eorum, si nō principum tanquam tignorum beneficio & munificētia sustententur, & protegantur potentia? Quòd autē tigna cedri-
H na, & cypressina laquearia describuntur, natura absq; dubio habet in speciebus lignorum quod congruat præfatis ordinibus. Et cedrus quidem quoniam imputribile est necnō & odoriferū altaq; proceritatis lignum, satis indicat quales oporteat assumi viros in vices tignorū. Ergo validos & constantes necesse est esse eos qui super alios ordinātur, necnon & longanimes in spe, atq; ad superna mentis verticem attol
2.Cor.2.d lentes, qui etiam bonum fidei suæ & conuersationis vbique odorem spargentes, dicere cū apostolo possint: Christi enim bonus odor sumus deo in omni loco. Cypressus item boni æquè odoris & imputribile similiter lignū, incorruptæ vitæ & fidei etiam quemuis de clero debere esse demonstrat, vt meritò decori domus ac laquearij ornatui deputetur. Scri-
Psa.92.a ptum est enim: Domum tuā decet sanctitudo domine in lōgitudinē dierū. Vbi sanè & sanctimoniæ decus & indeficiētis gratiæ expressa perseueratia est. Oportet ego virum qui ad ornamētum & decorem assumitur domus, bonis ornatū moribꝰ esse: & quāuis semper ipse sit intus, bonū tamen testimonium habere & ab his qui foris sunt. Sūt & alia in natura lignorum horum competentia his quę spiritualiter diffseruntur, sed breuitatis, causa prætereo. Norandum verò pulchrè omnem ecclesiæ statum breui vno versiculo cōprehēsum, auctoritatem scilicet prelatorum, cleri decus, populi disciplinā, monachorum quietē. In horum prorsus, cum recte sunt omnia, sancta mater ecclesia cōsideratione lætatur,
I & tunc ea quoque offert intuenda dilecto, cū ad eius tanquā omniū auctoris refert omnia bonitatem, nihil sibi ex omnibus tribuens. Nam φ ait noster & nostrarum, nō vsurpationis est signū, sed dilectiōis, quòd nimiæ videlicet fiducia charitatis, nihil eius quem valde diligit, à se æstimet alienū. Nec enim se sponsi contubernio, aut quietis eius putat arcendam consortio, quæ semper non quæ sua, sed quę illius sunt quęrere consueuit: & hæc causa cur sibi & sponso simul, siue lectulum, siue domos ausa sit pronūciare communes. Dixit e-
Canti.1.d nim, Lectulus noster, & tigna domorū nostrarum, & laquearia nostra: audacter se in possessionem assocīas, cui iunctam non dubitat in amore. Non ita illa quę proprię volūtati nō dūm abrenūciauit, sed per se iacet, per se habitat: magis autē
Luc.15.c non per se, sed cum meretricibus luxuriosē viuēdo conuersatur, cōcupiscentias loquor carnis, cum quibus dissipat bona sua, & portionem substantię quam sibi diuidi postulauit.

Cæterum tu qui has spiritus sancti voces audis vel legis, putásne aliqua horum quæ dicūtur, valeas applicare tibi, ac de felicitate sponsæ quæ hoc amoris carmine ab ipso spiritu canitur, aliquid recognoscere in temetipso, ne dicatur & tibi quia vocē eius audis, & non scis vnde veniat, aut quo vadat? An forte appetis & ipse cōtemplationis quietem, & bene facis, tātum ne obliuiscaris flores quibus lectulum sponsæ legis aspersum. Ergo cura & tu tuū similiter circundare bonorum floribus operū, virtutū exercitio tanquā flore fructuum sanctum ocium preuenire. Alioquin delicato satis ocio dormitare voles, si nō exercitatus quiescere appetas, & Liæ fœ- K
cūditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexib⁹ oblectari. Sed & præposterus ordo est ante meritū exigere præmiū, *2.Thess.3.c*
& ante laborē sumere cibum, cum dicat apostolus: Qui non *Psal.118.a*
laborat, non manducet. A mandatis tuis intellexi inquit, vt scias nisi obedientiæ mandatorum contēplationis gustū penitus non deberi. Nō igitur putes de proprię amore quietis, sanctæ obedientię actibus, seniorūmve traditionibus prę-iudicium vllatenus faciēdum. Alioquin nō dormiet recū spon sus in lecto vno. illo præsertim quem tibi pro obediētiæ florib⁹, cicuris atq; vrticis inobediētię asperlisti. Propter quod non exaudiet orationes tuas, vocatúsq; nō venier. Nec enim dabit inobedienti copiam sui tantus obedientiæ amator, vt
Hiere.6.c mori q̄ non obedire maluerit. Sed neq; approbat tuæ contē plationis inane ocium qui dicit per prophetā: Laborau sustinens. significans tempus quo exul cœlo, patria summæ quietis, operatus est salutem in medio terræ. Magis autē veM
reor, ne te quoque inuoluat formidolosa illa sentētia ita in-
Esa.1.d tonans in perfidiā Iudæorum: Neomenias vestras & sabbatum & festiuitates alias nō feram. Item: Calendas vestras & solēnitates vestras odit anima mea, facta sunt mihi molesta.
Thren.2.d Et lugebit super te propheta, & dicet: Viderunt eam hostes, & deriserūt sabbata eius. Cur enim quod dilectus repudiat, non irrideat inimicus? Miror valde impudentiam aliquorum qui inter nos sunt, qui cum omnes nos sua singularitate L
turbauerint, sua impatientia irritauerint, sua contumacia & rebellione contempserint, sua inobediētia coinquinauerint audent nihilo minus ad tam fœdū concupiscentiæ suæ lectu lum omni orationum instantia totius puritatis dominum i-uitare. At cū extenderitis, ait, manus vestras, auertam oculos meos: & cum multiplicaueritis orationē, non exaudiā. Quid enim? Lectulus non est floridus, magis autē & putidus est & tu illuc regem gloriæ trahis? Ad paulandum hoc facis, an ad
Mat.8.b causandum? Centurio vetat illū intrare sub tectū suum, propter suam indignitatem, cuius tamē fides in vniuerso redolet Israēle: & tu ad te cōpellis intrare tātorum sordens spurcitia vitiorum? Clamat apostolorū princeps, Exi à me domi-
Luc.15.b ne, quia homo peccator sum, & tu dicis: Intra ad me domine quoniam sanctus sum? Omnes, inquit vnanimes in oratione
1.Pet.2.c estote, fraternitatē diligite. Et vas electionis, Leuantes puras
1.Tim.2.b manus, ait, sine ira & disceptatione. Videsne quomodo concordēt sibi, & eodem spiritu de pace & tranquillitate animi (quam habere debet ille qui orat) loquatur princeps apostolorum, & doctor gentium? Perge ergo tu tota die expandere ad deum manꝰ tuas, qui fratres tota die molestas, vnanimitatem impugnas, ab vnitate te separas. Et quid me vis facere, inquis? Profecto vt primò quidem emundes cōsciētiam ab omni inquinamēto itæ & disceptationis, & murmuris & liuoris, & quicquid omnino aduersari cognoscitur aut paci M
fratrum, aut obedientiæ seniorū, de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde etiam circundare tibi flores bonorum quorumq; actuum & laudabiliū studiorum, atq; odoramēta virtutū, id est quæcunque sunt vera, quęcūq; pudica, quęcunque iusta, quęcunque sancta, quæcūq; amabilia, quęcunquæ bonæ famæ, si qua virt⁹, si qua laus disciplinę. Hæc cogi tare, in his exerceri curato. Ad istiusmodi securè vocabis spō sum, quoniā cum introduxeris eum, veraciter dicere poteris & tu, quia lectulus noster floridus, redolente nimirū cōscientia pietatē, sed pacē, sed māsuetudinē, sed iustitiam, sed obedientiā, sed hilaritatē, sed humilitatē. Et de lectulo quidē sic. Domum verò dei spiritualem seipsum quisq; agnoscat, *1.Cor.3.d*
qui tamen iam non in carne ambulet, sed in spiritu. Templū enim dei, ait, sanctū est, quod estis vos. Curate ergo fratres, spirituali huic ædificio (quod vos estis) ne forte cū in superiora proficere cœperit, vacillet & corruat si lignis fortibus non fuerit subnixum & colligatum: curate inquam illi tigna dare imputribilia & immobilia, timorem videlicet domini illum castum qui permanet in seculum seculi: patientiam, de
Psal.9. qua scriptum est, quia patientia pauperum non peribit in fi-nem: longanimitatē quoque, quæ sub quouis structuræ pōdere inflexibilis perseuerās in infinita secula vitę beatæ protenditur, saluatore loquente in euangelio: Qui perseuaue-
Mat.10.c rit vsq; in finem, saluus erit. Magis autem super omnia charitatem

A ritatem quæ nunquam excidit, quia fortis est, inquit, vt mors dilectio, dura sicut inferus æmulatio. Studete deinde diu in ignis substernere & alligare ligna alia æquè preciosa & pulchra, cui tamē illa ad manum fuerint in opus laquearium ad decorem domus, sermonem scilicet sapientiæ siue scientiæ, prophetiam, gratiam curationum, interpretationē sermonū, & cætera talia quę magis noscuntur sanè apta ornatui, quàm necessaria fore saluti. De his præceptū nō habeo, consiliū autem do. Quoniam quidem istiusmodi ligna constat & laboriosē quæri, & difficilè inueniri, & periculosē elaborari (nam & rara ea præsertim his temporibus terra nostra producere reperitur) cōsulo sanè & moneo non multopere ista requiri. Magis autem ex lignis aliis laquearia præparari, quæ etsi minus appareāt splendida, nō minus tamen valida esse probantur, insuper & facilius possidentur & tutius. Vtinam & mihi illorum suppetat copia lignorum, quibus hortus spōsi ecclesia copiosē densatur, pax, bonitas, benignitas, gaudium in spi-
Rom.12.c ritu sancto, misereri in hilaritate, tribuere in simplicitate, gau dere cum gaudentibus, flere cum flentibus. An non tu illā do
Psal.25.b mum (quod ad laquearia spectat) satis abundéq; ornatā censeas, quam talibus lignis inspexeris sufficiēter compositéque tabulatam? Domine dilexi decorem domus tuæ, semper da mihi ligna hęc quęso, quibus tibi semper ornatum exhibeam thalamum consciētiæ, consciētiæ dico & meæ & alterius.
B His contentus ero: erunt & qui meo in hac re cōsilio acquiescere volent, quia & te puto fore cōtentum, & cætera sanctis apostolis & viris apostolicis derelinquo. Sed & vos dilectissimi, tametsi illa ligna nō habeatis, nihilo minus tamē si hæc habetis cōfidite, nihilo minus cum omni fiducia accedite ad lapidem summum, angularē, electum, pręciosum, nihilo minus super fundamētum apostolorum & prophetarum & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales, sacerdotium sanctū, offerre spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum spōsum ecclesiæ dominū nostrum, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De triplici flore, scilicet virginitatis, martyrij, & bonæ operationis: & de deuotione habenda circa diuinum officium. Sermo XLVII.

Cant.2.a EGo flos campi, & lilium conuallium.] Ad hoc respicere puto, quòd sponsa de respersis lectulum floribus commendarat. Ne enim sibi flores asscriberet illos quibus lectulus decoratus, & venustatus thalamus videbatur, infert spōsus se esse florem campi, nec de thalamo sanè prodire flores, sed de campo, & suo munere & sui participatione fieri quòd reniter, & quòd redolet. Ne quis ergo exprobrare illi posset & dicere: Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ipsæ dilectæ suæ sicut
C ambitiosus amator, ita informator benignus, piè illi dignan-
Ibidem. tērque demonstrat cui nitorem de quo gloriabatur, ac suaueolentiam lectuli debeat deputare. Ego flos campi, inquit, de me est quod gloriaris. Salubertimè admonemur & ex hoc loco quia nequaquam gloriari oportet: & si quis gloriatur, in domino glorietur. Et secundum literam istud. Nunc iam scrutemur, ipso de quo loquimur adiuuante, spiritualem qui in ea tegitur intellectum. Et primo aduerte nunc mihi trifarium quēdam floris statum, in campo, in horto, in thalamo: vt post hoc etiam illud facilius cōpertum fiat, cur se potissimum campi florem elegerit appellare. Et in campo quidem & in horto oritur flos, in thalamo autē minimè: redolet & lucet in eo, nō tamē erectus & stans vt in horto, vel cāpo, sed plane iacens tāquam qui illatus sit, non innatus. Propterea & necesse est sanè reparare frequenter & semper recētiores apponere flores, quòd diu odorē suum minimè retineāt, nec decorē. Quod si (vt in alio sermone præfatus sum) lectulus respersus floribus cōsciētia est bonis referta operibus, vi-
2.Cor.9.b des certe vt similirudo seruetur, nequaquā sufficere semel vel secundò operari quod bonū est, nisi incessanter addas noua prioribus, quatenus seminans in benedictionibus, de benedictionibus & metas. Alioquin iacet & marcet flos boni operis, atque in breui omnis ex eo & nitor exterminatur & vigor, si non aliis atque aliis superiectis pietatis actibus continuē reparetur. Hoc in thalamo. In horto autē non ita, sed neD
que in campo similiter. Ex se enim semel productis floribus assiduè subministrant vnde diu in ipsis decus ingenitum perseueret. Differunt tamē & ipsi inter se, quòd hortus quidē vt floreat, hominū manu & arte excolitur: campus vero ex semetipso naturaliter producit flores, & absq; omni humanæ diligētiæ adiutorio. Putásne iam tibi videris aduertere quisnam ille sit campus nec sulcatus vomere, nec defossus sarculo, nec fimo impinguatus, nec manu hominis seminatus: venustatus tamē nihilo minus nobili illo flore, super quē cōstat requieuisse spiritum domini? Ecce, inquit, odor filij mei sicut *Gen.27.d*
odor agri pleni, cui benedixit dominus. Necdū speciem suā ille flos agri induerat, & iam dabat odorē suum, quando cum vt hoc pręgaudio exclamaret pręsensit spiritu, corpore marcens sanctus & senex patriarcha, caligās visu, sed odoratu sagax. Non se proinde debuit florē thalami protestari, qui flos est perpetuo vigens: sed neq; item horti, ne humano videretur opere generatus. Pulchrè autem & cōuenientissimè, Flos campi sum, ait, qui & absque humana industria prodiit, & semel prodeunti nulla est deinceps dominata corruptio, vt sermo impleatur quē dixit: Non dabis sanctū tuum videre cor-
Psal.15.e ruptionem. Sed si placet accipe & aliam huius rei rationem (vt arbitror) non spernēdam. Non enim sine causa sane multiplex spiritus à sapiente describitur, nisi quòd sub vno literę cortice diuersos plerumque sapientiæ intellectus tegere consueuit. Itaq; iuxta præfatam de floris statu partitionem, E
flos est virginitas, flos martyriū, flos actio bona. In horto virginitas, in campo martyriū, bonum opus in thalamo. Et bene in horto virginitas, cui familiaris verecūdia est fugitās publici, latibulis gaudens, patiens disciplinæ. Denique in horto flos clauditur, qui in campo exponitur, spargitúrq; in thala-
mo. Et habes: Hortus conclusus, fons signatus. Quod vtique *Canti.4.d*
claustrū pudoris signat in virgine, & inuiolatæ custodiā sanctitatis: si tamen talis fuerit quæ sit sancta corpore & spiritu. Bene itē in campo martyriū, dum martyres ludibrio omniū exponūtur, spectaculū factī & angelis & hominibus. Nōne illorum miseranda vox est in psalmo: Facti sumus opprobriū vicinis nostris, subsannatio & illusio his qui in circuitu no-
Psal.78.a stro sunt? Bene quoque in thalamo actio bona, quæ cōscientiam & quietam facit & tutam. Post bonum deniq; opus securius in contemplatione dormitur, & tanto quis fiducialius sublimia intueri & inuestigare aggreditur, quanto sibi conscius est minime se propriæ amore quietis charitatis operibus defuisse. Et hæc omnia secundum aliquid dominus Iesus ipse flos horti, virgo virga virgine generatus, idem flos campi, martyr, martyrum corona, martyrij forma. Denique foras ciuitatē eductus est, extra castra passus est, in ligno eleuatus est, spectādus hominibus, subsannandus ab omnibus. Ipse itē thalami flos, speculū, & exemplū totius beneficentiæ, quem-
admodum ipse ludæis protestatus eit dicens: Multa bona o- *Iean.10.c*
pera ostendi vobis ex patre meo. Et itē scriptura de eo: Qui F
pertranfiit, ait, benefaciēdo & sanando omnes. Si igitur hæc *Act.10.f*
tria dominus, quæ fuit causa vt è tribus se campi florem maluerit appellare? Profecto vt eam ad tolerantiā animaret, cui nouerat imminere, si quidē vellet pie viuere in Christo, persecutionem pati. Id se ergo libentius profitetur, ad quod potissimum vult habere sequacem: atq; hoc est quod aliàs dixi, quoniam semper & illa appetit quietem, & ille incitat ad laborem, denuncias ei quòd per multas tribulationes oportet *Act.14.d*
intrare in regnum cœlorum. Vnde cum noua in terris ecclesia nouiter despōsata sibi, redire ad patrem disponeret, dicebat ei: Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur ob- *Iean.16.a*
sequiū se præstare deo. Item: Si me, ait, persecuti sunt, & vos persequentur. Potes & tu in euangelio multa colligere huic denūciationi malorū perferēdorum similia. Ego flos campi, *Cant.2.a*
& lilium conuallium. Illa ergo monstrante lectulum, ille vocat ad campum, ad exercitium prouocat. Nec putat quicquā persuasibilius fore illi ad ineundū certamen, quàm si seipsum certātis aut exemplū proponat, aut præmiū. Ego flos campi. Sane vtrūuis in hoc sermone intelligi datur, vel quòd sit vidēlicet pugnātis forma, vel quòd gloria triumphātis. Vtrunque es mihi domine Iesu, & speculum patiendi, & præmium patientis. Vtrumque fortiter prouocat, ac vehementer accendit. Tu doces manus meas ad prælium exemplo virtutis *Psal.17.c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtuæ tu caput meum post victoriã tuæ coronas præsentia manifestatis, siue quia pugnantem te specto, siue quia te expecto non solum coronantem, sed & coronã. in vtroq; mirabiliter tibi me allicis: vterque funis violentissimus ad trahendũ. Trahe me post te, libenter te sequor, libentius fruor. Si sic bonus es domine sequentibus te, qualis futurus es consequentibus? Ego flos cãpi. Qui diligit me, veniat in campũ, non refugiat mecum & pro me inire certamen, vt possit dicere: Bonũ certamen certaui. Et quoniam non superbi vel arrogantes, sed humiles potĩ qui de se presumere nesciunt, martyrio idonei sunt, addit se etiam lilium esse conualium, id est humiliũ coronam, specialẽ gloriam futuræ exaltationis ipsorum huius eminẽtia floris designans. Erit nanque cum omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & tunc candor ille vitæ æternæ lilium planè non colliũ sed conuallium apparebit. Iustus germinabit sicut lilium, inquit. Quis iustus nisi humilis: Denique cum se manibus Baptistæ serui dominus inclinaret, & ille expauesceret maiestatẽ: Sine, inquit, sic enim decet nos implere omnem iustitiam: cõsummationem profecto iustitiæ in humilitatis perfectione constituens. Iustus ergo humilis, iustus cõuallis est. Et si humiles inuẽti fuerimus, germinabimus & nos sicut liliũ, & florebim9 in ęternum ante dominũ. An nõ verè vel tũc maxime se liliũ cõual lium comprobabit, cũ reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suæ? Non ait corpus nostrũ, sed corpꝰ humilitatis nostræ: vt huius lilij miro & sempiterno candore solos significet humiles illustrãdos. Et hęc dicta sint pro eo quod sponsus se florem campi, & liliũ esse cõuallium protestatus est. Iam etiam quid de sua consequenter charissima protestetur, bonũ esset audire, sed hora non patitur. Ex regula nanq; nostra nihil operi dei præponere licet. Quo quidem nomine laudum solẽnia quę deo in oratorio quotidie persoluũtur, pater ideo Benedictus voluit appellari, vt ex hoc clariùs aperiret quàm nos operi illi vellet esse intentos. Vnde vos moneo dilectissimi, purè semper ac strenuè diuinis interesse laudibus. Strenuè quidẽ, vt sicut reuerenter ita & alacriter domino assistatis, non pigri, non somnolenti, nõ oscitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidiã, non integra transilientes, non fractis & remissis vocibus mulicbre quiddam balba de nare sonãtes, sed virili (vt dignum est) & sonitu & affectu voces sancti spiritus depromẽtes. Purè verò, vt nil aliud dũ psallitis quàm qđ psallitis cogitetis. Nec solas dico vitandas cogitationes vanas & ociosas: vitandæ sunt & illæ illa duntaxat hora & illo loco, quas officiales fratres pro communi necessitate quasi necessario frequenter admittere compellũtur. Sed ne illa quidem profecto recipere tunc consuluerim, quę forte paulo ante in I clausiro sedentes in codicibus legeratis, qualia & nũc me vlua voce differente ex hoc auditorio spiritus sancti recentia reportatis. Salubria sunt sed minimè illa salubriter inter psalendum reuoluitis. Spiritus enim sanctus illa hora gratũ nõ recipit quicquid aliud quàm debes, neglecto eo quod debes obtuleris. Cuius semper facere voluntatem ad eius voluntatem ipso inspirante possimus, gratia & misericordia sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Canti.1.a
1.Tim.6.
Esa.40.a
Mat.3.d
Philip.2.d

De laude reciproca quæ fit inter sponsum & sponsam: & qualiter per vmbram Christi intelligatur corpus & fides eius. Sermo XLVIII.

Canti.2.a SIcut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.] Non bonæ filiæ, quæ pungunt. Attende pessimum germen eius cui maledictum est terræ nostræ. Cum, inquit, colueris eam, spinas & tribulos germinabit tibi. Donec ergo in carne est anima, inter spinas profecto versatur, & necesse est vt patiatur inquietudines tẽtationum, tribulationúmque aculeos. Quod si lilium est ipsa iuxta sponsi verbum, videat quam vigiem solicitámque esse oporteat super custodia sui sepia vndique spinis hinc inde aculeos intẽdentibus. Nec enim vel leuissimam spinæ sustinet vllatenus puctionem floris teneritudo, sed mox vt modicè premitur, perforatur. Sentis quàm meritò necessariéque horretur nos propheta seruire domino in timore, & item apostolꝰ cu timore nihilo minus & tremore nostram ipsorum operari salutem: Tenebant K nimirum proprio experimento huius sententiæ veritatẽ, vtpote amici sponsi, qui minimè prorsus ambigerẽt & ad suas animas pertinere quod dicitur: Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. Denique vnus eorum. Conuersus sum ait, in ærũna mea dum cõfigitur spina. Bene cõfixus, qui cõuersus exinde est. Bene pungeris, si compungeris, multi cum sentiũt pœnã, corrigunt culpam & talis dicere potest, Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Spina culpa est, spina pœna est, spina falsus frater, spina vicinꝰ est malus. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. O cãdens lilium, ô tener & delicate flos, increduli & subuersores sunt tecũ, vide quomodo cautè ambules inter spinas. Plenus est mũdus spinis. In terra sunt, in aëre sunt, in carne tua sunt. Versari in his, & minimè lædi diuinæ potentiæ est, nõ virtutis tuæ. Sed confidite, inquit, quia ego vici mundum. Et si igi tur vndique tibi intẽdi prospicias tribulationũ tanquam tribulorum aculeos, non turbetur cor tuum neque formidet, sciens quia tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Considera lilia agri quomodo inter spinas vigent & nitent. Si fœnum quod hodie est, & cras in clibanũ mittitur, deus sic custodit, quãto magis amicam & sponsam suam charissimam? Denique custodit dominus omnes diligẽtes se. Sicut lilium L inter spinas, sic amica mea inter filias. Non mediocris titulꝰ ꝓfecto virtutis, inter prauos viuere bonũ, & inter malignãtes innocẽtiæ retinere candorẽ, & morum lenitatem: magis autem si his qui oderunt pacem, pacificum & amicum ipsis te exhibeas inimicis. Id planè tibi similitudinem datam de lilio, iure quodam proprietatis specialiter vendicabir, quòd ipsas vtrique pungentes se spinas candore proprio illustrare & venustare non cessat. An nõ proinde lilium tibi videtur, implere quodammodo euãgelij perfectionem, qua orare iubemur pro calumniantibus & persequẽtibus nos, benefacere his qui oderũt nos? Ergo & tu fac similiter, & erit anima tua amica domini, & laudabit te de te dicens: Quia sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. Sequitur: Sicut malus inter ligna siluarũ, sic dilectus meus inter filios.] reddit sponsa prœconij vicẽ commendanti se sponso: à quo laudari est laudabilem fieri: & quem laudare, intelligere & admirari laudabilem. Et sicut ex eminenti flore figurata à sponso laus eius est, ita è regione & ex excellẽti ligno ipsa illius singularẽ gloriã eminentiámque demonstrat. Mouet tamen me de ligno hoc quòd non tantę esse excellentiæ videatur quantę aliqua cæterorũ, & ideo minus dignè assumi in opus similitudinis, vtpote quod non sufficiat laudis vicem implere: Sicut malꝰ inter ligna siluarũ, sic dilectus meus inter filios. Deniq; nec sponsa magni æstimasse videtur, quę hoc in lignis siluarũ tãtum afferre curauit, nimirum sterilibus, nec fructus humano victui aptos ferentibus. Cur ergo omissis melioribus & nobilioribus lignis, huius mediocritas arboris adducta i mediũ est ad formãdum sponsi prœconium? Itáne ad mensurã laudem recipere debuit, qui ad mensuram spiritum nõ accepit?

Canti.2.d
Ibidem.
Psa.31.a
Canti.2.a
Ibidem.
Luc.6.d
Canti.2.a
Ioan.16.g
Rom.5.a
Psa.145.d
Canti.2.a
Psa.8.b
Ioan.1.b

Hæc nempe data de illa arbore similitudo facit vt videatur habere superiorem, qui parem non habet. Quid dicemus ad hæc? Fateor parua laus, quoniam parui laus. Nõ enim hoc loco prędicatur magnꝰ dominus & laudabilis nimis, sed pater uus dominus & amabilis nimis, paruulus vtiq; qui natus est nobis. Ergo non maiestas attollitur hic, sed cõmendatur humilitas: dignéq; ac rationabiliter quod infirmum & stultum est dei, hominũ fortitudini & sapientiæ antefertur. Ipsi sunt nanque ligna siluestria & infructuosa, quoniã secũdum prophetam omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filos. Vna inter ligna siluarum dominus Iesus arbor faciens fructũ, secundum hominẽ sane: & si prælatus hominibus, sed ab angelis minoratus. Miro etenim modo & angelis sese factus caro subiecit & angelos sibi manẽs deus subiectos retinuit. Denique videbitis (inquit) angelos ascendentes & descendentes super filium hominis: ꝙ in vno eodémque homine Christo Iesu & infirmitatẽ foueãt, & stupeant maiestatem. Quia ergo sponsæ id dulcius ꝙ se imminuit, sapit: libentius attollit gratiã, prætert misericordiam,

Esa.9.a
Psal.13.a
Cantic.2.a

A misericordiam stupet dignationem. Libuit proinde hominẽ inter homines admirari, non inter angelos deũ, tanquã malus inter ligna excellit syluarũ, & non planè inter hortorum plantaria. Nec putat minui laudes, vbi de consideratione infirmitatis pietatis bonitas exaltatur. Quò em iuxta aliquid à laudibus temperat, eò item iuxta aliquid magis laudat: minus prosequens gloriam dignitatis, vt gratia dignationis emineat. Sicut ergo apostolus quod stultum & infirmũ est dei, sapientius fortiúsque dicit esse hominibus, sed non angelis, & sicut propheta speciosum prædicat forma prę filiis hominum, & non præ angelis: sic ista certè in eodem spiritu loquens sub typo fructiferæ arboris syluestriúmque lignorum hoc loco efferre voluit hominem deum super omnẽ gratiam hominum, non autem super excellentiam angelorum. Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Et bene inter filios, quia cùm esset vnicus patris sui, multos illi & absque inuidia filios acquirere studuit, quos non confunditur vocare fratres, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Iure autem prępnitur vniuersis adoptatis per gratiam, is qui per naturam filius est. Sicut malus inter ligna syluarũ, sic dilectus meus inter filios. Meritò sicut malus, quæ instar fructiferæ arboris & vmbram refrigerij habet, & fert fructũ optimũ. An nõ verè fructiferum lignum, cuius flores fructus B honoris & honestatis? Deniq; lignũ vitæ est apprehẽdentibꝰ eũ. Nõ cõparabuntur huic omnia ligna syluarũ: quia etsi sint arbores pulchræ & magnæ quæ opem ferre videantur orando, ministrando, docendo, exemplis iuuando: solus tamẽ dei sapientia Christus lignum est vitæ, solus panis viuus qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Ideo ait: Sub vmbra eius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Meritò eius desideraueram vmbram, de quo & refrigerium esset & refectionem pariter acceptura. Nã cætera quidem syluarum ligna etsi vmbram solatij habent, sed nõ vitæ refectionem, nõ fructus perpetuos salutis. Vnus est enim vitæ auctor, vnus mediator dei & hominũ homo Christus Iesus, qui dicit sponsæ suæ: Salus tua ego sum. Non Moyses (inquit) dedit vobis panẽ hunc de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verũ. Propterea ergo Christi potissimũ desideraverat vmbrã, ꝙ solus sit qui nõ solũ ab æstu refrigerat vitiorum, sed & replet delectatione virtutum. Sub vmbra eius quem desideraueram sedi. Vmbra eius, caro eius: vmbra eius, fides. Mariæ obumbrauit proprij filij caro, mihi dominj fides: quanquam & mihi quoq; quomodo nõ obũbrat caro, qui in mysterio mãduco eã? Et sancta nihilo minus virgo fidei & ipsa experta est vmbram, cui dictum est: Et beata quæ credidisti. Sub vmbra eius quem desideraueram sedi. Et C propheta: Spiritus (inquit) ante faciem nostram Christus dominus, in vmbra eius viuimus inter gẽtes. In vmbra in gentibus, in luce cum angelis. In vmbra sumus quandiu per fidẽ ambulamus, & non per speciem. Et ideo iustus in vmbra, qui ex fide viuit. At qui viuit ex intellectu, beatus est: quia nõ in vmbra iam, sed in lumine. Iustus erat Dauid, & ex fide viuebat cum dicebat deo: Da mihi intellectum vt discam mandata tua, & viuam: sciens successurum fidei intellectum, intellectui reuelãdum lumen vitæ, & luminis vitã. Prius est venire ad vmbram, & ita ad id cuius vmbra est pertransire, quoniam nisi credideritis (ait) non intelligetis. Vides fidem & vitam esse, & vitæ vmbrã? Nam è regione vita in deliciis agens, quoniam non est ex fide, & mors est, & vmbra mortis. Quæ enim (inquit) vidua in deliciis est, viuens mortua est. Denique sapientia carnis mors est. Sed & mortis est vmbra, illius scilicet quæ cruciat in æternũ. Sedimus & nos aliquando in tenebrosis & vmbra mortis, carnaliter cõuersantes, & non ex fide viuẽtes, mortui iam quidem iustitiæ, à morte verò secunda paulo minus absorbendi. Quantũ etenim vmbra prope est corpori cuius est vmbra, tantum pro certò vita illa nostra inferno appropinquauit. Denique nisi quia domiuus adiuuit me, (inquit) paulo minus habitasset in inferno anima mea. Nũc autem de vmbra mortis ad vitæ transiuimus vmbram, magis autem trãslati sumus de morte in vitã, in Christi vmbra viuẽtes, si tamen viuentes, & nõ mortui. Nec enim reor continuò vt quis in vmbra eius fuerit, quòd viuat in ea, quia non planè omnis qui fidem habet, ex fide viuit. Nam fides sine operibus mortua est, nec potest dare vitã quam mi- D nime ipsa habuerit. Ideo propheta cum dixisset, Spiritus ante faciem nostram Christus dominus: non contentus fuit sequi & dicere, in vmbra eius sumus, sed in vmbra (inquit) eius viuimus inter gentes. Et tu ergo vide vt viuas exẽplo prophetæ in vmbra eius, vt quãdoque & regnes in lumine eius. Nec enim tãtum vmbrã habet, habet & lucẽ. Ipse per carnẽ vmbra est fidei, ipsæ intelligẽtiæ lumen per spiritum. Et caro est enim & spiritus. Caro in carne manentibus, spiritus ante faciem nostrã, id est in futuro, si tamẽ quę tetro sunt obliuiscẽtes, ad ea quæ ante sunt nosmetipsos extẽdimus, quò peruenientes experiamur de verbo quod dixit: Caro non prodest quicq̃, spiritus est qui viuificat. Nec ignoro ꝙ in carne adhuc manẽs quis dixerit, Etsi cognouimus Christũ secundum carnem, sed nũc iã non nouimus. At hoc ille. Nos vero qui nondum in paradisum, nõdum ad tertium cœlũ rapi meruimus, Christi interim carne pascamur, mysteria veneremur, exempla sectemur, fidẽ seruemus, & viuimus profecto in vmbra.

Thren.4.b
Ioan.6.g

In vmbra eius quem desideraueram sedi. Fortassis felicius aliquid ista expertam se gloriatur in eo quòd se in vmbra dicit non (vt propheta) viuere, sed sedisse. Sedere enim quiescere est. Plus est autem quiescere in vmbra, quàm viuere: sicut viuere plus est, quàm tantummodo esse in ea. Igitur quod est cõmune multorum, propheta assumẽs sibi, In vmbra eius vi- *Thren.4.d* uimus, inquit: spõsa vero habens prærogatiuam, etiam quòd E sub ea singulariter sederit; gloriatur. Non enim vt ille pluraliter viuimus dixit, ita & hic sedimus, sed singulariter, sedi: vt agnoscas prærogatiuam. Vbi itaq; nos cum labore viuimus, qui conscij peccatorum sub timore seruimus, ibi hæc deuota & amans suauiter requiescit. Denique timor pœnam habet, amor suauitatẽ. Vnde ait, Et fructus eius dulcis gutturi meo, *Cant.2.a* gustum contemplationis significans, quem obtinuerat per amorem suauiter subleuata. At istud in vmbra, quia per speculum & in ænigmate. Erit cum declinauerint vmbræ crescente lumine, imò penitus disparuerint, & subintrabit sicut perspicua ita & perpetua visio: eritque non modo suauitas gutturi, sed & satietas ventri, sine fastidio tamẽ. Sub vmbra eius *Ibidem.* quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Nos quoque vbi sponsa pausat, pausemus pariter, de sumpto gustu patremfamilias glorificantes, qui nos ad tales epulas inuitauit, sponsum ecclesiæ Iesum Christum dominum nostrum, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Qualiter per discretionem ordinatur charitas, vt omnia membra ecclesiæ, id est electi inuicem colligentur. Sermo XLIX.

INtroduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.] Vt quidem propositi capituli videtur sonare lite- *Cant.2.d* ra, habito pro votis dulci admodum familiarique colloquio cum dilecto, illo abeunte sponsa regreditur ad adolescentulas, aspectu ita ipsius affatúque refecta atque accensa, quatenus ebriæ similis apparetet. Et quasi illis stupentibus nouitatem, & quærentibus causam, respondit mirum minimè esse si vino æstuaret, quæ in cellam vinariam introisset. Et secundum literam ita. Secundum spiritum quoq; non negat ebriã, sed amore, non vino, nisi quòd amor vinum est. Introduxit me rex in cellam vinariam. Quando præsens est sponsus, & sponsa ad ipsum sermonem dirigit: tunc sponsus dicitur aut dilectus, aut quem diligit anima mea, inquit: loquens verò de ipso adolescentulis, regem nominat. Vt quid hoc? Propterea credo, quia & spõsæ amãti atq; dilectæ cõueniat vti familiarius (quod à se est) amoris nominibus: & adolescẽtulis tãquã disciplina indigentibus opus sit reuerendo premi vocabulo maiestatis. Introduxit me rex in cellam vinariam. Quænam ista sit cella vinaria, prætereo dicere, quia dixisse me recolo. Tamen si ad ecclesiam referatur sermo, cum repleti spiritu sancto discipuli musto ebrij à populo putarentur: tunc tanquam amicus sponsi pro spõsa stans Petrus in medio eorum, Non (inquit) sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt. Attende *Act.2.b* interim quòd nõ omnino ebrios, sed ebrios sicut ab illis æstimati sunt, denegauit. Erant enim ebrij, sed spiritu sancto non musto. Et quasi testificarentur ad plebem reuera in cellam se fuisse vinariam introductos, rursum Petrus pro omnibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sed hoc est (ait) quod dictum est per prophetā Ioël: Et erit
Ioel. 2. g in nouissimis diebus, dicit dominus, effundā de spiritu meo
super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ.
Iuuenes vestri visiones videbunt, & senes vestri somnia
somniabunt. An non tibi cella videtur fuisse vinaria illa do-
Act. 2. d mus, in qua erant discipuli pariter congregati, cum factus est
repente de cœlo sonus tanquā aduenientis spiritus vehemen-
tis, & repleuit totam domum vbi erant sedētes, adimpleúit-
que prophetiam Ioëlis? Et nónne vnusquisque illorū exiens
inebriatus ab vbertate domus illius, & torrente voluptatis
tātæ potatus, dicere meritò quibat, quoniam introduxit me
rex in cellam vinariam? Sed & tu quoque si collecto tuo spi-
ritu, mente sobria & vacua curis, oratiōnis domum solus in-
tróeas, & stās coram deo ad vnum aliquod de altaribus cœli
ianuam tangas sancti desiderij manu, & præsentatus choris
sanctorum tua penetrante deuotione (si quidem oratio iusti
penetrat cœlos) in ipsorum præsentia miserandus deplores
miserias & calamitates quas pateris, crebris suspiriis & ge-
mitibus inenarrabilibus prodas necessitatem, flagites pieta-
Mat. 7. g tem: Si inquam hoc egeris, confido in eo qui dixit: petite, &
accipietis: quia si perseueraueris pulsans, non exibis vacuus.
Verūm cum te nobis reddideris plenum gratia & charitate,
nec poteris spiritu feruens dissimulare munus acceptū, quod
H sine inuidia cōmunicabis, erísque omnibus in gratia, quæ da-
ta est tibi, non modo gratus, sed fortassis etiam admirandus:
poteris & ipse veraciter protestari, quia introduxit me rex in
cellam vinariam. tātùm cautus esto non in te, sed in domino
gloriari. Nec omne donum quanuis spirituale prodire dixe-
rim de cella vinaria, cum sint & alię penes sponsum cellę vel
apothecæ, diuersa in se recondita habentes dona atque cha-
Deu. 32. e rismata secundum diuitias gloriæ eius: de quibus cellis me-
mini me alibi latius disputasse. Nónne hæc condita sunt (in-
quit) apud me, & signata in thesauris meis? Ergo pro diuersi-
tate cellarum, diuisiones gratiarum sunt, & vnicuique mani-
festatur spiritus ad vtilitatem. Et quanquam alij quidē de-
tur sermo sapientiæ, alij autē sermo scientiæ, alij verò prophe-
tia, alij gratia curationum, alij genera linguarum, alij inter-
pretatio sermonum, aliáque aliis, his similia: non tamen quis
horum pro huiusmodi dicere poterit quòd introductus fuerit in cellam vinariā. Ex aliis quippe cellis siue thesauris ista-
sumuntur. Sed si quis orando obtineat mente excedere in id
diuini arcani vnde mox redeat diuino amore vehementissi-
mè flagrans, & æstuans iustitiæ zelo, necnó & in cunctis spi-
Psal. 38. a ritualibus studiis atque officiis pernimium feruēs, ita vt pos-
sit dicere: Concaluit cor meum intra me, & in meditationi-
bus meis exardescet ignis: is planè cum ex charitatis abun-
dantia beatam & salutarem vini lætitiæ ructare crapulam
I cœperit, in cellam non immeritò perhibebitur vinariam in-
troisse. Cum enim duo sint beatæ contemplationis exces-
sus, in intellectu vnus, & alter in affectu: vnus in lumine, al-
ter in feruore: vnus in agnitione, alter in deuotione: pius
sanè affectus, & pectus amore calēs, & sanctę deuotionis in-
fusio, etiam & vehementi spiritus repletus zelo, non planè
aliunde quàm è cella vinaria reportantur: & cuicunque cum
horum copia surgere ab oratione donatur, potest in veritate
loqui, quia introduxit me rex in cellam vinariam. Sequitur:
Canti. 2. a Ordinauit in me charitatem. Omnino necessarie. Importa-
bilis siquidem absque scientia est zelus. Vbi ergo vehemens
æmulatio, ibi maximè discretio est necessaria, quæ est ordi-
natio charitatis. Semper quidem zelus absque scientia minus
efficax minúsque vtilis inuenitur, plerumque autem & perni-
ciosus valde sentitur. Quò igitur zelus feruidior, ac vehe-
mentior spiritus, profusiórq; charitas: eò vigilantiori opus
scientia est quæ zelum supprimat, spiritū temperet, ordinet
charitatem. Proinde sanè ne tanquam nimia & importabilis
pro impetu spiritus quem è cella videtur vinaria reportasse,
præsertim ab adolescentulis sponsa timeatur, iūgit quod dis-
cretionis est etiam se paritet accepisse, id est ordinem chari-
tatis. Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit, ordo
modum tribuit & decorem, etiam & perpetuitatem. Deniq;
Psa. 118. m ait: Ordinatione tua perseuerat dies: diem virtutē appellans.
Est ergo discretio nō tam virtus quàm quædam moderatrix
& auriga virtutum, ordinatríxque affectuum, & morum do-
ctrix. Tolle hanc, & virtus vitiū erit, ipsáque affectio natura- K
lis in perturbationem magis cōuertetur, exterminiúmque
naturæ. Ordinauit in me charitatem. Factum est autem hoc *Cant. 2. a*
cum in ecclesia quosdam quidem dedit apostolos, quosdam *Ephe. 4. b*
autem prophetas, alios verò euāgelistas, alios pastores & do-
ctores ad consummationem sanctorum. Oportet autem vt *Ibidem. a*
hos vna omnes charitas liget & contemperet in vnitatē cor-
poris Christi: quod minimè omnino facere poterit, si ipsa nō
fuerit ordinata. Nam si suo quisque feratur impetu secundū
spiritū quem accepit, & ad quæque volet indifferēter prout
afficitur & nō rationis iudicio contulerit, dum sibi assigna-
to officio nemo contentus erit, sed omnes omnia indiscre-
ta administratione pariter attētabunt: non planè vnitas erit,
sed magis confusio. Ordinauit in me charitatē. Vtinam & in
me dominus Iesus tantillum ordinet charitatis quod dedit,
vt sic mihi curæ sint vniuersa quæ sunt ipsius, vt tamen quod
mei potissimum propositi seu officij esse cōstiterit, ante om-
nia curē, sed sanè ita id prius, vt tamē ad multa quæ mihi spe-
cialiter non attinent, afficiar amplius. Non enim semper
quod prius curandum, id etiam diligendum amplius erit: cū
sæpe quod prius est ad solicitudinē, minus sit ad vtilitatem,
ac per hoc minus esse oporteat & in affectu. Frequenter pro-
inde quod pro iniūcto præponitur, dei iudicio posthabetur: L
& quod veritas iudicat præponendum, id charius amplectē-
dum ordo postulat charitatis. Nónne (verbi gratia) ex iniun-
cto incumbit mihi cura omnium vestrū? Iam quicquid huic
fortè prætulero operi, quòd minus ipsi inuigilē dignè & vti-
liter pro viribus exequendo: etsi ex charitate fortassis id fa-
cere videar, ordinis tamen ratio non consentit. Quòd si antè
omnia quidem (vt debeo) huic intendo curę, non autē magis
ad maiora gaudeo dei lucra, quę per alterum fieri fortè com-
perero: patet me ordinem charitatis ex parte tenere, ex parte
nequaquā. Si verò me & ad id amplius quod specialius incū-
bit solicitum, & nihilo minus ad illud quod maius est magis
affectū exhibeā: vtrobique profectò inuenior charitatis or-
dinem assecutus, & non est cur dicere nō possim etiam ipsę,
quia ordinauit in me charitatem. Si autem dicas difficilē
quenquam plus alieno gaudere magno bono, quàm proprio
paruo: aduertes certè vel ex hoc excellentiā gratię apud spō-
sam, & quoniam non cuilibet animæ dicere sit, quia ordina-
uit in me charitatem. Quare facies deciderunt quorundam
vestrūm modo ad hunc sermonem? Nam alta suspiria testan-
tur tristitiam animorum, conscientiarúmq; deiectionem. Ni-
mirum metientes nosmetipsos nobis, sentimus aliqui nostrū
pro nostræ imperfectionis experientia, quàm rara virtus sit
alienæ non inuidere virtuti, nedum gaudere ad illam, nedum
etiam tāto plus quàm ad propriam quemque gratulari, quā- M
to se perpenderit in virtute superatum. Adhuc modicum lu-
mē in nobis est fratres, quotquot de nobis ita sentimus. Am- *Ioan. 12. f*
bulemus dum lucem habemus, ne tenebræ nos comprehen- *Philip. 3. c*
dāt. Ambulare, proficere est. Ambulabat apostolus qui dice- *Ibidem.*
bat: Non arbitror me comprehendisse. Et addit: Vnum au-
tem quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ ante sunt, me ex-
tendo. Quid est, vnum autem? Vnum autem, inquit, quasi re-
mansit mihi ad remedium, ad spem, ad consolationem. Quid
illud? Quæ retro sunt videlicet obliuiscens, ad ea quæ ante
sunt me extendo. Magna fiducia, quòd magnū electionis vas
perfectū abnuens, profectū fatetur. Ergo non ambulantem, *Sapie. 4. c*
sed sedentē à mortis tenebris comprehendi periculum est. *Psa. 138. c*
Et quis sedens, nisi qui non curat proficere? Id cauēto: & si *Ibidem.*
morte præoccupatus fueris, in refrigerio eris. Dices deo: Im-
perfectū meum viderunt oculi tui, & in libro tuo nihilo mi-
nus (inquit) omnes scribentur. Qui omnes? Profecto qui in
desiderio proficiendi inueniuntur. Sequitur enim: Dies for-
mabuntur, & nemo in eis: subaudis, peribit. Dies proficiētes
intellige, qui si morte prœoccupati fuerint, in eo quod eis de-
est perficiendi sunt. Formabūtur, & nemo in eis informis re-
linquetur. Et quomodo (ais) ego proficere possum, qui fra-
tri proficienti inuideo? Si doles quòd inuides, sentis, sed non
consentis. Passio est quando quæ sananda, nō actio condem-
nanda. Tantùm non illic resideas iniquitatem meditās in cu-
bili tuo, qualiter videlicet foueas morbum, satisfacias pesti,
persequaris insontem, bene ab illo gesta calumniādo, depri-
mendo,

A mendo, peruertendo, atque impediendo gerenda. Alioquin
Rom. 6. b non nocet ambulanti & extendenti se ad meliora quod iam
non ipse operatur, sed quod habitat in eo peccatum. Non est
ergo damnatio illi qui non dat membra sua arma iniquitati,
non linguam ad detrahendum, nó quicquam reliqui corpo-
ris ad lædendū nocendúmve aliquo modo, magis autem cō-
funditur sic se esse malè affectum: & inolitum ex lōgo vitiū,
confitendo, flendo, orando conatur expellere: & cū non prę-
ualet, mitior inde ad omnes, atq; apud sē humilior inuenitur.
Matt. 11. d Quis sanè sapiens hominē damnet, qui à domino dicitur mi-
tis esse, & humilis corde? Absit vt inueniatur expers salutis i-
mitator saluatoris spōsi ecclesiæ domini nostri, qui est super
omnia deus benedictus in secula. Amen.

De duplici charitate, scilicet actuali, & affectuali: & eius ordinatione. Sermo L.

VOs forsitan expectatis tractari sequentia, explicitum pu
tātes versiculum qui nouissimè tractabatur. Verūm ego
aliud molior. Habeo enim quod adhuc vobis apponam de
fragmentis hesterni conuiuij, quæ mihi collegeram ne peri-
rent. Peribunt autem si nulli apposuero. Nam si voluero ea
habere solus, ipse peribo. Nolo proinde vestram illis quam
benè noui fraudare ingluuiem, præsertim cum sint de fercu-
B lo charitatis, eò dulcia quò subtilia, eò sapida quò minuta.
Cant. 2. a Alioquin contra charitatem est valde nimis de ipsa charitate
fraudare. Itaque hic sum: Ordinauit in me charitatem. Est
charitas in actu, est & in affectu. Et de illa quidem quæ ope-
ris est, puto datam esse legem hominibus, mandatúmq; for-
matum. Nam in affectu quis ita habeat vt mandatur? Ergo
illa mandatur ad meritum, ista in præmium datur. Cuius ini-
tium quidem profectúmque vitam quoque præsentem ex-
periri diuina posse gratia non negamus: sed planè cōsumma-
tionem defendimus futuræ felicitatis. Quomodo ergo iu-
benda fuit, quæ implenda nullo modo erat? Aut si placet tibi
magis de affectuali datum fuisse mandatum, non inde con-
tendo, dummodo acquiescas & tu mihi quòd minimè in vi-
Philip. 3. c ta ista ab aliquo hominū possit vel poterit adimpleri. Quis
enim sibi arrogare id audeat quod Paulus ipse fatetur non
comprehendisse? Nec latuit præceptorem, præcepti pondus
hominum excedere vires: sed iudicauit vtile ex hoc ipso suæ
illos insufficientiæ admoneri, & vt scirent sanè ad quem iu-
Rom. 3. c stitiæ finem niti pro viribus oporteret. Ergo mandando im-
Ibidem. possibilia, non præuaricatores homines fecit, sed humiles, vt
omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mūdus deo: quia
ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.
ad Tit. 3. Accipientes quippe mandatum, & sentientes defectum, cla-
mabimus in cœlum, & miserebitur nostri deus: & sciemus in
C illa die, quia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed
secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Atque hoc
dixerim si quidē consenserimus affectualem legē fuisse man-
Luc. 6. d datam. Sed actuali id potius conuenire inde vel maxime ap-
Ibidem. parere videtur, quòd cū dixisset dominus, Diligite inimicos
Rom. 12. d vestros: mox de operibus infert: Benefacite his qui oderunt
vos. Item scriptura: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si si-
tit, potum da illi. & hic de actu habes, non de affectu. Sed au-
di item dominum etiam de sui dilectione mandantem. Si di-
Ioan. 14. b ligitis me (inquit) sermones meos seruate. Atq; hic quoq; ad
opera mittimur per iniunctam obseruātiam mandatorū. Su-
peruacuè autē de opere monuisset, si in affectione iam fuisset
Matt. 22. d dilectio. Sic te ergo necesse est & illud accipere q̄ iuberis di-
ligere proximum tuum sicut teipsum, etsi non ita apertè ex-
pressum sit, An non deniq; satis tibi esse iudices ad implendū
istud de proximi dilectione mandatum, si id perfectè obser-
Matt. 7. b ues, in quo omni homini recte de lege naturæ præscribitur:
Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris? Et item illud: Quæcū-
que vultis vt faciāt vobis homines, & vos facite illis? Neque
hoc dico, vt sine affectione simus, & corde arido solas mo-
ueamus manus ad opera. Legi inter alia quæ scribit apostol⁹
Rom. 1. d magna & grauia hominum mala, hoc quoq; adnumeratū sci
licet, sine affectione. Sed est affectio quam caro gignit, & est
quam ratio regit, & est quam condit sapientia. Prima est quā
apostolus legi dei dicit non esse subiectam, nec esse posse. Se-
cunda quam perhibet è regione cōsentientem legi dei, quo-
niam bona est. Nec dubium distare inter se contentiosam & D
cōsentaneam. Longè verò tertia ab vtraq; distat, quæ & gu-
stat & sapit quoniā suauis est dominus, primā eliminās, secū-
Psal. 33. b dam remunerās. Nam prima quidem dulcis, sed turpis: secū-
da sicca, sed fortis: vltima pinguis, & suauis est. Igitur per se-
cundā opera fiunt, & in ipsa charitas sedet, non illa affectua-
lis quæ sale sapientiæ condita pinguescens magnam menti
importat multitudinem dulcedinis domini, sed quędam po-
tius actualis: quæ etsi nondum dulci illo amore suauiter resi-
cit, amore tamen amoris ipsius vehemēter accendit. Non di-
1. Ioan. 3. b ligamus (ait) verbo neque lingua, sed opere & veritate. Vides
quomodo cautè medius incedit inter vitiosum atq; affectuo-
sum amorē, ab vtroque pariter hanc distinguens actualem &
salutiferam charitatē? Nec linguę mentientis in hac dilectio-
ne recipit fictum, nec rursum afficiētis exigit sapiētiæ gustū.
Opere (inquit) diligamus & veritate, quòd videlicet moueā- *Ibidem.*
mur ad bene operandū magis quodā viuidæ veritatis impul-
su, quàm sapidæ illius charitatis affectu. Ordinauit in me cha *Cant. 2. a*
ritatē. Quam putas harū? Vtramq;, sed ordine oppositō. Nā
actualis inferiora prefert, affectualis superiora. Etenim in be
ne affecta mēte non dubium (verbi causa) quin dilectioni ho-
minis, dei dilectio præponatur, & in hominibus ipsis perfe-
ctiores infirmioribus, cœlum terrę, æternitas tempori, anima
carni. Attamē in bene ordinata actione sæpe aut etiam sem-
per ordo oppositus inuenitur. Nam & circa proximi curā & E
plus vrgemur, & pluries occupamur, & infirmioribus fratri-
bus diligētiori sedulitate assistimus, & paci terrę magis quam
cœli gloriæ iure humanitatis & ipsa necessitate intendimus,
& tēporaliū inquietudine curarū vix aliquid sentire de æter-
nis permittimur, & lāguorib⁹ nostri corporis postposita ani-
mæ cura penè cōtinuè inseruimus, & ipsis deniq; infirmiori-
bus membris nostris abundātiorem honorē, iuxta sentētiam *1. Cor. 12. b*
apostoli, circundamus, per hoc quodammodo facientes ver-
bum domini de quo habes: Erunt nouissimi primi, & primi *Mat. 20. b*
nouissimi. Orantem denique hominem cum deo loqui quis
dubitet? Quotiés tamen inde charitate iubēte abducimur &
auellimur propter eos qui nostra indigēt opera vel loquela?
Quotiés piè cedit negociorum tumultibus pia quies? Quo-
tiens bona conscientia ponitur codex, vt operi manuū insu-
detur: Quotiens pro administrandis terrenis, iustissimè ipsis
supersedemus celebrādis missarum solenniis? Ordo præpo-
sterus, sed necessitas nō habet legem. Agit ergo suum actua-
lis charitas ordinem iuxta patrisfamilias iussionem incipiēs
à nouissimis. Pia certè & iusta, quæ nō sit acceptrix persona-
rum, nec precia consideret rerum, sed hominum necessita-
tes. At non ita affectualis: nam à primis ipsa ducit ordinem.
Est enim sapientia per quam vtique quæq; res sapiunt prout
sunt: vt (verbi gratia) quæ pluris natura habet, pluris quoque
ipsa affectio sentiat, minora minus, minima minimè. Et illum F
quidem ordinem charitatis veritas facit, hunc autem verita-
tis ordinē charitas vendicat sibi. Nam & vera in hoc est cha-
ritas, vt qui indigent amplius, accipiant prius: & rursus in eo
chara apparet veritas, si ordinem tenemus affectu, quem illa
ratione. Tu ergo si diligas dominum deum tuum toto corde, *Matt. 22.*
tota anima, tota virtute tua, & amorē amoris illum quo con-
tenta est charitas actualis, affectu feruentiori transiliens, ipso
comminus diuino amore (ad quem is est gradus) accepto in
plenitudine, spiritu totus igneścas, sapit tibi profectō deus,
& si non dignè omnino prout est (quod vtique impossibile
est omni creaturæ) certè prout tuum sapere est. Deinde sa-
pies etiam ipse tu tibi prout es, cū te senseris nil habere pror-
sus vnde te ames nisi inquantum dei es: quippe qui totū vn-
de amas, in illum effuderis. Sapies inquam tibi prout es, cum
ipso experimēto amoris tui, & affectionis quam ad teipsum
habebis, nihil dignū te esse inuenies quod vel à teipso ame-
tur nisi propter ipsum, sine quo ipse es nihil. Iam verò proxi-
mus, quē verè te oportet diligere tāquam teipsum, vt tibi & *Ibidem.*
ipse sapiat prout est: haud aliud profectō sapiet tibi, quàm tu
tibi, qui hoc est quod tu, est enim homo. Qui itaque te non
diligis nisi quia diligis deum, consequenter omnes qui simi-
liter diligunt eum, diligis tāquam teipsum. Porro inimicum
hominē, quoniam nihili est, pro eo quòd nō diligit deū, non
potes quidem diligere tāquam teipsum, qui deum diligis: di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gliges tamen vt diligat. Non est autem idipsum diligere vt diligat, & diligere quia diligit. Proinde vt tibi & ipse sapiat prout est, sapiet tibi nō quidē quod est, qui vtique nihili est, sed quod futurus forsitan est, quod est prope nihili, quippe quod adhuc pendet sub dubio. Etenim de quo cōstat quòd ad amorem dei non sit deinceps rediturus, sapiat tibi necesse est non prope iam nihil, sed nihil ex toto, vtpote quod in æternum nihili est. Illo igitur excepto qui non modo iam non
Psal.138.d diligendus, insuper & odio habendus est, secundū illud: Nónne qui oderūt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebā? de cetero nulli vel inimicissimo homini negari quātulumcūq; affectū charitas sanè in hac parte ambitiosa permittit. Quis sapiens, & intelliget hæc? Da mihi hominem qui ante omnia quidem ex toto se diligat deum: se vero & proximum inquantum diligunt ipsum, inimicum autem tāquam aliquando forsitan dilecturum: porrò parentes carnis suæ germanius propter naturam, spirituales verò eruditores suos profusius propter gratiam: atque in hunc modū ad cætera quæque dei ordinato intēdat amore, despiciens terram, suspiciens cœlum, vtens hoc mundo tanquam non vtens, & inter vtenda & fruenda intimo quodā mentis sapore discernens, vt transitoria trāsitorie, & ad id duntaxat quod opus & prout opus est curet, æterna desiderio amplectatur æterno:
H talem inquā, da mihi hominem, & ego audacter illum sapiētē pronuncio, cui nimirū quæque res reuera sapiunt prout sunt, & cui in veritate atque securitate competit gloriari & dicere: Quia ordinauit in me charitatem. Sed vbi ille, aut quando ista? Quod flens dici, quousque odoramus & non gustamus, prospicientes patriam, & non apprehendentes, suspirantes & de longe salutantes? O veritas exulum patria, exilij finis, video te, sed intrare non sinor carne retentus, sed nec dignus admitti, peccatis sordens. O sapientia quæ attingis à fine vsq; ad finē fortiter in instituēdis & cōtinendis rebus, & disponis omnia suauiter in beandis & ordinādis affectibus, dirige actus nostros prout nostra temporalis necessitas poscit, & dispone affectus nostros prout tua veritas æterna, requirit, vt possit vnusquisque nostrum securè in te gloriari & dicere: Quia ordinauit in me charitatem. Tu es enim dei virtus & dei sapientia Christus spōsus ecclesiæ dominus noster super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Qualiter sponsa petit sibi accumulari fructus bonorum operum cum floribus, & odoramentis fidei, & de spe & timore. Sermo LI.

Canti. 2.d FVlcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.] Creuit amor: quia incentiua amoris plura soliI to processerunt. Vides siquidem quanta hac vice non videndi tantùm, sed & colloquendi copia fuit. Ipsa quoque visio apparet vultu indulta sereniori, & sermo iucūdior, & sermocinatio longior atque protractior. Nec solùm oblectata colloquio, sed & gloriata præconio est. Ad hæc, eius quem
Eccli. 24.c desiderauerat refrigerata est vmbra, cibata fructu, potata calice. Nec enim sitibunda putanda est exisse de cella vinaria, in quam se introductam modo nouissimè gloriatur. Imò verò sitibunda, quoniam qui bibit me, inquit, adhuc sitiet. Post ista omnia sponso more suo secedente, illa languere amore se perhibet, id est præ amore. Qui enim gratiorē fuerat experta presentiam, eo postmodū absentiam molestiorem sensit. Subtractio nempe rei quam amas, augmentatio desiderij est: & quod ardentius desideras, cares ægrius. Rogat proinde ista interim odoramētis florum ac fructuum cōfoueri, quousque denuo reuertatur quem molestissimè sustinet demorantem. Atque is ordo sermonum. Nunc iam spiritualem fructum qui in ipsis est, spiritu duce veritatis tentemus eruere. Et si communis ecclesia sanctorum hic recipitur loquens: nos in floribus fructibúsq; designati sumus, sed & quíq; conuersi de seculo in toto seculo. In floribus quidem nouella & tenera adhuc incipientium conuersatio demōstratur, in fructibus vero proficientium fortitudo, & maturitas perfectorum. His stipata mater peregrinās & fructificans, cui viuere
Philip.1. Christus est, & mori lucrum: profectò æquanimius fert mo*Prou. 33.b* lestiam suæ dilationis, quoniam (iuxta scripturam) datur ei de fructu manuū suarū tanquam ex primitiis spiritus, & laudāt eam in portis opera eius. Si autem secundum moralē sensum K in vna anima vis tibi vtraq; hæc assignari, & flores videlicet & fructus: fidem florem, fructum actum intellige. Nec incó gruè (vt opinor) id tibi videbitur, si aduertas quomodo instar floris necessariò prudentis fructum, bonum quoque opus fi*Hebr.11.b* de oporteat prēueniri. Alioquin sine fide impossibile est placere deo, Paulo attestante: magis autem æquè ipso docente:
Rom. 14.d Omne quod non est ex fide, etiam peccatum est. Itaque nec *Iaco.2.d* sine flore fructus, nec sine fide opus bonum. Sed & fides si*Canti.2.d* ne operibus mortua est, sicut inutiliter quoque flos apparet vbi non sequitur fructus. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Ergo ex bonis operibus in fide non ficta radicatis recipit cōsolationem mēs assueta quieti, quoties sibi (vt assolet) lux contemplationis subtrahitur. Quis enim non dico continuè, sed vel aliquandiu dum in hoc corpore manet, lumine contemplationis fruatur? At quotiēs (vt dixi) corruit à contemplatiua, totiens in actiuam se recipit, inde nimirū tanquā è vicino familiarius reditura in idipsum, quoniam sunt inuicem contubernales hæ duę, & cohabitant pariter. Est quippe soror Mariæ Martha. Neque enim etsi à contemplationis lumine cadit, patitur tamē vllatenus se incidere in tenebras peccati seu ignauiā ocij, sanè in luce bonæ operationis se retinēs. Et vt scias etiā opera lucē esse, Luceat *Mat.5.b* lux vestra, inquit, coram hominibus: quod non est dubiū de L operibus fuisse dictum, quę homines poterant intueri. Fulci*Can. 2.d* te me floribus, stipate me malis: quia amore lāgueo. Cū præsto est quod amatur, viget amor, languet cū abest. Quod non est aliud q̄ tædium quoddā impatiētis desiderij, quo necesse est affici mentē vehemēter amātis absente quem amat, dum totus in expectatione, quātamlibet festinatione reputat tarditatem. Et ideo ista postulat sibi accumulari bonorum operum fructus cum fidei ordinamētis, in quibus morā faciente sponso interim requiescat. Loquor vobis experimentum meum quod expertus sum. Siquādo sanè comperi profecisse aliquos vestrum ex meis monitis, tunc nō me piguit, fateor, curā prætulisse sermonis proprio ocio & quieti. Cum enim (verbi gratia) post sermonem iracundus quispiam reperitur mutatus in mitem, superbus in humilē, pusillanimis in fortem: porrò mitis, humilis, fortis, in sua quisque gratia excreuisse, & seipso melior factus esse agnoscitur, sed & qui fortè tepuerant & languebant circa spirituale studium torpenter & dominantes, ad ignitum eloquium domini referbuisse & euigilasse videntur, & qui deserto fonte sapientiæ foderant sibi propriæ volūtatis cisternas non valētes aquas cōtinere, ꝓpterēaque ad omne iniunctū grauati corde arido murmurabāt, nullū in se habentes deuotionis humorē: hi inquā cum de rore verbi & pluuia voluntaria quā ſegregauit deus hæreditati suæ, resloruisse probantur in opera obedientiæ, facti in M omnibus volūtarij & deuoti, nō est (dico vobis) vnde subeat mentem quasi pro intermisso studio iucundę contemplationis trīstitia, cum talibus fuero circundatus floribus atque fructibus pietatis. Patienter auellor ab infœcundæ Rachelis amplexibus, vt de Lia mihi exuberent fructus profectuum vestrorum. Minimè prorsus pigebit me intermissæ quietis pro cura sermonis, cum videro in vobis germinare semen meum, atque ex ea augeri incrementa frugum iustitię vestræ. *1.Cor.13.b* Charitas enim quæ non quærit quæ sua sunt, id mihi iamdudum facilè persuasit, nil scilicet desiderabilium meorum vestris præferre vtilitatibus. Orare, legere, scribere, meditari, *Cant.2.* & si qua sunt alia spiritualis studij lucra, hæc arbitratus sum propter vos detrimenta. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Hoc itaque locuta est sponsa adole*Cant.2.e* scentulis in sponsi absentia, monens eas in fide proficere & operibus bonis, donec veniat, sentiens in eo fore & beneplacitum spōsi, & filiarum salutē, & suam ipsius cōsolationem. Scio me hūc locum in libro de dilectione dei plenius explicuisse, & sub alio intellectu, potiorine an deteriori, lector iudicet, si cui vtrumq; videre placuerit. Nō sanè à prudente de diuersitate sensuum iudicabor, dummodo veritas vtrobique nobis patrocinetur, & charitas cui scripturas seruire oportet, eò ædificet plures quò plures ex eis in opus suum veros erudierit intellectus. Cur enim hoc displiceat in sensibus scripturarum, quod in vsibus rerum assiduè experimur? In quantos

A tos (verbi causa) sola aqua nostrorum assumtur corporum vsus? Ita vnusquilibet diuinus sermo non erit ab re si diuer-
Cant. 2.a sos patiat intellectus, diuersis animarum necessitatibus & vsibus accommodandos. Sequitur: Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.] Et super hoc quoque in prefato opusculo memini vberius disputatū: sed signem⁹ sermonis ordinem. Liquet denuò adesse sponsum, credo vt sua præsentia languentē erigat. Quomodo enim non in præsentia eius conualesceret, quam absentia consternat? Ergo nō sustinet dilectæ molestiam, adest, neque enim moram facere potest tātis desideriis euocatus. Et quia illam cōpererat donec absens fuit, fidelem ad opera, & solicitam ad lucra, in eo nimirū quòd flores sibi & fructus præceperat adunari, etiam eum propensiori hac vice remuneratione gratię est reuersus. Denique vno brachiorum suorum sustentat caput iacentis, alterum ad amplexandum parās, vt sinu foueat. Felix anima, quæ in Christi recumbit pectore, & inter verbi brachia requiescit. Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Non ait, amplexatur: sed, amplexabitur me: vt noueris prioris gratiæ adeò non ingratam, vt secundā gratiarū actione præuenerit. Disce in referendo gratiam nō esse tardus aut segnis, disce ad singula dona gratias agere. Diligēter, inquit, considera quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet dei
B *Ioan. 6.b* dona debita gratiarum actione frustrentur, non grandia, non mediocria, non pusilla. Denique iubemur colligere fragmēta ne pereant, id est nec minima beneficia obliuisci. Nūquid non perit, quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. Propter hoc denique sponsa mox vt gratiam de læua sensit, gratias egit, non expectās plenitudinem quæ in dextera est. Neque enim vbi memorata est læuam iam esse sub capite suo, etiam secuta est à dextera se similiter amplexatam, sed amplexabitur me, inquit. Cæterùm quid putamus verbo sponso læuam esse siue dexteram? Nū id quod dicitur hominis verbum, istiusmodi corporeas partes habet in se diuisas, & lineamenta distincta, ac distinguentia inter sinistram & dexteram? Quanto magis is qui dei & deus est sermo varietatem prorsus aliquam non
Psal.146.a admittit, sed est qui est, in sua nimirū natura tam simplex, vt non habeat partes, tam vnus vt non habeat numeros. Est enim dei sapientia, de qua scriptum est: Et sapientiæ eius non est numerus. At si quod inuariabile est, id incomprehensibile, ac per hoc etiam ineffabile esse necesse est: vbi quæso inuenias verba quibus illam maiestatem vel dignè assignes, vel proprie proloquaris, vel competenter diffinias? Tamen vt-
C cunque loquamur quod vtcunque de ea spiritu sancto reuelante sentimus. Docemur authoritate patrum & consuetudine scripturarum cōgruentes de rebus notis licere similitudines vsurpare, sed & verba non noua inuenire, sed nota mutuari vel transferre, quibus dignè & cōpetenter eędem similitudines vestiātur. Alioquin ridiculè ignota per ignota docere conaberis. Ergo quia per dextrum & sinistrum aduersa solent atque prospera designari: videtur mihi hoc loco intelligi posse læuam quidem verbi cōminationem supplicij, dextram verò regni promissionem. Est autem cum mens nostra formidine pœnæ seruiliter premitur: & tūc nequaquam sub capite, sed super caput læua esse dicēda est: nec potest sic affecta anima omnino dicere, Quia læua eius sub capite meo. At verò si proficiens ex hoc spiritu seruitutis trāsierit in quēdam spontanei obsequij digniorem affectum, quatenus vi-
Cant.2.e delicet prēmiis potius prouocetur quàm arctetur suppliciis, magis autem si amore boni ipsius agatur: tunc indubitanter dicere poterit, Quia læua eius sub capite meo: quippe qui illum seruilem metū qui in sinistra est, meliori atque excellentiori habitudine superarit animi, & dignis desideriis etiā ipsi
Psal. 15. c appropiauerit dexteræ in qua sunt omnes promissiones, dicente propheta ad dominum: Delectationes in dextera tua
Cant.2.e vsque in finem. Vnde & certa spe concepta cum fiducia loquitur: Et dextera eius amplexabitur me. Tu iam mecum
Psal.4. videris an ita affectæ & assecutæ hunc tantæ suauitatis locū, illud quoque conueniat de psalmo vsurpare, vt dicat etiam ipsa: In pace in idipsum dormiam & requiescam: præsertim cum suppetat causa quę sequitur, quoniam tu domine singu- D
lariter in spe constituisti me. Quod equidem tale est. Donec quis premitur à spiritu seruitutis, parúmque habet de spe, de timore plurimū, nō est ei pax neq; requies, fluctuante nimirum conscientia inter spem & timorem, maximéque quòd à superexcellēte timore abūdātius crucietur. Nam timor pœnam habet, & ideo non est illi dicere: In pace in idipsum dor- *Ibidem.*
miam & requiescā, quando necdū se singulariter in spe constitutū dicere potest. Cæterùm si paulatim per incrementum gratię cœperit deficere timor, & proficere spes, cum demum ad hoc ventū fuerit, vt totis viribus exurgens charitas in adiutorium spei foras mittat timorem, nónne eiusmodi anima singulariter in spe constituta videbitur, ac proinde etiam in *Psal.67.f* pace in idipsum dormire iam & requiescere? Si dormiatis, inquit, inter medios cleros pēnæ columbæ deargentatę. Quod propterea dictum puto, quoniam est locus inter timorem & securitatem, tanquam inter læuam & dexteram, media videlicet spes, in qua mens & cōscientia molli nimirum supposito charitatis strato suauissimè requiescit. Et forte in consequentibus huius ipsius cantici hic locus fuerit designatus, vbi in descriptione ferculi Salomonis inter cætera habes: *Cant.3.d*
Media charitate cōstratum propter filias Hierusalē. Nam qui se singulariter in spe constitutum sentit, non iam in timore seruit, sed requiescit in charitate. Denique requiescit & dor- *Cant.2.b*
mit sponsa: pro qua dicitur: Adiuro vos filiæ Hierusalem per E
capreas ceruósque camporum, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa velit. Magna & stupenda dignatio, quòd quiescere facit animam cōtemplantem in sinu suo, insuper & custodit ab infestantibus curis, protegitq; ab inquietudinibus actionum, & molestiis negociorum nec patitur omnino suscitari nisi ad ipsius vtique voluntatem. At istud non in angustiis finiēdi iam sermonis adoriendum est; magis autem hinc alius inchoetur, quatenus locus delectabilis debita in tractando diligentia non fraudetur. Non quòd vel tunc sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis (presertim in tam digna tāmque excellente & omnino supereminēte materia) sed sufficiētia nostra ex deo est, sponso ecclesię Iesu Christo domino nostro, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De excessu qui contemplatio dicitur, in qua sponsus facit quiescere animam sanctam, pro eius quiete zelans, Sermo. LII.

A Diuro vos filiæ Hierusalem, per capreas ceruósq; cam- *Cant. 2.e*
porum, vt non excitetis neq; euigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa velit.] Prohibentur adolescentulæ. Has enim filias Hierusalem dicit, quia etsi delicatę & molles quasi fœmineis adhuc affectibus & actibus infirmæ, sponsæ tamē inhærent spe proficiendi, & proficiscendi Hierusalem. Pro- F
hibentur ergo ab infestatione sponsæ dormientis, ne scilicet præter voluntatem ipsius vllatenus eam excitare præsumāt. Propterea enim dulcissimus sponsus læuam suam capiti eius *Ibidem.*
supposuit, secundum ea quæ præmissa sunt, quatenus in sinu suo eam quiescere faceret & dormire. Et nunc sicut subinde scriptura prosequitur, ipse custos illius dignātissimè & beneuolentissimè vigilat super eam, ne adolescentularum crebris minutísq; necessitatibus inquietata euigilare cogatur. Ista est literalis cohærentia textus. Sed enim cōtestatio illa facta per capreas ceruósq; camporū, nihil omnino secundum literam consequētiæ rationabilis habere videtur, adeo totam sibi eā vendicat intelligentia spiritualis. At quoquo modo illa se habeat, interim bonū est nos hic esse, & intueri paulisper naturæ diuinæ bonitatē, suauitatē, dignationē. Quid nanq; tu homo in humanis vnquā affectibus expertus es dulcius, quàm modo tibi exprimitur de corde altissimi? Et exprimitur ab illo qui scrutatur alta dei, & nō potest nescire quę in eo sunt, quia spiritus ipsi⁹ est: nec aliud planè loqui quàm quod apud ipsum vidit, quōniā veritatis spiritus est. Deniq; nec deest in nostro genere qui hoc munere felix lætificari meruerit, & sic in semetipso suauissimi arcani huius habuerit experimentū: nisi tamē scripturæ loco qui præ manibus est, omnino deeredimus, vbi manifestè inducitur cœlestis spōsus vehementissimè zelans pro quiete cuiusdam dilectæ suæ solicitus ser-

Guare inter brachia propria dormientē, nequa fortè moleſtia vel inquietudine à ſomno ſuauiſſimo deturbetur. Non mecapio præ lætitia, q̄ illa maieſtas tam familiari dulcíque cōſortio noſtræ ſe inclinare infirmitati minimè dedignatur, & ſuperna deitas animæ exulantis inire connubia, cíque ſponſi ardentiſſimo amore capti exhibere affectum nō deſpicit. Sic in cœlo eſſe non ambigo, vt lego in terra: ſentiétque procertò anima quod continet pagina, niſi quòd nō ſufficit iſta omnino exprimere quātum capere illa tunc poterit, ſed nec quantum iam poteſt. Quid putas illic accipiet, quæ hic tanta familiaritate donatur, vt dei brachiis amplecti ſe ſentiat, dei ſinu foueri, dei cura & ſtudio cuſtoditi, ne dormiens fortè à quopiam donec vltro euigilet, excitetur? Age iam itaque dicamus (ſi poſſumus) quiſnā ille ſit ſomnus quo dilectā ſuam ſponſus obdormire velit, nec patiatur omnino niſi ad ipſius arbitrium excitari, ne fortè cum legerit quis apud Apoſtolū:

Roma. 13.c Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: ſiue apud prophetā ex-
Pſal. 12. b orari ab ipſo deum illuminare oculos ſuos ne vnquā obdormiat in morte: nominū æquiuocatione turbetur, nec inueniat omnino quid dignè de dormitione ſpōſæ quæ hoc loco memoratur, ſentire poſſit. Nā ne illud quidem ſimile eſt huic
Ioan. 11.b quod de Lazaro ait in euāgelio domin⁹, Lazarus amicus noſter dormit, eamus & à ſomno excitemus eum. Hoc enim dicebat de morte corporis eius, cum diſcipuli de dormitione
H ſomni dictū putarent. Non eſt autem is ſponſæ ſomnus, dormitio corporis vel placida, quę ſenſus carnis ſuauiter ſopit ad tempus: vel horrida, quæ funditus vitā tollere cōſueuit. Multo magis verò & ab illa alienus exiſtit qua obdormitur morte, cum videlicet in peccato quod eſt ad mortem, irreuocabiliter perſeueratur. Magis autē iſtiuſmodi vitalis vigilque ſopor ſenſum interiorem illuminat, & morte propulſata vitam tribuit ſempiternam. Reuera enim dormitio eſt, quæ tamen ſenſum non ſopiat, ſed abducat. Eſt & mors (quod nō dubius dixerim) quoniam apoſtolus quoſdam in carne adhuc viuen-
Coloſſ. 3.a tes cōmendando ſic loquitur: Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Proinde & ego non abſurdè
Pſal. 123.a ſponſæ extaſim vocauerim mortem, quæ tamen non vita, ſed vitæ eripiat laqueis, vt poſſit dicere: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiū. Inter medios nāq; laqueos in hac vita inceditur, qui vtique totiens non timentur, quotiens ſancta aliqua & vehementi cogitatione anima à ſemetipſa abripitur: ſi tamem eousq; mente ſecedat & auolet, vt & hunc cōmunem trāſcendat vſum & conſuetudinē cogitan-
Prou. 1. b di. Etenim fruſtra iacitur rete ante oculos pēnatorum. Quid enim formidetur luxuria, vbi nec vita ſentitur? Excedente quippe anima, etſi nō vita, certè vitæ ſenſu, neceſſe eſt etiam vt nec vitæ tētatio ſentiatur. Quis dabit mihi pēnas ſicut co-
Pſal. 54.b lumbę, & volabo, & requieſcam? Vtinam hac morte ego frequenter cadam, vt euadā laqueos mortis, vt nō obſtupeſcā ad ſenſum libidinis, ad æſtum auaritiæ, ad iracundiæ & impatientię ſtimulos, ad angores ſolicitudinū, & moleſtias curarum. Moriatur anima mea morte iuſtorū, & nulla illā illaqueet fraus, nulla oblectet iniquitas. Bona mors, quæ vitā non aufert. ſed trāſfert in melius. Bona, qua nō corpus cadit, ſed anima ſubleuatur. Verū hęc hominū eſt. Sed moriatur anima mea mor te etiā (ſi dici poteſt) angelorū, vt preſentiū memoria excedēs rerū ſe inferiorum corporearúmq; nō modo cupiditatibus, ſed & ſimilitudinibus exuat, ſitq; ei pura cū illis conuerſatio cū quibus eſt puritatis ſimilitudo. Talis (vt opinor) exceſſus aut tantum, aut maximè contemplatio dicitur. Rerū etenim cupiditatibus viuendo nō teneri, humanę virtutis eſt: corporum verò ſimilitudinibus ſpeculādo nō inuolui, angelicę puritatis eſt: vtrunq; tamē diuini mumeris eſt: vtrunq; excedere, vtrunque teipſum tranſcendere eſt, ſed lōgè vnum, alterū non longè. Beatus qui dicere poteſt: Ecce elongaui fugiens,
Ibidem. & māſi in ſolitudine. Non fuit contentus exire niſi & lōge ſe faceret, vt poſſet quieſcere. Tranſiliſti carnis oblectamenta, vt minimè iam obedias cōcupiſcentiis eius, nec tenearis illecebris: profeciſti: ſeparaſti te, ſed nondū elōgaſti, niſi & irruētia vndique phātaſmata corporearum ſimilitudinū tranſuolare mētis puritate præualeas. Hucuſque noli tibi promittere requiē. Erras ſi citra inuenire te exiſtimas locū quietis, ſecretum ſolitudinis, luminis ſerenū, habitaculū pacis. Sed da mi- K
hi qui illuc peruenerit, & incunctāter fateor quieſcentē, qui *Pſa. 114.b*
meritò dicat: Conuertere anima mea in requiem tuā: quia do *Eſa. 4.b*
minus benefecit tibi. Atque hic verè in ſolitudine locus, & in
lumine habitatio, prorſus iuxta prophetam, tabernaculū in
vmbraculū diei ab æſtu, in ſecuritatē & abſconſionem à tur- *Pſal. 26.b*
bine & à pluuia. De quo & ſanctus Dauid: Abſcondit me, inquit, in tabernaculo ſuo in die malorū, protexit me in abſcōdito tabernaculi ſui. Puto ergo in ſolitudinem hanc ſeceſſiſſe ſpōſam, ibiq; præ amœnitate loci inter amplexus ſponſi ſuauiter obdormiſſe, id eſt in ſpiritu exceſſiſſe, quando prohibitæ ſunt adoleſcentulæ expergefacere illā quoaduſq; ipſa voluerit. At illud qualiter? Non enim ſimpliciter, neque leui (vt aſſolet) commotione prohibitæ ſunt: ſed omnino noua & inſueta cōteſtatione, per capreas ſcilicet ceruóſq; cāporum. Quo quidem genere ferarū videntur mihi ſatis congruenter expreſſæ ſanctæ animæ exutæ corporibus, ſimul & qui cum deo ſunt angeli, nimirum propter acumē viſus, & ſaltus celeritatem. Vtrunq; hoc ſiquidem vtriſque ſpiritibus cōuenire cognoſcimus. nā facilè & petūt ſumma, & intima penetrāt. Quorum quoque in campis deſignata cōuerſatio euidenter liberos atque expeditos ſignat in contemplatione diſcurſus. Quid ſibi vult ergo adiuratio facta per iſtos? Profectò ne inquietæ adoleſcētulæ audeant leui ex cauſa euocare dilectā à L
tam reuerendo collegio: cui abſq; dubio totiens admiſcetur, quotiens contemplando excedit. Pulchrè itaque horum auctoritate terrentur, à quorum ſocietate conſtat auelli illam ipſarum importunitate. Attendāt adoleſcentulæ quos offendant pariter cum matrem inquietant, & minimè ita materna de charitate confidant, vt non in illum cœleſtem conuenū ſine magna neceſſitate irruere vereantur. Id quippe ſe agere cogitēt quotiēs in cōtemplatione quieſcenti plus iuſto moleſtæ ſunt. Ponitur ſanè in voluntate ipſius, & vacare ſibi, & curæ illarum intendere prout oportere iudicauerit, cum vetatur excitari ab illis quouſq; ipſa velit. Nouit ſponſus quāta flagret dilectione etiā erga proximos ſponſa, & ſatis propria charitate ſolicitari matrē de profectibus filiarum, nec ſe vllo pacto illis ſubtracturam ſeu denegaturam quantū & quotiens opus fuerit: propterea q; ſecutæ diſcretioni eius credē- *Eccle. 24.*
dam cenſuit hanc diſputationē. Nō enim eſt talis quales multos videmus prophetica inuſtione notatos, qui quod craſſum eſt & fortè aſſumentes, quod debile eſt proiiciunt. Nunquid medicus valentes requirit, & non potius ægrotantes? Si contingat, facit forſitan vt amicus, ſed nō vt medicus. Quos docebis magiſter bone, ſi omnes indoctos repuleris? Quibus quęſo adhibebis diligentiam diſcipline, ſi indiſciplinatos vel effugaueris omnes vel fugeris? In quibus obſecro tuā proba- M
bis patientiam, ſi ſolos admiſeris manſuetos, inquietos excluſeris? Sunt tamen de hic ſedētibus qui vtinam præſens capitulum attētius obſeruarēt. Cogitarent certè quanta prępoſitis reuerentia debeatur, quos temere inquietando, cœli quoque ciuibus ſe reddunt infeſtos: & nobis fortè plufculum ſolito parcere demum inciperēt, nec tam irreuerenter leuitérque ſe ingererent cum vacamus. Rara ſatis mihi ad feriandū à ſuperuenientibus (vt bene norunt) conceditur hora, etiam cum ipſi me in omni patientia ſuſtinebunt. Verùm ego ſcrupuloſius moueo iſtiuſmodi querelā, ne quis fortè puſillanimis ſupra vires proprię patientiæ diſſimulet à neceſſitatibus ſuis, dum me inquietare veretur. Superſedeo igitur, & ne magis impatientiæ exemplū videar dare infirmis. Puſilli domini ſunt credentes in eum: non patior vt ex me ſcandalum patiantur. Nō vtar hac poteſtate: magis autem ipſi me vtantur, vt libet tantū vt ſa ui fiant. Parcent mihi, ſi non pepercerint: & in eo potius requieſcam, ſi non me inquietare timuerint pro neceſſitatibus ſuis. Geram eis morē quoad potuero, & in ipſis ſeruiā deo meo quandiu fuero, in charitate non ficta. Nō quæram quæ mea ſunt: nec quod mihi eſt vtile, ſed quod multis, id mihi vtile iudicabo. Hoc ſolū deprecor, vt fiat acceptum eis fructuoſūmque miniſteriū meum, ſi fortè vel ex hoc inueniam in die mala miſericordiam in oculis patris eorum ſimul & ſponſi eccleſiæ Ieſu Chriſti domini noſtri, qui cum eo eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Qualiter

A *Qualiter per montes & colles ſignificantur beatitudines cœleſtium ſpirituum, in quibus tranſiliit, id eſt notum fecit myſteriūm ſuæ incarnationis veniens ad incarnandum. Sermo LIII.*

VOx dilecti mei.] Videns ſponſa nouam adoleſcentularū verecundiam, & verecundum timorem, quòd ſcilicet de nouo cœpiſſent nō audere ſe ingerere ſancto ocio ipſius, nec ſicut heri & nudiuſtertius moleſtæ fieri quieſcenti in contemplatione præſumerent, agnoſcit hoc ſibi proueniſſe cura & opera ſponſi: & exultans in ſpiritu, ſiue pro illarum profectu quę à nimia & ſuperflua inquietudine compeſcuntur, ſiue pro ſua deinceps futura liberiori quiete, ſiue etiam pro dignatione & fauore ſpōſi adeo pro hac ipſa eius quiete zelantis, & tanto ſtudio defenſantis ſuauiſſima ocia ſua, imò ſtudia feruentiſſima: ait hoc facere vocem dilecti ſui, huius rei gratia factam ad illas. Etenim is qui aliis præeſt in ſolicitudine, vix vnquā vel rarò ſecurè vacat ſibi, dum ſemper timet ſui penuriam facere ſubditis, & non placere deo quòd communi vtilitati propriam præfert quietem, & cōtemplationis dulcedinē. Nō autē parum gaudij & ſecuritatis accedit interdum ſuauiter feriāti, cum ex metu quodam & reuerētia erga ſe immiſſa diuinitus cordibus ſubditorū, intelligit
B ſuam deo placere quietē, qui facit vt illi æquo magis animo ſuas neceſſitates ſuſtineant, quàm patris ſpiritualis grata audeant ocia remere perturbare. Nā iuſta trepidatio paruulorū manifeſtè ſignat audiſſe eos intus quaſi minacem atq; increpatoriā illius proculdubio vocem qui in propheta loquitur:
Eſa. 63.a Ego qui loquor iuſtitiam. Vox eius, inſpiratio eius eſt, ac iuſti timoris incuſſio. Comperta ergo hac voce ſponſa gaudēs
Cant. 2.b & exultās, Vox, inquit, dilecti mei. Amica eſt, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Et addit: Ecce iſte venit ſaliens in montibus, traſiliens colles.] Comperta ex auditu vocis dilecti præſentia, incunctanter intendit bene curioſos oculos
Geñ. 15.c ad videdum quem audierat. Auditus ducit ad viſum: quia fides ex auditu, qua corda mundantur, vt poſſit videri deus. Sic enim habes, Fide mundans corda. Videt itaq, veniente, quem
Pſal. 44.c loquentem audierat, obſeruante etiam hic ordinem illū ſpiritu ſancto, qui apud prophetam deſcriptus eſt ita: Audi filia, & vide. Et vt certius aduertas, non caſu neq; fortuitu, ſed de ſtudio magis & induſtria, ob illam ſcilicet rationē quā præmiſimus, auditū hoc loco præmiſſum viſui vide ſi nō hic or-
Iob 42.a do verborum à ſancto quoq; Iob obſeruatus inuenitur, vbi ſic loquitur deo: Auditu auris audiui te, & nunc oculus meus
Geñ. 2.a videt te. Sed & vbi ſpiritus ſanctus ſuper apoſtolos in die Pē
C tecoſtes, deſcendiſſe memoratur, nónne auditus viſum præueniſſe deſcribitur? Ait em̄: Factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis. Et infra: Et apparuerunt illis diſpertitę linguæ tanquam ignis. Et hic ergo ſpiritus ſancti aduētum primò auditus, dehinc viſus percepiſſe refertur. Sed de hoc ſatis: quoniam tu quoq; ſi curas operam dare huiuſcemodi inquiſitioni, poteris & ipſe fortaſſis i aliis ſcripturæ locis nonnulla ſimilia reperire. Nunciam illud cōſideremus quod diligentioris eget inquiſitionis, & difficiliores habet acceſſus: ad quod nimirū omnino me egere fateor adiutorio ſpiritus ſancti, vt ponere in lucem poſſim qui ſint illi montes ſeu colles ſuper quos ſalientem & trāſilientē eos eccleſia ſponſum lætis ſpectauit obtutibus, credo cū propetaret ad ipſius redemptionem cuius concupierat decorē. Nā
Pſal. 18.a id quidem propterea ita & nō dubiè ſenſerim, quoniā ſimile quid de propheta occurrit mihi euidēter in ſpiritu præuidēte & exprimente ſaluatoris aduentū. In ſole poſuit taberna-
Ibidem. culum ſuum, & ipſe tāquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſq; ad ſummum eius. Curſus & recurſus is notiſſimus eſt à quo: & ad quid initus conſummatúſq;, notiſſimū. Quid igitur? Pingemus nobis ſiue in pſalmis iſta legētes, ſiue in præſenti cantico, virū gigantem proceræ ſtaturę, abſentis cuiuſpiam mulierculæ amore captum, & dum properat ad cupitos amplexus, trāſilientem montes colléſq; hos, quos videmus mole corporea ſuper plana terrę tanta altitudine eminentes, vt & ſupra nubes aliqui illorum verticem extuliſſe cernantur? Verùm non decet iſtiuſmodi corporeas phantaſias imaginari, præſertim tractantes hoc D
cāticum ſpirituale: ſed nec licet omnino nobis, qui meminimus legiſſe in euāgelio quia ſpiritus eſt deus, & eos qui ado- *Ioan. 4.b*
rant eum, in ſpiritu oportet adorare. Qui ſunt ergo hi ſpirituales montes & colles, vt poſtmodum conſequenter agnoſcamus, ponſus qui deus, ac per hoc & ſpiritus eſt, quales & cuiuſmodi dabat ſaltus in illis vel ſuper illos? Si illos putam⁹
in quibus euangelium refert olim fuiſſe relictas nonaginta- *Mat. 18.b*
nouem oues, cum pius paſtor earum venit vnā in terris quærere quę perierat, nihilo minus & adhuc in obſcuro res eſt, & intellectus hæret, dum difficile ſit inuenire ſpirituales illas & ſupercœleſtes beatitudines (nam ipſę ſunt ſine dubio quę ibi memoratę ſunt oues) quos vel quales alios habeant ſpirituales ſimiliter montes vel colles ad habitandum paſcendúmve in illis. Veruntamen ſi non in veritate aliqui eſſent, veritas hoc non dixiſſet. Sed neque propheta longe ante de ciuitate *Pſal. 86.a*
ſuperna Hieruſalem protuliſſet, quia fundamenta eius ſint in montibus ſanctis, ſi non verè inibi eſſent montes ſancti. Denique quòd cœleſtis habitatio ſancta illa verè habeat non modo ſpirituales, ſed & viuos ac rationales montes colléſq;, audi Eſaiam: Montes & colles cantabunt coram deo laudes. *Eſa. 55.d*
Quinam igitur iſti, niſi iidem ipſi cœli inhabitatores ſpiritus, quos dominica voce oues diximus appellatos, vt ipſi ſint mōtes, qui oues? Niſi forte abſurdum tibi videatur, aut in mon-
tibus montes, aut in ouibus oues paſci: & iuxta literam qui- E
dem durum ſonat, ſecundum ſpiritualem autē intelligētiam dulce ſapit, ſi ſubtiliter aduertamus quomodo vtrarumque ouium paſtor, dei ſcilicet ſapientia Chriſtus, vnum idémque pabulum veritatis aliter in terris, aliter in cœleſtibus gregibus ſuis adminiſtret. Nam nos quidem mortales homines interim in loco peregrinationis noſtræ, in ſudore vultus noſtri comedere panem noſtrum neceſſe habemus, foris illum in labore & ærumna mendicātes, id eſt vel à doctis viris, vel à ſacris libris, vel certè per ea quæ facta ſunt, inuiſibilia dei intellecta conſpiciētes. Angeli autē in omni plenitudine etſi non à ſemetipſis, tamen in ſemetipſis tanta facilitate quanta & felicitate accipiunt, vnde & beate viuunt. Sunt enim omnes docibiles dei: quod ſanè electos hominum quandoque aſſecuturos certa veritate promittitur, & nondum experiri tribuitur, felicitate ſecura. Paſcuntur proinde in montibus montes, vel oues in ouibus, cum ſanè ſupernæ illæ ſubſtantię ſpirituales intra ſemetipſas de verbo vitę vnde ſuam beatam perpetuent vitam, affluenter inueniunt, iidem ipſi & montes & oues: mōtes propter plenitudinem vel celſitudinem, oues propter māſuetudinē. Pleni quippe deo, celſi meritis, cumulati virtutibus, nihilo minus tamen erectos vertices tota & humili obedientia ſubmittunt & inclinant illius lōge ſupereminentis imperio maieſtatis, tanquam oues manſuetiſſimæ ad nutum ſui paſtoris per omnia ambulantes, & ſequentes F
eū quocunq; ierit. Et in his (ſecūdum prophetam Dauid) ve- *Pſal. 86.a*
re montibus ſanctis tanquā prima omnium creata ſapientia, fundamenta ciuitatis domini ab initio firmiter ſtabilita conſiſtunt: quæ vtique vna eſt in cœlo & in terra, licet ex parte peregrinās, & ex parte regnans. Et ex his nihilo minus, iuxta *Eſa. 51.b*
Eſaiam, tanquam quibuſdam vitalibus cymbalis bene ſonātibus iugis reſonat gratiarum actio, & vox laudis, ſuaui & inceſſabili voce implentibus quod ex eodem propheta paulo ante memorauimus: quia montes & colles cātabunt coram deo laudes: & item quod ille alius loquēs ad dominū deum, Beati (ait) qui habitāt in domo tua domine, in ſecula ſeculorū *Pſal. 83.a*
laudabunt te. Hi ergo (vt ad id recurramus vnde aliquantulum, ſed vt puto neceſſariè digreſſum eſt) illi ſunt montes atque colles in quibus eccleſia vidit cœleſtem ſponſum mira alacritate ſalientem, cum ad ſuos properaret amplexus: nec modò ſalientem, ſed & tranſilientem eos. Vis tibi hos ſaltus ex literis prophetarū apoſtolorúmq; demonſtrem? Non quòd nūc omnia quæ de hac re apud illos ab ocioſis inueniri queunt teſtimonia replicare incipiam (hoc enim longū eſt, & opus non eſt) ſed ea tātummodo pono quæ breuiter & apertè aſtruere videātur id quod dicitur de ſpōſi ſaltibus. Dicit de illo Dauid, quia poſuit in ſole tabernaculum ſuum, & *Pſal. 18.a*
ipſe tāquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultauit vt gygas ad currendam viam: à ſummo cœlo egreſſio eius. En

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quantum saltũ dedit à summo cœlo ad terras. Sanè enim nõ inuenio alibi vbi in sole posuerit tabernaculum suum, id est in luce & in manifesto suam dignatus sit exhibere præsentiã ipse lucis inaccessibilis habitator, nisi vtiq; in terris. Deniq; *Baruc. 3.d* in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. In terris inquam palàm, quod est in sole posuit tabernaculum suum, corpus videlicet quod de virginis corpore ad hoc sibi aptare dignatus est, vt in eo in se inuisibilis videretur, & sic videret omnis caro salutare dei, cum in carne veniisset. Saliit ergo *Luc. 3. b* in montibus, id est in illis supremis spiritibus, cum ad eos vsque descendit sacramentum à seculis absconditum, & magnũ pietatis mysterium eis dignanter aperiens. Sed transiens hos superiores atque eminentiores mõtes, Cherubim scilicet atque Seraphim, necnon dominationes, principatus & potestates virtutésque etiam vsque ad inferiorem ordinem angelorum descendere tanquam ad colles dignatus est. Sed nunquid vel in illis remansit? Trãsiliit & colles. Nõ enim, inquit, *Heb. 2.d* angelos sed semen Abrahæ apprehẽdit, quod vtique angelis inferius est, vt sermo impleretur quẽ dixit memoratus pro- *Psal. 8.d* pheta loquẽs ita ad patrem de filio: Minuisti eum paulo minus ab angelis. Quanquam hoc sanè ad commendationẽ natu- *Ibidem.* ræ humanæ dictũ possit intelligi, quòd homo ad imaginẽ & similitudinem dei conditus, ac prẽditus ratione instar vtique angeli, modicum tamen distet ab angelo propter corpus H de terra. Sed audi apostolum Paulum apertè pronuncian- *Philip. 2.a* tem de eo: Qui cùm in forma dei esset, non rapinam arbitrabatur esse se æqualẽ deo: quia semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu *Gala. 4.a* inuentus vt homo. Et rursum: Vbi venit (inquit) plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erãt, redimeret. Qui ergo factus ex muliere, factus & sub lege est, proculdubio non solũ montes, id est maiores superiorésque beatitudines, sed etiã minores angelos descendendo transiliit, qui quidem in comparatione superiorum meritò collium nomine designantur. Cæ- *Luc. 7.d* terum qui minor est in regno cœlorũ, maior est quouis carnem portante super terram, etiam si sit ille magnus Ioannes Baptista. Nam etsi sanè deum hominem fateamur, etiã in homine super omnem principatum & potestatem longè incõparabiliter præeminere, certum tamen quia etsi præit maiestate, sed infirmitate succumbit. Ita ergo saliit in mõtibus, & transiliit colles, cum non solùm superioribus, sed & inferioribus spiritibus dignantissimè se inferiorẽ exhibuit. Nec modò illis supernis spiritibus, sed & ipsis qui domos luteas inhabitant, subiectum se exhibuit, transiliens & vincens humilitate etiam hominũ humilitatem. Erat denique subditus Ma- *Luc. 2.f* rię & Ioseph, cùm esset duodennis in Nazareth: & apud Ior- *Mat. 3.c* danẽ Ioannis se manibus iam iuuenis inclinauit. Sed & incli- I nata est dies, nec adhuc omnino de his montibus descendere libet. Cæterùm si hac vice voluerimus cuncta horum prout delectat explorare amœna, abdita perscrutari, verẽdũ ne aut sermo grata breuitate careat, aut larga excellensque materies debita diligẽtia & festinatione fraudetur. Pausemus proinde *Mat. 17.a* hodie iam si placet in montibus istis: quoniam bonum est *Psal. 22. a* nos hic esse, vbi à pastore Christo vnà cum sanctis angelis in *Psal. 94.b* loco pascuæ collocati, & iucundius pascimur & vberius. Et nos siquidem oues pascuæ eius. Ruminemus ergo tanquam munda animalia boni pastoris quę de hodierno sermone tota auiditate glutiuimus, sermone altero residua capituli eiusdem attentius percepturi; largiente spõso ecclesiæ Iesu Christo domino nostro, qui super omnia est deus benedictus in secula, Amen.

Qualiter tantùm per montes significantur angeli & homines, & per colles dæmones. Item de triplici timore quo quisque timere debet ne perdat gratiam bene operandi, quam à deo susceperit.
Sermo LIIII.

SVper eodem capitulo quod hesterno sermone versatum, est, dicturus sum aliũ intellectũ quem hodierno die seruaui: vos probate, & eligite priora. Non est opus superiora repetere, quæ excidisse non arbitror in tam breui. Si quo minus tamen, scripta sunt vt dicta sunt, & excepta stylo, sicut & sermones cęteri, vt facilè recuperetur quod fortè ex- K ciderit. Quapropter accipite alia. Ecce venit is (inquit) sa- *Cant. 2.b* liens in montibus, transiliens colles. Sponsum loquitur: qui profectò tunc in montibus saliit, cum missus à patre ad euãgelizandum pauperibus, angelorum fungi non est dedignatus officio, factus magni consilii angelus, qui dominus erat. Per se descendit ad terras, qui alios delegare solebat: per se *Psa. 97.a* notum fecit dominus salutare suum, per se in cõspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Cum itaque omnes iuxta Pau- *Heb. 1.d* li sententiam administratorij spiritus sint, missi in ministeriũ propter eos qui hæreditatem capiunt salutis: qui erat super illos, factus est inter illos tanquam vnus ex illis, dissimulans iniuriam, & accumulans gratiam. Sed audi ipsum. Non veni, inquit, ministrari, sed ministrare & animam meam dare *Mat. 20.d* pro multis. Quod quidem cæterorũ nemo fecisse inuentus est, vt omnes quotquot ministrasse visi sunt, ipse deuotis transierit fidelibúsque obsequiis. Bonus minister, qui carnem *1. Cor. 11.c* suam in cibum, sanguinem in potum, animam ministrauit in precium. Bonus planè, qui spiritu alacer, charitate feruens, pietate deuotus, non solùm salit in montibus, sed & transilit colles, id est superat & vincit alacritate ministrandi, vtpote *Psal. 44.b* quem vnxit deus deus suus oleo lætitiæ præ cõsortibus suis. In quo vtique singulariter exultauit vt gigas ad currendam L viam. Denique trãsiliit Gabrielem, & peruenit ad virginem, *Luc. 1. c* eodem archangelo testante, cum ait: Aue gratia plena, domi- *Psal. 17.b* nus tecũ. Quid: Quem modo reliquisti in cœlo, nunc in vtero reperis? Quonam modo? Volauit & prẽuolauit super pennas ventorum. Victus es ô archangele: transiliit te, qui præmisit te. Aut certè saliebat in montibus cum in angelis olim patribus apparebat: quod vtiq; proprietati literæ magis cõuenire videtur. Non enim ait, saliens in montes, sed in montibus: vt ipse in eis videatur salire, qui facit & dat vt saliant, quemadmodum loquitur in prophetis, operatur in iustis, cũ illis verba, & istis opera tribuit. Adde quòd aliqui eorũ personã eius gerebant, ita vt loqueretur quisq; illorum non tanquam angelus, sed tanquam dominus. Verbi gratia, ille angelus qui cum Moyse loquebatur, dicebat, non, Ego domini, sed, Ego dominus. atque id frequentius iterabat. Saliebat ergo in montibus, id est in angelis, in quibus & loquebatur, & suam hominibus exhibebat præsentiam. Ad homines enim saliebat, sed in angelis, non in se. Nõ in sua natura, sed in subiecta creatura. Qui enim salit, de loco ad locum vadit: quod non cadit in deũ. Ergo in montibus, id est in angelis saliebat, qui in se non poterat: & saliebat vsque ad colles, id est patriarchas & prophetas cæterósq; spirituales viros de terra. Sed transiliebat & colles, cum nõ solùm magnis & spiritualibus viris, sed & aliquibus de populo etiam & nonnullis mulieri- M bus æquè in angelis loqui & apparere dignatus est. Vel colles dicit aërias potestates, quæ inter mõtes quidem minimè iam numerantur, pro eo quòd a virtutum celsitudine defluxerunt per superbiam, nec tamen vsque ad humilia vallium, *Psa. 95.b* siue ad valles humilium per pœnitentiã detumescunt. De his arbitror illud dictum in psalmis: Montes sicut cera fluxerunt à facie domini. Hos itaque tumẽtes ac steriles colles tãquam medios positos inter mõtes pefectorũ & valles pœnitentium proculdubio transiliit, qui in montibus salit, hísque *Psal. 64.d* præteritis & despectis descendit ad valles, vt valles abundẽt frumento. Porrò illi è regione æterna ariditate ac sterilitate damnantur, sicut habes prophetæ super illos imprecationẽ. *2. Reg. 1.d* Nec ros, inquit, nec pluuia descendant super vos. Atque vt *1. Reg. 17.b* noueris quòd ad angelos qui præuaricati sunt, sub figura mõtium Gelboe ista loquatur, Vbi, inquit, ceciderunt vulnerati multi. Quàm multi in his maledictis montibus de exercitu Israël ceciderunt à principio & quotidie cadunt! De qui- *Psal. 87.d* bus & habes in eodem propheta, cùm dicit domino: Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt. Nõ est ergo mirum si steriles & infructuosi permanent isti, non montes cœlici, sed aërij colles, super quos nec ros nec pluuia descẽdit, quippe auctore gratiæ & benedictionum largitore transiliente eos, & descendente ad valles, vt cœlesti imbre perfundat humiles qui sunt super terram, vt fructum afferant in patientia, fructum tricesimum, sexagesimum, & centesimum. Denique visitauit

A visitauit terram, & inebriauit eam: multiplicauit locupletare *Psal. 64. b* eam. Terram visitauit, non aërem: quia misericordia domini *Psal. 32.a* plena est terra. Denique operatus est salutem in medio terrę, *Psal. 73.c* nunquid & in medio aëris? Hoc aduersum Originem, qui in aëre dominum glorię denuo pro dæmonibus impudenti cru- *Rom. 6.b* cifigit mendacio, cũ huius conscius mysterij Paulus affirmet quòd resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Verùm non solùm visitauit terram qui aërem transiliit: sed etiam cœlum: dicente scriptura: Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes. Vsq; ad nubes enim cœlum est quod inhabitat sancti angeli, quos non trãsiliit sponsus, sed salit in eis, ita vt imprimat ipsis duo quędam vestigia pedum suorum, misericordiã, & veritatem: de quibus domini vestigiis memini me in superioribus sermonibus plenius disputasse. A nubibus verò & infra dæmonum habitatio est in aëre isto infimo & caliginoso, in quibus nõ salit spõsus, sed trãsiliit illos & præterit, nec vllũ in se retinent dei trãseuntis vestigium. Nã quomodo in diabolo ve- *Isaiæ. 8.f* ritas est, de quo in euãgeliis veritatis sententia extat quòd in veritate nõ stetit, sed mendax extitit ab initio? Sed nec misericordem quis dixerit eum, qui nihilo minus ab initio homicida fuisse eadem ipsa euangelij veritate conuincitur. Porrò autem qualis paterfamilias, tales & domestici eius. Pulchrè proinde de sponso ecclesia psallens quòd in altis habitet, & B humilia respiciat in cœlo & in terra, nullam omnino mẽtionẽ facit de his qui in aëre versantur spiritibus superbis: quo- *Isaiæ. 4.b* niam deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Videt ergo illum salientem in montibus, & transilientẽ colles, iux- *Psa. 124.a* ta imprecationem Dauid dicẽtis: Omnes montes qui in circuitu eius sunt, id est in circuitu Gelboe, visitet dominus, à Gelboe autem transeat. Diabolo nempe (qui per Gelboe designatur) hincinde sunt montes quos visitat dominus, supra angeli, infra homines. In pœnam siquidẽ sũam locum in aëre isto medium inter cœlum & terrã de cœlo cadẽs sortitus est, *Psal. 111.b* vt videat & inuideat, ipsaq; inuidia torqueatur, scriptura dicẽte: Peccator videbit & irascetur: dẽtibus suis fremet & tabescet. Quàm miser cum suspicit cœlos, in quibus innumeros mõtes intuetur diuina claritate fulgẽtes, diuinis laudibus resultãtes, sublimes in gloria, abundãtes in gratia. Quàm miserior cum respicit terram montes nihilo minus quamplurimos de populo acquisitionis habentẽ, fide solidos, spe excelsos, charitate spacioſos, cultos virtutibus, bonorũ operũ fructibus refertos, de rore cœli tanquam de saltu sponsi quotidianam capientes benedictionem. Cum quanto putamus dolore & rãcore aspiciat ille cupidissimus glorię istos in circuitu suo tam glorioſos mõtes, cũ se & suos è regione incultos, tenebroſos, bonis omnibus infœcũdos despiciat, ita vt se sentiat esse opprobrium hominũ & angelorũ qui omnibus ex- C probrat, secũdum illud in psalmis: Draco iste quem formasti *Psal. 103.c* ad illudendum ei. Atq; hoc quia ob ipsorum superbiã transilit eos spõsus, saliens in montes qui in circuitu eius sunt, tanquam fons ascendens de medio paradisi, irrigans vniuersa, & *Psa. 144.b* implens omne animal benedictione. Beati qui torrẽte voluptatis huius potari interdum vel rarò promerẽtur, in quibus etsi non continue fluit, saltem per horas salit aqua sapientiæ, & fons vitę, vt fiat in ipsis quoque fons aquæ salientis in vitã *Psal. 45.a* æternã. Et quidem huius fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei, & sanè perenniter & affluenter. In nostros autem mõtes qui in terra sunt, vtinã interdum facta quasi inundatione saltus dare aliquos non despiciat, quibus sufficienter irrigati, nobis quoq; qui valles sumus, stillare vel raras guttulas possint, ne omnino aridi & steriles remaneamus. Miseria & egestas & omnino fames valida in regione illa quæ nullis vnquã istiusmodi vel saltibus vel instillationibus humectatur, præterfluente & transiliente illã fonte sapientię. Et quia non habuerũt, inquit, sapiẽtiam, perierunt propter suam insipientiã. *Baruch. 3.c* *Cant. 2.b* Ecce venit is saliẽs in montibus, transiliens colles. Ad hoc salit, vt transiliat, qui non vult ad omnes pertingere. Neque *1. Cor. 10.c* enim in omnibus beneplacitũ est deo. Fratres, si iuxta sapientiam Pauli scripta sunt ista ad correctionem nostram, obseruemus sponsi discretos & circũspectos saltus, quẽadmodum videlicet tam apud angelos quàm apud nos, & in humiles saliat, & superbos trãsiliat. Siquidem excelsus dominus & hu- *Psal. 137.b* milia respicit, & alta à longe cognoscit. Hæc inquam attẽdamus, quò cauti simus sponsi nos salutiferis saltibus preparare, ne veluti à montibus Gelboe forte transeat & à nobis, si indignos nos sua visitatione conspexerit. Quid superbis terra & cinis? Et de angelis trãsilit dominus execrans eorum superbiam. Ergo repudiatio angelorum fiat emendatio hominum: scripta est enim ad ipsorum correctionem. Cooperetur mihi in bonum etiam diaboli malum, & lauem manus meas *Psal. 57.b* in sanguine peccatoris. Qualiter? inquis. Audi. Superbo certe diabolo horrenda & formidolosa maledictio intorquetur, propheta Dauid in spiritu dicente de illo sub typo Gelboë, vt supra memoratum est. Montes, inquit, qui in circuitu eius sunt, visitet dominus, à Gelboë autem transeat. Sanè ego *Psal. 124.b* hoc legens, referénsque oculos in me, & intuens diligenter, inuenio me peste ipsa infectum quam in angelo dominus intantum exhorruit, quatenus propterea declinaret ab eo, cum omnes in circuitu eius montes, siue de angelis, siue de hominibus, visitationis suæ gratia dignaretur: & pauens treménsque aio ad memetipsum: Si sic actum est cũ angelo, quid de me fiet terra & cinere? Ille in cœlo intumuit, ego in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem in diuite superbiam quàm in paupere ducat? Væ mihi. Si tam durè in potente illo animaduersum est pro eo quòd eleuatum est cor illius, nec ei profuit quòd cognata potentibus superbia esse cognoscitur, quid de me exigendũ & misero & superbo? Denique iam luo pœnas, E iam acerbissimè vapulo. Nõ sine causa sanè ab heri & nudiusˉ tertius inuasit me languor iste animi, & mentis hebetudo, insolita quædam inertia spiritus. Currebam bene: sed ecce lapis offensionis in via: impegi, & corrui. Superbia inuenta est in me, & dominus declinauit in ira à seruo suo. Hinc ista sterilitas animę meę, & deuotionis inopia quã patior. Quomodo ita exaruit eor meum, coagulatum est sicut lac, factum est *Psal. 118.b* sicut terra sine aqua? Nec compungi ad lachrymas queo: tanta est duritia cordis. Non sapit psalmus, non legere liber, non otare delectat, meditationes solitas non inuenio. Vbi illa inebriatio spiritus? Vbi mentis serenitas, & pax & gaudium in spiritu sancto? Ideo ad opus manuum piger, ad vigilias somnolẽtus, ad iram præceps, ad odium pertinax, linguæ & gulæ indulgentior, segnior obtusiórque ad prædicationem. Heu omnes mõtes in circuitu meo visitat dominus, ad me autem non appropinquat. Num collis non sum ex his quos transilit dominus sponsus? Nam alium quidem intueor singularis abstinẽtiæ, alium verò patiẽtiæ admirandæ, alium autẽ summæ humilitatis & mãsuetudinis, aliũ multæ misericordiæ & pietatis, illum in cõtemplatione frequenter excedere, hunc pulsare & penetrare cœlos orationum instantia, aliósque in aliis prœminere virtutibus. Hos inquã cõsidero, omnes feruẽtes, omnes deuotos, omnes in Christo vnanimes, omnes donis cœlestibus & gratia affluẽtes, tanquã spirituales reuera mõ- F tes qui à domino visitãtur, & spõsum in se salientẽ frequẽter recipiunt. Ego autẽ qui horum in me inuenio nihil, quid me aliud putem quàm vnum de montibus Gelboë quẽ præterit in ira & indignatione sua ille cæterorum omnium benignissimus visitator? Filioli, hæc cogitatio tollit extollẽtiã oculorum, conciliat gratiam, sponsi saltibus præparat. Hæc ego in me trãsfiguraui propter vos, vt & vos ita faciatis. Imitatores *1. Cor. 4.d* mei estote. Quod nõ de exercitio dico modò virtutũ, aut morum disciplina, aut gloria sanctitatis (nec enim de huiusmodi quicquã mihi temere arrogauerim imitatione dignũ) sed volo vos non parcere vobis, sed accusare vosmetipsos, quoties forte in vobis vel ad modicũ repere gratiã, virtutẽ lãguescere deprehẽditis, sicut & ego pro huiusmodi memetipsum accuso. Hoc facere hominis est qui curiosus circunspector est sui, & scrutator viarum suarum ac studiorũ, atq; in omnibus semper suspectum habet arrogantię vitiũ, ne subrepat. In veritate didici nil æquè efficax esse ad gratiã promerendam, retinẽdã, recuperandã, quàm si omni tẽpore corã deo inueniaris nõ altum sapere, sed timere. Beatus homo qui semper est pauidus. Time ergo cum arriserit gratia, time cum abierit, ti- *Prou. 28.c* me cũ denuo reuertetur, & hoc est semper pauidũ esse. Succedant vicissim sibi in animo tres isti timores, secundũ quod gratia vel adesse dignatur, vel offensa recedere, seu iterũ placata redire sentietur. Cum adest, time ne non digne operetis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qualiter homo per veram pœnitentiam poteſt euadere iudicium dei. Sermo LV.

Canti.2.b

SImilis eſt dilectus meus capreæ hinnulóque ceruorum, Ex præcedenti verſiculo pendet. Quem enim ſaliẽtem & properantem modo deſcripſerat, conſequenter comparat capreæ hinnulóque ceruorum. Aptè quidem, quod hoc genus animantium curſu velox, & ſaltu agile ſit. Porro ſermo de ſponſo eſt, & ſermo ſponſus eſt. Et propheta dicit de deo, quia velociter currit ſermo eius: ſane congruens huic loco, vbi ſponſus (qui ſermo dei eſt) ſaliens tranſiliẽs. Pſal.147. quæ deſcribitur, ſimilis proinde factus capreæ hinnulóque ceruorum. Et hęc ratio ſimilitudinis. Adde tamen ne vlla ſimilitudinis ipſius vel minima proportiuncula vacet, quia caprea quidem non modo curſus pernicitate, ſed & acumine viſus eminet. Quod vtique propriè illam reſpicit narrationis partem, qua ſponſus non ſolùm ſaliens, ſed & tranſiliens apparere refertur: quia niſi acuto & perſpicaci intuitu non poſſet omnino, preſertim inter curtendú, diſcernere in quos ſalire, & quos trãſilire deberet. Alioquin poterat ſufficere ad deſignandam feſtinantis velocitatem, de ſolo hinnulo comparatio. Is quippe rapidiori ſe ferre noſcitur curſu. Nunc verò quoniam ſponſus iſte etſi ardenter amans curſim ruere in dilectæ videatur amplexus, nihilo min⁹ tamẽ greſſus vel potius ſaltus ſuos prudenti cõſideratione dirigere nouit, cautus L vbi oportuit figere pedem: oportuit profecto cum hinnulo etiam de caprea ſimilitudinem dari, quatenus & per illum ſalientis deſideriũ, & per hanc eligẽtis exprimeretur iudicium Chriſtus nẽpe iuſtus & miſericors, ſaluator & iudex, & quia 1.Tim.2.b amat, vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ve Ioan.15.d ritatis venire: & quia indicat, nouit qui ſunt eius, & ipſe ſcit quos elegit à principio. Igitur duo hæc bona ſponſi, miſericordiam ſcilicet & iudicium in his duobus animãtibus commendata à ſpiritu ſancto nobis interim ſentiamus, vt in teſtimonium integritatis & perfectionis fidei noſtræ, nos quoq; prophetam imitãtes, miſericordiam & iudiciũ cantemus domino. Ego autem non dubito & alia de horum natura ab his quidem qui talium curioſi & gnari ſunt, poſſe móſtrari, quæ ſponſo aptari vtiliter & congruenter queãt: ſed hæc (vt arbitror) ſufficere poſſunt ad dãdam rationem adductæ ſimilitudinis. Pulchrè tamẽ ſpiritus ſanctus non de ceruo, ſed de hinnulo ceruorum ſimilitudinem dedit, in quo & patrum fecit mentionem è quibus Chriſtus ſecũdum carnem, & infantiæ Eſai.9.d meminit ſaluatoris. Vt hinnulus quippe apparuit paruulus qui natus eſt nobis. Verum tu qui aduentũ deſideras ſaluatoris, time ſcrutiniũ iudicis, time oculos capreæ, time illũ qui Sophi.3.c per prophetam dicit: Et erit in die illa, & ego ſcrutabor Hieruſalem in lucernis. Acuto viſu eſt, nihil inſcrutatum relinquet oculus eius. Scrutabitur renes & corda, ipſaque cogitatio hominis cõfitebitur illi. Quid tutum in Babylone ſi Hieruſalem manet ſcrutinium? Puto enim hoc loco prophetam Hierusalem nomine deſignaſſe illos qui in hoc ſeculo vitam ducunt religioſam, mores ſupernę illius Hierusalem conuer ſatione honeſta & ordinata pro viribus imitantes, & non veluti hi qui de Babylone ſunt, vitam in perturbatione vitiorũ ſcelerúmque confuſione vaſtãtes. Denique illorum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad iudicium, & non egẽt ſcrutinio, ſed ſupplicio. Mea autem (qui videor monachus & Hieroſolymita) peccata certe occulta ſunt, nomine & habitu monachi adũbrata: & idcirco neceſſe erit ſubtili ea inueſtigari diſcutione, & quaſi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi. Poſſumus afferre aliquid & de pſalmo ad confirmã- Pſal.74.d dum id quod dicitur de ſcrutanda Hierusalem. Ait nanque ſub perſona domini: Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Vias iuſtorum (ni fallor) & actus eorum diſcuſſurum ſe & examinaturum dicit. Verẽdum valde cum ad hoc ven- 1.Cor.11.d tum fuerit, ne ſub tam ſubtili examine multæ noſtræ iuſtitię (vt putãtur peccata) appareant. Vnum eſt tamen, ſi noſmetipſos diiudicauerimus, non vtiq; iudicabimur. Bonum iudicium, quod me illi diſtricto diuinóq; iudicio ſubducit & abſcondit. Prorſus horreo incidere in manus dei viuentis. Volo 1.Cor.2.b vultui iræ iudicatus præſentari, non iudicandus. Spiritualis homo omnia diiudicat, & ipſe à nemine iudicatur. Iudicabo proinde

2.cor.6.a
1.Tim.4.d
1.Cor.15.f
Pſal.9.f
Deut.32.a
Ioan.15.a
Iaco.4.b
Ioan.5.c
1.Ioan.4.d
Pſal.110.b
Eccli.15.a
Prou.14.d
Ioan.2.b
Eſa.11.c
Pſal.103.a
1.Ioan.4.b

G ex ea. Nam hoc monet apoſtolus, Videte (inquiens) ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Et ad diſcipulum: Noli (inquit) negligere gratiam quæ in te eſt. Et de ſeipſo dicebat quia gratia dei in me vacua non fuit. Sciebat homo conſilium dei habens, redundare in contemptum donantis donum negligere, nec expendere ad quod donatum eſt, idque intolerabilem eſſe ſuperbiam iudicabat, & propterea ſtudioſiſſimè hoc malum & ipſe cauebat, docebátque cauendum. Sed rurſum latet fouea hic, quę nolo vos lateat, de qua is ipſe ſuperbiæ ſpiritus tanto periculoſius quanto occultius (ſicut habetis in pſalmo) inſidiatur quaſi leo in ſpelunca ſua. Nam ſi impedire non prævalet actionem, tentat intentionẽ ſuggerens & ſuadens quatenus effectum gratiæ arroges tibi quod quidem ſuperbiæ genus longe illo priore intolerabilius eſſe non ambigas. Quid enim odioſius illa voce qua quidam dixerunt: Manus noſtra excelſa, & non dominus fecit hæc omnia? Sic ergo timendum manente gratia. Quid ſi receſſerit? Num multo magis tunc timendum? Planè multo magis: quia vbi deficit tibi gratia, deficis tu. Audi etenim quid dator gratiæ dicat: Sine me (ait) nihil poteſtis facere. Time ergo ſubtracta gratia tanquam mox caſurus. Time & contremiſce, deo tibi, vt ſentis, irato. Time quia reliquit te cuſtodia tua. Nec dubites in cauſa eſſe ſuperbiam, etiam ſi non appareat, etiam ſi nihil tibi conſcius ſis. Quod enim tu neſcis, ſcit deus, & qui te iudicat, ipſe eſt. Sed nec qui ſeipH ſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem deus commendat. Nunquid commendat te deus, cum gratia priuat? Aut nunquid qui humilibus dat gratiam, humili auferet datam? Ergo argumẽtum ſuperbiæ, priuatio eſt gratiæ. Quanquam tamen interdum ſubtrahitur gratia ſiue retrahitur non propter ſuperbia quæ iam eſt, ſed quæ futura eſt niſi ſubtrahatur. Habes huius rei euidens documentum de apoſtolo, qui ſtimulos carnis ſuæ ſuſtinebat inuitus, non quia extolleretur, ſed ne extolleretur. Sed ſiue iam exiſtens ſiue nondũ, ſuperbia tamẽ ſemper cauſa erit ſubtractæ gratię. Iam ſi gratia repropitiata redierit, multo amplius tunc timendum, ne forte contingat recidiuum pati, iuxta illud in euãgelio: Ecce ſanus factus es, vade, & amplius iam noli peccare, ne aliquid deterius tibi contingat. Audis recidere quàm incidere eſſe deterius? Proinde inualeſcẽte periculó, inualeſcat & metus. Beatus es, ſi cor tuũ triplici iſto timore repleueris, vt timeas quidem pro accepta gratia, amplius pro amiſſa, longe plus pro recuperata. Hoc fac, & eris hydria in Chriſti cõuiuio impleta vſque ad ſuumum, cõtinens nimirum metretas non binas tantum, ſed & ternas, vt Chriſti merearis benedictionẽ quę aquas tuas conuertat in vinũ lætitiæ, & perfecta charitas foras mittat timorem. Quod dico, tale eſt: Aqua timor eſt, quoniam ab æſtu refrigerat deſideriorũ carnalium. Initium (inI quit) ſapientiæ timor domini. Et habes: Aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum, Si timor ſapiẽtia, & ſapientia aqua, timor aqua eſt. Denique timor domini, inquit, fons vitæ. Porro hydria mens tua. Capientes, inquit, ſingulæ metretas binas vel ternas. Tres metretę, timores tres. Et impleuerũt eas, inquit, vſque ad ſummũ. Non vnus timor, non duo quoque, ſed toti tres ſimul replẽt vſque ad ſummum. Omni tempore time deum, & ex omni corde tuo, & impleſti hydriam tuam vſq; ad ſummum. Amat deus integrum munus, affectum plenũ, perfectum ſacrificium. Cura proinde nuptiis cœleſtibus plenam inferre hydriam, vt de te quoque dicatur, quia repleuit eum ſpiritus timoris domini. Qui ſic timet, nihil negligit. Vnde nanque negligentia intret in plenitudinem? Alioquin quod capere adhuc aliquid poteſt, plenum non eſt. Eadem ſanè ratione non poteſt ſimul & ſic timere, & altum ſapere. Non eſt enim quò admirtas ſuperbiam, repletus timore domini. Et ſic de cæteris vitiis ſentiendum, quia neceſſe eſt omnia plenitudine timoris excludi. Tunc demum ſi plene, ſi perfectè timueris, dabit charitas ſaporem aquis tuis ad domini benedictionem. Sine charitate enim timor pœnam habet. Et quidem charitas vinum, quod lætificat cor hominis. Perfecta autem charitas foras mittit timorẽ, vt vbi aqua fuerat, vinum eſſe incipiat ad laudem & gloriam ſponſi ecclęſiæ Ieſu Chriſti domini noſtri, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

A proinde mala mea, iudicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiuniis, cæteríſq; ſanctæ laboribus diſciplinę. In bonis de me humiliter ſentiam, & iuxta præceptum domini ſeruum me inutilem reputabo, qui quod facere debui, tantùm feci. Dabo operam Sophi.1.c nec lolia pro granis, nec paleas cũ granis offerre. Scrutabor ego vias meas & ſtudia mea: quò is qui ſcrutaturus eſt Hierusalem in lucernis, nihil inſcrutatũ in me ſiue indiſcuſſum inueniat. Neq; enim iudicaturus eſt bis in idipſum. Quis mihi det ita ad liquidũ proſequi & perſequi vniuerſa delicta mea, vt in nullo oporteat vereri oculos capreæ, in nullo ad lumen contingat erubeſcere lucernarum? Et nunc videor, ſed nõ videO. Præſto eſt oculus cui omnia patent, etſi non patet ipſe. Cant.2.c Erit quando cognoſcam ſicut & cognitus ſum. At nunc quidem cognoſco ex parte, non tamen ex parte cognitus: ſed ex toto. Vereor aſpectum exploratoris illius qui poſt parietem ſtat. Hoc enim ſcriptura addit de illo quẽ pro acumine viſus capreæ aſſimilauit. En ipſe ſtat, inquit, poſt parietẽ reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. De quo ſuo loco videbimus. Hunc ergo vereor occultum occultorum exploratorem. Sponſa nihil veretur, quia nihil ſibi conſcia eſt. Quid Ibidem. denique vereatur amica, columba, formoſa? Nempe ſubinde habes. En dilectus meus, inquit, loquitur mihi. Mihi non loquitur, & ideo formido aſpectum, quoniam non habeo teſtiB monium. Tu quid audis de te ô ſponſa? Quid tibi loquitur dilectus tuus? Surge, inquit, propera amica mea, colũba mea, ſpecioſa mea. Verùm hoc quoque alteri ſeruabo principio, nec breuitate arctabo ea quæ diligentiam deſiderantia ſunt, ne forte & de hoc reus inueniar, ſi quo minus vos inueniamini in hac parte ædificati ad intelligentiam & amorẽ ſpõſi eccleſiæ Ieſu Chriſti domini noſtri, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Quòd peccata & vitia ſint tanquam parietes mediantes inter deum & peccatorem. Sermo LVI.

Cant.3.c

EN ipſe ſtat poſt parietem, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.] Secundum literam quidem videtur dicere, quia is qui cum ſaltibus aduentare proſpiciebatur, appropiaſſet vſq; ad contubernium ſponſæ, & ſtans poſt parietem curioſius introſpiceret per feneſtras & rimas, & verecundè non præſumeret ſeſe ingerere. Secundum ſpiritum autem appropiaſſe quidẽ nihilo minus intelligitur, ſed aliter, ita ſanè quemadmodum & à cœleſti ſponſo agi oportuit, & à ſpiritu ſancto dici. Nil quippe quod vel auctorem dedeceat vel narratorem, verus & ſpiritualis intellectus admittet. Ergo appropiauit parieti, cum adhæſit carni. Caro paries eſt: & appropiatio ſponſi, verbi incarnatio. Porrò cancellos & feC neſtras per quas reſpicere perhibetur, ſenſus (vt opinor) carnis & humanos dicit affectus, per quos experimentum cepit Eſa.53.b omnium humanarum neceſſitatum. Denique languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Humanis ergo affectionibus ſenſibúſq; corporeis pro foraminibus vſus eſt & feneſtris, vt miſerias hominũ homo factus experimento ſciret, & miſericors fieret. Sciebat & ante, ſed aliter. Sciebat deniq; virtutem obediendi ipſe dominus virtutum, & ta Hebr.5.c men (teſte apoſtolo) didicit ex his quæ paſſus eſt, obediẽtiam. Heb.4.c In hunc modum & miſericordiam didicit, etſi miſericordia domini ab æterno. Docet hoc quoq; idem gentium doctor, vbi eum aſſerit tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato, vt miſericors fieret. Vidésne factum eſſe quod erat, & quod nouerat didiciſſe, & ſibi apud nos quæſiſſe rimas & feneſtras, per quas calamitates noſtras diligentius exploraret? Tot autẽ in noſtro ruinoſo & pleno rimarum pariete inuenit foramina, quot noſtræ infirmitatis & corruptionis in ſuo corpore ſenſit experimenta. Sic itaque ſponſus poſt parietem ſtans, & per feneſtras & cancellos reſpiciens erat. Et bene ſtãs, quia ſolus reuera in carne ſteterit, qui carnis peccatũ non ſenſit. Poſſumus & hoc fideliter ſapere, quia ſtetit per di Mat.26.d uinitatis potentiam, qui per carnis infirmitatem occubuit, dicẽte ipſo: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Ego autem puto etiã illud huic ſententię ſuffragari, quod ſanctus Dauid in hoc myſterio, vtpote propheta domini & propherãs de domino loquebatur: & quidẽ Moyſen loquẽs, D ſed dominum intuens. Ipſe enim verus eſt Moyſes, qui verè per aquam venit, & non in aqua tantum, ſed in aqua & ſanguine. Ait itaque memorans propheta: Dixit vt diſperderet Pſa.105.d eos (patrem ſiquidem loquebatur) ſi nõ Moyſes electus eius ſteriſſet in confractione in conſpectu eius, vt auerteret iram eius, ne diſperderet eos. Quonam modo, quæſo, Moyſes ſtetit in confractione? Quẽadmodũ inquã aut ſtetit, ſi cõfractus eſt: aut ſi ſtetit, quomodo cõfractus eſt? At ego tibi oſtendo ſi vis qui verè ſtetit in confractione. Ego alium noui neminem qui hoc potuerit, niſi dominũ meum Ieſum, qui certè in mor te viuebat, qui corpore fractus in cruce, diuinitate ſtabat cũ patre, in vno nobiſcum ſupplicãs, in altero cum patre propitians. Et ſtabat poſt parietem, dum quod iacebat in illo, manifeſtũ erat in carne: & quod ſtabat in ipſo, quaſi poſt carnẽ latebat, ſanè vnus idémq; homo manifeſtus, & deus abſconditus. Sed & vnicuique noſtrum qui deſideramus aduentum ipſius, puto illũ nihilo minus poſt parietẽ ſtare, dum corpus hoc noſtrum, quod certè peccati eſt, abſcõdat interim nobis faciem eius, & præſentiã intercludat. Denique quãdiu ſumus 2.Cor.5.d in hoc corpore, inquit peregrinamur à domino. Non quia in corpore, ſed quia in corpore hoc, quod vtiq; de peccato eſt, & ſine peccato non eſt. Et vt ſcias quoniam obſtant nõ corpora, ſed peccata, audi ſcripturã: Peccata noſtra, inquit, ſepaEſa.59.a rãt inter nos & deum. Et vtinã vnus mihi tantũ obſtet paries E corporis, ſolúmq; obicem patiar id quod eſt in carne peccatum, & nõ multæ interſint maceriæ vitiorũ. Vereor enim ne etiam præter illud quod in natura eſt, quamplurima de propria iniquitate adiecerim, quorũ à me interiectu nimiũ elongauerim ſponſum, ita vt ſi verum dicere velim, poſt parietes magis mihi illum ſtare fatear, non poſt parietẽ. Sed dico hoc planius, Sponſus quidem æqualiter atq; indifferenter præſto vbique eſt, diuinæ vtique preſentia maieſtatis, & magnitudine virtutis ſuæ. Gratię tamẽ exhibitione ſeu inhibitione quibuſdam longe, quibuſdã prope eſſe dicitur angelorum duntaxat & hominum, id eſt rationaliũ creaturarum. Deniq; lonPſal.118.d ge à peccatoribus ſalus. Et ſanctus Dauid nihilo minus dicit: Vt quid domine receſſiſti lõge? Cæterũ à ſanctis pia diſpenPſal.9.d ſatione ad tempus & non ex toto, ſed iuxta aliquid aliquando longe ſe facit: peccatoribus autem de quibus dicitur, SuPſal.73.a perbia eorum aſcẽdit ſemper: & item: Inquinatæ ſunt viæ ilPſal.9.c lorum in omni tẽpore: ſemper valdéque longe eſt, atq; in ira hoc, & non in miſericordia. Quamobrẽ orat ad deũ ſanctus, & ait: Ne declines in ira à ſeruo tuo, ſciens quia & in miſeriPſal.26.c cordia potuerit declinare. Prope eſt ergo dominus ſanctis & electis ſuis etiã cum lõge eſſe videtur, & non æqualiter omnibus, ſed in aliis plus, aliis minus, pro meritorũ diuerſitate. Nam etſi prope eſt dominus omnibus inuocantibus cum in veritate, & iuxta eſt his qui tribulato ſunt corde, non tamen F omnib⁹ forſan ita vt dicere poſſint, quia ipſe ſtat poſt parietem. Sponſæ verò q̃ prope eſt, quæ vno tantũ pariete diuiditur? Propterea cupit diſſolui, & rupto medio pariete cum illo eſſe, quẽ poſt parietem eſſe confidit. Ego autẽ quoniam peccator ſum, diſſolui non cupio, ſed formido, ſciens quia mors peccatorum peſſima. Quomodo non peſſima mors, vbi non Pſal.33.d ſubuenit vita? Formido exire, & in ipſo contremiſco portus ingreſſu, dum non confido prope aſſiſtere qui excipiat exeũtem. Quid enim? Securéne exeo ſi nõ dominus cuſtodiat exitum meũ? Heu ero ludibrio dæmonum intercipientium me, non aſſiſtente qui redimat, neque qui ſaluum faciat. Nil tale verẽdum erat animæ Pauli, cui ab aſpectu & amplexu dilecti vnus tantũmodo paries obſiſtebat, videlicet lex peccati, quã inueniebat in membris ſuis. Ipſa eſt carnis concupiſcentia, qua carere omnino non potuit donec in carne fuit. Hoc ſanè vno interiecto pariete non longe peregrinabatur à domino: vnde & optabat clamans: Quis me liberabit de corpore Rom.7.d mortis huius? Sciẽs ſe mortis cõpendio continuò ad vitã peruenturum. Hac ergo Paulus ſe fatebatur vna lege teneri, ſcilicet cõcupiſcentia, quam carni ſuæ immobiliter inſitã tolerabat inuitus. De cætero nihil, inquit, mihi conſcius ſum. Ve2.Cor.4.a rùm quis ſimilis Paulo, qui non videlicet huic interdum cõſentiat concupiſcentiæ ad obediendum peccato? Nouerit proinde is qui peccato cõſenſerit, & alterũ ſibi ſe oppoſuiſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gse parietem,ipsum vtique prauum illicitúmque consensum, nec potest gloriari qui huiusmodi est quia stet sibi post parietē spōsus,quando iam parietes intersint,non paries. Mulrò minus si cōsensus venerit ad effectum,cum tertius quoq; iam paries spōsi arceat impediátque accessum: actus videlicet ipse peccati. Quid si & cōsuetudo forte peccatū in vsum aut vsus etiam in cōtemptum perduxerit:sicut scriptum est: *Prou.18.a* Impius cum venerit in profundum malorum,conténit. Nōne si ita exteris,milies antè à rugiētibus præparatis ad escam poteris deuorari,quàm peruenire ad sponsum,nō vno siquidem iam,sed tanta à te parietum numerositate interclusum? Primus,concupiscentia. Secundus,consensus. Tertius,actus. Quartus,consuetudo. Quintus,contēptus. Cura ergo cōcupiscentiæ priori totis resistere viribus,vt nō pertrahat in cōsensum,& omnis deinceps malignitatis fabrica euanescit: nec est omnino quod spōsum prohibeat appropinquare tibi præter solū parietem corporis,quatenus gloriari possis & tu dicens de illo: Quia en ipse stat post parietem nostrū. Sed & hoc tibi tota vigilantia prouidēdum,vt apertas semper inueniat fenestras,& cancellos quosdam cōfessionum tuarū,per quos te intus benignè respiciat:quoniam respect⁹ eius profectus tuus. Aiunt cācellos angustiores esse fenestras, quales H vtique hi qui libros describunt,aptare sibi solēt ad recipiendū lumen paginis. Vnde & puto cancellarios eos appellari, qui chartis conscribendis ex officio deputantur. Cum ergo sint duo genera compūctionis,vnum in mœrore pro nostris excessib⁹,alterū in exultatione pro diuinis muneribus: quotiēs sanè eam quę sine angustia cordis minimè fit,peccatorū scilicet meorum facio cōfessionem:videor mihi cancellum, id est angustioré aperire fenestram. Nec dubium qui libenter per istam respiciat is qui stat post parietem pius explora tor:quia cor contritum & humiliatū deus non despiciet. De- *Esa.43.d* nique & hortatur ad hoc ipsum: Dic tu(inquiens)iniquitates tuas,vt iustificeris. Quod si interdū corde dilatato in charita te,pro considerationē diuinæ dignationis ac miserationis libet animum laxare in vocem laudis,& gratiarū actionē:puto me nō iam angustam,sed amplissimam stanti post parietē sponso aperire fenestram,per quam(ni fallor)tantò libērius respicit,quantò amplius sacrificium laudis honorificat eum. Ad manum est de scripturis vtráque hanc approbare cōfessionem,sed scientibus ista loquor,& nō estis superfluis onerandi,qui vix necessariis indagandis sufficitis. Tanta quippe sunt sacramēta epithalamij huius & laudū præconia quę in eo decantantur ecclesiæ & sponso eius Iesu Christo domino nostro,qui est super omnia deus benedictus in secula. Amē.

De visitationibus domini,quæ fiunt animæ sibi recte vacanti: & quid per Mariam,la Zarum,& Mariam significatur. Sermo LVII.

I *Cantic.2.c* EN dilectus meus loquitur mihi.] Videte processus gratiæ, & dignationis diuinæ animaduertite gradus. Attendite sponsæ deuotionem atque solertiam, quam vigili vtique oculo sponsi obseruat aduentum, & deinceps ipsius omnia intuetur. Venit ille,accelerat,appropiat, adest, respicit,alloquitur,& nihil horum momentorum sponsæ in dustriam effugit,anticipátve notitiam. Venit in angelis,accelerat in patriarchis,appropiat in prophetis,adest in carne, respicit in miraculis,alloquitur in apostolis. Vel sic: Venit affectu & studio miserendi, accelerat subueniendi zelo, appropiat humiliādo semetipsum,adest præsentibus, prospicit in futuros,loquitur docēs & suadens de regno dei. Sic ergo est aduentus sponsi. Benedictiones & diuitiæ salutis cum eo & vniuersa quæ de ipso sunt, affluunt deliciis, redundantia certe iucundis ac salutaribus sacramentis. Porro quæ amat, *Luc.12.c* vigilat & obseruat & beata,quam dominus inuenerit vigilā tem. Nō transibit illam,nec præteribit ab ea,sed stabit & loquetur ei,loquetúrque amatoria,siquidem vt dilectus. Sic quippe habes: En dilectus meus loquitur mihi. Bene dilect⁹, qui venit amatoria locuturus,nō autem increpatoria. Neq; *Matt.16.a* enim de illis est qui à domino meritò arguūtur quòd faciem cœli diiudicare nossent,tempus verò aduentus eius minimè cognouissent. Hæc nanque tam solers & prudens ac bene vigilans & veniētem à longe prospexit,& salientem pro festinatione aduertit & trāsilientem superbos,vt humili sibi per K humilitatem propinquaret,vigilantissime obseruauit: & demū cum iā staret,& occultaret se post parietē, nihilo minus præsentem agnouit: sed & respicientem per fenestrā cancellósque persensit,& nunc pro remuneratione tantę deuotionis & religiosę solicitudinis loquentem audit. Sanè enim si respexisset,& minimè locutus fuisset, uspectus poterat esse ille respectus,ne forte magis indignationis foret,quàm dilectionis. Denique respexerit Petrum,& non fecit ei verbum. *Luc.22.g* Et ideo fortassis fleuit ille,quod respiciens se,tacuerit. Hæc autem quoniam post aspectum meruit & affatum: nō modò nō stet,sed & gloriatur præ lætitia clamās: En dilectus meus loquitur mihi. Vides intuitum domini,cum in se semper maneat idem,nō tamen eiusdem semper efficaciæ esse,sed conformari meritis singulorum quos respicit,& aliis quidem incutere metum,aliis verò magis consolationem & securitatē afferre? Denique respicit terram,& facit eam tremere: cum *psal.103.d* è regione respexerit Mariam,& infuderit gratiam. Respexit *Luc.1.e* (ait) humilitatē ancillæ suæ ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Non sunt hęc verba plorantis aut trepidantis,sed gaudentis. Respexit similiter hoc loco sponsam,& nec tremuit illa nec fleuit instar Petri quia non sapiebat terram sicut ille. Dedit verò lętitiam in corde eius,affatu testificās quo eam respexerit affectu. Denique verba quę lo- L quitur,audi quàm non indignantis sint,sed amantis. Sequi- *Cant.2.d* tur. Surge,propera amica mea,columba mea, formosa mea, & veni.] Felix cōscientia,quę de se ista meretur audire. Quis putas in nobis est adeo vigilans & obseruans tempus visitationis suæ,sponsúmq; aduentantem ita per singula eius momenta diligenter explorās,vt cum venerit & pulsauerit,con *Luc.12.d* festim aperiat ei? Non enim sic ista de ecclesia referuntur, vt nō singuli nos,qui simul in ecclesia sumus participare his ei⁹ benedictionibus debeamus. Etenim in hoc generaliter omnes atq; indifferenter vocati sumus,vt benedictionem hæreditate possideamus. Vnde & audebat dicere ad dominū quidam: Hereditate acquisiui testimonia tua in æternum, quia *Psal.118.c* exultatio cordis mei sunt. Illa puto hæreditate, qua se esse presumebat filiū patris sui qui est in cœlis: porro si filium, & hæredem: hęredem dei, cohęredem autem Christi. Magnam verò rem gloriatur se acquisiuisse hereditate ista, testimonia domini. Vtinam ego de me vel vnum meruerim tenere testimonium domini: quia is nō in vno,sed in multis exultat te- *Psa.118.b* stimoniis. Deniq, ait iterum: In via testimoniorum tuorum delectatus sum,sicut in omnib⁹ diuitiis. Et reuera quid diuitię salutis,quid deliciæ cordis,quid animę vera & cauta securitas,nisi domini attestationes? Nō enim,inquit,qui seipsum *2.Cor.10.d* commendat,ille probatus est,sed quem deus commēdat. Vt quid nos hactenus adhuc fraudamur commēdationibus seu attestationibus his diuinis,& paterna hæreditate priuamur? M Quasi minimè & nos volūtariè genuerit verbo veritatis,sic in nullo nos meminimus ab illo taliter cōmēdatos,nec vl *Roma.8.c* la de nobis assecutos testimonia eius. Vbi est quod apostolus dicit,quia ipse spiritus dei testimonium perhibet spiritui nostro quòd filij dei sumus? Quomodo filij, si expertes hæreditatis? Arguit nos pro certo negligentiæ & incuriæ ipsa inopia nostra. Nam si quis nostrum integrè & perfectè (iu- *Eccl.39.c* xta verbum sapiētis) cor suum tradat ad vigilādum diluculo ad dominum qui fecit illum,& in conspectu altissimi deprecetur,simúlque votis omnibus studeat (secūdū Esaiam prophetam) parare vias domini,rectas facere semitas dei sui, cui *Esa.40.c* cum propheta sit dicere: Oculi mei semper ad dominum, & *Psal.24.c* quia prouidebam dominū in conspectu meo semper: nónne *Esa.15.b* hic accipiet benedictionem à domino,& misericordiā à deo *Psal.23.a* salutari suo? Visitabitur profecto frequēter,nec vnquā ignorabit tempus visitationis suæ, quantumlibet is qui in spiritu visitat,clandestinus veniat & furtiuus,vtpote verecundus amator. Adhuc ergo longè agentem bene vigilans anima sobria mente prospiciet,& deinceps vniuersa comperiet quæ in dilecti aduētus sponsam tam solerter quàm signanter ad- *Prou.8.b* uertisse monstrauimus: quia ipse ait: Qui mane vigilauerint ad me,inuenient me. Nam & desiderium festinantis agnoscet: & quando prope & quando præsto iam erit,continuo sentiet,sed & respicientis se oculum quasi solis radium per fenestras

A fenestras & rimas parietis subeuntem beato oculo cernet,& demū audiet voces exultationis & amoris appellata amica, columba,formosa. Quis sapiens & intelliget hæc,ita vt ea etiam digne abinuicē distinguere, & designare singula queat, ac diffinire ad intelligentiam aliorum? Si à me illud speratur,ego ea mallē ab experto audire, & qui assuetus sit & exercitatus in talibus. At quoniam quisque qui huiusmodi est, verecunde magis silētio absondere eligit quod silentio percipit, & seruare secretum suum sibi,id sibi tutius arbitratur: dico ego cui ex officio loqui est,nec tacere licet, quicquid illud est quod de huiusmodi vel proprio vel alieno teneo experimēto,& quod facilè experiri plures queunt, sanè altiora relinquens apprehendere illa valentibus. Si igitur admonitus fuero vel foris ab homine,vel intus à spiritu de tuenda iustitia,& seruanda equitate,istiusmodi salutaris suasio erit mihi profecto prænūcia imminentis aduentus sponsi,& prępa- *Psal.84.b* ratio quædam ad dignè suscipiēdum supernum visitatorem, *Psal.88.c* propheta hæc mihi indicante,dicente, quia iustitia ante eum ambulabit. Et item loquitur deo sic. Iustitia & iudicium (inquit)prępparatio sedis tuæ. Nihilo minus verò spes eadem arridebit, si sermo insonuerit de humilitate vel patientia, seu etiam de fraterna charitate & obedientia deferenda prælatis: maximè autem de sectāda sanctimonia & pace,& cordis pu- *Psal.92.a* ritate quærenda, quoniam quidē scriptura ait, Domum do- *Psal.75.a* mini decet sanctitudo,& factus est in pace locus eius,& mū- *Matt.5.a* di corde deum videbunt. Quicquid itaque siue de his siue de B aliis quibuslibet virtutibus suggestum animo fuerit, significatio,vt dixi,erit mihi visitationem domini virtutum immi- *Psa.140.b* nere animæ meæ. Sed & si corripuerit me iustus in misericordia,& increpauerit me,idipsum sentiam, sciēs quia æmulatio iusti & beneuolentia iter faciunt ei qui ascendit super occasum. Bonus occasus,cum ad correptionem iusti stat homo & corruit vitium, & dominus ascendit super illud, conculcans hoc pedibus & conterens ne resurgat. Nō ergo contemnenda increpatio iusti, quæ ruina peccati cordis sanitas est,necnon & dei via ad animā. Sed nec vllus omnino sermo qui ædificet ad pietatem,ad virtutes, ad mores optimos, negligenter est audiendus,quoniam & illic iter quo ostenditur salutare dei. Quòd si sermo gratus venit & placidus, quatenus pulso fastidio cum desiderio audiatur: iam nō modò venire spōsus,sed & accelerare,id est cum desiderio venire credendus est. Illius nanque desiderium,tuum creat: & quòd tu *1.Ioan.4.b* eius properas sermonem admittere, inde est quòd ipse festinat intrare. Non enim nos eum, sed ipse(inquit)prior dilexit nos. Iam & si etiam ignitum eloquium sentis,atq; ex eo conscientiam vri in recordatione peccati: recordare tunc de quo *Psal.96.a* *Psal.33.d* scriptura dicit,quia ignis ante ipsum præcedet: & ipsum prope esse non dubites. Denique iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Si verò nō solùm compungeris in sermo- C ne illo,sed & cōuerteris totus ad dominum,iurans & statuēs custodire iudicia iustitiæ eius: etiam adesse ipsum iam noueris,præsertim si te inardescere sentias amore eius. Etenim vtrunque de illo legis,& ignem videlicet ante ipsum prędeve- *Deut.4.c* re,& ipsum nihilo minus ignē esse. Moyses siquidem de illo dicit,quia deus ignis cōsumens est. Differunt autem, quòd is qui prēmittitur ignis,ardorē habet,sed non amorē: coquens, sed non excoquens: mouens,nec promouens. Tantū ad excitandum præmittitur & præparandum,simúlque ad commonendum quid ex te sis,quò dulcius sapiat postmodū quod ex deo mox eris. At verò ignis qui deus est, consumit quidē, sed non affligit: ardet suauiter, desolatur feliciter. Est enim verè carbo desolatorius: sed qui sic in vitia exerceat vim ignis, vt in anima vicem exhibeat vnctionis. Ergo in virtute qua im- *Psal.117.c* mutaris,& in amore quo inflammaris,dominum præsentem *Psal.76.1* intellige. Nam dextera domini facit virtutem. Nō autem fit *Psal.38.a* hęc mutatio dexterę excelsi nisi in feruore spiritus,& in charitate non ficta,ita vt dicat qui huiusmodi est: Concaluit cor meū intra me,& in meditatione mea exardescet ignis. Porro hoc igne cōsumpta omni labe peccati,& rubigine vitiorum, si iam emundata ac serenata conscientia sequatur subita quædam atque insolita latitudo mētis, & infusio luminis illuminātis intellectum vel ad scientiā scripturarum, vel ad mysteriorum notitiam, quorum alterum propter nos oblectādos, alterum propter ædificandos proximos reor dari: oculus re- D spicientis proculdubio est iste, educens quasi lumē iustitiam tuam,& iudicium tuum tanquam meridiem: iuxta illud prophetæ Esaiæ: Orietur (inquit) tanquam sol lux tua,&c. Sed *Esa.58.c* sane non per ostia aperta,sed per angusta foramina is tātę claritatis radius se infunder tāte adhuc dūtaxat hoc ruinoso pariete corporis. Erras si aliter speras, ad quantamcunque cordis proficias puritatem,cum ille præcipuus contemplator dicat: Videmus nunc per speculum & in ęnigmate,tunc autem *1.Cor.13.d* facie ad faciem. Post hunc tantæ dignationis ac miserationis respectum sequitur vox blandè & leniter diuinam insinuans voluntatem, quæ non est aliud quàm ipse amor qui ocioſus esse non potest,de his quæ dei sunt solicitans & suadens. Denique audit sponsa vt surgat & properet, haud dubium quin *Cant.2.d* ad animarum lucra. Hoc siquidem vera & casta cōtemplatio habet,vt mentem quam diuino igne vehemēter succenderit, tanto interdum repleat zelo & desiderio acquirendi deo qui eum similiter diligant,vt ocium contemplationis pro studio prædicationis libentissimè intermittat: & rursum potita votis,aliquatenus in hac parte tāto ardētius redeat in idipsum, quāto se fructuosius intermisisse meminerit,& item sumpto contemplationis gustu,valentius ad conquirēda lucra solita alacritate recurrat. Cæterum inter has vicissitudines plerunque mens fluctuat, metuens & vehemēter exæstuans ne forte alteri horum,dum suis affectionibus hincinde distrahitur, E plus iusto inhæreat, & sic in vtrōlibet vel ad modicum à diuina deuiet voluntate. Et fortasse tale aliquid sanctus Iob pa *Iob 7.d* tiebatur cum diceret: Si dormiero,dico,quando cōsurgam? & rursum expectabo vesperam, hoc est, Et quietus neglecti operis,& occupatus perturbatæ nihilo minus quietis me arguo. Vides virum sanctum inter fructum operis, & somnum contemplationis grauiter æstuare: & in bonis licet semper versantem, semper tamen quasi de malis pœnitētiam agere, & dei cum gemitu momētis singulis inquirere voluntatem? Vnicum quippe in huiusmodi remedium seu refugiū oratio est,& frequens gemitus ad deum,vt quid,quando,& quatenus nos facere velit,assidue nobis demonstrare dignetur. Habes(vt ego opinor)tria hęc,id est prędicationem,orationem, contemplationem, in tribus commēdata & designata vocabulis. Etenim meritò amica dicitur,quę sponsi lucra studioseque *Cant.2.c* ac fideliter prædicando,consulendo, ministrando conquirit. Meritò colūba, quæ nihilo minus pro suis delictis in oratione gemens & supplicans, diuinam sibi non cessat conciliare misericordiam. Meritò quoq; formosa,quæ cœlesti desiderio fulgens,supernæ contēplationis decorē se induit, horis duntaxat quibus cōmode & opportune id potest. Sed & illud vide si valeat coaptari huic triplici vnius animæ bono, de trib⁹ videlicet personis illis in domo vna commanentibus, amicis vtiq; saluatoris,& admodum familiaribus ei: Marthā loquor F ministrantantē, & Mariam vacantem, & Lazarum quasi gementem sub lapide,& resurrectionis gratiā flagitātem. Hæc *Luc.10.g* dicta sunt pro eo quòd sponsa describitur adeo solers & peruigil in obseruādo semitas sponsi, vt minimè eā latere possit quando & in quanta festinatione ad se veniat: sed & quando longe,& quādo prope,& quādo præsens sit, nulla subitatione præoccupari valeat vt ignoret: & quia proinde meruerit nō solum respici misericorditer,sed & dignanter letificari amoris vocibus,& gaudere gaudio propter vocē sponsi. Nos quoq; ad hæc(quāuis audacter)adiecimus, quòd quæuis etiā de nobis anima si similiter vigilet, similiter & salutabitur vt amica,cōsolabitur vt colūba,amplexabitur vt formosa. Perfectus omnis reputabitur in cuius anima tria hæc cōgruēter atq; opportune cōcurrere videbūtur,vt & gemere pro se, & exultare in deo nouerit,simul & proximorū vtilitatibus potēs sit subuenire,placēs deo,cautus sibi,vtilis suis. Sed ad hęc quis idoneus? Vtinā ipsa in vniuersis nobis,etsi nō tota in singulis,saltē singula in diuersis sicut hodie haberi videtur,longis referuētur temporibus. Habemus siquidē Martham ranquam saluatoris amicam in his qui exteriora fideliter administrant. Habemus & Lazarum tanquā columbam gementē, nouitios vtiq;,qui nuper peccatis mortui,pro recentibus adhuc plagis laborant in gemitu suo sub timore iudicij,& sicut vulnerati dormiētes in sepulchris,quorum nemo est memor *Psal.87.a*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gamplius, sic se non putant reputari, donec ad Christi iussionem sublato pondere timoris, tãquam premẽtis lapidis mole, respirare in spem veniæ possint. Habemus quoque mariã contemplantẽ, in illis qui processu longioris temporis cooperãte gratia dei in aliquid melius & lætius proficere potuerunt, quãdo iam de indulgentia præsumentes, nõ tam versare intra se solliciti sunt tristem imaginem peccatorum, quàm certe in lege dei meditari die ac nocte insatiabiliter delectẽtur: interdum etiam reuelata facie gloriam spõsi cum ineffabili gaudio speculantes, in eandem imaginem transformantur de claritate in claritatem tanquam à domini spiritu. Iam ad quid sponsam surgere & properare hortetur is qui pauloante defensare vitus est eam nec dormiens suscitaretur, alio sermone videbimus. Adsit ipse vt & huius nobis sacramenti rationẽ aperire dignetur sponsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Psal.1.a

Qualiter sponsus hortatur sponsam, id est viros perfectos ad regimen imperfectorum, & de putatione vitiorum in eis facienda vt virtutes succrescant. Sermo LVIII.

Cantic.2.c SVrge propera amica mea, columba mea, formosa mea & veni.] Quis hoc dicit? Absque dubio sponsus. Et H nónne ipse est qui pauloante suscitari dilectam tantopere prohibebat? Quo pacto ergo nunc non solum vt surgat. sed vt & accederet iubet? Venit in mentem simile quid ex *Mat.26.d* euangelio. Ea quippe nocte qua dominus tradebatur, cum fatigatos productioribus vigiliis discipulos qui secum erãt, dormire demum ac requiescere præcepisset, in ipsa hora surgere cogit. Surgite eam⁹ (inquit) ecce appropinquat qui me *Ibidem.* tradet. Nunc quoque similiter vno penè momento & prohibet suscitari sponsam, & suscitat, Surge (inquiens) & veni. Quid sibi itaque vult tam subita hæc mutatio voluntatis siue consilij? Putamúsne leuitate vsum sponsum, & aliquid voluisse prius quod mox noluerit? Minimè. Sed agnoscite eas quas vobis supra, si meministis, commendaui, & non semel, vicissitudines vtique sanctæ quietis, ac necessarię actionis, & quia nõ sit in hac vita copia cõtemplandi, nec diuturnitas ocij, vbi officij & operis cogentior vrget instantiórq; vtilitas. More igitur suo spõsus vbi dilectam paululum in sinu proprio quieuisse persensit, ad ea denuo quæ vtiliora visa sunt, trahere non cunctatur. Non tamen quasi inuitam: nec enim quod fieri vetuit, faceret vllatenus ipse. Sed trahi sanè à sponso spõsæ, est ab ipso accipere desideriũ quo trahatur, desiderium bonorũ operum, desiderium fructificandi sponso, quippe cui viuere sponsus est & morti lucrum. Et est desiderium vehemens quod eam nõ tantum surgere, sed & surgere festinãter solicitat. Sic quippe habes: Surge, propera & veni. Nec parum cõfortat quod audit, veni: & non, vade: per hoc se intelligens nõ tam mitti quàm duci, & secum pariter sponsum esse venturum. Quid enim difficile sibi illo comite reputet? Pone me (inquit) iuxta te, & cuiusuis manus pugnet *Iob.17.a* contra me. Item: Si ambulauero in medio vmbrę mortis, nõ *Psal.122.a* timebo mala, quoniam tu mecum es. Non vtique suscitatur præterquam velit, quando fit prius vt velit: quod non est aliud nisi sancti quæstus immissa auiditas. Animatur etiam ad opus iniũctum: & de temporis opportunitate redditur *Canti.2.c* alacrior. Tempus faciendi (inquit) ô sponsa, quia hyems transiit, quando operari nemo poterat. Imber quoque qui inundatione facta operiebat terram, culturas impediebat, & vel sata necabat, vel seri vetabat: is inquam imber excurrit, abiit *Ibidem.* & recessit. Flores apparuerũt in terra nostra, vernalem profecto temperiem adesse signantes, operãdi commoditatem, frugum vicinitatem ac fructuum. Deinde subdit vbi & quid primum operari oporteat: Tempus (inquiens) putationis ad- *Ibidem.k* uenit. Ad vineas ergo excollendas ducitur: quæ vt possint vberioribus fructibus respõdere colonis, ante omnia necesse est sarmenta sterilia proiici, succidi noxia, putari superflua. Hęc iuxta literam Nunc iam videamus quid istiusmodi quasi historico schemate spiritualiter nobis innuatur intelligendum. Et vineas quidem animas esse vel ecclesias, simúlq; huius rei rationẽ quænam sit, dixi vobis iam, & audistis, nec opus habetis iteratò audire. Ad has itaque reuisendas, corrigendas, instruẽdas, saluãdas, anima perfectior inuitatur, quæ K tamen id ministerij sortita sit non sua ambitione, sed vocata à deo tanquam Aaron. Porro inuitatio ipsa quid est, nisi inti ma quędam stimulatio charitatis piè nos solicitãtis æmulari fraternam salutem, æmulari decorem domus domini, incre- *Psal.25.b* menta lucrorum eius, incrementa frugum iustitiæ eius, laudem & gloriam nominis eius? Istiusmodi itaque circa deum religiosis affectibus quotiẽs is qui animas regere, aut studio prædicationis ex officio intẽdere habet, hominem suum interiorem senserit permoueri, totiẽs pro certo spõsum adesse intelligat, totiens se ab illo ad vineas inuitari. Ad quid: nisi vt euellat & destruat, & ædificet & plãtet? Verum quoniam *2.Cor.6.d* operi huic, sicut & omni rei sub cœlo, non omne tẽpus suppetit & aptum est, addit is qui inuitat, tempus putationis aduenisse. Adesse hoc nouerat qui dicebat: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, nemini dantes vllã offensionem, vt non vituperetur ministeriũ nostrum. Vitiosa sine dubio atque superflua, & omne deniq; quod offendiculum dare, & impedire fructũ salutis possit, putare iam & resecare monebat, sciẽs quia tẽpus putationis aduenerit. Ideo & aie- *2.Tim.4.a* bat fideli cuidam cultori vinearum: Argue, increpa, obsecra: in primo & secundo horum putationẽ vel extirpationem, in vltimo plantationem indicens. Et hęc quidẽ sponsus per os Pauli de tempore operandi. Sed audi quid per proprium os de temporum consideratione sub alio quidem rerum sche- L mate & nomine cum noua sponsa sit locutus. Nónne vos di *Ioan.4.d* citis (inquit) quia quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iã ad messem. Itẽ: Messis quidẽ multa, operarij autẽ *Matt.9.d* pauci: rogate dominũ messis, vt mittat operarios in messem suam. Sicut igitur ibi metendi animarũ segetes tẽpus adesse mõstrabat, ita & hic vineas æquè intelligibiles, id est animas vel ecclesias tempus putandi aduenisse denũciat, id forsitan inter vtrasque res volẽs vocabulorum diuersitate distingui, vt messes plebes, vineas congregationes sanctorum cohabitantium intelligamus. Porro hyemale tempus quod prętericisse significat, illud mihi designare videtur, cum dominus Iesus iam non palàm ambularet apud Iudæos, eo quòd consPiraSSent aduersus eum volẽtes eum interficere. Vnde & di- *Ioan.7.d* cebat ad quosdam: Tempus meũ nondum aduenit, tempus *Ibidem.* autem vestrũ semper est paratum. Et rursum: Ascendite vos ad diẽ festum hunc, ego non ascendam. Ascendit tamen po- *Luce.12.f* stea & ipse, non palam, sed quasi in occulto. Extunc ergo & deinceps vsque ad aduẽtum spiritus sancti quo recaluerunt torpẽtia fidelium corda tanquam igne quẽ dominus ad hoc ipsum misit in terram, hyems fuit. Túne negaueris hyemem tunc fuisse, cum Petrus sederet ad prunas non minus gelido corde, quàm corpore? Denique erat frigus, inquit. Magnum *Ioan.18.i* reuera frigus cor negãtis constrinxerat. Nec mirum tamen, cum ignis ab eo ablatus esset. Nam pauloante nõ paruo fer- M uebat zelo, quippe adhuc igni proximus, qui euaginato gladio ne ignem perderet, ferui auriculam amputauit. Sed non *Luce.22.c* erat tempus putationis, & ideo audit: Cõuerte gladium tuũ *Matt.26.d* in locum suum. Erat enim hora & potestas tenebrarum, & quisquis tũc discipulorum leuaret gladium vel ferri vel verbi: aut ferro truncandus erat, & neminẽ lucraretur, nec quip piam fructus afferret: aut certe timoris gladio ad negandum cogẽd⁹, & sic magis ipse periret, iuxta verbum domini quod subiunxit mox ita dicens: Omnis qui accipit gladium, gladio *Ibidem.* peribit. Quis nempe cæterorum ante pauẽdam mortis imaginem impauidus staret, trepidãte & cedente principe ipso, & qui voce cõfortatoria sui imperatoris fuerat prænunitus *Matt.15.a* & præmonitus alios confortare? Cæterum nec is, nec illi *Psa.37.e* sibi adhuc induerant virtutem ex alto, & ob hoc tutum non erat eis exire in vineas, & exerere linguæ sarculum, & gladio spiritus putare vites, purgare palmites vt fructum plus afferrent. Denique ipse dominus tacebat in passione, & in multis interrogatus non respõdebat, factus (iuxta prophetam) sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones Dicebat autem: Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem *Luce.22.c* & interrogauero, non respondebitis mihi, sciẽs tempus putationis nondum aduenisse, nec responsuram prorsus vineã suam impẽsis laboribus, id est, nec fidei nec boni operis fructum

Actum aliquem relaturam. Quare? Quia hyems erat in cordibus perfidorum, & hyemales quidã malitiæ imbres occupauerant terram, iacta semina verbi suffocare quàm fouere parationes, sed & cultui vinearum omnem nihilo minus impendendam operam frustraturi. Quos vos me nunc putatis dicere imbres? Istóne quos videmus currentes per aëra nubes turbulento spiritu spargere super terram? Non est ita. Sed quos de terra in aërem sursum ferunt homines turbulẽti spiritus, ponentes in cœlum os suum, & lingua eorum transiẽs in terram, tanquam pluuia amarissima terrã ipsam palustrem ac sterilem facit, & tam plantis quàm satis inutilem, nõ quidem his visibilibus atq; corporeis ad nostros vtique corporeos vsus datis, de quibus nulla planè sicut nec de bobus cura est deo. Sed quibus? Profecto quę scuit & plãtauit dei manus, & nõ hominis, quæ & vel germinare vel radicare in fide & charitate poterant, & fructus parturire salutis, si bonis & temporaneis imbribus rigarentur. Animæ denique sunt, pro quibus Christus mortuus est. Væ nũbibus pluentibus istiusmodi imbres super eas, qui lutum faciant, fructum non afferant. Nam sicut sunt & bonæ & malæ arbores ferentes quæque fructus pro sui dissimilitudine differentes, bonæ videlicet bonos, & malæ malos: ita & arbitror nubes & bonas quę bonos, & malas quæ malos pluant imbres. Et vidẽ ne forte innueret nobis hanc nubium imbriúmque differentiam qui B *Isa.5.b* dicebat: Mandabo nubibus meis ne pluant super eam (haud dubium quin super vineam) imbrẽ. Cur putas adiunxisse si- *Ioan.19.c* gnanter, meis, nisi quia sunt & malæ nubes, quę nõ sunt eius? Tolle tolle (inquiunt) crucifige eum. O nubes violentas & turbidas. O imbrem procellosum, ô torrentem iniquitatis, euertere magis quàm fœcundare idoneum. Nec minus malus *Luc.23.d* minúsve amarus, minori licet impetu prorues, imber ille qui subsecutus est: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Christus rex Israël descendat nunc de cruce, & credimus ei. Philosophorum ventosa loquacitas non bonus imber est, qui sterilitatem magis intulit terris quàm fertilitatem. Multo magis praua dogmata hæreticorum, mali imbres sunt, quæ pro fructibus spinas producunt & tribulos. Mali imbres etiam traditiones phariſæorum, quos saluator redarguit, & ipsi nubes malæ. Et nisi existimes me iniuriam facere *Exo.20.d* Moysi (nã bona nubes est illa) non omne quod pluit vel ipsa, bonum tamen dicam, nec illi cõtradicam qui ait: Dedi illis, id est Iudæis, pręcepta nó bona, (haud dubium quin per Moysen) & iustificationes in quibus nõ viuent in eis. Literalis illa (verbi causa) obseruatio sabbati sonantis requiẽ non donantis, indictus sacrificiorum rĩtus, interdictus porcinę carnis esus, nonnullorúmque similium quæ immunda à Moyse censentur, pluuia est hoc totum ex illa nube descendẽs, sed nolo in agrum vel hortum meum quandoq; descẽdat. Fuerit sanè C bona suo tempore: post tempus si venerit, nõ bonã iam censeo. Omnis etiam lenis & leniter descendens pluuia, si sit in- + tẽpestiua, molesta est. Donec ergo istiusmodi aquæ pestilentes occupauerunt terram, & inualuerunt super eam, tempus suum vineę non habuerunt, nec fuit quòd sponsa inuitaretur ad putandas vineas. Cæterum illis decurrentibus terra apparuit arida, & flores apparuerunt in ea, significãtes tempus putationis adesse. Quæris quando hoc fuit Quando putas, nisi cum refloruit caro Christi in resurrectione? Et hic pri- *1.Cor.15.c* mus & maximus flos qui apparuit in terra nostra, nã primi- *Luc.3.c* tiæ dormiẽtium Christus. Ipse inquam flos campi, & lilium conualliũ, Iesus, vt putabatur, filius Ioseph à Nazareth, quod *Matt.27.f* interpretatur flos. Is ergo flos apparuit primus, non solus. Nam & multa corpora sanctorũ qui dormierant pariter surrexerũt, qui veluti quidam lucidissimi flores simul apparuerunt in terra nostra. Deniq; venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Flores etiam fuerunt qui primi crediderũt de populo, primitiæ sanctorum. Flores eorum miracula instar florum producentia fructum fidei. Nam postquã illa infidelitatis imber aliquãtulum vel ex parte abiit & recessit, secuta mox est pluuia voluntaria quam segregauit deus hæreditati suæ, & flores apparere cœperunt. Dominus dedit *Psal.84.b* benignitatem, & terra nostra dedit flores suos, ita vt vna die *Ezech.2.g* & 4.a tria milia, in alia quinque milia de populo crederent, adeo in breui creuit florum numerus, id est credentiũ multitudo. Et non potuit gelu malitiæ præualere aduersus flores qui appa- D rebant, nec pręcipere (vt assolet) fructum vitę quam promittebant. Nã cum omnes qui crediderant, induerentur virtute ex alto: surrexerũt ex eis homines qui minas hominum contempserunt fortes in fide, passi sunt quidem quamplurimos *1.Pet.5.e* contradictores, sed non cesserunt, neque subterfugerũt quo minus & facerẽt & annunciarent opera dei. Nam iuxta illud in psalmo spiritualiter quidem & seminauerũt agros, & plã- *Psa.106.d* tauerũt vineas, & fecerũt fructum natiuitatis. Processu temporis tempestas sedata est, & pace reddita terris creuerũt vineæ, & propagatæ & dilatatæ sunt, & multiplicatæ super numerum. Et tunc demum sponsa ad vineas inuitatur, non quidem ad plantandum, sed ad putandum quod plantatum iam erat. Opportunè quidẽ, nam id opus pacis tempus requirebat. Quando etenim persecutionis tempore id liceret? Alioquin sumere in manus gladios ancipites, facere vindictam in *Psal.149.* nationibus, increpationes in populis, alligare reges eorum in compedibus, & nobiles eorũ in manicis ferreis, & facere in eis iudicium cõscriptum: hoc quippe putare vineas est. Hæc inquam omnia vix vel pacis tępore actitantur in pace. Et de his satis. Poterat etiam finiri sermo, si prius quemque vestrum iuxta morẽ meum de sua vinea monuissem. Quis enim ita ad vnguem omnia à se superflua resecauit, vt nil se habere putet putatione dignum? Credite mihi, & putata repullulat, & effugata redeunt, & redaccẽduntur extincta, & sopita de- E nuo excitantur. Parum est ergo semel putasse, sæpe putãdum est, immò (si fieri possit) semper, quia semper quod putari oporreat (si non dissimulas) inuenis. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua, & nõ magis suppressa. Velis nolis intra fines tuos habitat Icbu- *Iosue.15.g* sæus: subiugari potest, sed non exterminari. Scio (inquit) quia *Rom.7.a* nõ habitat in me bonum. Parum est nisi & malum inesse fateatur. Ait, Non quod volo bonũ hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Si autem quod odi illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Aut te ergo si audes præfer apostolo (nempe ipsius ista vox est) aut fatere cum illo te quoque vitiis non carere. Medium denique vitiorum virtus tenet, ac proinde sedula eget non solùm putatione, sed & circunciSione. Alioquin verendum ne circuquaque à lambẽtibus vel potius à rodentibus vitiis illa dum nescis paulatim elãgueat, aut, si supercreuerint, suffocetur. Vnũ in tanto discrimine consilium est, obseruare diligenter, & mox vt renascentium capita apparebunt, prompta scueritate succidere. Non potest virtus cum vitiis pariter crescere. Ergo vt illa vigeat, ista crescere nõ sinantur. Tolle superflua, & salubria surgunt: vtilitati accedit quicquid cupiditati demis. Demus operam putationi. Putetur cupiditas, vt virtus roborẽtur. Nobis, fratres, putationis semper est tempus, sicut sem- *Cant.2.b* per est opus. Confido enim quia nobis hyẽs iam transiit. Sci- F tis quã hyemem dicam? Timorem illum qui non est in charitate, qui cum omnes initiet ad sapientiam, neminem consummat: quoniam superueniens charitas extundit illum tanquam hyemẽ æstas. Aestas enim charitas est. Quæ si iam venit, immò quia venit (sicut iustum est mihi sentire de vobis) siccauerit necesse est omnem hyemalẽ imbrem, omnẽ videlicet anxietatis lachrymam, quam amara recordatio peccati, & timor ante extorquebat iudicij. Itaque (quod non dubius dico) etsi non de omnibus vobis, profecto de pluribus hic iam imber abiit & recessit. Nam & flores apparent, indices pluuiæ suauioris. Habet & æstas pluuias suas suaues & vberes. Quid dulcius lachrymis charitatis? Flet quippe charitas, sed ex amore, non ex mœrore. Flet ex desiderio. Flet cum flentibus. Tali imbre nõ ambigo rigatos vberius actus obedientiæ vestræ, quos lætus intueor non murmure tetros, non tristitia subobscuros: sed quodam spirituali gaudio iucundos & floridos. Sic sunt ac si semper flores gestetis in manibus. Ergo si hyemps transiit, imber abiit & recessit, si demũ flores apparuerunt in terra nostra, & subinde quædam spiritualis gratię vernalis temperies tempus putationis indicit, quid restat nisi vt decætero toti incũbamus huic operi tam sancto, tam necessario? Scrutemur (iuxta prophetam) vias nostras & *Thren.3.c* studia nostra, & in eo se quisque iudicet profeciSSe, non cum non inuenerit quod reprehẽdat, sed cum quod inuenerit re-

Gprehendet. Tunc te non frustra scrutatus es, si rursum opus esse scrutinio aduertisti. Et totiens non te fefellit inquisitio tua, quoties iterandam putaueris. Si autem semper hoc cùm opus est facis, semper facis. Semper ergo opus esse tibi memineris superni auxilij & misericordiæ sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De gemitibus animæ suspirantis ad cœlestem patriam. & de commendatione castitatis & viduitatis.

Sermo LIX

Cant. 2. c VOx turturis audita est in terra nostra.] Minimè iam dissimulare queo quod ecce secundò is qui de cœlo est, de terra loquitur. Vtique tam dignanter, tam socialiter, quasi vnus è terra. Sponsus est iste: qui cum præmitteret flores apparuisse in terra, adiunxit, nostra: & nũc nihilo minus vox (inquit) turturis audita est in terra nostra. Ergòne ratione carebit deo quidem tam insueta (ne dicam indigna) locutio? Nusquam (vt opinior) de cœlo sic locutum reperies nusquam alibi de terra. Aduerte igitur quantæ suauitatis sit, deũ cœli dicere in terra nostra. Quique terrigenæ & filij hominum audite: Magnificauit dominus facere nobiscum. Multum illi cum terra, multum cum sponsa, quam de terris sibi adsciscere placuit. In terra (inquit) nostra. Nõ planè principatum sonat vox ista, sed consortium, sed familiaritatem. Tanquam sponsus hoc dicit, non tanquam dominus. Quid? Conditor est, & consortem se reputat. Amor loquitur, qui dominum nescit. Carmen nimirum amoris est, nec aliis hoc quàm amatoriis fulciri oportuit. Amat & deus, nec aliunde hoc habet, sed ipse est vnde amat. Et ideo vehementius, quia non amorem tam habet, quàm hoc est ipse. Verum quos amat amicos habet, non seruos. Denique amicus sit de magistro: nec enim amicos discipulos diceret, si non esset. Vides amor cedere etiam maiestatẽ? Ita est fratres, neminem suspicit amor, sed ne despicit quidẽ. Omnes ex æquo intuetur qui perfectè se amãt, & in seipso celsos humilesque contemperat, nec modò pares, sed vnum eos facit. Tu deũ forsitã adhuc ab hac amoris regula excipi putas: sed qui adheret deo, vnus spiritus est. Quid miraris hoc? Ipse factus est tanquam vnus ex nobis. Minus dixi, nõ tãquam vnus, sed vnus. Parum est parem esse hominibus, homo est. Inde terram nostram vẽdicat sibi, sed quasi patriam, nõ quasi possessionem. Quidni vendicet? Inde illi sponsa, inde substantia corporis. Inde sponsus ipse, inde duo in carne vna. Si caro vna cur nõ & patria vna? Cœlum cœli domino (inquit) terrã autem dedit filiis hominum. Ergo vt filius hominis hæreditat terram, vt dominus subiicit, vt conditor administrat, vt sponsus cõmunicat. Dicẽdo nempe, in terra nostra, proprietatẽ profecto abnuit, societatem nõ respuit. Et hæc pro eo quòd sponsus tam benigno vsus est verbo, vt dignatus sit dicere, in terra nostra. Nunc cætera videamus. Vox turturis audita est in terra nostra. Et hoc indicium est transactæ hyemis, tẽpus nihilo minus putationis adesse denũcians. Id iuxta literam. Aliàs turturis vox non dulce admodũ sonat, sed signat dulcia. Ipsa auicula, si emis, non magni: si discutis, non parui precij est. Et vox quidẽ gementi quàm canẽti similior, peregrinationis nostræ nos admonet. Illius doctoris libẽter audio vocem, qui non sibi plausum sed mihi planctum moueat. Vere turturem exhibes, si gemere doceas. Et si persuadere vis, gemendo id magis quàm declamando studeas oportebit. Exẽplum sanè tum in aliis multis, tũ vel maximè hoc in negocio verbo efficacius est. Dabis voci tuæ vocem virtutis, si quod suades, prius tibi illud cognoscens persuasisse. Validior operis, quàm oris vox. Fac vt loqueris, & non solum me facilius emendas, sed te quoque non leui liberas probro. Non iam pertinebit ad te si quis dicat: Alligãt onera grauia & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Sed neque illud verearis oportet: Tu qui alios doces, teipsum non doces? Vox turturis audita est in terra nostra. Donec homines pro dei cultu mercedem tantùm in terra, & tantum terram acceperunt (illam vtique lacte & melle manantem) minime se cognouerunt peregrinos super terram, nec more turturis ingemuerunt veluti patriæ reminiscentes: magis autem pro patria exilio abutentes dederunt se comedere pinguia, & bibere mulsum. Ita tã diu non est vox turturis audita in terra nostra. Vbi ergo regni cœlorum promissio facta est tunc intellexerunt homines se non habere hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirere tota auiditate cœperunt, & tũc primum manifestè sonuit in terra vox turturis. Nam dum sancta quæq; iam anima Christi præsentiam susspiraret, regni dilationem molestè ferret, desideratam patriam gemitibus & suspiriis à longe salutaret nónne tibi videtur vice fungi gemebundæ ac castissimę turturis quæcunque anima in terris ita fecisset? Extunc ergo & deinceps vox turturis audita est in terra nostra. Quidni moueat mihi crebras lachrymas & gemit⁹ quotidianos Christi absentia? Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Laboraui in gemitu meo, tu scis, sed beatus qui dicere potuit: Lauabo pẽr singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meum rigabo. Nõ solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius, gemitus isti comperti sunt. Hoc quippe est quod ipse aiebat. Nunquid possunt (inquit) filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum aufferetur ab eis sponsus, & tunc lugebunt. Ac si diceret: Et tunc vox turturis audietur. Ita est Iesu bone, venerunt dies illi. Nam & ipsa creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc, reuelationem filiorum dei expectans. Non solum autẽ illa, sed & nosipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes redemptionem corporis nostri: hoc scientes, quia quandiu sumus in corpore hoc, peregrinamur à domino. Nec vacui gemitus, quibus è cœlo tam misericorditer respondetur: Propter miseriam inopum & gemitum pauperũ nunc exurgam: dicit dominus. Fuit & in tempore patrum vox ista gementium, sed rara, & penes quemque suus gemitus. Vnde & dicebat quis: Secretum meum mihi, secretum meũ mihi. Sed & qui aiebat: Gemitus meus à te nõ est absconditus: profecto monstrabat absconditum esse qui soli deo non esset absconditus. Et ideo tunc dici non potuit: Vox turturis audita est in terra nostra: quoniam secretum adhuc paucorum iam tunc in multitudinem non exiuit. At vbi palam clamatũ est, Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedẽs: ad omnes iam cœpit pertinere gemitus iste turtureus & vna omnibus esse gemẽdi ratio, quia omnes sciebant dominum, secundum quod in Hieremia legitur: Et cognoscẽt me omnes à minimo vsque ad maximum, dicit dominus. Cæterum si multi gementes, quid sibi vult vnius expressio? Vox turturis, inquit. Quare nõ turturum? Forte apostolus id soluit, vbi ait, Quia ipse spiritus postulat pro sanctis, gemitibus inenarrabilibus. Ita est. Ipse inducitur gemẽs, qui gementes facit. Et quamlibet multi sint quos ita gemere audias, vnius per omnium labia vox sonat. Quidni illius qui ipsam in ore singulorum pro quorumque necessitatibus formet? denique vuicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Sua vox quemque manifestum facit, & præsentem indicat. Et audi ex euangelio quòd vocem habeat spiritus sanctus. Spiritus (inquit) vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quò vadat. Et si ille nesciebat qui literam occidentẽ docebat mortuos magister mortuus, nos sciamus qui trãslati de morte ad vitam per viuificãtem spiritum certo & quotidiano experimento ipso nos illuminãte probamus vota & gemitus nostros ab ipso venire, & ad eum ire, illícque inuenire misericordiã in oculis dei. Quãdo enim sui spiritus vocem irritam faceret deus? At ipse scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Nec soli commendant turturem gemitus: commendat & castitas. Huius denique meritò digna fuit dari hostia pro virgineo partu. Sic quippe habes, par turturum, aut duos pullos columbarũ. Et licet aliàs quidem per columbã spiritus sanctus soleat designari, tamen quia libidinosa auis est, non decuit offerri eam in sacrificium domini, nisi ea sanè ætate qua nesciret libidinem. At turturis nõ designatur ætas, quoniam agnoscitur castitas in quacunque ætate. Denique compare vno contenta est, quo amisso alterum iam non admittit, numerositatem in hominibus nuptiarum redarguens. Nam etsi forsitan culpa propter incontinentiam venialis est, ipsa tamẽ tãta incontinentia

Abstinentia turpis est. Pudet ad negocium honestatis rationem nõ posse in homine, quod natura possit in volucre. Cernere enim est turturem tempore suæ viduitatis, sanctæ viduitatis opus strenuè atque infatigabiliter exequentem. Videas vbique singularem, vbique gementem audias, nec vnquã in viridi ramo residentem prospicies, vt tu ab eo discas voluptatum virentia velut virulenta vitare. Adde quòd in iugis mõtium & in summitatibus arborum frequentior illi conuersatio est: vt quod vel maximè propositum pudicitiæ decet, doceat nos terrena despicere, & amare cœlestia. Ex quibus colligitur quòd vox sit turturis, etiã prædicatio castitatis. Neq; enim à principio vox ista in terris audita fuit, sed magis illa: *Gene. 1. c* Crescite & multiplicamini, & replete terram. Incassum profectò vox illa pudicitiæ sonuisset necdum propalata resurgentium patria in qua longè felicius homines neque nubent *Luc. 20. f* neque nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cœlis. Tũc voci illi tempus fuisse tunc dicas, cùm maledicto omnis subiacebat sterilis in Israël, cũ patriarchæ ipsi plures simul haberent vxores, cum frater fratris absque liberis defuncti semen suscitare ex lege compellebatur? At vbi insonuit ex ore cœlestis turturis cõmendatio illa spadonum qui se castrauerunt propter regnum dei, & item alterius cuiusdã castissimæ turturis consilium de virginibus vbique inualuit, tunc primum B dici veraciter potuit, quia vox turturis audita est in terra *Cant. 2. c* nostra. Ergo si in terra nostra & flores apparuerunt, & vox turturis audita est, profectò & visu veritas cõperta est & auditu. Vox quippe auditur, flos cernitur. Flos miraculum est, vt nostra superior interpretatio habet, quod voci accedens fructum parturit fidei. Et si fides ex auditu, sed ex visu confirmatio est. Sonuit vox, splenduit flos, & veritas de terra orta est, *Psal. 84. b* per fidelium confessionem verbo signóque pariter concurrentibus in testimoniũ fidei. Testimonia ista credibilia facta *Psal. 92.* sunt nimis, dum flos voci, auri oculus attestatur. Audita visa cõfirmant, vbi duorum testimonium (auris loquor & oculi) *Luc. 7. d* ratum sit. Propterea dominus aiebat: Ite renunciate Ioanni (eius nempe discipulis loquebatur) quæ audistis & vidistis. Nec breuius illis nec planius intimari fidei valuit certitudo. Eadem sanè in breui etiã vniuersæ terræ persuasio facta est, & eodem argumẽti compendio. Quæ audistis (inquit) & vidistis. O verbum abbreuiatum, attamen viuum & efficax. Haud dubius profectò assero quod auribus oculísque percepi. Intonat tuba salutaris, coruscãt miracula, & mundus credit. Cito persuadetur quod dicitur, dũ quod stupetur, ostenditur. *Mat. 16. d* Habes autem quia profecti apostoli prædicauerũt vbique domino cooperante, & sermonẽ confirmante sequentibus signis. Habes in monte stupenda claritate transfiguratũ, C & nihilo minus superna testificatum voce. Habes in Iordane similiter & columbam designantem, & vocem testificantẽ. Itaque hæc duo vbiq; pariter vox & signum ad introducendam fidem ex diuina largitate concurrunt, vt latus ad animã *Cant. 2. c* per vtrasque fenestras ingressus pateat veritati. Sequitur. Ficus protulit grossos suos.] Nõ comedamus ex eis, nec enim esui habiles sunt ob immaturitatem sui. Bonarum ficuũ habent speciem, sed similitudinem, non saporẽ, fortè hypocritas designantes. Non abiciamus tamẽ, aliàs forsitan his opus habebimus. Alioquin satis per seipsos leuiter & ante tempus cadent, sicut fænum tectorũ quod priusquam euellatur *Psal. 128. a* exaruit: quod ego de hypocritis dictum reor. Non sine causa tamen in carmine nuptiali eorum mentio facta est. Erũt sine dubio etsi non esui, vsui qualicũque. Multa in nuptiis præter dapes necessariè procurantur. Ego verò istud adeo minimè pretereundum existimo, vt quicquid illud est, inter angustias extremitatum sermonis huius discutere nolim: sed differo in diem alterum, & horã liberiorem. An verò necessariè, vobis tunc experiri licebit: tantùm mihi opportunitatem facultatémque obtineant vota vestra ad proferendum quod sentio, in vestram ipsorum ædificationem, in laudem & gloriam sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De incredulitate Iudæorum, qua compleuerunt mensuram patrum suorum, occidendo Christum.

Sermo LX.

FIcus protulit grossos suos.] Ex superioribus pendet præ- *Cant. 2. c* sens locus, dixerat enim tempus putationis venisse, tam ex floribus qui iam apparebant, quàm ex audita turturis voce hoc asserens: Idipsum adhuc ex grossorum productione affirmat: quia non solùm ex floribus & voce turturis experimentum capitur temporis, capitur & ex ficu. Non enim non est aër indulgẽtior tũc cum ficus grossos suos protuletit. Ficus flores non habet, sed pro floribus grossos mittit tempore quo cæteræ arbores florent. Et quomodo flores apparent & trãseunt, ad nihil vtiles nisi quòd secuturi fructus quidam prænuncij sunt: ita & grossi oriuntur, sed immaturæ cadũt, & dant locum maturandis, ipsi minimè habiles ad vescendum. Et hinc ergo (vt dixi) sumit sponsus experimentum temporis, & argumentum suasionis, vt non pigritetur pergere sponsa ad vineas, quia non perit opera quæ tempestiua venit. Et litera quidem sic. Quid verò spiritus? Vt planè hoc loco non ficum intueamur, sed populum: nempe de hominibus cura est deo, non de arboribus. Verè ficus est populus, fragilis carne, paruulus sensu, animo humilis, cuius primi fructus (vt interim nomini alludamus) grossi vtique & terreni. Nec enim popularis est studij primum quærere re- E gnum dei, & iustitiam eius, sed vt ait apostolus, cogitare *Matt. 6. d* quæ mundi sunt, quomodo placeant vxoribus, vel illæ vi- *1. Cor. 7. d* ris. Tribulationem carnis habebũt huiusmodi, sed in nouissimis non negamus eos fructus fidei assecuturos, si bonã habuerint nouissimam confessionem, maximéq; si carnis opera eleemosynis redimerint. Ergo primi plebium fructus nec fructus sunt, nõ magis quàm ficuum grossi. Deniq; si dignos *Matt. 3. b* postmodũ fructus pœnitẽtiæ fecerint (non enim prius quod spirituale est, sed quod animale) dicetur illis: Quem fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis? Ego tamẽ hoc loco nõ quemuis populum interpretari liberum puto, vnus signanter exprimitur. Neque enim protulerunt dixit, quasi de pluribus, sed quasi de vna, protulit inquit ficus grossos suos, &(vt sentio ego) quæ est plebs Iudæorum. Quãta in hanc saluator parabolicè in euangelio loqui videtur? vt est illud: Ar- *Luc. 13. b* borem fici habebat quidam plantatã in vinea sua, &c. Item: *Luc. 21. f* Videte ficulneam & omnes arbores. Et Nathanaëli dictum *Ioan. 1. g* est: Cum esses sub ficu, vidi te. Et rursum maledicit ficulneæ *Marc. 11. b* pro eo quòd non inuenit in ea fructum. Bene ficus, quæ bona licet patriarcharum radice prodierit: nunquam tamen in altum proficere, nunquam se humo attollere voluit, nunquã respõdere radici proceritate ramorum, generositate florum, fœcunditate fructuũ. Male prorsus tibi cũ tua radice conuenit arbor pusilla, tortuosa, nodosa, radix enim sancta, quid F ea dignum tuis apparet in ramis? Ficus (inquit) protulit grossos suos. Nõ hoc nobili à radice traxisti semẽ nequam. Quod in ea est, de spiritu sancto est, ac per hoc subtile totum ac sua- *Matt. 12. d* ue. Tibi vnde hi grossi? Et verè quid non grossum in gente illa? Nec actus profecto, nec affectus, nec intellectus, sed nec ritus quem in colendo deũ habuit. Nam actus in bellis, affectus in lucris totus erat, intellectus in crassitudine literę, cultus in sanguine pecudum & armentorum. At dicit aliquis: Cum istiusmodi grossos nõ aliquando proferre gens illa cessauerit, ergo non aliquando tempus putationis non extitit, quia vnum vtrique rei tempus existere perhibetur. Non ita est. Dicimus mulieres filios procreasse, non cum parturiunt, sed cum iam peperierunt. Dicimus & arbores edidisse flores suos, nõ cum cœperint florere, sed potius cum desierint. Ita hic quoque dictum est quia ficus protulit grossos suos, non cum aliquos edidit, sed cum totos, id est cum ad finẽ peruenit editio. Quæris quo tempore istiusmodi complementum illi populo accidit? Cum Christum occidit, tũc completa est malitia eius, iuxta quod ipse eis prædixerat: Implete mensu- *Matt. 23. d* ram patrum vestrorum. Vnde in patibulo traditurus iam spiritum, Cõsummatum est, inquit. O qualẽ consummationem *Ioan. 19. f* dedit grossis suis ficus hæc maledicta, & subinde æterna aridítate damnata? O quã sunt nouissimi peiores prioribus? Incipiens ab inutilibus, ad pernicios os peruenit & venenatos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

GO grossum vipereúmque affectum, odire hominẽ qui hominum & corpora sanat, & animas saluat. O nihilo minus intellectum grossum & certè bouinum, qui deum non intellexerunt nec in operibus dei. Nimiũ me fortasse queratur in sui suggillatione Iudæus, qui intellectum illius dico bouinum. Sed legat Esaiam, & plus quàm bouinum audiet. Cognouit (inquit) bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Esa.1.a
Israël non cognouit me, populus meus non intellexit. Vides me Iudeę mitiorem tibi propheta tuo? Ego te comparaui iumentis, ille subiicit. Quanquam in sua persona propheta nõ dixit hoc, sed in dei, qui deũ se & ipsis operibus clamat. Et si Psal.48.c
mihi, inquit, non creditis, operibus credite: & si non facio opera patris mei, nolite credere. nec sic tamen euigilant ad intelligendum. Non fuga dæmonum, non obedientia elementorum, non vita mortuorũ bestialem hanc & plus quàm bestialem hebetudinem ab eis depellere quiuit: de qua non minus mirabili quàm miserabili cæcitate factum est vt in illud tam horrendum támq; enormiter grossum facinus proruerint, domino maiestatis iniicientes manus sacrilegas. Extunc Ioan. 10.
itaque dici potuit quia ficus protulit grossos suos, cũ iam videlicet legitima illius populi esse cœperunt quasi in exitu sum- Cant.2.c
per summum, vt nouis (iuxta veterem prophetiam) superuenientibus vetera proiicerẽtur. Nõ aliter sanè quàm quomodo grossi cadunt & cedũt suboriẽtibus ficubus bonis. Quã- Leui.26.b
diu, inquit, non cessauit ficus producere grossos suos, non te vocaui ô sponsa, sciens nõ posse vnà prodire optimas ficus. H
Nunc autem productis qui prius producendi erant, non iam intempestiuè te inuito, cum boni ac salutares fructus in proximo esse noscantur, inutiles expuncturi. Nam vineæ, inquit, Cant. 2.c
florentes odorem dederunt. quod nihilo minus appropinquantis fructus indicium est. Hic odor serpentes fugat. Aiũt florescentibus vineis omne reptile venenatum cedere loco, nec vllatenus nouorum ferre odorem florũ. Quod volo attendant nouitij nostri, & fiducialiter agant, cogitantes qualem spiritum acceperunt, cuius primitias dæmones nõ sustinent. Si sic nouitius feruor, quid erit absoluta perfectio? Perpendatur ex flore fructus, & saporis virtus ex vi æstimetur odoris. Vineæ florentes odorem dederunt. Et in principio quidem sic fuit. Ad prædicationẽ nouæ gratiæ secuta est nouitas vitæ in his qui crediderunt, qui conuersationem suam
2.Cor. 2.d inter gentes habentes bonam, Christi erant bonus odor in omni loco. Odor bonus, testimoniũ bonũ. Hoc de bono opere tanquam de flore odor procedit. Et quoniá tali flore & tali odore inter primordia nascentis fidei fideles animæ veluti quædã spirituales vineæ refertæ apparuerũt, habẽtes testimonium bonum & ab his qui foris erant, non incongrue (vt opinor) de ipsis dictum sentimus quia vineæ florentes o-
I dorem dederunt. Ad quid? Vt eo sanè prouocati etiam qui necdum crediderant, ex bonis operibus illos considerantes glorificarent & ipsi deum atque ita eis odor vitæ ad vitã esse inciperet. Idcirco ergo dixisse odorem non immeritò referuntur, qui non suam gloriam, sed aliorum de sua bona opinione quæsiere salutem. Alioquin poterant more quorundã quæstum æstimare pietatem, verbi gratia, ostentationis mercedis. At istud esset non dare odorem, sed vendere. Nunc verò quia omnia sua in charitate faciebant, non planè vendiderunt odorem, sed dederunt. Cæterum si vineæ animæ, flos opus, odor opinio est, fructus quid? Martyrium. Et verè fru- Psa. 126.d
ctus vitis, sanguis est martyris. Cùm dederit, inquit, dilectis suis somnum, ecce hereditas domini filij merces fructus vẽtris. Propemodum dixissem, fructus vitis. Quidni sanguinẽ vuæ dixerim meracissimum, sanguinem innocentis sanguinem iusti. Quidni mustum rubẽs, probatum, preciosum, planè de vinea Soreth, torculari passionis expressum? Denique preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Hæc pro eo quòd dictum est vineas florentes odorem dedisse. Ita si ad tempora gratiæ hunc locum respicere malimus: aut si placet magis referri ad patres (nam vinea domini sabaoth domus Israël est) erit sensus: Christum in carne nasciturum & moriturum odorauerunt prophetæ & patriarchæ, sed nõ dederunt tunc eundem odorem suum, quia non exhibuerũt in carne quem in spiritu præsenserunt. Non dederunt odorẽ suum, nec secretum suũ publicauerunt, expectantes vt reuelatetur in suo tempore. Quis sanè tunc caperet sapiẽtiam in K
mysterio absconditam, in corpore non exhibitam? Ita vineæ tunc quidem non dederunt odorẽ suum. Dederunt autẽ postea, cum per successiones generationũ nascentẽ ex se Christum secundum carnem partu virgineo seculis ediderunt. Tunc planè inquam spirituales illæ vineæ dederunt odorem ad Tit. 3.b
suum, cũ apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, & cœpit præsentem habere mundus, quem pauci adhuc absentem præsenserant. Vir ille (verbi causa) qui Iacob tangens, & Christum sentiẽs, Ecce, inquit, odor filij mei sicut o- Gene.27.d
dor agri pleni cui benedixit dominus: cũ hoc dicebat, habebat delicias suas sibi, nec cuiquam illas cõmunicabat. At vbi venit plenitudo temporis in quo misit deus filiũ suum factũ Gala.4.d
ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret: tunc prorsus odor ille qui in illo erat, tese vbique sparsit, adeo vt à finibus terræ ipsum sentiens clamaret ecclesia, Oleum effusum nomẽ tuum: curreréntque adolescentulæ in odore olei. Ita ista vinea dedit odorem suum, & eo tempore dederunt & cæteræ in quibus hic ipse odor vitæ extiterat. Quidni dederunt, è quibus Christus secundum carnem? Dictum est itaque vineas dedisse odorem, siue quia fideles animę bonam de se vbique opinionem spargunt; siue quòd palam facta sunt mundo oracula & reuelationes patrum, & in omnem terram exiuit odoratus eorum, dicẽte apostolo: Ma- L
nifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatũ 1.Tim.3
est in carne, iustificatũ est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gẽtibus, creditum est mundo, assumptũ est in gloria. Mirum verò si nec ficus nec vineæ istæ aliquid habent quod mores ædificet. Ego hũc locum arbitror esse & moralem. Dico autem per gratiam dei quæ in nobis est, & ficus nos habere & vineas. Ficus quidẽ, qui suauiores in moribus sunt: vineas verò, qui spiritu feruentiores. Omnis qui se inter nos communiter socialiterque agat, & nõ solum sine querela conuersatur inter fratres, sed multa cum suauitate fruendum se omnibus præbet in omni officio charitatis, quidni illum vicem agere ficus contenientissimè dicam? Qui tamen grossos suos prius protulerit proiecerítque oportet: timorem vtique iudicij, quem perfecta charitas foras mittit: & amaritudinem peccatorum, quę veræ confessioni & infusioni gratiæ, crebratúmque profusioni lachrymarũ cedat necesse est: cæteráque talia instar grossorum præcuntia fructuũ suauitatẽ, quæ vos quoque per vosmetipsos cogitare potestis. Vt tamen adhuc ego aliquid adiiciam de eiusmodi quod occurrit, videte ne fortè etiam hæc inter grossos deputari possint, scientia prophetia, linguæ, similiáque. Etenim ista more grossorũ deficere habent, & cedere melioribus, dicente apo- 1.Cor.13.d
stolo, quia & scientia destruetur, & prophetiæ euacuabũtur, M
& linguæ cessabũt. Fidẽ quoque ipsam intellectus excludet, Luc.10.d
sperq; succedat visio necesse est. Quod enim videt quis, quid sperat? Sola nõ excidit charitas, sed illa qua deus toto corde, rota anima, tota virtute diligitur. Ideo hanc minimè grossis annumerauerim, ne ad ficũ quidẽ dixerim pertinere, sed ad vineas. Iam qui vineæ sunt, seueriores nobis quàm suauiores se exhibent in spiritu vehementi agentes, zelantes pro disci- Psal.138.d
plina, vitia acerrimè corripientes, aptantes sibi congruentis- Psal.69.b
simè vocem illam: Nónne qui oderũt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Item: Zelus domus tuæ comedit me. Et mihi quidẽ illi in dilectione proximi, isti in dilectione dei eminere videntur. Sed libet pausare sub hac vite & sub hac ficu, vbi dei proximíque obumbrat dilectio. Vtrãque teneo cum te amo domine Iesu Christe, qui meus proximus es, quoniam homo es, & fecisti mecum misericordiam, & nihilo minus es super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Qualiter ecclesia reperit diuitias diuinæ misericordiæ in foraminibus vulnerum Christi: & de fortitudine martyrum, quam à Christo receperunt.
Sermo LXI.

SVrge amica mea, sponsa mea, & veni.] Commendat Cant.2.c
sponsus multam dilectionem suam iterando amoris voces. Nam iteratio, affectionis expressio est: & quòd rursum ad laborem vinearum solicitat dilectam, ostendit

A dit quàm sit de animarum salute solicitus. Nam vineas animas esse iam audistis: nõ immoremur superuacuè in his quæ dicta sunt. videte sequentia: Sponsam tamen nusquã (vt memini) in hoc toto opere apertè adhuc nominarat, nisi modo cum ad vineas itur, cũ vino charitatis appropinquatur. Quæ cum venerit & perfecta fuerit, faciet spirituale cõiugium, & Ephe. 5.g
erunt duo nõ in carne vna, sed in vno spiritu, dicẽte apos- 1.Cor. 6.c
tolo: Qui adhæret deo, vnus spiritus est. Sequitur: Colũba mea Canti. 2.d
in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ ostẽde mihi faciẽ tuã, sonet vox tua in auribus meis. Amat, & pergit amatoria loqui. Columbam denuò blandiendo vocat, suã dicit, & sibi asserit propriã: quódq; ipse rogari obnoxius ab illa solebat, ipsius nunc versa vice & conspectum postulat, & colloquiũ. Agit vt sponsus: sed vt verecundus, publicum erubescit, decernitq; frui deliciis suis in loco sequestri, vtique in foraminibus petræ, & in cauernis maceriæ. Puta ergo sic dicere sponsum: Ne timeas amica, quasi hæc ad quam te hortamur opera vinearum, negocium amoris impedire seu interrũpere habeat. Erit certè & aliquis vsus in ea ad id qđ pariter optamus. Vineæ sanè macerias habẽt, & diuersoria grata verecũdis. Hic literalis lusus. Quidni dixerim lusum? Quid enim serium habet hæc literæ series? Ne auditu quidẽ dignum quod foris sonat, si nõ intus adiuuet spiritus infirmitatẽ intelligẽ-
B tiæ nostræ. Ne ergo remaneamus foris, ne & turpium (quod absit) amorum videamur lenocinia recẽsere: afferte pudicas aures ad sermonem qui in manibus est de amore: & cũ ipsos cogitatis amantes, non virum & fœminam, sed verbũ & animam sentiatis oportet. Et si Christum & ecclesiam dixero, idem est, nisi quòd ecclesiæ nomine non vna anima, sed multarũ vnitas vel potius vnanimitas designatur. Nec sanè foramina petræ aut cauernas macerię, latebras putetis operantiũ iniquitatem, nequa prorsus suspicio subeat de operibus tenebrarum. Alius hunc locum ita exposuit, foramina petræ vulnera Christi interpretans. Rectè omnino. nã petra Christus. Bona foramina, quæ fidem astruunt resurrectionis, & Ioan. 20.d
Christi diuinitatis. Dominus meus, inquit, & deus meus. Vnde hoc reportatum oraculum, nisi ex foraminibus petræ? In Psal. 83.a
his passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. In his se columba tutatur, & circunuolitãtem Can. 2.d
intrepida intuetur accipitrem. Et ideo ait: Columba mea in Psal. 26.b
foraminibus petræ. Vox columbæ. In petra exaltauit me. Et Psal. 39.b
item. Statuit, inquit, supra petram pedes meos. Vir sapiens Matt. 7.d
ædificat domum suam supra petram, quòd ibi nec ventorum formidet iniurias, nec inundationum. Quid non boni in petra? In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto. Securus ab hoste, fortis à casu, & hoc quoniá exaltatus à terra. Anceps est enim & caducum terrenum omne. Cõuersatio
C nostra in cœlis sit, & nec cadere nec deiici formidam⁹. In cœlis petra, in illa firmitas atque securitas est. Petra refugiũ he- Psa. 103.b
rinaciis. Et reuera vbi tuta firmáque infirmis securitas & requies, nisi in vulneribus saluatoris? Tantò illic securior habito, quantò ille potentior est ad saluandum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus insidiatur, non cado: fundatus enim sum supra firmam petram. Peccaui peccatũ grande, turbatur conscientia, sed non perturbabitur, quoniá vulnerum domini recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates no ni recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem quod non Christi morte saluetur? Si ergo in mentem venerit tam potens támque efficax medicamẽtum, nulla iam possum morbi malignitate terreri. Gen. 4.b
Et ideo liquet erasse illum qui ait: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Nisi quòd non erat de mẽbris Christi, nec pertinebat ad eum de Christi meritò, vt suum præsumeret, suũ diceret quod illius esset, tanquam rem capitis mẽbrum. Ego verò fidenter quod ex me mihi deest, vsurpo mihi ex visceribus domini, quoniam misericordia affluunt, nec Psal. 21.d
desunt foramina per quę effluant. Foderũt manus eius & pedes, latúsq; lancea foraueruntː & per has rimas licet mihi sugere mel de petra, oleúmq; de saxo durissimo, id est, gustare Deu. 32.c
& videre quoniam suauis est dominus. Cogitabat cogitatio- Psal. 33.b
nes pacis, & ego nesciebam. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? At clauis reserans, clauus Esai. 29.c
penetrans factus est mihi, vt videam voluntatem domini. Quidni videam per foramen? Clamat clauus, clamat vulnus quod verè deus sit in Christo mundum recõcilians sibi. Fer- D
rum pertrãsiit animam eius, & appropinquauit cor illius, vt non iam non sciat compati infirmitatibus meis. Patet arcanum cordis per foramina corporis, patet magnum illud pietatis sacramentum, patent viscera misericordiæ dei nostri in quibus visitauit nos oriẽs ex alto. Quidni viscera per vulne- Luc.1.g
ra pateant? In quo enim clarius, quàm in vulneribus tuis eluxisset quòd tu domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ? Maiorem enim misericordiã nemo habet, quàm vt animam suã ponat quis pro addictis morti & damnatis. Meum proinde meritum, miseratio domini. Non planè sum meriti inops, quandiu ille misericordiarum nõ fuerit. Quod si misericordiæ domini multæ, multis nihilo minus ego in meritis sum. Quid enim si multorum sim mihi conscius delictorum? Thren.3.e
Nempe vbi abundauit delictum, superabũdauit & gratia. Et Rom.5.d
si misericordiæ domini ab æterno & vsque in æternum, ego quoque misericordias domini in æternũ cantabo. Nunquid iustitias meas? Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Ipsa Psal.70.e
est enim & mea. Nempe factus es mihi tu iustitia à deo. Nũquid mihi verendum ne non vna ambobus sufficiat: Non est pallium breue, quod (secundum prophetam) non possit ope- Esa. 28.f
rire duos. Iustitia tua iustitia in æternum. Quid longius eter- Psal. 118.f
nitate? Et te pariter & me operiet largiter larga & æterna iustitia. Et in me quidem operit multitudinem peccatorum, in
te autem domine quid nisi pietatis thesauros: diuitias boni- E
tatis? Hæ in foraminibus petræ repositæ mihi. Quàm magna Psal.30.e
multitudo dulcedinis tuæ in illis, opertæ quidem, sed in his qui pereunt. Vt quid enim sanctũ detur canibus, vel margaritæ porcis? Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum, 1.Cor.2.e
etiam & apertis foraminibus introduxit in sancta, quanta in his multitudo dulcedinis, plenitudo gratiæ, perfectióq; virtutum! Ibo mihi ad illa sic referta cellaria, atque ad admoni- Hier.48.e
tionem prophetæ relinquam ciuitates, & habitabo in petra, ero quasi colũba nidificans in summo ore foraminis, vt cum Moyse positus in foramine petræ, trãseunte domino merear Exod.33.d
saltem posteriora eius prospicere. Nam faciem stantis, id est incõmutabilis claritatem quis videat, nisi qui introduci iam meruit non in sancta, sed in sancta sanctorũ: Nec vilis tamen aut contemnenda posteriorum contẽplatio. Cõtemnat Herodes: ego tantò magis nõ contemno, quãtò magis contemptibilem se ostendit Herodi. Habent etiam aliquid & posteriora domini quod videre delectet. Quis scit si conuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionem? Erit Psal.79.b
cum ostendet faciem suam, & salui erimus. Sed interim præ- Psal.20.d
ueniat nos in benedictionibus dulcedinis, illis vtique quas post se relinquere consueuit. Nũc dignationis suæ posteriora demonstret, aliàs in gloria dignitatis faciem suam demonstraturº. Sublimis in regno, sed suauis in cruce. In hac me visione præueniat, in illa adimpleat. Adimplebis me, ait, lætitia F
cum vultu tuo. Vtraque visio salutaris, vtraque suauis: sed il- Psal.15.e
la in sublimitate, ista in humilitate. Illa in splendore, hæc in pallore est. Denique, inquit, & posteriora dorsi eius in pallo- Psal.67.d
re auri. Quomodo nõ in morte pallescat? Sed melius pallens aurum, quàm fulgẽs aurichalcum: & quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Aurum verbum, aurum sapiẽtia est. Hoc aurum semetipsum decolorauit abscondens formam dei, & formam serui prætendens. Decolorauit & ecclesiam, quæ ait: Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decolo- Cant.1.b
rauit me sol. Ergo & posteriora ipsius in pallore auri, quæ fuscum non erubuit crucis, vstionem passionis non horruit, liuorem vulnerum non refugit. Et iam complacet sibi in illis, & optat nouissima sua fore horum similia. Idcirco denique audit: Colũba mea in foraminibus petræ, quòd in Christi vulneribus tota deuotione versetur, & iugi meditatione demoretur in illis. Inde martyrij tolerantia, inde illi magna fiducia apud deum altissimum. Nõ est quòd vereatur martyr exãguem liuidámque leuare ad eum faciem, cuius liuore sanatus est, gloriosam repræsentare similitudinem mortis eius vtique in pallore auri. Quid vereatur cui etiam à domino dicitur: Ostende mihi faciem tuam? Ad quid? Vt mihi videtur, Cant.2.d
se magis ostendere vult. Ita est, videri vult, non videre. Quid enim ille non videt? Nõ est ei opus vt quis se ostendat, à quo nil non videtur, nec si se abscondat. Vult ergo videri, vult be-

G nignus dux deuoti militis vultū & oculos in sua sustolli vulnera, vt illius ex hoc animum erigat, & exēplo sui reddat ad tolerandum fortiorem. Enimuero nō sentiet sua, dum illius vulnera intuebitur. Stat martyr tripudiās & triumphans toto licet lacero corpore: & rimāte latera ferro, nō modò fortiter, sed & alacriter sacrum è carne sua circunspicit ebullire cruorem. Vbi ergo tunc anima martyris? Nēpe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus Iesu, vulneribus nimirū patentibus ad introeundum. Si in suis esset visceribus scrutans ea, ferrum profectò sentiret: dolorem non ferret: succumberet, & negaret. Nunc autem in petra habitans, quid mirum si in modum petræ durueris? Sed neque hoc mirum, si exul à corpore, dolores non sentiat corporis. Neque hoc facit stupor, sed amor. Submittitur enim sensus, non amittitur. Nec deest dolor: sed superatur, sed contēnitur. Ergo ex petra martyris fortitudo, inde planè potens ad bibendum calicem domini. Et calix hic inebrians quàm præclarus est! Præclarus inquam atque iucundus nō minus imperatori spectanti, quàm militi triumphanti. Gaudium etenim domini, fortitudo nostra. Quidni gaudeat ad vocem fortissimæ confessionis? Denique & requirit eam cum desiderio. Sonet, inquiēs, vox tua in auribus meis. Nec cunctabitur rependere vicē secundum suam promissionem continuò, vt qui se confessus fuerit corā hominibus confiteatur & ipse eum coram patre suo. Rūpamus sermonem, nec enim potest finiri modò: ne sit sine modo, si cuncta quę adhuc ex proposito capitulo restāt, vno isto velimus sermone complecti. Ergo quod supereſt seruemus principio alteri, vt de nostro sane & verbo & modo gaudeat sponsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Psal. 22. b
Cant. 2. d
Marc. 8. d

Qualiter intelligatur hoc quod dicitur: Oratio iusti penetrat cœlos. Et quòd nemo potest bene deum contemplari, & verbum dei prædicare, nisi perfectam habuerit mentis puritatem.

Sermo LXII.

Cant. 2. d COlumba mea in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ.] Non tantùm in foraminibus petræ tutum reperit columba refugium, reperit & in cauernis maceriæ. Quòd si maceriam non congeriem lapidum, sed sanctorum communionem accipimus, videamus ne fortè cauernas maceriæ dixerit angelorum qui ob superbiā lapsi sunt, loca quasi vacua derelicta: quippe quæ repleri ex hominibus habent, tanquam ruinæ de lapidibus viuis reficiendæ. Vnde apostolus Petrus, Accedentes, inquit, ad lapidem viuum & ipsi tanquā lapides viui superædificamini domos spirituales. Nec puto ab re esse si intelligimus angelorum custodiam vicem exhibere maceriæ in vinea domini, quæ est ecclesia prædestinatorum: cum Paulus dicat: Nónne omnes administratorij spiritus sunt, missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Et propheta: Immittit angelus domini in circuitu timentium eum. Et si ita sedet, erit sensus quia ecclesiam tempore & loco peregrinationis suæ duæ res consolentur: de præterito quidem memoria passionis Christi, de futuro autem quòd se in sortem sanctorum cogitat & confidit recipiendam. Ambo hęc veluti ante & retro oculata insatiabili desiderio contuetur, & vterq; illi intuitus admodum gratus, vterque est illi refugium, à tribulatione malorum & dolore integra consolatio: cū non solum quid sibi expectandum, sed & vnde id sit præsumendum nouerit. Expectatio lęta nec dubia, quæ Christi morte firmata est. Cur paueat ad præmij magnitudinem, quæ præcij dignitatem considerat? Quàm libens mente inuisit foramina, per quæ sibi sacrosancti sanguinis precium fluxit! Quàm libens cauernas perābulat & diuersoria & māsiones quæ sunt in domo patris multę atque diuersę, in quibus habet collocare filios suos pro quorumque diuersitate meritorum! Et nunc quidē (quod solum interim potest) sola in his memoria requiescit, cœleste habitaculum quod desursum est, iam animo induens. Erit autem cum implebit ruinas, cū cauernas & corpore inhabitabit & mente, cum vacua domicilia quæ antiqui reliquerūt habitatores, ipsa suæ vniuersitatis illustrabit præsentia, nec vlla vltrà apparebit cauerna penitus in cœlesti maceria, felici de cætero perfectione sui atque integritate gaudente. Aut si id magis ꝓbas, dicemus has cauernas à studiosis & piis mentibus non inueniri, sed fieri. Quonam modo? inquis. Cogitatione & auiditate. Cedit nempe in modū maceriæ mollioris pia maceries desiderio animæ, cedit puræ cōtemplationi, cedit crebræ orationi. Deniq; oratio iusti penetrat cœlos. Non vtique aëris huius corporei spaciosas altitudines veluti quodam remigio alarum suarum instar volucris volantis scinder, aut quasi gladius acutus ipsius firmamenti solidū celsūmque verticem perforabit, sed sunt cœli sancti, viui, rationales, qui enarrant gloriam dei, qui fauorabili quadam pietate nostris se uotis libēter inclinant, & sinuatis ad tactum nostræ deuotionis affectibus in sua nos recipiunt viscera quotiens digna ad eos intentione pulsamus. Pulsanti enim aperietur. Licebit itaque vnicuique nostrum etiam hoc tempore nostræ mortalitatis cauare sibi quacunque parte volet cauernas supernę maceriæ: nunc quidem patriarchas reuisere, nunc verò salutare prophetas, nunc senatui immiscerī apostolorum, nunc martyrum inseri choris: sed & beatarum virtutum status & mansiones à minimo angelo vsq; ad cherubim & seraphim tota mentis alacritate percurrendo lustrare, prout quemque sua deuotio feret. Apud quos magis afficietur immitente sibi spiritu prout vult, si steterit & pulsauerit, confestim aperietur ei: & facta quasi cauerna in montibus vel potius mentibus sanctis, dum se vltro inflectunt ad pietatem, requiescet vel paululum apud illos. Omnis animæ sic facientis & facies & vox deo grata existit, facies propter puritatem, vox propter confessionem. Etenim confessio & pulchritudo in conspectu eius. Vnde & dicitur illi qui eiusmodi est: Ostēde mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox, admiratio in animo contemplātis: vox, gratiarum actio est. Delectatur admodum istiusmodi cauernis deus, è quibus sibi vox resonat gratiarum actionis, vox admirationis & laudis. Felix mens, quæ sibi in hac maceria frequenter cauare studuit: sed quæ in petra, felicior. Licet quidem cauare & in petra, sed ad hoc puriore mentis acie opus est, & vehementiori omnino intentione, etiam & meritis potioribus sanctitatis. Et ad hæc quis idoneus? Nempe ille qui dixit: In principio erat verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. Nónne tibi videtur ipsis se verbi penetralibus immersisse, & de abditis pectoris eius quādam intimæ sapientiæ sacro sanctam eruisse medullam? Quid ille qui sapientiam loquebatur inter perfectos, sapientiam in mysterio abscōditam, quam nemo principum mūdi huius cognouit? Nónne vno & altero cœlo acuta sed pia curiositate terebratis, è tertio tandem hanc pius scrutator euexit? at ipsam non siluit nobis, verbis quibus posuit fidelibus fideliter intimans. Audiuit autem verba ineffabilia, quæ non licuit illi loqui. Non vtiq; homini, nam sibi illa loquebatur & deo. Puta ergo deum quasi solicitam Pauli charitatē hoc modo consolari, & dicere: Quid anxiaris quòd conceptum tuum auditus nō capit humanus? Sonet vox tua in auribus meis. hoc est: Si quod sentis, non licet reuelare mortalibus, consolare tamen, quòd vox tua diuinas queat mulcere aures. Vides sanctam animam nunc quidē charitate sobriam nobis, nunc verò puritate excedētem deo? Vide etiam de sancto Dauid ne fortè ipse ille sit homo de quo cū deo quasi de alio loquitur, quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agēt tibi. Ergo quod de cogitatione prophetica verbo & exemplo prophetæ venire ad mediū poterat, id propheta in publicam mox laxabat confessionē, & ex eo confitebatur in populis domino, reliquum sibi & deo seruans, vnáque festiuum ducens in lætitia & exultatione. Hoc ergo est quod nobis intimare memorato versiculo voluit: quicquid videlicet sua illa scrutabunda & auida cogitatione ex arcano sapientię eruere prędualebat, partem quam poterat in salutem populorum solicita prædicatione impertiebatur: reliquum quod capere plebes nō poterant, festiua iubilatione in dei laudibus expendebat. Vides sanctæ cōtemplationi deperire nihil, dum quod expendi in plebium ædificationem non potest, id vel maximè deo sit iucunda decoráque laudatio? Quæ cum ita sint, duo liquet contemplationis genera esse, vnum de statu & felicitate & gloria ciuitatis supernæ, quo vel actu vel ocio ingens illa cœlestium ciuium occupata sit

Ecclī. 35. c
Psal. 18. d
Ioan. 1. d
2. Cor. 12. c
Cant. 2. d
Luc. 12. c
Psal. 95. b
Cant. 2. d
Psal. 75. b
Psa. 146. d

A sit multitudo: alterum de regis ipsius maiestate, æternitate, diuinitate. Illa in maceria, ista in petra. Sed hoc quantò difficilius cauatur, tantò suauius quod inde eruis sapit. Nec verearis illud quod scriptura minatur scrutatoribus maiestatis: tantùm after purum & simplicem oculum: non opprimēris à gloria, sed admittēris, nisi non dei, sed tuam quæsieris gloriam. Alioquin sua quisque opprimitur, non dei gloria, dum procliuis in istam, ad illam leuare ceruicem non sinitur, nimirum grauem cupiditate. Hac excussa securè scrutemur in petra in qua thesauri absconditi sapientiæ & scientiæ, sunt. Si adhuc dubitas, audi ipsam petram. Qui operantur, inquit, in me, non peccabunt. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescebam? Ibi requiem inuenit mansuetus & simplex, vbi dolosus opprimitur vel elatus, & cupidus inanis gloriæ. Ecclesia columba est, & ideo requiescit. Columba, quia innocens, quia gemens. Columba inquam, quia in mansuetudine suscepit institum verbum. Et requiescit in verbo, hoc est in petra. nam petra est verbū. Ecclesia ergo in foraminibus petræ per quam introspicit & videt gloriam sponsi sui, nec opprimitur tamē à gloria, quoniam non sibi vsurpat eam. Non opprimitur, quia non scrutatrix maiestatis est, sed voluntatis: nam quod maiestati attinet, interdum quidē & in ipsam intendere audet, sed quasi admirans, non quasi scrutans. Sed & si quando per excessum rapi in illam contingat, digitus dei est iste, dignanter leuans hominem, non hominis temeritas insolenter dei alta peruadens. Cū enim apostolus raptum se cōmemoret, vt ausum excusет: quisnam alter præsumat mortaliū huic se diuinæ maiestatis horrēdo scrutinio propriis intricare conatibus, & importunus contemplator pauenda irrumpere in arcana? Scrutatores proinde maiestatis tanquam irruptores dici reor, non qui scilicet rapiuntur in eam, sed qui irruunt. Ipsi itaque opprimūtur à gloria. Ergo formidolosa scrutatio maiestatis, at volūtatatis tam tuta quàm pia. Quidni tota diligentia scrutando instem sacramento gloriæ voluntatis, cui mihi parendum per omnia scio? Suauis gloria, quæ nō aliunde quàm de ipsius suauitatis contemplatione procedit, quàm de diuitiarum bonitatis ac multæ miserationis intuitu. Denique vidimus gloriam hanc, gloriam quasi vnigeniti à patre. Totum nempe benignum & verè paternum, quod apparuit gloriæ in hac parte. Non me imprimet gloria ista toris licet viribus intendentem in se: ego potius imprimar illi. Etenim reuelata facie speculantes in eandem imaginem transformamur de claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Transformamur, cum conformamur. Absit autē vt in maiestatis gloria, & non magis in voluntatis modestia, dei ab homine conformitas præsumatur. Gloria mea hæc est, si vnquā de me audiero: Inueni hominem secundum cor meum. Cor spōsi, cor patris sui. Ipsum quod? Estote, ait, misericordes sicut & pater vester misericors est. Hæc forma, quam videre desiderat cum ecclesiæ dicit: Ostende mihi faciem tuam. forma pietatis & mansuetudinis. Hanc cū omni fiducia leuat ad petram cui similis est. Accedite, inquit, ad eū, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Quo pacto humilis ab humili confundetur, à pio sancta, & à mansueto modesta? Non planè abhorrebit à puritate petræ pura facies sponsæ, non magis quàm à virtute virtus, à lumine lumen. Sed quia non ex omni interim parte adhuc ad petram forādam ecclesia accedere potest (neque enim omnium est qui in Ecclesia sunt sacramenta diuinæ voluntatis inspicere aut apprehendere per semetipsos profunda dei ideo non solū in foraminibus petræ, sed & in cauernis maceriæ habitare ostenditur. Ergo in perfectis quidem qui rimari ac penetrare arcana sapientiæ & puritate cōscientiæ audent, & intelligentiæ acumine possunt, habitat in foraminib⁹ petræ. De reliquo in cauernis maceriæ, vt qui in petra per semetipsos fodere aut nō sufficiunt, aut non præsumunt: in maceria fodiant, contenti vel gloriam sanctorum mente intueri. Si cui ne hoc quidem possibile sit, huic sanè proponet Iesum, & hunc crucifixū: vt & ipse absque suo labore habitet in foraminibus petræ, in quibus non laborauit. Iudæi in his laborauerunt, & ipse in labores infidelium introibit, vt sit fidelis. Nec verendum quòd patiatur repulsam, qui & vocatur vt intret. Ingredere, inquit, in petram, abscōdere in fossa humo à facie timoris domini, & à gloria maiestatis eius. Infirmæ adhuc & inerti animæ (quæ iuxta quod in euāgelio quidā de semetipso confitetur, fodere non valet, mendicare erubescit) fossa ostenditur humus vbi lateat donec conualescat & proficiat, vt possit & ipsa per se cauare sibi foramina in petra, per quæ intret ad interiora verbi, animi vtique vigore & puritate. Et si intellexi-mus fossam humum, illam quæ ait: Foderunt manus meas & pedes meos: non erit ambigendum de sanitate in ea citius adipiscenda animæ vulneratæ quæ in ea demorabitur. Quid enim tam efficax ad curanda conscientiæ vulnera, necnon ad purgandā mentis aciem, quam Christi vulnerum sedula meditatio? Verùm donec purgata & sanata perfectè fuerit, non video qualiter illi aptari possit quod dicitur: Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Quomodo denique faciem suam ostendere audeat, vel leuare vocem suam, cui & latēre indicitur? Abscondere, inquit, in fossā humo. Quare? Quia non est pulchra facie, nec digna quæ videatur. Non erit digna videri, quandiu non erit videre idonea. Cum autem per inhabitationem fossæ humi in sanādo oculo interiori tantum profecerit, vt reuelata facie speculari gloriam dei & ipsa possit: tunc demū quæ videbit, fiducialiter iam loquetur, voce & facie placēs. Placeat necesse est facies quæ in dei claritatē intendere potest. Neque enim id posset nisi clara ipsa quoque esset & pura, vtique transformata in eandem quam conspicit claritatis imaginem. Alioquin ipsa dissimilitudine resiliret insolito reuerberata fulgore. Ergo cum pura puram intueri potuerit veritatem, tunc faciem ipsius sponsus videre cupiet, consequenter & vocem eius audire. Nā quantum illi placeat cum puritate quidem mentis prædicatio veritatis, ostendit cum subinde infert: Vox enim tua dulcis. Quia enim non placeat vox si displiceat facies, demonstrat cum illico subdit: Et facies tua decora. Quid internæ decor faciei, nisi puritas? In pluribus hæc absque prædicationis voce complacuit, illa absque isto in nemine. Impuris non se ostendit veritas, non se credit sapientia. Quid ergo loquuntur quam nō viderūt? Quod scimus, inquit, loquimur, & quę vidimus testamur. Id ergo tu audes testari, quod non vidisti, & loqui quod ignoras? Quæris quem dicam impurum? Qui laudes requirit humanas, qui non ponit sine sumptu euangeliū, qui euangelizat vt māducet, qui quæstum æstimat pietatem, qui non requirit fructū, sed datum. Impuri sunt tales, & cum non habeāt vnde videāt veritatem propter impuritatem, habent tamen vnde illam loquantur. Quid præproperè agitis? Cur lucem nō expectatis? Cur opus lucis ante lucem præsumitis? Vanum est vobis ante lucem surgere. Lux est puritas, lux charitas, quæ non quærit quæ sua sunt. Hæc præcedat, & pes linguę in incerto nō ponitur. Superbo oculo veritas non videtur, syncero patet. Non est ꝙ se veritas deneget intuendam puro cordi, ac per hoc nec eloquendā: Peccatori autem dicit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meū per os tuum? Multi puritate neglecta, ante loqui quàm videre conati sunt, & aut grauiter errauerunt nescientes de quibus loquerentur, neq; de quibus affirmarent: aut turpiter viluerunt, dum qui alios docerēt, seipsos nō docuissent. A quo nos gemino malo semper custodiat exoratus à nobis sponsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Ioan. 1. b
2. Cor. 3. d
Luc. 6. f
Psal. 33. a
Act. 9. a
Psa. 2. b
Psal. 22. d
Luc. 16. b
Cant. 2. d
Ioan. 3. b
Psal. 12. b
1. Cor. 13. b
Psal. 49. b

Quòd viro sapienti vita sero mens sua sit sibi vinea in cultu. Et de duobus vulpium generibus: scilicet adulatoribus, & detractoribus. Et de tentationibus monachorum nouitiorum.

Sermo LXIII.

CAPITE nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit.] Liquet quòd non ociosę ad vineas itum sit, quando ibi inuentæ sunt vulpes demolientes eas. Litera quidem istud. Spiritus autem quid? Ante omnia sanè vt communem & vsitatum literæ sensum in hac explanatione penitus respuamus, vtpote ineptum & insulsum, indignúmque planè qui recipiatur in scriptura tam sancta, tam authentica. Nisi quis forte ita vecors & animo stolidus sit, vt pro magno habeat didicisse ex ea instar filiorum huius seculi curam gerere terrenarum possessionum,

Cant. 2. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcustodite & defensare vineas ab incursantibus bestiis, ne forte contingat amittere fructum vini, in quo est luxuria, simúlque pereat opera & impēsa. Grande scilicet dānum, vt propterea librum sanctum tanto studio & tanta cum veneratione legamus, quòd docemur in eo à vulpibus vineas custodire, ne in excolēdis illis frustra marsupia vacuētur, si in custodiendis pigri fuerimus. Non estis tam rudes, neque adeo spiritualis gratiæ expertes, vt ita carnaliter sapiatis. Ergo in spiritu ista quæramus. Ibi sanè inuenimus, sano quidem intellectu, sensúq; nihilo minus digno, & vineas florētes, & vulpes demolientes, in quibus capiendis vel amouēdis & honestius laboratur & fructuosius. An vos dubitatis longè vigilantius insistendum mentibus seruandis quàm frugibus, lōgè curiosius inuigilandum cauēdis propter illas spiritualibus nequitiis, quàm capiendis propter istas fraudulentis vulpeculis? Sed iam à me demonstrandæ sunt spirituales istæ tam vites quàm vulpes. Vestra intererit filij, suæ quēque vineæ prouidere, cum me disputāte aduerterit in quibus sibi & à quibus maximè sit cauendum. Viro sapienti sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia. Nil quippe incultum desertúmve in se sapiens derelinquet. Stultus no ita. Cuncta apud eum neglecta inuenies, cuncta iacentia, cuncta inculta & sordida. Non est vinea stulto. Quomodo vinea, vbi nil plantatū, nil elaboratum vspiam paret? Tota spinis siluescit & tribulis stulti vita, & vinea est? Et si fuit, iam non est redacta in solitudinem.
Vbi vitis virtutis? Vbi botrus boni operis? Vbi vinū lætitiæ spiritualis? Per agrum hominis pigri transiui, inquit, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerūt superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Audis sapientem irridentem stultum quòd bona naturę & dona gratiæ, quæ fortè per lauacrum regenerationis acceperat, tanquam illam quam plantauit deus & non homo, primam suam vineam, in non vineam negligēdo redegit. Denique non potest vinea esse, vbi vita nō est. Nam stultus quòd viuit, mortem potius quàm vitam esse cēseuerim. Quomodo vita cum sterilitate? Arbor arida & in sterilitatem versa, nónne mortua iudicatur? Et sarmenta mortua sunt. Et occidit, inquit, in grandine vineas eorum. monstrans vita priuatas, quę sterilitate dānatæ sunt. Sic stultus eo ipso quòd inutiliter viuit, viuēs mortuus est. Soli itaque cōuenit sapiēti habere vel potius esse vineam, qui vitam habet. Est lignum fructiferum in domo dei, ac per hoc lignum viuens. Siquidem & ipsa sapientia qua sapiens dicitur & est, lignū vitæ est apprehendētibus eam. Quidni viuat aprehensor eius? Viuit, sed ex fide, Iustus nempe est sapiēs, & iustus ex fide viuit. Et si anima iusti sedes est sapientiæ, sicut est: profectò is sapiens, qui iustus.
Is ergo, siue iustum nomines siue sapientem, nunquá absque vinea viuet, quia nunquam non viuet. Hoc quippe est illi vinea, quod vita. Et bona vinea iusti, immo bona vinea iustus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui vinum testimonium cōscientiæ, cui lingua torcular expressionis. Denique gloria nostra hæc est, inquit, testimonium conscientiæ nostræ. Vides apud sapientem vacare nihil? Sermo, cogitatio, cōuersatio, & si quid aliud est ex eo, quidni totū dei agricultura, dei ædificatio est, & vinea domini sabaoth? Quid deniq; illi de se perire possit, quando & folium eius non defluet? Cæterùm tali vineæ nunquam infestationes, nunquam insidiæ deerūt. Nēpe vbi multæ opes, multi sunt & qui comedunt eas. Sapiens erit solicitus seruare vineam suam nō minus quàm excolere, nec sinet eam vorari à vulpibus. Pessima vulpes occultus detractor, sed non minus nequam adulator blandus. Cauebit sapiēs ab his. Dabit operam, sanè quod in ipso est, capere illos qui talia agunt, sed capere beneficiis atque obsequiis monitísque salutaribus & orationibus pro his ad deū. Non cessabit istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici, & itē super adulatoris, quousq; (si fieri potest) & illi inuidiam, & isti simulationem de corde tollat, faciens mandatum sponsi dicentis: Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. An non tibi captus ille videtur, qui suffusus ora rubore, quippe proprium erubescēs iudiciū, ipse suæ confusionis & pœnitudinis testis est, siue quòd oderit hominem amore dignissimum, siue quòd dilexerit tantū verbo & lingua eū à quo se diligi opere & veritate vel serò expertus est? Captus planè, & captus domino, secundū quòd nominatim ipse expressit: Capite, inquiēs, nobis. Vtinam ego omnes aduersantes mihi sine causa, ita capere possim, vt Christo eos vel restituam vel acquiram. Sic sic confundantur & reuereātur qui quærunt animā meā, auertantur retrorsum & erubescant qui volūt mihi mala, quatenus inueniar & ipse obediēs sponso, nō modò in capiendo vulpes, sed & in capiēdo ipso. Sed reflectatur sermo ad sui principium, vt suo ordine series explanationis procedat. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliūtur vineas. Locus moralis est, & iuxta morum disciplinam nos iam ostendimus spirituales has vineas non nisi spirituales viros esse: quorū cum omnia interiora culta sint, omniáq; germinantia, omnia fructificātia, & parturiētia spiritum salutis, quomodo de regno dei, sic de his vineis æquè domini sabaoth possum dicere quoniā intra nos sunt. Denique in euāgelio legitur dari gentibus regnū facientibus fructus eius. Hi sunt quos Paulus enumerat, dicens, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cōtinentia, castitas. Fructus isti, profectus nostri. Hi accepti sponso, quia ipsi cura est de nobis. Num de virgultis cura est deo? Homines nō arbores amat homo deus, & nostros profectus suos fructus deputat. Tempus horum diligēter obseruat, arridet apparentibus, & solicitus satagit ne pereant nobis cum apparuerint, immo verò ne pereant sibi: se enim reputat tanquam nos. Ideóque prouidens, capi sibi iubet insidiātes vulpeculas, ne nouellos fructus ipsæ prætripiant. Capite, inquit, nobis vulpes paruulas, quæ demoliūtur vineas. Et quasi quis dicat, præpropere times, nondū venit fructuum tempus: nō est ita, inquit: nam vinea nostra floruit. Post flores nō est fructuum mora: adhuc illis cadentibus isti erumpunt illico, illicò incipiunt apparere. Parabola ista instantis est temporis. Videtis istos nouitios? Nuper venerunt, nuper conuersi sunt, non possumus de ipsis dicere, quia vinea nostra floruit, floret enim. Interim quòd in eis apparere videtis, flos est: fructuum tempus nondum aduēnit. Flos nouella cōuersatio est, flos formula recēns vitæ emendationis est. Induerunt sibi faciem disciplinatam, & bonam totius corporis compositionem. Placent, fateor, quæ in facie sunt, negligentior vtique is qui foris apparet corporum cultus & vestium, sermo rarior, vultus hilarior, aspectus verecundior, incessus maturior. Verùm quia hęc nouiter cœpere, ipsa sui nouitate flores censenda sunt, & spes fructuum magis quàm fructus. Vobis filioli, non timemus à fraude vulpium, quæ fructibus magis quàm floribus inuidere noscuntur. Vestrum aliunde periculum est. Vstionem certè metuo floribus, non subreptionem, sed vstionem à frigore. Aliquo mihi suspectus est, & frigora matutina, quæ intempestiuos flores solent perdere, fructus præripere. Itaque ab Aquilone panditur vestrum malum. A facie frigoris eius quis sustinebit? Hoc frigus si semel animam, animæ quidē (vt assolet) incuria spiritu dormitante, peruaserit, ac nemine deinde (quod absit) inhibente ad interiora eius peruenerit, descenderit in viscera cordis & sinū mentis, concusserit affectiones, occupauerit cōsilij semitas, perturbauerit iudicij lumen, libertatē adduxerit spiritus, mox (vt in corpore solet euenire febricitātibus) subit quidam animi rigor, & vigor lentescit, langor fingitur virium, horror austeritatis intenditur, timor solicitat paupertatis, contrahitur animus, subtrahitur gratia, prorrahitur longitudo vitæ, sopitur ratio, spiritus extinguitur, deferuescit nouitius feruor, ingrauescit tepor fastidiosus, refrigescit fraterna charitas, blāditur voluptas, fallit securitas, reuocat consuetudo. Quid plura? Dissimulatur lex, abdicatur ius, fas proscribitur, derelinquitur timor domini. Dantur postremò impudentiæ manus, præsumitur ille temeratius, ille pudendus, ille turpissimus, plenus ille ignominia & cōfusione saltus de excelso in abyssum, de pauimento in sterquilinium, de solio in cloacam, de cælo in cœnam, de claustro in seculum, de paradiso in infernū. Principium & originem huius pestis, & vel qua arte vitetur, vel qua superetur virtute, non est huius temporis demonstrare. Alias erit hoc, nunc cœpta prosequamur. Ad prouectiores & firmiores sermo est retorquendus, ad vineā quæ iam floruit, cui quidem etsi non est quòd floribus formidet à frigore, sed non

A non fructus securi sunt à vulpibus. Dicendum apertius quid sint spiritualiter hæ vulpes, cùr pusillæ dicantur, cur iubeantur potissimum capi, & non abigi vel occidi: etiam introducenda diuersa genera harum bestiarum ad maiorem audientium notitiam & cautelam, non sanè sermone isto: vt fastidio consulamus, & nostræ deuotionis alacritas pepetuetur in gratia & confessione gloriæ magni ecclesiæ sponsi domini nostri Iesu Christi, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De tentationibus monachorum prouectorum, & de hæreticis. Sermo LXIIII.

Cant. 2.d ADsum promissioni meæ. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.] Vulpes tentationes sunt. Necesse est vt veniant tentationes.
2.Ti. 2.a Quis em̄ coronabitur, nisi qui legitime certauerit? Aut quomodo certabunt, si desit qui impugnet? Tu ergo accedens
Eccli. 2.d ad seruitutem dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad
2.Ti. 3.c tentationem, certus omnes qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem passuros. Porrò tentationes diuersæ sunt pro temporum diuersitate. Et initiis quidem nostris tanquam nouellarum teneris floribus plantationum in euidenti vis algoris incumbit, cuius meminimus in sermone altero, &
B incipientes ab hac peste cautos reddidimus. Iam verò proficientium sanctioribus studiis minimè quidem sese opponere contrariæ virtutes apertè audent, sed solent ex occulto insidiari quasi quædam fraudulentæ vulpeculæ: specie quidem virtutes, re autem vitia. Quantos (verbi gratia) ingressos vias vitæ, progressos ad meliora, super semitas iustitiæ benè securéque proficiscentes & proficientes, fraude (proh pudor) vulpium harum turpiter supplātatos expertus sum, & serò in se virtutum suffocatos plangere fructus! Vidi ego hominem currentem benè, & ecce cogitatio (quidni vulpecula fuit?) quantū, inquit, bonum quo solus fruor! si essem in patria, possem vtique impartiri fratribus & cognatis, notis & amicis? Amant me, & facilè acquiescerent suadenti. Vt quid perditio hæc? Vado illuc, & saluo multos ex illis, & me pariter. Nec verendum in loci mutatione. Etenim dum bene faciā, quid interest vbi, nisi quòd illic proculdubio satius, vbi fructuosius degam? Quid plura? It, & perit miser, non tam exul ad patriam, quàm canis reuersus ad vomitum. Et se perdidit infelix, & suorum acquisiuit nemi-
C nem. En vna vulpecula, ista videlicet frustratoria spes quam habuit in acquisitione suorum. Potes tu quoque per teipsum in teipso alias atque alias similes huic inuenire seu aduertere si non negligas. Vis tamen vt vnam adhuc ego ostendam tibi? Facio, etiam & tertiam & quartam quoque demōstrabo, si te ad capiendas eas, quas fortè ex his in tua aduerteris vinea, inuenero vigilantem. Interdum bene proficientis cuiuspiam, cum sibi profusius aliquid supernæ gratię sentit irrorari, subit animum desiderium prædicandi, non quiGalat. 1. a erit errorari, subit animum desiderium prædicandi, non quidem ad parentes & propinquos, iuxta illud: Cōtinuò nō acquieui carni & sanguini: sed quasi purius, fructuosius, fortiúsque passim ad extraneos & ad omnes. Cautè omnino. Sanè
Prou. 11.d timet propheticum incurrere maledictum, si quæ absc̄ditò accepit frumenta, abscondat in populis: & cōtra euangelium
Mat. 10.c facere, nisi quæ in aure audiuit, prædicauerit super tecta. Vulpes est, atque illa priore eo nociuior quo occultior veniens.
Deut. 15.d Sed capio tibi eam. Primus Moyses dicit: Non arabis in pri-
1.Ti. 3.b mogenito bouis. Hoc Paulus interpretans, Non neophytum, inquit, ne in superbiam elatus, incidat in iudiciū diaboHeb. 5.a li. Et rursum: Nęc quisquam, inquit, sumit sibi honorem, sed
Rom. 10.c qui vocatur à deo tanquam Aaron. Itē ipse: Quomodo prædicabunt, ait, nisi mittantur? Et scimus monachi officiū esse, non docere, sed lugere. Ex his similibúsque collectis mihi rexo rete, & capio vulpem, ne demoliatur vineam. Ex his nempe claret & certū est quòd publicè prædicare, nec monacho conuenit, nec nouitio expedit, nec non missō licet. Porro cōtra hæc tria venire, quanta conscientiæ demolitio est? Ergo quicquid tale animo suggeratur, siue sit illud tua cogitatio, siue immissio per angelū malum, dolosam agnosce vulpeculam, id est malum sub specie boni. Sed aspice aliam. Quātos ex monasteriis spiritu feruētes eremi solitudo suscepit, & aut tepefactos euomuit, aut tenuit cōtra eremi legem nō modò D remissos, sed etiam dissolutos? sicq; apparuit vulpeculam affuisse, vbi tāta facta est vastatio vineæ, id est vitæ & cōscientiæ hominis detrimentum. Cogitabat si solus degeret, multò se copiosiores fructus spiritus percepturum, quippe qui in communi vita tantum spiritualis gratiæ fuisset expertus. Et bona visa est sua cogitatio sibi, sed rei exitus indicauit magis eandem illi cogitationem, vulpem demoliētem fuisse. Quid illud, quod nos quoq; totiens in domo ista tam grauiter inquietat, notabilem loquor quorūdam qui inter nos sunt, superstitiosāmq; abstinentiam, ex qua se omnibus, sibíque omnes molestos reddunt? Quomodo non hæc ipsa discordia tā generalis, & suæ illis cōscientię dissipatio est, & quod in ipso est, grandis vineæ huius quam plantauit dextera domini, ve-
Mat. 16.b stræ scilicet omniū vnanimitatis demolitio? Væ homini per
Mat. 9.f quem scandalum venit. Qui scandalizauerit, inquit, vnum de his pusillis, durum est quod sequitur. Quanto duriora meretur, qui tantam & tam sanctam multitudinem scādalizat? Iudicium prorsus durissimum portabit quicunque est ille. Sed hæc aliàs. Nunc verò intendamus iis quæ à sponsa dicuntur super pusillis & astutis his animalibus demoliētibus vineas. Pusillis dixerim, non malitia, sed subtilitate. Astutum siquidē natura hoc genus est animantis, promptúmq; admodū ad nocendum in occulto: & videtur mihi cōgruentissimè designare subtilissima quædam vitia specie palliata virtutū, qualium E vtiq; formam præmissis ad notitiā exemplis, paucis licet, iam aliquantisper expressi. Nec enim aliter nocere queunt, nisi ꝙ se virtutes, virtutum quadā similitudine mentiuntur. Sūt autem cogitationes hominum aut vanæ, aut factæ immissiones per angelos malos, angelos satanę qui se transfigurant in an-
2. Cor. 11.b gelos lucis, parātes sagittas suas in pharetra, hoc est, in occul-
Psal. 10.a to, vt sagittent in obscuro rectos corde. Vnde & pusillas eas propter hoc reor dici, quòd cum cætera vitia quadam quasi corpulētia sui manifesta se præbeāt, hoc genus pro sui subtilitate haud facilè agnosci, & ideo nec caueri possit: nisi duntaxat à perfectis & exercitatis, & qui habeant illuminatos oculos cordis ad discretionē boni & mali, maximéque ad discretionem spirituum, qui cum apostolo possint dicere: Quia
2. Cor. 2.b non ignoramus astutias satanæ, neq; cogitationes eius. Et vide ne forte ob hoc à sponso iubeantur nō quidem extermināri vel abigi vel occidi, sed capi: quòd videlicet huiusmodi spirituales dolosāsq; bestiolas omni vigilantia & cautela obseruari oporteat & examinari, & sic capi, id est comprehendi in astutia sua. Ergo cum proditur dolus, cum fraus aperitur, cū cōuincitur falsitas, rectissimè tūc dicitur capta vulpes pusilla quæ demoliebatur vineam. Denique dicimus hominem in sermone capi, sicut habes in euangelio, Quia conuenerunt
Mat. 22.d Pharisæi in vnum vt caperēt Iesum in sermone. Ita ergo spōsus capi iubet vulpes pusillas quæ demoliuntur vineas, id est F deprehendi, conuinci, prodi. Solum hoc malignitatis genus id propriū habet, vt agnitū iam minimè noceat, ita vt agnosci sit illi expugnari. Quis enim nisi demens comperta decipula sciens & prudens pedem mittit in illam? Sufficit proinde si capiantur quæ eiusmodi sunt, hoc est si prodas & deducas ad mediū: quippe quibus apparere, perire est. Non sic cętera vitia. Nempe manifestè veniunt, manifestè nocēt, scientes captiuant, superant reluctantes, vtpote vi non dolo agentia. Ergo contra huiusmodi apertè sęuiētes bestias non inuestigatione opus est, sed refrenatione. Solas has vulpes paruulas, dissimulatrices maximas, quia proditæ iam non nocent, sufficit educi in lucem, & capi in calliditate sua. Nam foueas habent. Tali itaque ex causa vulpes istæ & capi iubentur, & paruulæ describuntur. Vel ideo paruulæ, vt nascentia vitia in ipso ortu, donec vtique paruula sunt, vigilanter obseruans illico comprehendas, ne crescētia plus noceant, & difficilius capiantur. Et si iuxta allegoriam ecclesias vineas, vulpes hæreses vel potius hæreticos ipsos intelligamus: simplex est sensus, vt hęretici capiantur potius quàm effugētur. Capiantur dico non armis, sed argumentis quibus refellantur errores eorum: ipsi verò si fieri potest reconcilientur catholicæ,
1. Tim. 2.b reuocentur ad veram fidem. Hæc est enim voluntas eius, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Hoc denique velle se perhibet, qui non simpliciter

Universidad de Deusto
Biblioteca

GCapite vulpes:sed,Capite nobis,inquit,vulpes paruulas. Sibi ergo & sponsæ suæ,id est catholicæ iubet acquiri has vulpes,cum ait:Capite eas nobis.Itaque homo de ecclesia exercitatus & doctus, si cũ hæretico homine disputare aggreditur,illò intentionem suam dirigere debet, quatenus ita errãtem conuincat, vt & cõuertat,cogitãs illud apostoli Iacobi: *Iac.5.d* quia qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinẽ peccatorum.Quòd si reuerti noluerit,nec conuictus post primã iam & secũdam admonitionẽ (vtpote qui omnino subuersus est) erit secundũ apostolum deuitandus. Ex hoc iam melius(vt quidem ego arbitror)effugatur,aut etiam religatur, quàm sinitur vineas demoliri. Nec propterea sanè nihil se egisse putet qui hæreticum vicit & conuicit,hæreses confutauit,verisimilia à vero clarè apertéque distinxit, praua dogmata, plana & irrefragabili ratione praua esse monstrauit,prauum deniq; intellectum extollentem se aduersus sciẽtiam dei in captiuitatem redegit.Nempe cepit nihilo minus qui talia operatus est,vulpem, etsi non ad salutem illi:& cepit eam spõso & sponsæ,quamuis aliter.Nam etsi hæreticus nõ surrexit de fece, ecclesia tamen confirmatur in fide, & quidẽ de profectibus spõsę sponsus sine dubio gratulatur.Gaudium etenim
H domini est fortitudo nostra.Deniq; non putat à se aliena lucra nostra,qui se nobis tam dignanter associat,dum iubet capi vulpes non sibi,sed nobis secum, Capite, inquiens,nobis. Aduertere est enim quod ait,nobis.Quid hac voce socialius? An non tibi videtur hoc dicere quasi quidam paterfamiliàs qui per se nihil habeat,sed omnia communia cum vxore & filiis atq; domesticis?Et qui loquitur,deus est, minimè tamẽ vt deus id loquitur,sed vt sponsus.Capite nobis vulpes. Vides quàm socialiter loquitur,qui socium non habet?Poterat dicere, mihi, sed maluit nobis,cõsortio delectatus. O suauitatem,ô gratiam,ô amoris vim.Itáne summus omnium vnus factus est omnium?Quis hoc fecit?Amor dignitatis nescius, dignatione diues,affectu potens,suasu efficax. Quid violentius?Triumphat de deo amor. Quid tamen tam non violentum?Amor est. Quæ est ista vis,quæso,tam violẽta ad victo- *Phili.2.a*
riam, tam victa ad violentiam? Denique semetipsum exinaniuit,vt scias amoris fuisse quòd plenitudo effusa est,quòd altitudo adæquata est,quòd singularitas associata est. Cũ quonam tibi,ô admirande sponse,tam familiare cõsortium?Nobis, inquis, capite. Cui tecum? An ecclesiæ de gentibus? De mortalibus & peccatoribus collecta est. Illã scimus quæ sit. Sed tu quis es, Aethiopissæ huius tam deuotus, tã ambitiosus amator? Sanè non alter Moyses, sed plusquam Moyses. *Psal.44.a*
I Num tu ille es speciosus forma præ filiis hominum?Parũ dixi, candor es vitæ æternæ, splendor & figura substantiæ dei. Postremò super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De duplici genere hæreticorum,scilicet manifestorum,& occultorum. Et de impietate quorundam,qui ne secretum prodatur, peierare permittunt: dicentes viros posse mulieribus cohabitare sine detrimento continentiæ.
Sermo LXV.

DVos vobis super vno capitulo disputaui sermones, tertium edere paro, si audire non tædeat. Et necessarium reor. Nam quod ad nostram quidem spectat domesticam vineam (quæ vos estis) satis me arbitror in duobus feciſſe sermonibus pro munimento illi aduersus insidias tripartiti generis vulpium,qui sunt adulatores, detractores, ac seductorij quidam spiritus, gnari & assueti mala sub specie boni inducere.Verùm dominicæ vineæ nõ ita. Illam loquor quę impleuit terram,cuius & nos portio sumus:vineam grãdem nimis, domini plantatam manu, redemptam sanguine, rigatam verbo,propagatam gratia, fœcundatam spiritu, Ergo plus proprij curam gerens, in commune minus profui. Mouet me autẽ pro ipsa multitudine demolientiũ eam, defensantium paucitas,difficultas defensionis. Difficultatẽ occultatio facit.Nam cum ecclesia semper ab initio sui vulpes habuerit,citò omnes compertæ & captæ sunt. Confligebat hæreticus palam, nam inde hæreticus maximè, quòd palam vincere cupiebat,& succumbebat. Ita ergo facilè illæ capiebantur vulpes,Quid enim si posita in lucem veritate,hæreticus in suæ pertinaciæ tenebris remanens, solus foris religatus aresceret? Nihilo minus capta reputabatur vulpes condemnata impietate,&impio foras misso,ostentui vtique iam *Osee 9.d*
victuro,non fructui.Ex hoc,iuxta prophetam, erant illi vbera arentia,& venter sterilis: quia non repullulat error publicè confutatus,& falsitas aperta non germinat. Quid faciemus his malignissimis vulpibus vt capi queant, quæ nocere quàm vincere malũt,& ne apparere quidem volunt, sed serpere?Omnibus vna intẽtio hæreticis semper fuit,captare gloriam de singularitate scientiæ.sola ista malignior cęteris versutiorque hæresibus,damnis pascitur alienis, propriæ gloriæ negligens.Docta,credo, exemplis veterum, quæ proditæ euadere non valebant, sed confestim capiebantur: cauta est nouo maleficij genere operari mysterium iniquitatis, cò, licentius quò latentius. Denique indixere (vt dicitur) latebras sibi,firmauerunt sibi sermonem nequam: iura,periura:secretum prodere noli.Enimuero aliàs ne tenuiter quidem iurare vllatenus acquieſcunt, propter illud de euangelio,Nõ iurate *Matt.5.b*
neque per cœlum,neque per terrã,&c. O stulti & tardi cor- *Iac.5.c*
de, repleti sanè pharisaico spiritu,liquãtes culicem,& camelum glutientes.Iurare non licet,& peierare licet? An in hoc solo vtrunq; licet?De quonam mihi euãgeliorum loco producitis istam exceptionem,qui ne iota quidẽ(vt falso gloriamini)præteritis? Patet vos & superstitiosè obseruare de iuramẽto,& flagitiosè præsumere de periurio. O peruersitatem. Quod ad cautelam consultum est, videlicet non iurare: hoc isti mandati vice tam cõtentiosè obseruant: & quod immobili iure sancitum est,non peierandum scilicet,hoc tanquam indifferens pro sua voluntate dispẽsant. Nõ,inquiunt,sed ne mysterium publicemus. Quasi gloria dei nõ sit reuelare sermonem.An dei inuident gloriæ?Sed magis credo quòd pandere erubescant,sciẽtes inglorium. Nam nefanda & obscœna dicũtur agere in secreto, siquidem & vulpium posteriora fœtent. Sed taceo quæ negarent:ad manifesta respondeãt. *Mat.7.b*
An iuxta euangelium cauẽt sanctum dare canibus,& margaritas porcis? At istud apertè fateri est se non esse de ecclesia, quia omnes qui de ecclesia sunt, canes cẽsent & porcos.Sine exceptione enim omnibus qui de sua secta non sunt,suum illud quicquid est subtrahendum existimãt. Cæterum hoc etsi sentiant, non respondebunt,ne manifesti fiant,nempe quod omnimodo fugiũt,sed nõ effugient. Respõde mihi,ô homo qui plus quàm oportet sapis, & plus quã dici potest desipis. Dei est,an non,mysterium quod occultas? Si est, cur non ad eius gloriam pandis? Nam gloria dei reuelare sermonem. Si non, cur fidem habes in eo quod non est dei, nisi quia hæreticus es? Aut igitur dei secretum ad dei gloriã prodant, aut M
dei negent mysteriũ,& minimè se hæreticos negent:aut certè nihilo minus manifestos se fateantur inimicos gloriæ dei, qui nolunt manifestum fieri quod ei norunt forè ad gloriã. *Prou.25.d*
Stat nempe scripturæ veritas: Gloria regum celare verbum, gloria dei reuelare sermonem.Nõ vis tu reuelare? Non ergo vis deum gloriare. Sed fortè non recipis scripturam hanc. Ita est,solius euangelij se profitentur æmulatores, & solos. *Matt.10.c*
Respondeant proinde euangelio. Quod dico,ait,in tenebris, dicite in lumine:& quod in aure auditis, prædicate super tecta.Iam non licet silere, vsquequo occultũ tenetur quod palam deus fieri iubet?Vsquequo opertum est euangelium vestrum?Suspicor:vestrum nõ est Pauli. Nam ille suum fatetur *2.Cor.4.a*
opertum non esse. Et si,inquit,opertũ est euãgelium meum, in his opertum est qui pereunt. Videte ne nos diceret, apud quos euangelium inuenitur opertum. Quid apertius quòd pereatis?An fortè nec Paulum recipitis? De quibusdam ita audiui.Nõ enim inter vos omnes per omnia cõcordatis, etsi à nobis omnes dissentiatis. At verò eorũ verba & scripta & traditiones qui corporaliter cum saluatore fuerunt pari auctoritate euangelij, cuncti (ni fallor) indifferenter recipitis. Nunquid illi opertum tenuere euangelium suum? Nunquid in deo carnis infirma,mortis horrida,crucis ignominiam tacuere?Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. Vbi *Esa.60.b*
apostolica forma & vita,quam iactatis? Illi clamant, vos susurratis:illi in publico,vos in angulo. Illi vt nubes volant, vos in tenebris ac subterraneis domibus delitescitis. Quid
simile

A simile illis in vobis ostenditis? An quòd vobiscum mulierculas non vtique circunducitis,sed includitis? Non ęquè comitatio vt cohabitatio suspicioni patet. Verum quisnam de illis siniſtrum quippiam suspicaretur, qui mortuos susciſtabant? Fac tu similiter, & vnà recubãtem putabo fœminam virum. Alioquin temerè tibi vsurpas illorum dispensationem, quorum sanctitatem non habes. Cum fœmina semper esse,& nõ cognoscere fœminam, nónne plus est quàm mortuum suscitare? Quod minus est nõ potes,& quod maius est vis credam tibi? Quotidie latus tuum ad latus iuuenculæ est in mensa, lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio,manus tuæ ad manus ipsius in opere, & cõtinens vis putari? Esto vt sis, sed ego suspicione non careo. *Matt.18.a*
Scãdalo mihi es,tolle scandali causam, quò te probes verum (vt iactitas)euangelij æmulatorẽ. Qui scandalizauerit vnum de ecclesia, nónne euangelium condemnat illum? Tu ecclẽsiam scandalizas. Vulpes es demoliẽs vineam. Iuuate me socij vt capiatur. Vel potius capite vos nobis eã ô angeli sancti. Versuta est valde,operta est iniquitate & impietate sua. Planè tam pusilla atque subtilis, vt facilè quidem humanos frustretur obtutus. Nunquid & vestros? Propterea vox illa ad *Cant.2.d*
vos,vtpote sodales sponsi:Capite nobis vulpes paruulas.Ergo facite quod iubemini, capite nobis hanc tam versipellem vulpeculam, quam ecce iam diu frustra insequimur. Docete B
& suggerite qualiter fraus deprehendatur. Hoc enim est cepisse vulpem:quia longe plus nocet falsus catholicus, quàm si verus appareret hęreticus.Non est autẽ hominis scire quid sit in homine, nisi quis fortè ad hoc ipsum fuerit vel illuminatus spiritu dei,vel angelica informatus industria.Quod signum dabitis vt palam fiat pessima hæresis hæc docta mẽtiri non lingua tantùm, sed vita? Et quidem recens vastatio vineæ vulpem indicat affuisse, sed nescio qua arte fingendi ita sua cõfundit vestigia callidissimum animal, vt quà vel intret vel exeat,haud facilè queat ab homine deprehẽdi.Cúmque pareat opus, non apparet auctor: ita per ea quæ in facie sunt, cuncta dissimulat. Denique si fidem interroges, nihil Christianius. Si conuersationem,nihil irreprehensibilius: & quę loquitur,factis probat. Videas hominẽ in testimonium suæ fidei frequentare ecclesiã,honorare presbyteros, offerre munus suum,confessionem facere, sacramẽtis communicare.Quid fidelius?Iam quod ad vitam moresq; spectat, neminem conçutit,neminem circunuenit, neminem supergreditur.Pallent insuper ora ieiuniis, panem nõ comedit ociosus, operatur manibus vnde vitam sustentat.Vbi iam vulpes?Tenebamus eam: quomodo elapsa est è manibus? Quomodo tam repente disparuit?Instemus,inuestigemus:à fructibus eius cognoscemus eam. Et certè vinearum demolitio testatur vulpem. Mulieres relictis viris, & item viri dimissis vxoriC
bus ad istos sẽ cõferunt. Clerici & sacerdotes populis ecclesiisque relictis intonsi & barbati apud eos inter textores & textrices plerunque inuenti sunt. An non grauis demolitio ista? An non opera vulpium hæc? Verùm non apud omnes fortè ista tam manifesta deprehenduntur:& si sint,non est vnde probẽtur.Quonam modo capimus illos? Reuertamur ad consortium & contubernium fœminarum. Hoc enim inter eos nemo qui careat. Interrogo vnumquẽpiam horũ. Heus tu bone vir, quænam hæc mulier, & vnde hæc tibi? Vxórne tua? Non, inquit, nam voto meo istud non conuenit. Filia ergo?Non.Quid?Num soror,non neptis,num aliquo saltem propinquitatis vel affinitatis gradu attinẽs tibi? Nullo prorsus.Et quomodo tuta tibi cum ista continentia tua?Sanè nec licet tibi istud cohabitationem (si nescis) virorum & fœminarum in iis qui vouere continentiam,ecclesia vetat. Si non vis scandalizare ecclesiam, eiiĉe fœminam. Alioquin ex hoc vna cętera quę non adeo manifesta sunt, proculdubio credibilia fiunt. Sed quo mihi, inquit, euangelij loco monstras prohibitum istud?Euangeliũ appellasti? ad euangelium ibis. Si obedias euangelio,non facies scandalum. Prohibet enim Planè euangelium scandalum fieri.Facis autem tu,istam non amouendo iuxta cõstitutum ecclesię.Suspectus eras, at nunc manifestè censebere & contemptor euangelii,& ecclesię aduersator.Quid iudicatis fratres? Si pertinax fuerit vt nec obediat euangelio,nec ecclesiæ acquiescat:quid iam tergiuersari
zorgio

poteſt? Nónne apertè vobis videtur deprehensa fraus, com- D
prehensa vulpes?Si non amouet fœminam,nó amouet scandalum.Si non amouet scandalum cum amouere possit,transgressor tenetur euangelij. Quid factura ecclesia est nisi vt amoueat illum qui non vult amouere scandalum,ne sit similis illi inobediens?Nam hoc mandatum habet ex euangelio, nó *Matt.5.c*
parcere nec proprio oculo scãdalizanti se,nó manui,non pedi: sed eruere illũ, abscindere ista, & proiicere à se.Si,inquit, *Matt.18.c*
ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Fecimúsne aliquid?Puto quia fecimus.Cepimus vulpem: quia fraudem percepimus. Manifesti sunt qui latebant falsi catholici,veri deprædatores catholicæ.Etenim dum mecum dulces capiebas cibos,corpus dico & sanguinẽ Christi, dum in domo dei ambulauimus cum consensu:fuit suadẽdi locus, immò opportunitas seducendi, iuxta illud Sapientiæ:Simu- *Prou.11.b*
lator ore decipit amicũ suum.Nunc autem facilè, secundum *ad Tit.3.c*
sapiẽtiam Pauli,post vnam & secundam admonitionem hæreticum hominem deuitabo, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, ac proinde cautus prouidere ne iam sit & subuersor.Itaque nonnihil est(iuxta verbum sapientis)in insidiis *Prou.11.b*
suis captos esse iniquos.Illos præsertim iniquos, qui insidiis pro armis vti cauti sunt.Nam cõflictus omnino ab his & defensio periit. Vile nempe hoc genus & rusticanum ac sine literis,& prorsus imbelle. Denique vulpes sunt,& pusillæ:sed neque illa in quibus malè sentire dicuntur, defensibilia sunt, E
nec tam subtilia quàm suasibilia, idque duntaxat mulierculis rusticis & idiotis,& quales vtique omnes sunt quotquot adhuc de secta hac esse expertus sum. Nec enim in cũctis assertionibus eorum(nam multę sunt)nouum quid aut inauditum audisse me recolo,sed quod tritum est & diu vẽtilatum inter antiquos hæreticos, à nostris autem contritum & euentilatum. Dicendum tamen & dicam quænam illæ ineptiæ sunt, partim quas scisciantibus se catholicis minus cautè respondentes ipsi cõfessi sunt, partim quas diuisi ab inuicem litigãtes de inuicẽ prodiderunt,partim quoque quas nonnulli eorum redeuntes ad ecclesiam detexerunt:non quòd ad omnes respondeã (nec enim necesse est) sed tantum vt innotescant. At istud alterius erit opus sermonis,in laudẽ & gloriam nominis sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri,qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De erroribus quorundam negantium nuptias, & circa baptismum paruulorum,purgatorium ignem & orationes pro defunctis. *Sermo LXVI.*

CApite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. *Cant.2.d*
Ecce ego ad vulpes istas. Ipsæ sunt quæ prætergrediuntur viam, & vindemiant vineam. Non sunt contentæ deserere viam, nisi & desertare vineam possint, addentes præuaricationem. Non sufficit hæreticos esse, nisi & hypocritæ sint, vt sit supra modum peccans peccatum.Hi sunt F
qui veniunt in vestimentis ouium ad nudandas oues, & spoliandos arietes. An non tibi vtraque res impleta videtur vbi & fide plebes, & plebibus sacerdotes deprædati inueniũtur? Quinam isti prædones?Hi oues sunt habitu,astu vulpes,actu & crudelitate lupi.Hi sunt qui boni videri, non esse:mali nõ videri,sed esse volunt.Mali sunt,& boni videri volunt,ne solì sint mali:mali videri timẽt,ne parum sint mali.Etenim minus semper malitia palam nocuit,nec vnquam bonus nisi bo ni simulatione deceptus est. Ita ergo in malum bonorũ boni apparere studẽt:mali nolunt,vt plus liceat malignari. Neq; enim est apud eos virtutes colere,sed vitia colorare quodam quasi virtutum minio.Deniq; superstitionis impietatem nomine religionis intitulant.Innocentiam diffiniunt tantùm in aperto non lædere, innocentiæ proinde solum sibi vẽdicantes colorem.In operimẽtum turpitudinis,cõtinentiæ se insigniere voto. Portò turpitudinem in solis existimant reputãdam vxoribus:cùm vel sola sit ea quæ cũ vxore est causa,quæ turpitudinẽ excusat in coitu.Rusticani homines sunt& idiotæ & prorsus cõtemptibiles,sed non est (dico vobis) cum eis negligenter agendum. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. Denique non neglexit spiritus sanctus, qui de his quondam tam manifestè vati-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcinatus est dicente apostolo: Spiritus autem manifestè dicit
1.Tim.4.a quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocrysi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium
ibidem. suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. Istos prorsus istos dicebat. Hi nubere prohibent, hi à cibis abstinent quos deus creauit, de quibus postea videbimus. Nunc autem videte si non propriè dæmonum & non hominũ ludificatio hæc secundum quod prædixerat spiritus quere ab illis suæ sectæ auctorem, neminem dabunt. Quæ hæresis non ex hominibus habuit propriũ hæresiarcham? Manichæi Manẽ habuere principem & præceptorem, Sabelliani
Sabellium, Ariani Arium, Eunomiani. Eunomiũ, Nestoriani
Nestorium. Ita omnes cæteræ huiusmodi pestes singulæ singulos magistros homines habuisse noscũtur, à quibus originem simul duxere & nomẽ. Quo nomine istos titulóve censebis? Nullo, quoniam nõ est ab homine illorum hæresis, neque per hominem illam acceperunt (absit tamen vt per re-
1.Tim.4.a uelationem Iesu Christi) sed magis & absq; dubio (vti spiritus sanctus prædixit) per immissionem & fraudem dæmoniorum in hypocrisi loquẽtium mendacium, prohibentium nubere. In hypocrisi planè hoc & vulpina dolositate loquũ-
H tur, fingentes se amore id dicere castitatis, quod magis causa turpitudinis fouendæ & multiplicãdæ adinuenerũt. Res tamen tam in aperto est, vt mirer quomodo vnquam homini Christiano persuaderi potuerit: nisi quod hi adeo aut bestiales sunt vt non aduertãt qualiter omni immũditiæ laxat habenas, qui nuptias dãnat, aut certè ita pleni nequitia, & diabolica malignitate absorpti, vt aduertentes dissimulẽt, & lętentur in perditione hominum. Tolle de ecclesia honorabile connubium & torum immaculatum, nõnne reples eam cõcubinariis, incestuosis, semnisluis, mollibus, masculorum concubitoribus, & omni denique genere immũdorum? Elige ergo vtrumlibet, aut saluari vniuersa monstra hęc hominum, aut numerum saluandorum ad continẽtiũ redigi paucitatem. Quàm parc⁹ in vno, quàm largus in altero? Neutrũ cõpetit saluatori. Quid? Coronabitur turpitudo? Nihil minus decet honestatis auctorem. Damnabitur vniuersitas præter pauculos cõtinẽtes? Non est hoc esse saluatorem. Rara in terris continentia, neque pro tantillo quęstu ad terras plenitudo illa semetipsam exinaniuit. Et quomodo de illa omnes accepimus, si solis indulsit cõtinentibus participiũ sui? Non est quod ad hoc respõdeant Sed neque ad illud credo. Si honestati in cœlis est locus, non sit autẽ honesto & turpi cõsortium, sicut est societas luci ad tenebras: profecto neminem immundorum locus in loco salutis manet. Si quis
Gala.5.d aliter sapit, arguet illũ apostolica vox, absq; omni ambiguo asserẽs quoniam qui talia agunt, regnum dei nõ possidebũt.
I Quà iã exiet de cauerna hæc insidiosa vulpecula? Puto in fouea deprehẽsam, in qua sibi duo quasi foramina fecerit, vnũ quo intret, alterum quo exeat. Nam consueuit ita. Vide ergo quomodo vtrobique illi intercluſus sit exit⁹. Si solos in cœlestibus collocat continẽtes, perit ex maxima parte salus. Si omnem spurcitiam pariter cum cõtinentibus collocat, perit honestum. Sed iustius perit ipsa, neque hac exitura neq; illac recluſa perpetuo & capta in fouea quam fecit. Quidam tamen dissentiẽtes ab aliis, inter solos virgines matrimonium cõtrahi posse fatẽtur. Verùm quid in hac distinctione rationis afferre possint, non video: nisi quòd pro libitu quisq; suo sacramẽta ecclesiæ tanquã matris viscera dente vipereo certatim inter se dilacerare contendunt. Nã quod dicũtur prętendere de primis coniugibus quia virgines erant, quid istud quæso, matrimonij præiudicat libertati, quo minus & inter non virgines contrahi liceat? Sed nescio quid se in euangelio inuenisse susurrãt, quòd suæ ineptiæ fruſtra existimãt suffragari. Illud credo quòd dominus cum præmisisset testimoniũ
Gene.1.c de Genesi, Et creauit hominem deus ad imaginẽ & similitu-
Mar.10.a dinem suam, masculũ & fœminam creauit illos: postea intulit: Ergo quod deus coniunxit, homo non separet. Hos, inquiunt cõiunxit deus, quia virgines ambo erãt, & iam nõ licuit separari: non erit autem ex deo copulatio secus pręsumpta. Quis tibi dixit propterea à deo coniunctos, quia virgines erant? Nam scriptura hoc non loquitur An non virgines K
erant? inquit. Erãt, sed non est idipsum, copulatos virgines, & copulatos quia virgines. Quanquã neq; hoc quidem nominatim dictũ reperies quod virgines essent, quãuis essent. Sexuum sanc expressa diuersitas est, non virginitas, cum dictum est, Masculum & fœminã creauit illos. Merito quidẽ. Nõ enim maritalis copula corporum requirit integritatem. sed sexuum aptitudinem. Bene proinde ipsam instituens spiritus sanctus sexum expressit, & virginitatẽ, tacuit, nec dedit occasionẽ venandi verbum insidiotis vulpeculis. Quod vtique libẽter fecissent, quanuis id quoque fruſtra. Quid enim si dixisset, Virgines creauit illos? Num propterea continuò obtinuisses solos virgines licere cõiungi? Et tamen quomodo exultasses ex sola verbi occasione? quomodo exufflasses secundas & tertias nuptias? quomodo insultasses catholicæ scorta lenonesque adinuicem tanto libentius coniungenti, quanto proinde eos de turpi ad honestum trãsire non dubi-
07ee.1.d tat? Fortassis & reprehenderes deum prophetę pręcipientem fornicariam ducere: nũc autem & occasio deest, & liber gratis hæreticum esse. Nam testimonium quod vsurpasti ad
1.Cor.7.8 astruendum corrorem tuũ, plus ad destruendũ valere inuentum est, pro te facere nihil, contra te plurimum. Nũc autem audi quod te ex toto aut cõfundit aut corrigit, & hæresim tuam prorsus conterit & comminuit. Mulier quãto tempo-
L re vir eius viuit, alligata est viro: si autem dormierit vir eius, soluta est à lege viri: cui vult nubat, tantùm in domino. Paulus est qui cõcedit viduæ vt cui vult nubat: & tu ecõtra pręcipis, nulla prẽter virginem nubat, & hoc non nisi virgini: vt nõ cui vult nubat vel ipsa. Quid manũ dei abbreuias? Quid largam benedictionem nuptiarum restringis? Quid propriũ vendicas virgini, quod indultum est sexui? Non concederet
1.Tim.5.d hoc Paulus, nisi liceret. At parum dico concedit: vult quoq; Volo, inquit, adolescẽtiores nubere. nec dubiũ quin viduas dicat. Quid manifestius? Ergo quod concedit quia licet, etiam vult, quia expedit. Quod licet & expedit, hęreticꝰ prohibet? Nihil ex hac prohibitione persuadebit, nisi quòd hæreticus est. Superest vt & de residuo apostolicæ prophetiæ istos aliquantulum exagitemus. Abstinent nãque hi (vt prædixit ille) à cibis quos creauit deus ad percipiẽdum cum gratiarum actione. Hinc quoq; hæreticos se probantes, nõ ianẽ quia abstinent, sed quia hæreticè abstinent. Nam & ego in-
1.Cor.9.c terdum abstineo, sed abstinentia mea satisfactio est pro peccatis, non superstitio pro impietate. Num redarguimus Pau-
Ephes.5.d lum quòd castigat corp⁹ suum, & in seruitutem redigit? Abstineo à vino, quia in vino luxuria est: aut si infirm⁹ sum, modico vtor, iuxta cõsilium Pauli. Abstineo à carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem, simul & carnis nutriãt vitia. Panem M
Ezec.26.f ipsum cum mensura studebo sumere, ne onerato vẽtre stare ad orandum tædeat. & ne improperet etiam mihi propheta quia panem meum comederim in saturitate. Sed ne simplici quidem aqua ingurgitare me assuescam, ne distẽtio sanè vẽtris vsque ad titillationem pertingat libidinis. Hęreticus aliter. Nempe horret lac, & quæ quid ex eo conficitur postremo omne quod ex coitu procreatur. Rectè & Christianè, si non idcirco quia ex coitu, sed ne ad coitum prouocent. Cæterũ quid sibi vult quod ita generaliter omne quod ex coitu genertur, vitatur? Suspitionem generat mihi obseruatio ista ciborum tam signanter expressa. Veruntamẽ si de regula medicorum hæc profers nobis, nõ reprehendimus curam carnis, quam nemo vnquam odio habuit, si tamen nõ nimia fuerit. Si de disciplina abstinẽtium, id est spiritualium medicorum schola: etiam virtutem approbamus qua carnem domas, frenas libidinem. At si de insania Manichæi præscribis beneficentiæ dei, vt quod ille creauit & donauit ad percipiendum cum gratiarum actione, tu non modo ingratus, sed & censor temerarius immũdum decernas, & tãquam à malo abstineas: non planè abstinentiam collaudabo, sed execrabor malitiam & blasphemiam: te magis immũdum dixerim, qui immundum quid putas. Omnia munda mũdis, ait ille re
Tit.1.d rum optimus æstimator: & nihil immũdũ, nisi ei qui immũdum quid putat. Immundis autẽ & infidelibus nihil est mũdum, sed polluta est eorum & mens & cõscientia. Væ qui respuitis cibos quos deus creauit, iudicantes immundos & indignos

A dignos quos traiiciatis in corpora vestra: cum propterea vos corpus Christi quod est ecclesia, tanquã pollutos & immundos expuerit. Nõ ignoro quòd se & solos corpus Christi esse glorientur: sed sibi hoc persuadeant qui illud quoque persuasum habent, protestatem se habere quotidie in mensa sua corpus Christi & sanguinem consecrandi ad nutriendũ se in corpus Christi & membra. Nempe iactant se esse successores apostolorum, & apostolicos nominant, nullũ tamen apostoMatt.5.b latus sui signum valentes ostendere. Quousque lucerna sub modio? Vos estis lux mũdi, dictum est apostolis: & ideo apostoli super candelabrum, vt toto luceant mundo. Pudeat successores apostolorum lucem non esse mũdi, sed modij, mundi autem tenebras. Dicamus eis: Vos estis tenebræ mundi. Et
ibidem. transeamus ad alia. Se dicunt ecclesiam, sed contradicunt ei qui dicit: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Itáne lapidem de monte abscissum sine manibus, montem factum, & implẽtem mundum, vestris creditis incluſum antris? Et ne hic quidem immorãdum. Ipsa omnino refugit publicari, suo contenta susurrio. Habet & semper habebit integram Christus hæreditatem suam & possessionem suam terminos terræ. Se potius subtrahunt huic magnæ hæreditati, qui Christo illam conãtur detrahere. Videte detractores, videte canes. Irridentnos quia baptizamus infantes, quòd oramus pro mortuis, quòd sanctorum suffragia postulamus. In
B omni genere hominum atque in vtroque sexu festinant proscribere Christum, id adultis & paruulis, in viuis & mortuis. Hinc quidem infantibus ex impossibilitate naturæ, inde verò adultis ex difficultate continentiæ præscribentes. Porrò
Psal.94.a mortuos viuentium fraudãtes auxiliis, viuẽtes nihilo minus sanctorum qui decesserunt suffragiis spoliantes. Absit: Non relinquet dominus plebem suam quæ est sicut arena maris, nec contentus erit paucitate hæreticorum, qui omnes redemit. Neque enim parua, sed planè copiosa apud eum redemptio. Quãtus verò numerus istorum ad magnitudinem prę-
cij? Se magis prẽcio fraudant, qui ipsum euacuare conantur. Quid enim si infans pro se loqui nõ potest, pro quo vox sanguinis frattis sui, & talis fratris, clamat ad deum de terra? Adstat & clamat nihilo min⁹ mater ecclesia. Quid tamẽ infans? Nónne & ipse videtur tibi inhiare quodãmodo de fontibus saluatoris, vociferari ad deũ, susũ; vagitibus clamitare, Domine vim patior, responde pro me: Flagitat auxilium gratiæ, quia vim patitur ab origine. Clamat innocẽtia miseri, clamat ignorantia paruuli, clamat addicti infirmitas. Ita ergo clamãt hæc omnia, sanguis fratris, fides matris, destitutio miseri, & miseria destituti. Et clamatur ad patrem. Porrò pater seipsum non potest, pater est. Nemo mihi dicat quia non habet fidem, cui mater impertit suam, inuoluens illi in
C sacramento quousque idoneus fiat proprio non tantùm sensu, sed assensu euolutam purámque corripere. Nunquid breue pallium, vt non possit ambos corripere? Magna est ecclesiæ fides. Nũquid minor fide Chananęæ mulieris, quam con-
Matt.15.c stat & filiæ sufficere potuisse & sibi? ideo audiuit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Nunquid minor fide illorum qui paralyticum per regulas demittentes, animæ illi
Matt.9.a simul & corporis obtinuere salutem? Denique habes: Quo-
Ioan.5.a rum fidẽ vt vidit, ait paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et paulò post: Tolle grabatum tuum, & ambula. Qui hæc credit, facilè huic persuadebitur merito ecclesiam præsumere non solùm paruulis baptizatis in sua fide salutem, sed etiam interfectis pro Christo infantibus coro-
Heb.11.b nam martyrij. Quæ cum ita sint, nullum præiudicium sustinebunt regenerati de eo quod dictum est: Sine fide impossibile est placere deo: cum sine fide non sint, qui in testimoniũ
Matt.16.d fidei, baptismi gratiam perceperunt. Sed neque de eo quod item dictum est: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Quid enim credere est, nisi fidem habere? Itaque & mulier
1.Tim.2.d saluabitur per generationem filiorum, si permanserit in fide cum lenitate: & infantibus per lauacri regenerationem succurretur: & adulti qui continere non poterunt, coniugij tricesimo fructu se rediment: viuentium quoque preces & hostias mortui qui opus habebunt, & digni erunt, mediantibus percipient angelis, & eorum qui iam peruenerunt, viuẽtibus adhuc nequaquam solatia deerunt per deum qui vbique est, & in deo nusquam affectu charitatis absentium. Nã & Chri- D
Rom.14.b stus propter hoc mortuus est & resurrexit, vt viuorũ dominaretur & mortuorum. Propter hoc quoque & infans natus est, & per singulos ætatum gradus profecit in virum, vt nulli deesset ætati. Non credunt autem ignem purgatorium restare post mortem, sed statim animam solutam à corpore, vel ad requiem transire, vel ad damnationem. Quærant ergo ab eo qui dixit quoddam peccatum esse, quod neque in hoc se-
Matt.12.c culo, neq; in futuro remitteretur, cur hoc dixerit si nulla manet in futuro remissio purgatióve peccati? Iam verò qui ecclesiam non agnoscunt, non est mirum si ordinibus ecclesiæ detrahunt, si institutа non recipiunt, si sacramenta contemnunt, si mandatis nõ obediunt. Peccatores, inquiunt, sunt apostolici, archiepiscopi, episcopi, presbyteri, ac per hoc nec dandis nec recipiendis idonei sacramentis. Nunquam verò duo ista conuenient, episcopum esse, & peccatorem? Falsum est. Episcopus erat Caiphas, & tamen quantus peccator, qui in dominũ mortis dictabat sententiam? Si negas episcopum, arguet te testimonium Ioannis, qui eum in testimonium sui pontificatus etiam prophetasse refert. Apostolus erat Iudas, & licet auarus & sceleratus, electus à domino. An tu de illius
Ioan.6.g apostolatu dubitas, quem dominus elegit? Nõne ego, inquit, vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Audis eũdem electum apostolum, & extitisse diabolum, & negas posse esse episcopum qui peccator est? Super cathedram Moysi E
Matt.23.a sederũt Scribę & Pharisæi, & qui non obedierunt eis tanquã episcopis, inobedientiæ rei fuerũt etiam in ipsum dominum præcipientem & dicẽtem: Quæ dicunt facite. Patet quamuis Scribæ, quãuis Pharisæi, quamuis videlicet maximi peccatores, propter cathedram tamen Moysi ad eos quoque nihilo minus pertinere quod item dixit: Qui vos audit, me audit: &
Luc.10.c qui vos spernit, me spernit. Multa quidem & alia huic populo stulto & insipienti à spiritibus erroris in hypocrisi loquentibus mendacium mala persuasa sunt, sed nõ est respondere ad omnia. Quis enim omnia nouit? Deinde labor infinitus esset, & minimè necessarius. Nam quantũ ad istos, nec rationibus conuincuntur, quia nõ intelligunt: nec auctoritatibus corriguntur, quia non recipiunt: nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt. Probatũ est, moti magis eligũt quàm conuerti. Horum finis interitus, horum nouissima incẽdium manet. Horum siquidem in facto Sampson ex succensis vulpium caudis figura præcessit. Perunque fideles iniectis ma-
Iudic.15.d nibus aliquos ex eis ad mediũ traxerunt. Quæsiti fidem, cum de quibus suspecti videbãtur, omnia prorsus suo more negarent, examinati iudicio aquæ, mendaces inuenti sunt. Cúmq; iam negare non possent, quippe deprehẽsi, aqua eos non recipiente, arrepto, vt dicitur, freno dẽtibus, tam miserè, quàm liberè impietatem non confessi, sed professi sunt, palàm pietatem astruentes, & pro ea mortem subire parati, nec minus F
Rom.13.b parati inferre qui astabãt. Itaque irruens in eos populus, nouos hæreticis suæ ipsorum perfidiæ martyres dedit. Approbamus zelum, sed factum non suademus: quia fides suadenda est, non imponenda. Quanquam melius proculdubio gladio coercerentur, illius videlicet qui nõ sine causa gladium portat, quàm in suum errorẽ multos trãiicere permittantur. Dei enim minister ille est, vindex in iram ei qui male agit. Mirabantur aliqui, quòd non modo patienter, sed & lætì, vt videbatur, ducerẽtur ad mortem: sed qui minus aduertunt quanta sit potestas diaboli nõ modò in corpora hominum, sed etiam in corda quæ semel permissus possederit. Nõne plus est sibimet hominẽ iniicere manus, quàm id libenter ab alio sustinere? Hoc autem in multis potuisse diabolũ frequenter experti sumus, qui seipsos aut submerserunt, aut suspenderunt. Denique Iudas suspẽdit seipsum, diabolo sine dubio immit-
Mat.27.d tente. Ego tamen maius existimo, magisq; admiror quòd potuit immisisse in cor ei⁹ vt traderet dominũ, quàm vt semetipsum suspẽderet. Nihil ergo simile habent cõstantia martyrum, & pertinacia horũ, quia mortis cõtemptũ in illis pietas, in istis cordis duritia operatur. Et ideo propheta martyris
Psal.118.f forsitã voce dicebat: Coagulatum est sicut lac cor eorũ, ego verò legem tuam meditatus sum: pro eo videlicet quòd essi pœna eadem videretur, longe diuersa esset intentio, illo vtiq; durante cor contra dominum, isto in lege domini meditãte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Quæ non ita sunt,non est opus(vt dixi) frustra multa aduersus homines stultissimos atque obstinatissimos dicere, sufficit innotuisse illos vt vitentur. Quamobrem vt deprehẽdátur,cogendi sunt vel abiicere fœminas, vel exire de ecclesia: vtpote scandalizantes ecclesiam in conuictu & cõtubernio fœminarum.Dolendum valde quòd non solum laici principes,sed & quidam,vt dicitur,de clero,necnõ de ordine episcoporum,qui magis eos persequi debuerant,propter quæstum sustineant,accipientes ab eis munera.Et quomodo,inquiunt,damnabimus nec conuictos nec cõfessos?Friuola satis non ratio,sed occasio. Hoc solo,etiam si aliud nõ esset,facilè deprehendis,si (vt dixi) viros & fœminas qui se continẽtes dicunt,adinuicem separes,& fœminas quidem cum aliis sui & sexus&voti degere cogas,viros æque cum eiusdẽ propositi viris.Per hoc enim consultũ erit vtrorumque voto simul & famæ,cum continẽtiæ suæ & testes habuerint & custodes.Quo d si non sustinent,iustissimè eliminabũtur de ecclesia quam scandalizant non solum notabili,sed etiam illicita cohabitatione.Ergo ista sufficiant pro deprehẽdendis harum vulpium dolis,ad dandam scientiam& cautelam dilectæ & gloriosę sponsæ domini nostri Iesu Christi,qui est super omnia deus benedictus in secula.Amen.

H

De mirabili affectu dilectionis sponsæ,quem eructat propter amorem Christi sponsi.
Sermo.LXVII.

Cant.2.d Dilectus meus mihi, & ego illi.] Hactenus verba sponsi.Adsit ipse,vt dignè ad gloriam ipsius & nostram ipsorum salutem sponsæ eius possimus inuestigare sermones. Neque enim tales sunt qui à nobis considerari & discuti prout dignum fuerit,valeant,nisi ipse fuerit dux verbi. Sunt enim quam suaues ad gratiam,tam fœcundi ad sensus, tam etiam profundi ad mytteria .Cui similabo eos ? Vni interim alicui epularũ,quæ triplici quadam emineat gratia, deliciosa ad saporem, solida ad nutrimentum, efficax ad medicinam.Sic, inquam,sic singulus quisque sponsæ sermo, & ex eo quod suauiter sonat,affectum mulcet: & de sensuum vbertate mentem impinguat & nutrit: & de altitudine mysteriorum dum intellectum quo plus exercet, plus terret. miro modo tumorem sanat inflantis scientiæ. Etenim si vnus quispiam ex his forte qui sibi scioli videntur, curiosius sese dederit scrutinio horum, cum viderit ingenij sui succũbere vires,& redigi in captiuitatẽ omnem intellectum persenserit,nónne humiliatus ad illam vocem compelletur vẽ
Psa.138.a dicat:Mirabilis facta est scientia tua ex me,confortata est,& non potero ad eam? Et nunc quidem principium verborum eius quãtæ suauitatis insigne præfert?Nam vide quale principium dederit.Dilectus,inquit,meus mihi,& ego illi.Sim-
I plex vox videtur,quoniam suauiter sonat.Sed de hoc videbitur postea. Nunc verò à dilectione incipit, de dilecto prosequitur, nihil aliud se scire indicans nisi dilectum,Patet de quo sermo: cum quo,non ita.Non enim vt cum ipso eodem fuerit,sentire permittitur, cum ipse iam non affuerit. Neque id dubium,nempe mox eum reuocare videtur, & quasi post tergum clamare:Reuertere,inquiens, dilecte mi. Vnde adducimur non aliud sanè coniicere,nisi quòd finitis verbis suis iterum suo more se absentauerit,& illa remanserit nihilo minus de eo loquens,qui nunquam absens est sibi. Ita est,in ore retinuerit,qui non recedebat à corde nec quan-
Luc.6.g do recedebat.Quod de ore exit,de corde venit, & ex abundantia cordis os loquitur .Ergo loquitur de dilecto vt verè dilecta,& verè diligenda,quoniam diligit multum . Quærimus cũ quo?Nam de quo,nouimus:&non occurrit nisi forte cum adolescentulis, quæ à matre abesse non possunt vbi discesserit sponsus. Sed melius (vt opinor) sentimus secum potius & non cum altero sic locutam, præsertim quod trũca & minus continens inueniatur ipsa locutio , insufficiens planè ad dandam intelligentiam auditori,ob quam vel maximè inuicẽ loquimur.Dilectus meus mihi,inquit,& ego illi.Non plus?Pendet oratio,immo nõ pẽdet,sed deficit. Suspenditur auditor,nec eruditur,sed erigitur. Quid est hoc q dicit,ille mihi,& ego illi?Nescimus quid loquitur:quia non sentim⁹ quod sentit.O sancta anima,quid tuus ille tibi?quid K
tu illi? Quænam,quæso,hęc inter vos tam familiariter fauorabilitérque discurrẽs exhibitio &redhibitio? Tibi ille túq; vicissim illi.Sed quid? Idipsum ei tu,quod tibi ille,an aliud? *Ioan.10.c*
Si nobis,si ad nostrã loqueris intelligentiam, euidẽter quod *Esa.24.c*
sentis edicito. Quousque animas nostras tollis? An(secũdum prophetam)secretum tuũ tibi?Ita est,affectus locutus est,nõ intellectus,&ideo non ad intellectum. Ad quid ergo? Ad nihil nisi quod mirabiliter delectata & affecta vehementer ad desideratos affatus,finẽ illo faciente nec tacere omnino quiuit,nec tamen quod sensit exprimere. Neque enim vt exprimeret sic locuta est,sed ne taceret. Ex abundantia cordis os *Luc.6.g*
locutum est,sed non pro abundantia . Habent suas voces affectus,per quas se etiam cum nolunt,produt:timor (verbi causa)meticulosas,dolor gemebundas,amor iucũdas. Nunquid dolẽtium planctus,mœrentiúmve singultus vel gemitus,percussorum itémque pauẽtium subitas & efferatas clamitationes,seu etiam saturatorum ructus aut vsus creat, aut ratio excitat,aut deliberatio ordinat, aut præmeditatio format?Eiusmodi certum est nõ nutu prodire animi,sed erumpere motu.Sic flagrans ac vehemens amor, præsettim diuinus,cum se intra se cohibere non valet nõ attendit quo ordine,qua lege,quáve serie seu paucitate verborum ebulliat, dummodo ex hoc nullum sui sentiat detrimẽtum interdum nec verba requirit,interdũ nec voces omnino vllas,solis ad hoc contentus suspiriis.Inde est quod sponsa sancto amore L
flagrans,idque incredibili modo,sanè pro captanda quãtulacũque euaporatione ardoris quem patitur,non considerat quid qualiter eloquatur:sed quicquid in buccam venerit, amore vrgente non enunciat,sed eructat. Quidni eructet sic refecta & sic repleta ? Reuolue textum epithalamij huius ab ipso exordio vsque huc,& vide si tanta vspiam illi quanta hac vice in cũctis visitationibus & allocutionibus spósi copia eius indulta fuerit,& si vnquam ex ore ipsius non modo tam multos,sed & tam iucundos sermones acceperit. Quæ *Psal.102.a*
ergo repleuerat in bonis desideriũ suum,quid mirum si ructum potius quam verbum fecit:Et si verbum fecisse tibi videtur, eructatum puta,& nõ subordinatum aut præordinatum.Nec enim sponsa rapinã arbitratur sibi aptare prophetæ dictum:Eructauit cor meum verbum bonum,quippe co- *Psal.44.a*
dẽ repleta spiritu:Dilectus meus mihi,& ego illi.Nihil consequentiæ habet,deest orationi. Quid inde?Ructus est.Quid tu in ructu quæris orationum iũcturas,solennia dictionum? Quas u ttuo ructui leges imponis vel regulas? Non recipit tuam moderationem,non à te compositionem expectat,nõ commoditatem,nõ opportunitatem requirit:per se ex intimis non modo cum nõ vis,sed & cum nescis erumpit,euulsus potius quàm emissus.Tamen odorẽ portat ructus,quádoque bonum,quãdoque malum , pro vasorum è quibus ascendit contrariis qualitatibus.Denique bonus homo de bo- M
no thesauro suo profert bonum,& malus malum. Bonũ vas
spósa domini mei,& bonus mihi odor ex illa.Gratias ago tibi domine Iesu,qui me dignatus es admittere saltem ad odo- *Matt.15.c*
randum.Ita domine,nam & catelli edũt de micis quæ cadũt de mensa dominorum suorum. Mihi,fateor, bene redolet ructus dilectæ tuæ,& de plenitudine eius quamuis modicũ *Psa.144.b*
quid gratanter accipio.Memoriam abúdantię suauitatis tuę eructat mihi,& nescio quid ineffabile tuæ dignationis & amoris odoratus sum in voce ista dilectus meus mihi,& ego *Psal.67.a*
illi.Ipsa(vt dignum est)epuletur & exultet in conspectu tuo, & delectetur in lætitia.Veruntamẽ sic tibi excedat,vt sobria *Psal.64.a*
sit nobis.Ipsa ergo repleatur in bonis domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potetur:sed quæso,perueniat ad me paupe rem vel tenuis odor eructante illa cũ satiata fuerit.Bene mihi eructauit Moyses,& bonus odor in ructu eius creátis po- *Gene.1.a*
tentiæ..In principio,inquit,creauit deus cœlum &terrã.Bene Esaias.nam suauissimum redimentis misericordiæ odoré *Esa.53.d*
dedit ita eructans: Tradidit in mortem animam suam, & cũ sceleratis reputatus est,& ipse peccata multorũ tulit, & pro transgressoribus rogauit,vt nõ perirent. Quid æquè misericordiam redolet?Bonus quoq, ex ore Hieremiæ ructus, bo- *Psal.44.a*
nus ex Dauid,qui ait:Eructauit cor meum verbum bonum. Repleti sunt omnes spiritu sancto,& eructantes omnia impleuerunt

A pleuerunt bonitate.Ructum Hieremiæ requiritis? Non sum
Thren.3.c oblitus,iam parabam illum.Bonum est præstolari cum silentio salutare domini . Eius est (non fallor) admouete naribus, balsamum vincit suauitas remunerãtis iustitiæ quam impor-
Habac.2.a tat. Patientem pro iustitia vult me expectare mercedem in posterum,non recipere in præsenti , quòd iustitiæ merces salutare non seculi,sed domini sit.Si moram fecerit, inquit,expecta eum:& ne murmuraueris,quoniam bonum est cum silentio expectare. Ego faciam quod hortatur, expectabo dominum saluatorem meum . Sed peccator sum, & adhuc mihi grandis restat via : quia longè à peccatoribus salus . Non
Psal.63.b murmurabo tamen: in odore vel dolore interim consolabor
Rom.8.d me . Lætabitur iustus in domino , gustu experiens quod ego sentio odoratu . Quem spectat iustus, peccator expectat , &
Psal.33.b expectatio odoratio est. Nam expectatio,ait, creaturæ reuelationem filiorum dei expectat.Portò spectare gustare est,& videre quoniam suauis est dominus.An potius iustus qui ex-
Prou.10.d pectat, & qui iam tenet beatus? Deniq; expectatio iustorum lætitia.Nam peccator nihil expectat.Et inde peccator, quòd
Sophon.3.b bonis præsentibus non modò detentus,sed & contentus,nihil in futurum expectat,surdus ad vocem illam : Expecta me
Luc.2.d (dicit dominus) in die resurrectionis meæ in futurum . Et ideo iustus erat Simeon , quia expectabat & odorabat iam Christum in spiritu, quẽ necdum in carne odorabat. Et bea-
B tus in expectatione sua : quia per odorem expectationis per-
Ioan.8.g uenit ad gustum contemplationis . Denique ait, Et viderunt oculi mei salutare tuum.Iustus quoque Abraham,qui & ipse
Luc.12.c expectauit vt videret diem domini,& nõ est confusus ab ex-
Psal.39.a pectatione sua, nam vidit & gauisus est . Iusti apostoli cũ audiebant: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum . Quidni iustus & Dauid quando aiebat : Expectans
Psal.118.r expectaui dominum ? Ipse est quartus de numero prænominatorum ructatorum meorum,quem penè præterieram.Nõ
Psal.44.a expedit quidem.Iste os suum aperuit,& attraxit spiritum, & saturatus non modo eructauit,sed & cãtauit.Iesu bone, quãtam meis naribus & auribus iste infudit suauitatem in ructu & cantu suo de oleo lætitiæ quo vnxit te deus deus tuus præ consortibus tuis ex myrrha & gutta & cassia à vestimentis tuis à domibus eburneis,ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo ? Vtinam me digneris occursu tanti vatis & amici tui in die solennitatis & lætitiæ, quando egredietur de thalamo tuo epithalamium suum canens in psalterio iucundo cum cithara, affluens deliciis, respersus & respergens vniuersa istiusmodi puluere pigmentatio. In illa die , vel potius in illa hora,(nam hora est siquando est,& fortassis ne ho-
Apoc.8.a ra quidem , sed horæ dimidium , iuxta illud scripturæ : Fa-
Psal.125.a ctum est silentium in cœlo quasi media hora,) ergo in illa ho ra replebitur gaudio os meum , & lingua mea exultatione,
C dum singulos non dico psalmos,sed versus singulos sentiam ructus &quidem odoriferos super omnia aromata. Quid Ioannis ructu fragrantius,qui verbi mihi redolet æternitatem, generationem, diuinitatem ? Quid de Pauli ructibus loquar, quanta orbem suauitate repleuerint?Denique Christi bonus odor erat in omni loco. Verba certè ineffabilia etsi non profert vt audiam , offert tamen vt cupiam , & libeat odorare quæ audire non licet . Nescio enim quo pacto , quo plus latent, plus placent : & auidius inhiamus negatis. Sed iam aduerte apud sponsam similem rem : quomodo instar Pauli in præsenti capitulo & secretum non aperit, nec præterit tamen intactum,aliquid quasi olfactui nostro indulgens,quod gustui forte interim nõ competere iudicarit, siue propter indignitatem nostram , siue propter incapacitatem . Dilectus meus mihi, & ego illi. Quod non est dubium : duorum quidem hoc loco amor mutuus flagrat : sed in amore summo vnius profectò felicitas , alterius mira dignatio . Neque enim inter pares est consensio seu complexio hæc . Cæterùm quid ista ex hac prærogatiua amoris glorietur impensum sibi , repensúmque vicissim à se,quis se liquidò nosse præsumat , nisi qui præcipua puritate mentis,& corporis sanctitate, in semetipso meruerit tale aliquid experiri ? Res est in affectibus:
2. Cor.3.d nec ratione ad eam pertingitur,sed cõformitate. Quàm pauci verò qui dicant: Nos autem reuelata facie speculantes gloriam domini, in eandem imaginem transformamur de clari-
tate in claritatem , tanquam à domini spiritu ? Verùm vt sub D
aliqua qualicunque intelligentię forma,quod legitur rediga-
tur : salùo quidem sponsæ suo singulari secreto (ad quod interim non datur accedere , præsertim talibus quales nos sumus) apponendum sanè aliquid nobis eo accommodatius ad communem sensum,quo vsitatius, quod & verbis conse-
quentiam & intellectum det paruulis.Et mihi quidem vide- *Psal. 118.f*
tur satis esse ad nostram grossam & quodammodo popularem intelligentiam , si dicendo, Dilectus meus mihi, subaudiamus, intendit: vt sit sensus: Dilectus meus intendit mihi, & ego illi . Quanquam tamen nec solus ego id senserim,nec primus:cùm propheta ante me dixerit: Expectans expectaui *Psal.39.a*
dominũ,& intendit mihi . Habes apertè intẽtionem domini ad prophetam : habes & prophetæ ad dominum in eo quod ait: Expectans expectaui. Nam qui expectat, intendit: & expectare,intendere est.Idem omnino sensus,eadem penè verba apud prophetam,quę apud sponsam:sed prius ex propheta trãsposita . Prius siquidem is quod illa posterius posuit:& econuerso . Cæterùm sponsa rectius locuta est , & non prætendens meritum,sed præmittens beneficium, & se præuentam dilecti gratia confitens. Rectè omnino.Nam quis prior *Rom.11.d*
dedit illi, & retribuetur ei ? Denique audi Ioannem , quid in epistola super hoc senserit . In hoc est charitas , inquit , non *1.Ioan.4.b*
quasi nos dilexerimus deum,sed ipse prior dilexit nos . Propheta tamen gratiæ præuentionem etsi tacuit , non negauit E
subsecutionem . Planè non tacuit . Sed accipe & alio loco certiorem de re ista ipsius confessionem . Et misericordia *Psal.22.b*
tua , inquit (domino loquebatur) subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ . Audi & de præuentione identidem ipsius non minus certam manifestámve sententiam . Deus meus, *Psal.58.c*
inquit, misericordia eius præueniet me . Item ad dominum, *Psal.78.b*
Cito,ait,anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis . Pulchrè sponsa posterius (ni fallor) hæc eadem verba non eodem ordine ponit , sed sequitur & ipsa prophetæ ordinem , loquens hoc modo : Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi.Cur ita ? Nempe vt tunc magis gratia plenam se probet,cum totum gratiæ dederit, & primas scilicet illi partes adscribẽs,& vltimas. Alioquin quomodo gratia plena,si quid habuerit quod non sit ex gratia ? Nõ est quò gratia intret vbi iam meritum occupauit . Ergo iam plena confessio gratiæ,ipsius gratiæ plenitudinem signat in anima confitentis.Nam si quid de proprio ineſt,inquantum est,gratiam cedere illi necesse est. Deest gratię quicquid meritis deputas.Nolo meritum quod gratiam excludat . Horreo quicquid de meo est vt sim meus , nisi quòd illud magis fortitan meum est,quod me meum facit. Gratia reddit me mihi iustificatum gratis , & sic liberatum à seruitute peccati. Denique vbi spiritus domini, ibi libertas. O fatuam spõsam synagogam, quæ contemnens dei iustitiam, id est gratiam sponsi F
sui, & suam volens constituere, iustitiæ dei non est subiecta. Ob hoc misera repudiata est,& iam non est sponsa,sed ecclesia,cui dicitur:Desponsaui te mihi in fide. Desponsaui te mi- *Osee.2.d*
hi in iudicio & iustitia . Desponsaui te mihi in misericordia & miserationibus . Nec tu me elegisti , sed ego elegi te : nec *Ioan.15.b*
vt te eligerem , tua inueni merita,sed præueni. Ita ergo in fide desponsaui te mihi,& non in operibus legis : desponsaique in iustitia,sed iustitia quæ est ex fide,non ex lege . Restat vt iudices iudicium rectum inter me & te,iudiciũ quo te desponsaui, vbi cõstat interuenisse non tuum meritũ,sed meum placitum.Hoc est autem iudicium , vt tua merita non extol- *Mat.20.b*
las,nõ præferas opera legis, non iactes pondus diei & æstus, quæ magis in fide & in iustitia quę est ex fide, necnon in misericordia & miserationibus nosceris desponsata . Quæ verè sponsa est,agnoscit ista,& vtramq; gratiã confitetur . Primò quidem eam quæ prima est,qua & præuenta est, postea verò & subsequentem. Ait itaq; nunc,Dilectus meus mihi, & ego illi:principium dilecto tribuens.In consequentibus, Ego,inquit,dilecto meo,& dilectus meus mihi,consummationẽ illi æquè cõcedẽs.Nũc iam videamus quid dicat,Dilectus meus mihi.Si enim hoc recipitur vt subaudiamus intendit, sicut iã diximus , & sicut propheta ait · Expectans expectaui domi- *Psal.39.a*
num,& intendit mihi : ego autem in verbo isto sentio nescio quid non planè exiguum , nec mediocris prærogatiuæ . Sed

G non est ingerenda fatigatis auribus & mẽtibus res omni alacritate digna. Si non grauat, differatur, & nõ in longum: crastinus inde incipiat sermo. Tantum orate vt ab irruentibus occupationib⁹ interim custodiat nos gratia & misericordia sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Qualiter sponsus Christus intendit sponsæ ecclesiæ, & ipsa illi: & de cura quam habet deus de electis, & vnde insit ecclesiæ. Quid sit mereri vel nõ, aut præsumere.
Sermo LXVIII.

AVdite iam quod heri distulimus, audite. Gaudium meum quod sensi, & vestrum est: audite gaudentes In vno verbo sponsæ sensi hoc, & quasi odoratus abscondi, cò vobis hodie festiuius exhibendum, quò tempestiuius. Sponsa locuta est, & dixit sponsum intendere sibi. Quæ est sponsa, & quis est sponsus? Hic deus noster est, & illa (si audeo dicere) nos sumus, cum reliqua quidem multitudine caeptiuorum quos ipse nouit. Gaudeamus. Gloria nostra hæc
2.cor.1.c est, testimonium conscientiæ nostræ. Nos sumus in quos intendit deus. Quanta tamen disparilitas! Quid terrigenę & filij hominum coram illo? Secũdum prophetam sic sunt qua-
Esa.40.d si non sint, & quasi nihilum & inane reputati sunt ei. Quid sibi ergo vult ista inter tam dispares comparatio? Aut illa in
H immensum gloriatur, aut is in immensum amat. Quam admirabile est, quod illius intẽtionem ista sibi quasi propriam
Canti.2.d vendicat, dicens: Dilectus meus mihi? Nec eo cõtenta tamẽ, pergit amplius gloriari, respõdere se illi, quasi ex æquo morem gerere, repẽdere vicem. Sequitur enim: Et ego illi. Insolens verbum, Et ego illi. Nec minus insolẽs, Dilectus meus mihi: nisi quòd vtroque insolẽtius vtrumque simul. O quid audet cor purum, & conscientia bona, & fides non ficta-Mihi, inquit, intendit. Itáne huic intenta est illa maiestas, cui gubernatio pariter & administratio vniuersitatis incumbit? & cura seculorum, ad sola trãsfertur negocia (imò ocia) amoris & desiderij huius? Ita planè. Ipsa est enim ecclesia electorũ, de quibus apostolus: Omnia, inquit, propter electos. Et cui
2.Tim.2.b dubium quòd gratia & misericordia dei sit in sanctos eius,
Sapien.4.c & respectus in electos illius? Ergo prouidẽtiam cęteris creaturis non negamus, curam sponsa vendicat sibi. Nunquid de bobus cura est deo? Nec dubium quin idem possimus dicere de equis, de camelis, de elephantis, & de cunctis bestiis
2.Cor.9 terræ: similiter & de pisc⁹ maris, & volatilib⁹ cœli, postremò de omni re quæ est super terram, solis sanè exceptis quibus dicitur: Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. An non tibi videtur veluti his verbis dictum, Intendite illi, quia ipse intendit vobis? Et obserua apostolum Petrum (eius enim verba sunt)
1.Pet.5 si non & ipse verborum spõsę obseruauerit ordinem Nem-
I pe non ait: Omnem solicitudinẽ vestram proiicientes in eum, vt sit ipsi cura de vobis: sed, Quia ipsi cura est de vobis: apertè proinde monstrans, ecclesia sanctorum non modo quoniam dilecta, sed & quod prius dilecta fuerit. Constat
1.Cor.9.b non ad eam pertinere de verbo quod de bobus dixit apostolus, nam curam illius habet qui dilexit illam, & semetipsum dedit pro illa. Nõnne hæc est ouis errans, cuius cura etiam supernorum curæ gregum prælata est? Denique illis expositis, pastor descendit ad istam: quæsiuit diligenter: inuentam non reduxit, sed reuexit: noua cum illa & de illa intulit cœlis festa gaudiorum, populis angelorum inuitatis ad solẽnitatem. Quid ergo? propriis humeris dignatus est eam reportare, & curam illius non habebit? Ideo non confundi-
Psal.39.d tur dicere: Dominus solicitus est mei. Nec se existimat erra-
Psal.137.a re, cum item dicit: Dominus retribuet pro me, & si quid est aliud quod curam dei circa ipsam significare videatur. Inde est quod dominum sabaoth dilectum suum dicit, & eum qui cum tranquilitate iudicat omnia, sibi intendere gloriatur.

Quidni glorietur? Audiuit illum dicentem sibi: Nunquid
Esai.49.d mater potest obliuisci vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Denique oculi domini super iustos. Et quid spõsa, nisi congregatio iustorum? Quid ipsa, nisi generatio quærentium dominum, quærentium faciem sponsi? Non enim ille intendit huic, & non ista illi. Propterea vtrunque ponit, dicens: Ille mihi, & K
Canti.2.d ego illi. Ille mihi, quia benignus & misericors est: ego illi, quia non sum ingrata. Ille mihi gratiam ex gratia: ego illi gratiam pro gratia. Ille meæ liberationi, ego illius honori. Ille saluti meæ, ego illius voluntati. Ille mihi & non alteri, quoniam vna sum columba eius: ego illi, & nõ alteri. Nec enim audio vocem alienorum, nec enim acquiesco dicẽtibus mihi: Ecce hic est Christus: aut, ecce illic est. Hæc ecclesia. Mar.13.a
Quid singulis quibusq; nostrũ? Putamúsne in nobis quempiam esse cui aptari queat quod dicitur? Quid dixi in nobis? Ego autem & tũ quouis intra ecclesiã constituto, si quis hoc quærat, nõ omnino reprehendendum censuerim. Nec enim vna vnius ratio est, atque multorum. Denique non propter animam vnam, sed propter multas in vnam ecclesiam colligendas, in vnicam astringendas sponsam, deus tam multa & Psal.73.c fecit & pertulit cum operatus est salutem in medio terræ. Charissima illa est vna vni, non adhærens alteri sponso, non cedens alteri sponsæ. Quid ista non audeat apud tam ambitiosum amatorem? Quid non ab illo speret, qui se quæsiuit è cœlo, vocauit à finibus terræ? Nec modo quęsiuit, sed acquisiuit. Adde & de modo acquisitionis, in sanguine acquisitoris. Aliàs verò (vt assolet) propterea magis præsumit, quoniam prospiciens in futurum non ignorat quoniam dominus se opus habet. Quæris ad quid? Ad videndum in bonitate e- L
lectorum suorum, ad lætandum in lætitia gentis suæ, vt laudetur cum hæreditate sua. Nec paruum hoc opus existimes, nullum dico tibi remanebit opus perfectum si hoc nutarit. Nónne de statu & consummatione ecclesiæ finis omnium pendet? Tolle hanc, & frustra inferior ista creatura renelationem filiorum dei expectat. Tolle hanc, & neque patriarchæ neque prophetæ aliqui consummabuntur, cum Paulus Heb.11.g
asserat deum ita prouidisse pro nobis, ne sine nobis consummarentur. Tolle hanc, & ipsa sanctorum angelorum pro im perfectione sui numeri gloria claudicabit, nec dei ciuitas de
Psal.8.a sui integritate gaudebit. Vnde ergo implebitur propositum dei, & mysterium volũtatis eius, magnúmq; illud pietatis sacramentũ? Vnde postremò dabis mihi infantes & lactentes,
2.Cor.3.a quorum ex ore laudem suam perficiat deus? Cœlum non habet infantes, habet ecclesia, quib⁹ & dicit: Lac vobis potum
Psal.112.a dedi, non escam. Et hi ad laudem quasi complendam à propheta inuitantur, dicente: Laudate pueri dominum. Tu puPsal.137.a tas deum nostrum totam habiturum suæ gloriæ laudem do-
Psal.89.b nec veniant qui in conspectu angelorum psallant sibi: Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala? Hoc genus lætitiæ cœli nescierunt nisi per ecclesiæ filios: hoc nemo vnquam lætatur, qui nunquam non lætatur. Opportunè post tristitiam gaudium subit, post M
laborem quies, post naufragium portus. Placet cũctis securitas, sed ei magis qui timuit. Iucunda omnibus lux, sed euadenti de potestate tenebrarum iucũdior. Transisse de morte ad vitam, vitæ gratiam duplicat. Pars mea hæc in cœlesti conuiuio, & seorsum ab ipsis spiritibus, beatis. Audeo dicere experrem meæ beatitudinis ipsam beatam vitam, nisi si dignetur fateri quod per charitatem ea in me fruitur, & per
Luc.15.b me. Aliquid sanè videtur etiam perfectioni illi accessisse ex me, neque hoc paruum. Denique gaudẽt angeli ad pœnitentiam peccatoris. Quod si delicię angelorum lachrymę meæ, Psal.65.a
quid deliciæ? Omne opus ipsorum laudare deum, sed deest laudi si desint qui dicant: Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Felix proinde in sua vniuersitate ecclesia, cuius omnis gloriatio impar est causæ, non pro his tãtum quæ illi iam facta sunt, sed pro his quoque quæ de illa adhuc oportet fieri. Nam & de meritis quid solicita sit, cui de proposito dei firmior suppetit securiorque gloriandi ratio? Non potest seipsum negare deus, neque non facere quæ iam fecit, vt scriptum est, qui fecit quæ futura sunt. Faciet, faciet, nec deerit suo proposito deus. Sic non est quod iam quæras quibus meritis speremus bona, præsertim cùm audias apud prophetam: Non propter vos, sed propter me ego faciam, dicit dominus. Sufficit ad meritum, scire quòd Ezech.36.
non sufficiant merita. Sed vt ad meritum satis est, de meritis non præsumere: sic carere meritis, satis ad iudicium est. Porro infantium renatorum neminem carere meritis, sed

A Christi habere merita. Quibus se tamen indignos reddunt, si sua iungere non nequiuerint, sed neglexerint: quod quidem periculum iam adultæ ætatis est. Merita proinde habere cures: habita, data noueris: fructum sperueris dei misericordiam, & omne periculũ euasisti paupertatis, ingratitudinis, præsumptionis. Pernicioſa paupertas, penuria meritorum:
Prou.30.a præsumptio autem spiritus, fallaces diuitiæ. Et ideo diuitias & paupertates ne dederis mihi domine, ait sapiens. Felix ecclesia, cui nec merita sine præsumptione, nec præsumptio absque meritis deest. Habet vnde præsumat, sed non merita. Habet merita, sed ad promerendum, non ad præsumendum. Idipsum non præsumere, nónne promereri est? Ergo eo præPsal.118.v sumit securus, quo nõ præsumit: & non est quod confundatur in verbo gloriæ, cui multa materies gloriandi. Misericordiæ domini multæ, & veritas eius manens in æternum.

Psal.84.a Quidni glorietur secura, in cuius testimonium glorię, misPsal.39.a ericordia & veritas obuiauerunt sibi? Siue igitur dicat, Dilectus meus mihi: siue dicat, Expectãs expectaui dominum, & Ibidem. intendit mihi: siue etiã, Dominus solicitus est mei: vel si quæ sunt eiusmodi voces aliæ atque aliæ, quæ diuinum quendam affectum ac singularem fauorem erga aliquid similiter expri mere videantur: nihil horum à se alienum putabit, cui ratio præsumendi, domini constitutio est, præsertim cum nõ alteram videat spõsam, alteráue ecclesiam, cui possint fieri quę
B non possunt non fieri. Ergo de ecclesia patet quòd in nullo illa omnia sibi aptare verebitur. De vna anima quæritur etiã si sit spiritualis & sancta, liceátne illi vllo modo audere in talibus. Neque enim prærogatiuas omnes vnius illius catholicæ multitudinis, ob quam omnia fiunt, vna de multitudine arrogabit sibi, quantalibet emineat sanctitate. Et ideo difficilius, vt sentio ego, inuenietur (si tamen inuenietur) quomodo possit licere. Vnde necessarium reor alio istud sermone tentari, nec modo ingredi vias scrupulosæ disputationis, quarum adhuc exitũ ignoramus, nisi prius super verbo absCondito oratum fuerit ad eum qui aperit & nemo claudit, sponsum ecclesiæ Iesum Christum dominum nostrum, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Qualiter omnis altitudo se extollens aduersus scientiam dei, deiicitur: & de aduentu & mansione patris & verbi apud animam deum diligentem, & familiaritate quæ inde inter deum & animam contrahitur. Sermo LXIX.

Cant.2.d DIlectus meus mihi, & ego illi.] Hanc vocem vniuersali ecclesiæ sermo superior assignauit, propter factas sibi à deo promissiones vitæ eius quæ nunc est pariter & futuræ. De anima proposita quæstio est, quia non potest sibi arrogare vna, quod vniuersitas audeat, nec aliquo modo ad se tra
C here illam. Si non licet, referamus proinde oportet ita ad ecclesiam, vt nullatenus ad personam. Nec modò hanc, sed &
Psal.39.a reliquas voces similes huic loquentes grandia, verbi gratia: Expectans expectaui dominum, & intendit mihi: & si quas alias sermo superior perstrinxit. Quod si quis licere putat, ego non abnuo, sed interest cui. Non enim cuicunque. Prorsus habet ecclesia dei spirituales suos, qui nõ modò fideliter, sed & fiducialiter agant in eo, cum deo quasi cum amico lo1.Cor.1.c quentes, testimoniũ illis perhibente conscientia gloriæ eius. Quinam illi sint, id quidem penes deum: tu verò audi qualẽ te esse oporteat, si talis vis esse. Quod tamen dixerim non quasi expertus, sed quasi experiri cupiens.

Da mihi animam nihil amantem præter deum, & quod propter deum amandum est: cui viuere Christus non tantùm sit, sed & diu iam fuerit: cui studij & ocij sit prouidere deum in conspectu suo semper: cui solicitè ambulare cum domino deo suo, non dico magna, sed vna voluntas sit, & facultas non desit: da, inquam, talem animam, & ego non negO dignam sponsi cura, maiestatis respectu, dominantis fauore, solicitudine gubernantis: & si voluerit gloriari, non Ibidem. erit insipiens, tantùm vt qui gloriatur, in domino glorietur. Ita in quo multi audẽt, audet & vnus, sed alia ratione. Nempe sanctam multitudinem causæ supradictæ fidentem faciunt, sanctam animam duplex quædam ratio. Primò quidem quòd habeat in natura simplicissima sponsi diuinitas quasi vnum respicere multos, & quasi multos vnum. Nec ad mul- D
titudinem multus erit, nec ad paucitatẽ rarus, nec ad diuersitatem diuisus, nec restrictus ad vnum, nec anxius ad curas, nec perturbatus seu turbulentus ad solicitudines. Sic sanè vni intentus, vt non detentus: sic pluribus, vt non distentus.

Deinde quod vt probare suauissimũ, ita charissimum probasse est: tanta est verbi dignatio, tanta beneuolentia patris verbi erga bene affectam & bene cõpositam animam (quod quidem ipsum patris munus, & verbi opus est) vt quam sua tali benedictione præuenerint & præparauerint sibi, sua quo que dignentur præsentia, & ita vt non modò ad eam ve- Ioan.14.c
niant, sed etiam mãsionem apud eam faciant. Non enim sufficit exhiberi, nisi & copiam sui præbeant. Quid est venire ad animam verbum? Erudire in sapientia. Quid est patrem venire? Afficere ad amorem sapientiæ, vt dicere possit: Quia a- Sapien.8.a
matrix facta sum formæ illius. Patris diligere est, & idco patris aduentus ex infusa dilectione probatur. Quid faceret eruditio absque dilectione? Inflaret. Quid absque eruditione dilectio? Erraret. Denique errabãt de quibus dicebatur: TeRom.10.a stimonium illis perhibeo quòd zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Non decet sponsam verbi esse stultam: porro elatam pater non sustinet. Pater enim diligit filium, & omnem altitudinem extollẽtem se aduersus scientiam verbi, semper in promptu habet deiicere atque destruere, siue immittendo zelum, siue intendendo: quorum alterum misE
ricordiæ, alterum iudicij est. Vtinam in me omnem extollentiam comprimat, imò deiiciat, & ad nihilum redigat non accensus furor, sed infusus amor. Vtinã discam non superbire, sed vnctione potius quàm vltione magistra. Domine ne in furore tuo arguas me, sicut angelum extollentem se in cœlo: Psal.6.a
neque in ira tua corripias me, sicut hominẽ in paradiso. Ambo iniquitatem meditati sunt, alritudinem affectãtes, ille potentiæ, iste scientiæ. Denique credidit inspiens mulier pollicenti, sed seducenti: Eritis sicut dij, scientes bonũ & malum. Gene.3.b
Iam sese ante seduxerat, cui persuaserat similem fore altissiEsa.14.d mo. Nam qui se putat aliquid esse cùm nihil sit, ipse se seduGala.6.a cit. Verùm vtraq; altitudo deiecta est, sed in homine mitius: iudicante ita illo qui omnia facit in pondere & mensura. Nam angelo in furore punito, imò damnato, homo iram tãtùm sensit, & non furorem. Nempe cum iratus fuit, misericordiæ recordatus est. Propter hoc semen eius filij iræ & non furoris vsque in hodiernum diem. Si non nascerer filius iræ, non opus esset renasci. Si furoris filius nascerer: aut non contigisset, aut non profuisse renasci. Vis videre furoris filium? Si vidisti satanam tanquam fulgur cadentem de Luc.10.c
cœlo, quod est in impetu furoris præcipitatum: & cognouisti de furore dei. Denique non est recordatus misericordiæ suæ: quia cum iratus fuerit, misericordiæ recordabitur, non cum iam vsque ad furorem exarserit. Væ filiis diffidentiæ, F
his quoque qui ex Adam sunt, qui nati iræ filij, ipsi sibi iram in furorem, virgam in baculum imò in malleum diabolica obstinatione conuertunt. Denique thesaurizant sibi iram in Rom.2.
die iræ. Ira autem accumulata, quid nisi furor? Peccauerunt peccatum diaboli, & diaboli sentẽtia percelluntur. Væ etiam quamuis mitius quibusdam filiis iræ: qui nati in iram, nõ expectauerunt renasci in gratia. Nempe mortui, in quo & nati, iræ filij permanebunt. Iræ dixerim, non furoris: quia vt piissimè creditur, & humanissimè gemitur, mitissimæ sunt pœnæ totum quo addicti sunt aliunde trahentium. Ergo in furore diabolus iudicatus est: quia inuenta est iniquitas eius ad odium: hominis autem ad iram, & ideo in ira corripitur. Ita omnis altitudo contrita est, & quæ inflat, & quę præcipitat, patre nimirum zelante pro filio. Vtrobique siquidem iniuria filij est & de vsurpata potẽtia aduersus virtutẽ dei quæ ipse est, & de præsumpta scientia aliunde quàm à sapientia dei quę nihilo minus ipse est. Domine quis similis tibi? Quis Psal.34.b
nisi splẽdor & figura substantiæ tuæ? Quis nisi imago tua? SoPhilip.2.a
lus in forma tua, solus non rapinam arbitratus est esse se æqualem tibi altissimus altissimi filius. Quomodo non æquaIis? etiam vnum estis ipse & tu. Sedes illi à dextris tuis, non sub pedibus. Quo pacto audet quis peruadere locum vnigeniti tui? Præcipitetur. Ponit sibi sedem in excelso: subuertatur cathedra pestilentiæ. Item quis docet hominem scien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tiam? Nonne tu ô clauis Dauid aperiens cui vis, & cui vis claudens? Et quomodo sine claue ad thesauros sapientiæ & scientiæ introitus imò irruptio tentabatur? Qui non intrat per ostium, fur est & latro. Petrus ergo intrabit qui claues accepit. Non tamen solus: nam & me si voluerit introducet aliúmq; excludet quem forte voluerit, in scientia & potestate sibi data desuper. Et hæ claues quæ? Potestas aperiendi, & claudendi, atque inter excludendos & admittendos discrétio. Et non in serpente thesauri, sed in Christo. Et ideo non potuit dare scientiam serpens, quam nō habuit: sed qui habuit, dedit. Nec enim potuit habere potestatem quam nō accepit: sed qui accepit, habuit. Dedit Christus, accepit Petrus, nec inflatus de scientia, nec præcipitandus de potentia. Quare? Quia in neutra extollit se aduersus scientiam dei, qui nihil horum præter dei scientiam affectauit: sicut ille qui dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Quomodo denique præter scientiam dei, qui se scribit apostolum Iesu Christi secundum præscientiam dei patris? Et hæc dicta sint pro eo quod incidit de zelo dei quem intendit in præuaricantes angelum hominémq;. Nam in ambobus reperit prauitatem, qualiter videlicet in ira & in furore suo destruxerit omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. Nunc iam recurrēdum ad zelum misericordiæ, id est, qui non intenditur, sed qui immittitur: quoniam qui intenditur (vt iam diximus) iudicij est, & satis nos terruit ex memoratis exemplis tam grauiter punitorū. Propterea ibo ego mihi ad locum refugij à facie furoris domini ad illum vtique pietatis zelum suauiter ardentem, efficaciter expiantem. Nunquid non expiat charitas? Et potenter. Legi quòd operiat multitudinem peccatorū: sed dico, Nunquid non idonea est seu sufficiens ad deiiciendam humiliandámque omnem extollentiam oculorum & cordis? Et maximè. Nam non extollitur non inflatur. Si ergo dominus Iesus dignetur venire ad me, vel porius in me, non in zelo furoris, & ne in ira quidem, sed in charitate & spiritu māsuetudinis, æmulans me dei æmulatione (quid enim ita dei vt charitas? nempe & deus est) si inquam in ista venerit, in hoc cognoscam quòd non sit solus, sed venerit etiam pater suus cum eo. Nam quid æquè paternum? Propter hoc nempe non pater verbi tantùm, sed & pater misericordiarum est appellatus, quod innatum habeat misereri semper & parcere. Si sensero aperiri mihi sensum vt intelligā scripturas, aut sermonē sapiētiæ quasi ebullire ex intimis, aut infuso lumine desuper reuelari mysteria, aut certe expandi mihi quasi quoddā largissimum cœli gremium, & vberiores desursum influere animo meditationum imbres, non ambigo sponsum adesse. Verbi siquidem hæ copiæ sunt, & de plenitudine eius ista accipimus. Quod si se pariter infuderit humilis quædam, sed pinguis intimę aspersionis deuotio, vt amor agnitę veritatis necessarium quoddam odium vanitatis in me generet & cōtemptum, ne forte aut scientia inflet, aut frequētia visitationum extollat me: tūc prorsus paternè sentio agi mecum, & patrem adesse non dubito. Si autem perseuerauero huic dignationi dignis semper (quod in me est) affectibus & actibus respondere, & gratia dei apud me vacua non fuerit: etiam mansionem apud me faciet tam pater enūtriens, quam verbum eruditens. Quanta putas ex hac mansione inter animam & verbum familiaritatis gratia oriatur, quanta de familiaritate sequatur fiducia? Non est (vt opinor) quòd iam talis anima dicere vereatur: Dilectus meus mihi quæ ex eo quod se diligere, & vehementer diligere sentit, etiam diligi nihilo minus vehementer non ambigit, ac de sua singulari intentione, solicitudine, cura, opera, diligentia, studióque quo incessanter & ardenter inuigilat quemadmodū placeat deo, æquè hæc omnia in ipso indubitanter agnoscit recordans promissionis eius: In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: nisi quod redhibitionem gratiæ prudens sponsa ad suam magis cauta est trahere partem, sciens se potius præuentam à dilecto. Inde est quòd illius operam præfert, Dilectus, inquiens, meus mihi, & ego illi. Ergo ex propriis quæ sunt penes deum, agnoscit nec dubitat se amari quæ amat. Ita est. Amor dei amorem animæ parit, & illius præcurrens intentio intentam animam facit, solicitudóq; solicitam

Matt.16.c

1.Pet.1.a

H

Eccl.23.c

2.Cor.1.a

I

Matt.7.a

Cant.2.d

Nescio enim qua vicinitate naturæ, cū semel reuellata facie gloriam dei speculari anima poterit, mox illi se conformari necesse est, atque in eandem imaginem transformari. Igitur qualem te praueris deo, talis oportet appareat tibi deus. Cum sancto sanctus erit, & cum viro innocente innocens erit. Quidni æquè & cum amante amans & cum vacante uacans, & cum intento intentus, & solicitus cum solicito? K

Pſal.17.b

Prou.8.b

Denique ait: Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilauerint ad me, inuenient me. Vides quomodo non solum de amore suo certum te reddat, si quidem tu ames illum: sed etiam de solicitudine sua quam pro te gerit, si te senserit solicitum sui. Vigilas tu? vigilat & ille. Cōsurge in nocte in principio vigiliarum tuarum. Accelera quātum vis etiā ipsas anticipare vigilias: inuenies eum, nō præuenies. Temerè in tali negocio vel prius aliquid tribuis tibi, vel plus: & magis amat & ante. Si hęc anima scit, imò quia scit, miratis quòd illa maiestatem quasi cætera non curantē soli sibi intendere glorietur, cui soli ipsa postpositis curis omnibus tota se deuotione custodit? Sermo finē desiderat, sed vnū dico spiritualibus qui in nobis sunt, mirum quidem, sed verum: animam deum videntē haud secus videre, quàm si sola videatur à deo. Ea ergo fiducia dicit illum intendere sibi, sēque illi, nihil præter se & ipsum vidēs. Bonus es domine animæ quærenti te: occurris, amplecteris, spōsum exhibes, qui dominus es, imò qui es super omnia deus benedictus in secula, Amen. L

Vnde sponsus dilectus dicatur: & de veritate, mansuetudine & iustitia, cæterisque virtutibus quæ sunt lilia inter quæ pascitur. Sermo. LXX.

Cant.2.d

DIlectus Meus mihi & ego illi: qui pascitur inter lilia.] Quis huic iam imputet præsumptioni vel insolentiæ, si se dicat iniisse societatem cum illo qui pascitur inter lilia? Etiam si inter sydera pasceretur, eo solo quo pasceretur, nescio quid magnum videri possit cum eiusmodi amicitias seu familiaritatem habere. Aliquid prorsus ignobile & humile sonat, pasci. Nunc verò cum & pasci inter lilia perhibetur, deiectionis adiectio lōgius amouet & propulsat temeritatis notam. Quid enim sunt lilia? Iuxta verbum domini, fœnum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur. Quantus est iste qui fœno pascitur, quasi vnus agnorum aut vitulorum? Et agnus planè, & vitulus saginatus. Sed tu fortè vigilantius aduertisti non pabulum hoc loco designari, sed locum: nec enim dictum est, liliis eum pasci: sed, inter lilia, Esto. Non fœnum comedit vt bos, in fœno tamen versari, & super fœnum discumbere instar vnius de turba, quid eminentiæ habere potest? Quid verò gloriæ hinc habere dilectum illum qui hoc egerit? Et secundum literam quidem sponsæ verecūdia, & cautela prudentiæ eius in loquendo satis apparet, vtique disponentis sermones suos in iudicio, & rerum gloriam, verborū molestia temperantis. Aliàs autem non ignorat vnum esse & qui pascitur, & qui pascit: inter lilia commorantem, & regnantem super sydera. At libentius humilia dilecti memorat, propter humilitatem quidem, vt dixi, magis autem quod exinde cœpit esse dilect⁹, ex quo & pasci. Nec modò exinde, sed inde. Nam qui in altissimis est dominus, in imis est dilectus, super sydera regnās, & inter lilia amās. Amabat & super sydera, quia nusquam & nūquam potuit nō amare, quia amor est: sed donec ad lilia descendit, & pasci inter lilia compertus est, nec amatus est, nec factus dilectus. Quid? Non amatus est à patriarchis & prophetis? Est, sed non prius quàm visus est & ab ipsis inter lilia pasci. Neque enim non viderunt, quem, præuiderunt: nisi ita quis absque spiritu sit, vt videntem in spiritu, putet videre nihil. Vnde ergo videntes (nam sic prophetæ appellati sunt) si nihil viderunt? Inde est quòd voluerunt videre quæ non viderunt. Nec enim poterant velle videre in corpore, quem in spiritu non vidissent. Sed dico, nunquid omnes prophetæ? Quasi omnes videre voluerint, aut fuerit omniū fides? Sed eum qui viderunt, aut prophetæ fuerunt, aut prophetis acquiescentes. Et credidisse enim, vidisse est. Non modò namque qui per prophetiæ spiritum, sed & qui per fidem videt, si quis ipsum quoque dicat videre in spiritu, mihi non videtur errare.

Matt.16.d

Iſa.53.a

Sap.7.d

Luc.2.c

Pſal.84.d

Luc.2.b

Ibidem.

Ibidem.

Ioan.14.b

1.Reg.9.b

A errare. Ita ergo quòd ad lilia descendere, & inter lilia pasci dignatus est is qui omnes pascit: dilectum fecit illum, quia non potuit ante diligi quam agnosci. Ac per hoc cùm de dilecto facta est mētio, pulchrè & illud memoratum est, quod dilectionis & agnitionis extitit causa. Quærenda in spiritu refectio hęc inter lilia: nam corporea cogitare ridiculum est. Quin ipsa lilia spiritualia (si quidem potuerimus) demonstrāda à nobis erūt. Puto hoc quoque dicere nos oportebit, vnde inter lilia pascatur dilectus, liliisne ipsis, an aliis inter lilia reconditis herbis vel floribus. Et in his illud mihi difficilius apparet, quòd pasci non pascere perhibetur. Nam quia pascat, dubium non est, nec enim indignum ei. At pasci, indigentiā sonat, & ne spiritualiter quidem sine iniuria maiestatis facilè illi posse assignari videtur. Nec ego sanè recordor vsque modo aduertisse me in hoc cantico pastū vspiam perhiberi, cum pascentem puto recordemini & vos mecum. Denique postulauit sibi aliquando demonstrari vbi iñ meridie pasceret & cubaret. Et nunc quidem (quod necdum dixerat) perhibet pasci, sed non similiter postulat locum indicari sibi: sed ipsa indicat, assignans inter lilia. Nouit hoc, illud nō nouit: quia æquè præsto esse nō potest quod sublime & in sublimi est, & quod humile & super terram. Sublime opus, sublimis & locus: nec accessus ad eum vsque adhuc vel B ipsi sponsæ. Et ideo semetipsum exinaniuit vsque ad hoc vt pasceretur ipse omnium pastor, & inuentus est inter lilia, & *Pſal.44.a* visus ab ecclesia, adamatus est ab inope pauper, factus dilectus propter similitudinem. Non solùm autem, sed & propter veritatem & mansuetudinem & iustitiā: ꝙ per eam scilicet promissiones adimpletæ sunt: quòd superbi dæmones vnà cū principe suo iudicati sunt: ꝙ iniquitates remissæ sunt. Talis ergo apparuit qui meritò amaretur, verax per se, mitis hominibus, iustus pro hominibus. O verè amandum & totis medullis cordis amplectendum sponsum. Quid iam cunctetur ecclesia totam se tota deuotione cōmittere tam fido redditori, tam pio indultori, tam iusto propugnatori? Porrò præmiserat propheta, dicēs: Specie tua & pulchritudine tua intende prosperè. Vnde species hæc & pulchritudo? Puto ex liliis. Quid lilio speciosius? Sic nihil formosius sponso.

Ibidem.

Ibidem.

Quæ sunt ergo illa lilia, è quibus species decoris eius? Procede, inquit, & regna propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Lilia sunt, lilia inquam orta de terra, nitentia super terram, eminentia in floribus terræ, fragrantia super odorem aromatum. Ergo inter hæc lilia sponsus, & omnino ex his speciosus & pulcher. Alias enim (quod quidem ad carnis infirma spectat) non erat ei species neque decor. Bonum autem lilium veritas, candore cōspicuum, odore prępcipuum. C Denique candor est lucis æternæ, splendor & figura substantiæ dei. Lilium planè, quod ad nouam benedictionem terra nostra produxit & parauit ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium. Donec sub maledicto fuit terra, spinas & tribulos germinauit. At nunc veritas de terra orta est, domino benedicente: speciosus omnino quidā flos campi, lilium conuallium. Agnosce lilium ex candore, qui mox in ipso exortu floris pastoribus de nocte emicuit, dicēte euangelio, Quia angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos. Benè dei, quia non angeli sed lilij candor ille aderat, sed illuc micabat abusque Bethlehem. Agnosce liliū & ex odore, quo & lōge positis innotuit Magis. Et quidem stella apparuit, sed eam minimè viri graues secuti fuissent, nisi intima quadam suaueolentia orti lilij traherēdor intellectum illuminat. Leua etiam oculos nunc in ipsam personam domini, qui in euangelio loquitur: Ego sum veritas. Et vide quàm competenter veritas lilio comparetur. Si non aduertisti, aduerte de medio floris huius quasi virgulas aureas prodeuntes, & cinctas candidissimo flore pulchrè ac decēter dispositio in coronam: & agnosce aureum in Christo diuinitatem humanę coronatam puritate naturę, id est Christum in diademate quo coronauit eū mater sua. Nam in quo coronauit eum pater suus, lucem inhabitat inaccessibilē, nec posses in eo illud interim adhuc videre. Sed de hoc aliàs.

Luc.2.c

Pſal.84.d

Luc.2.b

Ioan.14.b

Nunc verò lilium veritas est. Est & mansuetudo. Et benè lilium mansuetudo habens innocentiæ candorē, & odorem spei, quoniam sunt reliquiæ, inquit, homini pacifico. Bonæ D spei vir māsuetus, nec minus etiam in præsenti lucidū quoddam vitæ est socialis exemplar. An non lilium quæ lucet officio, redolet spe? Adde quòd sicut veritas de terra orta est, ita mansuetudo. Nisi quis dubitet ortum de terra agnum dominatorem terræ, illum agnum qui ad occisiōnē ductus est, & nō aperuit os suum. Nec tantùm mansuetudo seu veritas de terra orta est, sed & iustitia, propheta dicente: Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustū: aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. Quòd autem iustitia lilium sit, recordamini de scriptura, quia iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante dominum. Nequaquam lilium hoc hodie est, & cras in clibanum mittitur, quia in æternum florebit. Et florebit ante dominum, cuius in memoria æterna erit iustus, & ab auditione mala non timebit, illa scilicet auditione qua in clibanū ignis peccatores ire iubentur. Porrò huius lilij candor cui non splendet, nisi cui non placet? Denique sol est, non ille qui oritur super bonos & malos. Neque enim qui dicturi sunt, Sol iustitiæ non ortus est nobis: lucem illius quandoque viderunt: viderunt autem quotquot audierunt: Vobis autem qui timetis deum, orietur sol iustitiæ. Ergo candor huius lilij apud iustos, fragrantia etiam vsque ad iniquos diffunditur, etsi non in bonum ipsis. Denique audiuimus iustos dicentes, quia Christi bonus odor sumus in omni loco, sed aliis quidem odor vitæ E in vitam, aliis odor mortis in mortem. Quis vel sceleratissimus iusti non probet opinionem, quamuis non amet opus? Et beatus si se non iudicat in eo quod probat. Iudicat autem, quòd probans bonū, & non amās: ideóq; non beatus planè, sed miser, proprio condemnatus iudicio. Quid eo miserius cui odor vitæ, nō vitæ, sed mortis nūcius est? Imò nec nūcius quidem, sed baiulus. Sunt multa apud sponsum & alia lilia præter hæc quæ ex propheta inciderunt nobis, veritatem loquor & mansuetudinem & iustitiam, nec erit difficilè iam cuilibet vestrū similia reperire per semetipsum in horto tam delicioſi sponsi. Abundat & superabundat talibus. Quis illa enumeret? Nempe quot virtutes, tot lilia. Quis finis virtutū apud dominum virtutum? Quòd si plenitudo virtutum in Christo, & liliorum: & fortassis propterea ipse se lilium appellauit, quòd totus versetur in liliis, & omnia quæ ipsius sunt, lilia sint: conceptio, ortus, conuersatio, eloquia, miracula, sacramenta, passio, mors, resurrectio, ascensio: quid horum non candidum, & non suauissimè redolens? Tanta deniq; in conceptione refulsit superni luminis claritas de superuenientis abundantia spiritus, vt ne ipsa quidem virgo sancta sustinuisset, si non sibi obumbratum foret à virtute altissimi. Porrò ortum candidauit incorrupta virginitas matris, conuersationem innocentia vitæ, eloquia veritas, miracula puritas cordis, sacramenta pietatis arcanum, passionem patien- F di voluntas, mortem libertas non moriendi, resurrectionem martyrum fortitudo, ascensionem exhibitio promissionum. Quàm bonus fidei odor in his singulis, nostra quidē qui candorem non vidimus, tempora & viscera replens! Et beati qui non viderunt, & crediderunt. Pars mea in his odor vitæ qui procedit ex ipsis. Is infusus naribus meis apto quodam fidei instrumēto, & quidem copiosius pro multitudine liliorum, sanè & exilium leuat, & patriæ desiderium assiduè innouat in visceribus meis. Habent lilia & aliqui sodalium sponsi, sed nō copiam. Omnes enim ad mensuram spiritum accepe- runt, ad mensuram virtutes & dona. Solus ille nō habet modum, qui habet totum. Aliud est lilia habere, aliud nō nisi lilia habere. Quem dabis mihi de filiis captiuitatis adeò innocētem & sanctum, qui totam terram suam floribus occupare potuerit, & istiusmodi florib⁹? Nec infans certè vnius diei sine sorde est super terram. Magnus est qui tria vel quatuor lilia ædificare potuerit in terra sua in tanta densitate spinarum & tribulorū, quæ sunt germina inueterata maledictionis antiquæ. Mecum verò qui pauper sum, bene agitur si vnquam ab hac pessima segete iniquitatum videlicet atque vitiorum tantillum terræ meæ vendicare extirpando & excolēdo sufficiam, vnde vnum saltem producere lilium possim, si fortè & penes me pasci interdum dignetur is qui pascitur inter lilia. At parum dixi, vnum de penuria cordis mei os

Ioan.20.g

Ioan.3.b

Iob.15.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

G meum locutum est. Vnum prorsus nō sufficit, duo ad minus necessaria sunt. Dico autem continentiam & innocentiam: quarum vna sine altera nec saluabit. Fruſtra denique ad vnāquamlibet harum inuitabo sponsum, qui nō ad lilium pasci, sed inter lilia perhibetur. Dabo proinde operā habere lilia, ne de singularitate causetur lilij, qui non vult nisi inter lilia
Psal. 26.c pasci, & sic declinet in ira à seruo suo. Pono itaque primam omnium innocentiam: & si huic iungere continentiam quiuero, diuitem me putabo in possessione liliorum. Rex sum autem si tertiam his adiungere potero patientiam. Et quidē
Iob. 7.a possunt sufficere illæ, sed quia & deficere in tentationibus possunt, siquidem tentatio est vita hominis super terram: opus profecto patiētia est, quæ vtriusque sit quasi tutrix quædam & custos. Puto si venerit amator ille liliorum, & ita inuenerit, quòd non dedignabitur iam pasci apud nos, & apud nos facere pascha: vbi illi & multa suauitas in duabus, & magna erit securitas propter tertiam. Verùm quo pacto dicatur pasci, qui pascit omnia, postea videbitur. Nunc verò apparet sponsum nō modò apparere inter lilia, sed minimè omnino extra lilia posse aliquādo inueniri, cùm omne quod de eo est & ipse sit, liliū sponsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

H *Vnde est animæ candor liliorum, quòd sponsus & pascit nos, & pascitur à nobis. Et qualis sit vnitas animæ sanctæ ad deum. Sermo LXXI.*

Canti. 2.a FInis præcedentis sermonis, principium huius. Est ergo lilium sponsus, sed non lilium inter spinas, quoniam non habet spinas qui peccatum nō fecit. Denique sponsam protestatus est lilium inter spinas: quoniam si dixerit vel ipsa quia spinas non habeat, seipsam seducit, & veritas in ea non est. Se verò florem quidem & lilium professus est, non tamen
Ibidem. inter spinas. Magis autem, Ego (inquit) flos campi, & lilium conuallium: & non est spinarum mentio, quòd solus sit hominū qui opus nō habeat dicere: Conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina. Ergo absque liliis nunquam
Psal. 31.a est, qui absque vitiis semper est: quia totus & semper est candidus, speciosus forma præ filiis hominum. Tu ergo qui hæc
Psal. 44.a audis vel legis, cura habere lilia penes te, si vis habere hunc habitatorem liliorum habitantem in te. Opus tuum, studium tuum, desiderium tuum, lilia esse protestentur moralis quidam rerum ipsarum candor atque ardor. Habent & mores colores suos, habent & odores. Neque enim in spiritibus idipsum est color & odor, non magis quàm in corporibus. Ergo de colore cōscientia cōsultetur, de odore fama. Fœtere
I *Exod. 5.d* feciſtis odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius, aiūt illi dicentes de opinione. Porrò colorem operi tuo dat cordis intentio, & iudicium cōscientiæ. Nigra sunt vitia, virtus candida est. Inter hanc atque illā, cōscientia consulta discernit. Stat sententia domini de oculo nequam & lucido, qua inter candidum & nigrum certos fixit limites, & diuisit lucem à tenebris. Quod ergo de corde puro & conscientia egreditur bona, candidum est, & est virtus. Si autem & bona fama secuta fuerit, & lilium est, quippe cui nec candor lilij desit nec odor. Porrò virtus etsi non propterea maior, pulchrior tamen illustriórque efficitur. Quod si in conscientia næuus fuerit, nec quod ex ea prodierit, carebit næuo. Nam si radix in vitio, & ramus. Ac per hoc quicquid illud sit quod radix vitiata non absque traduce vitij ex se producat, verbi gratia, sermo, actio, oratio: etiā si fama applaudere videatur, non est quòd debeat lilium dici, quia etsi odor cōniuere videtur, sed non color. Quo pacto enim lilium cum impuritatis næuo? Nec sanè fama valebit vendicare virtuti, quod esse vitium conuicerit conscientia. Erit quidem virtus contenta candore conscientiæ, vbi sequi nō poterit odor famæ: cæterum odor famæ nec excusare sufficiet vitium cōscientiæ decoloris. Prouidebit tamen semper (quod in se est) homo virtutis bona nō tantùm coram deo, sed etiam coram hominibus, vt verè sit lilium. Sed est etiam candor animæ indulgentia dei, ipso dicente per prophetam: Si fuerint peccata vestra
Esa. 1.c vt coccinum, quasi nix dealbabūtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Et est candor quem sibi induit is qui miseretur in hilaritate. Etenim si intuearis illum K
Psa. 111.a quem propheta depingit iucūdum hominem qui miseretur & commodat: nónne is tibi videbitur de ipsa animi iucūditate induisse cādorem quendam pietatis vultui pariter, & operi suo? Sicut è regione si ex tristitia, & velut ex necessitate quis tribuat, non candidum planè, sed tetrum præfert manu
1. Cor. 9.b & fronte colorē. Et ideo hilarem datorem diligit deus. Nunquid & tristem? Profectò qui respexit ad Abel ob alacritatis candorē? auertit faciem à Cain, quia cōciderat facies eius, vtiq; à tristitia & liuore. Aduerte qualis color tristitiæ seu inuidiæ sit, qui dei à se auertit aspectum. Pulchrè & elegāter in colorando beneficio candor iucunditatis laudatus est voce illa poētæ: Super omnia vultus accessere boni. Nec modo hilaris dator, sed & qui tribuit in simplicitate, diligitur à deo, & simplicitas candor est. Probamus à contrario: nam næuus duplicitas. Parum dixi, macula est. Quid duplicitas nisi do-
Psal. 31.a lus? Sed enim qui dolosè egit in cōspectu dei, inuenta est iniquitas eius ad odiū. Et ideo beatus cui non imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. Pulchrè dominus
Mat. 6.a paucis vtrāq; notauit maculam, dolū, tristitiāmq;: Nolite, inquiens, fieri sicut hypocritæ tristes. Spōsus itaque & cum sit virtus, in virtutibus complacet sibi: & cum sit lilium, libēter inter lilia cōmoratur: & cum sit candor, delectatur candidis. Et fortassis hoc est quod dicitur pasci inter lilia, candore & L odore virtutū delectari. Et quidem pascebatur olim corporaliter apud Mariā & Marthā, & recūbens etiā corpore inter lilia (illas loquor, nam lilia erāt) nihilo minus spiritū refocillabat deuotione & virtutibus mulierū. Quòd si illa hora intrasset propheta aut angelus seu alius quiuis spiritualis, tantū nō ignorans quę maiestas recūberet, nónne stupēs dignationē & familiaritatē quam illi esse conspiceret cum puris animis pudicisq; corporib⁹, tamē terrenis & sexus infirmioris, meritò testaretur, quia vidi illū nō modo cōmorantem, sed & pascentē inter lilia? Ita ergo secundū vtrūq; (carnē dico & spiritum) pasci inter lilia sponsus inuētus est. Puto autē quòd & ipse vicissim pasceret, sed in spiritu. Hoc ipso quo pascebatur, quomodo pascebat? Quomodo inquā cōfortabat timidi
Gen. 48.a tatē fœminarū, iucūdabat humilitatē, impinguabat deuotionē? Sed si vidisti q̄ pasci illi sit pascere, vide etiā nūc ne forte & ecōuerso pascere sit ei pasci. Domine qui pascis me à iuuētute mea, ait sanctus patriarcha Iacob. Bon⁹ paterfamilias, qui suorū domesticorū curā gerit, maximè in diebus malis, vt alat eos in fame, cibās illos pane vitæ & intellectus, & sic nutriens ad vitam æternam. At pascens ita puto nihilo minus pascitur ipse, & quidem escis quibus libenter vescitur, profectibus nostris. Etenim gaudium domini fortitudo nostra. Ita ergo & cum pascit pascitur, & pascitur cum pascit, M simul nos suo gaudio spirituali reficiens, & de nostro æquè
Psal. 101.b spirituali profectu gaudens. Cibus eius pœnitentia mea, & cibus eius salus mea, cibus eius ego ipse. An nō cinerem tanquam panem manducat? Ego autem quia peccator sum, ci- N nis sum, vt manducer ab eo. Mandor cū arguor, glutior cum instituor, decoquor cum immutor, digeror cum trāsformor, vnior cum conformor. Nolite mirari hoc, & manducat nos, & manducatur à nobis, quò arctius illi astringamur. Non sanè aliàs perfectè vnimur illi. Nam si māduco & nō manducor, videbitur in me esse ille, sed nondum in illo ego. Quòd si manducor quidē nec manduco, me in se habere ille, sed non etiā in me esse videbitur. Nec enim perfecta vnitio in vnoquouis horum. Si enim manducet me, vt habeat me in se: & à me vicissim manducetur, vt sit in me, quatinus integra firmáque sit cōnexio, cum ego in eo, & nihilo minus in me ipse erit. Vis tibi per simile ostendam quod dicitur? Attolle oculos nunc in quandā sublimiorem quidem rerum conuenientiam, similem tamen huic. Si ipse sponsus in patre ita esset, vt non tamen in ipso pater, aut ita pater in ipso esset vt non esset ipse in patre: audeo dicere, & ipsorum citra perfectum vnitas remaneret, si tamen iam vnitas esset. Nunc verò cum & ipse in patre, & pater in ipso sit, nō est quo claudicet vnitas, sed verè perfectéq; vnū sunt ipse & pater. Sic igitur
Psal. 72.d anima cui adhærere deo bonum est, nō antè se existimet ipsi perfectè vnitā, nisi cum & illum in se, & se in illo manentem persenserit. Non quia vel tunc vnum dicatur cum deo, sicut vnum

A vnum sunt pater & filius: quamuis qui adhęret deo, vnus spi-
1. Cor. 6.d ritus est. Legi hoc, sed illud non legi. Non dico de me, qui nihil sum, sed planè nemo nisi demens siue de terra, siue de
Ioan. 10.f cœlo vsurpabit sibi illam vnigeniti vocem: Ego & pater vnum sumus. Et tamē ego licet puluis & cinis, fretus quidem scripturæ auctoritate, minimè istud dicere vereor, quia vnus cum deo spiritus sum: si vnquam tamen certis fuero persuasus experimentis deo me adhærere instar vnius illorum qui
1. Ioan. 4.c in charitate manent, ac per hoc in deo manent, & deus in eis,
1. Cor. 6.d manducantes deum, & manducati à deo. Nam de tali adhæsione puto dictum: Qui adhæret deo, vnus spiritus est. Quid ergo? Dicit filius: Ego in patre, & pater in me est, & vnum sumus. Dicit homo, Ego in deo, & deus in me est, & vnus spiritus sumus. Sed nunquid pater & filius vt sint in inuicem, ac proinde vnum, inuicem se manducāt, sicut deus & homo mutua se quadam in sese māducatione traiiciunt, vt per hoc etsi non vnum, vnus certè spiritus sint? Absit. Nec enim vno modo insunt sibi hi atque illi, sed neq; vna vnitas vtrorumque. Denique innuitur tibi vnitatum diuersitas per vnus & vnum, quoniam nec patri & filio vnus, nec homini & deo vnum poterit cōuenire. Tu si sapis, occasione accepta eris sapientior, prudenter aduertens illic quidem per vnum, vnitatem subſtantiæ vel naturæ: hic verò per vnus, æquè vnitatē, B sed ideo longè alteram, quia inter subſtantias & naturas: homini nempe & deo sua cuique & natura, & subſtantia est, cū patris filiiq; cōstet penitus esse vnam. Vides illam nec vnitatem esse, siquidem huic singulari summæque vnitati comparetur? Nam quomodo vnitas, vbi numerus naturarū, subſtantiarum diuersitas? Et tamen vnus spiritus dicitur & est cum deo anima adhærens deo, nec præindicat rerum pluritas vnitati huic, quam facit non confusio naturarum, sed volūtatum consensio. Propter hanc quoque multa corda vnum, &
Act. 4.f multæ animæ vna dicuntur, sicut scriptum est: Multitudinis credentiū erat cor vnum, & anima vna. Et hæc ergo vnitas. Cæterùm quid ad illam quæ non vnitione constat, sed extat æternitate? Non planè illam quędā instar huius mutua mandūcatio facit, quia nec fit (est enim) sed nec coniunctio vel quasi compositio, vel tale aliquid quod vnius non est. Est autem patri filióq; natura, essentia, voluntas nō modo vna, sed vnum. Hoc nempe est illis esse, quod naturam esse: hoc velle quod esse, vel naturam esse. Non est itaque quòd vnitas qua vnum sunt pater & filius, dicatur fieri de naturis vel essentiis vel voluntatibus, quia non sunt: nō est quòd dicatur vel fieri, quia est. Nec enim factitia est, sed natiua. Sunt in sese pater & filius, non solùm ineffabili, sed etiam incomprehensibili C modo sui ipsorum capabiles pariter & capaces, sed sanè ita capabiles, vt non partibiles: ita capaces, vt nō participes. Nā vt in hymno ecclesia canit: In patre totus filius, & totus in verbo pater. Et pater in filio, in quo sibi semper benè complacuit: & est filius in patre, à quo vt nunquam non natus, ita nunquam est separatus. Porrò per charitatem homo in
1. Ioan. 4.f deo, & deus in homine est, dicēte Ioanne: Quia qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Consensio quædam hæc, vt sint duo in vno spiritu, imò vnus spiritus sint. Videsne diuersitatem? Non est idem profectò consubstantiale & consentibile. Quanquam si aduertisti, satis tibi per vnus & vnum, ipsarum quoque innuitur differentia vnitatum, quoniam quidem nec patri & filio vnus, nec homini & deo vnū poterit cōuenire. Non possunt dici vnus, pater & filius, quia ille pater, & ille filius est: vnum tamen dicūtur & sunt, quòd vna omnino illis & non cuique sua subſtantia est. Quo contrà homo & deus, quia vnius non sunt subſtātiæ vel naturæ, vnum quidem dici non possunt, vnus tamen spiritus certa & absoluta veritate dicuntur, si sibi glutino amoris inhæreant. Quam quidem vnitatem nō tam essentiarum cohærentia facit, quàm continentia voluntatum. Patet (ni fallor) satis non modo diuersitas, sed & disparilitas vnitatū, vna in vna, altera in in diuersis existēte essentiis. Quid tam distans à se quàm vnitas plurium & vnius? Ita inter vnitates (vt dixi) discriminant vnus & vnū, quòd per vnū quidē in patre & filio essentiæ vnitas, per vnus verò inter deum & hominem non hæc, sed consentanea quædam affectionum pietas designatur. Cū adiectione tamen etiam pater & filius saniſſimè dicuntur vnus, verbi causa vnus deus, vnus dominus, & quicquid aliud D est quod ad se quisq; & non ad alterum dicitur. Siquidē non est illis diuersa diuinitas siue maiestas, non magis quàm substantia vel essentia vel natura. Nempe hæc ipsa omnia si piè consideres, non diuersa seu diuisa in illis, sed vnum sunt. Minus dixi, vnum sunt & cum illis. Quid illa vnitas qua multa corda vnum, & multæ animæ vna leguntur? Nec censenda *Act. 4.f* (vt reor) nomine vnitatis comparata huic quæ non multa vnit, sed vnum singulariter signat. Ergo singularis ac summa illa est vnitas, quæ non vnitione constat, sed extat æternitate. Nec sanè hanc spiritualis illa præfata manducatio facit, quia nec fit, est enim. Multo minus eam facere putanda est essentiarum qualiscunque coniunctio, seu consensio voluntatum, quia non sunt. Vna enim illis (vt dictum est) & essentia & voluntas: vni vero non est consensus, non compositio, non copulatio, aut tale aliquid. Duas esse oportet ad minus voluntates vt sit consensus, duas æquè essentias vt sit cōiunctio siue vnitio per cōsensum. Horum nihil in patre & filio, quippe nec essentias duas, nec duas habentibus voluntates. Vna est vtraque res illis, vel potius (vt prefatum me memini) vnum duo ista in illis, vnum & cum illis sunt, ac per hoc ipsi sicut incomprehensibiliter, ita incommutabiliter inuicem in se manentes, verè & singulariter vnum sunt. Si quis tamen inter patrem & filium dicat esse consensum: non contendo, dummodo nō voluntatum vnionem, sed vnitatem intelligat E voluntatis. Atqui deum & hominem, quia propriis extāt ac distant & voluntatibus & subſtantiis, longè aliter in se alterutrum manere sentimus, id est, non subſtantiis confusos, sed voluntatibus cōsentaneos. Et hæc vnio ipsis communio voluntatum, & consensus in charitate. Felix vnio si experiaris, nulla si comparaueris. Vox experti: Mihi autē adhærere deo *Psal. 72.d* bonum est. Bonū planè, si omni ex parte adhæseris. Quis est qui perfectè adhæret deo, nisi qui in deo manens tāquam dilectus à deo, deum nihilo minus in se traxit vicissim diligendo? Ergo cùm vndique inhærēt sibi homo & deus, inhærent autem vndiq; intima mutuāq; dilectione inuisceratī alterutrum sibi: per hoc deum in homine, & hominem in deo esse haud dubiè dixerim. Sed homo quidē ab æterno in deo tanquam ab æterno dilectus, si tamē ex illis sit qui dicunt: Quo- *Ephes. 1.b* niam dilexit & gratificauit nos in dilecto filio suo ante mundi constitutionem. Deus verò in homine, ex quo dilectus ab homine est. Et si ita est, homo quidē in deo est & quando in homine deus non est: deus autem in homine nō est, qui non sit in deo. Manere enim in dilectione non potest etsi forsitan ad tempus diligat nō dilectus, potest autem nondum diligere etiam dilectus. Alioquin quomodo stabit, Quoniam ipse *1. Ioan. 4.d* prior dilexit nos? Porro cum iam etiam diligit qui ante diligebatur, & homo in deo, & deus in homine est. Qui autē nūquā diligit, cōstat quòd nunquam dilectus est: ac per hoc nec F ipse in deo, nec deus in eo est. Hæc dicta sint ād dādam differentiam inter illam connexionem qua pater & filius vnum sunt, & illā qua adhærēs deo anima, vnus spiritus est: ne forte quia legitur de homine manente in charitate, quia in deo manet, & deus in eo, & item de filio, q̄ nihilo minus in patre sit, & pater in ipso: par prærogatiua adoptari putaretur & vnici. His ergo ita absolutis, recurrendum nobis ad illum qui pascitur inter lilia, quia inde excursus hic factus est vsq; huc, vtrūnam nō ocioſe, vos iubicabitis. Et iam quidē loci ipsius duos intellectus posuerā, siue quòd virtutibus pascitur cādidatorum qui virtus & eādor est, siue quòd peccatores recipit ad pœnitentiā in corpore suo (quod est ecclesia) pro quibus sibi incorporādis seipsum fecit peccatum qui peccatum non *Rom. 6.d* fecit, vt destrueretur corpus peccati cui aliquādo complātati fuere peccantes, essēntque iustitia in ipso iustificati gratis. Tertiam adhuc pono sententiam quæ occurrit: & satis fore reor non modo pro loci explanatione, sed & pro fine sermonis. Sermo dei veritas est, & ipse sponsus. Nostis hoc, audite cætera. Is eū auditur, & minimè obeditur illi: vacuus interim & ieiunus quodāmodo remanet, omnino tristis & querulus, q̄ prolatus in vacuum sit. Si autē obeditum fuerit, nōne tibi verbum videbitur in quandam excreuisse corpulētiam, quia verbo opus accessit, vtpote refectū quibusdā fructibus obedientię, iustitię frugibus? Inde est q̄ in Apocalypsi loquitur *Apoc. 3.c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cũ eo, & ipse mecũ. Videtur approbari hic sensus & apud prophetam sententia domini, vbi dicit quòd verbum suũ non reuertetur ad eum vacuum, sed prosperabitur, & faciet ad quę misit illud. Non reuertetur, inquit, ad me vacuum vel ieiunum, sed quasi prosperè in omnibus agens, saturabitur bonis actibus eorũ qui dilectione acquieseẽt illi. Deniq; vsu loquendi sermo impletus tunc dicitur, cùm fuerit mãcipatus effectui, quòd videlicet tamdiu inanis & macer ac quodammodo famelicus sit, donec opere compleatur. Sed audi ipsum quo se dicat cibo ali. Meus, inquit, cibus est, vt faciam voluntatem patris mei. Verbum verbi est apertè indicantis esse suum cibum factum bonum, si tamen inuenerit illud inter lilia, hoc est, inter virtutes. Alioquin si extra reperit, et bonus (quod in se est) videtur cibus, non tanget illum is qui pascitur inter lilia. Verbi causa, nõ recipit eleemosynam de manu raptoris seu fœneratoris, sed nec de hypocritæ quidem, qui cum facit eleemosynam, facit tuba cani antè se, vt glorificetur ab hominibus. Sed nec illius orationẽ aliquo modo exaudiet, qui amat orare in angulis platearum vt ab hominibus videatur. Nempe oratio peccatoris execrabilis erit. frustra quoque offert munus suum ad altare qui conscius est sibi q̃ frater suus habet aliquid aduersum se. Deniq; non respexit ad Cain munera, eo quòd nõ rectè ambularet cum fratre suo. Teste sancto propheta, etiam abominabatur sabbata & neomenias & sacrificia Iudæorum, ita vt manifestè protestaretur odisse ea animam suam, & dicebat: Cùm veniretis antè conspectum meum, quis quæsiuit ea de manibus vestris? Credo nõ redolebant lilia manus illæ, & propterea respuebat munus ex illis qui pasci inter lilia consueuit, & non inter spinas. Quidni spinosas habebant manus, quibus aiebat: Manus vestræ sanguine plenæ sunt? Et manus Esau pilosæ erant spinosis similes, ideóq; non sunt admissæ vt ministrarent sancto. Vereor ne & inter nos aliqui sint quorum nõ acceptet munera sponsus, eo quòd non redoleant lilia. Etenim si in die ieiunij mei inueniatur voluntas mea, non tale ieiunium elegit sponsus, nec sapit illi ieiunium meum, sed non lilium obedientiæ, sed vitium propriæ voluntatis sapit. Ego autem non solùm de ieiunio, sed & de silentio, de vigiliis, de oratione, de lectione, de opere manuũ, postremò de omni obseruatione monachi vbi inuenitur voluntas sua in ea & non obedientia magistri sui, idipsum sentio. Minimè prorsus obseruãtias illas etsi bonas, in se tamen inter lilia, id est inter virtutes censuerim deputandas: sed audiet à propheta qui eiusmodi est: Nunquid tale est obsequium qui elegit dicit dominus. Et addit: In die bonorum tuorum inueniuntur voluntates tuæ. Grande malum propria voluntas, qua fit vt bona tua tibi bona non sint. Oportet proinde extra lilia fiãt qui huiusmodi sunt, quia nihil omnino quod propria iniquitatum sit voluntate, gustabit is qui pascitur inter lilia. Sapientia est vbique contingens propter munditiã suam, & nil inquinatum in eam incurrit. Ita ergo inter lilia pasci amat sponsus, id est apud munda & nitida corda. Sed quousque? Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Vmbrosus locus est & condensus, non intremus syluam hãc profundi sacramẽti nisi clara luce diei. Iam enim disputante me longius, inclinata est dies, dum inuiti abstrahimur ab his liliis. Nec sum veritus prolixitatẽ, cui fastidium omne detraheret odor florum. Modicum quid restare videtur de præsenti capitulo. At istud modicum, reconditum nimis, sicut & cætera vniuersa carminis huius. Sed qui reuelat mysteria, aderit (vt confido) cùm pulsare cœperimus: & non claudet ora loquẽtiũ se, cui familiare magis est reserare clausa, spõsus ecclesię dominus noster Iesus Christus, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Esa.55.d
Ioan.4.c
Mat.6.a
Ibidem.
Prou.28.b
Matt.5.c
Gen.4.a
H
Esa.1.d
Ibidem
Gen.27.
Esa.58.b
I
Canti.2.c

Dies aspirans, & vmbræ inclinatæ quæ sint. Et quòd genus humanũ acceperit concupiscentiam hæreditariam ex transgressione primorum parentum. Sermo LXXII.

Canti.2.e Dilectus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.] Nouissima tantùm capituli huius tractanda pars est, & dubito in ipso ingressu cuinam potissimum eam iungam duarum præcedentium. Nam possum indifferenter vtrique. Siue enim dicas, Dilectus meus mihi, & ego illi donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ: interposito tantùm, qui pascitur inter lilia: siue pro literæ serie, qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ: non inconuenienter vtriuis assignas. Hoc sanè refert, quòd, donec, si primo iunxeris, inclusiuum oportet intelligas: si medio, exclusiuum sentias necesse est. Esto nempe quòd desinat spõsus pasci iam inter lilia vbi aspirauerit dies, nunquid similiter cessabit etiam spõsæ intendere, aut ipsa illi? Absit. In æternum perseuerabũt sibi, nisi quòd tunc felicius cum vehemẽtius, tunc vehementius cum expeditius. Sit ergo tale hoc donec, quale est illud apud Matthæum, vbi narratur non cognouisse Mariam Ioseph, donec peperit filium suum primogenitum. non enim pòst cognouit. Vel certè quale est illud in psalmo: Oculi nostri ad dominum deum nostrũ donec misereatur nostri. Non enim auertentur cum cœperit misereri. Vel quale item illud domini ad apostolos: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Non enim pòst non erit cum illis. Verùm hoc ita, si donec referas ad, Dilectus meus mihi, & ego illi. Si autem ad, qui pascitur inter lilia, respicere malis, erit alio sensu accipiendum. Porrò operosius ostẽdetur quomodo tunc dilectus pasci desinat cũ aspirauerit dies. Etenim si dies resurrectionis is est, quidni multò magis pasci ibi inter lilia iuuet, vbi horum maior admodum copia erit? Et pro aptanda quidem literæ consequentia hæc dicta sint. Nunc iam aduerte mecum, toto licet liliis fungentibus regno, sponsõque medio existente & deliciante, non tamen esse quòd dicatur & pasci, iuxta id quidem quod ante consueuerat. Vbi namque iam peccatores, quos sibi incorporet Christus mansos morsosque quasi quibusdam dentibus disciplinæ austerioris, afflictione scilicet carnis, & cordis contritione? Sed neque cibum sibi iam exiget verbum sponsus ex aliquibus factis seu operibus obedientiæ, vbi omne negocium ocium, solóque in intuitu & affectu res erit. Et quidem cibus eius vt faciat voluntatem filius vnigenitus patris sui: sed hic, non ibi. Quid enim faciat factam? Et perfectam tunc esse constat. Denique probare iam tunc est omnibus sanctis quæ sit voluntas dei bona & beneplacens & facta. Et certè pòst perfectum, faciendum supereſt nihil. Frui de cætero restat, non fieri: experiri, non operari: ea viuere, nõ exerceri in ea. Nonne ipsa est quam instãtissima prece docti quidem à domino, sicut in cœlo ita & in terra perfici postulamus, quò eius iam delectet fructus, actus non fatiget? Non erit itaque sponso verbo operis cibus, quia cesset necesse est omne opus, vbi plenius ab vniuersis percipitur sapientia. Nam qui minorãtur actu, percipiunt eam. Sed videamus nunc si quod dicimus, stare possit & secundum illam sententiam qua pasci inter lilia, candidatu virtutum oblectari, quidam interpretantur. Nam & nos ipsam inter cæteras non præteriuimus. Dicemúsne aut non forè, aut sponso minimè sapere tunc virtutes? Et quidem sentire alterum, dementiæ est. Sed vide ne fortè aliàs illis delectetur: nam constat delectari, sed forsitan potu magis, quàm pastu. Sanè in tempore & corpore isto nulla nostra virtus ita ad purum defecata erit, nulla ita suauis & mera, vt sponso habilis sit ad potandum. Sed qui vult omnes homines saluos fieri, dissimulat multa, & quos non potest potandi interim facilitate glutire, curat ex ea vel quippiam elicere sapidum, quasi arte quadam & quodam labore mandendi. Erit cum erit virtus colabilis, nec premetur dente, nec fatigabitur à mandente, vel potius non fatigabit mandentem, quæ bibentem absque opera delectabit, tanquã vtique potus, non esca. Denique habes spondentem in euangelio: quia non bibam de hoc genimine vitis, inquit, donec bibam illud nouum vobiscum in regno patris mei. Et de cibo nulla mentio est. Sed apud prophetam quoque legitur, Tanquam potens crapulatus à vino. De cibo autem nihil ibi penitus inuenitur. Sponsa ergo conscia mysterij huius, cùm dilectum pasci inter lilia comperisset ac perhibuisset, constituit terminum quoad id dignaretur, imò constitutum agnouit & perhibuit dicens, Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Sciebat enim virtutibus eum postea potandum potuis

K
Matt.1.d
Psal.121.d
Matt.28.c
L
1.Tim.2.b
Mat.26.d
Psal.77.b

A tius quàm pascendum. Cõuenire videtur, & consuetudo est, quia pòst cibum potus sumi de more solet. Ergo qui hic mãducat, illic bibet, eò tunc suauius, quo securius: glutiturus & ea ipsa quę scrupulosius modo & quodammodo laboriosius quasi mandendo liquat. Nunc iam intendamus considerare de die illo & illis vmbris, qui ille, quæ istæ ille qua ratione aspirans, hæ in qua potestate habeant inclinari. Signanter omnino dictum est, donec aspiret dies, imò singulariter. Solo quippe hoc loco (nisi fallor) diem aspirantem cõperies. Auræ nempe non tempora spirare dicuntur. Spirat homo, spirant animalia cætera, quibus indesinenter reciprocatus aër vitam continuat. Et quid hoc nisi ventus? Spirat & spiritus sanctus, & inde spiritus. Quo pacto ergo dies spirans, qui nec ventus, nec spiritus, nec animal est? Quanquam nec spirans quidem, sed quod signantius sonat, aspirans dictus sit. Nec minus prẽter solitum dictum, & inclinentur vmbræ. Deniq; ad exortum huius corporei visibilisque luminis vmbræ nõ inclinãtur, sed adnullãtur. Extra proinde corpora quærendæ hæ res. Et si quidem spirituales inuenerimus diem & vmbras, tunc forsitan & inclinatio harũ, & illius aspiratio facilius elucebit. Qui illum diem de quo propheta dicit, Melior est dies vna in atriis tuis super milia, corporeum opinatur: nescio quid iam non corporeum opinetur. Est & in mala significatione dies, cui maledixere prophetæ. Absit autem ex visibilibus his, quos fecit dominus. Itaq; spiritualis est. Iam vmbram quis ambigat spiritualem, qua Mariæ obumbratum est concipienti, & item eam quæ in propheta sic memoratur: Spiritus antè faciem nostram Christus dominus, sub vmbra eius viuemus inter gentes? Ego tamen vmbrarum nomine hoc loco magis arbitror designaras cõtrarias potestates, quæ nõ modò vmbræ vel tenebræ, sed & principes tenebrarum hatum ab Apostolo perhibentur, simúlque inhærentes illis ex genere nostro, filios vtique noctis, & nõ lucis neque diei. Hæ siquidem vmbræ non planè cum aspirauerit dies, in nihilũ reuertentur, sicut à facie huius corporeæ lucis vmbras corporeas nõ disparere tantum, sed & penitus deperire videmus. Itaque erunt minimè quidem extremius nihilo, miserius tamen. Erũt, sed inclinatæ & subditæ. Denique inclinabit se, inquit, & cadet (haud dubium quin princeps vmbrarum) cum dominatus fuerit pauperum. Ergo non natura delebitur, sed potentia subtrahetur. Non peribit substantia, sed transibit hora & potestas tenebrarum, Tolluntur ne videant gloriam dei, non adnullantur, vt semper vrantur. Quidni inclinabuntur vmbræ, cùm deponentur potentes de sede, potẽturque scabellum pedum? Quod vtique oportet fieri citò. Nouissima hora est. Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit. Aspirabit dies, & expirabit nox. Nox diabolus est, nox angelus satanæ, etsi se transfiguret in angelum lucis. Nox etiã Antichristus, quem dominus interficiet spiritu oris sui, & destruat illustratione aduentus sui. Nunquid non dominus dies est? Dies planè illustrans & spirans: qui spiritu oris sui fugat vmbras, & destruit laruas illustratione aduentus sui.

Psal.83.c
B
Theren.4.d
Psal.9.f
Rom.13.b
2.Cor.11.d
C

Aut si magis placet simpliciter verbum inclinationis accipere, nihil que aliud inclinari quàm adnihilari esse putãdum, neque huic desimus sensui. dicimus vmbras figuras & ænigmata scripturarum, necnon & sophisticas locutiones, cauillationésque verborum, & implicita argumẽtorum, quæ omnia veritatis interim lumẽ obũbrant. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Verùm aspirante die inclinabuntur vmbrę, quia occupãte omnia luminis plenitudine,

2.Cor.13.c
Ibidem.

nulla pars supereſſe poterit tenebrarum. Denique cum venerit quod perfectum est, tunc euacuabitur quod ex parte est. Hactenus de his sufficere poterat si spirans dies illa & nõ aspirans dicta fuisset. Nunc verò pro tantillo licet additamento adhuc aliquid addendum existimo, nimirum pro inuestiganda huius diuersitatis ratione. Ego enim (vt verum fatear) iam olim mihi persuasi, in sacri preciosiq; eloquij textu nec modicã vacare particulam. Solemus autem hac voce vti cum vehementer aliquid desideramus, vt (verbi gratia) cum dicimus, Ille ad illum honorem vel illam dignitatem aspirat. Designatur itaque per hoc verbum mira affutura affluentia vehementiáque spiritus die illo, cum nõ solum corda, sed & corpora suo quidem in genere spiritualia erunt, & qui digni inuenientur, inebriabuntur ab vbertate domus domini & torrente voluptatis illius porabuntur. Vel aliter. Iam sanctis angelis dies sanctificatus illuxit spirans illis iugi impetu perpetis meatus melliflua sempiternæ diuinitatis arcana. Deniq; fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei, sed ciuitatem cui dicitur: Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Cum autem & nobis qui terram inhabitamus, spirare adiecerit, erit nõ modo spirans, sed & aspirans, quòd dilatato sinu admittat & nos. Vel (vt paulò altius repetamus, & differamus latius) plasmato homine de limo tetræ, plasmator, sicut vera narrat historia inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, factus proinde illi dies inspirans. Et ecce inuida nox callidè impegit in diem hanc, luce vtique simulata. Nam dum quasi splendidius lumen scientiæ pollicetur, inopinatas nouæ luci offudit praui tenebras consilij, & primordiis originis nostræ tetram damnosæ præuaticationis inuexit caliginem. Væ, væ, nescierunt neq; intellexerunt in tenebris ambulãt nescientes, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Denique comedit de ligno mulier quod sibi dederat serpens, quod vetuerat deus: dedĩq; viro suo, & cœpit illis quasi de nouo diescere. Nam illico aperti sunt oculi amborum, & factus est dies conspirans, inspirantem extundens, & substituens expirãtem. Conspirauerunt siquidem & conuenerũt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius, serpentis astutia, mulieris blanditiæ, viri mollities. Vnde & loquebantur mutuò, dominus scilicet & Christus eius: Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, quòd ad vtriusque iniuriam lactantibus se peccatoribus acquieuisset. In hac die nascimur vniuersi. Portamus denique omnes impressum nobis cauterium conspirationis antiquæ, Eua vtique viuente in carne nostra, cuius per hæreditariam concupiscentiam serpens nostrum suæ factioni sedula satagit solicitudine vendicare consensum. Propterea (vt dixi) huic diei maledixere sancti, breuem optãtes, & cito verti in tenebras, quòd sit contentionis & cõtradictionis dies, dũ non cesset in ea caro concupiscere aduersus spiritum, legíq; mentis membrorum contraria lex rebellione infatigabili assiduè contradicat. Itaque dies expirans factus est. Ex tunc enim & deinceps, quis est homo qui viuet & non videbit mortem? Dicat pro ira quis, ego non minus pro misericordia putem, ne electos scilicet propter quos omnia fiunt, diu defatiget molesta cõtradictio qua captiui ducuntur & ipsi in lege peccati, quæ est in membris ipsorum. Horrent nimirum ægerriméque ferunt turpem captiuitatem, & tristem contentionem. Festinemus proinde respirare à cõspiratione antiqua & iniqua, quoniã breues dies hominis sunt. Ante sanè excipiat nos dies respirans, quàm nox suspiranis absorbeat ęternę caliginis tenebris exterioribus inuoluendos. Quæris in quo respiratio ista? In eo si incipiat spiritus vicissim cõcupiscere aduersus carnẽ. Huic si repugnas, respiras. Si spiritu facta carnis mortificas respirasti. Si hanc cum vitiis & concupiscentiis suis crucifigis, respirasti. Castigo (inquit) corpus meum, & in seruitutem redigo: ne fortè eum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Vox est respirantis, imò qui iam respirarat. Vade & tu fac similiter, vt te respirasse probes, vt diem denuo inspirantem tibi noueris illuxisse. Nec nox mortis præualebit aduersus rediuiuum hunc diem, magis autem in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Intantum non reor nec vita decedente eedere lumen vitæ, vt nemini congruentius quàm sic mortuo assignandam censeam vocem illam: Et nox illuminatio mea in deliciis meis. Quidni clarius videat, nube vel potius fece corporis euolutus? Erit sine dubio vinculis solutus corporeis inter mortuos liber, & inter cæcos vidẽs. Nam quemadmodum olim omni oculo caligante per vniuersam Aegyptum, solus in mediis tenebris clarè videbat populus videns deum, id est populus Israël, dicente scriptura, Quia vbicunq; Israël erat, lux erat: sic inter filios tenebrarum in terra mortis caligine fulgebunt iusti & videbunt, eò vtique clarius, quò exuti corporum vmbris. Nam & hi qui ante nõ respirauerunt (nec enim quæsierunt inspirantis diei lumẽ, & sol iustitiæ nõ ortus est eis) hi, inquam, ibũt de tenebris in tenebras dẽfiores, vt qui in tenebris sunt, tenebrescãt adhuc: & qui vident, videant magis. Vbi non inconuenien-

Psal.45.b
Psal.86.b
Gen.2.b
Psal.81.b
Gene.3.b
Psal.2.a
E
Gene.3.d
Iob.14.d
F
1.Cor.9.b
Ioan.1.d
Psal.138.b
Exod.10.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ter forsitan adducetur etiam sermo domini quem dixit, quia
Luc. 19. d habenti dabitur, & abūdabit: ei autē qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Ita est, & additur in morte videntibus, & non videntibus demitur. Quò enim hi minus & minus, eò illi magis magísq; vident donec & hos excipiat susꝑirans nox, & illos aspirans dies, quę sunt nouissima vtrorúmque, extrema videlicet cæcitas, & suprema claritas. Ex hoc iam non est quod demātur omnino vacuis, nó est quod addatur plenis, nisi quòd hi nescio quid pleno amplius se accepturos præsumunt secundum promissionem à deo ad se factam. Et promissionis quidem verbum tale est: Mensuram bonam & confertam & coagitatam & superefluentem dabunt in sinum vestrum. An non plus pleno quodammodo tibi esse videtur quod superefluit? Porrò placidè audies plenum & plenius, si te legisse memineris, in ęternū & vltra. Ergo is cumulus aspirātis erit diei. Ipsa inquā, adiiciet ad mensuram in spiratæ plenitudinis, ad inspirātis diei copiam, supra modū in sublime pondus gloriæ operans, ita vt redundet in corpora superefluens clarificationis adiectio. Hac de causa enim non spirans, sed aspirans dicta est, quòd addat ad inspirantem, hoc significante spiritu sancto per adiectam ad, prępositionem: quia quos illa intus illuminat, hos ista adornat
Eccl. 45. b foris, & stola gloriæ induit eos. Atque id satis pro danda ratione vocabuli quod est aspirans. Et si vultis scire, dies aspi-
H Philip. 3. d rans ipse est saluator quem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis suæ. Nam & inspirans nihilo minus idem ipse est secundum operationē qua nos respirare prius facit in lumine quod inspirat, vt simus & nos dies respirans in ipso, secūdum quod interior noster homo renouatur de die in diē, & renouātur in spiritu montis suæ ad imaginē eius qui se creauit, factus proinde dies ex die, & lumen ex lumine. Cùm igitur duo in nobis præcedāt dies, vnus quidem inspirans pro corporis vita, alter verò respirans in sanctificationis gratia, porrò tertius superfit aspirans in resurrectionis gloria: claret profectò aliquando adimpletum iri in corpore quod præcessit in capite,
Osee 6. a magnum vtique pietatis sacramētum, & prophetæ testimoniū, qui ait: Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos: & viuemus in cōspectu eius, sciemus, sequemúrq;, vt cognoscamus dominum. Ipse est in quē angeli prospicere concupiscunt, sponsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Qualiter Christus ad iudicandum veniet in forma humana, vt mitis appareat electis, qui conculcabit impios.
Sermo LXXIIII.

I
Cant. 2. d REuertere, similis esto dilecte mi, capreæ, hinnulóque ceruorum.] Quid? Modo it, modo reuocat? Quid subitū in tam breui emerlit? Oblitáne aliquid? Etiam oblita totum quod non ille est, se quoque ipsam. Denique cùm sit rationis non expers, non tamen modo, vt videtur, rationis est compos. Sed nec in sensu illi vllatenus apparet verecundia esse, quam fortè habet in moribus. Amor intemperans facit hoc. Nempe is est qui omnem in se triumphans captiuansque pudoris sensum conuenientiæ modum, deliberationis consilium, totius modestiæ & opportunitatis neglectum quendam & quandam incuriam parit. Nam vide nunc quomodo illum penè adhuc incipientem ire, iam tamen redire flagitat. Etiam accelerare rogat, & quidem currere instar vnius alicuius feræ syluatum velociter currentis, verbi gratia capreæ, hinnulíve ceruorum. Hic literæ tenor, & hæc Iudæorum portio. Ego verò quemadmodum accepi à domino, in profundo sacri eloquij gremio spiritum mihi scrutabor & vitam, & pars mea hæc, qui in Christum credo. Quidni eruam dulce ac salutare epulum spiritus de sterili & insipida litera tanquā granum de palea, de testa nucleum, de osse medullam? Nihil mihi & literæ huic, quæ gustata carnē sapit, glutita mortem affert. Sed enim quod in ea tectum est,
2. Cor. 14. a de spiritu sancto est. Spiritus autem loquitur mysteria, teste apostolo: sed Israēl pro velato mysterio ipsum mysterij velamen tenet. Quare, nisi quia adhuc velamen est positum super cor eius? Ita quod sonat litera illius est: quod designat, K
Ioan. 6. g ineū est: ac per hoc illi ministratio mortis in litera, mihi vi-
Psal. 118. a tā in spiritu. Nam spiritus est qui viuificat, dat quippe intellectum. An non vita intellectus? Intellectum da mihi, & viuam, ait propheta domino. Intellectus non remanet extra, non hæret in superficie, non instar cæci palpat forinseca, sed profunda rimatur, preciosissimas solitus exinde veritatis exuuias tota auiditate diripere ac tollere sibi, & cum propheta
Ibidem. dicere domino: Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui in-
Matt. 12. d uenit spolia multa. Nempe ita regnum veritatis vim patitur, & violenti rapiunt illud. Verùm ille senior frater qui de agro veniens formam tenuit populi veteris & terteni, qui pro terrena hæreditate doctus diligere triturā, attrita fróte gemit anxius sub graui iugo legis, portátque pondus diei & æstus: is inquam, quia intellectū non habuit, foris stat etiam nunc, & non vult nec intuitatus à patre intrare domum conuiuij, semetipsum fraudans vsque adhuc participio symphoniæ &
Psal. 132. d chori & vituli saginati. Miser, qui renuit experiri quàm bonum sit & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Et hęc dicta sint prò distinctione partis ecclesiæ, partísque synagogæ, quo & cæcitas huius, ex illius prudentia manifestior hat: & felicitas illius, ex huius miseranda fatuitate præmineat.

Nunc iam scrutemur verba sponsæ, & sic conemur castos exprimere sancti amoris affectus, vt nil in sacro eloquio ratione carens, nil indecorum importunúmve resedisse omni-
L Ioan. 13. b no appareat. Et si in mentem venerit hora illa cum dominus Iesus (is enim sponsus est) trāsiret ex hoc mundo ad patrē, símúlque quid tunc animi gereret sua illa domestica ecclesia, noua vtique nupta, cum se deseri ceneret quasi viduam desolatā vnica spe sua (apostolos loquor, qui relictis omnibus secuti fuerant eum, atque cum ipso permāserant in tentationibus suis) si hæc, inquam, cogitauerimus, non immeritò neque incongruè puto videbitur quantū de absessu tristis, tātum solicita extitisse de reditu, prębertim sic affecta, & sic relicta. Itaque diligenti & indigenti hæc ipsa duplex ratio erat commonendi dilectum, vt quandoquidem persuaderi non poterat quin iret & ascēderet vbi erat prius, saltem promissum denuo maturaret aduentum. Quòd enim optat & postulat similē forè feris, & eiusmodi feris quæ cursu agiliores esse videntur, cupiētis animi indicium est, cui nihil satis festinatur. Nónne hoc quotidie postulat cum dicit in oratione:
Matt. 6. b Adueniat regnum tuum? Ego tamen præter agilitatem existimo nō minus signāter exprimi etiam infirmitatem, & quidem sexus in caprea, ætatis in hinnulo. Vult itaq; eum (vt mihi videtur) etsi cum potestate venire, non tamen in forma dei
Esa. 9. a in iudicio apparere, sed sanè in ea qua nō modo natus, sed & paruulus natus est nobis, ídque solo de infirmiori fœmineo
M Psal. 149. d sexu. Cur hoc? Nempe vt ex vtroq; admoneatur infirmo mi-
Iob 25. b tescere in die iræ, memineritq; in iudicio misericordiam superexaltare iudicio. Etenim si iniquitates obseruauerit, etiam
Psal. 31. b electorum quis sustinebit? Astra non sunt munda in conspectu eius, & in angelis suis reperit prauitatem. Audi denique sanctum & electum quid dicat deo: Tu (inquit) remisisti impietatem peccati mei, pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Opus itaque habent & sancti pro peccatis exorare, vt de misericordia salui fiant, propriæ iustitiæ non fidentes. Omnes enim peccauerunt, & egent misericordia dei. Vt ergo cū iratus fuerit, misericordiæ recordetur, rogatur ab ista apparere in misericordiæ habitu, illo de quo a-
Philip. 2. d postolus: Et habitu, inquit, inuētus vt homo. Necessarie quidem. Si enim cum hoc quoque temperamento tanta erit in
Malach. 3. d iudicio æquitas, in iudice feritas, in maiestate sublimitas, nouitas in facie ipsa rerum, vt (secūdum prophetam) non possit cogitari dies aduentus eius: quid putas foret si ignis ille consumens (deum loquor omnipotentem) in illa suæ diuinitatis
Iob 13. d magnitudine, fortitudine, puritate, venisset cōtra foliū quod vento rapitur ostensurus potentiam suam, & stipulam siccā persecuturus? Et homo est, inquit, & quis videbit eum? Et quis stabit ad videndum eū? Quātò magis deum nobis absque homine exhibentem nemo hominū ferret, vtpote claritate inaccessibilem, celsitudine inattingibilem, incomprehensibilem maiestate? Nunc verò cum exarserit in breui ira
Psal. 2. c eius, quàm grata propter filios gratiæ apparebit blanda quędam visio hominis, sanè firmamentum fidei, spei robur, fiduciæ

A duciæ augmentum, quòd scilicet gratia & misericordia sit in sanctos eius, & respectus in electos illius. Denique ipse pater deus dedit filio iudicij potestatem, & non quia suus, sed quia filius hominis est. O verè patrem misericordiarum, vult per hominem homines iudicari, quò in tāta trepidatione & perturbatione malorum, electis fiduciam præstet naturæ si-
Psal. 71. a militudo. Prędixerat hoc quondam sanctus Dauid orans pa-
riter & prophetans, Deus (inquiens) iudiciū tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Sed neque huic dissonat promissio
Act. 1. b facta per angelos qui eo assumpto ita ad apostolos loquebā-
tur: Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. hoc est in hac ipsa corporis forma atque substantia. Liquet ex his omnibus sponsam in se diuinum habere consilium, & mysterium supernæ voluntatis minimè ignorare, quæ sub vmbra imbecillium imbecilliúmq; animātium naturam infirmiorem vel potius inferiorem (quia iam infirma non erit) in iudicio
Psal. 64. b exhibēdam, & orantis affectu, & spiritu prophetantis enun-
ciat: quatinus qui cœlum terrámque mouebit in virtute sua, accinctus potentia contra insensatos, & suauis nihilo minus & miris & quasi omnino inermis appareat propter electos. Vbi hoc quoque addi potest, quia ad discernedum alterutros
B à se, opus erit quodammodo illi cum hinnuli quidem saltibus, luminibus capreæ, quatinus videre & discernere in tāta multitudine & in tanta turbatione possit in quosnam salire, & quos transilire oporteat, ne fortè cōtingat iustum pro impio conculcari, cum in ira populos confringet. Nam quantū
Psal. 17. f ad impios, necesse est vt impleatur prophetia Dauid, imò sermo domini loquētis per os eius: Quia cōminuam eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo eos.
Esa. 63. b Et item alius sermo quem per alium prophetam prædixerat, impletus nihilo minus tūc cognoscetur, cum ad angelos rediens dicet: Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Si cui autem magis ita intelligendum videtur, vt malos potius transilire, atq; in bonos salire hinnulus noster debeat, non intendo: tantùm cogitet saltus dispositum iri in discriminationem bonorū malorúmve. Nam & à me (si benè memini) ita dictum est in sermone altero, vbi capitulum
Ephe. 3. a idem alibi supra & ab auctore positum, & à me expositu ni-
hilo minus reperitur. Verùm ibi secundum dispensationem quidem gratiæ quæ in præsenti vita aliis datur, aliis non datur, iusto quidem dei iudicio, sed occulto, salire & transilire is hinnulus dictus est, hic autem secundū vltimā ac variam retributionem meritorū. Et fortè sensui huic videatur astipulari extremum capituli huius, quod quidem penè oblitus
Cmti. 2. b fueram. Dicens namque, Similis esto, dilecte mi, capreæ hinnulóque ceruorum, addit, supra montes Bethel. Nec enim in
C domo dei (quod sonat Bethel) mali montes sunt. Quamob-
Esa. 55. d rem saliens in eos hinnulus non cōculcat, sed lętificat, vt scriptura impleatur quæ dicit: Montes & colles cantabunt co-
Matt. 17. c ram deo laudes. Et quidem sunt montes quos secundū euangelium tollit fides cōparata sinapi, sed non sunt mōtes Bethel. Etenim quicumque sunt Bethel, minimè eos tollit fides, sed colit. Quod principatus & potestates necnon & cætera
Psal. 86. a nihilo minus beatorum spirituum agmina cœlorúmque virtutes mōtes sunt Bethel, vt de his intelligamus dictum, Funda-
Psal. 8. b menta eius in montibus sanctis: non sanè is hinnulus vilis ac contemnendus, qui supra tam excellētes montes visus est apparere tanto angelis melior effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Quid enim si in psalmo legimus minoratum ab angelis? Neq; enim non melior quia minor, nec contraria sunt locuti apostolus & propheta, quippe habentes eundē spiritū. Nam si dignationis fuit quòd minoratus est, nō necessitatis, nihil planè in hoc bonitati præscribitur, sed asscribitur. Denique minoratum propheta perhibuit, non minorem, attollens gratiam, & propellens iniuriā. Nam & minoritatem natura recusat, & minorationē excusat causa. Nempe minoratus est, quia ipse voluit. Minoratus est sua voluntate, & nostra necessitate. Sic minorari, misereri fuit. Quænam perditio hæc? Profectò accessit pietati, quicquid maiestati visum est deperisse. Quāquam nec apo-
Heb. 2. a stolus tacuit hoc magnum magnæ pietatis arcanum, sed ait: Eum autē qui modico quàm angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionē mortis gloria & honore coronatū. B

Et hęc dixerimus pro nomine & similitudine hinnuli, quatinus sponso eam (iuxta sermonem sponsæ) absque maiestatis iniuria apteremus. Quid dico absque maiestatis iniuria, quādo nec infirmitas inhonorata remāsit? Hinnulus est, paruulus est, capreæ quoque similis perhibetur, tanquam factus ex muliere, attamen super montes Bethel, attamen excelsior cœlis factus. Non dicit, excelsior cœlis manens vel existens: sed excelsior cœlis factus, ne quis putet de illa natura dictum in qua est, qui est. Sed & vbi præfertur angelis, melior nihilo
Hebr. 7. b minus perhibetur effectus, & nō dicitur manens vel existens melior. Ex quibus apparet quòd non modo in eo quòd ab æterno est, sed etiam in eo quod in tempore factus est, omnem sibi eminentiam vendicet supra omnem principatum & potestatem, supra omnem deniq; creaturam, vtpote primogenitus omnis creaturę. Itaque quod stultum est dei, sapientius
1. Cor. 1. b est hominibus: & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Hoc quidem apostolus. Mihi autem non videtur errare si quis etiam sapientiæ & fortitudini angelorū prę ferendum dicat identidem stultum infirmúmque dei. Ita ergo præsens locus conuenienter aptabitur vniuersali ecclesiæ. Iam verò quod ad vnam singulariter animam spectat, (nam & vna, si deum dulciter, sapienter, vehementer amat, sponsa est) quisque spiritualis in semetipso aduertere potest quid sibi inde proprium respondeat experimentum. Ego verò quicquid il- E
lud est quod in me de huiusmodi experiri donatum est, corā eloqui non verebor. Nam & si vile forsitan, cum fuerit auditum, & despicabile videatur, nó mea refert, quia qui spiritualis est, nō me despiciet: qui minus, non me intelliget. Attamē si in alium istud sermonem seruauero, forte non deerunt qui ædificentur in iis quæ exoratus interim dominus inspirabit, sponsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De visitationibus verbi sponsi quæ fiunt in spiritu ad animam sanctam, de quibus sanctus iste vir Bernardus se præbet exemplum ad ædificationem audientium.
Sermo. LXXIIII.

REuertere (inquit.) Liquet non adesse quem reuocat, af-
Cant. 2. d fuisse tamen, idque non longe ante, quippe qui dum adhuc abiret, reuocari videtur. Intempestiua reuocatio, magni vnius amoris, magnæ alterius amabilitatis indicium est. Qui sunt isti charitatis cultores, amatoriísque tam indefessi sectatores negocij, quorum alterum prosequitur, alteram vrget tam inquietus amor? Et mihi quidem, vt memini meæ promissionis, incumbit assignare hunc locum verbo & animæ, sed ad hoc vt dignè vel aliquātisper fiat, ipsius adiutorio verbi egere me fateor. Et certè sermo iste decuerat magis expertum magísque consciū sancti & arcani amoris, sed nō pos- F
sum officio deesse meo, non vestris omnino votis. Periculum meum video & non caueo, vos me cogitis. Prorsus cogitis ambulare in magnis & in mirabilibus super me. Heu quàm
Psal. 130. a vereor ne subinde audiam: Quare tu enarras delicias meas,
Psal. 49. e & assumis sacramentum meum per os tuum? Audite me tamen hominem qui loqui trepidat, & tacere non potest. Excusabit forsitan ausum trepidatio ipsa mea, magis autem vestra si prouenerit ædificatio. Et fortè hæ lachrymę patiter vidēbuntur. Reuertere, ait. Bene. Abibat, reuocatur. Quis mihi referet huius mutabilitatis sacramentum? Quis mihi digne explicet ire & redire verbi? Nunquid leuitate vtitur sponsus? Vnde quò venire seu denuo ire queat, qui totū implet? Quē denique motum habere localem possit, qui spiritus est? Aut quem postremò vel cuiuscunque generis motum das illi qui deus est? Est quippe omnino incommutabilis. Verum hæc qui potest capere, capiat. Nos autem in expositione sacri mysticíque eloquij cautè & simpliciter ambulantes geramus morem scripturæ quæ nostris verbi sapientiam in mysterio absconditam loquitur: nostris affectibus dum deum figurat, insinuat notis rerum sensibilium similitudinibus: tanquam quibusdam vilioris materiæ poculis ea quæ prę ciosa sunt, ignota & inuisibilia dei mentibus propinat humanis.

Sequamur proinde & nos eloquij casti consuetudinem, dicamúsque verbū dei deum sponsum animæ prout vult ve-

Gnire ad animã, & iterum dimittere eam, tantũ vt sensu animę non verbi motu ista fieri sentiamus. Verbi causa, cum sentit gratiam, agnoscit præsentiam: cum nõ absentiam queritur, & rursum præsentiam quærit, dicens cum propheta: Exquisiui te facies mea, faciem tuam domine requiram. Quidni *Psal. 26. c*
requirat? Neque enim subducto sibi tam dulci sponso, interim aliquid aliud non dico desiderare, sed nec cogitare libebit. Restat igitur vt absentẽ studiosẽ requirat, reuocet abeũtem. Ita ergo reuocatur verbum, & reuocatur desiderio animæ, sed eius animæ cui semel indulserit suauitatem sui. Nunquid non desiderium vox? Et valida. Deniq; desideriũ pauperum, inquit, exaudiuit dominus. Verbo igitur abeunte, vna *Psal. 9. d*
interim & cõtinua animæ vox, continuum desiderium eius, tanquam vnum continuúmque reuertere donec veniat. Et nunc da mihi animã quam frequenter verbum sponsus inuisere soleat, cui familiaritas ausum, cui gustus famẽ, cui contẽptus omnium ociũ dederit: & ego huic incunctanter assigno vocem pariter & nomen sponsæ, nec ab ea penitus locũ qui in manibus est, censuerim alienum. Talis nempe inducitur loquens. Quem enim reuocat, eius absque dubio probat se meruisse præsentiam, etsi nõ copiam. Alioquin non reuocasset illum, sed vocasset. Porrò reuocationis verbum reuertere est. Et fortè ideo subtraxit se, quò auidius reuocaretur, tene- H
retur fortius. Nam & aliquando simulabat se longius ire, nõ *Luc. 24. d*
quia hoc volebat, sed volebat audire: Mane nobiscum domine, quoniam aduesperascit. Et rursum alia vice super mare ambulans, cum apostoli nauigarent & laborarent in remigãdo, quasi volens præterire eos, nec tunc quidem istud volebat, sed magis probare fidem, & elicere precem. Denique sicut ait euãgelista, turbati sunt & clamauerunt, putantes phãtasma esse. Ergo istiusmodi piam simulationem, imò salutarem dispẽsationem quam tunc corporaliter verbum corpus interdum exhibuit, non cessat identidem verbum spiritus modo suo spirituali cum deuota sibi anima sedulò actitare. *Mar. 6. g*

Præteriens teneri vult, abiens reuocari. Neque enim hoc irreuocabile verbum. It & redit pro beneplacito suo, quasi *Iob. 7. d*
visitans diluculo, & subitò probans. Et ire quidem illi quodammodo dispensatorium: redire verò semper voluntarium est: vtrunque autem plenum iudicij. At penes ipsum horum ratio. Nunc verò cõstat in anima fieri huiusmodi vicissitudi- *Ioan. 14. d*
nes euntis & redeuntis verbi, sicut ait: Vado & venio ad vos. *Ioan. 16. c*
Item: Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. O modicum & modicum. O modicum longũ. Pie domine, modicum dicis quòd nõ videmus te? Saluum sit verbum domini mei, lõgum est & multum valde nimis. Veruntamen vtrunque verum, & modicum meritis, & nõ modicum votis. Habes vtrũque in propheta: Si moram fecerit, I
inquit, expecta eũ, quia veniẽs veniet, & non tardabit. Quo- *Abac. 2. a*
modo nõ tardabit si moram fecerit, nisi quòd ad meritũ satis est, sed, nõ satis ad votũ? Porrò anima amans votis fertur, trahitur desideriis, dissimulat merita, maiestati oculos claudit, aperit voluptati, ponẽs in salutari, & fiducialiter agens in eo. Intrepida deniq; & inuerecunda reuocat verbum, & cum fiducia repetit delicias suas, solita libertate vocãs nõ dominũ, *Cant. 2. d*
sed dilectum. Reuertere dilecte mi. Et addit: Similis esto capreæ hinnulóque ceruorum super montes Bethel. At istud *2. Cor. 11. d*
postea. Nunc verò sustinete modicum quid insipientiæ meæ. Volo dicere (nam & hoc pactus sum) quomodo mecum agitur in eiusmodi. Non expedit quidẽ: sed prodar sanè, vt prosim: & si profeceritis vos, meam insipientiam consolabor. Si non meam insipientiã confitebor. Fateor & mihi aduentasse verbum, in insipientia dico, & pluries. Cúmque sępius intrauerit ad me, non sensi aliquotiens cum intrauit. Adesse sensi, affuisse recordor, interdum & præsentire potui introitũ eius, sentire nunquã, sed ne exitum quidem. Nam vnde in animã meam venerit, quóve abierit denuo eã dimittens: sed & quà vel introierit vel exierit, etiam nunc ignorare me fateor, se- *Ioan. 3. a*
cundum illud: Nescis vnde veniat, aut quò vadat. Nec mirũ *Psal. 76. d*
tamen, quia ipse est cui dictum est: Et vestigia tua nõ cognoscẽtur. Sanè per oculos non intrauit, quia nõ est coloratum. Sed neque per aures, quia non sonuit. Sed neque per nares, quia non aëri miscetur, sed mẽti: nec infecit aërem, sed fecit. Neque verò per fauces, quia non est mansum sed haustum. K
Nec tactu cõperi illud, quia palpabile non est. Quà igitur introiuit? An fortè nec introiuit quidẽ, quia nõ de foris venit? Neque enim est vnũ aliquid ex iis quæ foris sunt. Porrò nec de intra me venit, quoniam bonum est, & scio quoniam non est in me bonum. Ascendi etiam superius meũ, & ecce supra hoc verbum eminens. Ad inferius quoque meũ curiosius explorator descendi, & nihilo minus infra inuentum est. Si foras aspexi, extra omne exterius meum comperi illud esse: si *Act. 17. f*
intus, & ipsum interius erat. Et cognoui verum quidem esse quod legeram: quia in ipso viuimus, mouemur, & sumus: sed *Prou. 5. b*
ille beatus est in quo est ipsum, qui illi viuit, qui eo mouetur. Quæris igitur cum ita sint omnino inuestigabiles viæ eius, *Canti. 4. c*
vnde adesse norim? Viuũ & efficax est, móxq; vt intus venit, expergefecit dormitãtem animam meam, mouit & molliuit *Esa. 40. b*
& vulnerauit cor meum, quoniam durũ lapideúmq; erat, & malè sanum. Cœpit quoq; euellere & destruere, ædificare & plãtare, rigare arida, tenebrosa illuminare, clausa reserare, frigida inflammare, necnõ & mittere praua in directa, & aspera in vias planas, ita vt beneditceret anima mea domino, & *Psa. 102. b*
omnia quę intra me sunt, nomini sancto eius. Ita igitur intrãs ad me aliquotiens verbũ sponsus, nullis vnquam introitum L
suum indiciis innotescere fecit, non voce, nõ specie, non incessu. Nullis denique suis motibus compertum est mihi, nullis meis sensibus illapsum penetralibus meis: tantùm ex motu cordis (sicut præfatus sum) intellexi præsentiam eius, & ex fuga vitiorum, carnaliúmque cõpressione affectuũ aduerti potentiã virtutis eius, & ex discussione siue redargutione occultorum meorum admiratus sum profunditatem sapientiæ eius, & ex quantulacunq; emendatione morum meorum expertus sum bonitatem mãsuetudinis eius, & ex renouatione ac reformatione spiritus mẽtis meę, id est interioris hominis mei percepi vtcunque speciem decoris eius, & ex contuitu horum omnium simul expaui multitudinem magnitudinis eius. Verùm quia hæc omnia vbi absceſſerit verbũ, perinde ac si ollæ bullienti subtraxeris ignem, quodam illico sanguore torpentia & frigida iacere incipiunt: atq; hoc mihi signũ abscessionis eius, tristis sit necesse est anima mea donec iterũ reuertatur, solitò recalescat cor meum intra me, ídque sit reuersionis indicium. Tale sanè experimentum de verbo habens quid mirum si & ego vsurpo mihi vocem sponsæ in reuocando illud cum se absentauerit, qui etsi nõ pari, simili tamen vel ex parte desiderio feror? Familiare mihi erit quoad vixero pro verbi reuocatione reuocationis verbũ, quod vtique reuertere est. Et quotiens elabetur, totiẽs repetetur à me, M
nec cessabo clamitare quasi post tergum abeuntis ardẽri de- *Psal. 50. d*
siderio cordis, vt redeat, & reddat mihi lætitiam salutaris sui, reddat mihi seipsum. Fateor vobis filij, nil aliud interim libet, dum non præsto est quod solũ libet. Et hoc oro vt nõ vacuum veniat, sed plenum gratię & veritatis, more vtique suo *Ioan. 1. b*
sicut heri & nudiustertius. In quo mihi similitudinẽ capreæ & hinnuli exhibitum iri posse videtur, cum veritas capreæ oculos habeat, gratia hinnuli hilaritatem. Vtraque res necessaria mihi, & veritas quidem cui abscondi non possim, gratia autẽ cui nolim. Alioquin sine alterutra visitatio plena nõ erit, cum & illius feueritas absque hac onerosa, & huius hilaritas absque illa dissoluta possit videri. Amara est veritas sine condimento gratiæ, sicut absque veritatis freno leuis & nesciens modum plerunque & insolens ipsa deuotio. Quàm multis non profuit gratiam percepisse pro eo quòd temperamentũ de veritate pariter non acceperunt? Ex hoc enim plus quàm oportuit cõplacuere sibi in ea, dũ veritati nõ sunt veritatis obtutus, dum non respexerũt ad capreæ maturitatem, magis autem se totos hinnuli leuitati hilaritatíq; dederunt. Inde factum est vt in qua priuatim exultare voluerant gratia priuarentur, quibus vel sero dici potuerit: Euntes ergo *Psal. 2. c*
discite quid sit: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Dixerat nanque sancta anima quædam in abundan- *Psal. 29. b*
tia sua: Nõ mouebor in æternum. cum subitò sensit auersam à se faciem verbi, séque non modò motã, sed etiam cõturbatam, & sic in tristitia didicit opus fuisse sibi cũ munere quidem deuotionis, etiam pondere veritatis. Ergo non in sola quidem

Deus quærendus est debito tempore, modo, & loco. Et quid nunc sit acceptabile tempus, in quo quisque per bona opera potest sibi inuenire deum, ac suam operari salutem.
Sermo LXXV. B

IN lectulo meo quæsiui per noctes quem diligit anima *Cant. 3. a*
mea.] Non est reuersus sponsus ad vocem & votum reuocantis: Quare? Vt desiderium crescat, vt proberur affectus, vt exerceatur amoris negocium. Sanè ergo dissimulatio est, non indignatio. Sed superest vt quæratur si fortè reperiatur quæsitus, qui vocatus non venit: dicente domino: Omnis qui quærit, inuenit. Porro verbum reuocationis tale *Matt. 7. d*
est: Reuertere, assimilare dilecte mi capreæ hinnulóque cer- *Cant. 2. d*
uorum. Ad quam vocem dum non est reuersus, vtique ob illas causas quæ dictæ sunt: hinc ista quæ amat, facta cupidior, mox sese ad requirendum tota auiditate dedit. Et primo quidem quærit illum in lectulo, sed minimè inuenit. Surgit inde, circuit ciuitatem, it & redit per plateas & vicos, & non occurrit neque apparet. Interrogantur quique forte occurrerint, nihilque certi reportatur. Neque vici vnius aut vnius noctis quæsitio hæc; & hæc frustratio, cum dicat ista: Quia quæsiui per noctes. Quid hoc desiderij est & ardoris, vt surgens de nocte publicum non erubescat, percurrat ciuitatem, percunctetur palam & passim de dilecto, atque à vestigandis semitis eius nulla valeat ratione auerti, nulla præpediri difficultate, non tempestiuæ retineri amore quietis, non spõsæ verecundia, nõ vel timore nocturno? Et tamen in his omnibus frustrata est vsq; adhuc à desiderio suo. Quare? Quid sibi vult pertinax hæc & diuturna fraudatio, tediorum nutrix, suspicionum fomes, impatientiæ fax nouerca amoris, mater desperationis? Si adhuc dissimulatio est, nimis est molesta. Esto quòd piè vtilitérque interim fuerit dissimulatum, donec in sola adhuc vocatione seu reuocatione res erat: nunc verò cum requiritur, & ita requiritur, quid iam conferre poterit dissimulario? Si de carnalibus sponsis & pudendis amoribus quæstio est, sicut literalis superficies præluisse videtur, & si inter illos talia contingere queant, mea nõ interest, ipsi viderint. Quòd si animarum quærentium dominum, mentibus & affectibus pro quantulocunq; posse meo respondere & satisfacere me oportet, eruendum sanè est de scriptura sancta (in qua se vitam habere confidunt) eo vitale aliquid, quo spirituale, vt edant pauperes & saturẽtur, & viuant corda eorum. *Psal. 21. f*
Et quid tam cordium vita, quàm dominus meus Iesus Christus, de quo alebat qui eo viuebat: Quia cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria? *Coloss. 3. d*
Ipse ergo ad mẽdium veniat, quò & nobis veraciter dici possit: Medius autẽ vestrum stetit, quem vos nescitis. Quãquam *Ioan. 1. d*
nescio quomodo non sciatur à spiritualibus spõsus spiritus, qui tamen ita in spiritu profecerũt, vt possint dicere cũ propheta: Spiritus ante faciem nostrã Christus dominus, & cum *Thren. 4. d*
apostolo: Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed *2. Cor. 5. d*
nunc iam non nouimus. Nónne is est quem spõsa quærebat? Is verè est sponsus, & amans & amabilis. Is inquã verè sponsus, sicut caro eius verè est cibus, & sanguis eius verè est po- *Ioan. 6. f*
tus: totum quod de ipso est, verè est: quãdo ipse est, non aliud sanè quam ipsa veritas. Verũ is sponsus quid est quòd nõ inuenitur quæsitus, eũ requiratur tam studiosè & impigrè, nũc quidem in lectulo, nunc verò in ciuitate, aut etiam in plateis vel vicis, ipse autem dicat: Quærite & inuenietis: & qui quę- *Matt. 7. b*
rit inuenit, propheta quoq; loquitur ad eum: Bonus es domi- *Thre. 3. c*
ne animæ quærenti te, & item sanctus Esaias: Quærite domi- *Esa. 55. c*
num dum inueniri potest? Quomodo ergo implebuntur scripturæ? Neq; enim quæ hic inducitur quærens, vna est ex his quibus ipse ait: Quæretis me, & non inuenietis. Sed attendite tres esse causas quæ interim occurrunt, & quærentes frustrari solent, cum aut videlicet non in tempore quærunt, aut non sicut oportet, aut non vbi oportet. Si enim omne tẽpus aptum est ad quærendum, cur ergo dicit propheta (quod iam memorauí:) Quærite dominũ dum inueniri potest? Erit absque dubio cum inueniri nõ poterit, & ideo addit: Vt inuocetur dum prope est: quia futurum est: iam nõ prope futurum. *Esa. 55. d*
A quo enim tunc non requiratur? Mihi (inquit) curuabitur *Esa. 45. d*

A quidẽ gratia plenitudo gratiæ est, sed ne in sola quidem veritate. Quid prodest scire quid te oporteat facere, si non detur & velle facere? Quid si velis quidem, sed minimè possis? Quantòs expertus sum agnita veritate tristiores, & ideo magis, quòd iam confugere ad ignorantię excusationem non liceret, scientes & non facientes quod veritas hortaretur? Quæ *Iaco. 4. d*
cum ita se habeant, neutrum sine altero sufficit. Patum dixi. *Luc. 12. f*
Non expedit quoque. Vnde id scimus? Scienti (inquit) bonũ & non facienti, peccatum est illi. Item: Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens digna, vapulabit multis. At *Iacob. 13. c*
istud pro parte veritatis. Pro gratiæ, quid? Scriptum est: Et post buccellam introiuit in eum satanas. Iudam loquitur, qui accepto munere gratiæ, quia in veritate non ambulabat cum *Psal. 80. c*
veritatis magistro, vel potius cũ magistra veritate, locum inse diabolo dedit. Audi adhuc: Cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle satutauit eos. Quos? Inimici domini mẽtiti sunt ei. Quos melle cibauit & adipe, hi mentiti sunt ei fa- *Psal. 17. g*
cti inimici: quia veritatem gratiæ non iunxerunt. De quibus alibi habes: Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati *Ioan. 8. f*
sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Quidni claudicarent; *Eccl. 28. d*
vno pede gratiæ contenti, & nõ apponentes veritatem? Erit igitur tẽpus eorum in secula, sicut & principis ipsorum; qui B
& ipse in veritate non stetit, sed fuit mendax ab initio, idcõque audiuit: Perdidisti in decõre tuo sapientiam. Nolo decorem qui mihi sapientiam tollat. Quæris quis ille tam noxius támque perniciosus decor? Tuus. Adhuc forte sine intellectu es? Planius audi. Priuatus, proprius. Non culpamus donum, sed vsum. Denique si aduertisti, non in decore, sed in suo decore dictus est ille perdidisse sapientiam. Et (ni fallor) vnus angeli animæque decor ipsa est. Quid enim vel hæc vel ille absque sapientia, nisi rudis deformisque materia est? Ea ergo ille non modo formatus, sed & formosus fuit. Sed perdidit eam cum fecit suam: vt non sit aliud in decore suo, quàm in sua sapientia perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est. Quod sibi sapiens fuit, quòd non dedit gloriã deo, quòd non retulit gratiam pro gratia, quòd non secundum veritatẽ ambulauit in ea, sed ad suam eam retorsit voluntatem: istud est cur eam perdidit, imò istud est quod eam perdidit. Etenim *Iaco. 2. b*
sic habere, perdere est. Et si Abraham (inquit) ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. Et ego: Non ego in tuto, inquam. Perdidi quicquid habeo non apud deũ. Nam quid tam perditum quàm quod extra deũ exulat? Quid mors nisi priuatio vitæ? Ita nihil perditio nisi alienatio à deo *1. Cor. 1. c*
est. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & corã vobismetipsis prudentes. De vobis dicitur: Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudẽtium reprobabo. Perdiderunt sapientiam, quia sua sapientia perdidit eos. Quid non perdiderunt qui ipsi perditi sunt? An verò non perditi, quos nescit C
deus?

Porro autem virgines fatuę, quas quidem non aliunde fãtuas puto, nisi quia dicẽtes se esse sapientes, stultæ factæ sunt? *Matt. 25. b*
hæ, inquam, à deo audire habent: Nescio vos. Et item illi qui gratiam miraculorum ad suam vsurpauerunt gloriam, nihilo minus audituri sunt, Quia nõ noui vos, vt liquidò ex his clarescat gratiam non prodesse, vbi veritas non est in intentio- *Ioan. 1. b*
ne, sed obesse magis. Et quidem penes sponsum vtraque res. Denique gratia & veritas per Iesum Christum facta est, ait Ioannes Baptista. Si ergo cum vnaquauis harum sine altera pulsauerit ad ostium meum dominus Iesus Christus (ipse est *Psal. 142. a*
enim dei verbum, animæ spõsus) intrabit sanè non tanquam sponsus, sed tanquam iudex. Absit, nequaquam fiat hoc. Non intret in iudicium cum seruo suo. Intrẽt pacificus, intret iucundus & hilaris, maturus tamẽ & serius intret qui seueriori quodam veritatis vultu in me dum insolẽtiam reprimit, purget lætitiã. Intret quasi hinnulus saliens, quasi caprea circunspectus, qui culpam dissimulando transiliat, pœnam miserando respiciat. Intret quasi descendens de montibus Bethel festiuus & splendidus, quasi procedẽs à patre suauis & mitis, qui non dedignetur dici & fieri sponsus animæ quærenti se, cum sit super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Gomne genꝰ, &c. Nec tamen inuenietur ab impiis, quos vltores angeli arcebunt profecto & tollent ne videant gloriam dei. Frustra inclamabunt & fatuæ virgines, minime prorsus iam ad eas exit, clausa ianua. Sibi proinde dictum putent illę
Ioan.7.c Queretis me, & nō inuenietis. Cęterum nunc tempus acce-
2.Cor.6.a prabile, nunc dies salutis sunt, tēpus plane & quęrendi & inuocandi, quando plerūque & antequā inuocetur adesse sentitur. Audi deniq; quid polliceatur. Antequam me inuoce-
Esa.65.d tis (inquit) dicā, ecce adsum. Nec latuit benignitas hæc & facilitas temporis quod nūc est, illum qui in psalmo loquitur:
Psal.9.d Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationem cordis eorū audiuit auris tua. Quod si per bona opera quæ-
Gala.6.c ritur deus, ergo dum tempꝰ habemus, operemur bonum ad omnes, præsertim quia dominus apertè prenūciat venire no ctem, quando nemo potest operari. Túnè aliud ad quærendum deum, ad operādum quod bonum est reperturus es tibi tempus in seculis venturis, præter hoc quod cōstituit tibi deus in quo recordeſ tui? Et ideo dies salutis: quia in his ipse deus rex noster ante secula operaꝰ est salutē in medio terrę.
Psal.74.c I ergo tu & medio gehēnæ expectato salutem, quæ iam facta est in medio terrę. Quam tibi somnias prouēturam interardores sempiternos facultatē veniam promerendi, cum iam trāsiit tēpus miserendi? Non relinquitur tibi hostia pro
H peccatis mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum filius
Rom.6.b dei, mortuus est semel, iam, nō moritur. Non descēdit ad inferos sanguis qui effusus est super terram. Biberunt omnes peccatores terræ, nō est quod sibi ex eo vendicent dæmones ad restituendos focos suos, sed neque homines socij dęmoniorū. Semel illò descēdit nō sanguis, sed anima, & hæc portio eorum qui in carcere erant, vna illa visitatio quę tunc facta est per presentiam animæ, cum corpus pēderet exanime super terrā. Sanguis aridam rigauit, sanguis infudit terram & inebriauit eam: sanguis quæ in terra & quæ in cœlis sunt pacificauit: nō autem & quæ apud inferos, nisi quod semel illò vt dixi, anima eius excucurrit, & fecit ex parte redemptionē, ne vel eo momenti vacarent opera charitatis: sed vltrà non
1.Cor.6.a adiiciet. Ergo nunc tempus acceptabile & aptum ad quærēdum, in quo plane qui quęrit inuenit: si tamē vbi & vt oportet quęrit. Et hęc vna causa quæ impedire potest ne inueniatur sponsus à quærentibus se, cum non quærunt in tempore opportuno. At non ea impedit sponsam, nempe inuocātem & quærētem in tempore opportuno. Sed ne illa quidē eum tepidè aut negligenter seu perfunctoriè quærit: nam corde ardenti & omnino infatigabiliter quærit, plane vt decet.

Restat vt de tertia videamus, ne videlicet vbi non decet
Canti.3.a quærat. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea. An forte nō in lectulo quærēdꝰ erat, sed in lecto: quippe cui orbis angustus est? Sed nō horreo lectulum, qui noui paruulū.
Esa.9.d Paruulꝰ denique nobis natus est. Exulta tu & lauda habita-
I tio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israēl. At idē do minus in Sió magnꝰ, apud nos paruulus, apud nos infirmus repertus est, ex vno iacere, ex altero & in lectulo iacere habens. An non lectulus tumulus? an non lectulus præsępium? an non lectulꝰ vterus virginis? Neque enim magni patris vterus lectulus est, sed lectus magnus: de quo ad filium: Ex
Psa.109.a vtero (inquit) ante luciferū genui te. Quanquam nec lectus quidē forsitan dignè cēsendꝰ sit vterus ille, qui regentis potius quàm iacentis est locus. Manens enim in patre, regit cū
Ibidem. patre vniuersa. Denique non iacere, sed sedere ad dexteram patris filium fides indubitata habet, & ipse cœlū sibi sedem esse non lectum perhibet: vt scias illum in suis, id est in superis nequaquam solatia habere infirmitatis, sed potestatis insignia. Meritò proinde sponsa ponens lectulum dicit suum: quia omne quòd infirmum est dei, non de proprio inesse illi manifestū est, sed de nostro. Ex nobis assumpsit quæ pro nobis sustinuit, nasci, lactari, mori, sepeliri. Mea est mortalitas nati, mea infirmitas paruuli, mea expiratio crucifixi, mea sepulti dormitio. Quæ priora transierunt, & ecce noua sunt omnia. In lectulo meo quęsiui per noctes quem diligit anima
Canti.3.b mea. Quid? in tuo querebas, qui se iam in sua receperat? Nō videras filium hominis ascendentem vbi erat prius? Iam cœlum tumulo cōmutauit & stabulo & tu illum in tuo adhuc
Mar.10.a lectulo quæris? Surrexit, non est hic. Quid quæris in lecto fortem, in lectulo magnum, clarificatum in stabulo? Introi K
Psal.70.c uit in potentias domini, decorem iuduit & fortitudinem: &
Psal.92.a ecce sedet super Cherubim qui sub lapide iacuit. Ex hoc iam non iacet, sed sedet, & tu tanquam iacenti subsidia paras? Sigue, vt absolutior veritas sit, aut sedet iudicans, aut stat adiuuans. Sic vos ô bonæ mulieres, cuinam quęso excubias exhibetis? cui aromata comparatis, paratis vnguenta? Si scire-
Psal.87.a tis quantus is sit, quámque sit inter mortuos liber mortuus iste quem vngere pergitis, vos forsitā petissetis ab eo potius vngi. Nónne iste est quem vnxit deus suus oleo lætitiæ præ
Psal.44.b consortibus suis. Beati eritis vos si gloriari potueritis reuertentes, & dicere, quia de plenitudine eius & nos accepimus.
Ioan.1.b Enimuero factum est ita. Ná reuera vnctæ remeant quæ vnctura venerant. Quidni vnctæ tam læto nuncio nouæ odo-
Rom.10.c rifereq́ue resurrectionis? Quàm specioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! Missæ ab angelo opus faciunt euangelistę: factęq; apostolæ apostolorum, dum fe-
Canti.1.d stinant ad annunciandum mane misericordiam domini, dicunt: In odorem vnguentorum tuorum currimus. Extunc ergo & deinceps frustra in lectulo quæsitus est sponsus, quia etsi cognouerat eum ecclesia secundum carnem, id est secūdum carnis infirmitatem, sed nnnc iam non nouit. Denique quęsitus est postmodum à Petro & Ioanne identidem in sepulchro, sed minime inuentus. Vide tu vtrúmne aptè & cōpetenter quisque horum tunc dicere quiuerit: In lectulo L
Canti.3.a meo quęsiui quem diligit anima mea: quęsiui, & non inueni. Nempe itura ad patrem caro quæ nō erat ex patre, prius per gloriam resurrectionis omne infirmum se exuit, accinxit potentia, induit lumine sicut vestimento: in quali nimirum gloria & ornatu decuit eam paternis aspectibus præsentari.

Pulchrè verò sponsa non quem diligo ego, sed quem diligit anima mea, inquit, quòd verè & propriè ad solam pertineat animā illa dilectio qua aliquid spiritualiter diligit, verbi gratia deum, angelum, animam. Sed & diligere iustitiam, veritatem, pietatem, sapientiam, virtutésque alias, eiusmodi est. Nam cum secundum carnem quippiam diligit vel potius appetit anima, verbi gratia cibum, vestimentum, dominium, & quæ istiusmodi sunt corporalia siue terrena, carnis potius quàm animæ amor dicendus est. Et hoc pro eo quòd sponsa minus vsitatè, sed non minus propriè animam suam sponsum diligere dicit, mōstrās proinde spiritum esse sponsum, & à se non carnali, sed spirituali amore diligi. Et be-
1.Thes.5.b ne per noctes se quæsisse eum ait. Nam si, iuxta Paulum, qui dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt: ita non absurdè (vt opinor) dici potest quòd qui ignorant, nocte ignorant: ac per hoc qui quærūt, nocte quærūt. Quis enim quærat quod palam habet? Porro dies palàm facit quod nox abscondit: vt M reperias in die quod in nocte quæsieras. Nox est itaque donec quæritur sponsus: quoniam si dies esset, de medio fieret, & minime quæreretur. Et de hoc satis: nisi forte numerositas hæc noctium adhuc aliquid quærēdum signet: quia non noctem, sed noctes posuit. Et mihi videtur, si tu melius non habes, talis posse ratio reddi. Habet mundus iste noctes suas, & non paucas. Quid dico quia noctes habet mundus, cum penè totus ipse sit nox, & totus semper versetur in tenebris? Nox est Iudaica perfidia, nox ignorantia paganorū, nox hæretica prauitas, nox etiam catholicorum carnalis animalisve conuersatio. An non nox vbi non percipiuntur ea quæ sunt spiritus dei? Sed & apud hæreticos vel schismaticos quot sectæ, tot noctes. Frustra per has noctes iustitiæ solem & lumen quęritis veritatis, id est sponsum: quia nulla societas luci ad tenebras. Sed dicit aliquis quòd non sit tam stulta támve cęca sponsa, vt quærat lumē in tenebris, quærat dilectum apud ignorantes, & qui non diligunt eum. Quasi verò se per noctes núc quęrere dicat, & non potius quęsisse. Non
Cant.3.a ait quæro: sed quæsiui per noctes quem diligit anima mea. Et est sensus, quia cum esset paruula, sapiebat vt paruula, cogitabat vt paruula, & quærebat veritatem vbi non erat, er-
Psal.118.g rans, & non inueniens: iuxta illud in psalmo: Erraui sicut ouis quæ periit. Denique in lectulo se memorat tunc adhuc esse: tanquā ætate imbecillam ac paruulam sensu: si tamē ita cōstruas: In lectulo meo subaudis existēs vel iacens: quæsiui quem diligit anima mea. Nō quæsiui in lectulo, sed sedens in lectulo

A lectulo quæsiui. Hoc est: Cum adhuc infirma & inualida forem, & omninò minus idonea sequi sponsum quocunq; iret,
Mar.13.c sequi & ardua & excelsa sublimitatis illius: incidi in multos qui cognoscentes desiderium meum dicebant mihi: Ecce hic est Christus, ecce illic est: & neque hiic, neque illic erat. Incidi autem, & non ad insipiētiam mihi. Nam quo propius accessi, & exploraui diligentius, eò citius certiúsque cognoui veri-
Cant.5.b tatem apud eos minimè esse. Quæsiui enim, & nō inueni: &
Cant.3.a deprehendi noctes, qui se dies mentiebantur. Et dixi: Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quē diligit anima mea. Intuere vel nunc quia iacet quæ dicit; surgam. Pulchrè omnino. Quidni surgeret, recognito resurre-
Coloss.3.a ctione dilecti? Cæterum ô beatā si cōsurrexisti cum Christo, quæ sursum sunt sapias oportet, neque deorsum, sed sursum quęras Christū necesse est: vbi sedet in dextera patris. Sed circuibo (ais) ciuitatē. Ad quid? In circuitu impij ambulant. Iudæis istud relinquito: quibus proprius eorum propheta hoc
Psal.58.b vaticinatus est, quia famem patientur vt canes, & circuibunt
Hier.14.d ciuitatem. Et si introieris in ciuitatem, secundum prophetam alium, ecce attenuati fame: quod vtique nō esset, si in ea fuisset panis vitæ. Surrexit de corde terræ, sed super terram non remansit. Ascendit autem vbi erat prius. Nam qui descendit, ipse est & qui ascendit, panis viuus qui de cœlo descendit, B idem ipse sponsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De claritate sponsi, in qua coæqualis patri sedet à dextris gloriæ eius: & qualiter boni pastores debent esse soliciti vigiles & discreti circa pascendas animas sibi cōmissas.

Sermo LXXVI.

Cant.3.a PEr vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.] Adhuc vt paruula sapit. Puto arbitrata est egressum de tumulo publicum mox petiisse, vt solitò doceret populos, ac sanaret infirmos, & vt manifestaret gloriam suam in Israēl, si forte recipperent resurgentem de morte, qui se recepturos promittebant descendentem de cruce. Verùm ille perfecerat opus quod sibi dederat patet vt faceret: quod sa-
Ioan.19.f nè istā intellexisse debuerat vel ex voce pendentis, illa scilicet qua illico expiraturus ait: Consummātum est. Non erat iam quòd se denuo crederet turbis, quæ nec sic forsitan erat
Psa.109.a in eum creditura. Et festinabat ad patrem, qui sibi diceret:
Ioan.12.a Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Fortius nempe atque diuinius cum exaltatus fuerit à terra, omnia trahet ad seipsum. Hæc autem per
Cant.5.b vicos & plateas quærendum putauit, fruendi auida, sed ignara mysterij. Iterū ergo frustrata repetit dicēs: Quæsiui illum, C & nō inueni: vt sermo impleretur quem dixit: Quia vado ad patrem, & iam non videbitis me. Dico forsitan ista: Quomodo ergo credent in eum, quem non viderunt? Quasi fides ex visu sit, & non potius ex auditu. Quid magni est credere quod videris? & tuis non negare oculis fidē, quid laudis mereturꝰ Sed si quod non vidēmus speramus, per patiētiam ex-
Ioan.20.g pectamus, & patientia meritum est. Beati deniq; qui non viderunt & crediderunt. Proinde vt nō euácuetur meritum fidei: subducat se visui, dās virtuti locum. Etiam & tempus est vt iam in suum sese recipiat. Quæris in quem suum? In dexte-
Philip.2.a ram patris. Neq; enim rapinam arbitrabitur esse se æqualem deo, cum sit in forma dei. Ergo is sit vnigeniti locus, in quo omnis eius iniuria propulsata videatur. Sedeat sanè iuxta, nō infra, vt omnes honorificent filiūm sicut honorificant patrem. In hoc apparebit maiestatis æqualitas, si nec inferiorem patre, nec posteriorem suspexeris. At ita interim nihil horū aduertit, sed quasi ebria præ amore hac illácque discurrens, quærit oculis quem iam oculus non contingit, sed fides. Nō enim existimat Christum aliter oportere intrare in gloriam suam, nisi prius resurrectionis gloria palam mundo innotescente confutetur impietas, exultent fideles, glorientur discipuli, populi conuertantur, demúmque ab vniuersis glorificetur ipse, cum ex præsentia resurgentis cunctis claruerit veritas prædicentis. Falleris ô sponsa. Oportet quidem hæc fieri: sed in tempore. Nunc verò interim vide nè fortè id dignum magis & supernæ consentaneum iustitię sit, si non detur sanctum canibus, & margaritę porcis, si potiùs secundū scriptu- D
Esa.26.d ram tollatur impius ne videat gloriam dei, si nō fraudetur fides merito, quæ tūc sanè probatior esse dignoscitur, cum cre
Apo.22.b ditur quod non videtur, si penes ipsam seruetur dignis, quod occultatur indignis: vt qui in sordibus sunt, sordescāt adhuc, & iusti iustificentur magis, si non dormitent præ tędio. Cœli & cœli cœlorum rabescant & confundātur ab expectatione sua, si non ipse pater omnipotens diutius iā frustretur à desiderio cordis sui, si nō demū vnigenitus vltrà ab introitu gloriæ suæ (quod vel solū indignissimum est) aliquatenus retardetur. Quanti putas æstimanda sit gloria quantacunq; mortalium, vt ab ea quæ à patre suo ab æterno parata est, debeat eum vel ad modicū retinere? Adde quòd nulla ratione in lōgius protrahi decet ipsius filij petitionem. Quam dicam petitionē quæris? Nempe illam qua dicit: Pater, clarifica filium
Ioan.17.a tuum. Quod tamen eum petiisse senserim non vt supplicem, sed vt precium. Liberè petitur, quod in potestate petētis accipere est. Ergo dispensatoria filij petitio est, non necessaria: quippe donantis cum patre quicquid à patre acceperit. Vbi & hoc dicendum, quia non solum pater clarificat filium: sed & filius clarificat patrē, ne quis dicat filium minorem pātre, quasi à patre clarificetur, cum & ipse clarificet patrē: dicente filio: Pater, clarifica filiū tuum, vt filius tuus clari-
Ibidem. ficet te. Sed forte adhuc submittēdum putes filiū, quòd quasi inglorius videatur à patre recipere claritatem quā demum E patri refundat. Audi quia non est ita. Clarifica me (inquit) pater claritate quam habui priusquam mūdus fieret apud te. Si ergo claritas filij posterior non est, vtpote quæ ab æterno est: ex equo se clarificant pater & filius. Et si ita est, vbi patris primatus? Aequalitas profectò est, vbi coæternitas. Et vsque adeo æqualitas, vt vna sit claritas amborum, sicut ipsi vnum sunt. Vnde mihi videtur dicendo rursum, Pater clarifica nomen tuum: nō sanè aliud petere, quàm se clarificari, in quo & per quem nomē patris proculdubio clarificaretur. Et respōsum accepit à patre: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Quę quidem ipsa responsio non parua filij glorificatio fuit. Cęterum abundantius ad fluenta Iordanis augustiúsque clarificatus dignoscitur & Ioannis testimonio, & columbæ designatione, & voce dicentis: Hic est filius meus dilectus. Sed & in
Matt.3.d monte coram tribus discipulis nihilo minus magnificētissi-
Ibid.17.a mè clarificatus est, tum voce eadē denuo ad se cœlitus delapsa, tum mira illa eximiáq; transfiguratione corporis sui, tum etiam prophetarum: attestatione duorum, qui ibidem apparuerunt cum eo loquentes. Superest ergo vt iuxta promissum patris semel adhuc clarificetur, eáque erit plenitudo gloriæ, cui non queat amplius addi. Sed vbi illa dabitur benedictio? Non est, vt ista suspicata est, in plateis vel vicis, nisi forte in illis de quibus dicitur: Plateæ tuæ Hierusalem sternentur
Teb.13.c auro mundo, & per omnes vicos tuos alleluia cantabitur. In F his reuera illā recepit à patre filius claritatem, cui non poterit similis inueniri, ne in cœlestibus quidē: Cui enim aliquādo angelorum dictum est: Sede à dextris meis? Nō modo au-
Psa.109.a tem de numero angelorum, sed nec de superioribus quidem reliquis beatorum ordinibus omnino quis repertus idoneus est ad capessendam superexcellentem hanc gloriam. Ad neminem prorsus illorū facta est vox illa gloriæ singularis, nemini vocis in se efficiētiam experiri datum. Siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, profecto desiderāt in eum prospicere, non se illi comparare præsumunt.

Igitur domino meo singulariter à domino & dictum & datum est sedere à dextris gloriæ ipsi°: vtpote in gloria coæquali, in essentia consubstantiali, pro generatione consimili, maiestāte non dispari, æternitate non posteriori. Ibi ibi enim illum qui quæret inueniet, & videbit gloriam eius: non gloriam quasi vnius cæterorum, sed planè gloriā quasi vnigeniti à patre. Quid facies ô spōsa? Putas potes sequi eum illuc? Aut
Ioan.1.b te ingerere audes vel vales huic tam sancto arcano, támque arcano sanctuario, vt filium in patre, & patrē intuearis in filio? Non vtique. Vbi est ille, tu non potes venire modo, venies autem postea. Age tamen, sequere, quære, nec te inaccessibilis claritas vel sublimitas à quærendo deterreat, ab inueniendo desperare faciat. Si potes credere: omnia possi-
Mar.9.b bilia sunt credenti. Prope est (inquit) verbum in ore tuo, &
Rom.10.b

G in corde tuo Crede, & inuenisti. Nam credere, inuenisse est. Norũt fideles habitare Christum per fidem in cordibus suis
Quid propius est? Quære ergo secura, quære deuota, bonus
Thren.3.c est dominus animæ quærenti se. Quære votis, sequere actibus, fide inueni. Quid non inuenit fides? Attingit inaccessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit nouissima, ipsam denique æternitatem suo illo vastissimo sinu quodammodo circuncludit. Fidenter dixerim, æternam beatámque trinitatem quam non intelligo, credo: & fide teneo, quod non capio mente. Sed dicit aliquis, quomodo credet sine prædicante, cum fides ex auditu sit, auditus per verbum prædicationis? Deus hoc prouidebit. Et ecce iam præsto sunt qui nouam sponsam cœlesti nupturam sponso, de quibus oportet instruant & informent, fidem doceant, formam pietatis ac religionis tradant. Audi deniq; quid adiiciat: Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. Qui
Cant.3.a *Luc.12.c* enim vigiles hi? Nempe illi quos saluator in euangelio beatos pronunciat, si cum venerit inuenerit vigilantes. Quàm boni vigiles, qui nobis dormientibus ipsi peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus nostris. Quam boni custodes, qui vigilates animo, atque in orationibus pernoctantes, hostium insidias sagaciter explorant, anticipant consilia malignantium, deprehendunt laqueos, eludunt tendiculas, retiacula dissipant, machinamenta frustrátur. Hi sunt fratrum amatores & populi Christiani, qui multum orát pro populo, & vniuersa sancta ciuitate. Hi sunt qui multũ soliciti pro sibi commissis dominicis ouibus, cor suum tradunt ad vigilandum dilaculo ad dominum qui fecit illos, & in conspectu altissimi deprecantur. Et vigilant & deprecantur, scientes suam sufficientiam in custodienda ciuitate, & quia nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit
Psal.126.a *Luc.12.c* eam. Porro cum dominus ita præcipiat: Vigilate & orate ne intretis in tentationẽ: liquet quòd absque duplici hoc exercitio fidelium, studió que custodum, non potest esse secura ciuitas, non sponsa, non oues. Horum differentiam quæris? Vnum sunt: ciuitas propter collectionem, sponsa propter dilectionem, oues propter mansuetudinem. Vis scire hoc
Apo.21.a spõsam quod ciuitatem esse? Vidi, inquit, ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo, à deo paratam tanquam sponsam ornatá viro suo. Idemtidem tibi hoc & deouib⁹ liquidò apparebit, si recorderis, primus ille custos (Petrum loquor) cum sibi primò oues committerentur, quàm attentè simul de amore commonitus sit. Quod vtique tanta cura sapiens creditor non fecisset, nisi se sentiret sponsum, id sibi vtique ex intimo respondente cõscientia. Audite hæc amici sponsi, si tamen amici. At parum dixi amici: amicissimi
Ioan.21.c sint oportet, qui priuilegio tantæ familiaritatis donantur. Non ociosè totiés repetitum est Petre amas me, in commissione ouium. Et ego quidem id significatum perinde puto ac si illi dixisset Iesus: Nisi testimonium tibi perhibente conscientia quòd me ames, & valde perfectéq; ames hoc est pl⁹ quàm tua, plus quàm tuos, plus quam & te, vt huius repetitionis meę numerus impleatur, nequaquam susc ipias curam hanc, nec te intromittas de ouibus meis, pro quibus sanguis vtique meus effusus est. Terribilis sermo, & qui possit etiam impauida quorumuis tyrannorum corda concutere. Propterea attendite vobis quicunque opus ministerij huius sortiti estis, attendite inquam vobis, & precioso depositio quod vobis creditum est. Ciuitas est, vigilate ad custodiam concordiamque. Sponsa est, studete ornatui. Oues sunt, intendite pastui. Et hęc tria ad illam domini trinam scisciationẽ forte non incongruè pertinere dicentur. Porro custodia ciuitatis vt sit sufficiens, tripharia erit, à vi tyrannorum, à fraude hæreticorum, à tentationibus dęmonum. Sponsæ verò ornatus in bonis operibus & moribus & ordinibus. At pastus ouium communiter quidem in pascuis scripturarum tãquam in hęreditate domini: sed est distinctio in istis. Nam sunt mandata quæ duris atque carnalibus animis imponuntur ex lege vitę & disciplinæ. Et sunt olera dispensationum, quæ infirmis & pusillis corde de respectu misericordiæ apponuntur. Et sunt consiliorum solida fortiaque, quæ ex intimis sapientiæ proponuntur sanis, & qui exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni & mali. Paruulis nãque tanquam anniculis adhor tationis lac potus datur, nõ esca. Ad hæc boni solicitique pastores impinguare pecus non cessant bonis lætisq; exemplis & suis magis quàm alienis. Nam si alienis & nõ suis, ignominia est illis, & pecus ita nõ proficit. Si enim (verbi causa) ego qui videor inter vos pastoris gerere curã, vobis apposuero Moysi mansuetudinẽ, patientiam Iob, misericordiã Samuelis, Dauid sanctitatẽ, & si qua sunt eiusmodi exẽpla bonorũ: immitis ipse & impatiẽs atque immisericors & minime sanctus, (vt vereor) minus sapidè eueniet, & vos minus auidè capietis. Verum hoc supernæ pietati relinquo vt quod minus vobis ex nobis est, ipsa suppleat: & quod perperã, ipsa corrigat. Nunc verò bonus pastor hoc quoque curabit, vt
Mar.9.g secundum euangelium inueniatur habere sal in semetipso, sciens quia sermo sale cõditus quantũ placuerit ad gratiam, tantum proderit ad salutem. Hęc interim de custodia ciuitatis atque ornatu sponsæ, necnon & pastu ouium dicta sint.

Volo tamẽ adhuc eadem paulò expressius designare propter eos qui dum auidè nimis honoribus inhiãt, minus prouidè grauibus se supponunt oneribus, exponunt periculis, vt sciãt ad quid venerint, sicut scriptum est: Amice, ad quid ve-
Matt.26.g nisti? Nisi fallor, ad solam ciuitatis custodiam, vt quantum satis est procuretur, op⁹ est viro forti, spirituali, fideli. Forti ad propulsandas iniurias, spirituali ad deprehendendas insidias fideli qui non quæ sua sunt quærat. Porro autem ad mores honestandos vel corrigendos (quod vtique ad decorem pertinet sponsæ) quis non liquidò agnoscat pernecessariam fore cum multa quidem diligentia disciplinæ censurã? Eapropter omnis cui hoc opus incumbit, oportet ferueat zelo illo quo accensus præcipuus ille æmulator spõsę domini aiebat:
2.Cor.11.c Æmulor vos dei æmulatione, despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Iam quomodo in pascua diuinorũ educet eloquiorum greges dominicos pastor idiota? Sed & si doctus quidem fuerit, non sit autem bonus, verendũ ne non tam nutriat doctrina vberi, quàm sterili vita noceat. Temere itaq; & in hac parte hoc on⁹ subitur absque scientia pariter vitáque laudabili. Sed ecce quod nõ laudamus. Finis indicitur, vbi nõ erat finis. Euocamur in materiam alteram, & cui hanc cedere indignum. Angor vndique, & quod ægrius feram ignoro, auelli ab ista, an distẽdi in illa, nisi quòd verolibet simul vtrunque molestius. O seruitutem
O necessitatem. Non quod volo hoc ago. sed quod odi illud facio. Notate tamen vbi desinimus, vt quàm cito in id redire liberum erit, inde mox ordiamur in nomine sponsi ecclesiæ Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De malis pastoribus ecclesiæ, & item quomodo spiritus & animæ sanctorum simul cum angelis adiutorio sunt electis adhuc peregrinantibus. Sermo LXXVII. M

EIA expediti sumus. Diximus hesterno sermone quales in via hac qua ambulamus vellemus habere duces, non quales habemus. Longe dissimiles experimur. Non omnes sunt amici sponsi quos hodie sponsæ hincinde assistere cernis, & qui (vt vulgo aiunt) eam quasi addextrare videtur. Pauci admodum sunt qui non quę sua sunt quærant ex omnibus charis eius. Diligunt munera, nec possunt pariter diligere Christum: quia manus dederunt mammonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietatibus,
Psal.18.f tanquam sponsa procedẽs de thalamo suo. Nõne si quempiam talium repente eminus procedentẽ aspexeris, sponsam potius putabis quàm sponsæ custodem? Vnde verò hãc allis exuberare existimas rerũ affluentiã, vestiũ splendorem, mẽsarum luxuriem, congeriem vasorum argẽteorum & aureorum, nisi de bonis sponsæ? Inde est quòd illa pauper & inops & nuda relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida, exãgui. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare: non est custodire, sed perdere: nõ est defendere, sed exponere: non est instituere, sed prostituere: nõ est pascere gregẽ, sed mactare & deuorare: dicente de illis domino: Qui de-
Psal.13.b uorant plebẽ meam vt cibum panis: & quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerũt. Et in alio propheta: Peccata
Osee.4.b populi mei comedẽt. quasi dicat: Peccatorũ precia exigunt, & peccantibus debitam solicitudinem non impendũt. Quã

A dabis mihi de numero prepositorũ qui nõ plus inuigilet subditorũ vacuandis marsupiis, quàm vitiis extirpandis? Vbi qui orando flectat iram, qui prædicet annum placabilẽ domino? Leuiora loquimur, grauiora grauius manet iudicium. Sine causa tamen vel his vel illis immoramur: quia non audiunt nos. Sed & si literis forsitan mandentur ista quę dicimus, dedignabuntur legere: aut si forte legerint, mihi indignabuntur, quamuis rectius sibi hoc facerẽt. Propterea relinquamus istos non inuentores sponsæ, sed venditores: & inquiramus potius illos à quibus sponsa se inuẽtam loquitur. Et quidem illorum isti sortiti sunt ministerij locum, sed non zelum. Successores omnes cupiũt esse, imitatores pauci. O vtinam tam vigiles reperirentur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram. Vigilarent vtique solicitè seruantes ab illis inuentam, sibi creditam. Imò verò exigilarent pro semetipsis, nec
Psal.37.b sinerent de se dici: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Iusta omnino querimonia: nec ad vllam iustius quàm ad nostram referenda ętatem. Parum est nostris vigilibus quòd nõ seruant nos, nisi & perdant. Alto quippe demersi obliuionis somno, ad nullum dominicę cõminationis tonitruum expergiscuntur vt vel suum ipsorum periculum expauescant. Inde est vt non parcant suis qui non parcunt sibi, perimentes pariter & pereuntes. Sedenim quinam illi sunt vigiles à quibus se inuentam pethibet
B sponsa? Nempe apostoli, atque apostolici viri. Verè hi sunt qui custodiunt ciuitatem, id est eam ipsam quam inuenerunt ecclesiam, eóque vigilantius, quò nunc temporis grauius pe-
Ecclus.7.b riclitantem conspiciunt, à malo vtique domestico & intestino, sicut scriptum est: Et inimici hominis domestici eius. Neque enim pro qua vsque ad sanguinem restiterunt, suo derelinquunt patrocinio destitutam, sed protegunt & custodiunt
Psal.115.a eã die ac nocte, hoc est in vita & in morte sua. Et si preciosa est in conspectu domini mors sanctorũ eius, nõ ambigo ego
Psal.138.d quin etiam tanto in morte potentius id agant, quanto in ipsa etiam confortatus est principatus eorum. Sic ista asseris, ait quis, ac si oculis tuis videris ea: sunt autẽ ab humanis secluſa conspectibus. Cui ego: Si tu tuorum oculorum testimonium
Esa.62.c fidele putas, testimonium dei maius est. Ait verò: Super muros tuos Hierusalem cõstitui custodes: tota die & tota nocte
Hebr.1.d in perpetuum non tacebunt. Sed de angelis, inquis, id dictum est. Non abnuo, omnes sunt administratorij spiritus. At quis me prohibeat itidem & de istis sentire, qui potentia quidem minime iam ipsis angelis impares sunt, affectu autẽ & misericordia eo nobis forsitan germaniores existunt, quo natura coniunctiores? Iunge & tolerãtiam earundem passionum & miseriarum in quibus nos pro tẽpore adhuc versamur. Nihilne amplius miserationis pro nobis vel solicitudinis operabitur in mentibus sanctis, quòd & se transisse per eas pro-
Psal.65.c C culdubio meminerunt? Nónne illa ipsorum vox est: Trãsiuimus per ignẽ & aquam, & eduxisti nos in refrigerium? Quid? Ipsi transierunt, & non in mediis ignibus vel fluctibus derelinquent, nec saltẽ manum porrigere dignabũtur periclitantibus filiis? Non est ita. Bene tecum agitur ô mater ecclesia, bene tecum agitur in loco peregrinationis tuę: de cœlo & de terra venit auxilium tibi. Qui custodiunt te, non dormitant neque dormiunt. Custodes tui angeli sancti, vigiles tui spiritus & animæ iustorum. Non errant qui te ab vtrisque inuentam spiritibus senserint ab vtrisque pariter custoditi. Et est huius solicitudinis ratio quibúsque sua, his quidem quòd sine te nõ consummentur, illis verò quòd nisi de te ad sui plenitudinem minime restaurẽtur. Nam quis nesciat satana cadẽte de cœlo & eius complicibus, numerum supernæ multitudinis parte non modica imminutum? De te itaque omnes
Psal.141.b consummationem expectãt, alij numeri, alij desiderij sui. Agnoscе proinde vocem in psalmo: Me expectant iusti donec retribuas mihi. Et aduertendum quòd non ista illos, sed illi ista potius inuenisse referuntur, vtq; ego suspicor, ad hoc ipsum studium destinati. Nam quomodo prædicabunt nisi
Luc.10.a mittantur? Denique habes loquentem in euangeliis: Ite, ecce ego mitto vos, & ite predicate euãgelium omni creaturæ. Ità est. Illa quærebat sponsum, & sponsum non latebat. Nempe qui in hoc ipsum excitauerat eam vt se quæreret, & dederat illi cor ad præcepta & legem vitæ & disciplinæ, dũmodo esset qui instrueret & doceret viam prudẽtiæ. Et misit in occursum eius plãtatores, & rigatores, qui eam enutrirẽt & cõfirmarent in omni certitudine veritatis, hoc est indicarẽt illi certámque redderent de dilecto: quia veritas est quam quærit, & quam verè diligit anima eius. Et reuera quis fidus verúsve animæ amor, nisi vrique is quo veritas adamatur? Rationis sum compos, veritatis sum capax; sed vtinam non forem si amor veri defuerit. Horum quippe ramorum is fructus est, & ego radix. Non sum securus à securi, si absque eo inueniar. In illo nimirum naturæ munere illud diuinæ imaginis enitẽre insigne haud dubium est, ex quo cæteris præsto animantibus. Inde est quòd audet anima mea ad dulces castósque assurgere veritatis amplexus, & sic in amore ipsius tota securitate ac suauitate quiescere, si tamẽ inueniat gratiá in oculis tanti sponsi vt dignam reputet quæ ad hanc pertingat gloriam, imò ipse eam sibi exhibeat non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi. Quãti putas esse discriminis, quáve dignum pœna, tantum dei donum ociosum tenere? Verum hoc alias. Nunc verò sponsa quem quærebat, minimè reperit: & quos non quærebat, reperta est ab ipsis. Audiant hoc qui sine duce & præceptore vias vitæ ingredi non formidant. Ipsi sunt in arte spirituali existentes & discipuli pariter & magistri. Non sufficit hoc, etiam coaceruãt discipulos sibi, cæci duces cæcorum. Quàm multi ex hoc à recto tramite periculosissimè aberrasse cõperti sunt! Nimirum ignorantes astutias satanæ & cogitationes ipsius, factum est vt qui spiritu cœperant, carne consummarẽtur, abducti turpiter, lapsi damnabiliter. Videant proinde qui eiusmodi sunt, quomodo cautè ambulent, & de sponsa exemplum sumant quæ non prius ad eum quem desiderabat, vllo modo valuit peruenire, quàm sibi occurrerent quorum magisterio vteretur an cognoscendum de dilecto, certè ad discendum timorẽ domini. Seductori dat manũ, qui dare dissimulat præceptori. Et qui dimittit oues in pascua absque custode, pastor est non ouium, sed luporũ. Nunc iam videamus de sponsa quomodo se dicat inuentam. Mihi enim insuetè satis verbum inuentionis posuisse videtur. Nam ita hoc dicit, ac si vno de loco ecclesia venerit. Venit enim ab Oriente & Occidẽte, iux-
Matt.8.b ta verbum domini, & à cunctis finibus terræ. Sed neque aliquando congregata est in vnum locum, vbi ab apostolis seu ab angelis inueniretur deducẽda vel ditigenda ad eum quem diligit anima sua. Fuítne prius inuenta quàm collecta? Non: quia nec erat. Quamobrem si collectam, si congregatam, si certè (quod magis vocabulo ecclesię competit) cõuocatam à prędicatoribus se dixisse: trãsissem simpliciter, minimè in aliquo cunctabundus. Coadiutores enim dei sunt, quem & au-
Matt.12.b diere loquentem: Qui non colligit mecum, dispergit. Sed neque hoc mihi ab re videbitur, si dixerit quis ab eis fundatam siue ædificatam. Si quidem hoc fecerunt vnà cum illo qui in euangeliis loquitur: Et super hanc petram ædificabo ecclesiã
Matt.16.b meam: &, quia fundata est supra firmam petram. Nunc verò
& 7.d nihil horum loquens, sed præter solitum quidem perhibẽs se inuentam, cunctari aliquantum nos facit, atque in suspicionem adducit latẽre loco quod sit diligentius intuẽdum. Volebam fateor prætẽrire, méque subducere huic scrutinio, cui sufficere nõ sentirem. Cęterum reminiscens in quantis æquè dubiis & obscuris vobis quidem sursum corda leuantibus, etiam supra spem meam adiutum me senserim, pudet diffidẽtiæ: & reprehendens timorem meum, adorior non quidẽ temere quod timidè refugiebam. Aderit (vt confido) solitum adiutorium: quod si minus, apud beneuolos tamẽ auditores non erit ociosum quod volui. Verũ hoc habebit sequens sermo principium, nam præsentem hic claudimus. Ipse autem det vobis ea quæ dicuntur non solùm tenere memoriter, sed & ardenter diligere, & efficaciter adimplere, spõsus ecclesiæ Iesus Christus dominus noster, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod sponsa, id est ecclesia electorum prædestinata est à deo ante secula, & præuenta ab eo vt quæreret eum, & conuerteretur. Sermo LXXVIII

G

AD verbum inuentionis (si bene memini) illic stetimus & hæsimus scrupulosius, videlicet audientes quod sponsa à prædicatoribus suis se inuentam dixerit. Porro causæ nostræ cunctationis & dubitationis à nobis expressę sunt & visum est à nobis aliquid esse quærēdum: sed non in calce sermonis, quo iam arctabamur, quod quęsitum est potuit explicari. Quid restat nisi vt debitum iam soluamus? In explicatione sacramēti, magni illud loquor quod doctor gentium interpretatus est in Christo & in ecclesia sanctum catholicum conubium: ipsum est opus nostræ salutis: in eo, inquam, tres sibi inuicem cooperātur, deus, angelus, homo. Et deus quidē quidni operetur, & curam gerat nuptiarum dilecti filij sui? Ipse verò ac tota voluntate & vtiq, per se ipse sufficeret, & absq; adminiculo horum, hi autem sine ipso possunt facere nihil. Ergo quod ex illis asciuit in opus ministerij huius, nō sibi solatiū, sed profectum quæsiuit in illis. Nam hominibus quidem merita locauit in opere, secūdum illud: Dignus est operarius mercede sua: & quia vnusquisque secūdum proprium laborem accipiet, siue qui in fide plantat, H siue qui rigat quod plantatum fuerit. Angelorum autem cùm ad salutem humani generis ministerio vtitur, nónne facit vt ab hominibus angeli diligantur? Nam quia ab angelis homines diligantur inde vel maximè aduerti potest, ꝙ antiqua suæ ciuitatis damna ex hominib⁹ resarcitum iri angeli nō ignorāt. Nec aliis profecto legibus regnū charitatis regi decebat, quàm piis ipsorum qui pariter regnaturi sunt, mutuísque amoribus & puris affectionibus in inuicē & in deū. Est autem in modo operādi differentia multa, pro cuiusque nimirum operarij dignitate. Deus nempe facit quod vult sola ipsa facilitate volendi, sine æstu, sine motu, sine pręiudicio loci vel temporis vel causæ vel personæ. Est enim dominus Sabaoth, qui cum tranquilitate iudicat omuia. Est sapientia *sapien.8.a* disponens omnia suauiter. Porro angelus non absque motu operatur tam locali quàm temporali, sine æstu tamē. Homo autē nec ab æstu animi, nec à motu corporis animíque liber est in operādo. Denique cum timore & tremore suam ipsius *Gene.3.d* iubetur operari salutem, atq; in sudore vultus sui comedere panem suum. His ita explicatis intuere nunc mecum in hoc tam magnifico opere nostrę salutis tria esse quędā quę sibi vendicat auctor deus, præuenítque in illis omnes auxiliatores & cooperatores suos, prædestinationem, creationem, inspirationem. Quarum prędestinatio, non dico ab exortu ecclesię, sed ne à mūdi principio quidem principium habuit, non denique à tempore illo vel illo: ante tempora est. Porro creatio cum tempore, inspiratio iam in tempore fit vbi & I quando vult deus. Sane secundum prædestinationem nunquam ecclesia electorum penes deum non fuit. Si miratur hoc infidelis, audiat quod magis miretur: nunquā non grata extitit, nunquā nō dilecta. Quidni audacter loquar arcanum quod mihi de corde dei prōptus ille supernorū delator consiliorū aperuit? Paulum dico, qui vt multa alia, ita hoc quoq; de diuitiis bonitatis eius nō est veritus diuulgare secretum. *Ephes.1.a* Benedixit nos (inquiens) in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi cō stitutionem, vt essemus sancti & immaculati in cōspectu eius in charitate. Et addit: Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipso, secūdum propositum volūtatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Nec dubium quin voce omnium electorum ista dicantur, & ipsi ecclesia sunt. In illo igitur tam profundo æternitatis sinu antequā in lucem opus *Ibidem.* prodiret huius creationis, quis illam vel beatorum spirituū iuenire aliquo modo valuerit, nisi cui ipsa æternitas deus voluerit reuelare? Sed & cùm iam ad nutum creantis visa est emersisse ī species formaſq; factitias has atq; visibiles, nō cōtinuò tamen inuēta est à quoquam hominu vel angelorū, eo quod non agnosceretur, imagine terrestris hominis adumbrata, & operta mortis caligine. Sine quo generalis velamine cofusionis, nemo filiorum hominum intrauit hanc vitā, vno sane excepto qui ingreditur sine macula. Emmanuel is est, K qui tamē & ipse ex nobis pro nobis nostri se induit maledicti nostrique peccati similitudinē, non veritatē. sic, enim habes: Quia apparuit in similitudine carnis peccati, vt de pecca- *Roma.8.a* to damnaret peccatū in carne. Dæcetero vnus omnibus per omnia introitus est, electis dico & reprobis. Non enim est distinctio. Omnes peccauerūt, & omnes capitium suæ verecundię portant. Propter hoc itaque etsi in rebus cōditis iam creata existēs ecclesia, nec sic tamen à creatura vlla inueniri poterat vel agnosci, miro vtroq; modo interim latens & intra gremium beatę prędestinationis, & intra massam miserę damnationis. Cærerum quam celauerat ab æterno prædestinans sapiētia, & item creans potentia minimè prodiderat ab initio, visitans profecto gratia suo in tempore reuelauit, secundum operationem quam ideo inspirationem supra nominaui, ꝙ de spōsi spiritu humanis infusum spiritibus quippiam fuerit in præparationem euangelij pacis, id est parare viam domino, atque euangelio glorię eius ad corda omniū quotquot erant prædestinati ad vitam. Fruſtra vigiles laborassent in prædicādo, si nō hæc gratia præcessisset. Nunc vero videntes velociter currere verbum, & populos nationū ad dominum in omni facilitate cōuerti, cōcurrere in vnitatem fidei trib⁹ & linguas, atque in vnam colligi matrem catholicam terminos terræ, cognouerunt de diuitiis gratiæ, quæ à seculis absconditæ tenebantur in abdito prædestina- L tionis æternæ, & gauisi sunt eam se inuenisse, quam ante secula dominus elegerat in sponsam sibi. Ex quo (vt opinor) clarū fit non ociosum esse quod se inuentam ab his spōsa testata est, sed proptrerea ꝙ se ab ipsis collectā agnosceret non electā, cōpertam nō conuersam. Et nempe adscribēda cuiusque cōuersio est, cui dicere necesse habent vniuersi illud de *psal.84.a* psalmo: Cōuerte nos deus salutaris noster. Sed non equè illi fortassis inuentionis vocem cōpetenter aptarim, sicut conuersionis. imò verò sic est. Nō est inuenire domino, sed prę- uenire: & inuentionem præuentio excludit. Denique quid *2.Tim.2.c* inueniat, qui nihil vnquam non nouit? Nouit dominus qui *Ioan.13.b* sunt eius, ait quidam. Ipse vero quid? Ego facio (ait) quos elegerim à principio. Planè quam ab æterno præscíuit, quā elegit quam dilexit, quam condidit: rationis nō erat ab eodem perhiberi inuentam: prępараtam tamen ab ipso vt inueniretur, fidēter dixerim. Nam qui vidit, testimonium perhibuit, *Ioan.19.f* & scimus quia verum est testimoniū eius. Vidi, inquit, ciui- *Apoc.21.a* tatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cœlo à deo paratam tanquam sponsam ornatā viro suo. Isque è vigilibus vnus qui custodiunt ciuitatem. Sed audi ipsum eius præparatorem veluti digito eam demonstrantem vigilibus, sed sub tropo altero. Leuate oculos vestros, ait, & videte re- *Ioan.4.c* giones quia albę sunt iā (id est præparatę) ad messem. Ex hoc M paterfamilias operarios inuitat ad opus, quādo iam sensérit sic omnia præparata, vt absq; multo sui ipsorum labore gloriari & dicere queāt, Quoniam coadiutores dei sumus. Quid *1.Cor.3.b* enim facturi sunt? Nempe spōsam quæsituri, inuentæque indicaturi de dilecto. Nō enim suam quærent, sed sponsi gloriam, quoniam spōsi amici sunt. Et pro hac non multū apud illam laborabunt: adest, iámque illum tota deuotione requirit, intantum præparata est voluntas eius à domino. Denique necdum illis vigilibus quicquam loquētibus, interrogat de dilecto, & pręuenit prędicatores suos, pręuenta ipsa, per- *Canti.3.b* cunctans & dicens: Num quē diligit anima mea, vidistis? Benę proinde se inuētam perhibuit ab his qui custodiunt ciuitatem, quæ à domino ciuitatis præcognitam iam se nouerat & præuētam, quatenus illi talem eam inuenirent, non facerent. Sicà Petro Cornelius, & Paulus ab Anania inuēti sunt: *Actu.9.a* nam ambo præventi à domino erant & parati. Quid Saulo *Act.10.a* paratius, qui supplici iam & mente & voce clamauerat: Domine, quid me vis facere? Nec min⁹ Cornelius, qui eleemosynis & orationibus suis, domino quidem eas sibi inspirāte, *Ioan.1.f* promeruit peruenire ad fidem. Inuenit quoq; Philippus Nathanaēlē, sed prius dominus illum cum esset sub ficu iam viderat, Quæ domini visio nūquid nō præparatio fuit? Et An- *Ibidem.* dreas Simonem fratrē suum nihilo minus inuenisse refertur. sed præuisum æque à domino atque præscitum vt vocaretur Cephas, quasi fortis in fide. Legimus de Maria quòd inuēta fuerit

A fuerit in vtero habens de spiritu sancto. Existimo autē simile *Matt.1.c* quid habere in hac parte sponsam domini matri ipsius. Nisi enim & ipsa inuenta esset habēs de spiritu sancto, nequaquā ab inuentoribus suis tam familiariter requisisset de eo cuius spiritus est illę. Non sustinuit vt illi effarentur ad quid venis- *Matt.13.b* sent, ipsa locuta est, & quidem ex abundantia cordis. Num quem diligit anima mea, vidistis? Sciebat quia beati oculi qui vidissent: & admirans eos qui viderāt, aiebat: Num vos estis quibus videre donatum est, quem tot reges & prophetæ voluerunt videre & non viderunt? Num vos estis qui meruistis *Matt.13.c* in carne aspicere sapientiam, in corpore veritatem, in homine deum? Multi dicunt, ecce hic est, & ecce illic: sed ego tutius mihi arbitror fidem accommodare vobis, qui manducastis & bibistis cum eo postquam resurrexit à mortuis. Et hoc dictum sit de eo quod sponsa scisćitata est à vigilibus. Si quo minus, supplebitur sermone alio. Nunc autem ex hoc vel maxime liquet præuētam fuisse à spiritu sancto: ab his verò qui custodiunt ciuitatem, inuentam, compertámque, quòd vere ipsa sit quā præsciuit & prædestinauit ante secula deus præparauítque dilecto filio suo delicias sempiternas in seculis ęternis, vt sit sancta & immaculata in conspectu eius, germinans sicut lilium, & florens in ęternum ante dominum patrē domini mei Iesu Christi sponsi ecclesiæ, qui est super omnia B deus benedictus in secula. Amen.

De amore tenaci & indissolubili quo anima tenet sponsum, & qualiter sponsus in fine seculi reuertetur ad synagogam Iudæorum saluandam. Sermo LXXIX.

Cant.3.b NVm quem diligit anima mea, vidistis? O amor præceps, vehemens, flagrans, impetuosè, qui præter te aliud cogitare non sinis, fastidis cætera, contemnis omnia præter te, te contentus. Confundis ordines, dissimulas vsum, modum ignoras, totum quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod cōsilij iudiciúve videtur, triumphas, in temetipso, & redigis in captiuitatem. En omne quod cogitat ista *Ibidem.* & quod loquitur, te sonat, te redolet, & aliud nihil: ita tibi ipsius & cor vendicasti, & linguam. Ait: Num quem diligit anima mea, vidistis? Quasi verò hi sciant quid cogitet ipsa. Quem diligit anima tua, de ipso scisćitaris? Et non habet nomen? Quænā vero tu, & ille quis? Et hæc ita dixerim propter singularitatem eloquij, & insignem verborū incuriam, qua prędens scriptura cęteris dissimilis satis apparet. Vnde in epithalamio hoc non verba pensanda sunt, sed affectus. Cur ita, nisi quòd amor sanctus (quem totius huius voluminis vnam constat esse materiam) non verbo sit æstimādus, aut lingua, sed opere & veritate? Amor vbique loquitur: & si quis C horum quæ legūtur, cupit adipisci notitiam, amet. Alioquin fruſtra ad audiendum legendúmve amoris carmen, qui non ardet, accedit: quoniam omnino non potest capere ignitum eloquium, frigidum pectus. Quomodo enim Grecè loquentem non intelligit qui Grecum non nouit: nec Latinè loquētem, qui Latinus non est, & ita de cæteris: sic lingua amoris *1.Cor.13.a* ei qui non amat barbara erit, sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Isti vero (vigiles loquor) quoniam de spiritu & ipsi acceperunt vt amēt, sciunt quid loquitur spiritus, & amoris vocibus optimè cōpertis sibi, in promptu habēt respondere in simili lingua, id est studiis amoris, pietatíque officiis. Denique ita in breui edoctam emittunt de eo quod *Cant.3.b* quærit, vt dicat: Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Bene paululū, quia verbum abbreuiatum fecerunt ei, symbolum fidei tradētes. Et quod sequitur, tale est. Oportebat quidem sponsam transire per eos per quos cognosceret veritatem, sed tamen & pertransire. Nisi enim pertransissēt & ipsos, non inuenissēt quem quærebat. *Eccli.24.* Atque hoc ipsum suasum ab illis nō ambigas. Nō enim prædicabant semetipsos, sed dominum suum Iesum, qui absque dubio & supra ipsos est, & vltra. Vnde & ait: Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Nec sufficiebat transire, sed & pertransire docetur. Siquidem pertrāsierat is quem vestigabat. Non modo enim de morte ad vitam transierat, sed pertransierat ad gloriam. Quidni etiam hanc oportuit pariter pertransire? Alioquin non poterat apprehendere quem non per eadem vestigia sequeretur, quocunque ierat. Et vt quod D dico clarius sit, si dominus meus Iesus resurrexisset quidem à mortuis, sed ad cœlos minimè ascendisset, nō poterat dici de eo quòd pertransierit, sed tantùm transierit: ac per hoc sponsam illum quærentē transire solummodo oporteret, nō pertransire. Nunc vero quoniā iam resurgendo transierat, & adiecerat pertransire, vtiq; ascendendo: meritò se etiam ista nō transisse, sed pertransisse perhibuit: quæ hunc quidem fide & deuotione ad cœlos vsque secuta est. Igitur credere resurrectionem transire est, credere etiam ascēsionem pertrāsire. Et fortasse (quod vna dierum dixisse me memini cum tractarem) nouerat illam, istam nō nouerat. Ergo quod sibi deerat instructa ab illis, quia scilicet qui resurrexerat, etiam ascendisset: ascendit & ipsa pariter, hoc est, pertransiit & inuenit. Quidni inuenerit pertingēs mente vbi ille corpore est? Pau- *Cant.3.b* lulum cū pertrāsissem eos, & bene eos, nám tam ipsos quàm cætera mębra sua quæ sunt super terram, caput nostrum pūctis pręcessit duobus atque transcēdit, resurrectione (vt iam diximus) & ascensione. Etenim primitiæ Christus. Quòd si ille præcessit, & fides nostra. Vbi enim illa eum non sequeretur? Si ascenderit in cœlum, ipsa illic est: si descenderit in in- *Psal.138.b* fernum, adest. Et si sumpserit pēnas suas diluculo, & habitauerit in extremis maris: illuc, ait, manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Nōne deniq; secundū hanc omnipotens & summè bonus pater sponsi conresuscitauit & conse- E dere nos fecit in dextera sua in cœlestibus? Atque hoc pro eo quod dixit ecclesia, Quia pertransiui eos: quoniam & semet pertransiit, fide stans quò necdum re ipsa peruenit. Arbitror & illud planum cur se pertransisse potius quàm trāsisse dicere maluit. Et nos transeamus ad ea quę sequuntur: Tenui eū, *Cant.3.b* nec dimittam, donec introducā illum in domū matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Ita est, extūc & deinceps nō deficit genus Christianum, nec fides de terra, nec charitas de ecclesia. Venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in *Matt.7.d* eam, & non cecidit, eo quòd fundata esset supra petram: petra autē est Christus. Itaq; nec verbositate philosophorum, nec cauillationibus hæreticorum, nec gladiis persecutorum potuit ista aut poterit aliquando separari à charitate dei, quæ *Rom.8.g* est in Christo Iesu, adeo fortiter tenet quē diligit anima sua, adeo illi adhærere deo bonum est. Glutino bonum est, ait *Psal.72.d* Esaias. Quid hoc tenacius glutino, quod nec aquis eluitur, *Esa.41.b* nec ventis dissoluitur, nec scinditur gladiis? Denique aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Tenui eum, nec dimittam. Et sanctus patriarcha: Nō te, inquit, dimittam, ni- *Gene.32.* si benedixeris mihi. Ita ista non vult eum dimittere, & forte magis quàm patriarcha id nō vult, quia nec pro benedictione quidem. Siquidem ille benedictione accepta dimisit eum, hæc autem non sic. Nolo, inquit, benedictionē tuam, sed te. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? F Non dimittam te, nec si benedixeris mihi. Tenui, nec dimit- *Psal.72.d* tam. Nec minus forsitān ille teneri vult, cum perhibeat dicens: Deliciæ meæ esse cū filiis hominū. Quódque pollicens *Cant.3.b* ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad con- *Prou.8.d* summationem seculi. Quid hac copula fortius, quę vna duorum tā vehementi voluntate firmata est? Tenui cum, inquit. *Matt.28.d* Sed nihilo minus ipsa vicissim tenetur ab eo quem tenet, cui alibi dicit: Tenuisti manum dextetam meam. Quæ tenetur & *Psal.72.d* tenet, quomodo iam cadere potest? Tenet fidei firmitate, tenet deuotionis affectu. At nequaquā diu teneret, si non teneretur. Tenetur autē potentia & misericordia domini. Tenui *Cant.3.b* eū, nec dimittā, donec introducā illū in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meę. Magna ecclesię charitas, quę nę æmulæ quidem synagogæ suas delicias inuidet. Quid benignius, quàm vt quē diligit anima sua, ipsum communicare parata sit inimicæ? Nec mirum tamē, quia salus ex Iudæis est. Ad locū vnde exierat, reuertatur saluator, vt reliquiæ Israēl saluę fiant. Non rami radici, non matri filij ingrati sint. Non rami radici inuideant quod ex ea sumpsere, non filij matri quod de eius suxere vberibus. Teneat itaq; ecclesia firmiter salutem quam Iudæa perdidit, ipsa apprehēdit, donec plenitudo gentium introeat, & sic omnis Israēl saluus fiat. Velit in commune cōmunem venire salutem, quę sic ab omnibus capitur, vt nil singulis minuatur. Vtiq; hoc facit, & plus. Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gplus? Quod & nomen spōsæ illi optat & gratiam. Prorsus super salutem hoc, incredibilis charitatis, si non sermo quē locuta est ipsa, feciſſet fidem. Dixit enim (si aduertisti) velle se introducere quem tenebat, nō modo in domum matris, ſed & in cubiculum quoque, quod eſt prærogatiuę indicium. Sufficiebat ad ſalutem, ſi domum intraret: at ſecretū cubiculi ſignat gratiam. Hodie, ait, huic domui ſalus facta eſt. Quid ni ſit domeſticis ſalus ſaluatore ingreſſo domum? Sed quæ in cubiculum meretur recipere, ſeorſum habet ſecretū ſuum ſibi. Salus domui ſit: thalamo delicię recōdūntur: In domum matris meæ introducam eum, inquit. In quam domū, niſi de qua olim prænunciarat Iudæis: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta? Fecit quod dixit, ſicut habes & de hoc teſtimoniū eius in propheta. Reliqui, ait, domum meam, dimiſi hæreditatem meam, & nunc iſta pollicetur reducere illum, & domui matris ſuę perditam ſalutem reſtituere. Et ſi hoc parū videtur, audi quid boni adiiciat: Et in cubiculum genitricis meæ. Qui ingreditur thalamum, ſponſus eſt. Magna amoris potentia. Saluator indignabūdus exierat de domo & hæreditate ſua, & nūc ad huius gratiam mitigatus inflectitur ita, vt redeat nō modò ſaluator, ſed & ſpōſus. Benedicta tu à domino filia, quæ & indignationem compeſcis, & hæreditatem reſtituis. Benedicta tu matri tuæ, cuius beneficio auertitur ira, reuertitur ſalus, reuertitur qui dicat illi: Salus tua ego ſum. Non ſufficit hoc addat & dicat: Deſpōſabo te mihi in fide, deſponſabo te mihi in iudicio & iuſtitia, deſponſabo te mihi in miſericordia & miſerationibus. Sed memento, quia quæ has conciliat amicitias, ſpōſa eſt. Quomodo ergo ſpōſum & hunc ſponſum alteri cedit, ne dicam cupit? Non eſt ita. Cupit quidem illum matri filia bona, non tamen vt cedat illi, ſed vt cōmunicet. Sufficit vnus duabus, niſi quòd iam non erunt duæ ſed vna in ipſo. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui facit vtramque vnam, vt ſit vna ſponſa & ſponſus vnus Ieſus Chriſtᵘˢ dominus noſter, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Luc. 19. b

Cant. 3. b

Luc. 13. g

Hiere. 12. b

Ibidem.

H *Pſal. 34. a* *Oſee. 2. d*

De imagine ſiue verbo dei, & anima quæ ad imaginem eſt ſubtilis diſputatio: & de errore Gilleberti Pictauenſis epiſcopi, quem Eugenius Papa damnauit in concilio Remenſi

Sermo LXXX.

QVidam veſtrum (vt comperi) minus æquo animo ferūt, quòd ecce iam per aliquot dies dum ſtupori & admirationi ſacramentorum inhærere delectat, ſermo quem miniſtramus, aut nullo fuerit aut exiguo admodum moralium ſale conditus. Id quidem præter ſolitum. Sed num quæ dicta ſunt, reuiſere licet? Non procedo niſi prius reuoluam omnia. Eia dicite (ſi recordamini) à quonam ſcripturæ loco cœperit defraudatio hæc, vt rurſum inde adoriar. Meum eſt reſarcire damna, imò domini, de quo totum præſumimus.

I *Cant. 3. a* Quo itaque repetendum principio? An inde: In lectulo meo quæſiui per noctes, quem diligit anima mea? Ni fallor, inde. Abhinc tantum & deinceps cura vna fuit mihi harum allegoriarum denſa diſcuſſa caligine ponere in lucem Chriſti & eccleſię ſecretas delicias. Igitur redeamus ad indaganda moralia. Nec enim mihi poterit eſſe pigrum, quod vobis cōmodum fuerit. Atq; hoc ita cōgruè fiet, ſi quæ dicta ſunt in Chriſto & in eccleſia, verbo animæque eadem nihilo minus aſſignemus. Sed dicit mihi aliquis: Quid tu duo iſta cōiungis? Quid enim animæ & verbo? Multum per omnem modum. Primò quidem quòd naturarum tāta cognatio eſt, vt hoc imago, illa ad imaginem ſit: deinde quòd cognationem ſimilitudo teſtetur. Nempe non ad imaginē tantum, ſed ad ſimilitudinem facta eſt. In quo ſimilis ſit quæris? Audi de imagine prius. Verbum eſt veritas, eſt ſapientia, eſt iuſtitia: & hæc imago. Cuius? Iuſtitiæ, ſapientię, & veritatis. Eſt enim imago hæc iuſtitia, de iuſtitia ſapientia de ſapientia, veritas de veritate, quaſi de lumine lumē, de deo deus. Harum rerum nihil eſt anima, quoniam nō eſt imago. Eſt tamē earūdem capax, appetēnsq;, & inde fortaſſis ad imaginem. Celſa creatura in capacitate quidem maieſtatis, in appetētia autem rectitudinis inſigne præferens. Legimus quia deus hominem rectum fecit, quod & magnum capacitas (vt dictum eſt) probat. Oportet namque id quod ad imaginē eſt, cū imagine conueni-

Eccls. 7. d

re, & non in vacuum participare nomen imaginis, quemadmodū nec imago ipſa ſolo vel vacuo nomine vocitatur imago. Habes vero de eo qui imago eſt, quia cū in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Vbi tibi vtique eius & in forma dei innuitur rectitudo, & in æqualitate maieſtas: vt dum rectitudini rectitudo, & magnitudo magnitudini cōparatur, cōſonanter ſibi altrinſecus reſpondere appareat quod ad imaginem eſt, & imaginē: ſicut imago quoque nihilo minus in vtroque reſpōdet illi cuius imago eſt. Nempe ipſe eſt de quo ſanctū Dauid audiſtis in pſalmis canentem, nunc quidē: Magnus dominus noſter, & magna virtus eius. nūc vero, Rectus domin⁹ deus noſter, & nō eſt iniquitas in eo. Ab iſto recto & magno deo habet imago ei⁹ vt & ipſa recta & magna ſit, habet anima quæ ad imaginem eſt. Sed dico, nihilne ergo amplius habet imago ab anima quæ ad imaginem eſt, quia & huic magnū rectúmq; aſſignamus? Et plurimum. Hęc ad menſuram accepit, illa ad æqualitatem. An non plus hæc? Aduerte & aliud. Huic vtrūque aut creatio aut dignatio cōtulit, illi generatio. Atque id magnificētius eſſe non dubium eſt. Sed ne hoc quidem eminentius eſſe quis abnuat, quòd cum à deo huic, illi & de deo vtrumq; ſit, id eſt de dei ſubſtātia? Eſt enim conſubſtantialis deo imago ſua, & omne quod eidē ſuæ imagini impartiri videtur, ambobus eſt ſubſtantiale, non accidētale. Adhuc vnū attende in quo imago nō parum eminet. Magnū & rectum, iſta duo natura à ſeſe diſcrepare quis neſciat? In imagine vnū ſunt. Neque hoc ſolum, vnum ſunt & cum imagine. Imagini enim non modo id rectum eſt eſſe quod magnu eſſe, ſed etiā id magnum rectúmq; eſſe, quod eſſe: animæ non ita. Et magnitudo eius, & rectitudo ipſi⁹ diuerſę ab ea, diuerſę ab inuicem ſunt. Si enim (vt ſupra docui) eo anima magna eſt quo capax æternorum, eo recta quo appetens ſupernorū: quę nō quærit nec ſapit quæ ſurſum ſunt, ſed quæ ſuper terram, non plane eſt recta, ſed curua, cum tamen pro huiuſmodi magna eſſe non deſinat, manens vtique etiam ſic æternitatis capax. Neque enim illius aliquādo nō capax erit, etiam ſi nunquam capiens fuerit, vt ſit quomodo ſcriptum eſt: Veruntamen in imagine pertrāſit homo. Ex parte tamē, vt eminentia verbi appareat de ipſa integritate. Quò em à magno rectóve verbum cadat, quod ſic ea vtiq; habet, vt ſit quæ habet? Vel ideo ex parte, ne ſi toto priuaretur, nō ſupereſſet ſpes ſalutis. nam ſi deſinat magna eſſe, & capax. quippe de capacitate (vt dixi) æſtimatur animæ magnitudo. Quid vero ſperare poſſet cuius capax non foret? Itaque per amaritudiné quam retentat etiam perdita rectitudine in imagine pertrāſit homo, vno quaſi claudicans pede, & factus filius alienus. De talibus enim reor dictum: Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis. Pulchrè appellati ſunt filij alieni: nam filij propter retētam magnitudinem, alieni propter amiſſam rectitudinē. Nec dixiſſet, claudicauerunt, ſed corruerunt, aut quippiā ſimile, ſi ex toto hominis imaginem exiſſent. Nunc verò ſecūdum magnitudinem quidem in imagine pertranſit homo: quātum vero ad rectitudinem veluti claudicās conturbatur & deturbatur ab imagine, ſcriptura ita dicente: Veruntamen in imagine pertrāſit homo: ſed & fruſtra cōturbatur. Fruſtra omnino theſaurizat, & ignorat cui cōgregabit ea. Cur ignorat niſi quia inclinās ſe ad hæc infima & terrena, theſaurizat ſibi terram? Prorſus ignorat de his quæ terræ committit, cui congregabit ea, tineæ ne demolliēti, an furi effodienti, hoſti diripiēti, an igni deuoranti. Et inde miſero homini incuruāti ſe, & incubanti his quæ in tera ſunt, flebilis vox illa de pſalmo: Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem, tota die cōtriſtatus ingrediebar. In ſemetipſo ſiquidem experitur veritatem illius ſentētiæ ſapientis: Deus rectus hominem fecit, ipſe autem ſe implicuit doloribus multis. Et continuo vox ludibrij ad eum: Incuruare, vt tranſeamus. Sed vnde venimus huc? Nēpe inde, cum docere vellemus rectū magnúmque (quo gemino bono diffinieramus imaginē) nec in anima eſſe vnū, nec cū anima, quēadmodū in verbo & cū verbo ea vnū eſſe fideli æquè aſſertione docuimus. Et de rectitudine quidē ex his quæ dicta ſunt, liquet q̄ diuerſa & ab anima ſit, & ab animæ magnitudine, quando quidē ea etiā nō exiſtēte, &

Philip. 2. a

Pſal. 38. b

Pſa. 146. b *Pſal. 91. a*

Pſal. 37. g

Pſal. 38. b

Pſal. 37. d

Eccls. 7. d

Eſa. 51. g

A & anima manet & magna. Verùm magnitudinis animęq; diuerſitas vnde docebitur? Nō enim inde poteſt vnde rectitudinis animæq; mōſtrata eſt, cum non ſicut rectitudine ita & magnitudine ſua priuari anima poſſit: nō eſt tamen ſua magnitudo anima. Nam etſi anima non inuenitur abſq; magnitudine ſua, ipſa tamen & extra animam reperitur. Quæris vbi? In angelis. Inde quippe magni ſunt angeli, vnde animę magnitudo conprobatur, ex captu videlicet æternitatis. Quòd ſi eo cōſtitit animam diſcrepare à rectitudine ſua, q̄ ea carere poſſit: quidni æquè liqueat eſſe diuerſam & à ſua magnitudine quam ſibi propriam vendicare non poſſit? Cum itaque nec illa in omni, nec iſta in ſola ſit anima, patet vtramque indifferenter differre ab ea. Item. Nulla forma eſt id, cuius eſt forma. Eſt autē magnitudo, forma animæ. Nec enim ideo nō forma, quia inſeparabilis eſt illi. Hoc ſiquidem ſunt ſubſtantiales differentiæ omnes, hoc non modo proprie propria, ſed & ꝓpria quædā, hoc etiā alię innumerabiles formæ. Nō igitur ſua magnitudo anima, nō magis q̄ ſua nigredo coruus, q̄ ſuus cādor nix, quàm ſua riſibilitas ſeu rationalitas homo: cū tamen nec coruum ſine nigredine, nec ſine candore niuē, nec hominē qui nō & riſibilis ſit & rationalis, vnquā reperias. Ita & anima & animæ magnitudo etſi inſeparabiles, diuerſæ tamē abinuicē ſunt. Quomodo nō diuerſæ: cū hęc in ſubiecto, illa ſubiectū & ſubſtātia ſit? Sola ſumma & increata natura, B quæ eſt trinitas deus, hanc ſibi vēdicat meram ſingularémq; ſuæ eſſentiæ ſimplicitatē, vt nō aliud & aliud, nō alibi quoq; & alibi, ſed ne modo quidē & modo inueniatur in ea. Nēpe in ſemet manens quod habet eſt: & quod eſt, ſemper & vno modo eſt. In ea & multa in vnum, & diuerſa in idem redigūtur, vt nec numeroſitate rerum ſumat pluralitatem, nec alterationem de varietate ſentiat. Loca omnia cōtinet, & quæq; ſuis ordinat locis, nuſquam cōtenta locorum. Tempora ſub ea tranſeunt, nō ei. Futura non expectat, præterita non recogitat, præſentia non experitur. Recedant à nobis chariſſimi, recedant nouelli non dialectici, ſed hæretici, qui magnitudinem qua magnus eſt deus, & item bonitatem qua bonus, ſed & ſapientiam qua ſapiens, & iuſtitiā qua iuſtus, poſtremò diuinitatem qua deus eſt, deum non eſſe impiiſſimè diſputant. Diuinitate, inquiunt, deus eſt, ſed diuinitas non eſt deus. Forſitan non dignatur deus eſſe quæ tāta eſt vt faciat deum. Sed ſi deus non eſt, quid eſt? Aut enim deus eſt, aut aliquid quod non eſt deus, aut nihil. Equidē non das deum eſſe. Sed ne nihilum quidem (vt opinor) dabis, quam vſque adeo neceſſāriam deo eſſe fateris, vt nō modo abſq; ea deus eſſe non poſſit, ſed ea ſit. Quòd ſi aliquid eſt quod nō eſt deus: aut minor erit deo, aut maior, aut par. At quomodo minor, qua de⁹ eſt? C Reſtat vt aut maiorē fatearis, aut parē. Sed ſi maior, ipſa eſt ſummum bonū, non deus. Si par, duo ſunt ſumma bona, non vnū. Quod vtrūque catholicus refugit ſenſus. Iam de magnitudine, bonitate, iuſtitia, ſapientiáque, idem per omnia quod de diuinitate ſentimus: vnū in deo ſunt & cū deo. Nec enim aliunde bonus, quàm vnde magnus: nec aliunde iuſtus aut ſapiens, quàm vnde magnus & bonus: nec aliunde denique ſimul hæc omnia eſt, quàm vnde deus, & hoc quoque non niſi ſeipſo. Sed dicit hæreticus: Quid? Deū diuinitatē eſſe negas? Non, ſed eandē diuinitatem qua eſt, deum nihilo minus aſſero, ne deo excellentius aliquid eſſe aſſentiar. Nam & magnitudine dico magnū, ſed quæ ipſe eſt, ne maius aliquid deo ponā: & bonitate fateor bonū, ſed non alia quàm ipſe eſt, ne meli⁹ ipſo aliquid mihi videar inueniſſe: & de cæteris in hūc modum ſecurus & libens pergo inoffenſo (vt aiunt) pede in eius ſententiā qui dicebat: Deus nō niſi ea magnitudine magnus eſt, quę eſt quod ipſe. Alioquin illa erit maior magnitudo quàm deus. Auguſtinus hic eſt, validiſſimus malleus hæreticorū. Si quid itaq; de deo propriè dici poſſit, rectius congruentiúſq; dicetur, deus eſt magnitudo, bonitas, iuſtitia, ſapientia: quàm deus eſt magnus, bonus, iuſtus, aut ſapiēs. Vnde non immeritò nuper in cōcilio quod papa Eugenius Remis celebrauit, tam ipſi quàm cæteris epiſcopis peruerſa viſa eſt & omnino ſuſpecta expoſitio illa in libro Gilleberti epiſcopi Pictauienſis, quo ſuper verba Boëthij de trinitate, ſaniſſima quidē atque catholica, commentabatur hoc modo: Pater eſt veritas, id eſt verus. Filius eſt veritas, id eſt verus. Spiritus ſanctus eſt veritas, id eſt verus: & hi tres ſimul non tres D veritates, ſed vna veritas, id eſt vnus verus. O obſcuram peruerſámque explanationem! Quàm verius ſaniúſque per contrarium ita dixiſſet: pater eſt verus, id eſt veritas. Filius eſt verus, id eſt veritas. Spiritus ſanctus eſt verus, id eſt veritas: & hi tres vnus verus, id eſt vna veritas. Quod quidem feciſſet, ſi ſanctum dignaretur Fulgentium imitari, qui ait: Vna quippe veritas vnius dei, imò vna veritas vnus deus non patitur ſeruitium atque culturam creatoris creaturæque coniungi.

Bonus corrector, qui veraciſſimè de veritate loqueretur, qui piè catholicéque ſentiret de vera & mera diuinæ ſimplicitate ſubſtantiæ, in qua nihil eſſe poſſit quod ipſa non ſit, & ipſa deus. Quanquam manifeſtius in nōnullis locis aliis à rectitudine fidei liber ille præfati epiſcopi viſus eſt diſcrepare, quorum (verbi cauſa) adhuc vnū pono. Nam dicente auctore: Cum dicitur, deus deus deus, pertinet ad ſubſtantiam: noſter commentator intulit, nō quæ eſt, ſed qua eſt: quod abſit vt aſſentiat catholica eccleſia, eſſe videlicet ſubſtantiam vel aliquā omnino rem qua deus ſit, & quæ nō ſit deus. Sed hæc minimè iam contra ipſum loquimur (quippe qui in eodem conuentu ſententiæ epiſcoporum humiliter acquieſcēs, tam hæc quàm cætera digna reprehenſione inuenta proprio ore damnauit) ſed propter eos qui adhuc librum illum contra apoſtolicum vriq; promulgatum ibidem interdictum trāſcribere & lectitare feruntur, contentioſius perſiſtentes ſequi epiſcopum in quo ipſe nō ſtetit, & erroris quàm correctionis magiſtrum habere malentes. Non ſolum autē, ſed & propter vos, occaſione accepta de differentia imaginis & animę quæ ad imaginem facta eſt, operęprecium credidi excurſum hunc facere, vt ſi qui fortè ex aquis furtiuis, quę dulciores vidētur, aliquando aliquid biberint, ſumpto antidoto euomant illud, & purgato mentis ſtomacho, ad id quod ſecundum promiſſionem noſtram dicendum de ſimilitudine ſupereſt accedentes, puriora iam in gaudio non de noſtris hauriant, ſed de fontibus ſaluatoris ſpōſi eccleſiæ Ieſu Chriſti domini noſtri, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Qualiter anima verbo dei ſimilatur per ſimplicitatem eſſentiæ, immortalitatem, & arbitrij libertatem.

Sermo LXXXI

QVæſitum eſt ante de affinitate animæ ad verbum, atque id quidem neceſſariè. Quæ enim conuentio tantæ maieſtati & tantæ paupertati, vt more & amore ſponſorum veluti ex æquo ſeſe complecti referātur ſublimitas illa & illa humilitas? Nam ſi verè id dicimus, valde lęta fiducia eſt: ſi falſo, valde punienda audacia. Propterea ergo de conuenientia horum quærēdum fuit, quæ quidem iam multa inuenta eſt, ſed non omnis. Quis enim vel nimis hebes nō videat quàm ſe è vicino reſpiciant imago, & quod ad imaginem eſt? Quorum vtique vnum vni, & alterum alteri, ſermo (ſi recolitis) aſſignauit heſternus. Nec de imagine tātùm, ſed etiam de ſimilitudine demonſtrata ibidem propinquitas eſt, niſi quòd ipſa ſimilitudo in quo vel in quibus potiſſimum conſtat, necdum à nobis eſt declaratum. Age iam intēdamus declarationi huic, vt quo anima plenius ſuam agnouerit originem, eo amplius erubeſcat vitam habere degenerem. Imò vero quod peccato vitiatum deprehēderit in natura, ſtudeat reformare induſtria: vt digne ſuo genere, dei quidem munere ſeſe regēs, ad amplexus verbi fidenter accedat. Aduertat igitur ex hac diuinæ ingenuitate ſimilitudinis ineſſe ſibi illā ſuæ ſubſtantiæ naturalē ſimplicitatem, qua hoc eſt illi eſſe, quod viuere: & ſi non quod bene, quódve beate viuere: vt ſit ſimilitudo, non æqualitas. Gradus propinquus, gradus tamen. Neque enim vnius excellentiæ pariſve faſtigij ſunt, hoc habere eſſe quod viuere, & itē habere hoc eſſe quod beate viuere. Ergo ſi verbi eſt illud propter ſublimitatē, hoc animæ propter ſimilitudinem, ſalua quidem eminentia verbi: palam eſt affinitas naturarū, palā animę prerogatiua. Et vt quod dicitur planius fiat, ſoli deo id eſt eſſe, quod beatū eſſe, atq; hoc primum & puriſſimū ſimplex. Secūdum autē ſimile eſt huic, id videlicet habere eſſe quod viuere, atque hoc animæ eſt. Ex hoc etſi inferiori gradu, aſcēdi poteſt non modò ad bene, ſed etiam ad beate viuendum: nō quia vel tunc ſit hoc eſſe quod

G beatum esse illi qui eo peruenerit, quatenus ita glorietur pro similitudine, vt tamē ꝓ disparitate habeat semper vnde omnia ossa eius dicāt: Domine quis similis tui? Bonus tamē animæ gradus, ex quo & solo ad beatam ascenditur vitam. Sunt nāque viuentia, & horū genera duo, quæ sentiūt, & quæ nō sentiunt. Porrò insensibilibus sensibilia præferuntur, atque vtriusque vita qua viuitur & sentitur. Non stabunt pariter in gradu vno vita & viuens, multò minus vita, & quæ sunt sine vita. Vita anima est viuens quidem, sed nō aliunde quàm seipsa, ac per hoc non tam viuens quàm vita, vt propriè de ea loquamur. Inde est quòd infusa corpori viuificat illud, vt sit corpus de vitæ presentia non vita, sed viuens. Vnde liquet, ne viuo quidē corpori id viuere esse quod esse, cum esse, & minimè viuere possit. Multò minus quæ vitæ expertia sunt, ad hūc gradum assurgent. Sed nec omne quod vita dicitur vel est, continuò valebit pertingere huc. Est pecorum, est & arborum vita, sensu altera vigens, altera carens. At neutri tamē idem esse quod viuere est: cùm (vt quidem multorū opinio est) ante in elemētis, quàm vel illa in mēbris, vel ista in ramis extiterint. At secundū hoc cū desinunt viuificare, simul viuere cessant, sed nō & esse. Soluūtur pariter & dissoluuntur, tanquā non alligatæ tantùm, sed & colligatæ. Neq; enim vnū simplex est quæq; harū, sed ex pluribus cōstans: & propterea non redigitur in nihilum, sed dissilit in partes, vt & ad suum quódque recurrat principiū: verbi causa aër ad aërem, ignis ad ignem, & reliqua in hunc modum. Nequaquā igitur tali vitæ idem esse & viuere est, quæ est & quando non viuit.

Porrò nihil horum quibus nō hoc esse quod viuere sit, ad bene beatéq; viuendū quandoq; proficiet vel emerget: quippe quod neq; ad hunc inferiorē gradum potuit peruenire: Sola quæ in ipso stare cognoscitur anima hominis, in eo dignitatis creata est vita à vita, simplex à simplici, immortalis ab immortali: vt non sit longè a sommo gradu, vbi scilicet id esse quod beate viuere est: in quo solus stat beatus & solus potens rex regum, & dominus dominantium. Accepit itaque in sui conditione anima etsi non esse, posse tamen esse beata, summo proinde gradui quantum licet appropians, nō pertingēs tamen. Neque enim vel ipsi (vt supra diximus) hoc etiā aliquando esse quod beatam esse, nec quando beata erit. Fatemur similitudinem, æqualitatem renuimus. Verbi causa vita deus, vita & anima est: similis quidē, sed dispar. Porrò similis, ꝙ vita, quòd seipsa viuens, ꝙ nō tantū viuens, sed & viuificans: sicut & ille hæc omnia est. Dispar verò quantum à creāte creata. Dispar, quòd vt nisi creata ab illo non esset, sic nisi ab ipso viuificata non viueret. Non viueret dico, sed spirituali vita, nō naturali. Nam naturali quidem etiam quę nō
I spiritualiter viuit, immortaliter viuat necesse est. At qualis vita, in qua satius foret non nasci, q̄ non ab ea mori? Mors
Psal.33.d peccatorū pessima. Ita ergo quæ secundū carnē viuit anima, viuens mortua est, quippe cui bonū erat omnino nō viuere, q̄ sic viuere, A qua nimirū vitali quadā morte minimè vnquā resurget, nisi per verbū vitæ, imò per verbum vitā viuentem vtique & viuificantē. Aliàs autē immortalis est anima, & in hoc nihilo minus verbo similis quidē, sed nō æqualis. Nā intantū superexcellit immortalitas deitatis, vt apostolus dicat
1.Ti.6.c de deo: Qui solus habet immortalitatē. Quod ego reor pro
Mala.3.b eo dictū, quòd solus sit natura incommutabilis deus, qui ait: Ego dominus, & nō mutor. Vera namque & integra immortalitas tam non recipit mutationē, quàm nec finē, quòd omnis mutatio, quædā mortis imitatio sit. omne etenim quod mutatur, dū de vno ad aliud transit esse, quodāmodo necesse est moriatur quod est, vbi esse incipiat quod nō est. Quòd si tot mortes quot mutationes, vbi immortalitas? Et huic vanitati subiecta est ipsa creatura non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Attamē immortalis anima est: quoniam cum ipsa sibi vita sit, sicut non est quò cadat à se, sic nō est quò cadat à vita. Verum cum constet suis affectibus mutari eā, agnoscat ita se deo in immortalitate similem, vt sciat sibi deesse non modicā immortalitatis partē, soli cedens absolutam perfectámq; immortalitatem, apud quē nō est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Non mediocris tamen animæ dignitas præsenti disputatione cōperta est, quæ gemina quadā vicinitate naturæ verbo appropiare videtur, K simplicitate essentiæ, & perpetuitate vitæ. Sed enim adhuc vnum occurrit quod minimè præteribo: nec enim minus insignē similémve minus verbo animā facit, & fortè etiā plus. Arbitrij libertas hæc est, planè diuinum quiddam præfulgēs in anima tanquā gemma in auro. Ex hac nēpe inest illi inter bonū quidē & malū, nec non inter vitā & mortē, sed & nihilo minus inter lucē & tenebras, & cognitio iudicij, & optio eligēdi: & si qua sunt alia quæ similiter circa animi habitum sese è regione respicere videātur, nihilo minus inter ipsa cōsorius quidā arbiter is animæ oculus diiudicat & discernit: *Liberū arbitrium.* sicut arbiter in discernendo, ita in eligendo liber. Vnde & liberum nominatur arbitriū, quòd liceat versari in his pro arbitrio voluntatis. Inde homo ad promerendum potis. Omne etenim quod feceris bonū malúmve, quòd quidē non facere liberū sit meritò ad meritū reputatur. Et vt meritò laudatur non is tantū qui potuit facere mala & nō fecit, sed & qui potuit non facere bona & fecit: ita malo non caret meritò tā is qui potuit non facere mala & fecit, q̄ qui potuit facere bona & non fecit. Vbi autem non est libertas, nec meritum. Propterea quæ sunt carētia ratione animalia nihil meretur: quia sicut deliberatione, ita & libertate carēt. Sensu aguntur, ferūtur impetu, rapiūtur appetitu. Neq; enim iudiciū habēt quo se diiudicent siue regant, sed ne instrumentū quidē iudicij, id L est rationē: inde est quòd nō iudicantur, quia non iudicant. Quanā quippe ratione ab his exigatur ratio quā nō acceperunt? Hāc vim à natura solus homo nō patitur, & ideo solus inter animantia liber. Et tamē interueniente peccato patitur quandā vim & ipse, sed à volūtate, nō à natura, vt ne sic quidem ingenita libertate priuetur. Quod enim volūtarium, & *Sapiē.9.d* liberum. Et quidē peccato factum est, vt corpus quod corrumpitur, aggrauet animā, sed amore, non mole. Nam quòd surgere anima per se iā non potest quæ per se cadere potuit: voluntas in causa est, quæ corrupti corporis vitiato ac vitioso amore languescēs & iacens, amorē pariter iustitiæ nō admittit. Ita nescio quo prauo & miro modo ipsa sibi voluntas peccato quidem in deterius mutata, necessitatē facit, vt nec necessitas cum voluntaria sit excusare valeat voluntatē, nec voluntas cum sit illecta excludere necessitatem. Est enim necessitas hæc quodāmodo volūtaria. Est fauorabilis vis quædam premendo blandiens, & blandiendo premens: vnde sese rea voluntas, vbi semel peccator consenserit, nec excutere iam per se, nec excusare tamen vllatenus de ratione queat. Inde querula illa vox veluti gementis sub onere necessitatis *Esa.38.d* huius: Domine, inquit, vim patior, respōde pro me. Sed rursus sciens quòd nō iustè causaretur aduersus dominū, cū voM luntas sua ipsius potius in causa foret, attende quid secutus intulerit: Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim? Premebatur iugo, non alio tamen q̄ volūtatiæ cuiusdam seruitutis: & erat pro seruitute quidē miserabilis, sed pro voluntate inexcusabilis. Voluntas enim est quæ se cū esset libera, seruam fecit peccati, peccato assentiēdo: voluntas nihilo minus est, quę se sub peccato tenet voluntariè seruiēdo. Vide quid dicas, ait aliquis mihi. Túne voluntarium dicis, quod iam necessarium cōstat esse? Verū quidem est, quòd voluntas seipsam addixerit, sed non ipsa se retinet, magis retinetur & nolēs. Bene hoc saltem das, quia retinetur. Sed vigilanter retine voluntatem esse quam retineri fateris. Itaque voluntatem nolentem dicis? Non vtique voluntas retinetur non volens. Voluntas enim volentis est, non nolentis. Quod si volens retinetur, ipsa se retinet. Quid ergo dicet, aut quid respondebit ei, cum ipsa fecerit? Quid fecit? Seruam se fecit: *Ioan.8.d* vnde dicitur: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Propterea cum peccauit (peccauit autem, cum peccato obedire decreuit) seruam se fecit. Sed fit libera, si non adhuc facit. Facit autem in eadem seruitute se retinens. Neque enim non volens voluntas tenetur: voluntas enim est. Ergo quia volens, seruam seipsam fecit: non modo fecit, sed facit. Meritò proinde (quod sæpe memorandum est) quis respondebit illi cum ipsa fecerit, ipsa & faciat? Sed non me, inquis, decredere facies necessitatē quam patior, quam in memetipso experior, contra quam & assiduè luctor. Vbinam quæso hanc necessitatem sentis? Nónne in voluntate? Non ergo parum firmiter vis,

A vis, quod & necessariò vis. Multum vis quod nolle nequeas, nec multum obluctans. Porrò vbi volūtas, & libertas. Quod tamen dico de naturali, non de spirituali, qua libertate (vt di-
Gala.4.d *1.Cor.3.d* cit apostolus) Christus nos liberauit. Nam de illa idem ipse dicit: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Ita anima miro quodam & malo modo sub hac volūtaria quadam ac male libera necessitate & ancilla tenetur, & libera: ancilla propter necessitatem, libera propter voluntatē: & quod magis mirum, magísque miserum est, eo rea quo libera, eóque ancilla quo rea, ac per hoc eo ancilla quo libera. Miser ego homo, quis
Iob.7.d me liberabit à calumnia huius pudendæ seruitutis? Miser, sed liber. Liber, quia homo: miser, quia seruus. Liber, quia similis deo: miser, quia cōtrarius deo. O custos hominum, quare posuisti me contrarium tibi? Posuisti enim, cum non prohibuisti. Alioquin ipse me posui, & factus sum mihimetipsi grauis. Iustissimè quidem, vt hostis tuus, hostis sit & meus, & qui tibi repugnat, repugnet & mihi. Ego verò qui tibi, ego qui mihimet contrarius factus sum, atque in membris meis inuenio quod cōtradicat & menti meæ, & legi tuæ. Quis me liberabit de manibus meis? Non enim quod volo, hoc ago, sed me non alio prohibente. Et quod odi, illud facio, sed me non alio compellente. Atque vtinam prohibitio hæc & hæc compulsio ita esset violenta, vt non esset voluntaria. forsitan
B enim sic possem excusari. aut certè ita esset volūtaria, vt non violenta. profectò enim sic possem corrigi. Nunc verò nusquam exitus misero patet; quem & voluntas (vt dixi) inexcusabilem, & incorrigibilē necessitas facit. Quis me eripiet de manu peccatoris, & de manu cōtra legem agentis & iniqui? Quærit quis de quo querar? De me. Ego ille peccator, ille exlex, ille iniquus. Peccator, quia peccaui: exlex, quia voluntate persisto agere contra legem. Nam mea voluntas ipsa
Psal.36.f est lex in membris meis, legi diuinæ recalcitrās. Et quoniam lex domini lex mentis meæ, sicut scriptum est: Lex dei eius
Eccli.14.d in corde ipsius, per hoc & mihi ipsi mea ipsius volūtas contraria inuenitur, quæ est iniquitas maxima. Cui enim nō iniquus, qui mihi sum? Qui sibi nequam, ait, cui bonus? Fateor
Rom.7.d non sum bonus, quia non est in me bonum. Consolabor me tamen, quia & sanctorum vox ista est: Scio quia nō est in me bonū, inquit. Discernit tamē quod dicit: in se, in carne sua interpretans, propter contradictoriā legē quæ in ea est. Nā habet legem & in mente, eáque melior. An non lex dei bona? Quòd si malus propter legem malā: quomodo non propter bonā bonus? An mala sua est quæ est in carne sua, & ideo de mala malus, & minimè bonus de bona? Non est ita. Lex dei
Ibidem. eius in mente ipsius, atque ita in mente, vt sit & mētis. Testis est ipse qui ait: Inuenio aliam legem in mēbris meis, repu-
C gnantem legi mentis meæ. Nunquid suum quod carnis suæ est, & non suum quod mētis suæ est? Ego dico, & pius. Quidni dicam, quod idem ipse magister dicit? Nam mēte quidem seruiens legi dei, carne autem legi peccati, quid magis suum
Ibidem. fateatur euidēter ostendit, cum malum quod in carne est, ita à se alienum cēsset, vt dicat: Itaque iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Et ideo fortassis signanter aliam dixerit legem inuētam in membris suis, quòd alienam hāc & quasi aduentitiā reputaret. Vnde & adhuc ego aliquid audeo amplius, haud temerè quidem, Paulum videlicet non iam malum propter malum quod in carne habet, magis autē bonum propter bonum quod in mente habet. An nō bonus, qui consentit legi dei quoniam bona est? Nam & si se itidem fateatur seruire legi peccati, carne hoc facit, non mēte. Cum autem mēte quidem seruiat legi dei, carne autē legi peccati, quidnam potissimū horū Paulo imputandū putes, tu videris:
Ibidem. nam mihi fateor facilè persuasum quod mentis, quàm quod carnis est, pluris esse non solū mihi, sed & ipsi Paulo, vt iam dictū est, qui ait: Si autem quod nolo, illud facio, iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Sed de libertate ista sufficiāt. In libello quem de gratia & libero arbitrio scripsi, diuersa fortassis de imagine & similitudine disputata leguntur, sed (vt arbitror) non aduersa. Legistis illa, ista audistis: quænam magis probetis, vestro iudicio derelinquo: vel si quid melius vtrisque sapitis, in hoc gaudeo & gaudebo. At quoquo modo illa se habeant, tria quidē impræsentiarū præcipua cōmēdata tenetis, simplicitatē, immortalitatē, liber tatem. Et hoc vobis liquidò apparere iam arbitror, animā pro D ingenita atq; ingenua similitudine, quæ in his tā eximiè claret, non paruam cum verbo habere affinitatem, spōsō ecclesię Iesu Christo domino nostro, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Qualiter anima similis deo manens, per peccatum tamen dissimilis facta est in simplicitate, immortalitate, & libertate. Sermo LXXXII.

QVid vobis videtur? Possumúsne iam regredi ad exponēdi ordinem vnde digressi sumus, quia patet propinquitas verbi & animæ, pro qua vtique demonstranda digressio ipsa facta est? Possemus (vt mihi videtur) nisi parum quid dubietatis in his quę dicta sunt, adhuc residere sentirem. Nil furari volo. Non libenter prætereo quod vobis vtile putem. Et quomodo id audeam, de his præsertim quæ vobis accipio? Scio hominem aliquid aliquando inter loquendum ex his quæ suggerebat spiritus, etsi non infideli, minus tamē fidenti animo retentantem & reseruantem sibi, vt haberet quod diceret denuo tractaturus, & ecce vox ad eum (vt quidem ei visum est) donec istud tenebis, aliud non accipies. Quid si retinuisset non prouidendo suæ inopię, sed fraternis profectibus inuidendo? nónne meritò & hoc ipsum quod videbatur habere, auferretur ab eo? Quod quidem longe à seruo vestro
E semper faciat deus, sicut semper fecit. Sic mihi iugiter abundare dignetur fons ille indeficiens sapiētiæ salutaris, quomodo sine inuidia vobis communicaui & refudi quicquid mihi infundere hacten⁹ dignatus est ipse. Si ego vos fraudo, à quo iam non verear ipse fraudari? Ne à deo quidem. Est itaque in his quæ dicta sunt, aliquid quod (vt vereor ego) offendiculū dare queat, si non complanetur. Et, ni fallor, sunt de hie stantibus, quibus iam scrupulum mouit quod dicere volo. Trina illa verbi similitudo quam animæ assignauimus, imò qua insignitam aduertimus, recolitísne quòd etiam inseparabiliter ineſſe illi visa fuerit nobis? Id quidē videatur aliquibus scripturarū testimoniis obuiare: vt verbi gratia est illud in psalmo: Homo cum in honore esset, non intellexit, cōparatus est *Psal.48.d* iumentis insipiētibus, & similis factus est illis. Et item illud: Mutauerunt gloriā suam in similitudinem vituli comedentis *Psal.105.a* fœnū: sed & quòd apertè dictū est in persona dei: Existimasti *Psal.49.d* iniquè, ꝙ ero tui similis: & pleraq; alia quæ similitudinē dei in homine post peccatum deletam cōcorditer asseuerare videntur. Quid ergo dicemus ad hæc? Tria illa in deo minimè esse, & sic alia quærēda in quibus similitudinem assignemus? aut esse quidem in deo, sed nō in anima, & ne sic quidē in his similitudinē inueniri? aut esse & in anima, sed posse etiam non inesse, ac per hoc non inseparabilia esse? Absit. Et in deo & in anima sunt, & semper insunt, nec est quod nos aliquid horum dixisse pœniteat, ita totum subnixum est indu- F bitata & absolutissima veritate. Sed quod scriptura loquitur de dissimilitudine facta: non quia similitudo ista deleta sit loquitur, sed quia alia superducta. Non planè anima natiuam se exuit formam, sed superinduit peregrinam. Illa addita, non ista perdita est: & quæ superuenit, obscurare ingenitam potuit, sed non exterminare. Denique obscuratum est insipiens
Rom.1.e cor illorum, ait apostolus. Et propheta: Quomodo obscura-
Thren.4.c tum est aurum, mutatus est color optimus? Obscuratum aurum plangit, sed aurum tamen: mutatum colorē optimū, sed non fundamentum coloris euulsum. Manet in fundamento prorsus inconcussa simplicitas, sed minimè apparet duplicitate operta humanæ dolositatis, simulationis, hypocrisis. Quàm incongruè simplicitati duplicitas admiscetur, quàm indignè tali fundamēto talis structura cōmittitur? Huiusmodi sibi versutiam serpens induerat, cum se vt deciperet consiliarium exhibebat, simulabat amicum. Huiusmodi quoq; se-
Gen.3.b ducti ab eo paradisi incolæ induerāt sibi, cum pudēdam iam nuditatem tegere conarētur, & vmbra frondosi ligni, & frōdiū succinctoriis, & verbis excusatoriis. Quàm latè extūc & deinceps omnē posteritatē hereditariū hypocrisis virus infecit! Quem dabis de filiis Adā, qui quod est, non dico velit, sed vel patiatur videri? Sed perseuerat nihilo minus in omni anima cum originali duplicitate generalis simplicitas, & de collatione confusio augeatur. Perseuerat æquè immortalitas,

G sed fuſca & tetra, irruente tenebroſa corporeæ mortis caligine. Nã etſi non priuatur vita, vitæ tamen beneficiũ ſuo corpori iam nõ ſufficit vendicare. Quid quòd ne ſuã quidẽ ſpiritualẽ dũtaxat vitã retinet ſibi? Anima nempe quæ peccauerit, ipſa morietur. Nónne morte iſta duplici incurſante, illa qualiſcũq; immortalitas quam retẽtat, tenebroſa ſatis redditur & miſella? Adde q̃ appetentia terrenorũ (quæ quidẽ omnia ad interitum ſunt) denſat tenebras, ita vt in anima ſic viuente nil à parte aliqua niſi pallida facies & imago quædam mortis appatere cernatur. Cur nõ enim quæ immortalis eſt, ſimilia ſibi immortalia appetit & æterna: vt quod eſt, appareat, & quod facta eſt, viuat? Cæterum cõtraria ſapit & quærit, & mortalibus ſeſe degeneri conuerſatione conformans, immortalitatis candorem quodam mortiferæ conſuetudinis piceo colore denigrat. Quidni mortalium appetitus immortalem mortali ſimilem, immortali diſſimilem faciat? Qui tã-
Eccli. 13.a git picem (ait ſapiens) inquinabitur ab ea. Fruendo mortalibus mortalitatẽ ſe induit, & veſtem immortalitatis incidẽte mortis ſimilitudine decolorauit, nõ exuit. Euã attende, quomodo eius anima immortalis, immortalitati ſuæ glotiæ fucum mortalitatis inuexit, mortalia vtique affectãdo. Vt quid enim cũ immortalis eſſet, mortalia nõ contempſit & tranſitoria, contenta ſibi ſimilibus immortalibus & ęternis? Vidit,
H inquit, lignũ quòd eſſet pulchrum oculis, & aſpectu delectabile, ac ſuaue ad veſcendũ. Nõ eſt tua, ô mulier, iſta ſuauitas,
Gen 3.b iſta delectatio, iſtáq; pulchritudo. Et ſi tua pro parte luti, non tua ſolius, ſed communis cũctis animantibus terræ. Tua, quę verè tua eſt, aliunde, & alia: nã æterna eſt de æternitate. Quid tu animę tuę aliã formã, imò deformitatem imprimis alienã? Enimuero quod delectat habere, id etiam perdere timet, & timor color eſt. Is libertatem dum tingit, tegit, & eam nihilo minus ſibimet reddit diſſimilem. Quàm dignius ſua origine nihil cuperet vbi nihil metueret, ac per hoc à ſeruili timore iſto ingenitã ſibi defenderet libertatem, manẽtem in vigore & decore ſuo? Heu non ita eſt, mutatus eſt color optimus.
Ibidem Fugitas & latitas, audis vocem domini dei, & abſcondis te. Cur hoc, niſi quia quẽ amabas times, & libertatis ſpeciem forma ſeruilis excluſit? Sed & volũtaria illa neceſſitas & cõtraria lex inflicta in membris (de qua proximo ſermone diſſerui) eidem incubat libertati, & liberam natura creaturã per propriam ipſius voluntatem dum allicit, ſubiicit ſeruituti, implens faciem eius ignominia, ita vt vel carne ſeruiat legi peccati, & non volens. Quia ergo naturæ ingenuitatem, morum probitate defenſare neglexit: iuſto auctoris iudicio factum eſt, nõ quidẽ vt libertate propria nudaretur, ſed tamen ſuperindueretur ſicut diploide confuſione ſua. Et bene ſicut
I diploide, vbi veſte veluti duplicata, manente libertate propter voluntatẽ, ſeruilis nihilo minus cõuerſatio neceſſitatẽ ,pbat. Hoc de ſimplicitate, hoc de immortalitate animæ aduertere eſt: & nil tibi in ea, ſi bene cõſideres, apparebit quod non ſit iſtiuſmodi ſimilitudinis parter & diſſimilitudinis diploide adopertum. An non diplois, vbi non innata, ſed affixa, & quadam quaſi acu peccati aſſuta ſimplicitati fraus, immortalitati mors, neceſſitas libertati? Neque enim eſſentiæ ſimplicitati præſcribit duplicitas cordis, non naturę immortalitati mors, aut voluntaria peccati, aut neceſſaria corporis, non arbitrij libertati neceſſitas voluntariæ ſeruitutis. Itaque bonis naturæ mala aduentitia dum nõ ſuccedunt, ſed accedunt, turpant vtique ea non exterminant, conturbant non deturbant. Inde anima diſſimilis deo, inde diſſimilis eſt & ſi-
pſal. 105. c bi: inde comparata iumentis inſipientibus, & ſimilis facta eſt illis: inde quòd legitur cõmutaſſe gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnũ: inde homines tanquam vulpes duplicitatis & fraudis foueas habent: & quia pares vulpibus ſe fecerunt, partes vulpium erunt. inde iuxta Salomo-
Eccli. 3.d nem, vnus exitus homini & iumento. Quidni ſimiliter exeat, qui ſimiliter vixit? More beſtiali incubuit terrenis, morte beſtiali excedet terris. Audi aliud. Quid mirum ſi ſimilem ſortimur exitum, qui & ſimilem habemus introitũ? Vnde enim hominibus, niſi de ſimilitudine beſtiali ille tam intemperans ardor in coitu, tam immoderatus dolor in partu? Ita homo in conceptu & ortu, in vita & morte cõparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quid quòd libera creatura ſibi ſubditum appetitũ nõ regit vt domina, ſed ſe- K
quitur & obſequitur vt ancilla? Nónne & in hoc ſe aſſimilat & annumerat cæteris animantibus quæ natura non in libertatem vocauit, ſed cõdidit in ſeruitutem ſeruire ſuo ventri, appetitui obedire? Nonne tali merito confunditur perhiberi vel exiſtimari ſimilis deus? Ideóque ait: Exiſtimaſti inique q̃ *pſal. 49.d*
ero tui ſimilis, Et infert: Arguam te, & ſtatuam cõtra faciem *Ibidem.*
tuam. Non eſt ſeſe videntis animæ, deum exiſtimare ſimilem ſibi, animæ duntaxat (qualis mea eſt) peccatricis & iniquæ. Eiuſmodi namque arguitur: exiſtimaſti inique (ait) & non dicit, exiſtimaſti anima, vel exiſtimaſti homo, quòd ero tui ſimilis. Sed ſi ſtatuatur iniquus ante faciem ſuam, & contra vultum quendam morbidum putidúmque interioris hominis ſui ſiſtatur, vt diſſimulare aut declinare non queat impuritatem conſcientiæ ſuæ, ſed videat vel inuitus ſordes peccatorum ſuorum, vitiorum inſpiciat deformitatem: nequaquã poterit exiſtimare deum fore ſimilem ſibi, ſed quaſi diffidens pro tanta diſſimilitudine quam videbit, puto exclamabit & dicet: Domine, quis ſimilis tibi? Quod quidẽ dictum pro voluntaria illa & nouitia diſſimilitudine. Nam manet prima ſimilitudo, & ideo illa plus diſplicet, q̃ iſta manet. O quãtum bonum iſta, quãtúmq; malum illa! ex mutua tamen collatio- L
ne vtraq; res in genere ſuo plus eminet. Cùm ergo anima tantam in ſe vna rerum diſtantiã cernit, quidni clamet inter ſpem & deſperationem vtique poſita, Domine, quis ſimilis tui? Trahitur in deſperationem pro tanto malo, ſed reuocãtur in ſpem à tanto bono. Inde eſt, vt quò ſibi plus diſplicet in malo quod in ſe videt, eò ſe ardẽtius ad bonũ quod æquè in ſe cõſpicit trahat, cupiátq; fieri ad quod facta eſt, ſimplex & recta, & timẽs deum, ac recedens à malo. Quidni recedere poſſit, ad quod accedere potuit? Quidni accedere, à quo recedere potuit? Quod tamen vtrunq; dixerim de gratia præſumendũ, non de natura, ſed ne de induſtria quidẽ. Nępe ſapientia vincit malitiã, non induſtria vel natura. Nec deeſt occaſio præſumendi. ad verbum eſt conuerſio eius. Nõ eſt apud verbum ocioſa animæ generoſa cognatio, de qua triduo iam tractamus, & cognationis teſtis ſimilitudo perſeuerans. Dignãter admittit in ſocietatẽ ſpiritus ſimilẽ in natura. Et certè de ratione naturæ, ſimilis ſimilem quęrit. Vox requirentis:
Reuertere Sunamitis reuertere vt intueamur te. Intuebitur *Canti. 6.d*
ſimilem, qui diſſimilẽ non videbat: ſed & ſe intuendũ præſtabit. Simus quoniã cũ apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Puta ergo de difficultate magis q̃ de impoſſibilitate venire illã percunctationẽ: Domine, quis ſimilis tibi? Aut ſi hoc magis probas, vox eſt admirantis. Ad- M
miranda prorſus & ſtupenda illa ſimilitudo quam dei viſio comitatur, imò quæ dei viſio eſt, ego autẽ dico in charitate. Charitas illa viſio, illa ſimilitudo eſt. Quis non ſtupeat charitatẽ dei ſpreti & reuocantis? Meritò iniquus arguitur ille qui ſupra inductus eſt dei ſimilitudinẽ vſurpans ſibi, cum diligendo iniquitatẽ, neque poſſit ſe diligere, neque deum. ſic enim habes: Qui diligit iniquitatem, odit ánimam ſuã. Facta *pſal. 10. f*
igitur de medio iniquitate, quæ eam quę ex parte eſt diſſimilitudinem facit, erit vnio ſpiritus, erit mutua viſio, mutuáq; dilectio. Siquidem veniẽte quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt, eritq; ad alterutrum caſta & conſummata dilectio, agnitio plena, viſio manifeſta, coniunctio firma, ſocietas indiuidua, ſimilitudo perfecta. Tunc cognoſcet anima ſicut cognita eſt, tũc amabit ſicut amata eſt, & gaudebit ſpõſus ſuper ſpõſam, cognoſcens & cognitus, diligens & dilectus, Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Qualiter anima quãtumcunque vitiis corrupta adhuc per amorem caſtum & ſanctum poteſt redire ad ſimilitudinem ſponſi, id eſt Chriſti. Sermo LXXXIII.

QVantum quidẽ regularis hora permiſit quã nobis conſtituimus ad loquendũ, biduũ hoc in demõſtranda verbi animęq; affinitate expenſum eſt. Quæ vtilitas in omni labore iſto? Nępe hæc: docuimus omnẽ animã, licet oneratam vitiis, peccatis irretitã, captam illecebris, exilio captiuã, corpore carceratã, luto hærentẽ, infixam limo, affixã mẽbris cõfixam

A fixã curis, diſtentã negociis, contractã timoribus, afflictã doloribus, erroribus vagam, ſolicitudinibus anxiã, ſuſpicionibus inquietam, & poſtremò aduenam in terra inimicorũ iux-
Baruc. 3.d ta prophetæ vocẽ, coinquinatam cum mortuis, deputatam cum his qui in inferno ſunt: licet inquam ſic damnatã, & ſic deſperatã, docuimus tamen hanc in ſeſe poſſe aduertere non modò vnde reſpirare in ſpem veniæ, in ſpem miſericordiæ queat, ſed etiam vnde audeat aſpirare ad nuptias verbi, cum deo inire fœdus ſocietatis non trepidet, ſuaue amoris iugum cum rege ducere angelorum non vereatur. Quid enim non tutè audeat apud eum, cuius ſe inſignem cernit imagine, illuſtrem ſimilitudine nouit? Quid inquam vereatur de maieſtate, cui de origine fiducia datur? Tantùm eſt vt curet naturæ ingenuitatẽ vitæ honeſtate ſeruare, imò cœleſte decus quod ſibi originaliter ineſt, dignis quibuſdam ſtudeat morũ affectuúmque venuſtare & decorare coloribus. Vt quid enim dormiret induſtria? Grãde profectò in nobis donum naturæ ipſa eſt: quæ ſi minus ſuas exequatur partes, nónne quod reliquum habet natura in nobis, totum turbabitur, totũ quaſi quadam vetuſtatis operietur rubigine? Id quidem iniuria auctori. Et vtiq; ad hoc auctor ipſe deus diuinæ inſigne generoſitatis perpetuò voluit in anima conſeruari, vt ſemper hæc in ſeſe ex verbo habeat, quo admoneatur ſemper aut ſtare cũ verbo, aut redire ſi mota fuerit. Nõ mota quaſi locis migrãs,
B aut pedibus gradiens, ſed mota (ſicut ſubſtantiæ vtique ſpiritualis moueri eſt) cũ ſuis affectibus, imò defectibus à ſe, quodammodo in peius vadit, cum ſe ſibi vitæ & morum prauitate diſſimilem facit, reddit degenerem: que tamen diſſimilitudo non natutæ abolitio, ſed vitium eſt, bonum ipſum naturæ quantum ſui comparatione attollens, tantũ fœdans cõiunctione. Iam verò animę reditus, cõuerſio eius ad verbum, reformandæ per ipſum, cõformandæ ipſi. In quo? In charita-
Epheſ. 5. a te. Ait enim: Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit vos. Talis conformitas maritat animã verbo, cũ cui videlicet ſimilis eſt per naturã, ſimilẽ nihilo minus ipſi ſe exhibet per voluntatẽ, diligens ſicut dilecta eſt. Ergo ſi perfectè diligit, nupſit. Quid hac conformitate iucundius? quid optabilius charitate? qua fit vt humano magiſterio non contenta, per temet ô anima fiducialiter accedens ad verbum, verbo conſtanter inhæreas, verbũ familiariter percũcteris conſultéſq; de omni re, quantum intellectu capax, tantũ audax deſiderio. Verè ſpiritualis ſanctique connubij contractus eſt iſte. Parum dixi contractus: cõplexus eſt. Complexus planè, vbi idem velle, & nolle idem, vnũ facit ſpiritũ de duobus. Nec verendũ ne diſparitas perſonarum claudicare in aliquo faciat conuenientiã volũ-
C tatum, quia amor reuerentiã neſcit. Ab amãdo quippę amor, nõ ab honorãdo denominatur. Honoret ſanè qui horret, qui ſtupet, qui metuit, qui miratur. vacant hæc omnia penes amãtem. Amor ſibi abundat, amor vbi venerit, cæteros in ſe omnes traducit & captiuat affectus. Propterea quæ amat, amat, & aliud nouit nihil. Ipſe qui honori meritò, meritò ſtupori & miraculo eſt, amari tamẽ plus amat. Spõſus & ſpõſa ſunt. Quam quæris aliam inter ſpõſos neceſſitudinem vel connexionẽ, prẽter amari & amare? Hic nexus vincit etiã quod na-
Mat. 19.a tura arctius vinxit, vinculum parentũ ad filios. Denique propter hoc, ait, relinquet homo patrẽ ſuũ & matrẽ ſuam, & adhærebit ſponſæ. Vides, iſte affectus q̃ ſit in ſponſis non cæteris tantùm affectibus, ſed etiã ſeipſo potentior? Adde q̃ iſte ſponſus non modo amãs, ſed amor eſt. Nunquid honor? Cõ-
1. Ioan. 4.c tendat quis eſſe, ego non legi. Legi autem quia deus charitas
Mala. 1.c eſt, & non quia honor eſt vel dignitas legi: non quia honorẽ non vult deus, qui ait: Si ego pater, vbi eſt honor meus? Verũ id pater. Sed ſi ſponſum exhibeat, puto quia mutabit vocem, & dicet: Si ego ſponſus, vbi eſt amor meus? Nã & ante ita locutus eſt: Si ego dominus, vbi eſt timor meus? Exigit ergo deus timeri vt dominus, honorari vt pater, vt ſponſus amari. Quid in his præſtat, quid eminet? Nępe amor. Abſq; hoc & timor pœnã habet, & honor nõ habet gratiã. Seruilis eſt timor, quãdiu ab amore non manumittitur. Et qui de amore venit honor, nõ honor, ſed adulatio eſt. Et quidẽ ſoli deo honor & gloria, ſed horũ neutrũ acceptabit deus, ſi melle amoris cõdita non fuerint. Is per ſe ſufficit, per ſe placet, & D
propter ſe. Ipſe meritũ, ipſe præmium ſibi eſt amor, prætet ſe nõ requirit cauſam, non fructũ. Fructus eius, vſus eius. Amo, quia amo, amo & amen. Magna res amor, ſi tamen ad ſuũ recurrat principium, ſi ſuæ origini redditus, ſi refuſus ſuo fonti ſemper ex eo ſumat vnde iugiter fluat. Solus eſt amor ex omnibus animæ motibus ſenſibus atq; affectibus, in quo poteſt creatura etſi non ex æquo reſpondere auctori, vel de ſimili mutuã repẽdere vicem. Verbi gratia: Si mihi iraſcatur deus, num illi ego ſimiliter rediraſcar? Non vtique, ſed pauebo, ſed contremiſcam, ſed veniã deprecabor. Ita ſi me arguat, nõ redarguetur à me, ſed ex me potius iuſtificabitur. Nec ſi me iudicabit, iudicabo ego eũ, ſed adorabo: & ſaluans me nõ quærit à me ipſe ſaluari, nec viciſſim eget ab aliquo liberari, quia liberat omnes. Si dominatur, me oportet ſeruire: ſi imperat, me oportet parẽre, & non viciſſim à domino vel ſeruitium exigere, vel obſequiũ. Nũc iam videas de amore quàm aliter ſit. Nã cum amat deus, nõ aliud vult, quàm amari, quippe nõ ad aliud amat niſi vt ametur, ſciens ipſo amore beatos qui ſe amauerint. Magna res amor, ſed ſunt in eo gradus. Sponſa in ſummo ſtat. Amãt enim & filij, ſed de hęreditate cogitãt: quã-
dũ verẽtur quoquo modo amittere, ipſum à quo expectatur hæreditas, plus reuerentur, minus amant. Suſpectus eſt mihi amor cui aliud quid adipiſcẽdi ſpes ſuffragari videtur. Infirmus eſt qui forte ſpe ſubtracta aut extinguitur, aut minuitur. Impurus eſt qui & aliud cupit. Purus amor mercenarius non E
eſt. Purus amor de ſpe vires nõ ſumit, nec tamen diffidentiæ damna ſentit. Sponſę hic eſt, quia hoc ſponſa eſt quæcunque eſt. Sponſæ res & ſpes vnus eſt amor. Hoc ſponſa abundat, hoc contentus eſt ſponſus. Nec is aliud quærit, nec illa aliud habet. Hinc ille ſponſus, & ſpõſa illa eſt. Is ſponſus proprius eſt quem alter nemo contingat, nec filius quidem. Deniq; ad filios clamat, Vbi eſt honor meus? & non vbi eſt amor meus *Mala. 1.c*
dicit, ſeruãs ſponſæ prærogatiuam. Sed & iubetur homo honorare patrẽ ſuum & matrem ſuam, & de amore tacetur: nõ *Deut. 5.c*
quia non amandi ſint parentes à filiis, ſed quia multi filiorũ honorare parẽtes magis quàm amare affecti ſunt. Eſto quòd honor regis iudiciũ diligat, ſed ſpõſi amor, imò ſpõſus amor ſolam amoris vicem requirit & fidem. Liceat proinde redamare dilectam. Quidni amet ſpõſa, & ſpõſa amoris? Quidni ametur amor? Meritò cunctis renuncians affectionibus aliis, ſoli & tota incumbit amori, quæ ipſi reſpondere amori habet in redhibendo amore. Nam & cum ſe totam effuderit in amorem: quantum eſt hoc ad illius fontis perẽne profluuiũ?

Non planè pari vbertate fluunt ámans & amor, anima & verbũ, ſponſa & ſpõſus, creator & creatura, nõ magis quàm ſitiens & fons. Quid ergo? Peribit propter hoc, & ex toto euacuabitur nupturæ votum, deſiderium ſuſpirãtis, amantis ardor, præſumentis fiducia, quia non valet ex æquo currere cum gigante, dulcedine cum melle contendere, lenitate cum F
agno, candore cum lilio, claritate cum ſole, claritate cum eo qui claritas eſt? Nõ. Nam etſi minus diligit creatura, quoniã minor eſt, tamen ſi ex tota ſe diligit, nihil deeſt vbi totum eſt. Propterea (vt dixi) ſic amare, nupſiſſe eſt: quoniam nõ poteſt ſic diligere, & parũ dilecta eſſe, vt in conſenſu duorũ integrũ ſtet perfectúmque cõnubium: niſi quis dubitet animã à verbo & prius amari, & plus. Prorſus & præuenitur amando, & vincitur. Felix quæ meruit præueniri in tantæ benedictione dulcedinis. Felix cui tantæ ſuauitatis complexum experiri donatum eſt. Quod non eſt aliud, quàm amor ſanctus & caſtus, amor ſuauis & dulcis, amor tantæ ſerenitatis, quantæ & ſyn-
ceritatis amor mutuus, intimus, validúſque, qui non in carne vna ſed vno planè in ſpiritu duos iungat, duos faciat iam nõ duos, ſed vnum, Paulo ita dicente: Qui adhæret deo, vnus ſpi- *1. Cor. 6.d*
ritus eſt. Et nũc potius eam ſuper his audiamus, quam facilè magiſtram de omnibus fecit & magiſtra vnctio, & frequens experientia. Niſi fortè id melius ſeruamus in aliud ſermonis principium, ne rem bonã coarctemus inter anguſtias huius iam propemodum finiendi. Et ſi probatis, facio finem etiam ante finem: vt famelici tempeſtiuè conueniamus eas ad delicias ſanctę animæ, quibus beata meretur frui cum verbo & de verbo ſponſo vtique ſuo Ieſu Chriſto domino noſtro, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula, Amen.

Quod anima quærens deum, præuenta est ab eo, & quid sit illa quæsitio in qua iam ab eo præuenta est.

Sermo LXXXIIII

Canti. 3. a

IN lectulo meo per noctes quæsiui quē diligit anima mea.] Magnum bonum, quærere deum. Ego hoc nulli in bonis animæ secundum existimo. Primum in donis, vltimum in profectibus est. Virtutū nulli accedit, cedit nulli. Cui accedat, quam nulla præcedit? Cui præcedat, quæ omnium magis consummatio est? Quæ enim virtus adscribi possit nō quærenti deum, aut quis terminus quærenti deum? Quærite (inquit) faciem eius semper. Existimo, quia nec cum inuentus

Psal. 104. a

fuerit, cessabitur à quærendo. Non pedum passibus, sed desideriis quæritur deus. Et vtique non extundit desiderium sanctum felix inuentio, sed extendit. Nunquid consummatio gaudij desiderij cōsumptio est? Oleum magis est illi: nam ipsum flamma. Sic est. A dimplebitur lætitia, sed desiderij non erit finis, ac per hoc nec quærendi. Tu vero cogita, si potes, quæritandi hoc studium sine indigentia, & desiderium sine anxietate. Alterum profectò præsentia, alterum copia excludit. Nunc iam videte cur ista præmiserim. Nimirum, vt omnis inter vos anima quærens deum, ne magnum bonū in magnum sibi detorqueat malum, nouerit se præuentam in illo, & antè quæsitam quàm querentem. Sic enim de magnis bo-

H nis mala oriri non minima solent: cum facti eximij de bonis domini, vtimur donis tanquam non datis, non damus gloriā deo. Ita profectò qui maximi videbantur pro accepta gratia, pro non redhibita minimi reputantur apud deum. Ego autē parco vobis. Vsus sum modestioribus vocibus, maximo, minimóque, sed quod sentio non expressi. Discrimen inuolui, ipse nudabo: optimum pessimúmq; dixisse debueram. Nam verè & absque dubio, eo quisque pessimus, quo optimus, si hoc ipsum quo est optimus, adscribat sibi. nempe pessimum hoc. Quod si dicat quis: absit, agnosco, gratia dei sum id quod sum: studeat autē captare gloriolā pro gratia quā accepit: nōne fur est & latro? Audiat qui eiusmodi est: Ex ore tuo

Luc. 19. d

te iudico serue nequam. Quid nequius seruo vsurpante sibi gloriam domini sui: In lectulo meo per noctes quęsiui quem diligit anima mea. Quærit anima mea verbū, sed quæ à verbo prius quæsita sit. Alioquin semel à facie verbi egressa vel

Iob. 7. b

ciecta, non reuertetur oculus eius vt videat bona si non requiratur à verbo. Quasi verò aliud anima nostra sit, quàm spiritus vadens & non rediens, si sibi fuerit derelicta. Audi profugam & deuiā, quid doleat, & quid petat: Errauī, ait, si-

Psal. 118. y

cut ouis quę periit: quære seruum tuum. O homo, redire vis? Sed si in voluntate res est, quid opem flagitas? Quid aliunde mendicas, in quo abundas tu tibi? Palam est quia vult & non

I potest, sed spiritus est vadens & nō rediens: etsi is sit longius

Psal. 77. c

agens qui nec vult: quanquā non omnino illam animā exposítam dixerim vel relictā, quæ reuerti cupit, & requiri petit. Vnde enim voluntas hęc illi? Inde (ni fallor) quòd à verbo visitata iam sit & quæsita: nec ociosa quæsitio, quæ operata est voluntatem, sine qua reditus esse non poterat. Sed non sufficit semel quæri: tantus est animæ languor, tantáque in reditu difficultas. Quid enim si vult? Iacet voluntas, vbi facultas nō

Rom. 7. d

suppetit. Nam velle adiacet mihi, inquit, perficere autem bonum non inuenio. Quid ergo ille quē de psalmo induximus, quærit? Non planè aliud quàm quæri: quod nō quæreret, nisi quæsitus fuisset: & rursum nō quęreret, si quæsitus satis fuisset. Quod & postulat, quære, inquiens, seruum tuū: vt qui dedit velle, det & perficere pro bona volūtate. Mihi tamen nō videtur istiusmodi animæ posse cōpetere locus præsens, quæ

Canti. 3. a

secundam gratiam necdum percepit, volens quidem, sed nō valens adire quem diligit anima sua. Nam quomodo potest illi conuenire quod ibi sequitur, surgere & circuire ciuitatē, sed & per vicos & plateas quęrere dilectū, quę eget ipsa quęri: Faciat hoc quæ potest, tantùm se meminerit quęsitā prius, sicut & prius dilectam, atq; inde esse & quòd querit, & quòd

Psal. 78. b

diligit. Oremus & nos charissimi, vt citò anticipent nos misericordiæ istę, quia pauperes facti sumus nimis: quod nō de omnibus nobis dico. Scio enim quamplurimos vestrū ambulantes in dilectione qua Christus dilexit nos, & in simplicitate cordis quærentes illum. Sed sunt aliqui (quod tristis dico) qui nullum nobis adhuc in se dedere indicium huius tam salutaris anticipationis, ac per hoc nec suæ salutis, homi K nes seipsos amantes nō dominū, & quærentes quæ sua sunt, non quæ domini. Quæsiui (ait illa) quem diligit anima mea. Canti. 3. a Nempe huc te prouocat anticipantis benignitas illius qui te & prior quæsiuit, & prior dilexit. Minimè prorsus nisi prius quęsita quęreres, sicut nec diligeres nisi dilecta prius. Non in vna tantùm benedictione, sed in duabus præuenta es, dilectione & quæsitione. Dilectio causa quęsitionis, quęsitio fructus dilectionis est & certitudo. Dilecta es, ne ad suppliciū potius quæsitam susp iceris: quęsita es, ne frustra dilectā conqueraris, vtraque tam amica comperta suauitas & ausum dedit, & verecundiam depulit, & reditum persuasit, & mouit affectum. Hinc zelus, hinc ardor iste quærendi quem diligit anima tua, quia, pfectò nec nō quæsita quærere poteras, nec non quærere quæsita nunc potes. Sed noli obliuiſci vnde huc veneris. Et vt in me potiùs transfigurē quæ dicuntur (id enim tutius) túne es, ô anima mea, quæ relicto viro tuo prior re, cum quo tibi bene fuerat, primam fidem irritam fecisti, iens post amatores tuos? Et nunc quoad libuit fornicata cum illis, fortè & contempta ab illis, audes impudens & frontosa velle reuerti ad illum quem superba contempsisti? Quid? Digna latebris quęris lucem, & curris ad sponsum, dignior plagis quàm osculis? Mirum si non pro sponso iudicem offendas. Felix qui ad hæc animam suam respondentem audierit! L Non timeo, quia amo: quod non amata omnino non facere: itaq; etiam amor. Nihil dilectæ timendum. Paueant quæ nō amant. Quidni assiduè inimicitias suspicentur? Ego verò amans, amari me dubitare nō possum, non plus quàm amare. Nec possum vererivultū, cuius sensi affectum. In quo? in eo quòd talem non modo quæsiuit, sed & affecit, fecitque certā proinde de quæsitu. Quidni respondeam in quęsitu, cui in affectu respondeo? Nunquid irascetur quęsitus, qui etiam contemptus dissimulauit? Quinimmo non repellet requirētem, qui & contemnentē requirit. Benignus est spiritus verbo, & benigna nunciat mihi, intimans & suadens de verbi & zelo defideriōque, quod vtique sibi non potest esse absconditum. Scrutatur alta dei, cōscius carū quas cogitat cogitationes pacis & non afflictionis. Quidni animer ad quærendum experta clementiam, & persuasa de pace? Fratres, hoc suaderi, à verbo quæri est: persuaderi, inueniri est. Sed non omnes capiunt hoc verbum. Quid faciemus paruulis nostris (illos loquor qui adhuc inter nos incipientes sunt, non tamen insipientes) cum teneant initium sapientiæ, subiecti inuicem in timore Christi? Vnde illis inquā facimus fidem quòd hæc ita se hebeāt penes sponsum, cum ipsi talia agi secū necdum persenserint? Sed mitto eos ego ad talem cui decredere non debeant. Legant in libro, quod in corde altero quia nō cernūt, M Hier. 3. d non credunt. Est scriptum in prophetis: Si dimiserit vir vxorem suā, & illa recedens duxerit virum alium: nunquid reuertetur vltra? nunquid non pollura & cōtaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: & tamen reuertere ad me, dicit dominus, & ego suscipiā te. Verba domini sunt: non est fas suspendere fidem. Credant quod non experiuntur, vt fructum quandoque experientiæ fidei meritò consequātur. Satis arbitror declaratum quid sit quæri à verbo, & quæ hæc sit necessitas nō verbo, sed animæ: nisi quòd quæ experta est, & plenius ista nouit, & felicius. Restat vt sequenti tractatu doceamus sitientes animas quærere à quo quæsitæ sunt: vel potius id discamus ab illa quæ hoc loco inducitur quærens ipsum quem diligit anima sua sponsum animæ Iesum Christum dominum nostrum, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De septem necessitatibus propter quas anima quærit verbum: quæ tandem reformata accedit ad eius dulcedinem contemplandam atque perfruendam.

Sermo LXXXV.

IN lectulo meo quęsiui quem diligit anima mea.] Ad quid? Canti. 3. d Dictum est, & iterare superfluum: propter quosdam tamen qui non interfuerunt cum tractaretur, dico aliquid breuiter, & quod fortasse ne hos quidem qui interfuerunt, audire pigebit. Nec enim totum dici tunc potuit. Quærit anima verbum cui consentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem, cui innitatur ad virtutem, quo reformetur

A tur ad sapientiam, cui conformetur ad decorem, cui maritetur ad fœcunditatem, quo fruatur ad iucunditatem. Propter has omnes causas quærit anima verbū. Nō ambigo esse quāplures & alias, sed hę interim occurrunt. Poterit autem si cui cordi fuerit, facilè alias atq; alias aduertere in semetipso. Siquidem multæ sunt auersiones nostræ, multę & infinitæ animæ necessitates, & anxietatum non est numerus. At verbum ditius pleniúsque superabūdat in bonis, vtpote sapientia vincit malitiam, vincens in bonis mala. Et nunc harum quas posui, accipite rationem. Et primo quod primū est, videte quē-

Matt. 5. d

admodum consentiat ad correptionem. Legimus verbum in euangeliis loquens: Ésto consentiens, inquit, aduersario tuo dum es cum illo in via, ne fortè tradat te iudici, & iudex tortori. Quid consultius? Verbi consilium est (ni fallor) se ad-

Psal. 94. b

uersarium protestātis, quòd aduersetur carnalibus desideriis nostris dum dicit, Semper hi errant corde. Tu verò qui hæc audis, si pauens cœperis velle fugere à ventura ira: credo solicitus eris quomodo huic consentias aduersario qui tibi illam tam terribiliter intentare videtur. At istud impossibile, nisi dissentias tecum, nisi tibimet aduerseris, nisi graui & vigili lucta tuipse contra teipsum infatigabiliter prælieris: postremò nisi valefacias inueteratæ consuetudini, innatæq; affectioni. Id quidem durū. Si tuis attemperaueris viribus, ta-

B le erit, ac si in vno digitorum tuorum torrentis impetū sistere, aut ipsum denuò coneris lordanem cōuertere retrorsum. Quid facies? Quære verbum cui consentias, ipso faciente vt consentias. Fuge ad illum qui aduersatur, per quem talis fias cui iā non aduersetur, vt blādiatur qui minabatur, & sit ad immutandum efficacior infusa gratia, quam intensa ira. Hæc prima (vt opinor) necessitas ob quam anima incipit quærere verbum. Sed si ignoras quid ille velit cui iam voluntate consentis, nónne & de te dicetur, quia zelum dei habes, sed non

1. Cor. 14.

secundum scientiam? Et ne hoc leue existimes, memineris scriptum, quia ignorans ignorabitur. Scire vis quid consulā & in hac necessitate? Quod in prima. Meo cōsilio nunc quoque ibis ad verbum, & docebit te vias suas, ne volendo quidem, sed ignorādo bonum dum curris, contingat excurrere

Psal. 118. r

& errare in inuio & non in via. Lux est enim verbū. Declaratio deniq; sermonum illuminat, & intellectum dat paruu-

Ibidem. o

lis. Beatus es si dicas & tu: Lucerna pedibus meis verbū tuū, & lumen semitis meis. Nec parum profecit anima tua, cuius immutata voluntas, cuius illuminata ratio est vt bonum & velit & nouerit. In altero vitā, in altero visum recipit. Nam & malum volendo mortua erat, & bonum ignorando cæca.

Iam viuit, iam videt, iā stat in bono, sed ope & opere verbi. Stat manu verbi leuata veluti super pedes duos deuotio-

C nem & agnitionem. Stat inquam, sed sibi putet dictum: Qui

1. Cor. 10. c

se existimat stare, videat ne cadat. Putásne stare per se possit,

Psal. 32. b

quæ surgere per se non potuit? Nō opinor. Quid enim? Verbo domini cœli firmati sunt, & terra stabit sine verbo? Cur

Ibid. 118. d

ergo si stare per se poterat, orabat homo de terra: Confirma

Psal. 117. d

me, inquiēs, in verbis tuis? Deniq; & probarat. Eius ipsius illa vox fuit: Impulsus euersus sum vt caderē, & dominus suscepit me. Quæris quis ille impulsor? Nō est vnus. Impulsor diabolus est, impulsor mundus, impulsor homo. Quis iste homo sit quæris? Quisque sui. Noli mirari, vsque adeo homo impul

1. Pet. 3. e

sor sibi est, & suimet præcipitator, vt non sit quod ab altero impulsore formides, si ipse à te proprias contineas manus. Quis enim, inquit, vobis nocere poterit, si boni æmulatores fueritis? Manus tua, consensus tuus: si diabolo suggerente vel

Rom. 13. a

seculo suadente quod non oporter, assensum tuum tenueris, & nō dederis membra arma iniquitati, nec permiseris regnare peccatum in tuo mortali corpore: bonum te æmulatorem probasti, cui malitia omnino nil nocuit, vide ne magis pro-

Psal. 18. d

fuerit. Scriptū est enim: Bonū fac, & habebis laudem ex illa.

Eccles. 30. d

Confusi sunt qui quærebant animam tuam, tu verò cantabis: Si mei non fuerint dominati, tūc immaculatus ero. Boni planè æmulatoris insigne dedisti, si consilio sapientis misereris

1. Tim. 5. d

animæ tuæ, si omni custodia seruas cor tuū, si iuxta apostolum teipsum castum custodis. Alioquin & si vniuersum mūdum lucreris animæ autem tuę detrimentū patiaris, non plaMat. 16. d

nè bonum te cēsemus æmulatorem, quoniam quidē nec saluator. Cū igitur tres sint stanti imminentes stratores, horum diabolus liuore malitiæ, mundus vento vanitatis, homo se- D metipsum pondere suæ corruptionis impellit. Impellit diabolus, sed nō euertit, si quidem tuum illi negaueris assensum. Denique habes: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Iste est Iacō. 4. b qui stantes in paradiso impulit inuidus & euertit, sed cōsentientes, non resistentes. Iste est qui se ipsum de cœlo superbus nullo impellente præcipitauit: vt scias multo magis hominem suo ipsius casui imminere, quem propriæ substantiæ pondus grauat. Est & mūdus impulsor, quia in maligno positus est: impellit omnes, sed solos euertit amicos suos, id est consentaneos sibi. Nolo esse amicus mundi, ne cadam. Nam qui vult esse huius mundi amicus, inimicus dei constituitur, Iacō. 4. a quo vtique nullus grauior casus. Ex quibus satis claret quàm sit homo præcipuus impulsor sui, qui suo sine alieno impulsu cadere potest, alieno absque suo cadere non potest. Cuinam horum præcipuè resistendum? Nempe huic qui eo molestior quo interior solus deiicere sufficit, cum sine ipso alij possint facere nihil. Nō sine causa sapiēs expugnatori prærulit vrbiū Prou. 16. d virum qui animo dominatur. Multum hoc ad te, opus virtute habes, & non quacunque, sed qua induaris ex alto. Ipsa enim si perfecta sit, facilè sic animum victorem sui, & sic inuictū reddit ad omnia. Est quippe vigor animi cedere nescius pro tuenda ratione. Aut si magis probas, vigor animi immobiliter stantis cum ratione vel pro ratione. Vel sic: Vigor animi quod in se est, omnia ad rationē cogēs vel dirigens. Quis E ascendet in montem domini? Huius ad verticem montis, id Psal. 23. d est ad virtutis perfectionem quisquis consēdere adoretur, sciet profecto quàm sit ascensus arduus, & casus ōcitus absque verbi adiutorio. Felix anima quæ angelis spectantibus præbuit gaudium pariter & miraculū sui, vt audiret de se loquentes: Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis af- Cant. 8. e fluens, innixa super dilectum suum? Alioquin frustra nititur, si nō innititur. Sanè etiam contra se innitēs inualesceret, & facta seipsa validior coget pro ratione vniuersa. itam, metum, cupiditatem & gaudium, veluti quēdam animi currū, bonus auriga reget: & in captiuitatem rediget omnē carnalem affectum, & carnis sensum ad nutum rationis in obsequium virtutis. Quidni omnia possibilia sint innitenti super eum qui omnia potest? Quantæ fiduciæ vox. Omnia possum in eo qui Philip. 4. e me confortat? Nil omnipotentiā verbi clarioré reddit, quàm quòd omnipotentes facit omnes qui in se sperant. Denique omnia possibilia sunt credēti. An non omnipotēs, cui omnia Marc. 9. d possibilia sunt? Ita animus si nō præsumat de se, sed si confortetur à verbo, poterit vtique dominari sui, vt non dominetur Psal. 118. f ei omnis iniustitia. Ita inquā verbo innixū, & indutum virtute ex alto, nulla vis, nulla fraus, nulla iam illecebra poterit vel stantem deiicere, vel subiicere dominantem. Vis non timere impulsorē? Nō veniat tibi pes superbiæ, & manus impellentis nō moueat te. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatē. Ibi F diabolus & angeli corruerunt, qui licet non pulsi extrinsecus, expulsi sunt tamē, nec potuerūt stare. Deniq; in veritate non sterit, qui nō innixus est verbo, qui in sua virtute cōfisus est. Et ideo fortassis sedere voluit, quia stare nō valuit. Dicebat enim: Sedebo in monte testamenti. Cæterū deo aliter iu- Esa. 14. d dicante, nec stetit, nec sedit, sed cecidit: dicēte domino: Videbā satanā sicut fulgur de cœlo cadentem. Ergo qui stat, si non Luc. 10. c vult cadere, non fidat sibi, sed nitatur verbo. Verbū loquitur: Sine me nihil potestis facere. Ita est, nec surgere ad bonum, Ioan. 15. b nec stare in bono possumus sine verbo. Tu ergo qui stas, da gloriā deo, & dic: Statuit supra petram pedes meos, & direxit Psal. 39. b gressus meos. Cuius manu erigeris, ipsius necesse est virtute tenearis. Hæc pro eo quòd dixi opus nos habere verbo cui innitamur ad virtutē. Nunc iam videndū est de eo quod item memoraui, per verbū scilicet nihilo minus nos reformari ad sapientiā. Verbū virtus, verbum sapiētia est. Sumat ergo anima de virtute virtutē, ac de sapiētia sapientiam, & vni verbo munus vtrūq; adscribat. Alioquin si aliunde aut vtramq; aut alterutrā arroget sibi: neget etiam simul vel de fonte riuum, vel de vite vinum, vel lumē oriri de lumine. Fidelis sermo: Si quis, inquit, indiget sapiētia, postulet à deo, qui dat omnibus Iacō. 1. b affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Hęc ille. Ego verò haud secus de virtute senserim. Cognata virtus sapientiæ est. Donum dei virtus est, deputāda in donis oprimis, descen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdés & ipsa de sursum à patre verbi. Et si quis existimet id per omnia eam quod sapientiâ esse, non inficior, sed in verbo, nõ in anima. Quæ enim in verbo pro eius singulari diuinę naturæ simplicitate vnum sunt, vnũ tamen effectum in anima nõ habẽt, sed ad illi⁹ varias & diuersas necessitates veluti diuersa sese participanda accommodant. Iuxta quam rationẽ profectò aliud est animo virtute agi, & aliud sapiẽtia regi: aliud dominari in virtute, aliud in suauitate deliciari. Licet namque & sapientia potens, & virtus suauis existat: vt tamẽ proprias quibusque reddamus vocabulis significantias, vigor virtutem, sapientiam placiditas animi cum spirituali quadã suauitate demonstrat. Hanc puto ab apostolo designatam,

2.Cor. 6.a vbi post multa hortamenta pertinentia ad virtutem, adiecit, quod sapientiæ est: In suauitate, in spiritu sancto. Igitur stare, resistere, vim vi repellere, quæ vtique in partibus virtutis deputantur, honor quidem, sed labor est. Non est enim idipsum honorem tuum laborioſe defendere, & quietè possidere. Non est idem virtute agi, & virtute frui, quicquid virtus elaborat, sapientia fruitur: & quod sapientia ordinat, deli-

Eccli⁹.38.c berat, moderatur, virtus exequitur. Sapientiam scribe in otio, ait sapiens. Ergo sapientiæ otia negocia sunt: & quo otioſior sapientia, eo exercitatior in genere suo. E regione virtus exercitata clarior est, eóque probatior quo otioſior. Et

H si quis sapiẽtiam virtutis amorem diffinierit, non à vero deuiare videbitur. Vbi autem amor est, labor non est, sed sapor. Et fortè sapientia à sapore denominatur, quòd virtuti accedens quoddam veluti condimẽtum sapidam reddat, quæ per se insulsa quodammodo & aspera sentiebatur. Nec duxerim reprehendendum si quis sapientiam saporem boni diffiniat. Hunc saporem perdidimus ab ipso penè exortu generis nostri. Ex quo cordis palatum sensu carnis præualente infecit virus serpentis antiqui, cœpit animæ non sapere bonum, ac

Gen.8.d sapor noxius subintrare. Denique proni sunt sensus hominis, & cogitationes in malum ab adolescẽtia, hoc est ab insipientia primæ mulieris. Ita insipiẽtia mulieris saporem boni exclusit, quia serpentis malitia, mulieris insipiẽtiam circumuenit. Sed vnde malitia visa est vicisse ad tempus, inde se vicẽtam dolet in æternũ. Nã ecce denuò sapientia mulieris cor & corpus impleuit, vt qui per fœminã deformati in insipiẽtiam sumus, per fœminã reformemur ad sapientiam. Et nunc assiduè sapientia vincit malitiam in mentibus ad quas intrauerit, saporẽ mali quem illa inuexit, sapore exterminas meliori. Intrãs sapientia dũ sensum carnis infatuat, purificat intellectum, cordis palatum sanat & reparat. Sano palato sapit iam bonum, sapit ipsa sapiẽtia, qua in bonis nullum melius.

Quàm multa fiunt bona, & nõ sapiunt facientibus! siquidem nõ sapore boni ad illa, sed aut ratione aut qualicuq; occasione seu necessitate impelluntur: & ecõtrario multis quæ faciunt non sapiunt mala, sed ad hæc inducũtur aut metu, aut cupiditate rei cuiuspiam potius quàm sapore mali. Qui autẽ transierũt in affectu cordis, aut sapiẽtes sunt, & ipso delectãtur sapore boni: aut maligni sunt, & ipsa cõplacet sibi malitia, etiam nulla spe alterius commodi blandiente. Malitia verò quid nisi sapor est mali? Beata mens quã sibi totã vendicauit sapor boni, & odiũ mali. Hoc reformari ad sapientia est, hoc sapientiæ victoriam feliciter experiri. Nam in quo euidentius sapiẽtia vincere malitiã cõprobatur, quàm cũ excluso sapore mali, qui non aliud quàm ipsa malitia est, bom quidã intimus sapor mentis intima occupare tota suauitate tenetur? Itaq; ad virtutẽ spectat, tribulationes fortiter sustinere:

Psal. 33.b ad sapientiã gaudere in tribulationibus. Confortare cor tuũ, & sustinere dominum, virtutis est: gustare & videre quoniam suauis est dominus, sapientiæ est. Et vt magis ex proprio bono naturæ bonũ quodque clarescat: modestia animi probat sapientẽ, constantia virũ virtutis ostendit. Et benè post virtutem sapiẽtia, quòd virtus sit quoddam quasi stabile fundamentum super quod sapientia ædificet sibi domũ. Oportuit

Prou. 9.a autem præcedere notitiam boni, quia non est societas lucis sapientiæ, & tenebris ignorantiæ. Oportuit & bonam volũtatem, quia in maleuolam animam nõ introibit sapientia. Iam si in volũtatis mutatione reddita innotuit animę vita, in eruditione sanitas, in virtute stabilitas, in sapiẽtia postremo ma-

Psal.44.a turitas: superest vt decorẽ illi inueniamus, sine quo speciosa forma præ filiis hominum placere non potest. Deniq; audit K quia concupiscet rex decorem tuum. Quãta enumeranimus animæ bona, dona verbi, voluntatem bonam, scientiam, virtutem, sapientiam, & nihil horũ verbũ rex cõcupiscere legitur, sed tãtùm. Cõcupiscet, inquit, rex decorẽ tuum. Ait pro-

Psal.92.a pheta: Dominus regnauit decorẽ induit. Quidni imagini suæ pariter & sponsæ simile cupiat indumẽtum? Tanto profectò sibi charior illa, quãto similior sibi. In quo ergo animę decor? an fortè in eo quod honestũ dicitur? Hoc interim sentiamus, si melius nõ occurrit. De honestõ autem exterior interrogetur conuersatio, non quòd ex ea honestum prodeat, sed per eam. Nam in cõscientia & habitatio eius & origo. Siquidem claritas eius testimonium conscientię. Nihil hac luce clarius, nihil hoc glorioſius testimonio, cum veritas in mente fulget, & mẽs in veritate se videt. Sed qualem? Pudicã, verecundam, pauidam; circunspectã, nihil penitus admittentẽ quod euacuet gloriam conscientiæ attestantis in nullo consciam sibi quod erubescat præsentiã veritatis, quo cogatur auertere faciem quasi cõfusam & repercussam à lumine dei, Hoc planè, hoc illud decorũ est, quod super omnia bona animæ diuinos oblectat aspectus, & nos nominamus ac diffinimus honestũ. Cùm autẽ decoris huius claritas abundantius intima cordis repleuerit, prodeat foras necesse est tanquã lucetna latẽs sub modio, imò lux in tenebris lucens, latẽre nescia. Porrò effulgentem & veluti quibusdam suis radiis erumpentem, mentis simulacrum corpus excipit, & diffundit per membra & sensus, quatenus omnis inde reluceat actio, sermo, aspectus, incessus, risus (si tamen risus) mixtus grauitate, & plenus honesti. Horum & aliorum profectò artuum sensuúmque motus, gestus & vsus cùm apparuerit serius, purus, modestus, totius expers insolentiæ atque lasciuiæ, tum leuitatis, tum ignauiæ alienus, æquitati autẽ accõmodus, pietati officioſus: pulchritudo animæ palam erit, si tamen non sit in spiritu eius dolus. Potest enim fieri vt simulentur omnia hæc, & non ex abundantia cordis taliter moueantur. Et vt magis eluceat is animæ decor, ipsum si placet honestum in quo hunc locandum censuimus, diffiniatur mẽtis ingenuitas solicita seruare cum

2.Cor. 8.d conscientia bona famæ integritatem. Vel iuxta apostolum, prouidere bona nõ tantùm coram deo, sed etiam coram hominibus. Beata mens quæ hoc se induit castimoniæ decus, & quendam veluti cœlestis innocentiæ candidatum, per quem sibi vendicet glorioſam conformitatem, nõ mundi, sed ver-

Sap.7.b Hebr.11.a bi, de quo legitur quòd sit cãdor vitæ æternæ, splendor & figura substantiæ dei. Ex quo iam gradu audet quæ huiusmodi est, cogitare de nuptiis. Quidni audeat, eo se nubilem, quo similem cernens? Non terret celsitudo quam sociat similitudo, amor cõciliat, professio maritat. Professionis forma hæc

M Psal.118.a est: Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Hanc secuti apostoli aiebãt: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Simile est illud quod in carnali quidem dictum, Christi & ecclesiæ cõnubium spirituale signauit: Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Et apud prophetã gloriatio maritatæ: Mihi autem adhærere deo bonũ est: ponere in domino deo spem meam. Ergo quã videris animam relictis omnibus verbo votis omnibus adhærere, verbo viuere, verbo se regere, de verbo concipere quod pariat verbo: quæ possit dicere. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum: puta coniugem, verbóque maritatam. Confidat in ea cor viri sui, sciens fidelem, quæ præ se omnia spreuerit, omnia arbitretur vt stercóra vt sibi ipsum lucrifaciat. Talem nouerat de quo dicebat: Vas electionis est mihi iste. Prorsus pia mater, & fidelis viro suo anima Pauli cum diceret: Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Sed attende in spirituali matrimonio duo esse genera pariendi: & ex hoc etiam diuersas soboles, sed non aduersas, cum sanctæ matres aut prædicando animas, aut meditando intelligentias pariũt spirituales. In hoc vltimo genere interdum exceditur & seceditur etiã à corporeis sensibus, vt sese non sentiat quæ verbum sentit. Hoc fit cum mens ineffabili verbi illecta dulcedine, quodammodo se sibi furatur, imò rapitur atque elabitur a se ipsa vt verbo fruatur. Aliter sanè afficitur mẽs fructificans verbo, aliter fruens verbo. Illic solicitat necessitas

Psal.118.d Mat.19.d Ephe.5.g Psal.72.d

A proximi, hic inuitat suauitas verbi. Et quidem læta in prole mater, sed in amplexibus sponsi lætior. Chara pignora filiorum, sed oscula plus delectant. Bonum est saluare multos: excedere autem & cum verbo esse, multo iucundius. At quando hoc, aut quandiu hoc? Dulce commercium: sed breue momentum & experimentum rarum. hoc est quod supra post alia memini me dixisse: quærere vtiq; animam verbum, quõ fruatur ad iucunditatem. Pergat quis forsitan quærere à me etiam verbo frui quid sit? Respondeo. Quærat potius ex-

2.Cor.5.c pertum à quo id quærat. Aut si & mihi experiri daretur, putas ne posse eloqui quod ineffabile est? Audi expertum. Siue, inquit, mẽte excedimus deo, siue sobrij sumus vobis. hoc est: Aliud mihi cum deo, solo arbitro deo: aliud vobiscum mihi. Illud licuit experiri, sed minimè loqui: in hoc ita condescendo vobis, vt & ego dicere, & vos capere valeatis. O quisquis curiosus es scire quid sit hoc verbo frui, para illi nõ aurem, sed mentem. Non docet hoc lingua, sed docet gratia.

Matt.11.d Absconditur à sapientibus & prudentibus, & reuelatur paruulis. Magna fratres, magna & sublimis virtus humilitas, quę promeretur, quod non docetur, digna adipisci quod non valet addisci, digna à verbo & de verbo concipere quod suis ipsa verbis explicare non potest. Cur hoc? non quia sit meritum, sed quia sic placitum coram patre verbi sponsi animæ

B Iesu Christi domini nostri, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

De cautela & verecundia sponsæ quærentis verbum: & de commendatione verecundiæ. Sermo LXXXVI.

NOn est quod à me iam quæratur cur quærat anima verbum: satis supérque id intimatum supra. Age, prosequamur reliqua præsentis capituli, duntaxat quæ ad mores spectant. Vbi primam nunc aduerte sponsæ verecundiam, qua nescio an quicquam gratius aduerti in moribus hominum queat. Hanc primò omnium libet quodammodo in manibus sumere, & quasi speciosum quendam florem decerpere loco, nostrísq; apponere adolescentibus. Non quia non sit & in prouectiori ætate omni studio retinenda, quæ est certè omniũ ornatus ætatũ: sed quòd teneræ gratia verecundiæ in teneriori ætate amplius pulchriúsq; eniteat. Quid amabilius verecundo adolescente? quàm pulchra hęc & quàm splendida gemma morum in vita & vultu adolescẽtis! quàm vera & minimè dubia bonæ nuncia spei, bonæ indolis index! Virga disciplinæ est illi, qui pudendis affectibus imminens, lubricæ ætatis motus actúsque leues coerceat, comprimat insolẽtes. Quid ita turpiloquij & omnis deinceps turpitudinis fugitãs? soror continentiæ est. Nullum æquè manifestũ indicium co-

C lumbinę simplicitatis: & ideo etiam testis innocentiæ. Lãpas est pudicæ mentis iugiter lucens, vt nil in ea turpe vel indecorum resídere attentet, quod non illa illico prodat. Ita expunctrix malorum, & propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscientiæ, & famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, virtutum primitię, naturę laus, & insigne totius honesti. Rubor ipse genarum quem forte inuexerit pudor, quantum gratiæ & decoris suffuso afferre vultui solet? Vsque adeo genuinum animi bonũ verecundia est, vt & qui malè agere non

Isaiæ.3.e 1.Thess.5.b verentur, videri tamen verecundentur, dicẽte domino: Omnis qui malè agit, odit lucem. Sed & qui dormiũt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt: opera nimirum tenebrarum & digna latebris tenebris occultantes. Intereſt tamen, quòd occulta dedecoris, quæ verecundia horũ non habere, sed prodere erubescit, sponsæ verecundia omnino non

Eccli.4.c operit, sed expuit, sed propellit. Idcirco ait sapiens: Est pudor adducens peccatum, & est pudor adducens gloriã. Quærit sponsa verbum verecundè quidẽ, quia in lectulo, quia per noctes: sed hæc verecũdia habet gloriã, non peccatum. Quærit hoc ad purificationẽ conscientię, quærit ad testimonium, vt possit dicere: Gloria mea hæc est testimonium conscientiæ meæ. In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Verecũdia tibi, si aduertis, & loco signatur, & tempore. D Quid tam amicum verecũdo animo, quam secretum? Porro secretum & nox & lectulus habet. Denique orare volentes iubemur intrare cubiculum: vtique secreti gratia. Id quidem ad cautelã: ne coram orãtibus laus humana orationis furetur fructũ, frustretur effectum. Sed doceris nihilo minus verecũdiã sententia hac. Quid tam propriũ verecundiæ, quàm proprias vitare laudes, vitare iactãtiam? Patet quòd signanter & ad verecũdiam orantibus petere secretum indixerit pudoris filius & minister. Quid tam indecorum maximè adolescenti, quàm ostẽtatio sanctitatis? Cum tamẽ ab hac potissimũ ætate aptum profecto capiatur tẽporaneúmque religionis exordium, Hieremia dicente: Bonum est homini si portauerit iu-

Thren. 3.e gum domini ab adolescentia sua. Bona commẽdatio secuturæ orationis, si præmittas verecũdiam, dicens. Adolescentulus sum ego & contemptus, iustificationes tuas nõ sum oblitus. Nec modò locum & tempus obseruare oportet eum qui sibi orare voluerit. Tempus feriatum commodius aptiúsq;: maximè autem cum profundum nocturnus sopor indicit silentium, tunc planè liberior exit putiórque oratio. Consurge

Thren.2.f in nocte, inquit, in principio vigiliarum tuarum, & effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Quã E secura ascendit de nocte oratio, solo arbitro deo, sanctóque angelo qui illam superno altari suscipit præsentandã. Quàm grata & lucida verecundo colorata rubore! Quàm serena & placida nullo interturbata clamore vel strepitu! Quàm denique munda atq; syncera nullo respersa puluere terrenæ solicitudinis, nulla aspicientis laude seu adulatione tentata! Propter hoc ergo sponsa non minus verecũdè quàm cautè & lectuli secretum petebat & noctis, orare, hoc est verbum quærere volens. Vnum est enim. Alioquin nõ rectè oras, si orando præter verbum aliquid queras, aut quod propter verbum non quæras, quoniam in ipso sunt omnia. Ibi remedium vulnerum, ibi subsidia necessitatum, ibi resarcitus defectuũ, ibi profectuum copię, ibi denique quicquid accipere vel habere hominibus expedit, quicquid decet, quicquid oportet. Sine causa ergo aliud à verbo petitur, cum ipsum sit omnia. Nam & si ista tẽporalia, cum necesse est, postulare videmur, si verbum in causa est (vt quidem dignum est) non vtique illa, sed hoc potius quærimus, propter quod alia postulamus. Norũt hoc qui omnem vsum harum rerum ad promerendum verbum dirigere consueuerunt. Non pigeat tamen scrutari adhuc secreta lectuli huius & tẽporis, si fortè in his aliquid lateat spirituale, quod venire ad medium prosit. Et si placet sentire lectuli quidem nomine humanam figurari infirmitatem, nocturnis autem tenebris ignorantiam æquè humanam, cõ- F sequens est & congruum satis, vt dei virtus & dei sapientia verbum, contra vtrunque originale malum instantius requiratur. Nempe quid cõuenientius, quàm vt infirmitati virtus, ignorantiæ sapientia opponatur? Et ne quid simpliciorum cordibus de hac interpretatione resideat dubium: audiant quid super hoc sanctus propheta dicat: Dominus opem ferat

Psal.40.a illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Atque id quidem de lectulo. Iam de ignorantiæ nocte quid manifestius, quàm quod in alio identidem loquitur psalmo: Nescierunt neque intellexerunt, in

Psal.81.a tenebris ambulant? pro certo exprimens ipsam in qua nati sunt totius humani generis ignorantiam. Ipsa est (vt opinor) cui se beatus apostolus & faretur natum, & gloriatur ereptũ, dicens: Qui eruit nos de potestate tenebrarum. Vnde & di-

Coloss.1.b cebat: Non sumus filij noctis neque tenebrarum. Item ad o-

1.Thess.5.b mnes electos: Vt filij, inquit, lucis ambulate.

Ephes.5.b

Finis sermonum LXXXVI. beati Bernardi super Cantica: quos morte præuentus non compleuit

Prologus in sermonem sequentem.

HVgoni militi Christi, & magistro militiæ Christi, Bernardus Clarævallis solo nomine abbas bonum certamen certare. Semel & secundò & tertiò (ni fallor) petiisti à me Hugo charissime, vt tibi tuisque commilitonibus scriberẽ exhortationis sermonem: & aduersus hostilem tyrannidem quia lanceam non liceret, stylum vibrarem, asserens vobis non parũ fore adiutorij, si quos armis non possum, literis animarem. Distuli sane aliquãdiu, non quòd contemnenda videretur petitio, sed ne leuis præcepsque culpararetur assensio, si quod melius melior implere sufficeret, præsumerem imperitus: & res admodum necessaria perminus forte cõmoda redderetur. Verum videns me lõga satis huiscemodi expectatione frustratũ, ne iam magis nolle quàm non posse viderer, tandẽ ego quidẽ quod potui feci, lector iudicet an satisfeci. Quanquam si cui forte aut minime placeat aut non sufficiat, non tamen interest mea, qui tuæ pro meo sapere non defui voluntati.

D. Bernardi Abbatis CLARÆVALLIS SERMO exhortatorius ad milites templi.

Capitulum primum.

NOuum militiæ genus ortum nuper auditur in terris, & in illa regione quã olim in carne præsens visitauit oriens ex alto: vt vnde tunc in forma humilitatis manus suæ tenebrarũ principes exturbauit, inde & modo ipsorũ satellites filios diffidentiæ in manu fortiũ suorũ dissipatos exterminet, faciens etiã nũc redẽptionẽ plebis suæ, & rursum erigẽs cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Nouũ inquã militiæ genꝰ, & seculis inexpertũ, qua gemino pariter cõflictu infatigabiliter decertatur, tũ aduersus carnẽ & sanguinẽ, tum cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et quidẽ vbi solis viribus corporis corporeo fortiter hosti resistitur, id quidẽ ego tã nõ iudico mirũ
I quàm nec rarũ existimo. Sed & quãdo animi virtute vitiis siue dæmoniis bellũ indicitur, ne hoc quidẽ mirabile, etsi laudabile dixerim, cũ plenus monachis cernatur mũdus. Cæterũ cum vterq; homo suo quisq; gladio potẽter accingitur, suo cingulo nobiliter insignitur, quis hoc nõ æstimet omni admiratione dignissimũ, quod adeo liquet esse insolitũ? Impaui dus profecto miles, & omni ex parte securus, qui vt corpus ferro, sic animũ fidei lorica induitur, vtrisq; nimirum munitus armis, nec dæmonẽ timet, nec hominẽ. Nec verò mortẽ formidat, qui mori desiderat. Quid enim vel viuẽs vel moriens metuat, cui viuere Christus est, & mori lucrũ? Stat quidẽ fidẽter libẽterq; pro Christo, sed magis cupit dissolui, & esse cũ Christo: hoc enim melius. Securi igitur procedite milites & intrepido animo inimicos crucis Christi propellite, certi quia neq; mors neq; vita poterit vos separare à charitate dei quę est in Christo Iesu: illud sanè vobiscũ in omni periculo
Rom.8.d replicãtes, Siue viuim*ꝰ*, siue morimur, domini sumus. Quàm glorioſi reuertũt victores de prælio, quà beati moriũtur martyres in prælio? Gaude fortis athleta si viuis & vincis in domino, sed magis exulta & gloriare si moreris & iungeris domino. Vita quidem fructuosa, & victoria gloriosa: sed vtrique mors sacra iure prẽponitur. Nam etsi beati qui in domino moriũtur, num multo magis qui pro domino moriũtur?

Et quidem siue in lecto siue in bello quis moritur, preciosa erit sine dubio in cõspectu domini mors sanctorum eius. Cæterum in bello tanto profectò preciosior, quanto & gloriosior. O vita secura, vbi pura cõscientia. O inquam vita sẽcura, vbi absq; formidine mors expectatur, immo & exoptatur cum dulcedine, & excipitur cum deuotione. O verè sanc-
K ta & tuta militia, atq; à duplici illo periculo prorsus libera, quo id hominum genus solet frequẽter periclitari, vbi duntaxat Christus non est causa militãdi. Quotiens nanq; congrederis tu qui militiam militas secularem, timendum omnino ne aut occidas hostem quidem in corpore, te verò in anima: aut forte tu occidaris ab illo & in corpore, pariter & in anima. Ex cordis nempe affectu, non belli euentu pẽsatur vel periculũ vel victoria Christiani. Si bona fuerit causa pugnãtis, pugnæ exitus malus esse non poterit: sicut nec bonus iudicabitur finis, vbi causa nõ bona & intentio nõ recta præcesserit. Si in voluntate alterum occidendi, te potius occidi contigerit, moreris homicida. Quòd si præuales, & volũtate superãdi vel vindicandi forte occidis hominem, viuis homicida. Non autem expedit siue mortuo siue viuo, siue victori siue victo esse homicidam. Infelix victoria, qua superans hominem, succumbis vitio. Et ira tibi aut superbia dominante, frustra gloriaris de homine superato. Est tamen qui nec vlciscẽdi zelo, nec vincendi typo, sed tantùm euadendi remedio interficit hominem: sed ne hanc quidem bonam dixerim victoriam: cũ de duobus malis in corpore quàm in anima mori leuius sit. Non autem quia corpus occiditur, etiam anima moritur: sed anima quæ peccauerit, ipsa moritur.

De militia seculari. Capitulum secundum. L

QVis igitur finis fructúsve secularis huius nõ dico militiæ, sed malitiæ, si & occisor lethaliter peccat, & occisus æternaliter perit? Enimuero vt verbis vtar apostoli, Et qui arat, in spe debet arare: & qui triturat, in spe fructus *1.Cor.9.b* percipiendi. Quis ergo ô milites hic tam stupendus error, quis furor hic tam non ferendus, tantis sumptibus ac laboribus militare, stipẽdiis verò nullis nisi aut mortis aut criminis? Operitis equos sericis, & pendulos nescio quos pannniculos loricis supertinduitis: depingitis hastas, clypeos & sellas, frena & calcaria auro & argento gemmisq; circumornatis, & cum tanta põpa pudendo furore & impudenti stupore ad mortem properatis. Militaria sunt hæc insignia, an muliebria potius ornamenta? Nunquid fortè hostilis mucro reuerebitur aurum, gemmis parcet, serica penetrare non poterit? Denique quod ipsi sæpius certiúsque experimini, tria arbitror esse necessaria prẽliãti, vt scilicet strenuꝰ industriúsque miles & circunspectus sit ad se seruandum, & expeditus ad discurrendum, & promptus ad feriendũ. Vos per cõtrarium in oculorum grauamen fœmineo ritu comam nutritis lõgis ac profusis crinibus ac eamisiis propria vobis vestigia obuoluitis, delicatas ac teneras manus amplis & circũfluentibus manicis sepelitis. Super hęc omnia est, quòd armati cõ
M scientiam magis terret, causa illa nimirũ satis leuis ac friuola, qua videlicet talis præsumitur & tam periculosa militia. Non sanè inter vos aliud bella mouet, litèsq; susçitat, nisi irrationabilis iracũdiæ motus, aut inanis glorię appetitus, aut terrenæ qualiscunque possessionis cupiditas talibus certe ex causis neque occidere neque occumbere tutum est.

De noua militia, Capitulum tertium.

AT verò Christi milites securi præliantur prælia domini sui, nequaquam metuentes aut de hostium cæde peccatum, aut de sua nece periculum: quandoquidem mors pro Christo vel ferenda vel inferenda & nihil habeat criminis, & plurimum gloriæ mereatur. Hinc quippe Christo, inde Christus acquiritur: qui nimirum & libenter accipit hostis mortem pro vltione, & libentius præbet seipsum militi pro consolatione. Miles inquam Christi securus interimit, intẽrit securior. Sibi præstat cum interit, Christo cum interimit. Non enim sine causa gladium portat. Dei etenim minister
Exod.22.a est ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Sa-
1.Reg.15.c nè cum occidit malefactorem: non homicida, sed (vt ita dixerim) malicida, & planè Christi vindex in his qui malè agunt, & defensor Christianorum reputatur. Cum autem occiditur ipse, non periisse, sed peruenisse cognoscitur. Mors ergo quàm irrogat, Christi est lucrum: quam excipit, suum. In morte pagani Christianus gloriatur, quia Christus glorificatur. In morte Christiani regis liberalitas aperitur, cum miles remunerandus educitur. Porrò super illo lætabitur iustus cũ viderit

Psal.57.b A viderit vindictam: de isto dicet homo: Si vtique est fructus iusto: vtique est deus iudicans eos in terra. Non enim vel pagani necandi essent, si quo modo aliter possent à nimia infestatione seu oppressione fideliũ cohiberi. Nunc autem melius est vt occidantur, quàm certè relinquatur virga peccatorum super sortem iustorum: ne forte extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Quid enim? Si percutere in gladio om-
Luc.3.c nino fas non est Christiano, cur ergo præco saluatoris contentos fore suis stipendiis militibus indixit: & non potius omnem militiam interdixit? Si autem (quod verum est) omnibus fas est ad hoc ipsum duntaxat diuinitus ordinatis, nec aliud sanè quicquã melius professis, quibus quæso potius quã quorũ manibus & viribus vrbs fortitudinis nostræ Sion pro nostro omniũ munimine retinetur, vt depulsis diuinę transgressoribus legis, secura ingrediatur gens iusta custodiẽs veritatem? Securè proinde dilipentur gentes quę bella volunt, & abscindantur qui nos conturbant, & disperdantur de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem, qui repositas in Hierosolymis Christiani populi inæstimabiles diuitias tollere gestiunt, sancta polluere, & hæreditate possidere sanctuarium dei. Exerat gladium vterque fidelium in ceruices inimicorum, ad destruendam omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, quæ est Christianorum fides, ne-
B quando dicant gentes, Vbi est deus eorum? Quibus expulsis reuertetur ipse in hæreditatem domúmque suam, de qua ira-
Matt.23.d *Hier.12.b* tus in euangelio, Ecce, inquit, relinquetur vobis domus ve-
Ibid.21. stra deserta. & per prophetam ita conqueritur: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meã. implebítq; illud propheticum: Redemit dominus populũ suum, & liberauit eũ: & veniẽt & exultabunt in monte Sion, & gaudebunt de bo-
Esa.52.a nis domini. Lætare Hierusalem, & cognosce iam tẽpus visitationis tuæ. Gaudete & laudate simul deserta Hierusalem, quia cõsolatus est dominus populum suum, redemit Hierusalem, parauit dominus brachium suum sanctum in oculis õmnium gentiũ. Virgo Israël corrueras, & non erat qui subleuaret te. Surge iam, excutere de puluere virgo captiua filia Sion. Surge inquam & sta in excelso, & vide iucunditatẽ quę venit tibi à deo tuo. Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata, quia complacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur. Leua in circuitu oculos
Esa.60.c tuos & vide, omnes isti cõgregati sunt, venerũt tibi. Hoc tibi auxilium missum de sancto. Omnino per istos tibi iamiámq; illa persoluitur antiqua promissio: Ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generatione & generationem, & sugES lac gentium, & mamilla règum lactaberis. Et item: Sicut mater consolatur filios suos, ita & ego consolabor vos, & in
C Hierusalem cõsolabimini. Videsne quã crebra vetetum attestatione noua approbatur militia, & quod sicut audiuim*ꝰ*, sic vidimus in ciuitate domini virtutũ? Dũmodo sanè spiritualibus nõ prẽiudicet sensibus literalis interpretatio, quo minus scilicet speremus in æternum, quicquid huic tempori significando ex prophetarum vocibus vsurpamus, ne per id quod cernitur, euanescat quod creditur, & spei copias imminuat penuria rei, prẽsentiúmque attestatio sit euacuatio futurorũ. Alioquin terrenæ ciuitatis temporalis gloria nõ destruit cœlestia bona, sed astruit: si tamen ista minimè dubitamus illius tenere figuram, quæ in cœlis est mater nostra.

De conuersatione militum templi, Capitulum quartum.

SEd iam ad imitationem seu ad confusionem nostrorum militum, non planè deo, sed diabolo militantium, dicamus breuiter Christi equitum mores & vitam, qualiter in bello domíve conuersentur, quò palam fiat quantum ab inuicem differant dei seculíque militia. Primò quidem vtroli-
Eccl.22.a bet disciplina non deest, obedientia nequaquam contemnitur, quia teste scriptura, & filius indisciplinatus peribit, &
1.Reg.15.c peccatum est ariolandi repugnare, & quasi scelus idolotriæ nolle acquiescere. Itur & reditur ad nutum eius qui prẽest: induitur quod ille donauerit: nec aliunde vestimentum seu alimẽtum præsumitur. Et in victu & vestitu cauetur omne superfluum, soli necessitati consulitur. Viuitur planè in communi iucunda & sobria conuersatione absque vxoribus & absque liberis. Et ne quid desit ex euangelica perfectione, absque omni proprio habitant vnius moris in domo vna, so-D liciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Dicas vniuersæ multitudinis esse cor vnum, & animam vnam: ita quisque non omnino propriam sequi voluntatem, sed magis obsequi satagit imperanti. Nullo tempore aut ociosi sedent, aut curiosi vagantur, sed semper dum nõ procedunt (quod quidem rarò contingit) ne gratis comedant panem, armorum seu vestimentorum vel scissa resarciunt, vel vetusta reficiunt, vel inordinata componunt, & quæque postremò facienda magistri voluntas & communis indicit necessitas. Persona inter eos minimè accipitur, defertur meliori, non nobiliori. Honore se inuicem præueniunt, alteruttum onera portant, vt sic adimpleant legem Christi, Verbum insolens, opus inutile risus immoderatus, murmur vel tenue siue susurrium nequaquam ibi deprehenditur inemendatum. Scacos & aleas detestantur, abhorrent venationem, nec ludicra illa auium rapina (vt assolet) delectãtur. Mimos & magos & fabulatores, scurriléque cantilenas, aut ludorum spectacula, tãquam vanitates & insanias falsas respuunt & abominãtur. Capillos ton-
1.Cor.11.c dent, scientes iuxta apostolum ignominiam esse viro si comã nutrierit. Nunquam compti, rarò loti, magis autem neglecto crine hispidi, puluere fœdi, lorica caumate fusci. Porrò imminente bello, intus fide, foris ferro nõ auro se muniũt, quatenus armati, & nõ ornati, hostibus metũ incutiãt, non prouocent auaritiã. Equos habere cupiunt fortes & veloces, nõ E tamen coloratos aut phaleratos: pugnã quippe non pompã, victoriam, sed non gloriã cogitantes, & studentes magis esse formidini quàm admirationi. Deinde nõ turbulenti aut impetuosi, & quasi ex leuitate prẽcipites, sed consultè atq; cum omni cautela & prouidentia seipsos ordinãtes & disponẽtes in aciem: iuxta quod de patribus scriptum est. Veri profectò Israëlitæ procedunt ad bella pacifici. At verò vbi vẽtum fuerit ad certamẽ, tum demum pristina lenitate postposita, tanquam si dicerent, Nónne qui oderunt te domine oderam, &
Psal.138.d super inimicos tuos tabescebam? irruunt in aduersarios, hostes velut oues reputant, nequaquã etsi pauciſſimi, vel sæuã barbariem vel numerosam multitudinẽ formidantes. Nouerunt siquidem non de suis præsumere viribus, sed de virtute domini sabaoth sperare victoriã: cui nimirum facilè esse conFidunt, iuxta sententiam Machabæi, concludi multos in ma-
1.Mac.3.b nus paucorum, & non esse differentiam in cõspectu dei cœli liberare in multis, & in paucis: quia nõ in multitudine exercitus est victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Quod frequẽtissimè experti sunt, ita vt plerunq; quasi persecutus sit vnus mille, & duo fugarint decem milia. Ita deniq; miro quodam ac singulari modo cernũtur & agnis mitiores, & leonibus ferociores: vt penè dubitem quid potius censeam appellãdos, monachos videlicet, an milites, nisi quòd vtrunq; forsan consuetudinis nominarim, quibus neutrũ deesse cognoscitur, nec F monachi mansuetudo, nec militis fortitudo. De qua re quid dicendũ nisi quòd à domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris? Tales sibi elegit deus & collegit à finibus terræ ministros ex fortissimis Israël, qui veri lectulum Salomonis, sacrum scilicet sepulchrum vigilanter fidelitérque custodiant, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.

De templo, Capitulum quintum.

EST verò templum Hierosolymis in quo pariter habitant, antiquo & famosissimo illi Salomonis impar quidẽ structura, sed non inferius gloria. Siquidem vniuersa illius magnificentia in corruptibilibus auro & argento, in quadratura lapidum, & varietate lignorũ cõtinebatur: huius autem omnis decor, & gratæ venustatis ornatus, pia est habitãtium religiositas, & ordinatissima conuersatio. Illud variis extitit spectandum coloribus: hoc diuersis virtutibus & sanctis a-
Psal.92.d ctibus venerandum. Domum quippe dei decet sanctitudo: qui non tam politis marmoribus quàm ornatis moribus delectatur, & puras magis diligit mentes, quàm superauratos parietes. Ornatur tamen huius quoque facies templi, sed armis, non gemmis: & pro antiquis coronis aureis, circumpendentibus clypeis paries operitur: pro candelabris, thuribulis atque vrceolis, domus vndique frenis, sellis, ac lanceis communitur. Planè his omnibus liquidò demonstrantibus eodem pro domo dei feruere milites zelo, quo ipse quõdam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G militum dux vehementissimè inflammatus armata illa sanctissima manu, non tamè ferro, sed flagello quod fecerat de
Mar. 11.b resticulis, introiuit in templum, negociantes expulit nummulariorum effudit æs, cathedras vendentium columbas euerttit, indignissimum indicãs orationis domum huiusce-
modi foresib⁹ incestari. Tali proinde sui regis permotus exemplo deuotus exercitus, multo sane indignius lógéque intolerabilius arbitrãs sancta pollui ab infidelib⁹, quam à mercatorib⁹ incestari: in domo sancta cum equis & armis commoratur, tam ab ipsa quàm à cęteris sacris omni infidelitatis spurca & tyrannica rabie propulsara: ipsi in ea die noctúque tam honestis quàm vtilibus officiis occupantur. Honorant certatim dei templum sedulis & sinceris obsequiis, iugi in eo deuotione immolantes non quidem veterum ritu, pecudum carnes, sed verè hostias pacificas, fraternam dilectionem, deuotam subiectionem, volũtariam paupertatem. Hęc Hierosolymis actitãtur, & orbis excitatur. Audiunt insulę & arten-
dunt populi de longe, & ebulliunt ab Oriente in Occidentẽ tanquã torrens inũdans gloriæ gentium, & tanquam flumi-
nis impetus lætificans ciuitatem dei. Quòdq; cernitur iucũdius, & agitur cõmodius, paucos admodum in tãta multitu-
dine hominũ illò cõfluere videas, nisi vtiq, sceleratos & im-
H pios, raptores & sacrilegos, homicidas, periuros, adulteros: de quorum profectò profectione sicut duplex quoddã constat prouenire bonum, ita duplicatur & gaudium, quãdoquidem tam suos de suo discessu lætificãt, quam illos de aduẽtu quibus subuenire festinant. Prosunt quippe vtrobique, nó solũ vtiq; istos tuendo, sed iam etiam illos non opprimendo. Itaque lætatur Aegyptus in profectione eorum, cum tamen de protectione eorũ nihilo minus lætetur mõs Sion, & exultẽt filię Iudę. Illa quidem se de manu eorum, ista magis in manu eorum liberari se merito gloriatur. Illa libẽter amittit crudelissimos sui vastatores, ista cũ gaudio suscipit sui fidelissimos defensores: & vnde ista dulcissime consolatur, inde illa æquè saluberrime desolatur. Sic Christus sic nouit vlcisci in hostes suos, vt non solum de ipsis, sed per ipsos quoque frequenter soleat tanto glorioſius, quanto & potentius triumphare. Iucũdè sanè & commodè, vt quos diu pertulit oppugnatores, magis iam propugnatores habere incipiat: faciatq; de hoste militem, qui de Saulo quõdã persecutore fecit Pau-
Luc. 15.b lum prædicatorem. Quamobrem nó miror si etiam superna illa curia iuxta testimoniũ saluatoris exultat magis sup vno peccatore pœnitẽtiam agẽte, quàm super plurimis iustis qui non indigent pœnitentia, dum peccatoris & maligni tantis proculdubio prosit conuersio, quãtis & prior nocuerat cõuersatio. Salue igitur ciuitas sancta, quã ipse sanctificauit si-
I bi tabernaculum suum altissimus, quo tãta in te & per te generatio saluaretur. Salue ciuitas regis magni, ex qua noua & iucunda mundo miracula nullis temporibus defuere ab initio. Salue domina gentium, princeps prouinciarum, patriarcharum possessio, prophetarũ mater & apostolorum, & initiatrix fidei, gloria populi Christiani, quã deus semper à principio passus est opugnari: vt viris fortibus sicut virtutis, ita foret occasio & salutis. Salue terra promissionis, quæ olim fluens lac mel tuis duntaxat habitatoribus, nunc vniuerso orbi remedia salutis, vitæ porrigis alimenta. Terra inquam bona & optima, quę in fœcũdissimo illo sinu tuo ex arca paterni cordis cœleste granum suscipiẽs, tantas ex superno semine martyrum segetes protulisti, & nihilo minus ex omni reliquo fidelium genere fructum fertilis gleba tricesimũ & sexagesimum & cẽtesimum super omnem terram multipliciter procreasti. Vnde & de magna multitudine dulcedinis tuæ iucũdissimè satiati, & opulentissime saginati, memoriã abundantiæ suauitatis tuæ vbique eructant qui te viderunt, & vsque ad extremum terræ magnificentiam gloriæ tuæ loquuntur eis qui te non viderunt, & enarrant mirabilia quæ in te fiunt. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Sed iam ex his quibus affluis deliciis, nos quoque pauca proferamus in medium, ad laudem & gloriam nominis tui.

De Bethlehem, Capitulum VI.

HAbes ante omnia in refectione animarum sanctarum Bethleem domũ panis, in qua primum is qui de cœlo descenderat pariente virgine panis viuus apparuit. Mõstra-
K tur piis ibidem iumenti præsepium, & in præsepio fœnum de prato virginali, quo vel sic cognoscat bos possessore suũ, Esa. 1.d & asinus præsepe domini sui. Omnis quippe caro fœnum & omnis gloria eius vt flos fœni. Psa. 48.c

Porrò suum homo quia in quo factus est honorẽ non intelligendo comparatus est iumentis insipientibus, & similis fact⁹ est illis: verbum panis angelorum factum est pabulum iumẽtorũ, vt habeat carnis fœnum quod ruminet, qui verbi pane vesci penitus dissueuit, quousque per hominem deũ priori redditus dignitati, & ex pecore rursus cõuersus in ho-
minem, cum Paulo dicere possit: Et si cognouimus Chri- 1. Cor. 5.d stum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Quod arbitror quempiam dicere posse veraciter, nisi qui prius cum Ioan. 6.a Petro ex ore veritatis illud item audierit: Verba quę ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, caro autem nó prodest quicquã. Alioquin qui in verbis Christi vitam inuenit, carnem iam non requirit, & est de numero beatorũ qui non viderunt & crediderunt. Nec enim opus est vel lactis poculum nisi vtique paruulo, vel fœni pabulum iumento. Qui autem nõ offendit in verbo, ille perfectus est vir, solido planè vesci cibo idoneus: & licet in sudore vultus sui, panẽ vesci comedit absq; offensione. Sed & securus ac sine scãdalo loquitur dei sapientiam duntaxat inter profectos, spiritualibus spiritualia comparans, cum tamen infantibus siue pecoribus cau L tus sit pro captu quidem eorum proponere tãtummodo Iesum Christum, & hũc crucifixum. Vnus tamen idemque cibus ex cœlestibus pascuis suauiter quidẽ & ruminatur à pecore, & manducatur ab homine, & viro vires, & paruulo tribuit nutrimentum.

De Nazareth, Capitulum VII

CErnitur & Nazareth, quæ interpretatur flos, in qua is qui natus in Bethleem erat, tanquam fructus in flore coalescens nutritus est deus infans: vt floris odor fructus saporem præcederet, ac de naribus prophetarum, faucibus se apostolorum liquor sanctus infunderetur, Iudeisq; tenui odore contentis, gustu solido reficeret Christianos. Sẽserat tamen hunc florem Nathanaẽl, quòd super omnia aromata suaue redoleret. Vnde & aiebat: A Nazareth potest aliquid boni esse? sed nequaquam sola contentus fragrantia, respon- Ioan. 1.g dentem sibi, Veni & vide, Philippum secutus est. Imo verò mirę illius suauitatis admodum respersione delectatus, haustúque boni odoris factus saporis auidior, odore ipso duce ad fructum vsque sine mora peruenire curauit, cupiens plenius experiri quod tenuiter præsenserat, præléntsque degustare quod odorauerat absens. Videamus & de olfactu Isaac ne forrè aliquid quod pertineat ad hæc ipsa quæ in manibus sunt protẽderit. Loquitur de illo scriptura sic: Statimq; M vt sensit vestimentorum eius fragrantiam (haud dubiũ quin Iacob) ecce, inquit, odor filij mei sicut odor agri pleni cui be- Gen. 27.a nedixit dominus. Vestimenti fragrantiam sensit, sed vestiti præsentiam nó agnouit: solóq; vestis tanquam floris odore forinsecus delectatus, quasi fructus interioris dulcedinẽ non gustauit, dum & electi filij simul & sacramenti fraudatus cognitione remansit. Quò spectat hoc? Vestimentum profectò spiritus, litera est caro verbi. Sed ne nunc quidem Iudæus in carne verbum, in homine sic deitatem, nec sub tegmine literæ sensum peruidet spiritualem: forísq; palpans hœdi pellem, quæ similitudinẽ maioris, hoc est primi & antiqui peccatoris expresserat, ad nudam non peruenit veritatem. Non Ioan. 9.c sanè in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati, qui peccatũ nó facere, sed tollere veniebat, apparuit, ea scilicet de causa quã ipse non tacuit, vt qui nó vident videant, & qui vident cæci fiant. Hac ergo similitudine deceptus propheta cæcus hodie quem nescit benedicit, dum & quem lectitat in libris, ignorat in miraculis: & quem propriis attrectat manibus, ligando, flagellando, colaphizando, minime tamẽ vel resurgendo intelligit. Si enim cognouissent, nũquam dominum gloriæ crucifixissent. Percurramus succincto sermone 1. Cor. 2.b & cætera loca sancta, & si nó omnia, saltem aliqua: quoniam quæ admirari per singula non sufficimus, libet vel insigniora & ipsa breuiter recordari.

De monte

A *De monte Oliueti, & valle Iosaphat, Capitulum VIII.*

ASenditur in montem Oliueti, descendunt in vallem Iosaphat: & sic diuitias diuinæ misericordiæ cogites, quatenus horrorem iudicij nequaquam dissimules: quia etsi in multis miserationibus suis multus est ad ignoscendum, iudicia tamen eius nihilo minus abyssus multa, quibus agnoscitur valde omnino terribilis super filios hominum. Dauid Psal. 35.b denique qui montem Oliueti demonstrat, dicens, Homines & iumenta saluabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus? etiam iudicij vallem in eodem Ibidem.d psalmo commemorat, dicens: Non veniat mihi, inquiens, pes superbiæ & manus peccatoris non moueat me. Cuius & Psal. 118.p præcipitium se omnino perhorrescere fatetur, cum in alio psalmo ita loquitur orans: Cõfige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui. Superbus in hanc vallem corruit & conquassatur, humilis descendit & minimè periclitatur. Superbus excusat peccatum suũ, humilis accusat, sciens quia deus non bis iudicat in idipsum, & quòd si nosmetipsos iudicauerimus, non vtique iudicabimur. Porrò superbus non attendens quàm horrendum sit incidere in manus dei viuentis, facilè prorumpit in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Magna reuera malitia, tui te non misereri, & solum post peccatum remedium cõfessionis à te ipso repellere, ignémq; in sinu tuo inuoluere potius quàm excute- Eccli. 30.d re, nec præbere aurem cõsilio Sapientis, qui ait: Miserere animæ tuæ placens deo. Proinde qui sibi nequam, cui bonus? B Nunc iudicium est mundi, nũc princeps huius mundi eiicietur foras, hoc est de corde tuo, si te tamẽ humiliando ipse diiudicas. Erit iudicium cœli, quando ipsum vocabitur cœlum desursum, & terra discernere populum suum: in quo sanè timendum ne proiiciaris tu cum ipso & angelis eius, si tamen 1. Cor. 2.d inuentus fueris iniudicatus. Alioquin spiritualis homo qui omnia diiudicat, ipse à nemine iudicabitur. Propter hoc ergo iudicium incipit à domo dei, vt suos quos nouit iudex eum venerit inueniat iudicatos: & iam nil de eis habeat iudicare, quando videlicet iudicandi sunt hi qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.

De Iordane, Capitulum IX.

QVam lęto sinu Iordanis suscipit Christianos, qui se Christi gloriatur consecratum baptismate! Mentitus planè est Syrus ille leprosus, qui nescio quas Damasci aquas aquis prætulit Israẽlis, cum Iordanis nostri deuotus deo famulatus totiens probatus extiterit, siue quando Heliæ, siue quando Heliseo, siue etiam (vt antiquius aliquid recolam) quando Iosue & omni populo simul impetum mirabiliter inhibẽs, siccum in se trãsitum præbuit. Denique quid in fluminibus isto eminentius, quòd ipsa trinitas sibi quadam euidenti præsentia dedicauit? Pater auditus, visus spiritus sanctus, filius est & baptizatus. Meritò proinde ipsam eius virtutem quam Naaman ille consulente propheta sensit in corpore, iubẽte Chri- C sto vniuersus quoque fidelis populus in anima experitur.

De loco Caluariæ. Capitulum X.

4. Reg. 2.d EXitur etiam vel iam in Caluariæ locum, vbi verus Heliæus ab insensatis pueris irrisus, risum suis insinuauit æ-
Esa. 8.d ternum, quibus ait: Ecce ego, & pueri mei quos mihi dedit
Psal. 112.a deus. Boni pueri, quos per contrarium illorum malignãtium ad laudem excitat psalmista, dicẽs: Laudate pueri dominum,
Esa. 3.a laudate nomẽ domini. Quatenus in ore sanctorũ infantium & lactentium perficeretur laus, quæ in ore defecerat inuidorum, eorum vtique de quibus queritur ita: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Ascendit itaque crucem caluus noster, mundo pro mundo expositus: & reuelata facie ac discooperta fronte purgationem peccatorum faciens, probrosæ & austeræ mortis tam non erubuit ignominiam, quàm nec pœnam exhorruit, vt nos opprobrio sempiterno eriperet, restitueret gloriæ. Nec mirum. Quid enim erubesceret qui ita lauit nos à peccatis, non quidã vt aqua diluens, & retinens sordes, sed veluti solis radius desiccans, & retinẽs puritatem? Est quippe dei sapientia vbique attingẽs propter munditiam suam.

De sepulchro. Capitulum XI.

D INter sancta ac desiderabilia loca sepulchrum tenet quodammodo principatum, & deuotionis plus nescio quid sentitur vbi mortuus requieuit, quàm vbi viuẽs conuersatus est, atque amplius mouet ad pietatem, mortis quàm vitæ recordatio, puto quòd illa austerior, hæc dulcior videatur: magísque infirmitati blandiatur humanæ quies dormitionis, quàm labor conuersationis: mortis securitas, quàm vitæ rectitudo. Vita Christi, viuendi mihi regula extitit: mors, à morte redemptio. Illa vitam instruxit, mortem ista destruxit. Vita quidem laboriosa, sed mors preciosa: vtraque verò admodum necessaria. Quid enim Christi prodesse poterat siue mors nequiter viuẽti, siue vita dãnabiliter morienti? Nunquid denique aut mors Christi etiam nunc male vsque ad mortem viuentes à morte ęterna liberat, aut mortuos ante Christum sanctos patres vitæ sanctitas liberauit? sicut scriptum est: Quis est homo qui viuet & non videbit mortem, eruet Psal. 88.c animam suam de manu inferi? Nunc ergo quia vtrunque nobis pariter necessarium erat, & piè viuere, & securè mori: & viuendo viuere docuit, & mortem moriendo securam reddidit: quoniam quidem resurrecturus occubuit, & spem fecit morientibus resurgendi. Sed addidit & tertium beneficium, cum etiam peccata donauit, sine quo vtique cætera nó valebãt. Quid enim (quantum quidem ad veram summam q; beatitudinẽ spectat) quantalibet vitæ rectitudo seu longitudo prodesse poterat illi, qui vel solo originali peccato teneretur astrictus? Peccatum quippe præcessit, vt sequeretur mors: quod sanè si cauisset homo, mortem nó gustasset in ætternum. Peccãdo itaque vitã amisit, & mortem inuenit, quoniam quidem & deus ita prædixerat, & iustum profectò erat vt si peccaret homo, moreretur. Quid namq; iustius poterat quàm recipere talionem? Vita siquidem deus animæ est, ipsa corporis. Peccando voluntariè volens perdidit viuere, nolẽs perdat & viuificare. Spõte repulit vitam cum viuere noluit, nó valeat eam dare cui vel quatenus voluerit. Noluit anima regi à deo, non queat regere corpus. Si non paret superiori, inferiori cur imperet? Inuenit conditor suam sibi rebellem creaturam, inueniet anima suam sibi rebellem pedisequam. Transgressor inuentus est homo diuinæ legis, inueniet ipse aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem se in legem peccati. Porro peccatum (vt scri- Rom. 6.d ptum est) separat inter nos & deum, separet proinde etiam Esa. 59.a mors inter corpus nostrum & nos. Non potuit diuidi à deo anima nisi peccando, nec corpus ab ipsa nisi moriendo. Quid itaque austerius pertulit in vltione, id solum passa à subdito, quod præsumpserat in auctorẽ? Nihil profectò congruẽtius quàm vt mors operata sit mortẽ, spiritualis corporalẽ, culpabilis pœnalem, voluntaria necessariam. Cum ergo hac gemina morte secundum vtrãque naturam homo damnatus fuis- F set, altera quidem spirituali & voluntaria, altera corporali & necessaria: vtrique deus homo vna sua corporali ac voluntaria benignè & potenter occurrit, illáq; vna sua nostram vtrãque damnauit. Meritò quidẽ. Nam ex duabus mortibus nostris, cum altera nobis in culpæ meritũ, altera in pœnæ debitum reputaretur, suscipiẽs pœnam & nescíens culpam, dum sponte & tantũ in corpore moritur, & vitam nobis & iustitiam promeretur. Alioquin si corporaliter nõ patereturẽ, debitum non soluisset: si non voluntariè moreretur, meritum mors illa non habuisset. Nunc autem si (vt dictum est) mortis meritum est peccatum, & peccati debitum mors: Christo remittente peccatum, & moriente pro peccatoribus, profectò iam nullum est meritum, & solutum est debitum. Cæterum vnde scimus q; Christus possit peccata dimittere? Hinc proculdubio, quia deus est, & quicquid vult potest. Vnde autem & quòd deus sit? Miracula probant. Facit quippe opera quæ nemo alius facere possit: vt taceã oracula prophetarum, necnõ & paternæ vocis testimonium elapsæ cœlitus ad ipsum à magnifica gloria. Quod si deus pro nobis, quis contra nos? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Si ipse est & non alius, cui quotidie confitemur dicẽtes: Tibi soli peccaui: quis Psal. 50.a melius, imò quis alius remittere potest quod in eum peccatũ est? Aut quomodo ipse nó potest, qui omnia potest? Denique ego quod in me delinquitur, valeo si volo donare: & deus nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gqueat in se commissa remittere? Si ergo peccata remittere & possit omnipotēs,& solus possit,cui soli peccatur:Beatus profecto cui nō imputabit ipse peccatū. Itaque cognouimus q̄ peccata Christus diuinitatis suæ potentia valuit relaxare. Porrò iam de voluntate quis dubitet? Qui enim nostrā & induit carnem,& subiit mortem:putas suam nobis negabit iustitiam? Voluntariè incarnatus ,voluntarie passus , voluntariè crucifixus,solam à nobis retinebit iustitiam ? Quod ergo ex deitate constat illum potuisse , ex humanitate innotuit & voluisse.Sed vnde rursum cōfidimus quod mortē abstulit? Hinc planè,quòd eā ipse qui nō meruit pertulit. Qua enim ratione iterum exigeretur à nobis, quod pro nobis ille iam soluit? Qui peccati meritum tulit, suam nobis donando iustitiam:ipse mortis debitum soluit , & reddidit vitam . Sic nanque mortua morte reuertitur vita,quemadmodū ablato peccato redit iustitia Porrò mors in Christi morte fugatur, & Christi nobis iustitia imputatur. Verùm quomodo mori potuit,qui deus erat? Quoniam nimirum & homo erat. Sed quo pacto mors hominis illius pro altero valuit? Quia & iustus erat. Profecto nāque cum homo esset,potuit mori:cum iustus,nō debuit gratis. Non quidem peccator mortis sustinet soluere debitum pro altero peccatore,cum quisque moriatur pro se. Qui autem mori pro se nō habet, nunquid pro alio frustra debet? Quāto sanè indignius moritur qui mortē H nō meruerit,tāto is iustius pro quo moritur, viuit. Sed quę, inquis,iustitia est,vt innocens moriatur pro impio? Non est iustitia,sed misericordia. Si iustitia esset,iam non gratis : sed ex debito moreretur . Si ex debito , ipse quidem moreretur: sed is pro quo moreretur,non viueret . At verò si iustitia nō est,non tamē contra iustitiam est. Alioquin & iustus & misericors simul esse nō posset. Sed & si iustus non iniustè pro peccatore satisfacere valeat, quo tamē pacto etiā vnus pro pluribus? Etenim satis esse videretur ad iustitiam, si vnus vni moriens vitam restituat. Hinc iam respōdeat apostolus: Sicut enim,inquit,per vnius delictū in omnes homines in cōdemnationē,sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitę. Sicut enim per inobediētiam vnius hominis peccatores cōstituti sunt multi,ita & per vnius hominis obedientiā iusti cōstituuntur multi. Sed forte vnus pluribus iustitiam quidem restituere potuit,vitam non potuit? Per vnum,ait, hominem mors,& per vnum hominē,vita. Sicut enim in Adam omnes moriūtur,ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quid enim? Vnus peccauit,& omnes tenentur rei: & vnius innocentia soli reputabitur vni? Vnius peccatum omnibus operatum est mortē,& vnius iustitia vni vitam restituet? Itane dei iustitia magis ad condemnandum, I quàm ad restaurandum valuit? Aut plus potuit Adam in malo q̄ Christus in bono? Adæ peccatum imputabitur mihi,& Christi iustitia non pertinebit ad me ? Illius me inobedientia perdidit , & huius obedientia non proderit mihi ? Sed Adæ inquis,delictum meritò omnes contrahimus,in quo quippe omnes peccauimus: quoniā cum peccauit,in ipso eram⁹ ,& ex eius carne per carnis concupiscentiam genīti sumus. At- qui ex deo multo germanius secundum spiritū nascimur, q̄ secundum carnem ex Adam : secūdū quem etiam spiritum longe ante fuimus in Christo,quam secūdum carnem in Adam,si tamen & nos inter illos numerari cōfidimus, de quibus apostolus: Qui elegit nos,inquit,in ipso(haud dubium quin pater in filio)ante mundi cōstitutionem. Quòd autem etiam ex deo nati sunt,testatur euangelista Ioannes , vbi ait: Qui non ex sanguinibus,neque ex volūtate carnis,neque ex voluntate viri,sed ex deo nati sunt. Itē ipse in epistola : Omnis qui natus est ex deo,non peccat: quia generatio cœlestis cōseruat eum. At carnis traducem,ais,carnalis testatur concupiscentia: & peccatum quod in carne sentimus,manifeste probat quòd secundum carnem de carne peccatoris descendimus. Sed enim nihilo minus spiritualis illa generatio non quidem in carnē sentitur,sed in corde,ab his dūtaxat qui cū Paulo dicere possunt: Nos autē sensum Christi habemus: in quo & eatenus profecisse se sentiunt,vt &ipsi cū omni fiducia dicant: Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro,quòd sumus filij dei. Et illud: Nos autē nō spiritū huius mūdi accepimus,sed spiritum qui ex deo est: vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Per spiritum ergo qui ex deo est, K charitas diffusa est in cordibus nostris : sicut & per carnem quę est ex Adam,manat cōcupiscentia nostris insita mēbris. Et quomodo ista quæ à progenitore corporum descendit, nūquam in hac vita mortali à carne recedit: sic ille procedēs ex patre spirituum , ab intentione filiorum duntaxat perfectorum nunquā excidit. Si ergo in deo nati , & in Christo electi sumus,quænam iustitia est vt plus noceat humana atq; terrena,quàm valeat diuina cœlestisq; generatio: dei electionē vincat carnalis successio,& æterno eius proposito carnis præscribat tēporaliter traducta concupiscentia? Quinimo si per vnum hominē mors,cur nō multo magis per vnū & illū hominem vita? Et si in Adam omnes morimur,cur nō longè potentius in Christo viuificabimur? Denique non sicut delictum,ita & donū. Nam iudiciū ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Christus igitur & peccatā dimittere potuit,cum deus sit: & mori,cum sit homo: & mortis motiendo soluere debitum, quia iustus: & omnibus vnus ad iustitiam vitāq; sufficere: quandoquidē & peccatum & mors ex vno in omnes processerit. Sed hoc quoque necessariè omnino prouisum est, quòd dilata morte homo inter homines dignatus est aliquandiu cōuersari, quatenus crebris & veris locutionib⁹ ad inuisibilia excitaret,miris operibus astrueret fidem,rectis moribus instrueret. Itaq; L in oculis hominum deus homo sobriè & piè cōuersatus,vera locutus,mira operatus,indigna passus, in quo iam defuit nobis ad salutem? Accedat & gratia remissionis peccatorum hoc est vt gratis peccata dimittat: & opus ꝓfecto nostræ salutis cōsummatū est. Non autem metuendū quòd donādis peccatis aut potestas deo , aut voluntas passo & tāta passo pro peccatoribus desit, si tamē soliciti inueniamur dignē,vt oportet , & imitari exempla,& venerari miracula,doctrinę quoque non existamus increduli,& passionibus nō ingrati.

Itaque totum nobis de Christo valuit,totum salutiferum, totúmq; necessariū fuit,nec minus profuit infirmitas quàm maiestas: quia etsi ex deitatis potentia peccati iugum iubendo submouit,ex carnis tamen infirmitate mortis iura moriendo cōcussit. Vnde pulchrè ait apostolus: Quod infirmum est dei,fortius est hominibus. Sed & illa eius stultitia per quā ei placuit saluum facere mundum, vt mundi confutaret sapientiā,confunderet sapientes: quod videlicet cū in forma dei esset,deo equalis,semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: q̄ diues cū esset,propter nos egenus factus est de magno paruus,de celso humilis,infirm⁹ de potēte: quòd esuriit quòd sitiit,q̄ fatigat⁹ est in itinere,& cętera quę pass⁹ est volūtate,non necessitate: hæc ergo ipsius quædā stultitia nō ne fuit nobis via prudētiæ iustitię forma sanctitatis exēplū? M Ob hoc item apostolus, Quod stultum est,inquit,dei,sapiētius est hominibus. Mors ergo à morte,vita ab errore,à peccato gratia liberauit. Et quidem mors per iustitiam suā peregit victoriam: quia iustus exoluendo quæ non rapuit , iure omnino quod amiserat accepit. Vita vero quod ad se pertinuit,per sapiētiam adimpleuit: quæ nobis vitæ & disciplinæ documentum ac speculum extitit. Porrò gratia ex illa (vt dictum est) potestate peccata dimisit,qua omnia quęcunque voluit fecit. Mors itaque Christi,mors est meæ mortis: quia ille mortuus est vt ego viuerem. quo pacto enim iam nō viuat pro quo moritur vita? Aut quis iam in via morum,seu rerum notitia errare timebit duce sapiētia? Aut vnde iam reus tenebitur,quem absoluit iustitia? Vitam quidē se ipse perhibet in euangelio,Ego sum,inquiens, vita. Porro duo sequētia testatur apostolus dicens: Qui factus est nobis iustitia & sapientia à deo patre. Si ergo lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit nos à lege peccati & mortis: vt quid adhuc morimur,& nō statim immortalitate vestimur? Sanè, vt dei veritas impleatur. Quia enim misericordiam & veritatem diligit deus,necesse est mori quidē hominē , quippe quod præpixerat deus: sed à morte tamē resurgere,ne obliuiscatur misereri deus. Ita ergo mors etsi non perpetuo dominatur,manet tamē propter veritatē dei vel ad tempus in nobis : quēadmodum peccatum etsi iam non regnat in nostro mortali corpore,non tamen deest penitus nobis. Proinde Paulus ex parte quidem liberatū se à lege peccati &morris gloriatur, sed

A sed rursum se vtraq; nihilo minus lege aliqua grauari ex parte conqueritur : siue cum aduersus peccatum miserabiliter
Rom.7.d clamat : Inueniō aliam legem in mēbris meis,&c. Siue cum
2.Cor.5.a ingemiscit grauatus (haud dubium quin lege mortis) redemptionem expectans corporis sui . Siue itaque hæc , siue aliā quæcunque in hunc modum(prout in talibus in suo quisque abūdat sensu)ex occasione sepulchri christianis sensibus suggerantur, puto quòd non mediocris dulcedo deuotionis infundatur cōminus intuenti , nec parum proficitur cernendo etiam corporalibus oculis corporalē locum dominicæ quietis. Etsi quippe iam vacuum sacris mēbris, plenum tamē nostris & iucundis admodum sacramentis. Nostris inquam nostris, si tamen tam ardenter amplectimur, quàm indubitāter
Coloss.2. tenemus quòd apostolus ait : Cōsepulti enim sumus per baptismum in mortē, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius,simul & resurrectionis erim⁹. Quàm dulce est peregrinis post multam longi itineris fatigationem,post plurima terrę marisque pericula,ibi tādem quiescere , vbi & agnoscitur suum dominum quieuisse! Puto iam præ gaudio non sentiunt viæ laborem,nec grauamē reputant expensarum : sed tanquam laboris præmium cursusve brauium assecuti, iuxta scripturæ sen-
Tob.3.d tentiam , gaudent vehementer cum inuenerint sepulchrum.
B Nec casu vel subitò,aut veluti lubrica popularis fauoris opinione:id tam celebre nomē sepulchrum natum esse putetur, cum hoc ipsum tātis retro tēporibus Esaias tam apertè prædixit : Et erit (inquit) in die illa radix Iesse qui stat in signum
Esa.11.c populorum,ipsum gētes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Reuera ergo impletum cernimus quod legimus propheratum,nouum quidem intuenti,sed legenti antiquum: vt sic adsit de nouitate iucunditas,vt de vetustate non desit auctoritas. Et de sepulchro ista sufficiant.

De Bethphage. Capitulum XII.

QVid de Bethphage dicam viculo sacerdotum, quem penè prēterieram,vbi & confessionis sacramentum,& sacerdotalis ministerij mysterium continetur? Bethphage quippe domus buccæ interpretatur . Scriptum est autem,Prope est verbum in ore tuo,& in corde tuo. Non in altero tantùm , sed simul in vtroque verbum habere meminerit. Et quidem verbum in corde peccatoris operatur salutiferam contritionem : verbum verò in ore noxiam tollit confusionem , ne impediat necessariam confessionem. Ait enim
Eccli.4.c scriptura : Est pudor adducens peccatum,& est pudor adducens gloriā . Bonus pudor est quo peccasse aut certè peccare confunderis: & omnis licet humanus arbiter fortè absit , diuinum tāquam humanum tantò verecundius reuereris aspectum,quātò & verius deum quàm hominem cogitas puriorem. Tantóq; eum grauius offendi à peccante, quantò cōstat
C lōgius ab illo esse omne peccatū. Huiusmodi proculdubio pudor fugat opprobrium,parat gloriam, dum aut peccatum omnino nō admittit,aut certè admissum & pœnitēdo punit, & confitendo expellit,si tamē gloria etiam nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Quòd si quispiam confiteri confunditur id quoq; vnde cōpungitur, talis pudor peccatū adducit,& gloriā de conscientia perdit, quādo malum quod ex profundo cordis compūctio conatur expellere,pudor inceptus obstruso labiorum ostio non permittit exire,cum eum
Psal.39.b exemplo Dauid dicere potius oporteret : Et labia mea non prohibebo,domine tu scisti. Qui & seipsū redarguens, puto
Psal.31.b super hominum stulto & irrationabili pudore, Quoniam tacui,inquit,inueterauerunt ossa mea. Vnde & optat ostiū poni circunstantiæ labiis suis,& oris ianuam & aperire confes-
Psa.140.a sioni, & defensioni claudere norit . Deniq; & apertè hoc ipsum orans petit à domino,sciēs quia cōfessio & magnificentia opus eius . Et quòd videlicet nostram malitiam , & quòd æquè diuinæ bonitatis & virtutis magnificētiam minimè tacemus,magnum quidem geminæ confessionis bonū, sed dei
Psa.140.a est donum. Ait itaq;: Nō declines cor meum in verba malitię ad excusandas excusationes in peccatis . Quāobrē ministros verbi sacerdotes cautè necesse est ad vtrūque vigilare solicitos,quò videlicet delinquentiū cordibus tantò moderamine verbum timoris & contritionis infligant , quatenus eos neD quaquam à verbo confessionis exterreant : sic corda aperiāt, vt ora non obstruant: sed nec absoluant etiam compunctum nisi viderint & confessum,quandoquidem corde creditur ad iustitiam,ore autem cōfessio fit ad salutem. Alioquin à mor-
Rom.10.c tuo(tanquā qui non est)perit confessio. Quisquis igitur ver-
Eccli.17.c bum in ore habet,& in corde non habet, aut dolosus est, aut vanus. Quisquis verò in corde & nō in ore, aut superbus est, aut timidus.

De Bethania Capitulum XIII.

SAnè non omnino (etsi multum festinem) debeo transire silenter domum obedientiæ, Bethaniam videlicet, castellum Mariæ & Marthæ , in quo Lazarus est resuscitatus , vbi nimirum & vtriusque vitæ figura , & dei erga peccatores mira clemētia , necnon & virtus obedientiæ vna cum fructibus pœnitentiæ commendatur . Hoc ergo in loco breuiter intimātum sufficiat , quòd quidem nec studium bonæ actionis , nec ocium sanctæ contemplationis , nec lachryma pœnitentis extrà Bethaniam accepta esse poterunt illi qui tantam habuit obedientiam , vt vitām quàm ipsam perdere maluerit , factus obediens patri vsque ad mortem . Hæ sunt illæ profectò diuitiæ , quas sermo propheticus ex verbo dō-
Esa.51. mini pollicetur: Consolabitur,inquiēs,dominus Sion,& cōsolabitur omnes ruinas eius , & ponet desertū eius quasi delicias,& solitudinem eius quasi hortū domini: gaudiū & læE ritia inuenientur in ea,gratiarum actio,& vox laudis. Hę igitur orbis declinæ,hic thesaurus cœlestis, hæc fidelium hæreditas populorum,vestræ sunt charissimi credita fidei , vestræ prudentiæ & fortitudini commendata. Tunc autem cœleste depositum securè & fideliter custodire sufficitis,si nequaquā de ipsa vestra prudentia vel fortitudine , sed de dei tātum adiutorio vbique præsumitis , scientes quia non in fortitudine sua roborabitur vir, & ideo dicentes cum propheta : Dominus firmamentum meū & refugiū meum,& liberator meus.
Psal.17.a Et illud: Fortitudinem meam ad te custodiam , quia deus su-
Psal.58.b sceptor meus,deus meus,misericordia eius prēueniet me. Et item: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da glo-
Psal.113.b riam: vt in omnibus sit ipse benedictus qui docet manus ve-
Psal.143. stras ad prælium,& digitos vestros ad bellum.

CAPITVLÆ SERMONIS SEQVENTIS, DE conuersione ad clericos.

1 Quòd nemo cōuerti ad dominum,nisi dei volūtate præuentus,& eius voce interius clamante possit.
2 Quòd ipsa vox domini omnibus sese offerat,& animam sibiipsi nolentem præsentet.
3 Quòd per hanc animæ ratio quasi in libro omnia mala propria deprehendere, reprehendere, diiudicare,& discernere valeat. F
4 Quòd qui diligit iniquitatem,non solùm animā, sed etiā carnem suam odire probetur.
5 De pœna post mortē tam animæ,quàm carnis , & pœnitentia infructuosa.
6 In præsenti vermis conscientiæ sentiendus ac suffocandus,nori ili immortalitatem fouendus & nutriendus.
7 Quòd facilè quibusdam videtur vt vōci diuinæ obtemperet voluntas humana.
8 Qualiter voluntas hominis per gulam, curiositatē ac superbiam , & per omnes sensus carnis renitatur voci diuinæ.
9 Vt ratio animæ iam tandem vexata,præsumptæ facilitatis arguatur,& difficultate confundatur.
10 Respiratio consolationis quando huiusmodi pauperibus spiritu beatitudinem audit promitti regni cœlestis.
11 Quòd hoc regnum sperare nō possit in cuius adhuc carne peccatum regnat,& ideo attendendum quod sequitur: Beati mites.
12 Appetitus gulæ & libidinis act⁹ & exitus quis habeatur: curiositas,vanitas & amor diuitiarum, quā finē habeat.
13 De indigna seruitute vitiorum , & incertitudine mortis.
14 De infidelitate diuitiarum congregatarum.
15 Quòd tēporalia opera quasi semina sūt mercedis ętern[illegible]

G 16 Quòd impossibile sit peccatum latere.
17 Quid sentiẽdum de his qui impiè agunt,si & illi pereũt qui bona bene non fecerunt.
18 Quòd spiritui timore dei correpto & ad bonum parato resistat caro.
19 Contra hãc luctam lugendum,post luctã consolãdum: quia beati qui lugent.
20 Post luctum & cõsolationem ad cœlestia contẽplanda accedendum est.
21 In hac contẽplatione quiescẽdum,gustúque eius delectandum & experiendum est.
22 Quod gustu cõtemplationis refectus,habet intelligere diuina:quia Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.
23 Quòd peccata nostra punita & remissa nec iterata nil obesse possunt,sed cooperantur potius in bonum.
24 De misericordia quæ pœnitẽti promittitur, ac miserãti.Beati,inquit,misericordes.
25 Quòd vt deus videatur,cor mundãdum est:quia Beati mundo corde,&c.
26 De pacato,pacante,& pacifico.
27 Increpatio ad ambitiosos,qui nõ priꝰ ipsi mũdato corde se deum aliis pacificare præsumunt.
28 Admiratio quod quidam supremum pacificorũ gradũ
H sibi vsurpãt, qui nullum inferiorum nec primum quidem attigerunt.
29 Exprobratio ꝙ incõtinentes sacros ordines impudẽter temerare non verentur.
30 Exhortatio ad pœnitẽtiam,& vt prius humilia sapiant, vt postmodum dignè alta conscendant.
31 De persecutione sustinẽda secundũ vltimam beatitudinem,Beati qui persecutionem patiuntur, Beati eritis cum vos oderint,&c.

Finis.

B. Bernardi, de conuersione AD CLERICOS SERMO

Quòd nemo conuerti ad dominum nisi dei voluntate præuentus, & eius voce interius clamãte possit. Capitulum. primum.

AD audiendum,vt credimus,verbũ dei cõueniſtis. neq; enim causa nobis alia vestræ huiꝰ tam auidæ cõcursionis occurrit. Approbamꝰ vtiq; desideriũ hoc,& laudabili studio cõgaudemꝰ. Beati em̃ qui
Luc.11.d audiunt verbum dei, sed si custodiunt illud. Beati qui me-
Psal.102.a mores sunt mandatorũ eius,sed vt faciant ea.Nimirum ver-
Ioan.5.c I ba vitæ æternæ habet,& venit hora(vtinã & nunc sit)quando audient vocem eius:& qui audierint,viuẽt. Siquidem vita in voluntate eius.Etsi vultis scire,voluntas eius cõuersio nostra est.Denique ipsum audite.Nunquid voluntatis meæ
Ezec.18.g est mors impij,ait dominus,& non magis vt conuertatur & viuat?Ex quibus vérbis euidẽter agnoscimus quoniam vera nobis vita non nisi in cõuersione est, nec aliter ad eam patet
Matt.18.a ingressus,dicẽte domino:Nisi conuersi fueritis&,efficiamini sicut paruuli,non intrabitis in regnum cœlorum. Meritò sane paruuli soli intrãt,nam puer paruulus minat eos qui in hoc ipsum natus & datus est nobis. Quæro igitur vocẽ quã audiant mortui,& cum audierint viuant.forte enim& mortuis euangelizare necesse est. Et occurrit interim verbum breue,sed plenum,quod os domini locutum est:vt propheta
Hiere.3.d testatur.Dixisti,(ait loquens sine dubio ad dominum deum suum)Conuertimini filij hominũ.Nec immerito sanè à filiis quidem hominum videtur exigenda cõuersio, peccatoribus vtique necessaria.Nam supernis spiritibus ea magis quę rectos decet indicta laudatio est eodem propheta psallente:
Psa.147.a Lauda deum tuum Sion. Cæterum quod ait,dixisti:meo quidem iudicio non negligenter prætereũdum est,nec simpliciter audiendum. Quis enim humanis cõparare audeat dictis
Heb.4.c quod dixisse dicitur deus? Viuus profecto est sermo dei & efficax,& vox eius in magnificẽtia & virtute. Denique ipse dixit & facta sunt.Dixit:Fiat lux,& facta est lux.Dixit:Con- K uertimini filij hominũ,& conuersi sunt.Ita planè conuersio animarum,opus diuinę vocis est,nõ humanæ.Simon Ioãnis piscator hominum in hoc ipsum vocatus& cõstitutus,à domino,incassum tamen & ipse laborans tota nocte nil capiet donec in verbo domini rete iactãs concludere possit multitudinẽ copiosam.Vtinam iactemus & nos hodie in hoc ver-
Psa.67.g bo rete verbi,& experiamur quod scriptum est: Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.Si mendaciũ loquimur,id planè de proprio est.Sed & tunc forsitan nostra iudicabitur vox esse non domini,si quęramus quę nostra sunt,nõ quę Iesu Christi.Cæterum etsi loquimur iustitiam dei,& gloriã dei,quęrimus,effectum tamen ab eo solo sperare,ab eo postulare necesse est:vt voci suæ vocẽ virtutis accommodet.Ad hanc ergo interiorem vocem aures cordis erigi admonemus, vt loquẽtem deum intus audire,quàm foris hominem studeatis. Illa enim vox magnificentiæ & virtutis,deserta concutiens, deserta discutiens,torporem excutiens animarum.

Quod ipsa vox domini omnibus se offerat, & animam sibi ipsi nolentem præsentet. Capitulum II.

NEc sanè laborandum est vt ad vocis huius peruenia̅tur auditũ,labor est potius aures obturare ne audias. Nimi-
Psal.94.b rum vox ipsa se offert,ipsa se ingerit: nec pulsare interim L cessat ad ostia singulorum.Denique quadraginta annis, inquit,proximus fui generationi illi,& dixi, semper hi errant corde. Adhuc nobis proximus est, adhuc loquitur, & non est forte qui audiat.Adhuc dicit, Hi errant corde:adhuc sapientia clamitat in plateis:Redite præuaricatores ad cor. Hoc nempe initium loquendi domino: & hoc verbum ad omnes qui conuertuntur ad cor,præcessisse videtur,& non modò reuocans eos,sed reducens & statuens contra faciem suam.Est enim non tantùm vox virtutis, sed & radius lucis annuncians pariter hominibus peccata eorum, & illuminans abscondita tenebrarũ.Nec verò vlla internæ huius vocis ac lucis differentia est,cum vnus idémque sit dei filius,& verbum patris,& splendor glorię,sed & animę quoque substantia in suo quidem genere etiã ipsa spiritualis & simplex, sine vlla distinctione sensuum sic tota, si tamen tota dicenda est,vt & vidẽs pariter & audiens videatur. Quid enim illo agitur siue radio,siue verbo,nisi vt nouerit semetipsam? Aperitur siquidem conscientiæ liber,reuoluitur misera vitæ series,tristis quædam historia replicatur, illuminatur ratio, & euoluta memoria velut quibusdam eius oculis exhibetur. Vtraque verò nõ tam ipsius est animæ,quàm anima ipsa:vt eadem sit & inspiciẽs & inspecta:cõtra suam statuta faciem, & à violẽtis quibusdam apparitoribus,immissarũ vtique cogitationum,coacta proprio interim iudicãda assistere tribu-
Psa.142.d nali.Quis sane iudicium hoc sine tribulatione sustineat? Ad M meipsum anima mea turbata est(ait proppheta domini)&tu contra faciem tuam sine argutione,sine turbatione,sed confusione,statui non posse miratis?

Quod per vocem dei animæ ratio quasi in libro omnia mala propria deprehendere, reprehendere, diiudicare, & discernere valeat. Capitulum III.

NEc à me speres audire quid in memoria tua ratio deprehẽdat,quid diiudicet,quid decernat. Applica intus
1.Cor.2.c auditum, deflecte oculos cordis, & proprio discces experimento quid agatur. Nemo enim scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est.Si superbia,si inuidia, si auaritia,si ambitio,aut simplis aliqua pestis absconditа est, vix effugere poterit hoc examen. Si fornicatio,si rapina, si crudelitas,si fraus vlla,aut quælibet culpa admissa est, internum hunc iudicem non latebit reus ipse, nec inficiabitur coram eo.Transiit enim velociter totus ille pruritus delectationis iniquæ,& voluptatis illecebra tota breui finita est, sed amara quædam impressit signa memoriæ, sed vestigia fœda reliquit.In illud siquidem respositorium velut in sentinam aliquam tota decurrit abominatio, immunditia tota defluxit. Volumen grande,cui vniuersa inscripta sunt stilo vtique veritatis:amarum iam venter tolerat, etsi fauces miseras breui transitu dulcedine quadam friuola visum est oblectasse.Ventrem meum doleo miser,vẽtrem meum doleo. Quidni doleam vẽtrem memoriæ,vbi tãta congesta est pu-

tredo?

A tredo? Quis nostrum, fratres,exteriorem hanc vestem qua tegitur,si repente obscœnis vndiq; sputis illitam, & fœdissimis quibúsq, sordibus inquinatam consideret,nõ vehementer exhorreat,non velociter exuat,non indignanter abiiciat? Itaque qui nõ vestem,sed semetipsum intus sub veste talem reperit, eo amplius doleat & animo consternetur oportet, quo propius tolerat quod exhorret. Neque enim vt tunicã abiicit suam,sic abiicere contaminata anima poterit & seipsam.Denique quis in nobis tantæ patientiæ est & virtutis,vt
Num.12.c si fortè(quemadmodum de Maria sorore Moysi legitur) carnem suam subitanea quadam lepra malè candentem viderit, ęquo animo stare possit,& gratias agere creatori? Quid vero est rarò ista, nisi corruptibilis quædam tunica qua vestimur? Aut quid lepra hæc corporea electis omnibus æstimãda,nisi paternæ virga correptionis,& purgatio cordis? Ibi tribulatio vehemens,& iustissima causa doloris est, cum excitatus à somno miseræ voluptatis,interiorem cœperit quis deprehẽdere lepram,quam sibi ipse multo studio & labore quæsuit. Licet enim nemo oderit carnem suam, sed multò minus odisse poterit anima semetipsam.

Quod diligens iniquitatem, odit animam & carnem suam. Capitulum IIII.

Psal.10.b B AT fortè aliquem moueat illud de psalmo: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Ego autem dico, odit & carnem. An non odit,cui gehennæ cumulos mercatur in dies,& cui secũdum duritiam suam & cor impœnitens thesaurizat itam in die iræ? Cæterum hoc odium tam carnis, quàm animæ, non in affectu, sed in effectu potius inuenitur. Sic nimirum odit & phreneticus carnem suam cum sibiipsi manus inferre laborat, rationis deliberatione sopita. An vero grauior vlla phrenesis iudicatur, quàm impœnitentia cordis,& peccandi obstinata voluntas? Siquidem manus nepharias inicit sibiipsi,nec carnem sed mentem lacerat & corrodit.Si vidisti hominem scalpere manus, & vsque ad sanguinem confricare, cuidẽtem habes in eo similitudinem animæ peccantis expressam.Cedit siquidem voluptas illa dolori,& succedit pruritui cruciatus. Neque id ignorabat, sed dissimulabat ille dum scalperet. Sic laceramus, sic exulceramus propriis manibus animas infelices, nisi ꝙ tantò grauius quantò excellentior est spiritualis creatura, & cui difficilius medeatur. Neque id quidem inimicitiarum studio gerimus, sed stupore quodam insensibilitatis internæ. Effusus siquidẽ animus damna interiora non sentit:quia nec intus est, sed iñ
Matt.6.c ventre forsitan,aut sub ventre. Denique & animus quorundam in patinis,quorundam in loculis inuenitur. Vbi est thesaurus tuus(inquit)ibi est & cor tuũ. Quid verò mirũ si pro- C priam minimè sentiat anima læsionem, quæ suuipsius oblita, & penitus absens sibi, in longinquam profecta est regionẽ? erit autẽ cum in semetipsam reuersa cognoscet quàm crudeliter miseræ venerationis obtentu euiscerauit semetipsam. Neque enim id sentire poterat dum vilem muscarum prædã desiderio captans insatiabili, aranearum instar ex visceribus proptiis intexere retia videretur.

De pœna tam animæ quàm carnis, & pœnitentia infructuosa post mortem. Capitulum V.

ERit autem hic reditus sine dubio vel post mortem, cum vniuersa quibus ad vagãdum foras & inutiliter sese occupandum in eam quæ præterit huius mundi figuram egredi consueuerat,ostia corporis clausa erunt, vt necessario maneat in seipsa,cui nullus iam pateat exitus à seipsa.Verum is quidem pernicioſissimus erit reditus, & miseria sempiterna,quando iam pœnitentia haberi poterit, agi non poterit. Vbi enim deerit corpus,actus non erit.Sanè vbi nulla fuerit actio,nec satisfactio quidem vlla poterit inueniri. Quocirca pœnitentiam quidem habere; dolere est nam pœnitentiam agere remedium doloris est. Neque enim carenti manibus erit vltrà leuare cor in cœlũ cum manibus: sed quisquis antè obitum carnis non redierit ad ipsum, in seipso maneat necesse est in æternum.Sed in quali seipso? Qualem sese fecerit in hac vita,qualẽ inuenerit exiens ab hac vita; nisi quòd fortasse erit nonnunquam deterior. nam melior qui malus est

tiunquã erit.Habet enim hoc ipsum quod nunc ponit,quãdoque recipere corpus, non tamen ad pœnitentiam, sed ad pœnam.Vbi nimirum peccati ipsius & carnis quodammodò similis videbitur esse cõditio, vt quemadmodum culpa semper puniri poterit, nec vnquã poterit expiari: sic nec in corpore aliquando tormenta finiri, nec corpus ipsum exinaniri valeat in tormentis. Merito quidem vltio sempiterna desæuiet,quòd nunquam possit culpa deleri: & nec substãtia carnis deficiet, ne simul cogatur etiã afflictio carnis terminari. Hæc fratres mei qui pauet,cauet:nam qui negligit,incidit.

Quòd vermis conscientiæ in præsenti sentiri ac suffocari debet, non in immortalitatem foueri ac nutriri Capitulum VI.

VT ergo redeamus ad vocem vnde processimus: expedit nobis profecto redire ad cor, dum illic iter quo ostendat nobis salutare suum, qui tanto studio pietatis illuc reuocat præuaricatores. Nec sentiri interim pigeat morsus vermis interni, aut periculosa quędam animi amaritudo,& pernicioſa mollities persuadere queat vt præsentem velimus dissimulare molestiam. Optimum est tunc sentiri vermem,cum possit etiam suffocari. Itaque mordeat nunc vt moriatur, & paulatim desinat mordere. Mordendo rodat interim putredinem,vt rodendo consumat, & ipse quoque pariter consumatur,ne foueri incipiat in immortalitatem. Vermis,inquit, E eorum non morietur,& ignis eorum non extinguetur. A fa- *Esa.66.f* cie illorum morsuum quis sustinebit? Multiplex enim nunc consolatio arguentis conscientiæ releuat cruciatũ.Benignus est deus, qui non patitur nos tentari vltrà quàm possumus, nec vermem hunc supra modum patitur malignari:maximéque inter initia conuersionis oleo misericordiæ linit vlcera: vt nec morbi quantitas,nec difficultas curationis vltrà quàm expedit innotescat: magis autem arridere videtur facilitas quædam,quæ postmodum euanescit, quãdo iam exercitatos habenti sensus certamen fortè datur vt vincat,& discat quoniam omnium potentior est sapientia. Interim sanè audiens quis vocem domini, Redite præuaricatores ad cor,& tantis in interiore cubiculo obscœnitatibus deprehensis, singula quæq; timari satagit,& quonam hęc influxerint aditu,curiosus vestigator explorat, nec difficilè patet foramẽ imò & foramina contuenti. Sed nec parum illi ex hac consideratione doloris accedit, cum per fenestras proprias mors ista deprehenditur introisse,Multa siquidem admisisse videtur petulãtia oculorum,multa pruritus aurium, multa quoq; olfaciendi,gustandi, tangendique voluptas. Nam spiritualia quidem vitia (quorum supra meminimus) difficilè adhuc prout sunt, carnalis examinat. Vnde fit vt quæ sunt graviora, aut minus aut minimè sentiat,nec tam superbię aut inuidię quàm flagitiosorum aut facinorosorũ recordatione actuũ mordeatur. E

Quòd quibusdam facilè videtur voluntatem humanam obtemperare voci diuinæ. Capitulum VII.

ET ecce iterum vox de nubibus dicens: Peccasti, quiesce. Et quod dicitur,tale est.Iam sentina redundans, domum omnẽ intolerabili fœtore cõtaminat, & vanum tibi est dum adhuc sordes influant,exhaurire:dum peccare non desiteris, pœnitere. Quis enim eorum ieiunia probet, qui ad lites & *Esa.58.b* contentiones ieiunant,& percutiunt pugno impiè,sed & voluntates & voluptates propriæ inueniuntur in eis? Non tale est ieiunium quod elegi,dicit dominus.

Claude fenestras morti, obsera aditus, foramina obstruẽ diligẽter,& sic demũ non subeuntibus nouis, sordes poteris expurgare vetustas. Aestimat homo facilè quod iubetur implendum, tanquam ignarus exercitij spiritualis. Quis enim prohibeat,inquit,quo minus imperem membris meis? Indicit igitur gulæ ieiunia, crapulam interdicit, obturari præcipit aures ne audiant sanguinem, auertit oculos ne videant vanitatem: manus non ad auaritiam, sed ad eleemosynam magis extendit: quibus forte & laborem inquirere velit, prohibens latrocinia, sicut scriptum est: Qui furabatur,iam *Ephes.4.c* nõ furetur:magis autem laboret manibus suis quod bonum est,vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Cæterũ dũ suas quibusq; membris in hunc modum leges promulgat,&

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

G decreta proponit, interrumpunt subitò vocem iubentis, & vno impetu clamant: Vnde hęc noua religio? Facere iubes vt libet. Sed inuenietur qui nouis decretis obuiet, qui nouis legibus cõtradicat. Quis enim ille est? inquit. Et illa: Nimirum ipsa quę paralytica iacet in domo, & malè torquetur. Ipsa est enim in cuius nos pridem deputasti obsequium (si non ignoras) ad obediendum vtique cõcupiscentiis eius. Expalluit miser ad hanc vocem, & confusus obmutuit. Anxiabatur enim in eo spiritus eius. At membra quidem ad suam illam infelicissimam dominam incunctanter accedunt, vt aduersus dominum crudeliter interpellent, & imperia duriora causentur. Plangit gula parsimoniæ sibi modum adhibitum, prohibitam crapulæ voluptatem. Oculus queritur indictas lachrymas petulantiam interdictam. Quibus hæc & similia prosequentibus excitata & vehementer exacerbata volũtas: Somniúmne est, inquit, an fabula, quod narratis? Tum verò opportunum suæ tempus nacta querimoniæ lingua, Omnino, ait, sic est vt audistis. Nam & ego à fabulis & mendaciis iussa sum reticere, & nihil deinceps nisi seriũ, imò & penitus necessarium loqui.

Qualiter voluntas hominis per gulam, curiositatem, ac superbiam, & per omnes sensus carnis renitatur voci diuinæ. Capitulum VIII.

H EXilit igitur vetula furens, & totius oblita languoris, procedit horrentibus comis, veste lacerata, pectore nudo, scalpens vlcera, frendens dentibus & aresćens, atque ipsum inficiens aëra flatibus virulentis. Quidni confundatur, si quid adhuc supereſt rationis, ad talem miseræ voluntatis occursum & incursum? Hæc, inquit, est tota tui coniugij fides, sic compateris malè patienti? Vsqueadeo super dolorem vulnerum meorum addere pepercisti? Subtrahendum forsitã ex immoderata dote aliquid videbatur, sed quid relinquitur hoc sublato? Solum hunc languenti miseræ præstitisti, & omnia eius obsequia quemadmodũ sint distributa aliquando, cognouisti. Nunc autem si tibi forsitan morbi huius pessimi quo laboro, triplex malignitas excidisse potuit, sed non mihi. Siquidem voluptuosa sum, curiosa sum, ambitiosa sum, & ab hoc triplici vlcere non est in me sanitas à plãta pedis vsque ad verticem. Itaq; fauces, & quæ obscœna sunt corporis, assignata sunt voluptati, quãdoquidem velut de nouo necesse est singula recenseri. Nam curiositati pes vagus & indisciplinatus oculus famulantur. At vanitati quidem aures & lingua seruiunt, dũ per illam impinguat caput meum oleũ peccatoris, per hanc ipsa suppleo quod in laudibus meis alij minus fecisse videntur. Valde enim delector & I recipere ab aliis, &, cum opportunè possum, etiã tradere aliis laudes meas, & meo & alieno ore semper cupiens prędicari. Cui potissimũ morbo tuum quoq; ingenium plurima solet adhibere fomenta. Porrò manus ipsas quibus est vndique liber motus, non vni specialiter alicui operi deputamus, sed modo vanitati, modo curiositati, modo voluptati sedulũ satis exhibent famulatum. Quibus ita dispositis, non mihi hæc omnia vel in vno satisfacere aliquando potuerũt, quòd non satietur oculus visu, nec auris impleatur auditu, atque vtinã inter spectandum totum aliquando corpus fieret oculus, aut inter prandendum in fauces membra omnia verterẽtur. Túne igitur mihi id modicum consolationis quod vtcunque mendico, tentas surripere? Dixit, & cum indignatione & furore recedens, Teneo, inquit, longúmque tenebo.

Vt ratio animæ iam tandem vexata præsumptæ facilitatis arguatur, & difficultate confundatur. Capitulum IX.

IAm verò rationi ipsa vexatio dat intellectum, iam innotescit aliquatenus huius negocij difficultas, iam præsumpta facilitas euanescit. Videt enim memoriam plenam spurcitiarum, videt abũdantius alias atque alias influere sordes, videt ipsas fenestras morti patulas, claudi omnino nõ posse, & ꝙ adhuc præsidens volũtas languida dominetur, ex cuius vlceribus sanies vniuersa profluxit. Videt denique anima sese cõtaminatam, nec par alium, sed per proprium corpus, nec aliunde quàm à seipsa. Est autem quoddam animæ sicut memoria quæ inficitur, sic voluntas ipsa quæ inficit. Deniq; K ta ipsa nihil est aliud quàm ratio, memoria, & voluntas. Nũc autem & ratio minus habẽs, cæca quodãmodo quòd hactenus ista non viderit, infirma omnino quòd re agnita quidem præualuit temperare, & memoria fœdissima pariter & fœtidissima, & voluntas languida & horrendis vlceribus vndique scaturiens inuenitur. At ne quid ex omnibus quæ sunt hominis relinquatur, ipsum etiam corpus rebelle est, & singula membra, fenestræ singulæ quibus mors intrat ad animam, & incessanter exuberat ipsa confusio.

Respiratio consolationis pauperibus spiritu. Capitulum X.

AVdiat ergo anima quæcunque eiusmodi est, vocem diuinam, & audiat cum stupore & admiratione dicẽtem: *Matt.5.a* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, Quis spiritu pauperior eo qui in toto spiritu suo nõ inuenit requiem, non inuenit vbi caput reclinet? Hoc quoque consiliũ pietatis, vt qui sibi displicet, placeat deo: & qui propriam domum odit, domum vtique plenam spurcitiæ & infelicitatis, inuitetur ad domum gloriæ, domum non manu factam æternam in cœlis. Nec mirum si ad huius dignationis magnitudinẽ expaueſcit, si difficilè credit huic auditui, si vehementi stupore admiratur, & ait: Ergóne beatũ hominem L miseria facit? Cæterùm quisquis eiusmodi es, non diffidas, non miseria sed misericordia facit beatum, sed huius propria sedes miseria est, vt humiliatio in humilitatẽ transeat, necessitas in virtutem. Pluuiam voluntariam (inquit) segregabis *Psa.67.b* deus hæreditati tuæ, & infirmata est, tu verò perfecisti eam. Vtilis prorsus infirmitas, quæ medici manum requirit: & salubriter à se deficit, quam perficit deus.

Quòd regnum sperare non possit, in cuius adhuc carne peccatum regnat. Capitulum XI.

SEd quia non est via ad regnum dei sine primitiis regni, nec sperare potest cœleste regnum cui nec super propria membra adhuc regnare donatur, sequitur vox dicens: Beati mites: quoniam ipsi hæreditabunt terram. Ac si euidentius *Matt.5.d* dicat: Mitiga efferos voluntatis motus, & crudelẽ bestiam mansuefacere cura. ligatus es, soluere studeas quod rumpere omnino non possis. Eua tua vita est. Vim facere, aut eatenus eam offendere nullo modo prævalebis. Nec mora, respirans homo inter hæc verba, atque id quoque facilius reputans, licet verecundus, accedit & delinire satagit viperam inflammatam. Arguit vitæ carnalis illecebras, & consolationes seculares nugacitatis accusat tanquam exiguas & indignas, sed & breuissimas quoque & perniciosissimas omnibus amato- M ribus suis.

Appetitus gulæ & libidinis, & cæterarum vanitatum quem finem habeant. Capitulum XII.

SVper hoc, ait: nequam & inutili seruo tuo & ipsa fatere. Nec enim inficiari potes, ne in modico quidem tibi vniuersa eius obsequia satisfacere aliquando potuisse. Voluptas gutturis quæ tanti hodie æstimatur, vix duorum obtinet latitudinem digitorum, & eius tam modicæ partis tam exigua delectatio quanta operatur solicitudine, quantam deinde molestiam parit? Hinc monstruosius dilatantur renes & humeri, hinc tumentes vteri non tam impinguantur quàm impręgnantur aruinæ: & dum carnis onus ossa non sustinent, etiam morbi varij generãtur. Sic libidinis illecebrosa vorago quãtis laboribus & dispendiis, interdum & famæ vel honoris, aut etiam vitæ ipsius periculo comparatur, vt ad modicũ *Boeth.li.3. de conso. metro.7.* flagrans sulphureus vapor furentes stimulis agat, & apũ par volantum vbi male grata mella funderit, nimis tenaci feriat *Luc.12.c* icta corda morsu: cuius appetitus anxietatis & vecordiæ, actus abominationis & ignominiæ, exitus pœnitudinis & verecundiæ plenus esse dignoscitur. Cæterum spectacula vana rogo quid corpori præstant, quidve ánimæ conferre videntur? At certè nihil in homine cui curiositas profit inuenies. Friuola prorsus & inanis ac nugatoria consolatio, & nescio quid illi durius imprecer, quàm vt semper habeat quod requirat, qui iucundę quietis pacẽ fugitans, curiosa inquietudine delectatur. Liquet sanè vel ex hoc ipso nihil his omnibus delectationis inesse, quorum solus transitus iuuat. Cæterum vanitatis vanitatum quàm nihil sit, vel ex ipso nomine manifestius

A nifestius indicatur. Vanus vtique labor qui studio vanitatis
Idem eod. li.pro.a.6. assumitur. O doxa doxa (ait Sapiens) in milibus mortalium nihil aliud quàm aurium inflatio vana. Et tamen quantam putas infelicitatem hæc ipsa non tam felix vanitas quàm vana felicitas parit? Hinc nanque cæcitas cordis, sicut scriptum
Psa.3.b est: Populę meus, qui te beatificant, in errorem te inducunt. Hinc ceruicosus furor animositatis, hinc suspicionis labor anxius, hinc liuoris crudele tormentũ, & crementis inuidiæ miserior q̃ miserabilior cruciatus, hinc diuitiarum amor insatiabilis lõge amplius desiderio torquet animam, quàm refrigeret vsu suo: vtpote quarum acquisitio quidem laboris, possessio vero timoris, amissio plena doloris, inuenitur. Po-
Eccles. 5.e strẽmò vbi multæ opes, multi etiam qui comedunt eas: & vsus quidem diuitiarum apud alios, diuitibus solum nomen cedit & solicitudo. Et in his omnibus pro tam exiguis, aut magis ne exiguis quidem, sed nullis, eam paruipendere gloriam quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præparauit deus diligentibus se: non tam insipientiæ quàm infidelitatis esse videtur.

De seruitute vitiorum, & incertitudine mortis. Capitulum XIII.

B NEc immeritò sanè mundus hic positus in maligno, vana promissione deludit animas propriæ conditionis & nobilitatis oblitas, quas nõ pudeat porcis in ministerio subiugari, in desiderio sociari, nec sic tamẽ infelici edulio satiari. Vnde enim hæc tanta pusillanimitas & abiectio tam miserabilis, vt egregia creatura capax æternæ beatitudinis & glorię magni dei, vtpote cuius sit inspiratione condita, similitudine insignita, cruore redempta, fide dotata, spiritu adoptata, miseram nõ erubescat sub putredine hac corporeorum sensuum gerere seruitutem? Meritò planè ne eos quidem apprehendere poteſt, quæ talem deserens sponsum, tales sequitur amatores. Meritò siliquas esuriit & non accepit, qui porcos pascere maluit, quàm paternis epulis satiari. Insanus liquidè labor pascere sterilem quæ non parit, & viduæ benefacere nolle: omittere curam cordis, & curam carnis agere in desiderio: impinguare & fouere cadauer putridum, quod paulo post vermium esca futurum nullatenus dubitatur. Nam & seruire mammonæ, & auaritiam colere (quod est seruitus ídolorum) aut vanitatem sectari: prorsus degeneris animæ indicium esse quis nesciat?

De infidelitate diuitiarum congregatarum. Capitulum XIIII.

C ESto tamen magna sint & honesta quæ mundus interim amatoribus suis erogare videtur, sed infida esse quis nesciat? Certa nimirum eorum breuitas, & ipsius quoque breuitatis finis incertus: sæpe viuentem deseruntt: nam morientẽ nec raro sequuntur. Quid verò in rebus humanis certius morte? quid hora mortis incertius inuenitur? Non miseratur inopiam, non diuitias reueretur, non generi cuiuslibet, non moribus, nõ ipsi denique parcit ætati, nisi quòd senibus quidem in ianuis, adolescentibus in insidiis est. Infelix proinde qui in huius vitæ tenebris & lubrico fidens, perituram insumit operam, nec aduertit quoniam vapor est ad modicum parens, & vanitas vanitatum. Obtinuisti tandem ambitioſẽ quam ex longo cõcupieras dignitatem? serua quod habes. Implesti pecunioſe loculos tuos? solicitus esto ne perdas. Vberes fructus attulit ager tuus? dirue horrea tua vt maiora ædifices: muta quadrata rotundis: dic animæ tuæ, habes multa bona reposita in annos plurimos. Erit enim qui dicat: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem parasti, cuius erunt?

Quòd temporalia opera quasi semina sunt mercedis æternæ. Capitulum XV.

ATque vtinam tantùm congregata perirent, & non deterius ipse quoque periret congregator eorum. Esset vtique tolerabilius perituro quàm peremptorio insudare labori. Nũc verò stipendia peccati mors: & qui in carne seminat, de carne metet corruptionem. Nec enim opera nostra transeunt vt videntur, sed temporalia quæque velut æterni- D tatis semina iaciuntur. Stupebit insipiens cum ex hoc modi- D co semine copiosam viderit exurgere messem, seu bonam seu malam, pro diuersa qualitate sementis. Hoc qui cogitat, nullum omnino paruum reputat esse peccatum, quòd futuram messem potius æstimet, quàm sementem. Seminãt ergo dum nesciunt, & seminant dum occultant homines iniquitatis mysteria, dum vanitatis consilia celant, dum perambulant in tenebris negocia tenebrarum.

Quod impossibile sit peccantem latere. Caput XVI.

PArietes, inquit, sunt vndique, quis me videt? Esto nemo te videat, non tamen nullus. Videt te angelus malus, videt te angelus bonus, videt & bonis & malis maior angelis deus, videt accusator, videt testium multitudo, videt & ipse iudex cuius te oporteat assistere tribunali: sed cuius sanè oculis velle delinquere, tam insanum, quàm horrendum incidere in manus dei viuentis. Noli esse securus, latent insidiæ quas latere non possis. Latent, inquam, insidiæ, quas vt deprehendere ipse non potes, sic non potes ipse non deprehendi. Audit planè qui plantauit aurem: & qui finxit oculum, ipse considerat. Non illius solis arcet radios maceria lapidum, quos ipse creauit: non vel ipse corporis huius paries veritatis excludit aspectũ. Nuda sunt eius oculis omnia, penetrabilior est ancipiti gladio. Ipsas quoque non modo E cernit, sed & discernit cogitationum vias, & medullas affectionum. Denique si non totam humani cordis abyssum, & quicquid in ipso latet inspiceret prę ipso, non ille iam nisi sibi conscius iudicantis sese domini sententiam tãtopere formidaret. Mihi (inquit) pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab *1. Cor. 4.d* humano die, sed neque meipsum iudico: nihil enim mihi cõscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Si tu obiectu parietis, aut cuiuslibet simulationis prætẽtu, humana frustrari posse iudicia gloriaris, certus esto non illum, vera crimina præterire qui de fallis etiam accusare criminibus consueuit. Si tantopere eius qui nihilo minus fortè tuam vereatur, proximi conscientiã reformidas, multo minus eos contemnas quibus odiosa magis iniquitas, & longè amplius execrabilis corruptio est. Si denique deum non times, & solos hominũ reuereris aspectus, memor esto hominem Christum hominum facta ignorare non posse: vt quod coram me attentare minimè prorsus auderes, multo minus audeas coram ipso: quódque nõ dico non liceret, sed nec liberet quidem præsumere videnti cõseruo, inspiciente domino vel cogitare penitus exhorrescas. Alioquin si carnis oculũ magis quàm gladium qui carnes habet, deuorare formidas: & is quoque timor quẽ times, eueniet tibi, & accidet quod vereris. Nihil opertum quod non reueletur, vel occultum quod non sciatur. Arguentur à luce in lucem prolata opera tenebrarum: nec modò obscœnitatũ abominãda secreta, sed iniqua commercia vẽdentium sacramenta, & fraudulenta suspiria adinuenientium dolos, & iudicia subuertentiũ, F qui nouit omnia, nota faciet vniuersis: cum cœperit scrutator ille cordis & renum scrutari Hierusalem in lucernis.

Quid sentiendum sit de his qui impiè agunt. Capitulum. XVII.

QVid ergo ibi facturi sunt, imò potius quid passuri, qui crimina commiserunt, vbi audituri sunt: Ite in ignem æternum, qui pietatis opera non fecerunt? Quando vero admittetur ad nuptias, qui nec lumbos præcinxit vt abstineret à malo, nec lucernam tenuit vt faceret bonum: quando nec virginitatis integritas, nec lampadum claritas solius olei poterit excusare defectum? Aut quis illos manere credendus est cruciatus, qui in hac vita non solùm mala, sed fortè pessima perpetrant, si sic sunt cruciandi qui hic bona receperũt, vt in medio flammæ æstuãtibus linguis, ne minimæ quidem stillæ obtinere refrigerium queant? Caueamus ergo mala opera, ne includentis sagenæ fiducia, liberè intra ecclesiam delinquamus: hoc scientes, quia non omnes quos sagena trahit, piscatorum vasa recipiẽt, sed erit cum ad littus venerint, eligent bonos in vasa, malos autem foras mittent. Neque hoc contenti lumborum cingulo, accẽdamus etiam lucernas nostras, & instanter operemur bonum: cogitantes quod om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nis arbor non modo quæ malum fecerit fructum, sed etiam quæ bonum non fecerit, excidetur, & in ignem mittetur, illum vtique ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Cæterum sic declinemus à malo, vt faciamus bonum: inquiramus pacem, non gloriam prosequamur. Illa enim dei est, & eam alteri non dabit. Gloriam, inquit, meam alteri non dabo. Et dicebat homo secundum cor dei: Nō nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Recordemur etiam scripturæ dicentis: Si rectè offeras, & nō rectè diuidas, peccasti. Recta est fratres, illa nostra diuisio, nemo detractet. Alioquin si cui forsitan minus placet, sciat nō nostrā esse, sed angelorum. Priores enim angeli cecinerunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Seruemus ergo in vasis oleū, ne fortè (quod absit) clausas iam nuptiarum ianuas frustra pulsantes, verbū audiamus amarū, & deintus nobis sponsus respondeat, Nescio vos. Adhuc tamen mors posita est nō modo secus iniquitatē, sterilitatem, vanitatem, sed & secus introitum ipsius etiam voluptatis. Quocirca opus est fortitudine aduersus tentamenta peccati, vt rugienti leoni resistamus fortes in fide, & ignita ipsius iacula hoc ipso clypeo viriliter repellamus. Opus est iustitia, vt operemur bonum. Opus est prudentia, ne cum fatuis virginibus reprobemur. Opus denique temperantia, ne voluptatibus indulgentes, audiamus aliquando quod miser ille epularum & vestium splendore finito dum misericordiā precaretur audiuit: Memēto fili quòd recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Planè terribilis deus in consiliis super filios hominum, sed si terribilis est, etiam misericors inuenitur, dum futuri formam iudicij nō occultat. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur: & palmes qui fructum non fecerit, excidetur. Virgo cui defuerit oleum, à nuptiis excludetur: & qui bona receperit in hac vita, cruciabitur in futura. Quod si fortè contingat in vno quolibet simul hæc quatuor inueniri, ea planè extrema desperatio est.

Esa. 42. b *Psal. 113. b* *Gen. 4 b* *Luc. 2. b* *Luc. 16. f* *Eccl. 18. a*

Quòd spiritui ad bonum parato resistit caro.
Capitulum XVIII.

HÆc igitur & his similia intus suggerit ratio volūtati, eò copiosius quò perfectius illustratione spiritus edocetur. Felix sanè, cuius volūtas sic cesserit & acquieuerit consilio rationis, vt à timore cōcipiens, promissionibus deinceps cœlestibus foueatur, & parturiat spiritū salutis. At fortè inuenietur rebellis & obstinata voluntas, & nec impatiens solum, sed & monitis peior, & minis durior, & adhibitis acerbior blādimentis. Inuenietur forsitan quæ nihil mota suggestionibus rationis, imò & graui furore commota, respondeat dicens: Quousq; vos patior? prædicatio vestra in me non capit. Scio quòd astuti estis, sed asturia vestra in me locum non habet. Fortè & aduocans membra singula, solito amplius solitis iubet obedire concupiscentiis, nequitiis deseruire. Hinc nimirum est illud quòd quotidianis discimus experimentis, eos qui conuerti deliberant, tentari acrius à concupiscentia carnis: & vrgeri grauius in operibus luti & lateris, qui Aegyptum egredi, & Pharaonis imperium effugere moliuntur.

I

Quòd lugendum sit, & post luctum consolandum.
Capitulum XIX.

VTinam autem qui eiusmodi est, declinet impietatem, & terribile illud profundum caueat, de quo scriptum est: Impius cùm venerit in profundum malorum, contemnit. Fortissima si quidē potione curatur: & periclitabitur facilè, nisi multa solicitudine studeat medici obtemperare cōsiliis, obseruare præcepta. Vehemens est tentatio, & proxima desperatione, nisi totum colligat, & ad miserandum animæ suæ, quam adeo miseram & miserabilem videt, conuertat affectum, & audiat vocem dicentem: Beati qui lugent, quoniam ipsi cōsolabuntur. Lugeat abundanter: quia lugēdi tempus aduenit: & ad sorbendas iuges lachrymas ista sufficiunt. Lugeat, sed non sine pietatis affectu, & obtentu consolationis. Cōsideret nullam sibi inueniri requiem in seipso, sed omnia plena miseriæ & desolationis. Consideret non esse bonum in carne sua, sed in seculo nequam nihil nisi vanitatem & afflictionem spiritus contineri. Consideret, inquā, K nec intus nec subtus nec circa se sibi occurrere consolationem: vt vel tandem aliquando discat quærendam sursum, & de sursum esse sperādam. Lugeat interim plangens dolorem suum: exitus aquarum deducat oculus eius, & palpebra non quiescat. Nimirum purgatur lachrymis oculus ante caligās, & acuitur visus vt intendere possit in seteniissimi luminis claritatem.

Prou. 18. *Matt. 5. a*

Quòd post consolationem ad cœlestia contemplanda accedendum est. Capitulum XX.

EX hoc sanè suspiciat per foramen, prospiciat per cancellos, prædulcem radium prosequatur obtutu, & magorum sedulus imitator, lumen lumine quærat. Inueniet enim locum tabernaculi admirabilis, vbi panem angelorum manducet homo: inueniet paradisum voluptatis plantatum à domino: inueniet hortum floridum & amœnissimum: inueniet refrigerij sedem, & dicet: O si audiat vocem meam misera illa voluntas, vt ingrediens videat bona, & visitet locum istum! Hic nimirum inueniet requiem ampliorem, & me quoque eo minus inquietabit, quo minus inquietabitur ipsa. Neque enim mentitur qui dixit: Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. In huius fide promissionis exacerbata blandius alloquatur, & simulata quadam hilaritate & spiritu mansuetudinis eam cōueniens dicat: Cesset penitus indignatio tua: nō ego sum qui te offendere possim: tuum est corpus, tuus & ego ipse: nō est quod timeas, nō est quod verearis. Nec mirum si fortè amarius adhuc reddiderit illa responsum, vt dicat quia multę cogitationes ad insaniā nos adduxerūt. Sustineat interim equanimiter ac dissimulet omnino quod agitur, donec interloquendum inducens alia pro aliis, opportunè aliquando inferat dicens: Inueni hodie hortum pulcherrimum, & amœnissimum locum: bonum esset illic nos esse: nam & tibi nocet in hoc lecto ægritudinis, in hoc doloris strato versari, in hoc cubili tuo graui corde compungi. Aderit dominus quærenti se, animæ speranti in se, aderit votis supplicibus, & verbis eius efficaciam ministrabit. Excitabitur desiderium voluntatis, vt non modò videre locum, sed & introire paulatim, & mansionem inibi facere concupiscat.

Matt. 11. d L M

Quòd in hac contemplatione requiescendum sit.
Capitulum XXI.

NEc verò locum reputes corporalem paradisum hunc voluptatis internæ. Non pedibus in hunc hortum, sed affectibus introitur. Nec terrenarum tibi commendatur arborum copia, sed virtutum vtique spiritualium iucunda decoráque plantatio. Hortus conclusus, vbi fons signatus in quatuor capita deriuatur, & ex vna sapientiæ vena virtus quadripertita procedit. Splendidissima quoq; imbi lilia vernant: & cum flores apparēt, etiam vox turturis auditur. Illic nardus sponsæ fragrantissimum præstat odorem, & cætera quoque aromata fluunt, Austro spirante, Aquilone fugato. Ibi media est arbor vitæ, malus illa de cantico cunctis preciosior lignis siluarum, cuius & vmbra spōsam refrigerat, & fructus dulcis gutturi eius. Ibi continentiæ nitor, & syncerę veritatis intuitus oculos cordis irradiat: auditui quoque datur gaudium & lætitiam dulcissima vox consolatoris interni. Ibi quibusdam spei naribus influit iucundissimus odor agri pleni cui dominus benedixit. Ibi auiditissimè prælibantur incomparabiles delicię charitatis, & succisis spinis ac vepribus quibus antea pungebatur, vnctione misericordiæ perfusus animus in conscientia bona feliciter requiescit. Quæ quidē non inter vitæ æternæ præmia, sed inter tēporalis militiæ stipendia deputantur: nec ad futuram pertinent, sed ad eam magis quę nunc est ecclesiæ promissionem. hoc enim cētuplum est quod in hoc seculo cōtemptoribus exhibetur. Nec tibi illud nostro sperauaris eloquio commendandū: solus spiritus est qui reuelat: sine causa paginam consulis, experientiā magis require. Sapientia est cuius precium nescit homo: de occultis trahitur, nec in terra suauiter viuentiū inuenitur ista suauitas. Nimirum suauitas domini est: nisi gustaueris, nō videbis. Gustate, inquit, & videte quoniam suauis est dominus. Manna absconditum est, nomen nouum est, quod nemo scit nisi

psal. 33. b

A nisi qui accipit. Nō illud eruditio, sed vnctio docet: nec scientia, sed cōscientia comprehendit. Sanctū est, margaritæ sunt, nec faciet ipse quod prohibet, qui cœpit facere & docere. Neque enim canes aut porcos iam reputat, quos prioribus abrenunciantes facinoribus atque flagitiis etiam consolatur per apostolū, dicens: Hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis: tantùm caueat ne reuertatur canis ad vomitum, nec sus lota ad volutabrum luti.

1. Cor. 6. c

Quòd gustu contemplationis refectus habet intelligere diuina.
Capitulum XXII.

IN huius ergo ostio paradisi diuini susurrij vox auditur, & sacratissimum secretissimúmque consilium quod absconditum est à sapientibus & prudentibuss, paruulis reuelatur. Cuius sanè vocis auditum non sola iam ratio capit, sed gratanter eum communicat & voluntati: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Altissimum planè consilium, & inæstimabile sacramentum. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, qui de cœlo nobis à regalibus sedibus venit. Facta est valida fames in terra, & omnes iam non egere cœpimus, sed ad extremam iam ventimus egestatem. Denique & comparati sumus iumentis insipientibus, & similes facti sumus illis: etiam porcorum siliquas insatiabiliter esurimus. Qui pecuniam diligit, non satiatur: qui luxuriam diligit, non satiatur: qui gloriā quærit, non satiatur. Denique qui mundū amat, nunquā satiatur. Noui ego homines satiatos hoc mūdo, & ad eius omnē memoriā nauseātes. Noui satiatos pecunia, & satiatos honoribus, satiatos voluptatibus & curiositatibus huius mundi, nec mediocriter, sed vsque ad fastidium satiatos. Et facile est cuique nostrum hāc satietatem per dei gratiam obtinere? neque enim parit hanc copia, sed contēptus. Sic fatui filij Adam porcorum vorando siliquas, nō esuriētes animas, sed esuriem ipsam pascitis animarum. Sola nimirum hoc edulio inedia vestra nutritur, sola fames alitur cibo innaturali. Et dico plenius exempli gratia, vnum sumens è multis quæ humana vanitas concupiscit. Non prius satiabuntur corda hominū auro, quàm aura corpora satientur. Nec indignetur auarus, & de ambitiosis & luxuriosis, etiam & de facinorosis eadem sententia est. Si quis mihi fortè non credit, experientiæ credat vel propriæ, vel multorum. Quis in vobis est fratres, qui satiari cupiat, & desiderium suum optet impleri? Incipiat esurire iustitiā, & non poterit non satiari. Panes illos desideret qui in domo patris abundant, & inueniet sese continuò siliquas fastidire porcorum. Gustum iustitiæ vel exiguū studeat experiri, vt eo ipso desideret amplius, & amplius mereatur, sicut scriptū est: Qui edit me, adhuc esuriet: qui bibit me, adhuc sitiet. Hoc enim cognatum magis spiritui, & naturalius desiderium vehemētius occupat cor humanū, cæteráq; viriliter desideria pellit. Sic nimirum fortem armatum fortior superat, sic clauus clauo solet extundi. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Nondum quidem ipsa qua non satiabitur homo & viuet, sed cæteris vniuersis quæ prius insatiabiliter fuerunt concupita: vt ex hoc sibi voluntas ad seruiendum prioribus concupiscentiis corpus vendicare desistens, tationi prorsus exponat, magis autem vrgeat ipsa seruire iustitiæ in sanctificationē, non minore zelo quàm prius exhibuisset seruire iniquitati ad iniquitatem.

Matt. 5. a B C

Quòd peccata punita nec iterata nil possint obesse.
Capitulum XXIII.

CÆterum iam & voluntate mutata, & in seruitutem redacto corpore, velut siccato iam aliquatenus fonte, & oppilato foramine, tertium adhuc idque grauissimum restat, de purganda scilicet memoria, & exhaurienda sentina. Quomodo enim à memoria mea excidet vita mea? Membrana vilis & tenuis atramentum fortè prorsus † ebibit, qua deinceps arte delebitur? Nō enim superficie tenus tinxit, sed prorsus totam intinxit. Fruſtra conarer eradere, antè scinditur charta quàm characteres miseri deleantur. Ipsam enim fortè memoriam delere posset obliuio, vt videlicet mēte caperus eorum nō meminerim quæ commisi. Cæterùm vt memoria integra maneat, & ipsius maculæ deleātur, quæ nouacula posset efficere? Solus itaq; sermo viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: Dimittuntur tibi peccata tua. Murmuret Pharisęus & dicat: Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Mihi enim qui id loquitur, deus est, & nō æstimabitur alius ab illo, qui adinuenit omnē viā disciplinæ, & dedit illā Iacob puero suo, & Israel dilecto suo: post hæc in terris visus est, & cū hominibus conuersatus est. Huius indulgentia delet peccatum, non quidē vt à memoria excidat, sed quod prius inesse pariter & inficere cōsueuisset, sic decętero insit memoriæ, vt eam nullatenus decoloret. Multorum enī nūc peccatorū quæ vel à nobis vel ab aliis cōmissa nouimus, recordamur: sed propria quidē inquināt, aliena non nocent. Vt quid hoc, nisi quòd in his erubescimus singulariter, hæc nobis singulariter imputāda veremur? Tolle damnationem, tolle timorē, tolle cōfusionē: quæ quidem omnia planè plena remissio tollit, & nō modo nō oberūt, sed etiā cooperabūtur in bonū, vt deuotas ei referamus gratias qui remisit.

Matt. 9. a *Rom. 5. d* *Matt. 6. b* *Esa. 1. b* *Sapiē. 9. d*

De misericordia quæ promittitur misereti.
Capitulum XXIIII.

IAm verò supplicanti pro ea, congrue respondetur: Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur. Miserere ergo animæ tuæ, qui deum tibi vis misereri. Laua per singulas noctes lectū tuum, lachrymis tuis stratum tuum rigare memento. Si compateris tibiipsi, si laboras in gemitu pœnitentiæ, (primus hic gradus misericordiæ est) misericordiam vtique consequēris. Quòd si fortè magnus & multus peccator es, ac magnam quæris misericordiam, ac multitudinem miserationum, tu quoque misericordiam tuam magnificare & multiplicare labora, reconciliatus esto tibi ipsi: nam & tibi grauis factus eras, quòd positus esses contrarius deo. Et hac sanè in domo propria reformata pace eādem necesse est prius erga, pximos dilatari, vt nouissimè osculetur te & ipse osculo oris sui, & quemadmodum scriptum est, recōciliatus, pacē habeas ad deum. Dimittre his qui in te peccauerunt, & dimittetur tibi quod ipse peccasti, dū secura cōscientia orauerris patrem, & dixeris: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si fortè quempiam defraudaueris, redde vel simplū, quod supereſt da pauperibus, & misericordiā præstans misericordiā consequēris. Si fuerint peccata tua sicut coccinū, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Vt non confundaris super cunctis adinuentionibus tuis quibus præuaricatus es, in quibus nunc erubescis, fac eleemosynam, si non potes de terrena substantia, de voluntate bona: & omnia munda erunt: nō modò illuminata ratio, & correcta voluntas, sed ipsa quoq; memoria mūda erit: vt ex hoc iam voceris ad dominū, & audias vocē dicentis: Beati mūdo corde.

Quòd vt deus videatur, cor mundandum est.
Capitulum XXV.

BEati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Magna promissio fratres mei, & totis desideriis affectanda. Hæc enim visio, confirmatio est: sicut Ioannes apostolus ait: Nunc filij dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est. Hæc visio vita æterna est, sicut ipsa in euangelio veritas ait: Hęc est vita æterna, vt cognoscāt te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. O dibilis macula, quæ beatā nobis adimit visionem, & execrabilis negligētia qua dissimulamus interim illius oculi mundationē. Vt enim corporeus nobis visus aut humore interiori, aut exterioris iniectione puluēris impeditur: sic & intuit⁹ spiritualis interdum quidem propriæ carnis illecebra, interdū curiositate seculari & ambitione turbatur. Quod quidem non minus nos experientia propria quàm diuina pagina docet, vbi legitur scriptum: Corpus quod corrūpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātem. In vtroque tamen solum quod hebetat & confundit obtutum, peccatum est: nec aliud inter oculum & lucem, inter deum & hominem separare videtur. Quādiu enim in hoc corpore sumus, peregrinamur à domino. Non vtiq; corporis est culpa, huius scilicet quod gerimus corpus mortis: magis autē quòd corpus peccati sit caro, in qua bonū nō est, sed potius lex peccati. Interdū tamē corporeus oculus non adhuc festuca manente, sed iam sublata vel exufflata aliquandiu caligare vide-

1. Ioan. 3. d *Ioan. 17. d*

† imbibit.

psal. 33. b

Universidad de Deusto Biblioteca

Gtur: quod quidé & ipsum in interiori oculo qui in spiritu ambulabat, sæpius experitur. Neque enim vbi ferrũ extraxeris, continuò vulnus redditum est sanitati, sed tunc primum necesse est adhibere fomenta, & operam dare curationi. Nemo ergo sentinam ciiciens, mundatum sese protinus arbitretur, quinimmo nouerit se multis purificationibus egere. Nec modò lauandũ aqua, sed & purgandum & examinandum igni, vt dicat: Transiimus per ignem & aquam, & eduxit eos in refrigerium. Beati ergo mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Nunc quidem per speculum in ænigmate, in futuro autem facie ad faciem, vbi nimirum faciei nostræ fuerit consummata mundities, vt sibi eam exhibeat glorioſam non habentem maculam neque rugam.

Psal. 65. e
Matt. 5. a

De pacato, patiente, & pacifico. Cap. XXVI.

Ibidem

VBi oportunè illico subinfertur: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Est enim homo pacatus, qui bona pro bonis reddens, quantum in se est, nemini vult nocere. Est alius patiens, qui non reddens mala pro malis, etiam potens est sustinere nocentẽ. Est & pacificus, qui bona pro malis reddens, in promptu habet & prodesse nocenti. Primus quidem paruulus est, & facilè scandalizatur: nec facilè qui huiusmodi est, in hoc seculo nequam & pleno scandalis potest obtinere salutem. Secundus (vt scriptum est) in patientia sua possidet animam suam. Nam tertius quidem non modò suam possidet, sed & multorũ animas lucrifacit. Primus quantũ in ipso est pacem habet secundus pacem tenet. Tertius pacem facit. Meritò proinde beatificatur nomine filij, quòd opus filij impleuerit, vt post suam non ingratus reconciliationem, etiam alios recõciliet patri suo. Siquidé qui benè ministrauerit, bonum gradum sibi acquirit, nec in domo patris gradus melior credendus est esse quàm filij. Si enim filij, & hæredes: hæredes quidé dei, cohæredes autem Christi: vt quemadmodum dicit: Vbi ipse est, ibi sit & minister suus.

H

Rom. 8. c
Ioan. 12. b

Fatigauimus vos prolixitate sermonis, & detinuimus vltrà quàm oporteret. Ex hoc iam finem loquacitati nostrę, quem non imperat verecundia, videtur imperare vel hora. Memẽtote tamen apostoli, quem aliquando verbum prædicationis vsque in mediam noctem legitis protraxisse. Vtinam adhuc (vt ipsius verbis vtar) sustineatis modicum quid insipientiæ meæ. Aemulor enim vos dei æmulatione.

2. Cor. 11. a

Increpatio ad ambitiosos qui non mundato corde deum aliis pacificare præsumunt. Cap. XXVII.

Fllioli mei, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Nemo enim magis iram meretur, quàm amicum simulãs inimicus. Iuda osculo tradis filiũ hominis, homo vnanimis, qui simul mecũ dulces capiebas cibos, qui in paropside manum pariter intinxisti? Non est tibi pars in oratione qua orat ad patrem, & dicit: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Væ vobis qui clauẽ tollitis non scientiæ solùm, sed auctoritatis: neç ipsi introitis, & multipliciter impeditis quos introducere debuistis. Tollitis enim & non accipitis claues. De quibus dominus queritur per prophetam: Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & ego non vocaui eos. Vnde tantus prælationis ardor, vnde ambitionis impudentia tanta, vnde vesania tanta præsumptionis humanæ? Audeátne aliquis vestrum, terreni cuiusllibet reguli, non prę cipiente aut etiam prohibente eo occupare ministeria, prępripere beneficia, negocia dispensare? Nec tu deum putes quæ in magna domo sua à vasis iræ aptis in interitum sustinet, approbare. Multi quidem veniunt, sed considera quis vocetur. Ordinem ipsum dominici sermonis attende: Beati, inquit, mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Ac deinde: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Mundicordes vtiq; vocat patet cœlestis, qui non quærunt quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi: nec quod sibi vtile, sed quod multis. Petre, inquit, amas me? Domine, tu scis quia amo te. Pasce oues meas. Quando enim sic amatas oues committeret nõ amanti? Nimirum hoc queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Væ ministris infidelibus, qui necdum reconciliati, reconciliationis alienæ negocia quasi homines qui iustitiã fecerint apprehẽdunt. Vę filiis iræ, qui se ministros gratię profitentur. Væ filiis iræ, qui pacificorum sibi vsurpare gradus & nomina non verentur. Væ filiis iræ, qui fideles sese mediatores pacis, vt peccata populi comedant, mentiuntur. Væ qui ambulantes in carne deo placere non possunt, & placare velle præsumunt.

I

Luc. 24. e

Oseæ. 8. a

K

Matt. 5. a

Ioan. 21. c

Quòd quidam pacificorum gradus sibi vsurpent. Capitulum XXVIII.

NOn miramur fratres quicunque præsentem statum ecclesiæ miseramur, non miramur de radice colubri regulum orientem. Non miramur si vindemiat vineam domini, qui institutam à domino prærgreditur viam. Impudenter enim pacifici gradum & filij dei vices occupat homo qui nec primam quidem adhuc vocem domini ad cor reuocantis audiuit: aut siquando forsitan cœperit audire, resiliens fugit ad folia, vt absconderetur in eis. Propterea necdũ peccare quieuit, sed lõgam adhuc trahit restem: necdum factus est vir videns paupertatem suam, sed dicit quia diues sum & nullius egeo, cum sit pauper, & nudus & miser & miserabilis. Nihil illi de spiritu mãsuetudinis, quo præoccupatos in delicto possit instruere, considerans seipsum ne & ipse tentetur. Cõpunctionis lachrymas nescíens lætatur magis cum malefecerit, & in rebus pessimis exultat. Nimirum vnus eorum est, quibus dominus ait: Vę vobis qui ridetis nũc, quoniam flebitis. Pecuniam nõ iustitiam cõcupiscunt oculi eius, & omne sublime videt: miserabiliter esurit dignitates, gloriam sitit humanam: procul ab eo misericordiæ viscera. Iæuire potius & tyranum exhibere lætatur. quæstum æstimat pietatẽ. Quid de munditia cordis loquar? Vtinam non illud obliuioni dedisset tanquã mortuus à corde, vtinã non esset columba seducta non habens cor, vtinam esset quod vel deforis est mundum, nec ea quæ corporalis est, maculata tunica inueniretur, vt obediret vel in hac parte dicenti: Mundamini qui fertis vasa domini.

Luc. 6. d

L

Esa. 52. c

Exprobratio quòd incontinentes sacros ordines non verentur. Capitulum XXIX.

NOn accusamus vniuersitatem, sed nec vniuersitatem possumus excusare. Reliquit sibi dominus multa milia. Alioquin nisi eorum nos excusaret iustitia, & illud nobis semen sanctum dominus Sabaoth reliquisset, olim iam sicut Sodoma subuersi essemus, & sicut Gomorra similiter periissemus. Dilatata siquidem videtur ecclesia, ipse etiam cleri sacratissimus ordo fratrum numerus super numerum multiplicatus est. Verum etsi multiplicasti gentem domine, non magnificasti lætitiã, dum nihil minus apparet decessisse meriti, quàm numeri accessisse. Curritur passim ad sacros ordines, & reuerenda ipsis quoque spiritibus angelicis ministeria homines apprehendunt sine reuerentia, sine consideratione. Neque enim signum regni occupare cœlestis, aut illius timent imperij gestare coronã, in quibus auaritia regnat, ambitio imperat, dominatur superbia, sed & iniquitas & luxuria etiam principatur: in quibus & pessima fortè appareat intra parietes abominatio, si (iuxta Ezechielis prophetiam) parietem fodiamus, vt in domo dei viuamus horrendum. Siquidem post fornicationes, post adulteria, post incestus, nec ipsę quidem apud aliquos ignominiæ passiones, & turpitudinis opera desunt: vtinam non fierent quæ vsqueadeo non conueniũt, vt nec apostolum hæc scribere, nec nos dicere oporteret, vt nec dicentibus crederetur quòd humanum aliquando occupauerit animum tam abominanda cupido. Nunquid non olim ciuitates illæ spurcitiæ huius matres diuino prædamnatæ iudicio, & incendio sunt deletæ? Nunquid non gehennalis flamma moram nõ sustinens, execrabilẽ illam præuenit tollere nationẽ, quòd ipsius specialiter essent peccata manifesta præcedentia ad iudicium? Nunquid non & ipsam vtpote conscią tantæ confusionis tellurem absumpsit ignis, sulphur, & spiritus procellarum? Nunquid non in lacũ horribilem solum omne redactũ est? Amputata sunt hydræ capita quinque, sed heu innumera surrexerunt. Quis reædificauit vrbes flagitij, quis turpitudinis mœnia dilatauit, quis extendit propagines virulentas? Væ væ, inimicus hominũ sulphurei illius incendij reliquias infelices circunquaq; dispersit, execrabili illo cinere ecclesiæ corpus asperſit, & ipsorum quoque ministrorum eius nonnullos sanie fœtidissima spurcissimáq; respersit. Heu genus electum, regale sacerdotium, gens

Gen. 19. c

M

Agẽs sancta, populus acquisitionis, quis inter tua illa primordia tam diuina, & spiritualibus affluentẽ charismatibus Christianæ religionis ortũ, credere posset posse talia in te aliquãdo reperiri? Ingrediuntur cum hac macula tabernaculum dei viuentis, inhabitant cum macula templum sanctum domini polluentes, iudiciũ multiplex accepturi, quòd & tam grauissimas conscientias gerunt, & nihilo minus sese ingerunt in sanctuarium dei. Tales enim non modo non placant deũ, sed magis irritant dum videntur in cordibus suis dicere: Nõ requiret. Irritant planè & infensum reddunt sibi, vereor ne in his quibus eũ repropitiare debuerant. Vtinam magis turrim inchoaturi, sedentes computarent ne fortè sumptus non habeant ad perficiendum. Vtinã qui continere non valent, perfectionẽ temerariè profiteri, aut cœlibatui dare nomina verentur. Sumptuosa siquidem turris est, & verbum grande, quod nõ omnes capere possunt. Esset autem sine dubio melius nubere quàm vri, & saluari in humili gradu fidelis populi, quàm in cleri sublimitate & deterius viuere, & districtius iudicari. Multi enim, non quidem omnes, sed tamen multi, certum est, nec latere queunt præ multitudine, nec præ impudentia quærunt: multi vtique libertatẽ in qua vocati sunt, in occasionem carnis dedisse videntur, abstinentes remedio

B nuptiali, & in omne deinceps flagitium effluentes.

Exhortatio ad pœnitentiam, vt prius humiliati, post exaltentur. Capitulum XXX.

PArcite obsecro fratres, parcite animabus vestris, parcite sanguini qui pro vobis effusus est. Horrendum cauete periculum, ignem qui paratus est declinate. Inueniatur tandem non irrisoria perfectionis professio, exhibeatur etiam virtus in specie pietatis, non sit inanis cœlibis vitæ forma, & vacua veritatis. Quidni periclitetur castitas in deliciis, humilitas in diuitiis, pietas in negociis, veritas in multiloquio, charitas in hoc seculo nequam? Fugite de medio Babylonis, fugite, & saluate animas vestras. Conuolate ad vrbes refugij, vbi possitis & de præteritis agere pœnitẽtiam, & in præsenti obtinere gratiam, & futuram gloriam fiducialiter præstolari. Non vos retardet conscientia peccatorum, quia vbi illa superabundauerunt, superabundare gratia consueuit: non pœnitentiæ austeritas ipsa deterreat. Neque enim condignæ sunt passiones huius temporis ad præteritam culpam quæ remittitur, non ad præsentem cõsolationis gratiã quæ immittitur, non ad futuram gloriam quæ promittitur nobis. Denique nulla est tanta amaritudo quam nõ prophetica farina dulcoret, quam non sapidam reddat sapientia lignum vitæ. Si verbis non creditis, operibus credite, exemplis acquiescite plurimorum. Currunt vndique peccatores

C ad pœnitentiam: & natura pariter & consuetudine delicati, exteriorem omnino asperitatem non reputant, vt exasperatæ conscientiæ leniantur. Nihil credentibus impossibile, nil amãtibus difficile, nil asperum mitibus, nil humilibus arduũ reperitur, quibus & gratia fert auxilium, & obediendi deuotio lenit imperium. Quãdiu ambulatis in magnis & mirabilibus super vos? Magnum prorsus & mirabile est ministrum esse Christi, & mysteriorũ dei esse dispensatorem. Longe super vos est ordo pacificorũ, nisi fortè omissis gradibus præper vos est ordo pacificorũ, nisi fortè omissis gradibus præper vos est ordo pacificorũ, nisi fortè omissis gradibus præper

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gter pauperum factus, ideo nõ pauper spiritu es. In te hanc mutationem factam esse confido, non de te, nec priori statui tuo successisse promotionem, sed accessisse. Monebo te proinde non vt magister, sed vt mater, plane vt amans. Amens magis videar, sed ei qui non amat ei qui vim non sentit amoris.

D. Bernardi Abbatis Clarævallis de Consideratione ad Eugenium pontificem maximum, Liber primus.

Dolet summum præsulem variis occupationibus distractum esse. Caput I.

VNde iam ergo incipiam? Libet ab occupationibus tuis, quia in his maximè condoleo tibi. Cõdoleo dixerim, si tamen doles & tu. Alioquin doleo magis dixisse debueram, quia non est condolere vbi nemo qui doleat. Itaque si doles, condoleo. Si non, doleo tamen & maximè sciens
H longius à salute absistere membrum quod obstupuit: & egrũ sese non sentiẽtem, periculosius laborare. Abiit autem vt de te id suspicer. Noui quibus deliciis dulcis quietis tuę nõ longe ante hac fruebare: non potes dissueuisse tã citò, non potes ita subitò non dolere nuper subtractas. Plaga recens, dolore nõ caret. Neque enim iam occalluit vulnus, nec in tam breui versum in insensibile est. Quanquam si non dissimules, nõ deest tibi iugis materia iusti doloris à quotidianis iacturis. Inuitus (ni fallor) auelleris à tuæ Rachelis amplexib⁹, & quotiens id pati contigerit, totiens dolor tuus renouetur necesse est. At quando nõ contingit? Quotiens vis, & incassum? quotiens moues, nec promoues? quotiens conaris, & non datur vltra? eniteris, & non obtines? parturis, & non paris? tentas,
4.Re.19.a & abriperis? & vbi incipis, ibi deficis: & dum adhuc ordiris, succidunt te? Venerunt filij vsque ad partum (ait propheta) & vires non habet parturiens. Nosti hoc, nemo te melius.
Osee.10.c Attritæ frontis es, & instar vitulæ Ephraim doctus diligere triturам, si (pace tua) sic se habent res tuæ. Absit: hæc est pars illius qui datus est in reprobum sensum. Ab his sanè cupio tibi pacem, non cum his. Nihil plus metuo tibi pace ista. Miraris si vnquam possit accidere? Etiam dico tibi, si res (vt afflolet) per consuetudinem in incuriam venerit.

Prauos mores docet facilè abire in consuetudinem. Caput II.

INoli nimis credere affectui tuo qui nunc est. Nil tam fixum animo, quod neglectu & tempore non obsolescat. Vulneri vetusto & neglecto callus obducitur, & eo insanabile quo insensibile fit. Denique dolor cõtinuus & acerbus, diuturnus esse non patitur. Nam si non aliunde extunditur, necesse est cedat vel sibi. Enimuero citò aut de remedio consolationem recipiet, aut de assiduitate stuporem. Quid non inuertat consuetudo? quid non assiduitate duretur? quid nõ vsui cedat? quantis quod præ amaritudine prius exhorrebat, vsu ipso malè in dulce conuersum est? Audi iustum quid la-
Iob.6.b mentetur super huiuscemodi: Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei sunt. Primum tibi importabile videbitur aliquid: processu tẽporis si assuescas, iudicabis non adeo graue, paulopost & leue senties, paulopost nec senties, paulo post etiam delectabit. Ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa in auersionem. Sic & grauis & continuus dolor citum, vt dixi, habiturus est exitum, aut sanitatem profectò, aut insensibilitatem. Hinc prorsus, hinc tibi timui semper & timeo, ne dilato remedio dolorem non sustinens, periculo te irreuocabiliter desperatus immergas. Vereor, inquam, ne in mediis occupationibus (quoniam multæ sunt) dum diffidis finem, frontem dures, & ita sensim te ipsum quodammodo sensu priues iusti vtilisque doloris. Multò prudentius te illis subtrahas vel ad tempus, q̃ patiare trahi ab ipsis, & duci certè paulatim quò tu non vis. Quæris Quò? Ad cor durum. Nec pergas quærere quod illud sit: si nõ expauisti, tuũ hoc est. Solum est cor dutũ quod semetipsum K
non exhorret, quia nec sentit. Quid me interrogas? Interroga Pharaonẽ. Nemo duri cordis salutẽ vnquã adeptus est, nisi quẽ fortè miserans deus abstulit ab eo (iuxta prophetã) cor Ezec.36.f
lapideum, & dedit cor carneum. Quid ergo cor durũ? Ipsum est quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus: minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia est, ad consilia infidũ, ad iudicia † sæuũ, † surdum.
inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanũ ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiscẽs, præsentia negligens, futura nõ prouidens. Ipsum est cui præteritorum, præter solas iniurias, nihil omnino non præterit, præsentium nihil non perit, futurorum nulla nisi fortè ad vlciscendum prospectio seu præparatio est. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est quod nec deum timet, nec hominem reueretur. En quò trahere te habent hæ occupationes maledi⁹æ, si tamen pergis vt cœpisti, ita dare te totum illis, nil tui tibi relinquens. Perdis tempus: & si licet nunc alterum me tibi exhibere lethro, tu quoque in his stulto labore consumeris, quæ non sunt nisi afflictio spiritus, euisceratio mentis, euacuatio gratiæ. Nam fructus horum quid nisi aranearum telæ?

Præcipua procerum ecclesiæ functio non consistit in audiendis & sedandis animis litigantium in iudicio. Caput III. L

QVæso te, quale est illud, de mane vsque ad vesperã litigare, aut litigantes audire? Et vtinam sufficeret diei malitia sua: non sunt liberæ noctes. Vix derelinquitur necessitati naturæ, quod corpusculi paucitati sufficiat, & rursum ad iurgia surgitur. Dies diei eructat lites, & nox nocti indicat malitiam, vsqueadeò nõ est respirare in bonis, non est alternam capessere requiem, non vel rara interseri ocia. Non ambigo te quoque ista deplorare: at frustra istud, si nõ & emen- Hier.5.d
dare studueris. Interim tamẽ sic semper facias hortor, nec te vnquam ad ista durauerис quolibet vsu vel assiduitate. Percussi eos, & nõ doluerũt, ait deus. Nihil tibi & illis. Iusti po- Iob.6.b
tius tibi aptare curato & affectionẽ & vocem, qui ait: Quæ est enim fortitudo mea vt sustineam, aut quis finis meus vt patienter agam? Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Magna virtus patientiæ, sed non hãc tibi ad ista optauerim. Interdũ impatientẽ esse, probabilius. Tũne 2.Co.11.d
approbes illorum patiẽtiam quibus Paulus dicebat: Libenter sufferтis insipientes, cũ sitis ipsi sapientes? Nisi fallor, ironia erat, & non laus, sed suggillatio quorũdam mansuetudinis, qui quasi datis manibus pseudoapostolis (à quibus & se- M
ducti erãt) ad quæque ipsorum peregrina & praua dogmata Ibidem.
trahi se patientissimè ferrent. Vnde & subdens, Sustinetis enim, inquit, si quis vos in seruitutem redigit. Non bona patientia, cum possis esse liber, seruum te permittere fieri. Nolo dissimules seruitutem, in quam certe in dies dum nescis redi- Esa.28.f
geris. Hebetari cordis indiciũ est, propriam non sentire continuam vexationem. Vexatio dat intellectũ auditui, ait quidam: verum est, sed si nimia non fuerit: nam si sit, non planè intellectum dat, sed contemptum. Denique impius cum in Prou.18.d
profundum malorum venerit, cõtemnit. Expergiscere ergo, & pessimæ seruitutis iugum iamiámque imminens, imò iam non modicè premens, non tantum caue, sed horre. An ideo non seruus, quia non vni seruis, sed omnibus? Nulla turpior seruitus grauiorve quàm seruitus Iudæorum, quam quocunque, post se trahunt, & vbique dominos offendunt suos. Tu quoque dic quæso, vbi vnquã sis liber, vbi tutus, vbi tuus? Vbique strepitus, vbique tumultus, vbique iugum tuæ seruitutis te premit.

Illiberali seruitute implicantur pontifices, si non tam Domini quàm iurisperitorum leges in aulis ipsorum perstrepunt. Caput IIII.

NEc mihi apponas nunc apostoli vocem, qua ait, Cum 2.Cor.9.c
essem liber ex omnibus, omnium seruum me feci. Lõge est istud à te. Nunquid hac ille seruitute hominibus inseruiebat in acquisitione turpis quæstus? Nunquid ad cũ de toto orbe

A orbe confluebant ambitiosi, auari, simoniaci, sacrilegi, cõcubinarij, incestuosi, & quæque istiusmodi monstra hominum, vt ipsius apostolica auctoritate vel obtinerent honores ecclesiasticos, vel retinerẽt? Ergo seruum te fecit homo, cui viuere Christus erat, & mori lucrũ, vt plures lucrifaceret Christo, non vt lucra augeret auaritiæ. Non est igitur quod de solertissima Pauli industria & charitate tam libera quàm liberali, seruili conuersationi tuæ patrocinium sumas. Quàm tuo dignius apostolatu, quàm salubrius tuæ conscientiæ, quàm
1.Cor.7.d fructuosius ecclesiæ dei audias potius ipsum dicentem: Precio empti estis, nolite effici serui hominum? Quid seruilius indigniusq; (præsertim summo põtifici) quàm, nõ dico omni die, sed penè omni hora, insudare talibus rebus, & pro talib⁹? Denique quando oramus, quando docemus populos, quãdo ędificamus ecclesiam, quando meditamur in lege? Et quidem
Psal.18.a quotidie perstrepunt in palatio leges, sed Iustiniani, non domini. Iustẽne etiam istud? Tu videris. Nam certè lex domini immaculata, conuertens animas. Hæ autem non tam leges quàm lites sunt & cauillationes, subuertentes iudicium. Tu ergo pastor & episcopus animarum, qua mente, obsecro, sustines coram te semper silere illam, garrire istas? Fallor si non mouet tibi scrupulum peruersitas hæc. Puto quòd & inter-
Psal.118.l dum compellat clamare ad dominum cum propheta: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. I ergo & B te aude liberum profiteri sub tam graui mole inconuenientię huius, & cui fas non sit ceruicem subducere. Nam si potes & non vis, multo magis seruus es huius ipsius tam peruersæ voluntatis tuæ. An non seruus, cui dominatur iniquitas? Et maximè. Nisi tu forte indignius iudices hominem tibi quàm vitium dominari. Quid interest, volẽs seruias, an inuitus? Nã etsi coacto seruitus miserabilior, sed affectata miserior est. Et quid vis me facere? inquis. Vt tibi ab his occupationibus parcas. Impossibile fortasse respondebis, facilius cathedræ vale dicere posse. Recte hoc, si rumpere, & non magis interrumpere ista hortarer.

Non sic aliorum cura cordi esse debet, vt nostra ipsius obliuiscamur. Caput V.

AVdi ergo quid redarguam, quid suadeam. Si quod viuis & sapis, totum das actioni, cõsiderationi nihil, laudo te, in hoc nõ laudo. Puto quòd & nemo, qui à Salomone audie-
Eccl.38.c rit: Qui minoratur actu, percipiet sapientiam. Certe nec ipsi actioni expedit consideratione non præueniri. Si item totus
1.Cor.9.d vis esse omnium, instar illius qui omnibus omnia factus est, laudo humanitatem, sed si plena sit. Quomodo autem plena,
Matt.16.d te excluso? Et tu homo es. Ergo vt integra sit & plena humanitas, colligat & te intra se sinus qui omnes recipit. Alioquin C quid tibi prodest iuxta verbum domini, si vniuersos lucreris, te vnum perdens? Quamobrem cum omnes te habeant, esto
Psal.77.c etiã tu ex habentibus vnus. Quid solus fraudaris munere tui? Vsquequo vadens spiritus & non rediens? Vsquequo non recipis te & ipse inter alios vice tua? Sapientibus & insipientibus debitor es, & soli negas te tibi? Stultus & sapiens, seruus & liber, diues & pauper, vir & fœmina, senex & iuuenis, clericus & laicus, iustus & impius, omnes pariter participãt te,
Prou.5.c omnes de fonte publico bibunt pectore tuo, & tu seorsum sitiens stabis? Si maledictus qui partem suam facit deteriorẽ, quid ille qui se penitus reddit experte? Sane deriuentur aquæ
Eccli.14.a tuæ in plateas: homines & iumenta & pecora bibant ex eis, quin & camelis pueri Abrahæ potum tribuas, sed inter cęteros bibe & tu de fonte putei tui. Alienus, inquit, non bibat ex eo. Nunquid tu alienus? Cui non alienus, si tibi es? Deniq; qui sibi nequam, cui bonus? Memento proinde non dico semper, non dico sæpe, sed vel interdum reddere teipsum tibi. Vtere tu quoq; te inter multos, aut certe post multos. Quid indulgentius? Hoc enim dico secundum indulgentiam, non secundum iudicium. Puto & ipso apostolo indulgentiorem me in hac parte. Ergo plus quàm oportet, inquis. Nõ inficior. Quid si ita oportet? Nam tu (vt confido) nostra non eris meticulosa infirmatione contentus, sed abundabis magis. Sane sic decet, te scilicet abundantiorem quàm me audaciorem esse. Ego quoq; mihi tutius iudico apud maiestatem timiditate quàm D
temeritate periclitari. Et fortassis non secus moueri sapiẽtem oportuit, vt sit quod scriptum est: Da occasionem sapienti, & sapientior erit.

Apostoli testimonio docet non tam episcopis quàm ciuilibus principibus iudiciariam potestatem delegatam esse. Caput VI.

AVdi tamen apostolum quid de huiusmodi sentiat. Sic nõ Prou.9.b
est inter vos sapiens, ait ille, qui iudicet inter fratrem & fratrem? Et infert: Ad ignominiam vobis dico, contemptibi- 1.Cor.6.b
liores qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicãdum. Ita- Ibidem.
que secũdum apostolum, indigne tibi vsurpas tu apostolicus † officium vile, gradum contemptibilium. Vnde & dicebat † al.iudi-
episcopus, episcopum instruens: Nemo militãs deo, implicat cium.
se negociis secularibus. Ego autem parco tibi. Nõ enim for- 2.Tim.2.a
tia loquor, sed possibilia. Putásne hæc tempora sustinerent, si hominibus litigantibus pro terrena hæreditate, & flagitantibus abs te iudiciũ, voce domini tui respondereres? O homines, Luc.12.b
quis me constituit iudicem super vos? In quale tu iudicium mox venires? Quid dicit homo rusticanus & imperitus, ignorans primatum suum, inhonorans summam & præexcelsam sedem, derogans apostolicæ dignitati? Et tamen non mõstrabunt puto qui hoc dicent, vbi aliquando quispiam apostolorum iudex sederit hominum, aut diuisor terminorum, aut di- E
stributor terrarum. Stetisse denique lego apostolos iudican- Act.5.e
dos, sedisse iudicantes non lego. Erit illud, non fuit. Itáne imminutor est dignitatis seruus, si non vult esse maior domino suo: aut discipulus, si nõ vult esse maior eo qui se misit: aut filius, si non trãsgreditur terminos quos posuerunt patres sui? Quis me constituit iudicem, ait ille dominus & magister: & erit iniuria seruo discipulóq; nisi iudicet vniuersos? Mihi tamen non videtur bonus æstimator rerum, qui indignum putat apostolis seu apostolicis viris nõ iudicare de talibus, quibus datum est iudicium in maiora. Quidni contemnant iudicare de terrenis possessiunculis hominum, qui in cœlestibus & angelos iudicabunt? Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas vestra: quoniam propter illa, & non propter has, accepistis claues regni cœlorum, prævaricatores vtique exclusuri, non possessores. Vt sciatis, ait, quia filius hominis Matt.9.d
habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c. Quænam tibi maior videtur & dignitas & potestas, dimittẽdi peccata, an prædia diuidendi? Sed nõ est comparatio. Habẽt hæc infima & terrena iudices suos, reges & principes terræ. Quid fines alios inuaditis? Quid falcem vestram in alienam messem extenditis? Non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe potioribus occupatis. Deniq; vbi ne- cessitas exigit, audi quid censeat, non ego, sed apostolus: Si e- 1.Cor.6.a
nim in vobis iudicabitur hic mũdus, indigni estis qui de mi- F
nimis iudicetis.

Pietati & rerum æternarum considerationi in primis vacandum est. Caput VII.

SEd aliud est incidenter excurrere in ista, causa quidem vrgente: aliud vltro incumbere istis tanquam magnis digníscque tali & talium intentione rebus. Itaque hæc & innumera talia dicerem, si fortia dicerem, si recta, si syncera. Nunc Ephe.5.d
autem quoniam dies mali sunt, sufficit interim admonitum esse, non totum te nec semper dare actioni, sed considerationi aliquid tui & cordis & temporis sequestrare. Hoc autem dico necessitatem intuens, non æquitatem: quanquam non sit præter æquum necessitati cedere. Nam si liceret quod deceret, absolute per omnia & in omnibus præferendam & vel solam vel maxime colendam eam quæ ad omnia valet, id est pietatem, prorsus irrefragabilis ratio monstrat. Quid sit pietas quæris? Vacare considerationi. Dicas forsitan in hoc dissentire me ab illo qui pietatem diffiniuit cultum dei. Nõ est ita. Si bene cõsideras, illius sensum meis expressi verbis, etsi tamen ex parte. Quid tam pertinens ad cultum dei, quàm quod ipse hortatur in psalmo: Vacate & videte quoniã Psal.45.b
ego sum deus? Quod sane in partibus considerationis præcipuum est. Quid deniq; tam ad omnia valẽs, quàm quæ ipsius

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quoq; actionis partes benigna quadam præsumptione suas facit, præagendo quodammodo & præordinando quæ agẽda sunt ? Necessario sane, ne forte quæ & præuisa & premeditata poterant esse proficuo, præcipitata magis periculo fiant. Quod tibimet, si recordaris, in ipsis actionibus causarũ & in magnis quibúsque negociis, magnarúmve consiliis rerum frequenter accidisse non ambigo. Et primum quidem ipsum fontem suum, id est mentem de qua oritur, purificat consideratio. Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat. Postremò diuinarum pariter & humanarum rerum scientiam cõfert. Hæc est quæ confusa disterminat, hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, verisimilia examinat, ficta & fuccata explorat. Hæc est quæ agenda præordinat, acta recogitat, vt nihil in mente resideat aut incorrectum, aut correctione egens. Hæc est quæ in prosperis aduersa præsentit, in aduersis quasi non sentit: quorum alterum fortitudinis, alterum prudentiæ est.

Ostendit ex pietate & contemplatione pulcherrimam quatuor primarum virtutum harmoniam & connexionem oriri. Cap. VIII.

IBi etiam aduertere tibi est suauissimum quendam concentũ complexúmque virtutum, atque alteram pendere ex altera, sicut hoc loco vides fortitudinis matrem esse prudentiam: nec fortitudinem, sed temeritatem esse quemlibet ausum quem non parturiuit prudentia. Hæc item est quæ inter voluptates & necessitates media quasi quædam arbitra sedens, vtrinque certis limitibus disterminat fines, istis assignans & præbens quod sat est, illis quod nimis est demens, & sic ex alterutro tertiam formans virtutem, quam dicũt temperantiam. Nempe intemperantem ipsa consideratio censet tam eum qui necessariis pertinaciter demit, quàm qui indulget superfluis. Non ergo est temperantia in solis resecandis superfluis, est & in admittendis necessariis. Huius sententiæ apostolus non fautor tantũ, sed auctor esse videtur, qui curã carnis nostræ docet non perfici in desiderio. Dicens siquidem curam carnis non perfici, superflua cohibet: addens, in desiderio, necessaria non excludit. Vnde mihi videtur non omnino absurdè diffinire temperantiam, qui hanc nec præcedere necessitatem, nec excedere dicat, iuxta illud philosophi: Ne quid nimis. Iam de iustitia, quę vna ex quatuor est nõne constat consideratione mentem præueniri, vt se formet in ea? Se enim necesse est prius cogitet, vt ex se normam ducat iustitiæ, nec factura vtique alteri quod sibi fieri nolit, nec quod sibi velit fieri negatura. In his nempe duobus liquet integrum esse iustitiæ statum. Sed nec ipsa solitaria est. Intuere etenim nũc mecum etiam huius pulchram cõnexionẽ & cohærentiam cum temperantia, & item ambarum cum duabus superioribus, id est prudentia & fortitudine. Nã cum iustitiæ dicatur portio, quod sibi non vult fieri quis, alij non facere: porro perfectio, quod ait dominus. Quęcúque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: neutrum horum erit nisi ipsa volũtas de qua tota ducitur forma, sic ordinata I fuerit, vt nec velit aliquid superfluum nec necessarium quid superstitiosè nolit, quod quidem temperantiæ est. Deniq; & ipsi iustitiæ vt iusta sit, temperantia modum imponit. Noli nimium esse iustus, ait sapiẽs: ostendens per hoc minime approbandam iustitiam quæ temperãtiæ moderamine nõ frenetur. Quid quòd & ipsa sapientia hoc temperantiæ frenum non respuit, dicente Paulo secundũ sapientiam à deo sibi datã, nõ plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem? Sed & ecõuerso quod temperantiæ necessaria iustitia sit, ostendit dominus arguens in euangelio illorũ temperantiam qui abstinebãt vt viderentur hominibus iciunãtes. Erat in cibo temperantia, sed non iustitia in animo, quia non deo placere, sed hominib⁹ intẽdebãt. Quomodo rursum vel ista vel illa sine fortitudine? cũ constet fortitudinis esse non mediocris, cohibere velle & nolle suum inter angustias parũ & nimis, vt sit contenta volũtas modo illo medio, nudo, puro, solo, constante sibi æquali vndique sui, vtpote ex omni parte pariter circunciso, quem solum cõstat esse virtutis. Dicito mihi, quęso, si potes, cuinã potissimũ trium harum virtutum meditullium hoc dandum censeas, quod ita cunctis conterminum est, vt videatur esse proprium singularum? An ipsum virtus est, & nihil aliud? Sed sic virtus nõ esset multiplex, sed essent omnes vna. An potius quia sine eo virtus non est, omnium quodammodo intima vis vna est & medulla virtutum in qua sic vniũtur, vt proinde vna videantur omnes, præsertim quòd nõ illud participando communicant, sed totum à singulis atq; integrum possidetur? Verbi causa. Quid tã iustitiæ, quàm modus? Alioquin si quid extra modũ relinquit nõ plane cuique tribuit quod suum est, quod tamen suum ipsius est facere. Quid tã rursum tẽperantię, quę nõ aliunde profecto temperantia est, nisi quòd nil immoderatũ admittit? Sed puto fatebere etiã nõ minus esse fortitudinis, cũ vel maxime ipsa sit quæ ab irruentibus vitiis, & quasi hincinde suffocare conantibus, purũ illud potenter eruit & vindicat in quoddã stabile fundamentũ boni, sedémq; virtutis. Ergo modum tenere iustitia est, tẽperantia est, fortitudo est. Sed vide ne in hoc differant, vt iustitię quidẽ in affectu res sit, à fortitudine autem efficacia eius: porro possessio eius atque vsus, apud temperãtiam. Restat iam vt doceamus ab hac communione prudentiam non excludi. Nónne ipsa est quæ modum diu ànimi neglectu posthabitum, & vitiorũ inuidia quasi in abditis recluſum, & coopertum quadam vetustatis caligine prior reperit & aduertit ? Propterea dico tibi à paucis aduertitur, L quia paucorũ prudentia est. Itaque iustitia quærit, prudentia inuenit, vindicat fortitudo, temperantia possidet. Non mihi hoc loco propositũ est de virtutibus disputare, sed hæc dixerim hortans ad vacandũ considerationi, cuius beneficio hæc & similia aduertũtur. Cui tã pio tãq; vtili ocio nullam in vita operam dare, nónne vitam perdere est?

Docet primos pontifices magis ecclesiastica quàm secularia munia obiuisse, neque temere ab eorum institutis & placitis recedendum esse Caput. IX.

QVid tamen? Si te philosophiæ huic totum repẽte deueneris, prædecessores tui nõ ita cõsueuerũt: eris molest⁹ quampluribus, quasi qui à patrũ vestigiis subito deuiaueris. Nẽpe id videberis agere in suggillationẽ illorũ. Sed & notabere vulgari prouerbio: Qui hoc facit quod nullus, mirãtur omnes: veluti qui cupias admirationi fore. Nec potes eorũ omnia simul & subito vel errata corrigere, vel excessus redigere in modum. Erit cum acceperis tempus, vt secundum sapiẽtiam tibi à dẽo datam paulatim & opportune id studeas. Interim sanè malo alterius vtere in bonũ quod potes. Quãquam si de bonis, & non de nouis sumamus exempla, nõ defuere Romani põtifices, qui sibi ocia inter maxima negocia inuenirẽt. Obsidio vrbi, & barbaricus ensis ciuiũ ceruicibus M imminebat: nunquid tamẽ istud terruit beatum papam Gregorium quo minus sapientiam scriberet in ocio? Eo nẽpe tẽporis (quod ex eius præfatione liquet) obscurissimã & extremã partẽ Ezechielis tam diligẽter quàm eleganter exposuit.

Stomachum suum in nostrates aduocatores & procuratores effundit, & egregiè eorum fraudes perstringit. Caput X.

SEd esto: Alius inoleuit mos, dies alij sunt, & alij homiNum mores, & tẽpora periculosa non instant iam, sed extant. Fraus & circunuentio & violentia inualuere super terram. Calumniatores multi, defensor rarus. Vbiq; potẽtiores pauperiores opprimunt: non possum deesse oppressis, non negare iniuriam patientibus iudicium. Nisi agitentur causæ, audiantur, partes, inter partes iudicare quis possit? Agitentur causæ, sed sicut oportet. Nam is modus qui frequentatur execrabilis plane, & qui non dico ecclesiam, sed nec forum deceret. Miror namque quemadmodum religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum, & pugnas verborũ, quæ magis ad subuersionẽ quàm ad inuẽtionem proficiunt veritatis. Corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, & labia dolosa claude. Hi sunt qui docuerũt

A docuerunt linguas suas loqui mẽdacium, diserti aduersus iu-
Hiere. 4. c stitiam, eruditi pro falsitate, Sapientes sunt vt faciant malũ, eloquentes vt impugnẽt verum. Hi sunt qui instruunt à quibus fuerant instruendi, astruunt non comperta, sed sua, struũt de proprio calumnias innocentiæ, destruunt simplicitatẽ veritatis, obstruunt iudicij vias. Nihil ita absque labore manifestam facit veritatẽ, vt breuis & pura narratio. Ergo illas quas ad te necesse erit intrare causas (neque enim omnes necesse erit) diligenter velim, sed breuiter decidere adsuescas, frustratorias q; & venatorias præcidere dilationes. Causa viduæ intret ad te, causa pauperis, & eius qui nõ habet quod det. Aliis alias multas poteris committere terminandas, quam plures
1. Tim. 5. d nec dignas audientia iudicare. Quid enim opus est admittere illos quorum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudiciũ? Tanta est impudentia nonnullorum, vt cum manifestæ ambitionis prurigine scateat tota facies causæ eorum, non erubescant audientiam flagitare, publicantes semetipsos ad multorum conscientias: in quo vel suo solius satis poterant cõfundi iudicio. Non fuit qui retunderet attritas frõtes, & ideo plures facti sunt, & magis induruerũt. Sed & nescio quomodo vitiosus conscientias vitiosorum non refugit: & vbi omnes sordent, vnius fœtor minimè sentitur. Quis enim vnquã, verbi causa, auarum auarus, immundum immundus, luxurioB sum luxuriosus erubuit? Plena est ambitiosis Ecclesia, non est fam quod exhorreat in studiis & molitionibus ambitionis, non plus quàm spelunca latronum in spoliis viatorum.

Christi exemplo docet seuerè animaduertendum in aduocatos & procuratores, qui ex iniquitate quæstum faciunt. Caput XI.

SI Christi discipulus es, igneſcat zelus tuus, exurgat auctoIoan. 12. d ritas aduersus impudentiam hanc, & generalem pestem. Intuere magistrum sic facientem, & audi dicentem: Qui mihi ministrat, me sequatur. Non parat aures vt audiat, sed flagellũ quo feriat. Verba nec facit, nec recipit, nec enim sedet iudicans, sed insequitur puniens. Causam tamen non tacet, quòd videlicet domum orationis, negociationis fecissent. Ergo & tu fac similiter. Erubescãt vultum tuum istiusmodi negociatores, si fieri potest: si non, timeant. Et tu flagellum tenes. Timeant nũmularij, nec fidant in nummis, sed diffidant, abscõdant æs suum à te, scientes effundere quàm accipere paratiorem. Hoc studiosè & constanter agendo, multos lucrifacies turpium sectatores lucrorum, honestioribus officiis vindicãdo: multos, ne vel audeãt huiusmodi attẽtare, setuabis. Adiice illud, quod non parum proficiet & ad ferias quas tibi suadeo. Ita nempe non pauca tibi momenta temporum redimes C ad vacandum cõsiderationi, quædam, vt dixi, negocia nec audiendo, quædam aliis committendo: quę tua digna putaueris audientia, fideli quodam & accommodo ipsi causę compendio terminando. De qua consideratione his addere aliqua cogito, sed sub alterius sanè principio libri: atque hic sit finis istius, ne duplo te oneret minus suauis oratio, si & longa fuerit.

De Consideratione
Liber secundus.

Agit contra maledicorum linguas & sui temporis calamitatem deplorat. Caput I.

MEmor promissi mei, quo ecce iam aliquandiu teneor apud te vir optimè papa Eugeni, volo ipsum absoluere vel sero. Puderet dilationis, si mihi conscius forem incuriæ, aut contemptus. Non ita est, sed incidimus (vt ipse nosti) in tempus graue, quod & ipsi penè viuendi vsui videbatur indicere cessationẽ, nedum studiis, cum scilicet dominus prouocatus peccatis nostris, ante tempus quodammodo visus sit iudicasse orbem terræ, in æquitate quidem, sed misericordię suę oblitus. Non pepercit populo suo, non suo nomini. Nónne dicunt in gentibus, Vbi est D Deus eorum? Nec mirum. Ecclesiæ filij, & qui Christiano cẽ-
Psal. 113. b sentur nomine, prostrati sunt in deserto, aut interfecti gladio, aut fame consumpti. Effusa est contentio super principes, &
Psal. 13. b dominus errare fecit eos in inuio, & non in via: Contritio & infelicitas in viis eorum. Pauor & mœror & confusio in penetralibus regum ipsorum. Quàm confusi pedes enuntiantium pacem, annuntiantium bona? Diximus pax, & non est pax: promisimus bona, & ecce turbatio. Quasi vero temeritate in opere isto aut leuitate vsi simus. Cucurrimus planè in eo non quasi in incertum, sed te iubẽte, imò per te deo. Quare ergo iciunauimus & nõ aspexit? humiliauimus animas nõstras & nescisti? Nam in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Quàm patienter interim adhuc audit voces sacrilegas, & Aegyptios blasphemantes,
Exod. 32. c quia callide eduxit eos vt occideret in deserto? Et quidem iu-
Psal. 118. g dicio Dei vera quis nescit? At iudicium hoc abyssus tanta, vt videat mihi non immerito pronunciare beatum, qui nõ fuerit scandalizatus in eo. Et quomodo tamen humana temeritas audet reprehendere, quod minimè comprehendere valet? Recordemur supernorum iudiciorum quæ à seculo sunt, si forttè sit consolatio. Nam quidam ita dixit: Memor fui iu-
Ibidem. diciorum tuorum à seculo domine, & consolatus sum. Rem dico ignotam nemini, & nunc memini notam. Nempe sic se habent mortalium corda, quod scimus cum necesse non est, E in necessitate nescimus. Moyses educturus populum de terra
Exod. 3. c Aegypti, meliorem illis pollicitus est terram. Nam quando ipsum aliter sequeretur populus solam sapiens terram? Eduxit, eductos tamen in terram quam promiserat non introduxit. Nec est quòd ducis temeritati imputari queat tristis & † inopinatus euẽtus. Omnia faciebat domino imperante, do- † al. inopimino cooperante, & opus confirmante sequentibus signis. nati. Sed populus ille, inquis, duræ ceruicis fuit, semper cõtentiosẽ agens contra dominum, & Moysen seruum eius. Bene illi increduli & rebelles, hi autem quid? Ipsos interroga. Quid me dicere opus est quod fatentur ipsi? Dico ego vnum. Quid poterant proficere, qui semper reuertebantur cum ambularent? Quando & isti per totam viam non redierunt corde in
Psal. 72. c Aegyptum? Quòd si illi ceciderunt & perierunt propter iniquitatem suam, miramur istos eadem facientes, eadem passos? Sed nunquid illorum casus aduersus promissa dei? Ergo nec istorum. Neque enim aliquando promissiones dei, iustiIudic. 20. tiæ dei præiudicant. Et audi aliud: Peccauit Beniamin, accinguntur reliquæ tribus ad vltionẽ, nec sine nutu dei. Designauit denique ipse ducem pręliaturis. Itaque pręliantur freti & manu validiori, & causa potiori, & quod his maius est, fauore diuino. At quàm terribilibus deus in cõsiliis super filios hominum? Terga dedere sceleratis vltores sceleris, & pauciori-
Psal. 65. a F bus plures. Sed recurrunt ad dominũ, & dominus ad eos: Ascendite, inquit. Ascendunt denuo, denuóque fusi & confusi sunt. Ita deo primùm quidem fauente, secundò & iubẽte, iusti iustum certamen ineunt, & succumbunt. Sed quo inferiores certamine, eo fide superiores inuenti sunt. Quid putas de me facerent isti, si meo hortatu iteratò ascenderent, iteratò succumberent? Quando me audirent monẽtem tertiò repetere iter, repetere opus in quo semel & iam secundò frustrati forent? Et tamen Israëlitæ vnam & alteram non reputantes frustrationem, tertiò parent, & superant. Sed dicunt forsitan isti: Vnde scimus quòd à domino sermo egressus sit? Quæ signa tu facis, vt credamus tibi? Non est quòd ad ista ipse respondeam, parcendum verecundiæ meæ. Respondе tu pro mẽ & pro teipso, secundum ea quæ audisti & vidisti, aut certè secundum quod tibi inspirauerit deus. Sed fortè miraris me prosequi ista, qui aliud proposueram. Facio non oblitus propositi, sed quòd à proposito non iudicẽ aliena. Nempe de consideratione (vt memini) sermo mihi ad tuam dignaPontifex Romanus totius orbis primus est. tionem. Et sanè magna ista res, & egens consideratione non minima. Quòd si res magnas à magnis cõsiderari oportet, cui æquè vt tibi id studij cõpetit, qui parem super terram nõ habes? Sed tu secundum sapientiã & potestatem datam tibi desuper facies de hoc. Non est meæ humilitatis dictare tibi sic vel sic fieri quicquam. Sufficit intimasse oportere aliquid fieri vnde & ecclesia consoletur, & obstruatur os loquentium

Universidad de Deusto
Biblioteca

G iniqua. Hæc pauca vice apologię dicta sint, vt ipsa qualiacũque habeat conscientia tua ex me, vnde habeat me excusatum, & te pariter, etsi non apud eos qui facta ex euentibus æstimant, certè apud teipsum. Perfecta & absoluta cuique excusatio, testimonium conscientiæ suæ. Mihi pro minimo est vt ab illis iudicer, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Et si necesse sit vnum fieri è duobus, malo in nos murmur hominum quàm in Deum esse. Bonũ mihi si dignetur me vti pro clypeo. Libens excipio in me detrahentium linguas maledicas, & venenata spicula blasphemorũ, vt non ad ipsum perueniant. Non recuso inglorius fieri, vt non irruatur in Dei gloriam. Quis mihi det gloriari in voce illa: Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciẽ meam? Gloria mihi est consortẽ fieri Christi, cuius illa vox est: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Nunc iam recurrat stylus ad suam materiam, & in ea quæ proposueramus, suo tramite gradiatur oratio.

Esaiæ.5.c

Psal.68.b

Ibidem.

Considerationem à contemplatione distinguit
Caput II

H Et primo quidem ipsa consideratione quid dicam, consideram. Non enim id per omnia quod contemplationem intelligi volo, quòd hæc ad rerum certitudinem. illa ad inquisitionem magis se habeat: iuxta quem sensum potest contemplatio quidem definiri, vetus certusque intuitus animi de quacunque re, siue aprehensio veri non dubia. Cõsideratio autem intensa ad inuestigandum cogitatio, vel intentio animi vestigantis verum. quanquam soleant ambæ pro inuicem indifferenter vsurpari

Contemplatio.

Consideratio.

Considerationem in quatuor capita partitur
Caput III.

I Am quòd ad considerationis attinet fructum, quatuor vt occurrunt tibi consideranda reor: te quæ sub te, quæ circa te, quæ supra te sunt. A te tua consideratio inchoet, ne fructus extendaris in alia te neglecto. Quid tibi prodest si vniuersum mundum lucreris, te vnum perdens? Et si sapiens sis, deest tibi ad sapientiam, si tibi nõ fueris. Quantum vero. Vt quidẽ senserim ego, totum. Noueris licet omnia mysteria noueris lata terræ, alta cœli, profunda maris: si te nescieris, eris similis ædificanti sine fundamento: ruinam, non structuram faciens. Quicquid extruxeris extra te, erit instar congesti pulueris, ventis obnoxium. Non ergo sapiens, qui sibi non est. Sapiens, sibi sapiens erit, & bibet de fonte putei sui primus ipse. A te proinde incipiat tua consideratio, non solum autem, sed & in te finiatur. Quocunque euagetur, ad te reuocaueris eam cum salutis fructu. Tu primus tibi, tu vltimus. Sume exemplum de sumno omnium patre verbum sum† & emittente & retinente. Verbum tuum, consideratio tua. Quæ si procedit, non recedat. Sic progrediatur, vt non egrediatur. Sic exeat, vt non deserat. In acquisitione salutis nemo tibi germanior vnico matris tuæ. Cõtra salutem propriam cogites nihil. Minus dixi contra: præter dixisse debueram. Quicquid se considerationi offerat quod non quoquo modo ad tuam ipsius salutem pertineat, respuendum.

Matt.16.d

I

†al.ex se emittente.

Notitia suipsius tribus partibus continetur, ac primum quid simus, considerandum est,
Caput IIII.

E T hæc tui consideratio in tria quædam diuiditur si, consideres quid, quis, & qualis sis. Quid in natura, quis in in persona, qualis in morib⁹. Quid verbi gratia homo. Quis, papa vel summus pontifex, qualis benignus, mansuetus, vel quicquid tale. Quanquam primum illud philosophicum sit magis quàm apostolicum vestigare, attamen est in definitione hominis, quem dicunt animal rationale mortale. quòd diligentius intueri si libet licet. Non est quod tuæ in eo aut professioni obuiet, aut dignitati: est vero quod saluti adferre queat. Nam consideranti duo hæc simul rationale mortaleq;, is tibi exinde occurit fructus, vt & mortale. quod in te est, rationale humiliet: & rursũ rationale, mortale confortet, quod neutrum neglectui erit homini circũspecto. Si qua adhuc præsens considerauda requirit locus, tractabuntur infra, & forte vtilius ex partium collatione.

K

Proxima consideratio est, vt qui simus attendamus, & vnde assumpti. Caput V.

N Vnc quis sis, & de quo sis factus, aduertẽdum. Quanquam quòd dixi de quo, id mihi prætereundum putem, tuæ potius relinquendum agnitioni. Illud dico indignũ tibi citra perfectum agere de tanta assumpto perfectione. Quidni erubescas minimus inueniri in magnis, qui te recordaris magnum in minimis extitisse. Non es oblitus primæ professionis: non excidit menti quæ subducta est manui, sed ne affectui quidem. Ipsam ad singula tua imperia, iudicia, instituta, habere præ oculis, non erit inutile. Hæc te considetatio facit honoris contemptorem, in honore etiam ipso. Atque id magnum. Non recedat à pectore: clypeus est tibi vel à sagitta illa: Homo cum in honore esset, non intellexit. Loquere ergo tibi: Abiectus eram in domo dei mei. Quale est hoc, de paupere & abiecto leuari super gẽtes & regna? Quis ego, aut quæ dom⁹ patris mei, vt sedeam excelsis sublimior. Sane qui dixit mihi: Amice, ascendite superius: amicũ fore fidit. Si minus inueniat: non expedit quidem. Qui eleuauit, & deiicere potest. Sera querela, quoniam eleuans allisti me. Non est quod blandiatur celsitudo vbi solicitudo maior. Illa discrimen intendit, hęc amicum probat. Huic accingamur, si nolumus tandem cum rubore nouissimum locum tenere.

Psal.48.b

Luc.14.b

Psal.101.b

L

Quale debeat esse procerum ecclesiæ studium.
Caput VI.

F Astum superiorem dissimulare nequimus, sed enim ad quid omnimodis attendendum. Non enim ad dominandum opinor. Nam & propheta cũ similiter leuaretur, audiuit: Vt euellas & destruas, & dispersas & dissipes, & ædifices & plantes. Quid horum fastum sonat? Rusticani magis sudoris schemate quodam labor spiritualis expressus est. Et nos igitur vt multum sentiamus de nobis, vel nobis impositum senserimus ministerium, non dominium datum. Non sum ego maior propheta, & si forte par potestate, sed meritorum non est comparatio. Hæc loquere tibi & doce teipsum, qui alios doces. Puta te velut vnum aliquem de prophetis. An non satis ad te? Et nimium. Sed gratia dei es id quod es. Quid? Esto quòd propheta, nunquid plus quàm propheta? Si sapis, eris contentus mensura quã tibi mensus est deus. Nã quod amplius est, à malo est. Discе exemplo prophetico præsidere non tam ad imperitandum quam ad factitandũ quòd tempus requirit. Discе sarculo tibi opus esse non sceptro, vt M opus facias prophetæ. Et quidem ille non regnaturus ascendit, sed extirpaturus. Putásne & tu inuenias aliquid elaborandum in agro domini tui? Et plurimum. Non plane totum quiuere emundare prophetæ, aliquid filiis suis apostolis ꝑ agerent reliquerunt, aliquid ipsi parentes tui tibi. Sed nec tu ad omne sufficies. Aliquid profecto tuo relicturus es successori, & ille aliis, & alij aliis vsque in finem. Circa vndecimã denique horam operarij ocij arguntur, & mittuntur in vineam. Antecessores tui apostoli audierunt, quia messis quidem multa, operarij vero pauci. Paternam tibi vindicato hæreditatem. Nam si filius, & hæres. Vt probes hæredem, euigila ad curam, & non ocio torpeas, ne & tibi dicatur: Quid hic stas tota die ociosus? Multo minus inueniri oportet aut deliciis resolutum, aut resupinũ pompis. Nihil horũ tibi tabulę testatoris adsignant. Sed quid? Si illarum tenore cõtentus fis, curam potius hæreditabis & operam, quàm gloriam & diuitias. Blanditur cathedra: Specula est. Inde denique suprintendis, sonans tibi episcopi nomine nõ dominium, sed officium. Quidni loceris in eminẽti, vnde prospectes omnia, qui speculator super omnia constitueris? Enimuero prospectus iste procinctum parit, nõ ocium. Quando libet gloriari, vbi ociari non licet? Nec locus est ocio, vbi sedula vrget solicitudo omnium ecclesiarum. Nam quid tibi aliud dimittit sanctus apostolus? Quod habeo, inquit, hoc tibi do. Quid illud? Vnum scio, non est aurum neq; argentum, cum ipse dicat,

Hieret.1.b

Gala.6.d

†al.transmisere.

1.Cor.10.b

1.Cor.3.b

Pontificis est multas animas Christo lucrari.

Act.3.d

A cat, Argentum & aurum non est mihi. Si habere contingat, vtere nõ pro libitu, sed pro tempore. Sic eris vtens illis quasi nõ vtens. Ipsa quidẽ, quod ad animi bonum spectat, nec bona sunt nec mala: vsus tamẽ horum bonus, abusio mala, sollicitudo peior, quæstus turpior. Esto vt alia quacũq; ratione hæc tibi vindices, sed non apostolico iure. Nec enim tibi ille dare quod non habuit potuit. Quod habuit, hoc dedit, solicitudinem, vt dixi, super ecclesias. Nunquid dominationem? Audi ipsum: Non dominantes, ait, in clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putes, non etiam veritate, vox domini est in euangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Et infert: Vos autem nõ sic. Planum est, apostolis interdicitur dominatus. Iergo tu, & tibi vsurpare aude aut dominans apostolatum, aut apostolicus dominatum. Planè ab alterutro prohiberis. Si vtrunque similiter habere voles, perdes vtrunque. Alioquin nõ te† exceptum illorum numero putes, de quibus queritur deus sic: Ipsi regnauerunt, & nõ ex me: principes extiterunt, & non cognoui eos. Iam si regnare sine Deo iuuat, habes gloriam, sed non apud deum. At si interdictum tenemus, audiamus edictum: Qui maior est vestrum, ait, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut qui ministrat. Forma apostolica hæc est: dominatio interdicitur: indicitur ministratio. Quæ & commẽdatur ipsius exemplo legislatoris, qui secutus adiungit: Ego autẽ in medio vestrum sum tanquã qui ministrat. Quis se iam titulo hoc inglorium putet, quo se prior dominus gloriæ præsigniuit? Merito Paulus gloriatur in eo dicens: Ministri Christi sunt, & ego. Et addit: Vt minus sapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. O præclarum ministerium. Quo non id gloriosius principatu? Si gloriari oportet, forma tibi sanctorũ præfigitur, apostolorum proponitur gloria. Paruáne tibi illa videtur? Quis mihi tribuat similem fieri in gloria sanctorum? Clamat Propheta: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorum. Clamat Apostolus: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Hoc glorieris opto semper optimo genere glorię, quod apostoli, quod prophetę delegere sibi, † relinquere tibi. Agnosce hæreditatem tuam in Christi cruce, in laboribus plurimis. Felix qui dicere potuit: Plus omnibus laborauit. Gloria est, sed nil in ea inane, nil molle, nil resupinum. Si labor terret, merces inuitet. Vnusquisq; enim secundum suũ laborẽ mercedem accipiet. Et si ille plus omnibus laborauit, non tamẽ totum elaborauit, & adhuc locus est. Exi in agrum domini tui, & considera diligenter quantis hodiéq; de veteri maledicto syluescat spinis ac tribulis. Exi, inquam, in mũdũ, ager est enim mundus: ísque creditus tibi. Exi in illum non tanquam dominus, sed tanquam villicus, videre & procurare vnde exigẽdus es rationem. Exi dixerim quibusdam tuæ passibus intentæ sollicitudinis, & sollicitæ intentionis. Neque enim ipsi qui iussi sunt ire in orbem vniuersum, orbem circuierunt præsentia corporis, sed mentis prouidentia. Et tu leua oculos quosdam considerationis tuæ, & vide regiones si nõ sunt magis siccæ ad ignem, quàm albæ ad messem. Quàm multæ quas putaueras fruges, diligenter inspectæ vepres potius apparebunt? Imò ne vepres quidem: annosæ & veternosæ arbores sunt, sed non profecto fructiferæ, nisi fortè glandium aut siliquarum quas porci manducant. Quousque occupant terram? Nõnne si exis & cernis ista, pudebit ociosam iacẽre securim? pudebit sine causa falcem apostolicam accepisse? In hunc quondam agrum Isaac patriarcha exierat, cum primò Rebecca occurrit ei: & vt scriptura habet, exierat ad meditandum. Ille ad meditandum, tu ad extirpandum egrediaris necesse est. Tibi iam præcessisse meditatio debet temdiaris necesse est. Tibi iam præcessisse meditatio debet tempus faciendi præ manibus. Si nunc hæsitare incipias, id quidem sero. Ante, iuxta consilium saluatoris, sedisse debueras, ante æstimasse opus, metiri vires, ponderasse sapientiam, merita comparasse, sumptus computasse virtutum. Age ergo puta tempus putationis adesse, si tamen meditationis præiuit. Si cor mouisti, mouenda iam lingua, mouenda est & manus. Accingere gladio tuo, gladio spiritus, quod est verbum dei. Glorifica manum & brachium dextrum in faciendo vindictam in nationibus, increpationes in populis, in alligando reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Si hæc facis: honorificas ministerium tuum, & ministrum te. Non mediocris iste principatus. Exturbare est hoc malas bestias à terminis tuis, quò greges tui securi in pascua educantur. Domabis lupos: sed ouibus non dominaberis. Pascendas vtique, non premendas suscepisti. Si bene considerasti quis sis: hæc te oportere facere non ignoras. Porro scienti & non facienti, peccatum est tibi. Non es oblitus vbi legeris: Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens digna, plagis vapulabit multis. Sic prophetæ, sic apostoli factitabant. Fortes fuere in bello, non molles in seriis. Si filius es apostolorum & prophetarum: & tu fac similiter. Vẽdica tibi nobile genus similibus moribus: quod non aliunde nobile, quàm morum ingenuitate, & fidei fortitudine fit. Per hanc vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Hoc chirographũ paternæ tuæ hæreditatis, quod tibi euoluimus, vbi inspicias portionem substantiæ quæ te contingit. Induere fortitudinem, & hæreditasti. Posside fidem, posside pietatem, posside sapientiam, sed sapientia sanctorum ipsa est timor domini; & habes quod tuum est. Habes sine defraudatione integrũ paternum fundum precios issimus fundus virtus est. Bonus fundus humilitas, in qua omne ædificium spirituale constructum crescit in templum sanctum in domino. Per hanc nonnulli possedere etiam portas inimicorum. Quæ enim virtutum æquè potest dæmonum debellare superbiam, tyrannidem hominum? Cæterum cum omni indifferenter personæ hæc sit quædam turris fortitudinis à facie inimici: nescio quo pacto tamẽ vis eius maior in maioribus, & in clarioribus clarior comprobatur. Nulla splẽdidior gemma in omni præcipuè ornatu summi pontificis. Quo enim celsior cæteris, eo humilitate apparet illustrior & seipso.

D

Iaco.4.d

Luc.12.f

Antistites ac primates ecclesiæ aſpłẽ doree & luxu vestiũ alieniſſ. esse debent.

Hebr.11.f

E

Redit ad priorem quæstionem, & quis sit, diligentius expendit.
Caput VII.

A Rguar fortsitan quòd non satis primis explicitis partibus, in secundas nescio quomodo stylus excurrerit: describere inchoans qualem te oporteat esse, cum necdum quis sis, plenius expressisset. Credo erubescẽs in summo positum apice videri hominem nudum, festinauit induere insignibus suis. Absque his nempe eo deformior, quo illustrior pares. Nunquid potest abscondi ciuitatis supra montem posita desolatio: aut latẽre fumus lucernæ extinctæ super candelabrũ? Simia in tecto, rex fatuus in solio sedens. Et nunc audi canticum meum, & quidem minus suaue, sed salutare. Mostruosa res gradus summus, & animus infimus: sedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus ociosa: sermo multus, & fructus nullus: vultus grauis, & actus leuis: ingẽs auctoritas, & nutans stabilitas. Admouespeculum: fœdus se in eo vultus agnoscat: tu tuum gaude dissimilem inueniri. Inspice tamen & tu, ne forte & si sit vnde merito placeas tibi: etiam in quo debeas displicere, non desit. Volo glorieris testimonio conscientiæ: sed nõ minus vt eodẽ ipso humilieris. Rara vox est: Nihil mihi conscius sum. Cautior in bonis ambulas, si & mala non lateant. Quamobrem, vt dixi, noueris te, vt inter angustias quæ non desunt, fruatis conscientiæ bono. Magis autem vt scias quid desit tibi. Nam cui non desit? Omnia illi desunt, qui nil sibi deesse putat. Quid si summus pontifex sis? Nunquid quia summus pontifex, ideo summus? Infimum noris esse, si summum putas. Quis summus? Cui addi nõ possit. Grauiter erras si te illum existimes. Absit. Non tu de illis es qui dignitates virtutes putãt. Tibi ante experta virtus quàm dignitas fuit. Angustis relinquito illam sententiam, aliisque qui † diuinis coli honoribus nõ timuerunt: verbi gratia Nabuchodonosor, Alexandro, Antiocho, Herodi. Tu vero considera non consummatione summum te dici, sed comparatione. Nec me putes comparationem dicere meritorum, sed ministeriorum. Sic te existimet homo, vt ministrum Christi: & quod absque præiudicio sanctitatis cuiuspiam dixerim, summum planè inter ministros. Aliàs niti te ad summũ velim, non putare summum, aut velle putari antequam sis.

F

Prouerbiũ.

1.Cor.4.d

Psal.38.d

†al. diuin.

Psal.44.d
Ephe.6.d
Esa.49.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Nam quomodo proficis,si iam sufficis tibi?Non sit proinde tibi aut pigrum vestigare† quod desit, aut fateri quod desit verecundum. Loquere & tu voce antecessoris tui: Non quòd iam acceperim,aut iam perfectus sim.Et rursum: Ego me non arbitror comprehendisse. Hæc scientia sanctorum: hæc longe ab illa quæ inflat.Hanc qui apponit, apponit & dolorem. Sed dolorem hunc nemo vnquam sapiens subterfugit.Est quippe medicinalis dolor per quem stupor ille lethalis animi duri & impœnitentis excluditur. Et ideo sapiens,qui dicere potuit: Et dolor meus in conspectu meo semper. Nunc iam repetendæ reliquiæ,si quæ sunt,loci illius à quo pauloante diuertimus.

† al.quid.

Philip.2,c

Psal.37.

De summi pontificis dignitate & authoritate disserit
Caput VIII.

Age indagemus adhuc diligentius† qui sis,quam geras videlicet pro tempore personam in ecclesia dei. Quis es? Sacerdos magnus,summus pōtifex.Tu princeps episcoporū tu hæres apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses,iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alij cœli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrunque præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi adsignatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modo ouium, sed & pastorum tu vnus omnium pastor.Vnde id probem quæris? Ex verbo domini. Cui enim non dico episcoporum,sed etiam apostolorum sic absolutè & indiscretè totæ cōmissæ sunt oues?Si me amas Petre,pasce oues meas.Quas? illius vel illius populos ciuitatis aut regionis aut certi regni:Oues meas,inquit.Cui non planum,non designasse aliquas,sed adsignasse omnes? Nihil excipitur vbi distinguitur nihil.Et forte præsentes cęteri condiscipuli erant,cum committens vni,vnitatem omnibus commendaret in vno grege & vno pastore,secundum illud:Vna est columba mea,formosa mea,perfecta mea.Vbi vnitas,ibi perfectio.Reliqui numeri perfectionem nō habēt sed diuisionem,recedentes ab vnitate.inde est quòd alij singuli singulas sortiti sunt plebes,sciētes sacramentum.Denique Iacobus qui videbatur columna ecclesię,vna contentus est Hierosolyma,Petro vniuersitatem cedens. Pulchrè vero ibi positus est suscitare semen defuncti fratris,vbi occisus est ille.Nam dictus est frater domini.Porro cedente domini fratre,quis se alter ingerat Petri prærogatiuę?Ergo iuxta canones tuos alij in partem sollicitudinis,tu in plenitudinem potestatis vocatus es.Aliorum potestas certis arctatur limitibꝰ tua extenditur & in ipsos qui potestatem super alios acceperunt, Nónne si causa extiterit, tu episcopo cœlum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere, etiam & tradere satanæ potes?Stat ergo inconcussum priuilegium tuum tibi tā in datis clauibus, quàm in ouibus commendaris. Accipe aliud quod nihilo minus prærogatiuam confirmat tibi.Discipuli nauigabant,& dominus apparebat in littore: quódque iucundius erat,in corpore rediuiuo. Sciēs Petrus quia dominus est,in mare se misit,& sic venit ad ipsum,aliis nauigio peruenientibus.Quid istud?Nempe signum singularis pontificij Petri, per quod non nauem vnam, vt cæteri quique suam,sed seculum ipsum susceperit gubernandū.Mare enim seculum est:naues,ecclesiæ.Inde est quòd altera vice instar domini gradiens super aquas, vnicum se Christi vicarium designauit,qui non vni populo,sed cunctis præesse deberet. Siquidem aquæ multæ,populi multi.Ita cum quisque cęterorum habeat suam,tibi vna commissa est grandissima nauis facta ex omnibus ipsa vniuersalis ecclesia toto orbe diffusa.

† al.quis.

Ioan.21.

Cant.6.c

Gala.2.b

Rom.ponti fex etiā episcopos cæteros dignitate antecellit

Ioan.21.b

Proprie naturæ consideratio ad pietatem magnum momentum afferre solet. Cap. IX.

En quis es.Sed noli obliuiscī etiā quid.Nā& ego nōsum oblitus id me promisisse repetiturum in opportunitate Quàm opportune cum eo quis es,etiam quod ante eras,cōsideras?Quid dico eras ? Et nunc es . Quid desinas inteK
ri, quod nō desisti esse ? Vna sane consideratio est, quid fueris,& quid sis. Nam quis sis factus, altera. Non oportet vt ista extundat illam in scrutinio tui.Es enim(vt dixi)adhuc quod eras:& non minus hoc es , quam quod factus es pōst, forte & magis.Denique illud natus es , mutatus hoc,non in hoc mutatus.Non reiectum illud,sed istud adiectum. Tra- † al.consi-
ctemus vtrumque simul.nam vt præfatum me memini col- dera.
latæ ex inuicem ambę res vtiliores fient.Dixi supra considerandi quid sis,naturam occurrere qua es homo : nam homo natus es. Porro percunctanti quis,personæ respondebitur nomen,quod est episcopus:quod quidem factus, non natus es.Quid tibi horum videtur ad purum esse tui,& ad te principalius pertinere?quod factus,an quod natus? Nónne quod natus?Hoc ergo consulo consideres maxime quod maxime es, hominem videlicet, quod & natus es. Nec modo quid natus,sed & qualis natus , oportet attendas,si non vis tuæ cōsiderationis fructu & vtilitate fraudari . Tolle proinde nunc hæreditaria hæc perizomata ab initio maledicta. Dirumpe velamen foliorum celantium ignominiam , non plagam curantium.Dele fucum fugacis honoris huius, & Iob.1.d
malè coloratæ nitorem gloriæ , vt nudè nudum cōsideres, quia nudus egressus es de vtero matris tuæ.Nunquid insulatus?nunquid micās gemmis,aut floridus sericis,aut coronatus pennis , aut suffarcinatus metallis ? Si cuncta hæc veluti L
nubes quasdam matutinales velociter transeuntes , & cito pertransituras dissipes & exsuffles à facie cōsiderationis tuę, occurret tibi homo nudꝰ,& pauper,& miser,& miserabilis, homo dolens quòd homo sit, erubescens quòd nudus sit, plorans quòd natus sit, murmurans quòd sit . Homo natus Iob.5.b
ad laborem,non ad honorē.Homo natus de muliere , & ob Iob.14.a
hoc cum reatu:breui viuens tempore,ideóque cum metu repletus multis miseriis,& propterea cum fletu.Et vere multis quia corporis & animæ simul.Quid enim calamitate vacat nascēti in peccato,fragili corpore,& mente sterili? Verè ergo repletus,cui infirmitas corporis,& fatuitas cordis cumulatur traduce sordis , mortis addictione . Salubris copula vt cogitans te summum pontificem, attendas pariter vilissimū cinerem non fuisse,sed esse.Imitetur cogitatio naturam,imitetur & quod dignius est,auctorem naturæ,summa imáque consocians.Nónne natura in persona hominis vili limo vitæ spiraculum colligauit? Nónne auctor naturæ in sui persona verbum limúmque contemperauit? Ita tibi sume formā tam de nostræ concretione originis,quàm de sacramento redemptionis,vt altus sedens,non alta sapiens sis,sed humilia de te sentiens,humilibúsque consentiens. M

Mediocritatis & temporis habenda est ratio.
Caput X.

Proinde si consideras quātus es,cogita etiam qualis,& maxime.Hæc te sane consideratio tenet in te, nec à te auolare sinit, nec ambulare in magnis neque in mirabilibus super te.(In te cōsistito.)Non infra deiici,non attolli supra,nō Psal.130.d
euadere in longius, non extendi in latius . Tene medium, si † al.man-
non vis perdere modum . Locus medius tutus est . Medium sionem.
sedes modi,& modus virtus.Omnem extra modum † habitationem,sapiens exilium reputat. Propterea non est illi habitare in longo,quòd vltra modum sit : sed nec in lato quidem,quòd extra sit:porro nec in alto vel imo,quòd alterum supra,alterum infra sit. Denique & longitudo exterminium habere solet, & dilatatio scissuram, & altitudo ruinam,& profundum absorptionem. Dico hæc planius,ne me putes ea loqui quæ apostolus comprehēdere hortatur cū omnibus Ephes.3.d
sanctis longitudinem , latitudinem sublimitatem , & profundum : quòd alterius erit & disputationis & temporis. Nunc autem longum dico , cum sibi homo longiorem promittit vitam . Latum,cum in superfluas animus distenditur curas Altum,cum de se plus præsumit.Profundum , cum se plus deiicit.Qui ergo longa sibi meritur tēpora,nónne verè ingreditur irer exterminij,trāsīs vitę terminos productiori solicitudine?Inde est quòd homines in præsentia sese exules per obliuionem , in alia per inanem solicitudinem migrant secula , non profutura , imò nec futura.Similiter animus

† al. sapiēter.

distentus

A distentus in multa, multis laceretur curis necesse est.Nempe immoderata extensio extenuationem , & extenuatio nimiā scissionem facit.Iam vero alta præsumptio quid nisi ruinosa Prou.16.a
præcipitatio est? Legisti namque:Ante ruinam exaltatur cor. Quid è regione nimię pusillanimitatis deiectio,nisi desperata quædam absorptio est? In hanc fortis non deiicietur. Prudens , longioris vitæ non abducetur incerto . Modestus moderabitur curas,temperabit à superfluis , non deerit necessāriis.Porro iustus altiora se non præsumet , sed loquetur cum iusto: Si iustus fuero,non leuabo caput.

Commendat summo pontifici progressum in virtutibus.
Caput. XI.

Iob.10.c

TV ergo in hac consideratione tui cautè ambules , & tota æquitate verseris,vt nec plus vero tibi tribuas, nec plꝰ iusto parcas.Porro plus vero tribuis , non modo arrogando tibi quod non habes bonum , sed & quod habes, adscribendo.Vigilanter discerne qualis ex te, & qualis sis dono dei, & non sit in spiritu tuo dolus.Etit autem vbi fideliter partiens, tua tibi,& quæ sunt dei,deo sine fraude resignes. Ex te mala, bona à domino esse , persuasum tibi non ambigo. Sane inter considerandū qualis sis:etiā qualis fueris , ad memoriā reuocandum. Conferenda posteriora prioribus . Profecerisne in B
virtute,in sapientia,in intellectu, in suauitate morum : an ab his forte(quod absit)defeceris.Patientior sis an impatientior fōlito,iracundior leniórve,insolētior an humilior, affabilior an austerior,exorabilior an difficilior,pusillior animo an magnanimior,serius magis an plusculum dissolutus,timoratior an fortē fidentior quam oportet. Quàm latus tibi patet campus in hoc genere considerandi ? Memoro ego pauca, veluti quædam seminaria proferēs:non tamen ipse serens, sed dans semen serenti.Oportet innotescat tibi zelus tuus , clementia tua,discretio quoque moderatrix earundem virtutum,qualis videlicet in donandis iniuriis, qualis sis in vlciscendis, quàm in vtroque prouidus modi, loci temporis obseruator . Prorsus considerāda tria hæc in vsu virtutum harum : ne non sint virtutes si præter hæc reperiantur.Nempe eiusmodi non natura virtutes,sed vsus facit . Nam ex se indifferentes esse noscuntur.Tuum est aut abutendo & confundēdo facere vitia: aut bene ordinatéque vtendo,virtutes.Solent discretionis oculo caligante alterutrum sibi prærripere loca , terminos occupare . Porro caliginis duæ sunt causæ, ira, & mollior affectus.Is iudicij censuram eneruat,illa præcipitat. Quomodo enim ab altero non periclitetur,aut pietas clementiæ,aut zeli rectitudo?Turbatus præ ira oculus,clementer nil intuetur: suffusus fluxa quadam & muliebri mollitie animus , rectum non videt.Non eris innocēs,si aut punias eum cui fortè parC
cendum esset,aut parcas ei qui fuerat puniendus.

Neque in prosperis animus nimium laxandus est, neque in aduersis deiiciendus.
Caput XII.

IN tribulationibus quoque qualem te inueneris , nolo dissimules. Si constantem in tuis,condolētem in alienis,gaude. Recti cordis hoc.E regione peruersissimi , si cum in propriis deprehendaris fortasse impatiens, minimè in alienis tamen cōpatiens sentiaris. Quid in prosperis?nihilne est quod considerationem solicitet ? Est vtique, si diligenter attendas quàm rarus semper extiterit qui non vel modicè in prosperitate animum relaxauerit à sui custodia & disciplina. Quando hoc incautis nō fuit ad disciplinam,quod ignis ad ceram, quod solis radius ad niuem vel glaciem ? Sapiens Dauid,† sapiens Salomon fuit : sed blandientibus nimis secundis rebus alter ex parte,alter ex toto desipuit . Magnus qui incidens in aduersa,non excidit vel parum à sapiētia.Nec minor cui prę- sens felicitas si arrisit,non irrisit. Quanquam facilius inueneris qui sapientiam retinuerunt contraria sibi fortuna , quàm qui propitia non perdiderunt . Præferendus ille & magnus est,cui inter prospera saltem risus indecentior, aut sermo insolentior,aut immoderatior cura vestis vel corporis non irrepsit.

Ab otio & manibus sermonibus Pontificem dehortatur.
Caput XIII. D

ET si sapiens hortatur sapientiam scribi in ocio: cauēdum Eccli.38.c
& in ocio ocium est. Fugienda proinde ociositas , materia nugarum,nouerca virtutū.Inter seculares nugæ , nugæ sunt: in ore sacerdotis , blasphemiæ . Interdum tamen si incidant, ferendæ fortassis , referendæ nunquam . Magis interueniendum cautè & prudenter nugacitati. Prorumpendum sanè in serium quid,quod non modo vtiliter,sed libenter audiant,& supersedeant ociosis.Consecrasti os tuum euangelio:talibus iam aperire illicitum,assuescere sacrilegum est . Labia sacer- Malac.2.b
dotis, ait, custodiunt scientiam , & legem requirunt de ore eius:non nugas profecto vel fabulas . Verbum scurrile quod faceti vrbanive nomine colorant,non sufficit peregrinari ab ore:procul & ab aure relegandum. Fœdè ad cachinnos moueris,fœdius moues.Porro detrahere aut detrahentem audire:quid horum damnabilius sit,non facilè dixerim.

Personarum acceptio in iudiciis summopere vitanda est.
Caput XIIII.

DE auaritia non est quòd tuum fatigem intuitum,cum pecuniam tanquam paleam dicaris habere . Non prorsus; nō est quòd pro illa timeatur à iudiciis tuis . Sed est quod nō E
minus sæpe,nec noxiè minus insidiari iudicantibus solet : de quo maximè quid in tua lateat cōscientia , latēre te nolim. Quid illud sit quæris ? Acceptio personarum . Non parui te reum peccati existimes si facies peccatorum sumis,& nō potius causas iudicas † meritorum. Est item vitiū cuius si te im- † al. misemunem sentis , inter omnes quos noui ex his qui cathedras rorum.
ascenderunt,sedebis me iudice solitarius : quia veraciter singulariterq; leuasti te supra te,iuxta Prophetam.Facilitas cre- Thren.3.d
dulitatis hæc est:cuius callidissimæ vulpeculæ,magnorū neminem comperi satis cauisse versutias . Inde eis ipsis pro nihilo iræ multæ,inde innocēniū frequens addictio, inde præiudicia in absentes.Gratulor autem tibi(nec enim assentationis apud te vereor incurrere notam)gratulor,inquam,præsidere te vsque adhuc absque horum omnium querela multa: an & sine culpa,tu videris.Nunc ad ea quę sub te sunt,considerationi intendenda. At alterius principij hoc : siquidem tuis occupationibus sermo breuior competentior est.

De Consideratione
Liber tertius.

Cum potestati pontificiæ vniuersus orbis sit subiectus, docet pontificis esse vt omnes, quantum fieri potest, ad ecclesiæ gremium conuocet. F
Caput I.

SInis superioris libri, huic principium ponit. Itaq; iuxta promissum illius considerāda quæ sub te sunt . Quænam sint illa, non est quòd à me quærendum putes, sacerdotū optimè Eugeni, rectius fortasse quæ non sint quæras . Orbe excundum ei qui fortè volet explorare quæ non ad tuam pertinent curam . Parentes tui destinati sunt non aliquas regiones , sed ipsum debellaturi orbem . Ite in orbem vniuersum , dictum est illis . Ipsi Mar.16.d
vero vendentes tunicas , emēre gladios, ignitum eloquium, & spiritum vehementem , arma potentia deo . Quò non peruenerunt victores inclyti , filij excussorum ? Quò non sa- Psal.119.a
gittæ potentium acutæ cum carbonibus desolatoriis?Et qui- Psal.18.a
dem in omnem terram exiuit sonus eorum , & in fines orbis terræ verba eorum . Penetrabant & incendebant verba illa incensa igni,quem dominus misit in terram . Occumbebant Luc.12.f
strenuissimi bellatores,sed non succumbebant:triumphabāt & mortui.Nimis confortatus est principatus eorum:consti- Psal.138.d
tuti sunt principes super omnem terram . Eis tu successisti in Psal.44.d
hæreditatem . Ita tu hæres, & orbis hæreditas . At quatenus hæc portio te contingit,aut contigerit illos , id sobria considerationē pensandum. Non enim per omnem reor modum, sed sanè quadamtenus (vt mihi videtur) dispēsatio tibi super

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gillum credita est,nó data possessio.Si pergis vsurpare & hác contradicit tibi qui dicit:Meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Non tu ille, de quo propheta? Et erit omnis terra possessio eius.Christus hic est, qui possessionem sibi vendicat & iure creationis & merito redéptionis, & dono patris. Cui enim alteri dictū est:Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuā & possessionem tuam terminos terræ?Possessionem & dominium cede huic, tu curam illius habe. Pars tua hæc,vltra ne extendas manum.Quid inquis?Nō ne gas præesse,& dominari vetas?Planè sic.Quasi nō bene præsit,qui præest in solicitudine. Nūquid non & villa villico & paruus dominus subiectus est pædagogo ? Nec tamen villæ ille,nec is sui domini dominus est.Ita & tu præsis vt prouideas, vt consulas, vt procures, vt serues. Præsis vt prosis, præsis vt fidelis seruus & prudens, quē constituit dominus super familiam suam.Ad quid?Vt des illis escam in tempore Hoc est,vt dispēses nō imperes. Hoc fac,& dominari ne affectes hominum homo, vt nō dominetur tui omnis iniustitia.At satis supérq; id intimatum supra,cum quis sis disputaretur. Addo tamē & hoc:nam nullum tibi venenum nullum gladium plus formido, quàm libidinē dominādi. Certe vt multū tibi tribuas,si multū decept° nó es,nil te existimes pl° accepisse à magnis apostolis. Recordare nunc vocis illius: Sapientibus & insipientibus debitor sum. Et si non indebitam tibi ipsam censes, hoc quoque simul memento,debitoris molestum nomen seruienti potius quàm dominanti cōgruere. Seruus in euangelio audit. Quantum debes domino meo? Ergo si te agnoscis sapientibus & insipientibus nō dominatorem,sed debitorem curandum summopere tibi, & tota vigilantia considerandum, quomodo & qui non sapiunt sapiant,& qui sapiunt non desipiant,& qui desipuere resipiscant.At nullum genus insipientię,infidelitate(vt sic loquar)insipientius. Ergo & infidelibus debitor es,Iudæis, Græcis,& Gentibus. Interest proinde tua dare operam quā possis,vt increduli cōuertantur ad fidem, cōuersi non auertantur, auersi reuertantur: porrò peruersi ordinentur ad rectitudinem,subuersi ad veritatē reuocentur: subuersores inuictis rationibus conuincantur,vt vel emendentur ipsi,si fieri potest:vel si non,perdant auctoritatem facultatémque alios subuertēdi.Non omnino & ab hoc insipientium genere pessimo tibi dissimulandum. Dico autem hæreticos schismaticōsq;:nam hi sunt subuersi &subuersores,canes ad scissionem,vulpes ad fraudem. Erunt,inquam huiusmodi maIxime tuo studio aut corrigendi, ne pereant, aut ne perimāt coërcendi. Esto, de Iudæis excusat te tempus, habent terminum suum † qui præueniri non poterit. Plenitudinem gentium præire oportet. Sed de ipsis gentibus quid respondes?Imò quid tua cōsideratio respōdet tibi percūctanti sic? Quid visum est patribus ponere metam euangelio,verbū suspendere fidei donec infidelitas durat?Qua ratione putamus subsistit velociter currens sermo?Quis primus inhibuit hunc salutarem cursum?Et illis causa forte quā nescimus,aut necessitas potuit obstitisse. Nobis quæ dissimulandi ratio est?Qua fiducia,qua cōscietia Christum non vel offerimus eis qui nō habent? An veritatē dei in iniustitia detinemus?Et quidē quandoque peruenias gētium plenitudo necesse est. Expectamus vt in eas incidat fides. Cui credere casu contigit?Quomodo credent sine prædicante ? Petrus ad Cornelium, Philippus ad Ennuchum, missi sunt: & si exemplum recentius quærimus, Augustinus à beato Gregorio destinatus est formam fidei tradere Anglis.Et de his tu ita tecum.Ego addo & de pertinacia Græcorum qui nobiscum sunt & nobiscum nō sunt,iuncti fide,pace diuisi. Quanquam & in fide ipsa claudicauerint à semitis rectis.Et item de hæresi,quæ clam pene vbique serpit apud aliquos, sæuit palā.Nam paruulos ecclesiæ passim & publicè deglutire festinat.Quæris vbi sit hoc?Vestri qui terrā Austri tam sæpe visitāt,ecce hi sciunt,&.possunt dicere tibi. Eunt & redeunt per medium illorum,aut transeunt secus:sed quid boni adhuc cum illis egerint, necdum audiuimus. Et forsitan audiuissemus,nisi præ auro Hispaniæ salus populi viluisset. Tuum est & plagæ huic remedium prouidere.Sed est insipientia,quæ ipsam quoque iam propemodum stultam fecit sapientiam fidei.Quomodo & ecclesiam catholicam penè to K tam hoc virus infecit?Nam dum &in ipsa quoq; quæ nostra sunt quærimus,sit vt inuicem inuidentes,inuicem prouocātes exerceamur ad odia,animemur ad iniurias, armemur ad lites,cauillemus ad dolos,feramur ad detractiones,prorumpamus ad maledicta,opprimamur à fortioribus, opprimamus infirmiores.Quàm digne & laudabiliter occupatur me ditatio cordis tui aduersus tā pestilēs insipiētiæ genus,quod corpus Christi(quæ est multitudo credentiū) occupasse cōsideras.O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places? Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat,nil tamen apud miseros mortales celebrius negociis eius. An non limina apostolorū plus iam ambitio quàm deuotio terit?An non vocibus eius vestrum tota die resultat palatium?An nō quæstibus eius tota legū canonumq; disciplina insudat? An non spoliis eius omnis Italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas?Quid ita tua ipsius spiritualia studia non saltem intercidit,sed abscidit?Quotiēs sanctaac fœcunda tua abortiri ocia fecit inquietum &inquietās malum? Aliud est quod ab oppressis appellatur ad te, aliud autem quòd ambitio in ecclesia per te regnare molitur. Nec deesse L illis, nec huic aliquatenus adsentire oportet. Quàm vero iniquè fouetur illa,spernuntur illi?vtrisque tamē debitor es, illis vt erigas,istis vt reprimas.

Quis modus in appellationibus ad sedem apostolicam adhibendus sit docet
Caput II

ET quoniam incidit de appellationibus, prosequi aliquatenus non erit ab re. Magno in his & pio opus intuitu est, ne quod magna fuit necessitate prouisum,malè vtendo reddatur inutile. Mihi videtur & in multam posse eas deuenire perniciem,si non summo ad te,id quidem in testimonium singularis primatus tui. At tu,si sapis, non primatu gaudebis,sed fructu. Apostolis dictum est:In hoc nolite gaudere, quod spiritus subiiciuntur vobis. Appellatur ad te vt dixi, & vtinam tam fructuosè quàm necessariè. Vtinā cum oppressus clamat,sentiat oppressor, & non superbiat impius vnde inceditur pauper. Quid tam decorū vt ad inuocationem tui nominis oppressi effugiant, versuti non refugiāt? Quid è regione tam peruersum, tam recti alienū, vt lætetur qui malum fecit, & qui, tulit inaniter fatigetur? Inhumanissimè non moueris erga hominem cui illatæ iniuriæ cumulauere dolorem,& labor itineris, & damna,expensarum: sed nihilo minus ignauissime in illum non mo- M ueris, qui huic tot calamitatum partim auctor, partim extitit causa. Euigila homo Dei cum hæc contingunt,moueatur miseratio, moueatur & indignatio tua. Alteram læso, †al.sine alterā lędenti debes.Consoletur ille damnorū resarcitu suo rum, satisfactione iniuriarum, fine calumniarum : cum isto ita agatur, vt pœniteat fecisse quod non timere, & non de pœnis innocentis rideat. Arbitror idem debere pati illum qui sine causa forte appellauit. Formulam hanc iustitię prefigit tibi diuinæ incommutabilis ratio æquitatis, &ni fallor, ipsa appellationum lex, vt illicitè vsurpata appellatio nec prosit appellanti,nec appellato obsit.Vt quid enim frustra fatigatu sits homo?Quàm plenum iustitiæ,vtsese potius læserit qui voluit proximū?Appellasse inique,iniquū est:inique & impune, iniquarū appellationū fomes.Iniqua autē omnis appellatio,ad quā iustitię inopia nō coegit.Appellare,non vt graues,sed si graueris, licet. Appellandum à sententia. Ante sententiam improbe omnino, nisi ob manifestum grauamē,præsumitur appellatio.Qui igitur nō gravatus appellat, liquet quia aut grauare intendit,aut tempus redimere.Nō est autem suffugium appellatio,sed refugium. Quantos nouimus appellasse pulsatos,quò interim liceret, quòd nūquā licet?Nonullis etiam quoad vixerūt licuisse appellationis suffragio nefaria scimus: verbi gratia incestum, adulterium.Quale est hoc,turpitudini patrocinari,quod vel maxime formidari à turpibus oportebat? Quousq; murmur vniuersæ terræ aut dissimulas,aut nō audiertis? Quousq; dormitas? quousq;non cuigilat cōsideratio tua ad tantā appellationū cōfusionē atq; abusionē?Præter ius& fas,præter morē

A & ordinē fiunt.Non locus,non modus,non tempus,nó causa discernitur,aut persona. Præsumuntur leuiter passim, plerunque & nequiter. Volentes malignari nónne his potissimum terreri solebant? Nunc terrori ipsi exhis magis fiunt, atque id bonis.Antidotum versum in venenum, non mutatio dexteræ excelsi hæc. Appellantur boni à malis, vt non faciant bona: & supersedent à voce tonitrui tui formidantes. denique appellantur episcopi ne illicita audeant matrimonia soluere vel prohibere.Appellantur ne rapinas,ne furta, ne sacrilegia & quæ eiusmodi sunt, punire vllatenus vel cohibere præsumant. Appellantur ne indignas & infames personas à sacris officiis beneficiisve repellere seu amouere Mat.21. queant. Quod tu inuenis remedium morbo huic, ne quod repertum ad remedium fuit, reperiatur ad mortem? Zelatus est dominus domum orationis factam speluncam latronum. Tu eius minister dissimulas miserorum refugium datum arma iniquitati. Videas præripi passim partes oppressorum, & prorumpere ad appellandum non tam grauatos quàm grauare volentes. Quid hoc mysterij? Tuum est considerare, non meum commentari istud. Et cur,inquis, malè appellari non veniunt ostensuri suam innocentiam, malitiam conuicturi?Dico quod dicere ad hoc solent. Nolumus B vexari frustra. In curia esse qui procliuius faueant appellan- †al. cessuri tibus, faueant appellationes.†Sessuris Romæ, domi * sedere *al.cedere. satius. Fateor me non omnino † decredere his. Quem das †al.discre- mihi in tam crebris appellationibus quę hodie fiunt,qui pro dere. experisis itineris vel nummum restituerit illi quem fortè appellarit? Mirum vero si ita omnes & appellantes iusti,& ap- Sapiē.1.a pellati rei vestro examine inuenti sunt. Diligite, inquit, iustitiam, qui iudicatis terram. Parum est iustitiam tenere,nisi & diligas. Qui tenent,tenent : qui diligunt,zelātur. Amator iustitiæ inquirit iustitiam, & prosequitur eam : porrò omnem iniustitiam persequitur. Nihil tibi & illis qui appella- †al. mouitiones venationes putant. Pudet elogij quod apud ethnicos mus. iam vertitur in parabolam:Duos †nouimus ceruos pingues. Luc.10.b Vt mitius loquar, plus facetiæ quàm iustitiæ hic. Tu si amas iustitiam, appellationes non affectas, sed sustines. Veruntamen quid emolumenti adfert ecclesiis dei tua vnius hominis iustitia, vbi sententia prævalet aliter affectorum? At istud loci illius erit, cum cœperint versari quæ circa te sunt. Nunc vero non te existimes ociose vacare considerationi huic,qua appellationes ad legitimum, si fieri potest, reuoces vsum. Et si hinc mea quæratur vel potius curetur sententia, dico appellationes vt non contemnendas, sic nec vsurpandas omnino. Porrò horum quid insolētius censeam,haud facilè dixerim,nisi quòd vsurpatio quandam videtur inducere C cōtemptus necessitatē,ac per hoc fortè acrius infectāda,quę amplius nocet. Aut non verè nocētior est mala in se,in partu nocet.Nonne ipsa est quæ ipsum ius quoque naturæ aut expeior? Nonne ipsa est quæ ipsum ius quoque naturæ aut expenuat aut exterminat? Nam sæpe rebus etiam pretiosissimis precij gratiam non modo demit,sed adimit. Quid sacramentis acceptius? Vsurpata tamen ab indignis, indignéve tractata,minimè acceptātur.Magis habent damnationem,quia debitam venerationem non habent. Fateor grande & generale mūdo bonum esse appellationes: idq; tam necessariū, quàm solem ipsum mortalibus. Reuera quidā sol iustitiæ est, prodens ac redarguens opera tenebrarum. Prorsus fouendæ & manutenendæ sunt,sed quas extorsit necessitas, nō calliditas adinuenit. Vsurpatoriæ sunt huiusmodi omnes, non subuenientes in necessitate,sed opitulantes iniquitati. Quidni veniant in contemptum? Quanti vt talibus quoque deferrent, etiam de proprio cessere iure, ne longo & cassō itinere fatigarentur?Plures tamen sua amittere nō ferentes, appellationes minus opportunas,& celsa nomina importunius contēpserunt.Dico aliquid quod ad rem pertinet, exempli causa. Quidam sibi publicè despōsauerat vxorem: adest dies celebris nuptiarum.Parata omnia, inuitati multi. Et ecce homo concupiscens vxorē proximi sui, in vocē appellationis inopinatæ prorumpit:affirmās sibi traditam prius, suam potius esse debere.Stupet sponsus,hærent omnes,sacerdos non audet progredi,frustratur omnis apparatus ille, descendit quisque in domum suam,suam cœnam manducaturus : sponsa à mensa & thalamo spōsi suspenditur,quousqueRoma reditū est.Parisiis contigit hoc,nobili Galliarum ciuitate, sede Re- D gia.Rursum in ciuitate eadem quidam sibi desponsata vxore diem constituit nuptiarum.Interim emergit calumnia: dicētibus quibusdam non debere coniungi.Ad iudicium ecclesię causa delata est,sed nō expectata sententia, appellatū est sine causa,sine grauamine,solo frustratoriæ dilationis intuitu. At ille siue perdere quę pararat,siue delectę tādiu frustrari consortio nolens, nihilo minus quod proposuerat, cōtempta siue dissimulata appellatione peregit.Quid illud quod in† Al- †al. Antisiodorensi ecclesia nuper à quodā adolescentulo præsumtisiodorensi ptum est?Nempe defuncto sancto episcopo,volētibus clericis alium(vt moris est)eligere sibi, interuenit ille appellās,& vetans ne fieret quousque isset & redisset ab vrbe. Cui tamē appellationi nec ipse detulit.Nam cum videret se contemni, tanquā qui irrationabiliter appellasset, * accitis quos potuit * al.ascisibi,tertia die post factā ab aliis electionem,fecit suam.Cum tis. itaque ex his & innumeris talibus liqueat non ex cōtemptu gigni vsurpationem,sed ex vsurpatione cōtemptum : videris tu quid sibi velit q; zelus vester adsiduè penè vindicat illum, istam dissimulat.Vis perfectius coërcere contemptum?Cura in ipso vtero pessimæ matris præfocari germen nequā:quod ita fiet, si vsurpatio digna animaduersione mulctetur. Tolle vsurpationem,& contemptus excusationē non habet.Porro inexcusabilitas ausum explodet. Non sit proinde vsurpator, & contemptor nullus erit,aut admodum rarus.Bene facis tu E quòd appellationum negato suffragio, imò suffugio, multa remittis negocia ad cognoscētes, vel qui noscere citius possunt.Vbi enim certior ac facilior notio, ibi decisio tutior expeditiórq; esse potest. Quàm plenum gratiæ, quòd multorū *quoq; per hoc & laboribus parcis,& sumptibus.At quibus * al.prima sic credas, id tibi omnimodis attendendum. Poteram multa de. de eodem vtiliter addere his, sed memor propositi mei,contentus interim occasionem dedisse,ad alia transeo.

Ecclesiæ præpositi non tam vt præsint, ac semetipsos pascant, quàm vt aliis prosint,constituti sunt.
Caput III.

ET primum quod occurrit, minime transeundum reor. Præes, & singulariter. Ad quid? Eget tibi dico considerātione.Nunquid vt de subditis crescas? Nequaquam, sed vt ipsi de te.Principem te constituerunt,sed sibi,non tibi. Alioquin quo pacto te reputas superiorem his à quibus beneficium mendicas?Audi dominum:Qui potestatem habent su- Luc.22.c per eos,benefici vocātur. At istud de his qui foris sunt.Quid ad nos? Tu id mendaciter diceris, si non tam beneficus esse quàm beneficis præesse intendas. Parui deiectique animi est, de subditis nō profectum quærere subditorum,sed quæstum proprium.In summo præsertim omnium pontifice nihil turF pius. Quàm pulchre magister gentium parentes filiis, non 2.Cor.12.c filios debere censuit thesaurizare parētibus. Non mediocris Philip.4.d gloriæ vox illa identidem ipsius: Non requiro datum, sed fructum. At iam transeamus & hinc, ne quis moram in his meam,auaritiæ in te notam interpretetur: quæ quàm longè à te sit, in libro secundo testatus sum: sciens quanta & in quanta tua necessitate respueris. Ad te proinde scripserim ista,non propter te.Nempe quod tibi scribitur, soli prodesse non decet. Hic locus auaritiam carpit, à quo vitio immunis satis tua opinio est: an & opus, tu videris. Vidimus tamen (vt oblata à pauperibus taceam,quæ tangere non acquiescis) Germanicos detinuisse faccos,sed precio,non massa. Argentum reputatum est fœnum: † summarij non leuati sarcinis, †al. sagenarij vel onusti nihilo minus repatriant vel inuiti.Noua res. Quando sagittarij. hactenus aurum Roma refudit? Et nunc Romanorum cōsilio id vsurpatum non credimus. Duo venerunt, ambo locupletes,& ambo rei.Siquidem vnus Moguntinus, Coloniēsis alter,alteri gratia gratis reddita est: alter indignus credo cui gratia redderetur,audiuit. Cum quali veste intrasti, cum tali egredieris.O vocem magnificam!vocem prorsus apostolicæ Act.8.d libertatis!Quid minus ab illa hæc habuit:Pecunia tua tecum sit in perditionem?Nisi quòd in illa plus zeli,in ista plus modestiæ sonuit.Quid ille de transmarinis partibus,penè à finibus terrę,terra & mari currens pro episcopatu,suis & alienis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G facultatibus rursus emendo: Iã enim emerat prius. Tulit multa, sed retulit, nõ omnia tamen. Incidit miser in manus alias, accipere quàm dare †potẽtiores. Bene feciſti tuas in vtroque ſeruans innoxias, nec imponere ſcilicet ambitioſo, nec ſupponere iniquo mammonæ acquieſcẽs. Nõ ſic à paupere epiſcopo continuiſti, dans quod daret, ne immuniticus notaretur. Accepit clam, quod palam dedit. Sic de tuo ſacculo cõſultum eſt verecundiæ viri. Sic quoque curiæ morem gerẽs, tuo beneficio inuidiam declinauit eorum qui diligũt muneꝛa. non potes abſcondere, & factum nouimus & perſonam. Audire grauat? Et ego eo libentius prædico, quo tu id moleſtius audis. Si tibi ſic expedit, & mihi ſic. Tam non oportet Chriſti gloriam me ſilere, quàm nec te quærere tuam. Et ſi pergis murmurare adhuc, reſpondebitur tibi ex Euangelio: Quando eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, dicentes: Bene omnia fecit.

†al. promptiores.

Marc. 7.d

Diſtinctiones ordinum quæ in Eccleſia ſunt non temerè confundendas ac perturbandas eſſe docet.
Caput IIII.

AVdi aliud, ſi tamen aliud. Ad idem enim fortaſſis pertinere quis dicat. Tua conſideratio viderit hoc. Mihi videtur non longè à verò diſſentire qui id fortè inter auaritiæ
H ſpecies locãdum putauerit. Ego vero illius aut ſpeciem eſſe, aut ſpeciem habere non negauerim. Sanè intereſt tuæ perfectionis, & malas res, & malas pariter ſpecies deuitare. In altero conſcientiæ, in altero famæ conſulis. Puta tibi non licere (etſi alias fortaſſe liceat) quicquid male fuerit coloratum. Denique interroga maiores tuos, & dicẽt tibi: Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Sanè miniſter domini dominum imitetur, quia ipſe ait: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur. Et habes de illo: Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinem. Tu quoque eſto fortis in fide, decorus in gloria, & probaſti te imitatorem dei. Fortitudo tua, fiducia fidelis conſcientiæ: decor tuus, ſplendor bonę opinionis. Ita, quæſo, induere fortitudinem: etenim gaudium domini fortitudo tua. Porrò ſpecie tua & pulchritudine tua nihilo minus tanquam propria ſimilitudine delectatur. Induere veſtimentis gloriæ tuæ, veſtire duplicibus quibus domeſticos ſuos fortis illa mulier induere conſueuit. Non ſit in conſciẽtia nutans infirmitas modicæ fidei: non ſit in fama næuus malæ ſpeciei, & veſtiris duplicibus, & gaudebit ſponſus ſuper ſponſam animam tuam, & gaudebit ſuper te Deus tuus. Miraris quorſum hæc, ignarus vſque adhuc quid dicere velim. Non te tollo diutius. Murmut loquor & querimoniam eccleſiarum. Trũcari ſe clamitant ac demembrari. Vel nullæ
I vel paucæ admodum ſunt quæ plagam iſtam aut non doleant, aut non timeant. Quæris quam? Subtrahuntur abbates epiſcopis, epiſcopi archiepiſcopis, archiepiſcopi patriarchis, ſiue primatibus. Bonáne ſpecies hæc? Mirum ſi excuſari queat vel opus. Sic factitãdo probatis vos habere plenitudinem poteſtatis, ſed iuſtitiæ fortè non ita. Facitis hoc quia poteſtis, ſed vtrum & debeatis, quæſtio eſt. Honorum ac dignitatum gradus & ordines quibuſque ſuos ſeruare poſiti eſtis, non inuidere, vt quidam veſtrorum ait: Cui honorem, honorem. Spiritualis homo ille qui omnia diiudicat, vt ipſe à nemine diiudicetur: omne opus ſuum trina quadam cõſideratione perueniet. Primum quidem an liceat, deinde an deceat, poſtremo an expediat. Nam etſi conſtet in Chriſtiana vtique philoſophia non decere niſi quod licet, non expedire niſi quod decet & licet: nõ continuò tamen omne quod licet, decere aut expedire cõſequens erit. Age aptemus, ſi poſſumus, tria ipſa operi huic. At quomodo non indecens tibi, voluntate pro lege vti, & quia non eſt ad quem appellaris, poteſtatem exercere, negligere rationem? Túne maior domino tuo qui ait: Non veni facere voluntatem meam? Quãquam non minus deiecti quam elati animi eſt, veluti rationis expertem non pro ratione, ſed pro libitu agere, nec iudicio agi, ſed appetitu. Quid tam beſtiale? Et ſi indignum cuiuis vtenti ratione viuere vt pecus: quis in te rectore omnium tãtam contumeliam naturæ honoris iniuriã ferat? Sic degenerando (quod abſit) generale opprobrium feciſti proprium tibi: Homo cũ in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumẽtis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Quid itẽ tam
K indignum tibi, quàm vt totum tenens, non ſis contentus toto, niſi minutias quaſdam atque exiguas portiones ipſius tibi creditæ vniuerſitatis, tanquam non ſint tuæ, ſatagas neſcio quomodo adhuc facere tuas? Vbi etiãm meminiſſe te volo parabolæ Nathan de homine qui †multas oues habẽs, vnam quæ erat pauperis concupiuit. Huc quoque veniat factum, imò facinus regis Achab, qui rerum ſummam tenebat, & vnam vineam affectauit. Auertat Deus à te quod ille audiuit, Occidiſti, & poſſediſti. Nolo autem prætendas mihi fructum emancipationis ipſius: nullus eſt enim, niſi quòd inde epiſcopi inſolentiores, monachi etiam diſſolutiores ſiunt. Quid quòd & pauperiores? Inſpice diligentius talium vbique libertorum & facultates & vitas, ſi non pudenda admodum & tenuitas in his, & in illis ſancta ſecularitas inuenitur. Matris noxiæ libertatis gemina ſoboles hæc. Quidni peccet licentius vagum & malè liberum vulgus, cum non ſit qui arguat? Quidni licentius quoque ſpolietur ac deprædetur inermis religio, cum non ſit qui defendat? Quò enim refugium illis? Nunquid ad epiſcopos dolentes iniuriam? Ridentibus profectò aſpiciunt oculis ſiue quæ faciunt mala, ſiue quæ patiuntur. Quæ demum vtilitas in ſanguine iſto? Vereor ne illa quam in propheta comminatus eſt deus: Ille,
L inquiens, in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si enim extollitur qui †ſubtrahitur, & cui ſubtrahitur *vritur, qui ſubtrahit, quomodo innocens? Parum eſt, inuoluimus ignem. Audi apertius. Si is qui murmurat, ſecundum animam mortuus eſt: qui inſtigat, quomodo viuit? Quomodo verò non reus mortis amborum, & ſuæ pariter, qui gladium dedit vnde ambo morerentur? Hoc eſt quod dixeram, Occidiſti, & poſſediſti. Adde quòd qui audiunt ſcandalizantur, indignantur, detrahunt, & blaſphemãt, hoc eſt vulnerantur ad mortem. Non eſt bona arbor faciens fructus tales, inſolentias, diſſolutiones, dilapidationes, ſimultates, ſcãdala, odia, quódque magis dolendum, inter eccleſias inimicitias graues, perpetéſque diſcordias. Vides quàm verus ſit ſermo ille: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt? Quid ſi fortè nec licet? Ignoſce mihi, non facilè adducor licitũ conſentire quod tot illicita parturit. Túne denique tibi licitum cenſeas, ſuis eccleſias mutilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos quos poſuerunt patres tui? Si iuſtitiæ eſt, ius cuique ſeruare ſuum: auferre cuiquã ſua iuſto quomodo poterit conuenire? Erras, ſi vt ſummam, ita & ſolãm inſtitutam à deo veſtram apoſtolicam poteſtatẽ exiſtimas. Si hoc ſentis, diſſentis ab eo qui ait: Non eſt poteſtas niſi à deo. Proinde quod ſequitur: Qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit: etſi principaliter pro te facit, nõ tamen ſingulariter. Denique idem ait: Omnis anima poteſta-
M tibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nõ ait, ſublimiori, tanquã in vno: ſed ſublimioribus, tanquã in multis. Non ergo tua ſola poteſtas à domino? ſunt & mediocres, ſunt & inferiores. Et quomodo quos deus cõiunxit, nõ ſunt ſeparãdi: ſic nec quos ſubiunxit, comparandi. Monſtrum facis, ſi manu ſubmouens digitũ facis pendẽre de capite, ſuperiorẽ manu, brachio collateralẽ. Tale eſt ſi in Chriſti corpore membra aliter locas quàm diſpoſuit ipſe. Niſi tu putas alium eſſe qui poſuit in Eccleſia quoſdam quidem apoſtolos, quoſdã autem prophetas, alios vero euãgeliſtas, alios doctores & paſtores, ad cõſummationem ſanctorũ, in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti. Atq; hoc corpus, quod tibi ipſe Paulus ſuo vere apoſtolico figurans eloquio, & capiti conuenientiſſimè aptans, totum ex eo compactum perhibet, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationẽ in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis faciens in ædificationẽ ſui, in charitate. Nec vilẽ reputes formam hanc quia in terra eſt, exemplar habet è cœlo. Neq; enim filius poteſt facere quicquã, niſi quæ viderit patrẽ faciẽtẽ, præſertim cum ei ſub Moyſi nomine dictũ ſit: Vide omnia facias ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. Viderat hoc qui dicebat: Vidi ciuitatem ſanctã Hieruſalẽ nouam deſcendentem de cœlo, à deo paratam. Ego enim propter ſimilitudinem dictũ reor, quòd ſicut illic ſeraphim & cherubim ac cæteri quique vſque ad angelos & archangelos

Deut. 32.a
1. Theſ. 5.d
Ioan. 12.d
Pſal. 92.a

Prou. 31.b

Eſai. 48.c

2. Reg. 12.
†*al. cerum*
3. Reg. 21.c
Ibidem.

Rom. 13.b
1. Cor. 2.d

Ioan. 6.d

Rom. 13.b

Matt. 19.d

1. Cor. 12.

3. Reg. 21.

Ioan. 5.e
Exod. 25.d

Apo. 21.e

1. Cor. 10.c

†*al. ſciſſura.*

†*al. præfationem.*

A gelos ordinantur ſub vno capite Deo: ita hic quoq; ſub vno ſummo põtifice primates vel patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, presbyteri, vel abbates, & reliqui in hunc modum. Nõ eſt paruipẽdendũ quod & deum habet auctorem, & de cœlo ducit originẽ. Quòd ſi dicat epiſcopus, Nolo eſſe ſub archiepiſcopo: aut abbas, Nolo obedire epiſcopo: hoc de cœlo nõ eſt. Niſi tu fortè angelorum quempiã dicentem audiſti, Nolo ſub archangelis eſſe, aut ex alio quolibet inferiorũ ordinum aliquẽ nõ ferentẽ ſubeſſe cuiquã niſi deo. Quid inquis? Prohibes diſpenſare? Non, ſed diſſipare. Non ſum tam rudis vt
1. Cor. 10.c
2. Cor. 4.a ignorem poſitos vos diſpenſatores, ſed in ædificationem, nõ in deſtructionem. Denique quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur. Vbi neceſſitas vrget, excuſabilis diſpenſatio eſt. Vbi vtilitas prouocat, diſpẽſatio laudabilis eſt. Vtilitas dico communis, non propria. Nam cum nihil horũ eſt, non planè fidelis diſpenſatio, ſed crudelis diſſipatio eſt. Nonnulla tamen monaſteria ſita in diuerſis epiſcopatibus, q̃ ſpecialius pertinuerint ab ipſa ſui fundatione ad ſedem apoſtolicam pro voluntate fondatorum, quis neſciat? ſed aliud eſt quod largitur deuotio, aliud quod molitur ambitio impatiens ſubiectionis. Et hæc dicta de his.

Summi pontificis eſt per vniuerſum orbem diſponere, an ea
B *quæ à maioribus decreta ſunt, inuiolatè ſeruentur.*
Caput V.

SVpereſt vt generaliter ſuper vniuerſum Eccleſiæ ſtatum intendat conſideratio tua, ſi plebes clericis, ſi clerici ſacerdotibus, ſi ſacerdotes deo in ea qua oportet humilitate ſubiecti ſint, ſi in monaſteriis & religioſis locis ſeruetur ordo, vigilet diſciplina, ſi ſuper praua opera & dogmata cenſura
†*al. obedire tiam.* eccleſiaſtica vigeat, ſi floreant vineæ honeſtate, & ſanctimonia ſacerdotum, ſi flores fructus parturiant †obedientia fidelium populorum, ſi demum veſtra ipſorum apoſtolica mandata & inſtituta ea qua dignũ eſt ſolicitudine obſeruentur, ne quid in agro domini tui aut neglectu incultum, aut fraude ſurreptum inueniatur. Poſſe inueniri ne dubites. Mihi in promptu eſt (vt multa & innumera prætermittam, quæ paſſim neglecta iacent) nonnulla etiam ex his quæ plantauit dextera tua conuulſa monſtrare. Nónne os tuum in Remenſi concilio ſubiecta capitula promulgauit? Quis ea tenet? Quis tenuit? Falleris ſi teneri putas. Si non putas ipſe peccaſti, aut ſtatuens quæ non tenerentur, aut quæ non tenentur diſſimulans. Præcipimus, aiſti, vt tam epiſcopi quàm clerici, neque in ſuperfluitate, ſeu inhoneſta varietate colorum, aut
C †fiſſura veſtium, neq; in tonſura, intuẽtium (quorũ forma & exemplum eſſe debent) offendãt aſpectum, ſed potius ita in ſuis actibus errata condemnent, & amorẽ innocentię cõuerſatione demonſtrent, ſicut dignitas exigit ordinis clericorũ. Quòd ſi moniti ab epiſcopis ſuis intra quadraginta dies non obtẽperauerint, eccleſiaſticis beneficiis eorundem pontificũ auctoritate priuẽtur. Epiſcopi verò ſit† præfixam pœnã irrogare neglexerint: quia inferiorum culpæ ad nullos magis referendę ſunt q̃ ad deſides, negligentéſq; rectores, tandiu ab officio pontificali abſtineant, donec pœnam à nobis cõſtitutã clericis ſibi ſubiectis imponant. Illud etiam duximus annectendum, vt nullus in archidiaconum vel decanũ, niſi diaconus & presbyter ordinetur. Archidiaconi verò, decani, & præpoſiti qui infra ordines prænominatos ſunt, ſi inobediẽtes ordinari contemp ſerint, honore ſuſcepto priuentur. Protohibemus autẽ ne adoleſcentibus, vel infra ſacros ordines cõſtitutis, ſed qui prudentia & vitæ merito clareſcunt, predicti cõcedantur honores. Verba tua hæc tu ſanxiſti: quid effectui mancipatum? Adhuc adoleſcẽtes, adhuc qui infra ſacros ordines ſunt, in eccleſia promouentur. Quod ad primum capitulum pertinet, luxus veſtium interdictus, ſed nõ reſtrictus, pœna dictata, ſed minimè ſecuta eſt. Iã quartus annus eſt ex quo datum mandatũ audiuimus, & neminẽ adhuc clericorũ priuatum beneficio, neminem epiſcoporum ſuſpenſum ab officio luximus. At luctu amariſſimo dignũ quod ſecutũ eſt. Quid hoc? Impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ, tranſgreſſionũ nutrix. Et beatus ſi omni ſatagas cura malorum omnium primam paretem cauere incutiam. Sed ad hoc tu operã dabis. Et nunc leua oculos tuos, & vide ſi non æquè vt prius, pellicula diſcolor ſacrum ordinem
D decolorat, ſi nõ, vt prius, fiſſura enormis pene inguina nudat. Solent dicere. Num de veſtibus cura eſt deo, & nõ magis de moribus? At forma hæc veſtium, deformitatis mentium, & morum indicium eſt. Quid ſibi vult quòd clerici aliud eſſe, aliud videri volunt? Id quidem minus caſtum, minúſque ſyncerum. Nempe habitu milites, quæſtu clericos, actu neutrum exhibent. Nam neque pugnant, vt milites neque vt clerici euangelizãt. Cuius ordinis ſunt? Cum vtriuſque eſſe cupiunt, vtrumque deſerunt, vtrumque cõfundunt. Vnuſquiſque, inquit, in ſuo ordine reſurget. Iſti in quo? An qui ſine ordine peccauerunt, ſine ordine peribũt? Aut ſi ſumme ſapiens deus veraciter creditur à ſummo vſque deorſum nihil inordinatũ relinquere: vereor iſtos non alibi ordinandos, quàm vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. O miſerandam ſponſam talibus creditam paranymphis: qui adſignata cultui eius, proprio retinere quæſtui non verentur. Non amici profecto ſponſi, ſed æmuli ſunt. Et de his ſatis quæ ſub te ſunt, etſi non ad materiæ copiam, quæ eſt multa nimis: certe ad id quod propoſui ego. Viſenda iam quæ circa te ſunt, ſed ad ea oſtium nobis quartus liber aperiet.

De Conſideratione

Liber quartus.

Tractat de iis quæ circa ipſum ſunt.
Caput I.

SI mihi plenius innotuiſſet amantiſſime Eugeni, priora qualiter acceptaris, ſecundum vel hoc fidẽtius in reliquum proceſſiſſem vel cautius, aut certe ſubſtitiſſem omnino. Nũc verò quia ob locorũ diſtantiam id minimè datur, non mireris ſi prodit exilior ſermo anceps, verecundè fateor, ad medium veniẽs. Primis, itaque conſiderationis partibus, libris prioribus pertractatis, in manibus eſt de his addere quæ circa te ſunt. Et ipſa quidẽ ſub te, ſed quo propiora, eo importuniora tibi. Nempe corã poſita incuriam non admittunt, non diſſimulationem, nõ obliuionem. Vehementius vrgent, turbulentius irruunt, verendũ ne obruant. Circa eiuſmodi quàm ſobria & intenta conſideratione opus ſit, proprio te experimento edoctum ſatis non ambigo. Alioquin ſi non cauta opportunáq; interueniat conſideratio: occupatio continuabitur, & vexationis non erit modus, & ſolicitudinis non erit finis. Non tempus vacuum, non liberum cor: plus laboris, & minus vtilitatis. Dico autẽ inſtantia illa tua quotidiana ab vrbe, à curia, à domeſtica eccleſia tua. Hæc, inquam, circa te ſunt, clerus & populus tuus cui ſpecialiter epiſcoparis, ac per hoc ſpecialis curæ teneris debitor. Hi quoq; qui tibi quotidie aſſiſtunt ſeniores populi, orbis iudices, & qui item de domo & menſa tua ſunt, capelF lani, cubicularij, miniſtri quoque diuerſis deputati officiis in obſequium tui, hi te familiarius viſitant, frequẽtius pulſant, moleſtiúſque ſolicitant. Hi ſunt qui non verentur ſuſcitare dil ectam, & antequam ipſa velit.

De clerí & populi Romani moribus agit.
Caput II.

ET primò quidem clerum illum ordinatiſſimum eſſe decet, ex quo præcipue in omnẽ eccleſiam cleri forma proceſſit. Deinde omne quod perperã agitur te præſente, id tibi turpius. Intereſt glorię ſanctitatis tuę, vt quos præ oculis habes, ita ordinati, ita ſint informati, quatenus totius honeſtatis & ordinis ipſi ſpeculũ, ipſi ſint forma. Inueniãtur præ cæteris oportet expediti ad officia, idonei ad ſacramẽta, ad plebes erudiẽdas ſoliciti, circũſpecti ad ſeſe cuſtodiẽdos in omni caſtitate. Quid de populo loquar? Populus Romanus eſt. Nec breuius potui, nec expreſſius tamẽ aperire de tuis parcęcianis quod ſentio. Quid tam notũ ſeculis, q̃ proteruia & †fa
† *al. cerui-* ſtus Romanorũ? Gens inſueta paci, tumultui aſſueta. Gẽs im*coſitas.* mitis & intractabilis, & vſq; adhuc ſubdi neſcia, niſi cũ nõ valet reſiſtere. En plaga, tibi incũbit cura hęc, diſſimulare nõ licet. Rides me, forſitã fore incurabilẽ perſuaſus. Noli diffi*Eccli. 38.a* re curam exigeris, non curationem. Denique audiſti: Curam illius habe. & nõ, Cura, vel ſana illum. Verum dixit quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Non est in medico semper releuetur vt ager. At melius pro-
1.Cor.15.b pono de tuis tibi. Paulus loquitur: Plus omnibus laborauí.
Non ait, plus omnibus profui, aut plus omnibus fructifica-
ui, verbum insolens religiosissimè vitans. Aliàs autem noue-
rat homo quem docuit deus, quia vnusquisq; secundū suum
1.Cor.3.b laborem accipiet, non secundum prouentum. Et ob hoc in
laboribus potius quàm in profectibus gloriandum putauit,
sicut alibi quoque habes ipsum dicentem: In laboribus plu-
2.Cor.11.c rimis. Ita quæso fac tu quod tuum est: nam deus quod suum
est satis absque tua solicitudine & anxietate curabit. Plan-
ta, riga, fer curam, & tuas explicuisti partes. Sanè incremen-
1. Cor. 3.b tum, vbi voluerit, dabit deus, non tu. Vbi fortè noluerit, tibi
deperit nihil dicente scriptura: Reddet deus mercedem la-
Sapiē.10.b borum sanctorum suorum. Securus labor, quem nullus va-
let euacuare defectus. Et hoc dixerim absque præiudicio di-
uinæ potentiæ & bonitatis. Scio induratum cor populi hu-
ius, sed potens est deus de lapidibus istis suscitare filios A-
brahæ. Quis scit si reuertatur & ignoscat, conuertat & sa-
Iohel. 2.d net eos? Sed non est propositi mei dictare deo quid facere
debeat, tibi vtinam possim quæ oportet & prout oportet
suadere. At locus dubius, & scrupulosa incidit disputatio.
Nam vbi adoriar dicere quod sentio? Video satis quis immi-
net. Clamabitur insuetum, nam iustum negari non poterit.
H Ego verò ne insuetum quidem assenserim. Nempe assuetum
fuisse scio, ac per hoc in dissuetum potuisse venire, sed non
redire in insuetum. An verò assuetum quis neget, quod con-
stat non modo aliquando factum, sed aliquādiu factitatum?
Quid illud sit dicam, & non proderit. Cur? Quia non placebit
satrapis, plus maiestati quam veritati fauentibus. Fuerunt
ante te qui se totos ouibus pascendis exponerent, pastoris
opere & nomine gloriantes, nil sibi reputantes indignum,
nisi quod saluti ouium obuiare putarent, non quærentes quę
sua sunt, sed impēdentes. Impendere curam, impendere sub-
2.Co.12.c stantiam, impendere & ipsos. Vnde vnus illorum, Et ego,
Mat.20.d ait, superimpendar pro animabus vestris. Et tanquam dice-
rent, Non veni ministrari, sed ministrare, ponebant quo-
1. Cor. 9.c tiens opportuisset sine sumptu enangeliū. Vnus erat de sub-
ditis quęstus, vna pompa, vna voluptas, si quo modo eos
Luc.1.b possent parare domino plebem perfectam. Id omnimodis
2.Cor.11.f satagebant, etiam in multa cōtritione cordis & corporis, in
Auaritiæ & cupiditatis nullus est modus. labore & ærumna, in fame & siti, in frigore & nuditate. Vbi
nunc, quæso, consuetudo hæc? Subiit dissimilis valdè, lon-
ge in aliud mutata sunt studia, & vtinam non in peius. Cu-
ra tamen & anxietas, & æmulatio & sollicitudo, fateor, per-
†al. immutata. seuerant. Translata hæc, non † imminuta. Testimonium vo-
bis perhibeo, quòd nec substantiæ parcitis, non magis quàm
I ante. Diuersa autem locatio dissimilitudinem facit. Magna
abusio, pauci ad os legislatoris, ad manus omnes respiciunt.
al. illi. Non immerito tamen. Omne papale negocium † illæ agunt.
Quem dabis mihi de tota maxima vrbe, qui te in papā recepe-
rit precio seu spe precij non interuenīente? Et tunc potis-
mum volunt dominari, cum professi fuerint seruitutem.
Fideles se spondent, vt opportunius fidentibus noceant. Ex
hoc non erit consilium tibi à quo se arcendos putent, nō se-
cretum quò se non ingerant. Si stante præ foribus quoquam
illorum, moram vel modicam fecerit ostiarius, ego tunc pro
illo esse noluerim. Et nunc experire paucis, nouerimne & e-
go vel aliquatenus mores gentis. Ante omnia sapientes sunt
Hier.4.f vt faciant mala: bonum autem facere nesciunt. Hi inuisi ter-
ræ & cœlo, vtrique iniecere manus, impij in deum, temera-
rij in sancta, seditiosi in inuicem, æmuli in vicinos, inhu-
mani in extraneos, quos neminem amantes amat nemo: &
cum timeri affectant ab omnibus, omnes timeāt necesse est.
Hi sunt qui subesse non sustinent, præesse non norunt, su-
perioribus infideles, inferioribus importabiles. Hi inuere-
cundi ad petendum, ad negandum frontosi. Hi importuni
vt accipiant, inquieti donec accipiant, ingrati vbi acceperint. Docuerunt linguam suam grādia loqui, cum operentur
exigua. Largissimi promissores, & parcissimi exhibitores.
Blandissimi adulatores, & mordacissimi detractores. Simpli-
cissimi dissimulatores, & malignissimi proditores. Excurri-
mus vsque huc, plenius te atque expressius admonēdum pu-
tantes horum quę circa te sunt in hac parte. Iam ad ordinem
recurramus. Quale est, quòd de spoliis ecclesiarum emuntur K
qui dicunt tibi, Euge euge? Pauperum vitā in plateis diuitum
seminatur. Argentum micat in luto, accurritur vndique, tol-
lit illud non pauperior, sed fortior, aut qui fortè citius præ-
cucurrit. A te tamen mos iste, vel potius mors ista nō cœpit:
in te vtinam desinat. Sed reliqua prosequamur. Inter hæc tu
pastor procedis deauratus, tam multa circundatus varietate.
Oues quid capiunt? Si auderem dicere, dæmonum magis
quàm ouium pascua hæc. Scilicet sic factitabat Petrus, sic
Paulus ludebat? Vides omnem ecclesiasticum zelum feruere
sola pro dignitate tuenda? Honori totum datur, sanctitati ni-
hil, aut parum. Si causa requirente paulo summissius agere,
ac socialius te habere tentaueris, Ablit, inquiunt, non decet:
tempori non congruit, maiestati non conuenit: quam geras
personam attendito. De placito dei vltima mentio est, pro
iactura salutis nulla cunctatio: Nisi quod sublime est, hoc sa-
lutare dicamus: & quod gloriam redolet, id iustū. Ita omne
humile probro ducitur inter palatinos, vt facilius, qui esse,
quàm qui apparere humilis velit inuenias. Timor domini
simplicitas reputatur, ne dicam fatuitas. Virum circunspe-
ctum & amicum propriæ conscientiæ calumniantur hypo-
critam. Porrò amatorem quietis, & sibi interdum vacātem,
inutilem dicunt. L

Summi pastoris est huiusmodi prauas consuetudines è mentibus hominum extirpare.
Caput III.

QVid ergo tu? Etiigilásne adhuc ad istos qui circundede-
runt † laqueos mortis? Quæso, subsistine paulisper, & † al. laqueis.
supporta me. Imò da veniam, non tā temerè, quàm timidè
hæc loquenti. Æmulor te æmulatione bona, & vtinā quàm
vehementi, tam vtili. Scio vbi habitas, increduli & subuer-
sores sunt tecū. Lupi, non oues sunt talium tamen tu pastor. Ezech.2.b
Vtilis cōsideratio, qua fortè inueneris quomodo si fieri pos-
sit, conuertas eos, ne ipsi subuertant te. Quid diffidimus pos-
se reuerti in omnes, è quibus verti in lupos patuerūt? Hic hic
non parco tibi, vt parcat deus. Pastoré te populo huic certè
aut nega, aut exhibe. Non negabis, ne cuius sedem tenes, te † al. neges.
†neges hæredem. Petrus hic est, qui nescitur processisse ali-
quando vel gēntis ornatus, vel sericis, non tectus auro, non
vectus equo albo, nec stipatus milite, nec circūstrepentibus
septus ministris. Absque his tamē credidit satis posse impleri Ioan. 21.g
salutare mandatum: Si amas me, pasce oues meas. In his suc-
cessisti non Petro, sed Constantino. Consulo toleranda pro
tempore, non affectanda pro debito. Ad ea te potius incito,
quorum te scio debitoré. Etsi purpuratus, etsi deauratus in-
cedens, non est tamen quòd horreas operam curāve pastora- M
lem pastoris, nō est quòd erubescas euangelium. Quanquam
si volens euangelizes, inter apostolos quidem etiā gloria est
tibi. Euangelizare, pascere est. Fac opus euangelistæ, &
pastoris opus impleśti. Dracones, inquis, me mones pasce-
re & scorpiones, non oues. Propter hoc inquam, magis ag-
gredere eos, sed verbo, non ferro. Quid tu denuò vsurpare
gladium tentes, quem semel iussus es ponere in vaginā? Quę
tamen qui tuū negat, non satis mihi videtur attendere verbū Ioan. 18.b
domini dicētis sic: Conuerte gladium tuum in vaginā. Tuus
ergo & ipse, tuo forsitan nutu, etsi non tua manu euaginan-
dus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Luc. 22.d
apostis, Ecce gladij duo hic: non respondisset dominus, Satis
est, sed, nimis est. Vterque ergo ecclesiæ, & spiritualis scili-
cet gladius, & materialis, sed is quidem pro ecclesia, ille ve-
rò & ab ecclesia exerendus est. Ille sacerdotis, is militis ma-
nu, sed sanè ad nutū sacerdotis, & iussum imperatoris. Et de
hoc aliàs. Nunc verò arripe illum, qui tibi ad feriendū cre-
ditus est, & vulnera ad salutem, si non omnes, si non vel
multos, certè quos possis. Non sum, inquis, melior, quàm
patres mei. Quem illorum domus exasperans non dico au-
diuit, sed non irrisit? Ideo tu insiste magis, si fortè audiant &
quiescant: insiste & resistentibus. dicendo hæc, fortè nimius 2.Tim.4.
dicar. Num nostra illa vox: Insta opportune importune? Esa.58.a
Hunc (si audes) nimium appellato. Prophetæ præcipitur: Ibidem.
Clama, ne cesses. Ad quos, nisi ad sceleratos & peccatores?
Annuncia, inquit, populo meo scelera eorum, & domui Ia-
cob

A cob peccata eorum. Prudēter aduerte & sceleratos perhibe-
ri, & populum domini. Puta de his idem. Etsi scelerati, & si
Mat. 25.d †al. minimis. iniqui, vide ne audias: Quod vni ex † his meis non fecisti, nec
mihi fecisti. Fateor populum istum extitisse vsq; adhuc dura
fronte, & indomito corde, sed vtrum etiam indomabili,
Luc.1.c nescio vnde liquidò scire possis. Potest fore, quod necdum
fuit. Si diffidis tu, sed apud deum non erit impossibile omne
verbum. Si dura fronte sunt, durato & tu econtra tuam. Nil
Ezech. 3.b tam durum, quod duriori non cedat. Dominus ad prophe-
tam: Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. Vnum
est quod te absoluit, si egisti cum populo illo, vt possis dice-
re: Popule meus, quid tibi debui facere, & non feci? Si sic fe-
Luc.4.g cisti, nec profecisti, est demū quod facias, & quod dicas: Exi
de Hur Chaldæorum, & dicito quia oportet me & aliis ciui-
tatibus euangelizare. Puto quod nec pœnitebit exilij, orbe
pro vrbe commutato.

Quales collaterales & coadiutores habere debeat episcopus.
Caput IIII.

VEniamus ad collaterales & coadiutores tuos. Hi seduli
tibi, hi intimi sunt. Quamobrem si boni sunt, tibi potis-
simum sunt: si mali, æquè plus tibi. Ne te dixeris sanum, do-
B lentem latera: hoc est, ne te dixeris bonum, malis innitētem.
Aut si bonus sis, bonitas tua solius quem fructum afferre po-
test? Sicut in superiore libro dixisse me memini. Quid, in-
quam, emolumenti affert ecclesiis dei tua, vnius hominis iu-
stitia, vbi sententia præualet aliter affectorum? Sed nec tuta
tibi tua bonitas obsessa malis, non magis quàm sanitas vi-
cino serpente. Non est quò te subducas malo intestino. Et è
regione bonum domesticum eo amplius, quo sæpius iuuat.
Sed siue leuent, siue grauent, cui rectius imputandum quàm
tibi qui tales aut elegisti, aut admisisti? Nō de omnibus dico,
nam sunt quos non elegisti, sed ipsi te. Ad potestatem non
habent nisi quam tu eis aut tribueris, aut permiseris. At idē
ergo reuertimur. Tibi imputa quicquid pateris ab eo qui sine
te potest facere nihil. His exceptis, decætero nō inconsidera-
te (vt vides) eligendi quiq; seu colligēdi sunt in opus ministe-
rij huius. Tuum est vndecūque euocare & assciscere tibi (ex-
Num. 11.c emplo Moysi) senes, nō iuuenes, sed senes non tā ætate quàm
moribus, quos tu nosti quia senes populi sunt. An nō eligen-
di de toto orbe orbem iudicaturi? Sanè huic negocio non se
ingerat rogans. Consilio non prece agendum est. Sunt quæ
necessariò à nobis rogantium aut extorquet importunitas,
aut necessitas meretur. At istud in his quæ nostra sunt. Vbi
C autem non licet quod volo facere, quis locus roganti? Nisi
†al. velle. forte qui me rogat, hoc rogat vt quod † vult, hoc liceat mihi,
†al. aliud. vt non magis † velim. Alius pro alio, alius forte & pro se
rogat. Pro quo rogaris, sit suspectus. Qui ipse rogat pro se,
iam iudicatus est. Nec interest, per se, an per alium quis ro-
get. Clericum curiam frequentantem, qui non sit de curia, ad
idem noris pertinere ambientium genus. Adulantem & ad
placitum cuiusque loquentem, vnum de rogantibus puta,
etiam si nihil rogauerit. Scorpioni non est in facie quod for-
Ioan.2.b mides, sed pungit cauda. Si ad talium blanditias cor tuum
(vt assolet) molliri senseris, memineris scriptum: Omnis
homo primum bonum vinum ponit: cum autem inebriati
fuerint, tunc id quod deterius est. Pari pondere æstimaue-
ris eius humilitatem qui timet, & eius qui sperat. Viri callidi
& dolosi proprium esse solet tunc prætendere humilitatem,
Eccl. 19.d cum aliquid obtinere voluerit: de qualibus dicit scriptura,
Est qui se humiliat nequiter, & interiora eius plena sunt do-
lo. De vobis ipsis sume sententiæ huius euidens ac familia-
re exemplum. Quantos quos supplices admisistis, postmo-
dum sustinuistis graues, insolentes, contumaces, rebelles?
Quod quidem interius malum tegunt principia, posteriora
produnt. Verbosulum adolescentem, & studentem elo-
quentiæ, cum sapientiæ sit inanis, nō aliud quàm iustitiæ ho-
stem reputes. Pro huiusmodi falsis fratribus dicit tibi ma-
1.Tim.5.d gister: Manus citò nemini imposueris. Excluso itaque vni-
Plus moramenti ad rempu. gu- uerso hoc pestilenti genere hominum, curæ tibi maximè sit
introducere tales quos postmodum introduxisse non pœ-
niteat. Turpe est tibi sæpius retractare quod feceris, & iudi-
cium tuum frequenter pericliari non decet. Diligentēt pro- D
inde omne quod faciendum erit, tracta apud te, & cum his
qui te diligunt. Tracta ante factum, quia post factum sera re-
tractatio est. Sapientis consilium est: Omnia fac cum con-
filio, & post factum non pœnitebis. Et hoc tibi persuade,
qui admittendi sunt, difficilè in curia posse probari: & ideo
si fieri potest, viros probatos oportere deligi, non proban-
dos. Nos in monasteriis omnes recipimus spe meliorandi:
at curia bonos facilius recipere quàm facere cōsueuit. Quòd
si plures in ea defecisse bonos, quàm malos profecisse pro-
bauimus, quærendi sanè quibus nec defectus timeatur, nec
profectus optetur, vtpote iam perfectis. Itaque non volen-
tes neque currentes assumito, sed cunctantes, sed renuen-
tes. Etiam coge illos & compelle intrare. In talibus, vt o- Luc.14.f
pinor, requiescet spiritus tuus, qui non sint attritæ frontis,
sed verecundi, sed timorati, qui præter dominum timeant
nihil, nihil sperent nisi à deo. Qui aduentantium non ma-
nus attendant, sed necessitates. Qui stent viriliter pro affli-
ctis, & iudicent in æquitate pro māsuetis terræ. Qui sint cō-
positi ad mores, probati ad sanctimoniam, parati ad obedi-
tiam, mansueti ad patientiam, subiecti ad disciplinam, ri-
gidi ad censuram, catholici ad fidem, fideles ad dispensatio-
nem, concordes ad pacem, conformes ad vnitatem. Qui sint
in iudicio recti, in consilio prouidi, in iubendo discreti, in
disponendo industrij, in agendo strenui, in loquendo mo- E
desti, in aduersitate securi, in prosperitate deuoti, in zelo so-
brij, in misericordia non remissi, in ocio non ociosi, in hospi-
tio non dissoluti, in conuiuio non effusi, in cura rei familiaris
non anxij, alienæ non cupidi, suæ non prodigi, vbique & in
omnibus circūspecti. Qui legatione pro Christo fungi quo-
tiens opus erit, nec iussi renuant, nec non iussi affectent. Qui
quod verecundè excusant, obstinatius non recusent. Qui
missi post aurum non eant, sed Christum sequantur. Qui Philip.4.a
quæstum legationem non æstiment, nec requirant datum,
sed fructum. Qui regibus Ioannem exhibeant, Aegyptiis
Moysen, fornicantibus Phinees, Heliam idololatris, Heli-
sęum auaris, Petrum mentientibus. Paulū blasphemantibus,
negociantibus Christum. Qui vulgus non spernant, sed do-
ceant: diuites non palpent, sed terreant: pauperes non gra-
uent, sed foueant: minas principum non paueant, sed con-
temnant. Qui non cum turba intrent, nec cum ira exeāt: qui
ecclesias non spolient, sed emendent. Qui marsupia non ex-
hauriant, sed corda reficiant, & crimina corrigant: famę pro-
uideant suæ, nec inuideant alienæ. Qui orandi studium ge-
rant, & vsum habeant, ac de omni re orationi plus fidant
quàm suæ industriæ vel labori. Quorum ingressus † pacifi- † al. pacificus molestus.
cus, non molestus exitus sit. Quorum sermo ædificatio, quo-
rum vita iustitia, quorum præsentia † grata, quorum memo- †al. gratia. F
ria in benedictione. Qui se amabiles præbeant non verbo,
sed opere: reuerendos exhibeant, sed actu non fastu. Qui hu-
miles cum humilibus, & cum innocentibus innocentes, du-
ros dure redarguant, malignantes coērceant, reddāt retribu-
tionem superbis. Qui non de dote viduę, & patrimonio cru-
cifixi se vel suos ditare festinēt, gratis dantes quod gratis ac-
ceperunt, gratis facientes iudicium iniuriam patiētibus, vin- Matt.10.a
dictam in nationibus increpationes in populis. Qui de tuo Psal.145.b
denique spiritu illorum instar septuaginta Moysi accepisse
cernantur, per quem siue absentes siue præsentes conten-
dant placere tibi, placere deo. Qui ad te redeant fatigati qui-
dem, sed non suffarcinati: simul & gloriantes non quòd cu-
riosa seu preciosa quæque terrarum attulerint, sed quòd reli-
querint pacem regnis, legem barbaris, quietem monasteriis,
ecclesiis ordinem, clericis disciplinam, deo populum acce-
ptabilem, sectatorem bonorum operum.

Exemplis doctrinam suam confirmat.
Caput V.

DIgnum nunc ad medium venire factum dulcis memo-
riæ Martini nostri. Nosti hoc, sed an memineris ignoro.
Is cardinalis presbyter, functus aliquando legatione in Da-
cia, tam pauper remeauit, vt penè expensis & equis deficiē-
tibus, vix peruenīret Florentiam. Ibi episcopus loci dona-
uit ei equum, quo Pisas vsq; vbi eramus tunc, peruectus est.

bernādam adsert sanctitatis quā eloquentiā studium.
Eccli.32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Los "cabezos" con sus flores
e toda su praderia
pagnen todos sus colores
e verdura en demasia.
Negretes Pascual y Gómez
cantan de noche e de día
demostrando sus pulmones
e alegren los corazones
con sus dulces melodías

G Postrid… aduersa… amicor… ad Mar… memo… inquit, … tuum, … dicis m… de terr… tum n… illico r… memo… pum lo… partibus Aquitaniæ propriis sumptibus strenuè administrauit, idque annos plures. Rem loquor quam vidi ipse. Eram cum eo in terra illa, cum à quodam presbytero præsentatus illi est piscis quem vulgò vocant Sturgionem: percunctatus legatus quanti venierit, non accipio, inquit, nisi receperis precium. & resignauit solidos quinque inuito & verecundo. Item cum essemus in quodam oppido, domina illius oppidi obtulit ei pro deuotione cum manutergio duas vel tres pa-

H ropsides pulchras, ligneas tamen. Quas aliquandiu intuens homo scrupulosæ conscientiæ, laudauit eas, sed non acquieuit accipere. Quando argenteas recepisset, qui ligneas refutauit? Non fuerut qui posset legato dicere: Ditauimus Abra-

1. Reg. 12. a ham. Ipse verò cum Samuele liberè concionabatur ad omnes: Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, vobisque restituam. O si talium daretur virorum copia quales perstrinximus nunc! Quid te felicius, quid illo iucundius seculo? Nonne secúda ab æternitate illorum tibi temporum beatitudo videretur, cum te quaquersum procedês stipatum videres tam inclyto agmine beatorum? Si te noui, hæres, & al-

† al. suspi-rium. tum trahens † spirituum tecum loqueris: Putas fore posse quod dicitur? Putas hic sumus quousque hæc fiant? Quis det viuere, vt videre contingat? O si viderem in vita mea ecclesiam dei talibus innixam colúnis! O si domini mei sponsam cernerem tantæ commissam fidei, tantæ creditam puritati! Quid me beatius, quídve securius, cum eiusmodi circa me vitæ meæ & custodes spectarem simul & testes? Quibus omnia mea secreta securè committerem, communicarem

I consilio, quibus me totum refunderem tanquam alteri mihi. Qui si vellem aliquatenus deuiare, non sinerent, frenarent præcipitem, dormitantem excitarent. Quorum me reuerentia & libertas extollentem reprimeret, cedentem cortigeret. Quorum me substantia & fortitudo nutantem firmaret, erigeret diffidétem. Quorum me fides & sanctitas ad quæque sancta, ad quæque honesta, ad queque pudica, ad quæque amabilia & bonæ famæ prouocaret. Et nunc reduc oculos mi Eugeni ad eum qui nunc est curiæ siue ecclesiæ statum, & studia prælatorum, eorum præsertim qui sunt in circuitu tuo. Sed de his hactenus ego. Palpaui, non fodi parietem. Tibi licet fodere & videre, vtpote prophetæ filio. Mihi progredi non est fas. Vnum dico quod in facie est. Ridiculè ministri vestri vestris se compresbyteris anteferre conantur. Non hoc ratio habet, non antiquitas habuit, non consentit auctoritas. Et si de sua consuetudine calumnia struitur, melius profectò illa quàm summus ordo contemnitur. Friuolum tamen satis, vnde maximè obtinere id volunt. Nos sumus, inquiunt, qui in omni celebritate domino papæ coniunctores assistimus, sedenti propiores assidemus,

† al. procedèti posteriores procedimus. † priores sequimur procedentem. Hoc totum non dignitatis priuilegium, sed sedulitatis debitum est, diaconi nomen solenni ipsa administratione interpretans. Denique presbyteris ordinata concessione ambientibus maiestatem, vos ad pedes sedetis. Propiores assistitis, vt habeat paratiores. In

Luc. 22. c euangeliis legimus, quia facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Beatus esses, si sic circa te cæterá tenerentur.

Quid circa domesticos illi agendum sit, docet. Caput VI. K

TÆdet iam curiæ: exeundum palatiò, domi expectant nos. Hi non modo circa, sed quodámodo intra te sunt. Non est superuacua cõsideratio qua intendis disponere dimul tuæ prouidere his qui in sinu tuo & in gremio tuo sunt. Ego dico, & necessariam. Paulum audi: Si quis domui suæ 1. Tim. 3. b præsse nescit, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit? 1. Tim. 5. b Item si quis suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Et hæc dicens, non te moneo summis occupatum intendere infimis, & quasi minutum fieri: in minimis impendere quod maximis debes. Quid te intrices vnde te eripuit deus? Hæc (inquit) omnia adiicientur vobis. Verumtamen & hæc opor- Matt. 6. d tet facere, & illa non omittere. At illa per te ágens, per te etiam oportet prouideas qui pro te de his prouideant. Nam si vnus è seruis per se non sufficit simul & custodię iumentorum, & curæ mensarum: tu per te quomodo intendere valeas & tuæ domui, & domini pariter, de qua scriptum est: Baruc. 3. d O Israel, quàm magna est domus domini? Vacuum prorsus à solicitudine rerum minorum & vilium oportet esse animú tam magnis & tã multis intentũ rebus. Oportet liberũ esse, L quem nulla sibi vendicet violenta occupatio. Oportet ingenuum, quem nulla deorsum trahat indigna affectio. Oportet rectum, quem nulla seorsum auertat sinistra intentio. Oportet cautum, quem nulla subeat furtiua suspicio. Oportet vigilem, quem nulla à sese abducat peregrina & curiosa cogitatio. Oportet firmum, quem nulla concutiat repentina turbatio. Oportet inuictum, quem nulla fatiget vel continua tribulatio. Oportet amplum, quem nulla coarctet rei temporalis amissio. His te non dubites & bonis priuandum, & feriendum malis, si animum diuidens, & dei rebus, & tuis pariter reculis volueris impartiri. Procurandus quem implices; qui pro te molat. Pro te dico, non tecũ. Quædam per temet facies, quædã per te & alios simul, quædam per alios & absque te. Quis sapiens & intelliget hæc? Non est quòd inter ista dormitet consideratio tua. Ego verò agenda domus tuæ, sub eo genere quod nouissimum posui, locanda censuerim. Per alium, vt dixi, illa facies. At is si fidelis non fuerit fraudabit: si non fuerit prudens, fraudabitur. Quærendus proinde fidelis & prudeñs, quem cõstituas super familiam tuam. Ad- Mat. 24. d huc inutilis est, si tertium deest. Quæris quid hoc? Auctoritas. Quid eñ prodest ei velle, & scire quæq; disponere prout necesse est, si quod scit & vult, non potest? Danda ergo facultas agendi pro libitu. Si in præiudicium rationis putas hoc fieri, memento fidelem, qui agere nihilo minus pro ratione M volet: attẽde prudentem, qui agere nihilo minus pro ratione sciet. Sed fidelis solérsque voluntas tunc proderit, cum ei affatim suppetet vnde tota facilitate mancipetur effectui, cũctis sine cũctatione parẽtibus. Subdendi igitur omnes. Nullum patiatur contradictorem. Nemo qui dicat, cur feciſti sic? Potestatem habeat excludere & admittere quos voluerit, mutare ministros, transferre ministeria ad quos & quando voluerit. Ita timori sit omnibus, vt sit & vtilitati. Præsit omnibus, vt omnibus prosit, & de omnibus. Clandestinas & & susurratas delationes nõ recipias aduersus eum, magis detractationes censueris. Et hanc velim generalem tibi constituas regulam, vt omnem qui palam veretur dicere quod in aure locutus est, suspectum habeas. Quod si te iudicante dicendum coram ille renuerit, delatorem iudices, non accusatorẽ. Itaque vnus omnibus facienda iniungat, & vni omnes respondeant. Tu illi habeas fidem, vacans tibi & ecclesię dei. Si quo minus aut fidelis inueniatur aut prudens, fideli potius committendum. Sanè è duobus tutius hoc. Quanquã si idoneus non reperitur, etsi minus fidelé sustinere potius consulo, quàm te immergere labyrintho huic. Memẽto saluatoré Iudã œconomum habuisse. Quid episcopo turpius quàm incumbere supellectili, & substantiolæ suæ scrutari omnia, scitari de singulis, morderi suspicionibus, moueri ad quæque perdita vel neglecta? Ad verecundiam dico quorundam eiusmodi scrutantium quotidie omnem substantiá suam, numerantium singula, de minutis & quadrantibus exigentium rationem

Detractãtibus nõ temerè credendum est.

4. Reg. 5. f

Esa. 33. e † al. id est non.

Ioan. 12. a

Qualis sit quærẽdus rei domesticæ dispensator.

A rationem. Non ita ille Aegyptius, qui Ioseph omnibus tra-
Gen. 39. a ditis ignorabat quid haberet in domo sua. Erubescat Christianus, Christiano sua non credens Homo sine fide, fidẽ tamen habuit seruo, super omnia bona sua constituens eum. Et hic erat alienigena. Mira res. Satis supérque episcopi ad manum habent quibus animas credant: & cui suas committant facultatulas, nõ inueniunt? Optimi videlicet æstimatores rerum, qui magnam de minimis, parum aut nullam de maximis curam gerant. Sed, vt liquidò datur intelligi, patientius ferimus Christi iacturam, quam nostram. Quotidianas expẽsas quotidiano reciprocamus scrutinio, & cõtinua dominici gregis detrimenta nescimus. De precio escarum, & numero panum, cum ministris quotidiana discussio est: rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Cadit asina, & est qui subleuet eam. Perit anima, & nemo qui reputet. Nec mirum, cum nec nostros quidem assiduos sentiamus defectus. Nónne ad singulas supputationes istas irascimur, vrimur, anxiamur? Quàm tolerabilius rerum quàm mentium sustineremus iacturam? Quare, inquit, non
1. Cor. 6. a magis fraudem patimini? Quæso tu qui alios doces doce teipsum, si tamen iam non docuisti pluris te habere quàm tua. Transitoria ista quæ stare tibi nullo pacto queunt, fac vt à te transeant, non per te. Riuus qua fluit, cauat terrã: sic discur-
B sus temporalium conscientiã rodit. Si potest torrẽs in agros excurrere sine læsione satorum, & tu te ista sine vulnere mẽtis posse tractare confidito. Omnimodis consulo studeas auertere à te concursum horum. Multa nescas, plurima dissimules, nonnulla obliuiscaris. Sunt tamen quæ ignorare te nolim, mores quorumque & studia. Non oportet vt vitia domus tuæ vltimus scias: quod quamplurimis nouimus cõtigisse. Quapropter, vt dixi, alius alia dispenset, de disciplina tu prouide, illud nemini credas. Si insolentior coram te vel sermo sonuerit, vel habitus apparuerit, manus tua super eiusmodi, tu vlciscere iniuriam tuam. Impunitas ausum parit, ausus excessum. Domum episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas, horum disciplina custos. Sacerdo-
Eccli. 7. c tes domestici aut cæteris honestiores, aut fabula omnibus sunt. In vultu, in habitu, in incessu illorum qui circa te sunt, nihil residere impudicum, nil indecens patiaris. Discant à te coëpiscopi tui comatulos pueros & comptos adolescentes secum non habere. Certè inter mitratos discurrere calamistratos non decet. Et memento quod sapiens admonet: Filiæ tibi sunt? noli faciem tuam hilarem ad eas ostendere. Nec austeritatem tamẽ suadeo tibi, sed grauitatem. Illa infirmiores fugat, hæc reprimit leuiores. Illa si adsit, odibilem: hæc si desit, contemptibilem reddit: in omnibus tamen modus melior. Ego nec seuerius velim, nec dissolutius. Quid hac me-
C diocritate gratius, vt non de seueritate sis oneri, nec de familiaritate contemptui? In palatio papam, domi te patremfamilias exhibe. Ament te domestici tui: si non, facito vt timeant. Vtilis semper custodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. Ergo vbiq; frenanda lingua præceps, maximè autem in conuiuio. Ille conuenientior habitus, si tu actu quidem seuerus sis, vultu serenus, verbo serius. Capellani, & qui tecum iugiter diuinis intersunt officiis, nõ sint sine honore. Tuum est tales tibi prouidere, qui digni sint. Seruiatur eis ab omnibus tanquam tibi. Necessaria de manu tua accipiant. His contenti sint quæ tu prouideris illis. tu vide ne egeant. Super hoc quem fortè ab aduentantibus petere deprehendes, iudica Giezitam. Id de ostiariis, id de cæteris officialibus decernendum. Verùm hoc ex abundanti, nam formam istam iam olim à te positam recordamur. Quid tuo dignius apostolatu? Quid salubrius ad conscientiam, honestius ad famam, vtilius ad exemplum? Optimus canon qui proiicit auaritiam ex calumnia, † non à conscientia tantum.

Anacephaleosis eorum quæ prius dixit. Caput VII.

LIbet iam & hunc claudere librum, sed in calce aliqua velim vel ante dicta quasi epilogando repetere, vel addere prætermissa. Consideres ante omnia sanctam Romanam ecclesiam, cui deo auctore præes, ecclesiarum matrem esse, non dominam: te verò non dominum episcoporum, sed vnum ex ipsis, porro fratrem diligentium deum, & particípem ti- D mentium eum. Decætero oportere te esse considera formam iustitiæ, sanctimoniæ speculum, pietatis exemplar, assertorẽ veritatis, fidei defensorem, doctorem gentium, Christianorũ ducem, amicum sponsi, sponsæ paranymphum, cleri ordinatorem, pastorem plebium, magistrum inspiẽtium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, miserorum spem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum senum, vltorem scelerum, malorũ metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum, regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, sal terræ, orbis lumen, sacerdotem altissimi, vicarium Christi, Christum domini: postremò deum Pharaonis. Intellige quæ dico: dabit tibi dominus intellectum. Vbi malitiæ iuncta potentia est, aliquid tibi supra hominem præsumendum. Vultus tuus super facientes mala. Timeat spi- Psal. 33. e ritum iræ tuæ, qui hominẽ non veretur, gladium non formidat. Timeat orationem, qui admonitionem contempsit. Cui irascéris tu, deum sibi iratum, non hominẽ putet. Qui te non audierit, auditurum deũ, & contra se paueat. Quod reliquum est, de his quæ supra te sunt, incumbit iam disputatio, quàm vno libro deo adiuuante soluere spero, & me pariter absoluere promissione mea.

DE CONSIDERATIONE. E

Liber quintus.

Incipit de Deo rebúsque diuinis consideratione. instituere. Caput I.

SIbri superiores etsi de consideratione inscribãtur, plurimum tamen habent actionis admixtum, dum res aliquas non considerãdas tantum, sed agendas docent vel monent. At qui in manibus modo est, sola in consideratione versabitur. Quæ enim supra sunt (id quidem † instat) actu non indigent, sed inspectu. Non est † al. cõstat. quòd in eis actites quæ vno modo semper sunt, & in æternũ, porro aliqua & ab æterno. Et † hoc velim solerter aduertas † al. hic. vir sagacissime Eugeni, quia totiens peregrinatur consideratio tua, quotiens ab illis rebus ad ista deflectitur inferiora & visibilia, siue intuenda ad notitiam, siue appetenda ad vsum, siue pro officio disponenda vel actitanda. Si tamen ita versatur in his vt per hæc illa tequirat, haud procul exulat. Sic cõsiderare vel approbare, † repatriare est. Sublimior iste præsen- † al. approbare. tium ac dignior vsus rerum, cum iuxta sapientiam Pauli, in- Rom. 1. c uisibilia dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sanè hac scala ciues non egent, sed exules. Quod vidit ipse huius sententię auctor, qui cum diceret inuisibilia per visibi- F lia conspici, signanter posuit, à creatura mundi. Et verè quid opus scalis tenenti iam solium? Creatura cœli illa est, præsto habens per quod potius ista intueatur. Videt verbum, & in verbo facta per verbum. Nec opus habet ex his quæ facta sunt, factoris notitiam mendicare. Neque enim vt vel ipsa nouerit, ad ipsa descendit, quæ ibi illa videt, vbi longe melius sunt quàm in seipsis. Vnde nec medium requirit ad ea corporis sensum: sensus ipsa sibi, se ipsa sentiens. Optimum videndi genus, si nullius egueris, ad omne quod nosse libuerit, te contentus. Alioquin † iuuari a- † al. iniuriari. liunde, obnoxium fieri est minúsque à perfecto istud, & minus liberum. Quid quòd & inferioribus eges? Nónne præposterum hoc & indignum? Planè superiorum quædam iniuria est, inferiorum operam desiderare, à qua iniuria nemo hominum perfectè vindicabitur, nisi cum quisque euaserit in libertatem filiorum dei. Nempe erunt hi omnes do- Ioan. 6. a cibiles dei, & nulla interueniente creatura solo beati deo. Repatriasse erit hoc, exisse de patria corporum in regionem spirituum. Ipsa est deus noster, maximus spiritus, maxima mansio spirituum beatorum, & ne quid hic sibi vsurpet carnis sensus, seu imaginatio, veritas est, sapientia est, virtus, æternitas, summum bonum. † A quo interim absumus, & † al. vnde. vbi sumus, vallis est, & vallis lachrymarum, in qua sensualitas regnat, & consideratio exulat. In qua liberè quidem &

G potestatiue se exerit sensus corporeus, sed intricatus caligat oculus spiritualis. Quid igitur mirum si ope indigenæ aduena indiget? Et felix secundum tempus viator, qui ciuiũ beneficium, sine quo transire non potest, in obsequium cõuertere potuit, vtens, non fruens: vrgens, non petens: exactor, non supplex. *Actiua. Media.*

Ponit varios huius contemplationis gradus ac species.
Caput II.

MAgnus ille qui vsum sensuum quasdam veluti ciuium opes expendere satagit, dispensando in suam & multorum salutem. Nec ille minor qui hunc sibi gradum ad illa inuisibilia philosophando constituit, nisi quòd hoc dulcius, illud vtilius: hoc felicius, illud fortius esse constat. At omniũ maximus, qui spreto ipso vsu rerum & sensuum, quantum quidem humanæ fragilitati fas est, non ascensoriis gradibus, sed inopinatis excessibus auolare interdum contemplando ad illa sublimia consueuit. Ad hoc vltimum genus illos pertinere reor excessus Pauli. Excessus, non ascensus. Nam ratum potius fuisse, quàm ascendisse ipse se perhibet. Inde est quod dicebat: Siue mente excedimus deo. Porrò hæc tria ita contingũt cum consideratio etsi in loco peregrinationis suę, virtutis studio, & adiutorio gratiæ facta superior, sensualitatem aut premit ne insolescat, aut cogit ne euagetur, aut fugit ne inquinet. In primo potentior, in secundo liberior, in tertio purior. Puritatis siquidem & alacritatis pariter alis fit ille volatus. Vis tibi has considerationis species propriis distingui nominibus? Dicamus si placet, primam dispẽsatiuam, secundam æstimatiuam, tertiam speculatiuam. Horum nominum rationes, diffinitiones declarabunt. Dispensatiua est consideratio sensibus sensibilibúsque rebus ordinatè & socialiter vtens ad promerendum deũ. AEstimatiua est consideratio prudenter ac diligenter quæque scrutans & ponderans ad vestigandum deum. Speculatiua est cõsideratio se in se colligens, & quantum diuinitus adiuuatur, rebus humanis eximens ad contemplandum deum. Puto vigilanter aduertis aliarum hanc esse fructum: cęteras si non referãtur ad istam, quòd dicuntur videri posse, sed non esse. Et prior quidem abs(que intuitu huius multa ferit, & nihil metit. Sequens verò nisi ad istam se dirigat, vadit, sed non euadit. Ergo quod prima optat, secunda adorat, tertia gustat. Ad quem tamen gustum perducunt & cæteræ, etsi tardius: nisi quòd prima laboriosius, secunda quietius peruenitur. *Cõtemplatiua.* 2.Co. 12.a 2.Cor. 15.c

Tribus modis ea quæ suprà nos sunt Deum scilicet & angelos, inuestigamus, opinione, fide & intellectu.
Caput III.

I DIxisti, inquis, satis quà ascendatur: etiam quò ascendendum, dicere habes. Falleris, si id speras: ineffabile est. Tu me existimas loqui quod oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascẽdit? Nobis, inquit, reuelauit deus per spiritum suum. Ergo quæ supra sunt, non verbo docentur, sed spiritu reuelantur. Verum quod sermo non explicat, consideratio quęrat, oratio expetat, mereatur vita, puritas assequatur. Sanè eorum admonitus quæ supra sunt, non te existimes mitti à me suspicere solem, lunam, stellas, non ipsum firmamentum, non, aquas quæ super cœlos sunt. Ista siquidem omnia etsi supra loco, precio infra sunt, & dignitate naturę. Sunt enim corpora. Tui portio spiritus est, quo superius quippiam frustra quæris quod non sit spiritus. Porrò spiritus est deus, sunt & angeli sancti, & hi supra te. Sed deus natura, angeli gratia superiores sunt. Vnum siquidem tui & angeli optimum, ratio est. Deus verò non sui aliquid optimũ habet, vnum optimum totus. Is, & qui cum eo sunt beati spiritus, tribus modis veluti viis totidem nostra sunt consideratione vestigandi, opinione, fide, intellectu. Quorum intellectus rationi innititur, fides auctoritati, opinio sola verisimilitudine se tuetur. Habent illa duo certam veritatem, sed fides clausam & inuolutam, intelligentia nudam & manifestam. Cæterum opinio certi nihil habens, verum per verisimilia quærit potius quàm apprehendit. Omnino in his cauenda confusio, ne aut incertum opinionis fides figat, aut quod firmum fixúmque est fidei, opinio reuocet in quæstionem. Et hoc sciendum, quia opinio si habet assertionem, temeraria est: fides si habet hæsitationem, infirma est. Item intellectus si signata fidei tentet irrumpere, reputatur effractor, scrutator maiestatis. Multi suam opinionem intellectum putauerunt, & errauerunt. Et quidem opinio potest purari intellectus, intellectus opinio non potest. Vnde hoc accidit? Profectò quia hæc falli potest, ille non potest. Aut si falli potuit, intellectus non fuit, sed opinio. Verus nempe intellectus certam habet non modo veritatem, sed notitiam veritatis. Possumus singula hæc ita diffinire. Fides est voluntaria quædam certa prælibatio necdum propalatæ veritatis. Intellectus est rei cuiuscunque inuisibilis certa & manifesta notitia. Opinio est quasi pro vero habere aliquid quod falsum esse nescias. Ergo, vt dixi, fides ambiguum non habet: aut si habet, fides non est, sed opinio. Quid igitur distat ab intellectu? Nempe quòd etsi non habet incertum non magis quàm intellectus, habet tamen †inuolutum, quod non intellectus. Denique quod intellexisti, non est de eo quod vltra quæras: aut si est, non intellexisti. Nil autem malumus scire, quàm quæ fide iam scimus. Nil supererit ad beatitudinem, cum quæ certa sunt nobis, erũt æquè & nuda. *Fides. Intellectus Opinio.* †*al. inuolucrum.*

Ostendit quomodo sempiternæ ac beatæ mentes à nobis intelligantur.
Caput IIII.

HIs ita expeditis, age iam dirigatur consideratio in eam quæ sursum est Hierusalem quæ est mater nostra, ac totis tribus memoratis viis cautè & vigilanter inuestigemus inuestigabilia: quatenus tamen licet vel magis quatenus nobis donabitur. Et primo quidem ciues spiritus esse illic, potentes, glorioſos, beatos, distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, perfectos in genere suo, corpore æthereos, immortalitate perpetuos, impassibiles, non creatos, sed factos, id est gratia, non natura, mente puros, affectu benignos, religione pios, castimonia integros, vnanimitate indiuiduos, pace securos, à deo conditos, diuinis laudibus & obsequiis deditos. Hæc omnia legendo comperimus, fide tenemus. Quanquam de corporibus horum non modo vnde sint, sed an aliquatenus sint, hæret sententia aliquorum. Vnde si quis inter opinabilia magis id ponendum censuerit, non contendo. Porrò intellectu præditos, non fide, non opinione, sed intellectu capimus, quia non possunt huius expertes, & dei simul participes esse. Sunt & nomina quædam nota nobis similiter ex auditu, per quæ harum beatitudines (etiam quæ non liquido mortalium percepit auditus) officia, merita, gradus, ordines, vtcunque à nobis coniici & discerni queunt. Sedenim quod ex auditu non est, iam non ex fide. Nam fides ex auditu. Itaque opinando ista dixerimus. Ad quid enim cœlestium nomina innotuerunt, si ne opinari quidem salua fide aliquid licet de rebus quarum nomina sunt? Angeli, archangeli, virtutes, potestates, principatus, dominationes, throni, Cherubim, Seraphim, hæc nomina. Quæ significata eorum? Nullane inter illos spiritus qui simpliciter angeli, & eos qui archangeli nuncupantur, distantia? Quid ergo sibi vult gradualis distinctio hæc? Putemus angelos dici (nisi tu conuenientius aliquid consideraſti) qui singuli singulis hominibus dati creduntur: missi in ministerium, secundum Pauli doctrinam, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. De quibus saluator: Angeli eorum semper vident faciem patris. Putemus his præesse archangelos, qui conscij mysteriorum diuinorum, non nisi ob præcipuas & maximas causas mittuntur. E quibus magnus ille archangelus Gabriel missus legitur ad Mariam: ob causam vtique qua maior esse non potuit. Putemus super istos virtutes esse quarum nutu vel opere signa & prodigia in elementis siue ex elementis facta apparent ad commonitionem mortalium. Inde est fortassis quòd cum in euãgeliis legas, Erunt signa in sole & luna & stellis: paulopost habes: Nã virtutes cœlorum mouebuntur. Hi nimirũ spiritus, per quos signa fiunt. Putemus potestates superiores istis, quarum virtute potestas tenebrarum cõprimitur, & coërcetur malignitas aëris huius, ne quantum vult noceat, ne malignari nisi vt prosit *Nomē angelorũ ordines prærogatiua inter se distinguit. Angeli. Heb.1.d Mat. 18.b Archangeli. Virtutes. Luc. 21. c Potestates.*

A prosit possit. Putemus principatus his quoq; prælatos, quorum moderamine & sapiẽtia omnis in terris principatus cõstituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutilatur, mutatur. Putemus dominationes adeo cunctis supereminere præfatis ordinibus, vt respectu horum cęteri videantur omnes administratorij spiritus, & ad istos tãquam ad dominos referri regimina principatuũ, tutamina potestatum, operationes virtutum, reuelationes archangelorum, curam & prouidentiam angelorum. Putemus thronos alto etiam ab his euolasse recessu, qui ex eo quòd sedent, throni dicuntur: & ex eo sedẽt, quòd sedet in eis deus. Neque enim sedere in eis qui non sederent, posset. Quæris † quid illã sentiam sessionem? Summã tranquillitatem, placidissimam serenitatẽ, pacem quę exuperat omnem intellectum. Talis est qui sedet in thronis dominus sabaoth, iudicans omnia cũ tranquillitate, placidissimus, serenissimus, pacatissimus. Et tales sibi constituit thronos sermillimos sibi. Putemus Cherubim ex ipso sapiẽtiæ fonte ore altissimi haurientes, & refundentes fluenta scientię vniuersis ciuibus suis. Et vide ne is sit quem propheta loquebatur fluminis impetus lætificans ciuitatem dei. Putemus Seraphim spiritus totos diuino igne succensos succendere vniuersa, vt singuli ciues singulæ sint lucernę ardentes & lucẽtes. Ardentes charitate, lucentes cognitione. O Eugeni quàm bonũ est nos hic esse, quàm fore melius, si quãdo tamẽ toti sequamur quò ex parte præcessimus. Præcedimus animo, & ne ipso quidem toto, sed parte, & parte modica nimis. Affectus iacent mole corporea prægrauati, & luto hęrentibus desideriis, sola interim arida & tenuis consideratio præuolat. Et tamen ex tantillo quod iam datur, libet exclamare: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Quid si totam se colligat anima, & reductis affectibus è cunctis locis quibus captiui tenentur, timendo quæ nõ oportet, amando quæ non decet, dolendo vanè, gaudendo vanius, cum his ineat tota libertate volatum, pulset cũ impetu spiritus, & in pinguedine gratię illabatur? Nónne cum cœperit circuire lucidas mãsiones, & sinum illum etiam Abrahæ curiosius perscrutari, & sub altari quodcunque illud est, martyrum reuisere animas in prima stola secundum patiẽtissimè expectantes, multo magis tunc instabit loquens cum propheta: Vnã petij à domino, hanc requiram, vt inhabitẽ in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam volũtatem domini, ac visitem templum eius? Quidni ibi videatur cor dei? quidni ibi probetur quę sit voluntas dei bona, & beneplacens & perfecta? Bona in se, placens in effectibus, beneplacens fruentibus, perfecta perfectis, & nihil vltra quærentibus. Patent viscera misericordiæ, patent cogitationes pacis, diuitiæ salutis, mysteria bonæ voluntatis, benignitatis arcana, quæ clausa mortalibus, etiam ipsis electis suspecta sunt. Id quidẽ salubriter, ne desinãt timere, dum necdũ digne amare idonei inueniuntur. Cernere est in his qui Seraphim appellantur, quomodo amet qui vnde amet nõ habet, sed est & qui nihil horum quę fecerit odit: quos saluandos fecit, quomodo foueat, quomodo delicta elẽdo prouehat, quomodo amplexetur, quomodo delicta electa iuuentutis, & paleas ignorantiarum eius ignis ille consumens, ipsam sibi purgatissimam & suo amore dignissimam reddat. Cernere est in Cherubim, qui plenitudo scientiæ dicuntur, deum scientiarũ dominum esse, qui solus solã nescit ignorantiam, qui totus sit lux, & tenebræ in eo non sint vllę, totus sit oculus, & qui minimè aliquando fallitur, quia minimè clauditur, qui extra se non quærat lumẽ, cui admoueatur vt videat, ipse qui videt, ipse vnde videt. Cernere est in thronis quàm nõ susp ectus omni innocentiæ iudex sedeat in his, qui circunuenire nolit, circunueniri non possit, quippe qui sit amans & videns. Nec vacat sessio: trãquillitatis insigne est. De vultu tali iudicium meum prodeat opto, cui insit amor, error absit, absit & perturbatio. Cernere est in dominationibus quantę sit dominus maiestatis, cuius nutu imperiũ cõstat, & imperio vniuersitas atq; æternitas termini sunt. Cernere est in principatibus principium ex quo omnia, & quomodo à cardine ostium, sic ab ipso † regi vniuersitatem. Cernere est in potestatibus quàm potestatiue idẽ princeps quos regit protegit, cõtrarias potestates arcẽs & propulsans. Cernere est in virtutibus vnam vbique æqualiter pręsto esse virtutem per quam omnia, viuificam, efficacem, intuisibilẽ, immobilemq;, omnia tamen mouentem vtiliter, tenentem fortiter. Quæ cum in minus vsitata effecta apud mortales eruperit, miracula siue prodigia vocant. Cernere postremò & mirari est in angelis & archangelis veritatem atq; experientiam vocis illius: Quoniam ipsi cura est de nobis: qui talium nos & tantorũ non desinit iucundare visitationibus, instruere reuelationibus, suggestionibus commonere, sedulitate sõlatiari. 1.Pet.5.d *Principatus. Dominationes. Throni. Cherubim. Psal.45.a Seraphim. Psal.25.b Psal.26.b Psal.16.a* †*al. quam.*

Quæ in spiritibus gratiæ sunt, à Deo ad ipsos deriuantur.
Caput V.

HÆc omnia contulit illis spiritibus ipse qui cõdidit illos vnus atque idem summus spiritus, diuidẽs singulis prout vult: hæc operatur in illis, hęc dedit operari & illis, sed aliter. Ardẽt Seraphim, sed igne dei, vel potius igne deo. Quod pręcipuum est in eis, amant, sed non quantum deus, nec quomodo. Lucent Cherubim, & scientia eminent, sed participio veritatis, ac per hoc non vt veritas, nec quantũ. Sedent throni, sed insidentis beneficio. Iudicant & ipsi cum tranquillitate, sed non ad mensuram modúmve pacis pacantis, pacis quę exuperat omnẽ sensum. Dominantur dominationes, sed sub domino dominantur, & seruiunt pariter. Quid hoc ad summum sempiternum singularéq; dominiũ? Præsunt principatus & regunt, sed regũtur & ipsi, ita vt regere iam nõ norint, si regi desierint. Præcellit in potestatibus fortitudo, sed cui debent quòd fortes sunt, & aliter est fortis, & plus. Nec tam fortis quàm ipsa fortitudo est. Virtutes pro suo ministerio & potentatu satagunt excitare corda torpẽtia hominum innouatione signorum, virtus verò in eis manẽs ipsa facit opera. Faciunt & illæ, sed in comparatione eius non faciunt. Denique tantum interest, vt quasi singulariter propheta dicat ad eum: Tu es deus qui facis mirabilia. Et item de eo: Qui facit mirabilia magna solus. Adsunt angeli & archangeli, sed ille germanior nobis, qui non modo adest, sed inest. Quod si dicas posse inesse & angelum, non inficior. Memini scriptum: Et angelus qui loquebatur in me. Atqui differẽtia & in hoc. Inest angelus suggerens bona, non ingerens: inest hortans ad bonum, nõ bonum creans. Deus sic inest vt afficiat, vt infundat, vel potius vt infundatur & participetur, ita vt vnũ †proinde cum nostro spiritum esse dicere quis non timuerit, etsi non vnam personam, vnámve substãtiam. Habes enim: Qui adhæret deo, vnus spiritus est. Angelus ergo cum anima, deus in anima. Ille vt contubernalis animæ inest, deus vt vita. Itaque sicut anima videt in oculis, audit in auribus, odorat in naribus, in faucibus gustat, tãgit in toto reliquo corpore: sic deus diuersa in diuersis spiritibus operatur, verbi gratia in aliis amantem se exhibens, in aliis agnoscentem, in aliis alia facientem, sicut vnicuique datus manifestatio spiritus ad vtilitatem. Quis est iste tam communis in vocibus, tam longe in rebus? Quomodo quem nostris loquimur verbis, in sua reconditus maiestate nostros penitus & aspectus effugit & affectus? Audi ipsum quid loquatur hominibus: Sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationib⁹ vestris. † Dicimur amare, & deus: dicimur nosse, & deus. Et multa in hunc modum. Sed deus amat vt charitas, nouit vt veritas, sedet vt æquitas, dominatur vt maiestas, regit vt principium, tuetur vt salus, operatur vt virtus, reuelat vt lux, assistit vt pietas. Quæ omnia faciunt & angeli, facimus & nos, sed longe inferiori modo, non vtique bono quod sumus, sed quod participamus. 1.Cor.12.d Esa.55.e †*al.* Dicitur & amare deus, dicitur & nosse deus. Zacha.1.c †*al.* perinde. 1.Cor.6.b Psal.76.b Psal.135.a Cant.3.b Exod.3.d

Principij & essentiæ ratio propriè soli deo conuenit.
Caput VI.

NVnc iam transi spiritus istos, si forte cum sponsa dicere possis & tu: Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Quis est? Non sane occurrit melius, quàm qui est. Hoc ipse de se voluit responderi, hoc docuit, dicente Moyse ad populum, ipso quidem iniungente: Qui est, misit me ad vos. Meritò quidem. Nil competentius æternitati, quæ deus est. Si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quicquid tale de deo dixeris, in hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G verbo instauratur, quod est, est. Nempe hoc est ei esse, quòd hæc omnia esse. Si & centum talia addas. non recessisti ab esse. Si ea dixeris, nihil addidisti si non dixeris, nihil minuisti. Si vidisti hoc tam singulare tam summum esse, nónne in cõparatione huiº quicquid hoc nõ est, iudicas potius nõ esse quàm esse? Quid item deus? Sine quo nihil est. Tam nihil esse sine ipso, quam nec ipse sine se potest. Ipse sibi ipse omnibus est. Ac per hoc quodammodo solus est ipse, qui suum ipsius
Ioan. 8. d est & omnium esse, Quid est deus? Principium. Et hoc ipse de se responsum dedit. Multa in rebus dicũtur principia, sed respectu posteriorum. Alioquin si ad aliquid præcedens respicias, ipsum potius principium dabis. Quamobrem si quæras verum simplexq; principiũ, inuenias oportet quod principium nõ habuerit. Ex quo vniuersum cœpit, ipsum profecto minime cœpit. Nam si cœpit, aliunde cœperit necesse est. A se enim cœpit nihil. Nisi forte quis putauerit, quod non erat dare sibi potuisse vt esse inciperet, aut fuisse aliquid antequã esset. Quod vtrumque quia ratio non consentit, cõstat nihil sibimet extitisse principium. Quod verò aliud principiũ habuit † primum non fuit. Verum ergo principium nequaquam cœpit, sed totũ ab ipso cœpit. Quid est deus? Cui secula nec accesserunt, nec decesserunt, nec coæterna tamen. Quid est
Rom. 11. d deus? Ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia. Ex quo H omnia, creabiliter, non seminabiliter. Per quem omnia, ne alium auctorem atq; alium opificem arbitreris. In quo omnia, nõ quasi in loco, sed quasi in virtute. Ex quo omnia, tanquam vno principio auctore omnium. Per quem omnia, ne alterum inducatur principiũ artifex. In quo omnia, ne tertiũ inducatur locus. Ex quo omnia, nõ de quo, quia non est materia deus. Efficiens causa est, causæ materialis: Frustra philosophi materiã quærunt, non eguit materia deus. Nõ enim officinam quæsiuit, non artificem. Ipse per se, in se omnia fecit. Vnde? De nihilo. Nam si ex aliquo fecit, illud nõ fecit, ac per hoc nec omnia. Absit vt de sua incorrupta incorruptibiliq; substantia tam multa fecerit, etsi bona, corruptibilia tamen. Quæris si in ipso, omnia, ipse vbi? † Nihilo nõ minº inuenio.
† al. Nihil minus inuenio. Quis capiat locus? Quæris vbi non sit? Ne hoc quidem dixerim. Quis sine deo locus? Incomprehẽsibilis est deus: sed nõ parum apprehendisti, si hoc tibi de eo compertum est, quòd nusquam sit qui non clauditur loco, & nusquam non sit, qui non excluditur loco. Suo autem sublimi atque incomprehẽsibili modo, sicut omnia in ipso, sic ipse in omnibus est. De-
Ioan. 1. a nique (sicut ait euangelista) in mũdo erat. Alias vero vbi erat antequam mundus fieret, ibi est. Non est quòd quæras vltra vbi erat: præter ipsum nihil erat. Ergo in seipso erat.

Deus & simplex & trinus est.
Caput VII.

I QVid est deus? Quo nihil melius cogitari potest. Si approbas non oportet assentiaris esse aliquid quo deus sit & quod deus nõ sit. Hoc enim sine dubio melius. Quomodo nõ melius deo, si deus nõ est, quod dat deo vt sit? At meliº illam diuinitatẽ qua dicunt deũ esse, non aliud quàm deum esse fatemur. Non est ergo in deo nisi deus. Quid? inquiunt: Negas deum habere diuinitatem? Non, sed quod habet, hoc est. Negas diuinitatem deũ esse? Non, sed non alia quàm quæ ipse est. Aut si tu aliam inuenisti, adiuuet me trinitas deº, aduersus illam tota me contumacia erigo. Quaternitas orbem
Luc. 4. d disterminat, non signat deitatẽ. Deus trinitas est, deus trium singula personarum. Si quartam diuinitatem adiicere placet Interim ergo hanc quæ deus non est, persuasi mihi minime adorandam. Puto quod & tu nempe dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Gloriosa verò diuinitas, quæ sibi honorem non audeat arrogare diuinum. At melius quartũ hoc omnino respuimus, quam sine honore recipimº. Multa dicuntur esse in deo, & quidem sane catholicéque sed multa vnum. Alioquin si diuersa putemus, nõ quaternitatẽ habueris, sed centenitatem: Verbi causa: Dicimus magnũ, bonum, iustum, & innumera talia: sed nisi omnia vnũ in deo & cum deo consideres, habebis multiplicem deum. Mihi vero non deest quod cogitem melius eiusmodi deo tuo. Quæris quid? Mera simplicitas. Vero iudicio, natura simplex multiplici anteferatur. Scio quòd ad hæc respondere solent. Nõ multa, in-
quiunt, sed vnam tantùm diuinitatẽ quę omnia illa sunt, deo K vt sit conferre asserimus. Asseritis ergo etsi nõ multiplicem, duplicem deum & nõ ad merum simplex peruenistis, neque ad id quod meliº cogitari nõ potest. Tã nõ est simplex quod vel vni fuerit obnoxium formæ, quàm nec virgo vel vni cognita viro. Securus loquor, ne is quidem qui vel duplex est, erit meus. Habeo enim meliorẽ. Esto quòd hunc numeroso & multiplici anteponã, sed plane præ simplici sperno. Meus deus ipse catholicè est. Tam nõ habet hoc & illud, quàm non hæc & illa. Est qui est, non quæ est. Purus, simplex, integer, perfectus, cõstans sibi, nihil de temporibus, nihil de locis, nihil de rebus trahens in se, nihil ex se deponens in eis, non habens quod ad numerum diuidat, non quę colligat ad vnum. Vnum quippe est, sed non vnitum. Non partibus constat, vt corpus: non affectibus distat, vt anima: nõ formis subsistat, vt omne quod factũ & est: sed neque formæ, vt istis visum est. Magna laus videlicet deo, vt se ab informitate vindicet, forma vna esse contentum. Hoc est dicere, cætera pluribus, deũ nõ nisi vni debere quod est. Quid? Cuius beneficio sunt quæ sunt, ipse pro suo esse alterius beneficio inclinabit? Laus ista (vt vulgo dicitur) blasphemiam valet. An non pluris est nullo indigere, quàm vno? Habe reuerẽtiam deo, vt quod pluris est, illi tribuas. Si cor tuũ vsq; huc ascẽdere potuit, deum tuũ L infra quomodo † collocabit? Ipse sibi forma, ipse sibi essentia est. In hoc interim gradu suspicio illum: & si alter potior appareret, illum potius darem. Nunquid verendum ne cogitatio transuolet illum? Quantũcunque in altum proficiat, vltra est infra quod homo cogitare possit, altissimum quærere, ridiculum est: statuere, impium. Vltra, non citra quærẽdus est. Ascẽde si adhuc potes ad cor altius, & exaltabitur deus. Non est formatus deus, forma est. Non est affectus deus, affectio est. Nõ est compositus deus, merum simplex est. Et vt liquido noueris quid simplex dicam, idem quod vnum. Tam simplex deus, quàm vnus est. Est autem vnus, & quomodo aliud nihil. Si dici possit, vnissimus est. Vnus est sol, quod non sit alter: vna luna, quòd æquè altera non sit. Atque id quidem deus, sed plus. Quid plus? Vnus est etiam sibi. Et hoc vis tibi declarari? Idem est semper, & vno modo. Non sic vnus sol, non sic vna luna clamat vterque non esse se vnum sibi. Ille motibus, illa & defectibus suis. Deus autem non modo vnus sibi, & in se vnus est. Nihil in se nisi se habet. Non ex tempore alterationem habet, nõ in substantia alteritatem. Hinc de eo Boëtius. Hoc vere vnum, in quo nullus est numerus, Boëtius. nullum in eo aliud præter id quod est. Neque enim subiectum fieri potest, forma enim est. Compara huic vni omne quod vnum dici potest, & vnum non erit. Trinitas est, tamen deus. Quid ergo? Destruimus quod dictum est de vni- M tatẽ, quia inducimus trinitatem? Non, sed statuimus vnitatẽ, quia inducimus trinitatem? Non, sed statuimus vnitatem. Dicimus patrem, dicimus filium, dicimus spiritum sanctũ, non tamen tres deos, sed vnum. Quid sibi vult iste (vt sic loquar) absq; numero numerus? Si tria, quomodo non numerus? Si vnũ, vbi numerus? Sed habeo, inquis, quid numerem, & quid non numerem. Substantia vna est, personæ tres sunt. Quid mirum, quid vel obscurum in hoc? Nihil, si personæ seorsum à substantia cogitentur. Nunc verò cum tres illę personæ illa substantia sint, & illa vna substãtia tres illę personæ, quis numerum neget? Nam vere tres sunt. Quis numeret tamen? Nam vere vnum sunt. Aut si tu facile explicatu id putas dicendo tres, dicito quid numerasti? Naturas? Vna est. Essentias? Vna est. Substantias? Vna est. Deitates? Vna est. Non hæc, sed personas numero, inquis. Quæ nõ sint illa vna natura, illa vna essentia, illa vna substantia, illa vna diuinitas? Catholicus es, minime hoc dabis.

Personarum pluralitatem in deo faciunt proprietates, essentia tamen vna & simplex est.
Caput VIII.

PErsonarum proprietates, non aliud quàm personas, ipsasque non aliud quam vnum deum, vnam diuinam substantiam, vnam diuinam naturam, vnam diuinam & summam maiestatem fides catholica confitetur. Numera ergo

A ergo, si potes, aut sine substantia personas, quæ ipsa sunt: aut sine personis proprietates, quę ipsæ sunt. Aut si diuidere quis conetur vel personas à substãtia, vel proprietates à personis, nescio quomodo trinitatis se profiteri cultorem possit, qui in tantam rerum numerositatem excesserit. Dicamus itaque tres, sed non ad præiudicium vnitatis. Dicamus vnum, sed nõ ad confusionem trinitatis. Neque enim nomina vacua sunt, nec absque significantia cassæ voces. Quærit quis quomodo illud quod catholicum esse dicimus, possit esse? Sufficiat ei tenere sic esse. Atque hoc non rationi perspicuum, nec tamẽ opinioni ambiguum, sed fidei persuasum. Sacramentum hoc magnum est, & quidem venerandum, nõ scrutandum. Quomodo pluralitas in vnitate, & hac vnitate, aut ipsa in pluralitate? Scrutari hoc temeritas est, credere pietas est, nosse vita, & vita æterna est. Vnde si operæ precium censes ô Eugeni, percurrat nunc consideratio multa vna, quò eminẽtia huius singularis vnius fiat euidentior. Est vnitas quę collectiua potest dici, cum verbi causa multi lapides faciunt aceruum vnũ. Est & vnitas cõstitutiua, cum multa membra vnum corpus, vel multæ partes vnum quodcunque totum constituunt. Est & coniugatiua, qua fit vt duo iam non duo sint, sed vna caro. Et est natiua, qua anima & caro vnus nascitur homo. Est vnitas postestatiua, qua homo virtutis non instabilis, non dissimilis, sed vnus sibimet semper nititur inueniri. Est consentanea; cum per charitatem multorum hominum est cor vnum, B & anima vna. Est & votiua, cum anima votis omnibus adhęrens deo vnus spiritus est. Est & dignatiua vnitas, qua limus noster à dei verbo in vnam assumptus est personam. Verùm hæc omnia quid ad illud summum, atque (vt ita dicam) vnicè vnum, vbi vnitatem consubstantialitas facit? Huic vni quoduis illorum si assimiles, erit quoquo modo vnum: si compares, nullo. Igitur inter omnia quæ rectè vnum dicuntur, arcẽ tenet vnitas trinitaris, qua tres personæ vna substantia sunt. Secundo loco illa præcellit, qua econuerso tres substantiæ vna in Christo persona sunt. Porrò hæc & quæcunque alia dici vna possunt, summæ illius vnitatis imitatione, nõ comparatione, vna appellari vera sobriáque probat consideratio.
† al. abducemini. Nec † abducimur ab hac vnitatis professione, assertione triũ, cum in hac trinitate non recipiamus multiplicitatem, sicut nec solitudinem in vnitate. Quamobrem cum dico vnum, non me trinitatis turbat numerus, qui essentiam non multiplicat, non variat, nec partitur. Rursum cum dico tria, nõ me arguit intuitus vnitatis, quæ illa quæcunq; tria seu illos tres, nec in confusionem cogit, nec in singularitatem redigit.

Quemadmodum in deo simplex natura est in tribus personis; sic contrà in Christo plures naturæ in vnam personam coalescunt. Caput IX.

C IDem me sentire fateor & de illa vnitate cui secundum ab ista inter cætera vna honorem dedi. Dico in Christo verbum, animam, & carnem, sine confusione essentiarum vnam esse personam, & item absque præiudicio personalis vnitatis in sua numerositate manere. Nec negauerim hanc ad illud quoque genus vnitatis pertinere, qua anima & caro vnus est homo. Decuit quippe familiarius similiúsque cum hominis conuenire constitutione, quod pro homine constitutum est sacramentum. Decuit & cum summa quæ in deo est & deus est vnitate congruere, vt quomodo ibi tres personæ vna essentia, ita hic conuenientissima quadam cõtrarietate tres essentiæ sint vna persona. Vidésne pulchrè inter vtramque vnitatem hanc collocari, in eo vtique qui constitutus est me-
1. Cor. 6. a diator dei hominísq; homo Christus Iesus? Pulcherrima, inquam, conuenientia, vt salutare sacramentum congrua quadam similitudine ambobus respondeat, & saluanti videlicet & saluato. Ita hæc vnitas duarum cõsistens media vnitatum, alteri succumbere, alteri præeminere cognoscitur, quantum superiore inferior, tantum inferiore superior. Tantam denique támque expressam vnionis vim in se præfert ea persona in qua deus & homo vnus est Christus, vt si duo illa de se inuicem prædices, non erraueris, deum videlicet hominem; & hominem deum verè catholicéque pronuncians. Nõ autem similiter vel carnem de anima, vel animam de carne, nisi ab-
surdissimè prædicas, etsi similiter anima & caro vnus sit homo. Nec mirum si non æquè † potis anima sit sua illa vitali, † al. potius. † etsi non parum valida intentione connectere, atque suis af- † al. & si. fectibus astringere sibi carnem, vt sibi diuinitas hominem il- † al. validè. lum qui prædestinatus est filius dei in virtute. Longa catena & fortis ad stringendum, diuina prædestinatio: ab æterno est enim. Quid longius æternitate? Quid diuinitate potentius? Inde est quòd nec morte incidente vllatenus intercidi hęc vnitas potuit; etsi carne & anima ab inuicem separatis. Et fortassis hoc sensit ille qui se indignũ professus est soluere corrigiam calceamenti huius.

Parabolam quæ est apud Matthæum de tribus satis, Christi personæ accommodat. Caput X.

SEd & illa tria sata de euangelio mixta & fermentata in pa- Mar. 4. b
nem vnum, si quis ad hæc tria dixerit pertinere, non incõ- Matt. 13. d
grue id mihi facere videbitur. Quàm bene ea mulier fermentauit, vt nec diuisione quidem facta carnis & animæ, à carne vel anima verbum diuideretur? Mansit & in separatione inseparabilis vnitas. Nec enim quæ ex parte contigit separatio, potuit vnitati præscribere, permanenti in totis tribus. Siue coniunctis, siue disiunctis duobus, nihilo minus perseuerauit in tribus vnitas personalis. Aequè vnus Christus, vnáq; persona, verbum anima & caro, etiam mortuo homine perdu- E rauit. In vtero virginis (vt sentio ego) commixtio hæc & fermentatio facta est: & ipsa mulier quæ miscuit, & fermentauit. Nam fermentum non immerito fortasse dixerim fidem Mariæ. Plane beata quæ credidit, quoniam perfecta sunt in Luc. 1. c ea quæ dicta sunt ei à domino. Perfecta autem non † essent, si † al. esset. quo minus iuxta verbum domini esset fermentatum totum, & perpetuo fermẽtatum, seruans nobis tam in morte quàm in vita pariter vnum atque integrum mediatorem dei & hominum cum sua deitate hominem Iesum Christum. † Aduer- † al. Aduertere est in hoc admirabili sacramento iuxta numerum sato- uerte in hoc. rum, miræ & decentissimæ distinctionis gradus, nouum, antiquum, æternum. Nouum, animam, quę de nihilo tunc creata creditur, cum infusa. Antiquum, carnem quæ à primo vsq; homine (id est ex Adam) traducta cognoscitur. Aeternum, verbum quod ab æterno patre coæternum illi genitum indubitata veritate asseritur. Et in his triplex (si diligenter aduertas) diuinæ potẽtiæ genus, quod factum sit de nihilo aliquid, de vetusto nouum, æternum beatúmq; de damnato & mortuo. Quid hoc ad nostram salutem? Multum per omnem modum. Primum quidem quòd peccato redacti in nihilum, per hoc quodammodo iteratò creati sumus, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Deinde quòd ex vetusta seruitute in libertatem filiorum dei translati, in nouitate spiritus ambulãtes. Postremo quòd de potestate tenebrarũ vocati ad regnũ F claritatis æternæ, in quo iam & considere nos fecit in Christo. Alieni sint à nobis qui Christi à nobis carnẽ alieniare conantur, nouam creatam in virgine, & non de virgine sumptã, impiè asserentes. Pulchrè propheticus spiritus lõge antè occurrit huic sententiæ, imò blasphemiæ impiorum: Egredietur, inquiens, virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽ- Esa. 11. a det. Dixisse poterat, & flos de virga, sed maluit, de radice: vt vnde virgam, inde florem duxisse originem demõstraret. Inde igitur sumpta caro, vnde orta virgo: nec noua in virgine, quæ prodiit ex radice.

Prosequitur variam in Deo considerationem. Caput XI.

FOrte subsistomacharis si adhuc pergimus quærere quid est deus, tum quia totiens iam quæsitum est, tum quia difficilis inuentum iri. Dico tibi pater Eugeni, solus est deus qui frustra nunquam quæri potest, nec cum inueniri non potest. Doceat te de hoc experimentum tuum, aut si non, experto credito, non mihi, sed sancto qui ait: Bonus es domine spe- Thren. 3. c rantibus in te, animæ quærenti te. Quid ergo est deus? Quod Deus quid. ad vniuersum spectat, finis, Quod ad electionem, salus. Quod ad se, ipse nouit. Quid est deus? Voluntas omnipotẽs, beneuolentissima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo, creans mentes ad se participandum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G viuificans ad sentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iustificans ad promerendum, accendens ad zelum, fœcundans ad fructum, dirigens ad æquitatem, formans ad beneuolẽtiam, moderans ad sapientiam, roborans ad virtutem, visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuãs ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circundans ad securitatem.

Deus vt bonorum operum pius retributor est, ita quoque scelerum æquissimus vindex. Caput XII.

QVid est deus? Non minus pœna peruersorum quam humilium gloria. Est enim rationabilis quædam æquitatis directio inconuertibilis atq; indeclinabilis, quippe attingens vbiq;, cui illisa omnis prauitas conturbetur necesse est. Quidni in hanc omne tumidum vel distortum impingat, & conquassetur? Væ vniuerso quod obuiũ forte offenderit, cedere nescia rectitudo. Nam & fortitudo est. Quid ini quis volũtatibus tam cõtrarium & aduersum, quam semper conari, impingere semper, & frustra? Væ oppositis voluntatibus, solam suę profecto auersionis referẽtibus pœnã. Quid tam pœnale, quàm semper velle quod nũquã erit, & semper
H nolle quod nunquã nõ erit? Quid tã dãnatũ, quàm voluntas addicta huic necessitati volẽdi nolendiq;, vt advtrũlibet iam sicut nõ nisi peruersè, ita nõ nisi miserè moueatur? In æternũ nõ obtinebit quod vult, & quod non vult, in æternum nihilo minus sustinebit. Dignè omnino, vt qui ad nihil afficitur vnquã quod deceat, ad nil vnquã quod libeat, euadat. Quid hoc facit? Rectus dominus deus noster, qui & cum peruersio peruertitur. Nunquam recto prauóque cõueniet. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, etsi non inuicem lædant. Læsio alterius est, absit vt dei. Durum tibi est, inquit, cõtra stimulum calcitrare: hoc est non stimulo durum, sed calcitranti. Est & turpiũ pœna deus. Lux est enim. Et quid tã inuisum obscœnis flagitiosisq; mẽtibus? Profecto omnis qui male agit, odit lucem. Sed dico: Nunquid non poterũt declinare? Minime omnino. Lucet vbiq;, etsi non omnibus. Deniq; in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt. Videt tenebras lux: cui hoc est videre, quod lucere, sed nõ vicissim à tenebris ipsa videtur: quia tenebræ eam non comprehendunt. Et videntur ergo vt confundantur, & non vident ne consolentur: Nec modo à luce, & in luce videntur. A quo vel à quibus? Ab omni vidente, vt pro multitudine intuẽtium sit confusio multa. At nullus de tanta numerositate spectantiũ molestior ocul⁹, suo cuiusq;. Non est aspectus siue in cœlo, siue in terra, quem tenebrosa conscientia suffugere magis velit, minus possit. Non latent tenebræ vel seipsas. Se vident, quæ
I aliud non vident. Opera tenebrarum sequuntur illas, nec est quo se abscõdant ab illis, ne in tenebris quidem. Hic est vermis qui nõ moritur, memoria præteritorum. Semel iniectus vel potius innatus per peccatum, hæsit firmiter, nequaquam deinceps auellendus. Nec cessat rodere conscientiam, eáque pastus, esca vtiq; inconsumptibili, perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem, & mortem viuacem. Horreo incidere in manus mortis viuentis, & vitæ morientis. Hæc est secũda mors quę nũquam peroccidit, †sed semper occidit. Quis det illis semel mori, vt non moriantur in æternum? Qui dicunt montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos, quid nisi mortem mortis beneficio aut finire aut euadere volunt? Deniq; inuocabũt mortem, ait, & non veniet. Intuere id clarius. Constat immortalem animam esse, nec aliquãdo absq; sua memoria viuere, ne non animam aliquando esse contingat. Itaq; durãte anima, durat & memoria. Sed qualis? Fœda flagitiis, horrida facinoribus, vanitate tumida, cõtemptu hispida & neglecta. Quæ priora transierũt, & non transierunt. Transierunt à manu, sed non à mente. Quod factum est, factum non esse non potest. Proinde & si facere in tempore fuit, sed fecisse in sempiternum manet. Nõ transibit cum tẽpore, quòd tempora trãsit. In æternum ergo necesse est cruciet, quod perperam te egisse in æternum memineris. Expe-
Psal.49.b riri erit hoc veritatem vocis illius: Arguam te, & statuã contra faciem tuam. Dominus locutus est, cui omne aduersum,
Iob.7.d & sibi aduersari necesse est, vt sit sera querela: O custos homi-

†aliàs & Vermis conscientiæ indelebilis.
Luc.23.d
Apoc.9.c

num, quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi- K
metipsi grauis? Ita est, ó Eugeni, non potest deo esse contrariũ quid, & sibimet cohærere: sed qui arguetur à deo, arguetur & à seipso. Non est sané iam tũc quod aut veritatem dissimulet ratio, aut rationis intuitum anima declinet mẽbris †aulsa corporeis, & in sese collecta. Quò enim †id valeat sopitis cõclusisq; in morte sensibus, per quos vtique curiosius exire, & à se ire solebat in eam quæ præterit mundi istius figuram? Vides turpibus nihil deesse ad confusionẽ cum producentur spectaculum fieri deo angelis, hominibus, sibiipsis? O quàm male mali omnes locati sunt, vtiq; oppositi torrenti huic directę æquitatis, & huic lumini propalatę veritatis expositi. Nónne hoc est perpetuo tũdi, perpetuóque cõfundi? Duplici contritione, ait ille, contere eos domine deus noster.

†al.abrupta mẽbris corporis in se collecta.
†declinare.
al.oppositi.
Hiere.17.

De lõgitudine, latitudine, profundo & sublimitate quæ in deo est dissertè. Caput. XIII.

QVid est Deus? Longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quid inquis? Tenemus te quaternitatis (quam abominatus es) professorem? Minime. Abominatus sum, & abominor. Visus sum protulisse plura, sed vnum est. Vnus L
deus signatus est pro captu nostro, non pro suo statu. Diuisus est hic, non ille. Voces diuersæ, semitæ multæ sed vnum per eas significatur, vnus quæritur. Non diuisiones substantiæ in quaternario isto expressæ sunt, non dimensiones quales in corporibus intuemur, nõ distinctio personalis qualem in trinitate adoramus, non numerus proprietatum qualem personis ipsis inesse fatemur, etsi non aliud à personis. Alioquin hoc singulum horum in Deo quod quatuor simul, hæc quatuor ipsa quod singulum est. Nobis autem quia nõ possumus cum deo simplicitate contendere, dum contendimus apprehendere vnum, occurrit veluti quadruplicatum. Facit hoc speculum & ænigma, per quod solum interim videre datur. Cum autem videbimus facie ad faciem, videbim⁹ sicuti est. Nec enim iam tunc fragilis acies mentis nostræ quatũlibet vehementer intendens, aliquatenus resiliet, dissilietve in suam pluralitatem. Colliget se magis, adunabit, cõformabitque vnitati illius, vel potius vnitati illi, vt vna vni facies respondeat faciei. Nempe similes ei erimus, quia videbimus eũ sicuti est. Beata visio: ad quam merito suspirabat qui ait:
Psal.26.c Exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Et quia adhuc in quærendo res est interim ascendamus quadrigam istam, vtpote infirmi & imbeciles indigentes tali vehiculo, si forte vel sic apprehendamus in quo apprehensi sumus: id est, huius ipsius vehiculi rationem. Nam hoc monitum habemus ab ipso auriga, & primo currus huius exhibitore, vt studeamus comprehendere cũ omnibus sanctis quæ
Ephe.3.d sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Comprehendere dixit, non cognoscere: vt non curiositate contenti
Iacob.4.d scientiæ, tota cura fructui inhiemus. Non in cognitione⁹est fructus, sed in comprehensione. Alioquin scienti bonum, &
1.Cor.9.d non facienti (vt ait quidam) peccatum est ei. Et ipse Paulus alio loco, Sic currite, inquit, vt comprehendatis. Quid sit comprehendere, inferius declarabo. Quid igitur est deus? lõgitudo inquam. Quid ipsa? Aeternitas. Hęc tam longa, vt non habeat terminum nõ magis loci quàm temporis.
Sapiẽ.11.d Est & latitudo. Et ipsa quid? Charitas. Quibus & ista termi-
Mat.5.g nis angustetur in deo, qui nihil odit horum quæ fecerit? Deniq; solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ergo & inimicos concludit sinus ille.
Ephes.3.d Nec hoc quoque contentus, euadit in infinitum. Omnẽ non modo affectionem, sed & cognitionem excedit, adiiciẽte apostolo & dicente: Scire etiam supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi. Quid plus dicam? Aeterna est. Nisi quod hoc plus forsitan est, quia æternitas est. Vides tantam esse latitudinem, quantam & longitudinem? Vtinam sic videas nõ tãtam esse, sed ipsam id esse vnam quod alteram, non minus vnam quàm duas, nec pius duas quàm vnam. Deus æternitas, deus charitas est: longitudo sine protẽsione, latitudo sine distẽsione. In vtroq; pariter locales quidem excedit temporalésque angustias, sed libertate naturæ, nõ enormitate substãtiæ.

A tiæ. Tãli modo immensus est qui omnia fecit in mensura: & quanuis immensus, hic tamen modus & ipsius immensitatis. Quid item Deus? Sublimitas & profundum. In altero suprà
† al. subter vel infra. omnia, in altero †intra omnia. Liquet in deitate nusquã claudicare æqualitatem, stare eam vndique firmiter, constare immobiliter sibi. Sublime potentiam, profundum sapientiam
†al. esse. Sublimitas dei potẽtior est. profundus sapientia. †eius considera. Ex æquo & ista respondent sibi, dum & sublimitas inattingibilis, & profunditas æquè inscrutabilis cognoscatur, Paulo admirante & exclamante: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius. Libet & nos exclamare
Rom.11.d cum Paulo, horum vtrumque intuentes in deo, & cum deo
Sap.8.a simplicissimam vnitatem. O sapientia potens, attingens vtique fortiter. O potentia sapiens, disponens omnia suauiter.
Ibidem. Res vna, effectus multiplex, operationésque diuersæ. Et illa vna res est longitudo propter æternitatem, latitudo propter charitatem, sublimitas propter maiestatem, profunditas propter sapientiam.

Ostendit quo pacto prædicta secundum Apostolum comprehendere postumus. Caput XIIII.

B

NOuimus hæc. Num ideo & arbitramur nos comprehẽdisse? Non ea disputatio comprehendit, sed sanctitas: si
Ephe.3.d quomodo tamen comprehendi potest quod incomprehẽsibile est. At nisi posset, non dixisset apostolus: Vt comprehendamus cum omnibus sanctis. Sancti igitur comprehendunt. Quæris quomodo? Si sanctus es, comprehendisti & nosti, Si non: esto, & tua experimento scies. Sanctum facit affectio sancta, & ipsa gemina, timor domini sanctus, & sanct⁹ amor.
† al. quia timor. His perfectè affecta anima, veluti quibusdam duobus brachiis suis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet, & ait: Tenui eum, nec dimittam. †Et timor quidem sublimi & profundo, amor lato longóque respondet. Quid tam timendum quàm potestas, cui non potes resistere: quàm sapientia, cui abscondi non potes? Poterat minus timeri deus alterutro carens. Nũc autem perfectè oportet timeas illam, cui nec oculus deest omnia videns, nec manus potens omnia. Quid item
† al. charitas. tã amabile, quàm amor ipse quo amas, & quo amaris? Amabiliorem tamẽ iuncta † æternitas facit: quę dum non excidit,
1.Ioan.3.d foras mittit suspicionem. Ama igitur perseueranter & lõganimitet, & habes longitudinem. Dilata amorem tuum vsque
C ad inimicos, & latitudinem tenes. Esto etiam in omni solicitudine timoratus, & sublime profundúmque apprehendisti. Aut si mauis quatuor æquè tuis diuinis quatuor respondere, facis hoc si stupes, si paues, si ferues, si sustines. Stupenda planè sublimitas maiestatis, pauenda abyssus iudiciorum, feruorem exigit charitas, æternitas perseuerãtiam sustinendi. Quis stupet, nisi qui cõtemplatur gloriam dei? Quis pauet, nisi qui scrutatur profundum sapientię? Quis feruet, nisi qui meditatur charitatem dei? Quis sustinet & perseuerat in amore, nisi qui æmulatur æternitatem charitatis? Nẽpe æternitatis quãdam imaginem perseuerantia præ se fert. Denique sola est cui æternitas redditur, vel potius quę æternitati homine red- D
dit dicente domino: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic
Matt.10.c saluus erit. Et nunc aduerte in quatuor istis, contemplationis species quatuor. Prima & maxima contemplatio est ad-
Contemplationis quatuor speciei. miratio maiestatis. Hæc requirit cor purgatum, vt à vitiis liberum, atque exoneratum peccatis, facilè ad superna leuet, interdum quoque vel per aliquas morulas stupore & extasi susp̃sum teneat admirantem. Secunda autem necessaria est huic. Est enim intuens iudicia dei. Quò sanè pauido aspectu dum vehemẽtius concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, initiat ad sapientiam, humilitatem seruat. Virtutum siquidem bonum quoddam ac stabile fundamentum humilitas. Nempe si nutet, illa virtutum aggregatio non nisi ruina est. Tertia contemplatio occupatur vel potius ociatur circa memoriam beneficiorum, & ne dimittat ingratum, solicitat memorãtem ad amorem benefactoris. De talibus dicit pro-
Psa.144.b pheta loquens ad dominum: Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Quarta quæ retro sunt obliuiscens, in sola requiescit expectatione promissorum: quæ cum sit meditatio æternitatis (siquidem quæ promittuntur, æterna sunt) longanimitatem alit, & perseuerãtiæ dat vigorem. Puto iam facile est quatuor nostra hæc, quatuor illis apostoli adsignare, dum longitudinem comprehendit meditatio promissorũ, latitudinem recordatio beneficiorum, sublimitatem cõtem- E
platio maiestatis, profundum inspectio iudiciorum. Quærẽdus adhuc fuerat, qui nec satis adhuc inuentus est, nec quæri nimis potest: at orando fortè quàm disputando dignius quęritur, & inuenitur facilius. Proinde is sit finis libri, sed non finis quærendi.

Finit liber D. Bernardi de consideratione, ad Eugenium.

IN TRACTATVM DE gratia & libero arbitrio,

Prologus.

DOmino Vuillermo abbati sancti Theodorici, frater Bernardus. *Opusculum de gratia & libero arbitrio, quod illa qua scitis occasione nuper aggressus sum, eadem gratia adiuuante peregi vt potui. Vereor autem ne aut grandia minus dignè locutus inueniar, aut pertractata à pluribus superfluò retractasse. Proinde legite illud primus, & si iudicatis, solus: ne* F
si proferatur in medium, magis forte scriptoris publicetur temeritas, quàm lectoris ædificetur charitas. Quod si palam fieri vtile probaueritis, tunc si quid obscurius dictum aduerteritis, quod in re obscura seruata congrua breuitate dici planius potuisset, non sit vobis pigrum aut emendare per vos, aut mihi resignare emendandum, si fraudari non vultis promissione illa sapientiæ, quæ ait: Qui elucidant me, vitam æternã habebunt. *Eccli.24.c*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI BERNARDI
Tractatus de gratia & libero arbitrio.

QUoquente me coràm aliquando, & Dei in me gratiam commendante, quòd scilicet ab ipsa me in bono & præuentū agnoscerē, & prouehi sentirē, & sperare perficiēdū: quid tu ergo (ait vnus ex circūstantibus) operaris, aut quid mercedis speras, vel præmij, si totū facit Deus? *Ioan.9.c* Quid enim, inquā, tu cōsulis? Dā, inquit gloriā deo, qui gratis te præuenit, excitauit, initiauit: & viue dignè decætero quo te probes & perceptis beneficiis nō ingratū, & percipiēdis idoneū. Et ego, Bonum, inquam cōsilitū das sed & si dederis posse teneri. Siquidē non est eiusdem facilitatis, scire quid faciendum sit & facere: quoniam & diuersa sunt, cæco ducatum, ac fessō præbere vehiculum.

H Non quicunque ostendit viam, præbet etiam viaticum itineranti. Aliud illi exhibet qui facit ne deuiet, & aliud qui præstat ne deficiat in via. Ita nec quiuis doctor statim & dator erit boni quodcunque docuerit. Porro duo mihi sunt *Rom.8.c* necessaria, doceri, ac iuuari. Tu quidem homo rectè consulis ignorantiæ, sed (si verum sentit apostolus) spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Imò verò qui mihi per os tuum ministrat consilium, ipse mihi necesse est ministret per spiritum suum adiutorium, quo valeam implere quod consu- *Roma.7.c* lis. Ecce enim iam ex eius munere velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Sed nec aliquando me inuenturum confido, nisi qui dedit velle, det & perficere pro bona vo- *Philip.2.b* luntate. Vbi ergo, ait, sunt merita nostra, aut vbi est spes *Tit.3.b* nostra? Audi inquam. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Quid enim? Tu forte putaueras tua te creasse merita, tua posse saluari iustitia, qui nec saltem dominum Iesum dicere *1.Cor.12.a* potes nisi in spiritu sancto? Itáne oblitus es quis dixerit: Sine *Ioan.15.a* me nihil potestis facere? Et neque currentis, neque volentis, sed dei miserantis est? Quid igitur agit, ais, liberum arbitrium? Breuiter respondeo: Saluatur. Tolle liberum arbitriū non erit quod saluetur. Tolle gratiam, non erit vnde saluetur. Opus hoc sine duobus effici nō potest, vno à quo fit, altero cui vel in quo fit. Deus auctor est salutis, liberum arbitrium tantum capax: nec dare illam nisi deus, nec capere valet nisi liberum arbitrium. Quod ergo à solo deo, & soli da- *Rom.8.b* tur libero arbitrio, tam absque consensu esse nō potest accipientis, quàm absque gratia dantis. Et ita gratiæ operanti salutem, cooperari dicitur liberum arbitrium, dum consentit, I hoc est dum saluatur. Consentire enim saluari est. Proinde pecoris spiritꝰ salutem huiusce modi minime capit, eo quòd illi voluntarius consensus desit, quo saluanti videlicet Deo placidè obtemperet, siue iubenti acquiescēdo, siue pollicenti credendo, siue reddenti gratias agendo. Enimuero aliud est voluntarius consensus, aliud naturalis appetitus. Posterior quippe nobis cōmunis est cum irrationalibus, nec valet consentire spiritui, carnis irritatis illecebris. Et fortassis ipse est qui alio nomine ab apostolo sapientia carnis appellatur, vbi ait: Sapientia carnis inimica est deo: legi enim dei nō est subiecta, nec enim potest. Hūc ergo (vt dixi) communem habentes cum bestiis, consensus voluntarius nos discernit. Est enim habitus animi liber sui. Siquidem non cogitur, nō extorquetur. Est quippe voluntatis, nō necessitatis. Nec negat se nec præbet cuiquā, nisi ex voluntate. Alioquin si compelli valet inuitus, violētus est, non voluntarius. Vbi autem voluntas non est, nec consensus. Non enim est cōsensus, nisi voluntarius. Vbi ergo consensus, ibi voluntas. Porro vbi voluntas, ibi libertas. Et hoc est quod dici puto liberum arbitrium. Sed vt manifestius fiat quod dicitur, & competentius ad id quod volumus veniamus, paulo altius æstimo repetendum. In rebus naturalibus non idem est vita quod sensus, non sensus quod appetitus, nec ille quod consensus. Quod K ex singulorum definitionibus clarius elucebit. Est enim in quolibet corpore vita, internus ac naturalis motus, vigens tantum intrinsecus. Sēsus vero vitalis in corpore motus, vigēs & extrinsecus. Appetitus autem, naturalis vis in animāte mouendis auide sensibus attributa. Verum consensus nutus est voluntatis spontaneus, vel certè (quod superius dixisse me memini) habitus animi liber sui. Porro voluntas est motus rationalis, & sensui præsidēs & appetitui. Haber sane quocūque se voluerit semper rationem comitem, & quodāmodo pedisequam: non quòd semper ex ratione, sed quod nunquam absq; ratione moueatur, ita vt multa faciat per ipsam contra ipsam, hoc est quasi per eius ministerium, contra *Luc.16.1* eius consilium siue iudicium. Vnde est illud: Prudentiores *Ierem.4.f* sunt filij huius seculi filiis lucis in generatione sua. Et rursum: Sapientes sunt vt faciant mala. Neque enim prudentia seu sapientia inesse creaturæ potest vel in malo, nisi vtique per rationem. Est verò ratio data volūtari vt instruat illam, non destruat. Destrueret autem, si necessitatem ei vllam imponeret quo minus libere pro arbitrio sese volueret, siue in *1.Co.2.d* malum consentiens appetitui, aut nequam spiritui, vt si animalis, non percipiens, vel certe & persequēs ea quę sunt spi- *ibidem.* ritus dei: siue ad bonum gratiā sequens, & fiat spiritualis, quę L omnia diiudicans ipsa minime iudicetur. Si, inquam, horum quodlibet prohibente ratione voluntas non posset, volūtas iam non esset. Vbi quippe necessitas, iam non voluntas. Quòd si ex necessitate, & absque consensu propriæ voluntatis mala bonáve fieri possent: rationalis creatura aut misera profecto esse nulla ratione deberet, aut beata penitus esse non posset: cui nimirum in vtrauis parte id deesset, quod solum in ea miseriæ siue beatitudinis capax est, id est voluntas. Cætera siquidem quæ supra memorata sunt, vita, sensus, vel appetitus, nec miserum per se faciunt, nec beatum. Alioquin & arbores ex vita, & pecudes etiā ex reliquis duobus, vel miseriæ possent esse obnoxiæ, vel idoneæ beatitudini: quod omnino impossibile est. Communem itaque habētes vitam quidem cum arboribus, sensum verò, & appetitum, & æquè vitam cum pecoribus: id quod dicitur volūtas, nos ab vtrisque discernit. Cuius volūtatis cōsensus (vtique volūtarius, non necessarius) dum aut iustos probat, aut iniustos, etiam merito beatos facit vel miseros. Is ergo talis consensus ob volūtatis inamissibilem libertatē, & rationis quod semper secum portat & vbiq;, indeclinabile iudicium, nō incongrue dicitur (vt arbitror) liberum arbitrium, ipse liber sui, propter voluntatem: ipse iudex sui, propter rationē. Et merito libertatem comitatur iudicium, quoniam quidem quod liberum sui est, profecto vbi peccat, ibi se iudicat. Est autem iudiciū, quia iustè profecto si peccat, patitur quod nolit, qui non peccat nisi velit. Cæterum quod sui liberum non esse cognoscitur: quo pacto vel bonum ei, vel malum imputa- M tur? Excusat nempe vtrunq; necessitas. Porro vbi necessitas, ibi libertas non est: vbi libertas non est, nec meritū, ac per hoc nec iudicium. Excepto sanè per omnia originali peccato, quod aliam constat habere rationem. Decętero quicquid hanc non habet voluntarij consensus libertatem, proculdubio & merito caret & iudicio. Proinde vniuersa quæ sunt hominis præter solam volūtatem: ab vtroque liberta sunt, quia sui libera non sunt. Vita, sensus, appetitus, memoria, ingenium, & si qua talia sunt, eo ipso subiacent necessitati, quo nō plane subdita sunt volūtati. Ipsam verò quia impossibile est de se ipsa sibi non obedire (nemo quippe aut non vult quod vult, aut vult quod non vult) etiam impossibile est sua priuari libertate. Potest quidem mutari voluntas, sed non nisi in aliam voluntatem, vt nunquam amittat libertatem. Tam ergo non potest priuari illa, quàm nec seipsa. Si poterit homo aliquando aut nihil omnino velle aut velle aliquid, & non voluntate: poterit & carere libertate volūtas. Hinc est quod insanis vel infantibus, itémque dormientibus, nihil quod faciunt vel bonum vel malum imputatur: quia nimirum sicut suæ non sunt compotes rationis, sic nec vsum retinent propriæ voluntatis, ac per hoc nec iudicium libertatis. Cum igitur voluntas nil liberum habeat nisi se: merito nō iudicatur nisi ex se. Siquidem nec tardum ingeniū, nec labilis memoria

A ria, nec inquietus appetitus, nec sensus obtusus, nec vita languens, reum per se statuunt hominem, sicut nec contraria innocentem, & hoc non ob aliud, nisi quia hæc necessariè ac præter voluntatem posse prouenire probantur. Sola ergo voluntas, quoniam pro sui ingenita libertate aut dissentire sibi, aut præter se in aliquo consentire, nulla vi, nulla cogitur necessitate: non immerito iustam vel iniustam, beatitudine seu miseria dignam ac capacem creaturam constituit, prout scilicet iustitiæ iniustitiæve consenserit. Quapropter huiusmodi voluntarium liberúmque consensum, ex quo & omne sui (ex his quæ prædicta sunt) constat pendēre iudicium: puto non incōgruè vt supra definiuimus, esse quod solet liberum arbitrium appellari: vt liberum referatur ad vo- *2.Cor.3.d* luntatem, arbitrium ad rationem. Sed sanè liberum, non illa *Rom.6.d* libertate de qua dicit apostolus: Vbi spiritus domini, ibi li- *ibidem.* bertas. Est enim illa libertas à peccato, sicut alibi dicit: Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Nunc autem liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem verò vitam æternam. Quis verò in carne peccati à peccato sibi vindicat libertatem? *Rom.8.d* Hac ergo libertate merito nequaquam dictum arbitror liberum arbitrium. Est item libertas à miseria, de qua idem apostolus: Et ipsa, inquit, creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Sed nunquid & B istam sibi quispiam in hac mortalitate præsumit? Et hac itaque liberum nominari arbitrium, non immerito abnuimus. Est verò quam magis ei cōgruere arbitror libertatem, quam dicere possumus à necessitate, eo quòd necessarium voluntario contrarium esse videatur. Siquidem quod ex necessitate sit, non iam ex voluntate, & econuerso similiter. Cum igitur prout interim potuit occurrere nobis, triplex sit nobis proposita libertas, à peccato, à miseria, à necessitate: hanc vltimo loco positam contulit nobis in conditione natura, in primam restauramur à gratia, media nobis reseruatur in patria. Dicatur igitur prima libertas naturæ, secunda gratiæ, tertia vitæ vel gloriæ. Primo nempe in liberam voluntatem, ac voluntariam libertatem conditi sumus nobilis Deo creatura. Secundo reformamur in innocentiam, noua in Christo creatura. Tertio sublimamur in gloriam, perfecta in spiritu creatura. Prima ergo libertas habet multum honoris, secūda plurimum etiam virtutis, nouissima cumulum iucunditatis. Ex prima quippe præstamus cęteris animātibus: in secunda carnem, per tertiam mortem subiicimus. Vel certe sicut in prima subiecit Deus sub pedibus nostris oues & boues & peco- *Psal.73.d* ra campi: ita quoque per secundam spirituales bestias huius aëris (de quibus dicitur: Ne tradas bestiis animas confitentes tibi) prosternit æquè & cōterit sub pedibus nostris, in vltimo tandem nos ipsos nobis plenius submissurus per victo- C riam corruptionis & mortis, quando scilicet nouissima destruens mors, & non transibimus in libertatem gloriæ filio- *Ioan.8.c* rum dei. Qua libertate Christus nos liberabit, cum nos vtique tradet regnum deo & patri. De hac enim & item de illa quam diximus à peccato, puto quòd Iudæis aiebat: Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. Liberum arbitrium liberatore indigere significabat, sed plane qui illud liberaret non à necessitate, quam voluntatis esse penitus non nouerat, sed à peccato, in quod tam liberè quàm voluntariè corruerat: simúlq; à pœna peccati, quā incautum incurrerat, inuitúmque ferebat. Quo vtroque malo liberari omnino nō poterat, nisi *Psal.87.a* per illum qui solus hominum factus est inter mortuos liber, liber videlicet à peccato inter peccatores. Solus nanque in- *1.Pet.2.d* ter filios Adam libertatem sibi vindicat à peccato, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Porro & *Ioan.10.d* à miseria quæ est pœna peccati, habuit nihilo minus libertatem, sed potentia, non actu. Nemo quippe tollebat animam *Esa.52.b* eius ab eo, sed ipse ponebat eam. Denique teste Propheta *Gala.4.a* oblatus est quia ipse voluit: sicut & cum voluit natus ex muliere, factus sub lege: vt eos qui sub lege erant, redimeret. Fuit itaque & ipse sub lege miseriæ, sed fuit quia voluit, vt liber inter miseros & peccatores vtrunque iugum fraternis à ceruicibus excuteret. Habuit itaque totas tres libertates, primā ex humana simul & diuina natura, reliquas ex diuina potentia. Quarum duas posteriores vtrum & primus homo in paradiso habuerit, vel quomodo & quatenus eas habue- D rit, postea videbimus. Hoc autem indubitanter sciendum, vtranque plenam ac perfectam perfectis inesse animabus carne solutis, cum deo pariter & Christo eius atque angelis supercœlestibus. Nam sanctis animabus, etsi necdum corpora receperunt, deest quidem de gloria, sed nihil prorsus inest de miseria. Verum libertas à necessitate, æquè & indifferentet deo, vniuersæque tam malæ quàm bonæ rationali conuenit creaturæ. Nec peccato nec miseria amittitur vel minuitur, nec maior in iusto est quàm in peccatore, nec plenior in angelo quàm in homine. Quomodo namq; ad bonum conuersus per gratiam humanæ voluntatis consensus, eo libere bonum, & in bono liberum hominem facit, quo volūtarius efficitur, non inuitus pertrahitur: sic sponte deuolutus in malum, in malo nihilo minus tam liberum quàm spontaneū cō stituit sua vtique voluntate ductum, nō aliunde coactum vt malus sit. Et sicut cœlestis angelus, aut etiam Deus ipse permanet libere bonus, propria videlicet voluntate, non aliqua extrinseca necessitate: sic profecto diabolus æquè libere in malum & corruit, & persistit: suo vtiq; voluntario nutu, non alieno impulsu. Manet ergo libertas voluntatis, vbi etiam fit captiuitas mētis, tam plena quidem in malis, quàm & in bonis, sed in bonis ordinatior. Tam integra quoq; pro suo modo in creatura quàm in creatore, sed in illo potentior. Quod autem homines sōlent conqueri, & dicere: Volo habere bo- E nam voluntatem, & nō possum: nequaquam huic præscribit voluntatis libertati, vt quasi vim aut necessitatem in hac parte patiatur volūtas, sed planè illa libertate quæ dicitur à peccato, se carere testantur. Nam qui vult habere bonam voluntatem, probat se habere voluntatem. Non enim vult habere bonam, nisi per voluntatem. Quod si voluntatem, & libertatem: sed libertatem à necessitate, nō à peccato. Nempe vt nō valeat cum velit habere bonam, sentit quidem sibi deesse libertatem, sed profectò libertatem à peccato, quo vtiq; dolet premi non perimi voluntatem. Quāquam iam proculdubio vtcunq; bonam habet, vbi habere vult. Bonū quippe est quod vult. Nec posset bonum velle, nisi bona voluntate: sicut nec velle malum, nisi mala voluntate. Cum bonū volumus, bona est volūtas: cum malum, mala voluntas. Vtrobiq; voluntas, & vbique libertas: cedit siquidem voluntati necessitas. Cum autem nō valemus quod volumus, sentimus quidem ipsam quodammodo libertatē peccato esse captiuam, vel miseram, non tamen amissam. Ex hac ergo tantum libertate qua liberum est voluntati seipsam iudicare, vel bonam si bono: vel malam, si malo cōsenserit, quippe quæ in neutro nisi certe volendo consentire se sentit: liberum arbitrium credimus nominari. Nam ex illa quæ dicitur à peccato, congruentius forsitan liberum consilium, & item ex illa quæ dicta est à miseria, liberum potius complacitum posset dici, F quàm liberum arbitrium. Arbitrium quippe iudicium est. Sicut verò iudicij est discernere quod liceat, quod non liceat: sic profecto consilij probare quod expediat, vel non expedit: sic complaciti quoque experiri quod libeat, vel non libeat. Vtinam tam libere nobis consuleremus, quàm libere de nobis iudicamus: vt quemadmodum libere per iudicium licita illicitaq; decernimus, ita per consilium & licita tāquam commoda nobis eligere, & illicita tanquam noxia respuere liberum haberemus. Iam enim non solum liberi arbitrij, sed & liberi proculdubio consilij, ac per hoc & à peccato liberi essemus. Sed quid si totū, solúmque quod expediret, vel liceret, etiam liberet? Nónne liberi quoq; esse complaciti meritō diceremur, quippe qui ab omni proinde quod displicere potest, hoc est, ab omni nos miseria liberos sentiremus? Nūc autem cum multa per iudicium vel admittenda vel omittēda esse decernamus, quæ tamen per consilium nequaquam pro iudicij rectitudine aut eligimus, aut contemnimus: rursúmque non omnia quæ tanquam recta & commoda cōsulte obseruamus, etiā vt beneplacita libenter amplectimur, sed insuper quasi dura ac molesta vix æquanimiter ferre perduramus: liquet quia liberum nec cōsilium habemus, nec complacitum. Alia quæstio est, si vel ante peccatum in primo homine habuimus, quod loco suo discutietur. Certissime autē habituri sumus, cum deo miserante obtinebimus quod ora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.6.b mus: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Hoc namque
G complebitur, quando id quod nunc cunctæ passim rationali
(vt iam dictum est) creaturæ commune videtur, liberum scilicet à necessitate arbitrium: erit etiam in electis hominibus,
vti iam in sanctis est angelis, & cautum à peccato, & tutú à
miseria: probantibus tandem triplicis libertatis felici experi-
Roma.12.a entia, quæ sit bona voluntas dei, ac beneplacens & perfecta. Quod quia necdum est, sola interim plena integráq; manet in hominibus libertas arbitrij. Nam libertas consilij ex
Gala.5.d parte tantum, & hoc in paucis spiritualibus, qui carnem cru-
Roma.6.b cifixerunt cum vitiis & cócupiscentiis: quatenus iam nó regnet peccatum in corum mortali corpore, Porro vt non regnet, libertas facit consilij. Vt tamen non desit ex integro:
1.Cor.13.b captiuitas est liberi arbitrij. Cum autem venerit quod perfectum est, tunc euacuabitur quod ex parte est: hoc est, cum
plena fuerit libertas consilij, nulla iam erit captiuitas arbi-
trij. Et hoc est quod quotidie petimus in oratione, cum dici-
Matt.6.b mus deo adueniat regnum tuum. Regnum hoc necdum ex
toto peruenit in nos. Quotidie tamé paulatim aduentat, sen
simq; in dies magis ac magis dilatat terminos suos: in his dú-
2.Cor.4.d taxat quorum per Dei adiutorium interior homo renouatur
de die in diem. Inquantum ergo regnum gratię dilatatur, in-
tantum peccati potestas minuitur. In quantú verò minus est
adhuc propter corpus mortis quod aggrauat animam, & ob
H necessitatem terrenę inhabitationis vtique deprimętis sen-
sum multa cogitantem: necesse habent etiam qui perfectio-
Iacob.3.a res in hac mortalitate videntur, confiteri & dicere: In multis
1.Ioan.1.c offendimus omnes: & si dixerimus quia peccatum nó habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nó est. Quapro-
Mat.6.b pter errant & ipsi sine intermissione dicentes: Adueniat regnum tuum. Quod non erit vel in ipsis cósummatum, quousque peccatum non solum non regnet in corum mortali
corpore, sed nec sit omnino, nec esse possit in immortali iam
corpore. Iam de libertate complaciti in hoc seculo nequam
Roma.8.d quid dicemus, vbi vix sufficit diei malitia sua: vbi omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc: vanitati nimirum
subiecta, non volens: vbi vita hominis tentatio est super ter-
Iob.7.a ram: vbi viri quoq; spirituales qui primitias spiritus iá acce-
Roma.8.d perunt, ingemiscunt & ipsi intra semetipsos expectantes redemptionem corporis sui? Nunquidnā inter ista locus vllus est huiuscemodi libertati? Quid, inquam, liberum nostro
relinquitur complacito, vbi totum occupare videtur miseria? Neque enim vel innocentia seu iustitia quemadmodum
Roma.7.d à peccato, ita etiam à miseria tutæ esse hic poterūt vbi iustus
Psal.41.c exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Et item: Factæ sunt mihi lachrymæ meę panes
I die ac nocte. Vbi noctes diésque in mœrore continuantur,
2.Tim.3.c nullum profecto temporis spacium complacito vaccuū re-
Exo.9.c linquitur. Denique qui pie volunt viuere in Christo, ipsi magis persecutionem patiūtur: quoniam iudicium à domo dei
incipit. Quod & præcepit: A meis, inquiens, incipite. Sed
etsi non virtus, vitium forte in tuto est, & aliqua interim ex
Prou.2.c parte frui potest complacito, cauere miseriam? Absit, Nam
qui lætantur cum malefecerint, & exultāt in rebus pessimis:
tale est quod faciunt, quale cum rident phrenetici. Nulla autem verior miseria, quàm falsa lætitia. Deniq; intantum mi-
Eccles.7.a seria est quod videtur felicitas in hoc seculo, vt sapiens dicat: Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum cōuiuij. Est quidem in bonis corporis nonnulla iucunditas, vi-
delicet in edendo, bibendo, calefaciendo, cæterisque talibus
fomentis vel tegumentis carnis. Sed nunquid vel ista vacant
aliquatenus à miseria? Bonus est panis, sed esurienti. Potus
delectat, sed sitientem. Denique saturato cibus potusq; iam
nequaquam sunt grata, sed grauia. Tolle famem, & panem
non curabis. Tolle sitim, & lympidissimum fontē, ac si paludē respicies. Similiter vmbram non quærit nisi æstuans.
Solem nó curat nisi algens siue caligans. Alioquin nihil horum libebit, si non præcesserit vrgens necessitas. Quę si per-
fectè tollatur è rebus: statim in tædium atq; molestiam conuertetur ipsa quoq; quæ videtur in his esse iucunditas. Fatēdú igitur & in hac parte, omne quod præsentis vitæ est, occupare miseriam: nisi quòd in tribulationibus continuis gra
uiorum laborum leuiores vtiq; sunt qualescunque consola-
tiones: & dum forte pro tempore ac rerum euentibus vicis- K
sim sibi grauia leuiáq; succedunt, minorum experientia, aliqua miseriæ videtur interpolatio: vt dum aliquando post experta plura grauissima in minus forte molesta euaditur, felicitas putetur. An tamen fatendum est eos qui per excessum contemplationis rapti quandoq; in spiritu quātulumcunq; de supernæ felicitatis dulcedine degustare sufficiunt, totiens esse liberos à miseria, quotiens ne excedunt? Hi plane (quod negandum non est) etiam in hac carne (raro licet raptímq;) complaciti libertate fruuntur: qui cum Maria optimam partem elegerunt, quæ nō auferetur ab eis. Qui autem iam tenent quod auferendum non est, experiuntur vtique quod futurum est. Sed quod futurum est, felicitas est. Porro felicitas & miseria eodem tempore simul esse non possunt. Quotiens igitur per spiritum illam participant, totiens istā non sentiunt. Itaque in hac vita soli contemplatiui possunt vtcunque frui libertate complaciti, & hoc ex parte, & parte satis modica, vicéque rarissima. Porro libertate consilij fruuntur etiam quilibet iusti: ex parte quidem, sed non modica. Cæterum libertas arbitrij (vt supra liquidò apparuit) cunctis pariter ratione vtentibus conuenit: nó minor quantum in se est in malis, quàm in bonis: tam plena in hoc seculo, quàm & in futuro. Sed & hoc apertè monstratum esse puto quòd hæc ipsa tamen libertas tandiu quodammodo captiua L
tenetur, quandiu illam duæ aliæ libertates minimæ aut minus plenæ comitantur: nec aliunde noster ille defectus venit, de quo apostolus: Vt non quæcunque vultis, ait, illa fa- Gala.5.d
ciatis. Velle siquidem inest nobis ex libero arbitrio, non etiam posse quod volumus. Non dico velle bonum, aut velle malum, sed tantum velle. Velle enim bonum, profectus est: velle malum, defectus. Velle vero simpliciter ipsum est quod vel proficit vel deficit. Porro ipsum vt esset, creans gratia fecit. Vt proficiat, saluans gratia facit. Vt deficiat, ipsum se deiicit. Itaque liberum arbitrium nos facit volentes, gratia beneuolos. Ex ipso nobis est velle, ex ipsa bonum velle. Quemadmodum nāque aliud est timere simpliciter, aliud timere deum, & aliud amare simpliciter, aliud est amare deū, quippe timere & amare simpliciter quidē prolata, affectiones, cum additamento autem virtutes significant: ita quoq; aliud est velle, aliud velle bonum. Simplices nempe affectiones insunt naturaliter nobis, tanquam ex nobis, additamenta ex gratia. Nec aliud profecto est nisi quòd gratia ordinat quas donauit creatio, vt nil aliud sint virtutes nisi ordinatæ affectiones. Scriptum est de quibusdam, quòd illic Psal.13.b
intrepidassent timore, vbi non erat timor. Timor fuit, sed inordinatus. Ordinare illum volebat dominus in discipulis, cū Luc.12.a
diceret: Ostendam vobis quem timere debeatis. Et Dauid: Psal.33.a
Venite, ait, filij audite me timorem domini docebo vos. Itē
de amore inordinato arguebat homines qui dicebat: Ego M Ioan.3.c
lux veni in hunc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Idcirco postulat sponsa in Canticis, di- Cant.2.a
cens: Ordinate in me charitatem. Similiter quoque de inordinata voluntate arguebantur, quibus dicebatur: Nescitis Mar.10.f
quid petatis. Sed ad lineam rectitudinis edocti sunt distortam reducere voluntatē, cum audierunt: Potestis bibere ca- Ibidem.
licem quem ego bibiturus sum? Et tunc quidem verbo, sed postmodum etiam exemplo voluntatem ordinare docebat, cùm orans instante passione vt transferretur ab eo calix, statim subiiceret: Veruntamen non quod ego volo, sed quod Matt.26.d
tu vis. A deo igitur velle, quomodo & timere, quomodo & amare, accepimus in conditione naturæ, vt essemus aliqua creatura. Velle autem bonum, quomodo & timere Deum, quomodo & amare deum, accipimus in visitatione gratiæ, vt simus Dei creatura. Creati quippe quodammodo nostri in liberam voluntatem, quasi dei efficimur per bonam voluntatem. Porro bonam facit, qui liberam fecit, & ad hoc bonam. vt simus initium aliquod creaturę eius: quoniā expedit profecto nobis magis omnino non fuisse, quàm nostros permanere. Nam qui voluerūt sui esse, vtique sicut dij, scientes bonum & malum: facti sunt nō tantum iam sui, sed & diaboli. Itaque libera voluntas nos facit nostros, mala dia- 2.Tim.2.c
boli, bona dei. Ad hoc pertinet quod dicitur: Nouit dominus qui sunt eius. Nam illis qui eius non sunt, Amē dico vo- Matt.25.b
bis,

A bis, inquit, nescio vos. Dum ergo per malam voluntatem sumus diaboli, quodammodo interim nō sumus dei: sicut cum
Matt.16.c per bonam voluntatem efficimur dei, desinimus iam esse diaboli. Nemo siquidem potest duobus dominis seruire. Cæterum siue dei simus, siue diaboli, non tamen similiter desinimus esse & nostri. Manet quippe vtrobique libertas arbitrij, per quam maneat & causa meriti? quatenus meritò vel puniamur mali, quod tanquam liberi ex propria voluntate efficimur: vel glorificemur boni, quod nisi æquè voluntarij esse non possumus. Sanè diabolo nostra nos mancipat voluntas, non ipsius potestas. Deo subiicit eius gratia, non nostra voluntas. Nostra quippe voluntas bona (quod fatendum est) à bono deo creata, perfecta tamen nō erit quousque suo creatori perfectè subiecta sit. Absit tamen vt ipsi sui ipsius perfectionem, deo autem tantùm creationē tribuamus: cum longè nimirum melius sit esse perfectam, quàm factam, & dictu
Rom.7.c ipso nefas videatur, deo quod minus, nobis quod excellentius sit attribuere. Sentiens denique apostolus quid ex natura esset, quid ex gratia expectaret, aiebat, Velle adiacet mihi, perficere non inuenio. Sciebat profectò, velle quidem sibi inesse ex libero arbitrio: sed vt ipsum vel perfectum haberet, gratiam se habere necessariam. Si enim velle malum, defectus quidem est voluntatis: vtique bonū velle, profectus
B eiusdem erit: sufficere verò ad omne quod volumus bonum, ipsius perfectio. Vt ergo velle nostrum, quod ex libero arbitrio habemus, perfectum habeamus, duplici gratiæ munere indigemus, & verò videlicet sapere, quod est voluntatis ad bonum conuersio: & pleno etiam posse, quod est eiusdem in bonum confirmatio. Porrò perfecta conuersio est ad bonum, vt nil libeat nisi quod deceat vel liceat: perfecta in bono confirmatio, vt nil desit iam quod libeat. Tunc demum perfecta erit voluntas, cum plenè fuerit bona, & bene plena. Habet siquidem duplex in se bonum ab initio sui. Vnū quidem generale ex sola creatione, quòd à bono scilicet Deo
Gene.1.d non potuit creari nisi bona: secundum quod vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Alterum speciale ex libertate arbitrij, in qua ad imaginem vtique ipsius qui creauit, est condita. Quòd si duobus his bonis accedat & tertiū, conuersio scilicet ad creatorem, reputabitur non immeritò perfectè bona. Bona nimirum in vniuersitate, melior in suo genere, optima ex sui ordinatione ad deum. Est autem ordinatio omnimodæ conuersio voluntatis ad deum, & ex tota se voluntaria deuotáque subiectio. Huic verò tam perfectæ iustitiæ debetur, imò iūgitur gloriæ plenitudo, quia sic se comitantur duo ista, vt nec iustitiæ possit haberi perfectio nisi
C in plena gloria, nec gloriæ plenitudo abq; perfecta iustitia.
Matt.5.a Meritò denique talis iustitia non erit sine gloria, cum gloria vera non sit nisi de tali iustitia. Vnde rectè dicitur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Hæc autem sunt illa duo quæ supra nominauimus, verum sapere, & plenum posse: vt sapere ad iustitiam, posse referatur ad gloriam. Sed verum & plenum addita sunt: alterū ad
Rom.8.a distinctionē sapientiæ carnis, quæ mors est, itémque sapien-
1.Cor.3.c tiæ mundi, quæ stultitia est apud deum, qua & sapiētes apud
Hier.4.f semetipsos sunt homines: sapientes inquam vt faciant mala,
Sap.6.a alterum ad illorum differentiam de quibus dicitur: Potentes potenter tormenta patientur. Nam verum sapere, aut plenū posse omnino non inueniuntur nisi vbi libero arbitrio iam illa duo coniuncta sunt, quę item superius memorauimus, liberum videlicet consilium, liberúmq; complacitum. Solum profecto dixerim vere sapientem, pleneque potentē, cui iam non tantùm velle adiacet ex libero arbitrio, sed ex reliquis quoq; duobus inuenit & perficere, dū nec velle valeat quod malum sit, nec carere quod velit, quorum alterum est ex libertate consilij, id est verum sapere: alterum ex libertate cō-
placiti, scilicet plenum posse. Sed quis talis est ac tantus in hominibus, qui in hoc glorietur? Aut vbi aut quando istud
Rom.7.c obtinetur? nunquidnam in hoc seculo? Sed si quis esset huiusmodi, maior esset Paulo, qui confitetur dicens: Perficere autem non inuenio. Nunquid Adam in paradiso? Sed si habuisset, nunquam exulasset à paradiso. Nunc locus est peruidendi quod supra distulimus, vtrum scilicet totas tres libertates illas quas suprà diximus, id est arbitrij, consilij, compla- D
citi, vel aliis nominibus, à necessitate, à peccato, à miseria, primi homines habuerint in paradiso, aut tantùm duas, aut vnam solummodo. Et de prima quidem quæstio nulla erit, si meminerimus quàm apertè & iustis eam & peccatoribus inesse æqualiter, ratio superior edocuerit. De duabus reliquis quæritur non immerito an vnquam eas Adam habuerit, aut ambas, vel vnam. Nam si nullam habuit, quid amisit? Arbitrij vtique libertatem tam post peccatum quàm ante semper tenuit inconcussam. Si ergo nil amisit, quid ei obfuit eiectum fuisse de paradiso? Quid si vnam quamlibet illarum habuit, quomodo amisit? Nam certum est quia ex quo peccauit, nec à peccato prorsus nec à miseria manēs in corpore liber fuit. Cæterum nullatenus quancunque illarum semel acceperit amittere potuit. Alioquin perfectum nec sapere, nec posse, iuxta quod quidem duo hæc superius definita sunt, habuisse conuincitur. Qui nimirum & velle potuit quod non debuit, & recipere quod noluit, an dicendus est aliquo quidem modo illas habuisse, sed quia nō plenariè, potuisse amittere? Habet siquidem vnaquæque illarum duos gradus, superiorem & inferiorem. Superior libertas consilij, est non posse peccare: inferior, posse non peccare. Item superior libertas complaciti, non posse turbari: inferior, posse non turbari. Itaque inferiorem vtriusque libertatis gradum simul cum plena libertate arbitrij homo in sui conditione accepit, & de vtroq; E
corruit cum peccauit. Corruit autem de posse non peccare, in non posse non peccare, amissa ex toto consilij libertate. Itémque de posse non turbari, in nó posse non turbari, amissa ex toto complaciti libertate. Sola remansit ad pœnam libertas arbitrij, per quam vtique cæteras amisit, ipsam tamen amittere non potuit. Per propriam quippe voluntatem seruus peccati factus, merito perdidit libertatem consilij. Porro per peccatum factus debitor mortis, quomodo iam libertatem valebat retinere complaciti? De tribus ergo libertatibus quas acceperat, abutendo illa quæ dicitur arbitrij, reliquis esse priuauit. In eo autē abusus est, quòd illam cum accepisset ad gloriam, conuertit sibi in contumeliam, iuxta testimo-
Psal.48.c nium scripturæ dicentis: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Soli inter animātia datum est homini posse peccare, ob prærogatiuam liberi arbitrij. Datum autem non vt proinde peccaret, sed vt gloriosior inde appareret si nō peccaret cum peccare posset. Quid namque gloriosius ei esse poterat, quàm si de ipso diceretur quod scriptura perhibet dicens: Quis est hic, & laudabimus eum? Vnde ita laudandus?
Eccl.31.a Fecit enim mirabilia in vita sua. Quæ? Qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Hunc ergo honorem quandiu absque peccato fuit, seruauit: amisit
Ibidem. cum peccauit. Peccauit autem, quia liberum ei fuit. Nec ali-
F unde profecto liberum, nisi ex libertate arbitrij, de qua vtique inerat ei possibilitas peccandi. Nec tamen fuit culpa dātis, sed abutentis, qui ipsam videlicet facultatem conuertit in vsum peccandi, quam acceperat ad gloriam non peccandi. Nam etsi peccauit ex posse quod accepit, non tamen quia potuit, sed quia voluit. Nec enim præuaricante diabolo & angelis eius etiam alij præuaricati sunt, non quia non potuerunt, sed quia noluerunt. Peccantis igitur lapsus, non dono asscribendus est potestatis, sed vitio voluntatis. Lapsus tamen ex voluntate, non equè ex voluntate resurgere iam liberum habet: quia etsi datum fuit voluntati posse stare ne caderet, non tamen resurgere si caderet. Non enim tam facilè quis valet exire de fouea, quàm facilè in eam labi. Cecidit sola voluntate homo in foueam peccati, sed non ex voluntate sufficit & posse resurgere, cum iam etsi velit, non possit non peccare. Quid ergo? Periit liberū arbitrium, quoniam non potest non peccare? Nequaquam, sed liberum perdidit consilium, per quod prius habebat posse non peccare: quomodo & quòd iam non valet vtiq; non turbari, inde misero accidit, quòd complaciti quoq; libertatem amiserit, per quam & antè habuit posse non turbari. Manet ergo etiam post peccatum liberum arbitrium: etsi miserum, tamen integrum. Et quòd se per se homo non sufficit excutere à pecca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G to siue miseria: non liberi arbitrij signat destructionem, sed duarum reliquarum libertatum priuationē. Neque enim ad liberum arbitrium (quantum in se est) pertinet aut aliquando pertinuit posse vel sapere, sed tātum velle: nec potentem facit creaturam, nec sapientem, sed tantùm volentem. Non ergo si potens aut sapiens, sed tantum si volens esse desierit, liberum arbitrium amisisse putanda erit. Vbi enim non est voluntas, nec libertas. Non dico si velle bonum, sed si velle omnino creatura desierit fatendum sine contradictione, vbi non iam ex voluntate bonitas, sed ipsa ex toto voluntas periit, etiām liberum deperire arbitrium. Quod si velle bonum tantùm perit, signum est quòd ei desit liberum non arbitriū, sed consilium. Si autem non quidem velle, sed ad id quod iam vult bonū, ei posse defuerit, nouerit sibi deesse liberum complacitum, non liberum periisse arbitrium. Si ergo liberum arbitrium ita vbiq; sequitur voluntatem, vt nisi illa penitus esse desinat, isto non careat: voluntas verò sicut in bono, ita etiam in malo æquè perdurat: æquè profectò & liberum arbitrium tam in malo quàm in bono integrum perseuerat. Et quomodo voluntas etiam posita in miseria, non desinit esse voluntas, sed dicitur & misera voluntas, sicut & beata voluntas: ita nec liberum arbitriū destruere, siue quantum in se est aliquatenus imminuere poterit quæcunque adH uersitas vel necessitas. Sed licet vbique pariter sine sui diminutione perduret, non tamen pariter sicut de bono potuit per se in malum corruere, ita quoque per se de malo in bonū poterit respirare. Et quid mirum si iacens nō valet per se resurgere, quod stans in aliquod melius nullo suo conatu valebat proficere? Deniq; dū adhuc duas alias libertates ex aliqua parte secum haberet, non potuit de inferioribus illarum gradibus ad superiora ascendere, hoc est de posse non peccare, & de posse non turbari, ad non posse peccare, & nō posse turbari. Quod si libertatibus illis etiam vtcunq; adiutum, nō prævaluit tamen de bono in melius se extendere: quanto minus eisdem prorsus destitutū, de malo iam in id quod fuit bonum poterit per seipsum emergere? Habet igitur homo necessarium dei virtutem, & dei sapiētiam Christum, qui ex eo quòd sapientia est, verum ei sapere reinfundat in restaurationem liberi consilij: & ex eo quòd virtus est plenum posse restituat in reparationem liberi complaciti: quatenus ex altero perfectè bonus, peccatum iam nesciat: ex altero plenè beatus, nil aduersum sentiat. Sed sanè ista perfectio in futura vita expectetur, quando vtraque nunc amissa libertas, libero arbitrio plene restaurabitur, non quomodo iusto cuiuis in hoc seculo quantumcunque perfecto, non quomodo vel ipsis primis hominibus datum fuit eas habere in paradiso, sed sicut iam nunc angeli possident in cœlo. Interim verò sufficiat in hoc corpore mortis, atque in hoc seculo nequam, ex libertate quidē consilij peccato non obedire in cōcupiscentia: ex libertate autem complaciti aduersa nō formidare pro iustitia. Est autē in hac carne peccati, & in hac diei malitia non mediocre sapere, peccato etsi nondum ex toto carere, certè non consentire: & est posse nō paruū, aduersa etsi neccum feliciter omnino non sentire, viriliter tamen pro veritate contemnere. Dicendū sanè hic interim nobis est ex libertate consilij iā libertate arbitrij non abuti, vt plene quandoq; frui possimus libertate complaciti. Sic profectò Dei in nobis reparamus imaginem, sic antiquo honori illi capessendo quem per peccatum amisimus, per gratiam præparamur.
Eccl. 31.b Et beatus qui de se audire merebitur: Quis est hic, & laudabimus eum? Mirabilia enim fecit in vita sua, qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere malum, & non fecit. Puto autem in his tribus libertatibus ipsam ad quam cōditi sumus conditoris imaginē atque similitudinem contineri, & imaginem quidem in libertate arbitrij, in reliquis autem duabus bipertitam quandam consignari similitudinem. Hinc est fortassis quòd solum liberum arbitrium sui omnino defectum seu diminutionem non patitur, quòd in ipso potissimū æternæ & incommutabilis diuinitatis substantiua quædam imago impressa videatur. Nam etsi habuerit initium, nescit tamen occasum, nec de iustitia vel gloria capit augmentum, nec de peccato siue miseria detrimentum. Quid æternitati similius, quod non sit æternitas? Porrò in aliis duabus libertatibus, quoniam nō solum ex parte minui, sed & ex toto amitti possunt, accidentalis quædam magis similitudo sapiētiæ atque potentiæ diuinæ imagini superducta cognoscitur. Deniq; & amisimus illas per culpam, & per gratiam recuperamus, & quotidie quidem alij plus alij minus aut in ipsis proficimus, aut ab ipsis deficimus. Possunt etiam sic amitti, vt iam non valeant recuperari: possunt & ita possideri, vt nec amitti queant aliquando, nec minui. Huius bipertitæ similitudinis sapientię & potentiæ dei, non quidem in gradu summo, sed qui ipsi tamen esset proximior homo conditus est in paradiso. Quid enim vicinius ad nō posse peccare, vel turbari (in quo vtique iam sanctos & angelos stare, & deū semper esse dubium non est) quàm posse & non peccare & non turbari: in quo homo profectò creatus est? A quo illo per peccatum, imò nobis in illo & cum illo corruentibus, rursus per gratiam, non quidem ipsum, sed pro ipso quendam inferiorē gradum recepimus. Neque enim hic possumus penitus esse sine peccato & miseria, possumus tamen gratia iuuante nec peccato superari, nec miseria. Quanquam tamē scriptura loquatur: Omne quod natum est ex deo, non peccat. Sed hoc dictum est de prædestinatis ad vitam: nō quòd omnino non peccent, sed quòd peccatum ipsis non imputetur, quod vel punitur condigna pœnitentia, vel in charitate absconditur. L Charitas quidem cooperit multitudinem peccatorū, & beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata, & beatus vir cui nō imputauit Deus peccatum. Diuinæ ergo similitudinis summum gradum summi angeli tenent, nos infimum, Adam tenuit medium, porro dæmones nullū. Superioribus nempe spiritibus datum est sine peccato & miseria perdurare: Adæ autem absque his quidem esse, sed non etiam permanere: nobis verò ne esse quidem absque his, sed non tamen non cedere. Cæterum diabolus & membra eius sicut nunquam volunt reluctari peccato, sic nunquā possunt pœnam declinare peccati. Cum ergo istæ duæ libertates, cōsilij scilicet & complaciti, per quas rationali creaturæ vera sapientia & potentia ministratur, ita deo prout vult dispensante, quibuscunque pro causis, locis, temporibus, varientur: quatenus in terris modicè, in cœlestibus plenariè, mediocriter in paradiso, apud inferos nullatenus habeantur, libertas verò arbitrij de ipso quo condita est statu aliquatenus non mutetur, sed æqualiter semper (quantum in se est) à cœlis, terris, inferis possideatur, meritò illæ similitudini, hæc imagini deputantur. Et quidem apud inferos quòd vtraque libertas perierit, illæ scilicet quæ ad similitudinem pertinere dicūtur, scripturarū testatur auctoritas. Nam verum illic sapere (quod vtique de consilij libertate concipitur) omnino non esse, M locus ille manifestat, vbi legitur: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia est apud inferos, quò tu properas. Porrò de potentia, quæ per libertatem complaciti datur, euangelium sic loquitur: Ligatis manibus ac pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores. Quid enim ipsa est manuum pedúmq; ligatio, nisi omnimoda potestatis ablatio? Sed dicit aliquis: Quo modo non est tibi aliquid sapere, vbi mala quæ tolerantur, cogunt pœnitere malorum quæ facta sunt? Nunquid aut in tormentis quispiam non pœnitere, aut pœnitere mali, nō esse sapere potest? Hoc autem rectè opponeretur si opus tantùm peccati, & non etiam voluntas mala puniretur. Nulli quippe dubium est quòd nemo in tormentis positus actum iterare peccati delectetur. Veruntamen si voluntas etiam in tormentis mala perdurat, quid ponderis habet operis abnegatio, vt ideo sapere quis putetur, quòd iam in mediis flammis luxuriari non libeat? Deniq; in maleuolam animam non introibit sapientia. Vnde autem probabimus quòd mala & in pœnis voluntas perseueret? Certè vt cætera omittam, nollent omnino puniri. Iustum est autem puniri qui punienda gesserunt. Nolunt igitur quod iustum est. Sed qui non vult quod iustum est, iusta eius voluntas non est. Eo ergo iniusta, ac per hoc & mala est voluntas, quo iustitiæ non concordat. Duo sunt quę iniustam comprobant voluntatem, vel cū peccare, vel cum impunè peccasse libet. Quibus ergo peccare libuit

A buit quandiu licuit, & cum iam nō possunt, inultum manere volunt quod peccauerunt, quid in hoc sapientiæ veræ, quid bonæ voluntatis apparet? Sed esto, pœnitet eos peccasse, nūquid non tamen si optio detur, malint adhuc peccare, quàm pœnam substinere peccati: Et tamen illud iniquū est, hoc iustum. Quando verò volūtas bona magis quod iniquū, quàm quod iustum est eligeret? Cæterùm non verè pœnitent, qui non tam dolent se sibi vixisse, quàm hoc ipsum iam non posse. Denique foris ostēditur quid intus agatur. Nam quandiu corpus viuit in flamma, tādiu cōstat in malitia persistere voluntatem. Itaque de similitudine quæ in consilij & item cōplaciti libertate continetur, apud inferos penitus nihil est nec esse potest, imagine tamen etiam illic per liberum arbitrium immobili permanente. Sed neq; in hoc seculo inueniri vspiam posset similitudo, sed adhuc hic fœda & deformis iacuisse imago, si non euangelica illa mulier lucernam accēderet, id est sapientia in carne appareret, euerteret domum, Luc. 15.b videlicet vitiorum, drachmam suam requireret quam perderat, hoc est imaginem suam quæ natiuo spoliata decore, sub pelle peccati sordēs tanquam in puluere latitabat, inuentam tergeret, & tolleret de regione dissimilitudinis, pristinámq; in speciem reformatam similē faceret illam in gloria sanctorum, imò sibi ipsi per omnia redderet quando que B conformē, cum illud scripturæ videlicet impleretur: Scimus 1. Ioan. 3.d quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eum sicuti est. Et re vera cui potius id operis congruebat Heb. 1.a quàm dei filio, qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ patris, portans verbo vniuersa, ex vtroque facilè munitus apparuit, & vnde reformāret deformē, & vnde debilē confortaret, dum & de spendore figuræ fugans tenebras vitiorum redderet sapientem, & ex virtute verbi contra tyrannidem dæmonum potentem efficeret. Venit ergo ipsa forma cui conformandum erat liberum arbitrium, quia vt pristinam reciperet formam, ex illa erat reformandum ex qua fuerat & formatum. Forma autem, sapientia est. Conformatio, Sap. 8.a vt faciat imago in corpore, quod forma facit in orbe. Porrò illa attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Attingit à fine vsque ad finē, hoc est à summo cœlo vsque ad inferiores partes terræ. A maximo angelo vsque ad minimū vermiculum. Attingit autem fortiter, non quidem mobili discursione, vel locali diffusione, vel subiectæ creaturæ tantùm officiali administratione, sed substantiali quadam & vbique præsenti fortitudine, qua vtique vniuersa potentissime mouet, ordinat, administrat. Et hæc omnia nulla sui cogitur facere necessitate. Nec enim aliqua in his laborat difficultate, sed disponit omnia suauiter placida voluntate. Vel C certè attingit à fine vsque ad finem: hoc est ab ortu creaturæ vsque ad finem destinatum à creatore, siue in quē vrget natura, siue quem accelerat causa, siue quem concedit gratia. Attingit fortiter, dum nil horum euenit, quod non prout vult, potenti præordinet prouidentia. Sic ergo & liberū arbitrium suo conetur præesse corpori, vt præest sapientia orbi, attingens & ipsum à fine vsque ad finem fortiter: imperās scilicet singulis sensibus & artubus tam potenter, quatenus Rom. 6.b non sinat regnare peccatum in suo mortali corpore: nec mēbra sua det arma iniquitati, sed exhibeat seruire iustitiæ. Et ita iam non erit homo seruus peccati, cum peccatum nō fecerit, à quo vtique liberatus iam libertatem recuperare consilij, iam suam incipiet vindicare dignitatem, dum diuinæ in se imagini condignam vestierit similitudinem, imò antiquā reparauerit venustatem. Curet autem hæc agere non minus suauiter, quàm fortiter, hoc est non ex tristitia aut ex necessitate, (quod est initium, non plenitudo sapientiæ) sed prompta & alacri voluntate, quod facit acceptum sacrificiū, quo- 2. Cor. 9.b niam hilarem datorem diligit deus. Sicque per omnia imitabitur sapientiam, dum & vitiis resistet fortiter, & in conscientia requiescet suauiter. Verum cuius ad talia prouocamur exemplo, indigemus & auxilio, quo ipsi videlicet per 2. Cor. 3.d ipsam conformemur, atque in eandem imaginem transformemur à claritate in claritatem tāquam à domini spiritu. Ergo si à domini spiritu, iam non à libero arbitrio. Nemo proinde putet ideo dictum liberum arbitrium, quòd æqua inter bonum aut malum potestate aut facultate versetur, cum ca- D dere per se quidem potuerit, non autem resurgere nisi per domini spiritum. Alioquin nec deus nec angeli sancti, cum ita sint boni, vt non possint esse & mali: nec prævaricatores item angeli, cum ita sint mali, vt iam non valeant esse boni, liberi arbitrij esse dicuntur. Sed & nos illud post resurrectionem amissuri sumus: quando vtique inseparabiliter alij bonis, alij malis admixti fuerimus. Cæterum nec deus caret libero arbitrio, nec diabolus, quoniām quòd ille esse non potest malus, non infirma facit necessitas, sed firma in bono voluntas, & voluntaria firmitas: quòdque is non valet in bonum respirare, non aliena facit violenta oppressio, sed sua ipsius in malo obstinata voluntas, ac voluntaria obstinatio. Nunc igitur ex eo potius liberum arbitrium dicitur, quòd siue in bono siue in malo æquè liberam facit voluntatem, cum nec bonus quispiam, nec item malus dici debeat, aut esse valeat, nisi volens. Tali iam ratione non incongruè dicetur ad bonum se & ad malum habere æqualiter, quòd vtrobique videlicet par sit ei non quidem in electione facilitas, sed in voluntate liberras. Hac sanè (vt dictum est) dignitatis prærogatiua rationalem singulariter creaturam conditor insigniuit, quòd quemadmodum ipse sui iuris erat, suæque ipsius voluntatis, non necessitatis erat, quòd bonus erat: ita & illa quoque sui quodammodo iuris in hac parte existeret: quatenus non nisi sua voluntate aut E mala fieret, & iuste damnaretur: aut bona maneret, & meritò saluaretur. Non quòd ei propria posset sufficere ad salutem voluntas, sed quòd eam nullatenus sine sua voluntate consequeretur. Nemo quippe saluatur inuitus. Nam quod legitur in euangelio: Nemo venit ad me, nisi pater Ioan. 6.a meus traxerit eum: item in alio loco, Compelle intrare: ni- Luc. 14.c hil impedit, quia profecto quantoscunque compellere vel trahere videatur ad salutem benignus pater, qui omnes vult 1. Tim. 2.b saluos fieri: nullum tamen iudicat salute dignum, quem antè non pobaueric voluntarium. Hoc quippe intendit cum terret aut percutit, vt faciat voluntarios, nō saluet inuitos: quatenus dum de mala mutat voluntatem in bonum: transferat, non auferat libertatem, quanquam tamen non semper inuiti trahimur, nec enim cæcus aut fessus contristatur cum trahitur: & Paulus ad manus tractus est Damascum, vtique non Act. 9.b inuitus. Trahi denique spiritualiter volebat, quæ & hoc ipsum magnopere flagitabat in Cāticis. Trahe me, inquit, post Cant. 1.a te: in odorem curremus vnguētorum tuorum. Deinde quod è regione scriptum est, Vnusquisque tentatur à propria con- Iaco. 1.b cupiscentia abstractus & illectus, & illud: Corpus quod Sapien. 9.d corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, & item illud Apostoli: In- Rom. 7.d uenio aliam legem in membris meis repugnātem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est F in membris meis, hæc omnia putari possunt cogere voluntatem, & præripere libertatem: at verò quantuslibet quis intus forisve tentationibus vrgeatur, libera profecto semper, quantum ad arbitrium spectat, voluntas erit: liberè quippe de suo nihilo minus consensu iudicabit. Quantum autē pertinet ad consilium siue complacitum: carnis interim cōcupiscentia, vitæque miseria reluctāte, minus quidem se liberam sentit, sed prorsus non malam, dum malo non consentit. Denique Paulus, qui captiuum se in legem peccati trahi cōque- Rom. 7.d ritur, haud dubium quin ex minus plena libertate consilij, cōsensum tamen sanum atq; in bono quoque iam ex magna parte se habere liberum gloriatur: Iam non ego, inquiens, Ibidem. c operor illud. Vnde hoc confidis ô Paule? Quoniam consentio, inquit, legi dei: quoniam bona est. Et rursum: Con- Ibidem. d delector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Oculo existente simplici, totum corpus lucidum esse præsumit. Sano consensu, tractum licet peccato, vel captiuum miseria, liberum se in bono profiteri non dubitat. Vnde & fidens generaliter infert: Nihil ergo damnationis est his qui Rom. 8.a sunt in Christo Iesu. Sed videamus de his qui pœnarū mortisve timore fidem verbo tenus negare compulsi sunt: ne forte iuxta hanc adsertionem aut culpa non fuerit quòd vel voce negauerunt, aut eogi in culpam & voluntas potuerit, ve

G vellet videlicet homo quod cum & nolle constiterit, & sic perierit liberũ arbitrium. Quod quia impossibile erat (velle quippe & nolle idem eodem tempore non poterat) quæritur vnde malum nequaquam volentibus malum debuit imputari. neque enim tale est hoc quale originale peccatum: quo non solum non consentiens, verum plerunq; & nesciẽs, alia ratione constringitur necdum renatus baptismate. Exẽpli causa veniat in medium Petrus apostolus. Ipse quippe visus est negare veritatem cõtra propriam voluntatem. Siquidem aut negare, aut mori necesse erat. Mori timens negauit: negare nolebat, sed magis nolebat mori. Itaque inuitus quidem, sed negauit tamen, ne moreretur. Quod si lingua & nõ voluntate loqui homo compulsus est quod nolebat: non tamen velle aliud quàm volebat. Lingua mota est contra voluntatem, sed nunquid & mutata volũtas? Quid enim volebat? Prorsus quod erat, Christi esse discipulus. Quid loquebatur: Non noui hominem. Cur ita? Mortem euadere volebat. Sed quid istud criminis fuit? Duas apostoli tenemus voluntates. Vnam, qua voluit non mori, penitus inculpabilem. Alteram, & multum laudabilem, qua sibi cõplacebat quòd esset Christianus. In quo ergo culpabitur? An in eo quòd mentiri quàm mori maluit? Hæc planè voluntas reprehensione digna fuit, quia corporis magis quàm animæ voluit seruare vitã. Os nempe quod mentitur, occidit animam. Et peccauit ergo, & non absque consensu propriæ voluntatis, infirmæ quidem & miseræ, sed planè liberæ. Peccauit autem non spernendo aut odiendo Christum, sed se nimis amando. Nec in hunc peruersum amorem sui, voluntatem metus ille subitus compulit, sed esse cõuicit. Iam tunc proculdubio talis erat, sed nesciebat, cum ab illo quem latêre non poterat, audiuit: Priusquam gallus cãtet, ter me negabis. Illa itaque volũtatis infirmitas per incussum timorem nota, non orta, notũ fecit quatenus se, quatenus Christum amauerit. Notum autem non Christo, sed Petro. Nam Christus & ante sciebat quid esset in homine. Quaterius ergo Christum diligebat, vim prorsus (quod negandum non est) passa est illa voluntas, vt contra se loqueretur: quatenus verò se, volũtariè proculdubiò consensit vt pro se loqueretur. Si Christum non amasset, non negasset inuitus. Verùm si se amplius non amasset, nõ aliquatenus negasset. Fatendum igitur hominẽ fuisse compulsum voluntatem propriam etsi non mutare, occultare tamen. Compulsum inquam, nõ quidẽ recedere ab amore Dei, cedere tamen aliquantulũ amore sui. Quid ergo? Fortè dissoluta est tota superior adsertio de libertate voluntatis: quia nimirum inuenta est cogi potuisse voluntas? Est planè, sed si cogi ab alio potuit q̃ à seipsa. Quod si sese ipsa coẽgit: compulsa & compellens, vbi amittere, ibi & recipere visa est libertatẽ. Vim quippe quam ipsa sibi intulit, a se pertulit. Porrò quod à se voluntas pertulit, ex voluntate fuit. Quod ex voluntate fuit, iam non ex necessitate, sed voluntariũ fuit. Si autem voluntarium, & liberũ. Quem sua deniq; ad negandum voluntas compulit, compulsus est quia voluit: imò non compulsus, sed consensit, & non alienæ potentiæ, sed propriæ voluntati: illi vtiq;, qua mortẽ omnimodis euadere voluit. Alioquin quando vox mulierculæ linguã sacram in verba formare nefanda voluisset, si non linguæ domina voluntas annuisset? Deniq; cum se à sui postmodum nimio illo tẽperauit amore, & Christum cœpit vt debuit, toto corde, tota anima, tota virtute diligere: iam nullis valuit minis vel pœnis extorqueri aliquatenus voluntas dare linguam arma iniquitati, sed potius audacter accommodans veritati. Obedire, inquit, oportet Deo magis quàm hominibus. Est sanè gemina compulsio: secundum quod aut pati aliquid, aut agere cõtra propriam cogimur voluntatem. Quarũ passiua quidem (sic enim prior illa rectè nominatur) potest nonnũquã fieri absque consensu voluntario patientis, sed actiua nũquam. Proinde malũ quod fit in nos, siue de nobis: non est imputandũ nobis, si tamen inuitis. Cæterum quòd fit & à nobis, iam nõ sine culpa est voluntatis. Velle planè conuincimur, quod nõ fieret si nollemus. Est ergo compulsio quędam etiam actiua, sed non habet excusationem, cum sit & voluntaria. Cogebatur Christianus negare Christum, & quidem dolens: non tamen nisi volens. Volebat nimirum gladium vitare ferientis: K atq; illa talis voluntas intus præsidens os aperiebat, non gladius qui foris apparebat. Porrò talem esse illam voluntatem, conuincebat gladius, non cogebat. Ipsa igitur se culpa, non gladius impellebat. Denique in quibus sana erat illa volũtas, occidi poterant, flecti nequibãt. Hoc est quod dictum est de Ioanne: Fecerunt ei quæcũque voluerũt. Nunquid quod voluit ille? Ita & in reliquos martyres fecerunt, non quod martyres voluerunt, sed quod ipsi. Fecerunt, inquam, in eos quæ voluerunt, sed in membra, non corda. Membra cruciauerunt, sed voluntatem non mutauerunt. Sęuierunt in carnem, animæ autem non habuerunt quid facerent. Sit licet patientis corpus in potestate torquentis, sed voluntas est libera. Infirma si fuerit, sæuiendo cognoscent: non esse cogent, si non fuerit. Sanè infirmitas eius à seipsa est, sanitas verò non à se, sed à domini spiritu. Sanatur autem, cum renouatur. Porrò renouatur, cum (quemadmodum docet apostolus) speculando gloriam dei, in eandem imaginem transformatur à claritate in claritatem, hoc est de virtute in virtutem, tanquam à domini spiritu. Inter quem vtique diuinum spiritum, & carnis appetitum, tenet medium quendam locum id quod dicitur in homine liberum arbitrium, id est humana voluntas: & tanquam in deuexo latere mõtis admodum ardui inter vtrũque pẽdens, ita appetitu infirmatur per carnem, vt nisi seductor spiritus adiuuet infirmitatem eius per gratiam, non solum non valeat iustitiæ, quæ est (iuxta prophetam) sicut mentes dei, ascendendo de virtute in virtutẽ, apprehendere culmen, sed etiam de vitio semper in vitium suo ipsius põdere deuoluta ruat in præceps: prægrauata nimirum nõ solùm lege peccati originaliter membris insita, verùm & consuetudine terrenæ inhabitationis vsualiter affectionib' insolita. Quod humanę volũtatis videlicet vtrunq; grauamẽ vno breuiter versiculo scriptura cõmemorat, dicens: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Et hæc duo huius mortalitatis mala sicut nõ nocent, sed exercent non consentientes: sic non excusant, sed damnant consentientes: vt nec salus nec damnatio vlla ratione sine præcedenti consensu voluntario possit haberi: ne qua fortè ex parte prescribi videatur libertati arbitrij. Quamobrem id quod in creatura dicitur liberum arbitrium, aut iustè profectò damnatur, dum ei ad peccatũ nulla vi prædicatur extrinseca: aut misericorditer saluatur, cui ad iustitiam nulla virtus sufficit sua. Sanè in his omnibus cogitet lector originalis peccati prorsus excipi rationẽ. Decætero libero arbitrio nec extra ipsum quæratur damnationis causa, quod iam nõ dãnat nisi propria culpa: nec ab ipso salutis merita, quod sola saluat misericordia: cuius quippe conatus ad bonum & cassi sunt, si à gratia nõ adiuuẽtur: & nulli, si nõ excitentur: cæterum in malum sunt proni, dicẽte scriptura, sensus & cogitationes hominum. Proinde non ei à se (vt dictum est) sed desursum potius à patre luminũ descendere merita putentur: si tamẽ inter data optima, & dona perfecta, ipsa meritò per quæ salus æterna conquiritur, merita deputentur. Deus autem rex noster ante secula, cum operatus est salutem in medio terræ, dona sua quæ dedit hominibus, in merita diuisit, & præmia, vt & præsentia per liberam possessionem nostra interim fierẽt merita, & futura per gratuitam spõsionem expectaremus, imò expeteremus vt debita. Quæ vtraq; Paulus commemorãs, Habetis, inquit, fructũ vestrum in sanctificationem, finẽ verò vitam æternam. Item & nos ipsi, ait, primitias spiritus habẽtes, ingemiscimus adoptionem expectantes filiorum dei. primitias spiritus vocans sanctificationem, id est, virtutes quibus impręsentiarum sanctificamur à spiritu, vt meritò consequamur adoptionem. Rursum in euangelio eadem sęculo abrenuntianti promittuntur, vbi dicitur: Centuplũ accipiet, & vitam æternam possidebit. Itaque non liberi arbitrij, sed domini est salus, imò ipse salus, ipse & via est ad salutem, qui ait: Salus populi ego sum. Qui item perhibet: Ego sum via. Se fecit viam, qui & salus erat & vita, vt non glorietur omnis caro. Si ergo bona viæ sunt merita, sicut & patriæ salus & vita: & verũ est quod ait Dauid: Non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnum: illum

A illum videlicet vnum, de quo item dicitur: Nemo bonus nisi solus deus: dei sunt proculdubio munera tam nostra opera, quàm eius præmia: & qui fecit se debitorem in illis, fecit & nos promeritores ex his. Ad quæ tamen cõdenda merita dignatur sibi adhibere creaturarum ministeria, non quibus egeat, sed quibus per hoc, vel de quibus prosit. Operatur ergo illorum salutem, quorum nomina sunt in libro vitæ, aliquando per creaturam sine ipsa, aliquando per creaturam contra ipsam, aliquãdo per creaturam cum ipsa. Multa profectò fiunt hominibus salubria per insensibilem & item per irrationabilem creaturã: quæ idcircò dixi fieri sine ipsa, quòd non queat intellectu carens esse vel conscia. Multa quoque multorum saluti vtilia facit deus per malos, siue homines, siue angelos: sed quoniam inuitos, ideo cõtra ipsos. Nam dum nocere cupientes iuuant, quantum aliis valet vtilis actio, tantum ipsis peruersa nocet intentio. Porrò per quos & cum quibus operatur deus, boni sunt vel angeli, vel homines, qui quod vult deus & agunt pariter & volunt. Qui enim bono quod opere complent, voluntate cõsentiunt, opus omnino quod per eos deus explicat, ipsis cõmunicat. Vnde Paulus cum bona plurima quæ deus per ipsum fecerat, enarrasset: Non autem ego, ait, sed gratia dei mecum. Potuit dicere, per me, sed quia minus erat maluit dicere, mecum: præsumẽs se B non solum operis esse ministrum per effectum, sed & operantis quodammodo socium per consensum. Videamus nũc secundum dei triplicem operationem quam posuimus, quid creatura quæque pro suo ministerio mereatur. Et illa quidẽ per quam, & sine qua fit quod fit, quid mereri potest? Quid illa contra quam fit, nisi iram? Quid & cum qua fit, nisi gratiam? In prima itaque nulla, in sequenti mala, in vltima bona merita conquiruntur. Nec enim pecudes, cum per eas bonum quodcunque fit aut malum, boni quippiam merentur, aut mali. Non habent quippe vndè bono malôve consentiant. Multò autem minus lapides, cum nec sentiant. Cæterũ diabolus vel homo malus cum vigeant & vigilent ratione: iam quidem merentur, sed non nisi pœnam, pro eo quòd à bono dissentiant. Paulus autem qui volens euangelizat, ne si inuitus, dispensatio ei tantùm credita sit, & quicunque similiter sapiunt: quoniam quidem ex consensu voluntatis obediunt, repositam sibi esse confidunt coronam iustitiæ. Vtitur ergo deus in salutem suorum irrationabili & item insensibili creatura tanquam iumento vel instrumento, quæ iam expleto opere nusquam erunt. Vtitur creatura rationali, sed maleuola, quasi disciplinę virga: quam correcto filio in ignẽ proiiciet, tanquam sarmentum inutile. Vtitur & angelis & hominibus bonæ voluntatis, tanquam commilitonibus & coC adiutoribus suis: quos peracta victoria amplissimè munerabit. Denique & Paulus de se suíque similibus audacter pronunciat: Coadiutores enim dei sumus. Ibi itaque deus hominibus benignè merita constituit, vbi per ipsum & cum ipso boni quippiũ operari dignanter instituit. Hinc coadiutores dei, & cooperatores spiritus sancti, promeritores regni nos esse præsumimus, quòd per consensum vtique voluntarium diuinæ voluntati coniungimur. Quid igitur? Hoc ergo totum liberi arbitrij opus, hoc solum eius est meritum, quòd consentit? Est prorsus. Non equidem quòd vel ipse consensus, in quo omne meritum consistit, ab ipso sit, cùm nec cogitare (quod minus est quàm consentire) aliquid à nobis quasi ex nobis sufficientes simus. Verba sunt non mea, sed Apostoli, qui omne quod boni esse potest, id cogitare, & velle, & perficere pro bona voluntate, attribuit deo, nõ suo arbitrio. Si ergo deus tria hæc (hoc est, bonum cogitare, velle, perficere) operatur in nobis, primùm profectò sine nobis secũdum nobiscum, tertium per nos facit. Siquidem immitẽdo bonã cogitationem, nos præuenit: immuttãdo etiam malam volũtatem, sibi per consensum iungit: ministrãdo & consensui facultatẽ, foris per apertum opus nostrũ internus opifex innotescit. Sanè ipsi nos peruenire nequaquã possumus. Qui autem bonum neminẽ inuenit, neminẽ saluat quem nõ præuenit. Adeo ergo sine dubiò nostrę fit salutis exordiũ, nec per nos vtique, nec nobiscum. Verùm consensus & opus etsi nõ ex nobis, nõ iam tamẽ sine nobis. Neq; primũ itaque, in quo quippe nos nil facimus: nec vltimum, quod & plerũq; extorD quet aut timor inutilis, aut simulatio damnabilis: sed tantùm medium nobis reputatur in meritum. Sola nempe interdum bona voluntas sufficit, cætera nõ prosunt si sola defuerit. Nõ prosunt, dixerim, sed agẽti, nõ cernenti. Valet itaque intẽtio ad meritũ, actio ad exemplum, vtrunq; præueniens cogitatio tantummodo ad exercitandum. Cauẽdum ergo ne cum hæc inuisibiliter intra nos ac nobiscum actitari sentimus, aut nostræ voluntati attribuamus, quæ infirma est, aut dei necessitati, quæ nulla est, sed soli gratiæ, qua plenus est. Ipsa liberum excitat arbitrium cum seminat cogitatum, sanat cum immutat affectum, roborat vt perducat ad actum, seruat ne sentiat defectum. Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, vt tãtùm illud in primo præueniat, in cæteris comitetur. Ad hoc vtiq; præueniens, vt iam sibi deinceps cooperetur. Ita ramen quòd à sola gratia cœptum est, paritet ab vtroque perficitur, vt mixtim nõ sigillatim, simul nõ vicissim per singulos profectus operentur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere indiuiduo peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa: sed vt totum in illo, sic totum ex illa. Credimus placere lectori quòd à sensu apostoli nusquã recedimus, & quaquauersum euagetur oratio, in eadem penè ipsius verba frequenter recidimus. Quid enim nostra aliud sonat quàm illud: Ergo neque volentis, neque currentis, sed miserentis est dei? Quod sanè non ideo dicit, quasi quis velle E aut currere possit in vanum: sed quòd is qui vult & currit, nõ in se, sed in eo à quo accipit & velle & currere, debeat gloriari. Denique ait: Quid habes quod non accepisti? Crearis, sanaris, saluaris: quid horum tibi ex te homo? Quid horum non impossibile libero arbitrio? Nec creare qui non eras, nec iustificare peccator, nec mortuus poteras teipsum resuscitare: vt cætera prætermittam bona, quę aut sanandis necessaria sunt, aut saluandis reposita. Quod dicimus, de primo patet & vltimo. Sed & de medio nemo dubitat, nisi qui ignorans dei iustitiam, & suam volens constituere, iustitiæ dei non est subiectus. Quid enim? Agnoscis creantis potentiam, saluantis gratiam, & sanantis ignoras iustitiam? Sana me, ait, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Iste iustitiam dei agnoscebat, à quo æquè sperabat tam saluari à peccato, quàm à miseria liberari. Et ideo laudem suam illum, non se, meritò statuebat. Propter hoc & Dauid ingeminans, Non nobis, inquit, domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, quòd vtramque à deo stolam & iustitiæ scilicet expectaret & glorię. Quis est qui ignorat dei iustitiã? Qui seipsum iustificat. Quis est qui seipsum iustificat? Qui merita sibi aliunde quàm à gratia præsumit. Cęterũm qui fecit quod saluaret, etiam dat vnde saluet. Ipse, inquam, merita donat, qui fecit quibus donaret. Quid rẽtribuam, inquit, F domino pro omnibus, non quæ tribuit, sed quę retribuit mihi? Et quòd est, & quòd iustus est, à deo esse confitetur: ne si vtrumlibet negaret, vtrumque perderet, amittendo vtique vnde iustus est, & sic damnando quod est. Sed si vel tertio loco inuenit quod vicissim rependeret? Calicem, ait, salutaris accipiam. Calix salutaris, sanguis est saluatoris. Ergo si deest tibi omnino de tuo, quod vel secundis dei donis retribuas: vnde tibi salutem præsumis? Nomẽ domini, inquit, inuocabo: quod nimirum quicũque inuocauerit, saluus erit. Igitur qui rectè sapiunt, triplicem confitentur operationem, non quidem liberi arbitrij, sed diuinæ gratiæ in ipso, siue de ipso. Prima creatio, secunda reformatio, tertia cõsummatio. Primò namque in Christo creati sumus in libertatem volũtatis: secundò reformamur per Christum in spiritum libertatis: cum Christo deinde consummandi in statum æternitatis. Siquidem quod nõ erat, in illo creari oportuit: quod erat per formam, reformari deformem: membra non perfici nisi cum capite. Quod vtique tunc complebitur, cum omnes occurremus in virum perfectum, in mẽsuram ætatis plenitudinis Christi, quando apparente Christo vita nostra, apparebimus & nos cum ipso in gloria. Cum igitur consummatio fieri habeat de nobis, siue etiam in nobis, non autem à nobis: creatio verò facta sit & sine nobis: sola quæ nobiscum quodam modo fit propter consensum voluntarium nostrum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

G merita nobis reputabitur reformatio. Ipsa sunt ieiunia nostra, vigiliæ, continentia, operáque misericordiæ, cæteráque virtutum exercitia: per quę vtique constat interiorem hominem nostrum reuocari de die in diem: dum & intentio terrenis inuoluta curis, de imis paulatim ad superna resurgit: & affectio circa cordis desideria languens, sensim in amorẽ spiritus conualescit: & memoria veterum operum turpitudine sordens, nouis bonísque actibus candidata in dies hilarescit.

In his nempe tribus interior renouatio consistit, rectitudine scilicet intẽtionis, puritate affectionis, recordatione bonæ operationis, per quã sibi bene conscia memoria enitescit. Verum hæc cum certum sit diuino in nobis actitari spiritu, dei sunt munera. Quia verò cum nostræ voluntatis assẽsu, *Mat. 10. c* nostra sunt merita. Non enim vos estis, inquit, qui loquimi- *2. Cor. 13. c* ni, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et apostolus: An experimentum eius quæritis, inquit, qui in me loquitur Christus? Si ergo Christus aut spiritus sanctus loquitur in *Rom. 15.* Paulo, nõ etiam itidem operatur in ipso? Non enim loquor, ait, quæ per me non efficit deus. Quid ergo? Si non Pauli, sed *2. Ti. 4. b* dei loquentis in Paulo, vel operãtis per Paulũ, & verba sunt & opera, vbi iam Pauli merita? Vbi est quod tam fidẽter aiebat: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam H reddet mihi dominus in illa die iustus? An in eo confidit fortè coronam esse repositam sibi, quòd per ipsum illa fiebant? Sed multa per malos siue angelos siue homines fiunt bona, nec tamen reputantur illis in merita. An quia potius & cum *1. Cor. 9. e* ipso, hoc est cum eius bona voluntate fiebant? Nam si inuitus, inquit, euangelizauero, dispensatio mihi credita est: si autem volens, gloria est mihi. Cæterùm si vel ipsa voluntas de qua omne meritum pendet, ab ipso Paulo nõ est, quo pacto eam quam sibi repositam præsumit, coronam vocat iustitiæ? An quoniam iustè iam & ex debito requiritur quodcunque *2. Tim. 1. e* vel gratis promittitur? Denique ait: Scio cui credidi, & certus sum quia potens est depositum: & quia credidit promittenti, fidenter promissum repetit. Promissum quidem ex misericordia, sed iam ex iustitia persoluendum. Est ergo quam Paulus expectat, corona iustitiæ, sed iustitiæ dei, non suæ. Iustum quippe est vt reddat quod debet. Debet autem quod pollicitus est. Et hæc est iustitia de qua præsumit apostolus, promissio dei: ne si hanc contemnens, suam velit statuere, iustitiæ dei non sit subiectus: cuius tamen suæ iustitiæ ipsum deus voluit habere consortem, vt & coronæ faceret promeritorem. In eo enim sibi iustitiæ consortem, & coronę statuit promeritorem, cum operum quibus erat illa repromissa corona, habere dignatus est coadiutorem. Porrò coadiutorem I fecit, cum fecit volentem, hoc est suæ voluntati consentientem. Itaque voluntas in auxilium, auxilium reputatur in meritum. Si ergo à deo voluntas est, & meritum. Nec dubium quin à deo sit & velle & perficere pro bona voluntate. Deus igitur auctor est meriti, qui & voluntatem applicat operi, & opus explicat voluntati. Alioquin si propriè appellentur ea quæ dicimus nostra merita: spei quædã sunt seminaria, charitatis incentiua, occultæ prædestinationis indicia, futuræ felicitatis præsagia, via regni, non causa regnandi. Deniq; quos *Rom. 8. f* iustificauit, non quos iustos inuenit, hos & magnificauit.

Explicit tractatus de gratia & libero arbitrio.

DIVI BERNARDI ABBATIS ad dominum abbatem Columbensem, in librum sequentem, epistola. K

DOmino abbati Columbensi, frater Bernardus abbas dictus de Claraualle, valere in domino semper. Rescriptum meum ad epistolas duorum Carnotensium monachorum, vobis primùm (vt promiseram) destinare curaui. Vbi & aliud quoque impletũ est quod iussistis. Nam cum breuiter rescribere decreuissem, & epistolis epistolam tantùm reddere velle cœpissem, hortatu vestro in libri (vt cernitis) lõgitudinem protraxi stylum, & vt in pluribus plures possint ædificari. Quod opus cum à vobis perlectum fuerit, tunc non ipsis ad quos factum est, sed eorum prius reddatur abbati, & sic demum ad ipsos, si iusserit abbas, perueniat. Monachi enim sunt, & ex lege suæ regulæ sine nutu sui abbatis sicut dare, ita & accipere datas prohibentur epistolas. Nam & ob hoc maximè diu, sicut scitis, multum licet rogatus ab eis, respondere tardaui quòd (vt mihi videbatur) ignorante abbate scribere illas epistolas & mittere præsumpsissem. Nec falsò id suspicatus sum, vti postmodum liquidò comperi. Ego cœpto operi (quod quidẽ L legentibus apparebit) epistolæ nomen indideram: sed quoniam pro nomine modum, vestro obuiante mãdato (vt promiseram) non seruaui: liber, si iudicatis, non epistola censeatur. Et quia inter multas quæstiones quæ ibi à me soluuntur, id præcipuè subtilius vtiliúsque pertractatur, quænam liceat præcepta & per quos, & quatenus dispensari: detur ei titulus de præcepto & dispensatione, nisi vobis aliud fortè congruentius videatur.

IN LIBRVM SEQVENtem Prologus.

QVa mente iam tacebo? Qua fronte tamen loquar? Crebris epistolis & nunciis cogitis me aut propriam prodere imperitiam, aut officium renuere charitatis. At ego malens sine illa quæ inflat, quàm absque illa quæ ædificat, inueniri victus tandem precibus vestris, duris iniicio nodis vngues teneros, & vt vereor ego, non aliud quàm terendos. Sed hoc incassum. Nam mea me, vt scribitis & M præscribitu, tam absentis scripta, quàm verba præsentis arguunt excusantem. Quis enim iam relinquitur mihi in illis de impossibilitate causandi locus, præsertim apud vos, qui ex ore & ex corde meo satis certum tenere vos creditis quantum possim in talibus? Fidei proinde vestræ, non meo fidens ingenio, abyssum ingredior quæstionum, nescíens (deus scit) quà emersurus. Præsto charitas erit, vtinam ita & veritas. Si quo minus, excuset effectum defectus potius ingenij, voluntatem certè non culpabitis. Tentabo autem eadem (si potero) quæstiunculas sub epistolari cunctas breuitatate redigere, etsi non epistola breui. Mirum siquidem non est si fuero ego longior in exponendo, cum vos tantum eas ponendo, duas, & ipsas satis longas epistolas texueritis.

D. BER-

A

D. Bernardi Abbatis Clarævallis de præcepto & dispensatione, Liber.

Quærit vtrum monasticæ regulæ instituta præcepta sint, an consilia tantum.
Caput I.

RIma igitur quæstio circa regulam nostram versatur, de qua (nisi fallor) & reliquæ omnes aut penè omnes oriuntur. Quæritis nempe, regularis illa institutio quomodo & quatenus sit pẽsanda professitentibus eam: vtrum videlicet cuncta quæ continet, putanda sint esse præcepta, consequenter & damnosa transgredienti: an consilia tantum vel monita, & ob hoc nullius aut non magni ponderis sit ipsorum professio, nullius aut non grauis culpæ ipsorum præuaricatio: an certè quædam sint deputanda imperiis, quædam pro consiliis reputanda: quò partim ea liceat, partim non liceat omnino prætergredi. Et si hoc vltimum detur, distingui à me tunc demum cer- B tos ac propriæ cuiusq; partis limites flagitatis, ne cui fortè per varias sui sensus opiniones licentius vagandi detur occasio: sicque liquare culicem, & camelum glutire contingat, si nesciat quãtum curæ vel operæ suæ quibusque debeat obseruantiis. Hic est, quantũ recolo, totus vestræ illius partitionis sensus, etsi non verba. Quod autem subiungitis & pergitis inquirere de obedientia, quibus gradibus distinguatur, quibus claudatur limitibus: ad eandem arbitror pertinere diuisionem, quippe quæ in decretis regularibus præcipua habetur: & puto cum ad illam satis respõsum fuerit, de ista iam nil supererit quod ambigatur.

Patrum constitutiones omnibus vt salutaria quædam monita proponuntur, sed professis sunt vice præceptorum.
Caput II.

ITaque vt sentio ego, regula sancti Benedicti omni homini proponitur, imponitur nulli: prodest si deuotè suscipitur & tenetur, non tamen si non suscipitur obest. Quod autem in voluntate est suscipientis, non in potestate proponentis voluntarium meritò dixerim, non necessarium. Attamen hoc ipsum quod dico voluntarium, si quis ex propria voluntate semel admiserit, & promiserit deinceps tenendum, protectò in necessarium sibi ipse conuertit, nec iam liberum habet dimittere, quod antè tamen non suscipere liberũ habuit. C Ideóque quod ex voluntate suscepit, ex necessitate iam tene- *Psal. 65. c* bit, quia omnino necesse est eũ reddere vota sua quæ distin- *Luc. 19. d* xerunt labia sua, & ex ore suo aut condemnari iam aut iustificari. Cæterùm felix (vt quidam sanctorum ait) necessitas, quæ cogit in melius. Omnia proinde sancti Benedicti instituta exceptis sanè nonnullis de spiritualibus, verbi causa, charitate, humilitate, mãsuetudine, quæ non tam ipsum constat instituisse quàm deum, & ob hoc penitus non esse mutãda, de cætero reliqua vniuersa non profitẽtibus quidem monita tantũ seu consilia censenda sunt, nec grauant non obseruata, cum tamen profitentibus in præcepta, præuaricantibus in crimina fiant, siue (vt vestra vobis reddam) illis voluntaria vel factitia, istis necessaria & tanquam naturalia non immeritò reputantur. Ita sanè necessaria dixerim, vt ex eis minimè præiudicetur necessariis rationalibúsque dispensationibus.

In iis quæ à maioribus sancita sunt, non temerè admittenda est dispensatio.
Caput III.

SEd non omnibus in huiusmodi credita est dispensatio, nisi his duntaxat qui cũ apostolis dicere possunt: Sic nos exi- *1. Cor. 4. a* stimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorum dei. Nouit autem fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ibi tantùm vsurpare dispensationem, vnde bonam possit habere recompensatio- *Ibidem.* nem. Hoc quippe quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Et eadem fortasse fidelitas à subditis nihilo D minus exigitur in obtemperando, quę à præpositis in dispensando. Constat igitur ex his quæ dicta sunt, vestram illam diuisionem integram esse ac sufficientem, si modo personæ distinguantur & tempora, dum subiectis sit quidem omnis regularis institutio (quantum duntaxat ad corporales obseruãtias pertinet) ante professionem voluntaria, post professionẽ necessaria, prælatis verò partim voluntaria, vt quæ inuenta ab homine: partim necessaria, vt quæ fuerit diuinitus institututa. Quamobrem fortassis tunc potissimum congrua & luculenta magis eadem diuisio apparebit, si eius membrũ quod dictum est necessarium, rursum in tria hæc subdiuidatur, stabile, inuiolabile, incommutabile. Et quidem stabile dixerim, quod ita est necessarium, quòd non cuilibet hominum illud mutare fas sit, nisi solis dispensatoribus mysteriorum dei, id est præpositis: vt verbi gratia regulæ sanctorum Basilij, Augustini, Benedicti, necnon authentici canones, & si qua sunt alia ecclesiastica institutta dignæ auctoritatis: quæ quoniam à sanctis tradita sunt, sancita stabiliter perseuerant: nec omnino cuiuis subiectorum ea aliquo modo variare vel mutare conceditur: quia † tamen ab hominibus, etiam per homines †al. tamẽ. loco & officio illis canonica electione succedentes licitè interdum innoxiéque pro causis, personis, locis, & temporibus dispensantur. Vbi sanè qui hæc legit, attendat me cautè non dicere ea posse vel ab istis leuiter pro voluntate mutari, sed E ex ratione fideliter dispensari. Ideo autem hanc ipsam mutationem taliter & à talibus recipere possunt, quoniam non naturaliter nec per se bona sunt.

Cum sanctorum patrum regulæ efficiant, vt expeditius curramus viam mandatorum dei, non sunt violandæ, nisi vel vrgente necessitate, vel charitate mutante. *Caput IIII.*

POrrò inuenta atque instituta fuerunt, non quia aliter viuere non liceret, sed quòd ita magis expediret, nec planè ad aliud quàm ad lucrum & custodiam charitatis. Quandiu ergo charitati militant, immobiliter fixa sunt, mutarique omnino ne ab ipsis quidem præpositis sine offensa possunt. At si econtrario contraria fortè aliquando charitati visa fuerint, his duntaxat quibus hoc posse videre datum est, & prouidere creditum est: nónne iustissimũ esse liquet, vt quæ pro charitate inuenta fuerunt, pro charitate quoque vbi expedire videtur, vel omittantur, vel intermittantur, vel in aliud fortè commodius demutentur? Sicut è regione iniquum proculdubio foret, si statuta pro sola charitate, contra charitatem tenerentur. Tenent ergo fixam firmámque immobilitatem etiam apud prælatos quæ ex stabili necessario sunt, sed quatenus charitati deseruiunt. Nunquid autem hoc ego vel so- F lus sentio, vel primus dico? An non hoc ipsum & Papa Gelasius sensit? Ait siquidem: Vbi necessitas non est, inconuertibilia maneant patrum sanctorum decreta. Leo quoque papa, Vbi, inquit, necessitas non est, nullo modo sanctorum patrum instituta violentur. Et infert: Vbi ergo necessitas fuerit ad vtilitatem ecclesiæ, qui potestatem habet, ea dispenset. Ex necessitate enim fit mutatio legis.

Diuina lex solius dei auctoritate mutari potest.
Caput V.

NEcessarium deinde quod inuiolabile nominaui, illud intelligo, quod non ab homine traditũ, sed diuinitus promulgatum, nisi à deo qui tradidit, mutari omnino non patitur: vt, exempli causa, non occides, nõ mœchaberis, non furtum facies, & reliqua illius tabulæ legiscita: quæ etsi nullam prorsus humanam dispensationem admittunt, nec cuiquam hominum ex his aliquo modo soluere aut licuit aut licebit, dominus tamen horum quod voluit, & quãdo voluit soluit: siue cum Hebræis Aegyptios spoliari, siue quando prophetam cum muliere fornicaria misceri præcepit. Quorum vtique alterum quid nisi graue furti facinus, alterum quid nisi flagitij turpitudo reputaretur, si non excusasset vtrũq; factũ *Exod. 3. g* *Osea. 1. a*

G auctoritas imperantis? Sanè vbi simile aliquid aliquando à sanctis hominibus fuisse legitur vsurpatum, scriptura nō indicante quòd deus ita præceperit, aut eos peccasse fatēdum est, sicut homines, aut certè sicut prophetas familiare dei cōsilium accepisse. Vnde & vnum exemplū pono quod occurrit de Sampsone, qui seipsum vnà cum hostibus opprimens interfecit. Quod vtique factum si defenditur non fuisse peccatum, priuatum dei habuisse consilium indubitanter credēdus est, etsi de scriptura hoc non habemus. *Iudic.16.g*

Quæ naturaliter & necessariò immutabilia sunt, ea ne deus quidem mutare potest.
Caput VI.

IAm verò necessarium incommutabile quid accipi velim? Equidem nil congruentius quàm quod diuina ita constat & æterna ratione firmatum, vt nulla ex causa possit vel ab ipso deo aliquatenus immutari. Sub hoc genere est omnis illa sermonis dominici in monte habiti spiritualis traditio, & quicquid de dilectione, humilitate, mansuetudine, cæterisque virtutibus tam in nouo quàm in veritati testamento spiritualiter obseruandum traditur. Hæc quippe talia sunt, quæ nec liceat nec expediat aliquando non haberi. Eo siquidem immobiliter, quo & naturaliter bona, nunquā nisi inno H center, nunquam nisi salubriter aut imperantur, aut obseruātur. Omni tempore, omni personæ, mortem contempta: custodita salutem operantur. Primam ergo necessitatem sua cuique facit in promittendo voluntas, secundam præcipientis auctoritas, tertiam præcepti dignitas. Differunt autem (vt iam dictum est) quibusdam à se inuicē gradibus tres istę necessitates, nec vna omnes sequitur immutabilitatis firmitas. Nam ex prima quidem quod efficitur, etsi non penitus immutabile, tamen vix mutabile esse constat: dum solis illud liceat mutare prælatis, & hoc non nisi fideli & prouida dispēsatione. Quod verò fit ex sequenti, quæ & maior ista, est pene iam incōmutabile, soli quippe deo esse mutabile, superius demonstratum est. Porrò quod de nouissima fit tanquam omnium maxima, omnino incommutabile est, vtpote quod ne ipsi quidem deo mutare liberū est. Quod igitur nulli hominū fas est nisi solis mutare prælatis, dici vix mutabile congruè potest: quod soli cōstat licere deo, dicatur penè immutabile: quod ne ipsi quidem, penitus immutabile nominetur.

Docet moderandas esse abbatum dispensationes.
Caput VII.

IQVæ cum ita sint, vt ad ea redeam de quibus potissimum quæritur: patet quòd ex magna parte regularis traditio subest eius qui præst, etsi nō voluntati, certè discretioni. Sed dicitis: Quid ergo relinquitur necessitati? Audite quàm plurimum. Primo quidem quicquid de spiritualibus in ipsa regula traditum est, in manu abbatis (vt supra taxatū est) nequaquam relinquitur. Deinde reliqua pars quæ in corporalibus constat obseruantiis, ne ipsa quidem in eius ita voluntate posita est, vt eiusdem deseruiat voluntati, sed magis charitati. Neque enim abbas supra regulam est, cui semel & ipse spontanea se professione submisit, etsi (quod negandum non est) dei regula charitas regulæ sancti Benedicti iure præponitur. Esto proinde vt interdum regulæ litera cedat pro rēpore charitati, cum ratio necessitatis vel charitatis exegerit: absit tamen vt hominis cuiuspiam subdatur volūtati. Super fratrum sanè transgressiones, non super patrum traditiones cōstituitur qui abbas eligitur, mandatorum cultor, & vltor vitiorum. Arbitror nanq; sanctas illas obseruantias, prælatorū prudentiæ & fidei creditas, nos subditas voluntati. Hinc est quòd idem legislator in his quæ abbati dispensanda reliquit, cautè nusquam (vt nemini) voluntatem, sed aut considerationem, aut dispensationem, aut prouidētiam, aut certè arbitriū seu aliquid huiusmodi ponit: volēs nimirū prouidū fidūmq; dispensatorem, rationis, vbi fortè dispensat, sequi iudicium, non suæ placitum voluntatis. Vnde & intimat ei non semel quòd de omnibus iudiciis suis deo redditurus sit rationem. Lego profectò in regula: Hæc consideratio penes abbatem sit. & hoc vel illud esse in prouidentia vel arbitrio seu dispo- K sitione abbatis. Vt autem pro sua volūtate aliquid mutet, me ibi legisse non recolo: quinimò, In omnibus, inquit, omnes magistram sequātur regulā, nec ab ea temerè deuiertur à quoquam. Ergo nec ab ipso abbate. Omnes, inquit, magistrā sequantur regulam: nemo ergo suam volūtatem. Vbi sanè nec abbatem excipi puto. Videtis quantum necessitati tribuitur, subtrahitur voluntati? Quid etiā? Nonne regularis ipsa professio qua se iunior subdit sponte priori, æquè alligat & priorem? cōmunis equidem pacti pari reor vtrunq; necessitate teneri, fierique duos per vnius sponsionem alterutrum debitores: fidelis curæ vnum, alterum humilis obedientiæ. Quidnam igitur iam voluntati relinquitur, vbi & prælatus debiti necessitate tenetur? Sed & de hoc item non parum prælati præscribitur voluntati: quòd is qui profitetur, spondet quidem obedientiam, non tamen omnimodam, sed determinatè secundum regulā: nec aliam quàm sancti Benedicti: vt oporteat eum qui præest, nō frena suæ laxare voluntati super subditos, sed præfixam ex regula sibi scire mensuram, & sic demum sua imperia moderari circa id solum quod rectum esse constiterit: nec quodlibet rectum, sed hoc tantùm quod prædictus pater instituit, aut certè quod sit secūdum quod instituit. Sic se quippe habet professio: Promitto, non quidem regulam, sed obedientiam secūdum regulam sancti Benedicti. Non ergo secundum voluntatem præpositi. Proinde si professo secūdum illam regulam abbas meus mihi aliud fortè imponere tentauerit quod non sit secundum regulam, aut etiam quod non sit secundum ista instituta: verbi causa Basilij, Augustini, Pacomij: quænam mihi, quæso, in hac re necessitas imminet obsequendi? Solum quippe id à me posse exigi arbitror, quod promisi. *Abbas quoque regulæ legibus tenetur* *Professionis forma.* L

Neque ultra metas professionis extendenda est lex obedientiæ, neque intra eas arctanda.
Caput VIII.

VIdetis iam ergo obedientiæ limites quos requiritis. Si modus est obeditionis, tenor professionis: nec se valeat extendere potestas imperantis, nisi quatenus attigerit votum profitentis: profectò citra & vltra, necnon etiam contra, quid aliud quàm obedientiæ limites quosdam censuerim, & his suis terminis virtutem eandem circuncludi? Quamobrem quisque professus in quouis genere salutiferæ vitæ, nec vltra obedientiæ † legem cogendus, nec citra est inhibendus quàm sua ipsius videtur complecti professio. Quanto minus contra? Is ergo qui medius est vitæ modus M præfixus voto, professione firmatus, tanquam lignum quod erat in medio paradisi, solus sine dubio legi erit subiectus, obnoxius iussioni. Ergo prælati iussio vel prohibitio non prætereat terminos professionis. Nec vltra extendi potest, nec contrahi citra. Nil me prælatus prohibeat horum quæ promisi, nec plus exigat quàm promisi. Vota mea nec augeat sine mea voluntate, nec minuat sine certa necessitate. Necessitas quippe non habet legem, & ob hoc excusat dispensationem. Voluntas verò quia sola meretur retributionem, etiam sola non immeritò gradum altiorem vsurpat. Alioquin & absque necessitate remissio voti, non dispensatio sed præuaricatio est: & restrictio contra voluntatem, murmur est, non profectus. Ponant ergo præpositi metam obedientiæ subiectorum ex votis labiorum ipsorum, non suorum desideriorum: monentes eos, non cogentes ad celsiora: condescendentes eis cum necesse fuerit ad remissiora, non cadentes cum eis. † *al. legi.*

Perfecta obedientia certis limitibus non concluditur.
Caput IX.

CÆterum subiectus huiuscemodi obedientiam quæ voti finibus cohibetur, nouerit imperfectam. Nam perfecta obedientia legem nescit, terminis non arctatur: neque contenta angustiis professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur, spontanea,

A tanea, vigore liberalis alacrísque animi modum non cōsiderans, in infinitam libertatem extenditur. Hæc est illa de qua *1.Petr.1.c* signanter apostolus Petrus, Castificantes, inquit, corda vestra in obedietia charitatis, pulchrè ipsam per hoc sequestrās ab illa inerti & seruili obedientia quodammodo, nec charitati prompta, sed obnoxia necessitati. Hæc iusti illius cui lex *1.Tim.1.a* posita non est, propria est: non quòd vel ille perfectus viuere debeat sine lege: sed quia non sit sub lege: minimè quippe contentus voto suæ cuiuscunque professionis, quam superat animi deuotione. Quanquam nec istam regula ipsa tacuerit, vbi monet, si fratri impossibilia iniunguntur, vt confidens de adiutorio dei obediat ex charitate. In eadem denique regula tertius humilitatis describitur gradus, vt omni obedientia monachus se subdat maiori. Dicens quippe, omni, non vult nos in obediendo mensura esse contentos professionis, non attendere promissi debitum, non de pacto sumere modum, sed transire alacriter etiam votum, & obedire in omnibus. Est sanè quidam obedientiæ limes secundum tempus ipsa temporis extremitas, vt is sit terminus obedientiæ, qui & vitæ. Hunc nobis maximè vnigeniti dei commendat exemplum, qui factus est patri obediens vsq; ad mortem. Hæc ergo quotiens interrumpitur, inobedientia dicitur, & peccatum, & transgressio seu præuaricatio. Sed interest sanè qua causa, quo affectu, qua intentione, quo præcipiente, in B quóve præcepto malum hoc committatur. Et quidem nullam prorsus mobedientiam dico parui ducendam, nō tamen omnem pari æstimandam periculo. Enimuero mādatum dei est: Nō occides. Fac ergo duos homicidas, & vnum quidem spoliandi cupiditate, alterum verò necessitate sese defendēdi facinus perpetrasse. An non hic satis euidenter inter lepram & lepram causa separat, faciens vtiq; disparem valde culpam vnius eiusdémque transgressionis? Quid verò si hunc subita ira, illum studiosa malitia aut vetus odium fortè ad idem sceIus impulerit? Nunquidnam simili pensandum erit iudicio, *Gen.19.g* quod tam dissimili factum constabit affectu? Nil deinceps incestius obscœniúsve, quàm illas filias Loth paternū vsurpasse concubitum: & tamen quis non videat quantum euacuauerit aut attenuauerit turpis nefandique reatum flagitij, pietas intentionis, & intentio pietatis?

Quemadmodum non est par præcipientium auctoritas, ita nec legum. *Caput X.*

IAm verò de illo qui præcipit, & item de eō quod præcipitur, huiuscemodi aduertenda erit secundum rationem distinctio, vt cuius inter præceptores reuerentior nobis immi- *Act.5.c* nebit auctoritas, eius grauior formidetur offensio, ac maioris cuiusq; mandati transgressio damnabilior æstimetur. Me- C lius siquidē est obedire deo quàm hominibus, & ipsis melius magistris, quàm condiscipulis. Porrò in magistris, melius nostris, quàm extraneis. Quibus autem melius constat obedire, ipsis proculdubio & nō obedire detestabilius est. Est de mādatis similiter. Maioribus quippe maior, minoribus minor opera nostra & cura debetur: de quorum etiam contemptu iuxta eandem considerationem grauior leuiórve offensa contrahitur. Porrò maiora minoráque mandata dixerim, secun- *Mat.10.c* dum quòd maius minúsve velle constiterit ipsum qui præci- *Luc.6.c* pit, siue hominem, siue deum. Est verbi gratia mandatū, Non furaberis: & est mandatum, Omni petenti te, da: vtrumque quidem magnum, quoniam vtrumque diuinum: sed de non furando maius. Quis enim nesciat æquissimo deo non æquè displicere tenaces, atque fures? & quia de duobus malis plus velit nos tenere nostra, quàm tollere aliena? & ita minus peccare qui nō tribuit sua, quàm qui non sua furatur? Sed in mādatis hominum rara æqualitas inuenitur, cum pro variis necessitatibus vel vtilitatibus agendorum, iniungentium affectio varietur, quódque putauerint rectius vel commodius, hoc amplius cupiant & exigant obseruari. Tam ergo qualitas præceptorum, quàm auctoritas pręcipientiū & obedientiæ præfigit metam, & inobedientię terminat culpam: quando (vt dictum est) in prælatis quibusque grauioris auctoritatis, & eorum mandatis quibusque maioris vtilitatis, quo diligentior debetur obsequendi cura, eo & culpa grauior in- D currītur de contemptu. His itaque distinctionibus animaduersis, & obedientiæ modus, & pondus inobedientiæ facilè reperitur. His gradibus nō solùm inter diem & noctem, hoc est bonum obedientiæ & inobedientiæ malum discernitur: sed etiam inter diem & diem, itémque inter noctem & noctem, inter bonum videlicet & melius, inter malum & peius. Bonus quidem obedientiæ gradus est, si iuxta magistri nostri sententiam, propter metum gehennæ, seu propter professionem sanctam quam professus est quispiam obedierit: melior tamen, cum ex dei amore obeditur. Illa quippe obedientia necessitatis est, ista charitatis.

Tum demum perfectè legi paremus cùm voluntatem ac intentionem legislatoris sequimur.
Caput XI.

ILlum autem optimum dixerim obedientiæ gradum, cum eo animo iniunctum opus recipitur, quo & præcipitur. Cum enim ex voluntate iubentis pendet intentio exequentis: fit vt nec maius minoribus, nec minus maioribus confusè (vt assōlet) ad implendum quod iniungitur, subiecti studium impendatur, sed moderante animo quæque pro sua dignitate imperia, modum sciat vtrobique seruare, tam in obseruando videlicet iussa, quàm in cauendo prohibita: E non quòd vel minimum horum quæ iubentur, contemnendum putet, etsi tamen minimum quod minimum est, reputet: sed minimum est ex comparatione maiorum. Nouit verus humilísque obediens & minima non contemnere, & maximè curare quæ maxima sunt, intimo quodam deuoti syncerísque animi sapore discernens, quibus de mandatis ei qui præest, suis quodammodo factis respondeat cum propheta: Tu mandasti mandata tua custoditi nimis. Vbi quia *Psal.118.d* non dicit vniuersaliter omnia: illa tantùm oportet intelligi, quæ quoniam non sine grandi culpa quacunque occasione violantur, ideo non sine graui pœna quomodocunque violata donantur, vtputa, Non occides, & si qua huiusmodi sunt, quorum nunquam potest esse obseruatio iniusta vel mala, nunquam bona licitáve transgressio dispensatione duntaxat humana. Cætera quæ vel à præpositis dispensationem admittunt, quia leuiori censura neglecta puniuntur, leuiora dicuntur. Ex his verbi gratia dico esse vel risum interdictum, vel indictum silentium. Hæc siquidem si cōtra mandatum non veniunt, nec peccata sunt. Accedente mandato si quo minus iam obseruantur, in peccatum reputantur, nō tamen in crimē. Ita sanè, si per subreptionem aut obliuionem, non autem per contemptum horum transgressio contigerit. Media quippe sunt è quibus illa videlicet præcepta constituuntur quæ vos factitia nominatis: longè vtiq; disparem F à naturalibus quātum in ipsis est gerentia necessitatem, cum tamen nec sine offensa negligi, nec contemni sine crimine vel ipsa queant iniuncta ab his duntaxat quibus propriè dicitur: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Licet nāque ipsa per se iniuncti operis qualitas innoxia *Luc.10.c* sit, adiunctæ tamen auctoritas pondus, obnoxium mandato, mandatúmque peccato obnoxium facit, non magno tamen, si contemptus defuerit.

Legum contemptus grauius exaggerat peccatum, quàm sola negligentia. *Caput XII.*

HÆc ergo generalis regula sit vniuersorum quæ per se aut propter se nec bona nec mala sunt, aut diuina institutione, aut propria cuiusque professione fixa non sunt, vt non iussa quidem, licitè, vtrumlibet, vel admittantur vel omittantur: iussa verò, sine culpa non negligantur, sine crimine non contemnantur. Vbique enim & culpabilis neglectus, & contemptus damnabilis est. Differunt autem, quòd neglectus quidem languor inertiæ est, contemptus verò superbiæ tumor. Porro contemptus in omni specie mandatorum pari pōdere grauis, & communiter damnabilis est;

Universidad de Deusto
Biblioteca

G neglectus autem in fixis grauior, tolerabilior in mobilibus mandatis. Siquidem adulterum quocunque modo, quocunque perpetres animo, turpe flagitium est, ac criminale peccatum: cum tamen leue verbum in tempore vel loco silentij forte per obliuionem subreptum, risúsve per impetum magis excussus, quàm præsumptus contra præceptum (quod vtique animi negligentis, aut dissoluti spiritus indicium est) eo facilimè veniam promeretur, quo vix vel peccatum reputatur. Quid cum scienter & ex deliberatione in verba ociosa, silentio licet non indicto, lingua laxatur? Nunquid hoc tamen neget quispiam vsurpari contra regulam veritatis? Vnde nimirum & ratio exigenda est in futuro iudicio, iudice ipso terrificè admodum comminante, quia de omni verbo ocioso reddent homines rationem in die
Mat.14.c iudicij. Heu nobis, quænam poterit reddi ratio de ocio? Aloquin ocium non est, si non omnino ratione vacuum est. Et tamen quis nesciat vnum detractionis verbum quã-
H tum etiam innumeris talibus, id est ociosis præponderet ad delictum meritúmque damnationis? Quid ita? Videlicet quia discretio est in mandatis, consequenter & in culpis: vt (sicut dixeram) maiorum grauior, leuiórque minorum
Hominib⁹ quoque qui dei vices gerunt, pa-redum est. censeatur transgressio mandatorum, sed mandantium non ita. Siue enim deus, siue homo vicarius dei mandatum quodcunque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen deo contraria non præcepit homo. Quod si contigerit, pergendum indubitanter consulo in Petri sententiam, quia obedire oportet deo magis quàm hominibus. Aut enim hoc respondendum cum apostolis, aut cum Phariszis certè audiendum:
Act.5.c *Matt.15.a* Quare & vos transgredimini mandatum dei propter traditiones vestras? Si autem dolet se contemni magister homo præ illo qui docet hominem sciẽtiam, consoletur illa (quam & vos posuistis) Samuelis sententia, qua inter lepram & le-
1.Reg.2.c pram videtur discernere sic: Si peccauerit vir in virum, propitius ei poterit esse deus. Si autem in deum peccauerit, quis orabit pro eo? Ego igitur si me hoc angi articulo sentiam, vt aut deum aut hominem offendere necesse sit: deum potius libenter eligo nõ offendere, & quidem tutius iustiúsq;. Habeo nempe ex præsenti prophetæ capitulo de hominis læsione meam consolationem, dei scilicet propitiationem. Cæterum deo offenso, quis orabit pro me? Si ad hominem confugero, id quidem scriptura non consulit: quinimmo male-
Hiere.17.a dictus homo (ait,) qui spem ponit in homine. Meritò proin-
I de. Si autem in deũ peccauerit, etiam si subintelligatur propter hominem, quis, inquit, orabit pro eo? Neuter equidem. Nam & à quo offenditur, & ob quem offenditur, æquè vtriusque oratio execranda decernitur apud ipsum qui offenditur, hoc est apud deum. Talis ergo requirendus est ad orandum, qui sit idoneus ad placandum. Porro culpam, si qua est quòd homo offendatur cum ei nõ obeditur: aut multum extenuat, aut penitus annullat causa melior. Quapropter cũ dicitur, si peccauerit vir in virum, subaudiẽdum est, propter deum. quod nullatenus lęsio cuiuscunque proximi, necdum prælati, excusetur à culpa, si solus defuerit in causa deus. Alioquin Paulo contradicit, qui ait: Sic enim in fratrem pec-
1.Cor.8.d cantes, in Christum peccatis. Nam de præpositis certum tenemus ipsius veritatis testimonium sic loquentis ad ipsos:
Luc.10.c Qui vos spernit, me spernit. Sed & de quolibet fratre, Noli-
Matt.18.a te, ait, contemnere vnum ex his pusillis. Et qui scandalizauerit vnum ex his pusillis: quod sequitur, auertat deus à nobis. Sed non omnium scandala æqua sunt lance pensanda. Aliter nanque accipienda sunt scandala pusillorum, aliter pharisæorum, de quibus apostolis timentibus & intimantibus quòd scandalizati essent in sermone veritatis, respõsum
Matt.15.b est: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Illorum quippe scandalum de ignorantia, istorum de malitia descendit. Illi scandalizantur, quia veritatem nesciunt: isti, quia oderunt. Vnde & pusillos illos arbitror apellari, quòd volũtatis quidem bonæ, sed non magnæ scientię existentes, zelum dei habeant, sed non secundum scientiam. Talium scandala curam non iram prouocare solent spiritualium duntaxat virorum,
Gala.6.a Paulo ita docente: Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Indignum siquidem est valde humanam eos mereri indignationem, qui diuinam tam facilè cõsequuntur miserationem. Nam hi quoque qui dominum crucifixerunt, magni quidem peccatores, sed pusilli æstimatores, etsi ex vno iram, nunquid non tamẽ ex altero veniam
Matt.11.a meruerunt? Beati siquidem fuissent, si (iuxta verbũ domini) in ipso scandalizati non essent. Nunc verò quid nisi miseri? Sed tamen & miserandi. Probat hoc pia illa in cruce patien-
Luc.23.c tis, sed nihilo minus compatientis supplicatio. Pater, inquit, ignosce illis. Et quasi quæreretur indulgentiæ ratio in tam horrendo facinore, sequitur: Quia nesciunt quid faciunt. Ac
1.Cor.2.b si diceret: Eo digni venia, quo & pusilli scientia sunt. Ideo ignosco illis, quia non agnoscor ab illis. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixillent. Sunt quibus non ita ignosco: quos vtique non ignoro & vidisse & odisse & me & patrem meum. Pro huiusmodi pusillo in scientia
1.Cor.8.a terrens Paulus eum qui cum habeat scientiam, nescit tamen condescendere infirmioribus, Et peribit, inquit, in tua scientia frater pro quo Christus mortuus est. Quod si tantopere cauenda sunt scandala patuulorum, quanto amplius prælatorum, quos sibi deus æquare quodammodo in vtraque parte dignatus, sibimet imputat illorum & reuerentiam & contemptum, specialiter contestans eis: Qui vos audit, me au-
L dit: & qui vos spernit me spernit? An no denique hoc ipsum *Cap. Deob* & regula nostra perhibet, vbi ait: Obedientia quæ maiori- *dientia.* bus præbetur, deo exhibetur? Quamobrẽ quicquid vice dei præcipit homo, quod non sit tamen certum displicere deo: haud secus omnino accipiẽdum est quàm si præcipiat deus. *Nihil, in-*
Quid enim interest vtrum per se, an per suos ministros, siue *terest, siue* homines siue angelos hominibus innotescat suum placitum *deus siue* deus? Sed homines, inquis, facilè falli in dei voluntate de re- *homo ue* bus dubiis percipienda & in præcipienda fallere possunt. *angelus ui* Sedenim quid hoc refert tua, qui conscius non es: præser- *ce aet præ-*tim cum teneas de scripturis quia labia sacerdotis custodiũt *cipiat.* scientiam, & legem ex ore eius requirunt, quia angelus domini exercituum est? Requirunt dixerim legem: non quam vel authentica vlla scriptura tradiderit, vel ratio manifesta probauerit. de huiusmodi quippe nec præceptor expectandus, nec prohibitor auscultandus est: sed quòd ita latere aut obscurum esse cognoscitur, vt in dubium venire possit, v-
Mala.2.b trumnam deus sic aut aliter fortè velit, si non de labiis custo- dientibus scientiam, & ex ore angeli domini exercituum ceretur reddatur. A quo denique diuina potius consilia requirentur, quàm ab illo cui credita est dispensatio mysteriorum dei? Ipsum proinde quem pro deo habemus, tanquam deum M in his quæ apertè non sunt contra deum, audire debemus. Nec sane cõtraria loquimur sancto propheтę Samueli, quasi nos in hac parte diuinam hominibus tribuentes auctoritatem, cum ille in suprà memorato capitulo planè discernere inter vtrumque videatur. Siquidem quod nos asserimus de
1.Reg.2.c dubiis, hoc ille negat de manifestis, vt cum ait: Si peccauerit vir in virum, subaudiatur, propter deum: cui apertè cõtraria homines hominibus frequenter mandare præsumunt.

Mandata quæ recalcitrantibus grauia sunt, diuina gratia facilia efficit. Caput XIII.

Sed hinc vos sumentes materiã siue occasionem argumẽtãdi, asseritis, si hoc constiterit, vt iussa hominũ quælibet vel instituta diuinę auctoritatis põdere ęstimãda sint: hominem sub homine aut vix aut nequaquam posse saluari: cum in tanto cumulo mandatorum quæ prælati etiam per incuriam sæpe præcipiunt, interdum non præuaricari, aut difficile admodum, aut omnino impossibile videatur. Et quidem non nego difficultatem tantæ inesse perfectioni, sed cum ipsa corde imperfecto præsumitur. Porrò imperfecti cordis, & infirmę prorsus voluntatis indicium est, statuta seniorum studiosius discutere, hærere ad singula quæ iniunguntur, exigere de quibusque rationem & male suspicari de omni præcepto cuius causa latuerit, nec vnquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit quod fortè libuerit, aut quod non aliter licere seu expedire monstrauerit vel

A vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata satis, imò nimis molesta est huiusce modi obedientia. Non plane hæc illa est quæ ex regula traditur obedientia sine mora. Disputare profectò hoc est in astu cordis, nõ in auditu auris obedire. Istiusmodi ergo carnalem animam non modò premi, sed etiã opprimi pondere præsumptæ perfectionis necesse est: quia non potest portare caro infirma, quod solus spiritus promptus experitur iugum esse suaue, & onus leue. Christi quippe iugum & onus est, & omnino importabile, nisi Christi æquè spiritui. Hinc itaque si dicitis legem regulæ subintrasse, vt abundaret delictum: verum dicitis. Cæterũm culpa hæc non
Rom.7.c est datæ legis, aut dantis legem: sed improuidè profitentis, & impiè præuaricantis. Mandatum quidem sanctum & iustum, sed tu te noris esse carnalem, venundatum sub peccato. Verùm hoc antè præuidisse debueras, quò turris huius euangelicæ non prius iaceres fundamenta, quàm sedés computares si haberes sumptus ad perficiendum. Nunc autem
Luc.14.f quid restat, nisi vt aut correctus obedias senioribus, aut confusus audias ab illusoribus: Hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit consummare?

Non omnia præcepti violatio crimen est Caput XIIII.

B Sed forsan dicitis: Ergóne ita perfectus quispiã inuenitur, cui nõ vel minimum aliquid interdum subripiatur de tam multis ac minutis quæ passim vel à negligentibus præpositis imperãtur? Minimè quidem cuiquam hoc ego dederim, cum ipsi quoque de se fateantur apostoli: In multis offendimus
Iaco.3.a *1.Ioan.1.c* *1.Ioan.2.a* omnes. Et si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Sed non continuò vt aliquid prętulerimus, perimus, præsertim cum nos scriptura consoletur: Si quis peccauerit, inquiens, aduocatum habemus Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Denique
Esa.53.d propheta de ipso testatur quòd pro transgressoribus rogauerit, vt non perirent. Vbi sanè notandum quia etsi pro transgressoribus, non tamen pro contemptoribus legitur supplicasse. Verùm illi quomodo perire possunt pro quibus saluator rogat ne pereant? Quamobrem non video cur ita omnem inobedientiam & transgressionem vel minimorum quorumlibet mandãtorum exaggerandam putaueritis vt exclamaretis: Quod ergo iam monacho poterit veniale peccatum esse vel leue, cuius vniuersæ actioni crimen insidiatur inobedientiæ? Sed hoc inde videlicet constare creditis, quòd prælatorum iussionibus tantum tribuendum asseritur, quantum si diuinitus traderentur. Quasi verò & ipsa
C cũ angelica præcepta non multum inter se discrepent & merito obseruationis, & transgressionis periculo. Cæterũm sicut non omnia vnius esse constat vel necessitatis, vel vtilitatis, vel dignitatis: sic non vna de omnium transgressione fertur sententia: nec paria manent discrimina dispares culpas. Porrò nec pari culpa negliguntur, quæ non pari curã præcipiuntur, nec pari proinde pœna puniuntur. Ecce enim euãgelium tam flagitium crapulę, quàm fornicationis turpitudinẽ damnat. Verùm quis magis non horreat è duobis malis, turpitudine fœdari, quàm cibo exsaturari? Nónne deniq; veritas in euangelio sub nominibus trabis & festucę, graues leuésq; discernit inobedientiæ culpas? Nónne ipsa disputãte, imò diffinięte, gradatim nobis distinguitur quæ cuiq; reatui pœna debeatur, dum alium iudicio, alium consilio, alium & gehenna reum esse protestatur? Quænam ergo consequendi necessitas cogit, vt si magistris diuina detur in suis præceptis auctoritas, nullum ideo iam monacho leue aut veniale peccatũ inueniri posse putetur, & quòd eius vniuersæ actioni crimen insidietur inobedientiæ? Ésto: sit crimen, cui pœnalis illa gehenna vel gehẽnalis pœna assignatur: quale, quæso, illud diffiniemus esse crimẽ, quod veritate iudice reum tantùm facit iudicio? Nec tamen diffitebimur esse reatum, quod vel hactenus reum statuit. Quòd si reatum, & peccatum. Porrò omne peccatum, contra dei mãdatum præsumitur. Quod autem contra mandatũ præsumitur, inobedientia dicitur. Hinc colligitur quòd irasci fratri, & inobedientia sit, & crimẽ non sit. En vnum inuentum est monacho leue ac veniale pecca- D tum, quódque non humani, sed diuini mandati statuat transgressorem. In hoc genere sunt transgressionis nonnulla stultiloquia seu vaniloquia, & quæq; ociosè dicta fãcta & cogitata. Huiusmodi enim nunquam nisi contra mandatũ, & dei mandatum vsurpantur. Peccata quippe sunt, & deus prohibet omne peccatum, & tamen venialia non criminalia reputantur, excepto cum per contemptum vertuntur in vsum & consuetudinem: & tunc nõ peccati species, sed peccantis intentio pensatur. Elatio quippe contemnẽtis, atque impœnitentis obstinatio, in minimis quoque mandatis culpam facit non minimam, & conuertit in crimẽ grauis rebellionis neuũ satis leuem simplicis transgressionis. Denique in quo inobedientiæ crimen absque dubio sit, apud Samuẽlem aduertite. Quasi, inquit, peccatũ hariolandi est repugnare, & quasi sce- *1. Reg.15.c* lus idololatriæ nolle acquiescere. Nõ ait, nõ acquiescere, sed, nolle acquiescere: vt non iussionis simplex ipsa transgressio, sed voluntatis superba contemptio, scelus idololatriæ reputetur. Non est enim idipsum nolle obedire, & non obedire. Hoc quippe interdum erroris est, nonnunquam & infirmitatis: illud verò aut odioſę pertinacię, aut contumaciæ nõ ferendæ. Quod & ipsum repugnare est & resistere spiritui sancto: & si ad mortem vsque perduratum, blasphemia est non remittenda siue in hoc seculo siue in futuro. Non ergo qualiscunq; mandati præteritio criminalem facit inobedictiam, E sed repugnare, sed nolle obedire. Cæterum quãti absque illa pessima & rebelli voluntate non obediunt? Quomodo itaq; monacho crimen insidiatur inobedientiæ, si totiens sine crimine transgreditur, quotiens in trãsgressione defuerit huiusce modi recalcitrans & contentiosa voluntas? Frustra autem comparãt quidam, vt dicitis, quaslibet inobediẽtias antiquæ illi quæ facta est in paradiso: quæ nimirum valuit non solùm obligare personam, sed & vitiare naturam. Arbitror tamẽ & ipsam primam grauissimamque prævaricationem aut non áliunde, aut inde maximè iudicatam grauissimam, hoc est, ex rebellione defensionis quæ secuta est, quãdo deo causam requirẽte peccati, vt peccatores ad pœnitẽtiã prouocaret (nolebat quippe mortem eorum, sed magis vt conuerterẽtur & viuerent) ipsi maluerunt declinare cor suum in verba mali- *Esal.140.c* tiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Et quidem gemina malitia peccatoris. Primùm quòd nec sui misertus est, vt culpam propriam fatereretur, & sanaretur: deinde quòd & vxorem vt se fallaciter causaret, crudeliter accusauit. Quid est quòd denique dicitis in omni actione monacho crimen insidiari inobedientiæ, quasi aut furtim subrepat nescienti, aut casu accidat infelici, aut non valenti implere quod præcipitur, criminis calumnia struatur de impossibili? Itáne, inquam, monacho crimen insidiatur inobedientiæ: cum & antiqua illa tam nota & tam noxia prævaricatio facilè, vt creditur, indulgentiam consequeretur, dummodo confessio & F non defensio sequeretur? Neque enim tantum, vt dictum est, nocuit simplicis actionis (quanuis ex deliberatione) transgressio, quantum adiunctæ excusationis cum præmeditatione obstinatio. Sed nunquid forte in lege quidem diuina habenda est hæc consideratio grauioris leuiorísque inobedientiæ, nõ autem ita & in regula nostra? Sed quis sane plus dicat tribuendum humanis quàm diuinis traditionibus, pluríque quod per suos deus, quàm quod per seipsum imperat ęstimãdum? An nõ denique & apud sanctum Benedictum propriæ & distinctæ ab inuicem sententiæ inueniuntur, alia de leuioribus, alia de grauioribus inscripta culpis? Quid est autem leuior culpa, nisi leuior inobedientia? Tradũtur igitur à prælatis interdum minora mandata, quorum transgressio leuiora secundum regulam parit & peccata: & tamen in deum nihilo minus præuaricatio fit, quotiens abbatis iussio præterigata, & ideo non æquali cuncta vigilantia obseruanda: sed alia cura exhibẽda est ei proculdubio quod ipse perhibet primum & maximum mandatum: alia his quæ alibi discernens. Qui soluerit (inquit) vnum de his minimis meis mandatis. *Matt.5.b* Quid ergo? Audiuimus ex regula grauiores & leuiores culpas, legimus & in euangelio maxima minimáque mandata:

G &mandatorum transgressiones vniuersas dicem⁹ equaliter maximas: Non est igitur necesse vt concedam quod dicitis, aut deo scilicet non tribui omne quod ab homine magistro accipitur quod non sit cõtra deum, aut monacho nullum inueniri posse leue seu veniale peccatum: quia etsi totiens deo (quod fatendum est) inobediens esse conuincitur, quotiens eius qui pro deo sibi præest, hominis mandatum, quod quidem iustitiæ non repugnet, prętergreditur: sicut tamen non par cura in executione exigitur, sic nec pàr culpa cõtrahitur ex transgressione. Etsi quippe vnus est qui offenditur, non tamen vnius ponderis quæ iubentur, nec vnius subinde discriminis iussorum est omnium censenda transgressio. Vnde pater Benedictus, Secundum, inquit, mensuram culpæ, excõmunicationis extendatur mensura. Frustra proinde (vt videtis) aut terremini, aut terrere conamini de obediętiæ promissione, quæ sit ex regulari professione, quasi nõ opporteat ꝓmittere quam constat nec integrè posse teneri, nec sine crimine præteriri, si quidem deo, quicquid dei minister homo non perperam iusserit, imputandum constiterit. Frustra, inquam, ex hac occasione malum ita inobediętiæ exaggeratis, vt à tam necessario bono promittendæ obediętiæ terreatis: quia etsi difficilè cauetur vbiq; subrepẽs vel insidiãs (vt vos dicitis) inobedientia in tam variis & innumeris quæ à seniori-
H ribus indicuntur: nõ semper tamen damnabiliter seu criminaliter quod præcipitur, non impletur. Etsi enim omnis inobedientia inexcusabiliter sit culpabilis, nulla tamen æternaliter damnabilis, nisi quem remedium pœnitentiæ nõ sanat. Nulla est lethaliter criminalis, nisi quę contemptum superbiæ non euitat. Magna igitur securitas filiis obediętiæ, & reuera pax hominibus bonæ volũtatis, quãdo in omni inobedientia sola damnatur impœnitentia, quam nescit qui diligit deum: sola incriminatur superbia, quam facilè cauet qui timet gehennam.

Exemplis quod docuit illustrat. Caput XV.

SEd exemplis clarius eluescet quod dicimus. Si iubente seniore vt fileam, verbum mihi fortè per obliuionem elabitur: reum me fateor inobediętiæ sed venialiter. Si ex contemptu sciens & deliberans sponte in verba prorupero, & rupero silentij legem, prævaricatorem me constituo, & criminaliter: & si impœnitens perseuero vsque ad mortem, peccaui, & damnabiliter. An & hoc durum fortasse videatur. Hæc quippe sunt vestra (si bene recolo) verba, cum difficultatem seu impossibilitatem (vt vobis videtur) tenendæ obedientiæ vel cauendæ inobedientiæ considerantes, in
I vitam ita monachicam exclamastis: Hæccine est illa eo securior quo arctior, eo certior quo magis ardua veniẽdi ad deũ via, vt monacho naturaliter mala vix cauere, naturaliter bona vix pro communi infirmitate valenti implere, non minor tamen necessaria sit cautela ad cauenda vel obseruanda quæ sibi prælatus suus vel prohibere voluerit vel iubere? Et subditis: Quod cum à multis credatur, licet à paucis vel etiã à nullis ad integrum obseruetur: quid aliud operatur talis sententiæ credulitas, quam quod illa ab apostolo tãtum culpata manducandi idolothyta libertas? Nil planè aliud, si ita esset vt dicitis. Bene prorsus non potest conscius esse sibi qui se non implere confidit quod debere se credit. Creditis itaque (vt verborum vestrorũ sensum breuiter colligam) quòd ad integrum mandata obseruari dei vix valeant, abbatis non
Matt.5.c valeant: cum veritas ipsa testetur ne vnum quidem iota prætertum iri. Cæterum qui ita sentit, videtur mihi (vt pace vestra dixerim) necdum gustasse quàm suauis est dominus, subiugo legis gemere adhuc nondum respirare sub gratia suaue Christi iugum nequaquam esse expertus, ideóque certissime adhuc infirmari per carnem, quia spiritus non adiuuat eius infirmitatẽ. Quid verò sibi vult illa distinctio, quòd dei quidem vix, prælati verò hominis nequaquam omnino à quolibet iussa posse teneri prohibitáve conceditis, quasi verò illa queant absque istis integrè custodiri? Sed si attenditis, de male quoq; viuentibus prælatis dei præceptum est: Quæ dicũt facite. Igitur qui non facit, aperte non in hominem tantùm, K sed & in deum prævaricator existit. Itáne ergo nullus mandata perfectè exequitur sui magistri? Quamobrem putatis? Quia nolumus, aut quia nõ possumus? Sed si volumus & nõ possum⁹, securi sumus. Si possumus & nolumus, superbi sumus. Porrò ad cauẽdam superbiam, illam verè annuerim necessariam esse cautelã, quàm dicitis ne fortè incurratur inobedientiæ crimen. Quod si impossibile vos putatis, vt nõ videlicet impetiis prælatorum per contemptum interdum superbię resistatur, scitote nõ paucos, sed innumeros aliter omnino sentire, nec aliud quàm quod proprio didicerint experimẽto. Si autem non impossibile quidem, sed tamen difficile esse sentitis magistros non contemnere, & dum ideo consentitis, quoniam grauamini, nõ superbe sapere, murmuratis aduersus obedientię legem, affirmãtes periculosum promittere quod iam laboriosum est obseruare: ad hoc ego respon- *Matt.19.b*
deo, imò nõ ego, sed dominus: Qui potest, inquit, capere capiat. Hoc quippe est quod paulo superius dixi, quia antequã ædificium inchoares, prouidisse debueras vnde perficeres. Nunc autem (vt ait quidam) aut non tentasses, aut perfice.

Qui regulam profitetur, non promittit se nunquam in regulam peccaturum. Caput XVI

VEruntamen nemo si cautè profitetur, pollicetur se vltra L in nullo transgressurũ, hoc est iam non peccaturũ. Alioquin aut periurat qui ita iurat, aut sanctior est illo qui ait: In multis offendimus omnes. Quod si consequẽs falsum esse videtur, videdum est & de eo quod antecedit, ne fortè lex quæ *Iac.3.d*
data est propter transgressiones cohibendas, non solum non eas coërceat, sed & augeat insuper crimine periurij, si quidẽ id promittere nos in nostra professione credamus, quod certum est non posse teneri. Partienda est proinde nobis in duo vniuersa hæc obseruatio regularis, in præcepta videlicet, & remedia. Præceptis instituitur vita contra peccatum, remediis restituitur post peccatum innocẽtia. Sic ergo vtraq; ista complectitur nostra professio, vt professus quisq; cum in aliquo fortè regularium mãdatorum deliquerit, si ad remediũ æquè regulare confugerit, etsi conuincitur transgressor mãdati, non tamen pacti pręuaricator. Solum itaque censuerim fregisse votum, violasse propositum, pactum prævaricasse, qui & præceptum cõtempserit, & remedium. Nam illum sanè dico securum, qui etiam si interdum obedientiæ limitem præterit, consilium non respuit pœnitentiæ. Regulares nãq; terminos, etsi sæpe deliquerit, nõ euadit, qui censuræ quę ex regula est disciplinam non subterfugit. Pars siquidem regulæ est regularis correctio, & in ea reperitur non solum bonę vitæ instructio, sed etiam emendatio prauæ. Inueniuntur in M
ea & præcepta obedientiæ, & inobedientiæ remedia, vt ne peccando quidem à regula recedatur. Fateor sanè impossibile cuiuis mortalium vel venialiter interdum nõ delinquere in præceptis obedientiæ: sed nulla iam de impossibilitate querela: quandoquidem & ex regula licet id quoque quod criminaliter delinqui contigerit, emendare. Quod ergo dicitis à nullis posse obseruari ad integrum quicquid à magistris præcipitur, verum est: sed leuis culpa inobediętiæ est, & facilis cura eius inuenitur in regula, si quidem sit transgressio absque contemptu. Si autem & ipsum deesse aliquãdo non posse contenditis, id quidem falsum est: sed neotalem tamen inobedientiam sine cura relinquit diligentia regularis. Et licet fortiori egeat curationis medicamẽto, caret tamen morbo pręuaricationis, nisi cum & ipsum fortè medicamentum cõtemnitur. Quę cum ita sint, frustra de impossibilitate causamur qui regulã profitemur, frustra nobis de peccandi necessitate blandimur vt ideo iusta, imperia prælatorum deo non imputanda, sed tanquam hominum contemnenda putemus, ne rem videlicet impossibilem cõtinere nostra professio videatur, si tantum ex ea hominibus quantum deo obedientiæ deberi asserimus. Cui enim iam vel ita professo impossibile, imò per dei gratiam non perfacile sit cauere prævaricationem, vbi non inobedientia, sed impœnitentia facit prævaricatorem? Hoc quippe (vt iam dixi) profitentium nemo spõdet vt non iam peccet: & ob hoc nõ

continuò

A continuò vt quispiam aliquo modo non obedit, prævaricatorẽ se constituit, nisi qui se fortè sic professum falso existimat, quales vos vtique asseritis esse non paucos. De quibus etiam, si qui tamẽ sunt, vt dicitis, verum est & quod subditis, quod nihil vtique aliud illa talis eorum credulitas vel potius crudelitas in suis ipsorum operatur conscientiis, quàm noxia illa recumbentium in idolio libertas in alienis. Necesse est enim qui huiusmodi est, ex propria perire sententia, quemadmodum in illius scientia clamat apostolus infirmum perire
1.Cor.8.c fratrem. Et quomodo nihil esse cõmune item ipse perhibet,
1.Tim.4.b quod cum gratiarum actione percipitur, nisi ei qui putat aliquid esse commune: ita & regularis professio quantum in se est damnabilis non est, nisi ei qui damnabilem putat. Quod quatenus putari oporteat, puto satis superius demõstratum.

Docet quid sit oculus simplex. & quid oculus nequam. Caput XVII.

NVnc iam respondendum est quæstiunculæ quæ incidit vobis ex occasione apostolici præsentis capituli. Quæ-
Rom.14.c ritis nempe vtrumnam ista de idolothytis Pauli sententia,
Ibidem. Puto quia nihil commune est in Christo, nisi ei qui putat quid commune esse, illi commune est & rursum: Si comederit, damnatus est, quia non est ex fide: in generalem regu-
B lam trahi possit, quatenus malum cuique sit bonum quodque quod agit, si malum esse crediderit, ac tantũ malum quãtum crediderit, quod si annuero, rursum pergitis inquirere, cur nõ econtrario tantum cuique bonum sit quod operatur, quãtum vel falsò opinatur. Mirum quippe vobis, imò & iniustum videtur, vt plus in malo quàm in bono humanæ valeat intentionis opinio. Si respondero de malis quidem me-
Matt.6.c ritò ita credi propter oculum nequam: respondebitis & mihi nõ immerito quoque propter simplicem oculum idem æquè putandum & de bonis. Nam qui dixit ex oculo nequam corporis tenebras æstimari, indicauit & de simplici lucem æquè corporis approbari. Sed videte ne fortè nõ sit verè oculus simplex, qui fallitur. Fallitur enim tam qui bonũ malum,
Esa.5.c quàm qui malum bonum putauerit. Scitis autẽ neutrum horum, væ illud euitare propheticum: Væ qui dicitis bonũ malum, & malũ bonum: cum tamen nemo, qui hoc velit cauere maledictũ de quo veritas pronunciat quòd sit lux totius corporis, id est operis argumentum, Sed absit vt præco veritatis clamet contra veritatem: maledicat is, quod illa probauerit.

Ego verò vt interior oculus verè simplex sit, duo illi esse arbitror necessaria, charitatem in intentione, & in electione veritatem. Nam si bonum quidem diligat, sed verum nõ eligat: habet quidem zelum dei, sed non secundum sciẽtiam: &
C nescio quẽadmodum iudicio veritatis vera esse possit cũ fal-
Matt.10.b sitate simplicitas. Volẽs denique ad veram discipulos instruere simplicitatem magistra veritas, Estote, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Præmisit ergo prudentiam, sine qua neminem satis esse posse simplicem sciret. Quomodo deniq; verè simplex erit oculus cum ignoran-
1.Cor.14.g tia veritatis? Aut verò vera potest dici simplicitas quam simplex ignorat veritas? Scriptum est enim: Ignorans ignorabitur. Patet ergo laudabilem illam & à domino laudatam simplicitatem absque his duobus non esse bonis, beneuolentia, atq; prudentia: vt oculus videlicet cordis, nõ solùm pius qui fallere nolit, sed & cautus sit qui falli nõ possit. Cęterum sicut oculum simplicem duo ista faciunt bona, amor boni, & cognitio veri: sic nequam oculum duo è regione mala cõstituunt: cæcitas, qua fit vt veritatem non agnoscat: & peruersitas, qua fit vt diligat iniquitatem. Porrò inter duo hæc bona quæ nec fallere nec falli sinunt, & duo illa mala quæ tam falli quàm fallere faciũt, duo sunt media. Vnum quidem bonum per quod oculus interior etsi falli queat ignorantia veri, zelo tamen boni fallere penitus non consentit. Alterum verò malum, quod licet veri notitiam nõ impediat, amorem tamen boni præ malitia minimè sentit.

Diuisione boni ac mali quæstionem superiori capite propositam dissoluit. Caput XVIII. D

ET quoniã omnis res melius diuisione innotescit: secundũ hoc duplex malũ, & illud item geminũ bonum, quadrifariam diuidamus oculum cordis, in bonum, & meliorem: in malum, & peiorẽ. Et subdamus exempla. Est qui bonum diligit, & malũ nescius agit. Huius quidẽ bonus est oculus, quia pius: non tamen simplex, quia cæcus. Et est qui bonum & libenter agit, & prudenter intelligit. Istius reuera oculum non immerito simplicẽ dixerim, vtpote cui neutrum bonũ desit, nec zelus scilicet bonus, nec scientia. Hunc profecto requirit *Psal.13.*
oculum deus cum respicit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirẽs deum. Est econtrario qui bonum minimè diligens, ex malitia quidem peruersus est: sed sapiẽs vt faciat malum, per ignorantiam cæcus non est. Quem quidem ideo nondum appellauerim nequã, quòd vnum ei, licet ad suum malum, non desit bonum, id est scientia. Sed est qui bonum fortè nescius quod non diligit agit, cui profectò non incongruè id quod dicitur nequam assignauerim, eo quòd neutro careat malo, nec cæcitate, nec peruersitate. Dicitur siquidem nequam, quasi nequaquã: vt is solummodo nequam appelletur, qui nequaquã, hoc est in nullo penitus appareat bonus, sed sit vtroque bono vacuus, tam videlicet veri notitia, quàm & beneuolentia. Alius est itaque pius oculus non quidem fallere promptus, sed tamen falli, vt dictum est, pro- E
nus, de quo propheta: Effraim, inquit, quasi colũba seducta, *Osee.7.c*
non habẽs cor. Alius is quem dominus simplicem dicit, tam nec fallere facilis quàm nec falli, de quo & apostoli docẽtur, cum eis dicitur: Estote prudẽtes sicut serpentes, & simplices *Matt.10.b*
sicut columbę. Et item alius est oculus simpliciter malus, fallens vtique libenter, sed non facilè falsus: qualem profectò habent illi qui ore dominico astruuntur prudentiores esse filiis lucis in generatione sua. Et alius quem nequam esse definimus, quia sit dupliciter malus, cui quippe & malitia parit *Luc.16.b*
ignorantiam, & ignorantia malitiam operit, ita vt sæpe nesciens & malum quod vult non faciat, & bonum faciat quod non vult. Obscuratum nẽpe est insipiens cor eorum qui istiusmodi sunt: & quasi iam traditi in reprobũ sensum, bonum omnino nec diligere nec dignoscere queunt. De talibus scripũ est: Impius cum venerit in profundũ malorum, contem- *Prou.18.c*
nit. Nam qui huiusmodi est, cauere profectò malum nec vult etiam si possit, nec si velit scit. Quamobrem hunc oculum in superiori diuisione illo altero cẽsu non immerito peiorem, nõ quia malignior sit, sed quia periculosior. Ignorãtia quippe securiorem, securitas segniorem facit, nõ nequiorem. Est tamen ex hoc proculdubio deterior, quòd ille solùm habet malam intentionem, iste & falsam cõsiderationem. Ille vno caret è duobus bonis, bono zelo, iste & vero iudicio. Ex hoc itaque pessimo oculo qui neutrum bonum habet, & item ex F
illo optimo qui neutro caret, sentiendum est veritatem diseruisse aut tenebris obuolui totum corpus, aut luce perfundi. Nam reliqui duo, quorum neuter vtrũque aut bonum habet aut malum: etsi ex parte possunt, non tamẽ toti sufficiunt vel lucem dare vel tenebras corpori. Si igitur (vt ad propositam quæstiunculam reuertamur) is verè oculus nequam est, qui peruersus pariter & cęcus bonum agit, & malum credit, vtique rectè operando, sed opinando iniquè, bonum sibi in malum vertit, & tantum malum quantum crediderit: quãdoquidem, iuxta sentẽtiam domini, totum corpus tenebrosum *Matt.6.c*
reddit oculus nequã. Quid enim luci relinquitur, vbi nec pia intentio, nec vera opinio inuenitur? At non ideo sequitur vt qui econtrario malum facit, & bonum putat, iuxta suam fidem similiter & ipse inueniat. Quare? Non est quippe simplex oculus ille, qui ex iudicio veritatis totũ corpus lucidum reddat, qualẽ profectò superius definiuimus. Neque enim ex toto adhuc tenebræ desunt, vbi ignorantia veritatis lucem obscurat volũtatis. Cum itaq; ille oculus vtrũque malum, is vero minimẽ vtrunque habeat bonum: nónne ratio videtur exigere, vt plus ille noceat, q̃ prosit iste? Neque enim consequens est vt tantum valeat in bonũ, bonum vnum: quantum duo mala, in malum. Et quidem laude dignam dixerim vel solam intẽtionem piam: nec planè condigna remuneratione

G fraudabitur in opere quoque non bono ipsa bona volũtas. attamen sine malo quocucũq; non erit decepta simplicitas. Cur inquis? Nunquid non ex fide? Prorsus fide, sed falsa: vel certè potius non ex fide, quia fides falsa, fides nõ est. Denique de fide vera non falsa puto dixisse apostolum: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Non autem ex fide vera bonũ creditur quod malum est. Est enim falsum. Peccatum igitur est. Vtrũque proinde cõplectitur præsens capitulum, Rom.14.d Omne quod nõ est ex fide, peccatum est, &c. & cæcam videlicet malitiam, & deceptam innocentiam: quia quod à nesciente fit, & bonum prorsus condemnat intentio praua & malum non penitus excusat recta. Siue itaque malum putes bonum quod fortè agis, siue bonum malum quod operaris, vtrũque peccatum est, quia neutrum ex fide, licet sane leuius admodũ peccetur vbi sana intentione sola reprehensibilis actio foris apparet, quã vbi maligna latet etiã in nõ mala actione intẽtio. Verum quod absque vel minimo peccato non est, purum bonum minimè est. Quo pacto ergo bonum non purum puro malo comparabitur in efficentia, hoc est vt tam efficax ad bonum illud sit, quàm ad malum istud? H Et hæc super hac quæstione sufficiant. Nam ad superiores quoque satis reor esse responsum superius. Et quidem vos easdem sæpius dubitationes iteratis atque reuoluitis, sed mea non interest ipsarum totiens repetere solutiones. Sufficit enim semel soluisse etiam quod crebrius in quæstione versatum fuerit.

Soluit quæstionem de obedientiæ merito, & inobedientiæ demerito. Caput XIX.

QVærentibus item de obediẽtiæ pondere, seu discrimine inobedientiæ, à latere incidit vobis & de merito vtriusque quærendum, vtrum videlicet in quibusque præceptis quantum obedientia valet, tantum grauet inobedientia vt Gene.22.a verbi gratia vel Abraham de immolando filio, vel ille nescio quis de filio itidem furni incendiis exponendo, tantum diuinæ indignationis & vltionis meritò incurrissent si non obedissent, quantum laudis & gratiæ receperunt pro eo quòd obedierunt. Quod vobis quidem & durum videtur & necessarium, sed non est ita. Enimuero constat nonnulla nec fieri sine gloria, & posse non fieri sine culpa ideó I que si fiant, digna esse præmiis, non tamen suppliciis si non fiant. Nam & non tangere mulierem, meriti est non mediocris, & nullius tamen delicti propriam amplecti coniugem. Matt.19.b Istiusmodi sunt quæcunq; euangelico illi capitulo congruere possunt: Qui potest capere, capiat. Et rursum quędam per contrarium neglecta quidem offensam contrahunt, sed impleta gloriam non merentur, & damnant contemptorem, & auctorem non glorificant. Talia sunt quæcunque Hora.epist. lib.1.epist. 16. diuinitus lege publica imponuntur hominibus, sine quibus nec saluari queunt. Hinc illud apud gentilem:

Luc.6.d Non feci furtum, non pasces in cruce corvos.

Matt.5.g Luc.17.c Et in euangelio: Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Si salutaueritis fratres vestros tãtum, quid amplius facitis? Denique & vniuersaliter cum feceritis omnia quæ mandata sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus quę facere debueramus, fecimus. Ac si dicat: Si solis contenti estis præceptis & traditionibus impositæ legis, & non sponte etiam perfectionis vos consiliis & suasionibus mancipatis, liberi quidem estis à debito, non tamen pro merito glorioſi. Euasistis pœnam, sed non acquisistis coronam. Quænam ergo vos necessitas cogit parere in singulis quæ iniuncta fuerint, & formidare vltionem de transgressione, & de obseruatione sperare remunerationem? Eapropter in talibus generalis hæc regula teneatur, vt in difficilioribus quidem agendis obeditio gratior, quàm grauior prævaricatio iudicetur: & in facilioribus minusque onerosis contemptus damnabilior, quàm actus laudabilior æstimetur.

Sitne professionis locus mutandus. Caput XX.

IAm & si de hoc satis est, videamus quatenus etiam tenenda sit ipsa quæ in professione firmari solet loci stabilitas, & quibus (si quibus tamen) ex causis rumpere illam vel liceat cuiquam vel expediat. Et hinc siquidẽ dubitare vos dicitis. Ad quod interim nũc secur⁹ respõderim, à bono quod semel quis vouerit, descendere non licere: & ad hoc mutare locum quem sibi quisque delegerit, & cui se sua voluntate & voce firmauerit, omnino non consulo, sed nec sanctus papa Gregorius. Ait enim: Perfecti quique magna se discretionis subtilitate conspiciunt, ne ad deteriora vnquam vel in opere vel in cogitatione dilabantur. Sed quod hinc sensit vir apo- Philip.3.a stolicus, hoc se apostolus implere gloriatur, Quæ, inquiens, retro oblitus, & ad ea quę antè sunt, extentus. An & prophe Ezec.1.d ta Ezechiel idem nõ significauit, cum de sanctis animalibus diceret: Non reuertebantur cum incederent, sed vnũquodque ante faciem suam gradiebatur? Et hi omnes id sentiendo non aliud quàm magistri sui sententiam secuti sunt, dicentis Luc.9.g in euangelio: Nemo mittẽs manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei. Præscribat proinde stabilitatis pactum omni deinceps remisso discessiui, contemptioso discessui, vago & curioso discursui, totius denique inconstantiæ leuitati: non tamen his quæ in professionis serie sequuntur, morum videlicet conuersioni, & obedientiæ quę secundum regulam fit. Nam si hæc ibidem pro improbitate nimirum atque irreligiositate cohabitantium obtineri fortè nequiuerint, duce spiritu libertatis transire indubitãter sua- L deo ad locum alium, vbi non impediatur homo reddere deo Psal.65.a vota sua, quæ distinxerũt labia sua. Equidem cum sancto san Psal.17.d ctus eris, & cum peruerso peruerteris. Sanè de religiosis ac bene ordinatis monasteriis nullus professorum meo cõsilio, ne arctioris quidem vitæ desiderio sine licentia sui senioris egredietur. Egressus tamen si melius inuenerit, & elegerit, meo nihilo minus iam consilio non regrediatur ad inferius bonum quod reliquerat & contempserat præ meliori, præsertim si illud melius tale fuerit, quod eius primæ professioni congruere videatur. Ipse nempe viderit qua ratione, quãve intentione altiora seu arctiora præsumpserit: nam ad inferiora vel remissiora me consulente nequaquam apostatabit, si nõ tamen loci prioris vicinia reuocetur, quia de noto monasterio nec retineri quis regulariter potest, nec recipi sine consensu abbatis sui. Et accipite manifestius in exemplis, huius sententiæ rationem. Fortè vult aliquis de Cluniacensibus institutis ad Cistercienſium sese stringere paupertatem, eligens præ illis nimirum consuetudinibus magis regulæ puritatem. Si me consulit, non consulo: si non, sanè id abbatis M sui vsurparit adsensu. Quamobrem? Primò propter scandalũ ipsorũ quos deserit, deinde quia certa pro dubiis relinquere tutum non est. Forsan enim hoc tenere potest, illud nõ potest. Tertiò suspectã habeo leuitatem, qua id sæpe quod facilè volumus antequã probemus, experti iam nolumus, vno propè momento idipsum & cupientes & respuentes tam leuiter, quam irrationabiliter. Quales vtique non paucos frequenter experimur, qui vna vix hora in vna volũtate durantes, aura leuitatis impulsi, vagi & instabiles hac & illac velut ebrij nutant, mutántque pro experimẽto iudicium, imò sine iudicio fluctuantes & tumultuantes tot de se consilia præsumũt, quot loca reuisunt: semper quod non habent cupiẽtes, & quod habẽt fastidiẽtes. Et quomodo ego (ait aliquis professus regulã) non secũdum regulam cum bona quea degere conscientia? Siquidem vouens & non soluens, quid nisi peiero? Quasi non multo magis habeas vnde conqueri alibi quoque cum cœperis purè iuxta regulam conuersari. Profecto etiam tunc & quanam inquies conscientia habitare fusti neam extra domum meam priorem, quæ me de seculo fugiẽtem excepit, initiauit ad bonum, signauit in salutem, molestus fratribus, inobediens seniori, stabilitatis insuper præuaricans pactum, & primam irritam faciens fidem? Veruntamẽ † al. puriꝰ. neutra iusta querimonia est. Nam qui se ideo periurum putat, quòd ad † punctũ regulam non obseruat, videtur mihi nõ satis attendere quid iurauerit. Nemo quippe cum profitetur spondet regulam, sed determinatè secundum regulam sui quisque conuersionem, suámque deinceps conuersationem sese

A sese pollicetur dirigere. Hęc profecto huius temporis omnibus ferme monachis communis professio est. Et licet in diuersis monasteriis, diuersis & obseruantiis deo seruiatur: quandiu tamen sui quisque loci bonos vsus seruat, haud dubium quin secundum regulam viuat, quoniam quidem boni vsus à regula non discordant. Quisquis itaque tenet quod teneri inuenerit bonũ vbi profitetur, profectò viuit sicut promittit: quia non aliud proculdubio quisque promittit, quàm quod habere eorũ pia videtur vita cum quibus deinceps viuere disponit & eligit. Quid enim? Nunquid verbi gratia aut in Maiori monasterio vsus Cluniacensium, aut isti fortè illorum ritus, aut verò vtrique Cistercienſium districtionem literatoriam profitentur? Attamen omnes secundum regulam profitemur. Vna quidem oris vbique promissio, sed quia non vna est omnibus cordis intentio, potest indubitanter sine detrimento salutis, & sine damno professionis, operis quoque nõ vna vbique obseruatio celebrari. Sicut enim non omnes omnia tenent etiam boni Christiani, quæ in euãgelio sunt, omnes tamen secundum euangelium viuunt, (nam qui concessis alligati coniugiis contenti sunt, non ideo tamẽ credunt se recessisse ab euangelio, quia euangelici sublimitatem consilij de cœlibe ducenda vita non elegerunt) ita sanè, si in gradu illo inferiori legitimè ac fideliter cõuersentur: sic quoB que qui secundum regulam viuere statuunt, etsi non ad vnguem (vt dicitur) totam custodiunt, & si qua pro sui claustri ritu vel mutant, vel prætermittunt, à regulari tamen omnino professione non discedunt, donec tamen sobriè & iustè & piè pro suorum moribus viuere non desistunt. Deniq; regula ipsa tradit octauum humilitatis gradum, vt nihil agat monachus, nisi quod cõmunis monasterij regula, vel maiorum cohortantur exempla. Exceptis proinde Cistercienſibus, & qui illorum fortè ritu non tam viuere secundũ regulã, quàm ipsam ex integro purè ad literam (vti se sanè professos esse putant) tenere curant: decetero neminem obedienter degentem, regularis mouerat solennísque professio, in qua nõ fit de tota regula promissio, in his duntaxat monasteriis in quibus ordo & disciplina seruatur cum bonis consuetudinibus. Salua igitur cuique sua manet in cœnobiis bene ordinatis professio, tantũ si sana fuerit & intentio. Cæterùm qui inquietus est, & ita credere non potest: sed magis credens & cedens stimulanti conscientiæ exit, & quærit vbi soluat vota sua quæ suo in loco, suo vtique iudicio vouerat quidem, sed non soluerat: sicut non laudo quòd egreditur, ita vt egrediatur non cõsulo, si tamen ad remotum ignotúmque monasterium migrauerit. Cur ita? Tum propter Pauli sentẽtiam, quæ beatum manifestè pronunciat, qui seipsum non iudicat in eo quod probat: tum ex nostri auctoritate magistri, qui talem & suscipi iubet, & retineri: inuẽtum quoque bonum & vtilem, suaC lione allici, professione ligari. Denique suadeatur (inquit) ei vt stet. Et ne forte prioris sui monasterij memor, remordente (vt adsoler) conscientia, incipiat denuo de rupta stabilitate causari, generalem super huiusmodi scrupulo consolatoriam profert sententiam, dicens: Vbique enim vni deo seruitur, vni regi militatur. Porrò de vicino prohibet, quod iubet de peregrino, ne vicinitas inter monasteria fomes scandali, rixæ materia fit, si alterutrum recipere monachos acquieuerint, absque mutuo duntaxat adsensu. Quod totiens equidem experimur, quotiens talis vspiam monachorum susceptio planè non nisi contra decretum regulare præsumitur. Quod si etiam post hæc fratris ita regulariter susceptí inquietiorem fortè animum pulsauerit recordatio scandali quod discedẽs fratribus quos deseruit fecit, & quia oporteat emendari suo reditu, quod ex discessu deliquerit: prudenter aduertat qui hoc cogitat, scandalum scandalo non bene emendari. Qualis deniq; emendatio erit, si vt aliis scandalum tollas, alios scandalizas? Quanquam profectò & tolerabilius scandalum illud sit & venialius, quod factum est intentione proficiẽdi in melius, quàm quod facere cogitas ad deterius apostatando. Sed ante quoque (licet non sine scandalo) tutius tuam sine dubio ad id quod putasti melius secutus es conscientiam, quàm si in ptiori bono & loco cõtra conscientiã permaneres: quanquã securè id posses, si sanè hinc eandem tuiipsius conscientiam

Capitulo De monachis peregrinis.

Ut secundũ regulã viuas, quę relicta sui monasterij vt uendi normam amplectitur.

reddere securam posses. Quapropter quod de manducante D & non manducãte decernit apostolus: vsurpemus & nos in Rom.14.b nostræ huius disputatiunculæ conclusione, vt & qui propria impellente conscientia suum deserit locum, ne suum (quod putat) deserat votum, non deserentem non spernat: & qui secura conscientia fraternum scandalum timens fratres nõ deserit, deserẽtem non iudicet. Et de his me accipite sanè quod sentio respondisse, sine præiudicio sanius sentientis.

Quæstionem proponit ex facto D. Gregorij & Augustini. Caput XXI.

ITem postulatis absolui vobis, cur vel beatus Gregorius nescio quem Venantium, habitum monachalem quem piè susceperat, impiéque reiecerat, nõ solùm resumere non coëgit, sed etiam omnem legitur indulsisse communionem apostatę perduranti: vel sanctus Augustinus coniugij legi votum quodammodo subiiciat continentiæ, ita vt in libro de virginitate adserere videatur, nec cœlibis quidem vitæ propositũ copulæ posse præscribere coniugali quo minus indissolubile maneat etiam quod à continentibus fallente diabolo fracto sanctitatis voto initum fuerit matrimonium. Et ad hæc nihil ad præsens certius breuiúsque respondendum occurrit, nisi quòd ita sancti antistites sapuerunt, recténe, ipsi viderint. Nã ego in sensibus actibúsq; illustrium patrum cautus profectò E sum omnino non aliud ęstimare, quàm quòd beato apostolo teste quæritur iam inter dispẽsatores, vt videlicet fidelis quis 1.Cor.4.d inueniatur. Certus sum enim siue in suo abundauerint sensu, siue in dei spiritu: sicut & in cæteris, ita & in his ambos extitisse fideles: illum in dispensando quod præ manibus erat, istum in scribendo quod senserat.

Aliam ex D. Gregorio quæstionem soluit. Caput XXII.

QVod denique quæritis de quibusdã episcopis, quos sanctus item papa Gregorius ad tẽpus in monasteriis pro eorum excessibus legitur recluisse, vtrumnam in suo, an in monastico interim habitu habitarint cum monachis, ego nescio, nisi quòd credibilius videtur, nequaquam illos insignẽ religionis habitum suscepisse, quem non erant perpetuo habituri, sed tantùm quęsisse quietem in secretis monasteriorũ, & opportunitatem pœnitentiæ.

Docet quamobrem solitariæ vitæ professio vocetur secundum baptisma. Caput XXIII.

AVdire & hoc vultis à me, vnde inter cætera pœnitentiæ institutа monasterialis disciplina meruerit hanc prærogatiuam, vt secũdum baptisma nuncupetur. Arbitror ob perfectam mundi abrenunciationem, ac singularem excellentiã vitæ spiritualis, qua præeminens vniuersis vitæ humanæ generibus huiuscemodi conuersatio, professores & amatores suos angelis similes, dissimiles hominibus facit, imò diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos Christo instar baptismi. Et quasi deniq; secundò baptizamur, dum per id quòd mortificamus membra nostra quæ sunt super terram, rursum Christum induimus, complantati denuo similitudini mortis eius. Sed & quomodo in baptismo eruimur de potestate tenebrarum, & in regnum transferimur claritatis æternæ: ita & in sancti huius secunda quadam regeneratione propositi, de tenebris ęquè non vnius originalis, sed multorum actualium delictorum in lumen virtutum cuadimus, redaptantes nobis illud apostoli: Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Docet mortem præpositi in monasterio nihil remittere de seueritate monasticæ disciplinæ. Caput XXIIII.

ID quoque vobis insinuari precamini, an abbatis mutatio monasterium suum mutare volentibus monachis *itt*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G aliquo patrocinetur, hoc est si in morte vel depositione prelati plus aliquid libertatis subditis relaxetur, quo vtiq; liciti ius possint eo articulo temporis migrare quo voluerint, altero necdum videlicet substituto? Ad quod respondeo: Nequaquam. Etenim sponsio professionis quando ex more fit in oratorio, de abbatis vita non sumit terminum, sed de presentia testimonium. Profitenti itaque modus sit sua vita non aliena. Attendat denique quid inde legislator ipse nō solum senserit, sed & tradiderit: vt si quando, inquit, aliter fecerit (videlicet quàm promittit) à deo se sciat damnandum, quē irridet. Item dicit, quòd nec sui iam corporis nouitius habiturus sit potestatem. Et item: Perseuerantes, ait, in monasterio vsque ad mortem.

Capitulo Demonachis peregrinis.

Redit ad superiorem quæstionem de mutando loco professionis. Caput XXV.

SAluis igitur exceptionibus quas superior disputatio perstrinxit, decætero nulla liceat occasione monacho locum cui professus est, citra suam mortem deserere, suo duntaxat arbitrio: alioquin præuaricator est, damnationem habēs, quia primā fidem irritā facit. Sed vos pergitis amplius scisciari, & dicitis: Quid si non potest nisi cum rancore persistere animi ibidem manere, ob minus videlicet regularem H petuo minúsve amabilem abbatis electionem? Subit animo nūc illud de euangelio quod de coniugij lege docēti discipuli domino responderunt. Si ita est, inquiunt, nō expedit nubere. *Matt.19.* Magnæ reuera angustiæ. Si tenuerit exosam, nihil oneriosius. Si dimiserit inuitam, nihil inchristianius. An nō simili necessitate constringitur qui nec deserere valet locum, ne frangat votum: nec manere in loco, ne cum rancore viuat, & vitā perdat? Quid consulam huic? Vt discedat? Nō licet propter professionem. Vt stet? Propter rancorem nō expedit. Duo mihi æque incōueniētia, eque periculosa proponitis, vt quidquid respōdero, vobis minimè prosit. Quæritis nēpe quid è duobus monacho tutius sit, residere in proprio monasterio sub irregulariter electo cum rancore, an ad quietius viuendum alio migrare. Quod quidem haud secus accipio, q̄ si requirat quanam morte perire cōsulam eum qui seipsum fortè perimere vult incendio, an præcipicio. Reuera nanque & vtriusque incōmodi malum est, & vtrique periculosum. Nec mihi placet nec illud nec istud. Quid ergo? Nihil horum. Quid igitur? Aliud. Quid? Nescio. Quæritis ergo quod nescio? Ita. Quid ergo? Ego nescio, & vos nescitis? Fortassis vtique, sed sapienti. Cæterum si *Rom.1.b* & insipientibus debitor sum, vbi sat est dictum sapienti, etiam illis gerendus mos est. Itaque propter tardiores idem profusius quàm profundius repetere nō grauabor. Ob duplicem ergo causam deum dixerim propter seipsum diligendum: siue quia mihil iustius, siue quia nil diligi fructuosius potest. Duplicem siquidem parit sensum cum quæritur de deo cur diligendus sit. Dubitari namque potest quid potissimum dubitetur: vtrumnam quo suo merito deus, aut certè quo nostro sit commodo diligendus. Sanè ad vtrumque idem respondetur: non planè aliam mihi dignam occurrere causam diligendi ipsum, præter ipsum. Et prius de merito videamus. Multū quippe meruit de nobis, qui & immeritis dedit seipsum nobis. Quid enim melius seipso poterat dare vel ipse? Ergo si dei meritum quæritur, cum ipsum diligendi causa quæritur, illud est præcipuum: quia ipse prior dilexit nos. Dignus planè qui redametur, præsertim si aduer- E tatur quis, quos, quantúmque amauerit. Quis enim? Num is *Psal.15.a* cui omnis spiritus confitetur, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges? Est vera huius charitas maiestatis, quippe non quærentis quæ sua sunt. Quibus autem tanta charitas exhibetur? Cū adhuc, inquit, inimici essemus, recon- *Rom.5.b* ciliati sumus deo. Dilexit ergo deus, & gratis, & inimicos. Sed quantum? Quantum dicit Ioannes: Sic deus dilexit mū- *Ioan.3.b* dum, vt vnigenitum daret. Et Paulus: Qui proprio (ait) fi- *Rom.8.f* lio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum. Ipse namq; filius pro se, Maiorem, inquit, charitatem nemo habet, quàm *Ioan.15.b* vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Sic meruit iustus ab impiis, summus ab infimis, ab infirmis omnipotēs. Sed dicet aliquis: Ita quidem ab hominibus, sed ab angelis non ita. Verum est, quia necesse non fuit. Cæterum qui hominibus subuenit in tali necessitate, seruauit angelos à tali necessitate. Et qui homines diligendo tales fecit ne tales remanerent, ipse æquè diligendo dedit & angelis ne tales fierent. Quibus hæc palàm sunt, palàm arbitror esse & cur deus diligendus sit: hoc est, vnde diligi meruerit. Quòd si infideles hęc latent, deo tamen in promptu est ingratos confundere super innumeris beneficiis suis humano nimirū & vsui præstitis, & sensui manifestis. Nempe quis alius administrat cibum omni vescenti, cernenti lucem, spiranti flatum? Sed stultum est velle modo enumerare quæ innumera esse non longè antè præ- F farus sum: satis est ad exemplum prēcipua protulisse, panem, solem, & aërem. Præcipua dico, non quia excellentiora, sed quia necessariora sunt, quippe corpori. Quærat enim homo eminentiora bona sua in ea parte sui qua præeminet sibi, hoc est in anima, quæ sunt dignitas, scientia, virtus. Dignitatem in homine liberū arbitrium dico: in quo ei nimirum datum est cæteris nō solùm præeminere, sed & presidere ānimantibus. Scientiam verò, qua eandem in se dignitatem agnoscat, non à se tamen. Porrò virtutem, qua subinde ipsum à quo est, & inquirat non segniter, & teneat fortiter cum inuenerit. Itaq; geminum vnumquodq; trium horum apparet. Dignitatem siquidem demōnstrat humanam, nō solùm naturæ prærogatiua, sed & potentia dominatus: quòd terror hominis super cūcta animantia terræ imminere decernitur. Scientia quoq; duplex erit, si hanc ipsam dignitatem, vel aliud quodq; bonum in nobis, & nobis inesse, & à nobis nō esse nouerimus. Porrò virtus & ipsa æquè bifaria cognoscetur, si auctorem consequenter inquirimus, inuentóq; inseparabiliter inhæremus. Dignitas ergo sine scientia non prodest: illa verò etiam obest, si virtus defuerit: quod vtrūq; ratio declarat subiecta. Habere enim quod habere te nescias, quam gloriam habet? Porrò nosse quod habeas, sed quia à te non habeas ignorare: habet gloriam, sed non apud deum. Apud se autem glo-

F

Prou.18.a

I nem, quæ cassari regulariter non valet, aut reprobari? Et quidem legitur: Quod probari nō potest, mihi infectum est. Sed dicitis: Et quis obediat scienter indigno, etsi non manifesto? Fratres, nònne legistis & in vestra & in veritatis regula: Su- *Matt.23.a* per cathedram Moysi sederunt scribę & pharisæi: quæ dicūt facite, secūdum autem opera illorum nolite facere? Iam de mutādis vestibus vel lauādis ob nocturnam illusionem, accipite breue consiliū. Iuxta ritū sui loci quemque facere cōsulo de huiusmodi, quę diuersis modis diuersis in monasteriis certū est obseruari. De his qui in pluribus monasteriis profitētur (quod penè oblitus fueram) puto satis esse respōsum superius, cum de loci stabilitate disputatum est, & non est necesse vt repetam. Prætermitto & aliqua de canonibus quę vos requiritis, tum quoniā talium nostra nō refert qui monachi sumus, tū quia in libris ipsi facile reperire potestis, quærere non grauemini.

Disputat, an is qui alteri offensus est, siue appetitu vindictæ absque reconciliationis sacramento possit dominicam synaxim accedere Caput XXVI.

VEnio ad tria illa quæ in altera vestra rursum epistola continētur, vbi primū interrogatis quidnam consulam homini qui aduersus quempiam cōmotus fuerit, sed non adeo vt eum lædere ipse velit, adeo tamen vt libenter acci- K piat si quo modo aliunde lædi cōtigerit: sine videlicet rutum ita commoto accedere ad altare, an se subtrahere interim debeat, donec compescatur commotio. Nunquam mihi contingat turbatum ad pacis accedere sacrificium: cum ira & disceptatione contingere sacramentum, in quo deus indubitanter est mundum reconcilians sibi. Certè non recipitur munus quodcunque meum quod defero ad altare, nisi antè placato fratre quem me forte læsisse meminero: quāto minus, si meipsum non pacauero prius?

Conciliat duas D. Pauli sententias in specie pugnantes. Caput XXVII.

QVod deinde quæritis contrarietatē quæ inesse videtur duabus illis Pauli sententiis: conuersatio nostra in cœlis est: & quandiu sumus in corpore, peregrinamur à do- *Philip.3.d* mino: quomodo videlicet anima eodem tempore possit & *2.Cor.5.b* in corpore peregrinari à domino, & in cœlis simul esse cum domino, ipse soluit apostolus, cum alibi dicit: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Inquantum quidem *1.Cor.13.b* cognoscimus tanquam præsentia contemplantes, iam cum domino sumus: inquantum adhuc tanquam de futuris prophetamus, credentes quæ non intelligimus, sperantes quæ non videmus, à deo peregrinamur, & in corpore. Cum autē L venerit quod perfectum est, hoc est glorię plenitudo, quæ in *Ibidem.* resurrectione futura est, tunc euacuabitur quod ex parte est, corporis videlicet omnis corruptio, ex qua sine dubio contingit hæc quę adhuc ex parte manet nostra in corpore peregrinatio. Hoc est quod in se mirabiliter ingemiscens plan- *Rom.7.b* git, & ait: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non conqueritur de corpore tantum, sed de corpore mortis huius, hoc est eius quę adhuc durat corruptionis: monstrans non corpus, sed corporis molestias esse causam peregrinationis. Corpus quippe quod corrumpitur, *Sapien.9.d* aggrauat animam. Non corpus simpliciter, sed corpus quod corrumpitur aggrauat animam: vt corruptio corporis oneri sit, non natura, Vnde & qui intra semetipsos ingemiscūt, re- *Rom.8.d* demptionem expectant corporis sui, nō amissionem. Meritò proinde grauati corporis necessitate, non societate, cupimus dissolui, & esse cum Christo: vt id quod manet ex parte adhuc exilium finiatur: & quę ex parte iam cœpit, cœlestis habitatio perficiatur. Aut certè conuersatio nostra in cœlis *Philp.3.d* est, quomodo idem dicit apostolus: Spe enim salui facti su- *Rom.8.c* mus. Spe itaque iam in cœlestibus habitamus, cum adhuc re ipsa in terris peregrinemur, & in corpore. Vel aliter. Habemus & vnde corpori, & vnde domino inhæreamus. Illud vnificando, illum credendo, & sanctificādo & diligendo. Neque enim præsentior spiritus noster est vbi animat, quàm v- M bi amat: nisi fortè putetur esse magis vbi inuitus & necessitate tenetur, quàm quò sponte & alacri fertur voluntate Deique vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Item si deum *Matt.6.* amās anima ex ipso viuit, vti corpus ex ipsa: quo pacto, quæso, præsentior esse cōtenditur vbi dat, quàm vnde accipit vitam? Fons siquidem vitæ charitas est: nec viuere animam dixerim, quæ de illo nō hauserit. Haurire porrò quomodo potest, nisi fuerit presens ipsi fonti qui charitas est, quę deus est præsens igitur deo est qui deum amat, inquantum amat. In quo enim minus amat, absens profectò est. In eo autem minus deum amare conuincitur, q̄ carnis adhuc necessitatibus occupatur. Illa verò circa corp⁹ occupatio quid est, nisi à deo quædam absentatio? & absentatio quid, nisi peregrinatio? Et peregrinamur ergo à domino, & in corpore peregrinamur, cuius nostra nimirum & intentio prepeditur ærumnis, & curis charitas fatigatur.

soluit ex D. Augustino propositam difficultatem. Caput XXVIII.

IN fine secundæ epistolæ interrogatis quid sentiendum arbitror de eo quod in euangelio, nobis promittitur Ecce enim merces vestra multa est in cœlis: mirātes maximè

sanctum

A sanctum Augustinum dixisse super hōc, non cœlos istos visibiles & corporeos oportere intelligi, ne merces nostra in rebus mobilibus volubilibúsque videatur collocari, ideóque spiritualia quædam firmamenta esse intelligenda: de quibus nescitis (vt dicitis) quid vel suspicari debeatis. Sed si attendi- *Luc.17.e* tis quod legistis, Regnū dei intra vos est: &, Habitare Chri- *Ephes.3.d* stum per fidem in cordibus vestris, tanquam vtique regem *Rom.8.d* in regno suo: &, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: nō quidem quæ reuelabitur nobis velut aliquid exterius, sed in nobis, quasi intus iam manens, sed nondum apparens: & item: *Psal.44.a* Omnis gloria eius filiæ regis abintus: & ascendet homo ad *Psal.63.b* cor altum: sed & ascensiones in corde suo disposuit: rursúmque anima iusti sedes est sapientiæ, cuius sine dubio illa vox *Psal.83.b* est, Cœlum mihi sedes est: si hæc, inquam, hísque similia nō pauca in scripturis aduertitis, profectò studebitis ad requirendum regnum dei & iustitiam eius, intrare potius ad vos, quàm vel extra exire, vel ascendere supra. Sed supra sanè vel extra dixerim loci positione, sicut cœlum à terra locum tenet exteriorem, sol luna, & sidera superiorem. Nam eadem ipsa quæ intra nos sunt subtiliori suæ naturæ inuisibilitate, etiam supra nos sunt subtiliori excellentiæ dignitate, & extra quoque immensitate maiestatis. Sed altissima sunt hæc, B egentia vtique & diligentiori disputatione, & doctiori disputatore, & opere prolixiori. Ego enim putaueram modum in his tractādis epistolarem nequaquam excessum iri, sed sermo (vt video) processit in longius quàm speraui. Proinde vos, si placet, librum: si placet, epistolam nominate: nam ego siue in paucis, sine in multis vestræ debui (quod & studui) satisfacere voluntati.

Explicit liber de præcepto & dispensatione.

IN TRACTATVM SEquentem, Prologus.

VIro illustri domino Haymerico, ecclesiæ Romanæ diacono, cardinali & cancellario, Bernardus abbas dictus de Claraualle, domino viuere, & in domino mori. *Orationes à me & non quæstiones poscere solebatis: & quidem ego ad neutrum idoneum me esse confido. Verùm illud indicit professio, etsi non ita conuersatio. Ad hoc* C *verò (vt verum fatear) ea mihi deesse video, quæ maximè necessaria viderentur, diligentiam & ingenium. Placet tamen, fateor, quòd pro carnalibus spiritualia repetitis, si sanè apud locupletiorem id facere libuisset. Quia verò doctis & indoctis pariter in istiusmodi excusandi mos est, nec facilè scitur quæ verè ex imperitia, quæve ex verecundia excusatio prodeat, si non iniuncti operis obeditio probat: accipite de mea paupertate quod habeo, ne tacendo philosophus puter. Nec tamen ad omnia spondeo me responsurum. Ad id solum quod de diligendo deo quæritis, respondebo quod ipse dabit. Hoc enim & sapit dulcius, & tractatur securius, & auditur vtilius. Reliqua diligentioribus reseruate.*

D. BERNARDI ABBATIS Clarævallis de diligendo Deo,

Tractatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Grianti dicitur ab apostolo: Quid habes quod non accepisti?
1. Cor. 4. b Si autem acceptisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Non
ait simpliciter, Quid gloriaris: sed addit, Quasi nō acceperis:
vt adserat reprehensibilem non qui in habitis, sed qui tanquā
in non acceptis gloriatur. Meritò vana gloria nuncupatur
huiusmodi, veritatis nimirum solido carens fundamēto. Ve-
1. Cor. 1. d ram enim gloriam ab hac ita discernit. Qui gloriatur, ait, in
domino glorietur: hoc est, in veritate. Veritas quippe domi-
nus est. Vtrunque ergo scias necesse est, & quid sis, & quòd à
Cant. 1. e teipso non sis: ne aut omnino videlicet nō glorieris, aut ina-
niter glorieris. Denique si non cognoueris, inquit, teipsum,
egredere post greges sodalium tuorum. Reuera ita fit: homo
factus in honore, cum honorem ipsum non intelligit: talis
suæ ignorantiæ meritò comparatur pecoribus, velut quibus-
dam præsentis suæ corruptionis & mortalitatis consortibus. Fit igitur vt sese non agnoscendo, egregia rationis mu-
nere creatura, irrationabilium gregibus aggregari incipiat,
dum ignara propriæ gloriæ, quæ ab intus est, conformanda
foris rebus sensibilibus sua ipsius curiositate abducitur: effi-
citúrq; vna de cæteris, quòd se præ cæteris nihil accepisse in-
telligat. Itaque valde cauenda hæc ignorantia, qua de nobis
minus nobis fortè sentimus, sed non minus imò & plus illa
H qua plus nobis tribuimus: quod fit, si bonum quodcúque in
nobis esse, & à nobis, decepti putemus. At verò super vtran-
que ignorantiā declinanda & execranda illa præsumptio est,
qua sciens & prudens fortè audeas de bonis non tuis tuam
quærere gloriam: & quod certus es à te tibi non esse, inde ta-
men alterius rapere non verearis honorem. Prior equidem
ignorantia gloriam nō habet: posterior verò habet quidem,
sed nō apud deum. Cæterùm hoc tertium malum quod iam
scienter committitur, vsurpat & contra deum. Intantum de-
nique ignorantia illa posteriori hæc arrogātia grauior atque
periculosior apparet, quo per illam quidem deus nescitur,
per istam & contemnitur. Intantum & priori deterior ac de-
testabilior: vt cum per illam pecoribus, per istam & dæmo-
nibus sociemur. Est quippe superbia & delictum maximum
vti datis tanquam innatis: & in acceptis beneficiis gloriam
vsurpare benefici. Quamobrem cum duabus istis dignitate
atque scientia, opus est & virtute: quæ vtriusque fructus est,
per quam ille inquiritur ac tenetur, qui omnium auctor &
dator meritò glorificetur de omnibus. Alioquin sciens & nō
faciens digna, multis vapulabit. Quare? Vtique quia noluit
Psal. 35. a intelligere vt benè ageret. Magis autem iniquitatem medi-
tatus est in cubili suo, dum de bonis quæ à se nō esse ex scien
tiæ dono certissimè comperit, boni domini gloriam seruus
impius captare sibi, imò & raptare molitur. Liquet igitur &
absque scientia dignitatem esse omnino inutilem, & scien-
I tiam absque virtute damnabilem. Verùm homo virtutis, cui
nec damnosa sciētia, ne infructuosa dignitas manet: clamat
Psal. 113. b deo & ingenuè confitetur: Non nobis, inquiens, domine, nō
nobis, sed nomini tuo da gloriā. Hoc est, nil nobis, ô domi-
ne, de scientia, nil nobis de dignitate tribuimus, sed tuo totū
(à quo totum est) nomini deputamus. Cæterum penè à pro-
posito longè nimis digressi sumus, dum demonstrare satagi-
mus, eos quoque qui Christum nesciunt, satis per legem na-
turalem ex perceptis bonis corporis animæque moueri qua-
tenus deum propter deum & ipsi diligere debeant. Nanque
vt breuiter quæ super hoc dicta sunt iterentur: quis vel infi-
delis ignoret suo corpori non ab alio in hac mortali vita su-
pradicta illa necessaria ministrari, vnde videlicet subsistat,
Psal. 115. c vnde videat, vnde spiret, q̄ ab illo qui dat escam omni carni,
qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit su-
Matt. 5. g per iustos & iniustos? Quis item vel impius putet alium eius
quæ in anima splendet humanæ dignitatis auctorem, præter
Gen. 1. c illum ipsum qui in Genesi loquitur: Faciamus hominem ad
imaginem & similitudinem nostram? Quis alium sciētiæ lar-
Psal. 93. b gitorem existimet, nisi æquè ipsum qui docet hominē scien-
tiam? Quis rursum munus sibi aliunde virtutis aut putet da-
tum, aut speret dandū, quàm de manu itidem domini virtu-
tum? Meretur ergo amari propter seipsum deus & ab infide-
li: qui etsi nesciat Christum, scit tamen seipsum. Proinde in-
excusabilis est omnis etiam infidelis si non diligit dominum
deum suum toto corde, tota anima, tota virtute sua. Clamat K
nempe intus ei innata & non ignota ratione iustitia, quia ex
toto se illum diligere debeat, cui se totum debere non ignо-
rat. Verùm id difficile, imò impossibile est, suis scilicet quē-
piam liberiue arbitrij viribus semel accepta à deo, ad dei ex
toto conuertere voluntatem: & non magis ad proprium re-
torquere, eáque sibi tanquā propria retinere, sicut scriptum
Philip. 2. c est: Omnes quæ sua sunt quærunt. Et item: Proni sunt sensus
Gene. 8. d & cogitationes hominis in malum. Contra quod planè fi-
deles norunt quàm omnino necessarium habeant Iesum, &
hunc crucifixum: dum admirantes & amplexātes superemi-
nentem scientiæ charitatem in ipso, id vel tantillum quod
sunt, in tantæ dilectionis & dignationis vicem non repende-
re confundūtur. Facilè proinde plus diligunt, qui se amplius
Luc. 7. g dilectos intelligunt. Cui autem minus donatum est, minus
diligit. Iudæus sanè, siue paganus, nequaquā talibus aculeis
Cant. 2. b incitatur amoris, quales ecclesia experitur, quæ ait: Vulnera-
ta charitate ego sum. Et rursum: Fulcite me floribus, stipa-
te me malis, quia amore langueo. Cernit regem Salomonem
in diademate quo coronauit eum mater sua. Cernit vnicum
patris crucem sibi baiulantem. Cernit cæsum & consputum
dominum maiestatis. Cernit auctorem vitæ & gloriæ con-
fixum clauis, percussum lancea, opprobriis saturatum, tandē
illam dilectam animam suam ponere pro amicis suis. Cernit L
Cant. 2. b hæc, & suam magis ipsius animam gladius amoris transuer-
berat, & dicit: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia a-
more lāgueo. Hæc sunt quippe mala punica quę in hortū in-
troducta dilecti sponsa carpit ex ligno vitæ, à cœlesti pane
Philip. 2. d proprium mutuata saporem, colorem à sanguine Christi. Vi-
det deinde mortem mortuam, & mortis auctorē triumpha-
tum. Videt de inferis ad terras, de terris ad superos captiuam
duci captiuitatē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœ-
lestium, terrestrium, & infernorum. Aduertit terram quę spi-
nas & tribulos sub antiquo maledicto produxerat, ad nouæ
benedictionis gratiam innouatam refloruisse. Et in his om-
Psa. 27. c nibus illius recordata versiculi: Et floruit caro mea, & ex
voluntate mea confitebor ei: passionis malis quæ de arbore
tulerat crucis, cupit iugere & de floribꝰ resurrectionis, quo-
Cant. 1. e rum præsertim fragrantia sponsum ad se crebrius reuisen-
dam inuitet. Denique ait: Ecce tu pulcher es dilecte mi &
decorus, lectulus noster floridus. Quæ lectulum mōstrat, sa-
tis quid desideret aperit: & cum floridum nunciat, satis indi-
cat vnde quod desiderat obtinere præsumat. Non enim de
Gen. 27. a suis meritis, sed de floribus agri cui benedixit deus. Delecta-
tur floribꝰ Christus, qui in Nazareth & cōspici voluit & nu-
triri. Gaudet sponsus cœlestis talibus odoramentis, & cordis
thalamum frequenter libētérque ingreditur, quòd istiusmo-
di refertum fructibus, floribúsque respersum inuenerit. Vbi M
suæ videlicet aut passionis gratiam, aut resurrectionis glo-
riam sedula inspicit cogitatione versari, ibi profectò adest
sedulus, adest libens. Monimenta siquidem passionis, fructus
agnosce quasi anni præteriti, omnium vtique retro tem-
porum sub peccati mortisque imperio decursorum, tandem
in plenitudine temporis apparentes. Porrò autem resurre-
ctionis insignia, nouos aduerte flores sequentis temporis, in
nouam sub gratia reuirescentis ætatem, quorum fructū ge-
neralis futura resurrectio in fine parturiet sine fine mansurū.
Cant. 2. c Iam, inquit, hyems transiit, imber abiit & recessit, flores ap-
paruerunt in terra nostra. æstiuum tempus aduenisse cū illo
Apo. 21. b significans, qui de mortis gelu in venalem quandam nouæ
vitę temperiē resolutus, Ecce (ait) noua facio omnia. Cuius
caro seminata est in morte, refloruit in resurrectione. Ad
cuius mox odorem in campo conuallis nostrę reuirescunt a-
rida, recalescunt frigida, mortua reuiuiscūt. Horum ergo no-
uitate florum ac fructuum, & plenitudine agri suauissimum
spirantis odorem, ipse quoque pater in filio innouante om-
Gen. 27. g nia delectatur, ita vt dicat: Ecce odor filij mei sicut odor a-
gri pleni cui benedixit dominus. Bene pleni, de cuius pleni-
tudine omnes accepimus. Sponsa tamen familiarius ex eo si-
bi cū vult flores legit, & carpit poma, quibus propriæ aspер-
gat intima bona scientię, & intrāti spōso cordis lectulus sua-
ue redoleat. Oportet enim nos, si crebrum volumus habere
hospitem

A hospitem Christum, corda nostra semper habere munita fi-
delibus testimoniis, tam de misericordia scilicet morientis,
Psal. 61. c quàm de potentia resurgentis: quomodo Dauid aiebat: Duo
hæc audiui, quia potestas dei est, & tibi domine misericor-
dia. Siquidem vtriusque rei testimonia credibilia facta sunt
nimis, Christo vtique moriente propter delicta nostra, & re-
surgente propter iustificationem nostram, & ascendente ad
protectionem nostram, & mittente spiritum ad consolatio-
nem nostram, & quandoque redituro ad consummationem
nostram. Nempe in morte misericordiam, potētiam in resur-
rectione, vtranque in singulis exhibuit reliquorum. Hęc ma-
la, hi flores, quibus sponsa se interim stipari postulat, & fulci-
ri, credo sentiens facilè vim in se amoris posse tepescere, &
languescere quodammodò, si nō talibus iugiter foueatur in-
centiuis, donec introducta quandoque in cubiculum, diu cu-
Canti. 2. d pitis excipiatur amplexibus, & dicat: Læua eius sub capite
meo, & dextera illius amplexata est me. Sentiet quippe tunc
& probabit vniuersa dilectionis testimonia, quę in priori ad-
uentu tanquam de siniſtra dilecti acceperat, præ multitudine
dulcedinis amplexantis dexteræ contenenda, & omnino iam
Ioan. 6. g quasi subtus habenda. Sentiet quod audierat: Caro non pro-
dest quicquam, spiritus est qui viuificat. Probabit quod le-
gerat: Spiritus meus super mel dulcis, & hęreditas mea super
Eccl. 24. c mel & fauum. Quod verò sequitur, Memoria mea in gene-
B ratione seculorum: hoc dicit, quia quandiu stare prędens cer-
nitur seculum, in quo generatio aduenit, & generatio præ-
terit, non deerit electis consolatio de memoria, quibus non-
Psa. 144. b dū de præsentia plena refectio indulgetur. Vnde scriptū est:
Ibidem. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. haud du-
bium quin hi quos paulò superius dixerat: Generatio & ge-
neratio laudabit opera tua. Memoria ergo in generatione se-
culorum, præsentia in regno cœlorum. Ex ista glorificatur
iam assumpta electio, de illa interim peregrinans generatio
consolatur. Sed interest quænam generatio ex dei capiat re-
Luc. 6. d cordatione solamen. Non enim generatio praua & exaspe-
Psal. 76. d rans cui dicitur, Væ vobis diuites, qui habetis consolatio-
nem vestram: sed quæ dicere veraciter potest, Renuit conso-
lari anima mea. Hinc planè & credimus si secuta adiecerit:
Memor fui dei & delectatus sum. Iustum quippe est vt quos
præsentia non delectant, præsto eis sit memoria futurorum:
& qui de rerum fluentium qualibet affluentia despiciunt cō-
Psal. 23. b solari, recordatio illos delectet æternitatis. Et hæc est ge-
neratio quærentium dominum, quærentium non quæ sua
sunt, sed faciem dei Iacob. Dei ergo quærentibus & suspi-
rantibus præsentiam, præsto interim & dulcis memoria est,
non tamen qua satientur, sed qua magis esuriant vnde sa-
C tientur. Hoc ipsum de se cibus ipse testatur, ita dicens: Qui
Eccl. 24. c edit me, adhuc esuriet: & qui eo cibatus est, Satiabor, inquit,
Psal. 16. d cū apparuerit gloria tua. Beati tamen iam nunc qui esuriunt
Matt. 5. d & sitiunt iustitiam, quoniā quandoque ipsi & nō alij satura-
buntur. Væ tibi generatio praua atque peruersa, væ tibi po-
pule stulte & insipiens, qui & memoriam fastidis, & præsen-
1. Tim. 6. b tiam expauescis. Meritò quidem. Nec modo enim liberari
vis de laqueo venantium, siquidem qui volunt diuites fieri
in hoc seculo, incidunt in laqueum diaboli. Nunc à ver-
Matt. 25. d bo aspero poteris liberari. O verbum asperum, ô sermo du-
rus, Ite maledicti in ignem æternum. Durior planè atque
Ioan. 6. f asperior illo qui quotidie nobis de memoria passionis in ec-
clesia replicatur: Qui manducat meam carnem, & bibit san-
guinem meum, habet vitam æternā: hoc est, qui recolit mor-
tem meam, & exemplo meo mortificat mēbra sua quæ sunt
super terram, habet vitam æternam. Hoc est, si compatimini,
& conregnabitis. Et tamen plerique ab hac voce resilientes
Ibidem & abeuntes hodiéque retrorsum, respondent non verbo, sed
Psal. 77. a facto: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Itaque ge
neratio quę non dixerit cor suum, & non est creditus cū deo
spiritus eius, sed magis sperans in incerto diuitiarum, verbū
modo crucis audire grauatur, ac memoriā passionis sibi iu-
dicat onerosam. Verùm qualiter verbi illius pondus in præ-
Matt. 25. d sentia sustinebit, Ite maledicti in ignem æternum, qui para-
tus est diabolo, & angelis eius? Super quem profectò cecide-
Psal. 111. a rit lapis iste, conteret eum. At verò generatio rectorum be-
nedicetur, qui vtique cum apostolo, siue absentes siue prę- D
sentes contendunt placere deo. Denique audient, Venite be- 2. Cor. 5. b
nedicti patris mei, &c. Tunc illa quæ non direxit cor suum, Matt. 25. d
serò quidem experietur quàm in illius comparatione dolo-
ris, iugum Christi suaue, & onus leue fuerit, cui tanquam
graui & aspero duram ceruicem superbè subduxit. Non po-
testis, ô miseri serui mammonę, simul gloriari in cruce domi
ni nostri Iesu Christi, & sperare in pecunię thesauris: post au-
rum abire, & probare quàm suauis est dominus. Proinde quē
suauem in memoria non sentitis, asperū proculdubio in pre-
sentia sentietis. Cæterùm fidelis anima & suspirat præsentiā
inhianter, & in memoria requiescit suauiter, & donec ido-
nea sit reuelata facie speculari gloriam dei, crucis ignominia
gloriatur. Sic profectò, sic sponsa & columba Christi pausat
sibi interim, & dormit inter medios cleros, sortita iam im- Psal. 67. c
præsentiarum de memoria abundantiæ suauitatis tuæ domi-
ne Iesu pennas deargentatas, innocentiæ videlicet pudicitię-
que candorem, & sperās insuper adimpleri lætitia cum vultu
tuo, vbi etiam fiant posteriora dorsi eius in pallore auri, quā-
do in splendoribus sanctorum introducta cum gaudio, sapi-
entiæ plenius fuerit illustrata fulgoribus. Meritò proinde
iam nūc gloriatur, & dicit: Læua eius sub capite meo, & dex- Cant. 2. d
tera illius amplexabitur me. In lęua reputans recordationem
illius charitatis qua nulla maior est, quòd animam suam po-
E suit pro amicis suis: in dextera verò beatam visionem quam
promisit amicis suis, & gaudium de præsentia maiestatis.
Meritò illa dei & deifica visio, illa diuinæ præsentiæ inæsti-
mabilis delectatio in dextera deputatur, de qua & delectabi-
liter canitur: Delectationes in dextera tua vsque in finem. Psal. 15. c
Meritò in læua admirabilis illa memorata & semper memo-
randa dilectio collocatur, quòd donec transeat iniquitas, su-
per eam sponsa recumbat & requiescat. Meritò ergo læua
sponsi sub capite sponsæ, super quam videlicet caput suum
reclinata sustentet, hoc est mentis suæ intentionem, ne in-
curuetur & inclinetur in carnalia & secularia desideria: quia
corpus quod corrumpitur aggrauat animā, & deprimit ter- Sap. 9. d
rena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quid namque
aliud faciat considerata tanta & tam indebita miseratio, tam
gratuita & sic probata dilectio, tam inopinata dignatio, tam
inuicta mansuetudo, tam stupenda dulcedo? Quid, inquam,
hæc omnia faciant diligenter considerata, nisi vt considеran-
tis animam ab omni penitus prauo vindicatam amore, ad se
miserabiliter rapiant, vehementer adficiant, faciantq; præ se
contemnere quicquid nisi in contemptu horum appeti non
potest? Nimirum proinde in odore vnguētorum horū sponsa
currit alacriter, amat ardenter, & parum sibi amare sic a-
mata videtur etiam cum se tota in amore perstrinxerit. Nec
immeritò. Quid magnum enim tanto & tanti repensatur a-
mori, si puluis exiguus totum se ad redamandum collegerit, F
quem illa nimirum maiestas in amore præueniens, tota in o-
pus salutis eius intenta conspicitur? Denique sic deus dilexit
mundum, vt vnigenitum daret. Haud dubium quin de patre Ioan. 3. b
dicat. Item tradidit in mortem animam suam. Nec dubium Esa. 35. d
quòd filiū loquatur. Ait & de spiritu sancto: Spiritus paracle- Ioan. 14. d
tus quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia,
& suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. Amat er-
go deus, & ex se toto amat, quia tota trinitas amat: si tamen
totum dici potest de infinito & incomprehensibili, aut cer-
tè de simplici. Intuens ergo hæc credo satis agnoscit quare
deus diligendus sit, hoc est, vnde diligi mereatur. Cæterum
infidelis non habens filium nec patrem, proinde nec habet
spiritum sanctum. Qui enim non honorificat filium, non ho Ioan. 5. d
norificat patrem qui misit illum, sed nec spiritum sanctum
quem misit ille. Is itaque mirum nō est si quem minus agno-
scit, minus & diligit. Attamen & ipse totū ei sese debere non
ignorat, quem sui totius non ignorat auctorem. Quid ergo
ego qui deum meum teneo vitæ meæ non solùm gratuitum
largitorem, largissimum administratorem, pium consolato-
rem, solicitum gubernatorem: sed insuper etiam copiosissi-
mum redēptorem, æternum conseruatorem, ditatorem, glo-
rificatorem? Sicut scriptum est: Copiosa apud eum redem- Psa. 129. a
ptio. Et item: Introiuit semel in sancta, æterna redemptione Hebr. 9. c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G inuenta,Et de conſeruatione:Non relinquet ſanctos ſuos, in
Pſal. 36.c æternum conſeruabuntur. Et de locupletione: Menſuram
Luc. 6.f bonam & confertam & coagitatã & ſupereffluentem dabũt
1. Cor. 2.b in ſinum veſtrum.Et rurſum: Nec oculus vidit, nec auris au-
Philip. 3.b diuit,nec in cor hominis aſcendit,quæ præparauit deus dili-
gentibus ſe. Et de glorificatione: Saluatorem expectamus
dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus
humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Et
illud:Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futu-
Rom.8.d ram gloriam quæ reuelabitur in nobis.Et iterum:Id quod in
2 Cor.4.d præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſu-
pra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus opera-
tur in nobis,non cõtemplantibus quæ videntur, ſed quæ nõ
videntur. Quid retribuam domino pro omnibus his? Illum
ratio vrget & iuſtitia naturalis totum ſe tradere illi à quo ſe
totum habet,& ex ſe toto debere diligere. Mihi profectò fi-
des tanto plus incidit amandum,quanto & eum meipſo plu-
ris æſtimandum intelligo : quippe qui illum non ſolũm mei,
ſed ſui quoque ipſius teneo largitorem. Denique nondum
tempus fidei aduenerat, nondum innotuerat in carne deus,
obierat in cruce,prodierat de ſepulchro,redierat ad patrem:
nondum,inquam,commẽdauerat in nobis ſuam multam di-
lectionem, illam de qua iam multa locuti ſumus, cum iam
H mandatum eſt homini diligere dominum deum ſuum toto
corde,tota anima,tota virtute ſua, id eſt, ex omni quod eſt,
quod ſcit,quod poteſt.Nec tamen iniuſtus deus, ſuũ ſibi vẽ-
dicans opus & dona. Vt quid enim nõ amaret opus artificẽ,
cum haberet vnde id poſſet? Et cur non quantum omnino
poſſet, cum nihil omnino niſi eius munere poſſet? Ad hæc,
quòd de nihilo,quòd gratis,quòd in hac dignitate conditum
eſt,& debitum dilectionis manifeſtius facit, & exactum iu-
ſtiorem oſtendit.Cæterùm quantum putamus adiectum be-
Pſal.35.b neficij,cum homines & iumẽta ſaluauit:quemadmodũ mul-
Pſal.105.c tiplicauit miſericordiam ſuam deus? Nos dico qui mutaui-
mus gloriam noſtram in ſimilitudinem vituli comedẽtis fœ-
num, peccando comparati iumentis inſipientibus. Quod ſi
totum me debeo pro me facto:quid addam iam & pro refe-
cto,& refecto hoc modo? Nec enim tã facilè refectus,quàm
Pſa.148.a factus.Siquidẽ non ſolùm de me, ſed de omni quoque quod
factum eſt,ſcriptum eſt:Dixit,& facta ſunt. At verò qui me
tantum & ſemel dicendo fecit, in reficiendo profectò & di-
xit multa,& geſſit mira, & pertulit dura, nec tantum dura,
Pſal. 115.a ſed & indigna. Quid ergo retribuam domino pro omnibus
quæ retribuit mihi? In primo opere me mihi dedit,in ſecun-
do ſe. Et vbi ſe dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & red-
ditus me pro me debeo, & bis debeo. Quid deo retribuam
I pro ſe?Nam etiam ſi me milies rependere poſſem, quid ſum
ego ad deum?

HIc primum vide quo modo,imò quàm ſine modo à no-
bis deus amari meruerit: qui(vt paucis quod dictum eſt
repetam) prior ipſe dilexit nos, tantus & tantum, & gratis
tantillos & tales. Et quod in principio dixiſſe me memini:
modum eſſe diligendi deum, ſine modo diligere. Denique
cum dilectio quæ tendit in deum,tendat in immenſum, ten-
dat in infinitum : (nam & infinitus deus eſt & immenſus)
quiſnam, quæſo, debeat finis eſſe noſtri vel modus amoris?
Quid quòd amor ipſe noſter non iam gratuitus impenditur,
ſed rependitur debitus? Amat ergo immenſitas, amat æter-
Pſa.144.a nitas, amat ſupereminens ſcientiæ charitas, amat deus, cu-
Pſa.146.a ius magnitudinis non eſt finis, cuius ſapientiæ non eſt nu-
Philip.4.b merus,cuius pax exuperat omnem intellectum, & vicem re-
Pſal. 17.a pendimus cum menſura?Diligam te domine fortitudo mea,
firmamentum meum,& refugium meum, liberator meus:&
meum denique quicquid optabile atq; amabile dici poteſt.
Deus meus adiutor meus,diligam te pro dono tuo,& modo
meo minus quidem iuſto, ſed planè non minus poſſe meo.
Qui etſi quantum debeo non poſſum tamen vltrà quàm poſ
ſum. Potero verò plus cum plus donare dignaberis, nun-
Pſal. 138.c quam tamen prout dignus haberis. Imperfectum meum vi-
derunt oculi mei,ſed tamen in libro tuo omnes ſcribentur,
qui quod poſſunt faciunt,etſi quod debent nõ poſſunt.Satis,
quantum reor, apparet & quonam modo deus diligendus
ſit, & quo merito ſuo. Quo, inquam, meritò ſuo. Nam K
quanto, cui ſanè appareat quis dicat? quis ſapiat? Nunc quo
noſtro commodo diligendus ſit,videamus. Sed quantum eſt
& in hoc videre noſtrũ ad id quod eſt? Nec tamen quod vi-
detur tacendum eſt,etſi non omnino videtur vt eſt. Superius
cùm propoſitum eſſet quare & quomodo diligẽdus ſit deus:
duplicem dixi parere intellectum id quod quæritur,quare:vt
aut quo ſuo merito,& quo noſtro commodo diligendus ſit,
vtrumlibet quæri poſſe perinde videatur.

DIcto proinde de merito dei, non prout dignum ei, ſed
prout datum mihi : ſupereſt vt & de præmio quod item
dabitur, dicã.Non enim ſine præmio diligitur deus, etſi abſ-
que præmij intuitu diligendus ſit. Vacua nanque vera cha-
ritas eſſe non poteſt,nec tamen mercenaria eſt. Quippe non
quærit quæ ſua ſunt.Affectus eſt, non contractus, nec ac- *1.Cor.13.b*
quiritur pacto, nec acquirit. Sponte afficit, & ſpontaneum
facit. Verus amor ſe ipſo contentus eſt. Habet præmium,
ſed id quod amatur. Nam quicquid propter aliud amare vi-
dearis,id planè amas quò amoris finis pertẽdit, nõ per quod
tendit.Paulus non euangelizat vt comedat, ſed comedit vt
euangelizet:eo quòd amet non cibum, ſed euangelium. Ve-
rus amor præmium non requirit,ſed meretur. Præmium ſa-
nè necdum amanti proponitur,amanti debetur,perſeueran-
ti redditur.Denique in rebus inferioribus ſuadendis,inuitos L
promiſſis vel præmiis inuitamus, & non ſponteneos. Quis
enim munerandum hominem putet vt faciet quod & ſpon-
tè cupit? Nemo verbi cauſa conducit aut ſeurientem vt co-
medat,aut ſitientem vt bibat, aut certè matrem vt paruu-
lum lactet filium vteri ſui. An verò quis putet prece vel pre-
cio quempiam commonendum ſuam ipſius vel ſepire vi-
neam,vel arborem circumfodere, vel ſtructurã propriæ do-
mus erigere? Quantò magis deum amans anima, aliud pro-
pter deum ſui amoris præmium non requirit? Aut ſi aliud re-
quirit, illud pro certo, non deum diligit. Ineſt omni vtenti
ratione naturaliter pro ſua ſemper æſtimatione atque inten-
tione appetere potiora, & nulla re eſſe contentum cui quod
deeſt iudicet præferendum.Nam & qui verbi gratia vxorem
habet ſpecioſam,petulãti oculo vel animo reſpicit pulchrio-
rem:& qui veſte preciosa indutus eſt, precioſiorem affectat:
& poſſidens multas diuitias,inuidet ditiori.Videas iam mul-
tos prædiis & poceſſionibus ampliatos, adhuc tamẽ in dies
agrum agro copulare, atque infinita cupiditate dilatare ter-
minos ſuos. Videas & qui regalibus domibus ampliſque ha-
bitant palatiis,nihilo minus quotidie cõiungere domum ad
domũ,& inquieta curioſitate ædificare,diruere,mutare qua-
drata rotundis.Quid homines ſublimatos honoribus, an nõ M
inſatiabili ambitione magis ac magis totis viribus conari ad
altiora videmus? Et horum omnium idcircò non eſt finis,
quia nil in eis ſummum ſingulariter reperitur vel optimum.
Et quid mirum ſi inferioribus & deterioribus contentus nõ
ſit, qui citra ſummum vel optimum quieſcere non poteſt?
Sed hoc ſtultum & extremæ demẽtiæ eſt, ea ſemper appete-
re quæ nunquam nõ dico ſatient, ſed nec temperent appeti-
tum,dum quicquid talium habueris, nihilo minus nõ habita
concupiſcas,&ad quęque defuerint,ſemper inquietus anhe-
les. Ita enim fit vt per varia & fallacia mundi oblectamenta
vagabũdus animus inani labore diſcurrens fatigetur, nõ ſa-
tietur,dum quicquid famelicus inglutierit,parum repetet ad
id quod ſupereſt deuorandum,ſempérque non minus anxiè
cupiat quæ deſunt, q̃ quæ adſunt lætè poſſideat. Quis enim
obtineat vniuerſa? Quanquam & modicum id quod quiſque
cum labore obtinuerit, cum timore poſſederit,certus quidẽ
nõ ſit quando cũ dolore amittat, certus autem quòd quãdo-
que amittat. Sic directo tramite voluptas peruerſa conten-
dit ad optimum,feſtinat ad id vnde poſſit implerĩ. Imò verò
his anfractibus ludit ſecum vanitas, mentitur iniquitas ſibi.
Si ita vis adimplere quod vis, hoc eſt, ſi illud apprehendere
vis,quo apprehenſo nil iam amplius velis:quid ſentare opus
eſt & cætera? Curris per deuia,& longè antè morieris,quam
hoc circuitu peruenias ad optatũ. Hoc ergo in circuitu im-
pij ambulant,naturaliter appetentes vnde finiãt appetitum,
& inſipienter reſpuentes vnde propinquent fini. Fini dico,
non

A non conſumptionis, ſed conſummationis. Quamobrem
beato fine conſummari,ſed conſumi vacuo labore acceleràt,
qui rerũ magis ſpecie quàm auctore delectati, prius vniuer-
ſa percurrere,& de ſingulis cupiunt experiri, quàm ad ipſum
curent vniuerſitatis dominum peruenire.Et quidem perue-
nirent,ſi quandoque voti compotes effici poſſent, vt omnia
ſcilicet præter omnium principium vnus aliquis obtineret.
Ea nâque ſuæ cupiditatis lege qua in rebus cæteris nõ habi-
ta præ habitis eſurire, & pro non habitis habita faſtidire ſo-
lebat:mox omnibus quæ in cælo & quæ in terra ſunt obten-
tis & contẽptis,tandem ad ipſum proculdubiò cutreret, qui
ſolus deeſſet omniũ deus. Porrò ibi quieſceret, quia ſicut ci-
trà nulla reuocat quies:ſic nulla vltra iam inquietudo ſolici-
Pſal.72.d tat. Diceret pro certo : Mihi autem adhærere deo bonũ eſt.
Ibidem. Diceret:Quid enim mihi eſt in cœlo,& à te quid volui ſuper
terram? Et item:Deus cordis mei,& pars mea deus in æter-
num.Sic ergo(vt dictum eſt)ad id quod optimum eſt quiuis
cupidus peruenire,ſiquidem antè quod citra cupit adſequi
poſſet.Verùm quoniam id omnino impoſſibile perſtruit &
vita breuior,& virtus infirmior,& conſors numeroſior:lon-
go profectò itinere & caſſo labore deſudant qui dum quæ-
cunque deſiderant,attingere volunt,ad cunctorũ deſiderabi-
lium nequeunt pertingere finẽ.Et vtinam attingere vniuerſa
B animo,& non experimẽto vellent. Hoc enim facilè poſſent,
& non incaſſum. Nam & animus ſenſu quidem carnali tan-
to velocior,quanto & perſpicacior,ad hoc datus eſt vt illum
ad omnia præueniat : nihilque audeat contingere ſenſus,
quod animus præcurrens antè vtile non probauerit.Hinc e-
1.Theſ.5.d nim arbitror dictum : omnia probate,quod bonum eſt tene-
te : vt videlicet ille hinc prouideat, nec is ſuum votum, niſi
Pſal. 23.a ad illius iudicium conſequatur. Alioquin non aſcendes in
montem domini, nec ſtabis in loco ſancto eius,pro eo quòd
in vano acceperis animam tuam, hoc eſt animam rationa-
lem : dum inſtar pecoris ſenſum ſequeris,ratione quidem o-
1.Cor. 9.d cioſa,& non reſiſtente in aliquo. Quorum itaque ratio non
præuenit greſſus, currunt, ſed extra viam : ac proinde apo-
ſtoli ſpreto conſilio, non ſic currunt vt apprehendant.
Quando etenim apprehendent quem apprehẽdere niſi poſt
Pſal. 30.d omnia nolunt? Diſtortum iter,& circuitus infinitus, cuncta
primitus attentare velle.Iuſtus autem non ita.Audiens nem-
pe vituperationem multorum commorantium in circuitu
(multi enim ſunt viam latam pergentes, quæ ducit ad mor-
Eſa.26.d tem) ipſe ſibi regiam elegit viam, non declinans ad dexte-
ram vel ad ſiniſtram. Denique atteſtante propheta, ſemita
iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. Hi ſunt
qui ſalubri cõpendio cauti ſunt moleſtum hũc & infructuo-
C ſum vitare circuitum, verbum abbreuiatum & abbreuians
eligentes,non cupere quæcunque vident,ſed vendere magis
Matt.5.a quæ poſſident, & dare pauperibus. Beati planè pauperes,
2.Cor.9.d quoniã ipſorum eſt regnũ cœlorũ. Omnes quidem currunt:
Pſal. 1.b ſed inter currẽtes diſcernitur. Denique nouit dominus viam
Pſal.36.e iuſtorum,& iter impiorum peribit.Ideo autẽ melius eſt mo-
dicum iuſto ſuper diuitias peccatorũ multas : quoniam qui-
Eccleſ.5.b dem (vt Sapiens loquitur,& inſipiens experitur) qui diligit
Matt.5.a pecuniam,non ſaturabitur pecunia:qui autem eſuriunt & ſi-
tiunt iuſtitiam,ipſi ſaturabuntur.Iuſtitia ſiquidem ratione vi-
tentis ſpiritus,cibus eſt vitalis & naturalis : pecunia verò ſic
non replet vel minuit animi famem,quomodo nec corporis
ventus.Denique ſi famelicum hominẽ apertis faucibus ven-
to,inflatis haurire buccis aërẽ cernas, quo quaſi conſulat fa-
mi,nónne credas inſanire? Sic non minoris inſaniæ eſt ſi ſpi-
ritum rationalẽ rebus putes quibuſcunque corporalibus nõ
magis inflari,quàm ſatiari. Quid nanque de corporibus ad
Pſa. 102.a ſpiritus? Nec illa ſanè ſpiritualibus, nec iſti è regione refici
corporalibus queũt. Benedic anima mea domino,qui replet
in bonis deſiderium tuum. Replet in bonis,excitat ad bonũ,
tenet in bono: præuenit,ſuſtinet,implet. Ipſe facit vt deſide-
res,ipſe eſt quod deſideras. Dixi ſuprà,cauſa diligendi deum,
deus eſt.Verum dixi:nam & efficiẽs,& finalis. Ipſe dat occa-
ſionem,ipſe creat affectionem, deſiderium ipe conſummat.
Ipſe fecit,vel potius factus eſt vt amaretur:ipſe ſperatur,amã
dus felicius, ne in vacuum ſit amatus. Eius amor,noſtrum &
præparat & remunerat.Præcedit benignior,rependitur iuſti- D
or,expectatur ſuauior. Diues eſt omnibus qui inuocãt eum,
nec tamen habet quicquam ſeipſo melius. Se dedit in meri-
tum,ſe ſeruat in præmium,ſe apponit in refectione animarũ
ſanctarum, ſe in redemptione diſtrahit captiuarum. Bonus *Thren.3.d*
es domine animæ quærenti te. Quid ergo inuenienti? Sede-
nim in hoc eſt mirum, quòd nemo te quærere valet, niſi qui
prius inuenerit. Vis igitur inueniri vt quæraris, quæri vt in-
ueniaris.Potes quidem quæri & inueniri,non tamen præue-
niri.Nam etſi dicimus : Manè oratio mea præueniet te : non *Pſal.87.e*
dubium tamen quòd tepida ſit omnis oratio quam non præ-
uenerit inſpiratio. Dicẽdum iam vnde inchoet amor noſter,
quoniam vbi conſummetur,dictum eſt.

AMor eſt affectio naturalis vna de quatuor. Notæ ſunt,
non opus eſt nominare.Quod ergo naturale eſt,iuſtum
quidem foret primum omniũ auctori deſeruire naturæ : vn-
de & dictum eſt primum & maximum mandatum : Diliges *Matt.22.d*
dominum deum tuum. Sed quoniam natura fragilior atque
infirmior eſt, ipſi primùm imperante neceſſitate compelli-
tur inſeruire. Et eſt amor carnalis, quo ante omnia homo
diligit ſeipſum propter ſeipſum. Nondum quippe ſapit ni-
ſi ſeipſum, ſicut ſcriptum eſt : Prius quod animale, deinde *1.Cor.15.c*
quod ſpirituale. Nec præcepto indicitur, ſed naturæ inſeri-
tur. Quis nempe carnem ſuam odio habuit? At verò ſi cœ- *Epheſ.5.f*
perit amor idem (vt aſſolet) procliuior eſſe, ſiue profuſior, E
& neceſſitatis alueo minimè contentus, campos etiam vo-
luptatis exundans latius viſus fuerit occupare, ſtatim ſuper-
fluitas obuiãte mãdato cohibetur, cum dicitur:Diliges pro- *Mat.22.d*
ximum tuum ſicut teipſum. Iuſtiſſime quidem, vt conſors
naturæ non ſit exors & gratiæ, illius præſertim gratiæ quæ
naturæ inſita eſt. Quod ſi grauatur homo fraternis non di-
co neceſſitatibus ſubuenire, ſed voluptatibus deſeruire : ca-
ſtiget ipſe ſuas ſi non vult eſſe tranſgreſſor. Quantum vult,
ſibi indulgeat : dum æquè & proximo tantundem mineme-
rit exhibendum. Frenum tibi temperantiæ imponitur,ô ho-
mo, ex lege vitæ & diſciplinæ, ne poſt concupiſcentias
tuas eas & pereas, ne de bonis naturæ hoſti ſeruias animæ,
hoc eſt libidini. Quàm iuſtius atque honeſtius communi-
cas illa conſorti, id eſt proximo, quàm hoſti? Et quidem ſi *Eccli.18.d*
(ex ſapientis conſilio) à voluptatibus tuis auerteris, & iux- *1.Tim.5.d*
ta doctrinam apoſtoli ſis victu veſtitúque contentus, pau-
liſper ſuſpendere non grauaris amorem tuum à carnalibus
deſideriis, quæ militant aduerſus animam. Sanè quod ſub-
trahis hoſti animæ tuæ, conſorti naturæ puto non grauabe-
ris impartiri. Tunc amor tuus & temperans erit & iuſtus, ſi
quod propriis ſubtrahitur voluptatibus, fratris neceſſitatib⁹
non negetur. Sic amor carnalis efficitur & ſocialis, cum in
commune protrahitur. Si autem dum communicas proxi-
mo, forte tibi defuerint etiam neceſſaria, quid facies? Quid F
enim, niſi vt cum omni fiducia poſtules ab eo qui dat om-
nibus affluenter, & nõ improperat:qui aperit manum ſuam, *Iaco.1.d*
& implet omne animal benedictione? Dubium ſiquidem *Pſa.144.d*
non eſt quòd adſit libenter in neceſſariis, qui pleriſque &
in ſuperfluis non deeſt. Denique ait : Primùm quærite re- *Luc.12.d*
gnum dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.
Spóte daturum ſe pollicetur neceſſaria,ſuperflua reſtringen-
ti,& proximum diligenti. Hoc quippe eſt primum quærere
regnum dei,& aduerſus peccati implorare tyránidem, pudi-
citiæ potius ac ſobrietatis ſubire iugũ,quàm regnare peccatũ
in tuo mortali corpore patiaris. Porrò autem & hoc iuſtitiæ
eſt,cum quo tibi eſt natura communis, naturę quoque cũ eo
munus nõ habere diuiſum. Vt tamen perfecta iuſtitia ſi dili-
gere proximũ,deũ in cauſa habere neceſſe eſt. Alioquin pro-
ximum purè diligere quomodo poteſt, qui in deo nõ diligit?
Porrò in deo diligere non poteſt, qui deũ non diligit. Opor-
tet ergo deũ diligi prius, vt in deo diligi poſſit & proximus.
Facit ergo etiam ſe diligi deus, qui & cætera bona facit. Fa-
cit autem ſic. Qui naturam condidit, ipſe & protegit. Nam
& iſta cõdita fuit,vt habeat iugiter neceſſarium protectorẽ,
quem habuit & conditorem,vt quę niſi per ipſum nõ valuit
eſſe,nec ſine ipſo valeat omnino ſubſiſtere. Quod ne ſanè de
ſe creatura ignoret,ac proinde ſibi(quod abſit) ſuperbè arro-
get beneficia creatoris,vult hominẽ idem conditor alto qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G de salubrique consilio tribulationibus exerceri, vt cum defecerit homo, & subuenerit deus, dum homo liberatur à deo,
Psal. 49. c deus ab homine vt dignum est honoretur. Hoc enim dicit: Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Fit itaque hoc tali modo vt homo animalis & carnalis, qui præter se neminem diligere nouerat, etiam deum vel propter se amare incipiat, quòd in ipso nimirum (vt sæpe expertus est) omnia possit, quę posse tamẽ prosit: & sine ipso possit nihil.

AMat ergo iam deum, sed propter se interim adhuc, non propter ipsum. Est tamen quædam prudentia scire quid ex te, quid ex dei adiutorio possis, & ipsi seruare te infensum, qui te tibi seruat illæsum. At si frequens ingruerit tribulatio, ob quam & frequens ad deum conuersio fiat, & à deo æquè frequens liberatio consequatur, nónne etsi fuerit ferreum pectus, vel cor lapideum totiens liberari, emolliri necesse est ad gratiam liberantis, quatenus deum homo diligat nõ propter se tantum, sed & propter ipsum?

EX occasione quippe frequentium necessitatum crebris necesse est imprecationibus deum ab homine frequentari, frequentando gustando probari quàm suauis est dominus. Ita fit vt ad diligendum purè deum plus iam ipsius gustata illicitat suauitas, quàm vrgeat nostra necessitas, ita vt exemplo Samaritanorum dicentium mulieri quæ adesse dominum nunciauerat: Iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus quia ipse est verè saluator mundi: ita inquam & nos illorum exemplo carnem nostram alloquentes dicamus meritò: Iam non propter tuam
Ioan. 4. d necessitatem deum diligimus, ipsi enim gustauimus & scimus quoniam suauis est dominus. Est enim carnis quædam loquela necessitas, & beneficia quæ experiendo probat, gestiendo renunciat. Itaque sic affecto iam, de diligendo proximo implere mandatum non erit difficile. Amat quippe veraciter deum, ac per hoc quæ dei sunt. Amat castè, & casto non grauatur obedire mandato, castificans magis cor suum
1. Pet. 1. d (vt scriptum est) in obedientia charitatis. Amat iustè, & mandatum iustum libenter amplectitur. Amor iste meritò gratus, quia gratuitus. Castus est, quia non impenditur verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Iustus est, quoniam qualis suscipitur, talis & redditur. Qui enim sic amat, haud secus profecto quàm amatus est amat, quærens & ipse vicissim non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quemadmodum
Psal. 117. d ille nostra vel potius nos & non sua quæsiuit. Sic amat qui dicit: Confitemini domino quoniam bonus. Qui domino
I confitetur nõ quoniam sibi bonus est sed quoniã bonus est,
Psal. 48. d hic vere diligit deum propter deum, & nõ propter seipsum. Non sic amat de quo dicitur: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Iste est tertius amoris gradus, quo iam propter seipsum deus diligitur.

FElix qui meruit ad quartum vsque pertingere, quatenus nec seipsum diligat homo nisi propter deum. Iustitia tua
Psal. 35. b deus sicut montes dei. Am or iste mons est, & mons dei ex-
Psa. 67. c celsus. Reuera mons coagulatus, mons pinguis. Quis ascen-
Psal. 23. c det in montem domini? Quis dabit mihi pennas sicut co-
Psal. 44. b lumbæ, & volabo & requiescam? Factus est in pace locus
Psal. 75. a iste, & habitatio hæc in Sion. Heu mihi quia incolatus meus
Psa. 119. a prolongatus est. Caro & sanguis, vas luteum, terrena inhabitatio quando capit hoc? Quando huiuscemodi experitur affectum, vt diuino debriatus amore animus, oblitus sui, factúsque sibiipsi tãquam vas perditum, totus pergat in deum,
1. Cor. 6. d & adhærens deo vnus cum eo spiritus fiat, & dicat: Defecit
Psal. 72. d caro mea & cor meum, deus cordis mei, & pars mea deus in æternum? Beatum dixerim & sanctum, cui tale aliquid in hac mortali vita raro interdum, aut vel semel, & hoc ipsum raptim, atque vnius vix momenti spatio experiri donatum est. Te enim quodammodo perdere tanquam qui non sis, & omnino non sentire teipsum, & à teipso exinaniri, & pene annullari, cœlestis est conuersationis, non humanæ affectionis. Et si quidem è mortalibus quispiam ad illud raptim interdum (vt dictum est) & ad momentum admittitur, subito inuidet seculũ nequam, perturbat diei malitia, corpus mortis aggrauat, solicitat carnis necessitas, defectus corruptionis nõ sustinet, quódque his violentius est, fraterna reuocat charitas. Heu redire in se, recidere in sua compellitur, & miserabiliter exclamare: Domine vim patior, responde pro me. Et illud: Infelix egò homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quoniam tamen scriptura loquitur deum omnia fecisse propter semetipsum, erit profecto vt factura sese quandoque conformet & concordet auctori. Oportet proinde in eundem nos affectum quandocunque transire, vt quomodo deus omnia esse voluit propter semetipsum, sic nos quoque nec nosipsos nec aliud aliquid fuisse vel esse velimus nisi æquè propter ipsum, ob solam videlicet ipsius voluntatẽ, non nostram voluptatem. Delectabit sane nõ tam nostra vel sopita necessitas, vel sortita felicitas, quàm quòd eius in nobis & de nobis voluntas adimpleta videbitur: quod & quotidie
Matt. 6. b postulamus in oratione cum dicimus: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. O amor sanctus & castus, ô dulcis & suauis affectio. O pura & defecata intentio voluntatis, eo certè defecatior & purior, quo in ea de proprio nil iam admixtum relinquitur: eo suauior & dulcior, quo totum diuinum est quod sentitur. Sic affici, deificari est. Quomodo stilla aquæ modica multo infusa vino, deficere à se tota videtur, dum & saporem vini induit, & colorem: & quomodo ferrum ignitum & cadens, igni simillimum fit, pristina propriáque forma exutum: & quomodo solis luce perfusus aër, in eandem transformatur luminis claritatem, adeo vt nõ tam illuminatus quàm ipsum lumen esse videatur: sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa liquescere, atque in dei penitus transfundi voluntatem. Alioquin quomodo omnia in omnibus erit deus, si in homine de homine quicquam supererit? Manebit quidem substantia, sed in alia forma, alia gloria, aliáque potentia. Quando hoc erit? Quis hoc videbit? Quis possidebit? Quando veniam & apparebo ante faciem dei? Domine
Psal. 41. d Psal. 26. c deus meus, tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Putas videbo templũ sanctum
Luc. 10. c tuum? Ego puto non ante sanè perfectè impletum iri, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua: quousque ipsum cor cogitare iam nõ cogatur de corpore, & anima eidem in hoc statu vnificando & sensificãdo intendere desinat, & virtus eiusdem releuata molestiis, in dei potẽtia roboretur. Impossibile nanque est tota hæc ex toto ad deum colligere, & diuino infigere vultui, quandiu ea huic fragili & grumnoso corpori intenta & distenta necesse est subseruire. Itaque in corpore spirituali & immortali, in corpore integro placido placitoque &
M per omnia subiecto spiritui, speret se anima quartum apprehendere amoris gradum, vel potius in ipso apprehẽdi, quippe quòd dei potentiæ est dare cui vult, non humanæ industriæ assequi. Tunc, inquam, summum obtinebit facilè gradum, cum in gaudiũ domini sui promptissime & auidissime festinantem, nulla iam retardabit carnis illecebra, nulla molestia conturbabit. Putamúsne tamen hanc gratiam vel ex parte sanctos martyres assecutos in illis adhuc victoriosis corporibus constitutos? Magna vis prorsus amoris illas animas introrsum rapuerat, quæ ita sua corpora foris exponere, & tormenta contemnere valuerunt. At profectò doloris acerrimi sensus non potuit nõ turbare serenum, etsi non perturbare. Quid autem iam solutas corporibus? Immersas ex toto credimus immenso illi pelago æterni luminis, & luminosæ æternitatis.

SEd si (quod non negatur) velint sua corpora recepisse, aut certè recipere desiderent & sperent, liquet procul dubio necdum à se ipsis penitus immutatas, quibus constat necdum penitus deesse de proprio quò vel modicè intentio reflectatur. Donec ergo absorpta sit mors in victoria, & noctis vndique terminos lux perennis inuadat & occupet vsquequaque, quatenus & in corporibus gloria cœlestis effulgeat, non possunt ex toto animæ seipsas exponere, & transire in deum, nimirum ligatæ corporibus etiam tunc, etsi non vita vel sensu, certè affectu naturali, ita vt absque his nec velint nec valeant consummari. Itaque ante restaurationem corporum non erit ille defectus animorum, qui

A qui perfectus & summus est ipsorum status: nec carnis iam sanè consortium spiritus requireret, si absque illa consummaretur. Enimuerò absque profectu animę nec ponitur corpus, nec sumitur. Deniq; pręciosa in conspectu domini mors
Psal. 115. a sanctorum eius. Quòd si mors preciosa, quid vita, & illa vita? Nec mirum si corpus iam gloriæ conferre videtur spiritui, quod & infirmum & mortale constat ipsi non mediocri-
Rom. 8. c ter valuisse. O quàm verum locutus est qui dixit, diligentibus deum omnia cooperari in bonum! Valet deum diligenti animæ, corpus suum infirmum, valet & mortuum, valet & resuscitatum. Primò quidem ad fructum pœnitentiæ, secundò ad requiem, postremò ad consummationem. Merito sine illo perfici non vult, quod in omni statu in bonum sibi subseruire persentit. Bonus planè fidúsque comes caro spiritui bono, quæ ipsum aut si onerat, iuuat: aut si non iuuat, exonerat: aut certè iuuat, & minime onerat. Primus status laboriosus, sed fructuosus. Secũdus ociosus, sed minime fastidiosus.
Cant. 5. a Tertius & gloriosus. Audi & sponsum in canticis ad profectum hunc trimodum inuitantem? Comedite, inquit, amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Laborantes in corpore vocat ad cibum: iam posito corpore quiescentes ad potum inuitat: resumentes corpora etiam vt inebrientur impellit: quos & vocat charissimos, nimirum charitate plenissimos.
B Nam & in cæteris quos nõ charissimos sed amicos appellat, differentia est, vt hi quidem qui in carne adhuc grauati gemunt, chari habeãtur pro charitate quam habent: qui vero soluti iam carnis compede sunt, eo sint chariores, quo & promptiores atque expeditiores facti ad amandum. Porrò præ vtrisque meritò nominantur & sunt charissimi, qui recepta iam secunda stola, in corporibus vtique cum gloria resumptis, tantò in dei feruntur amorem liberiores & alacriores, quantò & de proprio nil iam residuum est quod eos aliquatenus solicitet vel retardet. Quod quidem neuter sibi reliquorum statuum vendicat: cum & in priori corpus cum labore portetur: & in secundo quoque non sine proprietate
Gene. 3. d aliqua desiderij expectetur. Primò ergo fidelis anima comedit panem suũ: sed heu, in sudore vultus sui. In carne quippe manens adhuc ambulat per fidem: quam sanè operari per dilectionem necesse est: quia si nõ operatur, mortua est. Porrò
Ioan. 4. c ipsum opus cibus est, dicente domino: Meus cibus est, vt faciam voluntatẽ patris mei. Dehinc carne exuta iam pane doloris non cibatur: sed vinum amoris tanquã post cibum plenius haurire permittitur: non parũ tamen, sed quomodo sub
Cant. 5. b sponsi nomine in canticis dictum legitur: Bibi vinum meum cũ lacte meo. Vino enim diuini amoris etiam tũc anima suauitatem naturalis immiscet affectionis, qua resumere corpus
C suum, ipsúmque glorificatum desiderat. Aestuat ergo iã tunc sanctæ charitatis potata vino: sed planè nondum vsque ad ebrietatem: quoniam temperat interim ardorem illum huius lactis permixtio. Ebrietas denique solet euertere mentes, atque omnino reddere immemores sui. At nõ ex toto sui oblita est, quæ adhuc de proprio corpore cogitat suscitando. Cęterum hoc adopto, quod solum vtique deerat, quid iam impedit à seipsa quodãmodo abire, & ire totam in deum, eoque sibi penitus dissimillimam fieri, quo deo simillimã effici donatur? Tum demum ad craterem admissa sapientię, illum de
Psa. 22. b quo legitur: Et calix meus inebrias, quàm præclarus est: quid mirum iam si inebriatur ab vbertate domus dei: cum nulla mordente cura, de proprio secura bibit purum & nouũ illud cum Christo in regno patris eius? Hoc vero conuiuium triplex celebrat sapientia: & ex vna cõplet charitate: ipsa cibans laborantes, ipsa potans quiescentes, ipsa regnãtes inebrians. Quomodo autẽ in cõuiuio corporali antè cibus quàm potus apponitur quoniam & tali ordine natura requirit: ita & hic primo quidem ante mortẽ in carne mortali labores manuum nostrarum manducamus, cũ labore quod glutiendum est masticantes: post mortem vero in vita spirituali iam bibimus, suauissima quadam facilitate quod percipitur colantes: tandem rediuiuis corporibus in vita immortali inebriamur, mira plenitudine exuberantes. Hæc pro eo quod sponsus in
Cant. 5. a canticis dicit: Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Comedite ante mortẽ, bibite post mortem, inebriamini post resurrectionem. Meritò iam charissimi, qui chari- D
tate inebriantur: & meritò inebriati, qui ad nuptias agni introduci merẽtur, edentes & bibentes super mensam illius in regno suo, quando sibi iam exhibet gloriosam ecclesiam, nõ habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi. Tunc prorsus inebriat charissimos suos, tunc torrente vo- Psal. 35. c luptatis suæ potat, quoniam quidem in complexu illo arctissimo & castissimo sponsi & sponsæ, fluminis impetus læ- Psal. 45. d tificat ciuitatem dei. Quod non aliud esse arbitror quàm dei filium, qui transiens ministrat quemadmodum ipse promisit, vt ex hoc iam iusti epulentur & exultent in conspectu Luc. 12. c dei, & delectentur in lætitia. Hinc illa satietas sine fastidio. Psal. 67. d Hinc insatiabilis illa sine inquietudine curiositas. Hinc æternum illud atque inexplicabile desiderium nesciens egestatem. Hinc denique sobria illa ebrietas, vero, non mero ingurgitans: non madens vino, sed ardens deo. Ex hoc iam quartus ille amoris gradus perpetuo possidetur, cum summè & solus diligitur deus: quia nec nosipsos iam nisi propter ipsum diligimus: vt sit ipse præmium amantium se, præmium æternum amantium in æternum. Memini me dudum ad sanctos fratres Cartusienses scripsisse epistolam, ac de his ipsis in ea gradibus inter cætera disseruisse. Forte autem alia ibi (etsi non aliena) de charitate locutus sum: & ob hoc quędam illorum huic quoque sermoni subiungere non inutile duco: E
præsertim cum facilius ad manum habeam transcribere iam dictata, quàm noua iterum dictare. Illa, inquam, vera & syncera est charitas, & omnino de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta fatenda est procedere, qua proximi bonũ æquè vt nostrum diligimus. Nam qui magis aut certè solum diligit suum: conuincitur non castè diligere bonum, quod vtique propter se diligit, non propter ipsum. Et hic talis non
Psal. 117. d potest obedire prophetæ qui ait: Confitemini domino quoniam bonus. Cõfitetur quidẽ, quia fortasse bonus est sibi, nõ autem quoniam bonus est in se. Quapropter nouerit in se dirigi illud ab eodem propheta opprobrium: Confitebitur tibi Psal. 48. d cum benefeceris ei. Est qui confitetur domino quoniam potens est, & est qui confitetur quoniam sibi bonus est, & item qui cõfitetur quoniã simpliciter bonus est. Primus seruꝰ est, & timet sibi. Secundus mercenarius, & cupit sibi. Tertius filius, & defert patri. Itaque & qui timet, & qui cupit, vtrique
1. Cor. 13. b pro se agunt. Sola quæ in filio est charitas, nõ quærit quæ sua sunt. Quamobrẽ puto de illa dictũ: Lex domini immaculata Psal. 118. a conuertens animas: quòd sola videlicet sit quæ ab amore sui & mũdi auertere possit animum, & in deum dirigere. Nec timor quippe nec amor priuatus cõuertunt animam. Mutant interdum vultũ vel actũ, affectum nunquã. Facit quidẽ nonnunquã & seruus opus dei: sed quia non sponte, in sua adhuc duritia permanere cognoscitur. Facit & mercenariꝰ, sed quia F
non gratis, propria trahi cupiditate conuincitur. Porro vbi proprietas, ibi singularitas. Vbi autem singularitas, ibi angulus. Vbi vero angulus, ibi sine dubio sordes siue rubigo. Sit itaq; seruo sua lex timor ipse quo constringitur. Sit sua mercenario cupiditas, qua & ipse arctatur, quando tentatur abstractus & illectus. Sed harũ nulla aut sine macula est, aut animas cõuertere potest. Charitas vero cõuertit animas, quas facit & voluntarias. Porro in eo eam dixerim immaculatam, quòd nil sibi de suo retinere consueuit. Cui nẽpe de proprio nihil est, totum profecto quod habet, dei est. Quod autẽ dei est, immundum esse non potest. Lex ergo dei immaculata charitas est: quæ nõ quod sibi vtile est, quærit: sed quod multis. Lex autẽ domini dicitur, siue q̃ ipse ex ea viuat, siue q̃ eã nullus nisi eius dono possideat. Nec absurdũ videatur quòd dixi etiã deũ viuere ex lege, cũ non alia quàm charitate dixerim. Quid vero in summa & beata illa trinitate summam & ineffabilem illam conseruat vnitatem, nisi charitas? Lex est ergo, & lex domini charitas, quæ trinitatẽ in vnitate quodã modo cohibet, & colligat in vinculo pacis. Nemo tamen me æstimet charitatem hic accipere qualitatem, vel aliquod accidens: alioquin in deo dicerẽ (quod absit) esse aliquid quod deus non est: sed substantiam illam diuinam: quod vtiq; nec nouum nec insolitum est, dicente Ioanne: Deus charitas est. 1. Ioan. 4. b Dicitur ergo rectè charitas, & deus, & dei donum. Itaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

G charitas dat charitatem, ſubſtantiua accidentalem. Vbi dantem ſignificat, nomen ſubſtantiæ eſt: vbi donum, qualitatis. Hæc eſt lex æterna, creatrix & gubernatrix vniuerſitatis. Siquidem in pondere & mẽſura & numero per eam facta ſunt vniuerſa, & nihil ſine lege relinquitur: cum ipſa quoque lex omnium ſine lege non ſit, nõ tamen alia quàm ſeipſa: qua & ſeipſam etſi non creauit regit tamen. Cæterum ſeruus & mercenarius habent legem, non à domino, ſed quam ipſi ſibi fecerunt: ille deum non amando, iſte plus aliud amando. Habent inquam legem, non domini, ſed ſuam: illi tamẽ quæ domini eſt ſubiectam. Et quidem ſuam ſibi quique legem facere potuerũt, non tamẽ eam incommutabile æternæ legis ordini ſubducere potuerunt. Tunc autem dixerim quemq; ſibi feciſſe ſuam legem, quãdo communi & æternæ legi propriã prætulit voluntatem, peruerſe vtique volens ſuum imitari creatorem, vt ſicut ipſe ſibi lex, ſuique iuris eſt, ita is quoque ſeipſum regeret, & legem ſibi ſuam faceret voluntatem, graue vtique & importabile iugum ſuper omnes filios Adã, heu
Pſa.87.a inclinans & incuruãs ceruices noſtras adeo, vt vita noſtra in-
Roma. 7.d ferno appropinquarit. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo vtique premor, & pene op-
Pſal.93.a primor, ita vt niſi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea. Sub hoc onere grauatus geme
Iob.7.d bat qui dicebat: Quare me poſuiſti contrarium tibi, & factus
H ſum mihimetipſi grauis? Vbi dixit, factus ſum mihimetipſi grauis: oſtendit quòd lex ipſe ſibi eſſet, nec alius hoc quàm ſibi ipſe feciſſet. Quod autem loquens deo, præmiſit, poſuiſti me cõtrarium tibi: dei ſe tamen non effugiſſe legem indicauit. Hoc quippe ad æternam iuſtámque dei legem pertinuit, vt qui à deo noluit ſuauiter regi, pœnaliter à ſeipſo regeretur: quíque ſponte iugum ſuaue & onus leue charitatis abiecit, propriæ voluntatis onus importabile ſuſtineret inuitus. Miro itaq; & iuſto modo æterna lex fugitiuum ſuum & poſuit ſibi contrarium, & retinuit ſubiectum dum videlicet nec iuſtitiæ pro meritis legem euaſit, nec tamen cum deo in ſua luce, in ſua requie, in ſua gloria remãſit, ſubiectus poteſtati,
Ibidem & ſubmotus felicitati. Domine deus meus cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatẽ meam? vt abiecta graui ſarcina propriæ voluntatis, ſub leui onere charitatis reſpirem: nec iam ſeruili timore coercear, nec mercenaria cupiditate illiciar, ſed agar ſpiritu tuo, ſpiritu libertatis quo aguntur filij tui, qui teſtimonium reddat ſpiritui meo quòd & ego ſim vnus ex filiis: dum eadem mihi lex fuerit quæ & tibi: & ſicut tu es, ita & ipſe ſim in hoc mundo? Hi
Rom. 13. b ſiquidem qui hoc faciunt quod ait apoſtolus, Nemini quidquam debeatis niſi vt inuicem diligatis: proculdubiò ſicut deus eſt, & ipſi ſunt in hoc mundo: nec ſerui aut mercenarij
I ſunt, ſed filij. Itaque nec filij ſunt ſine lege: niſi fortè aliquis aliter ſentiat propter hoc quod ſcriptum eſt: Iuſtis non eſt
1.Tim.1.a lex poſita. Sed ſciendum quòd alia eſt lex promulgata à ſpiritu ſeruitutis in timore: alia à ſpiritu libertatis data in ſuauitate. Nec ſub illa coguntur eſſe filij, nec ſine iſta eſſe patiũtur. Vis audire quia iuſtis non eſt lex poſita? Non accepiſtis,
Roma. 8.c ait, ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. Vis audire quòd tamen ſine lege charitatis non ſint? Sed accepiſtis, inquit, ſpiritum adoptionis filiorum. Denique audi iuſtum vtrunque de ſe fatentem, & quòd non ſit ſub lege, nec tamen ſit ſine lege. Factus ſum, inquit, his qui ſub lege erant, quaſi ſub
1.Cor.9. c lege eſſem: cũ ipſe nõ eſſem ſub lege. His qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem: cum ſine lege dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti. Vnde aptè non dicitur, iuſti non habent legem, aut iuſti ſunt ſine lege: ſed iuſtis non eſt lex poſita: hoc eſt, non tanquam inuitis poſita, ſed voluntariis eo
1.Tim.1.a liberaliter data, quo ſuauiter inſpirata. Vnde & pulchrè do-
Matt.11.d minus, Tollite, ait, iugum meum ſuper vos. Ac ſi diceret, Non impono inuitis, ſed vos tollite ſi vultis. Alioquin non requiem, ſed laborem inuenietis animabus veſtris. Bona itaque lex charitas, & ſuauis: quæ non ſolum leuiter ſuauiterque portatur, ſed ſeruorum & mercenariorum leges portabiles ac leues reddit, quas vtique non deſtruit, ſed
Matt.5.d facit vt impleantur, dicente domino: Non veni legem ſoluere, ſed adimplere. Illam temperat, iſtam ordinat, vtramque leuigat. Nunquam erit charitas ſine timore, ſed caſto: nun- K
quam ſine cupiditate, ſed ordinata. Implet ergo charitas legem ſerui, cum infundit deuotionem: implet & mercenarij, cum ordinat cupiditatem. Porrò timori permixta deuotio ipſum non annullat, ſed caſtificat. Pœna tantùm tollitur, ſine
1. Ioã. 4.b qua eſſe nõ potuit dum fuit ſeruilis: & timor manet in ſeculum ſeculi caſtus & filialis. Nam quod legitur, Perfecta charitas foras mittit timorem: pœna intelligenda eſt quæ ſeruili (vt diximus) nunquam deeſt timori, illo ſcilicet genere locutionis, quo ſæpe cauſa ponitur pro effectu. Denique cupiditas tunc rectè à ſuperueniente claritate ordinatur, cum mala quidem penitus reſpuuntur bonis vero meliora præferuntur, nec bona niſi propter meliora appetuntur. Quod cum plenè per dei gratiã aſſecutũ fuerit, diligetur corpus & vniuerſa corporis bona tãtùm propter animam: anima propter deum: deus autem propter ſeipſum. Veruntamẽ quia carnales ſumus, & de carnis cõcupiſcentia naſcimur: neceſſe eſt vt cupiditas noſtra vel amor noſter à carne incipiat: quę ſi recto
1. Cor.13.c ordine dirigitur, quibuſdam ſuis gradibus duce gratia proficiens, ſpiritu tandem conſummabitur: quia non prius quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. Et prius neceſſe eſt portemus imaginem terreſtris, deinde cœleſtis. In primis ergo diligit ſeipſum homo propter ſe. Caro quippe L
eſt, & nil ſapere valet præter ſe. Cùmque ſe videt per ſe non poſſe ſubſiſtere, deum quaſi ſibi neceſſarium incipit per fidem inquirere & diligere. Diligit itaque in ſecundo gradu deum, ſed propter ſe, non propter ipſum. At vero cum ipſum cœperit occaſione propriæ neceſſitatis colere & frequentare, cogitando, legendo, orando, obediendo: quadam huiuſcemodi familiaritate paulatim ſenſimque deus innoteſcit: conſequenter & dulceſcit: & ſic guſtato quàm ſuauis eſt dominus, tranſit ad tertium gradum, vt diligat deum non iam propter ſe, ſed propter ipſum. Sanè in hoc gradu diu ſtatur: & neſcio ſi à quoquam hominum quartus in hac vita perfectè apprehenditur, vt ſe ſcilicet diligat homo tantùm propter deum. Aſſerant hoc ſi qui experti ſunt: mihi, fateor, impoſſibile videtur. Erit autem proculdubiò, cum introductus fue-
Mat. 25.b rit ſeruus bonus & fidelis in gaudium domini ſui, & inebria-
Pſal. 35.b, tus ab vbertate domus dei. Quaſi enim miro quodam modo oblitus ſui, & à ſe penitus velut deficiens, totus pergit in
1.Cor.6.b deum: & deinceps adhærẽs ei, vnus cum eo ſpiritus erit. Ar-
Pſal. 70.c bitror hoc ſenſiſſe prophetã cum diceret: Introibo in potentias domini: domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Sciebat profectò cum introiret in ſpirituales potẽtias domini, exutũ ſe iri ab vniuerſis carnis infirmitatibus: vt iam nil de carne M
haberet cogitare, ſed totus in ſpiritu memoraretur iuſtitiæ domini ſolius. Tunc pro certò ſingula Chriſti membra di-
2.Cor.5.d cere poterũt de ſe, quod Paulus aiebat de capite: Etſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non noui-
1.Cor.15.d mus. Nemo ibi ſe cognoſcet ſecundum carnem: quia caro & ſanguis regnum dei non poſſidebunt. Non quòd carnis illic ſubſtãtia futura non ſit, ſed quòd carnalis omnis neceſſitudo ſit defutura: carníſque amor, amor ſpiritus abſorbendus: & infirmæ quæ nunc ſunt humanæ affectiones, in diuinas quaſdam habeant commutari. Tunc ſagena charitatis,
Matt. 13.f quæ nũc tracta per hoc mare magnum & ſpatioſum ex omni genere piſcium congregare non deſinit, cum perducta ad littus fuerit, malos foras mittens, bonos ſolummodo retinebit. Siquidem in hac vita ex omni genere piſcium intra ſinum ſuæ latitudinis charitatis rete concludit: vbi ſe pro tempore omnibus conformans, omnium in ſe ſiue aduerſa ſiue proſpera traiiciens, ac ſua quodammodo faciens, non
Rom. 12.d ſolùm gaudere cum gaudentibus, ſed & flere cum flentibus conſuetũit. Sed cum peruenerit ad littus: velut malos piſces omne quod triſte patitur foras mittens, ſola quæ placere & iucunda eſſe poterunt, retinebit. Nunquid enim tunc
2.Cor.11.g verbi gratia Paulus aut infirmabitur cum infirmis, aut vretur cum ſcandalizatis, vbi ſcandala & infirmitas procul erunt. Aut certè lugebit eos qui non agent pœnitentiam, vbi certum eſt nec peccantem fore, nec pœnitentem? Abſit autem vt vel eos qui ignibus æternis cum diabolo & angelis eius deputandi ſunt, plangat & defleat in illa ciuitate, quam fluminis

A fluminis impetus lætificat: cuius & diligit dominus portas ſuper omnia tabernacula Iacob: quòd videlicet in tabernaculis & ſiquando gaudetur de victoria, laboratur tamen in pugnã, & plerunque periclitatur de vita: in illa autem patriã nulla prorſus admittatur aduerſitas ſiue triſtitia, quẽadmo-
Ibidem. dum de illa canitur: Sicut lętãtium omniũ habitatio in eſt te.
Eſa.61.a Et rurſum: Lætitia ſempiterna erit eis. Deniq; quomodo miſericordiæ recordabitur, vbi memorabitur iuſtitiæ dei ſolius? Proinde vbi iam non erit miſerię locus, aut miſericordiæ tẽpus, nullus profecto eſſe poterit miſerationis affectus.

Finis libri de diligendo deo.

D. BERNARDVS DE HVMIlitate ex regula beati Benedicti, ad fratres.

Luc.14. & 18. CLamat nobis ſcriptura diuina fratres, dicens: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Cũ hęc ergo dicit, oſtendit nobis omnẽ exaltationẽ genus eſſe ſuperbiæ. Ab hac ſibi cauere prophetã
Pſal.130. indicat, dicens, Domine non eſt exaltatum cor meum: neque
B elati ſunt oculi mei: Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Sed quid? Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam: Sicut ablactatus eſt ſuper matrem ſuam, ita retributio in anima mea. Vnde fratres ſi ſummę humilitatis culmẽ volumus attingere, & ad exaltationem illam cœleſtem, ad quam per præſentis vitę humilitatẽ aſcenditur,
Gene.28.c volumus velociter peruenire: actibus noſtris aſcendentibus ſcala illa erigenda eſt, quæ in ſomno Iacob apparuit, per quã ei deſcendentes angeli & aſcendentes monſtrabantur. Non aliud ſine dubio deſcenſus ille & aſcenſus à nobis intelligitur, niſi quòd exaltatione deſcenditur, & humilitate aſcenditur. Scala vero ipſa erecta, noſtra eſt vita in ſeculo, quę humiliato corde à domino erigitur ad cœlum. Latera enim eiuſdẽ ſcalę dicimus noſtrum eſſe corpus & animam, in quibus lateribus diuerſos gradus humilitatis vel diſciplinæ vocatio diuina aſcendendos inſeruit.

Gradus. 1. Timor dei.

Gradus primus humilitatis.

Primus itaque gradus humilitatis eſt, ſi timorẽ dei ſibi ante oculos ſemper ponẽs obliuionem omnino fugiat, & ſemper ſit memor omnium quæ præcepit deus. Et qualiter contemnentes deum in gehẽnam pro peccatis incidũt: & vitam æternam, quæ timẽtibus deum præparata eſt, animo ſuo ſem
C per reuoluat. Et cuſtodiens ſe omni hora à peccatis & vitiis, id eſt cogitationum, linguæ, oculorum, manuum, pedum, vel voluntatis proprię: ſed & deſideria carnis amputare feſtinet. Exiſtimet ſe homo de cœlis à deo ſemper reſpici omni hora, & facta ſua in omni loco ab aſpectu diuinitatis videri, & ab angelis omni hora Deo nunciari. Demonſtrat nobis hoc
Pſa.7.c propheta, cum in cogitationibus noſtris ita Deum ſemper præſentem oſtendit dicens: Scrutans corda & renes deus. Et item: dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Et item dicit: Intellexiſti cogitationes meas à longe. Et quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam vt ſollicitus ſit circa cogitationes ſuas peruerſas, dicat ſemper vtilis frater in corde ſuo: Tũc ero immaculatus coram eo, ſi obſeruauero me ab iniquitate mea. Voluntatem verò propriam ita facere prohibemur, cum dicit ſcriptura nobis, Et à voluntatibus tuis auertere. Et item rogamus Deum in oratione, vt fiat illius voluntas in nobis. Docemur ergo meritò noſtram non facere voluntatem, cum cauemus illud quod dicit ſcriptura. Sunt viæ quæ putantur ab hominibus rectæ, quarum
Pſal.13.a finis vſque ad profundum inferni demergit. Et cum item cauemus illud quod de negligẽtibus dictum eſt, Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in voluntatibus ſuis. In deſideriis
Pſal.32. verò carnis ita nobis deum credamus ſemper eſſe preſentem cum dicit propheta domino: Ante te omne deſiderium meũ. Cauendum ergo eſt ideo malum deſiderium, quia mors ſeD
cus introitum delectationis poſita eſt. Vnde ſcriptura præcipit dicens, Poſt concupiſcentias tuas non eas. Ergo ſi oculi
Eccli.18.d domini ſpeculãtur bonos & malos, & dominus de cœlo ſem per reſpicit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens deum, & ab angelis deputatis nobis quotidie die noctúque domino factori noſtro opera noſtra nunciantur, cauendũ eſt omni hora fratres, ſicut dicit in pſalmo propheta, ne nos declinantes in malum, & inutiles factos aliqua hora reſpiciat deus, & parcendo nobis in hoc tempore, quia pius eſt, & expectat nos conuerti in melius, tandem dicat nobis in futuro, Hæc feciſti, & tacui.

Gradus ſecundus humilitatis.

Secũdus humilitatis gradus eſt, ſi propriam quis nõ amans voluntatem, deſideria ſua nõ delectetur implere, ſed vocem illam domini factis imitetur dicẽtis: Non veni facere voluntatem meam, ſed eius qui me miſit. Item dicit ſcriptura: Voluntas habet pœnam, & neceſſitas parit coronam.

Tertius gradus humilitatis.

Tertius humilitatis gradus eſt, vt quis pro dei amore in omni obedientia ſe ſubdat maiori, imitans dominum, de quo dicit Apoſtolus, Factus obediens vſque ad mortem.

Quartus gradus humilitatis. B

Quartus humilitatis gradus eſt, ſi in ipſa obedientia duris & cõtrariis rebus vel etiam quibuſlibet irrogatis iniuriis tacita conſcientia pãtientiam amplectatur, & ſuſtinens nõ laſſeſcat, vel diſcedat, dicẽte ſcriptura, Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Item, Cõfortetur cor tuum, & ſuſtine dominum. Et oſtendens fidelem pro domino vniuerſa etiam contraria ſuſtinere debere, dicit ex perſona ſufferentiũ,
Propter te morte afficimur tota die, æſtimati ſumus ſicut o-
Pſal. 43.d ues occiſionis. Et ſecuri de ſpe retributionis diuinæ ſubſequuntur gaudentes, & dicentes, Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Et item alio loco ſcriptura, Probaſti nos, inquit, deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Et vt oſtendat ſub Priore debere nos eſſe, ſubſequitur dicẽs, Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Sed & præceptum domini in aduerſis, & in iniuriis per patientiam adimplentes, qui percuſſi in maxillam præbẽt & aliam, auferenti tunicam dimittunt & pallium. Angariati de miliaria, vadunt & duo, & cum Paulo apoſtolo falſos fratres ſuſtinent: & perſequentes & maledicentes ſe benedicunt.

Gradus quintus humilitatis.

Quintus humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconsè commiſſa E
per humilem confeſſionem abbati non celauerit ſuo. Hortatur nos de hac re ſcriptura dicens, Reuela domino viã tuam, & ſpera in eo. Et item dicit, Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et item propheta, Delictum meũ cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas nõ operui. Dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitias meas domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.

Gradus ſextus humilitatis.

Sextus humilitatis gradus eſt, ſi omni vilitate vel extremitate contentus ſit monachus, & ad omnia quæ ſibi iniungũtur, velut operarium ſe malum iudicet, & indignum, dicẽs ſibi cum propheta: Ad nihilum redactus ſum, & neſciui: vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

Gradus ſeptimus humilitatis.

Septimus humilitatis gradus eſt, ſi omnibus ſe inferiorem & viliorem nõ ſolùm ſua lingua pronunciet, ſed etiam intimo cordis credat affectu, humiliãs ſe, & dicens cum propheta: Ego autem ſum vermis & nõ homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Exaltatus ſum & humiliatus, & confuſus. Et item: Bonum mihi quòd humiliaſti me, vt diſcam mandata tua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gradus octauus humilitatis.

G Octauus humilitatis gradus est,si nihil agat monachus nisi quod communis monasterij regula vel maiorum cohortantur exempla.

Gradus nonus humilitatis.

Nonus humilitatis gradus est,si linguam ad loquendum prohibeat monachus,& taciturnitatem habens vsque ad interrogationē nō loquatur,mōstrante scriptura,quia in multiloquio non effugies peccatum, & quia vir linguosus non dirigetur super terram.

Gradus decimus humilitatis.

Decimus humilitatis gradus est,si non sit facilis ac promptus in risu,quia scriptū est:Stultus in risu exaltat vocē suam

Gradus vndecimus humilitatis.

Vndecimus humilitatis gradus est,si cum loquitur monachus,leniter & sine risu,humiliter,& cū grauitate,vel pauca verba& rationabilia loquatur,& nō sit clamosus in voce,sicut scriptum est:Sapiens verbis innotescit paucis.

Gradus duodecimus humilitatis

H Duodecimus humilitatis gradus est,si non solùm corde monachus,sed etiam ipso corpore humilitatem videntibus se semper indicet,id est in opere,in monasterio, in oratorio, in horto,in via,in agro vel vbicunque,sedens, ambulans vel stās,inclinato sit semper capite,defixis in terram aspectibus reū se omni hora de peccatis suis existimans,iam se tremendo iudici deo præsentari existimet,dicens sibi in corde semper illud,quod publicanus ille euāgelicus fixis in terrā oculis dixit,Domine,non sum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cœlum.Et item cum propheta,Incuruatus sum, & humiliatus sum vsquequaque.Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis monachus mox ad charitatē dei perueniet illam quæ perfecta foras mittit timorē,per quam vniuersa quæ prius non sine formidine obseruabat,absque vllo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non iam timore gehennæ,sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona,& delectatione virtutum,quæ dominus iam in operarium suum mundum à vitiis & peccatis spiritu sancto dignabitur demonstrare.

Retractatio beati Bernardi in librum sequentem de gradibus humilitatis.

I IN hoc opusculo,cū illud de euangelio quod dominus ait diem vltimi iudicij se nescire,ad aliquam sententiam confirmandam atque corroborandam proferrem in medium: improuidè quidem apposui quod in euangelio scriptum nō esse postea deprehendi.Nam cum textus habeat tantummodo,Neque filius scit:ego deceptus magis quàm fallere volens,literæ quippe immemor,sed non sensus: Nec ipse, inquam,filius hominis scit.Vnde etiam totam ordiens sequētem disputationem:ex eo quod non veraciter posui, veram conat' sum approbare assertionem.Sed quia talem errorem meum multo post quam à me idem libellus editus, & à pluribus iā trāscriptus fuit,deprehendi:cum nō potui per tot iā libellos sparsum persequi mendacium,necessariū credidi cōfugere ad confessionis remedium. Alio quoq; in loco quandam de Seraphim opinionē posui,quā nūquam audiui, nusquam legi.Vbi sane lector meus attendat,q; proinde tēperātēr,puto,dixerim:volēs videlicet nō aliud quā putari, quod certū reddere de scripturis nō valui. Titulus quoq; ipse qui de grādibus humilitatis inscribitur:pro eo forsitan quòd nō humilitatis,sed superbiæ potius hic distingui describiq; gradus videntur calumniam patietur:sed hoc à minus vel intelligentibus vel attendentibus eius tituli rationem, quā tamē in fine opusculi ipse breuiter intimare curaui.

IN TRACTATVM SEQVENtem præfatio.

Rogasti me frater Godefride, Vt ea quæ de gradibus humilitatis coram fratribus locutus fuerā,pleniori tibi tractatu dissererem. Cui tuæ petitioni dignè, Vt dignum erat, & volens satisfacere,& timens non posse:euangelici consilij memor,nō prius,fateor,facere ausus sum , quàm sedēs cōputaui si sufficerent sumptus ad perficiēdum.Cum autem charitas hūc foras misisset timorem,quo mihi timebam illud de opere non consummando :subintrauit alius timor de contrario,quo cœpi timere grauius periculū de gloria si perfecissem,quàm de ignominia si defecissem.Vnde inter hunc timorem & charitatem velut in quodam biuio positus,diu hæsitaui cui viarum tutò me crederem: metuens aut loquendo vtiliter de humilitate,ipse humilis non inueniri:aut tacendo humiliter,inutilis fieri. Cúmque ncutram viam tutam,alteramtamen mihi tenēdam esse conspicerem : elegi potius tibi(si quem possem)communicare fructū sermonis,quā tutari me solū portu silentij:simul fiduciā habēs,si quid forte quod approbes,dixerim,tuis precibus posse me nō superbire:sin autem(quod magis puto) nil tuo studio dignum effecerim,de nihilo superbire non posse. Luce.14.f L

DIVI BERNARDI
ABBATIS CLARÆVALlis,de duodecim gradibus humilitatis & superbiæ,Tractatus.



OCturus ergo de gradib' humilitatis, quos beat' Benedict' nō numerādos sed ascēdēdos,pponit,pri' ostēdo si possum quò per illos perueniēdū sit, vt audito fructu peruētionis,min' grauet labor ascēsionis.Propònit itaq; domin' nobis viæ laborē,laboris mercedem.Ego sum inquit via,veritas,& vita: Viā dicit humilitatē,quę ducit ad veritatē.Altera labor,altera fructus laboris est. Vnde sciam, inquis,q; ibi de humilitate locutus sit, cū indeterminatè dixerit, Ego sum via:Audi apertius: Discite à me quia mitis, sum,& humilis corde.Se ergo propōnit humilitatis exēplū, mansuetudinis formā.Si imitaris cū,non ābulas in tenebris, sed habebis lumen vitę.Quid est lumen vitę nisi veritas,quę illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum ostendit vbi sit vera vita:Ideo cū dixisset,Ego sum via & veritas,subdidit,Et vita.Ac si diceret: Ego sum via,quæ ad veritatē duco.Ego sum veritas, quæ vitam promitto. Ego sum vita,quam do.Hæc est enim,ait,vita æterna,vt cognoscāt te verum deum,& quem misisti Iesum Christum. Vel sic quasi tu dicas :Viam considero,id est humilitatem: fructum desidero,veritatem.Sed quid si tantus est labor viæ,vt ad optatū lucrum non possim peruenire?Respōdet:Ego sum via:id est viaticum quo sustenteris in via.Clamat igitur errantibus,& viam ignorantibus:Ego sum via. Dubitantibus & non credentibus:Ego sum veritas.Iam ascendentibus,sed lassescentibus,Ego sum vita.Satis,vt reor,ostensum est ex proposito capitulo euangelij,cognitionem veritatis fructum esse humilitatis.Accipe & aliud.Confiteor tibi pater,domine cœli &terræ:quia abscōdisti hæc(haud dubium quin veritatis secreta)à sapientibus & prudentibus,id,est à superbis & reuelasti ea paruulis,hoc est humilibus . Et in hoc apparet quòd veritas quæ superbis absconditur,humilibus reuelatur. Humilitatis vero talis potest esse definitio. Humilitas est virt' qua homo verissima sui agnitione sibiipsi vilescit. Hæc autem conuenit his qui ascensionibus in corde suo dispositis, de virtute in virtutem,id est de gradu in gradum proficiunt, donec ad culmen humilitatis perueniant : in quo velut in Sion

Matt.11.d

Ioan.8.b

Ioan.1.a

Ioan.17.c

Luc.10.d

A Psal.93.b Sion,id est in speculatione positi,veritatem prospiciant. Etenim, inquit, benedictionem dabit legislator: quia qui dedit legem,dabit & benedictionē:hoc est,qui iussit humilitatem, Psal.24.b perducet ad veritatem. Quis vero est hic legislator, nisi dulcis & rectus dominus, qui legem dedit delinquētibus in via? In via quippe delinquunt, qui veritatem derelinquunt. Sed nunquid vel sic à dulci domino derelinquuntur? Ipsis ergo dulcis & rectus dominus legem dat viam humilitatis, per quam redeant ad agnitionem veritatis . Dat occasionem recuperandæ salutis , quia dulcis est : non tamen absque disciplina legis , quia rectus est . Dulcis , quia perire non patitur. Rectus,quia punire nō obliuiscitur. Hanc itaque legem qua reditur ad veritatem , beatus Benedictus per duodecim gradus disponit: vt sicut per decem præcepta legis ac geminam Gen.82.c circuncisionem (in quo duodenarius numerus adimpletur) ad Christum venitur: ita his duodecim gradibus ascensis,veritas apprehendatur. Illud quoque quod in scala illa, quæ in typo humilitatis Iacob mōstrata est , dominus desuper innixus apparuit : quid nobis aliud innuit , nisi quòd in culmine humilitatis constituitur cognitio veritatis?Dominus quippe Psal.13.a de summitate scalæ prospiciebat super filiōs hominum tanquam veritas:cuius oculi sicut fallere nolunt, ita falli nō norunt:vt videret si est intelligens aut requirens deum. An non tibi de alto videtur clamare ac dicere requirentibus se(nouit Eccli.24.c B enim qui sunt eius) Transite ad me omnes qui concupiscitis me;& à generationibus meis implemini? Et illud : Venite ad Matt.11.d me qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam.Venite, inquit. Quò ? Ad me veritatem . Quà ? Per humilitatem. Quo fructu?Ego vos reficiam.Sed quę est refectio quam veritas ascendētibus promittit, peruenientibus reddit? An forte illa est charitas ? Ad hanc quippe , vt ait beatus Benedictus,ascensis omnibus humilitatis gradibus monachus mox perueniet . Vere dulcis & suauis cibus charitas , quæ fessos alleuat , debiles roborat , mœstos lætificat . Iugum denique veritatis facit suaue,& onus leue. Bonus cibus charitas,quæ Cant.3.c media in ferculo Salomonis cōsistens , diuisarum odore virtutum,velut diuersi generis fragrantia pigmentorū, esurientes reficit,iucundat reficientes. Ibi siquidem apponitur pax, patientia, benignitas, longanimitas, gaudium in spiritu sancto:& si quæ sunt aliæ veritatis seu sapiētiæ generationes,apponuntur in illa.Habet & humilitatis in eodem ferculo suas epulas,panem scilicet doloris,& vinum compūctionis,quas primo veritas incipiētibus offert,quibus vtique dicitur:Sur- Psal.126.a gite postquā sederitis,qui manducatis panem doloris.Habet ibidem contemplatio ex adipe frumenti solidum cibum sapientiæ,cum vino quod lætificat cor hominis,ad quę veritas Cant.5.a an 1.3.d perfectos inuitat, dicens : Comedite amici meī, & bibite,& inebriamini chariſſimi . Media , inquit , charitate construit C propter filias Hierusalem,propter imperfectas videlicet animas : quæ dū adhuc illum solidum cibum minus capere possunt,lacte interim charitatis pro pane, oleo pro vino nutriēdæ sunt. Quæ rectè media describitur: quia eius suauitas nec incipientibus præsto est,prohibente timore:nec perfectis satis est,pro abundantiori contemplationis dulcedine . Hi adhuc à noxiis carnalium delectationum humoribus , timoris amarissima potione purgandi,nōdum lactis dulcedinem experiuntur.Illi iā aulsi à lacte,epulari ab introitu gloriæ gloriosius delectantur : solis mediis id est proficientibus ita iam melleas quasdam sorbitiūculas charitatis expertis,vt illis interim pro sui teneritudine contenti sint . Primus ergo cibus est humilitatis,purgatorius cum amaritudine:secundus charitatis,consolatorius cum dulcedine : tertius contemplatio- Psal.79.a nis,solidus cum fortitudine . Heu mihi domine deus virtutū quousque iraſcēris super orationem serui tui,cibabis me pa- Psal.67.a ne lachrymarum,& potū dabis mihi in lachrymis ? Quis me inuitabit ad illud vel medium ac dulce charitatis cōuiuium, vbi iusti epulantur in conspectu dei,& delectantur in lętitia: Iob.10.a vt iam non loquens in amaritudine animæ meæ dicam deo, Noli me condemnare:sed epulando in azymis syncerităs& Psal.137.b veritatis , lætus cantem in viis domini , quoniam magna est gloria domini:Bona tamē via humilitatis,qua veritas inquiritur,charitas acquiritur,generationes sapientiæ participantur.Denique sicut finis legis Christus,sic perfectio humilitatis,cognitio veritatis. Christus cum venit attulit gratiā : veritas quibus innotuerit,dat charitatem. Innotescit autem humilibus:humilibus ergo dat gratiam.Dixi,vt potui, quo fructu humilitatis gradus ascendi debeāt:dicam vt potero, quo ordine ad propositum brauium veritatis perducāt . Sed quia ipsa quoque veritatis agnitio in tribus gradibus consistit,ipsos breuiter si possum distinguo, quatenus ex hoc clarius innotescat ad quem trium veritatis , duodecimus humilitatis pertingat. D Iacob.4.b

INquirimus namque veritatem in nobis,in proximis,in sui natura.In nobis , nosmetipsos diiudicando . In proximis, eorum malis compatiendo.In sui natura,mundo corde contemplando.Obserua sicut numerum,ita & ordinem . Primo te doceat veritas ipsa quod prius in proximis quàm in sui debeat inquiri natura. Post hoc accipies cur prius in te quàm in proximis inquirere debeas. In numero siquidem beatitudinum quas suo sermone distinxit, prius misericordes quàm mundicordes posuit . Misericordes quippe cito in proximis Matt.5.d veritatem deprehendunt , dum suos affectus in illos extendunt, dum sic per charitatem se illis conformant, vt illorum vel bona vel mala tanquam propria sentiant . Cum infirmis infirmantur,cum scandalizatis vruntur.Gaudere cū gaudentibus,flere cum flentibus cōsueuerunt . Hac charitate fraterna cordis acie mundata,veritatem delectantur in sui cōtemplari natura,pro cuius amore mala tolerant aliena.Qui verò ita se fratribus non consociant , sed econtrario aut flentibus insultant,aut gaudentibus derogant,dum quod in illis est,in se esse non sentiunt,quia similiter affecti non sunt,veritatem in proximis qualiter deprehendere possunt?Bene namq; conuenit illis illud vulgare prouerbiū: Nescit sanus quid sentiat Prouerbiū. æger,aut plenus quid patiatur ieiunus.Et æger ægro,& ieiunus ieiuno quanto propinquius , tanto familiarius compatiuntur.Sicut enim pura veritas non nisi puro corde videtur, sic miseria fratris verius misero corde sentitur . Sed vt ob alienam miseriam miserum cor habeas,oportet vt tuam prius agnoscas,vt proximi mentem in tua inuenias, & ex te noueris qualiter illi subuenias , exemplo scilicet saluatoris nostri, qui pati voluit vt compati sciret,miser fieri vt misereri disceret,vt quomodo(sicut de ipsa scriptum est)didicit ex his quæ Hebr.5.c passus est obedientiam : ita & misericordiam disceret : non quòd ante misereri nesciret,cuius misericordia ab æterno & vsque in æternum : sed quòd natura sciebat ab æterno , temporali didicit experimento . Sed forte durum tibi videtur, quòd dixi dei sapientiam Christum didicisse misericordiam, quasi is per quem omnia facta sunt, aliquid aliquando ignorasset ex iis quæ sunt maxime cum illud quod ex epistola ad Hebræos ad id comprobandum commemoraui , alio sensu, F qui non ita videatur absurdus , possit intelligi , vt hoc quod dictum est , didicit , non ad ipsum caput referatur in sui persona , sed ad corpus eius , quod est ecclesia : vt sit ita sensus: Et didicit ex iis quæ passus est,obedientiam: hoc est, obediētiam didicit in suo corpore ex iis quæ passus est in capite.Nā illa mors , illa crux , opprobria , sputa , flagella , quæ omnia caput nostrum Christus pertransiit, quid aliud corpori eius, id est nobis , quàm præclara obedientiæ documenta fuerunt? Christus enim (ait Paulus) factus est obediens patri vs- Philip.2.b que ad mortem,mortem autem crucis. Qua necessitate?Respondeat apostolus Petrus:Christus passus est pro nobis,vo- 1.Petr.2.b bis relinquens exemplum,vt sequamini,inquit,vestigia eius, id est vt imitemini obedientiam eius . Ex his ergo quæ passus est,discimus quanta nos qui puri homines sumus , oporteat pro obedientia perpeti , pro qua is qui & deus erat,non dubitauerit mori . Et hoc modo , inquis , non inconueniens erit si dicatur Christus vel obedientiam vel misericordiam seu aliquid in suo corpore didicisse , dum tamen sibi in sua persona nil quod se ante latuerit credatur ex tempore potuisse accedere : sicque ipse sit qui misereri doceat aut obedire,ipse qui discat , quia caput & corpus vnus est Christus. Non nego hunc intellectum quin rectus sit : sed ex alio loco ipsius epistolæ,superior interpretatio videtur approbari,vbi Hebr.2.d dicitur: Nusquam enim angelos apprehēdit, sed semē Abra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ghe apprehendit, vnde debuit per omnia fratribus similari, vt
misericors fieret, Puto quod hæc verba sic ad caput referēda
sunt, vt corpori penitus aptari non possint. De verbo vtique
dei dictum est quòd non angelos apprehendit, hoc est non
in vnam sibi personam assumpsit, sed semen Abrahæ. Neque
Ioan.1.b enim legitur, Verbum angelus factum est, sed verbum caro
factum est, & caro de carne Abrahæ, iuxta promissionē quæ
illi primum facta est: vnde, id est ex qua seminis assumptione
debuit per omnia fratribus similari, id est opportuit ac ne-
cesse fuit vt similis nobis passibilis nostrarum omnia (excepto
Hebr.2.c peccato) genera miseriarum percurreret. Si quæris
qua necessitate: vt misericors, inquit, fieret. Et hoc, ais, cur
non recte ad corpus referri potest? Sed audi quod paulo-
post sequitur: In eo enim in quo passus est ipse & tentatus,
potens est & eis qui tētantur auxiliari. In quibus: verbis
quid melius intelligi possit non video, nisi quòd ideo pati
ac tentari, omnibusque absque peccato, humanis voluit
communicare miseriis (quod est per omnia fratribus simila-
ri) vt similiter passis ac tentatis misereri ac compati ipso dis-
ceret experimento. Quo quidem experimento non dico vt
sapientior efficeretur, sed propinquior videretur, quatenus
Heb.2.c infirmi filij Adam (quos suos fieri & appellari fratres non
dedignatus est) suas illi infirmitates committere nō dubita-
rent, qui sanare illas & posset vt deus, & vellet vt proximus
H & cognosceret vt eadē passus. Vnde Esaias virum eum ap-
Esa.53.c pellat dolorum, & scientem infirmitatem. Et apostolus: Nō
Hebr.4.d enim habemus, inquit, pontificem qui non possit compati
infirmitatibus nostris. Vnde autem possit, indicans adiungit:
Ibidem. Tentatū autem per omnia pro similitudine absq; peccato.
Beatus quippe deus, beatus dei filius, in ea forma qua nō ra-
Philip.2.d pinam arbitratus est esse se æqualem patri, proculdubio im-
passibilis, priusquam se exinaniisset formam serui accipiens,
sicut miseriam & subiectionem expertus nō erat, sic miseri-
cordiam vel obedientiam non nouerat experimēto. Sciebat
quidē per naturā, nō autē sciebat per experientiā. At vbi mi-
noratus est nō solū à seipso sed etiā paulo minus ab angelis,
(qui & ipsi impassibiles sunt per gratiā, non per naturā) vsq;
ad illam formā in qua pati & subiici posset, quod vtique (si-
cut dictū est) in sua nō posset, & in passione expertus est mi-
sericordiam, & in subiectione obedientiam. Per quam tamē
experientiā non illi (vt dixi) scientia, sed nobis fiducia creuit,
dum ex hoc misero genere cognitionis, is à quo longe erra-
ueramus, factus est propior nobis. Quando enim illi appro-
Hebre.4.d pinquare auderemus in sua impassibilitate manēti? Nunc au
Esa.53.d tem apostolo suadēte monemur cum fiducia adire thronum
gratiæ ipsius, quem nimirum (sicut alibi scriptum est) lāguo-
res nostros tulisse, & dolores nostros portasse cognoscimus,
& in eo quo passus est ipse, nobis compati posse nō dubita-
I mus. Non ergo debet absurdum videri, si dicitur Christum
non quidē aliquid scire cœpisse, quod aliquādo nescierit: sci
re tamē alio modo misericordiam ab æterno per diuinitatē,
Mat.13.a & aliter in tempore didicisse per carnē. Vide ne & simili lo-
cutionis modo illud dictum sit, quod dominus requirētibus
discipulis de die vltimo se nescire respondit. Nam quomo-
Colo.2.a do diem illum ille nesciebat, in quo omnes sapientiæ & scie
tiæ thesauri sunt absconditi? Cur ergo se scire negabat, quod
certum est quia nescire non poterat? Nunquid forte menda-
citer eos voluit celare, quod vtiliter non valuit innotescere?
Absit. Sicut nihil ignorare poterat, cum sapientia sit: sic nec
mentiri, cum veritas sit. Sed volens discipulos ab inutilis in-
quisitionis curiositate compescere, quod inquirebant, se scire
negauit: non omni modo quidem, sed tali quodam modo
quo negare veraciter potuit. Nā etsi suæ diuinitatis intuitu
æquè omnia, præterita scilicet, præsentia atque futura perlu-
strando, diem quoque illum palam habebat: nō ramen vllis
carnis suæ sensibus experiēdo agnouerat. Alioquin iam spi-
ritu oris sui Antichristum interfecerat: iam aurib⁹ sui corpo
ris archangelum vociferantem, & tubam sonantem in quo
strepitu mortui suscitādi sunt, audierat iam oculis suæ carnis
oues hœdōsque, qui ab inuicem segregandi sunt, perspexe-
rat. Denique vt intelligas quòd illa tantum cognitione quæ
per carnem fit, se illum diem nescire perhibuerit, vigilanter
respondens, nō ait, Nec ego scio: sed, Nec ipse, inquit, filius *Mar.13.d*
hominis scit. Quid est fili⁹ hominis, nisi nomē assumptæ car K
nis? Quo siquidem nomine intelligi datur, quia dicens se ali-
quid nescire non iuxta quod deus est, sed secundum homi-
nem loquitur. Aliās quippe loquens de se secūdum suam di-
uinitatem, non filius vel filium hominis: sed, ego, vel me, sæ-
pius ponere consueuit: vt ibi: Amen dico vobis, antequam *Ioan.8.e*
Abraham fieret, ego sum. Ego sum, ait: non, Filius hominis
est. Nec dubium quin de illa essentia diceret, qua ante A-
braham & sine initio est, non qua post Abraham & ex A- *Matt.26.c*
braham factus est. Alibi quoque hominum de se opinio-
nem à discipulis inquirens, Quem dicunt, inquit, homines *Ibidem.*
esse, non me, sed filium hominis: Rursus eosdem interrogās
quid de se ipsi quoque sentirent: Vos autem, non quem
filium hominis, sed quem me, ait, esse dicitis? Carnalis vide-
licet populi sententiam de carne inquirens, nomen carnis,
quod proprie est filius hominis posuit, spirituales vero disci
pulos de sua diuinitate interrogans, no filium hominis, sed
signanter, me dixit. Quod deniq; Petrus intelligēs, quid per
hoc quod dixerat, me, requisiti fuissent, sua responsione ape-
ruit: Tu es, inquiens, non Iesus filius virginis, sed Christus fi-
lius dei. Quod vtique si respondisset, nihilo minus verita- L
tem dixisset: sed in verbis interrogationis sensum interro-
gantis prudenter aduertens, competenter proprieque ad in-
terrogata respondit dicens: Tu es Christus filius dei. Cum i-
gitur videas Christum in vna quidem persona duas habere
naturas, vnam qua semper fuit, alteram qua esse cœpit: &
secundum sempiternum suum quidem esse, semper omnia
nosse: secundum temporalē vero, multa temporaliter exper-
tū fuisse cur fateri dubitas vt esse in tempore cœpit ex carne,
sic carnis quoque miserias scire cœpisse, illo duntaxat modo
cognitionis, quem docet defectio carnis? Quod vtiq; genus
scientiæ, protoplasti sapientius feliciúsque nescirent, quādo
id attingere nisi stulte miseréque non poterant. Sed plasma-
tor corū deus requirens quod perierat, opus suum miseratus
prosecutus est, descendens & ipse misericorditer, quò illi ce-
ciderant miserabiliter Voluit experiri in se, quod illi faciēdo
contra se merito paterentur: non simili quidem curiositate, M
sed mirabili charitate. Non vt miser cum miseris remaneret:
sed vt misericors factus miseros liberaret. Factus, inquā, mi-
sericors, non illa misericordia quā felix manens habuit ab ę-
terno: sed quam mediante miseria reperit in habitu nostro.
Porro pietatis opus quod per illā cœpit, in ista perfecit. Non
quòd sola illa nō posset perficere: sed quia nobis non potuit
absq; ista sufficere. Vtraq; siquidem necessaria: sed nobis hęc
magis cōgrua fuit. O ineffabilis pietatis excogitatio! Quādo
nos illam miram misericordiam cogitaremus, quam præce-
dens miseria non informat? Quando illā aduerteremus inco
gnitā nobis compassionē, quæ non passione præuēta, cū im-
passibilitate perdurat? Attamen si illa quæ miseria nescit, mi-
sericordia non præcessisset: ad hanc, cuius miseria mater est,
non accessisset. Si non accessisset, non attraxisset. Si non at- *Psal.39.a*
traxisset, non extraxisset. Vnde autē extraxit, nisi de lacu mi-
seriæ, & de luto fecis? Nec illam tamen misericordiam dese- *Psal.35.b*
ruit, sed hanc inseruit. Non mutauit, sed multiplicauit, sicut
scriptum est: Homines & iumēta saluabis domine quemad-
modum multiplicasti misericordiam tuam deus. Sed iam ad
propositum redeamus. Si ergo se miserum fecit, qui miser nō
erat, vt experiretur quod & ante sciebat: quāto magis tu, nō
dico vt te facias quod non es, sed vt attendas quod es, quia
vere miser es, & sic discas misereri qui hoc aliter scire nō po
tes: ne forte si proximi malum consideres, & tuum non at-
tendas, mouearis non ad miserationem, sed ad indignationē:
non ad adiuuandum, sed ad iudicandum: denique non ad in- *Gala.6.a*
struendum in spiritu lenitatis, sed ad destruendum in spiritu
furoris. Vos qui spirituales estis, ait apostolus, huiusmodi
instruite in spiritu lenitatis. Apostoli consilium siue etiam
præceptum est, vt mansueto, id est, eo spiritu fratri ægrotāti
subuenias, quo tibi vis subueniri cum ægrotas. Et vt scias
qualiter erga delinquentē mansuescere possis: Considerans,
inquit, teipsum: ne & tu tenteris. Considerare libet quàm be-
ne discipulus veritatis ordinem sequatur magistri in beati-

Atudinibus quas supra memoraui, sicut prius misericordes
quàm mundicordes, sic prius mites quàm misericordes pro-
nunciati sunt. Et apostolus cum spirituales hortaretur ad in-
struendum carnales, adiunxit: In spiritu lenitatis. Instructio
quippe fratrum pertinet ad misericordes, spiritus lenitatis ad
mites. Ac si diceret, Inter misericordes deputari non potest,
qui in semetipso mitis non est. Ecce apostolus aperte osten-
dit quod superius me ostēsurum promisi: prius videlicet ve-
ritatem inquirendam esse in nobis, quàm in proximis: Cōsi-
derans, inquiens, teipsum: id est quàm facilis ad tentandum,
quàm pronus ad peccādum: quatenus ex tui consideratione
miteſcas, sicque ad succurrendum aliis in spiritu lenitatis ac-
cedas. Alioquin si monentem non audis discipulum, arguen- *Matt.7.a*
tem time magistrum: Hypocrita, eiice primùm trabem de o-
culo tuo, & sic valebis festucam eiicere de oculo fratris tui.
Trabes in oculo grādis & grossa, superbia in mente est, quæ
quadam corpulentia sui vana non sana, tumida non solida,
oculum mentis obscurat, veritatem obumbrat, ita vt si tuam
occupauerit mētem, iam tu te videre, iam te talem qualis es,
vel qualis esse potes, non possis sentire: sed qualem te amas, *Superbia.*
talem te vel putes esse, vel speres fore. Quid enim aliud est
superbia, quàm (vt quidam sanctus diffinit) amor proprię ex-
cellentiæ? Vnde & nos possumus dicere per contrarium, hu-
militatem propriæ excellentiæ esse contemptum. Amor
B vero, sicut nec odium, veritatis iudicium nescit. Vis iudicium
Ioan.19.b veritatis audire? Sicut audio, sic iudico. Non sicut odi, non si-
Ioan.11.f cut amo, non sicut timeo. Est iudicium odij, vt illud: Nos le-
gem habemus, & secundum legem nostram debet mori. Est
& timoris, vt illud: Si dimittimus eum sic, venient Romani &
2.Reg.18. Dauid de filio parricida: Parcite, inquit, puero Absalon. Et
legibus humanis statutū, & in causis tam ecclesiasticis quàm
secularibus seruatum scio, speciales amicos causantium non
debere admitti ad iudicium, ne vel fallant vel fallantur amo-
re suorum. Quòd si culpam amici tuo iudicio amor illius aut
minuit, aut prorsus abscondit, quanto magis amor tui tuum
contra te iudicium fallit? Qui ergo plenè veritatem in se
cognoscere curat, necesse est vt semota trabe superbiæ quæ
oculum arcet à luce, ascensiones in corde suo disponat, per
quas seipsum in seipso inquirat, & sic post duodecimum hu-
militatis ad primum veritatis gradum pertingat. Cum autem
Psal.115.a veritate inuenta in se, imò se inuēto in veritate, dicere potue-
Psal.63.b rit: Credidi, propter quod locutus sum, ego autem humilia-
Psal.115.a tus sum nimis: ascendat homo ad cor altum, vt exaltetur ve-
ritas, & ad gradū secundum perueniens dicat in excessu suo,
omnis homo mendax. Putas hunc ordinē Dauid non tenuit?
Putas hoc non sensit propheta quod dominus, quod apostо-
lus, quod & nos post ipsos & per ipsos sentimus: Credidi, in-
C quit, veritati dicenti: Qui sequitur me, non ambulat in tene-
Ioan.8.b bris. Credidi ergo sequendo, propter quod locutus sum con-
fitendo. Quid confitēdo? Veritatem quam cognoui creden-
do. Postquam autem & credidi ad iustitiam, & locutus sum
ad salutem, humiliatus sum nimis, hoc est perfectè. Tan-
quam diceret: Quia veritatem cognitam in me confiteri
Psal.111.a contra me non erubui, ad perfectionem humilitatis profe-
ci. Nimis enim perfectè, potest intelligi, vt ibi: In manda-
tis eius volet nimis. Quod si quis contendat nimis hic pro
valde positum, non pro perfectè, quiā & expositores id ip-
sum videntur astruere: neque hoc discordat à sensu prophe-
tæ, vt sic sentiamus eum dixisse: Ego quidem cum adhuc
veritatem non nossem, aliquid me putabam esse, cum nihil
essem. At postquam in Christum credendo, id est eius hu-
militatem imitando, veritatem agnoui, ipsa quidem exal-
tata est in me ex mea confessione, sed ego humiliatus sum
nimis, id est valde vilui mihi ex mei consideratione. Humi-
liatus ergo propheta in hoc primo gradu veritatis (vt ait in
Psal.118.k alio psalmo: Et in veritate tua humiliasti me) semetipsum
attendat, & ex propria miseria generalem perpendat, sicque
ad secundum transiens dicat in excessu suo, omnis homo
mendax. In quo excessu suo? In illo proculdubio quo sese
excedens, ac veritati adhærens, seipsum diiudicat. In illo
ergo excessu suo dicat non indignando aut insultando, sed
miserando & compatiendo, omnis homo mendax. Quid est, D
omnis homo mendax? Omnis homo infirmus, omnis homo
miser & impotens, qui nec se nec alium possit saluare. Sicut *Psal.32.d*
dicitur fallax equus ad salutem, nō quòd equus aliquem fal-
lat, sed quia is seipsum fallit qui in fortitudine eius confidit:
sic omnis homo dicitur mendax, id est fragilis, mutabilis, à *Hier.17.d*
quo salus nō possit vel sua vel aliena sperari, quin potius ma-
ledictionem incurrat qui spem suam in homine ponit. Profi-
ciens itaque humilis propheta per ducatum veritatis, quòd-
que in se lugebat, videns in aliis, dum apponit scientiam, ap-
ponat & dolorem, ac generaliter sed veraciter dicat, omnis
homo mendax. Vide quàm longe aliud senserit de se phari-
sæus ille superbus. Quid deprompsit in excessu suo? Deus, *Luc.18.b*
grātias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum. Dum
in se singulariter exultat, aliis arroganter insultat. Dauid au-
tem aliter. Ait enim: Omnis homo mendax. Neminem exci- *Psal.115.a*
pit, ne quem decipiat, sciens quia omnes peccauerūt, & om- *Rom.3.a*
nes egent gloria dei. Pharisæus se solum decipit, quem solum
excipit dum cæteros damnat. Propheta se non excipit à com-
muni miseria, ne excipiatur à misericordia. Pharisęus exuffiat
misericordiam, dum dissimulat miseriam. Propheta affirmat
tam de omnibus quàm de se, omnis homo mēdax. Pharisęus
confirmat de omnibus præter se. Non sum, inquiēs, sicut cæ-
teri hominum. Et gratias agit non quia bonus, sed quia so-
lus: non tam de bonis quæ habet, quàm de malis quæ in a- E
liis videt. Nondum de suo trabem eiecerat, & festucas in
oculis fratrum enumerat. Nam subdit: Iniusti, raptores. *Luc.18.b*
Non frustra (vt arbitror) excessum à proposito feci, si vtriusq;
que excessus differentiam intellexisti. Iam ad propositum
redeundum est. Quos itaque veritas sibi iam innotescere,
ac per hoc vilescere fecit, necesse est vt cuncta quæ amare
solebant, & ipsi sibi amarescant. Statuentes nimirum se an-
te se, tales se videre cogant, quales vel à se videri erubes-
cant. Dúmque sibi displicet quod sunt, & ad id suspirant
quod non sunt, quod vtique per se fore diffidunt, vehemen-
ter sese lugentes, id solum consolationis inueniunt, vt seueri
iudices sui, qui scilicet amore veri esuriāt & sitiant iustitiam,
vsque ad contemptum sui districtissimam de se exigant sa-
tisfactionem, & de cætero emendationem. Sed cum se ad id
sufficere non posse conspiciunt (cum enim fecerint omnia
quæ mandata fuerint sibi, seruos se inutiles dicunt) de iustitia *Luc.17.c*
ad misericordiam confugiunt. Vt autem illam consequātur,
consilium veritatis sequuntur: Beati misericordes, quoniam *Matt.5.a*
ipsi misericordiam consequentur. Et hic est secundus gradus
veritatis, quo eam in proximis inquirunt, dum de suis alio-
rum necessitates exquirunt: dum ex iis quæ patiūtur, patien-
tibus compati sciunt. In his ergo tribus quæ dicta sunt, id
est in luctu pœnitentiæ, in desiderio iustitiæ, in operibus mi-
sericordiæ si perseuerāt, à tribus impedimētis quæ aut igno- F
rantia, aut infirmitate, aut studio contraxerunt, cordis aciem
mundant, quo per cōtemplationem ad tertium veritatis gra
dum pertranseant. Hæ sunt viæ quæ vidētur hominibus bo- *Prou.2.c*
næ, illis duntaxat exceptis qui lætantur cum malefecerint, &
exultant in rebus pessimis, ac se de infirmitate vel ignoran-
tia tegunt ad excusandas excusationes in peccatis. Sed frustra *Psa.140.a*
sibi de infirmitate vel ignorantia blandiuntur, qui vt liberius
peccent, libenter ignorant vel infirmantur. Putas primo ho-
mini profuit, licet ipse non libenter peccauit, quòd se per vx-
orem tanquam per carnis infirmitatem defendit? Aut primi
martyris lapidatores quoniam aures suas continuerunt, per
ignorātiam excusabiles erunt? Qui igitur studio, amore pec-
candi à veritate se sentiunt alienatos, infirmitate & ignoran-
tia pressos, studium in gemitum, amorē in mœrorē & infir-
mitatem cōuertant, infirmitatem carnis feruore iustitię vin-
cant, ignorantiam liberalitate repellāt: ne si nunc egentē, nu-
dam & infirmam veritatem ignorant, cū potestate magna &
virtute venientem, terrentem, arguentem, serò cum rubore
cognoscant, frustra cum tremore respōdeant: Quando te vi- *Matt.25.d*
dimus egere, & non ministrauimus tibi? Cognoscetur certe *Psal.9.c*
dominus iudicia faciens, qui nunc ignoratur misericordiam
quærens. Denique videbitur in quem transfixerunt: similiter *Ioan.19.g*
& auari quem contempserunt. Ab omni ergo labe, infirmi-

G tate, ignorantia studióve contracta, flendo, iustitiam esurien
Matt.5.a do, operibus misericordiæ insistendo, mundetur oculus cor-
dis, cui se in sui puritate veritas videndam promittit: Beati
mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Cum sint ita-
que tres gradus seu status veritatis, ad primū ascēdimus per
laborem humilitatis, ad secundum per affectum compassio-
nis, ad tertium per excessum contemplationis. In primo ve-
ritas reperitur feuera, in secundo pia, in tertio pura. Ad pri-
mum ratio ducit, qua nos discutimus: ad secundum affectus
perducit, quo aliis miseremur: ad tertiū puritas rapit, qua ad
inuisibilia subleuamur.

INterlucet hic mihi mira quædam ac diuisa indiuiduæ
trinitatis operatio, si quo modo tamen ab homine sedente
in tenebris ineffabilis illa possit capi cooperantium sibi
personarum diuisio. In primo siquidem gradu filius, in se-
Ioan.13.b cundo spiritus sanctus, in tertio pater operari videtur. Vis
audire filij operationem? Si ego, inquit, laui vobis pedes
dominus & magister, quanto magis & vos debetis alter al-
terius lauare pedes? Tradebat discipulis humilitatis formam
veritatis magister, qua in primo gradu primùm eis veritas
innotescereat. Attende & opus spiritus sancti. Charitas dei
Rom.5.a diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui da-
H tus est nobis. Charitas quippe donum est spiritus sancti,
qua fit vt qui sub disciplina filij per humilitatem ad primum
vsq; gradum veritatis iam profecerunt, ad secundū per cō-
passionem proximi sub magisterio spiritus sancti perueniāt.
Matt.16.c Audi & de patre: Beatus es Simon bar-Iona, quia caro & san-
guis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis Et il-
lud: Pater filīs notam faciet veritatem tuam. Et confiteor ti-
Esa.38.d bi pater, quia abscōdisti hæc à sapiētibus & reuelasti ea par-
Matt.11.d uulis. Vides quia quos verbo & exemplo prius filij' humilia-
uit, super quos deinde spiritus charitatem effudit, hos tādem
in gloria pater recepit: Filius facit discipulos, paracletus cō-
solatur amicos, pater exaltat filios. Quia vero non solum fi-
lius & pater & spiritus sanctus veraciter veritas appellan-
tur, cōstat quòd vna eadēq; veritas, seruata proprietate per-
sonarū, tria hæc in tribus gradibus operatur. Primò scilicet
instruit vt magister. Secundò consolatur vt amicus vel fra-
ter. Tertiò astringit vt filios pater. Dei quippe filius, verbū
scilicet ac sapientia patris, primum quidem illam animę no-
stræ potentiam quæ ratio dicitur, cum reperit carne depres-
sam, peccato captiuam, ignorantia cęcam, exterioribus dedi-
tam: clementer assumens, potenter erigens, prudenter instī-
tuens, introrsum trahēs, ac mirabiliter vtēs, tāquā pro se vica-
riā ipsam sibi iudicem statuit, ita vt pro reuerētia verbi cui
coniungitur, ipsa sui accusatrix, testis & iudex, contra se ve-
ritatis fungatur officio. Ex qua prima coniunctione verbi &
I rationis, humilitas nascitur. Aliam deinde partē quæ dicitur
volūtas, veneno quidem carnis infectā, sed iam ratione dis-
cussam, spiritus sanctus dignanter visitans, suauiter purgans,
ardenter afficiēs, misericordem facit: ita vt more pellis quæ
vncta extēditur, ipsa quoq; vnctione perfusa cœlesti, vsq; ad
inimicos per affectum dilatetur. Et sic ex hac secunda con-
iunctione spiritus dei & voluntatis humanæ, charitas efficī-
tur. Vtranque vero partem, rationem scilicet & voluntatem,
alteram verbo veritatis instructam, alteram spiritu veritatis
afflatam, illam hyssopo humilitatis asperſam, hanc igne cha-
ritatis succensam, tādem iam perfectā animam, propter hu-
militatem sine macula, propter charitatē sine ruga, cum nec
voluntas rationi repugnat, nec ratio veritatē dissimulat, glo-
riosam sibi sponsam pater conglutinat, ita vt nec ratio de se,
nec volūtas de proximo cogitare sinatur, sed hoc solū beata
Cant.1.a illa anima dicere deleĉtetur: Introduxit me rex in cubiculū
suum. Digna certe quæ de schola humilitatis, in qua primum
sub magistro filio ad seipsam intrare didicit, iuxta commina
Ibidem.c tionem ad se factam: Si ignoras te, egredere & pasce hœdos
tuos: digna ergo quæ de schola illa humanitatis duce spiritu
sancto in cellaria charitatis, quæ nimirum proximorum pe-
ctora intelligēda sunt, per affectionem introduceretur, vn-
de suffulta floribus, ac stipata malis, bonis scilicet morib' &
virtutibus sanctis, ad regis demum cubiculum, cuius amore
languet, admitteretur. Ibi modicum, hora videlicet quasi di-
midia silentio facto in cœlo, inter desideratos amplexus sua- K
uiter quiescens ipsa quidem dormit, sed cor eius vigilat, quo
vtiq; interim veritatis arcana rimatur: quorum postmodum
memoria statim ad se reditura pascatur. Ibi videt inuisibilia,
audit ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Excedūt quip-
pe omnem illam quàm nox nocti indicat scientiam. Dies ta- Psal.18.a
men diei eructat verbum, & inter sapientes sapiētiam loqui,
& spiritualibus spiritualia licet cōferri. Putas hos grad' Pau
lus non transierit, qui vsque ad tertium cœlum se raptum
fuisse testatur? Sed quare raptum, & non potius ductum? 2.Cor.12.
Vt videlicet si tantus apostolus raptum se dicit fuisse, quò
nec doctus sciuit, nec ductus potuit ire: me qui proculdu-
bio minor sum Paulo, ad tertium cœlum nulla mea virtute,
nullo meo labore peruenire posse præsumam, ne vel de vir-
tute confidam, vel pro labore diffidam. Qui enim docetur
aut ducitur, ex hoc ipso quòd docentem vel ducentem se-
quitur, laborare conuincitur, & aliquid ex se agit vt ad desti-
natum locum vel sensum perrahatur, ita vt dicere possit:
1.Cor.15.b Non autem ego sed gratia dei mecum. Qui vero rapitur,
non suis viribus sed alienis innixus tanquam nescius quo-
cunque portatur, nec de toto in se, nec de parte gloriatur,
vbi nec per se nec cum alio aliquid operatur. Ad primum
itaque siue ad medium cœlum ductus vel adiutus apostolus L
ascendere potuit, ad tertium autem vt peruenirēt rapi opor-
tuit. Nam ad hoc & filius legitur descendisse, vt vocaret &
iuuaret ascensuros ad primum: & spiritus sanctus missus
fuisse, qui perduceret ad secundum. Pater verò licet filio &
spiritui sancto semper cooperetur, nunquam tamē aut de cœ-
lo descendisse, aut ad terras legitur missus fuisse. Lego cer-
te quòd misericordia domini plena est terra, & pleni sunt Psal.32.a
cœli & terra gloria tua, & multa huiusmodi. Lego & de filio:
Postquā venit plenitudo temporis, misit deus filium suū. Et Gala.4.a
ipse filius loquitur de se: Spirit' domini misit me. Et per eū-
dem prophetam. Et nūc, inquit, domin' misit me & spiritus Esa.61.a
eius. Lego & de spiritu sancto: Paracletus autem spiritus san- Esa.48.c
ctus, quem mittet pater in nomine meo. Et, Cum assumptus Ioan.14.d
fuero, mittam vobis eum, haud dubiū quin spiritū sanctum. Ioan.16.b
Patrem autem in sua persona, licet nusquā non sit, nusquam
tamē inuenio nisi in cœlis, vt in euāgelio: Et pater meus qui Mat.23.a
in cœlis est. Et in oratione: Pater noster qui es in cęlis. Vnde Matt.6.b
nimirum colligo q' quia pater nō descēdit: apostolus vt eum
videret, ad tertium cœlum ascēdere quidem nō potuit, quò
tamen se raptum memorauit. Deniq; nemo ascendit in cœlū Ioan.3.b
nisi qui descendit de cœlo filius hominis. Et ne putes de pri- Psal.18.a
mo dictū vel secūdo, dicit tibi Dauid: A summo cœlo egres-
sio eius. Ad quod iterum non subito raptus, nō furtim subla- M
tus, sed videntibus, inquit, illis, id est apostolis, eleuatus est. Act.1.b
Non sicut Helias, qui vnum: non sicut Paulus, qui nullū, vix 4.Reg.2.c
enim vel seipsum testē aut arbitrū habere potuit, ipso perhi-
bente: Nescio, deus scit: sed vt omnipotens, qui quando vo- 2.Cor.12.
luit descendit, quando voluit ascendit, pro suo arbitrio arbi-
tros & spectatores, locum & tempus, diem & horā expectās,
videntibus illis quos scilicet tanta visione dignatur, eleuatus
est. Raptus est Paulus, raptus est Helias, trāslatus est Enoch. 4.Reg.2.c
Redēptor noster legitur eleuatus, hoc est ex seipso leuatus, Eccl.44.
nō aliunde adiutus. Deniq; nō currus vehiculo, nō angeli ad Act.1.b
miniculo, sed propria virtute subnixum suscepit eum nubes Ibidem.
ab oculis eorum. Cur hoc? An fessum iuuit? An pigrum impu
lit? An cadentem sustinuit? Absit. Sed suscepit eum ab oculis
carnalibus discipulorum, qui & si Christum nouerant secū-
dum carnem, sed vltra iam nō nosscrent. Quos ergo per hu-
militatem ad primum cœlum filius vocat, hos in secūdo per
charitatem spiritus aggregat, ad tertium per cōtemplationē Psal.118.k
pater exaltat. Primo humiliantur in veritate, & dicunt: In ve
ritate tua humiliasti me. Secūdo cōgaudent veritati, & psal- Psal.123.a
lunt: Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres 1.Cor.13.b
in vnum. De charitate quippe scriptum est. Congaudet au-
tem veritati. Tertio ad arcana veritatis rapiunt, & aiunt:
Secretum meū mihi, secretū meum mihi. Sed quid ego miser Esa.24.c
superflua magis loquacitate, quàm spiritus viuacitate duos
cœlos superiores percurro, qui manibus pedibúsq; repēs ad
huc sub inferiore laboro? Ad quod tamen iam ipso iuuante
quo

A quo & vocante mihi scalam erexi. Illic siquidem iter est quo
Psal.49.d ostendat mihi salutare dei. Iam dominum desuper innixum
suspicio, iam ad vocem veritatis exulto. Vocauit me, & ego
Iob.14.c respondi illi: Operi manum tuarum porriges dexteram. Tu
Ibid.31.a quidem domine gressus meos dinumeras, sed ego lētus ascē-
sor, fessus viator, diuerticula quæro. Væ mihi si tenebræ me
comprehēdant, aut si mea fuga fiat in hyeme vel in sabbato,
dum nunc ad lucē cum tēpus acceptabile & dies salutis sunt,
proficisci dissimulo. Quid moror? Ora pro me fili, frater, so-
cie, & particeps profectus mei si quis est in domino. Ora om
Psal.35.d nipotentem quatenus sic pigrum roboret pedē, vt tamē non
veniat mihi pes superbiæ. Et si enim pes piger vt ad veritatis
Ibidem. gradum ascendat idoneus non est, tolerabilior tamē est isto,
qui in eā stare non potest, vt habes ibi: Expulsi sunt nec po-
Ioan.8.f tuerunt stare. Et hoc quidem de superbis. Sed quid de illorū
Luc.10.c capite: Quid de illo qui dicitur rex super omnes filios super-
Psal.137.b biæ? Et ipse, inquit, in veritate non stetit. Et alibi: Videbam
Psal.81.b satanam cadentem de cœlo. Quare hoc, nisi propter superbiam? Væ mihi, si & me viderit qui alta à longē cognoscit, su-
perbientem, & illam in me terribilem intonet vocē: Tu qui-
dem filius excelsi eras, sed sicut homo morieris, & sicut vnus
Gen.32.g de principibus cades. Quis non ab huius tonitrui voce for-
mider? O quàm salubrius ad tactum angeli neruus femoris
Iacob emarcuit, quàm angeli superbientis intumuit, euanuit,
B ruit! Vtinam & meum neruum angelus tangat vt marcescat,
1.Cor.1.d si forte ex hac infirmitate incipiam proficere, qui ex mea fir-
mitate non possum nisi deficere. Lego profecto: Quod in-
firmum est dei, fortius est hominibus. Sic quoque apostolus
2.Cor.12.c de suo neruo conquestus, quem angelus non domini, sed sa-
tanæ colaphizabat, responsum audiuit: Sufficit tibi gratia
Ibidem. mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Quæ virtus? Ipse
apostolus respondeat: Libenter gloriabor in infirmitatibus
meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Sed nondum forsitan
intelligis de qua specialiter dixerit, quia Christus omnes vir-
tutes habuit. Sed cum omnes habuerit, præ omnibus tamen
Matt.11.d vnam, id est humilitatem nobis in se commendauit, cum ait:
Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Libenter igi-
tur & ego domine Iesu gloriabor si potero, in mea infirmita-
te, in mei nerui contractione, vt tua virtus, id est humilitas
perficiatur in me. Nam sufficit mihi gratia tua, cum defece-
rit virtus mea. Pedem profecto gratię fortiter figens, & meū
qui infirmus est, leniter trahens, securus ascēdam per scalam
Psal.30.b humilitatis, donec veritati adhærens, ad latitudinem trans-
eam charitatis. Tunc psallam cum gratiarum actione, & di-
cam: Statuisti in loco spacioso pedes meos. Sic arcta via cau-
tius inceditur strictim, sic ardua scala tutius pedetētim ascē-
Psal.119.a ditur, sic miro modo licet pigrius, ad veritatem tamen fir-
Psal.54.b miùs claudicando ascenditur. Sed heu mihi, quia incolatus
meus prolongatus est. Quis dabit mihi pennas sicut colum-
C bę quibus celerius volem ad veritatem, vt iam requiescam in
Psal.83.b charitate? Quæ quoniā desunt, deduc me domine in via tua,
Ioan.8.d & ingrediar in veritate tua, & veritas liberabit me. Væ mihi
quòd de illa descendi. Nisi enim prius leuiter inaniter de-
scendissem, in ascendendo tandiu tam grauiter non laborās-
sem. Sed quid dico, descendi? Nam forsasse rectius cecidi di-
xerim, nisi quia forte sicut nemo repente fit summus, sed gra
Iob.15.c datim quisque ascendit: sic nemo repente fit pessimus, sed
paulatim descendit. Alioquin quomodo stabit illud: Impius
cunctis diebus vitæ suæ superbit? Denique sunt viæ quæ vi-
dentur hominibus bonæ, & tamen ad malum deducunt. Est
ergo via descensionis, sicut & ascensionis. Et via est ad bonū,
Psal.118.a & via est ad malum. Caue malam, elige bonam. Si per te non
potes, ora cū propheta, & dic: Viam iniquitatis amoue à me.
Quomodo? Et de lege tua miserere mei: illa scilicet lege quā
dedisti delinquentibus in via, id est, derelinquentibus veri-
Psal.40.d tatem. De quibus vnus ego sum, qui vere à veritate cecidi.
Sed nunquid qui cadit, non adiiciet vt resurgat? Propter hoc
Psal.118.b viam veritatis elegi, qua ascendam humiliatus, vnde super-
Ibidem. biendo descendi. Ascendam, inquam, & psallam: Bonum
mihi domine quòd humiliasti me, bonum mihi lex oris tui,
super milia auri & argēti. Duas tibi vias videtur Dauid pro-
posuisse, sed vnam noueris esse, ipsam tamen à se diuersam,
& diuersis nominibus appellatā, aut iniquitatis propter de- D
scendentes aut veritatis propter ascendentes', quia & iidem
gradus sunt ascendentium in solium, & descendentium: &
eadem via accedentium ad ciuitatē, & recedētium: & vnum
ostium est ingredientium domum, & egredientium. Per vnam
denique scalam ascendentes angeli & descendentes Iacob Gene. 28.c
apparuerunt. Quorsum spectant hæc? Vt videlicet si ad veri-
tatem redire cupis, non necesse sit viam quærere nouā quam
non nosti, sed notam qua descendisti, quatenus reciprocis
gressibus tua ipse vestigia sequens, per eosdem gradus humi-
liatus ascendas. per quos superbiendo descenderas, ita vt qui
duodecimus superbiæ fuit descēdenti, primus humilitatis sit
ascendenti, vndecimus inueniatur secūdus, decimus tertius,
nonus quartus, octauus quintus, septimus sextus, sextus se-
ptimus, quintus octauus, quartus nonus, tertius decimus, se-
cundus vndecimus, primus duodecimus. Quibus superbiæ
gradibus in te inuentis, imò recognitis, iam non laboras in
quærendo viam humilitatis.

Primus superbiæ gradus curiositas.

PRimus itaque superbiæ gradus est curiositas. Hanc
autem talibus indiciis deprehendes. Si videris mo-
nachum de quo prius bene confidebas, vbicunque
stat, ambulat, sedet, oculis incipiētem vagari, caput erectum, E
aures portare suspensas, è motibus exterioris hominis inte-
riorem immutatum agnoscas. Vir quippe peruersus annuit
oculo, terit pede, digito loquitur, & ex insoleti corporis mo-
tu recens animæ morbus deprehenditur: quam, dum à sui cir-
cunspectione torpescit incuria sui, curiosam in alios facit.
Quia enim seipsam ignorat, foras mittitur vt hœdos pascat.
Hœdos quippe qui peccatum significant, recte oculos aurēs- Cant.1.c
que appellauerim, quoniam sicut mors per peccatum in or-
bem, sic per has fenestras intrat ad mentem. In his ergo pa-
scendis se occupat curiosus, dum scire non curat qualem se
reliquerit intus. Et vere si te vigilanter homo attendas, mirū
est si ad aliud vnquam intendas.

AVdi curiosę Salomonem, audi stulte sapientem. Omni Prou.4.d
custodia, inquit, custodi cor tuum: vt omnes videlicet
sensus tui vigilent ad id vnde vita procedit, custodiendum.
Quò enim à te ô curiose recedis? Cui te interim committis?
Vt quid audes oculos leuare ad cœlū, qui peccasti in cœlum?
Terram intuere, vt cognoscas teipsum. Ipsa te tibi repræsen-
tabit: quia terra es, & in terrā ibis. Duabus tamē causis incul-
pabiliter oculos leuas, vt vel petas auxilium, vel impendas.
Leuauit oculos Dauid in montes, vt peteret. Leuauit & do- Psal.120.a
minus super turbas, vt impenderet. Alter miserabiliter, alter Matt.14.b
misericorditer, ambo inculpabiliter. Tu quoque si locum,
tempus & causam considerans, tua vel fratris necessitate o- F
culos leuas, non solùm nō culpo, sed & plurimū laudo. Hoc
enim excusat miseria, illud commendat misericordia. Sin a-
liàs, non prophetæ, nō domini, sed Dinæ aut Euæ, imò ipsius
satanæ imitatorem te dixerim. Dina namque dum ad pascen-
dos hœdos egreditur, ipsa patri, & sua sibi virginitas rapitur. Genè.34.a
O Dina quid necesse est vt videas mulieres alienigenas? Qua
necessitate? Qua vtilitate? An sola curiositate? & si tu ociose
vides, sed non ociose videris. Tu curiosè spectas, sed curio-
sius spectaris. Quis crederet tunc illam tuam curiosam ocio-
sitatem, vel ociosam curiositatem, fore post sic nō ociosam,
sed tibi, tuis, hostibúsque tam perniciosam?

TV quoque ô Eua in paradiso posita es, vt cum viro tuo Gen.2.c
operēris & custodias illū, si iniunctum perfeceris, quan-
doque trāsitura ad melius, vbi nec opus sit te in aliquo opere
occupari, nec de custodia solicitari. Omne lignum paradisi Ibidem.
tibi conceditur ad vescendū, præter illud quod dicitur scien-
tię boni & mali. Si enim cætera bona sunt, & sapiūt bonum,
quid est opus edere de ligno quod sapit etiam malum? Non Rom.12.a
plus sapere, quàm oportet sapere. Sapere enim malū, sapere
non est, sed desipere. Serua ergo commissum, expecta pro-
missum, caue prohibitum, ne perdas concessum. Quid tuam
mortem tam intentè intueris? Quid illò tam crebrò vagan-
tia lumina iacis? Quid spectare libet, quod manducare non

Universidad de Deusto
Biblioteca

G licet? Oculos, inquis, tendo, nō manum. Nō est interdictum
ne videam, sed ne comedam. An non licet oculos quò volo
leuare, quos deus in mea posuit potestate? Ad quod apostolus: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Etsi culpa
non est, culpæ tamen indicium est. Nisi enim mens minus se
curiosè seruaret, tua curiositas tempus vacuum non haberet
Etsi culpa nō est, culpæ tamen occasio est, & indicium commissæ, & causa est commitendæ. Te enim intenta ad aliud,
latenter interim in cor tuum serpens illabitur, blandè alloquitur. Blanditiis rationem, mendaciis timorem compescit,
Nequaquam, inquiens, morieris. Auget curam, dum incitat
gulam. Acuit curiositatem, dum suggerit cupiditatē. Offert
tandem prohibitū, & aufert concessum. Porrigit pomum, &
surripit paradisum. Hauris virus peritura, & perituros paritura. Perit sal⁹, nō destitit partus. Nascimur, morimur: ideōque nascimur morituri, quia prius morimur nascituri. Propterea graue iugum super omnes filios tuos vsq; in hodiernum diem.

1.Cor.6.c

Gene.3.a

SEd & tu signaculum similitudinis, non in paradiso, sed in
deliciis paradisi dei positus es. Quid amplius quærere debes? Plenus ergo sapientia, & perfectus decore, altiora te ne
quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sta in te, ne cadas à te, si ambulas in magnis & in mirabilibus super te. Sed
quid interim ex obliquo intendis ad aquilonem? Iam te video, iā te perspicio nescio quæ supra te curiosius alta rimantem. Ponam, inquis, sedem meam ad aquilonem. Cæteris
astantibus cœlicolis, dum tu solus sedere affectas, fratrum
concordiam, totius cœlestis patriæ pacem, ipsius (quantum
in te est) quietē trinitatis infestas. Quò te tua miser curiositas ducit, vt præsumptione singulari nō dubites ciuibus scādalum, iniuriam facere regi? Millia miliū ministrant ei, & decies centena milia assistunt ei, vbi nemo sedere perhibetur,
nisi sol⁹ is qui sedet super Cherubim, cui à cæteris ministratur: & tu nescio quæ præ cæteris perspiciēdo differētius, curiosius inquirēdo, irreuerentius peruadendo, sedē tibi collocas in cœlo, vt sis similis altissimo? Quo fine? Qua fiducia? Metire insipiens vires, pensa finem, excogita modum. Scientē hoc altissimo præsumis, an nescienti? Volente, an non volente? Sed quomodo malum quodcunque machinaris, aut
velle aut ignorare potest, cuius optima voluntas, cuius perfecta scientia est? Nunquid autem & scire & nolle non dubitas, sed non posse resistere putas? At verò nisi te conditum
esse dubitaueris, dubitare te non crediderim de omnipotentia, siue de omnimoda scientia ac bonitate conditoris, qui te
de nihilo potuit, talem sciuit, tātū condere voluit. Quomodo ergo Deum consentire æstimas, quod fieri nolit, ac refellere possit? An forte in te video compleri, imò à te initiari,
quod post te & per te à tui similibus in terris frequentatum
solet vulgariter dici: Priuatus domin⁹ temerarios nutrit? An
oculus tuus nequam est, quia ille bonus? De cuius bonitate
dum fiduciam nefariam sumis, factus es & contra scientiam
impudens, & contra potentiam audax.

H

I

Esa.14.d

Psal.35.a

Psal.26.d

Mat.20.b

HOc est enim ô impiè, hoc est quod cogitas, hæc est iniquitas quā meditaris in cubili tuo, & dicis: Putas creator opus suum destruat? Scio quidem quia non latet Deum
qualiscunque cogitatio mea: Deus enim est. Nec placet ei talis cogitatio mea, quia bonus est. Sed nec si velit effugiam
manus eius, quia potens est. Nunquid tamen mihi timendum est? Si enim cum bonus sit, non potest illi placere
malum meum, quanto minus suum? Meum quippe dixerim
contra eius voluntatem aliquid velle, suum autem, si vindicet sese. Tam ergo quodcunq; scelus non valet velle vlcisci,
quàm nec vult nec valet sua bonitate priuari. Fallis te miser
fallis te non deum. Te inquam fallis, & mentitur iniquitas sibi, non deo. Dolose quidem agis, sed in conspectu eius. Te
ergo fallis, non deum. Et quia de magno eius bono in te, tu
magnum in eum excogitas malum, merito iniquitas tua inuenitur ad odium. Quæ maior nāq; iniquitas, quàm vt inde
à te creator contemnatur, vnde plus amari merebatur? Quæ
maior iniquitas, quàm cum de potentia dei nō dubites, quin
te scilicet destruere possit, qui condere potuit: confisus tamē
de multa ei⁹ dulcedine, qua speras eum nolle vindicare cum
possit, mala pro bonis, odium pro dilectione retribuas?

K

Esa.108.a

HAEc inquam iniquitas, non ira momentanea, sed odio
digna est sempiterno, qua tuo dulcissimo & altissimo
domino, licet inuito, desideras tamen ac speras æquari, quatenus semper videat quod doleat, dum te sociū habeat cum
nolit, nec deiiciat cum possit, quin potius eligat ipse dolere,
quam te patiatur perire. Possit quidē deiicere si velit, sed præ
dulcedine (vt æstimas) velle non possit. Certe si talis est qualem putas, tanto nequius ágis si nō amas. Et si ille patitur aliquid fieri cōtra se potius quàm ipse aliquid faciat cōtra te,
quanta malitia est vt vel tu non parcas illi, qui sibi nō parcit
parcendo tibi? Absit tamē ab eius perfectione, vt quia dulcis
est, iustus non sit, quasi simul dulcis & iustus esse non possit,
cum melior sit iusta dulcedo, quàm remissa, imò virtus nō sit
dulcedo sine iustitia. Quia igitur gratuitæ dei bonitati, qua
gratis factus es, ingratus existis, iustitiam vero quam experⁿ
non es, non metuis, ideóq; audacter committis culpā, de qua
falso tibi promittis impunitatē: iam ecce iustū senties, queni
bonum nosti, cadens in foueam quam paras auctori: vt dum
scilicet talem in eum pœnam machinaris, qua tamen valeat
carere, si velit, sed vt putas non valeat velle, & ideo nec carere, ea vtique bonitate qua neminē expertus es illum punisse:
talem iustus deus iustissime in te retorqueat pœnam, qui nec
valet nec debet pati suam impune bonitatem offendi: sic vti
que temperans in vindicta sententiam, vt si velis resipiscere,
non neget veniam, secundum tamen duritiam tuā & cor impœnitens non possis velle, & ideo nec pœna carere.

L

Roma.2.d

SEd iam audi calumniam. Cœlum, inquit, mihi sedes est,
terra autem scabellum pedum meorum. Non dixit, oriés
aut occidens, aut vna aliqua cœli plaga, sed totum cœlum
mihi sedes est. Non potes ergo in parte sedere cœli, cum ille
totum elegerit sibi. In terra nō potes, qua scabellum pedum
eius est. Terra etenim locus solidus est, vbi sedet Ecclesia,
fundata supra firmam petram. Quid facies? E cœlo pulsus, in
terra remanere non potes. Eligē ergo tibi in aēre locum non
ad sedendum, sed ad volandum, vt qui tentasti concutere sta
tum æternitatis, pœnam sentias propriæ fluctuationis. Te
ergo fluctuante inter cœlum & terram, sedet dominus super
solium excelsum & eleuatum, & plena est omnis terra maie-
state eius: vt nusquam nisi in aēre inuenias locum.

Esa.66.

Esa.6.a

SEraphim nanque aliis quidem alis suæ contemplationis de throno ad scabellum, de scabello ad thronum volantia, aliis caput domini pedésque velantia, ad hoc ibi posita puto, vt sicut homini peccanti, paradisi per Cherubi prohibetur ingressus: ita & per Seraphim tuæ curiositati modus
imponatur, quatenus nec cœli iam magis impudenter quam
prudenter arcana rimeris, nec Ecclesiæ mysteria cognoscas
in terris, sed solis contētus sis cordibus superborum qui, nec
in terra dignātur esse sicut cæteri hominum, nec sicut angeli
volāt ad cœlū. Licet vero & caput in cœlo, & pedes in terra
à te abscondantur, quiddam tamen tibi medium videndum
ad inuidendum duntaxat permittitur, dum suspensus in aēre
descendentes quidem per te & ascēdentes angelos intueris,
sed quid vel audiant in cœlis, vel nunciēt terris, penitus nescis.

M

OLucifer qui mane oriebaris, imò nō iam lucifer, sed noctifer, aut etiam mortifer, rectus cursus tuus erat ab oriente ad meridiem, & tu præpostero ordine tendis ad aquilonem? Quanto magis ad alta festinas, tanto celerius ad occasum declinas. Velim tamen curiosius ô curiose intentionē
tuæ curiositatis inquirere. Ponam, inquis, sedem meam ad a-
quilonem. Nec aquilonem hūc corporalem, nec sedem hāc
(cum sis spiritus) intelligo materialem. Puto autem per aquilonem reprobandos homines fuisse designatos per sedem,
potestatem in illos. Quos vtique in præscientia dei, quanto
ei vicinior, tāto cęteris perspicacior præuidens, nullo quidē
sapientiæ radio coruscantes, nullo spiritus amore feruentes,
velut vacuū repereris locum, affectasti super illos dominiū,
quos quadam tuæ æstutiæ claritate perfunderes, tuæ malitiæ
æstibus

Esa.14.d

A æstibus inflammares, vt quomodo altissimus sua sapientia ac
bonitate omnibus filiis obedientiæ præerat, ita & tu super
omnes filios superbiæ rex constitutus, tua eos æstuta malitia
ac malitiosa æstutia regeres, per quod altissimo similis esses.
Sed miror cum in præscientia dei tuū præuideris principatum, cur non in eadem præuidisti & præcipitium? Nā si præuidisti, quæ insania fuit vt cum tanta miseria cuperes principari, vt malles miserè præesse, quàm feliciter subesse? An non
expediebat participem esse plagarum illarum luminosarum,
quàm principem tenebrarū harum? Sed credibilius est quòd
non præuidisti, aut propter illam causam quā superius dixi,
quia dei bonitatem attendens, dixisti in corde tuo, Non requiret: propter quod ô impie deū irritasti: aut quia viso principatu, statim in oculo superbiæ trabes excreuit, qua interposita casum videre non potuisti.

Psal.9.c

Gen.37.a

SIc Ioseph cùm præuidisset exaltationem suam, non tamē
præsciuit sui venditionem, quamuis propior esset venditio, quàm exaltatio. Non quòd tātum patriarcham in superbiam crediderim incidisse, sed vt eius exemplo pateat, quòd
hi qui futura prœuident per spiritum prophetię, etsi non omnia, nō ideo tamē putandi sunt nulla prœuidisse. Quòd si quis
contendat in eo quòd somnia sua adhuc adolescentulus narrabat, quorum tunc misterium ignorabat, vanitatem posse
B notari: ego tamen mysterio magis siue simplicitati pueri deputandum arbitror, quàm vanitati: quę tamen si qua fuit, per
ea quæ passus legitur, potuit expiari. Nonnullis enim aliqua
aliquando de se per reuelationem iucunda monstrantur, quę
etsi humanus animus absque vlla vanitate scire non potest,
non minus ideo euenit quod monstratū est, sic tamen vt illa
vanitas impunita non sit, qua de magnitudine reuelationis
aut promissionis in se vel leuiter exultauit. Sicut enim medicus non solùm vnguento, sed igne vtitur & ferro, quo omne
quod in vulnere sanando superfluū excreuerit, secet & vrat,
ne sanitatem quę ex vngento procedit, impediat: sic medicus
animarum deus, huiusmodi animæ procurat tentationes, immittit tribulationes, quibus afflicta & humiliata, gaudiū vertat in luctum, reuelationem putet illusionem. Vnde sit vt &
2.Cor.12 vanitate careat, & veritas reuelationis non pereat. Sic Pauli
Luc.1.b extollentia per stimulos carnis reprimitur, & ipse reuelationibus crebris attollitur. Sic Zachariæ infidelitas, linguę obligatione mulctatur, & angeli veritas suo in tempore manifestanda non mutatur. Sic per gloriam & ignobilitatem sancti
proficiūt, dum inter singularia dona quæ recipiunt, communi hominum vanitate pulsari se sentiunt, vt dum per gratiam
supra se aliquid cernunt, non obliuiscantur quod sunt. Sed
quid de reuelationibus ad curiositatē? De quibus vt hæc per
C excessum intermisceré, inde occasio sumpta est, cū ostēdere vellem reprobum angelū ante casum suū sic potuisse prævidere illam quam post accepit in reprobos homines dominationem, vt tamen suam non præsciret damnationem. De
quo etiā nōnullis quæstiunculis motis magis quàm solutis,
totius disputatiunculę hæc summa sit, q̄ per curiositatē à veritate ceciderit, quia prius spectauit curiosę, quod affectauit
illicitè, sperauit præsumptuosę. Iure igitur in gradibus superbiæ primum curiositas vendicat sibi, quæ etiam inuenta est
initium esse omnis peccati. Sed nisi hæc citius cohibeatur, in
leuitatem animi, quæ secundus gradus est cito delabitur.

Secundus gradus Leuitas animi.

MOnachus enim qui sui negligens, alios curiosę circunspicit, dum quosdā suspicit superiores, quosdam despicit inferiores, & in aliis quidem videt
quod inuidet, in aliis quod irridet: inde fit vt promobilitate oculorum leuigatus animus, nulla vtique sui cura
aggrauatus, modo per superbiam ad alta se erigat, modo per
inuidiam in ima demergat. Nunc per inuidiam nequiter tabescit: nunc per excellentiam puerliter hilarescit. In altero
nequam, in altero vanus, in vtroque superbus existit: quia &
quòd superari se dolet, & quòd superare se gaudet, amor proprię excellentiæ facit. Has autem animi vicissitudines nunc
pauca & mordacia, nunc multa & inania, nunc risu, nunc luctu plena, semper verò irrationabilia indicant verba. Com- D
para si vis duos primos superbiæ gradus, supremis duobus
humilitatis, & vide si non in vltimo curiositas, in penultimo
leuitas cohibetur. Idipsum in cæteris reperies, si alterutrum
comparentur, sed iam ad tertium docendo, non descendendo veniamus.

Tertius gradus Inepta lætitia.

PRoprium est superborum, læta semper appetere, & tristia deuitare, iuxta illud: Cor stultorum vbi lætitia. Vn- Eccls.7.c
de & monachus qui duos iam superbiæ gradus descendit,
dum per curiositatem ad animi leuitatem deuenit, cum gaudium quod semper appetit, frequenti videt interpolari tristitia quam de bonis alterius contrahit: impatiens suę humiliationis, fugit ad consilium falsæ consolationis. Ex illa denique parte qua sibi sua vilitas, & aliena excellentia mōstratur, restringit curiositatem, vt totum se transferat in contrariam
partem, quatenus in quo ipse videtur præcellere, curiosius
notet: in quo alter præcellit, semper dissimulet: vt dum deuitat quod triste putatur, lætitia continuetur. Sicque fit vt
quem sibi vicissim vendicabant gaudium & tristitia, sola
possidere incipiat inepta lætitia. In hac autem tertium tibi
gradum constituo. Accipe quibus eam signis vel in te deprehendas, vel in altero. Illum qui ciusmodi est, aut nūquam E
aut rarò gementem audies, aut lachrymantem videbis. Putes, si attendas, aut sui oblitum, aut ablutum à culpis. In signis scurrilitas, in fronte hilaritas, vanitas apparet in incessu.
Pronus ad iocum, facilis ac promptus in risu. Cūctis quippe
quæ in se contemptibilia, & ideo tristia nouerat, à memoria
rasis: bonisque, si qua sentit in se, adunatis vel simulatis ante
oculos mentis: dum nil cogitat nisi quod libet, nec attendit
si licet: iam risum tenere, iam ineptam lætitiam dissimulare
non valet. Vt enim vesica collecto turgida vēto, punctóque
perforata exiguo, si stringitur crepitat dum detumescit, ac
ventus egrediens nō passim effusus, sed strictim emissus crebros quosdam sonitus reddit: sic monachus vbi vanis scurrilibúsque cor suum cogitationibus impleuerit: propter disciplinam silentij nō inueniens ventus vanitatis quà plenius
egrediatur, inter angustias faucium per cachinnos excutitur.
Sæpe vultū pudibundus abscondit, claudit labia, dētes stringit, ridet non volens, cachinnat inuitus: cumque os pugnis
obstruxerit suis, per nares adhuc sternutare auditur.

Quartus gradus Iactantia.

AT postquam vanitas crescere, & vesica grossescere cœperit: necesse est vt ampliori foramine laxato sinu ventositas eructetur, alioquin rumpetur. Sic monachus ine- F
pta redundante lætitia, dum risu vel signis eam aperire non
sufficit, in Heliu verba prorumpit: En vēter meus quasi mu- Iob.32.b
stum absque spiraculo, quod nouas lagūculas dirumpit. Aut
loquetur ergo, aut rumpetur. Plenus est enim sermonibus, & Ibidem.
coarctat eum spiritus vteri sui. Esurit & sitit auditores quibus suas iactitet vanitates, quibus omne quod sentit, effundat: quibus qualis & quantus sit innotescat. Inuenta autem
occasione loquendi, si de literis sermo exoritur, vetera proferuntur & noua, volant sententiæ, verba resonant ampullosa. Præuenit interrogantem, non quærenti respondet. Ipse
quærit, ipse soluit, & verba collocutoris imperfecta præscindit. Cum autem pulsato signo necesse est interrumpi
colloquium, horam longam breue queritur interuallum: quærit licentiam vt ad fabulas reuertatur post horam, non
vt quempiam ædificet, sed vt scientiam iactet. Aedificare
potest, sed non ædificare intendit. Non curat te docere, vel
à te doceri ipse quod nescit, sed vt scire sciatur quod scit.
Quòd si de religione agitur, statim visiones & somnia proferuntur. Deinde laudat ieiunia, commendat vigilias, super
omnia orationes exaltat: de patiētia, de humilitate, & de singulis virtutibus plenissimè, sed vanissimè disputat, vt tu scilicet si audieris, dicas quòd ex abundātia cordis os loquitur, Luc.6.g
& quia bonus homo de bono thesauro suo profert bona. Si Matt.12.b
ad ludicra sermo conuertitur, in his quanto adsuetior, tanto
loquacior inuenitur. Dicas si audias, riuum vanitatis, fluuiū

G esse scurrilitatis os eius, ita vt scueros quoque & graues animos in leuitatem concitet risus. Et vt totum in breui colligam, in multiloquio nota iactatiam. In hoc habes quartum gradum & descriptum & nominatum. Fuge rem, & tene nomen. Hac eadem cautela iam accede ad quintum, quem nomino singularitatem.

Quintus gradus Singularitas.

TVrpe est ei qui se supra cæteros iactat, si non plus cæteris aliquid agat, per quod vltra cæteros appareat. Proinde non sufficit ei quòd communis monasterij regula vel maiorum cohortantur exempla. Nec tamen melior esse studet, sed videri. Non melius viuere, sed videri viuere gestit, quatenus dicere possit: Nō sum sicut cæteri hominum. Plus sibi blanditur de vno ieiunio quod cæteris prandentibus facit, quàm si cum cæteris septem dies ieiunauerit. Commodior sibi videtur vna oratiuncula peculiaris, quàm tota psalmodia vnius noctis. Inter prandendum crebrò solet oculos iactare per mensas, vt si quem minus comedere viderit, victū se doleat, & incipiat idipsum sibi crudeliter subtrahere, quod necessarium victui indulgendum præuiderat, plus gloriæ metuens detrimentum, quàm famis cruciatum. Si quem macriorem, si quem pallidiorem prospexerit, vilem se æstimat, nunquam requiescit. Et quoniam vultum ipse suum videre non potest, qualem scilicet se intuentibus offert, manus quas potest & brachia spectans, palpat costas, humeros attrectat & lumbos, & secūdum quòd corporis sui membra vel minus vel satis exilia probat, pallorem oris ac colorem discernat. Ad omnia denique sua strenuus, ad communia piger. Vigilat in lecto, dormit in choro: cúmque aliis psallentibus ad vigilias tota nocte dormitet, post vigilias aliis quiescentibus solus in oratorio remanet, excreat, & tussit, gemitibus ac suspiriis aures foris sedentium de angulo implet. Cū autem ex his quæ singulariter, sed inaniter agit, apud simpliciores eius opinio excreuerit, qui profectò opera probant quæ cernunt, sed vnde prodeant nō discernut dum miserum beatificant, in errorem inducunt.

Luc.18.b

Esa.3.b

Sextus gradus Arrogantia.

CRedit quod audit, laudat quod agit, & quod intendat non attendit. Obliuiscitur intentionem, dum amplectitur opinionē. Quisque de omni alia re plus sibi credit, quàm aliis: de se solo plus aliis credit, quàm sibi: vt non iam verbo tenus, aut sola operum ostentatione suam præferat religionem, sed intimo cordis credat affectu omnibus se sanctiorē. Et quicquid de se laudatū agnouerit, non ignorantiæ aut beneuolentiæ laudatoris, sed suis meritis arroganter adscribit. Vnde post singularitatem, sextum sibi gradum iure arrogātia vendicat. Post hanc præsumptio inuenitur, in qua septimus gradus constituitur.

Septimus gradus præsumptio.

QVi enim alios se præcellere putat, quomodo non plus de se quàm de aliis præsumat? Primus in conuentibus residet, in consiliis primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta. Quicquid ipse non fecerit aut ordinauerit, nec recte factum, nec pulchrè existimat ordinatum. Iudicat iudicantes, præiudicat iudicaturis. Si cum tempus aduenerit, non promoueatur ad prioratum, suum abbatem aut inuidum iudicat aut deceptum. Quòd si mediocris ei aliqua obedientia iniuncta fuerit, indignatur, aspernatur, arbitrans se non esse minoribus occupandum, qui se ad maiora sentit idoneum. Sed qui sic promptulus ad omnia se magis temerè quàm liberè consueuit ingerere, impossibile est eum aliquando nō errare. Ad prælatum autem pertinet errantem arguere. Sed quomodo culpam suam confitebitur, qui nec esse putat nec putari culpabilis patitur? Propterea cum ei culpa imputatur, crescit, non amputatur. Si ergo cum argutus fuerit, declinare cor eius videris in verba malitiæ, in octauum gradum qui dicitur defensio peccatorum, noueris corruisse.

Octauus gradus Defensio peccatorum K

MVltis verò modis fiunt excusationes in peccatis. Aut enim dicit qui se excusat, non feci: aut feci quidem, sed bene feci: aut si male, nō multum malè: aut si multum malè, non mala intentione. Si autem & de illa sicut Adam vel Eua conuincitur, aliena suasione excusare se nititur. Sed qui procaciter etiam aperta defendit, quando occultas & malas cogitationes cordi suo adueniētes humiliter reuelaret abbati?

Nonus gradus Simulata confessio

LIcet vero genera hæc excusationis eatenus mala iudicentur, quatenus ore prophetico verba malitiæ appellantur: multo tamen periculosior est fallax ac superba cofessio, quàm procax & obstinata defensio. Nonnulli enim cum de apertioribus arguuntur, scientes quòd si se defenderent, sibi non crederetur, subtilius inueniunt argumentum defensionis verba respondētes dolosę cōfessionis. Est quippe (vt scriptū est) qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Vultus demittitur, prosternitur corpus, aliquas sibi lachrymulas extorquent, si possunt: vocē suspiriis, verba gemitibus interrumpunt. Nec solum qui eiusmodi est, obiecta nō excusat, sed ipse quoque culpam exaggerat, vt dum impossibile aliquid aut incredibile culpæ suæ, ore ipsius additū audis, etiam illud quod ratum putabas, discredere possis: & ex eo quod falsum esse non dubitas dum confitetur, in dubium veniat quod quasi certum tenebatur. Dúmq; affirmāt quod credi nolunt, confitendo culpam defendunt, & aperiendo tegunt, quādo & cōfessio laudabiliter sonat in ore, & adhuc iniquitas occultatur in corde quatenus magis ex humilitate quàm ex veritate confiteri putet qui audit, aptans eis illud scripturæ: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Malunt enim apud homines veritate periclitari quàm humilitate, cum apud deum periclitentur vtrinque. Aut si adeo culpa manifesta sit, quòd nulla penitus versutia tegi possit, nihilo minus tamen vocem non cor pœnitentis adsumunt, qua notam, non culpam deleant, dum ignorantiam manifestæ transgressionis decore recompensant publicæ confessionis. Gloriosa res humilitas, qua ipsa quoque superbia palliare se appetit ne vilescat. Sed hæc citò tergiuersatio à prælato deprehenditur, si ad hanc superbam humilitatem non leuiter flectitur, quo magis dissimulet culpam, vel differat pœnam. Vasa figuli probat fornax, & tribulatio verè pœnitentes discernit. Qui enim veraciter pœnitet, laborem pœnitētię non abhorret: sed quicquid sibi pro culpa quam odit iniungitur, tacita conscientia patienter amplectitur. In ipsa quoq; obedientia duris ac contrariis rebus obortis, quibuslibet irrogatis iniuriis sustinens non lacessitur, vt in quarto gradu se stare iudicet humiliatis. Cuius vero simulata confessio est, vna vel leui contumelia, aut exigua pœna interrogatus, iam humilitatem simulare, iam simulationem dissimulare non potest. Murmurat, frendet, irascitur, nec in quarto stare humilitatis, sed in nonum superbiæ gradum corruisse probatur, qui secundum quod descriptus est, rectè simulata confessio appellari potest. Quanta putas tunc confusio sit in corde superbi, cum fraus decipitur, pax amittitur, laus minuitur, nec culpa diluitur? Tandem notatur ab omnibus, iudicatur ab omnibus, eóque vehementius omnes indignantur, quo falsum conspiciunt quicquid de eo prius opinabantur. Tunc opus est prælato vt eo minus illi parcendum putet, quo magis omnes offenderet, si vni parceret.

Psa.140.a

Eccli.19.d

Prou.18.c

Decimus gradus Rebellio.

HIc nisi eum miseratio superna respiciat, vt (quod valde difficile talibus est) vniuersorum iudiciis tacitus acquiescat, frontosus mox & impudēs factus, tanto deterius, quanto desperatius in decimum gradū per rebellionem corruit, quíque prius latenter arrogans fratres cōtempserat, iam patenter inobediens etiam magistrum contemnit.

SCiendum autem est quòd omnes gradus quos in duodecim partitus sum, in tres tantummodo colligi possunt, vt in sex superioribus contēptus fratrum, in quatuor sequētibus contemptus magistri, in duobus qui restant, consummetur

A metur contemptus dei. Notandum quoque quòd hi duo superbiæ gradus vltimi, qui & humilitatis ascendendo primi inueniuntur, sicut extra congregationem ascendendi sunt, ita in congregatione descendi possunt. Quòd autem ante ascendi debeant, ex hoc apertè datur intelligi, quod de tertio gradu in regula legitur. Tertius, inquit, gradus est, vt quis pro dei amore omni obedientia se subdat maiori. Si ergo in tertio gradu subiectio collocatur, quæ proculdubiò sit quādo nouitius primùm conuentui sociatur, consequens est quòd duo iam anteriores transcensi intelligantur. Denique vbi fratrum concordiam, & magistri sententiam monachus spernit, quid vltra in monasterio nisi scandalum facit?

Vndecimus gradus Libertas peccandi.

Prou.14.b POst decimum itaque gradum qui rebellio dictus est, expulsus vel egressus de monasterio statim excipitur ab vn-
Prou.18.a decimo. Et tunc ingreditur vias quæ videtur hominibus bonæ, quarum finis (nisi fortè deus eas illi sepierit) demerget eum in profundum inferni, id est, in cōtemptum dei. Impius siquidem cum venerit in profundum malorum, contemnit. Potest autem vndecimus gradus appellari libertas peccandi, per quam monachus cum iam nec magistrū videt quem timeat, nec fratres quos reuereatur, tanto securius quanto liberius sua desideria implere delectatur, à quibus in monasterio tam pudore quàm timore prohibebatur. Sed etsi iam vel fratres vel abbatem non timet, nondum tamen dei penitus formidine caret. Hanc ratio tenuiter adhuc submurmurans voluntati proponit, nec sine aliqua dubitatione quæque primū illicita perficit, sed sicut is qui vadum tentat, pedetentim nō cursim vitiorum gurgitem intrat.

B

Duodecimus gradus Consuetudo peccandi.

AT postquam terribili dei iudicio prima flagitia impunitas sequitur, experta voluptas libenter repetitur, repetita blanditur. Concupiscentia reuiuiscente sopitur ratio, ligat consuetudo. Trahitur miser in profundum malorum, traditur captiuus tyrannidi vitiorum, vt carnalium ita voragine
Psal.13.a desideriorum absorptus, suæ rationis diuinique timoris oblitus dicat insipiens in corde suo, non est deus. Iam indifferenter libitis pro licitis vtitur: iam ab illicitis cogitādis, patrandis, inuestigandis, animus, manus, vel pedes non prohibentur: sed quicquid in cor, in buccam, ad manum venerit, machinatur, garrit, & operatur, maleuolus, vaniloquus, facinorosus. Quemadmodum denique ascensis his omnibus gradibus, corde iam alacri & absque labore pro bona cōsuetudine iustus currit ad vitam: sic descēsis impius eisdem pro malo vsu non ratione se gubernans, nō timoris freno retentans, intrepidus festinat ad mortem. Medij sunt qui fatigantur, angustiantur, qui nunc metu cruciantur gehennæ, nunc pristina retardati consuetudine, descendendo vel ascendendo laborant. Supremus tantùm & infimus currunt absque impedimento, & absque labore, ad mortem hic, ad vitam ille festinat, alter alacrior, alter procliuior. Illum alacrem charitas, hunc procliuem cupiditas facit. In altero amor, in altero stupor laborem non sentit. In illo denique perfecta charitas, in isto consummata iniquitas foras mittit timorem. Illi veritas, huic cæcitas dat securitatem. Potest ergo duodecimus gradus appellari consuetudo peccandi, qua dei metus amittitur, contemptus incurritur.

C

Ibidem.

1.Ioan.5.d PRo tali iam (inquit Ioannes apostolus) non dico vt quis oret. Sed nunquid dicis ô apostole, vt quis desperet? Imò gemat qui illum amat. Non præsumat orare, nec desistat plorare. Quid est quod dico? An fortè vllum remanet spei refugium, vbi oratio non inuenit locum? Audi credentem, audi sperantem, nec tamen orantem. Domine, inquit,
Ioan.11.c si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Magna autem fides, qua credidit sua presentia dominum mortem prohibere potuisse si adfuisset. Modo autē quid? Absit vt quem credidit viuum potuisse seruare, mortuum dubiret posse resuscitare. Sed nunc, inquit, scio quia quæcunque poposceris à deo, dabit tibi deus. Deinde quærenti vbi posuissent eum, respō-
Ibidem.

det: Veni & vide. Quamobrem? O Martha, magna nobis tuæ D fidei insignia tribuis: sed quomodo cum tanta fide diffidis? Veni, inquis, & vide. Cur si non desperas, non sequeris, & dicis, Resuscita? Si autem desperas: cur magistrum sine causa fatigas? An forte fides aliquādo tecipit, quod oratio nō præsumit? Denique appropinquantem cadaueri prohibes, & dicis: Domine, iam fœtet: quattriduanus enim est. Desperando dicis hoc, an dissimulando? Sic quippe ipse dominus post resurrectionem finxit se longius ire, cum mallet cum discipulis remanere. O sanctæ mulieres, Christi familiares, si fratrē vestrum amatis, cur eius misericordiam non flagitatis, de cuius potētia dubitare, pietate diffidere nō potestis? Respondent: Sic melius tanquā non orantes oramus, sic efficaciùs tanquā diffidentes confidimus. Exhibemus fidem, perhibemus affectum, scit ipse cui non est opus vt aliquid dicatur, quid desideremus. Scimus quidē quòd omnia potest: sed hoc tam grāde miraculū, tam noum, tam inauditum, etsi eius subest potentiæ, multū tamen excedit vniuersa metita humilitatis nostræ. Sufficit nobis potentiæ locum, pietati dedisse occasionē, malentes patienter expectare quid velit, quàm impudenter quærere quod forsitan nolit. Denique quod nostris meritis deest, verecundia fortasse supplebit. Petri quoque post grauem lapsum lachrymam quidem video, sed precem non audio, nec tamē de indulgentia dubito. Discе & in matre do- E mini magnā in mirabilibus fidem habere, in magna fide verecundiam retinere. Discе verecundia decorare fidem, reprimere præsumptionem. Vinum, inquit, non habent. Quàm *Ibidem.* breuiter, quàm reuerenter suggessit, vnde piè fuit solicita! Et vt discas in huiusmodi magis piè gemere, quàm petere præsumptuosè, pietatis ęstum pudoris temperans vmbra conceptam precis fiduciam verecundè suppressit. Nō frontosè accessit, non palam locuta est, vt audacter coram omnibus diceret: Obsecro fili, deficit vinum, cōtristantur conuiuæ, confunditur sponsus, ostende quid possis. Sed licet hæc aut multo plura pectus æstuans, feruēs loqueretur affectus: priuatim tamen potentem pia filium mater adiit, non potentiam tentans, sed voluntatem explorans. Vinum, inquit, non habent. Quid modestius? Quid fidelius? Non defuit pietati fides, voci grauitas, efficacia voto. Si ergo illa cum mater sit, se matrē oblita non audet petere miraculum vini: ego vile mācipium cui permagnum est filij simul ac matris esse vernaculum, qua fronte præsumo pro vita petere quatriduani? Duo etiam in *Luc.18.* cuāgelico cæci visum, alter accepisse, alter recepisse legūtur: *Ioan.9.e* alter quem amiserat, alter quem nunquam habuerat: vnus scilicet exceçatus, alter cęcus natus. Sed qui excæcatus, miserabilibus miriſq; clamoribus miram misericordiam meruit: qui vero cæcus natus, tanto misericordius quāto mirabilius nullis suis precibus præuētum sui illuminatoris beneficium F nihilo minus sensit. Illi denique dictum est: Fides tua te sal- *Luc.18.g* uum fecit, huic autem non. Duos quoque recenter mortuos, tertium iam quatriduanum, lego resuscitatos: solā tamen archisynagogi filiam in domo adhuc positam precibus patris: duos autem ex insperata magnitudine pietatis. Simili etiam forma si contigerit (quod deus auertat) aliquem de fratribus nostris non in corpore, sed in anima mori: quandiu adhuc inter nos erit, pulsabo & ego meis qualiscunq; peccator, pulsabo & fratrum precibus saluatorem. Si reuixerit, lucrati erimus fratrem. Sin vero non mereamur exaudiri, vbi iam vel tolerare viuos, vel tolerari à viuis nō poterit, sed incipiet efferri: semper quidem fideliter gemo, sed iam non ita fiducialiter oro. Nō apertè audeo dicere: Veni domine, suscita mortuum nostrum, corde tamen suspenso tremulus intus clamare non cessо: Si forte, si forte, si forte desiderium pauperum *Psal.9.d* exaudiet dominus, præparationem cordis eorum audiet auris eius. Et illud: Nunquid mortuis facies mirabilia, aut me- *Psal.87.b* dici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Et de quatriduano: Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, *Ibidem.* & veritatem tuam in perditione? Potest interim saluator, si vult insperate & improuise occurrere nobis, lachrymísque portantium motus non precibus, mortuo vitam reddere, aut certe iam sepultum reuocare à mortuis. Mortuum autem dixerim illum, qui sua peccata defendens, in octauum iam cor-

Gruit gradum. A mortuo enim tanquam qui nō est, perit confessio. Post decimum verò qui tertius est ab octauo, iam effertur in libertatem peccandi, quando expellitur à consortio monasterij. At postquam quartum transierit: iam rectè quatriduanus dicitur, dum in quintum decidens per consuetudinem sepelitur. Absit autem à nobis, vt etiam pro talibus etsi palam non præsumimus, vel in cordibus nostris orare cessemus: cum Paulus eos quoque lugeret, quos sine pœnitentia mortuos sciret. Etsi enim à communibus orationibus ipsi se excludunt, sed ab affectibus omnino nō possunt. Viderint tamen in quanto periculo sint, pro quibus Ecclesia palam orare non audeat, quæ fidenter etiam pro Iudæis, pro hæreticis, pro gētilibus orat. Cū enim in parasceue nominatim oretur pro quibuslibet malis, nulla tamen mentio fit de excommunicatis. Dicis fortè frater Godefride me aliud quàm tu quæsisti, quàm ipse promisi, tādem exhibuisse: cum pro gradibus humilitatis, superbiæ gradus videar descripsisse. Ad quod ego: Non potui docere nisi quod didici. Non putaui congruū me describere ascensiones, qui plus descendere quàm ascendere noui. Proponat tibi beatus Benedictus gradus humilitatis, quos ipse prius in corde suo disposuit: ego quid proponam non habeo, nisi ordinē meæ descensionis. In quo tamen si diligenter inspicitur, via forsitan ascensionis reperitur. Si enim tibi Romam tendenti homo inde veniens obuiaret: quæsitus viam, quid melius quàm illam qua venit ostenderet? Dum castella, villas, vrbes, fluuios, ac montes per quos transierit nominat: suum denuncians iter, tuum tibi prænūciat: ita vt eadem loca recognoscas eundo, quæ ille pertransiit veniendo. In hac similiter nostra descēsione gradus ascēsorios fortasse reperies: quos ascendendo melius tu in tuo corde, quàm in nostro codice leges. Amen.

Ecclī.17.d *2.Cor.12.g*

Diui Bernardi abbatis epistola ad Gulielmum abbatem sancti Theodorici.

Vòd me huiusmodi operi operam dare iubes, per quod tollendum sit scandalum de regno dei, libenter accipio, sed quomodo id velis fieri, necdum satis elucet mihi. Nam illam tuam dulcissimam epistolam legens ac relegens (sæpius enim repetita placebat) intellexi quidem te velle vt illis qui de nobis tanquam detractoribus Cluniacensis ordinis conqueruntur, satisfaciam: quatenus sciatur non esse verum quod malè hucusque de nobis putarunt, vel putari voluerunt. At si post hanc satisfactionem rursus victus eorum ac vestitus superfluitatem, & cætera quæ iniungis, & quemadmodum iniungis carpere voluero, & mihi videbor contrarius, & quomodo sine scandalo facere queam, non video, nisi fortè & ordinem quidem laudabilem, & ordinis reprehensores reprehēsibiles doceam, & nihilo minus tamen ipsius superflua reprehendam. Si hoc modo vis, aut forte aliter magis expedire vides, manda apertius, & vt valeā quod vis, eo modo quo vis, ora instantius. Scito tamen non modico me huiusmodi scriptitationibus feriri detrimento, quia multum hinc deuotionis subtrahitur, dū studium orationis intermittitur, præsertim cum nec vsus suppetat dictandi, nec ocium

D. BERNARDI ABBATIS Clarævallis, ad Gulielmum abbatem Apologia.

VEnerabili patri Gulielmo, frater Bernardus, fratrum quiin Claraualle sunt inutilis seruus, salutem in domino. Vsque modo siqua me scriptitare iussistis, aut inuitus aut nullatenus acquieui: non quia negligerem quod iubebar, sed ne præsumerem quod nesciebam. Nunc vero noua vrgente causa, pristina fugatur verecundia, & vel peritè vel imperitè dolori meo satisfacere cogor, fiduciam dante ipsa necessitate. Quomodo namque silenter audire possum vestram huiuscemodi de nobis querimoniā, qua scilicet miserimi hominū, in pānis & semicinctiis, de cauernis (vt ait ille) dicimur iudicare mundū, quódq; inter cætera intolerabilius est, etiā gloriosissimo ordini vestro derogare, sanctis qui in eo laudabiliter viuunt, impudenter detrahere, & de vmbra nostræ ignobilitatis, mundi luminaribus insultare? Itáne sub vestimentis ouium non quidem lupi rapaces, sed pulices mordaces, imò tineæ demolientes bonorum vitam, quia palam non audemus, in occulto corrodimus, nec saltem clamore inuectionis, sed susurrium detractionis emittimus? Si hoc ita est, vt quid sine causa morificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis? Si ita, inquam, pharisaica iactantia cæteros homines, & (quod superbius est) nobis meliores despicimus, quid nobis prodest tanta in nostro victu parcitas & asperitas, in vestitu notabilis illa vilitas ac diuersitas, in opere manuum quotidiana defudatio, in ieiuniis & vigiliis iugis exercitatio, totius denique vitæ nostræ singularis quædam atque austeriōr conuersatio? Nisi fortè omnia opera nostra facimus vt videamur ab hominibus. Sed dicit Christus: Amē dico vobis, receperunt mercedem suam. Nónne si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus? An verò non in hac vita tantū in Christo speramus, si de Christi seruitio temporalem tantùm gloriam quærimus? Miser ego homuncio, qui tanto labore & industria studeo non esse, vel potius non videri sicut cęteri hominum, minus tamen accepturus, imò grauius cruciandus q̄ quilibet hominum. Siccine ergo non inueniebatur nobis via (vt ita dicā) vtcūq; tolerabilior ad infernū? Si ita necesse erat vt illò descēderemus, cūr saltē illam qua multi incedunt, viā scilicet latam, quę ducit ad mortem, non elegimus, quatenus vel de gaudio & non de luctu ad luctū transiremus? O quàm felicius est illis quorum non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, qui in labore hominum non sunt, & cū hominibus nō flagellantur: qui etsi peccatores, ac pro gaudiis tēporalibus perpetuis cruciatibus addicti, saltem abundantes in sęculo obtinerunt diuitias! Væ portantibus crucē, nō sicut saluator suā, sed sicut ille Cyrenæus, alienam. Væ citharœdis cithatizantibus, non vt illi de Apocalypsi, in citharis suis, sed verè, vt hypocritæ, in alienis. Væ semel, & vę iterū pauperibus superbis. Vę, inquā, semel, & væ iterū portantibus crucem Christi, & non sequentibus Christum: qui nimirum cuius passionibus participant, humilitatem sectari negligunt. Duplici quippe contritione conteruntur qui huiusmodi sunt, quādo & hic pro temporali gloria tēporaliter se affligunt, & in futuro pro interna superbia ad æterna supplicia pertrahuntur. Laborant cum Christo, sed cum Christo non regnant. Sequuntur Christū in paupertate sua, sed in gloria non sequuntur. De torrente in via bibunt, sed non exaltabunt caput in patria. Lugent nunc, sed tunc non cōsolabūtur. Et meritò. Quid enim facit superbia sub pannis humilitatis Iesu? Nunquid nō habet quo se palliet humana malitia, nisi vnde inuoluta est infantia saluatoris? Et quomodo intra præsepium domini simulatrix arrogantia se coarctat, ac pro vagitibus innocentiæ, malū inibi detractionis immurmurat? An nō illi superbissimi de psalmo, quorum prodiit ex adipe iniquitas eorum, multò tutius operti sunt iniquitate & impietate sua, quàm nos latemus sub sanctitate aliena? Quis enim magis impius, an profitens impietatem, an mētiens sanctitatem? Nónne is qui etiam mendaciū addēs, geminat impietatem? Et quid dicā? Vereor ne fortè & ego suspectus habear, non quidem vobis pater, nō vobis, cui vtiq; notum me noui quātum in hac caligine homo homini innotescere potest: & specialiter de hac re scio vos non ignorare quid sentiā. Sed propter illos qui me nec ita vt vos cognouerunt, nec sicut vobis hinc loqui soleo, loquentem audierūt. Scribo vobis (quod & frequenter audistis) vt quoniā ego per singulos ire, & singulis satisfacere nequeo, ex me habeatis vnde quod de me certissimè scitis, eis pro me verissimè persuadeatis. Neque enim timeo omnium oculis scribere quicquid de hac re vobis in aure locutus sum. Quis vnquam me aduersus ordinem illum vel coràm audiuit disputantem, vel clàm susurrātem? Quem vnquam de ordine illo nisi cum gaudio vidi, nisi cū honore suscepi, nisi cum reuerentia allocutus, nisi cum

Psal.72.a *ibidem* *Mat.27.b* *Apo.14.e*

A cum humilitate adhortatus sum? Dixi, & dico: Modus quidē vitæ est sanctus, honestus, castitate decorus, discretione præcipuus, à patribus institutus, à spiritu sancto præordinatus, animabus saluandis non mediocriter idoneus. Egóne vel dāno vel despicio quem sic prædico? Memini me aliquando in aliquibus eiusdem ordinis monasteriis hospitio susceptum fuisse: reddat dominus seruis suis humanitatem quam infirmanti mihi vltrà etiam quàm necesse fuit exhibuerunt, & honorem quo me plus quoque quàm dignus fui dignati sunt. Ipsorum me commendauti orationibus, interfui collationibus, sæpe & de scripturis & salute animarum habui sermonē cum multis, & publicum in capitulis, & priuatum in cameris. Quem vnquam vel clam vel palam aut ab illo ordine dissuadere, aut ad nostrum vt veniret persuadere tentaui? An nō potius multos cupientes venire repressi, venientes & pulsantes repuli? An non fratrem Nicolaum, ad sanctum Nicolaum, & vobis duos de vestris vobis teste remisi? Sed & duobus quibusdam eiusdem ordinis abbatibus, quorum ne nomina prodam, ipse eos optime nostis, & nihilo minus quàm amica mihi familiaritate iungantur, scitis: nunquid non tamen ad alium ordinem (quod & vos non latuit) migrare desiderantibus, iamiámque deliberantibus, nostrum eis dissuasorium consilium obuiauit, ac ne suas desererent cathedras

B effecit? Cur igitur ordinem damnare putor, vel dicor, cui amicos meos deseruire suadeo, cui suos ad nos veniētes monachos reddo, de quo & mihi orationes tam sollicitè requiro, tam deuote suscipio? An fortè quia iuxta alium ordinem conuersari video, propterea suspectus hinc habeor? Sed eadem ratione & vos nostro derogatis quicunque aliter viuitis. Ergo & continentes & coniuges inuicem se damnare putentur, quòd suis quíq; legibus in ecclesia cōuersentur. Monachi quoque ac regulares clerici sibi inuicem derogare dicantur, quia propriis abinuicem obseruantiis separantur. Sed & Noë, & Danielē, & Iob in vno se regno pati non posse suspicemur, ad quod vtiq; non eos vno tramite iustitiæ cognouimus peruenisse. Mariam denique & Marthā necesse sit aut vtranque aut alterā saluatori displicere, cui nimirum tam dissimili studio deuotionis cōtendunt ambæ placere. Et hac ratione in tota ecclesia, (quę vtiq; tam pluribus támq; variatur

Psal.44.a dissimilibus ordinibus, vtpote regina quæ in psalmo legitur circumamicta varietatibus) nulla pax, nulla prorsus concordia esse putabitur. Quæ enim secura quies, quis tutus in eastatus inuenietur, si vnus quilibet homo vnū quemlibet ordinem eligens, alios aliter viuentes aut ipse aspernetur, aut se ab ipsis sperni suspicetur, præsertim cum tenere impossibile

C sit vel vnum hominē omnes ordines, vel vnū ordinē omnes homines? Non sum tam hebes, vt nó agnoscam tunicam Ioseph, nō illius qui liberauit Aegyptum, sed qui saluauit mūdum, & hoc nō à fame corporis, sed à morte simul animæ & corporis. Notissima quippe est quia polymita, id est pulcher tima varietate distincta, sed & sanguine apparet intincta: nō quidem hœdi qui peccatum significat, sed agni qui designat innocentiam, hoc est suo ipsius, non alieno. Ipse est profectō agnus mansuetissimus, qui coram non quidem tondente, sed occidente se obmutuit: qui peccatum non fecit, sed abstulit

Gene.37.d peccata mundi. Miserunt autem qui dicerent ad Iacob: Hanc inuenimus: vide vtrū tunica filij tui sit, an non. Vide & tudomine vtrū hæc sit tunica dilecti filij tui. Recognosce omnipotens pater, eam quam fecisti Christo filio tuo polymitam, dando quidem quosdam apostolos, quosdā autem prophetas, alios vero euangelistas, alios pastores & doctores, & cætera quæ in eius ornatu mirifico decenter apposuisti, ad con-

Ephe.4.c summationem vtique sanctorum occurrentium in virū perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Dignare etiam Deus precios issimi purpuram sanguinis quo aspersa est

Esa.63.a recognoscere, & ī purpura præclarū inſigne ac glorioſiſſimū indicium obedientiæ. Quare ergo, inquit, rubrum est vestimentum tuum? Torcular, ait, calcaui solus, & de gentibus nō est vir mecum. Itaque quandoquidem factus est obediens patri vsque ad torcular crucis, quod vtique solus calcauit, solū quippe brachium suum auxiliatum est ei, iuxta illud in alio

Esa.140.c loco: Singulariter sum ego donec transeam: Iam ergo exalta eum deus, & da ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & D infernorum. Ascendat in altum, captiuam ducat captiuitatē, *Philip.2.b* & donet dona hominibus. Quæ dona? Relinquat videlicet *Ephes.4.b* sponsæ suæ ecclesiæ pignus hæreditatis, ipsam tunicam suam, tunicam scilicet polymitam, eandémq; inconsutilem & desuper contextam per totum. Sed polymitam ob multorū ordinum qui in ea sunt multimodam distinctionem: inconsutilem vero propter indissolubilis charitatis indiuiduam vnitatem. Quis me, inquit, separabit à charitate Christi? Audi quo- *Rom.8.g* modo polymitam. Diuisiones, ait, gratiarum sunt, idem autē *1.Cor.12.d* spiritus: & diuisiones operationum sunt, idem vero dominus. Deinde diuersis enumeratis charismatibus, tanquam variis tunicæ coloribus, quibus constet eam esse polymitam: vt ostendat etiā inconsutilem, & desuper cōtextam per totum, adiungit: Hęc autem operatur vnus atque idem spiritus diui- *ibidem.* dēs singulis prout vult. Charitas quippe diffusa est in cordi- *Rom.5.d* bus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non ergo diuidatur, sed totam & integram hæreditario iure sortiatur ecclesia, quia & de illa scriptū est: Astitit regina à dex- *Psal.44.c* tris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Itaque diuersi diuersa accipiētes dona, alius quidem sic, alius vero sic: siue Cluniacenses, siue Cistercienses, siue clerici regulares, siue etiam laici fideles: omnis deniq; ordo, omnis lingua, omnis sexus, omnis ætas, omnis cōditio, in omni loco, per omne E tempus, à primo homine vsq; ad nouissimum. Nam & propter hoc talaris dicta est, quòd ad finem vsque pertingat, dicente propheta: Non est qui se abscondat à calore eius: nimi- *Psal.18.b* rum congruens ei cui & facta est, qui perhibente videlicet alia scriptura, & ipse attingit à fine vsque ad finem fortiter, & *Sapien.8.d* disponit omnia suauiter. Omnes ergo concurramus pariter in vnam tunicam, & ex omnibus cōstet vna: ex omnibus inquam vna. Nam etsi ex pluribus & diuersis, vna est tamen *Cant.6.d* columba mea, formosa mea, perfecta mea. Alioquin nec ego solus, nec tu sine me, nec ille sine vtroq;, sed simul omnes sumus illa vna, si tamē soliciti sumus seruare vnitatem spiritus *Ephes.3.d* in vinculo pacis. Non inquam tantum ordo noster, aut solus vester ad illam pertinet vnam, sed noster simul & vester: nisi forte (quod absit) inuicem inuidentes, inuicem prouocantes, inuicem mordeamus, & ab inuicem consumamur, & sic non possit nos apostolus vni illi viro cui despondit, virginem ca- *2.Cor.11.d* stam exhibere Christo. Veruntamen illa vna dicit in cāticis: Ordinauit in me charitatē, vt etsi vna in charitate, diuisa ta- *Cant.2.d* men sit ordinatione. Quid ergo? Cistercienſis sum: damno igitur Cluniacenses? Absit: sed diligo, sed prædico, sed magnifico. Cur ergo, inquis, ordinem illum non tenes, si sic laudas? Audi. Propter hoc quod apostolus ait: Vnusquisque in *1.Cor.7.d* ea vocatione in qua vocatus est, permaneat. Quòd si quæris cur & à principio non elegerim, si talem sciebā: Respondeo. F Propter id quod rursus ait apostolus: Omnia mihi licent, sed *1.Cor.10.c* non omnia expediunt. Non quòd scilicet ordo sanctus & iu- *Rom.7.c* stus non sit, sed quia ego carnalis eram venundatus sub peccato, & talem animæ meæ languorem sentiebam, cui fortior esset potio necessaria. Et diuersis morbis diuersa conueniunt medicamenta, & fortioribus fortiora. Fac duos homines febribus anxiari, quartanis vnū, alterum tertianis. Commēdet autem qui quartanis laborat, tertiano aquam, pyra, & frigida quæque sumenda, cum tamen ab his ipse abstineat, vinúmq; & cætera calida vtpote sibi congruentia sumat. Quis rogo, hinc eum rectè reprehendat? Si diceret ille, Cur tu aquā non bibis, quam ita laudas? an non rectè responderet, Et tibi eam fideliter tribuo, & mihi salubriter subtraho? Deniq; requiratur etiam à me, cur cum omnes ordines laudem, omnes non teneo. Laudo enim omnes & diligo, vbicunque piè & iustè viuitur in ecclesia. Vnum opere teneo, cæteros charitate. Faciet autem charitas (fidenter loquor) vt ne illorum quidem fructu frauder, quorum institutā nō sequor. Plus aliquid dicam. Tu tibi cautè age. Potest nāq; fieri, quia frustra tu laboraueris: vt autem ego frustra diligam bonum quod operaris, fieri omnino non potest. O quanta fiducia charitatis. Alius operatur non amans, & alius amat nihil operās. Ille quidem suum opus perdit: illius vero charitas nunquam excidit. Et quid mirum si in hoc exilio peregrinātē adhuc ecclesia, quædam huiuscemodi sit pluralis (vt ita dixerim) vnitas, vnáque

G pluralitas, cum in illa quoque patria quando iam ipsa regnabit, nihilo minus forte talis aliqua diſpar quodāmodo æqualitas futura ſit: Inde etenim ſcriptum eſt: In domo patris mei *Ioan.14.a* manſiones multæ ſunt. Sicut itaque illic multæ māſiones in vna domo, ita hic multi ordines ſunt in eccleſia vna: & quo- *1. Cor.12* modo hic diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: ita ibi diſtinctiones quidem gloriarum, ſed vna domus. Porrò vnitas tā hic quàm ibi vna cōſiſtit in vna charitate: diuerſitas autem hic quidem in ordinum vel operationum multifaria diuiſione, illic vero in quadam meritorum notiſſima ſed & ordinatiſſima diſtinctione. Intelligens denique Eccleſia hāc ſuam quodammodo diſcordem concordiam, concordémve *Pſal.22.a* diſcordiā: Deduxit me, inquit, ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomē ſuum. Ponens quippe ſemitas pluraliter, & iuſtitię ſingulatiter, nec diuerſitatem prętermiſit operationum, nec vnitatem operantium. Præuidens quoque & illam in cœleſtibus diſcretam vnitatem futuram, deuotiſſimè læta decantat: *Tob.13.c* Platææ tuæ Hieruſalem ſternentur auro mundo, & per omnes vicos tuos alleluia cantabitur. Audiens enim plateas & vicos coronas & glorias diuerſas intellige. In auro, quo vno metallo illa ciuitas ornata deſcribitur, & vno alleluia quod cantandum perhibetur, diſſimilium ſpecierum ſimilem pulchritudinem, & multarum mentium vnam deuotionem attende. Non igitur vna tantùm ſemita inceditur, quia nec vna H eſt manſio quò tenditur. Viderit autem quiſque quacunque incedat, ne pro diuerſitate ſemitarum ab vna iuſtitia recedat, quoniam ad quamlibet manſionem ſua quiſque ſemita peruenerit, ab vna domo patris exors non erit. Veruntamen vt *1.Cor. 15.c* ſtella ab ſtella differt in claritate: ſic erit, ait, & reſurrectio mortuorum. Nam etſi fulgebūt iuſti ſicut ſol in regno patris eorū: alij tamen aliis amplius, pro diuerſitate meritorū. Quæ ſanè merita ſciendum nō ſic in hoc ſeculo vt in illo facilè ab homine poſſe diſcerni: quippe cum hic tantùm opera videātur, illic etiā corda nihil impediat intueri. Siquidem radiante *1.Cor. 4.a* vbiq; ſole iuſtitiæ, tūc manifeſta erunt abſcōdita cordium. Et ſicut non eſt nunc qui ſe abſcondat à calore eius, ita tunc *Pſal.18.b* non erit qui ſe occultet à ſplēdore ipſius. Et de operibus quidem ſæpe incerta, & ob hoc periculoſa ſententia fertur, cum multotiens minus iuſtitiæ habeant qui magis operantur.

2. Cor. 4.a VNde nunc mihi conueniendi ſunt quidam de ordine noſtro, qui contra illam ſententiam, Nolite ante tempus iudicare, quoaduſque veniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cor- *Rom.10. a* dium: aliis ordinibus derogare dicuntur, & ſuam iuſtitiam ſolam volentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti: quos profectò (ſi qui tamen huiuſcemodi ſunt) nec noſtri I nec cuiuſpiam eſſe ordinis verius dixerim. Quippe qui etſi ordinatè viuentes, ſuperbè tamen loquentes, ciues ſe faciunt Babylonis, id eſt confuſionis, imò filios tenebrarum, ipſiuſque gehennæ, vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. *Ioan. 10.a* Vobis ergo inquam fratres, qui etiam poſt auditam illam domini de phariſæo & publicano parabolam, de veſtra inſtituta præſumentes, cæteros aſpernamini, dicitis (vt dicitur) ſolos vos hominum eſſe iuſtos, aut omnibus ſanctiores: ſolos vos monachorum regulariter viuere, cæteros verò regulæ potius exiſtere tranſgreſſores. Primo quid ad vos de alienis ſeruis? Suo domino ſtant, aut cadunt. Quis vos conſtituit iudices ſuper eos? Deinde ſi ita vt dicitur, de ordine veſtro præſumitis: qualis ordo eſt, vt antequā de ſuo quiſquam trabem eiiciat, in fratrū oculis tam curioſe feſtucas perquirat? Qui in regula gloriamini, cur contra regulam detrahi- *Matt.7.c* tis? Cur contra euangelium, ante tempus, & contra apoſto- *Rom. 14.d* lum, alienos ſeruos iudicatis? An regula non concordat euāgelio vel apoſtolo? Alioquin regula iam non eſt regula, quia non recta. Audite, & diſcite ordinem, qui contra ordinem a- *Matt.7.a.* liis ordinibus derogatis. Hypocrita, inquit, eiice primū trabem de oculo tuo, & ſic videbis eiicere feſtucam de oculo fratris tui. Quæris quam trabem? An non grandis & groſſa trabes eſt ſuperbia, qua te putas eſſe aliquid, cum nihil ſis? In- *Luc.18.b* ſaniſſime tibi tanquam ſanus exultas, & aliis vaniſſime trabē portās de feſtucis inſultas? Gratias, inquis, ago tibi Deus, quia non ſum ſicut cæteri hominum, iniuſti, raptores, adulteri. Sequere ergo & dic: detractores. Neque enim minima eſt hæc feſtuca inter cæteras. Quare cum tam diligenter alias K enumeres, iſtam taces? Si pro nulla vel minima habes, audi a- *1.Cor. 6.d* poſtolum. Neque maledici, ait, regnum dei poſſidebūt. Audi *Pſal.49.* & deum in pſalmo comminantem. Arguam te, inquit, & ſtatuam cōtra faciē tuam. Quod quia detractori loquatur, certum eſt ex præcedentibus. Et quidē iuſtè ad ſe retorquendus, & ſe compellendus eſt intueri, qui auertens faciem ſuā à ſe, aliena potius mala quàm ſua ſolet curioſius perſcrutari. At, inquiunt, quomodo regulam tenent, qui pelliceis induūtur, ſani carnibus ſeu carnium pinguedine veſcuntur, tria vel quatuor pulmentaria vna die (quod regula prohibet) admittunt: opus manuum quod iubet, non faciunt: multa denique pro libitu ſuo vel mutāt, vel augēt, vel minuunt? Rectè. Non poſſunt hæc negari. Sed attendite in regulam dei, cui vtique *Luc.17.c* non diſſonat inſtitutio ſancti Benedicti. Regnum dei, inquit, intra vos eſt: hoc eſt, non exterius in veſtimentis aut alimentis corporis, ſed in virtutibus interioris hominis. Vnde apo- *Rom. 14.c* ſtolus: Regnum dei nō eſt eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, *1.Cor.4.d* & gaudium in ſpiritu ſancto. Et rurſus: Regnum dei non eſt in ſermone, ſed in virtute. De corporalibus itaque obſeruantiis, fratribus calumniam ſtruitis, & quæ rhaiora ſunt regulę, ſpiritualia ſcilicet inſtituta relinquitis, camelúmque glutientes, culicem liquatis. Magna abuſio. Maxima cura eſt, vt corpus regulariter induatur: & cōtra regulam ſuis veſtibus ani- L ma nuda deſeritur. Cum tanto ſtudio tunica & cuculla corpori procurentur, quatenus cui deerunt, monachus non putetur: cur ſimiliter ſpiritui pietas & humilitas, quæ profectò ſpiritualia indumenta ſunt, non prouidentur? Tunicati & e- lati abhorremus pelliceas, tanquam non melior ſit pellibus *Gen.3.d* inuoluta humilitas, quàm tunicata ſuperbia: præſertim cum *Matt.3.a* & deus tunicas pelliceas primis hominibus fecerit, & Ioannes in eremo zona pellicea lūbos accinxerit, & ipſe tunicarum inſtitutor in ſolitudine non tunicis, ſed pellibus ſeſe induerit. Repleti deinde ventrem faba, mentem ſuperbia, cibis damnamus ſaginatos: quaſi non melius ſit, exiguo ſagimine ad vſum veſci, quàm ventoſo legumine vſq; ad ructum exſaturari, & præcipuè cum Eſau non de carne, ſed de lēte ſit re- *Heb.12. d* prehenſus: & de ligno Adam, non de carne damnatus: & Io- *Gen.3.b* nathas ex guſtu mellis non carnis, morti adiudicatus: econ- *1.Reg.14.d* tra verò Helias innoxie carnem comederit. Abraham gratiſ- *3.Reg.17.a* ſime carnibus angelos pauerit, & de ipſis ſua fieri ſacrificia *Gene.18.a* Deus præceperit. Sed & ſatius eſt modico vino vti propter *Exo. 29.a* infirmitatem, quàm multa aqua ingurgitari per auiditatem: *1.Ti.5.d* quia & Paulus Timotheo modico vtendum vino conſuluit, *Matt.11.c* & dominus ipſe bibit, ita vt vini potator appellatus ſit, Apo- M ſtoliſque bibendū dedit, inſuper & ex eo ſacramenta ſui ſan- *Ioan. 2.a* guinis condidit: cum econtrario aquam ad nuptias bibi non *Mat.26.c* paſſus ſit, & ad aquas contradictionis populi murmur terri- *Ioan.2.a* biliter caſtigauerit. Dauid quoque aquam quam deſideraue- *Num.20.* rat, potare timuerit: virique illi Gedeonis, qui præ auiditate *2.Reg.23.c* toto corpore proſtrato de flumine biberunt, digni ad prælium *Iudic. 7.b* ire non fuerint. Iam vero de labore manuum quid gloriami- *Iudi.7.b* ni, cū & Martha laborans increpata, & Maria quieſcens lau- *Luc.10.c* data ſit, & Paulus apertè dicat: Labor corporis ad modicum *1.Ti.4.c* valet, pietas autē ad omnia? Optimus labor de quo prophe- *Pſal.6.a* ta dicebat: Laboraui in gemitu meo. Et de quo alibi: Memor *Pſal.76.a* fui dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum. At ne corpora- *Ibidem.* le intelligas exercitium, Et defecit, inquit, ſpiritus meus. Vbi autem non corpus, ſed ſpiritus fatigatur; ſpiritualis proculdubio labor intelligitur. Quid ergo, inquis? Siccine illa ſpiritualia perſuades, vt etiam hæc quæ ex regula habemus corporalia damnes? Nequaquā, ſed illa oportet agere, & iſta non omittere. Alioquin cū aut iſta omitti neceſſe eſt, aut illa: iſta potius omittenda ſunt, q̄ illa. Quanto enim ſpiritus corpore melior eſt, tanto ſpiritualis quàm corporalis exercitatio fructuoſior. Tu ergo cum de horum obſeruatione elatus, aliis cadę non obſeruantibus derogas: nónne te magis tranſgreſſorem regulæ indicas, cuius licet minima quædā tenens, meliora deuitas? De quibus Paulus: Aemulamini, ait, chariſmata meliora. Detrahēdo quippe fratribus, in quo alios deprimis, charitatem: quæ ſunt proculdubio chariſmata meliora. Tu ſi tuum corpus multis & nimiis laborib⁹ atteris, ac regularibus aſperitatibus

A ritatibus mortificas membra tua quæ ſunt ſuper terrā, bene facis. Sed quid ſi ille quem ſimiliter non laborantem diiudicas, modicum quidem habeat de hac quæ ad modicum eſt vtilis, corporali videlicet exercitatione: amplius autē quàm tu de illa quæ ad omnia valet, id eſt pietate? Quis, quæſo, veſtrum regulā melius tenet? An non melius qui melior? Quis verò melior, humilior, an fatigatior? An non is qui à domino *Matt.11.d* didicit mitis eſſe & humilis corde: qui & cū Maria optimam *Luc.10.g* partem elegit, quæ nō auferetur ab eo? Quòd ſi regulam ab omnibus qui eam profeſſi ſunt, ſic ad literam tenendam cenſes, vt nullam omnino diſpenſationē admitti patiaris: audacter dico, nec tu eam, nec ille tenetis. Nam etſi ille quantum quidem pertinet ad obſeruationes corporeas, in pluribus offendit, impoſſibile eſt tamen te quoque vel in vno non tranſgredi. Scis autem quia qui in vno offendit, omnium eſt reus. Sin vero concedas aliqua poſſe mutari diſpēſatorię, proculdubio & tu illā tenes, & ille, quanquam diſſimiliter. Nam tu quidem diſtrictius, at ille fortaſſe diſcretius. Neque hoc dico, quia hæc exteriora negligenda ſint: aut qui ſe in illis non exercuerit, mox ideo ſpiritualis efficiatur, cum potius ſpi- *1.Cor. 15.c* tualia (quanquam meliora) niſi per iſta aut vix aut nullatenus vel ācquirantur, vel obtineantur, ſicut ſcriptum eſt: Nō prius quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. *Pſal. 80.a* Sicut nec Iacob niſi prius cognita Lia deſideratos Rachelis B amplexus meruit obtinere. Vnde rurſus in Pſalmo: Sumite pſalmum, & date tympanum. Quod eſt dicere: Sumite ſpiritualia, ſed prius date corporalia. Optimus autem ille, qui diſcretè & congruè hæc & illa operatur.

IAm verò epiſtola, vt epiſtola remaneat, finienda erat, quādoquidē & noſtros (de quibus pater conqueſtus iſtis quòd ordini veſtro detraherent) ſatis quantum potui ſtylo corripui, & me quoque ab huiuſmodi falſa ſuſpicione purgaui, vt debui. Sed quoniam dum noſtris minime parco, nōnullis de veſtris nimium, in quibus non decet, videor adſentire: pauca quæ & vobis diſplicere cognoui, & omnibus bonis vitanda eſſe non dubito, neceſſarium reor ſubiungere, quę quidem etſi fieri videntur in ordine, abſit tamen vt ſint de ordine. Nullus quippe ordo quippiam recipit inordinatum: quod verò inordinatum eſt, ordo non eſt. Vnde non aduerſum ordinem, ſed pro ordine diſputare putandus ero, non ordinem in hominibus, ſed hominum vitia reprehendo. Et quidem diligentibus ordinem, in hac re moleſtum me fore non timeo, quinimmo gratum proculdubio accepturi ſunt ſi perſequimur quod & ipſi oderunt. Si quibus verò diſpliceuerit, ipſi ſe manifeſtant quia ordinem non diligunt, cuius vti- C que corruptionem, id eſt, vitia damnari nolunt. Ipſis itaque illud Gregorianum reſpōdeo: Melius eſt vt ſcandalum oriatur, quàm veritas relinquatur.

DIcitur & veraciter creditur ſanctos patres illam vitam inſtituiſſe, & vt in ea plures ſaluarentur, vſque ad infirmos regulæ temperaſſe rigorem, non regulam deſtruiſſe. Abſit autem vt credam tantas eos, quantas video in pleriſque monaſteriis, vanitates ac ſuperfluitates præcepiſſe vel conceſſiſſe. Miror etenim vnde inter monachos tanta intemperantia in comeſſationibus & potationibus, in veſtimentis & lectiſterniis, & equitaturis, & conſtruendis ædificiis inoleſcere potuit: quatenus vbi hæc ſtudioſius, voluptuoſius, atque effuſius fiunt, ibi ordo meliùs teneri dicatur, ibi maior putetur religio. Ecce enim parcitas putatur auaritia, ſobrietas auſteritas creditur, ſilentium triſtitia reputatur. Econtra remiſſio diſcretio dicitur, effuſio liberalitas, loquacitas affabilitas, cachinnatio iucunditas, mollities veſtimentorum, & equorum, faſtus, honeſtas: lectorum ſuperfluus cultus, munditia. Cúmque hæc alterutrum impendimus, charitas appellatur. Iſta charitas deſtruit charitatem, hæc diſcretio diſcretionem confundit. Talis miſericordia crudelitate plena eſt, qua videlicet ita corpori ſeruitur vt, anima iuguletur. Quæ enim charitas eſt, carnem diligere, & ſpiritū negligere? Quæve diſcretio totum dare corpori, & animæ nihil? Qualis verò miſericordia, ancillam reficere, & dominā interficere? Nemo pro huiuſmodi miſericordia ſperet ſe conſequi miſericordiā quæ miſericordibus promittitur in euangelio, veritatis ore dicentis: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam cōſequentur. Sed cer- D tiſſime potius pœnam expectet quam tali (vt ita dicam) in- pio miſericordi ſanctus Iob magis prophetizando quàm affectando imprecatur: Non ſit, inquiens, in recordatione, ſed *Iob.24.d* conteratur quaſi lignum infructuoſum. Dignæ planè retributionis cauſam mox ſubinfert ſatis idoneam, dicens: Pauit *Ibidem.* enim ſterilem, & quæ non parit: & viduæ non benefecit.

Inordinata profecto atque irrationalis miſericordia eſt, *Ioan.6.a* ſterilis & infructuoſæ carnis (quę iuxta domini verbum non *1.Cor.15.f* prodeſt quicquam, & ſecundum Apoſtolum regnum dei nō poſſidebit) adimplēdis inuigilare deſideriis, & de animæ cūra ſapientis ſaluberrimum nō curare conſilium, admonentis atque dicentis: Miſerere animæ tuæ placens deo. Bona mi- *Eccl.30.d* ſericordia miſereri animæ tuæ, nec poteſt non mereri miſericordiam qua ſit vt placeas deo. Aliàs autem non eſt miſericordia (ſicut iam dixi) ſed crudelitas: non eſt charitas, ſed iniquitas: non diſcretio, ſed confuſio, ſterilem quæ non parit paſcere, id eſt inutilis carnis concupiſcentiis inſeruire, & viduæ nil boni facere, animæ videlicet excolendis virtutibus nullam operam dare. Quæ vtique licet ſponſo interim ſit viduata cœleſti, ſenſus tamen de ſpiritu ſancto cōcipere & parere nō deſinit immortales: qui videlicet incorruptibilis cœleſtiſque hæreditatis valeant eſſe capaces, ſed ſi pium habeāt ſtudioſūmque cultorem. Sub hac tamen abuſione iam fere vbique ſic pro ordine tenentur: fere iam ita ab omnibus ſine E querela atque irreprehenſibiliter obſeruātur, quanquam diſſimiliter. Nonnulli quippe his omnibus tanquam non vrentes vtuntur, & ideo aut cum nulla offenſa, aut cum minima. Aliquanti quippe hæc agunt ex ſimplicitate: aliquanti ex charitate: aliquāti ex neceſſitate. Quidā namque ſimpliciter iſta tenent, quoniam ſic eis præcipitur: parati aliter agere, ſi aliter præciperetur. Quidam autem ne diſcorditer viuant ab eis cum quibus habitant: ſectantes in his non ſuam libidinem, ſed aliorum pacem. Alij verò quia reſiſtere non valent multitudini contradicentium, qui hęc vtique tanquam pro ordine libera voce defendunt, & quotiens iſti aliqua (prout ratio dictat) reſtringere vel mutare incipiunt, illi mox tota eis auctoritate reſiſtunt. Quis in principio cum ordo cœpit monaſticus, ad tantam crederet monachos inertiam deuenire? O quantum diſtamus ab his, qui in diebus Antonij extitere monachi? Siquidem illi cum ſe inuicem per tempus ex charitate reuiſerent, tanta ab inuicem auiditate pānem animarum percipiebant, vt corporis cibum penitus obliti, diem plerunque totum ieiunis ventribus, ſed non mentibus tranſigerent. Et hic erat rectus ordo, quando digniori parti prius inſeruiebatur. Hæc ſumma diſcretio, cum amplius ſuthebat quæ maior erat. Hæc denique vera charitas, vbi animæ, quarum charitate Chriſtus mortuus eſt, tāta ſolicitudine refocillabātur. Nobis autem conuenientibus in vnum (vt verbis Apoſtoli F vtar) iam non eſt dominicam cœnam māducare. Panē quip- *1. Cor.11.d* pe cœleſtem nemo eſt qui requirat, nemo qui tribuat. Nihil de ſcripturis, nihil de ſalute agitur animarum, ſed nugæ & riſus & verba proferuntur in ventum. Inter prandendū quantum fauces dapibus, tātum aures paſcuntur tumoribus: quibus totus intētus, modum neſcias in edendo. Interim autem fercula ferculis apponūtur, & pro ſolis carnibus à quibus abſtinetur, grandia piſciū corpora duplicantur. Cúmque ptioribus fueris ſatiatus, ſi ſecundos attigeris, videberis tibi necdum guſtaſſe piſces. Tāta quippe accuratione & arte coquorum cuncta apparantur, quatenus quatuor aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediant nouiſſima, nec ſatietas minuat appetitū. Palatū quippe dum nouellis ſeducitur cōdimentis, paulatim diſſueſcere cognita, & ad ſuccos extraneos veluti adhuc ieiuniū, auide renouatur in deſideria. Venter quidē dum neſcit oneratur, ſed varietas tollit faſtidium. Quia enim puras (vt eas natura creauit) epulas faſtidimus: dū aliæ aliis multifariè permiſcētur, & ſpretis naturalibus quos deus indidit rebus, quibuſdam adulterinis gula prouocatur ſaporibus: tranſitur nimirum meta neceſſitatis, ſed necdum delectatio ſuperatur. Quis enim dicere ſufficit, quot modis (vt cætera taceam) ſola oua verſantur & vexantur: quanto ſtudio euertuntur, ſubuertuntur, liquantur, durantur, diminuuntur, & nunc quidem frixa, nunc aſſa, nunc farſa, nunc

G mixtim, nunc sigillatim apponuntur? Vt quid autem hæc omnia, nisi vt soli fastidio consulatur? Ipsa deinde qualitas rerum talis deforis apparere curatur, vt non minus aspectus quàm gustus delectetur: & cum iam stomachus crebris ructibus repletum se indicet, necdum tamẽ curiositas satiatur. Sed dum oculi coloribus, palatum saporibus illiciuntur: infelix stomachus, cui nec colores lucent, nec sapores demulcent, dum omnia suscipere cogitur, oppressus magis obruitur quàm reficitur. Iam verò de aquæ potu quid dicam, quãdo ne vllo quidem pacto vinum aquarum admittitur? Omnes nimirum ex quo monachi sumus, infirmos stomachos habemus, & tam necessarium Apostoli de vtendo vino consilium meritò non negligimus: modico tamen, quod ille præmisit, nescio cur prætermisso. Et vtinam vel solo, cum etiam purum est, contenti essemus. Pudet dicere, sed magis pudeat actitari: & si pudet audiri, non pudeat emendari. Videas vno prandio ter vel quater semiplenum calicem reportari, quatenus diuersis vinis magis odoratis, quàm potatis, nec tam haustis, quàm attactis, sagaci probatione & celeri cognitione vnum tandem è pluribus, quod fortius sit, eligatur. Quale est autem illud quod nonnulla monasteria ex more obseruare dicuntur, in magnis videlicet festis vina deliluta melle, pigmentorum respersa pulueribus in conuentu bibere? H Nunquid & hoc fieri dicemus propter infirmitatem stomachi? Ego verò ad nihil aliud valere video, nisi vt vel amplius bibatur, vel delectabilius. Sed cum venæ fuerint vino ingurgitatæ, toto in capite palpitantes, sic surgenti à mensa quid aliud libet nisi dormire? Si autem ad vigilias surgere indigestum cogis, non cantum, sed planctum potius extorquebis.

Cùm vero ad lectum deuenero, requisitus incommodum, plango non crapulæ peccatum, sed quòd manducare non queo. Ridiculum verò (si tamen vetum est) quod relatum est mihi à pluribus qui hæc se pro certò scire dicebant, reticendum esse non arbitror. Aiunt enim incolumes ac validos iuuenes conuentum solere deserere: in domo se infirmorum, qui non sunt infirmi, collocare: carnium esu (qui vix ægrotis duntaxat, & omnino debilibus, ex regulæ discretione pro virium reparatione conceditur) non quidem corporis infirmantis ruinas reficere pro incommodo, sed carnis luxuriantis curam perficere in desiderio. Rogo quæ est hæc securitas inter frendẽtium vndique hostiũ fulgurantes hastas & circumuolantia spicula, tanquam finito iam bello & triumphato aduersario proiicere arma, & aut prædiis incubare longioribus, aut nudum molli volutari in lectulo? Quid hoc ignauiæ est, ô boni milites? Sociis in sanguine & cæde versantibus, vos aut cibos diligitis delicatos, aut somnos capitis matutinos? Aliis, inquam, nocte & die cura peruigili festinantibus redimere tempus, quoniam dies mali sunt: vos econtrario & longas noctes dormitando consumitis, & dies fabulãdo ducitis ociosos? An dicitis pax, & nõ est pax? Cur non verecundamini ad exprobrationem apostolicæ indignationis?

I

Heb. 12. b Nondum enim, ait, restitistis vsque ad sanguinem. Imò iam
1. Thes. 5. a ad eiusdem terribilis valde comminationis tonitruum cur non expergiscimini? Cum dixerint, inquit, pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient. Delicata nimis medicina est prius alligari quàm vulnerari: membrum non percussum plangere, & necdum suscepto ictu admouere manum, fouere vnguento vbi non dolet, emplastrum adhibere vbi cæsura non est. Ad discernendum deinde inter sanos & male habentes, baculos in manibus portare iubẽtur ægrotantes, placnè necessarios, vt quam pallor in vultu, maciésque non indicat, baculus sustentans mentiatur inualetudinem. Ridendas an lugendas dixerim huiusmodi ineptias? Sic Macarius vixit? Sic Basilius docuit? Sic Antonius instituit? Sic patres in Aegypto conuersati sunt? Sic denique sancti Odo, Maiolus, Odilo, Hugo, quos se sui vtique ordinis principes & præceptores habere gloriantur, aut tenuerunt, aut teneri cõsuerunt? Sed hi omnes si sancti, imò quia sancti fuerunt, à sancto Apostolo non dissenserunt, qui nimirum ita loquitur: Habentes victum & vestitum, his contenti sumus. Nobis autem est pro victu satietas, nec vestitum appetimus, sed ornatum. Quæritur ad induendum non quod vtilius, sed quod subtilius inuenitur: non quod repellat frigus sed quod K superbire compellat: non denique (iuxta regulam) quod vilius comparari potest, sed quod venustius imò vanius ostentari. Heu me miserum qualemcũque monachum. Cur adhuc viuo videre ad id deuenisse ordinem nostrum, ordinem scilicet qui primus fuit ecclesia, imò à quo cœpit ecclesia, quo nullus in terra similior angelicis ordinibus, nullus vicinior ei qui in cœlis est Hierusalem mater nostra, siue ob decorem castitatis, siue propter charitatis ardorem, cuius apostoli institutores, cuius hi quos Paulus tam sæpe sanctos appellat, inchoatores extiterunt? Et quidem inter illos cum nihil quod suum esset quispiam retinuisset, diuidebatur (vt scriptum est) singulis prout cuique opus erat: nõ igitur quod *Actu. 4.b* quisque pueriliter gestire poterat. Sanè vbi tantum quod opus erat accipiebatur: ibi nihil proculdubio ociosum admittebatur. quanto magis nihil curiosum? quanto magis nihil superbum? Quod, inquit, opus erat. Hoc est quantum ad indumenta, quod & nuditatem tegeret, & frigus repelleret. Putáne ibi cuiquam galabrunum aut issembrunum quærebatur ad induendum? cuiquam ducentorum solidorum mula parabatur ad equitãdum? Putásne, inquã, cuiuspiã ibi lectuli opertorium cattinum, aut discolor barricanus operiebat, vbi singulis diuidebatur tantum prout cuique opus erat? Nõ illic arbitror valde curatum fuisse de precio, de colore, de cultu vestimentorum, vbi tam indefessum inerat studium in cõcordia morum, animorum cohærentia, profectúque virtutum. Multitudinis, inquit, credentium erat cor vnum, & anima vna. Vbi nunc illud vnanimitatis exercitium? Fusi sumus exterius, & de regno dei (quod intra nos est) relictis veris ac perennibus bonis, foris quærimus vanam consolationem, de vanitatibus & insaniis falsis: ac iam religionis antiquæ non solum virtutem amisimus, sed nec speciem retinemus. Ecce enim ipse habitus noster (quod & dolens dico) qui humilitatis esse solebat insigne, à monachis temporis nostri in signũ gestatur superbiæ. Vix iam in nostris prouinciis inuenimus quo vestiri dignemur. Miles & monachus ex eodem panno partiuntur sibi cucullam, & chlamidem. Quiuis de seculo quantumlibet honoratus, etiam si rex, etiam si imperator ille fuerit, non tamen nostra horrebit indumenta, si suo sibi modo præparata fuerint & aptata. Cæterum in habitu, inquis, non est religio, sed in corde. Bene. At tu quando cucullã emptурus, lustras vrbes, fora circuis, percurris nundinas, domos scrutaris negociatorum, cunctam euertis singulorum supellectilem, ingentes explicas cumulos pannorum, attrectas digitis, admoues oculis, solis opponis radio? quicquid grossum, quicquid pallidum occurrerit, respuis. Si quid autem sui puritate ac nitore placuerit, illud mox quantolibet pre- M cio satagis tibi retinere. Rogo te, ex corde facis hæc, an simpliciter? Cùm denique contra regulam, non quod vilius occurrerit, sed studiosissimè quæris quod quia rarius inuenitur, precioſius emitur: ignorans facis hæc, an ex industria? Ex cordis thesauro sine dubio procedit quicquid foris apparet vitiosum, Vanum cor, vanitatis notam ingerit corpori, & exterior superfluitas interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta, animi mollitiem indicant. Non tanto curatur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus. Miror autem cum regula dicat, ad magistrum respicere quicquid à discipulis delinquitur & dominus per *Ezech. 3. b* prophetam sanguinem in peccato morientium, de manu pastorum requirendum esse minetur, quomodo abbates nostri patiuntur fieri talia, nisi fortè (si audeam dicere) nemo fidentes reprehendit in quo se esse irreprehensibilem non confidit. Siquidem humanitatis est omnium, in quo sibi quisque indulget, aliis nõ vehementer irasci. Dicam, dicam, præsumptuosus dicar, sed verum dicam. Quomodo lux mundi obtenebrata est? Quomodo sal terræ infatuatũ est? Quorum nobis vita, via vitæ debuit esse, dum exemplum in suis actibus ostendunt superbiæ, cæci facti sunt duces cæcorum. Quod enim (vt cætera taceam) specimen humilitatis est, cum tanta pompa & equitatu incedere, tantis hominum crinitorum stipari obsequiis, quatenus duobus episcopis vnius abbatis multitudo sufficiat? Mentior si non vidi abbatem sexaginta equos & eo amplius in suo ducere comitatu. Dicas si videas cos

A eos transeuntes, non patres esse monasteriorum, sed dominos castellorum: non rectores animarum, sed principes prouinciarum, Tum deinde gestari iubentur mappulæ, scyphi, bacini, candelabra, & manticæ suffarcinatæ, non stramentis, sed ornamentis lectulorum. Vix denique quatuor leucis à sua quispiam domo recedit, nisi cum tota supellectili sua, tãquam sit vel iturus ad exercitum, vel transiturus per desertum, vbi non valeant inueniri necessaria. An non posset eodem vasculo & aqua manibus vergi, & vinum bibi? An non posset ardens lucere lucerna, nisi in tuo quod portas candelabro, & hoc aureo, vel argenteo? An nõ posset dormiri, nisi super varium stratum, aut sub peregrino coopertorio? An non vnus aliquis minister posset, & iumentum ligare, & ad mensam seruire, & lectulum præparare? Nunc ergo tantæ multitudini garsionum ac iumentorum, cur (vel ad solatium mali) nobiscum non ferimus necessaria, quatenus hospites non grauemus? Sed hæc parua sunt: veniam ad maiora, sed ideo visa maiora, quia vsitatiora. ¶ Omitto oratoriorum immensas altitudines, immoderatas longitudines, superuacuas latitudines, sumptuosas depolitiones, curiosas depictiones: quæ dum orantium in se retorquent aspectum, impediũt & affectum, & mihi quodammodo representant antiquum ritum Iudæorum. Sed esto, fiant hæc ad honorem dei: illud

B autem interrogo monachus monachos, quod in gentilibus gentilis arguebat. Dicite, ait ille, pontifices, in sancto quid facit aurum? Ego autem dico, Dicite pauperes. Non enim attendo versum, sed sensum. Dicite, inquam, pauperes, si tamen pauperes, in sancto quid facit aurum? Et quidem alia causa est episcoporum, alia monachorum. Scimus nanque quòd illi sapiẽtibus & insipientibus debitores cum sint, carnalis populi deuotionem, quia spiritualibus nõ possunt, corporalibus excitant ornamentis. Nos verò qui iam de populo exiuimus, qui mundi quæque precioſa ac specioſa pro Christo reliquimus, qui omnia pulchrè lucentia, canore mulcentia, suaue olentia, dulce sapientia, tactu placentia, cuncta denique oblectamenta corporea arbitrati sumus vt stercora, vt Christum lucrifaciamus: quorum quæso in his deuotionem excitare intendimus? Quem, inquam, ex his fructum requiri-
Psal. 105. f mus? stultorum admirationem, an simplicium oblectationẽ?
Ephe. 5. b An quoniam commixti sumus inter gentes, fortè didicimus opera eorum, & seruimus adhuc sculptilibus eorum? Et, vt apertè loquar, an hoc totum facit auaritia, quæ est idolorum seruitus, & non requirimus fructum, sed datum? Si quæris quomodo, miro, inquam, modo. Tali quadam arte spargitur æs, vt multiplicetur. Expenditur vt augeatur, & effusio copiã parit. Ipso quippe visu sumptuosarum, sed mirandarum vanitatum accenduntur homines magis ad offerendum quàm ad adorandum. Sic opes opibus hauriuntur, pecunia pe-

C cuniam trahit, quia nescio quo pacto vbi amplius diuitiarũ cernitur, ibi offertur libentius. Auro tectis reliquiis saginantur oculi, & loculi aperiuntur. Ostẽditur pulcherrima forma sancti vel sanctę alicuius, & eo creditur sanctior, quo coloratior. Currunt homines ad osculãdum, inuitantur ad donandum, & magis mirantur pulchra, quàm venerantur sacra. Ponuntur dehinc in ecclesia gemmatę non coronæ, sed rotę, circumseptæ lampadibus, sed non minus fulgentes incertis lapidibus. Cernimus & pro candelabris arbores quasdam erectas, multò æris pondere, miro artificis opere fabricatas, nec magis coruscãres superpositis lucernis, quàm quis gemmis. Quid putas in his omnibus quæritur? pœnitentium cõpunctio, an intuentium admiratio?

O Vanitas vanitatum, sed non vanior quàm insanior. Fulget ecclesia in parietibus, & in pauperibus eget. Suos lapides induit auro, & suos filios nudos deserit. De sumptibus egenorum seruitur oculis diuitum. Inueniunt curiosi quo delectentur, & non inueniunt miseri quo sustententur. Vt quid saltem sanctorum imagines non reueremur, quibus vtique ipsum quod pedibus conculcatur, sceret pauimentum? Sæpe spuitur in ore angeli, sæpe alicuius sanctorum facies calcibus tunditur transeuntium: & si non sacris his imaginibus, cur vel non parcitur pulchris coloribus? Cur decoras quod mox fœdandum est? Cur depingis quod necesse est conculcari? Quid ibi valent venustæ formæ, vbi puluere maculantur assiduo? Denique quid hæc ad pau- D peres, ad monachos, ad spirituales viros? Nisi forte & hic aduersus memoratum poëtæ versiculũ, propheticus ille respõdeatur: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habi- *Psal. 25. b* tationis gloriæ tuæ. Assentio. Patiamur & hæc fieri in ecclesia: quia etsi noxia sunt vanis & auaris, nõ tamen simplicibus & deuotis. Cæterum in claustris coram lugentibus fratribus quid facit illa ridicula mõstruositas, mira quædam deformis formositas, ac formosa deformitas? Quid ibi immũdę simiæ? quid fieri leones? quid monstruosi centauri? quid semihomines? quid maculosæ tigrides? quid milites pugnãtes? quid venatores tubicinantes? Videas sub vno capite multa corporat & rursus in vno corpore capita multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda serpẽtis, illinc in pisce caput quadrupedis. Ibi bestia præfert equum, capram trahens retro dimidiam: hic cornutum animal equum gestat posterius. Tam multa denique tãmque mira diuersarum formarum vbique varietas apparet, vt magis legere libeat in marmoribus quàm in codicibus, totúmque diem occupare singula ista mirando, quàm in lege dei meditando. Pro deo si nõ pudet ineptiarum, cur vel nõ piget expensarum? Multa quidem & alia suggerebat addenda larga materia, sed auellit me & propria satis anxia occupatio, & tua frater Ogeri nimis festina discessio, qui videlicet nec morari diutius acquiescis, nec abire tamẽ vis absque recenti opusculo. Facio itaque quod vis, & te dimitto, & ser- E monem breuio, præsertim quia vtiliora sunt pauca in pace, quàm multa cum scandalo. Et vtinam hæc pauca scripserim sine scandalo. Enimuero vitia carpens, scio me offendere vitiosos. Potest tamen fieri volente deo aliquibus quos me timeo exasperasse, potius placiturum esse, sed si desinant esse vitiosi. Si videlicet & districtiores desinant esse detractores, & remissiores amputẽt superfluitates. Si sic quisque bonum teneat quod tenet, vt alium aliud tenentẽ non iudicet. Si qui occepit iam esse bonus, non inuideat melioribus: & qui sibi videtur agere melius, bonum non spernat alterius. Si qui districtius viuere possunt, eos qui non possunt, nec aspernentur nec æmulentur: & qui nõ possunt, eos qui possunt, sic mirentur, vt temere non imitẽtur. Sicut enim non licet his qui maius aliquid forte voluerũt, ad id quod minus est descẽdere, ne apostatarentur: sic non omnibus expedit de bonis minoribus ad maiora transire, ne præcipitentur. Scio quippe nonnullos de aliis & congregationibus & institutionibus ad nostrum ordinem peruolasse, pulsasse, intrasse. Qui hoc quidẽ agẽdo, & suis scandala reliquerunt, & nobis nihilo minus attulerunt, dum quantum illos sua temeraria discessione, tantum nos turbarunt sua misera conuersatione. Et quoniam superbè spreuerunt quod tenebãt, & temere præsumpserunt quod non valebant, digno deus exitu eorum tandem patefecit ignauiam, quia & impudenter deseruerunt quod impru- F denter arripuerãt, & turpiter redierũt ad id quod leuiter deseruerãt. Cum enim claustra nostra sui potius ordinis impatientia, quàm desiderio nostri expetierint, ostendunt quod sunt, dũ à vobis ad nos, à nobis ad vos instabili leuitate peruolantes, & nobis & vobis & omnibus bonis scãdala faciũt. Quanquam ergo nonnullos eorum nouerimus, qui & fortiter deo auctore cœperũt, & ipso protectore fortius perseuerant, securius est tamen vt perseueremus in bono quod cœpimus, quàm quòd incipiamus vbi nõ perseueremus, & hoc pariter omnes studeamus, quòd secundum apostoli consilium omnia nostra in charitate fiant. Hæc est nostra de no- *1. Cor. 16. b*
stro & de vestro ordine sententia, hæc nostris & vestris, hæc non de vobis, sed vobis me solere dicere nullus melius mihi testis erit quàm vos, & si quis me nouit sicut vos. Quę in vestris laudabilia sunt, laudo & prædico: si quæ reprehendenda sunt, vt emendentur, vobis & aliis amicis meis suadere soleo. Hoc non est detractio, sed attractio. Quod vt nobis à vobis semper fiat, omnino precor & supplico. Valete.

G v

G In sequentes declamationes Prologus.

VT tibi dilectissime, præsentes exhortationis schedulas destinarem, quæ ociosa esse non patitur, nimirum credens omnia & omnia sperans charitas persuasit. Vbi sanè non tibi me propria tradidisse putes, nec tanquam nostra suscipias, sed è multis sermonibus patrum, quorum digna satis laus est in ecclesia, quæ huic videbantur aptæ negocio noueris decerpsisse sententias, & sub vnam vtcunque formulam redigendo, cuiusdam copiosi declamatorij sermonis instar hunc tuæ dilectioni libellum edidisse. Hoc nimirum scribendi genus ad persuadendum efficacius arbitrabar, quòd soleat amplius mouere lectorem, viuidas magis voces quàm mutos apices repræsentans. Cæterùm quoniam suspecta mihi ignorantia propria, propriáque obliuio est, hortor & moneo vt si qua deprehenderis digna reprehensione, aut ipse ea corrigere studeas, aut si id forsitã ex mãsuetudine refugis & humilitate, mihi saltem quæcunque te mouerint, nõ dissimules amicabiliter intimare. Atque id quidem de sententia dixerim. Nam de verbis, erit forsitan inuenire nonnullos ad quorum aures si venerint, subsannent ea, dicentes: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Verum nil tale mihi super tua reor eruditione verendum. Quippe & metum hunc & pudorem suspicione carens charitas foras mittit. Affectũ magis, ni fallor, in his quàm verba pẽsabit amicus, præsertim quòd nõ ostẽtationis, sed ædificationis edere paginam cogitarim optãs magis (si possibile videretur) & sine verbis hæc imprimere cordi tuo. Faciat hoc qui inuisibiliter operatur in cordibus electorum, & pia dignatione sua suam hanc vocem reputans, vocem ei virtutis & efficaciæ largiatur. Agit enim quod potest operosa dilectio, opportunè instans, fortasis & importunè. Nulla sanè huic operi idonea magis occurrit dignior ve materia, quã euangelica lectio, vbi felicissimum illud Simonis & Iesu colloquium continetur. Hanc ergo suscipere libuit, sed exhortationis magis gratia quàm expositionis, vt scilicet ex ea sermonis occasio sumeretur. Sed & sententiis breuibus distinguere studui lectionem, vt distinctio ipsa fastidium non admittat.

I

Inantiquis codicibus inscribitur De contẽptu mundi ad clericos.

D. BERNARDI ABBATIS Claræuallis de verbis euangelij, Dixit Simon Petrus ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia, &c. Declamationes.

Mat. 19. d DIxit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Fidelis sermo, & dignum omni acceptione colloquium Simonis Petri & Iesu. Familiaris siquidem & amica saluti obedientia est, sed obedientia firma & stabilis, quæ fundata est
1 Reg. 15. e super petram. Melior est enim obedientia quàm victimæ: & acquiescere nolle, vt peccatũ hariolãdi est. Vnde & vitę quoque ipse saluator prætulit hanc virtutem, eligens magis animam ponere, quàm obedientiam non implere. Postremò &
Philip. 2. b ipsum nomen Iesu, quod est super omne nomen, & in quo flectitur omne genu, apostolo teste, obedictiæ remuneratio est. Libet, pinde sacratissimo huic interesse colloquio, & intima cordis aure percipere quę dicuntur. Arbitror enim verba lectionis huius ea esse de quibus ad immortalem spõsum
Psal. 16. b à finibus terræ clamat ecclesia: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Hæc nempe sunt verba quæ contemptum mundi in vniuerso mundo, & voluntariã persuasere hominibus paupertatem. Hæc sunt quæ monachis clausira replent, deserta anachoretis. Hæc, inquam, sunt ver-
Exod. 12. c ba quæ Aegyptum spoliant, & optima quæque eius vasa diripiunt. Hic sermo viuus & efficax, conuertens animas felici æmulatione sanctitatis, & veritatis promissione fideli. Dixit enim Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia. Bene, optime, & non ad insipientiam tibi. Nam & mundus transit, & concupiscentia eius, & relinquere hæc magis expedit, quàm relinqui. Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Nimirum quia exultauit vt gigas ad *Psal. 18. a* currendam viam, nec currentem sequi poteras oneratus. Sed nec inutilis commutatio, pro eo qui super omnia reliquisset Nam & simul cum eo donantur omnia, & vbi apprehenderis eum, erit vnus ipse omnia in omnibus, qui pro ipso omnia reliquerunt. Omnia sanè dixerim, non tantùm possessiones, sed etiam cupiditates, & eas maximè. Plus enim concupiscentia mundi quàm substantia nocet. Et hæc fugiendarum causa diuitiarum præcipua est, quòd aut vix aut nunquam sine amore valeant possideri. Limosa siquidem & glutinosa nimis non modo exterior, verumetiam interior substantia nostra videtur, & facilè cor humanum omnibus quæ frequentat, adhæret. Age ergo qui relinquere vniuersa disponis, te quoque inter relinquenda numerare memento. Imò verò maximè & principaliter abnega temetipsum, si deliberas sequi eum qui exinaniuit propter te semetipsum. pone grauissimam sarcinam, pone asinariam molam, terrenam molem, pone illa quinque non hominum planè iuga, sed boum, quæ tibi insipienter emisti. Alioquin sequi sponsum, & venire ad nuptias spirituales quinaria hac pressus & oppressus corporis sensualitate non poteris. sed & si nouissime veneris & pulsaueris, minimè profectò aperietur tibi, sed respondebitur de intus, quòd non sit de bobus & asinis cæterisq; iumentis insipientibus cura deo. An vero comparatum iumẽtis esse quis dubitet hominem, qui sibi iuga emerit iumentorũ, nisi quòd eo sanè ipsis quoq; iumentis conuincitur stolidior, & bestialior bestiis cõprobatur, quòd iuga necessitatis earum propria ipse subeat voluntate? Quod enim illis natura est, huic culpa: dũ tanquam vnum ex his quæ ratione carẽt, sine ratione degens & ipse, sub corporeis similiter sensibus incuruatur. Sed quid eũ iuga subisse causamur? Arguamus magis emisse. Illud enim stoliditatis miserãdæ, istud extremæ dementiæ est. Dignus est operarius mercede sua: nam *1. Tim. 5. c* vt mercedem pro opere tribuat, inauditum. Denique loquitur super hoc verbo dominus per prophetam, sub typo mulieris fornicatiæ scelera argues Israëlis: Omnib⁹, inquit, me- *Ezec. 16. d* retricibus dantur mercedes, tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & donabas eis vt intrarent ad te vndiq; ad fornicandum, factúmque est in te consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio. In eo enim quòd dedisti mercedes, & non accepisti, factũ est in te contrarium. Planè & in eo qui iuga emit, cõtrarium fieri manifestum est. Qui enim iuga emit, & iuga boum, cui iugum suaue gratis offertur? Nam iugum Christi, iugum hominis est. siquidem & Christus homo. Nec modo gratis tribuitur, sed & copiosa his qui tulerint illud, remuneratio est, vt à nemine non dico emi, sed gratis sustineri queat. Quid ergo miser pro iugo boum distrahis animam tuam, qui iugum Christi suscipiẽs, emere poteras regnum dei, mercari vitam, *Ioh 5. b* lucrifacere Christum? Nam sine iugo interim esse non potes, *Eccl. 40. d* homo nimirum qui natus es ad laborem. Sed graue iugũ su- *Matt. 11. d* per omnes filios Adam, vtique qui sequuntur eum. Nam super eos qui Christum sequuntur, leue est & suaue. Postremò vt cætera sileam, cum sine iugo esse non possint, quale hoc ipsum est eligere potius quinq; quàm vnũ? Quis enim potest seruire quinque dominis, nedum quinque tyrannis, quinque prædonibus? Siquidẽ oculus meus deprædatur animã meã. *Thre. 3. f* An non sæpe aliud gula exigit, ad aliud pruritus aurium vocat? Sic & odoratus & tactus diuersa imperãt, interdum forsitan & aduersa, dum vtérque communem sibi gestit præripere seruum, & trahit sua quemque voluptas. Vides excusationem hominis qui propterea Christum non sequitur, pro- *Luc. 14. d* pterea se excusat à nuptiis, quòd iuga boum emerit quinque. Quid si eorum laborem & dolorem consideres, si numeres iuga qui variis seruiunt vitiis morum, magis quàm corporũ sensibus? Erit profecto inuenire iam homines qui multò magis in labore hominum non sunt, sed lõgè amplius aliena ab homine flagella sustineant. Erit inuenire ementes non modo quinque

A quinque, sed plusquam quinquagintaquinq; nõ planè iumẽtorũ iuga, sed dæmonum. Contẽdunt ambitio & elatio cordis: altera nidum altera foueam parat. Volare altera iubet, repere monet altera, cũ neutrum profecto sit hominis. Quis enim es tu, ait hæc, quis vero ille vel ille est, aut quę domus patris eorum, vt eis in aliquo cedas, vt reuerearis eos, vt aliquatenus eis blandiaris? At bonus sermo bonum inuenit locum, ait ambitio, & interdũ quoq; qui prodesse non potest, potest obesse: vnde dissimula: primum vnum bonum pone, donec veniat hora tua. Auaritia quoque & appetitus laudis sibi inuicem aduersantur, & quod hæc cõgregat, hic dispergit. Nec minus contraria sunt quæ simulatio & pusillanimitas suggerunt impudentiæ, impatientięque clamoribus, & vtraque labor & dolor, & afflictio spiritus. Hæc autem omnia, similiáque ac dissimilia mala, ex vna radice pullularunt, proprię scilicet voluntatis. Huius enim sanguisugę duę sunt insatiabiles
Prou. 30. b *Eccls. 1. b* filię, clamãtes, affer, affer. Siquidem nec animus vanitate, nec voluptate corpus aliquando satiatur, vt scriptum est, Non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu. Fuge sanguisugam hanc, & omnia reliquisti. Hæc enim omnia trahit ad se. Pone hãc, & iugum tam importabile quàm multiplex abiecisti. Nõ est enim dominus crudelis ad illam, nõ est tyrannus tam impius & inhumanus sic vrgens seruulũ, & non parcẽs. Fatigatũ magis instigat, subditum premit durius. Inquietum
B malũ, quod spiritui semper incubãs, inexcogitabilia meditatur. O custos hominũ, quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? Nullũ mihi onus importabi-
Ioh. 7. d *Zacha. 5. b* lius, nulla grauior sarcina est. Factus sum mihi talentũ plumbi, & resedit iniquitas super illud. Sed audiam vocem solatij,
Matt. 11. d audiam quid loquatur magni cõsilij angelus. Venite inquit, ad me qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiã. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Verùm hæc aliàs. Inueniẽt forte in nouissimis locũ sibi. Interim sane felices liquet esse, qui exonerati sunt, & sequuntur dominum expediti. Arctissimũ enim nos foramen expectat. Si quẽ sequimur, cõsequi volumus, per angustã contendamus ingredi portam necesse est. Quid tu camele gibbum, quid tu pecuniose proditoris loculos tollis? Nõ sic impie, nõ sic ingredieris. Foramen acus, huiusmodi sarcinas nõ admittit. Excusant aliquid fortasse dicentes, Abraham, Isaac, & Iacob, cæterique sancti nũquid nõ terrenas diuitias habuisse leguntur? Sufficit nobis esse sicut illli fuerũt. neq; enim sumus nos patribus meliores. Si culpabilis esset possessio diuitiarũ, nũquã illi in diuitiis tãtam à domino gratiã obtinuissent, aut tantam gratiam cõsecuti, diuitias nihilo minus possedissent. Quid respondebimus nouis imitatoribus sanctorũ veterum? Imponant certe vitulos super altare domini, mactẽt arietes,
C hircos immolent, quia & hoc Abraham fecit, & hic ritus patrũ, quibus non modo meliores non sumus, sed ne digni quidem soluere corrigiam calceamẽtorum eorum. Sed hæc, inquiunt, statum vltra non habent, vbi reuelata est veritas: trãsiere. Quid si ipsas quoque sanctorum diuitias tẽporales, vm-
1. Cor. 10. bram fuisse dixerimus futurorum? In figura siquidem eis omnia legimus contigisse. Denique quidni terrenas palam diuitias possiderent sancti & perfecti viri, cũ sola adhuc terrena palam promitterentur à deo? Sicut enim sacrificiis illis, sic & diuitiis, carnalibus adhuc populis dispensatio diuina morem gerebat, nimirũ vt tanquã paruuli paulatim à gẽtilium secederent ritu, eadem quę gentes dæmoniis, domino immolantes, eadémque & illi; sed à domino, nõ à dæmoniis expectantes. Vbi sanè cœlestis promissio sonuit, spiritualia iam necesse est spiritualibus cõparari, & mutari sacrificium spe mutata. Nouerant hæc quicũq; vel eo tempore fuere perfecti, sed ex charitate populo cohærebant, vt in manifesto quidem & agere cadẽ, & cadẽ quærere viderẽtur. An forte violenta videtur extortio quod de vmbra dicimus & significatione? Olim alter super hæc scripserat in hũc modũ: Nullus mihi opponat aurum tẽpli Iudæorũ. Tunc enim hoc fuit, quãdo sanguis immolabatur, quod totũ figura fuit. Aurum ergo repudiemus cum cæteris superstitionibus Iudæorũ: aut si aurum placet, placeant & Iudæi. Postremò non multos legisse me recolo aut non afflictos grauiter, aut non grauiter in ipsa seculi huius prosperitate tentatos, forte & periclitatos. Nimirum longe aliud est in luto aquarum multarum diuisi fundo maris iter carpere, terrena licitè possidendo: aliud ipsam quoque nouis gressibus vndam calcare, omnia relinquendo. Sed tempori gratiæ prærogatiua hæc debebatur, Petro nouum iter & noui typus itineris seruabatur. Antiquorum sane patrum diebus, donec in terris videretur & conuersaretur inter homines dominus maiestatis, non erat euangelicæ forma perfectionis, sed spiritum domini solo interim spiritu sequebantur. At vbi verbum caro factum est, & habitauit in *Ioan. 1. b* nobis, iam nobis in eo tradita est imago vitę, & conuersationis exemplar, quod oporteat etiam corporaliter imitari, vt vtroque sequentes vestigio, non vlterius cum patriarcha *Gen. 32. g* Iacob altero femore claudicemus. Vbi enim audiuimus quia dictũ sit antiquis: Nisi quis renunciauerit omnibus quæ pos- *Luc. 14. g* sidet, non potest meus esse discipulus? Et item. Si vis esse per- *Ibid. 18. d* fectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me? Neq; id dicimus tanquam saluari quis vel hoc tempore nequeat si secus egerit, sed vt gradum agnoscat proprium, & locum perfectionis, aut discipulatus officiũ non vsurpet. Habent euangelia & perfectionis cõsilium, & remedium infirmitatis. Nolite thesaurisare vobis thesauros in terra, hæc perfectio est. Siquidem filius hominis vbi caput reclinaret non habebat. *Matt. 6. c* Petro & Ioanni nec argentum nec aurum erat. Paulus victu *Luc. 9. g* simplici vestitúque contentus, hæc ipsa labore manuum ac- *Act. 3. a* quirebat. Sed nõ omnes capiunt verbum hoc, sicut nec consiliũ castitatis. Quid dicitur populo? Facite vobis amicos de
E mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula. Verbà domini sunt, & quod loquitur, tale est. Firma e quidem stat immobilisque sententia, eos qui volunt in hoc seculo diuites fieri, incidere in tentationem la- *1. Ti. 16. b* queũq; diaboli: sed quia misereor super turbã, & ipsum quodque camelum (quod homo nõ potest) per foramen acus traducere possum. Cauete saltem à verbo aspero, qui laqueum venãtium minime declinatis. Vestite nudum, egenum alite, visitate infirmum, ne forte audire contingat sermonem durum, asperum verbum, auditionem malam: Ite maledicti in *Matt. 25. d* ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Faci- *Luc. 16. b* te vobis amicos de mammona iniquitatis. Ac si manifestius *Luc. 6. d* dicat: Væ vobis diuites, qui habetis consolationem vestram. Attamen vnum iam superesse videtur: Communicate eam pauperibus, quorũ est regnum dei, vt cum venerit hora eorum, reminiscantur, & deficientes vos recipiant in tabernacula sua: & consolationem suam, quam modo prudenter expectant, dum vestram ipsi præcipitis, misericorditer communicent desolatis. Mensuram enim bonam & coagitatam & *Ibidem.* superefluentem dabunt in sinus eorum: nec erit illud palliũ *Esa. 28. c* breue, quod duos operire non possit, aut stratum coangustatum, vnde decidat alter. Hinc est quòd dotatas & ditatas vi-
F demus ecclesias à potentibus & diuitibus huius seculi, qui in operibus bonis diuites, iuxta euangelij admonitionem amicos sibi facere studuerunt de mammona iniquitatis, à quibus in æterna tabernacula recipiantur. Quidni sperarent ab his recipi qui claues videntur habere? Sed heu, data est ipsa prouidentia eorum in occasionem carnis, & qui sibi pariter atque aliis in cœlo tabernacula æterna parare debuerant, in terra coniungunt domum ad domum, & agrum copulant agro. Quis rapuit ab ore apostolorum temporis huius verbum gratiæ, fiduciæ verbum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te? Ecce enim vt populus, sic sacerdos. Similiter *Matt. 19. d* volunt in hoc seculo fieri diuites, similiter imò abundantius *Esa. 24. a* suam hic præripiunt consolationem. Similiter amicis egent & ipsi vt in aliena saltẽ tabernacula susciantur, vtpote propria non habentes. Beati enim pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Cæterum hominibus qui per- *Matt. 25. d* fectionis obtinent locum, dignitate pollent, auctoritate prẽeminent, funguntur officio, an inter hæc infirmitatis & imperfectionis quam vsque adeo diffitentur, liceat saltem speculum remedium, ipsi hinc quoq; sint iudices. Nam quòd minime deceat, manifestum est, nobis sane liceat vel audire dicentem. Si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Ad nihilum *Ibidem.* valet vltrà nisi vt mittatur foras, & conculcetur. Sed & presbytero cui forsitan derogare timebunt, quoniam sanctus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gvti liceat solita spiritus libertate, nulli blándiri, palpare neminem sed nudè nudam promere veritatem. Clericus, inquit, qui partem habet in terra, nó habebit partẽ in cœlo. Itémq; clericus si quippiam habuerit præter dominum, pars eius nó erit dominus, verbi gratia si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis dominus pars ei⁹ fieri non dignatur. Videtur & sanctus Dauid cauterio graui inurere quosdam, ipsi viderint quos hæc parabola tangat. In labore, inquit, hominũ nó sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia. Habent enim singula quęque genera hominũ laboris aliquid, aliquid voluptatis. Sed aduertere est prudentiam aliquorum, & mirari quemadmodum nouo inter hæc artificio discernentes, & abinuicem sequestrantes ea, totum quod delectat eligunt & amplectuntur: quod molestum est, fugiunt & declinant. Cum militibus neppe superbiæ fast⁹ amplam familiam, & nobiles apparatus, equorũ phaleras, accipitres, aleas, & similia quæque frequentant, aliqui forte & dependentes à collo rubricatas murium pelles, ornatos thalamos, balnea, & mollitiem omnem atque gloriam vestium à mulierculis mutuantur. Cautè omnino loricæ pondus, & insomnes in castris noctes incertaque discrimina præliorum, muliebrem quoque verecundiam & disciplinam, aut si quid aliud sexus ille laboris habere cernitur, declinantes. Sudant agricolæ, putant & fodiunt vinitores, & qui inter hęc torpent ocio, accedente fructuum tempore innouari sibi horrea iubẽt, & promptuaria eorum plena, vtinam non præ illis, vtinam vel cum illis: viuunt tritico, bibunt vuæ sanguinem meracissimum: parum est, im pinguantur & dilatantur adipe frumenti. Herbarum viribus peregrinum mutuantur vina saporem, & additur oleum camino. Sed considera & negociatores. Circumeunt mare & aridam, in labore corporis, & periculo vitæ perituras sibi diuitias congregantes. Dura sunt hæc: caueant prudentes nostri: dulces interea capiant somnos, ne dicam in stratis lasciuiãt suis. Erit tamen inuenire in die festo graues vasis aureis & argenteis ministrorum dextras, refertas variis opibus mãticas, perticas oneratas, & in scriniis rã multiplices loculos, vt si mẽsas adhibueris, numularios putes. Quid fabros aut cęmentarios cęteróſq; eiusmodi operarios necesse est numerare? Victum sibi multo labore quęrunt, illi madent deliciis, copiis affluunt ociosi. An nó meritò tales Poëta subsannet,

Horatius. lib 1. epi. epist. 3.
Ne cum forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus?

Magis autem magnus ille propheta & plus quàm propheta terribiliter increpat dicẽs, *Luc.3.b* Genimina viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Vbi enim sunt pœnitentię fructus? Cũ cœperint resurgere homines vnusquisq; in ordine suo, vbi putas genera I tio ista locabitur? Si ad milites forte diuerterint, exufflabunt eos, quòd minime secum laborẽ aut pericula tolerarint. Sic agricolę, sic negociatores, & singuli quiq; ordines hominũ à suis eos similiter arcebunt finibus, vtpote qui in hominũ labore nõ fuerint. Quid igitur restat, nisi vt quos omnis ordo repellit pariter & accusat: eum sortiãtur locũ vbi null⁹ ordo sed sempitern⁹ horror inhabitat? An forte ad electionem clerici audeant aspirare? Magnus enim verè eorũ locus in regno dei, & bonum sibi, sed qui bene ministrauerint, gradum acquirunt. Cæterum suus & ipsis nec modicus labor esse videtur, *2.Thes.3.c* & dicebat qui plus omnibus laborauit, Qui nõ laborat *Ioan.21.c* non manducet. Et Petro dictum est, Simon Ioãnis amas me? pasce oues meas. Idémque tertiò repetitum. Tertiò dictum pasce, nec mulge seu tonde vel semel additum est. Speret ergo discipuli locum, gradum ministri, qũ dominicũ pascere gregem sagit, quàm tõdere: pascere vero tripliciter, exemplo conuersationis, verbo prędicationis, fructu orationis. Et pascere ad mandatum Christi, vt nemo sibi hunc sumat honorem, sed qui vocatus fuerit à deo tanquam Aaron. Per eũ nempe si quis introierit, saluabitur & inueniet pascua. Si vero ascenderit aliunde, plane fur est & latro. Atque vtinam vel quæratur iam inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Nemo tamen indignetur nobis, aut molestè accipiat quę dicuntur. Si sanctus est, & minime sibi conscius horum, congratulamur ei: doleat & ipse nobiscum in pluribus hæc inue

K niri. Nec enim reuelamus nũc occulta dedecoris, nec parietem fodimus, vt abominatio maior appareat: nullum adhuc *E Tec.12.d* de fornicatione fecimus verbum, quãuis & hæc in multis etiã & multipliciter regnet, qui puritatis auctori, impuro cor de & corpore ministrantes, non verentur stare angelum domini, qui secet medios & dispердat, sed omnino audent agni *Dani.13.g* immaculati sacras contingere carnes, & intingere in sanguine saluatoris manus nefarias, quibus pauloante carnes, proh dolor, meretricias attrectarũt, sic altaria circuire, sic frequẽtare psalmos, cum & eiusmodi laus execrabilis, & oratio sit *Psal.108.a* in peccatum. Sed nec eorum sacrilegia recensemus, qui diligunt munera, sequuntur retributiones, vendunt sacramenta, iustitiam produnt, quorũ guttur necdum traxit ad laqueum, necdum præfocauit fauces verbum blasphemię, vox sacrilega, sermo nequam: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum *Matt.26.* tradam? Videmus hæc omnia, sed quodammodo non videntes, quippe quibus nec flagellum est, nec ille comedens zelus. Manifesta loquimur, & quæ vix aliqui erubescant. Polstremo & nos in clero fuimus, liceat vel nostra scrutari. Vi- *1.Cor.1.d* dete vocationem vestram, ait vocatus apostolus. Consideremus & nos an vocati venerimus, & vocati à deo, cuius nimirum hæc vocatio est. Nec communem modo vocationẽ *Rom.8.f* dixerim, qua sane iuxta eundem apostolum, quos prædestinauit, hos & vocauit. Si quis vocauerit nos in honorem eleL ri, conuenire velim conscientias singulorum, vt secundum *Esa.40.b* præceptum domini ad cor Hierusalem loquar. Huic enim paruulo adhuc, aut forsitan necdũ nato, ecclesiastica iam beneficia prouida sane parentum sollicitudo parabat. Hũc nos inquiens, illi vel illi tradamus episcopo, apud quem habem⁹ gratiam, aut cui forte seruiuimus, vt ditetur de bonis domini, nec in tot liberos nostra diuidatur hæreditas. Illum præpositus aut decanus vt sibi succederet, plusquam materno educauit affectu, in deliciis enutriens, & delictis. Ille dignus archidiaconatu, vtpote filiꝰ principis, magis autem si sit episcopi consobrinus in quo nimirum tota est episcopata progenies. Alius vndique circuit sedulus explorator, blanditur, obsequitur, simulat, & dissimulat, miseráq; sibi suffragia mẽdicare non erubescit, manibus & pedibus repens, si quo modo tandem aliquando sese ingerere queat in patrimonium crucifixi, & bona domini, quę sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Nimirum peregrè profectus est, sed in plenilunio forte, vt sua districtè repetat, rediturus. Quis ea intentione gradus ecclesiasticos & ministeria sanctuarij quærit, imò quæritur (quæri nempe, quàm quærere ipse debuerat) vt sine curis seculi, in sanctimonia cordis & corporis illuminandus accedat ad dominum, & suam pariter ac proximorum operetur salutem orationis studio deditus, & verbo prædicationis? Nam si eos eo quærit aut tenet animo, cóque M intuitu, vt huius vitæ habeat necessaria, euangelizat vt manducet, & peruersò nimis ordine, cœlestibus terrena mercatur. Quàm certe dignius ampliúsque cõsentaneum rationi, vt pro carnali victu carnalia magis opera & negocia exercere, nec fieret inuersor rerum, aut inhonoraret ministerium spirituale? Sed modico est natura contenta, nec multi sola in his necessaria quærunt, quippe minori facile satis obtinenda periculo. Honorati incedere volũt, placere student hominibus, delectari & superbire, & huic seculo per omnia conformari. Audi querelas domini quid super hac tanta hominum temeritate loquatur pariens redditor, pœnitentiam cupiens, *Osee.8.a* quàm vindictam. Ipsi, inquit regnauerũt, & non ex me principes extiterunt, & ego non vocaui eos. Vniuersos siquidem in ordinibus ecclesiasticis cæterisque ad sanctuarium pertinentibus honorem quærentes proprium, aut diuitias, seu corporis voluptatem, postremò quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, manifestè prorsus & indubitanter, non ea quæ *1.Tim.6.b* deus est charitas, sed aliena à deo, & quæ omnium radix malorũ, cupiditas introducit. Quid istud temeritatis, imò quid insaniæ est? Vbi timor dei, vbi mortis memoria, vbi gehennæ metus, & terribilis expectatio illa iudicij? Sponsa nec cubiculum nec cellam ingredi nisi rege introducẽte pręsumit, *Cant.1.d* tu irreuerẽter irruis nec vocat⁹, nec introductus? Trahe me post te, ait, illa, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Nũc autem trahit tua quemque voluptas, & odorem turpis

lucri

A lucri sectãtes, quæstum æstimant pietatem: quorum certa est *1.Tim.6.d* damnatio. Verum etsi irreprehensibilis videatur ingressus, & intẽtio casta: nihilne vltra timendum est? Timẽdum quidem, & maxime. Neque enim quicunque spiritu cœperint, *Gal.3.a* etiam spiritu consummantur, sed carne nonnulli. Denique *1.Reg.9.d* & Saul princeps cõstitutus à domino, & Iudas non ab alio *Ioan.6.g* electus in Apostolum memoratur. Nónne ego, inquit, vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Vtinã in duodecim vnus hodie Petrus, vnus qui reliquerit omnia, vnus qui loculis careat inueniatur. Vnus, inquit, ex vobis diabolus est. A duobus vtique bolis diabolus dicitur, & Iudas non loculum, sed loculos habet. Vtinam saperes miser & intelligeres cum thesauro pecuniæ thesaurum iræ pariter cumulari: vtinam nouissima prouidẽs animaduerteres facilè per foramẽ acus transituros non diuitiarum cumulos, sed delictorum. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud hubium quia nec auferre quid possumus. Sanè argentum & aurum non nihil est: sibi vtrunque retinet mundus. Inexorabilem constituit ianitorem: foramen augustum est: nihil ex omnibus asportare licebit. Nam peccatum quoniam nihil est, nulla potest foraminis angustia retineri. Solum hoc te sequitur *Luc.12.c* quocunque ieris: quacunque intraueris, pellem hanc non depones. Quæ autem parasti insipiens, cuius erunt? Væ væ, in domo dei horrendum videmus. Quidni idololatras B *Coloss.3.a* ministrantes? Mentior si non idolorum seruitus auaritia est, *Philip.3.d* si non quibusdam etiam venter suus factus est deus suus. Quod enim quisque præ cæteris colit, id sibi deum constituisse probatur. Quantos sane vidimus qui diligunt mune*Matt.24.a* ra, sequuntur retributionem? Quantos qui Christo domino non seruiunt, sed suo ventri? Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis escam in tempore? Quæris forte quam escam? *Ioan.4.c* Meus, inquit, cibus est vt faciam voluntatem patris mei. *Psal.29.a* Nimirum vita in voluntate eius, qua quidem nec pasci ipse, nec alios pascere poterit, nisi fidelis sit & prudens, vt eam & intelligat & diligat, diligat autem fortiter, diligat & feruenter. Quando enim excusare ignorantia possit hominem, qui se magistrum infantium, doctorem insipientium profite*1.Cor.14.g* tur? Ignorans vtique ignorabitur, imò & multos ignorare faciet & ignorari. Quid enim periculi sit vbi non inuenit pastor pascua, ignorat dux itineris viam, vicarius nescit domini voluntatem: ecclesia quotidie multipliciter & miserabiliter experitur. Est enim vt sanctissima, sic & sacratissima res *1.Cor.7.g* voluntas dei, & occultum omnino consilium, de quo & apostolus gloriatur, puto, inquiens, quòd & ego consilium dei *1.Cor.2.c* habeam. Vnde & ipsa veritas: Nemo scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in ipso. Sic & quæ dei sunt, C *1.Ioan.2.d* nemo nouit, nisi spiritus dei qui in ipso est. Vtilis proinde *Rom.12.a* lectio, vtilis eruditio est, sed multo magis vnctio necessaria, quippe quæ sola docet de omnibus. Vnde autem scire videbitur quæ sit voluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta, qui nec pulsare, nec quærere, nec petere consueuit, qui donec alienarum curam susciperet animarum, nunquam suæ gessit*Matt.7.a* se curam, sed in vano eam visus est accepisse? Atque vtinam vel tunc curaret suam, vt meam quoque postea curaturum sperare liceret: & de suo prius oculo festucam eiiceret, vt de meo videret eiicere trabem. Nam de his quidem qui & vbi forte intelligunt domini voluntatem, negligunt tamen, & quantum præualent aduersantur ei qui dederũt manus morti, & cum inferno iniere fœdus, vt odientes bonum, adhærentes malo, parati sint gratis cõsentire peccato, fouere malitiam, fauere iniquitati, quoniam odibiles deo, & mũdo execrabiles esse constat, melius est silere quàm loqui. Sane necmo repente fit turpissimus, & vix aliquis in hunc affectum nequitię, nisi praua consuetudine pertransiuit. Sunt enim infirmi & tepidi amatores iustitiæ, quibus aut vigor aut feruor deest, aut fortassis vterque cum vtetque sit summopere necessari⁹, inter prospera quippe & aduersa versanti. Etenim vigoris esse dignoscitur, nequaquam cedere tribulationi, sed pro iustitia persecutionem viriliter sustinere, sic feruori vedetur attribuendum, nullis capi voluptatibus, nullis illecebris eneruari. Quæ quidem tum omni populo, tum maximè & specialiter ducibus populi sunt necessaria, ne forte in per-

niciem omnium errare contingat. Quid enim refert quà oc- D casione viam deserant veritatis, seducantur ignari, sequantur spontanei, compellantur inuiti, seu attrahantur illecti? quid interest, dummodo eant in perditionem? Sic enim Euæ prudentia, Adæ temperantia, Cain omnino iustitia, Petro defuit fortitudo. Quam quidem virtutis quadrifatiæ perfectionem & cathedram sanctitatis omnimodo exigit ministerium hoc de quo loquimur: vt hac dote carẽs, frustra sibi tanquam per Christum introierit blandiatur. Siquidem dicitur ignoranti, Si cæcus cæco ducatum præstet: nõnne ambo in foueam ca- *Matt.15.b* dunt? Et item, Sacerdotes non dixerunt, vbi est dominus? & *Hier.2.b* tenentes legẽ nescierunt me. Ipsi prophetæ & pastores abierunt in terram quam ignorauerunt. Dicitur & iniquo: Fur *Ioan.10.b* nõ venit nisi vt mactet & perdat. Et illud: Dilexisti malitiam *Psal.51.a* super benignitatem: Dicitur pusillanimi: Mercenarius & qui *Ioan.10.d* non est pastor, videt lupum venientẽ, & fugit. Dicitur ei qui post concupiscentias suas vadit: Mors est posita secus introitum delectationis. Dicitur item: Omnes quæ sua sunt quæ- *Philip.2.c* runt, non quæ Iesu Christi. Verùm hoc hactenus. Iam qui per Christum sibi in sortem ministerij huius introisse videtur, decętero quemadmodum ei seruiat, quemadmodum ministret, quemadmodũ pascat tripliciter, vt prædiximus, gregem domini, solicita secũ examinatione discutiat. Indignus enim lacte & lana conuincitur, si non pascit oues. Si non vigilat in custodia gregis: iudicium sibi manducat & vestit. Vę, E væ, tibi clerice: mors in ollâ. Mors in ollis carnium: mors in *4.Reg.4.g* huiusmodi deliciis est. Non modo quia secus introitum de- *Osee.4.b* lectationis posita esse cognoscitur, sed ob id maxime quia populi cõstat esse peccata quę comedis. Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas? Cantando (vt aiunt) tibi prouenire videntur: sed bonum erat magis fodere, aut etiam mẽdicare. Peccata enim populi comedis, ac si propria tibi minus sufficere viderentur. Solicitus esto tanquam redditurus rationem pro eis, gemitus fundere, dignos agere pœnitentiæ fructus. Alioquin tibi ea noueris imputanda, quæ modo inter delicias comedis & paruipẽdis, & dissimulas tanquã nihil attinentia tibi. O iudiciorum dei abyssus multa. O terribilis *Psal.65.a* deus in consiliis super filios hominum. Frustra tunc incipiẽt miseri dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, operi- *Luc.23.d* te nos. Venient, venient ante tribunal Christi: audietur populorum querela grauis, accusatio dura, quorũ vixere stipendiis, nec diluêre peccata: quibus facti sunt duces cęci, fraudulenti mediatores. Quid tibi insipiens delicię sapiunt? quid diuitiæ illæ cæcos delectãt oculos, quibus mercaris tam graue iudicium, tam duræ temetipsum obligas rationi? Vniuersa siquidem vsq; ad quadrantem nouissimum exigêris. Sed estõ studiosè quis & fructuosè laboret: dignus plane est operarius *1.Tim.5.c* mercede sua: vt qui altario seruit, de altario viuat. Viuat, in- *1.Cor.9.b* quam, de altario, vt iuxta eundem Apostolum alimenta & *1.Tim.6.b* quibus tegatur habens, his contentus sit. Tertiũ ei hoc peri- F culum est. De altario, inquit, viuat: non superbiat, non luxurietur, denique non ditetur, nec contra sancti cuiusdam planè dignam omni acceptione sententiam, ex cleticatu ditior fiat. Non sibi de bonis ecclesiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis, nec loculos inde congreget, nec in vanitate aut superfluitate dispergat, non extollat de facultatibus ecclesiæ consanguineos suos, aut neptes (ne filias dixerim) nuptui tradat. Res pauperum non pauperibus dare, par sacrilegij crimen esse dignoscitur. Sane patrimonia pauperum, facultates ecclesiarũ: & sacrilega eis crudelitate surripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non vtique domini vel possessores, vltra victum accipiunt & vestitum. Nec enim ordinauit deus his qui euãgelio seruiunt, de euangelio quærere aut habere delicias vel ornatũ, sed viuere (ait Paulus) ex eo: vt videlicet sint contenti alimenta corporis, *1.Cor.9.b* non irritamenta gulæ, aut incentiua libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere. Sane qui nõ fideliter introiuit, neque per Christum, quidni infidelitet agat & contra Christum? Manifestam sine dubio faciet arborem fructus, radicem palmes, opus intentionem. Faciet ad quod venit, vt mactet vtique & disperdat. Quãdo vtique altario seruiat qui eiusmodi est, seruiat autem in spiritu & veritate? Tales nimirum pater adoratores quærit. Alioquin ministratio *Ioan.4.d*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mortis est in iudicium & condemnationem. Aut quãdo poterit necessariis esse contentus, qui eo animo introiuit vt stipendia cleri in vsus voluptatis, curiositatis & vanitatis congreget, seruet, expendat? Triplex ergo funiculus qui difficile
Eccles.4.c rumpitur, hominem miserum in perniciem trahit, qui impu
rè intrat, indignè ministrat, sed & ipse fructu abutitur tem
Psal.36.a porali. Quid enim si in hoc mundo floret, & prosperatur in
via sua? Aresecet velociter, citò decidet flos fœni, & vapor ad
Psal.35.a modicum parens. Parcitur virgæ, quoniã inuenitur iniquitas
Psal.22.a eius ad odium vtique, non ad iram. Virga, inquit, tua & bacu
lus tuus ipsa me consolata sunt. Habet enim virgam, sed habet etiam baculum. Et hæc consolatio est, quòd is qui virga cæditur, baculo sustentetur. Aut certe portat pastor virgam & baculum, illam ouibus, illum lupo, omnia autem propter electos. Siquidem & virga eos consolatur à stimulis cõscientiæ, dum hoc modo sentiunt sibi peccata dimitti: dicente do
Esa.43.d mino: Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas. Et
baculus iuuat ad tolerãtiam virgę, dum illius comparatione
Hier.3.b fit leuior. Econtra vero dicitur induratis, Frons mulieris me
Ezec.16.c retricis facta est tibi: erubescere noluisti. Et addit: Recessit
Hebr.12.b zelus meus à te vltra non irascar tibi. Quę enim diligit, ar-
Psal.72.a guit, & flagellat omnem filium quem recipit. Liquet proinde eos qui in labore hominum nõ sunt, & cum filiis non flagellãtur nec diligi à deo nec recipi. An tu forte quos in mũdo florere cõspicis, ab auctore mũdi diligi putas? Audi quid
Iaco.4.a super hæc scriptura loquatur: Omnis qui voluerit amicus
esse huius mundi, inimicus dei constituitur. Et alio loco,
1.Ioan.2.b Charissimi, nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo
H sunt. Si quis diligit mundũ, non est charitas patris in eo. Verba sunt apostolorum. Primum quidem verbum Iacobi: secundum eius discipuli quem diligebat Iesus, qui & ipsius ignorare non posset animum. Sed vis nosse quis sit qui diligat mundum? Neque enim creaturas dei iuberis odisse, sed quæ à deo non sunt, ea diligere prohiberis. Quæ vero sint
Ibidem. hæc, Ioannes ipse loquatur adiiciens: Nolite, ait, diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Omnia enim quę in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi: quæ nõ sunt, inquit, ex patre, sed ex mundo. Viderit hic quisque cuius sit spiritus, quid diligat, quid cupiat, quid sectetur. Ecce enim speculum veritatis tantum ne quis considerato vultu conscientiæ suæ prętereat & qualis fuerit obliuiscatur. Ambitio, curiositas & voluptas non ex patre sunt, sed ex mundo. Aut certè quia multi codices habent non ambitionem seculi, sed superbiam vitæ: concupiscẽtiam carnis vniuersam accipe corporalium sensuum delectationem, qua quidem ne ipsa curiositas caret. Ac dein
I ceps concupiscentiam oculorum, quæcunque ad humanum
Hie.17.b diem (quem propheta minime concupiuit) & secularem gloriam & extrinsecam pertinent vanitatem. Porro in superbia vitæ elationem cordis intellige. Hæc enim tria qui diligit, mundum diligit, & dei cõstitutus est inimicus. Suscipiat autem qui eiusmodi est, recõciliatoris officium, non mediatoris, qui etiam proditoris scelere inimicitias cumulauit: vt merito iam non vt hostis, sed vt traditor iudicetur, vt Iudas vtique, non vt Saulus. Nam impudentia & frontositas cum obduruerit vt non paueat, non horreat, non contremiscat: ea iam demum desperatio est. Quid enim? Horum sibi conscius homo tanquam qui iustitiam fecerit, diuino sese vultui sistere non veretur, tanquam domesticus intrat & exit, magistrum salutat, genua flectit, osculatur ore sacrilego, do-
Psal.35.a lose agit: sed in conspectu dei: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. O dibilis plane deo frontosa temeritas, & impudẽtia exectanda. Propter quid enim irritauit impius deum, exacer
Psal.9.f bauit dominum peccator, vt secũdum multitudinem iræ suę nõ quærat? Num propter fornicationes, incestus, aut sacrilegia? Nihil horum propheta memorat, sed quòd in corde suo
Ibidem. dixerit, non requirer. Sermo, cordis affectio est. Corde enim dicere, non requiret, est non expauescere exquisiturum. Hæc impietas, cui secũdum multitudinem iræ suæ non misereretur deus, nec quærit, nec arguit, nec flagellat, nec vlciscitur in ad inuentiones eorum, sicut de Moyse & Aaron & Samuele legimus, quibus nimirum propitius fuit. Sed expresse & signã-
Esa.26.a ter cuius sit hæc impietas, audiamus: Misereamur impio, ait dominus, velut in cõcilio angelorum & congregatione deliK berans. Nec eos latuit crudeliorem omni indignatione misę ricordiam iudicem meditari, qua non discat homo iustitiam
Psal.9.f facere, sed obdormiscens miser & dicens, Oblitus est deus, a-
Iob.21.b uertit faciem suam. dies suos ducat in bonis: in pũcto ad in-
1.Reg.5.a feros descensurus: & cum dixerit pax & securitas, tunc subitaneus ei superueniat interitus, nec effugiat. Et nõ discet, inquiunt, facere iustitiam. In terra sanctorum iniqua gessit, ait dominus: ac si diceret: Nolo discat iustitiã facere, inuenta est iniquitas eius ad odium. An adhuc quærendum est, quis iste sit impius? In terra, inquit, sanctorum iniqua gessit in ecclesiasticis possessionibus, quæ sanctorum fuerant vsibus assi-
1.Tim.3.d gnatæ: in domo dei, quam sanctitudo decet: de qua Paul° discipulum studiose solicitans, Vt scias, inquit, quomodo te oporteat conuersari in domo dei, quæ est ecclesia dei viui, columna & firmamentum veritatis. In clero quippe tanquam in cœlo gerẽs iniqua, quid nisi de ministerio iudicetur? Cœleste tenet officium, angelus domini exercituum factus est, tanquam angelus aut eligitur, aut reprobatur. Inuenta quippe in angelis prauitas & districtius iudicetur necesse est, &
Sap.6.b inexorabilius quàm humana. Age ergo, quoniã iudiciũ gra-
Psal.73.d ue his qui præsunt, & potentes potenter tormenta patientur. ascẽdat superbia tua semper, sequere regem tuũ. Omne sublime videant oculi tui. Festina multiplicare præbendas inde
L ad archidiaconatus cuola, demum aspira ad episcopatum, ne ibi quidem requiem habiturus: quoniã sic itur ad astra. Quò progrederis miser? An vt ab altiori gradu sit casus grauior?
Psal.72.a Neque enim sic paulatim decides, sed tãquam fulgur in impetu vehementi, quasi alter satanas subito deiicieris. In labore hominum non sunt, inquit, & cũ hominibus non flagellabũtur: ideo tenuit eos superbia, peccatũ diaboli: quo ceciderunt qui operantur iniquitatem. Hæc est quæ non recipit disciplinam. Curari renuit, medelam non sustinet. Vlcus pessimum, quod nec summis saltẽ digitis paritur attrectari. Huius & ipse indignationem vereor super his, & graue iudiciũ. Quidni timeam morsus feralem insaniam, & animarũ phrenesim nõ ignorãs? Sed domini sunt verba quæ replico, & eadem ipsi quoque legunt & intelligunt pariter, legem quippe
Esa.26.b scientes. In terra, inquit, sanctorum iniqua gessit, & nõ videbit gloriam domini. Durus est hic sermo, & cõminatio valde terribilis, nõ videbit gloriam domini. Quid igitur cętera vidisse præstat? Hiccine totus misericordię finis? Hanc ego misericordiam nolo procul fiat miseratio tam crudelis, ne veniat in eorum consortium anima mea. Quis enim vobis miseri demonstrauit fugere à ventura ira? Quid presentem tantopere fugitis iram, flagellum timetis, declinatis virgam? Et quidem in hac die vestra, quæ ad pacem vobis, sed si cognouissetis & vos. Mutatis, non effugitis pœnitentiam. Nam ma M lum impunitum esse nõ potest. Non punitur hic propria voluntate, punietur alibi sine fine. Misera sane & extremæ plena demẽtiæ commutatio, humanum declinare laborẽ, & paratum diabolo stridorem eligere sempiternum. Animaduertite siquidẽ & videte, non hominibus, sed diabolo & angelis eius ignem illum esse paratum. Ille enim hostis & lupus, nos autẽ populꝰ eius, & oues pascuæ eius. Illi securis & malleus, nobis flagellum & virga debetur. Illius iniquitas inuenta ad odium, suum habeat carcerẽ, vbi nulla redemptio, vnde nemini liceat respirare. Mihi sane & labore tolerabilior carcer, & tẽpore breuior assignatur: vbi cum iratus fuerit dominus misericordiæ recordetur, redemptionem suo mittẽs populo copiosam. Deniq; tempus mihi constituit. Mihi dicit donec, *Gen.3.d*
illi parat æternũ. In sudore, inquit, vultus tui comedes panẽ tuum, donec in terrã de qua sumptus es reuertaris. Pessimus ille angelus de terra sumptus nõ est, nec in terram aliquando rediturus. Propterea nõ habet donec, sed ignis ei paratur æternus. Minimè igitur expedit vt in sapiẽtia huius seculi, auctoris seculi nõ vereamur frustrari iudiciũ, & deludere velle sententiã, declinãdo videlicet laborẽ hominũ & sudorem, ac si nullo modo nos cõtingere videatur quod Adæ dictum est, aut non in eo sentẽtiam laboris exceperimus, in quo sine exceptione peccauimus omnes: aut nõ communis culpæ nihilo minus esse debeat pœna cõmunis. Forte enim aliqui dicant: Quid peccamus? Bona est omnis creatura dei, nostra li-
cite

A cite possidemus, nostris vtimur facultatibus, à rapinis & latrociniis abstinentes. Enimuero nõ pascetis in cruce coruos.
Luc.16.d Ego sanè diuitem illum cuius saluator meminit in euangelio, in nullo horũ audio accusari. Induebatur purpura & byssо, quotidie epulabatur splendidè. Si crudelitatis arguitur quòd substantiam mundi habens, & videns fratrem suum egere, clauserit viscera sua ab eo, quando hæc diuiti deest? Quantos videtis & ipsi Lazaros esurientes, nudos, ægrotos, & plus de iumentis vestris, plus de eorum phaleris, quàm de
Ibidem. istorum miseriis cogitatis? Sed ad tremendum Abrahæ iudicium veniamus. Non enim Abrahę, sed dei sententia est. Memento, inquit, fili, quòd recepisti bona in vita tua, & Lazarus
Ibidem. similiter mala. Verum vtrunque est, non potest omnino negari. Fer sententiam, quia paucis expressa totius summa negocij est. Ille bona, & iste mala recepit. Quid modo? Nunc autem, inquit, hic cõsolatur, tu verò cruciaris. Expergiscimini ebrij, & flete. Terribilis enim deus in iudiciis super filios hominum. Hæccine cruciatuum causa tota, quòd in hoc seculo bona recepit? Ipsa plane. Neque enim ad hoc nos de paradiso voluptatis animaduersio diuina eiecisse videtur, vt alterum sibi hic paradisum adinuẽtio humana pararet. Homo ad laborem natus, si laborem refugit, non facit ad quod natus est, ad quod venit in mundum. Quid respondebit ei qui
B misit eum, qui instituit vt laboraret? Memento, ait, quòd recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Quid dicemus ad hæc? Si talis finis, & tale iudicium, vt extrema gaudij luctus occupet: nunquid non præferenda sunt in hoc seculo mala bonis?
Eccl.7.a Quippe nec illa vera bona, nec ista vera mala esse manifestum est. Vera potius sententia Salomonis: Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum cõuiuij. Cęterum si sic cruciandi sunt qui in vita sua bona receperint, & habẽtibus consolationem præsentem, væ repositum est sempiternum: cum in superioribus inuenti sint aliqui de sapientia carnis scientes in omnibus & per omnia reprobare malum, & eligere bonum, quisnam eorum poterit esse finis, si secundum multitudinem consolationum suarum dolores apprehenderint animas miserorum? Consequens enim videtur, vt bona omnia, & omnem seculi huius recipientes cõsolationem, nihilo minus vniuersum væ & vniuersi maneant cruciatus. An vero & illud æquè ex eadem Abrahæ sententia coniiciendum videtur, eos qui contrario ducti spiritu, vitæ presentis omnia bona respuunt, & eligunt mala, omnia quoque bona domini, & omnem habituros consolationem? Forte enim hoc erat
Matt.19.d quod Petrus audire voluit, cum tanta fiducia dominum tantaque libertate conuenit, Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Nota admodum quæstio est, quẽadmodum Petrus cum nil fere ex om-
C *Augustin.* nibus habuisse sciatur, tam fiducialiter glorietur sese omnia reliquisse. Vnde sanctorum quispiam, Multum, inquit, deseruit, qui voluntatem habendi dereliquit. Et post pauca: A sequentibus tanta relicta sunt, quanta à non sequentibus desiderari potuerunt. Fidelis sermo, sed forsitã clausus & ipse est. Nunquid enim voluntas habendi tam multa completur, vt reliquisse illam, sit omnia deseruisse? Quis hominum omnia desiderare possit, nedum piscator ille, ille pauper & modicus? Sed quid cuique sufficere possit, diligentius vestigato, & facile est inuenire omnia desiderantem. Neque enim ponere est concupiscentiæ modum, donec videatur impleta, donec adepta sit quibus valeat esse contenta. Cæterum nec amator pecuniæ dicet aliquando, sufficit, nec libidinosus satiabitur voluptate. Sic & crudelis quisque semper sanguinem sitit, & ambitiosus aut cupidus laudis humanæ adeptis dignitatum titulis seu fauoribus, nullum exinde capit omnino remedium, sed desiderio æstuat ampliori. Minus autem inuenit requiem, qui sibi placere cupit, & suis, id est quibusdam fatuis de semetipso testimoniis gloriatur dicens: Ma-
Deut.32.d nus mea excelsa, putans sese aliquid esse, cum nihil sit. Vidi ego aliquando quinque viros, quidni phreneticos arbitrer? Primus siquidem buccis tumentibus marinam masticabat arenam. Secundus sulphureo astans lacui, exhalantem teterrimũ fœtidissimúmque gestiebat haurire vaporem. Porro tertius fornaci incubans vehementer accensæ, micantes scintillas hiãtibus excipere faucibus lętabatur. Quartus supra pin- D
naculum templi residens, leuioris auræ spiritũ aperto attrahebat ore: & si quo minus influere videretur, flabello sibi vẽtum ipse ciebat, ac si totum speraret aërem deglutire. Quintus seorsum positus ridebat cætetos, ipse quoq; ridendus, & maxime. Proprias enim carnes incredibili quodã studio fugere laborabat: nunc manus, nunc brachium, nunc alias partes applicans ori. Miseratus homines causamque miserię scischatus à singulis, vnam omnibus esse reperio, validissimam vtique famem. Tunc verò macilentissimas eorum facies cõtemplatus, recordabar prophetę gemẽtis miserabiliter & dicentis: Aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem *Psal.101.d*
meum. Quid hæc vobis, inquio, prosunt? Non sunt naturales cibi, magis famem hæc prouocant quàm extinguunt. Panis namque animæ iustitia est, & soli beati qui esuriũt illum: *Matt.5.a*
quoniam ipsi saturabuntur. Nimirum ad imaginem dei facta anima rationalis, cęteris omnibus occupari potest, repleri omnino non potest. Capacem dei, quicquid deo minus est, non implebit. Inde est quòd naturali quidem desiderio summum quiuis probatur appetere bonum, nullam nisi adepto eo requiem habiturus. Cæterum errant miseri non inue- *Psal.11.b*
nientes viam: & vt scriptum est, ambulant impij in circuitu, dum minora quæq; bona quærẽtes, illud semper desiderant, quod sibi vicinius necdum videntur adepti. Arque vtinam, si fieri posset, cętera omnia obtinuisset vnus, eodémque proE culdubio & ipsum quod sibi solum deesset videret summum vtique bonum desiderio quæsiturus, quo cætera quoq; semper expetit non adepta. Sed innumera sunt hæc, & à cæteris quoque pariter requirũtur. Quod valet quisq; trahit in partem, nec aliquando poterit hic circuitus peragrari. Vis peruenire? Incipe transilire. Alioquin proripieris miser in desiderio terrenorum, & à summo bono eo longius inuenieris, quo te amplius dederis caducis rebus & trãsitoriis appetendis. In circuitu siquidem ambulas: & quod prope erat in corde & in ore tuo, si corde crederes, & ore confitereris: terga vertens declinas, & elongaris ab eo. Hinc est quod vociferatur dicens: Conuertimini filij hominum. Et item: Reuertere, *Psal.89.d*
reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. *Cant.6.d*
Anfractuosa siquidem via est, & inambulabilis: faciliúsque peruenies spretis omnibus, quàm adeptis. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Dignum plane apostolica fide & deuotione verbum. Iam reliquisti omnia, iam dominum Petre secutus es: & nunc demum quid sis accepturus interrogas? Vere Simon, vere obediens in auditione auris, sine pacti conuentione. Ad vnius enim iussionis vocẽ Petrus & Andreas relictis omnibus secuti sunt re- *Matt.4.d*
demptorem. Quod si homini carnali stultitia forte videtur, audiat: Quod stultum est dei, sapientius est hominibus: & *1.Cor.1.d*
quoniam placuit deo per stultitiam prædicationis saluare F credentes: quippe cum mundus eum in sapientia minimè cognouisset. Quantos enim mundi sapientia maledicta supplãtat, & conceptum in eis extinguit spiritum, quem voluerat dominus vehementer accendi? Noli, inquit, præcipitanter agere, diu considera, diligentius intuere. Magnum est quod proponis, & opus habẽs multa deliberatione. Experire quid possis, amicos consule, ne post factum pœnitere contingat. Hęc sapientia mundi terrena, animalis, diabolica, inimica salutis, suffocatrix vitæ, mater tepiditatis, quæ solet deo vomitum prouocare. Caue tibi ait. Vt quid enim? Cum à deo verbum esse non dubites, quid opus est deliberatione? Vocat magni consilij angelus, quid aliena consilia prestolaris? Quis enim fidelior, quisve sapientior illo? Deduc me domine, & deducat, fortior esto & inualesce. Noui ego quærã sint quæ oportet fieri cito. Ab ore putei gehennæ eripior: & inducias petam, & retardabor, & cunctabor exire si forte interim fiat aliquid? Abscondi ignem in sinu meo & exusto iam latere, iam nudatis viscetibus, iam sanie defluente, diu mihi & deliberãdum est an expergiscar, an excutiam, an abiiciam illum? Magnum omnino est quod offertur, sed eo vtique libentius & festinantius suscipiendum & obuiis arripiẽdum manibus cum feruore & hilaritate. Probet autem seipsum, qui de propria virtute præsumit, Nam diuina quidem omnino probata est. Amicos cõsulat, qui non legit: Inimici hominis dome- *Mich.7.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gstici eius. Quid frequentat Euangelium, qui Euangelio non obedit? At in eo sanè legimus promitenti cuidam sequi dominum, sed defunctum prius patrem sepelire voleti, respõ-
Matt.8.c sum ab eo, vt sineret mortuos sepelire mortuos suos. Alteri quoque tantum suis qui in domo erant, vale dicere cupieti,
Luc.9.g Nemo, inquit, mittes manum ad aratrum, & respiciès retro,
Matt.8.c aptus est regno dei. Sed quid audierat primus? Magister, ait, volo te sequi quocunque ieris. Cui respondit dominus: Vulpes, inquit, foueas habent, & volucres cœli nidum: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Prudentiam carnis in fouea vulpis, in nido volucris arguens cordis elationem. Est enim interdum videre nonnullos qui relictis omnibus abrenunciare seculo disponentes, cum rectè offerre velint, nolunt diuidere recte, calliditate humana totos sese diuino committere nutui formidantes, sed reseruãtes nescio
1.Cor.5.b quid fermenti, vt totam massam corrumpat: quod in multis frequenter expertum est. Alius sine duce & præceptore spirituale studiũ apprehendere facile cogitans, ambulat in magnis & mirabilibus super se, vt vulgo dicitur, saliens antequã
Proue. videat, casur⁹ antequam debeat. Petrus cogitatum suum iactans in domino, & omnem solicitudinem suam in eũ proiiciès, certus quòd illi foret cura de eo, reliquit omnia, secutus est dominum ne interrogans quidem de præmio, donec ex periculo diuitum quod saluator prosequebatur, sumeret occasionem percontandi, Quid ergo erit nobis? Ait illi Ie-
Matt.19. sus: Amen dico vobis. Verbum confirmationis præmittitur: magnum noueris esse quod sequitur. Amen dico vobis,
H quod vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis, &c. Quid est quod dicit in regeneratione: aut quæ est hæc noua regeneratio? Neque enim iam ignoramus quoniam oportet hominem nasci denuo, non ex
Ioan.3.a sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex aqua & spiritu sancto. Cæterum cum nullatenus ad eam regenerationem valeat hæc promissio pertinere, forte & altera regeneratione opus esse videtur: nec solum denuo, sed & tertiò hominem nasci necesse est. Infelix ego homo, & miserabilis casus meus, cui non vna sufficit, cui duplex est necessaria regeneratio. Nimirum ex corpore & anima constitutus, ceciditotus simul, simul totus omnino resurgere non possum. An verò dignum non est, vt ea quæ videtur potior priorque portio, reparetur? At ipsam sanè animam esse nemo sanæ mentis ignorat. Prior ergo reficiatur, quæ prior corruit: præsertim quod ab eius culpa alterius pœna prodierit, & ipsius corruptio corporeæ quoque fuerit causa corruptionis. Hinc est quod animabus primum saluator aduenit, tollere vtique peccata mundi, non molestias carnis. Quod sane manifestius docuit in seipso, pœnis omnibus corpus exponens,
I animam autem immunem prorsus custodiès à peccato. Nó sic hodie filij hominum non sic, sed animæ curam negligũt, curam autem, carnis perficiũt in omni desiderio. Neq; enim peccare metuunt, sed puniri nec virtuti cordis opera datur, sed ualetudini corporis, imò etiã voluptati. De schola Hippocratis & Epicuri didicerunt hæc. Neq; enim suis Christus
Matt.11.d discipulis horum quippiam tradit: sed dicite, inquit, à me
Psal.4.a quia mitis sum, & humilis corde. Filij hominum, vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Tempus hoc animabus non corporibus est assignatum, dies salutis vtiq; non voluptatis. Omnia tempus habẽt
Eccles.3.a animabus nũc operam dare necesse est. Nam in carne qui se-
Gala.6.a minat, solam exinde metet corruptionẽ. At nemo, inquiunt,
Ephe.5.f carnem suam odio habuit. Verum est: sed zelum habens absque scientia, dum prodesse festinat, inuenitur obesse. Cum enim iudicium carnis ex anima pendeat, carni nihil potest vtilius quam salus animæ prouideri: vt videlicet in tempore sit respectus illius, & socia passionis, felicitatis quoque con-
Philip.3.d sortium mereatur. Vnde apostolus inquit: Saluatorem expectamus dominum nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humiliratis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Requiesce in hac spe caro misera. qui propter animam venit, pro te quoque venturus est. qui reformauit illam, tui quoq; non obliuiscetur in finem. Regeneretur interim anima, & tanquam præscita & prædestinata à domino, conformis fiat imagini filij eius in mansuetudine cordis, & humilitate. Ipsius enim merito te quoque noueris aliquando regenerãdam, & conformandam corpori eius in gloria & claritate. In regeneratione, inquit, eũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos, &c. Consequimini, ait, quem sequimini: vt cum ipse sederit, & vos pariter sedeatis. Quando enim ille recedit in mundo, quando subtitit, quando reclinauit caput? Exultauit ad currẽdam viam, benefacié-
Psal.18.a do pertransiit, quippe nec nidum nec foueam nec locum ha-
Act.10.f bens in diuersorio, donec opere tandem quod susceperat consummato, sedendi præceptum mereretur accipere, & diceret dominus domino meo, Sede à dextris meis. Insipiens tu qui præsidere eligis quàm considere, quærens in itinere diuerticula. Ille ministrare venit, non ministrari: tu supra magistrum, & domino maior, imò nec discipulus, profecto nec seruus, recumbere iam festinas. Paululum dormies, paululum dormitabis, paulum cõseres manus: ille salit in mon-
Cant.1.d tibus, transilit colles. Clamat ad eum anima mea: Trahe me post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Alioquin quando cum remorando, tepescendo, pausando consequi speras? Exultauit ad currendam viam. Hilarem fine dubio diligit secutorem. Necdum ad brauium peruenisti, necdum apprehendisti metam. Grandis adhuc restat via: noli sistere gradum, noli in medio itinere residere. In sudore, in-
Gen.3.d quit, vultus tui comedes panem tuum, donec in terram de qua sumptus es, reuertaris. Extunc sanè tempus erit requiei, L nimirum quando iam spiritus ipse dicet, vt requiescas à laboribus tuis. Necdum tamẽ erit cõsummata pax, necdum perfecta quies, denique necdum sessio plena. In regeneratione, inquit, cum sederit filius homnis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos. Fœlix regeneratio. Quando enim tenascar ad sessionem, miser homo natus ad laborem? O si vnquam sedero tot⁹, cuius modo ne minima quidem portio sedet, in quo nil tranquillum, nihil quietum, sedatum nihil, nihil vnquam in eodem permanens statu. Sedebitis & vos. O sessio. Quis mihi tribuat vt dignis exprimam verbis quod de sessione hac, cordis affectione cõcipio? Imò quis tribuat mihi sessionis huius imperturbata frui requie quam desidero, quam cupio, quam requiro? Eccce enim dixi, nil in me sedet, sed cũcta in motu sunt, omnia nutant, fluctuant vniuersa. Postremò vbi concupiscit adhuc caro aduersus spiritũ, spiritus aduersus carnem quidnam hominis sedere videtur? Nec sola iam cõcupiscentia pacem impedit, turbat sessionem vetat esse sedatum: sed duplex quoque secũdum corpus miserum hominem contritio vexat: præsentis videlicet sensus doloris, & mortis metus futuræ. Nimirum cum & passibile sit, & mortale: duplex nihilo minus animam agitare solicitudo videtur spei vtique & timoris. Inter hæc nempe fluctuat iugiter, donec peccati corpus inhabitat, ascendens vsque ad cœlos, & M iterum vsque ad abyssos descendens: tabescès in malis & ad bona nihilo minus inardescens. Erit autem cum luteum hoc egrediens domicilium, à timore quidem penitus liberabitur sed necdum ab expectatione. Extunc enim iam non erit timor in finibus nostris, sed in spe singulariter constituti psal-
Psal.114.b lemus singuli mente & spiritu quod prælibauerat quodammodo qui dicebat: Conuertere anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meã de
Psal.141.b morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Cæterum de expectatione idem ipse sic ait: Me expectant iusti donec retribuas mihi. Nec modo numerum fratrum vt compleatur, sed & ipsum corpus vt sua regeneratione restituatur expectant. Imò verò & expetunt cum desiderio, sub altare
Apoc.6.c dei vociferantes ad ipsum. At qui audire meruit, potuit & testificari. Nam corpus quidem illo in tempore sedere quis dicat, dum effluit, & in saniem puluerémque redigitur?

In regeneratione, inquit, sedebitis & vos. Seminatur enim
1.Cor.15.f corpus animale, resurget corpus spirituale. Seminatur in ignominia, surget in gloria. Vbi iam tunc mors victoria tua? Siquidem & tu inimica nouissima destruxeris. Corpus enim
Rom.6.b resurrectionis iam non moritur, mors illis vltra nó dominabitur. Sed & dolor & gemit⁹ omnis abscedet, quoniam abs-
Apoc.21.b terget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neq; luctus, neque clamor: sed neque vllus dolor: quoniam priora transierunt Felices lachrymæ, quas benigna

A benigna manus conditoris absterget: & beati oculi qui in talibus liquefieri flet ibus elegerunt, quàm eleuari in superbia, quàm omne sublime videre, quàm auaritiæ & petulantiæ famulari. Sedebit igitur corpus immortalitatis & impassibilitatis gemina quadam felicitate dotatum, liberum ab omni necessitate, ab omni corruptione securum, alienũ & immune ab omni cõcupiscentia, plenum gloria, configuratum denique claritati corporis Christi. Sedebit & anima sicut nil metuens, sic nec cupiès vltra, nimirum plena beatitudine, & secura plenitudine fruens, nullos iam cogitationum fluctus, nullos tentationum conflictus, nullos affectionum sentiens motus: sed æternę illi incommutabilitati prorsus immersa, & sic adhærens deo, vt vnus iam spiritus sit facta cum eo. Sed quando hæc, aut quibus hæc erunt? Vos, inquit, qui secuti estis me, cum federit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos. Iam quidem sedet filius hominis in sede maiestatis: siquidem ascendens in cœlum sedet à dextris dei. Sed
Coloſ.3.a cum federit dictum est, hoc est cum apparuerit sedens, sicut apostolus ait: Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. An magis audebimus dicere & ipsum adhuc stare quodãmodo, vtpote cuius necdum sedes consummata videtur, necdũ pedibus eius scabello suppositio, quod à patre promissum est? Non quòd illi
Act.7.g B plenitudini quippiam desit, sed quòd membra caput expectet. Audeat hoc testari, qui meruit intueri. Ecce, ait Stephanus, video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dex-
Hebr.9.g tris virtutis dei. Paulus quoque sic scribit: Christus assistens põtifex futurorum bonorum, introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Cæterum in regenetatione corporum sedebit in sede maiestatis, qui pro animarum regenera-
Philip.2.b tione stetit in ignominioso supplicio crucis, interrogatus cõ tumeliis pariter & tormentis, nec modo durissima morte, sed & turpissima condemnatus. Quoniam enim obediens patri factus est vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter hoc exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Hæc autem dixerim fratres, vt noueritis quænam sunt duo latera scalæ quę volentibus sequi dominum proponuntur ascendenda, quæ bases eorum, quæ capita, quive gradus, quorum summitati deus innixus est. Oportet siquidem nos do-
Exod.8.f mare carnem, calcare mundum, vt voluptatem corporis declinãtes, caueamus nihilo minus seculi vanitatem. Hæ nimirum abominationes Aegyptiorũ, quas immolamus domino
Pſal.24.d deo nostro. Et totum quod à via vitæ & disciplinæ deterret filios huius seculi, totum quod exercet interim seruos dei, in his duobus est, quæ sub vno versu propheta commendat: Vide, inquiens, humilitatem meam, & laboré meum. Hæc ergo sint latera scalæ, vilitas, & asperitas: quibus deinceps internæ
C virtutis & gratiæ gradus firmiter inserantur. Est enim videre homines mundanam gloriam contemnẽtes, fauorem calcantes populi, non desiderantes humanum diem, sed non adeo fortes in tolerantia molestiæ corporalis, non adeo reiicientes mollia, non adeo carnis illecebras superantes. Quid istos dixerim nisi latus alterum non tenere? Porro vni tantùm lateri innitentis periculosus nimis ascensus, & proximus est ruinæ. Quod si periclitatur qui circa carnem videtur plusquam oporteat infirmari, licet mundi respuat gloriam, nec contumeliis moueatur: profecto longe horribilius est periculum, & multo magis inexcusabile, si quis forte licet castigans viriliter corpus, & non parcens eius afflictioni, inueniatur tamẽ minus resistens gloriæ desiderio, minus patiens iniuriarum, minus puritatis & solidæ humilitatis habens, minus immunis à seculi vanitate. Quid enim tibi infelix homo cum his nugis & calamitatibus, cum hoc fastu & vanitate ista, quæ nec animæ nec corpori prodest? Quid irritatis, quid inflammaris ad verbi flatum, quod nec carnẽ vulnerat, nec inquinat mentem? Nihil sic alienum à natura tua, moueris? cum vnita personaliter anima non huic mundo, sed corpori, longe minus carnem possit odisse quàm mundum, quippe quę huic multum debeat, illi nihil. Quod quidem dixerim non vt voluptas proinde excusetur, sed vt vanitas & impuritas ante omnia fugiatur. Sanè vbi sic stabilieris & firmaueris in corde tuo, asperitátem corporalis abstinentiæ & laboris amplecti, & omni vilitate & extremitate esse cõtentus, bona sunt latera, securus iam insere gradus exercitij spiritualis, vt totum quod mũdo & carni subtrahis, studio pietatis impendas: oblitus quæ retro sunt, & extentus in ante-
Philip.3.c riora, vt ascensionibus dispositis, de virtute proficias in virtutem, vt videre deum deorum in Sion merearis. Et primum
Pſal.83.b quidem per desertum proprij cordis, & conuallem ploratio-
Cant.8.b nis ascendes, ascendes vt virgula fumi, dehinc iam in serenis quidem elapsus ascendes etiam de deserto deliciis affluens, innixus super dilectum, ductus de claritate in claritatem, tãquam à domini spiritu, illo vtique qui scrutatur etiam alta dei. Nec paucos in his gradus inuenies gratiæ multiformis. Verum hæc spiritualia sunt, & spiritualibus vtiq; comparanda. Nunc verò ad initiandos potius sermo dirigatur, cuius tota intentio est reuocare ad cor præuaricatores. Cæterum habent proficientes editum olim de duodecim gradibus humilitatis ex sermonis occasione libellum, quos videlicet grá dus ille iustorum omnium spiritu plenus in regula sua tradidit verè per omnia Benedictus. Ille enim spiritualem nobis erexit scalam, cuius vtique summitas cœlos tangit, quod in eius glorioso transitu euidẽti legimus miraculo commendatum, beato papa Gregorio sic scribente: Inter discipulorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in cœlum ma- E nibus stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Quia scilicet die duobus fratribus, vni longius posito, alteri autem in cella commoranti, reuelatio vnius atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata palliis & innumeris coruſca lampadibus via recta, orientis tramite ab eius cella in cœlum vsque tendebatur. Cui venerando habitu vir desuper clarus adsistens, cuius esset via quam cernerent inquisiuit. Illi verò se nescire professi sunt. Quibus ille ait: Hæc est via qua dilectus domini cœlum Benedictus ascendit. Quæ est enim via ab eius cella progrediès, nisi ordo quem idẽ vir beatus instituit, & forma vitæ quæ ab eo sumpsit exordium? Qua nimirum via domini dilectus ascendit, quia non potuit vir sanctus aliter docere quàm vixit. Et hæc quidem eorum vel maxima fiducia est, qui ipsius vtcunque studentinhærere vestigiis, ipsum præceptorem præuiumque sequuntur. Neque enim venire aliquatenus in dubium potest, quin omnino sacer sit modus conuersationis, & diuina magis inspiratione atque consilio, quàm humana prudentia vel adinuentione formatus, quo nimirum tãtam in vita gratiam sanctitatis, tãtam post obitum gloriam felicitatis idem verè Benedictus obtinuit. Sed hæc hactenus, ne quis forte (quod longe sit semper à cordibus nostris) derogare nos potius eis qui sibi varios, prout cuiq; visum est, religiosè viuendi formauere modos, quàm alios consolari, & animare vo- F luisse causetur. Eam tamen quam videmus in ecclesiis hodie formam cleri (ne informem dixerim vitam) à quo sanctorum habuerint, quis vnquam vel in nouo, vel in veteri testamento sic vixerit, sic viuere docuerit homines, vtinã ipsi sese interrogent singuli, nec conscientias super hęc conuenire proprias dissimulent. Quantos enim videmus sectatores viarum
Prou.14.b quæ videntur quidem hominibus bonæ, sed in profundũ finis earum inferni descendit? Quantos ascensores scalæ non cuius summitas cœlos tangit, sed quæ illi omnino contraria est, habens latera concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, gradus vero superbiam vitæ: quæ ex mundo sunt, non ex patre? At eius sanè quam vobis commẽdare volumus scalę gradus & latera ex patre vtiq; sunt, non ex mundo, cui nimirum innixus apparuit. Sobriè, ait apostolus, &
ad Tit.2.d piè & iustè viuamus in hoc seculo. Sobrietas voluptatẽ carnis impugnat, iustitia seculi vanitatem, dum videlicet cuique reddens quod suum est, & adulãtem deplorat, & compatitur irascenti. Deniq; & ipse saluator dum Baptistæ manibus celsum illum verticem inclinaret, Sic, inquit, decet nos implere
Matt.3.d omnem iustitiam: solam nimirum humilitatem iustitiam reputans. Exhibeatur ergo sobrietas nobis, iustitia proximo, pietas deo. Pietas enim cultus dei est. Sanè vt voluptas & vanitas elationem cordis fouere nosc untur, sic sobrietas & iustitia pietatem, vt inter hæc latera de fide in fidem spe me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdiante proficiens supereminentiam aliquando teneat charitatis. Innituntur hæc latera basibus quas suppossuit artifex sapiẽtia, duobus forsitan lignis crucis. Vbi enim ille mulctatur morte, cruce turpatur: quis suorum delicias seu gloriam sustinere queat, nedum audeat quærere? Flagellat' Christus, & sputis illitus, baiulat sibi crucem, & ludibrio factus irrisoria veste, arundineo sceptro, corona spinea, foditur clauis, annumeratur sceleratis, in ligno extenditur, & iam mortuus vulneratur: & hæc intuens qui dicitur Christianus, propriis nihilo minus voluptatibus indulgere, & florere velle in seculo nullatenus erubescit? Cæterum si omnis qui se dicit
1. Ioan. 2. a in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare: multo magis qui pro eo manere se dicit, qui pro eo legatione fungitur, qui ei ministrat, si eum non sequitur, in-
Matt. 16. d excusabilis est. Sanè nisi abnegauerit semetipsum, & tulerit crucem suam, sequi eum omnino non potest. Quid verò crucem tollere est, nisi laborem amplecti & humilitatem? Sicut
Psal. 38. c scriptum est: Elegi abiectus esse in domo dei. Sed fortasse minus adhuc firmiter stabilita hæc videantur si tantùm fuerint subnixa basibus, non etiam desuper cohærentia capitellis. Hinc est quòd minime suis contentus exemplis saluator etiam præmia repromittit, vt quem forte non prouocat inuitatio præcedentis, trahat vel desiderium retributionis: &si quis voluptuosus est, illum sitiat torrentem voluptatis:
H si glorię cupidus, aspiret ad illam celsitudinẽ iudiciarię potestatis. Sedebitis, ait, & vos super sedes duodecim iudican-
Matt. 19. d tes duodecim tribus Israel. Ac si dicat, Pro confusione vestra duplici & rubore pars vestra laudabitur. Propterea enim
Esai. 61. c in terra sua duplicia possidebunt, & lætitia sempiterna erit in Christo. In exilio vobis afflictio duplex, humilitatis vtique, & laboris. Sed consolamini, & nolite deficere, quoniam in terra vestra, terra vtique viuentium, duplex vos nihilo minus remuneratio manet, sublimitatis & delectationis. In sedibus enim quies imperturbata est, in iudicio dignitatis eminentia commendatur. Quis verò secularis honor excogitari potest, qui non prorsus in tantæ sublimitatis comparatione vilescat? Non vnius siquidem ciuitatis aut populi seu regionis vnius, sed vniuersitatis iudices habẽt præsidere cum Christo. Nec solum homines, sed & ipsos angelos iudicabunt, qui parentem ad modicum vaporem præsentis gloLuce. 12. d riæ dedignantes & exsuflantes, improperium Christi vniuersis præferunt tituliș dignitatum. Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum.
Psal. 109. a Diffinitum est consilium, quod non euacuabitur, propositũ immutabile perseuerat. denique iurauit dominus, & nõ pœnitebit eum: Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me
I in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos iudicantes. Quid gloriosius? Iudicent nunc & præiudicent superbię filij, cum rege suo sedeant, qui sibi latera aquilonis elegit. Exaltentur & leuentur sicut cedri Libani. Transibimus, & ecce nõ erunt. Opprimãt nũc quos possunt, blasphement, congregent maledicta, veniant super nos opprobria exprobrãtium Christo, quoniam merces nostra copiosa est in cœlis. Gloriãmq; ab inuicem habeant, vtique vanam & mendacem: quoniam vani filij hominum, mendaces filij hominum. Gloriam enim quæ à solo deo est nolunt, veram vtique & manẽtem: quoniam ipse est veritas & ipse est qui est. Infelix prorsus ambitio, quæ ambire magna non nouit, quærens de modico crescere, & de maximo minui. Amant enim cathedras primas, quę velut grossi ficuũ velociter sunt casuræ. Sunt enim grossi primę quędam ficus prorsus inutiles, solam habẽtes speciẽ ficuum, non saporem, nec tam fructus, quam futurorum quędã prefagia fructuum quas & decidere necesse est, vt ei aliæ humano vsui & esui
Cant. 2. c apræ succedant. Vnde sponsa in cãtico canticorum. Hyems transiit, imber abiit & recessit. Et post pauca: Ficus, inquit, protulit grossos suos. quod videlicet persecutione cessante, inclyta facta sit Ecclesia, posita in superbiam seculorum. Quam sanè sublimitatẽ & excellẽtiam dignitatum cõgrue satis grossos vocat, vt futura in his moneat quàm præsentia cogitare. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ non videntur, æterna. Cauendo igitur qui primas cathedras amant, ne contingat carere secundis: & qui primos nunc recubitus eligunt, incipiant cum rubore locum tenere nouissimum. K
Sedebitis, inquit, super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Hæ iam ficus erunt, non vrique grossi. Has nimirũ sedes præuiderat qui de superna ciuitate dicebat: Il-
Psal. 121. a lic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. Illic plane, non hic. Quomodo enim sedent quas hic videmus sedes, quæ totiens nutant, totiens titubant, totiẽs subuertũtur? Nimirum ergo grossi ficuum sunt, quos tenuis aur[illegible]
cit & disperdit. Cæterum quid sibi vult quòd duodec[illegible]
bus Israel iudicaturos fore promittit, in quibus etiam mundus ipse cognoscitur iudicandus? An quia notus tantùm adhuc in Iudęa deus, vniuersitatem fidelium appellatione duodecim tribuum voluit designari, & quasi solas meminit iudi-
Ioan. 3. e candas, propter illud: Qui non credit, iam iudicatus est? Hęc enim est perfectorũ gloria singularis, inter ipsos etiam eminere fideles, & cęteris quoque saluãdis pręeminere auctoritate iudiciarię potestatis, vt iuxta illud de psalmo, sedeãt supra domum Dauid. Quid istud miserię est, quod ad verbum
Esa. 5. b tantæ promissionis negligentia humana dormitat? Populę meus, ait dominus, quid tibi debui facere, & non feci? Quid causę est quod inimico meo vestróq; libet seruire quàm mihi? Neque enim ille creauit vos, sed nec pascit quidẽ, aut tẽpora vestra ipse disponit. Si parua hæc videntur ingratis: nõ ille, sed ego redemi vos. Sed quo precio? Non vtique corruM ptibilibus auro & argento, non sole vel luna, non saltem aliquo angelorum. sed proprio vos cruore redemi. Cæterum si
Mar. 10. d neque tam multiplici iure debitum à vobis elicere est famulatum, omissis his omnib' mecum saltem ex diurno denario cõuenite. Nihil vobis ille nocuerit, nihil ipse videar profuisse: ei obrẽperate qui plura vobis & potiora pollicetur, apud quem certior copiosiorque remuneratio est: vt illud quoq; benignissima miseratione dissimulẽ, quòd bonorum vestrorum non egent, vobis tantummodo velim esse cõsultum, ne præsentia fuscipere detrectetis, quæ nunc offero dona gratiæ, futuris glorię muneribus eadem coronanda promittẽs. Quid ad hæc conscientia humana respondet? Cum imperari cœperint hæc in die iudicij quomodo miseri sustinebunt? Quid excusationis poterunt habere de peccato? Nunquid tũc dicere incipient, Modo, ecce modo, sine paululum? Sic enim nunc dissimulant infelices, & modo & modo non habet modum: & sine paululum, in longum vadit. Bonus est, inquiunt, deus, qui in proximo iuuat. Magna quidem diuina promissio, sed longa valde dilatio, & molesta expectatio est. Terrenas deserere sortes, & necdum obtinere cœlestem, afflictio intolerabilis, & inconsolabilis dolor. Quid accelera-
M re necesse est vt miseria prolongetur? Misera prorsus & seductoria cogitatio. Noua siquidem hęc querela est, nec prolixiorem vitam filij hominis hactenus causabantur. Breues dies hominis sunt, donec conscięntia stimulante, de pœnitẽtia & conuersione vel intus à spiritu, vel foris commoueantur ab homine. Extunc sane nouum concipitur tædium longioris vitæ, differendæ mortis oritur fiducia noua. Sed esto, multa tibi annorum curricula restant, adolescẽs es vsque ad senectutem victurus & senium: quid necesse habes amittere tempora tanta, perdere tanta lucra? Nihil preciosius tempore, sed heu nihil hodie vilius æstimatur. Transeunt dies salutis, & nemo recogitat: nemo sibi non reditura momenta perisse causatur. An putas ô homo biennij tantum aut triennij opus ab omnipotẽti posse recompensari? Sic abbreuiata est manus domini, vt centum annorum non possit remunerare laborem? Sede, computa quid diebus singulis acquirere valeas, certus equidem apud deum nullum omnino bonum irremuneratum fore, & sicut non capillum de corpore, sic nec
Eccli. 5. b momẽtum de tempore periturum. Quid illud sapientis cõsilium ingeram: Ne tardes conuerti ad dominum? Nescis quid superuentura pariat dies. Quid insaniam causer de futuro tam temerariè præsumentis, quasi vero tempora & momenta pater in tua, & nõ magis in sua posuerit potestate vel voluntate? Postremò quid de incerto fine, & quid de certa breuitate laboris, retributionis æternitate loquar? Nouit dominus figmentum nostrum, consulit pusillanimitati nostræ, humanæ obuiat cogitationi, anxietatem abigit, prævenit trepidationem. Sequitur enim: Et omnis qui reliquerit
Matt. 19. d patrem

A patrem, aut matrem, aut domum, aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Quid vltra dicetis filij hominum, quando & in hoc medio tanta vobis promissa sunt, vt dormiatis inter medios cleros, de quibus paulo ante causabamini: & exeuntes à sorte terrena ampliori statim excipiat consolatio, qua nõ modo patienter, sed etiam gratulãter expectetis sortem sanctorum in regeneratione promissam? Siquidem & expectatio iustorũ lætitia est. Cẽtuplum, inquit, accipiet, & vitam æternam possidebit. Habetis filij Adam promissionem vitæ eius quæ nunc est, pariter & futuræ, vt obstruatur omne os loquentium iniqua, & confundantur omnes iniqua agentes superuacuè. An non superuacuè penitus agit iniqua, qui non modo fructuosius, sed etiam iucundius, non modo salubrius, sed etiam suauius deo poterat seruire quàm mundo? Et attende quod Petro quidem dominus tantùm de futuro respondit. Neque enim super his quæ experiebatur præsentialiter, hæsitare poterat, aut opus habebat interrogare. Denique non quid nobis est dixit, sed quid erit. An verò quis dubitat instantis esse temporis centupli promissionem? Manifestè id quidem ipsa verborum consequentia probat, vbi cẽtuplum accepturi, & possessuri dicimur vitam æternã. Cæterum ne quis omnino impudenti remaneat obstinationi locus, mitto vos ad euanB gelium secundum Marcum, vbi promissio eadem descripta manifestius inuenitur. Ait enim dominus: Nemo est qui reliquerit patrem, aut matrem, aut filios, aut agros, aut domum propter me, & propter euangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc. Atque vt vehementius admiretur carnalis anima non percipiens quæ sunt spiritus dei,
Ibidem. sed stultitiam reputans, addit signãter, cum persecutionibus. Forte enim cum audisset in tempore hoc centuplum promitti, coniectabatur etiam de temporalibus exhiberi: sed præripit hunc intellectum nomen additum persecutionis. Quid enim terrenæ est consolationis, quod non facilè terrena persecutio tollat? Quid terrenum inter persecutiones sancti martyres acceperunt, quando & ipsa quoque beatorum corporum terra data est in manus hominum impiorum? Interim tamen vndecũque centuplum sint accepturi: dummodo sit centuplum, dum valeat centupliciter, cẽtupliciter placeat, consoletur, delectet, ametur: quid insaniæ est quòd cunctantur homines relinquere simpla pro cẽtuplis? Vbi est cupidus, vbi est ambitiosus, vbi conquisitor huius seculi? Quid ad fidele negocium & nundinas quæstuosissimas auaritia intepuit & obdormiuit humana? Cui id Iudæo negares ô homo, qui in vanum accepisti nomen domini nostri Iesu Christi: cui sacrilego dare quicquid habes, pro cẽtuplo cunctaris? Sed execrabilis tibi est manus domini, vt nullã ab eo commutationem recipere, nõ ei in ratione dati vel accepti com-
C municare penitus acquiescas. An forte non ex odio, sed ex incredulitate, ex crudelitate detrectas? Nam id mihi fateor credibilius est. Nemo enim perire magis optaret minimę cuiuspiam consolationis obrẽtu, quàm in maxima exultatione saluari. Sed non est omnium fides, ne eorum quidem qui nomine tenus sunt fideles. Poteram sane multorũ vobis exempla proponere, multos producere testes qui id profecto sic credidere, sic sentiunt, sic audierunt, sic experiuntur. Abunda huiusmodi testimoniis, huiusmodi carbonibus desolatoriis, omnis natio regionis, & omnis lingua, vbicunque sanctorum congregatio est. Sed quando humanis credat experimentis, qui veritati non credidit promittenti? Illud ego vehementius arbitror admirandum, quòd fideles magis in maximo quàm in modico videamini. Non enim difficile est ei dare centuplum in præsenti, qui daturus est vitam æternam in futuro. Qui daturus est quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, non modo centuplum dare potest? Sed quomodo, inquit, possunt hæc fieri? Qua ratione accipit cẽtuplum, qui nihil sibi relinquit ex omnibus? Nempe hoc est quod paulo ante commemorauit: Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem. Mira nouitas,
Psal. 93. d sed eius qui noua omnia facit. Iugum tollens inuenit requiem, relinquens omnia centuplum habet. Nouerat hoc & ille nimirum homo secundum cor dei, qui ei loquebatur in psalmo: Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis [illegible]
rem in præcepto? An non fictus in præcepto labor, onus leD ue, suaue iugum, crux inuncta? Huius enim rei sacramentum est quòd in dedicatione ecclesiarum depictas in pariete cruces oleo sancto pontifex linit. Sic & olim quidem Abrahæ dictum est: Tolle filium tuum quem diligis Isaac, & offeres
Gen. 22. a mihi cum in holocaustũ, labor fictus est in præcepto. Oblatus siquidem Isaac sanctificatus est, non mactatus. Et tu igitur si vocem domini audieris intus in animo, & dicatur tibi vt offeras Isaac, tuum quodcunq; est gaudium immoles deo (interpretatur enim Isaac gaudium seu risus) fideliter & constanter obedire ne timeas. Nimirum etsi rem grandem tibi dicit propheta, facere debes, & obtemperandum ei per omnia, etiam si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autem quicquid affectio propria iudicet, securus esto: non Isaac, sed aries morietur, non peribit tibi lætitia, sed contumacia, cuius vtique cornua vepribus hærent, & sine punctionibus anxietatis esse non potest. Tentat enim te dominus deus tuus, nec mactabitur Isaac vt opinaris, viuens viuet, sed eleuatus est vtique super ligna, vt in sublime gaudeas, nec in carne propria, sed in cruce domini glorieris, per quẽ nimirum crucifixus & ipse es, sed crucifixus mundo: nam ei viuis. Hæc nimirum conuersatio perfectorum, hęc sanctorum vita, hæc gratia spiritualis. Denique tãquam tristes, inquiunt, semper au-
2. Cor. 6. b tem gaudentes: tanquam nihil habentes, & omnia possiden- E tes: tanquã morientes, & ecce viuimus: Qui videbant me fo-
Psal. 30. d ras, fugerunt à me, dicit & filia regis, ea vtique cuius gloria omnis ab intus est. Vnde & clamitat in Cantico canticorum, adolescentulas reuocans, quas exteriori sua incompositione deterritas videt: Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem,
Cant. 1. d sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me cõsiderare quòd fusca sum, quia decolorauit me sol, ac si manifeste spiritualis quispiam dicat teneras & infirmas mentes exhortans: Quid laboriosa quæq; & humilia conuersationis nostræ tam sedulè numeratis? Saga cilicina sunt, & pelles arietum rubricatæ, quibus interior ille splendor & interna tegitur gloria, vt illæsa à pulueris & imbris iniuria consetuetur. Nolite me cõsiderare quòd fusca sum, nolite pauere, nolite mirari. Neque enim tristitiæ aut necessitatis est exterior iste neglectus & nigredo forinseca, sed occulti splendoris, & exultationis internę. Decolorauit, inquit, me sol, lux interior exterioris impatiens. Nimirum ignis est, & inania folia non admittit. Alioquin aut exuri folia, aut certe si præualuerint, ignem extingui necesse est. Quod quidem omnino cauendum apostolus docet, Spiritum inquiens, nolite extinguere,
1. Thes. 5. b Magis autem id Christus prohibet, volens eum vehementer
Luc. 12. f accendi. Igitur sponsa quidem nigra, sed formosa: apostoli tanquam tristes, semper autem gaudentes: ipsi Christo, si Iudaicis consideretur oculis, non erat species neque decor. E- F contra sanè alios dealbatis veritas comparat monumẽtis, fo-
Matt. 23. c ris quippe splendidos & nitentes, intus sordidos & fœtẽtes. Ambulant enim in stolis, & primas (vt dictum est) cathedras amant, glorioſi, honorati, & magni in oculis hominum: intus autem vbi deus videt, pleni auaritia, inuidia, ambitione, superbia, luxuria fortasse nonnulli. Quãdo enim talibus detur preciosum illud continentiæ munus, nisi forte ad iudicium & condemnationẽ, ne quãdo paueant, & resipiscant, & conuertantur à studiis suis, sed obdormiscant in peccatis, & deterius pereant ex ipsa sua irreuerentia & securitate? Sanè vt exercitij spiritualis & curæ cordis indicium euidens est contemptus exteriorum, sic eorundem solicitudo certum nihilo minus signum mẽtis incultę. Scriptum quippe est: In desideriis est omnis ociosus. Et item: De stercoribus boum lapi-
Eccle. 22. d dabitur piger. Væ væ misero: dum stercoratur, putatur ornari. Bos erat Paulus triturans in arca domini, & suum vtique agnoscens possessorem: vnde & dicebat: Propter Christum
Philip. 3. b omnia detrimẽtum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Hæc amplexatur stercora etiam si quõdam nutritus fuerit in croceis. His lapidatur stercoribus piger, qui Christum lucrifacere negligens, corde vacuo & deserto foras cogitur euagari. Siquidem famis necessitate Iacob patriarcha descendere legitur in Aegyptum, & prodigus ille fi-
Gene. 46. d lius seruire porcis, esurire filiquas egestate coactus est.
Luc. 15. e Sed quid dicit scriptura? Habenti dabitur, & abundabit:

G non habenti autem, & hoc ipsum quod videtur habere auferetur ab eo. Arefcet fœnum, & decidet flos. ipse quoq; fenestræ claudentur, vt nihil vltrà terrenæ valeant consolationis haurire. Denique arguam te (ait dominus) & statuam contra faciem tuam. Quid illud confusionis erit, quid miseriæ, quid doloris, quando dissipatis foliis & dispersis, vniuersa nuditas turpitudo, reuelabitur ignominia, sanies apparebit, quando iam immortalis factus internus ille conscientiæ vermis, tota malignitate corrodet, sed non consumet animã infelicem, nec erit omnino dissimulationis locus, aut spes vlla consolationis? Quid enim causæ est quod ne modo quidem cõscientiæ stimulos sustinere aliquatenus possunt, sed auertunt oculos cordis, & ad consolationes miseras conuertuntur, aut certè dissimulationibus aliquibus decipiunt semetipsos, & mentitur iniquitas sibi, nisi quod intolerabilis ille est cruciatus (licet adhuc blandiatur spes, & extenuet omnino dolorem) dum sibiipsis pro libitu tempora metiuntur, & omne quod agunt, facilè diluendum deferẽdúmque quod appetunt, temeraria præsumptione promitunt? Sed & ipsa cõsuetudine & incuria stupidi & insensati corde, fere nihil sentiunt, quæ quidem omnia longius aberũt, vbi fiet quod scriptum est. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quanto enim sibi vicinior, & naturali necessitudine charior anima carne sua est, tanto actrius doleat necesse est, & molestius ferat propriam quàm corpoream lesionẽ, vbi à stupore isto & insensibilitate fuerit excitata, sicut econtra bona propria, & delicias spirituales, internámque animi voluptatẽ vbi cõtigerit experiri, eo vtique delectabilius amplectatur, iucundiúsque fruatur oportet, quod propius & expressius eã tangunt, nec exterius mendicantur. Nemo quippe eo modo iumenti sui, quo corporis sui refectione poterit delectari. Placet quidem & illa, sed longe aliter ista sapit, alitérque sentitur. Quod si iumentum animæ, corpus esse fateris, eadẽ vtique ratio tibi obseruanda est & in ipsis. Noli ergo errare, noli seduci vt non magis in spiritualibus spiritum credas quàm in corporalibus oblectari. Vel humanam consule rationem, si fides in te penitus obdormiuit. Tres in carcere quondam fuisse legimus, tres in cruce. Ioseph siquidem cum pincerna & pistore regis carcerali custodiæ mancipatus, Christus verus Ioseph cum sceleratis duobus vtiq; reputatus est. Et illi quidem in carcere videre somnia, & audiere interpretationem: isti in cruce verba locuti sunt, & vnus accepit promissionem. Priorum siquidem alter propinabat regi, & audiuit: Restitueris in gradum pristinum. Alter pascebat aues, & respõsum mortis accepit. Ipsi quippe sunt porci quos pauit ille prodigus adolescens. Spurci siquidem & elati meritò porcorum & auium nomine designãtur. Porro eorum qui crucifixi sunt cum saluatore, alteri vrique confitenti dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, alteri quidem blasphemanti non quidem à domino (neque enim tunc ille iudicabat quẽquam) sed à socio respõnsum est: Neque tu times deum, qui in eadem damnatione es? Quid ergo putamus, quid duobus illis quorum alteri dictũ est, restitueris post tres dies, alteri, hodie mecum eris in paradiso: prẽter ipsam sanè dilationem interim potuit esse molestum? Quid verò illum potuit delectare cui dictum est, truncato capite post triduum suspenderis, auium esca futurus? Sanè in hoc positi sumus omnes, & nemo nisi in carcere, siue i cruce interim nemo. Quippe vbi nec innocẽs inuenitur immunis, quando peccator requiem sperat? Cæterum si quis volens sustinet dicens, nos quidem iustè: mercedem habebit. sinautem inuitus & blasphemans, & negans deum factis, duplex ei contritio est. Si quis testimonium habet salutis, etiam & caro eius requiescit in spe, & prophetæ farinula pulmentum condit atque dulcorat, vt in olla iam non mors, sed vita sit. Denique nemo sanæ mentis ampliorem esse in vitiis credat quàm in virtutibus delectationem, præsertim cũ sit deus virtutum, totius verę iucunditatis fons, lætitiæ & exultationis origo. Neq; enim carni seu mundo aut maligno principi, sed Christo vtique seruire, regnare est. Audi hominem de propria vtique experiẽtia perhibentem fidele testimonium veritati: In via, inquit, testimoniorum tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis. Quid erit in patria, si tanta est copia delectationis in via? Si & apostolus non in spe solùm, sed etiam in tribulatione docuit gloriari. Ille quidem sic ait, Amicus huius seculi, auctoris seculi inimicus. Ille quidem sic, ego forte nõ ita. Delicatus sum, homo peccator sum, nec subsistere in tanto labore sine gratia multa, nec ipsam gratiam valeo promereri, quasi verò gratia non sit gratia, sed operum merces. quasi nõ omnes peccauerint, aut non omnes egeant gratia dei. Æstimas ô homo, quia personarum acceptio sit apud deum, & non omnes omnia relinquentes tam copiosè consoletur? Noli esse incredulus, acquiesce vel veritati, de cuius testimonio nulli licet dubitare fideli. Et omnis, inquit, qui reliquerit patrem aut matrem, aut domum aut agrum propter nomen meum, centuplum accipiet. Neminem Christus excipit. Miseri igitur qui dicunt, præter nos qui excludunt semetipsos & excipiunt à beneficio generali. Nimirum indignos se iudicant multo magis vitæ æternæ, qui nec ipsum quidem cẽtuplum sperant. Sed quia deus verax est qui promittit, homo vtique mendax est qui diffidit. Et omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut domum aut agrum propter nomen meum centuplum accpiet & vitam æternam possidebit. Facilè ego poteram contradictionem sustinere linguarum, si id loqueretur ex meipso. Siquidem non percipit carnalis homo quæ sunt spiritus dei, sed stultitia illi videntur. Nunc autem ipse id loquitur cuius verba etiam cœlo & terra transeuntibus non transibunt. Sed audiui (ait homo qui perditionis sumit occasionem, & vt vulgo dicitur, festucam quærit vnde sibi eruat oculum) audiui, inquit, de illo & illo qui reliquerant omnia, & ad vomitum suum sunt reuersi: quomodo illi acceperant centuplum? Exurge domine, iudica causam tuam, & istorum nempe calumniam, & murmur ipsorum qui forte omnia relinquere visi sunt, & minime tamen centuplum acceperunt. non contra nos, sed cõtra te est, qui dixisti: Omnis qui reliquerit patem, &c. cẽtuplum accipiet. Quid tamen dicimus? An ex collegio discipulorũ reprobari quis potest nisi loculos habẽs? Sunt enim loculi non modo pecuniæ, sed proprię volũtatis. Scrutetur proinde vias suas & studia sua, qui promissam cẽtupli gratiam sibi deesse causatur: nec dubiũ quin inueniat angulum & diuersoriũ reclinatoriumque, non quidem filij hominis, sed aut foueam vulpis, aut volucris nidũ. Magis autem perfectus, obsecro, relinquat omnia, & solum sequatur Christum, iactans cogitatum suum in deo, enutriendus ab eo, & centuplum sine dubio percepturus. Neque enim potest solui scriptura, quæ tam certa veritate subnixa, omnibus id sine exceptione promittit. Nihil sibi retineat, nihil suis, ne modicum fermẽtum totam massam corrumpat. Sed enim qui sibi retinent aliquid, dominicę vocis obliti qui non suam venit facere voluntatem, & in ipsis quoque sanctorum collegiis proprio aut desiderio aut fortasse consilio importunius adhærentes, sciolos sese faciunt, de se sibi aliquid retinentes, quos penitus abnegasse, & diuinæ prouidentiæ, ac obediẽtiæ patrum, consiliis quoque spiritualium virorum debuerant commisisse. Sunt enim qui propinquis retinẽt & amicis, quod abiiciunt à seipsis, pro eorũ prosperitate præsenti, inani prorsus & seculari sollicitudine æstuãtes. Crudeles plane, qui nequaquam proximos diligant tanquam se. crudeles, inquam, vel in se, vel in suos: imò quod verius est, in vtrosque. Nemo ergo cum se videt nec omnia reliquisse, centuplum nõ accepisse miretur. Preciosa siquidem diuina consolatio est, nec omnino tribuitur admittentibus alienam. Infelix tu Esau, qui dixisti: Num vnam tantum benedictionem habes pater? Quãto melius erat dicere cũ propheta: Vnam petij à domino, hanc requiram? Indignus enim benedictione cœlesti conuincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione, aliud sibi refugium parans, si forte eam nõ obtinere contingat. Maior est iniquitas mea (ait fratricida primus) quam vt veniam merear. Quid ergo? Renuat consolari anima tua, si veniam non meretur. Hoc solum deplora, hoc solum plange. Aliud ne cogites quidem. Sed nũc, inquit Cain, omnis qui inuenerit, occidet me. Graue scilicet damnum, grandis iactura si perimatur corpus, quandoquidẽ anima periit. Sed occidendum sese causabatur infelix, tanquam pro magno beneficio habiturus si prohiberetur occidi. Quod & factum est. Consolationem miseram obtinuit quàm

A quam quærebat, & oblitus est consolationis maximæ, pro qua multo studiosius supplicare & remedium quærere oportebat. An non idem & de Saule legisti? Vbi enim perstitit in sententia Samuël sanctus, Nũc, inquit, honora me vel coram populo. Ad quid tibi hæc honoratio miser? Hæccine erat tota illa supplicatio, Peccaui, ora dominum pro me? Merito sanè non pepercit, qui intuebatur cor. Falsa nõ poterat supplicatione moueri. Vix adhuc dixerat Dauid, peccaui, & respõsum illi est, dominus transtulit peccatum tuum à te. Sic nimirum, sic vsque hodie dilectissimi, cuius ad alias consolationes mens inhiat, & penitus in caducis & transitoriis non renuit consolari, ipse sibi profecto cœlestis subtrahit gratiam consolationis. Quam si digna deuotione, pleno affectu, desiderio vehementi petere, quærere, pulsare satageret, sine dubio petens acciperet, quærẽs inueniret, pulsanti aperiretur. Alioquin si forte (quod absit) pudendum illum apostasiæ saltum præsumpserit, certum omnino sit testimonium veritatis accipientibus, aut nunquam eum omnia reliquisse, aut ipsum quoque postea deseruisse cẽtuplum quod acceperit. Nõnulli siquidem cum spiritu cœperint, heu carne postea consummantur. Quod si insanum est centuplum nolle recipere, velle relinquere plus quàm insanum iure censetur. An verò plangendus tibi videtur qui abstractus & illectus à concupiscentia sua, sponte id deserit, libens abiicit, voluntariè derelinquit, & qui nutriebatur in croceis, amplexatur stercora? Non est vnde causetur qui eiusmodi est, tanquam in eo videatur irritum verbum domini, aut euacuata promissio. Dum enim reliquit omnia, habuit sine dubio repromissam centupli benedictionem. Sine causa contendit: non ei magis quàm Christo credimus, nec omnino acquiescimus mendacẽ eum facere qui promisit. Centuplum, inquit, accipiet, & vitam æternam possidebit. Illud enim in via, hæc in patria est. Imò hęc patria, illud via. Illud consolatio præsentis laboris, hæc futuræ felicitatis consummatio est. Sic nimirum & operariis huius seculi soler cibus in opere, merces in fine dari. sic militantibus & stipendia ministrantur pro necessitate laboris, & nouissime donatiuum maius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filiis Israël donec terram promissionis intrarent, in deserto manna non defuit: & ab ecclesia post quæsitum regni cœlestis aduentum, quotidianus panis petitur in oratione, quam ipse saluator instituit. Habes hanc duplicem promissionem & in propheta euidenter expressam, vbi ait: Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deducet illos in via mirabili. Ipsa est enim via testimoniorum domini, in qua propheta alius sicut in omnibus diuitiis delectatum se esse testatur. Vt quid ergo in incredibilitate moriemini filij hominũ? At forte adhuc secularis ad hæc quispiam dicat: Ostende mihi centuplum quod promittis, & libens vniuersa relinquo. Vt quid ostendam? Fides enim non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. An potius homini ostendenti, quàm veritati crederes promittenti? Deficis scrutans scrutinio. Nisi credideris, non intelliges. Manna absconditum est, quod in Apocalypsi Ioannis victori promittitur. Nouum nomen est, quod nemo scit nisi qui accipit. Videtur enim forte nõnullis præsentem sanctorum cõmunionem facultatum pariter & voluntatum hoc loco centupli nomine designari. Et magna quidem hæc ipsa consolatio, sed non adeo generalis, vt possit vniuersaliter omnibus conuenire. Quantos enim sanctorum aut voluntariè eam deseruisse, vt Anachoretas, aut violentia persecutionis, vt martyres exilio relegatos, humana consolatione nouimus caruisse? Datum optimum est centuplum hoc desursum descendit à patre luminum. An nõ denique omnia possidet, cui omnia cooperãtur in bonum? An nõ centuplum habet omnium, qui impletur spiritu sancto, qui Christum habet in pectore? Nisi quòd longe plus quã centuplum est visitatio paracleti spiritus, & præsentia Christi. Quàm magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti eis qui sperant in te. Vides quomodo memoriam abundantiæ suauitatis huius eructet anima sancta, quomodo expritmere gestiens verba multiplicet? Quàm magna, inquit, multitudo. Hoc ergo centuplum adoptio filiorum est, libertas & primitiæ spiritus, deliciæ charitatis, gloria conscientiæ, regnum dei, quod intra nos est, non vtiq; esca vel potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Gaudium sanè non modo in spe gloriæ, sed etiam in tribulationibus. Hic est ignis quem voluit Christus vehementer accendi. Hæc virtus ex alto, quæ Andream fecit amplecti crucem, Laurentium ridere carnificem, Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Hęc illa pax quam suis reliquit Christus, quando dedit & suam. Siquidem donum & pax est electis dei, pax vtique præsentis, & donum futuræ. Illa superat omnem sensum, sed & huic quicquid sub sole placet, quicquid in mundo concupiscitur, non poterit comparari. Hæc gratia deuotionis, & vnctio docens de omnibus, quam expertus nouit, inexpertus ignorat, quoniam nemo scit nisi qui accipit. Vtinam hic filiorum hominum concupiscentia vigilet, vtinam vel curiositas excitetur, vt dicant in cordibus suis, non videtur hoc verbũ adinuentionis humanæ, cui sic consonant vno ore testimonia scripturarum. Quod si ita est, sine dubio vehementer erramus. Probare libet an hæc ita se habeant, gustare quid hoc absconditum manna sapiat, experiri quid sit hoc centuplum, quale gaudium in spiritu sancto. Cras profecto respondebit ei iustitia sua, qui id studiosè quæsierit. Confestim vt gustauerit, videbit quàm suauis est dominus, quoniam bonus non modo tenenti, sed & quærenti se, animę speranti in se. Alioquin venite & arguite me, dicit dominus, si non omnis qui reliquerit patrem & matrem, aut domum aut agrum propter nomen meum, centuplum accepetit, nunc in hoc tempore, parum est, & vitam æternam possidebit. Verum si in præsentis commendatione centupli sermo deficit, & ex abundantia cordis angustia oris obstruitur, quidni ad promissionem æternæ vitæ defectum proprium ipsa etiam cogitatio fateatur? Si id quod ex parte est, non valeat eloqui nec expertus, quid inexpertus de perfectione balbutire conetur? Oculus non vidit deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Pax enim est quæ exuperat omnem sensum, pax super pacem, indeficiés exultatio, torrens voluptatis diuinæ, flumen lætitiæ, gaudium plenum. Cogita quicquid vis, quicquid potes exopta, excedit cogitatum omnẽ, desiderium omne exuperat illa felicitas, æternitas illa, beatitudo illa. Ad quam nos sua miseratione perducat præueniens in benedictione dulcedinis, & indeficienter intetim tribuens promissam centupli gratiam, ad solatium vtiq; & remedium laboris huius, ne deficiamus in via, vt de exhibitione presentium munerum firma sit expectatio futurorum, qui venit vt vitam habeamus, & abundantius habeamus, Iesus Christus dominus noster.

Præfatio in epistolam siue *tractatum sequentem.*

Harissimis fratribus & dominis, N. priori & cæteris, sabbatum delicatum. Pene impudenter & plus quàm decebat, os meum patet ad vos charissimi fratres in Christo, non possum tacere, deus scit. Ignoscite, quia cor meum dilatatum est. Dilatamini & vos, obsecro, in visceribus vestris, & capite nos, quia totus vester sum, in eo, in cuius visceribus inuicem cupimus vos. Ideo ex quo recessi à vobis, vsque nunc qualemcunque laborem meum quotidianum statui dedicare non vobis, qui non indigetis, sed fratri Stephano & sociis eius fratribus iunioribus & nouitiis venientibus ad vos, quorum doctor deus solus est, vt habeant & legant si forte ibi aliquid inuenerint vtile sibi ad solatium solitudinis suæ, & sancti propositi incitamentum. Offero quod possum, bonam voluntatem: Ipsámque à vobis repeto cum fructibus suis. Dauid saltando placuit deo, non propter saltum, sed propter affectum. Similiter & mulier quæ vnxit pedes domini, laudata est à Christo, non quia vnxit, sed quia amauit: & quia quod habuit hoc fecit, in eo iustificata est. Deinde vobis etiam arbitratus sum dedicandum aliud quoddam opusculum, quod

G *in consolationem suam, & in adiutorium fidei facere me compulit fratrum quorundam plus anxia quàm periculosa necessitas, quorum tristitia plurimum mihi solet facere gaudium. nisi quòd eos contristatos videre non possum. Præ magnitudine quippe non solum fidei, sed etiam amoris, exosum adeo habent quicquid videtur esse contra fidem, vt si vel ad modicum seu ex spiritu blasphemiæ, seu ipso sensu carnis fuerint super hoc attentati vel pulsati, quasi ex solo auditu vel attactu læsam omnino in semetipsis æstiment conscientiæ pietatem vel puritatẽ, & miserabiliter desleant semetipsos quasi reprobos circa fidem. Quibus & contigit à seculi tenebris ad purioris vitæ exercitia venientibus, quod contingere solet repente prodeuntibus ad lucem à diutinis tenebris: vt sicut in illis lux ipsa, qua cætera videnda sunt, primo irruens, infirmis oculis fit molesta: sic & isti ad primum fidei lumen cæcutiant, nec insolitos nouæ lucis radios possint sustinere, donec ipso lucis amore adsuescant.*

H

Diui Bernardi Epistola
AD FRATRES DE monte Dei.

FRATRIBVS de monte Dei, orientale lumen, & antiquum illum in religione Ægyptium feruorem tenebris occiduis & Gallicanis frigoribus inferentibus, vitæ scilicet solitariæ exemplar, & cœlestis formam conuersationis. Occurre & concurre in gaudio sancti spiritus anima mea, & risu cordis in feruore pietatis, & in omni obsequio deuotæ voluntatis. Quidni? etenim epulari & gaudere in domino oportet, quia christianæ deuotionis ac religionis speciosissima portio, quæ cœlos propinquius tangere videbatur: mortua erat, & reuixit: perierat de mundo, & inuenta est auditu auris audieramus, nec cre-
I debamus: legebamus in libris, & mirabamur de antiqua vitæ solitariæ gloria, & magna in ea gratia dei, cum subito inuenimus eam in campis syluæ, in monte dei, in monte pingui.
Psal. 64.c Vbi iam pinguescunt speciosa deserti, & exultatione colles accinguntur. Ibi enim etiam per vos offert se omnibus, & in vobis se demonstrat, & ignota hactenus innotescit in paucis simplicibus totum olim sibi mundum subiecit ipso mundo mirante. Licet enim magna & diuina plane fuerint miracula quæ dominus gessit in terris, hoc tamen vnum super omnia alia enituit, & cætera cuncta illustrauit, quòd, sicut dictum est, in paucis simplicibus totum mundum & omnẽ
Luc.10.d sapientiæ eius altitudinem sibi subiugauit. Quod etiam nunc cœpit operari in vobis. Ita, pater ita, quoniã sic beneplacitũ
Luc.12.d est ante te. Abscõdisti enim hęc à sapientibus & prudentibus huius mundi, & reuelasti ea paruulis. Nolite ergo timere pusillus grex, ait dominus, sed omnino confidite, quia compla-
1.Cor.1.d cuit deo patri dare vobis regnum. Videte fratres mei, videte vocationem vestram. Vbi sapiens inter vos? Vbi scriba? Vbi conquisitor huius seculi? Nam etsi sunt aliqui sapientes inter vos, per simplices tamen sapientes aggregauit, qui reges olim & philosophos mundi huius per piscatores sibi subiecit. Sinite ergo, sinite sapientes huius seculi de spiritu huius mũdi tumentes, alta sapientes, & terram lingentes, sapienter descendere in infernum. Vos autem dum foditur peccatori fo-
Ibidem. uea, sicut cœpistis, stulti facti propter deum, per stultum dei, quod sapiẽtius est omnibus hominibus, Christo duce humilem apprehendite disciplinam ascendendi in cœlum. Vestra nanque simplicitas iam multos prouocat ad æmulationẽ. Vestra sufficientissima & altissima paupertas iam multorũ confundit cupiditatem. Vestrũ secretum, iam earum rerum quæ tumultum faciunt, vel facere videntur, pluribus incutit horrorem. Si qua ergo cõsolatio in Christo, si quod solatiũ charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera misericordiæ, im- K
plete gaudiũ non meum tantummodo, sed omnium diligentium nomen dei, vt in varietate vestitus deaurati de auro sapientiæ dei reginæ assistentis à dextris sponsi, vestro studio, vestra instantia, ad dei gloriam, & magnã coronam vestram, & gaudium omnium bonorum, hoc sanctæ nouitatis instauretur ornamentum. Nouitatẽ verò dico propter linguas nequam (à quarum contradictione abscondat vos deus in abscõdito faciei suæ) hominum impiorum, qui cum manifestum lumen veritatis obnubilare nõ queunt, de solo nouitatis nomine cauillantur, veteres ipsi, & in veteri mente nescięte noua meditari, vtres veteres non capientes vinum nouũ: quod si eis infunderetur, rumperentur. Sed hæc nouitas, nõ est nouella vanitas. Res enim est antiquæ religionis, perfectæ, fundatæ in Christo pietatis, antiqua hæreditas Ecclesiæ dei à tẽ-
pore prophetarum præmonstrata, iãmque nouæ gratiæ sole *Matt.3.a*
exorto, in Ioãne Baptista instaurata & innouata, ab ipso domino familiarissime celebrata, ab eius discipulis ipso præsente concupita, cuius transfigurationis gloriam cum vidissent qui cum eo in monte sancto erant, cõtinuò Petrus in eo quidem abreptus sibi, & nesciens quid diceret, quia visa dei maiestate commune bonum intra priuatum suum visus est cõcluisse, in eo autem præsentissimus sibi, & sciẽtissimus quid L
diceret, qui suauitate eius gustata optimum sibi iudicauit in hoc semper esse, vitam hanc in contubernio dei & ciuium *Matt.17.a*
supernorum, quos cum eo viderat, concupiuit, dicens: Domine bonum est nos hic esse, si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Heliæ vnum. In quo si auditus fuisset, facturus proculdubio erat postmodum alia tria, sibi vnum, Iacobo vnũ, & Ioanni vnum. Post passionem vero domini calẽte adhuc in cordibus fidelium effusi eius sanguinis recenti memoria, solitariam hanc vitam eligentibus, paupertatem spiritus sectantibus, & in spiritualibus exercitiis & in contemplatione dei pingue ocium altero in alterum zelãtibus, deserta repleta sunt. Ex quibus legimus Paulum, Macarium, Antonium, Arsenium, & alios quamplures in sanctę huius conuersationis republica consulares viros, egregia nomina in ciuitate dei, nobiles & triumphales titulos habentes de victoria huius seculi, & principis huius mundi, & corporis sui, de cultu animi, & domini dei sui. Sileant ergo qui in tenebris de luce iudicantes, vos arguunt nouitatis ex abundantia malæ voluntatis, ipsi potius arguendi vetustatis & vanitatis. Sed & laudatores & detractores semper estis habituri, sicut M
& dominus. Laudatores præterite, & bonum quod in vobis amant, hoc in eis amate. Detractores dissimulate, & pro eis orate. Et obliti quæ retro sunt, prætermissis scandalis, quæ iuxta iter vobis à dextris & à sinistris posita sunt, in anteriora vestra vos extendite. Si enim ad singula volueritis vel laudatoribus respondere, vel cum detractoribus litigare, tempus perditis, cuius in proposito sancto non leuis est iactura. A terris enim ad cœlos festinantem qui moratur, etsi non detinet, plurimum tamen nocet. Nolite ergo negligere, nolite tardare, grandis enim vobis restat via. Altissima enim est professio vestra. Cœlos transit, par angelis est, angelicæ similis puritati. Non enim solùm vouistis omnem sanctitatem, sed omnis sanctitatis perfectionem, & omnis cõsummationis finem. Non est vestrum circa communia præcepta languere, neque hoc solum attendere quid præcipiat deus, sed quid velit, probantes quæ sit voluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. Aliorum est enim deo seruire, vestrum adhærere. Aliorum est deum credere, scire, amare, reuereri: vestrũ est sapere, intelligere, cognoscere, frui. Magnum est hoc, arduum est hoc: sed omnipotens & bonus est deus, qui in vobis est pius promissor, fidelis redditor, & indefessus adiutor, qui magno eius amore magna profitentibus, & in fide, & spe gratiæ eius maiora viribus suis aggredientibus, & volũtatem & desiderium suggerit in idipsum: & qui voluntatis gratiam præ-
rogauit, subrogabit etiam virtutem ad prouentum. Cui cum fideliter fecerit homo quod poterit, calumniante calumniatore ipse misericorditer pauperi suo iudicium faciet, quia quod habuit hoc fecit. Absit tamẽ, fratres, à conscientiæ vestrę æstimatione, à paupertate & humilitate vestra, ab ore vestro omnis altitudo, quia altum sapere mors est, & facile est in

A in alto se cõtuentem obstupescere, & de vita periclitari. Nomen aliud vestræ professioni imponite, alium titulum ordini vestro inscribite. Feras vos potius indomitas, & incaueatas bestias (quæ aliter communi hominum more domari nõ poterant) existimate & appellate, longe supra vos virtutem eorum suspicientes, & admirantes gloriam, qui ambidextri for-
Iudi.3.c tissimi (sicut Ahod ille iudex fortissimus Israël, qui vtraque manu vtebatur pro dextera) & quandiu licet, deuotissime intus vacare, amant charitati contemplandę veritatis, & cum necessitas vocat vel officium trahit promptissime se feras mutant, non dant pro veritate adimplendæ charitatis. Caue etiam serue dei caue ne quoscunque imitari non vis, dam-
1.Tim.1.d nare videaris. Volo hoc facias in ægritudine tua, quod cum sanissimus esset faciebat qui dicebat: Venit Iesus Christus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Neque enim hoc dicebat Paulus mentiendi præcipitatione, sed æstimandi affectione. Qui enim perfectè examinando semetipsum intelligit, suo peccato nullius peccatum par esse existimat, quod non sicut suum intelligat. Nolo ergo vt nusquam arbitreris lucere solem communem diei nisi in cella tua, nus-
Sap.11.d quam esse serenum nisi penes tè, nusquam operari gratiam dei nisi in conscientia tua. An solitariorum deus tantum? Imò & omnium. Miseretur enim omnium deus, & nihil odit
B eorum quæ fecit. Malo te cogitare vbique esse serenum nisi penes te, & peius de te quàm de aliquo existimare. Cum timore potius & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Nec quales sint alij, sed quales ex vobis fiãt (quantũ in vobis est) cogitate, non solummodo qui modo sunt, sed & qui pòst futuri sunt, quos in proposito sancto estis habituri imitatores. Ex vobis enim, ex vestro exemplo, & vestra auctoritate in religione hac pędere habet tota posteritas huius vestri ordinis sancti. Vos in eo patres, vos in eo institutores cũ debita imitationis reuerentia appellabimini à succesloribus vestris. Quicquid à vobis statutum, quicquid vobis tenentibus & seruantibus in consuetudinem fuerit missum, absque omni retractatione à posteris vestris tenendũ erit & seruandum, nec fas erit aliquid immutari. Sic enim de vobis erit apud eos, sicut de incommutabilibus legibus summæ & æternæ veritatis est apud nos, quas scrutari omnibus expedit & scire, non autẽ licet alicui diiudicare. Deo autem gratias, quia nec indignũ vobis erit, nec inutile posteris, si fortiter & vos tenueritis, & ipsi in vobis fideliter imitẽtur quod interim tenetis. Et si quid adhuc aliter sapere oporterit, & hoc deus vobis reuelabit. Salua enim per omnia Cartusiæ debita sanctitate, & cum omni laude prædicãda reuerẽtia, multa in Alpinis illis horridis & continuis frigoribus necessaria sunt, quę frugalem sufficientiam & voluntariam paupertatem sectan-
C tibus in his duntaxat regionibus non adeo necessaria videntur. Intelligitis quæ dico, dabit enim vobis dominus intellectũ. Gaudeo enim in vobis, & licet absens corpore, sed præsens spiritu, & videns ordinem vestrum, sed feruorem spiritus, sed abundantiam pacis, sed gratiam simplicitatis, in proposito rigorẽ, in dilectione mutua ipsam sancti spiritus suauitatem, & plenam omnino in conuersione vestra formam pietatis, in recordatione montis dei totus exulto, & primitias sancti spiritus, & pignus gratiæ in spe crescentis in eo re-
Psal. 23.b ligionis deuotus adoro. Nam & ipsum mõtis dei nomẽ bonę spei præfert omen, scilicet quòd sicut Psalmista dicit de monte dei, habitatura sit in eo generatio quærentium dominum, quærentium faciem dei Iacob: innocens manibus, & mundo corde, quę non accepit in vano animã suã. Ipsa est enim pro-
Gene.32.g fessio vestra, quærere deum Iacob, non communi hominum more, sed quærere faciem dei, quã vidit Iacob, qui dixit: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Fa-
1.Co.13.d ciem dei, hoc est cognitionem eius quærere. Facie ad faciem, quam vidit Iacob, de qua etiã dixit apostolus: Tũc cognoscã sicut & cognitus sum: & nunc videmus per speculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ videbimus eum sicuti est. Hãc in hac vita semper quærere per innocentiã manuum & munditiam cordis ipsa docet pietas: quę, sicut dicit Iob, cultus dei est. Quam qui non habet, in vano accepit animam suam, hoc est, frustra viuit, vel omnino non viuit, dum non viuit ea vita propter quam vt in ea viueret, accepit animam suam. Pietas D
enim hæc est iugis dei memoria, continua intẽtionis actio ad intelligẽtiam eius, indefessa affectio in amorem eius, vt nulla vnquam inueniat seruum dei, nõ dicam dies, sed hora nisi vel in exercitij labore, & proficiendi studio, vel in experiẽtię dulcedine, & fruendi gaudio. Hæc est pietas de qua apostolus di-
1.Tim.4.b lectum sibi discipulum admoner, dicens: Exerce temetipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas verò ad omne opus bonum est vtilis, habens promissionem vitæ quæ nunc est, & futurę. Pietatis enim nõ solummodo formam, sed & veritatẽ in omnibus & præ omnibus habitus vester repromittit, propositum vestrum requirit. Nam sicut apostolus dicit, sunt aliqui formam quidẽ pietatis
2.Tim.3.a habentes, virtutẽ autem eius abnegantes. Hanc quicunq; vestrum non habet in conscientia, non exhibet in vita, nõ exercet in cella: non solitarius, sed solus dicendus est. Nec cella ei cella, sed recluso & carcer est. Verè enim solus est, cum quo deus non est: verè reclusus est, qui in deo liber non est. Solitudo enim & recluso sunt nomina miseriæ. Cella autẽ nequaquam debet esse recluso necessitatis, sed domicilium pacis, ostium clausum, non latebræ, sed secretum. Cum quo enim deus est, nunquã minus solus est quàm cum solus est. Tunc enim liberè fruitur gaudio suo, tunc ipse suus est sibi, ad fruendum deo in se, & se in deo. Tunc in luce veritatis, in sereno mundi cordis vltro patet sibi pura conscientia, & liberè se in-
E fundit affecta de deo memoria: & vel illuminatur intellectus, & bono suo fruitur affectus, vel seipsum deflet humanæ fragilitatis defectus. Propter hoc secundum formam propositi vestri habitantes in cœlis potius quàm in cellis, excluso à vobis toto seculo, totos vos inclusistis cum deo. Cellæ siquidem & cœli habitatio cognatæ sunt: quia sicut cœlum & cella ad inuicem videntur aliquam habere cognationem nominis, sic & pietatis. A cœlando enim cœlum & cella nomẽ habere videntur: & quod cœlatur in cœlis, hoc & in cellis. Quod geritur in cœlis, hoc & in cellis. Quidnam est hoc? vacare deo, frui deo. Quod cum secundum ordinẽ piè & fideliter celebratur in cellis, audeo dicere, sancti angeli dei cellas habent pro cœlis, & æquè delectãtur in cellis ac in cœlis. Nam cum in cella iugiter cœlestia actitantur, cœlum cellæ & sacramenti similitudine, & pietatis affectu, & similis operis effectu proximum efficitur: nec iam spiritui oranti, vel etiã à corpore exeunti, à cella in cœlũ longa vel difficilis via inuenitur. A cella enim in cœlum sæpe ascenditur, vix autẽ vnquam à cella in infernum descenditur, nisi sicut dicit psalmista, descendant in infernum *Psal.54.c*
viuentes, videlicet ne descendant moriẽtes. Hoc enim modo sæpe cellarum incolæ in infernum descendunt. Sicut enim assiduè cõremplando reuisere amant gaudia cœlestia, & ardentius ea appetant: sic & dolores inferni, vt horreant & refu-
F giant. Et hoc est quod imprecantur inimicis suis orãtes, scilicet vt descendant in infernũ viuentes. Moriens autem vix aut nunquam aliquis à cella in infernum descendit: quia vix vnquam aliquis nisi cœlo prædestinatus, in ea vsque ad mortem persistit. Filium enim gratiæ, fructum ventris sui cella fouet, nutrit, amplectitur, & ad plenitudinem perfectionis perducit, & colloquio dei dignum efficit, alienum verò vel suppositũ abdicat à se citius & proiicit. Vnde ait dominus ad Moysen: Solue calceamenta pedum tuorum: Locus enim in quo
Exod.3.b stas, terra sancta est. Morticinum enim mortuarum affectionum, vel hominem mortuum à corde, locus sanctus vel terra sancta nequaquam diu patitur. Cella terra sancta, & locus sanctus est: in qua dominus & seruus eius sæpe colloquuntur sicut vir ad amicum suum. In qua crebrò fidelis anima verbo dei coniungitur, sponsa sponso sociatur, terrenis cœlestia, humanis diuina vniũtur. Siquidem sicut templum sanctum dei sic cella est serui dei. Et in templo enim & in cella diuina tractantur: sed crebrius in cella. In tẽplo visibiliter & figuratiue aliquãdo Christianæ pietatis sacramenta dispensantur: in cellis verò sicut in cœlis ipsa veritate, ipso ordine, etsi nondum ipsa puritatis maiestate, vel ęternitatis securitate, res ipsa ònium sacramentorum fidei nostræ assiduè celebratur. Ideo sicut dictũ est: alienũ qui non est filius, citius à se proiicit quasi abortiuum, euomit tanquam inutilem ac noxium cibum, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

G diu talē patī potest in viscerib⁹ suis officina pietatis:venitq; pes superbię,& asportat eū manus peccatoris,& mouet eum & expulsus non potest stare,sed fugit miser nudus & tremebundus sicut Cain à facie domini,expositus vitiis & dæmonibus,vt qui prior inuenerit eum, morte animę eum afficiat & occidat:vel si aliquādiu duraverit in ea nō virtutis constātia,sed pertinaci miseria,sic ei cella est quasi carcer,aut sicut viuēti sepultura. Pestilente verò flagellato, sapiens sapiētior erit,& lauabit iustus manū suas in sanguine peccatoris. Sicut ergo dicit propheta:Si conuerteris Israēl,ad me conuertere: hoc est perfectæ conuersionis culmen apprehende. Nulli enim in eodem statu diu esse cōceditur. Seruo dei aut semper proficiendum,aut deficiendum est:aut sursum nititur,aut in inferiora vrgetur. Ab omnibus autem vobis perfectio exigitur,licet non vniformis. Sed si incipis,incipe perfecte. Si iam in profectu es,& hoc ipsum iam perfecte age. Si autem perfectionis aliquid attigisti: teipsum in temetipso metire, & dic cum apostolo: Non quòd iam apprehenderim,aut perfectus sim:sequor autem si forte comprehendam,in quo & cōprehensus sum. Vnum autem,quę quidem retro sunt obliuiscēs, & ad ea quæ sunt priora extendens meipsum,ad destinatum persequor ad brauiū supernę vocationis in Christo Iesu. Deinde addit: Quotquot ergo perfecti sumus,hoc sapiamus. In quo manifestę apostolo docēte declaratur,quia perfecta eorum quæ retro sunt obliuio,& perfecta in anteriora extēsio, ipsa est hominis iusti in hac vita perfectio:& perfectio huius perfectionis ibi erit,vbi erit brauij supernæ vocationis perfecta apprehēsio. Hoc autem modo sicut stella à stella distat in claritate,sic cella à cella in cōuersatione,scilicet incipientiū, proficientium,& perfectorum. Incipiētium status potest dici animalis,proficientium rationalis,perfectorum spiritualis. Ignoscendum est in aliquibus aliquando eis qui adhuc sunt animales,in quibus ignosci non debet eis qui iam habentur quasi rationales. Rursūmq; rationabilibus in quibusdā ignoscitur,in quibus non ignoscitur spiritualibus, quorum perfecta omnia esse debent,& imitatione & laude potius quàm reprehēsione digna. Et cum ex his tribus hominum generibus constet omnis status religionis,quæ sicut propriis nominibus distinguuntur,sic etiam dignoscuntur ex suorum proprietate studiorum:debent omnes filij dei in die qui est,semper diligenter prospicere quid desit sibi, vnde venerint,quousque peruenerint,& in quo proficiēdi statu singulis diebus vel horis sua se æstimatio deprehēdat. Sunt enim animales, qui per se nec ratione aguntur, nec trahuntur affectu: & tamen vel auctoritate permoti, vel doctrina commoniti, vel exēplo prouocati approbant bonum vbi inueniunt, & quasi cæci,sed ad manum tracti sequuntur,hoc est imitantur. Sunt rationales,qui per rationis iudicium & naturalis sciētiæ discretionem habent & cognitionē boni,& appetitum:sed nōdum habent affectum. Sunt perfecti,qui spiritu aguntur, qui à sancto spiritu plenius illuminantur. Et quoniā sapit eis bonū,cuius trahuntur affectu,sapientes vocātur. Quia verò induit eos spiritus sanctus cuius affectu trahuntur,sicut induit olim Gedeonem, spiritus sancti indumēto spirituales appellantur. Primus status circa corpus se habet, secundus circa animam se exercet, tertius non nisi in deo requiem habet. Quorum singuli sicut habent certam proficiendi rationem, sic in genere suo certam habent perfectionis suæ mensuram. Initium boni in conuersatione animali, perfecta obediētia est. Profectus,subiicere corpus suum, & in seruitutem redigere. Perfectio, vsu boni consuetudinem vertisse in delectationem. Initium vero rationalis est intelligere quę in doctrina fidei apponuntur ei. Profectus,talia præparare qualia apponuntur. Perfectio,cum in affectum mentis transit iudiciū rationis. Perfectio verò hominis rationalis, initium est hominis spiritualis Profectus eius,reuelata facie speculari gloriam dei. Perfectio verò,transformari in eandem imaginem à claritate in claritatem, sicut à domini spiritu. Primum igitur prosequendum de primo,scilicit de animali. Animalitas est vitæ modus sensibus corporis seruiens, scilicet cum anima quasi extra se per sensus corporis circa dilectorum delectationes corporum affecta,eorum fruitione pascit vel nutrit sensualitatem suam:seu cum intra se regrediēs, & corpora quibus forti glutino amoris & consuetudinis adhæsit, in locum incorporeæ naturæ secum ferre nō prævalens,eorum illuc secum trahit imagines, & amicabiliter ibi cum eis conuersatur, quibus assuefacta nil putat esse nisi vel quale foris reliquit,vel quale intus contraxit:inde quādiu licet, iucundū habet secundum delectationes corporis viuere. Cum autem ab eis auertitur, nescit nisi corporea imaginando cogitare. Cum vero ad cogitanda spiritualia vel diuina se erigit, non aliud de eis quàm de corporibus vel de corporalibus potest æstimare. Hæc auersa à deo fit stultitia, cum nimium intra semetipsam fuerit remissa,& tam bruta, vt regi vel nolit vel non possit. Cum verò ipsa sibi per superbiam extra se nimiū fuerit abrepta, fit prudentia carnis, & ipsa sibi sapientia esse videtur, cum stultitia sit, dicente apostolo: Dicentes se esse sapientes,stulti facti sunt. Porrò ad deum conuersa,fit sancta simplicitas,hoc est eadem semper circa idem voluntas: sicut fuit in Iob, qui dictus est simplex & rectus, ac timens deum. Propriè enim simplicitas est perfectè ad deum conuersa voluntas, vnam petens à domino, hanc requirens,non ambiens multiplicari in seculo. Vel est simplicitas, in conuersatione vera humilitas, scilicet virtutis magis conscientiam amplectens quàm famam, cum non refugit vir simplex videri stultus in seculo, vt sit sapiens in deo. Vel simplicitas est sola ad deum conuersa voluntas, sed nondum ratione formata vt amor sit, id est formata voluntas: nondum illuminata vt sit charitas,hoc est amoris iucunditas. Simplicitas ergo initium aliquod in seipsa habens creaturæ dei, hoc est voluntatem simplicem & bonam,quasi futuri boni hominis informem materiam, in primordio conuersionis suæ offert auctori suo eam formandam. Iam enim cum bona voluntate habens initium sapientiæ, id est timorem domini, ex ipso colligit nec per se eam formari posse, nec quicquam tam expedire stulto, quàm seruire sapienti. Itaque homini se propter deum subiiciens, ipsam ei bonam voluntatem committit in deo formandam in sensu & spiritu humili. Iam timore dei incipiente operari in eo omnem virtutum plenitudinem, dum per iustitiam defert maiori, per prudentiam non credit se sibi,per temperantiam refugit discernere,per fortitudinem totum se obedientiæ subiicit, non discernendæ, sed adimplendæ. Hæc enim vxor est, cui à domino præcipitur: Et ad virum tuum erit conuersio tua. Vir eius,ratio vel spiritus est suus vel alterius. Huic enim viro rectè obedit vir simplex & rectus in semetipso. Rectius autem sæpe ac tutius in altero, quàm in semetipso. Ex præcepto ergo dei & ipso ordine naturæ habere debet vxor ad virum, animalitas ad spiritum suum, vel spiritualem aliquem virum, conuersionem legitimam, hoc est,obedientiam perfectam. Perfecta verò obedientia est maximè in incipiente indiscreta, hoc est, non discernere quid vel quare præcipiatur, sed ad hoc tantùm niti, vt fideliter & humiliter fiat quod à maiore præcipitur. Ligunum enim scientiæ boni & mali in paradiso, censura discretionis est in conuersatione religionis penes patrem spiritualem,qui diiudicat omnia,ipse verò à nemine iudicatur. Ipsius est discernere,aliorum est obedire. Adam gustauit in malum suum de ligno vetito,edoctus ab eo qui suggerendo ait: Quare præcepit vobis deus vt de ligno non comederetis? Ecce discretio, cur præceptum sit. Et addit: Sciebat enim quia qua die comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. Ecce vt quid præceptum sit, scilicet quòd deos fieri non sinat. Discreuit,comedit,& inobediens factus est, & de paradiso eiectus est. Sic & animalem discretum, nouitium prudentem, insipientem sapientem, in cella diu posse consistere,in congregatione durare impossibile est. Stultus fiat,vt sit sapiens: & hæc omnis sit eius discretio,vt in hoc nulla sit ei discretio. Hæc omnis sapientia eius sit, vt in hac parte nulla ei sit. In eo vero in quo se sibi animalitas ratióque contermi-
nant,in natura animæ humanæ relictus est à creatore bono intellectus & ingenium,& in ingenio ars, in quo constituit deus hominem super opera manuum suarum,& omnia secularia ista subiecit sub pedibus eius:animali superbo, in testimonium naturalis dignitatis,& similitudinis dei amissę: simplici

Prou. 19.d *Psal. 57.d* *Philip. 3.c* *Rom. 1.c* *Iob 1.d* *Gen. 3.d* *Gen. 3.d*

A plici verò & humili, in auxilium recuperandæ dignitatis, & conseruandæ similitudinis. In hoc notum dei manifestum est in illis. In hoc æstimatur de creatura creator. In hoc cognoscitur iustitia dei: & quia qui bene agunt,digni sunt vita: qui verò aliter,digni sunt morte. In hoc creatura quæ sponte homini seruit,ad naturam subiicitur & aptatur, vt seruiat ad eam quæ ex peccato est necessitatem,& ad voluntatem & voluptatem. Hinc etiam quot & quanta vitæ huic necessaria,& bonis & malis vtilia,& in genere suo pulcherrima, & à bonis & à malis hominibus facta sunt & fiant, omnibus manifestū est. Hinc enim in literis, vel opificiis, vel ædificiis, perinnumerabiliter multiplices hominum adinuentiones, tot processerunt modi studiorum,tot genera professionum, subtilitates exquisitæ scientiæ,artes eloquentiæ, dignitatum officiorúmque varietates, & innumerabiles conquisitiones huius seculi,quibus homines illi etiam qui dicūtur sapientes huius mundi,cum eis qui simplices & filij dei, pariter vtuntur ad necessitatem & vtilitatem. Sed illi abutuntur eis ad curiositatem & voluptatem & superbiam, hi autem vtuntur eis propter necessitatem,alibi habentes suam suauitatem. Ideo illos seruos sensuum suorum & corporum suorum sequuntur fructus carnis suæ,qui sunt fornicatio, immunditia, superbia, luxuria, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, B iræ, rixæ, dissensiones, inuidiæ, comessationes, ebrietates, & his similia: quæ quicunque agunt, regnum dei nō consequentur. Hos autem,fructus spiritus,qui sunt charitas, gaudium,pax,patientia,benignitas,longanimitas,bonitas, mansuetudo, fides, modestia,continentia, castitas & pietas promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Hi vtrique quandiu simul sunt in actu, homines vident similes actiones, deus autem voluntates discernit & intentiones. Cum verò vnusquisque redit in sua, vnumquenque ex fructibus intentionis suæ pascit conscientia sua:nec tamen ab vtroque æquè ad conscientiam reditur: quia nemo ad eam redire amat post actionem, qui recta intentione ad agendum ab ea non proficiscitur. Qui tamen redit ad conscientiam, si nondum vicit concupiscentiam suam, inuenit ibi de ipsa concupiscentia sua vel suaues delectationes, vel graues corrosiones,& inde multiplicat cogitationes. Qui verò iam concupiscentiam vicit, quandiu tamen veri boni maior concupiscentia, vel maior delectatio mentem eius non obtinuerit, cum exosa quadam voluptate gestorum visorum vel auditorum patitur imaginationes: vnde in vtroque lumbi implentur illusionibus delectationū,& ad cogitanda diuina vel spiritualia lumen suorum oculorum & ipsum nō est secum: qui cum pugnat contra concupiscentias, patitur molestias: quia C rò iam ad libertatem aspirat, excutere à se nō potest affectionum imaginationes,& noxias vel occupatorias vel ociosas quæ exinde passim oriuntur cogitationes. Hinc in tempore psalmodiæ vel orationis,cæterorúmq; exercitiorum spiritualium,in corde serui dei etiam nolentis & reluctātis imaginationes voluūtur,& phātasmata cogitationū versantur,à quibus velut ab auibus immūdis insidentibus vel circunuolātibus sacrificiū deuotionis vel omnino rapitur de manu tenētis,vel sæpe polluitur vsq; ad lachrymas offerentis. Fitq; mirabilis & iniqua miseræ animæ diuisio, spiritu & ratione vorātatem cordis & intentionē,& corporis sui promptū obsequiū defendente: animali verò improbitate sibi affectū præripiente & intellectum,mente sæpius sine fructu remanente. Hinc in animis infirmioribus,& in quibus cōcupiscentię carnis & seculi necdum perfectè mortificatæ sunt, vitia passim incuriositatis ebulliūt. Hinc solitudinis & silentij quærūtur inordinatæ & proposito inimicæ cōsolationes, in via regia cōmunium institutionum furtiua propriæ voluntatis diuerticula,solitorū fastidiū,præsumptio nouitarum, quæ quidem ægri animi pruritum & tædium quasi confricando videntur ad horā lenire: sed calefaciunt & accendunt, & vt postea nequi⁹ ferueat,& amplius pruriat,efficiūt. Hinc quotidie fiunt nouæ occupationes,nouæ actionū & laborum adinuētiones, lectiones diuersæ, non ad ædificandum animum, sed ad fallendum tardātis diei tedium: vt cum damnauerit solitarius omnia vetera,omnia solita,& defecerint noua,non restet D nisi odium cellæ,& fuga matura. Propter quod pia simplicitas, & in professione religionis & solitudinis nouus homo qui non habet vel rationem ducentem, vel affectum trahentem,vel discretionem moderantem,sed vi quadam vertitur in semetipsum tanquam à figulo figmētum, lege quadam mandatorum dei quasi manibus alienis faciendus est & formandus in omni patientia, & in rota volubilis obedientiæ, & in igne probationis suæ, plasmatoris & formatoris sui voluntati & arbitrio subdendus. Nam & si callet ingenio, si viget arte,si præeminet intellectu,instrumēta sunt hæc tam vitiorum quàm virtutum. Nō ergo refugiat doceri vti eo in bono, quo & in malo vti potest,quia hoc primum virtutis opus est. Ingenium corpus adaptet,ars naturam informet, & intellectus nō elatum faciat animum,sed docibilem. Ingenium quippe, ars,intellectu,& alia huiusmodi gratuitò habentur,aliter virtus. Virtus enim vult doceri cum humilitate,queri cum labore,haberi cum amore. Nam cū omnibus his digna sit, nec aliter vel doceri vel quæri vel haberi potest. Primum quidem docēdus est rudis incola eremi, secundum apostolicam Pauli institutionem,vt exhibeat corpus suum hostiā viuentem,sanctam,deo placētem,rationabile obsequium suum. Qui etiam compescens in nouitio feruorem animalis hominis,qui nondum percipit ea quæ dei sunt, circa spiritualia ac diuina præ-
properam & curiosam inquisitionem subiunxit,dicens: Dico E
enim per gratiam dei quæ data est mihi, omnibus qui sunt in-
ter vos,nō plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Quia enim omnis vel præcipuè animalis hominis institutio circa corpus est,& exterioris hominis cōpositionē, docendus est rationabiliter mortificare corpus suū, & membra sua quæ sunt super terram,& inter carnē & spiritum,quæ inuicem iugiter aduersum se cōcupiscunt, iustum rationis ac discretionis habere iudicium, nec alicuius eorū in iudicio accipere personam. Docendus est sic habere corpus suum, sicut ægrotum commendatum,cui etiam multum volenti,inutilia sunt neganda,vtilia verò & nolenti ingerenda. Sic de eo agere, sicut de non suo, sed eius à quo precio magno empti sumus,vt glorificemus eum in corpore nostro. Rursúmque docendus est cauere quod peccatori populo dominus per prophetam improperat: Proiecistis me,inquiēs, post tergum vestrum. Multúmque esse cauendum, ne pro necessariis huius vitæ vel commodis, à propositi rectitudine, vel dignitate naturæ,in amorem vel honorem corporis sui sinat in aliquo degenerare spiritum suum. Ideóque durius tractandum est corpus, ne rebelles, ne insolescat: sic tamen, vt seruire sufficiat: quia ad seruiendum spiritui datum est. Nec sic habendum est tanquam propter illud viuamus, sed tanquam sine quo viuere non possumus. Fœdus enim quod habemus cum corpore, non quandocunque volumus possumus abrumpere, sed F
legitimam eius resolutionem patienter nos expectare oportet, & interim quæ legitimi fœderis sunt obseruare. Sic ergo nobis est cum eo conuiuendum vel conueniendum, quasi non diu nobis sit cum eo commorandum: sicque vt si aliter euenerit,non vrgeamur ad exeundum. In quo multū & scrupulose laborandum,& periculose sæpe fuerat errandum, nisi lex obedientiæ & cellæ plenam communis institutionis formam semel tradens,ingrediendi de victu & vestitu,de labore & quiete, de silentio & solitudine, & omnibus quæ ad exterioris hominis cultum vel necessitatem spectant, fratrē obedientē & patientē & quietum, in reliquum cautum redderet & securum. In quibus sic semel circunciśa sunt omnia,& præcisa superflua, sic intra congruæ sufficiētiæ terminos & generalis continentię limites circunscripta sunt omnia necessaria, vt sit quod fortes cupiant,& infirmi non refugiant, nec vlterius quantitas concessorum lædere possit in aliquo vtentium cum gratiarum actione cōscientiam: nec quę sunt amputata, tentare debeāt aliquatenus in seruo dei corporis bene morigerati,& rectè educati sufficientiam. In quibus,sicut Salomō dicit, qui ambulat simpliciter,ambulat confidenter: qui verò mentis est duæ, corruet in malum. Licet enim necessitas sic sit ordinata, vt nec querelæ sit locus vllus, & omnis sit superfluitas amputata: si quid tamen vel publicè vel priuatim ad-

Rom. 1.b *Gala. 5.d* *Ibidem.* *Rom. 12.d* *Ibidem.* *1. Cor. 6.d* *3. Reg. 14.b* *Prou. 10.d*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gendum est,vel minuendum,hoc in Prioris est arbitrio,absq; omni scrupulo obedientium subditorum vel periculo. Instituendus est ergo nouus eremita ad cõmunis institutionis normã cõcupiscentias carnis suæ præteritorũ peccatorũ pœnitẽtia cõtinua domare,& ad contẽnenda cætera ad suiipsius cõtemptũ venire. Præmuniendus est assidue cõtra tentationes actius in solitarium nouitium desæuientes,cum seruũ dei gratis deo seruientem non cessent solicitare vitia mercede oblatę delectationis,diabolo suggerente,carne concupiscente,seculo cõcupiscenda ingerente. Tẽtat enim nos dominus deus noster,vt sciat si diligamus eũ,an nõ:nõ vt ipse quasi nesciens agnoscat, sed vt plenius hoc in ipsa nobis tentatione innotescat. Sed illæ tentationes facilè vincũtur, & facilè à ratione eis occurritur,quę vel suspectę sunt,vel prima facie malę esse innotescunt. Quæ verò sub specie boni se ingerunt,& difficilius discernuntur,& periculosius admittũtur. Sicut enim difficilime tenetur modus in eo quod bonum esse creditur, ita nõ semper tutus est omnis boni appetitus. Omniũ autẽ tentationum & cogitationum malarũ & inutilium sentina,ociũ est. Sũma etenim mẽtis malitia est ociũ iners. Nunquã ociosus sit seruus dei,quanuis à deo feriatus sit. Nomẽ quippe tã suspectum & vanũ & molle,rei tam sanctę,tam seueræ imponendũ non est. Ocioſum non est vacare deo, imH mo negocium negociorũ omnium hoc est. Quod quicũque in cella nõ agit fideliter & feruenter, quodcunque agit quod propter hoc nõ agit,scilicet vt deo seruiatur:in eo quod agit, ociatur. Vbi pro vitando ocio ociosa sectari ridiculum est. Ocioſum autẽ est,quod nullam habet vtilitatem, vel vtilitatis intentionẽ. Nõ autem hoc tantummodo agendum est, vt cũ aliqua delectatione, vel sine grandi nausea ocij dies transigatur,sed vt etiam de peracta diæta ad profectũ mentis semper aliquid in conscientia resideat,aliquid quotidie in thesaurum cordis cõgeratur. Nec ea die bonus cellita se vixisse debet existimare,in qua nil eorum se egisse recolit,propter quæ in cella viuitur. Quæris quid agas,vel in quo te occupes? Primũ extra quotidianum orationũ sacrificium,vel lectionis studium,quotidianæ conscientiæ discussioni, emendationi,morum cõpositioni pars sua diei neganda nõ est:deinde operãdum est aliquid manibus quod iniungitur, nõ tam quod animum delectando ad horam detineat, quàm quod spiritualibus studiis delectationem conferuet & nutriat,in quo remittatur ad horam animus, non resoluatur: vnde se facilè mox vt sibi ad seipsum redeundum esse visum fuerit, expediat sine controuersia inhibentis voluntatis, absque contagio contra-
1.Cor.11.b ctæ delectationis, vel memoriæ imaginantis. Non enim vir propter mulierem,sed mulier propter virum. Nõ spiritualia exercitia sunt propter corporalia,sed corporalia propter spiI ritualia. Propterea sicut viro creato collatum est vel cõpatum ei adiutorium simile sibi ex ipsa hominis substantia, sic cũ in adiutoriũ spiritualis studij necessaria sint,non tamen in hoc semper æquè conuenire videntur omnia corporalia exercitia,sed quæ cum spiritualibus propiorem videntur habere similitudinem & affinitatem,sicut ad ędificationem spiritualem meditari quod scribatur, vel scribere quod legatur. Subdialia enim exercitia & opera sicut sensus distrahunt, sic sæpe etiam spiritum exhauriunt, nisi cum grauiore ruralium labore operum sit maior contritio corporis vsque ad cõtritionem & humiliationem cordis. Fatigationis enim suæ pressura exprimunt sæpe vehementioris affectũ deuotionis. Quod etiam in labore ieiuniorum,vigiliarum,& omnium in quibus afflictio corporis est,crebrò fieri manifestum est. Serius tamen animus & prudens ad omnem se comparat laborem,nec in eo dissoluitur, sed per eum magis in seipsum colligitur: qui semper prę oculis habens non tã quod agit quàm quò agendo intendit,omnis cõsummationis attendit finem. Quò inquantum verius innititur, intantum etiam feruentius & fidelius manibus operatur,totius sibi corporis sui subiiciens seruitutem. Coguntur enim in vnum sensus ad disciplinam bonæ voluntatis,nec lasciuire eis vacat à pondere laboris, sed subacti & humiliati in obsequium spiritus docentur conformari ei & in laboris participatione,& in consolationis expectatione. Inordinata enim natura per peccatũ, & à conditionis suæ rectitudine exorbitans, si ad deum fuerit K conuersa,recuperat citò pro modo timoris & amoris quem habet ad deum,quæcunque perdidit auersa: & vbi cœperit spiritus reformari ad imaginem conditoris sui, mox etiam reflorescens caro,ex voluntate sua incipit conformari reformato spiritui. Nam & contra sensum suum incipit eam delectare quicquid delectat spiritum suum. Insuper & pro multiplici defectu suo ex pœna peccati multipliciter sitiens ad deum, nonnunquam etiam contendit præcedere rectorem suum. Delectationes enim non perdimus, sed mutamus de corpore ad animum, à sensibus ad conscientiam. Panis furfureus,& simplex aqua, & olera,& legumina simplicia, nequaquam res delectabiles sunt: sed in amore Christi, & desiderio internæ delectationis, ventri bene morigerato gratanter ex his satisfacere posse valde delectabile est. Quot milia pauperum ex his, vel ex aliquo horum delectabiliter satisfaciunt naturæ? Facilimum quippe & delectabile esset adiuncto amoris dei condimento secundum naturam viuere,si insania nostra nos permitteret:iqua sanata,statim naturalibus natura arridet. Eodem modo & de labore. Rusticus duros habet neruos, fortes lacertos. exercitatio hoc facit. sine eum torpere,mollescit. Voluntas facit vsum,vsus exercitium: exercitium vires in omni labore subministrat. Sed redeamus ad propositum. Hoc omnibus modis agat & labor & ocium L nostrum,vt nunquam simus ocioſi: & hoc semper sit negotium nostrum, vt perfectè consummetur in nobis quod dicit apostolus animalibus & insipientibus:Humanum,inquit, Rom.6.a dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Audiat hoc attentius amicum corporis sui mancipium, animalis homo,qui iam incipit corpus suum subdere spiritui,& adaptare semetipsum ad ea quæ dei sunt percipienda,& ad exuendã fide seruitutis necessitatem, & carnis suæ dominantem cõsuetudinem, vt se accingat, necessitatem faciens sibi contra necessitatem & consuetudinẽ contra consuetudinem, & affectum sibi formet contra affectum:donec plenius mereatur accipere delectationem contra delectationem,vt delectationibus carnis ac seculi secundum consilium apostoli saltem tantum eum delectet carere, quantum eum delectabat primò eas habere:tantum delectet eum de membris sui corporis seruire iustitiæ in sanctificationem, quantum prius delectabat eum seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem. Hæc est perfectio animalis hominis in suo statu, vel nouitij incipientis: qui cum consummaIbidem. uerit hoc animale vel humanum, si non respexerit retro, sed fideliter in anteriora se extenderit, citò perueniet ad illud diM uinum,vt incipiat apprehendere sicut apprehensus est & cophilip.3.c gnoscere sicut cognitus est. Hoc autem opus non in vno fit momento conuersionis:non est vnius diei, sed multi temporis,multi laboris,multi sudoris:secundum gratiam dei miserentis,& studium hominis volentis & currentis. Omniũ verò bonorum horum officina est cella, & stabilis perseuerantia in ea. In qua cuicunque cum sua paupertate bene conuenit,diues est:& quicunque bonam voluntatem habuerit, secum habet quicquid ad bene viuendum ei opus est: quanuis bonæ voluntati non semper credi expedit, sed frænanda est, sed regenda est,& maximè in incipiente. Regat sanctæ obedientiæ regula bonam voluntatem, illa verò corpus & doceat illud posse consistere in loco,cellam pati,secũmque morari:quod in proficiente bonæ compositionis initium est, & certum bonæ spei argumentum. Impossibile est hominem fideliter figere in vno animũ suum,qui non prius alicui loco perseueranter affixerit corpus suum. Nam qui ægritudinem animi,migrando de loco ad locum effugere nititur: sic est sicut qui fugit vmbrã corporis sui. Seipsum fugit, seipsum circunfert:locum mutat,non animum. Eundem vbique se inuenit,nisi quòd deteriorẽ facit ipsa mobilitas:sicut lædere solet ægrum, qui circũferendo concutit eum. Ægrũ enim se sciat, & vacet circa causarias partes ægritudinis suæ. Si non interrumpitur quies,remedia continuata citò proficiẽt & sanatus animus ab alienationibus vel captiuitatibus & tẽtationibus suis,

A suis,totus in deo suus efficietur. Cura eget,& non modica,nõ inquinata, sed infecta natura. Incũbat ergo immobiliter valetudinario suo(sic enim solent appellare medici valetudinũ curãdarum officinam)& remedij susceptj prosequatur vsum vsque ad sanitatis experimentum. Valetudinarium tuum, ô ægrote,ô lãguide,cella tua est: remedium in quo curari cœpisti,obedientia est,obedientia vera. Sed scito quòd remedia crebrò mutata nocẽt,naturam disturbant,& ægrum distermi nant. Nã & qui aliquò pergit,si vnã certã tenuerit viam,citò perueniet quò tendit,& itineris & laboris faciet finem. Si verò multas aggrediturvias,errat,nec laboris aliquando finem facit:quia error finẽ non habet. Non ergò remedium mutes, nec aliud pro alio accipias,sed vsque ad terminũ perfectæ sanitatis, medicinalis obedientiæ remedio vtere: nec abiicias eam,vt ingratus cum factus fueris sanus,sed tamẽ in reliquũ alio modo ea vti permittẽris. Si ergo ad sanitatẽ festinas,vide vt nil vel modicum de temetipso agere præsumas medico inconsulto: à quo si operam medicantis expectas,necesse B est vt vulnus tuum semper ei detegere non erubescas. Erubescę, sed tamen reuela totum: nec abscondas. Sunt enim qui confitendo quasi fabulam enarrant suorum historiam peccatorum, ægritudines animæ suæ sine confusione dinumerant,& penè sine pœnitentia,& sine affectu doloris. Citò enim lachrymas inuenit,& resoluitur in gemitum, qui habet sensum doloris. Si verò malæ ægritudini desperabilior stupor accesserit, hic in eo quod non dolet, quanto sanitati videtur esse propinquior, tanto ad ea fit remotior. Quòd si medicus quasi clementior fuerit, vt quasi vnguentis & emplastris lenioribus omnia voluerit curare: tu age pro temetipso,& remedij fortioris & celerioris auidus,sanitatis ferrum require, cauterium exposce. Medicus tibi semper præsto est, paratus est. Ne enim horrori sit tibi tua solitudo, & vt tutius in cella habites:tres tibi deputati sunt custodes, scilicet deus, conscientia,& spiritualis pater. Deo debes pietatem, cui te totum impendas:conscientiæ tuæ honorem,coram qua peccare erubescas: patri spirituali obedientiam charitatis, ad quem de omnibus recurras. Insuper vt gratum me habeas, addam tibi & quartum: & quandiu paruulus es, & donec plenius addiscas diuinam cogitare præsentiam, pædagogum tibi procurabo. Elige tibi tu ipse hominen consilio meo, cuius vitæ exẽplar sic cordi tuo insederit,reuerentia inhæserit, vt quotiens eius recordatus fueris, ad reuerentiam cogitati assurgas,& temetipsum ordines & componas: qui cogitatus ac ti præsens sit, in affectum mutuæ charitatis emender in te omnia emendanda, & tamen nullũ patiatur damnum secreti sui solitudo tua. Hic præsens tibi adsit quandocunque volueris:occurrat sæpe & cum nolueris. Increpatio-
C nes eius describe tibi,cogita:sancta eius seueritas,consolationes, pietas,& benignitas, exemplum sanctæ vitæ,synceritas. Nam omnes cogitationes tuas cum ab eo videri cogitabis:ac si videat,ac si arguat,emẽdare cogẽris. Sic,secundum præceptũ apostoli,solicitè temetipsum custodi: & vt temetipsum semper inspicias,semper ab omnibus oculos auerte. Egregiũ instrumentum corporis est oculus, si sicut cætera, sic etiam videre posset semetipsum. Quod cum interiori oculo cõcessum sit:si ad exterioris exemplum seipsum negligens, vacat circa aliena:etiã cum vult,non sufficit redire ad seipsum. Tibi vaca: multa tu ipse tibi solicitudinis materia es. Exclude etiam ab oculis exterioribus quod desueuisti videre, ab interioribus quod amare:quia nil tam facilè recrudescit quàm amor & maximè in tenerioribus & recentioribus animis. Aude etiam nonnunquam sapere,& æmulari charismata meliora,& tu ipse tibi esto parabola ædificationis. Alia cella tua exterior,alia interior. Exterior est domus,in qua habitat animã tua cum corpore tuo. Interior est conscientia tua quã inhabitare debet omnium interiorum tuorum interior deus, cum spiritu tuo. Ostium clausuræ exterioris, signum est ostij circunspectionis interioris: vt sicut sensus corporis per exteriorem clausuram foris vagari non permittitur, sic interior sensus ad suum semper interius cohibeatur. Dilige ergo interiorem cellam tuam, dilige exteriorem: vnicuique suum impende cultum. Tegat te exterior, non abscondat, non vt pecces occultius,sed vt tutius viuas. Nõ enim scis, ô rudis in- D cola,quid cellæ debeas,si non cogitas quomodo in ea nõ solummodo à vitiis tuis curaris, sed etiam nõ habes rixari cum alienis. Nescis enim quem conscientiæ tuæ debeas honorem quicunque in ea non experiris gratiam sancti spiritus, & internæ suauitatis dulcedinem. Da ergo vtrique cellæ honorẽ suum,& tu tibi in ea vendica primatum tuum. Disce in eo secundum communis instituti leges tu tibi præesse, & vitam ordinare,& mores componere,& temetipsum iudicare:teipsum apud teipsum accusare:sæpe etiam condemnare,nec impunitum dimittere. Sedeat iudicãs iustitia, stet rea & seipsum accusans conscientia. Nemo te plus diligit, nemo te fidelius iudicabit. Mane præteritæ noctis fac à temetipso exactionẽ, & venturæ diei tu tibi indicito cautionem. Vespere diei præteritæ rationem exige, & superuenientis noctis fac indictionem. Sic districto nequaquam tibi aliquando lasciuire vacabit. Singulis horis secũdum communis instituti canonem sua distribue exercitia: cui spiritualia, spiritualia: cui corporalia, corporalia:in quibus sic exoluat omne debitum spiritus deo, corpus spiritui: vt si quid fuerit intermissum, si quid neglectum,si quid imperfectum,suo modo, suo loco, suo tempore non abeat impunitum, vel irrecompensatum. In quibus extra illas horas de quibus dicit propheta, Septies in die laudẽ Psal.118.6 dixi tibi: matutinum ac vespertinum sacrificiũ ac mediæ noE ctis est maximè obseruãdum. Non enim frustra ait propheta: Mane astabo tibi & videbo:sed quia tunc à curis exterioribus Psal.5.a adhuc sumus ieiuni: & dirigatur oratio mea sicut incẽsum in Psa.140.a cõspectu tuo:eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum: quia tunc ab huiusmodi impedimentis iam quodammodo inuenimur digesti. Qui & in nocturnis vigiliis nostris (in quibus media nocte surgimus ad confitendum nomini Psal.118.b domini)confessionis eiusdem ordinem contexens, In die, inquit,tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis, nocte Psal.76. contra eum,& nõ sum deceptus. Istis enim horis potissimum coram deo debemus nosmetipsos constituere quasi facie ad faciem,& in lumine vultus eius perspicere, tribulationem & dolorem nobis de nobisipsis inuenire, & nomen dei inuocare, scopando spiritum nostrum donec incalescat, ambiendo ad memoriam abundantiæ suauitatis suæ, donec ipse in cordibus nostris dulcescat. Sed tunc maximè nobis agendum est quod dicit apostolus: Malo in ecclesia quinque loqui verba 1.Cor.14.b sensu meo, quàm decem milia verborum sine intellectu. Et illud: Psallam spiritu,psallam & mente. Orabo spiritu,orabo & mente. Tunc enim menti & spiritui aggregandi sunt fructus sui,vt exinde vel in abundãtia benedictionis dei in quietem noctis relaxemur: vel surgentibus nobis ad laudes dei, omnis exinde tenor operis nostri in ipsius laudibus formetur ac viuificetur. Idcirco in præueniendis nocturnis vigiliis non expedit multitudine psalmorum obruere intellectum, & ex- F haurire spiritũ vel extinguere:sed quandiu sobrius inuenitur, pietati afficiendus est, & suo itinere dirigendus ad deum, donec dilatato corde currere incipiat vsq; ad finem operis dei: postmodum feruoris sui modum siue tenorem habiturus,nisi magna intercidatur negligẽtia, vel omittatur voluntaria miseria. Scit etiam quicunque sensum Christi habet, quantum pietati Christianæ expediat: quantum dei seruum,& seruum redemptionis Christi deceat, & vtile ei sit, vna saltem aliqua diei hora, passionis & redemptionis ipsius attentius recolere beneficia ad fruendũ suauiter in cõscientia, & recondendum fideliter in memoria:quod est spiritualiter mãducare corpus Christi,& bibere eius sanguinẽ in memoriam eius. Qui omnibus in se credẽtibus præcepit dicẽs: Hoc facite in meã com- Luc.22.b memorationem. In quo etiam propter peccatum inobedientiæ,quàm impium sit hominẽ tantę dei pietatis immemorem esse,palã omnibus est,cum amici hominis abeuntis sub quoliber signo commendatam memoriam nefas sit obliuiſci. Siquidem sanctæ huius ac reuerẽdæ commemorationis mysterium suo modo,suo tempore,suo loco celebrare licet paucis hominibus,quibus creditum est hoc mysterium:rem verò sacramenti vel mysterij in omni tempore,& omni loco dominationis dei, modo quo traditum est, hoc est, debitæ pietatis affectu,agere,contrectare,& sumere sibi in salutem,omnibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in promptu est, quibus dicitur: Vos autem genus electum,
1.Pe. 2.b regale sacerdotium, gés sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Nam & sacramentum sicut accipit ad vitã dignus, sic ad mortem suã & iudiciũ indignus. Rem verò sacramenti nemo percipit nisi dignus & idoneus. Sacramentũ enim sine re sacramenti sumenti mors est: res vero sacramẽti etiam propter sacramentũ sumenti, vita æterna est. Si autẽ vis, & verè vis, omnibus horis tam diei quàm noctis, hoc tibi in cella tua præsto est. Quotiens in commemorationem eius qui pro te passus est, hoc facto eius pie ac fideliter fueris affectus, corpus eius manducas, & sanguinem bibis. Quandiu in eo manes per amorem, & ipse in te per sanctitatis & iustitiæ operationem, in eius corpore & mẽbris eius cõputaris. Deinde etiam certis horis certæ lectioni vacandum est. Fortuita enim & varia lectio, & quasi casu reperta, nõ ædificat, sed reddit animum instabilẽ: & leuiter admissa, leuius recedit à memoria. Sed certis ingeniis immoraadũ est, & assuefaciendus est animus. Quo enim spiritu scripturæ factæ sunt, eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt. Nunquã ingredieris in sensum Pauli, donec vsu bonę intẽtionis in lectione
H eius, & studio assiduę meditationis, spiritum eius imbiberis. Nunquam intelliges Dauid, donec ipsa experiẽtia ipsos psalmorũ affectus indueris. Sicq; de reliquis. Et in omni scriptura tantũ distat studiũ à lectione, quantum amicitia ab hospitio, socialis affectio à fortuita salutatione. Sed & de quotidiana lectione aliquid quotidie in vẽtrem memoriæ demittendum est, quod fidelius digeratur: & sursum reuocatũ crebrius ruminetur, quod proposito conueniat, quod intẽtioni proficiat, quod detineat animum, vt aliena cogitare non libeat. Hauriẽdus est sæpe de lectionis serie affectus, & formãda oratio quæ lectionem interrumpat, & non tam impediat interrumpendo, quàm puriorem cõtinuo animum ad intelligentiam lectionis restituat. Intentioni seruit lectio. Si verè in lectione deum quærit qui legit: omnia quæ legit, cooperãtur ei in bonum, & captiuat sensus legentis, & in seruitutem redigit omnem lectionis intellectum in obsequium Christi. Si in aliud declinat sensus legentis, omnia trahit post semetipsum: nihilq; tam sanctũ, tam piũ inuenit in scripturis, quod seu per vanam gloriam, seu distortum sensum, seu per prauum intellectum non applicet vel malitiæ, vel vanitati. In omnibus enim scripturis legentis initiũ debet esse timor do-
I mini, vt in eo primo solidetur intentio legentis, & ex eo ordinetur & exurgat totius lectionis intellectus & sensus. A spiritualibus verò exercitiis in corporalia nũquam longe vel in totum recedatur, sed facilè ad ea posse redire animus assuescat: & cum illis se mutuet, istis semper inhæreat. Sicut enim
1.Cor.11.b supra dictum est, non vir propter mulierem, sed mulier propter virũ. Nec spiritualia propter carnalia, sed carnalia propter spiritualia. Corporalia verò exercitia nunc dicimus, quæ manuali opere corporaliter exercẽtur. Nam sunt & alia corporis exercitia in quib⁹ necesse est corpus laborare, sicut sunt vigiliæ, ieiunia, & alia huiusmodi: quæ spiritualia non impediunt, sed iuuant, si cum ratione discretionis fiant. Quæ si ex indiscretionis vitio sic agãtur, vt vel deficiente spiritu vel languente corpore spiritualia impediantur: qui sic est, corpori suo tulit boni operis effectum, spiritui affectum, proximo exemplum, deo honorem: sacrilegus est, & horũ omnium in deũ reus. Non quòd, secundum apostoli sensum, no videatur humanum etiã hoc: & nõ deceat, & iustum non sit caput aliquãdo dolere in seruitio dei, quod olim sæpe vsq; ad dolorẽ laborauit in vanitate seculi: esurire ventrẽ vsq; ad rugitũ, qui sæpe repletus est vsq; ad vomitũ: sed modus in omnibus habendus est. Affligendum est corpus aliquando, sed non conterendum. Nam corporalis exercitatio ad modicum quidem
1.Tim.4.b valet, & pietas ad omnia vtilis est. Propter quod & ad modicum, hoc est non in concupiscentiis, sed tamen cura carnis agenda est. Agenda verò est sobriè, & cum spirituali quadam disciplina, vt neque in modo eius, neque in qualitate, neque in quantitate appareat aliquid quod non deceat seruum dei. Eis enim quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honorem circundare debemus. Honesta verò nostra nullius egẽt. Non solùm autem hoc, sed & omnem vitam nostram (quan- K
tuis hominibus occultam) exhibere debemus deo sanctam & honestam, & omnem conuersationem nostram sanctis angelis conspicabilem agere & delectabilem, quanuis inter domesticos parietes inclusam. Omnia vestra (inquit apostolus) 1.Co.14.g
honestè fiant in vobis. Grata deo res est honestas, & sanctorum angelorum amica. Propter quod etiam iubet apostolus velari mulieres, propter angelos: qui cum proculdubio tam die quàm nocte nobiscum sint in cellis nostris, nos custodiẽtes, & nostris studiis congaudentes, & cooperantes: placet eis vt etiam nullo homine vidente omnia nostra honestè fiant. Siue ergo manducetis, siue bibatis, siue aliquid aliud faciatis, omnia in domino agite, piè, sanctè, & religiosẽ. Si manducas, mensam tuam per se satis sobriam sobrietas tua perornet. Et cum mãducas, nequaquam totus manduces, sed corpore tuo suam refectionem procurante, mens suam non negligat, sed de memoria suauitatis domini, vel scripturarum aliquid, quod eam pascat, meditando, vel saltem memorando secum ruminet & digerat. Sed & ipsa necessitas non seculariter, nõ carnaliter expleatur: sed sicut decet monachum, sicut conuenit seruo dei. Nam etiam quo ad sanitatem corporis, cibus quãto honestius & ordinatius sumitur & ingeritur, tanto facilius & salubrius digeritur. Obseruandus est ergo sumendi
L modus & tempus, cibi quantitas & qualitas: fugienda superflua & adulterina condimenta. Obseruandus est ergo sumendi modus, vt non effundat qui comedit, super omnẽ cibum animã suam: tempus, ne ante horam: qualitas, vt quibus vtitur communitas fraternitatis, excepta causa manifestæ necessitatis. De condimentis verò sufficiat, obsecro, vt comestibiles fiant cibi nostri, non etiam concupiscibiles vel delectabiles. Sufficit enim concupiscentiæ malitia sua, quæ cum vix aut nullo modo pertransire possit ad finem explendæ necessitatis, nisi per viam quantæcunque delectationis: si cœperit accipere irritamenta ab eis qui perpetuum suscepere bellum aduersus eius oblectamenta, fiunt duo contra vnum, & sic periclitatur continentia. Deinde sicut de cibo dictum est, sic & de somno. Caue inquantum potes, serue dei, ne totus aliquando dormias, ne sit somnus tuus non requies lassi, sed sepultura corporis suffocati: non reparatio, sed extinctio spiritus tui. Suspecta res est somnus, & ex magna parte ebrietati similis. Exceptis enim vitiis, quibus in dormiente cum corpore dormitante ratione, non est qui contradicat quantum ad debitum continui profectus, nihil temporis tam deperit de vita nostra, quàm quod somno deputatur. Iturus ergo ad somnum semper aliquid defer tecum in menoria vel cogitatione: in quo placidè obdormias, quod nonnunquam etiam somniare iuuet, quod etiam euigilantem te excipiens, in statum hesternæ intentionis restituat. Sic tibi nox sicut dies il- M
luminabitur, & nox illuminatio tua erit in deliciis tuis. Placi- Psal.138.b
dè obdormies, in pace quiesces, facilè euigilabis, & surgens facilis & agilis eris ad redeundum in id, vnde non totus discessisti. Sobrium enim cibum, sobriúmque sensum sequitur sobrius somnus. Carnalis verò somnus, & brutus, & sicut dicitur, letheus, abominandus est seruo dei. De quo verò post congruam quietem facilè est sensus corporis & mentis euocare, & quasi seruos domus patrisfamilias ad opera necessãria spiritu susciture & emittere: huiusmodi somn⁹ tẽpori suo, modo suo aspernandus non est. Sic prudens & deo deditus animus habere se debet in cella sua, in conscientia sua sicut
Prou.21.b prudens paterfamilias in domo sua. Non habeat, sicut Salomon dicit, mulierem litigiosam carnem suam, sed ad sobrietatem moderatam, & assuefactam ad obedientiã, & ad laborẽ paratam, vbique institutam & esurire, & saturari, & abũdare, & penuriã pati. Habeat sensus exteriores non duces, sed seruientes, interiores, sobrios & efficaces. Habeat omnẽ omnino domum vel familiam cogitationum suarum sic ordinatam & disciplinatã, vt dicat huic, vade, & vadat: & alii, veni, & veniat: & seruo corpori, fac hoc, & absque contradictione faciat. Qui sic semetipsum ordinat & regit in cõscientia sua: optimè sibi credendus & committendus est in cella sua. Sed hoc est perfectorum, vel perfici iam incipientium: quod ideo proposuimus incipiẽtibus & nouitiis, vt sciant quid desit sibi, &

A bi, & quò extendere habeant intentionem studij sui. Sciendum verò est, quia cum de carnali vel de animali sensu, vel de rationali scientia, vel de spirituali sapientia disserimus, vnum hominem describimus, in quo secundum diuersos profectus & profectuum prouentus, & intentionis affectus, hęc omnia diuersis temporibus possibile est inueniri, & tria hominum genera singula secũdum statuum horum proprietates in professione religionis in cellis militantia: quanuis cellæ dignitas,
Heb.5.d & sanctæ solitudinis secretũ, & solitariæ professionis titulus, non nisi perfectis conuenire videtur: quorum, sicut apostolus dicit, est solidus cibus, & qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali: in quo etsi rationalis (qui proximus est sapienti) vtcunque videretur esse tolerandus, sed certe animalis qui non percipit ea quæ dei sunt,
Act.11.b penitus putaretur arcẽdus. Sed occurrit Petrus apostolus dicens de quibusdam: Si spiritum sanctum ipsi acceperunt sicut & nos: ego quis eram qui prohiberem deum? Spiritus enim sancti bona voluntas est. Nec enim sine grandi scrupulo mentis, à quacunque professionis altitudine arcendus est, cui testis inhabitãtis & trahẽtis spiritus sancti bona voluntas est. Siquidem ex duobus hominum generibus cellarum habitatio supplenda est: scilicet vel de simplicibus, qui & sensu & voluntate ad assequendam religiosam prudentiam feruentes apparuerint & humiles: vel de prudentibus, quos religiosę &
B sanctæ simplicitatis constiterit esse æmulatores. Stulta verò superbia, vel superba stultitia, à tabernaculo iustorum semper procul sit. Est autem omnis superbia stulta, quanuis non omnis stultitia sit superba. Stultitia enim sine superbia, nonnunquam simplicitas inuenitur: quæ si ignorat, forsan est docibilis: & si nequit doceri, forsan est tractabilis. Et est propria ciuitas refugij simplicitati, cohabitatio religionis, nisi sit talis quæ nolit humiliari, vel tam bruta, vt non possit regi vel tractari. Bona tamen voluntas etsi multum sit bruta, non tamen est deserenda, sed salutari consilio ad laboriosam & actuosam vitam transmittenda. Superba autẽ quantumuis prudens sibi videatur, dimittenda sibi est, & abigenda. Si enim admittitur superbus, prima die qua ingreditur habitare, incipit leges dare. Nimium verò stultus discere non potest quas inuenit. Solicitè ergo & prudenter perpendendum est quis admittatur ad habitandum secum. Qui enim habitat secum, non nisi seipsum qualis ipse est, habet secum. Malus autem homo nunquam turè secum habitat, quia cum malo homine habitat, & nemo molestior ei est, quàm ipse sibi. Nam insani & nimium dementes, & qui non satis quacunq; de causa mẽtis suæ bene compotes sunt, custodiri solent, nec sibi relinqui vel cõmitti, ne solitudine sua male vtantur. Admittantur ergo animales homines, pauperes spiritu ad cohabitationẽ cellarum, sed vt fiant ipsi rationales ac spirituales: nõ vt propter eos ipsi qui iã
C hoc esse meruerunt, conuertantur retrò, & efficiantur animales. Suscipiantur in omni beneuolentia charitatis, portentur in omni patientia benignitatis. Sed qui eis compatiuntur, nõ eis conformentur: nec sic quærant eorum profectum, vt propter eos cogantur incurrere propositi in religione rigoris defectum. Iam enim subintrauit de ære alieno sumptuosa, &
† Eccli.7.b quantum pudor sinit, ambitiosa cellarum ædificatio, & abiecta sanctæ simplicitate & rusticitate (sicut Salomõ dicit) ab altissimo creata, quasi religiosas quasdã nobis creamus habitationũ honestates. In quibus tãtum cõpassum est animalibus, vt penè omnes in hoc effecti simus animales. Dimissam enim nobis à patribus nostris iure hæreditario formã paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciẽ, verum decorẽ domus dei alienantes à nobis, & à cellis nostris, per manus artificum exquisitorum cellas non tam eremiticas, quàm aromaticas ędificamus nobis, singulas in titulo cẽtum solidorum, concupiscentias oculorum nostrorum de eleemosynis pauperum. Amputa domine opprobrium centum solidorum à cellis pauperum tuorum. Cur non potius centum denariorum? Cur non
† Extra.25.d potius nullorum? Cur non potius gratis filij gratię ipsi sibi ædificant? Quid respondsum est Moysi cum consummaret tabernaculum? Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod ostensum est tibi in monte. Non à seculi hominibus decet fieri tabernaculum dei cum hominibus. Ipsi quibus in altitudine mentis ostenditur exemplar veti decoris domus dei, D
ipsi ædificent sibi. Ipsi quibus solicitudo interiorum suorum contemptum, & negligentiam indicit omnium exteriorum, ipsi ædificent sibi formam paupertatis, & sanctæ simplicitatis speciem, & paternæ frugalitatis lineamẽta. Nulla sic aptabit artificium industria, sicut eorum negligentia. Ergo obsecro in peregrinatione huius seculi, in militia hac super terram ædificemus nobis, non domos ad habitandum, sed tabernacula ad deferendum: vtpote citò inde vocandi, & emigraturi in patriam & ciuitatem nostram, & in domum æternitatis nostræ. In castris quippe sumus, in alieno militamus, in alieno laboramus. Facile est quicquid naturale est. Nunquid non facile est solitario, & sufficiens naturæ, & vtile conscientiæ, ipsi sibi cellam de virgis contexere, de luto plasmare, vndecunque operire, & decentissime inhabitare? & quid amplius est requirendum? Credite fratres, & vtinam experiri vobis non contingat: quia pulchritudines istæ & forenses honestates cito virile propositum eneruant, & masculinum animum effœminant. Nam etsi ipso sæpe vsu sopiuntur earum delectationes, etsi sint aliqui qui vtantur huiusmodi quasi nõ vtentes, tamen contemptu melius quàm vsu extirpantur & vincuntur huiusmodi affectiones. Conferunt etiam non modicum interioribus nostris exteriora nostra ad similitudinem mẽtis aptata & composita, & bono proposito suo modo respondẽtia. Pauperior enim cultus in aliis frænat cõcupiscen- E
tiam: in aliis circa amorem paupertatis afficit conscientiam. Sed & intentum interioribus suis animum magis decent inculta omnia & neglecta exteriora: quibus animus ipse dum sæpius alibi cõuersari dignoscitur, seque alibi magis occupatam intentio sancta denunciat, efficaciter bonæ conscientiæ cõciliat interiora, cui omnia exteriora viluisse renunciat. Obsecro ergo vt maneant cellæ illæ delicatiores sicut factæ sunt, sed non crescat numerus earum, sintque in valetudinaria fratribus animalibus & infirmioribus, donec cõualescant: hoc est, incipiant desiderare non valetudinaria infirmorum, sed tabernacula militantium in castris dei. Manẽt in exemplũ posteris vestris, quia tales habuistis, & spreuistis. Vos autem qui spirituales estis, sicut Hebræi, id est transeuntes, non habentes hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirentes, ædificate vobis, sicut petistis, casulas, in quibus habitetis. In casulis enim habitauerunt patres nostri, habitantes in terra repromissionis quasi in aliena: cum cohęredibus repromissionis expectantes ciuitatem habentem fundamenta, cuius artifex & conditor est deus: non acceptis repromissionibus, sed
Heb.11.b à longè eas aspicientes & salutantes, & cõfitentes; quia hospites sunt & peregrini super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere meliorem, hoc est cœlestem. Idcirco patres nostri in Aegypto & Thebaida, sanctæ huius F
vitæ ardentissimi æmulatores, in solitudinibus degentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: ipsi sibi cellas ædificabant: in quibus tecti tantummodo & circunsepti à turbine & à pluuia tutabantur: in quibus eremiticæ frugalitatis deliciis affluentes, locupletabant multos ipsi egentes. Quos quo nomine dignius appellem nescio, homines cœlestes, an angelos terrestres degentes in terris, sed conuersationem habentes in cœlis? Laborabant manibus suis, & de labore suo pauperes pascebant, esurientes ipsi, de vastitate eremi vrbium carceres alebant: & infirmos, & in quibuslibet necessitatibus positos sustentabant, viuentes de labore suo, & habitantes in labore manuum suarum. Quid ad hæc dicemus nos, non animales, sed animalia terrena: adhærentes terræ, & sensibus carnis nostræ, in sensu carnis nostræ ambulantes, & ex alienis manibus pendentes? Quanuis consoletur nos in hoc ipsum, aliquatenus ille, qui cùm diues esset, pauper pro
2.Cor.8.b nobis factus est: & qui voluntariæ paupertatis dedit præceptum, ipse eiusdem paupertatis in semetipso nobis formam dignatus est demonstrare. Vt enim sciant euangelici pauperes quid eis faciendum sit, ipse etiam à fidelibus pasci voluit: nonnunquam & ab infidelibus (sed vt fideles faceret) vitæ necessaria accipere non recusauit. Sed etiam in primitiua ecclesia pauperes illos sanctos, qui pro Christo rapinam bonorum
Hebr.10.g suorum perpessi fuerant, vel (secundũ perfectionis cõsilium)

Luc.18.d Act.11.d 1.Cor. 16.a Omnia reliquerant & vendiderant,ac fratribus fidelibus cõmunia effecerant,quanta solicitudine,quanta pietate sancti apostoli alendos à fidelibus procurabant,& liber actuum apostolorum,& Paulus in epistolis suis manifestè demõstrat. Quod etsi conceditur liberius,hoc ipsum domino præcipiente & ordinante,euangelium annunciantibus de euãgelio viuere:ex apostolorum tamen auctoritate non negatur etiam euangelicè viuẽtibus,sicut sanctis illis pauperibus qui tunc erant in Hierusalem: qui etiam sancti pauperes ob hoc vocãtur,quia in professione sanctitatis & communis vitæ nomen dederant,& semetipsos in hoc ipsum sponte pauperes effecerãt. Quod enim apostolus seuerissima auctoritate quibusdam denunciat, vt qui non vult operari, non manducet: continuo ostendens de quibus diceret,subiunxit,dicens: Audiuimus enim quosdam ambulãtes inter vos inquiete, nihil operãtes,sed curiosè agentes. His autem qui huiusmodi sunt denũcjamus & obsecramus in domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes panem suum manducent. Suum,hoc est suo labore partum & acquisitum. Et tamen ne illos,quamuis inquietos,nihil operantes,& curiosè agentes,nomen tamen domini inuocatum super se habentes,quasi exposuisse videretur & abiecisse: statim intulit,dicẽs: Vos autem fratres nolite deficere benefacientes in Christo Iesu domino nostro. Ac si diceret: Etsi illi perseuerant in malitia siue negligentia sua, vos tamen in sustentandis eis nolite deficere à beneficentia vestra. Cum ergo seuerissime superius denunciauerit, non manducandum nolentibus operari: postmodum verò volẽtibus operari,sed nihil operantibus,aliquanto se exhibuerit clementiorem: possemus dicere secundum textum verborum eius (nec omnino aberraret à vero) nó volentibus quanuis valentibus,intentatam esse illam seueritatem: volentibus autem,sed non valentibus indulgentiã istam. Sed etiam cum istis denunciet,& obsecret in domino Iesu Christo, vt cum silentio panem suum manducent: videntur panem nõ suum manducare,nisi eum suum efficiant operando,quãtum operari possunt sub testimonio dei & conscientiæ suæ. Ignosce domine ignosce,excusamus,tergiuersamur, sed non est qui se abscondat à lumine veritatis tuę: quod sicut illuminat cõuersos,sic etiam ferit auersos. Non est enim occultatum os nostrum à te, quod fecisti in occulto hominum. Nos autem nc bismetipsis facimus id occultum: quia vix est aliquis in eis qui ad te sunt, qui experiri velit quid possit, & quod promptissime possit quãdocũq; secundum carnem vel secundum, siue timor impulerit, siue cupiditas traxerit: sed etsi fallimus homines insćios, non nos permittas, vt quasi volentes fallere te, fallamus nosmetipsos. Nos non laboramus, quia vel non possumus, vel non posse nobis videmur, vel cõsuetudine ocij & deliciarum nostrarum nos non posse efficimus. Adoremus ergo semper,& procidamus & ploremus coram te, qui fecisti nos,& qui in hoc ipsum peccato nostro manifesto, iudicio tuo occulto formasti nos, vt forsitan quia non multum hoc volumus, nó possimus: vel quia nó voluimus cum potuimus, cum volumus nó possumus. Vescamur saltẽ secundum pœnam Adæ pane nostro, si nó possumus in sudore vultus nostri: in dolore cordis nostri: in lachrymis doloris, si nõ possumus in sudore laboris. Magnam hanc iacturam professionis nostræ suppleat pietas ac deuotio conscientiæ humilis. Sint nobis lachrymæ nostræ panes die ac nocte quandiu dicitur animæ nostræ: Vbi est deus tuus? hoc est, quãdiu peregrinamur à domino deo nostro, & à lumine vultus sui. Vnum quidem erat necessarium. Sed qui nec in vno figimur, nec in multis exercemur, in quo ordine computabimur? Vtinam cum illo de quo apostolus dicit. Ei qui nó operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputabitur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ dei. Vtinam cum peccatrice, cui multum dimissum est, quia multum dilexit. Et beata anima quæ hoc iudicio apud deum meruerit iustificari, iudicio diligentium nomen domini: vt omissa omni iustitia operum, & inducia meritorũ, in hoc solo iustificetur, quoniam dilexit multum. Nam in diligendo te deus, retributio magna est diligenti conscientiæ ipsa dilectio tua, deinde vero vita æterna. Sic fratres, obsecro vos, non excusemus nos, sed accusemus nos, & confiteamur. Et qui magni nominis vmbram, & personale quoddam figmentũ perfectionis apud homines induimus: apud deum conscientiæ nostræ cognoscentes paupertatem, non vsquequaque recedamus à veritate, & veritas liberabit nos. Deinde docendus est animalis incipiens & Christi tyrunculus deo appropinquare, vt & deus appropiquet ei. Sic enim admonet propheta: Appropinquate deo, & ipse appropinquabit vobis. Non solum enim faciendus est homo & formãdus, sed & vnificandus. Primo enim formauit deus hominem, deinde inspirauit in faciem eius spiraculum vitę, & factus est homo in animam viuentem. Formatio hominis, institutio est moralis: vita eius, amor dei. Hunc fides concipit, spes parturit, charitas format & viuificat. Amor enim dei, vel amor deus spiritus sanctus, amori hominis se infundens, afficit eum sibi. Et amans semetipsum de homine deus, secum vnum efficit & spiritum eius, & amorem eius. Sicut enim non habet corpus vnde viuat nisi de spiritu suo: sic affectus hominis (qui amor dicitur) non viuit, hoc est non amat deum, nisi de spiritu sancto. Amorem ergo dei in homine ex gratia genitum, lactat lectio, meditatio pascit, oratio confortat & illuminat. Animali vero & nouo in Christo homini, ad exercitanda eius interiora melius & tutius proponuntur legenda & meditanda redemptoris nostri exteriora: & ostenditur in eis exemplũ humilitatis, prouocatio charitatis, & affectus pietatis: & de scripturis sanctis & sanctorum tractatibus patrum moralia quæque & planiora. Proponenda sunt ei gesta, & passiones sanctorum: vbi nec laborandũ ei sit in planitie historiali: & semper aliquid occurrat quod nouitij animum excitet ad amorem dei, & contemptum sui. Porrò alię historiæ delectant quidem cum leguntur, sed non ædificant, quin potius mẽtem inficiunt: & in tempore orationis vel spiritualis meditationis inutilia quæque vel noxia faciunt scaturire de memoria. Lectionis quippe modum similis meditatio sequi solet. Difficilium etiam lectio scripturarum fatigat, non reficit teneriorem animum: frãgit intentionem, hebetat sensum vel ingenium. Docendus est etiam in oratione sua sursum cor leuare, spiritualiter orare, à corporibus vel corporum imaginibus, cum deum cogitat, quantum potest, recedere. Admonendus est quanta potest puritate cordis intendere in eum cui sacrificium orationis suę offert: seipsum attẽdere qui offert, intelligere quod offert. Quantum enim videt vel intelligit eum cui offert, tantum ei in affectu est, & ei amor ipse est intellectus. Quantúmque ipse ei in affectu est, tantum capit ei hoc ipsum, si dignum deo est, quod offert: & in eo sibi bene est. Huiusmodi homini oranti vel meditanti, melius ac turius (sicut iam dictum est) proponitur imago dominicę natiuitatis, passionis & resurrectionis: vt infirmus animus qui nó nouit cogitare nisi corpora & corporalia, habeat aliquid cui se afficiat, cui iuxta modum suum pietatis intuitu inhæreat. Est quippe in forma mediatoris: in quo, sicut legitur in Iob, visitans homo speciem suam, non peccet: hoc est, cum intentionis suæ intuitum in eum dirigat, humanam in deo speciem cogitando, à vero non vsquequaque recedat: & dum per fidem ab homine deum non diuidit, deum aliquando in homine apprehendere addiscat. In quo pauperibus spiritu, & simplicioribus filiis dei tanto primùm solet esse affectus dulcior, quanto humanæ naturæ propinquior. Postmodum verò fide migrante in affectum, amplexantes in medio cordis sui dulci amoris amplexu Christum Iesum, totum hominem propter hominem assumptum, totum deum propter assumentem deum, incipiunt eum non iam secundum carnem cognoscere, quanuis cum necdum secundum deum plene possint cogitare. Et sanctificando eum in cordib⁹ suis offerre ei amant vota sua quæ distinxerunt labia sua: obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro tempore, pro causa congruentes. Sunt enim orationes aliæ breues ac simplices, sicut eas format voluntas seu necessitas orantis pro causa incidenti. Aliæ prolixiores & rationabiles, sicut in inquisitione veritatis petentes, quærentes, pulsantes, donec accipiant, inueniant, & aperiatur eis. Aliæ alacres, spirituales & fœcundæ, in affectu fruentis, & gaudio gratiæ illuminantis.

Psal.138.c

Rom.4.a

Illuminantis. Et ipsæ sunt quas apostolus alio ordine dinumerat, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Nam postulatio quam primam posuimus, est circa obtinenda temporalia & necessaria aliqua vitæ huius, in qua deus postulantis quidem approbans bonam voluntatem, facit tamen ipse quod melius iudicat, & dat libenter ei quod bene postulat. Ipsa est de qua psalmista ait: Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. Hæc est etiam hominum impiorum, quia omnium commune est, sed maxime filiorum seculi huius, desiderare tranquillitatem pacis, sanitatem corporis, tempetiem aëris, & alia quæ ad vitæ huius vsum spectant, & necessitatem, & abutentium voluptatem. Pro quibus qui fideliter postulant, quanuis non ea postulant nisi ad necessitatẽ: tamen in hoc ipso voluntati dei suam semper subiiciunt. Obsecratio verò est in exercitiis spiritualibus anxia ad deum instãtia: in quibus ante gratiam succurrentem; qui apponit scientiam, apponit & dolorem. Oratio verò est hominis deo adhærentis affectio, & familiaris quædam & pia allocutio, & statio illuminatæ mentis ad fruendũ quandiu licet. Porrò gatiarum actio est in intellectu, & cognitione gratiæ dei, bonæ voluntatis indeficiens ad deum & indefessa intentio: etiam si aliquãdo vel non sit vel torpeat siue actio exterior, siue interior affectio. Hæc enim est de qua dicit apostolus: velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Ac si dicat: Semper quidẽ velle adest, sed aliquãdo iacet, hoc est inefficax est, quia perficere opus bonũ quæro, sed non inuenio. Hæc est charitas quæ nunquam deficit. Ipsa est enim sine intermissione oratio, seu gratiarum actio, de qua apostolus ait: Sẽper sine intermissione orantes, semper gratias agentes. Est enim iugis quędem bonitas mentis & bene compositi animi, & ad patrem deum in filiis dei bonitatis eius quædam similitudo orans pro omnibus semper, & gratias agẽs in omnibus, tot modis in oratione vel gratiarum actione in deum se iugiter refundens, quot in suis necessitatibus vel cõsolationibus, in proximi etiam vel compassionibus, vel congratulationibus causales in hoc materias inuenit pius affectus. Hæc autẽ iugiter in gratiarum actionibus est: quia qui sic est, semper in gaudio sancti spiritus est. In postulationibus ergo piè ac fideliter orandum est, sed non est in illis pertinaciter inhærendum: quia nos nescimus, sed pater cœlestis scit quid in tẽporalibus istis necesse nobis sit. Obsecrationibus verò insistendum est, sed in omni humilitate & patientia: quia non afferunt fructum nisi in patientia. Nonnunquã enim cum celerius gratia non subuenit, fit obsecrãti cœlum æneum, & terra sua ferrea. Et cum relicta sibi cordis humani duritia ad votum exaudiri non meretur, anxietas desiderantis negari sibi æstimat quicquid differtur. Cúmq; sicut Chananæa illa præteriri se ac despici ingemiscit quasi immunditiam canis, præterita sibi peccata sua imputari vel improperari imaginatur. Nónnunquam verò sine labore petens accipit, quærens inuenit, & pulsanti aperitur. Et consolationes ac suauitates orationis inuenire tandẽ aliquando meretur labor obsecratoris. Nõnunquam etiã puræ orationis affectus & bona illa orationis suauitas nó inuenitur, sed quasi inuenit eum non petentem, non quærentem, nó pulsantem, & quasi nescientem gratia præuenit, & tanquam genus seruorum recipitur in mensa filiorum, cum rudis adhuc & incipiens animus in eum orandi assumitur affectum, qui pro præmio sanctitatis reddi solet meritis perfectorum. Quod cum fit, agitur vt vel in iudicium suũ nó liceat scire negligenti quid negligat, vel vt prouocatio charitatis amorem in eo vltrò se offerentis accendat. In quo proh dolor plurimi falluntur, quia cum pascuntur pane filiorum, iam se esse filios arbitrantur: & deficientes vnde proficere debebant, ex visitante gratia euanescunt à conscientia sua, arbitrantes se aliquid esse, cum nihil sint, & de bonis dei non emendantur, sed indurantur, & fiunt de quibus Psalmista dicit: Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Pascuntur enim à patre deo aliquando de preciosiore gratiæ substantia serui, vt affectent esse filij: ipsi verò gratia dei abutentes, efficiuntur inimici. Vt enim abutantur etiam scripturis sanctis in peccatis vel in concupiscentiis suis, redeuntes ad eas per orationes, dicunt sibi illud vxoris Mannæ: Si dominus voluisset nos occidere, non suscepisset sacrificium de manibus nostris. Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum, in quibus passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponat pullos suos. Passer inquam, naturaliter animal vitiosum, mobile, leue, importunum, garrulum, ac pronum in libidinem. Et turtur luctus amica, opacæ solitudinis familiaris incola, forma simplicitatis, exẽplum castitatis. Ille sibi inuenit in eis domum quietis & securitatis, illa nidum sibi vbi reponat pullos suos. Quæ sunt hæc, nisi iuuenum naturaliter calidus sanguis, & feruidus animus, ætas labilis, curiositas inquieta, & virilis maturitas, serius animus, castus, sobrius, pertæsus exteriorum quantum potest, & intra semetipsum recondens semetipsum? Quorum alterum in tabernaculis domini virtutum, in disciplina cellarũ inuenit sibi ab omnibus vitiis quietem, firmamentum stabilitatis, & mansionem securitatis. Alterum vero in secreto cellæ secretiorem recessum cõscientiæ, vbi reponat & nutriat sanctarum affectionum suarum fructus, & spiritualis sensus contemplationis. Passer solitarius in tecto hoc est in altitudine contemplationis, calcare amat habitationem carnalis cõuersationis. Turtur in inferioribus fœcundatur, & gaudet in fructibus humilitatis. Perfecti enim quique & spirituales qui turturis nomine designantur, cum ad firmamentum & robur virtutis snæ per virtutem obedientiæ & subiectionis peruenint, premunt se semper ac deiiciunt in id quod insipietium est: & vnde infra se descẽdunt, inde ascendunt supra se: & humiliando se magis proficiunt, propter fructus solitudinis, qui sunt frequentes & sublimes excessus cõtemplationis, non arbitrantes esse negligendam conscientiam voluntariæ subiectionis, vsum socialis vitæ, & dulcedinem fraternæ charitatis. Ideo vir spiritualis & corpore suo spiritualiter vtens, seruitutem eius, quam habet animalis homo per vim coactam, rationalis per consuetudinem subactam, accipere meretur quasi naturaliter affectam. Vbi illi est obedientia necessitatis, iste eam habet charitatis. Vbi ille virtutes laboris plenas, iste habet eas versas in mores. Illi verò passeres dei sursum pirentes ad ea quæ sunt perfectorum, non elationis præsumptione, sed pietatis amore, in paupertate spiritus sui sublimati, non repelluntur vt elati, sed suscipiuntur vt deuoti: & aliquando hoc merentur experiri, quo spirituales frui: & semper affectant imitari eorum vitam actiuam, ad quorum ambiunt consolationem contemplatiuam. Sicque vno spiritu, licet non vno gressu gradientes, æquè proficiunt, & spirituales in humili, & incipientes in sublimi. Et hæc sunt cellarum bene ordinatarum sancta commercia, studia veneranda, ocia negociosa, quies operosa, charitas ordinata, mutuò in silẽtio sibi colloqui, & in absentia ab inuicem se adinuicem mãgis frui, proficere de inuicem: & cùm se non vident adinuicem, in alio videre quod imitandum est, in se ipsis non nisi quod flendum est. Ego verò, sicut dicit Hieremias, vir videns paupertatem meam, cùm alienas diuitias computo, in memetipso erubesco, & suspiro, quia quod tracto in alieno, mallem experiri in proprio. De duobus quippe malis tolerabilius est quod amas non videre, quàm videre, & non habere, quanuis non sic de bonis domini. Bona enim domini videre, amare est: amare verò, habere est. Ideo nitamur, inquantum possumus, vt videamus, videndo intelligamus, & intelligendo amemus, vt amando habeamus. Domine, super hoc ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te nó est absconditus. De animali verò statu transeuntes ad rationalem, vt de rationali transeamus ad spiritualem tractando, & vtinam proficiendo: primò scire debemus, quia sapientia (sicut in libro nominis eius legitur) prœoccupat eos qui se cõcupiscunt, & occurrit eis & ostendit se in viis suis hilariter, sicut in proficiendo, sic & in meditando & tractando attingens vbique propter sui munditiam. Adiuuat enim deus vultu suo se intuentem, mouet ac promouet, & attrahit specie summi boni se contemplantem. Cúmque ratio proficiendo in amorem sursum ascendit, amanti & desideranti gratia condescendit. Vnum sæpe fiunt, quæ illos duos status efficiunt, quæ sunt ratio & amor, & quæ ex eis efficiuntur, scilicet scientia &

Matt.15.c

Psal.80.c

Iudi.13.d Psal.83.d

Thre.3.c

Sapien.6.b

Sapien.7.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sapientia. Nec iam possunt altrinsecus tractari vel cogitari, quæ iam vnũ &, vnius operationis ac virtutis sunt & in sensu intelligentis, & in gaudio fruentis. Quanuis ergo distinguentibus sit alter ab altero, tamen cum sic se res obtulerit. & cogitandus & tractandus erit alter cum altero, & in altero. Quia ergo (sicut iam supra dictum est) quemadmodum in profectu religionis, status animalis vigilat circa corpus & hominem exteriorem componendum & aptandum studio virtutis: sic rationalis circa animum agere debet, vel faciendum si non est, vel excolendum & ordinandum si est: primo videndum est quis vel quid sit animus ipse, quem ratio rationalem facit: quid ipsa ratio, quæ animal mortale faciendo rationale, hominem perficit. Sed primo dicendum est
Anima. de anima. Anima est res incorporea, rationis capax, viuificando corpori accommodata. Hæc animales constituit homines, quæ carnis sunt sapientes, sensibus corporis inhærentes. Quæ vbi perfectæ rationis incipit esse non tantum capax, sed & particeps, continuo abdicat à se nomen generis fœminini, & efficitur animus particeps rationis, regendo corpori accommodatus, vel seipsum habens spiritus. Quandiu enim anima est, cito in id quod carnale est, effœminatur.
Animus. Animus verò vel spiritus, non nisi quod virile est & spiri-
H tuale meditatur. Spiritꝰ enim hominis in appetitu boni subtilis & efficacis naturæ conditus, & in arte creatricis sapientiæ omni corpore melior, omni etiam luce corporea lucidior ac dignior, ob imaginem conditoris, & capacitatem rationis, vitio tamen carnalis originis implicitus, peccati seruus effectus est, & captiuus in lege peccati, quæ est in membris. Nec tamẽ omnino amisit arbitrium, id est iudicium rationis in iudicando & discernendo, quanquam libertatem suam amiserit in eligendo & agẽdo. Nam in pœnam peccati, & testimonium amissæ dignitatis naturalis. positum est in signum ei arbitrium, sed captiuum. Quod etiam ante cõuersionem, & liberationem voluntaris, nunquam perdere potest ex toto vlla auersione ipsius voluntatis. In quo etiam cum eo abutitur in eligendo malum pro bono (sicut dictum est) melior est & dignior omni corporea creatura, non in se, sed in arte creaticis veritatis. Liberatur verò voluntas, quã-
Rom.5.a do efficitur charitas: cum charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datur nobis. Et tunc verè est ratio, hoc est habitus mentis per omnia conueniens veritati. Cum enim liberata voluntate per liberantem gratiam, spiritus agi incipit libera ratione, tunc suus est, hoc est, seipso liberè vtens efficitur, & fit animus, & bonus animus. Animus, inquam, inquantum bene animans, & perficiens a-
I nimal suum supplemẽto liberæ rationis. Bonus autem, inquantum iam amãs bonum suum, quo bonus fit, & sine quo nec bonus nec animus esse potuit. Fit autem bonus animus & rationalis, diligens dominum deum suum in toto corde suo, & in tota anima sua, & in tota mente sua, & in omnibus viribus suis, & non nisi in ipso seipsum, & proximum suum
Eccle.12.d sicut seipsum. Fit autem bonus animus deum timens, & mã-
Ratio. data eius obseruans: hoc est enim omnis homo. Ratio vero sic diffinitur à diffinientibus, vel describitur à describentibus: Aspectus animi est, quo per seipsum, non per corpus verum intuetur, aut ipsa veri contemplatio, aut ipsum ve-
Ratiocinatio. rum quod contemplatur, aut vita rationalis, vel rationale obsequium, in quo conformatur veritati contemplatæ. Ratiocinatio verò est rationis inquisitio, hoc est aspectus eius motio per ea, quæ aspicienda sunt. Ratiocinatio quętit, ratio inuenit. Aspectus hic in rem aliquam coniectus cum eam videt, scientia est: cum non valet, ignorantia est hominis. Hæc ergo ratio est, & instrumentum per quod operatur, & opus quod operatur. Hæc semper exercet amat in eo quod vtile est & honestũ, exercitio proficiens, desidia verò in semetipsa marcescens. Nullũ verò dignius & vtilius exercitium est homini eã habẽti, quàm in eo quod melius habet, & in quo cęteris animalibus & cæteris partibus suis præeminet, quæ est ipsa mens vel animus. Menti verò vel animo, cui cætera pars hominis regenda subdita est, nec dignius est aliquid ad quærẽdum, nec dulcius ad inueniendũ, nec vtilius ad habendum quàm quòd solum ipsam mentem supereminet, qui est solus
Act.17.f deus. Nec longè est ab vnoquoq; nostrum, qui in ipso viui-
K mus, mouemur, & sumus. Et nõ sicut in aëre isto, sic in domino deo nostro, sed in ipso viuimus per fidẽ, mouemur & promouemur per spem, agimur per amorem. Ab ipso enim & per ipsum conditus est rationalis animus, vt ad ipsum sit cõuersio eius, vt sit ipse bonum eius. Hic autẽ ex illo bono bonus, ad imaginem & similitudinem eius conditus est: vt quãdiu hic viuitur, quam propius potest accedat ad eum similitudine, à quo sola receditur dissimilitudine: vt sit is sanctus
Ps.110.b sicut ille sanctus est: in futuro futurus beatus, sicut ille beatꝰ est. Denique hoc solum magnum & bonum est, quum magnus & bonus animꝰ susc̃ipit, miratur & affectat quod supra eum est, & adhærere festinat similitudini suæ deuota imago. Ipse enim imago dei est. Et per hoc quòd imago dei est, intelligibile ei fit & se posse & debere inhærere ei, cuius imago est. Ideò etsi in terris regit corpus sibi commissum, meliore tamen parte sui, scilicet memoria, intelligentia, & amore ibi semper conuersari amat, vnde quicquid est, quicquid habet, se nouit accepisse, & vbi in perpetuum se mansurum, & cum plena dei visione plenam dei similitudinẽ adepturum, quantum in hoc homini sperandũ est, sperare ei licet, si bonæ spei vitam suam nõ negligat conformare. Illuc ergo spectat vnde pendet, plus cum hominibus commorans, vt viuificet eos
L vita dei ad quærenda & capienda diuina, quàm vt animet vita ista mortali & humana. Sicut enim corpus quod animat, naturali statu suo erigitur in cœlum, quod natura & loco & dignitate & loca omnia & corpora supereminet, sic spiritualis ipse natura, ad ea quę in spiritualibus præeminent, hoc est ad deum & diuina erigere semper amat semetipsum, non superbè sapiendo, sed piè amando, sobrie & iuste & pie viuendo: qui quãto altius est quo nititur, tanto fortioribus exercitiorum studiis exercendus est, & quæ eum non perfundant, sed intingant, sicque afficiant vt perficiant. Studia verò hæc etsi literis aliquando adiuuentur & vtantur, non tamen literatoria sunt, non cauillantia, non disputantia, non garrula, sed spiritualia, pacifica, & humilia, humilibus consentientia. Quæ etsi foris exercentur, intus potius aguntur in spiritu mentis, vbi renouatur homo de die in diem induens nouum
Ps.a.110.b hominem qui secundum deum creatus est in sanctitate & iustitia veritatis. Ibi enim fit animus, ibi fit intellectus bonus omnibus facientibus eum, cum secundum regulam ab apo-
2.Cor.6.a stolo datam, in omnibus exhibemus nos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in laboribus, in vigiliis, in carcere cellæ, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, & virtute dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam &
M ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seducto-
res & veraces, sicut ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: quasi tristes, semper
1.Cor.11.f autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes: in labore & ærumna, in fame & siti, in frigore & nuditate. Hæc & huiusmodi sunt studia sancta, exercitia apostolica, in quibus discutit se animus & inuenit & emendat, mundans se ab omni inquinamento carnis ac spiritus perficiens sanctificationem in timore dei. Studia, hæc silentium amant, quietem desiderant cordis in labore corporis, paupertatem spiritus, & parcem in exterioribus pressuris, & bonam cõscientiam in omni putritate cordis & corporis. Hæc faciunt animum: quia vn de faciant, habent. Vana verò illa, nugigerula, verbosa, contentiosa, curiosa, ambitiosa, etiam sanctum animum veliam perfectum dissipant & corrumpunt. Hæc studia scrutantur virtutum non tam flores quàm radices, non vt luceant, sed vt sint: non vt sciantur, sed vt habeantur. Vitiorum verò plus in semetipsis metuũt appetitum, quàm ab aliis impetũ: plus cõtagium, quam malitiam. Sicut enim aliquando magno labore & studio perseuerante virtutes trahuntur in affectum & mentẽ bonam, sic vitia leuissima remissioris licentiæ opportunitate transeunt in consperſionem, & quasi naturalia efficiuntur. Sed nullum vitium naturale est, virtus vero omnis homini naturalis est. Consuetudo tamen vel voluntatis corruptæ, vel inolitæ negligentiæ, plurima sæpe vitia quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Consuetudo quip-

pe,

A pe, sicut philosophi dicere solent, est secunda natura. Omnis tamen malus animus priusquam indurescat, molliri potest malitia eius: sed nec postquam induruerit, desperandus est. Hæc enim maledictio est Adæ, vt in terra laboris nostri, & in agro cordis vel corporis nostri, noxia vel inutilia gratuitò passim vbique prouenianț, vtilia verò vel necessaria & salubria cum labore. Virtus tamen quoniam naturæ res est, cum venit in animum aliquando, non venit sine labore, sed venit in locum suum, & sedet fideliter: & bene cum ea naturæ conuenit, cum nullum præmium potius sit ei, quàm in deo conscientia sui. Vitium verò cum nihil aliud esse credatur, quàm priuatio virtutis: tamen vastitas eius & enormitas tanta nonnunquam quasi sentitur, vt obruat & opprimat: fœditas tanta, vt inquinet & inficiat: adhæsio tam pertinax consuetudinis, vt vix à se eam natura excutiat. Omnis enim vitij frustra siccatur riuus, si fons non fuerit obturatus. Verbi gratia: Remissa voluntas facit mẽtis leuitatem, ex qua prodeunt instabilitas mentis, inconstantia morum, vana lætitia sæpe vsque ad lasciuiam carnis, vana tristitia nonnunquam vsque ad ęgritudinem corporis, & multa alia in negligentia vel trangressione propositi ex leuitatis vitio venientia. Sic etiam superba ex vsu voluntas, in magna sæpe cordis inopia tumentem efficit animum: vnde procedunt vana gloria, fiducia sui, negligentia dei, iactantia, inobedientia, contemptus, præsumB ptio, & cæteræ animi pestes, quæ profluere solent ex tumore & vsu superbiæ. Et in hunc modum omnia genera vitiorum ex aliquo malæ voluntatis affectu, vel malæ consuetudinis vsu, suam singula ducunt matricem originem: quæ quãto diutius menti inolita est, tanto fortius hæret, & fortioribus remediis eget, & curam requirit diligentiorem. Huiusmodi enim pestes vitiorum vsque in vltimam solitudinem solitarium persequuntur. Et sicut bene concreta virtus, & fideliter animo insidens, possessorem suum in nulla deserit multitudine: sic vitium consuetudinis, possessum suum liberum esse non patitur in qualibet solitudine. Nam nisi pertinaci studio & prudenti opera expugnata fuerit consuetudo, leniri potest, vinci vix potest: & quomodocunque se componat animus, & in quauis solitudine habitet, secretum vel silentium cordis esse non patitur. Cui quo maiorem contigerit inesse vsum consuetudinis & voluntatis, eo nequior & rebellior in eo inuenitur non tam malitia spiritualis, quàm quasi manibus expellẽda multiplex quædam collectio & dura corpulentia necessitatis. Sed redeamus ad laudem virtu-
Virtus. tis. Quid est virtus? Filia rationis, sed magis gratiæ. Vis enim quædam est ex natura: vt autem virtus sit, habet ex gratia. Vis est ex iudicio approbantis rationis, virtus autem ex appetitu illuminatæ voluntatis. Virtus enim est voluntarius in bonum adsensus. Virtus est æqualitas quædam vitæ,
C per omnia congruens rationi. Virtus est ad iudicium rationis vsus liberæ voluntatis. Virtus quædam est humilitas. Virtus quædam est patientia. Virtus quædam est obedientia. Virtutes sunt, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, & aliæ quamplures: in quibus singulis non est aliud virtus quàm (sicut dictum est) ad iudicium rationis vsus liberæ voluntatis. Bona enim volũtas in animo est origo omnium bonorum, & omnium mater virtutum. Sic econuerso mala voluntas est origo omnium malorum & vitiorum. Ideo custos animæ suæ valde solicitus esse debet circa custodiam voluntatis suæ, vt prudenter intelligat & discernat quid in totum velit, vel volendum sibi sit, sicut est amor dei: quid propter illud, sicut est amor proximi. Vt enim in illo tuta sit omnis indiscretio, in hoc semper secundum obediẽtiæ regulas cauta & prudens debet esse dilectio. In dilectione quippe dei non alia ratio, non alia discretio est, nisi vt sicut ille cum dilexisset nos, in finem dilexit nos: sic, si fieri potest, in infinitum diligamus eum nos, sicut beatus vir qui in mãdatis eius cupit ni-
Psal.111.a mis. Sed cum nullum finem vel terminum habere debeat deuotio amantis, tamen terminos suos, fines & regulas habere debet actio operantis. Vbi ne aliquando oberret nimia voluntas, necesse est quòd semper adsit mediãte obedientia custodiẽtis veritas. Nihil enim in bonum hominis in deum pro-
Matt.18.c ficiẽtis tam sibi conuenit, quàm voluntas & veritas. Hęc duo sunt, quæ, sicut dicit dominus, si consenserint in vnum, quodcunq; petierint, fiet eis à deo patre. Si duo hæc in vnum perD fectè consenserint, omnem in se continent virtutum plenitudinem, sine vitio intercurrente omnia possunt in homine etiam languente, omnia habent & possident in homine nihil habente: dant, mutuant, conferunt, prosunt in homine secum quiescente. Gloria & diuitiæ in conscientia sancti viri illius, ex fructibus bonæ voluntatis eius. Foris verò non ex vno latere, sicut scutum huius mundi, sed vndique eum circundat scutum veritatis dei. Hilarem enim eum & iucundum intus semper efficit bona volũtas: in exteriori verò actione serium & grauem, tutum ac securum reddit veritas. Ideóque supergressus humana homo ille, semper in sereno est: sicut de aëre illo homines ferunt, qui super globum lunæ est. Volũtas, naturalis quidam animi appetitus est, alius in deum, & circa interiora sua: alius circa corpus, & circa exteriora & corporalia. Hæc cum sursum tendit sicut ignis ad locum suum, hoc est, cũ sociatur veritati, & mouetur ad altiora, amor est. Cum verò promouetur, & lactatur à gratia, dilectio est. Cum apprehendit, cum tenet, cum fruitur, charitas est, vnitas spiritus est, deus est. Deus enim charitas est. In his autem cum con-
1.Ioan.4.c summauerit homo, tunc incipit: quia nulla horum in hac vita
Eccli.18.a plena perfectio est. Cum verò declinot in ea quæ carnis sunt, concupiscentia carnis est. Cum in curiositatem seculi, concupiscentia oculorum est. Cum verò in ambitionem gloriæ vel honoris, superbia vitæ est. Quandiu tamen huiusmodi vitiE tati seu necessitati naturę seruit: natura est, vel appetitus eius. Cum verò in superflua se exponit vel noxia, vitium naturæ est, vel suiipsius. Quorum primo appetitu vel accessu, de temetipso tibi hoc capere licet argumentum. Cum in eis quæ ad corpus spectant, in rebus necessariis voluntas primo appetitui finem facit, naturalis animi appetitus est. Cum verò in appetendo semper ad vlteriora progreditur, ipsum se prodit, quia iam non tam voluntas, quàm vitium voluntatis est auaritia, vel cupiditas, vel aliquid huiusmodi. Voluntati enim in huiusmodi citò satis est, vitiis verò eius nunquam satis est. Hæc in spiritualibus & in eis quæ ad deum sunt, cum vult quod potest, laudanda est: cum vult quod non potest, & plus quàm potest, regenda est: cum non vult quod potest, excitanda est & prouocanda. Sæpe enim si nõ frænatur, impetum facit, & agitur in præceps. Sæpe si non excitatur, dormit, & tardat, & obliuiscitur quò tendebat, & facilè declinat quasi à latere in obligationes oblatæ delectationis. Ideóque sicut in corpore etiam solet fieri, (melius enim corpus hominis ab alio videtur, quàm seipsum videat) in huiusmodi nos sæpe melius videt alienus oculus, quàm noster: & alius qui non est pariter in feruore eiusdem voluntatis, rectior sæpe iudex est actionis: quia sæpe vel negligentia vel priuato amore nostri erramus in nobis. Bona ergo custos voluntatis est obedientia, siue imperij illa sit, siue consilij, siue subiectionis, siue soF lius charitatis. Purius enim ac dulcius, secundum apostolum Petrum, ad pares seu etiam ad minores suos filij obedientiæ
1.Pet.5.c castificant corda sua in obedientia charitatis, quàm ad maiores subigant per obedientiam necessitatis. In illa enim sola vel præcipit vel consulit & obedit charitas: hic autem pœnam timet, vel minatur imperiosa necessitas. Et in illa obedienti sæpe debetur maior gloria, in ista verò inobedienti maior semper intentatur pœna. Ergo in homine sursum cor habente propter exteriora sua regenda, moderanda, componenda, palam omnibus est quàm necessaria sit volũtati custodia sua, amplius autem propter interiora sua. Animo enim sæpe seipsum vel deum cogitanti, ipsa voluntas in omni cogitatione princeps est, & necessariò principium voluntatis sequitur omnis tenor cogitationis. Tria enim sunt quæ cogitationem faciunt, voluntas, memoria, & intellectus. Voluntas cogit memoriam vt proferat materiam, cogit etiam intellectum ad formãdum quod profertur, adhibens intellectum memoriæ, vt inde formetur: intellectui verò aciem cogitantis, vt inde cogitetur. Quæ quia in vnum cogit voluntas, & facili quodam nutu copulat, à cogendo cogitatio nomen accepisse videtur. Hinc fiunt cogitationes omnes aliæ bonæ & sanctæ, & dignæ deo: aliæ malæ & peruersæ, quæ separant à deo: aliæ ociosæ & vanæ, à quibus aufert se deus. Hinc enim
Sapien.1.a dicitur q̃ peruersæ cogitationes separant à deo: & quia spi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gritus sanctus aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. In quibus verbis aduertendum est, quia sine omni intellectu nullatenus cogitari potest, & nulla omnino cogitatio sine omni intellectu est. Sed aliùs est intellect⁹ ex vi naturalis rationis, aliùs ex virtute mentis rationalis. Intellect⁹ quidem idem ipse est qui quocũque seu in bonum seu in malum applicit⁹ fuerit, naturaliter viget. Sed alius inuenitur sibi relictus, alius à gratia illuminatus. Ille seculi rebus & seriis & nugatoriis se non negat: hic autem non nisi dignis se rebus & similibus sibi seipsum accommodat, Ille sæpe operatur, sicut sibi relictus, & vitio infectus ex vi rationis, & vitio corruptæ voluntatis, texens peruersas cogitationes, quibus semetipsum qui cogitat, sponte separat à deo. Hic autem semper sicut illuminatus, & virtuti affectus, operatur pietatem, quæ cogitantem coniungit deo. Quæ verò secũdo loco ponuntur cogitationes sine intellectu, ipsæ sunt vanæ illæ & ociosæ, neutri intellectui per cogitãtis intentionem se applicantes, non repentè perimentes, sed sensim & paulatim corrumpentes, occupantes tempus, necessaria impedientes, & animum inficientes, non tam cogitationes, quàm ex veris & imaginariis recordationibus simulachra quędam cogitatio-
H nũ, seu ipsæ recordationes vltro & multipliciter de memoria scaturientes. In quibus pasiio quædam voluntatis potius videtur esse quam actio: cum nulla sit in eis cogitantis intentio: cum quod sponte ebullit de memoria, formandum se offert intellectui non curanti: & quicquid agitur, videtur potius agi in somnio dormientis, quàm in acie cogitantis. Vbi tamen ersi à se repellere spiritum sanctum non est in voto cogitantis, fit tamen ex culpa negligentis, vt spiritus sanctus disciplinæ merito auferat se à cogitationibus indisciplinatis. Quæ quamuis fiant per vim quandam occultam rationis, nõ tamẽ fiunt ex ratione, & trahitur in eas intellectus, cum nullus sit in eis intelligentis ãdsensus. Vbi verò serio de rebus seriis bene cogitatur, voluntas libero arbitrio de memoria euocat quodcunque opus habet, & intellectum formantem memoriæ adhibet, formatúmque quicquid illud est, intellectus adhiber aciei cogitantis, & sic peragitur negocium cogitationis. Cum verò de his quæ de deo vel ad deum sunt, cogitatur, & voluntas eò proficit vt amor fiat, continuò per viam amoris infundit se spiritus sanctus, spiritus vitæ, & omnia viuificat, adiuuans seu in oratione seu in meditatione seu in tractatu infirmitatem cogitantis. Et continuo memoria efficitur sapientia, cum suauiter ei sapiunt bona dei: &
I quod ex eis cogitatum est, formãdum in affectu adhibet intellectui. Intellectus verò cogitantis efficitur contemplatio amantis, & formans illud in quasdam spirituales vel diuinæ suauitatis experientias, afficit ex eis aciem cogitantis: illa verò efficitur gaudium fruentis. Et tunc de deo bene cogitatur secundum humanum modum, si tamẽ cogitatio dicenda est vbi nil cogit nec cogitur, sed tãtummodo in memoriam abundantiæ suauitatis dei exultatur, iubilatur, & verè sentitur de eo in bonitate ab eo, qui in simplicitate cordis quæsiuit illum. Sed modus hic cogitandi de deo non est in arbitrio cogitantis, sed in gratia donantis, scilicet cum spiritus sanctus, qui vbi vult spirat, quãdo vult, & quomodo vult, & quibus vult, in hoc aspirat. Sed hominis est iugiter ptęparare cor, voluntatem expediendo ab affectionibus alienis, rationem vel intellectum à solicitudinibus, memoriam ab ociosis & negociosis, nonnunquam & à necessariis occupationibus, vt in die bona domini, & in hora beneplaciti eius cum audierit vocem spiritus spirantis, ea quæ cogitationem faciunt, continuo liberè concurrant sibi, & cooperẽtur in bonum, & quasi symbolum faciant in gaudium cogitantis: voluntas exhibendo in gaudium domini puram affectionẽ, memoria materiam fidelem, intellectus experientiæ suauitatem. Sic ergo voluntas neglecta facit cogitationes ociosas, & indignas deo: corrupta peruersas, quæ seperant à deo: recta necessarias ad vsum vitæ huius: pia efficaces ad fructũ spiritus, & ad fruendum deo. Fructus autem spiritus sunt sicut apostolus dicit, charitas, pax, gaudium, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modestia, cõtinẽtia, castitas. Et in omni genere cogitationis omnia quæcunque cogitanti occurrunt, cõformantur intentioni volũ-

Gala.5.d

K tatis, agente in eis misericordia & iudicio dei, vt iustus iusti- *Apo.22.b*
ficetur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ideo
homini deũ amare volenti, vel iam amãti, suus semper con-
fulendus est animus, examinanda conscientia, quid sit quod
in totum vult, & propter quod vult, quicquid aliud vult spi-
ritus vel odit, quicquid contra illud caro concupiscit. Inci-
dentes enim quasi extrinsecus & decidentes cogitationes, &
præteruolantes voluntates quibus modo vult, modo non
vult, nequaquam inter voluntates, sed penè inter ociosas de-
putandæ sunt cogitationes. Nam etsi aliquando fiunt vsque
ad delectationem animi, cito tamen inde se excutit animus
compos sui. Quod autem in totum vult, primo considerandum est ei quid illud sit quod sic velit, deinde quantum ve-
lit, & quomodo velit. Si quod in totum vult Deus est, discutiendum est ei quantum velit, & quomodo velit & vtrum
vsque in cõtemptum suiipsius, omniumque quæ sunt vel esse possunt: & hoc non tantum ex iudicio rationis, sed etiam
ex affectu mentis, vt iam voluntas pluſquam voluntas sit, vt
amor sit, vt dilectio sit, vt sit charitas, sit vnitas spiritus. Sic e-
nim diligendus est deus. Magna enim voluntas ad deum, a- *Iob.36.d*
mor est, dilectio, adhæsio siue cõiunctio, charitas, fruitio. V-
nitas vero spiritus cum deo homini sursum cor habenti, pro-
ficientis in deum volũtatis est perfectio, cum iam non solũ- L
modo vult quod deus vult, sed sic est nõ tantùm affectus, sed
in affectu perfectus, vt non possit velle nisi quod deus vult.
Velle autem quod vult deus, hoc est iam similem deo esse.
Non posse velle nisi quod deus vult, hoc est iam esse quod
de⁹ est, cui velle & esse, idipsum est. Vnde bene dicitur, quod *1.Ioan.3.d*
tunc plene videbimus eum sicuti est, cum similes ei erimus,
hoc est erimus quod ipse est. Quibus enim potestas data est
filios dei fieri, data est potestas non quidem vt sint deus, sed
sint tamen quod deus est, sint sancti, futuri plene beati, quod
deus est. Nec aliunde hic sancti, nec ibi futuri beati, quum ex *Gene.1.d*
deo, qui eorum & sanctitas & beatitudo est. Et hæc hominis
est perfectio, similitudo dei. Perfectũ autem nolle esse, delin-
quere est. Et ideo huic perfectioni nutrienda est semper vo-
luntas, amor præparandus, voluntas cohibenda, ne in aliena
diſsipetur: amor seruandus, ne inquinetur. Propter hoc enim
solùm creati sumus & viuimus, vt deo similes simus, cum ad
dei imaginem creati simus. Est autem dei similitudo quædã,
quam nemo viuens nisi cum vita exuit, quam omni homini
in testimoniũ amissę melioris & dignioris similitudinis crea-
tor omnium hominũ reliquit, quam habet & volens & no-
lens, & qui eam cogitare potest, & qui tam hebes est, vt eam
M cogitare non possit: scilicet ꝙ sicut vbiq; deus est, & vbique
totus est in creatura sua, sic & in corpore suo omnis viuens
anima. Et sicut semper sibi indiſsimilis de⁹ indiſsimiliter dis-
similia in creatura operatur, sic anima hominis quãuis totũ
corpus viuificans indiſsimili vita, in sensibus tamẽ corporis,
& in cogitationibus cordis indiſsimiliter operatur alsidue
diſsimilia. Hęc similitudo dei in homine, quantum ad meri-
tum eius, nullius apud deum est momenti, cum naturæ non
voluntatis eius sit vel laboris. Sed est alia magis deo propin-
qua similitudo, inquantum voluntaria, quę in virtutibus cõ-
sistit: in qua animus virtutis magnitudine summi boni quasi
imitari gestit magnitudinem, & perseuerantiæ in bono con-
stãtia æternitatis eius incõmutabilitatem. Super hanc autẽ
alia est adhuc similitudo dei. Hæc est de qua iam aliquanta
dicta sunt, intantum propriè propria, vt non iam similitudo,
sed vnitas spiritus nominetur, cum fit homo cum deo vnus
spiritus, non tantũ vnitate volẽdi idem, sed expresiore qua-
dam vnitate virtutis (sicut iam dictum est) aliud velle nõ va-
lendi. Dicitur autem hæc vnitas spiritus, nõ tantùm quia ef-
ficit eam, vel adficit ei spiritum hominis spiritus sanctus, sed
quia ipsa ipse est spiritus sanctus, deus charitas: cum per eum
qui est amor patris & filij, & vnitas, & suauitas, & bonum, &
oſculum, & amplexus, & quicquid commune potest esse am
borũ in summa illa vnitate veritatis, & veritate vnitatis. hoc
idem homini suo modo fit ad deum, quod cum substantiali
vnitate filio est ad patrem, vel patri ad filium: cum in ample-
xu & oſculo pattis & filij mediam quodammodo se inuenit
beata conscientia, cum modo ineffabili incogitabilique fieri
meretur homo dei non deus, sed tamen quod deus est ex na-
tura

A tura, homo ex gratia: vnde in catalogo spiritualium exercitiorum apostolus prudenter interseruit spiritum sanctum, di-
2.Cor.6.b cens: In castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Vide enim quomodo tanquam omnia facientem, ordinantem, & viuificãtem, in medio bonatum virtutum, sicut cor in medio corporis, constituit spiritum sanctum. Ipse est enim omnipotẽs artifex creans hominis ad deum bonam voluntatem, dei ad hominem faciens propitiationẽ, formans affectionem, dans virtutem, iuuans operationem, agens omnia fortiter, & disponens omnia suauiter. Ipse viuificat spiritum hominis, & continet in vnum: sicut & ille viuificat, & in vnum continet corpus suum. Homines doceant deum quærere, angeli adorare: solus ipse est qui docet inuenire, habere, & frui. Ipse enim est & solicitudo bene quærentis, & pietas in spiritu & veritate adorantis, & sapientia inuenientis, & amor habentis, & gaudium fruentis. Quicquid tamen de visione & cognitione dei hic fidelibus impartitur, speculum est & ænigma: tantum distans à futura visione & cognitione
Iob.36.d quantum à veritate distat fides, vel tempus ab æternitate, nisi cum aliquando fit quod de eo in libro Iob legitur: Qui abscondit lucem in manibus, & præcipit ei vt rursum oriatur, & annunciat de ea dilecto suo quòd possessio eius sit, & ad eam possit peruenire. Electo enim & dilecto dei aliquando vicis-
B sim lumen quoddam vultus dei ostenditur, sicut lumen clausum in manibus patet & latet ad arbitrium tenentis: vt per hoc quod quasi in transcursu vel in puncto permittitur videre, inardescat animus ad plenam possessionẽ luminis æterni, & hæreditatem plenæ visionis dei: cui vt innotescat aliquatenus id quod ei deest, nonnunquam quasi pertransiens gratia perstringit sensum amantis, & eripit ipsum sibi, & rapit in diem qui est à tumultu rerum, ad gaudia silentia: & pro modulo suo ad momentum ad punctum idipsum ostẽdens ei videndum sicuti est, interim etiam & ipsum efficit in idipsum, vt sit suo modo sicut illud est. Vbi cum didicerit, quid interſit inter mundum & immundum, redditur sibi, & remittitur ad mundandum cor, ad visionem, ad aptãdum animum, ad similitudinem: vt si aliquando rursum admittatur, sit purior adhuc ad videndum, & stabilior ad fruendum. Nusquam enim se melius deprehendit modus humanæ imperfectionis, quàm in lumine vultus dei, in speculo diuinæ visionis. Vbi in die qui est, plus & plus videns quid sibi deest, emendat indies similitudine, quicquid deliquit dissimilitudine, similitudini ei appropinquans, à quo longe factus est per dissimilitudinẽ. Et sic expressiorem visionem expressior semper similitudo comitatur. Impossibile quippe est videri summũ bonum, & non amari, necnon tantum amari quantum datum fuerit videri, quousq; amor proficiat in aliquam similitudinem amoris il-
C lius qui deum similẽ fecit homini per humiliationẽ humanæ conditionis, vt hominem similem deo constituat per glorificationem diuinę participationis. Et tunc dulce est homini cõhumiliari summæ maiestati, compauperari filio dei, diuinæ sapientiæ conformari, hoc sentienti in seipso, quod & in Christo Iesu domino nostro. Hic enim est sapientia, amor cum timore, exultatio cum tremore, cum cogitatur & intelligitur deus humiliatus vsque ad mortem (mortem autem crucis) vt hominem exaltet vsque ad similitudinem diuinitatis. Hinc emanat fluminis impetus lætificans ciuitatem dei, memoria abundantiæ suauitatis eius in intelligendis & cogitandis citra nos bonis eius. In quo cum ad deum amandum facile hominem adducant pensata vel etiam contemplata eius amabilia, per seipsa in affectu contemplantis elucentia, potentia eius, virtus eius, gloria, maiestas, bonitas, beatitudo: hoc potissimum amantem rapit in amabilẽ, quòd ipse in semetipso est quicquid in eo amabile est, qui est totum quod est, si tamen totum est vbi pars non est. Cui bono amore ipsius boni sic se intendit pius affectus, vt non se inde reuocet, donec vnum vel vnus cum eo spiritus fuerit effectus. Quod cum in eo fuerit perfectum, iam solo mortalitatis huius velo diuiditur ac differtur à sanctis sanctorum, à summa illa beatitudine supercœlesti: qua tamen cum iam in fide & spe eius quem amat fruitur in conscientia, iam quod supereſt vitæ huius, tolerabili præstolatur patientia. Et hæc est destinatio solitarij certami-

nis, hic finis, hoc præmium, hæc requies laborum, consolatio D
dolorum. Et ipsa est perfectio & vera hominis sapientia, omnes in se amplectens & continens virtutes, non aliunde collectas, sed naturaliter insitas sibi, ad similitudinem illam dei qua est ipse quicquid est, cùm sicut deus est id quod est: sic circa bonum virtutis, habitus bonæ voluntatis in bonã mentem sic consolidatus & affectus est, vt ex ardentissima boni incommutabilis adhæsione, nullatenus videatur iam posse mutari ab eo quod est. Cum enim sit circa hominem dei assumptio illa domini & sancti Israël regis nostri: sapiens & pius animus per illuminantẽ & adiuuantem gratiam in contemplatione summi boni speculatur etiam regulas incõmutabilis veritatis, inquantum ad eas pertingere meretur intellectu amoris: & exinde format sibi modum conuersationis cuiusdam cœlestis, & formam sanctitatis. Speculatur enim summam veritatem, & quę ex ea vera sunt: summum bonum, & quę ex eo bona sunt: summam essentiam, & quę ex ea sunt. Illi veritati, illi charitati, illi æternitati se conformans, in istis se ordinans: illis non superuolitans iudicando, sed suspiciens desideratio, vel inhęrens amando: ista suspiciens, & eis se coaptans & conformans, non sine discretionis iudicio, non sine examine ratiocinationis, & iudicio rationis. Ex quo concipiuntur & oriuntur virtutes sanctę, & imago dei reformatur in homine, & vita illa Dei ordinatur, à qua homines quoſdam alienatos conqueritur apostolus, & colligitur robur virtu- E
tis, & duo illa in quibus contemplatiuæ perfectio constat, & actiuæ: de quibus iuxta antiquos illos interpretes legitur in
Iob.28.d Iob: Ecce pietas est sapientia: abstinere vero à malo, scientia est. Sapiẽtia enim pietas est, hoc est cultus dei, amor quo eum videre desideramus, & videtes in speculo & in ænigmate credimus & speramus: & in hoc proficimus vt cum videamus in manifestatione. Abstinere vero à malis, scientia temporalium est in quibus nos sumus: in quibus tantum abstinemus à malis, inquãtum ad bona studemus. Ad hanc scientiã & ad hanc abstinentiam spectare inueniuntur primò omnium virtutum exercitia, deinde omnium artium vitæ huius in qua versamur disciplina. Quorum alterum, id est, studium virtutum, respicere potius videtur ad superiora, quasi superioris sapientiæ præferentia virtutem, & redolẽtia suauitatem. Alterum quod circa corporalia fit exercitia, nisi fidei religione religetur, defluit in inferiorum vanitatem. In quibus, cum scientia sit res siue ratione siue sensibus corporis comprehensa, & memoriæ commendata, si bene res perpẽditur, id propriè quod apprehendimus sensibus, omnino scientiæ deputandum est. Quod vero per semetipsam ratio in huiusmodi apprehendit: hoc iam est in quo se sibi scientia atque sapientia conterminant. Quicquid enim aliunde discitur, scilicet per sensus corporis, quasi alienum, & aduentitium menti ingeritur. Quod verò sponte venit in mentem, siue ex ipsa vi rationis, siue incõmutabilium legum incommutabilis veritatis naturali intelligen F
tia, ex qua etiam impiissimi homines nonnunquam rectissimè iudicare inueniuntur: hoc sic ipsi ineſt rationi, vt hoc ipsum ipsa ratio sit: nec tam commẽdatur ei per doctrinam aliquam vt scientia sit, quàm vel alio commonente, vel ipsa commemorante hoc ipsum sibi ineſſe, naturaliter intellectus ei sit. In quo hoc potissimum est, cũ quod notũ est dei, deo naturaliter reuelante manifestum fit homini etiã impio. Deinde affectus virtutum naturalis, de quo licuit dicere ethnicum Poëtam:

O derunt peccare boni virtutis amore.

Horatius. Deinde per inquisitionem ratiocinationum quælibet discretio rationabilium. Infima verò pars est scientiæ, & deorsum vergens sensibilium animalis experientia, quæ fit per quinque sensus corporis, & concupiscentiam & experiẽtiam carnis, siue oculorum, siue superbiæ huius vitæ. Cum ratio ergo sapientiæ conformata format sibi conscientiam, & ordinat vitam: in inferioribus scientiæ aptat sibi seruitutem, & sufficientiam naturæ, in ratiocinationibus & rationabilibus ordinem vitæ, in obtentu virtutum formam cõscientiæ. Sicque ab inferioribus promota, à superioribus adiuta, pergens in id quod rectum est, & iudicio rationis, & adsensu voluntatis, & mentis affectu, & operis effectu, erumpere festinat in libertatem spiritus & vnitatem: vt, sicut iam sæpe dictum est, fidelis homo vnus spiritus efficiatur cum deo. Et ipsa est (de qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

G paulò antè diximus) vita dei, quæ nõ tam rationis est profectus, q̃ iam in sapientia perfectionis affectus. Hæc enim quia iam sapiunt sapienti, sapiens est: quia factus est vnus spiritus cum deo, spiritualis est. Et hæc in hac vita hominis perfectio est. Iam enim qui hactenus fuit solitarius vel solus, efficitur vnus, & solitudo ei corporis vertitur in vnitatem mentis. Et impletur in eo quod dominus pro discipulis in clausula omnis perfectionis orauit, dicens: Pater, volo vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & ipsi in nobis vnum sint. Hæc enim vnitas hominis cum deo, vel similitudo ad deum, inquantum propinquat deo, intantum inferius suum conformat sibi, infimũ illi: vt spiritus & anima & corpus suo modo ordinata, suis locis disposita, suis meritis æstimata, suis etiam proprietatibus cogitentur: vt incipiat homo perfectè nosse seipsum, & per cognitionem sui proficiendo, ascendere ad cognoscendum deum. Quò cum primum exurgere & aspirare incipit proficientis affectus, in cognitione huius similitudinis plurimum cauẽdus est error dissimilitudinis, scilicet vt spiritualib⁹ spiritualia, & diuinis diuina comparando, non aliter de eis cogitetur, quàm quod res habet. Cogitans ergo animus similitudinem dei & sui, primò in hoc formet & aptet cogitationẽ suam, vt omnino fugiat secundum corpus cogitare seipsum:
H deum verò non solum nõ secundum corpus sicut locale, sed neque secundum spiritum sicut mutabile. Quæ enim spiritualia sunt, tantum diuersa sunt à corporum qualitate & natura, quãtum ab omni locali circumscriptione remota. Quæ verò diuina sunt, tantum supereminent omnia & corporalia & spiritualia, quantum ab omni loci vel temporis lege, vel mutabilitatis suspicione aliena, in suę incommutabilitatis & æternitatis beatitudine incommutabilia manent & æterna. In quib⁹ sicut quæ corporalia sunt discernit animus per corporis sensus, sic quæ sunt rationabilia vel spiritualia discernere non potest nisi per semetipsum: quæ verò sunt dei, non nisi à deo quærat vel expectet intellectũ. Et quidem de nonnullis quæ ad deum spectant, fas est & possibile homini rationem habenti aliquando cogitare & disquirere, sicut de dulcedine bonitatis eius, de potentia virtutis, & aliis huiusmodi. Ipsum verò quod est idipsum id quod est, cogitari omnino nõ potest, nisi quantum ab hoc sensu illuminati amoris attingi potest. Credendus est tamen deus, & inquantum spiritus sanctus adiuuerit, cogitandus quædam vita æterna viuens & viuificans, immutabilis, mutabilia omnia immutabiliter faciens: intelligens, & creans omnem intellectum & intelligentem: sapientia faciẽs omnem sapientem: veritas fixa, stãs, indeclinabilis, ex qua vera sunt omnia quę vera sunt,
I in qua sunt æternaliter rationes rerum omnium eueniẽtium temporaliter. Cuiq́ue vita ipsa essentia est, ipsa natura. Cui vita viuens ipse sibi est, quæ est ipsa diuinitas, æternitas, magnitudo, bonitas, & virtus in seipsa existẽs & subsistẽs, excedens omnem locum virtute naturæ illocalis, æternitate verò omne tempus quod vel ratione vel opinione comprehendi potest: quæ longè verius est & excellentius, quàm quolibet sentiendi genere sentiatur. Certius tamẽ sensu humilis & illuminati amoris, quàm quolibet cogitatu rationis attingitur & semper melius est quàm cogitatur: melius tamen cogitatur quàm dicitur. Ipsa est enim summa essentia, ex qua omne esse proficiscitur. ipsa est summa substantia, nõ subiecta prædicamẽtis vocum, sed rerum omnium subsistẽs causale principium, in quo esse nostrum non moritur, intellectus noster non errat, amor non offenditur: qui semper quęritur, vt dulcius inuenìatur: dulcissime inuenitur, vt diligentius quæratur. Hoc ergo ineffabile (cum non nisi ineffabiliter videatur) qui vult videre, cor mũdet: quia nulla corporis similitudine dormienti, nulla corporea specie vigilanti, nulla rationis indagine, nisi mundo corde humiliter amantis videri potest, vel apprehendi. Hæc est enim facies domini, quam nemo potest videre, & viuere mundo. Hæc est species cui contẽplandæ suspirat omnis qui affectat diligere dominum deum suũ in toto corde suo, in tota anima sua, in omni mente sua, & in omnibus viribus suis. Ad quod etiam non definit excitare proximum suum, si diligit eum sicut seipsum. Ad quod cum aliquando admittitur, in ipso lumine veritatis indubitanter videt præuenientem gratiam. Cum inde repellitur, in ipsa sui cęcitate intelligit puritati eius non conuenire immunditiam K suam. Et si amat, flere dulce habet, & non sine multo gemitu cogitur redire in conscientiam suam. Ad quod cogitandum omnino impares sumus, sed ignoscit quẽ amamus, & de quo dignè nos non posse vel dicere vel cogitare confitemur: & tamen vt dicamus & cogitemus, amore eius vel amore amoris eius prouocamur & trahimur. Cogitantis ergo est in omnibus humiliare semetipsum, glorificare in semetipso, domi num deum suum. In contemplatione dei vilescere sibi. In amore creatoris subiectum esse omni humanæ creaturæ. Exhibere corpus suum hostiam viuentem, sanctam, deo placẽtem, rationabile obsequium suum. Præ omnibus autem non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: *Rom.12.a*
& secundum datam à deo mensuram fidei, bona sua non ponere in ore hominum, sed celare in cella sua, & recondere in *Esa.24.c*
conscientia, vt hunc quasi titulum & in fronte conscientiæ, & in fronte cellæ semper habeat: Secretum meum mihi, secretum meum mihi.

D. BERNARDI Abbatis Meditationes de- L *VOTISSIMÆ AD HV- manæ conditionis cognitionem: aliàs liber de Anima.*

MVLTI multa sciunt: & seipsos nesciunt. Alios inspiciũt, & seipsos deserunt. Deum quærunt per ista exteriora, deserentes sua interiora, quib⁹ interior est deus. Idcirco ab exterioribus redeam ad interiora, & ab interioribus ad superiora ascendam: vt possim cognoscere vnde venio, aut quò vado, quid sum, vel vnde sum, & ita per cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionem dei. Quanto nanque in cognitione mei proficio, tanto ad cognitionem dei accedo.

Secundum interiorem hominem tria in mente mea inuenio, per quæ deum recolo, conspicio, & concupisco. Sunt autem hæc tria, memoria, intelligentia, voluntas siue amor. Per memoriam reminiscor, per intelligentiam intueor, per voluntatem amplector. Cum dei reminiscor, in memoria mea eum inuenio, & in ea de eo & in eo delector, secundũ quod ipse mihi donare dignatur. Intelligẽtia intueor quid sit deus in seipso, quid in angelis, quid in sanctis, quid in hominibus, M quid in creaturis. In seipso est incomprehensibilis, quia principium & finis. Principium sine principio, finis sine fine. Ex me intelligo, quam incomprehensibilis sit Deus, quoniam meipsum intelligere non possum, quem ipse fecit. In angelis est desiderabilis, quia in eum desiderant prospicere. In sanctis est delectabilis, quia in eo assidue felices lætantur. In creaturis est admirabilis, quia omnia potenter creat, sapienter gubernat, benigne dispensat. In hominibus est amabilis, quia eorum deus est, & ipsi sunt populus eius. Ipse in eis habitat tanquam in templo suo, & ipsi sunt templum eius. Non dedignatur singulos neque vniuersos. Quisquis eius memi- *Ioan.4.b*
nit, eúmque intelligit ac diligit, cum illo est. Diligere eum *Gen.1.d*
debemus, quoniam ipse prior dilexit nos: ad imaginem & similitudinem suam nos fecit, quod nulli alij creaturæ donare voluit. Ad imaginem dei facti sumus, hoc est ad intellectum & noticiam filij, per quẽ intelligimus & cognoscim⁹ patrem, & accessum habemus ad eũ. Tãta cognatio est inter nos & dei filiũ, quòd ipse imago dei est, & nos ad imaginem eius facti sumus. quam cognationẽ etiam ipsa similitudo restatur, quoniã non solùm ad imaginem, sed & ad similitudinem eius facti sumus. Oportet itaque id quod ad imaginem est, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare. Repræsentemus ergo in nobis imaginem eius in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore charitatis. Teneamus eum in memoria, portemus in conscientia, & vbique præsentem veneremur. Mens siquidem nostra eo ipso eius imago est, quo eius capax est, eiúsque particeps esse potest.

A potest. Non propterea eius imago est, quia sui meminit mes, séque intelligit ac diligit, sed quia potest meminisse, intelligere, ac diligere à quo facta est, quod cum facit sapiens ipsa fit. Nihil enim tam simile est illi summæ sapientiæ, quàm mens rationalis, quæ per memoriam, intelligentiam & voluntatem in illa trinitate ineffabili consistit. Consistere autẽ in illa non potest, nisi eius meminerit, eámque intelligat ac diligat. Meminerit itaque dei sui ad cuius imaginem facta est, cúmque intelligat, diligat, atque colat, cum quo potest semper esse beata. Beata anima, apud quam deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requiescit. Beata quæ dicere
Eccl. 24.a potest: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiem cœli ei non poterit. Cur ergo nos deserimus, & in his exterioribus deum quærimus, qui apud nos est, si nos velimus esse apud eum? Reuera nobiscum est, & in nobis, sed adhuc per fidem, donec videre mereamur
Ephe. 3 per speciem. Nouimus, inquit apostolus, habitare Christum per fidem in cordibus nostris: quia Christus in fide, fides in mente, mens in corde, cor in pectore. Per fidem ergo recolo deum creatorem: adoro redemptorem: expecto saluatorem: credo videre in omnibus creaturis habere in semetipso: & quod his omnibus ineffabiliter incundius atque beatius
B est, cognoscere in seipso. Patrem nanq; & filium cum sancto spiritu cognoscere, vita est æterna, beatitudo perfecta, summa voluptas. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quanta claritas, quanta suauitas, & quanta iucunditas maneat nos in illa visione, quando deum facie ad faciem videbimus, qui est lux illuminatorum, requies exercitorum, patria redeuntium, vita viuentium, corona vincentiũ. Ità in mente mea quandam imaginem illius summæ trinitatis inuenio, ad quam summam trinitatem recolendam inspiciendam & diligendam, vt eius recorder, ea delectet, & eam complectar & cõtempler, totum id quod viuo, debeo referre. Mens imago dei est, in qua sunt tria, id est memoria, intelligentia & voluntas. Memoriæ attribuimus omne quod scimus, etiam si non inde cogitemus. Intelligentiæ tribuimus omne quod verum cogitãdo inuenimus, quod etiam memoriæ commendamus. Per memoriam patri similes sumus, per intelligentiam filio, per voluntatem spiritui sancto. Nihil in nobis tam simile spiritui sancto est, quam voluntas vel amor siue dilectio, quæ excellentior voluntas est. Dilectio nanque donum domini est: ita quòd nullum hoc dono dei est excel-
Rom.5.a lentius. Dilectio nanque quæ ex deo est, & deus est, propriè spiritus sanctus dicitur, per quem charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per quem tota trinitas in nobis habitat.

De miseria hominis, & examinatione extremi iudicij.
C *Cap. II.*

SEcundum exteriorem hominem de parentibus illis venio, qui me antè fecerunt damnatum, quàm natum. Peccatores peccatorem in peccato suo genuerunt, & de peccato nutriuerunt. Miseri miserum in hanc lucis miseriam induxerunt. Nihil ex eis habeo, nisi miseriam & peccatum, & corruptibile hoc corpus quod gesto. Ad illos verò festino qui morte corporis hinc exierũt. Cum eorum sepulchra respicio, non inuenio in eis nisi cinerem & vermem, fœtorem & horrorem. Quod ego sum, ipsi fuerunt: & quod ipsi sunt ego ero. Quid ium ego? Homo de humore liquido. Fui enim in momento conceptionis de humano semine conceptus: deinde spuma illà coagulata modicum crescendo caro facta est. Postea plorans & eiulans traditus sum huius mundi exilio, & ecce iam morior plenus iniquitatibus & abominationibus. Iamiam præsentabor ante districtum iudicem de operibus meis rationem redditurus. Væ mihi misero cum venerit dies illa iudicij, & aperti fuerint libri in quibus omnes mei actus & cogitationes domino præsentandæ recitabuntur. Tunc demisso capite præ confusione malæ cõscientiæ in iudicio coram domino stabo trepidus & anxius, vtpote commemorãs scelerum commissa meorum. Et cum dicetur de me, ecce homo, & opera eius: reducã ante oculos omnia delicta & peccata mea. Quadam namq; vi diuina fiet, vt cuique sua opera bona vel mala in memoriam reuocentur, & mẽtis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset vel excuset sciẽ- D tia cõscientiam, atque ita simul & singuli & omnes iudicentur. Iudicium faciet gestorum quisque suorum. Cunctáque cunctorum cunctis arcana patebunt. Quod enim nunc cõfiteri erubescimus, tunc omnibus manifestabitur: & quicquid hic dissimulando palpamus, totum illic vindex flamma comburet. Ignis vbique ferox ruptis regnabit habenis. Quantoque diutius deus nos expectat vt emendemus, tanto districtius iudicabit si neglexerimus. Cur ergo tantopere vitam istam desideramus, in qua quãto amplius viuimus, tanto plus peccamus? Quanto est vita longior, tanto culpa numerosior. Quotidie nanque crescunt mala, & subtrahuntur bona: addidue variatur homo per prospera & aduersa, & ignorat quando moriatur. Sicut enim in cœlo stella coruscans velociter currit, & repente deficit, & sicut scintilla ignis subitò extinguitur, & in cinerem redigitur: sic citò finitã datur istam cernere vitam. Dum enim libenter ac iucundissimè moratur homo in mundo, diúque se victurum arbitratur, ac multa in lõga tempora disponit agenda: subito rapitur in mortem, & ex improuiso anima aufertur à corpore. Veruntamen cum magno metu magnísque doloribus anima separatur à corpore. Veniunt enim angeli adsumere illam, vt perducant eam ante tribunal iudicis metuendi: & tunc illa memoratis opera sua mala & pessima, quæ die noctúq; gessit, contremiscit, & quærit illa fugere, induciásque petere, dicens: Date mihi vel vnius horæ spatium. Tunc quasi loquentia simul opera dicent: Tu E nos egisti, opera tua sumus: non te deseremus, sed tecum semper erimus, tecum pergemus ad iudicium. Vitia quoque multis & multiplicibus criminibus eam accusabũt, multáq; falsa testimonia aduersus illam inuenient, quãquam vera ad damnationem eius satis possent sufficere. Dæmones verò terribili vultu & horribili aspectu eam terrebunt. Ingenti furore eam persequentur & comprehendent, tam terribiliter quàm horribiliter volẽtes retinere & possidere, nisi sit qui eripiat. Tunc anima inueniens oculos clausos & os, aliósq; corporis sensus per quos solebat egredi, & delectari in his exterioribus, reuertetur ad se: & videns se solam & nudam, ingenti horrore concussa, desperatione deficiet in se, & cadet sub se: & quia amore mundi, & carnis voluptate, dei amorem dereliquerat, derelinquetur à deo misera in hora tantæ necessitatis, atque dæmonibus tradetur in inferno cruciandа. Sic anima peccatoris in die qua ignorat, & hora qua nescit, rapitur à morte, & segregatur à corpore, pergitque miseriis plena, tremens & dolẽs, & cum nullam excusationem habeat quam pro peccatis suis possit obtendere, cõtabescit, & pertimescit ante deum apparere. Ingenti horrore concutitur, & multiplicibus cogitationum æstibus agitatur, cum vrgente solutione carnis, & subductis à medio omnibus, se & illum terminum considerat cui appropinquat, & post paululũ hoc inuenit quod in perpetuum mutari nõ poterit. Considerat planè quàm districtus F veniat æternus iudex, & ante seueritatem tantæ iustitiæ quas rationes vitæ suæ ponat. Si enim cuncta opera quæ intelligere potuit, deuitauit: ventura tamen coram districto iudice, illa magis quæ in semetipsa non intelligit, pertimescit. Crescit pauor cum cogitat quo viam vitæ huius nequaquam sine culpa transire potuit: nec hoc quidem quod laudabiliter vixit, sine aliquo reatu est, si remota pietate iudicetur. Quis enim cõsiderare valeat quãta mala per momenta temporum perpetramus, & quãta bona facere negligimus? Sicut enim peccatum est perperratio mali, sic delictum est desertio boni. Grauis siquidem iactura est, cum nec bona facimus, nec bona cogitamus, sed cor nostrum per vana & inutilia sinimus vagari. Nimis tamen difficile est cor tenere, & ab illicita cogitatione seruare. Nimis etiam difficile est terrenas occupationes absque peccatis ministrare. Quapropter nullus semetipsum diiudicare & comprehendere perfectè potest: sed multis cogitationibus occupatus, sibimetipsi aliquo modo manet incognitus, vt omnino quod tolerat, nesciat. Propterea vrgente exitu, subtiliori terretur metu, quia etsi illa quę sciuit, nunquã se prætermisisse meminit, formidat tamen ea quæ nescit.

De dignitate animæ. Caput III.

OAnima, dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, hæres bonita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tis, rationis particeps, quid tibi cum carne vnde ista pateris? Propter carnem aliena peccata tibi imputantur, & tuæ
Esa. 64.b iustitiæ quasi pannus menstruatæ reputãtur, atque tu ipsa ad nihilum es redacta, & quasi nihilum & inane reputata. Nihil aliud est caro (cum qua tanta est tibi societas) nisi spuma caro facta, fragili vestita decore: sed erit quando erit cadauer miserum & putridum, & cibus vermium. Nam quantumcunque excolatur, semper caro est. Si diligenter consideres quid per os & nares cæteróſq; corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinium nunquam vidisti. Si singulas eius miserias enumerare velis, quàm sit onerata peccatis, irretita vitiis, pruriens concupiscentiis, occupata passionibus, polluta illusionibus, prona semper in malum, & in omne vitiũ pro-
Psa. 143.a cliuis, plenam omni confusione & ignominia inuenies. Propter carnem homo vanitati similis factus est, quia ex illa vitium concupiscentiæ traxit, quo captiuus tenetur & incurratur vt diligat vanitatem, & iniquitatem operetur. Attende homo quid fuisti ante ortum, & quid es ab ortu vsque ad occasum, atq; quid eris post hanc vitam. Profectò fuit quòd non eras: postea de vili materia factus, & vilissimo panno inuolutus, menstruali sanguine in vtero materno fuisti nutri-
H tus, & tunica tua fuit pellis secundina. Sic indutus & ornatus venisti ad nos, nec memor es quàm sit vilis origo tua. Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opésque Subripuere tibi noscere quid sit homo. Nihil aliud est homo, quàm sperma fœtidum, saccus stercorum, cibus vermium. Post hominem vermis, post vermem fœtor & horror. Sic in non hominem vertitur omnis homo. Cur ergo superbis homo, attendens quòd fuisti vile semen, & sanguis coagulatus in vtero? Deinde miseriis huius vitæ expositus & peccato, postea vermis & cibus vermiũ futurus in tumulo. Quid superbis puluis & cinis? cuius conceptus culpa, nasci miseria, viuere pœna, mori angustia? Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa? Nasci pœna, labor vita, necesse mori? Cur carnem tuam preciosis rebus impinguas & adornas, quam post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro: animam verò tuam non adornas bonis operibus, quæ deo & angelis eius præsentanda est in cœlis? Quare animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? Dominam ancillari, & ancillã dominari, magna abusio est. Totus quidem iste mundus ad vnius animæ precium æstimari potest. Non enim pro toto mundo deus animam suam dare voluit, quam pro anima humana dedit. Sublimius ergo est animæ precium, quæ non nisi sanguine Christi redimi potuit. Quam ergo commutationem dabis pro anima
I tua, qui pro nihilo das illam? Nónne dei filius cum esset in sinu patris, à regalibus sedibus pro ea descendit, vt eam liberaret à potestate diaboli? Quam cum vidisset peccatorum funibus irretitam, iamiámque dæmonibus tradendam, vt morte perpetua damnaretur: fleuit super illam, quæ flere se nesciebat. Nec solùm fluit, sed etiam occidi se permisit, vt precioso sanguinis sui precio eam redimeret. Aspice mortalis, pro te datur hostia talis. Agnosce homo quàm nobilis est anima tua, & quàm grauia fuerint eius vulnera, pro quibus necesse fuit Christum dominum vulnerari. Si non essent hęc ad mortem, & mortem sempiternam: nunquam pro eorum remedio dei filius moreretur. Noli ergo vilipendere animæ tuæ passionem, cui à tanta maiestate tantam vides exhiberi
Psal. 6.a compassionem. Fudit ipse lachrymas pro te, laua & tu per singulas noctes lectum tuum cordis conpunctione, & lachrymarum assiduitate. Fudit ipse sanguinem suum, funde & tu tuum quotidiana corporis afflictione. Quem si semel ponere pro Christo non potes, saltem mitiori quodam, sed longiori martyrio pone. Noli attendere quid caro velit, sed quid spiritus poscit. Tunc enim glorioſus erit cum ad deum suum redierit: ita tamen, si de corpore nullum peccatum secũ tulerit, & deterserit omne sordidum. Si verò dicis, durus est hic sermo, nõ possum mundum spernere, & carnem meã odio habere: dic mihi, vbi sunt amatores mũdi, qui ante pauca tempora nobiscum erant? Nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes. Attende diligenter quid sunt, vel quid fuerũt. Homines fuerunt sicut tu, comederũt, biberunt, riserunt, du-
Iob. 21.b xerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum vermibus, & illic anima ignibus depu-
K tatur, donec rursus infelici collegio colligati, sempiternis inuoluantur incendiis, qui socij fuerunt in vitiis. Vna nãque pœna implicat, quos vnus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiscentia? Vbi risus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia? De tanta lætitia, quanta tristitia? Post tantillam voluptatem, quàm grauis miseria? De illa exultatione ceciderunt in magnam miseriam, in grandẽ ruinã, & in magna tormenta. Quicquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es. Homo de humo, limus de limo. De terra es, & de terra viuis, & in terram reuertẽris, quando venerit dies illa vltima, quæ subito venit, & forsitan hodie erit. Certum est quia morieris, sed incertum quando, aut quomodo, vel vbi. Quoniam mors vbiq; te expectat: tu quoque si sapiens fueris, vbique eam expectabis. Si carnem sequeris, punieris in carne. Si in carne delectaris, cruciaberis in carne. Si curiosas vestes requiris, pro ornatu
Esa.14.c vestium subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Iustitia enim dei aliud iudicare non potest, nisi quod merentur opera nostra. Qui enim plus diligit mũdum quàm deum, seculum quàm claustrum, gulam quàm abstinẽtiam, luxuriam quàm castitatem: sequitur diabolum, & ibit cum eo in supplicium æternum. Quis putas tũc mœror erit, L quis luctus, quæ tristitia, cum separabuntur impij à consortio sanctorum, & à visione dei, & traditi in potestatẽ dæmonum, ibunt cum ipsis in ignem æternum, ibique semper erũt sine fine in luctu & gemitu? Procul quippe à beata paradisi patria exulati, cruciabuntur in gehenna perpetua, nunquam lucem visuri, nunquam refrigerium adepturi, sed per miliã milium annorum in inferno cruciandi, nec inde vnquam liberãdi. Vbi nec qui torquet, aliquãdo fatigatur: nec qui torquetur, aliquando moritur. Sic enim ignis ibi consumit, vt semper reseruet: sic tormenta aguntur, vt semper renouẽtur. Iuxta verò qualitatem culpæ pœnam sustinebit vnusquisque gehẽnæ: & similis culpæ rei sui similibus iungentur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur nisi fletus & planctus, gemitus & vlulatus, mœrores atque stridores dentium: nihilq; ibi videbitur nisi vermes, & laruales facies tortorum, atque teterrima monstra dæmonum. Vermes crudeles mordebunt intima cordis. Hinc dolor, inde pauor, gemitus, stupor, & timor horrens. Ardebúntque miseri in igne æterno in æternũ & vltra. In carne cruciabuntur per, ignem, in spiritu per conscientiæ vermem. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incomparabilis, mors animæ & corporis, sine spe veniæ & misericordiæ. Sic tamen morientur, vt semper viuant: & sic viuent, vt semper moriantur. Ita anima peccatoris aut in in-
M ferno pro peccatis cruciatur, aut in paradiso pro bonis meritis collocatur. Nunc ergo alterum è duobus eligamus, aut semper cruciari cum impiis, aut perpetualiter lætari cum sanctis. Bonum siquidem & malum vita mors, ante nos sunt posita, vt ad quod voluerimus, manum extendamus. Si tormenta non terrent nos, saltem inuent præmia.

De præmio patriæ cælestis. Cap. IIII.

PRæmium est videre deum, viuere cum deo, viuere de deo, esse cum deo, esse in deo, qui erit omnia in omnibus: habere deum, qui est summum bonum. Et vbi est summum bonum, ibi est summa felicitas, summa iucunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna securitas, & secura æternitas: ibi est vera lætitia, plena scientia, omnis plenitudo, & omnis beatitudo. Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas. Gaudia lætitiæ, dulcedo, vita perennis. Gloria, laus, requies, amor, & concordia dulcis. Sic cum deo homo beatus erit, in cuius conscientia peccatum inuentum non fuerit. Videbit deum ad voluntatem, habebit ad voluptatem, fruetur ad iucunditatem. In æternitate vigebit, in veritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habebit permanendi æternitatem, sic cognoscendi facilitatem, & requiescendi felicitatem. Ciuis siquidem erit illius sanctæ ciuitatis, cuius angeli ciues sunt, deus pater templum, filius eius splendor, spiritus sanctus charitas. O ciuitas cœlestis, mansio secura, patria fertilis & ampla, totum continens quod delectat, populus sine murmure, incolę quieti, homines nullam indigentiam

A gentiam habẽtes. Quàm glorioſa dicta sunt de te ciuitas dei:
Psal. 86.a sicut lætantium omnium habitatio est in te. Omnes lætantur in lætitia & exultatione, omnes delectantur de deo, cuius aspectus pulcher, facies decora, eloquium dulce. Delectabilis est ad videndum, suauis ad habendum, dulcis ad perfruendum. ipse per se plàcet, & per se sufficit ad meritum, sufficit ad præmium, nec extra illum quicquã quæritur: quia totum in illo inuenitur quicquid desideratur. Semper libet eum aspicere, semper habere, semper in illo delectari, & illo perfrui. In illo clarificatur intellectus, & purificatur affectus ad cognoscẽdam & diligendam veritatem. Et hoc est totum bonum hominis, nosse scilicet & amare creatorem suũ. Quæ ergo nos angit vęsania, vitiorũ sitire absinthium, huius mundi sequi naufragium, vitæ labentis pati infortunium, impiæ tyrannidis ferre dominiũ, & non magis conuolare ad sanctorum felicitatem, ad angelorum societatem, ad solennitatem supernæ lætitiæ, & ad iucunditatem contemplatiuæ vitæ, vt possimus intrare in potentias domini, & videre superabundãtes diuitias illas bonitatis eius? Ibi vacabimus, videbimus quàm dulcis est dominus, & q̃ magna multitudo dulcedinis eius. Videbimus gloriæ decorem, sanctorum splendorem, & regiæ potestatis honorem: cognoscemus patris potentiam, filij sapientiam, spiritus sancti benignissimam clementiam: &
B ita habebimus notitiam illius summæ trinitatis. Nunc corpora per corpus videmus: imagines etiam corporum spiritu cernimus: tũc verò ipsam trinitatem puro mentis intuitu videbimus. O beata visio videre deum in seipso, videre in nobis, & nos in eo felici iucũditate, & iucunda felicitate. Quicquid desiderabimus, totũ habebimus, nihil amplius desiderantes. Et quicquid videbimus, amabimus, ipso amore beati. Beati dulcedine amoris, & suauitate contẽplationis. Hęc erit summa illius contemplationis, hæc erit summa illius felicitatis, quoniam intelligetur in suo puro esse syncera diuinitas, cõprehendetur in ea incõprehensibilis trinitas. Patebunt arcana diuinitatis, videbitur & amabitur deus & hæc visio & delectatio totum cor hominis implens & satians, tota erit illius beatitudinis cõsummatio. Vna erit omniũ lingua, iubilatio indefessa, vnus affectus, amor æternus. Patebit veritas, implebitur charitas, & erit integra corporis & animæ societas, fulgebit sicut sol humanitas glorificata. Quieta erit & concors carnis & spiritus societas. Angelorum & hominum vnum erit gaudiũ, vnum colloquium, vnum conuiuium. Nõ languebit amor, nec liquefiet dilectio. Præsentibus omnibus bonis, nulla erit dilationis afflictio, quoniam beatifica diuinæ maiestatis præsentia omnibus erit omnia, & erit cõmunis omniũ omnipotẽtia, sapientia, pax, iustitia, & intelligẽtia. Non erit in illa pace diuersitas linguarũ, sed pacifica & con-
C cors concordia morum & affectuum. In torrente illius voluptatis nihil vltrà appetet cumulata satietas, tanta erit felicitas. Ibi siquidẽ erit cumulus felicitatis, supereminens gloria, & superabundans lætitia. Sed ad hæc quis idoneus? Profectò verus pœnitẽs, bonus obediẽs, amabilis socius, fidelis seruus. Verus pœnitens semper in labore & dolore, dolet de præteritis, laborat pro futuris cauendis. Vera siquidem pœnitentia est sine temporis intermissione de peccatis dolere: sic plangere cõmissa, vt nõ committantur plangenda. Irrisor nãque est & non verus pœnitens, qui adhuc agit quod pœniteat. Si ergo vis verus pœnitens esse, cessa à peccato, & noli amplius peccare: quoniã inanis est pœnitentia quã sequens coinquinat culpa. Omnis bonus obediẽs dat suũ velle, & suũ nolle, vt
Psa. 107.c possit dicere: Paratũ cor meũ deus, paratũ cor meũ. Paratum quodcunque præceperis facere, paratũ ad nutum nutu citius obedire, paratum tibi vacare, proximis ministrare, meipsum custodire, & in cœlestium cõtemplatione requiescere. Amabilis socius omnibus est glorioſus, & nulli onerosus. Omnibus est officioſus, quia deuotus ad deum, benignus ad proximũ, sobrius ad mundũ: domini seruus, proximi socius, mundi dominus. Superiora habet ad gaudium, æqualia ad consortium, inferiora ad seruitium: nulli est onerosus, sed inferiora redigit ad vtilitatem mediorum, & ad honorem superiorum, superiora sequens, inferiora trahens, ab illis possessus, ista possidens, fidelis seruus est in cõtemplatione dei, & custodia sui. Custodiæ ergo tuæ adhibe prius omnem diligentiam: deinde intelligens te nunquam posse sufficere ad te custodiẽdum D
tua industria, diuinam implora clementiam, itémque ad contemplandam in te creatoris tui voluntatem bonam & beneplacẽtem atque perfectam, angelicam exora tutelam: patrociniumque omnium cum Christo regnantium super te roga: curre per singulos, supplica singulis, & simul omnibus clama & dic: Miserẽmini mei, miserẽmini mei saltem vos amici mei, *Iob. 19.d*
recipite fugitiuum vestrũ, sed fratruelem, sed consanguineum in sanguine redemptoris. En pauper stat ad ostium, clamat & pulsat: aperite pulsanti, & conducite eum vsque ad regem, vt prostratus coram eo indicem ei omnes miserias & omnes necessitates quas patior. Ad extremũ verò prælato tuo cor tuum cum omni ingenio consigna, nullum in eo remaneat peccatum quod non pura confessione deleatur. Iesum Christum etiam super cor tuum sicut signaculum pone. Cum enim Christus cordis ostium custodit, & est cordis ostiarius, vt per illum ingrediãtur & egrediantur omnes familię cordis, consequenter adsunt milia milium angelorum ad fores exteriorum sensuum excubantium, nec audet alienigena irrumpere terribiles illas acies, propter ostiarij reuerentiam, & angelorum custodiam.

Quomodo homo debet se examinare. Capitulum V.

INtegritatis tuæ curiosus explorator, vitam tuam in quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, vel quãtum deficias: qualis sis in moribus, & qualis E
in affectibus: quàm similis sis deo, vel quàm dissimilis, quàm prope, vel quàm longe, non locorum interuallis, sed morum affectibus. Stude cognoscere te, quia multo melior & laudabilior es si te cognoscis, quàm si te neglecto cognosceres cursum siderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, & haberes omnium cœlestium & terrestrium scientiam. Redde ergo te tibi, & si non semper vel sæpe, saltem interdum. Rege tuos affectus, dirige actus, corrige gressus. In te nihil remaneat indisciplinatum, pone omnes transgressiones tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tanquam ante alium, & sic temetipsum plange. Plora iniquitates & peccata quibus deum offendisti: indica ei miserias tuas, ostende illi malitiam aduersariorum tuorum. Cúmque coram eo in lachrymis te macerauerís, precor te vt memor sis mei. Ego enim ex quo cognoui te, in Christo diligo te, & illuc mentionem tui defero, vbi & illicita cogitatio supplicium, & honesta prometeretur præmium. Ad altare nanque dei cum peccator sto, sed sacerdos, tui me comitatur memoria. Tu vero mihi vicem reddes si me amaueris, & orationum tuarum participem feceris. Ibi recordatione tecum esse præsens desidero, vbi pro te & tuis familiaribus deuotas preces coram deo fundis. Nec miteris si dixi, præsens: quoniam si me amas, & ideo amas quia imago dei sum, ita tibi præsens sum, vt tu ipse tibi. Quicquid enim tu es substantialiter, hoc ego F
sum. Imago enim dei est omnis anima rationalis. Proinde qui in se imaginem dei quærit, tam proximum quàm se quærit: & qui illam in se quærendo inuenerit, in omni homine eam cognoscit. Visio enim animæ, intellectus est. Si ergo te vides, me vides, qui nihil aliud sum quàm tu. Et si deum diligis, me imaginem dei diligis: & ego deum diligendo, diligo te. Et ita dum vnum quærimus, & ad vnum tendimus, semper inuicem præsentes sumus, sed in deo, in quo nos diligimus.

Quòd homo debet esse intentus psalmodiæ. Capitulum VI.

CVm ad orandum siue ad psallendum ecclesiam intraueris, fluctuantium cogitationum tumultus exterius relinque, curámque exteriorum penitus obliuiscere, vt soli deo possis vacare. Fieri enim non potest vt aliquando cum deo loquatur, qui cum toto mundo etiam tacens fabulatur. Intende ergo illi qui intendit tibi: audi illum loquentem tibi, vt ipse exaudiat te loquentem sibi. Ita fiet si diuinis laudibus soluendis debita reuerentia & solicitudine assistas, super singula verba diuinæ scripturæ diligenter intendas. Non quòd ego ista faciam dico, sed quòd facere vellem, & non feciſſe pœnitet, & non facere piget. Tu vero cui maior gratia concessa est, votis & deuotis precibus pias aures domini ad te flecte, lachrymis & suspiriis pro tuis excessibus illum clemẽter exora, atque canticis spiritualibus in omnibus operibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G suis illum lauda & glorifica. Nil enim magis supernis ciuibus spectare libet, nil regi summo iucundius exhibetur, sicut ipse
Psal. 49.b testatur: Sacrificium laudis honorificabit me. O quàm felix esses, si spiritualibus oculis semel intueri posses quomodo
Psal. 67.f præueniunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum? Videres proculdubio qua cura, quóve tripudio intersunt cantantibus, assistunt orantibus, adsunt meditantibus, superfunt quiescentibus, prouidétibus, atque procurantibus præsunt. Diligunt siquidem suos conciues supernę potestates, & pro iis qui hęreditatem capiunt salutis, solicite congaudent, cõfortant, instruũt, protegũt, prouidentque omnibus. Omnes enim ipsi desiderant aduentum nostrum, quoniam ipsi de nobis expectant ciuitatis suæ ruinas restaurari. Diligenter quærunt & libenter audiunt bona de nobis: soliciti discurrunt medij inter nos & deum, nostros gemitus fidelissimè ad eum portantes, ipsiúsque gratiam deuotissimè ad nos reportantes. Non dedignabuntur esse socij nostri, qui iã facti sunt ministri nostri. Exultare eos fecimus, quando conuersi sumus ad pœnitentiam. Festinemus ergo de nobis eorum lętitiam adimplere. Vę tibi quicunq; es qui desideras redire ad vomitum, reuerti ad lutum. Putásne placatos habebis eos in iudicio, quos tanto & tam sperato priuare
H vis gaudio? Exultauerunt quando venimus ad religionẽ, tanquam super his quos ab ipsa inferni porta cernerẽt reuocari. Quid vero tunc erit, si ab ipsa ianua paradisi viderint redire & retrorsum abire eos, qui iam alterũ pedẽ habebant in cœlo? Nam si corpora inferius, sed corda sursum. Curramus ergo non passibus corporis, sed affectibus, sed desideriis, sed suspiriis: quoniam non solum angeli, sed & angelorum creator nos expectat. Expectat nos deus pater tanquam filios & hæredes, vt constituat nos super omnia bona sua. Expectat nos dei filius tanquam fratres & cohæredes, vt fructum suæ natiuitatis & preciũ sui sanguinis deo patri offerat. Expectat nos spiritus sanctus: ipse siquidẽ est charitas & benignitas in qua ab æterno prædestinati sumus: nec dubium quin prędestinationem suam adimpleri velit. Ergo quia omnis cœlestis curia expectat nos & desiderat, desideremus eam quanto possumus desiderio. Cum magna nanque confusione & rubore ad illam veniet, quisquis videre eam vehementer non desiderat. Quicunque vero iugi oratione & assidua cogitatione in illa conuersatur: & securus hinc egredietur, & cum magna lætitia recipietur in illa. Vbicunque ergo fueris, intra temetipsum ora. Si longe fueris ab oratorio, noli quærere locũ, quo-
I niam tu ipse locus es. Si fueris in lecto aut in alio loco, ora: & ibi est templum. Frequenter orandum, & flexo corpore mẽs est erigenda ad deum. Sicut enim nullum est momentum, quo homo non vtatur vel fruatur dei bonitate & misericordia, sic nullum debet esse momentum quo eum præsentem non habeat in memoria. Sed dicis: Ego quotidie oro, & orationis meæ nullum fructum video, sed sicut accedo ad illam, sic & redeo. nemo mihi respondet, nemo loquitur, nemo quippiam donat, sed incassum laborasse videor. Sic loquitur humana stultitia, non attendens quid inde veritas promittat dicens: Amen dico vobis: quia quicquid orantes
Matt. 11. c petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Noli ergo vilipendere orationem tuam, quoniam ille ad quem oras, non vilipendit eam: sed antequã egrediatur de ore tuo, ipse scribi eam iubet in libro suo. Et vnum è duobus indubitanter sperare debemus, quoniam aut dabit nobis quod petimus, aut quod nobis nouerit esse vtilius. Cogita itaque de deo quicquid melius potes, & de te quicquid deterius vales. De illo amplius credere debes, quàm cogitare potes. Omne tẽpus in quo de deo non cogitas, hoc te computes perdidisse. Omnis siquidem res aliena est à nobis, tempus autem tãtùm nostrum est. Vaca ergo, & vbicunque fueris, tuus esto. Noli te tradere, sed cõmodare. Quocũque loco consistis, cogitationes tuas iacta in deum, & aliquid salutare in animo tuo versa. Omnis siquidem locus ad meditandum congruus est. Tota ergo facilitate animum colligens, libere tecum habita, & in latitudine cordis tui deambulans, ibidem cœnaculum grande stratum Christo exhibe. Mens nãque sapientis semper est apud deum. Illum semper ante oculos habere debemus, per quem sumus, viuimus, & sapimus. Ipsum nanque vt essemus habemus authorem: ipsum etiam vt sapientes si- K
mus, debemus habere doctorem: & vt beati simus, internæ suauitatis largitorem, Et in hoc imaginem eius, hoc est illius summæ trinitatis in nobis cognoscimus. Nam sicut ille est, & sapiens est, & bonus est: sic & nos pro modulo nostro & sumus, & nos esse scimus, & id esse & nosse diligimus. Vtre igitur teipsò velut dei templo, propter illud quod in te est simile deo. Honor siquidem deo summus est, illum venerari & imitari. Imitaris, si pius es. Templum enim sanctũ est deo mens pia, & altare optimum cor eius. Veneraris, si misericors es, sicut ipse omnibus misericors est. Hostia siquidem acceptabilis est deo, facere bonum omnibus pro deo. Fac omnia sicut filius dei, vt dignus sis eo, qui te dignatus est filium vocare. In omnibus vero quæ agis, deum esse præsentem cognosce. Caue ergo ne in eo quod male delectat, vel visio tua vel cogitatio tua remoueatur: nec dicas neq; facias quod nõ licet, etiam si libet: nec aliquo facto vel signo deum offendas, qui vbique præsens cernit quicquid facis. Magna custodia tibi necessaria est, quoniã ante oculos iudicis viuis cuncta cernentis. Cum illo tamen semper es securus, si talem te præparaueris, vt tecum adesse dignetur. Si tecum non est per gratiam, adest per vindictam. Sed væ tibi si ita tecum est. Imò vę tibi, si ita tecum non adest. Illi nanque irascitur deus, quem L
peccantem non flagellat. Nam quem flagellando non emendat, in futuro damnat.

Mortis Consideratio. Capitulum VII.

CErtum est quoniam mors vbique minatur tibi, diabolus insidiatur vt rapiat animam tuam, quando egredietur de corpore: tu vero noli timere, quoniam deus qui in te habitat (si tamen in te habitat) eripiet te & à morte & à dæmone. Fidelis enim socius est, nec deserit sperantes in se, nisi ipse prior deseratur. Deserimur autem, cum cor per prauas & inutiles cogitationes vaga mente discurrit. Idcirco omni solicitudine & custodia illud custodire & tenere debes, vt in illo deus requiescere possit. In omni nãque creatura quæ sub sole mundi vanitatibus occupatur, nihil humano corde sublimius, nihil nobilius, nihil deo similius reperitur. Quapropter nihil aliud quærit à te, nisi cor tuum. Munda ergo illud per puram confessionem, & assiduam orationem, vt mundo corde deum videre possis per continuam dei circunspectionem. In omni loco esto ei subiectus & intentus, & compone mores tuos, vt sis in te placatus. Dilige omnes homines, & omnibus te amabilem exhibe, vt sis pacificus, & dei filius. Sic eris bonus monachus, sanctus, humilis, & rectus: & cum talis fueris, memento mei. Væ mihi qui ista dico, & ista non facio: & si aliquando facio, nõ diu perseuero. Ista habeo in memo- M
ria, & non seruo in vita. Habeo in sermonibus, & non in moribus. Legem in corde & in ore tota die rumino, & contraria legi ago. Lego de religione in ea, & plus diligo lectionem quàm orationem: veruntamen nil aliud me docet diuina scriptura, nisi religionem amare, vnitatem seruare, charitatem habere. Ego autem miser & miserabilis, citius curro ad lectionem quàm ad orationem: libentius volo legere, quàm missas auscultare. Expectat me aliquis volens de necessitate sua mihi loqui, ego verò librum aliquem accipio, quem ille vel ille vellet habere: lego in eo, & legendo amitto fructus charitatis, pietatis affectus, compunctionis fletus, missarum vtilitatem, cœlestiũ contemplationem. Nil tamen in hac vita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nil ita mentem ab amore mundi separat, nil sic animam contra tentationes roborat, nil hominem ita excitat & adiuuat ad omne opus bonum, & ad omnem laborem, quàm gratia contemplationis.

Qualiter homo debeat intente orare. Capitulum VIII.

MIserere mei deus, quoniam ibi plus pecco, vbi peccata mea emendare debeo. In monasterio nanque sæpe dũ oro, non attendo quod dico. Oro quidem ore, sed mente foris vagante, orationis fructu priuor. Corpore sum interius, sed corde exterius: & ideo perdo quod dico. Parũ enim prodest sola voce cantare sine cordis intentione. Propterea magna peruersitas, imò magna insania est, quando cum domino

A cum domino maiestatis loqui in oratione præsumimus, & insensati aurem auertimus, & ad nescio quas ineptias conuertimus cor. Magna quoque insania, & grauiter vindicanda, cum vilissimus puluis loquentem ad se audire dedignatur creatorem vniuersitatis. Ineffabilis vero est dignatio diuinæ bonitatis, quæ quotidie cõspicit nos infelices aures auertentes, obdurantes corda, & nihilo minus clamat ad nos dicens:
Esa. 46.c Redite præuaricatores ad cor. Vacate & videte quoniam ego
Psal. 45.b sum deus. loquitur mihi deus in psalmo, & ego illi: nec tamen cum psalmũ dico, attendo cuius psalmus sit. Idcirco magnam iniuriam deo facio, cum illum precor vt meam precem exaudiat, quam ego qui fundo non audio. Deprecor illum vt mihi intendat, ego vero nec mihi nec illi intẽdo: sed quod deterius est, immunda & inutilia in corde versando, fœtorem horribilem eius aspectibus ingero.

De instabilitate cordis humani. Capitulum IX.

NIhil est in me corde meo fugacius: quod quotiens me deserit, & per prauas cogitationes diffluit, totiens deum offendit. Cor meum cor vanum, vagum & instabile, dum suo ducitur arbitrio, & diuino caret consilio, in seipso non potest consistere, sed omni mobili mobilius per infinita distrahitur, & hac atque illac per innumera discurrit. Et dum
B per diuersa requiẽ quærit, no inuenit, sed in labore miserum, à requie vacuũ manet: sibi non cõcordat, à se dissonat, à se resilit, voluntates alternat, cõsilia mutat: ædificat noua, destruit
Iob 13.d vetera, destructa reædificat, eadẽ iterũ atque iterũ alio & alio modo mutat & ordinat, quia vult & non vult: & nunquam in eodẽ statu permanet. Sicut enim molendinũ velociter voluitur, & nihil respuit, sed quicquid imponitur molit, si autem nihil apponitur, seipsum consumit: sic cor meũ semper est in motu, & nunquã requiescit: sed siue dormiã, siue vigilẽ, somniat & cogitat quicquid ei occurrit. Et sicut molẽdinũ arena, si imponatur exterminat, pix inquinat, palea occupat: sic cor meũ cogitatio amara turbat, immũda maculat, vana inquietat & fatigat. Ita cor meũ dũ futurũ nõ curat gaudiũ, nec diuinũ quærit auxiliũ, ab amore cœlestiũ elõgatur, & in amore terrestriũ occupatur. Cúmq; elabitur ab illis, & inuoluitur in istis, vanitas illud recipit, curiositas deducit, cupiditas allicit, voluptas seducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracundia, cruciat tristitia: sicq; miseris casibus submergitur omnibus vitiis, quoniã vnũ deũ (qui ei sufficere poterat) dimisit. Per multa dispergitur, & huc illúcque quærit vbi requiescere possit, & nihil inuenit qui ei sufficiat, donec ad ipsum redeat. A cogitatione in cogitationẽ ducitur, & per varias occupationes & affectiones variatur: vt saltẽ varietate ipsarum rerum impleatur, quarum qualitate satiari non potest. Sic labitur cordis miseria subtracta diuina gratia. Cúmq; ad se re-
C uertitur, & discutit quod cogitauit, nil reperit: quia nõ opus fuit, sed importuna cogitatio, qua cõponit multa de nihilo. sic deniq; decipit imaginatio, quam dæmonũ format illusio. Imperat mihi deus vt præbeam illi cor meum: & quia imperanti deo non sum obediens & subditus, mihi sum rebellis & contrarius. Vnde mihi subiugari nõ potero, donec illi fuero subiectus: mihiq; seruiam nolens, qui ei nolo seruire volens. Idcirco plura machinatur cor meũ vno momẽto, quàm omnes homines perficere possent vno anno. Cum deo non sum vnitus, & ideo in meipso sum diuisus. Cũ illo verò vniri non possum nisi per charitatem: nec subiici nisi per humilitatem: nec vere humilis esse nisi per veritatem. Expedit ergo vt in veritate me discutiam, & cognoscã quàm vilis, quàm fragilis, & q̃ labilis sum. Deinde eũ omnes miserias meas cognouero, necesse est vt illi inhæreã per quẽ sum, sine quo nihil sum, & nihil facere possum. Et quia à deo peccando recessi: nisi per veram confessionem ad illum redire nõ possum. Fateri ergo oportet quod fatendum est: quia nunquam eo modo aut ea intentione qua peccaui, peccata confessus sum: nec omnium recordatus sum, aut propter vetustatẽ, aut propter multitudinem. Si autem confessus sum, non pure confessus sum propter turpitudinem. Confessionem etiam meam diuisi, vt diuersis sacerdotibus diuersa manifestarẽ: & ita venia carui, ad quam per partes peruenire putaui. Execranda nanque fictio est peccatum diuidere, & superficietenus radere, non intrinsecus eradicare. Non enim vtilis est confessio, nisi sit in oris veritate, & cordis puritate. Et vt tres sint qui testimoniũ no- D
bis dicãt in cœlo, pater, filius, & spiritus sanctus: addamus testes sacerdotes cordi nostro & ori, vt in ore duorũ vel trium *2. Cor. 13.b* testium stet omne verbum. Sed dicis: Sufficit mihi soli deo confiteri: quia sacerdos sine eo à peccatis me absoluere non potest. Ad quod non ego, sed beatus Iacobus respondet dicens: Cõfitemini alterutrum peccata vestra. Cõueniens nan- *Iaco. 5.d* que valde est, vt nos qui peccando deo contumaces fuimus, pœnitendo supplices sacerdotibus & ministris eius simus: vt homo qui ad gratiam conseruandam mediatore non eguit, iam eam recuperare non nisi per mediatorem hominem possit. Gemat ergo & suspiret, & anxius pro peccato timeat, & expauescat: solicitus discurrat: auxiliatores & intercessores quærat: prosternat se humiliter homini, qui humiliter astare noluit creatori. Nam & hoc saluberrimum est, vt homo corde pœniteat, & ore delictum suum cõfiteatur, quatenus deus qui pius adest per gratiam, cor ad pœnitentiam compungat: deinde adsit vt confitenti peccatorum veniam tribuat. Quod si forte peccator vere pœniteat, sed intercurrẽte articulo necessitatis ad confessionem peruenire non possit: confidenter credere debemus quòd summus sacerdos cõpler in eo quod mortalis non potuit. Et iam apud deum factum cõstat quod homo quidẽ vere voluit, sed non valuit adimplere: quia confessionem non contemptus excluſit, sed impediuit necessitas.

De peccato non excusando. Cap. X. E

IN Capitulo vbi peccata mea emendare debui, peccatis pec cata addidi. Cum de illis accusatus fui, aut aliquo modo excusaui, aut ex toto negaui, aut quod deterius est, defendi, & impatienter respõdi: cum nullum sit peccatum, à quo nõ sim contaminatus, aut contaminari non possim. Iustum est ergo vt omni occasione remota emẽdationem promittam, vndecunque aut à quocunq; accuſer, quatenus sic liberari valeam à peccato perpetrato vel perpetrando.

Quàm sit malum alios non corrigere. Cap. XI.

MVltitudinem iniquitatum mearum expauescens, aliorum transgressiones reprehendere timui: & ideo mortis auctor extiti, quia virus quod clamando expellere potui, non expuli. Indignatus sum aduersus alios qui me de vitiis meis reprehendebant, & quos amare debui, odiui. Illa quæ mihi nocebant vel displicebant, desideraui vt non essent, sciebam tamen quòd in natura sui erant bona, & à bono factore facta: sed ideo mihi nocebant, quia malus eram, & male illis vtebar. Nihil enim mihi contrarium est, nisi ego ipse. Mecum est quicquid mihi nocere potest, & ego ipse mihi sarcina sum. Optaui etiam vt deus peccata mea nesciret, aut punire nollet, aut non posset: & ita volui deum esse insipientem, iniustum, & impotentem: quod si esset, deus non esset. F
Non est superbia super superbiam meam: propterea longe à salute mea verba delictorum meorum. Suspecta est siquidem *Psal. 21.a* deo superbia & odiosa: nec fieri potest vt cum eo in gratiam reuertatur. Diuersum vtriusq; hospitium: nec in eodẽ cohabitãt animo, quibus nõ licuit cohabitare in cœlo. In cœlo nata est: sed velut immemor qua via inde cecidit, illuc postea redire non potuit. Cum aër pluuia vel nimio frigore aut calore turbatus fuit, cõtra deum inique murmuraui. Omnia nanque quæ ad vsum vitæ accepimus, ad vsum culpæ conuertimus. Quapropter iustum est vt qui in cunctis peccauimus, in cunctis feriamur. Sæpe ad sacrum mysterium vocem meam fregi, vt dulcius cãtarẽ, & magis delectabar in vocis modulatione, quàm in cordis compunctione. Deus vero cui non absconditur quicquid illicitum perpetratur, non quærit vocis lenitatem, sed cordis puritatem. Nam dum cãtat, mulcet populum vocibus, deum irritat prauis moribus. Licentiam loquẽdi vel aliquid faciendi sæpe nimia importunitate vel calliditate à prælatis meis extorsi: nõ attendens miser, quoniam ille se decipit, qui occulte vel aperte, satagit, vt hoc ei pater spiritualis iniungat, quod ipse desiderat. Acum vel cultellum vel aliquid vile multotiens nimium desideraui, nec confessus sum: quia peccatum non æstimabam propter rei vilitatem: veruntamen non multum distat quæcunque subſtantia vilis vel preciosa requiratur, dum æqualiter sit corruptus affectus. Nõ

G enim cultellus in vitium est,sed cultelli appetitus: neque aurum in vitium est,sed auri cupiditas. In labore non laboraui, quantum debui vel quantum potui. In silentio etiã fui otiosus, quod est maximum peccatum. In silentio nanque nemo sic debet esse otiosus,vt in eodem ocio vtilitatem non cogitet proximi:nec sic actuosus,vt contemplationẽ non requirat dei. Patum enim proficit, qui alteri non prodest cum potest. De vitiis meis multotiens me iactaui,putans esse insigne virtutis,vbi erat lapsus criminis. De virtutibus etiam vitia feci. Iustitia nãque dum suum modum excedit,crudelitatis vitium gignit: & nimia pietas dissolutionem disciplinæ parturit. sic sæpe vitium est quod virtus putatur. Sic remissa segnities mansuetudo creditur, & pigritiæ vitium quietis virtutẽ imitatur. Finxi me esse quod nõ eram: dixi me velle quod nolebam: vel nolle quod volebam: aliud ore dicebam, & aliud corde volebam: & ita sub ouina pelle vulpinam conscientiã conseruabam. Vulpina plane conscientia est tepida conuersatio,animalis cogitatio, ficta confessio, breuis & rara compunctio, obedientia sine deuotione, oratio sine intentione, lectio sine ædificatione,sermo sine circũspectione. O quàm dura mihi sunt ista quæ loquor: quoniam me ipsum loquendo ferio. Veruntamen quia me peccatorẽ non nego,sed peccatum meum cognosco: erit fortasse apud deum pium iudicem ipsa cognitio culpæ, impetratio veniæ. Dicam ergo, dicam miseriam meam,si forte sua pietas moueat illum. Dicam peccatum meum, quoniam notitia peccati initiũ est salutis. Magnam porto coronam,& vestem rotundam,regulam seruo ieiuniorum,statutis psallo horis,sed cor meum longe est à deo meo. Exteriorem superficiem intuens, salua mihi omnia arbitror,non sentiens vermem interiorem,qui interiora corrodit. Vnde Oseas: Comederunt alieni robur meum, & ignorauí,& ideo pergens totus in ea quæ foris sunt,& ignarus interiorum meorum, sicut aqua effusus sum, & ad nihilũ redactus sum, præteritorum obliuiscens, præsentium negligens,futura non prouidens. Ingratus sum ad beneficia,pronus ad mala,& tardus ad bona.

Osee 7.c

Quomodo se debet vnusquisque considerare.
Caput XII.

SI me non inspicio,nescio meipsum. Si autem me inspicio, tolerare me non possum. Tanta inuenio in me quæ digna sunt reprehensione,& confusione: & quanto me subtilius & sæpius discutio,tanto plures abominationes in angulis cordis mei inuenio. Ex quo nanque peccare cœpi, nunquam vnum diem sine peccato transire potui, nec adhuc peccare cesso, sed de die in diem peccata peccatis addo: & ea quæ præ oculis habeo,inspicio nec gemo. erubescenda video, nec erubesco: dolenda intueor,nec doleo,quod est mortis signũ, & damnationis indicium. Membrum enim quod dolorem non sentit, mortuum est: & morbus insensibilis est incurabilis. Leuis sum & dissolutus,nec me corrigo, sed ad peccãta quæ confessus sum,quotidie redeo,nec caueo foueã in quam miser ego cecidi,vel alios cadere feci aut vidi. Cúmque plorare & orare deberem pro malis quæ feci, & bonis quæ neglexi,proh dolor versum est mihi in contrarium. Nam tepui & frigui à feruore orationis, & iam sine sensu fridibus remansi,& ideo flere meipsum nõ possum, quoniam gratia lachrymarum recessit à me.

De præsentia conscientiæ vbique. Capitulum XIII.

PEccata mea celare non possum,quoniam quocunque vado,conscientia mea mecũ est,secum portãs quid in ea posui,siue bonum, siue malum. Seruat viuo, restituet defuncto depositum quod seruandũ accepit. Si male facio, adest illa: si autem bene facere videor & inde extollor, adest illa. Adest viuo,sequitur mortuum. vbique mihi gloria vel confusio est inseparabilis pro qualitate depositi. Sic sic in domo propria, & à propria familia habeo accusatores,testes, iudices & torrores. Accusat me conscientia,testis est memoria,ratio iudex, voluptas carcer, timor tortor,oblectamentum tormentum. Quotquot enim fuerint oblectamenta mala, tot erunt tormenta dira in pœna. Nam inde punimur, vnde delectamur.

De tribus inimicis hominis. Capitulum XIIII. K

ADiuua me domine deus meus,quoniam inimici mei animam meam circundederunt: corpus scilicet,mundus,& diabolus. A corpore fugere non possum: nec ipsum à me fugare. Circumferre illud necesse est, quoniam alligatum est mihi: perimere non licet, sustentare cogor: & cum illud impinguo,hostem meum aduersum me nutrio. Si enim satis comedero,& id robustum fuerit, sanitas & fortitudo eius mihi aduersantur. Mundus vero circumcingit & obsidet me vndique: & per quinque portas, videlicet per quinque corporis sensus,scilicet visum, auditum,gustum,odoratũ, & tactum, sagittis suis me vulnerat, & mors intrat per fenestras meas in animam meam. Respicit oculus, & mentis sensum auertit. Audit auris,& intentionem cordis inflectit. Odoratus cogitationẽ impedit. Os loquitur,& fallit. Per tactũ ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitatur,& nisi illico respuatur,subitò totum corpus occupat,vrit, & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat: deinde delectatione turpi mentẽ maculat,& ad extremũ per cõsensum prauitatis sibi mẽtem subiugat. Porro diabolus quem videre nõ possum,& ideo minus ab eo mihi cauere,tetendit arcũ suum, & in eo parauit sagittas suas vt vulneret me repente. narrauit vt absconderet laqueos suos,& dixit: Quis videbit eos? Laqueum posuit in auro & argẽto, & in omnibus quibus abutimur,cũ illis male delectamur & illaqueamur. Nec solũ laqueum posuit, sed & viscum. Viscus est amor possessionis, L affectus cognationis, cupiditas honoris, & carnis voluptas: quibus anima inuiscatur & irretitur,ne pennis cõtemplationis per plateas supernæ Sion volare possit. Sagittæ diaboli sunt ira, inuidia,luxuria, & cætera quibus anima vulneratur. Et quis est ille qui iacula eius ignea extinguere possit? Proh dolor, his telis superatur sæpe anima fidelis. Heu mihi quia vndique bella mihi video: vndique tela volant: vndique tentamenta, vndique pericula. Quocũque me vertam,nulla securitas est. Et quæ mulcent,& quæ tristant vel molestãt, omnia timeo: esuries & refectio,somnus & vigiliæ,labor & quies pugnant cõtra me. Nõ minus suspectus est mihi iocus quàm ira: multos siquidem iocãdo scandalizaui. Nec minus prospera vereor quàm aduersa. Prospera nãque suauitate sua incautum me faciunt,& decipiunt: aduersa vero quia aliquid amaritudinis habent, velut potiones amarę me suspectum & timidum faciunt. Magis timeo malum quod facio in abscondito, quàm quod in aperto. Malum nanque quod nemo videt, nullus reprehendit: & vbi non timetur reprehensor,securus accedit tentator,& facilius perpetratur iniquitas. Nimirum vtrobique bellum, vtrobique periculum, vtrobique timendum: & sicut in hostili regione versantibus, hac illácque M circunspiciendum est,& ad omnem strepitum circumagẽda est ceruix. Caro suggerit mihi mollia,mundus vana, diabolus amara: quia quotiens carnalis cogitatio mentem importune pulsat de cibo & potu, de somno, cæteríque similibus ad carnis curam pertinentibus, caro mihi loquitur. Cum de ambitione seculi,de iactantia,de arrogãtia cogitatio vana in corde versatur,de mundo est. Quando autem ad iram & iracũdiam & amaritudinem animi prouocor, diabolica suggestio est: cui non aliter quàm ipsi diabolo resistendum est: nec aliter ab eo cauendum quàm ab ipsa damnatione. Dæmonũ officium est suggestiones malas ingerere: nostrũ est illis non consentire. Nam quotiens resistimus, diabolum superamus, angelos lætificamus,deũ honorificamus. Ipse enim nos hortatur vt pugnemus,adiuuat vt vincamus. Certantes in bello spectat,deficientes subleuat,vincentes coronat.

Hiere. 9.f

Psal.7.d
Psal. 63.c

Caro hominis vnde sit,& quid pariat.
Capitulum XV.

CAro mea de luto est, & ideo lutosas & voluptuosas cogitationes ab illa habeo: vanas & curiosas à mundo: à diabolo malas & malitiosas. Isti tres inimici me impugnant & persequuntur, nunc quidem aperte, nunc vero occulte: semper autem malitiose. Diabolus nanque plus confidit in adiutorio carnis: quoniam magis nocet domesticus hostis. Illa vero ad subuersionem meam cum illo fœdus iniit, vtpote

A te de peccato nata, & in peccato nutrita, vitiis corrupta ab ipsa origine; sed multo amplius vitiata praua consuetudine. Hinc est quòd tam acriter concupiscit aduersus spiritum: quòd assidue murmurat, & impatiens est disciplinæ: quòd illicita suggerit, nec rationi obtemperat, nec inhibetur vllo timore. Huic accedit,hanc adiuuat, hac vtitur tortuosus ille serpens,hostis humani generis, cui nullum aliud est desiderium,nullũ negocium, nullum studium, nisi perdere animas nostras. Hic est qui iugiter malum machinatur,argute loquitur,artificiose suggerit,callide decipit. Illicitos motus insuflat & venenatas cogitationes inflammat, mouet bella, nutrit odia,incitat gulam,mouet libidinem,desideria carnis instigat,& peccati occasiones parat, & mille nocendi artibus corda hominũ pulsare non cessat. Hinc est quòd baculo nostro nos cædit,& manus nostras proprio cingulo ligat: vt caro quæ data est nobis in adiutorium, fiat nobis in ruinam & scandalum. Grauis lucta,& graue periculum est aduersus domesticum hostem pugnare, maxime cum nos aduenæ simus, & ille ciuis. Ille suam inhabitat regionem: nos exules sumus & peregrini. Magnum quoque discrimen est aduersus diabolicæ fraudis astutiam tam crebros, imò cõtinuos sustinere conflictus: quem astutum fecit tam natura subtilis, quàm lõgã exercitatio malitiæ huius.

B

Deprecatio pro seipso. Capitulum XVI.

Psal. 38.a

ERipe me de inimicis meis deus meus, & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me. Ego vero qui vsque ad hunc diem cõtra me dixi: iamiam per tuam gratiam mihi viuere incipiam. Sic enim in hoc mundo viuere debemus,vt cum corpus cœperit à vermibns deuorari in sepulchro, anima lætetur cum sanctis in cœlo. Illuc spiritus dirigendus est, quò est iturus. Illuc festinare debemus, vbi semper viuamus, & vbi mori amplius non timeamus. Si sic amamus istam labilem & caducam vitam,vbi cum tanto labore viuimus,vbi comedendo,bibendo,dormiendo vix carnis necessitatibus satisfacimus: multo magis amare debemus vitam æternam,vbi nullum laborem sustinebimus, vbi summa semper iucunditas,summa felicitas,felix libertas, & felix beatitudo: vbi similes erunt homines angelis dei, & fulgebunt iusti sicut sol in regnõ patris eorum. Qualis putas tunc erit splendor animarum, quando solis splendorem habebit lux corporum? Nulla erit ibi tristitia, nulla angustia, nullus dolor, nullus ibi labor, nulla mors, sed perpetua sanitas semper ibi perseuerat. Non suggerit ibi malitia,nec carnis miseria: nulla est ibi ægritudo: nulla omnino necessitas: non est ibi fames, non sitis, non frigus, non æstus,non lassitudo iciunij: nec vlla tentatio inimici: nec peccandi voluntas,nec delinquendi facultas,sed totum lętitia,totum exultatio possidet: homines quoq; angelis sociati,sine vlla carnis infirmitate in perpetuum manebunt. Ibi erit iucunditas infinita: beatitudo sempiterna: in qua qui semel susciputur, amœnitas de nouitate,securitas de æternitate,suauitas atque dulcedo de dei visione. Et quis non illic habitare vehementer desideret & propter pacem, & propter amœnitatem, & propter æternitatem,& propter dei visionem? Nullus est ibi peregrinus,sed quicunque illuc venire merebuntur,securi in propria patria manebunt semper læti,& semper satiati de visione dei. Et quanto plus aliquis hic deo obediens fuerit, tanto ampliorem ab eo mercedem ibi recipiet: quantóque amplius deum amabit, tanto propius videbit quem cernere cupit.

Matt. 13.f

C

De breui vita hominis. Capitulum XVII.

DIes hominis sicut vmbra super terram, & nulla est mora: & tunc proprie nihil est, cum stare videtur. Cur ergo thesaurizat in terra homo,cum sine dilectione transeat & illud quod colligitur,& ipse qui colligit? Et tu homo quem fructum expectas in mundo, cuius fructus ruina est,cuius finis mors est? Vtinam saperes & intelligeres, ac nouissima prudenter prouideres. Scio quendam qui per annos plurimos tecum familiariter vixit: ad mensam tuam sedit: cibum de manu tua sumpsit: in sinu tuo dormiuit: cum voluit tecum colloquium habuit: hic iure hæreditario seruus tuus est. Sed quia ab ineunte ætate delicate nutristi eum, & virgæ pepercisti, cõtumax effectus est: leuauit calcaneum suum super caput tuum, & te in seruitutem redegit, & tui crudeliter dominatur. Sed fortasse dices: quis est hic? Vetus homo tuus: qui conculcat spiritum tuum: qui pro nihilo habet terram desiderabilem: qui sola quæ carnis sunt sapit. Homo iste à natiuitate cæcus est,sed surdus & mutus: inueteratus dietum malorum: rebellis virtuti & veritati: inimicus crucis Christi: deridet innocentem,& simpliciter transeuntem: ambulat in magnis & in mirabilibus supra se: arrogantia eius est plus quàm fortitudo eius: nullum reueretur: dicit in insipientia sua, non est deus,tabescit bonis,& malis pascitur alienis: immũdis cogitationibus pascitur: nõ fatigabitur in illis transgrediens vsque ad finem: dispergit & dissipat propria sicut prodigus: cupit & rapit aliena sicut auarus: turpitudinem & ignominiam congregat sibi: simulãs & callidus prouocat iram dei. Homo iste totus in peccatis natus est, & sic nutritus, amicus iniquitatis,filius mortis,vas iræ in contumeliã, aptus ad interitum. Qui cum talis sit,enarrat iustitias dei, & assumit testamẽtum eius per os suum. Odit disciplinam, proiicit dominum suum post dorsum suum. Cum videt furem, currit cum eo, & cum adulteris portionem suam ponit. Aduersus filium matris suæ ponit scandalum: super terram etiam thesaurizat iram in die iræ: vult à te hæreditatem tuam tollere,& desuper terram auferre: & tu tantam iniuriam non vindicas,sed dissimulas: nec ei verbum durum loqueris, nec vultum iratum ostendis, sed blandienti tibi arrides. Ludis cum illusore,nescis quia Ismaël est qui tecum ludit? Ludus iste non est pueritiæ, nec simplicitatis vel innocentiæ,sed illusio est animæ, sed persecutio, sed mors. Iam te in foueam quam fecit, præcipitauit: iam effœminatus es, iam iugo miserrimæ seruitutis pressus, sub pedibus eius misere & viliter conculcaris. O miser & miserabilis homo quis te liberabit de vinculo improperij huius? Exurgat deus, & cadat armatus iste: cadat & conteratur inimicus homo,contemptor dei, cultor sui,amator mundi, seruus diaboli. Quid tibi videtur? Si recte sentis, mecum dices: Reus est mortis, crucifigatur. Noli ergo dissimulare,noli differre,noli parcere: sed festinanter,audacter, instãter crucifige hominem istum,sed cruce Christi,in qua est salus & vita: ad quem si ex corde clamaueris, crucifixus tuus audiet te benigne respondens: Hodie mecum eris in paradiso. O Christi pietas: ô inopinata salus miseri. Tam gratuita est & prõpta dilectio dei, tam stupenda dulcedo, tam inopinata dignatio: tam inuicta mansuetudo,vt qui ad eum clamauerit, exaudiat illum: quoniam misericors est. O quanta est misericordia dei, quàm ineffabilis mutatio dexteræ excelsi! Heri eras in tenebris, hodie in splendore lucis. Heri in ore leonis, hodie in manu mediatoris. Heri in porta inferni: hodie in deliciis paradisi. Sed quid prosunt hæ literæ admonitionis,nisi deleas de libro conscientiæ tuæ literas mortis? Quid prosunt hæc scripta, lecta, & intellecta,nisi temetipsum legas & intelligas? Da ergo operam internę lectioni,vt legas,inspicias,& cognoscas teipsum: legas vt diligas deum, vt pugnes & vincas mũdum & omnem inimicum, quatenus labor conuertatur in requiem, luctus in gaudium,& post tenebras huius vitæ videas ortum surgentis auroræ: videas etiam meridianum solem iustitiæ: in quo spõsum cum sponsa prospicies, vnum eundémq; dominum gloriæ,qui viuit & regnat per infinita secula.

Psal.13.a

Luc.23.

D
E
F

De interiori domo,id est conscientia ædificanda, tractatus vtilis.

DOmus hæc in qua habitamus, ex omni parte sui ruinam nobis minatur. Idcirco quia in breui est casura, alia nobis est ædificãda. Redeamus ergo ad nos,& discutiamus conscientiã nostrã. Nam sicut corpus nostrũ tabernaculũ dicitur, in quo militamus: sic conscientia nostra domus vocatur,in qua post militiã requiescimus: & ille recte militat,qui per militiã quã exercet in corpore,domum ædificat conscientiæ. Diligenter

Universidad de Deusto
Biblioteca

G exerce agrum tuum, ait sapiens, vt postea ædifices domum tuam. Age iste corpus nostrum est, cuius sensibus & motibus sic recte vtimur, animique imperio eos subiicientes in vsum virtutis inflectimus, dum corpus animo indesinenter, & animus deo ex toto subiicitur. His nimirum modis interior conscientia ædificatur: quam vtique bonam faciunt præteritorum malorum condigna satisfactio, & instantium malorũ cauta prouidáque declinatio. Condigna satisfactio est mala facta corrigere, & correcta non reiterare. Conscientia vero perpetua est quæ nunquam finitur, sicut nec anima: quæ cum sit immortalis, sicut non potest esse non anima, sic nunquam potest esse sine conscientia. Conscientia nanque est inseparabilis gloria vel confusio vniuscuiusq; pro qualitate depositi.

Conscientiam prius esse mundandam quàm ædificandam.
Capitulum I.

H AEc ergo conscientia in qua anima perpetuo mansura est, ædificanda est, sed prius mundanda. Et quis eam mundabit? Profecto deus & homo. Homo per cogitationes
H & affectiones, deus verò per misericordiam & gratiam. Cogitationes & affectiones necessariæ sunt in conscientiæ mũdatione, cogitationes in inuestigatione veritatis: affectiones in exercitatione virtutis. Porro misericordia modo delet peccatum: modo dat virtutem resistendi peccato: nunc subtrahit peccandi occasionem: nunc immittit amaritudinem: plerunque sanat affectionẽ. Gratia adiuat ad bonum: defendit cõtra malum: erudit ad vtrunque discernendum. Homo igitur per veritatem stimulatus, peccata sua confitetur: deus autem per misericordiam flexus confitenti miseretur. Omnis nanque spes veniæ & misericordiæ in confessione est, nec potest quis iustificari à peccato, nisi prius fuerit confessus peccatum. Ex eo enim vnusquisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit.

De misericordia & veritate: & de osculo pacis, & osculo iustitiæ.
Capitulum II.

Felix conscientia, in qua misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Veritas confitentis, & misericordia miserentis obuiauerunt sibi: quoniam nõ
Psal. 84.b potest illi misericordia deesse, qui se cognoscit in veritate. Osculum iustitiæ est inimicos diligere, parentes & propria quæque propter deum relinquere: illatam iniuriam patienter ferre, oblatam gloriam vbique declinare. Osculum pacis est odientes inuitare ad pacem, discordantes ad concordiam re-
I uocare, aduersarios pacifice sustinere, errantes pie & benigne docere, mœrentes clementer mulcere, & cum omnibus pacem habere.

De statu animæ in Christo confirmatæ.
Capitulum III.

BEata illa anima, quæ in pace Christi fundata est, & in dei amore solidata: quæ cum exterius bella patitur, pax interius non turbatur. In qua quæcunque molestiæ strepant, vsque ad silentium intentæ quietis non irrumpunt, quoniam gustu internæ dulcedinis tacta intus est per desiderium collecta: nec iam foris enormiter in carnis voluptates dissoluitur, quia totum intus possidet in quo delectatur, atque ita in semetipsa pacificata, dum nihil est quod foris appetit, tota per amorem intus requiescit: & cum tota ad internum gaudiũ colligitur, ad imaginẽ dei reformatur, quam in se veneratur. Talem animam frequenter visitant angeli atque archangeli, & honorificant, vtpote dei templum, & spiritus sancti habitaculum. Esto igitur templum dei, & deus excelsus habitabit in te. Anima enim deum habẽs in se, templum dei est: in quo diuina mysteria celebrantur.

Dedignatur deus visitare eam animam quæ non studet in se consistere. *Capitulum IIII.*

POrro anima quæ non studet in se consistere, nec in amore dei desiderium figere, per oculos & aures aliósque corporis sensus foras egreditur: atque in his exterioribus delectatur. Sed cum inuenerit portas istas clausas: tunc rediens ad se, & videns se nudam & desolatam, inæstimabili confusione & horrore concutietur. Et quia mundi consola- K
tionem quæsiuit: illam quæ à deo intus in conscientia datur, non habebit. Et non solùm eam dedignabitur deus visitare, sed nec ipsa quidem male sibi conscia seipsam poterit tolerare. Requiem in se non poterit habere, quoniam illum dereliquit cum quo habitare & requiescere debuit. Cogita ergo in societate aliorum nunc positus, quia non poteris semper manere cum illis. Et interim elige tibi socium illũ, qui cum subtracta tibi fuerint hæc omnia, tibi fidem seruabit: qui dilectoribus suis fidem seruat, nec recedit in tempore angustiæ. Deus tuus ille est, quem eligere debes.

Quòd anima volens deum habitare in se, debet ab illicitis cogitationibus mundare conscientiam, & solum deum desiderare. *Capitulum V.*

OMnes igitur cordis distractiones, & mentis fluctuationes in vnum collige, & in solo deo totum desiderium tuum fige, & ibi sit cor tuum, vbi est thesaurus tuus desiderabilis, multúmque amabilis. Ipse enim frequenter visitat & libenter inhabitat tranquillitatem cordis, & ocium quietæ *Psal. 75.b*
mentis, quoniam pax est, & in pace factus est locus eius. Propterea talem te præpara, vt tecum adsit deus: sit in ore: sit in corde: semper tecum eat: tecum redeat: nec recedat à te. Nũquam ille te dimittet, nisi prior illum dimiseris. Vbicunque L
fueris, nunquam solus esse poteris, si deus tecum erit.

Conscientia mundata aduentum Christi expectare debemus. *Capitulum VI.*

MVnda igitur conscientiam tuam, & semper paratus *Exod.5.a*
esto, vt quacunque hora venerit dominus, & tecum habitare voluerit, paratam sibi in te inueniat mansionem. Ipse nanque dixit: Facite mihi sanctuarium, & ego habitabo in medio vestri. Studeamus ergo templum deo ædificare in nobis: primò quidem vt in singulis nobis ita, vt in omnibus simul inhabitet: quia nec singulos dedignabitur, nec vniuer- *Luc.11.b*
sos. Primò igitur studeat vnusquisque, ne dissideat ipse à semetipso: quoniam omne regnum in seipsum diuisum desolabitur & domus supra domum cadet: nec intrabit Christus, vbi parietes inclinati fuerint, & maceriæ depulsæ. Vult habere anima corporis sui domum integram, & exire eam necesse est, si fuerint à se inuicem membra dispersa. Videat igitur & ipsa, si desiderat Christum per fidem inhabitare in corde suo, id est in seipsa: videat & solicite caueat, ne à se inuicem membra eius dissideant, id est ratio, voluntas & memoria. Dignũ habitaculum parat deo, cuius nec est ratio decepta, nec voluntas peruersa, nec memoria inquinata. Felix illa anima est, quæ domum cordis sui sic de peccatorum sordibus studet emundare, & sanctis ac iustis operibus adimplere, vt in ea non M
solùm angelos, verumetiam dominum angelorum habitare delectet. Mundata domo, cũctísque malis ab ea exclusis, omnibus bonis impleatur: ne sit nobis necessarium aliquid foris quærere: quia omnia forinseca reliquimus.

De septem columnis erigendis ad ædificandum domum conscientiæ. *Capitulum VII.*

SApientia ergo ædificet sibi domum: erigat columnas septem: quibus tota fabrica innitatur. Domus est conscientia: columnę sunt bona volũtas, memoria, (scilicet memorę esse beneficiorum dei) cor mundum, animus liber, spiritus rectus, mens deuota, ratio illuminata.

Erectio primæ columnæ, quæ est bona voluntas.
Capitulum VIII.

PRima igitur columna prior erigatur. Nam inter omnia dei dona quæ ad salutem hominis spectare videntur: primum & principale bonum, bona voluntas esse cognoscitur: per quam imago similitudinis dei in nobis reparatur. Primũ est, quia à bona voluntate bonum omne inchoatur. Principale est quoniã bona voluntate nihil hominibus vtilius datur. Quicquid homo facit, bonum esse non potest, nisi ex bona voluntate procedat. Sine bona voluntate omnino saluari quispiam non potest, cum bona voluntate nemo perire potest. Voluntas bona nec dari potest inuito, nec auferri nisi volenti. Voluntas hominis est potestas dei. Voluntas hominis est, quia velle in voluntate hominis est, & ideo totũ meritũ in

A in voluntate est. Quantum vis, tantum mereris. Quãtum crescit voluntas tua bona, tãtum crescit meritum tuum. Fac igitur magnam bonam volũtatem tuam, si vis habere magnum meritum. Ita deus vt piissimus & misericordissimus pater in eo redemptionem nostram posuit, in quo nullus nisi velit potest egere. Amare nanq; homines æqualiter possunt & diuites & pauperes, etiam si pecuniam æqualiter dare nõ possunt. Voluntas tamen bona non est, si non operatur quod potest.

De secunda columna, quæ est memoria beneficiorum dei.
Capitulum IX.

RAecordemur ergo misericordiarum dei, vt sic accendamur in eius amorem. Reuocemus ad memoriam bona quæ tribuit nobis, quomodo in periculis sæpe constitutos clemẽter nos eripuit: nec vnquam peccatis nostris quo minus misereretur vinci potuit: oblitos sui de se admonuit: auersos à se reuocauit: venientes ad se benigne suscepit: pœnitentibus indulsit: perseuerantes custodiuit: stantes tenuit: lapsos erexit: malas delectationes in amaritudinem conuertit: & rursus salubriter amaricatis consolationes suas tribuit: postremò tribulatione purgatis, quietem & pacem perfectam restituit: qui nec peccantibus vnquam defuit vt corrigeret, nec iustis vt custoditet. Recogitemus quanta bona deus fecit nobis nõ rogantibus neque desiderantibus, imò recusantibus, & quàm multa peccata dimisit nobis, & à quantis periculis liberauit
B nos liberator deus. Quàm magna dignatio pietatis fuit, quòd ingratos & in multis contrarios, à tam multis peccatis custodiuit nos dei gratiã, in quę potuimus cadere, sicut in alia multa cecidimus. Idcirco sicut nullum est momentum in quo nõ vtamur vel fruamur dei pietate & misericordia: sic nullum debet esse momentum, in quo eum præsentem nõ habeamus in memoria.

De tertia columna quæ est cor mundum.
Capitulum X.

SEquitur vt eum à quo tãta beneficia accepimus, toto corde diligamus: hoc est tota cogitatione, tota affectione, sine defectione. Sit cor rectum, vt ei per omnia placeat deus. Sit rectum rectitudine intentionis, exclusione peruersæ cogitationis, assiduitate contemplationis. Sit paratum sequi voluntatem dei, in quãcunque partem inclinari eam cognouerit. Sit sursum ad sola cœlestia & diuina contemplanda & desideranda. Sit purum, vt nihil morari intra se patiatur mali: nec modicum quidem offendiculum tolerabile reputet aut in conscientia sua, aut in aliena. Sit dulce dulci responsione, suaui admonitione, benigna reprehensione, moderata correctione. Sit mundũ, vt totius immunditiæ spurcitias respuens, cogitationum sicut actionum peccata deploret: defleat pro sua miseria & aliena. Lugeat non solùm sua delicta, sed etiam aliena: compungatur pro malis quæ commisit, & bonis quæ
C neglexit.

De animo libero, quarta columna.
Capitulum XI.

ANimus vero sit liber à mundi solicitudinibus, à carnis voluptatibus, à prauis cogitationibus: vt possit cum voluerit aut sibi intendere: aut vtilitati fratrum ministrare: aut in contemplatione cœlestium requiescere. Sit firmus, vt nulla repentina perturbatione concutiatur: nõ capiatur illecebris: non frangatur molestiis: nulla ira, nulla impatientia pacem quietémque animi turbare possit: quoniam Christus pax est, & in pace requiescit pacis amator, & in perturbato animo habitare non potest. Sit consummatus in dei dilectione, hoc enim est diligere deum, illi occupare animum, concipere frudendæ visionis eius affectum, habere peccati odium, mundi contẽptum, diligere proximum, quẽ ipse censuit diligendum.

De recto spiritu, columna quinta.
Capitulum XII.

SPiritus autem sit rectus, ab omnibus terrenis & præsentibus prorsus auersus. Et ideo inseparabiliter iunctus & vnitus pia deuotione ascendat & visitet supernas sedes, & multas quæ in domo patris sunt mansiones: humiliter se prosternens ante thronum dei & agni. Currat per plateas supernæ Sion: audiat illud melos angelorum: & cum reuerentia supplicet cunctis ordinibus beatorum spirituum, singulis per se, & simul omnibus se commendans. Tantam verò gratiam nõ D
meretur accipere animus, qui in sui cognitione diu exercitatus & plene eruditus non est, frustra enim cordis oculum erigit ad videndum deum, qui nõdum idoneus est ad videndum seipsum. Prius enim necesse est vt cognoscas inuisibilia spiritus tui, quàm possis esse idoneus ad cognoscenda inuisibilia dei. Et si non potes cognoscere te: non præsumas apprehendere ea quæ sunt supra te.

Rationalis animus speculum est ad videndum deum.
Capitulum XIII.

PRæcipuum & principale speculum ad videndum deum, est animus rationalis inueniens seipsum. Si enim inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur: vbi quę- *Rom.1.c*
so, quàm in eius imagine, cognitionis eius vestigia expressius impressa reperiuntur? Tergat ergo speculum suum, mundet *Matth.5.c*
spiritum suum quisquis sitit videre deum suum. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbũt. Hoc speculum verus pœnitens non cessat quotidie inspicere, tergere, tenere, & custodire. Inspicere, si aliquid in eo reperiat quod deo displiceat. Tergere non solùm peccata actionum, verumetiam cogitationum, vt nihil in eo remaneat quod deũ offendat. Tenere, ne deorsum corruens, terræ per amorem inhæreat, & ne inanium cogitationũ puluere sordescat. Custodire, vt ille cuius tabernaculum est cum hominibus, cuius delicię sunt esse cum filiis hominum, qui ad ostium stat & pulsat, quacunque hora E
intrare voluerit, receptaculum mundum inueniat. Deus enim qui munditiæ amator est, cor pollutum habitare non potest.

De illuminatione animi. *Cap. XIIII.*

EXterso igitur speculo, & diu diligenter inspecto, incipit ei quædam diuini luminis claritas interlucere, & immensus quidam insolitæ visionis radius oculis cordis apparere. Ex huius luminis visione animus inflammatus, incipit munda cordis acie superna & interna conspicere: deum diligere: deo inhærere: cuncta quæ adsunt, tanquam non sint considerat: cunctis suis affectionibus renunciat: & totus soli incumbit amori, sciens solum illum esse beatum, qui deum amat. Porrò ad tantam gratiam nunquam pertingit mens per propriam industriam: dei donum est hoc, non hominis meritum. Sed absque dubio talem ac tantam gratiam ille accipit, qui desert curam seculi, & agit curam sui: qui studet se frequenter cogitare, & diligenter agnoscere quid ipse est. Redi ergo ad cor tuum, & diligenter discute teipsum. Considera vnde venis, quò tendis, quomodo viuis, quid agis, quid amittis, quantum quotidie proficis, vel quãtum deficis: quibus cogitationibus magis incursaris, quibus affectionibus frequentius tangeris, vel quibus tentationum aculeis à maligno spiritu acrius impugnaris. Cum totum interioris exteriorisq; hominis statum & habitum, in quantum possibile est, plene cognoueris, & nõ F
solùm qualis sis, verumetiam qualis esse debueras: de cognitione tui poteris subleuari ad contemplationem dei. Quantũ nanque quotidie in cognitionem proficis, tantum ad altiora semper tendis. Sed iam fortassis ascendisti, iam ad cor tuum rediisti, & ibi stare didicisti: nec hoc sufficiat tibi: disce ibi habitare, & mansionem facere: & qualicunque mentis vagatione inde abstractus fueris, illuc semper redire festina. Absq; dubio per multum vsum quando que tibi verteturin oblectamentum, in tantum vt absque vlla laboris difficultate possis ibi assiduus esse, quin imo pœnã tibi potius sit alibi quàm ibi moram aliquam facere.

Repellendæ sunt vanæ cogitationes à corde.
Capitulum XV.

SI ergo perseueris desideria tua circa exteriores delectationes affici, & cogitationes tuas iugiter in eis occupari, cum magna solicitudine repelle eas, nec permittas ad cor tuum intrare, sed redi ad cor tuũ, & ibi intrare & habitare omnimodo stude.

De deuota mente, columna sexta.
Capitulum XVI.

MENS enim quæ se ad sui considerationem non subleuat, sed adhuc per varia desideria spargitur, & variis co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gitationibus huc illúcque distenditur, non potest seipsam in vnum colligere: quia nondum nouit ad seipsam intrare, sed adhuc in imo est cogitatione & conuersatione. Ideóque non potest ad ea quæ supra ipsam sunt, penna contemplationis euolare. Discat ergo dispersiones cordis congregare, assuescat in internis suis immorari, studeat euagationes mentis restringere, & exteriora omnia obliuisci. Discat sola bona interiora amare, & illa frequentius cogitare, qui ad cœlestium contemplationē anhelat, qui in diuinorū notitiam suspirat. Cúmque se diligenter attēderit & diutius quæsierit: cum tandem inuenerit qualis sit, restat vt reuelatione diuina cognoscat qualis esse debeat, quale mentis ædificium deo præparare, & quibus obsequiis eum placare oporteat.

Post cogitationes vanas depulsas cor eleuatur supra se. Capitulum XVII.

QVI ita euagationes mentis in vnum colligit, & omnes cordis motus in vno æternitatis desiderio figit: profecto iam ad cor suum rediit, & iam ibi libenter moratur, ac mirabiliter delectatur. Et cum seipsum præ gaudio iam capere non possit, supra seipsum ducitur, & per excessum mentis ad summa eleuatur: atque ita per seipsum supra semetipsum, H per cognitionem sui ad cognitionem dei ascendit, vt discat solum deum amare, & ipsum indesinenter cogitare, & in eo delectabiliter requiescere. Cum sic amor Christi totum absorbuerit affectum hominis, vt negligens & immemot sui, non nisi Iesum Christum, & ea quæ sunt Iesu Christi sentiat: tunc demum (vt arbitror) perfecta est in eo charitas. Huic itaque qui sic affectus est, non est onerosa paupertas: iste nō sentit iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortem lucrum reputat, imò nec mori se putat, cum magis de morte ad vitam trāsire se sciat. Quem sic amor dei intrinsecus ligatum tenet, ac modicum quidem exire exterius valet, sed interius in eius desiderio flagrat tanto amplius, quanto familiarius, & eo vehementius, quo frequentius.

De raptu cordis, & quid in eo raptu videatur. Capitulum XVIII.

QVI sic in amore dei iugiter delectatur, & frequēter mētis excessus patitur, ab omnibus præsentibus & terrenis raptus coram deo præsentatur: & dum pulchritudinē eius considerat, magnitudine pulchritudinis eius attonitus, totus in eius admiratione suspēditur. Miratur regis gloriam, regni magnificentiam, supernæ ciuitatis nobilitatem, & ciuium felicitatem: contemplatur etiam gloriæ decorem: dei bonitatem: internæ suauitatis dulcedinem, & æternæ quietis I tranquillitatem. Meditatur patris potentiam, filij sapiētiam, spiritus sancti benignitatem, & angelicæ naturæ beatitudinem: delectatur de deo in deum, dū eius pietatē miratur, & decorē cōtēplatur. O quàm iucūdū sentitur, si non esset tam modicum raptum. Rapitur dum sola cœlestia cōtemplatur, & contēplando iucundatur. Sed cum ibi stare diutius conatur, subito labitur: & rediēs ad se, nulli potest intimare quod vidit supra se: sed agnitione suauitatis illectus, gustatę dulcedinis suauitatē, & illā cœlestē infusionem lætitiæ spiritualis intra semetipsum miratur. Reuoluit etiā in corde suó tacita mēte incorporeę lucis claritatē, & intimę satietatis saporē, & illud internæ quietis secretū, & summæ tranquillitatis arcanum. In huius cōtemplatione contemplationisq; dulcedine mēs delectabiliter afficitur, & mirabiliter delectatur. Volet ergo, & non deficiat. Volet donec ante regem perueniat: ibíque ploret & suspiret: mactétque se in lachrymis: deprecetur veniam: postulet gratiam: nec inde recedat quousque deum quem nimium offenderat, placatum sentiat, ab eo consolationem recipiat.

Illuminata ratio, columna septima. Cap. XIX.

DEnique ratio per mentis excessum in contemplationem sublimium subleuata, & in diuinæ contemplationis arcanum rapta, atque ibi illuminata ad cognitionem veritatis & veri luminis, inflammata ad desiderium bonitatis: omnes illicitas voluptates, affectiones, & vagas memoriæ cogitationes, cordis dispersiones, animi fluctuationes, spiritus euagationes, & mētis distractiones in vnum colligit, atq; in illo felicitatis fonte totum suum desiderium figit. Locum superiorē ratio semper obtineat: nullúsque motus aduersus K eam sit rebellis, sed omnia ei obtemperent, sicut & ipsa obtēperat deo. Si verò aliquem motum ad id quod non debet, vel quomodo non debet, moueri senserit: non consentiat, sed illico resistat. Nam solus cōsensus reos nos facit, etiā si aliquid impediat, ne opera subsequantur. Tunc enim anima mori, sicut scriptum est, dicitur, cum ipsa ratio ad peccatum per cōsensum curuatur. Anima eīm quę peccauerit, ipsa morietur. Resistat ergo ne moriatur, pugnet vt coronetur. Molesta est lucta, sed fructuosa: quia si habet pœnam, habebit & coronā. Non nocet sensus, vbi non est consensus: immo quod resistētem fatigat, vincentem coronat. *Ezec.18.a*

Quomodo ædificatur bona conscientia. Cap. XX.

SIC nimirum sic ædificatur bona conscientia. Bona conscientia est, quæ peccata præterita punit, & punienda cōmittere refugit: quæ si peccatū sentiat, peccato non consentit: quam si cogitatio inquinat, ratio lauat. Recta coscientia est, cui suum peccatum displicet, & alieno non consentit: nec propter hoc peccatorem dimittit: nec eius peccatū dissimulat: & cum corripit, non insultat. Tranquilla est, quia omnibus est dulcis, & nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, cunctis ad benecuolētiam, & quibus potest ad beneficentiam. Talibus enim domus animæ ædificatur. L Quòd si forte (vt fieri solet) fur aduenerit, qui nō venit nisi vt furetur & mactet & perdat: si inquam, fur venerit, id est, vel cordis elatio intrinsecus oriēs, vel appetitus humanæ laudis extrinsecus adueniens, seu alia quælibet pestis, quæ domum istam machinetur perfodere: tunc rationis ira quasi canis thesaurum custodiens, euigiler, latret, mordeat, & iuguler: itrues in hostes, nemini parcat: nullum intrare permittat: sed clamitet, & excitet intus habitantes ad arma capessenda. Vndecúque vitium siue clam siue palam nocere tentauerit, procul illud arceat, vt sit secura cōscientia. Secura est quādo accusationē nō patitur vel pro tepore boni, vel pro præsumptione mali. Munda est & bene sibi conscia, cum nec de præterito iuste accusatur, nec de præsenti iniuste delectatur. Pura est, cui deus nec sua peccata imputat, quia non fecit: nec aliena, quia non approbauit: nec negligentiam, quia non tacuit: nec superbiam, quia in humilitate permansit.

Citius & vtilius acquiritur bona conscientia quàm scientia. Caput XXI.

MVlti quærunt scientiam, pauci vero conscientiam. Si vero tāto studio & solicitudine quęrereturconscientia, quanto quæritur secularis & vana scientia: & citius apM prehenderetur, & vtilius retineretur. Cogitare nanque de conscientia, sensus est consummatus: & qui custodit illam, semper erit securus. Salua reuerentia sapientiæ, vtilius est currere ad conscientiam quàm ad sapientiam, nisi sapientia illa sit quæ ædificet conscientiam. Tunc enim se intelligit anima, tunc illustratur conscientia, tunc impletur cor bona conscientia, cum in se deum, & in deo mutua reuolutione seipsam receperit imago creata. Creatrix imago in imagine creata nihil aliud est, nisi sapientia in anima: nisi gloria in cōscientia: nisi sanctificatio in arca. O quàm ineffabilis est pietas dei, quæ tantam maiestatem inclinat ad tātam humilitatem: qui creauit nos, creatur in nobis. Et quasi parū esset nos deum patrem habere, vult etiam nos fieri sibi & matrē. Quicunque, inquit, fecerit volūtatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater & mater est. Frater obediendo, mater generando: Frater per hęreditatis participationē, mater per aliorum instructionem. O fidelis anima expande sinus: dilata affectus: ne angustieris in visceribus tuis cōcipere, quem totus orbis non potuit comprehendere, donec virgo beata illum fide concepit. Fide nanque Christus concipitur: verbi prędicatione nascitur: deuotione nutritur: amore tenetur. Sit ergo conscientia pura, vt deum conducat ad hospitium nostrum: sit solicita circa fidele obsequium, ne tanta maiestas recusetcordis gremium: sit deuota, vt soli deo placeat, soli deo intēdat: nec recedat ab eo. Talis conscientia lætificat animam, & exhibet se deo gratam, & hominibus & angelis reuerendam, & sibimetipsi placata & quieta existit. *Matt.12.d*

Quis

A *Quòd sit conscientiæ fructus. Capitulum XXII.*

CONscientia est cordis sciētia: quæ dupliciter intelligitur: videlicet vt illa quæ se nouit per se: vel illa quæ præter se etiam alia nouit ex se. Cor enim & se nouit sua conscientia, & multa alia, quando nouit se, appellatur conscientia: quando præter se alia, nominatur scientia. Conscientia bona, titulus est religionis, templum Salomonis, ager benedictionis: hortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium angelorum, arca fœderis; thesaurus regis, aula dei, habitaculum spiritus sancti, liber signatus & clausus, & in die iudicij aperiēdus. Nihil est iucundius, nihil tutius, nihil ditius bona conscientia: premat corpus, trahat mūdus, terreat diabolus, illa erit secura. Bona conscientia secura erit cum corpus morietur: secura cum anima coram deo præsentabitur: secura cum vtrunque in die iudicij ante tribunal terrificum iusti iudicis statuetur. Futuræ beatitudinis non est vtilius remedium nec certius testimonium bona conscientia. Cum mundus omni volubilitate circumrotetur, ploret, tideat, pereat, transeat, nunquam marcescit bona conscientia. Subiiciatur corpus in pœna, in iciuniis maceretur, verberibus lanietur, equuleo distendatur, gladio trucidetur, crucis supplicio affigatur, secura erit conscientia.

Quòd in speculo conscientiæ status interioris & exterioris hominis cognoscitur. Cap. XXIII.

B IN speculo conscientiæ status exterioris & interioris hominis cognoscitur. Anima enim non nouit se, quæ sine speculo est. Speculum mūdum clarum & purum totius religionis, bona conscientia. Sicut enim mulier quæ viro suo siue amico placere desiderat, in contuitu speculi imaginem oppositam reddentis, decorem & pulchritudinem faciei cōponit: sic anima in quibus ab imagine veritatis discedit, vel in quibus vestigia creatricis imaginis recipiat: in conscientia relegit & intelligit. Nō immerito conscientiam speculo comparauimus, quoniam in ea tāquam in speculo rationis oculus tam quod decens, quàm quod indecens est, in se claro aspectu apprehendere potest.

Conscientia acquiritur per cordis custodiam. Cap. XXIIII.

VIta vniuscuiusque non cognoscitur nisi in conscientia: nec venitur ad bonam conscientiam nisi per cordis custodiam. Cor enim suo arbitrio dimissum, aut ad vitā se vertit, aut ad mortem. Velle nanque peccare, malum est: peccare, peius: in peccato perseuerare, pessimum est: nolle pœnitere, mortale. Quicquid igitur cor cogitat quod ad vtilitatem suam vel proximorum quoquo modo non pertineat, respuēdum est. De diuersis igitur mundi partibus, in quibus cor vagum & profundum tenetur, vel vane occupatur: ad seipsum C redeat, & seipsum discutiat: cúmque inuenerit culpam, timeat pœnam. Quærendo autem culpam, nusquam illam nisi in se reperiat: reperta autem culpa & pœnæ causa, seipsum puniēdo, se ante se statuat, & tanquam alium se iudicet. Se equidem culpatum, ante se afflictum: se reum, ante se iudicem seuerum: se impium, ante se ad pietatem reuersum: proponat se ante se: decernat quid à se faciendum sit de se: iuste in se iniusto infligat iusta flagella. Loquatur etiam sic sibi: Quia pacem deseruisti apud dominum deum tuum, & bellum incurristi apud teipsum, scisſuram pateris, vt tu à teipso condemneris: quia pactum pacis rupisti. Vis quod non vis, & non vis quod vis: à teipso condemnaberis. Nolenda vis: volenda non vis. Ecce de ore tuo te iudico serue nequam. Affligeitaque te, & statue te contra faciem tuam, vt aspicias turpitudinem tuam, & recogites stultitiam tuam. Sic igitur in miseriis suis ad seipsum cōuertitur cor, & sistitur cor ad cor. Vis est quædam quæ sic de corde operatur, & retinet cor fluxum & vanum, ne profluat in abyssum exterminij. Vis ista seu violētia rapit regnum cœlorum. Regnum cœlorū (inquit dominus) vim patitur, & violenti rapiūt illud. Nobile regnum possidet, qui cor suum possidet. Non regnat, qui in corde suo deditus seruitutibus vitiorum, præsidet vrbibus, & turbis populorum. Solus is regnat, qui depósito cordis imperio, ad leges rationis ordinat totam familiam motuum interiorum & exteriorum. Si insurgit rabies leonina, premitur per patientiam: si petulantia hirci, per abstinentiam: si ferocitas apri, per mansuetudinem: si superD bia vnicornis, per humilitatem. *Luc.19.d* *Matt.11.b*

De mobilitate cordis. Caput XXV.

NOn inuenitur autem inter cæteras artes liberales ars ista præ aliis liberalis, qua teneatur cor, quod omni mobili mobilius est, quod omni lubrico lubricosius est. Mobilitate enim naturali instabile, vel in puncto fixum recusat consistere: cuius vita in motu est, & motus est ei vita. Mouet molem totius corporis humani tantillus iste in corde vitalis motus: & qua coērceatur arte, vt alia mouens ipse non moueatur? Forte mola asinaria si ad collum ei suspendatur, non moueretur, imò multò magis cum mola concitaretur. Agendum itaque cum eo est, vt circumeat terram, & perambulet eam, si forte velociorem & mobiliorem se inuenire queat. Si super terram similem sui non inuenerit: etiam gyrum cœli circumeat: & rotas curruum dei ad cursum suum admoueat: quid tunc faciet ad illos qui ambulant super pennas ventorum? Forte & cum illis contendere poterit. An & cum illa virtute curret, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? An & illam apprehender, de qua dicitur: Mobilior est omnibus mobilibus sapientia? Saltem cum viderit tam spaciosis saltibus transilientem suam potētiam, potentiam creatoris sui, subsistat & dimittat alas suas, retinens se, & habenis deificæ comparationis se ad se colligēs & cohibens non transgrediatur terminos suos. Sic enim sancta animalia in visione Ezechielis cum fieret vox super firmamentū, quod imminebat capiti eorum, stabant, & submittebant alas suas. Quod plane sancti faciunt, cum perlustratis operibus & mirabilibus dei super intelligibilibus absconditis mysteriis, nihil se scire deprehendunt, sed momento stateræ omnia opera sua appendunt. Tunc se non à se moueri cor intelligit, quia per se immobile permaneret, nisi qui omnia mouet, illud quoq; inter omnia moueret. Mutuatum igitur à deo cognoscens motum suum, iam non vsurpet vt proprium, sed vt cōmodatum. Ad voluntatem nanque commodantis, commodatarius vti debet commodato: alioquin furtum facit in re commodata. *Sapien.8.a* *Sapien.7.c* E *Ezech.1.c*

Quomodo diuina gratia corda hominum mouet. Caput XXVI.

CVm igitur te mouerit deus, vel moueri voluerit ô cor humanum, moueris: aliter nō moueris: quia non esset moueri, sed commoueri. Sed quando te mouet deus? Cum admonet. Admonet autem sic: Vane occuparis ô cor sapiens, & omni prærogatiua excellens in his, quæ vanitates vanitatum sunt. Non te decet his subesse, sed præesse. Te indigent ista vt melius & commodius subsistant: tu his neque ad beatitudinē indiges, neque ad immortalitatem. Viaticum quidem iumento tuo præparant in via, sed si ad mensuram sumantur, non ad F superfluitatem. Ex superfluitate enim ciborum quandoq; infunduntur iumenta, & in ventris nimiam effluxionem resoluuntur, ita vt ex refectione deficiāt. Sic corpus tuum, ô princeps & dominus corporis, si regulas necessitatis excesserit, & ad barathrum concupiscentię os aperuerit, lacum perditionis sibi effodit in hospitio reparationis, & de remedio comparat exitium, de vehiculo naufragium. Quid proinde? superfluum tollit necessarium. Aufer superflua, & nulli deerunt necessaria: quia de superfluenti copia aliorum, nascitur valde ægra aliorum inopia.

Quomodo se debet vnusquisque refrænare ac regere. Caput XXVII.

TVum est male acta corrigere: tuum est in ordine & officio familiam membrorum corporis & animæ motuum disponere: tuum singulorum negocia secundum competentiam adsignare. Non sit in regno corporis tui qui leges & iura institutorum tuorum impune præuaricetur, nó oculus, nō manus, non pes, non auris, non guttur. Quid enim de ignobilioribus & plebeis membris dicam, si vel attrectare rebellionem præsumpserint? Lapidibus obruantur, iaculis increpationum confodiantur, & nouerint regem Salomonem sedere super mulam regis, id est, tationem super sensualitatem corporis. Quid si pudibunda illa (quæ velato semper nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca

G appellantur à pudicis & castis labiis) motu inordinato rem publicam infestauerint? Certe abscindantur, non ferro, sed iciunio: non detruncatione, sed mortificatione. Vtinam (inquit Apostolus) abscindantur qui vos conturbant. His persuasionibus cor effrenatum in præceps cursum suum rapiés teneri potest, vt sit bona conscientia. Bona est, si habeat in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem. Pro his nanque merebitur trinitatis visionem. O beata visio in qua sic deus erit notus atque perspicuus, vt videatur à singulis nobis in singulis nobis, videatur in seipso, videatur in cœlo nouo & in terra noua, atque in omni quæ tunc fuerit creatura. *Gala.5.b*

Quòd anima in conscientia sua cognoscit quo debeat ire quando egreditur de corpore, id est, de libro conscientiæ: & quomodo corrigendus est.
Caput XXVIII.

HVmana conscientia est domini vinea, quam excolere debent peccatorum confessio, & eorum satisfactio, & exhibitio bonorum operum, & custodia eorum. Vnicuique est liber sua conscientia: & ad hunc librum discutiendum & emendandum omnes alij inuenti sunt. Anima cum de corpore egredietur, nullum alium præter conscientiæ suæ librum secum portare poterit, atque in illo cognoscet quò debeat ire, & quid debeat recipere. Ex his quæ scripta erunt in libris nostris iudicabimur, & ideo scribi debent secundū exemplar libri vitæ: & si sic scripti nō sunt, saltem corrigendi sunt. Conferamus itaque libros nostros cum libro vitæ: & si quid aliter habuerint, corrigantur, ne in illa vltima collatione, si quippiā aliter inuenti fuerint habentes, abiiciantur. Beatus homo qui se potest cognoscere & despicere, probare & improbare. Nam qui sibi displicet, Deo placet: & qui sibi vilis est, deo charus est.

Nihil est melius & nihil vtilius quàm seipsum cognoscere: quod est proprium conscientiæ.
Caput XXIX.

MVltę sunt scientiæ hominum, sed nulla melior est illa qua cognoscit homo seipsum. Quamobrem redeam ad cor meū, & ibi stare adsuescam, vt totam vitam meā possim discutere, & meipsum cognoscere. Omnes miserias meas coram deo effundam, si forte illa sua magna pietas moueat eum. Confitebor ei peccata mea, cui omnia nuda sunt & aperta: quem fallere non possum, quia sapientia est: nec effugere, quia vbique est. Audi ergo piissime deus confessionem meam: & respice ad pietatem tuam, & fac mecum secundum misericordiam tuam. Audi quàm sępe de memoria mea te expulit irruens turba plurimarum cogitationum, quæ velut plebs ad aliquod spectaculum solent effluere in cor meū. I Dum orare vel cantare in monasterio volo, nescio cuiusmodi stulta cogitatio cor meum rapit, & ducit per diuersa loca. Cumque illud ad me reuoco, tenere non possum, sed illico elabitur, & huc illucque dispergitur, & per innumera effunditur. Idcirco crebra terrenarum cupiditatum illecebra & vanitatum effusio ita cor meum occupant, vt quod vitate studeam, hoc cogitem, animóque voluam. Non enim est in potestate mea cor meum, & cogitationes meæ, quæ ex improuiso effusæ mentem meam animúmque confundunt, atque aliò trahunt quàm ego proposueram. Ad secularia reuocant, mundana inserunt, voluptaria ingerunt, illecebrosa cōtexunt: ipsoque in tempore quo leuare mentem meam ad te paro, inanibus cogitationibus infectus ad terrena plerūque deiicior, huiusmodi perstrepētium cogitationum tumultus à corde quotidie amouere volo, nec valeo, sed visa & audita, dicta & facta ad memoriā reuocant, & in ea cum magna importunitate perstrepunt, cogitanda cogito, cogitata recogito, & eadem iterum atque iterum replicare non cessо: & cū diu multúque quicquid potero cogitauero, sine cogitationibus esse non possum, sed intrant & exeūt, atque aliæ alias introducunt & excludunt, hæc inuitus sustineo, plerunque tamen cōsentio, cū per ea quæ vidi vel feci, sine vtilitate, absque discretione, vaga mente discurro, Ita mens mea semper mobilis, & nunquam stabilis, semper vaga, & velut ebria, per diuersa distrahitur. Grauiter pecco cum cor meum derelinquo, quoniam grauis iactura est quæ per negligentiam fit. K Vim patior cum illud me desetit. confirma cor meum deus, quoniā cum stare in semetipso nititur, aliquo modo à semetipso etiam nesciendo deriuatur. Ita peccandi consuetudine etiam cum nescio pecco, & cor meum cor vanum per infinita deducitur, & in multa desideria diuiditur. In nocte vero cum dormire volo, multarum rerum imagines & phantasias clausis oculis video, eásque inuitus tolero: quantóque ab eis aciem mentis auertere nitor, tāto amplius illæ se mihi ingerunt, & molestiis turpium cogitationum cor meum maculant. Inde est quod sępe mihi nocuit mortifera delectatio, quæ ex recordatione præteritorum peccatorum nasci soleт, sed maxime ex recordatione libidinis. Hæc enim pestis quo præ cæteris vitiis est mihi familiarior, eo ad nocendum procliuior, & ad repellendum difficilior. Nam cum eam repellere volo, nolenti mihi se ingerit, blande onerosa, displicendo placens, & placendo displicens. Catnis libidinem nunquam fugere potui, sed semper me persequitur: & cum aliqua delectationis cogitatione, vel visus intentione me comprehendere potest, non diebus neq; noctibus requiescere sinit. Subtiliter intrat, & mentem occupat, & nisi subito repellatur, allicit & incendit, & quasi virus pestilentiæ per totum corpus paulatim se diffundit. Cogitationes prauas multiplicat, affectiones malas generat, delectatione illicita mētem afficit, & ad consensum prauitatis animum inflectit: omnesque animę L virtutes corrumpit. Hac peste cum astrictus teneor, diuelli ab ea vix possum, quoniam stimulos eius cōfiteri aut nescio, aut erubesco: tam subtiles & turpes sunt. Re vera difficile est libidinis incendia extinguere: impuberes stimulat, iuuenes inflāmat, viros eneruat, senes & decrepitos fatigat, nó aspernatur tuguria, non reueretur palatia. Vtinam sola cœnobia fugiat. Adiuua me domine deus meus, vt huic tam pestifero & mortifero vitio resistere possim. Scio enim quia quòd resistentem fatigat: vincentem coronat. Scio etiam quoniam si mentem meam cogitatione immunda polluero: tibi, qui munditiæ auctor es, placere non valeo.

De amara atque illicita cogitatione.
Caput XXX.

COr mundum crea in me deus, quoniam non solùm vana cogitatio illud occupat, & turpis inquinat, verum etiam amara disipat. Sæpe nāque aliqua iniuria commotus, *Psal.50.a* densis cogitationum tumultibus in corde premor: hinc inde solicitus & cęcus, occasionem vindictę de accepta iniuria rimor, consilia multiplico, & nihil aliud nisi iurgia quæ desunt in corde perago, Præsentes non video, absentibus cōtradico intra memetipsum contumelias profero & recipio, receptis autem durius respondeo. Cumque qui obuiet nullus absit, rixas in corde compono, insidias inuidentius considero, & M quid contrà iurgij mouere possim penso: exquiro quid respondeam: & cum rem nullam teneam, vacuus litigator elaboro. Sicque diem in ocium, noctemvero in cogitationem verso. Torpeo ab vtili opere, quoniam fatigor illicita cogitatione. Ita mens intus pugnat, cum menti nemo repugnat. Nonnunquam vero quod egi in corpore, hoc postmodum importuna cogitatione verso in mēte: & multotiens grauius torqueor in recordatione, quam prius captus fueram in operis perpetratione. Sæpe etiam ea quæ nunquā feci, nec in voluntate habui, ita recogito, quasi pœniteat me illa non fecisse. Ab occultis meis munda me domine: quoniam cum nihil exterius ago, intus grauiter pecco. In corde enim seruo depicta, quæ vidi & feci. Ideo temporaliū rerum tumultus in corde versare nō cessо, etiam cum vaco. In cogitatione enim comedo, cum iciune loquor, cum taceo, irascor, & tranquillus sum: corpus requiescit, & animus huc illucque discurrit. Ita vitā istā sine culpa nūquā trāsire potui: nec hoc quidē quod laudabiliter vixi, sine aliquo reatu est, si remota pietate discutiatur. De necessitatibus meis cripe me domine. Crebro nan *Psal.24.d* que dum necessitati debita reddere studeo, voluptatis vitio deseruio: sub velamine necessitatis cado in laqueū voluptatis. Sepissime nanque comedi & bibi nō ad necessitatem, sed ad voluptatem: & quod necessitati satis erat, voluptati parū erat. Cogitaui etiam de cibo & potu quando non debui, & vbi non

A vbi non debui, & plusquàm debui. Cogitando de escis, epulas in cogitatione tota die ruminabant. Cum tegendis membris vestimenta quæro, non solum quæ tegant, sed quæ excolant, expeto: & contra frigoris torporem, non solùm quæro quæ muniant per pinguedinem, sed quæ mulceant per mollitiem: non solùm quæ per mollitiam tactum mulceant, sed quæ per colorē oculos seducāt. Cum pro aliqua necessitate licentiam loquendi alicui habui, locutus sum non solùm de necessariis: verumetiam de non necessariis, & de his quæ ad me non pertinebant, & de quibus licentiam non habebam. Immersi me colloquiis hominum: & ibi locutus sum non ad ędificationē, sed ad destructionem: non quod decebat, sed quod libebat: locutus verba vana & risui apta, verba ociosa & inutilia. Verbositati deseruiens, & detractioni studens, os meum mēdacio & detractione inquinaui. Lingua mea omni fallacia plena est, & nocuit mihi plus quàm omnia membra. Nam ea quæ audiui vel vidi, nunquam eo modo quo dicta vel facta sunt, referre possum: sed alia affirmo pro aliis, & sæpe multa interseро superflua: atque ita vel nimium laudando, vel vituperādo, fefe quotiēs loquor, mentior. Guttur insatiabili ardet ingluie: gula diuersis saporibus satiari non potest. Cor prauum dolo & malitia plenū, per puram confessionem purgare nunquam potui. Manus ad opus prauum fuerunt paratæ, & ad operandum bonum pigræ. Stomachus & intestina nimio ci- B bo & potu sępe sunt distēta, & ideo dolore sunt plena. Nam vnde gula delectatur, inde venter inflatur, corpus infirmatur, & sępe mors sequitur. Per gulæ delectationem corrui in ventris ingluuiem: & vnde debui mihi parare salutem, inde contraxi nimium comedēdo perniciem. Pedes velocius me portauerunt ad aliquam curiositatē speculandā, quàm ad Ecclesiam. Oculi iniquo intuitu me peruerterunt, omnémque motum corporis mei ad immunda desideria traxerunt. Aures citius aperui verbis ociosis & vanis, quàm sanctis. Delectatus est odoratus vanis odoribus, gustus diuersarum rerum diuersis saporibus: necnon singuli alij sensus his & illis, iuxta quod cuiq; suus ferebat appetitus. Ita deus meus in omnibus membris meis naturæ modum excessi, omnia membra mea velut coniuratione facta, inimico meo de me dominium tradidere, cum morte fœdus iniere, pactum pepigere cum inferno.

Conscientia nostra erit noster index in die iudicij. Caput XXXI. *Psal.139.a*

ERipe me domine ab homine malo, id est à meipso: à quo recedere non possum. Nam quocunque me verto, vitia mea me sequuntur, vbicunque vado, conscientia mea non me deserit, sed præsens adsistit, & quicquid facio, scribit. Idcirco quanquam humana subterfugiam iudicia, iudicium propriæ conscientiæ fugere nō valeo. Etsi hominibus cœlo quod egi, mihi tamen (qui noui malum quod gessi) celare nequeo. Propriį reatus conscientia me non requiescere sinit, sed de die in C diem vehementer me torquet, & de die iudicij vehementius terret. Nam in die illa cum dominus ad iudicium venerit, vniuscuiusque cōscientia ad testimonium adducetur, & aperto libro conscientiæ, omnis culpa ante oculos reducetur: atque ita cogente conscientia, vnusquisq; erit accusator & iudex suus. Propterea statuam me ante me, & iudicabo meipsum, vt illius extremæ & tremēdæ diei iudicium euadere possim. Damnat me conscientia mea, quanquam diuinum iudicium nondum me damnet. Accusat me de homicidio, quod si opere non feci, voluntate tamen ac desiderio sępe peregi. Accusat me de adulterio, & eodem modo respōdeo. Accusat me de inuidia, confiteor & ego, quoniam inuidia sæpissime cor meum laniauit. Per inuidiam nanque, sancte viuentium merita, mea feci inuidendo peccata. Nam bona quæ ab eis fieri vel dici audiebam, vera omnino nō credebam: ipsas res bene gestas, in malum male interpretando conuertebam. Omne malum quod de illis mendax fama iactabat, statim tanquam si ego vidissem credebam, omnia mala meis æmulis singebā, & ex profectu eorū deficiebam. Hæc vero odia intra me abscondebam, & in meos cruciatus enutriebam. Proficientibus inuidebam, peccātibus fauebam, de malis eorum gaudebam, & de profectibus lugebam. Gratuitis inimicitiis ardebam, & hanc malitiam mei pectoris deprehendi timebam. Semper eram ei amarus, & nunquam certus: & ita amicus eram diaboli, & inimicus mei. Inter amicos discordias seminaui, dis- D cordantes in dissensionem confirmaui, opiniones eorū mendaciis decoloraui, in spiritualibus carnalia laudaui, vt spiritualia bona eis deesse persuaderem. Amicitias simulaui, vt eos qui se incaute mihi committebant, qua possem arte deciperem. O diorum mihi occasionem prauis suspicionibus coaceruaui, & ita dæmones, quorū facta sectabar, lætificaui. Multis velut amicus fui in obsequio, hostis in animo. Comptus in verbo, turpis in facto. Proditor fui secretorum, tenax malarū suspicionum, vtrobiq; peruersus. Et ita persecutus est inimicus animam meam, humiliauit in terra vitam meam. Piissime *Psa.142.a* domine, vnde possum esse bonus, qui in bono sic fui malus? Ego peccabam, & tu dissimulabas: prolongabam multo tempore iniquitatem meam, & tu pietatem tuam: quia pœnitentiam & indulgentiam cogitabas. Da ergo misericordiam misero, qui tandiu pepercisti criminoso. Credo nanque, quoniā quicquid mihi condonare decreueris, sic erit quasi nunquam fuerit.

De vanitate, & ex ea dependentibus. Caput XXXII.

NOn solùm inuidia cor meum afflixit, verumetiam vanitas circa varias delectationes languentem animum inuoluit. Per vanitatem nanque de operibus quorum mihi cōscius nó eram, turpiter me iactaui. Gestiebam etiam docere quæ nesciebam. Credi de me sublimia volebam: delectabilia grauibus anteponebam: execrabar verbo quod animo con- E cupiscebam: appellationes virtutum meis vitiis imponebam: & ita meipsum fallebam, & fauentes mihi decipiebā. In promissione honesta fui velox, in exhibitione mendax, à bono mutabilis, mali tenax, in verbo grauis, animo turpis, vbique fallax, lætus ad prospera, fragilis ad aduersa, inflatus ad obsequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad honesta. Misericordissime domine, ita defecerunt in vanitate dies mei, in quibus debui flere commissam iniquitatem, excitare remissam voluntatem, suspirare ad amissam hæreditatem, aspirare ad promissam felicitatem, properare ad angelicam societatem, repropitiare tuam maiestatem.

De statu misero huius vitæ. Caput XXXIII.

TErret me tota vita mea Deus meus, quoniam diligenter discussa apparet mihi aut peccatum, aut sterilitas: & si quid fructus in ea videtur, sic est aut simulatum, aut imperfectum, aut aliquo modo corruptum, vt possit aut non placere, aut displicere tibi. Et cum vere ita res sit, sic est mihi quasi nō ita sit: quod est miseria super miseriam. Sic comedo, bibo, & dormio securus, quasi iam transierim diem mortis, & euaserim diem iudicij, & tormenta inferni. Sic ludo & rideo, quasi iam regnem tecum in regno tuo. Idcirco multitudinem iniquitatum mearum expauescens, sed de tua pietate confidens, tibi creatori & redemptori meo, qui veniam & indulgētiam F post reatum per puram & lachrymabilem confessionem adsequi promisisti, confiteor, quoniam in peccatis conceptus sum, & in peccatis nutritus: & per omne tempus vitæ meæ vsque ad hanc diem in peccatis sum conuersatus. Nullum inuenio peccatum, à quo non sim aliquo modo inquinatus. Per superbiam nanque præcepta tua & seniorum meorum transgressus sum. Silētium & taciturnitatem, sicut regula docet, non tenui. Quod mihi licitum non fuit habui, dedi, & accepi. Clamores pauperum & miserorum non libenter aut misericorditer audiui: nec eos in infirmitatibus suis visitaui. Suadentibus mihi in malum consensi: facilius multa in imo, quàm vnum in summo cogito: facilius reprehendo aliorum vitia quàm mea: & quod in aliis reprehendo, facere non erubesco. Facilius vniuscuiusque vitia quàm virtutes intēdo. Cum aliorum delicta cerno, mea non aspicio. In meis delictis sum clemens, in alienis rigorem tenere volo. Ad irrogandas contumelias sum validus, ad tolerādas infirmus, ad obediendum piger: ad lacessendos vero alios importunus: ad ea, quæ facere & debeo & valeo, vagus: ad ea vero quæ facere nec debeo nec valeo, paratus. Ita repleta est malis anima mea, *Psal.87.a* peccatis meis exigentibus. In Ecclesia me deteriorem reperio: ante altaria sacra deuote non supplico: vasa sacra non reuerenter tracto: in choro sum corpore, & in aliquo negocio mente. Nunc intus maneo, nunc foras exeo: tanta est leuitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

G corporis necnon & mentis. Aliud canto, & aliud cogito. Psalmodiæ verba profero, & psalmodiæ sensum non attendo: sed mente vagus, habitu dissolutus, oculis attonitus, huc & illuc prospiciens, quæcúque ibi geruntur perlustro & perspicio. Væ mihi quoniam ibi pecco, vbi peccata emendare debeo. Nonnúnquam vero in ipsis bonis quæ ago, ad deterius propinquo: quia dum menti lætitiam pariunt, & quandam securitatem gignunt, mês mea secura redditur, & in torpore laxatur. Sæpe etiam meipsum & opera quæ fecerã laudaui: & ab aliis laudari volui. Plerunque laus humana, quam nõ quærebam, mihi oblata placuit: & cum ex ea incaute extollerer, subito multa quæ feceram ad memoriam venerunt, vt ãplius in elatione attollerer. Quæ subtiliter replicans atque in vnum cuncta coaceruans, cœpi magis magísque deceptus intumescere. Dumq; in mei admiratione occupatus
Psal.101.b desigerer, mihi dans gloriam, & non Deo, à quo omnia acceperam, omnium fructum amisi: atque ita didici, quoniã qui me laudabant, aduersum me iurabant. Quanto enim quisq; in semetipso gloriatur, tanto à dei amore disiungitur. Ita
Psal.87.a deus meus, inferno appropinquauit vita mea. Si me liberabis, habebo vnde tibi gratias agam: si inde non liberabis, nõ habeo vnde te reprehendam: quoniam iustus es Heu mihi,
H qualis vixi, quanta mala feci & dixi: Pudet qui sic vixerim & quod natus fuerim. Mallem non esse quàm talis esse. Bonus eram: & malum me feci. vtique qui sponte me feci miserum iustum est semper esse miserum. Conscientia mea meretur damnationem: pœnitentia mea nõ sufficit ad satisfactionẽ: sed certum est quoniam misericordia tua delet omnẽ offensionem. Dele ergo pie domine iniquitatem meam multitudine miserationum tuarum. Ego vero qui vsque ad hunc diẽ sine causa vixi, amodo sine causa viuere nolo.

De reciduo, hoc est reuersione in peccatum.
Caput XXXIIII.

Sed heu miser, hæc tam sæpe sic confessus, surgens, cadens, sum defessus, repeccando totiens, confitendo totiens. Multotiens promisi me emendare, & nunquam tenui: sed semper ad peccatum redij: & ptioribus sceleribus noua & deteriora coniunxi. Nunquam vt debui mores meos in melius mutaui, nec à malefactis recessi. Plurimos etiam, me perdẽs, peccare feci: & multis causa mali extiti: & exemplis vitæ meæ nonnulli subuersi sunt. Ecce peccata mea misericordissime deus non abscondo, sed ostendo: accuso
Psal.50.a me, non excuso: quoniam iniquitatem meam cognosco. Nec idcirco iustus sum: quoniam si alter ita me accusaret, sicut ego meipsum accuso, patienter sustinere non possem. Desperare vtique potuissem propter nimia peccata & vitia,
I culpas & infinitas negligentias meas, quæ egi & quotidie in desinenter ago corde, ore, opere, & omnibus modis quibus humana fragilitas peccare potest: nisi verbum tuum deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare iam non audeo quoniam subditus ille tibi vsque ad mortem, mortem autẽ crucis, tulit chirographum peccatorum nostrorum: & affigens illud cruci peccatum crucifixit & mortẽ. Gratias tibi ago domine deus meus quoniam visitasti me: & ostendisti mihi peccata mea. Nunc primùm te inspirante didici ad cor meum redire, & meipsum cognoscere. Aduocabo ergo aliquem de amicis tuis, & ei omnia delicta mea exponam, sicut mihi præcepisti: vt eius consilio & auxilio ab omnibus meis possim iniquitatibus liberari, & tibi reconciliari.

Confessio ad abbatem Caput XXXV.

Audi vocem lachrymantis & pœnitentis: attende quàm grauiter peccaui, & creatorem meum offendi. Deo iubente ad cor meum redij: & inde exclusis omnibus præter dominum deum & meipsum, totam vitam meam discussi tãto diligentius, quãto familiarius: &, vt verum fatear, nihil aliud ibi inueni, nisi locum horroris, & vastæ solitudinis: conscientiam videlicet
Iob.21.b diu neglectam, omnino incultam, spinis & tribulis obsitam, & omni horrore plenam. Nullũ enim inuenio vitium à quo non traxerim aliquod contagium. Turbauit me ira, lacerauit me inuidia, inflauit superbia, inde cõtraxi mentis inconstantiam, oris scurrilitatem, opprobria proximorum, scelera detractionum, linguæ effrænationem. Seniorum meorum imperia non seruaui, sed iudicaui: de meis negligẽtiis obiurgatus aut rebellis fui, aut murmuraui, præferri me melioribus impudenter affectaui, simplicitatem spiritualium fratrum irridenter exagitaui, meas sententias procaciter iactaui, obsequia delata fastidiui, negata quæsiui, iuniores meos clatus despexi. Non obseruaui in obsequio reuerentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam. habui in intẽtione pertinaciam, in corde duritiam, in sermocinatione iactãtiam. In humilitate fui fallax, in odio pertinax, in iocatione mordax. Subiectionis impatiens, potentiæ sectator, ad opus bonum piger, ad vnitatem ferus, ad obsequium durus, ad loquẽdum quæ nesciebam promptus, ad supplantãdum paratus, fraternæ societati inhumanus. Temerarius in iudicando, clamosus in loquendo, fastidiosus in audiendo, præsumptuosus in docendo, effrænatus deformiter in cachinnando: onerosus amicis: infestus quietis: ingratus beneficiis: inflatus obsequiis: & imperiosus subiectis. Sæpe iactaui me feciſſe quod non feceram, vidisse, quod non videram, dixisse, quod non dixeram. Dissimulaui etiam me non feciſſe quod feceram: negaui me dixisse quod dixeram: non vidisse & audisse quod videram & audieram: & ita ex omni parte sum reus. Reus in seculo, reus in claustro: sed ibi per ignorantiam, hic per negligentiam: & vtrumque me terret. Veruntamen multo amplius
L terret me quòd in monasterio ante conspectum dei deterrem me inuenio. Collocauit me deus in loco voluntatis in domo vbertatis, in paradiso deliciarũ, ego verò miser & miserabilis, inter mensas epulantium fame pereo, iuxta fontẽ sitio, ante ignem algeo, & ad neutrum manus extendere volo, tam piger sum & desidiosus. Ita tẽpus amitto quod deus mihi sua pietate indulserat ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam. Quasi quoddam mõstrum inter filios dei sto: habitum monachi, non conuersationem habens. In magna corona & ampla cuculla, salua mihi omnia existimo. Tãquã arbor sterilis terram occupo, & velut iumentũ vile plus cõsumo quàm proficio. Altiorem alterius locum teneo: & nullius officium suppleo: sed sum sicut truncus sine frõdibus & fructibus. Alij me pascunt de laboribus manuum suarum sicut præbendarium suum. Ego autem tãquam pauper & miser, nec clericum nec laicum gero. Cantare nanque & legere nequeo, laborare nescio, sed sum opprobriũ hominum, pecore vilior, cadauere peior. Tolerabilius enim canis putridũ fœtet hominibus, quàm anima peccatrix deo. Idcirco tædet me viuere: viuere erubesco, quia parũ proficio. Mori timeo, quoniam non sum paratus. Malo tamẽ mori & misericordiæ
M dei me committere & commendare, quia benignus & misericors est, quàm de mala mea conuersatione alicui scãdalum facere. Tota nanq; die verecundia mea contra me est: & cõfusio faciei meæ cooperuit me: cum video me somnolẽtum ad vigilias, tardum ad horas canonicas, & pigrum ad opera manuum. Alios autem video tam strenue & deuote diuinis interesse laudibus: alios vero ita reuerenter & alacriter corã deo assistere, & eum laudare: ego autem cõpungi ad lachrymas nequeo, tanta est duritia cordis mei. Cantare non libet, orare non delectat, meditationes sanctas non inuenio: tanta est sterilitas animæ meæ, & deuotionis inopia quam patior. Heu mihi, omnes in circuitu meo visitat dominus, ad me autem nõ appropinquat. Nam alium quidem intueor singularis abstinentiæ, alium admirandæ patientiæ, alium summæ humilitatis & mansuetudinis, alium multæ misericordiæ & pietatis: illum in contemplatione frequenter excedere. hũc pulsare & penetrare cœlos orationis instantia: aliósque in aliis præeminere virtutibus. Omnes considero & prospicio feruentes, omnes deuotos, omnes in Christo vnanimes, omnes donis cœlestibus & gratia affluentes, tanquam re vera spirituales homines, quos deus visitat, & in quibus habitat. In me vero nihil horum inuenio: quoniam declinauit dominus in ira à seruo suo. Inde est quod cum alij vigilant, ego dormio: quando alij cantant in monasterio, ego huc & illuc discurro: quãdo alij in aliquo secreto loco se furantur à colloquiis hominum, vt ibi loquantur cum rege angelorum, ego quæro colloquia hominum: cum alij vacant lectionibus, ego fabulis & verbis ociosis: quãdo alij discutiunt & diiudi-

A cant semetipsos, ego iudico alios. Aliis placet communis vita, communis disciplina, & commune studium, & mihi placent anguli & diuerticula. Sic sic ex quo peccare potui, nunquam à peccatis & malis operibus cessaui, peccatis peccata semper accumulaui, & peccata quæ aliquando operibus implere non potui, malis voluntatibus & malis desideriis nunquam perficere cessaui.

De delectatione carnis. Caput XXXVI.

Svper omnia mala delectatio carnis, quæ ab ipsis cunabulis semper mecum creuit, mihi semper adhæsit, nec adhuc iam præ senectute deficiẽtibus membris me deserit: multis & variis modis infelicem animam meam maculauit, dissoluit, captiuauit, & omni virtute destitutam, inanem & debilem reddidit. Fateor huius operis nefarij immundis recordationibus me sæpe esse commotum & incensum, ardores non modicos & inhonestos passum: & non solum mearum delectationum mala memoria & stultæ recordationes mihi nocuere, sed etiam aliorum malefacta mihi narrata, & per recordationes sordidas ad memoriam reducta, cor meum non paruo veneno iniquitatis maculauere. Et in hoc miserabiliter miserabilis sum, quia non tantum doleo quantum dolendum me cognosco, sed sic securus torpeo velut quid patior ignorem. Hoc vero mihi est omni infelicitate miserius, quòd ita
B opere peruersus, ore pollutus, corde immundus ad altare accedo, & Christi corpus manibus meis pertractare non pertimesco. Accedo elatus ad humilem, iratus ad mitem, crudelis ad misericordem: & tamen patitur humilis elatum, mitis iratum, crudelem misericors. Accedo seruus ad dominum, nõ amore, sed timore, non deuotione, sed vsu. Accedo ad dominum, cuius percussi seruum. Ad patrem accedo, cuius occidi filium, percussi verbo, occidi exemplo, nec tamen pertimesco dominum, nec reuereor patrem. Manens in turba fratrum, turbans aliquos, & ab aliquo turbatus, quandoque accedo ad pacificum. Appropinquo etiam talis ad osculum pacis, qui prius reconciliatus accedere debuissem ad osculum turbati fratris. Conuincit me reum & dei inimicum mea iniquitas, peccatum meum sæpe separauit me à deo. Idcirco obsecro te pater vt me instruas quomodo possim aut semper stare cum deo meo, aut redire, cum ab eo peccatis meis exigẽtibus motus fuero.

Patris spiritualis ad confitentem responsio.
Caput XXXVII.

Confessio tua fili ad lachrymas me commouit tum propter me, tum propter te. Propter me fleo, quoniam quæcunque de te dixisti, eadem fere aut similia reperio in me, & multa ad memoriam reuocasti, quorum oblitus fueC ram. Propter te gaudeo, quoniam visitauit te oriens ex alto. Non enim longe es à regno dei. Notitia nanque peccati, initium est salutis. Confido in domino, quoniam quicquid minus est in te feruoris & boni operis, humilitas supplebit
Psal.50.d Puræ confessionis. Quacunque nanque hora peccator conuersus ingemuerit, saluus erit, quoniam cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Tardius siquidem videtur deo veniã peccatori dedisse, quàm illi accepisse. Sic enim festinat misericors deus absoluere reum à tormento conscientiæ suæ, quasi plus cruciet misericordem deum cõpassio miseri, quàm ipsum miserum compassio sui. Qui enim verè pœnitet, & veraciter dolet: absque dubio & absque mora indulgẽtiam accipiet. Et quanto quis frequentius quantóque vehementius de suo reatu interno dolore adficitur: tanto certior, tantóque securior de indulgẽtiæ venia efficitur. Inde est quòd animam pœnitentiæ lachrymis afflictam, tam frequenter quàm libenter consolatur spiritus paracletus. Illam frequenter visitat: illam libenter confortat: & ad veniæ fiduciam plene reformat quam sua scelera flendo damnare, & damnando flere considerat. Incipit extunc quædam familiaritas inter deum & animam, eo quòd hæc se sentiat ab illo sæpius visitari, & ex eius aduentu non tantum iam consolari, imò aliquotiens quodam ineffabili gaudio repleri. Sed ad hæc quis idoneus? Profecto vere pœnitens. Omnia etenim in confessione lauantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, peccatum fugatur, D tranquillitas redit, spes reuiuiscit, animus hilarescit. Post baptismum nullum aliud nobis constitutũ est remedium quàm confessionis refugium. Sit ergo deuota cordis compunctio, vera oris confessio, discreta carnis mortificatio, repentina vitiorum extirpatio, læta bonorum operum exhibitio. Non erubescas deo cõfiteri, cui non potes absconditi: ipse enim nonnit abscondita cordium, cui omnia nuda sunt & aperta: ante
Psal. 43. d cuius conspectũ cuncta nostra peccata sunt scripta. Sed quod ibi scribit transgressio, hic delet confessio. Non te igitur pudeat dicere, quod non puduit facere. Quòd si forte pudor est tibi, mihi soli peccatori peccata tua exponere: quid facturus es in die iudicij, vbi omnibus exposita tua apparebit conscientia? Si cogereris coram multitudine nudo corpore trãsire, non posses nõ erubescere. Cur ergo minus cõfunderis, quando immunda cogitatione in mente sordidaris? Cur minus erubescis pudẽda cordis, quàm pudenda carnis? Cur magis veneris vultus hominum, quàm vultus angelorum? Talis confusio separat à deo. Omnis spes veniæ & misericordiæ est in confessione vera. Simulata nanque confessio non est confessio, sed duplex confusio, excludit enim miserationem dei, miseriæ simulatio: nec dignatio locũ habet, vbi fuerit dignitatis præsumptio. Prouocat verò compassionem humilis miseriæ confessio. Nulla est enim tam grauis culpa quæ non habeat veniam per puram confessionem. Vitia igitur cordis tui & prauas cogitationes illico manifesta. Peccatum enim E prodítum cito curatur, crimen vero tacendo ampliatur. Vitium si patet, fit ex magno pusillũ: si latet, fit ex minimo magnum. Nam velox confessio velociter medicinam facit. Melius est vt vites vitium, quàm vt emendes: ne forte cum incurreris, reuocare non possis.

Remedium ad fugiendum prauas cogitationes.
Caput XXXVIII.

Qvotiens te sentis turpibus cogitationibus pulsari, & ad illicitam delectationem affici: totiẽs pone ante mentis oculos quomodo Christus in cruce crucifixus est pro te. Intuere quomodo à Iuda Iudæis traditur, & quàm viliter pertractatur, blasphematur, & colaphizatur, iudicatur & cõdemnatur, expoliatur & flagellatur: ad vltimum vero contumeliis & opprobriis affectus, inter duos latrones suspenditur: clauis cruci affixus, sputis derisus, spinis coronatus, lancea perforatus, ex omnibus partibus sanguis emanat, & inclinato capite emittit spiritum. Ita redemptor tuus moritur pro te, & tu nescio cuiusmodi sordida cogitatione sordidaris in mente. Sufficere posset hæc cogitatio ad excludendas omnes illicitas cogitationes. Sed ecce ad alia transeamus. Considera quomodo morieris, quando aliqua graui infirmitate vexatus, & ad extrema deductus, & ibi ad terram proiectus, inter F longa suspiria & difficiles singultus, inter diuersos dolores & timores animam expirabis. Tunc veniet corpus in pallorem & horrorem, in saniem & fœtorem: erit vermis, & cibus vermium: animam vero mox capient & rapient laruales illæ facies, quæ eam in exitu præstolantur: & ex omni parte terrebunt eam dæmones terribiles & horribiles. Cogita quis eam defendet à rugientibus præparatis ad escam: quis consolabitur eam, cum teterrima illa monstra dæmoniorum occurrant sibi cateruatim ruere videbit: aut quis deducet per ignotam regionem? Attende etiam quàm subito venit dies vltima: subito venit, & forsitan hodie erit. Iam adest: iam præsentaberis ante tremendum iudicem: accusaberis multis & magnis offensis: non vno, non paucis, sed innumeris criminibus: non paruis, sed immensis: non dubiis, sed certis: non breui accusatione, sed tam longa, quàm lõga est tota vita tua: non vno accusatore, sed tot, quot sunt delicta tua. Ipse iudex erit districtus accusator tuus. Omnes etiam spiritus boni & mali coram deo te accusabunt cum eo. Boni, quia deo debent æquitatem: mali, quia tuam seruant iniquitatem. Tot iudicibus & populis astabis, quot præcesserunt te in opere bono. Tot arguentibus confundêris, quot tibi præbuerunt bene viuendi exemplum. Tot conuincêris testibus, quot te mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnuerunt bonis sermonibus,& iustis actionibus. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tuæ:& cunctis agminibus patebunt vniuersa scelera tua non solùm actuum,verumetiã cogitationum &locutionum.Multa vero peccata tunc proruent ex improuiso, quasi ex insidiis, quæ modo non vides: & forsitan plura& terribiliora his quæ nunc vides.Vndique erunt tibi angustiæ:hinc erunt accusantia peccata, inde terrens iustitia:subtus patens horridũ& chaos inferni: desuper iratus iudex:intus vrens conscientia:foris ardens mũdus . Si iustus vix saluabitur,peccator sic deprehensus in quam partem se premet? Latere erit impossile: apparere intolerabile.In tanto discrimine torquebit te tua conscientia male sibi consocia:cruciabunt cordis arcana.Cogente etiam conscientia tuipse eris accusator & iudex tuus,Conuictus teste propria conscientia,& testibus oculis ipsius iudicis , fugere non poteris: sed tremens & anxius stabis suspensus ad grauissimã sententiam in angusto periculo,& in periculosa angustia:tãquam illico recepturus quod in perpetuũ amittere non poteris.Iudex tunc erit vehementer iratus,& terribiliter districtus:sententia eius semel lata erit immutabilis,tortores horribiles, qui nunquam miserentur, erunt parati vt data sententia te damnatum ad tormenta rapiant.Tormenta erunt sine
H interuallo &sine temperamento:timor conturbabit te cum terra aperietur corã te,& tu rues & cades in stagnum sulfuris ardentis & fœtentis.Ignis exterius carnem tuam comburet:vermis interius conscientiam corrodet:ibi eris sine fine: sine spe venię & misericordiæ.Omnia vero gehennę supplicia superabit,deum nõ videre,& bonis carere, quæ in potestate habuisti obtinere.

De mala cogitatione vitanda. Caput XXXIX.

Sivis omnes malas cogitationes à corde tuo expellere,hęc sæpe cogita.Ibi nanque est cogitatio tua,vbi est affectio tua,ibi cor tuũ,vbi est desideriũ tuum:quoniam illud sępius in cogitatione voluimus,cuius amore plus affecti sumus.In cogitatione sua cadit quisque,vel stat.Si bona cogitas, cogitatio tua sancta custodit te.Si mala cogitas, spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum:&auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu: erit que templum dei spelunca diaboli: quoniam,quem deus deserit diabolus arripit.Spiritus sanctus suggerit bona & dulcia:spiritus malus mala & amara, vana, inutilia ,& immunda.Et ideo quacũque hora mala cogitatio cor tuum tangit,non consentias illi:nec sinas eam in corde tuo manere, sed illico repelle. In initio cogitationis iniquæ
I resiste,& fugiet à te.Nam ante dei oculos non volant vacuæ cogitationes nostræ:& nulla momẽta temporis in animum transcendunt sine statu retributionis.Cogitatio praua delectationem parit,delectatio consensum,consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortẽ.Sicut vipera à filiis suis in vtero positis lacerata perimitur:ita nos cogitationes nostræ intra nos nutritę occidũt.

Malæ cogitationes à dæmonibus suggeruntur. Caput XL.

Dæmonum est malas cogitationes suggerere : nostrum est illicio illas expellere. Nam in animo nostro eas iacêre ,nostræ attinet voluntati, & propriæ deputatur culpæ. Volunta te namque sua cadit qui cadit,& voluntate dei stat qui stat. Cogitatio tamen immunda mentem non inquinat cum pulsat, nisi cum hanc sibi per delectationem subiugat.

De peccato superbiæ. Caput XLI.

Svperbia sicut est origo omnium criminum,ita est ruina omnium virtutum. Ipsa enim est in peccato prima:ipsa in conflictu postrema. Ipsa aut in exordio mentem per peccatum prosternit,aut in fine de virtutibus deiicit.Idcirco est omnium peccatorũ pessima,quia tam per virtutes,quàm per vitia humanam mentem exterminat. Cætera vitia solas illas virtutes impetunt, quibus ipsa destruuntur,vt luxuria pudicitiã, ira patientiam:sola vero superbia contra cunctas animi virtutes se erigit:& quasi generalis ac pestifer morbus omnes corrũpit.Idcirco nisi omnia opera nostra humilitas præcesserit , comitata & consecuta fuerit , proposita quam intueamur,apposita cui adhæreamus,interposita qua repri- K
mamur:totum de manu extorquet superbia. Quantalibet sit iustitia operis:apud internum iudicem nulla est , si hanc eleuat tumor mẽtis.Perit ic vera omne quod agitur,si nõ solicite in humilitate custodiatur.Signa superbiæ hæc sunt:clamor in locutione,amaritudo in silẽtio,dissolutio in hilaritate,furor in tristitia,honestas in imagine,inhonestas in actione,rancor in reprehensione.

De inuidia & detractione vitanda. Caput XLII.

Inuidia est animi tinea: sensum comedit, pectus vrit, mentem adficit:cor hominis quasi quędam pestis depascit & cũcta bona ardore pestifero deuorat.Inuidus alienum bonum,suum facit inuidẽdo peccatum.Cum peccatores quosque conspicimus,nõ facile eos iudicemus,sed magis deflea-
mus:quia in similibus aut lapsi sumus,aut labi possumus. Si vis delinquẽtem corripere,aperte increpa,nec occultè mordeas.Quid enim prodest si me nesciente aliis mala mea rese-
ras?Væ illi qui suam renuit corrigere vitam,& alienæ nõ desinit detrahere. Si vis detrahere,tua in te peccata retorque: non aliorum delicta,sed propria cerne.Nunquam enim aliis detrahes,si te bene inspexeris.De malo alieno os tuum non L
coinquines: non detrahas peccanti,sed condole : quoniam graue peccatum est detractio.Detrahentes &audientes pariter detinentur.Sicut irasceris alteri quãdo detrahit tibi:sic irascaris tibi quãdo detrahis alteri.Detractio est mordacior, quàm vera cordis reprehensio.

De curiositate vitanda. Caput XLIII

Mvltos seducit curiositas. Tamdiu quisque sua peccata ignorat,quandiu curiosè aliena considerat.Qui semetipsum aspicit,nõ quærit quid in aliis frequẽter reprehendat,sed in semetipso quid lugeat.Quod inter se loquuntur homines,nunquã scire desideres.Omne etiam genus mendacij summopere fuge.Nec casu nec studio loquaris falsum,quia os quod mentitur,occidit animã,Per nullam fallaciam vitã alicuius defendas.Fuge inhonesta verba,reiice verbũ quod nõ ædificat audientes.Vanus enim sermo cito polluit mentẽ,& facile agitur,quod libenter auditur.Vanus enim sermo vanæ conscientiæ est index.Mores hominis lingua pandit & qualis sermo ostenditur,talis animus comprobatur, quoniã ex abundantia cordis os loquitur.Sermo vanus non erit absque iudicio,quia ab omni rectitudinis statu depereunt,qui per verba vana dilabuntur.Qui laudem non appetit nec cõtumeliam sentit.Discerne te tuo iudicio,non alieno. Nemo enim magis scire potest quis sis sicut tu qui conscius es tibi. Quid enim prodest dum malus es,si bonus prædiceris? Qua-
lis haberi vis,talis esto.Si sapiẽs fueris,te semper habebis eũ- M
dem.Stude loqui nõ quod libet,sed quod oportet.Qui ocio sum verbũ non reprimit,ad noxia cito tranfit.Magna virtus est si non lædas à quo læsus es,magna gloria est,si cui nocere potuisti,parcas. Nobile vindictæ genus est ignoscere victo. Quicquid tibi cõtigerit aduersi,pro tuo peccato euenit tibi. Tempera ergo dolorem tuum,& dic,iuxta modum delictorum parua datur vltio.Mala aliorũ bono tuo supera. Vince malitiam bonitate: detrahentiũ errores dissimulando calca. Non sis in pace infidus,nec leuis in amicitia.O dientes ad pacem inuita,discordantes ad concordiam reuoca.

De prauitate conscientiæ. Caput XLIIII.

Conscientia hominis abyssus multa. Sicut enim abyssus exhauriri non potest,sic cor hominis euacuati à cogitationibus suis non potest: sed continua volubilitate in eo vo-
luuntur.mare magnum est,& spaciosum manibus:illic repti- *Psa.103.c*
lia quorum non est numerus.Sicut enim reptile latenter repit,& sinuosis anfractibus huc & illuc deambulat, ita conscientiam hominis venenatæ cogitationes intrant& exeunt, vt nesciat homo vnde veniant,aut quò vadant. Hoc bene cognouerat qui dicebat:Prauum est cor hominis, & inscrutabile:& quis cognoscet illud?quod scrutationem non reci- *Hiere.17.b*
pit nec cognitionem.

A *Nulla pœna grauior est quàm praua conscientia Caput XLV.*

Nvlla pœna grauior est praua conscientia. Mala conscientia propriis agitur stimulis. Si publica fama te non damnat, propria conscientia te condemnat: quoniam nemo potest seipsum fugere . Vis nunquam esse tristis? Bene viue. Bona vita semper gaudium habet : conscientia rei semper in pœna est.Ita clemens esto in alienis delictis, sicut in tuis : nec quẽquam districtius quàm te iudices. Sic alios iudica , vt ipse iudicari cupis.Lex tua te constringit.Iudicium quod aliis imponis,ipse portabis.Nullum ante iudicium condemnes. antè proba,& sic iudica. Non enim qui accusatur, sed qui conuincitur,reus est.Valdę periculosum est de suspicioue quempiam iudicare.In ambiguis , dei iudicio serua sententiam, Non eligas cui miserearis: ne forte prætereas illum qui meretur accipere. Omnibus te tribue si potes, quoniam incertum est pro
B quo magis placeas deo . Maior sit beneuolentia quàm quod datur:quoniam tale erit opus tuum,qualis fuerit intentio tua. Qui cum tristitia manum porrigit, fructum renumerationis amittit.Non est misericordia vbi non est beneuolentia. Non auferas vni,vnde tribuas alteri: quoniam nihil prodest si inde alium reficis,vnde alium inanem facis. Abiice à te quicquid tuum bonum propositũ impedire potest. Contemne viuens quæ post mortem habere nõ potes. Difficile est imò impossibile vt præsentibus quis fruatur bonis & futuris: vt hic ventrem,& illic mentem impleat : vt de deliciis transeat ad delicias:vt in terra & in cœlo glorioſus appareat. Si vis cum lætitia animi viuere,noli multa habere. Istam quisque finiens vitam , nisi quod meruit in ipsa , non potest habere post ipsam. Quanto nãque inferius delectamur : tanto à superno amore disiungimur.Nullus sit casus quem non meditatio tua præueniat:nullus sit casus qui te imperatum inueniat. Propone nihil esse quod tibi accidere non possit. Vita foueam , in quam vides alium coram te cecidisse. Aliorum perditio, tua sit cautio. Dum nescimus,repente mors venit. Nescimus enim quid hodie nobis contingat:& ignoramus si hac nocte animã nostram conditio mortis deposcat. Quotidie ad finem vitæ tendimus,& ad mortem properamus. Idcirco singulis horis co- *Osee.13.c*
gitare debemus quò singulis momentis properamus. Vnde dominus ait per prophetam : Perditio tua Israel ex te tantùm: in me auxilium tuũ. Quasi diceret:Vt pereas , imputa tuo merito:vt saluetis, meo auxilio.Nunquam oportet pœnitentem habere securitatem de peccatis. Nam securitas negligentiam
C parit:& sæpe incautum ad vitia transacta reducit.Non solum grauia, sed & leuia cauenda sunt peccata. Multa enim leuia vnum grande efficiunt:sicut solent de paruis & minimis gut- *Matt.22.c*
tis immensa flumina crescere. Non est dubium quòd qui casti perseuerant & virgines,angelis dei efficiuntur æquales.

De improba ventris importunitate. Caput XLVI.

Nvllus homini tam improbus exactor est, quàm venter: venter : qui quotidiana famis exactione te vrget. Cum cæteris vitiis etsi interdum nascimur, interdum tamen cum eis non morimur: sed cum isto nascimur, & cum isto morimur. Multis creditoribus reliquit me obnoxium pater meus : sed ab omnibus liberatus sum : vnus tamen supereſt, à quo liberari non possum , id est venter. Venter præcepta non audit,posci t, appellat:non est tamen molestus creditor: paruo dimittitur, si modo dederis ei quod debes , non quod Potes.Quosdam præscIens deus peccare posse,in salutem flagellat eos infirmitate corporis , ne peccent: vt eis vtilius sit frangi languoribus ad salutem , quàm remanere incolumes ad damnationem. Est perniciosa sanitas quæ ad inobœdientiam ducit: est & salubris infirmitas quæ per diuinam correptionem mentem à duritia frangit & humiliat.

Quomodo diabolus sagaciter & multiformiter nos tentat. Caput XLVII.

Diabolus quando decipere quenquam tentat, prius naturam, vniuscuiusque intendit, & inde se applicat vnde aptum hominem ad peccandum aspicit. Blandis & lenibus mentibus luxuriam aut vanam gloriam proponit, aspe-
ris vero mẽtibus iram,superbiam,vel crudelitatem. Aduersa- D
rius noster cum ab exteriori sensualitate se videt exclusum interiora collectis viribus aggreditur & ingreditur : sed spiritualis homo qui omnia iudicat,eius astutias non ignorat : reprimit quod potest,quod non potest tolerat : quia & si latra- *1. Cor. 2. d*
tum canis sustinet , morsum non timet . Mordet cum ad consensum pertrahit,latrat cum suggerit, & tunc nõ vulnerat,sed coronat,quoniam etsi resistentem fatigat,non obligat nisi cõsentientem.

De oratione,& modo orandi. Caput XLVIII.

Oratio est mentis deuotio , id est conuersio in deum per pium & humilem affectum . Humilem ex conscientia infirmitatis propriæ,pium ex consideratione diuinæ clementiæ. Nullo alio modo deus citius ad misericordiam flectitur,quàm si animus deprecantis ad eum toto deuotionis affectu conuertatur. Nil ita deum complectitur, quemadmodum purus mentis affectus. Idcirco cum orare volueris , solus solitudinem cordis tui ingredere , & collecto spiritu tuo , integra mente & vacua curis , orationis domum intra, & stans coram deo ante vnum aliquod de altaribus , orationis instantia cœlos penetra,& præsentatus choris cœlestium, in ipsorum præsentia miserias & calamitates quas pateris misẽrandus deplora . Prode tuam necessitatem , posce eorum pietatem , & ego *Luc.11.b*
consido in eo qui dixit , Petite , & accipietis : quoniam si perseueraueris pulsans, non exibis inde vacuus . Sic ora cum ora- E
ueris , quasi sis assumptus & præsentatus ante faciem maiestatis in excelso throno, vbi millia millium ministrant ei, & de- *Dan.7.c.*
cies centena millia assistunt ei. Tunc veraciter oramus , quando aliunde nõ cogitamus . Sine intermissione orare debemus. *1. Thess.5.d*
Nam sicut nullum est momentum quo homo non fruatur aut vtatur dei pietate & misericordia , sic nullum debet esse momentum quo eum præsentem non habeat in memoria. Felix anima , quæ omnes cuagationes mentis in vnum studet colligere,& in illo veræ felicitatis fonte desiderium figere. Quando oramus,spiritum sanctum ad nos vocamus . Oratio cordis est,non labiorum. Neque enim verba deprecantis deus intendit , sed orantis cor aspicit . Vis virtutes tuas angere? Prodere noli . Quod manifestando potes amittere , tacendo custodi. Quibusdam enim concessum est tantum bene agere, & fructũ boni operis non habere , quod ipsi sibi auferunt per studium humanæ iactantiæ.Sicut glacies colore dissoluitur , ita virtus ore laudantis.

Tumultus carnalium cogitationum impedit orantem. Caput XLIX.

Cvm ad cor meum redire volo , desiderium carnalium turbæ , tumultúsque vitiorum tentationibus suis cogitationem meam dissipant,& intẽtionem cordis in oratione perturbant . Et dum conuerti ad deum post perpetrata vitia studeo,& contra hæc eadem vitia quæ perpetraui , illum exorare F
conor,occurrunt cordi phantasmata peccatorum quæ feci,& mentis meæ aciem reuerberant, confundunt animum , & deprecationis meæ vocem premunt . Ita mala quæ feci , cogitationi meæ suis imaginibus impressa , in ipsa mea oratione me conturbant.Cæterum quãto grauiore tumultu cogitationum carnalium premor,tanto ardentius orationi insistere debeo. Et quantum peccatorum meorum phantasmata in oratione plerunque patior : tantum necesse est vt intentio cordis mei quo durius repellitur , tanto valentius insistat orationi , quatenus cogitationis illicitæ tumultum superet , atque ad pias aures domini nimietate suæ importunitatis tandiu irrumpat, donec cogitationes malas manu sancti desiderij ab oculis cordis abigat.Hæc est vera tranquillitas , cum tota mens in seipsa colligitur,& in vno æternitatis desiderio immobiliter figitur. Debet proinde fluctuationem cordis restringere , & ad vnius vẽri gaudij desiderium , cogitationum & affectionum motus colligere.

De vitiis linguæ. Caput L.

Mvltvm loqui stultitia est , quoniam in multiloquio peccatum deesse nõ potest.Lingua dicitur,quia lingit. Lingit adulando , mordet detrahendo , occidit mentiendo . Ligat , & ligari non potest : labilis est , & teneri nõ potest , sed *Prou. 10.c*
K

Universidad de Deusto
Biblioteca

G labitur & fallitur. Labitur vt anguilla, penetrat vt ſagitta: tollit amicos, multiplicat inimicos: mouet rixas, ſeminat diſcordias. Vno ictu multos percutit & interficit. Blanda eſt & ſubdola, lata & parata ad exhaurienda bona, & miſcenda mala. Qui cuſtodit linguam ſuam, cuſtodit animam ſuam: quoniam mors & vita in poteſtate linguæ eſt. Qui linguam ſuam & ventrem cuſtodire non poteſt, monachus non eſt. Cuius peccatum quiſque ſequitur, neceſſe eſt vt eius pœnam ſequatur. Vniuſcuiuſque caſus tanto maioris eſt criminis, quanto priuſquam caderet, maioris erat virtutis. Per quæ peccaſti, per hæc & torqueberis. Secutus es carnem: flagellaberis in carne. Crimen non eſt in rebus, ſed in vſu agentis. Sæpe prolixa lectio, longitudinis cauſa memoriam legentis obliterat. *ibid. 21. d*

De cantu & iuramento, & quare deus non ſemper exaudiuit petitionem orantis.
Caput LI.

SVnt quidam voce diſſoluti, qui vocis ſuæ modulatione gloriantur: nec tantùm gaudent de dono gratiæ, ſed etiam alios ſpernunt. Tumentes elatione, aliud cantant quàm libri habeant. tanta eſt leuitas vocis, forſitan & mentis. Cantant vt placeant populo magis quàm deo. Si ſic cantas vt ab aliis laudem quæras, vocem tuam vendis, & facis eam non tuam, ſed ſuam. Habes in poteſtate vocem tuam, habeto & animum. H Frangis vocem, frange & voluntatem. Seruas conſonantiam vocum, ſerua & concordiã morũ: vt per exemplũ concordes proximo, per voluntatem deo, per obedientiã magiſtro. Caue ne ſicut delectaris altitudine vocis, delecteris elatione mentis. Nec diuiti obſunt opes, ſi eis bene vtatur: nec pauperem egeſtas commendabilem facit, ſi inter inopiam ſordes peccati nõ caueat. Quacũque arte verborum quis iuret, deus qui cõſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille cui hoc iuratur, intelligit. qui vero dupliciter iurat, dupliciter reus fit, quia & nomẽ domini in vanum aſſumit, & proximũ dolo capit. Sæpe deus hic punire tolerat, quos ad ſalutem perpetuam parat. Iucunditas cordis eſt vita hominis. Cor prauum dabit triſtitiã. Omnis boni impedimentum eſt triſtitia. Humilitas nec ipſa iraſcitur, nec alios iraſci permittit. Humilitas eſt, ſi, quando peccauerit in te frater tuus, antequam illum peccaſſe pœniteat, dimiſeris illi. Vnuſquiſque talem indulgẽtiam acceptur⁹ eſt à deo, qualem ipſe dederit proximo ſuo in ſe peccanti. Fruſtra deum propitiari ſibi quærit, qui cito placari proximo negligit. In tua infirmitate non te deſpicias, ſed ora deum, & curabit te. Sæpe multos deus non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad ſalutẽ. Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quis valeat poſtulata: hoc eſt, ſi aut mala quiſque committit, aut ſi delinquenti in ſe debita non dimittit.

I

De vera confeſſione, & vera pœnitentia.
Caput LII.

VEra confeſſio & vera pœnitentia eſt, quando ſic pœniteт hominem peccaſſe, vt crimen non repetat. Nihil peius eſt quàm culpam cognoſcere, nec deflere. Si videris aliquando perſecutorem tuum nimis ſæuientem, ſcito quia ab aſcenſore ſuo dæmone perurgetur. Omnis homo qui alium in corpore perſequitur, prius ipſe in corde perſecutionem ſuſtinere cognoſcitur.

De perfectione humilitatis.
Caput LIII.

SVper tria firma ſedet humilitatis perfectio, vt attendat homo quid fuit ante ortum, quid eſt ab ortu vſque ad occaſum, quid erit poſt hanc vitam. Vnde enim ſuperbiat homo rememorans quòd fuit vile ſemen, & ſanguis coagulatus in vtero, poſtmodum in deſerto huius vitæ miſeriis expoſitus & peccato, tandem cinis, & eſca vermium futurus in tumulo? Vnde ſuperbit homo, cuius conceptio culpa, Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori, quando, vel quomodo vel vbi, neſcire?

De cordis inſtabilitate.
Caput LIIII.

SOlus ſolitudinem cordis mei ingrediar, & cum corde meo Spauliſper confabulabor, ab ipſo quærens de ipſo & de his quæ circa ipſum ſunt. Cor meum, cor prauum vanum & K vagum, omni volubilitate volubilius, de vno in aliud vago inceſſu tranſit, quærens requiem vbi non eſt. In omnibus enim quæ videntur, requiem quæſiui, & veram requiem in eis inuenire non potui. Deinde rediens ad me, conſiſtere in meipſo nõ poſſum, quoniam mens mea valde leuis, multúmque inſtabilis, vaga & profuga, vbique ſe variat, vndique fluctuat: quia vult & non vult, pigra: conſilia mutat, voluntates alternat, ſimilis folio quod à vento mouetur & circunfertur. Inde eſt quòd cogitationes meæ vanæ & importunæ me trahunt & ducunt modo ad forum, modo ad litigia altercantium, nunc ad conuiuia pinguium, nunc ad immunda libidinum. Modo ſordida titillatione caro inflammatur, nunc vero fœda cogitatione animus ſordidatur: & cum confuſionis meę caliginem declinare volo, non valeo. Sic dum me diligenter inſpicio, tolerare meipſum non poſſum. Non eſt enim hora diei, nec momentum temporis, quo creatorem meum in aliquo non offendam, & imaginem ſuam in me aliquo modo non obfuſcem. Vitam meam cum diligenter exploro, quotidiana confeſſione confiteri non poſſum peſſima vitiorũ germina, quæ in me quotidie repullulant. Ecce audiſti pater abominationes meas malas & peſſimas, & adhuc ſcias multo peiora & iniquiora in angulis cordis mei latêre, quæ ad lucẽ veræ confeſſionis venire erubeſco. Veruntamen ſi dei conſi- L lium habes conſule quid agendum ſit.

Reſponſio ad remedium inſtabilitatis inquietæ mentis.
Caput LV.

CVm per prauas ineptáſque cogitationes vaga mente diſcurris, deceptoriis ſpiritibus tentandi aditum in te aperis, & ita te à deo ſeparas, quoniam peruerſæ cogitationes ſeparant à deo, & ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Mens vero inſtabilis & inquieta dum ſemper nititur apprehendere quod appetit: deſideriis ſuis circumagitata nunquam requieſcit. Idcirco in vno æternitatis deſiderio immobiliter debet figi. Peccata autem tua confiteri non erubeſcas: quoniã omnia in confeſſione lauantur: & nullum peccatum dimittitur, niſi prius cõfiteatur. Proſequere igitur & ſi ad perfectam ſanitatem peruenire deſideras, quicquid conſcientiæ ſtomachum grauat, totum vomitu puræ confeſſionis euomere non differas. Virus enim vitiorum niſi feſtinanter eiiciatur, prius interiora corrumpit: deinde ad exteriora ebulliens, totũ corpus occupat & maculat. *ſup. 2. a*

Cogitationes & affectiones & in vnum conueniunt, vt mentem decipiant. Caput LVI.

QVoniam Ægyptium tuum non abominaris, ſed foues & M inſtruis, manifeſtabo tibi non ſolum peccata actionum, verùm etiam cogitationum. Audi ergo miſeriam meam. Sæpe veniunt ad mentem meam cogitationes innumeræ, & ſurgunt affectiones multæ, & ſollicitant me de cura corporis, & ſuggerunt multa de vſibus neceſſitatis. Conueniunt ibi ad conſulendum, veracirer autem ad decipiendum, & congregantur conſiliarij multi, & conſiliatores vani, imò deceptores veri. Congregantur autem quaſi in conſiliũ vnum, & quaſi ad quærendum conſilium bonum, & dantur in commune conſilia multa, ſed inutilia & vana: quia conſilium vanitatis eſt, & totum eorum conſilium de vanitate eſt, ſuadent mihi ſanguinem minuere, vt poſſim pauſare, & lautiores cibos ſumere: remanere de vigiliis, vt ſatis poſſim dormire. Conſulunt corpus recreare ne deficiat, carnem fouere ne tabeſcat, abſtinentiam aliquantulum releuare, quieti parumper indulgere: & in hunc modum agitatur ſic cura corporis, cura ſuperflua, & de vanitate ventilatur quæſtio vana, & ſuper huiuſmodi inutili negocio conſumitur ſæpe hora vna.

Hic oſtenditur cogitationibus & affectionibus malis eſſe reſiſtendum. Caput LVII.

QVi carnis ſuæ deſideriis non reſiſtit, & motus cordis ſui cuſtodire negligit: ira tandem praua conſuetudine illigatur, vt poſtmodum etiam volens ei reſiſtere non poſſit.

Propterea,

A Propterea quotiens huiuſmodi cõſiliarios improbos & iniquos in vnum conuenire ſentis: non eis conſentias, ſed illico excute te nunc ad orationem, modo ad operationem, ſæpe autem ad meditationem: nec prius ceſſes, donec illi euaneſcant. Intuere qnomodo Chriſtus ſtetit in cruce: conſidera quomodo morieris, vel vbi, vel quando. ſtatue te ante terrificum tribunal tremendi iudicis: deſcẽde vſque ad infernum inferiorem, & ibi cerne quomodo pro peccatis ſuis animæ puniuntur. Talis etenim cogitatio probatiſſimũ remedium eſt contra turpes cogitationes.

Voluptates ſiue conſolationes ſunt animæ deſolationes.
Caput LVIII.

QVoniam verba delictorum meorum audire non dediгnaris, ſed patienter auſcultas, fateri oportet quod adhuc fatendum eſt. Cum ſupradictis cõſiliariis iniquis, & iniqua conſulentibus acquieſco, & eorum conſilia libenter recipio: adſunt ſubitò cogitationes prauæ, adſurgunt affectiones peruerſæ, multum ſolicitæ, ſed parum diſcretę, quomodo carnem meam delicatiſſimè foueam: quæ quantumcunque ſuauiſſimè nutriatur, ſemper caro eſt. Offerunt mihi infirmatorium: ſed quoniam turpe eſt in illo diu permanere, equitandi occaſionem quærunt & inueniunt. Nec mora, equi parantur, cadi implentur, hoſpitia eliguntur, & quæ ſunt neB ceſſaria in via, ligantur & parantur. Vocor, & vocatus venio. Iniungitur mihi obedientia illa: ego verò metuens ex meo deſiderio vileſcere, recuſo ore, quod corde deſidero: acquieſco tanquã coactus, & ideo lætus aſcẽdo, & iter arripio. Proh dolor religio relinquitur, & ſilentium rumpitur, hinc inde volãt verba vana & inutilia, forſitan & detractoria. Sic confabulando ſæpe cõſumitur dies integra. Venio ad hoſpitium, aſſideo ad menſam, apponitur panis albus & vinũ bonũ, piſcis & caſeus, ova, &c. Interea recurrit animus meus ad fratres qui ſunt in conuentu, & graue eſt mihi vt diſſimiliter ab eis reſiciar, & epuler ſplendidè, illis aridè reficientibus: & remordet me conſcientia mea ſi pro faba piſcẽ, ſi pro cepe ſeu milio caſeum, ſi pro mica gaſtellũ ad refectionem ſumã, ſi vinũ bibam, & fratres aquam. Gula vero expectationis impatiens, inuitat & inſtigat vt comedam & bibã. Dicit enim: Non debes eſſe moleſtus ei qui te charitatiue ſuſcepit, ſed ad nutum illius te per omnia debes habere, & monitis illius libenter obedire, & impenſa beneficia cum gratiarum actione percipere, quoniam nihil reſpuẽdum eſt quod cum charitate offertur. Charitatis eſt, vt quod ille tibi apponit, cum ipſo pariter de eodem ſumas, ne ſcandalizetur ſi videris te aliud quàm ſe comedere. Ita ergo fac vt conuenit. Communica & participa cum hoſpite, ſicut ſcriptum eſt: Comedentes & bibentes quæ apud illos ſunt. Ego vero his perſuaſionibus victus, communico & participo cum hoſpite pro hoſpite. Et C quoniã de alieno miniſtratur, & non de proprio, incipio mihi eſſe indulgentior, & manu largior. Proſequor cauſam pro qua veni ad menſam. Nã comedo & bibo profusè, ſicut mos eſt, & multiplicãtur fercula & pocula, donec & vẽter grauetur, & cerebrũ turbetur: nec arguitur ſuperfluitas, quam excuſat hoſpitalitas. Sic, ſic mei oblitus, dum gulæ appetitum ſequor, obliuiſci mox incipio quid faciant fratres in refectorio, & cadit à memoria faba, caulis, panis durus, & aquæ potus. Sicut fabula, ſic eſt vita mea. Timeo etiam ne egomet ſic fabulando fabula efficiar, ſi ſine bonis operibus inueniar. Dicito ergo mihi quid debeo facere, & quomodo poſſim gulam continere, ne tam parui budelli ſeruus efficiar. *Luc. 10. b*

De pugno & victoria gulæ contra incautos.
Capitulum LIX.

GVla ſemper eſt in pugna & in culpa. Siue manduces ſiue bibas, adeſt illa recum pugnatura. ſi bene non pugnas, certe vinceris ab illa: quæ cum multis pugnat, & à paucis expugnatur. Tu ergo tanto vehementius illam expugna, quanto manifeſtius illam eſſe expugnandam cognoſcis. Et quoniam ad dei cognitionem peruenire non potes, niſi per cognitionem tui, iterum atque iterũ diſcute teipſum, ſi forte aliquid in te lateat, quod deo diſpliceat. Videre enim deũ non potes, niſi mundo corde: nec fiet cor iucundum, niſi prius fiat mundum ab omni contagione.

De ficta confeſſione. Capitulum LX.

MVlta habeo adhuc tibi dicere, ſed confiteri erubeſco. D Veruntamen quia aliter deum videre non poſſum apetiam tibi cor meum. Fateor quoniam peccata mea recogitare neglexi, & ideo multa obliuioni tradidi. Cognita autem non omnia confeſſus ſum, propter multitudinem. Quæ vero confeſſus ſum, non pure ſum cõfeſſus propter turpitudinem, aut omnino celaui. Quæ autem ſiue bene ſiue male ſum confeſſus, non digne fleui, proprer vetuſtatem, & inueteratam conſuetudinem. Confeſſus ſum cui non debui: & cui confiteri debui, celaui: & quod peius eſt, de confeſſione inanem gloriam quæſiui. Manifeſta vero peccata excuſaui cum de illis conuictus fui, vel (quod deterius eſt) defendi. Culpam meam præ rubore confuſionis palliaui. Sic peccatis peccata ſemper accumulo, & vitam meam quotidie corrigere diſpono, ſemper autem de die in diem differo: & dum hoc in futuro fieri propono, ſit vt illud futurum ſemper ſit futurum, imò fortaſſis nunquam futurum. Domine deus meus, quandiu ponam conſilia in anima mea? Quæ vtilitas in ſanguine *Pſal. 12. a* meo, dum deſcendero in corruptionem? Non eſt vitium cui *Pſal. 29. c* aliquo modo nõ ſeruierim. Omnia enim contendunt de me, cuius potiſſimum videar. Veruntamen ſuper omnia uitia inuidia me perſequitur. Peſtis hæc vbique me torquet. Da ergo conſilium quomodo illam effugere valeam.

De inuidia quæ interdum ſub ſpecie ſanctitatis exercet iniurias ſuas. Capitulum LXI. E

TRiſtius inuidia nihil eſt, quæ protinus ipſum Auctorem torquet diſcruciátque ſuum. Omnino igitur fugienda eſt & execranda: quoniam in illa deus offenditur, proximus læditur, animus affligitur. Inuidia etenim ſemper torquet poſſeſſoris ſui animum, quanuis ſæpe lædere non poſſit ſuum, erga quem ſæuit proximum. Sed cum mala ſit omnis inuidia, peſſima tamen eſt huius mali ſpecies quæ ſub ſpecie ſanctitatis ſuas exercet iniurias. Sæpe enim quando ſæuit in proximum ex vitio iracundiæ, vel veneno inuidiæ, fingit ſibi cogitatio quòd faciat illud zelo iuſtitiæ. Læſus nanque quiliber à proximo ſuo, non iam eum facile reſpicere poteſt ſimplici oculo. Diſplicet ſibi quicquid ab illo fieri conſiderat. Omni fere hora tacita apud ſe cogitatione illũ accuſat. Surgunt cauſæ quotidie innumeræ, quę illum culpabilem oſtendunt: occurrunt rationes multæ, quæ illum reum, illum eſſe puniendum conuincunt. Creſcit autẽ ſæpe eo vſque malum, vt apud deum eſſe credat ſe reum, niſi illũ ſeuerius corripiat, & de ſua peruerſitate redarguat. Loquitur enim apud ſe huiuſmodi maligna cogitatio: Vſquequo illum talem tolero? Conſentire ei comprobor, ſi eum non corripio: conſentiens autem deum offendo, corripiam ergo eum, ne deum offendam, nihil enim pro mea, ſed pro dei iniuria vlciſcẽda totum facio: imò ſic illum ſibi reſtituam. Proximum enim corripere, & eum caſtigare, hoc nõ eſt proximo nocere, ſed prodeſſe velle. Sic ſæpe apud ſe loquitur maligna cogitatio: excæcauit F enim eam malitia ſua. Et putat odium ſuum amorem eſſe, & iniuria ſua iuſtitiam exercere. Conueniunt itaque vndique huiuſmodi malignæ cogitationes ad mẽtem, & fingunt ſe ad obſequium dei conuenire, non autem ſuum odium exercere velle. Conſidera ergo adhuc frequenter, cogita vehementer, inueſtiga diligenter cõſcientiam tuam, vt ſcias quid corrigere, ſeu etiam vnde debeas gratias agere. Valde enim vrile & perneceſſarium eſt, vt ſcias quid deſit tibi, quid vis, quid cupis, quid habere optas.

De multiplici vaga & varia cogitatione mentis, & cordis velocitate & alienatione. Capitulum LXII.

FAcilius atomos mundi poſſem dinumerare, quàm motus cordis mei. Velocitas animalium & volatilium meis motibus æquiparari non poteſt. Cogitationes meas non eſt qui poſſit comprehendere. Deſideriorum meorum non eſt modus. Nunc illa, nunc iſta cogito & deſidero, nec iſta, nec illa habere poſſum. Dum corpore vaco, cogitationibus per diuerſa loca vagor. Nulla hora, nullo temporis momento quieſco, ſed in momento, in ictu oculi per multa ſpacia locorum diſcurrens, nouas creaturas creo, & iterum eaſdem eadem facilitate deleo, vel alio atque alio modo multipliciter vario: illud vel illud habere deſidero: talis vel talis eſſe cupio;

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quasi deus illud dare, vel talem me facere nescierit, aut non potuerit.

Quæ cogitanda sint, vt cor ab illicita cogitatione remoueatur. Capitulum LXIII.

OCustos cordis, quàm modicum & cupidum cor habes! paruum est, & magna cupit. Vix ad vnius milui refectionem sufficere posset, & totus mundus ei non sufficit. Solo corde per totum mundum vago motu discurris. Sine pedibus curris, sine manibus operaris: alas non habes, & volare non cessas. Diuitias quotidie congregas, & satiari non potes: epulas ad refectionem paras, & inde nó comedis. hæc & illa cogitas, & falsum est quod cogitas. Audi quomodo, vt de cætero tibi caueas. Forsitan cogitas modo de sole, vel de aliquo amico tuo, aut de te ipso. Si vnus est sol, falsus est iste quem tu cogitans fingis: quoniam ille certis locis & temporibus cursum suum peragit, istum vero constituis vbi vis. Si vnus est ille amicus tuus, falsus est iste quem cogitans fingis: quoniam ille vbi sit, nescis: istum autem vbi vis, fingis. Porro teipsum hoc esse loco sentis, & tamẽ figmento cogitationis vadis vbi vis, & loqueris cum quibus vis, & hoc verum non est, quia modo ibi non es. Quoniam ergo falsa sunt hæc, noli amodo talia cogitare, sed iacta cogitatum tuum in domino, qui te fecit & refecit, elegit & vocauit, iudicabit & saluabit.

H O quanti hac hora cum eo loquuntur, eúmque in semetipsis amplexãtur! tu vero in his delectaris quæ pereũt & transeũt, & tecum manere nõ possunt. Considera quàm multi modo moriuntur: quibus si hęc hora ad agendũ pœnitentiam concederetur, quæ tibi cõcessa est, quomodo per altaria, & quã festinanter currerent, & ibi flexis genibus, vel certe toto corpore in terrã prostrato, tandiu suspirarent, plorarent, & orarent, donec plenissimam peccatorum veniam à deo cõsequi mererentur? Tu vero comedendo, bibendo, iocando, & ridẽdo, tempus ociose videndo perdis, quod tibi indulserat deus ad acquirendam gratiam, & ad promerendam gloriam. Cogita etiam quot animæ in inferno nunc cruciantur sine spe veniæ & misericordiæ. Si amor dei te tenere non potest, saltem teneat & terreat timor iudicij, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis corrodens, sulfur fœtens, flamma tartarea, & omnia mala. Discute adhuc teipsum, vt scias quid desit tibi: ne in illa vltima discussione coram omnibus confundaris, si inuenta fuerit in te iniquitas.

De multiplici volubilitate cogitationum. Capitulum LXIIII.

DIgne pensare & sufficienter æstimare non valeo quæ sit illa tam multiplex cognitationum mearum volubilitas, & tam inquieta & infatigabilis velocitas quæ per tam multa, tam varia, tã infinita discurrere me facit. Nulla enim hora, & nullo temporis momẽto quiescere possum, sed per I infinita spacia locorum, & volumina temporum mira festinatione pertrahisco. Vndique patet mihi facilis transitus: agilis discursus: de summis ad ima, & de imis ad summa: de primis ad nouissima, de nouissimis ad prima. Digne explicare non possum, quot alternationis modos momẽtaneis permutationibus induo, & quàm multiformiter me alternantium vicissitudinum motibus variare consueui, & quibus perturbationibus quotidie afficior. Modo me in fiduciã erigo: modo in diffidentiam cado. Nunc per constantiam figor: nunc subitaneo terrore concutior. Modo me turbat ira: modo ingens furor exagitat. Nec illud adeo mirum, quòd variis qualitatibus diuersisque perturbationibus per singula momẽta afficior: sed illud supra modum stupendũ, quòd sub eodem penè momẽto sępe cõtrariis affectionibus tãgor: nunc odio, nunc amore ducor: modo gaudio, modo mœrore distrahor. Quàm sæpe inter mira gratulationis meæ tripudia superueniens subitóque emergens tristitię causa me vehementer cõcutit ac deiicit, & omnem illam exultantis animi mei solennitatem subito in mœrorem vertit! Sępe diu multúmque delicta, nimio postmodum odio prosequor, & vehementer approbata atque desiderata subitò detestor. Sed quis omnium mearum affectionum qualitates enumeret? quis omnes variationis meæ modos explicare sufficiat? Pene quot sunt diuersitates rerum, tot sunt varietates affectionum mearum.

Quàm bonum sit quòd homo seipsum cognoscat. Capitulum LXV. K

CVm inter omnia animalia humanũ genus tum dignioti fama, tum digniori potentia dignius reperiatur: nulla scientia melior est illa qua cognoscit homo seipsum. Relinque ergo cætera, & teipsum discute: per te curre, & in te consiste. A te incipiat cogitatio tua, & in te finiatur, nec frustra in alia distendaris te neglecto. Præter salutem tuam nihil cogites: quoniam in acquisitione salutis tuæ nemo est tibi germanior, nemo propinquior teipso. Si vero aliquid cogitationi tuæ se offerat quod non quoquomodo ad tuipsius salutem pertineat, illico respue & expue, vt semper te possis inspicere, & de cognitione tui venire ad cognitionem dei. Agnoscere debet homo ad quæ bona sit naturaliter promptior, vel ad quæ mala procliuior: quibus studiis debeat vehementius insistere: contra quę mala debeat instantius vigilare: quibus exercitiis valeat melius promoueri: quibus vitiis valeat facilius corrumpi: quibus culpis subiaceat, vel quibus meritis emineat, & quid pro his pœnę vel præmij expectare debeat: quantum quotidie proficiat, vel deficiat: cum quanta animi industria satagat præterita mala flere, præsentia declinare, futura præuenire: cum quanta animi constantia studeat reparare bona amissa, custodire & multiplicare possessa. O quàm necessaria discussio, & quàm mirãda speculatio: tot animi virtutes, tot eius exercitationes, tot eius studia vel L merita præ oculis habere, & huiuscemodi cõtẽplationi diutius inhærere! Suspende ergo animum tuum ab inferiorum amore: ne forte de sublimibus eiectus, & de loco voluptatis à propria concupiscentia abstractus & illectus, post concupiscentias tuas eat, & vagus fiat & profugus super terrã. Denique si cupis implere dominicum præceptum, omni custodia serua cor tuũ. Nescit enim quid de spiritu angelico, quid de spiritu diuino sentire debeat, qui suum prius non cogitat. Nihil recte existimat, qui seipsum ignorat. Nescit quòd sub pedibus suis omnibus mundana gloria subiaceat, qui conditionis suæ dignitatem non pensat. O custos cordis, si nódum es idoneus intrare ad teipsum, quomodo ad illa rimãda idoneus eris, quę sunt intra vel supra teipsum? Si necdum dignus es intrare tabernaculum primum, qua fróte presumis ingredi tabernaculum secundum, hoc est in sancta sanctorum? Si nondum moliri potes gressus altos, vt cum domino Iesu, vel saltem cum Moyse ascendas in montem excelsum: qua præsumptione paras volare in cœlum? Prius redi ad te, quàm rimari præsumas quæ sunt supra te. Prius sol ortus sui confinia irradiat, quàm ad altiora conscendat. Primum ergo est vt redeas ad te ipsum: intres ad cor tuum: discas æstimare spiritum tuum. Discute quid sis, quid fueris, quid esse debueris, quid esse poteris. quid fueris per naturam, quid modo, sis per culpam, quid esse debueris per industriam, quid adhuc esse M possis per gratiam. Disce ex tuo spiritu cognoscere quid debeas de aliis spiritibus æstimare. Hæc porta, hæc scala, hic introitus, iste ascensus, hac intratur ad intima, hac eleuatur ad summa. Vides quantũ valeat homini plena cognitio sui. Ex hac siquidem proficit ad cognitionem omnium cœlestium, terrestrium, & infernorum.

Priuatus amor aufert verum iudicium, idcirco deo est committendum. Capitulum LXVI

SCire vellem qualis ipse sum, sed vix de meipso vera discernere possum. Amor namque priuatus quem erga me ipsum habeo, aufert mihi verum iudicium de meipso. Idcirco parum mihi credo de meipso, vtpote homini mendaci: timens ne si meipsum iudico, mentiatur iniquitas sibi. iudicet ergo me ille cui omnia nuda sunt & aperta: quem fallere non possum, quia sapientia est: nec effugere, quia vbique est: neque corrumpere, quia iustitia est. Ille veniat ad me, cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum: qui stat ad ostium & pulsat, paratus introire si ei aperuero. Intret ergo & sanctificet sibi sanctuarium, quoniam sanctus est: & domum eius decet sanctitudo. Extirpet vitia, ordinet cogitationes, sanet affectiones, morés componat. Nullus ei in aliquo resistat: vt sit in pace locus eius. Vtinam nullus hominum esset mecum extetius, vt familiarius loqui possem cum eo interius. Ipse enim & secretum quærit, & solitarium locũ diligit.

Fugiam

A Fugiam ergo hominũ solatia & colloquia, vt in secreto cordis mei Deũ habitatorem habere possim. Valde tamen difficile est ab exterioribus ad interiora mentẽ reuocare, & ibi permanere. Nec minus difficile est de visibilibus ad inuisibilia penetrare, & in illis diutius consistere. Dura sunt hæc, & multum laboriosa, sed valde fructuosa. Assuescam igitur sola intima cogitare, sola interiora diligere, & in illis permanere, Psal. 84.b vt possim audire quid loquatur in me dominus deus meus. Ecce adsum piissime domine: tecum sum, intus sum. Quandiu in exterioribus occupatus fui: vocem tuã intra me audire non potui. Nunc autem reuersus ad me, ingressus sum ad te, vt possim te audire, & tibi loqui. Loquere ergo misericordissime, quia audit seruus tuus: loquere, quia paratus sum obedire. Quicquid iusseris, pro posse meo libẽter deuotus implebo. O anima mea, rex angelorum venit ad nos, & hospitatus est nobiscum. Lætemur ergo de tanto hospite nostro corde perfecto. Demus ei gloriam & honorem, quoniam dignatus est visitare seruos suos. Epulemur & iucũdemur cum eo in lætitia & exultatione. Delectemur in eo de eo, & nullus sit ei in aliquo molestus, ne in ira recedat à nobis, & inducat super nos maledictionem pro benedictione. Exhibeamus ei omne seruitium charitatis, rogãtes & deprecãtes vt nobiscũ manere dignetur. Si vero nó possumus persoluere ei totum quod debemus: saltẽ nosmetipsos humiliter ei subdamus ad B omnem voluntatem eius. Sit hæc dies solennis, in qua saluatorem nostro in hospitio nostro læti susc epimus. Nullum membrum, Nullum officiũ ab hoc gaudio excludatur. Conueniãt ergo in vnum omnes cogitationes & affectiones, diẽ festum celebrãtes in omni puritate & sanctitate. Nulla se aliena cogitatio interserat, quę huius solennitatis gaudia perturbet. Psal. 24. e O culi mei semper ad dominum, per quem sum, viuo, & sapio: nec cessent lachrymis pedes eius rigare. Audiant & intelligant aures quid in nobis ei displiceat, vel quid ei placeat, quid damnet, vel quid approbet. Delectetur odoratus illo suauissimo odore dulcedinis eius. Odor eius, odor vitæ æternæ, odor totius suauitatis & iucunditatis. Repleatur os Psal. 70. b meum laude, vt cantem gloriam tuam altissime domine. Sit Psal. 18. d meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, vt te possim videre per fidem & contemplationem, donec merear videre facie ad faciem. Clementissime pater, nihil in nobis cesset à laude tua: Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra Psa. 102. a me sunt, nomini sancto eius. Benedic, & dic: Gloria, laus & honor tibi sit rex Christe redemptor.

Hic probatur anima esse deo similis, & ideo magis illi obligata. Capitulum LXVII.

OAnima mea, si vis amari à deo, reforma in te imaginem suam, & amabit te: repara in te similitudinem suam, & C desiderabit te. Consilio nanque sanctæ trinitatis ad imaginem & similitudinem suam creauit te creator tuus: quod nulli alteri ex creaturis donauit, vt tanto eũ ardentius diligeres, quanto mirabilius ab eo te conditam intelligeres. Cõsidera ergo nobilitatem tuam: quoniam sicut deus vbique est totus. omnia viuificans, omnia mouens & gubernans, ita tu in corpore tuo vbique tota es, illud viuificans, mouens, & gubernans. Et sicut deus est, viuit, & sapit: ita tu secundũ modum tuum es, viuis, & sapis. Et sicut in deo tres sunt personę, pater, & filius, & spiritus sanctus: sic & tu habes tres vires, scilicet intellectum, memoriam, & voluntatem. Et sicut ex patre generatur filius, & ex vtroque procedit spiritus sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut deus est pater, deus est filius, deus est spiritus sanctus: nó tamen tres dij, sed vnus deus, & tres personæ: ita anima est intellectus, animo volũtas, anima memoria: non tamen tres animæ, sed vna anima, & tres vires. Ex quibus animæ viribus quasi excellentioribus iubemur deum diligere, vt diligamus eum toto corde, tota anima, tota mẽte: id est toto intellectu, tota volũtate, & tota memoria, hoc est toto affectu, sine defectu, cũ discretionis intuitu. Nec solus sufficit de deo intellectus ad beatitudinẽ, nisi sit in amore eius volũtas. Imò hæc duo non sufficiũt, nisi memoria addatur, qua semper in mẽte intelligẽtis & volẽtis maneat deus: vt sicut nullum potest esse momentum quo homo non vta- D tur vel fruatur dei bonitate vel misericordia, ita nullum sit momentum quo eum præsentem non habeat in memoria.

Hic probatur anima esse tantæ dignitatis, vt habilis & idonea sit esse pater & mater Christi. Caput. LXVIII.

INtellige dignitatem tuam nobilis creatura: quoniam non solùm insignita es dei imagine, verumetiam decorata similitudine. Sicut enim creator tuus qui te ad similitudinem suã creauit, est charitas, bonus & iustus, suauis & mitis, patiens & misericors, & cætera insignia quæ de eo leguntur: ita tu creata es vt charitatem haberes, & esses munda & sancta, pulchra & decora, mitis & humilis. Quas virtutes quanto plus in te habebis: tanto propinquior deo eris, & maiorem tui conditoris geres similitudinem. Quid maius his tibi facere potuit quàm vt ad similitudinem suam te conderet factor tuus: & eisdem virtutum vestimentis te ornaret, quibus ipse ornatus est? Attende igitur diligenter primæ conditionis tuæ excellentiam, & venerandam sanctæ trinitatis imaginem in te ipsa agnosce: honorémque similitudinis diuinæ (ad quam creata es) habere stude nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate præmiorum: vt quando apparebit qualis sit, tunc similis ei apparere possis. Similis enim similem quærit: & qualem te paraueris deo, talis necesse est appareat tibi deus. Si ergo naturalem pulchritudinem tuam in te reparaueris, concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est deus tuus: ipse amicus & Psal. 44. c sponsus: frater & filius. Ipse enim dixit: Quicunque fecerit E voluntatem patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater & so- Matt. 12. d ror & mater est. Audi quomodo: Virtus & sapientia patris, filius est patris. Verbum patris, voluntas est patris. Voluntas hominis nihil aliud est quàm quædam proles mentis. Si igitur eadem est voluntas tua, & voluntas patris: idem est filius tuus, & filius patris. Veritas, sapientia, voluntas corde concipitur, & ex corde generatur. Si igitur idem vis & idem sapis quod pater, tu eundem filium habes quem & pater. In te est vtrum sis pater aut mater, an potius vtrũque pater & mater, non tuo merito, sed dei dono. Potes nanque eum gignere in corde tuo, & in corde alieno. Potes eum concipere a corde tuo, & ab ore alieno. Intellectu gignitur: cõsensu concipitur: affectu nascitur: effectu nutritur. Quando veritatem intelligis, vel alium intelligere facis, Christum gignis. Nosti voluntatem dei: consenti ei & concepisti. Quando gignis, es pater: quando concipis, es mater. Amando parturis: operando nutris. Sic sic in potestate cuiusque relinquitur vtrumnam tantæ prolis mater efficiatur. Maledicta ergo sterilis quæ nó parit, quę talẽ filium pro voto per dei gratiã habere potuit. Cur non similiter maledictus qui non gignit? nisi quia non æquè in nostra potestate consistit veritatem intelligere, & veritati consentire? Non enim veritatem semper intelligo cum volo: intellectæ autem semper consentio: velle tamẽ non possum, nisi gratia dei fuerit mecũ. Nulla est enim humana industria F sine dei gratia. Ex quo primus homo peccauit, naturæ bonũ perdidimus, pariter & arbitrij vigorem, sed non electionem: ne non esset nostrum vt emendaremus peccatum. In nobis nanque manet ad quærendam salutem arbitrij libertas: id est rationalis voluntas, sed admonente prius deo & inuitante ad salutem, vt vel eligamus vel sequamur. Potestatis nostræ est diuinæ inspirationi acquiescere, & quæ ad salutem nostram pertinent eligere & sequi. Diuini vero muneris est vt possimus adipisci, quod sequendo cupimus consequi. Nostræ potestatis est & ignauiæ, vt labamur: solicitudinis vero nostræ est & cœlestis pariter adiutorij, ne labamur. Felix homo qui sic ambulat sapiẽter, ne cadat: aut si ceciderit, vt statim resurgat. Felicior vero est qui nunquam cecidit. Felicissimus autẽ est, qui iam cum deo regnat.

Hic ostenditur anima sancta semper ad recipiendum in se deum esse parata. Capitulum LXIX.

FElix homo est, cui præsto est cum voluerit habere filium deum. O quanta est dignitas hominis, filium habere deum: & quanta est humilitas omnipotentis, habere hominem patrem: & quanta est nobilitas animæ, Christum Iesum habere sponsum? Sancta ergo anima, & veri sponsi amica, ad dilecti sui aduentum summo cum desiderio semper debet inhiare, & parata atque expedita esse, vt pulsantem amicum absque vlla dilationis iniuria possit suscipere, & vo-

G canti cum omni alacritate occurrere: ne subito & inopinatè adueniens, minus promptam & minus ornatam inueniat: vel diu exclusus, diutinæ præstolationis vllam molestiam sustineat. Aliud est autem cum ipso intrare, atque aliud est ad ipsum exire. Ibi anima ad seipsam reuertitur, & cum dilecto suo vsque ad intima cordis sui penetralia ingreditur: hic extra semetipsam ducitur, & ad sublimia contemplanda subleuatur. Quid nāque est eius introire, nisi se totam in semetipsam colligere? Quid vero est eius exire, nisi seipsam extra semetipsam totam effundere? Nihil itaque aliud est animam cum dilecto suo in cubiculum ingredi, & solā cum solo morari, dulcedinéque eius perfrui, nisi exteriorū omnium obliuisci, & in eius dilectione summè & intimè delectari. Se solā cum dilecto videt, quando exteriorum omnium oblita, ex propria considératione in dilecti sui dilectionem desiderium suū perurget, & ex his quæ in intimis suis cōsiderat, animum suū in eiusmodi affectū inflāmat: & tam ex bonorū quàm ex malorum suorum considératione in gratiarum actionem assurgit, & hinc pro impensa gratia, hinc pro indulta venia, intimæ deuotionis victimas persoluit. Vsque in intimum dilectus perducitur, & in optimo collocatur, quando ex intimo cordis affectu & super omnia diligitur. Cogita quid sit quod in vita tua ardentius dilexisti, anxius concupisti, quod te iucundius afficiebat, cæteríque omnibus profundius delectabat. Considera ergo si eandem affectionis violentiam, delectationísque abundantiam sentis quando in summi dilectoris desiderium inardescis, quando in eius dilectione requiescis. Cui dubium sit quod intimum illum affectionis tuæ sinum necdum teneat, si intimę dilectionis aculeus animā tuā in diuinis affectibus minus penetrat, tepidius exagitat, quàm in alienis affectionibus aliquando penetrare vel exagitare solebat? Sed si tantā prorsus vel forte validiorē dilectionis vèl delectationis violentiam in intimis tuis circa diuina perspexeris, quantam aliàs nunquam expertus fueris, vide adhuc si forte aliud aliquid sit in quo delectari vel consolari possis. Certe quādiu possum ex aliena qualicunque re consolationem vel iucunditatem concipere, nondū audeo dicere dilectum nostrum intimū ardētissimi amoris sinum tenere. Satage ergo, festina trahere eū adhuc ad interiora & secretiora cordis tui penetralia, quæcunque es eiusmodi anima. Quis enim neget illud intimū cordis humani penetrale tales recessus habere, seu etiam obtinere posse, in quibus summi & singularis amoris violentia cum aliquid per affectum infixerit, aliena omnino delectatione auelli non possit? certè si alienam aliquam consolationem quæris vel recipis, deum tuū quanuis fortasse summe, nondū tamen singulariter diligis. Nondū ergo in intimū perducitur, nondū in intimo collocatur. Si ergo non satagis introducere eum ad intima tua, I quomodo te credā velle vel posse sequi eum ad sublimia sua? Certum ergo signū tibi sit quæcunque es anima, quòd dilectum tuum minus diligis, vel ab illo minus diligeris, si ad theoricos illos excessus nondum vocaris, vel vocantem sequi nondū merueris. Quomodo enim perfectè diligis vel diligeris, si in summorum desiderio ad superna non raperis, & ad theoricos & anagogicos illos conatus mentis alienatione non transis? Vis nosse quia sublimitas diuinarum reuelationū sit manifestum diuinæ dilectionis indicium? Iam nō dicam, inquit, vos seruos, sed amicos: quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Satage ergo deum tuum intime & summe diligere: & omni hora in diuinæ contemplationis gaudium summo cum desiderio anhelare. Collige teipsam ad temetipsam, & in solo diuinitatis desiderio requiesce.

Ioan. 15. b

Anima præcipitur erigere se ad sublimia contemplanda.
Capitulum LXX.

Debet nanque anima perfecta, & assidue summorum cōtemplationi dedita, omni hora peregrinationis suæ terminum, & ergastuli huius egressum, cum summo desiderio expectare, & ad illud diuinæ contemplationis spectaculum quod in futura vita speramus, animum suum suspendere, & in eiusmodi expectatione vehemēti desiderio anhelare, vt quod interim videt per speculū & in ænigmate, mereatur videre facie ad faciem. Necesse est itaque ad cor altū ascendere, & mentis excessu per diuinam relationem addiscere quid sit illud ad quod aspirare vel studere oporteat, & K ad qualem sublimitatis habitū animum suum cōponere, & assuescere debeat. Nam si semel ad illam luciferam angelicæ sublimitatis gloriā quis admissus fuerit: & ad illud diuinorū radiorum spectaculum intrare meruerit: quàm intimis desideriis, quàm profundis suspiriis, quàm inenarrabilibus gemitibus eum qui eiusmodi est, putamus insistere, quàm assidua recordatione, quàm iucūda admiratione inspectā claritatem credimus eum retractare mentéq; reuoluere: illā desiderādo, illā suspirando, illam contemplando, donec tandem aliquando in eādem imaginem transformetur à claritate in claritatem, tāquam à domini spiritu? Veruntamen cū ab illo sublimitatis statu ad nosmetipsos redimus, illa quæ prius supra nosmetipsos vidimus, in ea veritate vel claritate qua prius perspeximus, ad nostram memoriam omnino reuocare non possumus. Et quāuis inde aliquid in memoria teneamus, & quasi per mediū velum, & velut in media nebulę videamus, nec modū quidē videndi, nec qualitatem visionis cōprehendere vel recordari sufficimus, & mirū in modum reminiscentes non reminiscimur, & non reminiscentes reminiscimur, dum videntes non petuidemus, & aspicientes non perspicimus, & intendentes non penetramus, donec iterum meditatione assurgamus in contemplationē, cōtemplatione in admiratione, admiratione in mētis alienationē. Veritatis contēplatio in hac vita inchoatur, sed in futura iugi perpetuitate celebratur. Perveritatis cōtemplationē eruditur homo ad iustitiā, consummatur ad gloriā. Gratia contēplationis cor ab omni mundano amore non solum emūdat, sed sanctificat, & animū ad cœlestiū amorē inflāmat. Qui diuina inspiratione & reuelatione ad contēplationis gratiam promouetur, quasdam arras futuræ illius plenitudiuis accipit, vbi sempiternæ contēplationi perpetuo inhærebit. Qui vero contēplationi veritatis vult vacare, necesse est vt discat requiescere non solum ab operibus malis sed etiā à cogitationibus superuacuis. Multi siquidem etsi sciant vacare corpore, minime tamē valent vacare corde, nescientes facere sabbatum ex sabbato, & ideo non valēt implere quod dicitur in psalmo: Vacate & videte quoniā ego sum deus. Vacantes siquidē corpore, sed vagantes vbique corde, nequaquam merentur videre quàm dulcis est dominus, & quàm bonus Israel deus iis qui recto sunt corde. Inde est quòd hostes derident sabbata eorum, id est ipsa suæ vacationis ocia in cogitationes inutiles protrahūt, & per deuia quęq; vago incessu sine respectu peruēnionis passim huc & illuc vagātur. Animus eorum in diuersa rapitur, & nūc in hāc partē, nūc in illā discurrēdo mira agilitate in cōtraria agitur. Sic sic quādiu sub egenis huius mundi elemētis viuimus, desideria nostra vltra gaudia nostra extendimus: quia infinitē plura sunt quę concupiscimus, quàm quę in hac vita apprehēdere possumus. Beata autē illa superM norum spirituum multitudo, desideria sua vltra gaudiorum suorū non extendit plenitudinē, quæ felicitatis suæ infinitatem vel immensitatē comprehendere omnino non sufficit. Est autem eorum gaudium, non solum de contemplatione creatoris, sed etiā de contēplandis eius creaturis. Dum enim deū in omnibus suis operibus mirabilem inueniūt, quid mirum si vbique mirando venerantur, venerando mirātur magnalia eius, quem diligunt? Inueniunt itaque non solum in creaturis incorporeis, sed etiam in creaturis corporeis vnde mirentur, vnde creatorē earum digne venerentur. Hæc omnia iugiter contemplantur, contemplantes mirātur, mirantes lætantur. Lætantur de diuina contemplatione, congratulantur de mutua visione, mirantur in rerum corporalium speculatione. Discamus & nos contemplantes mirari, & mirantes contemplari quomodo illius supernæ beatitudinis ciues omnia quæ sub ipsis sunt indesinenter aspiciūt, omniúmque quę ab alto vident rationem & ordinem cōprehēdunt, quomodo de mutua societate indissolubilique charitate in infinitum gaudeant: quomodo in illam diuinæ claritatis visionē insatiabiliter inardescant. Nihil est iucundius, nihil vtilius gratia contēplationis. Quanto amplius in cœlestium contēplatione delectaris, & delectādo admiraris, tāto libentius immoraris, tanto diligentius perscrutaris, profundiúsq; illuminaris. Sēper in illis inuenies quod mireris, & vnde

1. Cor. 3. d

Psal. 45. v

Psal. 72. d

A de delecteris. Nusquā est copiosior materia admirādi, & nusquam vtilior causa delectandi. In his ergo semper sit tua admiratio & delectatio, nec necesse erit alia pro aliis quærere, & per vanam huc illúcque cogitationum euagationē discurrere. Deum nanque cognoscere, plenitudo est scientiæ. Plenitudo autem huius scientiæ, plenitndo est gloriæ. Consummatio gratiæ, perpetuitas vitæ. Ad huius vero scientię plenitudinem opus est potius intima compunctione, quàm profunda inuestigatione: suspiriis, quàm argumentis: crebris lamentationibus, quàm copiosis argumentationibus: lachrymis, quàm sententiis: oratione, quàm lectione: gratia lachrymarum, quàm scientia literarum: cœlestium potius contemplatione, quàm terrestrium occupatione.

FINIS.

D. BERNARDI ABBATIS de Conscientia. Liber.

B Onscientia in qua perpetuo anima mansura est, ædificanda est, sed prius mundāda. Et quis eam mundabit? Profectò deus & homo: homo per cogitationes & affectiones, Deus per misericordiā & gratiā. Cogitationes & affectiones necessariæ sunt conscientiæ emundandæ, cogitationes inuestigatione veritatis, affectiones exercitatione virtutis. Porro misericordia dei delet peccatum, gratia dat virtutem resistendi peccato, nunc subtrahit peccati occasionem, nunc immiscet amaritudinem, plerunque sanat affectionē: gratia adiuuat ad bonum, defendit contra malum, erudit ad vtrunque discernendum.

Anima dicitur beata firmata in pace.

Beata est anima quæ in pace firmata est. cum exterius bella patitur, pax interius non turbatur. Quæcunque foris molesta perstrepunt, vsque ad silentium internæ quietis irrumpunt, quando gustu internæ dulcedinis tacta, tota est per desiderium intus collecta, nec foris iam emittitur, nec in carnis voluptate dissoluitur: quia totum intus possidet, in quo delectatur atque ista in semetipsa, ista in semetipso. Dum nihil est quod foris appetit, tota per amorem intus requiescit: & cum tota ad internū gaudiū colligitur, ad imaginem dei reformatur, quam in se veneratur. Talem animā frequenter visitāt & honorant sancti angeli & archangeli, vtpote dei templum, & sancti spiritus habitaculū. Esto igitur dei templū, & deus excelsus habitabit in te, anima enim deū C habens in se, templum dei est, & diuina mysteria in ea celebrantur. Porro quæ nō studet in se consistere, nec in amore dei desiderium figere, per oculos & aures aliósque corporis sensus foras egreditur, atque in exterioribus delectatur, sed erit cum inuenerit portas istas clausas, & tunc rediens ad se, & videns se nudam & solam, inæstimabili cōfusione & horrore concutietur: & quia mundi consolationem quæsiuit, illa quæ à deo intus datur conscientia non habebit. Non solum eam deus dedignatur visitare, sed nec ipsa quidem male sibi conscia seipsam poterit tolerare. Requiem in se non poterit habere, quoniam illum dereliquit, in quo habitare & requiescere debuit. Cogita ergo in societate aliorum positus, quia non poteris semper manere cum illis: & interim elige socium, qui cum omnia subtracta fuerint, fidem seruat dilectoribus suis, nec recedit in tempore angustiæ. Omnes igitur cordis distractiones, & mentis fluctuationes in vnum collige, & in solo deo totum desiderium tuum fige, vt tibi sit cor tuum thesaurus tuus desiderabilis, multúmq; amabilis. Ipse frequenter visitat, & libenter inhabitat tranquillitatem cordis, & ocium quietæ mētis, quoniam pax est: & in pace locus eius. Propterea talē te præpara, vt tecū adsit deus, sit in ore, sit in corde, tecum eat, tecum redeat, nec à te recedat. Nisi tu prior eum dimiseris, nunquā te ille dimittet. vbicunque fueris, nunquam solus esse poteris, sed tecum deus erit. Munda igitur conscientiam, & semper esto paratus, vtquacunq; hora venerit, & inhabitare tecum voluerit, paratam sibi in te inueniat mansionem. ipse nanque dixit, Facite mihi sanctuarium, & habitabo in medio vestri. Stu- D deamus ergo templum deo ædificare in nobis: primo quidem vt in singulis nobis dominus, vt in omnibus nobis simul habitet, quia non singulos dedignatur, nec vniuersos. Primò studeat vnusquisque ne dissideat ipse à seipso, quoniam omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus super domum cadet: nec intrabit Christus vbi parietes sunt inclinati, & maceriæ depulsæ. Vult habere anima corpori suo domum integram, & exire per eam necesse est si fuerint in se inuicem membra eius dispersa, videtur igitur & ipsa, si desiderat Christum, per fidem habitare in corde suo, id est in seipsa. Videat & solicite caueat ne à se inuicē membra dissideant, id est ratio, voluntas & memoria. Dignum habitaculum parat deo, cuius nō est ratio decepta, nec volūtas peruersa, nec memoria inquinata. Felix illa anima, quæ ita domum sui cordis & de peccatorum sordibus studet emūdare, & sanctis ac iustis operibus adimplere, vt in ea non solum angelos, verumetiam dominum angelorum habitare delectet. Mundata domo, cunctísq; malis ab ea exclusis, omnibus bonis impleatur: ne sit nobis necesse foras aliquid quærere, qui omnia forinseca relinquimus. Redi igitur ad cor tuum, & diligenter discute teipsum: considera vnde venis, quò tendis, quomodo viuis: quid agis, quid amittis, & quantum quotidie proficis, vel quantū deficis. Quibus cogitationibus ma- E gis incurraris, quibus affectibus frequētius tangeris, vel quibus tentationū machinis à maligno spiritu acrius impugnaris: & cum totum interioris & exterioris hominis statum, habitum in quantum possibile est plenè cognoueris, nō solum qualis sis, verumetiam qualis esse debeas, & cogitatione tui poteris subleuari ad contemplationem dei. Quantum nanq; quotidie in cogitatione tui proficis, tātum ad altiora semper tendis: sed forte iam ascendisti, & ibi stare didicisti, & ita hoc sufficiat tibi. Disce ibi habitare, & mansionem facere, & qualicunque euagatione si abstractus fueris, semper illuc redire festina, absque dubio per multum vsum quandoque vertetur intantum tibi in oblectamentum, vt absque laboris vlla difficultate possis ibi assiduus esse. Quinimo pœna potius tibi sit alibi quàm ibi moram facere. Si ergo persenseris desideria tua circa delectationes exteriores affici, & cogitationes tuas in eis iugiter occupari, cum magna solicitudine compelle illas ad cor tuum intrare, & ibi habitare. Mens enim quæ ad sui considerationem se non subleuat, si per vana desideria peruagatur, & variis cogitationibus huc illúcque distrahitur, nec per seipsam in vnum colligitur quæ nondum nouit ad se ipsam intrare, sed adhuc in imo est: cogitatione & conuersatione non potest ad ea quæ super ipsam sunt, dulcedine contemplationis euolare. Discat ergo dispersiones cordis congregare, studeat cogitationes mentis restringere, & exteriora obliuisci: assuescat in intimis suis F immorari: discat sola bona interiora amare, & illa sola frequentius cogitare, qui ad cœlestium cōtemplationem anhelat, qui in diuinorum lætitia suspirat. Cúmque se diligenter attenderit, & diutius quæsierit, & eum tādem inuenerit qualis sit: restat vt ex diuina reuelatione cognoscat qualis esse debet, & quale mentis ædificium deo præparare, & quibus obsequiis eum placare oporteat. Qui ita euagationes mentis in vnum colligit, & omnes cordis motus in vno æternitatis desiderio figit: profectò iā ad cor suum rediit, iam ibi libēter immoratur, ac mirabiliter delectatur: & cum ipsum præ gaudio capere non possit, supra seipsum ducitur, & per excessum mentis in summa eleuatur. atq; ita per semetipsum per cogitationē sui ascendit ad cogitationem dei, vt discat eum solum indeficiēter cogitare, & in eo delectabiliter requiescere: cum amor Christi totum absorbuit affectum hominis, vt negligens & immemor sui nisi solum Iesum Christum, & ea quæ sunt Iesu Christi sentiat: tūc demum, vt arbitror, perfecta est in eo charitas. Hic itaque sic perfectus est: non est onerosa ei paupertas, iste nō sentit iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortē lucrum deputat, imò nec mori se putat, cum magis de morte ad vitam se transire sciat. Quem sic amor intrinsecus ligat ac tenet, nec ad modicum quid exire exterius valet: sed interius eius desiderio flagrat, tāto amplius quanto familiarius: & eo quàm frequētius. Qui sic in amore dei iugi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ter delectatur, frequenter mentis excessus patitur, frequẽter ab omnibus præsentibus & terrenis raptus coram deo præsentatur: & cum pulchritudinẽ cõsideret & magnitudinem pulchritudinis, attonitus in eius admiratione suspẽditur, miratur regis gloriam, regni magnificentiam, supernæ ciuitatis nobilitatem. Et cum felicitatem contemplatur, gloriæ decorem, dei bonitatem, internæ suauitatis dulcedine, & æternæ quietis tranquillitatem: meditatur patris potentiam, filij sapientiam, spiritus sancti benignitatem, & angelicæ creaturæ beatitudine. Delectatur de deo in deum, dum eius pietatem miratur, & decorem contemplatur. O quàm iucundũ, si nõ esset tam modicum. raptim rapitur, sola cœlestia contemplatur, contemplando iocundatur: sed cum ibi diutius stare conatur subito labitur rediens ad se: nulli potest intimare quod vidit. supra se agitatione suauitatis allectus, gustat dulcedinis suauitatem, & illã cœlestem infusionem lætitię spiritualis intra semetipsum miratur. Reuoluit etiã in corde tacita mẽte incorporeæ lucis claritatẽ, intimæ satietatis saporẽ, & aliud internæ quietis secretũ, & summæ trãquillitatis arcanum. in huius amore contẽplationis dulcis mens delectabiliter afficitur, & mirabiliter delectatur. Volet ergo vt non deficiat, volet donec perueniat ante regẽ glorię, ibique ploret & suspiret, mactẽtq; se in lachrymis, deprecetur veniam, postulet
H gratiam: nec inde recedat, quoadusque dominũ, quem offendit, placatum sentiat, & ab eo consolationem recipiat.

Scientiam multi volunt, sed pauci sapientiam.

MVlti quærunt scientiam, pauci verò conscientiam. Si enim tanto studio & solicitudine quæreretur, quanto quæritur secularis & vana scientia: citius apprehenderetur, & retineretur. Cogitare nanque de conscientia, sensus est consummatus: & qui custodit illam, semper erit securus, salua reuerentia sapientiæ. vtilius est enim currere ad conscientiam quàm ad sapientiam: nisi sapientia sit, quæ ædificet conscientiam. Tunc enim se intelligit anima, tunc illustratur conscientia, tunc impletur cordis scientia, cum in se deum & in deo mutua reuelatione seipsum recipit. imago creata nihil aliud nisi sapientia in anima, nisi gloria in conscientia nisi sanctificatio in arca. O quàm ineffabilis est dei pietas, quæ tantam maiestatem inclinat ad tantam humilitatem. Qui creauit nos, creatur in nobis: & qui potuit, esse nos deum debere patrem vult, & sibi in matrẽ. quicũque, inquit, fecerit voluntatatẽ patris mei, ipse meus frater & soror, & mater est: frater obediendo, pater generando, soror per hereditatis participationem, mater per aliorum institutionem. O infidelis expande sinum, dilata affectus, ne angustieris in visceribus tuis, concipe quod totus mũdus nequiuit apprehendere, donec virgo beata fide illum concepit. fide nanque Christus concipitur, vbi prædicatione nascitur, deuotione
I nutritur, amore tenetur. Sit ergo conscientia plena vt deum conducat ad hospitium: sit solicita erga fidele obsequium, ne tãta maiestas recuset cordis gremium: sit deuota, vt soli deo placeat: soli deo intendat, nec à deo recedat. Talis cõscientia lætificat animã, exhibet deo gratiam, angelis & hominibus reuerentiam, sibi ipsi pacatam & quietam conscientiam.

Duplex est conscientia.

COnscientia est cordis scientia: & dupliciter intelligitur, videlicet alia quæ se nouit per se, alia quę post se, & alia nouit ex se. Cor enim ex se sua & multa alia. Quando nouit se, appellatur conscientia: quando post se alia, nominatur scientia. Conscientia bonus titulus est religionis & benedictionis. Hortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium angelorum, arca fœderis, thesaurus regni, aula dei, habitaculum spiritus sancti, liber signatus & clausus, in die iudicij aperiendus. Nihil est iucundius, nihil est securius bona conscientia. Premat corpus, trahat mũdus, frendeat diabolus, illa erit secura. Secura, cum corpus morietur, secura cum anima coram deo præsentabitur, secura cum vtrunque in die iudicij ante terrificum tribunal iudicis statuetur.

Quod conscientia est bonum testimonium futuræ beatitudinis.

FVturæ beatitudinis non est vtilius remedium, nec certius testimonium, quàm bona conscientia. Mundus enim volubilitate circumrotetur, ploret, rideat, pereat, transeat: nunquam marcescit conscientia. Subiugetur corpus in pœna, iciuniis maceretur, verberibus laceretur, eculeo distendatur, gladio trucidetur, crucis supplicio affligatur: & secura erit conscientia. In speculo conscientiæ status interioris hominis & exterioris cognoscitur. Anima verò non nouit se, quæ sine speculo est. Speculum enim mundum, clarum & purum totius religionis est conscientia. Sicut enim mulier quæ viro siue amico suo placere appetit, contuitu speculi imaginem appositam reddentis, decorem & pulchritudinem faciei suæ componit: sic anima, in quibus ab imagine veritatis discedit, vel in quibus vestigia cicatricis imaginis recipiat, imaginem in conscientia relegit & intelligit. Non immerito conscientiam speculo comparauit: quoniam in ea tanquam speculo rationis oculus tam indecens quàm quod decens in se est claro aspectu apprehendere potest. Bona est conscientia, si habet in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem: pro his nãque merebitur trinitatis visionem. O beata visio, in qua deus sic erit notus atque conspicuus, vt videatur à singulis nobis, in seipso videatur. Videatur in cœlo nouo, videatur in terra noua, atque in omni quæ tunc sit creatura. Bona conscientia est domini vnica, quam excolere debet peccatorum confessio, & corũ satisfactio, exhibitio bonorum operum, & custodia eorum. Vnicuique est liber propria conscientia, & ad hunc librum discutiendum & emendandum omnes alij inuenti sunt. Anima cum de corpore egreditur, nullum alium potest conscientiæ L
suæ librum secum portare, atque in illo cognoscet quò debeat ire, & quid debeat recipere. Ex his quæ scripta erunt in libris iudicabimur: & ideo scribi debent secũdum exemplar libri vitæ, vt si aliter habent, corrigãtur: ne in illa vltima collatione si quippiam aliter inuenti fuerint habentes, abiiciantur. Beatus homo qui se poterit cognoscere & despicere, probare, & improbare. Nam qui sibi displicet, deo placet: & qui sibi vilis est, deo carus est. Multæ sunt conscientiæ hominum, sed nulla melior est illa qua cognoscit homo seipsum. Quamobrem redeam ad cor meum, & ibi stare assuescam, vt tam vitam meam possim discutere, quàm me ipsum cognoscere: & omnes miserias meas coram deo effundam, si forte illa sua magna pietas moueat eum. Confitebor tibi peccata mea, cui omnia nuda sunt, & etiam aperta: quem fallere non possum, quia sapientia es: nũquam effugere, quia vbique es. Audi ergo piissime deus confessionem meam, & respice ad pietatem tuam. Fac mecum secundum misericordiam tuam, audi quàm sæpe de memoria mea te expuli. Turba ruens cogitationum plurimarum, quę velut plebs ad aliquod spectaculum solent influere in cor meum dum orare vel cãtare in monasterio volo: nescio cuiusmodi stulta cogitatio cor meũ rapit & ducit per diuersa loca: cúmque illud ad me reuoco, tenere non possum, sed illud elabitur, & huc atque illuc dirigitur & per innumera effunditur. Idcirco terrenarũ cupiditatum illecebræ & vanitatum effusio ita cor meum occupat, vt quod vitare studeo, hoc cogitem, animóque voluam. Non est in potestate mea cor meum, & cogitationes meæ quæ ex improuiso effusæ mentem meam animúmque confundunt, atque aliò trahunt quàm ego proposueram, ad seculariaque reuocant, mundana inferunt, voluptaria ingerunt. Illecebrosa contexunt: ipsóque in tempore quo leuare mentem meam ad eum paro, inanibus cogitationibus tractus ad terrena plerunque deiicior. Huiusmodi perstrepentiũ cogitationum tumultus à corde quotidie amouere volo, nec valeo: sed visa & audita, dicta, facta ad memoriã reuocantur, & in ea cũ magna importunitate perstrepũt. Cogitata cogito, cogitata recogito, atque iterum iterúmque eadem replicare nõ cesso: & cũ diu multúmq; quicquid potero cogitabo, sine cogitationibus esse nõ possum, sed intrãt & exeunt, atq; alię alias inducũt & excludũt. Hæc intus sustineo, plerunq; tamẽ consentio, cũ per ea quę vidi vel feci, sine vlla vtilitate abs q; omni discretione vaga mente discurro. ita mens semper mobilis, semper vaga & velut ebria per diuersa distrahitur. Grauiter pecco, cum cor meũ derelinquo: quoniã grauis iactura per negligentiã fit. Vim patior, cum me illud deserit. Cõfirma cor meum deus, quoniam cum stare in seipso nititur, à semetipso aliquo modo etiam nescito deriuatur ita peccandi consuetudine. Et cũ nescio, pecco, cor meũ per infinita deducitur,

A citur, & in multa desideria diducitur. In nocte vero cum dormire volo, multarum rerum imagines & phãtasias clausis oculis video, eásq; inuitus tolero: quantóq; ab eis acię mentis auertere nitor, tãto amplius illæ se ingerunt: & modestia turpium cogitationũ cor meum maculant, inde est q̃ sæpe mihi nocuit mortifera delectatio quæ ex recordatione libidinis prouenit. Hæc enim pestis præ cæteris vitiis est mihi familiarior, coq; ad nocẽdum procliuior, & ad repellẽdũ difficilior. Nam cum eã repellere volo, noleti mihi ingeritur blande onerosa, displicendo placens, & placendo displicẽs. Carnis libidinẽ nunquã fugere potui: sed semper me sequitur: & cum aliqua delectatione vel visus intentione me comprehendere potest, non diebus neque noctibus requiescere sinit, subtiliter intrat, & mẽtem occupat: & nisi subito repellatur, allicit & incendit: & quia virus habet, pestilẽtia per totum corpus paulatim se diffundit. Cogitationes prauas, multiplicat, affectiones malas generat, delectatione illicita mẽtem afficit, ad
B consilium prauitatis animum inflectit, omnésq; virtutes corrumpit. Hac peste cum astrictus teneor, diuelli ab ea vix possum: quoniam famulos eius nescio cõfiteri aut erubescо, tam subtiles & turpes sunt. Re vera difficile est libidinis incendia extinguere. Adiuua me domine deus meus, vt huic tã pestifero vitio resistere possim. Scio enim q̃ cum mentẽ meã cogitatione immũda polluero, ei qui munditię auctor est, placere non valeo. Cor mundum crea in me deus, quoniam non solum vna cogitatio illud occupat & turpiter inquinat, verum amarè dissipat. Sæpe nanque aliqua iniuria commotus, meis cogitationibus & tumultibus in corde premor, hinc q; solicitus, & cæcus occasione vindictę, de accepta iniuria tumeo. Consilia multiplico, & nihil aliud nisi iurgia quę adsunt, corde præsagio, præsentem video: absentibus contradico, intra memetipsum cõtumelias profero, & recipio: receptis autem durius respondeo. Cúmque qui obuiet, nullus adsit, rixas in corde propono: insidias inuidentium discurro: & quæcunq; contra me mouere possunt, penso, exquiro quid respõdeam, & cum nuilam rem teneam, litigo vacuus labore: sicq; diem in ocium, noctem verò in cogitationem verto. torpeo ab vtili opere, quoniam fatigor illicita cogitatione, ita mens secum interius pugnat, cum menti homo repugnat. Nonnunquam verò quod egi in corpore, hoc postmodum importuna cogitatione verso in mente: & multoties grauius torqueor in recordatione, quàm prius captus fueram in operis perpetratione. Sæpe enim ea quæ nunquam feci, nec in voluntate habui, ita recogito quasi pœniteat me illa nõ feciſſe. Ab occultis meis mũda me domine: quoniam cum nihil exterius ago,
C ci, ideo temporalium rerum tumultus in corde versare non cesso, cum vaco, operor. In cogitatione enim comedo cum ieiuno: loquor cum taceo: irascor cum sum tranquillus: corpus requiescit, & animus huc illúcque discurrit. Ita vitam istam sine tumultu transire non potui: nec hoc quidem quod laudabiliter vixi, sine reatu aliquo est, si remota pietate discutiatur.

Hic petit homo exui à suis tribulationibus.

DE necessitatibus meis eripe me domine. Crebro nanque dum necessitati studeo, reddere debita voluptatis studio deseruio, sub velamine necessitatis cado in laqueum voluptatis, sæpissime nanque comedi & bibi non ad necessitatem, sed ad voluptatem: & quod necessitati satis erat, voluptati parum erat. Cogitaui etiam de cibo & potu quod non debui, cogitando de his in cogitatione ruminabam. Cum tegendis membris vestimenta quæro, non quæ tegant, sed quæ ornent, sed quæ excolant, expeto: & contra frigoris torporem, non solùm quæ muniant, sed & quę per colorem cordis oculos seducant. Cum pro aliqua necessitate licentiã loquẽdi habui alicui, loquutus sum non solum de necessariis, sed de his quæ ad me non pertinebant, de quibus licentiam non habebam. Inieci me colloquiis aliorum, & ibi loquutus sum nõ ad ædificationẽ, sed ad destructionem: non quod decebat, sed quod libebat. Loquutus sum illa ociosa & vana & risui apta, verbositati deseruiens, detractioni studens, os meum mendacio & detractione inquinaui, & lingua mea omni fallacia plena nocuit mihi pluſquã alia membra. Nam ea quę vidi & audiui, nunquam eo modo quo facta vel dicta sunt possum re- D
ferre, sed alia affirmo pro aliis, & sæpe multa interfero superflua: atque ita vel nimis laudando vel vituperando fere quoties loquor mentior. Guttur insatiabili ardet ingluuie, gula diuersis saporibus satiari nõ potest. Cor prauũ & malitia plenum & dolo per puram confessionem tenere non potui vnquam. Manus ad opus prauũ apertæ fuerunt, & pigræ ad bonum operandum. Stomachus & intestina nimio cibo & potu sæpe sunt distenta: & ideo plena dolore. Nã vnde gula delectatur, vẽter inflatur, corpus infirmatur, & sæpe mors sequitur. Per gulæ delectationem corrui in ventris ingluuiem: & vnde mihi debui parare salutem, paraui nimiam comedendo perniciem. Pedes me velocius portauerũt ad aliquam curiositatem speculãdam, quàm ad ecclesiã. Oculi iniquo intuitu me peruerterunt, omnémque motum mei corporis ad innumera desiderta traxerunt. Aures citius aperui verbis ociosis & vanis, quàm sanctis. Delectatus est odoratus variis odoribus, gustus diuersarum rerum diuersis saporibus, necnon & singuli alij sensus. Ita deus meus in omnibus meis sensibus naturæ modum excessi, omnia mea membra volunt cõiuratione facta cum inimico meo de me dominium ei tradere, cum morte fœdus inire, pactum pangere cum inferno.

Hic petit homo exui ab omni peccato. E

ERipe me domine ab homine malo, à viro iniquo, id est à meipso, à quo recedere non possum, nam quocunque me verto, me sequitur vita mea: & quocunque vadam, conscientia mea me non deserit: sed serpens assistit, & quæcunque facio scribit. Idcirco quanquam humana iudicia subterfugiam, iudicium conscientiæ propriæ fugere non possum: & si hominibus cœlo quod egi, mihi tamen qui noui malum quod gessi, celare nequeo. Proprij reatus conscientia non me requiescere sinit: sed de die in diem torquet, & de die iudicij vehementer terret. Nam in die illa cum dominus ad iudicandũ venerit, vniuscuiusque conscientia ad testimonium adducetur, & aperto libro conscientiæ, omnis culpa ante oculos reducetur: atq; ita cogente conscientia vnusquisque est accusator suus & iudex, propterea modo statuam conscientiã meã ante me, & iudicabo meipsum, vt illud extremum & tremendum dei iudicium euadere possim. Damnat me conscientia mea, quanquam iudicium diuinum me nõdum damnet. Accusat me de homicidio, quod si opere non feci, uoluntate tamen & desiderio peregi. Accusat me de adulterio, & eodem modo respondeo. Accusat me de inuidia, confiteor & ego, q̃ inuidia cor meum sæpissime laniauit, per inuidiam nanque sanctę viuentium, intra me feci inuidẽdo peccata. Nam bona quę ab eis fieri vel dici audiebam, ea omnino non credebam. Ipsas res bene gestas in malum male interpretando conuertebam, omne malum quod de his vel mẽdax fama tractabat, F
statim ac si ego vidissem, credebam. omnia mala in eis æmulus fingebam, & ex profectu eorum deficiebã. Hoc verò odiũ intra me abscondebã, & in meos cruciatus conuertebã. Proficientibus inuidebã, improbos fouebã, de malis eorum gaudebã, & de profectibus lugebã, gratuitis inimicitiis ardebã, & hanc malitiam mei pectoris apprehendi timebam, semper eram auarus, & nunquam certus: & ita amicus erã diaboli, & inimicus dei. Inter amicos discordiã seminaui, discordãtes in dissensione cõfirmaui. Opiniones bonorũ mendaciis dulcoraui: in spiritualibus carnalia laudaui, vt spiritualia bona eisdem persuaderem: amicitias simulans: vt eos qui se incaute mihi cõmittebant, qua possem arte deciperẽ. Odiorum mihi occasionem prauis suspicionibus coaceruaui: & ita dęmones quorum facta sectabar, lætificaui. Multis velut amicus fui in obsequio, hostis in animo, corruptus in verbo, turpis in facto, prodigus, securus sanctarũ monitionum, tenax malarum suspicionum, vtrobique peruersus: & ita persequutus est inimicus animã meam, & humiliauit in terra vitã meam. Piissime domine, vnde possum esse bonus, quando in bono die fui malus? Ego peccabam, & tu dissimulabas. Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, & tu pietatẽ tuam: quia pœnitentiã & indulgẽtiam cogitabas. Da misericordiã mihi miserrimo, qui tandiu pepercisti criminoso. Credo quoniam quicquid mihi donare decreueris, sic est quasi nunquam fuerit. Non solùm inuidia cor meum affligit, verum & vanitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

G circa varias delectationes languentem animum inuoluit. per vanitatem nanque de operibus quorum mihi nó eram conscius, turpiter me iactaui, Gestiebam etiam docere quæ nescieb am: credi de me sublimia volebam. delectabilia grauibus apponebam: execrabar verbo quod animo concupiscebam. appellationes virtutum meis vitiis imponebam, & ita me ipsum flagellabam, & non fauentes mihi despiciebam. In promissione inhonesta fui velox, in exhibitione mendax, à bono mutabilis, mali tenax, lętus ad prospera, fragilis ad aduersa, inflatus ad obsequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, facilis ad humana, difficilis ad honesta, in verbo grauis, in animo turpis, vbique falax. Misericordissime deus ita defecerunt dies mei, in quibus debui deflere commissam iniquitatem, excitare remissam voluntatẽ, adspirare ad promissam felicitatem, preparare ad angelicam societatem, propitiare tuam maiestatem. Tædet me totius vitæ meæ deus meus: quoniam diligenter discussa apparet mihi aut sterilitas, aut peccatum; & si quis fructus in ea videtur, sic est, vt simulatum aut imperfectum, aut aliquo modo corruptum, non possit aut non placere aut displicere tibi. Et cum verè ita res sit, sic est mihi quasi ita non sit, quæ est miseria. Sic comedo, bibo & dormio securus. quasi iam tranH sierim diem mortis, & euaserim diem iudicij, & tormenta inferni. Sic ludo & rideo quasi iam regnem tecum in regno tuo. Idcirco multitudinem iniquitatum mearum expauescens, sed de tua pietate confidens, tibi creatori & redemptori meo confiteor, qui veniam & indulgentiam post reatum per puram & lachrymabilem cõfessionem petenti promisisti. Confiteor quòd in peccatis fui conceptus, & per omne tempus vitæ meæ vsque ad hanc diem in peccatis fui consummatus. Nullum inuenio peccatum, à quo non sim aliquo modo coinquinatus. Per superbiam nanque præcepta tua & seniorum meorum transgressus sum, silentium & taciturnitatẽ sicut regula docet, nó tenui: quod mihi licitum fuit non habui, dedi & recepi. Clamorem pauperum ac miserorum libenter ac misericorditer non audiui, nec eos in suis infirmitatibus visitaui, suadentibus mihi in malum consensi. Facilius multa quàm vnú cogito, facilius quàm mea reprehendo vitia aliorú. Hoc quod in aliis reprehendo, facere nó erubesco. facilius vniuscuiusq; vitia quàm virtutes intẽdo. cum aliorum delicta cerno, mea nõ aspicio. In meis delictis sum clemẽs, in aliis rigorẽ tenere volẽs, ad irrogandas cõtumelias sum validus, ad tolerandas infirmus, ad obediendum piger, ad lasciscendum vero alios importunus. ad ea quæ facere valeo nec debeo, paratº. ita repleta est malis anima mea, I peccatis meis exigentibus. In ecclesia deteriorem me repetio, nunc intus manco nunc foris exeo. tãta est leuitas corporis necnon mentis. aliud canto, aliud cogito. psalmos dico, verba profero, & sensum nõ attendo, sed mente vagus, habitu dissolutus, oculis attonitus huc & illuc proficiscẽs, quæcunq; ibidem geruntur prospicio. Væ mihi, quoniã ibi pecco vbi peccata debeo emendare. Nonnunquã verò in ipsis bonis quæ deo donãte ago, ad deterius appropinquo: quia mẽtis lætitiam pariunt: & quando securitatem gignunt, mens mea secura redditur, & in omni torpore laxatur. Sæpe etiam meipsum & opera quæ feci laudaui, & ab aliis laudari volui. Plerunque laus humana, quam non querebam mihi oblata placuit: & cum ea in ceruicem extollitur, subito multa quæ feceram, ad memoriam veniebant, vt amplius in collatione extolleretur. quod subtiliter replicans, atque in vnum cuncta coaceruans, cœpi magis magisque deceptus intumescere. Nunquam in mei admiratione occupatus desij mihi dans gloriam, & non deo, à quo acceperam. omnium fructuum merita amisi, atque ita didici, quoniam qui me laudabant, aduersum me iurabant. Quanto enim quisq; in semetipso gloriatur, tãto à dei amore diffungitur, ita, deus meus, inferno appropinquauit anima mea, sed vide liberator meus, non habeo vnde tibi repẽdam, quia iustus es. Heu mihi qualiter vixi, quanta mala feci, & dixi: pudet quòd sic vixerim, & quòd natus fuerim, malẽs nõ esse quàm tãlis esse. Bonus enim erã, & malú me feci, vtique qui me sponte feci miserum. Conscientia mea meretur damnationem. Pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem: sed certum est quòd misericordia tua delet omnem offensionẽ K Dele ergo pie domine iniquitatẽ meam multitudine miserationum tuarum. Ego qui vsque ad hanc diem sine causa vixi amodo sine causa viuere non volo. Sed heu miser hoc tam sæpe sic confessus, surgẽs cadens sum defessus, repetẽdo toties, cõfitendo cõscius. multotiens promisi vt emẽdarẽ, & nũquã, tenui, sed semper ad peccatum meum redij, & prioribus sceleribus noua & deteriora coniunxi. Nunquã vt debui, mores in melius mutaui, nec à malefactis recessi: plurimos & me perdens peccare feci, & multis causa mali extiti, & exemplis vitæ meæ multi subuersi sunt. Ecce peccata mea misericordissime deus non abscõdo, sed ostendo, accuso me non excuso quoniam iniquitatẽ meam ego cognosco: nec idcirco iustus, quoniam si alter me accusat, non ego ipsum me accuso, patiẽter sustinere non possem, desperare potuissem propter magna peccata & vitia, culpas & negligentias infinitas, quę egi & quotidie indesinẽter ago corde, ore & opere, & omnibus modis quibus humana fragilitas peccare potest, nisi verbum tuũ confirmaret & habitaret in nobis: sed desperare nõ audeo, quoniam subditus ille tibi tulit chirographum peccatorum meorum, & affigens illud cruci, peccatum crucifixit & mortem. Gratias ago tibi deus meus, quoniã visitasti me, & ostendisti mihi peccata mea. Nunc primúm te inspirante cœpi ad cor meum redire, & me ipsum cognoscere, aduocabo aliquem de amicis tuis, & ei omnia delicta exponã, sicut L mihi præcepisti: vt eius consilio & auxilio posim ab omnibus meis iniquitatibus liberari, & tibi reconciliari.

Rogat vt audiat.

AVdi ergo pater misserrimũ peccatorẽ, audi vocẽ lachrymantis seu pœnitẽtis, attẽde quàm grauiter peccaui, arque etiã dominum offendi creatorẽ meũ. deo iubente ad cor meũ redij, & meipsum & totam vitam meã discussi, tanto diligentius quanto familiarius: vnde vnũ fateor, nihil aliud inueni, nisi locũ erroris & vastę solitudinis, conscientiã videlicet diu neglectã, omnino incultam, spinis & tribulis obsitam & omni errore plenam. nullum enim vitiũ est à quo non traxerim aliquod contagium, turbauit me ira, laceratuit me inuidia, inflammauit me superbia. inde cõtraxi mentis inconstantiã, oris scurrilitatẽ, opprobria proximorũ, sceleta detractionũ, linguę effrenationem. seniorum meorũ imperatanon seruaui, sed iudicaui. de meis negligẽtiis obiurgat, aut rebellis fui, aut murmuraui, præferri melioribus impudẽter affectaui simplicitatem spiritualiũ fratrũ irridẽter exagitaui, meas cõscientias procaciter iactaui, delata obsequia fastidiui, negata quæsiui, iuniores meos elatus despexi. nõ obseruaui in obsequio reuerẽtiã, in sermone modestiã, neq; habui in moribus disciplinã, sed in tẽtatione iactantiã. in humilitate fui fallax, in odio pertinax, subiectionis impatiens, potentiæ execrator, ad opus piger, ad obsequium durus, ad loquendum quæ nesciebam promptus, ad litigandum paratus, fraternæ societati M inhumanus, temerarius in audiẽdo, clamosus in loquẽdo, fastidiosus in audiendo, præsumptuosus in docendo, efferatus deformiter in cachinnãdo, onerosus amicis, infestus quietis, ingratus beneficiis, inflatus obsequiis, imperiosus subiectis. sæpe feciſſe, quæ non feceram, me iactaui, vidisse quod nõ videram, dixisse quod non dixerã, negaui non dixisse quod dixeram, non vidisse & audiuisse quod videram & audiueram & ita ex omni parte sum reus, reus in seculo, reus in clausſtro: sed ibi per ignorantiam, hic verò per negligentiam, & vtraque me terrent. verumtamen multoamplius terret me, quod in monasterio ante conspectum dei deteriorem me inuenio. Colloẽauit me deº in loco voluptatis, in domo vbertatis, in paradiso deliciarũ: ego verò miserabilis, inter mẽsam epulãtium pereo fame, sitio iuxta fontem, algeo ante ignem, & adventrẽ manus extendere nolo, tam piger sum & desidiosus: ita tẽpus amitto quod deus pietate sua mihi indulserat ad agendum pœnitentiã, & obtinendum veniã, ad acquirendum gratiam, ad promerẽdum gloriam. Quasi monstrum ante filios de isto, habitu monachus, nõ cõuersatione. habens enim magnam coronam & amplam cucullã, salutem mihi æstimo, terram arbor sterilis occupo, & velut vile iumentũ plus cõsumo quàm proficio, altiorem locum teneo, & nullum officium suppleo, sed sum sicut truncus sine frondibus & fructibus

A bus, alij me pascunt de laboribus manuum suarum sicut prębendarium suum; ego autẽ tãquam pauper & miser nec clericum gero, nec laicum: cantare nequeo, laborare nescio, sed opprobrium peccatorũ vilius, peius cadauere. Tolerabilius fœtet putridus canis hominibus quàm anima deo peccatrix. Idcirco tædet me viuere, viuere erubesco, quia parum proficio: mori timeo, quia non sum paratus: malo tamen mori, & nomini dei me committere & commendare, quia benignus & misericors est, quàm de mala consuetudine scandalum alicui facere, tota die verecundia mea contra me est, & cõfusio faciei meę cooperuit me. cum video me somnolentum ad vigilias, tardum ad horas canonicas, & pigrum ad opera manuum: alios autem video tam strenue & tam deuote diuinis laudibus inesse, alios reuerenter & alacriter coram deo assistere, & cum laudare, ego autem ad lachrymas nequeo compungi, tanta est duritia cordis mei, cantare non libet nec orare, meditationes sanctas nõ inuenio, tanta sterilitas est animæ meæ & deuotionis inopia quam patior, heu me in circuitu meo omnes visitat dominus, ad me autem nõ appropinquat. Intueor alium abstinentiæ singularis, alium patientiæ admirandæ, alium summæ humilitatis & mansuetudinis, alium B multæ misericordię & pietatis. Illum in contemplatione frequenter excellere, hunc propulsare & penetrare cœlos orationis instantia, alios in aliis præeminere virtutibus, omnes consido & prospicio feruentes, omnes in Christo vnanimes, omnes donis cœlestibus & grãtia affluentes tanquam reuera spirituales quos deus visitat. In me vero nihil eorum inuenio, quoniam deus declinauit in ira à seruo suo: inde est quòd cum alij vigilant, ego dormio: quando alij cantant in monasterio, ego huc illũcque discurro. Quãdo alij in aliquo secreto loco se furantur à colloquiis hominum, vt ibi loquãtur cum rege angelorum, ego quæro colloquia hominum: cum alij vacãt lectionibus, ego fabulis & verbis ociosis: cum alij discurrunt atque diiudicant semetipsos, ego iudico alios: aliis placet communis vita, disciplina communis, & commune studium, & mihi placent anguli & diuerticula: sic ex quo peccare potui, nusquam à peccatis & malis operibus cessaui, peccata peccatis accumulaui, & peccata quæ aliunde implere non potui, malis voluntatibus & malis desideriis nusquam cessaui implere. Super omnia mala, delectatio carnis quæ ab ipsis cunabulis semper mecum creuit, mihi semper affuit, nec adhuc iam præ senectute deficientibus membris me deserit, multis & aliis modis infelicem animam maceratam dissoluit, captiuauit omni virtute destitutam, inanem & debilem reddidit, fateor huius operibus nefariis & immundis recordationibus me sæpe esse pollutum, incensum. Ardores non C modicos & inhonestos patior: & non solum delectationem mearum malas & stultas cogitationes habeo quotidie, quæ mihi nocent: sed & aliorum facta & mihi malefacta variata per recordationes sordidas ad memoriã reducta, cor meum non paruo veneno iniquitatis macularunt. Et in hoc mirabiliter miserabilis sum, quia non tãtum doleo quantum dolendum mihi cognosco, sed sic cæcus torpeo quasi quod patiar ignorem. Hoc verò mihi est omni infelicitate miserius, quòd ita opere peruersus, ore pollutus, corde immundus ad altare accedo, & Christi corpus pertractare manibus meis nõ pertimesco. Accedo elatus ad humilem, iratus ad mitem, crudelis ad misericordem, & tamen patitur humilis elatum, mitis iratum, misericors crudelem, accedo seruus ad dominum nõ amore, sed timore: nõ deuotione, sed vsu, ad dominum accedo cuius percussi seruum: ad patrẽ accedo cuius occidi filiũ, percussi verbo, occidi exemplo: nec timeo dominum, nec reuereor patrem, manens in turba fratrum turbaui aliquos, & ab aliquo turbatus, quando accedo ad pacificum, appropinquo etiam talis ad osculum pacis, qui prius reconciliatus ire debuissem ad osculum turbati fratris, conuincit me reum & dei inimicum mea iniquitas, peccatum meum semper separauit me à deo.

Idcirco obsecro te pater vt me instruas quomodo possim semper stare cum deo meo, aut redire cũ ab eo peccatis meis exigentibus motus fuero.

Non longe es fili à regno dei, notitia nanque peccati; initium est salutis. Confido in domino, quoniam quicquid minus est in te seruoris & boni operis, humilitas supplebit confessionis. Quacunque nanq; hora peccator conuersus fuerit D & ingemuerit, saluus erit: vt quanto quis frequentius quantóq; vehementius de suo reatu interno dolore afficitur: tanto certior tantóque securior de indulgentia veniæ efficiatur, certum est enim quòd deus pœnitentiæ lachrymis afflictum frequenter visitat, libenter confortat quem sua delicta flendo damnare, & damnando flere considerat. Incipit ex tunc quædam familiaritas inter deum & animam, ex eo quòd sentiat ab ipso sæpius visitari, & eius aduentu non tãtum cõsolari, imò aliquotiens quodã ineffabili gaudio repleri, nullà est enim tam grauis culpa, quæ non habeat veniã per puram confessionem, prouocat enim compassionem dei, humilis miseriæ confessio, melius tamen est, vt vites vitium quàm vt emendes: ne forte cum incurreris, reuocare non possis.

Rogat vt audiat.

QVotiens te sentis turpibus cogitationibus pulsari, aut illicita delectatione affici, totiens pone ante mentis oculos, quomodo crucifixus est deus tuus pro te: intuere quomodo à Iuda traditus Iudæis, & quàm viliter pertractatus blasphematur, & colaphizatur, condemnatur, & exprobratur, & flagellatur, ad vltimum verò contumeliis & opprobriis affectus, inter duos latrones suspenditur, clauis confixus, sputis derisus, spinis coronatus, lancea perforatus, E ex omnibus partibus sanguis emanauit, & inclinato capite tradidit spiritum, ita redemptor dominus pro te affligitur, & tu nescio cuiusmodi sordida cogitatione sordescis in mente. Sufficere posset hæc cogitatio ad excludendas cogitationes illicitas, sed ecce alias, considera quomodo morieris, quando aliqua graui infirmitate vexatus, & ad extrema deductus, & ibi ad terram proiectus inter longa suspiria & difficiles singultus, inter diuersos dolores & timores animam expirabis, tunc venit corpus in pallorem & horrorem, in sanies & fœtorem, & erit vermis & cibus vermium: animam vero mox capient & rapient terribiles illic facies, & ex omni parte tenebunt eam dæmones. Cogita quis eam defendet à rugientibus præparatis ad escam, cum teterrima illa monstra dæmoniorum occurrentia cõtra eam videbis: aut quis te ducet per ignotam regionem. Attẽde & quàm cito veniet dies vltima. Subito venit, sed & forsitan hodie est. Iam adest, iamiam præsentaberis ante tremendum iudicem, accusaberis multis & magnis offensis: non vno nec paucis, sed innumeris criminibus, non paruis sed immensis, non dubiis, sed certis, non breui accusatione, sed tam longa quàm longa est tota vita tua: non vna accusatione, sed tot quot sunt delicta tua. Ipse iudex erit accusator tuus: omnes etiam spiritus boni & mali coram deo te accusabunt. Tot iudicibus propriis astabis, quotquot F te præcesserunt in opere bono. Iniquitates tuæ omnibus populis nudabuntur, & cunctis agminibus patebunt vniuersa scelera tua, non solum actuum, verum cogitationum & locutionum. Multa vero tunc venient ex improuiso quasi ex insidiis, quæ modo non vides: & forsitan plura & terribiliora his quæ non vides. Vndique erunt tibi angustiæ, hinc erunt accusantia peccata, tremenda iustitia, subtus patẽs horridum chaos, desuper iratus iudex, intus vermis conscientiæ, foris ardens mundus. Si iustus vix saluabitur, peccator sic deprehensus in quam partem se tuebitur? Latere enim impossibile est, apparere intolerabile. Iudex erit vehementer iratus, & terribiliter districtus: sententia enim simul oblata erit immutabilis, tortores horribiles qui nunquam miserentur, parati erunt vt sententia te condemnet ad tormenta. Timor conturbabit te cum terra aperietur coram te. Tu rues in stagnum sulfuris ardentis & fœtentis, ignis exterius carnem tuã comburet, vermis interius conscientiam corrodet. Ibi eris sine fine veniẽ & misericordię, deũ videre non poteris, & bonis omnibus carebis quæ in potestate habuisti. Si vis cogitationes malas à corde tuo expellere, hęc sępe cogita supra scripta.

Prologus in librum sequentem.

PEtis à me dilecte mi quod supra me est, imò contra me, videlicet lumen scientiæ, conscientię puritatem. In vtroque falleris, sed falli non credis, ita vel dilectione mea tangeris, vel opinione. Ego quid sum, & quid possum? Peccator enim sum, & vltra modum peccans peccator, & ingenij vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guacitas vllum in me non habet locum. Accedit ad hęc negotiorum multiplicitas, quæ quidem in homine ingenioso totius doctrinæ semina vel obruit, vel repellit. Iuxta sapientem enim sapientia scribenda est in tępore ocij: & qui minoratur actu, percipiet illam. Veruntamen etsi non eo quòd amicus es, tamen quia importunus es, surgam iuxta præceptum domini, & dabo non quod tibi necessarium, sed quod mihi ad inuit. Dominus autem tribuat tibi secũdum cor tuum. Ipse est enim qui dat voci suæ vocẽ virtutis: qui in dulcedine sua pauperi parat, qui replet in bonis desiderium tuum.

Liber de conscientia, ad quendam religiosum ordinis Cisterciensis.

Conscientia hominis abyssus multa. Sicut enim profundum abyssi exhauriri non potest, ita cor hominis euacuari non potest à cogitationibus suis. Conscientia hominis est quasi mare magnum & spatiosum, vbi reptilia quorum non est numerus. Quàm benedixit reptilia! Sicut enim reptile latenter repit, & sinuosis anfractibus huc illucque deambulat, ita & in hominis conscientiam venenatæ cogitationes suauiter intrant & exeunt: vt nesciat homo vnde veniant, aut quò vadãt. Bene nouerat hoc qui dicebat: Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis inquit cognoscet illud? Nec dicit quis, pro difficili, sed p impossibili: quia quod scrutationem non recipit, nec cognitionem. Vide illum magnum Apostolum, Paulũ loquor, vnicum scrutatorem conscięti sue: Mihi, ait, pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Ecce quomodo humanum iudiciũ euaserat, nihil dubitans ab his qui foris sunt sed neque, inquit, meipsum iudico. Et vbi est ô Apostole verbum sanctum tuum ipsius dicentis: Si nos ipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur? Quid est quòd teipsum vel nolis vel dissimules iudicare? Audi quare. Nihil, ait, mihi conscius sum. Felix conscientia non sibi in aliquo conscia, quæ nec proprium iudicium nec alienum veretur. Videsne quàm sublimi conuersatione & alienũ & proprium iudicium non timebat? Latet tamen adhuc laqueus & fouea magna, vas electionis: sed quæ vigilatissimũ illum oculum tuum nõ possit effugere. Subiunxit enim: Sed non in hoc iustificatus sum. Et addidit: Qui autẽ iudicat me, dominus est. Hoc autem tertium iudicium dei, quod etiã illa purgatissima non comprehendit conscientia, nesciens iuxta scripturam, vtrum amore an odio digna sit: cum omnia ei in posterum reseruentur incerta. Huius enim iudicij timore cõcussus pariter & percussus gemebat & dicebat: Quod enim operor, non intelligo. Et si enim exij iudicium mundi, iudicium mei, restat tamen iudicium dei: quod me nõ finit intelligere quod operor, quia nescio si acceptet illud quod operor. Ipse enim melius nouit me, quàm ego me, scrutans & renes & corda occultorum cognitor, pertingens vsque ad diuisionẽ animę & spiritus: qui solus nouit omnia, & omnium rationes. O singulare sancti spiritus organum, si non intelligis quod operaris, cur alio loco dicis: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ: tuam gloriam, tuam conscientiam vocans. Sed ex parte intelligit, & ex parte non intelligit: negligit plane, quia & suum & aliorum supergressus est iudicium, sed citra iudicium dei retinetur: vbi proculdubio nescit quid operatur. Non enim per illa duo iustificatur, sed per tertium iustificabitur, quod sicut non est cognoscibile, ita est incomprehensibile. Duorum tamẽ iudiciorum exclusio, id est in præsenti iustificatio, quodammodo certa significatio est ęternæ prædestinationis, in qua nos deus pręuidit conformes fieri imagini filij sui: & futuræ glorificationis, cum nos in ipso erimus, & ipse in nobis, cum ipse erit omnia in omnibus. Propter hoc enim tam secure quàm sincere alibi loquebatur: Certus sum, ait, quia neque mors neque vita, & multa alia, imò pene omnia quæ ibi enumerantur, poterunt me separare à charitate Christi. sed cum tot & tanta dixisset, vnum, scilicet propriam voluntatem retinuit, quæ saluationis & damnationis est causa. Et attende quomodo vir deo plenus conscientiam suam dixerit gloriam suam, tanquam eam plene intelligens, & se in ea. Et tamen dixerat se non intelligere quod operatur. Conscientiam suam non iam in gloriam, sed in ignorantiam concaptiuans. Desicit ergo apostolus scrutãs scrutinio conscientiã suam, & dum ad fundum eius peruenire se credidit, alienum iudicium & suum euacuans, incurrit profundum, scilicet iudicium dei penetrare non valens, vt iam vel conuentus vel conuictus eructet: Iudicia tua domine non modo abyssus, sed & abyssus multa. Quid ergo faciemus nos miseri & miserabiles, si ille qui plus omnibus laborauit, cui etia clauiger regni cum Ioanne & Iacobo nihil contulisse videntur, qui vsq; ad tertium cœlum raptus est, ita de se ipso sentit & loquitur? Sed vt iam totum quod de conscientia sentio, verbis nudis & puris tuæ puritati aperiam, quatuor distinctionum modos tibi assignare decreui, vt quod particulatim distinctũ fuerit, legatur dulcius & melius conseruetur.

De quatuor conscientiis & modis earum.

Conscientia igitur alia bona & tranquilla, alia bona & turbata, alia mala & tranquilla, alia mala & turbata: sed primùm de prima videamus. Bona nanque conscientia est, quæ & prętereta peccata punit, & punienda committere refugit: quæ & si peccatũ sentiat, peccato non consentit. Beatus vir, cui non imputabit dominus peccatũ, ait sanctus. Non dixit, qui non fecit peccatum: non est enim hic aliquis nisi vnus, & hic est filius dei, qui peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Omne ergo quod ipse mihi non imputare decreuerit, sic est quasi non fuerit. Beati ergo non quorum nullæ inuentę, sunt, sed quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Non dixit quorum nulla sunt sed quorum tecta sunt peccata: vt quodam tegumenso quodammodo dei oculis abscondantur. Felix anima, quæ peccatum sentiens, peccato non consẽtit: quam & si cogitatio inquinat, ratio lauat, pugnans & repugnãs legi peccati. Molesta lucta est, sed fructuosa est, quia & si pœna habet, adhibet & coronam: imò quod sentientem fatigat, vincentem coronat. In hoc enim conflictu vbi sensus est, non consensus, nihil damnationis est iuxta Apostolum his, qui sunt in Christo Iesu. Porro is qui voluntatem habet non peccandi, & custodiẽdi pedes suos à lapsu: qui commissa prætereti temporis & plangit & punit: qui malignos cogitatus aduenientes cordi suo allidendo ad Christum respuit: hoc tanquam triplice funiculo strictus atque constrictus, conscientiam habet & purificatam & puram. Tranquillam autem dixerim, cum ia ipse spiritus testimonium perhibet spiritui eius quòd filius dei sit cum omnibus dulcis est, nulli grauis, vtẽs amico ad gratiam, inimico ad patientiam, omnibus ad beneuolentiam, quibus potest ad beneficentiam. Rara auis in terra huiusmodi conscientia, sed quanto rarior, tanto charior apud deum.

De conscientia bona & turbata.

Conscientia bona est, sed turbata, quæ nil molle, nil fluxum recipit, sed à mundi aspergine quanto potest pressius se detergit, non tamen in dulcedine, sed in amaritudine multa. Dura enim videtur ei via rectior, & austerior vita: vbi quę videt quod carni displiceat: sed retinet se fræno timoris Dei, & in omni tempestate cordis sui ad hãc ãchorã figitur. Nam iuxta prophetã, turbatus est, & nõ est locutus. Sed audi quid de isto dominus dicat: Cũ ipso sum, inquit, in tribulatione. Ad quid? Eripiam eum, & glorificabo eum. Eripiam ab amaritudine, glorificabo in voluptate. Cũ illa quæ prius faciebat timore, faciet cum amore. Hæc vero conscientia loquitur deo in psalmo, & dicit: Cõmouisti, inquit domine terram, & conturbasti eam: sana cõtritiones eius, quia cõmota est. Commouetur terra, cum peccator confitetur & pœnitet conturbatur cum in cõuersatione amaritudine sustinet, sed cõtritiones istas illius sanare solius est, qui sanat omnes infirmitates nostras. Audi tamen quod sequitur: Ostẽdisti populo tuo dura. Quæ dura? Potasti nos vino compunctionis, nõ lacte vnctionis. Notandũ verò est quod quibusdam in religione viuẽtibus apponitur lac ad bibẽdum, quibusdam etiã vinum: sed tamen vtrũque diuinum. Bibũt illi lac, quibus & vigiliæ breues, & cibi dulces, & labores appetibiles, & pãni suaues videntur. Quibus etiam parũ est illud quod magnum est in exercitiis sanctæ cõuersationis. Lac enim suauiter bibitur, dulciter liquatur, sine læsione, sine amaritudine. Ita & isti in isti in sancto proposito suauiter incedũt, dulciter currũt: sine læsione propriæ cõscientiæ, sine amaritudine alienæ. Hoc habet propriũ qui huiusmodi lac bibit, vt ei peccatũ suũ displiceat: vt alieno peccato non consentiat: vt propter hęc peccatorẽ non deseratː vt vitium eius quantum in ipso est non dissimulet: & cum corripuerit, nõ insultet. Ecce de potu lactis. Audi de vini potu. Vinum quippe asperum est & insuaue, vinũ bibũt hi qui vias vitæ aggressi & ingressi, tribulationibus corporis & animæ pariter cõtorquentur, sed non cedunt neque recedunt in tribulatione. Isti sunt quibus ipse dominus ore proprio prædicat & prædicit: Vos estis, inquit, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Sed quis horum tibi videtur vel ille qui in suauitate, vel ille qui in asperitate currit viã mandatorum Dei? Primus videtur esse felicior, secundus fortior: vterq; tamen iustus, vterque pius, habentes proprium donum ex deo, alius quidem sic, alius vero sic. Vis nosse quia in vtroque beneplacitum est coram deo? Bibi, inquit, vinum meum cum lacte meo. Qui enim primum à tentatione liberat, secundum in tentatione cõfortat: & si alter experitur quoniam suauis est dominus, alter vero quoniam fortis est dominus. Fortis plane & potens in prælio, in quo seruum suum etsi premi, non tamen opprimi patitur in multitudine misericordię suæ. Venite, ait propheta, emitte absque argento vinum & lac. Omnis enim timorata conscientia quæ ad deũ venit, vel lac ab ipso vel vinum emit, secundum quod dictum est & tractatum. Et nota quia vtrobique vinum præponit, pro eo scilicet quòd qui maiorem sustinet pro Deo perseuerantes tribulationem, maiorem habeat & mercedem. Et hæc dicta sint pro differentia bonæ & tranquillæ conscientiæ, & bonæ & turbatæ conscientiæ.

De mala & tranquilla conscientia.

Sequitur mala & tranquilla conscientia, qua sicut nihil pejus, ita nihil est infœlicius. Quæris quænam illa sit? Hęc est illa quæ nec deum timet, nec hominem reueretur: quæ cum venerit in profundum malorum, contemnit. Et vide lapsum imò & casum malæ conscientiæ, quàm minutatim & pedetentim declinet à Deo: & ita in profundum descendat, vt super eam vrgeat puteus os suum. Primum quando homo assuetus bonis grauiter peccat, videtur ei adeo importabile, vt in infernum viuens descendere videatur. Processu vero temporis non importabile, sed tamen graue videtur, & inter importabile & graue non paruus descensus est. Paulo post & leue iudicat, & cum crebris ictibus verberetur, vulnera non sentit, verberã non attendit. De huiusmodi in scriptura veritatis expressum est. Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. In breui vero temporis spacio, non solùm non sentit, sed & placet & dulce fit quod amarum erat, & asperum vertitur in suaue. Ducitur deinde in consuetudinem, vt iam non modo placeat, sed & assidue placeat, & se continere non possit. Ad extremum vero non potest auelli, quia consuetudo vertitur in naturam: & quod prius ad faciendum erat impossibile, iam impossibile est ad continendum. Sic enim descenditur, imò caditur à Hierusalem in Iericonsic itur in auersionẽ & duritiam cordis, hic peccator fœtet: hic quatriduanus est. Hic lapis spelunce superpositus illos misericordes radios diuini luminis nõ admittit. Hic iuxta scripturam à mortuo tanquam ab eo qui non est, perit cõfessio: nisi forte miserans Deus cor lapideum in carneum quandoque conuertat. Hæc est mala conscientia, quæ per huiusmodi discrimina imò precipitia ruit & corruit, & irruit super seipsam. Quomodo tranquilla? Cum mundi huius prosperitas alludit & illudit, cum laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur, cum peccantium fauor, & peccare nolentium pauor nolens & dolens arridet ei, cum non est qui arguat, sed & qui arguere peccatorem audeat, ex omnibus qui in circuitu eius sunt. Et sic impletur in eo quod scriptum est: Prosperitas stultorum perdet illos. Nihil æquè exasperat illius tremendi iudicis maiestatem, quàm peccare & secure peccare, & de vitiis quasi de virtutibus gloriari. Non miserearis domine, ait iustus, omnibus qui operantur iniquitatem. Hæc est iniquitas cuius non misereretur Deus, cum homo defendit quod deus odit, & peccatum iustitiã asserit, vt omnipotenti resistat, & omnipotens illi. Hæc est illa superbia de qua scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Intellige quod dicit, resistit. Resistere enim ex æquo est. Ille autem ex æquo Deo resistere proponit, qui quod deus astruit destruit, quãtum in ipso est, dicẽs malum bonum, & bonum malum: amarũ dulce, & dulce amarum: lucem tenebras, & tenebras lucẽ. Hanc vero tranquillitatem nutrit impuniras, securitatis & negligentiæ mater, nouerca virtutum, religionis virtus, tinea sanctitatis.

De mala conscientia & turbata.

Mala autem conscientia est, sed turbata, quæ in actu peccatorum suorum deprehenditur & cõprehenditur. Nãdũ pasci se voluptatibus credit, anxietatibus cedit humanis, pudoribus & confusionibus reuerberata, sicut scriptum est: In operibus manuum suarum cõprehensus est peccator, verbi gratia appetit quis adulterium ad voluptatem, sed cõprehẽditur ibi ad anxietatem: & multo maior est anxietas quàm voluptas, ad omnem verecũdiam & angustiam hominis, qui hominem & viuit & sapit. Sed licet quidam in ipsa deprehẽsione conuertantur ad dominum, maior tamen est numerus in ipsa confusione permanentium in peccato, quàm propter peccati confusionem exeuntium à peccato. De exeuntibus scriptum est: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. De non exeuntibus dicit Hieremias propheta. Percussisti eos domine, & nõ doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt susципere disciplinam. Hi sunt quatuor cõscientiarum riui de voluntatis fonte currentes, in quibus iusti purgantur, inquinantur iniusti: vt fiat quod scriptum est: Et qui in sordibus est, sordescat adhuc, & iustus iustificetur adhuc. Et quia cogitationes hominis siue boni siue mali cõtinua volubilitate voluũtur, plurimos cogitationum modos, quaquauersum se vertant, pro modulo meo tibi statui demonstrare, vt melius possis intelligere quàm lõgè simus ab illo qui semper in eodem statu permanet, domino nostro Iesu Christo.

De multiplici varietate cogitationum.

Cogitationum verò aliæ onerosæ, aliæ affectuosæ, aliæ obscœnæ, aliæ ociosæ, aliæ curiosæ, aliæ suspiciosæ, aliæ distentoriæ. Onerosas cogitationes in anima iusti illas accipe, quibus resistere vult & tamen non potest, sed velit nolit irruit in oculos mentis muscarum Aegypti pestilentia, & perstrepunt ranę in penetralibus cordis eius. Cogitat homo plerunque terribilia de fide, horribilia de diuinitate, & per phãtasmata corporearum imaginum transto tatus, illa sentit quæ vel in confessione euomere peccator oneratus exhorret: & quanto districtus non exhibet membra sua arma iniquitatis peccato, tanto strictius huiusmodi spiritu quatitur & pulsatur. Cum enim ille insatiabilis homicida ab exteriori sensualitate se videt exclusum, interiora collectis viribus aggreditur. Sed spiritualis homo qui omnia iudicat, illius astutias non ignorat. Reprimit quod potest: quod autem non potest reprimere, tolerat: quia etsi latratum canis sustinet, morsum non timet. Latrat enim cum suggerit: tunc vero mordet, cum ad consensum pertrahit: sed cum non ingerit quod suggessit, tunc non vulnerat, sed coronat, quia & si sentientem cruciat, non obligat non consentientem. Sunt nihilo minus & onerosæ, cum ex officio Marthæ susceпto sollicitus homo turbatur erga plurima propter plurimos, vt habeant vnde in diuino officio sustententur. Affectuosæ sunt, quando circa carnis suæ curam afficitur, sicut in victu & vestitu. Tangitur etiam sæpe homo affectione propinquorum suorum secũdum carnem. Obscœnæ sunt, quãdo carnalis delectatio titillat & pũgit: sed hæ tanquam feces immundissimæ lõgius in ipso principio propulsandæ sunt. Ociosæ sunt, quando illis nec delectatur, nec afficitur: verbi gratia equum currentem vel auem volãtem cogitans, vbi penè inter vitium resident & virtutem, nec descendens ad illud, nec ad istam ascendẽs. Curiosæ sunt, quando proponit explorare proximorum secreta: & quę curiosè seipsam scrutari debuerat, oblita sui, aliena curat, nunc intus, nunc foris vaga & garrula, & quietis impatiens. Suspiciosæ sunt, quando nullum certum argumentum habens, malè de proximo suspicatur, & ea quæ in vtramlibet partem inclinari possunt, in deteriorem interpretatur. Distentoriæ sunt, quãdo de longinquis rebus & regnis & regionibus disponit

G & tractat, quando distenditur in quæstionibus & rationibus huius mundi: quam pessimam occupationem iuxta Salomonem dedit Deus filiis hominum, vt distendãtur in ea. Item. Cogitationum vero multiplex varietas esse cognoscitur. Alię nanque cor inflant, aliæ eleuant, aliæ perturbant, aliæ dissipant, aliæ confundunt alię distendunt, alię ligant, alię inquinant, aliæ contrahunt, aliæ corrumpunt. Instant vt superbæ, eleuant vt vanæ, perturbant vt inuidæ, dissipant vt iracundæ, confundunt vt acediosæ, distendunt vt ambitiosę, ligant vt gulosæ, inquinant vt luxuriosæ, contrahunt vt timidæ, corrumpunt vt malitiosæ. His igitur exclusis mens purgatur si sanctis cogitationibus iugiter exerceatur, sicut scriptũ est: cogitatio sancta custodiet te. Sunt præterea cogitationes bonæ & sanctæ. Debemus enim cogitare de deo, vt delectemur in illo, de redemptoris nostri passione: quam pro nobis sustinuit in crucis patibulo, vt & nos parati simus tribulationes & angustias libenter sustinere pro illo: de hora trãsitus nostri, vt semper simus parati: de die iudicij, quia ibi de operibus nostris rationẽ sumus reddituri: de inferno, vt timeamus pœnas, quia inde nulla est redemptio: de paradiso, vt desideremus coronas quas habebimus in futuro: de mandatis domini, & de sacramentis nostrę redemptionis, vt perseueremus in via iustitiæ per gratiam dei. Amen.

De quatuor spiritibus in cordibus humanis

H His omnibus cogitationibus cordium humanorum quatuor spiritus loquuntur assidue, spiritus mundi, spiritus carnis, spiritus diaboli, spiritus dei. Spiritus mundi loquitur vana, & ipse tunc loquitur cordi nostro, cum vanitatem diligimus, cum de vanitate lætamur, cum delectamur in vanitate. Spiritus carnis loquitur, cum mollia carni & sensibus carnis appetimus, cum eius curam in desideriis & voluptate perficimus. Spiritus diaboli loquitur, quando & amara cogitamus, & aspera proferimus, tristes in nobis, aliis irascentes, in grati, inuidi, sine affectione, sine fœdere. Spiritꝰ dei loquitur, quãdo dulcia meditamur & loquimur, hilares nobis & proximis, in omni dulcedine & bonitate solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Hæ conscientiæ, hæ cogitationes conscientiarũ, hi spiritus loquentes in cogitationibꝰ nostris, quę melius tua conscientia dulcissime frater, quàm mea pagina cernit, atque discernit. Factus sum insipiens, tu me coegisti, sed melius volui ostendere imperitiam meam, quàm confundere faciem tuam. Si quid bene dictum est, tibi imputa, pro cuius fide & sensum & verbũ dedit filius dei. Si quid secus dictum est tibi imputa, quia iussisti. Parce autem & festinationi, quia nihil ita contrarium, nihil ita discrepantiſsimum in scribẽdo, quàm acceleratio & celeritas. Digne enim
I inuenire quod quęris, & verbis competentibus vestire quod inueneris, & locum aptum, tempus feriatum, & ingenium viuidum, & stilum exercitatũ desiderat. Veruntamen absconde epistolam vel librum, si sic magis eligis nominare: vel si propalare decreueris, tace nomen auctoris. Nouit auctor salutis, cui soli honor & gloria, quantum ego diligo salutem animæ tuæ, & honorem personæ tuæ. Ipse est dominus noster Iesus Christus, qui tibi & seipsum donat, & coronat te in misericordia & miserationibus. Vale, & ora pro me.

Diffinitio bonæ & malæ conscientiæ.

MVlti quærunt scientiam, pauci conscientiam. Conscientia tamen quàm scientia citius apprehenditur, & vtilius retinetur. Conscientia nanque dicitur quasi cordis scientia. Cor enim nouit se sua scientia, & multa alia. Quando nouit se, nominatur conscientia. Quando præter se alia, nominatur scientia. Sed & quãdo bene vtitur sui & aliarum rerum cogitatione, tunc dicitur bona conscientia: quando vero his econtrario malè vtitur, tunc dicitur mala conscientia. Bona est conscientia, quæ omnibus dulcis est, nulli grauis, vtens amico ad gratiam, inimico ad patientiam, omnibus ad beneuolentiam, quibus potest ad beneficentiam. Bona est conscientia, quæ habet in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinem. Mala vero coscientia est, quæ nec dominum timet, nec hominem reueretur, quæ peccata sua nunquam per veram confessionem confitetur, sed semper de peccato in peccatum cadit: & cum venerit in profundũ malorum, contemnit.

De bona conscientia

K CONscientia bona lætificat animam, eamque exhibet Deo gratam, & angelis & hominibus reuerendam, & sibiipsi pacatam & quietam. Conscientia bona titulus religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, hortus deliciarum, reclinatorium aureum, gaudium ãgelorum, arca fœderis, thesaurus regius, aula dei, habitaculũ spiritus sancti, liber signatus etiam clausus, & in die iudicij aperiẽdus. Nihil enim in hac vita securius, nihil iucũdius possidetur bona cõscientia. Premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus: illa tamen semper erit secura. Futuræ beatitudinis nullum certi testimonium bona conscientia: & qui custodierit illam, semper erit in gloria cum angelis, in cœlesti patria. Bona est conscientia, si habeat in corde puritatem in ore veritatem, in actione rectitudinem. Munda est cum nec de præterito iuste accusatur, nec de præsenti iniuste delectatur. Pura est cui nec deus peccata sua imputat, quia non fecit nec aliena, quia non approbauit: nec negligentiam, quia nõ tacuit: nec superbiam quia in vnitate permansit. Secura est quando accusationem non patitur vel pro torpore boni, vel pro præsumptione mali. Recta est cui peccatum suum displicet, nec aliena peccata dissimulat: & cum corripit, non insultat. Talis est bona conscientia.

L

De mala conscientia.

CONscientia mala contristat animam, eamque deo exhibet immũdam, angelisque & hominibus fœdam, & sibiipsi turbatam, & inquietam. Nulla enim pœna maior est mala conscientia. Omnium siquidem delictorum nostrorum ipsa est testis, ipsa iudex, ipsa tortor, ipsa carcer. Ipsa accusat, ipsa iudicat, ipsa punit, ipsa damnat. Vnicuique enim liber est sua conscientia, & ad hunc librum discutiendum & emendandum omnes alij libri inuenti sunt. Anima verò cum de corpore egredietur, nullum alium librum præter librum conscientiæ secum poterit portare, atque in illo cognoscet quò debeat ire, vel quid debeat recipere. Ex his quæ scripta erũt in libris nostris, iudicabimur: & ideo scribi debent secundum exemplar libri vitæ: & si scripti non sunt, saltem corrigantur. Conferamus itaque libros nostros cum libro vitæ, ne forte in illa vltima discussione abiiciantur si emendati non fuerint. Liber vitæ, vis quædam diuina intelligitur, quia fiet vt vnicuique omnia opera sua bona vel mala ad memoriam reuocentur, vt & mẽtis intuitu mira celeritate ecrnãtur, & accuset vel excuset scientia conscientiam: & ita simul & singuli & omnes iudicentur. Conscientia quippe est inseparabilis gloria vel confusio vniuscuiusque pro qualitate depositi. Sicut enim bona vita hominem reddit laudabilem & gloriosum, sic mala vita reprobum & cõfusione M dignum.

FINIS.

D. Bernardi Abbatis Claræuallis de ordine vitæ, & morum institutione: aliàs de Doctrina puerorum, & correctione morum, Liber.

HOrtatur quidem timidam mentis meę imperitiam fraterna charitas, vt de vitæ ordine, & morum institutione breuiter loqui debeã: sed quia tẽpus est vt ipso qui inspirauit opitulãte opus aggrediar, exordium sumere necessarium duxi ab illa laudabili virtute quæ dicitur verecundia: quæ cum sit omnibus ætatibus, personis, tẽporibus & locis apta, tamẽ adolescentes & iuueniles animos maxime decet. Tres enim virtutes sunt quę pueris adolescentibus magis cõgruunt, verecundia, taciturnitas, & obedientia. Non est autem dubium si has studuerint habere, quin possint Christo duce ad culmen perfectionẽmq; virtutum ascendere. Morũ enim insignia, & ornamẽta virtutũ in illis proculdubio cernimus senibus, qui ab ipso tyrocinio primæuæ ætatis vsq; ad perfectũ viium disciplinis cœlestibus exercitati, per viam domini fortiter cucurrerunt,

Quorum

A Quorum scilicet sapientia tantum viget & lucet, quantum senectus ipsa ætate fit doctior, vsu certior, processu tẽporis prudentior. Hæc autem veterum studiorum dulcissimos fructus edit, & alios reficit. Multi nanque senes diu viuentes, & nihil proficientes, quia nullas sibi in opportuno tẽpore diuitias cõgregarunt, inopes omnium virtutum animos iuuenum, reprobæ vitæ morbo inficiunt. Sicut enim per senem vitiosum & fatuum, ita per adolescentem inuerecundum & temerarium religio sancta destruitur. Post indoctos nanque prælatos malósque in sancta ecclesia nulla pestis ad nocẽdum infirmis valen-
1.Tim.3.b tior inuenitur. Deniq; talium hominum genus ista (de quibus apostolus prædixit) tempora proh dolor sine numero ferunt, quãdo ferme omnia quæ bona sunt & sancta, pessundari confundique videmus. Et quoniam senes in melius mutari ab illa inolita vitiorum consuetudine difficilimum est, debemus manum adolescẽtibus porrigere: qui si dare volunt operam, omni depulso tepore possint vtique per gratiam Christi vitam corrigere, mores componere, actúsque suos in omnibus meliorare. Idcirco diu est quòd desideraui propter iuniorum salutem (eorum præcipue cum quibus viuo) ex opusculis patrum pauca quædam deflorando colligere, quæ teneræ ætati eorum videantur specialiter cõsulere. Est enim mihi (fateor) tristitia magna & continuus dolor super cæcitate cordis eorum, qui cum
B didicerint in schola Christi qualiter debeant & vitia propulsare, & sanctis virtutibus insudare, heu rebellionis spiritu armati, tam præcipiti impetu per abrupta vitiorum currunt ad mortem, vt eos auriga præsidens nullo fræno disciplinæ valeat cohibere. Deberent vtique in domo dei ad cultum diuini honoris super omnem ornatum tãquam vas aureum refulgere. Cur autem ab ipsis primis rudimentis infantiæ educati sunt tanta cura, tantóque labore, nisi vt fortes in bello facti, contra mundum & eius concupiscentias, contra carnem & eius desideria, contra diabolum & eius multiplicia tentamenta viriliter puguent? Sed quod admirandum est & dolendum, plus eis quàm cæteris grauis & austera videtur disciplinę regula. Quare hoc, nisi quia secularem magis diligunt vitam? Certe vel nullus vel rarus inter eos inuenitur, qui libenter sequatur antiquorũ patrum instituta, & maiorum vitam diligat, aut quia labor eum terret, aut quia in lubrica ætate difficilior est abstinentia, aut quia alacri adolescentiæ videtur vita obscurior: & ideo ad ea conuertuntur studia, quæ plausibiliora arbitrantur. Præsentia quippe plures quàm futura præferunt: sed meminisse debent quia non præsentibus sed futuris militamus. Vnde quo prestãtior causa, eo debet esse cura attentior. Infelix qui legem vitæ & disciplinæ abiicit, & maiorum gubernari magisterio refugit. Iste verò non secundum deum, sed secundum se viuit, qui si
C poterit, est cum quibus vult: pergit quò vult: & quãtum vult, ridet & iocatur inter quos & vbi & quando vult. Postremò quicquid naribus suaue est, quicquid tactui blãdum, quicquid oculis delectabile, quicquid cæteris sensibus carnis suæ iucundum, exercet ac sequitur. Ille vero qui secundum deum viuit, non quod eum carnaliter delectat, sed quod spiritualiter ædificat, facit: & quicquid cupit aut agit, nõ vult ex sua, sed ex dei voluntate, maiorúmque suorum iussione procedere. Nemo tamen positus in adolescentiæ vel iuuentutis lubrico, de sui conuersione desperet. Oleaster enim oliuæ insertus amissa amaritudine efficitur fructuosus. Si ergo agricultura conuertit stirpium qualitatem, nonne studia doctrinæ & disciplinæ assiduitas mitigare possunt quaslibet ægritudinis passiones? Sed ne puerilis vita variis laplibus vitietur, oportet teneros animos præfatis diligenter mancipare virtutibus, quatenus bona consuetudo cum ætate simul accrescat. Vt igitur clarius patescat quanta & qualis virtus sit verecũdia, patris Ambrosij magna ex parte ponamus sensus & verba: vt si forte me paruipẽderint stultum homuncionem: magnum Ambrosium, imò in Ambrosio Christum, non audeant spernere. Sic enim ille ait instruendorum morum magister: Est autem bonorum adolescentum, timorem dei habere, deferre patribus honorem, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clemẽtiam ac verecundiam, quæ ornamenta sunt minori ætati. Vt enim in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in pueris adolescentibus verecundia velut quadam dote commendatur naturæ. Quàm pulchra virtus verecundia, & suauis gratia, quæ non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris loquendo, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis plerunque in verbis refulget. Ipsum sonum vocis libret modestia, ne cuiusquã offendat aurem vox incomposita. Denique in ipso canendi genere prima disciplina verecundia est, imò etiam in omni vsu loquendi, vt sensim quis aut psallere aut legere, aut postremo loqui incipiat, vt verecunda principia commẽdent processum. Est enim in oculis verecundia, qua prohibetur boni adolescentis pudica anima intueri & alloqui fœminas non vt execretur sexum, sed vt fugiat vitium. Plurimum autem proficit ad tuitionem castitatis, custodia oculorũ. Multi vero perierunt propter speciem carnis. Vnde dominus: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Bonæ in-
Matth.5.d dolis adolescentes in monasterio viuentes, ita se omni studio conseruẽt, vt adolescentiã suam nulla libidinis sorde commaculent, vt ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedant. Quorum tanta animi debet esse munditia, vt præ nimia verecundia ne sermonem quidem audire velint vel locum impudicum. Et ne incentiuis naturalibus superentur, necesse est vt lasciuiens caro eorum crebris frangatur ieiuniis. Melius est eos stomachum dolere, quàm mentẽ. Beatus plane adolescens, qui castus perseuerat & corpore & mẽte. Huic proculdubio caro & sanguis redemptoris nostri efficitur salus & vita. Sũt & qui propter humanã confusionẽ, sine respectu diuini timoris pleni sordibus audacter se ingerunt tantis mysteriis. Audiant autẽ quod scriptum est: Homo videt in facie, deus autem in corde. 1.Reg.16.b Sed illi plus metuũt homines, quàm deum. O cæca temeritas, ô dei mira patientia. Nunquid enim tantum peccauerunt vel quos ignis consumpsit, vel quos terra absorbuit? Nunquid tale Leuit.10.a scelus filiorum Aaron, alienum ignem offerentium, quale est istorum qui tam terribilia sacramẽta sumunt sibi ad mortem? Etenim sic viuendum est, vt panem illum supersubstantialem semper accipere valeamus: quia væ ei qui se alienum fecerit ab eo. Et multum væ illi, qui spureus & immundus accesserit. Vtrobique grande periculum. Ideo magna necessitas instat ne indigni inueniamur. Quapropter tenenda est in omnibus verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior erit. Bonus enim regendæ castitatis pudor est comes, qui si repellat prima pericula, pudicitiam vulnerari non sinit. Etenim inuerecundis oculis & lasciuis sermonibus libidinosus animus deprehenditur: & per exteriorem hominem interioris hominis vita mõstratur. Multa & dura corporis bella sustinet adolescẽtia; & calore sanguinis inflammata, vt euadere possit, omni indiget custodia. Quanto plura sunt quæ impugnant pudicitiam, tanto maiora sunt præmia: quia vbi maior labor, ibi merces erit amplior. Amatores autem verecundiæ sumant exemplum de matre domini, quæ quamuis esset mitissima, tamẽ F præ verecundia salutantem se angelum non resalutauit. In ipsa vero oratione nostra multum verecundia placet, multúmLuc.1.c que conciliat gratiæ apud dominum nostrum. Nonne hæc Luc.18.e prætulit publicanum & commendauit eum, qui nec oculos suos audebat ad cœlum leuare? Ideo iustificatur domini iudicio plus quàm ille Pharisæus quem deformauit præsumptio. Oremus & nos inquantum possumus in incorruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante deum locuples. Paulus quoq; 1.Tim.2.c cum orationem deferri præcipit cum verecundia & sobrietate, primam hãc & quasi præuiam vult esse orationis futuræ, vt non glorietur peccatoris oratio, sed quasi colore pudoris obducta, quo plus defert verecundia de recordatione delicti, eo vberiorem mereatur gratiam. Est etiam in ipso motu, gestu, incessu, tenenda verecundia. Habitus enim mentis, in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut econtra grauior, & constantior, & purior, & maturior æstimatur. Itaque vox quædam animi est corporis motus. Sæpe enim per incessum proditur qualis sit animus. Lucet quippe in quorundam incessu imago leuitatis, species quædam scurratum percursantium. Sũt enim qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quædã fercula põparum, & statuarũ motus nutãtium: vt quotiensçunq; gradum trãsferũt, modulos quosdã seruare videantur. Nec cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicuius periculi, vel iustæ necessitatis. Nam plerunq; fe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gstinantes anhelos videmus torquere ora: quibus si desit causa festinationis necessaria, sit næuus iusta offensionis. Sed non de his dico quibus rara properatio ex causa nascitur: sed quibus iugis & continua ab naturâ vertitur. Nec in illis ergo tanquam simulachrorū effigies probo, nec in istis tāquam excursorum ruinas. Est enim gressus probabilis, in quo est species auctoritatis, grauitatis pondus, trāquillitatisque vestigium: ita ramē, si studium desit atque affectatio, sed motus sit purus & simplex. Nihil enim fucatum placet. Motum autem natura informet. Si quid sane in natura vitij est, industria emendet: vt vbi ars deest, non desit correctio. Quod si etiam ista spectent itineri, quanto magis oportet ne quid turpe exeat de ore: hoc enim grauiter coinquinat hominē. Non enim cibus coinquinat, sed iniusta obtrectatio, sed verborum obscœnitas. Hæc etiam vulgo pudori sunt. In nostræ vero religionis proposito, nullum verbum incutiat verecūdiam, quod inhoneste cadat. Et nō solum nihil ipsi indecorum loqui, sed nec aurem quidem debemus huiusmodi præbere dictis: quia quē delectat audire, alterum loqui prouocat. Audire quoq; quod turpe sit, pudori maximo est: videre vero si quid huiusmodi fortuitu accidat, quāti horroris est? Quod ergo in aliis displicet, nunquid poterit in seipso non displicere? Nec ipsa natura nos aliter docet: quæ perfectè quidem omnes partes nostri corporis explicauit, vt & necessitati consuleret, & gratiā vestiret: sed tamen eas quæ decori ad aspectum forēt, in quibus formæ apex quasi in arce quadam locatus, & figuræ suauitas, & vultus species emineret, operandique vsus esset pater, obuias atque apertas reliquit. Eas vero in quibus esset naturale obsequium necessitatis: ne deforme sui præberent spectaculum, partim tanquam in ipso emēdauit atque abscōdit corpore: partim docuit atque suasit regendas. Nonne igitur ipsa natura magistra sit verecundię? Cuius exēplo modestia id quod in hac corporis nostri fabrica abditum reperit, operuit & texit. ergo naturæ opifex sic nostræ studuit verecundiæ, sic decorum illud & honestum in nostro custodiuit corpore, vt ductus quosdam atq; exitus cuniculorū nostrorum post tergum religaret: atq; ab aspectu nostro auerteret, ne purgatio vētris vitium oculorum offenderet. De quo pulchre ait apostolus: Quæ videntur, inquit, corporis nostri mēbra infirmiora, necessariora sunt: & quæ putamus ignobiliora membra corporis esse, eis abundantiorem honorē circundamus: & quę inhonesta nostra sunt, abundātiorem honestatem habēt. Etenim imitatione naturæ industria auxit gratiā, vt non solum abscondamus ab oculis, verumetiam quæ abscondēda accepimus, eorum indicia vsusque membrorum sua appellatione nuncupare, indecorum putemus. Deniq; si casu aperiantur hæ partes, confunditur verecundia: si studio, impudentia æstimatur. Cum igitur in quibusdam humanis mēbris tanta sit deformitas, vt nominari magna sit verecundia: heu quàm turpes illi sunt, & quàm impudētes, qui has secretas partes corporis non solum desiderantes cernunt, sed etiā studiosè tangūt? Pudet me ac piget illorū facta referre, in quibus regnat Sodomitica libido: quibus sic iratus est deus, eiusque iusto iudicio ita traditi sunt in reprobū sensum, vt masculus in masculum turpitudinē operetur. Nonne deteriores brutis sunt effecti animalibus, quibus nō est intellectus? Si enim Cham qui nudatum patrē vidēs risit, in filio maledictus est: qua isti maledictione ferientur, qui desiderio peccādi suā aliorūmq; turpitudinem detegere non erubescunt? Vtinā viderent quantum flagitiis talibus deum offendunt. Sūt etiam qui pulchros homines (despectis deformibus) amant & laudant, suspiciunt & honorant. Illi enim qui sanos habent oculos, solam animi pulchritudinem in homine diligunt & reuerentur. Qualis est autē ista pulchritudo, quam leuis febricula perdit, & rugosa senectus ita dissoluit, vt nec fuisse putetur. Et tamen sunt qui habentes hæc extolluntur: & cū sint vacui virtutibus, per hanc solam gloriosos se arbitrantur. Nos certe in pulchritudine locum virtutis non ponimus: gratiam tamen non excludimus: quia verecundia etiam vultus ipsos solet pudore suffundere, gratioresq; reddere. Vt artifex in materia commodiore melius operari solet, sic verecūdia in ipso quoque corporis decore plus eminet, ità tamen, vt ipse non sit affectatus corporis decor, sed naturalis, simplex, neglectus magis quàm expetitus, non preciosis & albentibus adiutus vestimentis, sed communibus, vt honestati vel necessitati nil desit, nil accedat nitori. Vox ipsa non remissa, non fracta, nihil fœmineum sonans (qualem multi grauitatis specie simulare consueuerunt) sed formam quandam & regulam ac sucum virilem seruans. Hoc est enim pulchritudinem viuendi tenere, conuenientia cuique sexui & personæ reddere. Hic ordo gestorum optimus, hic ornatus ad omnem actionem accommodus. Sed vt molliculum & infractum vocis sonum aut gestum corporis non probo: ita neque agrestem ac rusticam naturam imitandam esse censeo. Eius disciplinæ formula effigies honestatis est. Imitetur pius adolescens vestigia Isaac & Ioseph. Sit verecundus, castus, simplex, & sobrius: humilis, obediens, patiens, & remissor iniuriæ. Faciat vt Daniel & tres pueri: studeat sapientiæ, & non det se illecebris gulæ. Pinguis venter non gignit tenuem sensum. Fugiat ebrietatem tanquam venenum. Si religiosus & sapiens vult esse, nunquam vinum redoleat, ne audiat illud philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Amet sanctarū scripturarū scientiā, ne mens eius vel vanis vel lasciuis cogitationibus pateat. Beatus qui diuinas scripturas legēs, verba vertit in opera. Sit abstinens irarū, & fugitās litium vt bonis pollere moribus hoc indicio comprobetur: sicque se exhibeat, vt seniores inter quos habitat, dum admirantur vitam, non sinantur despicere ætatem. Sit inter fratres coætquales suos primus in opere, extremus in ordine: & ita singulis virtutibus inster, vt nulli eorum secundus inueniatur. Delectat me adhuc in partibus demorari verecundiæ: quia ad eos loquor qui adhuc bona eius ex semetipsis non recognoscunt, aut damna nesciunt. Ordo quidem vitæ tenendus est. Et à verecundia prima quædam fundamenta ducantur: quæ socia ac familiaris est mentis placidi: proteruiam fugies: ab omni aliena luxu: sobrietatem diligit: honestatem fouet: decorum nil requirit. Sequatur conuersationis electio, vt adiungātur probatissimis quibusque senioribus. Nam vt æqualium vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam & ductu vitæ colorant mores adolescentium, & velut murice probitatis inficiunt. Nempe si hi qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum iter adoriri gestiunt: quanto magis adolescentes cum senibus debent nouum iter sibi aggredi, quo minus errare possint, & à vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius quàm eos & magistros vitæ habere & testes. Pulchra itaque copula seniorum atque adolescentium. Alij testimonio, alij solatio sunt. Alij delectationi, alij honori. Legitur quòd Barnabas Marcum assumpsit, Paulus Silam & Timotheum & Titum, vt seniores consilio prævalerent, iuniores ministerio. Patet nāque quòd nulla ars dicitur absque magistro. Si enim animalia & feræ & aues & apes duces habēt, & principes suos sequuntur: quanto magis homines sine doctore & rectore esse nō possunt? Inde cauendum est ne adolescentiores & paruuli sine duce ingrediantur viam, quam nunquam ingressi sunt, & in partem alteram declinantes errores patiantur, si vel plus vel minus ambulantes quàm necesse est, aut currentes lassentur, aut moram facientes obdormiant. Plerūque & virtutibus pares, dispares ætatibus, sui delectantur copula, sicut delectabātur Petrus & Ioannes. Nam adolescērem legimus Ioannem, quāuis nulli seniorum in virtute fuerit secundus. Erat enim in eo senectus venerabilis morum, & cana prudentia virtutum omnium. Magnum enim huius vitæ solatium est, vt habeas cui pectus tuum aperias: cum quo arcana participes: cui commitas secreta cordis tui: vt ames & sequaris eum, qui tibi paterna pietate in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur, & in prosperis gratuletur. Felix talis societas talisque amicitia, qua nihil est in rebus humanis pulchrius. Teneamus ergo verecundiā, vel eam quæ ad totius vitæ ornatum nos attollit modestiam. Magna autem est modestia indiuidua verecundiæ sociia: quæ cum sit sui iuris remissior, nihil vsurpans, nihil vendicans, & quodammodo intra vires suas cōtractior, dies est apud deum. Verecunda modestia, & modesta verecundia est, quæ nulli insidias machinatur: læsa non irascitur: & cunctos simpliciter respiciens, de nullo siniistrum aliquid suspicatur. Hanc teneamus pueri. Hanc diligamus, & vt eam semper habere

A bere possimus, fugienda est nobis familiaritas & confabulatio eorum qui turpiter & indisciplinate viuunt. Taliū autem infinitus est numerus. Habet sane suos scopulos verecundia, nō quos ipsa inuehit, sed quos sæpe incurrit, si in intemperātium incidamus consortia, qui sub specie iucunditatis venenum infundunt bonis. Hi si assidui sunt, maxime in cōuiuio, ludo, risu, ac ioco, eneruant grauitatem illam virilem, & animos pueriles corrumpunt, atque suis malis assuefaciunt. Caueamus itaque ne dum relaxare animum volumus, soluamus omnem harmoniā quasi concentum quendā bonorū operū. Vsus enim cito inflectit naturā. Quàm multos stultorum societas decipit? Quid nobis cū fabulis, risu, & ioco? Nam licet interdū honesta ioca suauia sint, tamen ab ecclesiastica aberrant regula: quoniā quæ in scripturis sanctis non reperimus, quomodo vsurpare possumus? Cauēda sunt enim omnia quę inflectere possunt prauitatem propositi nostri, nostręq; professionis. Væ vobis qui ridetis, quia flebitis vos: dominus ait. Luc. 6. d
nos ridendi materiam inquirimus, vt hic ridentes, illic fleamus? Ipsum nanq; dominum fleuisse legimus. Non solū profusos, sed etiam omnes iocos arbitror declinandos: nisi forte plenum grauitatis & gratiæ sermonem esse, indecorum est. Luc. 19. f
Ingemiscēdum est autem iugiter, & postposita securitate lugendum: ne à deo deseramur propter superbiam & negligentias, & in potestate dæmonū relinquamur. Reuera quē deus B
relinquit, dæmones susципiunt, & susceptum suæ perditionis participem faciunt. Terribilis in consiliis super filios hominum deus. Operatur figulus ex eadem massa aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Sunt vasa misericordię, & sunt vasa iræ. Sunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Sunt multi vocati, & pauci electi. Et ideo vnusquisque nostrum salutem operetur suam (sicut ait apostolus) cum timore & tremore. Declinet à vanitate: mundi spernat amorē. Amplectatur luctum & quietem, & sectetur quantum potest verecundiam, tranquillāmq; mansuetudinē: quæ facit vt homo inter homines pacifice viuat, vt ad omnia quę inhonesta sunt erubescat. Laudanda autem virtus verecūdię: quia quorum oculos, aures, linguámque possidet, non sinit turpiter ludere ac ridere: efficiens eos graues & mites. Ecōtra grāde vitium est iuniorum impudentia, quę improbo ausu & dissolutione sua patres & fratres conturbat: quia sicut scriptum est, nec deum nec homines reuereretur, sed lætatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis. Facta est ei frōs meretricis: quia nō potest erubescere. Vbi lingua audax, & frons inuerecunda: quid loquatur quídve agat, non curat. Cum enim boni adolescentuli & mansueti tacendo reuereantur maiores suos, nemo solius taciturnitatis hanc laudem putet: quia silentium ipsum (in quo est reliquarum virtutum ocium) maximus actus verecundiæ est. Denique si naturale est, aut infantiæ deputatur: C
aut superbiæ probro datur: si verecundiæ, laudi ducitur. Tacebat in periculis Susanna, & grauius verecundiæ quàm vitæ damnum putabat, vbi soli loquebatur cui poterat casta verecūdia loqui. Fugit & pulcher Ioseph relicta veste in manibus fornicariæ: tacensq; celeriter egressus est, qui incongrua suæ verecundię audiens non poterat diu stare. Moyses quoque & & Hieremias quod poterant per gratiam, excusabant per verecundiā. Tutius enim est discere quàm docere, tacere quàm loqui. Quid autem magis potest verecundiæ bonū, quàm vt iuniorum ætas magis debeat discere quàm tacere? Pythagoras quippe legem dedit silentij discipulis suis, vt tacentes per quinquennium loqui discerent: & tu non vis tacere, cui virtus silentij propria est? Quid opus est ô adolescens, vt properes periculum suscipere loquendo, cum tacendo possis esse tutior? Quamplures vidi loquendo incidisse peccatum: vix quenquam tacendo. Ideóque tacere nosse, quàm loqui difficilius est. Scio plerosque loqui, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quenquā, cum sibi loqui nihil prosit. Sapiens ergo est qui nouit tacere. Alliga, moneo, sermonē tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & in multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis ipsius coērceatur. Cito lutum colligit amnis exundās. Sit tibi grauitas in incessu: in sermone pondus: atq; in verbis modus. Hæc autem si custo dieris, eris mitis, māsuetus, & modestus. Custodi cor, & retine linguam. Bona enim possessio, mens bona. Sepi ergo hanc possessionem, & muni eam vndiq;: ne irruant in eam & captiuā ducant irrationabi D
les corporis passiones. Custodi quātū potes interiorē hominem tuum. Noli eum quasi vilem negligere ac fastidire: quia preciosa possessio est: & merito preciosa: cuius non caducus fructus & temporalis, sed stabilis atque æternæ salutis est. Si vis bene custodire: tace prius & audi, & nō delinquas in lingua. Graue malum, vt aliquis ore suo cōdemnetur. Etenim si pro ocioso verbo reddet vnusquisq; rationem in die iudicij: quanto magis pro verbo impuritatis, & turpitudinis, & impietatis? Videamus etiam ne rationem ponamus pro ocioso silentio. Est enim fructuosum & negocioſum silentium. Tacendo enim apud homines, melius loquimur deo. Multæ enim contemplationes sunt, quibus anima deuota deo tacēdo mirabiliter pascitur. Dauid propheta docuit nos tanquam in ampla domo deambulare in corde nostro, & cōuersari cū eo tanquā cum bono contubernale, vt ipse diceret sibi, & loqueretur secum: Dixi custodiam vias meas. Moyses in silentio lo- Psal. 38. a
quebatur, & in ocio operabatur. Quando ergo iustus solus Exod. 14. d
est, qui semper cum deo est? Quomodo solitarius est, qui nū- Ibid. 17. b
quam separatur à Christo? Quādo autem feriatur à negocio, qui nunquam feriatur à merito, quo consummatur negociū? Quibus autem locis circunscribitur, cui totus mundus diui- E
tiarum possessio est? Qua existimatione definitur, qui nec operatione comprehenditur? Nunc quidem de deo cogitat & sanctis angelis eius, atq; de immarcessibili gloria ęternę beatitudinis: nunc vero de versutiis diaboli: de peccatis suis: de hora mortis: de pœnis inferni: de die tremēdi iudicij: nunc de profunditate diuinarum scripturarum: de natura virtutum: de compositione morum bonorum. Quàm glorioſum tale silētium, vbi eloquia domini eloquia casta sunt! Est igitur tacendi & loquendi modus. Bona mens & verecunda, vt loquatur, multa prius considerat, quid dicat, & cui dicat, quo loco, & quo tēpore. Merito sapiens dicēdus est qui nouit tempus loquendi. Vnde bene ait scriptura: Homo sapiens tacebit vsque Eccle. 20. d
ad tēpus. Ideo sancti domini, qui sciebant quia vox hominis plerunq; peccato iuncta est, & initium erroris humani sermo est hominis, tacere amabant. Denique sanctus Dauid ait: Po- Psal. 38. d
sui ori meo custodiam. Propheta custodiebat, & tu non cu- Deut. 6. d
stodies? Potes autem custodire, si cito non loquaris. Lex dicit: Audi Israël, &c. Audi enim dixit, & non loquere. Tuæ enim ætatis est tacere & obedire, non de maioris sententia iudicare. Scriptum est iterum: Audi Israel, & tace. Isaac deferebat patri suo honorem: & obediens eius voluntati, non recusabat mori. Iesus vero Naue sedulo obsequio Moysen venerabatur: & obediens existens in omnibus, tantam gratiam apud deum meruit, vt illius successor ad regendum dei populum eligeretur. Heliæus relicto aratro, mactatis bobus vocantem Heliā Gene. 22. d
secutus: per veram mitémq; obedientiam ad tantam morum ascendit celsitudinem, vt spiritus tam excelsi magistri duplici- F
ter in bono discipulo requiesceret. Abraham vero ille fide- Deut. 31. f
lis senex ad iussionem domini reliquit terram natiuitatis suę: & quanuis in multis locis frequentes iniurias grauēsq; perpessus foret labores, nunquam cœptæ obedientiæ pœnituit. In tantum enim per obedientiā & fidem placuit deo, vt ei de Christo primum repromissio fieret. Ipse demum dominus noster Iesus Christus in factis dictisq; suis multum nos obediētiam docet. Vera enim subiectio propter deum, propriæ voluntatis est mortificatio: dum abiecta & indigna de se credit, & deo acceptabilem hominibusq; dulcem obedientiā parat. Deniq; voluntas propria ex liberi arbitrij præsumptione descendens, obstinatis & inobedientibus ipsa bona in peccatum cōuertit. Vir bonus cū bonis suis omnibus habere obedientiam studeat. Scriptum quippe est: Melior est obedientia quàm victimæ, & auscultare magis quàm offerre adipē arietum: quoniam quasi peccatum hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Cernis quātum & quale sit inobedientiæ malum, quod idololatriæ magicisque comparatur artibus? Adolescentes qui tali repleti sunt malo, subdi senioribus dedignātur: facta vero eorū aut dicta tumida & erecta ceruice nō obseruant, sed diiudicāt: non venerando exaltant, sed spernendo subsannant. Sed non impune. Inde enim euidenter deficiunt, vnde miseri proficere debuerunt. Hoc autē vult deus, vt homo per hominē doceatur, & minor 1. Reg. 15. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

G maiori subdatur. Si enim angelus angelo imperat, & inter iubentem & obedientem summa manet semper concordia: videat ille quàm grauiter peccat, qui debitam exhibere suis maioribus reuerentiam non curat. De interitione namque illorum qui non obedientes sunt, & suos seniores suósque patronos despiciũt, multa dici potuissent, nisi promissæ breuitatis memor illa studiosè præterirem. Ad quid plura? Vna enim sententia obedientibus & inobedientibus sufficere poterat, quam per se veritas loquitur dicens: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Inde illi gaudeant gaudio magno, qui seniores suos venerationi habent & honori propter Christum. Multi nãque de virtute obedientiæ multa scripserunt: inter quos sanctus pater noster Benedictus de ea tã terribiliter locutus est, vt fratrum etiam bene obedientiũ corda prę nimio timore cõcuti valeãt. Sed & ille summus melliflui oris Gregorius mirabiliter superexaltat & magnificat eam: demonstrare autẽ volens quanti sit meriti obediẽtia, ita ait vir eloquens: Sola nanq; obediẽtia virtus est, quæ virtutes cæteras menti inserit, incertásq; custodit. Vnde primus homo præceptũ quod obseruaret, accepit: cui si vellet se obediens subdere, ad ęternam beatitudinem sine labore peruenire. Deinde idem doctor verba quæ locutus est spiritus sanctus per os Samuelis superius posita, exponẽs dicit: Obedientia quippe victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiã vero voluntas propria mactatur. Tanto quisque deum citius placat, quanto ante oculos eius repressa arbitrij superbia gladio præcepti se immolat. Quo contra hariolandi peccatum inobedientia dicitur, vt quanta sit virtus obedientia demonstretur. Ex aduerso enim melius ostenditur quid de eius laude sentiatur. Si enim quasi peccatum hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatrię nolle acquiescere: sola obedientia est quæ fidei meritum possidet, sine qua quisque infidelis conuincitur, etsi fidelis esse videatur. Hinc per Salomonem dicitur in ostensione obedientiæ: Vir obediens loquitur victorias. Vir quippe obediens victorias loquitur: quia dũ alienæ voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. Hinc veritas in euangelio dixit: Eum qui venit ad me, non eiiciam foras: quia non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. Quid enim suum faceret, si eos qui ad se veniunt, expulsisset? Quis autem nesciat, quoniam voluntas filij à patris voluntate non discrepet? Sed quoniam primus homo quia suam volũtatem facere voluit, à paradisi gaudiis exiuit: secũdus ad redemptionem hominum veniens, dum se voluntatem patris, & non suã facere ostendit, permanere nos intus docuit. Cum igitur non suam, sed volũtatem patris facit: eos qui ad se veniunt, foras non eiicit: quia dum exemplo suo nos obedientiæ subiicit, viam nobis egressionis claudit. Hinc rursum ait: Nõ possum ego à meipso facere quicquam: sed sicut audio, iudico. Nobis quoque obedientia vsque ad mortem seruanda præcipitur. Ipse autem sicut audit iudicat: tunc quoque obedit, cum iudex venit. Ne igitur vsque ad præsentis vitæ terminum obedientia laboriosa appareat: redemptor noster iudicat, quia hãc cum iudex venerit seruat. Quid ergo mirum si peccator homo obediẽtiæ in præsentis vitæ breuitate se subiicit, quãdo hanc mediator dei & hominum etiam cum obediẽtes remunerat, non relinquit? Sciendum vero est nunquam per obedientiam malum debere fieri: aliquando autem per obediẽtiam, quod agitur bonum, debet intermitti. Neque enim mala arbor in paradiso extitit, quam deus homini non tãgere interdixit: sed vt melius per obedientiæ meritum homo bene conditus creseeret, dignum fuerat vt hunc à bono prohiberet: quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus esset, quãto & à bono cessãs auctori suo se subditum humilius exhiberet. Sed quia nonnunquam nobis huius mundi prospera, nonnunquam iubentur aduersa, sciendum summopere est quòd obedientia aliquãdo si de suo nõ habeat aliquid, nulla est: aliquãdo autẽ si de suo nõ habeat, minima est. Nam cum huius mundi successus præcipitur, cũ locus superior imperatur: is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem euacuat, si ad hoc ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sua obedientia dirigit, qui ad percipienda huius vitæ prospera, libidini propriæ ambitionis seruit. Rursum cùm mundi despectus præcipitur, cum probra adipisci & contumeliæ iubentur: nisi ex seipso animus appetat, obedientiæ sibi meritum minuit, qui ad ea quæ in hac vita despecta sunt, inuitus nolénsque descendit. Ad detrimentum quippe obedientia ducitur, cum mentem ad susciplenda probra huius seculi nequaquam ex parte aliqua etiam sua vota comitantur. Debet ergo obedientia aliquid ex suo in aduersis habere: & rursum in prosperis ex suo aliquid minime habere: quatenus & in aduersis tanto sit glorioſior, quanto diuino ordini ex desiderio iungitur. & in prosperis tanto sit verior, quanto à præsenti ipsa quam diuinitus percipit gloria funditus mente separatur. His ergo tanti doctoris euidentissimis assertionibus Moyses & Paulus in factis suis proculdubio attestantur. Quære & lege quid vterque eorum fecerit. Veruntamen inter hæc scire oportet quòd innocuis mentibus virtus semper obedientiæ iungitur, domino testante, qui ait: Oues meæ me audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Redemptori igitur suo non obedit, qui innocens non est: & innocens esse nõ potest, qui obedire contemnit. Sed necesse est vt ipsa obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu fiat: non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ. Nulla quippe innocẽtia, nulla vera obedientia est, nisi in eis charitas fulgeat, quæ virtutes omnes trãscendit. Sæpe enim falsa obedientia sub timoris specie palliatur. Igitur si videris iuuẽculum desidem ad obediendum, & velocem ad loquendum: non dubites eum variis animi passionibus (præsertim superbię pestę) laborare. Inobedientia enim sequitur superbiam matrem suam: sicut habes: Equus indomitus euadet durus & filius remissus euadet præceps. Sicut superbia equi indomiti præcipitio prona est: ita lasciuia adolescẽtis indisciplinati, peccati ruinę proxima est. Loquere tu manor natu: decet enim te. Adolescens loquere in causa tua vix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris: habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul & quærens. In medio magnatorum loqui non præsumas: & vbi sunt senes, non multum loquaris. Ante grandinem præibit coruscatio, & ante verecundiam præibit gratia, & pro reuerẽtia accedet gratia bona. Ex his nanque verbis Sapientiæ intelligere potes quantũ virtutes superius positę iuniorem ætatem adornent. Pueri enim à puritate dicti sunt, & decet vt regnent in eis simplicitas & innocentia & puritas, hoc est virginitas. Cum his crescant, & in his perseuerent, vt mereantur sequi agnum quocunque ierit. Adolescentes autem iuxta nominis huius interpretationem per dies singulos in bonis operibus crescentes, verecundiam diligant, taciturnitatem custodiant, simúlque in exhibenda obedientia nimis ferueant. Istas quippe virtutes in primo cõstituimus loco, velut quædam incrementa bonorum operum, vt per eas ad castitatem & humilitatem & patientiam, quæ secundam partem obtinent, recto tramite valeant peruenire. Castitas igitur (quia vterque sexus vitio libidinis ægrotat) nisi aliarum virtutum ope fulciatur, facile labitur. Et proinde nimio studio seruanda est: quia semel amissa, nõ reparãda est. Prima nanque tela sunt oculorum, secunda verborum. In desideriis enim est omnis otiosus, & desideria occidunt pigrum. Et ideo suffragatur ei plurimum verecundia, quæ custodit oculos: & taciturnitas, quæ retinet linguam: atq; obedientia, quæ mentem occupat, corpúsq; fatigat iciuniis, vigiliis, orationibus, & opere manuũ. Sed necessariam præ omnibus habet humilitatem, qua conseruentur habita vsque in finem. Multi enim in ipsa senectute per superbiam in luxuriam cediderunt. Qua de re timendum est & cauendum ne subitus calor superet longum tempus, & impudicos senes lasciuia cõdemnet. Tenenda est itaque semper humilitas custos pudicitiæ, mater patientiæ. Sine causa enim laborat, qui virtutes sine humilitate congregat. Vera autem patientia nisi per profundam humilitatem nec acquiritur nec tenetur. Hanc vero quisquis veraciter habet, nec beneficio cellæ, nec profugio solitudinis indiget: & si ei aduersitatis aliquid acciderit, non contristatur, sed adhuc diligenti deum omnia cooperantur in bonum. Iste timet in prosperis, gaudet in aduersis. Amat & adiuuat se persequentes, quia eum patientia & benignitas comitantur velut indiuiduæ comites. Si quis igitur habet animam virginalem, & amator

Luc.10.6

1.Reg.15.c

Prou.21.d

Ioan.6.d

Ioan.5.c

Ioan.10.

Eccl.30.d

Eccl.32.b

Prou.21.d

Rom.8.c

A amator est pudicitię, non debet mediocribus esse contentus, quæ cito exolescunt, & exorto caumate arescunt, sed perfectas virtutes sequatur, vt lumen habeat sempiternum. Qui enim proficere studet, semper inuenit quo crescat, & per dies singulos seipso melior fiat. Adolescens profice: mancipatus es Christi seruitio, & cœpisti magna agere, & excelsa imitari: conforterur cor tuum, & viriliter age. Magna tibi dabitur gloria post victoriam. Licet lubricum sit iter per quod incedis, tamen de domini auxilio confidens, desere ima quãtum vales, & summa pete. Non deficias, neque tepescas, vt gradum perfectionis possis ascendere, ad quam nõ nisi multis laboribus peruenitur. Euge nunc euge frater bone, initia transcende, & ad superiora tende, vt deo in voce exultationis canticum graduum cantes. Tibi vero de radice ad cacumen festinanti, liber patet ingressus ad illas quatuor virtutes principales quę in adolescẽtibus inchoantur, & in iuuenibus augẽtur, in senibus perficiuntur: quia matura ætas multis laboribus exercitata, iam nouit per experientiam, quod didicit per scientiam. Vnde iam non immerito prudentiam, fortitudinem, iustitiam & temperantiam in tertio cõstituimus gradu, quia per eas maxime instruuntur mores, & bene viuendi magisterium docetur. Sed ex his prudentia agnitione veri delectat. Iustitia dilectionem dei & proximi seruat. Fortitudo metum mortis contemnit. Temperãtia affectionem carnis temperat. Prima enim intelligit. Secũda bene viuit. Tertia appetitũ cohibet. Quarta modum imponit. Tres illæ superiores quod honestum est operantur: hæc autẽ quarta decorum agit illud quod ex radice honestatis proficiscitur. Siquidem prudentia est agnitio veræ fidei, & scientia scripturarum, in qua intueri oportet illud trimodum genus intelligentiæ, quorum primum est historicum, secundum allegoricum, tertium superior ille intellectus, quem dicunt anagogen. Iustitia verò est deum timere, religionem venerari, honorem ferre parentibus, patriam diligere, cunctis prodesse, nocere nulli, fraternæ charitatis vinculum tenere, pericula aliena suscipere, opem ferre miseris, bonis vicissitudinem rependere, æquitatem in iudiciis conseruare. Fortitudo autem est animi magnitudo, contemptus bonorum vel diuitiarum. Hæc aduersis aut patienter cedit, aut resistit fortiter. Nullis illecebris edomatur, malis & aduersis non frangitur, nõ eleuatur secundis, inuicta ad labores, fortis ad pericula: pecuniã negligit, auaritiam fugit, contra vniuersa pericula animum præparat, molestiis nullis cedit, gloriæ cauet appetitum. Sed inter has temperantia semper amplectenda est. Est enim modus vitæ in omni verbo vel opere. Hæc autem sobrietatis & verecundiæ comes est, quæ alio nomine vocatur modestia. Humilitatis regulãm custodit, tranquillitatem animi seruat, continentiam & castitatem diligit, fouet decus & honestatẽ, restringit ratione appetitum: iram contemnit, nec rependit contumeliam. His tu plagis cœli includere homo dei. His tu armis bellator Christi accingere, protegere, & ornare. Iste currus igneus te fortem militem gestabit cõsummato cursu ad cœli palatium, vt adsistas regi tuo, cui certasti bonum certamen, fidem seruasti. Bene rege hanc quadridam virtutum, & fede in ea firmus, vt isto vehiculo vehi altius, & introduci valeas ad tricameratam domum in summo montis vertice collocatam. Hanc enim dico firmam fidem, spem inconeuscam, perfectam charitatem, quæ omnem seruilem foras mittit timorem, vbi via mandatorum dei dilatato corde curritur. Hinc anima iusti sedes sapientiæ facta; plano moderatóque insessu portat deum sessorem suum. Huic autem viuere Christus est, & mori lucrum. Vir discretus & contemplator transit quotidie: visionémque mirabilem cernit: ttahitur à deo, & ardenti desiderio currit post eum. Si autẽ istum montem excelsum, háncq; pulchram domum inhabitaueris: potens & tu sæpissime intueri terram illam promissionis, terram lacte & melle manãtem, vbi verus Israël moratur, & veritatis pabulo in æternum pascitur. Sed dicis tu mihi: Quare fidem in primo loco non posuisti, quæ est in Christiana anima fundamentũ omnium virtutum? Facerem vtique, nisi fides creseeret. Nisi autem fides creseeret, apostoli domino minime dixissent: Adauge in nobis fidem. Continua enim operatione virtutum, & adsidua meditatione scripturarũ sanctarum fides eruditur, & erudiendo illuminatur, & illuminando augetur, & augendo perficitur, & perfidiendo stabilitur, ita vt nullo turbine hæreseos vel persecutionum à statu suę rectitudinis moueatur. Igitur priusquam homo per fidem cognoscat creatorem suum, ignorantia (mater omnium vitiorum) eius possidet animam. Ergo ignorantia nox est: fides verò dies. Sicut dies crescit per horas: sic fides augetur per illuminationem diuinæ gratiæ, & per documenta matris Ecclesiæ. Primum itaque syncera radix sanctæ fidei in terra humani cordis plantatur: cui inseritur ramusculus ille sanctæ arboris, id est timor domini, qui dicitur initium sapientiæ. Cum hoc incipit, & cum isto ascendit vsq; ad plenitudinem luminis. Cúmque fides plene adulta fuerit: velut quædam magna est arbor, diuersa in se habens poma, ex quibus reficitur anima plena deo: & tunc adhæret ei timor ille castus & sanctus æternæ charitatis: qui permanet in seculum seculi. Hæc est enim fides illa quæ per dilectionem operatur, vt homo noua creatura efficiatur: fides prudentissima & inuictissima, quæ inter verba altercationis in tempore persecutionis & in die necessitatis superari non potest. Quapropter fides firma, & charitas plena, fideles comites, & inseparabiles sorores, cuncta in se genera virtutum continentes, virum perfectum efficiunt, quantum possibile est eum perfici in hac vita plena miseriis & erroribus. Iste illud apostoli in veritate dicere potest: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim quòd neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque profundum, neque altitudo, neq; alia creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hæc est autem disciplina bonæ vitæ, & recta series virtutum. Ista est via regalis, præcedentium patrum trita pedibus. Ambula in ea ô grex adolescentium, & noli declinare ab ea neque ad dexteram neque ad sinistram. Ille quidem ad sinistram declinat, qui se apertis vitiis implicat: ille verò ad dexteram declinat, qui vitia sub specie virtutum latentia summopere non deuitat. Per hæc enim multi decipiuntur, & ignorant se esse deceptos. Itaque dupliciter rea est anima, si & bonum nõ facit vnde spiritualiter viuat, & lateat. Superbus vult se credi constantem: prodigus liberalem: auarus diligentem: temerarius fortem: inhumanus parcum: gulosus humanum. Impudentia constantiæ sibi nomen adscribit. Procacitas appellationem libertatis ostendit: eloquentiam verbositas fingit, & curiositatis malum sub studij spiritualis colore delitescit. Nam interdum sub prætextu iustitiæ crudelitas agitur, & putatur esse virtus quod nimirum vitium est: sicut remissa segnities mansuetudo esse creditur. Et quod agit torpens negligentia, putatur agere indulgentia pietatis. Item timor sub specie obedientiæ occultatur, & dicitur virtus humilitatis, quod tamen vitium est timoris. Porro vitium inquietudinis virtutem se vult vocari solicitudinis. Et præcipitationis facilitas, feruor boni studij creditur. Et bene agendi tarditas, consilij mora esse videtur: cum tamen ista sit virtus, illa vitium. Hæc etsi humano possunt discerni iudicio: tamen sine dono dei (quantum mihi videtur) nec virtutes possunt haberi vel appeti, nec earum similitudines (quæ sunt vitia virtutes imitantia) declinari. Sed sciendum est quòd quædam summæ virtutes sunt, quædam vero mediæ. Summæ virtutes sunt spes, fides, charitas. Nam à quibus habentur, vtique veraciter habentur. Doctrina, ieiunium, castitas, scientia, & cætera his similia mediæ virtutes sunt: quia & ad vtilitatem & ad perniciem possunt haberi. Non potest esse veritas cum mendacio, pudor cum petulantia, fides cum perfidia, castitas cum luxuria. Aduersus impetus vitiorum contrariis virtutibus est pugnandum. Contra luxuriam adhibeatur cordis munditia: contra odium dilectio: contra iracundiam patientia: contra timorem fiduciæ virtus: contra torporem feruor boni studij. Opponatur tristitiæ gaudium, acediæ fortitudo, auaritiæ largitas, superbiæ humilitas. Principalium septem vitiorum regina & mater est superbia: quæ (omnium deterior) tanto in imo iacet, quanto in altum se erigit. Septem principalia pariunt de se multa vi-

Psal.26.d

Psal.118.i

Psal.18.d

Rom.8.g

Prou.4.d

Philip.1.c

Luc.17.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tia,quæ ita sibimet quadam cognatione iungũtur,vt ex altero alterum oriatur. Superbia sicut est origo omnium criminum:ita ruina cunctarũ virtutum.Ipsa est in peccato prima: in conflictu postrema. De superbia nascitur arrogantia: quæ tam in factis quàm in dictis cauenda est. Væ ei qui sibi magis quàm deo placere studet. Per cenodoxiam maxime subiicit sibi diabolus monachum: quia per eam ab humilitatis culmine deiicitur.Summa itaque virtus monachi humilitas: summum vitium eius superbia est.Superbiendo,contendendo,dimicando,murmurãdo, detrahendo,susurrando, negligendo,contemnendo,& proprias voluntates faciendo,infinitas monachi qui nũc sunt, culpas incurrunt.Hinc est quòd ex horum magna multitudine qui seculum deserunt,rari,valde inueniuntur qui mortificatis vitiis ascendere contendant ad perfectionem virtutum.Hæc autem significant illa sexcẽta milia armatorum qui de terra Ægypti educti sunt:duo autem solummodo homines, id est Iosue & Caleb ex illis omnibus terram promissionis ingressi sunt: regredi autem volentes in Ægyptum, prostrati in deserto diuersis generibus mortium interierunt. Per Ægyptum intellige mundum, per Pharaonem diabolum,qui est rex super omnes filios superbiæ. Per mare rubrum ablutionem peccatorum omnium. Per Aegyptios in eo mortuos,ipsa peccata quæ sunt exercitus Pharaonis. Tu quidem iam Aegyptum deseruisti: Pharaonem fugisti: & lotus à sorde tua, submersis curribus canticum lætitiæ domino cecinisti. Tandem ingressus solitudinem ad montem Sinai peruenisti,vbi data sunt tibi præcepta vitæ,& instituta cœlestis disciplinæ: quæ coram deo & sanctis eius te pollicitus es obseruare. Quanuis omnia feceris: noli tamen esse securus. Multa habentur pericula in ipsa qua incedis eremo.Ibi certe igniti sunt serpentes:qui percutiunt & interimunt murmuratores. Ibi lepra quæ inficit & deturpat detractores & susurrones.Ibi sæuus gladius, qui deuorat fabricatores idoli & cultores: illos videlicet monachos qui sectantur auaritiam, quæ idolorum est seruitus. Hanc dicit apostolus radicem omnium malorum. Scito tamen quia nõ nisi tepidissimos monachos hoc impugnat vitium. Tu caue ne præter victum & vestitum aliud aliquid habeas, aut velis habere. Detestare superbiam,fuge contentionem. Rectores monasterij dilige vt parentes, time vt dominos, crede esse salutare quod iniungunt.Sed hæc custodire non poteris, nisi prius te stultum facias vt sis sapiens: nihil scilicet discernens, nihil diiudicans ex his quæ tibi fuerint imperata: sed cum omni simplicitate ac fide semper obedientiam exhibens.Illud tantummodo sanctum, illud vtile, illud sapiẽs iudicans, quod tibi vel lex dei, vel senioris examen indixerit. Terreat te illorum exemplum,qui aduersus Moysen rebellauerunt:quorum alios cœlestis flamma combussit, alios autem infernus viuentes suscepit. Deficiet mihi tempus si velim omnia per ordinem pandere.Illud tibi inculcandum video,quia dum viuimus,inter laqueos currimus.Nusquã tuta pax,proh dolor,nusquam tuta quies:vbique bella: vndique hostes. Pharao enim cum suis Aegyptiis retinet exeuntem. Clades autem plurimæ in medio itinere,quæ impediunt nimis euntem. In extrema vero parte ante te hostes diri & fortes,qui resistere cupiunt,ne terrã promissionis possis intrare, id est Amalech,Seon, Og,Moab, filij Ammon, & latrunculi montis Seir.Si autem forte his superatis per multos labores optimam ingressus fueris terram, videbis quòd in ipsa etiam non valebis esse securus. Enimuero remanent Allophyli, & aliæ in tuo circuitu reseruantur gentes,in quibus te deus experiatur vtrum diligas eum: vtque semper manum eius respicias,ne forte cum comederis & saturatus fueris,obliuiscaris eum. Igitur per septem gentes, quæ ex illa terra expulsæ sunt,intellige septem capitalia vitia, quorum duo carnalia sunt,scilicet gastrimargia, & fornicatio, reliqua spiritualia, quæ in membris suis taliter distinguntur:Gulę concupiscentia in quinque modos diuiditur. Primo si ante tempus cibos quis appetat.Secundo si lautiores escas quærat. Tertio si diligentius quoslibet communes cibos quis procuret.Quarto si viles escas nimium quis sumat. Quinto si quisque ex desiderio quodcunque sumat. Fornicatio trimodo genere. Primum,dum per voluptatis luxuriam cõmixtio expletur. Alterum,dum sola attrectatione luxus carnis per immuditiam prouocatur. Tertium,dum intentione turpium cogitationũ nocturna quisque illusione polluitur. Est & quartum genus iuxta scripturam, sicut idololatria & auaritia. Sed & omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur. Philargyria in gemina membra distinguitur,puta in concupiscentiam rei augendæ,& in metum carendæ.Est & tertium genus pestis huius, quando monachus ex ipsis necessariis sine quibus viuere non potest,plus desiderat habere quàm necesse sit,aut ea volumus in monasteriis possidere,quæ si essemus in seculo, minime habere valeremus. Iræ genera tria sunt. Vnum quod ardet extrinsecus: aliud quod in verba sine operis effectu prorumpit:tertium quod non vt illud feruens ad horam digeritur,sed per dies & tempora reseruatur.Ex illo quippe calor & indignatio,ex isto nascitur odium, quæ omnia æquali sunt à nobis horrore damnanda. Tristitiæ vitium in tres diuiditur partes,quarum prima temperata est, & rationabilis, de delictorum pœnitudine veniens. Altera perturbata & irrationabilis, de anxietate metus, seu de desperatione peccatorum exoriens.Tertia de iracundia,vel de illato damno, ac desiderio præpedito procedens. Acediæ genera duo sunt. Vnum quod ad opus dei pigritare monachum ac dormitare compellit. Aliud quod vagari huc illúcque facit, ac fugere cohortatur de fratrũ cum quibus viuit societate. Hæc scilicet sex vitia quadam inter se cognatione sunt coniuncta, ita vt prioris exuberantia,sequentis efficiatur exordium.Ex primo enim secundum,ex secundo tertium,& sic de cæteris. Et ideo econtra simili modo atque eadem ratione pugnandum est,quia primo deuicto aliud facilius deuincitur. Et ista vitia licet inuicem sibi sint connexa ea quam diximus ratione,specialius tamen in tres copulas diuidenda sunt. Gastrimargiæ fornicatio,auaritiæ ira,tristitiæ acedia peculiari consortio fœderantur.Sed his superatis maior tibi restat pugna,& est tanto grauior,quanto ista amplius fuerint deuicta. Arripiendũ nanque tibi est totis viribus iuge certamen contra crudelissimam & triformem bestiam, id est superbiam, inanem gloriam,& inuidiam, cuius in vno corpore tria capita,& in ipsis capitibus dentes ferrei comminuentes omnia. O quàm multos uiros hæc immanissima bestia momordit & deiecit, atque sub pedibus suis conculcauit Circunda itaque tibi fortem armaturam,ut possis stare contra tantam nequitiam.Indue te lorica charitatis, accinge te gladio spiritus, quod est verbum dei:sume scutum fidei:pone galeam salutis & spei in capite tuo:sint pedes tui calceati in præparationem euangelij pacis, vt nullus in te pateat locus insidiis potentis aduersarij.Caput superbiæ,sicut caput viperæ, furor eius vt furor draconis,& flatus eius lethifer,vt insanabilis flatus reguli. Illud enim præstantius cæteris, tres venenatas ex vipereo ore ad feriendum educit linguas. Prima eos percutit qui per transgressionis culpam contemptui habent diuina præcepta. Secunda illos qui ex conseruatione mandatorum extolluntur in elationem virtutum.Tertia eos qui per contumaciam mẽtis subdi dedignantur maiorum imperiis.Quidam autem pro carnalibus, quidam pro spiritualibus superbiunt, & est vna superbia sub diuerso colore. Cenodoxiæ alterum caput,multiforme prodigium, & multiplex malum, diras voces & rugitus terribiles ex turgidis faucibus quadripartito modo altius efflat.Nam sunt qui habent dona,& donantem ignorant.Et sunt qui se dicunt pro suis præcedentibus meritis dona accepisse,non pro gratia largientis. Item quidam sunt qui quod non habeant, habere se per tumorem existimant.Sunt & alij qui contemnendo cęteros,putant se habere aliquid singulariter. Sed ista elatio cæteris perniciosior est,de singularitate iactantiæ veniens. Hæc autem dira lues quanuis se ad alta erigat, & impleat clamoribus aures: non tamen ei iuxta quam habet extollentiam, est vis & potentia.

Ipsa quoque inuidia duplices euomit flammas. Hoc nanque caput tertiũ, modò illum vrit qui meliori inuidet in id quod ipse non est: modo illum adficit,qui quemlibet consimilem dolet sibi esse æqualem. Vt hæc tria discernere valeas,ista do tibi indicia.Superbia enim rubet. Cenodoxia albet.Inuidia pallet.Furor igneus in superbis ex indignatione, candor in hypocritis ex simulatione, pallor in inuidis ex nimio

mio dolore. His ita digestis rectius septem criminalia vitia denotantur quàm dinumerãtur, vt mihi videtur: quia sicut princeps septem vitiorum diabolus nos eorum subdit potestatibus:ita Christus Deus noster spiritu septiformis gratiæ plenus,à dominatu ipsorum eruit, & sibi subditos facit. Sed scire te oportet,quia ista vitia diuersos ortus & dissimiles deficientias habent. Gula enim & fornicatio quia non nisi per corpus expleri possunt, carnalia sunt: & ideo corporali indigent afflictione, simúlque remotioribus locis, vt velocius curari queant. Auaritia & ira licet non sint vnius naturę, nam prior extra naturam est,sequens autem originalis videtur,quia homo irascibile animal est:simili tamẽ oriũtur modo. Siquidem commotionis causas extrinsecus concipiunt. Tristitia & acedia nulla extrinsecus accedente prouocatione generari solent.Superbia,cenodoxia,atque inuidia, sine corporali ministerio cõsummantur. Ad hæc curanda quæ spiritualia dicuntur,multum prosunt humana consortia,maxime si inter bonos prudentésque viros viuas, qui illa semper redarguant. Sed inter hæc sciendum est quòd in quibusdam ventris ingluuies, in quibusdam fornicatio principalem obtinet locum,in aliis superbia,in aliis cenodoxia arcem tenet. In quibusdam ira,in quibusdam auaritia seu tristitia, aut aliquid eorum sibi tyrannidem vendicat. Et ideo oportet vnũquemque nostrum secundum qualitatem belli,quò principaliter infestatur, pugnam arripere:ita vt alium necesse sit aduersus vitium,quod tertium ponitur, primum exercere conflictum,alium contra quartum seu quintum: & ita prout vitia in nobis obtinent principatum, vtque impugnationis exigitur modus,nos quoque oportet ordinem instruere pręliorum.Et sic contra illud vnum fortiter pugnemus, vt alia, à quibus minus impugnamur, non negligamus. Atque ita totis viribus laboremus,vt non de nostris laboribus, sed de dei auxilio confidamus. Hoc enim modo ad puritatem cordis, & ad plenitudinem virtutum valebimus Christo adiuuante peruenire. Illud etiam non minus te scire volo, quia varię in omnibus sunt morum conspersiones:vnde alia vitia trãquillis & lenib⁹ moribus,alia duris & aspersis vicina sunt. Sępe autẽ quod istis placet, illis displicet. Diabolus em̃ dum decipere quemquã quærit, prius naturã vniuscuiusq; intendit,& inde se applicat, vnde hominem aptum ad peccatũ inspexerit.Ex ea quippe parte hominem diabolus tentat, qua eum per excrescentem humorem facilè ad vitia inclinari cõspicit: vt secundum humoris conspersionẽ adhibeat tentationẽ.Nullus ergo culpam non æstimet quã ex conspersione propria sustineat,sed quantũ valet,contra id quod tolerat pugnet.Nam si conspersioni cedit, tentationi vel vitio nequaquam resistit.Igitur constantes & duri mores semper contra superbiam iram & crudelitatem pariter repugnent: iucundi autem & lenes contra inanem gloriam,hypocrisim & falsam pietatem præcipuè certare non cessent. Istud nanque hominum genus,laudis amore facilius capitur.Nemini volũt displicere,omnes æquanimiter portare videntur, decipiunt & decipiuntur: & quanto hominibus placent, tanto fiunt Deo odibiles,sicut scriptum est:Astuti & simulatores prouocant iram dei.Boni enim viri timentes deum, idipsum quod esse meruerunt,videri refugiunt. Sane laus humana bonos cruciat,malos lætificat. Dupliciter autem damnantur hypocritæ:siue pro occulta iniquitate, siue pro aperta simulatione. Nam non semper latent hypocrytę.Omne syncerum permanet.Nam quæ simulata sunt,diuturna esse non possunt. Hypocritæ foris candidi,intus sordidi.Amator vanæ gloriæ vnde possit laudari,agere non quiescit. Nonnulli falsa opinione arrogantiæ se perfectos esse existimant,dum non sunt:qui obortis tentationibus innotescunt. Tanto quis fit veritati vicinior, quanto se longius esse ab ea fuerit arbitratus. Est humilitas formidinis & ignorãtiæ,quæ non est laude digna. Hypocrita verba sanctorum habet, vitã non habet: cui semper iactantia oculos,quibus deus videri potest, claudit. Superbis & libidinosis plus dominatur diabolus. Transacta libido semper sui relinquit pœnitudinem. Nũquam satiatur, & extincta redaccenditur. Væ illi qui tunc habuit terminũ luxuriæ, quando vitæ. Vinum contra potantem faciat, quia postquam surrexerit, neq; pes neque manus suum officium tenent, & omnis eius exhilaratio vertitur in ruinam. Vir superbus nec decorabitur,nec volũtatem suam perducet ad finem.Semper enim conscientia serui dei,humilis debet esse & tristis:scilicet vt per humilitatem nõ superbiat,& per vtilem mœrorem cor ad lasciuiam non dissoluat.Dei seruum sine intermissione legere, orare, & operari oportet, ne forte mentem ocio deditam, vitia sibi præoccupent. Mens deo dicata, sic caueat minora vitia vt maiora: quia à minimis incipiunt, qui in maxima prorunt. Satis delicate se palpat, qui vult sine labore magno studióque continuo vel vitia superare, vel virtutes acquirere. Anima autẽ mole carnis pressa sicut difficilè ad virtutes surgit,ita facilè in vitia cadit: quia ista in imo sunt,illæ verò in summa arce consistunt. Denique nonnulli quia non pro dei amore seculo renunciant, laborare non curant.Vtinam quòd mundum relinquimus,voluntatis sit,non necessitatis. Qui enim non rigida intentione monachi professionem sectantur,quanto superni amoris propositum dissolute appetunt, tanto procliuius ad mundi amorem denuo reducuntur.Ex quibus alij corporis voluptatem, alij honorẽ requirunt.Sed qui ad hoc cõuersationem sanctitatis prætendit,vt aliis quandoque præesse desideret: iste non discipulus Christi, sed prauitatis sectator existit. Ferre enim crucem, & non mori, hypocritarum est. Ille autem qui se pro deo duritiæ tradit monachorum, adsiduus debet esse in orationibus, lachrymas suas deo, non hominibus offerre, ieiunia in auri- gæ modum pro lassitudine & viribus corporis temperare. Quapropter non pigeat te bone frater, quantum potes actibus sanctis insistere, vt laboris tui fructus quandoque possis recipere. Hoc solum attende, quòd monachus factus es, & ideo ea age quę monachi sunt.Inter eos cum quibus viuis,sectare meliores. In omni gradu & ordine optimis permixta sunt pessima.Animosos senes & pertinaces, quos vides in his abundare periculosis temporibus,noli imitari. Mores vitámque illorum fuge, ne tibi sint in laqueum & ruinam.O quàm multos senes & iudices Israël turpiter vitam suam negligẽtes rex Babylonis in terra captiuitatis & confusionis possidet, & quàm multi iuuenes spiritu feruentes, domino seruientes, vim faciunt cœlo,totísq; viribus sibi diripiunt illud? Vtinam talium præconia iuuenum nostri imitarentur senes,vt annosa redderet senecta quod tenera fert sponte adolescentia. Si tu vis proficere, non respicias quid mali faciant alij, sed quid boni ipse facere debeas. Nonne cernis negociatores & milites multa sustinere pericula, vt ad incertos honores & perituras diuitias perueniant? Isti quippe seruant cum animæ discrimine,quæ cum pluribus tribulationibus inueniunt.Quid ergo tibi (dic rogo) faciendum est,qui venditis omnibus preciosam quęris margaritam,& emptum habes agrum vbi thesaurus latet,quem fur auferre nõ potest? Necesse est tibi omnes insidias præcauere solicite,ne si ruinam passus fueris, pro gloria habeas ignominiam, quanuis tibi videaris in tuto,noli esse securus.Frequẽter in media tranquillitate, vitiorum sirtibus incauti & desides obruũtur.Quanta proh dolor animantia nutrit huius seculi desertũ, quæ negligẽtes monachos duris morsibus depascunt? Et quoniam credo te posse plus proficere oratione,quàm ista nostra exhortatione,addam & formulam orandi:vt legendo & orando, esurienti animæ duplicem tribuas refectionem:& quod desideras,apud deum facilius valeas obtinere.Nimio enim coactus desiderio, quod de salute tua habeo, istud supra vires meas assumpsi negocium: vt vinculis verborum meorum ad instructionem tuã patrum sententias colligerem.Hæc tu meditare,hæc in tabulis cordis tui scribe. Et vt scias per quam viam incedere debeas, & vt perficere possis opere, quid discis lectione: clama ad deum (sine quo nihil boni ãgitur) clama precor clamore magno in tota corde tuo,& flebilis suppléxque tu ora.

FINIS.

D. Bernardi Abbatis de SCALA CLAVSTRALIVM, siue de modo orandi.

GVM die quadam corporali manuum labore occupatus, de spiritualis hominis exercitio cogitare cœpissem: quatuor spirituales gradus animo cogitanti se subito obtulerunt, scilicet lectio, meditatio, oratio, & cõtemplatio. Hęc est scala clausträlium, qua de terra in cœlum subleuantur: gradibus quidem distincta paucis, immensæ tamen & incredibilis magnitudinis. Cuius extrema pars terræ innixa est, superior verò nubes penetrat, & secreta cœlorum rimatur. Hi gradus sicut nominibus & numero ita ordine & munere sunt distincti. Quorum proprietates & officia quidem singula quid circa nos afficiant, quomodo inter se inuicem differant & præemineant, si quis diligenter inspiciat: quicquid laboris aut studij impenderit in eis, breue reputabit & facile præ vtilitatis & dulcedinis magnitudine. Est autem lectio, sedula scripturarum cum animi intentione inspectio. Meditatio, est studiosa mentis actio occultę veritatis notitiam ductu
Lectio. *Meditatio.* H proprię rationis inuestigans. Oratio, est deuota cordis intentio in deum pro malis amouendis, & bonis adipiscendis. Cõ-
Oratio. *Cõtẽplatio.* templatio, est mentis in deum suspensæ eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans.

Descriptio officiorum quatuor graduum.

Adsignatis ergo quatuor graduum descriptionibus, restat vt eorum officia videamus. Beatæ igitur vitæ dulcedinem lectio inquirit, meditatio inuenit, oratio postulat, contemplatio degustat. Vnde ipse dominus dicit: Quærite, & inuenie-
Matt. 7.a tis: pulsate, & aperietur vobis. Quærite legendo & inuenietis meditando. Pulsate orando, & aperietur vobis contemplando. Lectio quasi solidum cibum ori apponit. Meditatio masticat & frangit. Oratio saporem acquirit. Contemplatio est ipsa dulcedo quæ iucundat & reficit. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in desiderij postulatione, contemplatio in adeptæ dulcedinis delectatione. Quod vt expressius videri possit, vnum de multis supponam exemplum. In lectione audio: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.
Matt. 5.a Ecce breue verbum, sed suaue & multiplici sensu refertum. Ad pastum animæ quasi vuam ministrauit, quam postquam anima diligenter inspexit, dicit intra se: Potest aliquid boni esse? Redibo ad cor meum, & tentabo si forte intelligere & inuenire potero munditiam hanc. Preciosa enim & desiderabilis est res ista, cuius possessores beati dicuntur, quibus visio dei (quæ est vita æterna) promittitur, quæ tot sacræ scripturę testimoniis collaudatur. Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans, incipit hanc vuam masticare & frangere, eámque quasi in torculari ponit, deinde excitat rationem ad inquirẽdum quid sit, & quomodo haberi possit hæc adeo preciosa & desiderabilis munditia.

Officium meditationis.

Accedens ergo sedula meditatio non remanet extra, non hæret in superficie, vlterius pedem figit. Interiora penetrat, singula rimatur: attente cõsiderat quòd nõ dixit, Beati mundo corpore, sed corde: quia non sufficit manus habere innoxias à malo opere, nisi à prauis cogitationibus mundemur in mente: quod auctoritate prophetæ confirmatur dicentis:
Psal. 23.a Quis ascendet in mõtem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mũdo corde. Item considerat quantum hanc cordis mundiciã optabat idem Propheta, qui
Psal. 50.a orans dicebat: Cor mundũ, inquit, crea in me deus. Item: Si
Psal. 65. d aspexi iniquitatem in corde meo, non exaudiet dominus. Cogitat quàm solicitus erat in hac custodia beatus Iob, qui dicebat: pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidẽ de
Iob. 31.a virgine. Ecce quantũ arctabat se vir sanctus qui claudebat oculos suos ne videret vanitatem, ne forte incautus respiceret quod postea inuitus desideraret. Postquam hæc & huiusmodi de cordis munditia pertractauit, incipit cogitare de eius
I præmio, quàm gloriosum & delectabile est videre faciem desideratam domini, speciosi forma præ filiis hominũ, non esse K iam abiectum & vilem, non habentem speciem qua vestiuit eum mater sua synagoga: sed stola immortalitatis indutum, & coronatum diademate quo coronauit eum pater suus in die resurrectionis & glorię, die quam fecit dominus. Cogitat quòd in illa visione erit satietas illa de qua dicit Propheta: *Psal. 16.d* Satiabor cum apparuerit gloria tua. Videsne quãtum liquoris emanauit ex minima vua? quãtus ignis ex hac scintilla ortus est? quantum hæc modica massa, Beati mundo corde, *Matt. 5.a* quoniam ipsi deum videbunt: in incude meditationis extensa est? Sed quantum adhuc posset extendi si accederet aliquis talia expertus? Sẽtio enim quòd puteus altus est: sed ego adhuc rudis tyro, in quo pauca hæc haurirem vix inueni. His anima facibus inflammata, his incitata desideriis, fracto alabastro suauitatem vnguẽti præsentire incipit, necdum gustu, sed quasi natiũ odoratu. Et ex hoc colligit quàm suaue esset huius munditiæ sentire experientiam, cuius meditationem nouit adeo esse iucũdam. Sed quid faciet? Habendi desiderio æstuat: sed non inuenit apud se quòmodo habere possit: & quanto plus inquirit, plus sitit. Dum apponit meditationem, apponit & dolorem: quia sitit dulcedinem, quam in cordis munditia meditatio esse monstrat, sed non prægustat. Non enim est legentis atque meditantis hanc sentire dulcedinem, nisi data fuerit desuper. Legere enim & meditari tam bonis L quàm malis commune est. Et ipsi philosophi gentium, in *Rom. 1.d* quo summa veri boni consisteret, ductu rationis inuenerunt: sed quia cum deum cognouissent, non sicut deum glorificauerunt, & de suis viribus præsumentes dicebant, Linguam *Psal. 11.a* nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt: quis noster dominus est? non meruerunt percipere quod potuerunt videre. Euanuerunt enim in cogitationibus suis: & omnis *Rom. 1.a* eorum sapientia deuorata est, quam eis contulerat humanæ *Psa. 106.e* studium disciplinæ, non spiritus sapientiæ, qui solus dat veram sapientiam: sapidam scilicet scientiam: quæ animam cui inhæsit, inæstimabili sapore iucundat & reficit. Et de illa dictum est: Sapientia non intrabit in maleuolam animam. Hęc *Sap. 1.a* autem à solo deo est. Officium enim baptizandi dominus concessit multis: potestatem verò & auctoritatem in baptismo remittẽdi peccata, sibi soli retinuit. Vnde Ioannes antonomastice & discretiue de eo dixit, Hic est qui baptizat. Sic *Ioan. 1.b* de eo possumus dicere: Hic est qui sapientiæ saporem dat: & sapidam animam facit. Sermo siquidem datur multis, sed sapientia paucis: quam distribuit dominus cui vult, & quomodo vult.

Officium orationis.

Videns autem anima quòd ad desideratam cognitionis & experientiæ dulcedinem per se non possit attingere, & quanto magis ad cor altum accedit, tanto magis exaltatur M *Psal. 63.b* deus: humiliat se, & confugit ad orationem, dicens: Domine qui non videris nisi à mundis cordibus, inuestigaui legendo, meditando quęsiui quomodo haberi possit vera cordis munditia: vt ea mediante vel ex modica parte possem te cognoscere. Quærebam vultum tuum domine: vultum tuum requirebam. Diu meditatus sum in corde meo: & in *Psal. 38.a* meditatione mea exarsit ignis ac desiderium amplius cognoscendi te. Dum panem sacræ scripturæ mihi frangis: in fractione panis magna cognitio est. Et quãto plus te cognosco, plus te cognoscere desidero: non iam in cortice literæ, sed in sensu experientiæ. Nec hoc peto domine propter merita mea, sed pro tua misericordia. Fateor enim quia indigna & peccatrix sum: sed & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Da mihi domine arram hæredi- *Matt. 15.c* tatis futuræ saltem guttam cœlestis pluuiæ, qua refrigerem sitim meam, quia amore ardeo.

Officium contemplationis.

His & huiusmodi ignitis eloquiis suum inflammat desiderium: sic ostendit suum affectum. His incantationibus aduocat sponsum. Dominus autem (cuius oculi super iustos *Psal. 33.c* & aures eius non solum ad preces, sed ipsas preces eorum nõ expectat donec sermonem finierint: sed medium orationis cursum interrumpens, festinus ingerit se, & animæ desiderãti festinus occurrit) cœlestis rore dulcedinis circunfusus, vnguentis optimis delibutus animam fatigatam recreat: esurientem

A tem reficit: aridam impinguat: & facit eam terrenorum obliuisci: memoria sui eam mirabiliter fortificando, viuificando, & inebriando, ac sobriam reddendo. Et sicut in quibusdam carnalibus officiis anima adeo vincitur carnali concupiscentia, quòd omnem vsum rationis amittit, & fit homo quasi totus carnalis: ita merito in hac superna contemplatione ita consumuntur & absorbentur carnales motus ab anima, vt in nullo caro spiritui contradicat, & fiat homo quasi totus spiritualis.

Signa spiritus sancti ad animam venientis.

Sed ô domine, quomodo comperimus, quando hæc facis: & quod signum aduentus tui? Nunquid huius consolationis & lætitiæ testes & nuncij sunt suspiria & lachrymæ? Si ita est, noua est antiphrasis ista, & significatio inusitata. Quæ enim conuentio consolationis ad suspiria, lætitiæ ad lachrymas? si tamen istæ dicendæ sunt lachrymæ, & non potius roris interioris desuper infusi superfluens abundantia, & ad interioris ablutionis indicium, exterioris hominis purgamentum: vt sicut in baptismo puerorum per exteriorem ablutionem significatur & figuratur interior animæ ablutio: ita hic econtra exteriorem ablutionem interior præcedat purgatio. O felices lachrymæ, per quas maculæ interiores purgantur: per quas peccatorum incendia extinguuntur.
B Beati qui sic lugetis, quia ridebitis. In his lachrymis agnosce ô anima sponsum tuum: amplectere desideratum. Nunc torrente voluptatis te inebria: fuge ab vbere consolationis eius lac & mel. Hæc sunt miranda munuscula & solatia quæ dedit tibi sponsus tuus: gemitus scilicet & lachrymæ. Adducit tibi potum in his lachrymis in mensura. Hæ lachrymæ sunt tibi panes die ac nocte: panes vtique confirmantes cor hominis: & dulciores super mel & fauum. O domine Iesu: si adeo sunt dulces istæ lachrymæ quæ ex memoria & desiderio tui excitantur: quàm dulce erit gaudium quod ex manifesta tui visione capietur? Si adeo dulce est flere pro te, quàm dulce erit gaudere de te? Sed quid huiusmodi secreta colloquia proferimus in publicũ? Cur ineffabiles & inenarrabiles affectus verbis communibus conamur exprimere? Inexperti talia non intelligunt, nisi ea expressius legant in libro experientiæ, quos ipsa doceat vnctio. Aliter autem litera exterior non prodest quicquam legenti. Modicum sapida est lectio exterioris literæ, nisi glossam & interiorem sensum sumat ex corde. Quomodo remanet anima spiritus sancti feruore discedente? O anima, diu protraximus sermonẽ: Bonum enim erat nos hic esse: cum Petro & Ioãne contemplari gloriam sponsi, & diu manere cum illo: si vellet hic fieri, non duo, non tria tabernacula, sed vnum: in quo essemus simul, & simul delectaremur. Sed iam dicit sponsus: Dimitte
Gen. 32.f C me: iam enim ascendit aurora, iam lumen gratiæ & visitationem, quam desiderabas accepisti. Data ergo benedictione, mortificato neruo femoris, & mutato nomine de Iacob in Israël, paulisper secedit sponsus desideratus, cito elapsus. Subtrahit se tam à prædicta visione, quàm à dulcedine contemplationis: manet tamen præsens quantum ad gubernationem.

Hic redditur causa, quare spiritus sancti feruor animam aliquantulum deserit.

Sed ne timeas, ô sponsa, ne desperes, ne existimes te contemni, si paulisper tibi subtrahit sponsus faciem suam. Omnia ista cooperantur tibi in bonum, & de accessu & recessu lucrum aequiris: tibi venit: tibi & recedit. Venit ad consolationem: recedit ad cautelam, ne magnitudo consolationis extollat te: ne si semper apud te sit sponsus, incipias contemnere sodales: & hanc continuam visitationem non iam gratiæ attribuas, sed naturæ. Hanc autem gratiam cui vult & quando vult sponsus tribuit: non quasi iure hæreditatio possideatur. Vulgare prouerbium est, quòd nimia familiaritas parit contemptum. Recedit ergo, ne forte nimis adsiduus contemnatur, & absens magis desideretur, desideratus auidius quæratur, diu quæsitus tandem gratius inueniatur. Præterea si nunquam deesset hîc consolatio (quæ respectu futuræ gloriæ, quæ reuelabitur in nobis, ænigma est, & ex parte) putaremus forte hic habere ciuitatem manentem, & minus inquireremus futuram. Ne ergo exilium deputemus pro patria, arram pro precij summa: venit sponsus & D recedit vicissim: nunc consolationem afferens, nunc vniuersum statum nostrum in infirmitatem commutans: paulisper nos permittit gustare quàm suauis est: & antequã plenè sentiamus, se subtrahit: & ita quasi alis expansis supra nos volitans prouocat nos ad voládum. Quasi dicat: Ecce parum gustastis, quàm suauis sum & dulcis: sed si vultis plenè saturari hac dulcedine, currite post me in odorem vnguẽtorum meorum: habentes sursum corda, vbi ego sum in dextera dei patris. Ibi videbitis me nõ per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem: & plenè gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Cura & diligentia adhibenda est animæ, ne omnino à deo deseratur. Sed caue tibi ô sponsa: quando absentat se sponsus, non longe abibit: & si non vides eum, ipse tamen videt te semper: plenus oculis ante & retro. Nunquam potes eum latere. Habet etiam circa te nuncios suos spiritus, quasi sagacissimos exploratores, vt videant quomodo absente sponso conuerseris: & accusent te coram ipso, si aliqua signa lasciuiæ & scurrilitatis in te deprehenderint. Zelotypus est sponsus iste. Si forte alium amatorem receperis, si aliis magis placere studueris: statim discedet à te, & aliis adhærebit adolescentulis. Delicatus est sponsus iste: E nobilis & diues est: speciosus forma præ filiis hominum: & ideo non nisi speciosam dignatur habere sponsam. Si viderit in te maculam siue rugam, statim auertit oculos. Nulla enim immundiciam potest sustinere. Esto ergo casta: esto verecunda & humilis, vt sic à sponso tuo merearis frequenter visitari.

Timeo ne diutius detinuerit nos sermo iste, sed ad hęc cõpulit me materia fertilis pariter & dulcis, quam ego non protrahebam spontaneus, sed nescio qua eius dulcedine trahebar inuitus.

Officia & effectus singulorum graduum per repetitionem.

Vt ergo quæ diffusius dicta sunt, simul iuncta melius videantur, prædictorum summam recapitulando colligamus. Sicut in prædictis exemplis prænotatum est, videri potest quomodo prædicti gradus cohæreant, & sicut temporaliter, ita & causaliter se præcedant. Lectio enim quasi fundamentum primo occurrit, & data materia mittit nos ad meditationem. Meditatio verò quid appetendum sit diligentius inquirit: & quasi effodiens, thesaurum inuenit & ostendit. Sed cum per se obtinere non valeat: mittit nos ad orationem. Oratio se totis viribus erigens ad dominum, impetrat thesaurum desiderabilem, contemplationis suauitatem. Hæc autem adueniens, prædictorum trium laborem remunerat, F dum cœlestis rore dulcedinis animam sitientem inebriat. Lectio ergo est secũdum exterius exercitium. Meditatio secundum interiorem intellectum. Oratio secundum desiderium. Contemplatio super omnem sensum. Primus gradus est incipientium. Secundus est proficientium. Tertius est deuotorum. Quartus beatorum. Hi autem gradus ita concatenati sunt, & vicaria ope sibi inuicem deseruiunt, quòd præcedentes sine subsequentibus aut parum aut nihil prosunt, sequentes verò sine præcedentibus aut raro aut nunquam haberi possunt. Quid enim prodest lectione continua tempus occupare, sanctorum gesta & scripta legendo transcurrere, nisi ea etiam masticando & ruminando succum eliciamus: & transglutiendo vsque ad cordis intima trãsmittamus: vt ex his diligenter consideremus statum nostrum: & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus lectitare? Sed quomodo hæc cogitabimus, aut quomodo cauere poterimus ne falsa aut inania quædam meditando, limites à sanctis patribus cõstitutos transeamus, nisi prius circa huiusmodi antè ex lectione, aut ex auditu fuerimus instructi? Auditus enim quodammodo pertinet ad lectionem. Vnde solemus dicere non solum libros ipsos nos legisse, quos nobisipsis vel aliis legimus: sed illos etiam quos à magistris audiuimus. Item quid prodest homini si per meditationem quæ agenda sunt videat, nisi orationis auxilio & dei gratia ad ea obtinenda conualescat? Omne siquidem datum optimum, & omne donum perfe- *Iacob. 1.b* ctum desursum est, descendens à patre luminum: sine quo nihil possumus facere: sed ipse in nobis facit opera: non tamen omnino sine nobis. Cooperatores enim dei sumus, sicut di- *1. Cor. 3.d* cit apostolus. Vult siquidem deus vt eum adiuuemus: & vt

G ei aduenienti & præstolanti ad ostium, aperiamus sinum voluntatis nostræ, & ei consentiamus. Hunc consensum exigebat à Samaritana, quando dicebat: Voca virum tuũ. quasi dicere: Volo tibi infundere gratiam, tu applica liberum arbitrium. Orationem exigebat ab ea, cum dicebat: Tu si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere forsitan petisses ab eo aquam viuam. Hoc audito quasi ex lectione mulier instructa, meditata est in corde suo bonum sibi fore & vtile habere hanc aquam. Accensa ergo habendi desiderio, conuertit se ad orationem dicens: Domine, da mihi hanc aquam: vt non sitiam amplius: neque veniam huc haurire aquam. Ecce auditus verbi domini, & sequens super eo meditatio, incitauerunt eam ad orandum. Quomodo namque esset solicita ad postulandum, nisi prius eam accendisset meditatio? Aut quid ei præcedens meditatio contulisset, nisi quæ appetenda monstrabat, sequens oratio impetrasset? Ad hoc ergo vt fructuosa sit meditatio, oportet vt sequatur orationis deuotio, cuius quasi effectus est contẽplationis dulcedo.

Ioan.4.b

Ibidem.

Hic ostenduntur omnes hi gradus ita esse simul iuncti, vt sint inseparabiles.

Ex his possumus colligere quòd lectio sine meditatione arida est. Meditatio sine lectione erronea. Oratio sine meditatione est tepida. Meditatio sine oratione infructuosa. Oratio cum deuotione contemplationis acquisitiua. Contem-
H plationis adeptio sine oratione aut rara aut miraculosa. Deus cuius potentiæ non est numerus vel terminus, & cuius misericordia super omnia opera eius, quandoque ex lapidibus suscitat filios Abrahæ, dum duros & nolentes acquiescere cogit vt velint: & ita quasi prodigus (vt vulgo dici solet) bouem in cornu trahit, quando non vocatus se infundit. Quod etsi quandoque aliquibus legimus contigisse, vt Paulo & quibusdam aliis, non tamen ideo debemus nos quasi deum tẽtando diuina præsumere, sed facere quod ad nos pertinet: legere scilicet & meditari in lege dei, orare ipsum vt adiuuet infirmitatem nostram: & videat imperfectũ nostrum quod ipse docet nos facere dicens: Petite & accipietis, quærite & *Ioan.16.e* inuenietis: pulsante & aperietur vobis. Nunc enim regnum *Matt.11.b* cœlorum vim patitur: & violenti rapiunt illud. Ecce præsignatis distinctionibus perspici possunt prædictorum graduũ proprietates quomodo sibi cohærent: & quid singuli in nobis efficiant. Beatus homo cuius animus à cæteris negociis vacuus in his quatuor gradibus versari semper desiderat, qui venditis vniuersis quæ habuit, emit agrum illum in quo latet thesaurus desiderabilis: scilicet vacare & videre quàm suauis est dominus: qui in primo gradu exercitatus, in secundo circunspectus, in tertio deuotus, in quarto supra se leuatus, per has ascensiones, quas in corde suo disposuit, ascendet de vir-
Psal.83.b tute in virtutem: donec videat deum deorum in Sion. Beatus
I cui in hoc supremo gradu vel modico tempore conceditur manere: qui vere potest dicere: Ecce sentio gratiam domini: ecce cum Petro & Ioanne gloriã eius in monte contemplor: ecce cum Iacob plerumque Rachelis amplexibus delector. Sed caueat sibi iste ne post contemplationem istam qua eleuatus fuerit vsque ad cœlos, inordinato casu corruat vsque ad abyssos: nec post dei visionem ad lasciuos mundi actus & carnis illecebras conuertatur. Cum verò mentis humanæ acies infirma veri luminis illustrationem diutius sustinere nó poterit, ad aliquem trium graduum per quos ascenderat, leuiter & ordinate descendat: & alternatim modo in vno, modo in altero, secũdum motum liberi arbitrij pro ratione loci & temporis demoretur: tãto iam deo vicinior, quanto à primo gradu remotior. Sed heu fragilis & misera humana conditio. Ecce ductu rationis, & scripturarum testimoniis aperte videmus in his quatuor gradibus bonæ vitę perfectionem contineri: & in his spiritualis hominis exercitiũ debere versari. Sed quis est qui hunc viuendi tramitem teneat? Quis est hic, & laudabimus eum? Velle multis adiacet: sed perficere paucis. Et vtinam de istis paucis essemus.

Quatuor causæ retrahunt nos ab his quatuor gradibus.

Sunt autem quatuor causæ quæ retrahunt nos plerunque ab istis gradibus, scilicet ineuitabilis necessitas: honestæ actionis vtilitas: humana infirmitas: mundialis vanitas. Prima est excusabilis: secunda tolerabilis: tertia miserabilis: quarta culpabilis. Illis enim quos huiusmodi nouissima causa à sanK cto proposito retrahit, melius erat gloriã dei non cognoscere, quàm post agnitam retroire. Quã vtiq; excusationem habebit iste de peccato? Nónne ei iustè potest dicere dominus: Quid debui tibi facere, & nõ feci? Non eras, & creaui te: pec- *Esa.5.b* casti, & diaboli seruum te feceras: & redemi te. In mundi circuitu cum impiis currebas: & elegi te. Dederam tibi gratiam in conspectu meo, & volebam facere apud te mansionem: tu verò despexisti me: & non solùm sermones meos, sed meipsum proiecisti retrorsum, & ambulasti post concupiscentias tuas. Sed ô deus bone, suauis & mitis, amicus dulcis, cõsiliarius prudens, adiutor fortis: quàm inhumanus, quàm temerarius est qui te abiicit: qui tam humilem, tam mansuetum hospitem à suo corde repellit: O quàm infelix & damnosa commutatio, creatorem suum abiicere, & prauas noxiásque cogitationes recipere: illud etiam secretũ cubile spiritus sancti, secretum cordis, quod paulo ante cœlestibus gaudiis intendebat, tam subito immundis cogitationibus & peccatis tradere conculcandum? Adhuc in corde calent sponsi vestigia, & iam intromittuntur adulterina desideria. Male cõueniens & indecorum est, aures quæ modo audierunt verba quæ non licet homini loqui, rã cito inclinari ad fabulas & detractiones audiendas: Oculos qui sacris lachrymis modo baptizati erant, repente conuerti ad videndas vanitates: Linguã, quæ modo dulce epithalamium decãtauerat, qui ignitis & per- L
suasoriis eloquiis suis cum sponso reconciliauerat sponsam, & intro duxerat eam in cellam vinariam, iterum conuerti ad vana eloquia, ad scurrilitates, ad concinnandum dolos, ad detractiones. Absit hoc à nobis domine. Sed si forte ex humana infirmitate ad talia dilabimur, non ideo desperemus, sed iterum recurramus ad clementem medicum, qui suscitat de terra inopem, & erigit de stercore pauperem. Et qui nó vult *Psal.112.d* mortem peccatoris, iterum curabit & sanabit nos.

Iam tempus est vt epistolę finem imponamus. Oremus ergo deum vt impedimenta quæ nos ab eius contemplatione retrahunt, in præsenti nobis mitiget, in futuro nobis penitus auferat: qui per prædictos gradus de virtute in virtutem nos perducat, donec videamus deum deorum in Sion. Vbi electi non guttatim, non interpolatim percipient diuinæ contemplationis dulcedinem, sed torrente voluptatis indesinenter repleti, habebunt gaudium quod nemo tollet ab eis, & pacem incommutabilem, pacem in idipsum. Tu ergo frater mi Goffrede, si quando datum tibi fuerit desuper prædictorum graduum celsitudinem conscendere, memento mei, & ora pro me cum tibi bene fuerit, vt sic cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat: Veni.

FINIS. M

D. Bernardi Abbatis Formula honestæ vitæ.

vel, Liber de honestate vitæ.

PEtis à me frater charissime, quod necdũ à suo prouisore audiui aliquem petiisse. Veruntamen quia id instanter tua poscit deuotio, cui iuste & rationabiliter petẽti aliquid in Christi nomine negare nó valeo, formulam honestæ vitæ bræui tibi sermone depingam: quam si in Christi amore vel dilectione exardescens perfe-
ueranter seruaueris, vitam proculdubio consequẽris æternã.

Vt ergo ab interiori homine ad exteriorem sermo procedat, ita circa tui puritatem cordis te indesinenter studere oportet, quo tutius puritatis amator Deus illic sedem tanquã in cœlo sibi collocare dignetur: iuxta illud: Cœlum mihi sedes est, & anima iusti sedes est sapientiæ. Necesse est igitur vigilanter intendas cogitationes tuas ad bonum semper & honestum dirigere, vt videlicet cogitare vel meditari coram deo pertimescas quod in præsentia hominum dicere vel facere merito erubesceres, sciẽs quòd sicut per verba vel facta inno-

A innotescimus homini, sic nimirum per cogitationes cuncta scrutanti spiritui: quia quod agunt hominibus dicta, eadẽ deo
Psal.93.b cogitationes. Deus enim nouit cogitationes hominum, quia
Hebr.4.c vanæ sunt. Et sicut nulla est ei inuisibilis creatura, sic omnino nihil potest cogitari quod eum lateat. Viuus est enim sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animę ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum cordis.

De contemplatione Christi.

Sit tibi quoque Iesus semper in corde, & nunquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi sit cibus & potus, dulcedo & consolatio tua, mel tuum, & desiderium tuum, lectio tua & meditatio tua, oratio & contemplatio tua, vita, mors, & resurrectio tua.

De contemplatione Christi hominis.

Semper cogita illum, nunc positum in præsepio, & pãnis inuolutum: modo in templo patri à parẽtibus præsentatum: nunc fugientem in Aegyptum, ibi diu in extrema paupertate & indigentia commorãtem, & inde maximo cum labore redeuntem: modo in templo audientem doctores & interrogantem, qui docet hominem scientiam, & postea parentibus subditum, cui iure omnis creatura subditur. Deinde esurientẽ in deserto & sitientem, qui est panis vitæ, & fons sapientiæ,
B qui pascitur inter lilia, & implet omne animal benedictione.
Cant.2.d Modo fatigatum ex itinere, sedere sic supra fontem, cum mu-
Psa.144.d liercula sola solum loquentem, totius mundi statum regentem. Postea factũ in agonia prolixius oractem, & omnia omnibus sufficienter administrantẽ. Ab angelo etiam ipsum, qui est dulcedo & consolatio angelorum & hominum, consolationem nihilo minus recipiẽtem. Aut ad columnã, illum qui totius est orbis sustentamentũ, ligatum & flagellatum: Ipsum (qui est angelorum splendor) sputis illitum, palmis in facie percussum, spinea corona coronatum, opprobriis saturatum: Ad vltimum cum iniquis deputatum, & pro te in cruce pen-
Cant.1.d dentem & morientem, atque spiritum suum in manus patris commẽdantem. Sic nimirum erit fasciculus myrrhæ dilectus tuus, sic inter vbera tua commorabitur. Sic de omnibus anxietatibus & amaritudinibus domini dei tui, colliga quasi fasciculum, vt amarum poculum lachrymarum tibi conficias.

Contemplatio de diuinitate Christi.

2.Cor.5.d Quod si quando ardentissimo Christi amore succẽsus, volueris cum apostolo iam illum cognoscere, & non secundum carnem, leuabis parum mentis oculos ad victoriam resurgẽtis, ad gloriam ascendentis, ad gloriosam maiestatem in glo-
Col.3.a ria dei patris sedentis atque regnantis, quæ sursum sunt sapiens, & quæ sursum sunt quærens, vbi Christus est in dextera
Prou.25.d dei sedens. Nec tamen ibi longam facies moram, ne forte si
C diutius scrutator maiestatis fueris, obruaris à gloria.

De humilitate.

Sane ante omnia te debere noueris omnem cordis elationem, iactantiam atque arrogantiam (quasi venenatas aspides) fugere: sciẽs proculdubio quia immundus est coram deo omnis qui exaltat cor suum. Itaque neminem spernas, nemini noceas, nulli detrahas, & pro Christi amore omnibus prodesse coneris. In tantum etiã inferiorem ac cęteris viliorem te non solum ex intimo cordis affectu credas, verumetiam nõ te di-
Gal.6.a cas profecisse, sed nec te aliquid esse existimes, iuxta illud apostoli: Qui se aliquid esse existimat, cum nihil sit, ipse se seducit.

De honestate exteriori, & primo de habitudine corporis.

Sit præterea incessus tuus maturitate plenus, grauis & honestus: videlicet non fractis gressibus ambules, aut scapulas dextrorsum aut sinistrorsum vergendo, non erecta cerui-
ce, non prominente pectore, seu etiam inclinato capite super humerum: quæ omnia aut leuitatem redolent, aut elationem ostentant, aut hypocrisim sapiunt. Incedens ergo, stans & sedens, faciem semper habeto deorsum, teuoluẽs in animo tuo, quòd puluis es, & in puluerem reuerteris: & cor sursum, vbi Christus est in dextera dei patris sedens.

De visu & honestate faciei.

Quaquauersum nulla curiositate, quin potius necessitate aspicias. Tristitiam autem (maxime in conuentu) dissimulare te decet, quandam in facie hilaritatem prætendens: priua-
tim autem nunquam vultus in diuersa mutetur. Siquãdo co- D
ram aliis positus ridere alicuius rei causa fueris compulsus (vt adsolet) non sit risus tuus excussus. Nam iuxta sapiẽtem, amictus corporis, & risus dentium, & gressus hominis, enunciant de illo. Tuis etiam interdum interpone gaudia curis.

De honesta occupatione.

Nunquam sis ociosus quin aut legas, aut aliquid de sacris *Eccli.19.d* scripturis mediteris, vel (certe quod melius est) rumines psalmos, operando nihilo minus incessanter, quod tibi fuerit iniunctum, vt semper te diabolus inueniat occupatum. Multã *Eccli.33.d* enim malitiam docuit ociositas. Illas etiam scripturas libentius legas, quæ præcipue erga Christum tuum magis inflammauerint intellectum. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum, si in sensu cogitauerit circunspectionem dei.

De oratione.

Cùm orueris, non impleas aures audientium singultibus & suspiriis, sed intente ora deum in cubiculo cordis tui. Proderit tamen ad deuotionem compunctionémque obtinendam, si ita semotus fueris, vt puras manus ad deum leuando, etiam tuiipsius vocem audire possis. Nonnunquam ad subleuandum intentionem in cœlum prospicias, vt ibi sit cor tuum, vbi Christus est in dextera dei sedens. Ab oratione ite- E
rum reuerteris ad lectionem: & iterum lectio cum fastidium submouerit, ad orationem redeas.

De honesta societate.

Cõsortia iuuenum (& maxime illorum qui imberbes sunt) inquantum conuenienter poteris, deuita. Nunquam alicui oculum in faciem figas.

De refectione.

Sicut ad crucem, sic accedas ad cibum: id est, nunquam vo luptate, sed necessitate pascaris: & fames, non sapor prouocet appetitum. Singularitatem in refectione fuge, & cõmunitate esto contentus, sciens quia caro pascenda est, & extinguenda sunt vitia. Siquando aliquid superapponitur, tãquam diuinitus procuratum accipe illud, hoc tamen habẽs in animo semper & voluntate, vt tantum vel magis alteri apponatur.

De timore domini.

Pone prouidẽtiæ tuæ modum, ne tibi sapiẽs videaris. Semper & vbique atque in omnibus operibus time, ne forte excedas in aliquo. Hinc beatus Iob, Verebar, inquit, omnia o- *Iob. 9.d* pera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.

De honesta dormitione.

Cùm ad stratum lassus deueneris, te honesto modo iacendo componas, nec resupinus iaceas, nec genua leuãdo, calcaneos iungas ad tibias. Quod si forte luxuriæ te pompa concusserit, recordare dilectum tuum positum in doloribus, & vniuersum stratum suum versatum in infirmitate eius, hæc dicens in corde tuo: Deus meus pendet in patibulo, & ego F
voluptati operam dabo? Sicque inuocato nomine saluatoris, ingeminando sæpe nomen salutis, cessabit tandem (deo succurrente) quassatio. Ruminantẽ psalmos somnus te occupet, vt in somno somnies te dicere psalmos.

De vigiliis.

Cum surrexeris ad vigilias, lauda creatorẽ tuũ ex omnibus viribus tuis, & ad laudẽ redemptoris tui exalta vocem tuam in fortitudine. Postremo purissimum semper erga Christum amorem habeto, nil præter ipsum aut propter ipsum amare memento.

De consideratione mortis.

Si quãdo affectus fueris tædio: iuxta lapidem super quo lauantur corpora, te meditãdo compone, & diligenter cogita, quo tractẽtur vsu sepeliẽdi, nunc enim in tergũ, nunc in faciẽ versantur. Quomodo nutat caput, cadunt brachia, rigẽt crura, iacent tibiæ: quomodo induantur, consuantur, deferantur humanda. Quomodo cõponantur in tumulo, quomodo puluere contegantur, quomodo vorẽtur à vermibus, quomodo quasi saccus putrefactus consumantur. Summáq; tibi sit philosophia, meditatio mortis assidua. Hanc vbicunq; fueris, & quocũq; perrexeris, tecum porta, & in æternum nõ peccabis.

Occulta doctoris.

In omnibus cogitationibus, locutionibus siue actibus tuis, dic tibi: Itáne ageres, si hanc scires pro certo nouissimam vitæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tuæ horam? Caue tibi serue dei,ne quos imitari nō vis,dam nare videaris. Incertum est,quo loco te mors expectat: ideo tu eā omni loco expecta. Cognosce te ipsum:& tēpus quod tibi ad agendam pœnitentiam,ad promerēdam gloriam miseratio conditoris indulsit, obserua. Sis hilaris dator, petitor rarus,acceptor verecundus. Sermo tibi in tēpore sit aut serus,aut nullus:aspectus tuus,aut officiosus, aut demissus & cohibitus intra se. oculus tuus sit in capite tuo. Risus tu⁹ aut indicans lenitatē animi, aut prouocans: rarus tamen. Et ipse sit quidem eductus interdum, effusus nunquam. Sis autem tā modestus,vt ne leuitatis habearis suspectus. Cunctis esto benignus,nemini blandus,paucis familiaris,omnibus æquus, quod nobis deus concedat,Amen.

Qualiter homo possit in bono proficere,& placere deo.

PRimo studeat quantum potest se vilissimum reputare,& indignū beneficio dei. Ipse sibi displiceat. Soli deo placere cupiat. Ab aliis velit vilis & non humilis reputari: & q̄ sit vilis,ex sententia Dei clementiā recognoscat, regratiās q̄ tam vilem hominem,& quasi promptū ad omne malum, & tardum ad omne bonū,dignatur sibi in seruum assumere, & quod maius est,in filium adoptare. Nō ergo reputes magnū, quòd Deo seruis:sed maximum reputa, quòd ipse dignatur
H te in seruum assumere sibi.

Quòd non debet dolere de malo pœnæ,sed culpæ

Secūdò,vt de nihilo nisi de peccato,&ad peccatum inducente,& à bono retrahente doleat, imò de qualicunque tribulatione,iniuria & afflictione gaudeat. Instātissime inimicos diligat,& specialem orationē pro eis faciat, Deinde deo copiosas laudes referat de eo,& ad regratiandum de tanto beneficio insufficientem se recognoscat: quia quē Deus diligit,corripit & flagellat. Ipsæ enim tribulationes ad deū nos ire compellunt.

Quòd paupertatem diligat propter deum.

Tertiò, vt de tēporalibus nihil nisi stricte propter necessitatem suā requirat,aut quocunq; modo appetat:sed Christo domino in omni deiectione corporalis consolationis seconformare studeat:& hoc debet maximum reputare, quia rex regnum & dominus dominantium Christus sic vilē seruum suis ornamentis non dedignatur induere, & sibi lutū fœdum assimilare. Ideóq; quanto videt se ditioré,& in pluribus corporis consolationibus abundare: tanto debet profundius & intimius contristari, cernens se eo magis à Christi similitudine elongatum.

Quòd in his quæ non sunt contra deum debet obedire aliis magis quàm sibi.

Quartò,vt in his quę indifferenter bona aut mala sunt,alterius potius quàm suam adimplere studeat voluntatē: imò semper in exterioribus actibus se sibi studeat abnegare: aliorum beneplacita affectās,cum omni vigilātia omne licitum
I adimplere. Et sic circa omnes,maxime tamen circa suos superiores studeat idipsum obseruare.

Quod non despiciat miseros.

Quintò,vt nullū quantūcūq; miserum despiciat:sed erga omnes materno moueatur affectu:vt sic omnib⁹ cōpatiatur intimè,sicut cōpateretur mater vnico filio suo. Omnes eorū miserias reputet esse suas,& sicut sibimetipsi(si tamē possit)subueniat. Omnes etiā pauperes vt patronos reuereri debet:quia ipsi sunt qui alios recipiunt in æterna tabernacula.

Quòd nullum hominem iudicet de occultis.

Sextum est,vt nullū iudicet de peccato,cum ignoret quid in anima,diuina operetur miseratio. Sed si aliquē per signa manifesta coniectarit esse peccatorem,pri⁹ de peccato illius doleat ac si proprio corpori mors immineret. Recogitet q̄ preciosior est anima quæ sic lethaliter vulneratur,quā ōnia corpora totius vniuersi per se considerata. Et sicut corpus meum à morte,sic imò multo magis deberem proximū cum omni diligentia custodire, & à peccato retrahere oratione, exhortatione,exemplo,

Quòd gaudeat de bonis aliorum.

Septimum est,vt bonum proximi diligat sicut suum: & sicut mater bonis filiis iucundatur,sic ipse in bonis omnium iucundari debet,& maximè de his quæ spiritualia sunt,& ad spiritualia inductiua. Et sicut sua,aliorum bona procuret, & procurata studeat promouere:& semper plura bona de pro- K
ximo credat,quàm possit ipse intueri.

Quod nihil præter deum diligat ,aut propter deum.

Octauum est,vt nihil præter deum diligat: vt in omnibus solus deus sincerè sine socio diligatur. Nec eum alliciat quātacunque sanctitas alicuius,aut beneficiorū immensitas,aut aliquem diligat amore singulari,sed amore omnium,scilicet charitate in deum omnes referens: magis alioqui diligat meliorem. Potest tamen beneficia pro beneficiis rependere, & pro ipsis beneficiis orationes deo offerre.

Quod semper habeat deum actualiter in corde.

Nonum est,vt quisquis quibuscuuq; negociis implicetur, deum in corde memoriter studeat habere:& semper honotē dei omnibus anteponat. Sed ad hoc præcipuè nitatur,vt sic semper Deum præsentem intelligat,ac si ipsum qui præsens est, in sua essentia videret: sicq́ue eū timeat & reuereatur,& intēso amore in eum feratur,eóque prout potest in via fruatur,& in ipso non in alio requiescat.

Quod recognoscat beneficia creatoris.

Decimum est, vt si prædicta adsequi possit,esse hæc Dei beneficia recognoscat. Debet etiam cæterorū beneficiorum L
secūdum quod poterit reminisci. Primò,quia sua eum signauit imagine. Secundò,quòd naturam eius assumpsit, & pro ipso deus mori dignatus est. Tertiò,quòd se præbet in cibū: & in futuro se præbebit in præmium. Et quia nondum adsecutus est in præmium,in via tamē aspiciat eum in patibulo, sicq́; illi compatiatur,ac si omnia vulnera Christi in suo corpore sustineret:& de hoc præcipuè debet dolere,quia tot videt frustrari beneficio hoc immenso.

Eiusdem materiæ notabile documentum

SI plene vis assequi quod intendis, duo sunt tibi necessaria. Primum est vt subtrahas te ab omnibus transitoriis rebus & terrenis, vt nihil de eis cures, ac si non essent. Secundum, vt ita te des deo, vt nihil dicas vel facias nisi quod crediderīs firmiter placere deo. Primum autem assequēris hoc modo. Omnib⁹ modis quibus potes,te vilifica,te nihil reputādo esse,sed credas omnes homines esse bonos,&meliores te,magisque placere deo. Quęcūq; audis vel vides in religiosis personis,putā bona intentione dici vel fieri, etiam si contraria videantur. Nā humana suspicio facile fallitur. Nulli displiceas. Nihil vnquā de te loquaris,quod laudē importet, quantūcunque sit familiaris ille,cum quo loqueris:imò plus labora celare virtutes quàm vitia. De nullo prorsus finistrē loquaris(quantūcunque sit verum vel manifestum)nisi in cōfessione, & hoc
vbi non potes aliter manifestare peccatum tuum. Libentius M
accommoda aurem tuam,cum aliquis laudatur, quàm cum vituperatur. Cum loqueris,verba tua sint rara,vera, ponderosa,& de deo. Si secularis loquitur tecū, & vana proponit, quàm citius potes succide sermonem, & transferas te ad ea quæ dei sunt. Quicquid contingat tibi,vel alij quantumcunque coniuncto, non cures: & si est aduersum, non tristeris: si est prosperum, non læteris: sed totum nihil puta, & lauda deum. Solicitudinē adhibe quantam maximam potes, vt vilitati tuæ sedulus intendas. Fuge loquutoria, quantum potes. Melius est enim silere quàm loqui. Post completoriū nō loquaris, quousque finita fit missa sequentis diei, nisi causa maxima interuenerit. Cum vides aliquid,quod tibi displicet,vide si hoc est i te,& abscinde:si verò vides aliquid,quod tibi placet,vide si hoc est in te,& tene. si non est, adsume: & sic erunt tibi omnia in speculo. De nulla re murmures cum aliquo (nisi credideris prodesse) quantumcunque sit graue quod habes. Nunquam pertinaciter aliquid affirmes vel neges,sed sint tuæ affirmatiões &negationes dubitationis sale conditæ. A cachinnis semper abstineas: rideas vero raro, & cum paucis præstes os tuum. Breuiter in omnibus dictis tuis sic te habeas,vt sint ita quæ dubia dimittātur. Secundum assequēris hoc modo. Orationibus cum magna deuotionē intendas,& eas dicere labora horis debitis:&quod offers in oratione,reminiscaris in corde. Et vt ea quæ legis confirmes, diligenter recogita, & eorum imagineris statum,in quorum memoria hæc dixeris. Ista tria semper in mente habeas, quid fuisti,quid es,& quid eris. Quid fuisti,quia sperma fœtidum. quid

A quid es: quia vas stercorum, quid eris: quia esca vermium. Similiter imagineris eorum pœnas qui sunt in inferno,& quòd nunquam finientur,& pro quàm modica delectatione tanta mala patiuntur. Similiter imagineris gloriā paradisi, & quòd nunquam finietur,& quā breuiter & cito acquiritur, & quātus luctus & dolor poterit esse illis qui pro parua re, tantam gloriam amiserint. Cum habes aliquid quod tibi displicet, vel times habere: cogita quòd si tu esses in inferno,& illud,& quicquid nolles, haberes. Et cū habes aliquid quod tibi placet,vel optas habere: cogita quòd si tu esses in paradiso,haberes illud, & quicquid velles. Si autem in inferno esses,nec illud nec aliud quod velles haberes. Quandocunque est festum alicuius sancti, cogita de illo quanta sustinuit propter deum,quia breuia: & qualia adeptus est,quia æterna. Similiter cogita quia transeunt bonorum tormenta,malorum gaudia. Hi cum istis tormentis adepti sunt gloriam æternam, & isti ex indebitis gaudiis æternam pœnam. Quandocunque te vincit acedia,accipias hoc scriptum,& imagineris hęc omnia diligenter. Et cogita de tempore quod sic perdis, quòd illi qui in inferno sunt, darent totum mundum(si haberent) pro
B eo. Cū habes aliquas tribulationes, cogita quòd illi qui sunt in paradiso, carent eis. Similiter cum habes aliquas consolationes,cogita illos de inferno carere eis. Omni die cum vadis cubitum,examina diligenter quid cogitasti, & quid dixisti in die: & quomodo vtile tempus & spacium quod datum est ad acquirendum vitam æternam,dispensasti. Et si bene transiisti,lauda deum: si male vel negligenter,lugeas, & sequēti die nō differas cōfiteri. Si aliquid cogitasti,dixisti,vel fecisti quod tuam conscientiam multum remordeat, non comedas antequam confitearis. Istud in fine pono, vt imagineris duas ciuitates: Vnam plenam omnibus tormentis, quæ est infernus: Alteram plenam omni consolatione, quæ est paradisus. Et ad vnam illarum oportet te currere. Vide quid te possit trahere ad malum, vel impedire à bono. Credo quòd nihil inuenies. Certus sum quòd si bene seruaueris ea quæ sunt hic, spiritus sanctus habitabit in te, & perfectè docebit te facere omnia. Ergo bene serues ista, & nihil negligas. Et lege ea in septimana bis,scilicet in die mercurij, & in die sabbati: & vt inueneris te fecisse quod scriptum est,lauda deum, qui est pius & misericors in secula seculorum,Amen.

FINIS.

D. Bernardi Abbatis Speculum Monachorum.

SI quis emendationis vitæ desiderio tactus, cogitationū,locutionū,operúmq; suorum solicitus explorator, vniuersos excessus suos corrigere nititur: in presentis paginę frequēti lectione, & adsidua meditatione (tanquā in speculo) interioris hominis sui faciem contempletur. In primis ergo ex quo surgit ad vigilias, vitæ suæ tempus per momenta singula debet monachus cōputare, & videre semper vt bonum faciat,& malum caueat in omni opere suo,& hoc dicat sibi-
C ipsi: Si modo moriturus esses, faceres istud? Ad psalmodiam cor habeat: nisi fortassis ad aliquid sublimius rapiatur: sed etiam omnium quę ibi dicuntur,vsque ad vnam literam se pro certo nouerit debitorem vel dicēdi in choro suo, vel audiendi in alio. Ad interuallum debet stare ad orationem, vel corporis necessitati prouidere: ita tamen, vt vadens sibi dici noverit: Sursum corda. Est autem spiritualis propositi detrimētum, si cogat infirmitas rigoris pristini aliquantulum relaxati. Post lectionem est orandum: & si ad legendum accedat, non tām quærat scientiam, quàm saporem. Est autem scriptura sacra puteus Iacob, ex quo hauriuntur aquæ, quæ in oratione funduntur. Nec semper ad oratorium est eundum: sed in ipsa lectione poterit contemplari & orare. Sacris altaribus,si sacerdos est, tanquam vnus ex summis angelis in spiritu totus adsistat: Si minister, tanquam angelus domino ministret. Cum aliis eat ad laborem: vbi considereat non quid agat, sed propter quid venerit. Cessante manu spiritus labo- D
ret vel orando, vel meditando, quanuis & in ipso labore ipsum facere teneatur. Ad mensam non solùm fauces cibum capiant: sed etiam aures exhauriant verbum dei. Non enim debet totus manducare: sed sic occupetur cor ad verbum dei, vt solæ fauces sumant cibum, aures verbum. De hoc autem plurimum gaudeat si ei viliora quàm aliis apponuntur. Nam reuera feliciores sunt qui in parcitate sustinendi fuerint fortiores. In gratiis agendis pro duobus sibi nouerit supplicandum: vel pro peccatis eorum quorum eleemosynis sustentatur: vel forsitan pro seipso, quia corpori suo supra necessitatem indulserit. Si vocatur ad colloquium: secundum regulam leniter & sine risu pauca verba & rationabilia loquatur: & antequam ea proferat, bis ad limam veniant, quàm semel ad linguam. Si cum seculari loquendum est, tunc maxime adhibeat custodiam oris suo: vt nihil proferat quod non ædificet audientem. Sic in cunctis se habeat, vt ædificet vidētes: & nemo dubitet cum viderit eum vel audierit, quin vere sit monachus. Post completorium singulis diebus capitulum sibi teneat: & conuocatis cogitationibus suis ponat rationem diligenter,quid ipso die cogitatione,locutione,vel opere deliquerit publice, vel priuatim: per singulas noctes lectum suum lauans, hoc est singulis peccatis, lachrymis & doloribus purificatis diligenter de singulis computet. In crastino publice de apertis, de occultis vero facturus confessio- E
nem secreto: quæ vt perfecta sit, tria debet habere: scilicet vt sit voluntaria, nuda, & munda. Voluntaria, id est ex propria deliberatione & proposito. Nuda, vt nudè prout gessit confiteatur peccatum suum. Munda, ne peccatum suum prædicet sicut Sodoma: sed pura & simplici intentione se accuset. In capitulo qui publice offendit, manifestè reuelet tanquam assistens iudici. In omnibus sic ibi loquatur, respondeat, vel proclamet, vt sermo eius interius vel exterius sit perunctus oleo charitatis. A nemine qualecunque munus accipiat. Neminem habeat familiarem. In omnibus fugiat singularitatis vel admirationis notam. Loquens nihil dicat vnde multum eruditus multúmve religiosus possit putari. Ad interrogata paucis respondeat. Si de scriptura vel moribus agatur: aurem paret, non linguam. Cum loquitur, nō studeat eloquentiæ: sed sermo eius sit potius rusticanus quàm vrbanus. In omnibus agēdis non studeat curialis videri. Salua honestate fugiat omnes homines in potestate positos, maxime seculares. Sectetur cōmunia, orationes, labores, lectiones, &
cæteras obseruantias: in quibus non sit tanquam vitula Ef- *Osea.10.c*
fraim, docta diligere triturам, id est ad huiusmodi non consuetudine, sed deuotione trahatur. Orationes quæ imperantur, primo loco habeat: nec sibi blandiatur de priuatis orationibus suis, (quæ in secundo loco ei habendæ sunt) cum in præceptis orationibus desidiosus fuerit. Si autem familiaritas interdicitur hominum, quāto magis mulierum? Sit facies F
communis cum cæteris: intus verò dissimilis: hoc est non nimia grauitate contracta, nec nimia locutione dissoluta, sed bona quadam mediocritate regatur: vt de sancto Martino legitur: Faciem eius non fuscauit mœror: nec leuigauit risus. Erit enim prudentis animæ thesaurum suum solicite custodientis (more Moysi) cornutam velare faciem: & quodam risu, qui tamē modestus sit, interioris gloriam hominis & mētis grauitatem abscondere. Comparanda est dies instans diei præteritæ: vt ex eorum collatione suum deprehendere possit monachus vel profectum, vel defectum. In omni actu vel cogitatu suo sibi deum adesse memoretur: & omne tempus quo de ipso non cogitat, perdidisse se computet. Tædio affectus componat se meditando supra petram in qua lauantur mortui: & cogitet apud se quomodo tractentur ibi sepeliendi: nunc in tergum, nunc in faciem versentur: quomodo nutet caput: cadant brachia: rigeant crura: tibiæ iaceant: quomodo induantur & cōsuantur: quomodo deferātur humandi: quomodo exponantur in tumulo: quomodo puluere contegantur: quomodo vorantur à vermibus: & quasi saccus putrefactus cōsumuntur. Summáq; est philosophia, meditatio mortis adsidua. Hanc vbicunque perrexerit, secum portet: & in æternum non peccabit. Sit monachus quasi Melchisedech, sine patre, sine matre, sine genealogia: nec patrē sibi vocet super terram. Imò sic se existimet quasi ipse sit solus, & deus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Ecce in primis habemus ordinem & modum viuendi: remedium verò pollicetur adsiduitas tenendi capitulum spirituale superius expressum. Semel ad minus in hebdomada confiteatur: vt veniam mereatur de perpetratis: & maior ei detur gratia de vitandis malis. Amen.

Diui Bernardi Abbatis CLARÆVALLIS DE amore Dei, Liber.

Caput primum.

Esa.2.a VEnite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos vias suas, intentiones, cogitationes, voluntates, affectiones, & omnia interiora in ea. Venite ascendamus in montem vel locū vbi dominus videt, vel videtur. Curæ, sollicitudines, anxietates, labores, pœnę seruitutes, expectate me hic cū asino corpore isto, donec ego cū puero, ratio scilicet cū intelligentia, vsque illuc properātes, postquā adorauerimus, reuertamur ad vos. Reuertemur enim, & heu reuertemur quā citissime: abducit enim nos à vobis charitas veritatis, sed propter fratres abdicare & abiurare vos non patitur veritas charitatis. Sed licet retrahat vestra necessitas, non propter vos omnino omittenda est illa suauitas. Domine deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Sed heu heu domine deus quàm prœproperum est, quàm temerarium quàm inordinatū, quàm præsumptuosum, quàm alienum à regula verbi veritatis, & sapientię tuę, corde immundo velle videre deum. Sed ô summa bonitas, summum bonum, vita cordium, lux oculorum interiorum, propter bonitatem tuā domine miserere: hæc est enim mundatio mea, hæc fiducia mea, hæc iustitia: contemplatio bonitatis tuæ bone domine. Ergo ô domine deus meus, qui dicis animę meę, modo quotu scis, Salus tua ego sum: Raboni, summe magister, vnice doctor viuendi quæ videre desidero, dic cæco, mendico tuo, Quid vis faciam tibi? Et tu scis, qui iam hoc ipsum das: quoniam ex omnibus suis recessibus abiectis, procul omnibus seculi huius altitudinibus, pulchritudinibus, dulcedinibus, & quicquid concupiscentiam carnis vel oculorum vel ambitionem spiritus attentare potest, vel solet, tibi dicat cor meum: Exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuā à me: ne declines in ira tua à seruo tuo. Impudens quippe & improbus sum, ô adiutor meus antique, & susceptor indefesse. Sed vide quia amore amoris tui hoc facio. Cum enim ex munere gratię tuæ domine ad ea quæ carnis sunt, faciē cordis nō habeam, sed posueris ea mihi dorsum, & mūdum & quæcūque eius sunt posueris mihi deorsum: quid est obsecro quòd in toto corde meo exquirēs te, cum faciem tuam apprehendisse me gratulor, quam solā facies mea desiderat, repente me inuenio seorsum? Cur eam abscondis? Nūquid arbitraris me inimicum tuum? Num cōsumere tu me vis peccatis adolescentiæ meæ? Nunquid ego non sum ad te conuersus, vel tu adhuc es à me auersus? Si nō sum conuersus, deus virtutum conuerte me. Si tu es auersus, deus virtutum conuertere. Tu dixisti, Si cōuerteris Israel, conuertere. Et iterum, Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. Tu scis domū gratiæ tuæ in corde pauperis tui: paratum cor meum deus, paratum cor meum. Præcipe quod vis, fac me itelligere quod præcipis: da posse qui dedisti velle, & fiet in me vel de me quicquid vis. Deus virtutum conuerte nos, & ostēde faciem tuam, & salui erimus. Respōdet quippe mihi intus in anima mea, & mente mea tumultuās in me, & concutiens omnia interiora mea vox testificationis tuæ, & caligant oculi mei interiores á fulgore veritatis tuę ingerentis mihi, quia non videbit te homo, & viuere potest. Ego enim verè in peccatis tot⁹ vsque adhuc, necdum potui honori mihi, vt viuam tibi, sed tamē ex præcepto tuo, & dono tuo

Exod.24.c

Psal.79.b

Cor immūdum alienū est à videndo deo.

Psal.16.c

I

Iob.13.d

Iohel.2.c

K sto in petra fidei meæ, fidei christianæ, in loco qui verè est penes te, in quo vt possum interim fero patienter, & amplector & deosculor tegentem & protegentem me dexteram tuam, & aliquoties contemplans & videre gestiēs posteriora videntis me, & percurrens semitam dispensationis humanæ Christi filij tui suspicio, nec cum accedere gestio ad eum, & vel sicut hæmorroissa illa infirmæ & miseræ animæ meæ à salutifero tactu vel fimbriæ ei⁹ quasi furari gestio sanitatē, vel sicut Thomas ille vir desideriorum, totum eum desidero videre, & tangere: & non solùm, sed accedere ad sacrosanctum lateris eius vulnus, ostium arcæ quod factum est in latere, vt non tantùm mittam digitum, vel totam manum, sed totus intrem vsque ad ipsum cor Iesu, in sanctum sanctorum in arcam testamenti, ad vnam aureamanimæ nostræ humanitatis, continentem intra se māna diuinitatis. Heu dicitur mihi, Noli me tangere. Et illud de Apocalypsi, Foris canes. Ficque cum dignis conscientiæ meæ verberibus expulsus & propulsus, improbitatis & prę sumptionis meæ pœnas cogor luere, rursusque in petram meam me recipiens, quæ refugiū est herinaciis spinis peccatorū plenis, teamplector & reosculor tegentem & protegentem me dexteram tuam: & ex eo quod vel leuiter sensi vel vidi, magis accenso desiderio vix patienter expecto, vt à me auferas manum tegentē, & infundas gratiam illuminantem, vt tandem aliquando secundum responsum veritatis tuæ mortuus mihi, & viuens tibi, reuelata facie ipsam tuam faciem incipiā videre, & affici tibi à visione faciei tuæ. Et ô facies facies, quā beata facies, quæ affici tibi meretur videndo te, ædificans in corde suo tabernaculum deo Iacob, & omnia faciens secundū exemplar quod ei ostenditur in monte, hic vero & cōpetenter cantatur, Tibi dixit cor meū, exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Itaque vt dixi, ex dono gratiæ tuæ contemplans omnes angulos cōscientiæ meę vel terminos, vnice & singulariter desidero videre te, vt omnes fines terræ meę videāt salutare dei sui, vt amē cum videro, quam amare hoc est vere viuere. dico enim mihi in languore desiderij mei, Quis amat quod non videt? Quomodo potest esse amabile, quod non est aliquatenus visibile? Sed te desideranti amabilia quidē tua occurrunt, & à cœlo & à terra & ab omni creatura tua se mihi vltro offerūt, & ingerūt, ô in omnibus adorande & amabilis domine. Quæ quāto te manifestius & verius prædicant & approbant amabilē: tanto ardentius te mihi faciunt desiderabilem, sed heu non ad fruendi perfectam suauitatem, & gaudium: sed ad intentionis & defectus, (non tamen sine aliqua suauitate) tormentum, sicut enim mea nō tibi perfecte placent oblata, nisi mecum, sic bonorum tuorū contemplatio reficit nos quidē dulciter, sed non satiat perfecte nisi tecum.

Psal.10.f

Psal.26.

Rom.1.a

M

Capitulum secundum.

HÆc est animæ meæ assidua exercitatio: hinc assiduè scopo spiritum meum, & cum bonis & amabilibus tuis quasi pedibus, & manibus, & totis innitens viribus sursum tendo ad te, in te summe amor, summum bonum: sed quanto tendo fortius, tanto retrudor durius in terram, in meipsum, sub memetipso. Sic ergo respiciens, & discernens & diiudicans meipsum, factus sum mihi ipsi de meipso laboriosa & tædiosa quæstio: tamen domine certus sum per gratiam tuam, desiderium desiderij tui, & amorem amoris tui habere me in toto corde, & in tota anima mea. Huc vsque te faciente profeci, vt desiderem desiderare te, & amē amare te, sed hoc amās quid amem nescio. Quid est enim amare amorem, desiderare desideriū? amore amamus si quid amamus, desiderio desideramus, quicquid desideramus. Sed forsitan cum amo amorem, non amo amorem, quo amo, quod amare volo: & amo quicquid amo, sed me amante, cū in domino laudatur & amatur à me anima mea, quā proculdubio detestarer, & odio haberē, si eam alibi quàm in domino & in eius amore inuenirē. Sed & de desiderio quid dicemus? Si dicam desidero esse desiderās, iam inuenio me desiderantē, Sed nunquid desiderium tui desiderantem, quasi non habeā, aut desiderium maius quàm habeā? Cum igitur hoc modo desiciant & caligent & cæcutiant interiores oculi mei, oro vt citius à te aperiantur, non sicut aperti sunt Adę carnales oculi vt

Gene.3.b

A vt videret confusionem suam, sed vt videam domine gloriam tuam: vt oblitus paruitatis & paupertatis meæ, totus erigar, & ruam in amplexus tui amoris, videṡ quē amauero, & amās quem videro: & moriens in me, viuere incipiam in te; & bene mihi sit in te, cui pessimè est in se. Sed festina domine, ne tardaueris: habet enim sapientiæ tuæ gratia domine, vel gratiæ tuæ sapiētia, sua compendia: & quòd rationis, vel ratiocinationis nullis argumēris, nullis discussionibus, quasi quibusdam scalis conscenditur ad torrētem scilicet voluptatis tuæ, ad plenum amoris tui gaudium. Cui hoc datum est, fideliter quærens, fideliter pulsans, sæpe repente ibi se inuenit. Sed ô domine si quando quod quàm rarum est, me in aliqua huius gaudij parte inuenio: clamo, vociferor, Domine bonū est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula: fidei vnum, spei vnum, amori vnum. Nunquid nescio quid dicam, cum dico, Bonum est nos hic esse: sed repente cado in terram quasi mortuus, & respiciens nihil video, & me vbi prius eram inuenio, in dolore scilicet cordis, & afflictione spiritus, vsquequo domine? vsquequo? Quandiu ponam consilia in anima mea? dolorem in corde meo per diem? quandiu non permanebit spiritus in hominibus: quia caro sunt, sed venit, & vadit, & spirat vbi vult. Sed in conuertendo dominus captiuitatem Sion facti erimus sicut consolati. Tunc replebitur gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Interim heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitātibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Sed respōdet mihi intus in corde meo veritas consolationis tuæ, & consolatio veritatis tuæ.

Matt.17.a

Psal.12.a
Gene.6.a
Isa.n.3.a
Psal.125.a

Psal.119.

B

Capitulum tertium.

EST amor desiderij, & est amor fruitionis. Amor desiderij meretur aliquando visionem, visio fruitionem, fruitio amoris perfectionem. Gratias ago gratiæ tuæ, qui loqui dignaris ad cor serui tui, & anxiis eius quæstionibus aliquatenus respondes, suscipio & amplector hanc spiritus tui arram, & lætus expecto in arra promissionem tuam, desidero itaque amare te, & amo desiderare, & hoc modo curro, vt apprehendam in quo apprehensus sum, scilicet vt qui amem te perfectè aliquando, ô prior nos amasti amande, & amabilis domine. Sed ēstne aliquando aut alicubi domine hic amoris tui perfectio, hæc in amore tuo beatitudinis consummatio, vt sitiens anima ad deum fontem viuum, sic satietur, sic impleatur, vt dicat, sufficit. Miror quicunque, vbicunque ille sit, si non deficit, si dicit, sufficit. Sed vbi istius sufficientiæ est defectio, quæ potest esse perfectio? Nusquam igitur, & nunquam perfectio. Sed & iniusti, domine, nunquid regnū tuum possidebunt? Iniustus autem est, qui non tantum desiderat, & debitorem se sentit & intelligit te amare quantum ab aliqua creatura rationali possibile est amari te. Constat beata illa Seraphim, quæ à vicinitate prę sentię tuæ, à claritate visionis tuæ ardentes & interpretantur, & sunt, plus amare te, quàm aliquis qui minor est in regno cœlorum. Qui si in regno cœlorum non dicam minimus, sed nonnullus est vtique, tantum desiderat amare te, quantū ab aliquo vel potes amari, vel debes: & hoc forsitā est, In quem desiderāt angeli prospicere. Desiderat ergo beatus ille minor, quicunque ille est, tantum te amare, quantū amat quicunque plus eo amat, non æmula insectatione, sed pia & deuota imitatione. Si verò & in amore proficit, quanto felicius illuminatis oculis in interiora procedit, tanto dulcius sentit & intelligit si ingratus nō est & iniustus, & te plus posse amari, & se debitorem plus amare, vel quātum te amant Cherubim & Seraphim. Sed qui desiderat quod assequi non potest, miser est. Miseria vero à regno beatitudinis prorsus aliena est, assequitur ergo quod desiderat quisquis ibi aliquid desiderat. Quid dicemus ad hæc? quid inquam dicemus? Loquere obsecro domine, quia audit seruus tuus. Nūquid & magni & parui omnes qui sunt in regno dei, vnusquisque in suo ordine amat, & amare desiderat, & amoris vnitas non sinit vt sit diuersitas, dum amat, cui datum est hoc ardentius. Minor autem in amore sine inuidia bonum vbicunque videt, amat quod ipse sibi desiderat, & habet vtique amorem quātuscunque est quem in amante habet & amat. Nimirum amor est qui amatur, qui ex magna bonitatis suæ affluentia & natura amantes & coamantes, gaudentes & congaudentes pari implet gratia, licet dispari

1.Pet.1.b

C

mensura, & quanto se amantiū sensibus largius infundit: tanto eos sui capaciores efficit, satietatem faciens, sed sine fastidio, de ipsa satietate non minuens desiderium, sed augens, remota omni anxietudinis miseria, amor enim est vt dictum est qui amatur, qui à voluptatis suæ torrente omne ab amatore suo repellit vel in satietate fastidium, vel in desiderio anxietudinis, vel in zelando inuidiæ miseriam. Illuminans eos vt dicit Apostolus, à claritate in claritatem, vt in lumine videant lumen, & in amore concipiant amorem. Hic est enim fons vitæ qui semper fluit, & nunquam perefluit. Hæc est gloria, hæ sunt diuitiæ in domo beati amatoris tui, quia præsto est desideranti & amanti quod desiderat, & quod amat. Ideo & qui desiderat, semper amat desiderare, & qui amat, semper desiderat amare, & desideranti & amanti quod desiderat & amat, si facis abundare ô domine, vt nec anxietas desiderantem, nec fastidium affligat abundātem. Et nunquid, obsecro domine, hæc est vita æterna de qua cantat psalmus. Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna: hæc est affectio, hæc est perfectio, sic semper ire, hoc est peruenire. Vnde Apostolus tuus qui paulo ante dixerat, Nō quòd acceperim aut perfectus sim, sequor autem si comprehendam à quo & comprehensus sum in Christo Iesu: vnum autem quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens me ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis dei in Christo Iesu: Quicunque ergo, inquit, perfecti sumus, hæc sentiamus.

Psal.35.c

Psal.138.a

Philip.3.c

D

E

Capitulum quartum.

ETHoc est amare tuum, quo tu amas te amantes, à dulcedine bonitatis tuæ quàm habes ad creaturam tuam, amator, creator bone, inspirare eis hoc desiderium amandi te, & amorem quo amant & desiderare & amare te. Non enim afficeris ad nos vel à nobis cum nos amas: sed es quod es qui semper id ipsum es, cui hoc est esse quod esse bonum. Bonum autem tibi in te, & omni tuæ in te creaturæ. Nos autem à te ad te & in te afficimur, cum te amamus, qui possumus misero aliquo modo esse, & non amare te, id est esse, & male esse: tibi autem qui semper idem es, nihil accedit si amando proficimus ad te, nihil decedit si deficimus à te. Cum autem nos amas, non nisi propter te nos amas, cum verissima summæ iustitiæ regula etiam nos nil amare permittat extra te: etcum te possibile est amari, domini amantis vbi magna occurrit gratia, eò proficere, vt nec te nec se amans propter se, & re & se propter te solum amet, & per hoc reformetur ad imaginem tuam ad quam creasti eum, qui ex veritate præstantissimæ naturæ tuæ, & natura veritatis tuę, nec te nisi propter te, nec angelum, nec hominem amare potes nisi propter te. Et ô felicem & felicissimam animam, quæ deo sic à deo meretur affici, vt per vnitatē spiritus in deo solum amet deum, non suum aliquod priuatum, nec nisi in deo amet seipsum & deus in ipso amet vel approbet quod amare vel approbare debet deus, id est seipsum, imò quod solum debet amari & à creatore deo & à creatura dei, amoris enim vel nomen vel affectus nulli competit vel debetur, nisi tibi soli, ô vere amor & amande domine. Et hæc est in nobis voluntas filij tui, hæc pro nobis oratio eius ad te deum patrem suum: Volo vt sicut ego & tu vnum sumus, ita & in nobis ipsi vnum sint. Hic est finis, hæc est consummatio, hæc est perfectio, hæc est pax, hoc est gaudium domini, hoc est gaudium in spiritu sancto, hoc est silentium in cœlo. Quandiu quippe in hac sumus vita, hoc felicissimæ pacis silentio in cœlo, id est in anima iusti quæ sedes est sapientiæ, aliquando fruitur affectus: sed hora est dimidia vel quasi dimidia, intentio vero de reliquiis cogitationis diē festum perpetuum agit tibi. In illa vero beata & æterna vita de qua dicitur: Intra in gaudium domini tui: sola erit perfecta & æterna fruitio, & tanto felicior quāto iam remotis omnibus quę hoc tardare vel impedire videntur, amoris eius indissolubilis æternitas, irrefragabilis perfectio, incorruptibilis erit beatitudo.

Ioan.17.c

Matt.25.b

Capitulum quintum.

O Amor veni in nos, posside nos, dispereant à facie tua in nobis omnia fœditatis nomina, quæ à concupiscentia carnis & oculorum, & superbia vitæ huic innascuntur affectui, quasi spuria quædā vitulamina, affectui inquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G qui amor in nobis dicitur & corrumpitur sæpius iusto morbis animæ à te & ad te creatæ:ad te solum creatus & cõcretus & reluctans noster affectus legi naturali & reclamãs,cogitur vocari luxuria,gula vel auaritia,& his similia,qui incorruptus & in sua permanens natura ad te solũ est domine,cui soli amor debetur. Est enim animæ rationis amor, sicut discit quidam seruus tuus,motus vel quieta statio,vel finis vltra quem nihil appetat vel appetendum iudicet volũtatis appetitus. Vltra te verò, vel supra te qui quærit aliquid tanquam melius te,nihil est quod quærit,quia nihil est melius vel dulcius te.Ideo nihil efficitur recedendo à te,qui solus amãdus es vere,imò & fornicatur & luxuriat in alienis affectib⁹, aliena vt dixi nomina habẽtibus:at verus amor, vt dictum est & sæpe dicendum est,ad te solum est domine, in quo solo est quicquid vere est,vbi quieta & secura statio,quia deũ, timere timore casto, & mandata eius obseruare , hoc est omnis homo.

Capitulum sextum

REcedat itaque ab anima mea omnis iniustitia, vt te diligam dominum deum meum ex toto corde meo & ex tota anima mea , & ex omnibus viribus meis:recedat omnis zelotypia ne tecum aliquid amem,quod propter te non amem. O vere vnice amor,& vere domine: cum vero propter te aliquid amo,non illud amo,sed te propter quem amo quod amo . Tu enim vere solus es dominus cuius dominari super nos,hoc est saluare nos:nostrum verò seruire tibi,nihil est aliud quàm à te saluari. Quæ enim salus tua ô domine cuius est salus,& super populum tuũ benedictio tua . nisi quod à te accepimus vt amemus te,vel amemur à te? Idcirco domine filium dexteræ tuæ hominem quem confirmasti tibi , iesum,id est saluatorem appellari voluisti. Ipse enim saluũ faciet populum suum à peccatis eorum,& nõ.est alius in quo sit salus,qui docuit nos amare se, cum vsque ad morté crucis prior ipse dilexit nos,& lauit nos amando & diligendo, suscitans nos vt amemus eum qui prior vsque in finem dilexisti nos,& sic plane sic est,amasti nos prior,vt amaremus te, non quòd egeres amari à nobis , sed quia id ad quod nos fecisti,esse non poteramus nisi amando te. Idcóque multifariam multisq; modis olim deus locutus patribus in propheтis,nouissime diebus istis locutus est nobis in filio , in verbo tuo quo cœli firmati sunt,& spiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum. Loqui tuum in filio tuo non aliud fuit quàm in sole , id est in manifesto ponere tabernaculũ tuum. Quantũ & quomodo nos amasti qui proprio filio nõ pepercisti,sed pro nobis omnibus eũ tradidisti , qui etiã dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis,hoc est verbum tuum ad nos domine, hic omnipotens sermo,qui dum medium silentium teneret omnia profundum scilicet erroris,à regalibus sedibus venit, durus errorũ debellator,& dulcis amoris commendator. Et quicquid fecit,quicquid dixit in terris vsque ad opprobria, vsque ad sputa & alapas, vsque ad crucem & sepulchrum,nõ fuit nisi loqui tuum nobis in filio amore tuo prouocans & suscitans ad te amorem nostrum . Sciebas enim creator animarum deus in animabus filiorum hominum cogi nõ posse, sed prouocari oportere affectum istũ , simul etiam quia vbi coactio,iam nec libertas:vbi nec libertas,nec iustitia. Tu autem domine iuste saluare nos volebas,qui nullum saluas nec damnas nisi iuste,ipse nobis formans iudicium & causam,sedens super thronum & iudicãs iustitiam,sed quoniam tu fecisti vt omne os obstruatur , & subditus fiat omnis mundus deo,cum misereris cuius misereris,& misericordiam prestas cuius misertus eris. voluisti ergo vt amaremus te:qui nec iuste poteramus saluari,nisi amaremus te:nec amare te poteramus nisi procederet à te. Ergo domine sicut Apostolus amator tui dicit & nos iam diximus, prior dilexisti nos , & prius diligis omnes dilectores tuos.

Capitulum septimum.

SEd nos domine te diligimus affectu amoris à te nobis indito:tu verò conditor omnium & affectuum bonorum, & animarum afficiendarum,nunquid accidenti vel incidenti amoris affectu amas quos amas:vel aliquo modo ĩ aliquo k afficeris,qui & omnes facis,& omnia. Absit. Absurdum est, procul à fide,alienum ab omnium creatore. Quomodo ergo nos amas si nos amore nõ amas? Sed amor tuus bonitas tua est,ô summe bone & summum bonum,spiritus sanctus procedens à patre & filio,qui ab initio creaturæ fertur super aquas,id est super mẽtes filiorum hominum fluctuantes, omnibus se offerens,omnia ad se trahens inspirando,aspirando, & noxia arcendo, prouidendo vtilia:deum nobis & nos vnies deo. Sic enim spiritus sanctus tuus qui amor dicitur patris & filij,& vnitas,& voluntas,per gratiam suam in nobis inhabitans & dei in nobis charitatem commendans , & per ipsam ipsum nobis concilians : deo nos vnit per inspiratam nobis voluntatem bonam,cuius bonæ voluntatis vehemẽtia amor dicitur in nobis , quo amamus quod amare debemus, te scilicet . Nihil enim aliud est amor quàm vehemens & bene ordinata voluntas. Amas ergo te ô amabilis domine in te ipso,cum à patre & filio procedit spiritus sanctus,amor patris ad filium, & filij ad patrem,& tantus est amor vt sit vnitas:tanta est vnitas vt sit homousion,id est patris & filij eadem substantia . Amas & teipsum,in nobis immitendo spiritum filij tui in corda nostra à dulcedine amoris,& vehemẽtia inspiratæ à te nobis bonæ voluntatis clamantem,Abba pater,sic nos efficiẽs tui amatores,imò sic teipsum in nobis amans:vt qui primum sperabamus,quia noueramus nomen tuum domine , & gloriabamur in te , qui diligebamus nomen domini in te . O domine iam per inspiratam nobis gratiam,per spiritum adoptionis tuæ,omnia quæ patris sunt nostra esse confidentes,ipso te nomine inuocemus per adoptionis gratiam quo filius tuus vnicus per naturã . Sed quia hoc abs te totum est,cuius amare hoc est benefacere,à quo omne datum optimum,& omne donum perfectum à te est summe pater luminum:tu teipsum amas in nobis,& nos in te,cum te per te amamus,& intantum tibi vnimur,inquantum te amaremus: & participes efficimur , vt dictum est, orationis illius Christi filij tui,Volo vt sicut ego & tu vnum sumus,ita & ipsi vnum in nobis sint. Genus enim tuum sumus domine,genus dei , sicut dicit Apostolus tuus trãsferés ethnici sententiam de malo vase in vas bonum , vt non nisi ipsam & vas bonum sapiat. Genus inquam sumus dei & dij, filij excelsi omnes cognatione quadam spirituali,magnam apud te vendicãtes affinitatem,cum per spiritum adoptionis filius tuus vnum nobiscum nomen sortiri nõ dedignatur,& cum ipso & per ipsum præceptis salutaribus moniti & diuina institutione formati audemus dicere , Pater noster qui es in cœlis. Amas itaque nos,inquantum nos efficis tui amatores:& nos amamus te,inquantum à te spiritum tuum accipimus qui est amor tuus,obtinẽs & possidens omnes affectionum nostrarum recessus,& perfecte eos conuertens in puritatem veritatis tuæ,& veritatem puritatis tuæ,in plenum amoris tui consensum:vbi tanta fit coniunctio,tanta adhæsiõ tãta dulcedinis tuæ fruitio,vt vnitas ab ipso domino nostro filio tuo vocetur dicente,Vt sint ipsi vnum in nobis . tantæ dignitatis,tantæ gloriæ,vt subsequatur & dicat,Sicut ego & tu vnum sumus. O gaudiũ,ô gloriam,ô diuitias, ô superbiã!

Capitulum octauum.

HAbet enim sapientia & sui generis superbiam quæ dicit: Mecum sunt diuitiæ,& gloria,& opes superbæ, & iustitia. Quid autem est absurdius vniri deo amore, & non beatitudine? Beati enim vere & vnice,& singulariter & perfecte beati,qui verè & perfectè amant te. Nullus autem & nullo modo beatus,qui non amat te. Beatum enim dixerunt populum cui hæc sunt,sed mentiũtur , quia solus beatus cui est dominus deus eius. Quid enim est beatum esse , nisi non velle nisi bonum: & omnia habere quæcunque vult? Te igitur velle & vehemẽter velle quod est amare,& singulariter amare, qui amari nõ dignaris cũ aliqua omnino re siue carnali,siue spirituali,siue terresti,siue cœlesti,quæ non ametur pro te,hoc demum est non velle nisi bonum. hoc est habere quæcũque vult omnia,quia habet te quis,inquantum amat te. Ergo & amore & beatitudine vniti deo intelligimur,quod vere domini est salus , & super populum tuum benedictio sua. Ideóque orationes nostras,vota,& sacrificia , & omnia nostra

A nostra offerimus tibi pater assidue,per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum , credentes & intelligentes ex te, à te,& ad te per ipsum nobis esse quicquid nobis bene est , à quo ipsum esse habemus. Quæ omnia per subministrationem spiritus sancti tui habitantis in nobis credimus & intelligimus, quantum intelligere fas est , qui vt dictum est, conformans sibi & vniens spiritum nostrum spirat in nobis quando vult, quomodo vult,quantum vult: cuius sumus factura, creati in operibus bonis,existens sanctificatio nostra , iustificatio nostra , amor noster . Ipse enim est amor noster quo ad te pertingimus , quo te amplectimur , alioquin ô incomprehensibilis maiestas , comprehensibilis esse videris animæ te amanti. Licet enim nullus sensus cuiuslibet animę vel spiritus te comprehendat,tamen totum te quantus es comprehendit amor amantis,qui totum te amat quantus es,si tamen est totitas , vbi non est particularitas : si quantitas,vbi non est tantitas : si est comprehensibilitas, vbi hæc omnia non sunt. Sed cum te amamus , afficitur quidem spiritus noster spiritui tuo sancto, per quem habitantem in nobis charitatem Dei diffusam habemus in cordibus nostris. Cúmque amor tuus,amor patris ad filium, amor filij ad patrem , spiritus sanctus habitans in nobis ad te est quod est,id est amor , omnem captiuitatem Sion,id est animæ nostræ,omnes affectiones in se conuertens & sanctificans , amamus te , vel tu amas te in nobis, nos affectu, tu effectu, vnum nos in te efficiens per vnitatem tuam,id est ipsum spiritum sanctum tuum, quem dedisti nobis:vt sicut non est aliud patri nosse filium,nisi hoc esse quod est filius : nihil aliud filio nosse patrem , nisi hoc esse quod est pater (vnde in Euangelio , Nemo nouit patrem nisi filius, & nemo nouit filium nisi pater) & sicut spiritui sancto nihil est aliud nosse vel comprehendere patrem & filium , quàm hoc esse quod est pater & filius : ita nobis qui ad imaginem tuam conditi sumus, & ab illa per Adam inueterati, per Christum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ . Non enim in diluuio aquarum multarum,id est in perturbatione & cõfusione affectionum tam multarũ,tam diuersarum, ad Deum approximabunt . Iam satis domine durauit cataclysmus iste, pœna filiorum Adæ . Adduc spiritum super terram , recedat mare , recedat antiquæ damnationis salsugo,& appareat arida, fontem vitæ sitiens : veniat columba spiritus sanctus, expulso terrimo alite & cadaueribus suis incumbente: veniat inquam columba, ramo oliuæ, id est ramo refectionis & luminis,pacem annuncians. Sanctificet nos sanctitas & sanctificatio tua,vniat nos vnitas tua,vt Deo qui est charitas, velut cognata quadam affinitate per charitatis nomen sociemur, & per virtutem nominis vniamur. Sed intereſt domine quomodo quis te amet . Multi enim,sicut ait quidam à te illuminatus, amant veritatem lucentem, & non amant redarguentem,iustitiámq; multi colunt affectu , à qua procul sunt effectu, approbantes eam, & amantes eam in seipsa , non autem exercentes in seipsis. Nunquid isti vere te amant ? Philosophi mundi huius olim eam coluerunt & affectu amoris , & effectu operis,intantum vt diceretur de eis ab eis, Oderunt peccare boni virtutis amore. Sed conuincuntur iustitiam non amasse,qui non amauerunt te,à quo fons & origo,& in quem finis & recursus veræ iustitiæ,& sine quo omnes iustitiæ hominum,sicut pannus menstruatæ, non habebant fidem quæ per dilectionẽ operatur,licet affectatum quẽdam amorem,& opera quędam haberent honestatis, quæ quia ex fonte veræ iustitiæ non prodibant , nec in veræ iustitiæ finem ibant,tanto desperatius errabant, quanto fortius extra viam currebant : via enim pater Christus tuus, qui dixit: Ego sum via,veritas & vita.

Capitulum nonum.

VEritas ergo tua,vel vita ad quam itur , per quam itur,veram & simplicem nobis describit formam diuinæ & veræ philosophiæ,dicens ad discipulos suos,Sicut dilexit me pater,& ego dilexi vos. Manete in dilectione mea . Si præcepta mea seruaueritis , manebitis in dilectione mea , sicut & ego D præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Ecce dilectus dilecti , sicut in Psalmo legitur . Cum pater diligit filium , & filius manet in dilectione patris vsque ad plenam mandatorum eius obseruationem , rursumque dilectus dilecti cum dilectus discipulus diligit magistrum Christum, vsque ad obseruationem omnium eius mandatorum, & vsq; ad mortis necessitatem non perdit hanc voluntatem, in illuminatione veritatis & amoris eius,rebus omnibus & idoneis ad bonum,& pronis ad malum,& inter vtrunq; mediis bene vtens in bono, quod proprium est christianæ virtutis . Est enim virtus , sicut iam ante dictum est, bonus vsus liberæ voluntatis,opus verò virtutis,bonus illarum rerum vsus,quibus etiam male vti possumus. Exinde ne manca sit charitas,docemur amare proximum secundum legem charitatis puram, vt sicut deus non nisi seipsum amat in nobis,& nos ipsum dilicimus amare in nobis,ita & proximum sicut nos incipiamus amare in quo solum deum amamus sicut in nobis ipsis. Sed vt quid domine tot verba ? Sed nuda est domine & gelida & algens misera anima mea, & desiderans calefieri tui amoris calore . Ideo vestem non habens panniculos hos vndecunque collectos cõtraho & consuo ad tegendam nuditatem meam, & non vt sapiens illa Sareptana duo ligna , sed surculos istos E minutos,de deserti mei vastitate,de cordis mei spaciosa colligo vanitate,vt aliquando ingrediar in tabernaculum domus meæ , & faciam mihi de pugillo farinæ , & de hydria olei vt comedam & moriar , vel non tam cito moriar , imò domine non moriar, sed viuam & narrem opera domini. Stans igitur in domo solitudinis, quasi onager solitarius, & habitaculum habens in terra salsuginis,& attrahens vẽtum amoris mei, os meum aperio ad te domine,& attraho spiritum. Et nonnunquam domine quasi clausis oculis ad te inhianti mittis mihi in os cordis quod non licet mihi scire quid sit. Saporem quidem sentio,dulcem adeo,suauem adeo & confortantem,vt si perficeretur in me,nihil vltra quærerem , sed cum accipiens, nullo corporis visu,nullo animæ sensu,nullo spiritus intellectu aduertere me permittis quid sit. Cum accepero,tenere & ruminare volo,& diiudicare eius saporem,sed statim transit. deglutio quidem illud, quicquid illud est,in spem vitæ æternæ , sed operationis eius virtutem diu ruminando , omnibus animæ meæ vẽnis & medullis quasi vitalem quẽdam succum optabam trãsfundere:vt ab omnibus aliis affectionibus desiperet,& illud solum & semper saperet,sed festinat transire. Et cum de inquisitione eius vel acceptione vel vsu formata quędam lineamẽta memoriæ gestio arctius impressa committere,vel etiam memoriam labilem scripto iuuare , re & experimento cogor discere quid illud sit quod in Euãgelio dicis de F spiritu,Et nescis vnde veniat aut quo vadat. Quæcunq; enim quasi quibusdam lineamentorum figuris commendare curaui memoriæ , quorum quasi quodam reductu cum voluero, illuc me recolligam,ac per hoc subesse mihi velim posse quotiensçunque voluero,audiens à domino,Spiritus vbi vult spirat: & sentiens etiam in me , quia non quando ego volo, sed quando ipse vult spirat: omnia illa mortua inuenio,& insipida,& ad te solum leuandos esse oculos,fons vitę,vt in tuo solo lumine videam lumen. Ad te igitur domine, ad te sunt, & sint oculi mei ad te,in te, de te proficiant omnes animæ meæ profectus: & cum defecerit virtus mea,quæ nulla est,post te anhelẽt omnes defectus eius. Sed interim quãdiu me differs, quandiu miseram , & anxiam & anhelantem post te animam meam protrahis ? Absconde me obsecro in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum,& protege me in tabernaculo tuo à cõtradictione linguarum. Sed iam asinus reuocat , & pueri perstrepunt.

Capitulum decimum.

NVnc ergo domine,plena fide te deum colo,vnum te omnium principium & sapientiam qua sapiens est quęcunque anima sapiens est,& ipsum donum quo beata sunt quæcunque beata sunt : te vnum deum colo , adoro , benedico: te ex toto corde meo , ex tota mente mea , & ex omnibus viribus meis vel amo, vel amare desidero , quisquis angelorum vel bonorum spirituum te diligit,scio quia & me diligit,diligentem se in te,quisquis in te manet , & potest sentire preces

Matt.1.d
Hebr.1.d
Rom.8.
Galat.2.d
Sapiẽ.18.c
Psal.9.d
Roma.3.c
Rom..9.d
Gene.1.d
Iuan.3.d
Rom.5.d
Amoris definitio.
Rom.8.b
Mat.6.b
Iuan.17.b
Prou..8.a
Psal.143.c
Iuc.11.c
Iuc.10.d
Iuan.14.a
Psal.103.d
Act.17.b
Psal.81.b
1.Ioan.3.a
Gene.8.b
Iuc.6.c
Iuan.14.a
Iuan.15.b
Iuan.3.a
1.Reg.17.b
Psal.117.c
Osee.8.e
Psal.30.f
Matth.5.g
Marc.12.c
Luc.10.e
Ioan.13.d
Rom.13.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vel affectiones humanas:scio quòd in te me exaudit, in quo & ego eorum gloriæ congratulor. Quisquis te habet bonũ suũ,in te me adiuuat, nec mihi tui participi potest innidere. Solius enim apostatæ spiritus est nostram miseriam suam facere lætitiam,nostrum bonum suum damnum, nimirũ quia à communi omnium bono & vera beatitudine lapsus, non est subditus veritati,priuato suo gaudens,&cõmune omniũ odiens bonum.Te igitur,deus pater,quo creatore viuimus, te sapientia patris per quam reformati sapienter viuimus, te sancte spiritus,quem & in quo diligẽtes bõate viuimus,& beatissime viuemus,vnius substãtię trinitatem,vnum deum, à quo sumus,per quem sumus,in quo sumus,à quo peccãdo discedimus,cui dissimiles facti sumus,à quo perire non permsisi sumus,principium ad quod recurrimus,forma quã sequimur,gratia qua reconciliamur,adoramus & benedicim⁹: tibi gloria in secula seculorum,Amen.

Eiusdem de natura & dignitate amoris divini.

Caput primum.

H ARs est artium ars amoris,cuius magisteriũ ipsa sibi retinuit natura, & deus auctor naturæ.ipse enim amor à creatore inditus nisi naturalis eius ingenuitas adulterinis aliquib⁹ affectibus præpedita fuerit,ipse inquã se docet sed docibiles sui,docibiles dei.Est quippe amor vis animæ naturali quodã pondere ferens eam in locũ vel finẽ suum. Omnis enim creatura siue spiritualis siue corporea & certum habet locũ quò naturaliter fertur, & naturale quoddã pondus quo fertur.põdus enim(vt ait quidã vere philosophus)non semper fert ad ima,ignẽ sursum, aquam deorsum,sic & de cæteris.Nã & hominẽ agit põdus suũ naturaliter spiritũ ferens,sursum,corp⁹ deorsum,vnũquodque in locũ vel finẽ suũ.Quis enim corporis locus?Terra,inquit es,& in terram ibis.de spiritu vero in libro sapientiæ:Et reuertetur,inquit,spiritus ad eum qui creauit eũ .Vide hominem dissolutum,quomodo totus pondere suo fertur in locum suũ,cum res bene & ordine suo procedit,spiritus redit ad deum,qui creauit eũ,corpus ad terram, nec in terram solùm,sed in elementa,ex quibus compactum & formatũ erat Cum enim quiddam in eo terra,quiddam aqua,& quiddam aẽr sibi vendicet:cum naturalis cõpactionis naturalis fit dissolutio,pondere suo vnũquodque recurrit ad suum elementum,& tunc plena facta est dissolutio,cum horum omnium in locum suum facta fuerit restitutio.Quæ verum corruptio vel putredo , & non potius,vt dictum est, resolutio melius vocanda sit,iudicet qui vult.Et cum horum nihil à naturæ suæ tramite aberret,sola misera anima, & degener spiritus cum per se naturalitet contendat, peccati vitio corrupta nescit vel difficilẽ discit ad suum redire principium . Naturali quidem pondere suo semper cò impellitur : cum beatitudinem desiderat,beatitudinem somniat, non nisi beatus esse quẽrit.Beatus autem ille & non alius,cuius est dominus deus eius,sed beatitudinem quærens non in regione sua,nec in via sua longe aberrat à naturali intẽtione sua.Ideóque amissa doctrina sua naturali,opus iam habet doctore homine qui de beatitudine quæ naturaliter quæritur,amãdo doceat, admonendo vbi,& quò,in qua regione,qua via quẽratur.

Amor ergo,vt dictum est,ab auctore naturæ naturaliter est animę humanę inditus,sed postquam legem dei amisit,ab homine est docendus. Non est autem docendus, vt sit tanquam qui non sit,sed vt purgetur,& quomodo purgetur,& vt proficiat,& quomodo ꝓficiat,vt solidetur ; & quomodo solidetur,docendus est.Nã & fœdus amor carnalis fœditatis suæ olim habuit magistros , in eo quòd corrupti erant & corrumpebant,tam perspicaces,tam efficaces,vt ab ipsis fœditatis amatoribus & sociis doctor artis amatoriæ recantare cogeretur.quod intemperãtius cantauerat,& de amoris scribere remedio,qui de amoris carnalis scripserat incendio,qui in amoris incentiua vel vetera quasi per quendam pruritum execranda,vel in noua inuenienda toto se effuderat ingenio. Non vtique amoris carnalis feruorem videbatur ille docere qui tam in docẽdis quàm in eo qui docebat,sine quouis rationis temperamẽto naturali quodam igne ęstuabat,sed naturalẽ eius vim in disciplinatis quibusdã disciplinis in quãdam erudiebat lasciuam insaniam,& superuacuis quibusdã fomentis luxuriæ in quandam perurgebat insanam lasciuiã, in illis enim prauis & nequam hominibus ex superfluẽti carnalis concupiscentiæ vitio totus deperierat ordo naturæ. Quippe cum debito naturæ ordine spiritus eorum naturali pondere suo,amore suo,vel sursum ferri, & redire ad Deum deberet,qui creauit eum:carnis humiliatus illecebris nõ intellexit,& comparatus est iumentis insipientibus,& similis factus est illis,factíque sunt de quibus diceretur:Non permanebit spiritus meus in hominibus istis,quia caro sunt.In quo rum persona factum est,inquit, cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.In angusta quippe corporis parte cor locatum est,vbi quasi medium superiorum sensuũ arcem,& corporis inferioris sicut populi humilioris quasi quandam regeret & dispensaret rempublicam,totámque circunquaque cogitatuum & actionum regionem ad concupiscentiæ carnalis ignem degenere quadã mollitie liquescẽs, totum defluxit in ventrem & in medium ventris , videlicet non sapiens nisi ea quæ ventris sunt, & de ventre in ventris inferiora omnia confundens,omnia degenerans,omnia adulterans,amoris naturalẽ affectũ peruertẽs in brutum quendam carnis appetitum:nõ solum quę non licet appetentem cum cõtumeliis corporis in passionibus ignominię,sed adeo oblitum suæ antiquę generositatis,vt qui creatus erat deo soli, à corruptis & corruptoribus suis æstimetur esse potius luxurię naturale domicilium,& vitiorum omniũ prostibulum.Infelices,qui intantum natura reclamante sibi viluerũt, vt animæ suæ locum qui proprius dei creatoris erat,& nulli creaturę comm:unicabilis,sedem satanæ,sedem spurcitiarum & omnis immunditiæ constituerent,

Caput secundum.

ACturi igitur de amore prout dederit ipse cuius amoris operis ipsius sudat intẽtio,primũ quasi à rimordiis ipsius narrationis seriem inchoantes , quasi per succedentes sibi ætates profectuum eius processum ordiamur vsque ad senectam vberem,quæ non est plena senilis doloris,sed plena misericordiæ vberis.Sicut enim secundum ætatũ incrementum vel decrementũ puer mutatur in iuuenem,iuuenis in virum,vir in senem,secundum qualitatum mutationes,etiam ætatum nomina mutãtes: sic secundum virtutum profectum voluntas crescit in amorem,amor in charitatem,charitas in sapientiam . Nec debet latẽre de amore , dequo agimus,quibus ortus sit natalibus,qua nobilitatis linea insignis habeatur,vel quo oriũdus loco. Primus igitur eius natiuitatis locus deus est . Ibi natus,ibi alitus , ibi prouectus,ibi cuius est nõ aduena,sed indigena.à deo enim solo amor datur, & in ipso manet ,quia nulli nisi ipsi & propter ipsum debetur.Porro si de natalibus ei⁹ agitur:cum trinitas deis hominem crearet ad imaginem suam , quandam in eo formauit trinitatis similitudinem,in qua & imago trinitatis creatricis reluceret,& per quam nouus ille mundi incola , simli naturaliter ad simile recurrente,principio suo creatori suo indissolubiliter inhæreret,si vellet,ne multiplici creaturarum varietate illecta,abstracta,distracta,creata illa trinitas inferior à summæ creatricis vnitate recederet,Etenim cũ in faciem noui hominis spiraculum vitæ,spiritualẽ vim id est intellectualem(quod sonat spiratio & spiraculum)& vitalem,id est animalem(quod sonat nomen vitæ) infudit , & infudendo creauit:in eius quasi quadam arce vim memorialẽ collocauit,vt creatoris semper potentiam & bonitatem memoret:statímque & sine aliquo moræ interstitio memoria de se genuit rationem,& memoria & ratio de se protulerunt voluntatem . Memoria quippe habet & continet quòd tẽlendũ sit,ratio quid tenendũ sit,voluntas tendit,& hæc tria vnum quiddã sunt:sed tres illę efficaciæ(sicut in illa summa trinitates)vna est sustantia,tres personæ:in qua trinitate sicut pater est genitor,filiꝰ genitus,& ab vtroque spiritus sanctus:ic ex

A cedit.Vt ergo deo inhæreret creata in homine rationalis anima, memoriam sibi vendicat pater,rationem filius,uoluntatem ab vtroque procedentem , ab vtroque procedens spiritus sanctus . Ecce quibus orta natalibus voluntas , cuius natiuitatis, cuius adoptionis,cuius dignitatis,cuius nobilitatis. Quæ cum præueniente & cooperante gratia spiritui ipsi sancto(qui patris & filij amor est & voluntas) bono sui assensu incipit inhærere,& vehementer incipit velle quod deus vult: & quod volendum memoria suggerit & ratio , vehementer volendo efficitur amor.Nihil enim aliud est amor quàm vehemens in bono voluntas.per se enim voluntas simplex est affectus , sic anima rationali indutus , vt sit capax tam boni quàm mali,bono replendus cum adiuuatur à gratia:malo,cũ sibi dimissus deficit in semetipso.Ne enim à creatore aliquid animæ deesset humanæ,libera ih vtramuis partem data est ei voluntas,quę cum adiuuanti concordat gratię virtutis accipit profectum & nomẽ,& amor efficitur,cum sibi dimissa se ipsa secundum seipsam frui vult,sui in seipsa patitur defectũ: & quot habet vitia,tot vitiorũ sortitur nomina, cupiditatis, auaritię,luxurię,& alia huiusmodi.Primo itaq; profectu suo voluntas quasi in Pythagoricæ literæ biuio libera cõstituta, si secundum dignitatem naturalium suorum erigitur in amorem, secundum naturalem virtutum suarũ ordinem de amore,vt dictum est,in charitatem,de charitate proficit in sapiẽ-
B tiam. Sin autẽ nullo ordine sui,iusta tamen ordinatione dei, præcipiti acta ruina,tenebris confusionis obruta sepelitur in inferno vitiorum nisi à gratia ei fuerit subuentum.Si vero in ima inferni relicta,sursum cœperit gressum attollere , & gratiam sequens deducentem & enitẽtem,adulta fuerit in amorem,iam in iuuẽtutis constitutа fortitudine à spiritu timoris quo hactenus vt puer timebat pœnã,in spiritum pietatis incipit proficere,in eum à quo incipit iam nouam gustare gratiam,pie iam incipiens amare deũ & colere,de quo scriptum est:Pietas est cultus eius.Hic ergo iuuenis non ętatis,sed virtutis naturalem fortitudinem exerat & virtutem, nec iuuentutis, licet à ratione ea vetetur corrumpere,naturalia perdat incentiua.Quibus si insaniunt qui corumpũt, qui in imagine pertranseunt, quorũ spiritus vt spiritus bestiarum vel pe-
Eccl. 23.c corum,quorum carnes iuxta prophetam vt carnes sunt asinorum,multo magis eos qui in veritate sunt amoris,& spiritualibus eius aguntur incentiuis,in spiritualis iuuenturis feruor suo licet modo insanire. Grauis enim opprobrii res est in naturam,si plus in detetius proficere possunt eius corruptores, quàm in bonum veri amatores.

Caput tertium.

2.Cor.5.c Exod.32.g AVdi sanctam insaniam : Siue mente, inquit Apostolus, excedimus deo, siue sobrij simus vobis. Vis ad hæc audire insaniam ? Si dimittis, inquit,eis peccatum, dimitte : sin autem,dele me de libro vitæ.Vis aliam ? Ipsum audi Apostolum,Optabam,inquit,anathema esse à Christo pro fratribus
Rom.9.a meis.Nonne quædam mentis bene affectæ sana quædam videtur insania,cum impossibile sit effectũ habere fixum in affectu pro Christo anathema velle esse à Christo:Hæc ad san-
Act.26.c ctũ spiritus aduentum apostolorum fuit ebrietas , hæc Pauli insania,cum diceret ad eum Festus , Insanis Paule. Mirúmne est si insanire pronunciabatur , qui in ipso mortis periculo ipsos iudices suos,à quibus pro Christo iudicabatur,ad Christum conuertere nitebatur? Non hanc insaniam multæ literæ in eo faciebant , sicut dicebat rex veritatem intelligens, sed dissimulans,sed(vt dictum est)sancti spiritus ebrietas , in qua & in paruo & in magno similes eos sibi facere gestiebat, sui cum iudicabant. Et vt cætera omittam, quæ maior, quæ magis inopinata insania,quàm hominem relicto seculo desiderantem & ardentem inhærere Christo,pro Christo rursum necessitate obedientiæ & charitatis fraternæ inhærere secuo : tendentem in cœlum semetipsum mergere in cœnum? Hic est Beniamin adolescentulus , qui in mentis suæ excessu nec se nec suum aliquid sentit, sed eum solum in quem totus excessit.Hæc insania insani erant martyres inter tormenta ridentes.Cur hic non dicam quod in feruore lasciuię suæ lasciuus poëta dicebat,Insanire libet.Hic ergo licet emineat feruor iuuenilis,& feruens religionis cursus, qui quanuis adhuc in hoc statu nec habeat nec habere debeat,frenũm tamen pa- D
titur rationis.feruorem enim nouitiorum nõ docent illæ misericordes in se ipsum discretiones , & discretionum dispensationes , facilésque indulgentiæ suo iudicio , non tamen recusandę sunt alieno.A seipso in seipsum rigida debet esse cen- E
sura , & districta seueritas: ad regentem autem vel consulentem paternam vel fraternam charitatem & pietatem, lenis & obediens in omnibus humilitas . Si alterum desit,vel in desidę & tepido non spero cursus perseuerantiam , vel in principio timeo ruinam,propter quod tota debet esse discretio nouitij , stultum se in omnibus pro Christo facere : & ex alieno pendere arbitrio , maxime si seniorem talem habet de quo certum est quòd à deo discit quod hominem docet : vbi tamen proficienti & obedienti non facilẽ præsumenda est iudicandi licentia,quandiu manifeste nil contra deum præcipitur,donec longa & patiens experientia intellectum super his dabit auditui.Ad eam itaque maxime se semper obedientiam studeat exercere,de qua scriptum est: Castificantes corda nostra in obedientia charitatis,hæc est enim dei voluntas & bene placens, & perfecta , ad hæc autem obtinenda, & conseruanda continua appetenda sunt præsidia sedulæ & longanimis orationis:in qua tanta sit fides,vt speret omnia:tanta deuotio , vt deum videatur cogere: tantus amor,vt omnia quæ petit, in ipsa oratione se sentiat obtinere:tam benigna humilitas , vt in omnibus non suam , sed dei voluntatem in se fieri
F propter. Studeat etiam habere hic talis & amplectatur cordis puritatem, corporis mũditiam, silentium vel verbum ordinatum:oculos stabiles,& non sublimes:autes non prurientes , victum & somnum sobrium, & qui faciat non impediat boni operis diætam:manus continentes:gressum mitem:non ridendo cordis prodere lasciuiam, sed leniter subridẽdo gratiam:meditationes spirituales & assiduas:opportunas lectiones,& non curiosas:ad maiores subiectionem:ad seniores reIngens humilitatis fructus.
uerentiam: ad iuniores dilectionem : non desiderare præsse, amare subesse:omnibus cum quibus est, velle prodesse: non seueritate obrui,non lenitate eximaniri: in vultu serenitatem, in corde ad omnes habere dulcedinem,in opere gratiam, hic etiam locus& tempus est voluptates amputandi,vitia omnia extirpandi , voluntates frangendi , vt cæteris non voluntatibus,sed voluntatum simulacris præcisis & amputatis sicut adulterinis quibusdam& sponte nascentibus ramusculis,spes proficiendi augeatur naturali & veræ voluntati.

Caput quartum.

ILlæ enim non tam sunt voluntates quàm appetitus ani- 1.Ioan.2.b
mæ,concupiscentia scilicet carnalis , concupiscentia oculorum,& ambitio seculi.Hic qui plus amat,plus curat,hic labor,hoc opus est multorum sudorum,opus multorum labo- F
rum : maxime cum adhuc amor cæcus quod facit faciat , sed nesciat adhuc vnde veniat , aut quo vadat : & sic huiusmodi operetur affectibus , sicut cæcus manibus , qui manibus quidem operatur , sed nec manus videt quibus operatur , nec opus quod operatur . Sicut enim si videns quis in aliquod opus erudiat non videntem , trahit docendum, curuat , erigit, & disponit,in artem eum agens suscepti operis : sic per omnia quæ supra dicta sunt,cæcus amor extrinsecus in quandam vitæ & morum formatur honestatem . Cum vero interioris hominis substantia longo disciplinæ vsu emollita plene poterit imprimi & informari in eorum formam , tunc fructum pacatissimum operabitur salutis,tunc in re non in spe horum omnium & similium,percipit vtilitatem . Quæcunque enim obseruanda texuimus,nondum sunt in affectu, sed in desiderio & rationis magisterio : & de his omnibus humiliter adhuc cantat ad deum : Concupiui desiderare iustificationes Psal. 118.c
tuas . Sicut tamen dixi de cæco quanuis adhuc non videat oculus:non cessẽt operari manus , vt qui proficere vult in magno, fidelis sit in minimo:& in eo in quo ex conditoris largitate iam prærogatum habet ius poreſtatis, officium exhibeat bonæ voluntatis , in corpore scilicet proprio faciat quod dicit Apostolus: Humanum dico propter infirmitatem carnis Rom.6.c
vestræ . Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ,ac si dicat, cum amor

G in charitatem transierit,cum anima perfectam suam adepta fuerit puritatem,tunc vobis dicam vel indicam longe aliud quid & diuinum.Nunc interim accipite illud humanum, vt sicut in tempore veteris negligentiæ & peccati liberi fuistis iustitiæ,iustitiæ in nullo, in omnibus autem peccato exhibẽtes membrorum officium,& hoc ad iniquitatem, sic amodo exhibeatis membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ: in quo si fidelis,vt dictũ est apparuerit, incipiet in seipso experiri quod Dauid dixit:In nomine tuo leuabo manus meas. *Psal. 62.b* *Rom.8.c* Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.Si enim spiritu facta carnis mortificauerit, si deum in opere suo glorificauerit,ex hoc anima adipe gratiæ & pinguedine sancti spiritus repleta, renonari incipit spiritu mentis suæ, & induere nouum hominem,qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.Ex hoc enim iam rerum facies noua ei incipit apparere,charismata meliora(in quorum æmulatione hactenus laborauerat) familiarius ei aperire corpus sanctis humiliatum disciplinis, ex consuetudine iam bona in spõtaneum spiritus seruitium transire:noui hominis interior facies de die in diem renouari,& vsque ad speculanda dei bona reuelari iam frequentes & improuisæ theophaniæ, & sanctorũ splendores animam continuo laborantem desiderio incipiũt refocillare,& illustrare:quia sapientia occurrens in viis hilariter(sicut dicit Iob)absc̃odit lumen in manibus, & præcipit *Iob.36.d* H ei vt rursus adueniat,& annunciat de ea amico suo,quòd possessio eius sit,& ad eam possit ascendere. Ex quo iam diu laborans anima insolitas quasdam & dulces affectiunculas incipit colligere,in quibus tenerè requiescit cum adsunt, cruciatur cum auferuntur,& non redeunt ad votũ. Sicut enim ruri enutrita & ruralibus assueta cibariis,cum affectiones has quas diximus,quasi in primo ingressu aulæ regiæ cœperit deguſtare,nonnun quã ignominiosè depulsa, violenter expulsa in domum paupertatis suæ, virum vltra redire acquiescit, & frequenter ad ianuam recurrens, importuna,improba, & anxia sicut inops,sicut mendica,sperans,suspirans,inspicit,suspicit si quid sibi porrigatur,si quando aperiatur,& aliquãdo improbitate & importunitate sua sic euincit omnia obstacula,& transgreditur vsque ad interiorem sapientiæ mensam præcipiti transiliens desiderio impudens, vt illico re expleta assideat conuiua & audiat : Comedite amici, & inebriamini charissimi.

Capitulum quintum.

EX hoc iam innascitur sanctæ paupertatis amor, latendi studium,odium secularium distractionũ, orationis vsus, psalmodia frequens.Sed graue,nisi impediatur,occurrat tentationis impedimentum:quod multorum cursum vsque huc prosperum & felicissimum vel grauiter retardet, vel retro I nonnunquam in quandam teporis ignauiam reflectat.Quod enim à patre pio in via accipit ne deficiat, sic incipit habere quasi sufficiat: & hic proficiendi metam constituens vbi desinit proficere,ibi incipit deficere. Quinetiam conculcans gratiã dei,& vanam de ipsa contra ipsum sibi fabricans fiduciam,vel in ore vel in corde iactat se non vsquequaque à deo derelictum,totiens sibi iudicium manducans & bibens,quotiens visitationis & consolationis à deo accipit gratiam, & inde non in domini, sed in voluntatũ suarum executionem *Psal. 80.d* præsumit fiduciã.Inimici domini,ait Psalmista, mentiti sunt ei,& erit tempus eorũ in secula.Et cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Audi cibatos, & audi inimicos:audi saturatos, & audi mẽtitos:audi nõ solum frumentum, sed adipem frumenti:nõ petram, sed mel de petra, occultam scilicet & diuinã sacramentorum gratiam, de qua saturati perhibentur, qui inimici conuincũtur. quòd si non fuissent inimici,nõ tam cito potuissent saturari. Qui enim saturatus est,nõ plus petit quã accipit,quia plenus est:& quod habet,ei satis est, hoc est,post primam illuminationem, vt ait *1.Pet.2.a* Apostolus,post gustum doni cœlestis, post particapationem spiritus sancti,post gustum nihilo minus boni verbi dei, virtutúmque futuri seculi voluntarie peccando post acceptam *Heb.10.f* notitiam veritatis rursum sibimetipsis filium dei crucifigendo conculcare,& sanguinem testamenti pollutum ducere in quo sanctificati sunt,& spiritui gratiæ contumeliam facere. Quid enim aliud est filium dei crucifigere quàm facere mala, K vt veniant bona?confidenter peccare, & cruci Christi quicquid peccant imponere? O si audiant quod sequitur, Terra sæpe superuenientem imbrẽ bibens,& generans herbam opportunam his à quibus colitur, accipit benedictionem à domino:proferens autem spinas & tribulos reproba est,& maledictioni proxima,cuius finis est in combustionem. Sed redeamus ad meliora,vt ait ipse Apostolus, & viciniora saluti. *Eph.4.c* Iam ergo bonæ spei iuuenis cuius deus iuuentutem incipit lætificare,crescere incipit in virum perfectũ, in mensura ætatis plenitudinis Christi. Iam enim amor incipit confortari, & illuminari,& transire in affectum & nomẽ maioris virtutis,& amplioris dignitatis. Amor quippe illuminatus charitas est,amor à deo,in deo,in deũ.Charitas autẽ deus est.deus, inquit,charitas.breuis est laus,sed concludens omnia. Quicquid de deo potest dici,potest dici & de charitate, sic tamen vt considerata secundum naturas domini & dantis, in dante nomẽ sit substantię,in dato qualitatis, sed per emphasim donum etiam charitatis deus dicatur, in eo quòd super omnes virtutes virtus charitatis deo cohęreat,& assimiletur.De charitate quid dicemus?Audiuimus famam eius, non nouimus eam,non vidimns eam. Apostolus eam nouit, qui excellentiorem viam eam appellans,in laudem eius totum se effudit, *1.Cor.13.c* dicens:Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Si L linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam,factus sum veluti æs sonans,aut cymbalum tinniens.Et si habuero prophetiam,& nouerim mysteria omnia & omnem scientiam,& si habuero omnem fidem ita vt mõtes transferam,charitatẽ autem non habeam,nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, & tradidero corpus meum ita vt ardeam,charitatẽ autem non habeam,nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulatur,non agit perperam,non est ambitiosa,non quęrit quæ sua sunt,nõ inflatur,non irritatur,non cogitat malum,non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati:omnia suffert,omnia credit,omnia sperat, omnia sustinet,charitas nunquam excidit, siue prophetię euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur,nunc autẽ manet fides,spes,charitas,ttia hæc:maior autem his est charitas.hoc est iugum domini suaue, & onus leue, onus quod portantem portat, & leuigat, onus leue euangelij, suaue eis *Ioan.15.b* quibus dicit ipse dominus,Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos. Qui enim prius portare non poterat præcepta legis,postea leuia sunt præcepta euangelij per cooperantem gratiã.Qui primum non poterat implere,Non occides:postea leue habet pro fratribus animam ponere,& sic de reliquis: M sicut cũ iumento imponitur onus graue,& refugit quasi inportabile, adducitur quadriga volubilis,id est euãgelium lis- *Simile pul chrum.* currens per totum mundum,& onus quod quasi graue refugiebat primũ,postea sine labore trahit duplicatum. Sic aucula quæ implumis est,& sine alis,seipsam non potest portare:pondere plumarum & alarum addito,auolat sine labore sic & panis durus qui per se transire non potest, adiection lactis vel alterius liquoris colabilis fit in gutture. Amor ergo prius habuit conatum,& aliquem affectum:charitas effectum Iam enim tãto leuius operatur charitatis manus,quãto *Psal.118.c* cã adiuuat illuminatus oculus. Primùm quidẽ operamur pemanum,deinde manu tergimus oculum.vnde dicit, A mandaris tuis intellexi.Iam enim incipit opera sua intelligere, & affectiones discernere, iam sic afficitur virtutib⁹, vt sicut dec hoc est esse, quod bonum esse,sic iam iustæ & sanctæ animę non aliter sit esse quàm sanctæ & iustæ & piæ esse:Sanctæ,in semetipsa:iustæ,ad omnes:piæ,ad deum. Ex augmento enim gratiæ dei sic inficit iustam animam iustus affectus, vt iam in nulla sui parte vel cogitatuum vel affectuũ vel actuum sciat vel possit esse nisi iusta,in toto suo, in omni eo quod est iustitiæ plene & indissolubiliter affecta. Vnde dicit Apostolus, Charitas nunquam excidit: aliquãdo quidem titubat vel deuiat affectionis vel operis effectus, quandiu in hac vita non *Cor.13.c* potest videre charitas nisi ex parte & per speculum in enigmate, sed integer tamen semper & solidus sua virtute suus permanet affectus.

Capitu-

A *Capitulum sextum.*

ALiud quippe est affectus, aliud affectio. Affectus est qui generali quadam potentia & perpetua quadam virtute firma & stabili mentem possidet, quam per gratiam obtinuit. Affectiones verò sunt, quas varias varius rerum & temporum affert euentus.infirmitas enim carnis ex vitio primæ originis sæpe offendit,sæpe cadit, sæpe lædit grauiter, & lædit mente interius dolente, & patiente potius quàm agente, quod perperam foris geritur, nec tamen charitatem perdente : sed ex charitate gemente & clamante ad Deum, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis *Rom.7.d* huius? Vnde dicit Apostolus, Ego, inquit, mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Et rursum, Non ego operor illud,sed quod habitat in me peccatum. Itaque quisquis ille est,sicut dicit beatus Ioannes, secundum hoc quod *1.Ioan.3.b* & 5.a natus est ex deo, id est secundum interioris hominis rationem,intantum non peccat,inquantum peccatum quod corpus mortis foris operatur,odit potius quàm approbat, semine spirirualis natiuitatis quo ex deo natus est, eum interius conseruante. Quod etsi interim aliquando incursu peccati lædatur,& atteritur,radice tamen charitatis in altum defixa, non perit. Imò statim fœcundius & viuacius conualescit in spem boni fructus, & surgit. Sic enim dicit beatus Ioannes: Omnis enim qui natus est ex deo,peccatum non facit : quoB niam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare,qui ex *1.Ioan.3.b* deo natus est.Notanda vis verborum. Non,inquit,peccatum facit, quod patitur potius quàm facit, qui natus est ex deo: & non potest peccare,perseuerando scilicet in peccato, dum legi dei cum mente seruit, etiam carnem festinat subigere, quæ tentatione & peccato incurrente legi peccati videbatur seruire.Petrus cum peccauit,charitatem nõ amisit, quia pec- *Mat.26.g* cauit potius in veritatem quàm in charitatem, cum se non esse mentitus est in ore? cuius totus erat in corde. Idcóque negationem falsitatis continuò lachrymis lauit veritas charitatis. Sic & Dauid cum peccauit, charitatem non perdidit, *2.Reg.11* sed obstupuit quodammodo in eo charitas ad vehementem tentationis ictum: & charitatis in eo nequaquam facta est abolitio,sed quasi quædam soporatio, quæ mox vt ad vo- *2.Reg.12.c* cem arguentis prophetæ euigilauit, continuò in illam ardentissimæ charitatis confessionem erupit: Peccaui domino. & continuò audire meruit: Dominus transtulit à te peccatũ tuum,non morieris. Adhuc in laude charitatis, amor in fide & spe,charitas in se ipsa est & per se ipsam: potest etiam esse vt fides & spes sint sine charitate. Vt autem charitas fidem & spem in se non contineat, non potest esse. fides enim quod amatur,esse adserit,spes promittit.amat igitur, qui in fide & spe amat, sicut amari potest quod creditur tantùm & speratur.charitas creditum & speratum iam habet,iam tenet, iam C complectitur. amor igitur fidei & spei Deum videre desiderat,quia amat:charitas quia videt,amat.Ipsa enim est oculus quo videtur Deus.habet enim anima etiam sensus suos, habet visum suum vel oculum qui videt Deũ. Sicut enim corpus habet suos quinque sensus, quibus animæ coniungitur vita mediante : sic & anima suos quinque sensus habet, quibus deo cõiungitur mediante charitate. Vnde dicit Apo- *Rom.12.a* stolus : Nolite conformari huic seculo,sed renouamini nouitate sensus vestri,vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & bene placens,& perfecta.hic ostenditur quia per sensus corporis vt erascimus,& huic seculo conformamur.Per sensum verò mentis renouamur in agnitionem dei,in nouitatem vitæ, secundum voluntatem & beneplacitum Dei. Quinque enim sunt corporis sensus animales,vel corporales, quibus anima corpus suum sensificat,vt ab inferiori incipiã,tactus, gustus, odoratus,auditus, visus. Similiter quinque sunt sensus spirituales,quibus charitas viuificat animam,id est amor carnalis parentum,amor socialis, amor naturalis, amor spiritualis, amor Dei. Per quinque sensus corporis mediante vita corpus animæ coniungitur:per quinque sensus spirituales mediante charitate anima deo consociatur.

Caput septimum.

TActui comparatur parentum amor, quia affectus iste promptus omnibus, & quodammodo grossus & palpabilis, sic se omnibus naturali quodam occursu præbet & ingerit,vt effugere eum non possis, etiam si velis . Tactus enim D sensus est totus corporalis,qui ex quorũlibet corporum coniunctione conficitur, si tamen vnum eorũ aut vtrunq; viuat, vt tactus esse possit . Sicut enim quoquo te verteris, corpus tuũ non potest esse sine tactu:sic nec anima tua sine hoc affectu propter quod in scripturis amor iste nõ multũ commendatur,imò ne sit nimius coërcetur,dicẽte domino,Si quis nõ *Luc.14.f* odit patrem suum,aut matrem suam, nõ potest meus esse discipulus.Secũdo gustui comparatur amor socialis, amor fraternus, amor sanctæ & catholicæ Ecclesiæ, de quo scriptum est:Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in *Psal.132.d* vnum.Quia sicut per gustũ vita administratur corpori,sic illi mãdauit dominus benedictionem & vitam vsq; in seculum. Gustus enim licet corporaliter exerceatur, saporem tamẽ introrsus generat,quo anima afficitur,propter quod corporalis quidem maxime hic sensus, sed tamen ex parte aliqua etiam animalis esse cõprobatur,sic & amor socialis, quia ex corporali cohabitatione in vnum,ex similitudine professionum, ex parilitate studiorum, aliisq; huiusmodi causis confœderatur, mutuisq; officiis enutritur,maxime animalis esse videtur: sed tamen ex magna parte & spiritualis est,quia sicut sapor est in gustu,sic affectus fraternę charitatis flagrat in affectu,de quo scriptum est:Sicut vnguentũ in capite quod descendit in barbam,barbã Aaron,quod descẽdit in orã vestimenti eius,sicut *Ibidem* ros Hermon qui descendit in mõtem Sion. Tertio odori cõE paratur amor naturalis,qui naturaliter ex ipsius naturæ similitudine & consortio absq; omni spe recompensationis omnem hominem diligit, qui ex occultis naturæ recessibus veniens,& animę se ingerens,nihil humanum ab eo patitur esse alienum.Sensus autem iste magis animalis esse videtur quàm corporalis, id est odoratus, quia ad creandum eum interius corpus nihil agit præter leuem instrumenti sui varium attractum:& licet haustus per corpus animam tantùm afficit,non corpus,sic & amor naturalis magis spiritualis esse videtur q̃ animalis, quia præter solum connaturalis humanitatis respectum,non consanguinitas,non societas,nec aliqua in eo omnino necessitudo huiusmodi consideratur. Quarto auditui comparatur amor spiritualis, amor inimicorum. Auditus enim nihil interius, id est intra corpus operatur, sed exterius quodammodo,id est ad aures pullans animam euocat,vt exeat & audiat. Sic & amorem inimicorum in corde nulla vis naturę,nullius alicuius necessitudinis suscitat affectus,sed sola obedientia quæ per auditum significatur. Ideóque amor iste spiritualis dicitur. Ideo etiam quia ad filij dei similitudinem, & filiorum Dei proficit dignitarem, dicente domino: Benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri,qui *Matth.5.* in cœlis est,& reliqua. Quinto visui comparatur amor diui- F nus,visus enim principalis est sensus, vt enim inter omnes affectiones principatum obtinet amor diuinus, ita à visu oculorum cæteri sensus videre dicuntur, cũ solus videat oculus. Dicimus enim,Tange & vide, gusta & vide,sicq; de reliquis: sicq; ab amore diuino cætera dicũtur amari,quæ bene amantur:cum luce clarius cõstet nil debere amari,nisi propter deũ, nec amari rem quæ propter aliud quid amatur, sed id potius quod amatur vnde est, à quo omnis paternitas in cœlis & in *Ephe.3.b* terra nominatur. Visus vis quædam est animæ mera & potẽs & pura,sic & amor diuinus potens est,quia magna operatur: sed est purus, quia sicut ille ait, nihil inquinatum in eum incurrit . Non enim dignatur Deus amari cum aliqua alia re, quæ propter ipsum non amatur. Visus item in eminenti corporis arce & insigni capitis loco positus, & secundum ipsius corporis formam infra habet & ordine & dignitate:& virtutis potentia omnia cæterorum sensuum instrumenta, ipsõs- que sensus, quos, vt ita dicam, amabiliores, propinquiores: quos vero corporales,remotiores, infimus enim omnium & cæteris ignobilior, tactus, licet communis esse videatur totius corporis, tamen propriè manuum est. Sic mens quæ caput est animæ & principale ipsius mentis, sedes esse debet amoris Dei, vt sub se habeat & regat & illustret cæteros amores, nec sit in eis quod se abscondat à calore eius & lumine eius, quòs quidem spiritualiores habens propinquiores, quos vel carnaliores & animaliores,remotiores, cum dilexe- *Deut.6.a* timus dominum nostrum ex toto corde nostro, & ex tota a-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nima nostra,& ex omnibus viribus nostris,& proximum nostrum sicut nos ipsos. Visus (vt diximus) in digniori corporis loco sedem habens,etiam super ipsam animalitatis virtutem aliquid moliri videtur:& mentis vel memoriæ quantum fas est gestit imitari virtutem,vno horæ momento medium cœli peruolans,in vno momenti puncto plurima terrarum stadia transuolans;sic & illuminatus amor Dei, suam in anima christiana sedem obtinens, ad quandam diuinæ potentiæ similitudinem eam prouehit, dum omnem creaturam angustam & breuem imò nullam videri facit ad comparationem Dei,dum confidit sua esse omnia,quæ patris sunt, dum omnia ei cooperantur in bonum,dum siue Paulus,siue Cephas, siue mors, siue vita, siue omnia quæ eius sunt, & fidelis viri totus mundus diuitiarum est. *Rom.8.c*

Caput octauum.

VIsus ergo ad videndũ Deum naturale lumen animæ, ab auctore naturæ creatus charitas est. Sunt autẽ duo oculi in hoc visu ad lumen quod deus est videndum naturali quadã intentione semper palpitantes,amor,& ratio. Cũ alter conatur sine altero,nõ adeo proficit:cũ inuicẽ se adiuuant, multũ possunt,scilicet cũvnus oculus efficiũtur,de quo dicit spõsus in Canticis,Vulnerasti cor meũ õ amica mea in vno oculorum tuorũ. In hoc autẽ plurimũ laborant suo vnusquisque H modo,quòd alter eorũ,id est ratio deum videre nõ potest,nisi in eo quod non est, amor autem non adquiescit requiescere nisi in eo quod est. Quid est enim quòd ratio omni conatu suo possit apprehẽdere vel inuenire de quo dicere audeat, hoc est deus meus?intantum enim solummodo potest inuenire quid est,inquantum inuenit quid non est. Habet etiam ratio suos quosdam tramites certos & directas semitas quibus incedit. Amor autem suo defectu plus proficit,sua ignorantia plus apprehendit. Ratio ergo per id quod non est, in id quod est videtur proficere: amor postponens quod non est,in eo quod est, gaudet deficere. Cum tamen vt dixi inuicem se adiuuant, & ratio docet amorem , & amor illuminat rationem,& ratio cedit in affectum amoris,& amor acquiescit cohiberi terminis rationis. Magnum quid possunt. Sed quid est quod possunt?Sicut proficere proficiens in hoc, & hoc discere non potuit,nisi experiendo:sic nec communicare potest inexperto,quia sicut dicitur in sapientia: In gaudio eius non miscebitur extraneus. Ratio maiorem habet sobrietatem,amor beatitudinem. inde quippe processit, & naturaliter in suum spirat principiũ. Ex hoc iam animam suauitate hactenus & deliciis amoris tenerè enutritam,sed & nonnunquam paternæ pietatis disciplinis attritam. Ex hoc iam inquã fortis vt mors,dilectio peruadit dulci amoris gladio ab amore & affectu seculi sic occidens eam funditus,& interimẽs sicI cut mors interimit corpus. In tantũ vt dici de ea possit,quod de Enoch,scilicet quòd non inuenitur in seculi actibus, quia transtulit eum Deus , sed corpus morte sua mortificatur ab omnibus sensibus suis: anima autem morte sua proficit magis, & viuificatur,& roboratur in suis, fortiter & constanter & prudenter incedens iam in semitis suis,& omnibus gressibus & quocunque hactenus ignorando,dubitãdo,& palpãdo vix audebat tendere pedem boni assensus. fortitudo enim simplicis, via domini. A seculi ergo actibus & affectibus sic mortificatur,sicut Paulus apostolus,Mihi,inquit,mũdus crucifixus est,& ego mundo. Cùm enim alter non curaret de altero : cum suis ligati affectibus ad se inuicem non poterant vel curabant accedere,sibi inuicem crucifixi erant Paulus & mundus. Sed tamen cum Pauli conuersatio tota esset in cœlis,non recusabat quandocunque necessaria erat hominibus in terris:propter quod cum gemitu dicebat , Cupio dissolui, & esse cum Christo. Multo enim melius,& ô quàm melius est esse cum Christo. esse enim Christum cum Paulo,sicut & ipse dixit, Ecce ego vobiscũ sum vsque ad consummationem seculi , sic inquam esse Christum cum Paulo , magna Pauli securitas:esse vero Paulũ cum Christo,vel hic per contemplationem, vel ibi per beatitudinis præsentiam, beata & gloriosa Pauli felicitas. Charitas ergo Dei sursum eum attollebat. Charitas vero proximi infra eum premebat,quasi à collo dependens. Vnde sequitur & dicit, Permanere autem in carne necessarium propter vos. Affectus ergo charitatis deo K indissoluibiliter inhærens, & de vultu eius omnia iudicia sua colligens,vt agat vel disponat exterius,sicut volũtas dei bona & bene placens & perfecta dictat ei interius : dulce habet in vultũ illum semper intendere, & sicut in libro vitæ leges in eo sibi legere viuẽdi,& intelligere,illuminare fidem,roborare spem , suscitare charitatem . iam enim & spiritus sanctus euidenter sanctam edocet animã , quid & quomodo sit faciendum:& spiritus fortitudinis vires vel virtutes subministrat faciendi : spiritus consilij disponit. Et cum animo illi vacat deo inhærere, deo effiecitur similis per deuotionis pietatem,& voluntatis vnitatem. Cum vero ad homines & humana redire compellitur,à lege vultus dei & exhilaratam faciem in oleo charitatis Dei,tam factis quàm dictis, & etiam glorificatione quadam & gratia exterioris hominis refert ad homines ipso suo bonitatis quodã habitu , & gratia sibi eam exigit vel efficit apud eos reuerentiam , vt etiam in promptu habeat in quo voluerit eorum obedientiam . Nam & si ex occulto illo ad vitia delinquentium , & corruptos mores errantium,aliquando exiens ex veritate & seueritate iudiciorum vultus Dei quasi facies cornuta apparet,& terribilis,vbi visa fuerit à corrigendis secundum insolubilem veritatis legem omnia agi & disponi in põdere & mensura:ceditur charL itati:& ira illa,charitatis intelligitur disciplina:ideo rotæ in quibus est spiritus vitæ , semper eunt in voluntatem domini perficiendam,nec reuertuntur ad faciendam suam . si iubentur præesse,præsunt in sollicitudine: si iubẽtur subesse,in humilitate:si aliquibus coesse,in charitate. Si prælati sunt, sunt sicut patres ad filios:si subiecti,vt filij ad patres suos : si conuiuentes,omnium seruos se faciunt : pius ad omnes affectus: dulcis in bono consensus:occursus in hilaritate: cohabitatio in gratia:discessus in ostẽsione charitatis:ad minores quouis modo mitis affectio cum opere : ad patres amor vsq; ad subiectionem : ad maiores reuerentia vsque ad seruitutem : non quæ sua sunt quærunt,sed quæ sunt omnium. Et ad hæc omnia quæque lex illa summa ordinauerit,facile habẽt & membra corporis,& bonam voluntatem commodare, cum spiritus sancti arram & pignus acceperint seruitutem istam creaturæ & membrorum suorum in breui transituram in adoptionem & reuelationem filiorum dei.

Caput nonum.

SEd veniamus ad eam quam dicit Apostolus societatem spiritus, & laudem disciplinæ, ad bonum illud & iucundum cohabitationis fraternę in vnũ , vbi mandat dominus benedictionem & vitam,de quo dicit dominus:Nolite timemere pusillus grex,quoniam, placuit patri vestro dare vobis regnum. Laus ergo huius disciplinæ ab Apostolis sumpsit exordium , qui sicut à domino didicerant , vel à spiritu sancto,cuius virtute nuper ex alto fuerant induti , modum conuiuendi sic sibi instituerunt , vt esset multitudinis cor vnum, anima vna, & omnia communia , & essent vnanimiter semper in templo. Hanc apostolicæ institutionis formam quidam æmulantes non habent domos vel diuerticula , nisi domum Dei,domum orationis : omnia quæcunque faciunt, in nomine domini faciunt , simul habitantes vno ordine , vna lege viuentes, nil habentes proprium : nec ipsa corpora sua, nec voluntates in potestate sua habentes , simul dormiunt, simul surgunt , simul orant , simul psallunt,simul & legunt: fixum & immobile propositum eorum obedire præpositis suis,& subiacere eis. Ipsi vero peruigilantes pro eis quasi rationem reddituri pro animabus eorũ,re ipsa ipsis prædicant, quod in Hieremia populo Israël Godolias legitur prædicasse: Ergo pro vobis respondebo Chaldæis qui veniunt ad vos. Vos autem colligite frumentum , vinum & oleum in vasis vestris,& habitate in vrbibus vestris securi. Rissúmque cordis sui, & gaudium Isaac quotidie Deo pro eis immolantes filium liberæ , filium repromissionis , reseruant & conseruant Ismaël filium seruitutis , cum propter eos fructum negligunt spiritus , & seruiendo ipsorum saluti actibus seruitutis eorum omnes postponunt affectus profectuum suorum, ipsis vero perpetuum prædicantes sabbatum , à curis seculi,à necessitatum anxietatibus reddunt alienos. Coactis enim

Rom.1.a *Luc.12.d* *Psal.128.a* *Act.4.f* *Hier.40.b* *Deut.6.a* *Philip.2.a* *Exo.34.d* *Sap.11.d* *Canti.4.c* *Gen.5.c* *Hebr.11.a* *Gal.6.d* *Philip.3.d*

A enim in breui necessitatibus ipsis paruo viuitur,vilitas in vestibus,sobrietas in victu,& cæteris omnia præfixæ legis terminata limitibus,vt nec plus habeat quis quàm licet habere, sufficiat omnibus, nec plus habere libeat si habent quod liceat habere. Nunquid non ista est non terrestris , sed cœlestis paradisus? Si in ista paradiso solis prælatis permittitur mãducare adsidue de ligno scientiæ boni & mali,id est,disputationem administrare discretionis , de subditis vero quorum est obedire,non discernere. Si quis illud tetigerit, morte moriatur. Omnes omni tempore studeant oris silentio , inuicem cordis loquuntur affectu. Crebris eorum qui præsunt exhortationibus oleum additur camino , licet plus ipsi mutuo se excitent exemplo, honore & obsequio inuicem certatim *Hebr.10.d* se præueniunt secundum apostolum,in prouocatione se charitatis inuicem prouocantes , inuicem suscipientes. Nullum inter se patiuntur esse solitarium , ne dicat ei Salomon : Væ soli. Solitariũ eum deputãt qui in conscientia sua per confessionem non vult habere socium , vel qui nouis & solitariis adinuentionibus suis conturbat societatem fratrũ,si quando res exigit & permittitur de rebus animæ vel corporis inire colloquium. Sin autem mitius vbique silentium,ad studium orationis tanta & tam continua vbique deuotio vt locus orationis omnis sicut locus diuinæ dominationis : psalmorũ B tam pia,tam consona,tam feruens melodia: vt vitæ,& morũ, & bonorum affectuum,nõ musicæ,sed charitatis regulis melos compositum quadam similitudine cõsonantię deo repręsentare & sacrificare videantur. In communibus pietatis studiis,in quadam etiam vultuum & corporum & habituũ gra*Psa.6.b* tia inuicem,in seipsis bonitatis diuinæ videntes præsentiam tanto se affectu complectũtur,vt sicut Seraphim in amorem dei,alter ardeat ex altero , nec vllo modo satis esse possit deferenti quodcunque alter defert alteri. Hæc est specialis charitatis schola,hic eius studia excoluntur,disputationes agitãtur, solutiones non ratiocinationibus tantum quantum ratione & ipsa rerum veritate & experientia terminantur. Hic qui in proficiendo lassus est,si residet ad sarcinas quas adhuc de suis & cohabitãtium sarcinis & necessitatibus secum trahit,nec morietur,nec retro regredi,nec vltra procedere lege compellitur. Et si fideliter residens hic sarcinas custodierit, in triũpho victoriæ parum ei erit dissimilis qui vlterius processerit. Nónne locus est sarcinarum,vbi patimur eos qui per potentiam nos opprimunt, quasi caput nostrum conculcantes,inimicos supra dorsum fabricantes, filios quasi in medio cordis amplexibus vulnerantes , foris pugnæ,intus timores, quotidiana imò cõtinua omnium sollicitudo? Sed adhuc habeC ber Idithum quod transiliat, adhuc grandis restat via ascendenti in montem domini, & ad domum Dei Iacob. Vlterius tamen procedere fas non est cum sarcinis , sed & senectuti suæ debetur reuerentia. Ex hoc enim iam senectus incipit,sed venerabilis non annorum,sed virtutum numero computata, spirans sapiẽti maturitatem & requiem laborum, quasi emeritæ militiæ præmium. Suscipiens enim sapientia proficiendi iter perficiendum,charitatem quidem non abiicit, non deserit,sed prouehit,sed tantum pertæsum habet , vt dictum est, sarcinas eius portare,quæ aliis iam intendens rebus parare se & aptare conatur ad intrandum in gaudium domini sui. Odit ergo curas quaſcunque , & siquando aliquos suscipit labores , sed laborum non amat sollicitudines : vires quidem non deficiunt ad portandum,sed refugit impedimẽtum. Excitans ergo in hos proficiẽdi gradus dominus, & prouocans sanctam animam ad intrandum, vt dictum est, in gaudium suum:Diliges,inquit,dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex omnibus viribus tuis , & ex tota mente tua.

Caput decimum.

QVatuor in Deum à nobis & toti exiguntur affectus. In eo quod dicit, Ex toto corde tuo , totam sibi vendicat voluntatem:in tota anima , totum amorem:in omnibus viribus , virtutem designat charitatis : in tota mente , fruitionem sapientiæ. Primùm enim ad Deum voluntas animam mouet , amor promouet, charitas contemplatur , sapientia fruitur . Sapientia vero digne in mente constituitur. Quæ cum ideo mens dicatur, quòd meminit, vel eminet in ani- D ma : bene illi adscribitur virtuti , quæ super omnes eminet virtutes animæ . Est enim mens , vis quædam animæ qua inhæremus Deo & fruimur : fruitio autem hæc, in sapore quodam diuino est, vnde & à sapore sapientia . Sapor autem iste in gustu quodam est . Gustum autem istum digne nemo potest exprimere , nec est qui meretur gustare. Gustate & vide- *Psal.33.b* te quoniam suauis est dominus,hoc gustu secundum apostolum gustatur dei verbum, gustantur etiam diuitiæ seculi ven- *1.Pet.2.a* turi. Iam ergo de gustu isto,qui saporem habet illum in quo sapientia sapit,subtilius inquirendum est, primúmque dicendum: quia licet per gradus ad arcẽ sapientiæ venerit,qui ascẽdit: tamen nisi vbique in omni gradu vsque ad vltimum , sapientia (sicut ipsa dicit in libro sui Salomonis) quærentes se *Sap.6.b* quæsisset & occurrisset in viis , ostendens se hilariter,nec vo- *Cant.3.a* luntas mouisset, nec amor promouisset, nec charitati contẽplatio, nec sapientiæ prouenisset fruitio . Itaq; sicut cœperamus, prosequamur de gustu . Corpus Christi vniuersa est ecclesia tam veteris quàm noui Testamenti. In huius corporis capite , id est prima & antiquiori & superiori parte quæ est primitiua ecclesia,quatuor sunt sensus,visus, auditus, odoratus,& tactus. Oculi sunt angeli propter cõtemplationis subtilitatem: aures,patriarchę propter obedientiæ virtutem: nares vel odoratus,prophetæ,propter absentium notitiam : tactus vero communis est sensus . Omnes hi sensus ante mediatoris aduentum in capite erant , sed languebant inferiori corpore emortuo propter vnius sensus absentiam , id est gu- E stus , sine cuius adminiculo nec viuere corpus poterat , nec sensus suæ vim viuacitatis obtinere. Quicquid enim ad totius corporis spectat alimẽtum,cunctis sensibus,vniuerso corpori appone, suppone, circumpone: si solus gustus deerit, quid proderit? Infunde auribus, intrude naribus , vel per quamis aliam partem , obesse poterit, prodesse non poterit. Gustum autem quædam sequitur saporis dulcedo , quam in interiori suo sentiens anima modo quodã singulari & cæteris sensibus incõmunicabili quæ suscipit,cũcta discernit,& diiudicat,séq; omnésq; sensus vegetat,& cõfirmat: gustus vero in capitis & corporis cõfinio,id est in gutture positus, velut vtrunq; connectens,cum designat qui per conditionem carnis paulo minus est minoratus ab angelis , & Moyse & Helia , cæterisque patriarchis & prophetis per exhibitionem patientiæ & humilitatis minorem se quodãmodo fecit,& humiliorem, cum illi potenti virtute Dei & suos prosternerent inimicos , ipse vero suos doceret discipulos : Si quis percusserit te in dexte- *Matth.5.f* ram maxillam,præbe ei & alteram. Hic enim post prophetas *Luc.6.f* veniens & patriarchas, limes quidam legis & gratiæ , capitis F & corporis,per mysteria humanitatis suæ,& passionis, & resurrectionis , quæcunque in lege & prophetis & psalmis & hymnis salubria , quæcunque corpori vitalia vel vtilia, quasi quoddam ipsius os degustans, id est, intelligens & per se intelligenda corpori traiiciens homo Christus , interiori quodam diuinitatis suæ sapore (quæ sapientia nobis factus est sa- *1.Cor.1.d* pientia Dei Christus) sapida ea habet , nobisque facit sapida vel vtilia. In se enim viuens, & per se totum corpus vegetans & conformans,gaudium sibi, gaudium angelis facit de consummatione corporis , gaudium patriarchis & prophetis de visione diei suæ , sicut ipse dicit , Abraham pater vester exul- *Ioan.8.a* tauit vt videret diem meum , vidit & gauisus est : gaudium vniuerso corpori & vitam , ita vt quodam mentis tripudio vniuersali,illo tactu spirituali viuificati & confirmati clamemus: Quod vidimus & audiuimus, & manus nostræ contre- *1.Ioan.1.d* ctauerunt de verbo vitæ. Ideóq; in omnibus orationibus nostris subiicimus , Per Christum dominum nostrum : vel quia omnes orationes nostras & sacrificia ad deum patrem dirigimus per eum , sicut per mediatorem nostrum: vel quia quicquid speramus à patre luminum , omne datum optimum, & omne donum perfectum, non per aurem , non per nares, sed *Iacob.1.e* per ipsum petimus infundi os nostrum , & gustum nostrum, & sapientiam nostram: vt sumenti possit esse proficuum. Hic est gustus , quẽ in Christo facit nobis spiritus intellectus , intellectus scilicet scripturarum & sacramentorum Dei . Vnde cum post resurrectionem suam dominus discipulis apparuit: Tunc,inquit euangelista, aperuit illis sensum vt intelligerent *Luc.24.f*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G scripturas. Cum enim scripturarum interiorē sensum & virtutem mysteriorum & sacramentorum Dei cœperimus non solùm intelligere, sed etiam quadam, vt ita dicam experientię manu palpare & tractare, quod nō fit nisi quodā cōscientiæ sensu, & experientiæ disciplina intelligentis: imò vt plus dicam, intus in semetipsa legentis, & sentientis bonitatē dei, & virtutem quàm potens bonitate cum efficaci virtute in filiis gratiæ, opus ipsius gratiæ operatur: tunc demum sapientia quod suū est exequitur; tunc quos dignos iudicat vnctione sua, docet de omnibus. Tūc appositō bonitatis sigillo dei, omnia nostra peccata vel pacata vnctione illa & emollita imprimit & cōformat. Et si qua dura, si qua rigida inuenerit, inculcat & infringit, donec lętitia salutaris dei recepta, & sapiē-
Psal.50.c tiæ spiritu principali confirmata sancta anima lęta ad deū decātet, Signatū est super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiā in corde meo. Vnde & dominus, Hæc est, inquit, vita
Ioan.17. æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Beata scientia in qua continetur vita æterna: vita ista ex illo gustu, quia gustare hoc est intelligere. Ex
Ephes.3.b hoc gustu per hunc saporem in hac sapientia minimus ille apostolorum satiatus, exhilaratus, confirmatus, Mihi (inquit) minimo omnium sanctorum data est hæc gratia, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in
H deo, qui omnia creauit: vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientiæ dei, secundum prefinitionem seculorum in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Et post pauca, Huius, inquit, rei gratia flecto genua ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det nobis secundum diuitias gloriæ suæ virtutem corroborari, per spiritum eius in interiori homine habitare Christū per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehēdere quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Libet hic aduertere, si forte in sensu apostolicæ sapientiæ aliquatenus penetrare possimus.

Caput vndecimum.

COntra quatuor Dei debemus duo. Quatuor sunt in Deo, potentia, sapiētia, charitas, & veritas vel æternitas, quod vnum est: (Nihil enim vere est nisi quod incommutabile est) ad quæ duobus modis respondere nos conuenit: potentiæ, quæ potest nos punire: & sapientiæ, quam nil potest latēre. Debemus timorem verum, id est, quem non impedit
I torpor fecuritatis, vel refugium simulationis. Simulatio est vel quando fingimus laborem in præcepto, vel quando irrationabilem misericordiam simulamus in Deo. Charitati & veritati debemus amorem verum, id est, quem non impedit tepor affectionis, vel scrupulus suspicionis. Charitati enim quid debetur nisi charitas? Veritas vero charitatis, & charitas veritatis omnem remouet scrupulum suspicionis. Suspicionē autem dico ne non amet charitas, ne decipiat veritas, ne de-
Ephe. 3. b. fluat æternitas. Vnde Paulus, Vt possitis comprehēdere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profunditas. In sublimitate nota potentiam, in profundo sapientiam, in latitudine charitatem, in longitudine æternitatem, siue veritatem. Et hæc est crux Christi. Et alibi idem Apostolus exprimens euidentius summæ in nobis sapientiæ virtutem, Propterea, inquit, & ego audiens fidem vestram
Ephe.1.c quæ est in Deum, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis vt Deus (domini nostri Iesu Christi pater) gloriæ det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius in sanctis, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo suscitans illum à mortuis. Cùm ergo orante Apostolo & audiente Deo datur nobis spiritus sapientiæ, & reuelationis in agnitionem eius, id est, vt agnoscamus eum, & sapiamus, eū vel sapiat ipse in nobis. cum illuminātur oculi nostri, vt videamus bonum, & bona boni intelligamus: ad quę nos trahit spes vocationis K eius, scilicet diuitias gloriæ æternitatis eius in sanctis, in his omnibus nobis bonitas vel benignitas apparet illuminantis, *ad Ti.3.c* vel vocantis. Cum vero vt sequamur vocantem etiam virtus additur, per ipsam experientiam spiritus sapientiæ reuelatur nobis, quæ vel quàm sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos. Ex hoc igitur qui sic est, ex gustu diuinæ contemplationis palato cordis sanato, omnia discernit, omnia diiudicat. In auctore omnium bonorum Christo primùm ei sapit *Eph.2.a* sua ad deum conuersio, deinde peccatorum remissio, postmodum pro ira, cuius filij eramus, gratiarum multiplex augmentatio, & hæc omnia non nisi per dominum nostrum Iesum Christum. Ipse enim est mediator noster, & sapiētia nostra, cuius quod stultum est, sapientius est, hominibus. Nam *1.Cor.1.c* cum talibus bonitas Dei abundaret & offerretur omnibus, nec esset qui reciperet, vel sciret recipere, vel recipere doceret, nec qui illuc posset ascendere vbi bona hæc distribuūtur, vel qui huc posset deferre: opus erat mediatore inter nos & Deum, per quem nostra appropinquarent Deo, & bona dei nobis. Iniit ergo consilium tota trinitas, consilium illud de quo propheta dicit: Consilium tuum antiquum verum fiat. *Psal.32.c* Videbat quippe dominus quantum ad hominem omnia cōfusa, omnia turbata, nihil stare in loco suo, nihil procedere ordine suo. videbat hominem abiisse in regionē dissimilitu- *Luc.15.d* L dinis tam longæ, vt per se nec sciret nec posset redire. Angelus enim præsumpserat similitudinem dei, dicens: Ponam sedem meam ad aquilonē, & ero similis altissimo. homo simi- *Esa.14.c* liter deus esse voluit, cui persuasum erat esse sicut dij. Ergóne *Gen.3.a* (inquit Deus pater) filius meus splendor gloriæ meæ, & figura substantiæ meæ in ipsa mei similitudine tot æmulos habebit, & pares, & socios? Præcipitatus est vterque. Videns imago Dei, Deus filius, angelum & hominē, qui facti erant ad ipsam (id est imaginem Dei) non tantum quod ipsa, id est ima- *Gen.1.d* go Dei, per inordinatum imaginis & similitudinis eius appetitum periisse: heu, inquit, sola miseria caret inuidia, sed subueniendum est ei, cui subuenire non prohibet iustitia. Exhibeo me igitur bonum hominem, despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, vt zelet & imitetur in me humilitatem, per quam perueniat ad gloriā, ad quam præproperē festinat, vt possit audire à me, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

Caput duodecimum.

ACcinxit ergo se quodammodo dei filius, & aggressus est per humilitatem recuperare eum, qui recuperari poterat, qui per superbiam perierat. Itaque inter Deum & hominem medium se faciens, qui recedens à deo, captus & liga- M tus à diabolo erat, hoc modo boni mediatoris & personam induit, & actutū factus est homo. Egressa est virga de radice *Esa.11.a* Iesse, & flos de radice eius ascendit: & requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris domini. Intelligite hic fortissimum scilicet agonothetam nostrum, quasi campum mundi ingressum inungi ad palæstram oleo spiritus sancti: & exultantem gigantem ad currendam viam dispensationis humanæ. No- *Psal.18* ta vero prophetiam à superioribus cœpisse, & descendisse ad inferiora: quia mediatoris annunciabat descensum. Nos vero per easdem spiritus sancti gratias, eiusdem mediatoris dei & processum operis, & ad superiora inuestigantes regressum, ab inferioribus, id est, à timore incipimus. Christus ergo ad patrem timorem habuit, sed iustum, sed filialē, per quem *Ioan.4.d* in omnibus honori eius detulit, dicens: Meus cibus est vt fa- *Psal.85* ciam voluntatem patris mei qui in cœlis est. & in psalmo: Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum, & cætera multa in hunc modū. Per quē etiam & seipsum videbatur abiicere, humiliare, negligere, vt opus quod per eum fecerat pater, sed perierat, reparatū & renouatum ei posset reconcinnare. Hoc igitur modo ad patrem mediator noster habuit timorē, quasi sursum, ad miserum vero reconciliandum pietatem, quasi deorsum, ad vtrunque vero sciētiam, sciens quid cuique esset exhibendum, sed ad implendū ministerium mediationis suæ cum

A cum patris bonam haberet voluntatem desursum, à misero autem inferius tacente haberet nihil, & habere aliquid, ratio & ordo & meditationis requireret, exegit ab eo fidem. Exegit autem fidem prerogando pietatem. Qua exactione nulla poterat esse validior, quia non fuerat difficile homini misero ei se credere, à quo se præuentum videbat pietate. Sed & cum se ei credere non posset, in quo spem non haberet, cum fide etiam spem obtulit, cum spe etiam addens timorem, sine quo spes esse non poterat, ne scilicet desereretur à tam pio mediatore. Accepto itaque mediator à reo suo tanto salutis pignore ad patrem regreditur, scilicet cum in montem solus ascendit orare, vel cum factus in agonia prolixius orabat cum san-
Ioan.17. a guineo sudore. Pater, inquit, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. En quid tibi, en quid exhibeam illi, en quid à te habeo, en quid ab illo. Mediator quippe sum, & in salu-
Luc.11. tem eius iam videntur concurrere meditationis meæ rationes. Sed captus est & ligatus, alligauit eum fortis: & nisi fortior eo superuenerit, non diripiet vasa eius. Sed mitte manum tuam de alto, & eripiam eum de inimicis eius fortissimis, in spiritu fortitudinis fortitudo tua, & virtus tua. Scio enim
1.Pet.3.c quid faciam. Moriar innocens pro nocente, & plus poterit incomparabiliter bonitas mea, quàm hostilis malitia, pœna innocentiæ meæ, quàm pœna inobedientiæ humanæ. Et clarificaui, inquit pater, & clarificabo. Iam fortissimo mediato-
B re opus est spiritus consilij, quia si princeps mundi intelligeret, nunquam dominum gloriæ crucifigeret. Per omnia ergo
Ioan.17. a *1.Cor.2.b* virtutē ei diuinitatis occultans, & solam ei carnis infirmitatem præferens, per iustitiam vitæ suæ inuidiam suscitauit hostilis nequitiæ: per infirmitatem suæ carnis, spem illi contulit victoriæ, ad faciendam inuidiam accedentibus miraculis,
Psa.143.b quibus reconciliādi sui fidem in se roborabat, deceptus antiquus deceptor pœnam peccati, mortem scilicet atrocissimā, ei inflixit qui nullo peccato erat obnoxius. Occisus iustus iniuste pro iustitia, nouam de inimico obtinuit iustitiam, mortis scilicet iniuste sibi illatæ. Quam quasi sibi necessariā, quia absque peccato erat, ipse homini peccatori cōmunicans reū absoluit per pœnam innocentiæ suæ. Positóque corpore suo & sanguine in manu eius: hoc, inquit, manduca & bibe, hinc viue. Patérque eum reptæsentans, En, inquit, pater mei san-
Psal.66.a guinis precium. Si de peccato huius requiris, en pro eo meus sanguis Domine pater dedisti benignitatem, & terra corporis mei dedit fructum suum, iam iustitia ante te ambulabit, &
Psal.98. tu pones in via saluationis hnmanæ pedes tuos. Et vt iuste iam saluetur qui iuste perierat, tu domine fecisti directiones, iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.

Caput decimum tertium.

DEstructu ergo huius operis satiatus homo mediante sa-
C pientia Dei, non solùm reconciliatur, sed etiam sapiens efficitur. Sapit enim ei quod manducat, manducat & bibit
Hier. 9.c *Psal.77.* corpus & sanguinem redemptoris sui, manna cœleste, pa-
& 104.d nem angelorum, panem sapientiæ, & manducans transfor-
Sap.16.c matur in naturam cibi quē manducauit. Corpus enim Chri-
Ioan.6. sti manducare, nihil est aliud quàm corpus Christi effici, &
1.Cor. 10. templum spiritus sancti. Templum autem hoc cum ornatum fuerit prescriptarum positione virtutum, & supradicto dedicādi ordine dedicatum, nullos vlterius alienos titulos potest susc ipere, nullum habitatorem nisi Deum qui condidit illum & creauit. Nihil ergo vltra terrenum sancta illa anima, nihil materiale, nihil corruptibile diligit aut curat, ex quo regressa est à loco sarcinarum, & si aliquo horum aliquando quasi in transitu vtitur, sed frui dedignatur. Si quid in huiusmodi prosperum euenerit, pertransit: non conturbatur si quid aduersi contigerit. Totum sapit quicquid capit, nec potest amanti nisi sapere quicquid sicut saliuam contigerit de Christi capite descendere. Quicquid ad corpus spectat siue bonum, siue malum, foris est, nec potest pertingere ad eum qui intus est. Vnde Apostolus in squalore corporis iacēs & vin-
Philip. 2.c culis, & quantum ad corpus tribulatione coronatus & miseria scribens discipulis, Mittam, inquit, ad vos Timotheum, vt sciatis quæ circa me sunt. Quæ circa me sunt, inquit, id est, in exteriori homine, in exteriori tunica carnis, quæ ad me qui
1.Cor.2 intus sum, nō pertingunt. Hęc est sapientia de qua dicit apostolus, sapientiam loquimur inter perfectos, de qua sic nos loquimur, sicut qui audiuimus & nō vidimus: sicut loque- D mur de aliqua ciuitate quam non vidimus, sed plurima de ea audiuimus, de qua qui vidisset, longe aliter loqueretur & expressius. Hæc autem sapientia oppositam sibi ex aduerso aliā habet infausti nominis sapientiā, (quam dicit apostolus principum huius mundi) sicut nigrum albo, sicut luci tenebras, de qua dicitur, Sapientia vincit malitiam. Malitia siquidem *1.Ioan.5.a* sapor est mali, vnde & à sapore sapiētia. Cum igitur sapit malum, & non deest astutia, vel voluntas ad exequendum, sapientia principum huius mundi per omnia supetnæ sapientię est contraria, hęc est enim malitia quam odit sapientia. Siquidem ibi sapor boni est in seipso, hic sapor mali est in seipso. Ibi ad exequendum præsto est prudentia, hic vt dictum est non deest astutia. Sed inter has duas quædam media est sapientia, quasi inter nigrum & album, medio colore coloratū. Quæ siue inferius siue superius, sic se habet ad vtranque partem, vt proueniat ei finis secundum intentionem & studium vtentis. Sapientia ista est quam dicit Apostolus huius mundi, & quam mediam locauit inter sapientiam Dei, & sapientiam principum huius mundi. Hæc circa vtile & honestum tota versatur, & affectata quadam prudentia dispensatur, hęc pene tota est in scientia, videlicet vt sciat discernere prudenter & diiudicare inter vtile & inutile, inter honestum & inhonestum, etiam si non sit vitæ & moribus accommodatum. Scié- E tia enim inflat, charitas ędificat, aut vero in huiusmodi exqui- *1.Cor.8.a* rendis elaborant, vt tantum sciant quòd tantummodo seruit curiositati, aut vt videantur siue sciantur scire quod seruit vanitati. Et hoc eorum studium tantum potest proficere & in altum se extollere, quantum potest ratio sine amore.

Caput decimum quartum.

SIquidem hæc philolophia in sciētiam rerum humanarum & diuinarum diuiditur. Quandiu est in humanis: sic interim sibi est. Quando vero ad diuina se exaltat, quanto altius ascendit, tanto inferius cadit, & impletur in eo, quia eleuans *Psal.101.b* allisisti. Et si quidē aliquando conatu naturalis ingenij proue- *Rom.1.c* hitur, vt sicut dicit Apostolus, quod notū est dei, id est, quantum de deo ratio potest cōprehendere, notum sit illis, ita vt in illis, id est, intra semetipsos. Deus enim illis reuelauit quia sic eos creauit, vt in seipsis habeant vnde Deum cognoscāt. Surgunt enim de ethica sua in quandam physicam, & inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciunt, sempiternam quoq; eius virtutem & diuinitatem: ita vt sint inexcusabiles, quia videlicet nolunt vlterius procedere vel proficere, cum possint in veram scilicet theologiam: quia cum cognouerint Deum, non sicut Deum glorificāt, aut gratias agunt: sed euanescunt in cogitationibus suis, & obscuratur insipiēs cor eorū. Dicentes enim se esse sapiētes, stulti facti sunt: & qui theologiam insipienter perdiderunt, etiam de physica miserabili- F ter cadunt, cum gloriam mutāt incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrū, & quadrupedum, & serpentum, propter quod nec in nostra ethica permanere permittūtur, sed tradit illos deus in desideria cordis ipsorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis, tradit illos in reprobum sensum: vt faciāt quæ non conueniunt, sed sapientia semper vincit malitiam, *Sap.8.a* quæ contubernium habens Dei, nouit semper proficere, & nunquam deficere, & attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, sapienter se agens in diuinis, caute in physicis, prudenter in moralibus. Igiter sapiens anima (sicut supra dictum est) ab omnibus alienis affectibus defecata, Deum tantummodo sapiens, hominem in homine exuit, deóq; plene & in omnibus affecta, omnē infra deum creaturam non aliter quàm deus attendit, in luce & virtute sapientiæ omnia disponens, & ordinans: sic agens, sic de eis iudicans, sicut est, sicut viuit faciens iudicium & iustitiam de eo *Psa.102.b* vnde est, & vnde viuit. Est enim sapientia dei, sicut dixit, can- *Sap.8.d* dor lucis ęternę, & speculum sine macula Dei maiestatis sicut cum in creaturam se exponit, exprimit & exhibet imaginem bonitatis & iustitiæ dei, & sicut virtute dei vaporatur interi⁹, sic claritatis & charitatis dei emanationem effundit exterius, vnde & alibi dicit Salomon: Sapientia hominis lucet in vultu eius, & alibi: Oculi (inquit) sapientis in capite eius, quia non *Eccles.8.a*

Galiunde quàm de naturali & interna virtute cerebri sui se effundunt, & à capite non recedunt, dicit Salomon: Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. O felices res humanas, si vbique sapientibus seruirent insipientes. Sed & felices res humanas dicit quidam philosophus, si aut soli sapientes regnarent, aut reges philosopharentur. Sed cum sapienter fugiunt sapientes super insipientes regnare, etiam insipiētes fugiunt insipienter sub sapientibus esse: omnia desipiunt & cōfunduntur, & conturbantur. Sapientes latent & delitescunt, pueri regnant & principātur: & sunt principes qui mane comedunt, & væ terræ illi. Sed ad propositum redeamus. Anima igitur spiritu sapientiæ illustrata, quia diligit iustitiam & odit iniquitatem, & propterea vnxit eam Deus oleo lætitiæ præ participibus suis: & quā perfudit gratia, omnibus placet, & ab omnibus amatur. Ipsi etiam qui ex aduerso sunt videntes huiusmodi timent & reuerentur. Et si bonum in bono nō vult mutari indurata nequitia: dissimulare tamen nō potest natura. Intra se autē habent sapientes quandam priuatā gratiam, & quādam linguam angelicam, linguam angelorū, qua inter se loquuntur mutuis affectionibus, spirituali quadam gratia communicantur in hoc ipsum exterioribus aspectibus: quam linguam nullus nouit nisi rex angelorū, & angeli eius, & qui sunt in genere Israël, & ciues Hierusalē. Nullus eam nouit Ægyptius, nullus Chananæus. Sicut enim in sanctitate vitę & hominis interioris glorificatione, & contēplatione & fruitione diuinitatis, iam futuræ vitæ beatitudinem prælibare in hac vita videntur, & imitari: sic etiam de corporum suorum glorificatione, quam plene ibi percepturi sunt in hac vita nonnihil percipiunt. Accepta enim illa gratia de qua diximus, qua habitātes in vnum se ipsis in deo & deo, seipsis fruuntur, ipsius carnis sic sentiunt inuenisse omnes cōtradictiones, vt vniuersa substantia carnis non sit eis nisi instrumentum boni operis. Nam etsi ipsius miseriis & infirmitatibus cōtabescunt, sed ex hoc ipso in interiori homine fortius conualescunt. quando enim infirmor, tūc fortior sum & potens dicit Apostolus. Sensus ipsi nouam quandam percipiunt, & propē spiritualem gratiam, oculi simplices, & aures tēperantes. aliquādo in feruore orationis tāta odoris ignota quædam fragrantia spirat, tanta gustus & non gustando suauitas, tamen per mutuum tactum spiritualis charitatis intenti sunt, vt videātur sibi intra se ipsos spiritualis cuiusdam voluptatis gerere paradisum, vultus etiam & totius corporis compositione, vitę & morum & actuum decore, mutuæ etiā seruitutis vel deuotis exhibitionibus, & piis susceptionibus, sibi cuiusdā gratiæ beneplacito sibi inuicem conueniunt, & conueniunt, vt vere sint cor vnum, & anima vna. Nimirum futuram corporum suorum gloriam iam hic initiant ex puritate conscientiæ, & mutuæ conuersationis gratia perfecte eam habituri in futura & perenni vita.

Sap.6.d *Eccles.10* *Act.4.f*

Caput decimumquintum.

Sicut enim nunc viuentia omnia solis claritate perfunduntur, & ab inuicem perfundi videntur, & sicut nos inuicem hic viuere videmus, sic in illa vita videbitur Deus à singulis in omnibus, & ab omnibus in singulis, nō quòd corporalibus oculis videatur diuinitas, sed præsentiam diuinitatis glorificatio corporum demonstrabit manifesta quadam sui gratia. Ad hoc etiam in hac vita corporalium sacramentorum valet religio, quia cū vix aliquid nisi corpora & corporalia intelligamus, quandiu in imagine pertranſimus, corporalibus religamur sacramentis, ne à Deo recedamus: vnde etiam à religando religio dicitur. Cum vero fidelis anima talibus erudita, talibus incipiet non indigere, & à corporalibus transire ad spiritualia, à spiritualibus ad spiritualium & corporalium conditorem, hoc vere erit exire à sarcinis. Relicto ergo corpore, & corporis omnibus curis, & impedimentis omnium quæ sunt prēter Deum obliuiscitur, nihilque præter Deum attēdens, quasi se solam solúmque Deum existimans, Dilectus, inquit, meus mihi, & ego illi. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Deinde venitur ad mortem. Hunc enim transitum ad vitam miseri infideles mortem appellant, fideles autem quid nisi pascha? In morte igitur corporali perfectè moritur mundo, vt perfectè viuat Deo, ingreditur locum tabernaculi admirabilis, ingreditur vsque ad domum Dei, & omnibus bene & secundum ordinem præcedentibus sicut in principio diximus, pondus suum vnumquodque defert in locum suum, corpus in terram de qua assumptum est, tempore suo resuscitandum, & glorificandum, spiritū ad Deum qui creauit eum. Sed quis iste trānsitus ad deum descriptis omnibus obligamentis, superatisque omnibus impedimentis, perfecta beatitudine, perenni dilectione, ex hoc iam perfectè deo inhæret, vel potius vnitur vere sancta anima in terra, vt efficiatur vna ex illis quibus dixit: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Hic est finis eorum qui proponunt Hierusalem in principio lætitię suæ, quos vnctio sancti spiritus docet de omnibus: qui ascensiones in corde suo sapienter disponunt de virtute in virtutem, donec videatur deus deorum in Sion, deus deorū, beatitudo beatorum, gaudinm bene gaudentium: vnum denique bonum summum omnium bonorum, à fine boni propositi in principio ascensionis vsque ad finem omnis consummationis. Sapientia attingit fortiter fortitudinem ascendi ad se custō diens, ne in ascēsu deficiat, & suauiter disponit omnia & aduersa, & prospera, omnia enim in bonū modificans & componens, donec animam ad principium suum reducat, & abscondat in absconditio faciei dei. Scire autem debet omnis sapiens ascensor nō sic esse gradus huius ascensionis, quomodo gradus scalæ, vt singuli affectus istis tantùm temporibus, & nō alio tempore sint necessarij. Habet quippe vnusquisque affectus in ascensus ordine tempus & locum suum, quo cooperantibus aliis affectibus suas videat partes sollicitius exequi: sed omnes tamen sibi cōcurrunt & cooperantur, præueniunt & sequuntur, & sæpe fiunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Psal. 41.c *Psal. 81.b* *Psal. 36.b* *Psal. 38.b* *Sap.8.a* *Psal. 26.b* *Mat.20.b*

FINIS.

ELENCHVS CAPITVM quæ hic libellus De passione domini complectitur.

In prologo operis totius telam orditur ab oratione.

Christum Iesum veram esse vitam.	Caput 1
De præcisione vitis.	Cap. 2
De circumfossione vitis.	Cap. 3
De vinculis quibus illigatur vitis.	Cap. 4
De cultura & speciositate interiori vitis.	Cap. 5
De foliis vitis in genere.	Cap. 6
De vmbra foliorum vitis.	Cap. 7
De septem foliis speciatim, ac primum de primo.	Cap. 8
De secundo folio.	Cap. 9
De tertio folio.	Cap. 10
De tribus verbulis charitatis.	Cap. 11
De quarto folio.	Cap. 12
De quinto folio.	Cap. 13
De sexto folio.	Cap. 14
De septimo folio.	Cap. 15
De iucunditate florum.	Cap. 16
De flore humilitatis.	Cap. 17
De florente lilio castitatis.	Cap. 18
De radice lilij.	Cap. 19
De trunco & iis quæ ad lilia castitatis requiruntur.	Cap. 20
De rectitudine lilij.	Cap. 21
De fortitudine trunci.	Cap. 22
De vermibus truncum arrodentibus.	Cap. 23
De longitudine trunci.	Cap. 24
De foliis circa truncum.	Cap. 25
De nouo Cantico.	Cap. 26
De foliis iuxta terram.	Cap. 27
De contemplatione floris lilij nostri.	Cap. 28
Lilij flos terram versus inclinandus est.	Cap. 29
De numero foliorum lilij nostri.	Cap. 30
De tribus commodis virginibus accessuris in futura vita.	Cap. 31
De sex operibus charitatis erga proximum.	Cap. 32
De rosa rubente & ardente.	Cap. 33
De rosa charitatis.	Cap. 34
De rosa passionis.	Cap. 35
De septem effusionum sanguinis Christi omnium prima.	Cap. 36
De secunda effusione sanguinis.	Cap. 37
De tertia effusione sanguinis.	Cap. 38
De quarta effusione sanguinis.	Cap. 39
De quinta effusione sanguinis.	Cap. 40
De sexta effusione sanguinis.	Cap. 41
De croco abstinentiæ vitis nostræ.	Cap. 42
De odore florum vitis nostræ.	Cap. 43
Quàm expetendi veniant flores in vite nostra.	Cap. 44
De odore florum.	Cap. 45
De fructu vitis nostræ.	Cap. 46

D. Bernardi Abbatis in Tractatum sequentem,

Prologus.

IEsu benigne, vitis vera, lignum vitæ, quod in medio paradisi situm est: Domine Iesu Christe, cuius folia sunt in medicinam, fructus verò in vitam æternam. Benedictus flos & fructus virginis matris castissimæ, sine quo nullus sapit. Quia tu es æterni patris sapientia, mentem meam debilem & aridam pane intellectus, & aqua sapientiæ salutaris dignare reficere, vt te, ô clauis Dauid, aperiēte, mihi reserentur obscura: & te, ô vera lux, radiante, tenebrosa pandantur: vt per me ministrum humilem temetipso manifestante & elucidante, loquentes simul & † videntes vitam habeamus æternā. Amen.

† aliàs audientes.

D. Bernardi Abbatis De Passione domini super istud Ioannis: Ego sum vitis vera, Tractatus.

Capitulum primum.

Ioan.15.a

EGo sum vitis vera. Ipso domino Iesu Christo adiuuante videamus quasdam proprietates vitis terrestris, in quibus etiam illius supercœlestis vitis proprietates nominare possimus: nec tantùm ea quæ exterius ad culturam eidē exhibentur, consideremus. Et primò quidem, quòd plātari solet vitis in terra, non seminari, translata de sua vite: quod ad conceptionem Iesu mihi pertinere videtur. Vitis enim primo nata de vite, est deus genitus de deo, filius de patre, coæternus & consubstātialis ei, de quo genitus est. Sed vt maiorem faceret fructum, plantatus est in terra, id est in virgine Maria conceptus, factus quod non erat, manens quod erat. Benedicta terra hęc, omnium gentium proferens benedictionem. Verè benedicta, quæ deo dante benignitatē, tam benedictum protulit fructum. Hæc est terra de qua scriptum est: Terram non operabatur quisquam, sed irrigabatur à fonte ascendēte de paradiso. Terra quippe hæc non accepit operationem humanam, vt conciperetur in ea filius dei, sed aqua spiritus sancti irrigata fuit. Ita enim legis: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Rursum de hac terra scriptum est: Aperiatur terra, & germinabit saluatorem. Aperta quippe fuit per fidem, credens & obediens angelo: germinatque vitam salutarem, saluatorē nostrum æternæ vitæ præmia largientem. Hac itaque vite nostra in lucem edita, quædam proprietates culturæ vitis attinentes adhibitæ sunt.

Gen.2. Luc.1. Ysaie.45.

De præcisione vitis. Cap. II.

SOlet enim vitis fructifera præcidi, quod & corporaliter & figuratiuè accipi potest. Circuncisus enim fuit Iesus, non quòd hac circuncisione egeret: quæ in antiquis patribus delebat originale peccatum, sicut baptismus in nobis. Nihil enim peccato originali per concupiscentiæ vitium cōtracto debebat, quia sine omni cōcupiscentia carnali conceptus erat: sed ne legem quam ipse dederat, soluere videretur. Moraliter verò docens nos oportere non ægre ferre si quādo pœnas peccati patimur: quod in nobismetipsis non recognoscimus, cum ipse peccatorum purgator non fuerit dedignatus pro nobis subire remedium peccatorum. Consolemur ergo dolores nostros, qui nequaquam sine peccato sumus, doloribus illius liberati, qui non pro se, sed pro nobis doluit & vulneratus est, non pro se, sed vt nostris vulneribus mederetur. Vide quantum ad suscipiēdos dolores festinauit, quàm paratus & promptus sanguinem effundere, circuncisus pro nobis die natiuitatis suæ octauo. Vtinam nos saltē & anno octauo nonnihil pro domino pateremur. Sed quid dicimus, cum plures inueniamus & post octo plātatos, vel post octoginta annos, cùm naturaliter erit eorum labor & dolor, nec voluntate saltem ad dominum cōuerti, nec tam maturè impensi sanguinis precioſi tam diu † vanitati subiectam. Quid miserius? Christus octauam diem à natiuitate sua vix expectat vt suum tibi sanguinem impendere incipiat. Tu post, non dico octo dies, sed nec post octoginta menses, imò & octoginta annos solam non rependis voluntatem? Ille vix natus sanguinem tibi effudit? tu iam moriturus voluntatem tuam non refundis? Bonus profectò Iesus, qui etiam in quarta vigilia venientem seruum suscipit pœnitentem. Dedisti robur annorum iuuenilium hosti Christi? Christo saltem misericorditer expectanti infirmam tribue volūtatem: nec dubites quin illam accipiat. Puer enim natus est nobis, vt paruulis munusculis cōsoletur: quia paruum parua decent. Quod si quod offers, paruum nō fuerit, id est humile: per hoc ipsum ad ipsum humilem intrare non poteris, qui de se dicit: Ego sum ostium. Et alibi: Venite ad me omnes: & discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Possumus & alio modo accipere præcisionē vitis nostræ: vt dicamus omnia ab eo præcisa, quibus caruit in hac vita, cū ea tamen habere potuisset: & accipiamus hanc præcisionem à verbo apostoli dicētis: Qui cum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Ipsa enim exinanitio quædam præcisio est. Sicut enim minuitur vitis quando præciditur: ita vera vitis Christus incarnatione minoratus ab angelis, imò & infra omnes homines humiliatus fuit. Quomodo amputata fuit in eo gloria cultro ignominię, potentia cultro abiectionis, voluptas cultro doloris, diuitiæ cultro paupertatis? Vide nunc quātum præcisa fuerit: ille cui famulatur omnis gloria cœlorū, imò ipse qui solus vera gloria est, quasi abiicit gloriam. Seruuli circundatus indumēto sustinet ignominias, confusionibus operitur, vt te à confusionibus redimeret, & ad gloriam pristinam reuocaret. Ille cuius potenti nutui omnia inferna, terrestria & supercœlestia sunt subiecta, sic fit abiectus, vt reputaretur omnium virorum nouissimus. Subiicitur fami, siti, caloribus, frigoribus, doloribus, infirmitatibus, & post hæc tanta mortis supplicium non euadit. Ille qui lucem inhabitat inaccessibilem, in quem desiderāt angeli prospicere, cuius solius odor sanctorum sic mentes inebriat, vt & mundi præsentis & suiipsorum obliti totis viribus currant post ipsum, tanto dolori subiicitur, vt in ipso veraciter noscatur impletum quod ante dixerat per prophetas: O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor similis sicut dolor meus. Ille in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei sunt absconditi, rex regum, dies in omnes, solus nullius egens, sic fit pauper, vt, ipso teste, & vulpibus terræ & volucribus cœli pauperior inueniatur, cum dicit: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Pauper in natiuitate, pauperior in vita, pauperrimus in cruce. Natus enim pastum habet lac virgineum, tegmen pannos viles. In vita verò si tegumentum habuit, sępius in victualibus defecit. In morte & nudum inuenies, & sitientem: nisi fortè ad sitis ipsius remedium velis adhibere acetum myrrha & felle mixtum. Postremo autē cultro timoris amputati sunt ab ipso omnes amici & pro-

Philip.2. *Ioan.10.* *Matt.11.* *Esa.9.* *Esa.53.* *1.Tim.6.* *1.Pet.1.* *Cant.1.* *Thre.1.* *Coloss.2.* *Matt.8.* *Luc.9.* *Ioan.19.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gximi,vt non esset qui consolaretur eum ex omnibus charis eius:torcular enim calcauit solus,& de gentibus nō erat vir cum eo:& cum sustineret cor eius improperium & miseriā expectauit qui simul contristaretur,& non fuit:& qui cōsolaretur,& non inuenit.Vide nūc quantū prēcisa fuerit vitis nostra.Quæ vitis vnquam tantum præcisa fuit? sed quæ est consolatio huius præcisionis? Multus fructus. Multā enim & incomparabilem præcisionem sustinuit. Videtur tamen signanter dictum esse: Et de gentibus non est vir mecum, tanquam intelligendum sit solas mulieres cum illo remansisse.Viris enim fortioris naturæ fugientibus præ timore, non fugit muliebris iusfirmitas,quæ etiam baiulantem sibi crucē, & in cruce morientem non dereliquerunt, sicut in persona Christi conquerētis loquitur beatus Iob: Derelicta sunt tāmmodo labia mea circa dētes meos.Per labia quippe,quę cæteris sunt mēbris moliora,muliebris sexus mollis & infirmus,qui solus Christo discipulis fugientibus adhæsit,figuratur.Elegit enim dominus infirma mundi,vt confunderet fortia.Si verò fugam mētalem intelligimus,nec vir relictus est cum eo,nec mulier,præter illam quæ sola benedicta est in mulieribus quę sola per illud triste sabbatum stetit in fide,& saluata fuit ecclesia in ipsa sola:propter quod aptissimè tota ecclesia in laudem & gloriam eiusdem virginis diem sabbati per totius anni circulum celebrare consueuit.Verè & singulariter benedictus palmes qui à sua vite nullo potuit timore præcidi.Abscisi sunt viri qui dicunt:Nos autem sperabam⁹, quòd ipse redempturus esset Israel. Abscissæ sunt mulieres, quæ quanuis piè prēueniunt mortuo humanitatis seruitium exhibere,tamen illum resurrecturum nequaquam credebāt. Et fortasse propterea(quod tamen non asserēdo dico,ne nouas videar assertiones introducere) illa mater quæ plus habuit pietatis,cum āliis ad vngendū non venit corpus Christi sepultum, quia frustra putabat eum vngi,quē resurrecturū sciebat.Verè fortis hæc mulier, & præ cūctis post filium honoranda. Verè & virago dici potest,quæ à viro Christo per animi fortitudinem separata non est,sed eum quem mortiētem & mortuum vidit,credidit immortalitatis gloria sublimatum.

Mar.27. *Luc.23.* *Iob.19.* *1.Cor.1.* *A morte Christi toto sabbato in sola virgine mansit fidei integritas.* *Luc.24.*

De circumfossione vitis Caput III.

Circumfoditur vitis. Fossio hæc, insidiantium fraus intelligitur. Quasi enim foueam fodit, qui dolo machinatur aliquem decipere. Vnde conquerens dicit: Foderunt ante faciem meam foueā.Non enim poterat illi aliquis dolus absc̄di,qui oculatus est ante & retro,& qui præterita & futura tanquā præsentia intuetur.Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Ostendamus autem per exemplum aliquam fraudem istarum fossionum: Adducūt, inquit euāgelium,domino Iesu mulierem adulteram, dicētes quòd Moyses in lege prēcepit huiusmodi lapidare.Tu autem quid dicis?Vide foueam qua beatam vitem nostram circumfoderunt illi pessimi agricolæ,non vt facerent eam germinare,sed magis arescere.Veruntamen in contrarium cessit eorum intentio,& circumfossa, fertilis magis facta est, & humorem misericordiæ distillās.Foueas verò videamus. Dixerunt apud se:Si secundum legem dixerit mulierem lapidandā,foueam incidet crudelitatis,qui de se dicit: Mitis sum,& humilis corde Et iterum:Misericordiam volo, & non sacrificium.Si verò dixerit absoluandam, foueam præuaricationis non cuadet:& iure condemnabitur vt legis transgressor. Sic captant in animam iusti, & obseruant peccatores iustū, & strident,Nescientes quòd frustra iacitur rete ante oculos pennatorum,& quod qui fodit foueam,incidet in eam. Sed leuiter trāsiuit has foueas nostra ibix,ipsósque fossores deiecit in illam. Ait enim: Qui sine peccato est vestrum,primus mittat in eam lapidem,quasi dicat:Legi meæ non contradico,pietatem meam non desero.Ista quidem meruit lapidari,sed non lapidabitur,quia qui lapidem iustè posit in eam mittere,non haberur.Nónne vis adhuc alias foueas videre? Licet,inquiunt,censum Cæsari dari,an non? Dixerant enim apud se:si dixerit,licet:tenebitur reus tāquam libertatis nostræ destructor.Solutio enim census,seruitij signū est. Si dixerit,non licet,reus erit læsæ maiestatis.Ostultos. Solet stultus alios secundum se æstimare:& quod ipse ignorat, sapientes quosque credit similiter ignorare.Sed quid ait sapientia?Libertati dei non derogo, maiestatem dei non offendo, foueas vestras non incido.Reddite quæ sunt Cęsaris Cęsari, & quæ sunt dei deo. Non enim offenditur deus iustus, qui vult cuique reddi quod suū est.Si reddatis Cæsari quod Cæsaris est,non offenditur Cæsar.Si deo reddideritis quæ creauit,iustè quod iustum est facitis.Reddite ergo Cæsari denarium, Cæsaris habentem imaginem. Reddite deo animam quam ad imaginem & similitudinem suā creauit: & ecce iusti fueritis.Longum esset nimis,omnes foueas quas veræ viti nostræ maligni isti foderunt,edisserere: quia omnia illius & verba & facta calumniari nitebantur.Sed cum viderent circumfosiones nil nocere viti,magis autē seipsos dum fodiūt in ipsas incidisse,ipsam vitem circumfodere & perfodere laborabant,vt sic saltem ad modum aliarum arborum æternā incurreret ariditatē.Foderunt ergo & perfoderunt non solū manus,sed & pedes,latus quoq; & sanctissimi cordis intima furoris lancea,perforauerunt,quod iamdudū amoris lancea fuerat vulneratū.Vulnerasti,inquit in Canticis amoris spōsus,cor meū soror mea sponsa,vulnerasti cor meum. Vulnerat cor tuum domine Iesu sponsa tua, amica tua, soror tua. Quid necessariū fuit illud ab inimicis vltra vulnerari? Quid agitis ô inimici? Si vulneratum est,imò quia vulneratum est cor dulcis Iesu,quid secundum vulnus apponitis? An ignoratis quòd vno vulnere tactum cor emoritur,& fit insensibile? Mortuum cor domini Iesu,quia vulneratum possedit vulnº amoris,possedit mors amoris domini cor sponsi Iesu. Quomodo mors altera introibit?Fortis est vt mors,imò verè fortior quàm mors,dilectio.Non enim potest prima mors expelli,id est,dilectio malarum mortium mortificātrix à domo cordis,quamsibi inuiolabili iure,suo vulnere acquisiuit. Si duo æquè fortes concurrunt,quorū vnus sit in domo, alter verò deforis,quis dubitet eum qui deintus est, obtinere victoriam?Et vide quanta sit vis amoris domū cordis obtinētis,&per vulnus dulcissimi occidētis non solùm in domino Iesu,sed & in seruis ipsius.Veniamus ad martyres. Terreātur licet martyres,ridēt:feriuntur,&gaudent:occidūtur,& ecce triumphāt. Quare? Quia morte charitatis intus in corde iāmdudū mortui peccatis,mortui mūdo,tāquam insensibiles factī,nec minas,nec tormenta,nec mortem sentire potuerunt. Quid mirum?Mortui erāt.Mortui enim estis, ait apostolus. Qualem mortem quidam stultus sapienter optabat, dicens: Moriatur anima mea morte iustorum,& fiāt nouissima mea horum similia.Bona mors,mortem contemnens:bona mors vitam cōferens sempiternam,Sic ergo iam dudum vulneratum &mortuū fuit cor Iesu mortificati propter nos tota die æstimati,sicut ouis occisionis. Accesit autē & mors corporalis,& vicit ad tempus,vt vinceretur in æternum. Victa est mors,quia resurrexit à mortuis,quia mors vltra ei nō dominabitur.Sed quia semel venim⁹ ad cor dulcissimū Iesu & bonū est nos hic esse,ne sinamus nos facilé auelli ab eo, de quo scriptū est:Recedentes à te,in terra scribētur.Quid autē accedentes?Tu ipse doce nos. Tu dixisti accedentibus ad te: Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. Concordem⁹ hęc,quia si sic hi qui in cœlis scripti sunt:quid ergo illi qui in terra scribentur?Lugebunt vtique.Sed quis nolit gaudere?Accedamus ergo ad te,& exultabimus &lætabimur in te memores cordis tui. O quàm bonum & quam iucūdum habitare in corde hoc!Bonus thesaurus,bona margarita,cor tuum bone Iesu.quam fosso agro tui corporis inueniemus, Quis hanc margaritam abiiciat? Quin potius dabo omnia, omnes cogitationes &affectus mentis commutabo,&comparābo illam mihi,iactans omnem cogitatum meum in cor domini Iesu,& sine fallrcia illud me enutriet.Ad hoc templum,ad hæc sancta sanctorum, ad hanc arcam testamenti adorabo,& laudabo nomen domini,dicens cum Dauid: Inueni cor meum,inquit,vt orem deum meum.Et ego inueni cor regis,fratris & amici benigni Iesu.Et nunquid non adorabo?Orabo vtique. Cor enim illius mecum est. Audacter dicam: Si.imo quia caput meum Christus est. Quomodo quod capitis mei est,non meū est?Sicut ergo corporalis capitis mei oculi,mei oculi verè sunt,ita & spirituale cor, cor meum est.Bene ergo mihi.Ego vero cum Iesu cor meū habeo

Vbi supra. *Num.23.* *Psal.43.* *Osea.3.* *Rom.7.* *Hier.17.* *Luc.10.* *Cant.1.* *Psal.132.* *Matt.13.* *Psal.54.* *2.Reg.7.b* *1.Cor11.* *Eph.1 4.5*

A beo. Et quid mirum? cum multitudinis credentium fuerit cor vnum. Hoc igitur corde tuo & meo dulcissime Iesu inuento orabo te deum meum. Admitte tantùm in sacrarium exauditionis tuæ preces meas. Imò me totum trahe in cor tuum.Licet enim tortuositas peccatorum meorum impediat me, tamen quia cor illud incomprehensibili charitate dilatatum est & ampliatum, & tu qui solus potes facere mundum de immundo conceptum semine, vt depositā gibbi sarcina per foramen acus possim transire: O omnium pulchritudine speciosissime Iesu, amplius laua me ab iniquitate mea,& à peccato meo munda me: vt purificatus per te ad te purissimum possim accedere, & in corde tuo omnibus diebus vitæ meæ merear habitare:& vt videre simul semper & facere tuā valeam volūtatem. Ad hoc enim perforatum est latus tuum, vt nobis patefcat introitus. Ad hoc vulneratum est cor tuum vt in illo & in te ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possimus. Nihilo minus & propterea vulneratum est, vt per vulnus visibile vulnus amoris inuisibile videamus. Quomodo hic ardor melius ostendi potest, nisi quòd non solum corpus, verum etiam ipsum cor lancea vulnerari permisit?Carnale ergo vulnus,vulnus spirituale ostendit. Et hoc fortasse innuit ipsa auctoritas prælibata, in qua bis positum est vulnerasti. Vtriusque enim vulneris ipsa soror & sponsa causa est, ac si sponsus apertè diceret: Quia zelo amoris tui vulnerasti me: lancea quoque militis vulneratus sum. Quis enim cor suum palo vulnerari permitteret, nisi prius amoris illius vulnus percepisset? Dicit ergo: vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Sed quare soror & sponsa? an non poterat sufficientem sponsi amantis affectum ostendere solius sororis vel solius sponsæ positio? Vel quare sponsa & non vxor, cum quotidie vel ecclesia siue quælibet fidelis anima sponso tuo Christo bonorum operum sobolem debeat generare? Paucis dico, solent sponsæ nondum alligatę coniugali vinculo amari ardentius quàm postea.Tempore enim procedente amor ipse componitur. Sponsus ergo nosster, vt magnitudinē insinuet sui amoris qui tempore non decrescit, amicam suam sponsam appellat, eo quòd illius amor semper nouus sit. Sed quia sponsæ etiam carnaliter diliguntur: vt in amore sponsi nostri nil carnale sapias, ipsam spōsam suam sororem appellat,quia sorores iam nequaquam carnaliter adamantur. Dicit ergo: Vulnerasti cor meum,&c. Tanquam dicat:: quia summè te diligo vt sponsam, castè vt sororem,vulneratum est cor meum propter te. Quis illud cor tam vulneratum non diligat? Quis tam amantem non redamet?Quis tam castum nō amplectatur? Diligit profecto vulneratum, quæ nimio illius amore vulnerata proclamat:Vulnerata charitate ego sum. Nunquid non redamat sponsum amantem,quæ dicit: Nunciate dilecto,quia amore langueo? Fraterno se amātem amore complectitur,qui dicit:Quis mihi det te fratrē meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & complectar & deosculer, & iam me nemo derideat? Quid autem est foris? Aestimo quòd extra corpus. Quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Quis hanc peregrinationem patienter ferat? plena est dolore præteritorum, labore præsentium, timore futurorum:in qua etsi sponsus se aliquando gratia consolationis exhibeat, stat tamen longe quasi post parietem, corpore hoc peccati separante inter nos & ipsum: nec facile præbet se tangendum & osculandum,nisi illi animæ quæ in tantam altitudinem meritorum processit,vt dicat ei:Surge amica mea, columba mea, formosa mea, quæ sola licet raro aliquo modo arbitrans se comprehendisse proclamat: Inueni quem diligit anima mea: inueni illum, nec dimittam. Sed ad hunc gradum non facilè quis ascendit. Nos igitur adhuc intus, id est, in corpore manentes,quantum possumus,amemus,redamemus, amplectamur vulneratum nostrum, cuius impij agricolæ foderunt manus & pedes, latus & cor: stemúsque, vt cor nostrum durum adhuc & impœnitens amoris sui vinculo constringere & iaculo vulnerare dignetur.

Act.4. *Matt.19.* *Luc.18.* *Psal.50.* *Isai.19.* *Cant.4.* *Cant.8.* *Cant.1.*

De vinculis nostræ vitis. Caput IIII.

Ligatur vitis. Quis vincula nostræ vitis non videat? Videamus tamen hoc vinculum. Primum obedientia fuit. Obediuit enim patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Obediuit matri & Ioseph secundum illud: Venit Nazareth cum eis, & erat subditus illis. Obediuit enim in terrenis,iudicibus soluens didrachmum. Secundum vinculum, vterus virginis, de qua canimus: Quia quem cœli capere non poterant, tuo sancto gremio contulisti, Tertium in præsæpio fuit,secundum illud: Vagit infans inter arcta conditus præsepia, Membra pannis inuoluta, virgo mater alligat, Pedes,manus atque crura stricta cingit fascia. Quartum vinculum fuit funis,quo ligabatur cum caperetur. Ita enim habes: Tunc (videlicet cum traditus esset) iniecerunt manus in Iesum, & vinxerunt eum. O rex regum, & domine dominantium,quid tibi & vinculis? Ligantur vites, ne si iaceant in terra, aut minuantur, aut corrumpantur fructus earum. Incorruptibilis autem fructus fuit eius & est. Quare ergo ligatur? Bene quidam rex cum percussus humana sagitta peteretur vt se ligari permitteret, donec excideretur, quia leuissimo motu mortem posset incurrere: Non decet, inquit, vinciri regem. Libera sit regis & semper salua potestas. O deus deorum,quantum ergo derogatum fuit libertati & potentiæ tuæ? Tot adeò ligaris vinculis, qui solus ligandi & soluendi potestatem habes? Sed propter misericordiam tuam ligatus es, vt nos à miseriis nostris faceres absolutos. O quàm immitia fuerunt illorum immitissimorum vincula, quibus agnum mitissimum vinciebant! Video oculis mentis te domine Iesu tam duris nexibus adstrictum, tanquam latronem trahi ad iudicium principis sacerdotum, & inde ad Pilatum: video & perhorresco, & admiror, & admirando deficerem, nisi quòd liquidè cognosco te prius in corde charitatis nexibus fuisse constrictum, qui ad deteriora vincula sufferenda te leuiter attrahere potuerunt. Gratia sit vinculis tuis bone Iesu,quæ nostra tam potenter diruperunt. Quintum fuit vinculum quo ligatus fuit ad columnā cum flagellaretur. Quanquam & ipsa flagella quæ corpus eius circuibant, non incongruè possumus vincula appellare.Sed quāuis immitia, quanuis dura,quanuis iniusta,diligo flagellorum istorum vincula, quibus sacratissimum corpus tuum datum est contingere, quæ tuo purissimo sanguine non mediocriter sunt imbuta ô bone Iesu. Si enim sanguis tuus in flagellatione fuit tam copiosè effusus,vt columna guttis illius respersa adhuc(sicut asseritur)rubra seruet vestigia:quantum sanguinis credam ipsis flagellis corpus tuum mitissimum scindentibus inhæsisse? Tā dure flagellatus est dominus, vt sanguis eius sursum in aëra resultaret. Vide autem quàm bene huic ligationi conueniat q̄ vitis ad palum ligatur. Quid enim per palum alium, quàm ipsa columna cui dominus Iesus fuit alligatus, accipitur? Sicut enim vitis palo, ita Christus columnæ alligatur. Sextum vinculum fuit corona illa spinea cum magna amaritudine illud caput amabile complectens,& multorum aculeorum in illo signa relinquens, sanguineas vtique guttas eliciens:&,vt puto,in faciem venerabilem transmittens vix adhuc de sputis Iudaicis exiccatam.Crudele fuit vinculum hoc prēter pœnas quas pertulit in ligno, honoris plurimum habens & decoris. O rex gloriæ domine Iesu Christe,corona omnium te confitentium,te sequentium,pugnantium pro te, viuentiū pro te, manentium in te.Quis te tam amaro vinculo confusionis addixit?Ecce operit confusio caput tuum,& faciem tuam amabilem.Ingeritur tibi à generatione praua & amaricāte honor derisorius in coronā, sed spinarum aculeis contendunt in te dolor & confusio.Nescio in vtro magis puniaris.Corona derisionem, spinæ ingerūt punctionem. Egredimini filiæ Sion, & videte regē Salomonem in diademate quo coronauit eum mater eius in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis eius. Quæcunque autem anima confitetur se filiam Sion, id est ecclesiæ, egrediatur à curis secularibus, à cogitationibus vanis,& videat per contemplationem mētis regem Salomonem,id est Christum Iesum,qui est pax nostra, destruens inimicitias,amicitiásque reformās inter deum & hominem.Vide hunc ô felix anima in diademate quo coronauit eum mater eius,synagoga videlicet,plebs Iudæorum. O mater amata!Quid peccauit hic bonus filius tuus,vt vinculis etiam vinciatur? Hic est qui soluit compeditos, qui erigit elisos, susciens aduenas,pupillos, viduásque consolans, & meruit vin-

Philip.2. *Luc.2.* *Matt.17.* *Mat.26.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cularí: Hanccine dotẽ, hæccine munuscula nuptiis illius impendis? Dies enim desponsationis illius, dies ista est, dies indignationis & blasphemiæ, dies tribulationis & miseriæ, dies percussionis & doloris, dies uinculorũ & mortis, dies despõsationis illius est. Hac arra ô fidelis anima sponsus tuus speciosius subarrauit te, & ipse tanquam sponsus hodie coronatus processit. Coronatus, inquã, non auro, non gemmis, sed spinis, nec defuit purpura vestis irrisoriæ. Chlamydem enim coccineam circundederunt ei, quanuis ipse vestem corporis sui, sanguine sui preciosissimi effusione multo nobilius purpurauit. Purpura enim nõ plus quam bis tingitur, ipse verò purpurã corporis sui non solũ bis, sed etiam tertiò sanguineo torrẽte pertinxit. Ecce sponsus tuus ô spõsa, rubricatur in sudore, in flagellatione, in crucifixione. Eleua mentis oculos, & vide si tunica sponsi tui hæc sit an non. Ecce fera pessima cõdamnauit filium tuum, fratrem tuum, spõsum tuum. Quis hic gemitus lachrymásque contineat? Quis hic non doleat? Quia si est pium gaudere pio Iesu, ita est pium flere pium Iesum.

Septimum vinculum fuit, quo ligatus fuit in cruce, nempe ferreum. Fuit hoc vinculum multo durius cæteris, quod non solùm manuum pedúmq; sanctissimorũ compagem diuisit. verumetiã illam purissimam animam à mũdissimo corporis H hospitio separauit. Nunc etiám ô filiæ Sion egredimini & videte pacificum nostrum, pugnantem pro libertate nostra, in bello occumbere. Videte vitæ nostræ autorem pro nobis vitæ ianuas introire, vt nos ad vitę viam reuocet. Videte vincula durissima, clauos ferreos, pedes & manus, quę saluté nostram operabantur in medio terræ, crudeliter penetrare. Vide lignum crucis missum in panem nostrum, panem candidissimum, panem delicatum, panem angelorum, qui de cœlo descendit, vt se nobis daret in cibum, & animas nostras continuo subiectas labori, semetipso nõ alieno cibo reficeret, & se nobis incorporando, non se in nostram carnem, sed nos in suum spiritum reformaret. Videte quomodo iustus ligatur, quomodo cum iniquis deputatus est liberrimus & optimus sponsus noster. Moritur vita nostra non pro suis necessitatibus, sed pro nostris. Date lachrymarũ flumina in tantis vinculis morienti, quia & ipse prior lachrymatus est. Vacate & videte quàm amara, quàm turpi morte condemnetur. Sustinet enim adhuc, & diligenter considerat si quis sit qui simul contristetur: si quem mueniat qui sanguinis riuos abstergat, & de cruce depositum munda sindone non panni, sed cordis inuoluat, & flens cum beatis mulieribus flentibus ad tumulum prosequatur. Quęcunque anima fecerit hęc assidue, spero etiam quòd lætissimæ resurrectionis quãdoque mereatur gaudio recreari. Si enim compatimur, & conregnabimus: I quod bene sponsa in Cantico amoris ostendit præmittens: Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. & subiungit: Botrus Cypri dilectus meus mihi. Quid est fasciculus myrrhæ? Myrrha amara, amaritudinem passionis significat. Fasciculus vero coadunationem multarum passionum ostendit. Fit ergo sponsus sponsæ suæ fasciculus myrrhę, quando ipsum multiplicibus affectum iniuriis ad mẽtem reducit, quarum quædam iam enumeratæ, alię verò enumerandæ sunt. Quæ sunt autẽ vbera spõsæ, inter quæ illum commoraturum affirmat: Duo vbera sponsæ, prosperitas & aduersitas sunt. His tanquã vberibus nutritur, dum aduersitate fouetur, ne in prosperis eleuetur. Ponit autem dilectum suum inter hæc vbera, dũ illius & in aduersis & in prosperis recordatur. Ex quo euenit, vt ille qui modo fuerat fasciculus myrrhæ, id est, qui mentem sponsæ passionum suarum amaritudinibus amaricauerat, subitò fit botrus Cypri continens in se vinum iucunditatis & lætitiæ: quod fit dum sponsum quem tot viderat oppressum iniuriis, & morte turpissima condemnatum, per resurrectionis triumphum gloria videt & honore coronatũ, & cum humanitate quam assumpserat, ad patris dextram cõsidere, cõfidens se certissimè per diuersas tribulationes ad idem domini sui gaudium intraturam. Exeamus igitur & nos secundum monita Pauli apostoli cum sponso nostro bono Iesu extra castra, id est, extra concupiscẽtias præsentis seculi, improperium crucis & vinculorum asperitatem cum illo portantes, quia non decet membrum delicatum esse sub capite crucifixo: nec ad capitis corpus se indicat pertinere membrum, quod capiti compassum K non fuit. Vinciamur ergo vinculis passionis boni Iesu, vt etiã vinculis charitatis cum illo vinciri possimus. Ipse enim vinculis charitatis deuinctus, ad suscipiẽda vincula passionis de cœlo tractus est in terras: & nos è contrario qui de terris trahi desideramus ad cœlum, pri⁹ passionis eius vinculũ nostro capiti colligemus, vt per hoc ad charitatis vincula pertinentes, vnum efficiamur cum ipso, secundũ quod orauit patrem Ioan.17.b dicẽs: Rogo pater, vt quos dedisti mihi, confirmati in charitate sint vnum in nobis, sicut tu & ego vnum sumus. Quid hac vnitate gloriosius? Quid vltra vel optare poteris vel habere? Vnum cum sponso tuo eris. O felix, felicior, imò omnium felicissima vnitas. Hac vnitate se apostolus Christo Rom.8.g vnitum sentiebat, cum dixit: Quis separabit me à charitate Christi? Tribulatio, an augustia, an fames, an persecutio, an periculũ, an nuditas, an gladius? Certus sum, quia neq; mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque altitudo, neque profundũ, neque alia creatura poterit nos separare à charitate quæ est Christi Iesu. Optemus totis desideriis, huius charitatis vinculis sponso & domino nostro colligari: ita vt eius sequentes vestigia, illuc peruenire possimus, vbi est ipse qui dixit: Volo pater vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. L

De cultura & speciositate interioris nostræ vineæ.
Caput V.

VIsis ex parte his quæ viti ad culturam exterius adhibentur, nunc ad ipsam vitem iam animum conuertamus: vt per quasdam similitudines illius, nostram vitem magis propè & propius contemplemur. Totum corpus ipsius vitis a- liis arboribus & arbustis deformius iuuenitur, & quasi penitus inutile videtur & abiectum, nec ipso aspectu amabile, aut visui accommodatum. Quid hic dicemus? Corpus vitis nostræ, domini Iesu corpus significare deberet, nisi quòd plurimum discordare videtur huius deformitas à forma illius de quo scriptum est: Speciosus forma præ filiis hominum. Sunt autem nonnulli qui hęc verba non ad exteriorem, sed interiorem hominem retorqueant, id est ad animam sine ad diuinitatem, in quibus nimirum non solum filios hominum, sed etiam filios dei, id est, ipsos angelicos spiritus præcellebat. Tanto enim melior angelis effectus est, quanto differentius præ illis nomẽ hæreditauit. Ne ergo nos huic sentẽtiæ contradicere videamur, ad manum auctoritates habemus, licet plurimos esse sciamus, qui nondum omnino spirituales effecti, aliud sentiant, fingentes sibi quandam spiritualem pulchritudinem in corpore domini: & si quando audiant dominum ipsum despicabilem forma fuisse, non patiẽter sustinent: & si lingua taceant, rancore & motu animi cõtradicunt, nõ attendentes quod scriptum est: Spiritus est qui M viuificat: caro autem non prodest quicquam. Esaiam quoque non audiunt vel inuiti audiunt dicentem in eum: Ecce vidimus eum, & non erat illi species neque decor: aspectus eius non erat in eo, & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius & despectus. Vnde nec reputauimus eum: & nos reputauimus eum quasi leprosum & percussum à deo & humiliatum. Ecce qualis describitur à propheta. Quid apertius? Et vere talis erat in oculis infidelium & carnalium, qui tantum carnem nouerũt intueri. Quod & nos manifestis rationibus possumus approbare. primum quidẽ per affectũ compassionis, deinde per defectum passionis. Et quia verè susceperat affectiones nostras, videamus quomodo affici solent homines circa eos qui amant: vt per notum ad ignotum veniamus. Quis nesciat hominem circa amicum suum periclitantem sæpe tanto affectu & dolore moueri, vt corporis sui detrimentum incurrat? Si hoc præstat homo homini, quantum deum hominẽ Iesum putas homini præstitisse? Si tu pro vno homine per cõpassionem periculũ corporale incurris, quid putas dominum Iesum pro omnibus hominibus tolerasse? Omnes enim sui erant, & omnes moraliter infirmi erant. Certe nouimus Paulum apostolum de se dixisse: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et verè eousque infirmabatur, ut sicut ipse de se fatetur, præsentia eius esset despicabilis:

A Spicábilis: & sicut ait: mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Mundus quippe ei crucifixus erat, qui omnia quæ mundi erant, tanquam mortua reputabat. Ipse verò mundo etiam crucifixus erat, qui ipsum propter crebras compassionum simul & passionum infirmitates corpore extenuatum & exterminatum abhorrebat, nihil in eo inueniens quod pertineret ad ipsum. Si ergo Paulus cum infirmantibus infirmabatur, quid benignus Iesus, cum esset cõseruus & frater, cum cõseruis & fratribus? Quid dominus & pater pro creatura & filiis? Ardebat Paulus quasi esset radio solis accẽsus: quantum ipsum solem putas exarsisse? Si vsque ad tantam infirmitatem per affectum compassionis accessit, qui scintillam charitatis habuit: quid sentiendum putas de ipsa charitate, de cuius plẽnitudine omnes acceperunt? Nec aliquo modo dubitandum, quin infirmitatem & exterminationem corporis incomparabilem sustinuerit, qui etiam venerat crucem sustinere, & præ cæteris tanto magis fuit confectus, quanto maior in eo fuit compassionis affectus: qui non solùm facta, sed etiam cogitationes inspexit. Suffragatur his rationibus sentẽtia ipsius domini sic dicẽtis: Hierusalem Hierusalem, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti! Videamus quid sibi hoc velit, quòd dominus se gallinæ magis quàm alteri animali voluit comparare: quia vt à sanctis patribus tenetur, ideo factum est, vt B exprimatur incomparabilis affectus charitatis. Nullum enim animal circa pullos suos tanta compassione mouetur, sicut gallina. Fit enim toto corpore hispida, voce rauca, toto feruens animo, & omnibus membris infirma, & vsque ad supremum defectum perueniens. Si ergo intantum pullis suis gallina animal irrationale cõpatitur: quãto putas optimum Iesum humano generi fuisse compassum? ad quãtam putas eum debilitatem & infirmitatem peruenisse? Quanta ipsum putas macie cõfectum fuisse, qui pro omnibus cognoscitur doluisse? Vnde Esaias: Vere languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Sed ad passionis iam defectum veniamus. Passionem autẽ non illum diem vnum appellamus, quo mortuus fuit, sed totam vitam illius. Tota enim vita Christi crux fuit & martyrium. Breuiter ergo dicamus, sed meditando longius immoremur, quantæ fuerit parcitatis in abstinentia, quàm prolixus fuerit in vigiliis, quàm frequens in orationibus. In labore, in sudore vultus sui quàm assiduus cum circumiret vicos & castella euangelizans & curans vndique, & quàm crebrò famem pertulit & sitim ille panis viuus, ille fons aquæ salientis in vitam æternam. Videamus illud ieiunium quadraginta dierum & quadraginta noctium, post quos esurit: & iam à deserto ad homines redeunti occurramus, & vultum illum amabilem tantis ieiuniis consideremus afflictum. Et optimè posuit euangelista, post ieiunium, esuriit: vt scias Iesum non in virtute diuinitatis, sed humanitatis suæ natura ieiunasse. Quid enim magnum si in diuinitatis fortitudine quadraginta diebus ieiunasset, in qua nunquam esurit? Sed iam ad illum vltimæ diei agonem veniamus, & causas deformati corporis nequibimus ignorare. Incipiat ergo consideratio nostra in eodem loco, vbi ipso teste cum inciperet pauere & tædere, tristis fuit anima eius vsque ad mortem: sudor sanguineus orantis & agonizantis membra copiosè perfudit, ita vt iam non solum distillaret, sed guttę guttatim decurrerent in terram. Procedamus nunc, & illius noctis incommoda percurramus: quomodo tentus, vinctus, tractus, trusus, cæsus, consputus, colaphis alapísque percussus, spinis coronatus, arundine cæsum caput, flagellis acerrimis laceratus, propria cruce oneratus, primò portans eam, quæ ipsum postea statim fuit portatura. Talem inspice Iesum. Quis hic locus deliciarum? Qualis hic decor speciei? Quis in corpore sic tractato formæ pulchritudinem quærat? Sed veniamus ad finem. Nudatur Iesus. Quare? vt tu corporis purissimi deformationem valeas intueri. Nudatur ergo bonus Iesus. Heu mihi. Qui vestiuit cœlos diuersis syderibus, ante crucem expoliatus, nudus etiam vt erat, liuidus cruci affigitur. Heu, candor lucis æternæ nigrescit in carne pro carne saluanda. Et facies quam Cherubim & Seraphim aspicere desiderant, erat ex lachrymis turgida. Nudatur dominus, qui ante secula regnans decorem induit & forGallinæ se Christus comparat.

titudinem, cui canimus: Confessionem & decorem induisti, D amictus lumine sicut vestimento. Spectaculum fit & opprobrium mundo & hominibus, fit tanquam prodigium multis & commotio capitis in populis caput nostrum, gaudium nostrum, honor noster bonus Iesus. Sed quid moror? Exaltato in crucem perforantur manus & pedes. Viri optimi, benigni Iesu elicitur sanguis, si quis supererat. Stat mediator noster in conspectu patris sui in confractione, vt auertat iram eius, ne disperdat nos. Verè non cadit mente: stat constanter etiam perseuerantia bonæ voluntatis. O qualem te intueor dulcis Iesu! O dulcissime atque amãtissime bone Iesu: quis te tam amaræ & tam odioſę morti addixit? Vulnerum antiquorum nostrorum vnice saluator: quis te vsque ad hæc non solùm dirissima, sed etiam turpissima vulnera patienda detraxit? O vitis dulcissima, bone Iesu hunccine fructum reddit tibi vinea tua, quam de Aegypto transtulisti? Expectaueras patienter vsque ad hunc diem nuptiarum tuarum, vt faceret vuas, fecit autem spinas. Spinis enim coronauit te: & spinis peccatorum suorum circũdedit te. Ecce in quantam amaritudinem conuersa est vitis non iam tua, sed aliena. Negauit enim te dicens & clamans: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Eiectum ergo te extra vineam ciuitatis & consortij tui, sacrilegi agricolæ occiderunt non subitò, sed longo crucis tormento confectum, & multis vulne- E ribus flagellorum & clauorum pariter cruciatum. O quantos habes domine Iesu percussores? Percutit te pater tuus, qui proprio filio suo, id est tibi non pepercit, sed pro nobis omnibus tradit te. Percutis temetipsum: Tradis enim in mortem animam tuam, quam nemo potest tollere à te sine te. Percutit te discipulus impius traditione & osculo falso. Percutit te Iudæus colaphis & alapis. Percutiunt te gentiles flagellis & clauis. Ecce quantum percussus & humiliatus es. O quanti percussores, & quanti traditores tui. Tradidit te pater tuus cœlestis: quia sicut dictum est, pro nobis omnibus tradidit te. Sic enim quidam seruorum tuorum gratulando dicit de te: Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. O verè admirabile commercium, tradidit se rex pro seruo, deus pro homine, creator pro creatura, innocens pro nocente. Tradidisti ergo te in manus traditoris illius falsi discipuli: tradidit ille te Iudæis, & tradiderunt te illi pessimi traditores gentilibus ad illudendum & conspuendum & flagellandum, & crucifigendum. Dixisti & prædixisti tu hæc, & ecce facta sunt. Omnibus enim cõsummatis, ecce crucifixus es. Nec sufficit te vulneratum esse, quin & super dolorẽ vulnerum tuorum addunt, dantes tibi sitienti vinũ myrrhatum bibere cum felle mixtum. Dolco super te domine mi rex, magister & pater, imò & frater domine mi Iesu Christe, amabilis valde super amorem mulierum. Cuius sagitta nunquam abiit retrorsum. Sagittæ enim tuæ, id est doctrinæ tuæ acutæ, quia viuus F est sermo tuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus. Nec declinat clypeus tuus in bello. Scuto enim bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Hasta orationum tuarum non est auersa, quia etiam pro transgressoribus orasti vt non perirent. Quãto magis pro amatis? Tu leone fortior. Etenim tu leo de tribu Iuda superasti illum leonem, qui circuit rugiens & quęrẽs quem deuoret. Tu aquila velocior. Exultasti enim vt gigas ad currẽdam viam, ad implendum mysterium incarnationis tuæ, donec sicut aquila prouocãs pullos suos, expandisti alas brachiorum tuorum in cruce, & super nos volitans assumpsisti nos, & portasti in humeris tuis in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum in domum familiaritatis & charitatis tuæ, vbi de oue & drachma perdita & inuenta fecisti conuiuiũ vicinis & amicis tuis beatissimis spiritibus, ipsos hilariter ad tuam cõgratulationem inuitans, faciens in cœlis gaudium de peccatore pœnitente: & cum talis sis ac tantus, morte turpissima condemnaris, spiritúmq; in manus patris commendando capite inclinato expiras. Venite, quæso, & condolete ei omnes qui gaudere desideratis in domino. Attẽdite manu fortem nostrum, quomodo contritus est: desiderabilem nostrum, quomodo miserabiliter deformatus est: pacificum nostrum, quomodo in bello peremptus. Vbi est rubor roseus? Vbi candor iuuenilis? vbi in corpore tam contrito decorem

Hebr.13.b

Ysaiæ 63.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G inuenies: Ecce defecerũt dies nostræ diei domini Iesu, qui solus est dies sine tenebris, & ossa eius sicut cremium aruerunt. Percussus est sicut fœnum, & aruit cor eius, eleuatus est & allisus valde: sed in decore extrinseco decorẽ simul vere & decus intrinsecus retinebat. Noli ergo deficere pro ipso in tribulationibus tuis, quia hunc speciosum forma præ filiis hominum viderunt omnes in cruce, qui tãtùm exteriora intuebantur, & viderunt eum non habentem speciem neq; decorem: sed facies eius abiecta est quasi deformis. De hac tamen deformitate redemptoris nostri manauit precium decoris nostri, sed decoris interni. Omnis eñ gloria filiæ regis ab intus. Sẽserat hæc, quæ in cantico Salomonis proclamat: Nigra sum, sed formosa filię Hierusalẽ, sicut pellis Salomonis. Nisi corpus domini Iesu deforme fuisset, cuius nigredinem suprà pro parte executi sumus: formositatem intrinsecam (quia in ipso omnis plenitudo diuinitatis) quis enarrabit? Deformemur igitur & nos in corpore extrinsecus cũ deformato Iesu: vt reformemur interius in anima cũ formoso Iesu. Conformemur corpori vitis nostræ in corpore nostro, vt reformet corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Imitatores simus Paulis apostoli, sicut ipse Christi, qui de se dicit: Christo confixus sum cruci. Et alibi: Ego stigmata domini Iesu Christi in corpore meo porto. Bene portamata domini Iesu Christi in corpore meo porto. Bene porta-

H bat characterẽ passionis Iesu Christi in corpore suo, cui mũdus mortuus erat, & ipse mundo Fuscus effectus est, quia decolorauit eum sol passionis & charitatis Christi. Sciendum tamen quòd ea quę diximus de deformitate corporis speciosi, non de naturali, sed de accidentali deformitate domini diximus, non accusantes in ipso defectum naturæ, sed passionis charitatem commendantes.

De foliis vitis generaliter. Caput VI

FOlia vitis penè omnium arborum foliis præstantiora sunt. Quid autem in foliis, nisi veræ vitis nostræ benigni Iesu verba commendantur? Præeminet in foliis vitis, præeminet in verbis dominus Iesus. Senserũt hoc Iudæorum ministri, qui missi vt adducerent Iesum, reuersi & culpati dixerunt: Nunquam sic locutus est homo. Non accusauerunt defectum trunci, pulchritudinem foliorum videntes: imò per folia aliquid aliud quàm quod videbatur, in corpore debili latẽre senserunt. Senserat etiam Petrus, qui multis à domino Iesu recedẽtibus, & interrogatis ab ipso duodecim apostolis: Nunquid & vos vultis abire? respondit, Domine, quò ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos ad quem ibimus? absit, ac si diceret: Folia pulcherrima habes, quæ nos ab omni æstu protegant. Da nc bis ergo alium pulchriorem, id est meliorem te, & ibimus ad illum abs te. Quem quia dare non potes, qui omnia potes, ad quẽ ibimus relinquentes te? Sen-

I serat horum foliorum, id est verborum benigni Iesu virtutem, quæ loquente ipso ad turbas, in foliorum pulchritudine singulari lætata, non cogitabat, nec tacitè quidem, sed extollens vocem, dixit: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Verè beata, imò beatissima terra, quæ talem tulerat vitem, virgo Maria mater Iesu: verè & tu beata quæ foliorum pulchritudine considerata, inter tot calumniantium insidias sola veritati testimoniũ audacter præbuisti. Sed credo quòd iam nunc magnam habes, & maiorem habitura sis huius confessionis mercedem, ipsa veritate (cui testimonium perhibuisti) iam te confitente coram patre suo, & nunc nihilo minus cõfessuro, cùm dicet calumniatoribus suis: Nõ noui vos: Discedite à me maledicti in ignem ęternum. Notis verò dicet: Venite benedicti patris mei. Viderunt virorem foliorum veræ vitis Petrus & Ioannes & Mattheus, qui ad vnam vocantis vocem illi retia, iste telonium, reliquerunt. Quis virtutem verborum benigni Iesu enumerare sufficiat? Quæ virtus est verborum, quæ verbis illius comparetur? Nulla profectò. Vis autem audire verba breuiter quæ tanquam folia refrigerium nobis ab æstu præstant vtiorum?

Ioan. 7. g

Ad commendationem humilitatis dicit: Qui voluerit inter vos maior esse, sit vester minister. Et: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Et item: Qui se humiliat, exaltabitur. Ad commendationem mansuetudinis contra iram, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et item: Beati K mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram. Ad commendationem charitatis cõtra inuidiam: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos, & caluniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ad commendationem alacritatis, ad exercitia spiritualia cõtra acediam, ait discipulis: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Et alibi. Quoniam semper orare oportet, & nunquam deficere. Vbi intelligitur orationem non tantùm esse vocis, sed deuotionis. Nõ enim semper clamare possumus motu labiorum, semper autem possumus bono desiderio feruere, quod ostẽdit dominus loquens ad Moysen tacentem: Quid clamas ad me? Desiderium viri sancti, clamorem appellat, quia lingua profectò tacebat. Vnde Dauid in Psalmo. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Ad commendationem largitatis contra auaritiam, Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis: Et illud: Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula. De diuitiis iniquitatis, id est inęqualitatis, hoc est quę nobis abũdãt, cum aliis deficiãt, facimus nobis amicos, cum illas pauperibus erogamus, vt si modo in illos misericordes existamus, per illos post hanc vitam misericordiam consequamur. Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequẽtur. Ad commendationem verò abstinentiæ contra gulam: Attendite, inquit, ne grauẽtur corda vestra crapula & ebrietate, & superueniat in vos repentina dies. Et parabolam cõtexuit de diuite epulante quotidie splendidè, qui mortuus perebat guttam aquæ cum esset in tormẽtis, à Lazaro quiescente post mortem, nec poterat obtinere, recipiens perpessente post mortem, nec poterat obtinere, recipiens perpetua mala pro voluptate temporali transacta. Ad commendationem castitatis cõtra luxuriam: Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, Non mœchaberis: Ego autem dico vobis: Quia quicunque viderit mulierem ad concupiscendum eã, iam mœchatus est eam in corde suo. Huius verbi folio tegãtur oculi nostri, ne si fortè minus cautè referentur, eueniat quod Hieremias dicit: Ascendit mors per fenestras nostras. Fenestræ quippe animæ nostræ sunt foramina sensuum nostrorum, scilicet oculorum, aurium, narium & oris, per quos quasi per fenestras quasdam mors ascendit, quotiens ad aliqua criminalia appetẽda referantur. His & aliis verbis plurimis tanquam quorũdã foliorum vmbra per vitem nostram benignum Iesum ab æstu vitiorum refrigeramur, & in virtutum temperie refouemur.

Ier. 9. f

De vmbra foliorum vitis. Caput septimum.

SEd quia gratior solet esse vmbra foliorum vitis, cùm ipsa M eleuata super quãdam struem lignorum huc & illuc distẽditur: videamus si vera vitis nostra aliquando eleuata fuerit & distenta: & si qua tunc ad nostram protectionem dulcium verborum folia emiserit, contemplemur. Quòd eleuata fuerit vitis nostra, ipsa testatur de se, dicens: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Item, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Eleuatus ergo fuit, quia exaltatus. Manifestum est autem, quòd hęc exaltatio de cruce dicta est. Et vide quàm aptè lignorum strues, super quam vites solent eleuari, crucem significat. Cancellantur enim, hoc est ex tranſuerso componũtur, & sic super hæc uitis eleuata distenditur quidem conuenientius. Cãcellantur ligna crucis, eleuãtur, in illam distẽditur brachiis & toto corpore vitis nostra. Intantum enim in cruce distẽtus fuit, vt dinumerari potuissent omnia mẽbra eius. Ita enim dixit per prophetam: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Quãtum fossus fuit, supra dictum est: quantũ autem distensus, nunc subiungitur: Dinumerauerunt omnia ossa mea, ac si diceret. Tãtum distensus sum dextrorsum & siniſtrorsum, & à summo deorsum, vt corpore nudo in modum tympanicæ pellis distenso, facilè possent omnia ossa mea dinumerari. Respice in faciem Christi tui ô anima christiana, & eleua oculos tuos ad tormenta illius non sine lachrymis, & cor contritum non sine singultu, & vide quantam tribulationem & dolorem in-

A uenit, dũ quæreret te vt inueniret te. Laxa igitur oculos tuos, vt respicias in facie Christi tui. Ausculta auribus arrectis, sed in dolore tãto, quòd proferat verbum: & semel auditum pro preciosissimo reconde thesauro in cubiculo cordis tui. Ecce positus est hic in immiti lectulo mortis suæ, crucem dico. Extrema sponsi tui mandata conserua, si vis hæreditatem incoinquinatam & immarcescibilem obtinere. Nec multa sunt, quę moriẽs locutus est, facilè seruabuntur à voluntaria Christi sponsa.

De septem foliis in speciali. Caput VIII.

SEptem sunt verbula, quę quasi septem folia semper virentia vitis nostra cum in crucem eleuata fuit, emisit. Citharа tibi factus est sponsus, cruce habente formam ligni: corpore autem suo vicem supplente chordarum per ligni planiciem extensarum. Nam nisi ligno affigeretur expassus, neutiquam verborum sonum ederet tanquam citharizans quibus amplius delectareris. Obserua diligentius. Septem chordas habet cithara. Cantat tibi, ludit tibi, te ad audiendum inuitat: qui illam ad loquendum potius debueras inuitare. Vide ergo folia uitis tuæ, & indelebiliter ea memoriæ commendare memento. Hæc autem septem diuersis modis ordinantur, quorum ordo non facilè poteſt inueniri, cum non ab vno euãgelista fuerint ordinata. Nos ergo eam secundũ quod potuimus inuestigare, ordinamus. Luca referente cognouimus, quòd cum crucifixus esset Iesus, dixit: Pater, ignosce illis, quia

B nesciunt quid faciunt. O folium viride! O verbum summi patris verbo conueniens! Facit bonus doctor quod iusserat. Orat non solũ pro persequentibus & calumniãtibus, sed etiam pro occidentibus se. Reconde in thesauro cordis tui hoc folium, vt quotiensc ũq; fæuiunt inimici, memoriam abundantiæ suauitatis Iesu valeas eructare, hoc folium semper tanquã clypeum contra inimicorum insultus opponens. Orat Christus pro suis occisoribus, tu nõ orabis pro detractoribus? Sed ipsam orationem diligentius videamus. Pater, inquit. Quare nomen patris ponit? Solent pueri aliquid affectuosius orare volentes nomen paternum nominare: vt naturalem dilectionem ipsis ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis suæ consequãtur effectum. Sic & redemptor noster miserator & misericors, patiens & multum misericors, & suauis in vniuersis, quanuis se à patre sciret semper audiri, tamen nobis commendanr, cum quanto affectu sit pro inimicis orandum, nomen posuit charitatis. Tanquã si diceret, Per dilectionem paternam qua vnum sumus, supplico tibi, vt exaudias me pro his occisoribus meis ignoscendo. Agnosce filij tui amicitiam, vt inimicis ignoscas, & idem quare sit ignoscendum, subiungit: Quia nesciunt quid faciunt. Quid hic dicemus? Nunquid ignorabant se crucifigere eum quem crucifigebant? Nequaquam, sed quis esset ille quem occidebant, ignorabãt. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Ne-

C scierunt quid facerent: quia quãtum deliquerunt, nescierunt. Sic cogitandum, sic orandum tibi, quæ sponsa domini nuncupari desideras. Cum in te fæuiunt inimici, cũ obloquuntur, minantur, damna ingerunt, & cum in faciem cædunt, imò & cum occidunt: memento folij vitis tuæ, sonum citharæ tuæ recordare, sequere, id est imitare sponsum tuum, & dic ex toto corde: O sponse, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, id est quantũ delinquant, ignorãt. Si enim scirent quantam beatitudinem amittunt, quantam infelicitatem peccando incurrunt, vtique non peccarent. Quid enim est quod omnes homines ad peccandum instigat, nisi ignorantia boni quod perditur: & mali quod peccãdo incurritur? Amittitur peccando optimus deus, acquiritur pœna gehẽnalis, quorum cõmutationem nullus appetit nisi prorsus insanus. Et verè quicunque cœli delicias omittẽtes scienter peccãdo pœnas infernales inuadunt, insani sunt, nesciunt ergo quid faciunt. Talibus ergo & pro nostra salute & pro illorum ignorantia est ignoscendum, & pro ipsis orandum cum grandi fiducia: quia tales preces aures domini violenter irrumpunt. Nimirum exaudit ipse alios, in quo se voluit exaudiri. Et exauditus fuit, cum ad prædicationem Petri vno die tria milia, alio die quatuor milia eorum qui in necem domini acclamauerãt, sunt conuersi. Quanta in cęlestibus iucunditas, cum occisus occisorem, & quilibet læsus se lædentem orationibus suis perducit ad cœlum? O quanta fuit exultatio Stephani super conuersione D Pauli! qui suis orationibus ad fidem conuersus postea pro fide Christi, sicut ipsum lapidauerat, lapidatus est, & multa mala, quę antè sanctis ingesserat, propter Christum sustinuit. Sequamur igitur & nos pro inimicis orãdo, vt illis simul & nobis æternam meream̃ur obtinere salutem.

De secundo folio. Caput nonum.

SEcundum vitis nostræ folium & secunda citharæ nostræ chorda est secundum verbum domini crucifixi quod ait ad latronem confitentem, & crucifixi consortium expetentem: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso! Quanti viroris est hoc folium? O quantam dulcedinem resonat chorda ista! Quàm subito ex hoste factus est amicus, ex alieno familiaris, de extraneo proximus, de latrone confessor? O quanta latronis fiducia! Omnis mali, nullius boni conscius sibi, transgressor legis, vitæ simul & substantiæ raptor alienæ, positus in ianuis mortis, in fine vitæ, desperatus de vita præsenti, spem vitæ futuræ quam toties demeruerat, nunquãmq; meruerat cõcipere, eam requirere non formidat. Quis hic desperet, latrone sperãte? Sed operæpreciũ est diligenter intueri qualis fuerit latro iste: ne si causam spei nesciamus, præsumptionis vitiũ incidamus. Omnes amici & proximi & noti, fratres quoque, imò & ipsi discipuli vnanimes, & electi de E mundo à domino Iesu Christo in tantarum pressurarum molestia, in tanta cõfusione, & tantis opprobriis, percusso pastore velut erraticæ oues sunt dispersi. Fugerat quoque ille discipulus quem diligebat Iesus: ille ardens à longe sequebatur: signorum immemores diuinorum, quæ saluatorẽ toties viderant operari, imò & ipsi in nomine ipsius fuerant operati. Et nunc latro inter tot improperia & miserias, imò & inter tot tormenta crucis & mortis prius non cognitum confitetur, & ab eo fiducialiter petit auxilium, qui auxilio videbatur indigere. Quem discipulorum tanta audacia inflammauit? Fugerunt omnes eum, quem hactenus fuerant confessi dum viueret. Iste verò quem viuentem negauerat, confitetur morientem. Orat verò in fide & spe & charitate, dicens: Memento mei domine dum veneris in regnum tuum. Credit profectò in eum, quem dominum & regem appellat. Quis autem petit hoc quod non sperat? Amat verò eum, cui coniungi desiderat. Quid tali oratori ille bonus pater negaret, qui eum incitauerat vt rogaret, præsertim dum in sede sponsali, in die nuptiali sederet? Sedes sponsalis, crux erat, in qua verus sponsus sponsam suam ecclesiam sibi copulauit, ipsam sibi proprij sacrati sanguinis effusione subartans. Exaudiuit ergo Christus animam non iam latronis, sed confessoris sui, sponsam suam, & orantem digna responsione confortauit: Amen dico tibi, verè dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Cui tibi? Tibi, qui me confessus es in cruce tormẽtorum: mecum eris in pa- F radiso deliciarum. Mecum, inquit, mira benignitas. Non dicit simpliciter, eris in paradiso, vel cum angelis eris, sed mecum eris. Satiaberis eo quem desideras, videbis in maiestate, quem confiteris positum in infirmitate. Nec differo quod promitto: quia hodie mecum eris. Bonus verò & dulcis Iesus cito exaudit, cito promittit, cito dat. Quis de tam pio exauditore, veloci promissore, prompto redditore desperet? Speremus in te, qui nouimus dulce nomen tuum: quoniam nõ derelinques quærentes te. Accedimus ergo ad te ô bone Iesu mente qua possumus, sedẽtem in throno maiestatis orantes, vt illuc à te & ad te mereamur introduci, quò ingressus est tuus latro, te confessus in throno crucis.

De tertio folio. Caput X.

PRæparemus nunc visum pariter & auditum cordis nostri ad videndum tertium folium vitis nostræ. Mulier, inquit, ecce filius tuus. Ecce mater tua. Verbum bonum & suaue, verbum mirabile, magnum continens piæ charitatis affectum. Certè nos legimus dominum Iesum, maximè cum ad ætatem prouectam accesserat, charissimæ matri suæ familiarius adhæsisse, & cum ipsa frequentius conuiuatum esse, & præ cæteris mitius allocutum. Sed quãtus in ipso fuerat circa matrem charitatis affectus iam corporaliter recessuro, breuibus intimauit verbis: & vt crucis suæ taceam passionem, quãta circa beatam matrem compassione credis ipsum affectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fuisse,qui mitissimum cor illius tã valido doloris sui gladio trãsuerberatum perfectè sciebat? Adaugebat vulnerum passionem materna compassio,quam contritissimo corde manibus complosis, oculis lachrymarum torrente fluentibus, vultu cõtracto,voce querula & totis viribus cordis destitutã,viriliter vidit sibi astare pendenti. Quotiens ipsam ad illa immitia verecundos putas oculos eleuasse : si tamen eos aliquando inde deflexit, vel si præ nimio fluxu lachrymarum potuit intueri? Quotiens ipsam propter verecundiam virginalem pariter & immensitatem doloris stantem(vt æstimo) capite cooperto,ingemuisse putas lugendo filium,& dicendo,Fili mi Iesu,Iesu fili mi? Quis mihi det vt tecum & propter te moriar, fili mi dulcis Iesu ? Quotiens ipsam præ immensitate doloris credis potuisse deficere,quo ipsam summe miror etiam mortuam non fuisse. Moriebatur viuens, viuẽdo ferens dolorem morte crudeliorem. Sed ne moriẽdo deficeret,à filio pro ipsa mortalitate confortata est,confortata. est intrinsecus:exterius verò &verbis & factis pie consolata Quomodo stabat iuxta crucem Iesu marer eius ? Vere iuxta crucem stabat,quia crucem filij præ cęteris mater maiore cũ dolore ferebat. Stabant & aliæ,sed proxima hæc. Cum ergo vidisset Iesus matrem & discipulum stantẽ quem diligebat,dicit matri suæ:Mulier ecce filius tuus ,ac si diceret : Tu H me filio corporaliter priuaris,vnde tibi amicum præ cunctis dilectũ in filiũ do,cuius presentia interim dum absum,cõsoleris. Ad discipulũ autẽ:Ecce mater tua,quasi diceret :Tu vero me patre spoliaris ,vnde hãc matrẽ mihi charissimã tibi i matrem do. Cõseruate iura mutuæ charitatis ad inuicem,Tu istũ filium,tu istã matrem habẽdo.O quam munificus factus es in nuptiis tuis rex & spõse bone Iesu? Quàm large quę habuisti omnia tradidisti:Ecce ipsis crucifixoribus tuis orationis affectum,latroni paradisum,matri filiũ,filio matrẽ,mortuis vitam,manibus patris animam tuam, toti mundo signa potentiæ tuæ contulisti,pro redimendo seruo,non ex parte sed totum sanguinem ex multis & largis foraminib⁹ effudisti,proditori tuo reatus sui pœnam,tertiæ corpus nõ corrumpendum,sed ad tempus reddidisti. Sed mouet me quod cum dixisset,Mulier ecce filius tuus,subiunxit:Ecce mater tua:cũ vtique, etiam si hoc nõ subiunxisset,necessarium fuisset eam esse matrem illius,qui in filiũ sibi datus erat. Sed hoc mutuæ charitatis affectum mihi cõmendare videtur. Sunt enim nõnulli qui ab omnibus amari volũt,sed nullos affectu mutuo cõplectuntur:Nolunt vt eorum labores & dolores alleuiẽtur:& cum ferãtur à pluribus, ipsi nullius onera volunt portare,&c . Non hoc enim Christus docuit aut fecit. Portauit, enim onera tua,inuitans te,vt & tu onera portes illius,id est I vt tu passiones illius imiteris. Christus enim passus est relinquẽs nobis exemplum,vt sequamur vestigia eius. Hoc &docuit cum matrem discipulo , &matri discipulum mutuo cõmendauit:nimirum nolens,vt charitas spiritualis ex vna parte frigida remaneret,sed vt simul dormientes,id est in vera & pura charitate simul quiescentes mutuò calefiant,id est alter ab altero ad charitatis exercitia mutuò accẽdãtur. Hoc enim est efficax signum veræ & puræ charitatis,quod hi qui spirituali dilectione spiritualiter cõnectuntur per puram charitatem,ad exercitia spiritualia alterutrum accendũt,vt deuotius orare,fæpius genu flectere,frequentius disciplinam corporalẽ suscipere libeat,præcipuè cùm nec inuideat, imo & congaudeat amans quilque,si tertius,vel quartus, vel plures ad charitatem illius quem amat,se adiungant,dummodo tales sint,quorum familiaritas non sit suspecta,& in his omnibus,& in his similibus charitatis feruore perseuerantiã conseruẽt. Nõ enim bonum videtur habuisse fontem riuus charitatis aliquando decrescens. Amemus ergo & nos inuicẽ,& amoris efficaciam operibus approbemus:quia talis charitas ex deo est,quæ finis est præcepti,& quę legem implet.

De tribus verbulis charitatis, Caput XI.

SEd in tribus verbulis pertractatis tres charitatis species mihi cõmendari videntur. Vna quæ habetur ad inimicos etiam reconciliari volentes,de qua dicit Ioannes:Diligamus dominum,qui dilexit nos cum adhuc essemus inimici. &hęc est summa & magis admirãda dilectio. Diligere enim inimicos magis diuinum est quàm humanum. Secunda,quę habetur ad eos qui aliquando fuerunt inimici,sed petita reconciliatione in gratiam sunt recepti:vnde Paulus,Recõciliati sumus deo per sanguinem ipsius. Tertia,quæ habetur erga eos qui nunquam fuerũt inimici: de qua idem:Operemur bonũ ad omnes,maximè autem ad domesticos fidei. Prima autem charitatis species nobis cõmẽdatur in primo verbo, vbi dominus Iesus orat pro inimicis. Secũda,vbi latroni peręti paradisum promittit. Tertia , vbi amicos præcipuos sibi inuicẽ cõmittit. Tegamur ergo horũ vmbra filiorum. Audiamus & exaudiam⁹ hos nostræ citharæ sonos dulcissimè modulãtes, & à feruore omnis inuidiæ,odij,iræ,& ab omni amaritudine detractionis,adulationis,simulationis,adiuuãte domino qui est vera charitas,temperemus,ipsum in omnibus charitatis speciebus animo simul & operibus imitantes

De quarto folio. Caput XII.

SEd iam ad quartum folium videndum , & ad quartam chordam audiendam,oculum simul & aurem cordis adaptemus. Acutos petit hoc folium oculos , aures bene purgatas hæc chorda:imo & ipse purgare & acuere potest aures & oculos, quia iam non simpliciter hoc verbum,vt cætera dicit dominus Iesus : sed vt testatur Euangelista, circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna,Heli,Heli lam⁹ ma sabacthani: quod est interpretatũ,Deus meus, deus me⁹, L vt quid dereliquisti me? Qui oculi folium hoc non videant? Quæ aures hanc chordam non audiant? Quare ergo clamauit,nisi vt fortius audiatur? Quãti fuit doloris,putas,acerbissima hæc magnitudo , cum hoc dominus Iesus toto corpore distensus clamabat? Sed caue ne propter clamorem putes ad impatiẽtiam dilapsum dominum Iesum. Cum enim in summa crucis esset amaritudine , nihil exiuit de eius corde , nisi dulcedo. Patientiam enim,sicut in se quenti folio & chorda ostendemus , in amarissima passione retinuit , & sui doloris magnitudinem ostendit: quod in beato Iob,qui interpretatur dolens , & verbis & factis prius ostensum fuit , qui auditis nunciorum verbis amaritudinem animi foris ostendit in verbis,Scissis enim vestibus,& tonso crine capitis,corruit in terram. Ecce magnitudo doloris . post hoc ait : Dominus dedit,dominus abstulit,sicut domino placuit,ita factum est, sit nomen domini benedictum. Ecce virtus patientiæ. Si patiẽter sustinuit Iob miserias suas quãto patiẽtius putas Christum sustinuisse crucẽ suã,pro qua sustinenda venerat? Quod autem hæc verba loqueretur ex persona hominis assumpti, qui cum ipso deo filio vna persona fuit,patet per hoc quod ait , Deus meus : quod vtique non diceret ipse,qui vnus est Deus cum patre , nisi hominem assumpsisset . Quid est autem hoc quod ait: Vt quid me dereliquisti ? Nunquid pater M vnicum suum filiũ poterat derelinquere? Absit . Sed pro toto corpore suo,id est pro se &pro tota ecclesia loquitur ista. Caput enim nostrum dominus Iesus volens vnitatem commendare & charitatem suam,quam habet ad ecclesiam spõsam suam,se quoque in omnibus membris suis passurũ ostẽdit , quia nunc in capite sustinuit passionem,hoc est,in proprio corpore,quod assumpsit de virgine. clamat autem se de relictum , qui derelinqui nõ poterat, quia multa membrorũ suorum ad tantam tribulationem erat ventura , vt à deo derelicta penitus viderentur : quorum personam gestabat ille qui dicebat: Qui custodiebant animam meam,concilium fecerunt in unum,dicentes:Deus dereliquit eum, persequimini & cõprehendite eum,quia nõ est qui liberet eum Quod & ipsi benigno Iesu in tormento crucis improperatum est: Si filius dei es,saluum te fac. Potest & ita accipi,quod dominus prævidens aliquos,imo plurimos in corpore suo qui ab vnitate ecclesię suę per hęreses,siue per alia criminalia peccata erant recessuri,illorum personam in se trãsfigurando, clamabat:Vt quid dereliquisti? Ac si diceret : Quare aliquis corum abiit retrorsum,vt pereat ab vnitate corporis mei, qui tanto cruciatu mihi sunt vniti? Vnde ex persona martyrum dicitur in Psalmo : Adhæsit in terra venter noster . Per ventrem,qui est mollior & infirmior pars hominis,signantur illi,qui carẽtes patiẽtia & firmitate perseuerantiæ,& propter hoc in acerbitate tormentorũ deficiẽtes,adhæserunt in terra,id est,terrenis consiliis & actionibus cõsenserũt. Nos autem

Psal. 70. b

A tem qui adhuc in tribulationibus quotidianis versamur, qui spectaculum facti sumus mundo & angelis,& hominibus,& tanquam purgamenta huius mundi , & peripsema omnium vsque adhuc, inenarrabilem spiritus fiduciam concipiamus ex hoc præcipue , quòd ipse dominus consolator omnium pressurarũ,tanta vnitate spiritus & charitatis nobis coniunctus est,vt etiam personam nostræ infirmitatis in se tam manifestis verbis transfigurare dignatus sit,qui adhuc etiã apud patrem ostensione vulnerum suorum interpellat pro nobis orans ne derelinquatur in inferioribus mẽbris suis , qui in se capite nequaquam potuit derelinqui. Et quomodo membra deperirent,quæ in voluntate capitis sui suam sciunt constare salutem? Nunquid aliquod membrorum est in mortali corpore nostro,cui non condoleat caput nostrum ? Si affligitur pes vel manus, statim clamat caput per linguã : Cur affligor? Clamabat dominus ad Saulum in membra sua sæuientem: Cur me persequeris? cùm ipse tamẽ securus remaneret in cœlo. Benedictus sit dominus Iesus, qui primò in se pro nobis pati dignatur tribulationem,quam exigẽte iustitia patimur, suam reputans,& clamans: Cum ipso sum in tribulatione, vt securius confidamus.

De quinto folio vitis. Cap. XIII.

QVintum folium siue quinta chorda brevis quidem videtur,sed si discutiatur, si diligentius consideretur, ad B amoris indicium efficacissima poterit inueniri. Ait enim euangelista : Videns Iesus quia omnia consummata essent,vt implerentur scripturæ quæ implendæ erant, illæ vtique quæ dicunt : Dederunt in escam meam fel , & in siti mea potauerunt me aceto. Subiungit enim euangelista : Vas ergo positum erat aceto plenum, & currens vnus impleuit spongiam aceto, & circumponens hyssopo, dabat ei bibere. Alter verò euangelista plenius exponens quomodo scriptura sit impleta, etiam fellis facit mentionem , ita dicens : Et dabant ei vinum myrrhatum bibere cum felle mixtum. Fractus membris omnibus dulcis Iesus , voluit puniri & linguam . Dedit ergo ei illa vitis aliena conuersa in amaritudinem , de fructu suo potum amarum,potum nõ potandum , sed potius degustandum,quia ad pœnam linguæ sufficit acetum gustasse. Sed licet hæc ad implectionem scripturæ in veritate patrata sint, tamen hoc verbo Sitio,aliquid aliud significare videtur. Puto enim quòd hoc liquidò immensitatem nobis ardentissimæ charitatis voluit commendare . quia ab homine sitiente multo ardentius desideratur potus,quàm cibus ab esuriente. In se ergo ostendens dominus Iesus desiderium illius rei quę ardentissime concupiscitur , per illam figurari ardorem suæ charitatis ostendit. licet etiam veraciter possumus accipere quòd sitiuerit,qui per totũ corpus sacrati sanguinis effusione C siccatus ossa habuit sicut cremium arefacta. Sed nõ satis credibile est ipsum de siti corporali dixisse,vt potum peteret carnalem , qui in instanti se sciebat carnaliter morituram : sed potius desiderium ardentissimum salutis nostræ ipsum credimus sitiuisse. Sed est quod moueat nos : quia cũ instaret hora passionis extremæ,procedens ad orationem dominus Iesus procedit in faciem suam,orans & dicens:Mi pater,si possibile est,transfer hunc calicem à me. & hoc non tantùm semel,sed secundò & tertiò fecit. Per calicem quem bibiturus erat proculdubio passionem significans, quam erat passurus: nunc verò eodem calice passionis iam ebibito dicit, Sitio. Quid est hoc? antequan gustes ô bone Iesu , petis calicem omnino auferri:& postquam ebibisti,sitis? Vt video,mirabilis potator es tu. Nunquid vino iucunditatis , & non potius vino compunctionis & summæ amaritudinis replerus fuit calix tuus? Imò verò compunctionis amarissimæ plenus est,qui nõ sitim,sed potius potanti fastidium generare deberet. Sed vt existimo, ante passionem calicem ipsius tui patris à te trãs ferri orasti,non vt passionem declinares pro qua veneras patiẽda,& sine qua salus humano generi non adesset:sed ne putaret quis te verum hominem amaritudinem nõ sensisse propter claritatis vnionem,verbis petentibus calicem à te transferri semel & bis & tertiò , summam acerbitatem passionis tuæ dubitantibus indicasti:nobis quoque te sequentibus doctrinæ & exempli formam præscripsisti,quòd imminentibus periculis,etiam cùm ad vtilitatem nostram pertineant,posse & debere à nobis dominum frequentius exotati , vt flagella D iracundiæ suæ nobis dignetur auertere: nihilo minus & si tamen ablata non fuerint,exemplo passionis suæ gratanter,patienter & viriliter cum omni perseuerantia toleranda sunt. Quando autem passionis calicem quem antea rogaueras auferri,iam exhausisti,dixisti:Sitio,dilectionis erga nos tuæ magnitudinem commendans,tanquam diceres: Quanuis passio mea tam acerba fuerit,vt quantum ad humanitatis sensum illam declinare petiuerim:tamẽ tua ô homo me charitate vincente,& ipsa tormenta crucis superante, adhuc plura & maiora si necesse sit, sitio subire tormenta . Nihil enim est quod detrectem pro re pati,pro cuius precio animam meam pono. Imitetur ergo quælibet fidelis anima sponsum suum dulcem Iesum tantæ amaritudinis poculum sitiẽtem pro ipsa, pariter & ebibentem , & sicut ille, ita ipsa etiam pro ipso ebibat per aduersa præsentia: sitiat quoque & ipsum dulcissimum sponsum suum, cuius dulcedinem ex amaritudinibus præsentibus melius poterit considerare , malisque exhaustis propter eum confidentius ipsum sentire poterit, & dicere cum propheta: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum,quãdo veniam & apparebo ante faciem dei? Et iterum:Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea?

De sexto folio vitis. Caput XIIII.

IN sexto folio vitis siue in sexta chorda citharæ nostræ nobis virtus perseuerantiæ commendatur. Ait enim euangelista , quòd cum accepisset dulcis Iesus amaritudinem aceti, dixit: Consummatum est . Quid est hoc ? Supra dictum est q̃ videns dominus quia consummata sunt omnia, vt implerentur scripturæ,ait: Sitio . Et cum gustasset acetũ sibi porrectũ, subiunxit: Cõsummatum est. Consummatũ quippe est, id est, perfectũ fuit testimonium scripturæ quæ dicit : Dederunt in escam meã fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Et per hoc omnis scriptura quę de ipso erat,consummationẽ accepit. Sicut ergo caput nostrũ pro peccatis nostris acerbitatem sustinens passionis vsq; ad consummationem,id est vsq; ad perfectionem omniũ scripturarum quæ de ipso erant,perseuerauit patienter:ita & nos si huius capitis membra esse volumus, in omnibus aduersitatibus nostris virtutem perseuerantiæ conseruemus, vt ad finẽ omnium passionum nostrarum ipso benigno Iesu duce veniẽtes cum ipso confidenter possimus dicere: Consummatũ est. Hoc est,tuo adiutorio,nõ mea virtute bonum certamen certaui,cursum cõsummaui,fidem seruaui. Redde ergo quod legitimè certãtibus in agone te promittente repositum est,scilicet coronam iustitiæ, quam tu iustus iudex reddes in tua die. In illa die quæ nubilum nõ habet:in illa die quæ in atriis tuis melior erit super milia dierum,in qua tu solus , id est singulariter sol eris . O sol iustitiæ benigne Iesu Christe lucens in virtute tua,reddens temetipsum in præmiũ E sempiternum, omnibus qui perseuerauerunt in agone certaminis. Recipient enim à te splendorem sempiternum, in quo sine fine felices lætantur. Hunc autem splendorem nullus poterit adipisci nisi qui perseuerauerit vsque in finem : quia nimirum virtus boni operis perseuerãtia est. Huic soli redditur corona iustitiæ. Quid enim prodest esse bonum,esse sapientẽ, esse potentem , si non perseueraueris vsque in finem ? Bonus erat Saul & optimus,quia docet scriptura quòd non erat vir melior eo in populo Israël. Sed ad quid deuenit? Cecidit, cecidit & reprobus factus est:ita vt non obediret voci domini, prophetã contemneret,à spiritu malo vexaretur,virum innocentem persequeretur vsq; ad mortem , tandem verò cõsuleret Pythonissam,& ab alienigena miserabiliter interiret. Quis verò sapientior Salomone? Sed deficiens à præceptis domini, & coniunctus mulieribus gentilibus fabricauit diis imò dæmonibus illarũ templa,ita vt ipse cum illis idola adoraret:tãto magis in stultitia desipiens & deiectus, quanto prius in sapientia fuerat eleuatus. De quãtis legimus in vitis patrũ,viris potentibus in vigiliis & in ieiuniis, in laboribus supra modũ humanum,imò & in miraculis coruscantibus, qui ceciderũt, quia non perseuerauerunt vsque in finem ? Qui perseuauerit vsque in finem,dominus inquit, hic saluus erit . Finis, non pugna coronat. Lauda nauigãtis felicitatem , sed cùm venerit ad portum. Vnde,Cœpisti melius, quàm desinis : vltima pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mis Cedunt, dissimiles hic vir & ille puer. O quantum humilitatis tibi iure incutiet & timoris, cum aduerteris summum angelorum cum magna multitudine sequacium suorũ in cœlo cecidisse, hominem protoplastũ cum vxore sua à paradiso eiectos fuisse, tot bonos, sapientes, potentes in terra nostra perisse, quia ad bonorum operum consummationem nõ peruenerunt: Est enim alius alio iustior: & nescit vtrum amore, vel odio dignus sit. Quare: Quia ignorat si perseueraturus sit, si coronandus sit. Est autem efficax medicamentũ quod huic timori apponamus, videlicet fiduciam, spem & fortitudinem nostram ponamus in eo cui canit Psalmus: Adiutor meus, tibi psallam: quia deus susceptor meus es, deus meus, misericordia mea. Et de quo Esaias: Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam, & nõ timebo: quia fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Quicũque enim ceciderunt, ideo profectò ceciderunt, quia magis de se quàm de deo præsumpserunt. Ædificauerunt quippe domum intentionis suæ super arenam. Imminente ergo tempestate tentationum fluxerunt flumina, id est, cõcupiscentiæ transitoriæ persuadẽtes appetitum, & flauerunt venti superbiæ & vanæ gloriæ, & cecidit domus illorũ, & omnia facta eorum destructa sunt: quia super arenã, id est, semetipsos ædificauerunt, de propriis nimirum viribus confidentes. Nos autem multo melius fundamentum ponentes, illũ scilicet de quo dicit apostolus: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus: securi ædificemus super illud bona opera, quæ quandiu illi inhæserint, fundamẽta corruere non poterunt, donec ipso adiuuante qui cœpit, ad consummationem debitam perducantur.

De septimo folio vitis. Cap. XV.

NVnc verò vltimum folium vitis nostræ, vel vltimam chordam citharæ nostræ consideremus: vt indelebili memoriæ commendemus, imò & ore indefesso semper ruminemus. Pater, ait bonus ille Iesus, in manus tuas commendo spiritum meum. Litera plana est. Quid est autem quòd ille coæternus & consubstantialis patri filius animam suam ita manifestè in manus patris commendabat, cui non minus commendata esset etiam si hoc non dixisset? In Euangelio Ioannis habemus, quod cùm dominus Iesus suscitaturus esset Lazarum, dixit: Gratias tibi pater ago, quia me semper audis, sed propter astantes dixi, vt ipsi credant quia tu me misisti. Ita profectò & nunc. Quãuis enim sciret animam suam sanctissimam patris esse manibus commendatam, qui paulò ante dixerat: Venit princeps huius mundi, id est Satanas, & in me non habet quicquam: tamen vt erudiret nos, qui terra sumus & cinis, vt spiritum nostrum discceremus patris æterni manibus commendare, ne ab huius mundi principe cum à corpore egressus fuerit, comprehendatur, qui in nobis heu
I non pauca quę ad ipsum pertineant, inueniet: ipse qui peccato nil debebat, imò etiam qui tollere peccata aduenerat, spiritum suum purissimum à purissimo corpore egressurum nõ vtiq; necessitatis, sed exempli gratia, patris sui manibus commendauit. Quòd & nos sub spe gratiæ & misericordiæ poterimus facere, si sub vmbra foliorum præmissorũ latuerimus, si sonos chordarũ citharæ nostræ auribus cordis audierimus, scilicet si oremus pro inimicis, si pœnitẽtibus qui in nos peccauerunt, ex toto corde remiserimus, si proximis nostris mutuam reprehenderimus charitatem. Si in omnibus tribulationibus nostris sperauerimus in eo qui propter nos homo factus est, vt vnitus nostræ naturę esset nobiscum. Si ardenti desiderio proximorũ salutem desideraverimus, & postremò si in bonis operibus ad consummationẽ perstiterimns: in quantum hæc egerimus, fiducialiter poterimus dicere æterno patri cũ domino Iesu: In manus tuas dñe cõmendo spiritum meum. Semper orantes dũ viuimus, vt in his verbis quibus ipse spiritum emisit, præstare dignetur nos etiam spiritum nostrum emittere, & suis efficaciter manibus cõmendare. Ecce secundum quod potuimus nõ quod debuimus, nec secundũ quod voluimus, vitis nostræ desuper extensæ folia septem vestræ ostendimus charitati, quæ nõ satis est tantùm intueri, sed potius est accedendum, & sub vmbra illorũ sedendum, vt possimus cum sponsa veraciter dicere: Sub vmbra illius quem desiderabam, sedi. Cuius? Illius sponsi vtique, cuius folia vmbrã tanto habent latiorem, quanto ipse sponsus verbum summi K patris verba habet virtutibus amabiliora, viciniorãq; saluti, magis accõmodata pietati, & omnium intellectui pr̃optiora. Quãuis enim in omnibus ,pphetis & apostolis locutus est ille bonus Iesus, nullius tamẽ verba reperies omnino, quę ita & fortibus & infirmis, id est doctis & indoctis, sapientibus cõueniant & insipientibus, vt verba doctissimi verbi domini Iesu. Nam sicut ait quidam, Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquę. Sciendũ autem quòd in vmbra foliorum istorum, id est in verbis domini meditandum est die ac nocte: quorum vmbra tunc ,pfectò protegimur, cum quotiẽs à tentãte nos diabolo, per tractatores aliquod verbum de scripturis euãgelicis nobis adducitur, cuius monitis & auctoritate irruentibus in nos vitiis resistamus: verbigratia si tentatus à superbia, videlicet vt velis præesse, subesse nolis: occurrit tibi statim verbum domini dicẽtis: Qui voluerit inter vos primus esse, sit omniũ seruus: quia sicut qui se exaltat humiliabitur, ita qui se humiliat exaltabitur. Si infestat te ardor iracundiæ, habes statim foliũ vitis nostræ, quod illi seruori opponas, verbũ illud scilicet, ꝙ omnis qui iracitur fratri suo sine causa, reus est iudicio: & sic contra singula tentamenta verba inuenies, quibus æstu vitiorum defendi possis, & virtutem teporis confouere, ipsa vite benigno Iesu nobis præstante subsidium. L

De iucunditate florum. Caput XVI.

DEinde ad florum iucunditatem animum inclinemus, imò verè eleuantes videamus quomodo floruerit vitis nostra. Floruit enim, & tanto vberius iucundiúsque cæteris, quanto ipsa melior omnibus cuius magnificentia eleuata est super cœlos, sub cuius pedibus omnia sunt subiecta, quanuis nostra charitate deuinctus, ad tempus paulo minus ab angelis fuerit diminutus. Nam propterea exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, & plantatus est in terra nostra, & corporis nostri deformitatem accepit. Fronduitque & floruit, & fructus plurimos attulit: vt per hoc quòd nostræ humanitati vnitus est, suæ diuinitati nos vniret. Sed quia sine flore non peruenitur ad fructum, floruit ille benignus Iesus. Qui sunt flores eius, nisi virtutes? Floruit enim mirabiliter & valde singulariter & excellenter vitis hæc, non vno florum genere sicut aliæ vites & arbores: sed omnium florũ speciem in se continebat. Aliorum enim sanctorum alius alio castior, alius alio patientior, alius alio in charitate feruentior: ista verò vitis omnibus angelis & hominibus in humilitate, patientia, castitate, charitate, & cæteris virtutibus omnibus præminebat. Habuit ergo vitis ista vera nõ vnius, sed omniũ florum speciem, Violam humilitatis, lilium castitatis, rosam patientiæ & charitatis, & florem abstinentię quem crocum appellamus. Quàm iucũdus putas erit fructus vitis nostrę tanta M iucunditate florentis? Sed iam singula etiam de his floribus vitis nostræ ipso annuente aliqua disseramus, hoc tamẽ prẽmisso, quòd flores in iucũditate visus, & in suauitate odoratus maximè cõsiderantur, comedi verò non solent, nisi quòd apes de quibusdam floribus cibum dulcissimũ fugendo colligunt. Diximus autem quòd nullus flos, id est nulla virtus per quemcunque florem significata deest viti nostræ. Quæ enim virtus deesset in domino virtutum?

De flore humilitatis. Caput XVII

PRimo ergo de flore humilitatis, id est de viola videamus, quare flos violaceus humilitatem significet. Statura enim, situs, odor, color, & vis ipsius floris eam manifestant. Statura nanque, id est quantitas ipsius, modica est. Quis enim *statura violæ* flos hoc flosculo minor est? Nam & humiles in oculis suis parui sunt. Sic enim ait de se ille apostolus, qui omnibus plus laborauerat: Ego sum minimus omnium apostolorum, qui non sum dignus vocari apostolus. Vides, hic magnus, quàm paruus sibi erat? Et miro modo fit, vt his quibus conscientia secura est, qui nihil sibi conscij sunt, tam humilia de semetipsis sentire contingat. Situs huius floris terræ *situs violæ* est proximus, & optimè. Ita enim habes docentem apostolum: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Non habent hanc proprietatem istius floris, qui se aliis meliores putant, vel aliis meliores videri volunt: quanuis sibimetipsis parui sunt. Sunt enim nonnulli qui quidem in conscientiis suis se subiectos iudicant, sed tamen videri foris volunt aliis meliores

A meliores. Isti staturam huius floris habent, qui sibi intus in animo parui sunt: situm verò non habent, quia volunt foris super alios eleuari, de quibus dicit Salomon: Mensura & mẽsura, pondus & pondus, abominatio est Domino. Et in lege Moysi duplex pondus prohiberur haberi. Duplex quippe pondus habet, qui sibi malorum conscius, malum se iudicat: aliis verò vult foris bonus, & aliis melior apparere, suo iudicio terræ proximus est, & aliis cupit eleuatus videri. Agitantur hi, quicunque tales sunt, vitio hypocriseos, de quibus in sermone quem de paruis conscripsimus, plenius sumus elocuti. *Odor.* Odor violæ suauis est, & salubris, quia etiam apud ipsos superbos laus humilitatis exaltatur. Ipsa enim fama laudabilis, suauitas est odoris: & verè salutaris est: & nonnunquam de laude humilium auditores emendantur, & etiam si sint tales qui iusrum odorem amittant, licet diligenter consi- *Color.*
derent. Color, sicut apparet, abiectus est, illis præcipuè qui virtutem flosculi ignorant, sed vim floris agnoscentibus fit etiam ipsius floris despectio commendabilis & dilecta. Hoc in ipsius humilitatis magistro benigno Iesu facilè agnoscemus, secundum illud verbum apostoli: Nos, inquit, prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus verò stultitiam: ipsis verò vocatis sanctis Christum Dei virtutem & dei sapiẽtiam. nimirum Christus crucifixus viola est. In cruce enim humilimus factus est. In hac humilitate
B solum colorem intuentibus Iudęis & gentibus ipse color vilis apparuit, nobis verò qui virtutem agnoscimus passionis, ipsa etiam humilitas despecta, humilitas Christi placet, & per humilitatem maximè commendatur. Despectui ergo coloris adiungatur quæ latet virtus floris interior: vt per interiorem virtutem, hoc quod exterius vile videtur, non cõtemnatur, verùm amplius diligatur. Nunc ergo perfectiori & putiori oculo intueamur quantum floruerit ille flos singularis, de quo scriptum est: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet, & requiescet super eum spiritus domini. Bonus flos, super quem spiritus domini sanctus requiescit. & licet flos hic noster dominus Iesus, qui de se dicit, Ego sum flos campi, omnium in se florum habuit virtutem & decorem sine diminutione aliqua, nulli tamen flori magis cõue-
Esa. 6. a nit, quàm violæ, vt in eo spiritus sanctus requiescat. Nec ego hoc affirmo, sed ipse qui dicit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? Quid apertius? Nunquid posuit rosam patientiæ & charitatis, lilium castitatis, crocũ abstinentiæ cùm vellet ostendere requiem spiritus sancti? His prætermissis violam posuit humilitatis, cuius pedissequæ sunt quies & timor, quæ postponuntur. Non enim possunt moueri violæ, id est, humiles à vento superbiæ, qui semper quærit alta corda quæ concutiat sicut quidam ait: Summa petit liuor, per-
C flant altissima venti. Dum enim inueniuntur humiles, non possunt moueri. Quiescunt ergo, & spiritum super se quiescentem non excutiunt, dum nec superbiæ nec inuidiæ vento cõmouentur. Est & timor non cuilibet, non perdẽdæ pecunię, non bonorum transitoriorũ, sed timor sermonũ domini, humilitatis pedissequa: quia dum humilis nihil de sua virtute præsumit, sermones domini pro sua consolatione attendens, semper timet ne non adimpleat præcepta, ne patrẽ prę-
cipientem sua transgressione offendat. Bonus ergo flos iste quietem generans & timorem, vtique genitorem securitatis: quia scriptum est: Qui timet deum, faciet bona. pro quibus factis quid dabitur mercedis, nisi securitas sempiterna? Bonus profecto flos viola, qui florem cœlestem verbi æterni patris in vterum terreni floris beatissimæ virginis mirifica dulcedine sui odoris attraxit, ipsa attestante quæ ait: Exultauit cor meum in deo Iesu meo, qui respexit humilitatem ancillæ suæ. Quid dicis? Nunquid non alios flores habes? Habeo, inquam. Tota enim florea, nullius floris expers, quia nulla virtute careo, cùm tota speciosa sim, & macula nõ sit in me. Ha-
Virgo prima votum emisit virginitatis. beo lilium castitatis, quia prima votũ conseruandæ virginitatis voui domino. Habeo rosam charitatis, quia si non vtiq; adeo dilexissem dominum, vnde mihi tanta fiducia, vnde tanta audacia, vt nouum aliquid puellula tenera & verecũda, & adhuc sub parentũ iure & præceptis legis cõstituta inchoarem? Sed vt verum fatear, audacem faciebat amor, coẽgit ro-
sa ardens seruilem timorem deuotans, vt faceret nouum vo- D
tum, & singulare lilium, vt possem quandoque dicere dilecto meo: Candida sum & rubicunda, sicut & tu candidus & rubicundus. Habeo & alios quoscunq; flores, sed nullũ horum tãta dign itatis prærogatiua respexit in me dominus, vt floré violæ meæ. Respexit enim humilitatem ancillæ suæ. Et vultis videre omnes, cui mutuaui flores meos, quantum ex flore sim consecuta? Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ex hoc dico, quia respecta sum à domino. Flos violæ meæ, quia nardus mea dedit odorem suum, quæ idem significat quòd viola, id est humilitatis virtutem, qua fragrantia delectatus est rex, filius regis, deus dei filius cum esset in accubitu suo, id est in sinu patris, & odore tã delectabili quasi quadam illius violentia tractus est in me, & voluit concipi flos in flore intra floré, id est intra Nazareth, quod interpre- +
tatur flos, vt fieret ipse flos florens, hoc est Nazarenus. Concordant omnia flori. Concipitur flos manens in flore, hoc est in Nazareth. Bonus ergo omnino & optimus violaceus flos, quasi odoris sui fragrantia quasi quodam delectabili vinculo florem cœli in vterũ nostri floris humilis virginis inclinauit. Discant omnes, sed præ omnibus mũdi flores, id est virgines, qui in tota ecclesia dei excellunt tanquam flores in gramine, quòd virgo virginũ prima, virginum deuotarum sanctissima, & castissima omniũ, summam gloriã ponit in viola humilita-
tis: licet in ea candeat singulariter lilium castitatis, rosa cha- E
ritatis rubescat. Nolite gloriari virgines de castitate corporali, licet illa sit laudabilis virtus. Sed quanto maiores estis vos, tanto humiliate vos in omnibus, vt inueniatis gratiam apud deum. Non enim castitatẽ respexit dominus, sed humilitatem ancillæ suæ. Si vultis oculo misericordiæ, oculo gratiæ à domino respici, humiles estote. Humilibus enim, sicut scriptura ait, dat gratiam: quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Si vultis lampades vestras esse refertas oleo cum sponsus ad nuptias venerit, id est, si vultis integram & lætam cõscientiam habere (oleum enim in lampade est lætitia spiritualis in corde) nolite de altitudine lilij vestri, id est de puritate castitatis vestræ alta sapere. Nolite laudem exteriorem appetere, ne clauso ostio regni cœlorum, dicat vobis sponsus: Amen dico vobis, nescio vos, & à se excludat, qui respexit humilitatem ancillæ suæ. Multæ enim virginum excludentur, quia superbarum nulla ingreditur: humilium verò nullus, nec coniugatus, nec virgo, nec vidua merebitur expelli. Arcta est ianua regni cœlorum, nec recipit nisi paruos. Tumidi repelluntur, imò nequaquam possunt accedere cuiuscunque sexus siue conditionis fuerint vel ætatis. Et breuiter dico: Nulla virtus accedit, nisi ad humilitatis violam fuerit inclinata. Dicit enim & docet hoc ipse humilitatis magister, qui aduocãs paruulum statuit eum in medio discipulorum, & dixit: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus hic, non intrabitis
in regnum cœlorum. Nunquid posuit ibi in exemplum disci- F
pulis lilium castitatis Ioannem, vel rosam charitatis Petrum, qui & tunc præsentes erant: quorum prior ab ipsis nuptiis, vt asseritur, vocatus fuit & electus à domino, sequens verò trina cõfessione domino benigno Iesu, cui mentiri non potuit, perfectæ charitatis affectum contestatus est? Sicut enim Ioãnes de speciali prerogatiua castitatis, ita Petrus de feruentiori charitate commendatur. Nec tamen istos in exemplum posuit cœlorum ianuam intraturis: sed paruulũ humilitatis virtute præcelsum. Videamus ergo quãtum in se istam virtutem omnium virtutum dominus commẽdauit. Primò verba eius attendentes, vbi ait: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Quid est magister bone, optime Iesu? Nunquid ad hoc redacti sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in te reconditi, vt hoc singulariter doceas, quia mitis es & humilis corde? Nõ doces vt cœli discantur fabricari, fieri miracula, mortuos suscitari, & cętera huiusmodi, sed quia mitis sum & humilis corde. Nũquid tam magnum est quod est paruum? Vtique, quia per hoc inuenitur requies animabus. Quæ enim alia est causa omnis laboris & certaminis nostri, nisi vt inueniamus requiem animabus nostris: Breuis doctrina, breuis via demõstrata est. Discę hanc à domino Iesu, qui mitis est, & humilis corde, id est, vide & quantum & quare humiliatus fuit ille, qui est excelsus super

Universidad de Deusto
Biblioteca

G omnes gentes dominus, & super cœlos gloria eius, & disce
etiã quia tu es lutũ & cinis, & lic inuenies requiẽ animæ tuæ.
Sed nota quod ait: Humilis corde. Non enim ficta humilitate placatur ille qui est humilis corde, sed humilitate vera. Humilitate cordis delectatur ille qui intuetur cor: quia in humilium cordibus requiescit. Quærit enim corda humilium, quę eleuet: non tumida, à quibus resiliat. Sed quia duo posuimus, quæ nobis consideranda sunt, scilicet quantum & quare humiliata fuit vitis nostra dominus Iesus, vtrũque hoc iam explicemus, quia vestræ sunt votiua charitati. Deficit enim humanus intellectus, ratio succumbit, quantum humiliatus fuit dominus in cõuersatione. Quomodo enim scire potes deiectionem humilitatis, nisi etiam excellentiam dominationis agnosceres? Loquere enim. Quid potes? Nunquid mensuram gloriæ, potentiæ, & pulchritudinis eius attinges? Non ad hoc angeli, neq; Cherubim aut seraphim peruenerunt. Non enim aliqua creatura deum agnoscit ita plenariè & perfectè sicut ipse est: quanto minus homo, aut filius hominis vermis? Et tamen quia tantus erat, vt magnitudinis eius non esset finis: ad hoc inclinatus est, vt filius hominis fieret vermis. O quanta humilitas. Incomprehensibilis deus vult cõprehendi, summus humiliari, potentissimus despici, pulcherrimus deformari, sapientissimus fieri vt iumentum, immortalis mori: & vt cõpendio absoluã, deus vult fieri vermiculus. Quid excel-
H sius deo? quid vermiculo inferius? Ego, inquit, vermis sum, & non homo. Quare vermis? Quia filius hominis. Ita enim habes in Iob. Astra non sunt munda in conspectu eius: quanto minus homo putredo, & filius hominis vermis? Si ergo filius hominis est vermis, vtique & ipse vermis est, quia ipso testante filius hominis est. Quem, inquit, dicunt homines esse filium hominis? Ecce qualem distinctionem facit inter hominem, & filium hominis. Homines appellat, qui de primo homine Adam per corruptionem descenderunt. Vnde & Iob ait: Quanto magis homo putredo? quia in putredine corruptio est. Ipse vero solus purus Christus dominus, quia sine corruptione de matre virgine natus est. Siquidẽ non appellat hominem, qui vtique putredo est, sed filiũ hominis, qui vermis est. Sicut enim vermis de sola terra, ita Iesus Christus de sola virgine generatur. O quàm humilis vermiculus Iesus Christus, qui opprobriũ factus est hominũ, & abiectio plebis, ab hominibus contemptus sine causa, sine vindicta conculcatus sicut vermis. Cum malediceretur, nõ maledicebat: cum paterertur, non comminabatur. Humiliatus est vt fieret homo, vt hominibus subderetur, beatæ matri & Ioseph nutricio suo, Simeoni expectatori suo, non solùm bonis, verumetiam malis terrenis potestatibus soluẽs cum Petro didrachmum inuentum in ore piscis. Subditus est Ioanni baptismate suo, qui ab ipso potius debuit baptizari. Humiliatus est vsque ad ablutionem pedum discipulorum suorum bonus &
benignus Iesus. Postremò humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortẽ autem crucis. Quò vltra progredi poterimus? Mortuus nõ qualibet morte, sed morte crucis, morte turpissima condemnatus est. Vidésne igitur quantum in vite nostra benigno Iesu flos iste violaceus floruerit? Multi vsque ad mortem humiliati sunt: sed nequaquam eò vilipensionis descenderunt, quia nunquam ad tantam exaltationem peruenerant. Quis enim bonorum omnium morientium sibi potuit vsurpare quod de Christo Iesu dictum est: Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo? Nullus profectò, quia nullus hominum præter ipsum deus erat. Maximè ergo humiliatus fuit, qui solus
cum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, & ad tantam abiectionem deueniens, vt ab hominibus iam non homo, sed vermiculus reputaretur. Sed quæ est causa tantæ humiliationis in benigno Iesu? Non enim sine rationabili necessitate & iusta causa sic humiliatus est filius & sapientia patris, quę nihil sine causa facit. Quid multis imoramur? Propter hoc factus est homo, vt hominẽ redimeret: infirmatus est, vt nostras infirmitates curaret: inops factus est, vt sua nos inopia ditaret: humiliatus est, vt nos exaltaret: traditus est ad mortem, imò mortuus est, vt nos viuificaret. Quis sanæ mentis contemnit humiliari propter tam humiliatum pro nobis? Et licet multæ sint causæ quæ nos ad humilitatem cogant, scilicet initium pudorosum, vita dolorosa, K
finis timorosus, metus gehennæ, spes cœlestium, his tamen cum aliis causis si quæ sunt, cessantibus, sola regis nostri ac redemptoris patris dulcissimi & optimi Iesu humilitas ad humilitatem virtutem nos non solùm incitare, sed violente cogere deberet. Humiliemur ergo & propter supradictas causas, vt vicem rependimus propter nos humiliato domino Iesu, offerentes violã humilitatis ipsius, quia ipse vitis nostra tã excellenter effloruit, & in corde nostro gustantes, vt hunc florem suum, quem ipse specialiter in se voluit commendare, recognoscens in nobis, nos secũ, qui super omne nomen exaltatus est, in tempore visitationis suæ exaltare dignetur.

De florente lilio castitatis. Caput. XVIII.

NON potuit deesse in vite nostra florente flos lilij candentis, excellens castitatis insigne. Inter omnes virtutes castitas quadam speciali prærogatiua flos meruit appellari, quæ per lilium figuratur. Castitatis autem nomine hoc tractatu non quamcunque accipe castitatem, sed eam quæ virginitas appellatur. Est enim & castitas continentium seu viduarum, & est castitas maritalis. Sed hæ iam minimè flores appellãtur, quia virginitatis florem lilij amiserũt. Eos igitur, qui defloràti non sunt, id est virgines flore lilij in præsenti volumus nuncupari: nec hoc dicendo facimus iniuriam continentibus & maritatis. Non enim cum laudamus castitatem Ioannis, vituperamus coniugium Abrahæ: nec com- L
mendando virginitatem Mariæ, viduitatem Annæ reprobamus. Sed habent singuli merita sua, non parua tamen dignitate distincta. Quis autem fructum tricesimum non laudat in coniugatis, sexagesimum in viduis, licet his excellenter præferatur fructus centesimus virginitatis? De hac igitur gratia lilij in quo vitis nostra floruit, locuturi, videamus, vera luce nos illuminante, quare tanta virtus per liliũ figuretur. Et manifestè quidem occurrit, quia propter candoris munditiam qua illè flos cæteris floribus est prælatus. Hinc sanè mũditia virginalis meritò figuratur typo lilij. Nullus præterea alius flos vel ipso prospectu tantum præ se fert gratiæ, quantum hic vnus: quare meritò mundissima, & omnib' piis gratiose virginitas per hũc figuratur florem. Quibus itaque laudibus te offeram ô virginalis candor? Prorsus nescio. Atqui nescientem me doceat singulare illud lilium, increata dei sapientia dominus Iesus vnigenitus patris filius, & vnicus filius lilij singulatis, id est castissimæ virginis matris, quæ in confinio vtriusque legis votum confecrauit perpetuæ & integerrimæ virginitatis. Doceat, inquam, me, quomodo per consideratione lilij materialis, lilij virginalis circũstantias agnoscere valeã. Propter has ergo proprietates quas iam proposuimus, ipsum lilium materiale in radice & trunco, foliis & I
in his aliis flosculis, qui intra illum concluduntur, studiosius M
inuestigare curemus. Speramus enim quòd his omnibus specialiter consideratis, commendationem perfectę virginitatis inuenire possimus.

De radice lilij. Caput XIX.

RAdix lilij commendatur in tribus, alba est, splendida est, tractabilis est. Quid autem per radicem in terra latentem, nisi cogitatio latens in corde figuratur? Per albedinem ergo radicis, mundiciam cogitationis accipimus. Quid ergo munditia carnis, siue munditia cogitationis? De hac præcepit dominus: Lauamini, inquit, mundi estote. Nam ne exteriorem munditiam intelligeres solam, subiunxit: Auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Peruersę enim cogitationes separant à deo. Et sicut veritas testatur, de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, blasphemiæ, & cætera quæ coinquinant hominem. Sunt autem cogitationes nigræ siue pollutæ, nempe diabolicę, mundanę, carnales. Cum aliquis se alio meliorem æstimat, cum alij similis esse videri vult qui eo maior est, vel cum non vult subiectus esse ei qui sibi prælatus est, diabolicæ sunt cogitationes, quæ à diabolo irruente sunt, & ab ipso cæteris familiarius vsurpatæ, ita vt propriè character diaboli dicatur superbia. Cogitationes mundanæ sunt illæ quæ animum concupiscentiis rerum illaqueant: vt illis acquirendis nimis solicitè insistant, & acquisitis nimis delectentur, ne proximorum

A rum necessitatibus erogentur, & sic fiãt alieni à charitate dei, quia scriptũ est: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauserit sua viscera ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Cogitationes carnales sunt, quæ homines ad luxuriam perttahunt carnis, vtpote quando inordinata dilectione & delectatione cogitant viri de mulieribus, vt mulieres de viris, quia stulti homines amorem appellare præsumũt, quod verius odium posset appellari. Est & luxuria ciborum & potuũ, cum lautiora & delicatiora propter solum saporẽ quæruntur, non propter sanitatem adipiscendam. Posset quis vti delicatis cum moderatione, quod tamen difficile obseruatur. Simile iudiciũ est de his qui vestimentis delicatis vti desiderant. Perditur proprietas lilij & virginitatis decor, si radici desit albedo, & cogitationi virginalis munditia. Nam si corpus extrinsecus sit mundum, & cogitatio intrinsecus sit polluta, iam nõ virtus, sed hypocrisis appellanda est. Hoc tamen sciendũ, teste Gregorio, quòd cogitatio quantumlibet immunda mentẽ non polluit, cui ratio non consentit. Quis enim cogitationes suas ita refrenare potest, vt non qualibet immunditia titilletur? Sed continuo talium cogitationum insultus sunt reprimẽdi: vt vnde sperabat se hostis vincere, per hoc magis victus abscedat. Quod fit quotiens prauis & immundis cogitationibus
B attracti, ltatim ad signũ crucis, ad passionis dominicæ recordationem & lachrymarũ subsidia confugimus, & suo telo in bello fortes effecti hostem ferimus. Nõ solùm autẽ alba, sed & cãdida siue splendida est radix lilij. Cãdore autẽ siue splendore hilaritatem animi videtur designare. Sunt autẽ nonnulli qui bona quidem opera faciunt vel coactione, vel necessitate, vel consuetudine, sed ad hæc agenda nulla alacritate mouentur: quod vitiũ propriè acedia dicitur. Et hoc quidem vitio religiosi homines maximè affliguntur. Nam seculares admodum pauci & si hoc sit vitiũ, non aduertunt. Mũdo enim alligati, spiritualis vitij vix possunt apprehendere nomen: cũ tamen hoc vitium inter septem principalia nominetur. Nũc ergo spiritualibus loquamur, qui hoc vitium possunt intelligere. Vitium acediæ est, quod quendam torporẽ incutit animo, vt ipsi omnia exercitia spiritualia quasi insipida videantur, & in graue tædiũ cõuertantur: de quo tædio dicit Psalmus: Dormitauit anima mea præ tędio. Et alibi: Omnẽ escam abominata est anima eorũ, & appropinquauerũt vsq; ad portas mortis. Tantũ quippe aliquandò affligitur hoc vitio anima bonorũ, vt etiam omnem escã, id est, omne spirituale exercitium abominetur, vt nec orare, nec legere, nec meditari, nec opus manuum libeat exercere. Imò etiam appropinquãt vsq; ad portas mortis, id est, vt etiã ipsius vitę fastidiũ habẽtes
C morte finiri desiderent, cũ sancto Iob dicentes: Tædet animã meam vitæ meæ. Huic graui vitio medetur iucunditas, quæ per nitorem radicis lilij designatur, & reformat ægrũ animũ & abiectum, & ad meditationem incitat spiritualem, & reddit desiderium laborandi, orandi, legendi: vt exulter quasi gigas ad currrendã viam, & cum Psalmista dicat: Viam mãdatorũ tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Curritur quippe via mandatorum dei, cum cor dilatatur, id est spirituali iucũditate aperitur. Dicitur enim naturaliter timore & tristitia cor claudi, securitate verò & lætitia aperiri. Quantum putas conuenit hæc virtus hilaritatis virginibus sacris, quæ gaudiũ huius mundi & omnem ornatum seculi contemplerunt propter ornatũ domini sui Iesu Christi? Vt quod deest exterius, interius impleatur. Gaudete ergo in domino semper: quia vana gaudia eiecistis. Iterum dico gaudete: quia vero gaudio adhærere meruistis, & in cogitatione cordis vestri hilaritatis nitorem semper habere. Hilarem enim datorem diligit deus, dator singularis & veræ hilaritatis. Est & tractabilis radix lilij, per quam virtutem mansuetudinis intelligere debemus. Scimus enim quamplurimos esse qui castitatis virtute præeminent, sed ita leui causa, imò sine omni causa moueri consueuerunt, vt tam sibi quàm aliis in quos commouentur, fiat nimium onerosi, semper exacerbatum animum gerentes ex omnibus, quæ capiunt visu vel auditu. Non decet hoc virginẽ Christi, qui dicit & docet, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et qui mitibus promittit beatitudinẽ, dicens: Beati mites, quoniam ipsi possidebũt terram. Quid ergo im- D
mites? Exules erunt è terra. E quã? De qua scriptum est: Placebo domino in terra viuentium, Quid prodest castitas ab illa terra exulantibus? Non sunt illa profectò lilia, quibus hęc proprietas deest, vnde non pertinent ad istud perfectissimum lilium benignum Iesum, qui de se dicit: Ego flos campi, & lilium cõuallium. Quæ sunt illa lilia ad ipsum pertinentia? Audi. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Tractabile & lene est lilium, pungẽtes & duræ sunt spinæ. Non perdit lilium suam lenitatẽ, licet proferat spinarum asperitatem. O quàm malæ filiæ per communionem fidei, spinæ per amaritudinem morum. Tu ergo si vis esse lilium verum, si vis à spõso dulcissimo collaudari, esto lilium inter filias, inter illas animas quæ eiusdem fidei, eiusdem profectionis tecum sunt, sed & morum amaritudine & verborũ asperitate te pũgunt. Esto inter tales mitis & tractabilis: non exasperetis ad quodlibet verbum, sed habe sustinentiam, vt merearis & tu audire: Sicut lilium inter spinas, &c. Nec tamen hæc dicimus, vt tacita transeat omniũ peruersitas, & vt nõ corripiantur inquieti, vel vt tumidi non comprimantur, imò qui eiusmodi sunt, reprehendẽdi veniunt, vt ne amittatur tractabilitas tuę radicis, qui vis esse lilium. Sed secundum apostolum argue, obsecra, increpa, insta opportune, importune, in omni mansuetudine & patientia, quasi dicat: Ita foris exerce zelum disciplinæ, vt lenitatem non perdas interius in mente: vt reuocãdo peruersum, tu ipse quoque non peruertaris. Sunt autem quandoque E
malorũ vitia arguenda, quandoq; tacitè sufferẽda secundum quòd vniuscuiusq; qui talis est, vtilitati videtis expedire: quia non omnes ægroti vno genere medicinæ curantur.

De trunco, & quæ requiruntur ad lilia castitatis. Caput vigesimum.

SEquitur videre de trunco lilij, in quo tria considerantur, rectitudo, fortitudo, longitudo. Truncus ergo lilij à radice exiens est propositum bonum exiens à bona cogitatione. Cũ enim bona cogitaueris, si conualescant illa in te sicut radix in terra, necessitas exigit, vt ea quæ cogitationi placent, proponas ad effectũ boni operis perducere: & sic stãtim habes trũcum lilij, id est boni, hoc est bonum propositum à bona radice & cogitatione procedens.

De rectitudine lilij. Caput XXI.

NEcessaria est huic trunco boni propositi rectitudo, id est, vt recta intentione proponamus bonum facere pro illo, non terrenas diuitias, non humanos fauores, nec honoris transitorij excellentiam requirentes. Astutus enim ille serpens, id est satanas, cum principio bonæ cogitationis non potest resistere, ponit insidias in via, quibus intentionem boni propositi possit euertere, & per truncum peruersum ipsam quoque radicem bonæ cogitationis amaresscere faciat. De his insidiis conqueritur Psalmus: In via hac qua ambulabam, F
absconderunt superbi laqueum mihi. O quanti istis laqueis capti & decepti sunt, qui bona quidem bene initiantes, tandem exterioribus cogitationibus accedentibus, propositi sui rectitudinem deseruerunt. Omnino peruersi, & per bona opera sua vel diuitias vel honores vel voluptates terrenas semel adepti, primæ intentionis sunt obliti. Et aliud quàm deum quærentes, idololatræ facti sunt, dum gloriam incorruptibilis dei (qui solus gloriosus est, & solus quærendus) mutauerunt in similitudinem volucrum, bestiarum & serpentum. Quomodo in similitudinem volucrum mutant gloriam dei? Quia bona opera sua, quę prius ad gloriam dei facere intẽderunt intentionis rectitudine commutata, pro vana mũdi gloria facere laborant. Per volucres enim, leues & instabiles & alta petentes ac vana figurantur. Gloriam dei mutant in similitudinem bestiarum, qui bona opera per quæ prius gloriam dei intenderunt, præterea pro carnis implenda voluptate faciunt. Per bestias enim quæ tantũ quæ carnis sunt sequuntur, voluptas designatur. Gloriam verò dei in similitudinẽ serpẽtum commutãt, qui bona opera quæ pro cœlestibus tantùm diuitiis, & pro gloria dei adipiscenda fieri deberẽt, propterea operantur, vt ex his terrenas diuitias consequantur. Per serpentes enim qui terram comedunt, designantur auari, qui tãtùm lucra terrena sequuntur, & animæ suæ ventrem cupiunt implere. Hæc sunt scandala quæ in via rectæ intentionis gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dientibus abscondit diabolus, vt truncum lilij, id est, bonum propositum à sua rectitudine distorqueat. Heu, heu domine deus: quis euadet laqueos istos? Ecce vt taceas seculares, quot, quantos videmus ordinum diuersorum prælatos, quos bona sine dubio scimus intentione nudos nudum Christum fuisse secutos: & tamen inuiti ad prælaturas licet attrahantur, non post longum tempus, sed statim corrumpunt intentionem, truncum vitiant, commutant propositum: vt prælaturis ad quas inuiti venerant, libenter inhæreant, præsse cupientes potius quàm prodesse, lautioribus ferculis & exequisitis, voluptati ventris, potius quàm vtilitati vel diuinæ volũtati deseruiunt: nonnunquam etiam pecunias cõgregare dicuntur, non vt spiritualibus filiis necessaria, sed vt carnalibus nepotulis & amicis superfluè aliquid largiantur. O vtinam mentiar domine Iesu, vtinam mentiar: vt me solo mentiente omnes in rectitudine & veritate persistant. Vobis autem ô virgines Christi humimilitatis virtutẽ, quam sæpius vestræ charitati commendamus, ad propositi nostri rectitudinem promaxima parte putamus sufficere. Dum enim in tantam altitudinem castitatis ascenditis, laborat aduersarius vester Satanas, vt vos ab illa deflectat. Clamat enim nobis sæpe, imò semper suggerit vocem illam, dicens: : Incuruare vt transeamus. Quid est incuruare? Flectẽ intentionem tuam ad terrena, quã ad cœlestia erexisti, vt pateat nobis transitus per te, vt
H conculcemus te. Ne consentias inimico tuo, ô anima casta, virgo Christi, amica sponsi tui, amici tui sponsa ne consentias vt ne incurueris, hoc est, nihil terrenũ queras, non laudes humanas, non honores, non diuitias terrenas: quia si ad hæc declinaueris, transibit per te mẽdax ille, téque cõculcabit & premet ac elidet te, & iugum iniquitatis suæ importabile ponet super te, si abieceris iugum Christi leue & suaue. O quàm insensati, qui rectitudinem intentionis suæ sic incuruãt, vt accipiant illum teterrimum & iniquissimum Satanam sessorem suum, abiecto illo pulcherrimo & optimo primo rectore domino Iesu, cuius, vt ipse asserit, iugum suauissimum est, & onus leuissimum.

De fortitudine trunci. Caput XXII.

FOrtitudo trunci imprimit virtutem, quæ fortitudo vocatur. Est autem fortitudo, secundum quod eam hic accipimus, quædam virtus omnium tentationum sustinens insultus, non earum modò quæ molestæ, sed etiam earum quæ prosperæ sunt. Est autem hæc virtus trunco lilij nostri proposito boni operis, & maximè voto virginitatis conueniens: quia quanto laudabilius est votum, tanto facilius & fortius insistit diabolus, vt impediat bene tertiari, quod in bono initio non potuit impedire. Talis trũcus verè opus est vt sit fortis contra frigus. Bonum nanque propositum vnde tentatur, acedia est, qua quãdoque (sicut etiam supra diximus) in-
I tantum tentantur electi, vt non orare libeat, nec legere, nec meditari, nec aliud quicquam operari eorũ quæ sunt quædã fomenta animæ, quia oratione, lectione, meditatione, seu etiam exteriori exercitio corporis vires animæ reparantur & conseruantur, & augentur, eisque subtractis animam languescere necesse est, & in frigus mortale resolui, statímque subintrat luxuria, vendicátq; sibi sedẽ in anima frigida, & eam pessime suo igne calefacit. Sine autem intermissione nostro lilio virgini Christi orandum, legendum, meditandum, vel etiam exterius aliquid operandum est, ne in ipsa truncus boni propositi corrumpatur. Hæc enim, sicut ait beatus Augustinus, si cum discretione fiant, vt valetudinem corporis non perturbent, in delicias spirituales vertuntur. Calor quo corrũpitur trũcus bini propositi, feculi prospera sunt, in quibus nimis insidiæ inimicorum latent. Multos enim inuenimus qui aduersis resistant: quia in illis tentatio est manifesta. Sanum est corpus, aduersitates quæ animum eneruãt, & tentationes, secundæ sunt. Quid supereſt, nisi securitas? Caue, caue, væ huic securitati, væ paci huic, de qua dicit ipsa veritas: dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt quæ possidet. Time ergo dũ omnia prospera sunt & trãquilla, ne ille fortis armatus satanas sine resistentia possideat te. Noli dicere apud te, quod dixit ille diues, cuius ager vberes fructus attulit: Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, comede, bibe, epulare: quia cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus, & non effugient. Tu verò si vis pacem & securitatẽ veram habere: vide ne vnquam securus sis, sciens pro certo nihil tibi tam timendũ sicut præsentem pacem, quæ sine dubio æternum generat timorem. Neque enim omnibus sanctis melior es tu, qui in tentationibus probati & perfecti sunt. Quis melior beato Iob? Cui ipse dominus testimoniũ perhibuit, quòd esset vir simplex & rectus ac timens deum, & recedens à malo, & cui similis non erat in terra. Simile vide in omnibus deum timentibus, apostolis, martyribus, quanta passi sunt tormenta, vt securi peruenirent ad palmam regni, qui fortes facti sunt in bello, nõ in prosperitate. Tempestates autẽ truncum lilij nostri impugnantes manifestæ aduersitates sunt, in quibus quærendum est vnicum & singulare remediũ, ille optimus medicus, dux non seducens, rex suos erigens, athleta fortissimus, in suis & pro suis pugnans & vincens, & inde victores coronans dominus Iesus. Quid quæris, quod in illo non inuenias? Si ægrotus es, medicus est. Si exulas, dux est: si desolatus es, rex est, Si impugnaris, pugil est. Si sitis, potus est. Si alges, vestimẽtum est. Si tristaris, gaudium est. Si obtenebraris, Lux est. Si orphanus es, pater est. Sponsus est, amicus est, frater est, summus, optimus, misericordissimus, fortissimus, pulcherrimus, sapientissimus est, omnia sine fine gubernans. Quid autẽ laboro? Omnia quæ velle potes & debes, est dominus Iesus Christus. Desidera hunc, require hunc. Quia hæc est illa vna preciosa margarita, pro qua emenda etiam vẽdenda sunt omnia quæ tua sunt, qua habita nullius tempestatis procellã timebis. Sit ille finis propositi tui, sit in illa posita fortitudo tua, non in viribus tuis, & nullo modo confringẽris, quia ipse & non alius est verissimus & optimus consolator aduersitatum & pressurarum.

De vermibus qui corrodunt truncum. Caput XXIII.

VErmes truncum boni propositi corrumpentes, sunt tẽtationes intrinsecæ, quæ tanto viciniores sunt, quanto familiariores, sepe sub boni specie bonũ proposituũ corrumpentes. Est enim aliquis qui de bonæ cogitationis radice, boni propositi truncum emisit. Proponit omnia quæ mundi sunt relinquere, vt nudus Christum nudum sequatur, sed nascitur intrinsecus vermis prauæ suggestionis, dicens ita: Indotata tibi soror est, paupercula mater: sunt fortassis fratres vel filij, siue alij quicunque amici rei familiaris inopia laborantes, qui de te solo pendent, te vnum respiciunt: quos si reliqueris, aut mendicabunt turpiter nimium in tui generis opprobrium, aut furtiuè vel violenter certè rapient aliena, & sic in corpore simul & in anima peribunt. Quòd si tu qui his poteris subuenire manendo in possessione tua, hos M in certo periculo reliquisse videberis, & clausisse viscera tua ab eis, quomodo charitas dei manet in te? Ergo vt maneas in charitate, mane cum illis: quia sine charitate nihil proderit tibi quicquid agas. Quòd si tibi etiã prodesset, melius tamen esset vt multos tecum, quàm solum te seruares. Nũquid præceptum est alicubi à domino, mundum omnino ab omnibus relinqui? Quin & magis operibus misericordiæ commendabuntur electi, & saluandi in extremi examinis die. Quid ergo quæris extra mundum, quod in mundo melius habere poteris & secutius? Addũtur his vermibus alij vermes mortiferi, scilicet difficultas claustralium præceptorum, & quòd maior est casus vbi altior gradus, ciborum parcitas, iciunia, vigiliæ, intolerabilis labor sine requie, duritia lectorum, laboris adiduitas, & super omnia abrenunciatio proprię volũtatis, cum periculo falsorum fratrum, duritia prælatorum. Ecquis omnia enumerabit? Innumerabiles sunt hi vermes pessimarum suggestionum truncum boni propositi grauissimè corrodentes. Omnino resistendum est his vermibus, omnino, & sacrarum scripturarum rationibus sunt euacuandæ. Vermis igitur qui indiscretè adeo charitatem & misericordiæ cõpassionem persuadet, occidendendus est vnguento dominicæ sententię, dicentis: Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrẽ, & vxorem & filios, & fratres & sorores, ad hæc autem & animã suam, non est me dignus. Qualiter autem diligendi, & qualiter odiendi, per vaccas trahentes plaustrum cum arca domini perdocemur: quarum vituli dum essent recluſi domi, ipsæ
1. Reg. 6. b
vaccæ

A vaccę arcam gestantes & recto itinere pergentes Bethsames, cum audirent vocem vitulorum, dederũt quidem mugitum, qui erat signum naturalis affectus: nec tamen se ab arrepto semel itinere deflexerunt. Tu verò si iam portas siue professione aperta & solenni siue occulto proposito iugum domini, id est regulam quamcunque per spiritum sanctum à patribus institutam: si te prædictorum vermium suggestiones incipiunt corrodere, imitare vaccas Allophylorum portantes arcam domini, redde mugitum, id est signum affectus, hoc est condole, cõpatere, consolare eos qui naturali amore coniuncti sunt: nihilo tamẽ minus serua viam inceptam, hoc est, perfice bonum propositũ dirigendo pedes tuos versus Bethsames, versus domum solis, hoc est, ad cœlestem patriã, vbi est summa & spiritualis habitatio solis nostri domini Iesu, qui est sol iustitiæ, qui in illa domo lucet in virtute sua habitans lucem inaccessibilem. Sic sunt amandi amici, vt affectus amoris erga illos conseruetur: sicut sunt & odiẽdi, vt eorum amor nequaquam amori dei præferatur: imò nec animæ nostræ commodum amori illius præferre debemus: sed tãquam odisse animas nostras affligendo illas ieiuniis, vigiliis, castigationibus, vt doceamus eas dominicis obedire præceptis. Eos quoque quorum inopiam implere possemus in seculo permanendo, eidem commendabimus conseruandos, qui est rex regum, & diues in omnes qui inuocant eum, orantes vt eo-
B rum statum ita gubernet, sicut scit eorum saluti expedire. Cæterùm vermes suggerentes austeritatem vitę regularis, velociter necabuntur, si mentem nostram myrrha, id est amaritudine dominicæ passionis curauerimus inungere, cui quicquid pati potuerimus comparatum, aut parum, aut nihil poterit æstimari. Sunt autẽ hi vermes maximè importuni proposito virginali, eò quòd magister vermium Beelzebub, qui primitus Euam virginem leuiter supplantauit, se modo iure doleat à virgunculis vtriusque sexus totiens supplantari. Vide ergo & præuide, & præcaue vermes tibi insidiantes virgo Christi. Quum enim nonnũquam cogitaris te ad perfectam staturam casti lilij aut peruenisse iam, aut facilè peruẽturum: excute ac depelle abs te vermes istos suggestionum noxiarũ & imminentium trunco pariter & radici tui lilij, tibique per suggestionem dicentium: Quid agis? Quorsum deflecteris? Nunquid florem iuuentutis tuę vis extinguere? Nũquid dulcedinẽ maritalis copulæ non experieris? Nunquid filios charissimos & filias solatij tui, & superstites vitæ tuæ non habebis? Nunquid ministrorũ fidelium seruitio carebis? Stultum est iter quod aggrederis: imitare parentes tuos, qui te genuerunt. Gigne & tu filios, & secundum institutionem dominicã coniugio fruere, qui de virginibus præceptum non dedit. Insidiosi vermes sunt hi ô virgo Christi, in quorum faciem conspuendum est tibi. Si hos curaueris euadere, dili-
C gentius intuere quid sit Iesus Christus, ô anima virginalis, vtrum virgo, vel coniugata, cui virginem matrem commiserit, quem familiarius dilexerit. Quid opus est multis? Virgo est Christus Iesus natus de virgine, quam virgini commendauit purissimo, hoc est, Beato Ioanni, quem speciali prærogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignũ. Hic Iesus Christus sponsus tuus tibi sequendus potius quàm parentes, si vis florem iuuenilem animæ tuæ conseruare, qui nunquam veterascit. Virginitas enim nunquam decidet. Si autem de flore corporali vis agere, nunquid non magis florent virgines animo simul & corpore, quàm qui corrupti? Imò verò virgines tam in corpore, quàm in anima verè florent, singularia lilia lilij singularis, qui vt firmiter spero, & in hac mortali vita suis liliis abundantiam suæ suauitatis abundantius quàm cæteris eructat, quia in his similitudinẽ suam videt distinctius expressam. Quocunque enim Christus pergit, virgines sequuntur, fœcundæq; fiunt de spiritu ipsius concipientes bonum propositum, & bona opera parientes, quæ nunquã moriuntur, sicut generatio terrena in peccato concipitur, in tristitia paritur, & anxietate nutritur, cum dolore tandem amittitur vel deseritur. Non tales erunt filij tui, ô virgo Christi, non sic. Neque enim vnquam morientur, vnquam amittentur, imò semper siue viuentem siue morientem sequentur te, tuebuntur te, & in vitam æternam perducent te. Multi ergo filij, & multo meliores desertæ id est, virgines Christi, qui ad præ-

Eadem habes ser. 7. ad sororẽ.

Beelzebub idolũ musce, alias Beelphegor qui et Priapus.

sens deserti videntur, magis quàm eius quæ habet virum car- D nalem. Si hæc & his similia frequenter ad mentem reduxeris, morietur proculdubio in te vermis malarum suggestionum, nec ad corrodendum truncum boni propositi tui, tuente te sponso tuo, aliquo modo prævalebunt.

De longitudine trunci. Caput XXIIII.

LOngitudo trunci in lilio, quæ in altum erecta est, virtutẽ longanimitatis insinuat, quæ perseuerare volẽtibus summe necessaria est. Sed quia de virtute perseuerantiæ supra in tractatu sexti folij diffusius locuti sumus, hic breuius aliquid dicemus. Videtur autem hæc virtus plurimum commendanda in virginibus, maximè sexus fœminei, quarum tam animis quàm corporibus quędam infirmitas & debilitas longanimitati siue perseuerantiæ cõtraria naturaliter est inserta. Sed benedictus deus qui hodierna die etiam infirma mũdi elegit, vt cõfundat fortia, & animis vinguncularum tenerrimarum seipsum proponit defensorem, vt illius primi & fortissimi corruptoris, antiqui serpentis dico, caput elidat, qui humilimis Christi virginibus insidiatur. Quis sanæ mẽtis præ gaudio nõ exiliat, cum iam tẽpora nostra tot videat virginum liliis redimiri, tanta fortitudine non sua, sed sponsi sui contra furorem draconis infesti viriliter dimicãtibus, & triumphis coronam merentibus. Gaudeo ego planè cum iam nec in vicis, nec in ciuitatibus, nec in claustris lilia ista desunt, imò cum & multa deserta & inuia claustris virginalibus sint repleta, ita vt ve- E re dicatur quòd germinent campi eremi, germen odorũ domini. Etenim ascendunt de deserto virgunculæ virtutum deliciis affluentes, innixæ non super se, sed super dilectũ suum, & longanimiter expectantes sponsum suum quando veniat, vt cum clamor factus fuerit, aptent lampades suas, & intrent cũ eo ad nuptias sempiternas, vbi iucũditas & exultatio thesaurizabit super ipsas, & nomine æterno hæreditabit illas dominus deus noster. Vos igitur ô virgines Christi ne deficiatis in expectatione Christi. Aderit enim citissimè sponsus vester, qui idcirco aduentum suum differt, vt cum cæteris bonis operibus vestris, vestræ etiam donet expectationi coronam. Scio, quanuis expertus non sum, quomodo gematis, quomodo compungamini in illo purissimo cubili cordis vestri. Ne deficiatis in bono proposito vestro, vt ad consummationem boni operis & perseuerantiam peruenire possitis, per quam coronam mereamini sempiternam.

De foliis circa truncum. Cap. XXV.

SEquitur de foliis circa truncum. Iam de foliis quæ circa truncum sunt, videamus. Folia igitur, sicut supra diximus de foliis vitis, verborum figuram habent. Circa quæ folia cõsiderandum est, quòd semper sunt virentia inferius, & circa terram maiora sunt & plura, quàm in superiori parte: & quòd superposita apostematibus, rumpunt & mitigant ea. Nimirum his foliis similia debent esse verba virginum. Viriditas igitur foliorum, virtutem verborum significat: videlicet vt F nullum verbum proferatur ab ore virginis Christi, quod non in se virtutis aliquid cõtineat. Ne resecẽtur hic non solũ verba turpia, scurrilia, iocosa, luxuriosa, superba, iracunda, detractoria, adulatoria, sed etiam verba superflua. Verbum enim superfluum, id est ociosum, folium atidum est. Folium vero aridum, folium lilij nõ est. Si ergo vis esse lilium, habeto verba virtuosa, folia viridia, de quibus scriptum est: Folium eius non defluet. Vis autem videre quòd verbum ociosum folium aridum est? Audi ipsam veritatem, dominum Iesum: Omne igitur verbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddẽt de eo rationem in die iudicij. O quantus terror iudex sapientissimus, qui numerat omnes pluuiæ guttas, discretor omniũ tentationum omnium hominum, à primo Adam vsque ad vltimum qui erit in fine seculi, vult audire rationem verborum omnium ociosorum, cum sederit in sede maiestatis iudicij sui, vbi non iam misericordia, sed iudicium cantabitur domino. Quid tum miseri & miserabiles faciemus? Sapientissimus es domine, falli non potes: iustissimus es, corrumpi non potes. Tempus miserendi tunc præteritum erit, quia iudicabis orbem terræ in æquitate: iudicabis populos in iustitia, qui prius per misericordiam pepercisti. Quid ergo dicam? Miserere quæso, dum tempus est miserẽdi, pater misericordiarum, vt non iudices me in tempore iudicandi. Pone custodiam ori

Universidad de Deusto
Biblioteca

meo, & ostium circunstantiæ labiis meis: vt non solum à maledictis & turpibus declinem, verùm etiam ociosa verba deuitem, ne de illis me oporteat in die iudicij reddere rationẽ, vbi iam nõ de bonis & viridibus foliis verborũ, sed de malis & aridis ratio est reddenda. Quid est autem verbum ociosum? Ociosum est verbũ teste Gregorio, quod ratione iustæ necessitatis vel intentione piæ vtilitatis caret. Quidquid ergo loqueris, nisi intendas alicui prodesse, ociosum est. Quis de his omnibus reddere potest rationẽ? Moderetur ergo omnis homo linguã suam, sed præcipue virgines Christi: vt sciãt quando vel qualem proferant sermonem. Nõ enim decet ex ore cantaturo cãticum nouũ sponso suo, aliquod verbũ procedere, quod in cantico sit contrarium. Quid est ergo canticum nouum? Canticum charitatis. Quare nouũ? Quia initio seculi à primis creaturis cãticum fuit vetus, canticum cõtrariũ charitati. Vis ergo id nosse? Cantauit angelus peritus in cœlo canticum superbiæ, dicens: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & similis ero altissimo. Cãtauit postea detractionis canticum in paradiso, cum accedens ad mulierẽ ait: Quare prohibuit deus vobis ne comederetis de ligno sciẽtiæ boni & mali? tanquam diceret, Mala intentione prohibuit. Cãticum dubitationis cantauit mulier, dicens: Ne comedamus, & fortè moriamur. O fortè! Quãtum infirmitatis nobis induxisti? Videns autem diabolus mulierem dubitantem, prorupit ad canticum mẽdacij, dicens: Nequaquam moriemini. O nequam, ô nequam, vbi est modo tuum nequaquam? Ecce mortui sunt duplici morte, quos dixisti nequaquam morituros. Nequaquam, inquit, moriemini. Malum & vetus canticũ hoc verbum veritati contrarium. Dixerat enim deus: Quacunque die comederitis, morte moriemini, morte videlicet animæ, vel vt alij exponunt, Moriemini, id est mortales efficiemini, scilicet vt necessitatem tunc habeatis moriendi, qui modo potestis non mori. Si enim in obedientia permansissent, mortui non fuissent. Cantauit & Adam canticum excusationis in peccato, cum dixit: Mulier quam mihi dedisti sociam, dedit mihi, & comedi: ac si diceret: Tu potius accusandus esses, qui talem mihi iunxisti mulierem, quæ me ad peccandum induceret. Charissimi, vetera cantica sunt hęc, canticum superbiæ, canticũ detractionis, canticũ dubitationis, cãticum mẽdacij, & canticũ excusationis. Cauenda sunt & per omnem mundum candida hæc cantica ô virgines Christi, si nouum vultis canticum decantare. Sed neque aures vestras talibus canticis, aperietis, qui vocem Christi specialius & familiarius audire desideratis. Viuit adhuc ille malignus serpes, & sub virginea facie, id est sub specie bonæ collocutionis, suę malignitatis venena distillat. Cantat adhuc in cordibus auditorum suorum canticum superbiæ, cum illis latenter suggerit vt ad honores & dignitates & prælaturas aspirẽt, vel propter nobilitatem, vel propter scientiam, siue etiã propter bonitatem suam. Quin & his deceptus fuit ipse, qui se prælatũ in nobilitate pulchritudinis, & sapientia, & viribus aliis vidit choris angelorum, & prorupit in canticum superbiæ, per quam cecidit, & alios cadere facit, quotquot secum idem cãticum cantare præsumunt.

Ociosum verbum.

Cadticum nouum.

De nouo Cantico. Caput XXVI.

Non ita cantauit noui cantici imitatrix mater Christi, verum lilium vere viridantibus foliis redimitum. Vis videre folia eius? vis audire canticum eius? Exaltata & supra quàm dici aut cogitari potest, toti mundo cœlísque prælata, non ascendit supra se, sed cantauit canticum humilitatis, quod & charitas est, quia charitas non inflatur. Eructauit de corde suo inebriato verbum bonum & suaue, canticum nouum virginibus cantandum. Et quid ait? Magnificat anima mea dominum. Vide quàm contrarium est canticum hoc cãtico angeli ruituri. Incepit ille in alto, ac proinde in ima non descendit, sed corruit. Incepit Maria ab imo, vt in altum sublimaretur. Magnificat hæc dominum, non se, licet inæstimabiliter exaltata: seruans quod scriptum est: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Vnde & super omnes cœlos angelorum meruit eleuari. Magnificauit se ille supra dominum, vnde infra omne quod est meruit præcipitari. Exultauit spiritus humilis Mariæ in domino Iesu suo: vnde oleo lætitiæ præ cõsortibus suis inungi promeruit. Exultauit stultus ille angelus in se: vnde luctu perpetuo meruit cõdemnari. Gloriatur ista K humilitatem suam esse respectam, vnde habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Gloriabatur ille in multitudine virtutis suæ: vnde perpetuam despectionem incurrit. Vos ergo ô virgines Christi virete in foliis, in verbis charitatis, humilitatis, & patientiæ. Sequimini lilium illud præcipuum, matrem summi lilij boni Iesu, vt ipsum solum magnificantes, qui solus magnus est in ipso & per ipsum & cũ ipso mereamini magnificari. Cauete nihilo minus cãticum detractionis, quod in paradiso inchoatum est, cãticum vetus, & in peccati vetustatem perducens. Et videte quãtum omnino sit contrarium nouo cantico charitatis: cum necessarium sit illum non diligi, cui detrahitur. Solet enim charitas non obloqui, non detrahere, sed potius peccata aliena excusare: vel si fortè sit necessarium corripere, facit hoc non animo malignandi, sed corrigendi. Cauete & canticum dubietatis, non dubitantes de misericordia domini: sed omnem solicitudinem vestram audacter in eum proiicite, quoniã ipsi cura est de vobis. Non enim crudelis est, vt permittat vos cadere, si vos in ipsum proieceritis, qui vos adhuc hortatur, qui vos propter ipsum omni terreno solatio scitvolũtariè dẽstitutos. Nec dubitetis de pœna malis pro suis demeritis infligẽda, ne in præsumptionis vitium incidatis: nec dubitetis de præmio iustis conferendo, ne fortè desperationis periculum incurratis. Cauete ne canticũ mendacij aliquãdo ex ore vestro procedat, quo veritatis spõsum vestrum spiritualiter laudare speratis. Perdit os virginis virginitatem suam, quoties scienter animo malignandi loquitur mẽdacia contraria veritati. Cauete nihilo minus canticum excusationis in peccatis, semper habentes in mente illud beati Ioannis virginis virginitati testimonium perhibentis: Filioli, inquit, si dixerimus quia peccatum nõ habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est deus, qui dimittit nobis peccata nostra, & emundar nos ab omni iniquitate. Nemo igitur æstimet se sine peccatis esse: nec cum cognouerit illa, excuset se, sicut stulti solẽt adhuc hodie loquentes excusationem Adæ, & dicentes: Mulier quam dedit mihi deus, seduxit me. Quare talem mulierẽ dedit mihi deus, quę me seducat? Mulier ilta seducens virum, est caro spiritum nostrum adducens ad consentiendum peccatis, pro qua stulti deũ quotidie accusant, seipsos in peccatis voluẽtes, & dicentes se carnis illecebris non posse resistere, quam acceperunt à deo. Grande valde est peccatum illud, accusare deum optimũ, qui fecit omnia bona valde propter te: & præcipue ipsum hominẽ præ cęteris creaturis exornauit. Bonũ sine dubio fecit te deus bonus, qui fecit omnia bona, bona valde propter te. Neque enim bonus esset, si te malè fecisset, propter quem omnia fecit quę propter te bona facta valde fecit omnia. Bonum ergo & valde bonum fecit te M
I deus. Bonus tu ipse, te verè malũ facis, si deleueris in te quod tu ipse facis: inuenies valde bonũ te esse inter creaturas quas ipse fecit. Fecit ipse primò te secundum se, & factus est postea secundũ te. Fecit ipse te post ad imaginem & similitudinem suam, & factus est ipse posterior homo ad similitudinem tuã. Verbum enim caro factum est. Laudemus ergo deum, qui secundum se fecit nos. Amemus deum, qui propter nos factus est secundum nos. Oremus ipsum, vt imaginem suam, sicubi deformata est in anima nostra, misericorditer reformare dignetur: nihilo minus & corpus nostrum quod ad similitudinem & naturam nostram accepit, sic immaculatum conseruare dignetur. Et viridia folia, id est verba virtutes continentia proferamus, siquidem volumus esse vera lilia, quæ verba veterũ canticorũ nõ habẽt, sed quæ nouo cantico, id est charitati, spei, humilitati, & cæteris virtutibus conuenire noscãtur. Proferamus folia, & vos præcipuè ô virgines Christi, qui à vitiditate habetis, quę vireant & quę apostematibus superposita rũpant illa, & leuient & sanẽt sanie foris eiecta: quod fit quoties incestum ad castitatem, superbum ad humilitatẽ, iracundum ad mansuetudinem, auarum ad largitatem, gulosum ad sobrietatem, inuidum ad charitatẽ, acediosum ad alacritatem verbis bonis & veritati consentaneis producimus. Ista vitia quasi vlcera animã grauant, continentia in se venenum immunditiæ & prauæ consuetudinis, de quibus singulis

Alis quia nos in tractatu de foliis vitis exempla posuisse meminimus, causa breuitatis in præsenti iudicamus prætereunda. Hoc autẽ dicimus tantùm, quod cõsiderãdum nobis est, quo vitio vnusquisque laboret, vt secundum laboris sui magnitudinem & qualitatẽ, verborum medicinam ministremus, & similiter de aliis vitiis: sicut supra positum est. Hoc enim sciendum est, quia non semper silentio studendum, licet cum magno studio silentiũ sit seruandum: sed ianuã oris nostri quandoque claudere, quãdoque aperire debemus, quatenus ita taceantur mala, ne cum malis etiam bona & vtilia taceantur. Quod etiam in petitione sua innuit propheta, cũ dicebat: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstãtiæ labiis meis. Ostium quippe non semper paret, nec semper claudi- C tur: sed in domo sapientis patet sapiẽtibus in nunciis emittẽdis: clauditur verò pro stultis intrinsecus retinendis. Sic & os nostrum, quod est ostium cordis nostri, per quod verba quasi quædam nuncia egrediuntur nunciantia quid interius agatur in corde, quod verbis prudentibus & vtilibus est in tempore referandum: prauis vero verbis quæ de malis moribus cordis surgunt, iugiter est claudendum. Tempus enim loquendi, & tempus tacẽdi. Nec minus peccat is qui verbum subtrahit in tempore opportuno, quàm qui praua loquẽdo alios scandalizat. Nimis emẽ videtur auatus esse & inuidus, qui verba gratis habita ad vtilitatẽ proximorum negligit ministrare. Quãdo enim putas eum substantiam propriam indigẽti proximo B largiturum, quæ diuisa minuitur, qui verba nunquã deficientia non largitur? Ponat ergo dominus custodiam ori nostro, vt sciamus quãdo & qualem debeamus proferre sermonem: & ostium circunstantiæ labiis nostris, vt ita non solum aperiatur, sed etiã claudatur in tempore, vt neutro offendamus. Sed superposita apostematibus animarum infirmarum verba nostra, tanquã folia liliorum saniem vitiorum domino adiuuante eiiciant, & virtutum vires valeãt inserere auditoribus.

De foliis iuxta terram. Caput XXVII.

Quid est autem, quòd ipsa iuxta terrã maiora sunt & plura, superius vero pauciora & minora: nisi quòd viri iusti, & præcipuè virgines, quanto altius ascẽdunt ad culmẽ virtutũ terrenis cogitationibus & cupiditatibus infra relictis, tanto disciplinatiores & tanto parciores debent esse in verbis? Per diminutionẽ enim foliorum in superiori parte, disciplina verborum intelligitur, quia disciplinati quiq; quasi circuncidunt & extenuant verba sua, ne quid in eis pudicitiæ vel disciplinæ contrarium valeat inueniri, quæ indisciplinati & turpes quicunque omni honestate carentia turgida & inflata emittũt. Per paucitatem verò foliorum, verborum paucitas cõuenienter accipitur: cui omnes boni tanto magis studeant, quanto virtutum culturæ viciniores existunt. Vnde de fratre quodam qui discere volebat, & quasi in vsum reducere linguæ correctionem, legitur quòd quidã per triẽnium lapidem portãbat in ore. De alio vero quòd triginta annos nõ fuerat locutus quicquam. Videmus plures, qui in principio boni propositi & adhuc quasi vicini terræ pristina ducti consuetudine, nec modestiam nec paucitatem verborum valeant obseruare, quorum verba designantur per folia lilij iuxta terram: procedente verò tempore, gratiãque accedente secundum profectum suum moderantur verba, studẽtque silentio, ita vt non solum praua, sed etiam ociosa deuitent. Cui autem bonorum statui melius competit disciplina & paucitas verborum, quàm virgini Christi? Nam si omni homini Christiano præcipitur vt nec turpiloquium nec scurrilitas procedat ex ore eorum, sed magis gratiarũ actio, quanto magis virgo suo domino pudicitiam cõsecrans, ab his omnibus potius debet temporibus abstinere? Qui suam proculdubio pudicitiam non violauit, tanto maiores debet domino reddere gratiarum actiones, quãto maiorem est gratiã consequutus. Bonos enim virgines esse, summum bonum est & summa gratia, quia hi soli sequuntur agnum quocunq; ierit. Quantum vero is etiam à multiplicitate verborum debeat abstinere, quis non videat, cum loquacitas omnis sit indicium impudicitiæ, quæ nequaquam potest simul esse cum pudicitia virginali? Loquacitatis ergo vitium maximè deuitent virgines pudici, si volunt virtutem pudicitiæ conseruare. Manifestum enim est, quòd in multiloquio non deerit peccatum, sed paulatim D ab ociosis verbis ad detractiones venitur, donec tandem ad apertas contumelias prorumpatur. Arguit autem loquacitatem Apostolus Iacobus, ita dicẽs: Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguã suam, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Nemo igitur de religionis habitu sibi blãdiatur, qui adhuc linguam suam nõ didicit religare. Religa tuam linguam, si vis esse religiosus, quia sine linguæ religatione religio vana est. Vnde patres sanctissimi religionum institutores, & eorum sequaces, sapientissimè (sicut à spiritu sapientiæ docti fuerant) districtè instituerunt obseruationem silentij, non ignorantes, quia sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo spiritum suum cohibere, sicut Psalmus ait: Vir linguosus non dirigetur in terra. Sciunt etiam homines spirituales, qui hoc experti sunt, quantum auferat deuotionis, quantũ afferat dissolutionis intrinsecus frequens linguæ resolutio. Nam sicut fornax, cuius os semper apertum est, non potest in se retinere feruorẽ: sic nec cor deuotionis in se poterit gratiam conseruare, cuius os non fuerit ianua silentij reclusum. Claudamus igitur os nostrum, vt cum deuotionis feruore Christum deuotionis largitorẽ in feruenti affectu possimus conseruare. Vos autem præcipue ô animæ virginum sponsæ Christi, intrate in cubiculum cordis vestri, & clauso ostio oris vestri orate familiariter, humiliter, lachrymabiliter, hilariter, dulciter, fiducialiter sponsum ve- E strum, regem vestrum, patrem vestrum, & consolatorem. Effundite coram illo omniũ inspectore cordium corda vestra, confabulemini cum illo recordãtes illius, effundite super vos animas vestras, & terrenis corporalibũsq; relictis, pennis spiritualibus charitatis eleuamini, & transite in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei, vbi non corporis, sed cordis auribus audiatis vocem exultationis, & cõfessionis sonum, festum diem celebrantes, vbi interna consolatione refectæ, quandoq; cum articulus tempestatis & necessitatis, tentationis & carnis aduenerit, cœlestis refectionis recordari possitis, & dicere: Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & deus meus. Memores estote optimi domini dei, memoramini & delectamini, & deficiat spiritus carnis vestræ: vt spiritu illius qui est super mel dulcis, reficiamini, & discatis vilipendere exteriores collocutiones, postquam interioris collocutionis gustaueritis eulcedinem. O quàm bonum & quàm iucundum! O quàm bonum & iucundum est, tecum ô dulcissime Iesu habitare in vnum, tecum colloqui, tibi reuelare causam animæ nostræ, tuæq; consolationis responso perfrui! O quàm bonum est ad te inhabitãtem lucem inaccessibilem duce charitate accedere: cui si tantùm dux nostra fuerit, nihil manere poterit inaccessum. Cognouit cor tuum ô dulcis Iesu charitatis lancea vulneratum, viam facere charitati, cui perpetuò non claudetur. Accedite ergo ad eum F per eum gressibus charitatis, & illuminamini. Gustate quoniam suauis est. Sciunt experti, & bene sciunt qui ex alia parte gustauerunt bonum dei donum: qui aliquando in cellam vinariam à vera vite nostra sunt introducti, quàm amarum & quàm tædiosum sit à dulcedine contemplationis illius interiori præsentia separari: & ad exteriora corporalia vel audiẽda vel videnda reduci. Cum enim ille, quãtum in præsenti fas est, bonus Iesus discipulis suis familiaribus seorsum ab aliis fratribus in mõte contẽplationis eductis, se coram illis transfigurare voluerit, & in veste candida dulcedinis & bonitatis suæ apparere mirantibus, & solida charitate ebriare voluerit eos, quos ante visitauerat per timorem iudicij, siue per vio- lẽ- quam suorum se cordibus repræsentat'. Cum ergo, sicut dixi- mus, aliquãdo se in suorum cordibus transfigurare dignatus fuerit, & vt tristitia in gaudium conuertatur, si interim dum hæc nescio quomodo aguntur, aliquis exteriorem requirens præsentiam sic sit affectus, vt ab amabilis contemplationis monte ipsum cogat descendere: putas illum talem impulsionem exteriorem patienter ferre, & non magis clamare cum Petro: Domine bonum est nos hic esse, & cum Paulo, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? O quàm amarum est eis qui tali interiori refectione satiari no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnerint,ad exteriora rursus attrahi.Mori videntur sibi quia re-
vera quædam mortis species est à contemplatione vitæ,à cō-
templatiōe candidi Iesu, à contemplatione faciei illius luti-
lantis sicut sol,ad has tenebras rursus auelli, & à Mariæ dul-
cedine ad Marthæ ministerium reuocari.Breuiter autē dico,
quòd quicunque sciunt mentis oculos interioribus contem-
plationibus occupare,& linguam animæ ad diuinum collo-
quium reserare,non solùm non delectātur exterioribus visi-
bus vel colloquiis,verum etiam plurimum fatigantur.Hi ve-
rò qui intrinsecus cæci sunt & muti,& contemplatione diui-
na & orationibus deuote nesciunt se occupare, exteriorum
sensuum subsidia quærunt, & longitudinem temporis qua
grauantur,inutilibus confabulationibus expēdere satagunt.
Exterioribus enim collocutionibus velle occupari, signum
certissimum est animæ ociosæ quæ ad collocutionē diuinam
nulla penitus deuotione leuatur. Nōdum certe ad summita-
tem lilij peruenerunt,qui linguam suam à multiplicitate ver-
borum nesciunt siue nolunt refrenare.Tantóq; altius se quis-
que nouerit in virtutum gradibus ascendisse, quanto minus
humanis colloquiis delectatur, nisi forte eiusmodi hominū
in quibus ipse deus loquitur, & per quos verbum dei audi-
tur.Tales enim non audiuntur propter se sed propter deum,
qui & habitat & loquitur in ipsis:& cum talibus loquendo à
nostris sæpe domino cooperante dubietatibus expedimur, à
H pravis abducimur, & in bono proposito confirmamur. Ve-
runtamen in omnibus discretionis spiritus optādus est & im-
plorandus à domino,vt ipso reuelante sciamus cui spiritui sit
credendum,cui cordium nostrorum simplicium sit cogitatio
reuelanda,à quo salutis verbum audiendū:ne simplicitas no-
stra ab astuti serpentis fallacia capiatur, qui plerunque mala
bonis,& falsa veris,erronea rectis admiscere consuevit.

Quid contemplandum sit de lilio nostro.
Caput XXVIII.

IAm nunc ad contemplandum florem ipsum lilij venia-
mus. Vide ô virgo Christi, quanta pulchritudine præ-
mineat tuus iste flos,tuum florem designans præ cæteris flo-
ribus.Vide quantam præ omnibus floribus qui sunt in terra,
gratiam obtineat specialem. Vide quantam ab ipso sponso,
tuo laudem præ cunctis floribus mereatur. Considerate, in-
quit,lilia agri,quomodo crescūt.Amen dico vobis, quoniam
nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut vnum
ex istis. Lege igitur ô virgo & perlege, & sæpius relege hoc
verbum sponsi tui,& intellige quantum in huius floris com-
mendatione tuam gloriam commendauit. Omnem mundi
gloriam sapientissimus ille omnium creator & conditor vni-
co flosculo tuo cooperuit,nec gloriam flosculo,sed hunc flo-
sculum omni gloriæ prætulit. In Salomone enim(de quo le-
I gitur quòd magnificatus est super omnes reges vniuersæ ter-
ræ in diuitiis & honore) omnes mundi glorias debes intelli-
gere.In flore lilij tui,qui tuam,omniúmque virginum Chri-
sti figuram gerit, virginitatis gloriam contēplare.Si ergo tā-
tum commendatur ab ipsa veritate decor lilij tui, vt ei iuste
subiiciatur omnis gloria Salomonis,quem nō dubium est se-
cundum magnitudinem gloriæ suæ fuisse magnifice cooper-
tum:quantum putas commendandum ipsum esse tuæ virgi-
nitatis lilium incorruptū,& nulla in perpetuū macula corrū-
pendum,cuius vel vmbra & figura tantum meruit honorari?
Si omne operimentū omnis gloriæ Salomonis nō potest de-
cori vnius materialis lilioli comparari,quis decor cōparabi-
tur tuæ florenti virginitati,quæ est tuū lilium verū & specia-
le? Nullus inquam.Quia claritatē altitudinis tui decoris nul-
lus potest decor terrenus transcendere,quia nec Salomon in
omnia gloria sua coopertꝰ fuit sicut vnum ex istis. Noli ergo
subtristis cantare,Regnum mundi & omnem ornatum seculi
contēpsi propter amorem domini nostri Iesu Christi,qui tibi
etiā in præsenti vita decorē dedit omni mūdano decore ma-
iorē,lilium integritatis tuæ sibi conseruando,& sibi præ cæte-
ris pulchritudinibus virtutum specialiter dedicādo,& specia-
li dilectiōe astringēdo.Videbis luculēter hoc in cātico amo-
tis,vbi cæteris floribus penè omissis florem tuū sæpius nomi-
nat,nomē lilij sepius inculcādo:Sicut lilium inter spinas,sic ami
ca mea inter filias.Et item,Dilectus meus ascēdit ad areolam K
aromatum,vt lilia colligat.Et rursus,Dilectus meus mihi,& ego illi,qui pascitur inter lilia.Laudabile lilium,amica sponsi amabile lilium; quod colligitur à sponso.Non enim vt æsti-
mo,colligitur vt vltra marcescat,sed vt in altari aureo collo-
cetur,quod est ante oculos domini,id est vt collocetur in cœ-
lesti sanctuario,vt sit ipsum liliū ad ornamentū aliorum san-
ctorū,in quib⁹ dominus tāquā in altari suo aureo requiescit.
Delicatū profectò liliū,in quo pascatur spōsus,non ꝙ in hoc solo delectetur,sed in hoc quadam speciali prærogatiua dile-
ctionis plus aliis delectatus.Nec immerito.Duplex enim bo-
nū est in virginib⁹,quod in aliis sanctis nō virginib⁹ simplex est.Cū enim tota ecclesia virgo sit in anima,nullā habēs ma-
culā neque rugā,in fide &spe &charitate incorrupta,propter quod & virgo appellatur,meretur & à sponso laudari: quāta laude putas esse digna lilia nostra,quæ hic habent tam in cor-
pore quàm in anima,quod tota ecclesia habet tantū in anima.
Quasi enim quidam adeps & medulla ecclesiæ sunt virgines Christi:& quadā singulari excellentia aliorum florum sponsi amplexibus familiarius inhærentes.Hoc autem est virginibus summopere cōsiderandum, qui lilij pulchritudine delectan-
tur:quòd flos lilij tam interius quàm exterius albus est. Quid enim per exteriorē partē floris albam nisi munditia corporis, aut quid per interiorem nisi mentis virginalis puritas figura-
tur?Turpe esset,imò non esset lilium, quod vel interioris vel L
exterioris candoris sui puritate careret:ita quoque turpis est virgo, imò non est virgo,quæ non habet vtranque, scilicet mētis & corporis castitatem.Vnde nō dubito multos vtriusq; que sexus virgines in corpore defunctos esse& saluandos,qui nequaquam virginale præmium merebūtur. Mortui enim sunt,qui corpore quidē incorrupti, sed mente corrupti erant, ipsa tamen mentis corruptione non exigente eos ad mortem æternā,quia legitimas nuptias expectabant, sine quibus nul-
la illicita connubia voluerunt perpētrare. Si enim, sicut ait Apostolus,nupserit virgo,non peccabit,quę sola tantùm vo-
luptate nupsit,quanuis iam in mente florem virginitatis cor-
rupit.Consentit huic sententiæ beatus Augustinus, dicens, quòd nequaquam virgo aspirans ad nuptias meliot est mu-
liere nuptias adepta:cum ea quæ iam nupsit, vno sit viro cō-
tenta:nuptura vero quærens per omnem populum cui adhæ-
reat,cum pluribus necesse est fornicetur animo.Placet enim illi hodie vnus,cras alter,deinde tertius & quartus,& fortas-
sis plures:& quomodo si talis moritur,meritū obtinebit vir-
ginitatis incorruptæ?Vtrum autē virgines illæ,quæ vi oppri-
muntur post virginitatis votum, nec aliquando consentiunt corruptioni?vel illæ etiam quę ante votum aliquando ad nu-
ptias aspirauerunt firma mente,licet postea pœnitentia ductę M
voto castitatis se constrinxerint: siue etiā illæ quæ post votū aliquando sola voluntate à voto continentiæ resilierunt,sed rursus ad voti constantiam redierunt,& vsque in finem per-
seuerauerunt:vtrum autem tales virgines sint præmio coro-
nandæ,fateor me ex auctoritate nescire, & hoc magis peri-
tiorum hominum vel certè diuino potius arbitrio sentio re-
linquendum.Dico autem magis opinando, quàm definiendo de primis, quæ vim patiuntur: si nunquam suæ corruptioni nec voluntate nec delectatione consentiunt, beato virginali præmio nō esse spoliandas,quod ex verbis Luciæ si tamē au-
thentica videantur,videtur posse cōprobari. Si etiā per vio-
lentiam, & non à cōsentientibus castitas virginalis amittitur, spero quòd talis amissio castitatis ipsis amittentibus cedat in bonum: quia permisit eas benignus Iesus tali bono spoliari, quo præsciuit ipsas non bene vsuras. Vtile enim esset aliquam quæ propter virginitatis meritum deberet superbire, perde-
re virginitatem,& per hoc consequi humilitatis virtutē.Ca-
uenda sunt autem virginibus summo studio loca & tempora corruptoribus opportuna:ne si suæ corruptioni per insipien-
tiam suam occasionem præbuerint,ipsæ sibi meritò nocuisse videantur,& sua corona priuentur.Si enim Bethsabee non se impudicè siue incautè lauisset in solario,& Susanna in pomœ-
rio,vbi videri poterant aliquo modo,nequaquam illa adulte-
rium,nec ista mortis periculū incidisset.Cautæ sint virgines, sicut sunt castę, fenestras oculorum & aurium suarum discat obseruare,vultus adsconde re,ne vel sibi videndo vel audien-
do,quod forte nò expedit,mortem ascisc ant: ne dum ab aliis incautæ

A incautæ videntur & audiuntur,ipsos quanuis ignoranter occi-
dant.Quòd sæpe cōtigisse cognouimus; illo suggerente & insidiante, de quo scriptum est: Sedet in insidiis cum diuiti-
bus in occultis, vt interficiat innocentem. De aliis verò quæ vel aliquando ante votum,vel post sola voluntate lapsæ sunt: mihi videtur sine præiudicio cuiuslibet melioris sententiæ, quòd virginitatis coronam non amittant, si tamen citius ad votum redierunt,& in eo fideliter permanserunt: sed tamen coronæ meritum puto aliqualiter imminuendum secundum mutationem voluntatis, vt si qua longo tempore vel firma voluntate perstitit in voluntate frangendi votum virginita-
tis,tanto minus habeat meriti in corona.Integram verò om-
nino coronam æstimo possessuras, quæ à primis annis suis virginitatem sponso suo domino Iesu vouere & conseruare studuerunt.

Quòd flos lilij inclinandus sit ad terram. Caput XXIX.

NEc prętereundum quòd ipse flos lilij tam altus,tam can-
didus, tam iucundus,semper reclinatur ad terram.Quid nobis per hoc aliud quàm humilitas commendatur? Caput enim inclinare ad terram, est mentem nostram ad generatio-
nem terrenam & fragilitatem de terra contractam inflecte-
re,ne de nobis aliquid præsumere omnino audeamus,dū nos lutum & cinerem esse consideramus. Nulli autem hæc vir-
B tus tam necessaria est,quàm virginibus, ne in profundum su-
perbiæ incidant,dum suorum cōsiderant excellentiam meri-
torum. Virgines enim Christi etiā adhuc in terra viuētes, an-
gelorū ducūt vitam,tales cum sint,quales dixit dominus ho-
mines futuros post resurrectionem,quia tunc neque nubent, neq; nubentur:sed erunt similes angelis dei in cœlo. Non ex-
pectant autē virgines Christi solummodo incorruptionē re-
surrectionis,sed in pręsenti etiam viuunt incorrupti,vitam si-
ne dubio angelicam æmulātes.Ne igitur è tam sublimi gradu quē non ex præcepto cuiusquam,sed propria voluntate viri-
liter ascēderunt,viliter per superbiam decidāt: inclinentur ad terram, sicut flos lilij:recordentur quoniam puluis sunt,& ꝙ dies eorum sicut fœnum,& nōdum æstiment se ad immorta-
litatis beatitudinē resurrexisse, sed adhuc illo carneo pariete circundatos,qui inter ipsos diuidit & dilectū Iesum.Caueant illum astutum serpētem ipsis multipliciter insidiantem, vt ne ducat eas ad præsumendum aliquid de se:quatenus existimēt bonum quod habent, non habere se à deo, sed à propria vir-
tute:vel credāt sibi pro meritis suis traditū:vel vt putēt se ha-
bere quod nō habent * datum quod acceperunt: vel propter hoc quod à deo acceperunt singulariter, credant se meliores aliis. Hæ sunt quatuor species iactantiæ, quibus ille nequissi-
mus serpens etiam non rarò bonos decipit.Et prima quidem specie decepti,qui nō putant quod habēt,à deo accepisse, in-
C cidūt,quo nullū est maius crimen ingratitudinis. Quid enim peius quàm non recognoscere deū esse largitorem omnis bo-
ni?Quod qui non agnoscat,quomodo grates referet ei,à quo nihil se æstimet accepisse? Et certè non pauci tales sunt, quos ex ipsorū verbis pores agnoscere. Quid enim dicunt?Quare, inquiunt,nō seruasti castitatē tuam? Quare nō habes humili-
tatis & patientię virtutē? Quare nō habes orationis deuotio-
nem,& fluenta lachrymarū?Quid putas eos cogitare qui hoc dicunt, nisi ꝙ ipsi hoc habeāt à se,& quemlibet à se hoc pos-
se habere? Non ita cogita tu ô virgo Christi, sed scito te à te ipso nihil habere,nisi peccata:cætera verò bona, gratiæ spōsi tui sunt. Gratulare ergo,id est lætare simul & gratias age ei, à quo habes esse,& bene esse:& tanto magis dilige dilectū tuū, quanto pluribus &maioribus donis suis suā erga te cōprobat dilectionē.Imò & ipsa dona virtutū plus dilige,diligentiúsq; cōserua,quia hoc à tam dilecto & tam diligēdo accipere me-
ruisti,quam si propriis viribus hoc obtineres.In retinēdo da-
tum,diligenter dantis dilecti spōsi tui dilectionē ostēde: quia non debet dare vilia munera dator tam preciosus. Secundi vero qui credunt se quidē accepisse quod non habent, à deo, sed tamē propter merita sua:volunt benignū dominū Iesum sua gratia spoliare. Cur propter merita tua accepisse te putas virtutem? Dic mihi,quis dedit tibi posse mereri? Quid enim habes quod non accepisti? Quid gloriaris quasi non acceperis? Et tamen si vis scire quomodo acceperis, audi eundem Apostolū:Gratia,inquit,dei salui facti sumus. Quod autē sal- D
uamur secūdum opera nostra, nō ex iustificationibus nostris saluamur:sed gratia datur pro gratia. Gratia enim dei sumus id quod sumus,siue in habendis virtutibus, siue in cœlestibus obtinendis. Tertij verò qui ex spirituali dono putant se aliis meliores,alióſq; contemnunt tanquam viliores se,pestę illius Pharisæi premuntur,qui etiā cū de acceptis virtutibus gratias ageret,peccauit,quia Publicanum cōtempsit.Sed quia plurimi hac peste laborant, tentemus adiuuante domino his ali-
quod medicamentum adhibere.Considerandum puto.Is ali-
qua virtute spirituali caret:forsitan habet aliam similē isti,vel maiorē hac.Ideo dicit Hieronymus, Præclara est virginitas, & pudicitię virtus:si modò non aliis macularum lapsibus in-
firmetur. Nam tanto maiori studio placendi opus est, quan-
to est maior ille cui placendum est. Si enim virgo es, adhuc dubium tibi est,ad quem gradum dignitatis virginalis ascen-
deris. Non enim eiusdem meriti sunt omnes virgines. Quis enim sanctorum virorum similis in castitate & laude Ioanni venit æquandus? Quæ virginum fœminarum vsque ad alti-
tudinem dignitatis Mariæ virgnis altissimæ peruenit? Non ergo te exaltes super quenquam, cuius mentem ignoras: ne sub omnibus cadas. Item si tu fortè dignitate virginitatis lo-
cum tenes infimum: quomodo audebis te comparare ei qui in humilitate vel charitate vel obedientia forte iuxta sum-
mum gradum ascendit? Quid si ille cui te audes præferre, ad E
tantam perfectionem peruenit,vt nō dubitet, imò deo teste, (cui conscientia ipsius nota est) tota mente flagret calicē pas-
sionis pro domino exhaurire?Si hic fortassis dicis quia & tua conscientia testante paratus sis ad tolerandum passionem:ad id respondemus, quòd non sit quisquam, qui huius virtu-
tis constantiam in se veraciter possit agnoscere nisi re ipsa atque experientia doctrice didicerit. Quantos enim putas in tormentorum acerbitate defecisse, qui se putabant vsque ad mortem fortiter perseueraturos? Non ergo te ipsum iudices, qui teipsum non agnoscis:cum perfectissimus omnium Pau-
lus dicat, Sed neque meipsum iudico: qui autem me iudicat, dominus est.Alios quidem multo minus debes iudicare,pro-
pter hoc quod ibidem subditur: Nolite itaque ante tempus iudicare,quoadusque veniat dominus, qui & illuminet abs-
condita tenebrarum: & manifestabit consilia cordium.Vbi sine dubio multi alij contra opinionem hominum, iudicio domini cuncta videntis præponentur & postponentur qui præponendi falsò putabātur. Est autem adhuc ratio valida, quæ ab hac specie iactātiæ te auocet.Ita enim habes:Est alius alio iustior,alius alio sanctior, & idem nescit vtrum odio an amore dignus sit.Hinc suam mentem exerceant optimi qui-
que, & ad exemplū lilij timore & humilitate coacti inclina-
buntur ad terram,cum habuerint in mente ꝙ nesciunt vtrum amore an odio sint digni. Et verè nesciunt & ignorant quid F
superuenturus pariat dies,imò nec hora: quanto minus sciunt qualis eorum finis futurus sit, vel eorū qui modò mali sunt. Si Iudam proditorem vidisses cum adhuc erat discipulus, & inter summos,eiicientem in nomine benigni Iesu dæmonia, vidisses que latronem postea cum Christo crucifixum, qui ea-
tenus institisset latro ciniis & homicidiis,non dubito quin la-
troni discipulum prætulisses: & tamen omnes scimus vtri al-
ter in fine prælatus sit. Tu ergo si etiam ad tantam iam vitæ perfectionem peruenisti,vt miracula operetis:time ne ad ex-
tremum cum ipso Iuda deprehēdatis reprobus.Si verò alium quenquam pessimis operibus videas insudantem, ne te illi præferas:quia nescis vtrum exemplo latronis ad vltimū con-
uertatur, sicut scriptum est:Beatus vir cui non imputauit do-
minus peccatū.Quod de illis communiter accipitur,qui post scelera sua ad dominum à domino cōuertuntur,qui consider-
rat qualis quis moriatur.Nullū ergo & tu iudicare presumas: nec te licet optimum cuiquam alteri quanuis pessimo præfe-
ras,quia tuus & illi⁹ qualis futurus sit exitus,ignoras.Ad ter-
ram igitur cum lilij flore inclinare, id est considera fragilita-
tem tuam,quam habes in te,quia terra & cinis es. Et quanto maior es,humilia te in omnibus,carnis mūditiam virtute hu-
militatis inclinans.Quid autem vanius illis qui se putant ha-
bere quod non habent? Sed certe hac peste omnium homi-
num genus ferè laborat. Quis est enim qui seipsum perfectè

* Lect̄ cōr-
ruptus ex
Aug. in
lib. 23. in
Iob, cap. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cognoscat: nisi cui datum est à patre luminū, à luce vera quæ illuminat omnē hominem? E cœlo descēdit γνῶθι σεαυτόν, id est nosce teipsum. Nam in cantico Canticorum ipsa sponsa quæ ad amplexus sponsi anhelabat, quæ senserat vnguentorum illius fragrantiam, de ignorātia sui quodammodo reprehensa est, dicente sponso: Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere à me. Vide ergo quantum malum sit quæuis ignorantia sui, propter quam ab amantissimo sponso meretur repelli. Ad cognitionem igitur propriam redeamus, id est ad terram nostram, si volumus esse vera lilia, & ad sponsi admitti præsentiam. Nosipsos iugiter introspiciamus, incessanter clamantes ad verum & benignum Iesum, vt mētis nostræ oculos ad cognoscendum nosipsos illuminare dignetur.

De numero foliorum nostri lilii.
Caput XXX

NVnc ad numerum foliorum ipsius floris, candidissimo flore nostro benigno Iesu nos illuminante, animum extendamus. In perfectis liliis ipse candidus flos vt plurimum sex foliis constat per quæ sex causas intelligimus quæ ad virginitatis munditiam debent animos virginum incitare, quarum tres ad vitam præsentem, tres ad futuram pertinent. Tria sunt incommoda in præsenti vita in coniugatis, propter quæ
H vitanda virginalis castitas est appetenda. Tria sunt quoque cōmoda futuræ gloriæ, propter quæ acquirēda votiua virginitas est & conseruanda. Præsentis vitæ incommoda duo habemus ex maledictione quæ inflicta fuit primæ parēti nostrę Euæ post transgressionem peccati. Serpens enim tribus maledictionibus subiacuit, Euæ duabus, Adam vni. Serpēti enim dictum est à domino: Supra pectus tuum gradieris, terram comedes, & mulier cōculcabit caput tuum. Euæ autem dixit deus: In dolore paries, & sub potestate viri eris. Adæ verò ait: In sudore vultus tui comedes panem tuum. Maledictiones Euæ, & per ipsam omnium mulierum nuptarum, duæ sunt in presenti expresse, scilicet quòd in dolore pariunt filios, & sub potestate virorum sunt. Quis & quantus sit dolor parientiū mulierum, nullus hominum nouit, nisi quæ expertæ sunt. In scripturis autem doloris huius testimonium frequenter inuenimus: quia cum magnitudinē alicuius doloris volumus exprimere, ipsum mulieri parturienti comparare solemus. Hoc enim ipsum dominus omniū dolorum cognitor, cum videret discipulos suos de morte sua nimium contristandos, ipsorum tristitiam mulieris parturiētis tristitiæ voluit comparare dicens: Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius: ita & vos nunc quidem tristitiam habetis. Similiter & beatus Paulus dicit, volens ostendere dolorem eorum qui in extremi iudicij die imparati inuenientur, ait: Cum autem dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugient. Sæpius quoq; in prophetis & in aliis scripturis de huius doloris magnitudine inueniuntur multa exempla. Sed quia viuorum plura suppetunt testimonia, quæ illud ad experientiam cognouerunt & viderunt, in his non diutius est immorandum. Sed felices virgines, & verè prudentes, quæ etiam præter cōmoda temporalia spiritui domini iungi vicinius elegerunt, spirituales fœtus, id est bona opera multo melius vberius & securius immortali sponso suo Iesu non singulis annorum spatiis, sed diebus singulis procreantes: amantes eum, in cuius thalamum castissimum duce pudicitia intrauerunt, vel quem potius in sui cordis thalamum receperunt: eius vocem organicam in præceptis suis & promissis præmiorum cœlestium audierunt, & loquente sponso suo sibi per obedientiam responderunt: cuius amor castimoniam, cuius tactus munditiam, cuius nuptiæ virgines faciunt & conseruant. O verè felices, quæ tali viro non solum animi, sed etiam corporis mūditiam consecrauerunt. Cuius commercio sic in animo fœcundantur, vt omnium virtutum matres efficiantur, quarum filij in domo cœlesti æternaliter habitant, & semen operum ipsarum coram sponso suo in seculū dirigetur. Euaduut etiā virgines Christi maledictionem secundam Euæ matris nostræ, & per ipsam omnium maritarū, scilicet quòd sub viri mortalis potestate non sunt: & in hoc quantum bonum inue
I nias, quantum malum effugias, diligētius intuere. Super quo Pauli Apostoli sententiam audiamus: Virgo quæ innupta est, K cogitat quæ sunt dei: vt sit sancta corpore & spiritu. Quę autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Quid acquiritur? Euaditur malum non modicum, solicitudo mundana, quomodo viro placeat. Quantum putas animis virginalibus deuotionis augeri, quòd liberę quando volunt & quando debent, nulla impedīte cura possunt orationibus cæterisque spiritualibus exercitiis vacare? Quantas habent coniugatæ religiosę & deo vacare volentes, molestias: cum à propriis viris, quibus eas esse subiectas oportet, prohibentur: Est enim hoc magnum onus coniugij, cum mulieres viris talibus copulantur, qui à bonis earum moribus & bona conuersatione discordant. Quantas putas esse cōiugatas, quæ suppliciis hoc emere vellent, quòd à malorum cōiugum potestate liberatę, liberum domino possent seruitium exhibere? Felices ergo virgines, quę sponsum suum Christum acipiētes, illi se soli subiecerunt, cuius iugum suaue est & onus leue: eique soli tota & integra mente placere desiderant, qui sanè est speciosus forma præ filiis hominum: non diuidentes mentem suam, ita vt nec ex parte cupiant, & solicitæ sint placere deo, nec ex parte placere viro: sed se totas integras reddunt illi à quo acceperunt vt essent, & receperunt vt bene essent: ipsum munere præterea sponsum suum gratuito acceperunt. L Quid poteris largitōri tuo dignè rependere? Dedit te tibi, quando te creauit vt esses: reddidit te tibi, cum recreauit vt bene esses: dedit in viaticum tibi, ne in via deficias, corpus & sanguinem suum, se verum deum, & hominem verum. Et tu quid rependes? si pro eo quod dedit tibi quando te creauit, vicem nequis rependere: quid dēique pro eō rependes, quòd se tibi dedit? Certè si te milies posses rependere, quid esses tu in comparatione dei? Rependе tamen quātum potes, rependе te totam illi, qui se totum tibi & dedit & reddidit: & his non contentus, se quoque totum tibi dedit. Dilige hunc tantum te diligentem, & singularem dilectum ex tota anima tua & ex toto corde tuo, & ex omnibus viribus tuis: quia & cor bonæ voluntatis & animam rationabilem, & vires ad implēda quæ bona sunt, ipse dedit tibi. Benedicat anima tua dominо, & noli obliuiscі omnes retributiones eius, & te dilectionis illius vinculis astringe, vt liberius vacare possis & videre quàm suauis est dominus: quem si rectè gustaueris, ipso te trahente, iam nequaquam vlterius sub alteri⁹ potestatem redigēris. Nullus enim sapiēs ab illius se vellet absoluere seruitio, cui seruire regnare est. Quis autem regnare nolit? Vis regnare feliciter? serui benigno Iesu, & regnabis: quia illi seruire regnare est. Sic enim de sanctis legitur, quia cum Christo regnabunt in æternum. Quid est regnabunt? Reges erunt. Hoc enim & Apostolus ait: Hæredes quidem erunt dei, cohærædes M autē Christi. Reges ergo vere erunt hęredes regni dei: cohoredes autem regis. Felicissimę ergo virgines huius solius iugo subiectæ, quæ seruos suos commutant in reges, quorum regnum non mutabitur in æternū. Tertia causa appetendæ virgnitatis est carentia multiplicium anxietatum, quæ inenarrabiliter habetur circa pueros nutriēdos. Quanta sit hæc anxietas, soli nouere parentes. Secūdum amorem enim quo afficiuntur circa filios, extenditur solicitudinis magnitudo, quę amorem exceptis parentibus nulli sciunt. Verum dixit, qui ait. Quis sit amor prolis, soli nouere parentes. Vnde nonnunquam solicitudinem ipsam intantum contingit extendi, ut omnes animi vires occupet, & omnibus positis solummodo filiorum mentionem habeant. Discurrit animus & vagatur & percurrit mare & aridam, nil inexpertum relinquit, plurimúmque & corpus miserorum parentum diuerso labore atteritur: vt filiis pecunia & possessiō comparetur. Nec adhuc quiescitur etiam pluribus quàm necessitas exigat conquisitis, quia occasione dilectionis filiorum subintrat auaritia, & Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit: Et minus hanc optat cum non habet. consequentérque moriū- *Iuuenal. satyr. 14.*
tur in miseriis, nec possunt compati, nec volunt misereri, & seipsos misertimi parētes faciunt indignos ad misericordiam consequendam. Iam vt puto vides, quantum malum facit solicitudo circa filios habita, & ad quem finem tendit. Quantum autem putas anxietatis adiici etiam bonis parentibus, & maxime matribus, quæ maiori circa filios solent affectu mo-

ueri,

A ueri, cum vident vitam filiorum virtutum tramite relicto vagari per deuia vitiorum, cum diuersis illos affici vident corporum infirmitatibus, cum denique tantum ad mortis videt interitum deuenire. Quis in tantis miseriis locus diuinæ contēplationi relinquitur? Quomodo cor sursum haberi potest ad dominum tantis grauitatibus oppressum? O quàm beatæ virgines, quarum sponsus vltra mori nō potest, quarum filij, id est virtutes semper viuunt, imò & ipsas ad vitam perducūt, quarum animus non ad diuersa terrena descēdit posteriorum oblitus. Portant iam virgines beatę in mente sua cœlum cum gaudiis, quantum homini fas est, quod ipsas præterea est laturum. Iam vagantur per gaudia cœlestia, transeunt singulariter choros beatissimorum spirituum, singulorum chororum officia singularia spirituali mentis viuacitate perspiciunt, & singularium virginum gaudia sibi à rege & à sponso præparata; libera mentis auiditate degustant, nulla filiorum terrenorum solicitudine remoratæ.

De tribus commodis futuræ vitæ.
Caput XXXI.

SEquamur nos & prosequamur in materiæ tractatu propositæ tria commoda futuræ vitæ Christi virginibus singulariter accessura. Beatissimus Ioannes Euangelista in Apocalypsi sua vidit duodecies duodena milia sanctorum citharœdorum illibatæ virginitatis in corpore, vitiditatis inuiola-
B tæ in corde, quòd sequantur agnum sponsum virginum quocunque ierit. Ecce virginum præmium singulare, per quod quartum folium floris lilij designatur: quia sequūtur agnum quocunque ierit. Quò ire putamus hunc agnum, quò nemo sequi eum vel audeat vel valeat nisi vos? Quò inquam putamus eum ire? in quos saltus? in quæ prata? Illuc æstimo, vbi sunt vera gaudia, non gaudia huius mundi vana, insana, mendacia, nec gaudia qualia in ipso regno dei cæteris præstantur: sed à cęteris sorte distincta, gaudia virginum Christi de Christo, cum Christo, post Christum, per Christum, gaudia propria virginum Christi. Non sunt eadem non virginum, id est corū qui non sunt virgines, quanuis tamen sint Christi. Nam sunt aliis gaudia alia, sed nullis talia. Sequuntur agnum quocunque ierit, quia agni caro vtique virgo est. Hoc enim in se retinuit cum esset in corpore, quod non abstulit matri. Virgo enim ex virgine conceptus est: & natus virgo de virgine, & post natiuitatem cum virgine matre permansit virgo, auctor & custos & amator virginitatis ac remunerator largissimus dominus Iesus Christus. Merito igitur eum sequuntur etiam in hac vita virginitate cordis & carnis, quocunq; ierit. Quid est enim sequi, nisi imitari? quia Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, sicut ait Apostolus Petrus, vt sequamini vestigia eius. Hunc in eo quisque sequitur, in quo
C imitatur, in quo multum ad imitādum proponitur omnibus: virginitas autem carnis non omnibus. Non enim habēt quid faciant vt virgines sint. Sequantur itaque agnum cæteri fideles, qui virginitatem corporis amiserunt, non quocunque ierit, sed quocunque ipsi poterunt. Possunt autem in omnibus virtutibus, nisi cum in decore virginitatis inceditur. Quomodo enim post eum ibunt itinere virginali, qui hic amiserunt quod nullo modo recipiunt? Vos ergo ô virgines eius ite post eum, quæ propter hoc quocunq; ierit, sequimini eum, tenendo perseuerantes quod vouistis, ardēter facite quod potestis, ne virginitatis bonum vobis pereat, cui semel perditæ facere nihil potestis vt redeat. O quanta cum admiratione, quanto cum gaudio videbit vos cætera multitudo sanctorum, quæ agnum ad hæc sequi nō potest. Videbit, nec inuidebit: & collætando vobis, quod in se non habet, habebit in vobis. Agnus quippe ille quem vos quocunque ierit, sequimini, nec eos deseret qui eum non valent sequi quò vos potestis, omnipotentem agnum loquimur, qui vos præibit, & ab eis non abibit, cum erit deus omnia in omnibus, & qui minus habebunt, à vobis non horrebunt, vbi enim nulla inuidentia est, concors est differentia. Præsumite itaq;, confidite, roboramini & permanete in eo quod vouistis, & reddite domino deo vestro vota perpetuæ cōtinentiæ, nō tantum propter erumnas præsentis seculi vitandas, sed multo magis propter futuri seculi delicias singulares, quas nobis spiritualiter agn⁹ noster Chri-
stus transiens ministrabit. Caueāt autem virgines Christi, ne D puerilirer intelligant: ita vt solam virginitatē credāt sibi sufficere ad sequēdum agnum dei quocunq; ierit, cum ipse agnus non solum virginitatis semitam, imò etiam omnium virtutū viam incedat. Oportet ergo virginē Christi omnium virtutū itinere etiā in hac vita agnum māsuetissimum imitari, si vult illuc venire vbi sine fine eum quocunq; ierit sequetur. Quomodo enim posset sequi virgo superba agnum in humilitatis via gradiērem, ad quem nullo modo accedet? Quomodo mitissimum iracunda? Quomodo seruientem charitate inuida? Quomodo largissimū auara? Quomodo sobriū ebria? Ambulat in omni via omnium virtutū agnus: ambulet sic & virgo cupiens agnum imitari. Sit mitis, sit humilis, sit charitate feruens, sit larga, sit alacris, sit sobria, & imitabitur agnum quocunque ierit, denique merebitur ab ipso sponso suo audire: Quàm pulchri sunt gressus tui in calciamentis tuis, filia principis! Specialis filia dei principis & domina regum vniuersæ terræ erit anima virginalis, cuius gressus commendantur in calciamentis. Per calciamenta autem accipimus exempla mortuorum: quia calciamenta fiunt de mortuis animalibus. Pulchri igitur sunt gressus virginum in calciamentis, cum directe sequuntur per viam virtutum omnium agnum Christum pro ipsis mortuum, pro agno paratæ etiam ipsæ vsque ad mortem & per mortem, si necesse est, sequi agnum, in omni facto munientes pedes affectuum suorum exemplis opti- E
mi agni Iesu Christi, aduersus serpentem insidiantem calcaneo virginali, cum caput serpentis virginali pede ipsius agni adiutorio conculcatur. Quintum folium floris filij quintam causam designat propter quam virginitas est appetenda, illud scilicet quia cantabunt cāticum nouum ante thronum dei & agni, quod præter virgines nemo potest dicere. O felices virgines, & cæteris feliciores virgines, quæ affertis ad illas agni nuptias æternales canticum nouum, quod cantabitis in citharis vestris, non vtique tale quale cantat vniuersa terra, vt dicitur: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra: sed tale, quale nemo potest dicere. nisi vos. Audiet tamen, & delectabitur omnis multitudo fidelium vestro proprio & tam excellenti dono. Vos autem quæ & dicetis & audietis, quia illud dicetur à vobis: felicius exultabitis, & iucundius regnabitis. Quis istam felicitatem poterit explicare? imò quis humana mente concipiet tantæ exultationis iubilum? Iam si omnes virgines canticum istud cantabunt, nunquid illa virgo virginum primiceria non cantabit? Cantabit vtique, & tanto iucundius quanto castior cæteris. Præbebitq; toti choro in cantando exemplum, quas ad virginitatis amorem suo incitauit exemplo. Cantabunt ergo virgines in illa iucunditate festiua canticum suum in cor agni virginis sponsi sui, à quo vt tale canticum cantare possent, acceperunt. Quid autem? Nunquid & ipse agnus solum aliarum virginum cœtum, & non etiam ipsam virginem matrem suam superextol- F
let, à quo habent illæ non solum vt sint virgines, sed etiam vt sint? Nunquid ipse sponsus virginum virgo, virgo optimus, non etiam cantabit? Imò vere & ipse cantabit: & iucundissima illa vox verbi patris æterni, cum omnibus, præ omnibus, & in omnibus audietur. O felicissimum canticum: ô festiuitatem iucundissimam comparatione & fine careturam. Quis ad illud non anhelet? Quis laborare contemnat vt illuc perueniat, vbi tantarum virginum canticum nouum audiat, vbi mirabiliter præ cæteris virginibus redundantem vocem matris agni percipiat, vbi & ipsum agnum piissimum & dulcissimum melos totum melleum audiat concinentem? Si enim eloquia domini, teste Psalmista, & in ipso corpore mortis existentis vni cuipiam tam dulcia sunt, vt mel & fauum superēt: quanta putas ea dulcedine superabundare debere, vbi omnis mortalitas, omnis timor, omnis dolor procul transierunt? vbi amaritudinis nullus relinquitur locus, sed omnes torrente voluptatis diuinæ potabuntur inebriati ab vbertate domus eius? Maxima omnibus felicitas, canticum virgineum agni dulcissimum audientibus: abundantior tamen virginibus Christi, cum ipso agno cantantibus. Quanta solicitudine merito custo dire debent virgines ora sua, canticum solis virginibus cantandum cantare, & cum omni munditia conseruare non solùm ab omni actu polluto, sed ab omni verbo lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gxurioso, turpi, scurrili, iocoso, imò & ocioso: Erúntque sicut in cantico sponsæ dicitur, sicut vitta coccinea labia virginú, & eloquium earum dulce. Sicut enim vitta coccinea sunt labia, quæ semper verbis ardentis charitatis abundant, quibus verbis motus & cogitationes carnales restringũtur. Per coccineum quippe colorem, charitas: per vittam, qua crines restringuntur, testrictio cogitationum carnalium, quæ per crines figurantur, accipitur. Sponsarum ergo agni, hoc est, virginum Christi labia præcipue decet esse sicut vitta, & coccinea: vt sermo eorum semper charitate ardeat: passione agni & sponsi rubeat, qui semper debet esse in corde, semper sit in ore candidus & rubicundus dulcis Iesus. Nec timeo talibus de mendacio, quia mentiri omnino nolunt, cum de veritate loquuntur dulcissimo Iesu. Scurrilia vero turpia, iocosa, & ociosa verba, verbis passionis conuenire non possunt, Quid enim vtilius, quid amatius, quid decentius passione Iesu Christi? O dulcissime atque amantissime Iesu, agne immaculate, candide per innocentiam, rubicunde per sanguinem passionis, quàm iocundum cogitare, quam salubre loqui de te? Tu enim de te loquentibus præsens, mentem dulciter accendis, informas verba, & omnium in te loquentium trahis affectus: currúntque in odore vnguentorum tuorum, donec introducantur à te rex regum in cellaria tua, bibantque vinum dulcissimæ consolationis tuæ in iucunditate cordis sui, audiántque suauissimam vocem tuam dicentem: Bibite & inebriamini charissimi, sentiéntque indignos amari à te gratis, amicissime & gratissime Iesu. Vidés ne igitur quorsum tendant verba charitatis & passionis? Benigne Iesu, cuius nomen quod est super omne nomen, nulli potius nominandum, nulli dulcius sapiendum est, quàm virginibus sacris, sponsis eius: vt nunquam ab earum ore recedat nomen dulcissimi Iesu, in quo ipsi agno cœlestis patris canticum nouum solæ cantabunt. Incipite ergo quantum fas est ô virgines, frui sponso vestro, ipsum semper in ore, semper in corde gestantes: vt fiant ei sicut vitta coccinea labia Vestra, & eloquium dulce, vt dignæ habeamini postmodum osculari ab osculo oris eius, & ab ipso introduci in cœlestem thalamum. Sexta & vltima causa propter quam virginitas est appetenda, sexto folio floris lilij designatur. Ostenditur enim nobis quæ sit hæc causa testimonio Esaiæ dicentis Eunuchis, id est virginibus meis dabo in domo mea & in muro meo locum nominatum multo melioré quàm filiorum atque filiarum: nomen æternum dabo eis, quod nunquam deficiet. O sublime meritum virginum, ô gloriam excellentem, ô premium spirituale. Legant & intelligant, memoriæque commendent verbum hoc, verbum bonum & suaue virgines omnes, parui pariter & puellæ gaudeant, & perseueranter currant, qui iam continentiam vouerunt donec comprehendant. Audiant qui nondum vouerunt, & delectentur in altitudine præmiorum, vt voueant etiam ipsi votum castitatis castissimo Iesu, vt semitam virginitatis altissimam & arctissimam apprehendant, per quam incedentes brauium accipiant nominis sempiterni: & locum multo meliorem, quàm qui filios & filias ex se genuerunt, incolere mereantur. Quid per hoc designatur nomen, quod dominus promittit se suis daturum virginibus? Vtique gloria propria excellénsque significatur: quæ erit virginibus non communis cum multis, quanuis in eodem regno constitutis. Nam ideo fortassis nomen dictum est, quòd eos quibus datur, distinguit à cæteris, sicut homines propriis nominibus distinguũtur. Licet enim omnes ad vitam æternã prædestinati in vno regno sint mansuri, & vno deo fruituri: tamen sicut ait Apostolus, stella differt à stella in claritate, sic resurrectio mortuorum. Hæc sunt merita diuersorum sanctorum. Nam sicut commune est omnibus sideribus esse in cœlo, & tamé alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum: sic in ipsa vita æterna distincte fulgebunt lumina meritorum. In domo autem patris æterni mansiones multæ sunt: vbi non videt alter altero prolixius, quia omnes habebunt vitã æternã. In multis autem habitationibus honoratur alius alio clarius. Quanta putas ibi gloria fulgebunt virgines Christi cordis simul & mentis puritate Christũ sequentes? Quis sanctorum chorus melius lunæ comparatur, quàm virgines? Solæ sequentur solem iustitiæ Christum vt agnum patris, quocunque ierit: vnde & solæ illi similes sunt atque similimæ. Honorabuntur ergo præ cæteris in eodem regno existentibus splendore quidem excellentiori, sicut lunam videmus præ cæteris sideribus præeminere, possidebũtque in domo domini locum meliorem multo quàm cęterorũ filiorũ & filiarum, qui virginitatis merito non sunt insignes. Pergite itaq; sancti dei pueri & puellæ, mares & fœminę, cœlibes & innuptæ, pergite perseueranter vsq; in finem. Laudate dominum dulcius, quę cogitatis vberius: sperate felicius, cui seruitis instantius: amate ardentius, cui placetis attentius. Non sint in vobis incentiua vlla vitiorũ, sed totum hominem vestrum vestro sponso consecrate simul & conseruate speciosо forma præ filiis hominum. Non conspiciatur in virgineo corpore vestro improbus vultus, non vagi oculi, non infrenis lingua, non petulãs risus, non scurrilis iocus, nõ indecens habitus, non tumidus aut fluxus incessus. Iam non reddite malum pro malo, aut maledictũ pro maledicto. Iam postremò ad illam dilectionis mẽsuram accedite, vt ad imitationem sponsi vestri ponatis animam pro fratribus vestris. Hæc enim addita virginitati angelicam vitam hominibus, & cœli mores exhibent terris. Sed quanto maiores estis, tanto humiliate vos in omnibus, vt coram deo inueniatis gratiam, qui superbis resistit, qui se exultantes humiliat, qui inflatos per angustam portã nõ traiicit. Nulla sit superflua sollicitudo, vbi feruet charitas, nó desit humilitas. Si ergo nuptias cõtempsistis filiorum hominum, ex quibus filios hominis generetis, tanto magis corde amate filium hominis speciosum forma præ filiis hominum. Inspicite pulchritudinem amatoris vestri, & hoc ipsum quod in eo derident superbi, inspicite quàm pulchrum sit interioribus luminibus. Inspicite vulnera pendentis, cicatrices refurgentis, sanguinem morientis, precium & commercium redimentis. Hæc quanti valeant, cogitate: hæc in statera charitatis appẽdite: & quicquid amoris in nuptias vestras impendendum habetis, illi repẽdite, qui non pulchram carnẽ, sed interiorem vestram pulchritudinẽ quærit, qui vobis dedit potestatem filios dei fieri. Videte autem quanta securitate amatis eum, cui displicere falsis suspicionibus non timetis. Vir & vxor inuicem se amant, quia in se manifestè vident signa charitatis: sæpe tamen de se aliquid mali inuicem suspicantur, quia sua occulta inuicem non contuentur. Non ita est de amore vestro dulcissimo Iesu ac desiderabili, in quo nihil inuenietis quod reprehendere possitis: nec vobis timendum est, quòd falso aliquid mali de vobis suspicetur, qui renes intuetur & corda. Si ergo magnum amorem coniugibus deberetis, quantum amare debetis eum propter quem coniuges habere noluistis? Totus vobis figuretur in corde, qui pro vobis crucifixus est in cruce: semper habentes in mente quantam vobis exhibuit charitatem, qui vobis sibi inuiolatos tam in corpore quàm in anima conseruauit: quantam vobis & quàm specialem gloriam præparauit, quos sic sublimauit. Specialem inquam gloriam, specialem coronam donauit vobis in cœlis, quam nostri maiores aurcolam appellant: quam idcirco ab auro æstimo nominatam, vt ipsum coronæ nomen quæ dabitur vobis in præmium virginitatis, insinuet excellentiam gloriæ virginalis. Quid inquam dabitur sacris virginibus Christi: Cæteris sanctis vt præmineant, sicut aurum cætera metalla præcellit. Dicit enim Esaias: In die illa erit dominus corona gloriæ: & sertum exultationis residuo populi sui. Attende quòd corona sit de auro & de lapidibus preciosis: sertum de floribus, puta rosis, violis, & huiusmodi. Attende quàm magnum est ipsum deum habere pro corona, & virgines non tantùm habebũt deum pro corona, id quod est commune omnibus glorificatis: sed habebũt procapillo florido exultationis prærogatiuã spiritualis excellentiæ, quę in virginibus in patria cœlesti apparebit. Quid autẽ est ille locꝰ multo melior, quàm filiorum dei: Quid illud nomen æternum? Quid aureola? magnũ est valde, & inexplicabile inexpertis, & propterea cũ magna auiditate currendum, cum magna fortitudine perseuerandum est eis, qui soli frueturi sunt. Sed quia commemorando gratiam poterunt hoc experiri. Sed quia commemorando gratiam specialem virginibus à sponso suo gratis concessam, & gloriam specialem ab ipso quoque nihilo minus in cœlis virginibus præparatam: ad speciale dilectionẽ sponsi cœlestis benigni Iesu

Anigni Iesu animos virginalis munditiæ, prout ipse virginitatis & dilectionis auctor largiri dignatus est, incitare curamus, secundum ordinem prosequendo de dilectione proximi, sine qua dei dilectio non subsistit, pauca quæremus annectere, quia in his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ.

De dilectione proximi, & sex operibus misericordiæ. Capitulum XXXII.

FLosculi igitur aurei coloris numero sex, qui in medio floris albi in lilio consistunt, charitatem erga proximum habendam figurant: quæ in sex operibus charitatis, quæ & opera misericordiæ nominantur, consistit. Charitas ergo quæ ociosa esse non potest, vbicunque est, se operibus ostendit, sicut beatus Gregorius dicit, Probatio dilectionis exhibitio est operis. Et ille specialis dilectus domini Ioannes ait: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Si enim fratrem suum quem videt, non diligit: deum quem non videt, quomodo posset diligere? Opera autem misericordiæ, quibus charitas Dei demonstratur, curauit ipsa veritas explicare, ostendens se de his solos iustos in die extremi iudicij laudaturum, & propter horum defectum reprobos damnaturum, dicens: Cum venerit filius hominis, & sederit in sede maiestatis suæ, & stauerit iustos à dextris suis, & reprobos à sinistris, dicet ipse rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratũ est. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes fui, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: Infirmus, & in carcere, & visitastis me: quia quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Tunc dicet his qui à sinistris: Ite maledicti in ignẽ æternum. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potũ. Hospes eram, & non collegistis me: infirmus & in carcere, & non visitastis me. Quia non fecistis vni ex minimis meis, nec mihi fecistis. Ecce opera misericordiæ de charitatis radice procedentia. Considerandum est itaque, quantę sint dignitatis quæ sola in districto examine laudari merẽtur, quorum dignitas in colore aureo flosculorum lilij designatur. Nihil valet albi floris munditia, hoc est, virginalis puritas sine operibus charitatis. Sed quid dicimus de his qui propter defectum terrenæ substantiæ hoc operibus implere non possunt, siue adhuc in seculo commorẽtur, siue renunciantes seculo & omnibus quæ possidebant, nudum Christum nudi secuti sunt? Nunquid hi omnes reprobi erunt, qui Christo in operibus misericordiæ ministrare nõ possunt? Absit. Non enim impotentes, sed nolentes cõdemnabuntur. Nam viscera, id est compassionem suam non claudit à proximo indigẽtiam patienti, qui si posset, vellet subuenire: sufficítque domino cor intuenti, si sola voluntas assit. Nam & ipsam pro facto reputat voluntatem. Nullus ergo se poterit excusare, quin omni petenti se tribuat, vel opere vel voluntate. Non igitur se excusent qui dare non possunt. Tam enim afflicti quàm volũtaria paupertate coacti voluntatem dare tenentur. Examinet autem se quilibet si hanc habeat voluntatem. Cum enim vides pauperem, vel infirmũ, vel peregrinum, & nulla cõpassione permotus tales pertransis, nec orationẽ, nec gemitũ pro illo effundis: nunquid dandi non habes potestatẽ? nequaquam. Si enim nõ diuidis affectũ charitatis cum proximo indigẽte, perinde est ac si non cõpatiaris patienti. Si enim non condolꝛs condolenti, quomodo substantiam exteriorem diuideres? Si nõ das cõpassionis affectum, qui quo plus datur, plus abundat: quomodo terrenam substantiam dares, quæ diuisa minuitur? Quoties ergo videmus aliquẽ indigẽtem, agnoscamus Christum in illo: quia & ipse indigens, membrum Christi est. Non claudamus viscera compassionis nostræ ab illo, & per hoc sciemus quia charitas Christi manet in nobis. Maxime virgines Christi intra albos flores munditiæ virginalis habeant hos aureos flosculos charitatis, sine qua nulla est munditia castitatis: nullus labor passionis, nulla scientiæ plenitudo ianuam vitæ ingreditur æternæ. Nihilo minus autem, imò & multo magis miserẽdum est miseris à via rectæ fidei vel operum fidei exorbitãtibus, & in peccatorum sorde iacentibus, siue ipsi sua peccata agnoscant, siue non, & frangendus est eis, id est orationibus & lachrymis nostris ad misericordiam inclinãdus ille panis cœlestis angelorũ dulcis Iesus. Similiter & illi quibus dedit dominus intellectũ, panẽ sacrę scripturæ talibus frangẽt & apponent, orando dominũ vt oculos eorũ aperite dignetur, vt eũ agnoscant, & cordis palatum sanẽt, & gustẽt & videant quoniam omnino suauis est dominus: & ipsum in fractione panis, id est sacra scriptura agnoscant, quorũ oculi intellectus ante tenebantur ne eum cognoscerent, peccatorum sordibus superiectis. Frãgendus est panis consolationis his qui in pressuris sunt constituti, siue in languoribus corporis, siue onere paupertatis, vel in semetipsis, vel in amicis suis: vt secundum consilium sapientis detur sicera mœrentibus & vinum dulcis consolationis his qui amaro sunt animo, diuitem semper voluntatem habentes ad omnes, non solùm ad amicos, & domesticos fidei: verum etiam ad inimicos, vt simus filij patris nostri qui in cœlis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sed forte dicet aliquis: Quid deperit deo meo, quòd solem suũ & pluuiam suam tam malis quàm bonis largitur? Nihil enim, inquam, imò & prodest, quia plerunque vincuntur mali multitudine bonitatis & beneficiorum Dei, & à prauis suis itineribus conuertuntur. Et tu dic mihi, Quid deperit tibi, si charitatem tuam, quæ quasi sol cæteras virtutes illuminat, & pluuiam lachrymarum tuarum etiam cum inimicis diuidas orando & lachrymãdo pro illis, vt quandoque reuertantur ad cor, & errores suos agnoscant, & charitatis vnitatem recipiant? O si scires bonitatem optimi dei, & quàm bonus est qui te monet orare pro persequentibus & calumniantibus te, & quantam mercedem talia orantibus paret! Certe iamdudum petiuisses ab eo, & dedisset tibi solem talis charitatis, & pluuiã talium lachrymarum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Apud quem fons est vitæ, & in cuius lumine videbitur lumen: lux vera, quæ illuminat omnem hominem, dulcis Iesus. Ad cuius exemplum diuide & tu charitatẽ tuam, diuide lachrymas tuas tam cum inimicis tuis, quàm cũ amicis: vt sis filius patris tui cœlestis, & frater & imitator domini Iesu, qui super ciuitatẽ fleuit peccatricẽ, pro occisoribus suis orauit, vt non perirent. Sed iam ad finem floris huius attingamus. Flosculus in medio flosculorum aureorum præminens cæteris omnibus lõgior diuinitatẽ signat, quæ est super omnia Deus benedictus in secula, amen. Habet autem hic flosculus caput vnum triangulum, per quod trinitas ipsa designatur. Vnum enim caput, diuinæ substantiæ vnitatem figurat: tres vero angeli eminentes, & à se distincti signãt trinitatis personas. Summus est hic flosculus in lilio virginali, quia virgo domini omnes cogitationes suas, omnem voluntatem suam, omnia verba sua, omnia facta sua, omnem munditiam suam corporis & cordis sui ad honorem spõsi cœlestis debet inferre: quia si gloriam propriam quæsierit, lampadem, id est purum corpus non habebit: sed oleo lætitiæ spiritualis & igne charitatis carebit. Scimus autẽ quòd illis virginibus dicturus sit sponsus, quæ lampades habebunt sine oleo, verbum horribile non solùm audituˉ, sed & cogitatu, Nescio vos. O verbum asperum. Libera nos domine Iesu dum adhuc tempus est liberãdi, nos pauperes peccatores à laqueo venantium: ne postmodum illud verbum asperum audiamus. Scimus quòd aduersarius noster serpens ille astutissimus innumerabiles & subtilissimos laqueos nobis obtendit, vt quos à bonis operibus nõ potest auertere, prauis suggestionibus de bonis saltem faciat operibus gloriari. Et quomodo putas eum fremere, quomodo stridere dẽtibus suis, cum videt virgunculas teneras à primis infantiæ suæ rudimentis regnum mundi & omnem ornatum seculi contemnere, & tam altam semitam virginitatis ascẽdere? Quantas illũ putas insidias tendere nunc radici, nunc trunco, nunc foliis albis, nunc flosculis aureis lilij virginalis vt inducat eas in aliquo bonorum operum quærere gloriã propriam, ne ad virginitatis summæ apicem pertingant? Sed virgo Christi semper respiciat in faciem sponsi sui: vt omnia faciat propter ipsum, omnia ad ipsum referat, in omnibus quærat ipsum, dicens cum ipso: Ego gloriam meam non quæro: sed honorifico dominum meum, & ipse honorificabit me, quia ipse solus susceptor meus, & gloria mea, qui exaltabit caput meũ dul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Discretionis à vite ad lilium ratio.

Gcis Iesus. Si quis virginum sic loquetur,sic aget:erit perfectũ lilium,& florebit in æternum ante dominum & in domino suo,& in sponso suo:& dominus suus & spõsus suus florebit in ipso,qui in hortum ecclesiæ suæ descẽdit,vt talia lilia colligeret. Hæc autem per quendam excessum de flore lilij spiritualis,quo præcipuè floret vitis & vita domin⁹ Iesus. Ingratiam virginum,ad quorum notitiam hũc tractatum credimus venturũ,diligentius hęc tractare studuimus:vt hic inueniant compendiosè,& facilius memoriæ commendent (tãto attentius legendo,quanto breuius) quod ab aliis sanctis patribus diffusius est tractatũ,& multis grauibus disputationibus aggrauatũ,quod propter difficultatem à simpliciũ virginum simplici intellectu non potest comprehendi. Nec tiginum memus linguas detractorum dicentium nos vniformitatem materiæ non seruasse,qui à tractatu vitis in tractatum lilij ceciderim⁹,cum pro certo sciamus nos à charitatis benignitate,Christi nimirum virginum sponsi,excusandos, cui in hoc tractatu cõfitemur,sicut intellimus,subseruisse,in cuius manu sumus & nos & sermones nostri, quem,vt firmiter speramus,in huius materiæ tractatu secuti sumus,nõ glotiam doctorum,sed fructum discentiũ requirentes. Veruntamẽ quãtum intelligo,non magis floret vllo aliquo flore vitis nostra non alterius alicuius floris tam attrahit fragrãtiã quã huius

H lilij,id est virtutis virginalis,cuius amore tot adolescẽtulæ attractæ tam liberaliter currunt in odorẽ vnguentorũ sponsi, voce simul & opere clamantes: Trahe nos post te, in odorẽ vnguentorum tuorum curremus. Quid enim amant tot virginũ milia mũdi illecebras spernentia? quid,inquam, tam amant in sponso suo cuius virtutis delectatione attrahuntur, quàm odorem lilij,id est amorem virginitatis? Licuerit ergo nobis hunc florem potissimum in vite nostra commendare quo nullus preciosior nec speciosior est in ipsa vite. Nũc autem ad alios compendiosius tractandos transeamus.

De rosa rubente & ardente. Caput XXXIII

FLoret in vite nostra benigno Iesu nihilo minus rosa rubens & ardens. Rubens sanguine passionis, ardens igne charitatis,rosida effusione lachrymarũ dulcis Iesu. Fleuit enim & contristatus est propter me gaudium meum imò gaudium angelorum,dominus Iesus: qui vt ait Apostolus, in diebus carnis suæ offerens vota & supplicationes ad eum qui posset saluum facere eũ à morte, cum clamore valido & lachrymis exauditus est pro sua reuerentia. Audis cor non carneum, sed lapideum, illum magnum Iesum & optimum in diebus carnis suæ quam pro me redimendo assumpserat, lachrymis immaduisse,& adhuc aridum permanes? O cor durum: audis commoueri pro me ad lachrymas illum qui in

I æternum stat, & non commouebitur: nec adhuc tu ad lachrymas commoueris? Addam & ignem charitatis, & passionis sanguinem: si forte calefias, si emolliaris, vt dulcissimo Iesu pro lachrymis suis & sanguinis effusione solas saltem lachrymas rependas. Adhuc addam & malleum graue, & cuneos ferreos incutiam tibi, vt scindaris. Nam si tu cor sicut terra sine aqua exaruisses,vtique vel leuiter posses emoliri solis perfusum lachrymis lachrymantis Iesu. Si autem a facie frigoris iniquitatum induratum es in rigorem lapidis, addo instrumenta fortia,malleum crucis,& cuneos clauorũ ferreorũ,vt illis tibi incussis scindaris, & fontem lachrymatum salubrem effundas. Quòd si nec adhuc commoueris ô cor durum & impœnitens, durius es silice,qui in deserto à Moyse bis percussus virga emisit aquas largissimas: præsertim cũ malleus crucis domini validior sit ad feriendũ,quam virga Moysi: & tres claui ferrei tibi incussi efficaciores esse debeant ad aquam lachrymarum eliciẽdam,quàm percussio virgæ Moysi geminata. Si vero & adhuc permanes inconcussum,eo,quod in adamãtis duritiam sis cõuersum,qui solo hœdi sanguine potest molliri,affero tibi hœdi pariter & agni i contaminati optimi Iesu sanguinem copiosum calore incomparabilis charitatis feruentem, qui sua fortitudine illum adamantinum parietem inimicitiaru positum inter deũ & hominem omnino comminuit & dissoluit. Hic paries per tot annorum milia durauerat,nec lege,nec prophetis ipsum diuersorum præceptorum,commonitionum, &cõminationum malleis percutientibus aliqualiter fuerat comminutus: sed accedente sanguine hœdi & agni nostri benigni Iesu, non tantùm perforatus,sed & destructus est. Dicitur autem & bonus Iesus & purissimus esse hœdus,qui est mundum animal: quia carnem nostram gestabat plenam in nobis immunditiis peccatorum,in ipso verò nihil eiusmodi habentẽ. Propter eximiam verò munditiam agnus est,qui non solũm non habet peccata:sed totius mundi tulit peccata. Huius ergo hœdi & agni copioso sanguine ô cor adamãtinum inungere,& immergere,iace in illo,vt calefias,calefactum emolliaris,emollitum vero fontem lachrymarum effundas. Copiosa autem aqua opus est vt reficiatur populus meus & iumẽta,nempe alias cogitationes,quæ circa carnẽ occupãtur,quæ animę tenentur seruitutem impendere vt iumẽtum: quas vtrasque cogitationes decet refici fonte lachrymarum, ne in via vitæ huius deficiant, vel à recto itinere declinent: vt quod bonum est in eis conforretur,& sordidum abluatur: quæ virtus vtraque in lachrymis inuenitur. Quæram ergo mihi,& vtinam inueniã fontem lachrymarum in lachrymis, in cruce,in clauis,postremo & in sanguine rubicundi Iesu, Legam ergo & intelligam quantum ipse annuerit, ruborem L carnis & animæ dilecti ex dilecto amantissimi Iesu. Rubuit enim in vtroq;,id est tam in corpore,quàm in animã: in carne ex natura,quia naturaliter omnis caro ,rubea est: nec minus sanguine passionis, quo carnem suã charitate nostra cõpellẽte,tam crebro tãmq; copiosè perfudit. quas sacratissimi sanguinis effusiones in superioribus frequenter meminimus nos explicasse. In his igitur minime immorandum,ne lectori fastidium generetur. Sed quis nisi tot⁹ caro & sanguis,& qui in se nil habeat spirituale , sanguinem istum fastidiat? Quis volens se de sanguinibus contractis liberari , istum purissimum saluberrimumque sanguinem Iesu purissimi non affecter? Quis semel isto dulcissimo sanguine inebriatus , quem parauit in dulcedine sua pauperi Deus , non magis ac magis sitiat audiens veram vocem sapientiæ Dei , vnigeniti patris, optimi Iesu dicentis: Qui edunt me , adhuc esurient , & qui bibunt me adhuc sitient: Si verum est , imò quia verum est, humano sanguini præ cæteris tantam naturaliter inesse dulcedinem, vt quum à bestia qualibet semel gustatus fuerit, illum decætero semper gustare desideret , ita vt aliis animalibus postpositis sanguini insidientur humano , & in mortem suam ruant pro illo acquirendo : quantum in se credis habere dulcedinis sanguinem filij hominis Iesu Christi? Ecce sitiunt irrationales bestiæ sanguinem hominis,& non sitiam ego sanguinem filij dei? Bestiæ quanto plus gustauerint, tanto plus sitiũt sanguinem humanum: & ego tastidiam sanguinem dei & hominis benigni Iesu ? Bestiæ ruunt in mortem dulcedine sanguinis humani attractæ : ego non festinabo ad vitam & sanguinem rubicundi Iesu & candidi? Imò vere festinabo, em am & biham Emam absque argento & absque vlla commutatione vinum & mel: quæ nobis sapiẽtia patris altissimi benignius miscuit in cruce cordis sui, nimirum sanguinem suum,precium vitæ nostræ. Properate mecum , qui diligitis dominum : emite non corruptibilibus auro & argento: sed commutatione morum & conuersationis vestræ vinum & lac,sanguinem illum dico purissimum , preciosissimum,inebriantem perfectos,& vinum & lac,paruulos nutrientem . Si perfectus , si fortis es: vinum est tibi sanguis iste,sanguis meracissim⁹. Si adhuc infirmus es,& cui opus sit lacte,lac est tibi ad nutriẽdum te. Bibe ergo sanguinem hunc meracissimum fide,memoria , & intuitu spirituali Ecce sub compẽdio , iterúmque reduco tibi multiplicẽ sanguinis effusionẽ largissimi Iesu,quo rosam passionis & charitatis suæ rubricauit. Charitatis quidẽ illius ardorem humanus comprehendere non sufficit intellectus,nisi quãtum ex passione ipsius quæ cunctis apparuit,comprehendit.

De rosa charitatis. Caput XXXIIII.

VEruntamen prius de rosa charitatis,quam de rosa passionis videamus. Ardorẽ rosæ charitatis perpẽdendum est, si diligenter

A si diligenter videamus,quis,qualis,quantũ,quare amauerit amator misericors & mirabilis. Amator noster est ille,quo nihil maius,nihil ditius,nihil fortius,cui omnis spiritus cõfitetur,quoniã Deus meus es tu,quia bonorũ meorum nõ eges. In hoc breui versu cõprehenditur quis amator noster sit,quis Deus: & quare amauerit,ex verbo sequenti elicitur, videlicet nõ ideo amauit nos vt aliquid nostri acciperet,qui bonorum nostrorũ non eget,sed gratuita gratia sua. Quòd si etiã in nobis esset aliquid boni quod ille appeteret, nõ hoc à nobis,sed ab illo haberemus. Qualiter autem amauerit nos amator noster,exponit ille qui ait,Cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Iustus enim iniustos , solus bonus & pius peccatores & impios adamauit. O quãta dignatio: Iam vero quantum amauerit , videamus. Quis hoc sufficienter dicat?

De rosa passionis. Caput XXXV.

ECce expositione huius verbi necessarium habemus rosam passionis rosæ charitatis cõiungere: vt rosa charitatis in passione rubescat,& rosa passionis igne charitatis ardescat. Tantũ enim dilexit nos dilector noster , vt charitatis ardore. cogẽte,in ruborẽ passionis incideret, traderétque in mortem animam suam,mortẽ autẽ crucis,non breuiter transeũtis,sed à principio ortus sui vsque in finem mortis dutissimæ perdurantis. Sicut etenim superius vestræ cõmẽdauimus charitati,

B crux optimi Iesu Christi nõ tantũ fuit vnius diei, sed tota vita illius crux fuit & martyrium. Omnia ergo quæcunque passus est dominus in diebus carnis suæ,ad ruborem vtique passionis pertinent,rosæ passionis, quanuis effusionibus crebris sacratissimi sanguinis ipsius specialiter fuerit rubricata. Sed quia omnia quæ passus est,enumerare non possumus,sanguinis effusiones salutiferas nos non pigeat iterare: vt quæ iugiter sunt memoranda,tenaci memoriæ arctius imprimantur.

De septem effusionibus sanguinis vitis nostræ Iesu Christi. Caput XXXVI.

PRimam sanguinis effusionẽ legimus in circuncisione, quando nomen eius vocatũ est Iesus , iam tunc mysterio hoc significante,q̃ effusione sanguinis sui futurus nobis esset verus Iesus,id est saluator. Audiant & intelligãt tam pueri teneri quàm puellæ,& frequẽter eorũ mẽtibus inculcetur maturum martyriũ innocentis Iesu. Vnde & Esaias de natiuitate eiusdẽ Iesu Christi loquẽs, Puer,inquit,natus est nobis : & filius datus est nobis cuius,imperiũ super humerũ eius. crucem quã imperij nomine significauit,natiuitati statim adiungens: quia profecto à natiuitatis exordio passio crucis simul exorta est. Non modicũ enim pertinet ad cõmendationẽ rubicũdæ passionis,q̃ saluator noster in alieno loco, in media hyeme,in medio noctis,in stabulo diuersorij ex matre paupercu-

C la natus est,licet ibi sanguis eius effusus non fuerit: quod tam paruo tẽporis interuallo,id est septem dierum spatio secutũ est. O quanta charitas! O quanta cõmendatio charitatis! Vix natus est cœli gloria,cœli diuitiæ cœli deliciæ,dulcis Iesus: & ecce recenti ortui crucis ignominia,crucis dolor, crucis paupertas copulatur: sed redemit miseriam crucis,imperij nomẽ verũ. Cruce etenim totum mundum simul & inferos subiugauit,qui regnauit à ligno fortis Iesus. Propter enim crucẽ ad quã humiliauit seipsum factus obediẽs , exaltauit illum deus pater,& dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorũ. Bene ergo in prima effusione sanguinis agni purissimi aptatum est ei hoc nomẽ Iesus, eo quòd iam tunc putam saluationem sanguinis fundere inciperet,qui in completione salutis nostræ totus erat effundendus.

Secunda effusio sanguinis Caput XXXVII.

SEcunda sanguinis effusio Iesu Christi , qua passionis rosa coloratur,inuenitur in sudore sanguineo orantis & agonizãtis benigni Iesu. Ita enim ait euãgelista: Et factus in agonia prolixius orabat: & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã. Vt cessent omnes cæterę sanguinis purissimi effusiones: nũquid hæc sola non poterit rosam nostrã sufficienter rubricare? Vere potest cõscindere cor meum miserũ,& sanguineis lachrymis madefacere : quia ecce creator me⁹ pro me sanguineo cruore perfunditur, nec leui quidem,sed decurrente in terram. Væ misero cordi, quod tali & D tanto sudore non madescit perfusum . Inspice tribulationem ipsius mitissimi cordis qua angebatur,cum totum corpus ex omni parte sanguineo sudore manaret. Neque enim corpus extrinsecus tanto talisque sudore defluxeret, si corpus extrinsecus nullius doloris molestia frangeretur . Contritum est cor meũ in meipso,ait prophęta. Scisso igitur corde interius, scissa est & exterius pellis nostri Salomonis: effusus est sudor sanguineus super terrã. Rubricata est rosa passionis & charitatis Christi rubicundi Iesu. Ecce quàm rubicũdus & quàm totus rubicundus . Nec vacat à mysterio ista sanguinis Iesu effusio generalis. Sudauit enim toto corpore sanguinem, qui nostras venerat tollere infirmitates , ex corpore nostro & sanguine contractas: vt ad cõualescentiam & sanitatem totius corporis spiritualisq; ecclesiæ sufficeret sudor sanguineus ab omni parte corporis,capitis scilicet nostri domini Iesu Christi effusus. Liberati ergo sumus de sanguinibus,deo gratia sit auctori salutis nostræ benigno Iesu,qui suum pro nobis sanguinem liberalissimè effudit. Vel hoc certè significabat sudor sanguineus à toto corpore capitis nostri effusus, quia in toto corpore suo spirituali,quod est ecclesia , sanguis erat martyrum effundendus,& ecclesia rubricanda.

Tertia sanguinis effusio. Caput XXXVIII.

TErtia sanguinis effusio fuit in vellicatione genarum , E cuius testimonium habemus in Propheta dicente ex persona ipsius crucifixi , Corpus meum dedi percutientibus : & genas meas vellentibus . Quod quidam exponunt de laceratione maxillarum facta cum vnguibus impiorum Iudęorum: quidam autem de euulsione barbæ domini. Potest vtrunque fuisse verum . Credo non sine aliqua sanguinis effusione id peractum . Video ergo sacrilegas manus impiissimæ gentis non saturatas colaphis & alapis,& consputione desiderabilis vultus Christi : sed etiam ad genarum ipsius vellicationẽ exarsisse , & à vultu quoque dulcissimo ad rubricationem rosæ nostræ sanguinem elicuisse. Video agni illius immaculati patiẽtiam admirabilem & imitandã,per quam genas pudicissimas impudicissimorũ vnguibus lacerandas cum omni mansuetudine præbuit: vt patiẽter sufferamus si aliquando nostrã faciem operiat cõfusio propter ipsum,imò & si quis nos cædat in faciem verbis & factis propter dulcem Iesum.

De quarta effusione sanguinis. Caput XXXIX.

QVartam sanguinis purissimi effusionem in corona inuenire possumus , in corona spinea non tamen leuiter impositio,sed inuide impressa capiti dulcissimo capitis mei dulcis Iesu. Satis enim cõsentit veritati, vt qui oderat veritatẽ,non solùm opprobrium illius,sed supplicium requirant. Nec hic puto quidem riuos sanguinis defuisse , qui à capite irrisorię & inuidẽ coronati defluerent in collum simul & F in faciem dulcis Iesu: quia si noluissent coronato pœnã simul cũ irrisionibus irrogare, facilius de aliis ramis vel virgulis arboris alicuius potuerant plexuisse coronam: sed vt morũ suorum aculeos demonstrarent, nunc gloria & honore coronatum,tunc spinarum aculeis coronauerunt agnum mitissimũ, dulcem Iesum. Et licet in irrisione coronent: tamen ignorantes & irridentes coronatum regem fatentur , quia regum est coronari. Coronatus ergo rex esse à nescientibus demonstratur . In spinis vero coronantium malitia aperitur . Moraliter autem docemur imitari caput nostrum, regem & ducem nostrum, dulcem Iesum . Si autem malorum quorumlibet peruersitate compungimur & irridemur: cum caput nostrum ita compunctum,ita irrisum conspexerimus , nõ murmuremus, non recalcitremus, pauca quæ nobis in vita præsenti & breui inferuntur,cum omni æquanimitate & patientia sufferendo: vt digni simus esse membra capitis nostri, & boni bellatores simus sequendo vestigia signiferi nostri,

De quinta effusione sanguinis. Caput XL.

QVinta rubricatio rosæ inuenitur in crudeli flagellatione mansuetissimi agni rosei Iesu. O cum quanta quantitate putas illum sanctissimum sanguinem è conscisso corpore & flagellato distillasse in terram? O quanta putas sæuitia impiorum frementium,quanto fremitu sæuiẽtium flagellatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G putas fuisse dulcem Iesum, qui venerat vt nos à flagellis liberaret æternis? sine causa, inquit, flagellis ceciderunt me. Verè sine causa, nisi fortè miserrimi & peruersi bona opera tua pœnis digna iudicarent, qui veritatem tuam in mendacio detinuerunt. Sed & hic moraliter erudimur, vt flagella benignissimi patris nostri discamus æquanimiter tolerare, qui pessimorum flagella pro nobis indignis tam patienter sustinuit dulcis Iesus. Quis enim flagella non sufferret homo ad laborem natus, in peccatis nutritus & conuersatus, hæreditati cœlestis aulæ destinatus, quæ non nisi mundos recipit: cum videat regem omnium regum & dominum dominantium dulcem Iesum, qui peccatum non fecit, & in cuius ore nó est dolus inuentus, tam grauibus flagellationibus esse contritum? Audi ô homo stulte & insipiens, & erudire, & non solùm non refuge, sed etiam apprehende disciplinam, ne forte quandoque pereas de via iusta domino tibi irascente, qui proprio filio suo non pepercit, sed propter te tradidit flagellandum, non pepercit filio suo naturali & consubstantiali sibi, coæterno & impassibili, quin pro salute tua ipsum faceret nasci in tempore & passibilem, & flagellis contereret, sicut scriptum est, Dominus voluit eum conterere in infirmitate. Et quomodo parcet tibi filio adoptiuo, cum sensus tui proni sint in malum? quia in camo & freno maxillas tuas cõstringet, vt saltem vexatio det tibi intellectum: quatenus ad ipsum H approximare cogaris, qui licet molestè, salubriter tamen flagellat omnem filium quem recipit.

De sexta effusione sanguinis.
Caput XLI.

SExta effusio sanguinis, quæ rosam passionis rubricauit, in fossione clauorum copiosissime inuenitur. Quis enim defossis imò & de perfossis manibus pedibúsque innocentis Iesu copiá sacrati sanguinis dubitet effluxisse? In torrentibus huius sanguinis rosa nostra purpurata est: quia vere hic ardẽtissima charitas, hic rubicundissima passio inuenitur. In hac magnitudine passionis magnitudo cõsideretur charitatis. ardorem rosæ, charitatis ruborem cõsidera passionis. Quis vnquam tam grauia, tã pudẽda passus fuit? Deus est qui patitur, nec in aliquo sibi durũ torcular passionis alleuiat, qui seruis suis vel omnino auferre, vel alleuiare, vel breuiare vires tormentorũ consueuit. Nõ pepercit sibi, qui suis parcere nouit. Huius rei euidentiam vides in euangelio Ioannis, vbi cum ab his qui ad ipsum venerant capiendum, ei diceretur quòd ipsum quæreret, subiunxit: Ego sum, quem quæritis. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. O ardor verissimæ charitatis. Manifestat & tradit se charitas ipsa sæuientibus inimicis, non parcens sibi: rogátq; pro suis, vt parcatur illis. Captus ergo post plurimas illusiones tam Iudæorum, quàm gentium, post sanguinis plures effusiones, clauis in mitibus manibus simul & pedibus perforatur & configitur ligno crucis saluator noster mitissimus Iesus. Intuere & respice rosam passionis sanguineæ, quomodo rubet in indicium ardentissimæ charitatis. Contendunt passio & charitas: illa vt plus ardeat, ista vt plus rubeat. Sed mirabiliter per ardorem charitatis fit passio rubea, quia si non diligeret, non pateretur: & in passionis rubore, maxima & incomparabilis ostenditur charitas. Sicut enim rosa per frigus noctis clausa solis ardore surgente tota aperitur, & foliis expassis in rubore demonstrat ardorem iucundum: ita flos cœli deliciosus, optimus Iesus Christus, qui multo tempore à peccato primi hominis quasi in frigore noctis clausus fuit peccatoribus nondum plenitudinem impẽdens: tandem plenitudine temporis accedente, radiis scilicet ardẽtis charitatis, in omni corporis sui parte apertus est, & rosæ charitatis ardor in rubore sanguinis effusi refulsit. Vide ergo quomodo hoc flore rosæ floruerit optima vitis nostra rubicundus Iesus. Vide totum corpus, sicubi rosæ sanguineæ florem non inuenias. Inspice manum vnam & alteram si florem rosæ non inuenias in vtraq;. Inspice pedem & vnum & alterum: nunquid non rosei? Inspice lateris aperturam: quia nec illa caret rosa, quanuis ipsa subrubea sit propter mixtutam aquæ: quia sicut narrat euangelista, cum vnus militum lãcea latus eius perforasset, exiuit sangnis & aqua. Ipse est eñ qui venit per aquam, & non per aquam solùm, sed per aquã & sanguinem, optimus Iesus Christus. O suauissime vniuersorũ domine & saluator bone Iesu: quales tibi condignas gratiarũ referre potero actiones? Quia à principio ortus tui, vsque ad mortem dirissimam, imò & post mortem pro me preciosissimũ sanguinẽ tuum effudisti, qui ardorem excellentissimæ charitatis tuæ tam crebris sanguinis tui effusionibus manifestare curasti. O quàm multo numero foliorum multiplicata & exornata est rosa tua. Quis omnia ista enumeret? Numera guttas sanguinis effusi de dulcissimo corpore dulcissimi Iesu, & habebis passionis charitatiuę folia enumerata. Singulæ enim guttæ sanguinis sui folia sunt rosæ sanguineæ passionis ipsius. Sed ideo ad alia transeamus, quia septimam sanguinis dominici effusionem iam breuiter diximus, cum de apertura lateris doceremus, vnde exiuit sanguis & aqua, per quæ baptismatis accepimus sacramentum. K

De croco abstinentiæ vitis nostræ. *Caput XLII.*

CRocum etiam abstinentiæ in nostra vite dulcissimo Iesu Christo sensimus floruisse. Quis non propterea abstinens fuerit, vt castiget corpus suum, & in seruitutem redigat, ne fortè reprobus efficiatur? Sed vt nobis formam daret & documentum abstinentiæ, sicut in circumcisione & baptismo, quæ non ad emundationem suam accepit, qui semper fuit mundissimus, & omnium emũdator: sed vt obedientiæ nobis formam iustitiæque donaret, sine dubio virtutem habuit abstinentiæ rex virtutum, & præ omnibus sanctis præteritis & futuris excellentius semetipsum macerans L non necesitate, sed voluntate. Sed obiicitur nobis sententia de verbis ipsius domini saluatoris de se dicentis: Venit ad Iudæos Ioannes Baptista non manducans neque bibens, & dixistis: dæmonium habet. Item venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo vorax & vinarius, amicus publicanorum & peccatorum. Ecce testimonium veritatis, quòd Ioannes non manducauit neque bibit: & quòd ipse Iesus & manducauit & bibit. Nunquid ergo Ioannes in abstinentiæ virtute præcellit nostrum dilectum Iesum? Nequaquam. Sed notandũ quòd duplex est abstinentiæ virtus. Vna intus in mente, altera foris in actu. Et ea quidem quæ in mente est, semper est habenda. Ea vero quæ est in actu, pro rerũ ac temporum qualitate manifestanda est. Bene ergo Ioannes qui purus homo erat, abstinentiam tam in mente quàm in corpore exercebat, ne forte contaminaretur: sed homo noster verus Iesus, qui maculari non poterat, cibis & potibus pro tempore vtebatur, vt cõuescentes sibi ad virtutem attraheret abstinentiæ, cæterásque virtutes. Nec credas vllo modo maiorem esse virtutem omnino abstinere à cibis, quàm ipsis cibariis vti moderate. Difficillimũ est enim in cibariis modum seruare omnimodum, ita vt vltra quàm naturæ potest sufficere, nihil sumatur, nec ipsi naturæ aliquid de necessariis subtrahatur. Si ergo contingat aliquem habere virtutem abstinentiæ cum Ioanne, scilicet vt ipsam mente & opere exerceat non condemnet eum qui abstinet cum perfectissimo Iesu, id est qui abstinentiam prout tempora exigunt & personæ, pro vtilitate vel proprij corporis vel proximi nunc intendit, nunc remittit, obseruans tamen in omnibus omnia quæ circa virtutem abstinentiæ sunt seruanda, vt semper vitij abstinentiæ oppositi (id est gulæ) crimen euiter: cuius vitij abusiones hoc versu notantur: Præpropere, lautè, nimis ardenter, studiosè. Præpropere enim comedunt & bibũt, qui tempus comedendi præueniunt: sola voluptate, non necesitate coacti. Legimus in vitis patrum de sanctis patribus qui hospitum spiritaliũ charitate deuincti, tempus consuetum ciborum anticipauerunt: sed comedendo in charitate, se nequaquam soluisse ieiunium existimabant: ita vt etiam aliqui post talem refectiunculam missarum celebrare solennia non timerent: quod quanuis nobis non conueniat trahere in exemplum, vt similiter faciamus, quoniam quidem ab eorum perfectione nimium separamur, eos tamen sine peccato talia facile confidimus, quæ nequaquam nisi spiritu sancto ipsis veraciter reuelante fecissent. Laute comedunt, qui delicatis vtuntur cibariis sola delectatione attracti, quibus non sufficit naturalis sapor carnium siue piscium, quę creator illis imposuit: sed modis naturæ contemptis quærunt adulterinos sapores piperis & salsamentorum variorum, vt sibi appetitum faciant comedendi, non metuentes optimum omnium

A nium creatorẽ vituperare in creaturis suis, dum alios illis sapores ipsi faciunt, quàm creator naturæ earum præstitetit. O quantum huiusmodi alienos sapores homo Christianus vitare deberet, si aduerteret dulcissimum & sapientissimum dominum suum fecisse omnia bona valde, cuius creaturas vere bonas nullusnisi malus alterare cõsueuit. Cõsueuit dico, quia quãdoq; lautioribus vti cibariis pro infirmitate corporis repellenda, palato non allubente, sed renitẽte cibatiis, nvlla vel parua culpa esset. Ad eorum igitur confusionem, quorum (vt Apostolus ait) deus venter est, & gloria in cõfusione eorum, quos idem adserit flendo inimicos esse crucis Christi, & imitatores illius pauperrimi & misserrimi diuitis qui epulabatur non aliquãdo pro sanitatis remedio, sed pro voluntate quotidie splẽdide, propter quod nec guttã aquæ cum in inferno sepultus esset, meruit impetrare vt refrigeraretur lingua eius ardẽs profecto in flãma, quæ alienis semper & superfluis fuerat saporibus delectata, nec naturali aquæ frigore meruit refoueri, qui in voluptatibus suæ naturæ saporem alienauerat: ad horũ inquã confusionem, gentilis hominis memorate sententiam non grauabor, vt erubescat nomine Christianus, cũ à meliore seipsum ignorante docetur, qui neq; creaturas per creatorẽ venerari sciebat, nec asperos sciebat pati sapores pro Christo, quẽ vel nesciuit, vel non credidit pro se in crucis patibulo vinum myrrhatum bibisse cum felle mixtum, sed soli

B naturæ consentientes contra voluptuosos exclamat, *Lucanus lib. 4*

O prodiga rerum
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quæsitorum terra pelagóque ciborum
Ambitiosa fames, ô lautæ gloria mensæ.
Discite quàm paruo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat: non erigit ægros
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.
Non auro gemmísque bibunt, sed gutute puro
Vita redit, tatis est populis fluuiúsque cereſque,

id est aqua & panis. Hæc satis cõcordat cum illa vsitata sententia & vera: Panis & aqua, vita hominis. Nec adhuc cõteruntur hac cõfusione durissimæ frontes voratorũ tam ipsius veritatis verissimi Iesu, quàm Apostoli eius, imò ne gentilis quidem hominis reprehẽsione & eruditione percussæ, & dicunt, Christiani sumus. nõ tamen recipiunt vocem Christi in Apostolo loquentis & monentis: Curã carnis ne feceritis in desideriis. Vnde frequenter euenit, vt cum adhuc escæ eorũ sint in ore eorum, ita Dei ascendat super eos: qui vbi duxerunt in bonis dies suos, in puncto ad infernum descendunt, vbi vermis comedẽs ipsos non moritur & ignis non extinguitur, pro deliciis breuibus mala recipiẽtes sempiterna. Nimis comedere quid sit, omnibus notum est. Nimis enim co-

C medit, qui vltrà quàm naturę suæ sustentãdæ possit sufficere, sumit alimenta, maximè si hoc scienter fecerit. Euenit enim non rarò, vt homo suis laboribus cõsideratis plus viliũ sumat alimentorũ, vt in labore possit subsistere, & timore deficiendi cogente mensuram refectionis excedat: à quo peccato vix credo aliquem esse immunẽ. Sed talia peccata crebris confessionibus intermixtis voluntariis abstinentiis statim vt deprehenduntur, purganda sunt. In nullo autẽ genere ciborũ illud vitium superfluitatis ciborum & potuũ excusatur: cum etiã legatur ꝙ peccatum Sodomæ fuit abundantia panis: & diabolus tẽtaturus dominũ, non † de alio aliquo q̃ de pane tentauit, sciens profectò in nimio sumptu panis peccatum non deesse, qui primo parẽtes, & per ipsos omnes homines vnius pomi comestione decepit: quãuis non ita facilè in cibis vilibus mẽsura excedatur, vbi sapor non decipitur, sicut in cibariis laute præparatis, & saporibus alteratis. Ardenter comedere, est cibos vel potus cũ nimio desiderio sumere: quod tam in vilibus, q̃ in delicatis potest cibariis euenire. Cuius rei exemplũ habemus in Esau, qui vilis cibi delectatione attractus, vltro vendidit primogenita sua. Ita enim habet Genesis, quia veniens Esau de agro vidit Iacob fratrẽ suum coquentẽ lenticulã, cui dixit, Da mihi de coctione tua hac rufa, quia oppidò lassus sum. Et facta pactione cũ Iacob de venditione primogenitorum, comedit in voracitate coctionem nimis desideratam, & dignitatem primogenitorum amisit. quia enim nimium ardenter desiderabat lenticulam, Ecce, inquit, morior: D quid mihi proderunt primogenita? non est dubium quin ardenter comederit acceptum, quod tam ardenter fuerat desideratum. Miserere domine misericordissime Iesu mihi miserrimo peccatori, qui nullam diem sine peccato huiusmodi me sentio præterire, ne per talem excessum fidei tuæ, qua tibi genitus sum, merear perdere dignitatem. Econtra & sanctissimos Heliam & Ioannem Baptistam carnibus nullis vsos fuisse accepimus, & per sobrietatem temperantię eos nullum ex hoc omnino meritum perdidisse. Studiosè comedere, est in cibis vel in potibus nimis diu immorari. De hoc expertis loquimur, & vtinam non essemus experti, nec vnquam experturi. Frequenter solet accidere, quòd sumptis cibariis quæ secundum consuetudinem necessitati sumẽtes possent & deberent sufficere, quædam surgat noua delectatio: quæ facit hominem improuidum & insidias diaboli non cauentem, illi cibo cum tanto studio inhærere, tãquam nihil ante comederit, vel intra multos dies post hoc nil sit sumpturus ciborum. Et quia gulæ speciem in se deprehendunt, auxiliante Deo huic facilè possunt resistere: quia impetus eius non longius durat, quàm dum à mensa surgatur, & illius quod tanto studio desideratur, memoria subducatur. Sũt autem plurimi qui tale studium comedendi nec peccatum existimant, nec etiam cuiquam suggerenti esse peccatum, fidem adhibeant, habentes in consuetudine damnabili, nulli desiderio resistere quod E possit à natura aliqua obumbratione defendi: nec ponũt aliquam metam desiderio comedendi, donec tempore deficiant fatigari. Sed Christianus homo comedit vt viuat, non viuit vt comedat, sicut quidam ait, idque & illud bene de inutilibus & voracibus, Nos numerus sumus, & fruges consumere nati. Christianus autẽ non sic, sed semper ita surgat de mensa, vt adhuc habeat appetitum plura sumendi: & cum qui adhuc esset implendus cibariis, domino Iesu pro grato munere conferat appetitum, qui pro nostra salute sæpius esurire voluit & sitire. His & aliis similibus rationibus vnus aliquis inductus tanta se abstinentia macerat, vt nimia consumptus inedia languores incidat diuturnos, vt nec sibi nec aliis valeat omnino prodesse, imò fiat etiam omnibus grauis, qui si grauarẽtur, ipse potius alleuiare deberet. Quis ista docet? Quis ista sapiens faciet? Ignorant tales quòd virtus est medium vitiorum vtrinque redactum. Est enim quoddam medium inter nimis comedere, & nimis abstinere: & illud medium est virtus. Hoc est tantum sumere alimentorum, ne nimis debiliretur natura, nec tantum vt vitia vegetentur. Quòd si omnino tale medium seruare non potest, tamen hoc cauere potest, ne nimis à medio recedatur, id est, vt ille qui nimis comedit, quàm debeat: non nimis abstineat, vt ille qui comedẽdi mensuram excedit, eam non nimis excedat: ita vt corpus non nutriatur vitiis, sed virtutibus conseruetur. Quare autem flos croci abstinentiã signat, color ipsius ostendit: facit enim suos F cultores abstinentia croceos flori croci adsimiles. Non enim potest facies esse rubicunda, cum stomacho abstinentię. Multitudo autem florum croci multas species designat. Nõ enim est abstinentia solummodo cibi & potus: sed etiam somni & lasciuiæ & vestimẽtorum, & aliorum quorumlibet commodorum, quæ corpori superflue tribuũtur, vel balneorum, vnguentorum, musicorum instrumẽtorum, & cantilenarum & cæterorum huiusmodi, quæ sensus humanos corrumpunt, animúmq; subuertunt. Quod autem quædam folia rubei sunt coloris, signat charitatem semper debere immixtam esse operibus abstinentiæ: quia si quis sine charitate corpus suum ita tradat vt ardeat, nihil ei prodest. Quosdam enim esse qui non propter charitatem Dei, sed propter vanam gloriam se macerant abstinendo, ostendit ipsa veritas dominus Iesus dicẽs discipulis suis: Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes, qui exterminant facies suas vt videantur ab hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Quare? Quia non sunt verus crocus, qui carent rubris foliis charitatis, sine qua nullum opus perfectum est. Ipsa enim est virtus de qua dicitur: Qui habet vnam, habet omnes: & qui non habet, illud quod habet auferetur ab eo.

† Inuenta fuit à Hebraeis panis nomine cibus omnis intelligitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De odore florum vitis. Caput XLIII.

G IAm ad odorem florum vitis nostræ accedamus, rogantes ipsum dulcissimum Iesum, vt sui odoris dulcissimi fragrantia corda nostra dignetur aspirare, vt de ipso dulcia & sentire & dicere valeamus. Quid autem dicere de hoc odore poterimus? Mirabilis & supra quàm potest credi aut cogitari, inæstimabilis est iste odor vitis nostræ. Floruerunt & alij sancti palmites, in quibus ipse profecto floruit: sed certissime viti illi soli capiti nostro optimo Iesu clamabant, nēpe illa spiritualis sponsa: Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentule dilexerunt te. Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum. Non est mirum si odor est inæstimabilis nimis, qui de hac vite nostra florente procedit: si nomina eius diligentius attendamus, quæ sunt Iesus, Christus, Nazarenus. Iesus autem, vt scitis, salutaris vel saluator interpretatur, de quo Psalmus: Conuerte nos Deus salutaris noster. Et iterum, Saluasti nos de affligentibus nos. Quis autem in afflictione positus saluari nolit? Si vis saluari & attrahi odore huius nominis salutaris, quod effusum est sicut oleum: incipe delectari in dulcissimo Iesu, & confidenter require in vero salutari salutem, nō imitando illos qui lætātur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, in quibus salutem suam constare putant: sed potius eam, cuius spiritus exultrauit in Deo salutari suo, quæ nominis huius salutaris odorem tāto suauius attraxerat, perfectiúsque senserat, quanto illi fide, spe, & charitate vicinior fuerat: quæ ipsum de suis visceribus genuerat, nempe verū & perfectum deum & hominem, salutarem Iesum. Non ignorabat enim qualiter sine omni carnali concupiscentia conceptus, qualiter sine omni dolore ex ipsa natus, quomodo à pastoribus prædicatus, quomodo à Magis adoratus, quomodo virgineo lacte suo nutritus, quomodo à Simeone & Anna commendatus. Nouerat, inquam, hæc omnia, & multo plura virgo illa fidelissima & perfectissima fide salutarem veri salutaris sequebatur odorem. Nec poterat non sperare in eum, quem fide perfectissima cognoscebat & posse & scire & velle saluare omnes desiderantes salutem. Quantum enim quis credit, tantum sperat: quātum sperat, tantum amat. Quanto ergo hæc optima mater perfectior fuit in fide, tāto in spe fortior, & in charitate feruentior, omnem cogitatum suum iactans in eum. Oleum enim effusum est nomen tuum. Quare? Quia oleo nutriuntur infirmi, pascuntur famelici, lumina reparantur. Quis enim tam infirmus, qui hoc oleo salutari, nomine scilicet salutiferi Iesu curatus non fuerit, dummodo velit curari? Ita enim ait ipse saluator cuidam languenti, qui iacebat ad piscinam probaticam: Vis saluus fieri? Et ille, Domine, hominem non habeo: vt cum mota fuerit aqua, mittat me in piscinam. Stulte, ecce oleum salutiferū salutaris Iesu, cuius nomen est sicut oleum effusum. Quid tibi cum aqua? Si vis recipere salutem, ecce fons olei misericordiæ in quo te nullus prohibet baptizari, cuius nomen est effusum oleum, id est omnibus gentibus manifestum, quo oleo vncti infirmi sanantur. Quomodo cum audis & intelligis supereminentem misericordiam optimi Iesu, qui propter te redimendum de sinu patris descendit ad terras, te misericordissima passione redemit: non oboritur tibi certa spes, quòd te redemptū tanto precio nolit perdere, quem de cœlo velit redimere? Iam ergo sic cogitāti, sic speranti oleum nominis Iesu tibi effusum est. Vnge te vt saneris, id est, spera in misericordia saluatoris, qui saluat omnes sperantes in se. Nihilo minus autem & oleum hoc pascit te, si famelicus es. Si esuris, verbum est. In hoc verbo Dei optimi Iesu inuenis quod te satiet, si dictis & factis eius autem cordis tui velis inclinare. Sanat enim animam esurientem, quicquid dixit vel fecit dulcis Iesus. Quod si esuris & sitis iustitiam, sanabit te verbum oris eius, qui dixit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Addet quoque ignem ad oleum, quod huic nomini Iesu optime cōuenit: quia huius nominis virtute fides confirmatur, charitas exardescit. Pauci enim fidem habuerunt ante huius olei effusionem, id est ante prædicationem nominis tui ô bone Iesu: pauci igniculo charitatis arserunt. Sed ecce illa effusione quanti fide illuminati? quanti charitate conflagrarunt? Dedit odorem, id est bonam famam oleum nominis tui effusum, oleum Iesu, & patuit te esse etiam Christum, id est vnctum. Sic enim ait psalmus de te: Vnxit te deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Ergo & oleum vnguentum est: quia vnguentū de oleo & aromatibus conficitur. Quid ergo mirum, si hæc vitis admirabilem dedit odorem, quæ & vncta est & florens?

Nazarenus enim florens interpretatur. Vitis ergo nostra Christus, id est Nazarenus, id est salutaris, vncta & florēs, quî non attraheret omnes qui salutem, gloriam, diuitias, vel delicias concupiscunt? Venient omnes ad vitem hanc. Dabit enim Iesus salutem, quia salutaris est: dabit Christus regnum, in quo gloria cū diuitiis habetur, quia vnctus est, quod proprie ad reges pertinet. Dabit Nazarenus delicias, quia florens est. Quid enim iucundius flore? Multi autem, imò omnes, id est omnium virtutum flores in nostro Nazareno sunt, quarum delectabili odore totum mundum traxit post se. Nam qui veniunt ad ipsum propter humilitatē, violæ eius sequuntur odorem: qui propter castitatē, lilij: qui propter charitatem passionis, rosæ: qui propter abstinentiam, croci sequuntur odorem. His ergo virtutibus optimi Iesu Christi vbique prædicatores tanquam quodam precioso vnguēto effuso attraxerunt odorem eius, & adolescentulæ odore eius mirifico delectatæ cucurrerunt post vnctum Iesum. Et adhuc nimirum currunt clamantes in toto corde suo, Trahe nos post te, vt curramus in odorem vnguentorum tuorum: sciētes quòd neque volentis neque currentis, sed solius dei miserentis est. Superat autem omnes odores omnium virtutum vncti Iesu, odor crucifixi, vbi perfectio præcipue efflorebat, & de floribus vulnerum suorum inæstimabilem odorem effudit. Fracto enim alabastro mundissimi corporis virginalis dulcis Iesu, effusum est vnguentum sacratissimi sanguinis. Ipsa quoque anima in qua sine dubio redolebat vnguentum spiritus septiformis, emissa, dilatatus & dispersus est odor vitis nostræ florentis non per terras solùm, sed & per inferos, & suscitati sunt mortui, qui tam ad vitam corporis quidem, quàm ad vitam animæ quotidie suscitantur: quia domus Christi, id est, ecclesia impleta est ex odore vnguenti nostræ vitis præcipue in passione florentis. Conscissus est saccus corporis domini Iesu, ceciderunt grana sanguinearum guttarum, quæ adhuc à fidelibus mente colligi possunt, & ab accedentibus ad crucem fideliter ac deuote colliguntur. Preciosissimus vero thesaurus & incomparabilis, guttæ sunt sanguinis Iesu Christi. Accede huc ô fidelis anima, & collige tibi reliquias epularum sponsi tui: micas gratissimas, folia rosarum. Ecce in quanta multitudine distillant de manibus simul & pedibus, necnon & de latere dulcissimi crucifixi Christi Iesu. Non est morbus animæ, cui his floribus mederi non possis. Collige tantùm folia florum florentis Iesu, stillas sanguinis rubicundi: & tanquam pilulas sine quibus esse nolo, in cubiculo cordis tui reconde. Erit tibi illarum sapor & odor in medicinam salubrem, morbos si qui fuerint, repellentem, venturósque cauentem. Vide tantùm ne vnquam sine illis esse velis, quæ vere nomē habent, quolibet fideli dicente, sine quibus esse nolo. Hauri ergo toto cordis tui affectu odorem vitis veræ Iesu Christi Nazareni, & delectare in illo sicut pater cœlestis in illo delectatus fuit: vt vere dicere potueris, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Vere pleni, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi sunt. Est autem adhuc causa quare tanto crucifixus odore fragrauerit. Modicus vel nullus est odor corporis cuiuslibet animalis viuentis: sed cum igni caro apposita fuerit, quàm suauis, quàm delectabilis inde procedat odoris fragrantia, nullus ignorat. Attendamus ergo quis & quantusignis corpori nostræ vitis appositus fuerit: fragrabat interius incendio charitatis immensæ, exterius passionis ardore verissimum & gratissimum & saluberrimum holocaustum in ara crucis crucifixus Iesus. Quod holocaustum simile isti? Nullum vero: quia nullum sic totum incensum dicitur: & si illud dicebatur vere holocaustum, quod totum ardebat, cum tamen ibi arderet sola caro, quanto

quanto verius nostra victima dicetur holocaustum, quod intus & foris incomparabiliter ardebat? Ardebat & totus Laurentius, Vincentius, aliíque quàm plurimi, sed nihil ad hunc. Quis enim ardori fornacis crucis aliquod audeat supplicium comparare? De quo superius nos multa meminimus posuisse exempla. De holocausto igitur nostro crucifixo Iesu incomparabiliter ardente inæstimabilis nimis odor processit. Odoratúsque est dominus Deus pater odorem suauitatis: & benedixit nobis, auertítque iram indignationis suæ longe à nobis pace integra reformata, & sanguine rubicundi Iesu tam nostro quam ipsius participe pacis æternæ obside existente. Odorauerunt & alij plures ab oriente & occidente, ab aquilone & meridiano accurrētes, & ad hoc dulcissimi odoris corpus floridum congregati: vt de eo se satient, illo tamen integro permanente, impleuerunt ipsius dulcissimi Iesu verbum dicentis: Vbi fuerit corpus, ibi cōgregabuntur & aquilę. Sed iam non cruda caro ista comeditur, optime percocta cum sit duplici igne charitatis & passionis. Vnde tā delectabili odore inebriati non solùm viri natura fortiores, sed & virgūculæ tenerrimæ currunt toto cordis affectu omnibus viribus animi ad delicias crucis, haustur æ delicias cordis sui quantum in præsenti vita licet, vnguentorum defluentium largiter ab holocausto nostro tam validis ignibus ardente. Non parum enim delicatum ardentis corporis adauxit odorem spiritualium vnguentorum odor, id est, gratuitorum collatio, quæ post passionem à domino Iesu Apostolis sunt collata. Ante passionem enim spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus: humiliato autem & exaltato pio Iesu, defluxit vnguentum spiritus sancti à capite, id est à Christo, id est vncto, in barbam, id est in eos qui viriliter egerunt & confortati sunt, vt sperarent in domino: & non solum in barbam Aaron, id est non solum Christi Apostolis datum vnguentum hoc, quod liquefactum fuit igne passionis Christi, vt daret odorem bonæ opinionis per omnem terram: sed quod descendit in oram vestimenti, id est, in infima membra Ecclesiæ quæ est tanquam Christi vestimentum. Vnde scriptum est, Nouit dominus, quia his omnibus tanquā vestimento indigetis. Quod ita impletum est & adhuc impletur, vt etiam in nationes spiritus sancti gratia diffundatur, & sentiant Christi odorem spiritualis vnguenti de summo capite omnium defluentem, quo mundæ fiant adolescētulæ: vt attrahant & diligant vnctum nostrum, & currrant in odorem vnguentorum illius. Nec mirum si vehementer delectentur duplici odore vitis nostræ: vno qui ex vnguentis, altero qui ex floribus procedit. Odorantur & odoratum sequuntur Iesum, imitantes bestiam quandam quæ odore cocti panis & recentis ita delectatur, vt vbicunque illum sensérit, illum sequatur etiam vsque ad interitum. Ecce ipso teste panis viuus, qui de cœlo descendens, decoctus duplici igne charitatis & passionis odorem suum lōge latéque dispergit. Quis hunc non sequatur? Sequitur irrationalis bestia odorem panis cocti & consumendi: non sequetur homo rationalis odorem panis bis cocti angelorum? Imò stultior est quàm bestia, qui illius odoriferi panis odorem non intelligit & honorem. Sed præterire non possumus, quòd transiturī mare, panem bis coctum necessarium habent. Quicunque ergo se in hoc mari magno huius seculi esse cognouerit, quod quia spaciosum est, cito transiri non potest, & propter reptilia quorum non est numerus, periculosum est, quia & ventis & tempestatibus sæuit, si securus vult esse, habeat hunc panem coctum fortissimum Iesum in naue crucis suæ, quem comedat, quem adoret, quo reficiatur, quo consoletur, quo vt breuiter dicam, ab omnibus periculis eruatur. Si enim, vt ait psalmus, illic naues pertransibunt, id est, homines in crucibus suis Iesum sequentur, quæ nauis potius pertransibit, quàm nauis crucifixi Iesu? Secundum vero Pauli sententiam dicentis, Quia Christo confixus sum cruci, crucifigamur & nos cum Christo, crucem eius, imò ipsum in cruce indeficienti cordis affectu amplexemur, in viuifico odore delectemur ardentis Iesu, qui de se dicit: Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis: cuius spiritus est super mel dulcis. Eius inquam odore delectemur, vnguentis charissimatum eius foueamur, pane cœlesti, id est corpore suo purissimo confortemur: vt corpus eius edentes, sanguinémque pro salute nostra effusum in nostram salutem bibentes gustare possimus, & videre liceat per speciem in ænigmate, quia suauissimus est dominus, vt etiam ipsius promissio perficiatur in nobis, quātum in præsenti vita fas est, qui dicit: Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.

Quòd flores inueniendi sunt in vite nostra. Caput XLIIII.

POstremo videamus quia flores & visum delectant & odoratum, licet comedi non soleant, suguntur tamen ab apibus, & de liquore è floribus expresso, dulcissima sibi mella conficiunt. Apes eiusmodi, vt puto, sunt illi qui pennis contemplationis eleuari sciunt & possunt, suáque ipsorum possunt aluearia, hoc est corporis curam relinquere, & ad hortum deliciarum transuolare, in quo omnium florum diuitias & diuites delicias inueniunt. Hortus enim iste paradisus est. Ita habes enim in cantico amoris: Emissiones tuæ, ô virgo Maria fœcundissima, paradisus. Processit enim hic paradisus ab vtero virginali, omni flore, omníque fructu refertus, sed fructib⁹ interim dilatatus. Flores istius paradisi videamus, legamus vel potius sugamus. Conuenit enim, vt talis modi apes simus, quæ sciant sugere mel de petra. Idē enim est hortus & petra, id est Christus. Si ergo flores quærendi sunt, vbi potius quærentur, vbi promptius inuenietur, quàm in dulcissimo Christo? Manifesti sunt flores virtutum & vulnerum eius. Stat ecce expassis manibus, nudo corpore, manibus simul & pedibus perforatis, capite inclinato. Cōfortare nunc & eleuare anima mea misera & infirma, & alis fidei & spei ad hunc hortum charitatis enitere, & totum mētis intuitum per varia dispersum in vnum collige, ac apum sedulitatem imitans, ad conficiendum tibi mel deuotionis, ad paradisum charitatis ascende, accedens ad cor altum: quia ecce qué quæris, exaltatus est, & humiliatus est. Non enim eleuatus est in crucē, vt se difficilem præberet accedere ad eum volentibus: sed magis vt omnibus posset paratior inueniri. Accedens ergo cum fiducia ad hunc paradisum, in extensione brachiorum cognosce, susćipe affectum paratum ad tuos, & te ad suos inuitantis amplexus, & quodammodo miserabiliter misericorditérque clamantis: Reuertere, reuertere: vt intueamur te. Reuertere à mala voluntate, à malis factis, ab obstinatione, à desperatione. Reuertere, inquam, ad me: quæ à me auersa fuisti, vt intueamur te intuitu gratiæ, quo mulierem peccatricem, Petrum, latronem respexi. Lege me librum vitæ scriptum intus & foris: & lectum intellige. Colli-ge tibi flores meos sanguineos: vt paradisi illius possis ianuā introire, ante cuius fores Cherubim collocatus est cum gladio flammeo ac versatili. Valet enim scientia quam ex me plenarie discere potes, ad amouendum impedimentum Cherubim. Flores ergo sanguinis mei, gladij versatilis flammas horrendas ac tibi formidabiles extrahant. Intra ergo ô anima paradisum omnibus paradisis meliorem, nunc solo cogitationis quo potes affectu: vt postmodum anima & corpore & terrestrem & cœlestem paradisum valeas introire. Nec breuiter amplexandus est hic paradisus, sed volandum est per singulos istius paradisi flores, & singulorum florum folia sunt sugenda: nunc ad dexteram, nunc ad sinistram riuulos & guttas sanguinis spargentem propius & interius accedēdum. Vndelibet quærenda deuotio, & gratia lachrymosæ compunctionis: vtrinque considerandum quàm immites fixuræ clauorum, quàm amara venarum ossiúmque perfractio in manibus illius qui cœlum fabricauit & terram, qui operatus est salutem in medio terræ, & inter horum considerationem frequenter repetendum: Redde mihi lætitiam salutaris tui: ad imitationem apis, quæ inter volandum semper quendam sonum habet, nec conticescit donec intra florem intrauerit: vbi mellis optati dulcedinem colligit & exugit. O quàm felix es tu, si postquam intra florentis paradisi nostri flores sanguineos, vulnera dico, fueris intromissus: ab huius mundi strepitu & tentationum incursibus per dimidiam saltem horam omnino valeas liberari, & soli ei ad quem introisti va-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cans, gustate & intelligere possis quàm bonus, quàm dulcis est dominus. Sic lustrandi sunt & pedes non minus sanguinis habentes, non minus quàm manus perfossi & ipsi & perfracti, sauguineis manantes guttis. Tandem accedendum est ad cor humilimum altissimi Iesu per ianuam lateris lanceati. ibi procul dubio thesaurus ineffabilis desiderabilis charitatis latet, ibi noua deuotio inuenitur, inde lachymarum gratia extrahitur, discitur mansuetudo, patientia in aduersis, cõpassio in afflictis. Præcipue cor contritum & humiliatum ibi inuenitur. Ipse Iesus complexus tuos desiderat, talis vt complectatur expectat: caput floridum, multis spinarum aculeis confixum ad te inclinat, vt ad pacis osculũ te inuitet, tanquam dicat tibi: Ecce quomodo configuratus sum, quomodo confossus, quomodo maĉtatus: vt te possim ponere super humeros meos, quę aberraueras ouis mea, & ad pascua reducere paradisi. Redde vicem, & super vulnera mea misericordia commouere, & pone me talem qualem nunc vides, vt signaculum super cor tuũ, vt signaculum super brachium tuum, vt in omnibus cogitationibus cordis tui, in omnibus operibus brachij tui mihi taliter vt vides signato, possis similis inueniri. Cõformaueram te imagini diuinitatis meæ cum te crearem, conformatus sum imagini humilitatis tuæ, vt te reformarem. Tu ergo qui non retinuisti formam diuinitatis meæ tibi impressam in tua formatione, retine saltem formã
H humanitatis tuæ mihi impressam in tua recreatione, id est, si nõ retines qualem te creaui, retine saltem qualem te recreaui. Si non capis quantas virtutũ diuitias tibi dederim te creãdo: cape saltem quantas in humanitate tua miserias propter te acceperim recreando, & ad potiores quàm ad quas te formaueram delicias reformando. Nam propterea homo visibilis factus sum, vt à te visus amarer, qui in deitate mea inuisibilis non amabar. Date ergo præmium incarnationi & passioni meę, pro quo incarnatus simul & passus dedi me. O dulcissime atque amantissime Iesu, pater luminum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, misericorditer respice humiliter tibi confitentes, & vere sentientes, quia sine te nihil possumus facere: & qui dedisti te pro nobis in pretium, da licet tanto precio minus simus digni, vt tuæ gratiæ tam integrè reddamur, vt eõformati imagini passionis tuæ, ad eam quoque quam peccando amisimus, tuæ diuinitatis imaginem reformemur. Nec prætereundum est quòd apes de liquore florum collecto fauum conficiunt, id est ceram in se mel cõtinentem. Quid est hoc? Per ceram, tenacem memoriam accipe, quæ apta est ad recipiendum formam sigilli, & ad nutriendum ignem, si tamen in ea sit lignum: quæ cera mel in se continet dulcissimum, mundificatiuum, detersiuũ. Nos vero si vere spirituales apes sumus, de floribus nostri paradisi Nazareni, id est horti florentis floridissimi Christi nobis memoriã componamus tenacem, quę non qualibet
I rentatione dissoluatur, sed apta sit illa memoria recipere impressionem sigilli, id est crucifixi Iesu: vt illum semper in memoria habeamus qui dicit, Pone me sicut signaculum. Signaculum enim regium Crux est: quam si in cordis nostri memoria portauerimus, tanti regionem regis quæ finem nõ haber, secure poterimus transire. Habet hoc sigillum imaginem crucifixi Iesu in ipso sigillo crucis multis fossuris effossam & expressam, sicut in sigillis imago regum exprimitur fodiendo. Haber & superscriptionem titulum à Pilato conscriptũ, Iesus Nazarenus rex Iudæorũ. Huius superscriptionis significationem spiritualẽ consequetur, si quis hoc sigillum crucis gestare curauerit tenaci memoriæ impressum: habebit Iesum, id est salutem, quod primum est in superscriptione. Salus autem quæ ab omnibus sanæ mentis appetitur, in tribus consistit, vt quæ in tribus dictionibus exprimitur. In hac dictione Nazarenus (quod interpretatur florens) voluptatem siue delectationem intellige, quia florum pulchritudo delectat. Vnde in libro Sapientiæ luxuriosorum voluptas exprimitur his dictis, Nullum pratum sit quod non pertrãseat voluptas nostra. Coronemus nos rosis antequam marcescant. In hac dictione rex, diuitiæ exprimuntur. Reges enim diuites esse solent super omnes quos regunt. In hac dictione Iudæorum, gloria accipitur: quia vno modo Iudæus glorians interpretatur. Portitor ergo voluntarius sigilli regis nostri K crucis crucifixi Iesu, fructum superscriptionis consequetur, vt sit salus, scilicet vt voluptatem consequatur sempiternam, torrente voluptatis summi regis potatus: ęternas quoq; diuitias thesaurizet in optimo Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi: in ipso quoque glorietur sine termino, qui excelsus est super omnes gentes, & cuius gloria super cœlos. Illuminat quoque domum cordis nostri, & fouet in eo ignem charitatis diuinæ. Cera tenacis memoriæ per lignum intelligitur, ita tamen, si sit in eo lignum, id est exercitium spiritualis laboris, quod per lignum intelligitur, sumptum de ligno, quod multis laboribus cõteri solet, vt ad vtilitatem aliquam perducatur. Si ergo in memoria nostra passionis Christi laborem habemus, potest accendi & ardere charitas eius in nobis, qui illuminat tenebras ignorantiæ nostræ, & accẽdit frigus tarditatis nostræ, vt & nos parati simus pati pro illo & cum illo, qui prior pro nobis passus est. In tali cera memoriæ nostræ debet esse mel, id est delectatio de recordatione crucis, quæ est mel dulcissimũ. Quid tam amarũ, quod in recordatione viuificæ passionis non possit dulcescere? Certe legimus Hebræos cum exissent de Ægypto, venisse ad aquam amarissimam, quam nullus gustare poterat: cui cum Moyses lignum iniecisset, dulcorata est, sic vt eam delectabiliter biberent. Quid apertius per aquã amarã quàm L
cuiuslibet aduersitatis amaritudo signatur? cui cum lignum crucis iniicitur, id est cum passio dulcis Iesu consideratur, necesse est omnem passionem hominis leuem videri respectu passionis dominicæ quam pro hominibus voluit sustinere Deus & homo, mediator Dei & hominum dominus Iesus. Est & mel mundificatiuum, quia vere nihil est quod ita ab omnium vitiorum impulsu & contagione cogitationem nostram purificet, & in puritate conseruet, sicut iugis memoria crucis & passionis domini Iesu. Est & mel descensiuum, quia contra aliorum liquorum consuetudinem naturalem, quod in melle est purissimum, ad ima descendit, feculentum vero ascendit. Quid per talem descensum, nisi virtus humilitatis designatur? Quæ profecto virtus in passionis dominicæ memoria acquiritur & conseruatur: quia nõ potest quis non humiliari, cum recordatur pro se humiliatum dominum maiestatis. Indignum quippe esset, hominem lutum & cinerẽ per sui eleuationem illuc ascendere, vbi angelus perfectissimus in omni sciẽtia & decore, quia humilitate caruit, non potuit remanere. Colligamus ergo nobis in floribus vitis nostrę domini Iesu talem memoriam, talem delectationem, vt stigmata crucifixi nostri in memoria iugiter retinentes, ita in ipso qui solus est dulcis, delectemur, vt omnes per ipsum præsentis vitæ amaritudines superemus, mundemur ab omni delicto, & in bonis operibus iugiter per humilitatis custodiam conseruemur. M

De odore florum. Caput XLV.

SVpereſt vt dulci Iesu adiuuante dicamus quid sit, quòd per odorem florum vitis omnia venenata præcipue effugentur. Cuius rei ratio citius inuenitur, si quid serpentes significant, agnoscatur. Quod autem de serpentibus dicitur, de aliis quoque venenosis reptibilibus accipiatur. Quid autem melius per serpentes, quàm diabolicas suggestiones accipiamus? Ad similitudinem enim serpentum reptant occulte per mentes hominum, sed subito, nisi agnoscantur, morsus mortales incautis affigunt: quod præfiguratum accipimus in filiis Israël in deserto à sepentibus miserabiliter interemptis. Huius interemptionis causam ponit Apostolus dicens: Neque tentemus Deum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Quid est autem tentare Deum? non credere domino. Incredulitatis nanque vitio vrgebantur, eóque à serpentibus occisi sunt. Quid est autem desertum in quo occisi sunt, nisi hic mundus, in quo vagamur, per baptismum tanquam rubrum transeuntes mare, liberati per nostrum legislatorem dominum Iesum à seruitute Ægyptiaca, qua ante baptismi gratiam premebamur? Si autem diligentius consideremus, cuncta penè vitia ex incredulitatis vitio inueniemus oriri. Quis enim vanam mundi gloriam quæreret, si perfecte crederet aliam esse futuram in cœlis

A in cœlis immarcescibilem, quam oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ humilibus cõseruantur? Putásne huic gloriæ mundanæ tam incertæ quàm transitoriæ animum inclinaret? Nequaquam. Sed quòd tales adserunt se Deo credere, prouenit ex quadam consuetudine, quia totum penè mundum tali vident & audiunt fide teneri. Quòd si infidelium numerus excresceret, & nomen Christi non possent sine pœna vel sine timore cõfiteri: citius audires eos quod corde gerũt, lingua propalare, & verbis etiã abiurare eum, quẽ factis denegare nõ timent. Simile est de auaris, qui cœlestes non curant diuitias: & de inuidis, qui charitatis laudem & præmiũ non attendũt: & de iracũdis, qui in patiẽtia animas suas non possident: & de acediosis, qui pro æterno cõmodo labores subire refugiũt tẽporales: & luxuriosis, qui cœlestibus voluptatibus mentis oculum non intendũt: & de gulosis, qui panem illum delicatissimũ angelorum suis epulis terrenis postponunt: quia si ea quæ futura promittuntur, vere crederent, nequaquam terrenis tam ardenter inhiarent. Propter ergo incredulitatem suam dantur non solùm vulnerandi per tentationes, sed etiam occidendi per veneni sui infusionem serpentibus ignitis, id est dæmonibus illius maximi & tortuosi serpentis primi peruersoris ministris, qui illos secum peruertunt, & incendiis æternis addicunt; quos in hac vita incendio suarum prauarum suggestionum corrumpunt.
B Sed remedium attendamus, per quod vitium incredulitatis correctum est. Dixit dominus ad Moysem: Fac serpentem æneum, & pone in ligno erecto: quem qui intuiti fuerint, à serpentium morsibus sanabuntur. cuius serpentis mysterium ipse dominus Iesus curauit exponere dicens, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in illo, non pereat. Vidés ne quorsum feramur? prorsus ad exaltatum in cruce benignũ Iesum: qui optime serpenti æneo & exaltato comparatur. Serpens enim dicitur mortifer, quia per suggestionem serpentis mors intrauit in orbem. Æneus vero, quia charitatis simul & passionis ignibus cõflatus, passionis sanguine rubricatus, ad modum æris in resurrectione induratus est, quia vltra non moritur. Exaltatio autem serpentis, exaltationem crucifixi Iesu figurat. Hic est serpens quem incredulis à malignis spiritibus vulnerati; ad credulitatem conuersi, si volunt saluari, respicere commonentur. Est enim serpens iste de virga Moysi transformatus. Per virgam, quæ est insigne regium, Deum intelligẽ: per serpentem vero, cuius suggestione primi parẽtes mortui sunt, hominem mortalem accipe. Mutata est virga in serpentem, quando verbum caro factum est, assumens quod nõ erat, id est humanitatẽ, manens quod erat, id est deus. Sicut ergo factus serpens magorum Ægyptiorum serpẽtes deuorauit: sic deus factus homo inimicorum suggerentium peccata, fraudes euacuauit, maxime tamen cum esset exaltatus
C in crucem, cum sanguinis sui flores ostenderet, & florum scilicet virtutum suarum odorem per totum mundum effunderet, & corda quibuscumque vitiis vulnerata sanaret. Respiciamus igitur & nos in faciem serpentis ænei, eleuati Christi, si volumus à prauorum dæmonum suggestionibus serpentinis liberari. Respicere autem, fide in ipsum tendere est: quod non infirma, sed forti & perfecta fide completur. Sunt autem qui quidem ore confitentur quoniam christiani sunt, factis autem negant, quos non puto fide tendere in crucifixũ pium Iesum. Vt autem hoc per similitudinem aliquo modo ostendamus: similis est fides vino quod tantùm colorem habet vini, sed à sapore veri vini & viribus est alienum: cuiusmodi vinum non credo fideliter Deo acceptum, sed quale in Cantico canticorum laudatur, vbi ipse sponsus ad sponsam ait, Guttur tuum sicut vinum optimum. Et illa statim respõdet, Dignum dilecto meo ad potandum, & dentibus eius ad ruminandũ. Et post pauca, Dabo, inquit, tibi vinum conditum & mixtum malorum granatorum meorum. Ecce quale vinum erit placens dilecto: & quod in amorem nostri illum accendat. Est nanque vinum optimum, quod est fides perfecta, cordis sententia & oris confessione pariter concordante. Et quod subditur, Dabo tibi vinum conditum: fides bonis virtutum operibus condita & exercitata intelligitur. Tali fide tenditur & intenditur in pium deum, nõ fide ficta, operibúsque carente, sine quibus fides mortua est. Demus ergo di- D
lecto nostro pio deo vinum optimum fidei pefectæ, & vinum diuersis aromatibus virtutum saporosum, & sic intueamur in faciem eius pro nobis ad similitudinem serpẽtis ænei in cruce suspensi. Et quotiens alicuius serpentinæ tentationis morsu nos cognouerimus vulneratos, ad crucem curramus, & ad thronum crucis quandoque ignominiæ, nunc summæ gloriæ accedamus, & fide & spe & charitate in liberatorem piissimum intendẽtes, per mortem nostri serpentis, qui mortem antiqui serpentis occidit, à serpẽtum morsibus petemus, ac poterimus liberari.

De fructu vitiũ nostræ. Caput XLVI.

QVia docente & ducẽte (vt spero) nos pio Iesu duce optimo & doctore, prolixiorem multo quàm sperauimus, sermonem habuimus de floribus vitis nostræ: nunc eodẽ nos adiuuante, qui vsque in finem diligit & dirigit suos, in cuius manu sumus & nos & sermones nostri: ad fructum eiusdẽ vitis animum acclinemus, florum dispendium fructuum compendio redempturi. Confortata est enim sciẽtia fructus vitis nostræ huius, & non potest ad eam nostri ingenioli tarditas eleuari. Vt ergo omnes abscindamus ambages: fructus perquiramus. Præcipuè redemptio est plãtata in terra benedicta, in virgine virginũ Maria. Illa vitis vera dulcis Iesus apparuit in natiuitate, præcisa in circuncisione, circumfossa in insidiis, E
perfossa clauis, ligata vinculis multiplicibus: frõduit in virtutibus, fructificauit in passione: & redemit hominẽ, quem alio modo redimi non conueniebat. Sed dicis: Quomodo dicitur in passione fructificasse, qui paulò antè dictus est in natiuitate floruisse? Nunquid idem sunt flores & fructus? An ita subito sine interuallo temporis fructus suum florem secutus est? Nõ enim id videmus fieri in rerum naturis. Præcedunt enim flores, & intercedit multi temporis interuallum, vt fructus ad maturitatem perducatur: quod nos verum quidem esse fatemur. Verùm ea quæ habemus præ manibus, non tantum humana, sed & diuina sunt, vnde non sequuntur rerum naturas in omnibus, sed naturæ magis suum sequuntur auctorem. Quod videlicet apertius intelliges, si diligentius volueris intueri in omni arborum genere, in ortu fructus florem decidere & perire: in hominibus quoque & ferè cunctis animantibus fructus foliorum florem virginitatis abscindit. Non sic erat in natiuitate vitis nostræ. Beatissima enim mater illius fructum quidem protulit benedictum non amisso virginitatis flore: immo magis per partum mirabilem & mundissimum est decorata, vbi lex, vbi iura naturæ abscissa sunt. Non est igitur magnum si sine temporis interuallo flores vitis nostræ non pereuntes, fructus saluberrimus consecutus est. Protulit eum mulier pulcherrima flore virginali non perdito, protulit & ipse fructum redemptionis nostræ floribus F
virtutum non marcescentibus. Nec tamen caret ratione maturitas fructus accelerata. Patet enim quia secũdum augmentum & diminutionem caloris, maturitas fructus vel accelerat vel tardat. Vide ergo magnitudinem caloris, imò feruoris in patiente pio Iesu, & non miraberis fructus sui acceleratione. Ardebat incomparabiliter charitatis intrinsecus, & passionis extrinsecus igne: vt fructum nostræ redemptionis sine mora produceret. Productus est ergo botrus ille optabilis cunctis patriarchis, & prophetis aliisque iustis, scilicet redemptio nostra: quem fructum ecclesia non solùm ex his qui sunt sub tempore gratiæ, sed à mundi principio iustè congregata, dulcem sibi fore gratulatur, dicens de sponso in cantico amoris, Sub vmbra illius quem desiderabam, sedi: & fructus eius dulcis gutturi medio. Quid mirum si redemptio iustorum à diabolica tyrannide, à tenebris & vmbra mortis, à carcere infernali, quo inclusi tenebantur, reductio in paradisum, angelorum custodiæ deputatur? Quid mirum præsentiam Christi fuisse delectabilem atque votiuam tanto tempore expectati ac desiderati? In afflictis enim rebus constitutis tanto solet esse gratior liberatoris aduentus, quanto fuerit diuturnior afflictio. Quanto enim tempore primus Abel iustus, primus martyr, qui sua passione primus liberatorem præfiguraut, expectauerat? Quandiu ipse Adam & Eua parẽtes nostri adhuc etiam in inferno, paradisi gaudia ad me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gmoriam inuicem reuocantes, iſtam redemptionem ſitiuerãt cum aliis ſanctis & iuſtis qui ſe liberandos ſperabant? Quanto putas eos exultaſſe tripudio, cum ille crucifixus aduenirer, angelis præcedentibus & calamitatibus, Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex glorię? Quanta putas eos alacritate contremuiſſe, & conſonis iubilis in communem lætitiam proſiluiſſe ac dixiſſe: Aduenisti deſiderabilis, quem expectabamus in tenebris: vt educeres vinctos de clauſtris. Te noſtra vocabant ſuſpiria, te larga requirebant lamenta. Tu factus es ſpes deſiderantibus, magna cõſolatio in tormentis. O quàm dulcis fructus reductionis his qui in tanta & tam amara ſeruitute fuerãt conſtituti. Hic eſt fructus de quo ſpõſus loquitur in Cantico amoris: Dixi aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Quid eſt in palmam? In crucem, cuius vna pars de arbore palmæ dicitur facta fuiſſe. De quatuor enim generibus arborum facta fuiſſe refertur. De cypreſſo. De cedro. De oliua. De palmis. Cypreſſus in profundo, cedrus in longo, oliua in alto, palma in lato. vnde dicit Apoſtolus: Vt poſſimus comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum. Profundum verò in cruce vocatur illud lignum quod inſixum erat terræ, in qua ſtabat lignum erectum, & cui dorſum crucifixi domini
H applicandum fuerat, quod eſt crucis longitudo. Lignum vero ex tranſuerſo illo appoſitum, cui manus erant affixæ, latitudó crucis nominatur. Illud autem quod à Pilato fuit appoſitum, in quo titulus triumphalis fuit ſcriptus, altitudo nuncupatur. Habent autem horum lignorum ſingula ſuas myſticas ſignificationes ſecundum naturas ſuas. Cypreſſus enim timorem ſiue humilitatem ſignificat, vbi eſt radix crucis, per quam non ſolùm ſitus humilis, ſed natura eius exprimitur: quia vt dicitur, fugat odore ſerpentes, id eſt diabolos, quorum proprius character ſuperbia ab humilitatis virtute fugatur. Cedrus arbor longitudine præſtans aliis arboribus, longitudinem crucis, id eſt perſeuerantiam ſignificat ſiue patientiam. Naturali enim ſua virtute approbatur quia eſt valde durabilis, & corrumpi ex natura non poteſt. Oliua vero arbor oleum effundens, per quam miſericordiæ opera ſignificantur, charitatem ſignificat: quæ arbor bene latitudinem habet crucis: quia lata eſt charitas, quę etiam ad inimicos extendi præcipitur. Palma porrò arbor victoriam ſignificans, altitudinem crucis optime ſignificat, ſpem de ſupernis habendam, non ad infima deprimendam. Hæc arbor habet in ſe titulum triumphalem ſcriptum, in quo inuenitur fructus crucis. Prima enim dictio eſt Ieſus, per quam intelligitur ſaluatio, quæ idem eſt quod redemptio. Ecce fructus crucis. Propterea enim Chriſtus crucifixus eſt, vt redimeret hominem. Quod autem ait, Aſcendam in palmam, à parte
I crucis totam crucem ſignificauit: & bene per palmam, in qua titulus ſignum redemptionis quæ fructus crucis eſt, inuenitur. Sed dicet aliquis: Dicturus eras de fructu vitis, & dicis de fructu palmæ? Quæ concordia eſt vitis & palmæ? Ad quod ego: Palma crucem, vitis vero ſignificat crucifixum. Dic igitur, nunquid diuerſus eſt fructus crucis & crucifixi? Non puto. Ergo & idem eſt fructus & palmæ & vitis. Aſcendit vitis in palmam, apprehendit fructus palmæ, non quos palma habuit ex ſe, ſed ex vite in palmam extenta. Quare ergo dicit ipſa vitis, Apprehendam fructus eius, & non potius dicit meos: cum palma fructum habuerit à vite, non vitis à palma? Chriſtus non habuit hunc fructum ſine palma, imò & per palmam, id eſt per crucem: quia ſi Chriſtus crucifixus non eſſet, non fuiſſet ſecuta redemptio. Apprehendit ergo Chriſtus fructum crucis, illum profecto, quem ipſe per crucem fuerat operatus. Sed habet hic botrus grana multa, ſcilicet impletionem ſcripturæ, victoriam de diabolo, reſurrectionis gloriam, aſcenſionis mirabilem eleuationem donorum ſpiritus ſancti miſſionem. De impletione ſcripturæ ipſe dominus teſtimonium perhibet dicens Petro, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibã illum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? quia ſic oportet fieri. Et in alio loco, Nónne oportuit adimpleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege & prophetis & pſalmis de me? Victoria de diabolo etſi alio modo potuit, tamen alio modo impleri non debuit. Multum enim deſipit, qui ſapientiam dei & domini K aliud aliquid putat, niſi id quod præſtantiſſimum fuit ordinaſſe. Neceſſarium fuit eum per hominem vinci, & per lignum, qui hominem vicerat per lignum: vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret: & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Quare autem per hominem qui erat deus, & non per ſimplicem hominem, ſatis manifeſtum eſt: quia omnes homines peccato erant obnoxij, & non poterat quiſquam aliorum ſoluere vincula, qui ſeipſum ſoluere non valebat. Chriſtus enim fortis, qui originali peccato nihil debebat, eò quòd ſingulari priuilegio naſcendi ſine omni carli concupiſcentia conceptus erat, qui ſolus eſt inter mortuos liber, ſolus à morte poterat mortuos liberare, ſicut ait Apoſtolus: Non habebat neceſſe pro ſe offerre ſacrificium, quemadmodum alij ſacerdotes tam pro ſua, quàm pro populi ignorãtia. Si autem quæritur quare deus potius per ſe quàm per aliquam aliam creaturam hominem voluerit liberare, poſſumus hoc quidem charitati eius imputare, quam vt nobis commendaret, non ſolùm incarnatus, ſed & mortuus eſt pro nobis. Tradidit nihilo minus per hoc formam charitatis, vt parati ſimus, cũ neceſſitas exegerit, pro fratribus noſtris animas noſtras ponere, cũ regẽ noſtrũ pro nobis animã poſuiſſe videmus. Eſt & adhuc alia, rationabilis cauſa quare per dominum redempti ſumus, ſcilicet quia nequaquam decuit nos per alium reformari, quàm per eum per quem formati eramus. Plus enim excitat nos ad charitatem reformatio, ſicut ſæpius ſupra dictum eſt, quàm formatio. Si ergo per alium quàm per ipſum per quem ſumus formati, reformati eſſemus: plus reformatori noſtro quàm formatori deberemus, & ſic plus diligeremus creaturam quàm creatorem: quod eſſet inconueniens. Vt ergo incitaret nos ad diligendum ipſum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus noſtris, impẽdit nobis quidquid debuit creando & recreando nos, optimus deus, cuius beneficiis nó communicat alienus. Fructum igitur redemptionis noſtræ toto deſiderio complectamur, & ſæpius imò ſine intermiſſione ad memoriam reuocantes, latentem in ipſo dulcedinem linguæ intellectus noſtri deguſtemus, & in vaſe memorię noſtræ recondamus ſanguinem huius vuæ meraciſſimum, ſanguinem inquam rubicundi Ieſu: quia factus eſt nobis redemptio, quia per ipſum ſaluati & liberati ſumus. His floribus, hoc fructu quo redempta eſt à tyrannide dęmoniaca, iugiter reficienda eſt fidelis anima, ne in hoc tædioſo deſerto deficiat, in quo ſine requie ſine intermiſſione laborat ſuſpirans ad illam terram lacte & melle manantem, & cum ſponſa proclamans, Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo. Non ignorat iſta quis & qualis fuerit fructus vitis ligni vitæ Ieſu Chriſti. Nonnunquam enim lectum conſcientię ſuæ floM ribus virtutum & paſſionis ſponſi ſui reſperſerat, quæ eidem in eodem Cantico amoris proclamat: Lectulus noſter floridus, non de alienis, ſed de tuis floribus dulcis Ieſu. Veni ergo & agnoſce tuos flores: requieſce in lectulo tuis floribus adornato. His ergo floribus petit à ſociis ſponſi, ab annunciatoribus verbi dei ſe ſponſa fulciri: ſciens profecto quid virtutis habeant, qualem effectum operentur in ipſa tales flores per miniſtrum verbi ad memoriam reuocati, quantum ipſam in tentationibus, & periculis præſentis vitæ confortẽt, quantum ad ſupernæ patriæ deſiderium accendant: nec dubito quin eadem ſponſa in hortum ſanctarum ſcripturarum ſui ſponſi quandoque fuerit introducta, vbi proculdubio ligNum vitæ vitem veram inuenit, cuius alacriter fructum apprehendit, voluens in mẽte ſua & reuoluens & intuens diligẽter ac perſpicaciter qualem ex ardore dilecti ſui, imò ex ipſo dilecto fuerit fructũ cõſecuta: ſenſitq; infallibiliter quantum amoris ei debeat, quantũ ad omnia pericula ſuſtinenda ex arbore tam dilecta ſuſcepit. Optat ergo ſibi ſæpius ad memoriã reuocari hos flores, & hũc fructum: quia & illis fulciri, ne cadat: & his ſtipari, ne aliquo modo moueatur, exorat: ſciens nimirum, quid virium habeant & illorũ odor & huius ſapor. Quod autem addit, Quia amore langueo, quid eſt, niſi quòd ſponſa deſiderio ſupernæ patriæ accenſa, dilationẽ diuturnam non patitur? Vnde in eodem, Filiæ Hieruſalem nunciate

A ciate dilectó quia amore langueo. Quis eſt amor iſte tam validus, & languorem inducens? Nunquid non eſt amor de quo ſcriptum eſt: Fortis eſt vt mors dilectio? Qualis eſt iſta fortitudo, quæ infirmitatem inducit? Reſpondeant illi qui in libro experientiæ huius quæſtionis ſolutionem perlegerunt. Experientiæ dixi. Et quare non ſapientiæ, quæ à ſapore dicta eſt? Qui ergo in libro ſapientiæ legerũt, id eſt qui ſaporem internum experti ſunt, dicant & doceãt nos quis ſit iſte amor, qui cum ſit fortis vt mors: facit amantes languere yſque ad mortem: quia in morte huius corporis & non antè ſanantur. Poſſent quidem medio tempore dum in vita hac mortali ſiue in hac morte vitali degũt, huius dilecti ac deſiderabilis floribus & fructibus conſolari, at non ſatiari, donec veniat dies quem cum propheta deſiderant dicentes, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et in alio loco, Adimplebis me iucunditate cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſq; in finem. De qua dextera aliàs legitur: Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et vide quàm bene iſta auctoritas cum ſuperioribus cõcordat: vt læua quidem dilecti appelletur recordatio illius charitatis (qua nulla maior eſt) qua poſuit animam ſuã pro amicis ſuis: dextera verò, beata dei viſio, quam promiſit amicis ſuis, & gaudium de præſentia diuinæ maieſtatis. Meritò ſanè illa dei & deifica viſio, illa diuinæ præſentiæ inæſtimabilis dilectio, in dextera deputatur, de qua delectabiliter canitur: Delectationes in dextera tua vſq; in finem.
B Meritò nihilo minus in læua memorialis illa & ſemper memoranda dilectio collocatur: vt donec tranſeat iniquitas ſuper eam, ſpõſa requieſcat & recũbat. Meritò ergo læua ſponſi ſub capite ſpõſæ ſuper quam videlicet caput ſuum inclinata ſuſtenter, id eſt mentis ſuæ intentione incuruetur, ne inclinetur ad carnalia & ſecularia deſideria, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Idem ergo per flores & fructum noſtræ vitis, & per læuam ipſius ſponſi figuratur: languoris autem ſanatio per dexteram eius. Per hos ergo flores & fructum vitis noſtræ petunt ſe fulciri, nec aliena dilectione gloriantur ſe ſuſtentari, qui ſpem & fiduciam ſuam non in rebus caducis poſuerunt: ſed illa tantùm anima, quæ modo pro amore & deſiderio dilecti corporalibus & mundanis curis languet, imò & moritur, cui & dicitur: Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuũ? De deſerto quippe huius mundi aſcendit, quæ cor ſuum cum corde dilecti in ea charitate connexuit, quærens ea quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terrã. Vnde deliciis virtutum affluit, tanquam vnguento delibuta diuerſorum aromatum, quæ de dilecti paradiſo collegit, ſequens eum qui pro ea paſſus ſuum ipſi reliquit exemplum. Vnde & bene dicitur, Innixa ſuper dilectum ſuum, nó ſuper hominem: quia maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, nec ſu-
C per aliquas res terrenas, quæ omnia reputauit quaſi ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. Talis ergo anima, quæ nunc floribus & fructu vitis veræ ſponſi ſui fulcitur, quæ modo præ amore illius languet vſq; ad mortem, dicens cum Iob, Deſperaui, nequaquam iam vltra viuam: talis inquam anima, dulciſſima ſpõſi dextera ineffabiliter amplexari, & fructu ęternæ iucunditatis ſatiari merebitur, lãguore non ſolũ ſanato, ſed & aucto. Sanabitur enim languor intolerabilis deſiderij in perfruitione iucundiſſima dilecti deſiderati, non tamen auferetur, imò augebitur idem deſiderium: ſed tunc non erit languor, ſed depulſio faſtidij, cum deſiderans pleniſſime ſatiabitur deſiderato, & ſatiatus diſcet in ſatietate deſiderare mutua & interminabili & inexplicabili generatione, deſiderio generante ſatietatem, & ſatietate deſiderium pariente. Sed iam reuertamur ad vuam. Eſt tertium granum in botro redemptionis noſtræ dominica reſurrectio: quæ quãtum habuit habeãtque dulcedinis, quis explicet? Ponat aliquis tamen ſi quis poteſt, in corde ſuo magnitudinem ineffabilem illius beatiſſimę & triſtiſſimæ paſſionis: videat quanto deſperationis mœrore illã dilectorum paſſi Ieſu corda percuſſa fuerunt, videat illarum fidelium mulierum lamentationes, quę dulciſſimum Ieſum ad paſſionis locum eũtem cum ſibi crucem baiularet, & cum dulciſſimam animam expiraret, non deſeruerunt. Videat præcipuè illam tunc ſpectanté mulierculam, nunc vero mundi dominam, matrem domini, cuius animam acutus doloris D gladius pertranſiuit. Videat totius mundi machinam fabricatori ſuo compatientem tetra caligine inuolutam. Videat inquam hæc, & tantæ turbationi ſerenitatem tertiæ diei, & inſperatam lætitiam lætiſſimæ reſurrectionis annectat, recogitétque propenſius cum quanta exultatione ſuſceperint dominum à mortuis reſurgentem, quem cum ingẽti triſtitia viderant morientem. Vide cum quanta iucunditate recompenſauerit in reſurrectione diſcipulis ſuis triſtitiam illam quam in ſanctiſſima extremæ comeſtionis ſuæ cœna conceperant, quando eis dixit, Non bibam amodo de hac generatione vitis, donec bibam illam vobiſcum nouam. Ecce iam nunc reſurrexit in gloria vitis vera: comedítque & bibit cum eiſdem diſcipulis cum gaudio maximo proculdubio, ſęque dubitantibus aliquibus videndum pariter & tangendum exhibuit. Nec putet quiſquam quòd reſurrexerit ad gaudium ſolis diſcipulis, imò & reſurrexit nobis, & tori mundo, beatificans omnes, qui quanuis non videant, credunt tamẽ ipſum paſſum fuiſſe propter delicta noſtra, & reſurrexiſſe propter iuſtificationem noſtram, quibus docemur, quoniam ſi ſocij fuerimus paſſionis, erimus & reſurrectionis: vt non dubitemus mortalia corpora noſtra reſurrectionis gloria ſublimanda, cum caput noſtrum morte turpiſſima condẽnatum reſurrexiſſe credamus. Nam ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Primitiæ enim dormiẽtium Chri- E ſtus: deinde hi qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius credidерunt: qui & ad exemplum Chriſti reſurgentis ad gloriam, vltra non morituri reſurgent. Eſt & aſcenſio granum in botro redemptionis per paſſionem factæ, dulce quidem granum, plurimum in ſe continens dulcedinis, faciens gaudium cœlis & terris. Quis enim dubitet gaudium magnum factum diſcipulis, cum eum vt hominem viderent cœleſtia penetrantem? Strabant animis ſimul & cordibus in cœlum erectis, animi ſui gaudium non capientes: ſed in voce iubilationis eunti domino gratulantes. Exultauit proculdulbio & cœlum, omnes videlicet angelorum chori purpurato ſuo domino noſtræ carnis trabea occurrentes, & ſumma cum laude ſummum ſuſcipientes victorem. Quòd ſi in vnius iuſti ſiue martyris animæ aduentu omnis angelorum exultat chorus, quãtum putas in ſingulari ſui imperatoris aduentu omnium ordinum ſpiritus exultaſſe? Humano igitur intellectu ad huius laudis & gaudij magnitudinem ſuccumbente, gaudeamus & nos dulcedinem huius grani recolendam admirando, diligendo fugamus, exultantes in ſpiritu ſancto pro eo quòd carnis noſtræ portio in dulciſſimo domino in ſummo trinitatis throno excellentiſſime ſit collocata, intendentes animos noſtros quantum poſſumus poſt ipſum & in ipſum, ipſi in humilitatis ſpiritu ſupplicantes, quatenus nos poſt ſe trahere dignetur, vt in odore vnguentorum ipſius currentes, in illa cellaria, in illam ſupremam apothecam aromatum, in illa interiora ſancta ſan- F ctorum mereamur introduci, quò ipſe Chriſtus caput noſtrũ præceſſit. Quintum botri noſtri granum miſſio ſpiritus ſancti eſt. Quis vinum iucundiſſimum huius grani valeat explicare? Vinum inquam, & ſi magis placet muſtum. Mox enim accepto ab Apoſtolis & aliis qui cum eis erant, expectãtibus, ſpiritu ſancto inebriati ſunt: eructauerũt verbum bonum, loquebantur variis linguis magnalia dei. Antè timore abſconditi, nunc cucurrerunt foras: nõ iam timuerunt aquam populi frementis, charitatis igne ſuccenſi. Tunc pro certo experientes verum eſſe quod ſcriptum eſt: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, & flumina non obruerunt illam. Irruerunt enim in eos flumina poteſtatum, fluxerunt aquæ populoſæ multitudinis: flauerunt venti ac procellæ comminationum verborum: & ignis charitatis non eſt extinctus, imò etiam auctus eſt. Ibant enim Apoſtoli gaudentes à conſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Chriſti contumeliam pati. Eſt autem auctus iguis charitatis, pluribus per eorum prædicationem accenſis, & eadem qua ipſi ardebant iucunditate ſuccenſis. Sed quid aiebant Iudæi omnium bonorum increduli? Muſto, inquiunt, pleni ſunt, mentientes & ignorantes verum dixerunt. Muſto quippe illo nobiliſſimo charitatis dei, imò charitate deo repleti erant inflãmante ad amorem, & confortante ipſos cõtra timorem. Vn-

G de sicut mustum non patitur se contineri à vase nisi foramen habeat vnde prorumpat: sic iustorum corde per ora eorum se mustū spiritus sancti manifestauit loquētia magnalia dei, cum mirabili eloquentia. Non enim impedit, sed expedit linguā haustus musti huius: vt illud poëticū verum inueniatur,

Fœcundi calices, quem non fecere disertum?

Fœcundus verò calix domini & præclarus inebriauerat eos: quia sicut ait Apostolus, charitas dei diffusa erat in cordibus eorum. Sed videntur verbis nostris verba Perri contraria, qui hausto nouo musto audax factus, iam non solùm non timuit verba mulieris cuiusquam, vt antè: sed nec verba principum. Hic ergo obiiciens se in medium dixit discipulos ebrios non esse, cum tamen ebrij essent, sed spiritu ebrij, non ebrij vino. Sed audiamus verba ipsius optime distincta. Non enim, inquit, sicut vos estimatis, hi ebrij sunt. Non enī musto terreno ebrij sunt, vt vos putatis, sed cœlesti spiritu. Hauriam⁹ igitur & nos charissimi de vino iucundissimo grani huius, Quod si vel in quo hauriamus, scilicet vas intellectus non habemus curramus cum plena fiducia ad singularem nostrum ac prouidum condirorem, cuius figmētū sumus, oremúsque vt vas formet in anima nostra huius dulcissimi musti capax: vt nostro cōsolatore spiritu gratiæ septiformis accepto multiformes tentatoris aduersarij nostri laqueos euadamus, & pedes affectuum nostrorum in compedes sapientiæ iniiciamus, vt cum ipsa sapientia colligati vinculis charitatis indesinēter & indefesse curramus post illam, donec ad saporis ipsius plenitudinem attingamus, vbi iam non per speculū & in ænigmate, sed facie ad faciem regem nostrum in decore videamus, & sicut sumus cogniti cognoscamus. Hic enim aduertendum puto, quòd vitis nostræ fructus comeditur & bibitur. Masticatur enim vua, bibitur vero vinum, quod in vua cōtinetur: & in vtroque vsu iucunditas est: sed in vino & iucunditās & vtilitas prolixior est: quod ad botri huius de quo locuti sumus fruitionem mihi pertinere videtur. In præsenti enim vita hunc botrum masticamus, cum suauitatem, iucunditatem & vtilitatem nostræ redemptionis dētibus intellectus nostri discutimus: cum resurrectionis potentiam, ascensionis gloriam, & aduētus spiritus sancti vtilitatem in cordis nostri cō sideratione versāmus tanquam vuas in ore, fitque de his nō nunquam aliqua lætitia cordi nostro: erit autem plena postquam cessauerit tempus, id est mutabilitas temporum, quādo hæc iam non comedemus, sed bibemus, inæstimabilem de his perpetuam lætitiam consecuti. In comedendo enim aliquis labor est: quod vero bibitur, sine labore recipitur: vnde per comestionem delectatio quæcunque, vel qualiscunque, vel quantacunque sine corpore non percipitur: sed semper aggrauat animam. Per potum vero sine labore acceptum, illius loci & temporis gaudia significantur, vbi & quando iā non erit luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor, quoniam hæc omnia transierūt. Et ipse ab æterno stabilis, qui pro nobis ne velut vmbra trāsiremus, transiens factus fuit, ministrabit nobis. Ibi enim tunc iam nō cum labore & timore & impedimento corporis mortis huius comedemus, sed cum magna iucunditate bibemus vinum redemptionis nostræ, & secundum naturam nobile vinum: quod quanto plus biberimus, licet saturemur, tanto tamen plus sitiemus admirātes & laudātes sine termino & sine intermissione bonitatem admirabilem redemptoris nostri, quam in fructum redemptionis nostræ circa nos voluit exhibere. Et vide si non ista differentia cibi & potus nobis in verbis sponsi in cantico amoris cōmendatur, cum ait: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Præmonet enim comedere, quod vtique ad præsentem vitam pertinet, in qua sicut diximus, contemplatio labori actionis admixta est. In futura vero vita, quæ omni actione caret, gaudio tāquam poculo perfruemur. Bibemus enim, & inebriabimur ab vbertate domus dei, & torrente voluptatis eius potabimur, iam nos tūc esse regis & sponsi nostri charissimos liquidò cognoscētes, cum aqua omnis laboris & actionis terrenæ in vinum diuinę contemplationis cōmutabitur, implebuntúrque omnes hydrię vsque ad summū. Omnes enim implebuntur in bonis domus domini: cum illę desiderabiles nuptiæ spōsi, id est Christi, & sponsæ, id est vniuersalis ecclesiæ, celebrabuntur. Bibetúrque in summa lętitia cordis omnium clamantium domino & dicentium: Tu bonum vinum seruasti vsque adhuc. Nos autem dicimus hanc lætitiam per cibum significari, cum scriptum sit: Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. licet expositio præcedentis auctoritatis etiam in hac posit locum obtinere. Si vero asserat aliquis indignum fore vt tanta vitis tantū laborata & laborans vnum tantùm botrum produxerit, potest si vult ea quæ nos grana appellamus, botros appellare, & singulis aliquam granorum multitudinem adiungere. Veruntamen non irrationabiliter in præsenti botros vitis innumeros inueniem⁹, si omnes ecclesias, omnia monasteria, omnes cōgregationes quæ in vniuersa ecclesia sunt, volumus intueri. Hos enim botros quis produxit, nisi vitis nostra: Nā & Christus & ecclesia vitis vna sunt: sicut vnum corpus singulę cōgregationes, singuli botri, grana vero singularitatem exprimunt personarum, & non inconuenienter, vt mihi videtur. Nam per exteriorem folliculum grani siue vuæ corp⁹ exprimitur, per nucleos ossa, per liquorē anima figuratur vel sanguis qui est sedes animæ. In morte hominis anima à corpore tanquam vinum de acino exprimitur: & si dignum fuerit, in regale defertur cellarium paradisi cœlestis, vt gaudium fiat regi cœlesti & cōiuiis suis beatis qui ad nuptias agni vocati sunt & perueniunt. Bibit enim & ipse spōsus vinū proprium de vite sua & vinea sua, ecclesia scilicet, cui⁹ & ipse caput est. Bibet & ipse sanguinem vuarum meracissimum, scilicet animas sanctorum expressas & separatas ab acinis in torculari crucis, in labore & siti, in frigore & nuditate, in vigiliis multis, & aliis exercitiis spiritalibus. Bibet has, id est sibi delectabiliter incorporabit facies vt vn⁹ spiritus secum effecti, cum ipso & in ipso à cunctis de cætero laboribus requiescant. Timeant & caueāt sibi illa putrida grana, ftatres falsos peruersos Christianos dico, qui in se vinum non continent, sed venenum: qui in torculari crucis premi nolūt, & in labore hominum non sunt. Caueant inquam, dum tempus est, ne porcis, id est diabolis deuorandi proiiciantur: quia in cellaria regia nō nisi per torcular crucis iter est. Restabat nobis dicere de secundis floribus vitis nostræ, & de fructibus illorum, secundum quod scriptum est: Et resoluit caro mea. quod de resurrectione dici nullus est qui ambigat: cuius fructus erit gloria resurrectionis secūdę. Sed nos magis legentem volentes scientem relinquere, quàm fastidientem: hic huic sermoni terminum imponimus, parati emēdare, demere, & mutare sicubi contra fidem & contra sacras scripturas aliquid diximus, in omnib⁹ gratias humiliter agētes ei qui gratuita gratia sua nos edocuit, qui aperit os mutorum, & linguas infantium disertas facit, nomini cuius nouum principiū opusculi huius finémq; cōsecramus optimo & dulcissimo Iesu. Amen.

Explicit tractatus de passione Domini super illud: Ego sum vitis vera.

TABVLA SEQVENTIS OPERIS.

De fide. Sermo.j.
De spe. Sermo.ij.
De gratia. Sermo.iij.
De timore Dei. Sermo.iiij.
De charitate. v.
De primordiis conuersorum. vj.
De conuersione vij.
De contemptu mundi. viij.
De habitu. ix.
De compunctione cordis. x.
De tristitia. xj.
De dilectione Dei. xij.
De dilectione proximi. xiij.
De compassione. xiiij.
De misericordia. xv.
De exemplis sanctorum, xvj.
De contentione. xvij.
De disciplina. xviij.
De obedientia. xix.
De perseuerantia. xx.

De virginitate. xxj.
De continentia. xxij.
De fornicatione. xxiij.
De abstinentia. xxiiij.
De ebrietate. xxv.
De peccato. xxvj.
De confessione peccatorum & pœnitentia. xxvij.
De communione. xxviij.
De cogitatione. xxix.
De silentio. xxx.
De mendacio. xxxj.
De periurio. xxxij.
De detractione. xxxiij.
De inuidia. xxxiiij.
De ira. xxxv.
De odio. xxxvj.
De superbia. xxxvij.
De iactantia. xxxviij.
De humilitate. xxxix.
De patientia. xl.
De concordia. xlj.
De tolerantia. xlij.
De infirmitate. xliij.
De auaritia. xliiij.
De cupiditate. xlv.
De paupertate. lxvj.
De murmuratione. xlvij.
De proprio. xlviij.
De oratione, xlix.
De lectione. l.
De operatione. lj.
De psalmis & hymnis. lij.
De actiua & contemplatiua vita. liij.
De curiositate. liiij.
De vigilantia. lv.
De prudentia. lvj.
Vt laicæ mulieres vitentur. lvij.
Vt virgo non diligat societatem virorum. lviij.
Vt virgo fugiat societatem iuuenum. lix.
Vt virgo non coniungatur malis hominibus. lx.
Vt virgo non suscipiat dona vel literas in occulto. lxj.
Vt virgo cum deuotione reddat quod Deo promisit. lxij.
Vt virgo semper consideret illud propter quod venit ad monasterium. lxiij.
Vt virgo non quærat placere hominibus de pulchritudine sui vultus. lxiiij.
Vt virgo non rideat immoderate. lxv.
Vt virgo non desideret ciuitates videre. lxvj.
De tentatione. lxvij.
De somniis. lxviij.
De brenitate vitæ. lxix.
De morte. lxx.
De iudicio. lxxj.
De oratione. lxxij
De obsecratione. lxxiij.

Finis tabulæ.

Prologus in librum sequentem.

CHarissima mihi in Christo soror, diu est quòd rogasti vt verba sanctæ admonitionis scriberem tibi. Sed cum scriptum sit, Superbia est quenquam velle docere meliorem se: indignum me ad hoc opus conspexi: & ideo quod rogasti, aliquandiu facere distuli. Sed quia iterum iterumque rogasti, rursus ad memoriam reduxi sententiam domini dicentis: Quicunque angariauerit te mille passus, vade cum eo duo milia: omnique petenti te tribue: Vndique coactus, tandem charitate compulsus, tuísque orationibus adiutus, sub mensa patrum micas collegi, & si nō vt debui, tamē vt potui: quas in hoc libro tuæ sanctitati repræsento. Nūc ergo charissima soror hunc librum accipe, & cum ante oculos tuos quasi speculum propone: cúmque omni hora velut speculum contemplare. Præcepta nanque dei specula sunt in quibus semper animæ inspiciunt & in quibus cognoscunt maculas, si quæ sunt fœditatis, quia nemo mundus à delicto: & in quibus emendant vitia cogitationum suarū: & relucentes vultus quasi ex reddita imagine componunt: quia dum præceptis dominicis toto animo intendunt, in eis proculdubio quid in se cœlesti sponso placeat, vel quid displiceat cognoscunt. Hunc igitur librum soror venerabilis libenter perlege, iterum iterúmque relege: & in eo cognosces qualiter deum proximúmque diligas: quomodo cuncta terrena & transitoria despicias: quemadmodum æterna ac cœlestia concupiscas: qualiter pro Christo aduersa huius mundi patienter sustineas, & prospera ac blandimenta contemnas: quemadmodum in infirmitatibus tuis deo gratias reddas vel agas, & in sanitate non superbias: quomodo in prosperitate non eleueris, nec in aduersitate frangaris. Soror mihi in Christo dilecta, librum istum tua prudentia studiose percurrat: & peccata mea adsidue lugeat. Et qui non sum dignus impetrare indulgentiam, saltem tuis orationibus possim consequi peccatorum meorum veniam. Omnipotens deus custodiat, & ab omni malo te defendat: & cum omnibus tecum deo pariter seruientibus ad vitam perducat æternam Venerabilis soror, Amen.

D. Bernardi Abbatis Clarævallensis, de modo bene viuendi liber, in quo continetur omnium virtutum summa ad Christianam religionem necessaria.

DOminus dicit in Euangelio, Omnia possibilia sunt credenti. Nemo potest venire ad æternam beatitudinem nisi per fidem. Ille vero est beatus qui rectè credit, & rectè credēdo bene viuit, & bene viuendo fidem rectam custodit. Vnde beatus Isidorus: Sine fide nemo potest placere deo. Fides nequaquam vi extorquetur: sed exemplis atque ratione suadetur. A quibus autem violenter exigitur, perseuerare in ea nequaquam possunt: exemplo nouellæ arboris, cuius si quis cacumen violenter represserit, denuo dum laxatur, in quod prius fuerat confestim reuertitur. Fides sine operibus mortua est. Et frustra sibi de sola fide blanditur, qui bonis operibus non ornatur. Qui crucem portat, debet mundo mori. Nam crucē ferre, semetipsum est mortificare. Crucē ferre & non mori, simulatio hypocritarum est. Qui nō dubitauerit in corde suo, sed crediderit: quodcunque petierit fiet sibi. Qui credit in filium dei, habet vitam æternam. Qui autē non credit, non videbit vitam, sed ira dei manet super illum. Sicut corpus sine anima mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Soror charissima, magna est fides, sed nihil valet sine charitate. Igitur, soror venerabilis, serua in te rectam fidē, tene sincerā fidem, custodi intemeratā fidem. Maneat in te recta fides. Sit in te incorruptæ cōfessionis fides. Nihil temere de Christo loquaris: nihil de deo prauum vel impium sentias, nihil peruerse cogites, nec dilectionem eius offendas. Esto in fide iusta. Habeto in fide recta conuersationē sanctam: deum quem inuocas fide, nō deneges opere. Malum mixtum bonis contaminat plurima. Vnum malum multa bona perdit. Non delinquas in opere, quæ perfecta es in fide. Male viuendo nō polluas fidē. Integritatē fidei prauis moribus nō corrumpas. Non admisceas vitium virtutibus: non adiungas malum bonis. Soror amabilis, deus te incolumem custodiat, Amen.

De spe. sermo II.

DOMINVS dicit in Euangelio: Nolite desperare, sed habete fidem dei in vobis. Spes quæ videtur, non est

Gspes. Nam quod videt quis, quid sperat: Si autem quod non videmus spetamus, per patientiam expectamus. Vnde Salomon ait: Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorũ peribit. Ergo soror charissima & tu expecta dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te vt hæreditate capias regnum dei. Expecta dominum charissima, & recede à malo, & exaltabit te in die visitationis, id est, in die mortis tuæ, siue in die iudicij. Qui male agere non cessant, inuannum misericordiam dei expectãt: quam recte expectarẽt, si à malo recederẽt. Vnde beatus Isidorus: Timere debemus ne per spem quam Deus promittit nobis, perseueranter peccemus. Nec rursus quia iuste peccata distringit, de Dei misericordia desperemus: sed quod est melius, vtrunque periculum fugiamus: vt à malo declinemus, & de pietate dei veniã speremus. Omnis quippe iustus spe & formidine nititur, quia nunc spes ad gaudium erigit: nunc ad formidinem terror gehennæ reducit. Qui enim de peccati venia desperat: plus se de desperatione quàm de peccato damnat. Igitur soror dilecta, spes tua sit in Iesu Christo sponso tuo firma: quia sperantes in domino misericordia circundabit. Spera firmiter in domino, & fac bonitatem: inhabita terram, & in cœlesti regno, pasceẽris in diuitiis eius. Soror venerabilis depone iniustitiam, & spera in dei misericordia: aufer à te iniquitatem, & spera in salutem. Emenda teipsam, & spera in dei clemẽtiam. Expelle à te prauitatem, & spera indulgentiam: corrige vitam tuam, & spera vitam æternam. Ad quam te perducere dignetur ille qui te elegit ante secula, Amen.

De gratia Dei. Sermo III.

PAulus apostolus dicit: Vbi abundauit peccatum superabundauit & gratia: vt sicut regnauit peccatum in morte, ita & gratia regnet per indulgentiam in vitam æternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Vnicuique autem vestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Soror charissima, sicut beatus ait Isidorus, profectus hominis donum Dei est. Ergo si dono dei proficimus, necesse est vt de bonis operibus non nosmetipsos, sed deum laudemus. Nec à se potest quisquam corrigi nisi à Deo. Homo nihil boni habet proprium, cuius via non est eius, testante propheta qui ait: Scio domine, quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Cumque aliquod donum percipit, nõ plus quærat quàm cum accepit: ne dum alterius membri officium surripere tentat, id quod meruit perdat. Conturbat enim ordinem corporis totum, qui non suo contentus officio surripit alienum. In diuisione donorum diuersa dei dona percipiunt. Nec vni homini conceduntur omnia dona, sed sit præ I humilitatis studio vt alter habeat, vnde admiretur in altero. Nam quod in Ezechiele animalũ alæ alteræ ad alteram percutiuntur, virtutes designantur sanctorum mutuo sese affectu prouocantium, alternóque sese exemplo erudientium. Honesta virgo, nolo etiam te lateat, quòd sine gratia Dei præueniente comitante, & cooperante, nihil boni possumus facere. Gratia dei nos præuenit, vt bonum velimus, concomitatur nos, vt bonum incipiamus: cooperatur nobiscum, vt bonum perficiamus. Ergo à deo datur nobis bonum velle, incipere & perficere. Igitur à deo dantur nobis virtutes, vitia vero & peccata oriuntur ex nobis Charitas, pudicitia & honestas à deo dantur nobis: superbia vero, auaritia, cupiditas sunt ex nobis. Sine deo nihil boni possum⁹ facere: sed per gratiã dei multa bona possumus operari. Sine gratia dei ad bene operãdũ tardi, pigri & tepidi existimus: sed per gratiam dei in bonis operibus grati & solliciti & deuoti sumus. Sine deo ad peccandũ statim parati sumus, sed per gratiam dei à peccato liberamur. Sine deo terrena & transitoria plus quàm oportet despicimus: sed per gratiam dei cuncta quæ in hoc mũdo sunt despicimus: & cœlestia desideramus. Propter peccatum primi hominis de paradiso eiecti sumus, sed per gratiã dei ad paradisum nos peruenire credimus. Per peccatum primi hominis in infernum descendimus, sed per gratiam Dei nos cõfidimus ascendere in cœlum. Nam & quòd potẽtes sumus, quòd diuites, quòd sapientes existimus, non nisi per gratiam dei sumus. Interea volo te scire reuerendissima soror, quòd omnia bona quæ in hoc seculo habemus, per gratiam dei habemus. K Omnia enim mala eueniunt nobis propter peccata nostra: deus per suam sanctam misericordiam & gratiam dat nobis bona. Sed propter peccata nostra accidũt nobis mala, per gratiam dei tribuuntur nobis prospera. Sed propter iniquitates nostras aduenient nobis aduersa per gratiã dei dantur nobis necessaria, & propter vitia nostra accidunt nobis contraria. Igitur ô sponsa Christi, necesse est nobis vt semper ad memoriam reducamus cum gratiarũ actione bene merita dei: vnde ecclesia in Canticis de Christo spõso suo loquitur, dicẽs: Memores vberum tuorum super vinum, recti diligunt te. Ac si diceret, Memores gratiæ tuæ & misericordiæ tuæ atque beneficiorum tuorum diligũt te. Hoc est, illi te diligunt qui recti sunt corde. Illi recti corde sunt, qui de iustitia aut sanctitate nihil suis meritis attribuunt, sed omnia tuæ gratiæ dono adscribunt. Memores gratiæ tuæ qui saluati sunt, diligunt te. Honesta virgo semper memor esto, quia quicquid boni i te est, per gratiam dei est. Audi Paulum apostolum de se dicentem: Gratia dei sum id quod sum. Sic & tu charissima gratia dei es quicquid es. Nam & quòd seculũ contẽpsisti, & quòd domũ patris tui reliquisti, & quòd ancilla dei esse voluisti, & quòd in monasterio seruire deo decreuisti, & quòd inter ancillas dei viuere nũc deuouisti, omnia bona hæc per gratiam L dei prouenerunt tibi. Nam & quòd virgo es, & q̃ prudens & sapiens es, non per te, sed per gratiam dei es. (Interrogatio.) Die mihi quæso frater mi, quid est quòd in sacra scriptura legitur, quia nemo sanctus, nemo bonus, nemo iustus, nisi solus deus? (Responsio) Soror dilecta, sicut dicitur. ita est vere: solus deus est bonus & sanctus atque iustus: quia per se est bonus. homines vero sunt boni nõ per se, sed per deum: & ideo solus deus est bonus, quia per se est bonus. Homines vero sunt boni & iusti & sancti, non per se, sed per gratiam Dei. Quod bene in Canticis Canticorum sponsus Ecclesiæ, scilicet Christus designat, dicens: Ego flos campi, & lilium conuallium: quia odorem virtutis meæ per vniuersum mundum diffundo. Ego, inquit, sum flos campi & lilium conuallium id est, ego sum sanctitas, bonitas & iustitia eorum qui cum humilitate in me confidunt: quia null⁹ eorum potetit esse sanctus nec bonus sine me: sicut dixi in euangelio, quia sine me nihil potestis facere, Ego sum flos campi, & lilium conuallium. Sicut enim campus floribus adornatur & vernat, ita totus mundus fide Christi & notitia decoratur. Ego flos campi, & lilium conuallium, quia illis hominibus amplius meam gratiam dono, qui nõ in sua bonitate, nec in suis meritis confidunt, sed in me. Soror venerabilis, ideo te moneo, vt nihil tuis meritis attribuas, nihil de te præsumas. In virtute tua nihil ponas, in viribus tuis non cõfidas, in tua audacia fiduciam M non habeas. Omnia diuino dono & diuinæ gratiæ adscribe. In omnibus operibus tuis Deo gratias refer. In omnibus actionibus tuis deo gratias redde. In omni conuersatione tua deo gratias repende. Confidentia tua semper sit in Christo, qui te creauit ex nihilo.

De timore dei. Sermo IIII

SOror charissima audi quæ dico, audi quæ moneo auscultra quæ loquor. Deum time super omnia, & mandata ei⁹ semper obserua, quia ecce oculi domini super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Et Salomon: Time dominum, & recede à malo. Qui timet dominum, nihil negligit. Etiam quidam sapiens ait: Timor domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor domini ditabit cor: & dabit gaudium & lætitiam in longitudine dierum. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Timor domini est sapientia & disciplina. Non sis incredulus in timore dei, & ne accesseris ad illum duplici corde. Timentes dominum sustinete eius misericordiam, & ne declectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dominũ, credite in illum, vt in oblectatione veniat vobis misericordia. Qui timetis dominum, credite in illum, & non euacuabitur merces uestra. Qui timetis dominum, diligite illum, & illuminabũtur corda vestra. Qui timent dominum, non erunt increduli verbo eius: & qui diligunt illum, conseruabunt vias illi⁹. Qui timent dominum, inquirunt quæ beneplacita sunt illi: & qui diligunt

A diligunt illum, replebuntur lege eius. Qui timent dominum, probabunt corda sua, & in cõspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum, custodiunt mandata eius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem ipsius. Oculi domini super timentes se, & ipse cognoscit omnia opera eorum. Consummatio timoris dei est sapientia. Timenti dominum non occurrunt mala, sed in tẽtatione deus liberabit illũ à malo. Spiritus timentium deum requiretur, & in respectione illius benedicetur. Timor domini est sicut paradisus: benedictio & omnis gloria operiet illum. Beatus vir cui donatum est timorem domini habere. Timor domini est initium dilectionis eius. O soror dilecta, nulla res nos sic ab omni peccato custodit immunes, sicut timor inferni, & amor dei. Deũ timere est nulla mala facere, & nulla bona quæ facienda sunt præterire. Timor domini est fons sapientiæ. Timenti dominum bene erit in extremis, & in die mortis suæ benedicetur. Soror venerabilis, bonum est nobis timere deum, quia timor domini expellit peccatum. Timor domini semper emendat. Timor domini reprimit vitium. Timor domini cautum facit hominem atque sollicitum. Vbi vero timor nõ est, ibi perditio est animæ. Vbi timor non est, ibi dissolutio vitæ est. Vbi timor non est, ibi est abundantia peccatorum. Igitur honesta virgo, timor & spes semper sint in corde tuo. Pariter sint in te timor & fiducia. Spes & metus pariter perseuerent in te. Sic spera in misericordia dei, vt timeas eius iustitiam. Sed ta- B men, soror mihi in Christo amabilis, volo te scire quatuor esse timores: videlicet humanum, seruilem, initialem, & castum. Humanus timor est, vt ait Cassiodorus, quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi, propter quod peccamus. Hic mundanus timor malus est: & in primo gradu cum mundo deseritur, quẽ dominus prohibet in euangelio, dicens. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Secundus timor est seruilis: vt ait beatus Augustinus. Cum timore gehennæ homo recedit à peccato: & omnia bona quæ facit, non propter dilectionem Dei, sed propter timorem inferni facit. Ille quasi seruus timet, qui bonum quod facit, non timore amittendi bonum quod non amat, sed timore patientia malum quod formidat, facit. Ille non timet perdere amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in pœnas inferni. De hoc seruili timore ait Paulus: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, id est spiritum filialem. Bonus est iste seruilis timor, & vtilis, licet insufficiens & imperfectus, per quem crescit paulatim consuetudo iustitiæ. Cum incipit homo credere diem iudicij, incipit timere. Si cœpit credere, cœpit & timere: sed qui adhuc timet, non habet perfectam fiduciam in die iudicij. Nondum est in illo perfecta charitas, C qui adhuc timet: quia si perfecta in illo esset charitas, non timeret. Perfecta charitas faceret in homine perfectã iustitiã, & homo non haberet vnde timeret: sed haberet vnde desideraret, vt transeat iniquitas, & veniat regnum dei. Quid est perfecta charitas, nisi perfecta sanctitas? Ille haber in se perfectam charitatem, qui perfecte viuit. Qui perfecte viuit, non habet vnde in inferno dãnetur, sed vnde in cœlo coronetur. Qui perfectam habet in se charitatem, non timet in inferno puniri, sed sperat in cœlo cum deo gloriari. Vnde dicitur in Psalmo: Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum. Ergo timor nõ est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ. Timor prius venit in corde hominis, vt præparetur locus charitati. Huic seruili timori succedit tertius timor, videlicet initialis, quando homo incipit facere bonũ propter dilectionem dei, quod antea faciebat propter timorem inferni. De hoc initiali timore ait Dauid Propheta in Psalmo: Initium sapientiæ, timor domini. Initialis timor est, quando homo incipit amare deum, quem ante timebat: & sic excluditur à corde seruilis timor. Huic initiali timori succedit quartus timor, scilicet castus, per quem timemus ne sponsus, scilicet Christus, tardet, ne discedat à nobis: ne eum offendamus: ne in eum peccemus, & ne eũ perdamus. Timor iste, scilicet castus, de amore descendit. Timor iste, de amore nascitur. De hoc timore legitur in Psalmo: Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. In corde hominis prius venit timor. Et quare venit? vt locum charitati præparet. Quanto autem magis charitas cœperit habitare in corde hominis, tanto magis D timor decrescit. Quanto maior est charitas in corde hominis, tãto minor est ibi timor. Quare? quia charitas mittit eum foras. Audi soror dilecta congruentem similitudinem. Sæpe videmus per fetam introduci linum: quando aliquid suitur, prius intrat seta, & post setam intrat linũ. Sic timor prius intrat in mẽtem hominis, & post timorem charitas: ideo intrat timor, vt introducat charitatem. Sed postquam intrat charitas foras mittit timorem. Timor iste sanctus est, quia in mẽte hominis generat sanctitatẽ. Timor iste sanctus est, qui introducit in mentem hominum perfectam charitatem. Perfecta etenim charitas, perfecta est sanctitas. Timor iste castus est, quia non recipit adulterum amorẽ, scilicet quia Deum super omnia diligit, & nihil amori illius præponit, Etiam timor iste dicitur filialis, quia non timet deum quasi seruus crudelẽ dominum, sed quasi filius patrem dulcissimum. Hic timor ideo dicitur filialis, quia nõ timet quasi seruus, sed quasi filius. Sed quid est quod ait Dauid propheta, Timor domini sanctus permanet in seculum seculi: cum Ioannes dicat, Perfecta charitas foras mittit timorem? Hoc est quod superius diximus, quia ille habet castum & sanctum timorem qui deum non timet propter pœnas inferni, vel propter supplicia gehennæ, sed cum reuerentia & amore. Et hic timor, scilicet reuerentia dei permanet in seculum seculi. Ille vero qui Deũ timet propter pœnas inferni, non habet in se timorem castum, sed ser- E uilem: quia non habet perfectam charitatem. Si enim Deum perfecte diligeret, perfectam in se iustitiam haberet, & deum non propter pœnas, sed cum reuerẽtia & timore timeret. Et ideo timor pœnæ non est in charitate, quia perfecta charitas eum foras mittit. Aliter timet seruus dominum, atque aliter timet filius patrem. Seruus timet dominum cum desperatione & odio: filius timet patrẽ cum reuerentia & amore. Nunc igitur, soror reuerendissima, moneo te, vt timeas deum cum amore & reuerentia. Nolo enim vt semper iaceas sub iugo timoris depressa, sed vt consurgas per dilectionẽ ad dominum patrem tuum, qui te creauit quasi filiam. Etiam te moneo, vt deũ caste diligas, & nihil amori eius præponas, sed pro amore eius, omnia quæ in hoc mundo sunt despicias. Iterum admoneo te, atque rogo honestissima virgo, vt corrigas vitam tuam cum omni studio, ita vt sit sermo tuus pudicus, incessus honestus, vultus humilis, lingua affabilis, mẽs plena dilectione, manus plena operatione, iuuante domino, sine quo nihil boni poteris facere. Amantissima mihi in Christo soror, si me quasi fratrem audieris, & deum in toto corde tuo timueris, multa bona non solùm in hac vita, sed & in futura habebis, Amen.

De charitate. Sermo V.

INtroduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Cella vinaria, Ecclesia est, in qua est vinum F Euangelicæ prædicationis. In hanc ergo cellam amica sponsi, scilicet sancta anima, introducitur, atque in ea charitas ordinatur: quia non sunt æqualiter omnia diligenda, sed differenter. Non debemus æqualiter omnia diligere, sed alia minus, & alia magis. Nam scire quid facere debeamus, & nescire ordinem faciendi, perfecta scientia non est. Si non diligimus ea diligere debemus, vel si diligamus ea quæ diligere non debemus, ordinatam charitatem non habemus. Et si plus diligimus ea quæ minus diligere debemus, vel si minus diligimus ea quæ plus diligere debemus, ordinatam charitatẽ non tenemus. Hæc est ergo ordinata charitas, vt Deum ante omnia & super omnia diligamus. Debemus Deum diligere ex toto corde, id est ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota voluntate, & ex tota mẽte, & ex tota memoria: vt omnem intellectum & omnes cogitationes nostras, & omnẽ vitam nostrã ad eum dirigamus, à quo omnia bona habemus: aut nulla pars vitæ nostræ ociosa relinquatur, sed quicquid in animum venerit, illuc dirigatur, vbi impetus dilectionis currit. Igitur soror charissima, dignissimum est, & valde nobis necessarium, vt deum in omnibus & super omnia diligamus, qui est summum bonum. Summum ergo bonũ diligere summa est beatitudo. Quanto quisque deum amplius dilexerit, tanto magis beatus erit. Qui deũ deligit, bonus est. Si bo-

Gnus est, ergo beatus. Vnde Salomon in canticis canticorum: Fortis est vt mors dilectio. Verè Dei dilectio fortis esse vt mors dicitur, quia sicut mors violéter separat animá à corpore: ita dilectio dei violenter separat hominem à mûdo & carnali amore. Verè Dei dilectio fortis est vt mors, quia dû per dilectionem Dei à vitiis mortificamur: quod mors agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio Dei in seculi cupiditatibus. Deus diligendus est propter semetipsum, quia est summe bonus: & qui nos creauit ex nihilo. Charitas est dilectio qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum. In primo loco diligitur Deus (sicut iam dictum est) in omnibus, & super omnia. In secundo verò diligitur proximus in Deo hoc est in bono. Charitas habet duo mandata: vnum pertinens ad dilectionem dei, quod est maximum mandatû. Alterum vero pertinens ad dilectionem proximi, quod est simile huic: sicut scriptum est: Diliges dominum deum tuum & proximum tuum sicut teipsum. Ac si diceret. Ad hoc debes proximum tuum diligere, ad id quod diligis teipsum, scilicet vt bonus sit, & vt ad vitam æternam peruenire possit. De hac dilectione Dei & proximi in canticis canticorû sponsus, scilicet Christus, loquitur sponsæ, scilicet Ecclesiæ seu animæ sanctæ, dicens: Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Quid per mammas conuenientius in hoc loco, quàm ipsa dilectio Dei & proximi, de qua superius diximus, intelligitur: per quas mammas mens sancta omnes sensus suos per suam dilectionem nutrit, cum deo suo charitatis coniunctione conglutinatur: & proximis suis quicquid boni potest largitur. Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Per vnguenta quippe ipsas virtutes, quæ ex charitate nascuntur, intelligimus. Debemus proximos nostros in bono diligere, quia qui in malo diligit proximum, non diligit proximum, sed odio habet. Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere? Nequaquam. Igitur diligamus nos ad inuicem, quia charitas ex deo est. Et qui diligit fratrem suum, ex deo natus est, & videt deum. Qui diligit fratrem suum quem videt oculis corporis, videt oculis mentis in se manentê deum, scilicet charitatem, quia deus charitas est. Et qui non diligit fratrem suum quem videt oculis corporis, non videt oculis mentis in se manentem Deû scilicet charitatem: quia si in eo esset charitas, Deus esset in eo, quia Deus charitas est. Debemus etiam diligere propinquos nostros si boni sunt, & si deo seruiunt. Plus debemus diligere extraneos, qui nobis sunt coniuncti vinculo charitatis Christi, quàm propinquos qui deum non diligunt, nec deo seruiunt. Quare? Quia sanctior est copula cordium, quàm corporum. Omnes fideles homines debemus diligere, sed cum omnibus prodesse non possumus, illis maxime consulendum est, qui pro locorum & temporum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus cõstrictius nobis quasi quadam sorte coniunguntur. Pari dilectione est optanda vita æterna omnibus hominibus. Omnes homines affectu charitatis debemus diligere, scilicet vt deo seruiant, & vt salui fiant. Sed opera misericordię non debemus omnibus hominibus æqualitera impendere, sed aliis min⁹, atque aliis magis. Soror dilecta, si veram & perfectam charitatem volumus custodire, ad æternam patriam deo adiuuante possumus peruenire. Præterea debemus diligere inimicos nostros propter deum, sicut & ipse ait in euangelio: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Igitur venerabilis soror, necessaria est nobis charitas, sine qua nullus potest placere deo. Deum non diligit, qui hominem odit. Nec deum diligit, qui Dei præcepta contemnit. Charitas est radix omnium virtutum. Sine charitate enim quodcunq; facimus, nihil nobis prodest. Nostrum studium est vacuum, si non habemus charitatem, quia deus charitas est. Ibi regnat carnalis cupiditas, vbi non est Dei charitas. Tunc homo est perfectus, quando est charitate plenus. Sine amore charitatis quantus quisque recte credat, ad beatitudinem peruenire nõ potest. Tanta est etiam virtus charitatis, quæ si desit, frustra habentur cęterę virtutes. Si adsit, recte habentur omnia. Qui Deum non diligit, nec seipsum diligit. Nunc ergo moneo te honestissima virgo, vt per amorẽ coniũgaris inuisibili sponso Iesu Christo, & vt ardeas eius desiderio. Nulla iã quę in mûdo sunt concupiscas. Longitudine præsentis vitæ pœnã estimes, exire de seculo festines: nullã consolationẽ præsentis vitę recipias, sed ad Christum quem diligis, tota mente suspires, feruens, anheles, anxieris, & ipsa salus tui corporis, causa amoris Christi fiat tibi vilis: vulnere amoris trãsfigaris, ita vt recte valeas dicere: Vulnerata charitate ego sum. Soror in Christo dilecta mihi, audi verba Iesu Christi sponsi tui: Qui diligit me diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Dilige ergo eũ charissima in hac vita, vt ipse te dignetur diligere cum patre in æterna beatitudine, Amen.

De primordiis conuersorum. Serma. VI.

INchoantibus præmium promittitur, sed perseuerantibus datur, sicut scriptum est: Qui perseueraverit vsque in finem, hic saluus erit. Tunc enim placet Deo nostra conuersio, quando bonum quod inchoamus, vsque in finem perducimus. Sic enim scriptum est: Væ his qui sustinentiã perdiderũt, id est bonum opus non consummauerunt. Sunt multi homines qui ex sola mẽtis deuotione cõuertuntur ad deum. Multi etiã coacti plagis conuertuntur ad deũ, qui ex deuotione non conuertebantur, sicut in Psalmo legitur: In camo & freno maxillas eorum cõstringe, qui nõ approximant ad te. omnis conuersus à fletu incipiat peccatorũ: & sic transeat ad desiderium cœlestiũ bonorũ. Soror charissima, prius debemus mala quæ fecimus lachrymis lauare, vt tunc munda mentis acie id quod quærimus contẽplemur: vt dum antea à nobis plorãdo detergitur caligo peccati, mũdatis cordis oculis albefacta inspiciantur. Necesse est omni conuerso, vt post timorem consurgat ad Deum per dilectionem quasi filius: ne semper sub timore iaceat sicut seruus. Nouiter conuersi blandis verbis sunt consolandi: ne si exasperari cœperint, territi ad priora peccata recurrant. Qui enim nouitium suauitate & dulcedine non docet, & castigat: plus nouit exasperare quàm corrigere. Prius corrigendus & castigandus est nouitius à prauo opere: deinde à cogitatione. Omnis noua conuersio, adhuc pristinæ vitæ habet permixtionem. Propterea nequaquam vlla virtus ad oculos hominum debet exire, donec vetus cõuersatio funditus ab animo extirpetur. Tunc magis grauari se quisque impulsu vitiorum cognoscit, quando in seruitium Dei accedit. Sic populus Israël grauiori onere ab Ægyptiis premitur, cum per Moysem diuina cognitio aperitur. Vitia enim in homine ante conuersationem habent pacem: quando autem expelluntur, grauius contra hominem insurgunt. Multi post conuersionem motum libidinis sustinent: quem tamen non ad damnationem tolerant, sed ad probationem sustinent: scilicet vt semper habeant hostem cui resistant pro excutienda inertia. dum tamen non consentiũt. Remissa conuersio multos in pristinos errores deducit: ac viuendi torpore resoluit. Tepidus in conuersione, ociosa verba & vanas cogitationes noxias esse non conspicit: sed cum animus à torpore mentis euigilauerit, ea quæ leuia æstimabat, confestim quasi contraria & horrenda pertimescit. Fraus & desidia timenda sunt in omni opere dei. Fraudem deo facimus, quando non deum, sed nosmetipsos de bono opere nostro laudamus. Desidiam facimus, quando per torporẽ languidi ea quæ dei sunt operamur. Omnis ars huius seculi strenuos habet amatores, & ad exequendum promptissimos. Quare? Quia præsentem habet remunerationem sui operis. Ars vero diuini timoris, multos habet sectatores tepidos, languidos & pigritiæ inertia congelatos. Sed hoc proinde fit, quòd merces laboris eorum non in præsenti vita, sed in futura dabitur. Qui nouiter sunt conuersi ad Deum, non debent in exterioribus curis prouehi. Nam si illis implicentur, statim quasi arbuscula plantata, & necdum radice perfixa, concutiuntur pariter & arescunt: nec semper valet conuersis pro animæ salute mutatio loci. Sæpe tamen quibusdam dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam quemque corporaliter recedere, vbi se meminit vitiis defuisse. Soror venerabilis, audi quæ dico. Multi conuertuntur ad Deum non tam mente, quàm corpore: quod nos sine graui gemitu dicere non possumus: habitum religionis habent, sed mentem religiosam non habent. Multi habent

A bent religionis animum. Multi enim ad conuersionem veniunt, non tam propter animę salutem, quàm propter corporis necessitatem, qui non deum colunt, sed ventrem suum dequibus apostolus ait: Quorum deus venter est. Non est intentio eorum, vt digne deo seruiant, sed vt bene comedant & bibant, & vt bene vestiantur, & vt bene sit eis in hoc seculo. Et quia terrena diligunt, cœlestia perdunt. Et sic ait dominus in Euangelio: Recipiunt suam mercedem in hoc seculo. Vnde soror dilecta, cauẽdum nobis est, ne trãsitoria & terrena plus quàm oportet diligamus: ideo Psalmista nos admonet, dicẽs: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Terrena quidem nobis in vsu esse debent: cœlestia verò in desiderio. Terrena debemus expendere, cœlestia desiderare. Est enim quædam admirabilis & magna multitudo dulcedinis, quam abscondit deus his qui diligunt eum. De qua scriptum est: quia oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligẽtibus se. Vnde propheta: Satiabuntur, inquit, cum apparuerit gloria tua. Soror in Christo amabilis, ergo illa satietas sit nostra felicitas, Amen.

De conuersione. Sermo VII.

DOminus dicit in Euangelio: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Sed quid est semetipsum abnegare, nisi voluptatibus propriis renunciare? Vt qui superbus erat, sit humilis: & B iracundus sit mansuetus: & qui luxuriosus, sit castus: & qui erat ebriosus, sit sobrius: & qui erat auarus, sit largus. Nam si ita quisque renunciet omnibus quæ possidet, & non renuncier suis prauis moribus, non est Christi discipulus. Qui renunciat suis rebus, sua abnegat. Qui non renunciat suis prauis moribus, semetipsum abnegat. Ea quæ amatores seculi diligunt, serui Dei velut aduersa refugiunt. Serui Dei plus gaudent aduersitatibus mundi, quàm prosperitatibus delectantur, Soror charissima, ea quæ in hoc mundo sunt, seruis Dei contraria sunt, vt dum ista aduersa sentiunt, ad cœleste regnum cum summo desiderio suspirent. Magna apud Deum refulget gratia, quæ huic mundo contemptibilis est. Nam reuera necesse est vt quæ mundus odit, diligãtur à deo. Sancti viri peregrini sunt & hospites in hoc seculo: vnde reprehenditur Petrus, quòd tabernaculum in monte fieri voluerit: quia sanctis in hoc mundo tabernaculum non est, quibus in cœlo patria & domus est. Soror venerabilis, cũcta tẽporalia quasi herbæ marcentes siccantur & transeunt, & ideo præ æternis rebus quæ nunquam arescunt, recte serui dei ista contemnunt & despiciunt, quia in eis nullã stabilitatem aspiciunt. Sancti viri qui perfectè seculum contemnunt, ita huic mundo moriuntur, vt soli deo viuere delectentur. Et quanto se à cõuersatione huius seculi subtrahunt, tanto magis oculis C mentis præsentiã dei, & angelicæ societatis frequentiam contemplantur, quanuis enim deus in medio hominũ carnalium vitam electorum protegat, tamen valde rarum est vt homo inter seculi voluptates positus à peccatis sit alienus. Non erit semper securus, qui periculo fuerit proximus. Soror dilecta, bonum est vt homo sit corporaliter remotus à mundo, sed multo est melius vt sit voluntate elongatus à seculo. Ergo ille est perfectus, qui mente & corpore à seculo est elongatus. Vnde beatus Iob: Onager contemnit ciuitatem. Et seruus dei contemnit secularium hominum societatem. Qui perfecte mundum despiciunt, aduersa vitę nostræ appetũt, & prospera contemnunt, & dum ab eis vita hæc cõtemnitur, cœlestis inuenitur. Longe quippe à deo est animus, cui hæc miserabilis vita dulcis est. Iste enim quid de cœlestibus concupiscat, vel quid de terrenis despiciat, ignorat. Nam sicut scriptum est: Qui apponit scientiam, apponit & doloré. Quanto homo plus potest superna cognoscere quæ concupiscat, tanto amplius dolere debet de terrenis & transitoriis rebus quibus inuoluitur. Serui dei qui parentum suorum vtilitatẽ procurant, à Dei amore se separant, vnde spiritualis ita prodesse debet suis parẽtibus, vt dum illis gratiam carnis præstare studet, ipse à spirituali opere vel proposito non declinet. Soror dilecta mihi, audi sententiam beati Isidori: Multi in Christo dilecta mihi, audi sententiam beati Isidori: Multi canonicorum, monachorum, sanctimonialium fœminarum, pro amore suorum parentum inuoluuntur terrenis cutis & phrenesibus & iurgiis ac negotiis, & pro tẽporali salute suorum parentũ perdũt animas suas: tamẽ ordinata discretio est, D vt quod extraneis misericorditer impẽditur: parentibus non negetur. Dignum est, vt demus parentibus nostris, quod misericorditer damus extraneis. Parẽtibus enim carnaliter præstatur, quod extraneis piè impenditur. Honesta soror, nõ debemus odio habere parentes nostros: sed impedimẽta eorum qui nos à recto itinere deuiant. Per vaccas Philistæorum quæ ducebãt arcam domini ad terram Israël, intelligimus figuram eorum qui propter deum dereliquerunt seculum. Nam Philistæi sicut iunxerunt vaccas plaustro, vitulósque eorum reclusérunt domi, & super plaustrum imposuérũt arcam testamenti domini: ita iugum Christi leue & suaue impositum est super ceruices seruorum Dei. Et sicut vaccæ amore vitulorũ suorum mugiebant, & tamen non declinabant ad dexteram neq; ad sinistram, sed recto tramite incedebant vsq; Bethsames, quæ erat in introitu terrę Israël: ita serui dei recto tramite incedere debent, & pro amore parentum suorum non debent ad dextram neque ad sinistram declinare à bono opere vel proposito, sed recto itinere vsque ad Bethsames, id est vsque ad introitum cœlestis regni peruenire. Et sicut vaccæ pro filiis suis mugiendo pergebant, ita conuenit seruis Dei pro parentibus suis mugire, id est, pro eis debent orare vt bene sit eis, & vt à malo liberẽtur, atque in bono confirmentur. Soror in Christo amabilis mihi, sicut superius dixi tibi, non E debemus parentes nostros odio habere, sed diligere. Sed sicut ait beatus Augustinus, si in via dei nobis fuerint contrarij, nec sepultura à nobis illis debetur. Tu charissima, egressa es cum Abraham de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & venisti in terram quam deus monstrauit tibi, id est in monasterium. Obsecro ergo vt perseueres in eo bene viuendo, quiescas in sinu eiusdem Abrahæ, hoc est in beata requie, vt post mortem tuam possis requiescere. Tu soror mihi in Christo dilecta, cum Loth egressa es de Sodoma, id est de seculari vita: ideo moneo te ne cũ uxore illius retro respicias: ne, quod absit, in exemplum peruersitatis omnibus hominibus sias. Sed rogo vt cum Loth in mõte, id est in monasterio saluam te facias, & aliis exemplum sanctitatis tribuas. Tu honesta virgo, egressa es cum Iosue de Aegypto, hoc est de seculo: & cum eo moraris in deserto, id est in monasterio, in quo deus manna pluit tibi: hoc est panem cœlestis verbi dat tibi. Ideo soror amantissima in Christo mihi, moneo te vt perseueres in monasterio sicut cœpisti, vt in eo vigilando, orando, psallendo, contra diabolum viriliter pugnando, ad postremum deuictis hostibus cunctis, atque omnibus seculi delectationibus superatis, cum eodem Iosue peruenire possis ad terram promissionis, hoc est, ad beatitudinem vitæ cœlestis, atque ibi videre mereatis faciem indefessi solis, Amen.

De contemptu mundi. Sermo VIII. F

SOror charissima, audi dominum Iesum Christum dicentem in Euangelio: Omnis qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Vnde valde bonum est nobis omnia terrena propter nomen domini relinquere, vt ab eo possimus cœlestia accipere. Quicunque voluerit esse amicus huius seculi, inimicus Dei erit. Igitur soror in Christo amabilis, non diligamus mundum, ne inimicum deum habeamus. Facilè contemnit omnia, qui se quotidie moriturum æstimat. Si quotidie mortem nostram ad memoriam reducimus, libenter omnia terrena despicimus. Si diem mortis nostræ in mẽte habemus: citò omnia quę in hoc mundo sunt despicimus. Innia quæ in hoc mundo sunt relinquerem, si aliquid haberem: sed quia non habeo aurum, neque argentum, neque diuitias huius mundi, nescio quid relinquam propter nomen domini. Responsio. O sponsa Christi, Multum relinquis, si voluntatem habendi dimittis. Multum dimittis, si desiderium habendi postponis. Multum relinquis, si carnalia desideria deseris. Multum relinquis, si delectationem huius mundi propter Deum despicis. Multum dimittis, si cupiditatibus & desideriis terrenis renuncias: & plus amat deus hominum animas, quàm diuitias terrenas. Deus plus diligit mentem mundam

G & sanctam, quàm terrenam substãtiam. Soror venerabilis, regnum dei tantum valet quantum habes. Deus à te non requirit quod tibi non dedit. Ergo tu hoc da illi quod ille dedit tibi scilicet mentem sanctam, castam, mundam, pudicam, religiosam, timoratam, ac bonis moribus ornatam. Igitur hoc ista soror, regnum dei tantum valet, quantum tu es. Trade teipsam Christo, & compara regnum eius ab illo. Non turberis de precio. Precium non te turbet. Non tibi videatur difficile. Non sit tibi graue, quoniam Iesus Christus rex cœlorum semetipsum dedit, vt te de potestate diaboli liberaret, & deo patri acquireret. Ergo libenter da teipsam illi qui te redemit de manu inimici. Integram te da illi, quia ille vt te saluaret, integrum se tradidit. Dilecta mihi in Christo soror, contemne terrenas diuitias, vt acquirere possis cœlestes. Diuitiæ perducunt hominem vsque ad periculum corporis & animæ, diuitiæ perrahunt hominem vsque ad mortem. Multi propter opes periclitati sunt, & multi propter diuitias in periculum deuenerunt. Multis exitiabiles fiunt diuitiæ, opes multis hominibus generauerunt mortem. Nunquam habent requiem mentis, qui curis terrenis se implicant. Sollicitudines enim rerum, mentem conturbant. Mens occupata in terrenis curis, semper est in angustiis. Venerabilis sponsa Christi, si ergo vis esse quieta, nihil ex his quæ in seculo sunt quæras. Semper re-
H quiem mentis habebis, si te à mundi cura remoueris. Semper habebis pacem mentis, si te à strepitu terrenarum actionum subtraxeris: quia diuitiæ nunquam sine peccato acquiruntur. Nullus administrat res terrenas sine peccato. Valde rarum est vt qui diuitias possident, ad requiem perueniant. Qui curis terrenis se implicat, ab amore dei se separat. Qui defigitur in amore temporalium rerum, in deo nullatenus delectatur. Curę temporalium rerum ab intentione dei auertunt animũ. Nemo potest simul amplecti gloriam Dei, & gloriam seculi. Nemo potest diligere simul Christum & seculum. Difficile est simul seruire cœlestibus curis, & terrenis negociis. Difficile est deum simul & mundum diligere. Nemo potest simul perfecte deum & mundum diligere. Vterque autem simul æqualiter amari nõ potest. Honesta virgo, audi quę dico: quanuis homo in gloria seculi fulgeat: quanuis purpura & auro vestitus sit, quanuis preciosis vestimentis indutus sit: quanuis secularibus vestibus ornatus appareat: quanuis gemmis ac lapidibus decoratus resplendeat: quanuis precioso habitu redimitus incedat: quãuis sit multitudine seruorum circundatus: quanuis sit excubantium armis protectus: quanuis sit innumeris obsequentium cuneis constipatus, quanuis agminibus tutus: semper est in pœna: semper est in angustia: semper est in luctu: semper est in periculo: semper in sericis stratis manet: sed turbatus in lectis aureis iacet, sed infirmus in lectis argenteis cubat, sed fragilis in pluma iacet: tamẽ fragilis & mor-
I talis est. Soror amantissima in Christo mihi, ideo hæc dixi tibi, vt cognoscas quàm vana est gloria huius mundi. Felicitas huius mundi breuis est. Modica est huius seculi gloria. Caduca est & fragilis temporalis potentia. Igitur venerabilis virgo, vt acquirere possis cœlestes diuitias, contemne terrenas: libenter despice terrena, vt possis peruenire ad cœlestia bona. Respue transitoria, vt habere merearis æterna: da parua, vt à deo consequaris magna. Fuge in terra societatem hominum, vt in cœlo habeas societatem angelorum: ad quam te perducere dignetur ille, qui te redemit precioso suo sanguine, Amen.

De habitu. Sermo IX

DOminus noster Iesus Christus dicit in Euangelio: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Mollia dicuntur vestimenta, quia mollem faciunt animum. Mollibus vestimentis delectatur regis curia? asperis vero, & humilibus delectatur Christi Ecclesia. Talia debent esse vestimenta seruorum & ancillarum Dei, in quibus nihil possit notari nouitatis, nihil vanitatis, nihil superfluitatis, nihil quod pertineat ad superbiam, & ad vanam gloriam. Vnde beatus Hieronymus: Non facit ornatum clericum tenera vestis, sed munditia mentis. Soror charissima ergo ornemus nosmetipsos spiritualibus ornamentis, scilicet charitate, humilitate, mansuetudine, obedientia & patientia. Hæc sunt vestimenta quibus placere poterimus Iesu Christo cœlesti sponso. Christus inuisibilis sponsus non requirit pulchritudinẽ foris, sed intus, sicut scriptum est in Psalmo: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Igitur soror in Christo amabilis, diuitiæ tuæ sint boni mores: pulchritudo tua sit bona vita. Charissima opto vt de te dicatur illud quod in cãticis canticorũ legitur: Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. Et iterum, Veni de libano, veni, coronaberis. Vere beata est illa anima quæ Iesu Christo spõso cœlesti seruit sine macula. Sic & tu soror venerabilis beata eris si Iesu Christo sponso tuo sine macula seruieris. Stude ergo placere Christo non preciosis vestibus, sed bonis moribus: nõ pulchritudine carnis, sed pulchritudine mentis. Stude placere illi non in facie, sed in corde. Vestimenta tua & calciamenta nec nimium sint preciosa, nec multum vilia: sed ex moderato & competenti habitu. sic enim ait beatus Augustinus de semetipso: Fateor, de preciosa veste erubesco. Et iterum: Non decet hãc professionem, non decet hanc admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos. Honesta virgo, vestis pura circundetur tibi non ad pulchritudinem, sed propter corporis necessitatẽ: ne dum preciosis vestimentis vestiris, cadas in turpitudinem animæ, quia quãto amplius corpus foras propter vanam gloriã componitur atque ornatur, tanto interius anima fœdatur & sordidatur. Igitur soror in Christo amabilis, professionem tuam habitu & incessu demonstra. Sit in gressu tuo simplicitas: sit in incessu honestas. Nihil dedecoris, nihil lasciuiæ, nihil petulantiæ, nihil insolentiæ, nihil leuitatis in incessu tuo appareat. Animus enim in corporis gestu apparet: gestus corporis signum est mentis. Corporis gestu animus proditur, soror charissima. Ergo incessus tuus nõ habeat imaginem leuitatis: incessus tuus non offendat oculos alterius. Non præbeas de te spectaculum. Nõ des aliis locum de te obtrectandi. Soror dilecta munda conscientiam tuam ab omni malitia, vt feliciter dicatur tibi à Iesu Christo sponso cœlesti: Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. Pulchra videlicet propter perfectionem corporis, & munditiam cogitationis. Ecce tu pulchra es, habens mundam & simplicem intentionem cordis: quia cuncta bona quę agis, non vt hominibus videaris, sed vt soli Deo placeas operaris. Oculos habes columbarum, quia immunem te custodis ab omni malitia & simulatione, atque fictione. Soror mihi in Christo amantissima, ideo hoc dixi, vt plus gaudeas intus in anima de sanctis virtutibus, quàm foris in corpore de preciosis vestibus. Nam, vt dicit beatus Gregorius, nemo vestimenta preciosa quærit, nisi ad inanem gloriam, videlicet vt inde laudetur, & vt honorabilior cæteris appareat. Nemo vult preciosis vestibus indui, nisi vbi ab aliis possit videri. Ergo pro sola vana gloria vestimentum preciosum quærit. Virgo venerabilis, in hoc cognoscimus quòd seculum diligimus, quia preciosa vestimenta amamus. Qui seculum non diligit, preciosa vestimenta non quærit. Quando homo gaudet de pulchritudine corporis, mens eius elongatur ab amore creatoris, Quanto amplius in compositione corporis lætamur tanto magis à superno amore disiungimur, Quanto plus in terrenis & transitoriis rebus gaudemus, tãto minus cœlestia desideramus. Vere maculam habet in se sanctimonialis fœmina, si diligit preciosa vestimenta. Non est sine macula Christi sponsa, si amat vestem preciosam. Ancilla Christi, quæ seculum perfecte reliquit, vilia vestimenta quærit. Ancilla Christi quæ precosa vestimenta desiderat, adhuc perfecte seculum non cõtempsit. Nigra vestis insinuat humilitatem mentis, vile vestimentum denunciat mundi cõtemptum. Nigredo veli, munditiam & puritatem demonstrat animi, nigrum velum castitatis & sanctitatis est signum. Nunc ergo reuerendissima soror moneo te, vt habitum quem ostendis specie, impleas opere. Obsecro te vt habitum ordinis bonis ornes moribus. Sanctus est habitus, sanctus sit animus. sicut sancta sunt vestimenta, sic opera tua sint sancta: & sicut sacratum est velũ, sic opus, tuum sit sanctum. Non aliud abscõdas intus, & aliud ostendas foris. Non sis aliud in secreto, & aliud in publico. qualis vis haberi, talis esto. qualis es in facie, talis esto in operatione: & qualis es in vultu, talis esto in actu. Amen.

De

A *De compunctione. Sermo X.*

COmpunctio cordis est humilitas mentis, veniens de recordatione peccati, & de timore iudicij. Illa compunctio est perfecta, quę repellit à se omnem delectationem carnalium rerum: & toto studio mentis figit intentionem suam in contemplatione Dei. Duplicem esse compunctionem legimus, vnam scilicet qua propter deum anima cuiusque seruiendi officitur, id est, cum ad memoriam reducit mala quæ fecit. Altera vero cum suspirat propter desiderium æternæ vitæ. Quatuor modis compungitur mens iusti hominis: nempe memoria peccatorum, recordatione futurarum pœnarum, consideratione peregrinationis huius vitæ, desiderio supernæ patriæ, quatenus ad eam possit cito peruenire. Omnis peccator tunc se cognoscit visitari à domino, quando compungitur ad lachrymas. Nam & Petrus tunc fleuit, quãdo in eum Christus respexit, sicut scriptum est: Et conuersus dominus respexit Petrum: qui statim egressus foras, fleuit amare. Vnde etiam psalmista dicit: Respexit & commota est & contremuit terra. Tunc terra contremiscit, quando peccator ad lachrymas commouetur. Admoneo igitur te soror charissima, vt in oratione cum lachrymis ad memoriam reducas peccata tua: quia qui non habet cordis compunctionem vel contritionem, nõ habet mundam orationem. Soror
B mihi in Christo amabilis, audi exempla sanctorum, qui per compunctionem & lachymas apud deum obtinuerunt veniam peccatorum suorum. Anna mater Samuelis per compũctionem & lachrymas meruit habere filium, insuper obtinuit apud deum prophetiæ donum. Dauid per compunctionem & lachrymas obtinuit veniam perpetrati homicidij atque adulterij. Sic enim audiuit per prophetam: Non morieris, quia dominus transtulit peccatum tuum. Pater Thobias per compunctionem & lachrymas meruit accipere curationem cæcitatis, & consolationem paupertatis. Sic enim dixit ei Raphael angelus: Gaudium tibi semper sit. & adiecit: Forti animo esto, in proximo est vt à deo cureris. Etiam Maria Magdalena per compunctionem & lachrymas meruit à domino audire: Remittuntur tibi peccata tua: Soror venerabilis, ideo exẽpla sanctorum proposui tibi, vt lachrymæ per compunctionem suaues sint tibi. Bona compunctio thesaurus est desiderabilis, & inenarrabile gaudium in mente hominis. Anima quæ in oratione habet compunctionem, proficit ad salutem. Vir fortis non est minus laudabilis in luctu, quàm in bello. Quia ergo post baptismum inquinauimus vitã, baptizemus lachrymis conscientiam nostrã. Vbi lachrymæ fuerint, ibi accenditur spiritualis ignis qui illuminat
C secreta mentis. Lachrymæ pœnitentium pro baptismate reputantur apud deum. Soror mihi in Christo dilecta, si compunctionem secundum deum habueris, beata eris. Compunctio cordis, sanitas est animæ. Compunctio mentis illuminatio est animæ: quia tunc anima illuminatur, quãdo ad lachrymas compungitur. Compunctio lachrymarum remissio est peccatorum, quia tunc peccata dimittuntur, quando cum lachrymis ad memoriam reducuntur. Compunctio spiritũ sanctum reducit ad se: quia cum spiritu sancto mens visitatur, statim homo peccata sua plorat. (Interrogatio.) O frater mi, quæso, dic mihi, quæ sunt causæ nostri doloris, pro quibus in hac vita mortali ploramus? (Respõ.) Propter peccata nostra, & propter miseriam huius mũdi: ac propter compassionem proximi, & propter dilectionẽ cœlestis præmij. Propter peccata flebat ille qui dicebat: Lauabo per singulas noctes lectũ meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Idẽ de miseriis huius mũdi gemebat cum dicebat. Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Dominus per cõpassionem fleuit super Lazarum, & super ciuitatem Hierusalem, dicens: Quia si cognouisses & tu. Etiã Paulus apostolus qui præcepit gaudere cũ gaudentibus, & flere cũ flentibus, per cõpassionem dolebat, dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Cum dilectione cœlestis præmij plorabant iusti dicẽtes illud Psalmistæ: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dũ recordaremur tui Sion. Vita præsens, mors est: quia est plena miseriis: quod non est in patria, sed in via: nec est in domo, sed in exilio. In hoc mundo non sumus in nostra ciuitate, sed in D peregrinatione, sicut scriptum est: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ideo soror dilecta, moneo te, vt primò lugeas propter peccata tua: deinde propter miserias huius mundi, atque compassionem proximi: ad postremum vero propter dilectionẽ dei ac cœlestis præmij. Honesta virgo deprecare deum cum omni deuotione, vt det tibi veram mentis compunctionem, & cordis contritionem. Compũctio vnigenitum Christum dei filium facit habere in se, sicut dominus ipse ait: Ego & pater veniemus, & apud eũ qui me diligit, mãsionem faciemus. Vbi lachrymæ abundant, ibi graues cogitationes non propinquant: & si aliquando appropinquant, ibi radices non habent. Lachrymæ apud deum semper nobis dant fiduciã magnã. Soror in Christo amabilis mihi, audi vocem Iesu Christi sponsi tui dicẽtis: Surge amica mea, & veni, per dilectionem: iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerũt in terra nostra: tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra: hoc est, vox prædicantium apostolorum in ecclesia. Turtur est auis castissima, quæ in excelsis & in arboribus semper nidificare vel morari solet, apostolos vel cæteros doctores significãs, qui possunt dicere: Nostra cõuersatio in cœlis est, quæ & gemitum habet pro cantu: & significat ploratum sanctorum qui suos ad lamentum & fletum hortantur, dicentes: Miseri E estote & lugete. Igitur honesta virgo, accipe exemplũ huius turturis, & luge propter amorẽ Iesu Christi sponsi tui, quousq; eum videre possis regnantem in solio regni sui. Melius est tibi lugere cum amore Iesu Christi, quàm cum timore inferni. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. Natura turturis est, vt si per occasionem perdiderit coniugem, alterum amplius non quærat. O sponsa Christi, assimilare & tu huic turturi, & præter Iesum Christum sponsum tuum, amatorem non quæras alterum. O spõsa Christi, esto similis turturi, & luge die ac nocte cum desiderio Iesu Christi sponsi tui, quia iam ascendit ad cœlos, vt aliquando faciem illius videre mereatis in dextera patris. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. In genis solet esse verecũdia. Soror venerabilis, genas habes turturis, si præ verecundia Iesu Christi sponsi tui nihil contra voluntatem illius facis. Genas habes turturis, si cum amore & reuerentia Christi ea, quæ illi displicent postponis. Genas habes turturis, si præter Christum alterum amicum non diligis. Igitur soror charissima, indesinenter peccata tua cum lachrymis laua. Quotidie laua tuas negligentias, per compunctionem & lachrymas. Trãsgressiones tui ordinis sine intermissione ablue cum lachrymis: & per lachrymas & compunctionem acquire tibi tuorum remissionem peccatorum: per lachrymas & crebra suspiria acquire tibi æterna gaudia. Plange iniquitates tuas. Mala scelerum tuorum deplora. Mala quæ egisti, flendo commemora. Mœroris vnda te irriget. Compellat te plã- F gere fluuius lachrymarum. Quæ gessisti praue, fletibus dele: quæ illicite cõmisisti, lachrymis ablue. Honesta virgo, si peccata non ploraueris in hoc seculo, quando dictura es deo: Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo? Charissima, si iniquitates tuas non fleueris in hac mortalitate, quando dices: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte? Moneo igitur tu sponsa Christi, vt in hac mortali vita lugeas peccata tua, vt consolari mereari in cœlesti patria, sicut scriptum est: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Amen.

De tristitia. Sermo XI.

DOminus dicit in euãgelio: Amen amen dico vobis, quia plorabitis vos & flebitis: mundus autem gaudebit: vos autẽ contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Etiam Salomon ait: Cor gaudens exhilarat faciem: spiritus vero tristis deiicitur in mœrorẽ animæ. Animus gaudẽs ætatẽ floridã facit: spiritus vero tristis exiccat ossa. Fili in bonis non des querelã, & in omni dato nõ des tristitiam verbi mali. Omnis plaga tristitia cordis est. Iucunditas cordis, est vita hominis. Cor prauũ dabit tristitiam, & homo sapiẽs resistet illi. per tristitiam festinat mors: tristitia flectit ceruicẽ cordis. Cor lætum bonã facit valetudinẽ, viro autẽ tristi exiccantur ossa. Et beatus Athanasius dicit: Homo tristis semper malitiatur, & contristat spiritum sanctũ sibi à deo donatum. Hoc etiam

P

G docet apostolus dicens: Nolite contristare spiritum sanctum qui habitat in vobis, in quo signati estis in die redemptionis. Vide ergo soror charissima, ne contristes spiritum sanctum qui habitat in te, ne forte derelinquat te. Auferà te dubietatem & animositatem, quia vtrunque contristat spiritum sanctum. Auferà te tristitiam, quia ipsa est soror dubietatis, & animositatis. Certe tristitia secularis omnium malorum spirituũ est pessimum, & nocet seruis dei. Tristitia secularis lędit & conterit atque allidit seruos dei. Spiritus enim sanctus non sustinet tristitiam carnalem. Igitur soror dilecta, indue semper lætitiam spiritualem, quæ habet gratiam apud deum. Omnis lętitia spiritualis semper bona est, & bona cogitat: atque contemnit vanam tristitiam. Si lætitia spiritualis bona non esset, nunquam propheta diceret: Lætamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Et iterum: Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabũtur omnes recti corde. (Interrogatio.) O frater clarissime: si tristitia mala est, & nocet seruis dei: quid est quod ait Salomon Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi est lætitia? (Respõ.) Soror venerabilis, hoc quod ait Salomon: Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi est lætitia, nõ est intelligendum nisi de spirituali tristitia, & de seculari lętitia. Ac si apertius diceret: Cor sapientum vbi tristitia est spiritualis, & cor stultorum vbi est secularis lætitia. Qui secundum deum tristitiam habent, sapientes sunt. Qui autẽ secundum seculum tristitiam habent, sunt stulti. Vnde dominus in Euangelio: Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Et Paulus Apostolus: Quasi tristes, semper autẽ gaudentes. Et iterum: Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete. ergo tristitia spiritualis bona est. Tristitia vero quæ nascitur ex cupiditate temporalium rerum, est mala. De tristitia spirituali scriptum est: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabũtur. De tristitia autem seculari ait Solomon: Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in ea. Iterum de lætitia spirituali dicitur: Lætetur cor quærentium dominum. Et iterum de lætitia seculari legitur: Væ vobis qui ridetis nũc, quoniam plorabitis & flebitis. Soror charissima, audi etiam quod beatus Paulus dicit: Tristitia quæ secundum deum est, operatur salutem pœnitentiæ. Tristitia vero quæ est secundum seculum, operatur mortem. Oratio hominis qui semper est tristis non habet virtutem, nec potest ascendere ad Deum. Vbi tristitia fuerit cooperta spiritu sancto, non ibi est acceptabilis oratio, quia infirma est: & non potest ascendere ad deum. Igitur soror mihi amabilis, omitte tristitiam, desine tristis esse: tristitiã repelle à te. Noli dare te multæ tristitiæ, non perseueres in tristitia: ne dederis tristitiæ cor tuum. Tristitia vnum est ex septem principalibus vitiis: & ideo est cauenda ab omnibus seruis Dei. Vnde beatus Isidorus: Si bene & pie I vixeris, nunquã eris tristis. Bona vita semper habet gaudium. Honesta soror, ergo expelle à te tristitiã: quia sicut tinea comedit vestimentum, & sicut vermis rodit lignum, ita tristitia nocet cordi. Munda ergo cor tuum ab omni tristitia carnali atque seculari, & oratio tua erit acceptabilis apud deum. Igitur soror venerabilis, de recordatione peccatorũ tuorum lugе: & in amorem Iesu Christi sponsi tui gaude. De memoria præcedentiũ delictorum tuorum plora: & de spe cœlestium bonorum exulta. De transactis culpis & negligentiis tuis dole: & de promissione cœlestis regni lætare. De præteritis tuis delictis contristare: & de gaudio æternæ retributionis hilaresce. Ad quod te perducere dignetur ille cui in tuo virgineo corpore iucundum habitaculum præparasti, Amen.

De dilectione Dei. Sermo XII.

DOminus noster Iesus Christus dicit in Euangelio, Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Ioannes Apostolus, Nos diligimus deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Qui diligit deum, exorabit pro peccatis suis, & continebit se ab illis. Soror charissima dilige deum, & inuoca eum in salute tua, quia dilectio est vita: & odium est mors. Deus non vult se tantùm verbis diligi, sed puro corde, & operibus bonis. Deum non diligit, qui præcepta dei contemnit. Mens hominis qui deum diligit, non est in terra, sed in cœlo: quia semper cœlestia desiderat. Moneo te soror charissima, vt diligas deum super omnia: quia K ipse te elegit ante secula. Plus debemus deum diligere, quàm parentes nostros. Quare? quia deus fecit nos & parentes nostros propriis manibus, id est proptia virtute: sicut scriptum est: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Maiora tribuit nobis Christus, quàm parentes nostri: & ideo super parentes debemus diligere Christum. Stultũ est aliquid plus quàm deum amare: quia qui plus diligit creaturam quàm creatorem, peccat. Et qui præponit amorem creaturæ amori creatoris, errat. Ergo super omnia est nobis deus diligendus. Die obsecro honesta virgo cum amore & dilectione de Chtisto: Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Spõsa Christi rogo vt apertius dicas: Dilectus meus mihi societur vinculo charitatis & amoris, & ego illi coniungar & socier vicissitudine mutuæ dilectionis, qui pascitur inter lilia, hoc est delectatur & iucundatur inter candidas & odoriferas virtutes sanctorum, atque inter choros virginum, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ: donec nubila transeant præsentis vitæ, & appareat dies, hoc est veniat claritas sempiternæ beatitudinis. Soror charissima, iustitia est deum toto corde amare, illíque tota adhærere volũtate, qui est summũ bonum. Summũ bonum amare, summa est beatitudo, Qui deũ amat, bonus est. si bonus, ergo & beatus. Quanto homo plus deum diligit, tãto magis beatus erit. L Dilectio est specialis & proptia virtus sanctorũ. Amãtissima mihi in Christo soror, ideo hæc dixi, vt nullus amor seculi te separet ab amore Christi. Spõsa Christi etiã rogo, vt aliquid nobis de amore cœlestis sponsi tui dicas. Fascículus myrrhæ dilectus mihi, inter vbera mea cõmorabitur. Dic ergo charissima planius, vt ea quæ dicis intelligamus. Fascículus myrrhę dilectus meꝰ mihi, inter vbera mea cõmorabitur. Locus cordis est inter vbera: hoc est inter mamillas: ergo dilectus meus inter vbera mea commorabitur, id est memoria, dilectio, & amor Iesu Christi spõsi mei, semper erit inter mamillas meas, hoc est in corde meo. Et siue in prosperis siue in aduersis semper ad memoriã reducam omnia bona quæ mihi tribuit: quia dilexit me, & mortuus est pro me: atque ascendit ad cœlos, & vt ad eũ peruenia, quotidie vocat me dicens: Veni de Libano spõsa, veni, coronaberis. Lęua Iesu Christi sponsi mei sub capite meo, id est, donum spiritus sancti requiescat in me in hac prędenti vita: & intellectus sanctarum scripturarũ sit in mente mea, vt eũ cognoscã & perfecte intelligã: & dextera illius amplexetur me, hoc est ad æternam beatitudinẽ peruenire faciat. Charissima soror, roga ancillas Christi, quę recũ sunt, & dic eis: Fulcite me floribꝰ, stipate me malis, quia amore Iesu Christi spõsi mei langueo. O vos sanctę sorores meæ, quæ iam Christũ super omnia diligitis, & nihil amori illius pręponitis: fulcite me bonorum vestrorum exemplis: & qualiter Christum dilectum meum inuenire valeam, ostendite, M quia præ amore illius infirmor. Hic amor dulcis: hic languor suauis: hæc infirmitas sancta: hæc dilectio casta: hęc coniunctio intemerata: hæc copula inuiolata: hæc complexio illibata. O vos sanctæ sorores fulcite me floribus, id est vestræ cõuersationis exẽplis: quia præ amore sponsi mei infirmor. Honesta virgo, verè pro amore Iesu Christi sponsi tui langues & infirmaris, si pro amore illius omnia quę in hoc mundo sunt, contemnis & despicis. Verè pro amore Iesu Christi infirmaiaces in lecto contemplationis, si Christum super omnia diligis. Verè pro amore Christi es infirma, si plus diligis cœlestia quàm terrena. Verè propter amorem & dilectionẽ Christi a lãguida iaces in lecto intimæ dilectionis ac suauitatis, si in sanctis operibus es fortis, & in terrenis actibus es debilis. Soror mihi in Christo amabilis, si Christum ex toto corde tuo dilexeris, & nihil amori illius præposueris, cum eodem Iesu Christo sponso tuo in cœlesti regno lætaberis. Si Christũ in tota mente secuta fueris, & eum tota mente dilexeris: absque vlla dubitatione cum eo in cœlesti patria gaudebis: & eum cum sanctis virginibus quocunq; ierit sequêris. Si cum omni deuotione Christo adhæseris, & ad eum die ac nocte suspiraueris in hoc præsenti seculo, sine dubio cum eo exultabis in cœlesti palatio: atque inter virginum choros cantabis illi dulces hymnos, sicut scriptum est: Qui pascis inter lilia sequentes agnum quocunque ierit. Et iterum: Sponsas decorans gloria, sponsíque ptus choreis virginum: sponsas decorans gloria, sponsíque reddens

A reddens præmia. Quocunque pergis, virtutes sequuntur, atque laudibus post te canentes curritant, hymnósque dulces personant. Ideo hoc dixi soror charissima, vt Christũ super omnia diligas, vt nihil amori illius præponas. Obsecro te dilecta soror, vt nullam præter Christum sentias dulcedinem: nullum præter Christum quæras amorem, & nullam præter Christum diligas pulchritudinem. Pro amore Christi luge, pro amore Christi plange, donec eum merearis videre in dextera patris sui regnantem, Amen.

De dilectione proximi. Sermo XIII.

SOror charissima, audi quæ dominus Iesus Christus ait discipulis suis: In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Omnes fideles, discipuli Christi sunt. Vnusquisque illius discipulus est, cuius doctrinam sequitur. Ergo qui vult Christi discipulus esse, studeat proximos suos tanquam seipsum diligere. Dilectio proximi malum non operatur, quare? quia plenitudo legis est dilectio. Et Paulus apostolus: Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro vobis. Etiam Ioannes apostolus ait: Qui diligit fratrẽ suum, in lumine manet, & scandalum non est in eo qui odit fratrem suum, in tenebris est, & nescit quò vadat, quoniam tenebræ obcæcauerũt oculos eius. Si quis dixerit, diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est, & veritas in eo non est. Et hoc B mãdatum habemus à deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere? Etiam Salomon ait: Omni tempore diligit qui amicus est. Et frater in necessitate comprobatur. & beatus Augustinus: Hominem vincis humana felicitate, diabolum vincis inimici dilectione. Tamẽ soror dilecta, non debet inter seruos dei carnalis dilectio esse, sed spiritualis. Nihil deo specialius virtute dilectionis. Nihil desiderabilius diabolo, quàm instinctio charitatis. Sãctus amor non habet scandalum. Omnem hominem fidelem iudica tuum esse fratrem. Memento quòd vnus artifex condidit nos. Verus amor nõ habet amaritudinem scandali. Soror venerabilis in proximi dilectione cognosces quomodo debeas peruenire ad dilectionẽ dei. Sicut dilectio mentem eleuat, ita malitia demergit. Nec deum verè sine proximo potes diligere, nec proximum sine deo. Veram charitatẽ tenes, si & amicum diligis in deo: & inimicum diligis propter deũ. Quantũ fueris larga in dilectione proximi: tantum eris alta in congregatione dei. Si in veritate diligis proximum tuum, in tranquillitate est cor tuum. Ille verò qui proximum suum habet odio, circundatus est tenebris: & ideo diligẽdo proximum purgas oculum mẽtis ad videndum deum. Tamen reuerendissima soror moneo te, vt nullum hominem carnaliter C diligas. Vnde beatus Isidorus: Multum in terra demersus est, qui diligit hominem moriturum plus quàm oportet carnaliter. Cum deo manere non possumus, si in hoc seculo vnanimes esse nolumus. amicus in necessitate cõprobatur. Si præcepta dei volumus custodire, sicut nosmetipsos, debemus proximos nostros diligere: quia si sine dissimulatione diligit homo fratrem, cito placat deum patrem. Qui diligit proximum, non potest facere homicidium, non adulterium, non furtum, non periurium, non falsum testimonium, non rapinam, non inuidere, nõ litigare. Igitur honesta virgo dilectionem dei & proximi, in qua tota lex pendet & prophetæ, semper meditemur, & opere perficiamus. Sed si proximus noster patitur aliquã tribulationem, aut infirmitatẽ, aut damnum, aut in carcerẽ mittitur, si dolemus pro illo, in corpore ecclesiæ sumus: si autem nõ dolemus, iam à corpore ecclesiæ prædicti sumus. Charitas quæ colligit & viuificat omnia membra ecclesiæ, si nos viderit de ruina proximi gaudere, statim nos præscindit à corpore. Tamdiu dolet membrum, quandiu in corpore continetur. Si autem membrum præcisum fuerit à corpore, nec sentire poterit, nec dolere. Si manus aut pes aut aliquod membrum præcisum fuerit à corpore, si totum corpus tunc in multis partibus diuidatur, aut in ignem mittatur, manus illa iam non sentit, quia iam diuisa est à corpore. Talis est omnis Christianus qui de alterius dãno aut tribulatione aut angustia aut necessitate non dolet, sed quod peius est, gaudet, quia iam alienus est à corpore ecclesiæ. Nos verò, ho- D nesta virgo, si veram & perfectam charitatem volumus custodire, diligamus bene. Omnes homines fideles sicut nosmetipsos studeamus diligere, vt quia Christus est caput nostrum, mereamur membra illius esse: vt cum Christus apparuerit, qui est gloria nostra, nos per concordiam charitatis, & per dilectionem dei & proximi, cum ipso possimus apparere in gloria. Tunc verò amicus amatur, si non pro se, sed pro deo amatur. Vnde beatus Isidorus: Qui intemperanter amat amicum, magis amat illum pro se, quàm pro deo. Tunc quisq; bonitati atque diuinæ iustitiæ fit contrarius, quando despicit amicũ aliqua aduersitate percussum. Vera amicitia nulla occasione excluditur: nullo tempore deletur, sed vbicunque se verterit tempus, illa firma est. Pauci sunt amici qui vsq; ad finem sint chari. Illa est vera amicitia, quæ nihil ex rebus amici quærit nisi solam beneuolentiam, scilicet vt gratis amet amãtem se. Igitur soror amabilis in Christo, moneo te vt diligas amicos tuos in deo, hoc est in bono. Dilige etiã inimicos tuos propter deum, sicut scriptũ est: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Et iterum: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potũ da illi. Et iterũ: Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Dilectio est soror charitatis. Charitas nunquam fuit sine dilectione: nec dilectio sine charitate. Honesta virgo, ergo necessaria est nobis dilectio, in qua tantæ virtutes consistunt: & de qua tanta E bona nascuntur. Dilectio habet duas alas. Ala dextera est dilectio dei: sinistra ala est dilectio proximi. Nullus hominum cum vna ala poterit volare ad cœlum. Quare? Quia nec sola dilectio dei sine dilectione proximi, nec sola dilectio proximi sine dilectione dei valet ad consequendam æternam beatitudinem. Virgo prudens, sume tibi has duas alas, videlicet dilectionem dei, & proximi, vt liberè possis volare, bona operando: & peruenire ad patriam cœlestis regni. Amen.

De compassione. Sermo XIIII.

SOror charissima, audi quid dominus noster Iesus Christus dicat: Omnia bona quæ vultis vt faciant vobis homines, vos facite illis. Hæc est enim lex, & prophetæ. Et Paulus ait: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Et iterum: Suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Et Salomon ait: Qui despicit proximum suum, peccat. Fidem posside cum proximo tuo in paupertate illius, vt & in bonis eius læteris. In tempore tribulationis permane proximo tuo fidelis, vt in hæreditate illius sis cohæres. Qui cauat proximo suo foueam, cadet in illam: & qui parat laqueũ proximo suo, peribit in illo. Vnde Psalmista: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit. Perfectè proximum nõ diligit, qui illi in necessitate non succurrit. Quãto amplius per compassionem proximis nostris in necessitate succurrimus, tanto F amplius creatori nostro appropinquamus. Sic debemus habere curam nostri, vt non negligamus curam proximi. Igitur soror dilecta, quod non vis tibi accidere, nec proximo tuo cupias euenire. Cõdole alienis calamitatibus. †Saucia te fleti- † Satia. bus in alienis mœroribus. In tribulatione alterius & tu esto tristis: cũ infirmis esto infirma. Sic alienos mœrores tanquam tuos luge: cum plangentibus plange: cũ lugentibus luge: cum flentibus fle: cum plorantibus plora: talis esto aliis, quales optas circa te esse alios. Quod non vis pati, nõ facias alteri: nõ facias alteri mala, ne tu patiaris similia. Ita clemens esto in alienis delictis, sicut in tuis; vt non aliter te, & aliter alios pensęs. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari in ruina aduersarij, noli extolli: non læteris super inimici interitu, ne fortè & tibi superueniat malũ. Non extollaris de casu inimici, ne fortè conuertat deus iram suam in te. Qui enim gauder de casu inimici, citò veniet super eum malũ. Sit igitur humanus affectus erga miserum: sit erga pauperem dolor compassionis: sit erga dilectũ amor miserationis. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Non despicias pauperes, non contemnas egenos, non vilipendas pupillos: nullus à te tristitiam habeat, nemo à te confusus abscedat. Visita infirmos, consolare pusillanimes, vt tu à domino consolari merearis in æterna beatitudine, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De misericordia. Sermo. XV.

G SOror charissima, audi Iesum Cristum in euangelio dicentem: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et iterum: Estote misericordes, quia & pater vester cœlestis misericors est. Et Paulus apostolus: Estote autem inuicem benigni & misericordes, & induite vos sicut electi dei & sancti in sancta misericordia. Pietas autem ad omnia vtilis est. Et Salomon ait: Facere misericordiam & iudicium magis placet deo quàm sacrificium. Misericordia facit locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Miseratio hominis circa se, & circa proximum suum: misericordia autē domini super omnem carnē. Ille offert sacrificium, qui facit misericordiam. Misericordia autem domini à compatiendo alienæ miseriæ, vocabulū sortita est. Qui in alterū misericors non fuerit, misericordiam dei inuenire non poterit. Soror dilecta mihi in Christo, misericordia & veritas te præcedant. Misericordiā nunquam deseras. Bene facies animæ tuæ si misericors fueris. Qui alteri miseretur, misericordiam à domino consequetur. Soror, soror venerabilis, quod habes, habeto ad misericordiam. Præbe misericordiam sine murmure. Tale erit opus tuum, qualis fuerit intētio tua. Nō est misericordia, vbi nō est beneuolentia. Bonum quod facis, propter misericordiam fac, non propter vanam gloriam. Nihil facias propter laudē, sed propter æternam remuneratio-
H nem. Nihil facias propter temporalem opinionem, sed propter æternam mercedem. Nihil facias propter famam, sed propter vitam æternam. Ad quam te perducere dignetur omnipotens deus, reuerendissima soror. Amen.

De exemplis sanctorum. Sermo XVI.

AD conuersionem vel emendationem fidelium, multum exempla sanctorum prosunt. Soror charisima, ideo scribuntur casus & reparationes sanctorum, vt miseri propter multitudinem peccatorum non desperemus, sed per pœnitētiam resurgendi etiam post lapsum spem habeamus, vt nullus post peccatum de bonitate dei desperet, dum conspicit etiā post ruinam reparationem fuisse sanctorum. Proptera posuit deus virtutes sanctorum ad exemplum nostrum, vt per vestigia ipsorum peruenire possimus ad regna cœlorum: vel si eos ad bene operandum sequi noluerimus, in pœnis inexcusabiles simus. Sancti dei homines quandiu fuerunt in hoc seculo, non cessauerunt currere in bonis operibus, scilicet in
I ieiuniis, in vigiliis, in eleemosynis, in castitate, in cōtinentia, in longanimitate, in patiētia, in suauitate, in orationibus, in persecutionibus, in beneuolentia, in fame & siti, in frigore & nuditate, & in laboribus multis pro Christi nomine. Sancti homines despexerunt præsentem mundum, vt æternum regnū acquirerent: non acceperunt hic promissiones, vel diuitias misc̄rabiles huius seculi, quæ perducunt homines malè eis vtentes, ad tormenta inferni: sed hanc patriam tota intentione relinquentes, ad cœlestē Hierusalem leuauerunt oculos suos. Homines sancti vitauerunt peccatum in verbo, in sancto, in cogitatione, in visu, in auditu, in nutu, in oculis, in manibus, in ira, in pedibus, in rixa, in furore, in dissensione, in vana gloria, in superbia, in elatione, in cupiditate, in gula, in somnolētia, in fornicatione, in vinolentia. Custodientes corpora sua & animas suas, duobus modis ieiunauerunt, scilicet à vitiis, & actibus. Bona est abstinentia ciborū, sed multo est melior abstinentia vitiorum. Vnde ecclesia de suis membris, id est, de eisdem sanctis patribus dicit: Manus meæ stillauerūt myrrham. Quid per manus nisi operationes sanctorum intelligimus: & quid per myrrham nisi mortificatio carnis & mortificatio vitiorum accipitur? Manus ecclesiæ sancti homines sunt bona operantes, de quibus dicit: Operatæ sunt iustitiam. Manus ergo ecclesiæ myrrham bonorum operum stillant, quia nobis exempla bene viuendi demonstrant, & vt vitia carnis nostræ mortificemus, prædicant. Vnde quidam eorum dixit: Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Et iterum: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. Et iterum ecclesia dicit: Digiti mei myrrha probatissima. Tunc verè est myrrha probatissima, quando perfectè caro mortificatur, & vitia atque peccata extinguūtur. Igitur soror in Christo dilecta, si societatem sanctorum habere cupimus, necesse est vt exempla eorū sequamur. Si peccamus, iā de peccato nullam excusationē habemus. Quare? Quia & lex K dei quotidie nos admonet vt bene viuamus, & exempla sanctorū patrū semper inuitāt ad bene operādū. Sed & si aliquādo secuti sumus exēpla malorū hominum, cur non sequimur exēpla sanctorū patrum? Et si apti fuerimus ad imitandū malos in malū, cur pigri simus ad imitādum bonos in bonū? Soror venerabilis, ergo deprecemur deum, vt virtutes sanctæ quas suis sanctis prēparauit ad coronā, nobis non sint ad pœnam neq; ad damnationem, sed ad profectum & salutē. Sine dubitatione credimus, quia si exempla sanctorū secuti fuerimus, post hāc vitā cum eis in cœlo regnabimus. Quāto amplius vitam sanctorū patrum legimus, si exēpla eorum sequi nolumus, tanto amplius culpabiles sumus. Nūc honesta virgo, omnipotentē deum deprecor, vt det tibi has virtutes sanctorum patrum, scilicet humilitatem Christi, deuotionē Petri, charitatem Ioannis, obedientiā Abrahæ, patiētiam Isaac, tolerātiam Iacob, castitatē Ioseph, mansuetudinē Moysi, cōstantiā Iosue, benignitatem Samuelis, misericordiam Dauid, abstinentiam Danielis, & cætera digna facta piorū sanctorū, vt post hanc mortalē vitam peruenire possis ad societatē eorum. Virgo Christi quotidie cōsidera quo moderamine, qua intentione, vel qua compunctione homines Christi placuere deo. Vnde in persona Christi in Canticis canticorū ecclesiæ dicitur: Quā pulchri sunt gressus tui in calciamētis filia principis! Christus per potentiā diuinitatis princeps est omnium L creaturarū: & ideo sancta ecclesia filia principis dicitur, quia per prædicationem Christi in nouā vitam regeneratur. Quæ sunt antem calciamenta ecclesię, nisi exempla sanctorū patrū quib⁹ in via huius seculi munimur, vt per omnes tribulationes calciamenta ista ambulēt? Soror in Christo amabilis, & nos spiritualiter pedes calciamus, quando à sanctis patribus exempla bene viuendi sumimus, vt ad similitudinem eorum tentationes huius mūdi vincamus. Iterū in eisdē canticis sponsus ecclesiæ Christus loquitur, dicens: Descendi in hortū nucum, vt viderē poma conuallium, & inspicerem, si floruissent vineæ, si germinassent mala punica. Vineæ florent quando in ecclesiis filij recenter in fide generantur, & ad sanctā cōuersationē quasi ad soliditatem bonorū operum præparantur. Mala punica germināt quādo perfecti homines per exempla bonorū operū suos proximos ædificāt, & in nouitate sanctæ cōuersationis per prædicationē suā & per ostensionē bonæ vitę sanctis operibus renouāt. Vnde moneo te in Christo spiritualis amica, vt des bonū exemplū de te omnibus hominibus in omni tua vita. Venerabilis virgo, desidero vt luceas omnibus ancillis dei quæ tecum sunt in monasterio, bene viuendo: quia sicut ait beatus Gregorius, qui aliis suam bonā vitam abscondunt, in semetipsis accensi, sed aliis in exemplū luminis nō sunt. illi verò qui exempla virtutum, & per viam M sanctitatis atq; per verbū prædicationis aliis lumen demōstrant, lāpades ardentes sunt, quia aliis viā salutis ostendunt. Vnde dominus dicit: Lux vestra luceat coram hominibus, vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrū qui in cœlis est: quia videlicet soli deo est reddēda omnis gloria. Christivirgo te moneo tamē, vt ita sit opus tuū in publico, quatenus intētio tua maneat in occulto. Igitur amātissima mihi in Christo soror, sicut superius dixi tibi, in omnibus actionibus tuis, ī omni opere tuo, in omni cōuersatione tua imitare sanctos, æmulare iustos, habeto ante oculos tuos exēpla sanctorum, exēpla iustorū imitando considera. Exempla iustorum propone tibi, patrū exempla sint tibi imitamenta disciplinæ. Intende in virtutem sanctorum ad bene operandum, intēde ad bene viuendum: documenta sanctorū nulla infamia scādalizent vitā tuam, nulla opinio aduersa te contristet. Discc flagrare bono præconio, habeto testimonium bonum, custodi tuam famam bonam, tua bona fama nullis fœtoribus obscuretur, tua bona fama nullis opprobriis laceretur, Amen.

De contentione. Sermo XVII.

PAulus Apostolus ait: Cum enim sint inter vos zelus & contētio, nónne secundū hominē ambulatis, & carnales estis? Et Salomon ait: Inter superbos semper sunt iurgia, semper malus iurgia quærit. angelus malus mittitur contra eū. qui per loca periculosa vadit, citò cadit. sic ille qui quotidie cum proximis suis contendit, citò in scandalū cadit. Viri mites

A tes semper despiciunt lites, qui quotidie contendunt & rixantur, à paucis hominibus amantur. Præterea pax & concordia omnibus hominibus amantur, propterea pax & concordia omnibus hominibus sunt necessariæ. Soror charissima audi beatum Augustinum dicentem: O quàm reprehensibiles esse possemus, si non tam diligentet nostra vitia emēdaremus, quanto studio aliena reprehendimus. Sed si nos bene consideramus, multa in nos reprehendere possumus. Volo quòd cognoscas quia nihil est turpius quàm lites inter religiosos, qui debent per concordiam & dilectionem lucere in mundo sicut lminaria in cœlo. Cōtentiones ex inuidia & detractione solent euenire atque oriri. Sed si detractio & iurgia sunt in claustro: vbi est taciturnitas regularis, vbi sanctitas religionis, vbi silentium ordinis, vbi religiositas monasterij, Vbi vinculum charitatis, vbi pax vnitatis, vbi concordia fraternitatis, vbi amor socialis? Heu proh dolor periit tacitur nitas regularis, ablata est sanctitas religionis, defecit silētium ordinis, ad nihilum deuenit religiositas monasterij, annullata charitas fraternitatis. Sed si illi qui in pace debent viuere, incipiunt cōtendere, litigare, detrahere, vbi est vita tranquilla, vbi vita quieta, vbi vita pacifica, vbi vita honesta, vbi vita modesta, vbi vita casta, vbi vita cōtemplatiua, vbi angelica? Certè nō potest ibi esse pax integra, vbi regnat detrahens lingua: vbi regnant rixæ & contentiones, non potest esse perfecta religio. Vide ergo soror dilecta, ne per lites & contentio-
B nes perdas labores. Caue ne dies tuos perdas per detractiones & rixas. Attende tibi diligēter, ne per iurgia & cōtentiones perdas cœlestes ,pmissiones. Esto solicita ne per stulta verba perdas gaudia ęterna. Igitur linguam tuam refræna, & eris religiosa: quia si eam non refrenaueris, religiosa non eris. Sed si forsitan mihi non credis, audi Iacobum apostolum dicētem: Si quis putat se religiosum esse non refrēnans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Lingua modicum est membrum in corpore hominis, sed tamē si refrænata non fuerit, totum corpus maculat & corrumpit. Nā sicut modicum fermētum corrumpit totam massam, & sicut parua scintilla ignis magnam syluam incēdit: ita lingua sine fræno dominos & prepositos, equales & socios, subiectos & paruulos omnes scandalizat, & ad iracūdiam prouocat. Lingua contentiosa si frænum nō habeat, nullus homo cū ea in pace viuere poterit. Rixosa lingua veneno est plena: quę si nō fuerit castigata, omnes socios suos perducet ad scādala. Soror venerabilis, ergo bonum est tibi vt prohibeas linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Cosidera vnde venisti, & ad quid venisti. De mundo existi, & ad castra dei, hoc est ad monasterium fugisti: diuitias seculi postposuisti, & ad cœlestes diuitias promerendas venisti: & ideo paupertatem elegisti: gratis paupertatem elegisti: & ideo obliuioni debes tradere omnia quæ propter deū reliquisti. Caue ergo ne velis
C aliis te præferre. quanto maior es, tanto te humilia in omnibus. dimitte conuenticulum conspirationis & detractionis: fuge murmurationes & susurrationes: susurrationes non audias. Murmurationibus aurem tuam non prębeas, separa aures à detrahētibus quasi à serpētibus. Fuge detrahētes, quasi serpentes. detrahentes infundunt venenum mortiferū in auribus se audientium. Qui detrahit, & qui detrahentem libenter audit, vtérque peccat. Nō solùm ille qui detrahit peccat, sed ille qui voluntarie detrahentem audit. Honesta virgo, audi ea quæ dicit perfectus vir in Christo. Non: sedi cum cōsilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introiibo. Tu ergo cum consilio vanitatis non sedeas, & cum mala loquentibus non commiscearis, non contendas in vlla causa: in nulla causa decertare studeas. Contentio lites parit. Contentio pacem cordis extinguit. Contentio rixas gignit. Contenrio iurgia seminat. Contentio faces odiorum accendit. Contentio concordiam rumpit. Contentio conturbat oculum mentis, sicut ait Dauid: Turbatus est à furore oculus meus. Igitur amabilis in Christo soror, moneo te, vt in vlla causa nō cōtendas. Nō cōtēdas pro cibo neq; pro potu, neq; pro vestimēto: sed accipe de manibus prępositarū tuarum ea quæ tibi dederint, sine murmuratione. quod à prepositis tuis tibi fuerit ministratū, sine murmuratione accipe. Si soror tua meliora vestimenta accepit, quàm tu accepisti, non sit tibi cutæ. Si præ-
D posita tua dederit tibi vile vestimentum, & sorori tuæ dederit preciosum, de hoc non murmures. Si meliora vestimenta sororibus tuis fuerint, & tu acceperis viliora, super hoc non contendas. In nulla temporali causa eligas meliora. In trānsitoriis rebus meliora nō quæras. In rebus mundi meliora non concupiscas. Quare? Quia non venisti ad diuitias, sed ad paupertatem. Non venisti ad monasterium vt diuitias terrenas habeas, sed vt virtutes spirituales acquiras. Non venisti ad claustrū, vt in vestimentis preciosis resplendeas, sed vt in simplicitate deo seruias. Non venisti ad ordinem, vt ante oculos hominum in vestibus gloriosa appareas, sed vt per humilitatem deo placeas. Non venisti ad sanctam congregationem, vt voluntatem tuam compleas, sed vt voluntati alienæ obedias, & pro deo omnia terrena despicias. Alioquin melius tibi fuerat in domo patris tui remanere, quàm in monasterio pretiosa vestimenta quærere. Melius tibi fuerat in domo parentum tuorum habere solatium, quàm inter ancillas dei pro terrenis & transitoriis rebus mouere scandalum. Melius tibi fuerat in terra tua commorari, quàm in domo dei pro tēporalibus rebus contendere, aut litigare, aut murmurare. Igitur charissima, sicut superi⁹ dixi tibi: in nulla causa decertare studeas, nisi vt soli deo placeas. Amen.

De disciplina. Sermo XVIII.

SApientissimus Salomon ait: Audi fili mi disciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gra- E tia capiti tuo, & torques collo tuo. Tene disciplinam, & ne dimittas eam. Custodi illam, quia ipsa est mater tua. Accipe disciplinā, & noli abiicere eam. Qui odit castigationes, stultus est. Qui increpationes relinquit, multum errat. Qui disciplinam despicit, peccat. Qui custodierit disciplinam, inueniet vitam. Qui verò disciplinam noluerit custodire, inueniet mortem. Egestas & ignominia erit illi qui deserit disciplinam. Qui acquiescit castiganti, gloriabitur. Stultus irridet disciplinam patris sui. Qui autem custodit increpationes, sapiens est. Plus proficit castigatio linguæ apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. Vir sapiens & disciplinatus non murmurabit aduersus eum qui castigat illum. Tamen castigatio debet esse moderata, vnde beatus Ambrosius: Leuiter castigatus exhibet reuerētiam castiganti, qui verò crudeliter castigatur vel increpatur, nec increpationem suscipit, nec salutem. Blanda pietate sunt portandi, qui pro sua infirmitate non possunt increpari. Pro diuersitate peccātium alij portandi sunt, alij castigādi, quia modus est diuersus peccatorum. Prælati ecclesiæ portare debent subditos suos quos corrigunt, & corrigere quos portant. Hinc Salomon in basibus templi domini, imaginem leonis & bouis, & cherubim opere sculptorio fecit pingi. Quid aliud designant bases in templo, nisi prælatos in ecclesia? Quicunq; solicitudinē regiminis suscipiant, tanquam bases portant onus superpositum. Cherubim plenitudo scientiæ interpretatur, In basibus che- F rubim monstrantur, quia prælati ecclesiæ pleni debēt esse cœlestis scientię. Per leonem terror seueritatis figuratur. Per bouem verò patientia mansuetudinis ostenditur. Itaque in basibus neque leones sine bobus, neq; boues sine leonibus exprimuntur: quia prælati ecclesiæ aliquando rigidi, aliquando cum dulcedine, aliquando cum asperitate, aliquando verbis, aliquādo flagellis debēt subiectos suos corrigere, quia ille qui blandis verbis castigatus non corrigitur, necesse est vt acrius corrigatur & arguatur. Cum dolore enim abscindenda sunt vulnera, quæ leuiter sanari nō possūt. Qui secretò admonitus de peccato corrigi negligit, publicè est arguendus: vt vulnus quod occultè sanari nequit, manifestè debeat emēdari. Palā sunt arguendi, qui palā nocent: vt dū aperta obiurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerunt, corrigantur: vt dum vnus corripitur, cæteri emendentur. Melius est vt pro multorū saluatione vnus cōdemnetur, quàm per vnius licentiā multi periclitērur. Etiá beatus Gregorius ait: Sunt multi, qui verba increpationis audiūt, & ad pœnitētiam redire cōtemnunt. Vnusquisque audiat de regno dei, quod diligat: audiat de inferno quod timeat: vt si per amorem ad regnū non venit, saltem per timorem veniat. Verba sunt Isidori: Iusti benigne suscipiunt castigationem, quando de suis culpis arguuntur. Soror charissima, disciplina est emendatrix, quæ non est vili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gpendenda:& ideo debemus prælatos nostros diligere,& verba eorum benigne suscipere,qui per increpationes & castigationes suas auferunt à nobis proprias voluntates,& mũdi cupiditates. Vnde in canticis canticorum de eisdem prælatis Ecclesia vel quælibet fidelis anima dicit: Inuenerunt me custodes qui custodiũt ciuitatem:percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerũt mihi pallium meum custodes murorum. Per custodes ciuitatis intelligimus prælatos, qui statũ sanctæ ecclesiæ custodiunt, qui etiam animam fidelem inueniunt: eámque suis prædicationibus & exhortationibus atque minis percutiunt,& amore charitatis Christi vulnerant:nec solum hoc,sufficit eis,sed etiã pallium ei tollunt,id est,omnem terrenam delectationem,atque substantiam temporalem ab ea auferunt,& eã nudã peccatis ac spoliatã diuitiis ad regnũ cœlorum transmittunt.Igitur soror mihi in Christo dilecta, valde dignum est vt prælatos nostros quasi patres diligamus, vt ab eis disciplinam nostræ salutis libenter suscipiamus, secundum cõsilium Dauid dicentis: Apprehendite disciplinã, nequando irascatur dominus,& pereatis de via iusta. Ergo si de via iusta nolumus perire,necesse est nos disciplinam suscipere.Si ille qui disciplinam non suscipit, de via iusta peribit: proculdubio in via iusta confirmatus erit,qui disciplinam suscipit.Nunc ergo soror venerabilis,moneo te vt libenter suscipias disciplinam, vt ab ira dei libereris, & in via iusta con-
H firmeris. Multas age gratias illi qui castigauerit te:illi qui increpauerit te,gratias repẽde.Si abbatissa vel priorissa pro salute tua increpauerit te, non contristeris: cum abbatissa vel priorissa mõstrauerit tibi viam salutis tuæ,suscipe doctrinam illius gratis.quando aliquis monstrauerit tibi causam tuæ salutis,tu non sis rebellis. Dilige eas quæ te reprehendunt de tuis transgressionibus. Ama eas quæ te castigauerint de tuis negligẽtiis.quasi alacres dilige eas quæ te reprehẽdũt de tuis transgressionibus:castigantibus iniuriam nõ respondeas. Increpantibus te contumeliam non dicas:mala pro bonis non reddas. Aduersus bona consilia nõ respondeas iurgia. Aduersus bona verba non respõdeas mala. Quare? Quia qui diligit disciplinam, diligit sapientiam. Ergo & tu si disciplinã dilexeris,sapiens eris.Prudens eris si increpationes patiẽter sustinueris:patiens eris,si humiliter castigationes portaueris.Honesta virgo,ideo à domino & à prælatis nostris in hac vita corripimur,vt non cum hoc mundo damnemur.Multo melius est nobis in hac vita à prælatis nostris pro negligentiis corripi,quàm in futura vita dãnari. Melius est nobis in hoc seculo à præpositis nostris pro trãsgressionibus & culpis castigari,quàm in futuro seculo puniri.Amabilis mihi in Christo soror,melius est tibi manu abbatissæ flagellis cædi, quàm in inferno pœnas pati.meli⁹ est tibi manu abbatissæ vel priorissę flagellari in hac vita, quàm in inferno cruciari in futuro.
I Melius tibi est in manu abbatissæ flagellis verberari,quàm in inferno torqueri.Melius tibi est in hoc mundo de manu abbatissæ vel priorissæ sustinere flagella,quàm pati ęternas pœnas in gehenna.Melius est tibi manu abbatissæ vel priorissæ temporaliter affligi virgulis,quàm cremari: æterni incẽdiis. A quibus te dignetur liberare ille qui te redemit suo precioso sanguine. Amen.

De obedientia. Sermo XIX.

SOror charissima, audi verba Pauli apostoli: Non est potestas nisi à deo. Quæ autem sunt ordinata, à deo ordinata sunt.Ideóque qui resistit potestati,dei ordinationi resistit. Ergo non debemus contemnere potestates siue mundi sint siue ecclesiæ,quia omnes à deo ordinatæ sunt.Igitur quando per inobedientiam prælatis nostris contradicimus, deo iniuriam facimus.Quando per superbiam & inobedientiam prælatis nostris rebelles sumus, contra dei præcepta facimus. Quando prælatis nostris contumaces sumus atque inobediẽtes,deum contemnimus,qui dicit:Qui vos audit,me audit.id est,qui vobis est obediens,mihi obediens est: & qui vos despicit, me despicit. Soror dilecta mihi in Christo, ergo qui prælatum suum despicit,deum despicit:& qui prælatum suũ honorat,deum honorat:& qui obediẽs est prælato suo, obediens est deo.Hanc virtutem,scilicet obedientiam laudat Samuel propheta,dicens: Maior est obedientia, quàm sacrificium:& obedire magis quàm offerre adipem arietum: quo- K niam quasi peccatum ariolandi est repugnare,& quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere,id est nolle obedire. Maria soror Aaron per superbiam & inobedientiam murmurauit cõtra Moysem fratrem suum,& statim percussa est lepra.Maria quæ contra Moysem fratrem suum,id est prælatum,murmurauit per in obedientiam & rebellionem, significat animam cuiuslibet hominis qui murmurat contra prelatum suum,cui non vult obedire,nec præcepta salutis accipere. Et quia non vult per obedientiã præcepta sui prælati suscipere,lepra peccatorum percutitur atque fœdatur. Etiam Core, Dathan & Abiron qui contra Moysem & Aaron per superbiam & contumeliam atque inobedientiam insurrexerũt, statim pro sua præsumptione pœnas sustinuerunt, sicut scriptũ est in Psalmo: Aperta est terra, & deglutiuit Dathan:& operuit super congregationem Abiron.Et iterum: Exarsit ignis in synagoga eorum,flamma combussit peccatores.Nam & Ozias rex cum per superbiam & inobedientiam atque contumaciam thuribulum accepisset,& contra legem dei sacrificare voluisset,à deo est lepra percussus,atque maculatus in fronte.Nam & Saul rex quia inobediẽs fuit,regnum perdidit, & in manibus inimicorum suorum cecidit. Etiam Ionas propheta per inobedientiã fugit,& eum piscis absorbuit,atque in profundum maris misit.Cauendum est igitur nobis,ne contra præ- L latos nostros per inobedientiam audeamus insurgere:ne dominus per eos velit nos, quia vice sua fungitur, aspere visitare. Venerabilis soror,pro salute nostra posuit deus prælatos in ecclesia, vt nobis prouideant,vt deo pro nobis rationem reddant, atque nos ne mala faciamus custodiant.Vnde Paulus apostolus:Obedite præpositis vestris,& subiacete eis:ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris.Prælati debent custodire ac regere gregem dominicum magna vigilantia ac solicitudine:de quibus in Cantieis canticorum legitur:Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel,omnes tenentes gladios,& ad bellum doctissimi:vnusquisque enim super femur suum, propter timores nocturnos. Verus Salomon Christus esse intelligitur, quia reuera pacificus est,quia pacem inter deũ & hominem reformauit.Lectulus verò Salomonis cõgregatio est fidelium,in qua deus habitat & requiescit.Lectulum verò Salomonis sexaginta fortes ambiunt,scilicet prælati,qui defendendo,castigando,increpando,corripiendo,admonendo circumeunt & custodiunt ecclesiam dei contra vitia, & contra inimicos visibiles atque inuisibiles.Qui ideo fortes esse dicũtur,quia prælati sanctæ ecclesiæ perfecti sunt in obseruatione mandatorum dei.Omnes tenentes gladios,id est spirituale verbum,quia prædicãdo vitia subditorũ debent reprimere.Ad bella sunt doctissimi, quia necesse est vt ad bella spiritualia sint instructi. Vniuscuiusque ensis super femur suum. M Prælati sanctæ ecclesiæ super femur enses tenent, quia prius in se,& tunc in sibi subiectis vitia carnis debent resecare. Et hęc omnia faciunt propter timores nocturnos,id est propter occultas insidias malignorum spirituum, qui in nocte huius seculi maximè insidiantur sanctis prælatis, vt illis decepti lectulum Salomonis,id est congregationem seruorum dei fœdare ac maculare possint.Soror charissima, ideo hæc dixi tibi,vt cognoscas quàm deuotè quámque humiliter debemus prælatis nostris obedire. Obedientia sola virtus est quæ virtutes cæteras menti inserit,insertásque custodit,de qua Salomon ait:Melior est obedientia quàm victimæ,quia per victimas aliena caro mactatur: per obediẽtiam verò propria vomũtas religatur.Vnde vir obediẽs loquitur victorias,quia pro domino alienæ voci humiliter obedit, semetipsum in corde suo superat.Adam in infernũ cecidit,quia inobediens fuit:Christus verò ad cœlum ascendit, quia vsque ad mortem deo patri obediuit.Sicut per inobedientiam Adæ peccatores cõstituti sunt multi:ita per obedientiã Christi iusti constituti sunt multi.Et sicut propter peccatũ Adæ omnes homines sunt in condemnationẽ mortis,ita per iustitiã Christi omnes homines in iustificationẽ vitæ.Et iterum: Sicut inobedientia primi parentis generauit mortẽ,ita obediẽtia Christi generauit vitam.Igitur soror dilecta,si pro Christo fueris obediens tuis prælatis,cum Christo regnabis in cœlis. Cõtra matrẽ tuam, id est,

A id est abbatissam vel priorissam, nunquam verbum asperum dicas.Prælatis tuis nunquã rebellis existas, præpositis tuis in nulla causa contradicas. Venerare autẽ omnes melioris scientiæ, ac melioris vitæ.Venerare vnumquenque hominem pro suo merito sanctitatis.Maiori gradui reuerentiã tribue competentem. Secundum dignitatem vnicuique homini tribue honorem.Superiori gradui æqualem te non exhibeas.Senioribus prẽsta obedientiã,& famulare humiliter imperiis eorũ. Cede auctoritati maiorum, defer digna seruicia maioribus. Esto cunctis obediens in bonis præceptis. O sponsa Christi, ita obedias homini,vt non offendas volũtatem dei. In malis operibus nunquam sis obediens. Non obedias illi qui male tibi facere mandauerit. malum facere iussa non consentias. Noli obedire in malo cuiquam potestati, etiam si pœna cõpellat,si supplicia immineant,si tormenta occurrant.Melius est mortem pati,quàm mala iussa implere.Melius est ab homine iugulari, quàm æterno iudicio damnari. Neque enim est sine culpa, qui vt malum fieret obediuit.Igitur soror venerabilis,esto obediens vsque ad mortem, & dabit tibi deus coronam vitæ. Amen.

De perseuerantia. Sermo XX.

SOror charissima audi beatum Hieronymum dicentem: Non quæruntur in christianis initia vel exordia, sed finis & perseuerantia.Paulus apostolus malè cœpit,sed bene finiB uit.Iudas verò Scarioth bene cœpit,sed malè finiuit. Laudatur initium Iudæ,sed finis vitæ illius cõdemnatur. Vnde beatus Gregorius: Virtus boni operis perseuerantia est. Incassum bonum agitur,si ante terminum vitæ deseratur. De hoc etiam beatus Isidorus ait: Non iudicat deus hominem de præterita vita,sed de suo fine.Vnusquisque enim in die mortis suæ iustificabitur,aut condemnabitur: vnde scriptum est: Vbi te inuenero,ibi te iudicabo.Etiã beata Magdalena ideo Christum refurgentem prima meruit videre, quia eum requirendo perseuerauit. Vnde etiam in Canticis canticorum dicitur:In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Moneo ergo te honesta virgo, vt quæras eundem Iesum Christum sponsum tuum in lectulo tuo, id est in requie mentis,atque quiete cõtemplationis.Per noctes quære eum,hoc est in hac vita ad eum suspirando, cúmque desiderando,ut eum perfectè in futura vita inuenire possis,ac videre regnantem eum in patris solio. Sine intermissione quære eum bene viuendo, vt faciem eius merearis videre in cœlesti regno.Rogo Christi sponsa, vt dicas cum Dauid propheta: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniã & apparebo ante faciem domini? Verè anima tua deum sitit, si cum super omnia diligit. Verè anima tua deum sitit, si pro amore illius despicit omnia terrena.Verè anima tua deũ sitit, C si eum in dextera patris regnantem concupiscit. Etiam idem propheta nos admonet, dicens: Quærite dominũ & confirmamini,quærite faciem eius semper,id est in prosperitate & angustia:in paupertate & abundantia:in infirmitate & in sanitate:in iuuẽtute & in senectute. Debemus deum quærere tota mente,tota intẽtione, vt ab eo mereamur confirmari in sancta conuersatione:& vt illum mereamur inuenire ac videre in cœlesti regno.Mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis ac spiritus,quia non nisi casto corpore ad cœlos poterunt subleuari in die resurrectionis,nec poterunt videre gloriam diuinæ maiestatis,nisi illi,qui sunt mundo corde.Soror dilecta,mihi crede,quia nõ ociosis & vagantibus dabitur regnum cœlorum,sed quẽrẽtibus & petentibus,atque pulsantibus. Sic enim ait dominus:Petite,& accipietis: quærite,& inuenietis:pulsate,& aperietur vobis.Petenda est ergo ianua regni orando,quærenda bene viuendo,pulsanda in dei seruitio perseuerando.Non sufficit bona incipere,nisi etiam quisque studeat ea quæ bene inchoauit, vsque ad finem vitæ perducere: quia melius est viam iustitiæ non cognoscere, quàm post cognitionem retrorsum conuerti.Vnde dominus in euangelio: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro,aptus est regno dei.Igitur soror venerabilis, necesse est vt per desiderium æternæ beatitudinis pulsemus quotidie aures dei omnipotẽtis,nec deficiamus à bonis quæ incepimus,priusquã illo aperiẽte mereamur de carcere mortis huius eripi,& ad portam cœlestis patriæ peruenire. Soror D in Christo amabilis mihi, bonum est perseuerare in seruitio dei:quoniam qui de monasterio ad seculum reuertũtur, plus quàm carbones nigri efficiuntur.Qui de monasterio ad seculum descẽdunt,efficiuntur nigri sicut carbones frigidi. Quare? Quia per torporẽ mentis ab igne charitatis dei sunt mortui atque extincti. Vnde beatus Isidorus: Qui de bona vita ad malam reuertuntur per cupiditatem mundi,sunt contenebrati,& nigredine vitiorum sunt fœdati & fuscati,atq; lucernæ claritatis dei sunt extranei.Qui de monasterio ad seculum fugiunt,à societate angelorum separantur, & dæmonibus sociantur.Qui sanctam cõgregationem relinquunt, & ad seculares vitam descẽdunt:à societate dei elongantur, atque dominio diaboli subiugantur. Soror in Christo amantissima, considera quid fecisti. Quotidie reduc ad memoriam vnde venisti,& ad quid venisti,& quare venisti. Tu propter deum omnia quæ in hoc mundo sunt,reliquisti ac despexisti:& pro amore illius monasterium elegisti. Tu regnum cœlorũ comparasti,& teipsam in preciũ illius tradidisti. Stude ergo cum summa vigilantia vt non perdas regnum quod cõparasti, sed vt habere possis in perpetuũ quod desideraſti & optasti. Caue ne perdas regnum pro quo temetipsam dedisti precium. Audi Paulum apostolum dicẽtem:Non coronabitur,nisi qui legitimè certauerit. Ille laborat legitimè, qui in bonis operi- E bus perseuerat vsque ad diem mortis suæ. Ille certat legitimè qui in seruitio dei perseuerat sine fraude & simulatione. Ille deo dignè seruit,qui bonum opus quod cœpit,vsque ad consummationem perducit.Ille in bonis operibus bene desudat, qui ea quæ bene inchoauit,consummat. Vnde ecclesia de suis membris in dei seruitio perseuerantibus in Canticis canticorum dicit:Ligna domorum nostrarum cedrina,laquearia verò cypressina. Domus ecclesiæ sunt conuenticula fideliũ deo seruientiũ,atq; in his quæ dei sunt,perseuerantiũ. Cedrus itaque atq; cypressus arbores sunt imputribilis naturæ,& signãt sanctos dei, qui infatigabili atque immarcescibili desiderio conditoris sui flagrant:& in bonis operibus vsq; ad consummationem vitæ perseuerant. Igitur venerabilis virgo, & tu esto cypressus in domo dei,in bona vita perseuerãdo. Etiam in domo dei cedrus eris, si de te exemplum bonæ vitæ dederis, atque odorem bonæ conuersationis sociabus tuis. Virgo prudens,ideo hæc dixi,vt tota mente despicias amorem seculi. Ideo hæc dixi, vt nunquam velis religiosam vitam relinquere,& secularem requirere.Ideo hæc dixi,vt nunquam velis monachalẽ vitã deserere,& sicut canis ad vomitum redire ad seculum. Moneo te vt in monasterio cunctis diebus vitæ tuæ perseueres:& vt secularem vitam nunquã desideres. Moneo te, vt cum summo desiderio monasterium diligas, & vt toto corde seculum postponas. Moneo te, vt in omni tempore in domo dei permaneas, & vt nunquã ad seculum redi- F re quæras. Quare? Quia in monasterio est vita contemplatiua, in seculo est vita laboriosa: in monasterio est vita sancta, in seculo est vita criminosa:in monasterio est vita spiritualis, in seculo est vita carnalis: in monasterio est vita cœlestis, in seculo est vita terrestris: in monasterio est vita quieta, in seculo est vita turbulenta: in monasterio est vita pacifica,in seculo est vita litigiosa:in monasterio est vita tranquilla, in seculo est vita contentiosa: in monasterio est vita pacifica, in seculo est vita iurgiis plena:in monasterio est vita casta, in seculo est vita luxuriosa: in monasterio est vita perfecta, in seculo est vita vitiosa: in monasterio est vita plena virtutibus, in seculo est vita plena vitiis: in monasterio est vita sanctitatis,in seculo est vita iniquitatis. Soror reuerenda,audisti bona quæ sunt in monasteria, audisti mala quæ sunt in seculo: audisti virtutes monasterij,audisti vitia seculi:audisti salutem monasterij,audisti perditionem seculi: audisti vitam, audisti mortem. Nunc igitur ecce in conspectu tuo bonum & malum. Ecce ante oculos tuos perditionem animæ & salutem. Ecce ante te vitam & mortem. Ecce ignis & aqua: extende manum tuam, & elige quod vis. Ecce via paradisi, & ecce via inferni.Ecce via quæ ducit ad vitam, & ecce via quæ ducit ad mortem. Ergo ambula per quam volueris. Hoc solum rogo,vt eligas meliorem. Frater mi,cõsilium tuum accipiam, & meliorẽ viam eligam.Bonum est mihi consilium accipere.

G & per viam quæ ducit ad paradiſum, ambulare cum dei iuuamine. Honeſta virgo, quia meliorem viam eligis, deo gratias reddo. Igitur vitam bonam quam cœpiſti tenere, non deſeras. Propoſitum bonum vitæ iam conſerua omnibus diebus vitæ tuæ: tunc erit opus tuum perfectum, ſi perdurauerit vſque in finem. Salus perſeuerantibus promittitur, præmium perſeuerantibus datur: non eſt bonus qui bonum facit, ſed qui inceſſabiliter facit. Si ergo in bonis operibus vſque ad finem vitæ perſeueraueris, ſalua eris.

De virginitate Sermo. XXI.

PRudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Soror chariſſima, audi quæ dico. Mente & corpore virgines non ſunt fatuæ, ſed prudentes: & poſſunt exire obuiam ſponſo, quia habent oleum in vaſis ſuis, id eſt, caſtitatem in mentibus. Virgines verò corpore & non mente non ſunt prudentes, ſed fatuæ: nec poſſunt exire obuiam ſponſo, quia non habent oleum in vaſis ſuis, id eſt, non habẽt caſtitatem in mẽtibus. Sic ait beatus Iſidorus: Virgo corpore & non mente, non habet prẽmium in remuneratione. Et dominus in euãgelio de fatuis virginibus ait: Amen dico vobis: neſcio vos. Hac de cauſa te moneo ſoror dilecta mihi, vt ſis mente & corpore virgo, vt poſt hanc vitam merearis collocari in cœleſti thalamo à Ieſu Chriſto cœleſti ſponſo. Virginitas non eſt iuſſa, ſed admonita, quia nimis eſt excelſa. Du-
H plicatum eſt bonum virginitatis, quia in hoc mundo ſolicitudine caret ſeculi, & in futuro prẽmium caſtitatis recipiet. Sine dubio qui caſti perſeuerãt, & virgines: angelis dei erunt æquales. Virgines feliciores erũt in æterna beatitudine, Eſaia teſtante, qui ait: Hæc dicit dominus eunuchis: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Omne peccatum per pœnitentiã recipiet indulgẽtiam. Virginitas verò ſi labitur, nullo modo reparatur. nã quãuis quis per pœnitentiam recipiet veniam, tamen incorruptionem nunquã recipiet priſtinam. Soror venerabilis, nihil valet virginitas carnis, vbi non eſt integritas mentis. Virgines de ſuis meritis gloriantes, hypocritis comparãtur, qui gloriam boni operis foris appetunt, quã intra conſcientiam habere debuerunt. Hoc eſt enim in euangelio virgines non habere oleum in vaſis ſuis, id eſt non ſeruare in conſcientia teſtimonium boni operis: ſcilicet in facie gloriari apud homines, nõ in corde apud deum. verba ſunt beati Auguſtini: Nihil prodeſt virginitas carnis, vbi habitat iracũdia mentis. Multum diſtat inter puritatem virginalis animæ nulla contagione pollutæ: & eam quæ multorum libidini ſubiacuit. Soror venerabilis, audi beatum Hieronymum dicentẽ: Nihil prodeſt habere carnem virginẽ, ſi mente quis nupſerit. nihil etiam prodeſt corporis virginei cuſtodire virginitatem, ſi oculos à concupiſcẽtia noluerit refrænare. Virginitas in corpore nihil proderit, ſi charitas aut humilitas à corde diſceſſerit. Moneo igitur te honeſta ſoror in Chriſto, vt ſis mente & corpore virgo. Moneo etiam te, vt accipias oleum bonorum operũ tecum, atque vt ornes lampadem tuam bonis operibus, & illumines eam ſacris virtutibus, vt cum clamor factus fuerit, Ecce ſpõſus venit, exite obuiam ei: poſſis occurrere Ieſu Chriſto ſponſo tuo cœleſti, & ab eo collocari in cœleſti thalamo.

De continentia. Sermo XXII.

SOror chariſſima, rogo, vt cum omni deuotione audias admonitionis verba. Tricenarius numerus primus eſt, & ſignificat fœdera nuptiarum. Sexagenarius numerus ſecundus gradus eſt, & ſignificat continentiam viduarum. Centenarius numerus tertius gradus eſt, qui pro virginitatis corona virginibus deputatur. Beatus Iſiodorus ait: Quidam in iuuentute luxurioſe viuentes, in ſenectute continentes fieri volunt: & tunc volunt caſtitatem ſeruare, quando eos luxuria ſeruos habere contempſit. Tales non habent præmium, quia non habuerunt laboris certamen. Eos verò expectat gloria, quibus fuerunt glorioſa certamina. Caſtitatis enim fructus eſt ſuauitas. Caſtitas eſt pulchritudo inuiolata ſanctorum. Caſtitas eſt ſecuritas mentis, & ſanitas corporis. Luxuria carnem debilitat, fractámque celeriter ducit ad ſenectutem. Longa caſtitas pro virginitate reputatur. Igitur ſoror veneranda, amanda eſt pulchritudo caſtitatis. Cõtinentes & K caſtè viuentes, deo in ſemetipſis præparant habitaculũ. Vnde apoſtolus: Caſtè viuentes templũ dei ſunt, & ſpiritus ſanctus habitat in eis. Continentia facit hominẽ proximum deo. Ibi habitat deus, vbi permanet continentia. Caſtitas iungit hominem cœlo. Caſtitas perducit hominem ad regnum. Caſtè viuentibus promittitur regnum cœlorũ. Caſtè viuentes habebunt hæreditatem in cœlo. Bona eſt caſtitas coniugalis, ſed melior eſt continentia vidualis: optima verò integritas virginalis. Melior eſt vidua humilis, quàm virgo ſuperba. Melior eſt vidua cum humilitate, quàm virgo cum ſuperbia. Melior eſt vidua lugens peccata ſua, quàm virgo iactans ſemetipſam coram hominibus de virginitate ſua. Melior eſt vidua plorãs iniquitates ſuas, quàm virgo extollens ſemetipſam de meritis ſuis. Nõ debet virgo gloriari cotã hominibus de dono ſuæ virginitatis: quia ſi hoc fecerit, Nõ habet oleum ſecũ. extincta eſt enim lampas ſua. non debet virgo deſpicere viduas. Virgo quæ deo vult placere, non debet mulieres caſtè viuentes contemnere: quia ſi hoc fecerit, deo diſplicebit, & ſibi nocebit. Virgo quæ mulieres caſtè viuẽtes, & deo ſeruiẽtes deſpicit, ſuperbiã facit. Quare? Quia melior eſt peccator humilis, q̃ iuſtus ſuperbus. Tu ergo venerabilis ſoror, non deſpicias mulieres quæ de ſeculo venerũt, maritos habuerũt, filios genuerunt: quia ſi eas deſpexeris, nimis ante deũ culpabilis eris. Anna prophetiſſa maritũ habuit, ſed tamẽ de Chri- L
ſto prophetauit, & eum videre meruit. Et Maria Magdalena ſecularis fuit, ſed tamen Chriſtum reſurgentem vidit, & apoſtolorum apoſtola eſſe meruit. Honeſta virgo, ideo hæc dixi, vt nullo modo deſpicias ancillas Chriſti quæ ad ſeruiendum deo venerunt de vita ſeculari. Non debes ergo honeſtas fœminas quæ de ſeculo ad monaſterium venerũt, deſpicere, ſed honorare: quia quos deus dignatus eſt eligere, tu non debes contemnere. Moneo ergo te venerabilis, vt pro amore Chriſti ſeruias eis, vt diligas eas quaſi matres. Soror in Chriſto dilecta, ideo debes eis ſeruire quaſi filia, quia deus conuertit eas ad ſe de ſeculari vita. Igitur deo iniuriam facis, ſi ancillas dei deſpicis. Tu verò amabilis mihi in Chriſto ſoror non dicas, ecce ego lignum aridum: nõ dicas, ecce ego arbor infructuoſa: quia ſi Chriſtus ſponſum tuum diligis, & times ſicut debes, ſeptem filios habes. Primus filius eſt verecundia, ſecũdus patientia, tertius ſobrietas, quartus temperãtia, quintus charitas, ſextus humilitas, ſeptimus caſtitas. Ecce venerabilis ſoror per gratiam ſpiritus ſancti ſine dolore ex incorrupto vtero ſeptem filios Chriſto peperiſti, vt impleatur in te quod ſcriptum eſt: Quia ſterilis peperit ſeptem. Itaque ſoror amabilis in Chriſto, hos filios quos Ieſu Chriſto ſponſo tuo genuiſti, debes nutrire, fouere, lactare, refieere, confortare & ca-
I ſtigare. Nutri eos bonis moribus, foue eos in ſinu intimæ M
contemplationis, & da eis mamillas æternę dulcedinis. Refice eos amore ſupernæ ſuauitatis, & conforta eos pane verbi cœleſtis. Caſtiga eos flagellis timoris dei, & manda eis vt non ſuperbiant: & vt non ſint leues, nec tranſgreſſores, atque vt nunquam à te diſcedãt, nec à te ſeparentur. Vides ſoror dilecta, quòd virgines principalem locum tenẽãt in regno dei, & non immerito. Quia enim contempſerũt præſentem mũdum, ideo peruenerunt ad cœleſte regnum, ad quod te perducere dignetur ille in cuius ſeruitio corpus tuum & animã tuam conſecraſti. Amen.

De fornicatione. Sermo XXIII.

SOror in Chriſto dilecta mihi, moneo te vt cum omni deuotione audias hæc verba domini noſtri Ieſu Chriſti: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Lucernas in manibus tenemus, quando proximis noſtris lucis exempla monſtramus. Fornicatio carnis, vt ait beatus Iſidorus, adulterium eſt. Fornicatio animæ, ſeruitus idolorum eſt. Prima fornicatio tela oculorum ſunt, ſecunda verborum: ſed qui non capitur oculis, poteſt reſiſtere verbis. Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quanuis quiſque diuerſa turpitudinis voluptate perfruatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum dei clauditur, & homo à deo ſeparatur.

Inter

A Inter cæteta ſeptem vitia fornicatio maximum ſcelus eſt, quia per carnis immunditiam templum dei violat: & tollens membrum Chriſti, facit membrum meretricis. Igitur honeſta virgo ſi verum eſt quòd in te deus viuit, mortua ſit in te fornicatio. Luxuria inimica eſt deo; & paternæ benedictionis atque ſubſtantiæ perditio. Fornicatio non ſolum maculat corpus, ſed & cõſcientiam. Qui luxuriatur, quanuis videatur viuens, tamen mortuus eſt. Fornicatores & adulteros iudicabit deus, id eſt damnabit eos. Audi igitur ſoror chariſſima beati Iſidori verba: Fornicatione coinquinari, deterius eſt omni peccato, fornicatio maior eſt omnib⁹ peccatis. Fornicatio graue peccatum eſt. Fornicatio omnia mala ſuperat: fornicatio grauior eſt morte. Melius eſt mori, quàm fornicari. Melius eſt mori, quàm fornicatione maculari. Melius eſt mori, quàm per fornicationem animã perdere. Luxuria perducit hominem ad pœnas inferni. Luxuria mergit hominem in infernum. Luxuria mittit hominẽ ad tartarum. Oculi annuncij ſunt fornicationis. Viſio eſt prima occaſio fornicationis. Mens enim per oculos capitur. Per oculos intrat ad mentem ſagitta amoris, viſio oculorũ mittit ſagittas fornicationis in mentẽ. Oculus eſt prima ſagitta fornicationis. Igitur in Chriſto ſoror, reprime oculos tuos, ergo ſubtrahe viſum. Nõ
B defigas oculos tuos in ſpeciem carnis, nullum hominem hac intentione aſpicias, vt eum cõcupiſcas, nullum hominẽ ideo aſpicias, vt eum carnaliter diligas. Faciem viri non videas, vt eum in malo diligas. Auerte oculos tuos ne videant vanitatem. Pulchritudinem hominis non concupiſcas. Dic mihi ſoror venerabilis, qualis profectus in pulchritudine carnis, nõne ſicut fœnum ſiccatur homo, & fugit pulchritudo eius ſicut vmbra? Et quando mors venerit, dic rogo, quanta pulchritudo in corpore remanebit? cum videris totũ corpus tumidum eſſe, & in fœtorem conuerſum, nõnne claudis nares tuas, vt non ſuſtineas fœtorẽ fœtidiſſimum? Dic, rogo, vbi tunc pulchritudo vultus, vbi blanda verba quæ corda audientiũ molliebant? Vbi tunc ſermones dulces, qui homines lætificabãt? Dic mihi honeſta virgo, vbi tunc erit immoderatus riſus, & iocus turpis: Vbi tunc vana & inutilis lætitia, quę in riſum homines commouebat? Periit, ad nihilum deuenit: ſicut fumus euanuit, ita eſt conſummatio pulchritudinis carnis, & conſummatio corporis. Cognoſce ergo ſoror venerabilis, quia vana eſt pulchritudo. Vnde etiam Salomon ait: Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. Igitur ſoror in Chriſto amantiſſima, ſi pulchritudo carnis vana eſt, ſi pulchritudo carnis putredo eſt & vermis, itaque ſi pulchritudo corporis cinis & terra eſt: caue ne ideo homines aſpicias, vt eorum pulchritudinem cõ-
C cupiſcas. Quare? Quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum. Deſpiciendus ergo eſt mundus propter Chriſtum cum omnibus quæ in eo ſunt. Tu verò honeſta virgo, quæ propter Chriſtum reliquiſti ſeculum, nõ debes lætari in pulchritudine hominum. Te ergo moneo ſoror in Chriſto dilecta, vt Ieſum Chriſtum ſponſum tuum diligas ſuper omnia, vt cum eo regnare poſſis in cœleſti curia. Certè ſi plus delectat mentem concupiſcentia fornicationis, quàm amor caſtitatis, adhuc peccatum regnat in homine. Sed ſi magis delectat mentem pulchritudo caſtitatis, quàm turpitudo fornicationis: iam non regnat peccatum in homine, ſed regnat iuſtitia. Quanuis homo ſit caſtus in corpore, tamẽ ſi luxurioſus eſt in mente, peccatũ regnat in corde eius. Fornicatio cordis eſt idolorum ſeruitus. Eſt & alia fornicatio ſpiritualis, de qua dominus ait: Qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Maxime per carnis luxuriã homines ſubiiciũtur diabolo, magis quàm per cætera vitia. Caſtitas eſt pulchritudo animæ: & per hanc virtutem coæquatur homo meritis angelorũ. Soror in Chriſto amabilis, crede mihi, quia multi per incuriã oculorum inciderunt in periculum animarum ſuarum. (Interrogatio.) Frater dilecte, dic mihi ſi aliquem hominem noſti per viſionem oculorum deceptum? (Reſponſio.) O ſoror venerabilis, quàm multos ſcio per viſum eſſe deceptos, & in laqueum diaboli miſſos! Tamen ex his quos audiui, aliquos dicam tibi: Quia Dina filia Iacob egreſſa eſt vt videret mulieres regionis, & adamauit eam Sichem atq; rapuit, & virginitatẽ illius tur- D
piter corrupit. Et ſic miſera puella quia carne vidit quod videre non debuit, honeſtatem ac virginitatem ſuam perdidit. Dauid etiam quadam die ſtans in ſolario domus ſuæ vidit mulierem, & adamauit eam: pro cuius amore commiſit adulterium & homicidiũ, & ſic deceptus factus eſt legis dei reus. Et quia vidit incaute quod non debuit videre, contraxit maculam omni tempore vitæ ſuę. Fortiſſimus Samſon deſcendit in regionem Philiſtinorum, & vidit ibi mulierem atque adamauit, & in gremio illius dormiuit: illa verò crines capitis eius raſit, & tradidit eum in manibus inimicorum eius, qui ſtatim oculos eius eruerunt: & ſic miſer quia vidit, quod videre nõ debuit, oculos perdidit, & in periculum corporis incidit. Cognoſce ergo ſoror dilecta quàm multi per viſionem oculorum inciderunt in periculum corporum & animarum ſuarum. Moneo ergo te ſoror in Chriſto amabilis, vt facias pactum cum oculis tuis, ne incautè videas quod videre non debes. Caue etiam ne mors intret per feneſtram oculorum tuorum ad animam tuam. Itaq; ſoror in Chriſto dilectiſſima, ſicut iam ſuperius dixi tibi, ſi te caro tua adhuc impugnat, ſi te adhuc luxuria tentat, ſi te adhuc libido inuitat, ſi adhuc memoria fornicationis te cruciat, memoriã mortis tuę tibi obiice. Finem vitæ tuæ ante oculos adhibe, diẽ exitus tui propone tibi. Propone tibi futura tormenta, futurũ iudicium quotidie cogita: verſetur ante oculos tuos imago futuri iudicij. E
Reduc ad memoriam horribiles pœnas inferni. Ardor gehẽnæ extinguat in te ardorem luxuriæ. Recordatio æterni iudicij excludat ardorem corporis tui. Flamma inferni inextinguibilis repellat à te memoriã fornicationis, maior ardor minorem ardorem ſuperet. Maior ardor minorẽ ardorem vincat. Stridor flãmarum horribilis amorem depellat libidinis. Sicut clauus clauum expellit, ita ſæpe ardor gehennæ emittit foras ardorem luxuriæ. Soror venerabilis, omnipotentem deum deprecor, vt det tibi veram caſtitatem mẽtis & corporis, Amen.

De abſtinentia. Sermo XXIIII.

HOc eſt perfectum ieiunium, quando noſter homo exterior ieiunat, interior verò orat. Oratio per ieiunium facilius penetrat cœlum. Per ieiunium & orationem mens hominis coniungitur angelis, & copulatur deo. Ieiunia fortia arma ſunt aduerſus tentationes dæmoniorum. Per ieiunium & orationes vincuntur dæmones. Soror in Chriſto dilecta, vis ſcire per quid magis luxuria reſtinguitur? Frater mi, volo, atque vt illud mihi oſtendas rogo. Audi ergo amabilis ſoror in Chriſto. Per ieiunium fornicatio ſuperatur: per ieiunium luxuria reſtinguitur. Remota ſaturitate non dominatur luxuria. Abſtinentia carnem ſuperat, abſtinentia luxuriam refrænat, abſtinentia frangit motum libidinis, abſtinentia diſſoluit virtutem fornicationis: per famem & ſitim luxuria de F
ſtruitur: fames & ſitis luxuriam vincunt. Mẽs multitudine ciborum laſſata perdit vigorem orationis, qualis eſt caro quæ nõ percipit diu cibũ: talis eſt anima quæ aſſiduè paſcitur verbo dei. Hieronymus ſic ait: Ieiunia moderata debent eſſe, ne nimis debilitent ſtomachũ, quia modicus & tẽperatus cibus corpori & animæ eſt vtilis. Pinguis venter non gignit ſubtilem ſenſum. Multo melius eſt quotidie parum ſumere, quàm rarò ſatis comedere. Parcus eſt cibus, & venter citò eſuriens triduanis prefertur ieiuniis. Ille bene ieiunat, qui ab omnibus vitiis declinat. Melior eſt abſtinentia vitiorum quàm ciborum, non eſt reputata abſtinentia, vbi fuerit ventris ſatietas ſubſecuta. Et beatus Iſidorus: Tota die epulas in cogitatione ruminat, qui ad explendam gulam veſpere ſibi delicias præparat. Venter vacuus in oratione vigilare facit. Nam qui repletus eſt, infert ſomnum grauiſſimum, vnde non bene vigilare poſſumus, quando venter noſter cibis eſt repletus. Soror venerabilis, aridũ porta corpus tuum propter deſideriũ cœleſtis regni, vt impleas quod ſcriptum eſt in Pſalmo: Sitiuit anima mea ad deum, q̃ multipliciter ei caro mea! Caro enim tunc deũ ſitit, quando per ieiuniũ abſtinet & areſcit. Soror in Chriſto amabilis, crede mihi, quia ſi in hac vita perfectè deũ eſurieris & ſitieris, ex eo in cœleſti patria ſatiaberis. Abſtinentia viuificat & occidit: viuificat animã, & occidit corpus. Abſtinẽtia ædificat in anima virtutes, & deſtruit vitia corpo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tis. Omni studio debemus despicere gulā ciborum. Spernēda est cōcupiscentia escarum. Cauenda est cura ventris. quādo enim venter immoderatè reficitur, corpus ad luxuriam excitatur. Nō debemus comedere vt vēter impleatur, sed vt corpus sustentetur. Vbi venter est cibi repletus, ibi est ignis luxuriæ succensus. Corpus autem quod abstinētia frangit, ignis luxurię nō exurit. Ille purpuratus dīues, qui quotidie epulabatur splendidè, quia abstinere à cibis in hoc seculo noluit, ideo inter flammas positus guttā aquæ quæsiuit, nec accipere meruit. Sicut per abstinentiam omnes virtutes spirituales radicantur atque ædificantur in anima: ita & per suauitatem ciborum omnia vitia nutriuntur & confortātur in corpore. Non potest quisquam accipere perfectionem virtutum, nisi prius domuerit in se vētris gulam. Ideo tres pueri in camino ignis non arserunt, quia abstinētes fuerunt. Daniel etiā ideo liberatus est de ore leonum, quia seruauit in se abstinentiam ciborū. Nemo potest à semetipso tentationes dæmonum expellere, nisi refrenauerit in se apperitū gulæ. [Interrogatio.] Frater charissime, rogo te vt dicas mihi qualiter debeo castigare corpus meum per abstinentiam. [Responsio.] Soror dilecta. sic debes nutrire corpus tuum, vt non superbiat. Et iterum sic debes reprimere. vt non cadat: sic enim debes reficere carnē tuam, vt seruiat. Et sic eam debes castigare per abstinentiam, vt nō pereat. Si carnem tuam supra modum afflixeris, ciuem tuum occidis: & iterum si eam plus quàm oportet
H reficis inimicum tuum nutris. Charissima soror mea, hoc debes semper obseruare in omni abstinētia, vt non occidas carnēm tuam, sed vitia. Igitur soror mihi in Christo amātissima per abstinētiam corpus tuum castiga, ieiuna & abstine à cibis, pallida gere ora, & non rubea: facies tua non sit rubicūda, sed pallida. Aridum porta corpus tuum, & non crassum: nō sit corpus tuum crassum, sed siccum. Nō nutrias carnem tuā vermibus. ita manduca vt semper esurias: ita comede vt semper habeas famem. vēter tuus nequaquam impleatur cibis. Esuri & siti, abstine & aresce. Crede mihi soror venerabilis, quia tentationes vincere non poteris, nisi corpus tuū per abstinētiam castigaueris. per cibum & potum crescit luxuria. Ciborum saturitas suscitat luxuriam carnis. luxuria semper est adiuncta saturitati. Frigus vigiliarum extinguit luxuriæ ardorem. Maligni spiritus ibi magis intrant, vbi plus escā & potū vident. Soror in Christo amabilis, sicut dixi tibi, si perfectè vis tentationes fugere carnis, abstine non solùm à cibis sed etiam ab omnibus seculi delectationibus, vt post hāc vitam in cœlo lætari possis cum angelis. Amen.

De ebrietate. *Sermo XXV.*

S Oror charissima mea, audi domini nostri Iesu Christi verba: Attendite ne corda vestra grauentur crapula &
I ebrietate. Paulus etiam apostolus castigando suos discipulos ait: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et Salomon ait: Luxuriosa res est vinū, & tumultuosa ebrietas. Ne intuearis vinum, quando flauescit, nec cum splenduerit in vitro color eius. Ingreditur enim blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber: & quasi serpens venenum effundit. nullum secretū est, vbi ebrietas est. Multos exterminauit vinum, & perduxit eos ad periculum corporum & animarum. Vinum in iucunditate creatum est, non in ebrietate. Vbicunque saturitas abū dauerit, ibi luxuria dominabitur. Ventrem dist entum cibis & vini potationibus irrigatum, voluptas luxuriæ sequitur. Ebrietas corpus debilitat, animā illaqueat. Ebrietas generat perturbatione mentis. Ebrietas auget furorem cordis. Ebrietas nutrit flammam fornicationis. Ebrietas ita alienat mētē, vt homo nesciat semetipsum. Homo ebri⁹ est ita à semetipso alien⁹, vt nesciat vbi sit. Plerisque laus est multum bibere, & non inebriari: quos propheta increpat, dicens: Væ qui potētes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendā ebrietatem. Et iterum: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. etiam Ioel propheta clamat dicens: Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine. nō dicit, qui bibitis vinum in necessitate, sed qui bibitis vinum in dulcedine: hoc est in delectatione. Ebrietas mortale crimen est. Ebrietas graue peccatum est. Ebrietas inter homicidia & adulteria & fornicationes reputatur. Ebrietas eiicit hominē K
à regno dei. Ebrietas expellit hominem à paradiso. Ebrietas demergit hominem in infernum. Noē bibit vinum, & virilia quæ per sexcentos annos celauerat, nudauit. Etiam Loth vino inebriatus dormiuit cum filiabus suis, nec tamē peccatū sensit, quia alienatus à semetipso fuit. Cogita ergo soror dilecta, quantum sit detestanda & fugienda ebrietas ab omnibus seruis dei. [Interrogatio.] Frater mi, est peccatum bibere vinum? [Responsio.] Venerabilis soror, non est peccatum bibere vinum temperatum, id est cum sobrietate. Sic enim ait Paulus apostolus Timotheo discipulo suo: Modicum vinū bibe propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas. Audi etiam quid Salomon dicat: Vinum cum mensura potatum, sanitas est animæ & corporis. Vinū intemperatum venenum est. Vinum sine mensura, superat mentem. Per mul
tum vinum grauatur mēs. Per vinum luxuria crescit: per vinum luxuria excitatur: per multum vinum luxuria nutritur. Vinū enim nobis deus ad lętitiam cordis dedit, non ad ebrietatem donauit. Igitur honesta virgo, bibamus non quantum gula quærit, sed quantum necessitas requirit. Caueamus igitur ne illud quod de⁹ ad medelam nobis corporis tribuit, vitio gulæ deputemus. Caueamus ne vinū quod de⁹ nobis dedit ad salutem corporum, in vsum vertamus vitiorum. Ca- L
ueamus ne medicinam carnis in vitium conuertamus ebrietatis. Multi per vinum à dæmonibus capti sunt, nec est aliud ebrietas quàm manifestissimus dæmon. Tu ergo soror in Christo amabilis, bibe vinum temperatū, & erit tibi sanitas corporis, & lętitia mentis. Bibe vinum cum sobrietate, & auferet à te pigritiam atque desidiam, & in dei seruitio te faciet solicitam atque deuotam. Quare? Quia vinum tēperatè potatum facit hominem ad orationem solicitum, & in dei seruitio acutum. Igitur soror charissima, si me quasi fratrem tuū audieris, & hæc omnia sicut dixi feceris, sapiens eris.

De peccato. *Sermo XXVI.*

S Oror Charissima, audi dominum in euangelio dicentem: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Duobus modis committitur peccatum, nempe aut amore cupiditatis, aut metu timoris: dum homo vel vult habere quod concupiscit, vel cum timet ne incurrat malū quod metuit. Quatuor modis cōmittitur peccatum in corde, quatuor etiam modis perpetratur in opere. Committitur peccatū in corde, suggestione dæmonum, delectatione carnis, cōsensione mētis, defensione elationis. Committitur etiam in opere aliquando latenter, aliquando publicè, aliquādo cōsuetudine, aliquando desperatione. Istis modis ergo & corde pecca- M
mus, & opere perpetramus peccatū. Tribus modis peccatum committitur, videlicet per ignorantiam, per infirmitatem, & per industriā, id est sciēter. Per ignorantiam peccauit Eua in paradiso, sicut ait apostolus: Vir non est seductus, sed mulier fuit seducta. Ergo Adam peccauit per industriā, Eua verò per ignorantiam. Qui verò decipitur, ignorat quid cōsentiat per infirmitatē. Peccauit Petrus quando per timorē ancillę Christum negauit. Grauius est peccare per infirmitatē, quàm per ignorātiā. Sed multo est grauius peccare per industriā, quam per infirmitatē. Grauiº etiā peccat qui in publico delinquit, quàm qui in absc̄dito. Dupliciter peccat qui in publico peccat, quia & peccat, & aliis peccare demōstrat. Iam quędā pars iustitiæ est hominē suam iniquitatē cognoscere, & de peccatis propriis in semetipso verecūdiā habere. Melius est hominem nō peccare propter amorē dei, quàm propter timorem inferni. Melius est etiam non peccare, quàm peccatū emēdare. Omnis peccās superbus est. Faciens enim vetita, cōtemnit diuina præcepta. Audi ergo soror charissima quæ dico, audi quæ moneo. per vnum malum pereunt multa bona. Custodi animam tuam à peccato. qui in vno peccauit, factus est omnium reus. per vnum peccatū multę iustitiæ pereunt. Nō declines cor tuum in hoc quo delectatur corpus. Non des animam tuā in potestate carnis, non consentias carnali delectationi. Soror venerabilis, si secundū carnem vixeris, morieris. Mūda ergo conscientiā tuā ab omni peccato: sit mēs tua pura, sit etiā corpus tuum ab omni iniquitate purgatū, sit corpus

A pus tuum immaculatum. Macula peccati in corde tuo nō remaneat. Non potest corpus corrumpi nisi prius fuerit corruptus animus. Si anima labitur, statim corpus ad peccandum paratum est. Anima præcedit carnem. In crimine anima prima vadit ad peccandum: nihil potest corpus facere nisi quod voluerit animus. Mūda ergo cor tuum ab iniquitate, & caro tua non peccabit. [Interrogatio.] Frater mi, rogo vt dicas mihi si anima hominis peccatoris est fœda, & nigra: vel si anima iusti hominis est pulchra aut formosa? [Responsio.] Soror in Christo dilecta, tria sunt in hoc mundo nigriora & deteriora omni malo, videlicet anima peccatoris perseuerans in peccato, quę est plus nigra quàm coruus: & mali angeli qui eā rapiunt in die mortis eius: & infernus in quo iactatur, non sunt superiora vel nigriora his tribus in hoc mundo. Iterum tria sunt quibus non sunt meliora, anima videlicet iusti hominis perseuerās in bonis operibus, quę est pulchra sicut sol: & sancti angeli qui eam susc̄piunt in die mortis suæ: & paradisus in quo collocatur, his tribus non sunt meliora in creaturis. Angeli sancti præsentant animam iusti hominis ante deum, dicentes: Ecce quem elegisti domine, & assumpsisti, semper habitabit in atriis tuis. Soror in Christo amabilis, si mētem tuā ab omni iniquitate mundaueris, & in seruitio dei sicut promisisti perseueraueris, sine dubitatione in cœlesti thalamo cū Iesu Christo sponso tuo lætaberis, Amen.

B

De confessione peccatorum & pœnitentia.
Sermo XXVII.

T Vnc homo incipit esse iustus, quando de peccatis suis propriis incipit accusare seipsum: vnde scriptum est: Iustus in principio accusator est sui, nihil autē peius quàm culpam cognoscere, nec deflere. Omnis peccator duobus modis debet flere peccata sua. Vno, quia per negligentiam bonum non fecit: altero, quòd per audaciam malum commisit. Bonum, quod debuit facere, non fecit: & malum quod non debuit facere, fecit. Ille homo digne agit pœnitentiam, qui præterita peccata plangit, & iterum plangenda non committit. Nam qui plāgit peccatum, & iterum facit peccatum, quasi si quis lauet laterem crudum: qui quanto amplius lauerit, tāto amplius faciet lutum. Sic quando homo peccare potens pœnitet, & vitam suam viuens ab omni crimine corrigit, sine dubitatione quando ei mors aduenerit, ad æternam perueniet requiem. Qui autem male viuit: & in morte pœnitentiam agit, sicut dānatio illius est incerta, ita & remissio illius est dubia. Qui ergo securus cupit esse in morte de indulgētia, in sanitate pœnitētiam agat, & in sanitate peccata sua lugeat. Igi-
C tur quia miseratio dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. Soror charissima audi beati Isidori verba: Nō oportet pœnitentem de peccatis suis habere securitatem. Quare? quia securitas negligentiam parit, negligentia verò sæpe hominem incautum ad priora peccata reducit. Nunc ergo soror charissima, accipe consilium meum, & dum potes vitam tuam emenda. Dum deus dat tibi licentiam, peccata tua manifesta. Dum datur tibi spacium, peccata tua plora, Dum potes pœnite. Dum potes peccata tua confitere. Dum adhuc viuis, peccata tua luge. Morientium vocatio, tua sit emendatio. Dum potes, mala quæ feci sti emenda. Dum potes, à peccato & vitio te retrahe. Dum tempus est, clama ad deum pro te. Dum adhuc viuis in corpore, tibi indulgentiā peccatorum tuorum acquire. Priusquam dies mortis adueniat tibi, pœnitentiam age. Antequā puteus te absorbeat, pœnite. Priusquā infernus te rapiat, peccata tua luge. Priusquā in profundum inferni mergaris, negligētias tuas plange: vbi iam non est locus indulgētiæ, vbi iam non est lætitiæ, nō pœnitendi licētia, vbi iam non est licentia emendationis, vbi iam non est locus cōfessionis. Quare? quia in inferno nulla est redēptio. Quanuis sis peccatrix: tamen per pœnitentiam habebis veniam. Nulla tam grauis est culpa, quin per pœnitentiam habeat veniam. Desperatio auget peccatum, desperatio maior est omnibus peccatis, desperatio peior est omni peccato. Igitur soror dilecta certissime crede, quia est spes in confessione, nullo modo dubites, nullo modo de misericordia dei desperes. Habeto fiduciam in confessione de bonitate dei. Frater charissime, bene dicis, bonum das mihi consilium.

Confessio. D

H Eu me, peccatrix, heu me misera: in tantis peccatis, in tantis criminibus, in tantis negligentiis cecidi, quid primum plangam, quid primum plorem, quid primum lugeam? Ego misera quem luctum primum sumam? Ego indigna quas lachrymas prius fundam? Memoria non sufficit referre gesta tantorum criminum. O lachrymæ vbi vos subtraxistis? ô lachrymæ vbi estis? vbi estis fontes lachrymarum? mouemini obsecro ad fletum meum, fontes lachrymarum fluite super faciem meā, rigate maxillas meas. Date mihi planctum amarum. Succurre mihi deus meus, antequam moriar, antequam mors præueniat, antequā me infernus rapiat, antequam me flamma comburat, antequam me tenebrę inuoluant. Subueni mihi deus meus, priusquam ad tormenta perueniam, priusquam me deuoret ignis gehennę, priusquam sine termino crucier in inferno. Deus meus quid faciam cum venerit tremendum iudicium tuum? Quid respondebo cum venerit examen iudicij tui? Quid dicam ego misera & peccatrix cum præsentata fuero ante tribunal Christi? Væ diei illi in quo peccaui. Væ diei illi quando malum feci. Væ diei illi quando transgressa sum præcepta dei. Vtinam non illuxisset sol super me. Vtinam non fuisset ortus sol super me. O dies detestanda, dies abominanda, ô dies penitus non nominanda, quæ me in hoc seculum protulit, quę mihi clausтra ventris E
aperuit, melius mihi fuerat non esse in hoc seculo natā, quàm in inferno perpetuò cruciatam, melius mihi fuerat non esse genitam, quàm pati æternas pœnas gehennę. Satius mihi fuerat non esse in hoc mundo procreatam, quàm pati æterna mala. Flete super me cœlum & terra, plorate me omnes creaturæ. Et quæ potestis sensum vitæ habere, lachrymas effundite super me. Peccaui enim grauiter, peccaui infœliciter, peccaui miserabiliter: innumerabilia sunt peccata mea. Vt bene viuerē, vltro promisi: sed bona quæ promisi, nunquam seruaui. Sēper ad peccatum meum redij, semper peccata mea multiplicaui, semper delicta mea iteraui. Nunquam in melius mores mutaui. A malis factis nūquam cessaui. Orate pro me dominum viri sancti, intercedite pro me ad dominum omnes sancti. Omnes animæ iustorum intercedite pro me, si fortè misereatur mei Deus, si forte iniquitates meas auferat. O misera anima mea quis miserebitur tui? Quis consolabitur te? O anima misera, ô anima quis dabit lamentum pro te? vbi es custos hominum? vbi es redemptor animarum? vbi es pastor bone? Cur despexisti me? cur auertisti faciem tuam a me? Deus meus non me obliuiscaris in finem. Non me deseras in perpetuum, non me deseras in potestate dæmonum. Peccatrix sum, indigna sum, tamen ad te deum meum confugio. Tu clemens, tu pius, tu multæ miserationis. Nullum spernis, nullum detestaris, nullum recusas à misericordia. Domine ostende in me misericordiam tuam. Obsecro do- F
mine, vt non deneges mihi quod misericorditer multis dedidisti. Scelera mea non defendo, peccata mea non absc̄ondo. Displicet mihi malum quod feci. Ego misera peccaui. Errorem meum confiteor, culpam meam manifesto. Iniquitatem meā cognosco. Peccaui deus meus, propitius esto mihi peccatrici. Parce malis meis, ignosce peccatis meis, indulge criminibus meis. Domine, si iniquitates obseruaueris, domine quis sustinebit? Nullus ad examen tuum, nec iustitia iusti secura erit, quis enim iustus qui se audeat dicere sine peccato? nullus homo est sine peccato. Nemo est mūdus à delicto, nemo est mundus in cōspectu tuo, ecce inter sanctos nemo est immaculatus. Ecce qui seruierunt deo, non fuerunt stabiles, & in angelis inuēta est iniquitas. Stellæ non sunt mundæ coram te. Cœli non sunt mundi in cōspectu tuo. Si igitur nemo in cōspectu tuo est sanctus, nemo immaculatus, quāto magis ego peccatrix & putredo ac vermis filia hominum, quæ bibi iniquitates quasi aquas, & multiplicaui peccata mea? Quæ sedeo in puluere, quæ habito in domo lutea, quæ terrenum habeo fundamentum. Deus meus porrige dexteram tuam mihi peccatrici. Memorare obsecro domine quæ sit mea substantia. Memento domine quia terra sum. Memento quia cinis & puluis sum. Medicinam qua saneris tribue. Medicinam qua curer impende. Ego misera cecidi in foueam peccatorum meo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rum. Ego indigna cecidi in profundum inferni. Deus meus libera animam meam captiuam ab inferno: nō concludat me profundum, non absorbeat me infernus, nó vrgeat super me puteus os suum. Abyssus nō deneget mihi exitum. Ecce dies timendus iam imminet, iam venit vltima dies, iam prope est dies mortis, nihil supererest mihi nisi tumulus, nihil nisi sepulchrum. Parce mihi domine antequam vadam terram tenebrosam. Subueni mihi deus meus priusquā vadam ad terram miseriæ & tenebrarum. Redemptor animarum succurre mihi antequā moriar, solue vincula peccatorum meorū priusquam ad mortem perueniam. Soror mihi in Christo dilecta, deus misereatur tui, & dimittat tibi omnia peccata tua. Deus retribuat tibi indulgētiam tuorum delictorum. Deus indulgeat tibi quicquid peccasti. Deus te leuet ab omni peccato. Age itaq; iam vt oportet: propone in corde tuo vt amplius non pecces. Statue in corde tuo vt amplius malū non facias. Caue culpas tuas iterare, non te polluas post peccatum. Post luctum pœnitentiæ non redeas ad peccatum, non iterum facias quod iterum plangas. Non est pœnitens, sed irrisor, qui adhuc agit vnde pœniteat, non videtur deum deprecari humilis, sed subsannare superbus, qui adhuc malū agit vnde iam pœnitentiam accepit. Vnde & beatus Isidorus ait: inanis est pœnitētia, quam sequens coinquinat culpa. Et iterum: Iteratum vulnus tardius sanatur. Frequenter peccans & lugēs vix meretur veniam. Esto igitur confirmata in pœnitentia: vitam
H bonam quam cœpisti tenere, non deseras. Salus perseuerantibus promittitur, præmium perseuerātibus datur. Vnde dicitur: Beati qui custodiūt iudicium, & faciūt iustitiam in omni tempore. Et iterum: Qui perseuerauerit vsque in finē, hic saluus erit. Honesta virgo moneo te, vt semper portes verecūdiā in vultu de recordatione peccati: portes pudorem in facie de memoria delicti. Propter verecundiam peccati oculos tuos leuare erubesce: ambula demissa facie: mœsta mœrore incede abiecto vultu: cilicium & cinis inuoluāt mēbra tua: cilicium operiat corpus tuum. Terra sit tibi cubile: stratꝰ sit tibi humus. Puluis es, in puluere sede. Cinis es, in cinere sede. Esto semper plangens, semper mœrens, semper suspiria cordis emittens: semper sit compunctio in corde tuo. Sit lamentum in tuo pectore, sint gemitus in tuo corde. Frequenter lachrymæ fluant ab oculis tuis. Semper esto parata ad lachrymas. Venerabilis virgo crede mihi, quia nunquam serui dei in hac vita debent esse securi, quanuis sint iusti. Serui dei semper debēt vigilare, & peccata sua cum lachrymis ad memoriam reducere. Vnde in laudibus sponsi (scilicet Christi) in canticis cāticorum dicitur: Comę eius sicut elatæ palmarum nigrę quasi coruus. Quid per comas Christi intelligimus nisi fideles homines? qui dum fidem sanctæ trinitatis in mēte custodiunt, & deo adhærētes quod credūt faciunt, quasi capilli in capite pendentes illi honorē cōferunt. Palma autē verè
I in altum crescēdo proficit, & victoriā sua significatione prætēdit. Comæ ergo Christi sicut elatæ palmarum sunt, quia electi quique dum semper ad alta virtutum se efferunt per dei gratiam quādoque ad victoriam perducuntur. Nigræ autem sunt sicut coruus, quia quanuis virtutibus in cœlum seerigāt, semper tamen peccatores se esse cognoscunt. Sic & tu soror mihi in Christo amantissima, quāuis bene & religiose viuas, quanuis iustē & deuotē deo seruias: te tamē moneo vt nunquam deseras lachrymas. Si igitur vis abluere peccatorū tuorū maculas, semper diligas lachrymas. Dulces tibi sint lachymæ, delectet te semper planctus & luctus, nunquam deseras planctum & luctum. tanto esto prona ad lamēta, quanto fuisti prona ad culpam. Quanta fuit tibi intentio ad peccandū, tanta sit ad pœnitendum deuotio. Secundū infirmitatem adhibenda est medicina: grauia peccata grandia lamenta desiderāt. Soror venerabilis, ipse te adiuuare & consolari dignetur in hac præsenti vita, quē angeli adorāt in cœlesti curia, Amē.

De communione. Sermo XXVIII.

Q Vicunque manducauerit panem & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini, id est, peccatum & maculam contrahet sibi. Quare? quia ad bonum malè accedit. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Ac si diceret, vnusquisque consideret vitam suam, & emūdet cor suum ab K
omni malitia, vt dignè possit accedere ad tam magnū sacramentum. Quicunque enim corpus & sanguinē domini māducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, scilicet causam suæ damnationis. Vnde etiam beatus Isidorus ait: Qui in ecclesia scelerate viuunt, & communicare nó desinūt, putantes se tali communione à pecatis posse mundari, sciant hi tales ad emundationem sibi non proficere, dicente propheta: Quid est quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? nunquam carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, qui ergo corpus Christi vult accipere, prius studeat in Christi fide & dilectione manere. Hinc est quod ait dominus in euangelio: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinē meū, in me manet, & ego in eo. ac si diceret: Ille in me manet, qui in bonis operibus volūtatem meam implet. Alioquin nisi prius maneat in me per fidē, & bonā operatiōnē, & ego in eo: carnem meā māducare non potest, nec sanguinem bibere. quid est ergo quod manducant homines? Ecce omnes frequenter sacramenta altaris percipiunt plane, sed alius carnem Christi spiritualiter manducat, & sanguinem bibit: alius verò non, sed tantùm sacramentum, id est, corpus Christi sub sacramento, & non rem sacramenti. Sacramentū hoc dicitur corpus Christi proprium de virgine natum, res verò spiritualis, Christi caro. Bonus igitur accipit sacramentum, & rem sacramenti: malus verò quia manducat indigne, sicut L
apostolus ait, iudicium sibi manducat & bibit: non probās se prius, nec diiudicans corpus domini. Ergo quid manducat peccator & quid bibit? non vtique carnem & sanguinē spiritualiter ad suam salutem, sed iudiciū ad suam damnationē, licet videatur cum cæteris sacramentū altaris percipere. Itaque alius accipit corpus domini ad salutem, alius verò ad dānationem. Ille qui cum Iuda traditore corpus domini accipit, cum Iuda condemnatur: qui cum Petro & cæteris fidelibus deuotè ac fideliter illud sumit, sine dubio cum Petro & cæteris apostolis in corpore Christi sanctificatur. Audi igitur sponsa Christi verba beati Augustini, Qui casto corpore & mundo corde cum pura conscientia atque deuota mente ad istam altaris communionē venit, ad illud altare qui est Christus in cœlis, ante oculos dei felici trāsmigratione peruenit. Soror in Christo amabilis, rogo vt audias prudentiā serpentis. Serpens enim cum cœperit ire ad bibendum, antequā veniat ad fontem, euomit omne venenum. Imitare ergo & tu charissima hunc serpētem in hac parte, vt antequam venias ad fontem, id est, ad cōmunionem corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, euomas omne venenū, scilicet odiū, iram, malitiam, inuidiam, volūtatem malam, & noxias cogitationes ex corde tuo. Dimitte etiam omnibus sociabus tuis & omnibus proximis tuis ea quæ in te peccauere, vt tibi dimittātur à deo peccata tua, sicut ipse dominus ait: Dimittite, M
& dimittetur vobis. Itaq; si hęc omnia feceris sicut dixi, poteris accedere ad fontē viuum, id est ad Christū qui est fons omnium bonorum. Ipse etiam ait de seipso: Ego sum panis viuus qui de cœlo descēdi. De hoc pane dicit Dauid in Psalmis: Panem angelorum māducauit homo. alioqnin esca illa licet de cœlo venerit, & potus, quia corporeus erat, angelis non cōgruebat: sed vtiq; ille panis, & potus qui per hoc prēfigurabatur. Christus vero panis est angelorum, & sacramentum hoc vera caro eius est, & verus sanguis: quòd sacramentū spiritualiter manducat & bibit homo. Ac per hoc vnde viuūt angeli in cœlis, inde viuit homo in terris: quia totū spirituale est & diuinū in eo quod percipit homo: sed sicut apostolus ait, quidam in deserto eandem escam spiritualem manducauere, & tamen mortui sunt. Ita & nunc in ecclesia quibusdā corpus domini est vita, quibusdā verō est pœna & suppliciū peccati. Corpus domini sine dubio est vita illis quibus Christus est vita: Illis verò est mors, qui per culpam & ignorātiā, atque negligētiam membra sunt diaboli. Vnde soror amantissima mihi in Christo, moneo te vt aliud gustando intelligas quando corpus domini recipis, quam odore sentis. Audi etiam honesta virgo quid sacerdos in consecratione corporis Christi dicat: Rogamus, inquit, hanc oblationem fieri benedictam, per quam nos benedicamur. Ascriptā, per quam nos omnes in cœlo cōscribamur. Ratā, per quam in visceri-

A bus Christi censeamur. Rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur. Acceptabilémque facere digneris, quatenus & nos per hoc quod in nobis displicemus, acceptabiles in eius vnico filio Iesu Christo simus. Igitur honesta virgo, sicut superius iam dictum est, Christus in semetipso in cœlo sanctos angelos pascit: Christus etiam in semetipso in terra omnes fideles reficit. Christus per spēm sanctos angelos satiat in patria: Christus nos pascit per fidem in terra, ne deficiamus in via. Christus angelos & homines reficit ex semetipso, tamen integre remanet in suo. Quàm bonus panis, & quàm mirabilis, de quo in cœlo angeli saturantur, & in terra homines reficiuntur: quem manducat angelus pleno ore in patria, ipsum comedit peregrinus homo pro modulo suo ne lassetur in via. Christus panis viuus, qui est refectio angelorum, ipse est redemptio & medicina hominum. Nunc ergo soror charissima deprecare dominum in tota mēte tua, vt mundet conscientiam tuam ab omni malitia: quatenus digne possis accipere corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi mysteria.

De cogitatione Sermo XXIX.

SOror charissima, audi ea quæ dominus ait per Esaiam prophetam: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis vestris. Quanuis homo cesset ab opere malo, tamen
B si malam cogitationem habet in corde suo, non est sine culpa. Vnde ait beatus Isidorus: Non solùm in factis peccamus, sed & in cogitationibus si eis illicitè occurrentibus delectemur. Sicut enim vipera à filiis suis in vētre adhuc positis occiditur, ita nos occidunt cogitationes nostræ intra nos enutritæ: quia cō sumunt animam nostram veneno viperino. Igitur soror dilecta mihi in Christo, moneo te vt cor tuum cum omni studio custodias: quoniam ibi est initium boni operis aut mali: vnde scriptum est: Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit. Audi etiam, rogo honesta virgo, quid sponsus in laudibus ecclesiæ dicat in canticis canticorum: Comæ capitis tui vt purpura regis iuncta canalibus.

Licet vitiatum: forte legendū, cogitationes sunt sanctæ animæ, quæ ut pur.

Comæ capitis ecclesiæ * lectulum sanctæ animæ, vt purpura regis iuncta canalibus esse memoratur. Purpura quippe pasciculos in canalibus ligatur, super quos dum aqua proiicitur, per canales ad vestem quæ supra est currit vt vestis tingatur, & inde nomē accepit, vt tincta colore purpureo purpura vocetur: quæ omnia sanctæ menti congruunt. Comæ quippe capitis sunt cogitationes mentis, quæ in canalibus ligantur, quia in scripturis diuinis ne inutiliter fluant stringuntur. Custodi ergo cor tuum venerabilis virgo à contagione noxia. Mentem tuā turpis cogitatio nō subrepat, sit mens tua pura, deus enim non solùm examinat carnem, sed mentē: dominus
C nibus iudicat animā quando titillat mala cogitatio. Non consentias illi, nō sinas malā cogitationem manere in corde tuo. Quacunque hora mala cogitatio venerit, expelle eam. Quàm cito apparuerit scorpio, contere caput eius. Cōtere caput serpentis, id est malæ cogitationis. Ibi emēda culpam, vbi nascitur, scilicet in corde: caput cogitationis prauę expelle à corde tuo. Ibi pecca, vbi nescis esse deum. Nihil enim celatur ante deum. Videt occulta, qui fecit absc ōdita. Dominus vbiq; præsens est. Spiritus dei totum implet. Maiestas omnipotētis dei penetrat omnia elemēta, nullus locus est extra deū. Dominus scit cogitationes hominum. Soror dilecta, vis nunquam esse tristis? Frater mi, volo. Ergo bene viue. Si bene vixeris, nunquam eris tristis. Secura mens leniter sustinet tristitiam. Bona mens semper habet gaudium. Si enim in bona vita perseueraueris, tristitia elongabitur à te. Si in sanctitate perseueraueris, tristitia non occurret tibi. Si bene & piè vixeris, neque plagam neque mortem timebis. Conscientia autem peccatoris semper est in pœna. Nunquam reus homo securus est, mens enim malè sibi conscia propriis agitatur stimulis. Soror venerabilis, audi quid dominus dicat de muliere ad serpentem. Ipsa conteret caput tuum. Caput serpentis conteritur, quando ibi culpa emendatur, vbi nascitur. Omnipotens deus mundet cor tuum ab omni contagione mala, vt ei possis seruire sine macula, Amen.

De silentio. Sermo XXX. D

ESaias propheta dicit, Cultus iustitiæ est silentium, & securitas vsque in sempiternum. Et iterum Dauid obsecrādo postulat, dicēs: Pone domine custodiā ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis. Sancti patres summa cum vigilantia silentium custodientes, studuerunt vacare & videre quàm dulcis & quàm suauis est dominus. Et actiuæ vitæ curis postpositis, adhæserunt contemplatiuæ vitæ. Soror charissima, respue inhonesta verba, fuge impudicos sermones. Vanus sermo citò polluit mentem, & facilè agitur quod libenter auditur. Nihil vnquam ex ore tuo procedat quod te possit impedire, nihil vnquā loquāris quod non cōueniat. Hoc non procedat de labiis tuis quod offendat aures audientis, fuge turpitudinem sermonis. Vanus sermo demonstrat vanam cōscientiam, lingua ostendit conscientiam, lingua refert conscientiam hominis: qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Ab ocioso ergo sermone refræna linguā tuam, restringe linguam tuam ab ocioso verbo. Turpes fabulas non loquaris, non garrias vana verba. Sermo ocios us non erit absque iudicio. Vnusquisque rationem redditurus est sermonum suorum. Ante vniuscuiusque faciem verba sua stabunt in die iudicij. Ea quæ loqueris, grauitate atque doctrina digna fiant. Sit sermo tuus irreprehensibilis. Lingua tua nō te perdat. Lingua tua non te dā- E
net. Nō loquaris quod indignè suscipiat aduersarius, amicum tuum sit silentium. Pone custodiam ori tuo. In labiis tuis pone signaculum. Pone linguæ tuæ clausura silentij. Scito quo tempore dicas. Considera qua hora loquaris, tempore congruo loquere, tempore cōgruo tace. Tace vsque quo interrogeris, interrogatio os tuum aperiat, sint verba tua pauca, non transeas mensuram loquendi. Multiloquia nō effugiunt culpam, multiloquium non declinat peccatum. Virgo linguosa stulta est, virgo sapiens paucis vtitur verbis. Sapietia breuem sermonem facit. loqui multum stultitia est, sit ergo in verbo tuo mensura, sit in sermone tuo statera. Modum loquēdi non transeas. Venerabilis soror ille dignetur ori tuo ponere custodiam, qui te sibi elegit in sponsam, Amen.

De mendacio. Sermo XXXI.

MEndaces faciunt vt nec vera dicentibus credatur. Summo studio cauendum est omne genus mendacij: quanuis sit quoddam genus mendacij leuioris culpæ, velut si quisque pro salute hominum mentiatur. Sed quia scriptum est, os quod mentitur, occidit animam: hoc genus mendacij perfecti viri summo studio fugiunt, vt nec vitia cuiuslibet per eorum fallaciam defendant, nec suæ animæ noceant, dum præstare alienæ carni volunt. Tamen hoc genus mendacij facilè credimus dimitti. Soror charissima, moneo te vt summo- F
pere fugias omne genus mendacij, nec per occasionem nec per studium loquaris falsum, non studeas mentiri nec etiam vt præstes alicui. Non alienam vitam per mendacium defendas: nullum iustum mendacium: omne mendacium in omnibus est peccatum, omne quod à veritate discordat, iniquitas est. Leges seculi damnant falsarios, leges seculi puniunt mendaces. Si mendacium apud omnes damnatur, si falsitas humano iudicio punitur, quāto magis ante deum qui est testis verborum & operum? Ante quem etiam de ocioso verbo vnusquisque rationem redditurus est. Ante quem & pro ocioso tur mendacium. Et perdes eos qui loquūnerabilis, declina ergo mendacium, falsum ne loquaris. Quod verum est loquere, nunquam mētiaris. Esto verax, neminem mentiendo decipias, non aliud dicas, & aliud facias. Soror dilecta deus det tibi vera loqui, Amen.

De periurio. Sermo XXXII.

DOminus dicit in Euangelio: Non iures per cœlum, quia sedes Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum eius est: neque per caput tuum, quia non potes in eo vnum capillum facere album aut nigrum. Sit autem sermo tuus, est est, non non. Quod amplius est, à malo est. Sicut mentiri non potest qui non loquitur: sic peierare non poterit

G qui iurare non appetit. Quacunque arte verborum quisque iuret, deus tamen qui est testis conscientiæ, hoc ita accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Malum quod iuramus facere, non debemus implere. Soror venerabilis, vis vt dicam tibi qualiter nunquam peierabis? Nunquam iures. si non iuraueris, nunquam peierabis. si peierare times, nunquam iures. Prohibe etiam tibi iuramẽtum, tolle vsum iurandi. Periculosum est enim iurare, vsus iurandi facit consuetudinem periurij. Vsus iurandi ducit hominem ad periurium. Sit in ore tuo est, sit in ore tuo, non est. Veritas non indiget iuramento. Fidelis sermo retinet locum sacramenti. Firma etiam sit sacramẽti tui fides. Amãtissima soror, spiritus sanctus qui in tuo virgineo corpore sibi fecit templum, ponat in ore tuo moderationis signaculum, Amen.

De detractione Sermo XXXIII.

SOror mihi in Christo dilecta, audi quæ dico, ausculta quæ moneo, attende quæ loquor. Detractio graue vitium est, detractio graue peccatum est. Detractio grauis clamatio est, detractio grãde crimen est. Omnes reprehẽderunt detractorem. Omnes vituperant detrahentẽ. Omnes dehonestant illum qui detrahit. Et Dauid propheta: Detrahentem secretò proximo suo, hũc persequebar. Hoc summę turpitudinis est, hoc nihil fœdius est. Detrahẽtes latrant quasi canes. Sicut canes rodunt pedes transeuntium, ita detrahentes rodunt vitam proximorum. Canes solent mordere homines, & dente pestifero lacerare transeũtes. Soror venerabilis ergo abscinde à lingua tua vitium detrahẽdi: alienam vitam non rodas, vitam alienam non reprehendas, vitam alienam non laceres. De alieno malo non inquines os tuum, non detrahas peccatori, sed cõdole. Quod in alio detrahis, in te potius pertimesce. quod in aliis reprehendis, in te emenda. Quanto studio reprehendis alienam vitam, tãto studio emenda temetipsam. quanto alteri detrahis, te discute. Quãdo alium mordes, tua peccata redargue. Si vis detrahere, tuis peccatis detrahe. Non perspicias aliena peccata, sed tua propria. Nõ intẽdas alienis vitiis, sed tuis propriis. Nuquam aliis detrahes, si te bene perspicias. De tua ergo emendatione esto sollicita. De tua correctione & salute esto attenta. Detrahẽtes non audias. Surrurantibus auditum non præbeas. Pari reatu detrahẽtes & audientes tenẽtur. Similiter est culpabilis qui detrahit, & qui detrahentem audit. Maledici regnum dei non possidebũt. Virgo quæ ad cœlestem thalamum desiderat peruenire, non debet hominibus detrahere. O virgo venerabilis, si aures tuas à detrahentibus separaueris, & lingam tuam, sicut dixi, ab omni locutione peruersa refrænaueris, inter prudentes virgines computaberis.

De inuidia. Sermo. XXXIIII.

HOmo inuidus membrũ est diaboli, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarũ. Inuidia cuncta germina virtutum concremat. Inuidia cuncta bona pestifero ardore deuorat. Inuidia tinea est animæ. Inuidia prius nocet sibi quàm alteri. Inuidia prius seipsam mordet quàm alterum. Inuidia primum suum mordet auctorẽ. Inuidia sensum hominis comedit, pectus vrit, mentem lacerat, cor hominis quasi quædam pestis pascit. Igitur contra inuidiam occurrat bonitas: charitas præparetur aduersus inuidiam. Soror amantissima mihi in Christo de bono alterius nõ doleas, de alterius profectu non tabescas, de alterius felicitate non crucieris. Nulla virtus est quæ non habeat contrarium inuidiæ malum. Sola miseria caret inuidia. Quare? Quia nemo inuidet misero. Virgo quæ in cœlo desiderat habitare, hominibus non debet inuidere. Virgo quæ cum Christo ad nuptias desiderat intrare, de alterius honore non debet contristari. Charissima soror, deus mundet cor tuum ab omni malitia atque inuidia, vt ei possis sine macula seruire. Amen.

De ira. Sermo XXXV.

HOnesta virgo, audi quid Salomon dicat. Responsio mollis frangit iram, sermo durus excitat furorem. Et iterũ: Dulce verbũ mitigat inimicos, & multiplicat amicos. Tanto quisque conuincitur minus sapiens, quanto est minus patiens. Per irã oculus mẽtis turbatur, per iram sapiẽtes perdunt sapientiam, per iram alienatur homo à semetipso. Quidam citò irascuntur, sed ad pacem citò redeunt. Quidã verò tardius irascuntur, & ad pacem tardius reuertũtur. Alij autem quod grauius est, ad iram citius incitantur, & ad pacem tardius inclinantur. Melius est tamen qui citius irascitur, & ad pacem cito reuertitur, quàm qui tardius irascitur, & ad pacẽ tardius incitatur. Charissima soror audi etiã Iacobum dicẽtem: Sit autem omnis homo velox ad audiẽdum, tardus autem ad loquendum: & tardus ad iram. Quare? quia ira viri, dei iustitiam nõ operatur, proculdubio nec ira virginis iustitiam dei operari poterit. Virgo quæ templum dei debet fieri, nullo modo debet irasci. Non decet Christi sponsam esse iracundam. Virgo quę in pectore suo præparat mansionẽ Christo, omnibus modis debet expellere iracundiam à corde suo. Virgo quæ desiderat cum Christo ad cœlestem thalamũ peruenire, debet omnino à corde suo iram expellere. Amãtissima soror, si te præuenerit iracundia, restringe illam. si te præoccupauerit ira, mitiga eam. Tempera furorem, tempera indignationem. Motum iracundiæ restringe. Refrena impetũ iræ. Si non potes vitare iram vel temperare, non te rapiat furor, non te inflammet ira, non te commoueat indignatio. Sol non occidat super iracundiam tuam. Amen.

De odio. Sermo XXXVI.

HOnesta virgo, audi quæ dico: Odium separat hominem à regno dei. Odium separat hominem à paradiso. Odium subtrahit hominem à cœlo. Odium nec per passionem deletur: nec per martyrium purgatur, nec per sanguinem effusum abluitur. Non debemus odio habere homines, sed vitia. Qui fratrẽ suum odit, homicida est. Qui fratrẽ suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat. Deum non diligit, qui hominem odit. Quantum interest inter festucam & trabem: tãtum etiam distat inter iram & odiũ. Odium est enim ira inueterata. Per iram turbatur oculus mẽtis: per odiũ extinguitur oculus cordis. Soror in Christo amãtissima mihi audi quæ loquor. Si cõtristaueris in aliquo sororem tuam, satisfac illi. Si peccaueris in sororem tuã, age pœnitentiã corã illa. Si scãdalizaueris aliquam ex ancillis dei, roga eam vt dimittat tibi. Perge festinãter ad recõciliationem: nõ dormias donec prius venias ad satisfactionẽ, nõ quiescas priusquã reuertaris ad pacẽ. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari. Nõ læteris super inimici interitu, ne fortè superueniat in te similia: ne cõuertat deus ab eo in te iram suam. Delectet te dolere super eũ qui afflictus est. Cõdole alienis miseriis. In tribulatione alterius esto tristis. Cum plãgentibus plãge, cũ lugẽtibus luge. Soror venerabilis nõ sis dura, nõ sint tibi dura præcordia. Peccanti in te non retribuas secũdũ culpam suã, quia & in te venturũ est iudicium dei. Dimitte vt dimittatur tibi. non enim habebis indulgentiam nisi dederis veniam. Expelle à corde tuo odium. In mente tua odium nõ maneat. Soror amabilis, deus det tibi dilectionem sui & proximi, Amen.

De superbia. Sermo XXXVII.

SVperbia est radix omnium malorum. Homo superbus deo & hominibus est odibilis. Superbus homo similis est diabolo. Superbia & cupiditas in tantum est vnum malum, vt nec superbia sine cupiditate, nec cupiditas sine superbia esse possit. Diabolus per superbiam & cupiditatem dixit: In cœlum ascendam. Christus cum humilitate dixit: Humiliata est in puluere anima mea. Diabolus per superbiam & cupiditatem dixit: Ero similis altissimo. Christus per humilitatem factus est obediens patri vsque ad mortem. Ad vltimum diabolus per superbiam præcipitatur in infernum: Christus verò per humilitatẽ ad cœlos eleuatur. Quid est omne peccatum, nisi dei contemptus quo eius præcepta contemnimus? Soror charissima crede mihi, quòd multorũ temporum vigiliæ, orationes, ieiunia, elemosynæ, & labores si cum superbia finem habuerint, pro nihilo reputãtur apud deum. Igitur soror venerabilis, alas superbiæ non extendas: pennas superbiæ non erigas. Quare? quia superbia angelos depossuit, potentes strauit, superbos deiecit. Superbis resistit deus, humilibus autem dat gratiam. Moneo te etiam Christi sponsa,

A sponsa, vt plus gaudeas de societate angelorum, & ancillarum dei, quàm de nobilitate generis tui. Rogo te amantissima soror, vt magis exultes de societate pauperum virginum, quàm de tuorum nobilitate parẽtum diuitum. Quare? quia non est personarum acceptio apud deum, Qui pauperẽ despicit, deo iniuriam facit. Qui cõtemnit pauperem, exprobrat factorem eius. Venerabilis soror, deus det tibi profundam humilitatẽ & veram charitatem, Amen.

De iactantia. Sermo XXXVIII.

TAm in factis quàm in dictis cauere debemus iactantiam. Igitur soror charissima circunspice teipsam, & nihil tibi arroges ex his quæ in te sunt, præter peccata. Caue iactãtiam, fuge appetitum vanæ gloriæ, caue inanis gloriæ studium: non te arroges, non te iactes, nihil de te præsumas, non te insolenter extollas, nihil boni tibi tribuas, de bono opere nõ glorieris, nos sis circunflata vento fauoris. Cõtemne laudem hominum, non exquiras si quis te laudet, aut si quis te vituperet. Laus nõ te seducat, nec vituperatio frangat. Qui laudem non appetit, nec contumeliam sentit. Virgines quæ de suis meritis gloriantur coram hominibus, nõ habent oleum in vasis suis, quia per inanis glorię appetitum mercedem quam merebantur à domino, perdiderũt. Semper suam aspiciant fœditatem, qui vanam gloriam diligunt: & doleãt se perdidisse opus bonum, quod pro humana laude fecerunt. Vnde dominus in B euangelio: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Virtutes sanctorum per inanis glorię studium dominio subiiciuntur dæmonum, sicut Ezechias rex quia iactanter diuitias suas Chaldæis manifestauit, propterea per propheram eas perituras audiuit. Pharisæus etiam qui orare ad templum venerat, ideo bona sua perdidit, quia iactanter manifestauit. Sicut ex alto aquila ad escam descendit, sic homo de alto bonæ cõuersationis per vanæ gloriæ appetitum ad inferiora demergitur. Soror dilecta mihi in Christo, non ponas conscientiam tuam in aliena lingua. Quòd si laudet te aliena lingua, & non tua: laudet te alienũ os, & non tuum: tuo tamẽ iudicio te decerne, non alieno. Nemo magis scire potest quæ sis, sicut tu, quæ conscia tui es. Soror venerabilis, vis vt dicam tibi qualiter poteris omnes virtutes augere? Frater dilecte, volo, atque vt mihi ostendas rogo. Ausculta ergo soror venerabilis, si vis omnes virtutes tuas augere & nõ perdere: absconde virtutes tuas pro elatione: absconde tua bona facta pro arrogãtia. Fuge videri quod commeruisti. Virtutes tuas cela, peccata tua manifesta: vitia cordis tui reuela. Absconde tua bona opera. Nunquã in medium proferas si quid boni feceris aut dixeris. Prauas cogitationes statim manifesta. Peccatum enim manifestum citò curatur, crimen autem tacendo ampliatur, si latet, sit ex minimo magnum. Peccatum manifestando decrescit, tacendo crescit. Virtutes in occulto crescunt, in publico C decrescunt. Virtutes iactantes manifestando annihilantur, humiliter occultando multiplicantur. Igitur honesta soror, consilium & opus tuum semper ad deum conuerte. In omni opere tuo dei auxiliũ pete. Omnia diuinæ gratiæ, diuino dono ascribe. Nil meritis tuis attribuas. In virtute tua nihil præsumas, nihil ponas in tua audacia. Charissima soror audi apostolum dicentem: Qui gloriatur in domino glorietur. Igitur venerabilis virgo, gloriatio tua & laus tua semper sit in Christo Iesu sponso tuo, Amen.

De humilitate. Sermo XXXIX.

SOror charissima, audi dominum Iesum Christum sponsum tuum dicentem in euangelio: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Soror venerabilis, humilia temetipsam sub potenti manu dei: vt te exaltet in tempore tribulationis. Conscientia virginis semper debet esse humilis & tristis, scilicet vt per humilitatem non superbiat, & per inutilem tristiciam cor ad lasciuiam nõ dissoluat. Humilitas est summa virtus virginis. Summum enim conuitium est superbia. Virgo humilis licet habitu sit vilis, gloriosa tamẽ est apud deum virtutibus. Virgo autem superba quãuis ante oculos hominum pulchra, formosa atque composita, tamen ante oculos dei vilis & despecta atque reproba. Quare? quia anima iusti sedes dei est. Sicut ipse dominus ait: Super quem requiescam nisi super humilem & quietum, & timentem sermones meos? Dilecta mihi soror in Christo, esto humilis: esto in humilitate fundata, esto vltima omnium, esto nouissima omnium. Charissima nulli te præponas, nulli te superiorem deputes. Aestima omnes superiores tẽ esse. Quanto maior es, tanto te humilia in omnibus. Si humilitatem tenueris, habebis gloriam. Quanto enim humilior fueris, tãto te maior sequetur gloriæ altitudo. Descende vt ascẽdas, humiliare vt exalteris, ne exaltata humilieris: quia qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Qui enim extollitur, humiliabitur. De excelso grauior casus est. De alto maior ruina est. Humilitas casum nescit, humilitas casum nõ nouit, humilitas ruinam nunquam incurrit. humilitas lapsum nunquam passa est. O spõsa Christi agnosce, quia deus humilis venit. Agnosce quia se in forma serui humiliauit, factus obediens vsque ad mortem. Amabilis soror, ambula sicut ille ambulauit. Sequere exẽplum eius, imitare vestigia illius. Esto vilis, esto despecta, esto abiecta, displicet tibi, qui enim sibi vilis est, ante deũ magnus est. qui sibi displicet, deo placet. Charissima esto paruula in oculis tuis, vt sis magna in oculis Dei. Tãto eris ante oculos Dei preciosior, quanto fueris ante oculos tuos despectior. Soror venerabilis, si humilitatem profundam tenueris, cum prudẽtibus virginibus in cœlesti regno lætaberis, Amen.

De patientia. Sermo XL.

DOminus dicit in euangelio: Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Soror charissima, ergo si homines pacifici sunt beati, & vocabuntur filij dei, necessaria est tibi patientia. Patiẽtia opus perfectum habet. Virgo pacifica sapiens est, virgo iracunda non est prudens, sed stulta. Soror venerabilis, sine ferro martyr esse poteris, si patientiam in animo veraciter conseruaueris. Non pacificus consortium non meretur angelorum: inuidus & iracundus erit particeps dæmoniorum. Non pacificus fugat cõcordias, imò iracundus suscitat lites. Virgo benigna etiam si patiatur iniurias, pro nihilo ducit. Virgo pacifica in corde suo præparat mãsionem Christo. Quare? quia Christus pax est, & in pace consueuit requiescere. Filio pacis pacem debet diligere. Plus te præpara ad suscipiendam iniuriam, quàm ad inferendam. Discе potius mala tolerare, quàm mala facere. Esto patiẽs, esto mitis, esto suauis, modesta, mãsueta. Ama pacem, dilige pacem, pacem cum omnibus retine. Omnes in mãsuetudine & charitate amplectere: proba te amplius amare, quàm ipsa ameris: proba te amplius diligere, quàm diligaris. Non sis leuis in amicitia. Retine semper vinculum amicitiæ. Habeto semper patientiam mentis. Esto benigna, esto prompta affectu, esto affabilis in sermone. Grato animo appare ad omnes. Tolle occasionem litis. Sperne litem, viue semper in pace. Charissima soror si fieri potest, cum omnibus hominibus retine pacem. Contumelias detrahentium per patientiam supera. Clypeo patientiæ frange sagittas contumeliæ. Præbe scutum conscientiæ contra gladium linguæ. Magnæ virtutis es si non lædas à quo læsa es. Magnæ fortitudinis es, si etiam læsa dimittas. Magnæ es gloriæ, si ei de quo te potuisti vlcisci, parcas. Venerabilis soror, pax dei quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat cor tuum & animam tuam, Amen,

De concordia. Sermo XLI.

SEx sunt quæ odit anima mea, dicit dominus, & septimum quod detestatur, Videlicet eum qui seminat discordias inter fratres. Maledictus homo qui inter seruos Dei discordias seminat. Qui pacem & concordiam rumpit, aduersus Deum facit. Christo facit iniuriam, qui inest pax nostra, qui fecit vtraque vnum, videlicet quia angelos & homines fecit esse concordes. Concordia malorum, contrarietas est bonorum, sicut optamus vt boni pacem habeãt: ita optare debemus vt concordia malorum rumpatur. Concordia ad faciendum peccatum, mala est: concordia verò ad faciendum bonum, ad sectandam iustitiam, ad seruiendum deo, bona est. Propter hoc sumus congregati in vnum, vt in seruitio dei omnes vnum spiritũ & vnum animum habeamus. Omnibus habitãtibus in domo dei debet esse anima

Gvna & cor vnũ in deo. Nihil prodeſt ſi nos cõtineat vna domus, & ſeparat voluntas diuerſa. Plus diligit deus vnitatem animi, quàm loci. ecce ſum⁹ in domo iſta multi homines, diuerſi mores, diuerſa corda, diuerſæ animæ. Hæc omnia debet in vnum conjungere vita, intentio, vnus amor in deum. Debemus ergo in hoc eſſe vnius animi & vnius voluntatis, vt ſeruiamus deo: & vt diligamus deum ex toto corde, & ex tota anima, & proximũ noſtrum ſicut nos ipſos. Neceſſaria itaque eſt nobis virtus concordiæ. Quod ſi ego volo facere voluntatem meam, & iſte ſuam, & ille ſuam, fiunt diuiſiones, oriuntur lites, iræ quoque & rixæ, quæ ſunt opera carnis: & ſicut ait apoſtolus: qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Soror chariſsima, crede mihi, quia deo non tantum placẽt noſtra ieiunia, noſtræ orationes, noſtra ſacrificia, quãtum concordia. Ideo deus dicit in euangelio: Vade prius recõciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Venerabilis ſoror, magna eſt virtus concordiæ apud deum, ſine qua non placent deo noſtra ſacrificia quibus delẽtur peccata. Scire debemus, quia cum ad cõuerſionem venimus, luctamen cõtra diabolũ ſumimus. [Interrogatio.] Frater dilecte, dic mihi ſi aliquid timet diabolus? Reſponſio. Soror amabilis, nihil eſt quod diabolus tantum timeat, quantum concordiam & charitatem. Nam ſi totũ quod habemus, damus proH pter deum: hoc diabolus non timet, quia ipſe nihil habet. Si ieiunamus, hoc diabolus non timet, quia ipſe nunquam comedit, ſi vigilamus, hoc diabolus non timet, quia ipſe nunquam dormit: ſed ſi charitatem & concordiam tenemus, hoc diabolus vehementer timet. Quare? quia hoc tenem⁹ in terra, quod ipſe in cœlo tenere noluit, hoc eſt etiã quòd ſancta eccleſia terribilis eſſe vt caſtrorũ acies ordinata dicitur: quia ſicut hoſtes timent quando acies caſtrorum bene ordinatas ad bellum vident: ita certè diabolus expaueſcit quãdo ſpirituales viros virtutum armis accinctos in vnitate concordiæ viuere conſpicit. Ipſe victus & confuſus vehementer dolet, cum eos per diſeordiam diuidere & penetrare non valet. Omnes ergo vnanimiter & cõcorditer debemus viuere in domo dei, vt poſsimus diabolum vincere. Ancilla dei quæ vult concorditer viuere, prius debet prauas conſuetudines reliquere, ne ſit peruerſa, inordinata: ne ſit indiſciplinata, ne peruerſitate ſua cæteras ancillas Dei conturbet vel ſcandalizet. Debet etiam mẽſurare actus ſuos, motus ſuos, ſermones ſuos & totam vitam ſuam: vt ſecundum deum concordare poſsit cum illis cum quibus viuit. Igitur ſoror dilecta moneo te vt concorditer & humiliter viuas in monaſterio cum omnibus ancillis dei. Soror venerabilis, odẽites ad pacẽ inuita, diſcordantes ad concordiam reuoca. Nullus exiſtat ſermo iurgiorum qui concordiam diuidat. O ſponſa Chriſti, charitas, quæ I te ſeparauit à ſeculo, ipſa te coniungat deo, Amen.

De tolerantia. Sermo XLII.

Chariſsima ſoror diſce à Chriſtò modeſtiam, diſce tolerantiam: Chriſtum attende, & non dolebis de iniuriis. Pro nobis nanque paſſus reliquit nobis exempla. Palmis enim percuſſus, flagellis cæſus, ſputis deriſus, clauis confixus, ſpinis coronatus, cruce damnatus, ſemper conticuit. Quando enim aliquis tibi conuiciatur, propter tua peccata contingit tibi: quando tibi iniuriatur, mala tua hoc faciunt: quicquid tibi contingat aduerſum, pro tuo euenit peccato. Leui⁹ ſuſtinebis, ſi pro quibus tibi infertur, intenderis. Cum ergo derogatur tibi, tu ora: quando aliquis maledicit tibi, tu benedic ei: benedic ei qui maledixerit tibi. Maledicenti tibi, benedictionem appone: iraſcentem patientia deleni, blandimento iracundiam furentis diſſolue, lenitate vince nequitiã, bonitate malitiam. Tuo bono ſupera mala aliorum. Tua trãquilla mẽte aliorum contumelias diſperde. Soror venerabilis, ad bona & ad mala præpara cor tuum, & bona & mala prout tibi euenerint, porta. Suſtine aduerſa & proſpera, vt quæcunque occurrerint tibi, quęcunque euenerint tibi, mẽte placida ſuſtineas. Reſpue probra illatæ contumeliæ, peſpiciendo ſupera irriſionum probra. Diſcimulando contemne errores detrahentium. Honeſta virgo quanuis te quiſque irriteꝛ, quanuis te incitet, quanuis exaſperet, quanuis inſultet, quanuis conuicietur, quanuis criminetur, quanuis ad litem prouocet, quanuis ad iurgium vocet, quanuis conuicium dicat, quanuis iniuriam faciat, quanuis afficiat contumeliis, tu ſile, tu tace, tu diſsimula, tu contemne, tu non loquaris, tu tene ſilentium, iniuriam non reſpondeas, mala verba nõ dicas, conuiciũ nõ retorqueas, cõtumeliam non reſpondeas. Tene ſilentij pacem. Tacendo citius vinces. O ſponſa Chriſti, ſume luctamen contra temporales moleſtias. Eſto in cunctis caſibus firma, patienter tolera omnia: patienter ab vno ſuſtinendum eſt quod multis accidit. Et qui affligit, & qui affligitur, mortalis eſt. Et qui mala facit, & qui mala ſuſtinet, morietur. Amabilis ſoror crede mihi, quia null⁹ tibi aduerſari potuiſſet, niſi dominus poteſtatem dediſſet. Nec habuiſſet in te poteſtatem diabolus, niſi permitteret deus. Oportet per multas tribulationes nos intrare in regnum dei. Nõ ſunt cõdignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam. Soror chariſsima, impoſsibile eſt vt ſis fœmina, & nõ guſtes angu ſtias. Omnia in hoc ſeculo euentu ſimili ſuſtinemus. Nullus eſt qui in hac vita poſitus non ſuſpiret. Iſta vita lachrymis eſt plena. Vita iſta à fletibus inchoat. Infans quando nascitur, à fletu incipit viuere. Infans quando egreditur de vulua, prius incipit lugere quàm ridere. Flentes proiiciuntur in hanc miſeram uitam. Vtilis eſt tribulatio, vtiles ſunt vitę huius preſſuræ. Quãto in hoc ſeculo frangimur, tanto in perpeL tuo ſolidamur. Quanto in preſenti tempore affligimur, in futuro gaudebim⁹. Si hic flagellis atterimur, purgari in iudicio inuenẽmur. Amen.

De infirmitate Sermo XLIII.

Dominus loquitur in euangelio apoſtolis, dicens: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Tribus modis deus in hac vita caſtigat homines. Scilicet ad damnationem percutit reprobos. Ad purgationem corripit quos videt errare electos. Caſtigat iuſtos ad augendam gloriam meritorum. Deus percuſsit Ægyptũ plagis ad damnationem, flagellatus eſt peꝛ Lazarus ad purgationem, flagellatus eſt etiã Iob ad probationem: flagellat etiam hominem ãte peccatum, ne malus fiat: ſicut flagellauit Paulũ, qui inſtigãte angelo ſatanæ tolerabat ſtimulos carnis. Flagellatur etiã homo à deo poſt peccatum, vt emẽdetur, ſicut ille qui tradit⁹ eſt ſatanę in interitũ carnis, vt ſpiritus eius ſaluus eſſet. Qui valentiores ſunt & ſani, vtile eſt eis infirmari, ne per vigorem ſalutis plus lætentur in trãſitoriis & terrenis rebus quàm debẽt. Mala eſt ſanitas carnis quę hominẽ ducit ad infirmitatem animę. Et valde eſt bona infirmitas carnis, quæ perducit hominẽ ad ſanitatem animæ. Infirmitatẽ carnis laudat apoſtolus, dicens: Cũ enim infirmor, tunc fortio⁊ ſum, ſcilicet ſpiritu. In flagellis dei non debet murmurare homo, quia per hoc quòd caſtigatur, à pec M cato emendatur. Leuius ſuſtinebimus infirmitates corporis ſi ad memoriã reduxerim⁹ mala, quę fecimus. In infirmitate nõ debet homo murmurare. Quare? quia ab illo iudicatur cuius iudicia ſemper ſunt iuſta. Qui infirmitatem patitur, & cõtra deum murmurat, iuſtitiam iudicantis accuſat, ac per hoc irã iuſto placet iudici. Quem enim diligit de⁹, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit: & quaſi pater in filio cõplacet ſibi. In hac vita deus parcit peccatoribus, & nõ parcit iuſtis. In futura vita parcit iuſtis, & non parcet peccatoribus, qui in hac vita flagellari non meretur, in inferno torquebitur. Soror chariſsima, dolor & triſtitia omnibus ſunt cõmunia: nemo eſt qui in hoc ſeculo non doleat. Semper deus hos caſtigat, quos ad ſalutem præparat perpetuam. Soror venerabilis, in infirmitatibus tuis non contriſteris. In languoribus tuis gratias age deo. Valere te magis opta animo, quàm corpore. Deſidera plus valere mente, quàm carne. Aduerſa carnis, remedia ſunt animi. Ægritudo carnẽ vulnerat: mentem curat. Languor enim vitia excoquit, languor vires libidinis frangit. Probari te in dolore cogноſce, non frangaris. in fornace probatur aurum vt ſordibus careat: tribulationis igne conflaris, no purgaris. vt purior appareas, perſecutionis igne conflaris. Conflaris vt omni peccatorum ſorde purgeris: ad probationẽ ſunt omnia iſta quæ ſuſtines. Igitur dilecta mihi in Chriſto ſoror, in infirmitatibus tuis non murmures, non blaſphemes, nõ dicas, quare ſuſtineo mala? non dicas, cur affligor? vt quid

A quid mala patior? Frater mi, obſecro te vt dicas mihi quid in infirmitatibus meis debeo dicere, vel qualiter oportet meipſam accuſare. Soror honeſta, hoc modo te accuſa: Peccaui, vt eram digna non recepi. Æqualem vindictam peccati mei non ſentio. Minus me ſentio percuſſam, quàm mereor. Iuxta modum termini minor eſt tribulatio vltionis. Secundũ meritum peccatorũ meorum diſpar eſt cauſa pœnarum: non ſunt tanta ſupplicia, quanta extiterũt peccata. O ſpõſa Chriſti, vis à peccatis tuis purgari? in pœna te accuſa, & dei iuſtitiam lauda. Ad purgationem tuam ſufficit, ſi ea quæ pateris, ad iuſtitiam dei retuleris, ſi pro irrogata infirmitate tu humilis deũ glorificaueris. Corripit enim te deus flagello piæ caſtigationis, exercet in te diſciplinã. Et qui parcendo te à ſe abiiciebat, feriẽdo clamat vt redeas. Venerabilis virgo, cogita quoſlibet mundi cruciatus, intende animo quaſcunque mundi pœnas, quoſcunque tormentorum dolores, quaſcunque dolorum acerbitates, cõpara hoc totũ gehennæ, & leue erit quod pateris. Soror amabilis, ſi times, pœnas inferni time. Iſtæ enim pœnæ temporales ſunt, illæ æternæ. in iſtis pœnis moriendo tormenta recedunt, in illis moriendo æternus dolor ſuccedit. Si enim conuerſa fueris, emendatio eſt quod pateris. Cõuerſo inſtantes plagæ ad purgationem proficiunt. Qui enim hic caſtigatus corripitur, illic liberatur. qui verò nec ſub flagello corriguntur, & temporali pœna & æterna damnantur. Et in hoc prius iudicantur ſeculo, & illic denuo in futuro. His duB plex eſt pœna & damnatio: gemina his percuſſio eſt, quia & hic habẽt iudicia tormentorum, & illic ſupplementum pœnarum. Manus igitur dei te ad pœnã tradidit, indignatio dei te affligi iuſſit. Ipſe iratus iuſſit te mala omnia experiri, ſoror reuerenda. nam ꝙ & corporis debilitatibus frangeris, quòd carnis morbis afficeris, quòd languorum ſtimulis cruciaris, ꝙ paſſionibus animæ quateris, quòd mẽtis anguſtia torqueris, quòd creſcente impugnatione malignorum ſpirituum agitaris, hoc ipſum ꝙ peccato tuo tibi diuina iuſtitia irrogat. Tua cõtra te dimicãt arma. Sagittis tuis plagaris. Telis tuis vulneraris. Per quæ eñ peccaſti, per hęc & torqueris. Quia ſecuta es carnẽ, flagellaris in carne. In ipſa gemis, in qua peccaſti. Soror amabilis, in ipſa carne cruciaris, in qua deliquiſti. In ipſa tibi eſt cenſura ſupplicij, in qua fuit cauſa peccati. Vnde corruiſti ad vitia, inde ſuſtines tormenta. O ſponſa Chriſti, iuſtè argueris, iuſtè flagellaris, iuſto iudicio iudicaris. Procella iuſte te conterit, iuſtitiæ pœna te premit.

De auaritia. Sermo XLIIII.

Dominus dicit in Euangelio: Cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt ſuper terram ex his quæ poſſidet. Et Paulus apoſtolus: Omnis fornicatio, & immunditia, & auaritia, nec nominetur inter vos. Et iterum: Omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Dei. C Vnde Salomon: Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam. Auarus non implebitur pecuniis. Qui amat diuitias, non capiet fructum ex eis. Nihil eſt peius quàm amare pecunias. hic enim animam ſuam venalem habet. Sicut auaritia mergit hominem in infernũ, ita omnino largitas eleemoſynæ leuat ad cœlum. Auarus homo ſimilis eſt inferno. ſicut infernus nunquam dicit, ſatis eſt, ita auarus nunquam ſatiatur pecuniis. Sicut hydropicus quãto plus bibit, tanto plus ſitit: ita auarus quanto plus acquirit, tanto plus concupiſcit. Auaritia & cupiditas, ſorores ſunt: ſuperbia verò eſt mater earũ. Nunquam ſuperbia fuit ſine cupiditate, nec cupiditas ſine auaritia. Soror venerabilis non ſit manus tua porrecta ad accipiendum, & collecta ad dandũ. Plus te delectet dare quàm accipere. Melius eſt dare quàm accipere. Soror chariſsima, auaritia non defigat radices in corde tuo, auaritia non ſit in te. Expelle à corde tuo auaritiam. Si perfectè pro Chriſto contemperis omnia terrena, cum eodem Ieſu Chriſto ſponſo tuo lætaberis in cœleſti patria, Amen.

De cupiditate Sermo XLV.

Radix omnium malorũ eſt cupiditas. Nemo poteſt perfectè ſpiritualia bella ſuſcipere, niſi prius carnis edomuerit voluptates. non poteſt mens ad contemplandum deum eſſe libera, quæ terrena & tranſitoria huius mundi cõcupiſcit. non poteſt videre oculus mentis alta, ſi eum claudit puluis terrenæ cupiditatis. Cupiditas graue peccatum eſt, oD mnium criminum materia eſt. Nõ eſt mirum ſi morientes inferni ignibus deputentur, qui viuentes flammam cupiditatis ſuæ non extinxerunt. Soror chariſsima, quãuis non habeas pecuniam, tamen ſi habes cupiditatem habendi, nihil valet tibi, nihil valet corporis nuditas, ſi tibi eſt veſtimẽti cupiditas. Iudas per cupiditatem vendidit Chriſtum. Nudi naſcimur in hac vita, nudi exituri ſumus de hac vita. Cur ergo cõcupiſcimus terrena & tranſitoria? Si ergo bona huius mundi creditimus peritura, cur tãto amore diligimus ea? Si terrena & trãſitoria huius mundi pluſquam oportet diligimus, peccamus. Soror ergo dilecta curſum tuum conſidera, & cognoſce tibi pauca ſufficere poſſe quæ habes. Si igitur cupiditas eſt radix omnium malorum, ſicut ſuperius diximus, neceſſe eſt vt expellas eam à corde tuo: vt cæteræ ſoboles nõ pullulent vitiorum, cupiditas peruerſa nõ ſit in te. Soror venerabilis, omnipotens Deus te faciat propter ſemetipſum proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare, Amen.

De paupertate. Sermo XLVI.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœB lorum. Multi ſunt pauperes quos ipſa paupertas non facit beatos, ſed miſeros: quia ipſam paupertatem non propter deum ſuſtinent, ſed coacti. Sunt etiam nonnulli pauperes, quos paupertas non facit miſeros, ſed beatos, quia eam propter deum ſuſtinent: de quibus dicitur: Beati pauE peres ſpiritu. Chariſsima ſoror iterum ad te reuertor loquendo. Audiſti tribulationem & patientiam Iob, & ideo te moneo, vt ne in tribulatione frangaris, nec in proſperitate eleueris. Tu patriarchas diuites opibus, ſed humiles fuiſſe legis animo: qualis fuit Abraham, qui dicebat: Loquar ad dominum deum meum, cum ſim terra & cinis. Ideóque beata eris, ſoror venerabilis, ſi in proſperis & in aduerſis ſemper Deo gratias egeris, & felicitatem huius temporalis vitæ velut fumum & vaporem euaneſcentem credideris. Ait enim Paulus apoſtolus: Si in hac vita tantùm ſperantes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Chriſtus enim ne aurum diligeremus, oblata in vita munera cõtemnere docuit: ne famem timeremus, quadraginta diebus ieiunauit: ne nuditatem timeremus, vnam tunicam diſcipulis ſuis habere mandauit: ne tribulationes expaueſceremus, ille pro nobis tribulationes ſuſtinuit: & ne mortem timeremus, pro nobis mortem ſuſtinuit & ſuſcepit. Omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſeculi. Et mundus peribit, & concupiſcentia eius. Igitur dilecta ſoror, nõ diligamus ea quæ ſunt in mundo, ne pereamus cum mũdo. Certè Dauid regnabat, & cum haberet theſauros argenti, & imperaret populis manu forti, tamẽ humilem ſe cognoſcit, & dicit: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Et iterum: Egenus & pauper ſum ego. Item dicit: Incola ego ſum in terra, & peregrinus ſicut omnes paF tres mei. Soror venerabilis, nõ te delectent blãdimẽta tranſitoria: nec commoda terrena, nec de mũdanis lucris gaudeas: & non contriſtaberis de terrenis damnis. Sic enim ſcriptum eſt: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Quæ cum amore poſſidemus, cum dolore perdimus. Audi ſponſa Chriſti quæ dico. Ille cui cœleſtia & terreſtria ſeruiunt, pauper pro nobis factus eſt. Quare? vt nos ſua paupertate faceret diuites. Tu ergo honeſta virgo, ambula per viam qua præceſſit Ieſus Chriſtus ſponſus tuus, & paſſibus indefeſſis ſequere cœleſtem ducem. Sine dubio ſi conſequuta fueris, cum ipſo in cœlo regnabis. Soror venerabilis, virginitatem & paupertatem beatę Marię virginis proſpice, quę tam diues in domino fuit, vt mater domini eſſe mereꝛetur: & intantum fuit ope externa deſtituta, vt tempore partus non haberet obſtetrices vel ancillas ad ſeruiendum ſibi: & intantum fuit rebus paupercula, vt ipſum etiã diuerſorium tã auguſtum habuerit, vt infantem non in lectulo, ſed in præſepio reclinaret. Sed & Ioſeph cui fuerat deſpõſata, cùm eſſet iuſtus, erat tamen pauper ita vt victum & veſtitum artificio quęreret. Certè faber fuiſſe legitur. Etiam de ſanctis apoſtolis legimus quia ſeruiebãt deo in fame & ſiti. Vnde Paulus apoſtolus: In fame & ſiti, in ieiuniis multis: In frigore & nuditate, & in vigiliis multis. O ſpõſa Chriſti, habes exempla quibus poſſis terrenas diuitias con-

Q

Gtemnere,& cœlestes concupiscere:quoniam qui volunt diuites fieri in hoc mundo,incidunt in tentationem & laqueum diaboli,& desideria multa & nociua quæ mergunt hominẽ in interitum. Libenter cõtemnunt terrenas diuitias, qui perfectè sperant cœlestes:quia voluntaria paupertas introducit hominem in regnum cœlorum. Nõ ideo venimus ad monasterium,vt in deliciis in eo viuamus, sed vt vigilando, orando,ieiunando,psallendo,contra aduersarium nostrum dimicando, ad regnum nobis promissum Christo adiuuante perueniamus. Nam ideo nudi nascimur in hoc seculo,nudi etiã accedimus ad baptismum,vt nudi & sine impedimento perueniamus ad cœlum, Quàm incongruum est & absurdum,& quàm turpe, vt quem nudum mater genuit, nudum susceptit terra,dius intrare velit in cœlum? Facilius est camelum per foramen acus transire,quàm diuitem introire in regnum cœlorum.Melius est plus egere,quàm plus habere. Nimis est auarus,cui nõ sufficit dominus.Soror dilecta,si in hoc seculo famem & sitim atque nuditatem pro Christo sustinuerimus, gratis cum eodem domino nostro Iesu Christo in cœlesti regno gaudebimus, Amen.

De murmuratione. Sermo XLVII.

HOspitium cordis nostri per gratiam dei sanctificatur,& per inhabitationem spiritus sancti, quando intus est charitas, pax, bonitas,humilitas,concordia,mansuetudo, & alia huiusmodi.hæ sunt nostræ diuitiæ,scilicet boni mores,& virtutes. Sed si incipimus inter nos litigare, & murmurare, contendete, statim ab his spiritualibus bonis vacui remanemus & nudi. Quare? quia virtutes non possunt remanere cum vitiis. Nam & modicum fermentum totam massam corrumpit Quisque seruus dei debet pensare in corde suo, quàm malum magnum incurrit si pro rebus temporalibus murmurat.vnde debuerat esse dives,fit pauper. Quæ sunt diuitiæ nostræ:virtutes scilicet. Virtutes ergo perdimus,si pro cibo vel potu murmuramus.Graue peccatũ est murmuratio: vnde Gregorius:Regnũ cœlorum nullus qui murmurat accipit:nullus qui illud accipit murmurare potest. Præcordia fatui,sicut rota currus fœnũ portans & murmuras. Tales sunt multi fratres & multę sorores in cõgregatione,qui sunt carnalibus desideriis subditi, & murmurare nunquam cessant. Igitur soror charissima necessarium est valde nobis cõsilium Pauli apostoli dicẽtis, Neque murmuraueritis, sicut quidam eorũ murmurauerũt,in deserto videlicet,& perierunt ab exterminatore. Igitur periculosum est nobis murmurare, ne fortè pereamus ab exterminatore in monasterio,sicut illi perierunt in deserto. Linguas ergo nostras à murmuratione custodiamus,ne(quod absit)sicut illi perierunt in hoc seculo, nos pereamus in futuro. Nõ ergo murmuremus, ne forte sicut illi perierunt in hac vita,nos pereamus in futura. Caueamus ab omni murmuratione, ne fortè quod illi passi sunt in corporibus,nos patiamur in animabus.Iterũ apostolus consulendo nobis loquitur,dicens:Neque tentemus Christũ, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Christum tentat,qui pro cibo vel potu siue pro vestimento murmurat,sicut scriptum est de eodem populo: Tentauerũt deum in cordibus suis, vt peterẽt escas animabus suis. Et iterum:Murmurauerũt in tabernaculis suis, & non exaudierũt vocem domini.Christum tentat,qui in monasterio superflua requirendo murmurat. Contra Christum facit,qui in monasterio plus quàm oportet,requirit. In Christũ peccat, qui in monasterio res terrenas & transitorias requirẽdo, præpositos suos scandalizat.Et à serpentibus perierunt. Quare à serpentibus perierunt,nisi quia serpens venenosus est,& omnis qui murmurat,venenũ diaboli habet in lingua? Vnde Iacobus apostolus:Lingua inquietum malũ, plena veneno mortifero.Cauendum est ergo nobis à murmuratione,ne mortifero & diabolico veneno pereamus. Soror dilecta mihi in Christo,audi quid dominus noster Iesus Christus dicit in euãgelio:Dico vobis,ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis,neque corpori vestro quid induamini.Ac si apertius dicat:Deus qui dedit vobis animã,dabit & escam.Et qui dedit corpus,dabit vestimentũ.Et adiecit: Respicite volatilia cœli, quoniam non seminant,neque colligunt, neque congregant in horrea,neque in cellaria,& de⁹ pascit illa:id est,si deus gubernat aues quæ hodie sunt,& cras nõ erunt,quantũ anima est mortalis,quanto magis dabit seruis & ancillis suis cibum & vestimentum, quorum anima est immortalis, & quibus regnum cœlorũ promittitur?Et iterum: Cõsiderate lilia agri quomodo crescunt,non laborant neque nent, id est, non texunt,neque filant,& deus sic vestit illa:quanto magis vestiet seruos suos & ancillas suas?Non occidet deus animas seruorum suorum fame aut siti, aut nuditate. Et adiecit: Quærite primum regnum dei,& iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Ac si diceret:Seruite domino in timore, cantate & exultate ei die ac nocte cum tremore, & ipse dabit vobis in hac vita & in futura omnia necessaria.Inquirentes dominum non minuentur omni bono. Soror charissima, deus qui te eduxit de domo patris tui, si in seruitio eius perseueraris, dabit tibi in bono petitiones cordis tui, Amen.

De proprio. Sermo XLVIII.

SOror charissima, peculiare, quod habetur apud seruos dei pro magno crimine,nunquam inueniatur in te. Omnia quæ in monasterio sunt,omnibus sunt communia. Ergo si ancilla dei aliquid habet absconsum, vel proprium quod à cæteris ancillis dei ignoratur, furtum est, peccatum furti est. Quare?quia omnia habet in communi cum cæteris ancillis dei,& quasi proprium sibi aliquid abscõdit.Furtiue aliquid habere non commune cum cęteris ancillis dei,est quasi proprium sibi aliquid abscondere.Hoc furtum est, hęc manifesta fraus est.Hoc grande peccatum est, hoc est iter infernũ, per hanc viam latrones descendernnt in infernum.Sic enim ait Paulus apostolus,Neque latrones, neque rapaces regnũ dei possidebunt.Ancilla dei quæ semetipsam separat à communione monasterij,aliquid quasi proprium abscondendo, consequens est vt separetur à consortio cœlestis vitæ. Multi ad communem societatem monasterij veniũt: sed quod sine graui gemitu dicere non possumus , non omnes in eo secundum euangelium viuunt. In monasterio sunt sancti apostoli Iesu Christi:est etiam ibi Iudas Scarioth traditor domini, & ibi Ananias cum sua vxore Sapphira. Est etiã ibi Giezi discipulus Heliśei. Qui itaque propter deũ omnia quæ habent in hoc mundo,ad imitationem apostolorũ derelinquunt causa solius æternę vitę,cum eisdem apostolis lętabuntur & remunerabũtur in æterna beatitudine. Qui autem postquã ad cõuersionem monasterij venit,de rebus monasterij facere fraudem præsumit,Iudas est,& pœnã Iudę sustinebit in inferno: quia de hoc quod commune est,facere fraudẽ pręsumit,cum propriũ facit. Qui ergo de seculari vita ad seruitium dei cõuertuntur,si de his quæ in seculo habuerunt,vnã partem sibi reseruant, alterã verò secum monasterio tradunt , cum Ananias & Sapphira sententiã maledictionis merentur. Qui autẽ de seculo ad monasterium venit, si quod in domo sua habere nõ potuit, illud in monasterio habere voluerit, vel requisierit,sine dubitatione lepra Giezi adhærebit ei: & lepram quã Giezi sustinuit in corpore , iste sustinebit in anima. Honesta soror, sicut superius dixi tibi,magna est differentia inter eos qui in monasterio viuũt ab illis,qui in monasterio more apostorum viuunt. His qui ex his quæ in hoc seculo habuerũt, vel habent in monasterio,nihil abscondunt , conuenit illud Psalmistæ : Mihi autem adhærere deo bonum est,& ponere in deo spẽ meam.& illud:Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet , Illis qui sicut Iudas Scarioth proprium retinent,vel de rebus monasterij abscondunt , cõuenit illud: Ascendunt vsque ad cœlos , & descendunt vsque ad abyssos, animæ eorum in malis tabescebant. Illis verò qui cum Ananias & Sapphira ex his quæ in seculo habuerunt, vnam partem monasterio tradunt , alteram verò sibi in propriũ retinent,conuenit illud: Qui cõfidunt in virtute sua,& multitudine diuitiarum suarum gloriantur.Etiam illis qui sicut Giezi ea quę non poterant habere in seculo,requirunt in monasterio,conuenit illud:Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum,sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum, & prævaluit in vanitate sua.Tu ergo soror venerabilis,nihil celes,nihil abscondas , nihil apud te absconsum reponas. In abscondito nihil retineas, apud te nihil remaneat absconsum. Quicquid habes,habeto cum licentia: si quid habes , habeto cum benedictione.Sine licentia abbatissæ vel priorissę nihil habeas:

habeas: sine benedictione nihil accipias, sine licentia nihil tribuas.Honesta virgo,iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet.

De oratione. Sermo XLIX.

CHarissima soror, audi quæ dico: Ante tempus orare est prouidentia. In tempore constituto orare, est obedientia.Tempus orandi præterire,est negligentia.Tanto crebrior debet esse oratio,quanto est vtilior. Dominus dicit in euangelio: Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes,accipietis.Et Paulus apostolus:Sine intermissione orate. Et Iacobus:Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Soror venerabilis, ante orationem præpara animam tuam , & noli esse quasi homo qui tẽtat deum.In oratione præpara te, & ostende cõscientiam cordis tui, vt ampliorẽ gratiam consequaris à deo tuo.Tunc veraciter oras,quando aliud in corde non cogitas.Citius ad precem iudex flectitur,si peccator à prauitate sua corrigatur. Oratio cordis est, non labiorum. Melius est cum silentio cordis orare , quàm solis verbis sine intentione mentis. Pura est oratio quando in suo tempore superfluæ cogitationes nõ conturbant. Longe quippe est à deo animus qui in oratione cogitationibus seculi est occupatus.Duobus modis oratio impeditur ne impetrare quisq; possit quod postulat : nępe si adhuc homo mala committit, aut si peccanti in se ex toto corde non dimittit.Mens nostra cœlestis est : & tunc deum in oratione bene contemplatur, quando nullis terrenis curis aut erroribus impeditur. Quando quisque orat,spiritum sanctum ad se vocat:sed postquam venerit, confestim omnia tentamenta dæmoniorum quæ se mentibus hominum immergunt, præsentiam eius ferre non sustinentes effugiunt. Qui lædit, non desistat orare pro se lædentibus. Alioquin iuxta domini sententiam peccat, qui pro inimicis suis non orat. Sicut nullum proficit in vulnere medicamentũ , si adhuc in eo est ferrũ : ita nihil proficit oratio illius qui odiũ habet in corde. Culpabiliter expandit manus ad deum,qui facta sua orando iactanter manifestat,sicut Pharisæus in templo iactanter orabat,& magis laudabat semetipsum de bonis operibus,quàm deum.Soror dilecta, ora cum lachrymis indesinenter. Ora iugiter,precare deum diebus ac noctibus.Oratio sit sine cessatione,oratio sit frequẽs. Orationis sint arma assidua.Oratio de ore tuo nó cadat. Insiste orationi, frequẽter incumbe orationi. Geme semper & plange:surge in nocte ad precem : vigila & ora. Pernocta in oratione & prece,incumbe nocturnis vigiliis. Ad modicum clausis oculis,rursus ora.Oratio frequens diaboli iacula submouet. oratio quotidiana diaboli tela exuperat. Oratio est prima virtus aduersus tentationum incursus . oratio superat tentamenta inimicorum:vincit dæmones : superat immũdos spiritus.Per orationem vincũtur dæmonia:oratio dæmoniis omnibus malis prævalet. Honesta virgo sit oratio tua pura. Monẽo te charissima,vt ores pro bonis hominibus,vt in bonis perseuerẽs. Rogo etiã te,vt ores pro malis hominibus,vt de malo ad bonũ cõuertãtur.Ora pro amicis tuis,ora & pro tuis inimicis. Ora etiã pro omnibus fidelibus vitis & defunctis.Dirigatur oratio tua sicut incensum in conspectu dei.

De Lectione. Sermo L.

PEr orationem mundamur à peccatis , per lectionem docemur quid faciamus.Vtrunque bonum est,si licet.Si vero non licet , melius est orare quàm legere . nam cum oramus,cum deo loquimur:cum legimus,deus nobiscum loquitur. Soror charissima,si vis cum deo semper esse,semper ora, & semper lege.Valde nobis est necessaria lectio diuina.Nam per lectionem discimus quid facere, quid cauere , quò tendere debeamus.Vnde dicitur:Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen semitis meis.Per lectionem sensus & intellectus augentur.Lectio nos ad orationem instruit,& ad operationem. Lectio nos informat ad actiuã & contemplatiuã vitam:ideo dicitur in Psalmis: Beatus vir qui in lege domini meditabitur die ac nocte.Lectio & oratio sunt arma quibus diabolus expugnatur . hæc sunt instrumenta quibus æterna beatitudo acquiritur. Per orationem & lectionem vitia destruũtur,& virtutes in anima nutriuntur.Ancilla dei semper debet orare,& legere.Vnde legitur in Psalmis : Tũc non cõfundar,cum perspexero in mandatis tuis. Igitur dilecta mihi soror in Christo,insiste orationi frequenter, perseuera in meditatione scripturarum , in lege dei esto assidua , habeto studium in diuinis legibus , vsus legendi sit tibi frequens, lectio sit tibi quotidiana legis meditatio. Lectio demit errorem vitæ,subtrahit hominem à vanitate mundi. Per lectionem sensus & intellectus crescunt. Lectio enim docet quid facias,discernit quid caueas,ostendit quò tendas, multum proficis cũ legis,tamen si facis ea quæ legis.Soror venerabilis adaperiat deus cor tuum in lege sua,& in præceptis suis.

De operatione. Sermo LI.

IEremias propheta dicit:Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Qui orat & laborat,cor leuat ad Deum cum manibus.Qui vero orat,& non laborat cor leuat ad deum,& non manus . Qui autem laborat,& non orat,manus leuat ad deum, & non cor . Igitur soror charissima , necesse est nobis cor in orationc ad deum leuare,& manus cum operatione ad deum extendere. Quare? Ne de negligentia mandatorum reprehendamur,dum salutẽ quærimus obtinere sola oratione, aut sola operatione.Vnde Paulus apostolus:Qui nõ laborat, non manducet.Ancilla Christi debet semper orare, legere & operari,ne forte spiritus fornicationis decipiat ociosam mentem.Delectatio carnis per laborem vincitur . Soror charissima,diuide tibi spacium diei in tres partes: in prima ora, in secunda lege,in tertia parte labora . Rex Salomõ per ocium semetipsum inuoluit in multis fornicationibus,& per cupiditatem fornicationis adorauit idola. Soror venerabilis , hæc tria sunt tibi necessaria valde, scilicet oratio , lectio , & operatio. Oratione mundamur,lectione instruimur,operatione beatificamur : sicut dicit spiritus sanctus in Psalmo: Labores manuum tuarum quia mãducabis,beatus es: & bene tibi erit. Si aliquando à lectione cessaueris , operari debes , vt nunquam sis ociosa,quia ocium inimicum est animę.Diabolus cito decipit eum quem ociosum inuenit.Diabolus quotidie in claustra intrat : & si aliquem inuenit ociosum, statim accusat . O sponsa Christi vide ne cum diabolus claustra intrauerit , & vniusquiusque facta scrutatus fuerit,aliquid inueniat vnde te accusare possit . Hac de causa te moneo soror mihi in Christo dilecta , vt per amorem Iesu Christi nunquam sis ociosa. Rogo vt amorem Christi ostendas sociabus tuis non solùm verbis,sed & operibus bonis . Tunc vere deum diligis , si pro amore illius bona quæ potes operaris. Vnaquæq; sancta anima debet in se monstrare amorem dei & verbis sanctis , & actionibus . Vnde in Canticis Canticorum sponsus , scilicet Christus,sponsam,id est sanctam animam,ornat dicens:Pone me vt signaculum super cor tuum, & super brachium tuum. In corde sunt cogitationes , & in brachiis operationes .Ergo super cor & super brachium sponsæ dilectus in signaculum ponitur,quia in sancta anima quantum ab ea diligatur,& voluntate & actione designatur,quia amor dei nunquam est ociosus . Si vere est amor,magna operatur.Si vero non operatur, non est amor . Rogo igitur te venerabilis virgo,vt deum perfectè diligas , & vt pro amore illius nunquam ociosa sedeas. Si verè deum diligis,nulla hora ociosa eris . Si deum in veritate amas,pro amore illius ocium recusas.Si ex toto corde diligis deum,omni tempore contemnis ocium.Qui deum tota mente diligit,propter deum ocium postponit. Regnum dei non dabitur ociosis,sed in seruitio dei studiosis . Regnum dei non dabitur vagantibus,sed pro deo digne laborantibus. Qui in bonis operibus sunt pigri & tepidi,non habebunt locum in regno dei . Luxuria cito decipit homines ocio deditos. Luxuria cito decipit hominem ociosum , decipit hominem vagantem.Luxuria grauius vrit quem ociosum inuenit. Libido cedit rebus.Luxuria cedit operibus.Luxuria cedit industriæ & labori.Homo per laborem sæpe vincit libidinem. Corpus enim lobore fatigatum minus delectatur flagitio. Quapropter amabilis in Christo soror,præcaue ocium . Non diligas ocium,fatiga corpus labore.Exerce opus bonũ,quære tibi opus vtile quo animi implicetur intentio. Opus bonum & intentio tua semper sit in deo,Amen.

De Psalmis & Hymnis. Sermo LII.

SOROR charissima , cum in conspectu deo cantas psalmos & hymnos , hoc tracta in mente tua , quod cantas in voce. Mens tua cum voce concordet, concordet cum lin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gua: non aliud cogites, & aliud cantes. Si aliud cantes in mẽte, & aliud cantes in voce, perdis fructum laboris tui. Si corpus tuum ſtat in eccleſia, & foris vagatur mens tua, perdis mercedem tuam. Vnde dicitur: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Sicut enim ait apoſtolus: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Cantabo ore, & corde. Bonum eſt ergo ſemper orare deum mente. Bonum eſt etiã cum ſono vocis, & hymnis & pſalmis & canticis ſpiritualibus glorificare deum. Sicut orationibus iuuamur, ita pſalmorum moderationibus delectamur. Vſus cantandi conſolatur triſtia corda. Cantus in eccleſia mentes hominum lætificat, faſtidioſos oblectat, pigros ſollicitat, peccatores ad lamenta inuitat. nam quanuis dura ſunt corda ſecularium hominum, ſtatim vt dulcedinem pſalmorum audierint, ad amorem pietatis conuertuntur. Sunt multi qui ſuauitate pſalmorum compuncti peccata ſua lugent. Oratio tantummodo in hac vita effunditur in remiſſionem peccatorum: pſalmorum autem decantatio ſignificat perpetuam laudem dei in æterna gaudia, ſicut ſcriptum eſt: Beati qui habitãt in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Quicunque fideliter & intenta mente pſalmos decantat, quodammodo angelis dei ſociatur. Quomodo? Quia homo illum pro modulo ſuo laudat in terris, quem angeli ſine intermiſſione adorant & glorificant in cœlis. Pſalmorum decantatio aliquando commouet nos ad lachrymas, aliquando inuitat nos ad orationem. Pſalmi faciunt nobis gratas eſſe vigilias noctis, dicentes: Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Pſalmi pronunciant nobis horam diei primam cum exultatione lucis, dicẽdo: Deus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me. Pſalmi conſecrant nobis horam diei tertiam, cum dicunt: Et veniat ſuper nos miſericordia tua domine: ſalutare tuum ſecũdum eloquium tuum. Pſalmi nos lætificant hora diei ſexta in panis confractione. Pſalmi ad horam diei nonam ieiunia reſoluũt, & nos ſatiant dulcedine ac ſuauitate ſpirituali. Pſalmi nos deo commendant hora diei veſpertina, dicendo: Dirigatur domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pſalmi nos admonent vt benedicamus domino ad completorium, dicentes: Ecce nunc benedicite dominum omnes ſerui domini. Soror mihi in Chriſto dilecta, firmiter retine in tua memoria quod in auribus dei bene ſonat cum ſancta anima. Per dilectionem & amorem ac deuotionem, pſalmos, hymnos, & cantica ſpiritualia deo canta. Vnde ſponſus (ſcilicet Chriſtus) in Canticis Canticorum ſpõſam, id eſt eccleſiam vel ſanctam animam, admonet dicens: Oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: quia vox tua dulcis, & facies tua decora. Tu, inquit, dilecta
I mea quę iaces in lectulo dulciſſimæ contemplationis, in qua mihi in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus atque orationibus placere deſideras, veni & oſtẽde mihi faciem tuam, id eſt, egredere à ſecreto cordis, & aliis pulchritudinem bonorum operum tuorum ad exemplum demonſtra, vt cum illi viderint opera veſtra bona, glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Sonet vox tua in auribus meis. Vox ſcilicet prædicationis, vox diuinæ laudis, vox iubilationis quæ alios ad laudem & gloriam meam proficere faciat. Cantus pſalmorum oblectat aures audientium, & inſtruit animas fidelium ad bene viuendum. Vox cantantium ſit vna, & cum angelis dei quos videre non poſſumus, verba laudis miſceamus. Serui dei ſemper debent laudare nomen dei: quod & aquæ ſuperiores inſinuant, de quibus dicitur: Benedicite aquę omnes quæ ſuper cœlos ſunt dño: quia electi non tacebunt in perpetuum laudare nomẽ domini. De aquis vero inferioribus dictum eſt: Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt in locum vnum, quia reprobi per totum mundũ modo diſperſi congregabuntur in infernum cruciandi. Sine intermiſſione fideles debẽt referre laudes deo, quia deus delectatur in illis. Quòd enim deus delectetur in laudibus fidelium, teſtatur ſponſus, ſcilicet Chriſtus, qui in Canticis Canticorũ ſponſæ, id eſt ſanctæ animæ loquitur dicens: Qui habitas in hortis. In hortis habitat eccleſia, vel quælibet ſancta anima, quę iam viriditate & ſpe bonorum operum eſt repleta. Quæ ergo iam in hortis habitat, oportet vt ſponſum ſuum vocem ſuam audire faciat, id eſt, cantum bonæ prædicationis; vel ſanctæ K
iubilationis: vel vocẽ diuinæ laudis emittat, in qua ille delectetur, quam deſiderat, quã amiciau ſcultant, videlicet omnes electi, qui verba vitæ, ſcilicet lectiones, pſalmos, hymnos, & cantica ſpiritualia audire deſiderant, vt ad cœleſtem patriam reuiuiſcãt. Igitur ſoror reuerẽdiſſima, ſicut iam ſuperius dixi, valde neceſſarium eſt tibi, vt in omni vita tua laudes omnipotẽtem deum creatorem tuum: quoniam inde promittitur tibi venia, vnde & laudes. Lauda ergo eum in corde, lauda eum in voce, lauda eum in voce iubilationis, lauda etiã eum in ſecreto cõtemplationis, lauda eum in cubiculo mentis, in iubilatione vocis. quanuis enim ad laudandum deum peccatores & indigni ſimus, tamen, ceſſare à laudibus nõ debemus, quia inde conſequi veniam peccatorum credimus, vnde deũ laudamus. Vnde vox diuina in Pſalmis, Sacrificiũ laudis honorificabit me, inquit: illic iter quo oſtẽdam illi ſalutare dei. Ac ſi apertius diceret: In pſalmis eſt iter laudis, quo ad æternam laudem peruenire poſſis. Sed ſi ego illud tibi non oſtendero, illud inuenire non poteris. Propterea chariſſima, quia iter noſtræ ſalutis in manibus eſt creatoris, moneo te vt laus dei nunquam diſcedat ab ore tuo. Soror mihi in Chriſto amantiſſima, deus eſt laus tua, ergo & tu laus illius eſto, ita vt ſemper ſit laus illius in ore tuo. Amen.

De actiua & contemplatiua vita. Sermo LIII. L

VIdit Iacob ſcalam ſtantem ſuper terram, angelos quoque dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & cacumen illius cœlos tangebat. In hac ſcala ſunt poſiti omnes ad vitam æternam prædeſtinati: & omnis qui ſpectat ad regnũ cœlorum, in hac ſcala habet locum. Scala iſta generalis eſt eccleſia, quæ ex parte adhuc militat in terris: & ex parte iam regnat in cœlis. In hac ſcala ſunt tres ordines hominum, ſcilicet ſeculares, actiui, & contemplatiui. Seculares ſunt in minori gradu. Actiui ſunt in altiori loco. Contemplatiui verò ſunt in ſummo. Et de iſtis tribus ordinibus hominum quidam ſunt in mola, quidam ſunt in agro, quidam verò ſunt in lecto. Mola eſt vita ſecularis. Ager eſt animus hominis ſeculi. In agro ſunt prædicatores verbi dei. In lecto eſt amor ſponſi, ſcilicet Chriſti. Qui ſunt in mola, terram circumeunt, quia terrena quærunt & diligunt. Qui ſunt in agro, terram colunt, quia ſeminant verbum dei in auribus hominum. In lecto ſunt qui deſpiciunt & contemnunt. Ad pedes huius ſcalæ ſunt homines ſeculi. In medio ſcalæ ſunt actiui, in ſummitate huius ſcalæ ſunt contẽplatiui iam quaſi in cœlo poſiti: quia cœleſtia cogitant. Iſti ſunt angeli dei per ſcalã aſcendentes: quia aſcendunt per cõtemplationem ad deum: & deſcendunt per compaſſionem ad proximum. Actiua vita innocentia eſt bonorum operum. Cõtemplatiua vita eſt ſpeculatio ſupernorum. Actiua vita communis eſt multorũ, cõtemplatiua vero paucorum. Actiua vita terrenis rebus bene M
vtitur. Contẽplatiua vero ſeculo renuncians, ſoli deo viuere delectatur. (Interrogatio.) Frater dilecte rogo vt oſtẽdas mihi differentias actiuæ & contemplatiuæ vitæ. (Reſponſio.) Soror chariſſima, inter actiuam & contemplatiuam vitam maxima eſt differentia. Actiua vita eſt panem eſurienti dare, verbum ſapientiæ proximos docere, errantem corrigere, ad viam humilitatis ſuperbientem reducere, diſcordantes ad concordiam reuocare, infirmos viſitare, mortuos ſepelire, captiuos & in carcere poſitos redimere, quæ ſingulis quibuſcunque expediat diſpenſare, neceſſaria vnicuique prouidere. Soror mihi in Chriſto dilecta, ecce audiſti opera actiuæ vitæ: nunc, ſi placet, audi virtutes vitæ contemplatiuæ. Contemplatiua vita eſt charitatem dei & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione acquieſcere, ſoli deſiderio conditoris inhærere: ita vt iam nihil agere libeat, ſed deſpectis omnibus curis ſeculi, ad videndum faciem ſui creatoris animus inardeſcat: ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cũ mœrore portare, totiſque deſideriis optare, hymnidicis angelorum choris intereſſe, appetere admiſceri cœleſtibus ciuibus, de æterna incorruptione in conſpectu dei gaudere. Venerabilis ſoror, audiſti actiuam vitam, audiſti etiam contemplatiuam vitam: nunc rogo vt cum Maria Magdalena eligas meliorem partem, ſcilicet vitam contemplatiuam. Bona eſt vita actiua, ſed multo eſt melior contemplatiua. Qui prius in hac

A hac vita proficit, ad contemplatiuam bene conſcendit. Quicunque ad hanc temporalem gloriam, aut carnalem affectat concupiſcentiam, à contemplatione prohibetur. Exemplum enim actiuę vitæ & contemplatiuę de Iacob accipe, qui dum adamaret Rachelem, quæ ſignificat contemplatiuam vitam, data eſt ei Lia, quæ ſignificat actiuam vitã. Actiua vita in laboribus huius mundi deo ſeruit, dum pauperes paſcit, recipit, paſcit & veſtit, viſitat & cõſolatur, ſepelit, & cætera opera miſericordiæ eis impendit. Et tamen Lia eſt fœcũda in ſiliis: quia multi ſunt actiui, & pauci cõtemplatiui. Rachel vero ouis vel videns principium interpretatur: quia cõtemplatiui ſimplices & innocentes ſunt ſicut oues, & ab omni tumultu ſeculi alieni: vt ſoli diuinæ cõtemplationi adhærentes videãt illum qui ait: Ego ſum principium, qui & loquor vobis. Rachel duos filios habet: quia duo ſunt genera contemplatiuorũ. Alij nanq; viuunt in cõmune in monaſteriis: alij vero ſunt ſolitarij, & ab omnibus ſeparati. Sed beatior eſt & perfectior contẽplatiua vita quàm actiua. Sicut aquila defigit oculos in radios ſolis, nec deflectit, niſi quãdo vult corpus ſuum reficere cibis: ita & ſancti aliquando à contemplatione
B ad actiuam vitam reuertuntur conſiderantes illa ſublimia ſic eſſe vtilia, vt tamen iſta humilia paululum noſtræ indigentię ſint neceſſaria. Vnde in Canticis Canticorum ſponſus, ſcilicet Chriſtus, ſponſam, id eſt ſanctã animam contemplationi deditam hortatur dicens: Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. ac ſi apertius diceret: Surge, propera amica mea per dilectionem & fidem: columba mea per innocentiã & ſimplicitatem: formoſa mea per virtutem & caſtitatẽ. Surge de illo dulciſſimo ſtratu tuo, hoc eſt dequiete contemplationis, in qua mihi ſoli complacere deſideras in pſalmis, hymnis, orationibus, & canticis ſpiritualibus. Feſtina ergo & veni, id eſt egredere ad vtilitatem proximorum: vt illos etiam per officium prædicationis, & per exẽpla bonorum operum imitatores tui facias, & ad ſalutem animarum ſuarum perducas. Viſio animalium in Ezechiele, quæ ibant & non reuertebantur, pertinet ad perſeuerantiam actiuæ vitæ. Et iterum animalia quæ ibant & reuertebantur, pertinẽt ad menſuram contemplatiuę vitæ, in qua dum quiſque intẽderit, ſua reuerberatus infirmitate ſtatim deſcẽdit. Atque iterum renouata mentis acie, ad ea vnde deſcenderat rurſus aſcendit: quod fieri in actiua vita non poteſt: de qua ſi quiſquam vel ad modicũ deſcenderit, ſtatim inquinationibus vitiorum inuoluitur. Sæpe mens de terra ad cœlum erigitur, & iterum grauata infimitate carnis, de cœlo ad terram deſcendit. Multos ſeculares homines viſitat deus, & per ſuam gratiam eleuat ad altitudinem contemplationis: & multos contemplatiuos iuſto atque occulto iudicio ſuo deus in terrenis
C actibus lapſos derelinquit. Sicut ſepultus in monumento ceſſat ab omni terreno negotio: ita homo contemplatiuus ceſſat ab omni terreno operevel miniſterio. Et ſicut homines ab actiua vita aſcendentes ſepeliuntur in quiete contemplationis: ita à ſeculari vita recedẽtes actiua vita ſuſcipit in ſe quaſi ſepeliendos. Ac per hoc ſicut actiua vita eſt ſepulchrum ſecularis vitæ, ita contemplatiua vita eſt monumentum actiuę vitæ. Viri ſancti ſicut aliquando egrediuntur à ſecreto contemplationis ad actiuam vitã: ita rurſus ab actiua vita reuertuntur ad ſecretum intimæ contemplationis: vt intus deum laudent, vbi acceperunt vnde foris ad eius gloriam operentur. Sicut deus vult vt aliquando contemplatiui egrediantur ad actiuam vitam, vt aliis proficiant: ita aliquãdo vult vt nemo eos inquietet, ſed vt quieſcant in ſecreto contemplationis ſuauiſſimę: quod bene in Canticis Canticorum ſponſus inſinuat, cum filias Hieruſalem ne ſponſam euigilare faciant adiurat, dicens: Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas ceruoſque camporum, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit. Hoc eſt, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis animam diuinæ contẽplationi deditam, orationibus & lectionibus diuinis occupatã, & ne eã ad exteriora opera inquietare velitis, donec ipſa velit: hoc eſt donec expleto cõtemplationis tempore, admonente corporis fragilitate, velit ipſa ſuſcitari à ſomno internæ quietis, & intimæ dulcedinis. Sed tamen in hac mortali vita nemo poteſt perfecte contẽplari deum. Vnde Ioannes in Apocalypſi dicit: Factum eſt ſilẽtium in cœlo quaſi media hora. Cœlum quippe eſt anima D
iuſti, ſicut dominus per propheram dicit: Cœlum mihi ſedes eſt. Cum ergo quies contemplatiuæ vitæ agitur in mente, ſilentium fit in cœlo, id eſt in anima: quia ſtrepitus terrenarum rerum atque operationum ceſſat in cogitatione. Sed quia cõtemplatiua vita in hoc mundo non poteſt eſſe perfecta, nequaquam hora integra factum ſilentium dicitur in cœlo, ſed quaſi media hora. Qui perfecte vitam contemplatiuam vult tenere, debet ab omni terreno opere ceſſare. Vnde in eiſdem canticis ſponſa de ſe dicit: Ego dormio, & cor meum vigilat. ac ſi aperte mens ſancta loqueretur dicens: Dum à mundanis tumultibus exterius dormio, in interiori cogitatione quæ ſunt cœleſtia atque ſpiritualia penſo. Etiam arca Noe quæ bicamerata dicitur, ſignificat actiuos & contẽplatiuos: quorum actiui deorſum ſtant, contemplatiui vero ſtant ſurſum. Quod etiam arca dicitur tricamerata, ſignificat tres ordines in ſancta eccleſia, ſcilicet coniugatorum, cõtinentium, atque virginum. De hac contemplatiua vita dicit dominus in euangelio: Si vis perfectus eſſe, vende omnia quę habes, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me. Et de Maria Magdalena ait: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Vita cõtemplatiua non auferetur in hoc ſeculo, neque in futuro. Actiua vita auferetur ab homine in futuro ſeculo. Actiua vita in hoc ſeculo habet finem, contemplatiua vero non: quia ſemper perſeuerat. Actiua vita in E
hoc ſeculo deficiet, cõtemplatiua vero in hoc ſeculo incipit, ſed in cœlo perficitur. Honeſta virgo moneo te, vt propter deum deſpicias præſens ſeculum: propter deum ab omnibus curis ſeculi te ſuſpende. Sine impedimento ſeculi deo ſeruire ſtude, nulla cura ſeculi ſubtrahat te à timore dei. Nulla ſolicitudo rerum te ſubtrahat ab intentione dei. Abiice à te quicquid poteſt impedire bonum propoſitum. Toto animo odi & damna quod diligit mundus. Eſto mortua mundo, & mũdus tibi. Tanquam mortua ab amore præſentis vitæ te ſepara. Tanquam mortua mundi gloriam non concupiſcas. Soror mihi amabilis in Chriſto, ſicut ſepulta in monumento, non habeas curam de ſeculo. Tanquam defuncta in ſepulchro, ab omni terreno te priua negotio. Soror mihi in Chriſto amabilis, contemne viuens, quæ poſt mortem habere non poteris. Si hæc ita feceris, poſt mortem tuam vitam æternam habebis.

De Curioſitate. Sermo LIIII.

SOror chariſſima moneo te, vt de die in diem ſtudeas proficere in bonis operibus, & vt non conſideres mala quæ alij faciunt, ſed conſidera bona quæ tu facere debes. Vnde quidam ſapiens ait: In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. Non eſt tibi neceſſe ea cognoſcere quę ab humanis ſenſibus ſunt remota. Dignum eſt valde vt mentes hominum deſinat iudicare, qui aliena corda neſcit perfecte cognoſcere. Quare? Quia incerta nos iudicamus quoadúſque veniat do- F
minus: qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Dignum eſt etiam vt deſinat peccare, qui alienam vitam vult reprehendere. Stulti homines dum alienos errores volunt reprehẽdere, demonſtrant ſuos. Tandiu homo ignorat peccata ſua quæ debuerat flere, & cognoſcere, quãdiu aliena vitia exquirit curioſe. Sed cum homo ad ſemetipſum reuertitur, & ſeſe bene conſiderat, non exquirit quod in aliis reprehẽdat, quia in ſemetipſo multa reperit quæ lugeat. Qui ſemetipſum bene conſiderat, in ſemetipſo inuenit multa quæ plangat. Vnde beatus Gregorius: Nos tanto minus debemus aliena corda reprehendere, quanto ſcimus viſu noſtro non poſſe alienæ cogitationis tenebras illuſtrare. Etiam beatus Iſidorus ait: Facilius reprehẽdimus vitia vniuſcuiuſque hominis, quàm virtutes intendimus: nec quid boni quiſque fecerit agnoſcere cupimus, ſed quid male egerit perſcrutamur. Igitur ſoror mihi in Chriſto dilecta, moneo te, vt amplius reprehendas tua vitia q̃ aliena. Prius vide tua propria quàm aliena delicta. De tua correctione eſto ſolicita. De tua ſalute eſto attenta, de tua emendatione eſto prouiſa, quod ad te non pertinet, noli quærere, nunquã deſideres cognoſcere quod inter ſe loquuntur homines. Noli quærere quid quiſque dicat, nec faciat. Caue curioſitatem. Omitte curas alienæ vitæ, nulla curioſitas animum tuum decipiat, nulla concupi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gscentia detestandæ curiositatis te subrepat: ne tu oblita tuorum morum alienos perquiras. Christi spōsa tanta cura corrige tua vitia, quando studio reprehēdis aliena. Nulla tibi sit cura sciendi latentia. Caue inquirere ea quæ non debes scire: prætermitte quasi secretum quod scripturæ sanctę auctoritate didicisti. nihil vltra quæras quàm scriptum est, nihil amplius perquiras, quàm diuinę literæ demonstrant. Scire nunquàm desideres quod scire non debes. Soror venerabilis scito pro certo quia curiositas periculosa præsumptio est. Curiositas damnosa peritia est, ad hæresim prouocat, in fabulas sacrilegas præcipitat mentem, in causis obscuris reddit audaces, in rebus ignaris facit homines prępcipites. Soror amantissima, cum omni studio vitam tuam emenda, vt post hanc vitam merearis peruenire ad æterna gaudia. Amen.

De Curiositate Sermo LV.

Dilecta soror audi dominum Iesum Christum in euangelio dicentem: Vigilate, quia nescitis quando dominus venturus est. Et iterū: Omnibus dico, vigilate. Et Petrus apostolus: Estote prudentes, & vigilate in orationibus. Cum homines dixerint, pax est & securitas, tunc repentinus veniet super eos interitus. Et Salomon ait: Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu dei: & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Quare? Quia in futuro reseruantur incerta. Soror in Christo dilecta, ideo dominus celauit nobis tempus sui aduentus, vt nos longa expectatione incerti semper credamus iudicem verum esse venturum, quia quando venturus sit, ignoramus. Verba sunt beati Gregorij: Lætitia præsentis vitæ ita est agenda, vt amaritudo sequentis iudicij nunquam recedat à memoria. Sæpe diabolus decipit hominem ad peccandum: & cum de ruina conspicit eum afflictum, iterum per securitatem decipit eum. Igitur soror dilecta mihi in Christo, semper necesse est vt cum bona agimus: mala quæ fecimus, ad memoriam reducamus: vt dum culpam certe cognoscimus, nunquam de bono opere incauti lætemur. Ideo dominus voluit nobis horam vltimam esse incognitam, vt semper simus suspensi, vt dum illam videre non possumus, quotidie nos ad illam præparemus. Etiā in hac vita ne simus securi, beatus Isidorus nos admonet, dicens: Neque iustus de sua iustitia confidat, neque peccator de misericordia dei desperet quicquam: sed pariter habeant in corde spem & metum. Sic speret dei misericordiam, vt semper timeat eius iustitiam. Quanuis conuersatio sanctorum sit probabilis, tamen incertum est hominibus ad quem finem sunt destinati. Ideo nunquam homo debet esse sine metu, quia satisfactio pœnitentiæ diuino tantùm iudicio pensatur, non humano. Vnde ait Cæsarius: Quanto sumus securi de præteritis peccatis, tanto debemus esse solliciti de futuris. Venerabilis soror firmiter tene, quia omnis vita sapientis hominis meditatio est mortis. Igitur soror in Christo mihi amabilis, si omni hora ad deum vigilaueris, sapiens eris. Si quotidie mētem tuam ad deum leuaueris, & diem mortis tuæ ad memoriam reduxeris, beata eris, secundū illud quod quidā sapiens ait: Beatus homo qui semper est pauidus. Hac de causa te moneo virgo honesta, vt semper sis pauida, sempérque suspensa. Semper esto solicita, & contra diaboli tentationes astuta. Semper vigila: & cōtra antiquum hostem incessanter pugna. Diebus ac noctibus ora cum omni vigilantia, & contra insidias diaboli viriliter dimica. In omni vita tua esto prouisa: & contra versutias inimici, & cū omni solicitudine decerta. Etiā audi honesta virgo ea, quæ Iesus Christus sponsus tuus dicit in euangelio: Beatus ille seruus quem cum venerit dominus iuuenerit vigilantem. Ergo si ad eundem dominum nostrum Iesum Christum vigilaueris tota mente, inter beatos computaberis in æterna beatitudine. Beata eris, si cum omni deuotione oculos mentis ad verum lumen quod deus est leuaueris. Vere beata eris, si ad deum cum omni instantia vigilaueris, quia promisit deus coronā vigilantibus. Vnde in Canticis Canticorum de oculis sponsi dicitur: Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluenta plenissima. Oculi sponsi sancti viri sunt, qui sicut columbæ in simplicitate viuūt, & aliis suis prædicationibus atque exemplis viam salutis ostendunt. Super riuulos aquarum esse perhibentur, quia semper in refectione sanctarum scripturarum conuersantur. qui lacte sunt loti, quia per gratiam dei in baptismo à peccatis suis sunt mūdati. Quid per fluenta plenissima iuxta quæ sedent intelligimus, nisi sacræ scripturæ profunda & arcana dicta, quib⁹ nos reficimus, dum ea legendo vel audiendo haurimus? Nam sicut iuxta fluenta aquarum columbæ residere solent, vt vmbram volantium desuper auium in aqua videant, & per eam itruentium in se vngues rapaces effugiant: sic sancti viri in scriptura sancta fraudes dæmonum prospiciunt, & ex descriptione quam vident, quasi ex vmbra inimicum cognoscunt, & eius deceptiones fugiunt. Sic & tu soror honestissima, in meditationibus sanctarum scripturarum esto assidua, quia in eis poteris cognoscere qualiter hostium insidias valeas declinare. Honesta virgo, iterum te moneo, vt te consiliis sanctæ scripturæ ex toto commitas, videlicet vt nihil aliud facias, nisi quod ex responso scripturarum audieris: quia ibi inuenies qualiter fraudes dæmonum fugias. Moneo etiam te, vt metu rapacium auium, id est dæmonum, super fluenta sanctarum scripturarum sedeas, ne tu improuisa (quod absit) inimicis tuis præda fias. Rogo vt super riuulos sanctarum scripturarum indesinenter vigiles, & vt cum summo studio deceptiones inimicorum vites. Heu insipientes quare non cognoscimus vel intelligimus quia in conspectu domini cogitationes nostræ antequam ad actum procedant, manifestæ sunt & apertæ? Dicit enim Psalmista, Scrutans corda & renes deus. Igitur soror amantissima, cogitemus nos in conspectu dei semper astare, & cognoscamus quia terra & cinis sumus. Ecce deus noster terribilis retribuens vnicuique secundum opera sua in proximo est, & nō tardabit: ipse veniet, & saluos nos faciet. Vigilemus ergo cum omni perseuerantia, & deuotione, vt cū venerit, & pulsauerit, non inueniat nos dormientes: sed vigilantes in suis laudibus, & in suo amore atque in suo sancto seruitio. Curramus ergo dum lucem habemus, ne tenebræ nos comprehendant. Sic enim ait sapientia dei in prouerbiis: Beatus qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à domino. Virgo Christi ideo te moneo, vt cū omni studio vigiles ad deum, vt in die necessitatis tuæ possis eum habere propitium. Igitur honesta virgo, nullus casus te inueniat imparatam, nullus sit casus quem non præueniat meditatio tua: propone ante oculos tuos nihil esse quod accidere non possit. Cōmemorare semper futuras miserias, in prosperis meditare quo pacto aduersaberis. Semper cogita in mente ne aliquid contrarij accidat. Sapiētis hominis est præuidere iacturā periculi. Omnia meditata leuioti euentu accidunt. Expectata mala tolerabiliter feruntur: perspecta res admittatur cum acciderit. Aduenientes impetus præmeditatio frangit, præcogitatio attenuat futuras molestias, præuisio lenit aduentum malorum: inopinatum malum fortiter ferit. Grauia sunt quæ cogitata non fuerant. Acerba existūt in quibus improuisi incurrimus. Improuisa mala grauiter feriunt. Repentinum malum cito frangit. quod prouisum non est, vehementer affligit. Subita maris tempestas terrorem suscitat. Improuisus hostis male perturbat. omnia repentina grauiora sunt. quæ repente accidunt, grauius occurrunt. Igitur soror mihi in Christo dilectissima, & ad bona & mala cor tuum præpara: in die bonorū ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum. Esto peruigil sensu, ne vanis cogitationibus polluaris. Ama scientiam scripturarū, & contemne vitia carnis. Soror charissima, si ex toto corde tuo ad deum vigilaueris, & ei in omni vita tua cum omni deuotione seruieris, absq; vlla dubitatione cum eo in cœlesti curia regnabis. Amen.

De Prudentia Sermo LVI.

Soror charissima audi dominum Iesum Christum in euangelio dicentem: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Et Salomon ait: Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. Via simplicis via domini: & pauor his qui operantur malum. Iustitia simplicis diriget animā eius, & in impietate sua corruet impius. Innocens credit omni verbo. Qui autem decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possi-

debunt

A debunt bona eius. Viri sanguinum oderunt hominem simplicem, iusti autem quærunt salutem illius. Sancta rusticitas sibi soli prodest: & quantum ædificat ecclesiá Christi merito vitæ, tantum destruit, si his qui veritatem destruunt non resistit. & beatus Hieronymus ait: In seruis & in ancillis dei nō est quærendus cultus corporis, sed simplicitas mentis. Nec simplex nec rusticus ideo secundum se existimet sanctitatem in sua lingua, sed tantummodo in pura & simplici conscientia. Ex duobus imperfectis multo est melius habere rusticitatem sanctam, quàm eloquentiam peccatricem. Magis veneranda est sancta rusticitas, quàm verbosa loquacitas. Soror in Christo dilecta, si nostra intentio est simplex apud deum, in iudicio eius nostra operatio tenebrosa non erit. Qui casti esse per iustitiá nesciunt, nequaquam esse innocētes per simplicitatem possunt. Sanctorum electorum ecclesia vias rectitudinis & simplicitatis suæ timore inchoat, sed charitate consummat. Deus enim non solùm verborum, sed & cordis inspector est, & diligit eos qui in simplicitate cordis seruiunt ei. Vnde sponsus in Canticis Canticorum loquitur dicens: Vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suę, electa genitrici suæ. Mater nostra est regenerattix gratia dei, apud quam vna colūba eligitur: quia illos solos colligit, qui in simplicitate permanent, & ab vnitate non diuiduntur. Multi quippe fideles dum ad ipsum intendunt, dum vno desiderio Christi
B se inuicem nutriunt, dum habentes cor vnum & animam vnam se in charitate coniungunt, ex multis membris vnum corpus efficiunt: in quo omnes in simplicitate vnitatis viuētes, vna columba existunt. Ea quæ apud homines despecta sunt, & in contemptu habentur, in magna gloria sunt apud deum. Igitur uenerabilis soror, omnipotentem deum deprecemur, vt mittat nobis spiritum sanctum de cœlis, qui nos faciat habere simplicitatem columbæ, & prudētiam serpentis, vt simus in malitia simplices, & in bonis operibus prudētes. Serpens enim astutum est animal, vt de aspide legitur, quæ videns incantatorem veniētem, affigit aurem vnam terræ, & aliam cauda obturat, ne incantatoris vocem audiat. Vnde propheta de his qui crudeles & prudētes sunt in malo, dicit: Furor illis secundum similitudinē serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, vt non exaudiat voces incantātium, & venefici incantantis sapienter. Imitare ergo & tu soror amabilis hunc serpentem in hac parte, videlicet vt aures tuas claudas, ne mala verba audias. Honesta virgo deprecare deū, & oleum peccatoris non impinguet caput tuum. Olcū, peccatoris laus est adulatoris. Serpens obturat aurem suam ne audiat incantatorem, & tu claude aurē similiter, vt nō audias detrahētem. Prudēs est aspis ne verbum mortis audiat, & moriatur: ergo & tu esto prudens ne verba mala per aures
C tuas intrent ad animā tuam, & moriaris. Igitur sponsa Christi, nec prudētia serpētis sine simplicitate columbę, nec simplicitas columbæ sine prudentia serpentis debet esse in te: quatenus columbæ simplicitatē astutia serpentis vt mala caueat solliciter, & prudentiam serpentis simplicitas columbæ vt bona faciat temperet. Soror amantissima mihi in Christo, etiam columba septem virtutes habet (vt legimus) in se, quas tū per gratiam sancti spiritus poteris habere in te. Columba sæpe super riuulos aquarum sedet, vt viso accipitre veniente se in vndas immergat, & euadat. in tritico meliora grana eligit. sepe alienos pullos nutrit. rostro non percutit. non habet fel. nidum facit in fenestris murorum, gemitum habet pro cantu. Deprecare ergo deum honesta virgo, cum summo studio, vt det tibi has virtutes columbæ, scilicet vt super riuulos sanctarum scripturarum sedeas, & admonitione earū incursum diaboli euadas. In sacra scriptura meliores elige sententias, ex quibus te reficias. Nutri alienos pullos, id est, homines prius à deo alienos, tuis verbis atque exemplis ad deum cōuerte. Rostro non percutias, id est proximo tuo malum non facias, nec malum dicas. Non habeas fel, id est, non habeas in te iracundiam. In fenestris petrarum fac nidum tuum, id est spem tuam. Gemitum habe pro cantu, videlicet vt sicut homines seculares gaudēt cātilenis seculi, ita tu gaudeas in gemitu & tristitia spirituali. Igitur soror venerabilis, sicut superius dixi tibi, oportet te pariter intelligere & cauere insidias inimici cum omni solicitudine. Sic te oportet per innocentiam vitę esse simplicem, vt tamē cum simplicitate vitę oportet esse prudentem. Ille qui non miscet prudentiam simplicitati, secundum quod ait Propheta, columba est seducta, nō habens cor. Sed ideo est columba, quia simplex: ideo autem non habet cor, quia non habet prudentiam. Iterum soror charissima te moneo, vt in corde tuo præpares dignum habitaculum Christo, quatenus ipse veniens cum patre & spiritu sancto dignetur apud te mansionem sibi facere in domicilio tui pectoris, Amen. D

Vt laicæ mulieres vitentur. Sermo LVII.

Charissima soror fuge societatem secularium mulierum. Seculares fœminæ quæ tecum non habēt vnam professionem, non accedant ad tuam societatem: quia quod amant hæ, tibi prædicant. Ecce quod diligunt, tibi dicunt: ideo debes vitare societatem secularium fœminarum, quia seculum diligunt, & de secularibus loquuntur, terrena amant, & ideo terrena tibi annunciant, transitoria concupiscunt, & ideo in auribus tuis transitoria exponunt. Sic enim scriptum est: Vnusquisque hoc laudat quod diligit. Et ideo secularis fœmina seculum laudat, quia seculum diligit. Certe si cœlestia diligeret, cœlestia laudaret. Sine dubio, si cœlestia amaret, cœlestia approbaret: cœlestia prædicaret: si æterna concupiscerет, æterna tibi suaderet. Et ideo soror moneo te, vt societatem secularium fœminarum expellas à te. Quare? Quia E corrumpunt bonos mores colloquia mala & praua. Quid facit vxor viri cum sponsa Christi? Aut quid agit mulier nupta cum virgine deo deuota? Quid in vnum agit secularis fœmina cum Christi sponsa? Quid agit fœmina secularis cum sanctimoniali fœmina? Vel quid agit fœmina quæ mundum diligit, cum fœmina quæ mundum reliquit? Quid agit fœmina maritata cum muliere Christo dilecta? Quid quę amat virum cum ea quę diligit Christum? Fœmina quę tuum propositum non tenet, quare ad tuam societatem venit? Secularis fœmina quæ non habet tuum habitum, quare accedit ad tuum cōsortium? Secularis fœmina quid tecum agit, quæ tecum iugum Christi non ducit? Fœmina quæ tecum iugo Christi collum non submisit, quare ad tuum colloquium accedit? Dispar est habitu, dispar affectu. Et sicut dispar est vestimento, ita animo. Mulier secularis organum est Satanæ. Hæc cantat tibi quod illecebras seculi mouеat, & semitas diaboli ostendat, sicut legimus: Sirena maris talis est sursum ex vmbilico, qualis pulcherrima & formosa virgo: ab vmbilico vero vsque ad pedes talis sicut est piscis. Sirena habet caput virginis, & posteriora piscis. Cātat dulce magnis vocibus, & multis modulis atque cum magna dulcedine dat voces concordes: sed per suas dulces cantilenas sæpe marinarios decipit, & in discrimē perducit. Sæpe nautæ nauigantes mare dulces audiunt voces Sirenarum, & per dulces voces, & suaues cantus earum, decipiuntur, & ad mortale periculum perducuntur. Sicut Sirena per dulces cātus decipit marinarios, ita secularis fœmina per F suos deceptorios sermones decipit Christi seruos. Et sicut Sirena per suaues cantilenas solet nauigātes mare à recto itinere deuiare atque in perditionē perducere, ita secularis fœmina per blanda verba ac seductoria solet deo seruientes à sancto proposito retrahere, & in periculum animarum suarum perducere. Igitur soror dilecta mihi in Christo, fuge cātus Sirenarum, ne dum delectaris audire delectamenta terrena, à recto itinere auertaris. Quid enim sunt verba secularium mulierum nisi cantus Sirenarum? Ergo cantus Sirenæ fuge, & à lingua male suadentis mulieris separa aures tuas. Sic declina verba secularis mulieris quasi sibilos serpentis. Caue ne sicut serpens decepit mulierem in paradiso: ita te decipiat venenosa lingua male suadentis mulieris in monasterio. Vide ne mulier vana & garrula infundat in aures tuas mortis venena. Caue ne mors intret per fenestras tuas, id est per oculos & aures tuas in animam tuam. Soror venerabilis, cum videris mulierem dispare tui propositi, muni cor tuum scuto fidei: & contra eam trophæo crucis arma frontem tuam. Honesta soror, in hoc solum cum muliere seculari cōcedo tibi colloquium, vt sanctis admonitionibus suadeas illi relinquere seculum, & venire ad monasterium. In hoc solum tantùm do tibi licentiam loquendi cum seculi fœmina, vt doceas eam despicere terrena, & amare cœlestia, & etiam exire de seculo, & seruire

G deo. Iterum vt per tuam allocutionem transitoria despiciat, & æterna concupiscat. Soror charissima, si ita feceris sicut dixi tibi: & te in hoc seculo à malo custodies, & in futuro à domino coronam in cœlo recipies. Amen.

Vt virgo non diligat societatem virorum.
Sermo LVIII.

SOror charissima, & si tanto studio fugies fœminas, quanto magis debes fugere viros? Et si tam sollicite vitabis societatem mulierum, quanto magis vitare debes societatem virorum? Et si tanta cura confabulationes fœminarum declinabis, quanto magis deceptiones virorũ declinare debes? Et si tãtopere aures tuas separabis à verbis fœminarum, quanto magis eas debes separare à seductoriis virorũ verbis? Soror mihi in Christo dilecta, moneo te, vt vir quamuis sit sanctus, nullam tamen tecum habeat societatẽ. Licet sit sanctus & iustus, nullam tecum habeat familiaritatem. Quamuis sit religiosus, nullam tecum habeat assiduitatẽ. Quamuis sit bonus, nullam tecum habeat viuendi iugitatem. Quare? Ne visitandi familiaritate vtriusque pereat castitas. Ne videndi frequentatione vtriusque annihiletur honestas. Ne videndi iugitate vtriusq; religiositas infametur. Ne vidẽdi vsu vtriusque persona dehonestetur. Decidet à charitate dei, qui occasionem dederit peccandi. Decidet etiam à charitate proximi,
H qui occasionem præbuerit male faciendi: quia etsi male non facit opere, tamẽ opinionem pessimam nutrit. Per assiduitatem sæpe peccat homo. Sæpe familiaritas vincit, quos vitium superare non potuit. Sæpe occasio peccandi voluntatem fecit & facit. Quos voluptas superare non potuit, assiduitas superat. Dispar sexus in vnũ collocatus illuc prouocat instinctum carnis, quo nascitur. Etiam naturalis flamma carnis acceditur, si illicita attingit. Vir & fœmina diuersi sunt per naturam: qui si in vnum fuerint collocati, quamuis non peccẽt, tamen per vsum inter se malam famam nutriunt. Quis colligabit ignem in sinu suo, & non comburetur? Ignis & stupa in vnum posita flammas nutriunt. Quanquam sint contraria, si in vnum fuerint collocata, flãmas generant. ita vir & fœmina, si in vnum fuerint positi, licet malum non faciunt, tamen per assiduitatem inter se malam famã nutriunt, & alios de se murmurare faciũt. Religiosus vir & sanctimonialis fœmina si immoderate coniunguntur sibi, aliis de se locum præbent murmurandi. Sexus viri & fœminæ diuersus est: & ideo si in vnum coniunguntur, statim inde occasio peccandi nascitur. Quid ergo in vnum facit ignis & stupa? Cur serpens collocatur in sinu? Quare ignis collocatur in vestimento? Quare fœmina quæ castitatem promisit deo, societatem habet cum viro? Fœmina quæ propter deum seculum contẽpsit, quare viri familiaritatem diligit? Quare amat præsentiã virorum, quę
I cum Christo desiderat intrare cœlestem thalamũ? Quare fœmina deo deuota quærit audire deceptoria virorum verba? Quare quæ in seculo maritum habere noluit, in monasterio posita facies hominum videre concupiscit? Igitur soror mihi in Christo dilecta, si vis esse à fornicatione secura, esto mẽte & corpore à societate hominis separata. si perfecte vis castitatem tenere pro amore Christi, longe te fac à societate viri. Tu circa serpentem composita, certe non eris longo tempore secura. Circa ignem sedens, etsi ferrea sis, aliquãdo dissoluẽris. Circa periculum constituta, non eris diu illæsa vel secura. Audi ergo soror mihi in Christo amantissima, boni consilij verba: Viri nomen tuum non sciant, faciem tuam non videant, faciem tuam non cognoscant, quamuis nomen tuum audiant. Audi etiã virgo honesta Pauli apostoli verba: Oportet nos habere testimonium bonum ab his qui foris sunt, & intus bonam vitam propter nos, bonam vero famã propter cæteros. Soror venerabilis, si propter deum in terra vitaueris societatem virorum, per deum in cœlo habebis societatem Angelorum. Amen.

Vt virgo fugiat societatem iuuenum.
Sermo LIX.

CHarissima mea soror, & si taliter viri sancti sunt declinãdi, ne vtriusque sanctitas pereat assiduitate viuẽdi, quãto magis declinandi sunt iuuenes, qui sequuntur temporalis vitæ tenebrosas vias, ac delectationes? Et si tanta cura frequentiam sanctorũ virorum fugere debes, quãto magis te oportet K fugere iuuenes huius seculi cõcupiscẽtias sequentes? Ad hoc diabolus oculis religiosæ fœminæ iuuenes obiicit, vt formas eorũ quos p diẽ viderit, meditetur in nocte: & vt recẽs visio & corporis inspectio assidue versetur in animo. Sic intrat sagitta Sataniæ per ianuas oculorũ vsque ad animũ. Vnde propheta: Intrauit mors, inquit, per feneſtras vestras, ingressa est domos vestras. Non intrat sagitta diaboli ad interiora mẽtis nisi per sensus corporis. Soror in Christo dilecta mihi, amãdi sunt viri, sed absentes. Amandi sunt homines, nõ intus, sed foris. Diligere debemus homines in animo, sed nõ in domo. Dilige homines in mente, sed à longe. Diligendi sunt viri, quia sunt opus dei, sed extra domũ. Amandi sunt viri non propter pulchritudinẽ corporis, sed quia sunt opus creatoris. Iterum soror venerabilis te moneo, vt nunquam loquaris sola cum solo. Nullus loquatur tecum singulariter: nec tu præter duatum aut trium testimoniũ loquaris cum aliquo. Non debet sponsa Christi sola cum solo loqui, nisi cum sua magistra, cum agit pœnitentiã de suis peccatis. Sanctimonialis fœmina quæ cum viro sola loqui desiderat, stultitia in mente eius regnat. Audi igitur dilecta mihi, si perfecte castitatem vis tenere pro amore Christi, longe discede à societate viri. Si perfecte in terra cõtempseris societatem virorum pro Christo, absque vlla dubitatione cum eo regnabis in cœlo. Amen. L

Vt virgo non coniungatur malis hominibus.
Sermo LX.

HOnestissima soror audi verba Salomonis, Fili mi si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis: ne æmuleris hominem iniustum, ne sequaris viam eius. Discede ab homine iniquo: & habebis pacem. Viri iusti socij sint tibi in timore dei sit gloriatio tua. Quemcunque hominem cognoueris obseruantem timorem dei, in amicitia iungatur tibi. Hominibus malis non coniugaris. Beatus Ambrosius: Sanctorum hominum vita cæteris hominibus bene viuendi debet esse norma. Qui enim sancto viro associatus fuerit, ex eius societate accipiet vsum bonæ locutionis, & exemplum boni operis, vt accẽdatur de die in diem mens eius in amore dei. Nõ est valde laudabilis ille qui bonus est cum bonis, sed vere ille est laudabilis, qui bonus est cum malis. Vere ille homo est laudabilis, qui in societate malorum est bonus. Sicut ille est culpandus qui malus est inter bonos: ita ille est laudãdus, qui bonus est inter malos. Verba vitæ sunt verba hominum deum timentium: & sanitas animæ his qui ea sequũtur & diligunt. Sicut sol oriens expellit caliginem, ita sanctorum doctrina à sensibus nostris expellit tenebras vitiorum. Vnde Dauid propheta: Cum sancto sanctus eris: & cum peruerso peruerteris. Igitur soror mihi in Christo dilecta, si vis bene
M viuere, malorum societatẽ declina. Vita malos, caue iniquos, fuge improbos, sperne à te ignauos. Fuge turbas hominum, maximè ætatum, quæ pronę sunt ad vitium: nec te adiungas leuibus personis, nec te admisceas vanis. Bonis te coniũge: bonorum consortium appete, bonorum societatem require, sanctis indiuiduè adhære. Si fueris socia eorum, conuersationis eris & virtutis. Qui cum sapientibus ambulat, sapiens est: qui cũ stultis graditur, stultus est. Similis enim simili cõiungi solet. Periculosum est vitam cũ hominibus malis ducere: pernicioſum est vitam cum his qui prauæ voluntatis sunt, sociare. Melius est habere malorum odium quàm consortium. Sicut multa habet bona vita communis sanctorum: sic plurima mala affert societas malorũ. Qui enim tetigerit immundum, coinquinabitur. Qui tetigerit sordidum, sordidabitur. Igitur soror venerabilis, si verba mea libenter audieris, & ea opere impleueris, inter electos dei computaberis.

Vt virgo non suscipiat dona vel literas in occulto.
Sermo LXI.

CHarissima soror audi quæ dico. Ancilla Christi quæ in abscondito literas vel dona recipit, ordinem suum frangit. Magnum malum facit, & grande peccatum committit, si ab hominibus literas vel aliud quodlibet munus suscipit, quia suum ordinem frangit. Grande malum agit, quæ propter temporalia dona sui ordinis præuaricatrix existit. Sanctimonialis fœmina quæ cum Christo desiderat intrare ad nuptias,

A nuptias, non debet hominibus dare sudariola, pectines, corrigias, vel specula aut fascias. Quæ Christum expectat cum ardente lampade, non debet ab hominibus accipere dona secularia, scilicet pectines, specula, & cętera alia quę propter amorem Christi velata non debet ab amicis suis accipere vanitatis dona. Quæ propter deum super caput suũ velum sacrum imposuit, multum peccat si ab hominibus dona secularia accipit. Sanctimonialis fœmina quæ in talibus delectatur, magna vanitate decipitur: & signum demonstrat meretricis. Vnde dicit beatus Hieronymus: Dulces literas & sudariola & crebra munuscula sanctus amor non habet. Ac si diceret: Si in mẽte sanctimonialis fœminæ sanctus amor esset, dona vanitatis & superfluitatis ab hominibus non acciperet. Mẽs casta & religiosa non desiderat à secularibus amicis accipere dona, sed à Christo, pro cuius amore contemnit omnia terrena: & ab illo solo debet concupiscere bona, cum quo sperat gaudere in cœlesti patria. Casta fœmina non quærit terrena dona, sed cœlestia. Quanto homo amplius in terrenis donis
B delectatur, tanto magis à dei amore elongatur. Si sanctimoniales fœminæ faciunt in monasterio quod mulieres seculares facere solent in seculo: satis culpabiles sunt coram deo, & inter seculares & sanctimoniales nulla est differentia. Igitur si inter eas quæ sunt in monasterio, & eas quæ sunt in seculo, nulla est distantia: inter religiosas etiam & seculares fœminas nulla est dissonantia. Ergo si sanctimoniales fœminæ delectabilia dona dant suis amicis, sicut facere solent meretrices, vbi est honestas, vbi religiositas, vbi castitas, vbi puritas, vbi sanctitas? Si sanctimoniales fœminæ quæ per bona opera debuerant placere deo, suis amicis placent in malo, luxuriosa dona dando, vbi est pudicitia, vbi continentia, vbi reuerentia, vbi verecundia? Ita si sanctimoniales fœminæ plus volunt placere hominibus in seculo, quàm Iesu Christo æterno regi in cœlo, vbi est obseruantia religionis, vbi rigor ordinis, vbi ardor contemplationis, vbi munditia mentis, vbi contritio cordis, vbi solicitudo orationis, vbi gemitus pectoris, vbi habitus monachalis? Si sanctimoniales fœminæ lætantur in temporalibus donis sicut lętari solent seculares homines, vbi est contemptus seculi, vbi timor inferni, vbi memoria iudicij, vbi recordatio æterni incendij, vbi amor dei? Igitur si sanctimoniales fœminæ concupiscunt dona vanitatis ab hominibus accipere, vbi est memoria delictorum, vbi lachrymæ oculorum, vbi recordatio peccatorum? Vilipenditur, contemnitur, despicitur, annihilatur. Reuera sanctimonialis fœmina, quæ ab hominibus accipit, in quibus delectetur, ordinem suum cõtemnit. Quæ plus gaudet in suorum amicorum donis quàm in præceptis sui ordinis, sui propositi est præuaricatrix. De talibus prophera ait: Dextera eorum repleta est
C muneribus, ac si diceret: Quanuis opera eorum videãtur bona, tamen plus lætantur in muneribus, quàm in bonis operibus. Magis volunt ab hominibus accipere dona, quàm à Christo æterna bona. Sanctimonialis fœmina quæ Christum perfecte diligit, delectabilia & superflua dona ab hominibus nõ recipit, quia Christum in omnibus donis anteponit. Vnde in Canticis Cãticorũm ecclesiæ dicitur: Pulchræ sunt genę tuæ sicut turturis. Turturi assimilatur ecclesia, vel quælibet sancta anima: quia Christum perfecte diligit, & nihil amori eius præponit. Turtur ex quo per occasionem coniugem suum perdidit, nũquam alterum amplius quærit, quia adulterinum amorem non recipit. Sic sanctimonialis fœmina quæ Christum perfecte diligit: amplius adulterinum amorem non recipit, id est, amplius in malo homines non diligit. Religiosa fœmina quæ plus diligit hominem quàm Christum, non est casta, sed adultera: quia Christum contemnit cui fuerat desponsata. Religiosa fœmina quando primùm ad monasterium venit, Christum in sponsum suscipit. Post hæc vero si carnaliter hominem super Christum diligit, adulterium facit: & si non corpore, iam tamen adultera est in mente, secundum illud quod dicitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo, sic etiam mœchatur mulier cum viro, si eum in corde suo concupierit, vel cum carnaliter dilexerit. Quapropter dilectissima mihi in Christo soror, te moneo vt Christum sponsum tuum super omnia ames, & ab illo solo dona accipere desideres. Ob-
D secro te vt Iesum Christum sponsum tuum super omnia diligas, & pro amore illius secularia dona non accipias. Procul dubio qui terrena dona affectat, cœlestia non sperat. Munera excæcant oculos sapientium, & mutant verba iustorum. Certe si munera excæcant oculos sapientum, obcæcant etiam ne Deus videat mẽtes religiosorum virorum. Si (quod verum est) dona oculos sapientum excæcant, etiam & oculos seruorum dei, ne Christus videatur, cõturbant. Vnde beatus Isidorus: Nõ potest oculus mẽtis alta videre, quem puluis claudit: ac si apertius diceret, nõ potest oculus mentis perfecte cœlestia conspicere, quem puluis clausit cõcupiscentiæ. Non potest mens serui dei ad cõtemplandum deum esse libera, si adhuc terrenis cupiditatibus obscuratur. Si adhuc mens sanctimonialis fœminæ in terrenis donis delectatur, perfectè cœlestia non contemplatur. Si accipiendo vel donando hominibus placere desiderat, deum perfecte non amat. Nam & à deo despecti sunt qui in his vanitatibus placere cõcupiscunt. Vnde ait Dauid propheta: Deus dissipabit ossa eorũ, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Rogo etiam te soror venerabilis in Christo, vt cum omni deuotione audias Esaiam prophetam dicẽtem: Qui excutit manus suas ab omni munere, in excelsis habitabit: & regem sanctorum videbunt oculi eius in decore suo: Ac si diceret, qui propter deum manus suas ab omni munere excutit: in cœlo habitabit, & regem sanctorum in gloria sua videbit. Qui causa
E amoris dei ab hominibus dona vanitatis & superfluitatis nõ recipit, deum in maiestate sua videbit, & cum omnibus sanctis in decore illius in perpetuũ gaudebit. Ideo soror in Christo amabilis, te rogo vt accipias consilium huius sancti prophetę, & excutias manus tuas ab omni munere. Si tu in excelsis vis habitare, ab omni munere manus tuas excute. Iterum te moneo per gratiã dei, vt studeas imitari illum qui ait: Ego cum iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua. Amen.

Vt virgo cum deuotione reddat quod deo promisit.
Sermo LXII.

SOror charissima bene cogites quid deo voueas, & reddas te ipsam, voue integram, & redde. Teipsam de peccatis accusa: deum in beneficiis lauda. Nihil boni tibi tribuas: ab illo cuncta bona quæ habes, te accepisse dicas. Confitere illum misericordem, te peccatricem: illum veracem, te mendacem. Rogo soror dilecta, vt dicas cum prophera: Introibo in domum tuam, id est, in monasterium: in holocaustis, hoc est in spiritu contritionis & compunctionis reddam tibi vota mea, id est, ibi me integram offeram tibi in ara cordis, quã tibi voui. Necesse est vt qui saluari desiderat, bona quæ deo vouit, cum omni deuotione reddat. Quicunque ad gaudia
F æterna desiderat peruenire: necesse est, vt bona quæ deo promisit, studeat adimplere, vnde propheta: Vouete & reddite domino deo vestro. Ac si diceret: Vosipsos vouete & reddite: quia necesse est vt qui vouit, etiam reddat: quia vouendo se debitorem fecit. Et melius esset nõ vouere, quàm post votum promissa non soluere. Sunt etiam quædam vota omnibus communia, quędam vero specialia. Communia vota sunt ea, quę in baptismo promisimus, scilicet vt nõ peccaremus, & vt diabolo & operibus eius abrenunciemus. Specialia vota sunt quando aliquis se monachum fieri aut canonicum aut eremitam vel aliquid aliud promittit. Quod si ille qui vouit, non reddiderit: saluus esse non poterit. Quare? Quia qui deo vt bene viueret promiserit, si hæc bonis operibus non impleuerit, saluari non poterit. Quisquis bona quæ deo pollicitus est, implere neglexerit: ad illa bona quæ deus promisit, peruenire nõ poterit. Ille qui deo nõ vult reddere bona, quæ vouit ei: quomodo vult à deo accipere bona quæ ei deus promisit? Quomodo vult à deo accipere donum cœleste, qui deo non vult reddere suum votum? aut quomodo se putat à deo accipere cœlestia dona, qui deo negligit persoluere vota sua? quia non est fidelis, sed infidelis. Inter infideles condemnabitur ille qui vota sua deo negligit reddere. Inter infideles peribit, qui votum suum in bonis non cõsummauerit. Igitur soror in Christo dilecta mihi, moneo te vt facias bonũ quod promisisti. Non sis in verbis facilis, & in operibus difficilis. Coram

Universidad de Deusto
Biblioteca

G deo facere aliquid facilè non promittas: sine consideratione virium nihil presumas. Quod nó potes facere, nó promittas. In conspectu dei multum eris culpabilis, si nó reddideris bonum quod promiseris. Qui vota sua non explent, deo displicent. Inter infideles deputabuntur, qui quod vouerunt non impleuerunt. Melius est enim non promittere, quàm fidem promissi non soluere. Veruntamen soror venerabilis rescinde fidē in malis promissis: in turpi voto muta decretum. Malum quod promisisti, non facias: quod incaute vouisti, non impleas. Impia est promissio quæ scelere adimpletur. Nunc ergo sponsa Christi sicut iam dixi tibi: si cum omni deuotione reddideris deo bona quæ ei promisisti, accipies ab eo eterna bona quæ ille promisit tibi. Amen.

Vt virgo semper illud consideret propter quod venit ad monasterium. Sermo LXIII.

SOror charissima scito quid sis: cognosce temetipsam, reduc ad memoriam quare sis nata: esto memor cur sis orta: in quem vsum sis genita: qua conditione sis edita. Ad quam rem sis in hoc seculo procreata. Meméto conditionis tuæ, serua ordinem naturæ tuæ. Esto quod es facta. Talis esto qualem te deus fecit: qualem te factor instituit, esto talis. Tene modum in omni opere tuo: in omni re temperamentum
H tene. Nihil facias sine temperantia: nec minus facias aliquid nec nimis, nec vltra quàm oportet, nec infra. Etiam in bonis immoderatum aliquid nó debet esse, Omnia mediocria sunt vtilia, & in suo modo perfecta: quæ cum temperantia fiunt, salubria sunt. Bona autem immoderato vsu noxia efficiuntur. Omnis enim nimietas in vitio deputatur. Temperate facere cuncta, prudentia est. Ne de bono facias malum. Soror dilecta, respice etiam quid sit aptum cuique tempori. Primò videas quid debeas facere, & vbi & quando, qualiter & quandiu facias. Per discretionem cognosce causas rerum. Cum omni diligentia distingue omnia quæ agis. Diligenter excogita qualiter bonum incipias & perficias. Tene discretionem in omni actione tua. Cum bene distinxeris opus tuū optime iusta eris. Quicquid boni feceris cum discretione, virt' erit: quod sine discretione, erit vitium. Indiscreta enim virtus pro vitio reputatur. Virtus sine discretione locum vitij obtinet. Per prauam consuetudiné multa sunt vitiata, prauo vsu multa sunt profundata. Multa sunt illicite vsurpata cótra pudicos mores. Vsus igitur auctoritati cedat. Lex & ratio prauū vsum vincant. Honesta virgo, moneo te vt teneas fidē firmam in corde, galeam salutis in capite, signum crucis in fronte, verbum veritatis in ore, voluntatē bonam in mēte, timorem & veram dilēctionem dei & proximi in pectore, cingulum castitatis in corpore, honestatē in actione, sobrietatem in consuetudine & bonitate, humilitatem in prosperitate, patientiam in tribulatione, simplicitatem in cōuersatione, spem certam in creatore, amorem vitæ æternæ, perseuerantiam in bonis operibus vsque in finem. Amen.

Vt virgo non quærat placere hominibus de pulchritudine sui vultus. Sermo LXIIII.

CHarissima soror vitemus pernicios as pulchritudines, ne omnium malorum germina inde pullulent. Qui pulchritudinem corporis diligit, semetipsum decipit. Quare? Quia pulchritudo corporis fallax est, vana est, terra & cinis est, deceptio est hominis. Vnde Salomon: Fallax gratia, & vana est pulchritudo. Multi fuerunt & sunt decepti per pulchritudinem corporis. Stulti homines dum considerant pulchritudinem corporis, incidunt in diaboli laqueum. dum carnis pulchritudinem attēdunt, retiaculis diaboli prēpediuntur. Multi per pulchritudinem corporis alliganturin peccatis. Deus nō requirit corporis decorem, sed animæ pulchritudinem. Amplius diligit deus spiritualem pulchritudinem, quàm carnalē. Christus non delectatur in corporis pulchritudine, sed in animæ puritate. Igitur soror mihi in Christo dilecta, moneo te vt illam pulchritudinem diligas, in qua delectatur deus. Nunquam hoc animo homines attendas vt eorum pulchritudinem diligas. Nō consideres homines hac intentione, vt læteris in eorum pulchritudine. Nunquā ideo homines conspicias, vt pulchritudinem eorum cōcupiscas. Te etiam rogo vt nunquam vultum tuum componas vt hominibus placeas. Nūquā ideo exornes vultum tuum, vt placeas in oculis hominū. Nó sit talis intentio tua, vt coram hominib' velis apparere formosa: quia si ob hoc facis vt in cōspectu hominum formosa videaris, Iesu Christo sponso tuo iniuriam facis. Cū sis Christo despōsata, si ante oculos hominum vis apparere, non es casta, sed adultera. Quasi adultera Christo facis iniuriam, si vt ab hominibus ameris, ostendis pulchritudinem tuam. Quomodo non adulteraris, quæ plus quàm Christū diligis homines? Aut quomodo nō facis adulteriū quæ homines amas super Christū? Quomodo dicis, nó sum adultera, quæ Christo te in monasterio tradidisti, & nūc hominibus vis placere de pulchritudine vultus tui? Cū hoc facis, signum demonstras meretricis. hoc facere solent meretrices, & seculares mulieres: videlicet componūt facies suas, vt in oculis hominum appareant formosę. O quàm turpe est & quàm absurdū illud facere fœminas sanctimoniales, quod facere solēt meretrices, & seculares mulieres? Igitur honesta virgo, audi quæ dico, attende quæ moneo. Núquam vultum tuum componas vt hominibus placeas, sed interius ornaciem tuæ conscientiæ bonis virtutibus, vt Iesu Christo cœlesti sponso placere valeas. Deus non delectatur in pulchritudine corporis, sed in pulchritudine mētis: non in compositione vultus, sed in bonis moribus: non in corporis compositione, sed in sancta conuersatione. Cum sancta anima intus propter Christū bonis moribus ornatur, à Christo diligitur atq; amatur. quod bene spōsus insinuat in Cāticis cāticorum, vbi spōsæ loquitur dicens: Quàm pulchra es amica mea & quàm decora charissima in deliciis! ac si diceret. Quàm pulchra es amica mea, id est, iustè sanctè & religiosè viuendo es pulchra, & me super omnia diligendo es amica. Ideo es pulchra & decora, quia bene viuendo in bonis operibus cōuersaris: atque ideo es amica, quia perfectè me diligis, quia alterum amicum plusquam me non diligis. Nec solum es amica mea, sed etiā charissima, quia plus mihi desideras placere per bona opera in mēte, quàm hominibus foras de corporis pulchritudine. Ideo nō solùm es amica, sed etiam in deliciis charissima. Sancta anima charissima dicitur in deliciis, videlicet scripturarum sanctarum, quia ad amorem & familiaritatem Christi perfectè non peruenit, qui scripturæ sanctæ deliciis abūdare contemnit. Ille ad amorem Christi perfectè peruenire poterit, qui deliciis scripturarum se reficit: & Christum diligit, & à Christo diligitur. qui vero plus desiderat placere hominibus de pulchritudine vultus sui, quàm Christo de bonis operibus, nec Christum perfectè diligit, nec à Christo diligitur. Moneo ergo te soror charissima, vt Christum diligas super omnia, quia deus pater te elegit in ipso ante secula. Rogo etiam te vt illi soli placere concupiscas, & vt ab hominibus laudēm temporalem non accipias. Amen.

Vt virgo non rideat immoderatè. Sermo LXV.

SOror charissima, audi sapientissimi Salomonis verba: Risum depuraui errorem, & gaudio dixi: quid frustra deiperis? Error dicitur, quando aliud debet fieri, & aliud fit. Tunc ergo fit error, quando Ille qui debet plorare rider. Ideo rursus dicitur error, quia dum quisque ridet, diem mortis suę ipse in mente sua non habet. Verè frustra decipitur, qui in temporalibus gaudiis gaudet & lætatur. Decipiūtur qui gaudent in prosperitatibus huius seculi, quoniam si diem mortis suæ ad memoriam reducerent, prius peccata sua plorarent, quàm de rebus vanis riderent. Qui de rebus vanis ridet, si mala quæ passuri sunt, in mente haberent, non riderent, sed lugerent. Vnde etiam Salomon ait: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit. Et dominus in euāgelio: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. non dixit, beati qui rident, sed beati qui lugent: quia verè illi sunt beati, qui peccata sua lugent, non illi qui de rebus vanis rident. Qui secundum deum lugent, beati sunt, quoniam ipsi consolabuntur. Et Iacobus Apostolus stulte ridentes increpat, dicens: Risus vester vertetur in luctum, & gaudium in mœrorem. Stultus in risu exaltat vocem suam: sapiēs autem vix tacite ridebit. Risum ergo soror dilecta quasi errorem deuita, & temporalem lætitiam in luctum commuta. Quare? scilicet vt

A vt beatifices te si in hac peregrinatione plorabueris: videlicet vt in die mortis tuæ beata inueniaris, si teipsam in hoc mūdo plorauerit. Cognosce te peregrinam esse in hoc mundo, quia non est hic patria tua, sed in cœlo, non habes hic ciuitatē manentem: quia deus promisit tibi in cœlo Hierusalē cœlestem, ad quā Dauid propheta peruenire desiderabat, cum dicebat: Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Tali etiam desiderio ardebat Christi seruus qui dicebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Ille etiam ad cœlum peruenire cupiebat, qui dicebat: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar. Quando hæc dicebat, de vanitatibus huius mundi non ridebat, sed de hac peregrinatione lugebat. Igitur honesta virgo gaudium tuum semper sit in cœlo. Tui cordis lætitia semper sit modesta & tranquilla, iuxta quod apostolus ait: Gaudete in domino semper: iterum dico, gaudete. Et alio loco dicit: Fructus autem spiritus est gaudium. Tale gaudium non perturbat mentem fœcunditate ridēdi, sed subleuat animam per desiderium peruenièdi ad cœlestem patriam, vbi possit audire: Intra in gaudium domini tui. Facies hominis est speculum
B cordis. Per risum potest homo cognoscere cor sanctimonialis fœminæ. Risus & ioci inutiles cōscientiam vanā ostendūt sanctimonialis fœminæ. Plerunq; quale sit cor fœminæ sanctimonialis, demonstrat risus & iocus turpis. Non enim illa imprudenter rideret, si cor castum haberet: nunquam rideret lasciuè, si lasciuiam non haberet in mente. Sic enim ait dominus: Ex abundantia cordis os loquitur. Ergo ex abundantia vanissimi pectoris ridet facies virginis. In mente fœminæ si vanitas non esset, de vanitate nunquam rideret. Mens casta plus gaudet in luctu quàm in risu. Certè si sanctimonialis fœmina haberet in mēte veram castitatem, plus amaret lachrymas, quàm lætitiam temporalem. Si ad memoriam reduceret suas negligentias, & inferni pœnas, plus diligeret lachrymas quàm risus. Vbi risus & iocus abundant, ibi perfecta charitas non regnat. Si sanctimonialis perfectè Christū diligeret, non rideret, sed cum desiderio illius indesinēter plorareť: quia qui perfectè Christum diligit & timet, non ridet, sed amore eius luget. Miror quare illa quærit iocos & risus, quæ ideo venit ad monasteriū, vt pro peccatis suis funderet lachrymas. Miror quare non habet verecundiam, quæ in risu exaltat vocem suā. Quàm turpe est ei ridere, quæ in hac peregrinatione debuerat peccata sua plorare? Nos miseri quare ridemus, qui de omnibus operibus nostris in cōspectu angelorū, & omnium sanctorum deo rationem reddituri sumus? Ideo melius est nobis in hac vita lugere peccata nostra, vt à domino possimus consequi veniam in futuro. Obsecro igitur te soror venerabilis, vt risus & iocos caueas: & pro peccatis tuis indesinēter
C lachrymas fundas: iocos & risus fuge, & peccata tua incessanter luge. Audi sponsa Christi, quid sponsus in Canticis canticorum sponsæ loquitur, dicens: Oculi tui sicut piscinæ in Esebon. Bene oculi sponsæ sicut piscina dicuntur, quia dum sancta anima de hac peregrinatione plorat, per gratiam dei à peccatis se lauat. Sic sanctimonialis fœmina debet sine intermissione lugere, vt se à peccatis suis possit lauare. Igitur soror charissima, si in hac vita peccata nostra perfectè plorauerimus, & à vanitatibus huius mundi recesserimus, peccatorum nostrorum veniam nos obtinere credimus.

Vt virgo non desideret ciuitates videre. Sermo LXVI.

HOnestissima soror, audi quomodo Hieremias propheta nostras iniquitates plorat, dicens: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color eius optimus? Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium plateārum. Per aurum intelligimus vitam religiosorum hominum, quæ antea erat per gloriam virtutum clara: nunc verò per turpes operationes est obscura. Color optimus auri, significat habitum sanctitatis, qui per bona opera prius erat preciosus atque optimus: nunc verò per vitia & seculania opera est mutatus, & vilis atque despectus. Verè est mutatus habitus optimus religiosorum virorum, videlicet monachorum, canonicorum & sanctimonialium fœminarum, quando amplius componitur, vt placeat in conspectu populi, quàm vt placeat in conspectu dei. Verè est mutatus optimus color au- D ri, quando plus aptatur habitus religiosorum virorum, vt placeat per vanam gloriam in cōspectu hominum, quàm vt placeat per humilitatem ante Deum. Certè hodie sunt mutata religiosorum virorum optima vestimenta, quando magis ornantur vt placeant in palatio regis, quàm in conspectu creatoris. Sequitur: Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium plateārū. Lapides sanctuarij designant religiosos viros, qui nunquam debent foris vagari, sed in secreto monasterij ante oculos dei semper commorari. Sed dispersi sunt hodie lapides sanctuarij in capite omnium platearum, quando religiosi viri quærendo vana & seculania foris vagantur. In capite omniū platearum lapides sanctuarij sunt dispersi, quādo viri religiosi plus desiderant in palatio regis versari, quàm intra claustrum monasterij commorari. Dispersi sunt, quando plus desiderant audire superflua verba diuitum, quàm præcepta scripturarum. In capite platearum disperguntur, quando plus lætantur in conuiuiis & locutionibus diuitum quàm in paupertate & abstinentia religiosorum fratrum. Serui Dei plus debent diligere legumina in monasterio, quàm opulenta conuiuia in seculo. Religiosi viri plus debent amare olera inter suos fratres, quàm multitudinē ciborum inter diuites. Viri religiosi amplius debent gaudere in mensa pauperū fratrum, quàm in mensa regum. Quare? Quia sicut ait Augustinus, melius est minus egere, quàm plus habere. Melius est pro E Christo in monasterio paupertatem sustinere, quàm in seculo multas diuitias habere. Necesse est igitur, vt quisque religiosus si saluari desiderat, seculum cōtemnat: & sese intra monasterij claustra concludat. Debet religiosus vir conuentus secularium hominum fugere, & societatem seruorum dei requirere. Viri religiosi plus debent diligere claustra, quàm regis aulam. Nunc igitur audi quæ dico, ausculta quæ moneo. Melius est tibi in claustro sedere, quàm plateas ciuitatis circuire: plus dilige in monasterio consistere, quàm ciuitates videre. Melius est quiescere intra parietes monasterij, quàm apparere in conspectu populi. Si te incluseris in claustro, amaberis in Christo, quod bene in Canticis canticorum sponsus insinuat, cum sponsæ loquitur dicens: Hortus cōclusus, soror mea, hortus conclusus, fons signatus. Vnaquæque sancta anima, hortus conclusus esse intelligitur, quia dum virtutes nutrit, flores gignit: virtutib' se nutrit, reficit: fructus quos germinat, eosdem custodit. Cōclusus enim hortus sancta anima esse dicitur, quia dum amore vitæ æternæ à strepitu seculari se abstrahit: dum visus hominū fugit: dum bona quæ agit propter laudes hominum absc̄odit: dum se propter Deum ne ab hominibus videatur includit: dum humanas laudes contemnit, ipsa bona contemnere intentione se circumsepit, ne ad interiora rapienda hostis antiquus irrumpere possit. Fons etiam signatus dicitur, quia dum cœlestia assidue cogitat, & scientiā scripturarum semper in ventre memoriæ congerit: F quasi aquas viuentes sancta mens in se gignere non cessat: ex quibus sitientes proximos reficere valeat. Igitur soror charissima, sicut superius dixi tibi, si dum viuis, teipsam pro amore Christi intra parietes claustri incluseris, & perfectè præceptis regulæ adhæseris: post hanc vitam cum eodem domino nostro Iesu Christo sponso tuo in thalamo lætaberis. Amen.

De tentatione. Sermo LXVII.

HOnestissima soror, audi Iacobum apostolum dicentem: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et beatus Hieronymus dicit: Nihil eo fortius qui diabolum vincit: & nihil imbecillius, quàm ille qui à carne sua superatur. Sagittæ diaboli frigore vigiliarum, & ieiuniorum parcitate sunt extinguendæ. Callidus inimicus noster semper exquirit vnde nos decipere possit: & non tantùm curat iugulare corpora, sed animas, quasi lupus gregem. Diabolus dissipat animas, cum fidelem populum per tentationem necat: tamen diabolus non amplius tentat electos, quàm permittat Deus. Quando diabolus seruos dei tentat, eorum vtilitatibus seruit, cum eos per tentationes suas non decipit, sed erudit. Sæpe tentationes quas diabolus commouet ad interitum hominum, deus conuertit eas ad profectum animarum. Nunquam serui dei tentationes diaboli sustinere potuissent, si nequitiam eo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rum pietas Dei non temperaret vel refrenaret. Quanuis diabolus semper cupiat tentare seruos dei: tamen si à deo potestatem non accipit, nõ potest implere quod quærit. Vnde & omnis voluntas diaboli semper est iniusta, sed tamẽ permittente deo iusta est potestas eius. Diabolus ex semetipso iniustè quærit tentare seruos Dei, sed eos qui tentandi sunt tentare non poterit, nisi ei Deus licentiam dederit. Vnde & in libris Regum de diabolo scriptum est, quia spiritus domini male exagitabat Saul. vbi iuste quasi spiritꝰ domini erat: sed cur malus erat? & si malꝰ erat, cur domini erat? sed in hoc loco comprehensa est duobus verbis & Dei potestas iusta, & diaboli voluntas iniusta. Nam spiritus malus erat per malã volũtatem, & idem spiritus domini erat per acceptam iustissimam potestatem. Diabolus non est iussor vitiorum, sed solummodo incentor, neque alibi potest fomenta cõcupiscentię succendere: nisi vbi prius graues delectationes cogitationis viderit. Sed si a nobis expellimus delectationes prauæ cogitationis: statim diabolus confusus recedit, & arma tentationis eius franguntur. Sæpe diabolus per speciem boni vult decipere seruos Dei, quando se simulat angelum lucis: sed discretio sanctorum tanta debet esse, vt inter bonum & malũ valeat discernere, ne eos diabolus fraudulenter valeat decipere. Hæc est enim percunctatio Iosue dicentis: Noster es, an aduersariorum? Propter hoc & Hieremiæ propheræ dicitur. Si preciosum à vili separaueris, quasi os meum eris. Diabolus in oculis seculariũ hominũ terribilis est, sed in oculis electorum Dei vilis est. Increduli diabolum timent quasi leonem: illi vero qui in fide fortes sunt, diabolum despiciũt quasi vermiculum: & cum eum viderint, contemnunt. Diabolus est serpẽs lubricus: sed si capiti eius, hoc est primæ suggestioni non resistitur, totus in intima cordis dum nõ sentitur illabitur. Vitia diabolicarum tentationum fragilia sunt: sed si non caueantur, & per vsum in consuetudinem transeãt in nouissimis fortiter conualescunt, ita vt nũquam aut cum difficultate vincantur. Diabolus quãdo decipere aliquẽ hominem quærit: prius naturam vniuscuiusque hominis intẽdit, & inde se applicat, vnde videt hominem aptum ad peccandum. Vnde beatus Isidorus: Amplius tentat diabolus hominem ex parte illa qua eum videt per excrescentem humorem facilè inclinari ad vitia: vt secundum humoris consper-
sionem adhibeat & tentationem: sicut ille qui æquam deducit, nõ eam per aliam partem mittit, nisi vbi eam melius currere cognoscit. In tota vita diabolus cupit hominem decipere, sed amplius in fine. Et hoc est quod in principio serpenti dictum est: Tu insidiaberis calcaneo eius. Tunc diabolus calcaneo hominis insidiatur, quando eum in fine vitæ decipere conatur: quia nimirum diabolus hominem quem spatio vitę
I non decipit, in fine decipere disponit. Proinde quãuis homo sit iustus, nũquam tamen ita sibi fidat, vt sit in hac vita securus: sed semper humilis caueat: sempérque ne in fine decipiatur, sollicitus pertimescat. Igitur soror mihi in Christo dilecta, necesse est vt deprecemur deum omnipotentem ne permittat nos tẽtari supra id quod possumꝰ sustinere: quia semper deus vires diaboli restringit, ne tantum noceat, quantum nocere cupit. Vnde in Canticis canticorum spiritus sanctus diabolum increpat, dicẽs: Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Per aquilonẽ, qui in frigore constringit & torpentes facit, quid aliud nisi immundus spiritus designatur: qui dum tentat & possidet omnes reprobos, à bono opere torpere facit. per Austrum vero, scilicet calidum vẽtum, spiritus sanctus designatur: qui dum mentes electorum tangit, ab omni torpore relaxat, & feruẽtes in Dei amore facit. Ergo surgat Aquilo, id est malignus spiritus ab ecclesia, vel ab vnaquaque fideli anima discedat: ne amplius tentet quàm oportet: veniátque Auster & perflet hortum sponsi, & fluant aromata illius: vt spiritus sanctꝰ videlicet adueniens ignem charitatis mẽtibus infundat, & á tentatione atque à torpore negligentię mẽtem soluat, Quod dum agit, aromata fluunt, quia adueniente spiritu sancto cor quod prius torpuerat, ad bona opera se excitat, & quasi hortus floresc̃it, & post florẽ fructus redolentes ac reficientes facit, quibus se & proximos suos per bona exempla reficit. [Interrogatio.] Frater charissime, rogo vt ostendas mihi quod est remedium aduersus tentationes dæmonum. [Responsio.] K
Soror mihi in Christo dilecta, hoc est remedium eius qui vitiorum vel dæmonum tẽtationibus æstuat, vt quanto amplius tẽtatur, tanto amplius ad orationem currat. Si ergo cogitationes huius seculi malæ & sordidæ cõturbant cor tuum & persuadent aliquid illicitum perpetrare: per orationes puras & vigilias sanctas depellãtur ab anima. Assidue cum omni deuotione assiste in conspectu domini in tempore orationis tuæ: vt imminentem tentationem diaboli facilius possis euadere, Cognosce venerabilis soror, quia non solùm debemus pugnare contra diaboli tentationem, sed etiam contra vitia carnis. Quare? Quia caro concupiscit aduersus spiritum spiritus autem aduersus carnem. Ideo tam perseueranter debemus orare quousque posimus per gratiam dei suggestiones carnalium desideriorum atque tẽtationes dæmonũ vincere. Frequẽs oratio extinguit impugnationem vitiorum. Oratio continua superat tela diaboli. Oratio est prima virtus aduersus tentationum incursus. Igitur soror charissima, sicut iam dixi tibi, per orationes puras & vigilias sanctas poteris superare tẽtationes diabolicas. Sed si adhuc sentis molestias carnis, si tangeris stimulis carnis, si memoria libidinis adhuc titillat animum tuum, si caro tua adhuc te impugnat, si te luxuria tentat, si te libido ad peccãdum inuitat, obiice tibi memoriam mortis tuæ, propone tibi futurũ iudicium; reduc ad
L memoriam futura tormenta, propone tibi æterna supplicia: & etiam propone ante oculos tuos perpetuos ignes infernorum: propone tibi horribiles pœnas gehennæ. Memoria ardoris gehennæ extinguat in te ardorem luxuriæ. Amen.

De somniis. Sermo LXVIII.

HOnestissima soror, ea quæ dicuntur ausculta. Sæpe in noctibus dæmones occurrentes conturbant sensus hominum per visiones: sæpe etiam aperta impugnatione grassantes corpora hominum verberãt. Diuerso modo fiunt somnia. Quædam somnia eueniunt per saturitatem, siue per exinanitionem, quæ etiam per experientiam nota sunt: quædam etiam ex propria cogitatione oriũtur. Nam sæpe quæ in die cogitamus, in nocte recognoscimus. Multa somnia eueniunt ex illusione immũdorum spiritũ, Salomone attestante qui ait: Multos errare fecerũt somnia, & exciderunt speratę in illis. Quædam autem visiones iusto eueniunt modo, id est supernæ reuelationis mysterio, sicut in veteri testamento legitur de Ioseph filio Iacob, qui per somnium fratribus dicitur prefereꝰ: vel sicut legitur in euãgelio de Ioseph spõso Mariæ, qui per somniũ est admonitus vt fugeret cum puero in Ægyptũ. Nonnunquam accidunt permixtæ etiam visiones, id est cogitationes simul & illusiones, atq; item cogitationes simul & reuelationes, Daniele dicente: Qui reuelat
M mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt. Quanuis autẽ quędam vera somnia sint, tamen facilè non debemus eis credere, quia è diuersis imaginationibꝰ nascũtur, & vnde veniãt perfectè non cognoscimus. Igitur somniis facilè non debemus fidem adhibere: ne forte Satan in angelum lucis se transformans, aliquem hominem incautum decipiat. Aliquando dæmones quosdam cutiosos & somnia obseruãtes ita deceptoria arte decipiunt, vt quędã somnia non aliter eueniãt quàm ipsi dicunt: & ideo aliquando vera pronunciant, vt in multis fallant. Sed quanuis ita somnia eueniunt sicut pronũciãt dæmones, tamen credenda non sunt: ne ex illusione procedant, secundum testimonium scripturę dicentis: Si dixerint vobis, & ita euenerint, nõ credatis. Somnia similia sunt augutiis: & qui ea obseruant, augurari noscũtur. Ergo somniis fides non est adhibẽda, quãuis videantur esse vera. Qui in somniis vel auguriis spem suã ponit, non confidit in deo: & talis est qua-
lis ille qui ventum sequitur, aut vmbram apprehendere nititur. Auguria mendacia, & somnia deceptoria vtraque vana sunt. Non debemus credere somniis, ne forte decipiamur in illis. Spes nostra in deo semper sit firma: & de somniis nulla nobis sit cura. Dignũ valde est, vt in deo ponamus spem nostrã, & in somniis nullam habeamus fiduciã. Ideo soror charissima, te moneo, vt mẽs tua non sit in somniis vel auguriis intenta, sed in deo omnipotẽti sit firma. Si enim auguria vel somnia obseruaueris, cito decipieris. In omni vita tua contẽ-
ne

A ne auguria & somnia, & pone spem tuam perfectè in dei prouidentia: & in hac vita & in futura venient tibi prospera.

De brevitate vitæ. Sermo LXIX.

SOror charissima, audi verba Salomonis: Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quò tu properas. Tantùm enim in hac præsenti vita est licitũ operari bonum. In futura nanq; vita iam nõ expectatur operatio, sed bonorum operũ retributio. Vita ista breuis est & caduca. Vnde beatus Isidorus: Qui longitudinem præsentis vitæ non de
suo spacio, sed de eius fine cõsiderat, quàm sit breuis & misera satis vtiliter pensat. Igitur soror dilecta mihi in Christo, si veram vitã quæris, ad eam vitam tende, quæ est vera, pro qua es Christiana, id est ad vitã æternam. Aeterna vita est vitalis, ista est mortalis. Ideo debes in carne mori mundo, ne moriaris in anima Christo. Tunc quisq; viuere creditur, si secundum seculum moriens, in solo deo viuit, in quo viuere promisit. De
B mora vitæ huius tędium patitur iustus: eo quòd ad desideratã patriam tarde perueniat. Venturi exitus ignorãtia hominibus est incerta: & dum quisq; mori non arbitratur, cõfestim moritur. Vnde festinet vnusquisque emẽdare malum quod fecit, ne in iniquitatibus moriatur, & simul finiatur vita cum culpa. Diabolus quos viuentes accendit ad vitia, moriẽtes subinititur pertrahere ad tormenta. Quanuis homo in hac vita iustus sit tamẽ cum de corpore isto egreditur, pertimescit ne supplicio dignus sit. Tranquilla vocatio commẽdat finem iustorum hominum, vt ex eo intelligatur sanctorum angelorum habere consortium, ex quo sine graui vexatione de hoc mortali corpore egrediuntur. Iesus Christus filius Dei cum magno honore recipit seruos suos ab hac vita recedentes in æterna beatitudine. Vnde sponsa in Canticis canticorum loquitur dicens: Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum. Descẽdit, quia ecclesiam visitans, ad eos maiori gratia venit, quos sanctis operibus & exemplis virtutum, odorẽ bonæ famæ proximis suis emittere cognoscit. In hortis pascitur, quando in virtutibus animarũ delectatur. Lilia colligit, quãdo electos suos ab hac vita succidit, & ad gaudia æternæ vitæ eos transire facit. De talibus dicitur: Preciosa
C in conspectu domini mors sanctorum eius. Tela consumitur filis, & vita hominis expenditur diebus singulis. In die mortis animæ electorum nimio terrentur metu, incertę vtrum ad præmium, an ad supplicia transeant. Quidam autem electi in fine suo purgantur à leuibus peccatis. Quidam vero in ipsa mortis suæ hora hilarescunt & gaudent ex contemplatione æternorũ bonorum. Ideo voluit omnipotẽs deus diem mortis nostræ nobis esse incognitum, vt semper ignoretur, semper esse proximus credatur, & tanto quis sollicitus sit in bono opere, quanto incertior est de sua euocatione. Dæmones suscipiunt animas malorum hominum in die mortis eorum, vt ipsi sint torrores in pœnis, qui fuerunt suasores in vitiis. Tunc maligni spiritus opera sua requirunt, quando anima de corpore egreditur: & tunc mala quæ suaserunt replicant, vt eam secum ad tormẽta pertrahant. Iniquus post mortem ducitur cruciandus: iustus vero post laborem quiescit securus. Sicut enim electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est quòd à die exitus sui ignis peccatores exurat. Soror mihi in Christo dilecta, ideo in auribus tuis hæc expono, vt cognoscas quia necesse est nos terrena semper despicere, & diem mortis nostræ semper in mente habere. Audi etiam quid Iacobus apostolus dicat: Quæ est vita nostra, nisi vapor ad modicum parens? Iterum Salomõ ait: Ne glorieris in crastinum. ignoras enim quid superuentura pariat dies. Sollicite ergo soror venerabilis debes viuere, & terminum vitæ tuæ considerare quotidie, vt huius seculi blandimenta possis despicere, & cœlestia bona acquirere. In omnibus operibus tuis confidera nouissima tua, & in æternum non peccabis: quia si ea semper consideraueris, nunquam aut raro peccabis. Hac de causa te moneo soror, vt in rebus vanis huius mundi non læteris: quia sine dubio morieris. Nec habeas spem in rebus temporalibus, quia per nullam sortem poteris effugere mortem. Caro misera cur in terrenis lætatur, quæ ad manducandum vermibus præparatur? Honestissima soror, ideo hoc dixi, vt nunquam obliuiscaris ordinem tuæ conditionis. Mẽ- D
mento quia cinis es, & in cinerem reuertêris. Puluis es, & in pulũerem ibis. Sic enim ait dominus primo homini. Reduc etiam ad memoriam ea quæ Iob de se locutus est dicẽs: Quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Memoriam tuæ mortis tibi obiice. Diem exitus tui tibi propone. Dies mortis tuæ semper sit in memoria tua, & recordatione illius perfectè caueas peccata & vitia. Amen.

De morte. Sermo LXX.

SOror venerabilis, rogo vt audias verba cuiusdam sapiẽtis: O mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis. Et iterum: O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur diuitiis & viribus. Huic simile est quod ait beatus Isidorus: O mors quàm dulcis es miseris, quàm suauis es amarè viuentibus, quàm iucunda es tristibus atque lugẽtibus. Mors ponit finem omnibus malis in hac vita. Dat terminum malis in hoc seculo, adimit omnem calamitatẽ. Mors præbet terminum hominibus in tribulationibus in hoc mundo, sed heu expectata mors tarde venit, Igitur soror charissima, melius est bene mori, quàm malè viuere: melius est nõ esse, quàm esse infeliciter. [Interrogatio.] Frater dilecte, rogo te, vt dicas si debemus mortuos lugere, aut pro amicis mortuis plãctum facere? [Respõsio.] So- E
ror dilecta, ad hoc beatus Isidorus respondeat tibi: Quanuis, inquit, pietas pro defunctis fidelibus plorare iubeat: fides tamen pro eis lugere vetat. Pro fidelibus igitur defunctis non debemus plorare, sed deo gratias agere: quia eos de miseria huius seculi dignatus est liberare: & eos ad loca refrigerij lucis ac pacis, sicut credimus, fecit transire. Defunctos fideles lugere non debemus, quos ad requiem migrasse non dubitamus. Honesta virgo, audi quæ dico: Illi homines sunt in morte plorandi, quos dæmones cum ignorantia rapiunt: non illi quos angeli cum honore suscipiunt. Vel illi sunt lugẽdi, quos dæmones pertrahunt ad pœnas inferni: non autem illi quos angeli perducunt ad gaudia paradisi. Aut illi sunt plorãdi, qui post mortem à dæmonibus sepeliuntur in inferno: non illi qui ab angelis collocantur in cœlo. Illi sunt plorãdi, qui malè moriuntur: non illi qui bene finiunt. Illi sunt flendi, qui mala morte præoccupantur, & non illi qui preciosa morte honorantur. Christi virgo, audi quæ dico: Quando mortuos qui bene moriuntur, lugeo, mihi non ceo, & illis non proficio: quando mortuos ploro, & illis nõ prodest, & mihi obest. Illi ergo mortuos suos carnaliter lugeãt, qui resurrectionem negant: aut qui post mortem non credunt resurrectionem. Igitur soror charissima, nos qui mortuos nostros credimus cum Christo regnare, non debemus pro eis plorare, sed orare: non debemus mortuos carnaliter lugere, sed pro eis domino preces fundere: vt eos dignetur de pœnis eripere. F

De iudicio. Sermo LXXI.

DVplex est iudicium diuinum: vnum quo in hac vita iudicantur homines: alterum quo in futura iudicabuntur. Propterea quidam hic iudicãtur propter infirmitates & paupertates, & per varias tribulationes huius seculi, ne in futuro iudicentur. Ideo quibusdam ad purgationẽ proficit temporalis pœna: quorundam vero hic inchoatur damnatio, & illic paratur perfecta perditio. Quidam iudicantur in hoc seculo per tribulationem: quidam vero in futuro iudicabuntur per ignem ad examen districti iudicis, nec iustitia iusti secura erit. inde est quod de domino loquitur Iob: Innocentem & impium ipse consumit. Consumitur quippe à Deo innocens, quando ipsa innocentia liquidius requisita, & diuinæ innocentiæ cõparata, nihil efficitur. Consumitur etiam à Deo impius, quãdo subtilitate diuini examinis impietas illius requiritur, & de recto damnatur. Christus in iudicio pro diuersitate meritorum mitis ac suauis apparebit electis: reprobis vero apparebit terribilis. In die iudicij qualem vnusquisque habuit conscientiam, talem iudicem habebit: vt Christo in sua tranquillitate manẽte, illis solis terribilis appareat, quos mala conscientia accusat. Soror charissima, audi beatum Isidorum: Nullus homo est sine peccato, nec quisquam securus esse potest de Dei iudicio: cum etiam de ociosis verbis redden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G da sit ratio. Heu nobis miseris peccatoribꝰ. Heu nobis indignis, quid in illa die dicturi sumus, qui nō solùm ociosis verbis, sed & factis quotidie peccamus: & à malis actibus nunquam cessamus? Si in iudicio omnipotētis Dei iustus securus non erit, quid de nobis peccatoribus erit? Si ad examen districti iudicis, nec iustitia iusti hominis erit secura: nos miseri quid faciemus in die illa, qui quotidie multiplicamꝰ peccata nostra? Si in die iudicij vix saluabitur iustus: nos qui innumerabilia peccata fecimus, in die illa vbi apparebimus? Nullꝰ homo sine timore poterit esse in die illa, quādo cœli mouēdi sunt & terra, & omnia elementa calore sunt soluenda, de qua etiā dicitur: Dies illa, dies iræ, dies tribulationis, dies miseriæ & vindictæ, dies nubis & caliginis, dies tubæ & clangoris. tribulabitur in ea fortis. Heu frater mi, quid in illa die dicturi sumus, quādo ille districtꝰ iudex aduenerit? Dum enim aduentum illius memorasti, me plorare fecisti. Tu memorādo terribilem diem iudicij, ad lachrymas me coēgisti. Soror mihi in Christo dilecta, bene fecisti, si cū timore districti iudicis fleuisti: quia antequam appareat dies iudicij, oportet nos peruenire ante faciem eius in confessione, & lachrymas nostras in conspectu eius ponere. In hac vita est tēpus acceptabile, & dies salutis. Vnde dicitur: Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. In hac vita non videtur iudex, & est prope. In futura vita videbitur, & erit longe. Igitur soror charissima, necesse est vt queramus domi
H num in toto corde, & tota mente in hac præsenti vita, si eum inuenire quærimus in futura. Si eum in hac vita cum omni deuotione quæsierimus, & à malis operibus recesserimus, in die iudicij misericordiam ab eo cōsequemur, quia benignus & misericors est. De illo nanque scriptum est: Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Igitur soror charissima, deprecemur ipsum terribilem ac iustissimum iudicem cum lachrymis & omni deuotione, vt in die iudicij non reddat nobis secundum iniquitates nostras, sed secundū misericordias suas, & vt non permittat nos cum impiis audire illam terribilem sententiam: Ite maledicti in ignem æternum: sed vt nos faciat cum electis suis audire: Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est ab origine mundi.

De exhortatione. Sermo LXXII.

SOror charissima, iam per gratiam dei nauim locutionis ad portum dirigo, sed tamen iterum ad te reuertor loquendo. Tu enim rogasti, vt verba sanctæ admonitionis scriberem tibi. Ego vero si non vt debui, tamen per gratiam dei vt potui, ex dictis sanctorum patrum ad tuam commonitionem sententias collegi, quas tuæ dilectioni in hoc libro repræsentaui. Ecce igitur soror mihi in Christo dilecta, habes bonæ vitæ monita. Datum est tibi consilium bene viI uendi, & etiam norma. Nulla iam ignorantia à peccato te excusat. Non es iam nescia bonæ vitæ. Non enim imprudens aut ignara bene viuendi iam poteris dicere, per ignorantiam peccaui. Quare: Quia iam lex exposita est tibi quam debes sequi: iam ostensa sunt tibi præcepta bene viuendi: iam demonstratum est tibi qualiter in domo Dei debeas conuersari: qualis debeas esse, iam ostensum est tibi. Iam habes cognitionem mandatorum: iam scis quid sit rectè viuere. Vide ergo ne vltrà offendas. Vide ne deinceps bonum quod nosti, dissimules. Bonum legis malè viuendo contemnis. Si bona quæ legis, malè viuendo contempseris, in conspectu dei nimis eris culpabilis. Quare? Quia melius est viā salutis nō cognoscere, quàm post cognitionē retro ire. Ergo acceptum donū scientiæ mēte & opere retine. Imple opere quod didicisti præceptione. Soror venerabilis, iterum iterúmque præcipio tibi, vt summo studio custodias monita huius libri.

De obsecratione. Sermo LXXIII.

TE deprecor soror charissima in Christo, vt non pigeat audire ea, quæ tibi volo dicere cum magno desiderio: quia in Christo te multum diligo, ideo tibi conscientiam ostēdo meam. Sed dum tibi peccata mea manifesto, ne forte aures tuas polluam timeo. Te tamen rogo dilecta soror in Christo, vt des veniam mihi peccatori indigno. Ego miser & peccator à primis ferè annis contaminaui vitam meam: semper noua peccata veteribus coniunxi: semper K peccata peccatis addidi: peccare nunquam silui: bonum quod debueram facere, non feci: malum quod non debueram facere, feci. Ego miser non sum dignus videre altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meæ, quoniam irritaui iram omnipotentis dei aduersum me, & innumerabilia mala coram eo cogitaui, dixi, & feci ab infantia mea vsq; in præsentem diem. Ego infelix peccaui in infantia, peccaui in pueritia, in adolescentia, in iuuentute, sed etiam quod est grauius & periculosius, peccaui in senectute. Cecidi miser in cœnum flagitiorum. Ego reus cecidi in foueam peccatorū. Ego culpabilis cecidi in puteū iniquitatis. Ego infelix cecidi in profundum malorum: descendi miser in voluptabrum vitiorum Heu miser, heu infelix cecidi, & per me non valeo surgere. Te ergo deprecor soror in Christo amabilis, vt tu me subleues manu tuæ orationis. Manum tuæ orationis mihi porrige, & me de profundo vitiorum extrahe. Tuæ intercessionis manum intende, & me de fouea iniquitatis eripe. Soror charissima, certus sum quòd si tu pactum quod cum Christo pepigisti, seruaueris: & tibi dabitur corona in æterna gaudia, & mihi peccatori dabitur venia in hac vita. Si tu ea quę Christo vouisti, deuota mēte impleueris, & mihi indigno veniā L obtinebis: & tu cum sanctis virginibus in cœlesti thalamo lę taberis. Honestā virgo, certus sum nec dubito, quòd tua virginalis oratio poterit obtinere veniam peccatorum meorū mihi indigno. Soror venerabilis, si tu in seruitio dei sicut polB licita es perseueraris, & mihi peccatori indulgentiam consequēris: & tu inter choros virginum in perpetuū exaltaberis. Honesta virgo, rogo vt intenta mente audias quæ dico. Tu es soror mea deuotissima in Christo, per cuius intercessionem mundari à peccatorum meorum sordibus non dubito. Si tu honorabilis virgo, accepta es virgo deo, & si tu cum Iesu Christo sponso tuo casto cubili cubueris, pro salute mea quicquid ab eo petieris impetrabis. Si tu soror castis amplexibus Christum amplexata fueris, profectò mihi peccatori veniam obtinere poteris. Si tu amplexibus Christi flagrantissimo odore virginitatis adhæseris, mihi indigno indulgētiam obtinebis. Si Iesum Christum sponsum cœlestem super omnia amaueris, & in eiꝰ dulcissimo amore requieueris: delictorum meorum absolutionē acquirere poteris. Iesus Christus sponsus tuus non te cōtristabit, sed quodcunque petieris dabit tibi, qui te suæ copulæ sociauit. multum enim te diligit, qui suo sanguine te redemit. Igitur amor tuus in Christo, erit peccatorum meorū remissio. Spem remissionis habeo, si tu charissima soror, quam multum diligo, intraueris cum christo ad nuptias in cœlestem thalamum. Tu soror venerabilis in die districti ac tremendi iudicij Dei solatiū meū M eris, vbi sum redditurus rationem de culpis & negligentiis meis. Meritum enim tuæ sanctæ virginitatis minuet pœnam meæ iniquitatis. Amen.

Prologus in sequentes sermones.

PAschalibus dapibus saturari quicunque esuriens requiris, mensula nostra posita est, quæ nulli vetatur egēti. Ibi refici poteris ex micis quæ remanserunt de mensa domini. Nam ille dulcissimus panis, qui de seipso ait Ego sum *Ioan. 6.* panis viuus qui de cœlo descendi: dum esset in mundo, satiauit non mediocriter filios suos: illos videlicet quibus ascensurus ad patrem, ait: Filioli, adhuc modico tempore vobiscum sum. Sed ascendens in cœlum dimisit reliquias suas paruulis suis: quas, dum illum beatissimum panem angelorum, dominum meum Iesum quererē gemens & *Psal. 16.d* plorans, quæque preciosa mundi pro illo ineffabili cibo dare deliberās, euangelista Ioanne in voluntate domini propinante accepi. Sed quicunque ad hanc mensulam seruuli Christi sedere voluerit, non sine lachrymis quæso accedat: & si accesserit, saltem sine gemitu non recedat. Nam in ea inuenies cibum non ventris, sed mentis: non holocaustā medullata, nec boues cum hircis, sed illum agnum de virgine natū. qui coram percutientibus se obmutuit, & non aperuit os suum: cui confitetur anima mea, & sanat eam quæ peccauit ei. Ille mihi sit via in hoc opusculo & in omnibus actionibus meis, vt illo duce, quæ gessero, incipiam & finiam: vt annunciem nomen

A nomē domini in Sion, & laudem eius in Hierusalem: vt dum conuenerint populi in vnum & reges vt seruiant domino, merear illum videre in bonitate electorum suorum, & lætari in lætitia gentis suæ, qui est benedictus in secula.

D. Bernardi Abbatis Sermones in Cœna domini.

Lectio S. Euangelij secundum Ioannem.

Ioan. 13.a

ANte diem festum paschę, sciens Iesus quia venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finē dilexit eos. Audistis fratres dilectissimi, cum euangelium legeretur, quòd dictum est, Ante diem festum paschæ, &c.

Verbum patris, filius dei, quod pro salute generis humani verbum caro factum est & habitauit in nobis, cupiens instruere & informare ad exempla humilitatis sequenda discipulos, & per illos omnes credentes in eum, cum appropinquasset hora illa piissima, qua caro quam de intemerata virB gine sumpserat Maria, tam triste esset perpessura supplicium: ab illo nobili suæ temporalitatis extremo conuiuio surrexit, vestimenta deposuit, aquam in peluim misit, & pedes discipulorum lauit. Et hoc est quod Ioannes euangelista ait: Ante diem festum, &c. Talis erat mos & cōsuetudo Iudæorum, vt illum diem haberent solennem, quando illis dominus mare rubrum diuisit in duas partes, & deduxit eos per medium eius, & excussit Pharaonem & virtutem eius in eodem, hic est ille dies festus paschæ de quo dictum est: Ante diem festum paschæ. Nam pascha interpretatur transitus. Nam appropinquabat illud pissimum pascha, quo verus Moyses per mare rubrum debebat transire, & non post quadraginta annos, sed tātùm post quadraginta dies in terram promissionis intrare. Ille Iudæorum dies festus quo patres eorum transierunt de Aegypto, erat vmbra, sed iste fuit veritas, quo Christus transiuit de hoc mundo: & nos fecit transire de vitiis ad virtutes, de morte ad vitam, de mundo ad cœlum, pro nobis victima factus & sacrificium, seipsum deo patri in ara crucis offerens holocaustum. Ante diem festum paschæ &c. Quid ergo est ô sancte Ioannes, quod dicis festum? Nónne dies festus, dies est gaudij & lętitię? Putásne dies ille est lætitiæ & iucunditatis, quo agnus in crucem leuatur immolandus stipite, opprobrium hominum factus, & abiectio plebis? quo præ dolore sol obscuratur, petræ scinduntur, & tota cōC tremiscit orbita mundi? vbi mater sic plorat, & eius dilectus Ioannes? Potius ille dies fuit luctus, quàm risus & lætitia sanctis & electis. Sed Iudæis lætitia: tibi & apostolis tuis tristitia. Iudæorum lætitia vertetur in luctum: & tristitia apostolorum est versa in gaudium. Sequitur, Sciens Iesus quòd venit eius hora, vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Iesus Hebraice, Latine saluator interpretatur. Iste est ille saluator fortissimus, qui vlterius vinci non potest, & saluat omnes sperantes in se. Semel pro te Christiane victus est, imò mortuus: sed noli flere, quia surrexit à mortuis, & mors illi vltrà non dominabitur. Oportebat illum mori pro salute mundi, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine ipsius pœnitētiam & remissionem peccatorum per omnes gētes, quoniam ipse sic disposuerat: & hoc est quod dicitur, Sciens Iesus quia venit eius hora, &c. Hæc est illa hora de qua superius timens mori secundum carnem ingemuit & ait, Nunc anima mea turbata est valde. Et quid dicam? Pater saluum me fac ex hac hora, sed propterea veni in hanc horam. Timuit Christus mori, vt tu non timeas mori, confidens in eum qui suscitauit Iesum à mortuis tertia die. In illum tantùm, qui suscitauit Iesum, est confidendum. O tu Christiane, ne de hac infirmitate desperes. Docuit quid tunc & in omnibus periculis mortis debeas dicere, ad quem confugere, quē inuocare, in quem sperare: in patrem deum, qui non potest despicere sperantes in se, cum attestatione bonorum operum. Bonorum dico, quia sine meritis aliquid sperare, non spes, sed præsumD ptio debet dici. Tu itaque talia fac opera tua, vt ei in hora mortis in veritate dicere possis: In te domine speraui, non confundar in æternum. Hanc horam præscIuit, hanc horam elegit: vt in ea per mortem de hoc mundo transiret ad patrem secundum humanitatem, à quo nunquam recessit secundum diuinitatem. Illa hora est finis ille de quo dicitur: Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Cum dilexisset suos pro eis homo factus: in tantum eos dilexit, quousque ad mortem dilectio eum perduxit. Te dilexit in morte, vt tu dilectione eius possis transire de mundo ad patrem. Te dilexit in finem, vt tu in eius dilectione vsque in finem permanes: quod quidem si feceris, proculdubio ad patrem transibis. In cuius dilectione qui vsque in finem non permanserit, in veritate dico, in æternum peribit. In eius dilectione modus amoris nullus esset debet. Sine modo te dilexit: sine modo cum diligere debes. Modum dilectionis excessit te diligendo, pro te moriendo: tu quantum cum diligere debes, non potes. Dilige eum ex toto corde, ex tota mente, & omni anima, & omnibus viribus tuis. Hoc tantùm quærit, vltrà non quærit: hoc fac, & viues. Sequitur, Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis † Schariotis. Hic innuitur cœna esse pa- † *Ischarirata*, sed nondum transacta: quia postea recubuit, & buccel- *otes.* lam Iudæ tradidit. O Iuda infelix, ô discipule pessime, mer- E cator nequam. Tibi cœna parabatur, & à te dator cœnæ tradebatur? O miser Iuda. O male confessor. O desperate pœnitens, dixisti, Peccaui tradens sanguinem iustum, & laqueo desperationis te miser suffocasti. Iste, vt arbitror, fuit filius Simonis Schariotis. Simon dicitur obediens, sed qualis vir iste Simon fuerit, deus scit: ego autem nescio. Schariotis dicitur à vico in quo ortus fuit, quialio nomine Marmotis dicitur, si- *id ridicu-* ue mala mors. Et meritò de mala morte fuit, quia sic mala *lum cen-* morte periit. Diabolus miserat in cor per suggestionem, vt *sio.* traderet eum non credens illum esse deum. Nónne contremiscis recogitans Christiane, & tu monache sancti Benedicti, quid actum est de discipulo Christi? Diabolus misit in cor eius, vt traderet vitam, & tradens vitam, per laqueum desperationis se & vitam perdidit. Si lupus non timuit intrare in gregem domini, & vnam de duodecim tam pauculo numero mactare & perdere, quid facturus est de tanto grege commisso pastori? Vnusquisque vestrum fratres charissimi videat ne sit Scharioth Iudas. Videte quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes: cauti contra callidi hostis insidias. Misit in cor Iudæ, vt traderet dominum. Quid est tradere dominum? Vendere dominum. Quid est vendere? Alienare. Dominum vendit, qui à se dominum alienat. Dominum alienas à te, si depellis eum à te. O monache dei, ô discipule Christi, audi me, audi consilium meum. Te diabolus quærit auellere, te extrahere de grege domini. Vide ne F consentias ei. Vide ne credas ei. Mendax est, & pater eius. Te vult occidere. Te vult mactare. Te vult perdere secum in gehennam. Caue te à loculis. Caue te à marsupiis. Fouea diaboli sunt. Heu quod in illis perdidit, quot in illis interfecit? Dicitur de Iuda, quia fur erat, & loculos habebat, &c. Iste dum sitit lucrum, tēdit ad laqueum: dum perdit vitā, lucratur mortem. Heu quod loculi, heu quot marsupia sunt in monasteriis sancti Benedicti, heu quot cucullati, super auriculas tonsurati, habent marsupium mentis, habent loculum propriæ vosuperbiæ & liuoris, inuidiæ & malæ voluntatis. Sed memorem sequuntur: & ideo nisi se emendauerint, regnum dei non possidebunt. Estote quæso dilectissimi discipuli Christi non in falsitate, sed in veritate: non in veste, sed in corde: non in alta tonsura, sed in mente pura. Iudam derelinquite desperantem, Petrum sequimini vere pœnitentem. Iudam derelinquite desperantem in barathro inferni, Petrum sequimini qui est in gloria paradisi. Tenete lachrymas Petri. Quod si feceritis, peruenietis ad gloriam Petri, per Iesum Christum dominum, cui confitetur anima mea, & sanat eam, quia peccauit ei. Qui cum patre & spiritu sancto sit benedictus per cuncta secula, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sermo secundus.

SIcut auris non potest satiari auditu, nec oculus visu sic nos nunquam satiari debemus enarrandis piis operibus Christi. Nam mihi dulcia sunt super mel & fauum, & cariora super milia auri & argenti, & his saturari non possum. Amplificet mihi dominus desiderium meum: & lætificet me in iocunditate vultus sui, cum omnibus diligentibus eum: de quo in consequentibus dicitur, Sciés Iesus quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit & ad deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteum, præcinxit se, & misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus.] Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & bona & mala, mala in vsum, & bona in effectum: de malo proditionis Iudæ fecit bonum redemptionis nostræ. Vel sciens quia omnia dedit ei pater in manus: quia omnia subiecit sub pedib⁹ eius, oues & boues, insuper & pecora campi. Et sciens quia à deo exiuit, non eum deserens: & ad deum vadit, non nos derelinquens. Surgit à cœna &c. A deo exiuit, quia de sinu patris in vterum beatæ virginis venit: quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitrat⁹ est esse se æqualé deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. A deo quoque exiuit, cum talem se hominibus præbuit, qui posset videri & tãgi, immo (quod non sine magno gemitu cordis & fluuio lachrymarum stilo commendare deberem) & ligari, colaphizari, flagellari, conspui, & ad vltimum occidi: & hoc est quod dicitur, à deo exiuit. Sed noli flere bone monache, quia sequitur, ad deum vadit. Ad deum vadit, quia resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur. Ad cœlos ascendit, sedet ad dexterã patris constitutus à deo iudex viuorum & mortuorum. Et hoc est quod dicitur, Surgit à cœna. nam à cœna surrexit, quia de sinu patris vbi cœna bat cum angelis, ad homines venit, trabeam nostræ mortalitatis assumens. Vestimenta quodammodo deposuit, cum semetipsum exinaniuit. Sibi vniendo humanam naturam, linteum accepit, & præcinxit se: quia naturam humanam se induens, in ea se virtute præcinxit, & de hoste superbo glorioſe triumphans, rex gloriæ est factus, & dominus virtutum. Aquam misit in peluim, & pedes discipulorum lauit. Quid est aqua? Quid est peluis? Ista est aqua illa benedicta, quæ sordes mentium lauat, leprosos mundat, cæcos illuminat, sanat ægrotos, iustificat impios, resuscitat mortuos. Ad hanc aquam dominus meus Iesus inuitat sitientes, dicens, Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Aqua ista spiritus sanctus est. Aqua ista est illa de qua Hieremias ait: Dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissiparas, quæ continere non valent aquas. Pota me domine isto fonte, vt non sitiam amplius. Nã sitit anima mea ad istum fontem viuum. O si attigero fontẽ istum. O si satiabor cum dulcissimo fonte! putas veniet tempus quo plenariè de eo possim haurire? Et quando? Et si aliquãdo, quare non modo? Quid dicam, quid faciam, quia dominus meus differt ad me venire? O dulcissime Iesu sint mihi lachrymæ refectionis assiduæ, donec dicatur animæ meæ, Gaude & lætare: ecce quem quæris, ecce quem desideras, ecce pro quo ploras: ecce domin⁹ tuus, ecce deus tuus, pater & filius & fons desideratus spiritus sanctus. Modo inebriare à deliciis paradisi. Aqua ista, fratres mei, spiritus sanctus est. Ipse de se sic inebriet mẽtes nostras, vt præter eum nihil aliud diligamus. Peluis illa in qua dominus spiritum sanctum posuit, est ecclesia fidelium, in qua per lauacrum regenerationis spiritus sanctus sordes credẽtium lauat. Quod dicitur, Pedes apostolorum lauit, audi immũditias eorum vestigia sequentium. Vel possumus dicere quòd peluis, siue receptaculũ spiritus sancti, corda apostolorum fuerũt, quibus dominus spiritum sanctum infudit: & eorum pedes lauit, quia in fide catholica, quæ fideles vehit ad cœlos, quã puluere infidelitatis fuscatam tenebant, penitus expulsa rubigine per spiritũ sanctum confirmauit. Possumus & aliter dicere, si te cũ amore Christi audire delectat. Sed non sine lachrymis accipias quæ so, quod sine lachrymis scribi non debet. Aquam in peluim misit, quia pro tuo amore mortem delicias reputãs, in crucis stipite pium cruorem fudit. Et lauit pedes apostolorum, id est, vestigia credentium mundauit, quæ sordida erant peccatis. Et exerſit linteo quo erat præcinct⁹, humana scilicet carne qua erat indutus: quia eius passio peccatorum nostrorum est vera purgatio. Vel cœnam domini qui passionem eius assignare voluerit à tramite veritatis se exorbitare non credat. Hic cœna ista passionem significat. Sicut enim post cœnam non fit prãdium, sic Christus postquam semel passus est, nõ iterum patitur. Surgit à cœna post passionem: ponit vestimẽta, scilicet priorem infirmitatem: linteo se præcinxit eadem carne iam immortali. Aquã in peluim mittit, quia per baptismatis lauacrum credentes lauit à peccatis. Et extergit linteo quo est præcinct⁹, quia pro nobis interpellat patrem gemitibus inenarrabilibus, sibi ostendendo suam humanitatem. O mira & inexquisita pietas. O inæstimabilis bonitas. O nouæ & inaudita humilitas. Christus Dei filius de pura & intemerata virgine natus, rex regum & dominus dominantium, surgit à cœna, vestimenta deponit, se linteo cingit, aquam in peluim mittit, ante discipulos reuerenda genua flectit, humilis & procliuus pedes discipulorum lauit. O quis vnquam audiuit talia? O quàm stupenda pietas. Mira dei clementia, lauit pedes discipulorum, qui de nihilo cuncta creauit. Quid tibi videtur quicunque es homo quem ira accendit, superbia consumit, ira perturbat, superbia deuastat: promptus ad iram festinus ad superbiam? O superbe. O germen diaboli. O apostata christiane. O serue nequam. Quid tibi videtur de creatore tuo, de deo tuo? Pronus lauit pedes discipulis: & tu dedignaris humiliari fratribus offensis? O serue male, semẽ Chanaan, & nõ Iuda, qui es per auctorem superbię deceptus: cur non consideras quis est ille quem per superbiam sequeris? & quis est ille quem per humilitatẽ imitari cõtemnis? O quàm malus est ille quem sequeris, & quàm bonus est ille à quo deuias? Ille est diabolus: iste verò deus. Elige quẽ imitari sit melius. O superbe, nõne frons tua erubescit? Erubesce vas stercorum vlteriꝰ habere superbiã. An ignoras quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam suam? Exue veterem hominem, & indue nouum, videlicet dominum Iesum, & reformabit corpus humilitatis tuæ cõfiguratũ corpori claritatis suæ. Disce queſo vlterius habere humilitatẽ per humilitatis auctorẽ. Nam de eo sequitur: Venit ad Simonẽ Petrũ. Et dixit ei Petrus, Domine tu mihi lauas pedes? Respõdit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autẽ postea. Quando dominus Iesus pedes discipulorũ lauare cœpit prius ad primũ discipulorum venit. Et idẽ Petrus expauescit quòd deus lauet pedes homini. Nã pauore perterritus, non potuit sustinere dominum ad pedes suos humiliatum. Viderat eum aquã in peluĩ mittere, se linteo accingere: & mirabatur forte quid vellet facere: sed postquam vidit illum ante pedes suos vas cum aqua portare, genua flectere, & ad lauandnm se preparare: multo suprà quam dici potest miratus expauit, & magno timore percussus, ingemuit & exclamauit dicens: Domine, tu mihi lauas pedes? Creator creaturę, & deus homini? dominus seruo, magister discipulo? immo ei qui factus est ex limo, ille qui fecit omnia ex nihilo? Surge domine, surge deus meus, quid vis facere? Non possum sustinere, nõ possum fere. O culi mei te videre refugiũt sic prochiuum, sic prostratum ante pedes meos. Surge creator, surge deus meus. Surge lux mundi, vita mea, gloria mea. Noli facere quod te video facere velle. At Iesus ait: Quod ego facio, tu nescis modo: scies autẽ postea. Ac si dicat, noli timere, noli expauescere. Re vera Petre magna sunt hęc humilitatis indicia, sed citò maiora videbis. Sine modo, quia sic oportet fieri: licet nũc ignores huius rei mysterium, scies postea. Mysterium est, exemplum est, quod iturus ad patrem tibi relinquo. Ideo noli prohibere quod facere volo. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Absit à me domine, vt mihi laues pedes in æternum, in aliquo tempore. Respondit Iesus, Si non lauero te, non habebis partẽ mecũ. Quod dicit te, & non pedes, synecdoche ibi est, quãdo quod est partis, toti attribuitur. Ego sum aqua lauãs. Ego sum aqua sanctificans: nisi te lauero, nõ habebis partem mecum. Petrus audiens, non habebis partẽ mecum, totus intremuit: nihil iam contradicens magistro: non tantùm pedes, sed totum se offert ad abluendum, dicés: Domine non tantum pedes meos, sed manus & caput. Quid est

A est quod dicis? Non habebitis partem mecum? O quàm amarum est quod dicis, nõ habebo partem tecum. Nonne tu vita mea, dulcedo mea, tota spes mea, salus mea, & omne desiderium meum? Ecce me, fac quicquid vis de me, laua pedes, & non solùm pedes, sed & manus & caput. Sed ô domine Iesu, cum hoc sit verum quòd nullus possit partem habere tecum, nisi prius laueris eum: miserere mei, miserere mei. Ego sum ille tuus peccator, totus immundus, totus sordidus: partem tecum habere cupio, tecum partem habere desidero. Ne despicias me Deus salutaris meus. Propitius esto mihi peccatori: laua sordidum, laua inquinatum, laua pedes, laua manus, laua caput, immo totum corpus, laua mentem, laua animam, laua me interius & exterius, laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Si laueris me, super niuem dealbabor. O domine Iesu quis dabit mihi, vt venias in cor meum, & inebries me aqua tua, obliuiscar mala mea præterita: & verbum bonum amplectar te vita, quæ nunquam morieris in æternum? Dulcis cibus animæ meæ, veni domine, & noli tardare. Expectat anima mea peccatrix ad sufficienter pœnitendum, & ad bene viuendum, tuæ gratiæ inspirationem. Dixisti Petro, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Ego non sum Petrus lotus, totus lauari indigeo. Me tibi committo, fac de me quicquid vis. Tu autem domine in æternum benedictus permaneas. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Hic innuitur apostolos
B esse baptizatos, sed non legimus vbi. Qui lotus est baptismo, totus est mundus: sed quia iterum terrenæ inhabitationis puluere inquinatur, iterum opus est pedes lauare. Quos lauat dominus interpellans pro nobis, & nos ipsi orando in contritione cordis, & compunctione lachrymarum. Ille etiam qui in ocio studet veritati, dum in aliis pulsanti sponsæ aperire pergit, pedes inquinat, quia veritas humiliter auditur, sed sine periculo non prædicatur. hæc enim sponsa in canticis canticorum se vitare velle demõstrat, vbi eam sponso exhortanti ad prædicationem, sic inquiens ait: Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dixerat ei sponsus: Aperi mihi soror mea, amica mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Ac si dicat: O soror mea, cohæres mea, amica mea, conscia secretorum meorum. Colũba mea spiritu sancto illustrata. Immaculata mea terrenis curis exuta. Aperi mihi, id est, fac mihi peruia corda errantium prædicando. Caput meum plenum est rore, id est, deitas mea circundata charitatis feruore est. Et cincinni mei guttis noctium, id est collectiones fidelium sententiis hæreticorum. Ad quem sponsa: Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? id est, deserui secularia, quomodo repetam illa? Remoui me à prędicatione, quomodo redincipiam? Laui cogitationes & affectiones, quomodo inquinabor sor-
C dibus mũdi? Sed hos pedes discipulis lauat dominus per spõsionem suæ orationis, vbi dicitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod sequitur, Vos mundi estis, sed non omnes, exponit euãgelista cum dicit, Sciebat Iesus quis eum erat traditurus, propterea dixit: non estis mundi omnes. Sequitur: Postquam lauit pedes eorum, & accepisset vestimenta sua, cum recubuisset, dixit iterũ eis, Scitis quid fecerim vobis ego dominus & magister? Exemplũ enim dedi vobis, vt & vos ita faciatis.] Hoc si memoriæ commẽdastis: expositum est. Postquam lauit pedes discipulorum, id est impleta purgatione per sanguinem suum, accepit vestimenta, quia immortalis factus. Cũ recubuisset, id est, cum ad dexteram patris sedisset, dixit per spiritum sanctũ missum in linguis igneis. O beatos pedes, ô pedes felices, qui talem ac tantum meruerunt habere lauatorem. De pedibus electorum dico, de Iudę traditoris pedibus non dico. O beate Petre, ô felices apostoli, ante pedes quorum astitit humilis creator angelorũ. O beata purgatio, ô beata lauatio, quæ mundat leprosos, curat ægrotos, vulnera sanat, cicatrices solidat, lumen donat cæcis, gressum claudis, pulchritudinem fœdis, diuitias egenis, mœstis lætitiam, pœnitentibus veniam, mortuis vitam. O grande gaudium, immensa lætitia. Christus postquam lauit, sua vestimenta accepit. Post mortem carnis, gloriam habuit resurrectionis. Post sanguinis effusionem, accepit corporis immortalitatem. Deinde recubuit, deinde requieuit, cœlos ascendit, vbi sedet benedictus in dextera dei patris. De illo accubitu discipulis intonat, instruit, docet per spiritum sanctum, & per ipsos intonat gentibus cunctis. Et quid dicit? Scitis quid fecerim vobis? Vos me vocatis, magister & domine, & bene dicitis, sum etenim.] Hoc est quod promiserat Petro dicens: Scies autem postea. Hic inuitat ad sciendum, quod prius nesciebant. Quod dicit, Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim: non est de arrogantia, sed de veritate. Qui enim necessitate cogente vera de se bona loquitur, tanto magis verius humilitati iungitur, quanto & veritati associatur. Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Ego sum magister: ego sum dominus. Ego sum magister sine errore: ego sum magister sine falsitate. Ego sum magister bonitatis: ego sum magister sanctitatis. Qui sequitur me, bene vadit, ambulare male non poterit. Ego sum dominus vitæ, dominus mortis, dominus cœli, dominus terræ Creator cunctorum, & dominus omnium. Si ergo ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Sicut prius exemplo, sic nũc eos verbo instruit magister veritatis. Hic enim sumitur argumẽtum habẽdæ humilitatis, ac si dicat: Si ego qui sum dominus & magister, laui pedes vestros, & vos qui non estis magistri nec domini, debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quem- E
admodum feci vobis, ita & vos faciatis, & est sensus: Si ego laui pedes vestros, id est, si ego dimisi vobis peccata, qui sum dominus deus potens omnia, & magister sciens omnia antequam fiant: vos qui estis serui & discipuli debetis in vos peccantibus dimittere, & pro eis orare. Exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Nõ eritis boni serui, si non fueritis secuti dominum. Nec veraces discipuli, si deuiaueritis à doctrina magistri. Audite prælati qui cathedram tenetis regiminis. Putásne tenetis exemplum domini? Vnusquisque nostrum conueniat conscientiam suam: gaudeat si tenet: si non tenet, iam noh est discipulus domini. Melius illi esset si haberet molam asinariam in collo, & demergeretur in profundũ maris, quàm vt esset sortitus nomen abbatis. Melius illi esset, si esset custos porcorum, quàm quòd esset abbas monachorum. O peluis domini. O humilitas Christi, quàm longe recessisti! O quàm sunt rari, ô quàm sunt pauci, qui aquam in peluim mittant, & flexo poplite ad lauandum pedes discipulorum petant! Peccat frater, offendit frater, in aliquod delictum cecidit? Non est peluis, non est aqua: non est qui se præparet ad illum abluendum, sed potius ad expellendum. Discite prælati quòd hoc non est de regula Christi. Ille lauit pedes discipulorum genibus flexis, & vos non vultis lauare sordes vestrorum conseruorum totis corporibus in terram prostratorum? Non est discipulus super magistrum. Peccat monachus: peccat conuer- F
sus: puluerem portat in pede: immo fortè toto corpore tabescit in cute. Tolle aquam, tolle doctrinam de peluibus magistri, de præceptis domini: curre ad eum non in equo Pharaonis, sed in humilitate redemptoris: vultu placido, mente tranquilla: quàm citius potes, lauare festina: ne puluis vertatur in scabiem, scabies vertatur in lepram, & leprosus expellatur de grege domini. Sed si obstinatus fuerit, & emendari noluerit, dicens, Non lauabis mihi pedes in æternum: dic & tu ei: Si non lauero te, non habebis partem cum Christo domino. Postea si cum Petro assentire voluerit: laua eum cum omni humilitate, mansuetudine & misericordia: vt tu ipse misericordiam à deo consequaris.
Quod si non feceris, non tenes exemplum Christi: nec es discipulus Christi. Quod Christus fecit, facere dedignaris? Quod dominus fecit, seruum cur faceret tædet? Nõ est seruus maior domino suo: nec apostolus maior eo qui misit illum. Sicut ego patior, & vos patimini: sicut me humilio, & vos humiliamini. Si hæc scitis quæ feci & docui, beati eritis si feceritis. Non de omnibus dico: ego scio quos elegerim, non de omnibus dicebat, quia Iudas apostata erat. Elegerat duodecim: sed vnus diabolus erat Iudas Iscarioth: qui cõtra dominum leuauit calcaneum: de quo ipse dixit, Vt impleatur scriptura, qui manducat panem meum, leuauit contra me

Universidad de Deusto
Biblioteca

G calcaneum) ſuum. O Iuda infelix, dominicum panem manducas,& contra dominum calcaneum leuas? Heu quanti Iudæ,qui panem domini manducant,& dominum in operibus ſuis calce percutiunt. Quanti de altari viuũt, qui altari non ſeruiunt:imò dominum altaris pro nihilo ducũt. Heu,quod magis dolendum eſt,quãti ſacerdotes,ſed falſi ſacerdotes,qui panem Chriſti,corpus Chriſti ſumunt ore,& Chriſtum conculcant pede, putidi fœtore luxuriæ, infecti veneno nequitiæ. Iſti ſunt Iudæ Iſcarioth, qui niſi ſe in melius cõmutauerint,vtinam nati non eſſent.Sed tu ſerue dei monache,Chriſti tene exemplum, & habebis promiſſum.fac quod iuſſit,vt poſſis venire ad illam beatitudinem quam promiſit. Sequitur,Amodo dico vobis priùs quàm fiat, vt cum factum fuerit credatis, quia ego ſum. & eſt ſenſus:Vſque huc toleraui & tacui,ſed iam noto proditorem antequam fiat,quod mox eſt faciendum:vt cum factum fuerit, credatis quia ego ſum ille de quo ſcriptura illa prædixit.Vos ergo fratres mei, diſcipuli Chriſti,cogitate quid Iſcarioth fecit, & videte ne conſimilia faciatis.Iudas contra Chriſtum leuauit calcaneum: vos autẽ illi proſternite corpus & animam. Iudas ab illo receſſit: vos autem ſequimini illum. Iudas vendidit illum Iudæis:vos autem vendite quæ habetis,vt poſſitis comparare eum. Nõ ſolùm autem quæ habetis, ſed etiam voſmetipſos pro amore tãte pulchritudinis margaritæ pro nihilo reputetis,& illi ſoli
H placere quantum poteſtis contendite: vt ego & vos ad illius gaudia ſine fine manſura, quæ ipſe eſt, valeamus peruenire, per eundem mundi ſaluatorem,qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat benedictus in ſecula ſeculorum,Amen,

Sermo tertius.

Pſal.103.c CVm de iure conditionis humanæ,omnem hominem exire oporteat ad opus ſuum & ad operationem ſuam vſque ad veſperam,& ſcriptura non poſſit ſolui, neceſſe eſt vt vnuſquiſque dum in corpore viuit, operari non ceſſet quod ſibi expediat in æternum. Nam citò veniet tempus & horæ quibus labor omnis & vniuerſa cura laboris ceſſabit,& tunc omnis homo ſecundum ſuum laborem mercedem habebit.
Eccle.23.d Igitur cum nihil ſit dulcius nec æquius quàm reſpicere in mandatis domini, in lege Chriſti meditari elegi, quia mihi bonum eſt lex redẽptoris mei ſuper milia auri & argenti: & de fructu laborum meorum cuilibet dare petenti. Tu autem mi lector auſcula diligenter, & quid tibi per me loquatur Chriſtus, obſerua. Ipſe eſt quo nullus maior, nullus melior: quo nullus pulchrior, nullus dulcior, nullus charior. Gloria ſanctorum,decus angelorũ,auctor & curator cunctorũ, qui ait diſcipulis ſuis,Amen amen dico vobis,qui accipit ſi quem miſero,me accipit.Et qui me accipit:accipit eum qui me miI ſit. Poſtquam dominus & ſaluator noſter ſuo exemplo docuerat humilitatem,& carnis paſſionem,ſupponit honorem, vt eos cõſoletur, affirmans quòd ipſe & pater eius in illis recipitur,qui pro illius amore recipiuntur. Hic eſt notandũ, q in miſſo,non miſſi ſed mittentis auctoritas cõmendatur.Qui ergo accipit nuncium Chriſti, Chriſtum accipit: & ſi Chriſtum,& patrem Chriſti.Quid audis ô Chriſtiane:Veritas loquitur: veritas mentiri non poteſt. Ait enim, Qui accipit ſi quem miſero,me accipit. Quem mittit? quis eſt enim nuncius? Venit pauper, venit mendicus: aduena eſt & peregrinus:non habet quid veſtiat,non habet quid manducet, non habet vbi caput reclinet. Venit ad ianuam tuam, ad domum tuam,non tanquam frater ad fratrem,non tanquam conſors ad conſortem,ſed tanquã ſeruus ad dominum: petit panem, poſtulat veſtem,apud te quærit hoſpitari pro amore Chriſti. Qui tibi videtur? Quis eſt iſte mendicus, iſte peregrinus qui apud te pro amore Chriſti tam humiliter, tam ſuppliciter orat hoſpitari? Miſſus Chriſti eſt, nuncius Criſti eſt: non eſt ſolus,cum illo eſt Chriſtus. Gaudens ſuſcipe. Gratanter refice,ſerui deuote cum timore & reuerentia magna.Chriſtum ſuſcipis,Chriſtũ reficis.Gaude & lætare quòd talem meruiſti habere conuiuam. Felix menſa, beata menſa,in qua Chriſtus conuiuatur, in qua deus reficitur. Infelix menſa, cui deeſt talis conuiua. O quàm miſera menſa, imò quàm miſer dominus menſæ,qui pauperem pellit à mẽſa, qui pauperi claudit miſericordiæ viſcera. O ſerue nequam, cuius viſcera negligunt aperire marſupium pietatis. Nónne oportuit te miK ſereri conſeruo tuo? Quis tibi donauit quod habes? Nónne pauperis dominus? nónne pauperis & tui creator? Nónne natura vos creauit æquales,& vna eadémque cõditione eſtis exituri? Cur non te tangunt confinia ſortis?Suſcipe miſerum recollige mendicum & peregrinum, refice famelicum, veſti nudum, & operibus miſericordiæ incumbe prout potes. Quum pauper petierit,manum aperire non differas.nam eleemoſynam tuam cum paupere fratre ſuſcipit Chriſtus.Tu autem mi lector, ne pauperem quæſo abhorreas, ſed tam citò cum illum videris,adorare ne negligas, licet ſit ſcabioſus, ſiue leproſus, veſte ſordidus, anhelitu fœtidus, tamen brachiis charitatis aſtringe,& quod à te petierit,charitatiuè impende. In veritate donas Chriſto, accipit Chriſtus: ipſemet teſtis, ipſe mentiri non poteſt, & in die iudicij tibi redditurus eſt mercedem æternam.Sequitur, Quum hoc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt & dixit:Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet. Turbatur Ieſus ex noſtra infirmitate,non ex ſua poteſtate. Noſtra infirmitas in eo turbata eſt, non ſua poteſtas, ſicut & verè paſſa. Voluntariè accipit turbationem, ne deſperet ſeruus neceſſitate turbatus. Qui turbatur ſpiritu, ſignificat perturbandos ſpirituales ex charitate, cum vrgens cauſa zizania à tritico
L ante meſſem cogit ſeparare, id eſt ante diem iudicij cogit excommunicare. Sed notandum eſt quòd ſunt duæ perturbationes,ſcilicet turbatio carnis,& turbatio ſpiritus. Turbatio carnis eſt paſſio carnis: turbatio ſpiritus eſt timor, anxietas, & ſimilia.Non carne, ſed ſpiritu turbatur dominus cum dicturus eſſet, Vnus ex vobis me tradet: non quòd tunc primùm ſubitò cognouerit, & repentinum malum eum turbauerit:ſed quia iam eum fuerat expreſſurus, vt non lateret, & ille erat exiturus,& Iudæos adducturus,turbauit eum proximum periculum proditoris, ſicut ſuperius dictum eſt.turbauit eum imminẽs paſſio, ſicut inferius dicitur,Nunc anima mea turbata eſt, & quid dicam? Hæc dixit appropinquante hora paſſionis.Turbatus eſt dominus Ieſus ſpiritu, & proteſtatus eſt quod occultum fuerat, & dixit, Amen, amen dico vobis,quia vnus ex vobis tradet me. Ac ſi diceret, Vnus ex vobis exiturus eſt,& tradet me:vnus ex vobis, ſed non vinculo charitatis vnitus,eſt me traditurus. Aſpiciebãt ergo diſcipuli adinuicem,hęſitãtes de quo diceret. Non minima turbatio,timor & anxietas apoſtolorum mentem vexabat. Putas quomodo Petrus & ſancti apoſtoli latebras mentis intrabãt,vt ſi in auctorem vitæ ſaltem in cogitatione aliquid ſiniſtrum putaſſent?Non parũ erant turbati, nam pallor qui erat in facie, declarabat dolorem qui vigebat in mente. At nil doloris gerebat, qui aſtutam rabido portabat ſub pectore vulpem.non erat dolens, cui ingens dolor ineſſe debebat. M O bonitas redemptoris. O pietas creatoris, neminem vult perire,ſed omnes fieri ſaluos.Specialiter non deſignat tradi torem ſuum,ne fieret impudentior vel inuerecundior manifeſtè deprehenſus.Manifeſtat ergo crimen,& dat locum pœnitentiæ:vt proditor videns ſe latêre non poſſe,agat pœnitẽtiam.Sed vir ille perditionis,nullius pœnitentiæ lamenta ſuſcipiens,talis vel peior remanſit, qualis fuerat prius,tranſiẽs in affectum cordis.Illi verò quorum ingens procella doloris corda turbabat,adinuicem aſpiciebant, dubitãtes de quo diceret:quia etſi nota fuit cuique conſcientia ſua, alterius tamen erat ignota.Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu,quem diligebat Ieſus.Felix inquam diſcipulus ille,cui ſic erat familiaris author vitę quę nũc eſt,& futuræ:nimis honoratus eſt diſcipulus ille, qui ſui capitis habuit reclinatoriũ tam venerabile, pectus ſcilicet Ieſu Chriſti creatoris cunctorũ.Ieſus autẽ valde eum diligebat, quem tanto honore ſublimabat.O q̃ bene quieſcebat,qui ſupra pectus Chriſti quieſcebat. O beate apoſtole dei,diſcipule Ieſu Chriſti, Ioãnes beate, vtinam mererer illius dulciſſimos pedes oſculando lachrymis rigare, in cuius pectore tu meruiſti dormire. Vtinam faciem illius à longe ſaltem poſſem contemplari, in cuius pectore tam dulciter dormire meruiſti. Hic enim de ſe quaſi de alio dicit,vt rerum geſtarum ſcriptor,non ſui videatur prędicator eſſe.Per ſinum ſiue pectus ſignificabatur illud ſecretum de quo bibit diuinitatis ſacramentum.Hunc diligebat

A bat Ioannẽ non plus omnibus, ſed familiarius, vt per pacem exiret de vita,nõ per paſſionem.Huic innuit Simon Petrus, & dixit: Quis eſt de quo dicit? Sciebat autem Petrus quòd Chriſtus quodam priuilegio amoris Ioannem diligebat, nec ei cælaret ſuæ diuinitatis ſecretum. Innuit ergo ei Petrus vt interrogaret eum. Quis eſt?Itaque cum recubuiſſet ſupra pectus Ieſu,dixit,Domine,quis eſt? Et meritò de proditore ſuo magiſtrum interrogare nõ timuit, cui iam in ſinu diuinitatis, veritatis magiſter rimari ſecreta polorum monſtrauit. Et dicit,Domine quis eſt?quis eſt ille infelix? quis eſt ille nequam? quis eſt ille maledictus?quis eſt traditor tuus? Illum mihi rogo ne celes, cui tuæ diuinitatis ſecreta es dignatus reuelare. Cui dominus: Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet panem,dedit Iudæ Simonis Iſcariotis. Panis intinctio,ſignificat fictionem Iudæ, qui fictus amicus venit ad cœnam. Quæ enim tinguntur, non mundant, ſed inficiunt. Sed quis panis iſte fuerit quem Iudas accepit intinctũ ſi dominus dederit,lectorem meum ſi audire dignabitur non relinquam ſuſpenſum. Sed primum ſciendum eſt, quòd panis
Panis in Scriptura. multipliciter accipitur in ſacra ſcriptura. Per panem aliquãdo intelligitur dominus. Aliquando gratia ſpiritualis. Aliquando eruditio diuinæ doctrinæ. Aliquando hæreticorum prædicatio. Aliquando ſubſidium vitæ præſentis. Aliquando iocunditas humanæ delectationis. Dominus dicitur panis,ſiB cut ipſe ait:Ego ſum panis viuus,qui de cœlo deſcendi. Si volumus dicere quòd dominus fuit ille panis quem traditor accepit intinctum,non relinquimus tramitem veritatis. Iudas igitur panem intinctum accepit, quia dominum Ieſum tantum hominem & non deũ putauit. Buccellam intinctam, vel panem ſubcinericium intinctum comedit, quia etſi dominũ moriturum,tamen reſurrecturum non credidit. Iſte beatiſſimus panis fuit intinctus, quia quum pedes in cruce pro noſtra ſalute fuiſſent fixi, viſus eſt nõ habere ſpeciem nec decorem. Hunc Iudæi qui per Iudam ſignificantur, panem intinctum comedunt,quia Chriſtum Ieſum non deum,ſed purum hominem fuiſſe credunt: & mortem illius concedunt,ſed reſurrectionem adhuc non admittunt. Panem intinctum roC dit,qui filium virginis ante omnia ſecula fuiſſe contradicit. Ab illo panis intinctus roditur, qui à fidei ſoliditate deuiat: nec hunc panem ſolidum dignè poterit manducare, qui ſidem chatholicã voluerit infirmare. Dicitur panis gratia ſpiritualis,vt eſt illud propheticum: Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos ne videat malum, iſte in excelſis habitabit: munimenta ſaxorũ ſublimitas eius: panis ei datus eſt: aquæ eius fideles ſunt. Et eſt ſeuſus, Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, id eſt, qui ſuadentibus peccatis (quæ ex carne & ſanguine naſcũtur) non præbet conſenſum, & qui claudit oculos ſuos ne videat malũ, id eſt, omni quod rectitudini aduerſum eſt,non appropinquat: iſte in excelſis habitabit, quia quanuis eum adhuc caro in inferioribus retinet,mentem tamen ſublimibus iunxit.Munimẽta ſaxorũ ſublimitas eius,quia qui abiecta deſideria terrenæ conuerſationis calcat, ad ſupernam patriam per præcedentum patrum exempla ſe ſubleuat:& quia per contemplationis donũ gratia ſpirituali ſatiatur,aptè ſubiungitur: Panis ei datus eſt,id eſt,donum gratiæ ſpiritualis percepit, quia ſe ab infimis & imis cœleſtia ſperando ſuſpendit. Hunc igitur panem,ſcilicet gratiam quam illi dederat dominus, intinctum accepit,quia in Ieſum conſummatorem virtutum, non amorem ſed rancorem exercuit.Huic debebatur panis intinctus, cuius ſanctitatem vultus palliabat ſophiſticus. Nam religionem ſimulabat in facie,quam non habebat in mente.Sanctitatem prætendebat in veſte,quam alienabat in corde:foris agnus in publico,intus lupus in occulto:foris diſcipulus Chriſti intus diſcipulus diaboli. Multi enim hunc panem comedunt, quia religionem quam prætendũt in verbo, non oſtendunt in facto. Quanti monachi in monaſterio ſancti Benedicti ſunt, qui aliis lugentibus rident:aliis dolentibus gaudent! Corpore clauſtrales, mente vagi, & nunquam ſtabiles. Pigri ad lectionem,tardi ad orationem: in eccleſia dormientes in refectorio vigilantes. De vigiliis longis dolentes: ſed de longo conuiuio gaudentes. Clauſtrum execrantes:auditorium diligentes. Extra chorum pro infirmitate frequentius remanentes: infirmitorium non pro infirmitate carnis, ſed D pro deſiderio carnis toruis luminibus aſpiciẽtes:ſemper murmuroſi & detractores. Quid aliud iſti miſeri agunt,niſi quód panem intinctum comedunt? Profecto iſti tales traditorem Iudam ſequuntur,& cum Iuda niſi reſipuerint,videant ne dãnentur. Sequitur, Poſt buccellam tunc introiuit in eum ſatanas.Et dicit ei Ieſus:Quod facis,fac citius. Quidam enim putant quòd tunc Iudas corpus Chriſti acceperit: ſed ſciendum eſt,quoniam omnibus diſtribuerat dominus ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, inter quos & Iudas fuit. Deinde per buccellam intinctã exprimitur traditor. Multi enim falſi *Buccella Iudæ intinctã quæ.* religioſi & falſi tonſurati cum ſymbolum pię religionis communiter dominicum corpus accipiunt, ab aliis diſcerni non poſſunt,niſi per buccellam intinctam,quę eſt detractio,murmuratio,inobediẽtia,verborum laſciuia,occulta pecunia, & forte grauiora peccata. Qui talis eſt,monachus nõ eſt, immo Iudæ traditori cõſimilis eſt.Sed quiſquis eſt miſer ille, timeat pœnitendo quod ſequitur,ne cum Iuda traditore damnetur. Sequitur enim: Tunc introiuit in illum ſatanas, vt plenius poſſideret, in quem iam intrauerat. Tunc introiuit vt deciperet, & à conſortio apoſtolorum extraheret, vt eo iam non in occulto, ſed manifeſtè vtens libera poteſtate, in barathro perditionis mactaret & perderet. Et quod de traditore fecit, hoc de conſimilibus facere non deſiſtit. Nam quem diu in E monaſterio poſſederit ſeruum, ad vltimum nec ſocium monachorum relinquit: & traditorẽ quem in monaſterio tenebat,iam extra monaſterium necat. Sed quoniam finem mundi citius affuturum eſſe nõ dubitat,calliditatem ſuæ nequitiæ mentibus prauorum occultat, vt ex improuiſo feriat ſubita morte, quos diu tenuit alligatos in malitia prauæ actionis. Et multos in monaſterio vſque ad mortem ſtare permittit,vt ex illorum peruerſitate alios corrumpere & euertere poſſit. Et quia pro incontingenti tenet, an in monaſterio, an extra monaſterium miſeras animas occidat & mactet:nos illius inſidias domino protegente vitãtes,quod dicitur,ſcilicet quod facis fac citius,exequamur.Nam quod dicitur,quod facis fac citius,non præcipit,ſed præcidit Iudæ malum,no bis bonum: quia hoc vult citius fieri, non tam feſtinando in illius pœnam, quàm in ſalutem fidelium. O amor interminabilis, ô charitas inæſtimabilis, ô dilectio inſcrutabilis: quod facis,fac citius. Illud cupio, illud deſidero, illud quæro, ad hoc veni in hunc mundum.Quod facis,fac citius. Vis me vendere Iudæis? Volo vendi. Vis tradere? volo tradi.Vis vt crucifigar? volo crucifigi.Vis vt occidar?volo occidi, hoc amo, hoc affecto. Quod facis fac citius. Sed Ieſu vita mea, totum deſiderium meum,dulcedo non fallax,dulcedo felix, dulcedo delectabilis,dulcedo glorioſa,decus angelorum, ſplendor & gloria ſanctorum, quantum eos diligebas, pro quibus mori cupiebas? Nobis vitam, tibi mortem affectabas. O miſerum F me, quem hactenus tam nequiter offendi, quem olim ſic abhorrui heu dominum Ieſum, ipſe eſt dominus meus & deus meus:heu vtinam mille annis potius in purgatorij igne eſſem cruciandus, quàm dominus Ieſus à me ſic eſſet offenſus. O mi lector pro me lachrymas funde ad dominum: vt nunc me clamantem audiat,pulſanti aperiat,conſoletur lugentem,dolentem, pœnitentem benigne ſuſcipiat. O domine Ieſu miſerere mei. Redde mihi iocunditatem vultus tui. Qui pro peccatoribus dignatus es mori, me peccatorem,rogo,ne permittas ęternis ignibus cruciari.O dilectiſſimi fratres animaduertite, ſedula cogitatione penſate, quantum eſt amandus, quantum diligendus, qui pro nobis eſt talia & tanta opprobria paſſus, qui ſe tradentem ad mortem ſic hortabatur dicens: Quod facis, fac citius. Sequitur: Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat, quòd diceret ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut vt egenis aliquid daret. Loculos enim habebat, in quibus oblata ſeruabantur, ſuorum neceſſitatibus,& aliis indigentibus. In quo datur forma Eccleſiæ ſeruandi neceſſaria, quæ iubetur nõ cogitare de craſtino,ne pro terrenis ſeruiat, vel pro timore inopiæ iuſtitiam deſerat. Cum ergo ille accepiſſet buccellam,exiuit continuò.Erat autem nox quando exiuit filius tenebrarum,faciẽs opera tenebrarum.Nos igitur qui ſumus di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G scipuli Christi, videamus ne panem intinctum comedamus: religionem quam tenemus in veste, seruemus in mente: & sanctitatem quam habitus exterior palliat, intus animus teneat: ne in hora noctis exeamus à domino reprobati, in stagnum ignis & sulphuris cum diabolo concremandi. Illi pro viribus inhæreamus, quia bonum est illi adhærere. Adhæreat tibi domine anima mea, ita tibi adhæreat, vt à te eam recedere nunquam permittas, sed ad te quę pro te gemit, quàm citius consolandam perducas. Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Sermo quartus.

VErbum dei quanto amplius ruminatur in ore: tanto dulcius sapere debet in corde. Et verbi diuini mens delibuta sapore se ingerit alabastrum vnguenti cupientibus aperire: nec thesaurum diutius celari patitur qui suscipit incrementum dum à pluribus erogatur. Vnde non immeritò diuinorum fructus eloquiorum, quos de pomario domini ipso sumpsimus largiente, præ suauitatum odore manibus portare quicunque gestierit, illi largiri gaudebimus. Sed rogo meum lectorem, ne illos ab amoribus sui cordis abiiciat. Nam odor, hinc suauissimus emanat, qui corde contritos sanat, & vulnerum cicatrices consolidat. Odor iste omnium suauitatum in se continet monarchiam, quia omnẽ balsami odorem excedit, & quicquid in odoribus continetur. Hunc H tantum ac talem odorem si toto cordis olfactu odorare non desieris: in æternum proculdubio non peribis, quoniam est resurrectio & vita. Qui credit in eum, etiam si mortuus fuerit, viuet. Odor iste omnium odorum suauitas dominus Iesus est: odor bonus, odor suauissimus, melle & lacte dulcior, nectare suauior, gemmis & auro preciosior. Iste odor est verbum illud de quo locuturi sumus: Verbum quod caro factum est: & habitauit in nobis. A verbo isto semper verba mea procedant, & nihil aliud quàm ipsum valeant iam resonare, dominum scilicet Iesum, qui de seipso ait: Nunc clarificatus est filius hominis. Exeunte Iuda pro quo dixerat, Non estis mundi omnes: remanserunt soli mundi cum suo mundatore. in quo signatur clarificatio Christi, in qua separatis malis manebit in æternitate cum sanctis. ita est. Sed aliam expositionem hic amor Christi requirit: quæ nec debet scribi sine lachrymis, nec sine lachrymis legi. Christus de proxima passione, imò de proxima morte, quam pro salute mundi exsoluere disposuerat, gaudet & tripudiat, lætatur & exultat, & ait, Nũc clarificatus est filius hominis. O domine Iesu, fili hominis, fili Mariæ virginis, charissime, amantissime, dulcissime, speciosissime, vita sanctorũ, & dulcedo angelorũ, quomodo glorificaris, quomodo clarificaris? nónne tibi adhuc imminent vincula, verbera carnificũ, opprobria hominum, & abiectio plebis? Sputa, claui, colaphi, spinea corona, arundo pro sceptro, crux, lancea? An vinciri manibus à tergo, & vinctum ad iudicem adduci, & tanquam latronem ad ludibrium poni, est clarificatio tua? An ascendere crucis patibulum, & tam triste ferre supplicium, est letitia tua? ést ne gaudium tuum mori, scilicet pro salute generis humani? Quid ad I hæc dicemus? quid respondebimus fratres mei? Hic vox debet silere, lachrymæ dicere: hic sermo tacere, & fletus clamare. Christus deus noster pro nihilo, imò pro gaudio mortem ducebat, per quam nos à morte perpetua liberaret. Et licet tam citò moriturus, tamẽ seipsum clarificatum dicebat: quia tunc sic patiendo, imò sic moriendo, mẽbra sua, fideles suos clarificabat. O bone monache, ô bone Christiane, recogita annos tuos prauos in amaritudine animæ tuæ. Statue Christum sic crucifixum ab vno latere tuo, & tua peccata ab altero: & inter hæc positus, vide quid agas. Cõtemplare agnum, contemplare Christum dominum tuum, sic in cruce extensum, pro te tam impiè passum. Considera turpitudines carnis tuę, prauas affectiones animę tuę, funde lachrymas ad crucifixum: te saluare paratus est, qui pro te talia passus est. Nunc clarificatus est filius hominis: & bene filius hominis, & non hominũ: quia sine virili semine de pura & intemerata virgine natus, de patre sine matre in cœlis est genit⁹. Cuius mater est virgo, cuius pater fœminam nescit. Iste inquã filius hominis valde clarificatus est, quia quicquid filius dei habuit per naturam, filius hominis habet per gratiã. In isto filio hominis, Ma-

Christus filius hominis. Ex Ambr. de S. Agnete.

riæ scilicet virginis, clarificatus est deus. In quo est clarifica- E
tus: in salute languidorum, in illuminatione cœcorũ, in resurrectione mortuorum, & in omnibus operibus suis, patris sui semper faciens voluntatẽ. Et deus clarificauit eum in semetipso, quia vnus deus cum patre, vna diuinitas, vna maiestas: & hæc clarificatio est ab æterno. Hanc clarificationẽ morti appropinquans secundũ quod homo, à deo patre sibi dari postulabat cum dicebat: Pater clarifica me apud temetipsum, claritate quam habui priusquam mundus fieret. Claritatem nãque quam habebat secundum q⁹ deus, volebat habere secundum q⁹ homo: vt humana natura verbo vnita, quæ tunc erat passibilis & mortalis, cito fieret impassibilis & immortalis. & hoc est quod dicitur, Et cõtinuo clarificabit eũ. Tu ergo Christiane, qui cupis hęreditatem habere eũ Christo, deũ patrem semper clarificare memẽto, in pura cogitatione, serena locutione, ordinata actione, in omnibus moribus tuis: vt te quicũque viderit, glorificet deum & benedicat, dicẽs, Benedictus sit deus in cœlo & in terra, qui talia operatur in seruis suis. Profectò si cum Christo clarificaueris patrem, cum Christo eiusdẽ patris habebis hæreditatẽ. Magnum est quod dico. Cõditionis humanæ excedit dignitatẽ, hominẽ de terra terrenum, de puluere puluerem factũ, in cœlum ad Christum ascendere, & assidue cum Christo regnare. Quis vnquã audiuit simile? quis vnquam tale vidit aliquid? Reuera magnum, L
immo nimis magnum: & licet tam magnum, tamen vere magnum. Ipsa veritas dixit, Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. Tu itaq; monache Benedicti, esto in veritate bonus minister Christi, religionem non simulans, sanctitatẽ non pallians, humilitatem non relinquens, vsque ad mortẽ obedientiam tenẽs: & sic cum Christo regnabis, qui discipulis suis in consequentibus ait, Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Filiolos appellat, quos prę mentis teneritudine adhuc plenariè robur fidei non solidabat. Nã qui consueuerant viuere lacte, nondum erant idonei ad vescendum solido pane. Et ideo filioli, quia paruuli, & tanquam paruuli in Christo lacte pascebantur, non esca. Nouerant Christum secundum humanitatẽ, sed caligine mentis obducti, Christi vacillantes tenebant diuinitatem. Possumus etiam dicere quòd præamoris magnitudine discipulos suos filiolos appellauerit. Moris enim est parentum, paruulos suos filios delicatius enutrire, quàm magnos: & sæpius amplecti, & crebrius osculari: & cum de hac vita mortis acerbitas eos exire compulerit, circa paruulos totum gremium charitatis expandunt, eósque brachiis astringunt: & in eorum oscula ruunt, magis paruulorũ quàm adultorum orbitatem plorãtes. Et illi paruuli videtur, quos inuicti amoris catena connectit: cum tutela paterna illis iam suffragari non possit. Tunc filios suos paruulos tenẽt in cogitatione, quos nõ minimos tamen in amore cõtinent. M
Sic & domin⁹ noster suos discipulos filiolos appellauit, quos iturus ad patrem nõ minimo charitatis affectu dilexit. Multum eos diligebat, quos iam filios appellabat: qui ait, Modicum tempus vobiscum sum, hoc est modicum illud tẽpus quo in hac carne mortali vobiscum sum, præsentem cernere me potestis: sed tollã crucis patibulum, citò soluã mortis imperium. Citò veniet tempus & hora qua iam non pro homine videar reputari, sed ero tanquam opprobrium hominum, & abiectio plebis. Tunc quæretis me, cupietis me sequi, sed timore mortis percussi, nondum ex alto virtute induti, animam vestram pro me ponere non poteritis: & hoc est quod dicitur, Quò ego vado, non potestis me modo sequi. & est sensus, Vado ad patrem, sed per foramen acus, per angustias passionis, per dolores mortis. Sed non potestis me modo sequi, quia pauidi & timidi, veluti hœdi in lacte matris ad immolandum nondum idonei, sed veniet tempus & hora, quibus penitus timore expulso, nõ solum crucis supplicium, sed quod nequius poterit excogitari tormentum, amore mei eritis subire parati. Filioli mei, adhuc modicum vobiscum sum. O domine Iesu adhuc charitas tua me cõpellit repetere modicũ. Iesu, Iesu domine meus & deus meus, vita animæ meæ, peccatricis tuæ, præmium prærogationis meæ, istud modicum tam fuit amarum tibi. In isto modico factus es opprobrium hominum, & subsannatio populi. In isto modico sicut aqua effusus es, & dispersa sunt omnia ossa tua. In isto modi-

A co percussus est pastor, & dispersæ sunt oues gregis. In isto tam amaro modico speciosus forma præ filiis hominũ visus est non habere speciem, nec decorem. In isto modico Dauid meus, imò Iesus meus, dominus meus, ante portã ciuitatis in tympano suæ carnis tympanizabat & psallebat, dicẽs, Heloi
Marc. 14. c heloi lãmasabachthani? hoc est, deus meus deus meus, quare me dereliquisti? In isto modico domina mea, mater tua, virgo incorrupta, virgo intemerata, virgo ante partum, virgo post partũ tui, mater tua, immo martyr tua, martyr non ferro carnificis, sed acerbo dolore cordis, quàm amare flebat, quàm amare dolebat? Nec mirum, cum te videret vnicũ suum, totum desiderium suum in cruce extẽsum, morti vicinum, imò inclinato capite tradere spiritum. Istud modicum domine Iesu, amarum tibi, & amarũ dulcissimæ matri tuæ, vtinam amarum sic esset mihi, vt in isto modico fuissem iuxta crucẽ domini mei, vt quem adhuc videre non possum cum patre manentem, saltẽ in cruce positum mortuum videre meruissem. Istud modicum, quàm felix, quàm iocundum, quàm gloriosum fuit illi latroni, qui in illo modico meruit à domino suo audire, Hodie mecum eris in paradiso. O vox dulcis, ô vox delectabilis, hodie mecum eris in paradiso! O domine Iesu, quid dulcius, quid delectabilius, quid iocundius quàm esse tecum in paradiso? Nihil prorsus, penitus nihil. Quid ergo dicam? quid faciam? quid adhuc in huius peregrinationis ærũna constituto, tam longè exulo à deliciis paradisi dei mei? O
B bone Iesu esto mihi Iesus. Recole saluator quid & propter quid passus es, & miserere mei. Ipsa te cogat pietas, vt mala nostra superes parcendo, & voti compotes nos tuo vultu sanaties. Tu esto meum gaudiũ, qui es futurus præmium. Sit mea in te gloria per cuncta semper secula. Qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas, &c.

Sermo V.

MAndatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Qui mandatum domini non ignorat, necesse est vt secundum illud viuere non negligat, Nam seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis. Qui autem fecerit, diuitiis & honoribus ditabitur multis, iuxta quod dominus omnium ait discipulis suis: Beati eritis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Dulcis dominus dulce mandatum proposuit. Ait enim: Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Mandatum nobis proponit amoris, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. O bonum mandatum, mãdatum dulce, mandatum delectabile, mãdatum vitæ, mandatum salutis æternæ. In isto mandato omnis lex pendet & prophetæ. Hoc est illud vnum mandatum, de quo dictũ est, Qui omnia mandata seruauerit, offendat autem in vno (id est in charitate) factus est omnium reus. Vnde apostolus enumeratis gradibus quibusdã virtutũ, de charitate protinus addidit, dicẽs: Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Hæc est illa C
preciosa margarita, quã dum inuenit sponsa dilecti, dedit omnia sua, & comparauit eam. Hęc est illa scala quæ in somnis Iacob apparuit, quã vsque ad cœlum tendi videbat, per quã quidam descendebant, & quidam ascẽdebant. Per hanc enim & angeli descendebant, & nos ascẽdimus ad angelos, quia sine hac scala nullus scandere potest ad cœlestia regna. Et in ipso nixu scalæ ipse dominus angelorum inuentus est qui dicit: Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Iste inquam dominus est qui dat præceptũ fratrem amandi, qui & à seruis suis ex omni corde vult amari. Nec est magnũ si tantum diligit seruus dominũ, quantũ dominus seruum: imò magis à seruo dominus debet amari, cùm non illi seruus, sed seruo dominus valeat suffragari. Seruus qui ex toto corde diligit dominũ suum, illius tota virtute satagit obseruare præceptũ. Et cuius præceptum despicitur, restat proculdubio, vt ipse auctor præcepti negligatur. nam qui non diligit proximũ in veritate, despicit Christi mandatum: & qui mandatũ Christi despicit, despicit & Christum auctorẽ mandati. Nos ergo dilectissimi fratres & Christum diligamus, & eius præcepta seruemus. Præceptum domini lucidum, oculos mentis illuminãs. Dulciora sunt Christi præcepta super mel & fauum, & in custodiẽtibus illis retributio multa, nempe ipse dominus Christus. Igitur mi lector regulam præcepti serua: & securus expecta ipsum pro præmio auctorem habere man- D
dati. Bonum mandatum, vnde tantum & tale prouenit præmium. Istud inquam mandatum à nobis irrefragabiliter debet obseruari, cum exinde dominum Christum non dubitemus nos promereri. Hoc est illud mandatum, quod iturus ad patrẽ reliquit discipulis suis: imò istud est testamentum, quod moriturus dimisit hæredibus suis. Ait enim discipulis suis: Mandatũ nouũ do vobis. Vnde nouũ? Nuper inuentum: non quia in veteri testaméto non sit scriptum, Diliges dominum deũ tuum. Quid est ergo nouum? Nouum, quia vetera ad nouitatem perducit, & veteres homines trãsformat in iuuenes. Nouum, quia exuit veterem hominem, & induit nouum. qui secundum deum creatus est in sanctitate & iustitia veritatis. Nouum, quia olim genus humanum à paradisi gaudiis expulsum, nunc & quotidie transmittit in cœlum. Sed quoniã multi se diligunt ea dilectione quæ tramite veritatis non gaudet, ideo adiũctum est, sicut dilexi vos. Inter amorem & charitatem talis est differentia, qualis inter genus & speciẽ, est quidã amor bonus, & est quidam amor malus, & amor mediocris. *Amor & charitas differunt.* Amor bonus ipsa charitas est, qua diligimus dominum supra nos & supra omne quod est, & proximũ nostrũ tanquã nosmetipsos. Amor malus est charitatis inimicus, vtputa cœnosus, lubricus & fornicarius. Isti amores contrariorum, vt oppositorum inter se habitudinẽ sortiũtur: vnus meritum, alius suo possessori acquirit supplicium: alius pœnam, alius glo- E
riam: alius mortẽ, alius vitam: alius paradisum, alius infernũ: alius deum, alius diabolum. Amor medius est qui nec charitati cõnectitur, nec amore cœnoso fœdatur, sicut amor filiorũ, parentum & cognatorum, & aliarum rerum, quę iustè & sine periculo possidentur, & vt isti amores duo ab illo amore qui est charitas, excludãtur, ideo addidit: Sicut dilexi vos. Sed quis vnquam hominum potuit vel poterit tale obseruare mandatum? quis vnquã sic dilexit proximos, sicut Christus apostolos? Nullus vnquã. Vnde notandum est, quia dictio, sicut, non est expressiua quantitatis, sed similitudinis: & est sensus, quomodo dilexi vos, eo modo diligite vos inuicem. Quomodo nos dilexit? audi: Sic dilexit deus mũdum, vt vnigenitũ suum daret, vt omnis qui credit in eum, nó pereat, sed habeat vitam æternam. Sic nos deus pater amauit, quòd vnico filio suo nõ pepercit, sed pro nobis tradidit illum. Christus in tantum nos dilexit, quia pro nobis peccatoribus animam suam in mortẽ tradidit, & suo sanguine lauit nos à peccatis, faciẽs nos de peccatoribus iustos, de mortuis viuos, de terrigenis cœlibes, de terrenis cœlestes, de consortibus iumentorũ consortes angelorum. Benedictus sit iste amator, à quo in mãdatis habemus vt nos inuicem diligamus, sicut dilexit nos. Sed forsãn dicit aliquis: De hac dilectione vacillo, & quomodo diligendus sit proximus, minus perfectè intelligo. Mori quidem non possum pro fratre, sicut Christus dominus voluit mori pro nostra salute. Ad quem ego superius dixi, quòd dictio sicut, non F
est expressiua quãtitatis, sed qualitatis. Si non potes equè ambulare cum Christo, saltẽ à longè imitare vestigia eius. Si non vales diligere proximum tuum plusquã teipsum, quod Christus fecit moriendo pro salute generis humani: saltem dilige eum tanquam teipsum, hoc faciendo illi quod ab eo tibi vis fieri. Sed dices fortè: Nec hoc possum, quum id non operandi, sed consulendi modo dictum sit. Si hoc obseruare non po- γνώμη.
tes, vide ne facias alteri quod tibi non vis fieri. Sic enim diligendus est proximus, vt in illo semper diligatur deus. Si sic diligis proximum, complesti mãdatum: sic enim debet diligi proximus, vt amoris causa sit semper deus, non autem proximus. Si enim tantùm propter seipsum diligitur, iam non erit charitas, sed amor medius: vel fortè, quod absit, amor pessimus, & qui tali amore cęcantur, nisi pœnituerit, Christi amore æternaliter priuabuntur. Nos ergo fratres, qui à Christo Christiani vocamur & sumus, spretis omnibus terrenis transitoriis atq; caducis cũ totis amatoribus cæcis, illi soli adhærere cupientes, in fraterna charitate fundemur, vt illius mereamur vocari & esse discipuli, qui apostolis suis, & nobis per ipsos mandauit dicens: In hoc cognoscẽt omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. In hoc enim discernuntur filij lucis à filiis tenebrarum, discipuli Christi à discipulis diaboli, si gremium charitatis inuicẽ & ad omnes ex-

Amor in vtramuis partem fluctuat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tendunt. Extra sinum amoris nullum valet relinquere charitas: omnia complectitur, & continet vniuersa, atque se erogat cunctis communem. Charitas est affectio mẽtis, brachiis amoris Christum astringens. Charitas amor immensus, cœlũ terrámque complectens: charitas inuincibilis amor, qui nunquam minis vel suppliciis cedere nouit. Charitas indissolubile vinculum amoris & pacis: charitas est cõtemptus mundi, & amor dei: charitas regina virtutũ ad nullius vitij pauet occursum, dotata sanguinis Christi cẽsu, in fronte vexillũ baiulans crucis, cunctos aduersarios in fugam conuertit, nec est qui possit resistere viribus eius. Huic nil mali accidere potest, sed semper & vbiq; manet secura. hæc est illa arma & scutum quæ rogat propheta in certamine positũ dominum accipere, cum dicit: Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Isto scuto se gaudebat protectum fuisse idẽ propheta cũ dicebat: Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Quicunque tali clypeo protectus fuerit, hostium cuneos penetrabit securus. Ista est lapis adamãtinus, qui frangi non potest, & cuncta frangẽtia frangit. Ista est fortis armatus, qui inimicum sua virtute prosternit, & hostem suum nequissimum cum omni exercitu suo gladio. vtraq; parte acuto perimit & occidit. Hęc amica regis æterni, nõ timet intrare ad eum confidenter: intrare lectulũ Salomonis, & requiescere dedignatur nisi super pectore Christi. Si inter nos fratres dominabitur hæc regina virtutum, profectò cognoscent
H omnes pusilli & magni, quòd verè erimus discipuli domini. Qui non habet charitatem, iam non est eius qui dedit mandatum charitatis. Charitas est dilectio dei & proximi. Et qui non diligit proximum, supereſt vt non diligat deum. Et qui non diligit, odit. Ergo qui odit fratrem suum, odit charitatis auctorem. Nos ergo fratres quos amor Christi cõgregauit in vnum, ex toto corde & ex tota mente diligamus dominum Christum, & proximum nostrum tanquam nosipsos, & pro illius amore nõ solum amicos, sed etiam inimicos: nõ tãtum diligentes, sed etiam odientes. Hæc est schola Christi, hæc est doctrina spiritus sancti. Si quis de hac schola exierit, & in hac doctrina non perseuerauerit, mihi credite fratres, in æternũ peribit. Discipulis autem Christi amatoribus charitatis, dabitur ipsa multitudo dulcedinis, diuitiæ æternæ beatitudinis, gaudia æternæ felicitatis, quæ gaudia ipse nobis largiri dignetur, qui in trinitate perfecta regnat & viuit deus benedictus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo VI.

I SEquitur, Dixit ei Petrus. Domine quò vadis? Ad hoc respondit Petrus quod dominus superius dixerat, Quò ego vado, vos non potestis venire. Hæc verba, quò ego vado, vos non potestis venire: Petrus audire non potuit sine acerbo dolore, & ideo non ad præsentia, scilicet, mandatum nouum do vobis, &c. sed ad præterita, scilicet, Quò ego vado, vos non potestis venire, respondit, dicens: Domine quò vadis? Sicut enim manus sui corporis edocta frequenter palpat dolorem, sic lingua cordis amica, celare non patitur ipsius cordis amaritudinem: & quod interius mens concipit in dolore, lingua exterius parturit in apertione. Vnde nonnunquam vis doloris in mente concipitur, & per palãtum vocis formatæ lingua aperitur. Ideo lingua Petri dolorem celare non poterat, quem interius in corde tenebat. Audito, quò ego vado, vos non potestis venire: vix postea magistrum loquentẽ sustinuit. Vnde expleto de mutua dilectione mandato, nimio circunseptus dolore de absentia futura domini sui, statim sermonem tantæ auctoritatis interrumpit magistri, & totus exclamat tristis in voce, dicens: Domine quò vadis? Ac si diceret: Mutuam charitatem quam nobis commẽdas illæsam & incontaminatam, te donante seruabimus: & quicquid aliud præceperis faciemus: sed istud verbum quod dixisti, scilicet, quò ego vado, vos non potestis venire, nos magna repleuit amaritudine. Et quò vadis? Cur nos deseris? Et cui nos desolatos relinquis? Iã sine te viuere nolo. Noli me derelinquere. Noli me deserere. Ad quem dominus: Quò ego vado, nõ potes me modo sequi, sequẽris autem postea. Et est sensus: Non te desero, non te derelinquo. ego te prẽcedo, de inuio faciens viam, de semita stratam, de timore securitatem, de morte vitam. Pauidus es, timidus es, nondum es confirmatus, me modo non potes sequi. Ego te præcedã ad opprobrium, ad patibulum, moriendo, resurgendo, ad cœlos ascendendo: non es idoneus ad præmium, quia nõdum paratus es ad patibulum. non potes me sequi vitam, quia pro me nondũ paratus es ad mortem. Sequẽris autem postea. Mittam promissum patris spiritum sanctum in vos, qui confirmabit vos, & eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ, & tunc me sequi eris paratus. Cui Petrus, Quare non possum te sequi modo? Non timeo pœnam, non timeo mortem, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Quid est quod dicis non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Ad quem dominus: Animam tuam pro me pones: Falleris Petre, nondum es paratus, nondum ex alto virtute vestitus. Cum fueris ex alto virtute vestitus, tunc animam tuam dabis in mortem. Sed nunc prope est vt timore mortis meę neges vitam, & occidas animam tuam: vt neges te meum esse discipulum, & occidas spiritum tuum. properat tempus & hora quibus me negabis, vt te saluare iã possis. Nõ cantabit gallus donec ter me neges. Quicquid sones in verbis, antequam gallus cantet, ter me negabis. & est sensus: Antequam gallus cantet, me negabis. Quæ negatio erit trina, siue ante primum cantum galli, siue ante secundum. Quo dicto timor & tremor & ingẽs dolor discipulos omnes inuasit, nec mirum. Audierant quia dixerat dominus Petro, L Antequã gallus cantet, ter me negabis, qui omnibus erat sanctitate præstantior, amore deuotior, fide robustior, qui iam confessus fuerat Iesum esse filium dei, dicens ad eum: Tu es Christus filius dei viui. & timebant ne illud idẽ quod Petro, sibimetipsis contingeret. Et quia tantus vir eum erat negaturus, in illo quodammodo titubabant & quòd à mortuis tertia die resurgeret, non perfectè credebant: necnon & ideo quia dominum quem in præsenti audiebant loquentem, non longè post futurum credebant moriturum. Ibi mœror & luctus, vox vna plangentium. Certi erant de absentia tam dulcis magistri, de futura morte dulcissimi domini sui, & eum adhuc in carne viuẽtem cernebant, & tamen illum quasi iam mortuum lugebãt. Tunc ad memoriam reuocabant dulcissima fluenta doctrinæ, quæ ab illo acceperant: salutes quas dederat ægris, insuper & vitam quã reddiderat mortuis: benignissimam & dulcissimam familiaritatem quam semper circa illos habuit, & videbant se ab eo tam subitò deseri: tunc amarissimè flebant, adeo mihi credite fratres, vt ipsi iam consolari non possent. Quos vt dominus vidit amarissime flẽtes, eos de sua morte cõsolari voluit: sed ipsa consolatio magis ac magis illos instigabat ad luctum, dum eis dicebat, Non turbetur cor vestrum. Miror autem si Dominus Iesus non infremuit spiritu, & non turbauit seipsum, dum discipulis flẽtibus M diceret: Non turbetur cor vestrum. Credo (propter quod & loquor) quod ait dominus meus Iesus benedictus omni tempore seculi, flẽtibus discipulis suis, Non turbetur cor vestrũ, creditis in deũ, & in me credite, ac si diceret: Non turbemini de absentia mea, de morte mea. Potestatẽ habeo ponendi animam, & iterum sumendi. Tribus diebus mortuum iacebit corpus meum in tumba, & post tres dies resurget immortale & impassibile. Tribus diebus & tribus noctibus fuit Ionas in ventre ceti, & filius hominis tertia die resurget à mortuis. nõ turbetur cor vestrum. ego qui resuscitaui Lazarum, possum resuscitare hoc corpus meum. ego qui resuscitaui filium viduæ, vltra tres dies nõ detinebor à morte. Creditis in deũ, & in me credite: nolite timere pro morte carnis meæ. Ego sum deus, qui suscitabo carnem. Opera quę ego feci, testimonium perhibent de me. si creditis in deum, sequitur vt in me credere debeatis, quia ego sum deus. Et ne dubitaret se apud deum in æterna vita cum Christo mansuros, sequitur & dicit: In domo patris mei mansiones multę sunt. & est sensus: In æterna vita vos mecum regnabitis, in qua sunt multæ mansiones, id est multæ dignitates, quia ibi alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum. Domus dei patris est ipsa prædestinatio & præscientia eius: in hac domo vnusquisque perfectus habet mãsionem pro numerato denario, qui idem omnibus datur, qui denarius est vna & non diuersa in ęternitate viuẽdi mensura. Vel aliter: Domus patris mei est templum dei, regnum dei, homines scilicet iusti. In quibus multæ sunt differentiæ, &

A & hæ sunt mansiones ipsius domus, scilicet illæ dignitates quæ sunt paratæ in prædestinatione, sicut Apostolus dicit: Qui elegit nos ante mundi constitutionem, prędestinatione, sed sunt sperandæ in operatione. vnde Apostolus: Quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. & hoc est quod dicit, Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locũ: & si abiero & prępparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis. Et est sensus: In domo patris mei diuersa sunt prę-
mia meritorum. Et si quo minus, id est, si non essent, dixissem vobis hoc, scilicet vado parare vobis locum. Sed quia ibi sunt præparata per prædestinationem, non est opus vt alias illic mansiones per prædestinationem, pręparem: & quoniã nondum sunt in operatione, addit: Sed si abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis. Ac si diceret: In domo patris mei habetis mãsionem per prædestinationem: sed vado ad patrem, & illas vobis præparabo per operationem. In domo patris mei habetis æternam mansionem, sed iam non potestis ad illam venire nisi per magnum laborem. In domo patris mei mansiones habetis tantùm ex gratia dei & dono, sed volo vt illas iam habere debeatis ex me. A vobis recedo secundum humilitatem, non recedam à vobis secundum diuinitatem:
B & præparabo vobis secundum meam humanitatem, illã ineffabilem beatitudinem, quam vobis paraui ab origine mundi secundum diuinitatem. Illa ineffabilia gaudia vitæ perennis vtcunque percipere non potestis, nisi prius fuero carne solutus & iterum eadem carne vestitus. Ascẽdam in cœlum, & mittam vobis spiritum sanctũ, qui vos sic doceat operari per operationem & gratiarum actionem, quatenus regnum æternæ felicitatis quod vobis paratum est per prędestinationem, habere debeatis per operationem. Dominus Iesus quotidie fidelibus suis locum præparat, dum carnem suam deo patri pro salute generis humani fuisse passam demonstrat: & sic nobis locum quem parauerat per diuinitatem, iam illud nobis tribuit per suam humanitatem. Quotiensc̃ũque aliqua bona facimus iciunando, orando, legendo, meditando, pro peccatis, siue pro desiderio Christum videndi, lugendo, visitando infirmum, saturandọ famelicũ, & sic de reliquis bonis quę longum est enarrare, semper ille locus beatus ab illo nobis præparatur in cœlis, qui dixit: Sine me nihil potestis facere. sed tunc nos introducet in illas beatissimas mãsiones, si in eius fide & dilectione vixerimus, cũ venerit reddere vnicuique secundũ opera sua. & hoc est quod dicit: Iterum veniam & accipiã vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. quod est dicere: Apparebo in iudicio, & introducã vos in illas mãsiones, vt ibi mecum maneatis in æternum. O summa, ô felix
C beatitudo, habitare cum Christo! Quis ad hanc felicitatem, ad hanc tam gloriosam beatitudinẽ peruenire valebit? Quis erit tam felix, quis sic summè beatus, vt possit regnare cum Christo, videre gloriam eius & pulchritudinẽ eius? O Iesu, Iesu, vtinam merear te videre mihi Iesum! Credo in deum, & in te credo, & tamen valde turbatur cor meum: non turbaretur cor meum, si audissem à te: Non turbetur cor tuum. sed anima mea nũc valde turbata est, non quia non credam in te, sed quia modo te videre nõ possum. Nihil aliud volo, nihil aliud quæro, nihil aliud desidero, nihil aliud cupio, nisi te videre dominum & deum meũ. & quia te quęro & nõ inuenio, voco, & non respõdes mihi. Te videre desidero, & te videre nõ possum, cum tu ipse sis tantũ desiderium meũ. Tu mihi testis es veritas, quia valde turbatur cor meum, sed confido in misericordia tua, quia adhuc te videbit anima mea: & satiabor de te, & à te, & in te, & per te, non meritis meis, sed miserationibus tuis magnis & multis, & quòd videbo te deũ saluatorem meum, cum tu veneris iudicare seculum per ignem: sed rogo te per teipsum, & per illam quę te genuit matrem, vt cũ veneris ad iudicium, attrahas me ad teipsum, vt vbi nunc es, possim & esse tecum & cum discipulis tuis, quibus ad patrẽ iturus dixisti, Et quò ego vado, scitis, & viam scitis. Sciebant enim te ire ad patrem, & te viam esse per quam venitur ad patrem, qui viuis & regnas cum eodem patre in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo VII.

D DIxerat dominus discipulis suis: Quò ego vado, scitis, & viam scitis, cui Thomas dixit: Domine, nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire? Thomas qui dicitur Didymus, id est dubius siue dubitans, vnde ipse dubitabat, alios dubitare credebat: vnde dicebat: Domine, nescimus quò vadis. Sed conuicit eum scire magister veritatis: quia sciebant eum, quòd ipse est via, ergo viam sciebant: & ipse est veritas & vita, & ipsum sciebant, quare sciebant veritatem & vitam, ad quam ipse vadit. Ipsa est via secundum quòd est homo: & veritas & vita secundum quòd est deus. Per se itaque viam vadit & veritatem & vitam, quia secundum hominem glo- *Christus via, veritas & vita.*
rificatum redit ad se deum. Vnde planè conuincit eos scire quod se nescire putabãt, cum dicit, Ego sum via, per quam est eundum: & veritas, ad quam veniendum: & vita, in qua permanendum. Ego sum via sine errore, veritas sine falsitate, vita sine morte. Ego sum via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio. Ego sum via habilis, veritas irreuocabilis, vita interminabilis. Ego sum via lata & spacioſa, veritas potens & copiosa, vita delectabilis & gloriosa. Ego sum via incipientiũ, veritas proficientium, vita peruenientium. Ego sum via lucis & serena, veritas viuens absque pœna, vita fœlix & amœna. Ego sũ via in patibulo, veritas in inferno, vita in resurrectionis gaudio. Ego sum via in qua non est spina vel tribulus, veritas in qua non est falsitatis stimulus, vita in qua reuiuiscit E
mortuus. Ego sum via recta, veritas perfecta, vita sine fine mansura. Ego sum via reconciliationis, veritas retributionis, vita æternæ beatitudinis. Nemo venit ad patrem nisi per me. Ac si dicat, nemo venit ad me veritatem & vitam, nisi per me viam: & nemo venit ad me deum, nisi per me hominẽ assumptum. Ego per assumptam carnem mortalibus facio foueam, per quam venitur ad veritatem & vitam. Et viam moriendo facio, resurgendo, ad cœlos ascendendo. Vbi ego sum veritas & via, deus verus, deus æternus. Miser homo de terra terrenus, semper gibbus, semper procliuus, semper æger, semper infirmus, ad gaudia paradisi vnde expulsus fuerat, per se redire non poterat: nec ad veritatem & vitam quæ deus est, per se ascẽdere valebat. Sed venit verbum ad carnem, deus ad hominem, & verbum caro factum est, & deus factus est homo, inclinauit se verbum ad carnem, deus ad hominem, & sic genus humanum nõ solum ad paradisum, sed etiam portauit ad cœlum, vbi est esse verum, & esse æternum, veritas quæ semper fuit & erit, vita beata & semper beata, quæ nec principium habuit, ne habebit finẽ. Vnde nobis terrigenis homo deus factus est via, & nos perduxit ad veritatẽ & vitam ad se videlicet Deum & hominem, & hoc est quod dicit: Nemo venit ad patrẽ nisi per me, ac si diceret, Nemo venit ad me deũ nisi per me hominẽ, hominem à verbo assumptum, nemo venit ad pa
trem nisi per me, qui sum homo & vnus deus cum patre. Vn- F
de sequitur: Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis, & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. Si cognouissetis me idem esse cum patre, vtiq; & patrẽ meum cognouissetis, quia ego & pater vnum sumus. Et per me cognitũ cognoscetis eum, & vidistis eum corde, dum me ei per omnia similẽ vidistis. Philippus verò non intelligens illum omnino similimum esse patri, dicit ei: Ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis. Erant quidam illorum qui nõ putabant filium ex toto similem patri, sed patrem maiorem & meliorẽ: & ita nec patrem, nec filium sciebant: quorum vnus erat Philippus, ideo dicit: Ostende nobis patrem, qui maior te est, in quo sufficientia est, & non in te. Vnde increpans Iesus illum, nec etiam filium scire ait, dicens: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Verè me non nouistis, quia si me nouissetis, & patrem nouissetis. Filium nõ nouit, qui patrem meliorem credit: non quia alius sit pater, alius filius, sed quia omnino similis. Et ideo quia omnino similis est filius patri, sequitur & dicit: Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem, cum omnino similis sim patri? Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem, & sufficit nobis? Video quo animo dicis, non quæris alterum similem, sed putas meliorem. Cur inseparabiles separatim vis noscere? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Quod non potes videre, vel saltem crede. Verba quæ ego loquor vobis, à me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ipso non loquor, quia non sum à meipso qui loquor: ei retribuo quæ facio, de quo ipse sum qui facio. Pater in me manẽs ipse facit opera, inter quæ sunt verba illa quę bona sunt opera cum aliquem ædificant. Et cum pater in me faciat opera, non credis quia ego in patre & pater in me est? Si enim separatim essemus, nullo modo inseparabiliter operari possemus. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad patrẽ vado. Amen amen ingeminat, vt quod dicit, verius affirmet. Amen hebræum est, & in se continet quasdam significationes diuersas. Amen dicitur aduerbium affirmandi, & aduerbium optandi, vt hic cum dicitur, Hoc bonum tibi cõtingat, respondetur, Amen. Et in fine orationũ cum dicitur, Per omnia secula seculorũ, respõdetur, Amen. & est sensus: quod rogas dominum, hoc optamus. Aduerbium affirmandi, vt hic: Amen dico tibi, id est, in veritate dico tibi. Cum verò geminatur magis quod dicitur affirmatur. Amen amen à domino dicitur, vt quod dicit esse verum sine dubitatione credatur. Poterat enim credi suo simplici verbo: sed quia discipuli eius adhuc infirmi erãt & imbecilles in fide quæ per dilectionem operatur, non credentes quòd vnam & eandem haberet potestatem cum patre, inde ab eo Amen ingeminatur, vt quod promittit, nulla dubietate frãgatur. Amen amen dico vobis, id est, in veritate dico vobis, qui credit in me, hoc est, esse me H vnum deum cum patre, venerãdo & amando: opera quę ego facio, & ipse faciet, id est, opera quæ per me facio, postea faciam per eum: & maiora horum faciet. Ego si quidem per eũ, quia ad patrem vado. Ad illum vadit, à quo nunquam recessit secundum diuinitatem. Maioris meriti est credere nunc in eum, quia eum non videmus, quàm si eum videremus. Postquam ascendit ad patrem, per eum maiora facta sunt miracula, quàm ea quæ fecit in persona sua. Ad tactum fimbriæ vestimenti eius, vna tãtum mulier fluxum sanguinis patiens refertur esse sanata: postquam verò cœlos ascẽdit, vmbra Petri nonnullos ab omni languore curauit. Maiora miracula est operatus per Petrum, quàm fecerit ipse. Antequam ascenderet cœlum, pauci per prædicationem suam sunt conuersi ad deum: sed postquam ascendit in cœlum, vna die quinque millia, & alia die tria millia ad prædicationẽ Petri ad dominum referuntur conuersi. Antequam ascenderet in cœlum, notus tantum erat in Iudæa: & postquam ascendit cœlos, se per apostolos suos iam toti mundo innotescere fecit, quia in omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. In mundum venit, & mundus eum non cognouit: sed postquam reliquit mundũ, & ascendit in cœlum, per totum mundum fama eius intonuit: & hoc est quod dicit propheta in persona illius: Singulariter sum ego donec trãseam: quia incognitus sum & incognitus ero, donec trãseam ad patrem. Sed cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Maiora ergo sunt opera quæ nunc facit per suos fideles, quia est in dextera patris: quàm ea quæ fecit dum sederet in gremio matris. Sequitur: Et quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam, id est, quicquid petieritis ad salutem animarum vestrarũ, hoc dabo vobis statim vel postea. Multi enim sunt malarum tentationum stimulis impediti, qui gementes & dolentes & petẽtes in nomine domini ab ipsis petunt liberari, quibus graue est & valde laboriosum belligerare cum illis. Timent ne deficiant. Adiutorium à domino postulant ne succumbant: qui si cito non habent auxilium à domino quod implorant, se ab illo derelictos existimant. Et quia differt illis subuenire, credunt de seipsis dominum non curare. Sed non est ita. Imò eos magis diligit, quos quasi solos cum tentationibus diu pugnare permittit, quia crescente pugna, gloriosiorem illis ministrabit victoriã: & quanto fuerit robustior pugna, tanto gloriosior dabitur illis corona. Nõ titubet, non dubitet athleta Christi, qui præliatur cõtra astutias serpentis antiqui, qui pugnat pro percipiendis gaudiis paradisi, non lassescat, non discedat à bello: instet fortiter, dimicet acriter, viriliter agat, & confortetur cor eius, quia citò veniet dominus, & manu potenti conteret brachium peccatoris & maligni. Postea callido hoste deuicto, cũ Christo regnabit in ęternum, & in seculum seculi. Meminerit enim esse scriptum illud quod dicit dominus per prophetam: Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, & multæ sunt tribula- K
tiones iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. quicquid vult petat à domino, tantùm pro salute animæ suæ petat. Non curet si differatur, quia si differtur, non aufertur: imò cum haberi cœperit, carius possidetur. hoc enim petamus in nomine suo, quod patrẽ petere docuit apostolos suos dicens: Cum orabitis patrem, sic dicetis: Pater noster qui es in cœlis, &c. Quod si aliquid petimus quod ab hac petitione discordet, inanis est petitio nostra. Si petierimus salutẽ animę nostrę in nomine eius, illam dabit nobis. Et ne putẽt quòd illud quod promisit, sit sine patre facturus, sequitur & dicit: Vt glorificetur pater in filio. quia quicquid filius facit, ideo facit, vt glorificetur pater in ipso. Vel aliter, Quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam: nomen domini, Iesus est. hoc nomen fuit ei impositum secundum humanitatem. hic ergo est sensus, quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam, id est, quicquid petieritis me secundum quòd sum homo, dabo vobis secundum quòd sum deus. Vt glorificetur pater in filio, deus in nomine sibi vnito. Illud quod addidit, Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam: id tantùm confirmat quod superius dixit. Nam repetitio sermonis, confirmatio est operis. Nos ergo dilectissimi fratres hoc ab illo petamus, vt sua gratia nos præueniat ac sequatur, ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. In nomine eius ipsum solum petamus. certè nimis est auarus, cui non sufficit Christus. Nã qui L
dominum possidet, & cum propheta dicit, Pars nostra dominus, nihil extra dominum habere potest. Iste profectò felix est & beatus, qui tanto dono ditatur: nec vltra iam pauper erit, qui omnium bonorum datorem pro hęreditate tenebit. Si aliquis petierit argentũ, aurum, possessiones, variam supellectilem: credite mihi, quia in nomine Iesu non petit, & cum istis partibus dominus non dignatur fieri pars vel hæreditas eius, nisi omnia illa vilia vt stercora reputet pro dilectione & amore dei: sed nos quibus dominus est portio, nihil debemus curare præter deum, nec alterius impediamur munere necessitatis. Quod enim ad alia officia cõfertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro decerpitur officio: vnde nihil aliud debemus curare, nisi qualiter Christum in hæreditate mereamur sortiri, pro cuius amore renunciauimus proprio & propriæ voluntati. Hæc est illa hæreditas dilectissimi fratres, quę beatos suos facit hæredes. Iam illum vlterius paupertatis angustia non coarctabit, qui talem ac tantam hæreditatẽ habebit. ista inquam est hæreditas in terra viuetiũ. Hæc est portio quam petit propheta à domino, dicẽs: Portio mea domine sit in terra viuẽtium. Ad hanc hæreditatem se præparabat apostolus cum dicebat: mihi viuere Christus est, & mori lucrum. O quàm feliciter ad hanc ardebat cum aiebat: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Modò cũ Christo regnat, quia I
in hoc mundo soli Christo viuebat. Modò cum Christo beatus regnat in cœlis, quia illum ex toto corde dilexit in terris: & illi nunc est iunctus in patria, quem toto desiderio concupiuit in via. Nos ergo dilectissimi ab ipso ipsum solum petamus, & nihil aliud nisi ipsum solum de omni corde quæramus, & sic ad percipiendam tantã ac talem hęreditatem, quæ ipse est, peruenie mus. Quod ipse nobis Christus largiri dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen. M

Sermo VIII.

SEquitur, Si diligitis me, mandata mea seruate, & ergo rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, & non scit eum.] Ex isto capitulo solo coniicere possumus vtrũ verè diligamus deũ. Nam illum in veritate diligimus, si eius mandata seruamus. Et si eius nõ seruamus mãdatum, certè nec diligimus eũ. Nõ potest ex vna parte diligi, & ex altera parte contẽni. Ipse enim dicit, Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Ille cum domino habitare meretur, qui pro suo posse eius mãdata seruare conatur. frustra enim se cum domino habitare dicit, qui eius mandata seruare contemnit. Non vos fallat dilectissimi vestis religiosa: mihi credite, non diligitis deum, si illius mandata nõ obseruatis. Quomodo possumus dominum diligere habitũ

A habitũ, si eum cõtemnimus actu? Dilectio dei non quærit vestem, sed nostram mentem: nec quærit opinionem, sed tãtùm bonam actionem. Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Hoc enim est quod dominus dicit, id est, Si in veritate diligitis me, mãdata mea seruabitis. Ad hoc vt perfectè vos me cognoscam diligere, mea mandata seruate, & ego rogabo patrẽ, hic enim monet diligere, mandata seruare, vt accipiant spiritum sanctum, quem nisi habeant, non possunt diligere, nec mãdata seruare. Vnde sequitur: Ego rogabo patrem, & alium paracletũ dabit vobis. Rogat homo, quod deus dat, ipse pro nobis rogat, qui nobis rogata dat. Deus ipse pro nobis rogat secundum quòd homo, quãdo nos facit se rogare deum. Tũc enim patrem rogat pro nobis, cum nos illum rogamus, vnum cum patre deum esse credẽtes. Quod verò sequitur: Et alium paracletum dabit vobis, hoc est alium quantum in persona, non quantum in natura vel in essentia: dabit vobis, non quòd ipsi non haberent, sed quia habebant minus & occultè, & accepturi erãt amplius & manifestè. Vt maneat vobiscum, hoc est vos illustret & doceat prędicare regnum dei, & euangelizare, & vos credere faciat me esse patri æqualem: quem nunc creditis esse minorem. Maneat etiam vobiscum in æternum, vt ad videndum æterni luminis claritatem introducat, & me esse vnum deum cum patre & eodẽ paracleto sicut citò credetis, facie ad faciem contemplari possitis. Paracletus dicitur B aduocatus vel consolator. Iste est aduocatus fidelium, iste est defensor & protector in se sperantium, sine quo nihil est validum, nihil sanctum. Iste suos protegit, iste defendit, iste pro illis pugnat quos in æternum glorificat: iste inquam est consolator mœrentium, pater orphanorum, maritus viduarum. Quorum est mœrentium consolator? mœrentium de perpetratione delicti, de pœna futura commissi. Mœrentium, quia & seipsos peccando perdiderunt, & regem gloriæ Christum ad iracundiam prouocauerũt. Mœrentium, quòd illum spreuerunt in delicto, qui pro illis fuit mortuus in ligno. Mœrentium, quia spem vitæ suæ Christum auctorem salutis videre non possunt. Hos autem omnes cõsolatur spiritus Iesu. Consolatur eos in hac vita præsenti in spe, & consolabitur in vita beatę felicitatis in re. Iste inquã spiritus veritatis dicitur, qui patri & filio est consubstantialis & coęternus, spiritus veritatis, spiritus bonitatis. Omnia quæ docet, bona sunt, nullo errore falsitatis obducta. Hunc spiritum veritatis viri impij & mendaces accipere non possunt. Omnes enim qui habẽt manus pollutas, non dico carnis, sed mentis, non stercore cœni, sed fœtore delicti, eum tam mundum, tam splendidum, tam gloriosum, non valent capere, non possunt tenere, nequeunt possidere. Hunc mundus nõ capit, hoc est mundanus mundi cultor, mũdi amator. Amatorẽ mũdi odit spiritus Christi. Ab illo fugit quem aliud nisi seipsum amare cognoscit. Ita vult C amari, vt nihil aliud præter ipsum ametur. Perfectè vult amari, qui solus vult diligi: nõ vult consortẽ habere in amore, qui parẽ non habet in dilectionis retributione: & tamen sic vult amari, vt cunctæ res simul amentur cũ ipso: & sic vult amari, vt nil præter ipsum ametur. Omnis enim creatura iure creationis ab illo est, & omnis creatura in eo quòd est creatura, bona est. Debet ergo ad hoc diligi creatura, vt in ipsa creator ametur: non ipsa per se, sed per eum qui illã creauit. Qui enim sic diligit aurum, argentum, possessionẽ, variã supellectilẽ, ita quòd hæc sunt sibi causa amoris, profectò nõ est in illo charitas patris. Diligendus est ergo creator in cunctis creaturis, & cunctæ per ipsum creaturæ: & sic cuncta diligũtur cũ ipso, & tamẽ ipse solus diligitur. Hunc capere nõ meretur, qui scabiẽ vlcerosam habet in pelle: nec eum videre iam valet, qui in occulto mẽtis albugine habet. Mũdãdus est ergo oculus mẽtis, vt mereamur videre spiritum veritatis, & testa igne examinata diutius ab omni scabie radendum est corpus: vt omni arte exculptũ & bene politũ, spiritus sancti mereatur effici templum. Sic debemus agere, sic debemus facere, si ad videndam speciẽ claritatis illius volumus peruenire. Si sic fecerimus, & cum apostolis Iesu illum cognoscemus, & apud nos manebit in hac presenti vita, & nobiscum erit in vita perenni. O quàm felix spõsa! ô quàm beata anima! quæ sic studet assidue mẽtis lauare sordes, vt cum illa habitare dignetur tantæ beatitudinis hospes. Sciat quęcunq; literam nostrã legere delectat, quòd in anima subdita peccatis nõ habitat ille speciosus spiritus veritatis. Sola illa anima peccatis esse subiecta dicitur, quę sic loris suæ prauitatis ligata tenetur, quòd nec vult nec quærit per pœnitentiæ lamenta, suæ iniquitatis vincula dissipare, nec liberatoris animarum auxilium implorare; sed quasi impudica meretrix vltrò & importunè corruptoribus suis se reuoluta prostituit. Illa verò sub peccatis non dicitur, quæ proviribus cõtra cuncta carnis incẽtiua, abstinẽtiæ mucrone luctatur, sine quo stultè de flore castitatis se iactat, qui contra illa quę de carne & sanguine nascuntur peccata, per afflictionem carnis, & per pinguedinem mentis non fortiter instat. Nam pereunt Cupidinis arcus, cum corpori nostro subtrahitur cibus & potus: sed dum per obnoxia venter distenditur, mens, caro & castitas incontinentiæ necesse est famuletur. Nam dum voluptati se gula inclinat, & manus oris amica vltrà quàm natura requirat, id est, gulæ ruinæ ministrat: corporis aruina nutritur, & ipsa luxuria roboratur. Vt ergo castitas vigeat in mente, caro mactetur abstinentiæ falce. Non enim est illi parcẽdum, si spiritus sancti fieri volumus tẽplum. Ipse nos ab omni inquinamento carnis & spiritus sic mundare dignetur, vt dignum illius mereamur effici templum hîc & in perpetuum. In vnitate cuius viuit & regnat Christus cum patre deo benedictus in secula seculorum, Amen. D

Sermo IX. E

SEquitur, Non vos relinquam orphanos. Omnis enim qui huius miseræ peregrinationis vias ærumnosas adhuc ambulare compellitur, quem amor & desiderium Christi, sui exilij & vitæ beatæ immemorem esse non sinit, capitulum istud sine gemitu & suspiriis legere, vt arbitror, non valebit. Credo, propter quod & loquor. Quomodo crucifixi amator istud capitulum legendo lachrymas poterit continere, dum ipsum resurgentem totum desiderium suum, in dextera patris sedentem adhuc non valet videre? O domine Iesu nisi amor tuus mihi fiduciam daret, me orphanum à te crederem esse derelictum, quia te sicut tu es, videre non possum. Dixisti enim apostolis tuis, Non vos relinquam orphanos, veniam ad vos. Sed ego miser adhuc non merui à domino meo audire, Non iam te vltrà relinquam orphanum, citò veniam ad te, & gaudebit cor tuum. Omnis à me interim recedat lætitia, quousque veniam visurus quem desiderat anima mea. Mœrorem semper habebo amicum, quousque videbo deum saluatorem meum: nec mihi gaudium iam esse poterit, dum auctorẽ gaudij à me lõge sic abire cõtigerit. Felix inquam illa anima, quæ quotidie gemit & luget, quia auctorem omnium, mũdi saluatorem Christum non videt. Ipsa profecto ridebit in die nouissimo, & gaudens gaudebit in æternum cum Christo. Illa verò quæ nõ gemit de Christi abscessu videat ne irrefragabiliter ploret in eiusdem Christi aduentu. Illa sponsum sponsa P
suum non amat, quę pro desiderio illum videndi aliquo tempore non suspirat. Non enim Christum perfectè amare conuincitur, qui pro desiderio Christi suis oculis lachrymas non largitur. Sed ille nõ poterit à Christo diutius separari, qui pro eius amore quotidie didicit lachrymari. Cito veniet ad suos dolẽtes, & absterget omnem lachrymam ab oculis eorum: & iam non erit amplius neque luctus neq; clamor, sed gaudium æternum de visione Christi, qui dixit discipulis suis, Non vos relinquam orphanos, & est sensus, nõ vos relinquam orphanos, id est, non ita dabitur spiritus per me, vt ego non sim vobiscum, nõ vos re.or. Orphani Græcè, Latinè pupilli. Hic indicat se esse patrem illis. Veniam ad vos post resurrectionem carnis, qui vobiscum sum semper præsentia maiestatis diuinæ. Et adhuc modicum, & mundus iam nõ me videt. Vos autem videbitis me. Bonis tantùm apparuit Christus post resurrectionẽ, nõ prauis & peruersis amatoribus mundi. Possumus dicere quòd modicum tempus dicitur totum tempus nostræ mortalitatis, quo finito auferetur impius, ne videat gloriã dei, quam videbunt iusti. Quod autem dicitur, Ego viuo & vos viuetis, sic est intelligẽdum, Ego viuo qui sum vita, & per me vitam vos viuetis. Hoc verbo præsenti viuo, semper vsus est, quia mox erit futura resurrectio. Ad illos vtitur futuro, quorum est in fine futura resurrectio. In illa die vos cognoscetis quia ego in patre, & pater in me est, & vos in me, & ego in

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vobis. Ac si dicat, In die nouissimo quando cõpleta fuerit vestra resurrectio, cognoscetis quomodo creditis, quia ego in patre modò tãquã radius in sole vnum cũ ipso, & vos in me vt palmites in vite, & ego in vobis vt in palmitibus vitis. Sed mundus nec nunc videt, nec tunc videbit deum in sua maiestate fulgentem. Quis est mundus maledictus à quo videri non poterit deus? Maledictus, inquã, maledictus, & vltrà q̃ dici potest maledictus erit, qui dominũ Christum eternaliter nõ videbit. Mũdus eum nõ videbit, mũdus, id est mũdi amator, Amatores enim mũdi, mũdi nomine vocantur. Nemo se seducat: quicũque diligit mundũ, mihi credat, nõ diligit deũ: & si non diligit, vnde videbit? Qui non diligit deũ, cæcus est videre eum non potest qui non habet cor mundum: cor mite, cor mansuetum, cor charitatis dulcedine plenum. Oculorum lumen amisit, nec ipsum veri luminis auctorem videbit Si ergo deum videre desideras, cor tuũ ab omni lepra peccati mundificare nõ negligas. memẽto ore veritatis fuisse prolatum: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbũt. Sed mundus non videt eum, quia non habet cor mundum. Mundus dicitur pluribus modis. dicitur mũdus trina machina rerum, cœlestium, terrestrium, & infernorum: cœlum, & quicquid cœli ambitu continetur. Dicitur mundus amator mũdi, vt hic: Adhuc modicũ, & mundus me iam non videt. Dicitur & mundus qui est ab omni sorde lotus & mundus, sicut illud: Mundi per abstinentiam, Ipsi canamus gloriam. De illo solo mundo, imò de illis solis immundis, scilicet amatoribus mundi, dicitur, Mundus non videt deum. Nam qui diligit mundum, non est charitas patris in eo. Valde sibi aduersantur adinuicẽ amor mũdi & amor dei. Si amor mũdi habitat, nõ est quò intret amor dei. Amor dei hominẽ reuocat à mũdo, & amor mũdi hominem à deo. Vnus deiicit, alius extollit: vnus suum possessorem deiicit in infernum, alius subleuat & transmittit in cœlum. Amor mũdi totum mundũ quærit, & nunquam satiatur. Imò cum plus habet, plus cupit semper habere. Amor dei vnũ cupit semper habere solũ, illo contentus est, nil aliud iam possidere petoptat. Amor dei nihil aliud quærit nisi solũ deũ. Valde nobilis est amor iste, omne pulchrũ dedignatur amare præter inuiolatæ pulchritudinis florem, illum scilicet qui dicit: Ego sum flos campi, & lilium conuallium. Omnia quæ sunt quæ Christi non sunt, non solũ nõ quærit, sed etiam tanquã stercora putrida abdicat & fugannat. Cuncta spernit, cuncta despicit, omnia sibi vilescunt, quia ei solus Christus dulcescit. O felix amor! ô beate amor! qui te habent, beati sunt: qui te habent, felices sunt. nimis est felix, nimis est beatus, cuius tantùm est dilectio Christus. Ha beamus dilectissimi hãc felicitatẽ, habeamus nostri creatoris dilectionem. In hoc cognoscitur amor Christi, si quis seruat præcepta Christi. Vnde sequitur: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui habet in memoria, & seruat in vita: qui habet faciendo, & seruat perseuerãdo. Vel qui habet in sermonibus, & seruat in moribus: vel habet audiendo, & seruat faciendo, ille est qui diligit me. Multi sunt enim qui domini mandata habent, & ea minimè tenent. Multi habent in libro, sed ea non tenent in animo: multi in voce, sed non in opere: multi in memoria, sed nõ in vita: multi in verbo, sed non in exemplo. Illi profectò nõ sunt de dilectoribus Christi. Isti inquam plagis vapulabunt multis. Istis erit fletus & stridor dentium, ignis, sulfur & spiritus procellarũ pars pœnæ corũ cũ diabolo & angelis eius. Sed diligẽtibus Christum magnum erit gaudium, magnũ erit tripudium, magna exultatio, magna gloriatio. Sequitur enim: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eũ, & manifestabo ei me ipsum. Quid tibi videtur amator Christi, cultor dei, despector tui, de prẽmio amoris tui? Quid tibi mali poterit nocere aut quid tibi boni poterit deesse, si ille te diligit qui de nihilo cũcta creauit? O nimis felix & vltrà quàm dici potest beatus, quẽ piè diligit deus pater & filius eius cum spiritu Christi & dei. Quid inquã felicius, quid beatius, quàm ab eo diligi, qui est dominus paradisi, qui habet potestatẽ vitæ & mortis? Dãnare & saluare, damnare quos odit, saluare quos diligit? Sicut enim saluare non potest quos odit, sic damnare non potest quos diligit. Sed ô domine Iesu quid facies dilectoribus tuis, dic rogo quid facies? Sic dic, vt audiam: nam & ego sum, licet peccator, qui diligo te. Quod erit præmium tuæ dilectionis, K quisve fructus tui amoris? dic & lætifica animam meam de præmio. Qui te diligit ex toto corde suo, illud attendit, illud expectat: pro eo quòd tantum differtur, gemit & quandoque plorat. Quod est illud, dic vt fratres audiant & intelligant: intelligant & quærant: quærant & inueniant: inueniant & accipiant, accipiãt & teneant, teneant & amen: ament quantũ possũt. Quid dabis dilectoribus tuis? quid manifestabis illis Manifestabo eis meipsum. Vbi sunt qui gemunt, vbi sunt qui lugent pro dilectione regni æterni, pro absentia Christi? Gaudeant & exultent, quia Iesus manifestabit se illis. Audistis fratres, audistis dolentes, audistis lugentes pro desiderio Christi pro amore dilectissimi domini plasmatoris, redemptoris, saluatoris totius paradisi, dulcedinis, gloriæ & splẽdoris, gaudij & iocunditatis: audistis de præmio vestri laboris, de dono quod dabit Iesus meus, & vtinam meus dilectoribus suis. Dilectori meo, inquit, manifestabo meipsum. O summum gaudium! ô immensa lætitia! Quid dulcius, quid gloriosius, quid beatius quàm illum videre facie ad faciem? Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, quem sancti angeli vident & videre desiderãt semper, & nunquam de eius visione satiantur: qui est decor cœli, dulcedo paradisi, fides viuẽtiũ, spes morientium, & salus omnium Iesus Christus dominus noster. Nihil charius, nihil melius, quàm ipse dominus diligẽtib⁹ se: L non promittit aurum, non argentum, non gemmas, nõ lapides pretiosos, non cœlum, non terram. sed seipsum creatorẽ omnium & deum cunctorum, hoc est prærnium amoris, meritum tuæ dilectionis, qui dominũ Iesum super omnia diligis, dico non voce, sed opere: non veste, sed mẽte, non habitu, sed affectu: nõ in simulatione, sed in veritate, seipsum tibi manifestabit, seipsum tibi dabit. Vis amplius? Quæris aliud? Vile est, quicquid sine ipso est. Diligis illum? Vide ergo ne aliud quæras ab eo nisi ipsum: dedignatur contra petentem, si ipse petitionis causa principalis nõ fuerit, quamuis omnia bona donat, libentius donat seipsum. Noli timere de magnitudine, de nobilitate doni Dilige eum ex toto corde, ex tota mente, & sic poteris ad eum securè accedere ad eum intrare, & dicere ei: Volo domine vt tu mihi portio sis in terra viuẽtium. O felix portio! ô beata hæreditas! O domine Iesu, quis mihi dabit vt in veritate dicere possim: Dominus pars hæreditatis meæ? vtinam tu mihi sis præmium mei laboris, merces meæ peregrinationis, & consolatio mei mœroris! O Iesu qui es causa mei amoris, tu mihi sis causa sufficiens possidendæ tantę possessionis. Sequitur: Dicit ei Iudas, non ille Scarioth: Domine, quid factũ est quia nobis manifestaturus es teipsũ, & non mundo? Audito quòd mundus non videbit eum, sed potius ipsi videbunt: pro omnibus quæsturis quærit Iudas causam huius discretionis. Hæc est autem causa ex domini re M sponsione, dilectio, per quam solam discernitur gens sancta à non sancta. & quòd causa sit dilectio, probatur in custodia sermonum, sicut dixit dominus: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. In hoc enim probatur dilectio dei, scilicet in obseruatione & custodia mãdatorum Christi, quia probatio dilectionis, exhibitio est operis. Frustra enim se deũ diligere dicit, qui in mandatis eius suis operibus cõtradicit. Immo illum habet odio, qui eius non obsecundat mandato. Nemo se tegat sub habitu religionis, nullus sibi palliare sanctitatem præsumat sub tegmine monastici ordinis, Ille tantùm diligit Christũ, qui pro suo posse ipsius satagit obseruare mãdatum.

Cum enim videris monachum ad contumeliam humilem, ad opprobria patiẽtem, suis deuotum prioribus, in moribus manuetum, tacitum ad loquendum, assiduum ad silentium, in claustro attente legentem, in ecclesia suis vocibus Christum cum omni deuotione laudantem, si non continuè, rarnen quotidie lachrymantem, parcum in refectione, ad obedientiam promptum, vbique procliuum, vbique inclinatum vbique verecũdum, ore cœlum pulsantem, semper ad dominum corde clamantem, cultorem proximi, & cõemptorem sui, cunctos diligentem, seipsum odientem, tunc dicere poteris: Monachus iste sui creatoris seruat mandatum. O quàm felix, ô quàm beatus est monachus talis. Profectò iste monachus sui laboris habebit præmium dominum Iesum & dominum nostrum. Sed ille qui charitatem non habet, qui eius non

A non seruat sermonem, iam non est eius. Quod ergo erit præmium istius? Ignis & sulphuris amnis, mors & infernus premium eius. Vtinam tu natus non esses, si tibi talis debetur hæreditas. Igitur si præmium quod Christus est, habere desideras, illius sermonem serua, scilicet mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem. Si diligis Christum, necesse est vt diligas fratrem tuum. Ergo ne incurras odium Christi, tenneas illæsam charitatem fratris tui. Magnum præmium sequitur inde. Quod præmium superius dictum est, & adhuc repetere libet. Istud præmium quanto amplius ruminatur in ore, tanto magis melliscit in corde: & quantæ sit dulcedinis, non ignorat, qui vt illud iam habere valeat, assiduè pro viribus elaborat. Præmium fraternæ dilectionis, amorem esse Christi & dei patris sui ipsa veritas ait: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum. Si pater deus te diligit, quid tibi boni deesse poterit? nihil. Quicquid enim petieris, impetrabis, imò ipsum dominum largitorem omnium bonorum sine fine cum sanctis angelis possidebis. Nõne ille est summe beatus, quem deus pater diligit, & dominus Iesus Christus filius eius? Felix, inquam nimis, quem pater & filius & spiritus sanctus diligit deus. O si me diligeret deus meus, creator meus, redemptor meus, iam nihil amplius in hoc mundo quærerem. Mihi in hac vita solus sufficit amor Christi. Amor Christi dulcis est, & delectabilis & iocundus.

B Sanitatem ægris, lumen cæcis, mœstis lætitiam, peccatoribus veniam, mortuis vitam, terrigenis cœlum, consortibus iumentorum consortia angelorum largitur & tribuit, insuper ipsum dominum angelorum, & creatorem cunctorum. Qui me diligit, ait dominus Iesus, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Venit deus ad hominem; dum homo venit ad deum: venit homo credendo, obediendo, intuendo, capiendo. Deus venit ad hominem subueniendo, illuminando, implendo, hoc enim procedit ex charitate Christi, hoc totum prouenit ex amore dei. Charitas te domum domini facit, & dominum domum tibi. Deus est charitas, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Felix artifex charitas, quæ conditori suo talẽ domum potens est fabricare. Domus ista non constat ex cæmento & latere, nec lapide nec ligno, nec auro, nec argento, nec lapide precioso. Omne aurum excedit, argentum supereminet vniuersum. In eius comparatione lapides precioli vilescunt, nil est quod valeat comparari pulchritudini eius & speciositati. Mel comparatum dulcedini eius, sic est quasi absinthium cõparatum dulcedini mellis, omnia quæ sunt quãtumlibet pulchra, quantumlibet speciosa, in eius comparatione nec reputari debent. Domus ista est domus æterna, ante omnia secula, ante omnia tempora, omnia continens, vniuersa complectens, omnia creans, vniuersa viuificans. In hac domo cæci

C lumen, claudi gressum, curui rectitudinem, infirmi sanitatem, mortui resurrectionem, cuncti qui intrant, felicitatem accipiunt, nullus miser in ea, in ea cuncti beati. Qui intrat in eam, intrat in gaudium domini sui quod ipse est, & hic habebit se optimè æternaliter in optimo, qui est deus benedictus per secula. O dilectissimi fratres, nónne hæc preciosa domus super mel & fauum dulcescit in cordibus vestris? nonne anima Christiana, Iesu Christi sponsa dilecta, tuis paranymphis animabus sanctorum & spiritibus angelicis imperans flendo & plorans rogando dices: Filiæ Hierusalem, nunciate dilecto, quia eius amore langueo? Parum illum diligis, si pro eius amore quotidie nõ ploras & gemis: nam illius absentia sponsæ diligenti solet fluuius esse lachrymarum. Cum illum quærit & non inuenit, vocat & non respondet, nil nisi flere eam delectat: & vt ei magis flere libeat, omne quod triste est coaceruat. Scio & certus sum, quòd absterget deus omnem lachrymam ab oculis eius, cum venerit dies nuptiarum Christi & ecclesiæ, tempore illo, quo fuerint virgines introductæ in thalamum regis æterni. Sed quomodo ab oculis tuis absterget lachrymas, si pro eius amore non gemis & ploras? Credo quòd parum illum diligis, si pro eius amore non suspiras & plangis. Si sic es, monachus non es. Sed dicis mihi, Ego non possum flere. Ad quem ego, Ideo non ploras, quia Christum perfectè non amas, lachrymæ ergo testes amoris sunt. Si non ploras pro amore patriæ, plange tamen pro timore gehennæ. Sed dicis, Nec hoc possum. Cui ergo: Si hoc D non potes, nec times mortem, nec amas vitam: & si timeres, aut parum, aut ex toto nihil. Tu autem cui seruatur hæreditas in æterna vita, deum time, & eius mandata custodi. Qui non diligit me, ait dominus Iesus filius dei, sermones meos nõ seruat. Nos illum pro viribus diligamus, & illius præcepta seruemus, quia inde magna sequitur merces. Quod verò sequitur, Et sermonem quem audistis non est meus, sic est intelligendum, sic est exponendum: Sermo quem audistis, non est meus, & est ibi quædam figura quæ dicitur Antiptosis, quando casus ponitur pro casu. Rogo te, ne te moueat, ne te conturbet, qui totam spem tuam ponis in dominum Iesum Christum, & ex toto corde diligis illum, credens illum esse verum deum cum patre & spiritu sancto, illud quod dicit: Sermonem quem audistis, non est meus, sed patris: quia ego non sum à me, sed à patre. Sed deus de deo, lumen de lumine, filius de patre. Vnus cum illo in essentia, in maiestate, in diuinitate, in virtute, in potentia, in creatione rerum: non posterior eo vel prior, non maior, non minor, sed omnino illi æqualis. Alius est in persona, non alius in natura: nam alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Verba quæ ego loquor vobis, patris mei sunt, quia ipse me misit, & ego sum ab ipso, & verba mea sunt ab ipso. Vel aliter: Sermo, quem audistis, non est meus, id est, non est assumpti hominis: sed dei assumentis: non est filij hominis, sed est filij dei: B non est meus secundum quòd natus sum de virgine, sed est meus secundum quòd sum genitus à deo patre. Non est meus in eo, quòd sum filius virginis, sed est meus in eo, quòd sum filius dei patris. Superius dixit, Qui non diligit me, sermones meos non seruat: hic autem dicit, Sermonem, quem audistis, non est meus. Superius dixit sermones meos: nunc autem dicit: Sermonem quem audistis, non est meus. Valde contraria sunt, est & non est, sunt & non sunt: est meus & non est meus: sunt mei & non sunt mei. Et tamen sicut veritas loquitur, ita est. Sunt sui, inquantum creator, non inquantum creatura: inquantum deus, non inquantum homo, Sunt sui, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non sunt sui, sed patris, quia factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vel fortè hoc dicit, vt discipuli eius qui nondum in illum perfectè credebant, firmius sua præcepta tenerent, & obnixius obseruarent, dum scirent illa præcepta esse dei patris, factoris & creatoris cunctorum. Maioris enim sublimitatis, maioris excellentiæ, & dignitatis semper videtur pater esse quàm filius, hoc dico in humanitate, non in diuinitate: quia in diuinitate filius patri est æqualis, non eo posterior, non eo minor, æqualis est patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Vt ergo illius verba charius tenerent audita discipuli sui, & eorum sequaces, dixit illa esse sui patris: ac si diceret: Ea quæ præcipio vobis, irrefragabiliter debent obseruari; nec in totum F nec in partem ratio vlla permittit cõuelli, quia non sunt mea, sed patris mei: nam ego à patre sum filius: vnde verba mea & opera non sunt mea, sed patris. Pater in me manens facit opera sua: per me dat vobis præcepta, hoc est, de terra terrenus, trabea mortalitatis indutus, in hac valle lachrymarum à gaudiis paradisi expulsus, deum loquentem non merebatur audire in hoc ærumnoso exilio, cuius præcepta contempsit adhuc positus in paradiso: & quæ via sibi remansisset redeundi ad patriã, nec miser iam excogitare valebat. Sed illius milentem, sanare infirmum, releuare deiectum, patriam restituere exuli, & mortuo vitam sine fine mansuram. Vnde venit verbum ad carnem, deus ad hominem, & verbum factum est caro, & deus factus est homo, & verbum per carnem, & deus per hominem, ore ad os loquitur ad ipsum hominem, & secundum hominem dat homini vitæ præceptum, vt homo homini obediat, & per ipsum hominem deum, ad ipsum deum hominem redeat, à quo scilicet deo miser per inobedientiam recesserat. Vnde deus homo apud homines manens mortalis mortalibus dat vitæ mandatum, vt immortales per ipsum iam facti, cum illo immortali æternaliter viuere possint beati. Et hic notandæ sunt duæ domini mansiones, vna in via, alia in patria: vna temporalis quando nobiscum mãsit in car-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ne,alia æterna in qua manebimus cum illo in anima glorificati & corpore.De prima dicit in consequentibus: Hæc locutus sum vobis apud vos manens,scilicet præsentia corporali . Sed veniet tempus , vt à vobis subtraham præsentiam carnis,& sic amodo per spiritum locuturus sum vobis,vnde rectè sequitur:Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit omnia,& suggeret omnia quæcunque dixero vobis.Docebit, inquit dominus Iesus,quod vobis dixero,non quòd aliud filius dicat,& aliud spiritus doceat : quia quod Christus dicit & docet , ipsa trinitas dicit & docet:sed quia trinitas est,oportet singulas insinuari personas,quas non distinctè audire & inseparabiliter debemus intelligere.Cum ergo dicimus pater & filius& spiritus sanctus,non eos simul dicimus , cum non possint esse non simul.Quod verò dicit : Paracletus quem mittet pater &c.sic est intelligendum : Ego corporali præsentia vos desero , sed non vos præsentia spiritus derelinquo . Corpus quod de terra suscepi,ad cœlestia subleuo , sed per spiritum meum vsque ad cõsummationem seculi vobiscum manebo. Pater me misit vt apparerem in carne visibilis , sed venit hora & tempus vt soluam debita mortis , & resurgens à mortuis ascendam sessurus ad dexteram patris,nec amodo in carne mortaliter mundus me videbit.Paracletus autem spiritus quem mittet pater in nomine meo,abundantia suæ dulcedinis vos cõsolabitur de absentia meæ carnis,& erit vester magister,non foris verba perstrepens,sed intus in corde docẽs suggeret vobis omnia,& vos docebit omnia quæcũque per illum dixero vobis,id est,inspirauero vobis , ipse erit doctor vester,& consolatio vestra.Non poteritis dolere de absentia carnis meæ,dum ipse spiritus manet in cordibus vestris . Veniat obsecro domine Iesu ille spiritus tuus deus & dominus meus,veniat in cor meum,& sic inebriet illud tuo amore,vt nullum alium præter te quæram amorem,nullam aliam præter te amem pulchritudinem,nullam præter te valeam gusta re dulcedinem,qui es fauus mellis deus & homo,mel de deo patre,fauus de virgine matre.Mel in sinu patris,fauus fractus in cruce.Mel impassibilis regnans cum patre fauus in sepulchro.Mel cum patre & spiritu sancto regnans in cœlo & in omni loco,benedictus per cuncta secula seculorum.Amen.

Sermo X.

VErba domini Iesu , qui illum ex toto corde diligere nouit,quàm sint dulcia,sapit:nec illis iam claudere valebit aditum , qui in armario pectoris sui Christum dominum vitæ perennis,amplexibus strictis totius paradisi pulchritudinis continet iocunditatem & gaudium.Illa sunt pascua vitæ , refectio animæ , dulcedinis pocula , dilectorum Christi lætificantia corda , cariora diligentibus Christum super aurum & lapidem preciosum multum , & dulciora super mel & fauum.Negligentibus & malè viuentibus tanquam bilis amara odiosa,non modicum fastidiosa per omnem modum.Illis pœnam æternam,diligentibus verò Christum præparant perpetuam gloriam,Illis suppliciũ,istis præmium in vita beata . Illis mortem,istis vitam.Illis infernum, istis societatem angelorum.Quicunque sunt illi lugeant,doleant,aurem cordis aperiant,verbum dei suscipiant, & quod præcipit,faciant.In illo sunt thesauri sapientiæ & sciẽtiæ,diuitiæ & gloriæ multæ.Igitur audiãt me peccatorem Christi, quos audire delectat verba eiusdem Christi . Sed rogo vt se præparet ad lachrymas fundendum , qui verbis Christi iam præparat auditum.Quomodo poterit iam lachrymas continere,vbi nouerit iam Christum iturum ad patrem, discipulis suis toto charitatis amplexu pacem dedisse?Ait dominus discipulis suis:

Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis non quomodo mundus dat,ego do vobis.] Dominus enim Iesus vbi venit tempus quo per mortem suam dispoſuerat humanum genus saluare,& animam suam dare redemptionem pro multis,relinquere mundum,& ascendere ad dexteram patris discipulos suos quos corporali præsentia deserebat,toto charitatis affectu intra sinum amoris non medio criter cõtinebat, inde velut recedens ab eis,& quasi deserens illos,modis quibus poterat de absentia sua eos cõsolari studebat. Sed quãto magis eos consolari volebat,tãto magis illos amarissimo mœrore replebat. Tunc velut vltimum vale faciens illis,eos amplectens in eorum oscula forsitan ruit,Sed quãtus ibi fuerit fluuius lachrymarum,quis æstimare valebit? cuius cor erit tam si saxeum esset,tanta redundantia charitatis, lachrymarum fontem totum non resoluisset? Ministri lachrymarum tunc erant amor &dolor.O quãtus amor!O quantus dolor! Et quia multus amor,ideo multus dolor.nam cũ magno dolore relinquebãt,quem cũ magno amore posɪdebãt.O quãtus erat ibi amor!Nihil aliud volebãt,nihil aliud quærebant, nihil aliud desiderabãt,nisi esse cum domino, illi perfrui visione,iocundari eius dulcissima locutione,satiari eius melliflua conuersatione.Cũ hæc omnia cogitabant, & ô quam cito his omnibus essent carituri,ad memoriam reuocabãt,tũc per fluuios lachrymarum emanabãt dolores amarissimi cordium.Quanta erat ibi amoris suauitas , & quanta suauitatis charitas, dum discipulorum labiis imprimerentur labia redemptoris! Tunc in veritate illi dicere poterant , Mel & lac sub lingua tua,& fauus distillans labia tua,odor tuus omnem ballsami odorem excedit,& quicquid in odoribus continetur.& verè sic erat. O quanta erat ibi odoris fragrantia, vbi erat tanta amoris abundantia!& quanta erat ibi tristitia de tanti odoris & dulcedinis futura absentia ! Quibus singultibus existimabo discipulorum corda fuisse vexata,dum audirent:Pacem meam do vobis,pacem relinquo vobis:Ibi mœror erat & luctus,omnes erant vna voce plangentes.Pacem, inquit dominus Iesus discipulis suis,meam do vobis, pacem relinquo vobis:non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ego iturus ad patrem,pacem relinquo vobis : & vos perdeturus ad patrem,pacem meam do vobis.Hoc est quod propheta dicit:Pacem super pacem.Et alibi,Domine dabis pacem nobis,pacem quia in te sperauimus.Pax est in hoc seculo,in qua manentes hostem vincimus, inuicem diligimus,& de occultis inuicem non iudicamus.Pax erit in futuro,cum sine hoste regnabimus,vbi alter ab altero non poterit dissentire,vbi omnia erunt nuda & aperta,&laus vnicuique à deo. In illo autẽ est vtraque pax.Ipse est pax nostra , quia nos pacificauit deo per sanguinem suum.Erit pax nostra in futuro, cum tradiderit regnum deo patri: & erit deus omnia in omnibus,quando non erit colluctatio cum carne & sanguine, immò palma & corona,decertato agone,cũ videbimus eum sicuti est . Sed fortè admirabitur noster auditor cum in hoc libello seruuli Christi, ipsum inuenerit Christum pacem dedisse discipulis suis.Ad quem ego peccator Christi : Quid miraris?Quid turbaris ? Hoc non est magnum quod audis. Quid putas esse abiectius,an flexis genibusdiscipulorum pedes lauisse,an eos in pacis osculo suscepisse?Illis non horruit pacis osculum dare,pro quibus non timuit patibulum crucis subire.Sed fortè dicit:Ego in apostolo lego q̃ Christus discipulis suis dixerit:Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis:sed non lego quòd sua sanctissima labia discipulorũ impresserit labiis.Cui ego,si ore veritatis cõstat esse prolatum, cur cõstare nõ debet esse cõpletũ?Nõ est periculosum sic credere,non est damnãbile sic sentire.Non est cõtra fidẽ.Sequitur:Nõ quomodo mundus dat,ego do vobis.Qualem pacẽ dat mundus iste?Pacem falsam,pacem fictam, pacẽ sophisticam,pacem palliatam.Pax est vinculum amoris, & indissolubilis cõpago charitatis.sed quid amat mundus?prorsus vtiq; nihil.Nihil amat,nihil diligit,cuncta odit,cuncta perimit & occidit.Ab egressu proprię matris vteri, vsq; ad ingressum vẽtris omnium matris,quid habet homo miser à mũdo?Famẽ, sitim,nuditatẽ,frigus crucians,cauma perturbans,scabiẽ cutis,dolorem capitis,chiragram in manibus,podagram in pedibus,morbum in liene,morbum in iecore,vndiq; miseriam, intus & extra.Foris illum interficit gladius,& domi mors similis est.Ad vltimum morte sæua cuctos prosternit & deicit.Ecce qualis est amor mundi,qualis est dilectio mundi.Et tamen miseri homines mundi fallaciam non attendentes, odientem diligunt,& sæuo eius gladio spõtè colla submittũt. Isti miseri sunt sine consilio,sed vtinã saperent &intelligerẽt, & his quæ ventura sunt in nouissimis tẽporibus prouiderẽt. Profectò mundũ odio haberent,nec diligerent. Dicitur etiã alites

A aliter mundus,scilicet rerũ transeuntium amatores. Sed qualis sit pax & cõcordia inter illos,sapiens quisq; aduertere facilè potest.Igitur spreta huius mundi pace & concordia,adhuc ad pacem domini nostri Iesu Christi redeamus, quã eius dilectionẽ esse & credere,qua dilexit nos , & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, videtur nõ esse absurdum. Hæc est illa dilectio,qua deus mundũ sic dilexit , vt se mũdo hominem daret,vt omnis qui credit in illum,nõ pereat , sed habeat vitã æternam.Hanc pacẽ scilicet charitatem illis reliquit,cum animam suam pro illorum salute dedit,hoc est corpus illud sanctissimum quod de intemerata virgine sumptũ,in tam horrẽdo climate crucis posuit cõfusione contempta,hanc pacẽ nobis reliquit,sicut beatus Petrus apostolus asserit,dicẽs: Christus passus est pro nobis,relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.Et ad hãc charitatem alibi nos hortatur, vbi ait, Christo in carne passo , & vos eadem cogitatione armamini. Hanc pacem nobis moriẽdo reliquit, aliam pacem nobis resurgẽdo donauit.Prima nos liberat à peccato , secũda nos reconciliat domino.Prima nobis peccata dimittit, secunda nos ad gaudia paradisi perducit. Primã nobis dedit moriturus in cruce,secundam nobis dabit in æternitate regnãs cum patre. Prima fuit in luctu & dolore:secũda erit in gaudio & exultatione.Prima lachrymosa,secunda glorioſa.Prima est in miseria,secũda erit in gloria.In prima sumus flẽtes pro Christo, in
B secunda erimus gaudentes cum Christo . Vnde nõ immeritò plorãt discipuli pro magistro, serui pro domino ab illis quodammodo per mortẽ recessuro. Nec mirum. Videbant vnde dolere poterant:sed non credebant vnde gaudere debebant. Lugebant,quia Christũ moriturum sciebant,sed illum resurrecturum & ad cœlos ascẽsurum adhuc non perfectè credebant.Poterat vnusquisque illorum veraciter dicere, si tamen præ dolore loqui valebãt:Idcirco ego ploro, & oculus meus deducit aquam,quia me deserit cõsolator meus cõsolans animam meam.Quos vt dominus amarissimè flere respexit,credo quòd lachrymas secundũ hominem cõtinere non potuit, sed modis quibus valuit eos cõsolari,nõ distulit,dicens: Non turbetur cor vestrum,quia vos in pace relinquo: neq; formidet,quasi vos lupus inuadat per pastoris absentiam,quia sicut homo vado,sed sicut deus sum præsens. Nõ turbetur cor vestrum neque formidet de morte mea,quia post tres dies resurgam & veniã ad vos,& videbitis me vitam, in quem quicunque crediderit,mortis imperio subiacere non poterit . Vado, sed iterum veniam ad vos, & accipiã vos ad meipsum, vt vbi sum ego , & vos sitis. Non debetis turbari, non debetis contristari de absceſſu meo,vnde tantus mihi prouenit honor, & gloria tanta:potius inde gaudere debetis.Non me diligitis.Si
C diligeretis me,gauderetis vtiq;,quia vado ad patrẽ,quia pater maior me est. Iam imperate lachrymis, quia de meo absceſſu gaudere debetis . Nolite fletibus indulgere , quia ad patrem vado,nec vos relinquo. Ad patrẽ vado secundum carnẽ, nec vos relinquo secundum diuinitatem.Ad patrem vadit homo assumptus,& vobiscum remanebit patris assumẽs filius.Corpus quod de virginea terra suscepi , supra choros angelorum exalto,vt filius hominis ibi sedeat in dextera patris,& habeat per gratiam,quicquid ipse deus habet per naturã.Ad patrem vado,vt genus humanum diabolica fraude deceptũ , aculeo antiqui serpentis occisum , in hac valle lachrymarum sepultum,in cœlo collocem , & ad gregẽ angelorum reportẽ centesimam ouem perditam , per longum tempus errantem . Et ideo rogo ne turbetur cor vestrũ de morte mea , quia sic fieri oporteɾt.Expedit vt vnus homo moriatur pro populo,& non tota gens pereat . Tantùm tribus diebus & tribus noctibus eto in corde terræ,postea die tertia resurgã perempto principe mundi,& videbitis me,& gaudebit cor vestrum. Quadragesimo die ascendam in cœlum , sessurus ad dexteram patris, & illuc traham vos ad meipsum,mecum feliciter regnaturos: & ideo rogo,gaudete . O bone Iesu domine deus , vita mea, tota spes mea,omne desiderium nostrũ,quid nobis ais ? Quid nobis pro te gementibus & lugentibus dicis ? Scis enim vita quæ nunquã morieris , quòd tu es totũ desiderium nostrum, ideo gemimus & dolemus valde: quia te sicut es , videre non possumus . Valde enim domine Iesu vnica spes nostræ salutis turbatur cor nostrum,quia adhuc nõ meruimus videre te dominum nostrum.Gemimus & dolemus,& multum turbatur D cor nostrum : sed adhuc à domino nostro non meruimus audire,Nõ turbetur cor vestrum. O felices apostoli, ô beati discipuli domini. Vos enim meruistis illũ in carne videre præsentem,docentem in verbis,potentem in factis , infirmos curantem,mortuos susciտatem:cum illo ambulare, cum illo sedere,vnà cum illo sumere cibum:illum à mortuis surgentem, ad cœlos ascendentem,nunc videtis in sinu patris sui fulgentem.Quid enim felicius,quidve beatius, quàm perfrui visione dei?quàm dilecta illa tua visio domine deus ? Hanc anima mea peccatrix concupiscit : & quia eam adhuc non habet, quodammodo languet & deficit : sed spero in domino Iesu Christo,quòd in carne mea videbo deum saluatorem meum. Reposita est hæc spes mea in mente mea.Ego interim gaudẽs gaudebo , & semper anima mea exultabit de Iesu saluatore meo,qui resurgens à mortuis ascendit ad cœlos, & sedet beatus ad dexteram patris.Qui ascensurus ad patrem dolentibus discipulis dixit,Si diligeretis me,gauderetis vtique,quia vado ad patrem,quia pater maior me est.Sequitur.Et nũc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Iam nunc dico vobis priusquam fiat, vado ad patrem,vt postquã ascendero,perfectè credatis quia ego sum filius dei.Vt credatis,inquit.Credatis,non quod factum vidistis,quia hæc nõ est laus vel meritum fidei,immo nõ est fides de eo quod videtur. Sed E credatis me filium dei,nõ noua fide,quia & prius credidistis, sed aucta & referta.Modò cum hęc diceret,erat fides illorum parua: & cum moreretur,fuit nulla.Sequitur:Iam non multa loquar vobiscum:venit enim princeps mundi huius,& in me nõ habet quicquã.Imminet tẽpus &hora vt soluam debitum mortis,& in hac mortali carne iã non multa loquar vobiscũ. Venit diabolus,nõ princeps creaturarũ,sed peccatorum,non lucis,sed tenebrarũ,non vitæ,sed mortis,non gaudij,sed mœroris:& in me nõ habet quicquam,id est,nihil est in me quod ad eum pertineat.Ipse enim peccatũ non fecit,nec vnquã voluit,sed nec peccare vnquã potuit.Noluit habere deus quod perderet . Pauper venit , ne diabolus haberet quod auferret, Venit enim princeps superbiæ,princeps inuidiæ, princeps liuoris & dolositatis,princeps rãcoris & cuiuslibet malę volũtatis,ad principẽ humilitatis,patiẽtiæ & benignitatis, principem vitæ & resurrectionis,principem gloriæ & beatitudinis sempiternæ.Ad eum venit,vt videret si in eo maculã peccati aliquã inueniret, viderat eũ trabea nostræ mortalitatis indutum,morti vicinũ , & in eo se credidit aliquid inuenire quod ei in morte posset obiicere.Sed miser ille deceptus est,quia in eo nihil inuenit proprium , sed per ipsum, ius quod habebat in aliis,amisit antiquum . Per omnia sit Iesus benedictus,qui *Hebr.5.c* in diebus carnis suę preces & obsecrationes obrulit ad eũ qui poterat illum saluare à morte, cum lachrymis & clamore valido offerens : & exauditus est pro sua reuerentia : qui etiam F cum esset filius dei , didicit tamẽ ab his quæ passus est obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtẽperantibus sibi causa salutis æternæ:in quo auctor mortis peccatum nullum inuenit,sicut ipsa veritas dixit:Venit enim princeps mũdi huius , & in me non habet quicquam . Sed fortè posset dicere aliquis: Cur ergo moreris, si peccatum non habes : cum mors ex peccato tantũ sit consecuta? Ideo facit hic anthypophorã,& respõdet huic tacitæ quæstioni, & dicit : Vt cognoscat mundus quia diligo patrem,& hoc mandatum dedit mihi pater vt facerem . Ac si diceret: Verum est quòd adhuc mors non esset,si peccatum non fuisset:& ideo veni moriturus in mundum, vt morte mea delerem peccatum, hæc est enim volũtas patris mei , vt pro salute generis humani sumam supplicium crucis. Vt ergo mũdus cognoscat quia diligo patrem,quod mihi mandatum dedit,facio illud . Hoc est quod beatus apostolus dixit:Factus est obediens patri vsq; ad mortem , mortem autem crucis . Sequitur : Surgite eamus hinc. Adhuc erat in loco vbi discubuerat cum discipulis suis, vnde discumbentibus dixit: Surgite eamus hinc , ad locum in quo tradendus sum in mortem . Non est hîc vlterius iam sedendum , præteriit tempus requietionis, & ecce tempus festinat passionis.Surgite & venite post me. Me enim præcedentẽ ad passionem sequi debetis, quia ego sum vitis,& vos palmites. Ego sum caput vestrum eiusdẽ naturę vobiscum,& capite lã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnguente cætera membra condolent languenti. Secundũ quòd
sum homo, sum caput ecclesiæ: & ideo vobiscum eiusdẽ na-
turæ. Ego sum vitis vera, non illa quæ versa est in amaritudi-
nẽ, quæ vt faceret vuas, expectabatur, & fecit agrestes labru-
scas. Ego sum odorifera vitis, pulchritudinis miræ, floribus
fœcũda, dans botrũ dulcissimũ cunctis palmitibus meis ma-
nentibus in me. Ego sum vitis tale generans vinum, quod lę-
tificat cor hominis, Ego sum vitis proprium sanguinẽ libans
deo patri pro salute populi mei. Ego sum vitis florens. Ego
sum vitis frondens, vitis fructificans, non egens adminiculo
vlmi, nec vllius auxilio ligni. Ego sum vitis non culta ab ho-
mine, sed à deo patre, non tantùm exterius per culturam, sed
etiam interius per gratiam: non tantùm extra operando, sed
etiã interius incrementum dãdo. Christus est vitis, in quo est
totus humor, id est, omnis plenitudo spiritꝰ sancti corpora-
liter. Palmites eius sunt apostoli & omnes qui ei fide adherẽt
Hanc vitem, id est Christi humanã naturam: deus pater mũ-
dauit faciendo immunem à peccatis, & dando virtutes: sic fa
cit & palmitibꝰ, licet non omnino sicut & Christo: vnde se-
quitur: Omnem palmitem in me non ferentem fructum tol
let eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fru-
ctũ plus afferat. Omnes enim qui Christo adherent fide, sunt
H palmites manentes in Christo salutifera vite. Sed alij faciunt
fructum, alij in sterilitate persistunt. Alij florent & germinãr,
& botrum producunt dulcedinis. Alij se per latitudinẽ folio-
rum expãdunt, pulchritudinẽ cupientes habere tantùm viri-
ditatis. Omnes qui in sterilitate persistũt, & qui per latitudi-
nẽ sine fructu se foliotũ expandũt, tẽpore putationis si deus
pater illos sine fructu inuenerit, abscindet à vite, & in ignem
mittet, & ardẽt. Sed forsitã tuũ animũ pulsat, quomodo qui
fide Christo adhærent, abscindi ab ipso cõtingat, cum omnis
qui adhæret Christo, vnus spiritus sit cũ illo. vnde vt hoc ti-
bi luce clarius cõstet, te scire oportet, quòd fides distinguitur
per diuersas proprietates. Dicitur fides mortua, fides ficta, fi-
des peruersa, fides recta. Omnes enim homines in eo q̃ chri-
stiani, vocantur, Christo adherere dicuntur In eo quòd chri-
stiani sunt, fidem Christi habere creduntur. Sed quorundam
mortua, quorundam ficta, quorundam peruersa, quorũdam
catholica. In prima superbi & luxuriosi, pecunię cupidi fures,
latrones & alij huiusmodi. In secũda sunt nõ obedientes pa-
tribus spiritualibus, ingrati de donis cœlestibus, qui sunt sine
affectione fraterna, sine pace charitatis, fratrũ criminatores,
iræ incontinentes, voluptatũ amatores magis quãm dei, ha-
bentes speciem pietatis, virtutẽ eius abnegãtes. In tertia sunt
hæretici, cõtra deum elati, de suis erroribus superbi, in deum
blasphemi, per omnia aliis deteriores & sceleſtiores. omnes
I isti conculcant dominum Iesum Christum, & sanguinẽ istius
dulcissimæ vitis ducunt pollutum. In fide catholica sunt mi-
tes, patientes, mansueti, humiles, virgines, casti, continentes,
dilectores dei & proximi, ad omne opus bonum parati, expe
ctantes redemptionem filiorum dei. In horum numero nos
dominꝰ computare dignetur. Valde enim dilectissimi time-
re debemus hoc quod dominus Iesus dicit omnem palmi-
tem in me non ferentem fructum, tollet eum. Non confida-
mus ergo fratres charissimi tãtum in latitudine foliorum, in
expansione ramorũ, in viriditate frondium: quia nisi in vinea
domini fecerimus fructum, excidemur & in ignẽ mittemur.
An ignoratis amantissimi mei, quòd æsuriens dominus vidit
secus viam ficulneam magnam, latam & spaciosam, haben-
tem folia & frondes, qui in ea non inueniens fructum, male-
dixit ei, & arefacta est? Sic est omnis hypocrita: quia speciem
sanctitatis habet, & virtutem sanctitatis non habet: qui pal-
liat sanctitatem in veste, quam non habet in mẽte. Non alba
cuculla & alta tonsura, non ampla corona, sed conscientia
pura & mentis munditia, abiectio propriæ voluntatis, inflã-
matio charitatis in Christo, perfectum monachum facit. Ad-
hæreamus fratres veræ viti Iesu nostro saluatori cum vero
corde, in plenitudine fidei aspersi corda, & abluti ab omni
inquinamẽto carnis & spiritus, & teneamus spei & fidei no-
stræ confessionem indeclinabilem. Nec sit quod nos separa-
re iam valeat à charitate domini Iesu. Et sic erimus de viti-
bus Engaddi, de quibus non liquor vini, sed liquor balsami
fluit consimilis botro Cypri, de quo sponsa in cantico amo-

Fidei acceptiones varię.

ris congaudens de resurrectione Christi, prorũpens in vo- K
cem iocunditatis, & lætitię dixit. Botrus Cypri dilectus meus
mihi in vineis Engaddi. quod sonat fons hœdi. fons hœdi di-
citur pœnitẽtia vel baptismus, in quo dũ aliquis intrat velut
hœdus, innocentiam debet acquirere vt agnus. Engaddi po-
test accipi monasterium regulare, ad quod dum aliquis hœ-
dus aduenerit, & ibi exuerit pellem hœdinam, iam ex omni
parte mundatus, nõ hœdus, sed erit, si perseuerauerit agnus.
Hunc talem deus pater purgabit, vt fructum plus afferat, cor
eius mundando, & eius spiritum veritatis & charitatis rore in
fundendo. Omnem palmitem veræ viti adhærentem, & fa-
ciẽtem fructũ, deus pater purgabit siue putabit eum, vt fru-
ctum plus afferat. Ritum & cõsuetudinem viticolæ deus te-
net in colẽdo vineam suam. Vinea domini, vniuersalis eccle-
sia est, Christi vxor & sponsa, de qua deus pater ad filiũ: Vxor
tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Vinitor qui
vineam diligit facientem fructum opportunum in tempore
suo, cum tempus putationis aduenerit, in ea nihil siccitatis
vel ariditatis relinquit. Tunc circa illam fodit, & vsque ad in-
feriorem eius radicem terram acuto ligone perfodit: & si ra-
diculas aliquas etiã emiserit, cultello putationis abscindit: &
quãto magis huiusmodi vana & minus vtilia vitis amittit, fru
giferior & vberior ad fructificãdum assurgit. Sic quem deus
diligit, flagellat & percutit: flagellat enim omnẽ filium quẽ L *Heb.12.*
recipit. Illorum est enim hic flagella percipere, quibus datur
de æternitate gaudere. Sed qui de percussione murmurat, ad
ipsum qui supra ipsum est, non appropinquat, imò hæredi-
tatem supernæ felicitatis amittit, si flagellum Dei patris pa-
tienter & cum amore non suscipit. Et si de flagello domini
murmurauerit, certus sit, quia murmurantium pœnam in-
currit. Vos ergo fratres dilectissimi nolite murmurare, si
vobis ineſſe contigerit disciplinam domini nostri, neque fa- *Heb.12.*
tigemini, dũ ab eo arguimini. Omnis enim disciplina in præ-
senti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea au
tem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iusti-
tię. Flagellis domini pinguedo carnalis voluptatis atteritur,
& virtutes animę roborãtur: & lasciua caro restringitur, & a-
nima pennis virtutum ad cœlestia subleuatur. Caro quod su-
perfluũ habebat amittit, & spiritus virtutes quas non habe-
bat acquirit. Si ergo per flagella domini virtutes augẽtur, vi-
tia resecantur, spernuntur terrena, amãtur cœlestia: nos ęrer-
nitatis præmia præstolantes, si nobis aliqua grauis infirmitas
vel tẽtatio fortis, vel etiam damnum temporalium rerum ir-
repserit, ex omnibus his vires sumere debemus, quia cresce-
te pugna, gloriosiorem nõ ambigemus nobis manere victo-
riam. In hoc nanq; ostendimus quãta ad deum cupiditate fla
gramus, si non solùm ad eum per tranquilla & mollia, sed etiã M
per aspera & dura trãsimus. Ad æterna gaudia iam redire nõ
possumus, nisi per temporalia detrimenta: & ideo spe ma-
nẽtis lætitiæ, omnia aduersa prosperitatem nõ modicam de-
bemus reputare. Peccata quippe nostra diuina seueritas ne-
quaquã inulta temanere permittit, sed ira sui iudicij inchoat
à nostra hîc correctione, vt in reproborum damnatione con
quiescat. Interius enim est medicus: & peccatorum in nobis
contagia quæ inesse medullitus reprobat, secat: abscindit vi-
rus putredinis ferro tribulationis: & hoc est quod veritas ait:
Omnem palmitem in me faciẽtem fructum, deus pater pur-
gabit eum, vt fructum plus afferat. Nam dum mens posita in
tentatione considerat quòd à virtutis suæ pristina soliditate
repellitur, tunc sollicita trepidar, ne hoc quod dudũ esse cœ-
perat, funditus amittat. Tunc qualiter resistere tẽtationi pos
sit, inquirit: & qualiter eam debellare iam valeat, elaborat.
Tunc arripit gladium orationis, fletum compũctionis, & sic
eam debilitat, & de ea gloriose triumphat, non ipsa, sed gra-
tia Christi per ipsam: & ita fit vt mens quæ pigra & velut: in
fœcunda in prosperitate iacebat, fortior & vberior ad fructi-
ficandum assurgat. Vt ergo dilectissimi deum patrem nostri
mereamur habere cultorem, adhæreamus veræ viti domino
Iesu Christo saluatori nostro, non fide mortua, nec fide ficta,
nec fide peruersa, sed fide recta quæ per dilectionem opera-
tur, sine qua nullus saluari potest: Adhæreamus ei, quia bo-
num est ei adhærere: & in illo ponamus totam spem nostram
totum desiderium nostrum. confidentes in illum qui suscita-

A uit eũ à mortuis, quia & suscitabit mortalia corpora nostra,
& considere nos faciet cum illo in dextera sua. Quod ipse no-
bis per eundem filium suum dominum nostrum præstare di-
gnetur, qui viuit & regnat cum eodem patre in vnitate spiri-
tus sancti deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XI.

1.Cor.9. CVm à discipulo veritatis scriptum non ambigimus esse,
Qui parce seminat, parce & metet: dum in agro domi-
nico tanquam agricolæ sumus constituti, pro viribus semi-
nare debemus: vt cum messionis tempus aduenerit, centu-
plum accipiamus in fructuum perceptione, quàm expendi-
mus in semine. Nam quod hic dicit seminat, ex charitate pro-
priè dicitur seminare: quia qui semen ad hoc spargit vt colli-
gat, adhuc caret ad tempus modicum, vt in tempore messis
gaudeat in aceruo. Itaque licet pauper & inops, ex meo mo-
dico semine cupiẽti dabo ex charitate, vt à domino meo Iesu
Christo mereat recipere multiplicationem beatitudinis ęter-
næ. Non parcè seminat, qui parum habens, parum largitur,
quòd animus promptus sit, si plus haberet, largè dat, qui affe-
ctum largiendi habet, etsi nihil habet quod largiri possit. Nos
ergo illam pecuniam quam erogãdam à domino accepimus,
ad vsuram erogare sumus parati cupiẽtibus eam. Sed rogo ne
B aliquis vestrum timeat de retributione vsuræ, quia hæc vsura
non euacuat diuites, sed bonis ditat & replet egenum & pau-
perem. Veniat ergo ad hanc pecuniam sitiens, ad euangelium
beati Ioannis, hauriat cum gaudio de fontibus saluatoris,
qui dixit discipulis suis: Vos iam mundi estis propter sermo-
nem quem locutus sum vobis, & est sensus: vos estis mundi,
sed iterum estis mundandi, vt fructum plus afferatis. Mundi
Sermo Dei quam effi-cax. estis non propter baptismum, sed propter sermonem quem
locutus sum vobis. O quàm bonus sermo qui lauat mentium
sordes, interioris & exterioris hominis purificat actiones, vul-
nera sanat, cicatrices solidat, qui suscitat de terra inopem, &
de stercore erigit pauperem, vt collocet eum cum principi-
bus cœli, cũ possessoribus paradisi. O quàm preciosus sermo,
imò quàm preciosus thesaurus, qui suum possessorem didi-
cit ditare, vt de consortibus iumentorum, consortem faciat
angelorum. Felix sermo, & omni acceptione dignus. Quis
est iste tantæ beatitudinis sermo? Audi si illum obseruare de-
sideras: sed præcipio, vt illum ad vsuram erogare non diffe-
ras. Est valde nobilis possessio, quæ erogata suscipit incre-
mentum, & auarum dedignatur possessorem, nisi erogetur,
cirò minuitur, largitate gaudet, tenacitatẽ fugit, omnino non
vult abscondi sub modio, sed super candelabrum poni, vt o-
Cant.8. mnibus eius pulchritudo appareat. Splendor eius tanquam
lampades ignis atque flammarum, quas aquę multę non pos-
C sunt extinguere. Si dederit homo totam substantiam domus
suæ pro hac possessione, quasi nihil despiciet eam. Hæc in-
quam est charitas, quia in quocunque abundauerit amor æ-
ternorum, mox labentium rerum possessio cuncta vilescit, &
sola charitas scilicet Christi dulcescit, qui dicit: Mandatũ no-
uum do vobis, vt diligatis inuicẽ sicut dilexi vos. Hic est ser-
mo ille de quo dixit dominus: Vos mundi estis propter ser-
monem quem locutus sum vobis, id est, propter charitatem,
quam commẽdaui vobis: & quia mundi estis, manete in me,
& ego in vobis. Manete, inquit dominus Iesus discipulis suis,
in me, & ego manebo in vobis. Iesus inquam dulcis, Iesus
delectabilis, omni virtute præditus, omni speciositate redi-
mitus: Dulcis super mel & fauum, speciosus forma super fi-
lios hominum: cuius dulcedine angeli inebriantur, cuius pul-
chritudinem sol & luna mirantur: Iste talis ac tantus dixit di-
scipulis suis, & per eos cunctis fidelibus suis: Manete in me,
& ego manebo in vobis. O quàm magna sublimitas, ô ma-
gnæ sublimitatis auctoritas, hominem habitare cum angelis,
terram & puluerem eleuari in cœlos, hominem tolli de ster-
core iumentorũ, & aggregari cœtibus angelorum. Imò crea-
turam manere in creatore, facturam in factore, redemptum
in redemptore, seruum in domino, peccatorem in iusto, fa-
ctum ex limo in eo qui omnia fecit ex nihilo, transitorium
in æterno, miserum in summè beato, imò in eo qui omnino
beata beat, & cuncta sanctificat sancta, qui est veritas & vita,
& gloria sempiterna, gaudium mundi, iocunditas cœli, dul-
cedo paradisi, & beata æternitas, & æterna felicitas, Chri- D
stus scilicet dominus Iesus. O mira & inexquisita bonitas, ô
inaudita & inæstimabilis pietas, quis vnquam fratris mei,
quis dilectissimi mei, amantissimi mei, conserui mei, serui
domini Iesu Christi, & propter ipsum domini mei, poterit
explicare sermone, aut stilo exarare & graphio, quanta pie-
tate auctor pietatis redundet, quanta largitate bonitatis ipse
auctor exuberet? Mihi credite fratres, si omnes homines
niterẽtur & angeli, fontis tantæ pietatis non possent haurire
vobis etiam vnam minimam guttam, habito respectu ad
ipsam abundantiam pietatis. Hæc est inquam maximæ im-
mensitas pietatis, ingens eminentia bonitatis, quòd creator
omnium deus seipsum exinaniuit, formam serui susceꝑit, in
similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo:
manens deus in homine, vt homo maneret in deo: vita mor-
tem assumens, vt sibi mors assumeret vitam. Vtinam huius
abundantia pietatis sic fragraret quotidie in naribus nostris,
vt in veritate dicere possemus cum sponsa in canticis: Fasci- *Cant.1.*
culum myrrhæ dilecti semper supra meum pectus portabo.
O dulcis sarcina, ô felix medicina. Hæc sarcina fratres mei,
crux ipsa, beata scilicet passio Christi, baiulum suum nõ gra-
uat, sed leuat: non deprimit, sed extollit: non quassat, sed
erigit, & portat portantem, vbi Christus est in gloria patris.
Hæc est inquam dulcissima medicina, quæ morbum omnem
expellit, vires atque virtutes non habenti acquirit, quæ non
solùm sanat ægrotos, sed etiam viuificat mortuos. Mihi E
meus auditor credat, imò mihi credat crucis amator, iam non
lædetur à morte secunda, si in hac vita vsus fuerit tali medici-
na. Hoc est illud lignum propheticum, quod est inter iun-
cturas ædificiorum: quia ipsa crux gloriosa terram conglutí-
nat cœlo, hominem consociat angelo, & peccatorem sic re-
conciliat deo, vt ipse deus manere dignetur in eo, & ipse ma-
nere mereatur in deo suo. O summum tripudium, ô tripudiãs
gaudium, iocunda lætitia, & iocunditas læta, hominem ma-
nere in deo, & deum in homine, in redempto redemptorem,
& in redemptore redemptum. Ad hanc summæ iocunditatis
lætitiam, perpetuitatis lætissimæ gloriam, ipse gloriæ auctor,
beatitudinis dator, salus æterna, vita beata, felix æternitas, se-
cura trãquillitas, totus dulcis, totus desiderabilis, inuitat apo-
stolos suos, instigat monachos suos, cunctum populum chri-
stianum, omne collegiũ sanctum, eis blandiens atque demul-
cens, consolans & confortans, hortans & dicens, Manete in
me, & ego in vobis, & est sensus: Vos qui mundi estis, qui lo-
ti estis, qui sanctificati estis per canalem lapideum, per ba-
ptismi sacramentum, per virtutum triclinium, per dilectio-
nis præconiũ, in me estis: sed rogo vt in me manere debeatis:
quia si in me manseritis, & ego manebo in vobis. Si in me
manseritis in isto breui tempore, manebo vobiscum in æter-
nitate. Qui manet in me per exhibitionem dilectionis, & ego
manebo in eo per præmiũ æternæ felicitatis. Ego diligentes F
me diligo: & qui me dilexerint in hac vita, me inuenient post
hanc vitam: vt vbi sum ego, & illi sint mecum: & qui me non
dilexerit, proculdubio non inueniet me ad præmium: sed
inueniet me ad supplicium. Vos autem discipuli mei, amici
mei, in mea dilectione manete. Non vos terreat meæ hu-
manitatis passio, crucis suspensio, tormenta carnificum, cru-
cis supplicium, nec meæ depositio carnis, nec mausoleum
meæ mortalitatis. In vobis fides inuicta permaneat, spes
ipsa nõ langueat: de me igne in vobis charitas inflammescat.
Manete in me per fidem, spem & charitatem, & ego manebo
in vobis per fructum fidei, spei & charitatis. Et si in me non
manseritis, nec ego manebo in vobis. Audistis charissimi,
quid ipsa veritas dicit, quę mentiri non potest, quę nunquam
fallit, nec fallere nouit. Ait enim: Si quis in me non manserit,
mittetur foras, & tormẽtorum ministri eum mittent in ignẽ,
& ardet. Vnde rogo dilectissimi fratres, vt vnusquisque ve-
strum intret in cubiculum suum, scopet conscientiam suam,
se quærat in angulis cordis, circumeat latebras mentis, si se in
Christo manere inuenerit, gaudeat, si se à Christo abesse sen-
serit, gemat & doleat, ploret & plangat, timeat & perhorre-
scat, ne sequestretur à consortio sanctorum, & mittatur sem-
per arsurus in ignem æternum. Manete in me. Heu dilectis-
simi fratres, quanti miseri, quanti infelices, qui ad Iesum ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gniunt, sed lethiferi veneno serpentis percussi, diabolica fraude decepti, cæcitate mentis obducti, malitia deprauati abnegant contubernium Christi, amicitiam redemptoris abdicãt propter amorem mundi, & cæruices quas deo humiliate solebant, ipso mundi creatore iam spreto, diabolo non verétur inclinare. Heu quanti post glorioſos agones de ipso principe mundi legitimè triumphatos, fugienti terga dederunt, & victores iam victo se spõte curuarunt. Quãti ad monasterium veniunt, vt in eo monasticè viuant, humilitatis prætendentes indicia, omnia in pace illata sustinentes conuicia, tanquam boni milites Christi ad omne opus bonum parati, qui post gaudia vitæ contemplatiuæ, post præbationem iocũditatis mellifluæ, suæ professionis obliti, velut sues ab ipso proposito ad volutabrum redeunt luti: & ea quę dudũ vomuerant, tanquam canes in ventrem traiiciunt. Isti tales recedunt à Christo, quia recesserunt à proposito sancto. si pactum quod cum Christo pepigerant, obseruarent, venena iam vomita substannarẽt. & ideo cum Christo non merentur manere, quia pactum domini non timuerunt infirmare: sed vtinam scirent & intelligerent quantæ sit amaritudinis fontem relinquere vitæ, auctorem iocunditatis mellifluæ, Dominum mundi, decus paradisi, gaudium æternum dominum Iesum Christum, qui nos a morte, roseo saluauit sanguine suo, si citò sensisses quantum parabas offendere, non tegeret vultus cortice myrrha tuos. O quàm misera commutatio, ô quàm cæca cupiditas, quæ virginem facit tabesam, puellam prostibulam, & mulierem vertit in arborem. Regulam in apostasiam, disciplinam sanctam in lasciuiam prauam, claustrum regulare in campos licentiæ, castitatem in impetiginem, monachum in theatricum, directum in prauũ, planum in asperum, filium dei in filium diaboli. Hæc fratres mei non est mutatio dexteræ excelsi. O quàm amara mutatio, ô quàm dura translatio, à Christo recedere, & diabolo adhærere, spernere redemptorem, & diligere peremptorem, delinquere vestigia Christi & ire per sæua mæandra diaboli, relinquere viam quæ ducit ad vitam, & ire per viam quæ ducit ad mortem. Quicũque ille est qui sic commutatus est, ad verba mea inclinet animum, & non dedignetur audire consilium bonum. Peccasti, quiesce: ne adiicias vltrà. Sic dicit sanctus Israël: Si reuertimini & quieſcatis, salui eritis: quia expectat vos dominus vt misereatur vestri. Reuertere ergo ad dominum deum tuum, & placabilis erit super malitiam tuam. Reuertere ad dominum via qua venitur ad ipsum, via cordis, via oris, via operis, via timoris, via doloris, & via amoris, via cordis contriti, via confitentis labij, via operis recti. via timoris, ne protraharis ad supplicium. via doloris, quia sic offendisti Christum, via amoris, vt ipsum iam Christum perfectè diligas, qui tam diu ad pœnitentiam te patienter expectat. Geme, dole, plange, plora. Non parcas tibi, vt tibi dominus parcat. Noli indulgere tibi, vt tibi dominus indulgere dignetur. Succinge lumbos tuos, rade capillos tuos, induere sacco, puluescere humo, & dic Christo domino tuo, deo tuo: O Iesu bone, miserere mei. Esto mihi Iesus, esto mihi saluator meus, miserere mei, qui pro me pium cruorem fudisti. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia nullus iustificabitur homo, nisi per teipsum ei peccatorum suorum tribuatur remissio. Non me tua iudiciaria sententia premat, quem tua multa pietas leuat. Qui resuscitasti Lazarum iam fœtentem, resuscita & me peccatorem iam confitentẽ. Qui pepercisti peccatrici Mariæ, parce peccatrici animæ meæ lætificasti animam crucifixi latronis, lętifica animam mei peccatoris. Si sic feceris, adhuc cum Christo manebis, qui dicit: Manete in me, & ego in vobis. Ipse enim charitas est: & qui manet in charitate in deo manet, & ipse in eo. Notandũ verò est quòd aliud est manere in illo, & aliud est manere cũ illo: aliud est manere iuxta eum, aliud manere lõge ab eo. Primum partim est in via, & partim in patria: secundum totum est in patria, tertium totum est in hoc seculo, & quartum totum in inferno. Videam⁹ ergo quid sit manere in eo, vt in eo manere delectet: vt non longè post futurum mereamur cum illo manere. In illo manere, est ex amore illi soli adhærere, ipsum ex toto corde diligere, illius præcepta in omnibus & per omnia obseruare, eius amori nihil præponere, & pro illius amore cuncta nec nata etiã reputare. Ille non dubitet manere in Christo, cui præter ipsum cuncta vilescunt, & ei ipse solus dulcescit. O quanta felicitate dotatur, quanta beatitudine fœcundatur, cui præter Christum omnia vilescunt, & ipse Christus solus mellescit. Ipse Christus solus sic in cordibus nostris faueſcat, & cuncta transitoria nobis fellescant, vt nil præter illum nobis iam libeat, nec libescere iam valeat. Vt ergo fratres mei in Christo & cum Christo mereamur manere ipse Christus lux vera, bonitas & vita, gaudium mundi, pietas immensa, sit totum desiderium nostrum, & omnis spes nostra, vt certi simus quia adhuc cum Christo manebimus, & vbi nunc est, & nos cũ illo erimus. Sed qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut ille ambulauit. Iam nõ manet in illo, qui exorbitat ab itinere suo. Nemo se decipiat, nemo se seducat, nemo in gloriosa veste confidat. Nõ enim vestis religiosa, sed mentium munditia monachum facit. Non capitis abratio, sed Christi dilectio probatũ monachum reddit. Ait dominus Iesus: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum: quia nisi quis à semetipso deficiat, ad Christum regẽ sublimem non appropinquat. Felix propter Christum abdicatio sui: quam qui perfectè non habet, se Christo ad purum placere nõ existimet. Frustra enim Christo placere se credit, qui seipsum propter ipsum Christum non abiicit. Et perfectè se nouerit illi placere, qui perfectè iã propter ipsum se didicerit abdicare. Vt ergo Christo placere possimus, necessaria nobis est abdicatio nostri, quantũ nostra valitudo permittit, nõ quantum odium nostri lancea peccatorum perfossa in nos quãdoque manus iniicere gestierit, maximè duntaxat in alimentis sumendis, vbi conseruandus est vigor naturę, & non sequendus est appetitus illecebrosæ gulę. Contra vitia quæ de lumbis carneis pugnãria procedunt palmatiue belligerare nequimus, nisi prius appetitum gulæ restringamus fortiter contusione abstinentiæ. Post contusionẽ gulæ appetitus, maxima cautela nobis est adhibenda, ne nos humanæ laudis muscipula capiat, & venenum laudis morbosæ, in arcam nostri cordis cauterium despumans fumum faciat, factúmque derelinquat. Quicquid de nobis laudis aura crebuerit, quicquid adulantium fauor demulserit, virtutum imperatrix humilitas arcam mentis nostræ non deseratnec tortuosus serpens, qui quandoque latitat in herbis virentibus, in humanis scilicet fauoribus, iuxta illud poëticũ,

Virgil. in Buco. ecl. 3

Frigidus ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba,

suis dentibus venenosis nos capiat, captos perimat & occidat. Igitur humilitatem magnam teneamus in omnib⁹, vt in humilitatis auctore manere possimus, & quàm citius cũ ipso esse, & cum ipso regnare valeamus. Omnis enim qui in illo manet ex dilectione, non dubitet, non hæsitet, cum illo manebit ex dilectionis retributione. Videmus quid sit manere in illo: nunc quid sit manere cum illo, necesse est videamus. Manere cum illo, est esse vbi ille est, cum illo in gloria felici gaudere, in throno perennitatis regnare, illum facie ad faciẽ contemplari, sicut faciunt angeli sancti, & post resurrectionẽ corporum cum visuri sunt omnes electi, iuxta illud apostoli, Cum enim apparuerit Christus vita nostra, tũc & vos apparebitis cum illo in gloria. Manere iuxta eum & nõ in illo nec cum illo, est nõ esse in via fidei, spei & charitatis, sed in via erroris, nõ esse in via præcepti, sed in via peccati. Iste inquã si nõ est in Christo vel cum Christo, tamen iuxta eum est: quia & citò potest errorem deserere: & in Christo per fidẽ & spẽ & charitatem continuò feruere, liberum arbitrium habet. Illud ad diligendũ deum dirigere potest. Pulsat dominus ostiũ eius, illi aperiat, & intrabit dominus ad eũ: in eo manebit, & ipse in eo. Manere longe ab eo, est per sententiam damnationis ab eo recessisse: quanuis & alio modo vtrunque possit intelligi. Nos ergo in illo maneam⁹, vt fructũ boni operis semper facere mereamur. Aliter enim nisi in illo mãserimus, fructum facere nequimus. Ipsa veritas dicit, & mutari nõ potest Sicut palmes nõ potest facere fructum nisi mãserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Et si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum: & in ignem mittẽt, & ardet. Valde enim timendum est illud quod sequitur: Si quis in me mãserit, &c. Si quis non mãserit in domino Iesu Christo, expelletur de consortio sanctorum, & abscedet vel ierit, loquens vel tacens, esuriens vel sitiens, bibens vel comedens, infirmus vel sanus, ante oculos habeat, in quo est fiducia fortitudinis, spes æternæ beatitudinis, fiducia veniæ, certitudo gloriæ, peccatorum remissio, gloriæ largitio, ac lætitię acquisitio, summi & veri dei perfruitio. Beat⁹ vir, ait propheta, qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis: potens in terra erit semẽ eius, & ipse à domino benedicetur. Illa beatitudo perpetua, sempiternæque dulcedinis multitudo, & æterna & iocunda visio dei, est illud donum quod petunt à Christo illi qui manent in Christo. Si manes in Christo, id est si corde puro & conscientia pura fundaris in Christi charitate, nil tibi nisi Christus satisfacere poterit, nec aliud nisi ipsum petere iam valebis. Quodcunque, inquit dominus Iesus, salus quæ nunquã finitur, vita quæ nunquam moritur, iocunditas summa, paradisi gloria, omni melle dulcior, quoliber nectare suauior, gemmis & auro precioſior, inquit inquam dilectoribus suis: Quodcunq; volueritis, petite, & fiet vobis. Magnum est istud quod dicit: Quodcũq; volueritis petite, & fiet vobis. Sed notandum est q⁹ vniuersale quodcunq;, non continet omnia, sed illum tantùm qui continet vniuersa, qui sic habet esse, vt verum semper sit esse, ante omnia tempora deus de deo, in fine temporum natus ex virgine homo, salus æterna credentium, omnium spes & refugiũ timẽtium eum. Hoc est illud solũ quod petunt electi, quibus nil satisfacere potest præter deum qui omnia cõtinet. Qui gemunt & lugẽt quòd Iesum beatitudinis auctorẽ non vidẽt, qui nõ quod delectet aspiciunt. Quibus tristia sunt omnia quæ occurrunt, qui dominum Iesum quærunt & non inueniunt: vocant & non respondet: ad lachrymas doloris amicas se conuertunt, & quem gressu pedum sequi nõ possunt, lachrymis & gemitibus prosequuntur, felix talium vita, beatus talium cursus, cuius meta tale & tãtum vexillum habere meretur. Hoc nõ datur pigris, negligẽtes nõ capiunt, claudis negatur: soli curréti per latitudinẽ charitatis debetur. Vnusquisq; nostrum considerare non cesset, qualiter in stadio mãdatorũ dei currat, qualiter in agone Christiano cõtra leonem rugiẽtem contendat. Neminem vestrum credo latere, nõ aliquẽ posse saluari, nisi qui domino Iesu fidelis perseuerauerit vsq; ad egressus de habitaculo corporis, nec ad brauium æternę dulcedinis peruenire, qui antequam ad metas veniat, in cursu deficiat. Stadium nostrum est obseruantia mandatorum dei. Finis stadij nostri est charitas, iuxta illud apostoli, Finis legis est charitas. Charitas stadij nostri est ipsa charitas, non qua diligimus deum, sed qua possidemus deum: non ea qua diligitur deus, sed ea quæ est ipse deus. In stadio mandatorum dei alius bene currere incipit, & antequã ad metas veniat deficit. Alius pigrè incipit, & postea ad metas velociter currit. Alius & velociter incipit, & velociter perficit. Alius pigre incipit, & in pigritia sua semper persistit. Duobus istorum brauium debetur, scilicet pigrè incipiẽti, & postea velociter peruenięti. Alteri & agiliter incipienti, & velociter peruenienti. Multi enim ad monasteriũ veniunt vt ibi gloriãter viuãt: qui malè incipiunt & malè cõsummãt, semper vagi & nunquam stabiles, semper cum non habent quod volũt murmurosi & detractores, cellulariis à tergo benedicentes, eos, cum quibus viuunt fratres suos iniuriis afficientes, moribus indisciplinati, gestu & actu inordinati, habitu elati, moribus inepti, bonis pręstitis semper ingrati. Isti brauium æternę beatitudinis nõ merebuntur habere, quia in stadio mandatorum dei gressum rectũ figere noluere. Istis enim forma sanctitatis ad perfectum non erit, quos morum prauitas per inobedientiæ venena confundit. In istis talibus verba Christi nõ manent, quia præcepta Christi quæ sciunt vel audiunt, ventorũ vanitati dedicarunt, iussa domini contemnentes, cœnacula vẽtris amantes. Ipsum verò deũ scilicet æternũ, deum omnipotentẽ, calcibus nequitię & malitię percutiẽtes, odientes proximum, abnegantes dominum Iesum Christum, non obseruantes quod coram omnibus sanctis in die consecrationis suæ illi promiserunt. Nouerit qui talis est, se esse dãnandum à deo quem irridet. Alius ad monasterium venit vt peccata quæ cõmisit in seculo, punire debeat in monasterio: sed postquam ingressus fuerit, non solùm quæ commisit, dolendo nõ diluit: sed insuper alia forsitan grauiora committit. Sed postea magno dolore compungitur, magno pudore pro-

Ecclę. 21. Esa. 30.

Noue dictio tabesam

Manere in Christo.

Stadium Christiani.

Arescet præ timore & expectatione damnationis perpetuæ: & ministri tartarei apprehendent illũ, & in ignem mittent perpetuum sine fine arsurumm. Ab hac damnatione perpetua, gloriæ perpetuæ auctor nos liberet Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus benedictus in secula seculorum, Amen.

Sermo XII.

OMnis qui viã veritatis gestit arripere, constat esse peræquum, vt ad præcepta veritatis manum cordis extendat, & in eis fideliter viuat, vt ipsa manus sit plena hyacinthis & venter eius eburneus, distinctus sapphyris, & verbum verbi præceptum Christi in pyxide mentis per amorẽ contineat, & foris ipse flos verbi per augmentũ boni operis redoleat. Profectò quem sic esse cõstabit, à deo quicquid sibi profuturum petierit, necessario impetrabit. Ipsa regula veritatis, omnis forma sanctitatis sanxit in perpetuum, nec valebit abrogari, nec de libro iã mutari veritatis sanctio. ait enim Iesus meus, imò ait deus meus, veritatis firmitas, falsitatis aulsio, peccatorũ vltio, via viæ, vita vitę, totus dulcis, totus bonus, totus verax, totus verus. ait enim: Si in me manseritis, & verba mea in vobis manserint: quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis. Magna sunt dona quæ veritas ipsa promittit, quę nullos fallere nouit. Quodcũque volueritis, inquit dominus Iesus, petetis, & fiet vobis. Ita duntaxat, si in me manseritis, & verba mea in vobis manserint. Ac si dicat, si in me manseritis per dilectionẽ, & verba mea in vobis manserint per operis executionem: quodcunq; volueritis animæ pertinens ad profectũ petite non hæsitantes, & impetrabitis accipiẽtes. Illa duo prima necessariò sibi famulãtur ad inuicem, nec vnũ alterius absentiã paritur: & qualis eorũ parilitas fuerit, per enthymema cognoscitur. Si aliquis manet in Christo, necessariò sequitur vt Christi præcepta manere debeant in eodem. Et quodlibet istorũ hoc vnũ cõcludit: Petat à Christo quodcũq; voluerit, & habebit. Necessaria videtur talis illatio. Iste manet in Christo, ergo quicquid ab eo ad talẽ profectũ petierit, impetrabit. Similiter & hæc alia. Verba Christi manent in isto: ergo, &c. Veruntamen dicere possumus, si per vim copulatiuę coniunctionis dialecticus latrator obsistat, quę nodũ ponit inter paria, nec inter partem & totũ, sed inter totũ & partẽ, & inter oppositа & cõtraria: & inter excedentia & excessa. Dicimus itaque q⁹ quidã manent in Christo: & verba eius manent in eisdẽ: alij manẽt in deo, sed verba dei nõ manẽt in eis. ille qui manet in Christo, & verba Christi in eo, doctor est ecclesiasticus, qui per eruditionẽ doctrinę auditoribus suis habet vnde proferat noua & vetera, fructus scilicet auctoritatũ veteris & noui testamẽti. bona quę discipulis prędicat, piè & deuotè viuendo in suis factis ostẽdat. Alius enim per doctrinã verbũ dei nõ habet, & tamẽ in Christo manet per bonã vitam. Iste profectò etsi mandatũ Christi non habet in libro, habet tamẽ in corde charitate dilatato. Isti tales quàm felices, quàm beati! Horũ quidẽ talium est regnũ cœlorũ. Alius qui verbũ dei habet, & illud opere non exercet, monachus est religionis sophisticę, sub prętextu sanctitatis palliatę: qui ei quod ex regula Benedicti didicit, peruersè viuendo cõtradicit. Iste talis nõ manet in Christo, nec Christi verba manent in eo: quia nec Christum amat, nec eius præcepta obseruat, quanuis & Christum amare, & eius præcepta seruare se fingat. Sed qualis iste miser fuerit, dies domini declarabit: vbi nõ esse poterit simulatio religionis, nec fictio sanctitatis, nec sermo sophisticus, nec syllogismus versutus. Omnia nuda erunt & aperta Iesu iudici verè iudicanti districtè, non de facto tantùm peruerso, sed etiam de verbo ocioso: non tãtùm de incessũ pedum, nec de labore manuũ, sed etiam de iactu oculorum. Penser ergo qui talis est, ad quid monachus effectus est. Lauit pedes suos, quomodo reinquinare præsumit? Expoliauit se tunica, quomodo se reinduit illa? Si mutauit habitũ, cur non mutauit & animũ? Si foris albescit, cur intus nigrescit? Si illum foris vestis alba decorat, cur illum intus cauteriũ conscientiæ deturpat? Si studere silẽtio debet, cur loquacitate gaudet? Qui cõtemptũ promisit mundi, cur illi vlterius placere contendit? Christo placere contendat, contemnere mundum non differat, quod promisit attendat, Iesum super omnia diligat, nihil eius amori præponat, illius timorem vbicunque fuerit, sedeat vel ierit, loquens vel tacens, esuriens vel sitiens, bibens vel comedens, infirmus vel sanus, ante oculos habeat, in quo est fiducia fortitudinis, spes æternæ beatitudinis, fiducia veniæ, certitudo gloriæ, peccatorum remissio, gloriæ largitio, ac lætitię acquisitio, summi & veri dei perfruitio. Beat⁹ vir, ait propheta, qui timet dominum, in mandatis eius cupit nimis: potens in terra erit semẽ eius, & ipse à domino benedicetur. Illa beatitudo perpetua, sempiternæque dulcedinis multitudo, & æterna & iocunda visio dei, est illud donum quod petunt à Christo illi qui manent in Christo. Si manes in Christo, id est si corde puro & conscientia pura fundaris in Christi charitate, nil tibi nisi Christus satisfacere poterit, nec aliud nisi ipsum petere iam valebis. Quodcunque, inquit dominus Iesus, salus quæ nunquã finitur, vita quæ nunquam moritur, iocunditas summa, paradisi gloria, omni melle dulcior, quoliber nectare suauior, gemmis & auro precioſior, inquit inquam dilectoribus suis: Quodcunq; volueritis, petite, & fiet vobis. Magnum est istud quod dicit: Quodcũq; volueritis petite, & fiet vobis. Sed notandum est q⁹ vniuersale quodcunq;, non continet omnia, sed illum tantùm qui continet vniuersa, qui sic habet esse, vt verum semper sit esse, ante omnia tempora deus de deo, in fine temporum natus ex virgine homo, salus æterna credentium, omnium spes & refugiũ timẽtium eum. Hoc est illud solũ quod petunt electi, quibus nil satisfacere potest præter deum qui omnia cõtinet. Qui gemunt & lugẽt quòd Iesum beatitudinis auctorẽ non vidẽt, qui nõ quod delectet aspiciunt. Quibus tristia sunt omnia quæ occurrunt, qui dominum Iesum quærunt & non inueniunt: vocant & non respondet: ad lachrymas doloris amicas se conuertunt, & quem gressu pedum sequi nõ possunt, lachrymis & gemitibus prosequuntur, felix talium vita, beatus talium cursus, cuius meta tale & tãtum vexillum habere meretur. Hoc nõ datur pigris, negligẽtes nõ capiunt, claudis negatur: soli curréti per latitudinẽ charitatis debetur. Vnusquisq; nostrum considerare non cesset, qualiter in stadio mãdatorũ dei currat, qualiter in agone Christiano cõtra leonem rugiẽtem contendat. Neminem vestrum credo latere, nõ aliquẽ posse saluari, nisi qui domino Iesu fidelis perseuerauerit vsq; ad egressus de habitaculo corporis, nec ad brauium æternę dulcedinis peruenire, qui antequam ad metas veniat, in cursu deficiat. Stadium nostrum est obseruantia mandatorum dei. Finis stadij nostri est charitas, iuxta illud apostoli, Finis legis est charitas. Charitas stadij nostri est ipsa charitas, non qua diligimus deum, sed qua possidemus deum: non ea qua diligitur deus, sed ea quæ est ipse deus. In stadio mandatorum dei alius bene currere incipit, & antequã ad metas veniat deficit. Alius pigrè incipit, & postea ad metas velociter currit. Alius & velociter incipit, & velociter perficit. Alius pigre incipit, & in pigritia sua semper persistit. Duobus istorum brauium debetur, scilicet pigrè incipiẽti, & postea velociter peruenięti. Alteri & agiliter incipienti, & velociter peruenienti. Multi enim ad monasteriũ veniunt vt ibi gloriãter viuãt: qui malè incipiunt & malè cõsummãt, semper vagi & nunquam stabiles, semper cum non habent quod volũt murmurosi & detractores, cellulariis à tergo benedicentes, eos, cum quibus viuunt fratres suos iniuriis afficientes, moribus indisciplinati, gestu & actu inordinati, habitu elati, moribus inepti, bonis pręstitis semper ingrati. Isti brauium æternę beatitudinis nõ merebuntur habere, quia in stadio mandatorum dei gressum rectũ figere noluere. Istis enim forma sanctitatis ad perfectum non erit, quos morum prauitas per inobedientiæ venena confundit. In istis talibus verba Christi nõ manent, quia præcepta Christi quæ sciunt vel audiunt, ventorũ vanitati dedicarunt, iussa domini contemnentes, cœnacula vẽtris amantes. Ipsum verò deũ scilicet æternũ, deum omnipotentẽ, calcibus nequitię & malitię percutiẽtes, odientes proximum, abnegantes dominum Iesum Christum, non obseruantes quod coram omnibus sanctis in die consecrationis suæ illi promiserunt. Nouerit qui talis est, se esse dãnandum à deo quem irridet. Alius ad monasterium venit vt peccata quæ cõmisit in seculo, punire debeat in monasterio: sed postquam ingressus fuerit, non solùm quæ commisit, dolendo nõ diluit: sed insuper alia forsitan grauiora committit. Sed postea magno dolore compungitur, magno pudore pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sternitur: & peccata quæ fecit, bene viuendo non diluit, sed insuper enormiora præsumpsit. Tunc ad memoriā reuocat quanta in peccatoribus sit seueritas iudicis, quanta in ipsis damnatis sit ipsa pœna dānationis. Insuper & cōsiderat quāta sit misericordia redemptoris circa pœnitentes: benignitas circa rectè viuentes. Tunc omne malum quod fecit enumerat, tūc tristia quæque ante oculos mētis aceruat. Doloribus agitatur, tātis suppliciis angustiatur, quātis arctari in ipsis infernalibus pœnis pertimescit, quātis cruciari in camino ignis & sulphuris perhorrescit. Tunc enim nihil quod delectet, aspicit: tunc triste est quod occurrit: tunc lachrymis & doloribus punit, quod cū delectationibus perpetrauit. Tunc qualiter domino Christo placere possit, contendit, & ieiuniis & orationibus vacans soli deo placere desiderat. Qui talis est, petet à domino quicquid voluerit: non dubitet, impetrabit. Nos ergo fratres charissimi mei, quos Christus proprio cruore redemit, ipsum sui sanguinis largitorē, humani generis saluatorem, sine modo, vltra modum, de omni corde, de omni mente, totis viribus, totis medullis cordis diligamus, timeamus, & amemus, & eius discipulatui inhæreamus. valde est enim dulce & delectabile, lætabundū & iocūdum, fieri discipulum Christi. In hoc enim, dominus Iesus ait discipulis suis, clarificatus est pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Nos igitur qui christiani sumus, & H christiani vocamur, in ecclesia Christi tanquā in agro sumus constituti. Alij fructum afferunt, alij in sterilitate persistunt: alij tenues & pauculos fructus faciunt, semper pigri, semper negligentes: pigri ad orationem, tardi ad lectionē, ad vigilias longo somno depressi, ad laborē nimium teneri & delicati: in his nō valde glorificatur pater domini nostri Iesu Christi, quia nec plurimum afferunt fructū, nec discipuli Christi esse probantur. alij dulces fructus producūt in fertilitatis abundantia. Dulces inquam deo, & dulces hominibns. hi clarificant deum, & deus clarificabit eos in die retributionis operum, in die collectionis frugum nouarum, quando venient cum exultatione portantes manipulos suos. Hi sunt mites & humiles, deuoti & obedientes. Ad vigilias vigiles, ad omne opus bonū feruentes, in oratione sublimes, in lectione sacra subtiles, in meditationibus suspirantes, in cōtemplationibus gementes & flentes: seminantes quidē in lachrymis, sed gaudentes & exultantes, quia in gaudiis metent æternis. Alij sunt qui non faciunt fructum, sed frondes tantùm producunt & folia, hi sunt qui speciem sanctitatis habent, sed fructum sanctitatis non habent. Ad horum radicem securis posita est. Vt quid terram occupant? Excidātur, & in ignē mittantur. Infructuosis arboribus dura & amara sentētia datur. Omnis arbor, inquit dominus Iesus, quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Timeant ergo arbores infructuosæ, hypocritæ, dealbata sepultura, tumba sculpta & bene posita. Extirpent quod latet intrinsecus, confiteantur & sanentur. Mutent fortitudinem suam, mutent conscientiam suam, conscientię sanent cauterium, & in via mandatorū dei dirigāt gressum, & faciant fructum, vt per illos pater glorificetur in filio, & Christus in patre, & ipsi clarificentur in patre & filio & spiritu sancto. Felix ille, beatus ille, per quem Deus pater glorificatur, per quē Christus laudatur, & Spiritus sanctus glorificatur. O nimis felix, cuius vita & mores laudes intonāt creatori. O virum beatum, cuius anima suo famulatur creatori. O beata anima, quæ suo pro viribus placere satagit redemptori. Benedicta sit anima illa, cui est tota dilectio Christus, cui nil satisfacere potest præter ipsum, qui pro eius amore occisus est: quæ nil præter Christum diligere nouit, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sāguine suo, & dedit semetipsum redemptionem pro nobis, vt nos per sanguinem suum adoptaret in filios Dei. Per omnia sit benedictus Christus, qui sic dilexit genus humanum, sicut deus pater dilexit eum. ipse enim dicit: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. O chara charitas, ô æterna veritas, ô dulcis æternitas, ô beata felicitas, ô decus angelorum, ô splendor sanctorum, Iesu bone, Iesu sancte, vita immaculata, vita æterna, salus incorrupta, perpetua gloria, totus dulcis, totus amabilis, quomodo nos amasti, quomodo nos dilexisti, qui teipsum in mortem dedisti? Amor tuus nescivit habere modum, & mensuram tua ô Christe charitas tenere non potuit. Sicut K dilexit me pater, inquis, & ego dilexi vos. Vtinam & ego essem quem diligeret dominus meus, vtinam audissem ex ore domini mei: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi te. Quid mihi iam deesse posset, si me diligeret Iesus meus? Meus inquā, & vtinam meus. O felices diuitiæ, O opes beatæ, possidere Iesum, possidere dominum Christum. Illum, mi lector posside per amorem, & sic illum possidebis æternaliter per amoris retributionem. Ipsa veritas ait: Ego diligentem me diligo: & qui me dilexerit diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Quantus fuerit amor quē circa nos Christus moriendo exhibuit, enarrare non sufficit aliquis viuens, lachymæ dicant, quia voces explicare non queunt. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Videamus quomodo eum deus pater dilexerit: & quomodo nos dilexerit ipse. Ait enim apostolus: Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortē, mortē autē crucis: propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et prophetа loquens de eo ad patrem, ait: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi: volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Ecce quomodo dilexit deus pater filium, & ipse non iudicat quenquam, sed L iudicium omne dedit filio suo, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine eius quod dicitur Iesu, omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, id est omnis creatura cœlestis, vt sunt angeli, archāgeli, throni, dominationes, principatus & potestates, virtutes, cherubim & seraphim, & omnis cœlicus ordo: & omnis creatura terrestris: & non solùm homines, sed & bruta animalia audito nomine Christi cōtremiscunt: insuper & omnis infernalis creatura tremit & contremiscit ad tanti nominis inuocationem. Magna est igitur dilectio patris in filium, cum sic eum sublimauerit, cum sic eum exaltauerit, vt omnia subiiciat sub pedibus eius, vt omnia supponat ditioni eius. Vidimus quomodo pater dilexit Christū: nunc superest, vt videamus quomodo nos dilexit Christus. Sed quis inquam valebit explicare, quis vnquam enodare sermone amoris abundantiam, charitatis eminentiam, quā habuit Christus in nobis, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: qui mortem nostram sua morte destruxit, pro nobis eligens mori, vt nos à morte liberaret æterna, & nos illuc attraheret, vbi ipse est in gloria patris? Ait enim: Volo pater vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. Ecce quomodo dilexit nos: pro nobis elegit mori, ne nos morte damnaremur æterna. Resurrexit à mortuis: vt suæ nos resurrectionis tribueret esse participes, M Ascendit in cœlum, vt nos proueheret ad palatia cœli, & sedet ad dexteram patris coronans & locans, lætificans, & collocans illic, quos proprio cruore redemit, quos glutino sibi charitatis asseruit secum in eadem dextera patris. Ipsum igitur Christum sine modo, vltra modum, absque meta, vltra metam, assiduè, continuè, toto corde, tota mente, totis viribus, totis virtutibus diligamus, veneremur & amemus, vt ad ipsum & cum ipso peruenire & regnare valeamus, qui cum patre viuit deus, & cum sancto Flamine, benedictus omni tēpore seculi, Amen.

Sermo XIII.

DE dilectione dei quo plus bibo, plus sitio: & ea saturari non possum, nec ego nec aliquis perfectè diligens Christum. Ipsa quo plus editur, plus famē exauget: & quanto plus ipsa bibitur, plus sitim inducit: ipsam quam inhabitat mentē sic inebriat, vt nil iam quærat vel diligat nec diligere possit nec valeat præter eum, qui sic mundum dilexit, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit & diligit illum, non moriatur, sed viuat cum eo. Ad hanc nos dilectionem auctor ipse inæstimabilis charitatis inuitat: in ea nos manere precatur & rogat. Ait enim: Manete in dilectione mea. ac si apertè dicat, Quia ego ea dilectione qua me pater diligit, vos diligo: eadem dilectione me vos diligere rogo. Et quoniam dilectio vestra me vsque ad mortem perduxit, sed neque mors crudelissima ipsa à vestra charitate me seiunxit, me diligite, & in mea dilectione manete. Sed quaeliter

A liter in eius dilectione manere debeamus, sequitur & dicit: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in mea dilectione: sicut patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Qui habet aures audiendi, audiat: & qui habet cor intelligendi, intelligat. Mensuram nostræ possibilitatis videtur excedere: vires animi & corporis ac nisus supergreditur vniuersos. Præceptum quod nobis dominus imperat, consilium est nostræ salutis, quod ipse auctor nostræ salutis nobis accommodat. Quis vnquam hominum ex apostatica radice primi parentis exortus, potuit vel poterit sine aliquo trāsgressionis næuo, cum omni officio charitatis, incōcussa & immaculata Christi obseruare præcepta, sicut ipse in totum & in partem sui patris seruauit mandata, qui peccatum non fecit, nec vnquam peccare iam potuit, nec peccare iam voluit? Non est in filiis hominum magnus vel paruus tanta prēditus sanctitate, nec tantæ religionis priuilegiatus honore, qui non in peccatis fuerit conceptus, præter matrem immaculati peccatū non facientis, sed peccata mundi tollētis, de qua cum de peccatis agitur, nullam prorsus volo habere quæstionem: vnde non immeritò nullus tantæ sanctitatis fulget prærogatiua, qui in omnibus & per omnia istud, sicut iam valeat obseruare, ita dūtaxat, si fuerit expressiuū quātitatis. Sed notandū est, quòd hoc aduerbium sicut, non hic quantitatis, sed qualitatis simi- B litudinem notat, sicut superius assignauimus vbi dicitur: Mādatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Et est sensus: Si præcepta mea seruaueritis, sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & si manseritis in dilectione mea, sicut ego in dilectione patris mei maneo, id est, si mihi in obseruātia mandatorum meorum vsque ad exitum de habitaculo carnis obedientes fueritis iuxta possibilitatēm vestræ fragilitatis, sicut patri obediēs fui vsque ad mortē crucis, iuxta plenitudinem diuinitatis quæ in me corporaliter habitauit, manebitis in dilectione mea, & ego in dilectione vestra, sicut & ego in dilectione patris, & pater in dilectione mea. Vel possumus dicere quòd hoc aduerbiū Sicut in nobis in hoc loco vim suæ significationis non exercet: sed notat tantùm ibi similitudinem dilectionis & obedientiæ Christi ad deum patrem esse monitoriā nobis, vt Christi præcepta debeamus obseruare, & in eius dilectione manere. Ac si diceret: Ego præcepta patris mei pro vestra salute seruaui, & ideo maneo in eius dilectione. Et vos præcepta mea pro meo amore seruate, & sic manebitis in mea dilectione. Adhuc amantis amor me compellit, charitas nostri dilectoris Iesu Christi domini nostri, sed vtinā dilecti, scilicet istud capitulum repetere. In dilectione mea manere. O Iesu, Iesu resurrectio mortuorū, vita viuentium, salus æterna credentiū, totus dulcis, totus amabilis, totus delectabilis, quærentibus te, diligentibus te, inueniē- C tibus te. Dignare me seruum tuum loqui cum domino, hominem cūm deo, plasma cum plasmatore, facturam cum factore, redemptum cum redēptore. igitur audi me, & ne perturberis propter me. Nam ego sum, licet peccator, qui diligo te. mihi tecū loquendi ausum præbet dilectio tua, attrahit mētem charitas tua, amor instigat. Dixisti apostolis tuis, & per eos dictū intelligimus nobis: Manete in me, & ego in vobis. Obsecro te iocunditas pulchra, dulcedo melliflua, suauitas odoris, odor suauitatis, lætitia summa, gloria sempiterna, vita sanctorum, decus angelorum, saluator mūdi, fili dei viui, Iesu dulcissime, speciosissime, charissime, & amantissime, dic quæso quæ est causa tuæ dilectionis, tuę glutini charitatis, ob quā & te diligere, & in tua dilectione manere nos præcipis. Dic, vt qui non te diligunt, audiant & diligant: & qui te diligunt, magis ac magis in tua dilectione feruescāt. Vox tua dulcis sonet in auribus meis. Dic, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos: & quia dilexi vos, mihi rependite vicē, me diligite, & in mea dilectione manete. Iustum est, æquū est domine Iesu hoc quod dicis, hoc quod imperas nobis. Omnis æquitas dictat, vt dilectus diligentē diligat, & amatus amanti mutuā charitatē impendat. Veruntamen aliā causam tuæ dilectionis inquirimus, qua magis te diligere debeamus. Dic nobis quis es, & quid fecisti nobis, vnde nobis te diligere præcepisti. Dic nobis: Ego sum qui sum. Ego sum Alpha & ω, principium & finis, creans cœlum & terram, aëra & maria, & omnia quæ in eis sunt, factor & creator cunctorum, rex regum, & dominus dominātium. Audiuimus & gauisi sumus, & certi sumus D quoniam tu es deus per omnia secula benedictus. Sed adhuc quod pro nobis fecisti, implorat gemitus nostri, requirunt lachrymæ peccatricis animæ meæ. Illud cum recolo quid feceris mihi, & quid fecerim tibi, viscera mea inter se colliduntur, spiritus contremiscit, anima conturbatur, vulneror & confodior doloribus multis. Nec mirum. Perpēdo quid fecerit seruus domino suo: & quantas & quales luerit dominus pœnas pro seruo. Consci entia mihi testis est domine Iesu, quid fecerim tibi, & crux tua mihi testimoniū perhibet quid tu feceris mihi. Tu deus & ego homo, & tamē pro me tu deus factus es homo. Tu creator & ego creatura, tu pro me dignatus es fieri creatura. Tu dominus, nos serui, & pro seruis dignatus es fieri seruus, peregrinus pro peregrinis, pro exulibus exul, pro pauperibus pauper, pro humilibus humilis, pro mortalibus non tantum mortalis, sed mortuus. Nō qualicunq; morte, sed dura nimis, amara nimis & turpissima, morte scilicet crucis. Hęc opera tua deus. Hęc opera consīdero & contremisco: in his te misericordē esse cognosco & reuiuisco, & propter hoc in te confido: de te cōfido, te amo, te diligo, te totis visceribus cōcupisco. Hæc opera fratres mei sunt causa dilectionis Christi: vnusquisq; vestrum videat si dominū Iesum diligere debeat. Quid pro nobis facere debuit, & nō fecit? Quomodo nos plꝰ amare potuit, & non amauit? Maiorē in nobis dilectionē non potuit habere quàm habuit: quia animā suam in mortem pro nobis posuit. Ipsa beata veritas testis est q̄ maiorem charita- E tem nemo habet, quàm vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Non ergo nobis vilescat fratres mei ipsa dilectio Christi qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: non vobis vilescat fratres mei, nō vobis amarescat ipse amor Christi, ipsa charitas Christi. Amor Christi totus dulcis, totus delectabilis: suum possessōrē non cruciat, sed delectat: non eneruat, sed roborat: cūcta terrena subsannat, sola cœlestia captat. Christi mādata requirit, & ea pro viribus obseruare cōtēdit, & de obseruatione præceptorum gressu felici prouehitur ad perceptionē gaudiorum, vt cum illo iam perfectè gaudeat, pro cuius desiderio in hac valle lachrymarum positus, tam amarè feliciter suspirabat. Vnde rectè sequitur: Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur, ac si diceret: Ideo præcipio vobis, & moneo vos mea obseruare præcepta, & manere in dilectione mea, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Omnis enim qui Christum de intima cordis medulla, purè & illibatè, & incon- F cussē intra sinum charitatis brachiis amoris complectitur & connectit, totum eius gaudiū reputabit in suum. Imò amplius gaudet de gaudio quod Christus accepit à patre resurgendo, ad cœlos ascendendo, in dextera eius sedendo, quàm de illo gaudio quod in die iudicij est percepturus à Christo. Igitur fratres charissimi maneat in vobis gaudium Christi, siue sit actiuum, siue passiuum, siue sit diligentis, siue dilecti, id est, siue sit gaudium quo Christus gaudet de nobis, siue sit gaudium quo nos gaudemus de Christo. Christi obseruemus præcepta, vt ipse gaudere possit de nobis, & nos de ipso gaudere possimus. Maneat in nobis gaudium beatitudinis eius, non solùm qua beat vel beatificat de seipso gaudentes, sed etiam qua glorificatus est à patre, vt nos cum illo in æternitate mereamur regnare, per eundem dominum Iesum Christum, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus benedictus per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XIIII.

CVM de redemptore nostro lingua nostra silere non debeat, & ne citò sit adfuturum de ipso tacentibus: nimis nostrum interesse considero, si diem & diem de ipso loquendo non perfunctoriè terminemus, & econtrario diræ damnationis nos subire sententiam, si vanis verbis nostram manumiserimus linguam. Igitur vana verba & non sonantia Christum, nec religionis tenentia pondus, in omni loco æterna clausura damnantes, ad dulcia eloquia à verbo patris eru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gctata, cithara noſtra ſuas chordas extendat, & plectrum mentis lingua vocis magiſtra tuba inſonet ſaluatori, quæ de ore melliſluo Chriſti profluxere dulcia eloquia vitæ. Sed vtinam quod vobis proponitur, nulla vtilitatis vel contemptus offuſcaret obductio, ſed arctius charitate obnexum, careſceret vobis ſuper lapidem precioſum, & dulcius ſaperet in veſtri cordis palato ſuper omnia mella, & ſuper quemlibet fauum. Ipſe auctor dulcedinis cui omnia optata ſuccedunt, cuius voluntati cuncta obediunt, qui etiam ea poteſt quæ impoſſibilia videntur eſſe, ſic dulceſcat in cordibus veſtris, vt vos de eo ſemper audire delectet, & me interius ſapientiam quæ de ipſo eſt, doceat: & per lanceæ oris mei vulneret & cõfodiat hoſtem generis humani, qui pro viribus elaborat, vt ipſa nobis verba Chriſti auditu vileſcãt, & mihi & aliis prædicata & docta, ſententiã damnationis impendant. Adiuuet nos ſæpe & protegat & defendat ab illo Ieſus, qui dilexit & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, nos inſtruens verbo, & informans exemplo, ſtatuens edictũ, ſanciens præceptum, edictum dulce, præceptum vitæ, edictum amoris, præceptũ charitatis, ſtatues & adimplens, percipiens & perficiens, in ſe inquam & in nobis. Hoc eſt illud præceptũ quod Ieſus præcepit, quod ſtatuit diſcipulis ſuis, præceptum ſcilicet charitatis, præceptũ dilectionis, quod incipit ſic, ſic habet: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem ſicut dilexi H vos. Dulcis & ſuauis dominus, dulce & ſuaue mandatũ proponit. Dulce & ſuaue illud eſſe videtur, quod præcipit dilectio, & allicit amor. Nam nulla ibi apparet difficultas, vbi eſt charitas: nullus ibi labor eſt, vbi verus amor eſt. Cũcti amori libenter obediũt, & eius iugo colla ſummittũt: peruerſi peruerſo, lubrici lubrico, ſancti ſancto, caſti caſto, quilibet in deſiderio ſuo. Ideo dominus dat præceptum amoris, præceptũ dilectionis, vt ſuo præcepto omnes obediant, & ceruicem ſuperbiæ ſuæ ſub iugo ſuæ humilitatis edomare feſtinent. Igitur fratres mei tanquam boni diſcipuli Chriſti ad audiendũ eſtote parati, & præceptum Chriſti quod euangelica vobis intonat tuba, libenter accipite, & efficaciter in omnibus & per omnia adimplete, vt ad illum poſſitis per amoré redire, à quo per tumorem ſuperbiæ receſſiſtis. Nunc intendat charitas veſtra quid vobis præcipiat charitas vera, charitas inexquiſita, charitas inaudita, charitas pia, charitas bona, charitas tota dulcis, tota delectabilis, charitas ſpõſus ſpecioſus, decorus, candidus, rubicundus, electus ex milibus, Chriſtus futuri ſeculi iudex, princeps pacis & dominus vitæ. Ait dominus Ieſus per omnia tempora benedictus: Hoc eſt præceptum meũ, I vt digilatis inuicem, ſicut dilexi vos. Leue præceptum, ſuaue præceptum, & dulce præceptũ. Ad portandum leue, ad amplectendum ſuaue, ad tenendum dulce & delectabile. Quid leuius, quid ſuauius, quidve dulcius, q̃ diligere? Hoc poteſt omnis homo, ſanus & eger, diues & pauper, ſtultus & ſapiẽs, nobilis & ignobilis, ſeruus & liber: nemo ſe excuſet, nemo ſe in hac parte apologizet. Cuilibet homini eſt poſſibilitas iſta communis, amare videlicet. Sequitur igitur ex præcepto dominico, vt nos inuicem diligere debeamus. Sed quoniam multi ſe diligunt nõ ea dilectione quę charitas eſt ſed ea quæ in dominũ eſt blaſphema, vt ea quæ fit pro pelle ad pellem, quæ concipit dolorem, & parit iniquitatem, vt cæca libido, proſtibuloſa cupido, quæ aculeum ſuum ſic ad impetiginem calcaribus malitiæ & nequitiæ ire compellit, vt barathrũ inferni in quo eſt, præuidere & vitare non poſſit, adiunctum eſt, ſicut dilexi vos. Quomodo Chriſtus nos dilexit, prout *Sicut dilexi vos.* ipſe dedit, ſupra ſcriptũ reliquimus. Sed vt teipſum ad iſtud cognoſcendum reducã ad teipſum: nouerit dilectio tua, ſancta religio tua, quòd caro Chriſti & ſanguis qui in altari à fidelibus ſumitur & immolatur, tibi teſtimoniũ perhibet quomodo nos dilexerit Chriſtus. Ideo noſcat dilectio tua, quòd vtilitati proximorum vtilitas propria quãdoque eſt poſtponenda. Sed ſi aliam dilectionem Chriſti adhuc ſanctitas tua requirit, eam in bonis temporalibus tibi ab ipſo collatis poteris inuenire. Vnde notandum eſt duas eſſe Chriſti dilectiones, vnam temporalem, aliam ſpiritualem: vnam communẽ, aliam ſpecialem. Primã ſcilicet temporalem cõmuniter iuſtis & impiis pietas creatoris adhibuit: ſpiritualem vel ſpecialem piè & iuſtè viuentibus tantum attribuit. Hęc ſcilicet ſpecialis bifariam ſpargitur. Alia eſt de collatione virtutum, alia K de retributione meritorum: alia eſt qua nos virtutibus contra tela hoſtis nequiſſimi roborat, alia qua nos de noſtro tyranno legitimè triumphãtes gloria perpetua ditat. Has duas dilectiones nobis ipſa pia Chriſti dilectio dedit, qua dilexit nos, & lauit ab omni inquinamento carnis & ſpiritus in ſanguine ſuo. Sicut igitur nos Chriſtus duplici amore dilexit, ita nos bina charitate flagrare præcepit, dilectione ſui, & dilectione proximi. Si charitatem deo & hominibus corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta exhibemus, facilè peccato reſiſtimus, bonis omnibus abũdamus, ſeculi blãdimenta reiicimus, & omnia etiam quæ difficillia ſunt humanæ fragilitati vel aſpera, etiam cum dilectione perficimus, ſi tamen deũ perfecta charitate, quæ nobis ab illo eſt, ex toto corde & ex tota anima diligamus. Hũc ſi ex toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati deſideriis ſeruiamus. Et quid eſt *Dilectio dei.* deum diligere? Illi ſoli occupari, animo concipere fruendæ viſionis eius affectum, habere peccati odium, mundi faſtidiũ. *Proximi.* Diligere proximum quem in ſe cenſuit diligẽdum, in ipſo amore ſeruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem conſtitutum. Ordiné dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi cuſtodiunt, qui aut mundum qui contemnendus eſt, diligunt: aut corpora ſua minus diligenda plus diligunt, aut proximos ſuos non ſicut ſeipſos, aut deum pluſ- L quam ſeipſos fortè non diligunt. Corpus noſtrum à nobis eſt diligendum, vt ſaluti eius aut fragilitati naturaliter conſulamus: vt ſpiritui ordinatè ſeruiat, ſuis motibus animæ & rationi in nullo contradicat, vt in die reſurrectionis gloria felici perenniter cum domino viuat.

Sermo XV.

PRoximos noſtros tunc diligimus ſicut nos, ſi non prõpter aliquas vtilitates noſtras, vel ſperanda beneficia vel accepta, vel propter affinitates vel conſanguinitates, ſed propter hoc tantùm quòd ſunt noſtræ naturæ participes, diligamus: Proinde ſecundum hoc nos omnes proximos diligamus, quantum ad mores bonos & ad vitam æternam cõſequendam, eorum ſaluti ſicut & noſtrę pro poſſe conſulendo, & eorum neceſſitatibus prout facultas ſuppetit, ſubueniendo. Deum ex toto corde diligimus, ſi illi ſoli ſecundum noſtrum poſſe placere contendimus, ſi ipſe ſolus eſt deſiderium noſtrum ſpes noſtra, intẽtio noſtra, totus amor noſter, tota charitas noſtra. Alioquin illum non perfectè diligimus, nec charitatem tenemus: & qui charitatẽ non habet, iam nõ eſt eius, nec illum habebit in præmium ſui laboris, qui in hac ærumnoſa ſolitudine rectam ſemitam nõ tenuerit charitatis. Hæc eſt inquam ſemita charitatis, non ſolùm diligentem diligere: ſed etiam obedientem nõ minus quàm ſeipſum, ſed ſi- M cut ſeipſum. Stricta & anguſta eſt ſemita iſta: & pauci vadũt per eam. illi ſoli vadunt per eam, qui propter Chriſtũ ſeipſos deſpiciunt, & quibus cuncta prẽter ipſum Chriſtũ vileſcunt. Iſti ſi aliquas diabolicas ſentes, viatores charitatis occultare volentes inuenerint, tanquam cerui agiliter fortitérque currentes, amore cœleſtis patriæ ducti, vltrà dant ſaltũ, & ipſum diabolum fraternum odium ſuggerentem deducunt ad nihilum: & ipſos motus animi, cum ex allata ſibi iniuria quodãmodo pertũrbati fuerint, in fratrem conticiantem inſanire cupientes, camo charitatis conſtringunt, & alliduntad Chriſtum. Tales profectò animam ſuam ponunt, quia amicis & inimicis ſe per charitatem proſternunt: vt omnes homines lucrifaciant Chriſto. Qui ſic agit, & Chriſti præceptis obedit, & ei mutuam charitatem impẽdit: iſte in veritate amicus eſt Chriſti: & quia propter ipſum Chriſtum ſeipſum odit, & ſuper omnia illum diligit, & propter ipſum odientia cuncta charitate complectitur, gaudeat qui talis eſt. Qui talis eſt, vere monachus eſt: & qui talis nõ eſt, licet ſit cucullo ſus, licet ſit pannoſus, ſiue abraſus, ſiue tõſuratus habeat quicquid vis, ſit quicquid vis, eſt imago vel pictura monachi, & nõ eſt monachus. Ad verecundiam phreneticorum dico. Sunt quidam in monaſtetio morbo phrenetico laborantes, ad iram prompti, ad iracundiã præparati, ad odium feſtini: qui pruriginem cordis per ſcalpedinem linguæ trahunt ad ſcabiem cutis, mẽte corrupti, vagi & inſtabiles, circumoculiones, fuſurrones, gulóſi, murmuróſi, inuidi, tumidi & elati, deo de bonis collatis

A tis ingrati, Adæ præuaricantis pellicia veſtiti, illius veſtimento ſalutis nudati qui ſecundum deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Iſti pelliculam veterẽ retinent, & fronte polita aſtutam rabido portant ſub pectore vulpem. Talium frõs erubeſcat, cõfundatur & erubeſcat nimis velociter. Cõfiteantur & ſanentur, mutent animum, dirigãt greſſum in ſemitis æternitatis, in viis caſtiſſimi amoris, per glorioſiſſimam viam charitatis, fratribus mutuam charitatẽ impendant, deũ ſuper omnia diligant, pro illius amore animam ſuam ponãt, in omnibus & per omnia eius præceptis obediant: vt Chriſti amici mereantur vocari & eſſe, qui dicit, Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. O magna dignatio, ineſtimabilis charitatis exuberatio, inolita bonitas, nõ interpretabilis pietas! Ab eius cõditione, qui ſerui ſimus, inuenimur indigni: & tamen nos dignatur habere & vocare amicos. Largitor dulcedinis, amator charitatis, imò charitas cara, & beata iocũditas, & iocunda trãquillitas, & ſecura ſecuritas, & felix æternitas, & æterna felicitas, dominus Ieſus totus deſiderabilis, totus amabilis, theſaurus incõparabilis, margarita ineſtimabilis, vita viuentium, ſpes morientium, æterna eorum felicitas qui pro illius amore ſe in hoc ſeculo infelices fecere. O quàm felix eſt ille qui pro illius dilectione fecit ſe infelicẽ! Et quàm beatus eſt ille qui propter ipſum, ſemetipſum miſerum fecit! Verè ille eſt felix, & æterna felicitate dignus, qui ſeipſum deſpicit, ſeipſum contemnit: qui diſplicet ſibi vt in B veritate placeat ſuo creatori. Noſcat ſuperbus omnis, vniuerſus elatus, in Galgalis vitiorum fœdatus, ſcabioſus in pelle luxurioſa, fœdatus in cõſcientia praua, ſibi placens, ſeipſum ſupra ſemetipſum conſtituens, quòd iam non placebit ſuo creatori, ſi propter errorem ſuum primùm non diſplicuerit ipſe ſibi. Nobis igitur diſpliceat fratres mei quòd mali fuimus, & adhuc forſitan ſumus: & placeat nobis quod nondum perfecti ſumus, ſed dante domino Ieſu Chriſto, & vtinam noſtro, perfecti erimus ipſius mandata ſeruantes, & ex inimicis eius amici efficiemur, qui diſcipulis ſuis dixit: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Adhuc te alloquor monache Benedicti. O homo, velox es ad menſam, tardus ad eccleſiam: potens ad potandum, ſed æger ad cantandum: peruigil ad fabulas, ſomnolentus ad vigilias: procax ad loquendum, ſed mutus ad pſallendum: promptus ad iram & detractionem, tardus ad orationẽ: inuidiæ amator, Chriſti perſecutor: feſtucam reſpiciens, trabem non conſiderans: cæteros reprehendis, teipſum non corripis: malitiæ inuentor, diſciplinæ deſtructor: amicus vitiorum, hoſtis virtutum. Hæc ſunt quæ oculum excęcãt, & à deo ſeparant. Hęc ſunt quæ conuerſum faciunt peruerſum: monachum dæmoniacum. Cum de profundo cordis, quod rarum eſt, ſed valde C mea mihi ab ipſo collata conſidero, totus in veritate fateor mihi diſpliceo, & intra meipſum de memetipſo confundor. Confundor & confunderer, imò prorſus vtique, deſperarem, niſi verbum quod caro factum eſt & habitauit in nobis, & aſcendens in cœlum ſedet ad dexteram patris, propitiatio eſſet pro peccatis noſtris. Sed mihi in ipſo barathro confuſionis meæ infirmo iacenti, & vitiorum febre laboranti, de ſua ſede regali manum medicinalem extendit, dicens: Veni ad me qui laboras in labore peccatorum, & es oneratus pondere eorum, & ego te reficiam tibi parcendo, & mei amoris gratiam largiẽdo. Nam amicus meus eris, ſi feceris ea quæ ego fieri tibi mandaui. Quid? ad hæc non confunderis? Nam quod mihi, hoc & tibi. Confundantur inimici Chriſti, conuertantur, & erubeſcant valde citò, & erunt amici Chriſti. Amici illius ſumus, ſi illum ex toto corde diligimus. Non es amicus eius, ſi eum ex omni parte non diligis. Si ex vna parte fueris caſtus, & ex alia ſuperbus: meminiſſe debes, quia ſuperbis deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Neceſſe eſt igitur vt eũ ex omni parte diligas, neceſſe eſt vt ex toto corde illi adhæreas: nam adhærere illi bonum eſt, ſecurũ eſt. Quid eſt ei adhærere? Spem ſuam in eo ponere, nihil præter ipſum amare, imò cuncta propter ipſum deſpicere, omnia odiſſe, vniuerſa faſtidire, quælibet tranſitoria nihili ducere. Hoc eſt bonum, hoc eſt iocundum, ſic diligere dominũ Ieſum Chriſtum. Qui igitur ſic eſt, eius amicus eſt. Conſideremus igitur D fratres mei, quanta eſt miſericordia redemptoris noſtri. Ab ipſo reputari ſerui non ſumus digni: & eius amici vocamur & ſumus, ſi in eius dilectione manebimus. Nunc ergo domini noſtri veri amici, creatoris omnium, factoris omnium mandata ſeruemus: vt non ſolùm in numero amicorum, ſed & in ſorte filiorum reputari & eſſe mereamur, abnegãdo noſmetipſos propter ipſum qui ſeipſum exinaniuit, & pro noſtra ſalute formam ſerui ſuſcepit, in qua ſoluit quæ non rapuit, qui flagellari & mactari, crucifigi & occidi pro nobis voluit. Hoc eſt vnde debet diligi Chriſtus: hoc eſt vnde noſter erit dominus Ieſus, ſi propter ipſum noſmetipſos abnegauerimus. Felix abnegatio & beatus contemptus, qui facit de peccatore iuſtum: de inimico amicum: de ſeruo filium: imò quod magnum eſt nimis, de ſeruo diaboli filium dei. Igitur monache Chriſti, contemptor mundi, eſto contemptor tui: contemne mundum, contemne teipſum. Nimis eſt magnum quod debetur tuo contemptui, quod debetur tuæ abnegationi. Ineſtimabilis eſt multitudo dulcedinis, multitudo felicitatis, glorioſæ æternitatis, quam daturus eſt Chriſtus, ſcilicet ſeipſum diligentibus ſe. Nihil carius, nihil dulcius, nihil precioſius, nihil ſpecioſius Chriſto. Ipſe ſalus ſine languore: vita ſine morte: gaudium ſine mœrore: decus ſine fuſcatione: dulcedo ſine amaritudine. Tale præmium debetur abnegãtibus ſe propter illum. Hoc præmium, ſcilicet ſeipſum nobis concedat ipſe E Chriſtus, qui ſine fine viuit & regnat deus benedictus, in ſecula ſeculorum, Amen.

In aduentu domini de undecim oneribus. Sermo.

EMpus eſt fratres chariſſimi, vt miſericordiam & iudicium cantemus domino. Aduentus quippe domini eſt, illius qui venit & qui venturus eſt omnipotens. Sed quomodo venturus eſt: vel venit? Nempe vox eius eſt: Cœlum & terram ego impleo. Quomodo ergo ad cœlum venit vel ad terram, qui cœlum & terram implet? Audi euangelium: In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit. Ergo & præſens erat, & abſens eſt. Præſens, quia in mundo erat: abſens, quia mundus eum non cognouit. Non eſt longè ab vnoquoque noſtrum, ait Paulus. In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus: & tamen longè à peccatoribus ſalus. Propè itaq; per eſſentiam, longe per gratiam à peccatoribus ſalus: quos nec reuocabat errantes, nec erigebat iacentes, nec redimebat captiuos, nec mortuos ſuſcitabat. Longè inquam, quando nec iuſtis cœleſtem mercedem, nec impiis manifeſto iudicio æternam inferebat damnationem. Venit proinde vt F agnoſceretur, qui non agnoſcebatur: crederetur, qui non credebatur: timeretur, qui non timebatur: amaretur, qui non amabatur. Sic qui præſens erat eſſentialiter, venit miſericorditer, vt agnoſceretur humanitas eius: crederetur diuinitas eius: timeretur poteſtas eius: amaretur benignitas eius. Apparuit autem humanitas eius in noſtræ infirmitatis ſuſceptione: diuinitas in miraculorum exhibitione: in dæmoniorum oppreſſione poteſtas: in peccatorum ſuſceptione benignitas. Humanitatis namque fuit quòd eſuriit: diuinitatis quòd de quinque panibus quinque milia hominum ſatiauit. Humanitatis fuit quòd mortem ſuſtinuit: diuinitatis quòd mortuos ſuſcitauit. Item poteſtatis fuit, quòd Phariſæos de templo eiecit: benignitatis, quòd in conuiuium publicanos & peccatores ſuſcepit. Poteſtatis fuit, quòd dæmones terruit: benignitatis, quòd adulteram abſoluit. Poſtremò poteſtatis fuit, quòd volentes eum capere proſtrauit: benignitatis quòd abciſſam ſui perſequutoris auriculam loco ſimul & ſenitati reſtituit. Et hæc omnia cum ad primum aduentum pertineant, miſericordiæ dicimus aſcribenda. Conſiderate ergo quid ſit deus, & videte quid ſit quòd depoſuerit tantam maieſtatem: quòd exinaniuerit tantam poteſtatem: quòd infirmauerit tantam virtutem: quòd tantam altitudinem humiliauerit: quòd tantam ſapientiam infatuauerit. Nunquid hominis iuſtitia? Abſit. Omnes enim declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonũ. Quid ergo? Num aliqua eius ege-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stas? Minimè, Eius enim est orbis terræ, & plenitudo eius. An
Psal.23.a fortè nosti in aliquo eguit? Nequaquam, deus quippe meus
Psal.15. est, & bonorum meorum non eget. Quid ergo? verè domine
non mea iustitia, sed tua misericordia: nó tua egestas, sed mea
Psal.89.a necessitas. Dixisti enim: Misericordia ædificabitur in cœlis.
Ita planè miseria abundauit in terris: Ideo in primo aduentu
tuo misericordiam cantabo tibi domine. Misericordiæ nanq;
fuit, quòd infirmitates nostras factus homo suscepit: miseri-
cordiæ, quòd fidem diuinitatis suæ miraculis confirmauit.
Misericordiæ nihilo minus, quòd dæmonũ nobis calliditates
detexit, & euacuauit virtutẽ: misericordiæ, quòd meretricis
attactum non respuit, sed deuotionem approbauit. Itaque
quod se exhibuit in humanitate humilem, in miraculis potẽ-
tem, in dæmonũ oppressione fortẽ, in peccatorũ susceptione
Psa.100.a mitem: totum hoc ex misericordiæ fonte processit, totum ex
Psal.118.b pietatis visceribus emanauit. Et ideo in hoc primo aduentu
tuo misericordiam cantabo tibi domine. Et meritò: quia mi-
sericordia tua plena est terra. Ecce oleũ, ad cuius præsentiam
iugum nostræ captiuitatis cõputruit, sicut ait Esaias sanctus:
Esa.10.f. In illa die auferetur onus eius de humero tuo, & iugũ de col-
lo tuo, & cõputrescet iugum à facie olei. Quæ ista dies, quod
onus istud, quod iugum? Audi quod idem Propheta præmit-
tit: Suscitabit super eum dominus (scilicet regẽ Assyriorum)
flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb: & virgã eius
H super mare, & leuabit eam in via Ægypti. Flagellato itaque
Iob.41.d & percusso diabolo, qui est rex super omnes filios superbiæ,
leuauit dominus virgam suam super mare, & leuauit eam in
via Ægypti. Mare, seculũ: virga, crux: via Ægypti, via illa lata
& spacioſa quæ ducit ad mortem. Gratias tibi domine Iesu,
qui exaltasti virgã tuam super mare, prosternens cruci tuæ
superbiam seculi: & subiiciens ei principatus & potestates.
Verè domine crux tua premit fluctus seculi: sedat tẽpestates
per sequutionum, & tentationum procellas mitigat. Leuasti
etiã eam in via Ægypti: vt obstructa via illa lata quę ducit ad
mortem, illam arctam & angustam ostenderes quæ ducit ad
vitam. An nescitis? An non sentitis? An non experimini? Fer-
uet in carne æstus concupiscentiæ, aliquando in mente ira
desæuit indignationis, & amaritudinis verba prorumpunt,
Ex collatione. & ad instar maris quod vehementer agitat ventus, omnia in-
teriora hominis cõturbantur: sed leuate super hoc mare cru-
cem suam Iesu, sedantur omnia, omnia conquiescunt. Præter-
ea fratres charissimi, quis vos in hãc viam & angustam semi-
tam salutis induxit, nisi dominicæ crucis & passionis exem-
plum, quam leuauit dominus in viam Ægypti? Meritò hac
die, id est tempore gratię, tempore misericordiæ, tẽpore quo
crux leuatur, quo Christo subditur mundus, quo princeps
mũdi huius eiicitur foras: hac inquam die, hoc tempore aufe-
retur onus de humero tuo. Quod onus? Legimus in scripturis
I multa onerũ genera. Nam sanctus Esaias vndecim nobis one
ra prophetico sermone describit. 1, Onus Babylonis. 2, On-
us Philistiim. 3, Onus Moab. 4. Onus Damasci. 5. Onus de-
serti maris. 6. Onus AEgypti. 7. Onus Duma. 8. Onus in A-
rabia. 9. Onus vallis visionis. 10. Onus Tyri. 11. Onus iumen-
torum Austri. Et quid est onus, nisi pondus quoddam depri-
mens animam, & ad terram inclinans: faciens eã ad inferiora
respicere, & negligere superiora? Tale nobis onus aliquando
ex mundi prouenit delectatione, & hoc onus Babylonis. Ali-
quando ex immundorum spirituum immissione: & hoc onus
Philistiim. Aliquãdo ex naturali quadam & ineuitabili neces-
sitate, & hoc onus Moab. Aliquando ex tenebris ignorantiæ,
& hoc onus AEgypti. Aliquando ex innata nobis infirmita-
te & hoc onus Damasci. Aliquando ex malorum persecutio-
ne, & hoc onus deserti maris. Aliquando ex occulta animi ve-
xatione, & hoc onus Duma. Aliquando ex timore mortis, &
hoc onus in Arabia. Aliquando ex vanitate quando profici-
mus, & hoc onus vallis visionis, Aliquando ex angustia pro
his quæ toleramus, & hoc onus Tyri. Aliquando ex charita-
te, quando aliis prodesse desideramus, & hoc onus iumento-
rum austri.

De onere Babylonis Sermo primus.

Esa.13. מַשָּׂא בָּבֶל Primum itaque onus Babylonis est: quod necesse est vt au-
feratur ab humeris nostris. Babylon significat mundũ, cuius
amor cupiditas est: onus itaque graue multos premens, & ad
inferiora incuruans. Tripliciter autẽ miseros onerat, labore, K
timore, dolore. Cum labore peruenit homo ad hoc quod cu
pit, cum timore possidet, cum dolore amittit. Eia fratres,
quis regum non cum labore acquirit quod cupit? Quis regũ
ita securus, vt nullum timeat? Quis non cum dolore aliquid
amittit? Sed retorqueamus ad nos parabolã istam. Nullúsne
nostrũ sub huius oneris pondere suspirat? Nullæne in nobis
mundanæ delectationes resederunt? Quid quòd qui sua reli-
querunt, aliena quærere nó formidant, pro quibus, laboribus
fatigãtur: cruciantur doloribus: timoribus conteruntur? Nũ-
quid vel ille ab hoc onere liber est, qui cum nihil vel parũ in
monasterium attulerit, tamen vt aliis det, quicquid potest, de
monasterio auferre non desinit: qui importunè petit: qui ira-
scitur si non accipit: dolet si corripitur: sæuit si proclamatur?
Quid illi, qui tãto parentum stringũtur affectu, vt religionis
dispendium, maximósque labores pro eis subire nó dubitẽt,
& ob hoc etiam dies vacuos & noctes ducũt insomnes? Quid
de illis dicam qui honores ambiunt? quid oneris nó sustinẽt?
Nunc adulantur, nunc detrahunt, nunc pro aliorum promo-
tione insaniunt: nunc frustrati spe sua, in ipsos etiam patres
suos maledictis insurgunt. Itaque fratres, omnes hi confor-
mantur huic seculo, vnde & nomine Babylonis censentur:
illo pœnarum onere, quod Propheta super Babylonem de-
scribit, miserabiliter opprimendi. L

De onere Philistiim sermo secundus. *Cap.14.*

sub finem. פְּלֶשֶׁת Sequitur onus Philistiim, qui interpretantur cadentes po-
tione, illos significans qui superbia inebriati ceciderunt de
habitatione cœlesti: Isti miseros onerant nunc tentatione,
vulgò Palestina. nunc afflictione. Hi AEgyptios onerabant plagis multis &
magnis: sicut habes in Psalmo: Misit in eos iram indignatio-
nis suæ, indignationem & iram & tribulationem: immissio-
nes per angelos malos. Hi cor Iudæ onerauerunt auaritia, &
cor pharisæorum inuidia, & cor Pilati stultitia. Hi cor fide-
lium multis tentationibus onerant: insultantes animæ con-
sentienti, & dicentes: Incuruare vt transeamus.

De onere Moab sermo tertius *Cap.15.*

מוֹאָב *de patre.* Additur onus Moab: qui interpretatur de patre. Naturalẽ
illam exprimit necessitatem quam pater generatione transfundit in filium: sicut est ineuitabilis manducandi, bibendi,
dormiendique necessitas, & cætera quæ ad necessariam per-
tinent corporis curam. Quale hoc onus fratres chrissimi, quo
cogimur post solis splendorẽ, ad carnis huius curam quasi ad
fœtidũ cadauer redire, & post spirituales cibos mentis, pro-
curare onéra ventris? Quale hoc onus quod quotidianum à
nobis miseræ seruitutis tributum exigit: & quę hodie imple-
uimus, euacuatum crastino vẽtrem reimplere cõpellit? Quid
dicam, quantarum sollicitudinum ac curarum onus miseris
mortalibus necessitas ista imponit: adeò vt quorundam ho- M
minum deus venter sit, pro cuius nõ dicam delectatione, sed
onere, ipsam iustitiam & diuinam doctrinã venalem habent?
Huiusmodi, vt ait Apostolus, domino Iesu Christo non ser-
uiunt, sed suo ventri. Quid præterea oneris in ipsa ciborum
distinctione sustinentes, hos desiderantes, illos reiicientes:
cum alij ventrẽ torqueant, alij caput grauent, alij pectus op-
pilent, alij cor corruptis humoribus premant? Verùm de illis
quid dicam, quos ista necessitas nũc murmurare, nunc detra-
here, nũc insuper litigare cõpellit? Cõtristatur, si cibus vilior
sit: si potus minus sapidus apponatur: si præparetur tardius, si
negligentius accuretur. Fratres qui huiusmodi sunt, secundũ
carnalem generationẽ viuentes, Moab dici possunt, pondere
penè quod in onere Moab propheta cõmemorat, damnãdi.

De morte Damasci. Sermo quintus. *Cap.17.*

דַּמֶּשֶׂק Iam de onere Damasci prophetia subiungitur. Damascus
interpretatur fundẽs sanguinem, illam nobis innatam expri-
mens corruptionem, quæ quodammodo nolentes & inuitos
trahit ad peccatum. Ipsa est lex in membris nostris repugnãs
legi mentis nostræ: & captiuos nos ducens in legem peccati
quæ est in membris nostris. Omnis sensus vitalis in corpore,
ex sanguine est: vitalis autem sensus in anima ex ratione est. *λόγικὸν. physicum.*
Et scitis, naturalis motus peccati quomodo nonnunquam in
quandam delectectationis pœnam, ipsam rationem absor-
beat: & totam animam, vt ita dicam, reddat exanguem. Sed
quidam sentiunt, sed non consentiunt: impugnantur, sed non
expu-

A expugnantur, onerantur, sed non prosternuntur. Hi onus
quidem sustinent à Damasco: sed Damascus non sunt. At ille
qui consentit & prębet arma iniquitatis peccato, & profecto
Damascenus est, proprium sanguinẽ fundens, & suis se mani-
bus interficiens. Hic proculdubio pondere pœnæ quod in o-
nere Damasci describitur, se nouerit opprimendum.

De onere AEgypti. Sermo quintus.

Cap.19. Additur onus AEgypti. AEgyptus interpretatur tenebræ.
Aegyptus מִצְרַיִם Sunt autem tenebrę ignorãtię: sunt & iniquitatis. Eia fratres,
à filio Chã non est leue hoc onus, quod de ignorantiæ nostræ cæcitate
portamus, nescientes in multis quid expediat, quid laude-
mus, quid improbemus: ita vt sæpe dicamus malum bonum,
& bonum malum. Sed & quid oremus sicut oportet nesci-
mus, & in luce scripturarum sicut in nocte incedimus. Qui
ergo huiusmodi sunt, ab AEgypto onerantur, sed cum AEgy-
pto nõ onerantur, cum illis scilicet qui AEgyptus sunt & te-
nebræ, filij tenebrarum, de quibus dominus in euangelio:
Omnis qui malè agit, odit lucem. Et Apostolus: Qui dor-
miunt, inquit, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij
sunt. Hi nimirum eo pondere pœnæ punientur, quo AEgy-
ptum propheta docet esse puniendam.

De onere deserti maris. Sermo sextus.

Cap.21. מִדְבַּר Subiungitur onus deserti maris. Mare desertum multitudo
deserti mare. reproborũ, qui derelicti à deo, & à sanctorum numero sepa-
rati, suo pondere & persequutione sanctã premũt ecclesiam,
ipsi pœnarum pondere quæ in hoc onere à propheta notan-
B tur, postmodum puniendi. Præterea mare sunt illi, qui diuer-
sis passionũ ac vitiorũ tumultibus quatiuntur. Qui semper in
motu sunt, sempérque vagi nunquam stabiles, nunquam in
eodem statu permanentes: nunc superbia intumescunt, nunc
ira feruescunt, nunc tristes, nunc leues, nunc pressi silentio,
nunc risu dissoluti transgrediuntur præcepta seniorum, & fra-
trum pacem turbant. Quandiu tamen timent, quandiu do-
lent, quandiu admittunt correptionem, nec fugiunt satisfa-
ctionem, desertum mare non sunt. At si venientes in profun-
dum malorum, contemnunt: si correpti reclamauerint, ni-
hil honestum, nihil quietum, nihil insuper ordinatum respõ-
derint, sed tumidi, sed inflati etiam in ipsum à quo corripiũ-
tur, verbis indignationis insurrexerint, ita vt necesse sit relin-
quere eos sibi: desertum mare non dubites eos nominare. Væ
Psal.80.c illis qui à deo derelicti & hominibus, dimittuntur secundum
Ezech.16. desideria cordis eorũ: vt eãt in adinuentionibus suis. Quibus
etiam dominus per prophetam, Auferã zelũ meum à vobis:
& vltra non iraſcar. Scitis fratres charissimi q̃ graue onus in
Psal.128. humeros sanctorũ imponunt qui tales sunt. Sub hoc onere
Viri sanguinum. propheta gemebat qui dicebat: Supra dorsum meũ fabrica-
uerunt peccatores. Verè supra dorsum nostrum fabricant,
qui huiusmodi sunt quotidianis suis † exhortationibus nos
C onerantes: qui addunt peccata peccatis, contemptum iun-
gunt contemptui, contumelioſi, elati, detractores, deo odibi-
les, senioribus non obedientes, sociis non contemperantes.
Tales pœnarum pondus quod in onere deserti maris conti-
Amalec vel Arab. Onos netur, se nouerint incursuros.

De onere Duma. Sermo septimus.

דּוּמָה Ex hinc onus Duma sermo propheticus describit. Duma
interpretatur silentium. Scitis fratres, quòd multos silentiũ
onerat, & grauat quies: ita vt tacentibus & quiescentibus
omnia oneri sint: caput doleat, venter rugiat, caligent ocu-
li, & renes penè soluantur. Exeuntibus autem huc illúcque
vagantibus & loquentibus, iocunda sint omnia, tradantur
obliuioni dolores, singulis membris sua reddantur officia.
O quanta est virtus linguæ, quæ oculos serenat, caput alle-
uiat, renes consolidat, genua dissoluta corroborat. Hæc in-
firmum in laboribus infatigabilem reddit, patientem in in-
iuriis, paratum ad iter, promptum ad obedientiam. Itaque si
videris monachum in claustro residẽtem huc illúcque respi-
cere, oscitare crebrius, manus & pedes extendere, nunc librũ
ponere, nunc resumere: postremò quasi quibusdam stimulis
agitatum de loco in locum, de auditorio in auditorium cur-
sitare: sub onere Duma eum suspirare non dubites. Est præ-
terea aliud quoddam silentium: quod æternæ pœnæ pondus
multis imponat. Ipsum est silentium quod ex pudore & con-
fusione procedens, confessionem obstruit peccatorum, vel
excludit remissionem: quod onus pœnæ tale silentium mere- D
atur, propheticus sermo non tacet.

De onere in Arabia. Sermo octauus. *sub finem.*

21.cap. Iam onus in Arabia propheta subiungit. Arabia vespera in-
Onus terpretatur, quæ diei finis est, noctisque principium: horam
בְּאֹדֶם mortis non incõgruè, vt puto, signans, quæ cunctis ferè mor-
talibus timoris non leue pondus imponit. Quis enim homi-
num hoc onus euitet cui se saluator exempli causa spontanea
voluntate submisit? Imminente enim morte cœpit, vt ait euã-
gelista, pauere & tædere. Sub hoc timoris onere totum viuit
genus hominum: nisi forte aliquis talis sit cui certa sit beata
vita post mortem, cuius desiderio etiam amaritudinem mor-
tis non sentiat. Præterea vespera (quæ vt diximus, diei finis est
noctisque principium) eius exprimit casum, qui post opera
lucis ea inchoat quæ sunt tenebrarum, cuius fiunt nouissima
peiora prioribus, qui profectò eo pondere opprimetur, quod
in Arabiæ onere continetur.

De onere vallis visionis. Sermo nonus.

Cap.22. Subditur onus vallis visionis. Visio refertur ad contempla-
גֵּיא חָזוֹן tionem: vallis ad humilitatem vel deiectionẽ. Est enim quo-
vallis visionis vel speculationis. rundam contemplatio humilis, quorũdam deiecta. Humilis,
sanctorum: abiecta peccatorum. Sancti autẽ quo magis pro-
ficiunt, eo maiori onere vanitatis fatigãtur: & sic ad altiora se
erigunt, vt quandoq; inuiti & ad inferiora trahantur. Si enim
virtus proficit, seruatur humilitas: si onera, vanitas est. Scitis E
fratres qualem necesse est vt sustineat pugnam mens profi-
cientis: ne fauor humanus subrepat, ne dissoluat adulatio, ne
cor ambitu intumescat. At illi qui quod notum est dei, notũ
est illis, qui inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, conspiciunt:
euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiẽs
cor eorum: & à monte contemplationis ceciderunt in vallem
erroris. Ideo mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in simi- *Rom.1.c*
litudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, qua-
drupedum & serpentium. Et si scire volueris quo isti digni
sunt onere, audi quod sequitur: Propter quod tradidit eos
deus in desideria cordis eorum, & in passiones ignominiæ: &
tradidit eos deus in reprobum sensum. Sed & illi qui scientia
scripturarum vel doctrina cœlesti, intentione non recta puta
ad laudes hominum vel ad temporale lucrum retorquentur,
ad vallem visionis pertinere nosciuntur, vt scientia visionem,
vallis intentionem significet. Quos omnes quale pœnæ pon-
dus expectet, propheticus sermo declarat.

De onere Tyri. Sermo decimus.

Cap.23. Sequẽti loco ponitur Tyri onus, quod nomen angustia in-
צֹר אֶל *Tyrus* terpretatur: cuius onus est in amaritudine pœnitẽtię, in labo-
Sor, tribulatio, obsidio. re continẽtię, in corporali ęgritudine. Quid enim? Nilne one-
ris est in hac corporali exercitatione, vel disciplinæ regularis
observatione? Quid in labore continentia? quid laboriosius,
quid difficilius, quid periculosius seruatur? quid facilius amit- F
titur? Et est alia quędam cordis angustia, quam facit amor sui:
cui contratria est cordis latitudo, quam facit amor dei & pro-
ximi. Amor autem sui ex propria voluntate procedit. Qui igi-
tur amat propriam voluntatem, oneri illi est voluntas aliena:
& ideo quæ sua sunt quærit, non quæ aliorum. Ad omnia quę
sibi voluntas propria suggerit, promptus: ad ea quæ sibi in-
iunguntur, piger & tardus. De talibus dicit apostolus: Erunt
homines seipsos amantes. Qui profectò pondus pœnæ quod
in onere Tyri scribitur, non euadent.

De onere iumentorum Austri. Sermo vndecimus.

Vltimum onus est iumentorum austri. Auster qui ventus
Post initiũ ca.30.Esa. est calidus, signat spiritũ sanctum, sicut habes in Cãtito Can-
כתמות נגב *iumentorum austrivel meridiei.* Felix anima, quæ huius austri iumentum est: quæ freno mo-
derationis huius regitur, quæ in omnibus eius subditur volũ-
tati. Felix planè anima, cui spiritus sanctus præsidet, & omnia
Cant. 4. d opera eius dirigit, cogitationes eius disponit, motus ordinat,
Ezech. 1. e moréque componit. De talibus scriptum est: Vbicunq; erat
impetus spiritus, illuc gradiebantur cum ambularẽt. De qui-
bus propheta. Viam fecisti in mari equis tuis. Huius iumẽtum
Abac.3. e austri Paulus erat, qui dicebat: Non spiritum huius mũdi ac-
cepimus, sed spiritũ qui ex deo est: vt sciamus quæ à deo do-
1.Cor.2.e nata sunt nobis. Et videte quomodo iumentũ austri vbiq; re-
gitur freno præsidentis. Prohibetur à spiritu ne in Asia prędi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cet, monetur à spiritu vt Macedoniã visitet: incitatur à spiritu vt Athenien-sibus euangelizet: alligatus spiritu Hierosolymã properat. Vides quomodo insidens ei spiritus sanctus quasi iumẽto suo, nũc stringit habenas ne eat quò vult: nunc vrget calcaribus vt eat quò spiritꝰ vult. Quid putamus filij mei? Nihil ne oneris portant huiusmodi iumẽta? Sed iumenta austri sunt ideo onerãtur ab austro. Quali onere, inquis? Audi apostolũ: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. In hac itaque charitate quale onus sustinuit apostolus, ipse dicat: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego nõ vror? Et iterum: Tristitia mihi magna est & continuus labor pro fratribus meis secundum carnẽ. Ille igitur qui iumẽtum est austri, oneratur aliena infirmitate, oneratur aliena iniquitate, oneratur aliena necessitate & peruersitate. Onus est esuries pauperis, oppressio inopis, miseria ęgrotantis, tentatio proficientis, casus deficientis. Onerauerat & eum plebis tribulatio, orphanorum desolatio, viduarum gemitus, afflictio captiuorũ. Nónne beatissimus Paulus quasi hoc onere pressus, à secretis cœlorum descendit ad cubile infirmorum: Sed & vos fratres qui fugistis ab aquilone de medio Babylonis, & iam habitatis in terra austri: alter alterius onera portate, & sic iumentum austri adimplebitis legem Christi. Certè non est iumentum austri, qui portare negligit onus fratris sui, infirmitates & morũ & corporum, quas in istis oneribus vt potuimus, commemorauimus. Præterea fratres per iumenta austri possumus eos significatos dicere, qui dona spiritus sancti non per meritum, sed per officiũ sortiuntur: sicut sunt prophetia, curationes, & cętera huiusmodi. Quos ordinant, ordinantur: maledicuntur quos maledicunt: quos benedicunt, benedicuntur: ligantur, quos ligant: & quos absoluunt, absoluuntur, ita tamen si hæc omnia secundum leges ecclesiæ, non secundum animæ impetum faciunt. Hinc est quòd Balaam populo dei benedixit: quòd Caiphas pessimus prophetauit: quòd Iudas pessimus. sicut cæteri Apostoli miracula fecit. Hinc est quòd multi venient in illa die dicentes: Nónne in nomine tuo prophetauimus, & signa multa fecimus? Et tunc cõfitebor illis, ait dominus, quia non noui vos. Hi tales non homines dicendi sunt, sed iumenta, qui domino Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri: qui terrena cupiunt, & cœlestia contemnunt. Hi nimirum illo onere mirabiliter punientur, quod quibusdam iumentis austri Isaias terribiliter intẽtat. Fregimus, vt potuimus, panem istum hordeaceum: sed quia festinauimus, inter frangendum plurima nobis ceciderunt fragmenta. Vos igitur qui otiosi estis, quos Christus ab his occupationibus seruauit immunes, colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereãt. Inspiciat vnusquisque seipsum. Videat & quod onus sustineat, & quod in futurũ sustinere formidet. Si sub onere Babylonis est, detestetur illud & abiiciat: ne si fuerit cõformis operibus eius, à pœnis eius non sit immunis. Sub onere Philistiim videat, ne potationibus eorũ inebrietur: eisq; fiat similis in culpa, futurus eis similis in pœna. Quòd si sub onere Moab se senserit laborare, satagat sic necessitatibus corporis indulgere, ne Nabuzardam muros destruat Hierusalem: nec sic ei satisfaciat, vt cum illo in æternum ardeat. At si onus Damasci humerũ presserit, caueat ne ipse sibi manus iniiciat: & ita seminans in carne, de carne metat corruptionẽ. Sanè si onus AEgypti incubuerit, abiiciat opera tenebrarũ, & armis lucis induatur: ne si hic interioribus tenebris mentem libens tradiderit, quandoque in exterioribus nolens crucietur. Porrò si onus deserti maris malis eum persequutionibus infestauerit, non deficiat nec frãgatur: ne quod ipsi iniecerint per malitiã, ille per impatientiam patiatur. Si autem onus Duma, id est silentij fecerit impatientem, vel pudor & cõfusio obstruxerit confessionem: caueat pondus pœnæ quod talibus silentibus propheta intentat. Verùm si onere Arabię pressus mortem timuerit, secundum naturã sese habeat vt eam non timeat propter conscientiam: ne non solùm ab Arabia prematur, sed insuper cum Arabia æternæ damnationis onere comprimatur. Præterea si sub vallis visionis onere suspirans contra vanitatem pugnauerit: caueat ne à monte cõtemplationis cadat in vallem erroris eo vtique onere obruẽdus, quod in onere vallis visionis propheta describit. At si sub onere Tyri ob præsentes labores & dolores mentem pusillanimitas in desperationem deiecerit: caueat præ omnibus propriæ volũtatis angustiã: vt corde dilatato per omnes huius vitæ angustias gratanter incidat, & sic æternũ miseriæ pondus quod Tyro intentatur, euadat. Postremò si sub onere iumentorum austri affectus tædio defecerit: cogitet sciãtq;, quia si onus charitatis abiecerit, onus damnationis nõ immeritò sustinebit. Credo q; non vacat à mysterio ipse onerum ordo: nec sine causa primo loco ponitur onus Babylonis, secũdo Philistiim, & sic de cæteris. Si enim prius à cordibus nostris non fuerit expulsa cupiditas, quæ onus Babylonis & radix omnium scitur esse malorum: nec cætera onera declinare vel vincere, nec ad virtutum progredi summam vlla ratione poterimus. Fit autẽ ista cupiditatis expulsio vel in his qui seculo plene renunciãt, vel qui sic vtuntur hoc mundo, tanquã non vtantur: vel tanquam nil habentes, & omnia possidentes. Cupiditate autem deuicta vel exclusa, iam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ: sed aduersus mundi rectores tenebrarũ harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Sed cum is qui non patitur nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tẽtatione prouentum, vt possimus sustinere, onus istud vel alleuiauerit vel abiecerit: onerabit nos huius carnis necessitas, cuius metas sicut scire difficile est, ita seruare impossibile. Necesse proinde est, vt concepto igne, naturalia incentiua nos fatigent: & nisi eis resistatur, ad illicita quæq; cõpellant. Si verò cõpressis Philistiim, necessitas corporalis quasi Moab sub modo fuerit tẽperantiáque redacta, & sic quasi onus Damasci, carnis quis vicerit incẽtiua: statim errores & blasphemiæ quasi tenebræ AEgypti oculos carnis obducent, donec coruscanti luci sapientiæ tenebræ cedant, & statim desertum mare, id est, peruersorum inuidia maliciáque succedant. Quantesse, cũ omnia ei videantur esse quieta, ipsa quies à spiritu acediæ quasi ab onere Duma non potest esse quieta. Quo operis orationis ac lectionis assiduitate expulso, onus Arabiæ, id est, metus mortis incumbit. Sed & ipso bonæ cõscientiæ ac fidei virtute superato, iam quasi vicinũ & propinquãtem perfectioni vanitas onerabit. Quæ si fuerit profunda humilitate deiecta: nil restat nisi vt alienis necessitatibus quasi iumẽtum austri oneretur. Hæc in præsenti de oneribus causa sufficiat. Quorũ quędam ab humeris nostris tempore gratiæ Christus deponit, quædã temperat, quædam minuit, quædã disponit. Hæc autem omnia operatur secundum abundantiã misericordiæ suæ: à cuius præsentia quasi à facie olei iugũ diabolicæ dominationis cõputrit. Sed qui tempus misericordiæ negligit, iudicij tempus formidet: quia is qui per misericordiam nos redemit, per iustitiã iudicabit. Itaque fratres misericordiam & iudicium cãtemus domino. Misericordiam scilicet, quam experimur: iudicium, quod expectamus. Amplectamur illam, illud timeamus: vt hic deuoti, illic securi inueniamur, præstante domino nostro Iesu Christo. Amen.

D. BER-

Rom. 5. a
1. Cor. 11.
Rom. 9. a
Onera iustorum.
4. Reg. 15. b
Matt. 7. c
Esai. 23. b
Ezech. 13. a
Ioan. 27. a

D. Bernardi Abbatis Clarævallis Epistolæ,

Miraculum de prima epistola.

Ibi Robertus sancti viri monachus, & secundum carnem propinquus, in adolescentia sua quorundã persuasione deceptus, Cluniacum sese contulerat. Venerabilis autem pater postea quam aliquãdiu dissimulauit, eundem fratrem statuit per epistolam reuocare. Quo dictante Venerabilis Villelmus Riuallis postea monasterij primus abbas, in mẽbrana scribens, eandem excipiebat epistolam. Erant autem pariter sub dio sedentes (ad dictandum quippe secretius septa monasterij egressi fuerãt) subito autem inopinatus imber erupit: & is qui scribebat (sicut ipso referẽte didicimus) chartam reponere voluit. Ad quem pater sanctus: Opus, inquit, dei est, scribere ne timeas. Scripsit ergo epistolam in medio imbre sine imbre. Cum enim vndique pluaret, chartam expositam virtus operuit charitatis: & quæ dictabat epistolam, schedulam quoque pariter conseruabat. Et hæc quidẽ epistola ob tam grande miraculum in codice epistolarum eius à fratribus non immerito prima est ordinata.

Epistola prima ad Robertum nepotem suum, qui de ordine Cistercien si transierat ad Cluniacum.

ATis & plusquam satis sustinui dilectissime fili Roberte, si forte dei pietas, & tuam per se, & meã per te animam dignaretur inuisere: tibi scilicet inspirando salutarem compunctionem, mihique de tua salute lætitiam. Sed quoniam vsque adhuc frustratum me cerno ab expectatione mea: iam nõ valeo tegere dolorem meum, anxietatem reprimere, dissimulare tristitiam. Vnde & contra iuris ordinẽ cogor reuocare læsus eum qui me læsit: spretus requirere contemptorem: iniuriam passus, iniuriatori satisfacere: rogare deniq; à quo rogari debueram. Dolor quippe nimius non deliberat, non verecundatur, non consulit, rationem, nõ metuit dignitatis damnum: legi non obtemperat, iudicio nõ acquiescit, modum ignorat & ordinem: id omnimodo & solummodo satagente animo, quo vel careat quod se dolet habere, vel habeat quo se doleat carere. At, inquis, nec lęsi quempiam, nec spreui: sed spretus potius ego, ac multifariè læsus, tantùm fugi malefactorem meum. Cui iniuriam feci, si iniurias fugi? An non expedit cedere persecutori, quàm resistere? fugere ferientem, quàm referire? Rectè. Assentio. Nõ vt contenderem cœpi hæc, sed vt contentionem dirimerem. Fugere persecutionem non est culpa fugientis, sed persequentis. Non contradico. Omnino quod factum est: non requiro cur vel quomodo factum est: culpas non discutio, non retracto causas, non recordor iniurias. Solent enim hæc magis instigare quàm mitigare discordias. Solum quod mihi magis est cordi, loquor. Me miserum quòd te careo, quòd te non video, quòd sine te viuo: pro quo mori, mihi viuere est: sine quo viuere, mori. Non igitur quæro cur abieris: sed quòd iam non redieris, queror. Non causas discessionis, sed moras causor regressionis. Veni tantùm, & pax erit. Reuertere, & satisfactum est. Redi, inquam, redi, & lætus cantabo: Mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Fuerit certe meæ culpæ quòd discessisti: delicato quippe adolescentulo austerus extiteram, & tenerum durus nimis inhumamè tractaui. Hinc enim & præsens quondã aduersum me (quantũ memini) murmurare solebas: hinc & nunc (sicut audiui) etiã absenti derogare nõ cessas. Non tibi imputetur. Possem forsitan excusare & dicere, quia sic lasciui puericię motus coercẽdi erant: ac rudibus annis debebantur aspera illa disciplinæ districtioris initia scriptura attestãte quæ ait: Percute filium tuum virga, & liberabis animã eius à morte. Et rursum: Quos enim diligit dominus, corripit: flagellat autẽ omnẽ filium quẽ recipit. Et illud: Vtiliora sunt verbera amici, q̃ oscula inimici. Sed fuerit (vt dixi) meæ culpæ quòd discessisti, ne dum de reatus perpetratione contenditur, emendatio retardetur. At vero hinc vel proculdubio incipiet esse & tuæ, si nõ parcas pœnitenti, indulgeas confitenti, quia potui quidẽ aliquando in aliquibus fuisse erga te indiscretus, sed certe non maleuolus. Quod si & in futuro hanc ipsam indiscretionẽ meam suspectã habes, noueris me iam nõ esse qui fuerã, quia nec te puto fore qui fuisti. Mutatus mutatũ inuenies, & quẽ ante metuebas magistrum, comitẽ amplectere securus. Itaq; siue mea culpa recesseris (vt tu putas, & ego non excuso) siue tua (vt multi putãt, etsi ego non accuso) siue: mea simul & tua (quod ego magis puto) ex hoc iã si redire renueris, solus profecto inexcusabilis eris. Vis ab omni culpa liber esse? Reuertere. Si tuam agnoscis, ignosco. Ignosce & tu mihi, vbi meã agnosco. Alioquin aut tibi nimis indulges, qui tuam culpã & agnoscis & dissimulas: aut mihi nimis immisericors es, cui nec satisfaciẽti ignoscendũ putas. Iam si redire recusas, aliam quære occasionẽ vnde falsò blandiaris cõscientiæ tuæ, quia nõ erit vltra quod formidare debeas de rigore districtionis meæ. Neq; enim formidandum est quòd futurus sim præsenti formidolosus, cui adhuc absenti iam toto sum corpore prostratus, totis astrictus visceribus. Humilitatẽ exhibeo, charitatem promitto, & tu times? Intrepidus veni quò te vocat humilitas, pertrahit charitas. Securus accede, talibus pręcẽtus obsidibus. Fugisti sęuũ, reuertere ad mãsuetũ. Reuocet te mea lenitas, cuius sęueritas effugauit. Vide fili, quà te cupiam duci, non spiritu seruitutis iterũ in timore, sed spiritu adoptionis filiorũ, in quo clamare & tu nõ cõfundaris, Abba pater: causam vtiq; tanti doloris mei nõ minis apud te, sed blãdimentis, precibus, non terroribus agens. Alius forsitan aliter tentaret. Et vere quis alius nõ magis discuteret reatũ, & incuteret metũ, nõ opponeret votum, & proponeret iudicium, non argueret inobedientiæ, nõ indignaretur apostasiæ, quòd de tunicis ad pelliceas, de oleribus ad delicias, quòd denique ad diuitias de paupertate trãsieris? Sed ego noui animum tuum, qui facilius possit amore flecti, quàm timore compelli. Denique quin necesse est bis pungere non recalcitrantem, valde timidum magis exterrere: per se satis erubescentem confundere amplius: cui sua ratio magister, cui propria conscientia virga, & ingenita verecundia lex disciplinæ est? Quod si cui mirum videtur quomodo puer verecundus, simplex, timoratus, ausus fuerit contra voluntatem fratrum, magistri imperium, regulare decretum, suum deserere & votum & locum: miretur etiam quòd & Dauid sanctitati subreptum sit, quòd sapientiæ Salomonis illusum, quòd Sampson fortitudini obuiatũ. Qui protoplastum dolo captum expulit de patria felicitatis: quid mirum si cenero subripuit adolescentulo in loco horroris & vastæ solitudinis? Huc accedit quòd nec sicut illos Babylonicos senes, species decepit eum: nec sicut Giezi pecuniæ amor: nec honoris ambitio, sicut Iulianum apostatam: sed fefellit illum sanctitas, seduxit religio, perdidit auctoritas seniorum. Quæris quomodo? Primò quidem missus est magnus quidam prior ab ipso principe priorum: foris quidẽ apparens in vestimentis ouium: intrinsecus autem lupus rapax. Deceptisque custodibus, æstimantibus quippe ouem esse: væ admissus est solus ad solam lupus ouiculam. Nec refugit ouicula lupum, quem & ipsa putabat ouem. Quid plura? attrahit, allicit, blanditur, & noui euangelij prædicator commendat crapulam, parsimoniam damnat: voluntariam paupertatem miseriam dicit: iciunia, vigilias, silentium, manuũq; laborem, vocat insaniam. E contrario, ociositatem, contemplationem nũcupat: edacitatem, loquacitatem, curiositatem, cunctam denique intemperantiam nominat discretionem. Quando, inquit, delectatur deus cruciatibus nostris? Vbi præcipit scriptura quẽpiã sese interficere? Qualis verò religio est fodere terrã, syluam excidere, stercora comportare? Nunquid non sententia veritatis est, Misericordiam volo, & non sacri-

1. Tim. 6
1. Cor. 7. c
Ephe. 6. b
Luc. 15. c
4. Reg. 5. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficium? Et, Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat: Et, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Vt quid verò Deus cibos creauit, si non liceat manducare? Vt quid nobis corpora dedit si prohibeat sustentare? Denique qui sibi nequam, cui bonus? Quis vnquam sanum sapiens, carnem suam odio habuit? Talibus tandem allegationibus male credulus puer circunuentus seducitur: seductorem sequitur: Cluniacum ducitur, tondetur, raditur, lauatur, exuitur rusticanis, vetustis, sordidis, induitur preciosis nouis ac nitidis: & ita in conuentum suscipitur. Sed cum quali putas honore? Cũ quo triumpho? Cum quãta reuerentia? Defertur ei super omnes coætaneos suos: & tãquam victor rediẽs à pugna, sic laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Sustollitur in altum: statu non mediocri collocatur: ita vt multis senioribus prælatus sit adolescens. saluet, blanditur, congratulatur ei vniuersa fraternitas: exultãt omnes tãquam victores capta præda quando diuidunt spolia. O Iesu bone: quàm multa facta sunt pro vnius animulæ perditione! Cuius ad hæc quantumlibet robustum pectus non emolleſceret? Cuius interior quantumuis spiritualis oculus non turbaretur? Cui inter talia ad suam liceat recurrere conſcientiam? Quis denique in tanta pompa vel veritatem valeat agnoſcere, vel obtinere humilitatem? Mittitur interea pro eo Romam: apostolica compellatur auctoritas: & vt papa non neget assensum, suggeritur ei infantem olim à parentibus oblatum fuisse monasterio. Non fuit qui refelleret: nec enim contradictor est expectatus: iudicatum est de parte: abiudicatum absentibus. Iustificati sunt qui iniuriam fecerunt: exciderunt à causa qui passi sunt: absque satisfactione absoluitur reus: firmatur priuilegio crudeli nimium clemens sententia absolutionis, quo reportato confirmatur fluctuanti male suasa stabilitas, securitas dubitanti. Et hic tenor literarum, hæc iudicij summa, hæc totius causæ diffinitio, vt teneant qui tulerunt, fileant qui amiserunt. Inter hæc autẽ pereat anima pro qua Christus mortuus est: & hoc quia Cluniacenses volunt. Fit profeſsio super profeſsionem: vouetur: quod non soluetur: proponitur quod non tenebitur. Et cum primum pactum irritum factum sit, in secundo geminatur præuaricatio: & fit supra modum peccans peccatum. Veniet veniet qui male iudicata reiudicabit: illicitè iurata confutabit: qui faciet iudicium iniuriam patientibus: qui iudicabit in iustitia pauperes: & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Veniet pro certo qui per prophetam minatur in psalmo dicens: Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Quid faciet de iniustis iudiciis, qui ipsas quoque iustitias iudicabit? Veniet inquam, veniet dies iudicij: vbi plus valebunt pura corda, quàm astuta verba: & conscientia bona, quàm marsupia plena: quandoquidem iudex ille nec falletur verbis, nec flectetur donis. Tuum domine Iesu tribunal appello: tuo me iudicio seruo: tibi committo causam meã. Domine deus Sabaoth qui iudicas iuste & probas renes & corda: cuius oculi sicut fallere nolũt, ita falli nõ possunt: tu vides qui tua, vides qui quærunt & sua. Tu nosti quibus ei visceribus in cunctis tentationibus suis semper affuerim: quantis pro eo gemitibus aures tuæ pietatis pulsauerim: qualiter ad quæque illius scandala, perturbationes, molestias ego vrebar, torquebar, affligebar. Et nunc timeo ne frustra. Puto enim, quantum expertus sum, adolescentis per se satis feruentis & insolescentis nec corpori talia expedire fomenta, nec menti illa glorię tentamenta. Itaq; arbiter meus domine Iesu, de vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui videant æquitatem. Videant & iudicent quid potius stare debuerit: an votum patris de filio, an filij de seipso, præsertim cum filius aliquid maius deuouerit. Videat & famulus tuus legislator noster Benedictus, quid regularius fuerit: vtrum quod factũ est de infantulo nescientẽ ipso, an quod ipse per se postmodum prudens & sciens fecit, cum iam ætatem haberet vt de se loqueretur. Quanquam dubium non sit promissum illũ fuisse, nõ donatum. Nec enim petitio quam regula præcipit, pro eo facta fuit à parentibus: nec manus illius cũ ipsa petitione inuoluta palla altaris, vt sic offeretur coram testibus. Ostenditur deinde terra quæ cum illo & pro illo dicitur data fuisse. Sed si cum terra eum receperunt, cur non & cum terra eum retinuerunt? An forte requirebãt magis datũ quàm fructũ: & pluris æstimata est terra quàm anima? Alioquin oblatus monasterio, quid quærebat in sęculo? Nutriẽdus deo, cur expositus erat diabolo? Ouis Christi cur inuenta est patẽre morsibus lupi? De sęculo quippe, non Cluniaco, te teste Roberte venisti Cistercium. Quæsisti, petisti, pulsasti: sed tui adhuc teneritudine, te licet inuito, dilatus es per biennium. Quo tempore patienter expleto, & absq; calumnia: tuis demum precibus, multisque, si meministi, lachrymis, diu expectatam impetrasti misericordiam, & quem satis desideraueras ingressum, obtinuisti. Post hæc per annum iuxta regulam in omni patientia probatus, perseueranter & sine querela conuersatus, post annum sponte professus: tunc primum seculari veste reiecta, religionis habitum suscepisti. O insensate puer, quis te fascinauit non soluere vota tua, quæ distinxerunt labia tua? An nõ vel ex ore tuo iustificaberis, vel ex ore tuo cõdemnaberis? Quid de parentis voto solicitus es, negligẽs tui? cum ex ore tuo non illius habeas iudicari, tuorum non illius vota labiorum exigendus sis? Et quid tibi frustra quispiam blanditur de absolutione apostolica, cuius conscientiam divina ligatam tenet sententia? Nemo, inquit, mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei. Nunquid & hoc persuadebunt non esse retro respicere qui dicunt tibi, euge euge: Filiole, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Noli credere omni spiritui. Sint tibi multi necessarij, vnus autem sit tibi consiliatius de mille. Tolle occasiones, respue blãdimenta, adulationibus claude aures, te interroga de te, quîa tu te melius nosti quàm alius. Attende cor tuum, discute intentionem, consule veritatem: tua tibi conscientia respondeat, cur abieris, cur ordinem tuum, cur fratres, cur locum, cur me, qui & tibi propinquus carne, & propinquior spiritu sum, deseruieris. Si vt arctius, vt rectius, vt perfectius viueres: securus esto, quia non retro aspexisti, sed & gloriare cum apostolo dicens: Quæ retro oblitus, & ad ea quæ ante sunt extentus, sequor ad palmam gloriæ. Sin alias, noli altum sapere, sed time, quoniam (vt cum venia tui dixerim) quicquid tibi amplius indulges in victu vestitúque superfluo, in verbis ociosis, in vagatione licentiosa & curiosa, quàm videlicet promisisti, quàm apud nos tenuisti: hoc procul dubio retro aspicere est, præuaricari est, apostatare est. Et hæc dico fili, non vt te confundam, sed vt tanquam filium charissimum moneam: quia & si multos habeas in Christo pædagogos, sed non multo patres. Nam si dignaris: & verbo & exemplo meo in religionem ego te genui. Nutriui debo & exemplo meo in religionem ego te genui. Nutriui deinde lacte quod solum adhuc paruulus capere poteras, datus & panẽ, si expectares vt grandesceres. Sed heu quàm prępropere & intempestiue ablactatus es. Et vereor ne totũ quod fouerã blandimentis, roboraueram adhortationibus, orationibus solidauerã, iamiámque euanescat, deficiat, pereat: & lugeã miser non tam calsi laboris damnum, quàm damnatę sobolis miserabilem casum. Placétne tibi quòd alius nunc glorietur de te qui nihil vtique laborauit in te? Simile mihi contigit, quòd & illi meretrici apud Salomonẽ: cui videlicet paruulus suus ab altera quę suum à se oppressum extinxerat, furtim sublatus est. Tu quoq; de sinu mihi & vtero abscissus es. Ablatum gemo, repeto violéter auulsum. Non possum obliuisci viscera mea, quorum nimirum parte detracta non modica, non potest nisi torqueri pars reliqua. Veruntamen quo tuo cómodo, qua tui necessitate hoc nobis moliti sunt amici nostri? quorum manus sanguine plenę sunt, quorum animam meam pertrãsiuit gladius: quorum dentes arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Nam vtiq; mihi, si in aliquo vnquam eos offenderam (quod vtique mihi conscius non sum) plenam prorsus rependêre vicem. Mirum vero si nõ plus talione recepi: si videlicet tale aliquid in eos deliquisse potui, quale nunc ab eis pertuli. Nam vt verum fatear, nõ os de ossibus mei, vel carnem de carne mea: sed tulerũt mihi gaudiũ cordis meis, fructũ spiritus mei, coronam spei meæ: & velut mihi sentire videor, animæ meæ dimidium. Vt quid hoc? Fortè miserti sunt tui, & cæco cæcum ducẽti indignantes, ne petres post me, in suum te trãstulere ducatum. O molesta charitas: ô dura necessitudo. Tantũ tuam dilexere salutem, vt in meam impingerẽt? Nisi me perempto, tu saluari nõ poteras?

Et

A Et vtinã ipsi te absq; me saluent. Vtinam & si ego moriar, vel tu vinas. Sed quid? Salus ergo magis in cultu vestium, & ciborum est opulentia, quàm in sobrio victu vestitúque moderato? Si pellicęæ lenes & calidæ, si panni subtiles & preciosi, si longę manicę, & amplum caputium, si opertorium syluestre, & molle stramineũ, sanctum faciũt, quid moror & ego quòd te nõ sequor? Sed hæc infirmantiũ sunt fomenta, nõ arma pugnantiũ. Ecce enim qui mollibus vestiuntur, in domibus regũ sunt. Vinũ & similia, mulsum & pinguia, corpori militant, nõ spiritui. Frixuris non anima saginatur, sed cãro. Multi in Aegypto fratres multo tempore deo sine piscibus seruierunt. Piper, zinziber, cyminum, saluia, & mille huiusmodi species salamentorum, palatum quidem delectant, sed libidinem accẽdunt. Et tu mihi in his securitatem pones? tu cum huiusmodi tutam duces adolescentiam? Prudenter sobriéq; conuersãti, satis est ad omne cõdimentum sal cum fame. Qua sola nõ expectata, necesse est alias atq; alias de nescio quibus succis extraneis confici permixtiones, quæ videlicet palatum reparẽt, gulam prouocent, excitent appetitum. Sed quid faciet (inquis) qui aliud nõ potest? Bene scio quia delicatus es, & quòd his assuetus modo durior non possis: sed quid si potes facere vt possis? Quæris quomodo? Surge, præcingere: tolle ociũ: exere vires: moue brachia: complosas explica manus: exercitare in aliquo: & statim senties sola te appetere quæ famẽ tollant:

B nõ fauces demulceant. Reddet quippe sapores rebus exercitium, quos tulit inertia. Multa quę respuis ociosus, post laborem sumes cum desiderio. Siquidem ocium parit fastidium: exercitium famem. Fames autem miro modo dulcia reddit, quæ fastidium facit insipida. Olus, faba, pultes, panísque cibarius cum aqua, quiescenti quidem fastidio sunt: sed exercitato magnę videntur delicię. Iam forte tunicis dissuetus exhorres nimirum eas tam propter hyemis frigus, quàm propter æstatis ardorem. Sed nunquid legisti: Qui timet pruinam, veniet super eum nix? Vigilias times & ieiunia: manuúmq; laborem. Sed hæc leuia sunt meditanti flammas perpetuas. Recordatio deinde tenebrarum exteriorum facit non horrere solitudinẽ. Si futuram cogitas de verbis ociosis discussionem: non valde displicebit silentium. Fletus æternus & stridor ille dentium ante cordis oculos reductus, pares tibi reddet mattam & cilicium. Denique si totum de nocte quod regula præcipit, bene ad psalmos vigilaueris: nimis durus erit lectus, in quo quietẽ nõ dormias. Si tantum in die quantum profeſsus es manibus laboraueris: durus erit cibus quem libenter nõ comedas.

Surge miles Christi, surge, excutere de puluere, reuertere ad prælium vnde fugisti: fortius post fugam præliaturus, gloriosius triumphaturus. Habet quidem Christus multos milites qui fortissimè cœperũt, steterunt, vicerunt: paucos autem qui de fuga conuersi rursus se periculo ingesserint quod declinauerant: rursus fugarint hostes quos fugiebant. Et quia omne rarũ preciosum: gaudeo te de illis posse esse, qui quanto rariores, tãto apparebunt gloriosiores. Aliàs autem si multum timidus es: cur vel times vbi non est timor? nõ autem times vbi magis est timendum? An quia fugisti ex acie, putas te manus hostium euasisse? Libentius te insequitur aduersarius fugientem, quàm sustineat repugnantem: & audacius insistit à tergo, quàm resistat in faciem. Secutus nunc proiectis armis capis matutinos somnos, cum illa hora Christus resurrexerit: & ignoras quòd exarmatus & tu timidior, & hostibus minus timendus sis? Armatorum multitudo circumuallauerunt domum, & tu dormis? Iam ascẽdunt aggerem, iam dissipant sepem: iam irruunt per posticum. Tutiúsne est ergo tibi vt te inueniant solum quàm cum aliis? nudum in lectulo, quàm armatum in campo? Expergiscere, sume arma: & fuge ad cõmilitones tuos quos fugiẽs deseruerasvt qui te ab eis disiunxerat, ipse te denuo timor iungat. Quid armorum refugis pondus & asperitatem delicate miles? Aduersarius instans & circumuolantia spicula facient clypeum non esse oneri, loricam non sentiri vel galeam. Et quidem subito procedenti de vmbra ad solem, de ocio ad laborem, graue cernitur omne quod incipit: sed postquam ab his dissuescere, & ad illa se pauliſper assuescere cœperit, vsus tollit difficultatem, inuenítque facile esse quod impossibile ante putauit. Solent etiã fortissimi milites audita buccina ante cõgressum trepidare: at vbi ad prælium ventũ fuerit, spes victoriæ, & timor ne vincantur, reddit intrepidos. Quid verò tu trepidas? quem fratrum vnanimitas armatorum circummunier, cui angeli assistent à latere: quem dux belli Christus præibit, suos animans ad victoriam, & dicens: Confidite, ego vici mũdum. Si Christus pro nobis, quis cõtra nos? Securus potes pugnare, vbi securus es de victoria. O verè tuta pro Christo & cum Christo pugna: in qua nec vulneratus, nec prostratus, nec cõculcatus, nec milies (si fieri possit) occisus fraudaberis à victoria: tantùm ne fugias. Sola causa qua perdere possis victoriam, fuga est. Fugiendo potes illam amittere, moriendo non potes: & beatus si pugnando moriaris: quia mortuus, mox coronaberis. Væ autem, si declinãdo pugnam, perdis & victoriam simul & coronam. Quod ipse auertat à te fili dilectissime, qui in iudicio de his meis literis maiorem tibi habet inferre damnationem, si nullam ex eis in te repererit emendationem.

Ad Fulconem puerum, postea Lingonensem archidiaconum. Epistola secunda.

Bonæ indolis adolescenti Fulconi, frater Bernardus peccator inde lætari in adolescentia, vnde in senectute non pœnitear.

NOn miror si miseris, sed miror si non miseris vnde mihi ad te scribere velle, ciuem rusticus, scholasticum monachus, cum nulla hinc tibi occasio necessaria occurrat, nulla se ratio patens ostendat. Ac si attenderis quod scriptum legis, Sapientibus & insipientibus debitor sum: & illud, Charitas non quærit quæ sua sunt: forsitan intelliges quicquid illa iusserit, non esse præsumptum. Charitas enim ad te obiurgandum me compulit, quæ tibi condolet, quanuis non doleanti: quæ tibi miseretur, licet non miserabili. Et inde magis dolet, quòd cum sis dolendus, non doles. Et inde magis miseretur, quòd cum miser sis, miserabilis non es. Nec frustra forsitan tibi compatitur, dummodo patienter tu audias vnde compatiatur. Vult te tuum sentire dolorem, vt iam non habeas vnde dolere: vult te tuam scire miseriam, vt incipias miser non esse. O bona mater charitas, quæ siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit vniuersos. Cum te arguit, mitis est: cũ blanditur, simplex est. Piè solèt sæuire, sine dolo mulcere: patiẽter nouit irasci, humiliter indignari. Ipsa est quæ hominum mater & angelorum, non solùm quæ in terris, sed etiã quæ in cœlo sunt pacificauit. Ipsa est quæ deum homini placans, hominem deo reconciliauit. Ipsa est mi Fulco, quæ fratres illos cum quibus olim dulces capiebas cibos, habitare facit vnius moris in domo. Hæc talis tãmque honorabilis mater à te se queritur offensam, expostulat Lesam. Læsa tamen non prouocat: sed spreta te reuocat, ostendens tibi in te de se veraciter scriptum esse: Charitas patiens est, benigna est. Licet læsa, licet offensa, si conuersus fueris ad illam, obuiabit tibi quasi mater honorificata. Conremptus oblita sui ruet in amplexum tui gaudens quem perdiderat esse, inuentum, qui mortuus fuerat viuum. Sed in quo, inquis, læsi? in quo contempsi? Audi. In eo proculdubio, quòd te quem sinu suo lacte nutriendum materno susceperat, ante tempus ablactasti: quòd expertam lactis dulcedinem in quo posses crescere in salutem, tam leuiter tam celeriter exuſſlasti. O puer insensate. O puer magis sensu quàm ætate: quis te fascinauit à bene incepto itinere tam cito discedere? Aunculus, inquies. Sic Adam quondam vxorem, vxor serpentem ad excusandas excusationes in peccatis prætendebant. Vterque tamen suæ culpæ dignam excepit sententiam. Nolo decanum accuses: nolo te per illum excuses. Inexcusabilis enim es. Illius culpa tuam non excusat. Quidnam ille fecit? Nunquid te rapuit? nunquid vim intulit? Rogauit, non ligauit. Blandiendo attraxit, non violenter traxit. Quis te cogebat credere blandienti, assentire attrahenti? Ille sua nondum reliquerat: quid mirum si te qui suus eras, requirebat? Si agnum de grege, vitulum de armento cum perdit requirit, & nemo cauſatur: te quoque qui multis ouibus vel vitulis apud eum pluris es, ademptum si repetit, quis inde miretur? Siquidem non vsurpat illam sibi perfectionem de qua dicitur: Si quis abstulerit tua, ne repetas. Repetebat ergo suum, qui sua adhuc te-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnebat. At tu qui iam seculum spreueras, secularem sequi debebas? Fugit ouis tremebunda veniente lupo. Abscondit se
Psal.49.c colúba tremens accipitre viso. De cauernula sua mus esuriés exire non audet ambiente cato. Et tu cum videbas furem, currebas cum eo? Nam quid aliud quàm furem dixerim, qui preciosam Christi margaritam, id est animam tuam furari non dubitaueris? Volebam si possem illius errorem dissimulare, ne odium & nullum fructum consequerer ex veritate. Sed non potui, fateor, intactum trãsire, quem vsque ad hanc diem comperi spiritui sancto pro viribus restitisse. Nam qui manum non retinet à malo quo potest: licet quãdoque frustretur effectus, nõ minus culpatur affectus, In me certe feruorem nouitium extinguere voluit, sed Deo gratias, non valuit. Alteri quoque nepoti suo Guirrico cognato tuo multũ restitit: sed quid nocuit? Imo plurimum præstitit. Destitit inuitus tandem senex auunculus à persecutione: extitit inuictus puer nepos, gloriosior de tẽtatione. Sed heu, quomodo te vicit, qui illum vincere non potest? Aut quomodo qui te vicit, ab illo superatus est? Nunquid te fortior ille? Nunquid prudentior? Certe qui antea vtrunq; nouerant, Guirrico Fulconem præferebant. At postquam ventum est ad bellum, exitus indicauit hominum errasse iudicium. Ibi proh pudor fugit, qui præferebatur, vbi fortiter vicit qui inferior credebatur. Sed quid de auunculi dicam malitia qui à Christi militia retrahit nepotes suos, vt secum trahat ad inferos? Itáne
Matt.23.d solet beare amicos? Quos Christus vocat secum in æternum mansuros, auunculus reuocat secum in æternum arsuros. Miror si iam Christus ei non irascatur, & dicat: Quotiens volui congregare nepotes tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur tibi domus tua deserta. Christus dicit, Sinite paruulos venire ad me
Matt.19.b talium enim est regnum cœlorum. Auunculus ait: Sinite nepotes meos vt ardeant mecum. Christus dicit: Mei sunt: mihi debent seruire. Sed oportet, inquit auunculus, eos mecum perire. Christus dicit: Mei sunt: ego illos redemi. Sed ego, inquit auunculus, eos nutriui. Tu quidem, ait Christus, illos nutristi, sed pane meo, non tuo: ego vero redemi non sanguine tuo, sed meo. Sic carnalis auunculus contra patrem spirituum pro nepotibus certat: quos dum bonis cupit onerare terrenis, cœlestibus exhæredat. Christus tamen non rapinam arbitratus, si suos quos fecit & redemit sanguine proprio, ad
Ioan.6 se venientes collegerit: iuxta quod ante promiserat, Et eum qui venit ad me, non eiiciam foras: Fulconi primo pulsanti
I lætus aperuit, lætis amplexibus lætum excepit. Quid plura? Veterem hominem exuitur, & nouum induitur: quódq; solo nomine extiterat, moribus & vita canonicum profitetur. Fama volat, bonus odor Christo rei nouitas circunquaq; diffusa peruenit ad aures auunculi, Quid ergo faceret carnalis nutritius, qui carnis quam nutrierat, quã carnaliter amabat, solatium perdebat? Et si aliis fuit res illa odor vitæ ad vi-
1.Cor.2.d tam: sed non illi. Quare? quia animalis homo non percipit eæ quæ sunt spiritus dei, Stultitia enim illi videtur. Nam si spiritum Christi haberet, non tam de carne doleret, quàm gauderet de spiritu. Sed quia terrena non quæ sursum sunt sapiebat, turbatus & tristis tale aliquid secum voluebat: Quid audio? Væ mihi: à quanta spe cecidi? Sed quid? Debẽtne stare quicquid absque meo consilio, absque mea licentia fecerit? Quod ius, quæ lex, quæ iustitia, quæ ratio, vt quem ex vtero nutriendum susceperi, alius fruatur adulto? Iam caput asperfus canis, heu vitę meę reliquum expendam cum mœrore: quia me deseruit baculus senectutis meæ. Heu mihi. Si hac nocte
Psal.143.c expectitur à me anima mea, quę paraui, cuius erũt? Promptuaria mea plena, eructantia ex hoc in illud: oues meæ fœtosæ, abundantes in egressibus suis: boues meę crassæ cui remanebunt? Prædia, prata, domus, argentea vasa & aurea, cui congregata sunt? Ditiores quoq; ac quæstuosiores ecclesiæ meę honores acquisieram mihi: reliquos etsi non licebat habere, spe tamen in Fulcone tenebam. Quid igitur faciam? Propter illum vnum tot & tãta perdam? Nam quicquid sine illo possederim, amisisse me iudico. Quin potius & ista retinebo, & illum reuocabo si potero. Sed quomodo? Factum est: auditum est. Quòd factum est, non potest non fieri: quod auditum est, celatum esse non poterit. Fulco Canonicus est regularis: si reuertitur ad seculum, notabilis erit & infamis: sed to- K
lerabilius est hæc audire de illo, quàm viuere sine illo. Cedat ergo nunc honestas vtilitati, pudor necessitudini. Malo non parcere verecundiæ pueri, quàm miserabili subiacere tristitiæ. Acquiescens itaque consilio carnis, rationis oblitus & le-
Psal.16.c gis, tanquam leo paratus ad prædam, & sicut leæna rapto catulo rapiens & rugiens, sacra non veritus, sanctorum irrupit
Psal.30.f habitaculum, in quo tyrunculum suum Christus absconderat à contradictione linguarum, postmodũ admixturus consortio angelorum. Querit ac flagitat reddi sibi nepotẽ suum, queritur & clamat iniuste se ab illo relictum, Christo reclamante & dicente: Quid agis miser quid furis? Quid me per-
Actо.9.a sequeris? Non sufficit tibi quòd tuam, tuoque exemplo multorum mihi animas tuleris, si non etiam hunc ausu sacrilego
Psal.75.b rapias de manu mea? Non times tu futurum iudicium? An
Eccli.7.d contemnis terrorem meum? Cui hoc facis? Cui bellum indicis? Terribili vtique, & ei qui aufert spiritum principum. In sane redi ad cor tuum. Memorare nouissima tua, & non pec-
Gen.19.c cabis. Memorare quæ tua substantia, & vtiliter timebis. Et tu puer, inquit, si assensseris, si acquieueris, morte morieris.
Luc.9.g Memento vxoris Loth de Sodoma quidem electæ, quia deo credidit: sed in via mutatæ, quia retro aspexit. Disce in euan-
L gelio quòd non liceat retro aspicere ei qui semel manum ad
Psal.35.a aratrum misit. Auunculus tuus quærit animam tuam, qui iam
Psal.54.d perdidit suam. Verba oris eius, iniquitas & dolus. Noli intẽdere fili mi vt male agas: noli intẽdere in vanitates & in-
Psal.9.c fanias falsas. Ecce in via qua ambulas, absconditi laqueos, tendit retia. Mollíri sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt
Ibidem.f iacula. Vide fili mi ne rapiaris à labiis iniquis, & à lingua do-
Gala.1.d losa, Configat carnes tuas diuinus timor, ne te decipiat car-
Deut.32.d nalis amor. Blanditur, sed sub lingua eius labor & dolor. Lachrymatur, sed insidiatur. Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum. Caue, inquam, fili mi, nec acquiescas carni & sanguini: nam gladius meus deuorabit carnes. Sperne blandimenta, contemne promissiones.
Psal.65.c Promittit magna, sed ego maiora. Offert plura, sed ego plurima. Dimittes ergo pro terrenis cœlestia, pro temporalibus æterna? Alioquin oportet te soluere vota tua, quæ distinxerunt labia tua. Iuste exigitur ad soluendum, qui non cogitur ad vouendum. Nam etsi cum pulsares, non repuli: tamen vt intrares, non compuli. Non licet ergo dimittere quod sponte promisisti. Non est fas requirere quæ per te dimisisti. Ea vtrumque vestrum præmoneo, vtrique salubriter consulo. Tu, inquam ad auunculum regulatẽ ne reducas ad seculum: quia si reducis, seducis quem apostatare facis. Tu regularis
M secularem ne sequaris: quia si illum sequeris, me persequeris, cui de teipso iniuriam facis. Tu si seduxeris animam pro
Matt.12.c qua mortuus sum, crucis meæ te constituis inimicum. Qui enim non colligit mecum, dispergit. Quanto magis qui collectos dispergit? Tu verò si ei consentis, à me dissentis: quia qui non est mecum, cõtra me est. Quanto magis qui mecum fuit, si me deserit, contra me est? Tu si circunuenis paruulum qui ad me venit, seductor ac sacrilegus iudicaberis. Tu verò si quod ædificaueras, iterum destruis, prævaricatorem te cõ-
Deut.3.c stituis. Ambos vos necesse est meo iudicio præsentari, amborum assistere meo tribunali. Alter de propria præuaricatione, alter de alterius seductione iudicabitur. Et vnde alter in iniquitate sua morietur, inde morientis sanguis de manu alterius requiretur. Hæc & his similia vtriusque teste conscientia, vtrique Christe inuisibiliter, sed terribiliter intonabas: his sacris monitis amborum mentes piè terrendo pulsabas. Quis ad hæc non timeret, timendo relipiscere, nili qui
Ibidem. more aspidis surdæ, & obturantis aures suas, vocem venefici
Psa.57.a incantantis sapienter, aut non audiret, aut se audire dissimularet? Sed vsquequo iam satis vel nimis longam protrahimus epistolam, dum inuiti loquimur rem silentio dignam? Cur tantis circuitionibus ad veritatẽ ambimus, dum pudenda reuelare timem? Dicam tamẽ, dicam cum pudore, quod multis cognitum, occultare etsi volo, non valeo. Sed quare cum pudore? Vt quid me scribere pudeat, quod illos nõ puduit facere? Si pudeat audire quod impudenter egerunt, non pudeat emendare quod libenter non audiunt. Proh dolor, Neutrum illorum reuocare potuit, aut illum à seductione timor

A mor & ratio, aut hunc à præuaricatione pudor & professio.
Psal.7.d Quid plura? Verba præcipitationis concinnat lingua dolosa. Concepit dolorem, & persuasit iniquitatem. Subuertit
1.Petr.2.d peruersus conuersum: reuertitur canis ad vomitum. Ecclesia vestra suum recepit alumnum, quem melius habebat amissum. Sic Lugdunum olim studio similiter & industria sui decani, eiusdem decani nepotem suum canonicum, quem bene perdiderat, male recuperauit. Sicut ille Fulconem beato Augustino, sic Othbertum iste sancto Benedicto subripuit. O
Psal.17.d quàm ordinatius ipse cum sancto sanctus efficeretur, quàm cum peruerso sanctus peruerteretur. O quàm pulchrius senem secularem puer religiosus ad se traheret, & sic vinceret vterque, quàm religiosum secularis ad se retraheret, in quo victus est vterque. O senem infelicem, ó auunculum crudelem, qui iam decrepitus, statim moriturus, nepotis animam
Eccli.14.a prius interfecit: quem vt peccatorum suorum haberet hæredem, à Christi sorte priuauit. Sed qui sibi nequam est, cui bonus? Maluit in suis facultatibus habere successorem, quàm pro iniquitatibus intercessorem. Sed quid ad me de decanis magistris nostris, qui principatum meruerunt in ecclesiis? Clauem scientiæ tenent, & primas cathedras in conuentibus possident. Viderint ipsi qualiter subditos iudicent, fugitiuos reuocent, reuocatos si ita voluerint iterum effugent, dispersos colligant, collectos dispergant. Quid ad me? Fateor a-
B liquantum in illos propter te, mi Fulco, modum nostræ paruitatis excessi, dum tuam de illis cupio palliare verecundiam, temperare culpam. Omitto ergo illos, ne non tam reprehensioni, quàm reprehensori iuste indignentur: nec tam de sua correctione cogitent, quàm mihi de præsumptione calumnientur. Non ecclesiæ principem, sed puerum scholarem obiurgare suscepi: qui nesciat indignari, non norit irasci: nisi forte & tu sensu non malitia paruulus, idipsum mihi calumnieris, & dicas: Immo quid mihi & ipsi? Quid ad illum de peccato meo? Nunquid ego sum monachus? Et ad hoc fateor, quod respondeam non habeo: nisi quòd confisus sum tum de tua quam in te credidi ingenita mansuetudine, tum de dei charitate, qua & in principio epistolæ excusasse me memini. Cuius zelo tantum tui amoris misertus, tantum tuæ miseriæ compassus sum: quatenus supra modum & morem meum de te non meo me intromiserim. Grauis lapsus tuus ac miserabilis casus prouocauit me vt hoc præsumpserim. Quem enim coætaneorum tuorum me vidisti arguere? Cui vel breuissimas aliquando literas direxisse? Non tamen quòd omnes cæteros sanctos putauerim, aut nihil in eis reprehensione dignum inuenerim. Cur ergo, inquis, singulariter me reprehendis, cum & in aliis videas quod iustius forsitan reprehendere possis? Ad quod ego: Propter singularitatem erroris tui, propter immanitatem peccati tui. Nam etsi plerique alij pessime viuunt, etsi inordinati & indisciplinati sunt: non-
C dum tamen ordinem aut disciplinam professi sunt. Sunt quidem peccatores, sed non præuaricatores. Tu verò quantumlibet modestè & honestè viuas: si castè, si sobriè, si omnino religiosè te habeas, deo tamen minus accepta est tua religio, quàm deturpat voti præuaricatio. Idcirco charissime, ne te tuis coætaneis compares, à quibus professio separat. Nec respectu secularium de tua tibi forte paulo grauiori continentia blandiaris: cum tibi dominus dicat: Vtinam te calidum aut frigidum inuenissem. Hic ostenditur apertè quia minus deo tepidus places, quàm si vel quales illi sunt, frigidus esses. Illos vtique deus patiẽter expectat de frigore quandoque ad calorem proficere. Te verò indignans, aduertit de calore iam in tepore defecisse. Et quia tepidum te inueni, incipiam, inquit, te euomere ex ore meo. Et merito: quia tu ad tuum vomitum redisti: quia tu eius gratiam euomuisti.
Ibidem.

Heu quomodo Christum tam cito fastidis, de quo scriptum est: Mel & lac sub lingua eius? Miror quòd ad gustum
Cantic.4.c cibi dulcissimi nauseris: si tamen gustasti quàm dulcis est dominus. Aut certè nondum gustasti, & nescis quid sapit Christus, ideóque non appetis inexpertum: aut si gustasti, &
Psalm.24.c dulce non sapuit, sanum non habes palatum. Ipse quippe dei est sapientia, quæ ait: Qui comedit me, adhuc esuriet: & qui bibit me, adhuc sitiet. Sed quomodo potest esurire vel sitire Christum, plenus quotidie siliquis porcorum? Non potes bibere simul calicem Christi, & calicem dæmoniorum. Calix D
dæmoniorum superbia est: calix dæmoniorum detractio & inuidia est: calix dæmoniorum crapula & ebrietas est. Quæ cum impleuerint vel mentem vel ventrem tuum, Christus in te non inueniet locum. Non mireris quod dico. In domo auunculi tui non potes inebriari ab vbertate domus dei. Cur? inquis. Quia domus deliciarum est. Quomodo ignis & aqua simul esse non possunt: sic spirituales & carnales deliciæ in eodem se non patiuntur. Vbi crapulam ructantis inter pocula senserit Christus, vina sua dulciora super mel & fauum menti propinare non dignatur. Vbi curiosa ciborum diuersitas, vbi diuitis supercœlestilis discolor varietas oculos pariter pascit & ventrem: cœlestis panis ieiunam deserit mentem. Eia lætare iuuenis in adolescentia tua: vt decedente pa-
Eccles.11.d riter cum ætate temporali lætitia, succedat quæ te absorbeat æterna tristitia. Sed absit hoc ab adolescentulo nostro: auertat hoc deus à puero suo. Quin potius disperdat dominus
Psal.11.a vniuersa labia dolosa eorum qui tibi tale consilium donant:
Psal.69.a qui dicunt tibi quotidie, Euge euge: & quærunt animam tuam. Hi sunt cum quibus habitas: quorum praua colloquia adolescentis bonos mores corrumpunt. Sed quãdiu iam non exis de medio eorum? Quid facis in vrbe, qui clausttum elegeras? Quid tibi cum seculo, qui seculum spreueras? Funes
Psal.15.b ceciderunt tibi in præclaris: & tu opibus inhias terrenis? Si E
vis habere simul hæc & illa: breuiter tibi respondebitur:
Luc.16.f Memento fili, quia recepisti bona in vita tua. Recepisti dixit, non rapuisti: ne etiam de hoc tibi frustra blandiaris, quòd tuis contentus aliena non rapias. Veruntamen quæ sunt illa tua? Beneficia ecclesiæ? Rectè, quia surgis ad vigilias, vadis ad missas, horis chorum nocturnis diurnisque frequẽtas. Bene facis. Sic ecclesiæ præbendam gratis non accipis. Dignum est vt qui altario deseruit, de altario viuat. Conceditur ergo tibi vt si bene deseruis, de altario viuas, non autem vt de altario luxurieris, vt de altario superbias, vt inde compares tibi frena aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, varia grisęaque pellicea à collo & manibus ornatu purpureo diuersificata. Denique quicquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est. Orabat quidam sapiens tantùm victui suo
Prou.30.b tribui necessaria, non superflua. Habentes (sait apostolus) vi-
1.Tim.6.b ctum & vestitum, non victum & ornatum. Et quidam alius sanctus: Si dederit, inquit, mihi dominus panem ad mandu-
Gen.28.d candum, & vestimentum quo operiar. Nota, quo operiar. Sic ergo & nos contenti simus vestimentis quibus operiamur: non quibus lasciuiamus, non quibus superbiamus, non quibus mulierculis vel similari vel placere studeamus. Sed hoc faciunt, inquis, cum quibus habito: si non facio quod cæteri, de singularitate notabor. Propterea, inquã, exi de medio eorum, ne aut in vrbe notabiliter viuas, aut exemplo pereas a- F
liorum. Quid agis in vrbe delicate miles? Commilitones tui quos fugiens deseruisti, pugnãt & vincunt, pulsant & intrant, cœlum rapiunt & regnant: & tu sedens super ambulatorem tuum indutus purpura & byssо, circuis plateas, vicos perambulas? Hæc sunt pacis ornamenta, non belli munimenta. An
Ezec.13.b dicis pax, & non est pax? Purpura non propulsat libidinem, non superbiam, non auaritiã repellit: & si qua sunt alia ignea inimici iacula non extinguit. Denique quod magis metuis, febrem non prohibet, mortem non arcet. Vbi sunt arma bellica, vbi scutum fidei, vbi galea salutis, vbi patientiæ lorica? Quid trepidas? Plures sunt nobiscum, quàm cum illis. Sume arma, resume vires, dum adhuc prælium durat. Assunt angeli spectatores & protectores: adest ipse dominus adiutor & susceptor, qui doceat manus tuas ad prælium, & digitos tuos ad bellum. Procedamus in adiutorium fratrum, ne si forte sine nobis pugnent, sine nobis vincant, sine nobis ingrediantur: nouissime cum clausa fuerit ianua: serò pulsantibus, de intus nobis respondeatur: Amen dico vobis, nescio
Matt.25.b vos. Fac, quæso, te prius sciri, fac te prius videri, ne tunc nesciatis ad gloriam, sciaris autem ad pœnam. Si te Christus agnoscit in bello, recognoscet in cœlo: & sicut promisit, manifestabit tibi seipsum: si tamen & tu pœnitẽdo & resipiscẽdo talẽ te exhibueris, vt cum fiducia dicere possis: Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. His interim admonitionibus ve-
1.Cor.13.d

G recundum adolescentis animum pulsatum esse sufficiat. Iam enim nostris etiam precibus pro eo diuina pulsan-da est pietas. Quę si ad ictus nostrarum inuectionum eius mentem vel parum mollitam inuenerit, confido de ipsa quod citius nos de ipso lætificabit.

Ad quosdam canonicos regulares.
Epistola tertia.

EXhortatio illa in literis vestris tam salubris, tam compendiosa, magna quidem scientiæ, mira charitatis vestræ indicia mirantibus nobis & congratulantibus præfert. Sed quod de laudibus nostris pro vestra deuotione, quę tamen non pro bastis, tam excellentia prǽmisistis: etsi ad humilitatis quoque formam quantum ex vobis est, non mediocriter instruere nos potuit, conscientias tamen nostras multo inferius iacentes, quantùm in nobis est, vehementer exterruit. Quis enim nostrum suam attendens conuersationem, tanta de se & tam indebita sine magno vel metu vel periculo posit audire? De huiusmodi quippe, alieno seu etiam proprio se iudicio committere, securum non est. Qui
1.Cor.4.d enim iudicat nos, dominus est. Cæterum de fratribus de quorum salute vestram nimirum charitatem solicitam esse
H cognouimus, vt securos vos reddamus, noueritis multorum illustrium virorum, & maximè clarissimi viri Vvilhelmi Cathalaunensis episcopi, hortatu & consilio ad nos declinasse: Séque à nobis suscipi multis precibus ac supplicationibus impetrasse: ea videlicet intentione, vt ob tenorem arctioris vitæ, ab institutionibus beati Augustini ad obseruantias sancti Benedicti dei adiutorio sic trǽseant, vt tamen ab eius magisterio, qui vnus est omnibus magister in cœlo & in terra, non discedant. illámque primam fidem quam apud nos, imò quam primùm in baptismo promiserunt, nõ irritam faciant, sed saluam integrámque custodiát. Talibus itaque taliter susceptis, absit vt synceritatem vestram aut in suscipiendo læsam, aut in retinẽdo lædendam esse credamus: dum tamen illos si forte intra annum probationis, qui regulariter constitutus est, cœpta deserere, & ad vos redire velle contigerit, inuitos non detineamus. Alioquin sanctissimi fratres, vestra non refert vt in spiritum libertatis qui in eis est, anathemate inconsulto frustra impedire nitamini, nisi forte (quod deus auertat) quæ vestra, non quæ Iesu Christi sunt, quærere studeatis.

Ad Arnoldum abbatem Morimund.
Epistola quarta.

Domino abbati Arnoldo frater Bernardus de Claraualle spiritum compunctionis & consilij.

I PRimo scire te volo, domnũ Cisterciẽsem, necdũ quando tuus nũcius ad nos venit de Flándria, quò paulo ãte per nos transierat, remeasse, & ob hoc nec literas accepisse quas ei iussisti præsentari, & adhuc esse tantæ à te præsumptæ nouitatis ignarum. Felix interim, cui tam tristes rumores vel ad tempus liceat ignorare. Deinde quòd de tui desperanda nos reuocatione interdicis, ne quod quasi inconcusse apud te fixum est, frustra tibi literas dirigendo dissuadere conarer, in hoc tibi obedire fortasse quidem pro ratione non debui: reuera autem præ dolore, fateor, non potui: cum & si pro certo scirem vbi te opportune inuenissem, ipse potius venissem, quàm has misissem, effecturus fortasse per me ipsum, quod nullis literis possum. Rides forsitan meam huiusmodi tanquam cassam fiduciam, vtpote propriæ pertinaciæ conscius, ad quam vtique flectendam, nullam vim, nullam precem, nullam speras prævalere industriam. At verò ego de illius potentia non diffidens qui dixit: Omnia sunt
Mar.9.d possibilia credenti: fidenter vsurpans & mihi illam sententiam, Omnia possum in eo qui me confortat: quanuis in magna parte lapidei cordis tui obstinationem & ipse non ignorem, vtinam nunc tamen siue fructuosè siue frustra tuo lateri adhærerem. Quanta quæ me mouent aduersum te, frustra nescio an fructuosè, iacerem tibi in faciem non, solùm verbis, sed & vultu & oculis! Tuis deinde prouolurus vestigiis, tenerem pedes, amplecterer genua, totúsq; à collo pendens illud mihi dulcissimũ capur deosculares, quod sub vno me-
cum proposito, suaui iugo Christi iam pluribus annis attri- K
tum est. Flerem quoque quantum valerem, rogarem & obsecrarem per dominum Iesum, quatenus parceres, primò quidem eius cruci, qua vtique redemit, quos tu quantum in te est perimis, collegit quos tu dispergis. Perimis, inquam, & dispergis, siue quos tecum ducis, siue quos hic deseris, quibus vtique etsi diuersum, non dispar tamen vtrisque metuimus periculum. Deinde etiam parceres & nobis amicis tuis, quibus licet immeritis, non nisi fletum & lachrymas reliquisti. O si hoc mihi licuisset, flexissem forsitan affectione, quem ratione nõ possum: pectúsque illud ferreum quod nec Christi timori in hac re duntaxat cedere acquiescit, fraterna forte pietas emollisset. Sed heu: & hanc nobis copiam subtraxisti. O magna nostri ordinis columna, patienter, quæso, audi amicum vel absentem tuę penitus discessionis impatiẽtem, tuo medullitus & labori & periculo compatientem. O inquam magna nostri ordinis colũna, non metuis te ruente magnam mox proculdubio ruinam secuturam? At ego, inquies, non ruo: scio quod facio: bonam conscientiam habeo. Esto. Credimus tibi de te. Sed nunquid de nobis, qui iam & grauia tuo ex discessu gementes sustinemus scandala, & grauiora pauentes expectamus pericula? An & tu quoque non ignoras ista, sed dissimulas? Qua ratione ergo multo- L
rum faciendo ruinam, te ruere non præsumis, qui in hoc videlicet positus eras, vt nõ quod tibi est vtile, sed magis quod aliis: nec quæ tua, sed quæ Iesu Christi sunt quærere debeas? Quomodo inquam securus abis, qui gregi tibi commisso, omnem de se securitatem in perpetuum aufers? Quis occurret lupis incursantibus? quis consolabitur in tribulationibus? quis prouidebit in tentationibus? quis denique leoni re- 1.Petr.5
sistet rugienti & quærenti quem deuoret? Patebunt sine du- Psal.52.a
bio morsibus malignantium, qui deuorant plebem Christi sicut escam panis. Heu quid facient nouellæ plantationes Christi, quæ per manus tuas consitæ fuerát diuersis in locis, & locis horroris & vastæ solitudinis? Quis circumfodiet? quis impinguabit fimo? quis sepem circundabit? quis succrescentes solicitus erit rescindere surculos? Aut flante profecto tentationum vento, tenerrimæ adhuc (heu) facilè eradicabuntur: aut inter fruteta certe simul exorientia, cum non erit qui purget, suffocatæ nullum afferent fructum. Quæ cum ita sint, iudica tu quale hoc tuum bonum erit, aut si vel esse poterit bonum cum tantis malis. Quantumlibet dignos fácturum te fructus pœnitentiæ cõfidas: nónne huiusce modi spinis necesse erit suffocari? Nónne denique si rectè offers, & non rectè diuidis, peccas? Quid enim? Recténe forte diuidere esse dices, soli animæ tuæ consulere: & filios tuos quos orphanos relinquis, cõsilio paterno destituere? O miseros & miserabiles, & eo miseriores, quo viuo se conspiciunt orbari patre. Quanquam dubitare te quoque oportuerit an uel tibi rectè cõsulas, in eo videlicet, quòd absque consilio fratrum & coabbarum tuorum, absque patris & magistri tui licentia, rem tam nouam præsumis. Illud etiam multos permanet, ximè mouet, quòd pueros imbecilles & delicatos iuuenes tecũ ducis. Alioquin si boni & robusti sunt desolatæ domui fuerant necessarij. Si delicati (vt dixi) & imbecilles, duræ acsunt laboriosæ peregrinationi non erunt idonei. Sed & regendis animabus eorum nequaquã te vltra credimus velle præesse: quippe cuius cognouimus esse propositum, pastorale abiicere sarcinam duntaxat tuorum, & soli deinceps viuere tibi. Valde enim incongruũ esset, vt alibi præsumptuosè non vocatus resumeres, quod alibi prohibitus inconsultè relinquis. Sed iam ne omnia sciẽti, multa superfluo ingeram: in fine & in fide tibi polliceor, si opportunitatem loquendi tecum mihi dederis, daturum me operam quatenus idipsum quod inordinate & periculosè aggressus es, licite & ob hoc securè peragas. Vale.

Ad Adam monachum, qui prædicto abbati Morimundi adhæsit: in qua dissuadet ne peregrinetur cum illo. Epistola quinta.

TVa mihi satis comperta humilitas, & instantis periculi necessitas, prębet mihi fiduciam conueniendi te acrius, & arguendi liberius. O insensate, quis te fascinauit tam

A tam citò recedere ab illo salubertimo cõsilio, in quo dudum tibi pariter & mihi deo solo teste conuentum est? Cogita in-
Psal.118.b sipiens vias tuas, & conuerte pedes tuos in testimonia domini. Non recordaris quòd primò in Maiori monasterio tuæ conuersionis initia dedicasti: secundò apud Fusniacum nostræ te qualicunque prouidẽtiæ commendasti: tertiò in Morimundo stabilitatem tuam formasti: quartò mecum rursus inito consilio, suggestæ tibi ab abbate Arnoldo peregrinationi, imò vagationi, ingenuè abrenunciasti: ipsius quoque tibi consortium, si non ipse licitè posset abire, illicitum iudicasti? Quid enim? Liciténe dices illum recedere, qui & sibi commissis lachrymabile scãdalum reliquit, nec cõmissoris licentiam expectauit? Sed quorsum, inquies, tendunt hæc quæ sic retractare voluisti? Vt te manifestæ leuitatis arguam, vt est, & non esse te apud te, euidenter ostendã: sicque errorem tuum
1.Esdr.4.a iam tandem agnoscens & erubescens, vel serò discas ab apo-
Eccles.6.a stolo, non omni spiritui credere: discas à Salomone multos
Matt.11.a quidem amicos, vnum autem habere cõsiliarium de mille: di-
Matt.7.d scas præcursoris domini exemplo, non solùm mollibus non
Matt.10.b vestiri, sed nec in modum vẽto agitatæ arundinis circunferri omni vento doctrinæ: discas ex euangelio domum tuã supra petram fundare: discas & cum discipulis serpentis non obliuisci prudentiã cum simplicitate colũbæ: & tam ex his quàm ex aliis atq; aliis scripturarum testimoniis hanc colligas summam, quantum tibi videlicet vsq; modo milleformis ille se-
B ductor illusit, qui cum in te boni initium non valuit præpedire, inuidit perseuerantiæ. Hoc nimirum suæ posse sufficere malitiæ iudicans, si hanc posset auferre tibi, quam solam virtutum nouerat coronari. Obsecro te per viscera misericordiæ Christi vt nullatenus abeas, aut vel nõ prius quàm ad nos loco quidem opportuno venias loqui, si quod forte tantis malis, quæ iam nobis ex vestra discessione aut venisse sentimus, aut ventura metuimus, queat remedium inueniri. Vale.

Ad Brunonem Colonien sem, vnde supra. Epistola sexta.

Domino Brunoni Colonien si viro illustri, & dilecto suo frater Bernardus abbas, dictus de Claraualle salutem, & si quid potest peccatoris oratio.

EX quo dudum Remis nostri inuicem vtrique gratam cepimus notitiam, non puto vos nostræ penitus fuisse paruitatis oblitum. Et ob hoc non timide tanquã ad extraneum, sed fidentissimè scribo ad vos quæcunq; volo, vt ad notum & familiarẽ nostrum. Arnoldus abbas Morimundensis in graue totius nostri ordinis scandalum, suũ nuper monasterium satis inordinate deseruit. Quippe qui nec coabbatum suorum in tam scrupuloso facto expectauit cõsilium, nec ipsius cui præ-
C cipuã debebat subiectionẽ, abbatis scilicet Cisterciẽsis licẽtiã vel assensum. Sed cũ esset homo sub potestate, habens & ipse sub se milites, potestatis impatiens superioris, alienum quidẽ iugum à propria ceruice superbus abiecit, suum autẽ superbior in subiectos retinuit. Siquidem de magna multitudine monachorum quos circuiens mare & aridã inaniter congregarat, non Christo, sed sibi, paucis admodum, hísque simplicioribus ac remissioribus relictis desolatis, meliores quosque & perfectiores sui socios erroris assumpsit. Inter quos tres, quorum nos maximè ablatione turbauit, ausus est etiam seducere, & secum ducere statuit: Eurardum videlicet fratrem nostrum, & Adam quem bene nostis, nobilémque illum puerum Cõradum, quem & pridem non sine scandalo tulerat de Colonia. Quos tamen, si operam dare volueritis, vestra confidimus posse reuocari industria. Nam de ipsius Arnoldi reuocatione, quia iam in pluribus eius inflexibilis animi obstinationem probauimus, incassum laborare vos nolumus. Audiuimus autẽ Eurardum & Adam, & nõnullos eiusdem consortij alios fratres, in vestris adhuc partibus demorari. Quod si verũ est, oportet vos eos per vos interim, si dignamini, conuenire, flectere precibus, ratione cõuincere, & columbinam eorum simplicitatem prudentia instruere serpentina, ne putent obedietiam inobedienti adhærere, ne licite sequi se possе confidant vagantem illicite, ne seducantur deserere professum ordinem propter inordinatum hominem, cum ipsum quoque angelum de cœlo, si aliud eis euangelizauerit, dubi- D
tare non oporteat apostolica auctoritate anathema dicere: & Gala.1.b
ab ipso doceantur apostolo, se ab omni fratre inquietè ambulante debere subtrahere. Qui vos quoque doceat non su- 2.Thes.3.b
perbè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, donec omni- 1.Tim.6.d
bus abrenunciantem probatum sibi Christus vendicet discipulum. Valete.

Ad Adam monachum, vnde supra, in qua monet eum vt mortuo abbate redeat, & quòd non debuit ei obedire. Epistola septima.

SI maneres in charitate quam in te olim aut nouimus, aut putauimus, charitatis profectò damna sentires, quę vtique sunt scandala pusillorum. Nec enim charitas charitatem offenderet, aut contemneret cum sentiret offensam. Nam se ipsam non potest negare, nec enim in se diuisa est. Nouit potius in se diuisa coniungere, coniuncta diuidere nescit. Proinde, vt dixi, si maneret in te, non sileret, non quiesceret, non dissimularet, gemens & æstuans, & intra pium pectus tuum proculdubio submurmurans illud: Quis scandalizatur, & ego non 2.Cor.11.g
vror? Siquidem benigna est, pacem diligit, congaudet vnitati. Sola quippe est quæ illam generat, colligat, solidat, & conseruat, vbicunque seruari cognoscitur in vinculo pacis. Infensa ergo vobis hac tam honorabili matre vnitatis & pacis, quo E
pacto queso vestrum quodcunque sacrificium deo fore acceptum præsumitis, cum absque illa nec martyrium quidẽ aliquid esse putet apostolus? Aut qua ratione vobis forte infen- 1.Cor.13.a
sam non esse confiditis, cuius castis visceribus, cuius charis pignoribus tam inhumanè agẽdo non pepercistis nec parcitis, scindentes vnitatem, rumpentes vinculum pacis? Ponendum est ergo munus quodcunque offerre paratis, & prius habenti aduersum vos non fratri, sed fratrum multitudini recõciliandum. Ecce nimirum vniuersæ fraternitatis vnitas adũersum vestram paucitatem quodam veluti vestri discessus gladio fauciata conqueritur, quasi quæ plangens miserabiliter dicat: Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Et merito. Qui e- Cant. 1.d
nim non est cum illa, contra illam est. Putas sine gemitu tam iustum filiæ gemitum pia possit mater charitas audire? Ideo & ipsa nostris lachrymis iungens suas ait de vobis: Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Charitas ipse Esa.1.a
deus est: Pax nostra Christus, qui fecit vtraque vnum. In tri- Ephe.2.c
nitate vnitas maximè commendatur. Cui ergo charitas, pax & vnitas irata cognoscitur: quid habet in regno Christi & dei? Sed forsitan dicis: Abbas noster abduxit nos, & secum ire præcepit, num inobedientes esse debuimus? Scis quidem, nisi forte oblitus sis, quid quadam die cõmunicato mecum iam conspirati scandali consilio, ac diligẽter mutua collatione discusso, inter nos conuenerit. In quo si permansisses, F
& de te illud non incongruè diceretur: Beatus vir qui non Psal.1.a
abiit in consilio impiorum. Sed esto. Debuistis obedire filij patri, magistrum sequi discipuli. Licuerit certè abbati monachos suos ducere quò libuerit, & docere quod voluerit, sed quandiu vixit. Nunc verò mortuo illo, quem vel audire doctorem, vel sequi ducem cogimini, quò adhuc tam graue scandalum emendare cunctemini? Quis iam prohibet non dico me, sed deum nostrum per os Hieremiæ benigne vos reuocantem audire? Ait enim: Nunquid qui cecidit, non resur- Hiere.8.b
get? aut qui auersus est, non reuertetur? An & ille moriens interdixit ne vel post casum tentetis resurgere, post auersionem mutire audeatis de reuersione? Itáne etiam defuncto necesse est vos obedire, & obedire contra charitatem, obedire in vestræ ipsorum salutis periculum? Sed arbitror quòd nequaquam firmius seu tenacius dices esse vinculum abbatum ad subditos, quàm cõiugum ad seipsos, quorum quippe deus copulam, & non homo, inuiolabili ligauit sacramento, loquente saluatore: Quod deus coniunxit, homo non separet. Matt.19.d
Apostolo autem asserente solutam esse mulierem à lege viri Rom.7.c
mortuo illo, tu te abbatis exiftimas defuncti lege teneri, & hoc contra legem quæ sanctior est, legem videlicet charitatis? Et hæc dixi non quod putem vos vel viuenti in hoc paruisse debere, aut vel dicendam esse obedientiam sic paruisse. Alioquin generalis de huiusmodi illa sententia esti Decli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nantes autem in obligationes, adducet dominus cum operã-
Psa.124.a tibus iniquitatem. At ne forte quis abbatum etiam in ma-
lo obedientiam ab hoc maledicto liberam esse cõtendat, au-
di alibi apertius: Filius non portabit iniquitatem patris, &
Ezec.18.c pater non portabit iniquitatem filij. Ex his ergo liquidò ap-
paret mala imperantibus nõ esse parendum, præsertim dum
pratuis obtemperans imperiis, in quo homini videris obe-
diés, deo plane qui omne quod perperam agitur, interdixit,
inobedientem te exhibes. Valde autem peruersum est profi-
teri te inobedientẽ, in quo noscaris superiorem propter infe-
riorem, id est, diuinam propter humanam soluere obedien-
tiam. Quid enim? Quod iubet homo, prohibet deus: & ego
audiam hominẽ, surdus deo? Non sic apostoli. Clamãt quip-
pe dicentes: Melius est obedire deo, quam hominibus. Hinc
Actor.5.c dominus in euangelio Pharisæos increpans, Quare & vos
Matt.15.a inquit, transgredimini mandatum dei propter traditionem
vestram? Et per Esaiam: Sine causa autem, ait, colũt me, man-
Esa.29.d data & doctrinas hominum tenentes. Et item ad protopla-
stum: Pro eo quod obedisti voci vxoris tuæ plusquam meæ,
Gene.3.c maledicta terra in opere tuo. Igitur facere malum, quòli-
bet etiam iubente, constat non esse obedientiam, sed potius
inobedientiam. Sane hoc aduertendum quòd quædam sunt
pura bona, quędam pura mala, & in his nullam deberi homi-
nibus obedientiam: quoniam nec illa omittenda sunt, etiam
H cum prohibentur, nec ista vel cum iubentur committenda.
Porrò inter hæc sunt media quædam, quæ pro modo, loco,
tempore, vel persona, & mala possunt esse, & bona. & in his
lex posita est obedientiæ, tanquam in ligno scientiæ boni &
mali quod erat in medio paradisi. In his profecto phas non
est nostrum sensum sententiæ præscribere magistrorum. In
his omnino prælatorum nec iussio nęc prohibitio contem-
nenda. Videamus ne forte tale fuerit quod arguimus in vo-
bis: & ob hoc forsitan argui non debuerit. Quod euidentius
elucebit, si præmissæ diuisioni exępla subiecero. Fides, spes,
charitas, & cætera huiusmodi, pura sunt bona, quæ quia ma-
le non possunt vel iuberi vel teneri, bene non possunt vel
prohiberi vel nõ teneri. Pura mala sunt, furtum, sacrilegium
adulterium, & cætera talia, quæ vtique nec vel bene præcipi
vel perfici possunt, nec male prohiberi vel non fieri, Aduer-
sus huiusmodi non est lex. Nullius quippe prohibitio valet
obuiare præceptis, nullius iussio præiudicare prohibitis.
Sunt deinde media, quæ quidem per se nec bona esse noscũ-
tur nec mala: possunt tamen indifferenter & bene pariter &
male vel prohiberi vel iuberi, sed male nullatenus in his à
subditis obediri. Ex his sunt, vt exempli gratia ponam, ieiu-
nare, vigilare, legere, & quæque talia. Sciendum verò quia
media quædam in purorum plerumque bonorum seu malo-
I rum transeunt rationem. Nam coniugium cum & fieri li-
ceat, & non fieri: factum iam solui non licet. Quod ergo ante
nuptias medium esse liquebat, in iam coniugatis puri boni
vim obtinet. Item propria possidere, seculari quidem homi-
ni medium est, quoniam & non possidere licet: monacho
verò quia possidere non licet, purum malum est. Vidésne
iam frater, vestrum factum cui potissimũ membro diuisio-
nis cõueniat? Si puris aptandum bonis, probabile est, Si pu-
ris malis deputandum, vituperabile est. Sin verò collocan-
dum inter media: via quidem excusari forsitan potest pro-
pter obedientiam, mora verò penitus non potest, quæ non
fit per obedientiam. Nam mortuo iam abbati, si quid ante
iussit quod non debuit: nequaquam esse parendum superior
patefecit disputatio. Etsi res per se iam satis elucescat, ta-
men propter quosdam qui quærunt occasionem, vbi ratio
non suppeditat, clarum faciam breuiter, & ita clarũ, vt om-
nis dubietatis vmbra dispareat: quòd nec purum nec me-
dium bonum, sed plane purum fuerit malum sic obedisse, sic
vestrum monasterium reliquisse. Et quidem taceo de mor-
tuo, qui suũ & solum iam iudicem habet deum, & verè nunc
suo domino aut stat aut cadit: ne forte indignans & merito
indignãs dicat deus: Tulerunt homines à me iudicium. Ta-
men ad correctionem viuentium, non quidem quod gesit,
sed quod iusit, discutio, vtrum videlicet illa iussio vim ha
bere debuerit, quatenus in scandalum multorum ei fuerit
obsequendum. Et præmittendum quòd si qui simpliciter, ni-
hilque suspicantes mali, male licet proficiscentem secuti K
sunt, putantes cum episcopi Lingonensis & abbatis Cister-
ciensis (nam vtrique debitor erat) licentia proficisci (quod
vtique nonnullos de illo comitatu sic credidisse incredibi-
le non est) nostra hæc illos non tangit reprehensio, dum-
modo vbi compererint, sine mora regrediantur. Igitur ad-
uersus illos rãtùm, immo pro illis sermo est nobis, qui scien-
tes & prudentes miserunt manus in ignem, qui conscij præ-
sumptionis, secuti sunt præsumptorem, non audientes apo-
stolum prohibentem & denunciantem vt se ab omni fratre
ambulante inordinate subtraherent, contemnentes & ip-
sius domini vocem dicentis: Qui non colligit mecum, di-
spergit. Vos fratres, uos inquam, aperte & specialiter notat
illud apud Hieremiam, quod cum dolore quidem reminis-
scor, opprobrium, Hæc est, inquit, gens quæ non audiuit vo-
cem dei sui. Dei enim propriè vox est ista, hostem suum pro-
prio desygnantis ex officio, & tanquam digito demonstran-
tis, vt simplices ab eius impio deterreat cõsectatu. Qui non
est, iniquit, mecum, dispergit: Ac si dicat: In hoc te iam me-
cum non esse intelligas, si sequeris dispersorem. Deo ergo
clamante: Qui non colligit mecum, dispergit: sequi vos o-
portuit dispersorem? Deo, inquam, vos inuitate ad colligen-
dum, homini potius ad dispergendum obsequi debebatis? L
Magistros cõtemnebat, subditos exponebat, socios contur-
babat: & vos videntes furem, currebatis cum eo? Silere de
mortuo statueram, sed compulsus sum, fateor, aliquantulum
prætergredi, dum non potuit improbari obeditio, si non re-
proba monstraretur & iusio. Porro iussio hominis & actio
cum diuersa non fuerint, impossibile visum est vnam sine al-
tera vel approbari vel respui. Liquet tamen huiusce modi
iusioni non fuisse obtemperandum, deo quippe imperante
contraria. Item maiorum institutis minorum non esse præ-
ponenda, aut communibus priuata non præiudicare impe-
ria quis dubitat? Nam ex regula sancti Benedicti hoc habe-
mus. Possem quidem abbatem Cistercien sem ad medium
deducere, qui utique superior illo quantũ pater filio, quan-
tum magister discipulo, quantum denique abbas commisso
sibi monacho, meritò se à vobis propter ipsum queritur
fuisse contẽptum: Possem & episcopum, cuius nihilo minus
quia nõ fuit expectatus consensus, inexcusabilis est & cõ- *Luc.10.c*
teptus, cũ ad ipsos & de ipsis dominus dicat: Qui vos sper-
nit, me spernit. Sed quoniam his posset ambobus opponi &
anteponi Romani pontificis tanquam grauior auctoritas,
cuius quippe vos aiunt præmunitos fuisse licentia, quę & ip-
sa licentia suo quidẽ loco erit discutienda, talis potius pro-
feratur, cuius omnino fas non sit auctoritati contradicere. *Hebr.9.a*
Certe summus ille pontifex qui per sanguinẽ proprium so- M
lus & semel introiuit in sancta æterna redẽptione inuenta, *Matt.18.a*
terrifica voce denunciat in euangelio, nequis vnum de pusil-
lis eius audeat scãdalizare. Vobis autem vnius donetur scan-
dalum, si non vltra processit malum. Facilis sequatur venia
culpã, ex qua graue damnum nõ oritur. Nunc vero (quod
dubium non est) pluribus scandalizatis, quis aperte non vi-
deat quàm inhumanè humanam iussionem diuinæ prætule-
ritis? Quod quidẽ audere, quis nisi amens dicere audeat bo-
num esse, aut bonũ fieri posse, quantælibet dignitatis homi-
ne præcipiente? Quod autem nec bonum est, nec bene fieri
potest, purum proculdubio malum est. Vnde consequenter
aduertitur quòd iter vestrum in multorum vsurpatum scan-
dalum, ac per hoc & cõtra dei mandatum, non purum bo-
num aut medium, sed purum omnino fuerit malum, quoniã
quidem & purum bonum semper bonum est, & medium be-
ne fieri potest. Quomodo ergo vel abbatis iussio vel papæ
permissio licitum facere valuit quod purum (sicut irrefuta-
biliter probatum est) malum fuit, cum superius nihilo minus
allegatum sit ea, quæ huiusce modi sunt, id est, pura mala, vt
nunquam iuste iuberi, sic nec licite posse fieri? Vides quàm
inanis excusatio de humana obedientia, vbi in deũ conuin-
citur facta transgressio? Nec timendum mihi arbitror, quòd
ad illud domini responsum de sibi nunciato scandalo Phari-
sæorum refugias, vt quomodo ille nihili pendebat dicẽs: Si-
nite illos, cæci sunt, & duces cæcorum: ita & nostra nobis *Matt.15.b*
scandala non esse timenda existimes. Vides nempe quàm nil
simile

A simile habeat in hac parte proportio. Nam si compares per-
sonas, illic Pharisæi superbi, hic pauperes Christi scandali-
zantur. Si causas, hic leuitas, ibi veritas in causa esse dignosci-
tur. Rursus, quod & superius propositum est, vos non solùm
diuinis humana, sed & communibus priuata prętulisse impe-
ria, hoc solum ad probationem sufficiat, quòd vestræ illi &
nouitati insolitæ, & insolenti præsumptioni, non tantùm no-
stri ordinis vniuersitas, sed etiam omniũ monasteriorũ & cõ-
suetudo & institutio reclamare videtur. Quod & vos quo-
que non immeritò timentes, nec satis de propria causa con-
fidentes, remorsas ac remordentes cõscientias apostolica co-
nati estis delinire licentia. O friuolum satis remedium, quod
non est aliud nisi more protoplastorum cauteriatis cõscien-
tiis texere perizomata, videlicet, ad velamentũ, non ad medi-
camentum. Apostolicam, inquiunt, licentiam quæsiuimus, & *2.Thes.3.b*
impetrauimus. Vtinam non licentiam quæsisletis, sed consi- *Matt.12.c*
lium, id est, non vt liceret, sed an liceret. Vnde tamen quære-
batis licentiam? Vt liceret, quod non licebat? Facere itaque
volebatis quod nõ licebat. Sed quod nõ licebat, malum erat.
Mala igitur erat intentio, quæ in malum tendebat. Nisi forte
tale hoc fuisse dicatur, quod absque licentia quidem non li-
ceret, liceret autem si cum licentia fieret. Verùm id iam supe-
Matt.18.a rius inuincibili exclusum est ratione. Nec enim deus vbi air,
B Nolite contemnere vnum ex iis pusillis qui in me credunt:
addidit etiam, nisi cum licentia. aut dicens, Qui scandalizau-
erit vnum de pusillis meis, &c. determinauit subiungens,
sine licentia. Constat igitur vbi veritas, & veritas necessaria,
in causa non est, nec licitè scandalũ quodlibet posse à quoli-
bet committi, nec iuste præcipi, nec innoxiè consentiri. Hu-
ius tamen patrandi mali quærendam putastis esse licentiam.
Sed ad quid? An vt quanto licentius, tanto securius, & C
quo securius, eo & periculosius peccaretis? Mira cautela, &
stupenda prouidentia. Malum quod iam corde conceperant,
opere tamen cauti fuerũt non implere nisi cum licentia. Cõ-
ceperunt dolorem, sed non pepererunt iniquitatem donec
iniquo papa conceptui præbuisset assensum. Quo lucro,
quòve saltem compendio mali? Nunquid ideo aut malum
esse desiit, aut vel minoratum est, quia papa concessit? Quis
verò malũ esse neget, assensum præbere malo? Quod tamen
summum fecisse pontificem nequaquam crediderim, nisi aut
circunuentum mendacio, aut importunitate victum. Quan-
do etenim aliter huiusce modi vobis licentiam indulgeret, se-
minandi videlicet scandala, schismata suscitandi, amicos con-
tristandi, fratrum conturbandi pacem, & confundendi vni-
tatem, propriúmque insuper contemnendi episcopum? Et
hæc qua necessitate, necesse non habeo dicere, cum rei exi-
tus satis indicet. Profectos nempe plãgimus, profectum non
cernimus. His ergo talibus & tam grauibus malis dare as-
sensum, exhibere obsequium, impendere adiutorium, tu mi-
hi obedientiam nominas, modestiã nuncupas, appellas man-
suetudinem? Tu, inquam, conaris pessima vitia virtutum pal-
liare nominibus? An te putas hoc sine iniuria facere domini
virtutum, quòd virtutibus facis iniuriam? Vanissimam præ-
sumptionem, turpissimam leuitatem, crudelissimam dissen-
sionem, obedientiæ, modestiæ, mansuetudinis nominibus
velas, & velatis sordibus sacra illa vocabula maculas. Hanc
ego nunquam æmuler obedientiam. Talem mihi nunquam
libeat modestiam, vel potius molestiam imitari. Huiusce-
modi mansuetudo semper longe fiat à me. Talis siquidem
obedientia omni est contemptu deterior. Talis quoque mo-
destia vltra omnem modum extenditur. Vltra dicam, an ci-
tra? Sed verius forsitan & vtroque competentius dixerim ex-
tra. Qualis denique illa est mansuetudo, quæ ipso etiam au-
ditu omnium aures exasperat? Volo tamen eam ipsam, vt &
mihi modo exhibeas. Cùm tam patiens sis, vt à quolibet e-
tiam quò non licet perrahi non contendas, liceat & me, ob-
secro, paulo nunc confidentius agere tecum. Alioquin ma-
le multum merui de te, si quod nemini soles, soli mihi indi-
gnandum putaueris. Igitur tuam conuenio conscientiam.
Volens, an inuitus profectus es? Sed si ex voluntate, iam non
ex obedientia. Si autem inuitus, suspectum videris habuisse
imperium, cui obsequi grauabaris. Vbi verò suspicio, ibi dis-
cussio necessaria. Verùm tu vt tuæ patientiæ dares vel cape-
res experimentum: nihil discutiens, trahi te passus es non so- D
lùm præter voluntatem tuam, sed & contra conscientiam.

O patientia omni digna impatientia. Non possum fateor,
non irasci huic contentiosissimæ patientiæ. Videbas dispер-
gentem, & sequebaris? Sandala dictantem audiebas, & ob-
sequebaris? Vera patientia est, pati vel agere contra quod
libeat: sed non præter quod liceat. Mirum verò quòd homi-
nem audiebas furtiue susurrantem, deum non audiebas aper-
te reclamantem, tali quasi cœlitus emisso tonitru: Væ illi per *Matt.18.a*
quem scandalum venit. Non tantùm autem dominus, sed &
sanguis ipsius clamore nihilo minus vehementi (surdis licet)
terribiliter irrugiebat. Clamor eius, eius effusio. Effusus quip-
pe pro dispersis filiis dei vt eos congregaret in vnum, iustè
fremebat in dispersores. O dit nimirum dispersores, qui non
nouit nisi colligere. Magnus eius clamor, & vehemens, qui
corpora de sepulchris, animas ab inferis excitauit. Terram
cœlósque tuba illa conuocauit in vnum, quippe quæ in terra
& quæ in cælis sunt pacificans. In omnem terram exiuit so- *Psal.18.a*
nus ille, & vestram nõ valuit rumpere surditatem? Vox nem-
pe illa in virtute, vox illa in magnificẽtia. Et quid clamat? Ex- *Psal.67.a*
urgat deus, & dissipentur inimici eius. Et iterum, Disperge *Psal.58.c*
illos in virtute tua, & depone eos protector meus domine.
Sanguis Christi est, frater Adam, sanguis Christi est qui pro
piis congregatis aduersus impios dispersores quasi tuba exal-
tat vocem suam. Minatur autem se dispersores dispergere, E
qui pro dispersis colligendis effusus est. Et si eius vocem tu
nõ audis, audit eam de cuius latere manauit. Quomodo nan-
que proprium non audit, qui Abel sanguinem audiebat? Sed
quid ad me? inquis. Ille viderit, cui mihi contradicere fas non
erat. Non est discipulus super magistrum. Docendùs, non do-
cturus, eius lateri adhærebam. Sequi debui, non præire præ-
ceptorem auditor. O istorum temporum Paule simplex, si
tamen & ille alterum se tibi exhibuisset Antonium, vt quic-
quid vel leuiter de labiis eius procederet, necesse non habe-
res discutere, sed sine cunctatione ad omnia nihil hæsitans
obedires. Monachorum obedientissimum, cui ex quibuslibet
seniorum verbulis ne vnum quidem iota præteruolet. Non
attendit quale sit quod præcipitur. Et hæc est obedientia si-
ne mora. Si ita oportet, sine causa legitur in ecclesia: Omnia *1.Thes.5.b*
probate, quod bonũ est tenete. Si ita oportet, deleamus iam
de libro euangelij: Estote prudẽtes sicut serpentes: sufficien- *Matt.10.b*
te quippe quod sequitur, & simplices sicut columbæ. Nec di-
co à subditis mandata præpositorum esse diiudicanda, vbi
nil iuberi deprehenditur diuinis contrarium institutis, sed
necessariam assero & prudentiam, qua auertatur si quid ad-
uersatur, & libertatem, qua & ingenuè contemnatur. Cæte-
rum iste, nihil, inquit, habeo interrogare, viderit ille quid ius-
serit. Die quæso, si dato in manus gladio suum te armari ius-
sisset in iugulum, acquieuisses? Aut si te suo voluisset impul- F
su in ignem vel in aquam præcipitem dari, obtemperasses?
Nónne etiam ab his non prohibere cum possis, in crimen ti-
bi reputatur homicidij? Age ergo, vide ne forte sub prętex-
tu obedientiæ in quippiam ei grauius inseruieris. Non igno-
ras certè qui dixerit (nam mihi hinc fortasse non crederes)
expedire scandala facientibus, demergi potius in profun- *Matt.18.a*
dum maris. Cur hoc dixit, nisi quia significare voluit tã gra-
uia illos in posterum manere tormẽta, vt eis comparata mors
temporalis, nec pœnalis esse videatur, sed commoda? Qui er-
go cum scandala facere iuuisti, iuuisti enim sequendo illum,
obsequendo illi: nónne vtilius (iuxta præmissam veritatis sen-
tentiam) molam asinariam collo eius suspenderes, & sic eum
demergeres in profundum maris? Quid ergo? Tu ille obe-
dientissimus discipulus, illum patrem & præceptorem tuum,
quem ne puncto quidem temporis vel transuerso, vt dici-
tur, pedis, à te quamdiu vixit passus es elongari: ita vt in fo-
ueam quoque post eum non quidem cæcis, sed apertis more
Balaam oculis, cadere non cunctatus sis: tùne inquam illum
tuo ita beandum putasti obsequio, vt morte illi grauiorem
exhibueris obedientiam? Reuera nunc experior quàm vera
sit illa sententia: Inimici hominis, domestici illius. Sic itaque
sentiens, sic conscius ipse tibi, nónne si sapis, gemis: & si non *Mich.7.b*
desipis, tremis? Quippe cuius obedientia non meo, sed
veritatis iudicio, peior inuenta est homicidio. Si hæc non

G ignoras, quomodo non trepidas? Quod si trepidas, quomodo non emendare festinas? Alioquin qualem hinc ad illud tribunal terrificum conscientiam portas, vbi iudex teste non indiget, vbi veritas discutit intentiones, vbi inquisitio culparum pertingit ad abdita cordis, vbi denique secretissimos recessus mentium diuinus ille inuestigat intuitus: & ad subitum illum solis iustitiæ fulgorem, animarum expansi sinus cuncta siue bona, siue mala euomunt, quæ celabant? Ibi, frater Adam, facientes & consentientes pari pœna punientur. Ibi fures & socij furum similem sunt acceptuti sententiam. Ibi par subibunt iudicium, & qui lactant, & qui lactantur peccatores. Perge igitur iam dicere, Quid ad me? ille viderit. Fange picem: & dic, non sum inquinatus ab ea. Absconde ignem in sinu tuo: & te iactato nō aduri. Pone denique portionem tuam cum adulteris: nihilque tua interesse putato.

Esa.6.b Non ita Esaias. Redarguit enim seipsum non solùm quia ipse immundus, sed & quòd socius sit immundorum: Quia, inquiens, vir pollutus labiis ego sum: & in medio populi immunda labia habentis ego habito. Redarguit autem se, dixerim: non quia cum malis habitaret, sed quia mala non redarguerit. Sic namque ait: Væ mihi, quia tacui. Quando verò ipse malum facere acquieseret, quod se in aliis non redarguisse redarguit? Quid enim etiam Dauid? Nónne alieni

H contagione peccati se senserat inquinari posse, cùm diceret:

Ps.140.b Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non commu-

Ibid.18.d nicabo cum electis eorum? Denique & orat, dicens: Ab occultis meis mūda me Domine: & ab alienis parce seruo tuo. Vnde etiam malorum, quorum noluit participare malum, stu-

Psal.25.a duit declinare consortium. Ait etenim: Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Huic

Ibidem b versiculo concinit & subsequens. Odiui (inquit) ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Audi denique &

Prou.1.b Sapientis consilium: Fili mi (ait) si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Tu ergo aduersus hæc atque alia in hunc modum innumera veritatis testimonia putasti cuipiam obediendum? O odiosa peruersitas. Obedientiæ virtus, quæ semper militat veritati, aduersus veritatem accingitur? Felicem ego dixerim fratris Henrici inobedientiam, cui cito respiscenti ab errore, & reuertenti ex itinere, talem contigit non experiri obedientiam. Quem potiorem nunc & dulciorem suæ huiusmodi inobedientię carpit, iamiámque degustat fructum, bonam habens conscientiam, quòd cæteris collegis suis fraterna corda graui scandalo concutientibus, ipse inter fratres in proposito & ordine suo sine querela conuersetur. Cuius ego, si optio detur, pigram potius elegerim inobedientiam cum ipsius conscientia, quàm horum studiosam obedientiam cum scandalo. Aestimo enim quia melius agit iste sic inobediens abbati, sed non charitati, seruando vnitatem in vinculo pacis, quàm illi qui ita obtemperant homini

I vni, vt vnum præferant vnitati. Fidenter & hæc addiderim, expedire magis cuilibet sola vnius hominis periclitari obedientia, quàm reliquis omnibus pietatis bonis, & votis propriæ professionis. Siquidem vt cætera taceam, duo præcipua nobis in monasteriis conuersantibus obseruanda traduntur: subiectio abbati, & stabilitas in loco. Et ita obseruāda, quòd neutrum præpediat alterum, nec alterutrum sibi præiudicent. Vt verbi gratia: sic te stabilem in loco exhibeas, vt abbati subiici non contemnas: sic obedias subiectus abbati, vt stabilitatem non amittas. Porro si detestaris in loco licet perseuerantem, qui abbatis forte subdi contemnit imperiis: miratis si reprehendimus obedientiętiam quæ vobis vestrum deserendi locum vel causa extitit vel occasio: præsertim cum in professione regulari sic promittatur stabilitas, vt de subiectione abbati exhibenda, nulla penitus mentio fiat? Sed quæris forsitan, inquiens mihi: Quid ergo tu de stabilitate tua facis, quam apud Cistercium firmasti, & nunc alibi habitas? Ad quod respondeo. Ego quidem Cisterciensis monachus ibidem professus, ab abbate meo vbi nunc habito missus sum: sed missus in pace, missus sine scandalo, sine discordia, missus iuxta consuetudinem & communem institutionem. Quādiu ergo in eadem qua missus sum pace & concordia perseuero: quandiu in vnitate sto, communibus priuata non præfero: quietus & subditus in quo positus sum permaneo: secura dico conscientia, quod promisi, firmiter te- K neo. Quomodo enim stabilitatis præuaricor votū, qui vnanimitatis non rumpo vinculum, pacis firmamentum non desero? Et si corpus absentauit obedientia, sed spiritum semper ibidem presentem tenet concors deuotio, & in nullo dissimilis cōuersatio. Qua die autem (quod quidem deus auertat) aliis incipiam viuere legibus, aliis moribus conuersari, diuersis deseruire obseruantiis, adinuenire noua, extraneas vsurpare consuetudines: transgressor professionis, promissam stabilitatem iam non me tenere confido. Dico ergo abbati per omnia obtemperandum, sed salua professione. Verùm tu professus secundum regulam sancti Benedicti, vbi promisisti obedientiam, promisisti & stabilitatem. Quod si obedieris quidem, stabilis autē non fueris: dum offendis in vno, factus es omnium reus. Si omnium, & ipsius obedientiæ. Vides itaquæ pondus tuæ obedientiæ? Quomodo nempe stabilitatis trāsgressionem sufficit excusare, quæ nec sibi quidem valet patrocinari? Item, Notum est solenniter ac regulariter profiteri quemque in præsentia abbatis. In præsentia ergo tantùm, nō etiam ad nutum ipsius fit cuiusque professio. Testis proinde adhibetur abbas, non dictator professionis: adiutor non fraudator adimpletionis, vindex non auctor præuaricationis. Quid igitur? Ponam in manu abbatis quod absque vlla exceptione coram deo & sanctis eius propria manu & ore firmaui, audiens ex regula si quando aliter L fecero, à deo me esse damnandum, quem irrideo? Si abbas meus aut etiam angelus de cœlo contraria iusserit, libere recusabo huiusmodi obedientiam, quæ me transgressorem voti proprij, & peierare faciat nomen dei mei. Scio enim me *Sap.1* iuxta scripturæ veritatem ex ore meo vel condemnandum *Psal.5.a* vel iustificādum: & quia os quod mentitur, occidit animam: & quod deo veraciter canitur: Perdes omnes qui loquuntur mendacium: & quia vnusquisque onus suum portabit: & vnusquisque pro se rationem reddet. Alioquin qua fronte psallam mentiens in conspectu dei & angelorū illud de psal- *Psal.65.a* mo: Reddam tibi vota mea, quæ distinxerūt labia mea? Viderit denique abbas meus quid sibi faciendum putet de eo quod ex regula ad ipsum specialiter dirigitur: vt præsentem regulam in omnibus conseruet. Et item quod vniuersaliter præcipitur, & nemo excipitur: vt omnes scilicet per omnia magistram sequantur regulam: nec ab ea temere deuietur à quoquam. Ego sic ipsum sequi decreui semper & vbiq; magistrum, vt nequaquā à regulæ quam teste ipso iuraui & statui custodire, deuiem magisterio. Occuramus breuiter quæstioni quæ à latere nobis surgere posse videtur: & sic iam nimis longam finiamus epistolam. Videor nempe contraria loqui rei quam facio. Quæri etenim à me potest, si hos damno, qui abbatis sui non solùm consensu sed & iussu suum monasterium deseruerunt: quo pacto illos & recipiā & retineam, M qui de aliis monasteriis fracto stabilitatis voto, & contempto seniorum imperio, ad nostrum ordinem veniunt? Ad quod quidem breuis responsio, sed periculosa. Vereor namque displicere quibusdam quod dicturus sum. Cæterum mihi magis verendum puto ne tacendo veritatem, illum versi- *Psal.39.b* culum non veraciter cantem: Iustitiam tuā non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Hac ergo ratione illos suscipimus, quoniam non putamus esse malum si vota labiorum suorum quæ in locis suis potuerunt quidem promittere, sed nequaquam persoluere, deo qui vbique est, vbicunque poterunt reddant, & solius ruptæ stabilitatis damna, reliquorum regularium præceptorum integra obser- *Mat.20.b* uatione compensent. Si cui displicet hoc, & murmurat aduersus hominem quærentem salutem suam, respondebit pro eo salutis auctor: Nónne oculus tuus nequam est, quia ille bonus? O quisquis es qui saluti inuides alienæ, parcito vel tuæ. An nescis quòd inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum? Attende itaque tibi. Si enim vbi inuidia, ibi mors: profecto nō potes simul & inuidere & viuere. Quid *Rom.30.d* molestus es fratri tuo, quoniam satagit quemadmodum quæ processerunt de labiis suis, non faciat irrita? Si quærat homo quomodo & vbi persoluat quod pollicitus est deo, quid tu perdis? Fortassis si aliquantæ pecuniæ tu eum debitorem teneres: circuire cogeres mare & aridā, donec vsque ad nouissimum

A uissimum quadrantem debirum redderet vniuersum. Quid igitur meruit de te deus tuus quoniam non vis vt & ipse à suo quod suum est debitore recipiat? Immovni inuidēs, duos tibi reddis infensos: dum & dominum serui obsequio, & domini gratia seruum fraudare conaris. Tu quare illum potius non imitaris & ipse, videlicet persoluendo quod debes? Putásne & tuum non requireturdebitum? An potius propter hoc magis irritas impie deum quia dicis in corde tuo, non requiret? Quid inquis? Omnes ergo damnas qui similiter non faciunt? Non. Sed audi quid & de ipsis sentiam: & noli frustra calumniari. Quid me vis odiosum facere multis milibus sanctorum qui sub nostra professione non nostro conuersantes more, tamen aut sanctè viuunt, aut beate defuncti sunt?

3.Reg.18.d *Rom.11.a* Num ignoro quòd reliquerit sibi deus septem milia virorum qui non curuauerūt genua sua ante Baal? Audi ergo æmule, calumniator ausculta. Dixi cur de aliis monasteriis ad nostra venientes, recipiendos censuerim. Nunquid non venientes damnaui? Excuso illos: non istos accuso. soli sunt inuidi, quos excusare nec volo nec valeo. Quibus exceptis, si quis cæterorum ad regulæ cupiat transire puritatem, sed propter scandalum non audeat, aut certè etiam ob certam corporis infirmitatem: puto quia non peccat: dum tamen in suo studeat loco sobriè & iustè & piè conuersari. Nam si qua ex more monasterij minus fortè districtè quàm regula constituisse videB tur, obseruare cōpellitur: excusabit hoc forsitan aut illa charitas qua cunctatur migrare ad melius propter scandalum.

1.Pet.4. iuxta illud: Charitas operit multitudinem peccatorum: aut illa humilitas qua propriæ consciius infirmitatis se reputat imperfectum. Siquidem & de ipsa scriptum est: Deus humi-

Ecc.4.b libus dat gratiā. Multa quidem tibi locutus sum charissime, cum multis opus non habeas: quippe cui sit & ingenium velox ad intelligendum quod dicitur: & voluntas agilis ad eligendum quod vtiliter suadetur. Sed licet specialiter quidem ad te, non tamen tam multa propter te scribenda putaui. Hæc itaque, quibus deus prouidit fore necessaria. Te autem vt meum iam olim familiarissimum, paucis & cum omni fiducia moneo, ne iam diutius animas desiderantium te, in tuæ quidem animæ horrendum periculum tui expectatione suspendas. En tua, eorúmque (ni fallor) qui tecum sunt, & mors & vita in manu tua est. Arbitramur enim quicquid feceris tu aut volueris, illos esse facturos. Alioquin aperte denuncia illis, quia iuxta omnium abbatum nostrorum non contemnendam sententiam quæ merito processit in vos: qui redierint viuent: qui renuerint morientur.

Ad Brunonem Colonienſem electum.
Epiſtola octaua.

C QVæris à me consilium vir illustris Bruno, an volentibus te promouere ad episcopatum, acquiescere debeas. Quis hoc mortalium diffinire præsumat? Deus forsitan vocat: quis audeat dissuadere? Forte non vocat: quis appropinquare consulat? Vtrum vero vocatio dei sit, an non sit, quis scire possit excepto spiritu qui scrutatur etiam alta dei, vel si cui forte reuelauerit ipse? Magis quoque dubium reddit consilium illa in literis tuis humilis sed terribilis confessio, qua vitam tuam tam grauiter & vt credo non nisi veraciter accusas. Nec enim negandum est huiusceмodi vitam esse indignā tam sacri dignitate ministerij. Sed rursum non immerito è regione times (nam & nos idipsum metuimus) si ob malum conscientiæ de commisso scientiæ talento non facis lucrum: nisi quòd alio forte negociandi genere etsi minus copiosè, minus tamen periculosè fructificare valeres. Horreo fateor: sic enim tibi vt mihi loqui debeo quod sentio. Horreo, inquam, considerans vnde quò vocaris: præsertim cum nullum intercurrerit pœnitentiæ tempus, per quod vtcunque huiusceмodi periculosissimus transitus fiat. Et quidem rectus ordo requirit vt prius propriam, deinde alienas curare studeas conscientias. Primus quippe pietatis gradus est de quo scriptum est: Miserere animæ tuæ placens deo. Ex hoc autem ad miserandum proximū recto iam tramite charitas ordinata procedit: quippe quem ad sui quisque mensuram amare præcipitur. Quod si in hunc modū quo te hactenus ipse amasti, & tibi committendos amaturus es: malo ego quidem tibi nō D committi quàm sic diligi. Si autem prius te diligere didicisses: & me forsitan scires amare. Sed quid si suam deus acceleret tibi gratiam, & multiplicet misericordiam: & sit ad restituendā innocentiam efficacior velox clementia quàm diuturna pœnitentia? Beatus siquidem, cui non imputabit do- *Psal.31.d* minus peccatum. Nam quis accusabit aduersus electum dei? Si deus iustificat: quis est qui condemnet? Hoc salutis compendium sanctus ille latro consecutus est, vno eodémque die *Luc.23.f* simul & confessus latrocinia, & introductus in gloriam: breui quodam contentus ponte crucis ad transigendum de regione dissimilitudinis in terram viuentium, & de luto fęcis in paradisum voluptatis. Hoc subitum pietatis remedium percepit felix illa peccatrix, cum repente vbi superabundaue- *Luc.7.f* rant delicta, abundare cœpit & gratia. Absque multo pœnitentiæ labore dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: & in breui meruit charitatis accipere latitudinem: quæ (vt scriptum est) cooperit multitudinem peccatorum. *1.Pet.4.b* Hoc & ille paralyticus in euangelio duplex atq; celerrimum *Matt.9.a* potentissimæ bonitatis persensit beneficium, prius mente quàm carne curatus. Sed aliud est celerem adipisci veniam peccatorum: & aliud de ipsis sceleribus ad infulas mox prouehi dignitatum. Video tamē Matthæum de telonio ad apo- *Marc.2.b* stolatus culmen assumptum, sed hoc me tursum conturbat, quòd non prius audierit cum cæteris coapostolis suis, Ite in *Marc.16.d* orbem vniuersum, prędicate euangeliū omni creaturæ, quàm E egerit pœnitentiam, multo tempore ac labore sequendo dominum quocunque iret, permanens cum eo in tentationibus suis. Sed & si occurrat de Ambrosio quòd de tribunalibus ad sacerdotium raptus fuerit, non me valde confortat, cum ad sacerdotium raptus fuerit, non me valde confortat, cum à puero mundam in mundo duxerit vitam, & sic etiam fuga & latebris multisque dissimulationum modis declinare conatus sit. Si de Saulo quoque factus repente Paulus, repente vas electionis, repente doctor gentium, in exemplum adducitur, hoc exempli euacuat similitudinem, quòd ille ideo misericordiam consecutus sit, quia ignorans ipso teste peccauit manens in incredulitate. Quanquam si tale quippiam quan- *1.Tim.1.c* doque bene & vtiliter factum fuisse agnoscitur, de quo dici *Psal.76.c* veraciter possit: Hæc est mutatio dexteræ excelsi: non tam exemplum quàm miraculum afferre debeat. Hæc interim à me ad id quod quæritis suspensiuè responsa sufficiant. Neque enim possum vnde certus non sum, certam proferre sententiam. Sic contingere debet quærenti rem vbi non sit. Sermo à propheta, consilium à sapiente quærendum est. Nunquid enim de luto limpidum quippiā haurire potestis? Vnum tamen est quod amico absque periculo & nequaquam sine fructu impendere possumus, nostræ videlicet pro hac re orationis ad deum qualecunque suffragium. Deo ergo relinquentes sui quod ignoramus secretum consilij, ipsum supplici deuotione & deuota supplicatione precamur, vt in vobis & de F vobis operetur quod & se deceat, & vobis expediat. Habetis autem dominum Norbertum: quem melius præsentem præsens de talibus interrogare potestis. Nam tanto vir ille in diuinis aperiendis mysteriis nobis promptior, quanto & deo propior esse cognoscitur.

Ad eundem iam archiepiſcopum Colonienſem
Epiſtola nona.

DIgnationis vestræ susceрi scripta deuotus, & ad iniuncta solicitus fui & si profui, vos probabitis. Sed de hoc satis. Porro in eadem charitate audeo quæ sequuntur. Si cunctos qui vocantur ad ministerium, constant eligi & ad regnum, profecto securus est Colonensis archiepiscopus. Quod si etiam & Saulem in regno, & Iudam in sacerdotio legitur elegisse non alius quàm ipse deus, & non potest solui scriptura quæ hoc asserit: timeat necesse est & Colonensis archiepiscopus. Si verò (quod verum est) & illa sententia hodie quoque viget, quia non multos nobiles, *1.Cor.1.d* nos multos potentes, non multos sapientes elegit deus, nunquid non triplicem quoq; habet causam Colonensis archiepiscopus? Curemus ergo in alto positi, non altum sapere, sed timere, sed humilibus consentire. Principē, inquit, *Eccli.32.a* te constituerunt, esto in illis tanquam vnus ex illis. Et iterum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Quanto maior es,tãto humilia te in omnibus.Sapiens est qui
Eccli.3.c hoc consulit:quippe haud secus sentiens ab ipsa sapiẽtia quæ
Luc.22.c ait: Qui maior est vestrum, fiat sicut minor. Alioquin iudi-
Sap.6.a cium durum his qui præsunt,timeat potestas. Seruus quo-
que sciens voluntatem domini sui, & non faciens digna, va-
pulabit multis.Timeat qui cognouit literaturã. Timeat no-
bilis,quia iudex omnium non est acceptator personarũ. Iste
profecto necessarij timoris funiculus triplex, difficilè rumpi-
tur.Durúsne videor quia non blãdior, quòd metum inecutio,
quòd amico cupio initium sapiẽtiæ? Sic mihi contingat sẽm-
per beare amicos, id est, terrendo salubriter, non adulando
Prou.28.c fallaciter. Ad illud me prouocat qui dicit: Beatus homo qui
Esa.3.b semper est pauidus.Ab hoc reuocat qui ait:Populemeus,qui
te beatificant,in errorem inducunt.

Ad eundem. Epistola decima.

HOrrendum punire nephas etsi duplici ratione incum-
bat vobis,tum pro debito videlicet officij, tum quia &
apostolica iuiungit auctoritas: puto tamen quòd non super-
uacua in re tanta,etiam amici communitio accedit. Hoc au-
tem est quod amicum & patrem cupimus esse admonitum,
vt hæc ipsa vltio quæ facienda est, eo quoque zelo quo fa-
cienda est fiat, quatenus non solùm præsens facinus mulcta-
tum esse videatur,sed etiam à simili temeritate audiens omnis
H malignitas compescatur.

Ad Cartusienses,& Guidoni priori.
Epistola vndecima.

Inter patres reuerendissimis, & inter amicos charissimis,Guidoni priori Cartusiensi, cæterisque sanctis qui cum eo sunt, frater Bernardus de Claraualle salutem æternam.

SAnctitatis vestræ literas tam lætus accepi, quam auidus
& olim desideraueram.Legi eas,& quas voluebam in ore
literas, scintillas sentiebam in pectore, quibus & concaluit
cor meũ intra me tanquam ex illo igne, quem dominus mi-
sit in terram. O quantus in illis meditationibus exardescit
ignis,è quibus huiuscemodi euolant scintillæ? Vestra illa suc-
censa & succendens salutatio sic mihi(vt verum fatear) accep-
pta fuit & est, quasi non ab homine,sed certissimè ab illo qui
mandat salutes Iacob,descendere videretur.Non me sanè ar-
bitror salutatum in via,non in transitu, non veluti ex occa-
sione, vt assolet, consuetudinis, sed planè ex visceribus, vt
sentio,charitatis prodiit hæc tam grata & inopinata benedi-
I ctio.Benedicti vos à domino,qui me in benedictionibus dul-
cedinis tantæ præuenire curastis, vt daretur puero vestro,vo-
bis primùm scribentibus, fiducia rescribendi: scribere qui-
dem ad vos iam pridem gestienti, sed non præsumenti. Ve-
rebar nimirum sanctam quam in domino habetis importu-
nis scriptitationibus infestare quietem': iuge illud vestrum
sacrúmque silentium à seculo, susurrium cum deo, vel ad
modicum interrumpere, nostráque ingerere auribus, secre-
tis penitus occupatis supernis eulogiis. Timebam omnino
molestus fieri vel Moysi in monte, vel Heliæ in deserto, aut
certe excubanti in templo Samueli, si diuinis intentissimos
confabulationibus aliquatenus auocare tentassem. Clamat
1.Reg. 3.b Samuel:Loquere domine, quia audit seruus tuus. & ego me
audiri præsumerem? Timebam,inquam, ne si & Dauid elon-
ganti se & fugienti manentíque in solitudine, importunus
insisterem, indignans excusaret & diceret:Sine me, non au-
Psal.84.b dio te,modo,audiam potius quod dulcius auscultO. Audiam
quid loquatur in me dominus deus,quoniam loquetur pacẽ
Psal.118.d in plebem suam,& super sanctos suos, & in eos qui conuer-
tuntur ad cor. Aut certe illud: Declinate à me maligni,& scru
tabor mandata dei mei. Quid enim? Egóne tam temerarius
essem, vt inter sponsi brachia suauiter quiescentem auderem
Cant. 2.c suscitare dilectam quousque vellet ipsa? Putarem illico au-
diturũ me ab illa:Noli mihi molestus esse. Ego dilecto meo,
& dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia. Verùm quod
non audeo ego,audet charitas,& cum omni fiducia pulsat ad
ostiuũ amici, nequaquam putans pati se debere repulsam,
quæ amicitiarum matrem se nouit, nec veretur vestrum, etsi
gratissimum paulisper inquietare ocium, propter suum ne- K
gocium. Ipsa profecto,ipsa cum vult facit vos excedere deo.
Ipsa & cum voluit fecit sobrios nobis, adeo vt minimè duce-
retis indignum, me non modo sustinere loquentem, sed ta-
centem insuper benigne prouocare. Amplector benignitatẽ,
dignationem admiror, laudo & veneror puritatem, qua de
nostris profectibus quos putatis, tanta in domino exultatio-
ne gloriamini. Glorior & ego plurimum tanto testimonio,
& seruorũ dei tam grata quàm gratuita admodum familiari-
tate delector. Hæciam gloria mea,hoc gaudium meum, hæ
deliciæ cordis mei, quòd non frustra leuauerim oculos meos
in montes, vnde quippe iam non mediocre venit auxilium
mihi.Hi iam nobis stillarunt montes dulcedinem, & adhuc
spero,quia stillabunt quoúsq; valles nostræ abundabunt fru-
mento.Festiuus enim erit mihi dies ille ducendus, & memo-
riale sempiternum, in quo virum illum videre ac suscipere
merui,per quem factum est, vt in cordibus vestris ego reci-
perer. Et quidem iam ante receperatis, vt apparet in literis
vestris, sed nunc arctius, vt comperi, & familiarius,cum ille
vobis retulit de me quædam,quæ etsi non probauit, putauit
tamen. Fidelis quippe & religiosus absit vt aliter loquere-
tur quàm credit. En reuera in me experior quod ait saluа-
tor: Qui recipit iustum iu nomine iusti, mercedem iusti ac- *Mat.10.d*
cipiet.Mercedem quippe iusti dixerim, quòd iustus reputor, L
non ob aliud nisi quòd iustum recepi. Nam si qua superad-
dita sunt,ea iustus non tam ex veritate rei quàm ex puritate
sui locutus est.Audistis, credidistis, exultastis, scripsistis, &
me non parum lætificastis, non solùm quòd aliquem locum
gratiæ,& locum non mediocrem apud vestram merui san-
ctitatem, sed & quòd nobis vestrorum non parua ex parte
puritas animorum innotuit.Paucis pro certo aperuistis, cu-
ius spiritus estis. Gaudeo proinde mihi, gaudeo & vobis,
meæ vtilitati,& vestræ synceritati.Illa siquidem vera & syn-
cera est charitas,& omnino de corde puro & conscientia bo-
na & fide non ficta iudicanda procedere, qua proximi bo-
num æquè vt nostrum diligimus. Nam qui magis aut certè
solum diligit suum, conuincitur non castè diligere bonum
quod vtique propter se diligit,non propter ipsum. Et hic ta- *Psal.117.d*
lis non potest obedire prophetæ,qui ait: Confitemini domi-
no quoniam bonus. Confitetur quidem quia fortassis bonus
est sibi,non autem quoniam bonus est in se. Quapropter no-
uerit in se dirigi illud ab eodem propheta opprobrium: Cõ-
fitebitur tibi cum benefeceris ei. Est qui confitetur domino *Psal.48.d*
quoniam potens est: & est qui confitetur quoniam sibi bo-
nus est: & item qui confitetur quoniam simpliciter bonus
est.Primus seruus est,& timet sibi:secundus mercenarius est,
& cupit sibi:tertius filius,& defert patri.Itaq; & qui timet,&
qui cupit,vterque pro se agunt.Sola quæ in filio est charitas, *Psal.18.b*
nõ quærit quæ sua sunt.Quamobrẽ puto de illa dictum:Lex M
domini immaculata,conuertens animas:quòd sola videlicet
sit,quæ ab amore sui & mundi auertere possit animum,& in
deum dirigere.Nec timor quippe nec amor priuatus conuer-
tit animam.Mutant interdũ vultum vel actum,affectum nũ-
quam.Facit quidem etiam seruus nonnunquam opus dei,sed
quia non sponte,in sua adhuc duritia permanere cõuincitur.
Facit & mercenarius,sed quia non gratis, propria trahi cupi-
ditate cognoscitur.Porrò vbi proprietas,ibi singularitas.Vbi
autem singularitas,ibi angulus.Vbi verò angulus,ibi sine du-
bio sordes siue rubigo.Sit itaque seruo sua lex timor,ipse quo
constringitur:sit mercenario sua cupiditas,qua & ipse arcta-
tur: quomodo ab ipsa tentatur abstractus & illectus.Sed ha-
rum nulla aut sine macula est, aut animas conuertere potest.
Charitas verò conuertit animas, quas facit & voluntarias.
Porrò in eo eam dixerim immaculatam, quòd nil sibi de suo
retinere consueuit.Cui nempe de proprio nihil est,totũ pro-
fecto quod habet,dei est.Quod autem dei est,immundũ esse
non potest. Lex ergo domini immaculata, charitas est, quæ
non quod sibi vtile est quærit,sed quod multis. Lex autẽ do-
mini dicitur,siue quòd ipse ex ea viuat, siue quòd eam nullus
nisi eius dono possideat. Nec absurdum videatur quod dixi
etiam deum viuere ex lege:cum non alia dixerim,quàm cha-
ritate. Quid verò in summa & beata illa trinitate summam
& ineffabilem illam conseruat vnitatem,nisi charitas? Lex est
ergo,

A ergo,& lex domini charitas, quæ trinitatem in vnitate quo-
dammodo cohibet,& colligat in vinculo pacis.Nemo tamẽ
me existimet charitatem hic accipere qualitatem vel aliquod
accidẽs:alioquin in deo dicerẽ(quod absit)esse aliquid quod
1.Ioan.4.c deus nõ est:sed substantiã illam diuinam, quod vtiq; nec no-
uum nec insolitum est,dicente Ioanne: Deus charitas est.Di-
citur ergo rectè charitas & deus,& dei donum.Itaque chari-
tas dat charitatẽ,substantia accidentalem.Vbi dantem signi-
ficat,nomen est substantiæ.Vbi donum,qualitatis.Hęc est lex
æterna,creatrix & gubernatrix vniuersitatis.Siquidem in põ-
dere & mensura & numero per eam facta sunt vniuersa, &
nihil sine lege relinquitur, cum ipsa quoq; lex omnium sine
lege non sit, non tamen alia quàm seipsa,qua & seipsam etsi
non creauit,regit tamen.Cæterùm seruus & mercenarius ha-
bent legem non à domino, sed quam ipsi sibi fecerunt, ille
deum non amando, iste plus aliud amando.Habent inquam,
legem non domini,sed suam, illi tamen quæ domini est, sub-
iectam.Et quidem suam sibi quisque legem facere potuerũt,
non tamẽ eam incommutabili æternæ legis ordini subduce-
re potuerunt.Tunc autem dixerim quemque sibi suam fecis-
se legem, quando communi & æternæ legi propriã prætulit
voluntatem,peruersè vtique volens suum imitari creatorem,
B vt sicut ipse sibi lex,suíque iuris est, ita is quoque seipsum re-
geret & legem sibi suam faceret voluntatem,graue vtique &
importabile iugum super omnes filios Adam, heu inclinans
& incuruans ceruices nostras,adeo vt vita nostra inferno ap-
Rom.7.d propinquauerit:Infelix ego homo, quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? Quo vtique sic premor, vt nisi quia do-
minus adiuuit me,paulo minus habitasset in inferno anima
mea. Sub hoc onere grauatus gemebat qui dicebat: Quare
Iob.7.d posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi gra-
uis? Vbi dixit,factus sum mihimetipsi grauis, ostendit quòd
lex ipse sibi esset, nec alius hoc quàm ipse sibi fecisset. Quod
autem deo loquens præmisit,posuisti me contrarium tibi,dei
se tamen non effugisse legem indicauit.Hoc quippe ad æter-
nam iustámque legem dei pertinuit, vt qui à deo noluit sua-
uiter regi,pœnaliter à seipso regeretur:quíque sponte iugum
suaue & onus leue charitatis abiecit, propriæ volũtatis onus
importabile pateretur inuitus.Miro itaque modo æterna lex
fugitiuum suum & posuit sibi contrarium, & retinuit subie-
ctum,dum videlicet nec iustitiæ pro meritis legem euasit,nec
Ibidem. tamen cum deo in sua luce,in sua requie in sua gloria reman-
sit, subiectus potestati,& submotus felicitati. Domine deus
meus cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers
iniquitatem meam, vt abiecta graui sarcina propriæ volun-
tatis,sub leui onere charitatis respirem,nec iam seruili timo-
C re coercear,nec mercenaria cupiditate illiciar, sed agar spiri-
tu tuo,spiritu libertatis,quo aguntur filij tui, qui testimoniũ
reddat spiritui meo, quòd & ego sim vnus ex filiis, dũ eadem
lex mihi fuerit quæ & tibi,& sicut tu es,ita & ipse sim in hoc
Rom.13.b mundo:Hi siquidem qui hoc faciũt quod ait apostolus, Ne-
mini quicquam debeatis,nisi vt inuicem diligatis:proculdu-
bio sicut deus est, & ipsi sunt in hoc mundo, nec serui aut
mercenarij sunt, sed filij. Itaque nec filij sunt sine lege, nisi
1.Tim.1.b fortè aliquis aliter sentiat propter hoc quod scriptum est:
Iustis non est lex posita. Sed sciendum est quòd alia lex est
promulgata à spiritu seruitutis in timore, alia à spiritu liber-
taris data in suauitate. Nec sub illa coguntur esse filij,nec sine
Rom.8.a ista patiuntur. Vis audire quia iustis non est lex posita? Non
accepistis(inquit)spiritum seruitutis iterum in timore. Vis
audire quòd tamen sine lege charitatis non sint? Sed accepi-
stis(ait)spiritum adoptionis filiorum. Denique audi iustum
1.Cor.9.c vtrunque de se fatentem,& quòd non sit sub lege,nec tamen
sit sine lege.Factus sum(inquit)his qui sub lege erant, quasi
sub lege essem, cum ipse non essem sub lege. His qui sine le-
ge erant tanquam sine lege essem,cũ sine lege dei non essem,
sed in lege essem Christi.Vnde aptè non dicitur:Iusti non ha-
bent legem,aut iusti sunt sine lege, sed iustis non est lex posi-
ta,hoc est,non tanquam inuitis imposita, sed voluntariis eo
1.Tim.1.d liberaliter data,quo suauiter inspirata. Vnde & pulchrè do-
minus,Tollite,ait,iugum meum super vos. Ac si diceret: Nõ
impono inuitis,sed vos tollite si vultis. Alioquin nõ requiem
sed laborem inuenietis animabus vestris. Bona itaque lex D
charitas & suauis, quæ non solùm leuiter suauitérque porta-
tur, sed etiam seruorum & mercenariorum leges portabiles
ac leues reddit, quas vtique non destruit, sed facit vt imple-
antur, dicente domino: Non veni legem soluere, sed adim- *Matt.5.b*
plere.Illam temperat,istam ordinat,vtramque leuigat. Nun-
quam erit charitas sine timore,sed casto:nunquam sine cupi-
ditate, sed ordinata. Implet ergo charitas legem serui, cum
infundit deuotionem:implet & mercenarij, cum ordinat cu-
piditatem.Porrò timori permixta deuotio ipsum non adnul-
lat, sed castificat.Pœna tantùm tollitur,sine qua esse non po-
tuit dum fuit seruilis,& timor manet in seculum seculi castus
& filialis. Nam quòd legitur, Perfecta charitas foras mittit *Psal.18.a*
timorem,pœna intelligenda est,quæ seruili(vt dixi mus) nun- *1.Ioan.4.d*
quam deest timori, illo scilicet genere locutionis,quo sæpe
causa ponitur pro effectu. Deinde cupiditas tunc rectè à su-
peruenientecharitate ordinatur, cum mala quidem penitus
respuuntur, bonis verò meliora præferunt, nec bona nisi
propter meliora appetuntur. Quod cum plenè per dei gra-
tiam assecutum fuerit, diligetur corpus & vniuersa corporis
bona tãtùm propter animam,anima propter deum, deus au-
tem propter seipsum.Veruntamen quia carnales sumus,& de
carnis concupiscentia nascimur, necesse est, cupiditas vel a-
mor noster à carne incipiat:quæ si recto ordine dirigitur,qui-
busdam suis gradibus duce gratia proficiens, spiritu tandem E
consummabitur, quia non prius quod spirituale, sed quod a- *1. Cor.15.f*
nimale,deinde quod spirituale.Et prius necesse est portemus
imaginem terrestris, deinde cœlestis. In primis ergo diligit
seipsum homo propter se. Caro quippe est, & nil sapere va-
let præter se. Cúmque se videt per se non posse subsistere,
deum sibi quasi necessarium incipit per fidem inquirere & di-
ligere.Diligit itaque in secundo gradu deum, sed propter se,
non propter ipsum. At verò cum ipsum cœperit occasione
propriæ necessitatis colere & frequentare cogitando, legen-
do, orando, obediendo, quadam huiuscemodi familiaritate
paulatim sensimque deus innotescit,consequenter & dulce-
scit,& sic gustato quàm suauis est dominus,transit ad tertium
gradũ,vt diligat deum nõ iam propter se, sed propter ipsum.
Sanè in hoc gradu statur, & nescio si à quoquam hominum
quartus in hac vita perfectè apprehenditur, vt se scilicet ho-
mo diligat tantùm propter deum. Asserant hoc si qui exper-
ti sunt: mihi, fateor, impossibile videtur. Erit autem procul-
dubio cum introductus fuerit seruus bonus & fidelis in gau-
dium domini sui, & inebriatus ab vbertate domus dei.Quasi
enim ebrius miro quodam modo oblitus sui, & à se penitus
velut deficiés totus perget in deum, & deinceps adhærens ei, F
vnus spiritus erit.Arbitror hoc prophetam sensisse cum dice- *Psal.70.c*
ret: Introibo in potentias domini, domine memorabor iusti-
tiæ tuæ solius. Sciebat profectò cum introiret in spirituales
potentias domini, exutum se iri vniuersis infirmitatibus car-
nis, vt iam nil de carne haberet cogitare, sed totus in spiritu
memoraretur iustitiæ dei solius. Tũc pro certo singula Chri-
sti membra dicere poterunt de se, quod Paulus aiebat de ca-
pite:Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc *2.Cor.5.d*
iam non nouimus.Nemo ibi se cognoscit secundum carnem,
quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt.Non quòd *2.Cor.15.f*
carnis substantia illic futura non sit, sed quòd carnalis omnis
necessitudo sit defutura, carnísque amor amore spiritus ab-
sorbendus, & infirmæ quæ nunc sunt humanæ affectiones,in
diuinas quasdam potẽtias habeant commutari. Tunc sagena
charitatis, quæ nunc tracta per hoc mare magnum & spacio-
sum ex omni genere piscium congregare non desinit, cum
perducta ad littus fuerit, malos foras mittens, bonos solum-
modo retinebit.Siquidẽ in hac vita ex omni genere piscium
intra sinum suæ latitudinis, charitatis rete concludit, vbi se
pro tempore omnibus conformans, omniúmque in se siue
aduersa siue prospera traiiciens,ac sua quodammodo faciens,
non solùm gaudere cum gaudentibus,sed etiã flere cum flen-
tibus consueuit. Sed cum peruenerit ad littus, velut malos
pisces omne quod trísste patitur foras mittens,sola quę place-
re & iucunda esse poterunt, retinebit. Nunquid enim tunc
(verbi gratia) Paulus aut infirmabitur cum infirmis, aut vre-

G tur pro scandalizatis, vbi scandala & infirmitas procul erunt? Aut certè lugebit eos qui antè non egerunt pœnitētiam, vbi certum est sic neminem sanè fore qui pœniteat, quomodo qui peccet non erit? Absit autem vt vel eos qui ignibus æternis cum diabobo angelis eius deputandi sunt, plangat & defleat in illa ciuitate, quam fluminis impetus lætificat, cuius diligit dominus portas super omnia tabernacula Iacob, quòd videlicet in tabernaculis etsi quandoq; gaudetur de victoria, laboratur tamen in pugna, & plerunque periclitatur de vita: in illa autem patria nulla prorsus admittatur aduersitas siue tristitia, quemadmodum de illa canitur: Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Et rursum: Lætitia sempiterna erit eis. Denique quomodo misericordiæ recordabitur, vbi memorabitur institiæ dei solius? Proinde vbi iam non erit miseriæ locus, aut misericordiæ tempus, nullius profecto esse poterit miserationis affectus. Longum quidem adhuc texere sermonem insatiabili colloquendi ad vos desiderio pulsor fratres mei charissimi & desideratissimi, sed tria sunt quæ finem indicunt. Primum quidem, quòd maximè vereor ne fiam onerosus vobis. Secundū, quia pudet loquacitatis. Tertium, quòd domesticis vrgeor curis. In fine precor miseremini mei, & si exultastis in bonis de me tantùm auditis, certe quæso, compatimini malis. Vidit fortassis qui vobis ea narrauit aliqua parua, & de paruis grādia æstimauit. Vestra autem synceritas facilè credidit quod libēter audiuit. Gratulor quidem de charitate, quæ omnia credit: sed confundor pro veritate, quæ omnia nouit. Volo vos mihi credere de me magis quàm alteri qui tantùm videt in facie. Nemo quippe scit quę sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est. Dico vobis ego qui de me loquor non ex coniectura, sed ex sentētia: Non sum talis qualis putor vel dicor: quod quidem tam securus fateor, quam certus experior: ita vt nihil malim vestris orationibus specialiter obtinere, quàm vt talis fiam, qualem literæ vestræ prædicant.

Psal. 86. Esa. 61. c

Ad eosdem, in qua supplicat vt orent pro ipso. Epistola duodecima.

Amantissimo domino & reuerendissimo patri Guidoni priori Cartusiensi, & sanctis fratribus adhærentibus ei, frater Bernardus de Claraualle modicum id quod est.

I PRimùm quòd accedens ad partes illas non adieci peruenire vsque ad vos videre facies vestras, rememorari iniquitates & necessitates meas: etsi forsitan vobis satisfacere possum, mihi, fateor, non possum. Irascor occupationibus meis, quibus factum est non vt neglexerim, sed vt nequiuerim. Hoc frequenter patior, & ideo frequēter irascor: dignus vtinam cui omnis sanctus condoleat. Alioquin dupliciter miser sum, si nec miserabilis sum. Ego verò fraternæ pietati locum in me ostendo, non meritum. Miseremini mei, non quia dignus, sed quoniam inops & pauper sum ego. Iustitia meritum quærit, misericordia miseriam intuetur. Vera misericordia non iudicat, sed afficit: non nititur discussione, occasione contenta. Non enim expectatur ratio, vbi affectio trahit. Lugebat Samuel Saul, miserans, non deliberans. Fundebat lachrymas Dauid filio parricidæ, etsi non profuturas, pias tamen. Ita & vos miseremini mei: non quia merui, sed quia egeo. Miseremini tanquam misericordiam consecuti à domino: vt sine timore à mundi tumultibus liberati seruiatis ei. Felices quos abscondit in tabernaculo suo in die malorum, in vmbra alarum suarum sperantes, donec transeat iniquitas. Cæterum ego infelix, pauper & nudus homo natus ad laborem, implumis auicula penè omni tempore nidulo exulans, vento exposita & turbini: turbatus sum & motus sum sicut ebrius: & omnis scientia mea deuorata est. Miseremini proinde etsi nihil meriti, certè sic affecti.

1. Reg. 15. g
2. Reg. 18. g

Ad dominum papam Honorium. Epistola decimatertia.

Summo pontifici Honorio, frater quidam professione monachus, conuersatione peccator, seipsum quantillus est.

AIunt apud vos plus valere pauperis precem, quàm potentis vultum. De qua vestra singulari dignatione tam sancta opinio facit me dignitatis celsitudinem nō vereri quo minus audeam loqui ad vos, id præsertim quod charitas suggerit: de ecclesia dico, domine, Cathalaunensi, cuius quātum in me est, nec valeo nec debeo dissimulare periculum. Videmus nimirum iamiámque imminere, sentimus nos qui vicini sumus, pacem videlicet memoratæ ecclesiæ grauiter mox esse turbandam, si electioni illustris illius viri, id est magistri Albetici, in quam vtiq; totus tam clerus quàm populus pari voto & voce conuenerant, & conueniunt, vestræ pietatis assensum impetrare nequiuerint. De qua re si & nostra quæritur aut curatur sententia: nouimus hominem sanæ fidei & doctrinę hactenus extitisse: in diuinis pariter & humanis prudentem esse: & speramus in domo dei (si tamen ipse elegit eum) fore vas in honorem: & vtilem futurum non solum illi, sed & omni Gallicanæ ecclesiæ. Vestræ iam discretionis est iudicare an meritò flagitetur à vobis facienda dispensatio, vnde talis potest sperari recompensatio.

Ad eundem dominum Honorium papam. Epistola decimaquarta

Summo Pontifici Honorio, frater Bernardus vocatus abbas Claræuallis, salutem, & si quid potest peccatoris oratio.

QVanto ad vos timore scribam, nouit ipse quem timemus in vobis. Sed vt audeam, domina charitas facit: quippe quæ imperat & vobis pro ecclesia Diuionensi rogatus, susceepi facere precem: sed quid potissimū precari debeā, penè dubito. Nam sicut tentare aliquid vel prece vel precio aduersus iustitiam, iniquum est: sic pro iustitia multum laborare apud iustitiæ amatorem, superfluum. Verùm etsi nos quid oremus sicut oportet nescimus: confidimus tamē quòd vestra benignitas præsertim in causa religiosorum ociosa esse non poterit. Et quidem sanctitatis vestræ prudentia solicitáque discussio quid inuentura sit, ego nescio: sed hoc dico quod audiui & frequenter audio, quia videlicet longo & inconcusso tenore fertur Diuionensis ecclesia possedisse ea de quibus aduersus eam causantur Lexouienses: ita vt hi qui videntur antiquiores de vicinis, mirentur & indignentur, nouā abominantes calumniam.

Ad Haimericum cancellarium, vnde suprà. Epistola decimaquinta.

Viro illustri domino Haimerico apostolicæ sedis cancellario, Bernardus de Claraualle, quæ retrò sunt obliuiscī, & ad ea quæ ante sunt, apostolum sequi.

NOn latet amicos nostros quòd me familiari affectu diligitis, & tantæ mihi felicitatis fructum inuident, si solus habere voluero, Monachi Diuionenses ob antiquam illius ecclesiæ religionem mihi charissimi sunt. Sentiant, si placet, quòd non sit amor ociosus, siue vester ad nos, siue noster ad illos, salua tamen in omnibus iustitia: cōtra quam ne amicum quidem respicere fas est.

Ad Petrum presbyterum cardinalem, vnde suprà. Epistola decimasexta.

Charissimo domino suo Petro presbytero cardinali, frater Bernardus abbas Claræuallis salutem, & non in via.

EGo causam non habeo, causam tamen Diuionēsium monachorum, quia viri religiosi sunt, meam facio. Manutenete eam vt meam. Sic tamen meam, vt & iustitiæ sit. Quod vtique & nos confidimus, & tota ferè patria testatur. *Ad*

A *Ad Petrum diaconum cardinalem legatum, vnde suprà. Epistola decimaseptima.*

Domino venerabili Petro Romanæ ecclesiæ diacono cardinali & legato, frater Bernardus seipsum quantum potest.

QVod ad vos non veni vt mandastis, non mea pigritia, sed causa fuit non contemnenda. Siquidem salua vestra omniúmque bonorum reuerentia, mihi propositum est nequaquam egredi de monasterio, nisi certis ex causis. Quarum vtique nulla modo se obtulit vt licitè possem vestræ in hoc, immo & nostræ satisfacere voluntati. Verùm vos quid facitis de eo quod iamdudum vestrarum priorum literarum promissione tenemus, vestro scilicet quem adhuc sustinemus aduētu? Quæ illa deinde scripta sint quæ & ante nobis fieri iussistis, & nunc requiritis, omnino nescimus, ideóque nihil parauimus. Ego enim nescio me quippiam quandoque scripitasse de moralibus, quod vestræ excellentiæ studio dignum putem. Aliqui fratres nonnulla ex his quæ me coram audiere loquentem, stilo suo excepere. Quorum vnus vobis præsto est, præcentor videlicet Trecensis, & archidiaconus Gebuinus, & facilè potestis habere si qua placent, quę ab illo excepta sunt. Tamen si curæ vobis, aut curis quandoque vestris vacuum fuerit, & ita dignū iudicatis, dignitatis videlicet vestræ promissam præsentiam expectantibus exhibere filiolis: tunc si quid in manibus inuentum, aut nostro posse adhuc elaborari studio visum fuerit quod fortè delectet, vestræ omnino pro viribus non deero voluntati. Diligimus enim bonam famam vestram, reueremur quā in vobis audiuimus circa res dei solicitudinem & synceritatem: & ideo valde gratū habemus, si nostra vobis fortè in aliquo esse possit officiosa rusticitas.

B

Ad eundem Petrum. Epistola decimaoctaua.

CVm totum me dedero vobis, parum est vt dignè mihi videar recompensasse vel dimidium beneuolentiæ, quam erga nostram humilitatem habere vos aiunt. Gaudeo quidē de gratia, sed temperat, fateor pro tanto fauore lætitiam, quòd eundem mihi fauorem non opus, sed opinio acquisierit. Pudet nimirum granditer exultare, cum sentio in me venerari vel diligi non quidem quod sum, sed quod putor. Neque enim ego tunc diligor quando sic diligor, sed nescio quid in me pro me, quod non sum ego. Immo, vt verius loquar, non nescio: nam certissimè scio quòd nihil. Nihil enim proculdubio est, quicquid putatur & non est. Porrò cum amatur quod non est, sed esse putatur, non amor vel amans nihili est, sed quod amatur. Mirandum, sed magis dolendum quàm mirandum, quòd id quod nihil est, amari potest. Hinc planè sentimus vnde quò venimus, quid perdidimus, quid

C

Rom. 1. c

inuenimus. Adhærendo ei qui semper & beatè est, semper & nos esse, & beatè esse poteramus. Adhęrendo autem dixerim, non solùm per cognitionem, sed per amorem. Nam quidam ex filiis Adam cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Meritò proinde obscuratum est insipiens cor eorum, quia cum veritatem cognoscerent & contemnerent, iure receperunt in pœnam, vt nec cognoscerent. Heu sic adhærendo veritati per cognitionem, sed ab illa defluendo per amorem, amando pro illa scilicet vanitatem, homo vanitati similis factus est. Et quid vanius quàm diligere vanitatem? Et quid iniquius quàm contēnere veritatem? Quid verò iustius quàm contemptoribus subtrahi & ipsam cognitionē? Quid, inquam, iustius, quàm vt iam de eius cognitione gloriari nō possit, qui cognitā non glorificauit? Itaq; appetitus vanitatis est contemptus veritatis: contemptus veritatis, causa nostræ cæcitatis. Et quia non probauerunt (inquit) deum habere in notitiam, tradidit illos in reprobum sensum. Ex hac ergo cæcitate descendit, quòd plerunque pro eo quod est, amamus vel approbamus quod non est: quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur ab eo qui summè est. Et quid est homo, ô deus, nisi quòd innotuisti ei? Itaque si notitia dei causa est vt homo aliquid sit, ignorātia facit vt nihil sit. Sed qui vocat ea quæ non sunt, tanquā ea quę sunt, miseratus quodammodo redactos in nihili, manna illud absconditum, de quo a postolus, Et vita (inquit) vestra abscondita est cum Christo in deo: quia necdum possumus contemplari per speciem, vel plenè amplecti per amorē, dedit interim nobis & sapere per fidem, & quærere per desiderium, per quæ vtique duo ad esse de non esse secundo reducti, fieri incipiamus initium aliquod creaturæ eius, transituri quandoque in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quod proculdubio erit, cum iustitia conuertetur in iudicium, hoc est, fides in intellectum, iustitia videlicet quæ ex fide est, in iudicium plenæ cognitionis, & item desiderium peregrinationis in plenitudinem commutabitur dilectionis. Si enim adhuc absentes initiat fides & desiderium, præsentes profectò cōsummat intellectus & amor. Sicut autem fides ducit ad plenam cognitionem, sic desiderium ad perfectam dilectionem. Et sicut dicitur, Nisi credideritis, non intelligetis: sic dici æque non absurdè potest: Si non desideraueritis, non perfectè amabitis.

D

Coloss. 3. d

Esa. 7. b

Intellectus igitur est fructus fidei, perfecta charitas desiderij. Interim iustus ex fide viuit, nam beatus ex intellectu. Interim iustus desiderat ad deum sicut ceruus ad fontes aquarum: nam beatus haurit iam in gaudio de fontibus saluatoris, hoc est, delectatur in plenitudine charitatis. His ergo fortassis quasi duobus animę brachiis, intellectu videlicet & amore id est cognitione & dilectione veritatis, amplectitur & comprehenditur cum omnibus sanctis longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum, hoc est, æternitas, charitas, virtus, & sapientia. Et hæc omnia Christus. Aeternitas est quia hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Charitas est, quia deus est. Deus enim charitas est. Et & dei virtus, & dei sapientia. Sed quando hæc erunt? Quando videbimus eum sicuti est? Quando amabimus eum prout est? Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens. De qua vniuersali vanitate ineſt nobis & velle laudari, cum simus vituperabiles, & nolle laudare quos scimus esse laudabiles. Sed & hoc vanum est, quòd nostra plerunq; ignorantia & tacetur quod est, & prædicatur quod non est. Quid ad ista dicemus, nisi quia vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant, ipsi de vanitate in idipsum? Laudamus mendaciter, delectamur inaniter, vt & vani sint qui laudantur, & mendaces qui laudant. Alij adulantur, & ficti sunt: alij laudant quod putant, & falsi sunt: alij vtrorumque præconiis gloriantur, & vani sunt. Solus sapiens, qui cum apostolo dicit: Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Hæc interim vobis nimis festinè, & ob hoc minus festiuè, exaraui potī quàm dictaui: ac fortassis loquacius quàm debui, sed omnino veracius non potui, prout sapui. Sed vt inde sumat epistola finem vnde sumpsit exordium, nolo vos de me incertæ famæ nimis credulum esse: quæ, vt optimè nostis, sæpe in sua solet vtrobique falli sententia, & de laude videlicet, & de vituperatione. Probate si placet & æstimate quatenus amor vel fauor vester & iustus, & eo sit amplius amico gratus, quo pro meritis moderatus, vt cum laus de grauitate iudicij, non mendacio processerit vulgi, & si minus honoris, minus quoque conferat & oneris. Est certè quod me magis, quantuluscunque sum, facit esse vestrum; quòd videlicet in rebus dei strenuè synceréque (vt aiunt) pro vestra vice versamini. Hoc vt semper de vobis verè dicatur, semper in vobis verè inueniatur, librum quem quæsistis, ad transcribendum habetis. Opuscula nostra, quæ requiritis, & pauca sunt, & nihil est in eis omnino quod vestro studio dignum putē. Tamē quia melius iudico mihi, nostrum culpari ingeniolum, quàm voluntatem, & periclitari apud vos potius imperitiam, quàm obedientiam: quæ horum & quo vobis placet vt mittam, scripto nobis per præsentem nuncium significate: vt quæ modo penes me non sunt, ab his qui habent ea requiram, & dirigam quocunq; mandaueritis. Et vt sciatis quid petatis, scio me scripsisse libellū qui inscribitur de humilitate, & quatuor homilias in laudibus virginis matris: nam hunc habet titulum, super illum videlicet locum euāgelij apud Lucam, vbi dicitur: Missus est angelus Gabriel. Necnon & apologiam ad quendam amicum nostrum, vbi aliqua differui de Cluniacensibus & nostris, id est Cistercienſibus obseruantiis. Sed & paucas ad diuersos epistolas dictaui.

E

Ioan. 17. a

1. Ioan. 4. c

Rom. 8. d

F

Psal. 61. a

2. Co. 12. b

Luc. 1. b

Universidad de Deusto
Biblioteca

GAliqui fratres ex his qui me cotã audiere loquentem, suo stylo exceperunt, & penes se retinẽt. Vtinam, quod minimè spero, nostra vobis in aliquo possit esse officiosa rusticitas.

Item ad eundem. Epistola decimanona.

TEmpus est vt promissum exigam, vtque probem ne fortè frustrà de vobis semper confisus sim: ex quo vestram & notitiam merui & amicitiam. Mihi siquidem vos præstitisse confidite, quicquid opis vestræ illi Remenses legati præsto sibi esse persenserint. Non quia me tanti putem, hæc audeo, sed quia vos promisistis: vtrúmne digne, vos videritis.

Ad Haimericum cancellarium, vnde suprà. Epistola vigesima.

Viro illustri domino Haimerico sanctæ Romanæ sedis cancellario, frater Bernardus de Claraualle salutem & orationem.

QVia semel cœpi, loquar, & loquar ad vos, eróque importunus, sed importunus charitatis, sed veritatis, sed iustitiæ. Nam etsi tanti non sum vt Romæ habeam propria negocia, nulla tamen quæ dei esse constiterit, à me duco aliena. Quapropter si veræ id mihi gratiæ apud vos manet, quod multorum habet opinio, liceat illud obsecro legatis domini archiepiscopi Remensis in præsenti negocio experiri. Nil quippe eos nisi quod iustum est perferre vel quærere suspicamur.

Ad Matthæum legatum. Epistola vigesimaprima.

FVit quidem parêre paratum cor meum, sed non æque & corpus meum. Sæuientis siquidem acutę febris exusta ardoribus, & exhausta sudoribus, non valuit sufficere spiritui prompto caro infirma. Volui ergo, sed prævolanti voluntati obstitit ea quam dixi occasio. Quæ an iusta sit, ipsi iudicent amici nostri: qui me omni excluſa excusatione, obedientiæ retibus circunclusum, quotidie de claustro ad ciuitates perrahere moliuntur. Simúlque attendant istam me occasionem non fallacitèr adinuenisse, sed grauiter pertulisse, vt vel nunc experiantur quia non est consilium contra consilium dei. Quibus si ego respõdissem, Exui tunicã meam: quomodo induam illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? profectò indignarentur. Nunc autem diuino aut succensent aut acquiescant iudicio, quo factum est vt & si velim, non valeam proficisci. Sed grandis inquiunt, fuit causa, grauisque necessitas. Quærendus ergo fuerat qui grandibus diffiniendis fuisset idoneus. Si me talem putãt, ego me talem non esse nequaquam puto, sed scio. Denique siue grãdia sint siue parua, ad quæ me ita perurgent, ego causam non habeo. Quæro siquidem, facilia sunt an difficilia, quæ ad perturbandum amicum silentium tantopere imponere curatis amico? Si facilia, absque me possunt fieri. Si difficilia, per me non possunt effici. Nisi fortè tanti æstimor, cui grandia & impossibilia reseruentur: tanquam ea ego possim, quæ nemo alius facere potest. Quod si ita est, domine deus me⁹ quomodo tuum de me solo frustratum est iudicium: ponens sub modio lucernam, quæ poterat lucere supra candelabrum: & vt apertius loquar, tentans me facere monachum, & volens abscondere in tabernaculo tuo in die malorũ, hominem necessarium mundo, sine quo episcopi non possunt sua pertractare negocia? Sed & hoc mei mihi necessarij præstiterunt, vt nunc quoque videar loqui turbatus homini cuius nunquam nisi serenus, & cum omni iucũditate soleo recordari. Vos tamen, vobis dico pater, noueritis quia paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mãdata vestra. Vestrę autẽ indulgentiæ erit parcere mihi, vbi parcendum decreueritis.

Canti. 5.b

Ad Humbaldum Lugdunensem archiepiscopum & legatum. Epistola vigesimasecunda.

Reuerendissimo domino & patri suo Humbaldo Lugdunensi archiepiscopo, & Romanæ sedis legato, frater Bernardus Clarævallis abbas, si quid potest peccatoris oratio.

DOminus episcopus Meldensis cum accepit literas vestras, fortè tunc ad nos visitandi gratia veniebat. Cúmque iam è domo nostra scribere pararet, suis nostras tanquam vestri familiaris literas iungere curauit, suo sperans negocio profuturas. Cui cum non possem negare quod vellet, id solum vestræ reuerentiæ familiariter breuitérque intimandum putaui, quia si aduersus episcopum quærentem quæ sunt Iesu Christi, homines seipsos amantes, & quæ sua sunt quærentes audieritis, hoc nec vestræ congruit dignitati, nec officio.

Ad Attonem Trecensem episcopum. Epistola vigesimatertia.

Pauperi episcopo pauper abbas, paupertatis consequi præmium, quod est regnum cælorum.

LAudarem vos, & iure laudarem, si non me reuocaret illa sententia: Neminem laudaueris in vita sua. Siquidem rem laude dignam egistis, sed ei laus adscribenda est, à quo accepistis & velle & perficere quod meritò laudaretur. Deum ergo per vos & in vobis operantem glorificamus, qui tamen ad hoc in vobis voluit glorificari, vt & vos redderet gloriosum. Qui nimirum cum sit mirabilis in maiestate sua, etiã in sanctis suis gloriosus apparere dignatur, ne solus habeat gloriam. Ipse nempe licet sibi sufficiens ad omnem magnificentiam, quærit tamen gloriam & in sanctis, non vt augeat sibi, sed vt suis communicet. Nouit autem qui sunt eius, sed nobis non facilè innotescunt, nisi cum ipse reuelare dignabitur. Scimus sanè de qualibus scriptum est: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et quia vobis hæc ipsa sententia nõ congruat, nihilo minus modo cognoscimus. Scriptum quoque est: Quem diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Flagellatum video & emendatum, & aliud suspicer quàm vnum esse ex filiis: Porrò correptionis vestræ clarum satis insigne tenemus, ipsam paupertatem nunc vestram. Nobilis reuera titulus paupertatis, quam ipse deus ore commendans prophetico, Ego sum, ait, vir videns paupertatem meam. Super omnes regios thesauros hic vos titulus nobilitat amplius, & reddit illustrem. Scio me ex scriptura commemorasse superius, non esse laudandum hominem in vita sua. Verùm quomodo me possum cohibere à laude illius, qui post aurum abire iam desiit, & sperare contempsit in pecuniæ thesauris? De quali nimirũ scriptura sic loquitur: Quis est hic? & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. An fortasse non est quidem laudandus homo in vita sua, quæ tentatio est super terram, nec ideo tamẽ laudandus non est, cum mortuus peccato viuit deo? Vana quidem laus & seductoria qua laudatur peccator in desideriis animæ suæ, in quo qui me beatificat, in errorem inducit: sed non idcirco prædicanda, & multum cõmendanda non erit illius vita, qui dicere potest: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Cum ergo laudatur homo in quo iam viuit non ipse, sed Christus, non in sua laudatur, sed in Christi vita, ac per hoc non laudatur, contra sententiam quæ prohibet hominem laudari in vita sua. Cur denique dignus meis laudibus non erit, quem sui quoque nominis deus laude dignatur, dicente Dauid: Pauper & inops laudabunt nomen tuum? Laudatur Iob quòd sua patienter amisit, & non laudabitur episcopus qui & libenter dimisit, & liberaliter distribuit? Non expectauit mortem, quando iam nec dare nec retinere in sua haberet potestate, quod vtique multi faciunt, quorum videlicet testamentũ non nisi in mortuis confirmatur, sed adhuc inter spem vitæ metúmque positus mortis, viuens libénsque dispersit & dedit pauperibus, vt iustitia eius maneret in seculum seculi. Nunquid & pecunia mansura similiter erat in seculum seculi? Bona ergo recompensatio iustitię pro pecunia, quando pro eo quod teneri non poterat, id restitutum est quod feliciter maneat in æternum. Melior est enim incomparabiliter iustitia, quàm pecunia, quòd illa ditet & repleat arcam, hæc animam. Denique sacerdotes dei induuntur iustitia, & multo vtique decẽtius & ditius quàm auro vel serico. Sed gratias deo, qui iam harum rerum in vobis gloriæ transitoriæ gloriosum est operatus contemptum, dum de animæ periculo salubertimum incussit

Eccli. 31.d

Gala. 2.d

Psal. 72.a

Prou. 3.b

Thren. 3.d

Psal. 73.d

A incussit metum. O mira circa vos diuina clementia. Moretem intentauit, ne inferret. Formidare vos voluit, quam vos noluit experiri, Cum hoc fecit, quid effecit nisi ne vestra vobis essent chariora quàm vos? Inter medullas artuum febris acuta sæuiebat, & tardante sudore, cruciatus vehemẽs in dies ingraueſcebat. Cúmque iam foris membris frigeſcẽtibus calor moleſtiſſimus introrsum se colligens, exhausta longa inedia viſcera depaſceret, pallidæ interim mortis ante oculos triſtis verſabatur imago. Et ecce tanquam de ſupernis vox emiſſa diuinitus inſonuerit: Ego ſum, ego ſum qui deleo non te, ſed iniquitates tuas. Mox vbi ſacerdos dei vt pauper moreretur, ſua omnia pauperibus erogauit, cœperunt ſubito de intimis deſperati iam ſudoris inopinati fontes erumpere, ſicéque animæ pariter & corpori ſuo ordine ſalus vtraq; procedens, liquidò monſtrauit in vobis adimpletum quod in ſcriptura ſua pollicetur deus: Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere. Percuſſi carnem, vt anima ſanaretur. Occidit auaritiã, vt iuſtitiæ viueretis. Sic viuificato & ſanato quid ſperandum eſt, niſi vt iam non ſit qui vos de manu dei poſſit eruere? ſi tamen euangelicum illud conſilium obſeruare non negligitis: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Quod videlicet idcirco prãmonet pius pater, quia non vult vt contingat, quippe qui non vult mortem peccatoris, ſed magis vt cõuertatur & viuat. Et meritò. Quæ enim vtilitas in ſanguine peccatoris? Non enim infernus confitebitur deo, neque mors laudabit eum, ſed vos qui viuitis benedicitis domino, & dicitis: Non moriar ſed viuam, & narrabo opera domini. Et illud: Impulſus euerſus ſum vt caderem, & dominus ſuſcepit me.

Deut. 32.f

Ioan. 5.c

B

Pſal. 117.c

Ibidem. b

Ad magistrum Gilbertum vniuersalem episcopum Londoniensem. Epistola vigesimaquarta.

LOnge ſatis exiit ſermo quem feciſti, & magnum dedit ſuauitatis odorem, ad quoſcunque potuit peruenire. Extincta eſt auaritia, cui non ſuaue redoleat? Charitas regnat, cui dulce non ſapiat? Quando hoc cognoſcunt omnes quia vere ſapiens ſis, qui ſapientiæ hoſtem maximum contriuiſti, hoc certè & tuo ſacerdotio dignum, & nomine. Tali profectò decebat ſpecialem tuam philoſophiam clareſcere teſtimonio, hoc præclara illa tua ſtudia fine compleri. Vera illa & indubitata ſapientia eſt, quæ turpia lucra contemnit, & indignum ſibi iudicat eodem cum idolorum ſeruitute contubernio frui. Non magnum fuit magiſtrum Gilbertum epiſcopum fieri, ſed epiſcopum Londonienſem pauperem viuere, id planè magnificum. Nec enim tanto nomini quicquam C augere gloriæ potuit ſublimitas dignitatis, auxit autem plurimum humilitas paupertatis. Pauperiem æquo animo ferre, virtus patientiæ eſt: ſponte appetere, ſapientiæ laus eſt. Laudatur denique & admirabilis prædicatur, qui poſt aurum non abiit: qui verò & abiecit, plus nihil merebitur: Niſi quòd vigil ratio mirandum minimè ducit, ſi ſapiens ſapienter agit, & ille ſapiens qui in cunctis huius mundi ſapientium literis & ſtudiis ludens, omnem quoque ſtuduit & potuit diuinam quodammodo reuocare & renouare ſcripturam. Quid enim? Diſperſiſti, dediſti pauperibus, ſed pecuniam. Quid verò pecunia eſt ad illam quam pro ea commutaſti iuſtitiam? Iuſtitia, inquit, eius manet in ſeculum ſeculi. Num ita & pecunia? Quæſtuoſum ſanè honeſtúmque commercium: illam quæ præterit, pro illa dare quæ permanet. Sic ſemper tibi negociari detur, bone & omni laude proſequẽde magiſter. Superest vt laudabile principium condignum conſequatur finem, & cauda hoſtiæ capiti coniungatur. Benedictionem tuam libenter accepimus, præſertim quòd tanta tuę huius perfectionis fuerit cumulata iucunditate. Latorem epiſtolæ etſi pro ſeipſo ſatis commendabilem, tamen etiam pro me veſtrę magnificentiæ eſſe cupio commendatum. Eſt ſiquidem mihi pro ſua honeſtate & religioſitate chariſſimus.

Pſal. 111.a

Ad Hugonem Rothomagensem archiepiscopum. Epistola vigesimaquinta.

SI diei malitia inualeſcit, non præualeat. Si turbat, non perturbet. Mirabiles elationes maris, ſed mirabilior in altis dominus. Benigne, ſi non diſſimulas, egit tecum vſque adhuc ſuperna miſeratio, pater illuſtris. Prouida nanque diſpenſatione nõ prius præfectus es malis, quàm ſociatus bonis, quorum conſortio & exemplo bonus fieres, vt ſic poſtmodum etiam inter malos viuere bonus poſſes. Et quidem inter bonos bonum eſſe, ſalutem habet, inter malos verò & laudem. Illud tantæ facilitatis eſt, quantæ & ſecuritatis: hoc tantæ virtutis, quantæ & difficultatis. Quale nempe eſt iſtud, tangere picem, & non inquinari ex ea, in igne ſine læſione verſari, & in tenebris abſque caligine? Palpabant quõdam tenebras Aegyptij, cum tamen de populo dei ſcriptura dicat: Vbicunque Iſraël erat, lux erat. Erat Dauid verus Iſraëlita, & ideo cantè dicebat ſe habitare non in Cedar, ſed cum habitantibus Cedar, tãquam qui ſemper habitaret in lumine, licet ipſi fuerit cum habitantibus Cedar, corporalis cohabitatio. Vnde & arguit quoſdam non veros Iſraëlitas, quòd commixti inter gentes didicerint opera eorum, & factum ſit illis in ſcandalum. Dico ergo: Sufficiebat tibi apud Cluniacenſes cuſtodire innocentiam, ſicut ſcriptum eſt: Cum viro innocente innocens eris. Porrò apud Rothomagenſes opus eſt patientia, quemadmodum docet apoſtolus: Seruum dei, inquiens, non oportet litigare, ſed magis patientem eſſe ad omnes. Nec ſolùm patientem qui nolit vinci à malo, ſed & pacificum, qui vincat in bono malum. Alterum, vt malos portes: alterũ, vt & quos ſuſtines, ſanes. In patientia tua poſſides animam tuam, ſi & ſis etiam pacificus, vt & commiſſas tibi poſſideas. Quæ tanta gloria quàm dicere poſſe, Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus? Eſto ergo patiens, quia es cum malis: eſto pacificus, quia præes malis. Habeat charitas zelum, ſed adhibeat pro tempore modum ſeueritas. Cenſura quidem nunquam remiſſa, intermiſſa tamen pleruncque plus proficit. Vigor iuſtitiæ ſemper feruidus, ſed nunquam præceps. Sicut non omne quod libet, licet: ſic non omne quod licet, ſtatim etiam expedit. Hæc melius me ipſe noſti, ideóque ſuperſedeo. Orari pro me inſtanter poſtulo, quia inceſſanter pecco.

Pſal. 17.d

2. Tim. 2.d

E

Luc. 21.d

Pſal. 119.b

Ad Guidonem Lausennensem episcopum. Epistola vigesimasexta.

MAnum veſtram miſiſtis ad fortia, opus eſt fortitudine. Speculator domui Iſraël factus eſtis, opus eſt prudentia. Sapientibus & inſipientibus debitor eſtis, opus eſt iuſtitia. Poſtremò maximè temperantia opus eſt, ne qui aliis prædicat, ipſe (quod abſit) reprobus fiat.

Ad Arduitionem Gebennensem electum. Epistola vigesimaseptima. F

CRedimus electionem tuam eſſe à deo, quam tanto cleri populíque conſenſu fuiſſe celebratam accepimus. Gratulamur gratiæ eius, ne dicam meritis tuis: quoniam ne tibi pluſquam oportet blandiamur, non ex operibus iuſtitiæ quæ feciſti, ſed ſecundum ſuam miſericordiam hoc fecit tibi. Si ſecus tu (quod abſit) ſapis, erit exaltatio in ruinam. Si autem cognoſcis gratiam, vide ne in vacuum acceperis. Bonas fac de cætero vias tuas, & ſtudia tua, & miniſterium ſanctum: ſi vitæ ſanctitas non præceſſit, ſequatur ſaltem. Tunc verè fatebimur te præuentum in benedictionibus dulcedinis, tibi de bonis meliora ſperantes. Exultabimus & lætabimur quòd fidelis ſeruus & prudens conſtitutus ſit ſuper familiam domini: futurus ex hoc filius felix & potens, ſuper omnia bona patris conſtituendus. Alioquin ſi altiorem quàm meliorem eſſe delectat, non præmium, ſed præcipitium expectamus. Optamus & oramus ne hoc contingat: parati, ſi opus eſt, obuias manus apponere, & pro noſtro exiguo poſſe iuuare ad id potius quod decet & expedit.

Ad eundem iam episcopum. Epistola vigesima octaua.

PRæbet audaciam charitas, vt fiducialius loquar tibi. Cathedra, chariſſime, quam nuper ſortitus es, hominem multorum expetit meritorum: quæ in te aut nulla, aut non quantum ſatis eſt, præceſſiſſe dolemus. Siquidem & facta

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tua & studia tua præterita in nullo prorsus visa sunt episcopali conuenire officiò. Quid tamen? Non potest deus de lapide hoc suscitare filium Abrahæ? Non potest facere deus vt quæ præirè debuerant bona, vel subsequantur? Quod vtique & libentius accipimus, si contingat. Nescio enim quo pacto plus placebit subita hęc mutatio dexterę excelsi, quàm si vitæ prioris merita suffragarentur. Dicemus nempe quia à domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris Sic Paulus ex persecutore doctor gętium factus est. Sic Matthæus de telonio vocatus: sic Ambrosius de pallatio assumptus est: iste ad episcopatum, ille ad ad apostolatum. Sic alios quamplures nouimus de vita & habitu seculari vtiliter extitisse promotos. Denique nónne multotiens vbi superabundauerunt delicta, videtur superabundare & gratia? Et tu igi
tur charissime, his atque huiusmodi animatus exemplis, prę
cinge sicut vir lumbos tuos, bonas facito deinceps vias tuas,
& studia tua, quatenus nouissima tua antiqua sapiant, & delicta iuuentutis tuæ deleat vespertina correctio. Paulũ imitari curato in honorificando ministerium tuum. Honorificabis autem grauitate morum, maturitate cõsiliorũ, actuum
H honestate. Hæc sunt quæ officium episcopale maxime nobilitant & ornant. Omnia fac cum consilio, nec tamen omniũ
aut quorumcunque, sed tantùm bonorum. Bonos in consilio, bonos in obsequio, bonos habeas contubernales, qui virę & honestatis tuæ & custodes sint, & testes. In hoc enim te bonũ probabis, si testimonium à bonis habueris. Sint pietati vestræ commẽdati pauperes fratres nostri, qui circa vos sunt, Alpenses illi de Bonomonte, & illi de Altacumba. In his experiemur quanta vobis de nobis cura sit.

Ad Stephanum Metensem episcopum.
Epistola vigesimanona.

Stephano Metensis ecclesiæ dei gratia strenuo ministro
eius in Christo humiles fratres de Claraualle,
salutes & orationes.

EX quo dudum (si recolitis) nostræ vos fraternitati dignanter sociastis, nostris vos orationibus humiliter commendastis, semper soliciti fuimus (vt debuimus) aliquid scire de esse vestro, & euentus vestros crebro scisciari studuimus, à quibus potuimus, desiderantes iugiter & orantes vos prosperari in dei opere ad quod assumptus fueratis, & gressus vestros dirigi in semita mandatorum ipsius. Benedictus itaque deus, qui non amouit orationem nostram & misericordiam suam à vobis: lætificans vtique nos per hunc venerabilem fratrem Gulielmum: cuius profectò non minus verbis,
I quàm nostris crédimus oculis, de vestra sospitate & prosperitate, ac pace per vos ecclesiæ reddita. Cógratulamur vobis sed damus gloriam deo, scientes, quod estis & quod potestis, ipsius non vestrum esse. Quod & vos semper sentire in vobis amicabiliter admonemus, ne nihil & esse & posse incipiatis, si quid aliter sapitis, & vestris (quod absit) meritis vel viribus quippiam horum adscribitis. Alioquin verendum ne pax vestra conuertatur in perturbationem, & prosperitas in aduersitatem: sic nimirum illo iustè iudicãte, qui vt humilibus gratiam dare, ita & superbis resistere consueuit: qui & non solùm
Psa.17.d cum sancto sanctus, sed & cum peruerso peruersus in psalmo
Esa.45.b legitur: nec tantùm faciens pacem, sed & creans malum, per prophetam describitur.

Ad Alberonem primicerium Metensem.
Epistola trigesima.

Honorabili viro Alberoni, dei gratia Metensis ecclesiæ primicerio
fratres, qui in Claraualle qualicunque obsequio seruiunt
deo, salutes & orationes.

FIdelem curã vestrã in his quę dei sunt, etsi iam olim & audieramus & videram⁹ sed nũc in nobis ipsis experiẽdo persensimus. Cęterũ cũ in his quę nuper à nobis missi fratres vestro quidẽ consilio suggesserunt episcopo, & vestrã beneuolentiam, & ipsius episcopi promptum teneamus assensum: quia tamen dei quoque beneplacitum in omnibus, & his maximè quæ ad eum pertinent, ante omnia & super omnia necesse est nos & inquirere & custodire, idcirco ad comprobãdum certius quid ipse de hac re potius ẏelit, rem sicut inter
episcopum monachósq; conuenerat, vestra vtique industria K
mediante & ordinante qualiter fieri deberet, & hortante vt
celeriter, & iuuante vt honorabiliter fieret: non quidem omittendam, sed vsque post messionem, tum pro vestra, tum pro temporis opportunitate expectanda, necessariò intermittendam esse putauimus. Iam verò tunc, si & episcopi voluntas in eodem perstiterit, & vobis nihilo minus idipsum æquè vt modo placuerit, tali coniectura dei quoque esse cõsilium securius confidentes, speramus nos vestrę vtriusque deuotioni iuxta quod diffinitũ erat, satis esse facturos. Arbitramur enim acceptũ esse deo, si quantum in nobis est, nemini oneri esse studuerimus: ne non tam fructum quàm datum in hoc eius negocio requirere (quod absit) videamur, & pręcipuè vestris nos maiorib⁹ atque instantioribus occupationibus sub huius rei occasione importunius ingerere, & molestos cum necesse non est vobis exhibere, & hoc gratum non esse deo & nostris scimus moribus non congruere.

Ad Hugonem comitem Campanie, militem templi factum.
Epistola trigesimaprima

SI causa dei factus es ex comite miles, & pauper ex diuite: in hoc profectò tibi, vt iustum est, gratulamur, & L
in te deum glorificamus, (scientes quia hęc est mutatio dexteræ excelsi. Cęterùm quòd tua iucunda pręsentia nobis ita nescio quo dei est subtracta iudicio, vt ne interdum quidem te videre valeamus, sine quo nunquam, si fieri posset, esse vellemus: hoc æquanimiter (fateor) non portamus. Quid enim? Possumúsne obliuiſci antiqui amoris, & beneficiorum quæ domui nostræ tam largiter contuliſti? Vtinam ipse pro cuius amore feciſti, in æternum non obliuiſcatur deus. Nam nos quantum in nobis est, minime prorsus ingrati memoriã abũdantiæ suauitatis tuæ mente retinemus: & si liceret, opere monſtraremus. O quàm libenti animo & corpori tuo pariter & animę prouidiſſemus, si datũ fuiſſet vt simul fuiſſemus! Quod quia non est, restat vt quem præsentem habere non possumus, pro absente semper oremus.

Ad abbatem sancti Nicasii Remensis.
Epistola trigesima secunda.

QVanto tibi affectu condoleam, scit ille qui nostros omnium dolores in corpore suo tulit. Quàm libenter tibi (si scirem) consulerem, si possem succurrerem: tam efficaciter ipse mihi, qui omnia scit & omnia potest, in cunctis meis necessitatibus consulat & succurrat. Si frater Drogo de sua discessione me consuluisset, absit vt consentirem. Si M
post discessionem ad nos diuertisset, absit vt susciperem. Denique quod solum potui, ad abbatem qui eum susceperit, nostras mox (sicut scis) pro eo literas misi. Et nunc super hoc quid tibi vltra possum facere pater? Iam verò quantum ad te pertinet, optime mecum nouit sanctitas tua, perfectos solere viros non solùm in spe, sed & in tribulationibus gloriari, consolante eos scriptura, & sic loquente: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio. Et iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Et per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum. Et omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Nec idcirco tamen immerito his quos in anxietate positos videmus, amicis nostris compatimur: quibus vtique dum exitum ignoramus, defectum metuimus, quoniam quidem sicut sanctis & electis tribulatio operatur patientiam, patientia probationem, probatio spem, spes autem nõ confundit: sic damnandis & reprobis tribulatio parit econtrario pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturbatio desperationem, & illa interimit. Ne ergo hæc te tam horrenda (quod deus auertat) demergat tẽpestas aquæ: ne huius tam tremendæ abysi absorbeat profundũ, neue vrgeat super te tam inexplebilis puteus os suum: solicite studeat humilis prudentia tua non vinci à malo, sed vincere in bono malum. Vinces autem spem tuam in deo fortiter figẽdo, & rei finem longanimiter expectando. Et si quidem ille resipuerit, siue ob tui timorem, siue ob suum laborem, bene. Sin autem, bonum est tibi humiliari sub potenti manu dei, & nequaquam velle resistere superne dispositioni: quia si ex deo est, non poterit dissolui

A solui. Conandum est potius tibi, tuæ licet iustæ indignationis stimulos illa reprimere sententia, quam quidã sanctorum in simili fertur causa protulisse. Siquidem instigantibus eum quibusdam fratribus atque increpantibus, cur suum in sui iniuriam ab alia susceptum ecclesia fugitiuum non requireret: Nequaquam, inquit, vbicunq; enim est, si bonus est, meus est. Fraudulenter tibi & non fideliter consulo, si idipsum à meipso non exigo. Nam cum vnus noster nõ solum religione professus, sed & carne propinquus, Cluniaci me inuito & suscepturus sit & detineatur, doleo quidem, sed sileo: orans & pro illis, vt velint ablatum reddere: & pro illo, vt velit sponte reddire: sin verò, seruans ei vindictam qui facturus est iudicium iniuriam patientibus, & arguere habet in æquitate pro mansuetis terræ. Fratrem Hugonem de Lausanna ore tuo & nostro spiritu commonemus non omni spiritui credere: & ne cito moueatur certa pro incertis deserere: sciẽs diabolum soli semper perseuerantiæ insidiari, quam solam virtutum nouit coronari, tutiúsque esse in ea vocatione qua vocatus est simpliciter perseuerare, quàm sub specie quasi melioris boni, id quidem quod iam cœpit, amittere: nec ad id quod præsumit, fortassis sufficere.

Ad Hugonem Pontiniacensem abbatem.
B *Epistola trigesimatertia.*

Dilectissimo suo domino Hugoni abbati frater Bernardus
de Claraualle, idem quod sibi.

IN nostris prioribus literis aut ego, quantum ex vestris perpenditur, minus apertè scripsi quod volui: aut vos aliter illas intellexistis quàm debuistis: Siquidem quæ vobis de monachi illius susceptione euentura denunciaui, veraciter ita timui, & adhuc timeo vt scripsi. Non tamen ad hoc illa vobis prædicere studui, quòd vel suaderem vel consulerem, vel certè vt scribitis, censerem illum debere reddi, quippe qui ipsius iam dudum feruentissimum desiderium noui, & ei potius quòd nunc illud adimpleuerit, debeo congratulari. Sed cum à familiarissimo nobis abbate eius, & ab archiepiscopo Remensi, nostræ literæ ad requirendum illum vehementer exigerentur, vt à me, si fieri posset, omnem depellerem suspicionem: tales prout sciui dictare curaui, quibus & ipsis satisfacerem, & vos contra eorundem imminentes calumnias vobis illas non tacendo prænunirem. Hæc me ita in illis literis sensisse vestram sagacitatem, vel ex eo aduertere posse credidi, quod in fine illarum posuisse me memini, si tamen eo à vobis oculo legeretur, quo à me scriptum fuit. Nam cum denunciatis malis quæ non immerito vobis meturbam, tandem
C inferrem: Quòd si hęc omnia pati melius ducitis, quàm illum amittere, mea nihil interest, vos videritis. Aut enim ipsa mea verba sunt hæc, aut propè ipsa. Cum itaque hoc in fine dixi, quid aliud vobis quàm illa superiora dissẽsatorię (vt non dicã simulatorię) à me ita scripta fuisse latenter intimaui? Quod verò scripsistis me per nuncium eidem monacho de quærenda, si ad nos diuertisset, ipsius absolutione, priuatim insinuasse: veritatem testor hoc verum non esse. Egóne de notissimo mihi monasterio vel iactarem vel sperarem monachum me posse suscipere, quem nec vos quidem puto sine grandi scandalo posse retinere? Sed esto. Inuidebam illum vobis, & mihi attrahere gestiens, aliquid de eius obtinenda absolutione machinari me posse sperabam siue fingebam. Sed nunquid credendum fuit me hoc meum consilium ipsi nuncio, quod vtique contra suum monasterium excogitaueram, voluisse patefacere? Sed iam ne quod de nostra erga vos dilectione hucusque credidistis, falso vos credidisse inueniatis: pro vestra vt video causa, non saltem æquè vt pro mea, immo multo amplius laborandum est mihi: & hoc nõ quomodo huc vsque solebam, vt videlicet nostra vnanimitas fortius solidetur, sed ne penitus dissoluatur. Quid dicam vobis? Ego certè nec vobis nec de vobis tale aliquid credere possem, quale vos sola de me suspicione diuinastis, De cætero nouerit vestra benignitas, comitem Theobaldum nostras pro Humberto literas iam recepisse, sed necdum suo mihi rescripto quicquam respondisse. Quid super hoc vobis agendum sit, ipsa vos melius pietas docebit, si piè hominis iniustè exulan- D
tis miseriam pensare non negligitis.

Ad Drogonem monachum, vnde supra.
Epistola trigesimaquarta.

QVàm non immeritò tui iam dudum non mediocri fuerã affectus amore, nunc apparet dilectissime Drogo. Et antè quidem totum pulchrum, totum erat amabile, quod cernebaris: sed ego nescio quid aliud de te supra id quod videbam aut audiebam ex te, excellentiori dignum veneratione præsenseram. Nunquid fortè cœlestis sponsi, cuius nunc arctius castis te amplexibus impressisti, iam tunc vocem audieras dicentis ad pudicissimum turturem suum animam tuam: Tota pulchra es amica mea, tota pulchra, absque eo quod intrinsecus lãtet? Quid feciſti? Quis hoc crederet? *Canti.4.b*
Sanctum te ac religiosissimum tota ciuitas personabat, ita vt nihil tibi addi posse crederetur ex omnibus bonis, & tu velut à secularibus vnus, monasterium tanquam seculum deserens, iam attritum Christi sarcina collum, nouæ rursum obseruantiis disciplinæ submittere non erubescis? In te nunc, frã
ter, veram probamus illam esse sententiam qua dicitur: Cum *Eccl.18.a*
consummatus fuerit homo, tunc incipit. Indicium ergo tuæ consummationis est quòd nunc cœpisti, & in quo arbitrabaris te non comprehendisse, iam comprehenderas. Nemo quippe perfectus, qui perfectior esse non appetit. Et in eo E
quisq; perfectiorem se probat, quòd ad maiorem tendit perfectionem. Sed ecce charissime, is cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum, arcum suum tetendit, & parauit illum: & quia pulsus de corde tuo intus potestatem amisit, foris sæuiet quantum poterit. Et vt apertius loquar, nescis quia Pharisæi scandalizati sunt in hoc verbo quod feciſti? Sed memento nõ omnium scãdalum magnopere esse curandum, iuxta responsionem domini dicentis: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæ- *Matt.15.b*
corum. Melius est enim vt scandalum oriatur, quàm veritas relinquatur. Memento qui natus fuerit in ruinam & rẽsurrectionem multorum, & non miseris, si tu quoque aliis quidem *Luc.2.c*
sis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Si maledictiones intentauerint, si anathematum intorserint spicula, audi Isaac pro te respondentem: Qui maledixerit tibi, sit ille *Gen.27.c*
malèdictus: & qui benedixerit tibi benedictionib⁹ repleatur. Sed & tu muro inexpugnabili conscientiæ tuæ circũmunitus deintus, respõde & dic: Si consistant aduersum me castra, non *Psal.26.a*
timebit cor meum: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Non enim cõfunderis cum sic loqueris inimicis tuis in porta. Confido autem in domino q̃ si ad primos ictus fortiter steteris, & nec minis eorum cesseris nec blandimentis, cito conteres satanam sub pedibus tuis, & tunc videbunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum.

F

Ad magistrum Hugonem Farsitum.
Epistola trigesimaquinta.

Charissimo fratri & coabbati suo Hugoni, frater Bernardus
debitum syncerissimæ dilectionis affectum.

HVmbertum istum iniustè (vt aiunt) exhæredatum, cuius nos pro dei amore apud vestrum comitem causam tueri suscepimus, de vestra confidentes charitate vestro patrocinio committimus, per vos (vt fideliter speramus) terræ principi cœli domino cooperante, reconciliandum, patrię, vxori, filiis, rebus & amicis suis restituendum. Hoc autem satagendo & egenum de manu peccatoris liberabitis, & oppressoris ipsius nihilo minus saluti consuletis, nobis quoque vos non mediocriter officiosum exhibebitis: sed & officium implendo pacificorum, vobis inter filios dei sedem in excelso collocabitis. De cætero, Epistolam illam quam ad me iam olim scribere sanctitas vestra dignata est, non me (sicut vos audisse audiui) incendio tradidisse, sed penes me adhuc seruare noueritis. Quid enim hoc liuoris, imò furoris fuisset, opus vrile & laudabile, vbi nihil nisi quod sanæ fidei, quod doctrinæ saluberrimæ, quod ædificationis spiritualis est deprehendi, temerario damnare iudicio? Excepto quia inter amicos contra veritatem nulla debet esse meticulosa (cum sit periculosa) palpatio, quòd hoc me fateor mouit & mouet, quòd illam inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nos iam ante habitam de sacramentis collationem, in principio prædicti opusculi defendere & astruere conati estis. In qua vtique collatione si vestræ summam sententię bene meministis an sensui conueniat vel congruat ecclesiastico, vos videritis. Vestræ autem ingenuæ humilitatis est non erubescere corrigi, si quid aliquando aliter sapuistis. Valete.

Ad eundem. Epistola trigesimasexta.

Dilectissimo suo & olim & modo dei gratia sancto abbati Hugoni, frater Bernardus de Claraualle irreuerberatum sinceræ dilectionis affectum.

AD literas vestræ dignationis licet quidē breuiores quàm cupierim, lōgiores tamen quā meruerim, rescribere largius & debui & volui sed festinās nūcius nō permisit. Ne tamē vacuus omnino rece deret, pro tātis, quarum me debitorem agnosco, has tantillas, quas & vix expectauit, velocissime reddidi. Vbi primùm breuiter ac veraciter insinuo antiquum nostrum & dilectorem & dilectum totis me charitatis viscerib⁹ & suscipere vt catholicum, & suspicere vt sanctum, & amplecti vt charissimum. Siquidem de integritate fidei, credo vestræ confessioni: famæ & opinioni, de sanctitate: de affectu quem erga vos me habere protestatus sum, propriæ H conscientiæ. Nam quòd illius sententiæ quæ meæ simplicitati meritò vt mihi videbatur scrupulum mouebat, oblitum vos esse fatemini, tam libenter accipio, quàm lætus compēdiosam purissimæ veritatis assertionem in literis vestris nouissimis lego, ita vt me potius sensa vestra non intellexisse, quàm vos quippiam mali sensisse penè crediderim. Deinde modestiæ vestræ fraterna præsumptione consulo, quatenus episcopum sanctum & doctum quem quietè viuere permisistis, mortuum inquietare desinatis: ne dum non valentem pro se respondere reprehenditis, magis hoc ex charitatis inopia, quàm veritatis fiducia descendere, totam pro eo respōdentem ecclesiam audiatis. Pro Humberto sicut rogaui vos, iterum rogo, vt vestrum ei, cum poteritis, ne consilium desit, nec patrocinium. Valete.

Ad comitem Theobaldum. Epistola trigesimaseptima.

Laudabili principi Theobaldo Bernardus eorum qui in Claraualle sunt seruorum dei, inutilis seruus, sospitatem & pacem.

QVòd de nostra infirmitate vos audiui fuisse solicitum non mediocriter gratum habeo. In hoc quippe dum vestram erga me agnosco dignationem, deum quo I que vos diligere non dubito. Quando enim tantillum tantus vel nosse dignaremini, nisi propter deum? Cum ergo constet quòd diligitis deum, & me propter ipsum: miror quomodo ad vnam dei fiducia præsumptam petitiunculam, nec iniustam, vt puto, nec irrationabilē, à vobis tamen repulsus sum. Si aurum, si argentum, vel quodcūque huiusmodi quæsissem. Sed quid dico quæsissem? Nam etiam non quærens, iam plurima vestræ largitatis beneficia suscepi. Hoc autem vnum quod non mei, sed dei causa, nec tam mihi quàm vobis à vobis postulaui, quid causæ extitit quòd accipere non merui? Quid enim? Ergóne iudicastis indignum vel mihi ad petendum, vel vobis ad præbendum, vt homini Christiano quantolibet apud vos crimine accusato, postquam se purgauit, faciatis misericordiam? Aut certè si nō creditis quod plenè se purgauerit, quia hoc in curia vestra non fecit, eiusdem rursus vos in vestri præsentia recipiatis satisfactionem, & sic
Psal.74.a consequatur indulgentiam. An ignoratis quis minetur: Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo? Quod si iustitias, quanto magis iniurias? An nō timetis quod rursum scriptum
Matt.7.a est, quia in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis? An nescitis quia quàm facilè vos Humbertum, tam facilè, immo incomparabiliter facilius deus Theobaldum (quod absit) exhæredare possit? Et quidem in talibus vbi culpa tam aperta atque inexcusabilis esse videtur, quatenus nulla nisi cum iustitiæ periculo misericordiæ occasio relinquatur, etiam tunc tremens & dolens vindicem vos exhibere debetis, magis videlicet officij compulsus necessitate, quàm vindicandi libidine. Vbi autem obiectum crimen aut minus certum esse cognoscitur, aut excusandum suspicitur, hoc non solum non K renuere, sed & libentissimè debetis amplecti, lætus nimirum quòd salua iustitia, pietas vestra locum inuenerit. Ecce hoc secundò vestrę supplico eximietati, vt sicut deum vobis vultis misereri, ita vos Humberto misereamini, siue illa vobis promissione dominica blandiente: Beati misericordes: quo- *Mat.5.a* niam ipsi misericordiam consequentur: siue illa vos comminatione terrente: Iudicium sine misericordia illi, qui non fe- *Iac.2.c* cerit misericordiam. Vale.

Ad eundem. Epistola trigesimaoctaua.

Tio principi Theobaldo Bernardus abbas de Claraualle salutem & orationes.

VAlde timeo ne occupatissimis auribus vestris, crebris interpellationibus meis præsumptuosius me ingerendo molestus fiam. Sed quid faciam? Si vos offendere timeo sæpiº ad vos scriptitando, quanto magis deum, cui vtique magis timoris debeo, timendum est mihi ne offendam non interpellando pro misero? Aliàs autem indulgeat mihi benignitas vestra, quia non possum non misereri illius miseri, pro quo iam en & altera vice importunus forsitan precator accessi, Humberti videlicet mendici & pauperis, & hoc facti de diuite, L quod est infelicius. Non possum non compati viduæ & orphanis, sed viuo orbatis patre, quod est miserabilius. Gratias ago vobis pro gratia quam de hac re in oculis vestris inuenire merui, & quòd ipsius Humberti pro se dignanter acquieuistis veram suscipere defensionem, & quòd falsam aduersus ipsum iustissime repulistis accusationem. Illud autem quod ad consummandum pietatis opus, reddendam vxori & liberis eius suam hæreditatem benignissimè disposueratis, satis mirari non possum quid impedierit vt tam pium verbum vestrum necdum factum consecutum sit. Et quidem in aliis principibus siquando verbum leuitatis, aut etiam falsitatis deprehendimus, nec nouum nec mirum reputamus. At verò apud comitem Theobaldum, est, & non nequaquam omnino patienter audimus: cui vt dicitur, simpliciter dicere, iurare est: & leue mendacium, graue periurium imputatur. Inter plurima quippe virtutū insignia quæ vestram plurimum nobilitant dignitatem, & vestrum per orbem clarum reddunt & celebre nomē, præcipue laudatur in vobis veritatis constantia. Quis ergo suo vel hortatu vel consilio tantū robur firmissimi pectoris vestri eneruare tentauit? Quis inquam veritatis in vobis tam sanctum, tam eximium, tam omnibus imitabile principib⁹ propositum euellere sua fraude conatus est? Fallaciter non veraciter vos diligit, fraudulēter & non fideliter vobis consulit, qui tam glo- M riosam de veritate famam vestram obnubilare sua cupiditate contendit, dum verbum quod os vestrum locutum est, & verbum deo placitum, vobis dignum, pie iustū, & iuste piū, euacuare nescio qua malitia nocendo pauperi satagit. Obsecro vos per misericordiam dei, vt eandem vos consequamini: cauete ne superbiat impius vnde incenditur pauper: & hoc potius agite, quatenus promissionis vestræ veritas compleatur: qua primum quidem domino Norberto, deinde etiam nobis pollicitus estis restituturum vos Humberti hæreditatem eius & vxori & filiis. Valete.

Ad eundem. Epistola trigesimanona.

CVm multa mihi vestræ erga me dignationis indicia præbeatis, hoc me maxime toto vobis affectu dilectionis astringit, quòd cùm sciam me vestram iam pro multis ausum fuisse interpellare dignitatē, in nullo tamen repulsum me memini. Hinc non immeritò factus fidentior, rursum pro canonicis de Larzicurte non dubius precator accedo. Non quidem pro ipsorum iure nūc precor: in tantum quippe de vestra iustitia & legalitate confidens, vt nec hosti vestro in vestra curia placitanti de suo iure timendum esse existimem. Sed hoc est quod pro ipsis & cum ipsis omni qua possum absens supplicatione deposco, & quod eis omnino esse cognoui necessarium: vt videlicet ad vestræ serenitatis vultum, solito illis clementiorē atque promptiorem indulgeatis accessum, quatenus vicini eorum religioni debitam diligant exhibere reuerentiam, cum vos eis beneuolum esse cognouerint.

A cognouerint. Et si quis fortè militum seu ministrorum vestrorum res illorum iniustè contingere, aut quietem quam in deo habere dicunt, infestare in aliquo tentauerit: pro certo sciat vestram sibi ob hanc rem gratiam grauissimè redditurū infensam. Item aliud est quod supplex exoro. Nuper fortè per Barrum transeunti occurrit mihi mulier satis miseranda: anima quippe eius in amaritudine erat, & mea super suis dolotibus commouit viscera, satisque egit suis precibus ac lachrymis, quatenus pro ipsa apud vos intercedere deberem. Ipsa est vxor Belini illius hominis vestri, in quem dudum iusta malum quod ipse commiserat, multa & grauia reddidistis. Facite cum ea misericordiam, vt & vos apud deum eam inueniatis. Et quia semel cœpi, loquar adhuc cum domino meo. In manu Barrensis præpositi dudum facto duello, qui victus fuit, statim ex vestra iussione oculos amisit. Insuper quoque quasi parua hæc mala essent, & quod victus, & oculis orbatus fuerat: res ei omnes suæ à ministris vestris, sicut ipse conqueritur, ablatæ sunt. Iustum est, si vobis placet, vt ei vestra pietate restituatur, vnde misera eius vita possit vtcunque sustentari. Sed & filiis eius innocentibus patris iniquitas non debet imputari, quo minus si qua sunt paterna hæreditent ædificia. In fine volumus vos sanctos episcopos, qui pro his quæ ad deum pertinent, in vestra ciuitate conuenerunt, omni habere acceptione dignos. Sed & ipsi legato qui vos ve- B strámque ciuitatem tanti celebratione concilij voluit honorare: per omnia quantum in vobis est, deuotus & obediens assistatis, roborare & confirmare bona quæque ab eo iussa & instituta curetis. Nostrum quoque ac vestrum pariter episcopum, id est Lingonensem, abundantiori, vt decet, honore suscipiatis: & de casamento quod tenetis, homagium quod debetis, reuerenter ei & humiliter offeratis. Valete.

Ad eundem. Epistola XL.

DVo vobis commendamus in homine isto quem videtis, paupertatem & religionem: vt si vni non compatimini, alterum in eo reuereamini, quò nullatenus id ei negare possitis, propter quod vos cum tanto labore de longe requirere curauit. Itaque etsi non propter ipsum, certè propter vos ei succurrite: quia quantum vos illi sua paupertas: tantum, imò amplius vobis illum necessarium facit sua æquè religiositas. Denique de multis quos iam eadem de causa ad vos misimus, nullum fuisse recolimus, de quo magis deo placere sciamus, quàm si huic benefeceritis. Valete.

Ad eundem. Epistola XLI.

TImeo vos grauari in tam crebris scriptitationibus nostris. Sed in hanc importunitatem vrget me Christi charitas, & amicorum necessitas. Hunc itaque & senem, vt vi- C detis, & de domo, vt nos scimus, religiosa ad vos missum, non remitti vacuum supplicamus: & insuper vt vestris literis ad auunculum vestrum regem iturum munire dignemini, rogamus. Vellem omnes seruos dei, si fieri posset, vestros fieri debitores, qui pro mammona iniquitatis quandoque vos reciperent in æterna tabernacula. Valete.

Ad Henricum Senonensem archiepiscopum. Epistola XLII.

Domino venerabili Henrico Senonensium archiepiscopo, frater Bernardus, si quid potest peccatoris oratio.

PLacuit præstantiæ vestræ nouum aliquid à nobis dictarum requirere. Grauamur pondere dignitatis, sed dignationis munere gratulamur. Et blanditur petentis fauor, & petitionis terret exactio. Qui enim nos sumus, vt scribamus episcopis? Sed rursum qui sumus, qui non obediamus episcopis? Vnde dare, inde & negare compellor quod postulor. Scribere tantæ altitudini, supra me est: & eidem non obedire, contra me. Vtrobique periculum: sed in ea parte maius imminere videtur, si non obediero. Hac itaq; exiens quà minus apparet, facio quod iubetis. Dat quippe ausum ipsius dignitatis dignanter indulta familiaritas, & excusat præsumptionem auctoritas imperantis. Igitur ex quo regni cœlorum claues deo auctore vobis traditas suscepistis, ac iuxta ritum fortis illius mulieris manum mittere cœpistis ad fortia, si quaD vos aut egisse quæ non deberetis, aut pertulisse quæ nolletis *Prou.31.c* audiuimus: & illa agentem doluimus, & condoluimus hæc patienti. Inter hæc autem ego recordabar illorum versiculorum: Qui descendunt mare in nauibus facientes operatio- *Psal.106.c* nem in aquis multis, ascendunt vsque ad cœlos, & descēdunt vsque ab abyssos: anima eorum in malis tabescebat: turbati sicut & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Et ideo non iudicabam, vt assolet: magis quippe ad compassionem me prouocabat huiusmodi cogitatio. Si inquam, tentatio est cuiuscunque hominis vita super terram: quantis putatis periculis patet vita pōtificis, cui omnium necesse est ferre tentationes? Si ego latens in cauerna, & quasi sub modio non quidem lucens, sed fumigans, ventorum tamen impetus nec sic declinare sufficio, sed continuis tentationum variisq; fatigatus impulsibus, instar vento agitatæ arundinis, hac illàcq; circumferor: quid positus supra mōtem, positus supra candelabrum? Solus mihi seruandus, solus tamen ipse mihi sum scandalo, solus tædio, solus oneri atque periculo: ita vt propriæ gulæ & ventri, & oculo scandalizanti frequenter irasci oporteat. Quibus ergo molestiis angitur, quibus lacessitur iniuriis, cui etiam etsi propria cessent, nunquam tamē de alienis desunt foris pugnæ, intus timores? Nuper autem nobis à vestris partibus flare cœpit aura secundior. Rumoribus siquidem recentioribus nunciata sunt de vobis E solito lætiora, & non ex incerto famæ, sed ore veridico venerabilis Meldensis episcopi. Interrogatus enim de esse vestro: vultu alacri, & tanquam bene fidens vnde requirebatur, Puto, inquit, hominem ex hoc iam consiliis se subacturum Carnotensis episcopi. Hoc ab eo responsum tam lætus accepi, quàm certus fui consilia viri fidelissima fore. In nullo melius poterat nobis cordis vestri propositum commendare, in nullo spem dare certiorem vestri profectus in domino. Securè (ni fallor) præfatis ambobus viris & vos & vestra credetis. Talibus vtendo consiliariis, bonam vobis seruabitis & famam & conscientiam. Sic dei sacerdotem, sic tantæ ciuitatis decet episcopum, puerilibus non agi secularibúsve consiliis. Omnes (iuxta domini præceptum) etiam inimici diligantur: sed ad *Luc.6.d* consilium soli eligantur qui & prudentes esse videantur, & beneuoli. Absque prudentia & beneuolentia non esse perfecta consilia. Propterea dominus, & imprudens discipuli, & frarum infidele consilium refutabat, respondens impro- *Mar.8.d* uido: Non sapis quæ dei sunt, & maleuolis: Vos ascendite *Ioan.7.a* ad diem festum hunc, ego autem non ascendam. Nec istorum malitiæ, nec illius imprudentiæ se credendum putauit. Quærens deniq; cui se credere debeat, cui tutò sua committat dispensanda mysteria: & quasi difficilè inueniens, sub admiratione interrogat: Quis putas est fidelis seruus & prudens, quē *Mat.24.d* constituit dominus super familiam suam? Quamobrem & F Petro curam ouium crediturus, prius eius studuit probare be- *Ioan.21.e* neuolentiam, ter scisitans si se diligeret. Probauit & prudentiam, quando errantibus hominibus & putantibus ipsum esse quempiam ex prophetis, ille prudenter veritatem aduertens, deum potius prophetarum confessus est: Tu es (inqui- *Matt.16.c* ens) Christus filius dei. Væ nostro generi ab imperfectione sua. Vix in multitudine hominum vnum reperias in vtraque gratia consummatum. Haud facilè siquidem vel prudenti beneuolentiam, vel fideli inesse sapientiam deprehendas. Sine numero autem sunt, quos vtriusque muneris expertes esse constiterit. Prudenter igitur cogitasti sacerdotale onus, episcopale opus, curámque pastoralem dignè non posse administrari sine consilio. Hinc ipsa castorum consiliorum mater sapientia de seipsa loquens, Ego sapientia (inquit) habito in *Prou.8.b* consilio. Sed quali consilio? Nunquid in qualicunque? Et eruditis (ait) interfum cogitationibus. Sed & quòd infida consilia declinanda sint, per os Salomonis taliter monet: Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne re- *Prou.25.b* ueles. Pulchrè quoque per alium quendam sapientem cùm sine consilio nil agendum consulat, virorum tamen consilij intuens paucitatem, ita loquitur: Multi sint tibi amici, vnus *Eccl.6.a* autem sit tibi consiliarius de mille. Vnus, inquit, de mille. Benignam ego non dubitauerim vobis esse diuinitatem, cui de tanta raritate inter mortales non vnum, sed duos, ipsosque

Universidad de Deusto
Biblioteca

G idoneos satis indulsit consiliarios, prouidos, benevolos, & vt facilè adsint, comprouinciales: vt gratis, debitores iure subiectionis. Horum acquiescendo consiliis, nec præceptoris in sententia, nec vehemens in vindicta. Non in corrigendis remissior, non seuerior in parcendis, non pusillanimis in expectandis. Nec superfluus in victu, nec notabilis in vestitu. Non citus ad promittendum, non ad reddendum tardus, nec prodigus dator. Istorum consilium longè semper faciet à vobis malum tempori vetus, sed cupiditati nouum, simoniam, & matrem eius auaritiam, quæ est idolorum seruitus.
Et vt breui omnia sermone concludam, si his credideritis: in
Rom.11.b omnibus exemplo apostoli, honorificabitis ministerium vestrum. Ministerium inquam, nō dominium. Ipsum itaq; honorificabitis, non vos. Nam qui quærit quæ sua sunt, se cupit honorari, nō ministerium. Honorificabitis autem non cultu vestium, non equorum fastu, non amplis ædificiis, sed ornatis moribus, studiis spiritualibus, operibus bonis. Quàm multi aliter! Cernitur in nonnullis sacerdotibus vestium cultus
1.Tim.2.c plurimus, virtutum aut nullus aut exiguus. Quibus ego si rememorem illud apostolicum, Non in veste preciosa: vereor ne indignetur: dum nimirum indignum ducāt in se assumptam sententiam, quam prius in viliorem sexum & ordinem
H prolatam fuisse recognouerint. Quasi verò non eodem vtantur medici ferro secandis regibus, quo & popularibus hominibus: aut capiti fiat iniuria, si ipsis forcipibus capilli excrescentes detōdeantur, quibus & vnguium fuerint resecata superflua. Attamen si dedignantur pari cum mulierculis, nōn quidem à me, sed ab apostolo feriri sententia: dedignentur & cum ipsis eadem inuolui culpa. Despiciant iam textricū siue pellificum, & nō propriis operibus gloriari. Horreant & murium rubricatas pelliculas, quas gulas vocant, manibus circundare sacratis, & sacrantibus tremenda mysteria. Refpuāt & apponere pectori, quod decentius ornat gemma sapietiæ. Pudeat & collo circuntexere, quod honestius atque suauius Christi iugo submittitur. Non Christi stigmata sunt hæc, quæ isti martyrum exemplo circūferant in corpore suo. Muliebria potius esse noscuntur insignia: quæ vtique curiosius & sumptuosius illæ sibi præparare consueuerunt, cogitantes nimirum quæ sunt mundi, quomodo placeant viris. Verum tu sacerdos dei altissimi, cui ex his placere gestis, mundo, an deo? Si mundo, cur sacerdos? Si deo, cur qualis populus, talis & sacerdos? Nam si placere vis mundo, quid tibi prodest sa-
Iacob.4.a cerdotium? Nec enim potes duobus dominis seruire. Qui au-
Psal.52.b tem vult amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur. Et propheta, Deus, inquit, dissipabit ossa eorū qui hominib⁹
Gala.1.b placent: confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Et apostoI lus: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Volēs itaque placere hominibus, deo non places. Si nō places, non placas. Cur ergo, vt dixi, sacerdos? Sin verò quod addidi placere intendis non mundo sed deo, cur qualis populus, talis & sacerdos? Enimuero si sacerdos pastor est, & populus oues, dignū est vt in nullo appareat ouibus pastor dissimilis? Si instar mei qui ouis sum, pastor meus & ipse incuruus graditur, vultum gerens deorsum, & terram semper respiciens, & soli ventri mente ieiunus pabula quæritās: in quo discernimur. Væ, si venerit lupus, non erit qui præuideat, qui occurrat, qui eripiat. Decēne pastorem more pecorum sensibus incubare corporeis, hærere infimis, inhiare terrenis: & non potius erectum stare vt hominem, cœlum mente suspicere, quæ sursum sunt & quærere & sapere non quæ super terram? Cæterùm mihi indignatur si vel nutum facere audeam, iubētque ori manum apponere: dicens monachum, qui non habeā iudicare de episcopis. Vtinam & oculos mihi claudas, vt nec cernere possem quę cōtra dicere prohibes. Magna verò præsumptio, si ouis cùm sim, in ipsum pastorem meum lupas sæuissimas, vanitatē & curiositatem irruere cernens, infremuero, quòd ad meum forte balatum cruentis bestiis à quopiam occurratur & succurratur perituro. Quid facient de me qui ouicula sum, quæ & in ipsum pastorē tanta feritate insiliunt? Et quidem si nō vult vt clamem pro se, nunquid non & pro me balare licebit? Sed etsi ego sileo, ne ponere videar in cœ-
1.Tim.2.c lum os meum, clamatur tamen in ecclesia, Non in veste preciosa. Clamatur autem specialiter ad fœminas, vt erubescat in se deprehendi episcopus, quod in fragiliori quoque sexu K audierit reprehendi. An fortè nulla timetur confusio, si ego solus submulsitare desiero? Nunquid & si ego nō loquor, sua cuique non loquitur conscientia? Quid si alius audacior me non quidem de apostolo vt ego, nō de euangelio, nō de propheta, nō denique quippiam ecclesiasticum, sed illud tantum gentilitium ingerat: Dicite pontifices, non quidem in sancto sed freno, quid facit aurum? Quàm tolerabilius cernitur in sancto, quàm in freno! Hoc me etiam tacente, etsi non curia regum, tamē penuria pauperum clamat. Silear licet fama, sed non fames. Fama quidem silet, quia non potest mūdus odisse vos. Nam quomodo arguet mundus peccatum, à quo potius laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus bene-
Psal.9.d dicitur? Clamant verò nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt: Dicite pontifices, in freno quid facit aurum? Nunquid aurum à freno repellit frigus siue esuriem? Nobis frigore & fame laborantibus quid cōferunt tot mutatoria vel extensa in perticis, vel plicata in manticis? Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis. Et nos enim dei plasmatio, & nos sanguine Christi redempti sumus. Nos ergo fratres vestri. Videte quale sit de fraterna portione pascere oculos vestros. Vita nostra cedit uobis in superfluas copias. Nostris necessitatibus detrahi-
L tur, quicquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala de vna prodeunt radice cupiditatis, dum & vos vanitando peritis, & nos spoliando perimitis. Iumenta gradiuntur onusta gemmis, & nostra nō curatis crura nuda caligulis. Annuli, catenulæ, tintinnabula, & clauatæ quædam corrigiæ, multáque talia tam speciosa coloribus, quàm pōderibus preciosa, mulorum dependent ceruicibus: fratrum autem lateribus nec semicinctia miserantes apponitis. Huc accedit, quòd hęc omnia nec negotiationis studio, nec proprio manuum exercitio vobis elaborastis, sed nec iure hæreditario possidetis, nisi fortè & vos in corde vestro dixeritis: Hæreditate possi-
Psal.28.c deamus sanctuarium dei. Et hæc pauperes modo quidē coram deo tantùm, cui corda loquuntur. Nec enim audent aperte causari aduersum vos, quibus interim pro sua vita necesse habent potius supplicare. Cæterum in futuro stabunt in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerūt, stante quippe pro eis patre orphanorū, & iudice viduarum. Ipse enim tunc vox erit: Quādiu non feci stis vni de his minimis meis, nec mihi feci stis. Vos autem renerendissime pater, vos inquam absit vt in talibus honorificandum puteris mini
Matt.25.d sterium vestrum. Videntur quidē honorifica, sed oculo qui videt in facie, non qui videt in absondito. Nam quæ uiden- M tur in absondito, nullis apparent fucata coloribus: spectabilia sunt tamen. Nullis condita saporibus, prædulcia sunt tamen. Nullis eleuata culminibus, excelsa tamen. Castitas, charitas, humilitas, nullius quidem coloris sunt, sed non nullius decoris. Nec mediocris decoris, qui diuinos quoque delectare possit aspectus. Quid castitate decorius, quæ mundū de immūdo conceptum semine, de hoste domesticum, angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter se homo pudicus & angelus, sed felicitate, non virtute. Sed etsi illius castitas felicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas quæ in hoc mortalitatis & loco & tempore statum quendam immortalis gloriæ repręsentat. Sola inter nuptiarum solennia, mortem beatæ illius vendicat regionis, in qua neque nubunt, neque nubuntur: præbēs quodammodo terris, cœlestis iam illius conuersationis experientiam. Vas interim fragile quod portamus, in quo & crebro peritamur, tenet castitas, vt moner apostolus, in sanctificatione, & instar odoriferi balsami quo condita cadauera incorrupta seruantur, sensus ipsa &, artus continet & constringit, ne dissoluantur ociis, ne corrumpantur desideriis, ne carnis nōluptatibus computrescant: quemadmodum legitur de quibusdam, quia cōputruerunt ut iumenta in stercore suo. Hoc itaque tantæ pulchritudinis ornamentum digne dixerim sacerdotium honorare, quod directum deo & hominibus fa-
Ioel.1.d ciat sacerdotem, cuius quippe memoria nō in carnis successione, sed in spirituali benedictione sit, reddátque similem in gloria sanctorum, in hac licet adhuc regione dissimilitudinis constitutū. Verùm quantalibet venustate sui castitas emi-
nere

A nere appareat, sine charitate tamen nec precium habet nec meritum. Nec mirum. Quod enim absque illa bonum susci-
1.Cor.13.a pitur? Fides? Sed nec si montes transferat. Scientia? Sed nec il-
Ibidem. la quidem quæ lingua loquitur angelorum. Martyrium? Nec si tradidero, inquit, corpus meum ita vt ardeam. Nec absque illa quodlibet bonum suscipitur, nec cum illa quamlibet exiguum respuitur. Castitas sine charitate, lampas est sine oleo,
Sapi.4.a Subtrahe oleum, lampas non lucet. Tolle charitatem, castitas non placet. Sed ó quàm pulchra est (vt sapiens clamat) casta generatio cum charitate! Cum illa, inquam, charitate
1.Tim.1.a quam describit apostolus, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Porrò puritas cordis in duobus cōsistit: in quærenda gloria dei, & vtilitate proximi, vt in omnibus videlicet actis suis vel dictis nihil suum quærat episcopus, sed tantùm aut dei honorem, aut salutem proximorum, aut vtrunque. Hoc enim agens implebit non solum pontificis officium, sed & etymologiam nominis, pontem vtique seipsum faciens inter deum & proximum. Pertingit pons iste vsque ad deum ea fiducia qua non suam, sed illius gloriam quærit. Pertingit vsque ad proximum illa pietate, qua & ipsi non sibi prodesse desiderat. Offert deo bonus mediator preces & vota populorum; reportans illis à deo benedictionem & gratiam, Supplicat maiestati pro excessibus delinquentium: vindicat in peccantes iniuriam dei. Ingratis improperat benefi-
B cia pietatis, contemnentibus potentiæ seueritatem insinuat. Vtrisque tamen nihilo minus placare studet indignantis furorem: nunc quidem hominum obtēdens infirmitatem, nunc diuinæ magnitudinem pietatis. Denique siue excedat deo, siue sobrius sit nobis: aut deo semper quātum in ipso est placere gestit, aut præstare nobis: non quod sibi omnino vtile est quærens, sed quod multis. Fidelis pontifex, qui bona quælibet per manus suas transeuntia, siue diuina beneficia ad homines, siue hominum vota ad deum, columbino intuēs oculo, nihil sibi ret ētat ex omnibus. Nec populi requirit datum, sed lucrum, nec dei gloriam vsurpat sibi. Acceptum talentum non ligat in sudario, sed partitur numulariis, à quibus & vsuras recipit non sibi, sed domino. Non habet foueam vt vulpes, nō tanquam volucres nidum, non loculos quomodo Iudas: non denique (sicut nec Maria) locum in diuersorio. Imitatur profectò illum qui nō habebat vbi reclinaret caput: factus impręsentiarum tanquam vas perditum: quandoq; proculdubio futurum vas in honorem, & non in contumeliam. Denique perdit animam suam in hoc mundo, vt in vitam æternam custodiat eam. Hoc tanto puritatis intimę bono gloriari non potest veraciter, nisi qui extrinsecas gloriolas perfectè respuerit. Nec enim purè valet dei vel proximi quærere lucra, qui propria non contempserit. Is tantùm puritatis interioris gloria non fraudatur, qui dicere potest cum do-
C mino: Si ego quæro gloriam meam, gloria mea nihil est. Et
Ioan.8.f cum apostolo: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Et
Philip.1.c cum propheta: Obliuioni datus sum tāquam mortuus à cor-
Psal.30.d de, id est, à propria voluntate. Bona obliuio, si te ipsum nescias, vt proximo prosis. Bene autem mortuus à corde, si iam
Gala.2.d non tibi viuere studeas, sed ei qui pro te mortuus est. Bene mortuus est à corde, qui dicit: Viuo autem iam non ego. Sed si mortuus à se, non tamen á Christo. Sequitur enim: Viuit verò in me Christus. Mortem hanc quæ fit à corde, infert
Cant.4.c *Cant.viii.b* charitas, de qua loquitur sponsa in Canticis: Vulnerata cha-
Sapi.13.d ritate ego sum. Fortis quippe est vt mors dilectio, & mortem in nobis non vitam occidit. Vnde & audaciter minatur: O mors, ero mors tua. Peccatum extinguit, quod animæ vitam expulerat, animámq; restituit innocentiæ. Verùm si prævalet morti charitas, ita vt illam in congressu perimere possit, cur dicitur fortis vt mors: & non potius, morte fortior? An forte quia & ipsa est mors, & seipsa fortior esse non potest? Bona mors non vitæ, sed mortis. Bona mors, & nequaquam abhorrenda, quæ vitam etsi adimit, non perimit. Adimit quidem, sed ad tempus, restituēdam in tempore, duraturam sine tem-
Gala.3.a pore. Denique mortui estis, inquit, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Libenter
1.Tim.1.a igitur carebo ad tempus, vt in æternum possideam. Et ista sufficiant pro eo quod scriptum est: Charitas de corde puro. Sa-
ne in tanta obliuione sui necesse est cor bene esse conscium D sibi, quò se in lucra securius foris extendat, cum securam intra se reliquerit conscientiam. Quid enim prodest homini si v-
Matt.14.d niuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Sed & ordinis exigit ratio, vt qui ad sui mensuram proximum iubetur diligere, prius seipsum diligere norit. Itaq; duo sunt præcipuè quæ bonam reddunt conscientiam, pœnitere de malis, & abstinere à malis, hoc est (vt verbis loquar beati Gregorij) & commissa flere, & flenda non committere. Horum neutrum solum sufficit. Nam si primum absque secundo sufficeret, frustra & Dauid hortatur dicens:
Psal.36.e Declina à malo. Et Esaias: Quiescite agere peruerse, & deus
Esa.1.c ipse ad Cain: Peccasti, quiesce. Rursum, si secundū per se post peccatum bonam sufficit restaurare conscientiam, sine causa clamat pœnitens in psalmo: Beati, quorum remissæ sunt ini-
Psal.31.a *& 11.a* quitates, &c. Et illud: Vide humilitatem meam & labo-
Luc.11.a rem meum, & dimitte omnia delicta mea. Et in oratione dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Vtriusque virtutis bene conscius animus securè iam seipsum deserat, & quodāmodo perdat, vt aliquos lucrifaciat. Cùm infirmantibus infirmetur, vratur cum scandalizatis: fiat etiam (si oporteat) Iudæis Iudæus, nihilque formidet cum tali conscientia, exemplo Hieremiæ & Ezechie-
Hier.42.b *4.Reg.24.* lis, in Aegyptum vel in Chaldæam cum transgressoribus ca-
E ptiuarij: & cum sancto Iob frater fieri draconū, & socius struthionum: cum Moyse quoq; (quod grauius est) deleri de libro
Iob.30.d *Exod.32.g* dei: & cum Paulo anathema esse à Christo pro fratribus non timeat cum huiusmodi conscientia. Ipsam denique si necesse
Rom.9.a est intrare gehennam securus, medias penetrans flammas læta decantet conscientia: Et si ambulaueto in medio vmbræ
Psal.22.a mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Comparemus, si placet, thesauros regum, & fastigia regnorum cum huiusmodi fiducia. Nónne cuncta horum felicitas, præ tanti boni diuitiis miseria reputabitur? Et hanc fiduciam operatur charitas de corde puro, & conscientia bona. Iam verò quod restat de fide non ficta, & item quod ex alio loco in
Iaco.2.d mentem venit, fides sine operibus mortua est: duo ista mittunt nos ad quandam fidei trifariam diuisionem, vt dicatur fides mortua, ficta, probata. Et mortuam quidem apostolus diffinit eam esse quæ sine operibus est, id est, quæ non operatur ex dilectione, quasi nō habens animam ipsam dilectionem, qua vegetetur & moueatur ad opera. Fictam autem ego arbitror illam vocari fidem, quæ susceptа quidem ex charitate, vita moueri inchoat ad bene operandum, sed non perseuerans deficit, & moritur tanquam abortiua. Eo vtique sensu fictam dixerim nominatam, quo vasa figuli vocamus fictilia: non quia videlicet vtilia nō sint quandiu durant, sed quia fragilia cum sint, diu minimè durant. De hac fidei fictione puto illos notari in euangelio, qui ad tempus credunt, & in F tempore tentationis recedunt. Interroga eos qui dicunt charitatem à quo semel accipitur, nequaquam vltrà recedere. Ait veritas de quibusdam: Et hi radices non habent, quia ad
Luc.8.a tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Vnde & quò recedunt? Vtique à fide in infidelitatem. Item quæro: Poterántne in illa fide saluari, an non poterant? Si non poterant, quæ iniuria saluatori, quæve tentatori lætitia, quòd hinc recedant vbi salus non sit? Siquidem nec saluator zelatur nisi salutem, nec malignus inuidet nisi saluti. Si autem poterant, quomodo aut sine charitate sunt quandiu in illa fide sunt, cùm sine charitate salus esse non possit: aut deserentes fidem, nō etiam deserunt charitatem, cum charitas & infidelitas simul esse non possint? Recedunt ergo quidam à fide, quia veritas asserit. Consequenter & à salute, quia saluator redarguit. Inde nos colligimus, quòd & à charitate, sine qua salus esse non poterit. Et hi, inquit, radicem non habent. Nec negat eos habere bonum, sed in bono potius radicatos non
Ibidem. esse causatur. Denique sequitur, & ait: Quia ad tempus credunt. Bonum est, sed vtinam duraturum. Nō enim qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Non
Matt.10.c autem durant, quoniam in tempore tentationis recedunt. Beati si interim rapti fuissent antequam malitia mutaret corda eorum. Nunc verò væ prægnantibus & lactantibus in illis diebus, teneros vtique fœtus gestantibus, & de vita recenti

G facilè in periculis exturbandos. Tales sunt animæ paruã ad-
huc & teneram habẽtes charitatem: & ob hoc earum fidem
Eccli.27.a viuam sed fictam necesse est in tẽtatione deficere. Vasa figu-
Rom.1.b li, ait, probat fornax, & homines iustos tentatio, illos videli-
Abac.2.a cet qui ex fide viuunt. Iustus nempe ex fide viuit, sed ex fide
qua viuat. Neque enim quæ mortua est, vitam dare potest.
Dæmonũ fides non adducitur in examinationẽ, vacua quip-
pe charitate mortua est. Credunt quidem & contremiscunt,
sed timor non est in charitate. Proinde in labore hominum
non sunt, & cum hominibus nõ flagellantur: non quòd ex-
tinctæ fidei nulla iam debeatur probatio, sed reprobatio. So-
lam vtique iusto & fidem, id est, viuorum viuam, fornax tẽ-
tationum susçipit exanimãdam. Sed non omniũ iustitia ma-
net in seculum seculi: quoniam sunt qui ad tempus credunt
& in tempore tentationis recedunt. Qualis sit cuiuscunque
fides, tribulatio probat. Si cuius deficit (deficit enimcum in
charitate non perseuerat) ficta esse dignoscitur. Si cuius per-
seuerat, probata & perfecta censetur. Liquet ex his satis (vt
arbitror) non omnes qui habuerint charitatẽ, habere & per-
seuerantiam in charitate. Alioquin frustra commoneret di-
scipulos dominus, Manete, inquiens, in dilectione mea. Aut
Ioan.15.b enim si necdum diligebant, nõ debuerat dicere, manete, sed
estote in dilectione mea. aut si iam diligebãt, necesse non e-
H tat moneri de perseuerantia, qua secundum ꝟstos priuari nõ
poterant. Curet igitur seruus bonus & fidelis fide seruare
nõ ficta charitatem de corde puro & conscientia bona: plu-
ris æstimans animæ vitam, quàm corporis: minus horrẽs car-
nis mortem, quàm fidei. Iam de tribus quæ superius propo-
suimus, sola (ni fallor) tractanda restat humilitas. Hæc dua-
bus præmissis virtutibus intantum est necessaria, vt absque
ista illę nec esse virtutes videãtur. Nempe vt castitas seu cha-
Iac.4.b ritas detur, humilitas meretur: quoniam humilibus deus dat
gratiam. Seruat acceptas, quia non requiescit spiritus domi-
Esa.vlt.a ni nisi super quietum & humilem. Seruatas cõsummat: nam
2.Cor.12.c virtus in infirmitate, hoc est in humilitate, perficitur. Inimi-
cam omnis gratiæ omniscq; initiũ peccati debellat superbiã,
& tam à se q̃ à cæteris virtutibus superbam illius propulsat
tyrãnidem. Siquidem cum ex aliis quibusq; bonis viriũ ma-
gis suarum capere soleat incrementũ superbia: sola hæc om-
nium propugnaculum quoddam turrisq; virtutum, eius for-
titer resistit malitiæ, obuiat præsumptioni. Sola denique est
de qua omnium plena virtutum Maria gloriandum esse pu-
Luc.1.c tauit. Audito quippe ab angelo, Aue gratia plena: quasi solã
ex ipsa plenitudine humilitatem in se recognoscceret, solam
Ibidem. rependisse ac respondisse memoratur in gratiam: Respexit,
inquiens, deus humilitatem ancillæ suæ. Quid deinde auctor
I & dator virtutum Christus, in quo omnes thesauri sapientiæ
& scientiæ sunt absconditi, in quo omnis quoquè plenitudo
diuinitatis habitat corporaliter: nónne tamẽ & ipse de humi-
litate tanquã summa suæ doctrinæ suarúmq; virtutũ gloria-
tus est? Discite (ait) à me nõ quòd sobrius, aut castus, aut pu-
Matt.23.d dẽs, aut aliquid eiusmodi: sed quia mitis sum, & humilis cor-
de. A me, inquit, discite. Nõ ad doctrinã patriarcharum, non
ad prophetarũ libros ego vos mitto, sed me vobis exemplũ,
me formam humilitatis exhibeo. Inuiderunt mihi altitudinẽ
quam habeo apud patrem, angelus & fœmina: ille potentiæ
illa scientiæ. Vos autẽ æmulamini charismata meliora, discẽ-
tes à me quia mitis sum, & humilis corde. Commodũ reor
indagare aliquid & de superbia, quatenꝰ ex oppositosibi vi-
tio virtutis decor manifestior appareat. Superbia est appetitꝰ
propriæ excellẽtiæ. Hæc in species duas diuiditur, in cæcam,
& vanam superbiam. Quę quidem & aliis nominibus appel-
lari possunt cõtumacia & vanitas: quarum prior intelligen-
tiæ, posterior voluntatis vitium est. Nam ex illa rationis fal-
litur oculus, & ex ista voluntatis malæ appetitus afficitur.
Quod melius ex singularũ diffinitionibus demõstrabimus.
Cæca superbia seu contumacia, est vitium quo se existimans
aliquis vel esse bonum quod non est, vel à se esse quod est, in
se nõ in domino gloriatur. Vana superbia seu vanitas est vi-
tiũ, quo quis tã de eo quod est, q̃ de eo quod non est, suis ma-
gis q̃ dei laudibus delectatur. His ita præmissis, aptemus iam
contraria humilitati, singula singulis opponentes. Humilitas
est contemptus propriæ excellentiæ, Contẽptus opponitur
appetitui. Duabus quoque superbiæ speciebus, duæ nihilo K
minus humilitatis opponuntur. Contra cæcam, vt quis de se
nouerit sentire humiliter. Contra vanam, nec consentire ali-
ter sentientibus. Nẽpe qui de seipso sentire humiliter nouit,
in neutro ipsius de se iudiciũ falli potest: videlicet vt aut ma-
ius aliquid putet se esse, q̃ sit: aut a se esse quod sit. Et ideo
patienter carẽs quod sibi nouit deesse, humiliter de eo quod
certus est adesse, non in se, sed in domino gloriatur. Porrò
aduersus hoc vt de se altius se aliquid sentiat, solet ne inso-
lescat, verꝰ humilis illud sibi iugi meditatione reuoluere: Nõ *Rom.12.c*
alta sapientes, sed humilibus cõsentientes. Et illud: Non am- *Psal.130.a*
bulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non hu-
militer sentiebã, sed exaltaui animam meam. Et item: Qui se *Gala.6.a*
putat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Contra hoc
autem vt à se sentiat, esse, quod se sentit esse, solicitè seipsum
interrogat: Quid habes quod non accepisti? Si autem acce- *1.Cor.4.d*
pisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Item, qui humanas
laudes cõsueuit perfectè contemnere, cum se laudari perci-
pit de eo quod in se nouit non esse, nullatenus acquiescens
illud sibi commemorat: Qui te beatificãt, in errorem te mit- *Esa.3.b*
tunt. Sed & illius nihilo minus versiculi recordatur: Verun- *Psal.61.c*
tamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in state-
ris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Proinde solicite *2.Cor.12.b*
studet imitari apostolum ita de se loquentem: Parco autem L
ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit ali-
quid ex me. Cum verò laudari se comperit de bono quod se
forte habere cognoscit: nihilo minus quantum in se est scuto
veritatis curat à se iaculum fauoris repellere, dans gloriam
deo, & dicens: Gratia dei sum id quod sum. Et propulsans à *Psal.113.b*
se omnem susçipicionem, ait domino: Non nobis domine non
nobis, sed nomini tuo da gloriam. Metuit nimirum, si aliter *Matt.6.a*
egerit, ne fortè audiat ab ipso: Recepisti mercedẽ tuam. Et
iterum: Gloriam ab inuicem quæritis, & gloriam quæ à solo *Ioan.5.g*
deo est, nõ vultis. Refugiens ergo & de hoc ad consiliũ apo- *Gala.6.a*
stoli probat ipse opus suum, vt sic habeat in semetipso glo-
riam, & non in altero. Fidelis suimet custos, qui sibi oleum
fauoris sine fraude reseruet, ne in aduentu sponsi lampas cõ-
scientiæ vacua extinguatur. Nõ in altera, inquam. Nec enim
tutum arbitratur labiis hominum committere gloriã suam,
vtique pro meo libitu vel laudare te possim, vel derogare ti-
bi. Sanum vas & inconcussum cõscientia, & secretis seruan-
dis idoneum, nullis patens insidiis, nulli violentiæ cedens,
nulli quippe oculo vel manui accessibilis, excepto duntaxat M
spiritu qui scrutatur etiam alta dei. Quicquid in ea reposue-
ro, securus sum quia non perdam, seruabit viuo, defuncto
restituet. Nam quocũque vado ego, ipsa it mecum, secum
ferens depositum quod seruandum acceperit. Adest viuo,
mortuum sequitur, vbi mihi vel gloria vel confusio insepa-
rabilis pro qualitate depositi. Beati qui in veritate dicere *1.Cor.1.c*
possunt: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ no-
stræ. Non potest dicere nisi humilis, qui iuxta vulgare & o-
culos campi metuere, & syluarũ aures soleat semper habere
suspectas. Beatus nempe homo qui semper est pauidus. Non *Prou.28.c*
potest dicere arrogans & præsumptor qui seipsum impudẽ-
ter ostentans passim & vbique tanquã per campũ incedens,
totus fertur in gloriam. Gloriatur etiam cum malefecerit, &
exultat in rebus pessimis. Aestimat se nõ videri, dum plures
habeat imitatores, quàm reprehẽsores, cæcus dux cæcorum.
Sed habet hic campus oculos sanctorum proculdubio ange-
lorum, quos semper offendere solet indisciplinata conuersa-
tio. Non dicet hypocrita, Gloria mea est testimonium con-
scientiæ meæ: quia etsi iudicantium secũdum faciem, verbo,
vultu, habitúve simulatorio eludat opinioni, sed non eius
qui scrutatur renes & corda, fallit vel euadit iudicium. Siqui-
dem deus non irridetur. Timeat ergo & iste nemoris aurem.
Lingua licet manúq; cessantibus, auri tamen vbiq; præsenti
de quacũque sylua latebrosæ duplicitatis & spinosæ callidi-
tatis, tacentis & quiescentis cor loquitur, cogitatio confite- *Hiere.7.b*
tur. Prauũ est cor homininis & inperscrutabile, ita vt nemo
sciat

A sciat, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est:
1.Cor.4.a sed nec ipse plenè. Nam cum apostolus diceret, Mihi pro mi-
nimo, est ut à vobis iudicer, aut ab humano die: adiecit, Sed
nec ego meipsum iudico. Quare? Quoniam non possum, ait,
ratam vel ipse de me proferre sententiã. Ego enim nihil mi-
hi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum. Non ex
toto credo me vel, ipsi conscientiæ meæ, quippe cum ne ipsa
quidem queat me comprehendere totum. Nec potest iudica-
re de toto, qui totum non audit. Qui autem iudicat me, do-
minus est. Dominus, inquit, cuius vtique scientiam non effu-
git, sententiã nõ subterfugit etiam quod propriam latet con-
scientiam. Audit deus in corde cogitantis, quod non audit
vel ipse qui cogitat. Aderat auris prophetæ absentis ori fur-
tiuè poscentis pecuniam: & ego quantumlibet in occulto lę-
dere cogitans aut proximum nequiter, aut turpiter meip-
sum, non verear aurem nusquam absentem? Tremenda pror-
sus auris & reuerenda, cui non cessat quies, non tacet silentiũ.
Esa.2.c Denique ait: Auferte malum cogitationũ vestrarum ab ocu-
lis meis. Sed quid est quod dicit, ab oculis meis? An & nostra
deus nõ solũ audit, sed & videt arcana? Quales oculi qui con-
templantur cogitationes? Non sunt coloratæ vt videantur,
sicut nec sonant vt audiantur. Solent sentiri à cogitante, non
auditi ab auscultante, non à contemplante videri. Meritò ta-
men dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ
B sunt. Cur enim nesciret, quas & audit & videt? His præcipuè
duobus sensibus, id est visui & auditui nemo fidem putat esse
negandam. Hoc nos scire cõstanter astruimus, quod vidimus
& audiuimus. Meritò itaque non erat opus domino Iesu, vt
Matt.9.a quis testimonium perhiberet de homine. Ipse nimirum scie-
bat quæ essent in homine. Quid cogitatis (ait) mala in cordi-
bus vestris? Respondebat non sermonibus, sed cogitationi-
bus. Audiebat non loquentes, videbat non apparentes. Con-
tremisco totus tuam domine Iesu tantillo possum intuitu
considerans maiestatem, præsertim cum recordor in quan-
tis ipsius aliquando contemptor extiterim. Sed & nunc cum
iam à facie maiestatis fugi ad genua pietatis, quid amplꝰ fa-
cio? Vereor ne qui aliquando contrarius extiti maiestati, &
nunc ingratus pietati inueniar. Quid enim si cessant manus,
& non cesset pectus? Quid si os iam siler, necdum cor quie-
scit? Si singuli illiciti motus animi mei singula sunt quædam
in te deus conuicia, vtputa iracundiæ motus in manuetudi-
nem, inuidiæ in charitatem, in frugalitatem luxuriæ, turpitu-
dinis in castitatẽ, & immumera his similia quę de cœnoso la-
cu prurientis pectoris mei etiam nunc incessanter ebulliunt
inundantes & impingentes in serenitatem præfulgentis vul-
tus tui: quid magnum feci solos cohibere artus, actus corri-
C gere? Si has atque huiusmodi, quas foris licet vacans, intus
actitare non cesso, iniquitates obseruaueris, ô domine quis
sustinebit? An fortè iam nõ ago illa, sed patior? Aguntur qui-
dem in me, sed à me nõ aguntur si nõ consentio. Sane si mei
non fuerint dominata, tunc immaculatus ero, & immacula-
tus coram eo, si non solùm caruero, sed & si obseruauero me
ab iniquitate mea. Mea dixerim, nõ quia facio, sed quia sustì-
neo. Corpus gesto mortis, carnémq; peccati: sufficit interim
mihi si non regnet peccatũ in meo mortali corpore. Sic cor-
pus crimini nõ reputatur, nec quod habitat in eo peccatum:
si tamen non delector, si tamen nõ exhibeo membra mea ar-
ma iniquitati. Pro hac orabit, ô misericors, quiuis etiam san-
ctus in tempore opportuno: supplex nimirum quòd malum
sentiat, & nihilo minus sanctus dum non consentiat. Supplex
pro periculo, sanctus pro virtute. Sanctus planè atq; beatus,
qui condelectatus legi secundũ interiorem hominẽ, de ma-
lo quod ita ineſſe corpori sentit, vt nisi pariter cum corpore
Rom.7.c carere non possit, meritò sese consolatur, & ait: Iam non ego
operor aliud, sed quod habitat in me peccatum. Veruntamen
1.Cor.4.a delicta quis intelligit? Nam si possem dicere cũ Paulo, quod
quidem longe est à me: Nihil mihi conscius sum: nõ tamẽ in
hoc esse iustificatum oporteret me gloriari. Nõ enim qui se-
ipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus cõmen-
dat. Si applauserit mihi iustitiam humanus dies, pro minimo
habeo, quia ille lucet tãtùm in facie. Homo enim videt in fa-
cie, deus autem intuetur cor. Propter hoc Hieremias non sa-
tis popularibus sententiis velut quibusdam humani diei ra-
diis mouebatur, sed fidenter loquebatur deo: Diem hominis D
non concupiui, tu scis. Si meus mihi arriserit dies, neq; mei- *Hier.17.b*
psum, inquit, iudico: quia nec ipse me satis intelligo. Solus me-
ritò constitutus est iudex viuorum & mortuorum, qui finxit
sigillatim corda vniuersorũ, & intelligit omnia opera eorum.

Solum attẽdo iudicẽ, quem & solum iustificatorem agno-
sco. Pater dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nõ
vsurpo mihi vel super me seruus filij testatem: nec me an-
numero illis de quibus ita conqueri solet: Tulerunt homines
à me iudicium. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudi-
cium dedit filio. Et ego mihi præsumam quòd nec ipse pater
sibi assumit? Velim nolim, ipsi me astare necesse est: ipsi horũ
quæ gesserim in corpore, reddere rationem, cui nec verbum
præterolat, nec subterfugit cogitatio. Sub tam æquo libera-
tore meritorum, sub tam intimo secretorum inspectore, quis
gloriabitur castum se habere cor? Sola profectò quæ non sõ-
let gloriari, non nouit præsumere, contendere non consuescit,
gratiam inuentura est in oculis pietatis humilitas. Deus nan- *Iaco.4.b*
que superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Non con-
tendit iudicio, nec prætendit iustitiam qui verè humilis est,
sed dicit: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Re- *Psa.142.a*
cusat iudicium, & postulat misericordiã: facilius sibi veniam
impetrare posse, quàm iustitiam vendicare confidens. Nouit
naturam diuinam naturaliter piam, quę nostram nequaquam
humilitatem abhorreat. Non despicit illa maiestas cor con- E
tritum & humiliatum in nostro genere, quę corpus ex eo hu-
militatis assumere nõ dedignata est. Nescio quo pacto fami-
liarius semper humilitati propinquare solet diuinitas. Deni-
que illa se induit, vt appareret hominibus. Substantiam, for-
mam, habitúmque gestauit humilem, ipsius nobis commen-
dans virtutis excellentiam, quam speciali sui voluerit honoꝛ-
rare præsentia.

Vobis autem dilectissime, vobis præcipuè tanto magis ar-
bitror hanc esse necessariam, quanto maior noscitur materia
suppetere superbiendi. Genus, ætas, scientia, cathedra, & quod
maius est, primatus prærogatiua, cui non essent insolentię fo-
mes, elationis occasio? Quanquam esse possint & humilitatis,
Meditantibus quidem honores blandiuntur, sed onera pen-
santibus tædio sunt atque formidini. Non autem omnes ca-
piunt hoc verbum. Multi enim non tãta fiducia & alacritate
currerent ad honores, si esse sentirent & onera. Grauari pro-
fectò metuerent, nec cum tanto labore & periculo quarum-
libet affectarent infulas dignitatum. Nunc verò quia sola at-
tenditur gloria & nõ pœna, purum esse clericum erubescitur
in ecclesia, séque viles æstimant, & inglorios, qui quocunque
eminentiori in loco non fuerint sublimati. Scholares pueri &
impuberes adolescẽtuli ob sanguinis dignitatem promouen-
tur ad ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur
ad principandum presbyteris: lætiores interim quòd virgas F
euaserint, quàm quòd meruerint principatũ: nec tam illis blã-
ditur adeptum, quàm ademptum magisteriũ. Et hoc quidem
in initio. Processu verò temporis paularim insolescentes do-
cti sunt in breui vendicare altaria, subditorum marsupia va-
cuare, magistris nimirum in hac disciplina vtentes idoneis,
ambitione & auaritia. Verùm quantauis industria tua tibi lu-
cra conquirere cautulus videaris, quantalibet vigilantia rem
possis seruare tuam, quantocunq; studio regum tibi ac prin-
cipum gratiam captare cures: dicimus tamen, Væ terræ cuius *Eccl.10.a*
rex est puer, & cuius principes manè comedunt. Nec dicimus
quancunque ætatem dei gratiæ præmaturam, sicut nec seram:
cùm multos videamus iuniorum super senes intelligere, mo-
ribus antiquare dies, prœuenire tempora meritis, & quod ęta-
ti deest, compẽsare virtutibus. Boni pueri, qui quod ætate vi-
dentur esse, studeant & malitia. Malitia, inquam, sed non sensu:
quorũ, iuxta admonitionẽ apostoli, nemo contẽnat adolescẽ- *1.Tim.4.a*
tiam. Meliores bonæ indolis adolescẽtes, inueteratis dierum
malorum. Puer centũ annorum maledictus est: & est è regio-
ne senectus venerabilis, nõ diuturna, neq; numero annorum
computata. Bonus puer Samuel, qui loquenti deo promptus
aderat auditor, dicens: Loquere domine, quia audit seruus *1.Reg.3.b*
tuus. Ac si diceret: Paratus sum & non sum turbatus, vt custo-
diam mãdata tua. Bonus & Hieremias, qui ante sanctificatus *Hier.1.a*
quàm natus, cũ se excusaret de pueritia, nihilo minus cõstitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtus est super gẽtes & super regna. Bonus quoque Daniel, cuius spiritũ suscitauit deus vt cõuinceret iniqua iudicia, & sanguinem innoxium liberaret. Denique cani sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Sicubi huiusce modi puer senex promotus inuenitur: opus dei est his, qui tales nõ sunt, mirandum, non imitandum. Cæterùm curritur in clero passim ab omni ætate & ordine à doctis pariter & indoctis ad ecclesiasticas curas, tanquam sine curis iam quisque victurus sit cum ad curas peruenerit. Nec mirum de his qui necdum in semetipsis experti sunt. Videntes quippe illos qui iam proprios humeros cupitę sarcinę summiserunt, non solũ non gemere tanquam sub onere, sed insuper appetere plus onerari: non deterrentur periculis, qui cupiditate cæcati non vident, sed fauoribus amplius quos illis inuident, prouocãtur. O infinita semper ambitio, & insatiabilis auaritia. Cùm primos honorum gradus meruerint in ecclesia: meruerint autẽ vel vitæ merito vel pecuniæ, siue etiam carnis & sanguinis, quæ regnum dei nõ possidebunt, prærogatiua non ideo corda quiescunt, duplici semper æstuantia desiderio: quo vtique magis ac magis & dilatentur in plura, & ad celsiora sublimẽtur. Verbi gratia, cum factus quis fuerit in quacunque ecclesia decanus, præpositus, archidiaconus, aut aliquid huiusmodi: non contentus vno in vna, plures sibi, imò quotquot valet, conquirere honores satagit tam in vna, quàm in pluribus.

H Quibus tamẽ omnibus si locus euenerit, libenter vnius præferet episcopi dignitatem. Sed nunquid sic satiabitur? Factus episcopus, archiepiscopus esse desiderat. Quo forte adepto, rursum nescio quid altius somnians, laboriosis itineribus & sumptuosis familiaritatibus Romanum statuit frequentare palatium, q uæstuosas sibi quasdam exinde comparans amicitias. Si lucri spiritualis gratia hæc faciunt, laudandus est zelus: sed præsumptiõ corrigenda. Nonnulli cum ista non possint, vertunt se ad aliud ambiendi genus, in quo nihilo minus aperiunt eam quam habent dominandi libidinem. Nam cum præsideant vrbibus valde populosis, & totas, vt ita dicam, patrias proprię diœcesis ambitu circuncludãt, occasione inuẽta ex quocũq; veteri priuilegio, satisfagunt vt & vicinas sibi subiiciant ciuitates: quatinus duæ quibus duo vix præsules sufficiebant, sub vno redigantur antistite. Rogo quæ hęc tã odiosa præsumptio, quis hic tantus ardor dominandi super terrã, quæ principandi tam effrenis cupiditas? Certè cum primùm tractus es ad cathedrã, flebas, refugiebas: vim querebaris, multum à te, & omnino supra te esse dicens: miserũ clamitans & indignum, qui non esses idoneus tam sancto ministerio, tantis non sufficeres curis. Quid igitur nunc verecunda depulsa formidine, sponte ambis ad ampliora, imò irreuerenti audacia, propriis non contentus, inuadis aliena? Cur hoc? Fortè vt plures populos salues? Sed in alienam messem, tuam mittere falcem, iniuriosum est. Vt tuæ præstes ecclesiæ? Sed ecclesiarum sponso non placet tale vnius incrementum, quod sit detrimentum alterius. Crudelis ambitio, & incredibilis, si fidem oculi non astruerent. Vix tenent manus quin illud ad literam impleant quod legitur in propheta: Secuerunt prægnãtes Galaad ad dilatandum terminos suos. Vbi est illa terrifica comminatio: Væ qui coniungitis domũ ad domum, & agrum agro copulatis? Nunquid in his duntaxat exiguis væ istud metuendum est, non autẽ cum vrbes vrbibus, aut prouinciæ prouinciis continuantur? Imò etiã respõdeant si volunt se imitari dominum Christum: facientes & ipsi vtraque vnum, adducentes & ipsi ex diuersis pascuis greges, vt fiat vnus pastor, & vnum ouile. Huius rei gratia non pigritantur crebrò terere limina apostolorum, inueturi & ibi (quod magis dolendum est) qui suę faueãt improbę voluntati: nõ quòd valde Romani curẽt quo fine res terminetur, sed quia valde diligũt munera, sequũtur retributiones. Nudè nuda loquor, nec retego verenda, sed inuerecunda cõfuto. Vtinam priuatim & in cameris hæc fierent, vtinam soli viderimus & audierimus, vtinam nec loquentibus crederetur, vtinam nobis reliquerint moderni Noæ, vnde à nobis possent aliquatenus operiri. Nunc verò cernente orbe mundi fabulam, soli tacebimus? Caput meum vndique conquassatum est, & ego sanguine circunquaque ebulliente putauerim esse tegendum? Quicquid apposuero, cruentabitur, & maior erit confusio voluisse celare, cum celari nequiuerit. Bona humilitas, quę & K impræsentiarum ab huiusmodi mordacibus curis mentẽ facit esse quietã, & à minacibus pœnis in futuro securã reddit conscientiam. Hæc vestros pater animos ab horum omnium pestifera æmulatione compescat. Audite potius prophetam taliter à talibus dehortantem. Noli, inquit, æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Æmulari magis oportet apostolum non gloriantem in immẽsum, nec se vltra se extendentem: nec audentem se (vt ipse fatetur) cõparare quibusdam qui seipsos commendant, sed se sibi comparantem & metientem secundum mensuram regulæ quam mensus est ei deus. Audiendo etiam ex ore eius, Nolite fraudare inuicem: propriis placebit esse contentum. Qui & prouocans ad humilitatem, suum illud archiepiscopo non cunctabitur salubriter intimare: Noli altum sapere, sed time. In alto posito nõ altum sapere difficile est, & omnino inusitatum: sed quãto inusitatius, tanto gloriosius. Timor de adepta iam altitudine, tædere magis quam placere facit altiora. Non vos ergo felicem, quia præestis: sed si non prodestis, infelicem putare. Vt autem securè præesse possitis, subesse & vos si cui debetis non dedignemini. Dedignatio quippe subiectionis, prælationis reddit indignum. Sapientis est consilium: Quanto maior es, tanto humilia te in omnibus. Sapiẽtiæ verò præceptum: Qui maior est vestrum, fiat sicut iunior. Quod si expedit etiam minoribus esse subiectum, maiorum L iugum quomodo licebit contemnere? Videant in vobis potius subditi quod vobis redhibeant. Intelligitis quæ dico? Cui honorem, honorem. Omnis anima (inquit) potestatibus sublimioribus subdita sit. Si omnis, & vestra. Quis vos excipit ab vniuersitate? Si quis tentat excipere, conatur decipere. Nolite illorum acquiescere consiliis, qui cùm sint Christiani, Christi tamen vel sequi facta, vel obsequi dictis opprobrio ducunt. Ipsi sunt qui vobis dicere solent: Seruate vestræ sedis honorem. Decebat quidem ex vobis, vobis cõmissam ecclesiam crescere: nunc verò saltem in illa quam suscepistis maneat dignitate. Et vos enim vestro prædecessore impotentior? Si non crescit per vos, non decrescat per vos. Hæc isti. Christus aliter iussit & gessit. Reddite (ait) quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Quod ore locutus est, mox opere implere curauit. Conditor Cæsaris, Cæsari non cunctatus est reddere censum. Exemplum enim dedit vobis, vt & vos ita faciatis. Quando verò dei sacerdotibus debitam negaret reuerentiam, qui hanc secularibus quoque potestatibus exhibere curauit? Porrò vos si Cæsaris successori, id est regi sedulus in suis curis, cosiliis, negociis, exercitibúsque adestis: indignum erit vobis cuicunque Christi vicario taliter exhibere, qualiter ab antiquo inter ecclesias ordinatum est? Sed quę sunt, inquit apostolus, à deo, ordinata sunt. Videlicet ergo huius ignominiæ dissuasores, quale sit dei ordinationi resistere. Valde ignominiosum seruo, si sit sicut dominus eius: aut discipulo, si sit sicut magister eius. Plurimũ se vobis deferre putant cum vos Christo præferre conantur, ipso reclamante ac dicente: Non est seruus maior domino suo: neque apostolus eo qui misit eum. Quod non dedignatus est magister & dominus, talisque & magister & dominus, indignum sibi iudicabit seruus bonus, deuotúsque discipulus? Quàm pulchrè locutus est beatus ille Centurio, cuius fidei nulla par inuenta est in Israël. Et ego, inquit, homo sum sub potestate, habens sub me milites. Non iactabat potestatem, quam nec solam protulit nec priorem. Dicturus quippe, habens sub me milites, præmisit: homo sum sub potestate. Prius se agnouit hominem, q̃ potentem. Agnouit, inquã, se hominem, homo gentilis: vt in se iã impleri ostenderet quod longè antè dixerat Dauid: Sciant gentes quoniam homines sunt. Homo, inquit, sum, & homo sub potestate. Iã quicquid subinferas, suspectam non habemus iactantiam. Præmissa siquidem est humilitas, ne altitudo præcipitet. Nec enim locum inuenit arrogantia, vbi tam clarum humilitatis insigne præcesserit. Agnoscis infirmitatem, confiteris subiectionem: iam & te sub te habere milites profitere securus. Reuera quia non confusus est de subiectione, iure ex prælatione meruit honorari. Non erubuit super se potestatem, & ideo dignus qui haberet & sub se milites. Ex abundantia cordis os loquebatur:

Dan.13.f
Amos 1.d
Esa.5.b
Rom. 11.c
Rom. 13.a
Ioan. 13.b
Luc. 7.b
Rom. 13.a
Psal.9.d
Psal.36.a
2.Cor.10.a
1.Cor.7.a
Mar.12.b

A batur: & iuxta quod intus ordinatas habuit affectiones, foris quoque verba decenter cõposuit. Dedit prius honoré præpositis, vt iam à subditis iustè reciperet: sciens se à superioribus accipere, quod impenderet inferioribus: & quia melius propriæ subiectionis discreet experimento sua ipse moderari imperia. Fortè non ignorabat quòd subiecto sibi homini deus omnia subiecerit sub pedibus: offendenti se, infensa reddiderit: & is quem humilem constituerat super opera manuum suarum, superbiæ merito comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Nouerat & fortassis quòd humanus spiritus subditus conditori subiectam sibi possederit carnem, rebellis rebellem inuenerit: factúsque transgressor legis superioris, sentire cœperit aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem se in legem peccati. Miror quosdam in nostro ordine monasteriorum abbates hanc humilitatis regulam odiosa contentione infringere: & sub humili (quod peius est) habitu & tonsura tam superbè sapere, vt cum ne vnum quidem verbulum de suis imperiis subditos prætergredi patiantur, ipsi propriis

B prælati monachis, ideo non monachi. Nempe monachum facit professio, prælatum necessitas. Vt autem non præiudicet necessitas professioni, accedat non succedat prælatio

Eccli.33.a monachatui. Alioquin quomodo illud implebitur: Principem te constituerunt? esto inter illos tanquam vnus ex illis. Quomodo tanquam vnus ex illis, manens inter humiles superbus, inter subditos rebellis, immitis inter mansuetos? Vt te putemus tanquam vnum ex illis, videamus tam exhibere paratũ, quàm exigere obedientiam: videamus tam libenter præpositis obtemperare subiectum, quàm imperare subiectis. Quod si semper vis obedientes habere, & nunquam esse, probas te non esse tanquam vnum ex illis, dum vnus esse renuis ex obedientibus: à quibus dum te superbiẽdo segregas, quorum aggregeris consortio patenter aduertimus: & si tu vel impudenter cõtemnis vel imprudenter dissimulas, reputari profectò inter illos te noueris de quibus

Iud.23.a scriptum est: Alligãt onera grauia & importabilia, & imponunt humeris hominum: digito autem suo nolũt ea mouere.

Ibem.15.b Quorum ergo tibi indignius consortiũ iudicãs, delicatorum magistrorum, quos veritas increpat: an obedientium monachorum, quos amicos suos cõmemorat? Ait siquidem: Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. Vides igitur quale est iubere quod ipse non feceris: aut nolle facere quod

Iud.15.c docueris? Deinde vt taceam illud de regula vbi à sancto Benedicto tibi præcipitur, vt quæ doces discipulis esse contraria, in tuis factis indices non agenda: vt item prætermittam quod apertè diffinit tertium humilitatis esse gradum, vt quis pro dei amore omni obedientia se subdat maiori: in regula veritatis attẽde quod legitur. Qui soluerit, inquit, vnũ de his minimis meis mãdatis & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Proinde tu docens & renuens obedire, non minimum, sed maximum Christi mandatum & docere & soluere conuinceris. Itaque doctor & solutor mandati, minimus tu vocandus es in regno cœlorum. Si ergo tui putas iniuriam prioratus minorem summis videri sacerdotibus: non magis indignum æstimandũ est minimum vocari in regno cœlorum? Si multũ superbus es: plus minimus, quàm minor vocari cõfundere. Minor quippe vilitas est minorem videri, quàm minimum. Longè autem præstantius solis subdi episcopis, q̃ vniuersitati. Sed non propter me, inquit, facio, sed quæro ecclesiæ libertatẽ. O libertas omni (vt ita loquar) seruitute seruilior. Patiẽter ab huiusmodi libertate abstineã, quæ me pessimæ addicat superbiæ seruituti. Plus timeo dentes lupi, quàm virgam pastoris. Certus sum enim ego monachus, & monachorum qualiscunque abbas, si mei quandoq; Pontificis à propriis seruicibus excutere iugum tentauero, quòd satanæ mox tyrannidi meipsum subiicio. Aduertens nimirum cruenta illa bestia quæ circuit quærens quẽ deuoret, elongatam custodiam: heu statim insilit in præsumptorem. Meritò enim non cunctatur præsidere superbo, qui se iure D regem gloriatur super omnes filios superbiæ. Quis dabit mihi centum in mei custodiam deputari pastores? Quanto plures sentio mei curam gerere, tanto securior exeo in pascua. Stupenda insania. Animarum nõ cunctor turbas mihi custodiendas colligere: & vnum super proprium grauor habere custodem? Et quidem subiecti me de reddenda pro seratione sollicitãt. Qui autem præsunt mihi, ipsi potius (Paulo dicente) peruigilant tanquam rationem pro me reddituri. Illi etsi honorant, onerant: hi non tam premunt, quàm protegunt. Scio me legisse: Iudicium durissimum his qui præsunt, exiguo autem conceditur misericordia. Quid igitur vos, ó monachi, sacerdotum grauat auctoritas? Metuitis infestationem? Sed si quid patimini propter iustitiam, beati. Secularitatem cõtemnitis? Sed secularior nemo Pilato, cui dominus astitit iudicandus. Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi tibi data esset desuper. Iam tunc per se loquebatur, & in se experiebatur, quod post per apostolos clamauit in ecclesiis: Non est potestas nisi à deo. Et qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Ite nunc ergo resistere Christi vicario, cum nec suo aduersario Christus restiterit. Aut dicite, si audetis, sui præsulis deum ordinationem nescire: cum Romani præsidis potestatem Christus super se quoq; fateatur fuisse cœlitus ordinatam. Verùm apertè indicant quidam horum quid cogitent, dum multo labore ac precio apostolicis adeptis priuilegiis, per ipsa sibi vẽ E dicant insignia pontificalia, vtentes & ipsi more pontificum, mitra, annulo, atque sandaliis. Sanè si attenditur rerum dignitas, hanc monachi abhorret professio: Si ministerium, solis liquet congruere pontificibus. Profectò esse desiderant quod videri gestiunt, meritóq; non queunt esse subiecti, quibus iam ipso se comparant desiderio. Quid si & nomen eis conferre priuilegiorum posset auctoritas, quanto putas auro redimerent vt appellarentur pontifices? Quò ista, ô monachi? Vbi timor mentis? vbi rubor frontis? Quis vnquam probatorum monachorum tale aliquid aut verbo docuit, aut reliquit exemplo? Duodecim humilitatis gradus magister vester edisserit, propriisque distinguit descriptionibus. In quo, quæso, illorum docetur aut continetur, vt hoc fastu delectari monachus, has quærere debeat dignitates?

Labor & latebræ & voluntaria paupertas, hęc sunt monachorum insignia, hæc vitam solent nobilitare monasticam. Vestri autẽ oculi omne sublime videt: vestri pedes omnes forum circumeunt: vestræ linguæ in omnibus audiuntur consiliis, vestræ manus omne alienum diripiunt patrimonium. Tamen si ita oportet vt emancipati à subiectione pontificum, pari cum successoribus apostolorum gloria, pari cathedra, iisdémque solennium indumẽtorum insignibus attollamini: cur non & sacros ordines celebratis, & benedictiones datis in populis? Quàm multa moueor dicere aduersus impudentissi- F mam præsumptionem: sed frenat impetum, quod auribus occupatis scribere me recolens, longiori lectione vereor fieri onerosus archiepiscopo: & quia res tam manifesta est vt multitudo reprehendentium videatur impudentiam obdurasse. Quod si & hæc ipsa cernuntur gratas excedere compendij metas, vobis ô domine donate, qui me & in hoc propriam prodere coëgistis imperitiam, dum morem modúmque solennem in scribendo seruare nescierim.

Ad eundem. Epistola XLIII.

PRioris precis nostræ benigna susceptio præbet ampliora sperandi fiduciam. Præmissa itaque deuotissimarum gratiarum actione pro experta beneuolentia, iterum audeo petere quod iterãdis gratiis secundo me faciat debitorem, quatenus videlicet Molismensi ecclesiæ ipsam ecclesiam pro qua se vestram serenitatem quoquo modo obnubilasse dolebat, eadem libertate tenere concedatis, qua prædecessorum vestrorum temporibus eam certum est tenuisse. Valete.

Ad eundem. Epistola XLIIII.

VIdetis certè quantum præsumam de vestra beneuolentia, vt nec crebra impetratio preces finiat, & totiens exauditus, rursum accedere precator importunus non verear. Magna quidem præsumptio, sed non meretur indigna-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtionem, quoniam de charitate, non de temeritate descendit. Meminit (ni fallor) vestra paternitas, quòd dudũ Trecis querelas vniuersas quas pro ecclesia Senonina aduersum Molismenses monachos ante habueratis, pro amore dei & nostro penitus omisistis. Et ecce iidem monachi cõqueruntur, quòd nescio quas nouas, & (vt ipsi aiunt) indebitas vobis consuetudines in prædicta ecclesia vendicetis. Obsecro ergo & ipsas dimitti, cõfidens me ne hac quidem vice passurum repulsam: vt qui nam de maioribus merui non repelli, in obtinendis minoribus non confundar. Valete.

Ad Ludouicum regem Francorum.
Epistola XLV.

Eximio regi Francorum Ludouico Stephanus abbas Cistercienſis, totúſque conuentus abbatum & fratrum Cistercienſium, ſalutem, ſoſpitatem, & pacem in Christo Ieſu.

REx cœli & terræ regnum vobis in terra donauit, donaturus & in cœlo, si id quod accepistis, iustè & sapienter administrare studueritis. Hoc est quod vobis optamus, & p vobis oramus: vt & hic fideliter, & illic feliciter regnetis. Cęterũm vos quonam consilio eisdem nostris pro vobis orationibns (quas, si recolitis, olim tam humiliter requisistis) H modo tam acriter repugnatis? Qua enim iam fiducia manus pro vobis leuare præsumimus ad spõsum ecclesiæ, quam ita, & sine causa, vt putamus, ausu inconsulto contristatis? Grauem siquidem aduersum vos apud eundem sponsum & dominum suum querimoniam deponit, dum quę acceperat defensorem, sustinet oppugnatorem. Attendis iam cui ex hoc infensum vos redditis? Non vtique episcopo Parisiensi, sed domino paradisi, & quidem terribili, & ei qui aufert spiritum principum. Ipse quippe est qui ad episcopos dicit: Qui
Luc.10.c vos spernit, me spernit. Hæc ita vobis & pro vobis audacter quidem, sed amanter intimare curauimus: monentes & rogantes per illam inuicem amicitiam nostram & fraternitatem, cui vos satis dignanter sociastis, sed nunc ipsam grauiter læsistis, quatenus à tanto malo citius desistatis. Alioquin si non meremur exaudiri, sed contemnimur & nos fratres & amici vestri, & qui quotidie oramus pro vobis & filiis vestris & regno: ex hoc iam noueritis paruitatem nostram in quibus valuerit non posse deesse ecclesię dei & ministro eius, venerabili videlicet patri & amico nostro episcopo Parisiensi, qui nostram aduersus vos humilitatem interpellans, nostras pro se ad dominum papam iure fraternitatis literas requisiuit. Verùm nos iustum ducentes his prius literis vestram excellentiam conuenire: præsertim quia idem episcopus per manum omnium religiosorum se ad iustitiam offert: si tamẽ prius (quod quidem eadem ipsa iustitia videtur exigere) res ei I suæ iniustè ablatæ restituantur: eius interim petitioni differendo supersedimus. Et si quidem deo inspirante placuerit vobis nostris precibus aurem inclinare, nostro consilio studióque pacem cum episcopo, imò cum deo reformare: parati sumus huius rei gratia fatigari vsque ad vos quocũque vobis placuerit. Sin autem, nos amicum audire, & dei sacerdoti obedire necesse est. Valete.

Ad dominum papam Honorium.
Epistola XLVI.

Summo pontifici Honorio, pauperum Christi abbates, Hugo de Pontinaco, & Bernardus de Claraualle, quicquid potest peccatorum oratio.

LAchrymabilem episcoporum immo totius ecclesiæ querimoniam, nos quoque eius filij, si tamen digni, dissimulare non possumus. Quæ vidimus loquimur. Magna siquidẽ nos necessitas de claustris ad publicum traxit: vbi & quod loquimur vidimus. Tristes vidimus, tristes eloquimur, honorem ecclesiæ, Honorij tempore non minimè læsum. Iam regis flexerat iram humilitas vel potius constantia episcoporum: cùm ecce à summo pontifice summa superueniens auctoritas, heu deiecit constantiam, superbiam statuit. Scimus quidem id vobis per mendacium fuisse surreptum, quod ex vestris literis palam datur aduerti, vt euerti tam iustum tam K necessarium interdictum iuberetis. Sed nũquid non vel tandem deprehenso mendacio, mentitam se sentiet iniquitas sibi, & non tantæ vtique maiestati? Est autem quod miramur quanam ratione iudicatum sit de parte, abiudicatum absenti. Quod quidem non temeraria præsumptione reprehendimus, sed filiali amore paterno cordi suggerimus, quantum ex hoc & superbit impius, & incenditur pauper. Cæterùm quãdiu illum pati, quantúmve huic compati debeatis, non est nostrum præscribere vobis. Vos vestra hinc potius dulcissime pater viscera consulite. Valete.

Ad eundem ex persona Gaufridi Carnotensis episcopi.
Epistola XLVII.

TRistissimæ historiæ seriem vobis & causam replicare superfluum est, qua iam quippe paternitatis vestræ viscera, scribente religioso Parisiensi episcopo, commota esse non ambigo. Ne tamen fratri & coepiscopo etiam nostrum deesset testimonium: quæ vidi ego & audiui, necessarium duxi L breuiter intimare. Excepta siquidem tam modesta prædicti episcopi querimonia, Senonensis diœcesis vniuersi episcopi vnà cum venerabili metropolitano nostro, ascitis etiam nobiscum quibusdam aliis religiosis personis, regem super graui iniuria per nosipsos humiliter vt debuimus conuenimus, vt episcopo nil quidem tale merito, sua quæ tulerat restitueret, rogauimus, nec impetrauimus. Sentiens tandem nos ad arma ecclesiæ pro ecclesia velle confugere, timuit, annuítque sese omnia redditurum. Sed in eadem forte hora superuenientibus literis vestris, quibus eius terram ab interdicto absolui præcepistis, male in malum confortatus, quod bene promiserat, minimè executus est. Die tamen nominata qua id se rursum promisit executurum, eius nos conspectui præsentantes, sustinuimus pacem, & non venit: quæsiuimus bona, & ecce turbatio. Hoc denique literis vestris factum est, vt malè ablata peius teneantur, & reliqua passim indies rapiantur: eo vtique securè, quo impunè illa retinentur. Soluto nempe ad vestrum imperium episcopi iusto (vt putamus) interdicto, nostróque quod parabamus & quo sperabamus pacem consequi, vestro æquè timore suspenso, interim facti sumus opprobrium vicinis nostris. Quousque, vestræ videritM pietatis compassio.

Ad Haimericum Romanæ sedis cancellarium.
Epistola XLVIII.

Viro illustri Haimerico sanctæ Romanæ sedis cancellario, frater Bernardus abbas dictus Claræuallis, salutem, & non in via.

ETiamne pauperi & inopi veritas odium parit: & ne ipsa quidem miseria declinare inuidiam potest? Querar an glorier quod factus sum & ipse inimicus vera dicens? Vera *Esa.5.e* dicens, an recta agens? Sed hoc viderint fratres vestri, qui contra legem maledicunt surdo, & maledictum propheticum non verentes, dicũt bonum malum, & malum bonum. Quid in me, ô boni viri, displicuit paternitati vestræ? Vtrúmne quòd apud Cathalaunum amotus est à villicatione sibi credita homo vsquequaque diffamatus, quia in ecclesia Virdunensi cui præfuerat, dissipasset bona domini sui? An quòd in vrbe Cameracensi monasterij sui manifestus destructor Fulbertus cedere compulsus est Paruino, qui omnium testimonio fidelis est seruus & prudens? An certe quòd Lauduni de prostibulo Veneris suum deo sanctuarium restitutum est? Propter quod horum me non dico lapidatis, sed laceratis, vt minus aliquid recipiam à domino meo? Et hoc meritò atque cum omni gloria responderem, si quid in eis meum cognoscerem. Nunc autem vt quid iudicor ego de factis alienis? Aut si meis, cur tanquam de malis: cum cuncta hæc iustè & præclarè gesta fuisse nulla imprudentia dubitare, nulla negare impudẽtia possit? Eligite nunc vtrumliber, aut negate certè, aut fatemini me horum auctorem. Si feci, laude dignum est laudabilia peregisse, & iniquè redarguor vnde laudari mereram. Si non feci, vt laudem non merui, sic nec profecto vituperationem. Nouum genus detractionis, & reuera simile aliquid habens operi Balaam, qui ductus & conductus ad maledicendum

A maledicendum populo, magis cumulabat benedictionibus. Quid iustius, quid iucundius, quàm vt quem reprehendere intendis, plus commendes: vt præconiis pro conuitiis vtaris nescius: & volens detrahere, laudes inuitus? Quasi vero nulla mea mala inueniãt, vt pro malis mihi bona obiiciant, vel potius adiiciant aliena. At ego nec indignis vituperationibus moueor, nec indebitas recipio laudes: nil mea refert de his quorum auctor non extiti. Laudent si volunt vel vituperent, si audent, de primo quidem dominum Albanẽsem, de secundo verò dominum Remensem, porro de tertio eundem ęquè archiepiscopum simul & episcopum Laudunensem, cum rege pariter & multis aliis reuerendis personis, qui se vtique auctores in his & principes extitisse minime diffitentur. Si bene egerunt, quid ad me? si aliter, quid æquè ad me? An tota & sola mea culpa est quòd affui, homo solis latebris dignus, solus mihi iudex, soli accusator & arbiter cõstitutus, quatenus monstret actio quod habet professio, & nomen monachi solitaria mihi conuersatio interpretetur? Affui enim, negare non possum? sed vocatus, sed tractus. Si hoc amicis meis displicuit, fateor & mihi. Vtinam non issem ad illa, vtinam non item ad similia. Vtinam & nuper non issem vbi vidissem aduersum ecclesiam apostolica (proh dolor) auctoritate violentam armari tyrannidem, quasi non satis per se insanisset.
Psal.32.b Tum demum sensi (iuxta prophetam) adhæresce re linguam
B meam palato meo: cũ subito pondus superiectum est nostris
Psal.38.a ceruicibus atque irrefragabilis auctoritas literarum. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est, quãdo vidi repente ad illas literas impleri facies innocentiũ iguominia, & lætari amplius impios quòd malefecerint, & exultare in his rebus pessimis. Misertum est impio, vt
Psal.26.b (iuxta dicti propheticum) non disceret facere iustitiã: & qui in terra sanctorũ iniqua gessit, ipsius terra iustissimo quo tenebatur absoluta est interdicto. Propter huiusmodi etiã aliud non sit, grauor interesse causis, quarum præsertim mea non interesse cognosco. Grauor, sed trahor. At verò ab hac necessitate per quẽ melius retrahi posse sperauerim, quàm per vos, vir optime: cui in hac re nec potestas deest, nec voluntas, vt cõperi? Gaudeo nẽpe quòd & vestræ prudentiæ nostram in talibus occupationem displicere cognoui. Et quidẽ iustissime & amicissime. Age ergo si ita vultis, imò quia sic cernitis ac decernitis & amico expedire, & monacho conuenire, date quęso operã, quatenus vna vtriusq; volũtas citius impleatur, quò & vobis videlicet satisfiat ad iustitiam, & mihi ad salutẽ animæ consulatur. Indicatur, si placet, clamosis & importunis ranis de cauernis non egredi, sed suis contentas esse paludibus. Non audiãtur in consiliis, in palatiis non inueniantur: ad causas, ad negocia nulla necessitas, nulla trahere possit auctoritas. Sic forsitan posset vester amicus declinare præsumC ptionis notam. Nam noxã vnde contrahere potuerim ignoro, cum sciam mihi consilium esse & propositum, nunquam (si causa duntaxat nostri ordinis non fuerit) exire de monasterio, nisi aut apostolicæ sedis legato, aut certe proprio vocante episcopo, quibus nostræ humilitati, sicut optime nostis, contradicere omnino fas non est, nisi ex quocunque superioris auctoritatis priuilegio. Quod vtique si vnquam per manũ vestram, vt spero, mihi in manus venerit, tunc proculdubio & pax mihi, & pax erit de me. Non tamen idcirco etiam me latente & tacente cessare puta murmur ecclesiarum, si non cesset Romana curia pro voluntate assistentium facere præiudicium in absentes. Valete.

Ad dominum Papam Honorium pro Henrico Senonensi archiepiscopo. Epistola XLIX.

Summo pontifici Honorio, serui, & si digni iudicamur, filij, Stephanus Cistercienſis, Hugo Pontiniacenſis, B. de Claraualle, quod reuerendiſsimo domino, quod benigniſsimo patri.

DEgentes in monasteriis, ad quæ nos nostra peccata compulerunt: non cessamus orare pro vobis, & pro commissa vobis ecclesia dei: congaudentes & sponsæ domini super tam fido custode, & sponsi amico super labore tam fructuoso. Fideuter proinde atque fideliter vestræ paternitati suggerimus quæ in regno nostro eidem matri nostræ dolentes cernimus aduersari. Quantum quidem nos sentimus qui D vicini sumus: rex Ludouicus non tam episcopus, quàm in ipsis iustitiæ persequitur zelum, pietatis cultum, habitúmque religionis. Quod vestræ quoque prudentia sanctitatis vel ex eo facilè aduertere potest, quòd qui ante in habitu actúque seculari honorati sunt sublimes, iudicati fideles, habiti familiares: modò inimici facti sunt digne suo sacerdotio conuersantes, & per omnia honorificantes ministerium suum. Hinc grauibus contumeliis & iniurijs episcopi Parisiensis innocẽtia pulsata est: sed non quassata, quia dominus supposuit manum suam, cum vestram oppositit. Hinc & nũc domini huius Senonensis constantiam concutere & labefactare conatur: vt metropolitano (quod absit) eiecto, facilè prout voluerit grassetur in suffraganeos. Postremò quis ambigit non aliud eum quàm oppugnare religionem, quã nimirum aperte sui regni destructionem, suæ coronæ pronunciat inimicã? Et alter Herodes Christum non iam in cunabulis habet suspectum, sed in ecclesiis inuidet exaltatum. Nec aliud sane credimus eum habere aduersus archiepiscopum, nisi quòd spiritum in ipso sicut in cæteris laborat extinguere. Denique si fallere de his quę attestamur, fallíve putamur: vestrę citius inueniet examinationis discussio, si tamen (quod & vehementer optamus, & suppliciter oramus) de vultu tuo pater sanctissime iudicium prodeat, de quo profecto confidimus quòd custodias innocentiam, & videas æquitatem. Alioquin reduci causam in regis præsentia atque potentia, non plane est aliud, quàm tradi E (heu) hominem in animam inimicorum eius.

Ad eundem. Epistola L.

OPortebat quidem, si ita vestræ visum fuisset auctoritati, vt in vestri præsentia causa domini Senonensis discuteretur: ne infensus videlicet regi, in regis præsentia & potentia suis pro se aduersariis responsurus, traditus homo videretur in animam inimicorum eius. Sed quoniam vt tenendum irrefragabiliter quicquid præcipitis, sic sperandum indubitanter bonum de omni re quam decernitis: id solum à vestra pater pietate deposcit omnium qui apud nos esse videntur religiosorum humilitas, vt si se ad vultum forte potentis (vt assolet) senserit prægrauari, confugere sibi liceat ad viscera patris: quod vtique hactenus oppresso nemini negatum audiuimus. Alioquin videat Ioseph vir iustus quid sibi etiam nunc faciẽdum sit de puero & matre eius, quia etiam nunc in Senonensi prouincia Christus quæritur ad perdendum. Nam vt quod verum est manifestius proferamus, rex in archiepiscopo ex eo aperte nouam persequi religionem dignoscitur, quòd eum in antiqua seculari conuersatione & habitu sicut promoueri omnimode voluit, sic ab omni penitus securum infestatione dimisit.

Ad Haimericum Romanæ sedis cancellarium Epistola LI.

Viro illustri Haimerico sanctæ Romanæ sedis cancellario, B. abbas dictus de Claraualle salutem, & si quid valet peccatoris oratio. F

QVousque durat illa sententia: Omnes qui pie volunt vi- *2.Tim.3.c*
uere in Christo, persecutionem patiuntur? Quousque relinquitur virga peccatorum super sortẽ iustorum? Quis det vt stare incipiant iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt? Quis iam ferat tãtam inter cœlum terrãmque discordiam, vt exaltantibus angelis super emendatione malorum, filij Adam fremant & tabescant? Quasi nõ sit passus Iesus pacificans in sanguine suo quæ in terra sunt, & quæ in cœlo: aut in ipso deus non fuerit mundũ reconcilians sibi. Laudabatur quondam archiepiscopus in desideriis animæ suæ, & in seculari vita & habitu benedicebatur. At nunc sub pannis infantiæ Iesu quæritur simonia, & inter nascentes virtutes emortuorum vel cadauera vitiorum scrutatur curiosa malitia. Videris & nunc stare Iesum in signum cui contradicitur. Per ipsum vos obsecro, pro ipso supplico vobis. Haberi quidem vnde & illum reuereamini, & vnde illi misereamini. State pro ipso nũc in defensione archiepiscopi, cui quãdoque & vos astare habetis in examinatione vestri.

Ad eundem. Epistola LII.

AMicus vester & noster dominus Carnotensis episcopus voluit vos etiam per me certum fieri, quia id quod

G de ipso à quibusdam domino papæ persuasum fuisse cognouimus, vt eum videlicet Hierosolymam permitteret proficisci, nec sui fuerit studij, nec voluntatis. Quod etsi multum voluisset proficisci, tamen non poterat nisi cum graui scandalo omniũ qui apud nos sunt bonorum, metuentium quippe ne plus mali eius absentia faceret suis, quàm boni alienis præsentia. Hæc pro episcopo. Cæterum vt & pro me aliquid
Eccli. 30. d loquar secundũ quod scriptura admonet, Miserere, inquiens, animæ tuæ placens deo: placétne vobis vt causis onerer, occupérque negociis, nihilque prosit exoccupari propriis, cum totus implicer alienis? Si inueni gratiam in oculis vestris, date operam vt prorsus amouear ab huiusmodi, quatenus liceat mihi pro meis atque vestris orare delictis. Et quidẽ nihil mihi securius iudico, quàm obedire domini papæ voluntati, sed si dignetur attendere ipse quid possim. Vtinam nempe nouerit quàm ista nõ possum, aut quàm difficile possim. Et de hoc satis dictum est sapienti. Quæsiuit à me præfatus episcopus aliqua ex nostris opusculis, quæ vobis mitteret: sed non fuit ad manum quod vestro dignum crederem studio. Libellum tamen de gratia & libero arbitrio nuper edidi, illum libenter mittam, cum vos velle cognouero. Valete.

Ad eundem. Epistola LIII.

H PRo multis & per multos memini me scripsisse ad vos: sed nunc ipse qui loquebar, ecce adsum. Tres in duobus conspicitis, quoniam absque me esse non possunt, in quorum iugiter pectoribus requiesco, & quidem securius atque suauius quàm in proprio. Mentiri videor, sed ei qui amicitiæ vim nunquam sensit, qui virtutem charitatis ignorat, qui nõ credit multitudinis credẽtium fuisse cor vnum, & animã vnam. Qui ergo videt eos, videt & me, etsi non in meo corpore. Et quod loquuntur ipsi, ego pariter loquor, sed eorum linguis. Corpore fateor absum, sed hæc est exigua portio mei. Porro qui vidit faciem meam tantùm, sine culpa & sine nota mendacij asserit se non vidisse partem mei, sed me: cum tamen non nisi partem, & partem modicam viderit. Quando itaque verius esse me dixerim, etiam sine præsentia corporis, vbi meam sentio voluntatem, meum spiritum & amorem, quæ vtique est pars potior digniórque mei? Tribus ergo in corporibus vnum nos esse noueritis, non pari sanctitate, qua ambobus ego inferior sum, sed eadem voluntate, & summa concordia animorum. Cur enim vnitatem hanc inter diuersos nõ faciat cõpago charitatis in vno spiritu, si carnalis copula efficit vt sint duo in carne vna? Quartũ vos addi velim, si dignum iudicatis & in eandem concurrere vnitatem dilectionis. Quod facilè, si non contemnitis, obtinebitis, tantùm id vos nequaquam contemnere eis cognitum faciatis. Vale.

I *Ad eundem. Epistola LIIII.*

VOlo & precor vt harum lator venerabilis Altæcumbæ abbas Viuianus, mihi ob suam religiositatem admodum familiaris amicus, amicum vos pro dei amore & nostro in suo negocio experiatur. Et hæc pro illo, reliqua autem vobis.
Mat. 16. a Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Nec totus mundus sufficeret. Magna res anima, quæ Christi sanguine redempta est. Grauis animæ casus, quæ non nisi Christi cruce potuit reparari. Si rursum corruerit peccato duntaxat ad mortem, vnde iam reparabitur? Nunquid aut alter Christus, aut idem iterum crucifigi habet pro illa? Super hoc vellem vos nunquam obliuisci illud sapientis consilium: Fili memorare nouissima
Eccli. 7. d tua, & in æternum non peccabis.

Ad Gaufridum Carnotensem episcopum. Epistola LV.

Fidelissimo ac prudentissimo seruo dei Gaufrido Carnotensi episcopo, B. pauperum Christi de Claraualle seruus, claritate perfundi montium æternorum.

QVantum vobis honoris vestra laudabilis vita, tantum affert & oneris laudans fama. Ecce enim is per quem & pro quo præsentes literas accipitis, exemplo cæterorum quos sæpe tales non paucos experimini, motus & ipse bono odore vestri, quem de longe sensit, tam communem cum fiK ducia pietatem requirit, spe vtique ductus inueniendi nõ solum consilium quid agere debeat, sed & auxilium quo perficere valeat. Est autem hæc causa eius. Quadam se cella pro amore dei & proposito incluserat. Egressionis atque transgressionis suæ vobis ipse causas exponet. Et quidem ad propositum redire cupit, sed pet vos implere proposuit, si tamen nosttis hoc precibus, quibus se præmunire curauit, obtinere potuerit. Facite ergo moremvestrum, ferte opem misero: imò quia vos sapientibus & insipientibus debitorem agnoscitis, erroneã Christi ouiculam de faucibus lupi festinate eripere, & ad pastum reducendo priorem, iuxta aliquod ouilium vestrorum quacunque in cella iubete recludi, nisi forte aliud quid ei magis expedire perspexetitis, & licere iudicueritis, & persuadere potueritis.

Ad eundem. Epistola LVI.

QVod à me de domino Norberto scisciteminí, si videlicet iturus sit Hierosolymam, ego nescio. Nam cum ante hos paucos dies eius faciem videre, & de cœlesti fistula, ore videlicet ipsius, plurima haurire meruerim: hoc tamen ab ipso non audiui. Verum de Antichristo cum inquirerem quid sentiret, durante adhuc ea quæ nunc est generatione reuelandum illum esse certissime se scire protestatus est. At cum eandem certitudinem vnde haberet, scisciranti L mihi exponere vellet: audito quod respondit: non me illud pro certo credere debere putaui. Ad summam tamen hoc asseruit, non visurum se mortem nisi prius videat generalem in ecclesia persecutionem. De cetero memorari vestram pietatem volo illius pauperis & exulis Humberti nomine: qui dudum cum Trecis esset is, vobis supplicabat quatenus ad comitem Theobaldum qui eũ exhæredauerat, intercederetis. Quod & ego nunc pro ipso & cum ipso itidem à vestra flagito pietate. Nam nostras literas de hac re precatorias iam ad prædictum principem misi: sed gratiam non inueniens, nihil effeci. Iam quod libenter audetis, libenter debeo dicere vobis. Stephanus vester sic currit nõ quasi in incertum: sic pugnat non quasi aërem verberans. Orate quatenus sic currat vt comprehendat: sic pugnet vt vincat.

Ad eundem. Epistola LVII.

SIcut is à vestra mihi parte reportauit, idcirco ipsius desiderio & petitioni vsque adhuc satisfacere distulistis, quia primum votum, pergendi videlicet Hierosolymam, irritum vobis feciss̃e videtur. Super quo si nostram sententiam requiritis, ego non arbitror minora vota impedire debere maiora, nec deum exigere quodcunque sibi promissum bonum, si pro eo melius aliquid fuerit persolutum. Enimuero alicui forte debenti vobis duodecim nummos, nunquid si M pro eis die constituto marcham solueret argenti, iuste iraſceremini? Iam si ab huius episcopo aliquid timetis, securum vos reddo: quia non solum ei si quod huic auxilium impenderitis, non displicebit: sed etiam valde gratum habebit. Vale.

Ad Ebalum Cathalaunensem episcopum. Epistola LVIII.

Domino Ebalo venerabili sanctæ Cathalaunensis ecclesiæ dei gratia episcopo, frater B. abbas de Claraualle, si quid potest peccatoris oratio.

NAuiculæ illius (de ecclesia loquor omnium sanctorum, quæ sub oculis vestris gubernatore destituta fluctuat) non est bonum vobis negligere vel dissimulare periculum. res quippe vestræ curæ est. Vnde miror qua ratione quàve securitate à clerico illo qui à religiosis personis vir (vt aiunt) religiosus eidem ecclesiæ electus est, requirendo desistitis, etiam si hoc quorundam qui in ipsa ecclesia sunt incuria vel desidia non mereatur. Qui (vt audiuimus) illum qui electus est nolentes, nec aliud nisi quod religiosus est, afferentes, de eligendo alio vestram quoque ausi sunt compellare grauitatem, quasi qui videatur esse communior & affabilior, qui nõ sit extraneus, sed ciuibus tam gratus quàm cognitus, morum patriæ gnarus, rebus ecclesiæ tractandis idoneus. Reuera, vt ad istos cautissimos consultores me vertam, qui vestra

A vestra non redarguat, qui miseræ conuersationi vestræ aut consentiat, aut contradicere non audeat: non sunt audiendi, sed potius (velint, nolint) omnimodo satagendum est vobis, vt is qui boni testimonij est, ecclesiæ desolatę quãtocyus perquiratur: quoniã si talis est qualis prædicatur, deus proculdubio cum ipso erit, qui suam ei gratiam ministrabit, placentem omnibus, efficacem in omnibus. Quòd si hunc istis non merentibus fortasse nullo modo haberi posse contigerit: alius de alia qualicunq; domo religiosa qui videatur idoneus prouideatur: non qualẽ isti volunt, qui nisi quod suæ carnalitati blanditur nolunt, sed qui sic sciat negocia disponere rerũ exteriorum, vt norit per omnia præponere curam animarum. Certe duobus monasteriis, sancti videlicet Petri & sancti Vrbani pastorali aliquando solatio similiter destitutis, bonæ memoriæ prędecessor vester dominus Vvillelmus non longi itineris laborem, non hyemis reputans asperitatẽ, bis (ni fallor) Cluniacum, semel Diuionem per seipsum adiit, hinc que virum bonum dominum Hugonem qui post defunctus est, illinc virum venerabilem qui adhuc supereſt dominũ Radulphum vix multis precibus impetratos abducens, singulum singulo pręposuit monasterio, tutum videlicet non arbitrans cuiquam monachorũ domesticorum illam committere curã. Quod ideo vobis in exemplũ adduxi, vt vestram charitatem commonefaciã, qualiter & in hoc quod nunc in manibus est oporteat eam esse non minus cautam quàm solicitã. B

Ad Guilencum Lingonensem episcopum. Epistola LIX.

Domino suo & patri Guilenco dei gratia Lingonensi episcopo, frater Bernardus Claraualtis abbas seipsum.

AVdito obitu domini Garnerij archidiaconi, necessarium duximus vestram paternitatem precibus præuenire, imò præmunire consilio, si tamen dignum putatis monitis nostrę acquiescere paruitatis, quatenus videlicet de rebus sancti Stephani Diuionensis quas tenebat, placeat liberalitati vestræ misericordiam superexaltare iudicio. Siquidem non ignoramus quòd in manum vestram debeant redire, iuxta quod in capitulo Lingonensi dispositum & scripto firmatum fuisse etiam nos meminimus, quãdo filius vester Harbertus in illa ecclesia primus abbas regularis constitutus est. Sed quia canonicis grauis scandali, & abbati magni improperij occasionem fore cognouimus, si ad ea quæ diu tenuit illa ecclesia, quacunque occasione manum vestram extenderitis, conquerentibus quippe illis de illo quasi qui malũ principiũ dederit aduenienS, cum eius causa & ad eius introitum tam grande ecclesia damnum incurrerit: pietati vestræ supplicamus, & supplicando consulimus, & tot pusillis Christi à tanto scandalo parcatis, & hunc vicarium Christi à tanto improperio simul liberare curetis: concedendo vtique ecclesiæ quod hactenus iuris ecclesiæ fuisse cognoscitur. C

Ad eundem Epistola LX.

PRo ecclesia Molismensi supplex, non vt arbitror importunus interuentor accedo. Multa quippe sunt quæ me confortant, vt repulsam non metuat hæc nostra petitio. Primum quia nõ pro qualibet extranea, sed pro vestra vobis ecclesia supplicamus. Deinde quòd eandem ecclesiam nõn alienum vsurpare, sed suum ius tantùm à vestra æquitate requirere credimus. Tertiò quòd id ipsum talis nobiscum postulat, qui solus ad impetrandum etiam maius aliquid à vobis sufficere possit, videlicet comes Theobaldus. Quartum quoque si addidero, non temere id me præsumere putauerim. Neque enim vel ipsi de vestra adeo humilitate diffidimus, quin audacter, si opus sit, per nosmetipsos ad vestræ celsitudinis nobis iam satis expertam beneuolentiam, petituri quod rationabile visum fuerit, accedamus. Vale.

Ad Ricuinum Tullensem episcopum. Epistola LXI.

Reuerendo patri domino Ricuino gratia Dei Tullensi episcopo frater Bernardus dictus abbas de Claraualle, salutem & orationes.

PEccatori huic, quem ad nos peccatores ob animæ suæ consilium vestra, vt ipse perhibuit, dirigere curauit dignatio, nihil ad præsens sanius consulere in promptu habuiD mus, quàm vt ad sinum paternæ pietatis rediret, & ex ore sacerdotis legem requireret. Nos enim nostræ paruitatis & officij mensuram attendentes, nec nos vltra nos extendentes, dare pœnitentiam maxime in criminalibus nulli hominum præsumere omnino solemus, nisi solis quos in nostram curam susceпimus. Qua nanque temeritate tractanda episcoporum negocia, & huiusmodi negocia, peccatores & imperiti suscipiemus, qui ipsi quoque sicut & cæteri hominum quotiens grauior aliqua causa inter nos oboritur, quã per nos diffinire aut nescimus, aut nequimus, aut non audemus: episcopali, vt dignum est, sententiæ referuamus: & nisi summi prius sacerdotis vel iudicio vel consilio confirmati, securi nõ sumus? Prouideatur igitur morbidæ oui à proprio pastore, & tali pastore, qui canones nõ ignorat, cõgrua pœnitentiæ medicina: ne si in peccato, quod absit, anima pro qua Christus mortuus est moriatur, sanguinẽ eius de manu vestra summus pastor requirat. Verum nos deo illi inspirãte mundum relinquere persuasimus: si tamen homo senex & pauper in aliquo se recipi intra diœcesim vestram sanctorum conuentu, vestro obtinere potuerit interuentu. Plenum vos dierum suscipiat dies vna illa melior in atriis domini super milia, sanctę ac venerabilis pater.

Ad Henricum Virdunensem episcopum. Epistola LXII. E

Domino Henrico Dei gratia Virdunensi episcopo, frater Bernardus dictus abbas de Claraualle, salutem & orationem.

HÆc muliercula quam ecce iam multis annis, multis & perplexis peccatorum nodis satanas alligauit, super statu salutis suæ, nostræ paruitatis consilium expetiit: & tale accepit, vt post multum videlicet ac diuturnum erratum ad proprij pastoris sinum profuga ouicula fideпter recurreret: qui vtique eo citius ac solicitius inopi ferret opem, quo se certius atque districtius de sibi commissa, agno qui pro ipsa mortuus est, redditurum nouit rationem. Nostrum fuit deuiantem corrigere: vestrum sit peccatricem non despicere: imò pœnitentem susc̃ipere: & si vera est suæ quam nobis exposuit infelicitatis historia, aut viro suo priori, si adhuc viuit reconciliare, aut si ille noluerit, sicut hanc innuptam, sic illũ cogere absque vxore manere. Vale.

Ad eundem. Epistola LXIII.

SVper his quæ à nobis vestræ excellentiæ placuit scisciteri, aut nos fallimur, aut ille qui ea vobis retulit, fallit. Si quid tamen fuit, suspectam quippe meam habeo quam noui labilem memoriam, ne tantam in fratre qui hæc loquitur suspicer falsitatem: hoc me certissime scire cõfido, & vos indu- F bitanter credere volo, nemini me super nomine vestro reprehensionis aliquando vel accusationis verba feciss̃e vel iniunxisse. Absit hæc à nostra pusillitate temeritas, vt contra episcopos & absentes loqui, quæ ad nos non attinent audeamus, præsertim quæ non probauimus. Deinde quòd nostri notitiam dignanter expetitis, gratanter accipimus, abundantius nos & innotescere vobis, & vos noscere cupientes. Qua iam sane fiducia præstantiæ vestræ supplicamus, imò vestram fideпter commonemus beneuolẽtiam, de illo loco quem sub tutela vestra, vestro, vt aiunt, hortatu frater reuerendus & coabbas noster dominus Guido de tribus fontibus construere susc̃epit: in illo nobis quantum nos curatis ostendite, & quicquid ei feceritis, nobis factum reputate. Vale.

Ad Alexandrum Lincolienſem. Epistola LXIIII.

Viro honorabili domino Alexandro dei gratia Lincolienſi episcopo Bernardus abbas dictus Claræuallis, velle honorari magis in Christo, quàm in seculo.

PHilippus vester volẽs proficisci Hierosolymam, cõpendiũ viæ inuenit, & citò peruenit quò volebat. Transfretauit in breui hoc mare magnum & spaciosum, & prospere nauigans attigit iam littus optatum, atque ad portum tandem salutis applicuit. Stantes sunt iam pedes eius in atriis Hierusalem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quem audierat in Ephrata, inuento in campis syluæ, libenter adorat in loco vbi steterunt pedes eius. Ingressus est sanctam ciuitatem, sortitus est cum illis hæreditatem quibus meritò
Ephes. 2.d dicitur: Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei. Cum quibus intrans & exiens tanquam vnus è sanctis, gloriatur & ipse cũ cæteris dicens: Con-
Philip. 3.d uersatio nostra in cœlis est. Factus est ergo non curiosus tantùm spectator, sed & deuotus habitator, & ciuis conscriptus Hierusalem, non autem terrenæ huius, cui Arabiæ mons Sinæ coniunctus est, quæ seruit cum filiis suis, sed liberæ illius quæ est sursum mater nostra. Et si vultis scire, Clarauallis ipsa est Hierusalẽ ei, quæ in cœlis est, tota mẽtis deuotione, & cõuersationis imitatione, & cognatione quadam spiritus sociata. Hæc requies illius, sicut ipse promittit, in seculum seculi: elegit eam in habitationem sibi, eo quòd apud eam sit etsi nondum visio, certe expectatio veræ pacis, illius vtique de
Philip. 4.c qua dicitur: Pax dei, quæ exuperat omnem intellectum. Verùm hoc suum bonum etsi desuper accepit, in vestro tamen beneplacito facere cupit, imò se facere confidit, sciens vos sa-
Prou. 10.a pientis non ignorare sententiam, quòd filius vtique sapiens sit gloria patris. Rogat autem paternitatẽ vestram, rogamus & nos cum illo & pro illo, quatenus de præbenda sua quod ipse suis creditoribus cõstituit, immobiliter stare faciatis: ne in aliquo fraudator (quod absit) debiti, & præuaricator pacti
H inueniatur, & ita munus cõtriti cordis quod offert quotidie, non recipiatur, dum frater quispiam habet aliquid aduersus eum. Precatur deinde vt domus quam ipse matri suæ in terra ecclesiæ cõstruxit, cum terra quam ibi delegauit, eidem matri quandiu vixerit concedatur. Hæc pro Philippo. Reliqua hęc pauca pro vobis, ipso quidem intimante, imò verò inspirante deo adiicienda putauimus, hortari vos in charitate præsumentes, ne casuri gloriam mundi quasi stantem aspiciatis, & vere stantẽ amittatis: nec plus vobis aut pro vobis vestra diligatis, & sic vos & vestra perdatis: ne blandiens præsens prosperitas sui vobis finem abscondat, & aduersitas sine fine succedat: ne lætitia temporalis luctum vobis æternum & o-
1. Thess. 5.a periat quem parit, & pariat quem operit: ne mors longe esse putetur, & præoccupet improuidum: & vita dum longa expectatur, cito deserat male conscium, sicut scriptum est: Dum dixerint pax & securitas, tunc subitaneus superueniet eis interitus tanquam in vtero habenti, & non effugient. Valete.

Ad abbatem Aluisum Aquiscinti. Epistola LXV.

Aluiso abbati Aquiscinti monasterij B. salutem ex corde.

REtribuat vobis deus misericordiam quam fecistis sancto filio vestro Goduino. Audiuimus enim quòd audito eius obitu, mox velut immemor pristinæ calumniæ, sed nõ amiI citiæ, consolatorem potius quàm vltorem vos exhibuistis. Patrem quippe vos cognouistis, vt res exigebat, non iudicẽ. Ideóque quod pietatis, quod charitatis est, vt ferè filio pater impendere studuistis. Quid melius, quid laudabilius, quid vobis dignius agere poteratis? Sed quis hoc crederet? Vere nemo scit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in eo est. Vbi est nunc illa austeritas, illa seueritas, illa indignatio quæ olim in illum lingua, vultus, oculi terribiliter ostentare & intẽtare solebant? Ad vnum nempe nuncium de morte filij. paterna viscera commota sunt, subitóque hæc omnia quæ simulatoria, sed dispensatoria ac per hoc transitoria erant, dissipauerunt. Illa verò quæ vera erant, sed latebant, charitas, pietas, benignitas, apparuerunt. Siquidem in religioso animo vestro misericordia & veritas obuiauerunt sibi: & quia nimirum misericordia superabundauit iudicio, iustitia & pax osculatæ sunt. Nam quantum mihi videor coniiciẽdo videre, quid animi tunc habueritis, cum ad vlciscendã illam quæ vobis videbatur facta iniuriam, iustitiæ zelo accensa veritas
Gen. 45.c se accingeret, illa quæ exemplo Ioseph prudenter anteà dissimulabatur misericordia, vltra iam latere non ferens, ne in hoc quidem dissimiliter ab Ioseph, ex abdito celatæ pietatis erupit, sẽque veritati adiungens repressit motum, temperauit zelum, pacem cum iustitia fecit. Tunc de purissimo placidi pectoris fonte talium credo limpidissimi cogitationum riuuli ebullierunt. Quid opus est indignari? Misereri potius oportet, & non obliniſci quod scriptum est: Misericordiam K
Osee. 6.b volo, & non sactificium: & implere quod iussum est: Solici-
Ephe. 4.d ti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: & expectare
Matt. 5.a quod promissum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Alioquin num filius meus erat iste? Quis verò irasci filio potest? Nisi forte tunc tantum filius meus fuit, dum mecum fuit, & non etiam cum me deseruit. Sed nũquid quia corpore ad tempus recessit, etiã animo recedere potuit? Aut forte vel ipsa mors eũ mihi poterit auferre? Itáne localis corporalísve necessitas animorũ sese amantium libertatem augustat? Certus sum quia nec locorum distantia, nec corporum vel mors vel absentia disiungere poterit
Sapien. 3.a quos vnus spiritus vegetat, vna charitas ligat. Denique si iustorum animæ in manu dei sunt: profecto & qui iam in ipso deposita carne quiescunt, & qui ipsi adhuc in carne nõ secũdum carnem militamus, simul proculdubio sumus. Meus ergo erat viuus, meus erit defunctus: meum in patria recognoscam. Si quis est qui de manu dei possit eruere, & à me illum separare valebit. Itaque pro filio quidem vestra vobis affectio satisfecit. Sed de nobis pater quid erit? Quæ, inquam, de nobis digna vobis satisfactio placebit: quibus vtiq; pro grãdi iniuria imponitis quòd à vobis recedens, à nobis receptus sit? Quid dicam? Si dixero: Nõ recepimus (quod vtinam sine peccato dicere possem) mentior plane. Si dixero: Recepimus L
quidem, sed iuste: excusare me velle videor. Sed tutius respõdebo: Peccauimus. Veruntamen quantum? Non ad defensionem dico. A quo enim ille non reciperetur? Quis, inquã, sanctum illum aut pulsantẽ repelleret, aut susceptũ expelleret? Quis vero scit si de vestra abundantia nostram deus voluerit
Prou. 10.a supplere inopiam, vt scilicet vnum de multis qui forte apud vos religiosi tunc erant, ad nos dirigeret, nobis quidẽ ad solatium, sed nihilo minus vobis ad gloriam? Filius quidem sapiens, gloria est patris. Denique non eum prœuenimus solicitando, non circunuenimus attrahẽdo, quò vos desereret, vel ad nos veniret: quin potius rogantem, pulsantem, supplicantem, non prius (deus scit) consensimus recipere, quàm remittere ad vos tentauimus. Non autem eo acquiescẽte, eius nos importunitati vix tandem acquieuimus. Hominem ergo religiosum, peregrinum, solum, si culpa est quòd suscepimus, & ita suscepimus, non erit vobis indignum semel tantùm commissam culpam talẽmq; culpã dimittere: cui etiam phas non est ne vsque quidem septuagies septies peccantibus in vos, veniam negare. Vt tamen noueritis quàm nõ leuiter seu negligẽter, imò quàm nõ impune feramus q̃ vnquam reuerentiam vestram quoquo modo offendimus: sæpe deum testor, quod corporenõ possum, mente ad vos supplici transeo: sæpe genibus flexis humiliter satisfacieris vobis astare me video. Vtinam ipse qui id mihi fortasse inspirat, vobis q̃noque spiri- M
tus sentire faciat quàm flebilis quàm miserabilis tanquã præsens ad genua vsque vestra descendo, quàm frequenter nudus humeros virgásque in manibus gestans, & quasi ad vestram iussionẽ vapulare paratus peto veniam, gratiã tremebundus expecto. Hæc qualiter vobis pater accepta sint, vestro si vos non grauat citius scire flagitamus rescripto, vt sic satis iam securi de indulgentia consolemur: si quo minus, magis (vt dignum est) humiliemur, & amplius aliquid à nobis si possumus exigamus, quo dignius satisfacere debeamus. Valete.

Ad Gaufridum abbatem sancti Theodorici. Epistola LXVI.

PRimo precor vt præsentes literas domino abbati Acquiscinti monasterij dirigere non graueris: deinde vt ad id quod portant, pro absente amico præsens satagas cum venerit locus. Neque enim cuiuslibet, nedum tanti patris iustum iniustumve aduersum me debeo scandalum dissimulare. Quod quàm non faciam, loquens potius quàm scribens ei aperire forsitan potuissem. Nam solet in talibus acceptior esse sermo viuus quàm scriptus, & efficacior lingua quàm litera. Oculi quippe loquentis fidem faciunt dictis, nec ita potest affectum exprimere digitus, quomodo vultus. Nunc autem quia absens per me non possum, per te satisfacio quãtum possum. Rogo ergo te, & iterum rogo, vt de regno dei quod est videlicet intra nos, scandalum auferas dum salubri-

A ter potes, ne si (quod absit) vsque ad angelos, qui vtique in fine seculi in id ministerij deputandi sunt, perdurauerit rancor, necesse sit irreuocabiliter aut ambos aut alterum è nobis de medio tolli. Vnde autem ad me tu iamdudum scripsisti conquerendo super tribulationibus vestris, scitis quia iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. De ipso confidite, quia ipse vicit mundum, Ipse scit inter quos habitatis, & in conspectu eius sunt omnes qui tribulant vos. Ipse exaudiet vos in absconditо tempestatis, qui nunc probat ad aquas contradictionis. Valete.

Ad monachos Flauiacenses. Epistola LXVII.

Domino H. patri Flauiacensis ecclesiæ, & fratribus qui cum eo sunt, fratres qui in Claraualle sunt, salutem.

LEctis literis vestris vestram reuerentiam propter quẽdam monachum qui apud nos est contristatam cognouimus. De qua vestra tristitia nos quoque contristati sumus, timen-
2. Cor. 7.c tes ne non sit illa tristitia de qua quibusdam dicebat apostolus: Contristati enim estis secundum deum. Nam si secundum deum esset, non vsque adeo vos commouisset, vt nos etsi vobis ignotos, fratres tamen vestros, & si placet, amicos, quos necdum vel præsentes verbo conueneratis, vel absentes scripto præmonueratis, hac prima vice tam subitò, tam acriter
B argueretis. Miramini (vt scribitis) quòd fratrem G. suscepimus, minamini nisi eum vobis cito restituerimus. Proponitis nobis de regula, de noto monasterio monachum non suscipiendum, pro constanti scilicet habentes vestrum non esse ignotum. Sed quid si aliis notum, dummodo nobis ignotum sit? Etsi enim, vt verba ipsa ponam, religionis vestræ se adeo fama effuderit, vt etiam Romæ ecclesiæ vestræ habeatur notitia, nos tamen qui vtique multum citra Romam positi sumus, nescio quo pacto ita præterit, vt ne vnius quidem vestrum, abbatis scilicet vel monachorum, non ipsius vestrę habitationis, nõ religionis ac conuersationis, vsque ad hoc tempus vel tenuem notitiam habuerimus, sed nec aliquam aliquando mẽtionem nobis de vobis factam fuisse meminimus. Nec tamen mirum, quia & multis terrarum spatiis & diuersis prouinciis & dissimilibus linguis abinuicẽ distamus. Nec solum episcopatibus propriis absumus, sed etiam in eodẽ archiepiscopatu non degimus. Putamus autem quòd non de cuicunque notis, sed tantùm de nobis notis monasteriis monachos susciperе prohibemur: alioquin cum nullum monasterium sit quod alicui notum nõ sit, nullum nobis relinquitur de quo quis regulariter susciпiatur. Quomodo ergo illud implebitur quod à beato Benedicto vel præcipitur vel permittitur, peregrinum videlicet monachũ non solũ debere suscipi ad habitandũ pro hospite, quãto cupit tẽpore, sed etiam
C inuentum vtilẽ suaderi ad manẽdum omni tẽpore? Quanquã tamen nos aliter erga prędictum fratrẽ egerimus. Nã cum veniẽs se suscipi à nobis humiliter postularet, primò quidẽ repulsus, deinde admonitus est vt ad monasteriũ suum rediret. Sed ille non acquiescẽs, in vicinã nobis eremum se contulit, ibíq; septem ferme menses nullã interim calumniam passus quietè habitauit. Sed cum sibi tutum non crederet quòd solus degeret, post primam repulsam idipsum à nobis requirere non erubuit. Rursus nos admonentes eum de reditu, cum causam suæ ab eo discessionis requireremus, Abbas, inquit, meus habebat me nõ monachum, sed medicum, Cogebat seruire, imò ipse seruiebat per me, non deo, sed seculo, quando ne secularium maleuolentiam incurreret principum, mederi me compellebat etiam tyrannis, raptoribus, excommunicatis. Quod animæ meæ periculum cum ei nunc priuatim nunc palã suggessissem, nec profecissem: quorundam tandem sapiẽtium vitorum cõsilio fretus, fugio meam damnationem, nõ congregationem: perditionem, non religionem. Consulite salutem quærenti, aperite pulsanti. Cuius nos videntes constantiã, audientes causam, & nullam contra eum calumniam, annuimus introitum, probauimus susceptum, astrinximus probatũ, tenemus professum. Nec intrare compulimus, nec exire cogemus. Quamuis si eũ eiiceremus, ad vos (vt ipse asserit) non rediret, sed magis se adhuc à vobis elongaret. Desinite ergo fratres, desinite tam indebitis innoxios lacessere iurgiis, & cassis
D scriptitationibus inquietare, quia nec cumulatis etiam cõtumeliis prouocari poterimus, vt vobis nisi quod reuerentię est respõdeamus, nec minis his exterreri quo minus monachum teneamus, quem regulariter susceпisse nos credimus.

Ad eosdem de eodem. Epistola LXVIII.

MOdestiæ quidem vestræ erat ô boni fratres, super querimonia vestra priori nostra satisfactione contentos esse debere, & iam ab immeritorum infestatione quiescere. Sed quia prioribus malis peiora iunxistis, & rursum nobis iurgiorum seminaria transmisistis, quæ absit vt germinent, sicut nec priora germinauerunt in nobis, ne tamen non respondendo, culpam (quæ non est) cognoscere videamur, hoc etiam secundò ad ea quæ procaciter obiicitis, veraciter respõdemus. Hæc tota nostra culpa est, quantum æstimamus, hæc grandis illa iniuria, quam vobis fecimus, quòd monachum, solum, peregrinum, pauperem, miserabilem, animę suæ periculum fugitantem, salutem suam solicitè quærentem, pulsantem, supplicantem susceпimus: seu quòd talem taliter à nobis susceptum denuo sine causa non eiicimus, vt quod ędificauimus iterum destruentes, præuaricatores nos constituamus. Hinc regulæ, hinc canonum, hinc ipsius naturalis legis trãsgressores iudicamur. Opponitis enim indignantes, cur vestrum & à vobis excommunicatum nobis sociare præsumpsimus, quod vtique ab alio pati nolumus. Sed de excommuni- E
catione quid respondebimus, quando vos inde vobis satisfacitis pro nobis, sciẽtes proculdubio prius à nobis fuisse receptum, quàm à vobis excõmunicatum? Cum autẽ prius susceptus, dum tamen regulariter fuerit: profecto non iam in vestrum, sed in nostrum vestræ maledictionis sentẽtiam intorsistis. Quod si rectè factũ sit, vos videritis. Restat igitur sciendum, & hoc tãtùm quęritur inter nos, an rationabiliter susceptus fuerit. Et vos quidem quoniam de ignoto monasterio monachum regulariter posse suscipi negare non potestis, vestrum nobis notum esse contenditis. Negamus, & non creditis. Verùm si non creditis simpliciter negantibus, credite vel iurantibus. In veritate quæ deus est, vobis dicimus, nec nouimus vos, nec nosсimus: ignotorũ scripta suscepimus, ad ignotos rescripsimus. Sẽsimus quidem stimulationes & inquietationes vestras, sed necdũ stimulatores & inquietatores ipsos agnouimus. Vos tamẽ ad conuincendũ nos de simulata ignorantia, inuictissimum argumentum inducitis, non posse videlicet ignotos esse nobis, quorum & abbatis scilicet & ipsius monasterij nomẽ in nostris posuimus literis: quasi mox vt rerũ vocabula scimus, etiã res ipsas nouerimus. Multũ ergo valet mihi Michaelis, Gabrielis, Raphaelis nomina nosse, quando ex solo auditu vocabulorum, etiam de ipsorum beatorum spirituum cognitione iam beatus sum. Non mediocriter inquam profeci, quia didici ab apostolo paradisum & tertium cœlum nominare, si etiam non raptus cum apostolo, solis ex F
nominibus secreta cœlestia iã noui, & audiui ineffabilia verba quæ nõ licet homini loqui. Stultus ego qui iam sciens nomẽ dei mei, nescio quid adhuc superfluò quotidie gemo, frustra suspirans & dicens cum propheta: Vultum tuum domine *Psal. 26.b*
requiram. Et illud: Quando veniam & apparebo ante faciem *Psal. 41.a*
dei. Et ostẽde nobis faciem tuam, & salui erimus. Sed quid est *Psal. 97.b*
quod vobis facimus, quod nobis fieri nõlumus? Hoc nos vtique nolle putatis, vt quis à nostro monasterio discedens monachus in alio suscipiatur. Vtinam omnes commissos nobis, sine nobis saluare posseтis. Si quis de nostris ad vos maioris perfectionis gratia & arctioris vitæ desiderio cõuolauerit, nõ solùm non causamur, si ei in tali studio consulitis, sed & multũ precamur vt hoc faciatis. Nec offensos nos conqueremur, sed valde in hoc adiutos esse fatebimur. Negatis deinde quod de vobis audieramus, vestro scilicet iussu vel assensu fratrem B. quãdiu fuit apud vos, in medicinali arte secularibus deseruisse, ipsúmque qui hoc dixit, falsitatis arguitis. Si mentitus sit nescimus, ipse viderit. Sed hæc scimus quia siue per se, vt vos fatemini, siue per vos, vt ipse testatur, hæc fecerit, in magno interim periculo fuit. Quis verò tam inhumanus qui sic periclitanti nõ succurreret si posset, nõ consuleret si nosset? Attamen si, vt asseritis, nõ compulsus obedientia, sed proprij quæstus cupiditate, ac vagãdi curiositate, hac illãcq; artem suam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Genditas discurrebat, quid causæ extitit quòd à vobis discessit? An quia iam tanden censuræ pastoralis districtione non sit? An quia iam tanden censuræ pastoralis districtione non sit? An quia iam tanden censuræ pastoralis districtione non s

Universidad de Deusto
Biblioteca

G inueneris tristes, pusillanimes, murmurosos, ipsorum te patrem, ipsorum te noueris esse abbatem. Consolando, exhortando, increpando agis opus tuum, portas onus tuũ, & portando sanas quos sanandos portas. Si quis verò ita sanus est, vt magis iuuet te, quàm iuuetur à te: huius te nõ patré sed paré comité, nõ abbatem agnoscas. Quid igitur causaris te aliquorum qui tecum sunt, magis grauari consortio, quàm frui solatio, cum solus omnium omnibus datus sis solatium, tanquã omnibus sanior, omnibus fortior, qui omnibus sufficias per dei gratiam solatiari, & à nemine omnium indigeas confortari? Denique inquantum grauaris, intantũ lucraris: & inquantum iuuaris, intantum tua tibi præmia minuis. Elige ergo quos eligas, an qui grauando iuuant, an qui iuuãdo grauant. Hi tibi promeritores, illi fraudatores meritorũ existũt. Nam qui socij laboris, proculdubio & mercedis participes erunt. Sciens ergo te missum iuuare, nõ iuuari, illius te agnosce vicarium, qui venit ministrare, non ministrari. Plura tibi ad tui consolationem scribere volebam, sed nõ fuit necessarium. Nam quid opus est verbis superfluis mortuã chartam implere, vbi viua presens loquitur? Viso siquidem priore, puto quòd ista tibi sufficiãt, & ad eius præsentiam spiritus tuus reuixerit, ita vt iam consolationem scriptorum nõ requiras, cui interim licet verborum illius solatio releuari, in quo & per quem meum quoque spiritum, quem tibi in tuis literis mitti postulasti, siquo modo tamen mittere potui, missum esse non dubites: cui quippe, vt bene nosti, idem mecum consilium, eadem solet esse voluntas.

Ad eundem. Epistola LXXIIII

SPerabam charissime, aliquod me percepturum meæ pro te solicitudinis remedium, si tua te non indicante nescirem incommoda. Vnde & in alia epistola memini me ad te sic inter cætera scripsisse. Etsi inquam mihi pium est nullas tuas angustias dissimulare, tibi tamen durum est sic affecto cunctas indicare. Sed ecce vnde meas mihi curas credidi leuigari, inde fateor, amplius grauari me sentio. Nam ante quidem sola quæ te innotescente perceperam, aut dolebam aut metuebam. Nunc autem quid vnquam mali euenire potest quod ego non metuam? Imò iuxta tuum Ouidium: Quando ego non timui grauiora pericula veris? Ego quippe suspectus omnia, quo incertus de omnibus, veram sæpe de fallis tristitiam contrahere cogor. Mens siquidem quam semel affecerit charitas, sui iuris esse nõ sinitur. Metuit quod nescit, dolet quod non oportet, solicitatur plusquam voluerit, & vnde noluerit: compatitur nolens, miseretur inuita. Et quia vides fili nec meam meticulosam industriam, nec tuam piam prudentiam in hac parte prodesse mihi: iam quæso, noli celare quæ circa te aguntur: ne vnde te mihi parcere putas, magis affligas. Opuscula mea quæ habes, da operam cum oportune potueris, vt habeam.

Ouidius 1. epist.

Ad Artaudum Pultariensem abbatem. Epistola LXXV.

QVicquid gratiæ & dilectionis sibi impendere possunt absentes amici, puto & me debere tibi, & mihi deberi à te, nõn solùm ob consortium propositi & professionis, sed etiam ex debito nostræ inuicem pristinæ societatis. Quæ tam grata vtrique, tãmque debita deuotio, quantum in vnoquoque nostrum ferueat, in nullo euidentius agnoscere seu innotescere possumus, quam si altervtrum non celemus, si quid forte de alterutro quod non deceat audimus. Audiui autem ego de te, quòd de sancto conuentu tuo abbatiam in Hispania constituere velis. Quod mihi nimirum in magnam admirationem venit, quid causæ videlicet sit, quid consilij, quídve vtilitatis, quòd filios tuos exulare cupis, in locum vtiq; tam lõginquum, tanto sumptu & labore & quærendum & ædificãdum: cum prope te habere possis vbi eos colloces, iam ædificatũ, & bene præparatum. Nec enim (vt reor) hinc te excusare potes, quòd locus ille tuus nõ sit: cum certissime sciam, quod facilime si vis tuus esse possit. Nuquidnam abbas dominus P. qui illum tenet, tibi requirenti negaret? Imo si velles accipere, gratissimum haberet: non quia bonus non est, sed quia sibi, vt scis, opus non est. Timendũ valde tibi paiter & mihi, ne si solicite in operibus nostris non seruamus quod apostolus dicit, Nemo adolescentiã tuam contemnat: K citius quia iuuenes sumus, de leuitate notemur. Sed confido quia tu consultius ages: & locum qui vicinior etiam constructus est, eliges: quem amico quidem tenenti, nosti oneri esse, tibi autem necessarium fore. *1. Tim. 4. e*

Ad eundem Epistola LXXVI

VNde placuit tuæ dignationi fratrem hunc nostram paruitatem consulere? Sic nos quod nobis visum fuit, noueris consilium dedisse, vt saniori non præiudicauerimus. Ne ergo rerum quas scis superflua narratione te grauemus, hæc est summa consilij. Periculosum quidem est, & fortasis illicitum, hominem post diutinam in domo & habitu religionis conuersationem ad seculum rediisse: quique prius & adhuc priore vxore viuente ac consentiente fortissime ac diutissime continentiam tenuit, secundis rursus amplexibus se ineptissime atque inhonestissime implicuisse. Quia tamẽ publice ac solenniter iuxta morem cæterorum hominum, & sine querela vel calumnia ipsum qualecũque coniugium celebratum fuit: non nobis videtur tutum, illum illam non consentientem dimittere, nisi prius episcopalis auctoritatis vel cõsilio fretum vel imperio, aut certe ecclesiastico canonicóque L iudicio. Quoniam vero hoc tam grande hominis periculum ad te nimirum non minima ex parte respicere credimus (ex eo quippe quod volentem ac flagitantem suum confirmare propositum, nimis suscipere distulisti, occasione sumpta diabolus in hæc eũ mala præcipitauit) omnino ex charitate suademus & consulimus, vt quacunq; industria, quocunq; sumptu vel labore potes miserũ omnimodo satagas liberare: cõueniendo scilicet aut mulierem vt illum sponte dimittat, & cõtinentiam promittat, aut episcopum vt ambos vocari iubeat, & quod recto posse fieri credimus iudicio, separet.

Ad magistrum Hugonem de sancto Victore. Epistola LXXVII

SI tibi videor tardius rescripsisse, scito me tarde quoque accepisse ad quod rescriberem. Nã quod miseras, nõ continuo ad me vsq; perlatũ est, sed Pontiniaci diu ante retentum. Porro vbi accepi, morã minime feci in rescribendo. Cæterũ id breuius quã tua forte deposcebat intẽtio, sed nõ plane quam mea occupatio sineret. Curaui tamẽ ne te vreũq; lateret quic quid super interrogatis ego sentirem, tuo sane eadẽ mea sensa & ocio & ingenio plenius astruẽda relinquẽs, si ita oportere cognoueris. Nec dubito ad manũ tibi esse rationes certas & congruas auctoritates quibus facilè id possis. Is ergo M cuius me respondere assertionibus iubes, & nomen taces, tibi nouerit à me super consultis quod sentio dictum, non sibi contradictum, etiã si quid aliter ab ipso sapimus. Nam si verum nos sapimus, veritas ei contradicit, non nos. Sed enim si nõ confunditur acquiescere veritati, & veritas cum eo sapit, & nos. Sin autem, seruum dei tamen nõ oportet litigare: sed magis patientem esse ad omnes. Ideoque non quærimus pugnas verborum, nouitates quoq; vocum iuxta apostolicam doctrinam euitamus. Patrum tãtùm opponimus sententias, ac verba proferimus, & non nostra. Nec enim sapiẽtiores sumus quàm patres nostri. Abundet sanè in suo sensu qui vult quãtum vult, dummodo nos patiatur in scripturarum sensibus abundare, quomodo dicit apostolus: Nõ quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Scribis itaque quendam asserere (nescio quem: nam non nominas) ex quo primum dictum à domino legitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnũ cœlorũ: ex eo neminẽ absque eodem precepto actualiter visibili sacramẽto, vel ei⁹ vice martyrio, vllatenus potuisse saluari: sed etsi forte illud quispiam cum vera fide & contritione cordis expeteret, sed præuẽtus mortis articulo assequi quod cuperet non valeret, tamen omnino damnari. Vbi primo de temporis quidem præfixione durum nimis austerumq; videtur, vt videlicet verbũ absconditũ palam iam noceat, & ante iudex feriat quàm minetur: quódq; interim in tenebris loquitur & in aure saluator nondum quidem saluet, quia nõdum apparet, & iam mũdum implear *2. Tim. 2. d* *Ioan. 15. d* *2 Cor. 3. d* *Ioan. 3. a*

A pleat condemnatis. Itáne ergo verbum saluris, & præceptum vitæ, non prius vitam restituere valuit quàm mortem infixerit, idque eo innocentibus quo & nescientibus adhuc voluntatem domini sui? Num gentem ignorantẽ & iustam, vt cum ethnico loquamur, debuit interficere deus? Quis ita sapiat? Non equidem vitæ concordat auctori, morte quidem quam exterminare venerat, vti mox in initio viarum suarum ad præiudicium seculi, cœleste adhuc recentissimum ignorantis edictum. Nephas est profecto sentire de omnium largitore bonorum quòd tam malum principium dederit adueniens. Minime prorsus id ego cuipiã de Christo assenserim, quod magis ab Antichristo meritò formidatur, quia videlicet & ipse parauerit sagittam suã in pharetra, vt sagittaret in obscuro rectos corde. Quanti namque interim toto orbe non baptizati moriuntur, profecto ignorantes quid cum Nicodemo Iesus nocte secretóque confabuletur? Quid ergo? Necdum lex promulgatur, & iam præuaricantes tenentur? Et quomodo, inquit, credent in eum quem non audierunt? Quomodo vero audient sine prædicante? Quomodo autem prædicabunt nisi mittantur? Necdum iniuncta, necdum vulgata, necdum audita prædicatio est, & iuxta pigri ac nequam serui sententiam tam durus est dominus, vt necdum fata iam metere velit, & non sparsa colligere? Absit. Sed audi magis huius rei veritatẽ. *Rom. 10. c*

B Qui vnus est magister in cœlo & in terra, ei qui magister tantum in Israël erat, familiari priuatóque colloquio tradebat quod traderet, docebat quod doceret, non quod exigeret & ab absentibus, non vnde prescriberet & his qui non audierãt. Valde quippe iniuste exigitur obeditio, vbi non præcesserit auditio. Neque enim tale est hoc, quod & absque promulgatione naturalis lex ignorare non sineret, quale verbi gratia illud est: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Factitium enim magis quodammodo est, & non naturale mandatum. Quænam enim natura seu ratio docet internam æternámque salutem, mortalium neminẽ posse percipere, cuius foris corpus perfusum visibili non fuerit elemento? Sacramentum dei altissimi est suscipiendum, non discutiendum, venerandum non diiudicãdum, fide fortitum, nõ innatum: traditione sanctum, nõ adinuentum ratione. Porro fidem necesse est vt auditus præcesserit, dicente apostolo: Ergo fides ex auditu. *Rom. 10. c* *Gal. 5. d* *Matt. 11. d*

C Quod ergo omnino sciri non poterat si nõ audiretur, quo pacto quæso exigi debeat & antequam audiretur? Vide autem quomodo hoc refugit apostolus, & de solo auditu conuincit incredulos. Sed dico, inquit, nunquid non audierunt? Ac si dicat: Excusari poterant, si non audissent. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Nunc vero cum in omnem terram exierit sonus prædicãtium, & in fines orbis terræ verba eorum: quia dissimulari iam non valet auditus, profecto inexcusabilis est & contemptus. Multa profecto scienda nescIuntur, aut scienda incuria, aut discendi desidia, aut verecundia inquirendi. Et quidem huiusmodi ignorantia non habet excusationem. Sed nunquid forte tale est hoc quod inquisitum humano possit addisci magisterio? Homo hominis nisi ipso indicante nõ intelligit cogitatum: quanto minus diuinum quis poterit inuestigare consilium, nisi cui ipse voluerit reuelare? Audi denique ipsum: Si non venissem, ait, & locutus eis non fuissem: peccatum non haberent. Non dicit simpliciter, & locutus nõ fuissem, sed interferens eis, & locutus eis, inquit, non fuissem: ostendens sine dubio non ante censeri inexcusabiles de contemptu, quàm ad ipsorum vsque notitiam iussio perueniret. Nam si locutus quidem fuisset, sed non eis, inobedientiæ culpam ignorantia nihilo minus excusaret. Nunc autem, inquit, quoniam locutus sum eis, excusationem non habent de peccato suo. Vnde & aiebat: Ego palam locutus sum mũdo, & in occulto locutus sum nihil. Non quòd suos domesticos multa in occulto priuatímq; nõ docuerit, sed quòd tanquã nihilum interim reputaret, & nec pœnã nec præmium ea augere quæ in secreto tradebat iudicaret, donec de medio fierent, & prodirent in lumine. Denique & dicebat: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: vt meritò videlicet iam audientibus obedientiæ vel meritum asscriberet, vel contemptum cum in medio proferrentur. Item, Qui vos audit, inquit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ac si diceret: Iudicium meum inter obedientes & contẽnentes, nõ de mea secreta traditione, sed de vestra publica prædicatione pendebit. Sed forte aliD quis dicat eos quidem qui non audierunt, etsi nõ de contemptu iudicari, damnari tamen propter originale peccatum, à quo vtique nisi per lauacrum emundari minime potuerunt. At vero quis nesciat & alia præter baptismum contra originale peccatum remedia antiquis non defuisse temporibus? Abrahæ quidem & semini eius, circuncisionis sacramentum in hoc ipsum diuinitus traditũ est. In nationibus vero quotquot inuẽri fideles sunt: adultos quidem fide & sacrificiis credimus expiatos, paruulis autem etiam solam profuisse imò & suffecisse parentum fidem. Porro hoc ita vsque ad baptismi tempora perduraſſe, quo vno substituto, vacasse cætera. Quærimus itaque baptismi tempus ex quo cœperit. Ex quo, inquit, primùm dictum est: Nisi quis renatus fuerit, &c. Tene *Ioan. 3. b* ergo firmiter dictum hoc ad Nicodemum vtiq; amicum Iesu, occultum tamen propter metum Iudæorum, occultúmq; illud de nocte requisisse colloquiũ. Quanta autẽ putas obisse interim, vt de gẽtibus taceam, milia circuncisorum, cum necdum in lucem prodierit quod de baptismo tunc in tenebris dicebatur? Quid ergo? Damnatos illos omnes dicimus, quia baptizati non sunt? Fit ergo iniuria antiquo illi dei æquè mãdato, si nouo adhuc furtiue quodammodo superueniente, nõ tamen subueniẽte, illud ita subito euanuisse putetur, vt prodesse deinceps non valeret. Et quidem quàm lõge post putas publice prædicatum & clamatum super tecta fuisse: Si circũcidamini, Christus vobis non proderit? Quomodo deinde E stabit illud, quia à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum *Matt. 11. d* vim patitur: si præcipue tunc temporis contigisse constiterit huiusce modi à regno violentam interclusionem, qualis quidem nec ante fuerit, nec post futura sit? Sancito quippe noui mysterij decreto, sed adhuc secreto: quisnam, quæso, morientibus interim ad regnũ patet accessus, dum & vetus iam deficit, quoniam à nouo excluditur: & nouum tamen non subuenit, quoniam dum nescitur, nõ percipitur? O infelicissima illa tempora, quæ sola à seculis omni penitus salutis remedio vacua transierunt, dum & circuncisio quæ illo vsque viguerat, prodesse iam subripiente baptismate non auderet: & baptisma quoniam adhuc lateret non succurreret. Forsan dormiebat eo tempore deus, nec fuit interim qui redimeret, neq; qui saluum faceret. Satis profecto ex his quantum reor apparet quòd damnatio non baptizatorum, & frustratio circuncisorum, & euacuatio sacrificiorum, quæ forte contra originale peccatum ritus obseruabat antiquus, generaliter iam tũc minime cœperit quando Nicodemo clam dictum est: Nisi quis *Ioan. 3. a* renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum, sed nec quando apostolis palam iniunctum est: Ite & docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine pa- *Matt. 28. d* tris, & filij, & spiritus sancti. Sed ex eo tempore tantùm cuiq; cœpit antiqua obseruatio non valere, & non baptizatus quisque noui præcepti reus existere, ex quo præceptum ipsum inF excusabiliter ad eius potuit peruenire notitiam. Sanè paruulis & necdum ratione vtentibus, quia sola nocere creditur peccati cõtagio, non etiam mandati præuaricatio: tandiu credendum est antiqua valuisse sacramenta, quandiu palam interdicta non fuisse constiterit. An vero vltrà, penes deum est, non meum definire. Porro in maiori ætate quisquis post vulgatum vbiq; baptismi remedium renuit iam baptizari, generali originaliq; maculæ addit & ex proprio crimen superbiæ, duplicem secum portans iustissimę damnationis causam, si sic de corpore exire contigerit. Tamen si ante exitum resipuerit, & voluerit & petierit baptizari, sed mortis præoccupatus articulo forte obtinere nequiuerit, dum non desit fides recta, spes pia, charitas syncera, propitius sit mihi deus, quia huic ego ob solam aquam, si defuerit, nequaquã omnino possum desperare salutem, nec vacuam credere fidem, nec cõfundere spem nec excidere charitatem, tantùm si aquam non contemptus, sed sola (vt dixi) prohibeat impossibilitas. Si quis aliter sapit, viderit vnde sibi quod asserit persuaserit: nam me non facilè fateor assentire, si non firmior induxerit vel ratio ad intelligendum, vel ad credendum auctoritas. Sed miror admodum si nouus iste nouarum inuentor assertionum, & assertor inuentionum, inuenire in hoc rationem potuerit quę sanctos patres latuerit Ambrosium & Augustinum, siue auctoritatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcorundem auctoritate potiorem. Nam si nescit, vterq; idem profecto sensit quod fatemur sentire & nos. Librum certe Ambrosij de morte Valentiniani legat si non legit, recolat si iam legit, nō dissimulet si recolit: & aduertet sine dubio sanctum homini non baptizato & mortuo fideliter de sola fide salutem præsumere, & tribuere indubitāter bonę voluntati, quod defuit facultati. Legat & Augustini contra Donatistas de vnico baptismo librum quartū, & se vel agnoscat imprudenter deceptū, vel probet imprudenter obstinatum. Baptismi, inquit, vicem aliquādo implere passionē, de latrone illo cui nō baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso: *Luc.23.f*
beatus Cyprianus non leue documentum assumit. Et addit, Quod etiam atque etiam cōsiderans, inuenio, inquit nō tantùm passionem pro nomine Christi, id quod ex baptismate deerat posse supplere, sed etiam fidem conuersionémque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Et infra. Quātum itaque, ait, valeat etiam sine visibili sacramento baptismi quod ait apo- *Rom.10.b*
stolus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratū est. Sed tunc, inquit, impletur inuisibiliter, cum mysteriū baptismi non contemptus
H religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et quidem non ignoro retractare ipsum id quod posuerat testimoniū de latrone, minùsque idoneum ad comprobandā illiam sentētiam confiteri, eo q̄ sanè incertum sit vtrūmnā fuerit baptizatus. Cæterū sententiam & audacter prosequitur, & multipliciter confirmat, nec vspiam (nisi fallor) retractasse reperies. Item in alio loco Augustinus, cum aliquos præmisisset quos scriptura commemorat inuisibiliter quidem, non tamen etiam visibiliter sanctificatos, tandem infert: Ex his colligitur, aut inuisibilem sanctificationē quibusdam affuisse & profuisse sine visibilibus sacramentis, quæ pro temporum diuersitate mutata sunt, vt alia tunc fuerint, & alia modò sint. Et paulopòst: Nec tamen, inquit, visibile sacramentum omnino contemnendum. nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari non potest. Vbi satis euidenter ostendit fidelem & conuersum ad dominum, non si nequiuerit, sed si contēpserit baptizari, fructu priuari baptismatis. Ab his ergo duabus columnis (Augustinum loquor & Ambrosium) crede mihi, difficile auellor. Cum his inquam me aut errare, aut sapere fateor: credens & ipse sola fide hominem posse saluari, cum desiderio percipiendi sacramentū, si tamen pio adimplendo desiderio mors anticipans, seu alia quæcunque vis inuincibilis obuiarit. Vide etiam ne forte ob hoc saluator cum diceret, Qui crediderit *Mar.16.d*
& baptizatus fuerit, saluus erit: caute & vigilanter non repe- I
tierit, Qui vero baptizatus non fuerit: sed tantum: qui vero, inquit, non crediderit, cōdemnabitur. Nimirum innuens solam interdum fidem sufficere ad salutem, & sine ipsa sufficere nihil. Quapropter etsi martyrium vicem baptismi posse implere conceditur, non plane hoc facit pœna, sed ipsa fides. Nam absque ipsa quid est martyrium nisi pœna? Quæ ergo martyrio præstat vt absque vlla dubietate pro baptismate reputetur, ipsa ita infirma & imbecillis per se erit, vt quod dare alteri valet, sola nō valeat obtinere? Et prorsus sanguinis pro Christo effusio, magnæ cuiusdam fidei indubitata probatio, non deo tamen, sed hominibus. Sed quid si deus qui profecto ad probandum quod vult, nullis indiget experimentis, eque magnam in corde cuiuspiam in pace morientis inspicit fidem, martyrio quidem non interrogatam, martyrio tamen idoneam? Si recordatus fuerit homo necdum se salutis percepisse mysterium, & dolens pœnitēsque toto desiderio expetierit, sed assequi mortis celeritate præoccupatus nequierit, damnabit fidelem suum deus, damnabit inquam hominem pro se etiam paratum mori? Paulus dicit: Nemo potest *1.Cor.12.a*
dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Hunc ergo qui in articulo mortis non solùm inuocat dominum Iesum, sed ipsius quoque toto desiderio expetit sacramentum, dicemus aut non loqui in spiritu sancto, & falsus erit apostolus, aut & cum spiritu sancto damnari? Saluatorē habet habitantem per fidem in corde, & in ore per confessionem, & cum saluatore damnabitur? Pro certo cum non aliunde martyrium nisi ex fidei merito illam obtinuerit prærogatiuam, vt singulariter vice baptismi secure susceipiatur, non video cur nō ipsa æquè & sine martyrio apud eum tantundem posit, cui & sine mar K
tyrij probamento proculdubio innotescit. Posit sane tantū-
dem dixerim quantum ad salutis spectat obtentū, non autem
ad meriti cumulum, quo indubitanter martyrium antecellit. *1.Ioan.3.c*
Legimus: Omnis qui odit fratrem suū, homicida est. Et item: *Mat.5.d*
Qui viderit mulierem ad concupiscendā eam, iam mœcha-
tus est in corde suo. Quid planius quàm quòd voluntas pro
facto reputetur vbi factum excludit necessitas? Nisi forte pu
tetur in malo, quam in bono efficacior inueniri volūtas apud
deum qui charitas est, & promptior esse ad vlciscēdum q̄ ad
remunerādum misericors & miserator dominus. Quomodo
is qui alieno debito se teneri forte in extremis potius recolit, si desit vnde persoluat, sola nihilo minus pœnitētia & cor
dis contritione obtinere veniam creditur, ne iam pro eo dā
netur sic sola fides & mentis ad deum conuersio sine effusio
ne sanguinis & sine perfusione aquę salutem sine dubio ope
ratur volenti, sed non valenti prohibente articulo baptizari.
Et sicut nulla illi pœnitētia remittitur peccatum, si cum pos
sit non restituit ablatū: sic & huic nulla proderit fides, si cum
posit non percipit sacramentum. Quanquam & fidem con
uincitur non habere perfectam si negligit. Vera enim & ple
na fides vniuersa præcepta cōplectitur. Est autem hoc vnum, L
ipsúmque præcipuum ex præceptis. Meritò ergo non fidelis,
sed plane rebellis atque contemptor reputabitur quisquis o
bedire renuerit, Quomodo denique fidelis, qui dei contem-
nit sacramentum? Sane infantes quia hanc prohibente ætate
non possunt habere fidem, hoc est cordis ad deum cōuersio-
nem, consequenter nec salutē, si absque baptismi perceptio-
ne moriuntur. Non quod vel ipsi, quando baptizantur, fide
omnino careant, sine qua impossibile est vel ipsos placere
deo: sed saluantur & ipsi per fidem, non tamē suam, sed alie-
nam. Dignum nempe est & ad dei spectat benignitatem, vt
quibus fidem ætas denegat propriam, gratia prodesse conce
dat alienam. Nec enim omnipotētis iustitia propriam putat
ab his exigendam fidem, quos nouit propriam nullam habe-
re culpam. Porro aliena opus est fide, cum sine sorde nō na-
scantur aliena, quatenus nec à paruulis alienum sit quod de *Act.15*
omnibus generaliter dicitur: Fide mundans corda eorū. Nec
dubium, q̄ macula contracta ab aliis aliorū quoque fide va-
leat vel debeat emūdari. Hæc sunt quippe iudicia diuinæ iu- *psal.118.g*
stitiæ, in quibus exultans sanctus Dauid, Memor fui, inquit,
iudiciorum tuorum à seculo domine, & cōsolatus sum. Huc-
usque de his. Asserit præterea, vt dicis, ille quem dicis, om-
nes antiquos iustos, quotquot videlicet Christi aduentū prę- M
cesserunt, tantam omnino habuisse prescientiam futurorum,
quantam nos qui post sumus, præteritorum scientiam: ita vt
nullus vel simplicium iustorū aliquid prorsus ignoraret ex
omnibus, quæ modo nobis euāgelica pandit historia. Verbi
gratia: Verbum incarnatum, partum virginalem, doctrinam
saluatoris, miracula, crucem, mortem, sepulturam, descēsum
ad inferos, resurrectionem, & ad cœlos ascensionem, sic om-
nino omnibus illorū temporum iustis & aperte omnia & di-
stincte singula fuisse prænognita, quēadmodū suo sunt tem-
pore post exhibita, & modo cognita nobis: adeo vt nec iusti
fuerint nec salui sint quibus ita clara omnia & perspicua nō
fuerunt. Et id quidem falsum. Verùm ad refellendum tu tā-
ta in tua epistola posuisse videris, vt nil addendum penitus
putem: & penè quid addi posit, non inueniam. De homine
tamen qui ista loquitur, pace ipsius dico paucis quod sentio.
Videtur plus nouitatis curiosus, q̄ studiosus veritatis, gra-
uarique de omni re sentire cum aliis, & dicere quod aut solus
nō dixerit, aut primus. Vnde fit vt in his quæ sentit & loqui-
tur, modum omnino tenere aut ignoret aut dissimulet. Ecce
enim & in hac assertione sua dum pares in scientia facit om-
nes qui ventura sperabant, iis qui præterita legunt, deum
profecto aut nimis parcum prædicat, aut nimis largum: ocu-
lum discretionis ex nulla parte aperiens. Aut enim numerū
electorum illius temporis sub paucitate redigit rarissimorū
spiritualium, quos pro suę sanctitatis speciali excellētia in-
signes illustréque illis temporibus extitisse, ac singulari mu-
nere spiritus singula, vti ventura erant prævidere certissime
potuisse scriptura commemorat: & sic nimis abbreuiat manū
dei, dum præter paucos illos perfectissimos neminē eō tem-
pore

A pore putat potuisse saluari: aut certe si & illa tempora multitudinem saluandorum etiam præter istos habuisse non diffitetur, magnam sed inauditam diuini muneris largitatem veteri populo collatam asserit, si quidem omnem multitudinē omnia quæ de mysterio nostræ redemptionis superius enumerata sunt, liquidò præcognouisse cōstiterit. Cum enim ex his quippiam tunc nec scriptum manifeste, nec publice prædicatum fuisse manifestum sit, restat vt fateamur omnia omnibus per spiritū reuelata fuisse: & sic omnes spirituales, omnes perfectos, omnes extitisse prophetas, quotquot ab aduētu domini retro iusti & salui fuerunt. Fuit itaq; antiquis temporibus aut perrara salus, aut nimium numerosa perfectio. Quorum quidem quodlibet sapere discretionis terminos excedere est. Quòd si videtur tolerabilius, imò & deo iustius iudicatur, replesse potius & ditasse secula illa multitudine perfectorum, quàm saluandorum tanta fuisse paucitate contentum, quatenus & salui nō pauci tunc fierent, & omnes nihilo minus repleti spiritu prophetico necdum reuelata mysteria iam tunc penetrarent: si inquam hoc recipitur, benedicimus quidem deum in donis suis, sed quid tempori gratiæ reseruatum sit, nō videmus: nisi quòd tēpus gratiæ illud potius iuxta sententiā hanc fuerit appellādum, in quo tot & tantæ dei populo diuitiæ spiritus affluebant, vt illud prorsus incredibili felicitate cerneretur impletum, quod Moyses optabat cum *Num.11.f*
B diceret: Quis dabit vt omnes prophetent? Quæso quid simile attulit euangelium? Fruſtra gloriatur Paulus de primitiis *1.Cor.12.d*
spiritus quas se putat cum suis coapostolis accepisse, cum nil *Gala.1.a*
tale in diebus suis potuerit experiri. Deniq; aiebat: Nunquid omnes prophetæ? Fruſtra inquam gloriatur de euangelio suo quia non ab homine neque per hominem illud acceperit, sed *Act.2.c*
quasi speciali quadam prerogatiua per reuelationē Iesu Christi, cum & ante ipsum per spiritum fuerit etiam populis reuelatum. Sed nec apostolus Petrus profecto debuit propheticū illud ad sua tempora retorquere: Effundam de spiritu meo super filios & filias vestras, & prophetabunt filij vestri & filiæ: si abundantior iam præcesserat transactis seculis effusio spiritus. Aut certe propheta, vel potius in propheta deus, si vere illa tempora apostolica cum hoc diceret intuebatur, non plane, effundam, sed subtraham magis de spiritu meo, dixisse debuerat. Quid enim? Si filiis euangelij omnes veteres iustos pares facimus in scientia, nunquid non & superiores in gratia consequenter fateri necesse est, vtpote quos non lectio sicut nos, aut prædicatio, sed ipsa vnctio docuerit omnes de omnibus? Esto tamen, toleremus nos nostram iniuriam, & apostoli quoq; suam, vt & ipsis minimi etiam antiquorum iustorum comparentur in scientia, præferantur in gratia: sed est sane, quod vllo omnino pacto meritò nō ferimus, vt dominus *Mar.11.b*
C videlicet gloriæ sentiatur vel falli vnquā potuisse, vel fallere voluisse. Qui quidē ipse protestatus est, inter natos mulierum maiorem Ioanne Baptista non surrexisse. Vide autem si non vere falsum fateri cogimur veritatis hoc testimonium, si tantum tribuamus veteribus, quantū nec Ioanni vendicare valemus. Non vtique fit iniuria Ioanni, si quid ignorasse creditur aut dicitur, nimirum quod & ipse non diffitetur. Sed si quod præconi veritatis negamus, cōtra præconium veritatis alteri damus, hoc non tantùm iniuria, sed & blasphemia est, & plane non Ioanni contradicere, sed veritati. Quid ergo? Amicus *Ibidem.*
sponsi dubitat & quærit: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? & nos milibus hominum certitudinem de omnibus nostro mendacio confirmamus? Nec ipsos de se ita vete- *Exod.3.b*
res sensisse paucis aduertere possumus. Moyses scribit deum ad se loquentem dixisse sic: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, & nomen meum Adonai non indicaui eis, subaudis, sicut tibi. Ostendit ergo se de dei notitia plus aliquid præcedentibus patribus accepisse. Dauid quoque su- *Psal.118.n*
per doctores suos & seniores donum sibi intelligentiæ auda- *Deut.32.b*
cter præsumit, ita dicens: Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. Et rursum: Super se- nes intellexi. Sed & propheta Daniel, Pertransibunt, ait, plurimi, & multiplex erit scientia: ampliorem scilicet rerum notitiam promittens & ipse posteris. Si ergo (vt ait etiam sanctus papa Gregorius) secundum incrementa temporum creuit & scientia spiritualium patrum, & quanto viciniores adueutui saluatoris extiterunt, tantò mysterium salutis plenius D
perceperunt: nō est dubium quin in his qui & præsentes fuerunt, multo amplius contulerit rerum ipsarum exhibitio, atq; præsentia exhibentis. Denique & audiunt: Beati oculi qui vi- *Luc.10.d*
dent quæ vos videtis. Item: Vos autem dixi amicos, quia om- *Ioan.15.c*
nia quæcūque audiui à patre meo, nota feci vobis. Multi, in- *Luc.10.d*
quit, reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & nō audierunt. Quare? Vt videlicet clarius largiùsq; perciperent, quod vix tenuiter obscuréque præsenserant. Alioquin quid opus erat foris videre carnem, & carnis audire sermones, si iam intus à spiritu fuerant perfecte instructi de omnibus, præsertim cum dominus dicat: Caro nō prodest quicquā, spiritus est qui viuificat? *Ioan.6.g*
Quòd si prophetæ & qui illustriores videbantur in illo populo, non omnes omnia liquidò æqualiter agnoscere valuerunt, sed alij plus, alij minus prout eis spiritus dabat, diuidens singulis prout volebat, idque absque præiudicio suæ sanctitatis atque perfectionis: quāto magis simpliciores quique iusti sine detrimēto salutis, saluationis tempus, modum & ordinē nescire potuerūt, quæ tamē certa spe & fide vti promissa fuerant firmissime tenuerunt? Quanti hodiéque profecto in populo Christiano, vitæ æternæ, seculíque futuri quod indubitanter credunt & sperant, & ardenter desiderant, formam tamen ac statum ne cogitare quidē vel tenuiter norūt? Ita ergo multi ante saluatoris aduētum, deum omnipotentem tenen- E
tes & diligētes suæ salutis gratuitum promissorem, credentes in promissione fidelem, sperātes certissimum redemptorem: in hac fide & expectatione saluati sunt, licet quando & qualiter & quo ordine salus repromissa fieret, ignorarent. Deniq; Beda apertè docet aperta omnia omnibus nequaquam fuisse, quæ de Christo futura erant, quod tu quoque testimonium in tua epistola posuisti. Vnum, inquit, idémq; dominicę crucis trophæum prius prophetæ & Moyses quàm apostoli nouerant & prædicabant, sed prophetæ hoc aliquotiens figuratis velatisque sermonibus, apostoli autem apostolorúmque successores patefacta luce euangelij semper aperte prædicabant: ita vt nunc omnis populus Christianus scire & confiteri debeat fidem quam eo tempore pauci admodum & perfectiores quippe nouerunt, quanuis omnis populus dei etiam tunc eiusdem mysteria fidei in legalibus ceremoniis typice portaret. Multa sunt quæ ad hæc confirmanda concurrunt, sed modus epistolaris cuncta non patitur, nec opus est. Arbitror enim (vt ante iam dixeram) me quoque non respondente, ea potuisse sufficere quæ tua super hoc epistola cōtinet. Sed hoc addidi, ne intactum quid prēterirem ex omnibus quæ petisti. Iam contra assertionem tertiam non multum nobis arbitror laborādum: tum quòd manifestā nimis preferat falsitatē, tum quòd ipse eius inuentor, in sua superiori sentētia ipsam per se satis impugnet, sibimetipsi contrarius. Cum enim de noctur- F
no illo priuatóq; susurrio domini cum Nicodemo, laqueum nectat publicę damnationis per totum orbem ignorantibus, arbitrans videlicet neminem ex illa hora potuisse saluari, qui non fuerit baptizatus, nónne aperte peccatum ignorantiæ, & peccatum damnabile cōfitetur? Nisi forte tam proteruus sit, vt deum homines sine culpa dānare existimet. Verendum tamen ne si vel breuiter nō respondetur stulto iuxta stultitiam suam, putans fore sapientiam, securius spargat seminarium vęcordiæ in auribus insipientium, & ita iam insipientiæ eius non sit numerus. Veritatis proinde testimoniis paucis & manifestis manifestū mendacium cōfutetur. Is forsitan qui asserit non posse peccari per ignorantiam, nunquā pro suis ignorantiis deprecatur, sed potius prophetam irrideat deprecantem & dicentem: Delicta iuuentutis meæ & ignorātias meas *Psal.24.b*
ne memineris. Forsitan & reprehendet deum exigentem pro peccato ignorantiæ satisfactionem. Loquitur enim in Leui- *Leuiti.4.c*
tico ad Moysen dicens: Anima si peccauerit per ignorantiā, fecerítque vnum ex his quę lege domini prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationémque peccati. Et rursum: Qui orabit pro eo quod nesciens *Ibidem.*
fecerit, & dimittetur ei, quia per errorē deliquit in domino. Si ignorantia nunquā peccatum est, cur dictum est in epistola ad Hebræos, quia in secūdo tabernaculo semel in anno so- *Heb.9.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glus pontifex intraret non sine sanguine quem offeret pro sui
& populi ignorantia? Si peccatum ignorantiæ nullum est, nó
2.Tom.1.f ergo peccauit Saulus quod persecutus est ecclesiam dei, quo
niam quidem ignorans hoc fecit, manens in incredulitate.
Bene itaque faciebat quod erat blasphemus & persecutor, &
contumelioſus, quod erat spirans minarum & cædis in discí-
pulos domini, in hoc ipso quippe abundanter æmulator exi-
stens paternarum suarum traditionum. Non ergo debuit di-
Gala.1.c cere, Misericordiam consecutus sum, sed mercedem recepi,
1.Tim.1.c quippe quem ignorantia à peccato reddebat immunem, insu
per & æmulatio remunerabilem iudicabat. Si, inquam, ignó-
rantia nunquam peccatur, quid ergo causamur aduersus oc-
cisores apostolorum, quoniam quidem non solùm malum
esse nescierunt interficere illos, sed insuper quoque id facien-
Ioan.16.a do arbitrati sunt obsequium se præstare deo? Sed & frustra in
cruce saluator pro suis orabat crucifixoribus, quippe nesci-
Luc.23.c entibus (ipso teste) quid facerent, & ita nequaquam peccan-
tibus. Neque enim phas est vllatenus suspicari mẽtium fuis-
se dominum Iesum aperte perhibentem eos ignorare quid fa
ceret, etsi forte de apostolo dubitet quis, quod carnem suam
æmulans, sicut homo mẽtiri potuerit, vbi ait: Si enim cogno-
1.Cor.2.c uissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Nunquid
non ex his satis apparet in quantis iaceat ignorantiæ tenebris
qui ignorat peccari posse interdum per ignorantiam? Sed de
H his hactenus. In fine mihi insinuas, amicabiliter quidem mo-
ueri aliquos super quadam mea sententia, qua dixi cum e-
uangelium exponerem, consilium dei nulli etiam beatorum
angelorum antequam virgini reuelatum. Primo quidem in-
de (vt arbitror) quia non satis iuste mouentur, aduertere pos-
sunt, quod eandem sententiam non constanter affirmo, sed,
cum temperamento suspendens sub disiunctiua particula
Vel ideo, inquam dictum est à deo. Siquidem præmissa vna
causaquæ mihi videbatur cur euangelista cum diceret, Mis-
Luc.1.c sus est angelus Gabriel nominatim subiecerit, à deo: alteram
quoque temperate quidem & sub disiũctione subiunxi quo
& mihi nó incumberet defendendi necessitas, & lectori da-
retur eligendi facultas quam è duabus voluisset. Si igitur v-
na quælibet illarũ stare potest, de altera quid suggillor, quip-
pe qui neutrã affirmãs, lectoris vtrãq; magis iudicio derelin-
quo? Quanquẽ & si ex sententia dixerim ignotũ vsque adhuc
sanctis angelis fuisse dei consilium, non quidem quia per in-
carnandi verbi mysterium dei propositum erat quandoque
operari saluté in medio terræ (hoc enim & multis mortalium
& præscire donatum est & prædicere) sed quòd potissimum
tempus, quémve locum vel modum, præcipuéque quam vir-
ginem ad implendum propositum suum elegisset deus: si, in-
quam, hoc dei consilium non de opere, sed de tempore, loco,
I modo, atque persona, etiam sanctos ignorasse angelos sense-
rim & scripserim, profecto non video cur incredibile videa-
tur. Sanè ibi vnusquisq; in suo sensu securus abundat, vbi aut
certæ rationi, aut non contemnendæ auctoritati quod sentit
non obuiat. Quænam enim me ratio siue auctoritas sen-
tire cogat etiam tempus illud ab antiquo angelis innotuisse,
Gala.4.a de quo apostolus: Postquam venit, inquit, plenitudo tempo-
ris, misit deus filium suum factum ex muliere, factũ sub lege.
Credibilius magis fortasse videtur, vt sicut futuri aduentus
domini, (ipso teste) diem prorsus ignorant, ita quoque prioris
tempus nequaquam præscierint. Quis scit enim si modo illo
spirituali dei sapientia de primo aduentu suo & angelis illud
Actо.1.a locuta sit, quod apostolis per os carnis assumptæ de secundo
legitur respondisse: Nó est, inquiens, vestrum nosse tempora
vel momenta quæ pater posuit in sua potestate? Quę me rur-
sum credere compellat necessitas, angelos iam ante aduertis-
se ciuitatẽ Nazareth, quàm illò cernerẽt missum archangelũ
virginem salutare, & partum nũciare diuinum? Siquidẽ quòd
præelecta fuerit Bethleem natiuitati, Hierusalem passioni, e-
tiam sic aperte præscitum & prædictum est à prophetis. Quòd
autem & Nazareth prouisa similiter est conceptioni, non ta-
men similiter, vt arbitror, præuisum fuisse & à prophetis, cui-
dens aliquod inuenitur de scripturis testimoniũ. Nam quod
Matt.2.d legitur, Quoniam Nazaræus vocabitur: profecto euangelista
qui hoc de propheta sumit, nó tam ad conceptionẽ quam ad
educationem referri satis euidenter ostendit, quòd illò vide-
licet ex Aegypto reportatus fuerit, illícque nutrit⁹. Denique K
Ioan.7.f Iudæi ad Nicodemum: Scrutare, aiunt, & vide quoniam pro-
pheta à Galilæa non surgit. Et quidem scienti legem loque-
bãtur, & qui magister erat in Israël nihilque facilè ignoraret
ex omnibus, & tamẽ tota fiducia instabant monstrantes scri-
pturas non loqui Christum venire à Galilæa, cuius Nazareth
ciuitas esse cognoscitur. Plus sanè ad manum fuit eis testimo
nium de propheta, ex quo regi locum scisciranti natiuitatis,
incunctanter Bethleem respondere. Itaque natus in Be-
thleem Christus est, & in Hierusalem passus & vtrunque, a-
perte prædixisse prophetas manifestum est. Conceptus æque
est & in Nazareth ciuitate Galilææ, nec tamen visum est oc-
currere quippiam vel Nicodemo, per quod siue Galilæã siue
Nazareth ad Christi aduentum vndecũque pertinere docere-
ret. Sic quoq; Nathanaël doctus & ipse in lege, Philippo nũ-
ciãti Iesum filium Ioseph à Nazareth, mox sub interrogatio-
ne admirando respõndit: A Nazareth, inquit, potest aliquid
boni esse? Nimirum admirans quòd à Nazareth Christus nũ-
ciaretur, quod ex nulla penitus scriptura recoleret. Aut si
Ioan.1.g non interrogando quidem, sed magis affirmando illud res-
põdisse contenditur, memor vtique præfati testimonij, quo-
niam Nazaræus vocabitur: nó tamẽ perinde quòd in Naza-
L reth conceptus fuerit Iesus, cũ agnouisse constabit, cũ multæ
aliæ causæ occurrere potuissent cur illud prophetæ prædixe-
rit. Potuit ergo & de conceptionis loco vt prophetas, sic &
angelos diuinum latuisse consilium. Modũ deinde illum tam
incomprehensibilem, quem & virgo solicita requisiuit, vnde
quæso docere queam angelis fuisse prægnotũ? Mihi vero
videtur ne ipsi quidem (vt pace eius dixerim) qui nunciabat:
quod & ipse fatetur, si eius verba diligenter aduertimus.
Luc.1.c Respondens quippe, Spiritus sanctus superueniet in te: nõne
aperte mittit ad magisterium spiritus sancti, cuius vnctione
docearur de omnibus quorum ipse sibi non præsumit scien-
tiam, & discat experiendo, quod audiendo non poterat? De-
ibidem. nique subiungit: Et virtus altissimi obumbrabit tibi: expres-
sius profecto significans modum secretissimum arcani in-
comprehensibilis & ineffabilis sacramenti, quo quasi in vm-
bra cum sola & in sola virgine, sola trinitas conceptum fue-
rat operatura diuinum. Ad hoc quoque inuestigandum my-
sterium, minus se idoneũ cõfitetur ille magnus Ioãnes, cũ se
Ioan.1.d indignũ perhibet soluere corrigiam eius calceamenti. Sed &
ipsam virginẽ rogo vnde probabitur ex nomine vel ex facie
ante cognitã angelis, quòd ipsa videlicet esset quã deus ele-
gerit in matrem sibi, excepto dũtaxat archangelo, cui & ser-
uanda ab initio tradita fuisse credenda est? Porro autẽ si dia-
bolus eam nec post conceptionem agnouit, Ioseph vtiq; de-
M sponsatione deceptus: credi potest & sanctis angelis vel ante
minime innotuisse, quòd ipsa videlicet esset mater dei futura.
Sane etenim reprobi spiritus etsi destituti sunt participatio-
ne gratiæ spiritualis, non tamen viuacitate industriæ naturа-
lis. Videsne in quantis salua fide & veritate scripturarum di-
uinum angeli consilium poterant ignorasse, præsertim vt ho
rum reuelandorum prærogatiua matri virgini seruaretur?
Primum equidem est tempus, secundum locus, tertium mo-
dus, quartum electio personæ virginalis. Hoc respondе fra-
tribus qui me reprehendunt quòd dixerim ad laudẽ virginis
ideo positum esse, à deo, ne cui forte vel beatorum angelorũ
suum consiliũ deus priusquam virgini reuelasse putetur, ex-
cepto duntaxat archangelo Gabriele. Suum consilium dixi
nó de opere, sed de operis tempore, de loco, de modo de per-
sonæ quoque electione. Vale.

Ad Suggerium abbatem sancti Dionysij.
Epistola.LXXVIII

EXiit sermo bonus in terram nostram, in bonum sine
dubio bonis cooperaturus, ad quoscunque peruenerit.
Enimuero audientes omnes qui timent deum, quanta fecit
animæ tuæ, gaudent & stupent super tanta & tam subita
mutatione dexteræ excelsi. Vbique in domino laudatur ani-
ma tua: audiunt mansueti & lætantur: & mirantur etiam
qui te non nouerunt, sed tantùm audiunt qualis de quali fa-
ctus es, atque in te deum glorificant. Auget vero gaudium
& miraculum pariter, quòd salutis consilium cœlitus infu-

A sum tibi, protinus tuis refundere, atque ita implere sategisti
Deut.22. quod legitur: Qui audit dicat, veni. Et illud: Quod dico vo-
Matt.10.c bis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, præ-
dicate super tecta. Sic strenuus in bello miles, imò sic pius ac
fortis militum dux, vbi suos forte conspexerit in fugam ver-
sos, iámque hostili passim gladio trucidari: etsi se vel solũ vi-
deat euadere posse, libet tamẽ mori magis cum illis, sine qui-
bus viuere pudet. Proinde stat in prælio, fortiter dimicat, &
inter cruentos gladios per medias acies hac illácque discur-
rens, voce & ense terret quantum valet aduersarios, animat
suos. Vbi actius insistere hostem, sociisque grauius comperit
imminere periculum: ibi adest. Occurrit ferienti, pereunti suc
currit: eo quippe mori paratus pro singulis, quo desperatus
de vniuersis. At vero dum paulisper retétare & retardare ni-
titur insequentes, suos verò quos valet erigit corruentes, re-
uocat fugientes fit plerumque vt in manu forti tam gratam
quàm inopinatam obtineat salutẽ suis, hostibus confusionẽ,
fugant tandem quos fugiebant, superant quos penè sustine-
bant victores: & qui prius periclitabantur de vita, postmo-
dũ exultant & de victoria. Sed quid nos tam religiosum, tam
forte factum secularibus comparamus, quasi exempla nobis
de ipsa nobis desint religione? An nõ liquidò certus erat deo
pollicente Moyses, siquidẽ pęrisset populus cui præerat,
se non solùm pariter periturũ non esse, sed insuper & missum
B iri in gentem magnam? Et tamẽ quo affectu, quo studio, qui-
bus pietatis visceribus irritantibus subuenit, obuiat irasceu-
Exod.32.g ti: Denique & se obiiciens pro delinquentibus, ait: Si dimit-
tis, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo quem scripsisti.
Fidelis aduocatus, qui quoniam non quærit quę sua sunt, fa-
cilè obtinet omne quod quærit. Planè benignus, qui tanquã
caput vnitum mẽbris, genti suæ firma charitate cohærens,
Hier.43.b aut illam saluabit secum, aut non potest nisi idem cum illis
subire periculum. Hieremias quoque vinctus & ipse insepa-
rabiliter suis, sed affectu compassionis, non contentionis as-
sensu, præ communi exilio & seruitute contẽpsit natale solũ,
Rom.9.a ac propriam voluntatem, quippe cui cæteris migrantibus li-
berè manere in patria liberum fuit, sed maluit captiuus ab-
duci cũ populo, cui se fore & in ipsa captiuitate nouerat ne-
Canti.8.b cessarium. Paulus eodem proculdubio spiritu optãs anathe-
ma esse etiam ab ipso Christo pro fratribus, proprio experi-
tur affectu quàm vera sit illa sententia: Fortis est vt mors di-
lectio, dura sicut infirmus æmulatio. Videtis quorũ vos imi-
tatorem probaueritis? Sed addo adhuc (quem pene prætер-
2.Reg.24. miseram) & sanctum Dauid, qui cernens dolénsque populi
stragem, angelo percutienti festinus occurrit, & in se potius
domúmque partis sui diuinã transferri flagitat vltionẽ. Quis
hanc tibi perfectionem proponebat? Ego tanta fateor audire
C de te etsi desiderabã, non tamen sperabã. Quis nempe te cre-
deret saltu (vt ita dicam) repentino summam occupare vir-
tutum, sublimia meritorum attingere? Sed absit vt pro nostrę
fidei speíve angustiis, immẽsa dei pietas æstimetur, qui quod
vult in quo vult operatur, accelerans opus, & alleuans onus.
Quid enim? Tua certe, non & tuorũ errata, sanctorũ carpe-
bat zelus: tuis, non ipsorum excessibus succẽsebãt: solámque
in personam tuã, non etiam in abbatiã fraternum susurrium
immurmurabat. Solum deniq; te in causam vocauerãt. Tu te
corrigeres, & nil residuum quod pateret calumniæ. Te inquã
mutati mox omnis tumultus cõsideret, quiescęret strepitus.
Solúmque ac totũ erat quod nos mouebat, tuus scilicet ille
habitus & apparatus cũ procederes, ꝙ paulo insolentior ap-
pareret. Deponeres fastum, habitúmq; mutares, & facilè om-
nium quiescere poterat indignatio. Cæterum tu & fecisti sa-
tis causantibus, & adiecisti quod merito collaudemus. Quid
enim iam in humanis operibus iure laudabitur, si hoc summa
admiratione & laude dignissimum non habetur? Quanquam
non humanum, sed diuinum profecto sit opus, tantotũ simul
& tam repentina immutatio. In cœlestibus magnum suscitat
gaudium vnius peccatoris conuersio, quid totius congrega-
tionis? Quid & istius? Locus quippe ab antiquo nobilis, & re-
giæ dignitatis extiterat: palatij causis, regúmque exercitibus
deseruire solebat. Sine cunctatione & fraude sua Cæsari red-
debantur: sed non etiã deo quæ dei sunt persoluebãtur æquè
fideliter. Quod audiuimus, non quod vidimus loquimur,
claustrum ipsum monasterij frequentet (vt aiunt) stipari mili- D
tibus, vrgeri negociis, iurgiis personare, patere interdum &
fœminis. Quid inter hæc cœleste, quid diuinũ, quid spirituale
poterat cogitari? Nunc verò vacatur inibi deo, studetur con-
tinentiæ, disciplinæ inuigilatur, lectionibus sanctis intendi-
tur. Iuge quippe silentium, & ab omni strepitu secularių per-
petua quies, cogit cœlestia meditari. Porro continentiæ la-
bor, & rigor disciplinæ, psalmorum hymnorúmq; dulcedine
releuantur. Pudor de præteritis, nouæ conuersationis tempe-
rat austeritatem. Is autem qui in præsenti per patientiam ca-
pitur bonæ cõscientiæ fructus, futurorum quoque bonorum
operatur desiderium, quod nó frustrabitur: & spem, quæ non
confundit. Vẽturi timor iudicij, procedit fraternæ charitatis
exercitio. Charitas quippe foras mittit timorem. Tædium &
acediam procul pellit sanctarum varietas obseruationum. Et
hæc reteximus ad laudem & gloriam dei tanquam omnium
auctoris: non tamẽ sine vestra, tanquam ipsius coadiutoris in
omnibus. potuit quidem ea ipse agere sine vobis, sed maluit
vos operum habere consortem, vt haberet & gloriæ. Increpa-
bat saluator quosdam, quòd orationis domum speluncam la- Matt.21.b
tronum facerent. Habebit ergo sine dubio commendatum,
qui è regione operam dedit vendicare sanctum à canibus, à
porcis margaritam: cuius studio & industria Vulcani offici-
na studiis videtur mancipata cœlestibus, imò sua deo habita-
tio reddita, & in id potius quod ante fuit, ex synagoga sata- E
næ restituta. Sanè non ad confusionem cuiuspiam siue im-
properium præterita mala reteximus, sed vt ex comparatio-
ne veterum, nouitatis decus gratius venustiúsque appareat:
quia tunc recentia iucundius bona clarescunt, cũ fuerint ma-
lis comparata prioribus. Similia ex similibus innotescunt, sed
ex contrariis contraria aut placent amplius, aut displicent.
Iunge nigra candidis, & mutua collatione in proprio quęque
colore distinctius enitescunt. Sic fœda admota pulchris, pul-
chriora reddunt, magis fœda redduntur. Ne qua tamen offen-
sionis vel confusionis subrepat occasio, replicamus & nos
vobis illud apostoli: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, 1.Cor.6.a
sed sanctificati estis. Iam nullus secularibus in domum dei pa-
tet aditus, nullus ad sancta curiosis accessus. Nulla iam cum
ociosis confabulatio permiscetur, solitus puerorũ aut puella-
rum strepitus nó auditur. Solis pueris Christi, de quibus dici-
tur, Ecce ego & pueri mei mecũ: locus sanctus peruius & ex- Esa.8.d
positus diuinis tantũ laudibus ac sacris soluendis votis, debi-
ta solicitudine & reuerentia custoditur. Quàm læta marty-
res aure (quorum permaxima locum ipsum turba nobilitat)
horum clamorem puerorum strepitúsque percipiunt, quibus
& vicissim nó minori vtique suæ affectionis clamore respon-
dent: Laudate pueri dominum, laudate nomẽ domini. Et rur- Psal.112.a
sum: Psallite deo nostro psallite, psallite regi nostro psallite. Psal.46.b
Dum manibus pectora, genibus pauimenta tunduntur, votis
& deuoris precibus altaria cumulantur, sordent genæ lachry- F
mis, gemitibus atque suspiriis mugiunt diuersoria, & pro fo-
rensibus causis, canticis spiritualibus sacra recta resultant, nil
supernis ciuibus magis spectare libet, nil regi summo iucun-
dius exhibetur. Quid enim aliud est quod ait: Sacrificiũ lau- Psal.49.a
dis honorificabit me? O si quis haberet oculos apertos, quos
orando propheta puero reuelauit: videret proculdubio quẽ-
admodum præueniunt principes coniuncti psallentibus in Ibidẽ.67.a
medio iuuencularum tympanistriarum. Videret, inquam, qua
cura, quóve tripudio intersunt cantantibus, adsunt orãtibus,
insunt meditantibus, supersunt quiescentibus, ordinantibus
& procurantibus præsunt. Agnoscunt nimirum supernæ po-
testates concives suos, & pro his qui hæreditatem capiunt sa-
lutis, solicite congaudent, confortant, instruunt, protegunt,
prouidéntque omnibus omnes in omnibus. Felicem ego me
dixerim, qui adhuc viuam, ista etsi non videre, quoniam ab-
sens sum, certe vel audire. Cæterum vos fratres longe felici-
ores, quibus ea datum est & actitare. Porro super omnes
benedictus, quem tanti primatu boni, totius auctor boni di-
gnatus est. De qua meritò prærogatiua tibi præcipue charis-
sime congratulamur, per quem vtique totum est quod mi-
ramur. Grauaris forsitan laudibus nostris, sed non oportet.
Nil quippe simile habet quod loquimur, illorum blanditiis
qui dicunt bonum malum, & malum bonum: atq; ita quem- Esa.5.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gcunque beatificant,in errorem inducunt. Blanda,sed perniciosa laus: cum laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Noster qualiscunque fauor de charitate procedit, & veritatis limitem prout sapimus nō excedit. Securus gloriatur,qui in domino gloriatur: hoc est in veritate. Nos non malum bonum, sed malum diximus quod malum erat. Verùm si malis audacter cū vidimus,oblatrauimus: nūc cum ad bona ventum est, silere debemus,& non magis testimonium perhibere bono? Alioquin corrosores fuisse cōuincimur,nō correctores: quia mordere, quàm emēdare maluimus,si bonis obmutescimus, qui intantū reclamauimus malis. Iustus corripit in misericordia, peccator adulatur in impietate: ille vt curet, iste vt occultet quod erat curandum. Nihil tibi apud eos qui timentes dominum glorificant,suspicandum est de oleo peccatoris,quo tuum quondā caput impinguare solebant. Laudamus te,quoniam tu facis,vnde. Nō nos sanè adulamur, sed in te dei munere adimpletur quod psallis: Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur; quia in verbo tuo superspe raui. Et item: Collaudabunt multi sapiētiam eius. En tuam quam plures prædicant sapientiam, sed qui priorem detestati sunt insipientiam. Volo te talium præconiis delectari, qui tam timeant palpare vitia, quàm detrectare virtutibus. Veri isti sunt laudatores, qui ita bona laudare soleant, vt lactare in malis non nouerint. Sunt enim ficti laudatores, veri autem detractores, quos scriptura commemorat dicens: Vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Hi plane sunt deuitandi,iuxta consilium sapientis dicentis: Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Habent ergo & lac & oleum peccatores, suaue quidem, sed venenosum, sed mortiferum. Molliti sunt,inquit, sermones eius,hoc est adulatoris,super oleum,& ipsi sunt iacula. Habet oleū & iustus, sed misericordiæ, sed sanctificationis, sed lætitiæ spiritualis. Habet etiam & vinum,quod animæ insolentis infundat vulneribus. Siquidem dolentis, & quam corde viderit esse contrito, oleo misericordiæ consuescit delinire tristitiam. Vbi corripit,vinum infundit: oleum,cum blanditur. Et quidē vinum absque odio,oleum sine dolo. Proinde non omnis laus, adulatio,sicut nec omnis reprehensio de animi rancore descendit. Beatus qui dicere potest: Corripiet me iustus in misericordia,& increpabit me, oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum. Quod vbi longe fecisti à te,dignum te probasti oleo & lacte sanctorum. Quærāt sibi iam in paruulis Babylonis dulces, sed truces matres, quibus lac mortis emulgeant,quos blandis mulceāt fauoribus, ac flammis nutriant sempiternis. Nam ecclesiæ alumnus ex vberibus sapientiæ lactis melioris expertus dulcedinem, iam in eo cœpit crescere in salutem, iam & eo satiatus eructat dicens: Meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Et hoc ad matrē. Verùm item gustato ac probato quàm suauis est dominus, vt vere patrem dulcissimum, ait ad ipsum: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine,quam abscondisti timentibus te. Impletum est profecto desideriū nostrum. Olim enim cum dolens cernerem tanta te auiditate de labiis adulantium,mortis escam, peccati fugere fomitem, optans tibi & gemens,intra me aiebam: Quis mihi det te fratrem meum sugētem vbera matris meæ? Sint procul à te iam blandi ac fraudulēti lactatores,qui cum in facie te benedicerent,probris omnium atque ludibriis exponebant, & eorum presens euge,orbis tibi fabulam pariebat,imò te fabulam orbi. Si mussitant etiam nunc,dicito illis: Si adhuc vobis placerem, Christi seruus non essem. Quibus in malis placuimus. æquè & in bonis placere nō possumus,nisi forte mutati prius incipiant & ipsi odisse quod fuimus,& sic demū quod sumus diligere. Duæ nostris temporibus ortæ sunt in ecclesia nouæ & execrandæ præsumptiones,quarum vna(vt pace tua commemorem) tua est illa pristinæ conuersationis insolentia. Sed hæc auctore deo emendata est,ipsi ad gloriam, tibi ad coronam,ad gaudium nobis,omnibus ad exemplū. Potest etiā facere deus vt citius & super altera consolemur. Quam sane odiosam admodum nouitatem & vereor proferre in medium, & prætermittere grauor. Vrget quippe linguam in verba dolor,sed timor ligat. Timor, duntaxat ne quem offendā si palam fecero quod me mouet. quoniāveritas nonnunquā odiū parit. Veruntamen de huiusmodi odio, ipsam quæ parit illud ita me audio consolantē. Necesse est,ait, vt veniant scandala. Nec me,vt æstimo,tangit omnino quod sequitur: Væ autem homini illi per quem scandalum venit. Cum enim carpuntur vitia,& inde scandalum oritur,ipse sibi scandali causa est, qui fecit quod argui debeat,nō ille qui arguit. Denique nec cautior sum in verbo,nec circūspectior in sensu illo,qui ait: Melius est vt scādalum oriatur,q̄ veritas relinquatur. Quanquā nescio quid prosit si quod mundus clamat,ego tacuero, omniúmque passim naribus iniecto fœtore solus dissimulo pestem,nec audeo nasum contra pessimum putorē propria munire manu. Cuius enim cor nō indignatur,cuius vel clam lingua non submurmurat; diaconum contra euangeliū deo & mammonę pariter ministrantē? sic quippe sublimatum honoribus ecclesiasticis,vt nec episcopis inferior videatur: sic implicatum militaribus officiis,vt præferatur & ducibus? Rogo quid hoc est monstri,vt cum & clericus & miles simul videri velit,neutrum sit? Par satis vtrobique abusio,siue quòd diaconus mensæ regiæ deputetur ministerio,siue q̄ regis dapifer mysteriis altaris inseruiat. Quis sanè non miretur, imò & detestetur,vnius esse personæ,& armatum armatam ducere militiam,& alba stolaque indūtum,in medio ecclesię pronunciare euangeliū? tuba indicere bellum militibus,& iussa episcopi populis intimare? Nisi forte(quod intolerabilius est) erubescit euangeliū,(de quo vas electionis admodum gloriatur)& cōfunditur videri clericus,magisque honorabile ducit putari se militem: curiam ecclesiæ præfert, regis mensam altari Christi,& calici domini calicem dæmoniorum. Quod planè credibilius ex eo videtur, quia cum honores non paucos,sed quantos nec canones nisi inuiti patiuntur, teneat in ecclesia,vnius tamen,quem & in palatio asse cutus est, magis (vt aiunt)gloriatur ex nomine,quàm cæterorum quolibet appellari. Cumque sit archidiaconus,decanus,præpositúsque in diuersis ecclesiis,nihil horum tamē tam eum, quàm regis delectat,vocitari dapiferum. O noua & exosa peruersitas. Itáne plus decet hominis quàm dei famulum nominari? ac terreni, quàm cœlestis regis dici officialē, altioris ducitur dignitatis? Qui clero militiam, forum anteponit ecclesię, diuinis profecto humana,cœlestibus præferre terrena cōuincitur. Ergo pulchrius est vocari dapiferum quàm decanum,q̄ archidiaconum? Et quidem: sed laico, non clerico: militi,non diacono.

Mira sed cæca ambitio,magis imis quàm summis delectari, & cui funes ceciderant in præclaris, insatiabili desiderio amplexari stercora, & pro nihilo habere terram desiderabilem. Cōfundit penitus ordines, & vtroque officio delicate satis abutitur,dum & hinc eum delectat pompa,non militia seculari: & illinc quæstus,nō cultus religionis. In quo quis facilè non aduertat quantum sit dedecoris non minus vtique regno quàm sacerdotio? Vt enim clericalis cōstat nō esse dignitatis,regum stipendiis militare, sic nec regiæ maiestatis, rem fortium administrare per clericos. Denique quisnam regum suæ vnquā militiæ clericum præfecit imbellem, & nō magis quempiam fortissimū ex militibus? Quis item aliquando clericorū æquè sibi non iudicauit indignum, laicæ cuiuscunque personæ mācipari obsequiis? Ipsum certe quod gestat in capite signum,plus regius decet fastus,quàm famulatus. Iremque regale fastigium magis armis quàm psalmis innititur. Sanè si alteri forte(vt assolet)accessisset quod detrahitur alteri,quo vel regis videlicet humiliatio clericum amplius sublimasset, aut clerici certe deiectio, regio contulisset honori (vt verbi gratia si nobilis aliqua mulier,viro nubat plebeio, illa quidē minuitur ex illo,sed ex illa crescit ille) si ita inquam vel rex clerico,vel clericus ex rege proficeret, malum quod ex parte fuisset,vtcunque forsitan tolerari deberat. Nunc autē cum vtriuslibet diminutio neutrū prouehat, sed suæ potius alterutrum plurimū detrahāt dignitatis, quādo nec clericum decet regis(vt dictū est) esse vocarive dapiferum, & nihilo minus regē nisi in manu vtiq; fortiū regni gubernacula possidenus re: mirū valde quomodo vtraque potestas hoc patitur, quòd vel ecclesia non abiicit diaconum militarem, vel curia clericum principem non contemnit. Et acrius ista & multiplicius inculcare volueram,ac fortassis debuerā, nisi epistolaris breuitas

Auitas supersedendum indiceret: maximéque quia te offendere veritus sum, peperci homini, quippe quem tibi aiunt familiaribus iam olim amicitiis esse deuinctum. Sed nollem te habere contra veritatem amicum. Si tamen persistis, verum te amicum proba: & da operā quomodo & ipse amicus sis veritatis. Tunc demum veræ erunt amicitiæ, si veritatis fuerint fœderatæ consortio. Quod si ille non acquieuerit tibi, tene quod tenes, hostiæq; caudam iunge capiti, ac tunicā dei gratia iam polymitam cura facere & talarē: quoniam cœpisse nil proderit si (quod absit) non perseuerare contigerit. Et hic sit epistolæ finis, vbi tu de fine boni commonitus es.

Ad abbatem Lucam. Epistola LXXIX.

Bonum nobis de te charissime & bonū valde rarum ostēdisti, dum minoris te non solùm non contempseris monita, sed gratias insuper retuleris monitori, prudenter vtique non à quo, sed quod monereris attendens. Gratias ago & ipse deo: quòd mea præsumptio gratiam egit magis quàm indignationem meruerit. Tenentes itaque tuæ tantæ humilitatis insigne, ampliori iam fiducia monemus quod & prius monuimus. Obsecramus per sanguinem illum qui pro animabus fusus est, ne tanti emptarum paruipendatur periculum, quod maxime ex virorum & fœminarum cohabitatione non immeritò timetur ab his, qui in schola dei diu iam cōtra diaboli tentamenta luctati, propria experientia edocti dicere possunt cum apostolo: Non enim ignoramus astutias eius. Denique quàm non negligenter te oporteat audire non meum, sed ipsius apostoli de hac re consilium, imò præceptū aperte clamantis, Fugite fornicationem: istius nunc tam turpiter lapsi fratris (super quo & nostram dignatus es consulere paruitatem) te doceat experimentum. De quo quidem miror quid tibi visum fuerit me tam remotum expetere consultorem, cum propè habeas virum sapientem nostri ordinis, & tuæ præcipue domus amatorē, Vvilhelmū scilicet abbatem sancti Theodorici. Sed & apud Præmonstratum non ambigo viros esse consilij: qui in rebus dubiis enodandis & prudentes sint & fideles. Veruntamen quia sic tibi placuit, videris tu cur ita placuerit, ego labia mea non prohibebo. Si frater casum suum quantumlibet grauem, quantumlibet turpem, prior ipse confessus fuisset: & curandus foret, & non effugandus. Nunc autem quoniam tanti mali aliunde fœtor emersit, nihilo minus quidem eius, si fieri potest, curationi operam dare necesse est, sed aliter. Fortassis enim non expedit vt vlterius apud vos remorari fratrum: ne forte (quod te non immeritò quidem timere scripsisti) pusillus & nouellus grex huiusmodi tabe contaminetur. Nec tamen filio quantumlibet peccatori paterne omnino claudenda sunt viscera. Arbitror autem & patri pium, & filio tutum esse consilium, si quæras ei quomodo in aliqua è remotioribus domini Norberti domibus recipiatur, vbi sub districtiori disciplina mutato loco non proposito pœnitentiam agat, donec quandoque, cum tibi visum fuerit, ad locum proprium reuocetur. Nam ad nostrum ordinem vt transeat, vestro fortassis nō expedit. Et quidem quod scripsisti illum sæpe dixisse, nostra se promissione teneri, quia eum si cum licentia veniret susciperemus: hoc in nostra præsentia etiam ipse negauit. Sanè si tibi non placet vsquam eum illorū quæ dixi locorum mittere ad habitandum, aut te volente iste forsitan non cōsentit, aut cum vtrique compleaceat, forte non inueniatur qui eum recipere velit: tunc oportet vt aut vrgēte necessitatis causa, quocunque ad saluandam animam suam ire voluerit, cum literis dimittatur: aut dispensante pietatis gratia, in suo loco retineatur: si tamen persentiri potuerit quomodo ibidem omnis ei occasio iterandi aut seminandi hanc turpitudinem penitus subtrahatur. Et de isto ista sufficiant. Est aliud apud vos de quo ea præsumptione qua soleo, non cunctabor dicere quod sentio. De molendino illo dico quod conuersi custodientes, fœminarum pati coguntur frequentiam. Si mihi creditur, vnum è tribus fiet. Aut videlicet fœminarum accessus omnimodis à molendino prohibebitur, aut molēdinum cuicunque extraneo & non conuersis custodiendum committetur, aut idem omnino molendinum relinquetur.

Ad Guidonem abbatem Molismensem. Epistola LXXX.

Quanto tibi in hac quam audiui tua aduersitate affectu cōdoleam, nouit affectuum deus omnium cognitor, bonorum immissor. Sed rursum cum considero non per quem, sed à quo immissa sit hæc tribulatio, quantum tibi de præsenti molestia compatior, tantum de prosperitate mox futura spero congratulari, si tamen & tu consilium in perturbatione non amittendo, idipsum mecum sapias: & de manu domini mala sicut & bona cum sancto Iob æquanimiter suscipias, imò exemplo sancti Dauid non tam his etsi seruis tuis pro tantis malis indignari, quàm sub potenti manu dei (qui proculdubio illos misit ad malefaciendum tibi) humiliari te oportere scias. Verùm quia & ad te constat pertinere correctionē illorum, vtpote seruorum ecclesiæ tibi commissæ, dignum est vt pro tam nefaria præsumptione serui nequam corripiantur, ac de rebus eorum damnum monasterij aliqua ex parte recompensetur. Sed ne tuam magis in hoc vlcisci iniuriam, quàm illorum ferire culpam videaris, rogo, rogánsque consulo, ne tam quo illi digni sunt penses, vt quod tibi dignum est non cōsideres: vt videlicet misericordia iudicio superexaltetur, & in tua modestia deus glorificetur. Porro illum filium tuum, mihi quoque propter te & propter seipsum satis charum, ore tuo & nostro spiritu commonemus, vt nō eatenus sua etsi iusta indignatione debrietur, quatenus dominici illius præcepti obliuiscatur, quo percutienti vnam maxillam, præbere iubemur & alteram.

Ad Gerardum abbatem Pultariensem. Epistola LXXXI.

Scripsisse me aliquid ad comitem Niuernensem in tuę personæ accusationem, nec recordor, nec verum est. Cæterum si pro ecclesia tua ad eundem principem literas misi, hoc non aduersum te, sed pro te egisse me arbitror. Siquidem audieram ipsum tuo & assensu & consilio proposuisse venire ad visitandum vos, ad probandum de tantis malis quæ de domo vestra diuulgabantur, an vera essent, aut cuius culpa essent: vt quod forte ministrum reperiret ibidem, eius & studio & solicitudine corrigeretur. Cuius tam iustum & tam pium propositum si hortatu nostro roborare curaui: cur te inde læsum iure conqueraris, non video. Puto enim me recte fecisse, si de domo dei zelum dei habens, eius prouidentiam qui emendaturus erat, commonui. Quòd autem ex auctoritate scripturæ arguis me peccasse, quasi qui prius te non corripuerim: scito me nullam de persona tua querelam habere, sed solùm scito me nullam de persona tua querelam habere, sed solùm vt pax fiat in ecclesia tua ex charitate procurare. Denique ipsius rei veritatem plenius cognosces, si ad nos causam ipsam (vt dicis) attuleris. Poteris autem hic me inuenire quacunque instantis hebdomadæ die libuerit.

Ad abbatem sancti Ioannis Carnotensis. Epistola LXXXII.

Ad ea de quibus nostram curasti consulere paruitatem, primùm quidem non respondere statueram, non quòd dubitauerim quid respondere deberem, sed quia viro consilij consilium dare, aut præsumptuosum iudicabam, aut superfluum. Cæterum cogitans quod plerisque imò cunctis penè contingere sapientibus solet, in rebus videlicet dubiis plus alieno se, quàm proprio credere iudicio, & qui aliorum facilè ambigua quæque elucidant, in suis consueuerunt scrupulosius hæsitare: statutum non(vt arbitror) irrationabiliter frango, sed simpliciter pando quod visum est mihi, non præiudicans sanius sapiēti. Significasti mihi(nisi fallor) per virum religiosum Vrsum abbatem sancti Dionysij, suggeri tibi à cogitationibus tuis deserere patriam, domúmque cui deo auctore præes, & pergere Hierosolymam, vacare deinceps deo, viuere tibi. Et quidem tendenti ad perfectionem, patriam relinquere fortassis expediat, dicente deo: Exi de terra tua, & de cognatione tua. Sed qua ratione curam tibi creditam animarum exponere debeas, omnino non video. Quid enim? Blanditur depositæ sarcinæ libertas? Sed charitas non quærit quæ sua sunt. Forte quietis prouocat & ocij gustus suauior? Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Geuacuatur dispendio pacis. Libenter carebo quantolibet etiam spirituali quæstu, qui non possit acquiri nisi cum scandalo. Vbi enim scandalum, ibi proculdubio charitatis est detrimentum. Vbi autem diminutio charitatis, miror quod vel quale possit spiritualis exercitij sperari lucrum. Denique si propriam quisq; quietem cómuni prætulerit vtilitati, quis iam veraciter dicere poterit, Mihi viuere Christus est, & mori lucrum? Vbi erit quod iterum dicit apostolus: Nemo sibi viuit, & nemo sibi moritur? Et, non quod mihi vtile est, sed quod multis? Et, vt qui viuit, nó iam sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est? Sed dicis: Vnde ergo mihi tantum desiderium, si ex deo non est? Pace tua dixerim quod sentio. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & huiuscemodi omni (vt ita loquar) absinthio amatiorē dulcedinem ab angelo satanæ sub prætextu angeli lucis, sitienti cordi tuo infundi non dubitat quisquis eius astutias non ignorat. Et reuera quis alius possit scandalorum esse suggestor, dissidij auctor, turbator vnitatis & pacis, nisi veritatis aduersarius, charitatis æmulus, hostis antiquus generis nostri, & inimicus crucis Christi diabolus? Siquidem is cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum, etiam nunc bonis quæ te facere videt, inuidet: & cum sit mendax ab initio, mentiuur & nunc, meliora pollicens quæ non videt. Quando nanque veritas fidelissimæ illi sententiæ obuiaret: Alligatus es vxori, noli quærere solutionem? Aut quando charitas scandalum suaderet, quæ ad omnium scandala vri se perhibet? Ille ergo, inquā, ille nequissimus & charitati per liuorem, & per mendacium veritati contrarius, falsum mel cū vero felle permiscens, dum promittit dubia pro certis, immittit etiam vera pro falsis, non vt conferat quod frustra speras: sed vt auferat quod fructuose tenes. Circuit & quærit qualiter ouibus curam pastoris subripiat, dum non erit qui eripiat: & nihilo minus pastorē illi horrendo maledicto subiiciat: Væ illi per quem scandalum venit. Sed confido de sapientia tibi à deo data, quòd nullis maligni versutiis abduci vel seduci poteris spe incerti boni certum inire malum, & æquè certum deserere bonum.

Philip. 1. c
Rom. 14. c
1. Cor. 10.
2. Cor. 5. c
1. Cor. 7. c
Matt. 18. a

Ad Simonem abbatem sancti Nicolai.
Epistola LXXXIII.

PErsecutionem quam propter iustitiam pateris, per literas tuas non sine compassione cognoscentes, licet Christi consolatio de promissione regni tibi sufficiat, tamen nos quod nostrum est, & consolationem quam possumus, & cōsilium quod intelligimus sanum, fideliter exhibemus. Quis enim sine anxietate videat Petrum de mediis fluctibus brachia tendentem? sine dolere audiat columbam Christi non cantantem sed gementem, tanquam quæ dicat: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Quis inquā sine lachrymis lachymas ipsius Christi de limo profundi etiam nunc leuantis oculos suos in montes, vnde veniat auxilium sibi, respiciat? Veruntamen nos ad quos pro humilitate tua respicere te dicis, montes non sumus, sed & ipsi de conualle lachrymarum laboriosis conatibus enitentes aduersus renitentis inimici insidias, ac mundialis malitiæ violētiam, tecum clamamus: Auxilium nostrum à domino, qui fecit cœlum & terram. Omnes quippe qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Ita vt cum eis nūquam desit piè viuere, non semper tamen adsit & perficere pro bona volūtate. Sicut enim impiorum est piis bonorum propositis assidue reluctari, sic contra pietatē non est, propter multudinem aduersantium, quanuis iusta & sancta desideria paucorum plerumque non perfici. Sic Aaron sceleratis tumultuantis populi contra voluntatem suam caloribus cessit. Sic Samuël eidem populo inordinatè regem petēti, inuitus Saulem inunxit. Sic Dauid cum vellet deo construere templum, propter infestantium tamen bella inimicorum, quia vir bellicosus erat, prohibitus est facere quod sanctè proposuit. Simili forma tibi pater venerande consulimus, vt tamen sapiētiorū consilio non præiudicemus, quatinus ad tempus propositi tui tibíque consentiendum rigorem sic temperes, vt infirmorum salutem non negligas. Inuitandi quippe sunt ad arctiorem vitam, non cogendi, quibus vtique semel in ordine illo Cluniacensi præesse consensisti. Illis autem qui altius viuere desiderant, aut condescendere imbecillioribus ex charitate, quantum sine peccato possunt, suadendum est: aut ibidem tenere quod cupiunt permittendum, si absque vtraque partium scandalo fieri potest: aut certe de cōgregatione liberos dimitti, fratribúsque aliis secundum eorum propositum viuentibus sociari oportet.

Psal. 136. a
Psa. 120. a
2. Tim. 3. c
Exod. 32. a
1. Reg. 10.

Ad eundem.

PRouide (vt videtis) & non frustra erronea ouicula vestra contra morem nostrum à nobis, non nobis sed sibi & vobis detenta est, cum tali circunuentione imò vtili subuentione & fratri pro arctioris vitæ desiderio, & pro fratris reditu vestrę tandem nihilo minus voluntati satisfactum sit. Hęc autem dico non vt nostram erga vos in hoc velim commendare beneuolentiam, quam per quicquid facere possum, vix sufficerem sicut est demonstrare: sed vt certū habeatis, quod ante vobis dixisse me memini, quia sæpe inquietos animos, quibus sua in qua sunt vita non sufficit, districtior experta compescit. Consilium nostrum super ipso fratre recōciliato, velle vos scripsistis audire, sed non putaui necesse fore, cum paratus veniat nō suam, vt solet, à vobis extorquere, sed vestræ, vt decet, in omnibus voluntati acquiescere. Difficultatē ingressus, quam valde timet, pro ipso & cum ipso supplicamus pie temperari, & aliquanto mitius cum eo agi, quam cū cæteris solet fugitiuis. In similibus enim factis causa dissimilis simile recusat iudicium. Multum quippe differunt à se, qui timore aut odio religionis de monasterio fugit, & qui eiusdem amore & desiderio transit ad aliud.

Ad Vuillelmum abbatem sancti Theodorici.
Epistola LXXXIIII.

QVod me huiusmodi operi operam dare iubes, per quod rollendum sit scandalum de regno dei, libenter accipio: sed quomodo id velis fieri, necdum satis elucet mihi. Nam illam tuam dulcissimam epistolam legens & relegens (sæpius quippe repetita placebat) intellexi quidem te velle vt illis qui de nobis tanquam detractoribus Cluniacensis ordinis conqueruntur, satisfaciam, quatenus videlicet sciatur nó esse verum quod male hucusque de nobis putarunt, vel putari voluerunt. At si post hanc satisfactionem rursus victus eorum ac vestitus superfluitatē & cætera quę subiungis, quēadmodum iniungis carpere voluero: & mihi videbor contradicere, & quomodo sine scandalo facere queam, non video. Nisi forte & ordinem quidem laudabilem, & ordinis reprehensores reprehensibiles doceā, & nihilo minus tamen ipsius superflua reprehendā. Si hoc modo vis, aut forte aliter magis expedire vides, manda apertius: & vt valeam quod vis eo modo quo vis: ora instantius. Scito tamen non modico me in huiusmodi scriptitationibus feriri detrimento, quia multrum hinc mihi deuotionis subtrahitur, dum studium orationis intermittitur, præsertim cum nec vsus suppetat dictandi, nec ocium.

Ad eundem. Epistola LXXXV.

SI nemo scit quæ sunt in homine nisi spiritus hominis qui in ipso est: si sola in facie videt homo, quia solus deus intuetur cor: miror, nec satis mirari possum, quomodo, quáve ratione tuam atque meam adinuicem dilectionem pensare vel distinguere potuisti, quatinus non solùm de proprio, sed & de alieno sententiam corde proferres. Error siquidem est humanæ mentis, non modo bonum putare malum, & malum bonum aut verum falsum, & econuerso: sed etiam certa recipere pro dubiis, dubia pro certis. Forte verum est quod dicis, minus scilicet à me amari te, quàm me diligis: sed certè certus sum, certum non esse tibi. Quomodo ergo pro certo affirmas, de quo certum est quia certus minime sis? Mirum. Paulus se suo iudicio non credit: sed neque (inquiens) meipsum iudico. Petrus luget suā qua se fefellerat præsumptionem cum de suo loqueretur, dicens: Etsi oportuerit me mori tecum non te negabo. Discipuli de proditione domini, nec in suis fidentes conscientiis, singuli respondebant: Nunquid ego sum domine? Dauid suam de se ignorantiam fatetur orans & clamans: Et ignorantias meas ne memineris. Tu verò

1. Cor. 4. a
Mat. 26. d
Ibidem.
Psal. 24. b

A verò nescio qua fiducia, non solùm de tuo, sed & de meo corde tam aperte declamas: Vt plus amans, inquiens, minus diligar? Hæc quippe sunt verba tua, quæ nollem fuisse tua, quia nescio si sunt vera. Sed & tu si scis, vnde scis? Vnde inquam probasti magis nos à te diligi, quàm te à nobis? An ex hoc quod in tuis literis subiunxisti, quia videlicet qui vadunt & veniunt per te de nostris, nullū tibi à nobis deferūt monimētū gratię vel amoris? Quod verò monimētū, quod amoris experimentum à nobis requiris? Nūquid forte scrupulum mouet tibi, quòd ad plura iam tua ad nos scripta, necdum vel semel rescripsi? Sed quando ego matutitatem sapientiæ tuę delectari posse putarē scriptitationibus imperitiæ meæ? Sciebā enim qui dixit: Filioli, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Quando verò vnquam opere meo opus tibi fuit & defuit? O scrutans renes & corda deus, qui vnus sol iustitię diuersa seruorum tuorum corda diuersis gratiis velut radiis illustras, quòd diligam illum ex dono tuo, & suo merito, tu scis, & ego sentio. Quatenus autem diligam, tu scis, ego nescio. Tu inquam domine qui dedisti, scis quantum dedisti vel illi me, vel mihi illum amare. Et quomodo aliquis nostrū cui tu non dixisti, audet dicere: Plus amās, minus diligor: nisi forte qui iam in lumine tuo videat lumen suum, id est in lumine tuæ veritatis agnoscat quantum ardeat igne charitatis?

1. Ioan. 3. c

B Ego autem domine interim contentus videre in lumine tuo tenebras meas, quoadusque visites sedentem in tenebris & vmbra mortis, & per te reuelentur cogitationes cordium, & manifesta fiant abscondita tenebrarum, fugatísque tenebris iam non videatur in lumine tuo nisi lumen: sentio quidem de munere tuo quòd eum diligam: sed necdum video in lumine tuo si vel satis diligam. Neq; enim scio si iam peruenerim ad illam, qua nemo maiorem habet dilectionem, vt animam suā ponat quis pro amicis suis. Nam quis gloriabitur castū se habere cor, ne dum perfectū? O domine qui illuminas lucernā meā, qua iam video & horreo tenebras meas: Deus meus illumina ipsas tenebras meas, vt videam & gaudeam ordinatā in me charitatē, sciens & diligens quę diligenda sunt, & quātum, & ad quid diligenda sunt: me quoque nolens diligi nisi in te, & quantū diligendus sum. Vę etenim mihi, si quod valde vereor, aut ego plus ab illo quàm merui, aut ille à me minus quàm dignus sit, diligatur. Veruntamen si meliores magis diligendi sunt, sunt autem meliores qui magis diligunt: quid aliud dixerim quàm illum plus me diligere, quem meliorem esse non dubito: me verò minus illum quàm debeo, quia minus valeo? Sed quanto in te (tibi pater dico) maior est charitas, tanto minus cōtemnenda est à te nostra possibilitas: quia etsi plus diligis quoniam plus vales, non tamen plus diligis quàm vales. Nos autē etsi minus diligimus quàm debemus, diligimus tamen quantum valemus. Tantū autem valemus, quantū accepimus. Trahe nos post te, vt te apprehendamus, & tecū amplius accipiamus vnde largius diligamus. Quid ergo tu niteris nos apprehendere, & quereris nō posse, quos apprehendisti si attendisti, & adhuc facere poteris, cū volueris, quales quidem sumus, non quales sperabas? Nescio quippe quid aliud intueris in nobis quod non habemus: & sequeris pro nobis quod non sumus. Ideóque non consequeris, quia nō sufficimus: & vt deniq; in epistola tua iuste causaris, deus tibi in nobis, non nos deficimus. Nunc verò si talia placent qualia modo nugatus sum, mandato, & adiiciam: vt cū obediero, præsumptionis non timeam notam. Præfatiunculam quam tibi mitti iussisti, non habui modo ad manum. Neque animadhuc dictaueram, quia nec necessarium esse putabam. Quicquid vel tibi vel amicis tuis recte vis, qui dedit velle, det & perficere pro bona voluntate, omni amicitiæ iure colende pie ac reuerendissime pater.

C

Ad eundem. Epistola LXXXVI.

Frater Bernardus de Claraualle, suo illi quod suo.

HAnc mihi tu salutationis formulam tradidisti, scribendo, Suus ille quod suus. Accipe quod tuū est, & agnosce vsurpationem vnanimitatis esse indicium, & cū quo est mihi commune verbum, animum non distare. Iam ad tuas litetas breuiter pro tempore respondendum est. Quæ cum mihi in manus venerunt, natalis Dominæ nostræ dies festus illuxerat: cuius me totum iure sibi deuotio vendicans, nihil aliud cogitare sinebat. Sed & nuncius repedare festinans, vix vsque in crastinum vt hæc iam festo exoccupatus qualiacunque rescriberem, expectauit. Fugitiuum itaq; fratrem dure à me, vtpote durum corde, increpatum: nihil melius interim potui, quàm ad locum remittere vnde fugerat: quippe quem iuxta nostras consuetudines domi absque consensu abbatis sui retinere non debui. Oportet autem & à te eum similiter aspere increpari, & ad humilem prouocari satisfactionē, deinde tuis confortari literis ad abbatem pro eo directis. De infirmitate nostra nihil certius modo scisitanti tibi indicare possum, nisi quòd infirmus & fui & sum, nec minus solito, nec multū plus. Quod verò non misi quem missurus eram, causa est plus me animarum scādalum, quàm vnius corporis periculum timuisse. Iam ne quid horum de quibus mandasti, omnino prætermittam, venio etiā ad te. Velle te audire scripsisti, quid re ego (tāquam qui omnia tua norim) facere velim. Sed hoc (nisi fallor) si modo dicerem: nec tu posses, nec ego consulerem. Volo enim & ipse, quod te velle de te iam olim non latet me. Cęterum mea atque tua æquè vt æquum est, voluntate postposita, magis quod velle deum de te puto, & mihi vt tibi suadeā, tutum duco: & tibi si persuadeam, nó incommodum. Tene itaque meo cōsilio quod tenes, mane in quo es, & stude prodesse quibus præes, nec præesse refuge dum prodesse potes: quia væ quidem tibi si præs, & non prodes: sed væ grauius, si quia præesse metuis, prodesse refugis.

D

E

Ad Ogerium canonicum regularem.
Epistola LXXXVII.

TOtis visceribus charitatis amplectendo fratri Ogerio canonico, frater B. monachus, sed peccator, digne deo conuersari vsque in finem. Si tibi ad tuas literas tardius videor rescripsisse, nouerisi potius opportunitatem nuncij defuisse. Quas enim nunc primum legis, iamdudum, crede dictatas. Sed vt dixi, propter latoris inopiam tardaui mittere, quod scribere non tardaui. Legi itaque in tuis literis te illam quam grauiter ferebas curæ pastoralis sarcinam deposuisse, licentia siquidem ab episcopo vix impetrata, imò extorta tua importunitate. Et hoc non aliter, nisi vt in eius episcopatu quocunque alibi manens ab eius subiectione non recederes. Tu verò cum tibi hoc nō placeret, archiepiscopum adiens, & ab ipso tanquam superiori auctoritate securitatem accipiens, ad priorem locum & ad tuum abbatem reuersus es. Vbi qualiter post hæc viuere debeas, à me doceri flagitas, egregio vtique doctore, & magistro incōparabili. Qui cum cœpero docere quod nescio, vel tunc incipiet sciri quàm nihil scio. Itáne lanam quærit ouis à capra: aquam molendinum à furno: verbum sapiens à stulto? Præterea per totam seriem literarum attollens me supra me, multum de me laudabilia intermisces. Quorum quia ipse mihi conscius non sum: & tuæ hæc beneuolentię asscribo, & ignosco ignorantiæ. Tu enim vides in facie, deus in corde. Sub cuius tremendo aspectu si solicite me circunspicio, certum est quòd eo ipse mihi notior sum quàm tibi, quo propinquior. Ideóque magis credo mihi de me videnti me, quàm tibi opinanti de me quòd non vides in me. Quod si quid forte à me audisti quod possit prodesse tibi, gratias deo age: in cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Satisfacis etiam mihi pro eo quòd consilium meum non renueris, confortantis te & monentis animo non frangi, pusillanimitate nō vinci: sed portare patienter onus impositum, quod semel susceptum deponere non licebat. De qua re ipse mihi sicut postulas, satisfacio pro te. Agnoscēs siquidem sapientiæ meæ siccitatem, imò insipientiæ meæ semper suspectam habens temeritatem, cum nó fit quod fieri laudo, nec audeo nec debeo indignari, desiderans quemque consultius agere quàm à me acceperit. Quotiēs verò mea sententia eligitur ac tenetur, graui, fateor, onere me premi sentio, rei finem semper pauidus & nunquam securus expectās. Videris tu tamen si consultè meum de hac re consilium mutaueris. Viderint hi quorum saniori, si quorum tamen, super hoc fretus es consilio, an rationabiliter egeris. Viderint, inquā, si liceat Christiano iunctam sibi dimittere obedientiam ante mortem, cum Chri-

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gstus factus sit obediēs patri vsque ad mortem. Etiam,inquis, per licentiam.nam quæsiui eum ab episcopo,& accepi.Bene licentiam quidem quæsisti,sed quomodo non licebat,ac per hoc non accepisti:sed extorsisti. Extorta autem seu coacta licentia,licentia nó est,sed violentia. Quod ergo tua importunitate victus episcopus fecit inuitus, non fuit absoluere, sed abrumpere. Congratulor quidem tibi quòd sis exoneratus: sed vereor ne deus à te quantum in te est exhonoratus sit:cuius proculdubio ordinationi resistis, dū promotus ab illo tu te deiicis. Quod si excusans paupertatis prætendis necessitatem,necessitas parit coronam.Si difficultatem,si impossibilitatem,omnia possibilia sunt credenti,Sed respondeque,quod verius est,quia scilicet placuit tibi magis quies tua, quàm vtilitas aliena.Nec mirum.Placet fateor & mihi quòd hæc quies placeat tibi,si tamen non nimis.Quodcunque autem bonum ita placet,vt si recte fieri nō possit, placeat tamen fieri eo etiā
Gen.4.b modo quo fas non est,nimis est:ac per hoc iā quia bene non fit,non est bonum.Scriptum est enim : Si recte offers, & non recte diuidis,peccasti. Aut ergo oportuit te gregem domini-
1. Cor.7.e cum minime seruandum susципere, aut susceptum nequaquā relinquere,iuxta illud: Alligatus es vxori? noli quærere solutionē.Sed ad quid nitor his ratiocinationibus?Nunquid suadeo tibi redire ad onus regiminis,cum iam non pateat locus
H recuperationis? Aut desperare te intendo: quasi qui te tali ligaueris culpa,quam iam soluere non possis? Absit. Sed tantū nolo te illud tāquam nullum vel paruum malum negligere: imò semper timere : semper pœnitere : semper securum non
Prou.2.d esse:sicut scriptum est:Beatus homo qui semper est pauidus,

Vides certe quem timorem tibi incutere nitor: non qui tibi sit laqueus desperationis,sed qui spem acquirat beatitudinis.Est siquidem timor inutilis, tristis, crudelis , qui veniam quia non quærit,non consequitur. Est & timor pius , humilis , fructuosus : qui cuilibet quantumlibet peccatori facilè misericordiam promeretur. Talis timor generat, nutrit,& seruat humilitatem,sed mansuetudinem, sed patientiam , sed longanimitatem. Quem nó delectat tam inclyta proles? Alterius verò misera soboles est pertinacia , immoderata tristitia,rancor,horror , cōtemptus & desperatio. Non hoc ergo, qui desperationem,sed illo qui generat spem,timens ne non timeres vel parum timeres,tuam tibi culpam sic rememorā-
Prou.8.c dam esse putaui.Est etiā adhuc quo magis timeo tibi: ne fortè sicut de quibusdam scriptum est, quòd lætantur cum malefecerint,& exultant in rebus pessimis:tu quoque deceptus, non solùm hoc putes culpam non esse,sed insuper(quod absit(in corde tuo glorieris te magnum aliquid,& quod à paucis solet fieri, fecisse:dum qui emancipatus etiam aliis præeras,contemnens prælationē rursus subdi prælato malueris.
I Falsa humilitas veram inducens superbiam in cor talia cogitantis. Quid nanque superbius quàm spontaneæ& tanquam liberæ ascribere volūtati,quod vel cogit necessitatis vis,vel pusillanimitatis infirmitas?Quod si nec labore victꝰ, nec necessitate compulsus,sed volens hoc fecisti: nihil hoc quoque superbius.Dei quippe consilio tuum prætulisti, magis eligēs tibi quiescere,quàm eius operi deseruire, ad quod te ipse assumpserat.Si ergo vnde deum contempsisti, inde ad maioré eius gloriaris contemptum:nō est bona gloriatio tua.Sed cauе gloriationem,tolle & securiratem , quatinus vtiliter semper solicitus sis , semper humiliter pauidus , non illo scilicet timore,qui sicut iam dixi,prouocat iram,sed illo qui mitigat. Qui horribilis timor siquando terrēdo tuum pulsauerit animum, tacite suggerens tuum obsequium deo esse non posse acceptum,& quòd tua sit infructuosa pœnitentia,quia videlicet vnde deus à te offensus est, per te emendari non potest: ne ad momentum quidem recipias , sed fidenter responde & dic:Male quidem egi,sed factū est,& iam non potest non fieri. Quis scit si hoc mihi deus expedire prouiderit:& de malo meo ipse qui est bonus,bonū mihi operari voluerit ? Malum ergo puniat quod ego feci,bonum autem maneat quod ipse prouidit. Nostris quippe inordinatis seu voluntatibus seu actionibus nouit bonitas dei vti semper quidem recte in sui ordinis pulchritudinē:sæpe etiā pie in nostram vtilitatem.O clementissima circa filios Adam diuinæ pietatis recordatio, quæ sua non desinit largiri beneficia, non solùm vbi nullum inuenit meritum,sed plerunque etiam vbi totum videt con- K trariū.Sed ad te redeamus. Secundū ergo duos timores qui supra distincti sunt, volo te timere & non timere,præsumere & non præsumere. Timere v t pœniteas,non timere vt præsumas.Porro præsumere ne diffidas , non præsumere ne torpescas.Agnosce frater quantū de te confisus sum , qui te tam acriter increpare , tuum factum nec mihi satis probatū tam audacter diiudicare non dubitauerim : cum id forsitan rationabilius à te actum fuerit,quàm mihi hucusq; notum sit.Neque enim tu in tuis literis fortasse rationes illas quibus excusari posset hoc factum,ponere voluisti, vel propter tuam humilitatem,vel propter literarum breuitatem. De re ergo quā plene non noui,suspensam relinquens sententiam, vnū quod fecisti,irretractabiliter laudo : quòd videlicet deposito iugo regiminis,sine iugo tamen esse noluisti:sed amicam repetens disciplinam,de magistro fieri denuo discipulus non erubuisti. Nam cum pastorali vinculo solutus posses tui remanere iuris(siquidem promotio abbatis,emancipatio filij est) tu tamen hac potestate tui nó vtēs, sicut aliis dominari renueras, sic tibi quoque præsse timuisti : quisq; vt magister esses alio- L rum minus te iudicabas idoneū:nec te quidem tibi credens, tuus fieri discipulus contempsisti. Et meritò, quia qui se sibi magistrum constituit,stulto se discipulum subdit. Et quidem quid alij de se sentiāt,ignoro: ego de me expertus sum quod dico : & facilius imperare , & securius possum præsse aliis multis,q̄ soli mihi.Prudens ergo humilitas, humilisque prudentia fuit,quòd nequaquam credens ad salutem te posse sufficere tibi, alieno potius arbitrio deinceps viuere proposuisti.Laudo etiam quòd non nouum vel magistrum vel locum requisisti:sed ad clausttum de quo exieras , & ad patrem sub quo profeceras , familiariter redisti. Rectius quippe fuit vt domus quæ te nutrierat,sed pro fraterna charitate dimiserat, exoccupatū reciperet , quàm de eius desolatione aliena gauderet.Quòd tamē in hoc episcopi licentiā non habueris, nolo vt negligenter ducas:sed aut per te aut per mediam personam quantum in te est satisfacere non differas. Post hæc cōuersare simpliciter inter fratres,deuotus deo,magistro subditus,senioribus obediens,iunioribus contēperans,angelis placens,verbo vtilis,humilis corde,mansuetus ad omnes. Caue autem ne quia olim in honore positus fuisti,etiā nunc te putes præ cæteris honorandum, sed magis humilem omnibus exhibeas tanquam de cæteris vnum. Nec enim dignum est, M vt inde exigas honorem , vnde refugis laborem. Potest hinc etiam nasci aliud periculum , ad quod te præmonitū & præmunitum esse volo.Nā sicut omnes ita mutabiles sumus , vt plerunque quod heri volebamus,hodie recusemus : & quod hodie nolumus,cras desideremus:sic quandoq; diabolo suggerente poterit contingere, vt ex memoria relicti honoris tuum animū pulset cupiditas,ita vt omnia quæ viriliter contempsisti , pueriliter desiderare incipias. Dulcescent animo quæ prius amara fuerunt,sublimitas loci,domus cura, rerum dispensatio,obsequia famulorū,libertas tui, potestas in alios: intantum vt prope reliquisse te pœniteat quod prius tenere grauabat.Cui pessimæ tentationi si vel ad horam (quod absit)assensum præbueris , nō mediocre damnum incurres tuæ conuersationis.En tota illius elegantissimi & eloquentissimi doctoris sapientia,à quo doceri de tam lōginquo postulasti. En illud expectatum ac desideratum elogium , quod audire tantopere studuisti. Hæc summa nostræ eruditionis. An adhuc aliquid magnum expectas? Totū audisti. Quid amplius requiris?Exhaustus est fons: & tu quæris aquam in sicco? *Luc.12.d* Exemplo illius euangelicæ viduæ,de paupertate mea totū quod habui misi.Quid verecundaris?Quid vultū demittis?Tu me coēgisti,sermonem quæsisti,sermonem habe. Sermonem inquam habes iam satis longum , sed mutum , verbis plenum, sensibus vacuum:non quo(vt petieras) in corde tuo charitas ordinetur,sed quo mea insciтia publicetur. Nā vnde iam poterit excusari? Possem forsitan dicere, quòd febre tertiana laborans , quòd pro officio meo curis occupatus hæc dictaue- *Eccli.38.d* rim,cum scriptum sit:Sapientiam scribe in ocio. Sed hæc recte prætenderem , si grande aliquod atque operosum opus aggressus fuissem. Nūc autē in tantillo opusculo vt occasionibus me non excusem:nihil horum certius prætendere possum.

A sum,quàm(vt sæpe iam dixi) scientiæ paupertatem. Sed habeo nonnullam meæ confusionis consolationem. Nam etsi non feci vt petieras, si nó misi quod sperabas,agnoscis certe quia volui.Sufficiet autem volūtas, vbi deesse vides facultatem explēdi. Denique & si tibi nullam cōferat vtilitatem, vel mihi proficiet ad humilitatem. Stultus quippe dum non loquitur,sapiens putatur.Nam quod non loquitur, non sensus inopia sed humilitatis esse custodia creditur. Ego itaque si adhuc siluissem,sapiens dicerer:sed non essem.Nunc autem alij insipientem me ridebunt:alij subsannabunt idiotam : alij præsumptori indignabuntur. Putásne paruum hoc mihi cōferat religionis emolumentum:cum humilitas ad quam vtique ducit humiliatio,totius sit spiritualis fabricæ fundamentum ? Siquidem humiliatio via est ad humilitatem : sicut patientia ad pacem , sicut lectio ad scientiam . Si virtutem appetis humilitatis,viam non refugias humiliationis.Nam si nō poteris humiliari,non poteris ad humilitatem prouehi. Prodest itaque mihi meam insipientiam sciri, & à scientibus iure
2.Cor.12.b confundi,cui sæpe cōtigit à nescientibus iniustè laudari. Terret me apostolus:qui & ipse territus dicit : Parco autem , ne quis me existimet supra id quod videt in me,aut audit aliquid
B ex me. Quàm pulchrè dixit,parco.Non parcit sibi arrogans: non parcit sibi superbus : non cupidus vanæ gloriæ , & iactator actuum suorū: qui vel sibi arrogat quod est:vel mentitur de se qui ne putetur quod non est , semper quantum in se est vult nescири quod est. Grande reuera periculum , audire quenquam de se supra quàm sentit in se. Quis dabit mihi apud homines tantum de veris digne humiliari,quantum vel
Psal.87.d de falsis datum est indigne exaltari ? Illam mihi vocem pro-
2.Reg.6.d pheticam iure assumerem:Exaltatus autem, humiliatus sum, & conturbatus. Et illud: Ludam,& vilior fiam.Ludam scilicet vt illudar. Bonus ludus , quo Michol irascitur , & deus delectatur. Bonus ludus,qui hominibus quidem ridiculum, sed angelis pulcherrimum spectaculum præbet. Bonus inquam ludus,quo efficimur opprobriū abundantibus , & despectio superbis. Nam reuera quid aliud sæcularibus quàm ludere videmur:cum quod ipsi appetunt in hoc seculo , nos per contrarium fugimus : & quod ipsi fugiunt , nos appetimus ? More scilicet ioculatorum & saltatorum : qui capite misso deorsum,pedibúsque sursum erectis,præter humanum vsum stant manibus vel incedunt : & sic in se omnium oculos defigunt . Non est hic ludus puerilis : non est de theatro , qui fœmineis fœdisque anfractibus prouocet libidinem , actus sordidos repræsentet. Sed est ludus iucundus, honestus,grauis,spectabilis : qui cœlestium spectatorum delectare possit aspectus. Hoc casto & religioso ludo ludebat
1.Cor. 4.b qui dicebat:Spectaculum facti sumus angelis & hominibus.
C Hoc ludo & nos interim ludamus vt illudamur, confundamur,humiliemur:donec veniat qui potentes deponit, & exaltat humiles:qui nos lætificet,glorificet,in ęternum exaltet.

Ad eundem. Epistola LXXXVIII.

OMitto nunc imperitiam meam : taceo professionis humilitatem , seu humilitatis professionem : nec iam obtendo vel loci vel nominis mei non dico abiectionem , sed mediocritatem:quia quicquid tale dixero,tu hoc non necessariam excusationem , sed dilatoriam occasionem nominabis : qui meam (vt mihi videbatur) iustam verecundiam pro tuo libitu nunc indiscretionem , nunc falsam humilitatem, nunc etiam veram superbiam interpretaris. Horum itaque, quia tibi in dubium venire possunt,nihil asserо. Illud autem simpliciter tuæ dilectioni intimo,quod indubitāter te credere volo:toto scilicet hoc tempore ex quo tuus nuncius , non is,sed alius recessit à me,nullū mihi omnino fuisse ocium ad id quod poscis idoneum:tum propter dierum malitiam,tum propter noctium breuitatem.Sed & nunc quoq; ita me nouissimæ tuæ literæ occupatissimum inuenerunt, vt ipsas etiā occupationum causas pro mei excusatione longū fuerit mihi scribere tibi.Vix quippe illas tuas inter prandendum(nam illa hora mihi primùm redditæ sunt) perlegere potui. Vix has meas quantulascunque furtim,raptim,anticipatis horis,breuiter succinctéque rescripsi.Quarum quidem breuitatem an æquo animo feras , tu videris . Ego enim , vt verum fatear, propter te mi Ogeri, ipsis curis meis compellor irasci , quan- D quam in his,teste conscientia , soli charitati cupiam deseruire. Cuius profecto imperio , quia sapientibus & insipiētibus debitor sum,ipsa sola facere potuit,vt necdum tibi potuerim satisfacere. Quid ergo ? Charitas tibi denegat quod tu petis ex charitate? Peristi,quæsisti,pulsasti: & charitas te frustrata est. Quid mihi indignaris ? Si vis , si audes , irascere charitati . De qua nanque præsumis impetrare quod postulas , ipsa prohibente fit ne impetres . Et ecce iam longum causatur sermonem.Et tibi indignatur qui cogis.Nō quòd sibi displiceat zelus quo id facis : quippe quem & ipsa donauit tibi:sed vult te illum habere secundum scientiam:vt cautus sis maiora minoribus non impedire . Vides quàm inuitus auellor à longiori epistola,dum ductus delectatione tibi colloquēdi, & desiderio satisfaciendi,dominæ charitati molestus fio:qua iamdudū imperante finem fieri,necdum taceo. O quàm lata in tuis literis patet materia respondendi . Quod si digne licuisset vt libuisset:& tibi forsitā satis esset,& mihi. Sed quæ aliud præcipit , domina est , imò dominus est. Deus enim charitas est: & satis agit pro imperio : quatenus debeam potius obtemperare sibi, quàm vel mihi vel tibi . Et quoniam oportet charitati deo magis obedire quàm hominibus : nolens dolénsque non quidem nego quod postulas,sed interim differo: ne dum tuæ cupio humiliter satisfacere voluntati , sub prætextu falsæ humilitatis per veram superbiam , arcem tantæ potestatis , quæ E te quoque veraciter attestante , etiam angelis imperat in cœlis,terrenus vermiculus in terris videar impugnare. Libellum quem requiris , ipse quoque antequam tuus nuncius ad nos veniret,ab eo cui commendaueram requisiui:sed necdum recepi. Dabo autem operam , vt vel cum veneris (si tamen vnquam aliquando veneris)illum inuenias,videas, & legas:non autem transscribas.Nam illum alium quem te significas trāscripsisse,ego quidem legendum tibi miseram , non transcribendum : videris tu qua vel quorum vtilitate transscripseris. Quod autem te mittente eum nunc habet abbas de sancto Theodorico , ego quidem non iusseram : nec tamen displicet mihi.Vt quid enim libellus meus oculos eius formidaret, cui se videndum animus quoque meus totum si posset expanderet?Sed heu in quanta sermonis augustia mentio se ingessit de tali viro,ne liceat vt dignum erat, in tā dulcissima nobis memoria aliquandiu immorari , quando iamiámque desiderat epistola finem.Obsecro te ne graueris opportunitatem quærere quomodo ad eum pergas: prædictum quoq; opusculum non prius cuiquam scribēdum vel legendum exponas, quàm cum eo totum peruideas:paritérque conferatis, & corrigatis quæ corrigenda sunt : vt in ore duorū testium stet omne verbum . Et tunc demum an passim cuilibet , an paucis tantùm: an vel cuiquam,an forte etiam nulli expediat demonstrari:& si illa præfatiúncula quam de nostris aliis literis tu eidem coa- F ptasti,apte sedeat,an verò aptior quæri debeat : vestro vtriusque iudicio derelinquo . Sed iam penè mihi exciderat quod in principio epistolæ tuæ questus es, quòd te arguerim mendacij. Hoc aliquando me locutum fuisse, non satis recolo . Si quid tamen fuerit(nam magis me oblitum, quàm tuum nuncium mentitum esse crediderim) iocando potius quàm seriò dictum fuisse nó dubites . Egóne leuitate te vsum putauerim aut apud te esse est & non ? Absit à me hæc suspicio de te:qui, iugo veritatis beatus quod portas ab adolescētia,lasciuos annos morum superas grauitate. Nec tā simplex sum vt simplicem oris prolationem sine cordis duplicitate mēdacium putem:nec tam incuriosus tui,vt oblitus sim vel quod iamdudū conceperis in affectu,vel quid ab effectu impedierit.

Ad eundem. Epistola LXXXIX.

INdignaris forsitan , vel , vt temperantius dicam, miraris quòd pro longiori epistola quam à nobis sperabas, tam breuem chartulam receperis . Sed memento iuxta virum sapientem , omnia sub cœlo tempus habere : & tem- *Eccles. 3.a* pus quidem loquendi , & tempus esse tacendi . Quando autem suum tempus silentium habebit , si hos etiam sacros dies quadragesimæ nostra sibi vendicat confabulatio ? Eáque ipsa tanto occupatior quanto laboriosior,dum non quidem præsentes alterutrum dicere leuiter valemus quæ volumus : sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

G absentibus necesse est nobis inuicem diligenter dictare quæ vel petimus abinuicem vel petimur. Dum verò absens cogito, dictito, scriptito, mittóque quod presens legas: rogo vbi ocium, vbi silentij quies? Sed hæc, inquies, omnia facere potes in silentio. Mirum si ex sententia hoc respondeas. Quantus enim tumultus est in mente dictantium, vbi multitudo perstrepit dictionum, vbi orationū varietas, & diuersitas sensuum concurrit? Vbi sæpe respuitur quod occurrit, & requiritur quod excidit, Vbi quid pulchrius secundū literā, quid consequutius iuxta sententiam, quid planius propter intelligentiam, quid vtilius ad conscientiam, quid denique cui vel post vel ante ponatur, intentissime attenditur: multáque alia quæ à doctis in huiusmodi curiosius obseruātur. Et tu in hoc mihi dices esse quietem: tu hoc, etiam si lingua sileat, silentiū nominabis? Quanquā nō solùm temporis, sed nec meæ professionis est huic rei operam dare quam postulas, nec possibilitatis adimplere quod optas. Siquidem vel monachi (quod esse videor) vel peccatoris (quod sum) officium non est docere, sed lugere. Indoctus quoque (quod & vere me fateor esse) si præsumat docere quod nescit, nihil indoctius agit. Docere itaque nec indocto est in promptu: nec monacho in ausu: nec
Psal. 54. *b* pœnitenti in affectu. Sed & propter hoc elongaui fugiens, &
Psal. 38. *a* maneo in solitudine, & cū propheta proposui custodire vias
Psal. 139. *c* meas, vt non delinquam in lingua mea: quoniam iuxta eundē
H prophetam, vir linguosus non dirigetur super terrā: & secun-
Prou. 18. *d* dum aliam scripturam, Mors & vita in manibus linguæ. Silē-
Esa. 32. *d* tium autem, dicente Esaia, cultus iustitiæ est. Et bonū est ex-
Hier. 3. *c* pectare (vt docet Hieremias) salutare dei cum silentio. Ad hunc ergo iustitiæ cultum, ad hanc omnium virtutum matrē nutricem custodem, ne penitus videar negare quod petiisti: & te, & quicunque tui similes proficere cupiūt in virtutibus, inuito & prouoco, etsi non verbo doctrinæ, certe mei silētij exemplo: vt vel silendo doceam te silere, qui loquendo compellis me docere quod nescio. Sed quid ego facio? Mirum si non rides quòd ego, qui multiloquiū tantopere damnare videor, in tam multa verba tam loquaciter iam progredior, & dum cupio tibi commendare silentium, contra silentium per multiloquium pugno. Vverricum nostrum de cuius conuersatione & pœnitētia consolari desideras: quantum ex fructibus eius perpendimus, noueris deo dignè conuersari, dignósque pœnitentiæ facere fructus. Libellum autem quem à me exigis, penes me modo nō habeo. Quidam enim amicus noster eodem zelo quo tu flagitas, diu est quòd apud se illum detinet. Sed ne tuæ benignitatis petitionē abire patiar omnino frustratam, alium nuper à me editum in laudibus virginis matris tibi transmitto. Quem quia eius exemplar non teneo, rogo vt quantocyus ad me remittas: vel si maturius
I aduenieris, ipse deferas tecum.

Ad eundem. Epistola CX.

BReues breuibus reddidi literas, occasionem vtique breuiter rescribendi, de tuarum breuitate libenter accipiens. Et verò quid iuuat veras, & vt veraciter loqueris, æternas amicitias vanis atque transitoriis iactitare verbulis? Quantalibet versuum diuersitate, verborum multiplicitate, scriptorum varietate tuam mihi charitatem ostentare seu commendare coneris, minus certe sentio te exprimere quàm diligis. Idémque tu de me sentiendo non falleris. Cum tuæ literæ in manus nostras venerunt: te in corde nostro qui eas miseras inuenerunt. Has quoque nostras nec me sine te scribere certus sum, nec te sine me confido lecturum. Laborāmus quidem vterque ad alterutrum scriptitando, alterius fatigātur & nuncij ad alterum scripta portando: sed nunquid spiritus grauantur amando? Cessent igitur quæ absque labore non possunt actitari: & illud frequentetur, quod quāto attētius satagitur, tanto minus cōstat laborari. Quiescant inquā à dictando ingenia, labia à confabulando, à scribendo digiti, à discurrendo nuntij non autem quiescant corda die ac nocte meditari in lege domini, quæ est charitas. A quo negocio quanto quietiores sumus, tanto minus quiescimus: quantóq; occupatiores sumus in illo, tanto nos quietiores sentimus ex illo. Amemus & amemur, in altero nobis, in altero nostris consulentes. Nam quos amamus, in ipsis profecto requiescimus. A quibus autem amamur, ipsis nos in nobis requié pā- K
ramus. Porro amare in deo, charitatē habere est. Studere vero propter deum amari, charitati seruire est. Sed quid ego facio? Ego promissor breuitatis, iam tenebor prolixitatis exhibitor. Si de fratre Vverrico desideras, imò quia desideras scire: sic currit non quasi in incertum, sic pugnat non quasi aērē verberans. Sed quoniam scit neque pugnātis esse neque curentis, sed miserentis dei: ipsum rogat à te orari pro se, quatenus qui iam donauit ei & pugnare & currere, det & vincere & peruenire. Abbatem vestrum mihi nō tantum propter te, sed & propter suam bonam famam charissimum, corde meo & ore tuo saluto, gratantissime eum visurus illo & tempore & loco quo promisisti. Notifico etiam tibi quòd & nunc paulisper aggrauata manu domini super me, impulsus euersus sum vt caderem: ita vt securi ad radicem infructuosæ arboris corporis mei appositā, iamiámque succidi metuerem: cum ecce tuis cæterorúmque amicorum nostrorum orationibus & hac vice pius dominus pepercit mihi, sub spe tamen promissi fructus in futuro.

Ad abbates Sueßione congregatos. Epistola XCI.

Reuerendis abbatibus apud Sueßionem in nomine domini congregatis, L
ferum sanctitatis eorum frater Bernardus abbas dictus de Claraualle, quæ recta sunt videre, constituere, & tenere.

IRascor occupationibus meis, quibus impedior interesse conuentui vestro, corpore tamen duntaxat. Nam spiritum nec spatia terrarum, nec turba curarum absentare queunt: quippe orantem pro vobis, congratulantem vobis, atque in vobis quiescentem. Non me, inquam, sanctorum potest carere conuentus, nec loci corporisve distantia priuat prorsus à consilio iustorum & congregatione. Illo præsertim cōsilio, in quo non hominum traditiones obstinatius defensantur, superstitiosius obseruantur: sed diligenter humilitérque inquiritur, quæ sit voluntas dei bona & beneplacens & perfecta. Illuc toto desiderio feror, deuotione immoror, condelector amore, inhæreo consensu, æmulatione persisto. Ne ergo in vacuum vos (quod absit) conuenisse sublannent qui dicunt vobis euge euge, contendite obsecro bonas facere vias vestras & studia vestra, quæ profecto nimis bona esse non possunt. Esto quòd possis nimium fortassis esse iustus, possis & nimium sapiens: sed plane bonus vltra modum esse
Eccli. 7. *c* non potes. Et quidem lego, Noli esse nimium iustus. Lego,
Rom. 12. *a* non plus sapere quàm oportet sapere. Nūquid autem aut ne sis nimium bonus: aut non plus bonus quàm oportet? Nemo esse bonus pluſquam oportet potest. Bonus erat iam Paulus: & tamen nequaquam contentus, libenter se ad ea quæ ante M se sunt extendebat, posteriora obliuiscens, & seipso semper melior effici studens. Solus deus melior seipso esse idcirco nō vult, quia nō valet. Recedant à me & vobis qui dicunt: Nolumus esse meliores quā patres nostri: tepidorum & dissolutorum se filios protestantes. Quorū memoria in maledictionē est, quia manducauerunt vuas acerbas, quibus dentes fine est, quia manducauerunt vuas acerbas, quibus dentes fiunt obstupuerunt. Aut si sanctis & bonę memoriæ patriliorum obstupuerunt. Aut si sanctis & bonę memoriæ patribus gloriantur, imitentur certe sanctitatem, quorum indulgentias dispensationésq; pro lege defendunt. Quanquam san-
3. Reg. 19. ctus Helias, Nō sum, inquit, melior quàm patres mei, & non dixit se nolle patribus esse meliorem. Vidit Iacob in scala angelos ascendentes & descendentes. Nunquid stantem quempiam siue sedentem? Non est stare omnino in pendulo fragilis scalæ, neque in incerto huius mortalis vitæ quicquam in eodem statu permanet. Non habemus hic manentem ciuitatem, nec futurā adhuc possidemus, sed inquirimus. Aut ascendas necesse est aut descendas. Si attēdas stare, ruas necesse est.

Minime pro certo est bonus, qui melior esse non vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi etiā desinis esse bonus. Recedant etiam à me & à vobis qui dicunt bonum malū, & malum bonum. Qui dicunt cultum iustitię malum: quodnā bonum iam reputaturi sunt? Vnum verbū olim locutus est dominus: & pharisæi scādalizati sunt. At nouos nunc pharisæos non verbum, sed silentium scandalizat. In hoc vno certe aduertitis quòd occasionem quærūt aduersum vos. Sed sinite illos:

A illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Intendite saluti paruulorum, non murmuri maleuolorum. Non valde illorum vobis curandum est scandalum, qui non sanantur nisi vos infirmemini. Sed nec vt vestris ipsis omnia omnibus placeāt quæ statuitis, expectandum. Alioquin aut nullum aut rarum bonum constituitis. Satius verò ipsorum profectibus quàm voluntatibus prouidetis. Fideliúsque inuitos trahitis ad deum; quàm desideriis cordis eorum relinquitis. Commendo me sanctis orationibus vestris.

Ad Henricum regem Anglorum. Epistola. XCII.

Henrico illustri Anglorum regi Bernardus abbas dictus de Claraualle, cælorum regi de terreno regno seruire fideliter, & humiliter obedire.

IN terra vestra tenetur præda domini mei atque vestri: & illa præda pro qua maluit mori quàm carere illa. Ego eam sequi disposui, & mittere de nostra militia qui in manu valida, si vobis non displicet, requirāt, recuperent & reducant. Et nunc huius rei gratia præmisi hos quos præsentes cernitis exploratores, qui esse rei indagent sagaciter, renunciēntq; fideliter. Assistite eis tanquam nunciis domini vestri, & in ipsis feudum vestrum deseruite. Ipse verò ad honorem suum, ad salutem vestram, ad patriæ sospitatem & pacem, lætum vos &
B inclytum perducat in bonum ac placidum finem.

Ad Henricum Vuintonensem episcopum. Epistola XCIII.

Viro illustri domino Henrico dei gratia Vuintonensi episcopo Bernardus abbas dictus de Claraualle in domino salutem.

MVltorum iam relatione lætabundus accepi locum gratiæ non infimum humilitatem nostram apud vestram celsitudinem obtinere. Non sum meritus, sed eo non ingratus. Itaque refero gratiam pro gratia, & si non condignam, certe quam possum. Nec vereor quantula sit oblatam vel potius relatam à vobis sperni, quam & amanter promereri, & dignanter præuenire curastis. Verum modo plura scribere supersedi, donec vestro, si dignum iudicatis, agnoscam rescripto qualiter pauca hæc accipiatis. Quæ autem rescribere vel iniungere verbo placuerit, abbati Ogerio bene committere potestis, per quem & hæc nostra recipitis. Pro quo etiam vestram excellentiam compellamus, quatenus & notum ex hoc habeat & commendatum, vtpote hominem honestate, scientia, religionéque commendabilem.

Ad abbatem cuiusdem monasterij Eboracensis, vnde exierat prior cum aliquantis fratribus.
C *Epistola XCIIII.*

CONsilium expetitis à me literis transmarinis, quod vtiquam ab alio potius quæsissetis. Coarctor siquidem è duobus, Si enim non respondeo, taciturnitas contemptum quodammodo sonare videbitur. Respondere autem sine periculo me posse non video, cum quicquid respondero, necesse sit aut scandalum cuipiam generare, aut reddere securum quenquam plus quàm oportet, aut certe in quo non oportet. Quòd à vobis recesserunt fratres vestri, nec nostro nec nostrorum factum est, me sciente, consilio vel hortatu. Credimus autem ex deo fuisse, quod nec tantis poruit dissolui conatibus. Credimus hoc idem & ipsos sentire fratres qui nostrum tantopere de scipsis consilium flagitant, credo
Rom. 14. *d* remordente eos conscientia quòd retro abierint. Alioquin beati sunt (secundum apostolum) si se non iudicant in eo quod probant. Cæterum quid faciam vt interrogatus nec silendo nec respondendo molestus sim cuiquam? Ita fortassis expediar, si misero eos qui me interrogant, ad doctiorem, & cuius reuerentior sanctiórque auctoritas sit. Sanctus papa Gregorius in libro pastorali: Quisquis bonum maius subire, inquit, proposuit: bonū minus quod potuit, sibi illicitum fecit. Ad quòd probandum subiicit testimonium de euangelio
Luc. 9. *g* dicens: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cœlorum. Et infert: Qui igitur fortiori studio intenderat, retro respicere conuincitur, si relictis bonis D
amplioribus ad minima retorquetur. Item ipse in homilia tertia super Ezechielem: Sunt nonnulli qui bona quidem quę nouerunt operantur, atq; hæc operantes meliora deliberant, sed retractantes meliora quæ deliberauerant immutant. Et quidem bona agunt quæ cœperant, sed à melioribus quæ deliberauerant succumbunt. Hi nimirum ante humana iudicia stare videntur in opere, sed ante omnipotentis dei oculos ceciderunt in deliberatione. En speculum. In hoc non vultum natiuitatis, sed factū reuersionis suæ considerent: hic se discutiant, hic se diiudicent, cogitationibus suis accusantibus siue defendentibus, & quidem apud spiritualem qui omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur. Quidnam verò maius aut minus, superius an inferius, arctius siue remissius sit, quod videlicet reliquerūt, an ad quod redierunt, ego quidem haud temere diffinierim: ipsi viderint. Et hoc illis Gregorius. Tibi vero pater reuerende, tam tuta certitudine quàm nuda veritate ego dixerim, omnino non expedire spiritum velle extinguere. Noli, inquit, prohibere eum qui potest benefacere, sed *Prou.* 3. *b*
si vales & ipse benefac. Gloriari autem magis oportet in profectibus filiorum, quoniam filius sapiens gloria est patris. De *Prou.* 10. *a*
cætero nemo mihi molestus sit quòd iustitiam Dei non abscondi in corde meo, nisi quòd minus fortasse ob vitandum scandalum quàm debui dixi.

Ad Arch. episcopum Eboracensem. Epistola XCV. E

SPlendor operis, & opinionis odor bene (vt comperi) in gloria vestra conuenerunt. Opinionem opus probat nec falsam fuisse nec vacuam: cum quod ante sparserat vbique volans fama, vbique res ipsa faciat manifestum: quomodo nunc maxime claruit zelus iustitiæ, eminuit & inualuit sacerdotalis vigor, in defensione videlicet pauperum, & pauperum quibus non erat adiutor. Olim quidem opera misericordiæ & eleemosynas vestras enarrabat omnis ecclesia sanctorum. Sed hoc vobis commune cum pluribus, quippe quod à cunctis substantiam huius mundi habentibus exigitur. Verùm hoc opus episcopale, hoc paternæ pietatis tam egregium specimen, hic vere diuinus feruor quo pro tuendis suis pauperibus, ille proculdubio zelum vestrum accendit & accinxit, qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrētem: hoc totum inquā speciale accessit, vestræ dignitatis decus, insigne officij, ornamentum coronæ. Aliud est reficere ventrem esurientis, & aliud sanctā zelare paupertatem. Ibi enim seruitur naturæ, hic gratiæ. Visitabis, inquit, *Iob* 5. *d*
speciem tuam: & non peccabis. Ergo qui alienam carnem fouet, facit ne peccet: qui autem alienam sanctitatem honorat, *Matt.* 10. *d*
fructificat sibi. Ideo ait: Desuper eleemosyna in manu tua donec inuenias iustum cui des. Quo fructu? Quoniam qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Soluamus proinde naturæ debitum, ne peccemus; simus gratiæ coadiutores, vt & participes fieri mereamur. Sane vtrunq; ita F
in vobis admiramur, vt vtrunque datum vobis desuper fateamur, quatenus diuinis laudibus æternaliter misceatur quicquid ex vobis temporaliter necessitatibus nostris impenditur, meritò reuerende & omni amoris synceritate colende atque amplectende pater.

Ad Richardum Fontanensem abbatem, & socios eius. Epistola XCVI.

QVanta audiuimus & cognouimus, ea & fratres nostri, vterque Gaufridus, annunciauerūt nobis, quemadmodum nouiter recaluistis igne dei, conualuistis de infirmitate: refloruistis in nouitate sancta. Digitus dei est iste, subtiliter operans, suauiter renouans, salubriter mutans, non quidem de malis bonos, sed de bonis faciens meliores. Quis dabit mihi vt transeam & videam visionem hanc magnam? Nec enim minus mira minúsve iucunda ista promotio est quàm illa mutatio: nisi quòd multo facilius reperias multos seculares conuerti ad bonum, quàm vnum quempiam de religiosis transire ad melius. Rarissima auis in terris est, qui de gradu quem forte in religione semel attigerit, vel parum ascendat. Vestrum proinde dilectissimi, tam insigne quàm salubre factum non solùm nos qui serui vestræ sanctitatis esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

G percupimus,sed & vniuersam meritò lætificat ciuitatem dei: quippe quo ratius,eo & carius. Erat autem & necessariũ ad cautelam proximam defectui mediocritatem transcẽdere,& declinare tepore m, qui de eo vomitum prouocat,sed & sic oportebat propter cõscientiam. Professis siquidem sanctam regulam,an citra eius puritatem sistere gradum tutũ sit, ipsi sensistis. Dolens doleo quòd vrgente diei malitia & nuncio festinante plenum affectũ exilij cogor designare stylo,& breui chartula latam comprehendere charitatem. Si quid deest, frater G. viua voce supplebit.

Ad ducem Conradum. Epistola XCVII

OMnis potestas ab ipso est cui dicit propheta: Tua est potentia,tuum regnum domine:tu es super omnes gentes. Hinc ergo dignum duxi tuam O illustris princeps,commonere excellentiam:quantum te oporteat deferre terribili,& ei qui aufert spiritum principum. Comes Gebennensis,vt accepimus per os eius,ad iustitiam se obtulit & offert de omnibus quæ te dicis habere aduersus eum. Si super hoc alienam pergis inuadere terram, ecclesias destruere , incendere domos,exulare pauperes,homicidia perpetrare,& humanum fundere sanguinem:nõ est dubium quin grauiter irmanum fundere sanguinem:nõ est dubium quin grauiter irH rites aduersum te patrem orphanorum,& iudicem viduarũ. Eo certe irato non expedit tibi dimicare in quantalibet multitudine vel fortitudine. Nihil enim intererit apud omnipotentẽ dominum sabaoth,in multis an in paucis cui volet dare victoriam. Ipse nimirum cum voluit fecit vt vnus mille,& duo fugarent decem milia. Hæc pauper ego,pauperum permotis clamoribus, tuæ magnificentiæ scribere volui , sciens tibi honorificentius, humilibus cõsentire,quàm hostibus cedere. Nõ quod putem hostem te fortiorem , sed quòd nouerim deum omnipotentem potentiorem,qui superbis resistit, humilibus dat gratiam. Huius rei gratia tuã vir nobilis præsentiam adissem si licuisset. Nũc autem pro me hos de fratribus nostris destinare curaui,si forte suis & nostris precibus à tua dignatione obtineãt vel perfectã concordiam,si fieri põteest-aut certe inducias vsque dum liceat nobis firmam quærere pacem,ad dei voluntatem,& honorem tuum , & patriæ salutem. Alioquin si nec oblatam iustitiam recipis , nec nos precantes respicis,imò deum in nobis de tua te salute commonentem nõ attendis,videat ipse & iudicet. Scimus autem quòd meritò formidamus difficilẽ posse congredi tãtos exercitus absque vtriusque partis grauissima strage.

De Machabæis: sed ad quem scripta sit ignoratur. Epistola XCVIII

I QVod per fratrem Hescelinum tua charitas à mea paruitate quæsiuit,inde iam ad me scripserat Fulco Sparnacensis abbas. Cui ego nil rescripsi: volens si quam forte super hoc reperissem patrum sententiam, ipsam potius ei transmitere ,quàm nouum vel nostrum quippiam respondere:qua nõ facilè ocurrente, sam quod sentio ego sic interim vtrique respondeo, vt quodcunque forte rationabilius quilibet vestrum super eadem quæstiuncula quandoque vel legerit vel audierit,vel certe ipse senserit,mihi vicissim impartiri non negligat. Quæris itaque quidnam visum patribus fuerit,vt solis ex omnibus antiquis iustis singulari quodam priuilegio Machabæis annuam celebritatẽ pari cum nostris martyribus veneratione decernerẽt in ecclesia solenniter exhibẽdam? Si dixero dignos meritò martyrum gloria iudicatos,quibus non impar fuit in martyrio virtus:erit forsitan solutum,cur ipsos,sed necdum plane cur solos,cum & alios nonnullos ex veteribus pari constet zelo pietatis occubuisse,nõ tamen pari & tripudio recoli meruisse. Quod si illis non immeritò huiuscemodi negatur solennis celebritas, quia nimirum quod præbuit virtus, præripuit tempus: cur non & eadem fuit in Machabæis consideratio? Siquidem & ipsi pro tempore non ad cœli mox gaudia, sed ad inferni tenebras descenderunt:ne tunc quippe apparente primogenito ex mortuis,qui aperiret credẽtibus regna cœlorum:agno videlicet de tribu Iuda:qui aperit,& nemo claudit: ad cuius introitum cum omni auctoritate supernis potestatibus diceretur: Tollite portas principes vestras,& eleuamini portæ æ-

Psal.23.b

ternales,& introibit rex gloriæ. Proinde si incongruum videtur cum gaudio recolere transitum,qui gaudij non fuit cauK cator & in istis. Aut si istos ob suæ virtutis meritum festiuo prosequi fauore placet:cur non itidem deferetur & illis? An dicendũ est vtrosque quidem in morte communem habuisse cum martyribus pietatis causam, sed non etiam vtrosque pariter eandem cum illis adeptos fuisse martyrij formam? Vniuersis nempe tam veteris quàm noui testamenti martyribus æquè cõuenit pro iustitia occubuisse:sed interest quòd isti passi sunt quia illã tenebant:illi quia non tenentes reprehẽdebant. Isti quòd eam non desererent:illi quòd deserentes perituros esse asserent. Et vt breuiter totum in quo differũt proferamus:hos cultus,illos zelus iustitię martyres fecit. Soli ex veteribus Machabæi,quia non solùm causam,sed & formam(vt dixi)noui martyrij tenuerunt,iure fortasse in ecclesia cum nouis ecclesiæ martyribus eandem consuetę celebritatis gloriã assecuti sunt. Instar quippe martyrum nostrorum libare & ipsi diis ãlienis, patriãmq; deserere legem,imò mandata dei transgredi cogebantur,renuebant,& moriebãtur. Non sic Esaias,non sic Zacharias,non denique vel magnus ille Ioannes Baptista ita mortuus est: quorum primus ferra fertur scissus fuisse,secũdus inter templum & altare legitur occisus,tertius in carcere decollatus. Si quæritur à quibus,ab iniustis & impiis. Si qua causa,pro iustitia & pietate. Si quomodo,non tam eas confitendo quàm proponendo. Proponebant veritatem audiẽtibus eam:veritas pariebat eis odium,& odium mortem. Licet iniusti & impij,non tam tamen in illis pietatem persequebantur,quàm à se repellebãt; nec tam in illorum iustitiam ferebãtur,quàm propriam tuebantur iniustitiam. Aliud est aliena inuadere, aliud defendere sua. Nõ est idipsum nolle sequi veritatem,& persequi: inuidere credentibus,& increpantibus indignari: obturare os confitentium, & redarguentium stimulos non ferre patienter. Denique misit Herodes,& renuit Ioannem. Quamobrẽ? Quia Christum prædicabat? Quia vir bonus erat & iustus? Imò propter hoc magis reuerebatur illum,& audito eo multa faciebat. Sed quoniam arguebat Herodem Ioannes propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui,ideo vinctus, ideo & decollatus est:passus quidem & ipse pro veritate,sed quam zelare videretur,non negare cogeretur. Hinc est quòd hęc ipsa tanti martyris passio,multorum etiam longe minorum festiuitatibus min9 festiuè recolitur. Profectò si tali ratione & ordine passi fuissent Machabæi,ne vlla quidem fieret de eis mentio. Nunc autem quoniam similes illos fecit martyribus Christianis,non dissimilis veritatis confessio, meritò eos similis prosequitur & veneratio. Nec moueat sane quod quẽadmodũ matyres nominatim & ipsi pro Christo minime passi sunt,quia non interest siue sub lege pro legalibus obseruantiis,siue sub gratia pro mandatis euangelicis quis patiatur. Vterq; enim æque pro veritate,ac per hoc pro Christo,qui dixit: Ego sum veritas: pari cognoscitur. Itaque plus contulit Machabæis in hac parte martyrij genus quàm virtus,quando ne hos quidem ex patribus,quos pari constat virtute illo in tempore pro iustitia decertasse, pari etiam honore concelebrat præsens duntaxat ecclesia. Puto quod arbitretur indignũ quantumlibet laudabili morti quæ Christi mortem præcederet,diem festum impendere:præfertim cum ante illam salutiferam passionem,nõ festiua gaudia sed clausstra tenebrosa quoque morientes exciperent. Sane Machabæos,ideo(vt dictum est)excipiendos iudicauit ecclesia:quoniam quod eis negabat tempus,contulit martyrij genus. Nec solùm ipsos,sed & qui forte vitæ iã in carne mansissent festatæ mortem sua morte præuenerunt, siue morientes in ipsa,sicut Simeon & Ioannes Baptista:siue etiã pro ipsa,sicut innocentes:quos alia ratione,licet ad inferos & ipsi descenderint,ritu nihilo minus solenni veneramur . Et innocentes quidem,quoniã iniustum profecto fuit innocentiam pro iustitia morientem vlla vel præsenti gloria defraudari. Ioannes quoque sciens quod à diebus suis regnum cœlorum vim patitur,vnde & clamat: Agite pœnitẽtiam,appropinquabit regnum cœlorum: simúlq; videns vitam se protinus secuturam, mortem lætus excepit. Quod utique ab ipso domino moriturus scisitari solicitus fuit,ac certificari meruit . Nã cũ per discipulos

Mat.3.d

A discipulos cum interrogasset: Tu es, inquiens , qui venturus
Matt.11.a es,an aliũ expectamus? post enarrata plura miracula audiuit, Et beatus qui non fuerit scãdalizatus in me. In quo nimirũ verbo significauit se dominus morituru m, & tali morte quæ posset Iudæis esse scandalum, gentibus stultitia. Ad hanc vocem sponsi gaudens amicus spõsi alacri animo præcessit, quò & illum in proximo esse venturum,iam dubitare non potuit. Porro qui lætus & tam lætus potuit mori,potuit & lætam sibi memoriam promereri. Sed & senex ille tam plenus virtutum quàm dierum , morte iam propinquã vitam baiulans in
Luc.2.c manibus aiebat: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace : quia viderunt oculi mei salutare tuum. Ac si diceret: Securus descendo in carcerem , qui tam præstò meam sentio redemptionẽ. Et hic ergo qui cum tam secura iucunditate, & iucunda securitate moritur, merito in ecclesia celebrari cum gaudio memoratur. Cæterum illa qua ratione mors festiua reputabitur , quam nulla gaudiorum festiuitas comitatur? Aut vnde gaudium sumeret moriturus, qui se & ad infernales descẽdere tenebras certus erat,nec certi quippiam secum ferebat,vnde in proximo de sui liberatore consolaretur. Inde est quòd vnus sanctorum cum audiret,
Esa.38.a Dispone domui tuæ,quia morieris tu,& non viues: conuertit se ad parietem,& fleuit fletu magno,atque ita impetrauit exosæ mortis aliquam dilationem. Hoc denique & miserabi-
Ibidem. B liter plãgebat dicens: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi . Et paulopost , Non videbo, inquit, dominum
Iob.14.c deum in terra viuẽtium,non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis. Hinc & alius quidam : Quis mihi hoc,ait, tribuat vt in inferno protegas me, & abscondas me donec pertranseat furor tuus : & constituas mihi tempus in quo re-
Gen.42.g corderis mei? Israël quoque ad filios aiebat : Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Quid in his solẽnis lætitiæ,quid festiuæ celebritatis apparet? Nostri autem martyres cupiunt dissolui,& esse cum Christo: certi vbicunque est corpus , illò sine mora congregatum iri & aquilas. Mox inquam ibi exultant iusti in cõspectu dei,& delectantur in lætitia . Ibi ibi benignissime Iesu , ibi statim vt de hoc seculo nequam sanctus quisque eripitur , adimpletur lætitia cum vultu tuo . Vna ibi
Psal.123.a vox iubilo resonat sempiterno , vox vna exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est,& nos liberati sumus. Nunquid hoc decantare libebat apud inferos sedẽtibus in tenebris & vmbra mortis: dum non erat qui redimeret,neque qui saluum faceret: quãdo necdum visitauerat nos oriens ex alto,primitiæ scilicet dormientium Christus? Meritò igitur ecclesia(quæ gaudere cum gaudẽtibus, flere cũ flentibus nouit) quos pares iudicat ex virtute, discernit tamen ex
C causa,tempus genúsque discernunt. Tempus quippe Machabæos à nouis martyribus disiungit , coniungit antiquis . Genus verò nouis aggregat, segregat à veteribus . Et hæ quidem in ecclesia præmissis ex causis differentiæ obseruantur. Cæterum apud deum vniuerso cœtui sanctorum cõmune est quod
Psal.115.4 sanctus ait propheta: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Vnde autem preciosam dixerit , exponat nobis.
Psal.126.4 Cum dederit,inquit,dilectis suis somnum:ecce hæreditas do-
Ioan.11.b mini filij merces fructus ventris . Nec putemus solos martyres esse dilectos,cũ recolamus dictũ de Lazaro, Lazarus amicus noster dormit. Denique beati mortui qui in domino mo-
Apo.14.c riuntur . Non soli qui pro domino sicut martyres , sed qui in domino moriuntur sicut confessores , profecto beati sunt. Duæ proinde res mihi videntur mortẽ facere preciosam, vita & causa: sed amplius causa,quàm vita . Porro illa erit preciosissima,quam & causa commendat & vita.

Epistola XCIX.

NVncium quo te dicis fuisse turbatum , frater Vuillelmus non sua , sed tua necessitate putauit ad te dirigendum. Siquidem ipse suo more dei gratia fortiter agit, alienam
Iacob.1.a à se interim adhuc faciens illam sententiam : Vir duplex animo , inconstans est in omnibus viis suis . Vias quippe domini simpliciter ac per hoc confidenter ambulans , non sentit illud væ, de quo dicitur : Væ terram ingredienti duabus viis. D Te autem audieramus in discordia versari , domum vestram *Eccli.2.a* non sine graui scãdalo abbatis & fratrum deseruisse, solúmq; habitare in nescio quo satis inconuenienti loco . Quo rumore nobis permotis anxiéque quærentibus si quomodo tibi à nobis posset consultum iri , nihil paratius occurrere potuit, quàm vt te vocato ad nos , per te de te certiores prius effici curaremus,sicque quod in promptu esset , præsentes præsenti consuleremus. Sed iam tuo scripto , nostróque rescripto, vtrorumque ab alterutro falsæ suspicionis timore depulso, pariter quiescamus. Verùm hac fallitate quàm vera sit ad nos inuicem dilectio,comprobatum est. Quam quidem dilectionem per hanc mutuam nostri solicitudinem,non infructuose nunc renouatam esse putauerim. Cuius fructum rũc nos quidem copiosè speraremus accipere, si tui nobis copia cum opportunitate daretur. Alioquin opportunius ducimus nos nostra contentos esse inopia,quàm importuna copia abundare.

Epistola C.

SI minus vos pro tanti operis susceptione feruere competissemus , hortandus nobis super hoc & obsecrandus essetis. Nunc verò cum prima inuitauerit nos vestra præcurrens deuotio,restat vt ei à quo bona cuncta procedunt , & referamus grates pro bono quod dedit velle , & fundamus preces vt adiiciat & perficere pro bona voluntate. Tamen gaudium B meum non tacebo vobis. Quas nempe putatis delicias cordi meo afferat vestra huiuscemodi intentio ? Delectabitur in crassitudine anima mea , si infatigabilem cognouero vos in studiis salutaribus & honestis . Gaudeo enim non quia quæro donum,sed requiro fructum. Libenter accipio beneficium quod profit danti. Alioquin non ambulo in charitate illa quę non quærit quæ sua sunt . Et quidem nobis in hoc bene facitis,sed vobis melius: nisi forte excidit vobis illa sententia : Beatius est dare,quàm accipere. Hoc plane decet episcopum: hoc *Act.20.c* sacerdotium vestrum commendat,ornat coronam, nobilitat dignitatem , si quem ministerium prohibet esse pauperem, administratio probet pauperum amatorem . Non enim paupertas virtus reputatur,sed paupertatis Amor. Denique beati pauperes,non rebus,sed spiritu.

Epistola CI.

FRatrem Lambertum , quem in aliquibus forte fluctuantem suscepimus , orantibus quidem vobis pro ipso constantem remisimus , & nulla iam(vt opinamur) scrupulositate pristina laborantem. Causam quippe aduentus eius, necnon & discessionis modum & intẽtionem solicite nobis perscrutantibus : intentionem quidem visus est habere inculpabilem,sed causam non plane sufficientem vt tali modo , id est sine licentia discedere debuisset. Vnde & sumpta iustæ in eum inuectionis occasione, increpato vt oportebat, & confirmato in quibus nutabat,reditum ei persuasimus. Et pro redeun- E te rogamus dilectissimi fratres , esse vos videlicet præstabiles super fratris præsumptione , sed præsumptione vt videtis satis simplici,& non malitiosa : quãdo quidem neque ad dexteram neque ad sinistram declinauit , sed directo ad nos tramite venit , quos vtique pro certo sciebat sanctitatis vestræ esse seruos , vestræ religionis amatores sincerissimos , & æmulatores fidelissimos . Suscipite ergo eum vos qui spirituales estis, in spiritu lenitatis: confirmetúrq; in eo charitas, & excusset malum factum intentio bona . Imò recuperate cum gaudio quem dolebatis amissum : contractámq; de fratris egressione ac transgressione tristitiam , effuget citissima de regressione lætitia . Confido autem de omnipotentis misericordia, quia quicquid exasperauit inordinata discessio , postmodum deleniet emendata conuersatio.

Ad quendam abbatem. Epistola CII.

SVper fratre turbato & turbante fratres , & contemnente magistrum, breue tibi, sed fidele damus consilium. Diaboli studium est circuire in domo dei , & quærere quem deuoret,tuæ econtra vigilantiæ,inquantum potes,nunquam lo cum dare diabolo . Quanto igitur ille acrius insistit quomodo à grege infirmam separet ouiculam, quatenus eo licentius rapiat,quo non fuerit qui cripiat: tanto enixius tibi quantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in te est,resistendum est,ne de manu tua possit eam eruere, nequando dicat inimicus,Prævalui aduersus eam.Itaque aggredere fratrem omni officio charitatis,videlicet beneficiis, salutaribus monitis,secretis increpationibus,publicis exhortationibus, duris etiam & verborum & verberū correptionibus,quodque efficacius esse solet,tuis ad deum pro eo fratrúmque piis orationibus. Quod si iam hæc omnia fecisti, nec profecisti, ad apostoli consilium confugiendum est, dicentis:Auferte malū ex vobis.Auferatur ergo malus ne malos generet.Neque enim potest arbor mala fructus nisi malos facere.Auferatur autem dico,sed nō quomodo ipse vult: vt videlicet tanquā ex tua licentia,cum male secura conscientia extra cōgregationem contra professionem deuitans subiectionē,sui iuris esse,sua permittatur viuere lege.Sed abscindatur vt ouis morbida à grege,vt putridū membrum à corpore:qui iam exinde se pro certo nouerit à te haberi tāquam ethnicum & publicanum.Et ne timeas esse contra charitatē, si vnius eiectione scādalum multorum recompensaueris pace:quippe qui sua forte malitia,fratrum cohabitantium turbare facilè poterat vnanimitatem:cōsoletur te illa Salomonis sententia:Quem deus negligit,nemo potest corrigere. Et H meus,eradicabitur.Et illa beati Ioannis euangelistæ de schismaticis:A nobis exierunt,sed non erant ex nobis. Et rursus apud apostolum. Infidelis si discedit,discedat.Alioquin non est relinquenda virga peccatorum super sortem iustorum,vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.Melius est enim vt pereat vnus,quàm vnitas.

Pſal.12.b
1.Cor.5.c
Eccles.7.b
Mat.15.b
1.Ioan.2.c
1.Cor.7.c

Epistola CIII.

ETsi facie ignotus nobis, etsi corpore remotus à nobis, amicus tamen es:& amicitia notum iam nobis & præsentem te facit.Hanc tibi te nesciente comparauit non caro & sanguis,sed spiritus dei qui Vuillelmum fratrem tuum ęterna nobis societate & spirituali charitate deuinxit, ac per eum te quoque,si dignum iudicas. At si sapis,non contemnes eorum amicitiam quos veritas beatos clamat, & reges pronūciat cœlorum.Quam quidem beatitudinem non inuidemus tibi.Nec enim communicata tibi,nobis minuitur:nec nostri proinde termini restringūtur,si & tu regnaueris.Quęnam vero inuidiæ causa potest esse,vbi sortium magnitudini consortium multitudo nil detrahit?Volo te esse amicum pauperum,magis autem imitatorem.Ille gradus proficientiū est, hic perfectorum. Amicitia pauperum,regum amicos constituit amor paupertatis,reges. Regnum denique cœlorū pauperum est,& est regię potestatis beare pro voluntate amicos.
Facite,inquit,vobis amicos de mammona iniquitatis:vt cū defeceritis,recipiant vos in æterna tabernacula. Vides quia I magna dignitas,sancta paupertas sit:vt nō modo patrociniū ipsa sibi non quęrat,sed & ferat indigentibus.Quale est,hoc, absque interuentu cuiuspiam angelorum vel hominum,sola diuinæ gratiæ confidentia accedere per temetipsum ad vultū gloriæ, capessere summa rerū,attingere totius magnificētiæ culmen? Verùm qualibus ista tu tibi impedias rebus,vtinā sine dissimulatione attendas.Væ, væ, vapor est ad modicum parens,quod ęternę felicitatis aditum intercludit,quod perennis luminis incircunscriptam claritatem absconditˇ, quod vniuersitatis scientia fraudat,quod summæ priuat dignitatis honore.Quousq; tu tantæ gloriæ præfers fœnū quod hodie est,& cras in clibanum mittitur,carnem dico & eius gloriā? Siquidem omnis caro fœnum,& omnis gloria eius tanquam flos fœni.Si sapis,si habes cor,si tecum est lumen oculorum tuorum,desine iam ea sequi quæ & assequi miserum est.Beatus qui post illa non abiit quæ possessa onerant,amata inquinant,amissa cruciant.An non ea satius cum honore spernis, quàm cum dolore perdis?An non ea prudentius Christi cedis amori quàm morti?Est in insidiis prædo: cuius manibus nec te nec tua potes subducere.Non poterit præuideri,quia tanquam fur in nocte ita venier.Nihil intulisti in hunc mundum,haud dubium quia nec quicquā auferes.Dormies somnum tuum,& nihil inuenies in manibus tuis.Sed nosti hæc: non est in docendo te superflue laborandum. Orandum potius,vt quod tibi iam nosse datū est, detur & implere prout oportet.

Luc.16.b
1.Petri.d

Ad magistrum Galterum de Calue monte.
Epistola CIIII.

SÆpe meum animum dulcissima tui subeunte memoria, doleo super te Galtere charissime, cogitans nimirum illud tuæ iuuentutis decus,& ingenij acumen,scientiæ & eruditionis ornatum, quódque his omnibus excellentius est in Christiano,tuos illos mores ingenuos quàm inanibus studiis atteras,dum de tantis muneribus non auctori Christo, sed rebus deseruias transitoriis. O si(quod auertat deus) mors inopinata subripiens ista concusserit,heu subitò cuncta velut ad impulsum vrentis & furentis venti, tanquam fœnum velociter aresċent,& quemadmodum olera herbarum cito decident.Quid ergo tecum tolles de omni labore tuo quem operatus fueris super tetram?Quid retribues domino pro omnibus quæ tribuit tibi?Quid inquam lucri pro tot tibi creditis talētis referes creditori?O si vacuam manum inuenerit ille,ille donorum promptus quidem auctor,sed importunus exactor.Veniet enim veniet,& non tardabit,ad requirēdum vtique quod suum est cum vsura.Suum nempe asserit omne quod te in tua patria pomposis sed periculosis fauoribus nobilitare videtur.Genus clarum,corpus aptum,forma elegās, ingenium velox,eruditionis vtilitas,& honestas morum,gloriosa quidē sunt,sed ei à quo sunt.Si tibi vsurpas,est qui quęrat & iudicet.Esto tamē:liceat tibi hęc interim asscribere nomini tuo,& gloriari in laude tua,& vocari ab hominibus rabbi,& facere tibi nomē grande duntaxat super terrā:quid tibi post mortē de his omnibus nisi sola fortasse memoria relinquetur,& hoc quoque solummodo super terram? Scriptum quippe est: Dormierunt somnum suum,& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus suis.Quod si hic est finis omnium laborum tuorū(vt pace tua dixerim)quid habes amplius iumēto?Siquidē & de tuo Palefrido cū mortuus fuerit, perhibetur quia bonus fuit.Simul vide quid tibi ante tribunal illud terrificū respōdendū sit de eo quod acceperis in vano animā tuā,& animā talē,si tamen inueniaris nil egisse amplius de immortali & rationali spiritu tuo,quàm quoduis pecus de suo,cum brutus vtique spiritus non viuat nisi quandiu viuificat:& vno eodémque momento & viuificare pariter desinat & viuere. Quid,quæso,dignum te iudicabis, qui factus ad imaginem factoris, tantæ in te maiestatis non defendis dignitatem:& tu homo cum in honore esses, honorem tuum non intelligens,comparatus iumentis insipientibus,& similis factus sis illis:dum nil spirituale videlicet aut æternum elaborasseris,sed instar belluini spiritº,qui vtà corpore,ita cum corpore dissoluitur,solis fueris contentus corporalibus ac temporalibus bonis,euangelici illius surdus auditor cōsilij:Operamini nō cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam?Scriptū est autem quòd non ascendit in montem domini,nisi qui nō accepit in vano animā suam. Sed ne is quidem,nisi etiam fuerit innocēs manibus,& mundo corde.Videris tu an de tuis hoc operibus simul & cogitationibus præsumere audeas.Sinautem, attende quid mereatur iniquitas,si sola sufficit inutilitas ad damnationem.Et reuera securā nō erit spina vel tribulus,vbi securis infructuosæ arbori poni videbitur: nec parcet pungenti,qui minatur & sterili. Væigitur & væiterum de quo dicetur:Expectaui vt faceret vuas:& fecit labruscas.Sed noui ego quàm liquido & copiosè hæc me quoque tacente cogitare sufficias:materno verò deuinctus amore, necdum potsis abiicere quod iam contemnere noris.Et quid ego ad hæc respondebo tibi? Vt matrem deseras?Sed inhumanum videtur. Vt cum ipsa maneas?Sed nec ipsi expedit vt sit filio causa perditionis.Forte vt & mūdo simul milites & Christo:Sed nemo potest duobus dominis seruire.Mater tua vult contraria tuę ac per hoc & suæ ipsius saluti.Elige ergo tu ēduobꝰ quod vis,aut vnius videlicet satisfacere voluntati,aut vtriusque saluti.Verum si multum eam diligis, desere potius ipsam propter ipsam: ne si Christum deseras vt maneas cum ipsa,propter te pereat & ipsa.Alioquin male meruit de te quæ te peperit,si propter te perit.Quomodo enim nō perit,quæ ipsum quē peperit permittˇ:Et hæc dixerim, vt tuo aliquo modo carnali cōdescendam cōsulámque affectui.Cæterū fidelis sermo,& omni acceptione dignus,vt etsi impium est cōtemnere matrem,cōtemnere

Pſal.36.a
Ioan.6.d.
Pſal.23.a
Eſa.5.a
Pſal.75.a

A remnere tamē propter Christum,piissimum est. Nam qui dicit,Honora patrem & matrem:ipse etiam dixit: Qui amat patrem aut matrem plus quàm me,non est me dignus.

Matt.15.a
Mat.10.d

Ad Romanum Romanæ curiæ subdiaconum.
Epistola CV.

Bernardus abbas Clarævallis,Romano suo quod suo.

BEne fecisti charissime, tui nobis per literas & renouans dulcem memoriam, & excusans molestissimam moram. Minime quidem desiderantium te cordibus vlla potuit subrepere quandoque obliuio tuæ dilectionis, sed te tui fateor penè oblitum esse putauimus priusquam illas literas videremus. Nunc itaque rumpe moras, fac cito quod scripsisti: & si veraciter stylus expressit affectum, efficaciter opus stylum testificetur.Quid tardas ipsum quem iamdudum conceperas spiritum parturire salutis? Nil mortalibus vel morte certius, vel incertius hora mortis. Siquidem tanquam fur in nocte ita veniet. Væ prægnantibus in illa die.Si superuenerit & præuenerit hunc tam salutiferum partum: heu perfodiet domum,sanctum germen extinguet. Cum enim dixerint pax & securitas,tunc repētinus superueniet eis interitus,sicut dolor in vtero habenti, & non effugient. Volo te mortem etsi B non effugere,certè vel non timere.Iustus quippe mortem etsi non cauet,tamen non pauet.Denique si morte prēoccupatus fuerit,in refrigerio erit.Moritur quidem & iustus, sed securè, quippe cuius mors vt præsentis est exitus vitæ, ita introitus melioris. Bona mors, si peccato moriaris, vt iustitiæ viuas. Hæc mors necesse est vt præcurrat, vt sequatur illa secura.In hac vita quādiu durat,compara tibi illam quæ semper durat. Dum viuis in carne, morere mundo, vt post mortem carnis, deo viuere incipias. Quid enim si conscideris mors saccum corporis tui,dum te subinde circundet lætitia? O quàm beati mortui qui in domino moriuntur, audientes à spiritu vt requiescant iam à laboribus suis.Non solum autem, sed & succedit iucunditas de nouitate,ac de æternitate securitas. Bona proinde mors iusti propter requiem, melior propter nouitatem,optima propter securitatem.Econtra mors peccatorum pessima.Et audi vnde pessima.Mala siquidem est in mundi amissione,peior in carnis separatione, pessima in verbis ignisque duplici contritione. Eia ergo festina, exi,recede, moriatur anima tua morte iustorum,quò fiant & nouissima tua horum similia. O quàm preciosa in cōspectu domini mors sanctorum eius.Fuge quæso,in via peccatorum ne steteris.Quomodo viuere potes, vbi mori non audes? Cum panibus occurrere fugienti paratos nos esse confidito.

Apo.14.c
Pſal.33.d
Pſal.115.a

C *Ad magistrum Henricum Murdach.*
Epistola. CVI.

Dilecto suo Henrico Murdach,Bernardus abbas dictus de Claraualle,salutem, & non in via.

QVid mirum si inter prospera fluctuas& aduersa,qui necdum statuisti supra petram pedes tuos?At si iures & statuas custodire iudicia iustitiæ domini, quid horum te poterit separare à charitate Christi? O si scires & quid dicā? Oculus, deus,non vidit absque te,quæ præparasti diligentibus te.

Eſa.64.a

Sed tu frater qui (vt audiui) prophetas legis, putas intelligis quæ legis?Nam si intelligis, sentis vtique sensum propheticæ lectionis esse Christum. Quem videlicet si apprehendere cupis, citius illum sequendo quàm legendo consequi potes. Quid quæris verbum in verbo,quod iam caro factum præsto est oculis?Iam enim de latibulo prophetarum egressus est ad oculos piscatorum,iam de monte vmbroso & condenso tanquam sponsus de thalamo suo prosiliit in campum euangelij.Iam qui habet aures audiendi, audiat illum clamantem in templo:Qui sitit,veniat ad me & bibat.Et,Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos.Tu ergo times deficere,vbi se veritas reficere te promittit? Certe si tātū te delectat tenebrosa aqua de nubibus aëris,quāto iucundius hauries de serenissimis fontibus saluatoris? O si semel paululum quid de adipe frumenti,vnde satiatur Hierusalem, degustares: quàm libenter suas crustas rodendas literatoribus Iudæis relinqueres? O si te vnquam in schola pietatis sub magi- D stro Iesu merear habere sodalem!O si mihi liceat purificatum prius tui pectoris vasculum supponere vnctioni quæ docet de omnibus! O quàm libens tibi pariter calidos panes, quos vtique adhuc fumigantes, & quasi modo de furno (vt aiunt) recens tractos, de cœlesti largitate crebrò Christus suis pauperibus frangit! Vtinam si quam mihi guttam quandoque de pluuia voluntaria quam segregauit hæreditati suæ,stillare dignetur in dulcedine sua pauperi deus, mox eam tibi possem refundere,& rursus à te vicissim recipere quod senseris. Experto crede,aliquid amplius inuenies in syluis,quàm in libris. Ligna & lapides docebunt te quod à magistris audire nó possis. An non putas posse te sugere mel de petra, oleúmque de saxo durissimo?An non montes stillant dulcedinem,& colles fluunt lac & mel,& valles abundant fruméto?Multis occurrentibus mihi dicendis tibi, vix me teneo. Sed quia non lectionem sed orationem petis,adaperiat dominus cor tuum in lege sua & in præceptis suis. Vale.

Idipsum ipsi Vvillelmus & Iuo. Quid super hoc vobis dicemus?Quod vos videre,& ad quid desideremus,scitis:quantum vero,nec nos dicere,nec vos scire potestis.Oramus ergo deum,vt vobis quò nos præisse debueratis, tribuat vel sequi, quatenus & in hoc tantæ humilitatis magistrum teneamus, cum videlicet non despexeritis magister sequi discipulos.

E

Ad Thomam præpositum de Beuerla.
Epistola CVII.

Thomæ dilecto filio suo Bernardus,quod filio.

QVid opus est verbis? Feruens spiritus & vehemens desiderium aperiri sola lingua non sufficit.Loquantur nobis affectum tuum & reliqua membra. Præsens melius & innotescet nobis, & nos cognoscet.Iamdudum ab inuicem tenemur alteruttum debitores,ego fidelis curę,tu humilis obedientiæ.Probet vtrumque,si placet,opus,non calamus. Volo te & tibi vsurpare, & in me probare illam vnigeniti vocem: Opera quæ dedit mihi pater vt faciam,ipsa testimonium perhibent de me. Sic reuera, sic vnici filij spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quòd filij dei sumus & nos, cum suscitans ex operibus mortuis largitur opera vitæ. Non ex foliis, non ex floribus, sed ex fructu arbor bona malāve dignoscitur.Denique à fructibus, ait, cognoscetis eos. Opera ergo & non verba discernunt inter filios dei, & filios diffidentiæ. Operibus proinde desiderium & aperi tuum,& experire nostrum. Delideramus præsentiam tuam, quærimus optatam, immo promissam exigimus. Cur tanto?Nil in ea sane expetimus de carne & sanguine. Aut proficere ex te cupimus, aut prodesse tibi. Generositas sanguinis, proceritas corporis, forma elegans, iuuenilis decor, prædia, palatia, immensa supellex, infulæque dignitatum, adde & mundi sapientiam, de mundo sunt hæc,& mundus quod suum est diligit.Sed quousque? Non solùm enim non semper, vtpote qui non semper F erit, verùm nec diu quidem. Diu siquidem ista in te mundus habere non poterit, & te quippe ipsum in breui non habiturus. Nam breues dies hominis sunt. Mundus quidem cum suis concupiscentiis transit, sed te prius emittit, quàm ipse pertransit. Quid te sine fide delectat amor mox finiendus? Nos verò te,non tua diligimus. Tua sint à quo sunt. Tu tuæ promissionis memor, tui nobis copiam diutius non negaris amantibus te synceriter, & amaturis perenniter. Purè siquidem nos amantes in vita nostra, in morte quoque nó erimus separati.Nam ea quę in te vel potius tibi appetimus,nó huius corporis sunt, nec huius temporis tantùm: ideóque nec cum corpore deficiunt, nec cum tempore prætereunt. Quinimo posito corpore plus delectant,post tempora durāt.Nil simile habent cum supra enumeratis eorúmve similibus,quę vtique insunt tibi,non ex patre,sed ex mundo.Quid horum enim vel non præuenit mortem, vel non inuenit? At verò ista optima pars est,quæ non auferetur in æternum.Quid istud?Nec oculus vidit,nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Qui homo est, & secundum hominem ambulat, qui videlicet(vt manifestius dicam) carni adhuc acquiescit & sanguini, quid illud sit, penitus nescit: quia caro & sanguis non reuelabunt quæ solus reuelat deus per spiritum suum.Animalis ergo ho-

Ioan.5.f
Matt.7.c
Ioan.6.f
Matt.11.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gmo ad hoc secretum nequaquam admittitur, siquidem non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Beati qui audiunt: Vos autem dixi amicos, quia omnia quęcunque audiui à patre meo, nota feci vobis O seculum nequam, quod solos tuos sic soles beare amicos, vt dei facias inimicos: consequenter & indignos consilio beatorum. Plane enim qui amicus vult esse tuus, inimicus dei constituitur. Quod si seruus nescit quid faciat dominus eius, quanto minus inimicus? Porro autē amicus sponsi stat, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Vnde & loquitur: Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus
Cantic.5.c est. Amicus itaque mundi excluditur à consilio amicorum dei qui non spiritum huius mundi acceperunt, sed spiritum qui ex deo est: vt sciant quæ à deo donata sunt sibi. Confiteor tibi pater quia abscondisti hæc à sapientibus & prudenMatt.11.d tibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quia sic fuit placitum ante te, nō quia sit meritum vel ab ipsis. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, vt gratis mittas spiritum filij tui clamātem in cordibus filiorum adoptiouis, abba pater, Hoc quippe spiritu qui aguntur, hi filij sunt: nec paterno prorsus arcendi consilio. Habent nempe in se manētem spiritum qui scrutatur etiam profunda dei. Denique quid ignorent, quos vnctio docet de omnibus? Væ vobis filij huius seculi à vestra insipiente prudentia, ignorantes spiritum salutarem: nec par-
H ticipantes consilium quod solus soli eructat filio, excepto cui voluerit filius reuelare. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Non equidem nullus, sed rarus. Soli sane qui veraciter dicere possunt: Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit nobis. Vę mundo à strepitu.
Clamat in populis iisdem vnigenitus tanquam magni consilij angelus: Qui habet aures audiendi, audiat. Et quoniam di-
Luc.8.a gnos non inuenit sensus, quibus patris committat arcanum, texit parabolas turbis: vt audientes non audiant, & videntes non intelligant. Cæterum amici seorsum audiunt: Vobis datum est nosse mysterium regni dei. Quibus & loquitur, Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare
Luc.12.d vobis regnum. Qui sunt hi? Vtique quos præscuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij dei, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Magnum secretúmque innotuit consilium. Nouit dominus qui sunt eius. Sed quod notum erat dei, manifestatum est hominibus. Nec alios sanè dignatur tanti participatione misterij nisi eosipsos quos suos præscioit & prędestinauit. Nam quos prædestinauit, hos & vocauit. Quis enim sane nisi vocatus ad dei accedit consilium? Quos autem vocauit, hos & iustificauit. Oritur quippe sol, non is qui quoditie oriri cernitur super bonos & malos, sed qui timentibus deum prophetica pronunciatione promitti-
I tur solis ad consilium vocatis. Vobis, inquit, qui timetis de-
Mala.4.a um, orietur sol iustitiæ. Manentibus igitur in tenebris filiis diffidentiæ, cuadit in nouam hanc lucem lucis filius de potestate tenebrarum, si tamen iam fidenter deo dicere po-
Psal.118.b test: Particeps ego sum omnium timentium te. Vides quia præcedit timor, vt sequatur iustificatio? Forsitan ergo timore vocamur, amore iustificamur. Denique iustus ex fide viuit, illa prouidubio quæ operatur ex dilectione. Audiat itaque in sui vocatione peccator quod timeat: & sic accedens ad solem iustitiæ, videat illuminatus quod diligat. Quidnam
Psal.102.c est illud? Misericordia domini ab æterno & vsque in æternum, super timentes eum. Ab æterno propter prædestinationem, in æternum propter beatificationem. Altera carēs principio, altera nesciens finem. Siquidem quos ab æterno prædestinat, in æternum beatificat: intercedente sanè media vocatione vnà cum iustificatione, duntaxat in adultis. Sic ad ortum solis iustitiæ, sacramentum absconditum à seculis de prædestinatis & beatificandis emergere quodammodo incipit ex abyssō æternitatis, dum quisque vocatus per timorem, iustificatus per amorem, præsumit se quoque esse de numero beatorum: sciens nimirum quia quos iustificauit, illos & magnificauit. Quid enim? Audit se vocari, cum timore concutitur: sentit & iustificari, cum amore perfunditur, & de magnificatione diffidet? Initiatur, prouehitur, & de sola consummatione desperabit? Nempe si initium sapientiæ timor domini, in quo dicta est esse nostra vocatio: quid nisi proiectus in sapientia est amor dei, is duntaxat qui interim ex fide est ex quo & nostra fit iustificatio? Quid item nisi consum- K
matio in sapientia est, ipsa quam in fine speramus de diuina illa & deifica visione glorificatio? Sic abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum suarum, cum in terrore iudiciorum suorum immensa illa æternitas, & æterna immensitas, cuius sapientiæ non est numerus, cor hominis prauum & inscrutabile, mira sua bonitate & potentia educit in admirabile lumen suum. Verbi gratia. Ponamus hominem in seculo. seculi adhuc & suæ carnis amore retentum: & cum terrestris homi nis imaginem portet, incubantem terrenis, nil de cœlestibus cogitantem: quis hunc non videat horrendis circunfusum tenebris, nisi qui in eadem mortis vmbra sedet: quippe cui nullum adhuc suæ salutis signum eluxerit, cui necdum in aliquo interna testetur inspiratio an boni de se quippiam æterna teneat prædestinatio? At verò si superna eum miseratio dignanter quandoque respexerit, immiseritque spiritum compunctionis, quatenus ingemiscat & resipiscat, mutet vitam, domet carnem, amet proximum, clamet ad deum, proponátque decætero viuere deo, non seculo: ex qua deinde superni luminis gratuita visitatione & subita mutatione dexteræ excelsi, agnoscat se merito quidem non iam iræ sed gratiæ filium, quippe qui paternum erga se diuinæ bonitatis experi- L
tur affectum, quod se vtique hactenus in tantum latuerat, vt non solùm nesciret vtrumnam dignus foret amore, an odio, verumetiam odium magis & non amorem propria cōuersatio testaretur, erant enim tenebræ adhuc super faciem abyssi: nónne is tibi videtur quasi de abysso profundissima & tenebrosissima horrendæ ignorantiæ, in aliam quādam quoque trahi abyssum è regione amœnam & lucidam claritatis æternæ? Et tunc demum quasi diuidit deus lucem à tenebris, cum peccator sole illucescente iustitiæ, abiectis operibus tenebrarum induitur arma lucis: & is quem prior vita ac propria conscientia tanquam reuera filium gehennæ deputauerat ardoribus sempiternis, ad tantam visitantis se orientis ex alto dignationem respirans, gloriari etiam incipit præter spem in spe glorię filiorum dei, quam iam nimirum è vicino reuela a facie exultans nouo in lumine speculatur, & dicit:
Psal.4.b Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti lætitiam in corde meo. O domine, quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis, quia reputas eum? Iam se ô bone pater, vermis vilissimus & odio dignissimus sempiterno, tamen confidit amari, quoniam se sentit amare: immo quia se amari præsentit, nō redamare cōfunditur. Iam apparet in lumine tuo ô inaccessibilis lux, quid boni penes te, etiam cum malus esset, miserum maneret homunculum. Amat proinde M
non immeritò, quia amatus est sine merito. Amat sine fine, quia sine principio se cognoscit amatum. Prodit in lucem ad miseri consolationem, magnum consilium quod ab æterno latuerat in sinu æternitatis: quòd nolit videlicet deus mortem peccatoris, sed magis vt cōuertatur & viuat. Habes homo huius arcani indicem spiritum iustificantem: eóque ipso
Psal.118.c testificantem spiritui tuo quòd filius dei & ipse sis. Agnosce consilium dei in iustificatione tui. Confitere & dic: Consilium meum iustificationes tuæ. Præsens nanque iustificatio tui, & diuini est consilij reuelatio, & quędam ad futuram gloriam præparatio. Aut certe prædestinatio, ipsa potius præpa-
Matt.3.b ratio est, iustificatio autem magis iam appropinquatio. Denique ait: Agite pœnitentiam, quia appropinquabit regnum
Mat.25.d cœlorum. Audi & de prædestinatione, quòd ipsa sit præparatio. Percipite, inquit, regnum quod vobis paratū est ab origine mundi. Nemo itaque se amari diffidat, qui iam amat. Libenter dei amor nostrum quem præuenit subsequitur. Nam quomodo redamare pigebit, quos amauit & necdum amātes? Amauit, inquam, amauit. Habes enim dilectionis pignus spiritum, habes & testem fidelem Iesum, & hunc crucifixum. O geminum ipsúmque firmissimū dei erga nos amoris argumentum. Christus moritur, & meretur amari. Spiritus afficit, & facit amari. Ille facit cur ametur, iste vt ametur. Ille suam multam dilectionem in nobis commendat, iste & dat. In illo cernimus quod amemus, ab isto sumimus vnde amemus. Charitatis igitur ab illo occasio, ex isto affectio. Quanta confusio dei filium ingratis oculis cernere morientem? Quod quidem facile contingit, si desit spiritus.

Nunc

A Nunc autem quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, amati amamus, amantes amplius meremur amari. Si enim cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Quid enim?
Rom.8.f Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: num etiam omnia cum ipso donatus est nobis? Cum ergo geminum teneamus nostræ salutis indicium, geminam sanguinis & spiritus effusionem: neutra sine altera prodest. Nam nec spiritus datur nisi credentibus in crucifixum, nec fides valet si non operatur ex dilectione. Dilectio autem donum spiritus est. Quod si secundus homo (Christum loquor) factus est non solùm in animam viuentem, sed
Gen.6.g etiam in spiritum viuificantem: ex vno videlicet moriens, ex altero mortuos suscitans: quid mihi prodesse potest quod in ipso moritur, absque eo quod viuificat? Denique ipse ait:
1.Cor.8.a Caro non prodest quicquam, spiritus est qui viuificat. Quid est autem viuificat, nisi iustificat? Cum enim mors animæ peccatum sit, anima quippe quæ peccauerit, ipsa morietur: vita eius sine dubio iustitia est, quoniam iustus ex fide viuit. Iustus autem quis est, nisi qui amanti se deo, vicem rependit amoris? Quod non fit nisi reuelante spiritu per fidem
B homini æternum dei propositum super sua salute futura. Quæ sane reuelatio non est aliud quàm infusio gratiæ spiritualis: per quam dum facta carnis mortificantur, homo ad regnum præparatur quod caro & sanguis non possident, simul accipiens in vno spiritu & vnde se præsumat amatum, & vnde redamet, ne gratis amatus sit. Hoc itaque est illud sacrum secretúmque consilium quod à patre filius in spiritu sancto accipiens, suis quos nouit per eundem spiritum iustificando eos communicat, & cōmunicando iustificat, quando id quisque accipit in sui iustificatione, vt incipiat & ipse cognoscere sicut & cognitus est, cum videlicet datur & ipsi præsentire aliquid de sua ipsius futura beatitudine, quemadmodum ab æterno latuit in prædestinante, plenius appariturum in beatificante. De qua tamen iam percepta suimet ex parte notitia, interim quidem glorietur in spe, nondum tamen in se-
Psal.33.a curitate. Quàm miserandi qui ad tam iucundum iustorum cōsilium, nullum adhuc tenent suæ vocationis testimonium? Domine, quis credidit auditui nostro? O vtinam saperent & intelligerent. Verum nisi crediderint, non intelligent. Sed habetis & vos, ô infelices seculi male securi amatores, vestrum seorsum à iustis consilium. Squama squamæ coniungitur, & non est spiraculum in vobis. Habetis inquam & vos ô
Psal.2.a impij, communicatum ādinuicem cōsilium: sed plane aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Etenim si dicente scriptura pietas est cultus dei: profecto quisquis plus amat mundum quàm deum, impius atq; idololatra esse conuincitur, colens & seruiens creaturæ potius quàm creatori. Habentibus autem (vt dictum est) sanctis atque impiis suum ad se quibusque consilium, magnum proculdubio inter vtrosq;
Psal.1.b chaos firmatum est. Nam quomodo iustus lōge se facit à consilio & consilio malignantium, ita nec resurgunt omnino impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum. Est quippe iustorum consilium, pluuia voluntaria quam segregauit deus hæreditati suæ. Est consilium verè secretum: descendens nimirū sicut pluuia in vellus. Est fons signatus, cui alienus non communicat. Est sol iustitiæ, qui timentibus deum tantùm oritur. Porro cæteros aduertens propheta in sui siccitate & cæcitate remanentes, iustorum siquidem imbris & lucis expertes, infœcundos ac tenebrosos, confusos & auersos,
Ezech.7.f Psal.8.4.b subsannat & notat: Hæc est, inquiens, gens quæ non audiuit vocem dei sui. Nō vultis ô miseri dicere cum Dauid: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Vtique foris fusi in vanitates & insanias falsas: intimum optimúmque non requiritis
Psal.4.a veritatis auditum. Filij hominum vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Surdi ad vocem veritatis, ignorantes cōsilium cogitantis cogitationes
Num.15.a pacis: sed & loquētis pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Iam vos, inquit, mundi estis, propter sermonē quem locutus sum vobis. Ergo qui hunc sermonem non audiunt, immundi sunt. Cæterum tu ô charissime, huic voci dei tui dulciori super mel & fauum, si
352
præparas aurem interiorem, fuge curam exteriorem: vt expe- D
dito & vacante interno sensu, dicas & tu cum Samuele: Lo- 1.Reg.3.b
quere domine, quia audit seruus tuus. Vox hæc non sonat in foro, sed nec auditur in publico. Secretum consilium, secretum quærit auditum. Auditui tuo gaudium pro certo dabit & lætitiam, si sobria aure perceperis. Abrahæ præcipitur exi-
Gene.12.a re de terra & de cognatione sua, vt videre & possidere mereretur terram viuentium. Iacob relicto fratre & patria Iorda-
Gene.29.d nem transit in baculo, & excipitur Rachelis amplexibus. Ioseph dominatur Aegypto mercatione furtiua patri sublatus
Gene.39.a & patriæ. Ecclesiæ iubetur vt concupiscat rex decorem eius,
Psal.44.e & obliuisci populum suum, & domum patris sui. Puer Iesus
Luc.2.f inter cognatos & notos à parentibus quæritur, nec tamen inuenitur. Fuge fratres tuos & tu, si tuam vis inuenire salutem. Fuge inquam de medio Babylonis, fuge à facie gladij aquilonis. Parati sumus cum panibus occurrere fugienti. Abbatem tuum me nominas, non renuo interim propter obsequium. Obsequium dico, non quod exigam, sed quod exhibeam: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam dare in redemptionem pro mulais. Veruntamē si dignum iudicas, accipe condiscipulum, quem magistrum eligis. Vnus sit ambobus magister Christus, & ipse sit epistolæ finis, qui finis est ad iustitiam omni credenti.

Ad alterum Thomam de sancto Audomaro, qui transcesso suo terminum quem posuerat, annuas adhuc petebat indutias, ob studium literarum tardans conuersionem suam. Epistola CVIII. E

Charissimo filio suo Thomæ, frater Bernardus Clarævallis votatus abbas, in spiritu timoris ambulare.

BEne facis agnoscens debitum tuæ promissionis, & dilatæ creatum solutionis nō diffitens. Sed volo te non solū quid, sed & cui promiseris, cogitare. Nam ego mihi nihil vsurpo ex eo quod me coram, & nō mihi promissum ipse mecū recolis. Frustra proinde times exprobratū tibi iri à me super frustratoria dilatione, qui testis accitus sum, & non dominus voti. Vidi, & gauisus sum. Et hoc oro, vt gaudium meum plenum sit, quod non erit nisi cum fuerit impleta promissio. Terminū posuisti, quem non oportuit transgredi. Transgressus es, quid ad me? Tuo domino stas, aut cadis. Mihi sane decretum est pro imminenti periculo non probris non minis agere tecum, sed monitis, idque quatenus æquo admiseris animo. Si me audieris, bene: si non, ego non iudico quenquam: est qui quærat & iudicet. Qui enim iudicat nos, dominus est. Et hinc tibi plus timendum arbitror ac dolendum, quia non homini, sed deo mentitus es. Et si ego (vt vis) tuæ verecundiæ parco coram hominibus: num illa quæ coram deo est impudentia, impunita relinquitur? Quid quæso rationis habet verecun- F
dari ad diem hominis, & vultum dei non vereri? Nam vultus domini super facientes mala. Tu ergo plus times opprobria quàm tormenta, & qui trepidas ad linguam carnis, contemnis gladium qui deuorat carnes? Hæccine est illa morum pulcherrima compositio, qua informari te scribis scientię huius apprehensione: cuius studio & amore sic ferues, vt non vereareis sancto proposito præiudicium facere? Sed quæso te, quod memoriale virtutis, quæ laus disciplinæ, quis scientiæ profectus, vel artis fructus, trepidare timore vbi non est timor, & timorem domini relinquere? Quàm salubrius discères Iesum, & hunc crucifixum? Quam vtique scientiam haud facilè nisi qui mundo crucifixus erit apprehendit. Falleris fili, falleris si te putas inuenire apud mundi magistros, quam solē Christi discipuli, id est mundi contemptores, dei munere assequuntur. Nec enim hanc lectio docet, sed vnctio: non litera, sed spiritus: non eruditio, sed exercitatio in mandatis
Osee.10.d domini. Seminate, inquit, vobis ad iustitiam, metite spem vitæ: illuminate vobis lumen scientiæ. Vides quia non recte proditur ad lumen scientiæ, nisi iustitiæ germen præcedat ad animam: ex quo formetur granum vitæ, & non palea gloriæ. Quid ergo? Nondum tibi ad iustitiam seminasti, nondum spei manipulos messuisti, & veram te præsumis sectari scientiam? Nisi forte pro vera supponitur illa quæ inflat, & stul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtius erras appendens argentũ tuum non in panibus, & labores tuos non in saturitate. Obsecro redi ad cor, & aduerte hunc annuum terminum, quem tu tibi indulsisti in iniuriam dei, non esse annum placabilem domino, sed discordię seminarium, iræ fomitem, nutrimentum apostasiæ, qui spiritum extinguat, gratiam intercludat, teporem afferat illum qui deo solet vomitum prouocare. Heu heu videris mihi vno spiritu ambulare, sicut & vno cęteri nomine cum altero illo Thoma, olim scilicet præposito de Beuerle: qui cum se similiter nostro ordini, & nostræ domui toto desiderio deuouisset, cœpit induciari, & ita paulatim refrigescere, donec subita & horrenda morte præreptus, factus de medio est seculari & præuaricator, & duplo filius gehennæ. quod ab eo, si fieri potest, auertat misericors & miserator dominus. Extat epistola quam ad eum frustra scripsi, nisi quòd meam ipsius animam liberaui, denuncians (quod in me fuit) quæ oportet fieri cito. Beatus foret si me, audisset. Dissimulauit: mundus ego sum à sanguine eius. Verum id nõ sufficit mihi: quia etsi sim in facto isto securus de me, illa tamen quæ non quærit quæ sua sunt, charitas vrget me lugere illum, qui securus non exiit, quoniam male securus vixit. O iudiciorum dei abyssus multa, ô terribilis in consiliis deus super filios hominum. Spiritum donauit, quem erat denuo ablaturus, vt esset H supra modum peccans peccatum: & gratia subintrauit, vt abundaret delictum. Quod tamen non fuit culpa dantis, sed addentis præuaricationem. Sui nimirum arbitrij erat, quod male liber liberum habuit, contristare spiritum, contemnere gratiam, nec mancipare effectui suggestum dei, vt posset di-
1.Cor.15.b cere: Gratia dei in me vacua non fuit. Tu si sapis, illius insipientia proderit tibi, & lauabis manus tuas in sanguine peccatoris, & curabis cito absoluere te à laqueo perditionis, me à timore horribili. Ego enim haud secus fero fateor, auersionem tuam, quàm euisceratiõnem meam: quoniã charissimus factus es mihi, & paterno te amplector affectu. Eapropter ad omnem recordationem tui, animam meam transuerberat gladius iste timoris, tanto acerbius, quanto te minus ti-
1.Thess.5.a mentem cõsidero, Scio nempe vbi de talibus legerim: Cum dixerint pax & securitas, tunc subitaneus eis superueniet interitus, tanquam in vtero habenti, & nõ effugient. Multa autem præsentio imminere tibi pauenda tardanti resipiscere, tãquam multa expertus, quę ô si cognouisses & tu. Crede ergo experto, crede amãti, cui ex altero non falli, ex altero nõ fallere inesse cognoscis.

Ad illustrem iuuenem Gaufridum de perrona, & socios eius.
Epistola CIX
Dilectis filiis Gaufrido & sociis eius, Bernardus abbas dictus Clarævallis, spiritum consilij & fortitudinis.

I SEtmo qui insonuit, ædificat multos, imò vniuersalem lętificat ciuitatẽ dei, ita vt lætẽtur cœli, & exultet terra, & omnis lingua glorificet deũ de vestra conuersione, Terra mota est, quia cœli destillauerunt à facie dei Sinai, pluentes istis diebus solito abundantius pluuiam volũtariam quam segregauit deus hæreditati suæ. Non apparebit vltra vacua in vobis crux Christi quemadmodum in multis filiis diffidentiæ, qui tardantes conuerti ad dominum de die in diem, improuisa morte subtracti, in puncto descendunt ad inferos. Omnino resloruit, & nunc quasi de nouo lignũ in quo pependit dominus gloriæ, qui mortuus est non tantùm pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ipse ipse colligit vos, qui diligit vos tanquam viscera suæ, tãquam fructum precio sissimum crucis suæ, tanquam dignissimam recompensationem effusi sanguinis sui. Si ergo gaudent an-
Luc.15.b geli super vno peccatore pœnitẽtiam agente, quid in tã multis & in illis peccatoribus, qui quanto illustriores vibebãtur in seculo, scientia, genere, iuuentute, tãto pluribus erant perditionis exemplum? Legeram: Non multos nobiles, nõ multos sapientes, nõ multos potẽtes elegit deus: at nunc præter regulam mira dei potẽtia talium conuertitur multitudo. Vi-
1.Cor.1.d lescit gloria præsens, iuuẽtutis flos conculcatur, non reputatur generositas, sapiẽtia mũdi stultitia iudicatur, nõ acquiescitur carni & sanguini, parentum & charorum renunciatur affectibus, fauores & honores & dignitates reputantur vt stercora, vt Christus lucrifiat. Laudarẽ vos, si vobis hęc acci- K
1.Tim.4. disse ex vobis cognoscerem. Cæterum digitus dei est iste, & mutatio planè dexteræ excelsi. Datum optimum est, & donum perfectum, nec dubium quin descendens à patre luminum. Idcirco in ipsum omne præconium iure referimus, qui facit mirabilia solus, qui fecit ne in vobis ociosa iam esset ea quæ apud se est copiosa redemptio. Quid igitur opus est facto dilectissimi, nisi vt satagatur quomodo laudabile propositum, dignum consequatur effectum? Studete proinde perseuerantiæ, quæ sola virtutum coronatur. Non inueniatur apud vos est & non, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, apud quem nimirum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Vos quoque fratres in eandem imaginem transfortamini à claritate in claritatem tanquã à do-
Iacob.1.a mini spiritu, curantes omni vigilãtia & ipsi non inueniri le-
Eccle.3.a ues, instabiles, fluctuãtes. Scriptum est enim: Vir duplex animo, incõstans est in omnibus viis suis. Et rursum: Væ ingredienti terram duabus viis. Et ego charissimi quantũ congratulor vobis, tãtum gratulor & mihi, qui vt accepi, dignus habitus sum minister eligi consilij huius, Et cõsilium do, & auxiliũ spondeo. Si videor necessarius, aut certe si dignus iudicor non recuso laborẽ, nõ deero pro viribus. Deuotus suppono humeros, etsi iã fessos sarcinæ huic, si mihi cœlitus imponatur. Lætus, & obuiis (vt dicitur) manibus excipio ciues
Esa.21.d sanctorum, & domesticos dei. Quàm libens, iuxta mandatũ propheticum, occurro cum panibus fugientibus à facie gladij, aquam fero sitientibus. Reliqua posui in ore nostri immo & vestri Gaufridi. Quicquid vobis vice nostra dixerit ille, nostrum non dubitetis esse consilium.

Ad parentes eiusdem Gaufridi consolatoria.
Epistola CX

SI filium vestrum deus facit & suum, quid vos perditis, aut ipse quid perdit? Fit de diuite ditior, de nobili generosior, clarior de illustri, & quod his omnibus maius est, sanctus de peccatore. Oportet autem eum præparari regno quod sibi paratum est ab origine mundi, atque huius rei gratia modicum tempus quod viuere habet, manere nobiscum: donec abrasa spurcitia vitæ secularis, ac terreno detorso puluere, cœlesti mansioni fiat idoneus. Si diligitis eum gaudebitis vtique: quia uadit ad patrem, & talem patrem. Ipse quidem vadit ad deum, sed vos nõ perditis eum, quin potiũ multos per eum acquiritis vobis filios. Quotquot sumus in Claraualle, vel de Claraualle, ipsum in fratrem, vos in parẽtes suscipimus. At fortasis metuitis corpori eius vitę asperitatem, quod nimirũ tenerum nostris esse ac delicatum. Cæ-
M Psal.15.b terum de huiusmodi timore dicitur: Ibi trepidauerunt timore, vbi non fuit timor. Confidite, consolamini. Ego ero illi in parrem, & ipse erit mihi in filium, quousq; de meis manibus excipiat eum pater misericordiarum, & deus totius consolationis, Nolite ergo lugere, & nolite flere: quia Gaufridus vester festinat ad gaudium, nõ ad luctum. Ego ergo illi pater, & ego mater, ego frater & soror. Ego faciã ei praua in directa, & aspera in vias planas. Ego ei omnia sic tẽperabo, & sic dispensabo, vt & spiritus proficiat, & corpus nõ deficiat: Denique seruiet dominio, in lætitia & exultatione, & cãtabit in viis domini, quoniam magna est gloria domini.

Ex persona Heliæ monachi ad parentes suos.
Epistola CXI

SOla causa qua non liceat obedire parentibus, deus est. Ipse enim dicit: Qui amat patrem & matrem plus quàm
Mat.10.d me, non est me dignus. Si me vere vt boni, vt pij parentes diligitis: si veram, si fidelem erga filium pietatem habetis: quid me patri omnium deo placere satagentem inquietatis, & ab eius seruitio, cui seruire regnare est, retrahere attentatis? Vere nunc cognosco quia inimici hominis domestici eius. In hoc vobis obedire non debeo, in hoc vos nõ agnosco
Mich.7.b parẽtes, sed hostes. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad meum atque vestrum, immo vniuersorum patrem. Alioquin quid mihi & vobis? Quid à vobis habeo nisi peccatum & miseriam? Hoc solum quod gesto cõrruptibile corpus, de vestro me habere fateor & agnosco. Non sufficit vobis

A bis quòd me in hanc seculi miseriã miseri miserũ induxistis: quòd in peccato vestro & peccatores peccatorem genuistis: quòd in peccato natum, de peccato nutristis: nisi etiam inuidendo mihi misericordiam quam cõsecutus sum ab eo qui non vult mortem peccatoris, filium insuper gehennæ faciatis? O durum patrem, ô sæuam matrem, ô parentes crudeles & impios, immo non parentes, sed peremptores, quorũ dolor, salus pignoris: quorum consolatio, mors filij est. Qui me malunt perire cum eis, quàm regnare sine eis. Qui me rursus ad naufragium, vnde tandẽ nudus euasi: rursus ad ignem, vnde vix semiustus exiui: rursus ad latrones, à quibus semiuiuus relictus sum, sed miserante Samaritano iam aliquantulum conualui, reuocare conantur: & militem Christi propè iam rapto cœlo triumphantem (quod non in me glorior, sed in eo qui vicit mundum) ab ipso iam introitu gloriæ, tanquam canem ad vomitum, tanquam suem ad lutum, ad seculum reducere moliuntur. Mira abusio. Domus ardet, ignis instat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, euadenti suadetur regredi. Et hæc ab his qui in incendio positi sunt, & obstinatissima dementia, ac dementissima obstinatione fugere periculum nolunt. Proh furor. Si vos contemnitis mortem vestrã, cur etiam appetitis meam? Si, inquam, negligitis salutem vestram, quid iuuat etiam persequi meam? Quare vos non potius sequimini me fugientem, vt non ardeatis? An hoc est ve-
B stri cruciatus leuamen, si me etiam perimatis: & hoc solum timetis, ne soli pereatis? Ardens ardentibus quod solatium præstare poterit? Quæ inquam consolatio damnatis socios habere suæ damnationis? Quóuve remedium morientibus,
Luc.16.g alios videre morientes? Non hoc mihi persuadet dies ille qui in tormentis desperatus de sui liberatione, rogabat nunciari fratribus suis, ne & ipsi venirent in locum eundem tormentorum, timens proculdubio ex suorum cruciatu augeri suum. Quid ergo? Ibo & consolabor lugentem matrem meam mei ad tempus visitatione, vt in æternum lugeam, & me & ipsam sine consolatione? Ibo inquam & satisfaciam patri meo irascenti pro mei ad tempus absentia: cõsolandus & ipse ad tempus de eius præsentia, vt postmodum & quis-
Matt.8.c que pro se, & vtrique pro alterutro inconsolabili desolemur
Psal.76.a tristitia? En potius exemplo apostoli non acquiescens carni
Hier.17.b & sanguini, vocem audiã domini iubentis: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et cantabo cum Dauid: Reuuit consolari anima mea. Et cum Hieremia: Diem hominis non cõcupiui: domine tu scis. Quid enim? Funes ceciderunt mihi in præclaris, & cœlestis hæreditas præclara est mihi: & terrena adulatur promissio, blanditur consolatio carnis? Gustato spiritu necesse est desipere carnem. Affectanti cœlestia, terrena
C non sapiunt. Aeternis inhianti, fastidio sunt transitoria. Desinite igitur parentes mei, desinite & vos frustra plorando affligere, & me gratis reuocando inquietare, ne si adieceritis nuncios vltra mittere pro me, plus me elõgare cogatis. Si autem dimittitis, Claramuallem in perpetuum non dimittam. Hæc requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Ibi pro meis atque vestris peccatis iugiter orabo: ibi precibus assiduis (quod & vos cupitis) impetrabo si potero, vt qui eius amore ab modico tẽpore hoc inuicem separamur, in alio seculo simul felici & inseparabili societate in eius amore viuamus per omnia secula seculorum. Amen.

Ad Gaufridum Lexouiensem. Epistola CXII.

DOleo super te fili mi Gaufride, doleo super te. Et merito. Quis enim non doleat florem iuuentutis tuæ, quem lætantibus angelis deo illibatum obtuleras in odorem suauitatis, nunc à dæmonibus conculcari vitiorum spurcitiis, & seculi sordibus inquinari? Quomodo qui vocatus eras à deo reuocantem diabolum sequeris? & quem Christus tra-
Mich.7.b here cœperat post se, repente pedem ab ipso introitu gloriæ
Psal.57.b retraxisti? In te experior nunc veritatem sermonis domini quem dixit: Inimici hominis, domestici eius. Amici tui & proximi tui aduersum te appropinquauerunt, & steterunt. Reuocauerunt te in fauces leonis, & in portis mortis iterum collocauerunt te. Collocauerũt te in obscuris sicut mortuos seculi, & iam parum est vt descendas in ventrem inferi, iam te deglutire festinat, ac rugientibus præparatis ad escam tradere deuorandum. Reuertere quæso, reuertere priusquam te D absorbeat profundũ, & vrgeat super te puteus os suum: priusquam demergaris vnde vlterius non emergas: priusquam ligatis manibus & pedibus proiiciaris in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium: priusquam detrudaris in locum tenebrosum, & opertum mortis caligine. Erubescis forte redire, quia ad horam cessisti? Erubesce fugam, & non post fugam reuerti in prælio, & rursum pugnare, necdum finis pugnę, necdum ab inuicem dimicantes acies discesserunt, adhuc victoria præ manibus est. Si vis, nolumus vincere sine te, nec tuam tibi inuidemus gloriæ portionem. Læti occurremus tibi, lætis te excipiemus amplexibus, dicemúsque: Epulari &
Luc.15.g gaudere oportet, quia hic filius noster mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Ad Sophiam virginem. Epistola CXIII.

Bernardus abbas de Claraualle, Sophiæ virgini virginitatis seruare titulum, apprehendere fructum.

FAllax gloria, & vana est pulchritudo: mulier timẽs deum, ipsa laudabitur. Condelector filia gloriæ virtutis tuæ, qua fallacem mũdi gloriam respuisse narraris. Ipsa quidem dignè respuitur, sed quia multi aliter sapientes in eius æstimatione delipiunt, tu iure laudaris, quia non falleris. Flos fœni est, vapor est ad modicum parens. Ipse eius qualiscunque status, E nónne plus anxietatis quàm iucunditatis habet? Cum vendicas, dum defendis, dum inuides, dum suspicaris, dum semper ambis quæ non habes, & nonnullis adeptis acquirendi non tepescit ardor, quæ requies in gloria tua? Si qua tamen est, præterit iucunditas non reditura, & manet anxietas non relictura. Cæterum videas eam quamplurimos non apprehendere, contemnere perpaucos. Cur hoc? Profecto quia necessitas multorum est, virtus paucorum. Paucorum inquam paucorum, præsertim nobilium. Denique non multos nobiles, sed ignobilia mundi elegit deus. Proinde benedicta tu in nobilibus: quæ pro gloria certantibus cæteris, de contemptu gloriæ gloriosius sublimaris, & sublimius gloriaris. Insignior plane atque illustrior, quòd de paucis facta es, quàm quòd orta de magnis. Illud nanque dei munere tuum est, hoc tuorum. Porro quod tuum est, tanto carius est, quanto rarius. Nam si in viris virtus, rara est auis in terris, quanto magis in fœmina fragili & nobili? Denique mu-
Prou.31.b lierem fortem quis inueniet? Multo magis quis fortem & no bilem? Minime quidem deus est acceptor personarum: nescio tamen quo pacto virtus in nobili plus placet. An forte quia plus claret? Siquidem ignobilis cum caret gloria, non facile liquet vtrum quia nolit, an quia non possit habere. Laudo factam de necessitate virtutem, sed plus illam quàm eligit libertas, non indicit necessitas. Certent ergo cæteræ quæ spem non habent, pro rerum fugacium atque fallacium F vili breuique gloriola, tu spei quæ non confundit, innitere. Tu te, inquam, ei quod breue hoc ac momentaneum tribulationis tuæ supra modum in sublime operatur ponderi gloriæ reseruato. Quod si tibi exprobrauerint filiæ Belial, illæ quæ extento collo, fractis incedunt gressibus, compositæ & circumornatæ, vt similitudo tẽpli, respondę: Regnum meum non est de hoc modo. Respondę: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Respondę: Gloria mea absconditа est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit vita mea: tunc & ego apparebo cum ipso in gloria. Quanquam & si gloriari oportet, potes tu quoque ingenuè, potes securè, tantùm in domino. Omitto sanè coronam quam tibi dominus præparauit in æternum. Sileo repromissiones quæ te in posterum manent, quòd felix sponsa admittenda es, reuelata facie speculari gloriam sponsi tui, quòd te sibi exhibiturus est gloriosam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi: quòd ætetnis excepturus amplexibus, ponet læuam sub capite tuo, & dextera illius amplexabitur te. Prætereo locum nominatum, quem virginitatis prærogatiua singularem à filiis & filiabus in regno es proculdubio sortitura. Sileo & canticum illud, nouum, quod virgo cum virginibus singulari nihilo minus dulcique modulamine cantura lætaberis in ipso, & læti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gficabis ciuitatem dei cantans, & curſitans, & ſequens agnum quocunque ierit. Illud ſiquidem nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod tibi præparatum eſt, & cui te præparari oportet. Hæc ergo prætermitto quæ in futuro repoſita ſunt tibi, præſentia tantùm loquor, ea loquor quæ de primitiis ſpiritus iam tenes: ſponſi xenia, arras ſponſalitias, benedictiones dulcedinis, in quibus te præuenit, quem & ſubſecuturum atque quod deeſt completurum expectas. Ille ille in medium veniat ſummo decore ſpectabilis, ipſis quoque angelis admirandus ornatus, & proferant ſi quid ſimile habent filiæ Babylonis, quam verè gloria in confuſione. Induuntur purpura & byſſo, & ſubinde conſcientia pannoſa iacet. Fulgent monilibus, moribus ſordent. Econtra tu foris pannoſa, intus ſpecioſa reſplendes, ſed diuinis aſpectibus, nõ humanis. Intus eſt quod delectat, quia intus eſt quem delectat, niſi forte tu dubitas habitare Chriſtum per fidem in corde tuo. Denique omnis gloria eius filiæ regis abintus. Iocundare filia Sion, & exulta ſatis filia Hieruſalem quia concupiuit rex ſpeciem tuam, ſi tamen confeſſionem & decorem induis amicta lumine ſicut veſtimento. Nempe confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius. Cuius? Specioſi forma præ filiis hominum. Ipſius in quem deſiderant angeli proſpicere. Audis cui places, ama vnde places. Ama confeſſionem, ob quam amaris. Ama confeſſionem, ſi affectas decorem. Confeſſioni iungitur decor, iungitur pulchritudo. Habes vtrunque: Confeſſionem & decorem induiſti. Et, Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius. Reuera vbi confeſſio, ibi pulchritudo, ibi decor. Si peccata ſunt, in confeſſione lauantur: ſi bona opera, confeſſione commendantur. Cum mala tua confiteris, ſacrificium eſt deo ſpiritus contribulatus: Cum dei beneficia, immolas deo ſacrificium laudis. Bonum animæ ornamentum confeſſio, quæ & peccatoré purgat, & iuſtum reddit purgatiorem. Abſque confeſſione iuſtus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. A mortuo quippe, tanquam qui non ſit, perit confeſſio. Cõfeſſio igitur, peccatoris eſt vita, iuſti gloria. Et neceſſaria eſt peccatori, & iuſtum nihilo minus decet. Denique rectos decet laudatio. Serica & purpura & tinctura rum fucus, decorem habent, ſed non præbent. Quicquid tale applices corpori, exponit ſpeciem ſuam, non deponit. Secum denique tollit, cum tollitur ipſum. Porro decor qui cum veſte induitur, & cum veſte deponitur, veſtis proculdubio eſt, non veſtiti. Tu ergo noli æmulari in malignantibus, & mendicãtibus pulchritudinem alienam, vbi perdiderint ſuam. Natiuo quippe & interno ſe produnt decore nudas, quæ tanto ſtudio & precio de diuerſis & variis ſpeciebus eius quæ præterit figuræ mundi, foris ſibi conficere ſatagũt vnde oculis inſipientium appareant ſpecioſæ. Indignum tibi iudica, formam à pellibus murium, & operibus vermium mutuari. Tua tibi ſufficiat. Ille eſt verus propriúſque cuiuſque rei decor, qui nulla interiacente materia per ſe ineſt. O quàm decenti rubore genas ſuffundit virgineas ingeniti gemma pudoris. Quæ inaures reginarum huic comparabuntur? Nec interioris inſigne decoris, diſciplina præfert. O quàm compoſitum reddit omnem puellaris corporis ſtatum, nedum & mẽtis habitum diſciplina? Ceruicem ſubmittit, ponit ſupercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohiber, moderatur linguam, gulam frenat, iram ſedat, format inceſſum. Talibus decet pudicitiæ veſtem diſtingui margaritis. Iſtiuſmodi circundata varietate virginitas, cui gloriæ merito non præfertur? Angelicæ? Angelus habet virginitatem, ſed non carnem, ſane felicior quàm fortior in hac parte. Optimus & optabilis valde ornatus iſte, qui & angelis poſſit eſſe inuidioſus. Sed aduerte & aliud de eodem. Profecto tanto tibi manet tutus, quanto & proprius. Vides nempe auro & argento, lapidibus precioſis, & omni denique cultu regio non tam ornatas quàm oneratas. Vides longas poſt ſe trahentes fimbrias, ipſaſque, precioſiſſimas, & denſas puluueris nubes excitantes in aëra. Non te moueant hæc. Illæ illa vel in morte deponent, te tua ſanctitas non relinquet. Non ſunt ſua quę portant. Cum interierint, non ſument omnia, neque deſcendet cum eis gloria hęc. Mundus cuius ſunt, nudis illis exeuntibus retinebit, eiſdem vanis vanas ſimiliter alias ſeducturus. At verò tuus ille ornatus non ſic. Firmiſſime tibi (vt dixi) manet, propterea tutus, quia tuus. Nullius facilè aut cedit iniuriis, aut patet inſidiis. Aduerſus huiuſmodi nil furis calliditas, nil furentis crudelitas poteſt. Nec à tineis roditur, nec vetuſtate corrumpitur, nec conſumitur vſu. In morte viuit. Nimirum animæ res eſt, non corporis: & ob hoc ſimul cum anima de corpore abit, non obit cum corpore. Porro animæ non habent quid faciant etiam qui corpus occidunt.

Ad alteram ſanctimonialem.
Epiſtola CXIIII.

MAgnum eſt mihi gaudium quòd te ad verum & perfectum gaudium velle tendere comperi, quod non eſt de terra, ſed de cœlo: id eſt, non de hac conualle plorationis, ſed de illa quam fluminis impetus lætificat ciuitate dei. Et reuera illud verum & ſolum eſt gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur: & quod cum poſſederis, nemo tollet à te. Cui comparata omnis aliunde iucunditas, mœror eſt: omnis ſuauitas, dolor eſt: omne dulce, amarum: omne decorum, fœdum: omne poſtremo quodcunque aliud delectare poſſit, moleſtum. Denique tu mihi reſtis es in hac re. Teipſam interroga: quia tu tibi familiarius credes. Nunquid non hoc ipſum clamat in corde tuo ſpiritus ſanctus? An non tibi iam ab ipſo priuſquam à me huius rei veritas perſuaſa eſt? Quando enim tu fœmina & iuuencula, formoſa & ingenua, ſic fragilem & ſexum vinceres, & ætatem, ſic ſpectabilem & formam & generoſitatem contemneres, niſi cuncta quæ corporis ſenſibus ſubiacent, in illorum iam tibi comparatione vileſcerent, quę te interius & confortant vt vincas, & delectant vt præferas. Nec immerito. Modica tranſitoria, terrena ſunt quæ deſpicis: maxima, æterna, cœleſtia ſunt quæ appetis. Plus dicam, & verum dicam: Tenebras deſeris, & lucem ingrederis. De profundo fluctuum emergis ad portum. De miſera ſeruitute in fœlicem libertatem reſpiras. De morte denique tranſis ad vitam. Siquidem vſque modo tua non dei voluntate, tua viuens non dei lege, viuens mortua eras. Viuens mundo, mortua deo: ſiue (vt verius loquar) nec mundo viuens, nec deo. Volens quippe ſub habitu & nomine religionis inſtar vnius de ſeculo conuerſari, ſola deum à te voluntate repuleras. Non autem valens quod ſtulte volebas, non tu quidem mundum, ſed te mundus repulerat. Deum ergo repellens, & à ſeculo repulſa, inter duas (vt dicitur) ſellas corrueras. Nec deo itaque viuebas, quia nolebas: nec ſeculo, quia non poteras, alteri quidem volens, alteri inuita, ſed tamen vtrique mortua. Sic debet contingere his qui vouent & non ſoluunt, qui aliud foris oſtentant, & intus aliud appetunt. At verò nunc per dei miſericordiam incipis reuiuiſcere, non peccato, ſed iuſtitiæ: non ſeculo, ſed Chriſto: ſciens quia & ſeculo viuere, mors eſt: & in Chriſto etiam mori, vita. Beati nempe mortui, qui in domeno moriuntur. Ex hoc iam nec votum tuum irritum, nec caſſam profeſſionem cauſabimur. Ex hoc iam nec corporis integritas animi corruptione infirmabitur, nec morũ prauitate virginitatis titulus obſcurabitur. Ex hoc iam nec falſum nomen, nec vacuum velamen portabis. Vt quid enim hactenus nonna & ſanctimonialis vocitata es? quæ ſub ſanctitatis nomine, non tamen ſanctè cõuerſata es? Cur velum in capite mentiebatur reuerentiam, & ſub velo petulans oculus exhibebat impudentiam? Caput ſiquidem gerebas velatum, ſed elatum. Sub ſigno verecundiæ ſermo reſonabat inuerecundus. Riſus immoderatior, inceſſus laſciuior, veſtis ornatior, vni inflatæ magis quàm velatæ congruerent. Sed ecce iam vetera Chriſto auctore tranſierunt, & noua fieri incipiunt omnia: dum cultum exteriorem interiore cõmutas, & magis vitam quàm veſtẽ appetis habere ornatã. Facis quod debes, immo quod iam feciſſe debueras. nam olim iam voueras. Sed ſpiritus qui ſicut & vbi vult & quando vult, ſpirat, necdum ſpirauerat. Et idcirco forſitan quod hucuſque egiſti, excuſationem habet. Cæterum ſi flammantem ſpiritum quo nunc recaluit ſine dubio cor tuum intra te, & in meditationibus tuis exardeſcentem ignem diuinum iam extingui permiſeris: quid reſtat niſi vt te illi ſeruandam noueris igni, qui nõ poſſit extingui? Sed extinguat potius idem ſpiritus in te nondum cognoſcere quod dico. Intra ergo cor tuum, & inſpice meum: & vel tantum mihi tribue amoris erga te, quantum tibi erga me ineſſe ſentis: ne ſi nos quidem minus, te verò amplius amare præſumpſeris, eo te nobis præferre puteris, quo & vincere nos charitate putaueris. Cæterum tuæ modeſtiæ eſt, potius id ſentire de nobis, vt qui te affecit ita me diligere & eligere ad conſilium tuæ ſalutis, æquè affecerit & me in obſequium tuę dilectionis. Tu ergo videris quomodo me tecum retinueris: ego (vt verum fatear) nuſquam abs te abſque te recedo. Hæc tibi interim de via breuiter in tranſitu ſcribere volui, ſperans me maiori ocio maiora miſſurum, ſi deus annuerit.

Ad eandem. *Epiſtola CXVII.*

REcepi delicias cordis mei, pacem tui. Lætus ſum, quia tu læta nunciaris: méque admodum animo reddit incolumem, tua innoteſcens alacritas. Hæc nimirum lætitia nil habet de carne & ſanguine, cum humilis ex ſublimi, ex ingenua ignobilis, pauper ex diuite viuas, fratris, filij, patriæque deſtituta ſolatio. Sine dubio ergo quod in te alacritatis natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Quippe iamdudum à timore dei concipiens parturiſti iam tandem ſpiritum ſalutis, foras vtiq; mittente charitate timorem. O quàm libentius iſta præſens colloquerer, quàm ſcribo abſens? Crede mihi, iraſcor occupationibus quibus frequenter impediri videor ne te videam: & delector occaſionibus quibus vel interdum expediri videor, vt te videam. Rara quidem datur huiuſmodi opportunitas, ſed cara, fateor, eſt mihi vel ipſa raritas. Eſt enim ſanè melius videre te vel nonnunquam, quàm nunquam omnino. Spero me in proximo venturum ad te, iam nunc prolibans gaudium proximè plenéque futurum.

Ad Beatricem nobilem & religioſam matronam.
Epiſtola CXVIII.

MIror tuæ deuotionis ſtudium, tuæ erga nos dilectionis affectum. O bona domina, quid tibi & nobis? Vnde tanta tibi ſolicitudo de nobis? Si filij, ſi nepotes, ſi vel aliqua extrema propinquitatis linea tibi iuncti eſſemus, tua crebra beneficia, frequentes ſalutationes, innumera denique tui amoris inſignia quæ quotidie experimur, non tam nobis miranda viderentur, quàm ex debito ſuſcipienda. Nunc autem cum genere tantùm dominam non matrem te cognoſcamus, non mirum ſi miramur, ſed mirum ſi ſatis mirari poſſumus. Quis enim notorum vel cognatorum noſtrorum curam habet de nobis? Quis vnquam de noſtra ſalute interrogat? Quis inquam non dico ſolicitus, ſed vel memor noſtri eſt in ſeculo? Amicis, propinquis, vicinis noſtris facti ſumus tanquam vas perditum, ſola nos obliuiſci non potes. Inquiris de eſſe & ſtatu ſanitatis noſtræ, de via quam nuper egimus, de monachis quos ad alium locum tranſtulimus. De quibus breuiter reſpondeo, quòd de terra deſerta, & de loco horroris & vaſtæ ſolitudinis introducti ſunt in abũdantiam rerum, ædium, & amicorum: in terram deniq; fertilem, & locum amœnæ habitationis. Lætos itaque & in pace reliquimus læti nos, & in pace reuerſi ſumus: præter quòd ego paucis diebus, ſed non parum, febre redeunte, ita vt mori timerem, aggrauatus fui. Sed rurſum deo miſeráte cito conualui, ita vt nunc fortiorem ſaniorémque me ſentiam poſt viam peractam, quàm ante inchoatam.

Ad ducem & duciſſam Lothoringiæ.
Epiſtola. CXIX.

Duti & duciſſæ Lothoringiæ Bernardus abbas de Claraualle, ſic ſuis adinuicem charis ac caſtis delectari amplexibus, vt ſolus Chriſti amor ſuperet in ambobus.

EX quo cœpimus mittere pro noſtra neceſſitate in terram veſtram, multam ſemper inuenimus in oculis veſtræ dignitatis familiaritatem & gratiam. Benedictionem largitatis veſtræ noſtris hominibus cum neceſſe fuit, liberaliter exhibuiſtis. Paſſagium tranſeuntibus, & ſi quod eſt aliud iuris veſtri debitum, mercantibus libenter dimiſiſtis. De quibus

A te concupiſcentias carnales, ne forte ab his præfocato (quod abſit) nuper concepto ſancto deſiderio, in flammas contingat incidere gehennales.

Ad ſanctimonialem quandam de monaſterio ſanctæ Mariæ Trecenſis. Epiſtola CXV.

RElatum eſt mihi te quaſi aſperioris vitæ deſiderio tuum monaſterium velle deſerere. Quam rem diſſuadentibus tibi atque omnimodis prohibentibus ſpirituali matri tuæ, ſiue ſororibus cum acquieſcere nolles, placuiſſe tandem noſtrum ſuper hoc conſilium eligere: vt quicquid ego laudauerim, id tibi credas expedire. Debueras quidem doctiorem ad hoc conſilium eligere. Quia tamen ſic tibi viſum eſt, quod hinc mihi rectius videtur, non celo. Hoc itaque tuum deſiderium ex quo cognitum habui: cogitans atque recogitans quo quidem ſpiritu conceperis, facilè iudicare non audeo. Potes nanque in hac re zelum dei habere, vt excuſabilis ſit tua intentio: ſed quomodo ſecundum ſcientiam tua talis voluntas impleatur, omnino nõ video. Cur inquis? Non eſt ſapere, vt opulentiam, vt vrbis frequentiam, vt pinguia fugiam & delicias? An non mea mihi pudicitia tutior erit in eremo, vbi in pace cum paucis aut ſola conuerſans, ſoli placeam cui me probaui? Nequaquam. Nam volenti perperam
B agere, & deſertum abundantiam habet, & nemus vmbram, & ſilentium ſolitudo. Malum quippe quod nemo videt, nemo arguit. Vbi autem non timetur reprehenſor, ſecurius accedit tentator, licentius perpetratur iniquitas. In conuentu verò bona ſiqua facis, nemo prohibet: malum autem facere ſi vis, non licet. Mox etenim à pluribus comperitur, arguitur, emendatur: ſicut econtrario bonum cum vident, omnes mirantur, venerantur, imitantur. Vides ergo filia quòd & tua merita immanior in conuentu gloria ſequitur, & citior culparum correctio, quando ibi ſunt & quibus de bonis exemplum præbeas, & quas de malis offendas. Denique vt ex illa iam euangelica partitione omnem tibi auferam tui excuſationem erroris, aut de fatuis virginibus vna es (ſi tamen virgo es) aut de prudentibus. Si de fatuis, congregatio tibi neceſſaria eſt. Si de prudentibus, tu congregationi. Nam ſi ſapiens & probata es, religio certe quæ illo in loco nouiter innouata nunc vbique laudatur, multum tua diſceſſione diffamabitur & infirmabitur, vt timemus. Dicetur quippe quòd bona cum ſis, bonum ordinem nequaquam deſereres. Quod ſi fatua cognita es, & recedis, dicemus quòd quia cum bonis male viuere non licet, bonas mala non ferens quæris vbi viuere licet vt libet. Et meritò. Nam ante ordinis emendationem nunquam (vt aiunt) inde locuta es. At vbi religio creuit,
C ſanctior ſubitò facta, feruore repentino cogitare cœpiſti de cremo. Agnoſco filia agnoſco, vtinam & tu mecum agnoſcas ſerpentinum virus, fraudulenti dolum, verſipellis aſtutiã. In nemore lupus habitat. Si ſola ouicula vmbras nemoris penetras, præda vis eſſe lupo. Sed audi me filia: fidele audi conſilium. Siue peccatrix, ſiue ſancta ſis: noli te ſeparare à grege, nequando rapiat, & non ſit qui eripiat. Sancta es? Stude tuo exemplo tuæ ſocias acquirere ſanctitatis. Peccatrix es? noli addere peccata peccatis. Sed age pœnitẽtiam vbi es: ne diſcedens cum tui quidem periculo, vt oſtenſum eſt, & ſororibus quidem ſcandalum relinquas, & multorum in te prouoces detrahentium linguas.

Ad Ermangardem quondam comitiſſam Britanniæ.
Epiſtola CXVI.

Dilectæ in Chriſto filiæ ſuæ Ermangardi, quondam eximiæ comitiſſæ, nunc humili Chriſti ancillæ, Bernardus abbas Claræuallis, pium ſanctæ dilectionis affectum.

VTinam ſicut chartam nunc præſentem, ita & meam tibi mentem expandere poſſem. O ſi legere poſſes in corde meo, quod ibi de amore tuo, ſuo digito deus ſcribere dignatus eſt, certe agnoſceres quàm nulla linguavel penna ſufficiat exprimere quod in intimis mihi medulis dei ſpiritus imprimere potuit. Et nunc quidem præſens ſum ſpiritu, licet corpore abſeus, ſed nec mihi nec tibi eſt vnde appaream. Eſt tamen penes te vnde poſſis de me vtcunque coniicere, etſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.25.d Gomnibus sine dubio merces vestra multa est in cœlis, si tamẽ verum esse credimus quod dominus in euangelio promittit: Quandiu fecistis vni ex minimis meis, hoc mihi fecistis. Sed quid est quòd ministros vestros, quæ vos donastis, exigere rursum permittitis? Dignum est vobis & honorificũ, vt quod vobis pro salute animarum vestrarum placuit donare, nemo vestrorũ repetere audeat. Si ergo vos (quod absit) beneficiorum vestrorum nõ pœnitet: donúmq; quod in beneplacito vestro à vobis sæpe recepimus, æquè adhuc vt habeamus vtrique vestrum complaceat: iubete ita firmiter & inconcusse teneri, quatenus vltra fratres nostri à nullo ministrorum vestrorũ timeant propter hoc disturbari. Alioquin non renuimus domini nostri sequi exemplum, qui pro se non dedignatus est soluere censum: parati & nos libenter quæ sunt Cæsaris Cæsari reddere, & vectigal cui vectigal, & tributũ cui tributum, præsertim quia (iuxta apostolum) non tam debemus requirere datum nostrum, quàm fructum vestrum.

Ad ducissam. Epistola CXX.

GRatias agimus deo pro tam deuota voluntate quam gerga ipsum & seruos eius vos habere cognouimus. Quotiens enim in corde carnali terrenis dignitatibus alto, vlla vel minima scintillula cœlestis amoris accensa videtur, diuinum sine dubio est munus non hominis virtus. Et nos H quidem largitatis vestræ vestris in literis nobis oblata beneficia gratanter amplectimur. Sed cognita illa subita & grandi satis occupatione, qua vos nunc detineri necesse est, conueniens ducimus, vestram, quantum vobis placuerit, expectare opportunitatem. Nemini etenim quantum in nobis est vellemus esse oneri, præsertim in his quæ ad deum pertinent: vbi nõ dati lucrum, sed dantis fructum magis requirere debemus. Diem itaque nobis si placet atque locum rescribendo per hunc nuncium nominate, quò iuuante deo, præsenti expedita instantia, nostris partibus appropinquare debeatis, & fratre Vuidone vobis obuiã facto, si quid in terra vestra inuenerit quod aptum sit ordini nostro, promissa vestra expeditius atque alacrius compleatis. Hilarem enim datorem dili-
2.Cor. 9.b git deus. Aut si forte non placet vobis dilatio, & hoc notificate, quia parati sumus in hac re quantũ ratio patitur, vestræ obtemperare voluntati. Ore vestro ducem salutamus: & tam ipsum quàm vos admonemus, vt si castrũ pro quo guerram
Matt.16.d facturi estis, vestri iuris non esse noueritis, pro dei amore relinquatis. Scriptũ quippe est: Quid prodest homini si mundũ vniuersum lucretur: se autẽ perdat, & detrimentũ sui faciat?

Ad ducissam Burgundiæ. Epistola. CXXI.

IVestræ dignationis specialis familiaritas quam erga nos pauperes homines habere videmini, eousque progressa est, vt quisquis vestram dignitatem se habere sentit infensam, per nullum facilius quàm per nos confidat redire in gratiam. Hinc est quòd dudum Diuione cum essem, Hugo de Besua multis me precibus ad placandam sibi vestram, quam meruerat, indignationem applicauit: & vt coniugio de filio suo quod vobis quidem non placitum, sed sibi (vt putat) commodum irretractabiliter facere statuerat, amore dei, & nostro assensum præberetis. Cuius rei causa ecce nunc rursus tam suis quàm suorum precibus aures nostras pulsare curauit. Et nos quidem vtilitates illius terrenas non valde curamus. Veruntamen quia res (vt ipse dicit) ita in arcto posita esse videtur, quatenus nisi cum ipsius periurio nequaquã possit obuiari cõiugio: hoc vobis intimare cõueniens duximus, quia grandis debet esse vtilitas, quam Christiani & vestri hominis legalitati præponere debeatis. Neq; enim & periurus esse, & legalis simul manere poterit. Quanquam etiam vobis non solùm nullum lucrum, sed & multum videamus ingruere periculum, si quos fortassis deus coniungere disposuit, per vos disturbari contigerit. Suam gratiã adiiciat dominus super vos, & super filios vestros, nobilissima, mihíque in Christo dilectissima domina. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: erogate vestrum frumentum pauperibus Christi, vt in æternum cum vsu recipiatis.

Epistola domini Hildeberti Turonensis archiepiscopi ad Bernardum abbatem. Epistola CXXII. K

BAlsamum ex odore suo, & arborem ex fructu cognosci, paucos credimus ignorare. Sic & nobis ex opinione tua charissime frater innotuit quàm sis ad sanctimoniam compositus, & integer ad doctrinam. Cum enim locorum interstitio longius à te sepatemur, ad nos tamen vsque peruenit quàm iucundas noctes cum tua Rachele ducas, quæ progenies ex Lia tibi exuberet, quàm totum te exhibeas & cultorem virtutis, & hostem carnis. Non alium loquuntur te, quicunque loquuntur nobis de te. Talis est odor olei effusi nominis tui, talia iam tuorum præmia meritorum. Has ex agro tuo spicas ante supremam colligis messionem. In hac enim vita quædam merces virtutis est, conspicuum & immortale testimonium. Hoc ipsa sibi comparat, hoc sibi ipsa custodit. Huius splendor non minuitur inuidia, non exterioribus studiis adiuuatur. Quippe bonorum æstimatio sicut falsis delationibus auferri non potest, ita nec adulatoriis fauoribus acquiri. Penes ipsos est, eam vel vbertate virtutum proficere, vel defectu minorari. Sane de celeberrima opinione tua spes in sinu ecclesiæ reposita est, eam minime casuram, quoniam fundata creditur supra firmam petram. Ex ea nos tua edocti deuotione, desiderio desiderauimus in sacra- L rium familiaritatis tuæ recipi, ibíque recordatione tecum esse, vbi teipsum furatus colloquiis mortalium, pro mortalibus loqueris cum rege angelorum. Porro huic desiderio nostro N. Trecensis archidiaconus plurimum adiecit, vir moribus & literatura conspiciuus. Eum tibi censeremus cõmendandum, nisi constaret illos quos tua dignaris gratia, commendatione alia non egere. Si nescis, illius etiam attestatione didicimus te in ecclesia esse, qui ad eruditionem virtutis & exemplo sufficias & verbo. Cæterùm ne literis prolixioribus onereris, scripto ponimus finem, supradictæ petitioni, donec exaudiri mereamur, finem minimè posituri. Quid autem ex hoc animi geras, doceri deprecamur tuarum recursu literarum.

Rescriptum Clarævallis abbatis ad eundem. Epistola CXXIII.

BOnus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Scripta gloriæ tuæ, immo & meæ, satis libenter accepi, vir totius reuerẽtiæ, tenens in illis vnde te non immerito glorificem. & ipse non immerito glorier. Siquidem gloria nostra hæc est tuæ sublimitatis dignatio, tua nostræ reputatio paruitatis. Nempe in alto non altum sapere, sed humili- M Eccli.3.6 bus cõsentire, nil deo charius, nil rarius apud homines. Quis sapiens nisi qui sapientiæ consiliis acquiescit? Ait autem: Quanto maior es, tanto humilia te in omnibus. Hoc tu mihi exhibuisti, minori maior, senior iunioti. Possim proinde & ego tuam probatam sapientiam non indebitis efferre laudibus, & fortè iustioribus his quibus me dignata est ipsa. Quippe interest ad dãdam rerum certitudinem, quid incerta iactet opinio, quíque opus euidens reddat indubitatum. Quod autem certius probamus, hoc & prædicamus securius. Quæ ergo ad me de me tibi scribere placuit, videris tu vnde probaueris: ego laudum tuarum argumentum teneo minimè dubium ipsas mei laudatrices literas tuas, in quibus alium fortasse delectet eruditionis insigne, sermo suauis & purus, oratio luculenta, gratum laudabiléque compendium. Mihi verò præ his illa ducitur miranda humilitas, qua tantillum tantus præuenire curasti & obsequio salutandi, & præconio prædicandi, & precandi reuerentia. Sanè quod ad me attinet: lego me in literis tuis, non quod sum, sed quod esse vellem, & quod non esse pudet. Veruntamen quod sum, tuum est: & si quid melius dei vnquam munere fuero, tuum fore confidito, reuerendissime atque amandissime pater.

Ad Hildebertum Turonensem archiepiscopum, qui nondum receperat papam Innocentium. Epistola CXXIIII.

Magno

A *Magno sacerdoti & excelso in verbo gloriæ Hildeberto dei gratia Turonensium archiepiscopo, Bernardus Clarævallis abbas dictus, in spiritu ambulare & spiritualiter omnia examinare.*

Osee 13.d Esa.28.d VT verbis vos propheticis alloquar: Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia mors diuidit inter fratres. Quidam enim, iuxta Esaiam, videntur fœdus percussisse cum morte, & cum inferno fecisse pactum. Ecce nanque Christus domini iste Innocentius positus est in ruinam & in resurrectionem multorum. Nam qui dei sunt libenter iunguntur ei: qui autem ex aduerso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus. Cernitur abominatio stare in loco sancto, quem vt obtineret, incendit igni sanctuarium dei. Persequitur Inno-
Amos 3. centium, & cum eo omnem innocentiam. Fugit ille nimirum à facie leonis, sicut dicit propheta: Leo rugiet, quis non
Matt.10.c timebit? Fugit secundũ præceptũ domini dicẽtis: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Fugit, & in hoc
Act.9.a verè virum se apostolicum probat, quòd apostolica sese forma insignierit. Nec enim Paulus erubuit in sporta demitti per murum, & sic effugere manus quærẽtium animam suam. Subfugit autem non parcens vitæ suæ, sed dans locum iræ: non vt mortem euaderet, sed vt vitam acquireret. Meritò ecclesia Innocẽtio concedit ipsius vicem, quem per eadem ve-
B stigia gradientem cernit. Nec sanè otiosa fuga Innocentij. Laborat quidem, sed honestatur in laboribus suis. Pulsus vrbe, ab orbe suscipitur. A finibus terræ occurritur cum panibus fugienti, etsi furor Semei Gerardi Engolismensis nõdum ex toto quiescat maledicere Dauid. Velit nolit peccator qui videt & irascitur: magnificatur in conspectu regum, portans coronam gloriæ. Nunquid non omnes principes cognouerunt quia ipse est verè dei electus? Francorum, Anglorum, Hispanorum, & postremò Romanorum rex, Innocentium
2.Reg.17. in papam suscipiunt, & recognoscunt singularem episcopum animarum suarum: solus adhuc ignorat Achitofel suum iam patefactum ac dissipatum consilium. Frustra molitur miser super populum dei malignare consilium: & cogitare aduersus sanctos, sancto firmissime adhærentes, & contemnentes curuare genua ante Baal. Nulla fraude prævalebit pa-
Eccles. 4.c tricidæ suo obtinere regnum super Israël, & super ciuitatem sanctam, quę est ecclesia dei viuentis, columna fidei, & firmamentũ veritatis. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Electio meliorũ, approbatio plurium, & quod his efficacius est, morum attestatio, Innocentium apud omnes cõmendant, summũ comfirmant pontificẽ. Ad quod sane & vestra, pater, expectatur sicut pluuia in vell' vel sera sententia. Nõ improba-
Luc.1.c mus tarditatẽ, quæ grauitatẽ redolet, leuitatis abolet notam.
1.Reg.5.d C Nam & Maria non statim respondit angelo salutanti, prius cogitans qualis esset illa salutatio. Et Timotheo præcipitur nemini cito manum imponere. Dico tamen ego notus pontifici, Nequid nimis: dico vt familiaris & notus, Non plus sapere quàm oportet sapere. Pudet fateor quòd serpens vetustissimus noua audacia relictis insipientibus mulieribus, etiã robur pectoris vestri visus est attentare, & tantã ecclesiæ columnam ausus concutere. Cõfidimus autẽ quia etsi cõcutit, non deiicit: quoniam amicus sponsi stat, & gaudet ad vocem sponsi, vocẽ exultationis & salutis, vocem vnitatis & pacis.

Ad magistrum Gaufridum de Loratorio. Epistola CXXV.

OOdor in flore, in fructu sapor requiritur. Odore prouocati, charissime frater, olei effusi nominis tui, cupimus & ex fructu operis cognoscere te. Non enim nos tantùm, sed ipse quoque qui nullius eget deus, opus tamen habet hoc in tempore opere tuo, si non dissimulas. Gloriosum tibi est, dei esse posse coadiutorem: posse & nõ esse damnosum. Porrò autem gratiam habes apud deum & homines, habes scientiam, habes spiritum libertatis, habes verbum viuum & efficax, & sale conditum: nec oportet te pro tantis viribus sponsæ Christi deesse in tanto discrimine, cùm sis amicus spõsi. Amicus siquidem in necessitate probatur. Quid enim? Tu tibi quiescis, & mater tua ecclesia grauiter conturbatur? Habuit sua tempora quies, & sanctum ocium hacte-
D nus sua negocia licenter libentérq; exercuit. Tempus faciendi nunc, quia dissipauerunt legem. Bestia illa de Apocalypsi, Psal.118.d cui datum est os loquens blasphemias, & bellum gerere cum Apoc.13.b sanctis, Petri cathedram occupat, tãquam leo paratus ad prædam. Altera quoque bestia iuxta vos subsibilat, sicut catulus habitans in abditis. Illa ferocior, ista callidior, pariter conue-
Psal.2.a nerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Demus operam cito dirumpere vincula eorum, & proiicere à nobis iugum ipsorum. Nos in nostris partibus vnà cum aliis dei seruis diuino igne accensis, deo cooperãte laborauimus in conueniendo populos in vnum & reges, ad diripiendum prauorum consensum, ad destruendam omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. Nec infructuose. Alemaniæ, Franciæ, Angliæ, Scotiæ, Hispaniarum, & Hierosolymorum reges cum vniuerso clero & populis fauent & adhærent domino Innocentio tanquam filij patri, tanquam capiti membra, soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Meritò autem illum recipit ecclesia, cuius & opinio clarior, & electio sanior inuenta est, nimirum eligentium & numero vincens, & merito. At tu frater quid adhuc negligis? Quousque vicino serpente tua male secura dormitat industria? Scimus quidem te filium pacis nulla posse ratione induci deserere vnitatem: sed profectò non sufficit, nisi & defensare, atque ipsius quoque turbatores totis viribus debellare studueris. Nec quietis timeas detrimentum, quod non paruo E tuæ gloriæ incremento recompẽsabitur, si fera illa vicina vobis tuo studio mansuescat, vel obmutescat, & tantam ecclesiæ prædam (comitem dico Pictauensem) in manu tua dei pietas de ore leonis eripiat.

Ad episcopos Aquitaniæ, contra Gerardum Engolismensem episcopum. Epistola CXXVI.

Dominis & patribus honorandis, Lemouicensi, Pictauensi, Petragoricensi, & Xantonensi, dei gratia episcopis sanctis, frater Bernardus abbas dictus de Claraualle, constantiam in aduersis.

VIrtus in pace acquiritur, in pressura probatur, approbatur in victoria. Tempus est quo vestra, si qua est, nec latere iam, nec torpere sinatur, reuerendi & merito suspiciendi patres. Hostilis siquidem gladius, qui vniuerso Christi corpori mortem denuo nunc temporis intentare videtur, vestris potissimũ ceruicibus imminet, & in vos eo acrius, quo cõminus debacchatur: ita vt quotidianis assultibus aut resistere fortiter, aut turpiter (quod absit) cedere compellamini. Nam is qui amat primatum gerere inter vos Diotrephes, non recipit vos. Nec enim agnoscit eum quẽ tota vobiscum amplectitur ecclesia venientem in nomine domini. Non hunc, inquam, sed qui venit in nomine suo, illum recipit. Nec mirũ. Et ipse nem- F pe infatigabilis ad nomen grande multum anhelat etiam in hac ætate. Nec sanè falsa vel incerta opinione ducor notare hominem super vanitate istiusmodi, sed de ore suiipsius eum iudico. In literis siquidem quas nuper ad cãcellarium scripsit familiares, nónne legationis sese & onere grauari, & nomine honorari, tanto indignius supplicat, quãto humilius? Vtinam tamen obtinuisset, minus forsan nocuisset potita votis ambitio, quàm frustrata. Tunc quippe soli, aut penè soli obesset sibi, nunc verò sæuit in orbem. Vides quid facit amor gloriæ? Legatio sarcina grauis, humeris præsertim senilibus. Quis nesciat? Et tamen homini seniissimo grauior videtur pœna, reliquum id breue dierum suorum viuere sine hac pœna. Sed fortè causabitur se de suspicione iudicari, & nos temeritatis arguet, qui de occultis suis reprehendimus, quod non probauimus. Fateor, suspiciosus sum in hac parte: sed nescio an vel simplicissimus quis secus sentire possit, quippe in tam manifesta cõiectura. Vt enim simplicem referam breuiter actionẽ, primus aut inter primos scribit papę Innocentio: legationem postulat, nõ obtinet. Indignatur, resilit ab illo, trãsit ad alium, ipsius se esse legatum gloriatur. Quod si ab illo antè non posciisset, aut postmodum non accepisset ab isto, credi poterat alium quemcunque habuisse in præuaricatione intuitum, etsi non rectum aliquem. Nunc autem excusationem non ha-

Gbet de ambitione sua. Denique ponat etiam nunc legati vel vacuum nomen, nam opus amisit: & ego quidem hac suspicione carebo si potero. Si non, suspicabor inuitus, & me intemperantię reprehendam. Verùm difficilè persuadebitur ei, ego scio. Nimirum homo diu magnus habitus inter suos, videri seipso inferior erubescit. Agnoscitur is quem scriptura loquitur, pudor adducens peccatum. An non grande peccatum & delictum maximum, superba ista verecundia, qua terram & cinerem pudet, non dico subiici, sed non dominari? Propter hoc ergo reliquit homo illum suũ patrem sanctum Innocentium: sic enim eum nominabat, & matrem suam sanctam ecclesiam catholicam, & adhæret scismatiarchæ suo, & sunt duo in vanitate vna. Percusserunt fœdus adinuicem, & super populum dei malignauerunt consilium. Squama squamę coniungitur, & spiraculum non est in eis. Iste illũ papam, ille hunc vicissim legatum scriptitat, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Inuicem se consolantur, tuentur, commendant, quisq; tamen pro se, non pro inuicem. Nimirum homines sunt seipsos amantes. Pari quidem studio conuenerũt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christũ eius, sed planè intentionibus non cohærent. Quærit magis ex alterutro vterque profecto quę sua sunt, idque (quod audere nefarium est) in hęreditate Christi. Quid nisi ante oculos vestros conatur, si patimini, proscribere Christum? Iam nouos apud vos H suo papæ cudit legatus episcopos, ne soli sit sibi papa. Nec mortuis successores, sed viuis inuasores tyrannica fretus potentia superintrudit, nactus scilicet de malitia principum occasionem, qui suarum ciuitatum episcopos odio persequuntur iniquo. Sic sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentes. Per tale ostium intrat in ouile ouium. Nunquid autem talia gratis legatus actitat pro papa suo? En ille totam (vt is gloriatur) Franciam atque Burgundiam legationi eius antiquæ superaddidit. Potest & adiungere si vult Medos & Persas, & medios fines Decapoleos. Quare non & vltra Sauromatas, & quemcunque denique locum calcauerit pes suus, suus sit, quò vel vacuis nominibus glorietur? O homo non minus sine fronte quàm sine mente, nec dei memor timoris, nec suæ honestatis. Putat se non videri, cùm sit subsannatio & illusio omnibus qui in circuitu eius sunt. Meritò quidem. Certè enim pro foro, sacrario vtitur, & instar hominis negociatoris quæritantis lucra sua, & modo hunc, modo illum explorantis venditorem, vt ab illo demum emat quod amat, à quo vilius impetrare valuerit: ita iste solicitè sibi ecclesiasticam dignitatem hincinde perquirens, eum tãdem pro suo arbitrio delegit habere papam, qui se legatum esse cõsenserit. Ergo nisi tu legatus fueris, Roma papam habere non poterit? Vnde hoc tibi priuilegium in ecclesia dei? Quisnã tibi hanc concessit in Christi hæreditate prærogatiuam? Nunquid tu hæreditate possides sanctuarium dei? Donec enim in I obtinẽda pudenda & impudenti petitione spes tibi vlla promerendi domini Innocentij gratiam esse potuit, sanctus ille te scribente & papa fuit. Quomodo ergo nunc schismaticum criminaris? Nunquid cum eadem vana spe tua illius simul & sanctitas euanuit & papatus? Mirum quòd potuit ita in breui dulce & amarum ex eodem fonte procedere. Heri catholicus & sanctus, & summus pontifex: hodie nequam, schismaticus, & turbator. Heri pater Innocentius, hodie Gregorius diaconus sancti Angeli. Itaq; vno quidẽ ex ore, sed corde profectò duplici contraria processere. Labia dolosa in corde & corde locuta sunt. Sed enim homo cui cor, & cor diuerberat conscientiam, & est & non diuaricat linguam: putas quia timor ei in mente sit, aut in fronte pudor? Male autem iuxta apostolum, prouidet bona coram deo & hominibus, qui more illius iniqui iudicis nec deum timet, nec hominem reueretur. Et certè ambitio cum prorumpit in impudẽtiam, efficaciã perdit: & cum improbus affectus se aperit, perit effectus. Ambitio mater hypocrisis latebras amat & tenebras, lucis impatiens est. Ambitio spurcum vitium in imo iacet: videt tamen omne sublime, sed videri ipsa refugit. Nec mirũ. Optato nanque necesse est careat, nisi caueat arbitros. Quo enim gloria plus affectatur, eo minus apprehenditur, vbi deprehenditur affectari. Quid denique ta inglorium, q̃ gloriæ cupidũ deprehendi, præsertim inter episcopos? Nec simplicẽ sanè Christianum gloriari oportet, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Inclytus erit ambitiosus, quandiu in nocte versabitur: & donec turpis lucri negocium perambulabit in tenebris, poterit hypocrita iustus sanctúsque videri, sed oculo qui videt in facie. At vbi fortè foras mittit impudenti vel imprudenti quod latet in conscientia, nónne intemperans appetitus apparet ad confusionem procacior, quàm promptior ad gloriam? Sic reuera sic probatur quod legitur: Gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Et illud: Si ego gloria meã quæro, gloria mea nihil est. Impletúrque in illo qui eiusmodi est, quod propheta sanctus imprecatur (nisi fallor) hypocritis: Fiat inquiens, sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit. Non adeo periit pudor à mortalibus, vt nuda impudénsque vel ab ipsis honoretur ambitio, præsertim in sene & sacerdote, quem eo magis profecto puerilis ista dedecet vanitas, quo eum maior grauitas, maiórque decet sactitudo. Et si in facie benedicitur ab adulante, sed à tergo subsannatur ab omnibus. Est sobria quædam & quodammodo oculata ambitio, moliens saltem cautè, etsi non castè. Si valet proficere, clam negocia sua curat. Sin verò, manet in se, & pudoris vmbram nõ deserit. Equidem talis, etsi deum nondum metuit ad salutem, pro ingenita tamen verecũdia honestatem interim retinet, quòd homines reueretur, & publicum erubescit. Cæterùm quænam ista præceps est & L frontosa libido dominandi, vt pro obtentu vix annuæ, quòd certè palam est, legationis, primò quidem suo nec parcat senio, nec deferat sacerdotio, deinde nec lateri saluatoris, quod in aqua & sanguine colligendi in fidei vnitate populi protulit redemptionem: vt quisquis tentaret diuidere quos ille colligeret, & inde redimeret: probaret sese non Christianum, sed Antichristum, reus mortis & crucis Christi? O impatiens & effrenis turpis quæstus cupiditas, ô ardor intemperans, ô cæca & pudenda ambitio. Apertè prius frontoséque, vt iam dixi, & ipse, proh pudor, nõ diffitetur, addit indigna satis petitione tentare catholicum: dolénsque repulsam, incunctanter ad schismaticum refugit, & accepta de manu sacrilega male cupita potestate, latus denuo domini gloriæ crudeliter confodere nõ veretur. Diuidit nempe ecclesiam, pro qua illud est in cruce diuisum, visurus proculdubio & ipse in quẽ transfixerit. Cognoscetur profectò dominus iudicia faciens, qui nunc iniuriam patiens ignoratur, cum enim cœperit facere iudicium omnibus iniuriam patientibus, & arguere in æquitate pro mansuetis terræ, putas auertere poterit aurem à charissima sponsa sua cum clamauerit stans aduersus eos qui se angustiauerut? non: omnino non poterit non audire plangentem: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt: Et qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam. Quomodo nanque non recognoscet os de ossibus suis, & carnem M de carne sua, imò verò iam quodammodo spiritum de spiritu suo? Quasi verò non ipsa sit dilecta illa, cuius concupiuit decorem, cuius formã induit, cui se mirabili dignatione castis atque indiuiduis deuinxit amplexibus, ita vt essent duo in carne vna, vnum in vno spiritu quandoque futuri. Nam etsi cognouerat secundum carnem Christum, sed tunc iam non recognoscet, quia spiritus ante faciem eius Christus dominus: cui adhærẽs vnus spiritus erit, cum absorpta morte in victoria, quod infirmum de carne est, in virtute spiritus consumauerit, cùm exhibuerit eam sibi sponsus gloriæ gloriosam columbam suam, perfectam suam, formosam suam, non habentem maculã peccati, neque rugam corruptionis, aut aliquid huiusmodi. Dum libenter in his immoror, pene cœpti immemor factus sum, ita cupiens redimere tempus, quoniam dies mali sunt. Excedentem deuotio leuat, sed reuocat zelus: & vbi rapior, ibi & cogor recidere, & plãgere dolorem meũ. Audet (quod & flens dico) inimicus crucis Christi suis sedibus pellere sanctos, qui nolunt bestiam adorare, quæ aperuit os suum in blasphemias, blasphemare nomen domini, & tabernaculum eius. Altare contra altare erigere tentat, confundere fasque nefasque non confunditur, abbates abbatibus, episcopos episcopis superintrudere nititur, amouere catholicos, promouere schismaticos. Miseri & miserãdi, qui ita promoueri & ab isto consentiunt. Siquidem circuit mare & ari-

Eccli. 4.c

Philip. 3.d
Ioan. 8.g

Psal. 82.a
Iob. 41.b

Psal. 2.a

Psal. 9.c

Psal. 88.a

Psal. 11.a

Psal. 9.d

Psal. 128.a

Psal. 37.b

Ephes. 5.d

Act. 13.b

A dam, vt faciat vnum episcopum: & cum fecerit, facit eum filium gehennæ duplo quàm se. Quænam verò putas est tanti causa furoris? Non alia sanè, nisi quòd displicet mortalibus ângelica illa partitio, qua gloria deo, pax hominibus nũciatur: & dum gloriã vsurpant, turbant pacem. Solus gloriam meretur, qui facit mirabilia solus, sicut dicit apostolus: Soli deo honor & gloria. Porrò autem cum nostro genere bene agitur, si datur frui pace dei, pace cum deo, & quidẽ feliciter & misericorditer. Quonam ergo modo stabit pax hominum corã deo, vel cum deo, si deo non potest apud homines esse tuta sua gloria? O stulti filij Adam, qui contemnentes pacẽ, & gloriam appetentes, & pacem perdũt & gloriam. Ob hoc denique & nunc deus vltionum commouit terram, & conturbauit eam: ostẽdit populo suo dura, potauit nos vino cõpunctionis. Velimus, nolimus, impleri quãdoque necesse est veritatem spiritus sancti, fierique illam quæ prophetico spiritu prænũciata legitur in scripturis discessio, sed væ homini per quem venit. Melius erat ei, si natus nõ fuisset homo ille. Quis verò ille nisi homo peccati, qui super electum à catholicis catholicum, & canonice, locum sanctum inuasit, quem tamen non quia sanctus, sed quia summus est, affectauit? Inuasit, inquam, inuasit armis, igne, pecunia, nõ vitæ merito vel virtutum peruenit, in quo stat, & stat in quo peruenit. Nam B illa quam iactat iuratorum suorũ non electio, sed factio, vmbra tantùm fuit & occasio & velamentum malitiæ. Dici potest electio, sed impudenter, sed mendaciter. Stat quippe sententia ecclesiastica & authentica, post primam electionẽ non esse secundam. Celebrata proinde prima, quæ secundò præsumpta est, non est secunda, sed nulla. Nam etsi quid minus fortè solenniter, minúsve ordinabiliter processit in ea quæ præcessit, vt hostes vnitatis contendunt: nunquid tamen præsumi altera debuit, nisi sane priore prius discussa tatione, cassata iudicio? Eapropter qui se superingerere festinant, quique temerario temerè manus imponere nihilo minus accelerauerũt, apostolo prohibẽte: Nemini cito manũ imponas: ipsi proculdubio maius peccatum habent, ipsi auctores schismatis, ipsi grandis malitiæ huius principes extitere. Cæterũ nunc iudicium expetunt, quod antè debuerant expetisse: & quam suo loco oblatam renuerant, tandem iustitiam offerũt, vt videlicet si recusetur, iusti vos videamini: si recipiatur, litigantibus inter se partibus, dilatio redimat tempus, & interim fiat aliquid. An de vestra iustitia desperatis, & damnum iam crescere nõ timetis, quemcunque causa exitum sortiatur? Quicquid (inquiunt) hactenus factum sit, modo quærimus audiẽtiam, iudicium sumus subire parati. Tergiuersatio est. Quid in omni impio conatu vestro vobis relinquitur aliud, quod afferre queatis ad seducendum simplices, ad armandum maC leuolos, ad vestram ipsorum palliandam malitiam? Si hoc nõ diceretis, quid diceretis? Cæterùm iam deus iudicauit quod fero repetit homo. Iudicauit autem operis euidentia, non decreti sententia. Nunquid dei iudicium audeat humana temeritas retractare? Quid si causetur & clamet per prophetã de?: Tulerunt homines à me iudicium? Non est consilium contra consilium domini. Velociter currit sermo eius, in conueniendo populos in vnum & reges, vt domino papæ Innocentio seruiant & obediant. Quis reuocabit? Dei esse iudicium sensérunt & consenserunt Galterius Rauẽnas, Hildegarius Tarraconensis, Norbertus Magdeburgensis, Cõrardus Salreburgensis archiepiscopi. Dei esse iudicium cognouerunt & acquienerunt episcopi Equipertus Monasterienſis, Hildebrannus Pistorienſis, Bernardus Papienſis, Landulphus Astenſis, Hugo Granopolitanus, Bernardus Parmenſis. Horum gloria specialis, & præcipua sanctitas, & auctoritas etiam hostibus reuerẽda, facilè nobis, qui minorem & meriti & officij tenemus locum, aut errare secum, aut sapere persuasit. Taceo multitudinẽ cæterorũ, Tusciæ, Campaniæ, Longobardiæ, Germaniæ, & Aquitaniæ, Galliarum denique & Hispaniarum omnium, necnon & vniuersæ Orientalis ecclesiæ tam archiepiscoporum quàm episcoporum, quorum nomina sunt in libro vitæ, sed epistolæ breuitas non admittit. Hi omnes vnanimes, non conducti pecunia, non seducti fallacia, non illecti priuato carnis vel cognationis amore, non timore compulsi potentiæ secularis: sed dei proculdubio voluntatem sicut non ignorantes, ita nec dissimulantes, Petrum Leonis in- D genuè refutauerunt, ac securè Gregorium in papam Innocentium susceperunt. Nostratum sanè nemo ex nomine in his expressus est literis, quia & omnes compendium non fert, & aliquorum inuidiosa designatio, adulationis notam non effugit. Non autem debeo prętermittere sanctos, qui mũdo mortui, deo melius viuunt: quorum vita absc5dita est cum Christo in gloria, vbi certè studiosè inquirunt, & non dubiè inueniunt beneplacitum dei, qui soliciti sunt quomodo placeant ei. Itaque Camaudulienſes, Vvallambrosani, Cartusienſes, Cluniacenſes, & qui de Maiori monasterio sunt, mei quoque Cistercienſes, Castemblenſes, Cadumenſes, Tironenſes, & Sauiniacẽses, vniuersitas denique & vnanimitas fratrum tam clericorum quàm monachorum regularis vitæ probatæque conuersationis, sequentes episcopos tãquam greges pastores suos, Innocentio firmiter adhærent, syncerè fauent, humiliter parent, verum apostolorum successorem fideliter recognoscunt. Quid reges & principes terræ? Nónne in eodem spiritu vnà cum subiectis sibi plebibus, Innocentium pariter amplectuntur, confitentes & ipsi papam & episcopum animarum suarum? Quis postremò in quocunque ordine vitæ illustris & boni nominis homo idipsum non sapit? Et tamẽ adhuc isti nescio qua contentiosa importunitate, & importuna cõtentione reclamant, vocant in causam orbem, & cum sua pauci- E tate vniuersitatem flagitant iudicari: & qui præiudicauerunt in electione, de confirmatione reiudicare contendunt, tunc præpropere agentes, modo prepostere retractãtes. Quis tantos, quæso, in vnum cogere queat exercitus vtriusque ordinis principum, ne dicam plebium, & adducere in examinationem? Quis tot sanctorum milibus persuadere sufficiat, quod prius ædificauerint, iterum destruere, & abducere semetipsos in præuaricationem? Quis deinde locus omnibus tantus, omnibus tutus? Vniuersæ quippe ecclesiæ negociũ est, non vnius causa personæ. Videtis quòd de impossibili calumniam struitis matri vestræ? Immo vobis foueam foditis in quam præcipitemini, & laqueum nectitis quo teneamini ne ad gremium reuertamini matris vestræ. Occasio nunquam deerit ei qui vult recedere ab amico. Sed esto. Mutet consilium suum deus (secundum hominem dico) reuocet sententiam, conuocet à finibus terræ cõsilium, iudicari bis in idipsum, quod ipse non facit, patiatur: quosnam, quæso, dabunt iudices sibi? omnes quippe in parte sunt, & partibus: de iudicio haud facilè conueniet, atque ita ad litem magis quàm ad pacem tantus conuentus fatigabitur. Deinde velim scire cui ille interim vellet credere Romam, quam tanto amore ex longo tempore concupiuit, tãto labore & sumptibus acquisiuit, tanto fastu possidet, tanto pudore timet amittere, ne frustra cõueniſſe seculum omne cernatur, si cum ille cadet à causa, non tamẽ cadat à Roma. Alioquin quis causam spoliatus ingreditur? Nec le- F ges profecto cogunt, nec canones. Et hęc dicimus non de nostra iustitia diffidentes, sed à vestra cauentes versutia. Iam enim deus eduxit tanquam lumen iustitiam suam, & iudicium suum tanquam mẽridiem, etsi cæco nec lumen appareat, nec meridies luceat: quoniã sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Duo itaque sunt de quibus contenditur, quisnam eorum rectius videatur papa. Quorum primo quidẽ, si personas compares, vt neutri sanè vel derogare videar, vel adulari, dicam quod dici passim reperies, & neminem arbitror diffiteri, quia videlicet Innocentij nostri vita vel fama nec æmulum timet, cum alterius nec ab amico tuta sit. Dehinc si electiones discutias, nostri itidem mox occurrit & promotione purior, & ratione probabilior, & prior tempore. Porrò de tempore constat, reliqua duo merita probant, & dignitas eligẽtium. Hanc enim (ni fallor) partẽ saniorem inuenies, tam episcopos quàm cardinales, diaconos siue presbyteros, & quorum maximè interest de electione summi pontificis, & quanti in eligendo, iuxta patrum scita, sufficiant. Quid & in consecratione? Nónne Hostiensem, ad quem specialiter spectat, habemus? Cum igitur & electus dignior, & electio sanior, & actio ordinabilior teneatur: qua ílti ratione, imò qua contentione cõtra ius & fas, & vota omniũ bonorum, inuitæ & renitenti dei ecclesiæ præficere alium, & illum deponere tentant? Horum conatui tam maligno, tam indigno, tam temerario, totis certè vi-

1. Tim. 1.d

Psal. 59.a

Iere. 14.c

Psal. 147.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gribus reuerendū esse videtis reuerendissimi & illustrissimi patres. Quod cum omni familiæ dei, tamen vobis maximè vestrísque conuenit, si tamen zelus domus dei comedit animas vestras. Vobis, inquam, & vestris maximè vigilandum est & orandum ne intretis in tentationem. In ea sanè parte maiore opus est fortitudine & cautela, vnde acrior insistit aduersarius, & vis belli maior incumbit. Quàm sæuus & callidus hostis insurrexerit in vos, proprio certè agnoscitis experimento. Heu quàm multum iam malitia illius in illis partibus pro accepta potestate processit, vtroque sæuiens genere malignandi, vi, & dolo. Nunquid autem malitia vincet tandem sapientiam? Sed hæc est hora ipsius, & potestas tenebrarum. Cæterum hora nouissima est, & potestas citò transit.
1. Cor. 1.d Ne terreamini, ne seducamini. Dei virtus, & dei sapientia
Ibid. 10.c Christus vobiscum est, qui in causa est. Confidite, ipse vicit
Psa. 124.a mundum: fidelis est, non permittet vos tentari supra id quod
potestis. Videtis stultum firma radice? Sine dubio statim male-
dicetur pulchritudini eius. Non enim diu derelinquet do-
minus virgam peccatorum super sortē iustorum. Verùm ve-
stræ interim vigilantiæ est, vestris pro vestro officio solicitè
prouidere, sicut & prouidetis, vt non extendant iusti ad ini-
Ibidem. quitatem manus suas. Oratio pro catholicis: Bene fac domi-
Psal. 82.c ne bonis & rectis corde. Pro schismaticis: Imple domine fa-
H cies eorum ignominia, vt quærant nomen tuum domine.

Ex persona ducis Burgundiæ. Epistola CXXVII.

Guillermo dei gratia egregio comiti Victauorum, & duci Aquitanorum, Hugo eadem gratia Burgundiæ dux, timere terribilem, & eum qui aufert spiritum principum.

ERrorem vestrum vltra dissimulare non fero, quippe caⁿe propinquus, & corde amicus. Si quis de populo deuiat, solus perit. Verùm principis error multos inuoluit, & tātis obest, quantis præest ipse. Nec præsumus, sicut scitis, vt perdamus, sed vt regamus subiectos. Per quem reges regnāt, ipse nos præfecit populis suis, à nobis tuendis, non subuertēdis, planè sanctæ suæ ecclesiæ ministros, non dominos. Cui vos ministerio cum digné aliàs pro vestri magnitudine potētatus, & laudabiliter deseruisse noscamini: miror quanā versutia modo vestra illa prudentia circunuenta fuerit eandem matrem vestram & dominam deserere in tempore malo, nisi fortè & hoc vobis vestri illi consiliarij persuadere conentur, ad solam Petri Leonis domum, vniuersalē ecclesiam esse redactā. Viri mendaces, quos veritas sicut & caput eorum Antichristum destruit spiritu oris sui, affirmans eam per os Dauid ad vniuersos fines terræ, ad vniuersas familias gentium
I dilatari. Habet tamen ducem Apuliæ, sed solum ex principibus, ipsúmque vsurpatæ coronæ mercede ridicula comparatum. Denique quid boni, quid virtutis, quid honestatis afferunt de summo pōtifice suo, vt & nos prouocent ad fauorē? Si vera sunt quæ vbique diuulgat opinio, nec vnius dignus est viculi potestate. Si vera non sunt, decet nihilominus caput ecclesiæ non solùm vitæ habere sanitatem, sed & famæ decorem. Tutius proinde vobis est mi cognate charissime, vt in susceptione vniuersalis papæ, ab vniuersitatis consensu & consilio non recedatis. Quem omnis religio, quem regum vniuersitas receperunt, vobis quoque & honorificum & salutiferum est vt recipiatis. Domini papæ Innocentij & innocens vita, & integra fama, & electio canonica prædicatur. Priora duo nec hostes diffitētur: tertium calumniam habuit sed per Christianissimum Lotharium nuper falsi calumniatores in suo sunt mendacio deprehensi.

Ad eundem. Epistola CXXVIII.

IN eo animo & in ea voluntate memini me discessisse dudum à te, princeps eximie, vt totis affectibus bene tibi tuisque cuperem, totis nisibus salutem vestram & honorem vestrum vbicunque possem iuuarem, eo quòd non reditē fraudatus fructu aduentus mei ad vos, sed lætus præter spem multorum reportarem mecum pacem ecclesiæ, cum exultatione vniuersæ terræ. Miror autem quo cuiúsve consilio mira illa mutatio dexteræ excelsi tam subitò in deterius est mutata, vt rursum ad iniuriam ecclesiæ clericos sancti Hilarij de ciuitate expelleres, & iram dei in te grauius quàm primùm excitares. Quis te fascinauit tam citò recedere à via veritatis & salutis? Profectò iudicium portabit quicunque est ille. Vtinā & abscindantur qui vos conturbant. Reuertere, quæso, reGalat. 3.a uertere, ne & tu (quod absit) abscindaris. Reuertere, inquam, & reuoca amicos tuos ad pacem, & clericos ad ecclesiam, antequam irrecuperabiliter reddas tibi aduersum terribilem & eum qui aufert spiritum principum, terribilem apud reges terræ.

Ad Ianuenses. Epistola CXXIX.

Ianuensibus suis consulibus cum consiliariis & ciuibus vniuersis, Bernardus abbas dictus de Claraualle pacem & salutem & vitam æternam.

QVòd aduentus noster ad vos anno præterito non fuerit ociosus: ecclesia paulò post in sua necessitate probauit, à qua & missi fueramus. Honorificè nos & suscepistis, & tenuistis exiguū quod apud vos fuimus, & quidē dignè vobis, sed supra nostræ humilitatis modū. Profectò vt non immemores, sic non ingrati fumus. Vicē repēdat qui potest, & qui in causa fuit deus. Nos enim vnde illum recōpensemus venerationis cultum, sed obsequiū, sed affectum plenū amoris & L gratiæ? Non quòd nostro delectemur fauore, sed vestræ deuotioni collætamur. O mihi dies illos festiuos, sed paucos. In æternum non obliuiscar tui, plebs deuota, honorabilis gens, ciuitas illustris. Vespere & mane & meridie (more vtPsal. 54.c que prophetæ) narrabam & annunciabam, & erat tanta audiendi auiditas, quanta & audientium charitas. Portabamus verbum pacis, cúmq; inuenissemus filios pacis, requieuit super eos pax nostra. Exieram planè seminare semen, non meū sed dei, & cadens in terram bonam semen bonum fructum fecit centuplum & tempestiuum. Mira celeritas, quia magna necessitas. Nec tarditatem passus sum, nec difficultatem, vna penè die & serens & metens, & reportans cum exultatione manipulos pacis. Hæc quippe messis quam messui. Exulibus, captiuis, compeditis, & incarceratis, euadēdi atque repatriādi læram reportauimus spem, metum hostibus, confusionem schismaticis, gloriam ecclesiæ, orbi lætitiam. Et nunc quid restat charissimi, nisi vt admoneamini de perseuerantia, quæ sola meretur viris gloriam, coronam virtutibus? Prorsus ablque perseuerantia, nec qui pugnat, victoriam, nec palmam victor consequitur. Vigor virium, virtutum consummatio est nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarū nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perM seuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. 1. Reg. 15.a Saul cum esset paruulus in oculis suis, rex est super Israēl cōstitutus: non perseuerans in humilitate, & regnum amisit & vitam. Si cautela Sanson, si Salomonis deuotio perseuerantiam retenuissent, nec is profectò priuaretur sapientia, nec ille viribus. Hoc summę honestatis insigne, hanc totius probitatis vnicam fidámque custodem, custodiri à vobis firmiter hortor & precor. Custodite diligenter quod libenter audistis. Mementote scriptum, quia metuebat Herodes Ioannem, Mar. 6.b & libenter eum audiebat. Sed beatus foret, si audita libenter æquè seruasset. Denique non qui audiūt, sed beati, inquit, qui Luc. 11.d. auduint & custodiunt verbum dei. Seruate proinde vos paceм fratribus vestris Pisanis, fidem domino papę, fidelitatem regi, vobis honorē. Hoc enim expedit, hoc decet, hoc iustitia requirit. Audiuimus veniſſe ad vos nuncios ducis Rogerij, quid attulerint quidve retulerint, nos nescimus. Verùm ego, iuxta illud poëtæ (vt verū fatear) semper timui Danaos, & dona ferentes. Si quis fortè in vobis (quod deus auertat) rem tam fœdam committere deprehendatur, extēdere videlicet manum ad turpe lucrum, hunc protinus notate, & iudicate hostem nominis vestri, ciuium proditorem, ac venditorem communis honoris & honestatis. Si quis item susurro in populo, diaboli sibi assumens vicem, iurgia seminare, & pacem turbare velle reperiatur, quemadmodum ille discordiæ semper

A semper est amator & auctor: huic rigidæ censurę remedio citius obuietur: eo quippe pessimæ, quò intimæ pesti. Hostilis exercitus vastat agros, domósque spoliat, praua autem consilia corrumpunt bonos mores, & modicum fermētum totam massam corrumpit. Serite, plantate, negotiamini, vt antiqua mala non solùm non iteretis, sed etiam de iustis laboribus vestris expiare & delere possitis. Scriptum quippe est: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Et rursum: Date eleemosy-
Prou. 13.b nam, & omnia munda sunt vobis. Quod si militare placet, &
Luc. 11.f vestræ fortitudinis ac strenuitatis iterum experiri vires, arma probare delectat: non equidem id præsumendum aduersus vicinos & amicos: cum magis ecclesiæ inimicos expugnare deceret, sed & regni vestri inuasam à Siculis defensare coronam. Super illos sanè & honestius acquiretis, & iustius possidebitis acquisita. Deus pacis & dilectionis maneat semper cum omnibus vobis. Amen.

Ad Pisanos. Epistola CXXX.

Pisanis nostris, consulibus cum consiliariis & ciuibus vniuersis, Bernardus abbas dictus de Claraualle, pacem & salutem & vitam æternam.

BEnefaciat vobis deus, & meminerit fidelis seruitij & piæ compassionis & consolationis & honoris, quæ sponsæ filij eius in tempore malo & in diebus afflictionis suæ exhibuistis & exhibetis. Et quidem hoc iam impletur ex parte, & orationis huius nonnullus capitur fructus. Digna plane retributio celeri iam compensatur effectu. Iam pro meritis tecū actat deus, populus, quem elegit in hæreditatē sibi: omnino populum acceptabilem, sectatorem bonorū operum. Assumitur Pisa in locum Romæ, & de cunctis vrbibus terræ ad apostolicæ sedis culmen eligitur. Nec fortuitu siue humano contigit istud consilio: sed cœlesti prouidentia, & dei benigno fauore fit, qui diligentes se diligit: qui dixit Christo suo Innocētio: Pisam inhabita, & ego benedicens benedicam ei. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Me auctore tyrāni Siculi malitiæ Pisana constantia non cedit, nec minis concutitur, nec donis corrumpitur, nec circūuenitur dolis. O Pisani Pisani, magnificauit dominus facere vobiscum, facti sumus lætantes. Quæ ciuitas non inuidet? Serua depositum vrbs fidelis, agnosce gratiam, studе prærogatiuæ non inueniri ingrata. Honora tuum & vniuersitatis patrem, honora mūdi principes qui in te sunt, & iudices terræ: quorum te præsentia reddit illustrem, gloriosam, famosam. Alioquin si ignoras te, ó pulchra inter ciuitates, egredieris post greges sodalium tuorum pascere hœdos tuos. Sapientibus sat dictum est. Commēdo vobis Marchionem Engelbertum, qui domino papæ & amicis eius missus
C est in adiutorium: iuuenis fortis & strenuus, &, si non fallor, fidelis. Habetote eum vestris precibus magis commēdatum, quia & ego ei vos amplius commēdare curaui, monuique vt vestris potissimum consiliis innitatur.

Ad Mediolanenses. Epistola CXXXI.

Suis Mediolanensibus, vniuerso videlicet clero & populo, Bernardus abbas dictus de Claraualle, in domino salutem

BEne vobiscum facit deus, bene vobiscum facit Romana ecclesia. Facit ille quod pater, facit illa quod mater. Et reuera quid vobis debuit facere & non fecit? Si postulastis mitti vobis de curia honorabiles personas ad honorem dei & vestrum, factum est. Si postulastis confirmari quod vnanimitas vestra de venerabilis patris vestri electione firmauerat, factū est. Si voluistis licuisse vobis quod illicitum nisi pro magna quidem necessitate sacri canones iudicant, translationem episcopi scilicet in archiepiscopum, concessum est. Si rogastis erui ciues vestros de vinculis Placentinorum, quod vtiq; ego prætermittere nec volo nec valeo: & hoc factum est. In quo postremo quęcunq; rationabilis petitio filiæ, non dico repulsam, sed vel moram passa est apud piam matrem? En ad complementum pallium præsto est, plenitudo honoris. Nunc verò audi me inclyta plebs, gens nobilis, ciuitas gloriosa. Audi, inquam, me (veritatem dico, non mentior) dilectorem tui, zelatorem salutis tuæ. Romana ecclesia valde clemens est, sed D nihilo minus potens. Fidele consilium, & omni acceptione dignum: Noli abuti clementia, ne potentia opprimaris. Sed dicit aliquis: Debitam ei reuerentiam exhibebo, & nihil amplius. Esto. Fac quod dicis: quia si exhibeas debitam, & omnimodam. Plenitudo siquidem potestatis super vniuersas orbis ecclesias, singulari prærogatiua apostolicæ sedi donata est, qui igitur huic potestati resistit, dei ordinationi resistit. Potest, si vtile iudicauerit, nouos ordinare episcopatus vbi hactenus non fuerunt. Potest eos qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit, ita vt de episcopis creare archiepiscopos liceat: & econuerso, si necesse visum fuerit. Potest à finibus terræ sublimes quascunque personas ecclesiasticas euocare, & cogere ad suam præsentiam, non semel aut bis, sed quotiens expedire videbit. Porrò in promptu est ei omnem vlcisci inobediētiam, si quis fortè reluctari conatus fuerit. Denique probasti & tu. Quid enim cōtulit tibi vetus tua rebellio & recalcitratio male suasa à pseudoprophetis tuis? Quem fructum habuisti, in quibus nunc erubescis? Agnosce potius in qua potestate, gloria & honore suffraganeorū tuorum tam diu priuata extitisti. Quis pro te valuit obuiare apostolicæ auctoritatis iustissimæ seueritati: cum prouocata tuis excessibus, decreuit te tuis illis antiquis ac præclaris ornamentis nudare, mutilare mębris? Et hodie confusa & truncata iaceres, si non benignius quàm potentius tecum actum E fuisset. Quis eam prohibere valebit etiā à grauioribus, si rursum (quod absit) adieceris prouocare? Vide ne patiaris reciduum: quia pro certo (nisi fallor) non tam facilè denuo poterit inueniri remedium. Si quis itaque dixerit tibi, Partim oportet obedire, partim non oportet: cùm tu in te experta sis plenitudinem apostolicę potestatis, auctoritatis integritatem: nónne huiusmodi aut seductus est, aut seducere vult? Sed fac quod dico: nam ego te non seduco. Conuertere magis ad humilitatem, ad mansuetudinem. Siquidem & humilibus dat deus gratiam, & mansueti hæreditabunt terram. Esto cauta dominæ & matris tuæ recuperatam seruare gratiam. Et sic ei placere studeas de reliquo, quatenus placeat ei nō solum seruare tibi quæ reddidit, sed etiam adiicere quæ nondum dedit.

Ad clerum Mediolanensem. Epistola CXXXII.

BEnedicti vos à domino, quorum studio & industria ciuitas vestra liberata est ab errore: & relicto schismate, ad catholicam rediit vnitatem. Exiit sermo iste inter catholicos: audiuit & lætata est Sion, & est vobis gloria coram deo & omni populo. Quàm lætis amplexibus mater ecclesia colligit tot & tantorum multitudinem filiorum, quos se amisisse dolebat? Quàm læto & sereno vultu deus pater recipit hoc sacrificium de manibus vestris? Quod autem & paci terræ intenditis, facitis quod filij pacis. Et ego fratres, particeps F & socius gaudij vestri fieri cupiens, iuxta petitionem vestram ad vos cum dilectis fratribus nostris nunciis vestris veniebam, de quibus mihi scripsistis, plenius secundum rationem in beneplacito dei satisfacturus. Sed quia tempus breue est quo ad concilium festinamus, non grauet vos vsque ad reditum nostrum sustinere.

Ad vniuersos ciues Mediolanenſium. Epistola CXXXIII.

VT EX scriptis vestris percipio, nonnullus mihi locus gratiæ apud vos est. Et quoniam meum non inuenio meritum, diuinitus credo datum. Non recuso fauorem ingentis insignisque populi. Amplector oblatam gratiam: & obuiis manibus glorioſæ ciuitatis deuotionem deuotus excipio: præsertim hoc tempore, quo abiecto errore schismaticorum, ad sinum matris ecclesiæ cum gaudio totius orbis reuersa est. Arbitror tamen non solum mihi gloriandum quòd inuitor ad pacem quærendam, & à famosissima vrbe, cum sim pauper ignobilisque persona, tanti boni mediator atque minister assumor: sed vobis quoque per talem nihilo minus honor est flecti ad pacem & concordiam vicinorum vestrorum, quos nec multarum ciuitatum hostilis impetus (vt bene notum est mundo) cedere aliquando compulit. Itaque festinans

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gad concilium,spero me rediturnm per vos,& probaturũ de gratia quam promittitis. Qui autẽ gratiam dedit, faciat ne in me vacua sit.

Ad nouitios apud Mediolanum conuersos. Epistola CXXXIIII.

Charissimis fratribus de Mediolano nuper conuersis ad deum Bernardus abbas dictus de Claraualle,in spiritu consilij & fortitudinis quod bene cœptum est ,digno exitu consummare.

BENEDICTVS deus qui fecit vobis vilescere mundi gloriam, largiturus suam . O quàm vani filij hominum, quam mendaces filij hominum in stateris,qui(secundum illud euangelij) gloriam ab inuicem quærunt, & gloriam quæ *Ioan.5.g* à solo deo est,nolunt:planè in hoc ipsi decipientes de vanitate in idipsum . Vos autem non sic.Ab hoc vos opprobrio liberauit nunc diuina misericordia , vt essetis Christi bonus odor deo in omni loco,ipsi ad gloriam , angelis ad lætitiam, hominibus ad exemplum.Siquidem gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente:quanto magis super tot & talibus virtis,& de tali vrbe conuersis ? Et ego fratres *Luc.15.d* tanta lætitia prouocatus,sed & vocatus à vobis,per charissimos fratres Ottonem& Ambrosium,quos ad hoc ipsum dimisi H rexistis,decreueram simul cum ipsis venire ad vos.Cæterum melius existimans,nõ in articulo temporis neque in transitu vos videre , distuli vsque ad reditum nostrum .Properamus quippe ad concilium,per vos,deo auxiliante,reuersuri,consilium & auxilium,quod secundum rationem poterimus,vestro sancto proposito præbituri.

Ad Petrum Papiensem episcopum. Epistola CXXXV.

SI semen bonum iactum in terram bonam , fructum attulisse videtur , ipsius est gloria qui dedit semen serenti, fœcunditatem terræ,semini incrementum . Quid in his nos capimus? Ego sanè gloriam Christi alteri non dabo,multo *Psal.18.b* verò scrupulosius vsurpabo mihi. Profectò lex domini cõuertit animas,& non ego . Testimonium domini fidele sapientiam præstat paruulis,non ego.Laudatur de bona literę tornatura manus,non calamus.Fateor ,vt multum tribuam mihi,lingua mea calamus scribæ velociter scribẽtis. Sibi er- *Psal.44.c* go,inquis,quid afferunt boni speciosi pedes euãgelizantium bona?Multum per omnem modum:primùm quidem , quia filij sunt patris sui qui in cœlis est,& gloriam quam deferunt patri,nequaquam a se ducunt alienam.Nam si filij,& hæredes. Deinde vero quòd proximorum salutem , suam nihilo I minus arbitrantur: quippe quos tanquam seip̃sos diligunt. Tertiò quoque,quòd labor laboriorum ipsorum sibi penitus perire non poterit.Vnusquisq; enim mercedem accipiet secũdum proprium laborem.Ego labia mea non prohibui, tu aperuisti & viscera,ideo proculdubio plus accepturus, quoniam plus laborasti . Certus sum enim,quia non vacat tibi, quòd sitienti tulisti aquam,& cũ panibus occurristi fugiẽtibus.Non,inquam, vacant officia humanitatis,non horrame ta salutis,quibus Christi verè viscera in illis pauperibus refouisti.Ambo tamen collaboratores,ambo coadiutores dei sumus:ambo pariter speremus fructum in refectione animarum sanctarum.Quis mihi det nunquam memoriam tui deserere,nunquam ab ipsa deseri?

Ad eundem. Epistola CXXXVI.

SI tristia semper acciderent , quis sustineret ? Si semper prospera , quis non contemneret ? Sed rerum tanta gubernatrix sapientia,horum perneccssaria vicissitudine eo moderamine electis suis cursum vitæ temporalis alternat,vt nec aduersa frangant,nec læta dissoluant, cum potius & ista ex illis gratiora,& illa ex his tolerabiliora reddatur . Benedictus per omnia deus:tristitia nostra versa est in gaudium:acceperunt oleũ post vinum vulnera nostra.Raptores & prædones compuncti humiliantur.Sacerdotem domini in quem ausi sunt mittere manus,cum honore remittunt.Spolia quæ diripuerant,& sine desidia recolligunt, & sine fraude restituunt,Si quid horum est quod inueniri non possit , Delphinº pro eo satisfaciet ad beneplacitum vestrum. Hoc quippe manu sua in nostra firmauit.Pro qua sua promissione adim- K plenda si venerit ad pedes vestræ maiestatis,quod & proposuit,mitius quàm meruit supplicamus agi cum iuuene.Non quòd velimus impunitum esse tam grande facinus,sed vt ecclesia ita(si fieri potest)debita satisfactione honoretur, vt is qui satisfacit,supra vires patientiæ suæ non exasperetur, & pœniteat hominem nostris acquieuisse consiliis.

Ad imperatricem Romanorum. Epistola CXXXVII.

IN reconciliatione Mediolanensium non obliti sumus vnde à vestra excellentia præmoniti fueramus,quòd etsi non monuisse tis,nihilo minus honori vestro & regni vtilitatiꝫ intenderemus:sicut vbique & semper fideliter,quantum posumus,facimus.Non antè sanè Mediolanẽses in gratiam domini papæ & ecclesiæ vnitatem recepti sunt,quousque palã Conrado refutato & abnegato,dominum nostrum Lotharium in suum regem & dominum receperunt,& Romanorum imperatorem Augustum vnà cum toto orbe confessi sunt,& de iniuria transacta,iuxta cõsilium& mandatũ domini papę,dignè vobis se satisfacturos esse tacto sacrosancto euangelio spopõderunt.Vnde magnas agentes gratias diuinæ bonitati,quæ absq; bellorum periculis,absque humani sanguinis effusione,inimicos vestros sic humiliauit : Rogamus vestram satis nobis expertam clementiam , vt tempore suo cum requisierint prædicti Mediolanenses per dominum papam vtique mediatorem suę reconciliationis gratiã vestram benignos vos atq; placabiles inueniamus:quatenus nec eos pœniteat sanis paruisse cõsiliis,& vos de eis debitum habeatis seruitium & honorem.Nõ enim decet vt fideles vestri qui pro honore vestro laborant, apud vos confundantur. Confundentur autem,si quibus de benignitate vestra spem indulgentiæ promiserũt,cum pro ipsis interuenerint, inuenerint vos(quod absit)inexorabiles.

Ad Henricum regem Anglorum. Epistola CXXXVIII.

Henrico illustrissimo Anglorum Regi,Bernardus abbas dictus de Claraualle,honorem sospitatem,& pacem.

VElle vos instruere de his præsertim quę spectãt ad honestatẽ,aut insipiẽtis est,aut vos penitus ignorãtis.Eapropter rem simpliciter intimare sufficit,& hoc paucis : quoniã facilè omnia tenenti,multa superfluè ingeruntur.In ingressu vrbis sumus,salus est in ianuis,iustitia nobiscum est,sed Romanis militibus cibus iste non sapit.Itaque iustitia placamus deum,militia terremus hostes,solis necessariis necessaria nõ M habemus.Quid opus sit facto vt opus vestrum compleatur, quod de domini papæ Innocentij magnifica & honorifica illa susceptione fecistis,vos melius nostis.

Ad Lotharium imperatorem. Epistola CXXXIX.

Lothario Dei gratia Romano imperatori Augusto,Bernardus abbas de Claraualle,si quid potest peccatoris oratio.

BEnedictus deus qui vos elegit & erexit cornu salutis nobis ad laudem & gloriam nominis sui, & reparandũ imperij decus, ad subueniendum ecclesiæ suæ in tempore malo:postremo ad operandum etiam nunc salutem in medio terræ.Ipsius est enim opus , quòd corona gloriæ vestræ ita in dies ampliatur & sublimatur,mirabiliter crescens ac proficiens in omni decore & magnificentia apud deum & homines.Ipsius profectò nuper opus & virtus fuit, quod iter sanctis laboriosum & meticulosum pro pace regni,& ecclesiæ liberatione susceptum,in tanta prosperitate peregistis.Romæ siquidem imperialis culminis plenitudinem gloriosissimè assecutus,idque,quod maius fuit,in manu nõ magna vt animi fideique magnitudo clarius emineret.Quod si ante tãtillum exercitum terra tremuit & quieuit: quantus putamus horror hostium corda inuadere habeat,cum cœperit rex procedere in magnitudine brachij sui? Animabit insuper honestas causæ,immo duplex prouocabit necessitas.Non est meum hortari ad pugnam: est tamen(securus dico)aduocati ecclesię arcere ab ecclesiæ infestatione schismaticorum rabiem,est Cęsaris

A saris propriam vendicare coronam ab vsurpatore Siculo . Vt enim constat Iudaicam sobolem sedem Petri in Christi occupasse iniuriam: sic proculdubio omnis qui in Sicilia regem se facit, contradicit Cæsari . Si autem vtrunque incumbit Cæsari, restituere scilicet Cæsari quæ sunt Cæsaris , & quæ sunt dei deo : cur apud Tullum res dei minuitur , cùm Cæsar nihil ibi lucretur? Verendum est ne minimorum neglectus, impedimentum sit maximorum. Hoc est quod dico . Ecclesia sancti Gengulphi grauiter iniustéq;(vt dicitur)in illa ciuitate opprimitur, & aiunt vestræ prudentiæ nescio qua fraude subreptum , vt domino papæ per iustitiam subuenire paranti , vestræ interuentu precis obuiaretis . Obsecro & consulo cõsultius agi,noxiã reuocari precem, dari locum iustitiæ , antequã ecclesia illa funditus destruatur.Pauper sum ego, fidelis tamẽ vester:& si videor importunus, fortassis inde est . Dominam imperatricem in Christi charitate oppidò salutamus.

Ad eundem. Epistola CXL.

MIror cuius instinctu vel consilio vigilantiæ vestræ subripi potuerit , vt homines digni certe duplici honore & gratia , contraria à vobis audirent : Pisanos dico , qui primi & soli interim adhuc erexere vexillum aduersus inuasores imperij . Quàm iustius in eos regia incanduisset indigna- B tio,qui populum strenuum & deuotum quacunque occasione offendere ausi sunt:eo præcipuè tempore, quo accincti in multis milibus suis exierant oppugnare tyrannum, vlcisci iniuriam domini sui , & imperialem defensare coronam ? Vt enim congruentissimè assignem huic genti quod olim de sancto Dauid dicebatur : quænam , quæso, in omnibus ciuitatibus sicut Pisa , fidelis egrediens & regrediens , & pergens ad imperium regis ? Nónne hi sunt qui nuper regni illum vnicum ac potentissimum hostem ab obsidione Neapolis fugauerunt ? Nónne hi sunt qui etiam , quod penè incredibile dictu est, in vno impetu suo expugnauerunt Amalfiam, & Rebellem , & Scalam , atque Atturinam , ciuitates vtique opulentissimas & munitissimas , omnibúsque qui antehac tentauerunt,vsq; ad hoc tempus(vt aiunt)inexpugnabiles ? Quàm dignum,quàm æquum, quàm plenum ratione & iustitia fuerat , vt fidelium terra interim saltem dum hæc actitarent , ab omni hoste secura consisteret,tum pro præsentia summi pontificis , quem iamdudum exulem Pisani apud se cum summo honore seruabant & seruant : tum pro seruitio imperatoris, pro quo & ipsi tunc temporis exulabant ? Factum est autem per cõtrarium,vt gratiam qui offenderunt,& qui seruierunt, iram mererentur . Sed vos fortassis adhuc ista nescicbatis.

C Oportet ergo nunc quando res est nota vobis , immo & decet & expedit , mutare vos & verbum & animum, vt viri regiis magis fauoribus & muneribus honorandi , à vestra parte decætero audiant & recipiant prout meriti sunt.O quantum meruere Pisani,quãtum adhuc mereri possunt?Sat est dictum sapienti.

Ad Humbertum abbatem Igniacensem , qui abbatiam suam dimiserat. Epistola CXLI.

PArcat tibi omnipotens deus . Quid voluisti facere ? Quis te crederet ad tantum prorumpere malum , hominem tantis præditum bonis ? Quomodo potuit arbor bona pessimum hunc ex se producere fructum ? O quàm terribilis deus in iudiciis super filios hominum . Non miror quòd diabolus istud potuit , sed quòd deus permisit , quippe qui iam tot annis purè , sicut credimus , & deuotè seruisti . Quid faciet de me vtique pigro & negligenti seruo , qui fidelem famulum suum sic vel ad tempus tradidit in animam inimicorum eius ? Quid quæso rationis, immo quid non impietatis habet hæc fuga tua, de qua filij lugent , aduersarij rident?Miror quòd te non terruit Arnaldi abbatis exemplum : cuius similis præsumptio digno , sed pauendo fine (vt bene meministi) in breui est vindicata . Et quidem ille qualemcunque (vt bene noui ego)habuit causam,tu nullam. Nunquid enim aut monachi tuis erant inobedientes imperiis,aut cõuersi segnes in operibus,aut vicini fortè tibi tuíve rebus infesti , aut certè modica & non sufficiens substantia mundi, quatenus relinquere cogeretis quos vel regere vel pascere non sufficeres? D

Vide ne & te tangat vox illa dei , quia odio habuerunt me *Ioan.5.a* gratis.Quid enim debuit tibi facere, & non fecit ? Vineam tibi plantauit electam & speciosissimam.Sepem ei circundedit votiuæ cõtinentiæ , torcular districtissimæ disciplinæ fodit in ea: & ædificauit sanctæ paupertatis turrim ad cœlos vsque pertingentem : te cultorem atque custodem constituit . Honestauit te in laboribus tuis : & complebit illos , si permittis. Sed tu , proh nefas , destruis maceriam eius : & racemis optimis plenam exponis omnibus qui prætergrediuntur viam. Heu , quis prohibebit aprum de syluâ vt non exterminet , & singularem ferum ne depascat eam ? Mirum verò si in hoc morti te bene præparare putas , quod quidem ad me scripsisti , vt in tanto scandalo & in anathemate domini papæ mori velle non timeas.Deinde si ita necessarium erat,non potuit aliud tempus considerari , nisi cum necessitatibus vniuersalis ecclesiæ detineor,vt illi miseræ quam exponis non liceat subuenire ? Obsecro te per eum qui pro te crucifixus est , vt satis afflictos,amplius cruciare parcas,& tristitiam super tristitiam addere desistas : quia, vt verum fateat,sic pro hac ecclesiæ generali grauíq; scissura affectus sum , vt tædeat animam meam vitæ meæ,etiam te & tuis in pace degentibus.

Ad monachos Alpenses. Epistola CXLII. E

BOnus pater vester atque noster auctore deo ad altiorem gradum assumptus est.Faciamus ergo charissimi quod dicit propheta:Eleuatus est sol, & luna stetit in ordine suo. Sol *Abac.3.c* est ille per quem Alpensis congregatio illustris vbique redditur, tanquam luna per solem . Eleuato itaque illo stemus nos in ordine nostro , quicunque elegimus abiecti esse in domo dei nostri, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Ordo noster abiectio est,humilitas est, voluntatia paupertas est, obedientia, pax, gaudium in spiritu sancto . Ordo noster est esse sub magistro , sub abbate , sub regula , sub disciplina. Ordo noster est studere silentio , exerceri ieiuniis , vigiliis, orationibus , opere manuum , & super omnia excellentiorem viam tenere, quæ est charitas . Porrò in his omnibus proficere de die in diem , & in ipsis perseuerare vsque ad vltimum diem. Et hæc quidem assiduè vos confidimus actitare . Cæterùm vnum opus fecistis , & omnes mirantur , quòd cum sancti essetis, non reputantes vestram sanctitatem , alienam participare curastis , vt essetis sanctiores. Impletum est quod le- *Luc.17.c* gitur in euangelio: Cum feceritis omnia quæ mandata vobis fuerint, dicite, serui inutiles sumus . Inutiles vos reputatis,& humiles inuenti estis . Recta facere , & inutilem se reputare, apud paucos inuenitur , & ideo multi admirantur . Hoc , inquam , hoc prorsus vos de illustribus reddit illustriores , sanctiores de sanctis, Et vbicunque diuulgatus est sermo iste repleuit omnia odore suauitatis . Hæc virtus me iudice præfer- F tur etiam protractis ieiuniis, & anticipatis vigiliis , omni deniq; corporali exercitio , tanquam vera pietas quæ ad omnia valet . Quàm læto sinu collegit vos multitudo Cistercienſis, *1.Tim.5.e* quàm alacri vultu spectauit hoc angelica celsitudo? Nouerũt siquidem illi spiritus omnipotenti deo placere super omnia fraternam societatem & confœderationem , cum dicat per prophetam : Glutino bonum est . Et per alium : Ecce quàm *Esa.41.b* bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum . Item, *Psal.132.a* Frater fratrem adiuuans, ambo consolabuntur. Aduertitur e- *Prou.18.c* tiam hoc factum humilitatem redolere, quę quàm accepta sit diuinæ maiestati, docet ille qui dicit:Superbis deus resistit,hu *Iaco.4.b* milibus autem dat gratiam . Ostendit & ipse humilitatis magister per semetipsum,dicens:Discite à me, quia mitis sum, & *Matt.11.d* humilis corde. Quid dicam de nostro pusillo grege Clarealis,cui specialius adhæsistis,quanto vos & quàm speciali complectatur affectu:Non potest dici verbo,quod de mutua charitate inter nos & vos spiritualis infusio mirabiliter operatur. Superest,fratres, vt inuocato spiritu sancto , matureris vobis eligere patrẽ.Nam si me expectaretis,vereor ne aduentus noster differatur in longum, & illa dilatio esset periculosa . Sed vocate ad vos fratrẽ nostrum charissimum Godefridũ priorẽ Claræuallis,qui & in hoc sicut in aliis impleat vicẽ nostram, vt consilio eius , vel fortè illorum quos ipse pro se miserit , si

Universidad de Deusto
Biblioteca

G venire non poterit, necnon & patris vestri Guarini talē per sonam eligatis, de qua & deus honorem habeat, & vos salutem. Memores mei estote fratres.

Ad suos Clarauallenses. Epistola CXLIII.

Charissimis fratribus Clarævallis monachis, conuersis, nouitiis, frater Bernardus gaudere in domino semper.

EX vobis perpendite quid patiar ego. Si vobis molesta est absentia mea, nemo dubitet mihi esse molestiorem. Non enim paris iacturæ, nec eiusdem grauaminis est me vno carere vos, méque vestra vniuersitate destitui. Tot me necesse est assici curis, quot vos estis, & ad singulos quosque vestrum dolere absentiam, timere pericula. Duplex cōtritio ista non me deseret, quousq; meis visceribus ego reddar. Quod quidem & vos sentire pro me non ambigo, sed ego vnus sum. Vobis ergo vna, mihi multiplex incumbit tristandi ratio, vtpote pro omnibus vobis. Nec solùm cruciat quòd absque vobis vel ad tempus viuere cogor, sine quibus & regnare miseram mihi reputo seruitutem, sed etiam quòd versari compellor in his quæ amicam quietem omnino perturbant, & meo proposito minus fortasse conueniūt.

H Hæc scientes, moræ meę, quę meę non est voluntatis, sed ecclesiasticę necessitatis, nō oportet vos in dignari, sed compati. Spero autem quòd non erit longa: vos orate vt non sit infructuosa. Detrimenta quę interim fortè cōtingent, emolumenta reputentur, quoniam deus in causa est: qui cum sit benignus, & omnia posit, facilè damna resarciet, non solùm integrè, sed etiam cumulatè. Propterea bono animo simus, deum habentes nobiscum, in quo & vobis præsentes sumus, quantislibet terrarum spaciis diuisi à vobis videamur. Quicunque in vobis bene officiosum seipsum exhibet, humilem timoratum, studiosum lectionis, orationibus vigilem, fraternæ charitatis solicitum, non me putet absentem sibi. Nam quomodo ei præsens spiritu non sum, cum quo est mihi cor vnum & anima vna: Si quis autem sufurro (quod absit) extitit inter vos, aut bilinguis, aut murmurās aut contumax, aut impatiens disciplinę, aut inquietus & vagus, & qui panem otiosus comedere nō erubescat, huic etiam si corpore presens essem, longe esset ab eo anima mea, eo quòd ipse longe fecerit à se deum, morum non locorum distantia. Interim fratres dum venio, seruite domino in timore, vt sine timore quādoque de manu inimicorum vestrorū liberati seruiatis illi. Seruite in spe, quoniam fidelis est in promissis. Seruite ex merito, quia multus in meritis est. Nam etsi cætera taceā, hoc soI lo certe non immerito vitam sibi vēdicat nostram, quod pro ea præbuit suā. Nemo igitur sibi viuat, sed ei qui pro se mor-
2.Cor.5.c tuus est. Cui enim iustius viuam, quàm ei, qui si non moreretur, ego non viuerem? Cui commodius, quàm promittēti vitam æternam? Cui magis ex necessitate, quàm flammas perpetuas minitāti? Sed seruio voluntarie, quia charitas libertatem donat. Huc prouoco viscera mea. Seruite in charitate il la quę timorem expellit, labores non sentit, meritum non intuetur, premium non requirit, & tamen plus omnibus vrget. Nullus terror sic solicitat, nulla præmia sic inuitāt, nulla iustitia sic exigit. Ipsa vos mihi inseparabiliter iungat, ipsa me vobis iugiter representet, horis maxime quibus oratis, charissimi & desiderantissimi fratres.

Ad eosdem. Epistola CXLIIII.

TRistis est anima mea vsque dum redeam, & non vult consolari vsque ad vos. Quæ enim est mihi consolatio in tempore malo, & in loco peregrinationis meæ? Nónne vos in domino? Minime quidem deserit me quocunque iero, dulcis memoria vestri: sed quāto memoria dulcior, tanto absentia molestior. Heu mihi quia incolatus meus non so-
Psal.68.f lum prolongatus est, sed etiam cumulatus. Et reuera, iuxta prophetam, super dolorem vulnerum meorum addiderunt, qui me à vobis aliquando vel corpore separant. Est commune exilium, ipsúmque molestum satis, quòd quādiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Huic accessit & speciale (quod pene impatiētem me reddit) vt cogar viuere sine vobis, longa molestia, & tędiosa expectatio, vanitati huic occupanti omnia, tādiu manere subiectum: fęculenti corporis K horrido circūdari carcere, & mortis vinculis, funibusq; peccatorum necdum absolui, & tanto tępore nō esse cum Christo. Cæterùm aduersus hęc omnia vnū mihi remedium quaelecunq; erat, & vere datum desuper, pro vultu videlicet gloriæ, qui absēditus est vsque adhuc, videre interim templum dei sanctum quòd estis vos. Ex hoc templo facilis mihi videbatur trāsitus ad illud gloriosum, ad quod propheta suspirat *Psal.26.b* dicens: Vnam petij à domino, hāc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem domini, & visitem tęplum eius. Quid dicam? quoties id solatium interpolatū est mihi? Ecce hoc tertio (nisi fallor) auulsa sunt à me viscera mea. Paruuli ablactati sunt ante rēpus: ipsos quos per euangelium genui, nō licet educare. Propria denique deserere, & aliena curare cogor, & dubito pene quid magis egre feram, an subtrahi illis, aut intricari istis. Itāne bone Iesu, tota deficiet in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus? Bonū mihi domine magis mori quàm viuere est, nō tamē nisi inter fratres, inter domesticos, iter charissimos. Id siquidem dulcius, humanius, tutiúsque esse constat. Immo verò pium est, vt in hoc remittas mihi, vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero. Si placet domino meo, vt L oculi patris qualiscūq;, qui nō sum dignus vocari pater, claudantur manibus filiorum, vt extrema videant, exitum cōsolentur, spiritum suis desideriis leuent ad consortiū si dignum iudicas beatorum, cum pauperum corporibus pauperis corpus sepeliant: hoc prorsus, si inueni gratiam in oculis tuis, precibus & meritis corūdem fratrum meorum obtinere toto affectu desidero. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Nec mihi uiuere volo, nec mori. Sed dignum est, vt qui dolorem meum audistis, etiam consolationem nō ignoretis, si qua est. Primum quidem de omni labore & calamita-
Psal.118.a te quam patior, solum arbitror esse in causa eum cui omnia
Psal.118.n vinūt. Velim nolim, necesse est me viuere illi, qui meam sibi propriæ vitæ positione acquisiuit, qui & potēs est si quid patimur pro ipso, recompensare nobis in illa die misericors & iustus iudex. Quòd si inuitus militauero ei, dispensatio mihi tantùm credita est, & ero seruus nequam. Si autē volēs, gloria est mihi. In hac ergo aliquantulum cōsideratione respiro. Deinde quòd sæpe nō meis meritis superna gratia honestauit me in laboribus meis, & gratia illa in me vacua non fuit, sicut in multis expertus sum, & vos ex parte non latuit. Sed & hac vice, q̄ necessaria ecclesiæ dei sit vel fuerit præsentia paruitatis nostræ: dicerem ad consolationem vestram, si non gloriam redoleret. Nunc autem melius est vt hoc per alios M cognoscatis. Instantissima postulatione imperatoris, apostolicóque mandato, necnon ecclesiæ ac principū precibus flexi, dolentes & nolētes, debiles atque infirmi, & vt verum fatear, pauidæ mortis pallidam circūferētes imaginem, trahimur in Apuliam. Rogate quæ ad pacem sunt ecclesiæ, rogate quæ ad salutem sunt nobis, vt iterum vos videamus, vobiscū & viuamus & moriamur: & sic viuite vt obtineatis. Infirmus in arcto temporis, certe cum lachrymis & singultibus ista dictaui teste charissimo fratre nostro Balduino qui stylo ea excepit, quē ecclesia vocauit ad aliud officium, & ad aliam dignitatem. Orate & pro ipso tanquā vnico solatio meo, & in quo spiritus meus plurimum requiescit. Orate pro domino papa, qui me pariter & vniuersitatem vestram paterno fouet affectu. Orate & pro domino cācellario, qui mihi pro matre est: & pro ipsis qui cū eo sunt, domino Luca, & domino Chrysogono, magistro Yuone: qui se nobis exhibēt fratres vterinos. Qui mecū sunt frater Bruno & frater Girardus, salutant vos, supplicantes & ipsi pro se orari.

Ad abbates Cistercij congregatos. Epistola CXLV.

IN multa infirmitate corporis, & cordis anxietate (deus scit) dictaui ista ad vos, homo miser, homo natus ad laborem, frater tamen vester. Vtinam nunc ipsum spiritum in quo congregati estis, merear habere interpellatorem ad vestram vnanimitatem, qui imprimat pectoribus vestris calamitatem quam patior: qui imaginem mei tristem ac supplicem sicut est fraternis affectibus repræsentet. Non hoc oro, vt creet in vobis nouam misericordiam, quia noui ego

A ego quàm familiaris vniuersitati vestræ sit illa virtus: sed hoc oro, vt in intimo sentiatis quo & quanto affectu oporteat misereri. Certus enim sum quia si id datum fuerit, continuo lachrymæ de thesauro pietatis erumpent, singultus & gemitus & suspiria hinc inde pulsabunt cœlos, & audiet deus, & placabitur mihi, & dicet: Reddidi te fratribus tuis: non morieris inter extraneos, sed inter tuos. Tantis siquidem laboribus & doloribus affectus sum, vt sæpe tædeat me etiam viuere. Humanum autem dico propter infirmitatē nostram. Desidero differri vsque dum reuertar ad vos, vt non moriar nisi inter vos. De cætero fratres, bonas facite vias vestras & studia vestra, quæ recta, quæ honesta, quæ salubria sunt constituentes & tenentes, ante omnia soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: & deus pacis erit vobiscum.

Ad Burchardum Balernensem abbatem. Epistola CXLVI.

IGnitum eloquium tuum vehementer, & ignitum illo igne, quem dominus misit in terram. Legi illud, & concaluit cor meum intra me. Benedixi illi fornaci de qua huiusmodi scintillæ euolassent. Nónne cor tuum ardens erat in te cum ista dictabas? Bonus homo de bono thesauro suo profert bona. Si laboraui in te, vti tu humiliter memoras, non me piget. Arauí in spem profecto percipiendi fructus: &
B spes non confundit. En de fructu operum meorum satiantur viscera mea in terra aliena, & sentio ipso meo experimento semen meum non secus viam, non super lapides, non inter spinas, sed in terram bonam & optimam cecidisse. Et si cum parerem, tristitiam habui, iam non memini pressuræ præ gaudio, quia natus est infans in mundo. Infans dixerim malitia, non sensu: quem posset saluator præponere senibus ad imitandum, denuo dicens: Nisi conuersi fueritis, & efficiami sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Infans qui dicat: Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Qui dicat: Adolescentulus sum ego & contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quia sic placitum est ante te. Tuo placito sunt id quod sunt, non suo merito. Nec enim inuenis merita, sed præuenis. Omnes peccauimus, & egemus præueniri. Tu ergo frater agnosce te præuentum, & præuentum in benedictionibus dulcedinis: non à me qui nihil sum, sed ab illo qui me vt de tua te salute monerem, aspirando præuenit. Nam vt multum mihi tribuas, plantator sum, rigator sum: absque illo tamen qui incrementum dat, quid sum? Ipsi te in omni humilitate subiicias, ipsi tota deuotione inhæreas. Me verò vtere eius seruo, conseruo tuo, comite in via, cohærede futuro in patria, si tamen studiosissime impleuero ministerium ad quod tibi missus sum: idque quan-
C tum in me est effecero, vt hæreditatem capias salutis. Ad ea de quibus quęstus es, ita respondeo: Necessitates tuas vt meas portabo cum venero.

Ad Petrum abbatem Cluniacensem. Epistola CXLVII.

Domino & patri reuerendissimo Petro Cluniacensi abbati, suus Bernardus, quod suus.

VIsitet te oriens ex alto, ô bone vir, quia visitasti me in terra aliena, & in loco peregrinationis meę cōsolatus es me. Bene fecisti, intelligens super egenum & pauperem. Absens eram, & absens etiam longo tempore, & recordatus es nominis mei, homo magnus, & occupatus in magnis. Benedictus sanctus angelus, qui pio pectori tuo id suggessit. Benedictus deus noster qui persuasit. En teneo, vnde glorier apud extraneos, literas tuas, & illas literas in quibus tuam mihi animam effudisti. Glorior quòd me habeas non modo in memoria, sed etiā in gratia. Glorior priuilegio amoris tui, refectus sum de abundantia suauitatis pectoris tui. Non solùm autem, sed & glorior in tribulationibus si quas dignus habitus sum pro ecclesia pati. Hæc planè gloria mea, & exaltans caput meum ecclesiæ triumphus. Nam si socij fuimus laboris, erimus & consolationis. Collaborandum fuit & compatiendum matri, ne & de nobis quereretur, dicens: Qui iuxta me erant, D de longè steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam *Psal.37.b* meam. Deo autem gratias qui dedit ei victoriam, honestauit eam in laboribus, & compleuit labores illius. Tristitia nostra in gaudium, & luctus noster versus in citharam est. Hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit, amputatum est sarmentum inutile, putre membrum. Ille ille iniquus qui peccare fecit Israël, morte absorptus est, & traductus in vētrem inferi. Fecerat quippe, secūdum prophetam, pactum cum morte, & cum *Esa.28.b* inferno fœdus inierat. Ideóque, iuxta Ezechielem, factus est perditio, & non subsistit in æternum. Alius quoque omnium sicut maximus, ita & pessimus inimicus, abscissus nihilo minus est. Et is vnus erat ex amicis ecclesiæ, sed illis de quibus solet queri & dici: Amici mei & proximi mei aduersum me *Psal.37.* appropinquauerunt & steterūt. Si qui restant, citò speramus de similibus idem iudicium. Prope est vt reuertar ad fratres meos, si vita comes fuerit, per vos (sicut intendo) transiturus. Interim commēdo me sanctis orationibus vestris. Salutamus fratrem H. camerarium, & omnes qui circa vos sunt, cum reliqua sancta multitudine.

Ad eundem. Epistola CXLVIII.

Domino Petro abbati Cluniacensi, B. humile dilectionis obsequium. E

LEctis literis vestris lætatus sum in eis, quòd tantillum vidélicet tantus in benedictionibus dulcedinis præuenire curastis. Cæterùm videndi nos inuicem, & colloquendi pariter, quoniam dignum iudicatis, quando se offeret illa opportunitas, quando conueniens locus, quādo iusta occasio? Hæc interim paucis vestris pauca reddidimus, ampliora libēter do naturi, cum ea vobis onerosa non fore cognouerimus. Alioquin quādo hoc ipsum auderet nostra pusillitas, nisi daret ad dignitatem vestram accessum vestræ dignationis humilitas?

Ad eundem. Epistola CXLIX.

QVam nolim fieri quod vestræ putem obuiare reuerētiæ, credo synceritatem vestram non latere. Ea fiducia suggerere vobis non debito, quod suggerendum videtur. De monasterio sancti Bertini vellem vos moderatius agere, quàm cœpistis. Nam etsi hoc vobis in pace subiicere, & absque omni contradictione possetis, ne tunc quid vestra referret video. Neque enim crediderim vos delectari honore, cum tanto onere. Nunc verò cum nec absque magno labore vēdicare vobis præfatum monasterium, nec in pace, vt aiunt, queatis possidere: honesta vobis (vt mihi videtur) præbetur quiescendi occasio, timor inquietandi.

Ad dominum papam Innocentium. Epistola CL. F

SAnitas capitis redundet in membra. Vnguentum quod descendit in barbam de capite, extrema quoque fimbria vestimenti participet. Si percusso pastore diffugerant oues, valente & incolumi securè reuertātur ad pastū. Quod dicimus, hoc est: de gloriæ vestræ crebris successibus, creber nuncius lætificat ciuitatem dei. Iustum proinde est vt vestra prosperatio, ecclesię roboratio fit: & cum exaltat deus electum de plebe sua, ipsa quoq; se sentiat exaltari, ac de roboris incremento fortiorem agnoscat. Nam si compassa est, & conregnare debet. Sic dignum vobis, sic nobis necessarium. Quid enim? Si in timore & angustia æquitatis vigor non languit, non tepuit feruor, modo cedimus, cum appropinquamus ad palmam? Quæ eminuit in infirmitate, in sublimitate virtus succumbet? Quām nempe in manu valida ordinatum est nobile illud monasterium Virziliacense? Nec insanis profectò tumultibus armatæ plębis, nec effreni furentium atque obstrepentium vesaniæ monachorum, nec quod his fortius fuit, copiis mámonæ cedendum putauit vel ad modicum apostolica celsitudo. Quid apud sanctum Benedictum? Nunquid regia indignatio prohibere potuit spiritum libertatis accēsum atq; accinctum aduersus carnem & sanguinem? Sic sancti Meminij, sic sancti Satyri, miro modo ecclesię immutatę sunt, & de synagoga Satanæ restitutæ sunt in sanctuarium dei, vellent nollent omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

G iniqua agentes superuacuè. Sed nec Leodij ceruicibus imminens mucro barbaricus cóp̃ulit acquiescere importunis improbísque postulationibus iracundi atque irascentis regis. Quis vero dignis efferat laudibus, quod nouissimè diebus istis de manu potentis, eminus licet, emissum est in conturbatores ecclesiæ Aurelianensis? Reuera nunc sagitta Ionatæ nō abiit retrorsum, & hasta eius nō est auersa. In quo tamen verbo rex quidem turbatus est, sed non omnis Hierosolyma cum illo. Magis autem mitigauit omnem iram suam & ipse tandem. Erubuit siquidem & timuit frustra armari aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Hinc prorsus eleuata est magnificentia tua super cœlos: tantùm vt laudabile principium condigno exitu perornetur. Quod quidem vniuersi qui vos amant, vehementer expectant, idq; flagitant maturari. Sanè simili zelo, & in manu æquè potenti, ecclesiæ Turonensi iamiámq; subuenire necesse est. Alioquin prope interitum est & ipsa, nisi cito feratis auxilium. Reuixit (vt aiunt) Gilberti spiritus in Philippo, ipsius planè & nepote carnis, & hærede ambitionis. Quanta nempe dominandi cupiditate & iste iuuenis inardescat, indicat matris suæ ecclesiæ diuturnus & miserabilis cruciatus, quo pene eam euisserat miser, vt se parturiat in honorem. Est tamen auctore deo eius terH giuersationibus finis tandem impositus: si tamē quod dictā- te iustitia, & cōpellente malitia, & pace prouocante in eum actum est, apostolicę auctoritati ratum habere placuerit. Absit autem vt confundat fideles suos benigna maiestas, quibus idem negocium dignum duxit committere terminandum. Absit, absit vt sæua ambitio refugium habeat apud innocentiæ defensorem. Hoc ipsum quantæ audaciæ est quod tentat, quantæ demētiæ quod sperat? Semel & secundo iam apostolici contemptor mandati, iustitiam subterfugit, & nunc imprudentiori temeritate audet denuo nihilo minus tātæ æquitatis vultibus præsentari? Cui obscurum est quàm impie cogiter in mammonæ viribus turrim fortitudinis oppugnare, homo qui de iustitia penitus non præsumit? Sed securi sumus. Siquidem qui tentatur, innocentius est & filius iniquiPsal.88.d tatis nō apponet nocere ei. De cætero memoriam abundantiæ suauitatis tuæ dulcissime pater dum suspiramus: præsentiam dulciter inuicē eructamus, quia caremus illa, in ista cōsolamur. Hæc sedula cordibus, hæc oribus frequēs est. Sal est in omni sermone, aures mulcet, dulcorat ora, corda recreat & inflammat. Celeberrima est in cōuentibus sanctorum, colloquia condit, impinguat preces, ad orandum solicitat. Oramus & nunc soliciti pro vobis & vestris, vt æterna memoria dignos vos ipsa æternitas habeat, cui & pro qua temporaliI ter laboratis. Amen.

Ad Philippum Turonensis ecclesiæ electum. Epistola CLI.

DOleo super te Philippe charissime, sed quæso te ne rideas dolorem meum. Nam si tibi minime videris forsitan esse dolendus, ideo magis dolendus. Tu videris quid de te sentias, ego te arbitror omni lachrymarum fonte plangēdum. Dolor meus non est dignus subsannatione, sed compassione: quia dolor meus non est de carne & sanguine, non de amissione rerum perituraru̇m, sed de te ô Philippe. Non potui expressius demonstrare magnitudinem causæ doloris. Philippus est in causa. Cum hoc dico, grauem ecclesiæ pronuncio luctum, quæ te aliquando suo gremio cōfouebat germinantem sicut lilium, florentem donis innumeris. Quis tunc temporis non clamabat bonæ spei iuuenem, bonæ indolis adolescentem? Sed heu mutatus est color optimus. A Tre.4.d quanta spe decidit Francia, quæ te genuit & nutriuit! O si cognouisses & tu. Tu inquam, si apponeres scientiam, apponeres & dolorem, & dolor tuus faceret ne noster omnium esset infructuosus. Procederem si sequerer spiritum meum, sed nolo proferre plurima in incertum, & esse quasi aërem verberans. Sed hæc scripsi, vt nostrum vtcunque erga te affectum cognosceres, & vt nos scires esse in proximo, si fortè deus inspiraret tibi nostrum curare colloquium, & optatam nobis tui velles exhibere præsentiam. Sumus enim Viterbij, & te morari in vrbe audiuimus. Dignare rescribere nobis quicquid illud sit quod de his literis corde conceperis, vt sciamus quid faciendum sit nobis, plus videlicet minúsve dolendum. Quòd si omnia contemnis, & in nullo nos K audis: ego quidem fructum non perdam literarum, quæ ex charitate procedunt: sed tu de contemptu ante tribunal terrificum respondebis.

Ad dominum papam Innocentium, pro Trecensi episcopo. Epistola CLII.

INsolentia clericorum, cuius mater est negligentia episcoporum, vbique terratum turbat & molestat ecclesiam. Dant episcopi sanctum canibus, & margaritam porcis: & illi conuersi conculcant eos. Meritò quales fouent taies & sustinent. Quos ditant ecclesiæ bonis, non corrigunt eorum mala, malóque grauati portant. Alienis nimirum laboribus locupletantur clerici, comedunt fructum terræ absque Psal.72.a pecunia: & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Quos pro- Exod.32.b priè hodiéque respicit vetus illa scriptura: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Mens quippe assueta deliciis, nec exculta disciplinæ sarculo, multas contrahit sordes. Porrò inueteratam rubiginem si tentes abradere, Deut.32.b nec summis saltem digitis contingi patientur, sed sicut scriptum est, incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Insurrexerut testes iniqui, homines quos delectat vitam semper alienam rodere, negligere suam. Supplicat puer vester pro eo cuius in L hac discordia (si non fallor) tota culpa est, quòd culpas redarguerit clericorū. Hæc pro episcopo in reliquo pro me satisfactio. Scripta dignationis vestrę quib⁹ me venire ad vos cum iubere possetis, rogare dignatissime maluistis: norit paternitas vestra ad me ante natiuitatem sanctæ Marię minimè peruenisse. Itaque non dico: Iuga bonum emi quinque, aut villam emi, aut vxorem duxi: sed planè (quod & vos non ignoratis parnulos lactare me fateor, & ideo quomodo sine graui scandalo ac periculo ipsorum venire possim, non video.

Ad Bernardum de portis, de ordine Cartusiensi. Epistola CLIII.

PEtis instanter, & ego constanter abnuo, sed parcens mihi, non te spernens. O vtinam tuo studio ingenióque dignum aliquid elaborare possem. Lumen oculorum meorū, & ipsam quoque animam, si fieri posset, partirer tibi amice charissime, & in Christi visceribus mihi potissimum in omni plenitudine dilectionis spiritualiter amplectende frater. Cæterùm vbi ingenium, aut quando ocium mihi sufficiens ad id quod petis? Neq; enim leue quid aut vile, & quod nos possumus, postulare videris. Minime quippe pro minimis sic instares. Nam voluntatem tuam & curam in hoc satis produnt crebræ epistolæ tuę, & vehemētior spiritus eas animās. M Nimirum proinde quanto id curiosius velle te sentio, tanto crede mihi scrupulosius acquiesco. Cur hoc? Ne magna videlicet expectāti, ridiculum producam murem. Hoc vereor, & hæc causa cunctationis meæ. Et quid mirum si vereor dare, quod edere verecūdor? Inuitus, fateor, præbeo, quod me existimem non tam edere profuturum, quàm prodere contemnendum. Quis sane dare velit, quod dedisse dedecear, accepisse non prosit? Libens do, inuitus perdo. Scimus quoniam speranti grandia, modica minus grata venire solent. Quod autem non venit gratum, perditum est non datum. Tibi studij est, vtpote ocioso & vacanti, vndecunque perLuc.12.d.f quirere incentiua igni quo ardes: vt ardeas magis, & impleas voluntatem domini tui dicentis: Et quid volo nisi vt ardeat? Laudo: sed si illic ea quæras, vbi te frustratum postmodum non queraris. Erras si apud nos quæris. Ego potius illa abs te mendicare debuerim. Scio quidem dare quàm accipere beatius esse, sed si detur quod danti honestū, accipienti vtile sit: quale vtique penes me quicquā esse penit⁹ nescio. Quod autem habeo, vereor si in medium venerit, ne te quoque optasse illud pudeat, pœniteat postulasse. Sed quid? Non melius nos apud te, tu ipse excusabis? Tui tibi certe, fidem oculi faciāt. Cedo importunitati tuæ, vt vel exhibitio tollat suspicionem, Res est cū amico. Non parco iam verecundiæ: profusus, dum fiat quod tu vis, insipientiæ meæ non memorabor. Sermones paucos in principio Cāticorum Salomonis recēs dictatos, en facio transscribi, & tibi cum necdum ediderim, quàm citius mitto. In quo opere cū accepero tempus (Christo

A sto imperante curis) tentabo procedere: si tamē me inde confortes. Dominum & patrem nostrum priorem vestrum cum cæteris fratribus, per te deotè saluto, & propitios habere apud deum corde humili supplico.

Ad eundem. Epistola CLIIII.

DIssimulare non valeo tristitiam cordis mei, nec patior vltra latere te cruciatum quem patior, Bernarde charissime. Memor antiquæ meæ promissionis, propositum habui & desiderium magnum transire per vos, reuisere quos diligit anima mea: itineri meo solatium, laboribus leuamē, peccatis remedium postulare: & culpis meis exigentibus factum est non vt nollem, sed vt non possem. Pœnam siquidem hoc agnosco culparum, non culpam. Certus sis homo dei minimè prorsus amici fuisse incuriam, non pigritiam, non negligentiam, sed causam obstitisse planè non negligendam, & causam dei. Nihilo minus tamen vermis iste cōtinuè Psal.37. rodit me, & dolor meus in cōspectu meo semper. Et quidem aliàs satis tribulor, sed vt verum fatear, in nullo æquè. Vincit labores itineris, caloris incommodum, curatum anxietates. Ecce aperui vulnus amico, tua frater interest compati mihi, hoc est, portare mecum quod patior, vt releuer ego. Tuas & per te sanctorū cum quibus es orationes supplex flagito. Ser- B mones super principia Canticorum quos tu petisti, & ego promiseram, transmitto tibi. Quibus lectis peto vt quàm citius opportune poteris, tuo rescripto moneamur vel ad procedendum, vel ad supersedendum.

Ad dominum papam Innocentium, pro eodem quando electus est. Epistola CLV.

DIlectum deo & hominibus Bernardum de portis, pater venerande, vocatione vestra cogi ad opus & onus episcopale audiuimus. Probabilis res, ac digna planè vestro apostolatu, ponere in lumine lumen absconditum, ne sibi soli viuat, qui & alios ad vitam trahere possit. Vsquequo nanque latet & ardet tātummodo, qui & lucere valet? Leuetur si placet super candelabrum, vt sit lucerna ardens & lucens: sed fanè vbi non præualeat vis ventorum, ne fortè (quod absit) extinguatur. Siquidem insolentia Longobardorum & inquietudo eorum cui non est nota? Aut cui magis quàm vobis? Nobis melius nostis quàm sit ille episcopatus dissipatus, quāque domus exasperans. Quid putamus esse facturum iuuenem viribus corporis fractum, & quieti eremi assuetum, in populo barbaro, tumultuoso, procelloso? Quādo poterit cōuenire tantæ sanctitati, & tantæ peruersitati, tātæ simplicitati & tantæ dolositati? Reseruetur si placet congruentiori loco, C atque alteri populo, cui sic præsit vt prosit, & festinatione nō pereat fructus quem poterit dare in tempore suo.

Ad eundem pro clericis Aurelianensibus. Epistola CLVI.

VSquequo misera illa Aurelianensis ecclesia incassum viscera pulsat patris orphanorum, & iudicis viduarum? Quippe iacet iam olim in puluere virgo nobilis Israël, non solùm viduata viro, sed & charis orbata pignoribus. Proh dolor, non est qui subleuet eam. Quousque & filios non dimittis cū matre misera clamantes post vos? Illos dico qui amissis rebus & domibus, capitibus suis refugium solum inuenere diffugium. Quid tardat intrepida manus, nullis hactenus vel negata oppressis, vel remissa præsumptoribus? Quid tardat (inquam) afflictus eripere de manu fortium, & reddere retributionem superbis? Et si tardat, non derelinquat vsquequaq;. Oportet magis dilatum auxilium tandem venire validius, & subuenire perfectius. Illa sit, si placet, molestæ tarditatis recompensatio, vt & qui apostolica patientia superbè abusi sunt, nihil inde in fine lucrentur: & qui in verbo vestro patiēter passi sunt, minimè eos suæ quandoque pigeat patientiæ.

Ad Haimericum pro eisdem. Epistola CLVII.

Speciali amico suo Haimerico, dei gratia diacono cardinali, & apostolicæ sedis cancellario, frater Bernardus de Claramalle, luce sapientiæ & virtutis claréscere.

NIsi quia vestram noui & circa afflictos compassionem, D & contra proteruos indignationem, opportunè importune instarem vobis pro magistro Vuilhelmo Maudunensi & sociis eius: compellerem vos aduersus oppressores & calumniatores eorum. Nunc autem sufficiat memorasse: vestrum est opere probare cito, quod re vera sufficiat.

Ad dominum papam Innocentium super interfectione magistri Thomæ prioris sancti Victoris Parisiensis. Epistola CLVIII.

Amantissimo patri & domino Innocentio summo pontifici, Bernardus Clarævallis abbas indignus, minimum id quod est & quod potest in domino.

FEra pessima quæ deuorauit Ioseph, canum nostrorum importunitatem non ferens, ad vestrę dicitur defensionis auxilium confugisse. In quantam misera deuenit amentiam, vt vaga & profuga & tremens super terram, illuc potissimum fugā inierit, vbi plus timere oportuit? Sceleratissime, tu summæ æquitatis sedem putas esse spheluncam latronum, aut cubile leonum? Tu filij recentem adhuc cruorem ore rabido ac ferali spumans & masticans, fugis ad sinū matris, patris audes apparere conspectibus? Tamen si pœnitentiam petit, negāda ei non est. Quòd si audientiam, accipiat illam si placet, quam E vel Moyses indulsit populo ante cōflatile curuanti genu, vel Exod.32.f Phinees fornicanti Israëlitæ, vel Mathathias dæmonibus im- Num.15.b molanti: vel certè vt vobis de vestris aliquem proponamus, 1.Mac.2.c quam à beato Petro Ananias & Sapphira meruerunt: quam Act.5.a.b denique audientiam dedit negociātibus in templo saluator. Matt.21.b An ignoramus quorundam peccata præcedere ad iudicium? Nonne vox sanguinis fratris tui clamat aduersum te de terra? Credimus & nostri martyris spiritū quem nouissimè diebus istis tua crudelitas morti dedit, cum cæteris animabus interfectorum, voce valida sub altari clamare & flagitare vindictam, eóque instantius, quò recētius ipsius sanguis effusus est super terram. Sed nunquid ego, inquit, occidi eum? Non vtique tu, sed tui, & propter te. An & per te, videat deus & iudicet, Si excusabilis tu es, cuius dentes, arma & sagittæ, cuius lingua gladius acutus: proinde nec Iudæi Christi de morte culpandi sunt, quippe & ipsi manus continuere cauti. Ob illicitas exactiones quas sibi occasione archidiaconatus in prefbyteros minimè iam vt consueuerat vsurpare liceret, beati vtique Thomæ obuiante zelo atque industria, vtpote iustitiæ amatoris & defensoris: oderat illum, & mortem ei iam ipso odio homicida minitari solebat. Multi se audiuisse nunc perhibent, quibus discredendum non est. Postremò nepotes eius vt impias manus in sanctum domini mitterēt, quod aliud vnquam aduersus eum habuerint, ipse certe dicat, si potest. Si F ergo iste qui causa, qui incentor, qui etiam (vt omnium penè suspicio est) extitit & dictator facinoris: si is, inquam, impune ferat (quod vtique mira impudentia de vestra apostolica auctoritate præsumit) quanta putamus impunitas ista in ecclesia parturiet punienda? Vnum è duobus fore necesse est: aut nullos ex nobilibus siue potentibus secundum hoc seculum admitti deinceps ad honores ecclesiasticos: aut passim ad omne illicitum permitti libere clericos sacris abuti officiis: ne fortè si quispiam zelo dei accensus prohibere tentauerit, ferro illico militari reus iustitiæ trucidetur. Atque ita quid spirituali gladio, quid censuræ ecclesiasticæ, quid Christianæ legi & disciplinæ, quid reuerentiæ sacerdotali, quid denique diuino timori relinquitur, si metu potentiæ secularis, nullus mutire iam audeat contra insolentiam clericorum? Quid enim insolentius, quidve indignius in ecclesia esse potest, quàm vt sibi quisque ecclesiasticas vēdicet dignitates feritate armorum, nō morum probitate? Quamobrem domine pater aliquid, vt videtis, prorsus decernendum in hominem quod ecclesiæ prosit, vt salus facta hoc tēpore per vos transfundatur in posteros, & cognoscat generatio altera, non solum quod fuit præsumptum, sed & qualiter vltum. Alioquin si serpat venenum, nec sequatur pariter & antidotum, multos (quod absit) habeat perimere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad eundem in persona Stephani Parienſis epiſcopi, vnde ſupra. Epiſtola CLIX.

Piiſſimo patrì Innocentio ſummo pontifici, Stephanus miſerandus epiſcopus eccleſiæ Pariſienſis, miſericordiam & iudicium.

G VIR religioſus prior ſancti Victoris magiſter Thomas in obſequio charitatis, in itinere quod indixerat pietas, in opere ſancto, in ſanctorum comitatu, in dominico die, cecidit in ſinu meo & inter manus meas crudeliter ab impiis pro iuſtitia excerebratus eſt, factus obediens vſque ad mortem. Nunc opus eſt prece, vbi pietatem melius in ſilentio lachrymæ prouocãt: & ſingultus qui interrumpit precem, exprimit affectionẽ. Hæc planè cõpaſſionem verã erſi non poſtulant, merentur tamen, vtpote quæ verũ indicãt produntque doloré, & ſimulationis fugãt ambiguum. Puto proinde ſufficere mihi ad incutiendã paternis viſceribus calamitatem quã patior, rem vt eſt ſimpliciter intimaſſe. Triſtis flebiliſque hiſtoria ſatis pro ſe agit, præſertim apud vos: & ſuaſoriis fu-
Pſal.37.b derelinquit me virtus mea, & lumen oculorũ meorum & ipſum nõ eſt mecũ. Nec enim illũ lugeo, ſed me. Nam ille quo pacto lugeatur, qui mortis precioſæ cõpẽdio tranſiuit ad vi-
H tam? Quis illum nõ magis laudibus quàm fletibus proſequatur: cui viuere Chriſtus fuit, mori eſt lucrũ? Epiſcopi nomen ego gerebam, ille exercebat opus. Honore ſpreto, onus totis viribus ſupportabat. Idcirco ille reuera mortuus ad vitã, ego viuus in morte. Ille mortis vincula non incidit, ſed euaſit: & ecce circundant me dolores mortis, & torrentes iniquitatis
Pſal.17.a conturbant me. Ego igitur ego miſer, ego miſerandus in morte tua mi frater dulciſſime Thoma: blãdo (heu) ablactãtis ſolatio, cauto priuat' cõſilio, & certe tuto patrocinio deſtitutus. Expediebat me magis mori pro te, q̃ poſt te viuere. Propter hoc defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Condolet mihi eccleſia, ſed dolet & pro ſe. Commune damnum, communis deſolatio eſt: mecum omnis religio plorat, paternam pariter implorat conſolationem. Si Theobaldus Noterius adierit vos, ſentiat vel ipſe in ſe quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei. Nepotes ipſius, auctores extitere ſceleris, ipſe cauſa: vtrum & dictator, in quæſtione eſt. Nõ attendatis ad verba eius, donec veniat qui mittẽdus eſt: qui vobis plenius inſinuans veritatem, cautum faciat à labiis iniquis & à lingua doloſa

Ad Haimericum cancellarium in perſona eiuſdem epiſcopi, vnde ſuprà Epiſtola CLX.

I *Domino Haimerico chariſſimo venerabili ſanctæ Romanæ eccleſiæ diacono cardinali & cancellario, ſuus Stephan⁹ Pariẽſis, quod domino & amico.*

AMic⁹ in neceſſitate, pbatur. Quod dico non quia de antactate dilectionis veſtrę dubitẽ, ſed ne cõtingat vt dubi tẽ. Continget autem proculdubio, ſi zelũ illũ veſtrum modo (quod abſit) diſſimulare comperero. Porrò diſſimulationis id mihi argumentũ inexcuſabile fore noueritis, ſi Theobaldum Noteriũ non recipere pro meritis quacunq; occaſione cõtigerit, qui dimidium animæ meæ nepotum ſuorum manibus crudeli ambitione præcidit, ſoli cruciatui parte reliqua reſeruata.

Ad dominum papam Innocentium, vnde ſuprà. Epiſtola CLXI.

VOx ſanguinis Archebaldi ſubdecani Aurelianenſis inuaſ-
Oſee.4.a luit. Nam ecce (proh dolor) iuxta prophetam, ſanguis ſanguinem tangit, & ſimul iuncti fortius clamant ad vos de Francia. Clamat inquam & vociferatur vterque ſanguis clamore tam valido, vt valeat ipſum quoque palatium cœleſte cõcutere: tam pio, vt & ſaxea pectora debeat emollire. Quid facis amice ſpõſi, cuſtos ſponſæ Chriſti, paſtor ouium Chriſti? Putáſne ſufficies excogitare remedium quod huic obuiet peſti tam nefandæ, tam inauditæ? Id ſanè neceſſe eſt inueniri, quod & recenti eccleſiæ vulneri impræſentiarum medelam afferat, & poſteris valeat ad cautelam. Ergo accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime. Si non ſteterit & nũc Phinees & placauerit, non ceſſabit quaſſatio. Si inquã K virgo eccleſiaſticus pepercerit iſtis, Ioanni dico & Theobaldo Noterio: (quorũ etſi nõ manu, aſſenſu certè, fortè & inſtinctu ſanguis innoxius effuſus eſt ſuper terram) quis nõ videat quid ſequatur? Quantos in clero horum impunitas cõtra ius & phas faciet promoueri, metu vtiq; ſuorum, non ſuæ merito ſanctitatis? Nouis morbis, nouis obuiandum eſt medicamẽtis. Vtiliſſime, vt multis videtur, iuſtiſſimèq; eos apoſtolica falce ab omni succideres eccleſiaſtica dignitate, ita vt habitis careant, & decætero ad alias non aſſurgant.

Ad Haimericum cancellarium, pro eodem. Epiſtola CLXII.

FRequentem & amicabilem recordationem, qua dominũ epiſcopum Pariſienſem commendare ſoletis, ego poſtmodum ipſi frequenter teſtatus ſum. En à vobis exigitur non verbo aut lingua, ſed opere & veritate probare nec me fuiſſe fallacem, nec vos mendacem. Sic veſtra intereſt nõ ſolùm propter epiſcopum, ſed & propter alios amicos veſtros: qui vobis pro certo grauiter, ſi quo modo præter ſpem procedere cauſam contingeret, turbarentur.

Ad Ioannem Cremenſem cardinalem preſbyterum, de eodem. L Epiſtola CLXIII.

DIlectionem & dignationem qua me amplecti à vobis nullius dignitatis homuncio ſenſi, in æternum non obliuiſcar. Pœnitentiam & conuerſionem veſtram de qua iam angelis collætatus ſum, & condelectatus, dignos facere fructus opto iugiter, & oro frequenter. Et nunc maximè ipſos noſtra illa Gallicana eccleſia mecum expectat: credo non intempeſtiuos. Intereſt veſtræ pariter & meæ famæ, vt non confundar in vobis. Sic ergo clareat omnibus zelum apud vos veritatis iuſtitiæque ſeruere contra interfectores clericorum, & inſtigatores eorum, vt non me pigeat gloriatum fuiſſe de vobis.

Actio cauſæ Lingonenſis eccleſiæ, ad dominum Innocentium papam. Epiſtola CLXIIII.

DVm adhuc Romæ eſſemus, contigit illò venire dominũ archiepiſcopum Lugdunenſem. Venerunt & cum eo Robertus decanus eccleſiæ Lingonenſis, & Olricus canonicus, quærentes licere ſibi & capitulo Lingonenſi eligere ſibi epiſcopum. Mandarum ſiquidem à domino papa acceperant, nequaquam præſumere hoc, niſi ad cõſilium religioſorum virorum. Quod dum per me cuperent & peterent M obtinere: abſit, inquam, niſi ſciam & certus ſim quòd bonam idoneámque perſonam intendatis eligere. Reſponderunt propoſitum ſuum atque intentionem de noſtro pendẽre arbitrio, nec aliud ſe facturos, niſi quod ego conſulerem, & ſponderunt. Verùm me non ſatis fidem accommodante, acceſſit ad perſuadendum archiepiſcopus, pollicens firmiter idipſum. Et addidit, quòd ſi ſecus clerici agere molirentur, quicquid aliud facerent, minimè ſe confirmaturum, nec ratũ habiturum. Adductus eſt & dominus cãcellarius in teſtimonium. Nec contenti, audiuimus etiam præſentiam domini papæ, vt eius fauore & authoritate quod inter nos conuenerat cõfirmaretur: prius tamen habita inter nos collatione mutua ac diurtuna ſuper facienda electione: & de multis perſonis quarum ibi mentio facta eſt, duabus tãdem nominatis, à quibus null⁹ noſtrum penitus diſſentiret, quamlibet illarũ eligi placuiſſet. Itaque quod nobis complacuit, dominus papa immutabiliter obſeruari præcepit: & tam archiepiſcopus quàm clerici firmiter promiſerunt. Illis abentibus, ego poſt diſceſſum eorũ dies paucos in vrbe faciens, vbi à domino meo impetrare potui facultatem redeũdi, ad fratres iter arripuimus. Et tranſalpinantes cõperimus inſtare diem qua foret ſacrandus homo in epiſcopum Lingonenſem, de quo vtinam meliora atque honeſtiora audiuiſſem⁹. Nolo autem dicere quæ inuitus audiui. Quid plura? A religioſis viris non paucis, qui nobis ſalutãdi gratia occurrerãt, perſuaſi ſum⁹ diuertere per Lugdunũ, quatenus ſi fieri poſſet, rem nefariã ne fieret prohiberemus. Nam ego aliunde ob viæ compẽdium ire ſtatueram, conſulens valetudini & laſſitudini corporis, præſertim quod

A quòd non liquidò, fateor, credebã rumoribus. Quis enim crederet tantum virum tanta vti leuitate, vt poſtpoſita tã recẽte promiſſione ſua inſuper domini ſui mandato, perſonæ notabili manũ imponere non timeret? Itaque conſilio religioſorũ acquieſcentes, Lugdunũ iter direximus: & peruenientes, omnino ſicut audiuimus, ſic vidimus. Parabantur illa nõ feſta, ſed infauſta ſolennia. Decanus tamen, & maxima (ni fallor) pars Lugdunenſium canonicorum conſtanter apertéque contradicebant. Sed & rumor pudendus dolendúſque paſſim crebreſcens & inualeſcens ciuitatem repleuerat. Quid facerem? Conueni archiepiſcopum reuerenter quidem ſuper pacto quod fecerat, & ſuper mandato quod acceperat, & nil horũ negauit. Cauſam verò præuaricationis referens in filium ducis, qui à conſtituto reſilierat, ne ille turbaretur, in id ſe mutabilitatis incidiſſe dicebat, pacis videlicet intuitu. Et intulit quia quicquid hactenus egerit, iam pro noſtro deinceps arbitrio ſe facturum. Tum ego gratias agens, abſit inquã, tamen non noſtra, ſed dei potius voluntas fiat. Quæ ita forſitan cognoſcetur, ſi res ponatur in conſilio epiſcoporum, aliarúmq; religioſarum perſonarum, quæ hic ad veſtrã ipſius vocationem cõuenerunt, vel adhuc venturæ ſunt. Quòd ſi inuocato ſancto ſpiritu, conſenſus omnium vos ad procedendum in-
Prim.5.d B cœpto opere animauerit, procedite vt cœpiſtis: ſin autem, acquieſcendum apoſtolo dicenti: Nemini citò manum imponas. Viſum eſt conſilium placuiſſe. Interim homo ille veniſſe nunciatur, ſed in hoſpitium, non in palatium. Veſpere ſextæ feriæ venit, ſabbato mane receſſit. Non eſt meum dicere cur nec in curia apparere voluerit, ad quàm ei curæ fuit lõgo itinere peruenire, niſi quòd verecundia monachalis honoriſq; contẽptus forſan putari poſſet, ſi non aliud alia quæ ſequuta ſunt indicarent. Et reuera quid alid tunc ſuſpicari debuimus, quando archiepiſcopus rediens ab illo, teſtatus eſt corã omnibus nullo modo eum voluiſſe acquieſcere: ſed quicquid de eo factum fuerat, penitus refutare? Deniq; & mandauit mox electionem fieri. Hoc per quoſdam Lingonenſes canonicos tunc præſentes, hoc & per literas quæ adhuc extant. Quibus in capitulo Lingonenſi oblatis & lectis, proh pudor incontinenti leguntur aliæ per omnia contrariæ illis: aſſerentes vtique conſecrationem dilatam, non dimiſſam, aſſignantes diẽ & locum ad cauſam decidendam, quam literæ priores nunciabant deciſam. Putares in literis non modo diuerſas, ſed & aduerſas ſibi loquentes perſonas aduerſum ſe inuicem contendentes: niſi quòd vna eadémque imago impreſſa ceris, vnum idémque nomen præſignatum in ſchedulis, manifeſtè de vno fonte dulce & amarum illud manare cunctis qui aderant mirantibus declarabant. Tenentur in manibus contradictoriæ literæ: vtriſlibet obedire decreueris, inobediens neceſſe eſt tenearis. Aut enim priorẽ te recipientem epiſtolam,
C poſterior condemnabit: aut ſi poſteriorem ſequi eligas, prior murmurabit. Et vtinam ſecunda epiſtola ſicut potuit
Eſa.28.c euertere primam, ita poſſet ſeſe vel ipſa tueri aduerſus tertiam. Sed ecce literæ contra literas, mandatum aduerſus mandatum: ita vt non iam quemadmodum in propheta, mãda remanda, ſed manda demanda potius inculcetur. Interim nempe homo qui & conſecrationem fugerat, & electionem refutarat, feſtinauit ad regem, regaliũ inueſtituram obtinuit: quibus meritis, ipſe viderit. Mox directis epiſtolis & locus qui aſſignatus fuerat, eſt mutatus, & dies anticipatus, vt loci temporiſque opportunitate ſubtracta, & copia agẽdi pariter
Prou.21.d ſubtrahatur contradicturis, & conſecrationis dies ſubripiatur appellaturis. Cæterùm non eſt conſilium contra conſiliũ domini, cuius prouidentia factum eſt vt nec contradictores defuerint, nec appellatores. Appellatum eſt à Falcone decano Lugdunenſis eccleſiæ, appellatũ & à Pontio archidiacono Lingonenſi, appellatum à Bonoamico ſacerdote & canonico æquè Lingonenſi, appellatum & à fratribus noſtris Brunone atque Gaufrido, ignorantibus quidẽ omnibus his præparationem cordis eorum, ſed caſu ſuperuenientibus, haud dubium dei prouida volũtate. Tanta ſiquidem fuit breuitas termini, vt vix ex quo reſciuimus diem, ſpatio quatuor dierũ nuncius noſter cum literis accurrere potuerit, quatenus præueniret quod parabatur non ſacramentum, ſed ſacrilegium. Et is quoque nihilo minus contradixit, & tam conſecrandũ quàm conſecraturos ad ſedem apoſtolicam appellauit. Et ip- D ſe erat Lingonenſis canonicus. Veritatem dico, non mentior, nihil à me hic dictum perſonæ odio, ſed ſolo veritatis amore veraciter omnia poſita, teſte ipſa veritate.

Ad Falconem decanum & Guidonem theſaurarium Lugdunenſis eccleſiæ. Epiſtola CLXV.

PLaga, vt videtis chariſſimi, eccleſiæ noſtræ magna eſt, & multa eget cura. Nec modo multa, ſed cita, ita vt aſſiduè cum lachrymis medico cœleſti inſtemus, dicentes: Domine *Ioan.4.a* deſcende priuſquam moriatur. Vnum eſt quod magis exacerbat dolorem, & penè deſperat curationem, quia nimirum inde eſt orta tribulatio, vnde conſolatio ſperari debuerat. Quiſnam enim ô miſera malum hoc quod plangis, induxit ſuper te? Profectò non inimicus, non is qui oderat te, ſed homo vnanimis, dux tuus & metropolitanus tuus. Quomodo ab Auſtro & non iam ab Aquilone panditur omne malum? Meritò proinde nõ eſt dolor ſicut dolor meus, quoniam de quibus potiſſimum præſumebamus, ab ipſis paſſi ſumus, & non ab aliis. O Lugdunenſis pia mater eccleſia: cuiuſmodi non ſponſum, ſed monſtrum tuæ filiæ procuraſti nunc? Non planè matrẽ te in hoc, ſed nouercam ſenſimus. Gener hic tuus quàm longe à nobili illa tua antiqua honeſtate, grauitate, probitate, degenerat! Quid enim? Egóne id dixerim honorabile connubium, & thorum immaculatum, quod de tali & E taliter factum eſt? Sine lege, ſine ordine, ſine ratione ſic confuſa ſunt omnia, imò ita cuncta in fraude & temeritate præpropera præſumpta fuiſſe conſtat, vt non dico epiſcopum, ſed ne villicum quidem aut teloniarium quempiam in hunc modum decuerit ordinari. Quibus vos laudibus efferam dulciſſimi, qui ſoli cõdoluiſtis afflictæ: & tam in prima quàm in ſecunda ſua defenſione oppreſſę aſtitiſtis, aſcendentes ex aduerſo, & opponentes vos murum in domo Iſraël? Non eſt inuentus ſimilis vobis in illo conuentu, qui conſeruaret legem excelſi, qui ſacris obtemperaret canonibus, qui deniq; ſe indue- *Num.25.b* ret zelum Phinees, & linguæ mucrone confoderet fornicantes. Quæ cum ita de vobis ad dei & veſtram ipſorum gloriam vbiq; clareſcant: reſtat vt principio tam laudabili condignum exitum dare, & hoſtiæ capiti caudam iungere ſatagatis.

Ad dominum papam Innocentium, vnde ſuprà. Epiſtola CLXVI.

ITERVM clamo, iterum pulſo, & ſi non clamoſis vocibus, certè lachrymoſis gemitibus. Cogit iterare clamores iterata in nos iniuria perditorum & prolongantium iniquitatem ſuam. Confortati ſunt addentes præuaricationem. Apponunt iniquitatem ſuper iniquitatem, & ſuperbia eorum aſcendit ſemper. Inualuit furor, pudor euanuit, & timor dei. Quem contra tuam pater caſtam iuſtámque diſpoſitio- F nem non timuerunt eligere, etiam poſt appellationem tui nominis auſi ſunt execrare. Et hoc præſumpſerunt Lugdunenſis, Eduenſis, Matiſconenſis, amici Cluniacenſes. In fraude & temeritate iſtorum heu quàm ingens multitudo ſanctorum turbabitur, ſi angariati fuerint tale portare iugum, talitérque impoſitum! Proh nephas, hoc ita accepturi ſunt ac ſi cogantur genua curuare Baal, aut certè (iuxta prophetam) *Eſa.28.d* pactum facere cum morte, & cũ inferno fœdus inire. Rogo, vbi ius, vbi lex, vbi ſacrorum auctoritas canonum, vbi denique reuerentia maieſtatis? Illa illa quæ nulli negatur oppreſſo, ſoli mihi non profuit appellatio. Vbi nimirum imperabat aurum, indicabat argentum, leges canonéſque ſilebãt, locum rario & æquitas non habebant. Eiſdem telis (quod intolerabilius eſt) arcem quoque apoſtolici culminis oppugnare minantur. Id verò ridiculè. Fundata eſt enim ſupra firmam petram. Sed quid ago? Exceſſi, fateor, non eſt meum accuſare quenquam aut reprehendere: ſufficit mihi vt plangam dolorem meum. Poſt longam moram multóſq; labores quos pro ſeruitio Romanæ eccleſiæ pertuli, cum tandem placuit ſerenitati veſtræ reditum annuere ad fratres meos, etſi fractus viribus corporis tanquam male operans, lætus tamen ob manipulos pacis quos reportabam, ad monaſterium cum proſperitate peruenì. Credidi me de labore euaſiſſe ad requiem: licere mihi vtcunq; reſarcire ſpiritualium damna ſtudiorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ac sanctæ quietis detrimenta quæ foris incurrerã, & ecce tri-
Psal. 118. f bulatio & angustia inuenerũt me. En lectulo recubantẽ plus cordis quàm corporis dolor excruciat. Nec enim ego deploro temporale incommodum vllum. Anima mea in manibus meis, salus eius in causa est. Placet vobis vt illi homini credã animam meam, qui perdidit suam? Scio quia nõ placet. Quãobrem dixi animæ meæ expedire magis inire fugam, quam & mœrore consumere residuum dierum meorum, & nihilo minus in periculum salutis incidere. At deus vobis potius inspiret quod potius est, reducere videlicet ad memoriam (si dignum iudicatis) qualiter vobiscum egerim, & ponere oculos pietatis super puerum vestrum, & liberare afflictum de angustia. Quin potius nõ obliuiscí quanta deus ipse fecerit vobis, & in quantulæcunque vicem recõpensationis, ad ipsius gloriam quod tam perperam factum est reuocare.

Ad eundem pro eodem negocio. Epistola CLXVII.

CLementissime pater, nónne præcipiendo præcepisti in Lingonensi ecclesia personam eligi religiosam atque idoneam, & ad consilium pueri tui? Nónne dominus Lugdunensis hoc ipsum mandatum ex apostolico ore tuo præsens excepit tam fideliter executurum, quàm firmiter iniunctum, ac frequenter inculcatum? Nónne denique & spopondit? Quid ergo visum est ei mutare voluisse quod vtilissime
H & consultissime statutum fuerat, aliúdque sua præsumptione moliri quod non conueniebat, in vestræ ipsius maiestatis contemptum, & in nostræ pusillanimitatis scandalum? Quomodo non erubuit bonus ille vir apud se est & non inueniri, tentans imponere tam indignum iugum ceruicibus tam numerosæ multitudinis religiosorum seruorum tuorum, aduersus statutum tuum, & promissum suum? Inquire pater, inquire diligenter quale homo ille cui festinat manum imponere, testimonium habeat & ab his qui propè sunt, & ab his qui longè sunt. Mihi enim interdicit dicere pudor quid publica fama de eo dicit, imò infamatio celeberrima diuulgauit. Et quid dicam? Tristis est anima mea vsque ad fugam. Et iam forsitan fugissem, nisi me retinuisset consolationis spes quam de visceribus vestris expecto. Volebam scribere per ordinem, perlachrymabilem miseriæ nostræ historiam, sed præ tristitia languet manus, sensus hebescit, horret lingua eloqui malignam fraudem, sed subreptionem, sed circunuentionem, sed temeritatẽ, sed perfidiam. Quid ergo? Filius tuus Pontius archidiaconus, qui & in hac causa cõstanter fidelitérque se habuit, cuncta tibi pater narrabit, & quid factum doleamus, & quid faciendũ flagitemus. Ipsi crede tanquam mihi. Ego autem hoc vnum vt parturiens loquor: Nisi isti à tam scelerato támque temerario ausu deficiant, vt meipsum nunc sentio,
Psal. 36. a deficiet in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.
I

Ad episcopos & cardinales Romanæ curiæ, vnde suprà. Epistola CLXVIII.

VOs scitis, si dignum ducitis recordari, qualiter vobiscũ in tempore malo conuersatus sum, egrediens & regrediens, & pergens ad imperium regis: persistens ac permanens vobiscum in tentationibus vestris, ita vt consumptis penè viribus corporis, vix post redditam cœlitus pacem ecclesiæ repatriare potuerim. Et recolo hoc non glorians aut improperans, sed prouocans & efflagitans, monens & reposcens debitum vestræ miserationis affectum. Vrget necessitas modo omnes repetere debitores. Ego verò si feci quod facere debui, haud aliud me ex eo quàm seruum inutilem reputo, iuxta sermonem domini. Veruntamen si feci quod o-
Luc. 17. a portuit, aut quod faciendum fuit, nunquid merui vapulare? Et ecce rediens à vobis, tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocaui: sed non profuit. Inuocaui &
Psa. 144. a vestrum, & non valuit. Siquidem dij fortes terræ vehementer eleuati sunt: Lugdunensis scilicet archiepiscopus, & Cluniacensis abbas. Hi confidentes in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantes, aduersum me appropinquauerunt & stetérunt. Et non aduersum me tantùm, sed aduersum magnam multitudinem seruorum dei, aduersum vos quoque, aduersum seipsos, contra deum, contra omnem æquitatem & honestatem. Denique imposuerunt hominem super capita nostra, quẽ (proh pudor) & boni horrent, & ma-K li rident. Quo ordine, imò quàm extraordinariè, videat deus & iudicet, videat & Romana curia. Videat & doleat, misereatur & accingatur ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Quid enim? Placet tibi domina, mundi vniuersitati constituta vindex in iram, iudex in misericordiam: placet inquam tibi, quòd dum superbit impius, incenditur pauper & ille pauper qui pro tuo seruitio cum non haberet censum quem effunderet, sanguini non pepercit? Dignúmne tibi videtur tua perfrui pace, & nostram non curare, nec recipere in sortem consolationis quos habuisti consortes laboris? Si inueni gratiam in oculis vestris, eripite inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripiẽtibus eum. Alioquin ego quidem vt potero laborabo in gemitu meo, & eruntmihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: vobis autẽ legam illum versiculum: Qui tollit ab amico misericordiã, ti-*Iob. 6. e* morẽ domini dereliquit. Et illud: Omnes necessarij mei re-*Ibidem.* cesserunt à me. Illud quoque: Qui iuxta me erant, de longe *Psal. 37. d* steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Ad dominum papam Innocentium, vnde suprà. Epistola CLXIX.

DIgnatio vestra fecit me familiarem, familiaritas præsumptorem. Adsit solita cordi vestro benignitas, ne fortè L præsumptio pariat indignationem. Audite tamen patienter, non solum quid egerim, sed & cur egerim: si fortè causa factum possit vel aliquatenus excusare. Ausus sum retinere clericos Lingonenses qui vocati erant, compósita tamen pace inter eos, ipsíque persuasis stare deinceps de facienda electione in beneplacito vestro, & consilio bonorũ, sicut in literis eorum continetur. Erat autem pernecessarium eos hac vice remanere, propter terras & possessiones ecclesiæ quæ datæ sunt prædæ & direptioni, dum nõ est qui custodiat aut defendat. Itaq; personis quę non sint suspectæ, quæ non quærant quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, iniungatur si placet, cura eligendi qui deo placeat, & finem tandem accipiat ecclesiæ iam diuturna & miseranda vexatio. Reliqua verò dicẽda cõmisimus domino Herberto abbati sancti Stephani Diuionensis, & archidiacono Lingonensi, sociísque eorum. Adiicimus etiam vt archidiaconum Lingonensem, & Bonumamicum eiusdem ecclesiæ presbyterum, quoniam fideles in causa dei extiterunt, eos & res eorum in defensione vestra reci-*Luc. 10. b* piatis. Dignus est enim operarius mercede sua.

Ad Ludouicum iuniorem regem Francorum, vnde suprà. Epistola CLXX.

SI totus orbis aduersum me coniuraret, vt quippiam moliter aduersus regiam maiestatem: ego tamen deum timerem, & ordinatum ab eo regem offendere temere non au-M derem. Nec enim ignoro vbi legerim: Qui potestati resistit, *Rom. 13. a* dei ordinationi resistit. Sed nec me latet, quàm omni Christiano, quàm meæ præcipuè professioni mentiri contrarium sit. Veritatem dico, non mentior: quod Lingonis de priore nostro factum est, præter spem, præter intentionem episcoporum & meam factum est. Sed est qui nolentium quodammodo extorquet assensum, & suo arbitrio etiam aduersas hominũ voluntates prout vult subseruire compellit. Quando enim ego periculum quod mihi timui, illi æquè non metuerem, quem diligo tanquam meipsum? Quando ego illorum consortium non horrerem, qui alligant onera grauia & importabilia, & imponunt humeris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere? Factum est tamen quod factum est, contra vos nihil, contra me plurimum. Mihi baculus imbecillitatis meę subtractus est, mihi lumẽ oculorum meorum ereptum est: mihi abscissum dextrum brachiũ meũ: Omnia excelsa ista & fluctus isti super me transierunt. In me transierunt iræ. Mihi euadendi nulla ex parte patet via. Vnde onera fugio, inde subeo inuitus & ingratus. Durũ mihi sentio contra stimulum calcitrare. Tolerabilius fortasse spontaneo, quàm nolenti & renuenti fuisset. Nam si quid vitium in me est, nónne id facilius meis, quàm alienis humeris exercerẽ? Sed acquiesco aliter disponenti, cũ quo vtiq; aut iudicio aut viribus contẽdere, nec cautũ mihi omnino, nec possibile est, sed

A sed nec regi. Siquidem terribilis est etiam apud reges terræ.
Psal. 75. a Horrendum est incidere in manus dei viuentis etiam tibi ô
Heb. 10. f rex. O quàm molestis auribus audiemus contraria tam bonis principiis vestris. O quàm amarior ecclesiæ mœror post tãta prælibata gaudia: si frustrari (quod absit) contigerit tam iucũda spe singularis clypei sui vestræ indolis, sicut hactenus est experta. Heu corruit virgo Remensis ecclesia: non est qui subleuet eam. Corruit & Lingonensis, non est qui porrigat manum. Auertat diuina clementia à corde & consilio vestro super dolorem nostrum adiicere, cumulare tristitiam super tristitiam. Quis mihi tribuat mori, ne videam regem bonæ opinionis, sed ipsi melioris, conari dei consilio obuiare, irritare aduersus semetipsum summi iudicis iram, pedes patris orphanorum madefacere lachrymis afflictorum, pulsare cœlos clamoribus pauperum, sanctorum precibus, iustísq; querimoniis charissimæ sponsæ Christi, quæ est ecclesia dei viuẽtis? Absit, absit. Meliora speramus, expectamus iucundiora, Non obliuiscetur misereri deus, nec cõtinebit in ira sua misericordias suas. Non contristabit per illum & de illo ecclesiã suam, per quem & de quo in tãtis iam lætificauit. Quem suo munere contulit, sua longanimitate seruabit: & si quid aliter
B sapitis, & hoc ipsum vobis reuelabit, & erudiet corda in sapientia. Hoc optamus, hoc oramus die ac nocte. Hoc sentite de nobis, hoc sentite de nostris. Non infringetur veritas hæc in nobis, non imminuetur honor regis, regniq; vtilitas per nos. Gratias autem agimus vestræ clementiæ pro benigno respõso quòd à vestra dignatione meruimus. Veruntamen dilatio terret nos, qui videmus terram datam prædæ & direptioni. Terra vestra est, & in hoc plane cognoscimus & dolemus dedecus regni vestri, quod vos iure abhorrere mandastis, si nõ fuerit qui defendat. Nam in quo alio regia maiestas rectè in eo quod factum est, imminuta dicatur? Electio ritè celebrata est, electus fidelis est. Non autem esset fidelis, si vestra & non per vos habere vellet. Necdum ad vestra manum extendit, necdum ciuitatem vestram ingressus est, necdum prorsus se intromisit de aliquo, quanquam inuitatio cleri & populi, & oppressorum afflictio, & vota bonorum id ab eo vehementissime flagitarint. Quæ cum ita sint, opus est, vt videtis, maturatione consilij, nõ minus vestro honori, quàm nostræ necessitati. Et nisi per præsentes nuncios expectãti populo qui vester est, serenitas vestra pro voto respónderit, multorum religiosorum aduersum vos (quod non expedit) deuota vobis nunc corda turbabitis, & regalibus vestris ipsis quæ ad ecclesiam pertinent, non paruum, vt veremur, incommodum acquireris.

Ad dominum papam Innocentium, pro Falcone Lugdunensi archiepiscopo. Epistola CLXXI.

C QVi in aliorum negociis totiens exauditus sum, puto iri proprio non confundar. Ego domine mi, causam archiepiscopi mei meam duco, vtpote membrũ quod nil à se ducat alienum quod capitis sit. Quod tamen nõ dicerem si homo ipse sibi assumpsisset honorem, & non magis à deo vocatus tanquam Aaron. Nec enim ab alio æstimauerim factum, quòd vota tot hominum tam facilè conuenerunt in eum, vt non dico contradictio, sed nec cunctatio vlla fuerit. Et meritò. Est quippe illustris, non minus mentis generositate quàm sanguinis, est scientia, est vitæ honestate. Denique famæ eius integritas nec inimici quidem dentem veretur. Quod ergo de tali & tali modo factum est, dignum profectò est vt fauor apostolicæ gratiæ prosequatur, & honoris plenitudine, quæ sola deest, gaudia plebis suæ consueta benignitate, imò debita liberalitate accumulet. Hoc vniuersa ecclesia instantissima supplicatione deposcit, hoc puer vester solita præsumptione efflagitat.

Ad eundem in persona Gaudefridi Lingonensis episcopi. Epistola CLXXII.

INter crebra mala quæ his diebus in ecclesiis videntur accidere occasione electionum, dominus de cœlo prospexit super matrem nostrã Lugdunensem ecclesiam, qui decedenti piæ memorię Petro archiepiscopo, virum optimum Falconem decanum in omni pace substituit. Peto domine, vt qui à suis cõcorditer est electus, vtiliter promotus, titè consecra-D tus, à vobis honoris sui officiúque plenitudinem consequatur. Quod vtique audere me facit non meriti conscientia, sed debiti. Debiti dico, non solùm quo id à me illa ecclesia iure metropolitico exigit, sed quia in hoc positus sum, vt testimonium perhibeam veritati.

Ad ipsum Falconem. Epistola CLXXIII.

SCripsimus ad dominum papam dominus episcopus & ego pro vobis, prout oportere putauimus, & habetis exemplar literarum. Habemus autem in voluntate in æternum non deficere vobis pro viribus, propter bonum quod de vobis confidimus. Vestra autem interest facere, vt non confundamur sic confidentes. Decætero si inueni gratiam in oculis vestris, intelligite super egenos & pauperes illos qui sunt apud benedictionem dei. Quod enim vni ex illis feceritis, mihi, imò Christo, facietis. Nam & pauperes sunt, & habitant inter pauperes. Hoc præcipuè obsecramus, vt Sauiniacenses monachos prohibeatis ab infestatione eorum, quoniam calumniantur eos iniustè, vt putamus. Aut si se confidunt habere iustitiam, iudicate inter illos. Filius noster abbas Albericus, etsi suis meritis commendabilior, nostris tamen precibus vobis vt commendatior sit obsecramus. Tenerè quippe diligo eum, tanquam mater vnicum filium: & E diliger eum qui diligit me. Denique in eo experiar si me curatis. Quo enim longè à me positus est, eo magis necessariam habet paternam vestram consolationem.

Ad canonicos Lugdunenses, de conceptione sanctæ Mariæ. Epistola CLXXIIII.

INter ecclesias Galliæ constat profecto Lugdunensem hactenus præminuisse sicut dignitate sedis, sic honestis studiis, & laudabilibus institutis. Vbi enim æquè viguit disciplinæ censura, morum grauitas, maturitas consiliorum, authoritatis pondus, antiquitatis insigne? Præsertim in officiis ecclesiasticis haud facilè vnquam repentinis visa est nouitatibus acquiescere, nec se aliquando iuuenili passa est decolorari leuitate, ecclesia plena iudicij. Vnde miramur satis quid visum fuerit hoc tempore quibusdam vestrum voluisse mutare colorem optimum, nouam inducendo celebritatem, quam ritus ecclesiæ nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio. Nunquid patribus doctiores aut deuotiores sumus? Periculosè præsumimus quicquid ipsorum in talibus prudentia præteriit. Nec verò id tale est, quod nisi prætereundum fuerit, patrum quiuerit omnino diligentiam præterisse. At valde honoranda est (inquis) mater domini. Bene admones, sed honor reginæ iudicium diligit. Virgo regia falso non eget honore, veris cumulata honorum titulis, insulis dignitatum. Honora sanè integritatem F carnis, vitæ sanctitatem. Mirare fœcunditatem in virgine, prolem venerare diuinam. Extolle nescientem vel in concipiendo concupiscentiam, vel in pariendo dolorem. Prædica reuerendam angelis, desideratam gentibus, patriarchis prophetísque præcognitam, electam ex omnibus, prælatam omnibus. Magnifica gratiæ inuentricem, mediatricem salutis, restauratricem seculorum. Exalta denique exaltatam super choros angelorum ad cœlestia regna. Hæc mihi de illa cantat ecclesia, & me eadẽ docuit decantare. Ego verò quod ab illa accepi, securus & teneo & trado: quod non scrupulosius fateor admiserim. Accepi sanè ab ecclesia illum diem cum summa veneratione colendum, quo assumpta de seculo nequam, cœlis quoque intulit celebertimorum festa gaudiorum. Sed & ortum virginis didici nihilo minus in ecclesia & ab ecclesia indubitanter habere festiuum atque sanctum, firmissimè cum ecclesia sentiens in vtero eam accepisse vt sancta prodiret. Et de Hieremia siquidem lego, quòd priusquam de ventre exiret, sanctificatus sit. Et de Ioanne Bapti-*Hier. 1. d* sta non secus sentio, qui ex vtero dominum in vtero senserit. *Luc. 1. e* Videris etiam tu an & de sancto Dauid idipsum liceat opinari, pro eo quòd dicebar deo: In te (ait) confirmatus sum ex v-*Psal. 70. b* tero: de vētre matris meæ tu es protector meus. Item, De ven-*Psal. 21.* tre matris meæ deus meus es tu, ne discesseris à me. Et Hieremiæ quidẽ sic dictum est: Priusquã te formarẽ in vtero, noui

Universidad de Deusto
Biblioteca

G te: & antequã exires de vulua, sanctificaui te. Quàm pulchrè inter figurationem in vtero, & parturitionem ex vtero, diuinum distinxit oraculum, vt illam tãtùm præcognitam, istam & sanctitatis munere præornatã ostẽderet, ne quis prophetæ prærogatiuam de sola præscientia seu prędestinatione putauerit æstimandam. Esto tamen vt hoc de Hieremia concedamus: quid respondebitur de Ioanne Baptista, quem angelus prænunciauit spiritu sancto repletum iri adhuc in vtero matris suæ? Prorsus hoc ad prædestinationem præscientiámve referri posse non arbitror. Verba nempe angeli (sicut ipse prædixit) completa absque dubio sunt in tempore suo: & quę prælocutus est spiritu sancto replendum, non est phas credere non repletum: idque loco & tempore quo prædixit. Certissimè autem sanctus spiritus quem repleuit, sanctificauit. Cæterum quatenus aduersus originale peccatum hæc ipsa sanctificatio valuerit siue pro isto, siue pro illo propheta, vel si quis alius simili præuentus gratia fuerit, non temerè dixerim. Sanctificatos tamen non dubitauerim dicere, quos deus sactificauit, & cum eadem sanctificatione prodisse ex vtero, quam acceperunt in vtero: nec reatum quem in cõceptione traxerunt, valuisse vllatenus horum natali iam donatam prępedire seu præripere benedictionem. Attamen quis dicat spiritu sancto repletum, manere adhuc filium nihilo minus iræ: & si mori in vtero contigisset cum hac plenitudine spiritus,
H pœnas luiturum damnationis? Durum est. Minime tamẽ aussim hinc quippiam mea sententia diffinire. Sed quicquid de hoc sit, meritò ecclesia quæ cæterorum non natiuitatem, sed mortem sanctorum iudicat & prædicat preciosam, singulari quadã exceptione festis præfert gaudiis, veneratúrque illius
Luc. 1. b natalem, de quo nunciante angelo singulariter legit: Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Cur enim non sit illius exitus sanctus, ac proinde festiuus ac lætus, qui potuit exultare & in vtero? Quod itaque vel paucis mortalium constat fuisse collatum, phas certè nõ est suspicari tantæ virgini esse negatum, per quam omnis mortalitas emersit ad vitã. Fuit proculdubio & mater domini antè sancta q̃ nata. Nec fallitur omnino sancta ecclesia, sanctum reputans ipsum natiuitatis eius diem, & omni anno cum exultatione vniuersæ terræ votiua celebritate susçipiens. Ego puto q & copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit, quæ ipsius non solũ sanctificaret ortum, sed & vitã ab omni deinceps peccato custodiret immunem, quod nemini alteri in natis quidem mulierum creditur esse donatum. Decuit nimirũ reginam virginum singularis priuilegio sanctitatis, absq; omni peccato ducere vitam, quæ dum peccati mortisq; pareret peremptorẽ, munus vitę & iustitiæ omnibus obtineret. Sanctus igitur ortus, quoniã immensa prodiens ex vtero sanctitas sanctum fecit illum. Quid adhuc addẽdum his putamus honoribus? Vt
I honoretur, inquiũt, & cõceptus qui honorandũ præiuit partum: quoniam si ille non præcessisset, nec iste esset qui honoratur. Quid si alius propter eãdem causam etiam vtrique parenti eius festos honores asserat deferendos? Sed de auis & proauis idipsum posset pro simili causa quilibet flagitare: & sic tenderetur in infinitum, & festorum nõ esset numerus. Patriæ est, non exilij, frequentia hæc gaudiorum: & numerositas festiuitatum ciues decet, non exules. Sed profertur scriptũ supernæ (vt aiunt) reuelationis: quasi & quiuis nõ queat scriptum æquè producere, in quo virgo videatur idipsum mandare & de parentibus suis, iuxta domini mandatum dicentis:
Exo. 20. b Honora patrem tuum, & matrem tuam. Ipse mihi facilè persuadeo scriptis talibus non moueri, quibus nec ratio suppeditare, nec certa inuenitur fauere auctoritas. Nam quid consequentiæ habet, vt quoniam sanctum præcessit natalem cõceptus, propterea reputetur & ipse sanctus? Nunquid quoniam præcessit eum, fecit & sanctũ? Quia si præcessit vt esset, non tamen vt sanctus esset. Vnde etenim illa ipsi sanctitas quã secuturo transmitteret? An non potius quia præcessit absque sanctitate conceptus, oportuit nimirũ sanctificari conceptã, vt sanctus sequeretur iã partus? an forte mutuatus sit sanctitatem à posteriori prior? Potuit sanè illa quæ in iam cõcepta facta est sanctificatio, ad ipsum qui sequebatur transire natalem: redire verò retrorsum ad cõceptũ qui præcesserat iam, omnino non potuit. Vnde ergo conceptionis sanctitas? An dicitur sanctificatione præuenta, quatenus iam sancta conK ceperetur, ac per hoc sanctus fuerit & conceptus: quemadmodum sanctificata iam in vtero dicitur, vt sanctus cõsequeretur & ortus? Sed non valuit ante sancta esse, q̃ esse. Siquidem nõ erat antequã cõciperetur. An fortè inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit, vt simul & sanctificata fuerit & concepta? Nec hoc quidem admittit ratio. Quomodo nanq; aut sanctitas absq; spiritu sanctificante: aut sancto spiritui societas cũ peccato fuit: aut certè peccatũ quo modo non fuit, vbi libido non defuit? Nisi forte quis dicat de spiritu sancto eam, & nõ de viro cõceptã fuisse. Sed id hactenus inauditum. Lego denique spiritum sanctum in eam, non cum ea venisse, dicẽte angelo: Spiritus sanctus superueniet in te. Etsi licet loqui quod ecclesia sentit (& verum ipsa sentit) dico gloriosam de spiritu sancto concepisse, non autẽ & cõceptã fuisse: dico peperisse virginem, non tamen & partam à virgine. Alioquin vbi erit prærogatiua matris domini, qua singulariter creditur exultare & munere prolis, & integritate carnis: si tantundẽ dederis & matri ipsius? Non est hoc virginem honorare, sed honori detrahere. Si igitur ante conceptũ sui sanctificari minimè potuit, quoniam non erat: sed nec in
L ipso quidem conceptu propter peccatum quod inerat: restat vt post conceptum in vtero iam existens, sanctificationẽ accepisse credatur: quæ excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, non tamen & cõceptionem. Quamobrem etsi quibus vel paucis filiorum hominũ datum est cum sanctitate nasci, non tamen & concipi: vt vni sane seruaretur sancti prærogatiua cõceptus, qui omnes sanctificaret: solúsq; absq; peccato veniens, purgationẽ faceret peccatorũ. Solus itaq; dominus Iesus de spiritu sancto cõceptus: quia solus & ante conceptũ sanctus. Quo excepto: de cætero vniuersos respicit ex Adam natos, quod vnus humiliter de semetipso ac veraciter cõfitetur, In iniquitatibus, inquiens, conceptus sum: & in peccatis *Psal. 50. d* concepit me mater mea. Cum hæc ita se habeant: quænam iã erit festiuæ ratio conceptionis? Quo pacto, inquam, aut sanctus asseretur conceptus, qui de spiritu sancto non est, ne dicam de peccato est: aut festus habebitur qui minime sanctus est? Libenter gloriosa hoc honore carebit, quo vel peccatum honorari, vel falsa induci videtur sanctitas. Alioquin nulla ei ratione placebit contra ecclesiæ ritum præsumpta nouitas, mater temeritatis, soror superstitionis, filia leuitatis. Nã si sic videbatur: consulenda erat prius apostolicæ sedis auctoritas, & non ita præcipitanter atque inconsulte paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Et ante quidem apud aliquos errorem compereram: sed dissimulabã, parcens deuotioni quę de simplici corde & amore virginis veniebat. Verũ apud sapientes, atque in famosa nobilique ecclesia, & cuius speciali
M ter filius sum, superstitione deprehensa, nescio an sine graui offensa etiam vestri omnium, dissimulare potuerim. Quæ autem dixi, absque præiudicio sanè dicta sint sanius sapientis, Romanæ præsertim ecclesiæ auctoritati atque examini totũ hoc sicut & cetera quæ eiusmodi sunt vniuersa reseruo: ipsius si quid aliter sapio, paratus iudicio emendare.

Ad patriarcham Hierosolymorum. Epistola CLXXV.

PAtriarchalibus scriptis sæpius visitatus, ingratus iam videbor si non rescripsero. At si saluto eum qui me salutauit, quid amplius feci? Tu enim me præuenisti in benedictionibus dulcedinis, tu me prior dignatus es tuis transmarinis epistolis visitare, tu mihi primas humilitatis charitatisque præripuisti partes. Quid condignum iam referam? Nihil mihi denique reliquisti quod pari queam rependere vice: qui etiam de thesauro seculorum mihi impertire curasti, id est de ligno domini. Quid tamen? Debeóne omittere quod possum, quoniam quod debeo minime possum? Affectum salutem voluntatémque aperio rescribendo duntaxat, atque resalutando, quod solum interim per tot vtique spatia terræ & maris licet. Ostendam autem si vnquam accepero tempus, me nequaquam diligere verbo siue lingua, sed opere & veritate. Super milites templi ponite quæso oculos vestros, & tantæ pietatis viscera tam strenuis ecclesiæ propugnatoribus aperite. Hoc siquidem acceptum erit deo, & gratum hominibus, si foueris eos qui suas animas pro fratribus posuerunt.

A runt. De loco autem ad quem nos inuitatis, frater Andreas dicet vobis voluntatem nostram.

Ad dominum papam Innocentium, ex persona Alberonis Treuerensis archiepiscopi. Epistola CLXXVI.

VOluntas cordis mei & desiderium satis inquietum adeundi & videndi desideratam beatitudinis vestræ præsentiam, sed & cognoscendi certius quæ circa vos sunt, rursúmque qualiter se habeant nostra, vobis vicissim diligentius intimandi, iam dudum itineris me admonet, atque indesinenter solicitat. Cæterum terræ ac diei malitia, & præter instantiam meam quotidianam etiam nonnulla vestræ necessitatis causa impeditus, voto facere satis non potui vsque adhuc, sed necdum possum. Sed quid? Sanum iustúmque propositum nunquid omittendum ex toto fuit, quia ex toto adimpleri non potuit? Fuit ergo consilij, per hunc venerabilem H. Tullensis ecclesiæ archidiaconum interim saltem aliquatenus consolari conceptum iam olim desiderium, curámque reuelare quam patior. Nec enim fidelior, studiosior, cautiórve illo ad manum esse potuit, siue in perferendo ad vos quæ nos illi iniungimus, siue in referendo ad nos, si qua vestræ dignationi placuerit remandare. Itaque de beneplacito, de sta-
B tu curiæ, ac vestræ sospitate personæ, & si quid blandius aura secundior à diuina clementia recens fortè spirauerit ecclesiæ aduersus schismaticorum procacem, sed inefficacem rabiem desudanti: de his omnibus plenius instrui cupimus & supplicamus. Porro nostram citramontanam ecclesiam tam in nostro quàm in Francorum regno noueritis fortem in fide, pacificam in vnitate, deuotam in vestra obedientia, promptam ad seruitium. Nequaquam nos Beneuenti, non Capuæ, non ipsius Romæ terret, deo sic iudicante, amissio: sciẽtes ecclesię statũ non armis æstimari, sed meritis. Ipsius quippe non
Psal. 26. a alterius agnoscimus voces illas in psalmo, Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ergo sperabo. Propterea & nos quia de ecclesia sumus, non timebimus dum turbabitur terra, & tranferentur montes in cor maris. Glorietur tyrannus Siculus quantum vult, glorietur in malitia quòd potens est in iniquitate: nostra autem virtus in infirmitate perficitur. Ecclesia quãto infirmatur, Paulus magisterio didicit esse potẽtior.
2. Cor. 12. Prou. 1. d Ioh. 5. a Didicit è regione & à Salomone quòd prosperitas stultorum occidit eos. Didicit & stultum firma radice cum viderit, statim maledicere pulchritudini eius. Ideo cum sancto Dauid
Psal. 19. b sese in vtroque consolatur, & hostium videlicet casu, & liberatione sui. Ait siquidem: Hi in curribus & in equis; nos autẽ in nomine domini dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus. Hæc pauca vobis consolandi gratia de quibus certus fui, fideli attestatione intimandum esse putaui: ad releuandam vel ex ali-
C qua parte eam, quæ vestra viscera incessanter affligit solicitudo omnium ecclesiarum. Hoc quoque addo, dominũ regem, deo eum confortante, feruere & accingi ad liberationem ecclesiæ, & parare sibi exercitum multum nimis: nos quoque fideliter ad hoc ipsum pro viribus laborare, exhortari & solicitare quos possumus: & dum tempus aduenerit, non expensis, non personæ propriæ parciturum.

Ad eundem in persona eiusdem. Epistola CLXXVII.

NVnquid petiui episcopatum à domino meo? Etsi forte cathedram affectaui, sed non Treuerensem. Sciebam quippe domum exasperantem, populúmque duræ ceruicis. Oderam illos, quòd semper in fæce discordiæ iacuissent, ecclesiæ resistentes. Pro qua si quos labores quandoque sustinui, non me piget: sed hunc inde fructum nec speraui, nec volui. Laboraui sustinens, libens quidem, sed nõ hac spe præmij. Duram prouinciam nactus sum, peccatis meis exigentibus. Inter cętera quibus angor, suffraganeos accepi iuuenes & nobiles. Adiutores esse deberent: & vtinam non aduersarentur. Sed supersedeo, per alium malo vt innotescant vobis mores eorũ & studia, si nescitis. Dico tamẽ, ius, fas, honestas, religio, in nostris episcopatibus perierunt. Malum quod pro debito officij dissimulare non audeo, breuiter simpliciterque intimaui: vt quod non placet prouidentiæ vestræ per me cor- D rigi, per me saltem vobis qui corrigere potestis innotescat, ne omnino vacuum videar portare nomen archiepiscopi. Et mihi melius quidem esset non ascendisse, quàm sic descendere cum rubore. Sed de me quæ cura? Bene quod dignus sum patiar, tãquam male operans. Sim certe opprobrio etiam meis, sua spe nimirum frustratis, quam de me vt sibi me præesse vellent, cõceperant: dum comperiant ecclesiæ suæ per me magis imminui dignitatẽ, cuius per me etiam antiqua damna restitui posse putauerant. Hæc omnia sustineo, & si non libenter, certe patienter: ne vnquã videar recalcitrare obedientiæ, pro qua etiam dare animã si necesse sit debere me fateor. Verùm hoc solicitudinem vestram attendere velim, creationis iniuriam respicere ad creantem: & vires quas mihi subtrahitis, vobis minuitis: & contemptus meus & deiectio mea redundat in vos. Multa habeo conqueri vobis de vobis, sed reseruo ea pandenda nuncio, quem noui ad hoc satis industrium & fidelem. Significo etiam vobis sustinere nos periculum in falsis fratribus. Legati quippe schismaticorum intrant & exeunt ad quosdam de nostris liberius quàm solebant, & verba tyranni Siculi familiariter admittuntur.

Ad dominum papam Innocentium, pro Alberone Treuerensi archiepiscopo. Epistola CLXXVIII. E

Amantissimo patri & domino Innocentio summo pontifici, suus Bernardus quod suus.

FIdeliter loquor, quia fideliter amo. Nec enim syncerus est amor, vbi dubietatis scrupulus, suspicionis fæcem retinet. Querimoniã domini Treuerensis non est eius solius, sed communis multorum, eorúmque præcipue qui synceriori affectu vos diligũt. Vox vna omnium qui fideli apud nos cura populis præsunt, iustitiã in ecclesia deperire, annullari ecclesiæ claues, episcopalẽ omnino vilescere auctoritatẽ, dum nemo episcoporũ in promptu habeat vlcisci iniurias dei, nulli liceat illicita quęuis ne in propria quidẽ parœcia castigare. Causam referũt in vos curiamq; Romanã. Recte gesta ab ipsis (vt aiũt) destruitis, iuste destructa statuitis. Quisque flagitiosi & contentiosi de populo siue de clero aut etiã ex monasteriis pulsati currunt ad vos, redeuntes iactant & gestiunt se obtinuisse tutores, quos magis vltores sensisse debuerant. An non gladius Phinees promptissime atque iustissime eductus fuerat ad condemnandum incestuosum concubinum Drogonis & Milis? Sed cõfusus atque retusus abiit retrorsum, scuto nimirũ apostolicæ defensionis opposito. Proh pudor, quos cachinnos res ista mouit & mouet ecclesiæ inimicis, eísq; etiam ipsis, quorum fortasse metu aut fauore à recto tramite abducti sumus? Amici confunduntur, fidelibus insultatur, episcopi vbiq; in opprobrium veniunt & contemptum, quorum dum recta iudicia contemnuntur, vestræ quoque plurimum derogatur auctoritati. Ipsi sunt enim qui honorem vestrum zelãt, qui vestra pro pace & exaltatione laborant fideliter quidem, sed vereor ne inefficaciter. Quid vobis vires minuitis? quid robur vestrum deprimitis? Quousque retunditis arma fidelia militantia vobis, humilitatis cornua erecta vestræ virtutis & salutis? Plorans plorat desolationem suam apud Tullum ecclesia sancti Gengulfi, nec est qui consoletur eam. Quis enim se opponat brachio excelso, torrentis impetui, summæ arbitrio potestatis? Eandem se sustinere beatus Paulus violentiam apud Virdunum conqueritur, archiepiscopo iam non valente eum defendere ab insania monachorum, quippe apostolicis sustentationibus amplius confortata, quasi nõ satis per se insanirent. Quid quæso nouæ rationis tandem inuentum est, vt quod semel bonæ famæ & vitæ canonicis vestra fuerat prouida & necessaria dispensatione concessum, secundò confirmatũ, tertiò (vt aiunt) roboratum: rursum veniat in ius, reuocetur in discussionem? Siquidem & duo illa supra memorata, per vos nihilo minus sancita, per vos & conuulsa dicuntur. Talibus hostiis non promeretur deus, heu non placatur ira, non conciliatur gratia, non prouocatur misericordia. Pro his atq; similibus necdum auertitur furor domini, sed adhuc brachium eius extentum, & virga illa apud Hieremiã vigi- *Hier. 1. b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glans super peccata nostra. Et quidem iratus est deus schismaticis: sed catholicis nequaquã propitius. Ecclesia quoq; Metensis gratii (quod vobis bene compertũ est) episcopi & clericorum contentione periclitatur. Super quo quid decernere vobis placuerit, vos scitis: sed pax nõdum est, nec proxime futura speratur. Ego (vt quod super his meæ visum est paruitati, non taceam) & hoc & duo illa alia, Tullense dico ac Virdunense, terminanda negocia securius metropolitano atque conuenientius posse cõmitti putauerim, qui & omnia nouit, & in multis probatus, ecclesiæ testimonio fidelis inuẽtus est: Alioquin videte quid illis episcopatibus faciatis, Metensi scilicet atque Tullensi: quia, vt verum fatear, videntur esse absque episcopis. Et vtinã absque tyrãnis. Tales cum defensantur, sustentantur, honorantur, fouentur: mirantur nimirum & scandalizantur multi, qui illa in moribus & vita eorum certissime sciunt, quæ magis essent nõ dico in episcopis, sed etiã in quibuslibet secularibus damnanda penitus & execranda. Quæ quidẽ & me scribere puduit, nec vos decuisset audire. Esto quòd nemine accusante non possint deponi, nunquid tamẽ quos passim accusat fama, apostolicę sedis esset familiaritate speciali donandi, vel amplius exaltandi? Quonam enim merito suæ vel sacerdotalis sanctitatis vel episcopalis honestatis obtinuit Metensis, & electio facta à canonicis, & ad nutũ eius vnà cum ecclesiæ libertate cassetur, & primicerius ad consilium eius cõtra illius ecclesiæ priuilegia eligatur? Quàm iustius honestiúsque, si vestræ placuisset discretioni, homo maiori dignus honore, debito proprióque non priuaretur? Treuerensem dico, quem & ab hoc & à cæteris diœcesis suæ terminandis negociis quasi suspectũ aut minus expertum non sine murmure multorum deum timentium exclusistis. Credite fideli vestro, quia prouinciæ illi, quantum comperi, omnino non expedit. Hæc scribens, præsumptionis metuerem notam, si nescirẽ cui, & nescirer qui scribam. Sed noui ingenitam mansuetudinem vestram, noui & me notum vobis, & affectum quo hæc audeam apud vos, dulcissime atque amantissime pater. Iterum de Treuerensi vt sciatis qualiter nunciũ eius suspici oporteat, & verba quæ portat, dico vobis quòd magnum locum tenet in regno illo, vobis & ecclesiæ dei homo fidelis & constãs, & nullatenus maleuolis & subuersoribus assensum præbens, à quibus non deest ei frequens & satis importuna tẽtatio, nec deerit insultatio, si quo minus à vobis eum exaudiri contigerit. Nunciũ in fine commendare volui, sed satis eum suæ honestatis cõmẽdant merita, præcipuéque amor specialis & fidelis deuotio, qua ipsum vobis firmiter inhærere si non crederem, nequaquam per eũ tam familiaria scriberem.

I

Ad eundem pro eodem. Epistola CLXXIX.

QVomodo malitia vincit sapientiam? Nosti pie domine, nosti Treuerensem archiepiscopum? Scio quia nosti. Nosti & illum sancti Maximini non sanctum abbatem? Puto quia non nosti. Quis dignior honore illo priori? Sic nemo confusione dignior isto sequenti: & tamen iste honoratus est, ille opprobrio datus. Quid peccauit archiepiscopus? Prædam ecclesiæ suæ recuperauit, captiuam ecclesiã de manu laica liberauit. Nunquid pro bono redditur malum, & odium pro dilectione? Hic, quæso, hic euigilet oculus pietatis, & semotis paulisper occupationibus cõsideret quantum subreptum sit ei: vt talis, qualem pudet dicere, talem qualem tu ipse nosti, faciat opprobrium vicinis suis, inimicis tuis. Piissime pater, affectus filialis loquitur. Hucusque condoluimus misero & miserabili archiepiscopo. Verùm ex hoc iam si non fuerit emendatum, dolor cordis nostri & compassio ex intimis medullis, tota transibit ad illum per quem potuit emendari. Sunt & aliæ læsiones præfati viri, quas cum ei alleuiaueritis, vobis proculdubio laborabitis. Quicquid dulcissimi domini mei nomen decolorat, cor meum excoriat.

Ad eundem pro eodem. Epistola CLXXX.

ITerum supplicatio, iterum preces, & decies repetitæ non desinent. Non desistimus, quia non diffidimus. Bonam causam habemus, & æquum iudicem, qui non cunctabitur euacuare quod subreptum est, cum apparebit quod verũ est, nec poterit inde redire, qui voluit irridere: sed vt scriptũ est, *Psal. 26. d* Mentita est iniquitas sibi. Hoc solet habere præcipuum apostolica sedes, vt non pigeat reuocare quod à se forte deprehenderit fraude elicitum, non veritate promeritum. Res plena æquitate, & laude digna, vt de mendacio nemo lucretur, præsertim apud sanctam & summam sedem. Hæc sciens puer vester, secure supplicat pro Treuerensi, & sic instat non quasi in incertum. Ego quippe, ego hominis illius noui merita, causam, intentionem. Propter quod horum monachi eũ volunt lapidare? Quia male meruit? Sed fideliter astitit, & multũ seruiuit. Ob causæ iniustitiam? Sed iniustum nemo nisi iniustus causabitur. Quid de manu laica vendicauit? Imò recuperauit sedi episcopali monasterium, tanquam clauam de manu Herculis extorquens in manu fortiori. Ob prauitatem intentionis? Sed pium est reformare religionem in monasterio, quod ille intẽdit. Assit dominus cordi domini mei, ne iterum possit ei subripi à monachis non tam (vt simulant) appetentibus libertatem, quàm fugitantibus disciplinam.

Ad Haimericum cancellarium. Epistola CLXXXI.

SI verbis contendere velim ad beneficia quibus me obruistis: idem erit ac si impetitus sagittis, festucis dimicem: nisi quòd hoc iocus videbitur, illud dolus. Facta factis compensari oportet. Verùm id quidem multum est ad me. Nam vnde *L* sufficerem pauper & modicus? Sed rebus pauper & viribus, non voluntate. Aequabo ergo beneficia votis, quæ factis non possum. Desideriis, dices sum, affectibus abundo. Et certe verus beneficus amplius non requirit. Nam quomodo beneficus, qui non & beneuobus sit? Porro beneuolus nil sibi charius ipsa æstimat beneuolentia, qua & beneuolus nominatur, & beneficus est. Denique beneuolentia fructus est beneficij, nisi quis forte beneficium putet quod in spe seuerit, aut timore dimiserit. Sed quis non videat hoc relictum, illud venditum, neutrum datum? Oportet autem beneficium vt vere sit, esse gratuitum. Danti itaque rependi quicquam gratius ab accipiente non potest, quàm si gratum habuerit quod gratis accepit. Et hæc beneuolentia creatur de beneuolentia dantis in animo accipientis, beneficio quidem interueniente. Hac me fateor locupletem: hanc de corde pleno dignam profecto offero remunerationem meo benefactori: hanc deuotus immolo sacrificium laudis factori omnium pro salute mei benefactoris.

Ad Henricum Senonensem archiepiscopum. Epistola CLXXXII.

PRo multis visus sum multotiens scribere fateor propter vos: & statueram non facere ob vestram odibilem duritiam, sed charitas præualebit. Volo vobis amicos vestros re- *M* tinere, & non dignamini: volo reconciliare inimicos, & nõ patimini. Non vultis habere pacem: manibus ac pedibus acersitis vestram conturbationem: sed confusionem, sed depositionem. Multiplicatis vobis accusatores: defensores subtrahitis. Excitatis in vos olim sopita discrimina, prouocatis aduersarios, patronos offenditis. Vbique apud vos pro ratione voluntas, totum pro imperio, nihil ex timore dei. Qui de vobis non rident inimici, non conqueruntur amici? Quomodo deuestitis hominem, non dico iudicio non conuictum, sed nec verbo conuentũ? Quantos hoc verbum scandalizabit? quot ora ad subsannandum, quot corda ad succendẽdum mouebit? Itáne putatis periisse iustitiam de toto orbe, sicut de vestro corde: vt homo sic ablatum perdat archidiaconatum? Sed vos forsitan plus amatis reddere & perdere, quàm gratiam de beneficio retinere. Nolite quæso, nolite facere hanc rem: quam qui audierint omnes mirabuntur, nemo laudabit. Hæc vobis mordacius audaciúsque quàm velletis audire scripsi: sed non ad insipientiam vobis, si velletis corrigere.

Ad Conradum regem Romanorum. Epistola CLXXXIII.

SCripta vestra & salutationes tam deuotus suscipio, quàm modicus sum ad illa. Modicus dixerim dignitate: sed non deuotione. Querimoniæ regis nostræ sunt, & maxime illa quam dignãter exprimitis de inuasione imperij. Regis dedecus,

A cus, regni diminutionem nunquam volui: volentes odit anima mea. Legi quippe: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Quã tamen sententiam cupio vos & omnimodis moneo custodire in exhibenda reuerentia summæ & apostolicæ sedi, & beati Petri vicario, sicut ipsam vobis vultis ab vniuerso seruari imperio. Sunt quæ nõ putaui scribenda, præsens ea fortassis opportunius intimarem.

Rom. 13. a *Ibidem.*

Ad dominum papam Innocentium. Epistola CLXXXIIII.

FRatrem Andream lætum incolumémque suscepimus, & læta nunciantem de vestra incolumitate & gloria, de pace & prosperitate ecclesiæ, de curiæ statu florente & valente, postremò de gratia & beneuolentia quæ nobis apud vos perseuerat. Bene sua misericordia deus dignatus est facere nobiscum: facti sumus lætantes. Verùm quod vobis de mittendis ad vos fratribus placet, difficilè adimplebitur, præsertim cum non sit copia personarum quæ esse solebat. Siquidem præter illos qui bini aut trini ad diuersa destinati sunt loca, tria ex eis noua monasteria ex quo à vobis discessimus, integre ordinata sunt: & adhuc restant alia proxime ordinanda. Curamus tamen vndecunque euocare quos vobis mittamus, cupientes per omnia vestris obedire mandatis. B

Ad Eustachium occupatorem Valentinæ sedis. Epistola CLXXXV.

VIro illustri Eustachio frater Bernardus salutem tibi vir illustrissime etsi non scribo, opto tamen. Optare quis *2. Cor. 3. d* prohibet? Affectui nec leges imperant, nec principes dominantur. Liber est, & maxime si spiritu ducitur: quia vbi spiritus domini, ibi libertas. Inde est sane ausus iste meus de præsenti quo ad tuam magnitudinem præsumo scribere tanquam aliquis magnus, fateor nec iussus à te nec rogatus, nec inuitatus. Sed quid si charitas iubet? Alius aliter fortassis accipiat: ego virum nobilem, quod in me est, in vera charitate decreui his literis suæ ipsius commonere salutis, excitare à somno, reuocare ad cor, prouocare ad gratiã. Quis scit si cõuertatur & ignoscat deus, & relinquat post se benedictionem? *Iuel. 2. d* Imò quis nescit quas & quantas iam diuitias suæ bonitatis & lõganimitatis thesaurizauit super eum misericors & miserator dominus? Denique misererur, parcit, expectat, dissimulãtq; vsque adhuc, factus sicut homo non audiẽs, & non habens in ore suo redargutiones, tardãs ferire, paratus ignoscere. Sed tu domine vsque quo? Tu, inquam, ô bone vir, quousque dissimulas? quousque contemnis? Durum tibi est contra stimulum calcitrare. An ignoras quia benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Quandiu autem tu secundum duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ? An nõ secundum duritiam quidem, sed secundum verecundiam? Quid refert secundum quid pereas? O verecundia expers rationis, inimica salutis, totius ignara honoris & honestatis. Hæc plane illa quam sapiens loquitur, confusio adducens peccatum. Itáne verecundum est homini vinci à deo, & probro ducitur humiliare sub potenti manu altissimi? Nã ita rex ille gloriosus Dauid. Tibi soli peccaui, inquit, & malum corã te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Summũ victoriæ genus, diuinæ cedere maiestati: & auctoritati matris ecclesiæ nõ reluctari, summus honor & gloria. O peruesitas. Non pudet inquinari, & ablui pudet? Est pudor (iuxta Sapientẽ) adducens gloriam, si videlicet peccare pudeat. Si non pudeat vel peccasse: & ita vel sera gloria non carebis: reducente nimirũ pudore quam culpa fugauerat. Secundum tenent beatitudiuis locum, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Honorabile tegumentum de quo legitur: Confessio & pulchritudo in cõspectu eius. Quis mihi tribuat videre te in vestitu deaurato, vt dicamus & tibi: Confessionem & decorẽ iduisti, amictus lumine sicut vestimẽto? Reuertere Sunamitis, reuertere, vt inspiciamur te. Consurge consurge, induere fortitudine, induere vestimento salutis. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. A mortuo tanquã qui nõ est, perit confessio. Vsquequo obliuisceris te in finẽ? vsquequo dormis in morte, decus nobilium, fidelium fletus? Quandiu cõtra morem tuum pertinax, contra honorẽ tuum sequestris, cõtra salutẽ tuam rebellis? Quid illos egregios mores actúsq; tuos tam dissimili pergis exitu consummare? Quomodo ætas ista quam in misericordia vberi requiescere oportebat, omnium præteritorũ luit pœnas dierum tuorũ, nec diluit culpas? Cur, proh dolor, sola venerãda canicies solita veneratione fraudatur, sola sine honore marcescit, quã vel maxime decuit honorari? Miserere animæ tuæ placens deo. Etenim qui hominibus placent, confusi sunt, quoniã deus spreuit eos. Breues dies hominis sunt: seni mors in ianuis est. Modicũ habes prorsus modicum tempus, cum his qui dicũt tibi, euge, euge. Sit etiã pro modico tibi iudicari ab ipsis, aut ab humano die, qui angelico examini iamiámque es præsentandus: qui ad tribunal terrificum Christi ipso iam defectu naturæ miserandus vrgeris. Illi te oportet præparare iudicio, illi seculo conformare, illius curiæ affectare fauorẽ, formidare repulsam. Quid illorum sententia conturbaris, quorum nec laude probatus, nec vituperatione reprobus inueniris? Deniq; vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Propterea qui te beatificant, in errorem inducunt, dantes verba, munera reportantes. Vana hæc atque illa, sed verba amplius. Et decipitis de vanitate in idipsum: sed tu magis deciperis, illi minus. Das quippe quod vtcunq; pluris est: & das ingratis, das immeritis. Siquidem tua, non te diligunt. Imò certe nec te, nec tua: sed quæ sua sunt quærunt. Tua quoad poterunt venabuntur adulationibus vanis & falsis. Molliti sunt sermones eorum super oleum: & ipsi sunt iacula. Et ideo dicebat Dauid: Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Ab his laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. Ab his ergo cauere non ego, sed sapiens doceat. Fili, ait, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Attende potius illi qui iudicat in æquitate pro mansuetis terræ: quos tua non pastoralis diligentia pascit, sed secularis premit potentia, quam non haberes super eos vllã, nisi data esset tibi desuper. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Attende autem. Iudicium graue his qui præsunt, & potentes potenter tormenta patientur. Hoc si paues, caues: si negligis, incidis: & horrẽdum est incidere in manus dei viuentis. Auertat hoc vnus & verus deus: qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Plura adhuc loqui fert animus, sed non fert forte auditus. Nec placent aspera, quamuis recta & salubria, quia sunt amara, & non sapiunt. Ponam itaq; digitum super os meum, donec sciam ista qualiter acceptentur. Placebo autem si potero, non stylo neque lingua, sed opere & veritate.

Psal. 9. a *Rom. 2. a* *Psal. 37. d* *Act. 9. a* *Rom. 2. a* *Eccl. 30. d* *Psal. 52. b* *Iob. 14. a* *Psal. 61. b* *Esa. 3. b* *Psal. 54. b* *Psa. 140. b* *Psal. 9. d* *Prou. 1. b* *Ioan. 19 b* *Sapien. 6. a* *Heb. 10. f* *Ezec. 18. g*

Ad Simonem filium Castellani Cameracensis. Epistola CLXXXVI.

COgnoscens, dilectissime, nunciante abbate Radulfo de Valcellis, desiderare te nostri præsentiam atque colloquium, delectatus sum admodum tanta tui erga me deuotione: nec certe ingratus beneuolentiæ. Noueris & meæ esse voluntatis, tuo satisfacere desiderio: sed corporali molestia impediri tam ab huius voluntatis effectu, quàm & ab aliis plurimis plurimúmq; necessariis negociis. Sed licet absens corpore, sum tamen præsens spiritu: donec quandoque fiam, deo volente, & corpore & spiritu: si tamẽ non ore tantùm & lingua, sed opere diligamus & veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaque quod rogo: vt quod de meo apud te est, fratres dico Valcellenses & eorũ ecclesiam mei gratia diligas, foueas, & manuteneas vbi necesse fuerit, vt in hoc & tuæ liberalitatis insigne præbeas documentum, & eius quam mihi promittis charitatis clarescat indicium. Quam nunc charitatem in eo vel primum cupio experiri, si Ligecurtem quam mihi pater tuus præsenti contulit ad opus illius monasterij, tu quoque cõcesseris, & donum patris tui nõ feceris irritum. Nos quoque quod nostrum est, de præteritis gratias agentes, & in reliquum similia sperãtes, pro te tuisque illi preces fundimus, qui volũtatem timentium se facit, & deprecationem eorum exaudit. Oramus te & vxorem tuam & omnes qui ad vos pertinent, bene valere. F

Psa. 144. d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad episcopos Senonas conuocandos contra Petrum Abailardum. Epistola CLXXXVII.

EXiit sermo inter multos, & credimus ad vos peruenisse: quomodo videlicet apud Senonas in octauis Pentecostes vocamur & prouocamur ad litem pro defensione fidei: cum seruum dei non oporteat litigare sed magis patientem esse ad omnes. Si mea propria causa esset, posset non immerito fortassis puer sanctitatis vestræ in vestro patrocinio gloriari. Nunc autem quia & vestra est, imò plus vestra, fidentius moneo, & obnoxius rogo, vt amicos vos in necessitate probetis. Amicos dixerim nō nostros, sed Christi, cuius spōsa clamat ad vos in sylua hæresum, & in segete errorum, quibus sub tutela & custodia vestra pullulantibus, pene iam suffocatur. Amicus sponsi nō deseret eam in opportunitatibus in tribulatione. Nec miremini quòd ita de subito & in arcto temporis vos inuitamus: quoniam hoc quoque aduersa pars in sua versutia & calliditate prouidit, vt improuidos inuaderet, & congredi cogeret immunitos. 2.Tim.2.d

Ad episcopos & cardinales curiæ, de eodem. Epistola CLXXXVIII.

Dominis & patribus reuerendis, episcopis & cardinalibus qui sunt de curia, puer sanctitatis eorum.

NVlli dubium quin ad vos specialiter spectet tollere scāndala de regno dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas. Sic enim præcepit Moyses cum montem subiit: Habetis (inquiens) Aaron & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad ipsos. Illū loquor Moysen, qui venit per aquam, & non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Et ideo plus quàm Moyses, quia & in sanguine venit. Et quoniam pro Hur & Aaron stat zelus & auctoritas Romanæ ecclesiæ super populum dei, ad ipsam meritò referimus non quæstiones sed læsiones fidei, & iniurias Christi, patrum probra atque contemptus, præsentium scandala, pericula posterorum. Irridetur simplicium fides, euiscerantur arcana dei, quæstiones de altissimis rebus temerarie ventilantur, insultatur patribus quòd eas magis sapiendas quàm soluendas censuerint. Inde fit quòd agnus Paschalis contra dei statutum aut aqua coquitur, aut crudus discerpitur more & ore bestiali. Quod residuum est, non igne comburitur, sed conculcatur: ita omnia vsurpat sibi humanum ingenium, fidei nil reseruans. Tentat altiora se, fortiora scrutatur, irruit in diuina, sancta temerat magis quàm referat, clausa & signata non aperit, sed diripit: & quicquid sibi non inuenit peruium, id putat nihilum, credere dedignatur. Legite si placet librum Petri Abailardi quem dicit theologiæ, ad manum est enim: cum, sicut gloriatur, à pluribus lectitetur in curia, & videte qualia ibi de sancta trinitate dicantur, de genitura filij, de processione spiritus sancti, & alia innumera catholicis auribus & mentibus dissueta. Legite & alium quem dicunt sententiarum eius, necnon & illum qui inscribitur: Scito teipsum: & animaduertite quantæ & ibi sylueſcant segetes sacrilegiorum atque errorum, quid sentiat de anima Christi, de persona Christi, de descensu Christi ad inferos, de sacramento altaris, de potestate ligandi atque soluendi, de originali peccato, de concupiscentia, de peccato delectationis, de peccato infirmitatis, de peccato ignorantiæ, de opere peccati, de voluntate peccandi. Et si quidem iudicatis me iuste moueri, mouemini & vos: ac ne frustra moueamini, agite pro loco quem tenetis, pro dignitate qua polletis, pro potestate quam accepistis, quomodo qui ascēdit vsque ad cœlos, descendat vsque ad inferos: & opera tenebrarum ausa prodire in lucem, arguantur à luce in lucē, vt dum qui publice peccat, publice arguetur, comprimant sese etiam alij ponentes tenebras lucem, disputantes in triuiis de diuinis, qui loquuntur mala in cordibus suis, & in codicibus suis scribunt: & sic obstruatur os loquentium iniqua. Exo. 24.d

Ad dominum papam Innocentium de eodem. Epistola CLXXXIX.

Amantissimo patri & domino Innocentio Dei gratia summo pontifici Fernardus Clarævallis vocatus abbas, modicum id quod est.

NEcesse est vt veniant scandala. Necesse, sed non suaue. Et ideo dicit propheta: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Et apostolus cupit dissolui, & cum Christo quiescere. Et alius quidam sanctorum: Sufficit mihi domine, ait: tolle animam meam. neque enim melior sum quàm patres mei. Est & mihi nunc aliquid commune cum sanctis, in voluntate dūtaxat, non in merito. Nam vellem & ipse modo de medio fieri, victus, fateor, à pusillanimitate spiritus & tempestate. Vereor autem ne non sicut pariter affectus, ita pariter & paratus inueniar. Tædet viuere, & an mori expediat, nescio: & ideo forte etiam in votis distem à sanctis, quòd ipsi prouocentur desiderio meliorum: cum ego scandalis & ærumnis compellar exire. Denique ait: Dissolui & cum Christo esse, multo melius. Ergo & in sancto appetitus, & in me prævalet sensus: & in hac miserrima vita nec ille habere quod appetit bonum, nec ego quod molestum patior, non habere valemus. Et ob hoc exire quidem ambo pari cupimus voluntate, sed nō pari intentione. Stulte mihi dudum requiem promittebam, si quidem Leonina rabies quieuisset, & pax ecclesiæ redderetur. Nam ecce illa quieuit, sed non ego. Nesciebam me esse in valle lachrymarum, aut oblitus fueram me habitare in terra obliuionis. Non attendebam terram in qua habito, spinas & tribulos germinare mihi, succisis succedere nouas, & rursum illis alias sine fine sine intermisone succrescere. Audieram hęc, sed melius vt nunc experior, ipsa vexatio dat intellectum auditui. Innouatus est dolor, nō exterminatus, lachrymæ inundauerunt quia inualuerunt mala, & expertis pruinā, irruit sit per eos nix. Ante faciē frigoris huius quis sustinebit? Hoc frigore refrigescit charitas, vt abundet iniquitas. Leonem euasimus, sed incidimus in draconem, qui nō minus forsan noceat sedens in insidiis, quàm ille rugiens de excelso. Quanquā nō iam in insidiis, cuius virulenta folia vtinam adhuc latarent in scriniis, & non in triuiis legerentur. Volant libri: & qui oderant lucem quoniam mali sunt, impegerunt in lucē, putantes lucē tenebras. Vrbibus & castellis ingeruntur pro luce tenebræ, pro melle vel potius in melle venenum passim omnibus propinatur. Transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Nouum cuditur populis & gētibus euāgelium, noua proponitur fides, fundamentum aliud ponitur præter id quod positum est. De virtutibus & vitiis nō moraliter, de sacramentis eccesiæ nō fideliter, de arcano sanctæ trinitatis non simpliciter nec sobrie disputatur: sed cūcta nobis in peruersum, cūcta præter solitum & præterquā accepimus ministrātur. Procedit Golias procero corpore nobili illo suo bellico apparatu circummunitus, antecedente quoq; eius armigero Arnaldo de Brixia. Squama squamæ coniungitur, & nec spiraculum incedit per eas. Siquidē sibilauit apis quæ erat in Francia, api de Italia: & venerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, vt sagittēt in obscuro rectos corde. In victu autem & habitu habentes formā pietatis, sed virtutem eius abnegantes, eo decipiunt plurimos, quo transfigurant se in angelos lucis, cū sint satanæ. Stans ergo Golias vna cum armigero suo inter vtrasque acies, clamat aduersus phalangas Israēl, exprobrātq; agminibus sanctorū, eo nimirum audacius, quo sentit Dauid non adesse. Denique in sugillationē doctorum ecclesiæ, magnis effert laudibus philosophos, adinuentiones illorum & suas nouitates catholicorū patrum doctrinæ præfert & fidei. Et cum omnes fugiant à facie eius, me omniū minimū expetit ad singulare certamen. Denique scripsit mihi, solicitāte quidem ipso, archiepiscopus Senonensis diem statuens congressionis, quo ille in presentia eius & coepiscoporum suorū deberet, si posset, statuere prava dogmata sua, cōtra quæ ego ausus mutire fuissem. Abnui, tum quia puer sum, & ille vir bellator ab adolescentia: tum quia iudicarem indignum rationem fidei humanis committi ratiunculis agitandam, quam tam certa ac stabili veritate cōstet esse subnixam. Dicebā sufficere scripta eius ad acculān- dum Psal. 54.b Philip. 1.c 3. Re. 19.a Philip. 1.d

A dum eum, nec mea referre, sed episcoporū, quorum esset ministerij de dogmatibus iudicare. Ille nihilo minus imò eo amplius leuauit vocem, vocauit multos, congregauit complices. Quæ de me ad discipulos suos scripserit, dicere nō curo. Disseminauit vbique se mihi die statuto apud Senonas responsurum. Exiit sermo ad omnes, & non potuit me latere. Dissimulaui primùm, nec enim satis rumore populari mouebar. Cedens tamen (licet vix, ita vt flerem) consilio amicorum, qui videntes quomodo se quasi ad spectaculum omnes pararent, timebant ne de nostra absentia & scandalum populo, & cornua crescerent aduersario: & quia error magis confirmaretur cum non esset qui responderet aut contradiceret: occurri ad locum & diem, imparatus quidē & immunitus, nisi quòd illud mente voluebam: Nolite præmeditari qualiter respōdeatis, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Et illud: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Conuenerant autem præter episcopos & abbates plurimi viri religiosi, & de ciuitatibus magistri scholarum, & clerici literati multi, & rex præsens erat. Itaque in præsentia omnium aduersario stante ex aduerso producta sunt quædam capitula de libris eius excerpta. Quæ cum cœpissent legi, nolēs audire exiuit, appellans ab electis iudicibus: quod non putamus licere. Porro capitula iudicio omnium examinata, inuenta sunt fidei aduersantia, cōtraria veritati. Hęc pro me, ne leuitate aut B certe temeritate vsus in tanto negocio putarer. Verum tu ô successor Petri iudicabis an debeat habere refugium sedē Petri, qui Petri fidem impugnat. Tu, inquam, amice sponsi prouidebis quomodo liberes sponsam à labiis iniquis & à lingua dolosa. Sed, vt paulo audacius loquar cū domino meo, attende etiam tibi ipsi amantissime pater, & gratiæ dei quæ in te est. Nónne cum esses paruulus in oculis tuis, ipse te constituit super gentes & regna? Ad quid? nisi vt euellas & destruas & ædifices & plantes: Qui ergo tulit te de domo patris tui, & vnxit te vnctione misericordiæ suæ, attende quæso extunc & deinceps quanta fecit animæ tuæ, quanta per te ecclesiæ suæ, quanta in agro dominico, cœlo & terra testibus, tam potēter quàm salubriter euulsa sunt & destructa, quanta rursum bene ædificata, plantata, propagata. Susciauit deus furorem schismaticorum in tuo tempore, vt tuo opere contererentur. Vidi stultum firma radice, & statim maledictum est pulthritudini eius. Vidi, inquam, vidi impium superexaltatum & elevatum sicut cedros Libani: & transiui, & ecce nō erat. Oportet autem, ait, hæreses & schismata esse: vt qui probati sunt, manifesti fiant. Et in schismate quidem iam (vt dictum est) dominus probauit te, & cognouit te. Sed ne quid desit coronæ tuę, en hæreses surrexerunt. Itaque ad consummationem virtutum, & ne quid minus feciſſe inueniamini à magnis episcopis antecessoribus vestris, capite nobis pater amātissime vulpes quæ demoliuntur vineam domini, donec paruulæ sunt: C ne si crescant & multiplicentur, quicquid talium per vos non fuerit exterminatum, à posteris desperetur. Quanquam non iam paruulæ nec pauculæ, sed certe grandiusculæ & multæ sunt, nec nisi in manu forti vel à vobis exterminabuntur. Incinctus multa mala ostendit nobis, nec enim quæ voluit, fecit. Sed visus est mihi patienter ferendus de me, qui nec personæ vestræ nec curiæ incuria illa pepercit: quod melius Nicolaus iste meus, imò & vester, viua referet voce. 1.Cor.11.d Act.22.d Ibidem.

Ad eundem, contra quædam capitula illarum hæresum. Epistola CXC.

Amantissimo patri & domino Innocentio summo pontifici, frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas, modicum id quod est.

OPortet ad vestrum referri apostolatum pericula quæque & scandala emergentia in regno dei, ea præsertim quæ de fide contingunt. Dignum nanque arbitror ibi potissimum resarciri damna fidei, vbi non possit fides sentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua sedis. Cui enim alteri aliquando dictum est: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua? Ergo quod sequitur, à Petri successore exigitur: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Id quidem modo necessariū. Tempus est vt vestrum agnoscatis patrem amantissime principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo plane Petri impletis vicem, cuius tenetis & sedem, si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra auctoritate conteritis fidei corruptores. Habemus in Francia nouum de veteri magistro theologum, qui ab ineunte ætate sua in arte dialectica lusit, & nunc in scripturis sanctis insanit. Olim dānata & sopita dogmata, tā sua videlicet quàm aliena suscitare conatur, insuper & noua addit. Quidum omnium quæ sunt in cœlo sursum, & quæ in terra deorsum, nihil præter solum nescio quid nescire dignatur, ponit in cœlum os suum, & scrutatur alta dei, rediēnsque ad nos refert verba ineffabilia, quę non licet homini loqui. Et dum paratus est de omnibus reddere rationem, etiam quę sunt supra rationem & cōtra rationem præsumit, & contra fidem. Quid enim magis cōtra rationē, quàm ratione rationem conari transcendere? Et quid magis contra fidē, quàm credere nolle quicquid nō possit ratione attingere? Deniq; exponere volens illud sapientis: Qui credit cito, leuis est corde: cito credere est, inquit, adhibere fidē ante rationem: cum hoc Salomon nó de fide in deū, sed de mutua inter nos dixerit credulitate. Nam illā quæ in deum est fidem, beatus papa Gregorius negat plane habere meritum, si ei humana ratio præbeat experimentum. Laudat autem apostolos, quòd ad vnius iussionis vocē secuti sunt redemptorem. Scit nimirum pro laude dictum: In auditu auris obediuit mihi: increpatos è regione discipulos quòd tardius credidissent. Deniq; laudatur Maria, quòd rationem fide præuenit: & punitur Zacharias, quòd fidem ratione tentauit. Et rursum Abraham commendatur, qui cōtra spem in spem credidit. Ad contra theologus noster, Quid, inquit, ad doctrinam loqui proficit, si quod docere volumus, exponi non potest vt intelligatur? Et sic promittēs intellectum auditoribus suis in his etiam quæ sublimiora & sacratiora profundo illo sinu sacræ fidei continentur, ponit in trinitate gradus, in maiestate modos, numeros in æternitate. Constituit denique deum patrem plenam esse potentiam, filium quandam potentiam, spiritum sanctum nullam potentiam. Atque hoc esse filium ad patrem, quod quandam potentiam ad potentiam, quod speciem ad genus, quod materiam ad materiam, quod hominem ad animal, quod æreum sigillū ad æs. Nónne plus quàm Arrius hic? Quis hęc ferat? quis nō claudat aures ad voces sacrilegas? Quis nó horreat prophanas nouitates & vocum & sensuum? Dicit etiam spiritum sanctum procedere quidem ex patre & filio, sed minime de patris esse filiive substantia. Vnde ergo? an forte ex nihilo, sicut & vniuersa quæ facta sunt? Nam & ipsa ex deo esse nō diffitetur apostolus, nec veretur dicere: Ex quo omnia. Quid igitur? Dicemus ex patre & filio spiritum sanctū non alio prorsus procedere modo, quàm omnia, id est nō esse essentialiter, sed creabiliter, ac perinde creatū sicut & omnia? Aut nunquid tertium inueniet sibi modum, quo eum ex patre filióq; producat, homo qui noua semper inquirit, & quæ non inuenit fingit, affirmās ea quæ non sunt, tanquam ea quę sunt? At si esset, inquit, de substantia patris, profecto genitus esset, & duos pater filios haberet. Quasi verò omne quod de substātia aliqua est, continuo ipsum à quo est habeat genitorem. Nū verò pediculi aut lendes aut phlegmata, vel filij carnis sunt, vel non sunt de substātia carnis? Aut vermes de ligno putrido prodeuntes, aliunde quàm de ligni substātia sunt, qui tamen filij ligni nō sunt? Sed & tineæ de substātia pannorum substantiam habent, generationem non habent. Et multa in hūc modum. Miror autem hominem acutum & sciolum, (vt quidem sibi ipse videtur) quomodo cum spiritum sanctum fateatur patri & filio consubstantialem, neget tamen ex patris filiique prodire substantia, nisi forte illos ex ipsius procedere velit. Quod quidem inauditum est, & nefandum. Si autē nec is de illorum nec illi de huius substantia sunt, vbi quæso consubstātialitas? Aut ergo fateatur cum ecclesia spiritū sanctum de substantia illorum esse, à quibus non negat procedere, aut certe cum Arrio consubstantialitatem deneget, & prædicet aperte creationem. Deinde si filius de substātia patris est, spiritus sanctus non est: differant necesse est à se inuicem, non solùm quia spiritus sanctus genitus non est, quod filius est: sed etiā quòd filius de substantia patris est, quod spiritus sanctus non est. Quam quidem posteriorem differētiam fides catho- D E F Rom.11.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Glica hucusq; neſciuit. Si eam admittimus, vbi trinitas? vbi vnitas? Si quidem ſpiritu ſancto filióque noua à ſe differentiarum numeroſitate diſtãtibus, vnitas diſſipatur, preſertim cũ ſubſtantialem eſſe pateat differentiam quam iſte conatur inducere. Porro autem ſpiritu ſancto à patris filiſque ſubſtãtia recedente, nõ trinitas remanet, ſed dualitas. Neque enim dignum eſt in trinitate admitti perſonã quæ nil habeat in ſubſtantia commune cum reliquis. Deſinat ergo ſpiritus ſancti proceſsionem à patris filiſque ſubſtantia ſeparare, ne duplici impietate numerum & trinitati minuat, & tribuat vnitati: quod vtrunque fides abnuit Chriſtiana. Et ne de re tãta ſolis videar humanis inniti rationibus, legat epiſtolã Hieronymi ad Auitum: & certe videbit inter cæteras quas redarguit Origenis blaſphemias, etiã hoc eum deteſtantẽ, quòd dixerit ſpiritum ſanctũ de ſubſtãtia patris non eſſe. Beatus Athanaſius in libro de vnita trinitate ita loquitur: Solũ deum vbi memoratus ſum, nõ ſolam perſonam patris indicaui, quia filium & ſpiritum ſanctum de hac ipſa ſola ſubſtãtia patris eſſe non abnegaui. Hoc Athanaſius. Videt ſanctitas veſtra quomodo iſto nõ diſputante, ſed dementante, & trinitas non cohæret, & vnitas pẽdet, nec iſtud ſanè abſq; iniuria maieſtatis. Quicquid nãque illud eſt quod deus ſit, id ſine dubio eſt quo nõ poſsit aliquid maius cogitari. Si ergo in hac vnica & ſumH ma maieſtate iuxta conſiderationem perſonarum vel parum aliquid claudicare recipim⁹, dum quod vni plus datur, alteri minuitur, minus profecto eſt totum ab eo quo nihil maius valeat cogitari. Maius enim ſine dubio eſt quod totum maximum eſt, quàm quod ex parte. Ille verò digne pro ſua poſſibilitate diuinã æſtimat magnificẽtiam, qui nil in ea cogitat diſpar, vbi eſt totum ſummũ: nil diſtans, vbi totũ eſt vnum: nil hiãs, vbi totum eſt integrum: nil deniq; imperfectum vel egens, vbi totum eſt totum. Totũ nempe eſt pater, quod pater & filius & ſpiritus ſanctus. Totum filius, quod ipſe & pater & ſpiritus ſanctus. Totũ ſpiritus ſanctus, quod & ipſe & pater & filius. Et totum vnum eſt totum, nec ſuperabundans in tribus, nec imminutum in ſingulis. Nec enim verum ſummúmque bonum quod ſunt, inter ſe particulariter diuidunt, quoniã nec participaliter id poſsident, ſed hoc ipſum eſſẽtialiter ſunt. Nam quod alter ex altero, vel alter ad alterũ veraciſsime dicitur, perſonarum ſane deſignatio eſt, non vnitatis diuiſio. Licet nanq; in hac ineffabili & incomprehenſibili deitatis eſſentia, alter & alter, id quidem requirentibus proprietatibus perſonarum, ſobrie catholicéque dicatur, nõ tamen ibi eſt alterum & alterũ, ſed ſimplex vnum: vt nec præiudicium faciat vnitati trinitatis cõfeſsio, nec proprietatum
I ſit excluſio, vera aſſertio vnitatis. Tam longe proinde fiat à ſenſibus noſtris, quàm eſt & à regula veritatis execranda illa de genere & ſpecie nõ ſimilitudo, ſed diſſimilitudo, & nihilo minus illa de ære æreoq; ſigillo: quoniã cum genus quidẽ & ſpecies, quod ad ſe inuicẽ ſunt, alterũ ſuperius, altera inferior ſit: deus autem vnus ſit: numquã bene profecto cõueniet tãti æqualitati & tãtæ diſparilitati. Et rurſum de ære & quodam ære quod eſt æreũ ſigillum, quoniam quod inde in eandem vſurpatur ſimilitudinis rationem, ſimile eſt huic idẽ iudicium. Cum enim ſpecies (vt dixi) minor ſit & inferior genere, abſit vt hãc in patre & filio diuerſitatẽ cogitemus. Abſit vt huic acquieſcam⁹ dicẽti, hoc eſſe filium ad patrẽ, quod ſpeciẽ ad genus, quod hominem ad animal, quod æreũ ſigillũ ad eꝫ, quod aliquam potentiã ad potentiã. Sunt quippe cuncta hæc mutua ſuæ cõnexione naturæ ad ſe inuicem ſuperiora & inferiora: & ob hoc nulla prorſ⁹ admittenda ſimilitudo ex his ad illud, vbi nihil eſt inæquale, nihil diſſimile. Videtis de quãta vel imperitia vel impietate deſcendat harum adiuentio ſimilitudinum? Adhuc aduertite clarius quid ſentiat, doceat, ſcribat. Dicit, proprie & ſpecialiter ad patrem potentiam, ad filium ſapientiã pertinere: quod quidem falſum. Nã & pater ſapientia, & filius potentia veriſsime ſunt, faniſsimẽque dicuntur: & quod eſt cõmune amborũ, non erit propriũ ſingulorum. Alia illa ſunt profecto vocabula, quæ nõ ad ſeipſos dicuntur, ſed ad alterv trum: & ideo eſt cuique ſuum, & non commune cũ altero, Nam qui pater eſt, filius non eſt: & qui filius eſt, pater nõ eſt: quoniam non quod ad ſe, ſed quod ad filiũ pater eſt, patris nomine deſignatur: & item nomine filij non quod ad ſe filius, ſed quod eſt ad patrem, exprimi- K tur. Non ſic potentia, nõ ſic ſapientia, neque alia multa quę ad ſe dicũtur & pater & filius, non ſingulariter alter reſpectu alterius. Non, inquit, ſed ad proprietatẽ perſonæ patris propriè vel ſpecialiter inuenimus omnipotentiã attinere, quòd nõ ſolum cum cæteris duabus perſonis æquè omnia efficere poteſt: verumetiam ipſe ſolus à ſe, nõ ab alio exiſtere habet: & ſicut habet ex ſe exiſtere, ita etiã ex ſe habet poſſe. O alterum Ariſtotelem. An nõ eadem ratione, ſi hoc ratio eſſet, & ſapientia & benignitas proprie pertineret ad patrem, cum & ſapere & benignũ eſſe æquè ſe pater & non ab alio habeat, quèadmodũ & eſſe & poſſe? Quod ſi nõ abnuit (nec enim de ratione poteſt) quid quæſo facturus eſt de illa nobili ſua partitione, in qua vt patri potentiam, ſic filio ſapientiam, ſic ſpiritui ſancto benignitatẽ proprie ac ſpecialiter aſsignauit? Nõ enim vna & eadem res proprie poterit conuenire duob⁹, hoc eſt vt cuique propriaſit. Eligat quod vult: aut det ſapientiam filio, & tollat eã patri aut patri tribuat, & auferat filio: & rurſum benignitatem aut ſpiritui ſancto ſine patre, aut patri ſine ſpiritu ſancto aſsignet: aut certe deſinat nomina communia propria facere, & patri quoniã à ſeipſo habet potentiam, non ideo tamẽ audeat concedere propriã, ne & benignitatẽ ſimul & ſapientiam, quas à ſe nihilo minus habet identidem L proprias ipſi ſua ratione aſsignare rogatur. Sed expectemus adhuc & videamus quàm theorice noſter theolog⁹ inuiſibilia dei contempletur. Dicit (vt dixi) proprie omnipotentiam pertinere ad patrẽ, atq; hanc vt ſit integra & perfecta, in gerendo & diſcernendo conſtituit. Porro filio, vt iã dictum eſt aſsignat ſapientiam, ipſámque non ſimpliciter quidem potẽtiam, ſed quandam in deo potẽtiam eſſe diffinit, id eſt potentiam tãtùm diſcernendi. Forte timet iniuriam facere patri ſi tantum tribuat filio quãtum & ipſi: & cui non auder potentiam dare integram, concedit dimidiam. Et quod dicit manifeſtis declarat exemplis, aſſerens potẽtiam diſcernẽdi quę eſt filius, ita quãdã eſſe potentiã, quemadmodum homo quoddam eſt animal, & ſigillum æreum quoddam eſt æs: atq; hoc eſſe potentiam diſcernendi, ad gerendi diſcernendiq; potentiã, id eſt filium ad patrem, quod homo ad animal eſt, quod æreum ſigillũ ad æs. Sicut enim, inquit, ex eo quòd eſt æreum ſigillum, exigit neceſſario vt æs ſit: & ex eo quod eſt homo, vt animal ſit, ſed non econuerſo: ita diuina ſapientia quæ eſt potentia diſcernendi, exigit quòd ſit diuina potentia, ſed nõ econuerſo. Quid igitur? vis vt iuxta tuam ſimilitudinẽ ad inſtar præcedentium, etiã ex hoc quòd filius eſt, exigat vt pater ſit, hoc eſt vt qui filius eſt pater ſit, quãquam non ecõuerſo? M Si hoc dicis, hæreticus es, Si non dicis, vacat ſimilitudo. Ad quid enim tibi ipſam tãto circuitu de longe poſitis rebus, & minus conuenientibus emẽdicas, tanto labore colligis, tãta inculcas inani multiplicitate verborum tãtis effers laudibus ſi non facit ad quod adducitur, vt videlicet membra ad mẽbra congruis proportionibus reducantur? Nónne hoc opus, hic labor eſt vt per ipſam nos doceas eã, quę eſt inter patrem & filium habitudinem? Tenemus autem te docẽte ad hominis poſitionem poni animal, ſed non econuerſo ſecũdum regulam dialecticæ tuæ: qua nonquidem poſito genere ponitur ſpecies, ſed poſita ſpecie ponitur genus. Cum ergo patrẽ ad genus, filiũ ad ſpeciem referas, nonne id ratio ſimilitudinis poſtulat, vt ſimiliter poſito filio, patrem poni oſtẽdas, & non conuerti: vt quomodo qui homo eſt, neceſſario animal eſt, ſed non conuertitur: ita quoque qui filius eſt, neceſſario pater ſit, & æquè non couertatur? Sed contradicit tibi in hoc catholica fides, quæ profecto vtrumq; recuſat, tã patrem vidélicet eſſe qui filius eſt, quàm eſſe filium qui pater eſt. Nam alius proculdubio pater, atq; alius filius: quamuis non aliud pater, quàm filius. Nam per alius & aliud, nouit pietas fidei caute inter perſonarum proprietates & indiuiduã eſſentiæ vnitatem diſcernere, & mediũ iter tenẽs regia incedere via, vt nec declinet ad dexteram, confundendo perſonas nec reſpiciat ad ſiniſtram, ſubſtantiam diuidẽdo. Quòd ſi per ſimplex eſſe, cicas vere conſequi vt ſi filiꝰ eſt, neceſſario pater ſit nil te iuuat, cum ratio relationis neceſſario exigat vt conuertatur, & eadem veritas comitetur conuerſam: quod non congruit adductæ de genere & ſpecie, vel de ære æreóque ſigillo

A ſimilitudini. Neq; enim ſicut per ſimplex eſſe duntaxat veriſsime dicitur, ſi pater eſt, filius eſt: & ſi filius eſt, pater eſt: ita etiam poſſumus inter hominem & animal, ſiue inter æreum ſigillum & æs in veritate conuertibilem texere cõſequentiam. Nam etſi verum ſit dicere, ſi homo eſt, animal eſt: non tamen vera eſt conuerſa qua dicitur, ſi animal eſt, homo eſt. Et item ſi ſigillum æreum eſt, neceſſario ſequitur vt æs ſit: non tamen ſi eꝫ ſit, neceſſario ſequitur vt ſigillum æreum ſit. Sed iam pergamus ad reliqua. En iuxta iſtum habemus omnipotentiam in patre, quandam potentiam in filio. Dicat nobis etiam de ſpiritu ſancto quid ſentiat. Benignitas ipſa, inquit, quæ hoc
Luc.10.c nomine quod eſt ſpiritus ſanctus, demõſtratur, non eſt in deo potentia ſiue ſapientia. Videbam ſatanam tanquam fulgur cadentem de cœlo. Sic debet cadere qui ambulat in magnis & mirabilibus ſuper ſe. Vides pater ſancte quas ſcalãs, imò quæ præcipitia iſte ſibi parauerit ad ruinam? Omnipotẽtiam, ſemipotentiam, nullam potentiam. Ipſo auditu horreo, & ipſum horrorem puto ſufficere ad refellendum. Veruntamen
Eſa.11.d teſtimonium pono, quod turbato interim occurrit ad remouendam ſpiritus ſancti iniuriam. In Eſaia legitur, ſpiritus ſapientiæ, & ſpiritus fortitudinis. Per quod vtique aperte ſatis iſtius audacia etſi non comprimitur, conuincitur tamen. O lingua magniloqua. Eſto, vt iniuria filij vel patris remittatur tibi, nunquid blaſphemia ſpiritus? Manet angelus domini, qui
B te ſecet medium. Dixiſti enim: Non eſt ſpiritus ſanctus in deo potentia, ſiue ſapientia. Ita pes ſuperbiæ ruit cum irruit. Nec mirum ſi homo qui non curat quæ dicat, irruens in arcana fidei, theſauros abſconditos pietatis tam irreuerenter inuadit atque diſcerpit, cum de ipſa pietate fidei nec pie nec fideliter ſentiat. Denique in primo limine theologiæ (vel potius ſtultilogię ſuæ) fidem diffinit eſtimationem: quaſi cuique in ea ſentire & loqui quæ libeat liceat, aut pendeãt ſub incerto in vagis ac variis opinionibus noſtræ fidei ſacramenta, & non magis certa veritate ſubſiſtant. Nónne ſi fluctuat fides, inanis eſt & ſpes noſtra? Stulti ergo martyres noſtri, ſuſtinentes tam acerba propter incerta, nec indubitantes ſub dubio remunerationis præmio durum per exitum diuturnum inire exilium. Sed abſit vt putemus in fide vel ſpe noſtra aliquid, vt is putat, dubia æſtimatione pendulum, & non magis totum quod in ea eſt, certa ac ſolida veritate ſubnixum, oraculis & miraculis diuinitus perſuaſum, ſtabilitum & conſecratum partu virgi-
Pſal.92.a nis, ſanguine redemptoris, gloria reſurgentis. Teſtimonia iſta credibilia facta ſint nimis. Si quo minus, ipſe poſtremo ſpiritus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro quòd filij dei ſumus. Quomodo ergo fidem quis audet dicere æſtimationem, niſi
2.Tim.1.c qui ſpiritum iſtum nõdum accepit, quíve euangeliũ aut ignoret, aut fabulam putet? Scio cui credidi, & certus ſum, clamat apoſtolus: & tu mihi ſubſibilas, fides eſt æſtimatio? Tu mihi ambiguum garris, quo nihil eſt certius? Sed Auguſtinus aliter.
C Fides, ait, non coniectando vel opinando habetur in corde in quo eſt, ab eo cuius eſt, ſed certa ſcientia, acclamante conſciẽtia. Abſit ergo abſit, vt hos fines fides habeat Chriſtiana. Academicorum ſint iſtæ æſtimationes, quorum eſt dubitare de omnibus, ſcire nihil. Ego verò ſecurus in magiſtri gentium ſententiam pergo, & ſcio quoniam non confundar. Placet mihi, fateor, illius de fide diffinitio, & ſi iſte etiam ipſam latẽter inſimulet. Fides eſt, ait, ſubſtantia rerum ſperandarum, argumẽ-
Hebr.11.a mentum non apparentium. Subſtantia, inquit, rerum, ſperandarum, non immanium phantaſia conieẽturarum. Audis ſubſtantiam, non licet tibi in fide putare vel diſputare pro libitu, non hac illãque vagari per inania opinionum, per deuia errorum. Subſtantiæ nomine aliquid tibi certum fixúmq; præfigitur. Certis clauderis finibus, certis limitibus coarctaris. Nõ eſt enim fides æſtimatio, ſed certitudo. Sed aduertite cætera. Omitto quòd dicit ſpiritum timoris domini non fuiſſe in domino: timorem domini caſtum in futuro ſeculo non futurũ: poſt conſecrationem panis & calicis priora accidentia quæ remanent, pendere in aëre: dæmonum in nobis ſuggeſtiones contactu fieri lapidum & herbarum, prout illorum ſagax malitia nouit: harum rerum vires diuerſas diuerſis incitandis & incendendis vitiis conuenire: ſpiritum ſanctum eſſe animam mundi: mundum iuxta Platonem tanto excellentius animal eſſe, quanto meliorem animam habet ſpiritum ſanctum. Vbi dum multum ſudat quomodo Platonem faciat chriſtianum, D ſe probat ethnicum. Hæc inquam omnia, aliáſque iſtiuſmodi nænias eius nõ paucas prętereo, venio ad grauiora. Nõ quòd vel ad ipſa cuncta reſpondeam, magnis enim opus voluminibus eſſet. Illa loquor quæ tacere non poſſum. Myſterium noſtrę redemptionis (ſicut in libro quodam ſententiarum ipſius, & item in quadam eius expoſitione epiſtolæ ad Romanos legi) temerarius ſcrutator maieſtatis aggrediens, in ipſo ſtatim ſuæ diſputationis exordio eccleſiaſticorum doctorum vnam omnium de hac re dicit eſſe ſententiã, & ipſam ponit, ac ſpernit, & gloriatur ſe habere meliorem: non veritus, contra præceptum ſapientis, tranſgredi terminos antiquos quos poſuerunt patres noſtri. Sciẽdum eſt, ait, quod omnes doctores noſtri poſt apoſtolos in hoc conueniunt, quòd diabolus dominium & poteſtatẽ habebat ſuper hominẽ, & iure eum poſſidebat, ideo ſcilicet quòd homo ex libertate arbitrij quã habebat, ſponte diabolo cõſenſit. Aiunt nanq; quòd ſi quis aliquẽ vicerit, victus iure victoris ſeruus conſtituitur. Ideo, inquit, ſicut dicunt doctores, hac neceſſitate incarnatus eſt filius dei, vt homo qui aliter liberari nõ poterat, per mortẽ innocentis iure liberaretur à iugo diaboli. Sed vt nobis videtur, ait, nec diabolus vnquã ius aliquod in homine habuit, niſi forte deo permittẽte, vt carcerarius: nec filius dei vt hominẽ liberaret, carnem aſſumpſit. Quid in his verbis intolerabilius iudicem, blaſphemiam, an artogantiam? Quid damnabilius, temerita- E tem, an impietatem? An non iuſtius os loquens talia fuſtibus tũderetur, quàm rationibus refelleretur? Nónne omniũ merito in ſe ꝓuocat manus, cuius manus cõtra omnes? Omnes, inquit, ſic: ſed non ego ſic. Quid ergo tu? Quid melius affers? quid ſubtilius inuenis? Quid ſecretius tibi reuelatum iactas, quod tot prætererit ſanctos, effugerit ſapientes? Aquas furtiuas & panes abſconditos puto apponet nobis iſte. Dic tamẽ, dic quicquid illud eſt quod tibi videtur, & nulli alteri. An q, filius dei non vt hominẽ liberaret, hominẽ induit? Hoc plane nemini te excepto videtur: tu videris vbi videris. Non enim hoc à ſapiente, nõ à propheta, non ab apoſtolo, non deniq; ab ipſo domino accepiſti. Magiſter gentium accepit à domino, quod & tradidit nobis. Magiſter omnium ſuã doctrinã fatetur nõ eſſe ſuã, non enim, ait, à meipſo loquor, tu vero de tuo
Ioan.8.f nobis tradis, & quod à nemine accepiſti. Qui loquitur mendacium, de ſuo loquitur. Tibi proinde ſint, quæ tua ſunt. Ego prophetas & apoſtolos audio, obedio euãgelio, ſed nõ euangelio ſecundũ Petrum. Tu nobis nouum condis euangelium? Quintum eccleſia euãgeliſtã non recipit. Quid lex, quid prophetæ, quid apoſtoli, quid apoſtolici viri nobis aliud euangelizãt, quàm quod ſolus tu negas, deũ videlicet factum hominem vt hominem liberaret? Et ſi angelus de cœlo aliud nobis euãgelizauerit, anathema ſit. Sed qui venerunt poſt apoſtolos doctores non recipis, homo qui ſuper omnes docentes te in- F tellexiſti. Denique non erubeſcis dicere quòd aduerſum te omnes ſentiant, cum ab inuicem non diſſentiant. Fruſtra proinde illorũ tibi fidẽ doctrinámq; proponerem, quos iam proſcripſiſti. Ad prophetas te ducã. Loquitur ſub typo Hieruſalem, ad populum acquiſitionis, nõ propheta, ſed in propheta dominus dicens: Saluabo te, & liberabo te, noli timere. Quæ- Sopho.3.d ris à qua poteſtate? Nõ enim vis vt diabolus in hominem habeat vel habuerit poteſtatẽ. Fateor nec ego. Non tamẽ idcirco non habet, quia ego & tu hoc nolimus. Si nõ cõfiteris tu, nec cognoſcis: cognoſcunt & dicunt qui redempti ſunt à domino, quos redemit de manu inimici. Quod minime negares & tu, ſi nõ eſſes ſub manu inimici. Nõ potes gratias agere cũ redemptis, qui redemptus nõ es. Nam ſi redemptus eſſes, redemptorem agnoſceres, & non negares redemptionem. Nec quærit redimi, qui ſe neſcit captiuum. Qui autẽ ſcierunt, clamauerũt ad dominum, & dominus exaudiuit eos, & redemit Pſa.106.a eos de manu inimici. Et vt intelligas hunc inimicum qui ſit, Quos redemit, ait, de manu inimici: de regionibus cõgregauit eos. Sed primum quidẽ agnoſce hunc cõgregatorem, de quo Caiphas prophetat in euãgelio, quia Ieſus moreretur pro gẽte. Et qui narrat, ſequitur dicens: Nõ tantum pro gente, ſed vt filios dei qui erant diſperſi, congregaret in vnum. Quò erant diſperſi? In omnes regiones. Ergo quos redemit, de regionibus cõgregauit eos. Non cõgregarer, niſi redimeret. Erant e-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnim non solùm dispersi,sed & captiui.Redemit & cõgregauit,redemit autẽ de manu inimici.Nõ dicit inimicorum,sed inimici.Inimicus vnus,regiones multæ.Siquidem nó de regione,sed de regionibus cõgregauit eos à solis ortu & occasu,ab Aquilone & mari.Quis iste vnus tam potẽs dominus, qui non vni prefuit regioni,sed omnibus? Non alius vt arbitror,quàm ille qui ab alio propheta dicitur absorbere fluuiũ id est genus humanum,& nó mirari:habere autem fiduciam quòd & Iordanis,hoc est electio ipsa influat in os eius.Beati qui sic influunt vt effluant,qui sic intrãt vt exeant.Sed quid? nondum forte credis prophetis sic sibi concinẽtibus de diaboli potestate in hominem. Veni mecum & ad apostolos. Dixisti nempe te nõ sentire cum illis qui post apostolos venerunt:assentias vel apostolis:si forte & tibi contingat quod vnus eorum loquitur de quibusdam:Nequãdo,inquiens,det illis deus pœnitentiã ad cognoscendam veritatem,vt resipiscant à diaboli laqueis,à quo captiui tenẽtur ad ipsius voluntatem.Paulus est iste,qui homines à diabolo captiuos teneri asserit ad eius voluntatem.Audis ad eius voluntatem,& negas potestatem?Si & Paulo non credis,veni iam ad ipsum dominum si forte audias & quiescas.Nempe ab ipso appellatur princeps huius mundi,& fortis armatus,possessiórq; vasorum:& dicis eum non habere potestatem in homines?Nisi tu aliud putas hoc loco intelligi atrium quàm mũdum, vasa quàm homines.Quòd si atrium diaboli mundus erat,& homines vasa eius:quomodo non dominabatur in hominibus? Ait item dominus capientibus se.Hæc est hora vestra,& potestas tenebrarum.Potestas ista nõ latuit illum qui dicebat: Qui eruit nos de potestate tenebrarũ,& trãstulit in regnum filij claritatis suæ.Hanc ergo dominus nec in se quidem negauit diaboli potestatem,sicut nec Pilati,qui membrum erat diaboli.Ait siquidem:Non haberes potestatem in me vllam, nisi data fuisset desuper. Quòd si in viride lignum intantũ grassata est ista desuper data potestas,aridum quomodo non fuit ausa contingere?Nec iniustam puto iste causabitur potestatem datam desuper.Discat ergo diabolum nõ solùm potestatem,sed & iustam habuisse in homines,vt consequẽter & hoc videat,venisse vtique in carne dei filium propter liberandos homines. Cæterum etsi iustam dicimus diaboli potestatem,non tamen & voluntatem. Vnde non diabolus qui inuasit,nõ homo qui meruit,sed iustus dominus qui exposuit.Nõ enim à potestate,sed à voluntate iustus iniustúsve quis dicitur. Hoc ergo diaboli quoddam in hominem ius, etsi non iure acquisitum,sed nequiter vsupatum, iuste tamẽ permissum.Sic itaque homo iuste captiuus tenebatur.vt tamen nec in homine nec in diabolo illa esset iustitia, sed in deo.Iuste igitur homo addictus,sed misericorditer liberatº.

Sic tamen misericorditer,vt non defuerit iustitia quędam & in ipsa liberatione,quoniam hoc quoque fuit de misericordia liberantis,vt(quod congruebat remediis liberandi) iustitia magis contra inuasorẽ quàm potẽtia vteretur. Quid nãque ex se agere poterat vt semel amissam iustitiam recuperaret homo seruus peccati, vinctus diaboli? Assignata est ei proinde aliena, qui caruit sua,& ipsa sic est: Venit princeps huius mũdi,& in saluatore nõ inuenit quicquam.& cũ nihilo minus innocenti manº iniecit,iustissima quos tenebat amisit:quãdo is qui morti nihil debeat,accepta mortis iniuria,iure illum qui obnoxius erat,& mortis debito,& diaboli soluit dominio,Qua enim iustitia id secundo homo exigeretur?Homo siquidem qui debuit,homo qui soluit. Nam si vnus,inquit,pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt:vt videlicet satisfactio vnius omnibus imputetur, sicut omnium peccata vnus ille portauit:nec alter iam inueniatur qui forefecit,alter qui satisfecit:quia caput & corpus vnº est Christus.Satisfecit ergo caput pro mẽbris,Christus pro visceribus suis,quãdo iuxta euangelium Pauli,quo conuincitur mendacium Petri,mortuus pro nobis conuiuificauit nos sibi,donans nobis omnia delicta,delens quod aduersum nos erat chirographũ decreti,quod erat cõtrariũ nobis,& ipsum tulit de medio,affigens illud cruci, expolians principatus & potestates.Vtinam ego inueniar in his spoliis quibus spoliatæ sunt contrariæ potestates,traductus & ipse in possessionẽ domini.Si me insecutus Laban arguerit quòd recesserim clã ab eo,audiet clam me accessisse ad eum,& ob hoc clã recessisse.Subiecit me illa causa secretior peccati,subduxit me illi ratio occultioris iustitiæ. Aut si gratis venundatus sum gratis non redimar?Si Assur sine causa calumniatus est mihi, sine causa causam exigit euasionis.Quod si dixerit,Pater tuus addixit te:respondebo:sed frater meus redemit me.Cur non aliunde iustitia, cum aliunde reatus? Alius qui peccatorem constituit,alius qui iustificat à peccato.Alter in semine,alter in sanguine.An peccatum in semine peccatoris,&non iustitia in Christi sanguine?Sed iustitia,inquiet,sit cuius est, quid ad te?Esto.Sed sit etiam culpa cuius est:quid ad me? An iustitia iusti super eum erit, & impietas impij non erit super eum?Nõ conuenit filium portare iniquitatem patris,& fraternæ fieri exortem iustitiæ.Nunc verò per hominem mors, & per hominem vita.Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur:quoniam non sic illi attineo,vt nõ & isti.Si illi per carnẽ,& per fidem huic.Et si infectus ex illo originali cõcupiscẽtia,etiã & in Christi gratia spirituali perfusus sum.Quid mihi plus ĩputatur de prędicatore?Si generatio,regenerationẽ opponoꝰ:nisi quod spiritualis est ista,illa carnalis. Nec patitur ratio æquitatis vt ex æquo contendant, sed vincat necesse est spiritus carnem,& sit efficacior causa,cuiº est potior & natura:quo plus videlicet profit generatio secũda,quam prima nocuerit.Sane peruenit delictum ad me,sed peruenit & gratia.Et non sicut delictum,ita & donum.Nam iudicium ex vno in condẽnationem,gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ. A primo homine manauit delictũ,à summo cœlo egressio gratiæ. Vtrumq; à parente,illud à primo,ista à summo. Terrena natiuitas perdit me,&nõ multo magis generatio cœlestis conseruat me? Nec vereor sic erutus de potestate tenebrarũ repelli à patre luminũ iustificatus gratis in sanguine filij eius. Nempe ipse qui iustificat,quis est qui condemnet? Nõ condemnabit iustum,qui misertus est peccatori. Iustũ me dixerim,sed illius iustitia. Quænam ipsa? Finis legis Christus,ad iustitiã omni credenti. Denique qui factus est nobis, inquit, iustitia à deo patre. Quæ ergo mihi iustitia facta est ,mea nõ est?Si mea traducta culpa,cur non & mea indulta iustitia Et sane mihi tutior donata q̃ innata.Nã ista quidẽ gloriam habet,sed nõ apud deum.Illa autem cum sit salutis efficax materiam non habet gloriandi nisi in domino. Nam & si iustus fuero,inquit,non leuabo caput:ne videlicet respõsum acciat:Quid habes quod non accepisti?Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis:Hæc est iustitia hominis in sanguine redẽptoris,quam homo perditionis exufflans & subsannans,in tantũ euacuare conatur,vt totum quod dominus gloriæ semetipsum exinaniuit,ꝙ minoratus est ab angelis,ꝙ natus de fœmina ꝙ cõuersatº in mũdo,quòd expertus infirma,quòd passus indigna,quòd demũ per mortẽ crucis in sua reuersus,ad id solũ putet & disputet redigẽdum,vt traderet hominibus formam vitæ viuendo& docẽdo,patiẽdo autem & moriendo charitatis metam prefigerer.Ergo docuit iustitiam & non dedit,ostendit charitatem,sed non infudit,& sic rediit in sua ? Itáne hoc totum est magnum illud pietatis sacramentum,quod manifestatum est in carne,iustificatum est in spiritu,apparuit angelis,prædicatũ est gentibus, creditum est mundo,assumptũ est in gloria ? Incõparabilis doctor,qui etiam profunda dei sibi aperiens,& ea quibus vult lucida & peruia faciens,altissimum sacramentum,& mysteriũ absconditum à seculis, sic nobis suo mendacio planum & apertum reddit,vt transire leuiter possit per illud quiu s etiam incircuncisus & immũdus , quasi dei sapiẽtia cauere nescierit aut neglexerit quod ipsa prohibuit, sed dederit & ipsa sanctum canibus,& margaritas porcis.Sed nõ est ita. Nam etsi manifestatum est in carne, sed tamen iustificatum est in spiritu,vt & spiritualibus spiritualia conferãtur,& animalis homo nõ percipiat quæ sunt spiritus dei,nec fides nostra sit in sapiẽtia verbi,sed in virtute dei.Vnde saluator ait : Cõfiteor tibi pater domine cœli & terræ,quia absconditi hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis . Et apostolus : Et si, inquit,opertum est euangelium meum,in his est opertũ qui pereunt.Denique aduertite hominem irridentem quæ sunt spiritus dei,quoniam stultitia illi videntur,& insultantem a-

Iob.40.c
2.Tim.2.d
Ioan.14.d
Luc.22.f
Coloss.1.b
Ioan.19.b
Col.2.c
Gene.31.c
Rom.10.b
Iob.10.b
2.Cor.4.b
2.Tim.3.b
Mat.11.d
2.Cor.4.a

A apostolo loquenti dei sapientiã in mysterio absconditam, inuehentem in euangelium,dominum blasphemantem. Quàm prudentius quod non valet comprehendere, credere dignaretur, nec auderet contemnere aut conculcare sacrum reuerendúmque mysterium . Longum est ad omnes eius ineptias & calumnias quas diuino struit consilio, respondere . Pauca tamen infero,è quibus cætera æstimentur.Cum solos,inquit, electos liberauerit Christus,quomodo eos diabolus possidebat,siue in hoc seculo,siue in futuro,magis quàm modo ? Respondemus.Imò quia diabolus electos dei possidebat,à quo (sicut dicit apostolus)captiui tenebantur ad ipsius voluntatẽ, vt dei propositum de ipsis impleretur, opus fuit liberatore. Oportuit autem liberari in hoc seculo , vt liberos haberet in futuro.Deinde infert:Nunquid etiam pauperem illum qui in sinu Abrahæ requiescebat,sicut & diuitem damnatum diabolus cruciabat, aut etiam in ipsum Abraham dominium habebat,cæteróſq; electos ? Non,sed habuisset,si non liberati fuissent fide futuri,sicut de ipso Abraham scriptum est : Credidit Abrahã Deo,& reputatum est ei ad iustitiam.Item, Abraham exultauit vt videret diem meum:& vidit, & gauisus est. Propterea iam tunc sanguis Christi rorabat etiã Lazaro,ne flammas sentiret , quòd & ipse credidisset in eũ qui erat passurus. Sic de omnibus electis illius temporis sentiẽdum , natos quidem & ipsos æquè vt nos sub potestate tenebrarum , propter originale peccatum, sed erutos antequã moreretur, & nõ nisi in sanguine Christi. Scriptum est enim : Turbæ autem quæ præcedebant,& quæ sequebantur,clamabãt dicentes: Osanna filio Dauid,benedictus qui venit in nomine domini . Ergo Christo in carne venienti,& antequam veniret & post benedictum est à turbis benedictorum,quanuis præeuntes plenam minime tunc consecuti sint benedictionem,seruata nimirum hac prærogatiua tempori gratiæ. Deinde laborans docere & persuadere,diabolum nullum sibi ius in hominem vendicare potuisse aut debuisse , nisi permissũ dei , & quòd sine iniuria diaboli iure deus profugum suum.si vellet misereri, repetere, & solo verbo eripere posset , quasi hoc quis diffiteatur , post multa aliquando infert:Quæ itaque necessitas,aut quæ ratio, aut quod opus fuit,cum sola iussione sua diuina miseratio liberare hominem à peccato posset, propter redemptionẽ nostram filium dei carne susceptã, tot & tantas inedias , opprobria,flagella,sputa,denique ipsam crucis ignominiosam & asperrimam mortem sustinere , vt cum iniquis patibulum sustineret?Respõdemus:Necessitas nostra fuit,& necessitas dura sedẽtium in tenebris & vmbra mortis.Opus æquè nostrũ, & dei ipsius,& sanctorum angelorum . Nostrum, vt auferret iugum captiuitatis nostræ:Suum, vt impleretur propositum voluntatis eius . Angelorum,vt numerus impleretur eorum. Porro ratio huius facti fuit dignatio facientis.Quis negat omnipotenti ad manum fuisse alios & alios modos nostræ redemptionis,iustificationis,liberationis?Verùm hoc non præiudicat huius quẽ è multis elegit efficaciæ. Et fortasse is præstat,per quem in terra obliuionis,grauedinis,lapsus nostri,tot & tantis grauaminibus reparatoris fortius & viuacius admoneremur.Aliàs autem nemo hominum nouit, nec noscere ad plenum potest quid boni ad gratiam , quid congruentiæ ad sapientiam,quid decoris ad gloriam , quid commodi ad salutem , penes seipsam contineat huius venerandi mysterij inscrutabilis altitudo,quam propheta considerans expauit,non penetrauit , & præcursor domini indignum se iudicauit qui penetraret.Cæterũ si non licet perscrutari diuinæ sacramentum voluntatis, licet tamen sentire effectum operis, fructum vtilitatis percipere.Et quod licet scire , non licet tacere , quia gloria regum cęlare verbum,& gloria dei inuestigare sermonem . Fidelis sermo , & omni acceptione dignus , quoniam cum adhuc peccatores essemus , reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.Vbi reconciliatio, & remissio peccatorum. Nam si, dicente scriptura , peccata nostra separant inter nos & deum:manente peccato non est reconciliatio.In quo ergo remissio peccatorũ?Hic calix,inquit, noui testamenti in meo sanguine , qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.Itaq; vbi reconciliatio,ibi remissio peccatorum.Et quid ipsa,nisi iustificatio?Siue igitur reconciliatio,siue remissio peccatorum,siue iustificatio sit , siue etiam redemptio vel liberatio de vinculis diaboli,à quo captiui tenebamur ad ipsius voluntatem:intercedẽte morte vnigeniti obtinemus iustificati gratis in sanguine ipsius,in quo(licut idem dicit)habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secũdum diuitias gratiæ eius. Cur,inquis,per sanguinẽ, quod potuit facere per sermonem?Ipsum interroga.Mihi scire licet quòd ita: cur ita, non licet . Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit,quid me finxisti sic?Sed hæc stultitia ei videntur, non potest tenere risum. Audite cachinnos.Quomodo,ait,iustificari nos vel reconciliari deo per mortẽ filij eius dicit apostolus,qui tanto amplius aduersus hominem irasci debuit,quãto amplius homines in crucifigendo filium suum deliquerunt,q̃ in transgrediendo primum eius præceptum vnius pomi gustu?Quasi non potuerit deo in vno eodemque facto & displicere iniquitas malignantium , & placere pietas patientis . Et ait: Quòd si tantum fuerat illud Adæ peccatum,vt expiari nõ posset nisi morte Christi , quam expiationem habebit ipsum homicidium quod in Christum commissum est ? Breuiter respondemus, ipsum sanguinem quem fuderunt, & interpellationem ipsius quem occiderunt.Addit etiam:Nunquid mors innocentis filij intantũ deo patri placuit, vt per ipsam reconciliaretur nobis,qui hoc peccando cõmisimus,propter quod innocens dominus est occisus : nec , nisi hoc maximum fieret peccatum,illud multo leuius potuit ignoscere ? Nõ mors,sed voluntas placuit sponte morientis,& illa morte expungentis mortem,operantis salutem, restituentis innocentiam,triumphantis principatus & potestates,spoliantis inferos , ditantis superos,pacificantis quæ in cœlo sunt,& quæ in terra, omnia instaurantis . Et quoniam hæc tam preciosa mors voluntarie susciperida aduersus peccatum , non tamen poterat fieri nisi per peccatum:nõ delectatus quidem, sed tamẽ bene vsus malitia sceleratorum, & mortem de morte , & de peccato damnauit peccatum.Et quãto illorum maior iniquitas, tanto huius voluntas sanctior,& eo potentior ad saluãdum,quatenus tanta mediante potentia antiquum illud quãuis grande peccatum,necessariò tamẽ huic quod in Christum cõmissum est cederet,tãquam minus maiori.Nec peccato siue peccantibus asscribitur hæc victoria, sed bene vtenti peccato, & peccãtes fortiter perferenti, & conuertenti in vsum pietatis quicquid in ipsum ausa est crudelitas impiorum . Fuit verò sanguis qui effusus est,tam multus ad ignoscendum,vt ipsum quoq; peccatum maximum quo factum est vt effunderetur , deleret, ac per hoc de antiqui illius vtpote leuioris delictione nullã omnino dubietatem relinqueret . Deinde iste: Cui vero , inquit, non crudele & iniquum videtur, vt sanguinem innocentis in precium aliquod quis requisierit , aut vllo modo ei placuerit innocẽtem interfici,nedum deus tam acceptam filij mortem habuerit,vt per ipsam vniuerso reconciliatus sit mundo?Non requisiuit deus pater sanguinem filij , sed tamen acceptauit oblatum,non sanguinem sitiens,sed salutem,quia salus erat in sanguine.Salus plane,& nõ sicut iste sapit & scribit, sola charitatis ostensio. Sic enim cõcludit tot calumnias & inuectiones suas,quas in deum tam impie quàm imperite euomuit,vt dicat totum esse quod deus in carne apparuit , nostrã de verbo& exemplo ipsius institutionem,siue vt postmodum dicit, institutionẽ,totum quod passus & mortuus est,suæ erga nos charitatis ostensionem vel commẽdationem. Cæterum quid prodest quòd nos instituit,si nõ restituit? Aut nunquid frustra instruimur,si non prius destruatur in nobis corpus peccati,vt vltra nõ seruiamus peccato? Si omne quod profuit Christus, in sola fuit ostensione virtutum,restat vt dicatur quòd Adam quoq; ex sola peccati ostẽsione nocuerit . Siquidem pro qualitate vulneris allata est medicina . Sicut enim in Adã omnes moriuntur,ita & in Christo omnes viuificabũtur. Ergo sicut hoc,ita & illud. Si vita quam dat Christus, non est alia quàm institutio eius : nec mors vtique quam dedit Adam , alia erit similiter quàm institutio eius:vt ille quidẽ ad peccatũ exẽplo suo,hic verò exemplo & verbo ad bene viuendum , & se diligendum homines informarẽt.Aut si Christianæ fidei, & non hæresi Pelagianæ acquiescentes, generatione nõ institutione traductũ in nos confitemur Adæ peccatum, & per peccatum mortem: fateamur necesse est & à Christo nobis non institutione sed generatione restitutam iustitiam , & per iustitiam

1.Tim.2.d
Gene.15.b
Ioan.8.g
Matt.21.a
Mat.9.a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vitam: vt sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationē, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in
Rom.5.c iustificationem vitæ. Et si ita est, quomodo is dicit cōsilium & causam incarnationis fuisse, vt mundū luce suæ sapientiæ illuminaret, & ad amorem suum accenderet? Vbi ergo redēptio? A Christo nēpe, vt fateri dignatur, illuminatio & prouocatio ad amorem. Redēptio & liberatio à quo? Esto quòd Christi aduētus illis prosit qui se illi possunt cōformare per vitam, & vicem ei dilectionis rependere, quid de paruulis? Quam dabit lucem sapientiæ vix adhuc captantibus lucē vitæ? Vnde ascendent ad dei amorem, qui necdum matres suas amare nouerunt? Nihilne proderit eis aduentus Christi? nihil quòd complātati sunt similitudini mortis eius per baptismū, quoniam nōdum possunt prohibente ętate Christū sapere aut amare? Redemptio itaque ait, nostra est illa summa in nobis per Christi passionem dilectio. Ergo paruuli nō habent redemptionem, quia non habent summam illam dilectionē. An sicut nō habēt vnde diligant, ita nec vnde pereāt, vt non sit eis in Christo necessaria regeneratio, vtpote quibus generatio ex Adam nihil nocuerit? Si hoc sapit, cū Pelagio desipit. Quicquid horum sentiat, patet quantum humanæ sacramento salutis inuideat, quantum quod in ipso est, euacuet alti dispensationem mysterij, qui totum de salute tri-
H buit deuotioni, generationi nihil: qui nostræ gloriam redēptionis, & summam salutis non in virtute crucis, non in pretio sanguinis, sed in nostræ constituit conuetsationis profectibus. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri
Gala.6.d Iesu Christi, in qua est salus, vita, & resurrectio nostra. Et quidem tria quædam præcipua in hoc opere nostræ salutis intueor: formam humilitatis, in qua deus semetipsum exinanuit: charitatis mēsuram, quā vsque ad mortem, & mortem crucis extendit: redemptionis sacramētum, quo ipsam mortem quam pertulit, sustulit. Horum duorum priora sine vltimo sic sunt, ac si super inane pingas. Magnū profecto & valde necēssarium humilitatis, magnum & omni acceptione dignum charitatis exemplum: sed non habent fundamentum, ac proinde nec statum, si desit redemptio. Volo totis nisibus humilem sequi Iesum, cupio eum qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, quibusdam brachiis vicāriæ dilectionis amplecti, sed oportet me & agnum manducare paschalem. Nisi enim manducauero carnem eius, & bibero eius sanguinem, nō habebo vitam in memetipso. Aliud est sequi Iesum, aliud tenere, aliud & manducare. Sequi, salubre consilium: tenere & amplecti, solenne gaudium: manducare, vita beata.
Ioan.6.f Caro enim eius vere est cibus, & sanguis eius vere est potus.
I Panis est dei qui de cœlo descendit, & dat vitā mundo. Quis status gaudio siue consilio absque vita? Nēpe haud alius quā picturæ absque solido. Ergo nec humilitatis exēpla, nec charitatis insignia præter redemptionis sacramentum sunt aliquid. Hæc domine pater, de labore manuum pueri vestri qualiacunq; tenetis aduersus pauca quidē nouę hęreseos capitula: vbi si non aliud quàm zelum agnoscitis meum, tamē propriæ interim conscientiæ satisfeci. Nam cum non esset quod agerem pro iniuria fidei quam dolebā, operę mihi precium arbitror, si illum monui cuius arma potētia dei ad destructionem contrariam adsertionum, ad destruendā omnem altitudinem extollētem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatē redigēdū omnem intellectum in obsequiū Christi. Sunt & alia in aliis eius scriptis non pauca nec minus mala capitula, ad quæ nec temporis nec epistolæ angustia respōdere permittit. Quanquam nec necessarium putem, cum sint adeo manifesta, vt ipsa etiam vulgata fide facilè refellantur. Collegi tamen aliqua, & transmisi.

Ad eundem ex persona domini Remensis.
Epistola CXCI.

Reuerendissimo domino, & charissimo patri dei gratia summo pontifici Innocentio, Samson Remorum archiepiscopus, Ioslenus Suessionensis, Gaufridus Cathalaunensis, Aluisus Atrebatensis, voluntarium debitæ subiectionis obsequium.

A Vribus occupatis ad plurima, sermonem facimus abbreuiatum de prolixo negocio, pro eo maxime quia idipsum diffusius ac plenius continetur in literis domini Senonensis. Petrus Abailardus Christianæ fidei meritum euacuare nititur, dum totum quod deus est, humana ratione arbitratur se posse comprehendere. Ascendit vsque ad cœlos & descendit vsque ad abyssos. Nihil est quod lateat eum sue in profundum inferni, siue in excelsum supra. Homo est magnus in oculis suis, de fide cōtra fidem disputans, ambulans in magnis, & in mirabilibus super se scrutator maiestatis, hęresium fabricator. Iamdudum fecerat librum de sua trinitate, sed sub legato Romanæ ecclesiæ igne examinatus est, quia inuenta est eo iniquitas. Maledictus qui reædificabit ruinas Hierico. Surrexit à mortuis liber ille, & cum eo multorum hæreses quæ dormierant, surrexerunt, & apparuerunt multis. Iamiam extendit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad Romam propagines eius. Hæc glotiatio hominis illius, quòd liber suus in curia Romana habet vbi caput suum reclinet. Hinc cōfirmatus & cōfortatus est furor eius. Propterea cum in conspectu episcoporū super his argueret eum abbas Claræuallis zelo fidei & iustitiæ armatus, nec confessus est, nec negauit: sed à loco & iudice quem sibi ipse elegerat, sine læsione, sine grauamine, vt suam prolōgaret iniquitatē, sedem apostolicā appellauit. Episcopi autē qui propter hoc in vnum conuenerant, vestræ reuerentiæ deferentes, nihil in L
personam eius egerunt, sed tantummodo capitula librorum eius à sanctis patribus condemnata, ne morbus serperet, medicinali necessitate abiudicauerunt. Quia ergo homo ille
Ibid.138. multitudinem trahit post se, & populum qui sibi credat habet, necesse est vt huic contagio celeri remedio occurratis. Sero enim medicina paratur, cum mala per longas inualuere moras. Processimus in hoc negocio quousque ausi sumus, tuum est de cætero beatissime pater prouidere ne in diebus tuis aliqua hæreticæ prauitatis macula decor ecclesiæ maculetur. Tibi commissa est sponsa Christi amice sponsi: tuum est tandem vni viro virginem castam exhibere Christo.

Ad magistrum Guidonem de castello qui Petri discipulus fuerat, & de quo pōtissimum præsumebat: qui postea fuit papa Cœlestinus. Epistola. CXCII.

Venerabili domino & charissimo patri magistro Guidoni sanctæ Romanæ ecclesiæ dei gratia presbytero cardinali, B. Clarævallis vocatus abbas, non declinare ad dexteram nec ad sinistram.

I Nivriam facio vobis si aliquem à vobis ita diligi credam, vt cum eo pariter eius errores diligatis. Quisquis M
enim sic aliquem diligit, nondum nouit quemadmodum oporteat eum diligere. Talis nanque dilectio terrena est, animalis, diabolica, nocens æquè diligenti atque dilecto. Existiment alij de aliis prout volunt, ego adhuc de vobis estimare non possum nisi quod vicinum est rationi, quod ad lineam pertinet æquitatis. Quidam prius iudicant, & postea probant: ego de pōtione vtrum dulcis sit an amara ante gustum non iudicabo. Magister Petrus in libris suis prophanas vocum nouitates inducit & sensuum, disputans de fide contra fidem, verbis legis legem impugnat. Nihil videt per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem omnia intuetur, ambulans in magnis & in mirabilius super se. Melius illi erat si (iuxta titulum libri sui) seipsum cognosceret, nec egrederetur mensuram suam, sed saperet ad sobrietatem. Ego non eum accuso apud parrem, est qui eum accusset, liber suus, in quo sibi male complacuit. Cum de trinitate loquitur, sapit Arrium: cum de gratia, sapit Pelagiū: cum de persona Christi, sapit Nestorium; Minus de vestra æquitate præsumo si diu vos rogauero vt in causa Christi nullū Christo præponatis. Illud autem scitote quia expedit vobis quibus potestas data est à domino, expedit Ecclesiæ Christi, expedit illi etiam homini, vt ei silentium imponatur, cui maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo.

Ad magistrum Tuonem cardinalem, de eodem.
Epistola CXCIII.

Dilectissimo

A *Dilectissimo suo Tuoni sanctæ Romanæ Ecclesiæ dei gratia presbytero cardinali, B. Clarævallis abbas, diligere iustitiam, & odire iniquitatem.*

M Agister Petrus Abailardus sine regula monachus, sine solicitudine prelatus, nec ordinem tenet, nec tenetur ab ordine. Homo sibi dissimilis est: intus Herodes, foris Ioannes,
Gala.6.b totus ambiguus, nihil habens de monacho præter nomen & habitum. Sed quid ad me? Vnusquisque onus suum portabit. Aliud est, quod dissimulare nō possum, quod pertinet ad omnes qui diligunt nomē Christi. Iniquitatem in excelso loquitur, integritatem fidei, castitatémque Ecclesiæ corrumpit. Transgreditur terminos quos posuerunt patres nostri, de fide, de sacramentis, de sancta trinitate disputans & scribens: singula pro sua voluntate mutat, auget, & minuit. In libris & in operibus suis ostendit se fabricatorem mendacij, & cultorem peruersorum dogmatum, hæreticum se probans nō tam in errore quàm in pertinacia & defensione erroris. Homo est egrediens mensuram suam, in sapientia verbi euacuans virtutem crucis Christi. Nihil nescit omnium quæ in cœlo & quæ in terra sunt, præter seipsum. Damnatus est Suessione cum opere suo coram legato Romanæ ecclesiæ. Sed quasi non sufficeret ei illa damnatio, iterum facit vnde iterum damnetur, & iam nouissimus error peior est priore. Securus est tamen, quoniam cardinales & clericos curiæ se discipulos habuisse
B gloriatur, & eos in defensione præteriti & præsentis erroris adsumit, à quibus iudicari timere debuit & damnari. Si quis spiritum dei habet, illius versiculi recordetur: Nōne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Liberet deus per vos & per cæteros filios suos Ecclesiā suam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.

Rescriptum domini Innocentij papæ contra hæreses Petri Abailardi.

Epistola CXCIIII.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus, Henrico Senonensi, Sampsoni Remensi, archiepiscopis, eorumque suffraganeis, & charissimo in Christo filio Bernardo Clarævallis abbati, salutem & apostolicam benedictionem.

1.Ioan.4.a T Estāte apostolo, sicut vnus dominus, ità vna fides esse dignoscitur, in qua tanquam in immobili fundamēto præter quod nemo potest aliud ponere, firmitas catholicæ Ecclesiæ inuiolata consistit. Inde est quòd beatus Peatus apostolorum princeps pro eximia huius fidei confessione, à domino
Matt.16.c ac saluatore nostro audire meruit: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, petram vtique firmitatem fidei, & catholicæ vnitatis soliditatem manifestē designans. Hæc siquidem est inconsutilis tunica redemptoris
C nostri, super quam milites sortiti sunt, sed eam diuidere minime potuerunt. Contra quam in initio fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum. Verùm apostoli duces dominici gregis, & eorum successores apostolici viri, ardore charitatis & zelo rectitudinis succensi, fidem defendere, & eam in cordibus aliorum proprij sanguinis effusione plantare non dubitarunt. Demum cessante persecutorum rabie, imperauit dominus ventis, & facta est in Ecclesia tranquillitas magna. Sed quia hostis humani generis semper circuit quærēs quem deuoret: ad impugnandam synceritatem fidei, fraudulentam hæreticorum fallaciam subinduxit. Contra quos viri Ecclesiarum pastores viriliter insurgentes, eorum praua dogmata cum ipsorum auctoribus condemnarunt. In magna nanque Nicena synodo Arrius hæreticus est damnatus. Constantinopolitana synodus Manichæum hæreticum debita sententia condemnauit. In Ephesina synodo Nestorius condignam sui erroris damnationem excepit. Chalcedonensis quoq; synodus Nestorianam hæresim, & Eutichianam cum Dioscoro & eius complicibus iustissima sententia confutauit. Marcianus præterea licet laicus, Christianissimus tamen imperator, catholicæ fidei amore succensus, prædecessori nostro sanctissimo papæ Ioanni scribens aduersus eos qui sacra mysteria prophanare contendunt, inter cætera sic loquitur, dicens? Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice tractare conetur in posterum. D
Nam iniuriam facit iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata & recte dispōsita reuoluere, & iterum disputare contendit: & in contemptores huius legis tanquam in sacrilegos pœna non deerit. Igitur si clericus erit qui publice tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum remouebitur. Dolemus autem, quoniam sicut literarum vestrarum inspectione, & missis à vestra fraternitate nobis errorum capitulis cognouimus, in nouissimis diebus, quando instant tempora periculosa: in Petri Abailardi pernicioſa doctrina & prædictorum hæreses, & alia peruersa dogmata catholicæ fidei obuiantia pullulare cœperunt. Verùm in hoc maxime consolamur, & omnipotenti deo gratias agimus: qui in partibus vestris pro patribus tales filios suscitauit, & tempore apostolatus nostri in Ecclesia sua tam præclaros voluit esse pastores, qui noui hæretici calumniis studeant obuiare, & immaculatam spōsam vni viro virginem castam exhibere Christo. Nos itaque qui in beati Petri cathedra (cui à domino est dictum: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos) li- Luc.22.c
cet indigni residere conspicimur: communicato fratrum nōstrorum episcoporum & cardinalium consilio, destinata nobis à vestra discretione capitula, & vniuersa ipsius Petri peruersa dogmata sanctorum canonum auctoritate cum suo auctore damnauimus, eique tanquam hæretico perpetuum silentium imposuimus. Vniuersos quoque erroris sui sectato- E
res & defensores à fidelium consortio sequestrandos, excommunicationisque vinculo innodandos esse censemus. Datum Laterani decimoseptimo Kalendas Augusti.

Ad episcopum Constantiensem, de Arnaldo de Brixia.
Epistola CXCV.

S Isciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; Mat.24.d
& non sineret perfodi domum suam. Scitis quia fur de nocte irruperit domum, non vestram sed domini, vobis tamen commissam? Sed dubium esse non potest, scire vos quod apud vos sit, quando id vsque ad nos vtique tam remotos potuit peruenire. Nec mirum si non horam præuidere, aut nocturnū furis ingressum obseruare quiuistis. Mirum autem si deprehensum iam non agnoscitis, non tenetis, non prohibetis exportare spolia vestra, imò preciosissimas Christi exuuias: animas videlicet quas sua imagine præsigniuit, suo cruore redemit. Adhuc forsan hæretis, & miramini quemnam dicere velim. Arnaldum loquor de Brixia, qui vtinam tam sanæ esset doctrinæ, quàm districtæ est vitæ. Et si vultis scire, homo est neq; manducans neque bibens, solo cum diabolo esuriens & sitiens sanguinem animarum. Vnus de numero illorum quos apostolica vigilātia notat, habentes formam pietatis, virtutē illius penitus abnegantes. Et ipse dominus: Venient (inquiēs) 2.Tim.3.a
ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi ra- Matt.7.b
paces. Is ergo vsque ad hanc ætatem vbicunque conuersatus F
est, tam fœda post se & tam sæua reliquit vestigia, vt vbi semel fixerit pedem, illuc vltra redire omnino non audeat. Denique ipsam in qua natus est valde atrociter commouit tetram, & conturbauit eam. Vnde & accusatus apud dominum papam schismate pessimo, natali solo pulsus est, etiam & abiurare compulsus reuersione, nisi ad ipsius apostolici permissionem. Pro simili deinde causa & à regno Francorum exturbatus est schismaticus insignis. Execratus quippe à Petro apostolo, adhæserat Petro Abailardo, cuius omnes errores ab Ecclesia iam deprehēsos atque damnatos, cum illo etiam & pro illo defendere acriter & pertinaciter conabatur. Et in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extēta. Nam etiam ita vagus & profugus super terram, quod iam nō licet inter suos, non cessat apud alienos, tanquam leo rugiens circuiens & quærens quem deuoret. Et nunc apud vos, sicut accepimus, operatur iniquitatem, & deuorat plebem vestram sicut escam panis. Cuius maledictione & amaritudine os plenum est, veloces pedes eius ad effundendum sanguiné. Cōtritio & infelicitas in viis eius: & viam pacis non cognouit. Inimicus crucis Christi, seminator discordiæ, fabricator schismatum, turbator pacis, vnitatis diuisor. Cuius dentes arma & sagittæ, & lingua eius gladius acutus. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Vnde & solet sibi allice-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G re blādis sermonibus,& simulatione virtutum,diuites & po
Psal.9.d tentes,iuxta illud:Sedet in insidiis cum diuitib⁹ in occultis,
vt interficiat innocentem. Demum cum fuerit de illorū ca-
ptata beneuolentia & familiaritate securus: videbitis homi-
nem aperte insurgere in clerum, fretum tyrannide militari
insurgere in ipsos episcopos,& in omnem passim ecclesiasti-
cum ordinem detestuire.Hoc scientes nescio an melius salu-
1.Cor.5.d brius ve in tato discrimine rerum agere valeatis,quàm (iuxta
apostoli monitū)auferre malum ex vobis:quāquam amicus
sponsi ligare potius q̄ fugare curabit:ne iam discurrere,& eo
nocere plus possit.Hoc enim & dominus papa dum adhuc
esset apud nos,ob mala quæ de illo audiebat fieri, scribendo
Canti.2.d mandauit:sed non fuit qui faceret bonum. Denique si capi
vulpes pusillas demolientes vineam scriptura salubriter mo-
net:num multo magis lupus magnus & ferus religandus est,
ne Christi irrumpat ouilia,oues mactet & perdat?

Ad Guidonem legatum de eodem.
Epistola CXCVI.

ARnaldus de Brixia,cuius conuersatio mel,& doctri-
na venenum:cui caput columbæ, cauda scorpionis est:
quem Brixia euomuit,Roma exhorruit, Frācia repulit,Ger-
mania abominabitur,Italia non vult recipere,fertur esse vo-
H bis cum. Videte, quæso,ne vestra auctoritate plus noceat.
Nam cum & artem habeat & voluntatem nocendi,si acces-
serit fauor vester,erit funiculus triplex, qui difficilè rumpi-
tur, supra modum(vt vereor) nociturus. Et vnum existimo
de duobus, si tamen verum est quòd vobiscum hominem
habeatis,aut minus scilicet notum vobis esse illum, aut vos
(quod est credibilius) de eius correctione confidere. Et vti-
nam id non frustra. Quis det de lapide hoc suscitare filium
Abrahæ:Quàm gratum munus susciperet mater Ecclesia de
manibus vestris vas in honorē,quod tamdiu passa est in con-
tumeliam? Licet tentare,sed vir prudens cautus erit nō trās-
ad.Tit.3.c gredi præfinitum numerum ab apostolo,qui ait:Hæreticum
hominem post vnam & secundam correptionem deuita,sci-
ens quia subuersus est qui eiusmodi est,& delinquit proprio
iudicio condēnatus. Alioquin familiarem habere,& frequā-
ter admittere ad colloquendum, ne dicam ad cōuiuandum,
suspicio fauoris est,& inimici hominis fortis armatura.Secu
re annūciabit & facile persuadebit quæ volet domesticus &
cōtubernalis legati apostolicæ sedis.Quis enim à latere do-
mini papæ mali quippiam suspicetur?Sed & si in manifesto
peruersa loquitur,quis se facilè opponere audeat vestro col-
laterali?Deinde videtis qualia post se, vbicunque habitauit,
reliquit vestigia:Nō sine causa vigor apostolicus hominem
Italia ortum transalpinare coēgit, repatriare non patitur.
Quis vero extraneorum ad quos eiectus est,non eum omni-
I modis cuperet suis reddidisse? Et certè sic se habere ad om-
nes,vt omnibus odio habeatur, approbatio iudicij est,quod
portat, ne quis dicat subreptum fuisse domino papæ.Quale
est ergo summi pontificis suggillare sententiam,& illam sen
tentiam,cuius rectitudinem eius ipsius,in quem data est,etsi
lingua dissimulat,vita clamat?Itaq; fauere huic,domino pa-
pæ contradicere,est etiam domino deo.Per quencunque e-
Esa.63.a nim iusta sentencia iuste detur ab illo certum est processisse,
qui loquitur in propheta: Ego qui loquor iustitiam.Confi-
do autem de vestra prudētia & honestate, quia visis his lite-
ris de veritate certus,non abducemini amodo quippiam ad-
sentire in hac re nisi quod vos deceat,& Ecclesiæ dei expe-
diat,pro qua legatione fungimini. Diligimus vos, & ad ve
strum obsequium parati sumus.

Ad Petrum Bisuntinum decanum.
Epistola CXCVII.

PEregrinationem abbatis Cariloci sic accipim⁹ quasi iam
mortuum eum videamus. Vobis maximè (quod vehe-
menter doleo) imputatur, quicquid illi periculi imminet,
quicquid laboris incumbit.Non hoc à vobis expectauimus,
quia nec meruimus.Alium vos putauimus,& alium experi-
mur.Testimonium perhibent vobis qui interfuerunt actio-
ni,quòd nec syncere, nec secundum iustitiam in ea vos ha-
buistis. Et credo ex parte. Nam & venerabilis abbas Bel-
læuallis nō multum sibi complacet in vobis. Nolite, quæso,
nolite persequi seruos dei,quibus ab ipso dictum legitis.Qui K
vos tangit,tangit pupillam oculi mei.Nolite radicitus euel- *Zacha.2.c*
lere de cordibus nostris si quid aliquando bene sensimus de
vobis.Et hęc ita dicimus vobis,non quia vos non diligimus
sed vt de medio fiat quo potest contingere ut non diliga-
mus. Dico autem tanquam amicus: non expedit vobis, ne-
que Ecclesiæ vestræ, vt domino papæ quod actum est, sicut
actum est,innotescat.

Ad dominum papam Innocentium.
Epistola CXCVIII.

IN causæ actione quæ per charissimum frattem nostrum
Guidonem Cariloci abbatem vestro conspectui præ-
sentatur, puto satis apparet & lacessentis iniuria, & inno-
centia patientis,& incuria iudicis.Denique violentia calum-
niantis,& inopia iustitiæ compulsus est pauper cōfugere ad
vestram præsentiam,non reputans laborem viæ,non expen-
sas,non periculum temporis. Dedit manus morti, ne viuat
in pertubatione, quietis amator.Clementer, quæso, respi-
cite super egenum & pauperem, ne frustra vestris paternis
auribus intimatus sit tantillarum virium tātus labor & do-
lor.Olim per epistolas semel & secūdo testificatus sum vo-
bis de homine illo qui hùic modo calumniatur, quòd sui es- L
set &prævaricator propositi,& monasterij dissipator.Nunc
autem & flens dico inimicum crucis Christi,sanctorum,qui
in circuitu eius sunt,violentissimum oppressorem,& calum-
niatorem pauperum,Qui propria iam pene non habens que
deuoret,ī proxima passim more tyrānico bebacchatur.Mo-
nachum habitu mētiens,re exhibet vnū de prædonibus,om-
nino immemor regulatiū obseruationū, legū canonumque
contemptor.Frontosus ad verecūdiam,insensatus ad metū,
inflexibilis ad pietatem,ad iram præceps, audax ad facinus,
pronus ad iniurias.Et mitor quomodo vir religiosus abbas
casæ dei,in monacho suo tot & tanta vitia aut ignorare pos-
sit,aut dissimulare.Sed de hoc quid ad nos?Ipse viderit. Ipse
suo domino stat aut cadit.Nobis sufficit liberari de manibus
eius.A vobis id omnimodis flagitamus,quod aliūde frustra
tentatum est.Circumspeximus,& non erat auxiliator.Ventū
est ad cōmune refugium,illò confugimus, vbi cōfidimus li-
berari,Tantū adsit pietas,nam facultas non deest.Et quidem
ex priuilegio sedis apostolicæ cōstat summā rerū ad vestram
potissimum respicere summā auctoritatē,& plenariā pote-
statem.Verū hoc inter cætera vestri singularis primatus in-
signia,specialius illustriúsque nobilitat vestrum,& inclytum
reddit apostolatum,si eripitis pauperem de manu fortiorum
eius. Nulla meo iudicio in corona vestra preciosior gemma M
zelo illo vestro,quo æmulari consueuistis oppressos,nec re- *Psa.114.d*
linquitis virgam peccatorum super sortem iustorum. Nimi-
rum propter illud quod sequitur:Vt non extendant iusti ad
iniquitatem manus suas:vel propter illud quod alibi dicitur *Psal.9.a*
Quia dum superbit impius,incenditur pauper:& vnde alter
torquetur in corpore,inde alter grauius in anima perit. Est
item monasteriū de nostro ordine vicinum huic, quod ma-
lorum similiter hominum graui infestatione vexatur, & nō
est qui redimat,neque qui saluum faciat.Et pro hoc quoque
puer vester paterna vestra viscera lachrymosis precibus cō-
cutere non veretur.Qui illi sint homines,quæve occasio ca-
lumniandi:præsentium lator abbas veraci & viua voce refe-
ret vobis.Deus omnipotens vos nobis conseruet lōgis tem-
poribus,ad nostram omnium protectionem, qui in habitu
& proposito pœnitentiæ pauperē vitam ducimus,vt sine ti-
more de manu inimicorum nostrorū liberati,seruiamus illi.

Ad eundem. Epistola CXCIX.

VSquequo & superbit impius, & incenditur pauper?
Vsquequo à tanta impudentia, innocentia tanta vexa-
tur, & hoc viuo Innocentio? Peccata sine dubio nostra hoc
faciunt,quòd dominus meus tam serò aduertit mentientes
sibi,tam lentè exaudit clamantes ad se in hac causa dunta-
xat.Nam aliàs quidem scimus familiare esse domino meo,
& cito intelligere, & facile misereri. Propter eum qui ele-
git vos,& posuit vos refugium oppressorum,ponite iam tā-
dem finem & malitiæ oppressoris,& laboribus afflictorum,
quia

A quia satis vtraque res venit in lucem & manifestationē. De-
nique ad mandatum beneplaciti domini mei causa discussa
& terminata est,supereſt vt ipsius auctoritate data sententia
confirmetur. Ergóne si venerit homo mendax aduersus tan-
torum virorum testimonium(Valētinum loquor, & Grano-
politanum) audietur? Iterum supplico, & ad pedes domini
mei ea qua possum mente anxia descendo, ne ab homine ini-
quo & doloso religiosum monasterium destrui patiatur. Et-
enim non parcet nostro, qui suum penè destruxit. Vnde ad-
do solita præsumptione: Si puero vestro crederetis, hominē
hunc qui beneficio pietatis vestræ abutitur,in claustrū suum
remitteretis,& domino abbati casę dei mandaretis,vt in mo-
nasterio quod ille inutiliter occupat, virum religiosum pro-
moueret,& regularem ordinaret conuentum. Hoc plane di-
gnum apostolatu vestro, hoc beneplacitum deo, hoc honor
domino abbati casæ dei,suóque monasterio.Sic etiā liberetis
animā prędicti hominis,& ipsum cui incubat monasterium.

Ad magistrum Vlgerium Andegauensem episcopum, pro graui que-
rela quæ erat inter ipsum & abbatissam fontis Euerardi. Epist. CC.

LAchrymas magis quàm literas dare libet. Sed quoniam
ad neutrum inops est charitas, & has oportet dare, &
illas non omittere. Has vobis illas mihi, & pusillis multis
B mei similibus qui scandalizantur. Dicitis forsitan scandalum
non esse per vos. Nunquid propter vos esse negabitis? Facilè
cætera portarem, tantùm vos non essetis in causa. Nam in
culpa dicere non audeo. Non est meum discutere hoc, est
qui quærat & iudicet. Væ homini illi per quem scandalum
Matt.18.a venit. Iudicium profecto portabit quisquis est ille vel illa.
Cæterum ad vos mihi nunc sermo. Sustinete modicum quid
insipientiæ meæ. Quia semel cœpi, loquar ad dominum
meum. Faciam satis vel ex parte zelo & affectui qui loqui-
tur. Non verebor ætatem,dignitate non terrebor, non cun-
ctabor ad nomen grande magistri Vlgerij. Nam quo gran-
dius nomen,eo grandius scandalū. Propterea meipsum trans
grediar,& ero insipiens.Seniorem increpabo, episcopum ar-
guam.Magistrum conabor docere, consilium dare sapienti.
Nullum præsumptionis genus prætereat charitas & æmula-
tio, quam olim pro sanctitate & gloria nominis vestri con-
ceperam. Cuius gloriæ diffusum circunquaque spiritualē o-
dorem,inuidia diaboli interpolatū esse vel modice, mihi pro
modico non est,sed neq; ecclesiæ dei, quæ vbiq; tam celebri
gaudio in hoc meridiano lumine exultare solebat. Verū vos
quantum propriam gloriam conētatis,satis apparet.Laudo
sed si non vsque ad iniuriam dei. Laudo & constantiam qua
nec summis potestatibus ceditis de iure vestro quod puta-
tis, sed si non pertinacius quàm cōstantius id agi à vobis vi-
C deretur. Quàm glorioſius & certe sanctius vobis illatam in-
iuriam fortiter sustinueretis, & famam vestram ad gloriā dei
custodiretis? quanquam nescio quomodo vel conscientiam
vestram in tuto confiditis sub hoc scandalo. Nec enim excu-
sat vos etiam si in quenquam alterū iure culpam refunditis.
Esto quòd alius mouerit scandalum, profecto compescere
vos potestis.Nolle cōpescere, sine culpa erit? aut verò com-
pescere,sine gloria erit? Malum si comprimas tuum, reputa-
bitur tibi ad iustitiam: si alienum, ad gloriam. Quicunque
auctor sit scandali,à vobis omnimodis exigitur tolli: & in eo
loco excusatum dicimus,si non potestis. An nō denique mi-
nisterium est angelorum, tollere scandala de regno dei?Si di-
Matt.23 xeritis,quid ad nos?arguet vos illa sententia: Labia sacerdo-
Mala.2.b tis custodiunt scientiam,& legem requirunt de ore eius, an-
gelus enim domini est. Si ergo hoc scandalum cum possitis
non tollitis,planè non impletis ministerium vestrum.Quod
quidem an nulla sit culpa,vos iudicabitis. Ego vero nec hoc
sufficere dixerim, si non & honorificatis. Est quoque quod
adhuc addam,nisi quia timidior sum, fateor, quàm promisi.
Sed tutius adduco magistrum,qui non vereatur episcopus e-
1.Cor.6.b piscopo nudam dicere veritatem. Hoc ipsum, inquit, deli-
ctum est in vobis,quòd causas habetis inter vos. Quare non
magis fraudem patimini? Opposuit speculum, refulsit iusti-
tiæ sol: emicuit veritas, næuus apparuit. Quanti est igitur
nescio quæ illa possessiuncula maledicta,vt vltetius iam pos-
sit aut obumbrare tam manifestam veritatem, aut impedi-
re tam optatam correptionem? Inspitet deus vobis acquie- D
scere consilio, vt non dicam nostro, sed omnium qui æmu-
lantur vos dei æmulatione, reuerende & omni gloria prose-
quende pater.

Ad Balduinum abbatem Reatini monasterij.
Epistola CCI.

EPistola quam misisti, affectum tuum redolet: mouet
meum. Et doleo quòd prout moueor non possum rescri-
bere.Nec immoror in excusandis excusationibus,sciens quòd
scienti me loquor. Nosti, inquam, sub qua farcina gemo, &
gemitus meus à te non est absconditus. Tu vero pro schedu-
læ breuitate affectum non æstimes, quem nulla sui prolixi-
tate explicare posset oratio. Et malitia quidem occupatio-
num potest facere vt paucis scribam, sed non vt parum dili-
gam. Actum sane excludat vel impediat actus: sed nunquid
affectum? Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam,
hærentem lateri meo, placentem cordi meo. Diligam & ab-
sentem,ne solatium meum ex te,& nō te videar dilexisse.Eras
pernecessarius mihi: atq; hinc vel maxime claret quàm syn-
cere te diligam. Hodie nempe non te caruissem, si quæsissem
de te quæ mea sunt. Nunc autem vides quòd spretis vtilitati-
bus meis, tuis compendiis non inuidi, ponens te vtique ibi
vnde aliquando transponaris super omnia bona domini tui.
Tu autem cura inueniri fidelis seruus & prudens, conseruis
tuis cœleste triticum communicare absque inuidia, & abs- E
que desidia erogare: & noli frustra assumere excusationem
quasi de tui nouitate, aut de imperitia, quod putas forte, vel
simulas. Nam nec sterilis verecundia grata est, nec humilitas
præter veritatem laudabilis. Officium ergo tuum attende.
Pelle pudorem consideratione officij, age vt magister. No-
uus es,sed debitor. Et extunc te noueris debitorem, ex quo
te alligasti. Nunquid nouitas excusabit apud creditorē dam-
na lucrorum? Nunquid prima tempora vacua præterire pati-
tur fœnerator? Sed non sum,inquies,ad ista sufficiens. Quasi
verò deuotio tua accepta non sit ex eo quod habes, non ex
eo quod non habes. De solo tibi credito talento respondere
para, securus de reliquo. Si multum accepisti, da multum.
Quod si modicum est, & id tribue. Etenim qui in modico fi-
delis non est,nec in maximo.Totum da:quia totum repeten-
dus es vsque ad nouissimum quadrantem: sed sane quod ha-
bes, non quod non habes. Memento etiam voci tuæ dare
vocem virtutis. Quid illud, inquis? Vt opera tua verbis con-
cinant, imò verba operibus, vt cures videlicet prius facere
quàm docere.Pulcherrimus ordo est,& saluberrim⁹, vt onus
quod portādum imponis,tu portes prior: & ex te discas qua-
liter oporteat aliis moderāri. Alioquin subsannabit te sa-
piens,vtpote pigrum illum cui labor sit manum porrigere ad
os.Arguet te & apostolus dicens:Tu qui alios doces,teipsum *Prou.26.b*
non doces? Sed & notaberis vitio pharisæorum, qui alligant *Rom.2.c*
onera grauia & importabilia,& imponunt ea in humeros ho- *Matt.23.b*
minum,digito autem suo nolunt ea mouere. Sermo quidem F
viuus & efficax,exemplum est operis,facilè faciens suadibile
quod dicitur,dum monstrat factibile quod suadetur. Ergo in
his duobus mandatis,verbi scilicet atque exempli, summam
tui officij ad conscientiæ securitatem pēdere intellige. Tu ta-
men si sapis, iunges & tertium: studium videlicet orationis,
ac complementum vtique trinæ illius repetitionis in euāge-
lio de pascendis ouibus. In hoc noueris illius trinitatis sacra- *Ioan.21.d*
mētum in nullo frustratum à te,si pascas verbo, pascas exem-
plo, pascas & sanctarum fructu orationum. Manent itaque
tria hæc:verbum,exemplum, oratio:maior autem his est ora-
tio. Nam etsi(vt dictum est) vocis virtus sit opus, & operi ta-
men & voci gratiam efficaciámque promeretur oratio. Heu
auellor,abripior, non licet vltra.Illud tamen breuiter admo-
nitus sis, vt quàm citius poteris, graui me cures soluere cura:
& quid sibi vult quod inter alia quęstus es, vulnus à quo non
sperabas te pertulisse, non negligas manifestius aperire. Id
enim anxie me solicitat.

Ad clerum Senonensem. Epistola CCII.

DEstituti Benedicto pastore vestro, opus est charissimi,
vt de substituendo alio solicitè satagatis. Sed sanè id non
præcipitanter agendum, non tumultuosè, aut inconsulte:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gne forte euacuetur quod præter rationem & ordinem præsumitur, & vos intrare incipiatis circuitum quorundam qui in circuitu vestro sunt. De vicinis, si placet, ecclesiis sumite experimentum, & illarum vexatio det intellectum auditui in causa præsenti. Grandis quippe res est in manibus, nobili Senonensi Ecclesiæ instaurare pastorem. Grandis prorsus, nec sine grandi adorienda consilio. Expectandum proinde suffraganeorum consilium episcoporum, expectandus adsensus religiosorum qui sunt in episcopatu, atque in commune tractandum commune negocium. Alioquin dilectissimi mo lesto(credite)intuebimur tribulationem Ecclesiæ vestræ, molestæ vestram ipsorum confusionem. Quod vtrunque continget facilè, si illud contingat effici quod oporteat reuocari. Ergo indicatur ieiunium, cõuocentur episcopi, religiosi ascisc antur: nec sua (quod absit) solennitate fraudetur tanti sacerdotis rite celebrãda electio. Aderit (vt cõfidimus) spiritus sanctus votis vestris, & honor erit vobis honorificantibus ministerium vestrum, dum pari voto & cõsilio studueritis quod gloria sit dei, & salus populi.

Ad episcopum & clerum Trecensem.
Epistola CCIII.

LEgimus: Si errauerit quis ex vobis à veritate, & conuerterit quis eum, scire debet, quoniam qui conuerti fecerit
Iac. 5. H peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. Errat Ancellus noster, errat. Cui dubium? Si dimittimus eum sic, non solus errabit. Quantos trahet post se suo exemplo illustrissimus iuuenis? Nec modo sequaces, sed & omnes qui poterunt eum reuocare nec reuocabunt, eodem errore iudicamus inuolui. Mundus ego sum à sanguine eius. Et ei prædixi per epistolam, & vobis nunc dico, quia rem illicitam præsumit. Nec clerici est pugnare armis militaribus, nec subdiaconi vxorem ducere. Annunciate peccatori opus eius, ne ille in pec-
Amos 5.a cato suo moriatur: sanguinem vero eius de manu vestra requirat, qui suo eum redemit sanguine precioso. En de cœlo clamat: Virgo Israël corruit, & non est qui subleuet eam. Quousque in luto aurum iacet? Tollite margaritam, tollite, leuate splendissimã atque precioßissimam gemmam de sterquilinio. Leuate eam antequam porcorum, id est spurcorum spirituum pedibus conculcetur, & iam non sit vas in honorem, sed in contumeliam.

Ad abbatem sancti Albani.
Epistola CCIIII.

ETsi facie ignotus es mihi, sed non fama: nec parum aut vile quid tui gratulor me tenere munere illius. Nam talis fateor per eam insinuatus es meo pectori, vt licet in multis occupatum, ipsa tamen serenissima recordatio tui, mi dilectissime frater, facilè me plerunque ex omnibus vindicet sibi ita vt in ea libenter immorer, & suauiter requiescam. Cæterum quo memoriam plus accepto, eo auidius suspiro præsentiam. Sed quando istud, aut si quando istud? Vtique & si non ante, profecto in ciuitate dei nostri, si tamen non habemus hic manentem ciuitatem, sed illam inquirimus. Ibi videbimus nos, & gaudebit cor nostrum. Interim vero delectabor & lætabor nihilo minus in his quæ dicta sunt mihi, sperans & expectans quod reliquum est de visione corporali in die domini, vt gaudium meum plenum sit. Adde obsecro ad ea bona quæ ab te & de te nobis assidue veniunt, tuas tuorúmque pro nobis orationes, pater charissime & desideratissime.

Ad episcopum Rofrensem.
Epistola CCV.

DVre scribitis non merenti. Quid peccaui? Si monui magistrum Robertum Pullum aliquantum tempus facere Parisiis, ob sanam doctrinam quæ apud illum esse dinoscitur, id putaui necessarium, & adhuc puto. Si rogaui sublimitatem vestram vt permitteretis, etiam nunc idipsum rogarem, nisi eam de priori prece indignatam sensissem. Si dixi hominem fultum gratia amicorum, quorum in curia non minima auctoritas est: id dixi quod vobis formidaui, & adhuc formido. Nam quòd post appellationem factam extendistis manum (vt accepimus) ad res appellantis, nec laudaui, nec laudo. Veruntamen voluntati vestræ in aliquo contradicere nec consului ei, nec consulo. Decætero vestri sumus: coronam vestram suscipere & colere semper digna & debita veneratione parati. Huius testimonio conscientiæ audemus adhuc ad vos (prece duntaxat atque consilio) vt magister Robertus cum integritate gratiæ vestræ per aliquantum tempus possit Parisiis demorari. Retribuat vobis dominus in vitam æternam, quòd viscera nostra refouistis: filios nostros loquor, quos misimus in Hyberniam. K

Ad reginam Hierosolymorum.
Epistola CCVI.

AVdierunt homines quòd locum gratiæ habeam apud vos: & multi profecturi Hierosolymã petũt se vestrę excellentiæ per me commendari. Ex quibus est iste iuuenis consanguineus meus, iuuenis, vt aiunt, strenuus in armis, suauis in moribus. Et gaudeo quòd ad tempus elegit militare deo magis quàm seculo. Itaque facite morem vestrum: & bene sit huic propter me, sicut cæteris omnibus propinquis meis fuit, qui per me vobis innotescere potuerunt. Decætero cauete ne voluptas carnis & gloria temporalis impediant vobis iter regni cœlestis. Nam quid prodest paucis diebus regnare super terram, & regno cœlorum æterno priuari? L
Sed confido in domino quòd melius facietis: & si verum est testimonium quod de vobis perhibet charissimus auunculus meus Andreas, cui multum credimus, & hic & in æternum deo miserante regnabitis. Peregrinis, egenis, & maxime inclusis curam impendite, quia talibus hostiis promeretur deus. Scribire nobis frequentius: quia & vobis non obcrit, & nobis proderit, si esse vestrum & bona studia plenius certiúsque nouerimus.

Ad Regerium regem Siciliæ.
Epistola CCVII.

LOnge latéque satis dilatata est magnificentia vestra super terram. Etenim gloria nominis vestri quos fines non attigit? Sed audite consilium diligentis vos. Studete, quod in vobis est, hanc ipsam gloriam referre ad illum à quo est, si non vultis eam perdere, aut certe perdi ab ea. Hoc autem sic fiet, si inter eos quos regiæ magnificentiæ celebris opinio euocat de longinquo, discretionis oculum aperitis, manúmque extenditis non tam cupidis quàm egenis. Et vere beatus
Psal. 40.d qui intelligit non super cupidum, sed super egenum & pauperem. Illum inquam pauperem qui inuitus petit, & verecunde accipit, & accipiens glorificat patrem suum qui in cœlis est. Cum autem deo sua gloria de vestro munere ex ore egentium ita fideliter resignabitur, vberiori proculdubio ri- M
uo fluat vobis necesse est ille fons gloriæ, qui diligentes se di-
2. Cor. 9.c ligit & glorificat glorificantes se: vt qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metat. Pro huiusmodi obsecro vos ponere oculos vestros super latorem præsentium, quem pro certo ad vestram regiam præsentiam non cupiditas traxit, sed coegit necessitas. Necessitas (dico) non sua, sed suorum, multorum videlicet à quibus missus est seruorũ dei
2. Tim. 2.b fidelium. Audite patienter quid patiantur. Audite & compa-
Luc. 16.b timini: quia si compatimini, & conregnabitis. Nec contemnendum regi regnare cum talibus. Ipsorum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mũdi. Facite vobis illos amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis à terreno regno vestro, recipiant vos in suum regnum æternum.

Ad eundem. Epistola CCVIII.

SI me quæritis, ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi deus. Fertur nanque mea humilitas inuenisse gratiam apud regiam maiestatem, ita vt quærat videre me. Et quis ego sum vt dissimulem beneplacitum regis? Accurro, & qui
Luc. 23.d quærebat, ecce, adsum: non in præsentia corporis infirma, in qua despexit dominum Herodes, attamen in visceribus meis. Nam quis me separabit ab his? Sequar eos quocũque ierint: & si habitauerint in extremis maris, non erunt absque me. Habes rex lumen oculorum meorum, habes cor meum, & animam meam. Quid si modicum nostri abest? Corpusculum

Alum loquor, vile istud mancipium, quod etsi voluntas exponeret, sed retineret necessitas. Non valet sequi voluntatem animum, quoniam infirmum est, & solum penè illi superest sepulchrum. Sed quæ cura? Anima mea in bonis demorabitur, cũ semen meum hæreditabit terram. Semen meũ, semen bonum germinabit, si tamen in terrã bonam ceciderit. Lætabitur & delectabitur in crassitudine anima mea, quippe (vt confido) dabitur illi de fructu manuum suarum. Reposita est hæc spes mea in sinu meo, vt patienter feram ab his vel corpore separari. Nõ mireris rex. Antè elegissem à corpore peregrinari, quàm istos emittere, si solus causæ deesset deus. Suscipe illos tanquam aduenas & peregrinos, veruntamen ciues sanctorum, & domesticos dei. Parum dixi ciues, reges sunt. Ipsorum est enim regnum cœlorum, iure & merito paupertatis. Non decet frustra è longinquo esse vocatos, & suis sedibus exules inutili peregrinatione vagari. Putas poterunt cantare canticum domini in terra aliena? Sed non recte forte dixerim alienam, quæ semini bono spontaneum expandit sinum, & precioßum depositum iam læto in gremio piè fouere suscepit. Cecidit, vt video, cecidit granũ bonum in terrã
1. Cor. 3.c bonam & optimam: spero in domino quòd radicabit, germinabit, multiplicabitur, & referet fructum in patientia. Porro
B hunc, cum rege partibor, & vnusquisque secundum suum laborem accipiet.

Ad eundem. Epistola CCIX.

HAbetis quod petistis, fecistis quod promisistis. Quos in verbo vestro exposuimus, & misimus peregrinari, regia sunt liberalitate susceptι. Occurristis eis cum panibus, eduxistis eos in refrigerium, constituistis eos super excelsam terram, vt comedant fructus agrorum, vt sugant mel de petra, oleúmque de saxo durissimo: butyrum de armento, & lac de ouibus, & ficus cum medulla tritici, & sanguinem vuæ bibant meracissimum. Et hæc quidem terrena sunt, sed cœlestia mercantur. Sic itur ad astra. Talibus hostiis promeretur deus. Istorum est enim regnum cœlorum, qui regi terræ in terra viuentium reddere poterunt pro his terrenis vitam & gloriam sempiternam. Misimus vobis magistrum Brunonem, olim mihi per dies multos individuum comitem, nunc autem patrem multarum quidem animarum lætantium in
C Christo, sed egentium in seculo. Experiatur & ipse munificam manum regis, vt augeatur numerus amicorum qui ipsum recipiant in æterna tabernacula. Quod illi facitis, mihi facitis: quia quod illi deest, à me exigitur. At quia marsupium nostrum minus sufficiens est, ad vestrum sane quod aliquanto grossius esse liquet, pauperem Christi meritò destinare curaui.

Ad dominum papam Innocentium.
Epistola CCX.

DOminum Sampsonem Remensem gloriæ vestræ commendamus, non tanquam de cæteris, sed vere præ cæteris vnum. Idque tam secure, quàm securi sumus de sua erga vos fideli deuotione, syncera dilectione, voluntate subdita atque obedientissima. Honoretur, quoniam vas est in honorem. Sentiat, quod in vobis est, non frustra se honorificare ministerium suum, non frustra pollere his moribus quibus honoretur deus, ornetur ecclesia, qui denique deceãt domini sacerdotem.

Ad eundem. Epistola CCXI.

DOminus Cantuariensis vir bonus, & testimonium habens à bonis, iniuste in causam trahitur, & ab agendo violenter retrahitur. Parabat iter, nam in vestra præsentia fuerat terminanda: & ecce intercipitur à turbine & tempestate bellorum. Sit excusatus apud vos, cui molesta est excusandi necessitas, tum quia præsumit de iustitia, tum quia desiderio desiderabat videre faciem vestram. Addit & hoc puer vester, vt si qua alia petitio est venerabilis sacerdotis: tanto citius admittatur, quanto dignior est qui petit. Audeo adhuc, & quia semel cœpi, loquar ad dominum meum. Ille ille antiquus amicus, fidelis seruus, deuotus filius (Robertum loquor Londonensem episcopum) clamat ad vos, quòd occu- D
pator ille qui eum præuenit in sedem quam deo auctore ipse fortitus est, ipsius ecclesiæ vadia terrásque distraxerit, & distracta restituere nolit. Quod quàm sit iniuriosum, & qualiter corrigendum: meæ humilitatis non est tantæ sapientiæ prædictare.

Ad eundem. Epistola CCXII.

VIr illustris Salamanticensis quondam episcopus, rediens ab vrbe, non pigritauit diuertere ad puerum vestrum, & auxilium ab homunculo flagitare non despexit. Quo audito, recordatus sum prophetiæ dicentis: Montes & colles coram *Esa. 40.d* deo humiliabuntur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Sic vos ludere nostis, alta comprimere, sedare tumentia, & enormia redigere in mensuram. Veruntamen cum tragœdiæ suæ historiam in auribus meis homo seriatim exposuisset, laudaui iudicem, iudicium approbaui, sed dico vobis, compassus sum iudicato. Sic quippe totam suam lachrymosam illam orationem concluserit, tanquam in calce ipsius diceret cum propheta: Exaltatus autem humiliatus sum & con- *Psal. 87.b*
turbatus. &, Quia eleuans allisisti me. Cúmque memorarer *Psal. 101.d*
iustitiæ vestræ, & virilis animi quem sciebam, cœpi tamen simul cogitare diuitias miserationum vestrarum quas in plurimis expertus sum, & dixi: Quis scit si conuertatur & ignoscat dominus, & relinquat post se benedictionem? Certe, inquam, in omnibus & per omnia instructus est & æmulari, E
& ignoscere, & debellare superbos, & parcere nihilo minus subiectis: nisi quòd magistrum sequens, etiam consueuit misericordiam superexaltare iudicio. Et acquieui solita illa mea præsumptione loqui ad dominum meum, cum sim puluis & cinis. Et ministrabat materiam spei, preci fiduciam, pietati rationem, quòd aduerterem hominem non (vt adsolet) versum in furorem cum indignatione recedere, & repetere natale solum, moliri scandala, tentare seditiones: sed dedit locum iræ, & induit spiritũ mansuetudinis, & declinauit ad vestros Cluniacenses, & inclinauit se humilium genibus: humilium precibus communiuit, armis potentibus à deo. His telis statuit aduersum vos dimicare, & rigoris murum oppositum sibi tabulis, vt iactat, pietatis machinis labefactare conabitur. Confidit autem quòd respicietis in orationẽ humilium, nec spernetis precem eorum, & vincet pietas quem tremunt potestates. Ego quoque secutus cum talibus tendo manus, flecto genua, supplico pro supplici, audacter pronuncias debere miserο suam prodesse humilitatem, cui adeo insolẽtia sua nocuit, nec decere virtutem vinci à vitio in retributione.

Ad eundem. Epistola CCXIII.

QVis mihi faciet iustitiam de vobis? Si haberem iudicem ad quem vos trahere possem, iam nunc ostenderem F
vobis (vt parturiens loquor) quid meremini. Extat quidem tribunal Christi, sed absit vt ad illud appellem vos, qui illic, si vobis necessarium, & mihi possibile esset, vellem magis totis viribus stare, & respondere pro vobis. Itaque recurro ad eum cui in præsenti datum est iudicare de vniuersis, hoc est ad vos. Vos appello ad vos: vos iudicate inter me & vos. In quo, quæso, puer vester tã male meruit de vestra paternitate, vt eum inurere & insignire placeret nota & nomine proditoris? Nunquid nõ me vestrum vicarium dignatio vestra constituit in reconciliatione Petri Pisani, si forte illũ deus per me reuocare à fæce schismatis dignaretur? Si negatis, probabo tot testibus quot in curia tũc temporis fuerunt. Nunquid non denique post hæc iuxta verbum domini mei homo in suo ordine & honore receptus est? Quisnam ergo constantiæ vestræ suo consilio, vel magis suo dolo subripuit indulta repetere: & quæ processere de labiis vestris, facere irrita? Et hoc ego dixerim non vt apostolicum reprehendam rigorem, & zelum igne dei succensum contra schismaticos, qui in spiritu vehementi conterat naues Tharsis, & in- *Psal. 138.d*
star Phinees confodiat fornicantes, iuxta illud: Nónne qui oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Sed vbi non est par culpa, par plane non debet procedere pœna: nec conuenit eadem inuolui sententia eum, qui peccatum, cum his quos magis peccatum deseruit. Propter eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G qui vt peccatoribus parceret, sibiipsi non pepercit, auferte opprobrium meum, & restituendo quem statuistis, vestræ etiam tam sanæ & integræ opinioni consulite. Super hoc iam alia vice scripseram vobis, sed quia non est responsum mihi, puto non peruenit ad vos hoc ipsum quod scripseram.

Ad eundem. Epistola CCXIIII.

SIcura, si memoria quantulacunque mei extat adhuc in corde domini mei, &, si qua portiuncula antiquæ gratiæ inuenitur etiam nunc in oculis eius à puero eius, liceat hanc experiri viro nobili & humili Nicolao Cameracensi episcopo. Fateor me obnoxium illi, & omnium quæ pro eo facere valeo, debitorem, non solùm quia vbicunque potest honorat nos & nostros, sed & propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: quæ eum etiam apud vos commendabilẽ reddere possunt. Et (nisi fallor) qui eũ tribulant, falsi sunt, & non est in ore eorum veritas. Denique vos probabitis, & non est mihi verbis laborandum super hoc. Est præterea cum eo vir religiosus & sanctus Godescalcus abbas montis sancti Martini, pro quo similiter, si quid ad merita eius nostra interuentio addere potest, obnixe oro vt in suis petitionibus exaudiatur. Arbitror enim nullam illum facere quæ non digna sit exaudiri.

H *Ad eundem. Epistola CCXV.*

SCribo vobis frequentissime vilis vermiculus: & in hanc impellor audaciam precibus amicorum. Fateor, audax sum, sed non mendax. Non suspicetur dominus meus in ore pueri sui inuentum iri mendacium in omnibus quę ad ipsum scripserit. Volo amicis gerere morem, non tamen in meam
Sap. 1. c mortem. Nec enim ignoro vbi legerim: Os quod mentitur, occidit animam. Fallitatem proinde nego, importunitatem non excuso: ipsa inueniat veniam, cætera non timemus. Amicus est dominus Altissiodorensis episcopus, & præcipuus. Quis nesciat? Habet quam communicet amico anxietatem, non falsitatem. Fidelem pro decano ipsius afferimus excusationem, absolutionẽ exigimus. Filij sumus vnius patris (quod solita præsumptione lo quor) qui estis vos. Confidimus quia
Psa. 144. d non repellet filios pater, sed voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & lætos faciet illos.

Ad eundem, de comite Radulpho, & vxore eius. Epistola CCXVI

Mat. 19. a SCriptum est: Quod deus coniunxit, homo non separet. Surrexerunt viri audaces, qui non timuerunt coniunctos
I à deo contra deum disiungere. Neque id solum, insuper & adiecerunt coniungere non coniungendos, addentes præuaricationem. Lacerantur sacra ecclesiæ, scinduntur (proh dolor) vestes Christi, idque (ad cumulũ doloris) ab his à quibus
Psal. 37. b resarciri debuerant. Amici tui deus, & proximi tui aduersum te appropinquauerunt & steterunt. Nam qui mandatum tuum transgrediuntur, nõ sunt alieni, non sunt extranei à sanctuatio tuo, sed eorum locum tenent quibus dixisti: Si diligitis me, mandata mea seruate. Comitem Radulphum & vxorem eius deus cõiunxerat per ministros ecclesiæ, & Ecclesia per deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Quomodo quos ecclesia cõiunxit, disiunxit camera? In quo facto illud solũ conuenienter prouisum est, quòd in tenebris facta sunt opera tenebrarum. Qui enim male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguãtur opera eius à luce. Quid meruit comes Theobaldus? Quid peccauit homo ille? Si peccatum est quòd diligit iustitiã, & odit iniquitatẽ, non potest excusari. Si peccatũ est q reddit regi quæ regis sunt, & quæ sunt dei deo, non potest excusari. Si archiepiscopum Bituricensem susceptit ad imperium vestrũ, hoc est maximũ & primum peccatum. En sanguis iste de manu eius exquiritur. Qui
Psal. 37. d retribuunt mala pro bonis, detrahunt ei, quoniam sequitur bonitatem. Multi clamant ad vos in toto corde suo, vt iniuriam filij vestri, & oppressionem ecclesiæ digna animaduersione vindicetis, & artifices huius sceleris cum ipso eorũ capite, cui quicquid libuit, licuit apostolico vigore coërceatis, vt in verticem ipsius iniquitas eius descendat.

Ad eundem. Epistola CCXVII. K

TRibulatio & angustia inuenerunt nos. Commota est & contremuit terra in mortibus hominum, in exiliis pauperum, diuitum quoque vinculis & carceribus. Ipsa religio venit in opprobriũ & cõtemptum. Probro ducitur apud nos saltem mentionem facere pacis. Nusquam fides, nusquam innocentia tuta. Amator innocentiæ, & pietatis cultor comes Theobaldus penè traditus est in animam inimicorum eius. *1. Pet. 3. c* Impulsus est vt caderet, sed dominus susc epit eum, & gaudet *Matt. 5. d* quòd iustitia & vestra obedientia in causa sit, apostolo acquiescente, qui ait: Si quid autem patimini propter iustitiam, beati. Et in euangelio: Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam. Væ nobis, hæc omnia præsentire, sed minime præcauere potuimus. Quid plura? Vt nõ penitus desolaretur terra, & omne regnum in seipsum diuisum concideret, compulsus est ille deuotissimus filius vester, & ecclesiasticæ libertatis defensor, sub iureiurando promittere, quatenus sententiam excommunicationis, à legato vestro bonę memorię magistro Yuone datam in terram & personam adulteri tyranni, qui caput & auctor extitit hotum omnium malorum & dolorum, atque in ipsam adulteram. faceret amoueri. Quod sanè tamen prefatus princeps fecit prece & consilio nonnullorum fidelium sapientiúmque virorum. Dicebant nanque
L id à vobis facilè & absque læsione ecclesiæ impetrari: dum in manu vestra sit, eandem denuo sententiã quæ iustè data fuit, incontinenti statuere, & irretractabiliter confirmare: quatenus & abs arte deludatur, & pax proinde obtineatur: & qui gloriatur in malitia, & potens est in iniquitate, nihil inde lucretur. Multa habeo dicere vobis, sed nõ est opus de omnib⁹ scribere, cum præsens sit qui omnia scit, & viua voce planius potest & plenius aperire.

Ad eundem excusatoria, & nouissima. Epistola CCXVIII.

DOmino & patri reuerendissimo Innocentio, Bernardus nihilum id quod est. Putabam me aliquando aliquid vel modicum esse: sed nunc, vt sentio, prorsus ad nihilum redactus sum dum nesciui. Nec enim me dixerim omnino nihilum tunc fuisse, cum oculi domini mei super puerum suum essent, & aures eius ad preces meas: cum omne quod scriberem, obuiis manibus accepisset, & vultu hilari perlegisset, benignissime atque plenissime ad omnia postulata respondens. Modo autem me meritò non modicum dico, sed nihilum: quoniam ab heri & nudiustertius auertit faciem suã
M à me. Cur hoc? Quid peccaui? Multum fateor, si pecunia cardinalis Iuonis bonæ memorię meo arbitrio distributa fuit, & non ad nutũ ipsius: quod vtique ad aures domini mei fuisse perlatum, mihi relatum est. Sed confido quia nunc huius rei veritatem cognoscetis, & veritas liberabit me. Non sum tam hebes, vt ignorem ecclesiæ esse, quicquid ille rerum suarum non dederit. Sed iam audite simpliciter veritatẽ. Si inuẽtum fuerit in ore meo mendacium, ipsum os meum condemnabit me. Quando homo exuit hominem, absens eram, imò & valde remotus, Audiui autem ab his qui affuerunt, quòd ipse fecerit suũ testamentũ, & quod fecit, fecit & scribi: & de rebus suis quæ voluit quibus voluit ipse diuisit: quod residuũ fuit, duobus abbatibus assistentibus tunc sibi, & mihi pariter qui absens eram, diuidendum cõmisit: eo quòd nobis nota essent loca patperiora sanctorum. Porro abbates illi domũ venientes, & non inuenientes me (detinebat enim tunc temporis ex vestro mãdato pacis quærendæ negociis) nihilo minus pecuniam sicut eis visum est diuiserunt, me non solùm nõ conniuente, sed & nesciente quid fecerint. Cedat iam, si placet, manifestæ indignatio veritati: nec mihi deinceps frons rugetur, aut supercilium deponatur: sed solita redeat serenitas blando & benigno vultui, ac suo denuo sole læta facies induatur. Nã quòd item cõperi displicuisse me in multis scriptitationibus meis, hoc me iam metuere non oportebit: quoniam facilè emendabo. Scio scio, præsumpsi plus quàm oportuit: parum attendens quis cui scriptitare præsumerem: sed ad id quidem audendum vestra me armarat benignitas, non negabitis. Vrgebat deinde charitas amicorũ: etenim perpauca pro me scripsi, si bene memini. Sed ne quid nimis. Dabo si potero zelo meo decætero temperamentum, scientiam, & ponã digitum meum

A meum super os meum. Tolerabilius enim offendam aliquos amicorum, quàm multis precibus defatigem Christum domini. Et nunc quoque non sum scribere ausus vobis de imminentibus ecclesiæ periculis, & graui schismate quod timemus, ac plurimis quæ sustinemus incommodis. Scripsi autem sanctis episcopis vestro lateri adhærentibus: ab ipsis audire poteritis, si scire placuerit, quæ scripserim ego.

Ad quatuor episcopos curiæ, Albericum Hostiensem, Stephanum Præneſtinum, Ignarum Tusculanum, & Gerardum cancellarium. Epistola CCXIX.

QVantum malum schisma in ecclesia sit, & quàm sit detestandum, & omnimodis deuitandum: euidenter quõdam ostendit famosa & horrenda mors virorum illorũ quos ob istiusmodi pestem terra deglutiens viuos ttansmisit ad inferos. Ostendit & illa persecutio Guibertina, siue Burdini temeritas, quos nostra iam tempora experta sunt inter regnum & sacerdotium diuidentes plaga plenè incurabili, & castigatione crudeli. Ostendit & illa quæ nuper adhuc post mul-
Luc. 17. a tam & multifariam ecclesiæ vexationem & vastationem, tandem deo miserante finem accepit rabies Leonina. Meritò proinde saluator in euangelio, Væ (inquit) homini illi per quem scandalum venit. Væ nobis qui viuimus: plangere quę pertulimus: dolere quę sentimus: timere quę expectamus. Et
B quod peius est, ad tam malũ habitũ humanæ res deuenerunt, *Psal. 74. a* vt nec rei humiliari velint, nec iudices misereri. Dicimus iniquis: Nolite inique agere. & delinquentibus: Nolite exaltare cornu. & non audiunt nos, quia domus exasperans est. Sup-
Psal. 52. d. Psal. 42. a plicamus his quorum est peccata arguere, peccantes seruare, ne calamum quassatum conterant, & linum fumigans non extinguant: & magis in spiritu vehementi conterunt naues Tharsis. Si denunciamus filiis cum apostolo, vt obediant
Eph. 6. a patribus per omnia, quasi aërem verberamus. Si patribus loquimur ne ad indignationem prouocent filios: in nos potius eorum indignationem prouocamus. Nec delinquentes satisfacere, nec rectores seu correctores condescendere vllatenus acquiescunt. Omnes suum stomachum sequuntur: & totis viribus funem in diuersa trahentes, rumpunt. Heu necdum recenti ecclesiæ plagæ cicatrix occalluit: & rursum scindere parant, rursus corpus Christi affigere cruci, rursus fodere latus innoxium: rursus vestimẽta diuidere: atque ipsam, quod in ipsis est, tunicam inconsutilem (quanuis frustra) dirumpere satagunt. Si qua in vobis sunt viscera pietatis, tantis vos opponite malis, ne in illa precipuè terra scissura fiat, in qua solent (sicut optime nostis) scissuræ aliæ resarciri. Nam si
C auctor scandali, ore singulariter iudicis tremendo addicitur maledicto, quibus putamus benedictionibus dignos huius nequitiæ fugatores & propugnatores? De duobus non excusamus regem. Nam & iuranit illicitè, & perseuerat illuste. Verùm id non voluntate, sed verecundia. Nam probro ducitur, sicut optime nostis, apud Francigenas iuramentum soluere, quamlibet male publice iuratum sit: quanuis nemo sapiens dubitet illicita iuramenta non esse tenenda. Veruntamen ne in hoc quidem excusari posse fatemur. Neque enim excusare nos, sed veniam postulare susc epimus. Vos videte an excusare aliquatenus eum possit ira, ætas, maiestas. Poterit sine dubio, si misericordiam iudicio superexaltandam decernatis, quatenus videlicet talis aliqua consideratio in rege & puero habeatur, vt hac ei ꝛ̃e tali quidem tenore parcatur, quo tale aliquid decætero non præsumat. Parcatur sane dixerim, si fieri possit, salua in omnibus ecclesię libertate, simul & archiepiscopo debita veneratione seruata, quem manus apostolica consecrauit. Hoc ipse rex humiliter petit, hoc nostra vniuersa citramõtana nimium iam afflicta ecclesia supplicit er deprecatur. Alioquin damus manus morti, tabescentes & arescentes præ timore & expectatione quæ superuenerunt vniuerso orbi. Siquidem deprecatio mea super hoc ab anno priore, & peccatis meis exigentibus deprecationẽ meam nõ exaudiuit, sed indignatio, indignationem autẽ desolatio penè vniuersæ terræ secuta est. Si quid zelo vrgente erupit quod non fuit aut secus quàm fuit dicendum, sit quæso apud vos quasi non dictum. Vbi verò dixi quod oportuit, & vbi oportuit dici, sit non frustra dictum.

Ad Ludouicum regem Francorum, vnde supra. Epistola CCXX. D

LIbenter quidem, sicut ipse fateri dignamini, etiam propria attestante conscientia, quæ ad honorem vestrum, & regni vestri vtilitatem spectant, pro nostro exiguo posse & quærimus, & quæremus. Cæterum quod nostræ humilitati querimini super anathemate mox innouando in comitem Radulphum, & vultis me dare operam omnimodis, vt non fiat, ob multa mala quæ secutura inde putatis: prorsus non video quomodo implere possim, & mandato obuiare apostolico. Quod etsi possem, non video quòd rationabiliter possem. Doleo quidem de malis si inde proueniant, sed non ideo tamen debemus facere mala, vt veniãt bona. Satius tutiúsque hoc totum profecto omnipotentis dei iudicio & dispositioni relinquimus, qui potest facere vt & bona quæ ipse vult fieri, fiant & maneant: & mala quæ mali moliuntur, non veniant, aut certe in eosipsos potius qui ea volunt & quærunt, veniant. Valde autem contristat me vnum quod in literis vestræ celsitudinis continetur, quòd videlicet debeat obuiare res ista paci factæ inter vos & comitẽ Theobaldum. An nescitis vos grauiter offendisse in eo quòd comes Theobaldus violentia guerræ vestræ contra deum & iustitiam iutare compulsus est, non solùm quia quæreret, sed etiam quia efficeret vt prædictus comes Radulphus & terra eius tam indebitè imò tam illicitè absolueretur? Quid iterum vultis pec-E catũ peccato addere, & iram dei super vos (quod absit) accumulare? Quid peccauit comes Theobaldus, vt itam vestram rursum incurrere mereatur, qui & absolutionem comitis Radulphi licet iniustam (sicut scitis) tanto labore & difficultate obtinuit, & rediuiuam excommunicationem quanuis iustissime redeũtem nec quæsuit, nec quærit, vtpote quod timore vestro etiam abiurauit? Nolite, quæso, nolite domine mi rex, regi vestro (imò omnium conditori) tam euidenter in suo regno & in sua possessione audere resistere, & manum extendere tam frequenti & temerario ausu aduersum terribilem eum qui aufert spiritum principum, terribilem apud reges terræ. Acriter loquor, quia acriora vobis formido: quod non ita vehementer timerem, nisi vos vehementer diligerem.

Ad eundem, vnde supra. Epistola CCXXI.

SCit deus quantum vos ex quo noui, dilexi, & vestrum honorem volui, scitis vos quanto labore quantáque solicitudine, toto anno præterito quærendæ paci vestræ intendi vnà cum aliis fidelibus vestris. Timeo autem ne fine causa laborauerimus in vobis. Vos nanque (vt manifestum est) à bono & sano consilio quod acceperatis, nimium cito nimiúmque leuiter resilitis: & ad mala priora quæ dudum non immerito perpetrasse vos plangebatis, adhuc recentibus illis plagis, rursum vr audio, nescio quo diabolico consilio F festinatis. A quo enim nisi à diabolo procedere hoc consilium dixerim, per quod fit vt incendiis incendia, homicidiis homicidia addantur: clamor denuo pauperum, & gemitus compeditorum, & sanguis interfectorum, auribus pertonent patris orphanorum, & iudicis viduarum? Plane his hostiis hostis ille antiquus nostri generis oblectatur: quo-
Ioan. 8. f niam ipse homicida est ab initio. Et nolite frustra occasionem sumere de comite Theobaldo ad excusandas excusationes in peccatis: cum vir ille paratum se dicat, & hoc omnimodis deprecetur, venire ad conuentiones quæ inter vos cucurrerunt quando facta est pax, & secundum iudicium diligentium nomen vestrum (eorum scilicet qui mediatores inter vos extiterunt) per omnia satisfacere velit: vt si præuaricationis forte ab ipsis argui poterit, quod non existimat, continuo ad honorem vestrum corrigere non cunctetur. Verum vos nec verba pacis recipitis, nec pacta vestra tenetis, nec sanis consiliis acquiescitis: sed nescio quo dei iudicio, omnia vobis ita vertitis in peruersum, vt probra honorem, honorem probra ducatis, tuta timeatis, timenda contemnatis: & quod olim sancto & glorioso regi Dauid Ioab legitur exprobrasse, diligitis eos qui vos oderunt, & odio habetis qui vos diligere volunt. Neque enim qui vos instigant priorem iterare malitiam aduersus non merentem, quærunt in hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G honorem vestrum,sed suum commodum?imò nec suum cõmodum,sed diaboli voluntatẽ: vt regis (quod absit) potentiam concepti furoris habeant effectricem:quem suis se posse adimplere viribus non confidunt,inimici coronæ vestræ, regni manifestissimi turbatores. At quicquid vobis de regno vestro,de anima & corona vestra facere placeat:nos ecclesiæ filij,matris iniurias, contemptum & conculcationem omnino dissimulare non possumus: quæ illi præter illa quæ in eam iam præcessisse miserabiliter plangimus, iterũ de nouo partim inferri,partim imminere sentimus. Profecto stabimus & pugnabimus vsq; ad mortẽ si ita oportuerit, pro matre nostra,armis quibus licet:nõ scutis & gladiis, sed precibus fletibúsq; ad deũ.Et ego quidem qui me memini præter quotidianas preces,quas pro pace & salute vestra atque regno corã domino supplex ipso teste fundebam,etiam apud sedem apostolicam literis & nunciis causam vestram egisse (fateor) vsque penè ad propriæ conscientiæ læsionem, & ipsius summi pontificis iustam(quod diffiteri non debeo) contra me indignationem.ego, inquam, assiduis vestris quæ innouare quotidie non cessatis, excessibus prouocatus, dico vobis,incipio pœnitere super insipiẽtia mea priori: qua plus iusto vestræ adolescẽtiæ hucusque faui:& de cætero pro mea exiguitate non deero veritati. Nõ tacebo quòd cum excommunicatis iteratò fœdus & societatem inire satagitis:quòd in
H necem hominum,combustionem domorum,destructionem ecclesiarum, dispersionem pauperum, raptoribus & prædo-
Psal. 49.c nibus(sicut dicitur)adhæretis: iuxta illud prophetæ: Si videbas furem,currebas cum eo:& cum adulteris portionem tuã ponebas. Quasi non satis per vos mala facere valeatis. Non silebo quòd illicitum illud maledictúmque iuramentum inconsultissime vsurpatum à vobis contra Bituricensem ecclesiam(pro quo,heu, tot & tanta mala iam nunc meritò pronenerũt) non ita tandẽ corrigitis,vt Christi ouibus apud Cathalaunum pastorem præfici non sinatis:insuper & fratri vestro,eiúsque militibus sagittariis balistariisq; domos episcopales contra ius & fas inhabitandas, & res ecclesiæ in huiusmodi nefarios vsus profligandas, audacter nimium exponitis.Dico vobis:non erit diu inultum si hæc ita facere pergitis.Et ideo domine mi rex amicabiliter moneo vos,& fideliter consulo vobis, vt citius ab hac malitia desistatis: si forte iam ferire parantis manum, Niniuitæ regis exemplo, pœnitẽtia & humilitate præuenire possitis.Duræ loquor,quia duriora vobis formido: sed mementote à sapiente dictum, me-
Prou. 27.a liora esse verbera amici,quàm fraudulenta oscula inimici.

Ad Iosselenum Sueßionensem episcopum, & Stagerium abbatem sancti Dionysij
Epistola CCXXII.

I Scripseram regi arguens eum super malis quæ fiunt in regno eius, ipsius (sicut dicitur) assensu. Et quod rescripsit, dignum duxi vobis qui de consilio eius estis, insinuandum.Miror enim si ita credit vt loquitur:& si non credit, quomodo conscio mihi vtique omnium (sicut scitis) quæ ad pacem reformandam facta fuerunt, ista persuadere conatur. Ait enim, sicut potestis videre in literis eius, cum male seruata ex parte comitis pacta conaretur ostendere: Adhuc suspensi manẽt episcopi nostri:adhuc terra nostra interdicta est. Quasi verò cuiusquam ecclesiastici absolutio interdicti ad comitem Theobaldum pertineat:aut hoc ipse aliquo modo pepigerit se facturum.Illusus est(ait)comes Radulphus:& iterum religatus est.Et hoc quid ad comitem Theobaldum? Nónne quicquid de hac re promisit, fideliter elaborauit, & efficaciter adimpleuit? Ille verò deprehensus est in astutia
Psal. 7. d sua, & cecidit in foueam quam fecit. An est hoc totum cur irrita faceret rex pacta sua quæ distinxerunt labia vestra? An propter hoc decuit incandescere iram regis contra deum & ecclesiam eius, contra seipsum & regnum suum? Itáne propter hoc debuit obliuisci honoris sui,vt ad debellandum hominem suum,quem nõ dico diffidauerat,sed nec submonuerat vel posuerat ad rationem,mitteret fratrem suum, idq; per Cathalaunũ, de qua potissimum ciuitate scitis quid rex cum comite Theobaldo pepigerit? Sed rex adhuc aliud addit, quòd matrimoniis sic moliatur coniungere contra eius fidelitatem comitem Flandrensem & Suessionensem. Et de si- K
delitate quidẽ suspicio est,non certitudo. Porro inanes suspiciones certis pactionibus præiudicare, quale sit, vos videritis. Quanquam id omnino credendum non fuerit de tali viro.Nunquid enim hostes sunt regis quibus alligatur comes, & non magis homines eius,& eius amici?Nónne consanguineus regis,&,sicut fatetur, baculus regni comes Flandrensis est?Quid ergo contra regis fidelitatem facit eius homo,& fidelis ipsius,si aliis eius amicis, suorum matrimoniis copulatur? Nónne si quis simplici oculo rem vt est consideraret,magna potius pax regni,magnúmq; robur, & magna posset putari securitas?Illud autem miror,quomodo rex dicere non timuerit, cognoscere se quia nouerim ego comitem Theobaldum in partem suam contra regem, comitem Radulphum trahere attentasse. Nam & viua voce nuncio nostro plus dixit,quàm scripserit: quòd mandauerim sæpius dicto Radulpho maximam partem peccatorũ eius me suscipere, si vellet comiti Theobaldo adhærere. Si natus est homo ille per quẽ ista mandauerim? veniat & arguat me palam. Si scripsi literas:proferantur in medium. Viderit ipse cui crediderit: certus ego sum, quia nunquam nouerim quod imponit. Idem arbitror & de comite Theobaldo: quia & ipse omnimodis diffiteretur. Videat proinde deus & iudicet q; nunc de suspicione comes Theobaldus arguitur ab eo qui manifeste contra pactiones suas ipsum sibi attrahit comitem Radulphum, L
contra dei præcepta,contra sententiã summi pontificis adul-
Psal.15.b tero & excommunicato communicans. Ait quoque rex: Pene habuimus duos grauissimos oppugnatores. Et propheta subsannans respondet:Ibi trepidauerunt timore,vbi non erat timor.Ecce, inquit, oppugnamur, qui non oppugnauimus: persecutionem patimur, qui non persecuti fuimus.Quis oppugnat obsecro? quis oppugnat? quis ve persequitur? Nónne comes obsecrat & humiliatur: honorare paratus vt regem, seruire & obsequi tanquã domino suo,obnixe pro pace supplicans, & bonam regis,quod in se est,sibi conciliare satagẽs voluntatem?Esto quòd nõ sit ita,sed magis comes regi mala omnia moliatur:nónne ad id quod statutum fuisse scitis,fuerat recurrendum? Sic enim inter se pepigerunt, vt si qua de conuentionibus illis cõtrouersia aut dissensio nasceretur, nihil mali sibi inuicem facerent aut quærerent: donec coram nobis tribus pariter & domino Altissiodorensi ventilata res esset atque discussa:qui & tunc mediatores fuimus: & si quid emergeret cõtrouersiæ, debuimus esse reconciliatores. At id modo omnimodis comes flagitat: sed rex abnuit. Denique esto quòd omnino male meruit comes, sed ecclesia dei quid meruit? Quid, inquam, meruit, non iam sola Bituricensis ecclesia, sed & Cathalaunensis, etiam & Remensis, etiam & Parisiensis? Habeat rex aduersus comitem ius:sed de quo iu- M
re,obsecro,de quo iure præsumit vt ecclesiarum possessiones & terras deuastet,vt Christi ouibus pastores præfici non permittat, vt his quidem electorum promotionem prohibeat: aliis verò (quod hactenus inauditum est) dilationem electionis inducat, donec vniuersa consumpserit, donec diripuerit pauperum facultates, donec penitus desoletur terra? An vos ei consulitis talia? Mirum valde, si contra vestrum consilium fiunt hæc: mirum magis & malum, si vestro consilio fiunt. Etenim consulere talia, manifeste schisma fabricare est, deo resistere,ecclesiam ancillare,& nouam in seruituremecclesiasticam redigere libertatem. Si quis dei fidelis, si quis ecclesiæ filius est:profecto stabit& opponet se,quoad poterit,murum pro domo dei. Nam & vosipsi si pacem desideratis ecclesiæ, sicut oportet filios pacis: quomodo non dicam tractatis ea,sed vel interestis consiliis tam malignis? Quicquid enim mali fecerit:meritò non regi iuueni, sed consiliariis senibus imputatur.

Ad episcopum Sueßionensem durißime rescribentem ei,ita vt hæc fuerit salutatio:Salutem in domino,& non spiritum blasphemiæ.
Epistola CCXXIII.

M Inime quidem ego spiritum blasphemiæ habere me arbitror, sed nec cuiquam maledixisse aut maledicere velle me scio, principi præsertim populi mei. Cæterum quicquid illud sit quo se læsam vestra dignitas iudicat, peto veniam.

A veniam. Scio enim qui dixit:Blasphemamur,& obsecramus.
1.Cor. 4.c Dico ergo cum beato Iob: Quæ locutus sum, vtinam non
Iob.39.d dixissem:& vltra non addam.Iam domino abbati sancti Dionysij pro cõmuni querimonia scribens, vtrique vestrum responderam, & putaueram me fecisse satis. Et quoniam, vt video nondum quieuit indignatio vestra, quæ forsitan aduersus ecclesiæ conculcatores iustius incanduisset:etiam vobis dico:schismaticos vos aut fomitem esse scandali, nec dixi, nec scripsi,nec credidi, & dico securus: nec vereor quòd me mea pagina arguat mendacij. Scrutamini eam, si placet:& si ita inueneritis, reum me fatebor grandis sacrilegij, & reuera sicut notatis, spiritu blasphemiæ agitatum illa scripsisse. Ne tamen humilis satisfactio spiritum videatur excludere libertatis, dolui fateor & doleo quòd nondum ea vos libertate qua deceret comperimus Christi vlcisci iniurias, ecclesiæ defendere libertatem. Dolor iste compulit me scribere dura: non tamen illa quæ impingitis. Putaueram siquidem,& adhuc putarem,nisi timerẽ vobis in hoc esse molestus,nequaquam sufficere quòd schismatis non estis auctores:nisi & eos qui sunt,cuiuscũque dignitatis sint, tota libertate pro viribus coërceatis:& eorum cõsilium atque consor-
B *Psal. 25.d* tium execretis. Putarem,inquam, gloriam vobis esse,si dicere posse tis & vos: O diui ecclesiam malignantiũ: & cum impiis non sedebo.Nunquid solum decebat zelus ille prophetam,& non hodie quoque à domini sacerdote requiritur, de
Isa. 138.d quo dicebat:Nónne qui oderunt te domine oderam,& super inimicos tuos tabescebam? Optarem sane (& salua vestra serenitate id quoque eloquar) hunc zelum vos exercuisse in puerum regem: qui non tam pueriliter quàm crudeliter sine causa irrita fecit & vestra sane consilia,& sua pacta:sine causa regnum suũ conturbat? bella vbique cœlis tertísque susci-tat ecclesias vastat,sacra temerat,exaltat iniquos,bonos persequitur,perimit innocentes. Hæc, inquam, vellem vos dolere:his contradicere & resistere,quod in vobis est. Sed meũ non est magistrum docere Iosslenum,minus autem reprehẽdere episcopum, qui magis me & alios peccãtes redarguere, & errantes corrigere debet. En quantum vos timeo. Clausan habetis epistolam, qui de priore aperta male suspicatus estis. Nam ego quidem nihil in hoc aliud cogitaui, nisi quòd ad diuersos scribentem necesse est iuxta consuetudinẽ epistolam cera non claudere.Iam & pro hoc quoque veniam peto.

Ad Stephanum Prænestinum episcopum.
Epistola CCXXIIII.

C
Hier.18.d L Oquitur Hieremias ad deum pro aduersariis suis ita dicens: Recordare domine quòd steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationẽ tuam ab eis. Et infert: Propterea,inquit, da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladij. Et adhuc alia in hunc modum æquè grauia imprecatur illis. Quod propterea nunc apud vestram reuerentiam memorandum putaui,quoniam simile mihi aliquid cum propheta video accidisse. Vos enim scitis quomodo ego quoque pro rege steterim in conspectu domini mei, corpore quidem absens,sed præsens spiritu,vt loquerer pro eo bonum. Bona siquidem pollicebatur. Nunc autem ipso reddente pro bono malum, cogor contraria scribere. Pudet erroris, & falsæ spei quam de eo conceperam, & gratias ago quòd pro eo simpliciter supplicans nõ fuerim & exauditus. Putabam me deferre regi pacifico, & ecce inuenio grauissimo hosti ecclesiæ assentasse. Concuĸantur apud nos sancta, ecclesia turpiter ancillatur. Nam & electiones episcoporum prohibentur fieri, & sicubi id præsumptum à clericis fuerit,electus episcopari non sinitur.Denique sedet in tristitia ecclesia Parisiensis,proprio destituta pastore,& nemo est qui de substituendo alio mutire audeat. Non sufficit spoliari bonis præsentibus domos episcopales:etiam in terras & in homines manus sacrilega circũquaque desæuit,totius insuper anni ex eis sibi reditus vendicando. Vestra Cathalaunensis fecit quidem electionem, sed qui electus est,ecce iam dieb⁹ multis debito honore frustratur, & scitis quàm non absque graui gregis dominici detrimento. Commisit rex germano suo Roberto vices episcopi, & ille in cunctis terris rebúsque ecclesiæ potestatiue versans, & pro vice sua vbique haud segniter agens, infert cœlis quo- D
tidianas hostias,non plane pacificas,clamores pauperum, lachrymas víduarum,plãctus orphanorum, gemitus compeditorum,& sanguinem interfectorum.Verùm angustus est malitiæ eius ille episcopatus.Remẽsem inuadit,atq; in terra sanctorum iniqua gerit,non clericis,non monachis, non sanctimonialibus parcens. Denique sanctæ Mariæ, sancti Remigij, sancti Nicasij,sancti Theodorici terras fructíferas & villas populosas ita in ore gladij deuastauit,vt pene in solitudinem re-
Psal.82.b degerit vniuersas. Frequens in omnium auribus vox, Hæreditate possideamus sanctuarium dei.Sic rex emendat quod in ecclesiam Bituricensem Herodiano iuramento commisit. Præterea rex nobis quidem non parum laborantibus, pacem cum comite Theobaldo fecerat,firmæ vt putauimus amicitię fœdus inierat,& ecce occasiones quærit quomodo recedat ab amico. Atque hoc grande crimen quod impingitur comiti, quia cum baronibus regis de liberis suis contrahit matrimonia. Suspecta est illi dilatatio charitatis,nec se putat regem, si se amauerint principes. Coniiciat prudentia vestra quid animi erga subditos gerat, qui de odio atque discordia si fuerit inter suos,se æstimat fortiorem. Videat & perpendat si est hic homo à deo, qui in suorũ magis mutua simultate quàm charitate confidit,cum charitas sit deus. Quod minime faceret si
1.Ioan.4.c sapientiam illius haberet qui ait: Fortis est vt mors dilectio,
Canti.8.b dura sicut infernus æmulatio.Præterea ergo pacis conuentio- E
nes & constitutiones manifeste transgreditur,nec tenet pacta sua,quæ distinxerunt labia sua.Denique reuocauit in domum suam, & ad consilium suum virum adulterum & excommunicatum,quem ex constituto eiecerat:& pro exercẽda maiori malitia,aliis mu⁹ris nequam æquè excommunicatis, periuris, incẽdiariis,homicidis,rex & aduocatus ecclesiæ, aduersus ecclesiæ(quod nõ est dubium)amatorem & defensorem denuo sociatur,iuxta illud prophetæ, Si videbas furem, currebas cũ
Psal.49.b eo:& cum adulteris portionem tuam ponebas. Ad hæc cogit suo more episcopos ad maledicendum benedicendis, & iterũ benedicendum maledicendis: & quoniam non obtemperatur pro suo libitu sibi, circuit mare & aridam vt inueniat iuratores,quorum periuriis quos fortassis deus coniungit, per homines seperentur. Qua fronte,obsecro,tantopere aliis prescribere de consanguinitate laborat,homo cum sua(quod palam est)tertio consanguinitatis gradu ferme permanens consobrina?Et quidem inter filium comitis Theobaldi, & comitis Flandrensis filiam:& item inter comitem Suessionensem, & filiam comitis Theobaldi,si cõsanguinitas sit nescio(scienter enim illicita matrimonia nec laudaui vnquam nec laudo) sed sciatis vos & sciat dominus meus, prohiberi horum nuptias.Si quomodo cõiungi fas fuerit, exarmare ecclesiam est, & multam illi subtrahere fortitudinem. Nec aliam puto auersantium ipsis nuptiis intentionem, nisi vt in terris præfatorum principum non possint habere refugium quicunque F
audebunt contradicere schismati quod minantur. Hucusque zelus meus. Non possum enim ego emendare quod potui redarguere:potui & commonere eum qui possit. Zelus domini mei faciet hoc.Ipsum duxi necessarium in magno ecclesiæ labore atque periculo compellandum, & per nullum dignius quàm per vos,qui eius lateri & spiritui adhæretis. Apud quẽ, quæso,habete me excusatum quòd rege mutato mutauerim stylum,qui ad ipsum deum dei prophetam dixisse scitis: Cum
Psal.17.d viro innocente innocens eris,& cum peruerso peruerteris.

Ad episcopum Sueßionensem pro pace.
Epistola CCXXIIII.

L Aborauimus, sed de profectu adhuc quæstio est. Semi-nauimus multũ,sed intulimus parum.Fatemur nos eguisse vestra opera & præsentia. Verum quòd eam non requisiuimus in tãta necessitate, per amicum communem sancti Dionysij abbatem docebimini. Nunc itaq; ne de cætero dissimuletis, sed secundum sapientiam vobis à deo datam studeatis quæ ad pacem sunt,monemus sanctam solicitudinẽ vestram. Nam rogandus non estis pro tali re, qua vtique constat non modò valde honorificari ministerium vestrum,sed & turpari admodum si negligitis. In indicta celebritate apud sanctum Dionysium speramus videre vos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Ludouicum regem Francorum, vnde supra.
Epistola CCXXV.

Ludouico dei gratia illustri regi Francorum, & duci Aquitanorum, Hugo Altissiodorensis qualiscunque minister, Bernardus Claraualis abbas, diligere iustitiã, & iudicare terram sapienter.

DIu est quòd egressi de domibus nostris, postpositis propriis vtilitatibus pro pace vestra & regni, fideliter (sicut nobis deus est testis) laboramus. Tristamur autem quòd aut nullum aut exiguum nostri laboris fructum adhuc tenemus. Adhuc pauperes clamant post nos, adhuc terra vadit quotidie in desolationem. Quæritis quæ terra? Vestra: non alia. Intra regnum enim, & contra regnum vestrũ, ista omnia mala perpetrantur. Nam siue amici siue inimici vestri sint qui de guerra ista pauperantur, captiuantur, conteruntur: non aliunde quàm de regno vestro sunt. In quo manifeste imminere iamiamque videtur sermo saluatoris dicentis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Huc accedit quòd ipsi diuisores & desolatores, vos constituerunt sibi huius nequitiæ caput & principem, quem præcipue debuerant metuere defensorem, & sentire vltorem. Nos tamen credebamus vos tactum à deo & illuminatum tantam illorum nequitiam aduertisse, & errorem vestrum agnouisse, & cupere omnino consiliis sanioribus à laqueo isto retrahere pedem. Cæterum ab hac spe penè deiecit nos colloquium illud habitum nuper inter nos apud Corbolium. Scitis enim quomodo & quàm irrationabiliter (vt pace vestra dixerim) à nobis tunc recessistis. Vnde factũ est quòd sermonis illius qui vobis in dicto nostro displicuit, reddere ad liquidum rationẽ pro vestra nobis turbatione nõ licuit. Quã si expectare placido corde dignaremini, forsitan cognouissetis & vos q̃ nil vobis indecens aut importabile dictum fuisset, secundum quod iam res vestra processit. Nunc autẽ sine causa turbatus, turbatos nos & confusos, & quid faciamus dubios anxiosq; tenetis homines, qui vobis bona cupiunt & quærunt. Quod non est aliud nisi quia fraus iniquorum, & rumusculi parum scientium hominum, dicentium malum bonũ, & bonum malum, conturbant vos. Verùm nos etsi conturbati, non tamen omnino desperati de auxilio spiritus, quem vestrum animũ salubriter super malis præteritis concussisse persensimus, adhuc stamus & expectamus vt redeatis ad cor: & quod prudẽter cœpistis, efficaciter compleatis. Huius rei gratia misimus fratrem charissimũ nobis Andream de Baldemento, qui vobis ista plenius viua voce insinuet, & quicquid ad hæc respondere placuerit, fideliter renunciet nobis. Si autem persistitis (quod absit) non acquiescere sanis cõsiliis, mundi nos sumus à sanguine vestro: deus non permittet ecclesiam suam siue à vobis siue à vestris diutius conculcari.

Mat. 12.d

Ad episcopum Sueßionensem. Epistola CCXXVI.

SEmper quidem egui officiis amicorum, homo nimirum mente semper & corpore miserandus: sed nunc maxime opus & tempus miserandi, cum vrgente conscientia, & aggrauata manu domini super me, duro me carceri mancipaui, durus iudex in memetipsum. Si adhuc pater estis (nam fuisse vos fateor) sentiat filius, & ille filius in quo vsque ad hanc diẽ filialis erga vos affectus non repuit. Scio scio, difficile posse extorqueri clauam de manu Herculis: & ideo multum insto, quia rem peto difficilem. At quanto difficilior, tanto violentior ad promerendam redhibitionem. Grandis me fatebor beneficij debitorem, grandis prorsus, si obtinuero. Nec ignoro dare quàm accipere beatius esse: sed cedo necessitati, occurro periculis, angustiis consulo, honesti plane nunc aut dissimulator aut immemor. Cedens itaque honorabiliorem vobis, vt dignum est, partem, mihi verecundiorem assumo: non modo ad accipiendum inuerecundior, sed & importunior ad petendum. Peto ergo supplicíter, peto instanter, peto opportune, importune. Nec enim illud peto, quod vos nõ deceat dare, aut me postmodũ pœniteat accepisse, etsi ita petere modo minus me deceat. Nã si liberatis pauperẽ à potente, in hoc nobis multũ pręstabitis, vobis plurimũ. Eia mõstrauimus affectum, rem vos scitis, fructũ præstolatur afflicti.

Acto. 20.

Ad Petrum Cluniacensem abbatem conquerentem quòd ei non scriberet. Epistola CCXXVII.

ITa ne iocari libet? Dignanter sane atque amicabiliter, sed si ita luditis, vt non illudatis. Nolite mirari hoc. Nam suspectum id mihi facit vestra ipsa tam subita & inopinata dignatio. Non enim multum temporis est, quòd scribens ad vos, debita reuerentia vestram magnitudinem salutaui, & non respondistis mihi verbum. Nec multo ante rursum scripseram ad vos ex vrbe Roma, & nec tunc quidem vel vnum iota recepi. Modo miramini quòd reuertenti nuper de Hispania, nugas meas denuo ingerere non præsumpsi? Quod si culpa est quacunque ex causa non scripsisse, sine culpa profecto non erit noluisse, ne dicam contempsisse rescribere. En in quo pro me faceret iustitia (quia id à me flagitat) nisi mallem occurrere gratiæ redeunti, quàm retardare eam mihi, dum vel me inutiliter excusare volo, vel alium accusare. Sed hoc dixi ne quid clausum in mente retinerem, quod ore non promerem, quòd id vera recuset amicitia. Decætero quia charitas omnia credit, iam omnis suspicio de medio fiat. Gaudeo quòd recaluistis priscæ amicitiæ recordari, & vel læsum reuocare amicum. Libenter redeo reuocatus. Felix reuocor. Nullarum iam memor sum iniuriarum. En ego, qui fueram vestræ profecto sanctitatis seruus & nunc & ante. Gratias ago, optime locatus sum, intimus vobis denuo factus, sicut dignamini scribere. Si forte intepueram, vt arguitis, haud dubium quin velociter recalescam, fotus vestræ charitatis visceribus. Et nunc quod placuit scribere, obuiis manibus suscepi. Legi auide, libenter relego, & placet sæpius repetitum. Placet fateor iocus. Est enim & iucunditate gratus, & serius grauitate. Nescio siquidem quomodo inter iocandum ita dispositis sermones vestros in iudicio, vt & iocus leuitatem non redoleat, & auctoritas conseruata hilaritatis non minuat gratiam. Porro auctoritas ita seruatur, vt illud sancti viri meritò vobis possit aptari: Siquando ridebam, non credebant mihi. Eia rescripsimus, & puto iam iure exigimus ampliora quæ promisistis. Dignum est vt sciatis quæ penes nos sunt. Decretum est mihi vltra non egredi monasterio, nisi ad conuentum abbatum apud Cistercium semel in anno. Hic fultus orationibus vestris, & benedictionibus consolatus, paucis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Propitius sit mihi deus, vt non amoueat orationem vestram & misericordiam suam à me. Fructus sum viribus, & legitimam habeo excusationem, vt iã non possim discurrere vt solebam. Sedebo & silebo, si forte experior quod de plenitudine intimæ suauitatis sanctus propheta eructat: Bonum est inquiens, expectare dominum in silentio. Et ne solus videamini mihi lusisse, puto iam non audiebitis me de hoc silentio meo reprehendere, & more vestro appellare soporem, quod, vt puto, congruentius ac magis propriè sanctus Esaias cultum iustitiæ nominat, & de quo legitis in hoc ipso propheta dicente domino: In silentio & spe erit fortitudo vestra. Commendate me orationibus sancti conuentus Cluniacensis, salutato prius ex me seruo omnium, si dignum iudicatis.

Iob 29.

Iob 14.c

Thren. 3.c

Esa. 32.d

Esa. 30.c

Ad tres episcopos, Hostiensem, Tusculanum, Prænestinum. Epistola CCXXIX.

AD hoc vos deus in sublimitate posuit, vt tãto maiori ecclesiæ suæ vtilitati viuatis, quanto in ea eminentiori auctoritate præestis. Alioquin deponet ille paterfamilias potentes de sede, qui pro accepta potestate inuenti fuerint suis vtilitatibus defuisse. Quanta sustineat sponsa Christi damna in episcopatu Metensi, etsi nos amplius horremus, quia viciniores sumus, tamen & vos arbitror non latere. En quantus lupus illud ouile Christi tum in insidiis, tum manifestis assultibus quotidie molitur irrumpere, & dispergere oues Christi sanguine congregatas. Idque nõ ab heri & nudiustertius, sed ex quo adhuc fuerat lupicellus, non cessat illum dominicum gregem, quibus potest viribus infestare, & vastare rapinis, incendiis, homicidiis. Ego itaque quod in me est, demonstro lupum, instigo canes: iam quid interfit vestra, vos videritis: meum non est docere doctores.

Ad

Ad tres episcopos supradictos, pro abbate Latiniacensi.
Epistola CCXXX.

VObis audeo loqui quicquid in buccam venerit. Nam & si oportuerit sustineri modicum quid insipientiæ meæ; geret mihi proculdubio morem beneuolentia vestra, quæ sapientibus & insipientibus debitrix est. Et hoc dico non quia cogitem præcipitare verbum quod ad rem non pertinet, aut leuitate vti intendam, aut nugari delectet, præsertim apud vos qui videmini columnæ ecclesiæ, sed ex abundantia cordis os loquitur, & veritas dolore vrgente intrinseco taciturnitatis impatiens, prorumpit in medium. Mei enim, dico vobis, penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quòd execranda (vt videtur) conuersione tam frequenter sapientiam vincit malitia. Adduntur vbique cornua impiis, & exarmatur iustitiæ zelus, & non est qui facere bonum, non dico velit, sed possit. Superbi iniquè agunt vsquequaque, & nemo audet mutire contrà. Et vtinam vel innocentia tuta esset, & iustitia ipsa suimet sufficeret defensioni. Quid peccauit abbas Latiniacensis? An quòd bonus monachus, & melior abbas? quòd bonæ opinionis, & melioris est vitæ? An quia monasterium cui præest, & decorauit religione, & bonis temporalibus ampliauit, & bonorum fratrum numero cumulauit? En sanguis iste de manu eius exquiritur. Si crimen est acceptum esse deo & hominibus, tollatur & crucifigatur. Negari enim non potest hoc illum esse, cœlo & terra testibus. Si crimen est esse hospitalem, benignum, sobrium, castum, humilem, decidat meritò ab inimicis suis inanis. Reuera nanque & in his accusari non potest, conuincentibus se propriæ vitæ sanctitate, & famæ gloria. At imponitur ei noluisse suscipere nuncium domini mei. Prorsus grauis offensa, si ita est. Non negat abbas, hominem qui mittebatur in Angliam, cum esset honorifice susceptus hospitio, quærere loqui cum eo, sed paranti exire interuenit Humbertus præpositus dicens se potius exiturũ, & homini vice ipsius satisfacturum. Si quo minus quod oportuit actum fuit cum viro: cuius culpa fuerit, vobis relinquimus iudicandum. Accusatur itẽ quòd literas domini papæ prædicto Humberto violenter abstulerit, & diruperit: sed extãt literæ integræ, & bullatæ: nec in eas, sicut mentitur, admisit, sed sponte dimisit, consilio vtique comitis Theobaldi, & nostro. Dicitur quoque quòd quosdam monachos in captionem posuerit. Atque id quidem falsum. Sed si quosdam turbatores & cõspiratores in diuersa claustra diuisit, ne simul positi plus nocerent, quis hoc recte iudicans reprehendat? Iam de terris & bonis ecclesiæ quasi distractis & alienatis, & datis ab eo cognatis suis, coram venerabilibus episcopis Suessionensi & Altissiodorensi, comitéque Theobaldo aduocato vtique monasterij, satis responsum est, & adhuc respondetur, sic illum dedisse suis quomodo alienis, id est ad eundem censum vel consuetudinem. Porro autem à seculo non est auditum quòd monachus rebellis, superbus, ambitiosus, priuilegium propriæ libertatis ex apostolica auctoritate meruerit. A tempore Iudæ Iscariotis non est inuentus similis illi, qui sic insurgeret in magistrum, & traderet sanguinem iustum. Felix magister, cui cum magistro omnium communis prophetica illa vox est: Homo pacis meæ, in quo sperabam, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Et olim quidem eratis contra apostolum Petrum dominantes in clerum, imò & cõtra coapostolum eius Paulum dominabamini fidei totius orbis. At nunc nouum aliquid addidistis, vsurpantes amplius & in ipsam religionem. Quid restat nisi vt adiiciatis & ipsis angelis sanctis dominari? Nisi quòd in hoc posterior Iudas priorem vicisse versutia & fraude videtur: quod cum illius facinus conscipuli horruerint vniuersi, iste callidior potuit ad conniuendum imò ad fauendum malitiæ, nõ quoslibet, sed ipsos apostolorum principes circumuenire. Non imputo domino meo, cui tanquam homini subripi potuit, & hoc oro ne deus imputet. Absit autem, vbi veritatem agnouerit, vt præualeat tã execrabilis malitia huius sacrilegúsque conatus. Et ego de hac re ad ipsum quoque solito ausu scripsissem, si non sensissem ipsum quicquid scribimus, minus solito acceptare. Quæso dolete vos qui monachi estis, vicem magistri vestri beati Benedicti: cui iam, vt videtis, prope est vt vbique contradicatur, & pereat omnis vigor monasticæ disciplinæ, monachis aduersus abbates suos cornua sumentibus de manu forti.

Lucæ 12.c

Psal. 40.c

Ad eosdem. Epistola CCXXXI.

SI vera sunt quæ audistis de abbate sancti Theofredi, non potestis ea dissimulare sine periculo vestro, & propter officium, & propter conscientiam. Conscientiam dico non tantùm vestram, sed etiam aliorum. Sunt autem verisimilia, credo quòd & vera. Verax est enim qui testimonium perhibet de his, præsentium lator. Vnde hoc quoque sciam quæritis? Fascem teneo literarum missarum à viris sanctis, quos ego noui quia sancti & veridici sunt: & omnes illæ pariter continent tam laudes & præconia huius, quàm illius horrẽdas blasphemias quem accusat.

Ad abbatem Ioannem de Bussio, qui abbatiam suam reliquerat, & aberat in solitudinem. Epistola CCXXXII.

Filio charissimo Ioanni, frater Bernardus, in spiritu ambulare, & timorem domini non derelinquere.

DIcere non possum in quanta amaritudine animæ meæ, & tristitia cordis, scribam ad te Ioannes charissime, pro eo quòd me video in tot scriptitationibus meis proficere nihil, quia non capit in te sermo meus. Scripsi semel & denuo, nisi fallor: & exigentibus peccatis meis in nullo adhuc respondet mihi labor meus. Ecce tertiò iacto semen, deum omnipotentem deprecans, vt non reuertatur ad me vacuum, sed prosperetur & faciat ad quod illud mitto, lętificans nos tandem aliquando de fructu tuæ obedientiæ & salutis. Si audieris me, imò si exaudierit me deus, lucratus sum filium meum: Si non, conuertam me denuo ad arma consueta, orationes videlicet & lachrymas, non quidem contra te, sed pro te. Luxi & lugebo, & anxia trahan suspiria ex imis visceribus, pro meis visceribus. Quis det te mihi fratrem meum sugentem vbera matris meæ? Quis reuocet te mihi in illam quietem animi, concordiam morum, societatem spiritus, & serenitatem conscientię, in qua te aliquando tenui & possedi? Et ne quod ex me detrimentum in aliquo patiaris seu impedimentum, illud falsum esse non dubites, quod tibi à nescio quo vel quibus falsiloquis persuasum audiuimus: quia ego videlicet cogitarem sine ratione & iudicio te à regimine fraternarum animarum, quod tibi credideram, submouere. Non est hoc verum, sed audi potius de hac re paucis, quod verum est. Hoc etsi voluissem, non licuisset: & si licuisset (vt de propria conscientia loquar) ego nullatenus voluissem. Hæc veritas. Si ergo hoc totum fuit quod auertit cor tuum: veritate comperta quid restat nisi vt respiscas, redeas ad te, redeas ad nos, arguas insuper teipsum leuitatis & credulitatis incautæ? Si enim tantum potuit vna maledicta suspicio ad te alienandum & præcipitandũ, quanto magis nunc absoluta certitudo valere debet ad erigendum & reuocãdum te? Turpe est tibi falsitate posse seduci, & veritate reduci non posse. Habeat sanè veniam acquieuisse ad tempus palliatæ falsitati, at verò deprehensæ iam & nudatæ acquiescere adhuc, imò etiam non multum irasci, quantum cõfusionis habet? Quamobrem irascere & noli peccare, si vis nos vel deum potius non irasci. Nam quod subreptum est tibi, miserationem magis quàm indignationem meretur. Nimirum homo es nauigans, sicut & omne humanum genus, in hoc mari magno & spatioso manibus, vbi reptilia quorum non est numerus. Quis se iactet in eo assiduis non impelli ventis, non iactari fluctibus? Noueris te naufragasse in eis, periculum in falsis fratribus incidisse. Iterum dico: hæc veritas. Deceptus fuisti, & spiritus mendax in ore pseudoprophetarum supplantauit te. Sed ecce euanuit falsitas, luce veritatis oborta. Si adhuc (quod absit) pergis in tua obstinatione persistere, ego te interim non iudicabo, est qui quærat & iudicet. Ego autem parco tibi, dissimulans & differẽs interim in virga venire ad te. Porro in misericordia & spiritu mansuetudinis allicere te nobis curabo, si potero: nam id mihi sentio familiarius esse, & tibi persuasibilius fore non dubito. Illum sanè euaginare super te gladium non cunctabor, qui in materno meo pectore iacet reconditus, continuus vtique dolor cordi meo, & crebertimi

Psal. 103.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ad deum gemitus pro te donec venias. Quod si omnes huius tam pie ferientis ensis, secundum duritiam tuam & cor impœnitēs frustraueris ictus, nec possit quandoque dicere anima tua, quia vulnerata charitate ego sum: tu de te videris. Nā non solum iam veritas, sed & charitas liberabit nos. Sed quid dixi? Quomodo miser, quomodo liberabor effusis visceribus filio pereunte? Non quiescet affectus, etsi non sequatur effectus: non sedabitur dolor, non cessabunt lachrymæ. Exhibebo tibi quandiu vixero alterum Samuelem, tu vtinam non alterum Saulem mihi. Rogabo te rogabo pro te, vt venias. Veni, veni priusquam moriamur: vt qui dileximus nos in vita, in morte non separemur.

Ad Herbertum abbatem sancti Stephani Diuionensis.
Epistola CCXXXIII.

SI frater Ioannes dixit in nos vel scripsit quod nō decuit, vel quomodo non decuit, non tā nos lædit quā seipsum. Magis nanque ita scribendo suam prodidit leuitatem, quàm nostrum deprehendit errorem. Quanquam etsi læsisset in aliquo, nostrum tamen non erat reponere malum. Attendens proinde nō quid ille mereatur, sed quid me deceat, donari iuueni etiam à vobis hanc culpam rogo & supplico, quę magis gloriolam quàm malitiam redolere videtur: ita tamē, vt manum deinceps inhibeat à scribendis tractandisve, quæ supra ipsum esse constiterit. Nam vt liquidò satis apparet, in hoc exigo quod præsumpsit, opus erat stylo & animo maturiori. Certum enim sit vobis, hominem, licet in breui pagina, aut non scripsisse vt sensit, aut non sensisse vt debuit.

Ad dominum papam Cœlestinum pro intruso Eboracensi.
Epistola CCXXXIIII.

OPortet vos secundum iustitiam quæ ex lege est, suscitare semē fratris vestri defuncti. Quod digne implebitur, si papæ Innocentij, cui in hæreditate domini succesistis, & defenditis bene gesta, & minus adimpleta perficitis. Præ manibus est in quo id liceat experiri. Causam Eboracēsis ecclesiæ per eum fuisse decisam qui nesciat? At quomodo executioni mādatum sit quod egressum est de labiis tanti
2.Reg.1.c viri, vtinam nesciretur. Quis det vt nō annuucietur in Geth, neque in compitis Ascalonis? Sed vt verbum abbreuiatum faciam auribus occupatis, audiat paucis dominus me⁹ quid dictum fuerit, & quid factum teneamus. Cum in multis accusaretur is qui sibi vendicare electionem in præfata ecclesia impiè cupiebat, tandem omnis controuersia ad testimo-
I nium viri illustris Vvilhelmi ipsius ecclesiæ tunc decani cōquiescere iussa est: vt nisi capitulum intrusionis quod huic inter cætera impingebatur, ille propriæ manus iuramento amoueret, suis omnino conatibus tanta frustraretur ambitio. Hoc autem non ex iudicio, sed ex misericordia. Sic enim rogauerat ipse. Mitissima plane sententia, quippe cum de plurimis & pessimis pulsaretur, quæ nullatenus propulsare volebat. Sed vtinam vel ipsa stet. Quid enim si non sufficit iuri, dummodo sufficiat ecclesiæ liberationi? Non causamur sententiæ remissionem, quæ nil nocuit. Neque enim proficit aduersario etsi largior indulgentia, qui ne ipsum quod vltro spoponderat, implere præualuit. Nā de quo præsumere visus est, defecit ei, ne sibiipsi deficeret peierās. Quādo enim vir bon⁹ attestaretur homini quem rumor publicæ opinionis & operis veritas detestaretur? Quid ergo? Ille non iurauit, & iste episcopus est. O rem ignorantia omnium dignam, & perpetuo, si fieri posset, silentio comprimendā. Verum id sero. Heu, notus est orbi triumphus diaboli. Vbique pertonat plausus incircuncisorum, & plāctus bonorum, pro eo quòd videatur sapientiam vicisse malitia. Monstratur digito matris ecclesiæ turpitudo: patris Innocentij verenda irridentur denudata à seruo nequam, quoniam mortuum putat, sed viuit in vobis. Si is exitus imminebat. cur è lōginquo Romam est pertracta causa spurcissima, vmbra magis & angulo digna? Cur tāta mari terrāque à multis assumpta fatigatio? Cur a finibus terrę euocati viri religiosi, qui eum accusarent, & pauperum Christi marsupia longi itineris expēsis exhausta sunt? Nō poterat episcopari turpis infamisque persona (quod inuitus dolénsque loquor) nisi quæ in illo horrebat Anglia, & Frācia abominabatur, etiam Roma cognosceret? K Quàm melius in Romana curia causa eius minime ventilata fuisset, & non tangeret vel sacra limina generalis atque horribilis fœtor? Quàm tolerabilius ignorasset apostolica sedes tam intolerabile malum, quā tolerat manifestū? Quid istud temeritatis fuit? Publice infamatus, ante iudicem accusatus, nec purgatus, imò & conuictus, & sic consecratus est. Viderit qui huic manum post ista imposuit, ā magis execratus dicere debuerim. Non enim negabit sic se ista habere, non negabit sic se ex literis apostolicis ad se pro hoc ipso directis eadem comperisse. Dicat forte aliquis, quia non est datum iudicium non fuisse conuictum. Ego dico & confessum. Nam qui vt iudicium euaderet, vltro elegit ad testimonium Vvilhelmi decani confugere, illo sibi deficiente, quid nisi suo iudicio à causa decidit, ore proprio cōdemnatus? Quæ cum ita sint, videte domine pater, ne declinet cor vestrū in opus ma- 4.a
litiæ, quoniam (secūdum prophetam) declinantes in obligationem, adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Alioquin quod consilium datis misēris abbatibus illis quos ad accusandum eum vocatio apostolica Romam traxit, sed & aliis quampluribus ex illo episcopatu viris religiosis, sintne obedituri huic, & sacramenta accepturi ab homine bis intruso? Primo quidem per regem, deinde per legatū. Quippe qui L
illum in sanctuarium dei contra ius & fas, contra mādatum summi pontificis, in iniuriam sumnę sedis & totius Romanę curiæ, cum non potuit per ostium, fodit argenteo (vt aiunt) sarculo, vnde impudenter intrusit. Ante (nisi fallor) suis sedibus exulabunt, quàm dare acquiescant manus idolo huic, nisi vestra violēta auctoritas obuiarit. Cęterum quàm sanctiori vestróque apostolatu digniori zelo gladiū Phinees in cōfusionem duorum tam turpiter fornicatiū stringeretis, quā tot sanctos, aut de suis fugere locis permittitis, aut cōtra cōscientias suas cogitis remanere?

Ad totam curiam Romanam, vnde supra.
Epistola CCXXXV

Dominis & patribus reuerendis episcopis cardinalibus curiæ frater Bernardus Clarauallis vocatus abbas, salutem & nostras qualescunque orationes.

OMnibus scribendum fuit de eo quod spectat ad omnes. Nec vereor ne forte præsumptionis arguar, quippe qui licet omniū minimus, tamē Romanę curię iniuriā à me non iudico alienā, Vrimur assidue, dico vobis, vrimur grauiter ni mis, ita vt nos tædeat etiā viuere. In domo dei videmus horrenda. Et quia corrigere nos non possumus, saltem suggeri- M
mus his ad quos spectat. Siquidem emendauerint, bene: sin autem, nos animas nostras liberauimus, vos excusationem non habetis de peccato. Non ignoratis prolatam esse sententiam à domino papa bonæ memoriæ Innocētio, cum vestro & Romanę curiæ generali assensu, irritam esse Vvilhelmi Eboracensis electionem, imò intrusionem, nisi Vvilhelmus alter tūc decanus, quod obiectum ei fuerat, proprię manus iuramento repelleret. Nec vos latuit quàm plena esset sententia, non iudicij, sed misericordię, nimirum cum hoc Vvilhelmus ipse quæsisset. Sed vtinam vel ipsa stet, & quod aduersus eam factum est, stare non possit. Quid enim? Non iurauit ille, & iste in cathedra pestilentiæ sedet. Quis tribuat vt aduersus fornicationem hanc, Phinees cum pugione procedat, aut viuat in sede sua Petrus, qui spiritu labiorum suorum interficiat impios? Multi clamant ad nos in toto corde suo, vt faciat crilegium hoc digna animaduersione vindicare studeatis. Alioquin dico vobis, scandalum magnum nimis erit in ecclesia dei, & timeo ne Romanæ sedis auctoritas grauem admodum iacturam & detrimentū grande suscipiat, nisi in eum qui peruertit generalem eius sententiam, vindicta processerit, & taliter, vt cæteri metum habeant. Quid enim de eo dicam, quòd occultas & vere tenebrosas literas habuisse se gloriatur Vvilhelmus ille, vtinam à principibus tenebrarum, nō à principibus apostolorum? Et ecce audierunt filij incircuncisorum, subsannant Romanam curiam, à qua post datā tam manifestam sententiam furtim datas esse aiunt cōtrarias literas. Quid dicam vobis? Si non vos vrit scandalum graue, quo scandalizantur

A scandalizantur non pusilli, sed magni & perfecti viri? si non compatimini pauperibus abbatibus, quos à finibus terræ vocatio apostolica Romam traxit, si non miseremini magnis & religiosis monasteriis, quibus omnino sub incubatore illo destructio imminet, si (quod primum dicere debui) zelus domus dei non comedit vos: nunquid vsque adeo inimici hominis versutia prævalebit, vt proprium quoq; contemptum, & infamiam hanc pessimam ecclesiæ principes æquanimiter ferant? Quid enim si sacrilegam homo ille consecrationem recepit? Profecto longe gloriosius erit iam eleuatum deiicere Simonem, quàm prohibere cōantem. Alioquin quid facietis religiosis viris, qui omnino non inueniunt salua conscientia, vel ipsa communia sacramēta de leprosa manu suscipere? Ante (ni fallor) eligent fugere, quàm dare manus morti: & exulare prius quàm vesci idolothytis. Quòd si cōtra conscientias suas coēgerit eos Romana curia curuare genua ante Baal, videat deus & iudicet, videat curia illa cœlestis, in qua nulla poterit ambitione subuerti iudicium. In fine omnium obsecrat vos puer vester per viscera misericordiæ dei nostri, si quis in vobis est zelus dei, miseremini ecclesiæ sanctæ saltem vos amici eius, & quantum potestis date operam ne tam detestabili facto detur assensus.

B *Ad omnem curiam Romanam, quando elegerunt abbatem sancti Anastasii in papam Eugenium.*
Epistola CCXXXVI.

Dominis & patribus reuerendis cardinalibus & episcopis omnibus, qui sunt de curia, puer sanctitatis eorum.

PArcat vobis deus, quid fecistis? Sepultum hominem reuocastis ad homines, fugitantem curas & turbas curis denuo implicuistis, & immiscuistis turbis. Fecistis nouissimum primum, & ecce nouissima illius periculosiora prioribus. Crucifixus mundo, per vos reuixit mundo: & qui elegerat abiectus esse in domo dei sui, ipsum vos in dominum omnium elegistis. Cur consilium inopis confudistis? Cur pauperis hominis & mēdici & compuncti corde iudicium perturbastis? Currebat bene. Quid vobis visum est sepire vias eius, auertere semitas, gressus inuoluere? Quasi descēderet de Hierusalem, & non magis ascenderet de Hierico, sic incidit in latrones. Et qui se tanquam violētis quibusdam diaboli manibus, carnis illecebris, & gloriæ seculi potenter excusserat, non tamen valuit effugere manus vestras. Num idcirco Pisam deseruit, vt reciperet Romam? Num qui in vna ecclesia non substinuit vicedominatum, dominatum in omni ecclesia requirebat? Quid igitur rationis seu consilij habuit defuncto summo pontifice repente irruere in hominem rusticanum, latenC
Psa.149.b ti iniicere manus, & excussa è manibus securi & ascia vel ligone, in palatium trahere, leuare in cathedram, induere purpura & byssō, accingere gladio ad faciēdam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis? Sic non erat inter vos sapiens & exercitatus cui potius ista conuenirent? Ridiculum profecto videtur, pannosum homuncionem assumi ad præsidendum principibus, ad imperandum episcopis, ad regna & imperia disponenda. Ridiculum, an miraculum? Plane vnum horum. Non nego, non diffido posse fuisse hoc etiā opus dei, qui facit mirabilia magna solus, præsertim
Psal.117.c cum audiam vsquequaque ex ore multorum, quoniam à domino factum est istud. Sed nec ego oblitus sum iudiciorū dei antiquorum, & scripturæ plurimos recensentis ex priuata seu etiam rusticana vita olim assumptos in voluntate domini ad regendum populum eius. Deniq; nónne (vt vnum è pluribus memorem) tali quodam modo elegit Dauid seruum suum, & suscepit eum de gregibus ouium, de post fœrantes accepit eum? Ita, inquā, ita & de nostro Eugenio in beneplacito domini potuit contigisse. Non sum securus tamen, quoniam filius delicatus est, & tenera verecūdia eius assueta potius ocio & quieti, quàm tractandis quæ foris sunt: timendúmque ne non ea auctoritate qua oportuerit, sui apostolatus officia exequatur. Quid putatis gerere animi nūc hominem illum, qui de secreto internæ contemplationis, & amica solitudine cordis tanquam infans è gremio & sinu matris subitò perturba- D
tus, tractum se ad medium videt, & quasi ouem ad victimam ductum ad tam insueta & insuauia? Nisi dominus supponat manum suam, heu, necesse est obruatur & opprimatur onere insueto & nimio, quod & gigantinis (vt aiunt) vel ipsis quoque angelicis humeris formidabile videatur. Veruntamē quia sic factum est, & sicut multi dicunt, à domino factum est, vestra interest charissimi, vestris feruentibus studiis fidelibúsq; obsequiis solicite confouere quod vestris manibus constat elaboratum. Si qua ergo cōsolatio in vobis, si qua virtus charitatis in domino, si qua miseratio pietatis, si qua compassionis viscera, assistite & collaborate illi in opere ad quod assumptus est per vos à domino. Quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunq; iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, hæc ei suggerite, hæc suadete, hæc agite, & deus pacis erit vobiscum.

Ad dominum papam Eugenium, prima
Epistola CCXXXVII.

Amantissimo patri & domino dei gratia summo pontifici Eugenio, Bernardus Clarauallis vocatus abbas, modicum id quod est.

AVditum est in terra nostra & celebri sermone vulgatum verbum hoc, quod factum est de vobis à domino. Presse- E
ram stylum hactenus, rem tacitus considerābam. Expectabam enim literas vestras, & præueniri à vobis in benedictionibus dulcedinis. Expectabam virum fidelē qui veniret à latere tuo, qui diceret cuncta per ordinem, quid, quomodo, vel qualiter actum esset. Expectabam si quis forte de filiis meis reuerteretur, qui leniret dolorem patris, qui diceret: Ioseph filius tuus Gene. 45.c
viuit, & ipse dominatur in tota terra Aegypti. Hinc est quòd literæ istæ non sunt voluntatis, sed necessitatis, & amicorum extortæ precibus, quibus negare non possum modicum illud quicquid residuum est vitæ meæ. Quia tamen semel cœpi, loquar ad dominum meum. Iam enim filium dicere non audeo, quia filius in patrem, pater mutatus est in filium. Qui post me venit, ante me factus est: sed non inuideo, quia quod mihi dederat, in eo me habere confido, qui non solum post me, sed etiā per me venit. Nam si dignaris, quodammodo per euangelium ego te genui. Quæ est ergo spes nostra, & gaudium nostrum, & corona gloriæ? nónne vos ante deum? Denique filius sapiēs gloria est patris. Amodo tamen non vocaberis filius: sed vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. Hæc Psal.76.a
est mutatio dexteræ excelsi, & multi in mutatione ista gaudebunt. Nam quemadmodum olim Abram in Abraham, Iacob Gene.17.a
in Israël: & vt de tuis magis prædecessoribus tibi proponam, Marc.3.b
sicut Simō in Cepham, Saulus in Paulum: sic filius meus Ber- Act.13.a
nardus in patrem meum Eugenium, læta prorsus & vtili, vt F
speramus, translatione promotus est. Digitus dei est iste, susci- 1.Reg.2.b
tans de puluere egenum & de stercore erigens pauperem: vt Psal.122.d
sedeat cū principibus, & soliū gloriæ teneat. Superest vt facta hac mutatione tui ipsa quoque quę tibi commissa est domini tui sponsa mutetur in melius: & iam nequaquam Sarai, sed Sara decætero nominetur. Intellige quæ dico. Dabit enim tibi dominus intellectum. Si amicus sponsi es, ne dixeris dilectam eius principem meam, sed principem: nil tuum in ea vēdicans, nisi quod pro ea si oportuerit etiam animam dare debes. Si Christus te misit, æstimabis te non ministrari, sed ministrare venisse: & ministrare non solum substantiam, sed ipsam quoque animam, sicut prefatus sum. Verus successor Pauli dicet cum Paulo: Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiu- 2.Cor.1.d
tores sumus gaudij vestri. Petri hæres audiet Petrum dicentem: Neque vt dominantes in clerum: sed forma facti gregis. I.Petr.5.a
Sic enim iam non ancilla, sed libera etiam & formosa speciosissimi sponsi per te in desideratos adscisceretur amplexus. Alioquin per quem alium hæc tam debita libertas sperabitur: si & tu (quod absit) in Christi hæreditate quæras quæ tua sunt: qui iam & ante didiceras non dico tua non retinere, sed nec tuus esse: Ergo fiduciā talem habens in te, qualem in nullo prædecessorum tuorū à multis retro tēporibus visa est habuisse: exultat merito vbiq; & gloriatur in domino omnis ecclesia sanctorū: & specialiter illa cuius vterus te portauit, & cuius vbera

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tu suxisti. Quid ergo? Nónne & mihi licet gaudere cum gaudentibus? Nūquid non ero vnus de numero lætantium? Exultaui, fateor: sed cum tremore. Exultaui, sed in ipso exultationis meæ articulo timor & tremor venerūt super me. Ego enim etsi nómen patris depositi, sed non timorem, sed non anxietatem, postremò nec affectum, nec viscera patris. Considero gradum, & casum vereor. Considero fastigium dignitatis, & intueor faciem abyssi iacentis deorsum, Attendo celsitudinem honoris, & è vicino periculum reformido, pro eo quod scriptum est: Homo cum in honore esset, non intellexit. Quod quidem ad causam magis quàm ad tempus arbitror esse referendum: vt sic intelligatur dictum, cum in honore esset, non intellexit: ac si diceretur: honor absorbuit intellectum. Et quidem elegeras abiectus esse in domo dei tui, & recumbere in nouissimo loco in conuiuio eius, sed placuit dicere ei qui te inuitauit: Amice ascende superius. Itaq; ascendisti in altum: noli altum sapere, sed time: ne forte contingat serò miserabilem illam emittere vocem: A facie iræ & indignationis tuæ eleuans allisisti me. Altiorem quippe locum sortitus es, sed non tutiorem. Sublimiorem, non securiorem. Terribilis prorsus, terribilis est locus iste. Locus, inquam in quo stas, terra sancta est, locus Petri est, locus principis apostolorum, vbi steterunt pedes eius. Locus illius est quem cōstituit dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Si forte declinaueris à via domini, sepultus est in eodem loco, vt sit tibi contra in testimonium. Meritò tali pastori tali nutricio commissa est ecclesia. cum adhuc tenera, adhuc in incunabulis esset: cuius docta magisterio, & exemplo educata, omnia terrena calcaret, vtpote qui excusserat manus suas ab omni munere, qui dicebat de corde puro & conscientia bona: Argentum & aurum non est mihi. Hæc hactenus. Cæterum causa quare ante tempus scripserim vobis, hæc est. Vintoniensis episcopus, & Eboracensis archiepiscopus, non gradiuntur vno spiritu cum Cantuariensi archiepiscopo, sed incedunt sibi ex aduerso: & hæc vetus est de legatione querela. Veruntamē quis est ille, & qui sunt illi? Nōne Eboracēsis ipse est. cui te præsente, cum adhuc esses quasi vnus ex nobis, fratres tui restiterunt in faciem: eo quod reprehensibilis erat? Sed sperauit in multitudine diuitiarū suarum, & præualuit in vanitate sua. Certū est tamen quòd non intrauit per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde. Si pastor fuisset, diligendus erat: si mercenarius, tolerādus. Nūc autem cauendus & repellendus, vtpote fur & latro. Quid dicam de domino Vintoniensi? Opera quæ ipse facit, testimonium perhibent de eo. Porro archiepiscopus Cantuariensis cui aduersantur, vir religiosus est, & suaueolentis opinionis. Pro ipso petimus vt respondeat ei iustitia sua. Verūm illorum iniquitas super eos vt fiat, sicut scriptum est: Iustitia iusti super eum erit: & impietas impij erit super eum. Cum acceperis tempus, secundum opera manuum illorum retribues illis: vt sciant prophetam esse in Israël. Quis mihi det antequam moriar videre ecclesiam dei sicut in diebus antiquis: quando apostoli laxabant retia in capturam, non in capturam argenti vel auri, sed in capturam animarum? Quàm cupio illius te hæreditate vocem, cuius adeptus es sedem? Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem. O vox tonitrui, ô vox magnificentiæ & virtutis, ad cuius terrorem confundātur & cōuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Hoc vehementer expectat & omnino expetit à te mater tua, hoc filij matris tuæ pusilli cum maioribus desiderant, hoc suspirant, vt omnis plantatio quam non plantauit pater cœlestis, tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim constitutus es super gentes & regna, vt euellas & destruas, & ædifices & plantes. Multi audito hoc verbo dixerunt apud se: Iam securis ad radicem arborum posita est. Multi dicunt in corde suo: Flores apparuerunt in terra nostra, tēpus putationis aduenit, in quo sarmenta sterilia recidētur, vt ea quę prędalent, vberius fructum afferant. Cōfortare igitur, & esto robustus, manus tuæ in cruicibus inimicorum tuorum. Vendica tibi animi constantia & vigore spiritus partem, quam dedit extra fratres tuos tibi omnipotēs pater, quam & tulit de manu Amorræi in gladio & arcu suo. In omnibus tamen operibus tuis memento te esse hominē, & timor eius qui aufert spiritum principum, semper sit ante oculos tuos. Quātorum in breui Romanorum pontificum mortes tuis oculis aspexisti? Ipsi te prædecessores tui, tuæ certissimę & citissimæ decessionis ad moneant, & modicum tempus dominationis eorum, pauci-tatem dierum tuorum nunciet tibi. Iugi proinde meditatione inter huius transeuntis gloriæ blādimenta memorare nouissima tua, quia quibus successisti in sedem, ipsos sine dubio sequēris ad mortem.

Psal.48.c

Luc.14.c

Psal.101.b

Act.3.a

Ad eundem, de Eboracensi intruso.
Epistola CCXXXVIII.

IMPORTVNVS sum, sed habeo excusationem. Eugenij apostolatus excusat me. Aiunt non vos esse papam, sed me, & vndique ad me cōfluunt qui habent negocia. Nec desunt in tanta multitudine amicorum, quibus officium negare non possum, non solum absque scandalo, sed etiam absque peccato. Et nunc est etiam alia excusatio non minus idonea, quia causa honestissima est. Contra idolum illud Eboracense iteratò stylus dirigitur, ea scilicet necessitate, quòd sæpenumero hoc telo impetitum à nobis, necdum confossum est. Cur hoc? Quia nil forte à nobis tale directum est, qualis fuit gladius Ionathæ, qui nunquam rediit retrorsum. Nec sane fuit culpa iaculi, sed dirigentis iaculum. Patet enim quod non in ea qua oportuit fortitudine missum est. Nec mirum. Quis enim in manu forti sagittas mittere potest, nisi filius excussorum? Qui locum Petri tenet, potest vno ictu extinguere Ananiam, vno Simonem Magum. Et vt planius quod loquimur fiat, peremptoriam dare sententiam ad depositionem episcoporum, solius Romani pontificis noscitur esse, pro eo nimirum quòd etsi alij multi vocati sunt in partem solicitudinis, solus ipse plenitudinem habeat potestatis. Solus proinde, si dicere audeam, in culpa est, si culpa non feritur quæ ferienda est, & eo impetu quo fuerit ferienda. Quo autem impetu, non dico ferienda, sed fulminãda fuerit prædicti Eboracensis culpa, vestræ conscientiæ derelinquo. Cæterum quod factum non est vobis credimus reseruatum: vt in eo experiatur ecclesia dei, cui ipso auctore præestis, feruorem zeli vestri, potentiam brachij vestri, & animi sapientiam, & timeat omnis populus sacerdotem domini, audiens sapientiam dei esse in illo ad faciendum iudicium.

Act.9.a

Matt.21.b

Ad eundem pro eodem Epistola CCXXXIX.

QVàm cupio semper illa de vobis audire, in quibus glorificetur deus, honoretur ministerium vestrum, & anima mea lætificetur! Inde est quòd audita responsione vestra de quibusdam qui ad officium legationis nimium videbantur & ambitiosè aspirare, & impudenter sperare, supra quàm dicere possumus, facti sumus lætantes. Non autem nos tantum, sed & omnes qui diligunt nomen vestrum, gauisi sunt gaudio magno. Porro visis literis vestris, quas pro causa Rutinensis Ecclesiæ destinastis: tunc prorsus, tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Hæc atque huiusmodi digna sunt vestro apostolatu, summam sedem nobilitant, decent plane orbis episcopum. Vnde & flecto genua mea ad ipsum vnici huius vestri primatus auctorem, vt det vobis sic sapere, & sic agere semper in euellēdo & plantando, in destruendo, & ædificando. Siquidem in ruinam & resurrectionem multorum ascendistis hanc cathedram. Ruant, ruant qui noxiè stant: erigantur digni. Ponatur securis ad radicem sterilium plantationum, purgentur fructiferæ, vt fructum plus adferant. Præsidente, inquam, humili Eugenio, deponantur superbi de sede, & exaltentur humiles. Esurientes impleantur bonis, & diuites dimittantur inanes. Nuper nempe exultatione vniuersæ terræ ita factum est in causa cuiusdam pauperis episcopi. Age ergo, transeat iam sanctus hic pietatis zelus & ad miseram illam Ecclesiam transmarinam: quia tempus miserēdi eius. Vinea domini sabaoth est, vinea electa, vinea speciosissima: sed, heu, in desertum penè redacta: quia singularis ferus depascitur eam. Cur dicunt inter gentes, vbi est deus eius? Vbi quem posuerunt custodem in vineis? Vbi manus putans, vbi farculus excolentis? Quousque sarmento inutili occupatur tellus, suffocatur fructus? Et certe tempus putationis aduenit. Siquidem homo pacis

A mo pacis eius, in quo sperauit quòd se purgare deberet, non purgatione, sed amputatione opus esse testatur. Extant denique literæ ipsius de eo ad apostolicæ sedis legatum: in quibus manifeste manifestam adserit intrusionem, electionem negat. Ita ergo quem sibi parauerat defensorem, accusatorem sustinet. Ac hæc quæ vbique de eo publica fama concelebrat: etiam virum militarem possent omni iure spoliare cingulo militari. Quomodo iam poterit state, vbi multiplex vobis subest ratio deiiciendi, & voluntas non deest? Legi siquidem zelum vestrum pro Ecclesia illa in literis vestris: & iam exigo de manibus vestris. Quanam via procedendum sit ad eius deiectionem (neque enim vna mihi esse videtur) non est meum dictare sapienti. Nec multum nostra interest in qua parte arbor infructuosa cadat, dummodo cadat. Dico tamen. Qui sibi possessionem vindicat furtiuarum commercio literarum: nónne fur est & latro? Denique vbi adserit habuisse se clandestinas literas execrationis suæ: aut verum est aut falsum quod loquitur. Si verum: reus est furti, & summi pontificis criminator. Si falsum: debet audire: Occidisti, & possedisti. Os enim quod mentitur, occidit animam. Sed absit vt tanta de tali viro credatur duplicitas, quanta ab isto ei imponitur. Nempe Innocentius hic erat: cui si pro se respondere liceret, proculdubio diceret huic: quia ego palam in te dedi sententiam, & in occulto locutus sum nihil.

Iohem.1.c

B

Ad Hildesonsum comitem sancti Egidij, de Henrico hæretico.
Epistola CCXL.

QVanta audiuimus & cognouimus mala quæ in ecclesiis dei fecit & facit quotidie Henricus hæreticus? Versatur in terra vestra sub vestimentis ouium lupus rapax, sed ad domini designationem à fructibus eius cognoscimus illum. Basilicæ sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reuerentia sunt, & sine Christo deinde Christiani. Ecclesiæ synagogæ reputantur, sanctuarium dei sanctum esse negatur, sacramenta non sacra censentur, dies festi festiuis frustrantur solenniis. Moriuntur homines in peccatis suis, rapiuntur animæ passim ad tribunal terrificum, heu, nec pœnitentia reconciliati, nec sacra communione muniti. Paruulis Christianorum Christi intercluditur vita, dum baptismi negatur gratia: nec saluti propinquare sinuntur, saluatore licet pie clamante pro eis: Sinite, inquit, paruulos venire ad me. Ergóne qui homines & iumenta saluauit, quemadmodum multiplicauit misericordiam suam deus, ad solos tamen innocentes non patitur eandem tam multam misericordiam peruenire? Quid quæso, quid inuidet paruulis saluatorem paruulum qui natus est eis? Inuidia hæc diabolica est, inuidia hac mors intrauit in orbem terrarum. An putat paruulos saluatore non egere, quia paruuli sunt? Si ita est, ergo gratis magnus dominus factus est paruus: vt omittam quòd flagellatus est, quòd sputis illitus, quòd cruci affixus, quòd denique mortuus est. Non est hic homo à Deo, qui sic contraria Deo & facit & loquitur. Proh dolos, auditur tamen à pluribus, & populum qui sibi credat, habet. O infelicissimum populum. Ad vocem vnius hæretici siluerunt in eo omnes propheticæ & apostolicæ voces, quæ de conuocanda in vna Christi fide è cunctis nationibus ecclesia, vno veritatis spiritu cecinerunt. Ergo fefellerunt diuina oracula, falluntur omnium oculi & animi, qui quod legunt prædictum, intuentur impletum. Quàm certe manifestam omnibus veritatem solus iste stupenda & prorsus Iudaica cæcitate aut non videns, aut inuidens adimpletam, simul nescio qua arte diabolica persuasit populo stulto & insipienti de re manifesta nec suis credere oculis, fefellisse priores, errare posteros, totum mundum etiam post effusum Christi sanguinem perditum iri, & ad solos quos decipit, totas miserationum dei diuitias, & vniuersitatis gratiam peruenisse. Et nunc huius rei gratia, licet in multa corporis infirmitate, iter arripui ad has partes, quas potissimum singularis ferus depascitur, dum non est qui resistat, neque qui saluum faciat. Quippe de tota Francia pro simili effugatus malitia, has solas sibi inuenit expositas: in quibus fiducialiter sub tuo dominatu in gregē Christi toto furore bacchatur. Quod tuóne honori congruat, princeps illustris ipse iudicato. Nec mirum tamen si serpens ille callidus decepit te, quippe speciem pietatis habens, cuius virtutem penitus abnegauit. Sed nunc audi quis ille sit. Homo apostata est, qui relicto religionis habitu (nam monachus extitit) ad spurcitias carnis & seculi, tanquam canis ad suum vomitum, est reuersus. Præ confusione autem habitare inter cognatos & notos non sustinens, vel potius nō permissus ob magnitudinem criminis, succinxit lumbos suos, & iter quà nescíebat arripuit: factus gyrouagus & profugus super terram. Cúmque mendicare cœpisset, posuit in sumptu euangelium: nam literatus erat. Et venale distrahens verbum dei, euangelizabat vt manducaret. Si quid supra victum elicere poterat à simplicioribus populi, vel ab aliqua matronarum, id ludendo aleis, aut certe in vsus turpiores turpiter effundebat. Frequenter siquidem post diurnum populi plausum, nocte insecuta cum meretricibus inuentus est prædicator insignis: & interdum etiam cum coniugatis. Inquire si placet vir nobilis, quomodo de Lausana ciuitate exierit, quomodo de Cenomanis, quomodo de Pictaui, quomodo de Burdegali: nec patet ei vspiam reuersionis aditus, vtpote qui fœda post se vbique reliquerit vestigia. Tu de tali arbore tandem bonos sperabas fructus? Terræ profecto in qua est, fecit fœtere odorem in vniuersa terra, quia non potest (iuxta sermonem domini) arbor mala fructus bonos facere. Hæc ergo, vt dixi, causa aduentus mei. Nec à meipso nunc venio, sed vocatione pariter & miseratione ecclesiæ trahor, si forte spina illa, & parua ipsius, dum adhuc parua sunt, germina de agro dominico extirpari queant, non mea, qui nullus sum, sed sanctorum cum quibus sum episcoporum manu, tua quoque potenti dextera cooperante. In quibus præcipuus est venerabilis Hostiēsis episcopus ab apostolica sede ad hoc ipsum directus, homo qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit Ecclesiæ suæ in multis per illum dominus omnipotens. Tua interest vir inclyte, honorifice suscipere illum, & eos qui cum ipso sunt: ac ne tantus labor tantorum virorum pro tua potissimum tuorúmque salute susceptus, inefficax sit, secundum potestatem desuper datam tibi, operam dare.

C

D

E

F

Matt.7.a

Ad Tholosanos, post reditum suum.
Epistola CCXLI.

IN aduentu charissimi fratris & coabbatis nostri Bernardi de Grandisylua exultauimus, & delectati sumus in his quæ dicta sunt nobis ab illo de constantia & synceritate fidei vestræ in deum, de perseuerantia dilectionis & deuotionis in nos, de zelo & odio aduersus hæreticos, ita vt quisq; vestrum merito dicere possit, Nónne qui oderunt te domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Gratias agimus deo, quia non fuit ociosus aduentus noster ad vos: & mora quidem breuis apud vos, sed non infructuosa. Veritate nimirum per nos manifestata non solum in sermone, sed etiam in virtute, deprehensi sunt lupi, qui venientes ad vos in vestimentis ouium deuorābant plebem vestram sicut escam panis, sicut oues occisionis: deprehensæ vulpes quæ demoliebantur pretiosissimam vineam domini ciuitatem vestram. Deprehensæ, sed non comprehensæ. Propterea dilectissimi persequimini & comprehēdite eos, & nolite desistere donec penitus depereant & diffugiant de cunctis finibus vestris, quia non est tutum dormire vicinis serpentibus. Sedent in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiant innocentes. Fures sunt & latrones, quales in euangelio dominus notat. Subuersi sunt & parati ad subuertendum, plane maculatores famę vestræ, corruptores fidei vestræ. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Præsertim talium sermo, sicut dicit beatus apostolus, serpit vt cancer. Quis dabit mihi vt habeam opportunitatem semel adhuc veniendi ad vos? Nam voluntatem habeo si quomodo possim in voluntate domini secundò videre vos, laborem non reputaturus, quāuis corpore infirmus & debilis, pro vestra exhortatione & salute. Interim autem sic state in domino charissimi, sicut cœpistis & accepistis à nobis. Obedite episcopo cæterisq; præpositis vestris magistris ecclesiæ. Habete diligentiā hospitalitatis, quia per hanc multi placuerunt deo. Abraham

Matt.7.b

Psal.138.d

Psa.9.c

Ioan.10.a

1.Cor.15.d

2.Tim.2.6

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gpater veſter pro ſtudio ſancto quod in ſuſcipiendis peregri-
Gene.18.a nis habere ſolitus erat, angelos hoſpites ſuſcipere meruit. Si-
militer & Loth nepos eius pro ſimili deuotione & pia con-
Gene.19.a ſuetudine de eorum ſuſceptione exultauit. Et vos itaque ſi-
mili forma non angelos, ſed dominum angelorum ſuſcipite
in peregrinis, paſcite in egenis, operite in nudis, viſitate in
Matt.25.d languentibus, redimite in captiuis. Talibus hoſtiis prome-
retur Deus, qui in iudicio dicturus eſt: Quod vni ex his mi-
nimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Hoc etiam moneo vos cha-
riſſimi, quod & dicebam vobis cum præſens eſſem, vt nul-
lum extraneum ſiue ignotum prædicatorem recipiatis, niſi
qui miſſus à ſummo ſeu à veſtro permiſſus pontifice præ-
dicauerit. Quomodo, inquit, prædicabunt niſi mittantur? Ipſi
Rom.10.c ſunt qui inducentes ſibi formam pietatis, & virtutem eius pe
nitus abnegantes, prophanas nouitates vocum & ſenſuum,
tanquam melli venenum, verbis cœleſtibus intermiſcét. Ca-
uete proinde eos tanquam veneficos, & cognoſcite in veſti-
mentis ouium lupos rapaces. Sit vobis commendatus lator
epiſtolæ venerabilis abbas Grandisyluę, & domus eius, quæ
& noſtra eſt, nuper nobis & noſtro ordini ab ipſo tradita, &
Eccleſię Clarę allis ſpecialiter aſſociata. Oſtendite nobis in
ipſo & in ſanctis qui cum eo ſunt quantū profeceritis ex no-
ſtra admonitione in operibus miſericordiæ, & date in eis ex-
H perimentum veſtræ charitatis & deuotionis quam habetis
erga nos. Quicquid illis feceritis: mihi factum reputate. Gra-
tia dei & pax ſit vobiſcum. Amen.

Ad Romanos, quando diſceſſerunt à domino papa Eugenio.
Epiſtola CCXLII.

NObilibus & optimatibus atque vniuerſo populo Ro-
mano frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas, de-
1.Pet.3.b clinare à malo, & facere quod bonum eſt. Sermo mihi eſt ad
te populę ſublimis & illuſtris, cum ſim vilis exiguaque per-
ſona, ac nullius penè momenti homuncio. Id quidem vere-
cundum atque oneroſum mihi conſideranti, quis, quibus
ſcribam ſimulque quàm aliter hoc alius iudicare poſsit. Sed
leuius, cor verecundia apud homines periclitari, quàm con-
demnari apud deum ſilentio, veri taciturnitate, & abſcon-
Eſa.58.a ſione iuſtitiæ. Ipſe enim dicit, Annuncia populo meo ſcelera
Pſal.39.a eorum. Erit mihi etiam in teſtimonium ante faciem domini
ſi dicere potero, Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo,
veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. Pro huiuſmodi ſanè
non vereor, quāuis verecundia reluctante, pro mea ignobi-
litate ſcribere de longinquo ad populum glorioſum, atque
his literis tranſmontanis ſui ipſorum periculi atque peccati
commonere Romanos, ſi forte audiant & quieſcant. Quis
Dan.13.c ſcit ſi conuertantur ad precem pauperis, qui non cedūt po-
tentium minis, non omni armaturæ fortium? Nónne quon-
I dam in Babylone ad vocem pueri iunioris vnius, omnis ille
populus qui à ſenibus iniquis iudicibus ſeductus fuerat, re-
uerſus eſt ad iudicium, & ſic ſeruatus eſt ſanguis innoxius in
die illa? Ita nunc quoque etſi adoleſcentulus ſum ego & cō-
temptus, adoleſcentulus dico non annorum paucitate, ſed
meritorum: potens eſt tamen deus dare etiam voci meæ vo-
cem virtutis, per quam fiat vt & is populus quem nihilo mi-
nus conſtat eſſe ſeductum, ad iudicium reuertatur. Mea ergo
defenſio ad eos qui mihi hinc forte ſucceſendum indignan-
dúmve putauerint, hæc ſit. Si neque hoc ſatis eſt, etiam
iſtud adiicio. Communis eſt cauſa, & non eſt diſtinctio pu-
ſilli & magni. Dolor nempe in capite eſt, ac per hoc minime
alienus ne à minimis quidem vel extremis quibuſque corpo
ris partibus. Nec à me ergo. Peruenit profecto vſque ad me,
quanuis omnium minimum, dolor maximus iſte, quia ma-
ximus eſt, & quia cum ſit capitis, non poteſt non eſſe & corporis, cuius membrum ſum ego. Nunquid non dolēte capite clamat lingua pro omnibus corporis membris, in capite ſe dolere, & omnia per ipſam ſuum caput ſuumque capitis fatentur incommodum? Dimittite proinde, quæſo, dimittite vt plangam paululum apud vos dolorem meum, nec meum tantùm, ſed & totius Eccleſiæ. Nónne ipſius vox eſt hodie per vniuerſum mundum, Caput meum doleo, caput meum doleo? Quis namque vel nouiſſimus Chriſtianorum in toto ſit orbe, qui nó glorietur hoc capite, quod ambo illi glorioſi principes terræ, alter amiſſo, alter ſubmiſſo in cru- K
ce capite, ſuo triumpho extulerunt, ſuo ſanguine ornauerūt? Pſal.18.a
Ad omnem itaque ſpectat Chriſtianum iniuria apoſtolorū:
& ſicut in omnem terram exiuit ſonus eorum, ſic læſio eo-
rundem ab omnibus vſquequaque ſentitur, vſquequaq; pla-
gitur & doletur. Quid vobis viſum eſt ô Romani, offende-
re principes mundi, veſtros autem ſpeciales patronos? Cur
regem terrę, cur dominū cœli, furore tam intolerabili, quàm
irrationabili in vos pariter prouocatis, dum ſacram & apo-
ſtolicam ſedem diuinis regalibúſque priuilegiis ſingulariter
ſublimatam, auſu ſacrilego inceſſere, ſuóque minuere hono-
re conteditis, quam vel ſoli contra omnes, ſi oportuiſſet, de-
fendere debuiſtis? Sic fatui Romani non iudicantes, neque
quod honeſtum eſt diſcernentes, caput veſtrum atque om-
nium, quod in vobis eſt, deturpatis, pro quo magis nec ve-
ſtris ipſis ceruicibus parcendum à vobis foret, ſi neceſſitas
exegiſſet? Patres veſtri vrbi orbem ſubiugauerunt, vos vr-
bem proprietatis orbi facere fabulā. En Petri hęres, Petri ſe-
de & vrbe à vobis expulſus eſt. En rebus & domibus ſuis, Oſea.7.b
veſtris manibus ſpoliati ſunt cardinales, atque epiſcopi mi-
niſtri domini. O populę ſtulte & inſipiens, ô columba ſedu-
cta non habens cor. Nónne ille caput, & illi oculi tui erant?
Quid ergo nunc Roma, niſi ſine capite truncum corpus, ſine L
oculis frons effoſſa, facies tenebroſa? Aperi gens miſera ape-
ri oculos tuos: & vide deſolationem tuam iamiámque immi Thre.4.a
nentem. Quomodo in breui mutatus eſt color optimus, fa-
cta eſt quaſi vidua domina gētium, princeps prouinciarum?
Verùm initia malorum ſunt hæc, grauiora timemus. Nun-
quid non prope interitum es ſi perſiſtis? Reuertere reuertere
Sunamitis, reuertere ad cor tuum: agnoſce iam vel ſero, quę,
quanta, à quibus patiaris vel paſſa ſis. Recordare qua cauſa,
quo fine, per quos, & in quos vſus, non longe ante hos dies
cunctarum quæ in te ſunt eccleſiarum omnis ornatus & cē-
ſus profligatus eſt, quicquid in altaribus & in altarium vaſis,
quicquid in ipſis ſacris imaginibus auri & argenti reperiri
tunc potuit, manibus impiorum direptū & aſportatum eſt.
Quid ex his omnibus tu in tuis nūc marſupiis inuenis? Por-
ro decor dom⁹ dominī irrecuperabiliter periit. Et nūc quid
tibi viſum eſt iterare malitiam, innouare denuo ſuper te dies
malos? Quid modo vel lucri amplioris, vel certioris ſpei arri
det tibi? Niſi quòd in eo nouiſſima tua cernuntur incautio-
ra prioribus, quòd tunc quidem non ſolùm multi de plebe,
ſed etiam de clero & principibus nōnulli per orbem in ſchi-
ſmate illo fauerunt tibi. Nunc verò ſicut manus tuæ contra
omnes, ſic manus omnium contra te. Mundus eſt à ſanguine M
tuo mundus omnis præter te ſolam, & filios tuos qui in te
ſunt. Væ ergo nunc tibi populę miſerāde, & væ duplo quàm
ante, non ab exteris nationibus, non à feritate Barbarorum,
non à milibus armatorum. Væ tantùm à facie tuorum tibi,
væ à domeſticis & amicis, à clade inteſtina, à cruciatu præ-
cordiorum, à tortionibus viſcerum. Agnoſcisne iam quia nó
omnes pacifici qui domeſtici, nec omnes amici qui videtur?
Etſi aliàs nouerāmus, ſed nunc per te manifeſtius edocemur
omnem veritatem illius ſermonis domini, quem dixit, quo- Mich.7.b
niā inimici hominis domeſtici eius. Væ fratri à fratre in me- & Matt.
dio tui, & filiis à parentibus. Væ nó à gladiis, ſed à labiis ini- 10.
quis & à lingua doloſa. Vſquequo male in malo vos alteru-
trum confortatis: & gladiis labiorum inuicem ſternitis, inui-
cem perditis, vt ab inuicem conſumamini? Cōgregamini o-
ues diſperſæ, redite ad paſcua, redite ad paſtorem & epiſco-
pum animarum veſtrarum. Redite præuaricatores ad cor.
Quod loquor non quaſi hoſtis conuicians, ſed quaſi amicus
obiurgans. Habet vera amicitia nonnunquam obiurgatio-
nem, adulationem nunquam. Sed iungimus & obſecratione.
Obſecramus pro Chriſto reconciliamini deo, reconciliami-
ei principibus veſtris (Petrum loquor & Paulum) quos vti-
que in vicario & ſucceſſore ſuo Eugenio ſuis ſedibus & æ-
dibus effugaſtis. Reconciliamini, inquam, orbis principibus,
ne forte incipiat pro eis pugnare orbis terræ contra inſenſa-
tos. An neſcitis quia his offenſis nihil omnino valetis, his p-
pitiis nihil omnino timetis? Non, inquam, non timebis ſub
horum tutela milia populi circundantis te, vrbs inclyta, ci-
uitas fortiū. Reconciliare proinde illis ſim ul & milibus mar

tyrum

A tyrum, qui quidem apud te, ſed contra te ſunt propter gran-
de peccatum quod peccaſti, in quo & perſiſtis. Reconciliare
etiam omni Eccleſiæ ſanctorum, qui vbique terrarum audi-
to hoc verbo ſcandalizati ſunt. Alioquin pagina iſta contra
Sapien.5.a te in teſtimonium erit: ſed & ipſi apoſtoli & martyres tui ſta-
bunt in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerūt,
& qui abſtulerunt labores eorum. Sed iam finem loquendi
omnes pariter audiamus. Annunciaui iuſtitiam, prænuncia-
ui periculum, veritatem non tacui, hortatus ſum ad meliora:
ſupereſt vt aut de veſtra citius correctione lætemur, aut de iu-
ſta imminenti damnatione certi inconſolabiliter lugeamus,
areſcentes & tabeſcentes præ timore & expectatione quæ ſu-
peruenient vniuerſæ vrbi.

Ad Conradum regem Romanorum.
Epiſtola CCXLIII.

NEc dulcius nec amicabilius, ſed nec arctius omnino re-
gnum ſacerdotiúmque coniungi ſeu complantari in in-
uicem potuerunt, quàm vt in perſona domini ambo hæc pa-
riter conuenirent, vtpote qui factus eſt nobis ex vtraque tri-
bu ſecundum carnem ſummus & ſacerdos & rex. Non ſo-
lùm autem, ſed & commiſcuit ea nihilo minus ac confæde-
rauit in ſuo corpore, quod eſt populus Chriſtianus, ipſe
1.Petr.2.b caput illius: ita vt hoc genus hominum apoſtolica voce ge-
B nus electum, regale ſacerdotium appelletur. In alia quoque
ſcriptura quotquot ſunt prædeſtinati ad vitam, nónne om-
Matt.19.a nes reges & ſacerdotes nominantur? Ergo quæ Deus con-
iunxit, homo non ſeparet. Magis autem quod diuina ſan-
xit auctoritas, humana ſtudeat adimplere voluntas, & iun-
gant ſe animis qui iuncti ſunt inſtitutis. Inuicem ſe foueant,
Prou.18. inuicem ſe defendant; inuicem onera ſua portent. Ait ſa-
piens, Frater adiuuans fratrem, ambo conſolabuntur. Quod
ſi alterutrum ſe (quod abſit) corroſerint & momorderint,
nónne ambo deſolabuntur? Non veniat anima mea in con-
ſilium eorum qui dicunt vel imperio pacem & libertatem
eccleſiarum, vel eccleſiis proſperitatem & exaltationem im-
perij nocituram. Non enim vtriuſque inſtitutor Deus in de-
ſtructionem ea connexuit, ſed in ædificationem. Si hoc ſci-
tis: quouſque vos communem cōtumeliam, communem diſ-
ſimulatis iniuriam? Nōne vt apoſtolica ſedes, ità & caput im-
perij Roma eſt? Vt ergo de eccleſia taceam; num honor regi
eſt truncum in manibus tenere imperium? Et quidem igno-
ro quid vobis ſuper hoc conſulant ſapientes veſtri & princi-
pes regni, ſed ego in inſipientia mea loquens quod ſentio non
tacebo. Eccleſia dei ab exortu ſui vſque ad hæc tempora plu-
ries tribulata eſt, & pluries liberata eſt. Denique audite quid
Pſal.128.a ipſa de ſe loquatur in Pſalmo. Ipſius enim vox eſt: Sæpe ex-
C pugnauerunt me à iuuentute mea, eténim nō potuerunt mi-
hi. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolon-
Pſal.124.a gauerunt iniquitatem ſuam. Certus eſto ô rex, quoniam nec
Pſa.59.a nunc quoque relinquet dominus virgam peccatorum ſuper
ſortem iuſtorum. Non eſt abbreuiata manus domini, nec fa-
cta impotens ad ſaluandum. Liberabit & hoc tempore abſ-
que dubio ſponſam ſuam qui ſuo ſanguine redemit eam, ſuo
ſpiritu donauit, donis cœleſtibus exornauit, ditauit nihilo mi-
nus & terrenis. Liberabit, inquam, liberabit, ſed ſi in manus
alterius, viderint regni principes, ídne honor regis, regnive
vtilitas ſit? Non eſt vtique. Quamobrem accingere gladio
tuo ſuper femur tuum potentiſſime, & reſtituat ſibi Cæſar
quæ Cæſaris ſunt, & quæ ſunt Dei Deo. Vtrunque intereſſe
Cæſaris conſtat, & propriam tueri coronam, & eccleſiam
defenſare. Alterum regi, alterum conuenit Eccleſiæ aduoca-
to. Victoria, ſicut in domino confidimus, præ manibus eſt.
Superbia & arrogātia Romanorum plus quàm fortitudo eo-
rum. Quid enim? Nunquid quiſpiam magnus vel potens, ver-
bi gratia, imperator aut rex fœdam rem iſtam in imperium
pariter ſacerdotiúmque præſumit? Sed populus hic maledi-
ctus & tumultuoſus, qui ſuas neſcit metiri vires, cogitare fi-
nem, conſiderare prouentum, in inſipientia ſua furore ſuo au-
ſus eſt hoc grande ſacrilegium attentare. Abſit vt vel ad mo-
mentum ſtare poſſit ante faciem regis popularis manus, vul-
gi temeritas, Factus ſum inſipiens, qui cum ſim vilis ignobi-
liſque perſona, tanquam aliquis magnus conſiliis tantæ ma-
gnitudinis tantæque ſapientiæ me ingeſſi, & de re magna. D
At quo ignobilior atque abiectior, tanto liberior ſum ad lo-
quendum quod charitas ſuggerit. Vnde & adhuc addo in ea-
dem inſipientia mea: Si quis aliud quàm locutus ſum vobis
(quod non credimus) ſuadere conabitur, is profecto aut non
diligit regem, aut parum intelligit quid regiam deceat maie-
ſtatem: aut certe quæ ſua ſunt quærit, & non valde quæ vel
dei vel regis ſunt curare conuincitur.

Ad dominum papam Eugenium pro Aurelianenſi epiſcopo.
Epiſtola CCXLIIII.

ITa quæſo, ita facite. Semper conſideretur non à quo, ſed
quid petatur. Pro Aurelianenſi epiſcopo non eſt exauditus
rex, minime tamen offenſus, quia cor eius in manu dei eſt.
Quod & ſi contigiſſet, ſuſtinendum fuerat, ne deus offende-
retur, qui vtique ex hoc magis propitiabitur, & citius reſpi-
rare faciet à tribulatione malorum & dolore, ſi iuſtitia tenea-
tur, ſi non relinquatur veritas. Hæc & his ſimilia quæ de vo-
bis per orbem celebri indies iucunditate crebreſcunt, quan-
ta cor meum ſuauitate repleant, non eſt facile dictu. Hæc
pro his. De cætero ſi ſuggeſtum vobis à quopiam fuerit
de me amplius onerando, ſcitote mihi vires non ſuppetere
ad ea quæ porto. Quantum mihi, tantum parceris & vo-
bis. Propoſitum meum monaſterium non egrediendi, cre- E
do non latere vos. De fratre Balditio quanuis dilecto, quan-
uis neceſſario, obeditum eſt ſine mora. De abbate mittendo
ad ſanctum Anaſtaſium ſi factum non eſt, fiet ſtatim vt fa-
ctum non eſſe ſciemus. Porro de alia mittenda perſona
quia in vltimis literis veſtris nihil ſcripſiſtis, nihil præſumpſi-
mus. Cæterum & hoc tam celeriter fiet, quàm vobis acce-
lerate placuerit. Plenius vobis & manifeſtius de his omni-
bus reſpondebunt dominus Altiſſiodorenſis & frater Bal-
ditius. Quòd ſanctæ memoriæ Balduinus Piſanus archiepi-
ſcopus fecit in Sardinia de excommunicatione Auorenſis iu-
dicis: quia non niſi iuſte hoc virum bonum feciſſe credimus,
veſtra auctoritate ratum & inconcuſſum manere rogamus.
Porro Turritanus iudex quia bonus dicitur eſſe princeps, ſit
vobis commendatus, & à vobis manuteneatur.

Ad eundem pro eodem quando prædictus Aurelianenſis depoſitus eſt. Epiſtola CCXLV.

TEmpus eſt vt & ego ſcribam non iam pro epiſcopo,
ſed pro paupere & humili monacho, idque, quod mi-
ſerabilius eſt, facto de diuite & ſublimi. Hinc iam non habet
adulatio locum, habet miſeratio. Multi pro eo ſcripſerunt vt
remaneret epiſcopus, ſed multum hoc erat, non potui addu-
ci ego vt id auderem. Nunc verò ſi res humanius æſtimetur, F
ipſa nunc exigit quod ante vitabam. Spes erat homini ad-
huc, nam ſperandi ratio ſuberat talis. Dicebāt. Valde im-
mutatus eſt rerum ſtatus ex quo mihi ſententia purgationis
impoſita fuit. Et quidem grauem illam ſatis accepi, & quæ ab
innocentiſſimo difficilè impleri poſſet. Quid nunc cum cun-
cta pene in impoſſibile verſa ſunt? Niuernis non eſt epiſco-
pus, ſed ne Trecis quidem. Altiſſiodorenſis tranſalpinauit.
Comprouincialium ſanè epiſcoporum per quos me purgari
oportuit, pars multa hæc eſt. Non certe purgatores deficiunt
mihi, ſed epiſcopi vel deſunt, vel abſunt. Quid ergo? Rectè-
ne à me exigi poteſt, quod inueniri non poteſt? Si res ita iu-
dici comperta fuerit, mirum ſi de impoſſibili ſententiam fe-
rat. Aut ſi non ex toto impoſſibile, minimum quod forte mi-
nus eſt, leuiter effugiet vltro negligentius perſcrutantem.
Nempe miſericordiam vult, non ſacrificium. Quæ enim vti-
litas in ſanguine meo, vt quærat iniquitatem meam, & pecca-
tum meum ſcrutetur? Maius autem quia benignus & miſeri-
cors eſt, aliquid obliuiſcetur, aliquid diſſimulabit, aliquid &
de ſuo addet. Dominus eſt. An non licet ei quod vult facere?
Etiam ſi non quantum ſat eſt, rationem mihi ſuppeditare ad-
uerterit, quidni tota tamen libertate vtetur, promptéque mi-
ſericordiam ſuperexaltabit iudicio, vir apoſtolicæ manſuetu-
dinis & auctoritatis? Ergo cum ſic liceret ſperare timenti, nec
fruſtra, vt ſibi ſuiſque videbatur: ceſſit tamen, & noſtro ſe to-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tum commisit arbitrio. Ac ne occasione ipsius diutius ecclesia fatigaretur, consulente me anticipās terminum, & securis ictum, vltro episcopum exuit. Vnum est clementissime pater, vnde homini generoso ac verecundo in tam miseranda fortuna posset non patū cōsolationis afferri. Quæritis quid? profecto nō ambulat in magnis, nec in mirabilibus super se. Sufficit si vestra indulgentia possit retinere sacerdotem, qui episcopus fuit: tātum à nota infamiæ, & perpetuæ inustionis cauterio, scuto bonæ voluntatis vestræ obumbretur sibi. O dignam omni exauditu precem. Non rogat vt gloriosus, sed ne inglori⁹ sit, qui extitit gloriosus. Quicquid illud sit quod medium est, eo contentus est. Liceat cadenti à gloria, honesto quo poterit mediocritatis sese excipere gradu, solámque nō deuenire in extremitatem opprobrij. Iuuenis est, nobilis genere est: in sublimitate positus fuit: nec tamē humilem refugit locum, sed probrum. Nihilne merebitur vel ista humilitas? Humiliat⁹ est impius Achab, & profuit ei: & in viro filideli ac nobili humilitas precium non habebit? Absit à summa sede, absit à sancta mente vestra, cor contritum & humiliatum despicere. Si dixerimus, humiliauit se, exaltetur, nihil 3. Reg. 21. g in hoc temere à nobis præsumptum: possemus forsitā excusare: nimirum ex regula quam optime nostis. Nunc autem non dicimus exaltetur: sed ne conculcetur, & confundamur H ab expectatione nostra. Imò vero si mala susceptmus de manu domini, bona quare non susciptamus? Nunquid enim potestatem habetis deponere potentes de sede, & exaltare humiles non habetis? Porro potestate accepta malle in malo, quàm in bono vti, abuti est. Præterea angitur debitis multis, cum sit pauper & inops. Iubeat auctoritas vestra de rebus episcopalibus ea solui. Durum est enim simul & honore priuari, & onere premi debitorum.

Ad eundem pro Remensi archiepiscopo.
Epistola CCXLVI.

Amantissimo patri & domino Eugenio dei gratia summo pontifici, Bernardus Clarævallensis abbas modicum id quod est.

PArcat vobis deus. Quid fecistis? Faciem hominis verecundissimi confudistis, & cuius laus est in Ecclesia ipsum in facie Ecclesiæ humiliastis. Lætificastis omnes inimicos eius, sed quantos vos contristasse putatis? Non est modus condolendi, quia amicorum non est numerus. Dilectus à Deo & hominibus, grandis criminis luit pœnas, nullius convictus, nullius confessus. Tenemus, Phinees sentimus zelum: Israëlites perfoditur, sed non cum Madianitide. Imponitur ei quod regē coronauit, sed in hoc non existimat excessisse se renorem priuilegiorū suorum. Obiicitur quòd scienter diuina præsumpserit celebrare in Ecclesia interdicta. Negat. Suo tempore probabitur illud, pugabitur istud. Esto tamen, putemus omnia constare quæcūque in absentem aduersariis eius licuit aut libuit loqui. Debuitne hoc solo excessu, cuius cætera laudabilia extiterunt, tam durè feriri, tā seuerè animaduerti? Semel excessisse, etiā virtus poterat reputari, si de vestro nō de vultu inimicorum eius iudiciū prodiisset. Deinde quid in arcto illo fieri oportebat? Dies celebris, solennis curia, iuuenis rex: & quod his maius est, dei negotium, de Hierosolymitana scilicet expeditione: propter quod omnes conuenerant. Prorsus hęc omnia, missarum, & coronæ regiæ solēnis debitiq; honoris frustrationem nullatenus admittebant. Sed nec ipsi Bituricensi archiepiscopo omnino expediebat vt honor regis per eum impediretur. Quæ cum ita se habuerint, æstimamus locum misericordiæ non deesse, vbi tanta necessitas typum excusat contumaciæ, Nunquid potestatem habetis tantùm percutere, & nequaquam sanare? Nostis qui dixerit, Percutiam, & ego sanabo. Absit vt cuius tenetis vicem, non vsurpetis & vocem, vocem præcipuè pietatis. Ergo sola hac vice ardeat sa- Deut. 32. f gitta Ionathę retrorsum, & si necesse fuerit, in me magis mittatur. Tolerabili⁹, fateor, habuissem interdici mihi missarum celebrationem, quàm archiepiscopo pallij vsum. Est etiam quod non mediocriter vestro pio rigori obuiat in hac parte, quòd filio vestro regi Ludouico possit hinc nō paruę offensionis & irritationis occasio dari, cum ipse sibi tota mali huius videatur esse occasio: quod plane tempore isto non expedit, ne bonum quod vestro hortatu bono & magno animo cœpit, dignum (quod absit) non habeat exitum, si in scādalo & animi perturbatione hoc egerit. De cætero mandastis, & obediui, & fœcundauit obedientiam præcipientis auctoritas, Siquidem annunciaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Vacuantur vrbes & castella: & penè iam non inueniunt quem apprehendant septem mulieres vitum vnum, adeo vbique viduæ viuis remanent viris. Psal. 39. b

Ad eundem. Epistola CCXLVII.

NOn est mihi more multorū procœmiis vti ad vos, ambitu verborū: à re ipsa incipio. Homo fallax venit ad vos, credo vt fallat, sed abiit vt vos. Hoc enim non nisi in multorum discrimen idq; maximum posset accidere. Semper quidem sicut fallere malum: ita falli, à malo est plerunque, & malum. Sed interest quis, & in quo fallitur. Quanto vestra potestas & dignitas maior, tanto ea quæ vobis forte subrepsit in ecclesiasticis causis. Si, verbi gratia, Sagiensis hæc vulpecula fraudulenta concinnans dolos vobis (sicut callide cogitat illudere) poterit ad vineam domini sabaoth, quam breui tempore parte non modica demolita est, vestra auctoritate redire, quanta putatis malignitate de cætero sæuituram? Heu, quod reliquum est deuorabit. Nempe qui venit vulpecula, redibit leæna, & in quoſque tam clari quàm populi non iam calliditate vtetur, sed crudelitate. Vigilandum vtique aduersus astutiam, ne ad tantam sæuitiam denuo prorumpere posit. Non ergo vos moueat hominis facies miseranda, vilis habitus, vultus supplex, demissa supercilia, verborum humilitas, sed nec ipsæ quidem lachrymulæ, currentes, vt aiunt, ad nutum eius, doctę mētis. Hæc omnia in facie sunt: & scitis qui dixerit: Nolite secundū faciem iudicare. In his atque similibus forma pietatis existit Ioan. 7. b sed non semper & virtus. Vestimenta ouium sunt hæc, frequenter (sicut designauit dominus) vsurpata à lupis in stragē maximam ouium: dum non se absondunt, quoniam illi absconditè veniunt. Inde est quod aliqui etiam ex nostris pro eo scripserunt, talibus circunuenti mendaciis: parum aduertentes quod à sapiente sapienter ac yeraciter dicitur: Est qui Eccli. 19. d se humiliat nequiter, & interiora eius plena sunt dolo. Vos ergo non attendatis ad verba eius, neque ad corporis gestus: Matt. 7. c opera interrogate. A fructibus eius cognoscetis eum. Multa & grauia dicuntur de eo, dicentur & in eum si est qui quęrat & iudicet. Nolo dicere omnia quæ audiui. Nec enim omnibus credendum est: sed nec omnibus decredendum. Vnam M pono breuiter meam coniecturam: certi ne aliquid habeat, vos iudicabitis. Cur datos sibi iudices declinauit? Si personas causatur, nō erāt suspecti. Si loci importunitatē, erat hoc in terra sua, & in cognatione sua, vbi & expensis paucis, & itinere non longo, facilè & absque labore totum negocium poterat explicari. Restat proinde nihil aliud suspicandum, quàm fugisse hominem subdolum accusantium multitudinem, qui extra patriam eum minime præ inopia sequi possent. Gratias agimus domino Lexouiensi, qui zelo domus domini tactus, nec marsupio pepercit, nec corpori. Bonus frater, cui studium est semen defuncti fratris suscitare. Gratias & vos agite illi: quia vestro quoque nomini hæc eius cura non parum conferre videtur: qua fit vt conuincatur malignus, & sic deiiciatur, quæ est gloria vestra.

Ad eundem. Epistola CCXLVIII.

SI rebus raritas precium facit: nil in ecclesia preciosius, nil optabilius bono vtilique pastore. Nępe rara auis est ista. Proinde sicubi talis interdum reperiatur, & occasio detur: confestim iniiciendæ sunt manus, & totis nisibus satagendum, ne qua vi, ne qua arte malitiæ fructuosa promotio valeat præpediri. Audiuim⁹ in ecclesia Valentina pari voto cleri & populi electum esse priorem Casæ dei. Mirum si bonus non fuerit ad opus ad quod adsumitur. Scire vultis vnde id sperem? Boni hoc volunt, nec potest bonus non esse qui bonis placet. Nec minus ualidum argumētum mihi videtur quòd

A quòd bonus sit, si malis è regione displiceat. Decet sanctitatem vestram votis adsentire bonorum: ne si ab isto forte resilire contingat, alium quem nolletis, studio & consensu prauorum contingat recipere.

Ad Bernardum priorem Portarum.
Epistola CCXLIX.

Reuerendissimis patribus & dominis amantissimis Bernardo priori Portarum, & sanctis qui cum eo sunt, Bernardus Clarævallis vocatus abbas, salutem in domino.

EX quodam beatitudinis vestræ rescripto comperi scripsisse me aliquid quod me indicaret cōmotum: vōsque istud non parum metuere. Verum id frustra. Non est quod à puero vestro timendum sit vobis reuerendissimi patres, qui vos in veritate diligo vt amicos, & suspicio vt sanctos. Nisi forte non me, sed mihi paterno timuistis affectu, quòd motus vobis viderer non ex ratione: aut si ex ratione, forte plus quàm oporteret. Motus fateor fui, sed pro vobis, non contra vos, atque id tenuiter satis. Si & hoc temere, sed non temere confiteor aduersum me iniustitiam meam, & vos remittetis temeritatem peccati mei. Ignoscite mihi, sic sum: zelus domus vestræ comedit me. Non patior plane, quod in me est, B decolorari tantæ specimen sanctitatis: nam corrūpi posse absit, vt verear. Prorsus autem displicet in pulcherrimo corpore non solùm morbus, sed & nævus. Non plane bonus color, si sanctorum quispiam anxiè ferre abiectionem suam videatur: de qua etiam & non gaudere, & non gloriari, minus est à perfecto. Porro in proposito perfectionis apparere imperfectum, nævus est. Ergo hic color mihi in fratre Natale displicuit. Quid enim & si castum id fuerit coram deo? Nempe oportet prouidere bona etiam coram hominibus. Sed dicitis: Non ipse grauiter tulit, sed nos. Ad idem reuertitur. Iterum dico quod sentio. Cur vobis graue fuerit, non video: nisi quia ipsi graue esse sensistis. Vos iudicate an hoc eum decuerit, præsertim in nouitate vitæ. Nam ante hanc (vt salua eius pace dixerim) non caruit hac nota: an verò nec culpa, suæ ipsius conscientiæ relinquendum est. Et quid si forte hoc cogitauit dominus papa: cum, sicut dicitis, electioni eius adsentire renuerit? Veritus quippe, vt æstimo, linguas obtrectatorum, vetuit festinatam noui eremitæ promotionem: ne, vt dixi, lingua maliloqua dicere posset hunc esse, quē semper optauerat eremi fructum. Veruntamen quicquid dominus papa intenderit, siue hoc, siue aliud, me ignorasse sciatis illud eius consilium, ne quis dicat quòd meo instinctu id C fecerit. Nam quod ad me pertinet, mihi decretū est, vbi opportune possem, non solum non impedire, sed etiam totis viribus, & ambabus vt dicitur tradere manibus, vbi de gratia quæ in eo est deo fructificare valeret. Quis dabit mihi homines literatos, & sanctos in Ecclesiis Dei præesse pastores, si nō in omnibus, certe in pluribus, certe in aliquibus saltem? 1. Cor. 5. d Quid enim si iuuenis aliqua olim iuueniliter egisse memorat⁹? Vetera transierunt: noua facta sunt omnia. Consepultus est iterum Christo per eremi baptismū, ego olim sepulta vitia retractabo? Iam quòd abbas Caziacensis siue Trecensis dure dicuntur scripsisse vobis, omnino cum audiui, dure accepi, & cum accepero tempus, non dissimulabo, quantū quidem charitas postulabit, & familiaritas quæ mihi pro eorum religiositate ad ipsos est. Deo autem gratias, qui dedit vobis non vinci à malo, sed vincere in bono malum, quia non respondistis eis malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Porro illas quas ad me aduersus præfatos abbates ante scripseratis literas, nec studio nec voluntate mea ad ipsorum notitiam peruenisse sciatis. Et de his satis. Tempus est vt non obliuiscar mei. Clamat ad vos mea monstrosa vita, mea ærumnosa conscientia. Ego enim quædam chimæra mei seculi, nec clericum gero, nec laicum. Nam monachi iamdudum exui conuersationem, non habitum. Nolo scribere de me quod vos per alios audisse existimo, quid actitem, quid studeam, per quæ discrimina verser in mundo, imò per quæ iacter præcipitia. Si quo minus audistis, precor vt inquiratis, & secundum quod audieritis, & consilium impendatis, & oraD tionum suffragia.

Ad dominum papam Eugenium.
Epistola CCL.

Amantissimo patri & domino Eugenio dei gratia summo pontifici, Bernardus Clarævallis dictus abbas, modicum id quod est.

BAluienses monachi grauiter deliquerunt, sed non imputne. Vobis pro hoc ipso laus & gratiarum actio ab vniuersa debetur Ecclesia, quia non siluistis, non dissimulastis, non quieuistis. Efferbuistis vt debuistis: percussistis, sed vt sanaretis. Quod si obliuiscatur misereri dominus, & contineat in ira sua misericordias suas, vnde sanitas? Fiducialiter proinde post iudicium misericordiam præstolamur, vt misericordiam & iudicium cantemus domino. Scimus scimus, non deuiabit vicarius à vestigiis eius cuius vicarius est, nimirum cum ille dicat: Qui mihi ministrat, me sequatur. Ioan. 12. d Dicit autem de illo propheta: Quis scit si conuertatur & Ioel. 2. d ignoscat deus, & reliquat post se benedictionem? Hanc de vestris quoque posterioribus audacter exigimus. Alioquin non decet vt perdatis innocentem cum impio. Etenim qui malum fecerunt, facti de medio sunt. Quid restat nisi vt reliquiæ saluæ fiant? Quidni saluentur qui obedierunt vobis, qui E obedierunt prædecessori vestro? Paulum loquor, qui aiebat: Auferte malum ex vobis. Itaque miseremini illis, & non præ- 1. Cor. 5. d iudicet iniquitas sceleratorum iustitiæ innocentium. Hæc dico, quia causa est eis cum Eduensibus in præsentia vestræ maiestatis, & timent ne noceat sibi iniquitas aliorum. Sane id præcipuè obsecramus, vt concordiæ & paci ipsorum operam detis: vtrisque siquidem bene volumus, atque ita vtrisq; credimus expedire.

Ad eundem pro Eboracensi.
Epistola CCLI.

SÆuit frustrata ambitio: imò desperata furit. Currit ad laqueum homo perditionis: & debitam iam olim in se sententiam damnationis accelerat. Vel nunc manifesta sunt peccata eius præcedentia ad iudicium. Anticipat manum succisoris arbor maledicta & spinosa, & cunctantem securim in semet prouocat. Heu quàm iustius illa iamdudum excidisset, quàm sancti illi, quos contra ius & fas male stando deiecit? Etenim si non staret, stantes minime deiecisset. Et illi quidem in innocentia sua & pro innocentia corruerunt, multo melius stantes: sed sanguis innoxius de manu illorum proculdubio requiretur, qui vires furtiuas tam noxiæ arbori ne statim corrueret ministrauerunt. Clamat contra eorum capita sanguis sanctorum de terra: quorum animæ in manu dei sunt, F & iam non tanget eos tormentum malitiæ. Veruntamen viscera mea erant: effusa sunt: non recipio de verbis consolationem. Etsi possent esse qualicunque solatio siue remedio, deficiunt tamē præ dolore: mœrore præcluduntur: interrumpuntur singultibus. Vnum tamen ipsūmque extremum quod vtique magis scribere, quàm proloqui possum, adhuc audite, vel potius legite. Si adhuc steterit: proh dolor, verendum ne ipsius status sit vester casus, dum quicquid adiecerit, vtpote Matt. 7. c mala arbor, quæ non potest nisi malos fructus facere: non illi iam, sed vobis meritò imputetur.

Ad abbatem de Præmonstrato. Epistola CCLII.

AVDIVI auditionem vestram, & timui. Scribitis enim contra me amaritudines: absit autem vt tam rationabiliter, quàm terribiliter. Quid peccaui? an quòd vestram personam semper amaui? vestrum ordinem foui, & promoui semper quod in me fuit? Fidem, si verbis non habetur, opera facient. Vt quidem mea mihi conscientia respondet: ego à vobis debui contraria potius loqui & scribere libet: dabo ego voci meæ vocem virtutis ex factorum testimonio. Id quidem graue. Videar improperare beneficia: quod vtiq; non decuerat. Vt minus sapiens faciam: vos me cogitis. Cui vnquam vestrum siue vestrorum nostra

Universidad de Deusto
Biblioteca

G opera opus fuit, & defuit? Primò quidem locus ipse Premonstrati in quo degitis, noster fuit, & nostro munere habuistis. Nam nobis frater Vvido (hoc nomen primi incolæ loci) per manum episcopi ante donauerat. Deinde quòd hi de Belloloco vobis se associauerunt, nostri potissimum studij fuit. Apud Hierosolymam rex Balduinus dum adhuc viueret, locum sancti Samuelis donauit nobis, & mille aureos simul de quibus ædificaretur: vos dono nostro & locum habetis, & aureos habuistis. Apud Virdunum pro ecclesia beati Pauli vt eam vos haberetis quàtum laborauerim, multi norunt: quàtum profecerim, ipsi sentitis. Si quo minus recognoscitis vos: extant epistolæ nostræ ad beatæ memoriæ papam Innocentium, huius rei veri iudices, & quasi viui testes. Illis de Septem fontibus locum quem primum inhabitauerunt, Francæuallis nomen ei nos contulimus. Propter quod horũ vultis recedere ab amicis? Nunquid redditur pro bono malum: quia minamini violare pactum, valedicere paci, societatem deserere, scindere vnitatem? Sed esto, de bono opere non me lapidatis, sed de iniuria: quòd fratrem Robertum, cum esset de vestra professione, suscepérim, habitum ei monachicum tradens. Non inficior: apud nos est. Putaueram autem me super hoc satisfecisse vobis, cum susceptionis illius rationem, ordinem, necessitatem, viua & veridica voce exposui, idque non semel. Quia verò necdum quiescitis, non erit mihi pigrum rescribere quod responderam: quando vobis durum non est repetere quod excusaueram. Minime ego prædictum fratrem Robertum aliquando vt à vobis exiret sollicitaui: magis autem à multis annis id cupientem, non semel, sed sæpe compressi. Quonam denique modo suspectus haberi possum quòd fratrem Robertum subduxerim vobis, cuius consilio & hortatu magistrum Othonem habetis? Si nescitis: ipsum interrogate. Si bene noui hominem: non negabit. Possem & alios forsitan non paucos nominare siue conuersos ad vos, siue reuersos, quos hodie non haberetis, nisi à nobis suasi fuissent, vel coacti. Parco autem non inops materiæ, sed verecundię satisfaciens diues. Inueni ego in claustris verbis qui ad verbum prædicationis nostræ compuncti & conuersi ad nos venire disposuerant: cum ecce solicitantibus vestris tetrahentes pedem recepti & retenti sunt in ordine & habitu vestro. Postmodum verò remordente eos conscientia exire voluerunt: & ni fallor, exiuissent, nisi nostro firmarentur non assensu tantùm, sed & hortatu. Sed iam audite (quia iterum vultis audire) quomodo tandem fratrem Robertum receperim. Dominus papa præcepit: nempe rogatus ab illo & eius amicis. Dicebat vestrum sese, & abbatis eius adsensum prece sua obtinuisse: ne quis dicat quòd præcepto extorsit. Negatis, quid ad nos? Ipse viderit. Si vobis summum & sanctum pontificem falsitatis arguere libet, I ignoscite nobis, quia nos tantæ sanctitati non credere, & tantæ maiestati non obedire, nefas ducimus. Quanquam & venerabilis abbas Godescalcus qui de vestris est, (nam is à domino papa ad vos huius rei gratia fuerat destinatus) non plane negauerat reportasse se à vobis & liberam fratris emancipationem, & vestram ipsius spontaneam confessionem. Iam de fratre Fromundo non est quò nos lacessatis, cum nequaquam eum sine voluntaria abbatis sui cõcessione receperim. Quod quidem nec vos latuisse, amara illa epistola demonstrat, in qua nobis de sola capituli non expectata conniuentia calumniam struitis. Quasi verò vel in mutua nostra conuentione id prohibitum fuerit, vel emancipatio filij ad capitulum, & non potius ad solum spectet abbatem. Adiicitis & de domo quadam fratrum vestrorum de Bassofonte, quod eam nos de medio tulimus, licet extra statutos terminos constitutam. Atque vtinam prius quàm nos argueretis, eosdem interrogassetis fatres non solùm quis eam de medio tulerit, sed etiam qua de causa. Neque enim celassent vobis (vt confidimus) huius rei veritatem. Cæterum audite eam nunc vel à nobis, ac deinde si ita placet, eos interrogate. Cœperant ædificare locum, vbi aliquas à sororibus suis constituerent, longe quidem ab abbatia sua, in confinio autem duarum grãgiarum domus nostræ, & prope pascua ouium nostrarum. Rogauimus eos tanquam amicos, & quibus fortè non inutiles fuissemus, ne seminarium scandali, & dissensionum fomitem suis patiter & nostris parerent, posteris relinquen- K
dum. At illi nihilo minus ædificabant. Hæc fuit tota violentia nostra, sic nos de medio tulimus domum illam. Inexcusabiles sumus, si rogare, vim irrogare est. Reuera episcopus (quod negandum non est) indignatus non modo quòd oratorium in suo episcopatu, sed & quòd domum in fundo Ecclesiæ & terra feudi sui ædificare se inconsulto præsumpsissent, cœpto interuenit operi, quanuis fruſtra. Nam nec vetiti ab ea destiterunt. Exinde transeunti mihi per terram illam is qui tunc erat abbas Bassifontis occurrens, indicauit quòd ab ædificatione cessassent. Veruntamen non tam propter nos sicut ex eius relatione cognoui, quàm propter militem illum qui terram eis visus dedisse, grauabat eos in multis, ita vt de eo plurimum quererentur. Quanquam & si pro sola charitate nostra id voluntariè dimisissent, nec religionem eorum dedecuisset, nec immeritis forsitan præstitisse beneficium viderentur. Miror sane vnde hæc tandem querela emerserit, cum & abbas in bona (ni fallor) & deuota erga nos volũtate præsentem finierit vitam: & qui substitutus est ei, frequenter & familiariter cõueniens nos in necessitatibus suis, nullam nobis querimoniæ huius aliquando fecerit mentionem: denique & postea in eadem domo humanissimè susceptus hospitio, nihil hinc vel ab ipso abbate, vel alio quoquam audiui. Sed & nobiscum in Claraualle postmodum præsens fuit ab- L
bas, & nupertime Barri iam instante capitulo vestro, vnde literæ illæ quærulæ, ne dicam calumnioſæ, venerunt: & nec hic nec ibi super hoc, siue ab eo, siue à vobis, vel tenuiter quidem memini me fuisse conuentum. Præterea causamini quòd domunculam fratrum vestrorum de Brena, conuersus Igniacensis combussit. O domunculam. Nempe vmbraculũ quoddam ramorum erat, vbi federet frater qui stantes adhuc in agro segetes custodiret. Neque hoc combustum malitia, sicut fideli relatione cognouimus, sed quòd positum in agro quodam fratrum Igniacensium terram occuparet, quam excoli oportebat. Denique vix vno taxata est nũmulo domuncula hæc: & abbati de Brena ita iam, nisi fallimur, super hoc satisfactum, vt omnino nec queratur, nec habeat vnde queratur. Si quo minus: vbi id nos rescire feceritis, parati sumus ad omnem satisfactionem. Sic & de abbate Longipontis, vbi primò querelam vestrã accepimus, quod inter terminos vestros domum vellet ædificare, prohibuimus eum: & iam credimus destitisse. Sinautem: & id fiet, vbi factum non esse nouerimus. Super omnia plangitis quòd ecclesiam sancti Foillani, quæ de ordine vestro est, abbas noster de Villari fecerit imbanniri. At forte iustius vobis fratris & coabbatis vestri de prædicta domo sancti Foillani incredibilis obstinatio, quàm summi pontificis reprehensibilis animaduersio dis- M
pliceret. Noui siquidem quòd multis vestrorum ipsius abbatis animositas displiceat grauiter: mirum valde si non etiam vobis. Ita ergo dico vobis, hinc indignamini. Siquidem ipse est cuius aut cupiditas aut contumacia fratribus vestris diuina fecerit officia interdici. Et quidem prolixum est hoc negocium: & difficile esset vniuersa eius subterfugia epistolari breuitate concludi. Causam tamen interdicti quàm breuiter intimabo. Post duas aut plures conuentiones pacis, post definitiuam sententiam iudicij, iuxta mandatum capituli vestri per vestros & nostros abbates promulgatam, accitus demũ episcopus Cameracensis (ad cuius paræciã locus sancti Foillani pertinere cognoscitur) cum videret abbatem obstinato animo omnia violare: etiam sententia eum ecclesiastica cogere voluit, vt dicebat. Ille vero vt redimeret tempus, summi pontificis audientiam appellauit. Ventum est ante eum. Qui postquam testimonio tam vestrorum abbatum, quàm aliorum religiosorum indubitanter agnouit abbatem sancti Foillani non solùm resilire à compositionibus, sed & iudicio contraire, ecclesiam eius imbanniri iussit, donec satisfeciſſet. Demum rogastis tam vos quàm ipse dominum Cisterciensem, & nos, multíque tam vestris quàm vestrorum precibus extorsistis præsente & ipso episcopo, qui promulgandæ sententiæ interdicti mandatum acceperat, vt prouideretur adhuc forma aliqua pacis. Absente abbate de Villari tractata compositio, dictúmque est episcopo, vt si vel ipsam obseruaret abbas sancti Foillani, abstineret ab interdicto. Discedens autem

A autem nec illãm tenuit: sed domum quam & iudicij sententia, & compositiones omnes diruendam esse definierant, ita vt semel etiam diruta iam fecisset, atque interim contra conuentionem & iudicium reædificata: hanc, inquam, & tenuit & tenet: & alterã quoque superædificauit. Quidni exequeretur episcopus mandatum apostolicũ, quod acceperat de promulganda sententia interdicti, præsertim addita præuaricatione? Ego tamen sperans tandem aliquando vincere in bono malum, eandem sententiam differri feci vsque ad octauas Epiphaniæ: si forte interim vir ille cogitaret vt vel formam iudicij exequeretur, vel cõpositionem aliquam obseruaret. Atque vtinam sic contingat: faciat deus pacis vt requiescat super eum pax nostra. Cum hæc ita se habeant, non est quòd de nobis queri debeatis: cum iustius nos de vobis, vt apparet, queri possimus. Reliquum est, vt diligentes vos diligatis, præsertim soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Illo inquam vinculo, quod inter nos & vos causa pacis charitatísque firmatum est: vtiliter quidem, & non minus forsitan vobis quàm nobis. Si rumpendum decernitis: non expedit quidem. Sed nec licere vllatenus puto. Nempe vbi communis est causa, personę reatus præiudicare non deberet, etsi vera essent quæ in nos dicitis. Ego autem fratres, quicquid faciatis, decreui semper diligere vos etiam non dilectus. Occasiones quęrat qui vult recedere ab amico: mihi studij est & B
erit, nec cuiquam amicorũ iustam in me discessionis causam dare, nec scrutari in alio: quod hoc quidem fictæ, illud verò neglectæ amicitiæ sit. Et quia (secũdum prophetam) glutino bonum est: soluere vel potius abrumpere vos poteritis, sed non me. Adhærebo vobis, & si nolitis: adhærebo & si nolim ipse. Olim me alligaui fotti vinculo, charitate non ficta, illa quæ nunquam excidit. Cum turbatis ero pacificus, conturbantibus quoque dabo locum iræ, ne diabolo dem. Vincar iurgiis, vincar obsequiis. Inuitis præstabo, ingratis adiiciam, honorabo & contemnentes me. Et nunc tristis est anima mea, quòd quacunque occasione offenderim vos, eritque tristis vsque dum vestra indulgentia releuetur. Si tardauerit, ibo & excusabo, pręforibus perseuerabo pulsans, instabo opportunè, importunè, donec vel merear vel extorqueam benedictionem. Plus quàm medium hyemis transiit iam, & tunicam nostram vsque adhuc fruſtratus expecto.

Ad abbatem Guarinum Alpensem.
Epistola CCLIII.

Reuerendo patri & omni veneratione digno domino abbati C
Alpensi Guarino, & vniuersis eiusdem loci fratribus, frater Bernardus vestræ sanctitatis seruus, de bono in melius semper proficere.

REuera nunc in te pater experior quod in sacris literis legisse me memini. Cum consummatus fuerit homo, tunc incipit. Iam seni requies, iam corona debebatur emerito, & ecce tanquam nouus in Christo miles, noua iterum tibi excitas bella, prouocas aduersarium, & rem fortium præsumis fessus senex, dum ad iterandum certamen antiquum hostem & iam quodammodo inuitum compellis. Enimuero dum præter morem tuum, tuorúmque prædecessorum traditiones, diuinitus inspiratus ecclesias & ecclesiastica beneficia relinquis, synagogas satanæ, id est, cellulas extra cœnobiũ, in quibus tres vel quatuor fratres sine ordine, sine disciplina habitare solent, destruis, fœminas à monasterio arces, cæterísque pietatis ac disciplinæ bonis studiosius inuigilas soliro, quid aliud primus & maximus ille peccator nisi videbit & irasceturi, dentibus suis fremet & tabescet? Sed quæ cura: Econtra tu in eius confusione & tua consolatione cantabis deo tuo: Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur, quia in verbo tuo superspersi. Nec timendum quòd succumbat hosti, qui nec cedit ætati. Vincit annos animus, & frigente iam corpore feruet sanctum in corde desiderium, artubúsque fatiscentibus, durat tamen incolumis propositi vigor, nec sentit rugosæ carnis infirma spiritus proptus. Nec mirum. Vt quid enim metuat veterani domicilij ruinas, qui fabricam spiritualẽ videt indies in sublime consurgere, proficere in æternitatem? Certus nanque est, si terrestris domus D
ista dissoluitur, quòd ædificationem habet ex deo domum nõ 2. Cor. 5. a
manufactam æternam in cœlis. Sed dicet aliquis: Quid si morte præuentus fuerit homo, necdum videlicet spirituali ædificio consummato? Perfectus quippe non habet quòd proficiat, Et qui proficit, eoipso quo proficit, perfectus non esse conuincitur. Est quod securi de illo plena fide respondeamus. Dicemus nempe: Consummatus in breui, expleuit tempora multa. Bene multa, quia & vniuersa complectitur. Quomodo enim non expleuit omnia tempora, qui trãsit ad æternitatem? Quanta sane tempora non longæuitate, sed longanimitate, hoc est non annorum serie, vel dierum numero, sed mentis deuotione & inextinguibili semper proficiendi desiderio percurrere potuit, tanta sibi in meritis non immeritò vindicauit. Retinet quippe virtute, quod amisit in tempore. Porro vera virtus finem nescit, tempore non clauditur. Vnde est illud: Charitas nunquam excidit. Et item: Patiẽtia pau- 1. Cor. 13. b
perum non peribit in finem. Et, Timor domini sanctus per- Psal. 9. d
manet in seculum seculi. Nunquam iustus arbitratur se com- Psal. 18. c
prehendisse, nunquam dicit, satis est, sed semper esurit, sititque Philip. 3. c
iustitiam, ita vt si semper viueret, semper quàtum in se est, iustior esse contenderet, semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Non enim ad annum vel ad tempus instar mercenarij, sed in æternum diuino se mancipat famulatui. Audi denique vocem iusti: In æternum non obliuiscar E
iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Et rursum: In- Psal. 118. a
clinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternũ. Ibidem. b
Non igitur ad tempus. Proinde iustitia eius manet non ali- Psal. 111. b
quanto tempore, sed in seculum seculi. Sempiterna itaque iusti esuries sempiternam meretur refectionẽ. Et licet in breui consummetur pro tempore, iudicatur tamen expleſse tempora multa pro virtutis perpetuitate. Quo denique pacto temporis breuitas bonorum præiudicet perpetuæ deuotioni, quę pertinacem reproborum malitiam excusare non sufficit? Ob hoc enim proculdubio inflexibilis & obstinatæ mentis punitur æternaliter malum, licet tẽporaliter perpetratum, quia quod breue fuit tempore vel opere, longum esse constat in pertinaci voluntate: ita vt si nunquam moreretur, nunquam velle peccare desineret: imò semper viuere vellet, vt semper peccare posset. Proinde potest & de isto per contrarium itidem dici: Consummatus in breui, expleuit tempora multa. quod meritò multorum, imò omnium temporum receperit vicem, qui nullo tempore voluerit mutare intentionem. Itaque indefessum proficiendi studium, & iugis conatus ad perfectionem, perfectio reputatur. Quòd si studere perfectioni, esse perfectum est, profecto nolle proficere, deficere est. Vbi ergo sunt qui dicere solent, Sufficit nobis, nolumus esse meliores quàm patres nostri? O monache, non vis proficere? Non. Vis ergo deficere? Nequaquam. Quid ergo? Sic mihi, F
inquis, viuere volo, & manere in quo peruenì, nec peior fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis, quod esse non potes. Quid enim stat in hoc seculo? Et certe de homine specialiter dictum est: Fugit velut vmbra, & nunquam in eodem Iob. 14. a
statu permanet. Ipse denique hominis seculíque auctor quandiu in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, nunquid sterit? Et quidem teste scriptura pertransiit benefaciendo & sanando omnes. Pertransiit ergo sicut non infructuosè, Act. 10.
ita non remisse: non pigre, non lento gressu, sed quemadmodum item de eo scriptum est: Exultauit vt gigas ad currẽdam Psal. 18. a
viam. Porro currentem non apprehendit qui & ipse pariter non currit. Et quid prodest Christum sequi, si non contingat consequi? Ideo Paulus aiebat: Sic currite, vt comprehen- 1. Cor. 9. d
datis. Ibi tu Christiane fige tui cursus profectúsque metam, vbi Christus posuit suam. Factus est, inquit, obediens vsque Philip. 2. d
ad mortem. Quantumlibet ergo cucurreris: si vsque ad mortem non peruenieris, brauium nõ apprehendis. Brauiũ Christus est. Quod si illo currente tu gradum sistis: non Christo appropias, sed te magis elongas: timendúmque tibi est quod ait Dauid: Ecce qui elongant se à te domine, peribunt. Itaque Psal. 72. d
si proficere currere est: vbi proficere, ibi & currere desinis. Vbi verò non currere, ibi & deficere incipis. Hinc plane colligitur, quia nolle proficere, non nisi deficere est. Vidit scalam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Iacob, & in scala angelos, vbi nullus residens, nullus subsistés
Gen.28.c apparuit, sed vel ascendere vel descendere videbantur vniuersi: quatenus palam daretur intelligi, inter profectũ & defectum in hoc statu mortalis vitæ nihil medium inueniri: sed quomodo ipsum corpus nostrum continuè aut crescere cõstat aut decrescere: sic necesse sit & spiritũ aut proficere semper, aut deficere. Interest tamen quòd nequaquam iuxta ordinem corporalium vicissitudinũ etiam spiritus sua vel incrementa capit, vel patitur detrimẽta. Nam semper in robusto & vegeto corpore animus mollior atque tepidior iacet, & rursum in corpore debili & infirmo fortior viget promptiórque spiritus. Quod se vtique in se expertum contestans
2.Cor.12. 2.Cor.4.d apostolus: Quando infirmor, inquit, tunc fortior sum. Sed & libenter gloriatur in infirmitatibus suis. Vt inhabitet in me, ait, virtus Christi. Quod quidem sic astruimus exemplis, vt probemus & oculis: dum in te pater, manifestum sit nobis quod dicitur: Cuius quippe etsi homo exterior corrũpitur, sed interior renouatur de die in diẽ. Vnde enim tantus ardor
Matt.12.c inuouãdi ordinis, nisi ex renouatione mentis? Sic bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, sic arbor bona fructus bonos facit. Primi & purissimi fructꝰ tui. Sed quẽnam arbor hos protulit, nisi puritas cordis? Alioquin quando impurus animus tanto studio regulæ inquireret eligerétque puritatẽ? Nec de turbido fonte limpidus emanat riuus, nec
H de sordida mente munda cogitatio. Intus est proculdubio, intus est quod delectat: & ex illa plenitudine intrinseca erũpit totũ quod foris exuberat, atque in mente fulget quod sic placet in opere. Sequimini filij patrẽ: imitatores eius estote,
Cant.1.a sicut & ipse Christi. Dicite: In odore vnguentorum tuorũ
2.Cor.2.d curremus. Siquidem bonus odor Christi est in omni loco. Nam vt taceam de vobis qui præsentes cõminus percipitis fragrantiam, tãta ad nos vsque qui longe absumus ex studiis eius bonis peruenit huius suauissimæ respersionis vbertas, vt nobis certissimè fiat odor vitæ ad vitã. Puto quòd & in cœlestibus id iam persenserint in odorem suauitatis, & quadam
Cant.3.c solito festiuiori exultatione decantent: Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij? Et illud: Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomotum
Ibid.4.d fructibus. Quicunque inter vos hunc in cœlis iubilum non audit, inuidet. Quisquis hunc non sentit odorem: vt omnium pace dixerim, putet.

Ad Ludouicum regem Francorum.
Epistola CCLV.

Ludouico dei gratia excellentissimo regi Francorum, Bernardus Clarævallis vocatus abbas fidelis suus, salutem à rege regum, & domino dominantium, ipsi & dilectæ eius, & filiis eius.

Regna terræ & iura regnorum tunc sane sana suis dominis atque illæsa perstiterunt, si diuinis ordinationibus ac dispositionibus nõ resistunt. Cur domine irascitur furor tuus contra dei electum, quem tua quoque sublimitas suscepit & prælegit, tibi quidem in patrem, filio autem tuo in Samuelem? Armatur regia indignatio non planè in extraneos, sed in
Iac.1.c semetipsum & suos. Non mirum si (iuxta scripturam) ira viri iustitiam dei non operatur, quæ propriæ quoque vtilitatis, sed indignitatis, sed salutis facit sæpe vt nec manifestum omnibus aduertas periculum, sentias damnum. Colligitur concilium. Quid in hoc detrahitur regiæ gloriæ regni vtilitatibus: Ibi vniuersæ ecclesiæ commendabitur ac rememorabitur excellentiæ vestræ prompta & specialis deuotio: quòd regum primus, aut certè inter primos rabiei persequentium eandem matrem vestram strenuissimè & Christianissimè defendendo obuiastis. Ibi gloriosè ab ingenti illa multitudine debitæ gratiæ referentur vobis: ibi à milibus sanctorum orabitur pro vobis & vestris. Aliàs autem quàm sit hoc tempore necessarius conuentus episcoporum, nullus ignorat, nisi qui durus corde matris ecclesiæ angustias non attendit. At color, inquiunt, nimius est: quasi nos glacialia corpora habeamus. An corda nobis magis congelata sunt, & nemo est qui (iuxta prophetam) compatiatur super cõtritione Ioseph? K
Amos.6. Sed hæc aliàs. Nunc autem ego minimus in regno vestro, sed dignitate, non fidelitate, dico vobis, non expedit velle impedire tantum & tam necessarium bonum. Nec desunt euidentes causæ quibus id manifestum facere possem, quas & nunc proferre in medium ad manum mihi est, nisi quòd sat arbitror dictum sapienti. Tamen si quid ex apostolicę auctoritatis rigore processit, vnde se merito esse turbatam celsitudinis vestræ serenitas arbitratur, qualiter hoc ipsum reuocetur, aut temperetur prout oportet ad honorem vestrum, fideles vestri qui adhærent, totis viribus enitẽtur. Interim nos quoque, si quid possumus, non dissimulabimus.

Ad dominum papam Eugenium.
Epistola CCLVI.

NOn est leue verbum quod sonuit: triste satis & graue est. Et cui triste? Imò cui non triste: Soli filij iræ irã nõ sen-
Prou.2.c tiunt nec tristantur tristibus, sed lætantur & exultant in rebus pessimis. De cætero communis tristitia est, quia communis est causa. Bene feciſtis iustissimum zelum nostræ Gallicanæ ecclesiæ collaudando, & corroborando auctoritate literarum vestrarum. Non est (dico vobis) in causa tam generali & tam graui tepide agendum, sed ne timide quidem. Legi apud quendam sapientem: Non est vir fortis cui non crescit animus in ipsa rerum difficultate. Ego autem dico, fideli M
homini magis & inter flagella fidendum. Intrauerunt aquæ vsque ad animam Christi, tacta est pupilla oculi eius. Exerendus est nunc vterque gladius in passione domini, Christo denuo patiente, vbi & altera vice passus est. Per quem autem nisi per vos? Petri vterque est: alter suo nutu, alter sua
Ioan.18.b manu quotiens necesse euaginandus. Et quidem de quo minus videbatur, de ipso ad Petrum dictum est: Conuerte gladium tuum in vaginam. Ergo suus erat & ille, sed non sua manu vtique educendus. Tempus & opus esse existimo ambos educi in defensionem Orientalis ecclesiæ. Cuius locum tenetis, zelum negligere non debetis. Quale est hoc, principatum tenere, & ministerium declinare? Vox clamantis: Venio Hierosolymam iterum crucifigi. Ad quam vocem etsi alij tepidi, alij & surdi sint, successori Petri dissimulare non li-
Mat.26.c cet. Loquetur & ipse: Etsi omnes scandalizati fuerint, sed nõ ego. Nec terrebitur damnis prioris exercitus, quibus magis resarciendis operam dabit. Nunquid ideo non debet facere homo quod debet, quia deus facit quod vult? Ego verò pro tantis malis tanquam Christianus & fidelis meliora sperabo, & omne gaudium æstimabo, quòd in varias tentationes incidimus. Reuera panem doloris comedimus, & potati sumus vino compunctionis. Quid diffidis amice sponsi, quasi non more suo vinum bonum seruauerit vsque adhuc beni-
Iac.1.d gnus & sapiens sponsus? Quis scit si conuertatur & ignoscat L
Iach.2.d deus, & relinquat post se benedictionem? Et certè sic operari, sic iudicare superna diuinitas solet: scienti loquor. Quando autem magna bona mortalibus prouenerunt, quæ non magna præuenerint mala? Nam, vt cætera taceam, nõne illud vnicũ & singulare beneficium nostræ salutis præcessit mors saluatoris? Tu ergo amice sponsi, amicum te in necessitate probato. Si triplici illo amore de quo tuus interrogatus est prædecessor, tu quoque toto corde, tota anima, tota virtute Christum diligis vt oportet, nihil reseruabis, nihil dissimulabis in tanto periculo sponsæ eius: sed quicquid habes viriũ
Ioan.21.c quicquid zeli, quicquid solicitudinis, quicquid auctoritatis, quicquid potestatis, impendes. Singulare periculum, singularem exigit operam. Fundamentum concutitur: & tanquam imminenti ruinæ, totis est nisibus occurrendum. Et hæc propter vos fidenter quidem, sed fideliter dicta. Decætero verbum illud quod iam, ni fallor, audistis, quomodo videlicet in Carnotensi cõuentu (quonam iudicio satis miror) me quasi in ducem & principem militiæ elegerunt: certum sit vobis nec consilij mei, nec volũtatis meæ fuisse vel esse, sed nec posfibilitatis meæ (quantum metior vires meas) peruenire vsque illuc. Quis sum ego vt disponam castrorum acies, vt egrediar ante facies armatorum: aut quid tam remotum à professione mea, etiã si vires suppeterent, etiam si peritia non deesset? Sed neque

A neque hoc meum est vestrum docere sapientiam. nostis hæc omnia. Tantùm obsecro per illam charitatem qua mihi specialiter debitor estis, ne me humanis voluntaribus exponatis, sed sicut singulariter vobis incũbit, diuinũ consilium perquiratis, & operã detis, vt sicut fuerit volũtas in cœlo sic fiat.

Ad eundem pro fratre Philippo.
Epistola CCLVII.

ESt negocium quod cæteris non miscemus, quoniam cæteris amplius tangit & angit nos, & eget singulari propriæ precis instantia. Philippus noster cum se exaltauit, humiliatus est: sed cum se humiliauit, non est exaltatus: quasi vtrumque pariter dominus non dixisset. Rigor est, sed sine dispensatione. Iudicium, sed sine misericordia. Multi (quod
Matt.7.d negandum non est) sic mensurauerunt, sed nullus ita sibi voluit mensurari. Si autem in qua mensura mensi fuerimus, remetietur nobis: erit profectò iudicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam. Capax est vester apostolatus
Luc.16.a rei vtriusque, & zeli scilicet, & miserationis. Et honor quidem maiestatis iudicium diligit, sed absit vt ad præiudicium mansuetudinis. Quanquam dispensator ille cuius laus est in euangelio, elegit potius fraudem facere suo domino, quàm proximo non misereri. Denique pro centum nunc quidem
B octoginta, nũc verò quinquaginta redhibuit. Iustè laudatus est, qui domino suo rerum maluit, quàm personarum iacturam facere. Et quia dignus est qui sic operatur, mercede sua, vno tali opere quos ille retinuit seruos, iste sibi fecit amicos. Quid facimus? Videmur intrasse causam, non porrigere precem. Non expedit ita. Si pergimus ista dicere, iudicium prouocamus, non misericordiam. Nulla mihi fiducia in argumẽ-
Prou.1.b tationibus istis, non plus quàm in telis aranearum. Frustra iacitur rete ante oculos pẽnatorum. Noui quàm validiora valeant mihi responderi, præsertim à tali ingenio. Quamobrem arma mea preces pauperum sunt, & abundamus in genere isto. His cedat necesse est machinis turris fortitudininis etsi aliàs inexpugnabilis. Non repellet pauperum preces, pauperum pater, paupertatis amator. Quinam isti? Non sum solus: & si solus, fortasse præsumere possem. Omnes filij vestri qui mecum sunt, & qui mecum non sunt, mecum tamen sunt in hac supplicatione. Quis numeret eos? Solus sanè frater Philippus excipitur, qui nec postulat, nec petit postulari, & an velit, ignoro: magis quod in se est, elegit abiectus esse in domo dei sui. Sed nec nos quidem pro homine, sed pro ordine postulamus, cui dispensationem in eo factam non parum profuturam confidimus.

Ad eundem pro fratre Rualeno.
Epistola CCLVIII.

C IN veritate comperimus Rualenum nostrum nedum requiescere in quo positus est, sed nec aliquando requietum confidimus. Quamobrem opus est maturato remedio, non solùm illi, sed & mihi. Vror dico vobis, quandiu ille in scandalo est. Nolite mirari hoc: vna anima sumus, nisi quòd ego mater, ille filius: nam patris in eo cessi vobis & nomen & auctoritatem. Solus qui transfundi non potuit, mihi remansit affectus, qui me excruciat. Mater autem non potest oblisci filij vteri sui. Id me fuisse quis dixerit, ego adhuc esse sen-
Esa.49.d tio. Clamat matrem pectus triste, & continuus dolor cordis mei pro eo. Quæritis de quo querar? De me. De vobis mihi queror sed vobis. Ego ego sæua & pia mater propriis viscceribus non peperci, vt castificarem cor meum in obediẽtia charitatis. Immolaui de sinu meo chari pignoris hostiam, & non in angaria, fateor, sed in voluntate mea parui voluntati, quę quos vult, angariat. At ille non ita. Reritebatur quãuis frustra planè angariatus tam à me, quàm à vobis. Nũquid ego timere potui tanta obstinatione semper renisurum? Pij cordis est cedere importunitati, quæ ad id quod oportet adduci non patitur. Alioquin inuitum tenere ad quod inuitus tractus est, durum pro illo, fructuosum nemini est. Porrò occupare locum, & non facere fructum, nec loco expedit, nec vos decet, nec nos. Nemo (vt ait beatus Ambrosius) inuitus benefacit, etiam si bonum est quod facit: quia nihil prodest spiritus timoris, vbi non est spiritus charitatis. Obsecramus itaque per viscera misericordiæ dei nostri, exhibete viscera D
patris, & infantem, dum adhuc viuit, remittite ad vbera matris, cuius fortassis hic totus languor est, quòd sit præptoperè ablactatus. Melius enim viuere sinitur, quàm diuiditur. Quæ vtilitas in sanguine eius? Vnum scio, non patris, non matris
3.Reg.3.i illa vox erit: Nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur. Hoc vos fortè, non timetis, quia non creditis prouenturum. Sed scriptitationes & mussitationes frequentissimæ venientes in manus nostras, plenæ sunt timore isto, minitantes hominis fugam, & diuisionem vel potius diruptionem non modo à vobis, sed & à nobis.

Ad eundem, pro eodem. Epistola CCLIX.

ET si quid aliquando volui quod velle me noluistis, mansuetudinis vestræ dignatio eò me prouocat, vt quod vultis, non modo velim, sed & auidè velim. Placet vobis vt frater Rualenus abbas sit apud sanctum Anastasium, & mihi placuerat & antè: sed quia nimis ille nolebat, placitum in non placitum venit. Porro vestro beneplacito non conueniente, rursum vt iustum est, non placitum in placitum redit. Experiri licet. Factum est quod præcepistis, non quia præcepistis, sed quia voluistis. Ex voluntate ergo, & non quasi ex tristitia, vel ex necessitate executio maturata mandati obedientiam probat, de voluntate stylus interrogetur. Si cõtentus non fo-
Luc.17.b rem mandatum facere, nónne, iuxta verbum domini, seruus E
inutilis essem, soluens debitum? Nunc autem quia adieci velle, iam non seruus, sed filius.

Ad abbatem Rualenum. Epistola CCLX.

SAtis supérque afflixit nos absentia tua Rualene charissime, sed longè magis comperta tua tristitia turbati sumus. Etenim iustius te quàm nostram de te desolationem seu destitutionem plangere nobis videmur, & desolatio quidem non parum damnosa, & non parum molesta, nempe tam dulci filio, tam vtili fratre, tam necessario adiutore. Verùm quo verius ista de tua amabilitate memoramus, eo affectuosius compatimur mœrori tuo, plutis multo habentes tuum incommodum, & lõgè egrius ferentes, quàm nostrum damnum. Denique non dissimulauimus, nõ quicuimus, non siluimus, tentantes super hoc deum penè vsque ad irritandum summum & sanctum pontificem: vt quomodocunq; vel cum nostro periculo te reuocaremus. Sed quia adhuc frustrati sumus in cunctis molitionibus & conatibus nostris, supernis tandem iudiciis vel fatigati cedentes, & dantes potentiæ manus, quoniam quod volumus non valemus, id velle cogimur quod possumus. Tu igitur frater charissime & desideratissime, confortare in domino, & noli iam cõtra stimulum calcitrare, ne dum pũgeris tu, plurimi qui te in domino plurimum F
amant, pariter compungantur. Parce tibi & nobis, qui tuo amore nec ipsi nobis pepercimus. Magis autem induere fortitudine, confidens & sciens quia gaudium domini fortitudo tua. Induere lætitia salutari, vt & nos de tua iucunditate lætantes, hilarem datorem diligenti deo, tum pro tua pace, tum pro nostra consolatione laudes & gratias referamus.

Ad dominum papam Eugenium pro quedam paupere abbate. Epistola CCLXI.

VNus de militibus templi voluit monachari in ordine nostro, nec defuerunt de nostris qui ei in tali voluntate assentirent. Sed cum non auderent eum in suis claustris recipere, quoniam non licebat, occultò eum duxerunt ad quandam abbatiam quæ dicitur Vallis, mandantes & suggerentes abbati, vt nigrum habitum de alio ordine monachorum faceret ei tradi, & sic eum reciperent, nostrúmque illi darent. Et factum est ita. Res nobis innotuit, & per nos delata ad capitulũ est, capituli decreto frater ille foras missus est. At fratres de templo minimè hoc contenti, literas nihilo minus à vestra maiestate episcopo Cathalaunẽsi attulerunt, quibus abbatem sancti Vrbani (nam is est qui militi habitum tradiderat) ab introitu ecclesiæ suspenderet, donec se vestro conspectui præsentaret. Inde est quòd abbas de Vallibus, quo rogante ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hoc fecit, nil mali suspicatus, compulsus est in magna anxietate animi fratrem latorem præsentium mittere ad pedes misericordiæ vestræ, vt qui per eum intricatus est, per eum expediatur, si tamen hoc tam ipse quàm etiá nos alij filij vestri à vestra sancta paternitate potuerimus promereri.

Ad eundem pro monachis Mosomensibus. Epistola CCLXII.

NOn possum deesse denuo domino Remensi in petitione sua, præsertim cũ digna sit exauditu. Rogamus proinde & omni instantia supplicamus pro pauperibus monachis Mosomensibus, vt ab oppressione quam sustinent, sicut per latorem præsentium nosse poteritis, citius liberentur, & ab eis iniuriæ siue calumniæ malignantium in manu vestra valida propulsentur. Hoc enim est pro quo pauperes longè miserunt clamantes ad vos. Iam quale responsum à vobis oporteat reportari, doceat vos amantium tam iustitia quàm paupertas, & prefati viri qui pro eis interuenit, & vos nõ parum diligit, reuerentia.

Ad eundem pro abbate Caziacensi. Epistola CCLXIII.

H POrrexetam preces, cum possem fortè iubere, & me putaueram exauditum. Sed quia comperi non ita esse, mihi videor non iam simpliciter fore communitérque petendũ, sed clamandum in vociferatione. Neque enim tenuiter seu æquanimiter fero repulsam, quã hactenus expertus non sum. Facite itaque quod debetis: facite quod soletis. nam consuetudo debitorem vos fecit. facite, inquam, etsi non quia rogamini, certè quia iubemini. Itaque reuertimini ad iudicium, nec enim iustitiæ videtur esse, vt vir religiosus & amicus noster, & filius vester abbas Caziacensis, quod iuris est monasterij sui perdat propter verbum incautè à se inconsultéque prolatum, & absque ecclesiæ suæ assensu. Quanquam etsi illi verbo omnino pertinaciter adhæreat aduersarius, vtpote iustitiæ non confidens, iusto, vt putamus, iudicio prædicto abbati non debebit obesse: cum viri illi in quorum conniuẽtia res posita est, non concordasse, sed potius dissensisse sciantur. Ex hoc credimus quia non contristabitis nos, neque conturbabitis. Sic deus lætificet animam vestram, sic vos ab omni perturbatione conseruet, pater amande & honorande si omnibus seruis Christi, sed nobis specialiter.

Petrus Cluniacensis abbas ad Bernardum abbatem Clarævallensem. Epistola CCLXIIII.

I FOrti ac splendidæ monastici ordinis, imò totius ecclesiæ dei columnæ, domino Bernardo Clarævallis abbati, Petrus humilis Cluniacensis abbas, salutem quã promisit deus diligentibus se. Si liceret, si dei dispositio non obstaret, si in hominis potestate esset via eius, maluissem charissimæ beatitudini tuę nexu indissolubili adhærere, quàm vel principari inter mortales alicubi vel regnare. Quid enim? Nónne regnis omnibus terrenis præferri à me deberet grata non solùm hominibus, sed & angelis ipsis cohabitatio tua? Conciuem te illorum si dixero, licet nondum spes in rem trãserit, per misericordiæ dei gratiam mendax non ero. Si planè mihi datum fuisset vsque ad vltimũ spiritum tecum hic esse, daretur fortassis posthac & vbi esses etiã perpetuò esse. Quò enim currerem nisi post te, tractus odore vnguentorum tuorum à te? Quod quia semper non datur, vtinam sæpe daretur. Et quia nec illud est, vtinam saltem frequenter videam missos à te. Et hoc quoque quia rarò contingit, volo vt vel in proximo sanctitas tua amantem se per suum nuncium vsque ad octauas domini mecum mansurum visitet, in quo tuus, vt mihi videtur, ex parte, & meus ex toto spiritus requiescit. Videbo te sanctè frater in illo, audiam te per illum, & quædam quæ secretò nota fieri volo sapientiæ tuæ, mandabo per ipsum. Sanctæ animæ tuæ, sanctíque sub regimine tuo omnipotenti domino seruientibus, me nostrósque quantis possum precibus, quanta possum deuotione commendo.

Ad Petrum Cluniacensem abbatem. K
Epistola CCLXV.

QVid facis ô bone vir? Laudas peccatorem: miserum beatificas. Restat vt ores ne inducar in errorem. Inducar autem, si tantis delectatus præconiis, ignorare me cœpero. Propemodum id mihi contigerat visis literis beatitudinis tuæ, & beatificationis meæ. Quàm beatus nunc essem si verbis beari possem? Beatum tamen me dixerim, sed fauore tuo, non meis laudibus. Beatum quòd diligor à te, quòd diligo te. Quanquam & hanc mihi dulcem licet buccellam liquandam arbitror, nec omnino plenis, vt aiunt, buccis admittendam. Mitaris cur hoc? Nempe non video in me vnde tantum diligi meruerim, præsertim à tanto. Scio autem quia plus iusto velle diligi, minus est à iusto. Quis mihi det tantę humilitatis insigne tam imitari posse, quàm admirari? Quis mihi tribuat sancta & desiderata præsentia tua, non dico semper, non dico sæpé, sed vel semel in anno frui? Puto quia nulla vice reuerterer vacuus. Non, inquam, frustra conspicerem virtutis exemplar, disciplinæ summam, speculum sanctitatis. L Quódque minus vsque adhuc à Christo didicisse me fateor non incassum fide oculata perciperem, quàm sis & tu mitis & humilis corde. Verùm si tibi pergo facere quod à te mihi factum queror: etsi veritatem dicam, veritatis tamen legi nõ concordabo, in qua legitur: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Itaque iam respõdeamus petitiunculæ vestræ, quia epistolam conclusistis. Is quem mitti vobis iubetis, modo mecum non est, sed cum domino Altissiodorensi, & ita infirmus, vt sine nimio incommodo nec ad nos vsque posse adhuc venire dicatur.

Tob. 4.e

Ad Sugerium abbatem sancti Dionysii, in obitu eius consolatoria. Epistola CCLXVI.

Charissimo & intimo amico Sugerio, dei gratia abbati sancti Dionysii, frater Bernardus gloriam quæ abintus est, & gratiam quæ desuper venit.

HOmo dei ne trepides exuere hominem illum qui de terra est, illum qui te deprimit vsque ad terram, & conatur deprimere vsque ad inferos. Iste est qui vexat, qui onerat, qui oppugnat. Quid tibi & terrenis exuuiis, qui ad cœlũ iturus stola gloriæ mox indui habes? Præsto est, sed vestito non dabitur. Vestire nouit illa, non superuestire. Sustine ergo patienter, imò libenter accipe nudus & non vestitus inueniri. Denique & deus ipse vult vestiri: sed cum nudus est, non cũ M vestitus. Homo dei non reuertetur ad deum, nisi is qui de terra est, & terra est, in terram ierit. Hi enim duo homines sibi inuicem aduersantur, nec erit pax donec abinuicem separentur. Et si pax fuerit, non erit pax domini, non erit pax cũ domino. Non es tu de illis qui dicunt, Pax, & non est pax. Te expectat pax illa quæ exuperat omnem sensum, te expectant iusti donec retribuatur tibi, te expectat gaudium domini tui. Et ego quidem charissime, vehementer afficior ante videre te, vt benedictio morituri veniat super me. Et quoniam non est in in homine via eius, non audeo vnde certus nõ sum pro certo polliceri, sed quod nondum video quomodo possum, satis ago vt possim. Fortè veniã, fortè non veniam. Sed quodlibet horum sit, dilexi à principio, diligam sine fine. Fidenter dico, non possum perdere sic dilectum vsque in finem. Non mihi perit, sed præit: cuius animæ anima mea adhæsit glutino, quod nõ diffsipabitur, & vinculo quod non dirumpetur. Tantũ memento nostri cum perueneris quò nos præuenis: vt & nobis cito detur venire post te, & ad te peruenire. Interim tamen nullatenus putes quia tua dulcis memoria recedat à nostra, etsi præsentia dolentibus subtrahatur. Quanquam potens est deus te adhuc nobis donare rogãtibus, seruare indigentibus, quod vtique non est diffidendum.

Ezech. 13.

Psal. 73. d

Abbati Cluniacensi. Epistola CCLXVII.

FIlius vester frater Galtherus factus est & noster, secundum regulam illam: Omnia mea tua sunt, & tua mea. Nõ sit minus familiaris, quia communis: sed si est quod possit alia gratia, sit familiarior atque acceptior, vt mihi quia vester est, sic vobis quia noster est. *Ad*

Ioan. 17. b

A *Ad dominum papam Eugenium pro fratribus de Corona.*
Epistola CCLXVIII.

ALij vereantur maiestatem in vobis, & tremulis labiis ac digitis quod ad rem pertinet, vix ad id vnquam longis ambagibus anfractibúsque perueniant. Ego certè vtilitatem vestram, & honorem vestrum tantummodo attendens, rem vt est nudè & apertè illico aperio, & sine cunctatione & obuolutione tanquam vni nostrum, apostolico quod opus est intimare non vereor. Subreptum est vobis, & grauiter, quod non dubius affirmauerim. Quis vobis suggessit hominem de ambitione notatum, conuictum, condemnatum, ad ecclesiasticam cogere dignitatem? Quasi non satis per se ipse se ingerere voluisset. Nónne is est quem sanctæ memoriæ Lambertus episcopus deprehensum in maleficiis detestandis, quæ ipse stimulante ambitione perpetrarat, non solùm à gradu in quo erat, sed à spe totius promotionis solenniter, vt debuit, degradauit? Non est nisi reuocare sententiam. At propter anxietatem sanctorum fratrum de Corona, qui pro hoc clamãt ad vos, & ob reuerentiam episcopi sancti & docti, qui in hac re auctor extitit: sed & propter conscientiam (conscietiam dico vestram, non alterius) vnum restat vt hoc & pro mea conscientia inferam, Irascimini & nolite peccare. Peccatis enim, si nõ irascimini tanti suggestori mendacij, tam indignæ sen- B tentiæ subreptori.

Psal. 4. a

Ad eundem. Epistola CCLXIX.

SErpens decepit me. Homo versipellis & versutus, iustitiæ inops, audientiam fugitans, propriæ conscientię inimicus, fraternæ incubans iniuriæ, nescienti mihi literas pro se per dominum Beluacensem elicuit. Quid enim ille à me non obtineret? Si non vultis vltra modum onerare conscientiam meam, nil lucretur subreptione dolosus, nec de literis nostris opprimat innocentes. Quanquam ne hoc quidem mihi satis fuerit, nisi & pœnam portet quam meruit subreptor maliguissimus, & auarissimus exactor.

Ad eundem. Epistola CCLXX.

QVi tentant nos, non dormitant neque dormiunt. Quomodo nunc de nouo persecuti sunt in montibus, insidiati sunt in deserto? Cartusienses turbati sunt. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & propemodum omnis sapientia eorum deuorata est. Scias domine mi, inimicus homo hoc fecit. Quid dico fecit? Et adhuc facit. Adhuc fiduciam habet vt & illa sanctitas influat in os eius. Esca ei electa, nosti optime. Quosdam iam præuaricatores constituit, alios quos per se expugnare non poterat, per illos impugnat bello domesti- C co & intestino. Ab ipsa fundatione loci & ordinis non est auditum, vt quis exiens, sine satisfactione reciperetur. Qui male exierant, peius redintrauerunt, addentes præuaricationem. Quid putas pater sancte, illi facturi sunt, quorum egressio in transgressione, regressio in superbia est? Et nunc superbia eorũ ascendit semper. Exultant in re pessima quam egerunt, insultãt iniuriam patientibus. Vicere, triumphant: Prior iam non est prior. Dum superbit impius, incenditur pauper. Exire etiam vult, non potest videre destructionẽ ordinis sui. Et iam exisset, si solus exire potuisset. Qui prior necesse est vt bonus sit: nam quorum innititur consilio, audiuimus à bonis bonos esse. Videsne, clementissime pater, quantum subreptũ sit tibi? Nihilne dignum recipiat subreptionis auctor? Si benę te noui, portabit iudicium quicunque est ille. Venerunt ad te in vestimentis ouium, in habitu sancto, species decepit te. Quid mirum? Et tu homo es. Sed iam prodita in lucem fraude, exurgat zelus, & partes suas viriliter exequatur aduersus malignantes. Non veniat anima tua in consilium eorum, dissipetur consilium Achitofel. Teipsum custodi. Non est periculi scientiæ subripi, & zelum dormire. Illud excusat ignorantia, hoc negligentia inexcusabile facit. Fortè ascendat ex aduerso, & aliud persuadere conetur. Mentiatur iniquitas sibi, & non domino meo. Nam & veritas & res sic se habet. Nil verò iucundius, nil iustius in indiciis vestris, quàm cum se istiusmodi occasio præbet, si qui nocere voluit, cadat ipse in foueam quam fecit, & conuertatur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendat. D Zelus domini mei faciet hoc. Et priorabitur iterum (vt confido) qui Prior fuit, vt non glorietur omnis iniquitas. Alioquin (quod non frustra timemus) nisi Prior restituatur in gradu suo, ordo non diu erit in statu suo. Inspiret deus vobis paternè accipere ista, & respõdere bona ad nostram omnium consolationem, qui valde desolati sumus & afflicti super vires. Dominus Cisterciensis deseruit nos plaga magna in ordine. Mihi verò duplex incumbit mœroris ratio, qui in vno homine & patrem amisi, & filium. Et nunc habemus pro eo dominum Gozuinum, Bonæuallis abbatem. Sit beneplaciti vestri confortare eum literis apostolicis, & quod de eo factum est, vestro roborare fauore. Nostis eum, & non est ei apud vos opus commendatore, quem satis cõmendat vita sua, & sapientia sibi data à deo. Dominus Valentinus conualet: & vbi valet, operatur bona. Propterea amatores boni diligunt eum, & ipse diligit bonos. In hoc apparet quia bonus est. Vestrum est tales diligere & fouere. Puer vester plus solito infirmatur, guttatim defluit, fortè minime dignus qui occidatur semel, & cito ingrediatur ad vitam.

Matt. 13. d

Ad comitem Theobaldum. Epistola CCLXXI.

SCitis quia diligo vos, sed quantũ, nouit deus melius quàm vos. Me quoq; diligi à vobis non dubito, sed propter deũ. Quem si offendero, non erit quòd me diligere debeatis, cum E iam non fuerit in causa deus. Quis enim ego sum, vt de me tantillo tantus princeps curetis, nisi quandiu deum in me esse credetis? Ergo vt offendam eum, fortassis nec vobis expedit. Offendo autem proculdubio, si facio quod requiritis. Nam honores & dignitates ecclesiasticas non ignoro deberi his qui eas dignè ac secundum deum administrare & velint & possint. Porrò eas acquiri paruulo filio vestro precibus meis vel vestris, nec vobis iustum, nec mihi tutum esse noueritis. Nam nec cuiquam vel adulto plures in pluribus ecclesiis habere licet, nisi dispensatorie quidem ob magnam vel ecclesiæ necessitatem, vel personarum vtilitatem. Quamobrem si vobis videtur hic durus sermo, & placet quod cogitastis implere: parcite mihi in hoc, nam vos satis (ni fallor) per vos & per alios amicos vestros istud obtinere potestis. Ita nec vos minus quod vultis efficitis, nec ego peccaui. Sane V illelmulo nostro cupio bene per omnia, sed ante omnia deum. Hinc est quòd contra deũ nolo aliquid habeat, ne non habeat deũ. Quòd si alius secus voluerit, nolo per me habeat, ne perdam & ego deum. Vbi vero emerserit quod secundum deum habere possit, probabo me amicum, & operam meã, si opus fuerit, non negabo. Apud amatorem iustitiæ in excusando eo quod pro iustitia est, non multum mihi laborandum. Vos autem apud comitissam per ea quæ vobis rescripsi, habete me excusatum.

Ad 1. Cor. 15. g
2. Cor. 11. c

Episcopo Laudunensi. Epistola CCLXXII.

VEstri sumus. Si hoc scitis, immo quia non ignoratis, lator præsentium per nos vobis, & per vos aliis omnibus quos offendisse videtur, efficaciter firmitérque reconcilietur. Alioquin offenditis, quem vestrum non negatis, quod omnino facere non audetis. Ex quo episcopari cœpistis, nullam à vobis adhuc benedictionem accepimus, neque saeculum, neque peram, neque calceamenta in pedibus.

Ad dominum papam Eugenium.
Epistola CCLXXIII.

Amantissimo patri & domino Eugenio, dei gratia summo pontifici, frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas, modicum id quod est.

VOx turturis audita est in capitulo nostro, exultauimus, & delectati sumus. Planè eloquium castum, feruidum zelo, cautum scientia. Spiritus vitæ spirabat in literis, spiritus vehemens, intonans & increpans, & æmulans nos dei æmulatione. Fateor, non facilè dixerim quid me amplius delectarit in illis, vestra benignitas, an nostra vtilitas: inclinata maiestas, an erecta humilitas: mordẽs seueritas, an mulcẽs paternitas. Qui in nobis quantulumcunque esuriebant iustitiam, refecti sunt: qui minus, compuncti sunt: qui minimè, cõfusi sunt. Ita, quæso, ita iugiter faciatis. Solicitudo quæ omnibus debetur, nullo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G modo his quibus specialius debetur, subtrahēda est, sed pro-
1. Cor. 13. a pensius exhibenda est. Charitas benigna est, dilatare se, non
Mat. 19. d minorare nouit. Colligat sanè & alios, sed nobiscū. Nec alie-
num à vestro apostolatu, fouere eiusmodi qui eum apostolis
loqui possunt: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus
te. Non sunt relinquendi qui ipsi se reliquerūt. Pusilli domi-
ni sunt, in ipsum credētes: nō deseret eos fidelis seruus & pru-
dens, is præsertim cui credita vniuersitas est. Nempe vniuer-
sitatis portio hi: & quidē pusillus grex sed qui (ni fallor) me-
ruerunt patrem habere deum, accepturi coronam gloriæ de
manu domini, & diadema regni dei sui. Nec enim rapinam
arbitrantur esse se hæredes dei, cohæredes autem Christi. De-
nique audierunt: Nolite timere pusillus grex, quia cōplacuit
patri vestro dare vobis regnum. De his interim satis. Abbas
trium fontium bene plantatus erat, vtpote secus decursus a-
quarum. Vereor ego ne arbor bona faciens fructum bonum,
explantata faciat nullum. Vidimus interdum vitem in prima
plantatione fœcundam, in secunda sterilem. Vidimus lignum
bene plantatum virescere, transplantatum arescere. Grauiter
proinde vulneraſtis cor meum, si non remittitis eum: quia su-
mus cor vnum, & anima vna. Quandiu diuisum erit, necesse
erit vt vtraque pars suo sanguine cruētetur. Heu, onus quod
ambo vix portabamus, quomodo portabo solus subducto
baculo senectutis meæ? Si de me parū est, moueat vos totius
H ordinis plaga non parua: & ne spe incerti boni, tam certa in-
terim mala fieri velitis. Quod si omninovobis in eo compla-
cuit vt retineatis eum: placeat, obsecro, commendatum ha-
bere ipsum, ac deinceps ad deum leuare manus vt dignetur
idoneum pro eo virum prouidere domui illi. Decætero su-
per his quę pro communi vtilitate totius ordinis, & pro aliis
quoque negociis eidem abbati dignum (imò & necessarium)
iudicauimus ad vos perferenda committere, festinatum ex-
posicimus benignitatis vestræ responsum, sed responsum fa-
cti, non verbi.

Abbati trium fontium, contra nepotem episcopi Altisiodorensis.
Epistola CCLXXIIII.

POEnitet me scripsisse pro iuuene illo, & velim, si fieri
possit, reuocari precem, per quam videor approbasse iu-
dicium amici super collata & malè collocata ab eo præpo-
situra. Quod vtique non facio, nec feci vnquam. Sed vicit me,
fateor, vt sic scriberem, dilectio, qua tenebat vehementer a-
strictus auunculo adolescentis, affectu grandi nimis, sed mi-
nus spirituali in hac parte. Vrgebat maximè plaga recens de
morte illius. Videbar leuitate vsus, sed malo periclitari apud
dominum meum præcipitatione scribēdi, quàm apud deum
suspicione mendacij. Quanquam cautè ac prouidè de præ-
positura scripsi, nihil ad ipsum, quòd indubitanter scirem
I duos (vt nemini) prædecessores eius ipsam aliter ordinasse atq;
alias & suo confirmasse priuilegio. Tu autem si efficere
poteris apud ipsum, vt ecclesiæ priuilegium, & priuilegio
efficaciam reddat, bonum opus operatus es. Vtinam à næuo
sanguinis huius sanctum purgaret episcopum, & adolescenti
in aliis prouideret.

Ad dominum papam Eugenium pro Altisiodorensi electione.
Epistola CCLXXV.

CVm primum vobis pro Altissiodorensi ecclesia scripsi,
de prima audieram electione, de secūda nihil. Et ecce me
veluti prophetante, opprobrium quod suspicatus sum, secu-
tum est, & timor quem timebam, euenit. Mementote quo-
modo actum sit Niuernis, & videte si non simili arte, imò
fraude non dissimili, eodémque auctore, vt aiunt, & nunc se-
cunda electio præsumpta est, vt scilicet vno nominato duos
eiiciant, & sic demum tertium quem volunt subinducant.
Miserunt & isti ad me, vt pro sua parte scriberem: & visum
est mihi mittere fratrem à latere meo, qui de vtraque certius
actione cognosceret, nósque certificaret. Qui intrans eccle-
siam, & de omnibus diligenter explorans, testimonio om-
nium qui conuenerant, inuenit nullum presbyterorum, præ-
ter vnum, fratrem scilicet ipsius fratris Gaufridi Hugonem,
nullum de diaconis præter Stephanum solum, ex parte illa
esse: exceptis his qui auctores extiterant personis ecclesiæ,
cantore, archidiacono, & vt videbatur, thesaurario. neque e- K
nim ipse præsens tunc affuit. Porrò in parte altera præter a-
lios inferioris ordinis diaconos nouem, & presbyteros vn-
decim consentire. Duodecimus, qui & archipresbyter est,
pro neutra parte velle se subscribere, pro neutra scripsisse te-
stabatur: quanquam priorem plus vellet. Sigillum ecclesiæ
præfatus Hugo tenebat, homo non pacis, sed partis alienæ:
nec considerauit in tradendo quod debuit, sed quod voluit.
Sic se res habet. Et ego solita præsumptione vnum infero:
Nec malitiam gloriari oportet, nec sapientiam decipi decet,
nec ecclesiam suspendi expedit.

Ad eundem, pro obitu episcopi Altisiodorensis.
Epistola CCLXXVI.

ADhuc suggero aliquid, quod antè non tacuissem, si an-
tè mihi compertum fuisset, sicut nunc est. Adest homo
qui peccare fecit Israel: sanctum loquor episcopum, qui cum
in morte aliquantum stupidus esset & turbatus, iste cum fe-
cit mori penè intestatum. Cùm enim pauperibus & ecclesiis
aut nihil aut parum daret, nepoti suo cardinali adolescentu-
lo seculari inutili totum penè quod acquisierat mensæ epi-
scopali, Stephano suggerente & solicitante dimisit. Aiunt se-
ptem ecclesias & decimas & prata in propria sylua episcopi:
insuper (quod pudor est omni religioni) de mobilibus au- L
reos suos & proprias equitaturas: & cùm minus illæ sufficere-
rent ad conficiendum iter, vt pro his firmandis ad vos veni-
ret, iussisse tradi etiam monasterij equitaturas. Quanquam
quidam existimant episcopum donationes istas nescisse, sed
Stephanum fecisse & sigillasse quæ voluit, & credendum.
Nempe & anno præterito in articulo, vt putabatur, mortis
positum, ecclesiam quandam eidem nepoti donare fecerunt:
quod donum postea conualescens, sicut certissimè compe-
rimus, fecisse se minime recognouit. Quis denique credat
virum sanctum spiritualem, si sapuit, si compos sui fuit, testa-
mentum tale fecisse? Quis vel secularissimus hoc dixerit te-
stamentum sacerdotis? Hæccine dispositio hominis sobrij
& spiritualis illius qui omnia diiudicat, & ipse à nemine iu-
dicatur? A quo enim, si ita remanserit, siue in cœlo siue in
terra iste non iudicabitur? Tu ergo serue dei qui tenes gla-
dium Petri, amputa confusionem opprobrij à religione, scan-
dalum ab ecclesia, crimen à persona, à spiritualium omnium
qui eum in spiritu & non carnaliter diligebant, & tuo ipsius
corde amaritudinem & dolorem. Exurge Phinees, sta & pla-
ca, vt sanetur quassatio: Sta, inquam, inflexibilis aduersus
carnem & sanguinem: quo ariete murum tuæ constantiæ fi-
lij huius seculi proculdubio concutere conabuntur. Vera
pietas est in auunculum, si super huiusmodi extiteris impius
in nepotem. Et hoc scitote, quod viros religiosos, decanum M
sancti Petri Altissiodorensis, & priorem sancti Eusebij tam
pro se, quàm pro abbate sancti Laurentij, ob primam Altis-
siodorensis ecclesiæ electionem paratos venire ad vos pars
aduersa per comitem Niuernensem detinuit, & deterruit ne
venirent. Siquidem comes ipse vocatis ad se denunciauit ne
se intromitterent, & minis grauissimis ac manifestis prohi-
buit eos: sicut prior ipse à prædicto abbate suo, & fratre suo
carnali & à decano missus ad nos propter hoc ipsum confes-
sus & conquestus est rogans etiam per nos hoc ipsum inno-
tescere vobis. Dixi & iterum dico, mementote quod factum
est Niuernis. Ordinatissimum est, minus interdum ordinate
aliquid fieri. Claues vestras qui sannm sapiunt, alteram in
discretione, alteram in potestate constituunt.

Ad eundem pro abbate Cluniacensi.
Epistola CCLXXVII.

STultum videtur scribere ad vos pro domino Cluniacen-
si, & ei quasi velle patrocinium ferre, quem omnes sibi
patronum habere desiderant. Sed scribo etsi non necessa-
riè illi, satisfaciens tamen affectui. Affectui dico meo, nō al-
terius. Ipso enim quia corpore non possum, prosequor ami-
cum peregrinantem. Quis nos separabit? Nec altitudo Al-
pium, nec niuium frigora, nec longitudo itineris. Et nunc
præsens sum, in literis his assistens illi. Sine me poterit esse
nusquā.

A nusquam. Debitor sum dignationi eius, per quam dignus ha-
bitus sum assumi in id gratiæ. Sed debito ipsa absoluit gratia,
quia necessitas in voluntatem transiit. Honorate virum, vt
verè honorabile membrum in Christi corpore. Vas est in
honorem (ni fallor) plenum gratiæ & veritatis, refertum plu-
rimis bonis. Remittite eum cum lætitia, quamplurimos de
suo reditu lætificaturum. Dignemini eum ampliori, vt dignū
est, gratia, & ita vt de plenitudine eius omnes cum redierit,
accipiamus. Sanè si quid petierit in nomine domini Iesu, non
debet apud vos pati difficultatem. Nam si nescitis, iste est qui
manus suas extendit ad pauperes ordinis nostri: iste est qui
possessionibus ecclesiæ suæ quantum cum pace potest suo-
rum, libenter frequentérque largitur ad victum. In nomine
Iesu, cur dixerim, audite. Si enim petierit (quod suspicor ve-
reórque) dimitti a regimine monasterij, quis illum noscens in
nomine Iesu petere putet? Fallor si non solito timoratior, si
non seipso melior factus sit ex quo vidistis eum. Quanquam
penè ab introitu suo in multis ordinem illum melioraſſe co-
gnoscitur: verbi gratia in obseruantia ieiuniorum, silentij, in-
dumentorum preciosorum & curiosorum.

Ad eundem pro episcopo Beluacensi.
Epistola CCLXXVIII.

B PEtitiones filij vestri episcopi Beluacensis quàm dignæ sint
exauditu, non est quòd vos doceamus: ipsæ satis per se pa-
ternis visceribus vestris quod dignum & iustū est, facilè per-
suadebunt. Agimus tamen. Fouendus est deuotus iuuenis fa-
uore paterno: & zelus bonus quem pro sua ecclesia gerit, non
modo approbandus, sed & iuuandus. Sic seipso indies deuo-
tior, feruentior, fortior fiet, cum vexationes & tribulationes
quæ nunquam desunt illi ecclesiæ à malis hominibus, manu
indeficientis auxilij vestri sibi senserit è regione leuari. Peti-
tionem fratris Arnulphi de Maiole petimus exaudiri. Magi-
ster G. (hoc nomen nuncio) dicet eam vobis. Sed & quod pe-
tit abbatissa de Paracleto, per ipsum, si dignamini, scire pote-
stis, & facere si dignum iudicatis.

Ad Henricum comitem. Epistola CCLXXIX.

ABbas de Castellione vir religiosus Romam proficiscens,
in dei & nostri custodia sua omnia dereliquit. Et ecce mi-
nisteriales Simonis homines de Bellefort abstulerunt porcos
eorum. Maluissem, dico vobis, vt nostros proprios rapuissent.
A vobis requirimus illos. Ad hoc te constituit principem su-
per terram princeps regum terræ, vt sub eo & pro eo bonos
foueas, malos coerceas, pauperes defendas, facias iudicium
iniuriam patientibus. Si hæc facis, opus principis facis, & spes
est vt tuum deus dilatare & roborare debeat principatum. Si
C non, timendum tibi ne hoc ipsum quod videris habere hono-
ris & potestatis, auferatur (quod absit) à te.

Ad dominum papam Eugenium pro Altisiodorensi negocio.
Epistola CCLXXX.

BEne facitis frequenti & benigno exauditu tempus breue
quo hic sum, solando tædentem, pusillanimem erigendo.
Facitis etsi non quod mereor ipse, certè quod vos decet. Non
quòd ad vsum proprię voluntatis tanta abuti benignitate de-
lecter, paratus, teste conscientia, tam æquo accipere animo
quod negare, quàm quod præstare placuerit. Volo mihi geri
morem sicut & omnis homo, sed non quod iustitiæ obuiet,
quod veritati præiudicet, quod vestræ denique displiceat vo-
luntati. Hoc pro eo, ne me suspicemini aut non aduertere be-
neficium, aut ingratum esse. Nunc quod res postulat, audiat
sanctitas vestra. Cum in me itur, leuis iactura est, & quæ leua-
ri facili queat resarcitu. Ego plagis conscientiæ meæ nullum
iudico accommodatius medicamentum probris & contu-
meliis. Nō est proinde quod pro me mouear, homuncio om-
ni opprobrio dignus & despectione. At si vsque in Christum
domini malignatio fortè peruenerit, nutat, fateor, patientia,
& omnis penè cedit mansuetudo. Nunquid petiui à domino
meo ordinari per me ecclesias, disponi episcopatus, creari
episcopos? Aptum videlicet instrumentum, formica plaustrū
trahens. Voluistis hominem promoueri, dignè sanè (ni fallor).
in quem nimirum, quid dicant non inueniunt, ne hi quidem
qui contra volunt. Innotuit quibus oportuit mysterium bo- D
næ voluntatis. Et mysterium quidem publicatum est, fructu
verò vsque adhuc & vtilitate fraudamur. Quæritis qui fecit
hoc? Homo pacis vestræ, in quo sperabatis. Homo cui odio
religio, cui oneri sapientia, cui terrori iustitia est: qui domini
sui non est veritus secretum prodere, euacuare decretum. Nec
mirum, qui se talem aperire non est confusus. Qui dum pro-
prio concedit liuori, etiam vestræ reuerentiæ non pepercit.
Confusus sum ego, sed quæ cura? Non recuso confusionem
quam mihi obedientiæ zelus inuexit. A me quidem non tran-
siit calix iste, sed per me planè vsque ad vos pertransiit. In sug-
gillatione, ne dicam deprauatione datæ sententiæ, cui clarum
non sit auctorem tangi potius quàm denunciatorem? Cuius
non potuit infamari persona, debuitne infirmari promotio?
Vnum est è duobus, aut stabit sermo quem à vobis egressum
testati sumus, aut nos mendaces reputabimur, sicut iam repu-
tamur. Sed melius vestróque dignius apostolatu, non gloria-
bitur in malitia qui potens fuit in iniquitate. Obeditum ta-
men mandato ex parte est, & parte maiori. Tribus commis-
sum erat: vno contemnente, duobus consentientibus, quid re-
stat, nisi vt vox vestra suppleat quod minus est? Et quidem tu-
tè hoc. Non est quod timeatis à scandalo illorum de quibus
dominus dicit: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.
Quod reliquum est, lætabitur populus, lætabitur senior pars Matt. 15. d
cleri, etiam ipse lætabitur rex, lętabitur denique omnis eccle- E
sia sanctorum. Multa bona opera ostendistis seculo nostro ex
gratia quæ data est vobis. At nullum (vt arbitror) quod ma-
gis pro gloria vestra faciat, quàm si sic feceritis. Testimonium
perhibeo eis, quòd multos de religione nominauerint, non
religione delectati, sed impotentia, qui non possint maligni-
tatem eorum coercere, qui vi vim repellere non sufficiant:
vt quorum sanctitatem non amant, non sit quòd timeant po
testatem. Comes Niuernensis vias patris non ambulat: ad-
uersatur tum huic, tum omni bono. Incubat terris bonisque
ecclesiarum, sicut leo paratus ad prædam. Paratus est recipe-
re etiam Sarracenum, aut quempiam ex Iudæis vt isto careat,
quòd solus sibi videatur qui malitiæ & calliditati eius resiste-
re & norit & possit. Inde est quòd nonnullis clericorum, mi-
nus & manifestis grauaminibus (vt nobis ipsi confessi sunt) si-
lentium impositum, ne pars aduersa de multitudine glorietur.
Et vt breuiter quod sentio exprimam, si iudicatur operæ
precium in illo episcopatu monasteria pauperari, ecclesias
conculcari, religioni illudi, ipsam episcopalem sedem, cuius
præcipuè facultatibus & possessionibus inhiat, in seruitutem
redigi, Regniacensis regnare nullatenus permittatur. Vbi
est etiam nunc spiritus ille quem habuistis in negocio Ebo-
racensi? Non sentiet illum, qui simile opus tentauerit? Ecce is
(sicut accepimus) in spiritu illius venit, qui curiam aduersum
vos concitauit, si licuerit, moliturus idipsum. De negocio do- F
mini Lundensis reducimus vobis ad memoriam. Causa dita-
tionis sublata de medio, non est nisi vt fiat quod faciendum
erat. Et hoc addiderim: Habere bonum, iustum, & bonæ famę
cancellarium, apostolicę dignitatis non modica pars est, apo-
stolicæ administrationis non paruum adminiculum est, apo-
stolicæ conscientiæ non mediocris custodia est. Semper qui-
dem notabilis constitutio pernicioſa, at post longam delibe-
rationem etiam turpis.

Abbati Brunoni de Claraualle. Epistola CCLXXXI.

RECténe iraſceris tu modo? Non, vt opinor. Conuin-
cunt te sermones tui, non dispositi in iudicio, sed præ-
cipitati in perturbatione. Nam iudicium quidem tale est: Me-
liora sunt verbera amici, quàm oscula inimici. At ego sine
causa vapulo, inquis. Esto: nihilo minus tamen verbera ver-
borum nostrorum amicabilem curam sonant. Parum dixi,
paternam loquuntur solicitudinem. Itaque si culpam nō ha-
bes, nihil te lęsimus, propria excusatum conscientia. Si habes,
tibi potius iraſcendum quàm mihi fuerat. Quereris quòd ti-
bi non credidi, quasi tu mihi inde aliquid locutus fueris. Esto,
credidi querenti de te. Tibi quomodo credere, aut decredere
potui, qui dixeras nihil? Fac quod locutus es. Solue quod
debes, quàm antè poteris, ne forte non modo inter nos, sed
& de nobis scandalum oriatur. De nobis autem bene senti,

G bene de te sentientibus,& non decredentibus tibi,sicut perturbate loqueris,nescíés quid loquaris.Mea sunt verba,meũ loquuntur affectum.

Ad Ludouicum regem Francorum pro electo Altisiodorensi
Epistola CCLXXXII.

VOlui ego vnquam in aliquo imminui honorem regis, dignitatem regni? Deus scit, nec vestra, vt confido, cõscientia id vobis respondet. Videte ne illi magis cõtra vos faciant, qui electiones disturbant, ne sint in ecclesiis qui seruiant regi, sed ipsis de ecclesiarum reditibus seruiatur. Ego ego electioni Altisiodorensi interfui. Concors fuit, quia clerici qui antehac in partes disilierant, sine cõtradictione nunc tandem deo miserante conuenerũt. Electum bene nouimus, testimonium ei perhibemus quoniam bonus est. Neminem prorsus arbitror affuisse illi celebritati, qui de assensu vestro dubitaret, cum iam idem assensus vestris literis teneretur. Quis enim hoc vel cogitare posset repetendum alterum assensum, nec sufficere vnum, præsertim vbi nulla ex tunc interuenit altera electio? Nunquid quotiés dissenserint clerici, totiens erit requirendus fauor regis? Nec ratio, nec consuetudo hoc habet. Denique nuper, si recordamini, in
H Suesionensi ecclesia quotiens ad eligendum clerici conuenerunt, quotiens dissenserunt, & infecto negocio discesserũt: nec tamen existimo totiens repetisse assensum vestrum, quẽ semel promeruerant. Ita est domine mi rex, non est quòd debeatis reprobare factas electiones, quibus vt fierent, semel vos assensisse constiterit. Sed sunt aliqui qui vos conturbant & conturbare nituntur ecclesias, sua lucra sectantes, quódque grauius est, summi põtificis & serenissimi regis mutuam gratiam & amorem diabolico studio dirumpere molientes. Absit hoc: iudicium portabunt quicunq; sunt illi, & rex sem per faciet quod bonus rex, sicut hactenus fecit. Itaque citò mandentur iucundiora, nẽ diutius sedeat in tristitia ecclesia tamdiu iam vexata & afflicta. De persona nulla subeat suspicio: aut ego nimium fallor, aut fidelis erit, & regi bene placitũ super ea. Cõfido in domino, quia non contristabitis multitudinem sanctorum qui sunt in illo episcopatu, nec me seruum vestrum, qui, vt verum fatear, nihil æquè vnquam à vobis molestum pertuli, quàm si in hoc consilio (quod nõ eueniat) perstiteritis.

Ad dominum papam Eugenium pro Gigniacensibus.
Epistola CCLXXXIII.

APud Cluniacum occurrimus Gigniacensibus spe pacis, pro qua laboratum multum, elaboratum nihil. Nam totum quatriduanum laborem nostrum sola demum secuta est ruina spei. Repetita est iuxta tenorem literarum vestrarum damnorum resarcitio, restitutio ablatorum, sed incassum. Multum visum est ad eos, quia nocuerant multum. quippe vltra triginta milia solidorum computatio facta est amissorum. Siquidem abbatia vna (ne per singula euagemur) tota destructa est. Cæterùm de tantis amissis multa dimittere parati fuimus, cùm illi tam minimum obtulerunt, vt venerabilis abbas Cluniacensis, qui affectuosius quàm efficacius pro reformanda pace laborabat, nec dignũ relatu iudicaret. Itaque non prouenit compositio, quia reparatio tam ridicula offerebatur. Dicebant autem: Quidam maligni de nostris totum malum fecerunt. Quid ad nos? Ipsi viderint. Atque id quoque ridiculum. Clarum erat in tota regione, per homines ecclesiæ hoc grande facinus perpetratum, monachos quoque affuisse quosdam, cõsensisse omnes. Nam qui contradiceret malefactoribus, ne vnum quidem fuisse vsque ad hoc tempus audiuimus. Denique ipse dominus abbas istiusmodi tergiuersatores palàm refellebat & conuincebat, affirmans iustè ab ecclesia repeti, quod per ecclesiam amissum esse constabat. Vltima expectatur manus vestra in eo, quod non nisi in manu valida posse emendari satis supérque probatum est.

Ad dominum papam Eugenium pro Remensi archiepiscopo & aliis personis. Epistola. CCLXXXIIII.

DOMINVS Samson Remẽsis archiepiscopus versatur in domo magni patris familias tanquã vas in honorem. Si hoc scitis, seruate honorem eius, honorem ecclesiæ eius. K Si bene noui virum, quo magis honorabitis eum, eo plus honorabitur deus per illum, & in illo. Dominus Attrebatensis homo simplex & rectus, & adhuc permanens in humilitate sua, non est opus vt per alium plus humilietur, ne perdat auctoritatem, ac per hoc & vtilitatem. Hanc, si dignum ducitis, date ei vos, quia suo studio nunquam habebit: vtpote sui magis, quod in se est, mediocritate contentus. Est qui adeuersatur & extollitur: is plane vt humilietur, episcopo opus est: *Iacob.4.c*
& eidem ipsi non minus. Superbis resistere, & humilibus dare gratiam, familiare est domino vestro, & audistis eum *Ioan.12.d*
dicentem: Qui mihi ministrat, me sequatur. Abbas de Auvecurt bonus homo est, secundum bonitatem suam respondeatur ei. Exaudiatur pro necessitatibus suis, & contra eum non audiatur apostata. Betuniensis decanus voluntate episcopi & assensu aduocati bonã rem pro ecclesia sua in ecclesia eadem constituit: bonum est vt vestra auctoritate firmetur. Similiter & pro decanis Suessionensi & Cameracensi rogamus, vt dignè preces eorum exaudiantur. Periclitati sum⁹ in falsis fratribus, & multæ literæ falsatæ sub falsato sigillo nostro, in manus multorum exierunt: & quod magis vereor, etiam vsque ad vos dicitur falsitas peruolasse. Hac necessitate abiecto illo, nouello quod cernitis de nouo vrimur, con- L tinente & imaginem nostram & nomen. Figuram aliam tantinente & imaginem nostram & nomen. Figuram aliam tantinente & imaginem nostram & nomen. Figuram aliam tant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtionem patientibus subministrauit,si omne opus bonũ subsecuta est.Si hæc facis,beata es,& bene tibi erit.Benedicat te dominus ex Sion eximia in domino filia,& omni veneratione digna. Admonitio præmissa est, prosecutio iam à vestra dignatione expectatur.Occasio data est,excusatio iam non admittitur,si nõ renouata nostra per te familiaritas,familiaribus deinceps à vobis verbis & literis frequentetur.

De Iordano cardinale,domino Hostiensi.
Epistola CCXC.

PErtransiit legatus vester de gente in gentem & de regno ad populum alterum, fœda & horrenda vestigia apud nos vbique relinquens. A radice Alpium & regno Theutonicorum per omnes penè ecclesias Franciæ & Normaniæ,& circunquaque circumiens vsque Rothomagum vir apostolicus repleuit non euangelio,sed sacrilegio. Turpia fertur vbique commisisse,spolia ecclesiarum asportasse,formosulos pueros in ecclesiasticis honoribus vbi potuit promouisse: vbi non potuit,voluisse.Multi se redemerunt ne veniret ad eos.Ad quos peruenire non potuit,exegit & extorsit per nuncios.In scholis,in curiis,in triuiis,fabulâ seipsum fecit.Seculares,religiosi,omnes male loquuntur de eo.Pau-
H peres & monachi & clerici conqueruntur de eo. Homines quoque suæ professionis ipsi sunt qui magis exhorrent & famam eius & vitam.Hoc testimouium habet&ab his qui intus,& ab his qui foris sunt.Non sic dominus Ioannes Paperons,non sic cuius laus est in ecclesia,quippe honorificantis vbique ministerium suum . Legite literas has domino meo. Ipse viderit quid de tali homine faciendum sit,ego liberaui animam meam.Dico tamen præcipitatione qua soleo.Bonũ est ei,si purget ipse curiam suam,&sic liberet conscientiâ suã. Decreueram ista tacere,sed venerabilis prior Montis dei ad hoc me impulit & animauit vt scriberem. Et scitote minus me dixisse,quàm publicè prædicatur.

Ad dominum papam Eugenium pro ecclesia sancti Eugendi Iurensis. Epistola CCXCI.

SAncti Eugendi nobile monasterium , olim diuitiis & religione famosum,si vera sunt quæ dicuntur , prope interitum est:nec decredẽda omnia.Domos vicinas nobis,vobis notas,pertinentes ad ipsum,partim iam destructas , partim indies destrui cernimus &dolemus.Quę in membris videmus,hæc & his grauiora de capite fama nunciante percepimus.Sed nunquid debeo ego nunc malorũ vobis,quorum non est numerus,retexere narrationem? Lator præsentium monachus præfati monasterij,& Archegaudus prior,homo
I nobis ab antiquo pro sua honestate & religione dilectus,poterunt vobis intimare quæ plenius norunt, etsi non omnia. Quis enim hoc posset? Tot & tanta pro certo,quæ apostolicam securim etsi dissimulantem,etsi dormitantem,mirum si non surgere &ferire compellãt.Ego liberaui animam meam sed non sufficit, nisi & monasterium liberetur . In manibus vestris mors & vita illius.

Ad quendam ,qui ausus est nouitium dehortari à proposito.
Epistola CCXCII.

ETsi ignotus nobis facie , sed non fama , ipsa referente didicimus quòd sis homo sapiens,& secundum seculum honoratus . Voluit autem dilectus filius meus Petrus,cui & notior & familiatior sanguinis affinitate videris, vt tibi scriberem,immo rescriberem. Tu enim scripseras illi , & vtinam vt te decuisset,& illi expediret.Non sic fecisti. Nouum Christi militem ausus es dehortari à seruitio domini sui.Dico tibi,est qui quærat & iudicet.Non sufficiebant tibi peccata tua,nisi te &alienis inuolueres:& rursum ad peccata(quod in te fuit) pœnitentem iuuenem reuocares:& sic secundum duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizares tibi iram in die iræ:Quasi non satis eum per se tentet diabolus,nisi tu iuueris illum,homo Christianus,dux eius,& not⁹ eius.Tu quidem illi serpentem alterum,sed non tibi ille alteram Euam exhibuit. Tuis impulsus est manibus,sed non euersus:fundatus est enim supra firmam petram. Veruntamen non reddimus tibi vicem , sed vincimus in bono malum,orantes pro te,optantes tibi meliora,& meliora scribẽ- K
tes. Primò quidem quia sapiens diceris,vt quod diceris, verius sis,mitto te ad verum sapientem qui ait: Noli prohibere eum qui potest benefacere,si vales & ipse benefac. Ha- *Prou.3.d*
bes tempus faciendi.Sed quandiu habiturus: Quantulum subest tempus tibi,præsertim iam senescenti? Vapor est ad modicum parens,& deinceps exterminabitur.Si sapis nũ venies *Iob.5.a*
super te illa maledictio: Vidi stultum firma radice, & statim *1.Cor.3.d*
maledixi pulchritudini eius.Pulchrè stultum pseudo sapientem verus sapiens appellauit,sciens sapientiam huius mundi *Deut.31.d*
stultitiam esse apud deum.O vtinam saperes,& intelligeres, ac nouissima prouideres. Saperes quæ dei sunt, intelligeres quæ mundi sunt,prouideres quæ inferni sunt. Profectò inferna horreres,superna appeteres,quæ sunt ad malum contemneres.Multa suggerit animus,imò spiritus,loqui tibi de salute animæ tuæ,sed donec rescripto nouerim tuo,qualiter ista acceperis,non adiiciam vltrà,ne fiam onerosus,cui decẽtero volo esse amicus,& adiutor(si volueris)ad salutem. Dilectam nobis in Christo vxorem tuam per te licet immeritam,salutamus.

Petro abbati de Cella pro monacho Caziacensi,qui transierat apud Claram vallem. L
Epistola CCXCIII.

VNde mihi scripsistis,ita respõdeo vobis. Molestiam domini Caziacensis nulli arbitror molestiorem esse,q̃ mihi.Sed puto vos nõ latêre,voluntate & præcepto ipsius iam ex longo illum monachum factum nostrum, & mihi ipsum obedientiam promisisse,& me curam illius suscepisse.Quotiens extunc volentem venire repuli,veniẽtem remisi,recordari facile non est. Tandem modo veniẽs me nolẽte remandat,& nullo modo ei persuadere reditum potui.Dicebat autẽ quia si nos eum proiceremus,iturum se longius,& nullatenus rediturum . Sed nec sic adsensum meum habens,imò & contra consilium meum intrauit.A quo vtique introitu salua conscientia eum prohibere non potui,nec proiicere possum,vt pote,vt dixi,iam olim in meam receptum curam , & de quo redditurus sum rationem.Diu,fateor,periculum hoc conscientiæ meæ dissimulaueram propter molestiam boni illius hominis: & adhuc dissimulassem, si meo iste consilio quoquo modo acquiescere voluisset.Quæ cũ ita sint, vestrũ est consolari hominem,delinire tristitiã eius, excusatum me habere de tam rationabili causa.Postremò ipse quoq;(vt scitis)in pendulo est,& sæpe cogitauit relinquere domũ suam. Quod si vellet nũc effectui mancipare,ego nõ prohiberem, pro eo quòd in ea non sine magna anxietate versetur. M

Ad dominum papam Eugenium pro episcopo Cenomacensi.
Epistola CCXCIIII.

ADest episcopus Cenomanensis. Ipse est (si nescitis) de cuius veritate & honestate nullus dubitat,nisi qui bene non nouit hominem.Mihi quidem ab ineunte iuuentute sua notus & dilectus est,tam pro memoratis virtutibus, quàm pro aliis bonis moribus suis.Si quid aliud paternitati vestræ de eo insusurratum est,aut ego fallor,aut ille mentitus est in caput suum.Audite eum, & cum plenitudine gratiæ vestræ remittite.Deceptus sum enim,si bene non fuerit collocata. Abbas Vindocinensis qui specialiter vester est , rogamus vt & ipse specialem inueniat gratiam : & rationabilis eius petitio haud difficilem adsequi mereatur effectum . Dominus Andegauensis mittit nuncium suum, & per se & per nos aliquid petens.exaudiatur & ipse pro iustitia sua:& non exaudiatur contra eum susurro mendax.Dignum est enim vt qui omnibus viuitis,omnibus pro meritis valeatis.

Domino Henrico cardinali,pro eodem episcopo.
Epistola CCXCV.

SIc tibi quasi mihi scribo,& hoc quotiẽs,tibi scribo. Vbi enim tu es,me esse confido:quippe quem tanquam meipsum diligo.Si me tu æquè diligis (imò quia diligis) vide ne domin⁹ Cenomanensis ex te(quod in te est)in aliquo redeat contristatus.Alioquin ego contristarer in homine, quem satis pro sua honestate diligo,& à te diligi volo.

Domino

A *Domino Hostiensi pro eodem. Epistola CCXCVI.*

QVidam clericus dicitur aures domini mei circumuenisse, aliquid contra episcopum suum , & nostrum amicũ pro sua cupiditate molitus . Si mei cura est vobis, imò iustitiæ dei,date operam vt nihil lucretur de suo mendacio susurro malignus,nec lædatur in aliquo innocens episcopus & fidelis amicus.

Abbati Arremarensi, pro fugitivo monacho.
Epistola CCXCVII.

LAtor præsentium ad petitionem nostram dudum susceptus in consortium vestrum , stultitia & leuitate sua reiecto habitu sancto à vobis exiit . Sed quia ductus pœnitentia (vt videtur) redire cupit , & se iterum recipi humiliter petit: petimus & nos vt iterum recipiatur,pœnitentique amore dei & nostro introitus & habitus non negetur.

Ad dominum popam Eugenium de Nicolao.
Epistola CCXCVIII.

NIcolaus ille exiit à nobis , quia non erat ex nobis . Exiit autem fœda post se relinquens vestigia . Et ego longè
B antè hominem noueram , sed expectabam,vt aut deus eum cõuerteret,aut instar Iudæ ipse se proderet . Quod & factum est.Præter libros,denarios,& aureos multos, in ipso exitu ei⁹ inuenta sunt super eum sigilla tria : vnum eius proprium , alterum prioris , tertium nostrum : ipsumque non antiquum, sed nouellum: quod & ob ipsius dolos & furtiuas subreptiones mutare nuper coactus fueram . Hoc enim est quod vobis tacito nomine scripsisse me memini , quia videlicet pericliti sumus in falsis fratribus . Quis possit dicere ad quàm multas personas sub nomine meo me ignorante quæ voluit scripsit? Quis mihi det vt ipsa curia vestra ad purum purgetur fece mendaciorum eius ? Quis mihi det vt vel eorum innocentia qui mecum sunt , satis valeat excusari apud circunuentos & præuentos impudentissimis eius mendaciis ? Vobis quoque aliquoties in eadem falsitate scripsisse , & non semel, partim conuictus,partim & confessus est. De turpitudinibus eius quibus terra sordet,& factę sunt omnibus in parabolam: supersedeo polluere labia mea, & vestras aures . Si ad vos venerit (nam hoc gloriatur , & amicos se habere confidit in curia)mementote Arnaldi de Brixia,quia ecce plus quàm Arnaldus hic.Nullus perpetua dignior inclusione,nihil ei perpetuo silentio iustius.

Comiti Engolismensi,pro fratribus de Brixia.
Epistola CCXCIX.

NOlite mirari si grauis nobis videtur tam grandis reditus, qui de terra illa Brixiæ à fratribus nostris exigitur , quia tale aliquid non consueuimus . Nam multas fecimus abbatias , & nulla illarum tali subiacet exactioni . Sed quia vos ita vultis, & deus plus acceptat voluntarium bonum, quàm coactum : sustinemus iuxta conuentionem quam fratres nostri vobiscum fecerunt,donec deus meliorem vobis inspiret voluntatem : quod non diffidimus . Decætero diligite eos , foluetę, defendite, manutenete : quia tunc securius stabitis ante tribunal Christi, si pauperes eius habueritis vestri dilectores, & pro vobis intercessores.

Blesensi comitissæ. Epistola CCC.

SI quando in vos filius vester visus est excessisse , doluimus & dolemus non minus excessum filij , quàm matris iniuriam . Quod tamen & ipsum excusabile est in adolescente filio . Nempe delicta iuuentutis , ipsa quæ commisit excusat
Gene.8.d ætas procliuior . An nescitis quia proni sunt sensus hominis, & cogitationes in malum ab adolescentia? Cõfidendum mutatum iri in melius, patris meritis & eleemosynis . Propterea insistendum magis magisque votis & precibus ad deum pro eo : quia etsi ille minus interdum quàm debuit filialem affectum exhibuit , mater tamen pro suis visceribus maternum deferere non debet (sed nec valet) affectum . Nunquid potest
Esa.49.d mater obliuisci filij vteri sui ? Et si illa (inquit) oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui . Oremus & ploremus coram domino , vt deus tantæ indolis iuuenem , probitatis paternæ D
imitatorem(quod non diffidimus)sua faciat pietate.Agẽdum eum eo in spiritu lenitatis,blandisque obsequiis: quia sic melius ad bona opera prouocabitur , quàm si irritationibus & increpationibus exasperetur.Ita sanè de eius cita lætaq; mutatione posse lætificari confidimus cor vestrum,& nostrum pariter . Quidni ego totis cupiam visceribus quotidie seipso fieri meliorem ? Vtinam qualem inueni in me , talem semper in omnes inueniam.Quid enim quantum ad nos vnquam voluit,& non fecit?Retribuat illi dominus.Cęterum pro vobis, sicut sæpe petistis,sępe prout oportuit,& monui & monebo.

Santiæ sorori imperatoris Hispaniæ.
Epistola CCCI.

QVod factum est de receptione Tholdanos monasterij, sciatis per me nõ esse factum,vtpote absentem,& ignorantem quid fieret.Factum autem per nostros nõ nego : consilio tamen multorum religiosorum,episcopi conniuentia & assensu,nobilis quoque dominæ,quæ locum illum in propria possessione fundauit,petitione & voluntate publicè,vt accepimus,& nihil in abscondito factum . Existimabant autem se liberè posse suscipere locum quem in dei libertate , & sine alterius Ecclesiæ subiectione fundatum ipsa quæ fundauerat, adferebat,& priuilegia(vt aiunt)præ manibus erat.Cæterum E
quia Carracenses fratres factam sibi in hoc iniuriam (vt scribitis)conqueruntur,nec audientes Salomonem,qui ait: Noli *Prou.3.d*
prohibere eum qui bene vult facere , si potes & ipse benefac: nobis in tam sancto opere contradicunt : & quoniam seruos *2.Tim.2.d*
dei non oportet litigare,consilij nobis fuit ad vestrum potissimum consilium causam remittere , vt vestra auctoritate & opera omnis inepta & iniusta(vt aiunt) calumnia cõquiescat, & ordo in domo dei receptus ad eius gloriam & vestram ipsius salutem deinceps in pace permaneat . Nam & frater Niuardus qui multum gratulatur de vobis,satis in hoc de vobis confidere monuit , tum propter vestram erga nos specialem deuotionem , tum etiam propter bonam quam audiuit à vobis de hoc ipso promissionem.Si autem vestris (quod nõ credimus) salutaribus monitis aut consiliis cõtradictores illi acquiescere nolũt:tunc duorum iudicio episcoporum , ad quos quiescere nolũt:tunc duorum iudicio episcoporum , ad quos duo illa loca iure parœciali pertinere noscuntur, omnis inter eos controuersia terminetur. Quódque ab eis iudicatum siue constitutum concorditer fuerit : vestrum erit ratum habere, & decætero firmiter manutenere.Si timetis deum,non patiemini impediri tantum bonum,nec bonam illam mulierẽ frustrari à desiderio suo , nec fratres illos suæ deuotionis priuari fructu,nec deum denique tam accepto sibi reformati ordinis sacrificio defraudari. Obsecramus vos , & pro nouella vestra plantatione, (illos loquor de spina)vt eis viscera misericordię F
exhibeatis, quatenus vestro beneficio sustẽtati, in seruitio dei & suo ordine perseuerent.

Legatis apostolicis pro archiepiscopo Moguntino.
Epistola CCCII.

Dominis & patribus reuerendis apostolicæ sedis legatis,puer sanctitatis eorum Bernardus Claræuallis vocatus abbas,per omnia deo placere,& gratos fructuosæ suæ legationis manipulos reportare.

ETsi corpore remoti, sed affectu & bona voluntate vobis appropiauimus:optantes & orantes dirigi actus & studia vestra ad omne quod decet & expedit. Inde est quòd audientes miserandum illum archiepiscopum Moguntinensem vocatum ad vestram præsentiam , ibique responsurum aduersariis suis,ausi sumus vestram pro eo interpellare bonitatem.In hoc enim creditmus honorificari ministerium vestrum,si quatenus salua iustitia licet,parieti inclinato,& maceriæ depulsæ humeros vestrę auctoritatis supponitis,nec calamum quassa- *Esa.42.a*
tum conteri,nec linum fumigans(quod in vobis est) extingui permittitis.Sentiat, obsecramus,sibi profuisse & precem nostram,& suam simplicitatem,ob quam fertur à falsis fratribus circunuentus potius,quàm inuentus in aliquo dignus depositionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ludouico iuniori regi Francorum.
Epistola CCCIII.

SI homo ille de Britânia dimittere vellet adulteram vt posset solui anathematis vinculo quo tenetur, vt illa paternam hæreditatem suam secundum diuisionem suam quâ fecit cum fratre suo, à vobis requireret, etsi hoc ipso indigna: non esset forsitan recusandum, vt proinde potentis viri seruitium & auxilium haberetis. Alioquin non est cõsilium humilis fidelis vestri, cõcedi vllatenus aut terram extraneo, aut vestri fauorem dominij excommunicato & incestuoso: ne (quod deus auertat) quandoque & vos audiatis: Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Nec tamen verbum præcipitanter & quasi ex abrupto rumpere consuluerim. Agendum autem per fidelem & prudentem nuncium, quatenus si fieri potest, inducietur, & tempus redimatur. Quod si & hoc ille renuerit. & malignari maluerit, fidendum in domino, quia non præualebit: quoniam quidem iustitia quæ cum rege est, erit pro rege. Nescio autem an episcopus ad hoc conueniens satisque idoneus sit: non quia fidelis non sit, & quidem fidelissimus, sed quia odit illum, nec suum, vt vereor, consilium credet ei. Ipse tamen paratus est pro vestra voluntate ad omne quod cum dei volũtate facere poterit. Si quid est quod quasi ex parte mea vobis secreti suggerat, à me hoc illud accepisse sciatis, & tanquam ex ore meo id accipiatis. Homo est enim quem multum diligo, & satis credo ei, vosque illi, ni fallor, credere quod voluerit is securè potestis.

Psal. 46.c

Eidem pro ipsius infirmitate solicito.
Epistola CCCIIII.

IN literis quas misit dignatio vestra, lætificastis animam meam: lætificet vos ipse qui in causa est deus. Quis sum ego, aut quæ domus patris mei, vt de morte vel vita mea maiestas regia cogitet? Et nunc quia tanti habitus sum, vt de meo esse scire curetis: sciatis me aliquantulũm conualuisse, & vt me sentio, mortis interim ereptum periculo: debilem tamen, & debilem valde. Decætero scire vos volo, dominũ Robertum germanum vestrum dignanter nos, & deuotè satis visitasse in infirmitate nostra. Sed & sic locutum in auribus nostris, vt gaudium nobis & spem de se meliorem reliquerit. Diligite eum, quia si dictis facta compenset, complacebit vobis in illo: & si dignum iudicatis, sciat vobis placere quòd nostro & bonorum consiliis decætero se acquieturum promisit. Sigillum nõ erat ad manum, sed qui legit, agnoscat stylum, quia ipse dictaui.

Ad dominum papam Eugenium pro episcopo Beluacensi
Epistola CCCV.

FIllius vester ille Beluacensis (quem dicerem & nostrum, nisi insolentiam redoleret) appellatus ad vestram præsentiam veniebat, & libens, vtpote de sua iustitia securus, & de vestro paterno fauore non dubius. Sed obstiti ego, & vix eum potui retinere, quippe cupidum videndi faciem vestram. Quòd autem retinere volui, cum multæ occurrerent causæ, illud præcipuum fuit, quòd de vestra dubitauimus voluntate. Deinde præter alias incommoditates non paucas quæ obuiare viderentur, ipse & frater suus rex non ambulât in vno spiritu, & non erat satis tutum diu, absentari à suis. Nolo à me quæratis cuius sit culpa: non est meum inculpare quenquam. Sufficit mihi excusare episcopum. Quicquid humilitatis, quicquid obsequij pro sua persona potuit, vidimus exhibentem, & nihil proficientem. Scitote tamen quicquid timeat, quicquid accidere debeat, sine mora venturum, vbi vobis placiturum cognouerit. Persona eius & causa eius in manu vestra: nec enim in sibi credito ita agit, vel ita conuersatur vt se tali indignum putet prærogatiua. Itaque pro se direxit istum, sciens quod ad patrem dirigeret. Scire placet quid iniunctum sit ei? Nihil ex iniũcto agere, sed totum cõmittere: vestro consilio, de quo totus pendet ipse. Nempe fiduciam habet non modo iudicari causam suam à vobis, sed iuuari, sed foueri, sed manuteneri. Si placet eam committere domino Remensi archiepiscopo, maturũ posse sortiri finem domino auxiliante confidimus: si tamen appellandi suffugium parti vtrique subtrahatur.

Domino Hostiensi pro electione abbatis Turoldi de tribus fontibus. Epistola CCCVI.

VÆ mumdo à scandalis. Ego vos scandalizo? Ego vobis scandalo sum? Quis hoc crederet posse contingere, nisi cui nota non esset nostra vnanimitas, nostra mutua charitas, & quomodo in domo dei ambulauimus cum consensu? Subita & dolenda mihi mutatio. Qui me portabat, nunc parat opprimere: qui me defensabat, nunc terret minis, blasphemiis impetit, arguit præuaricationis. Protoplasti super graui & singulari peccato confessionem requisiti sunt: Niniuitę ad pœnitentiam expectati sunt: Sodomitæ non de auditu, sed magis de visu puniti sunt. Mecum eo differentius, quo contemptibilius actum est. Non sum reputatus qui ponerer ad rationẽ, qui inuitarer ad satisfactionem qui causam requiterer, qui pro me respõdendi facultatẽ acciperem. Non conuentus, iudicatus sum: non conuictus, cõdemnatus sum. Et nunc audite, si dignamini, excusationẽ nostram: etsi forte minimè sufficientem vobis, verã tamen. Voluistis loco vestri substitui fratrem Nicolaum: & ego memini, non deffiteor. Ita conuenit vobis pariter & mihi fore: credidi, propter quod locutus sum. Quod ita nõ est factum, necessitas fecit, non duplicitas. Res in discordiã versa est. Quid dico in discordiam? Concordia magis fuit. Tam concorditer discordes ab hac nostra cõiuentia omnes inuẽti sunt, vt nec vn' quidem monachus siue conuersus, præter duos aut tres qui vestrates erant, ac quieuerit adsentire. Tentauimus nihilo minus tamen in multis argumentis, nunc blandiendo, nũc terrendo, quomodo res effectum sortiretur: sed vt vnanimiter, ita & pertinaciter obstiterunt. Possemus vim facere: sed sic mihi parcat deus quomodo parcẽdo illi, omisim', ne homo verecundus & pusillus corde (vt nostis) & fugitãs onus, in hoc tãto turbine remaneret. Nã præter ea quæ extrinsecus sunt, quæ, pbastis & vos, supra vires eius esse omnia videbãtur. Itaq; tollentes eum cum suis, imposuimus onus quod eo leuius ferret, quo à nostris pariter portaretur. Est enim locus nouiter ordinatus de fratribus nostris, & vicinior nobis, vt possit à nobis facilius frequentari. De abbatibus ad locũ pertinentibus, quia adsensum vestrum non tenebam', nihil ausi, fratrem Robertum, quo nemo magis idoneus ad manũ esse tunc visus est, dare voluimus: cùm respõsum est nobis, à vestra discretione fuisse prohibitum. Quid plura? Acceperunt hominẽ qui vestræ, sicut accepimus, dilplicet sanctitati. Nec latet causa. Inhonestũ, vt aiunt, publicè prædicatis, & ob turpitudinis notã è priori monasterio trusum cui antè præfuerat. Potest ita extitisse, me (quantũ recordari valeo) vsque ad hoc tempus non audisse huiuscemodi verbum de illo, deum testor & angelos eius. Sed neq; ipse archiepiscopus cùm eũ amouere omnimodis niteretur: tale aliquid vel scripto vel nũcio nobis aliquãdo significauit. Egóne turpitudinis adtator, fotor inhonesti? Si ita de me sentitis, videte ne vestram quoque excellentiã pariter inuoluat hoc nubilum. Quippe qui cum eiusmodi tam notam omnibus familiaritatem atq; amicitiam semel initam, tanto studio hucusq; fouistis. Et de archiepiscopo quid dicitis? quid sentitis? An & ipse quẽ talẽ sciret (nec enim poterat nescire, cum notus esset ex longo) prior promoueret, & in loco cui ipse præfuerat? Minimè ego vel tenuiter suspicer illud de tali viro, & tãto amatore honestatis. Et quidem qui promouit, ipse & amouit, non negauerim. Qua ratione hoc fecerit, viderit ipse. Nam multis displicuisse factum cognoscitur, nempe nec rationem, nec ordinẽ, nec consuetudinẽ in eius amotione cernentibus. Tãtùm archiepiscopus sic voluit, & ne contristaremus eũ nostro hortatu, iste in pace cesit, & dedit locum iræ. Vnũ dico: ex quo ad nos intrauit (sicut testimonium habet ab omnibus) nihil in eo quod promotioni huic obuiaret, compertum est. Sine querela conuersatus est. Ad hoc non deest homini literatura congruens, non doctrina, nõ affabilitas, nõ gratia in vultu & sermone: sed suspecta est vobis breuitas temporis quod nobiscũ fuit, fateor & mihi. Fortasis bene facit, fortasis male. Vereor omnia opera mea, & quod operor non intelligo. Vnde certus nõ sum, certũ vos facere minimè possum. Factũ est, & quod factum est, non potest non fieri. Si propheta fuissem, non profecto fecissem, vnde amicum offenderem, sanctum turbarem,

Matt. 18.a

Gen. 3.b
Iona. 3.c
Gen. 19.c

Iob. 9.d

Actum turbarem, episcopum scandalizarem. Quid vultis vt faciam? Sic factum est tali necessitate, talique ordine. Hęc excusatio mea. Si sufficit, tollatur de medio scandalum. Si minus, ego iudicium portẽ quod & quale decreueritis. Nam si quod ædificauj, tam citò iterum destruã, grauet: nisi fortè causa conueniens superuenerit, quod fortasse processũ temporis accidere potest. Si vultis vos amouere eum, potestatem habetis. Non obsisto, non me oppono torrenti. Iniquè non egi: si insipienter videor, in promptu est vobis insipientiam meam corrigere: aut si hoc dignius iudicatis, etiam & punire. Dico tamen, si piè, si christianè mecum agitur, corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: non in ita apud alios diffamabit. Habetis formam meam hic, nisi & hoc indignamini præsentibus literis. Nempe comperta per alios, & nõ per vos vestra indignatione, cautum habui non rependere vicẽ, sed mox vobis de vobis per præsentia scripta conqueri. Decætero benedictus deus qui & hoc quod dederat, & de quo mihi fortè immoderatius blãdiebar, solatium ante exitum tulit: vestram scilicet & domini mei gratiam: vt vel proprio experimento discam non ponere spem meam in homine.

Psa. 140.b

Ad eundem. Epistola CCCVII.

FEstine ista dicto, & ob hoc minus festiuè: siquidem viator transire festinans vrget. Res mira, sed magis læta. Frasimúlque præsentium lator peregrinus vno penè momento adfuerunt: deo ita sine dubio prouidente, vt haberem per quem festinanter rescriberem: quod vtique cupienti mihi nõ poterat satis esse festinum. Inde est quòd hæc in infirmitate mea ipse dictaui, quòd non esset tunc alter ad manum. De domino Beluacensi quod primum posuistis, primum ita respondeo. Sui iuris est. Iam non est in mea potestate, sed in ciuitate vita eius & conuersatio. Si secus quàm debet vel decet, interdum agit, dolere possum, sed emendare prout volo, non valeo. Vetuntamen quod vobis suggestum est de vagatione eius, nimium extitisse in ea vsq; adhuc nos non comperimus: nec inde notatum apud nos quandoque audiuimus. Ex quo ad eum venit frater Robertus qui cum eo est, turpe & graue aliquid perpetrasse, aut episcopo persuasisse, ad aures nostras nondum omnino peruenit: & mirum si ad vos potuit peruenire, quod latere nos potuit. Dabo tamen operã facere quod vultis de reuocatione eius, si quando honestè & opportunè potuero. Iámque feci̇ssem, si cum pace episcopi potuissem, & non timuissem inutiliorem huic subrogandum. In quadragesima venit ad nos ipse episcopus paratus ire ad curiam causa cuiusdam appellationis: & venisset, nisi nos dissuasissemus. Porrò dissuationis intentio fuit, quòd non ita videretur esse paratus, siue in consilio, siue in comitatu, vt iuuenis episcopi personam decuisset. Propositum tamẽ eius est proficisci tempore opportuno. Frater vester est, facite cum illo misericordiam, vt aduersarij eius non pręualeant aduersus eum. Vellem vos ad ipsum potius quàm ad nos scripsisse, & fraternè monuisse super his quæ de eo audistis. Deinde super statu corporis mei cognoui vos esse solicitum. Verum est quod audistis, infirmatus sum vsque ad mortem, sed interim reuocatus ad mortem: atque hoc (vt me sentio) non diu. Longe enim sum debilior quàm credi possit. Quod tamen dixerim absque prẽiudicio diuinæ prouidentiæ, quę & mortuos suscitare potest. Et in hoc sit responsum nõ modo vobis, sed & domino meo: cui volo & oro vt in quantacunq; deuotione poteritis, accito vobis pariter domino Tusculano, plenissimas grates referatis pro tanta dignatione & solicitudine tam pia. Iam de domino Lugdunensi audite quod verum est, & quod certum sit vobis. Vir ille aggressus est iter cum multa pecunia & honorabili comitatu, prout decebat tantum archiepiscopũ, & ecce vndique in ipso penè procinctu insidię inimicorum. Quid faceret vir defiderij? Progredi non licebat, & desistere à proposito sibi grauius omni captiuitate iudicabat. Comites suos partim remisit, partim dispersit, massa pecuniæ se exonerauit. modicum retinens vnde cum paucis posset perficere viam. Quid plura? Venit cum tribus aut quatuor ministris, ipse nihilo minus in habitu ministrãtis, sicq; strata publica cum turba promiscua peregrinorum tanquam vnus ex illis peruenit ad sanctum Egidium. Cúmq; infirmaretur, pertransiit vsque ad Montempessulanum, ibi aliquandiu cõmoratus cum medicis expendit & quod habebat, & quod non habebat.

Ad tres episcopos curiæ Romanæ.
Epistola CCCVIII.

AD hoc vos deus in sublimitate posuit, vt tanto maiori ecclesiæ suæ vtilitate viuatis, quanto in ea eminentiori auctoritate præsitis. Alioquin deponet ille paterfamilias potentes de sede, qui pro accepta potestate inuenti fuerint suis vtilitatibus defuisse. Quanta sustineat sponsa Christi damna in episcopatu Metensi, etsi nos amplius horremus, quia viciniores sumus; tamen & vos arbitror non latere. En quantus lupus illud ouile Christi tum insidiis tum manifestis assultibus quotidie molitur irrumpere, & dispersere oues Christi sanguine congregatas: Idque non ab heri & nudiustertius, sed ex quo adhuc fuerat lupicellus, non cessat illum dominicum gregem quibus potest viribus infestare, & vastare rapinis, incendiis, homicidiis. Ego itaque quod in me est, demonstro lupum, instigo canes. Iam quid interfit vestra, vos videritis: meum non est docere doctores.

Cant. 2.c

Esa. 28.d

Ad Petrum abbatem Cluniacensem.
Epistola CCCIX.

Domino & patri reuerendissimo Petro Cluniacensi abbati suus Bernardus, quod suus.

VIsitet te oriens ex alto, ô bone vir, quia visitasti me in terra aliena, & in loco peregrinationis meæ consolatus es me. Bene fecisti, intelligens super egenum & pauperem. Absens eram, etiam longo tempore absens, & recordatus es nõminis mei, homo magnus, occupatus in magnis. Benedictus sanctus angelus tuus, qui pio pectori tuo id suggessit. Benedictus deus noster, qui persuasit. En teneo vnde glorier apud extraneos, literas tuas, & illas literas, in quibus tuam mihi animam effudisti. Glorior quòd me habeas non modo in memoria, sed & in gratia. Glorior priuilegio amoris tui, refect' sum de abundantia suauitatis pectoris tui. Nõ solùm autem, sed & glorior in tribulationibus, si quas dignus habitus sum pro Ecclesia pati. Hæc planè gloria mea, & exaltãs caput meum, Ecclesiæ triumphus. Nam si socij sumus laboris, erimus & cõsolationis. Collaborandum fuit & compatiendum matri, ne & de nobis quereretur, dicens: Qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam. Deo autem gratias qui dedit ei victoriã. Honestauit eam in laboribus, & compleuit labores illius. Tristitia nostra in gaudium, & luctus noster versus est in citharam. Hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerũt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Amputatum est sarmentum inutile, putre membrum. Ille ille iniquus qui peccare fecit Israël, morte absorptus est, & traductus in ventrem inferi. Fecerat quippe secundum prophetam, pactum cum morte, & cum inferno fœdus inierat. Ideóque, iuxta Ezechielem, factus est perditio, & non subsistet in æternum. Alius quoque omnium sicut maximus, ita & pessimus inimicus, absciss̃us nihilo minus est. Et is erat vnus ex amicis Ecclesiæ, sed illis de quibus solet queri & dicere: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Sed qui restãt, citò speramus de similibus idem iudicium. Propè est vt reuertar ad fratres meos, si vita comes fuerit, per vos sicut intendo, transiturus. Interim commendo me sanctis orationibus vestris. Salutamus fratrem H. camerarium, & omnes qui circa vos sunt, cum reliqua sancta multitudine.

Psal. 37.c

Sap. 10.b

Psal. 37.b

Ad Arnoldum Carnotensem abbatem Bonæuallis.
Epistola CCCX.

SVscepimus charitatem vestram in charitate, & non in voluptate. Quæ enim voluptas, vbi totum sibi vendicat amaritudo? nisi quòd solum nihil comedere vtcunque delectabile est. Somnus receſſit à me, ne vel beneficio sopiti sensus, dolor vnquam recedat. Defectus stomachi, ferè totum quod patior est. Frequenter & in die & in nocte exigit confortari modico admodum qualicunque liquore. Nam ad solidum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G omne inexorabiliter indignatur. Hoc parum quod dignatur admittere,nō sine graui molestia sumit:sed timet grauiorem,si se vacuum omnino dimiserit.Quod si plusculū quid interdum admittere acquiescat,id grauissimum. Pedes & crura intumuerunt,quemadmodum hydropicis contingere soler,Et in his omnibus ne quid lateat amicum de statu amici solicitum,secundum interiorem hominem(vt minus sapiens dico)spiritus promptus est in carne infirma,Orate saluatorem qui nō vult mortem peccatoris,vt tempestiuum iam exitum non differat,sed custodiat. Curate munire votis calcaneum nudum meritis:vt is qui insidiatur,inuenire nō possit vnde figat dētem,& vulnus infligat.Hæc ipse dictaui,sic me habēs,vt per notam vobis manum,agnoscatis affectum. Veruntamen rescripsisse quàm scripsisse maluerim.

E7,18.& 33.c

Hanc supradictam epistolam sanctus abbas Bernardus iam in extremis positus vltimam dictauit.

Ad fratres Hybernienses,in obitu sancti Malachiæ episcopi.

Epistola CCCXI.quæ incipit,Religiosis fratribus: quam vide suprà inter Sermones

H

Ad Guidonem abbatem,& fratres Arremarenses.
Epistola CCCXII.

Venerabili Guidoni abbati Arremarensi,& sanctis qui cum eo sunt fratribus,Bernardus seruus sanctitatis eorum,seruire domino in sanctitate.

P Etis charissime mihi Guido abbas,& tecū pariter qui tecū sunt fratres, dictare me aliqua vobis legēda soleniter, vel canēda in festiuitate sancti Victoris,cuius apud vos corpus sacratissimū requiescit.Cunctanti instas, dissimulātem vrges,meam etsi iustam verecūdiā dissimulans ipse.Adhibes mihi & alios precatores,quasi sit aliquis ad inclinandum me, tuæ voluntati,tua ipsa voluntate conuenientius. Verùm tu vel proprio iudicio consulens, cogitare debueras non affectum tuum erga me,sed meum in ecclesia locum. Sane altitudo negocij non amicum desiderat,sed eruditum, sed dignum:cuius auctoritas potior, vita sanctior, stylus maturior & opus illustret,& consonet sanctitati. Quātulus ego in populo Christiano,cuius literæ in ecclesiis lectitētur? Aut quātula mihi ingenij eloquiive facultas,vt à me potissimum festiua & paubilia requirantur? Quid? Quē cœli habent laudabilem & laudatum,ego de nouo laudare incipio super terram?Supernis velle addere laudibus,detrahere est.Nō quòd glorificatos ab angelis,homines iam laudare nō audeant:sed I quia in solennitate celebri,non nouella audiri decet vel leuia,sed certè authentica & antiqua,quæ & ecclesiam ædificent, & ecclesiasticam redoleant grauitatem. Quod si noua audire liber,& causa requirit,ea,vt dixi, recipienda censuerim,quæ cordibus audientium quo gratiora;eo vtiliora reddat & eloquij dignitas,& auctoris.Porrò sensa indubitata re splendeant veritatem,sonent iustitiam,humilitatem suadeant,doceant æquitatem:quæ etiam lumen veritatis mētibus pariant,formam moribus,crucem vitiis,affectibus deuotionem,sensibus disciplinam. Cātus ipse si fuerit,plenus sit grauitate,nec lasciuiam resonet,nec rusticitatem. Sic suauis, vt non sit leuis: sic mulceat aures,vt moueat corda. Tristitiam leuet,iram mitiget,sensum literę non euacuet,sed fœcundet. Non est leuis iactura gratię spiritualis,leuirate cantus abduci à sensuum vtilitate,& plus sinuādis intēdere vocib⁹,quàm insinuandis rebus.En qualia oportet esse quę in audientiam Ecclesiæ veniunt,qualémve horum auctorem. Nunquid talis ego,aut talia quæ parauī?Et tamen de paupertate mea te pulsante,te inquietante,etsi non quia amicus es,certè ob tuā importunitatem surgēs,iuxta verbum domini,præstiti quod petisti.Præstiti dico,non quod tibi ad votum,sed quod mihi ad manum venire potuit,pro posse vtiq; meo, nō pro velle tuo.Seruata tamen antiquorum veritate scriptorum quæ tu mihi transmiseras,de vita sancti duos sermones dictaui qualicunque sermone meo:illud quantum potui cauens, vt nec breuitas obscuros,nec prolixitas redderet onerosos.Deinde quod ad cantum spectat, hymnum composui metri negligens,vt sensui non deesſem. Responsoria xij.cum antiphonis xxvij.suis in locis dispositi,addito responsorio vno quod prioribus vesperis adsignaui, itémque duobus aliis breuib⁹, ipso die festo pro vestra regulari consuetudine, vno ad laudes,altero ad vesperas decantādis.Et pro his omnibus merces mea,oratio vestra.

Habetur suprà iter sermones, quorū primo incipit: Victoris vita, secundus verò: Gaudete in domino dilectissimi.

Epistola beati Brenardi,responsiua ad dubium sibi propositum,cur festa Machabæorum ab ecclesia habentur celebria in ordine aliorum.
Epistola CCCXIII.

Q VÆris itaque quidnam visum patribus fuerit, vt solis ex omnibus antiquis iustis, singulari quodam priuilegio Machabæis annuam celebritatem pari cum nostris martyribus veneratione decernerent, in Ecclesia solenniter exhibendam. Si dixero dignos meritò martyrum gloria iudicatos, quibus non impar fuit in martyrio virtus: erit forsitan solutum,cur ipsos,sed necdum plane cur solos, cùm & alios nonnullos ex veteribus pari constet zelo pietatis occubuisse,non tamen & pari trpudio recoli meruisse. Constat tamen vtrosque quidem in morte communem habuisse cum martyribus nostris pietatis causam,sed nō utrosque pariter eandem cum illis adeptos fuisse martyrij formam. Vniuersis nempe tam veteris quàm noui testamenti martyribus æquè conuenit pro iustitia occubuisse:sed interest,quod isti pasi sunt quia illam tenebant:illi quia non tenentes reprehendebant.Et vt breuiter totū in quo differunt proferamus,hos cultus,illos zelus iustitię martyres fecit.Soli ex veteribus Machabæi,quia nō solum causam,sed & formam,vt dixi,martyrij noui testamenti tenuerunt,iure fassē in ecclesia cum nouis ecclesiæ martyribus eādem celebritatis gloriam adfecuti sunt.Itaque martyrium facit,causa tempus genúsque discernunt. Tempus quippe Machabæos à nouis martyrib⁹ disiungit,cōiungit antiquis. Genus verò nouis aggregat,quia libare & ipsi diis alienis cogebantur,& segregat à veteribus.

K

Ad dominum ac venerabilem Eskilum Lundensem archiepiscopum, sedis apostolicæ in Dacia & Suecia legatum,cuius corpus gloriosum in Clarauallе requiescit iuxta matrem eiusdam diui Bernardi. Epistola CCCXIIII

Amantissimo patri & domino Eskilo,dei gratia Lundensi archiepiscopo,frater Bernardus Clarauallis vocatus abbas,in vero salutari salutem.

M

S Ctipta & salutationes vestras, immo affectiōes cordis vestri tā libēter susceпi , quā specialiter &diligo vos,& diligor à vobis.Inde est q̄ auditis tribulationib⁹ vestris,eas non solū meas feci,sed& inueni:quia nō possum te dolēte nō dolere dulcissime patet, nec nisi molestus & anxius tuas molestias & anxietates audire. Tāgit & angit cor meū quicquid tuū exasperat:& quicquid illud sit quod te persequitur, non solū te persequitur,sed me tecum. Quicquid enim gratiæ & dilectionis impendere sibi possunt absentes amici , puto & me debere tibi,& mihi deberi à te.Audax sum sed nō mendax,& in hanc audaciam me compulit tuæ sublimitatis dignatio. Quando enim id præsumerem ego? quando tantam tantillus,& à tanto gratiam sperare auderem? Et si ego retribuere non potero,non est mortuus retributor meus,quia dominus retribuet pro me.Dominus,inquam,in quo & pro quo tanta nos deuotione complecteris,tanta stringis affectione.Benedictus sanctus angelus tuus,qui pio pectori tuo id suggesit .Benedict⁹ deus noster qui persuasit.Glorior pri uilegio amoris tui.Refectus sum per charissimum fratrē nostrum filium tuum Gulielmum de abundantia suauitatis pectoris tui.Refectus sum per nuncium tuum,refect⁹ sum per literas tuas,refectus sum per omnes, qui à te vsq; ad nos vel per nos cuadere possunt. Vtinam mihi datum esset desuper hęc dicere non dictare,vt me potius loquens quàm scribens aperire valerem. Pro certo acceptior esset sermo vivus,quā scriptus:efficacior lingua,quàm litera.Oculi quippe loquētis

A tis fidem facerent dictis,& melius affectum vultus exprimeret quàm digitus. Sed quia illud absens per me non possum, per literas quæ secundum in huiusmodi locum obtinent, satisfacio quantum possum.Nuncium tuum cum magna exultatione vidimus, & negocium tuum quantuncunque potuimus muniuimus ad dominū papam. De secreto autē verbo illo quod tam ardenter ascendit in cor tuum,respondebit tibi ex parte nostra Gulielmus tuus:tuus inquā, & specialiter tuus in viscеribus Iesu Christi.Posui enim verba mea in ore eius,& ipsum audies tanquam me in negocio isto.Heu,auellor, abripior , non licet vltra. Auocat diei malitia, reuocat turba superuenientium,& epistolam potius rumpunt quàm finiunt. Sed nunquid quia faciunt vt paucis scribam , facere poterunt vt parum diligam? Actum excludunt à me non affectum: ille semper tecum est , qui sui iuris est: & tecum erit quandiu fuerit ,omni mihi amicitia colende pie ac reuerendissime pater.

B

Ad sanctum Malachiam Hyberniæ archiepiscopum.
Epistola CCCXV.

Venerabili domino & beatissimo patri Malachiæ, dei gratia Hyberniensium archiepiscopo,apostolicæ sedis legato,frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas,inuenire gratiam apud dominum.

I Nter multiplices æstus & curas pectoris mei, præ multitudine quarum anima mea turbata est valde, fratres de terra longinqua venientes vt seruiant domino , epistola tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Epistola in ostensione bonæ voluntatis , baculus ad sustentandum corpus infirmitatis , fratres qui deo seruiunt in spiritu humilitatis. Omnia susceпimus, omnia placent ,omnia parter cooperantur in bonum.Quod autem voluistis duos de fratribus mitti vobis ad prequidendum locum:cōmunicato cum fratribus consilio, dignum duximus non eos separandos abinuicem , donec plenius in eis formetur Christus,donec ad integrum deceantur præliari prelia domini. Cùm igitur fuerint in schola sancti spiritus eruditi,cum induti virtute ex alto, tunc demū ad patrem filij reuertentur,vt cantent canticum domini non iam in terra aliena , sed in sua.Vos autem interim iuxta sapientiam vobis datam à domino, secūdum habitudinem loco-
rum quæ vidistis apud nos , præuidete & præparate eis locum à tumultibus seculi separatum. Tēpus enim propè est, in quo vobis operante dei gratia nouos de veteribus homines producemns.Sit nomē domini benedictum in secula, de cuius munere venit vt communes habeam filios vobiscum, C quos vestra prædicatio plantauit, nostra exhortatio rigauit, deus autē incrementum dedit. Sanctitatem vestrā rogamus, vt verbum domini prędicetis,ad dandā scientiam salutis plebi eius.Duplex enim vobis incumbit necessitas,& ex officio legationis,& episcopali negocio. Decætero quoniā in multis offendimus omnes,& inter homines seculi frequēter posiri,multum de puluere mundi cōtrahimus,vestris & vestrorum orationibus me cōmendo,vt in fonte misericordiæ suæ nos lauare & emaculare dignetur ipse fons pietatis Iesus Christus,qui dixit Petro:Nisi lauero te, non habebis partem mecū.Sed & hoc ipsum nō solùm precibus,verumetiā quasi ex debito requiro, cum ego clamem ad dominum pro vobis si quid possit peccatoris oratio. In domino valete.

Iacob.3.a

Ioan.13.a

Ad eundem. Epistola CCCXVI.

Malachiæ dei gratia episcopo, sedis apostolicæ legato , frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas,si quid potest peccatoris oratio, & si quid pauperis deuotio prodest.

F Ecimus quod prēcepit sanctitas vestra,etsi nō vt dignum, profectò vt possibile pro tēpore fuit. Tāta apud nos vbique malitia grassatur, vt vix id tantillum quod factū est, fieri licuerit. Misimus tam exiguū seminis quod videtis , ad seminandum vel modicam partem agri illius , in quem verus Isaac quondam exierat ad meditandum, cùm primum adducta est ei Rebecca per puerum Abraham perenni coniugio feliciter copulāda. Nec contemnendum semen, de quo illud

Gen.24.c

in partibus vestris experimur impletum hoc tempore: Nisi D dominus sabaoth reliquisset nobis semē,quasi Sodoma fuissemus,& sicut Gomorrha similes essemus . Itaque ego seminaui,rigate vos,& deus incrementum dabit. Sanctos omnes qui apud vos sunt,per vos salutamus:humiliter ipsorum nos & vestris sanctis orationibus commendantes.Valete.

Rom.9.

Ad eundem. Epistola CCCXVII.

Amantissimo patri & domino reuerendissimo Malachiæ, dei gratia episcopo,sanctæ & apostolicæ sedis legato, suus sanctitatis frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas,salutem,& qualescunque nostras orationes.

Q Vàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine pater, quàm iucunda tuæ memoria sanctitatis . Si quid affectionis, si quid deuotionis, si quid animi in nobis est : totum sine dubio sibi vēdicat tuæ dilectionis charitas. Nec opus est verborum multitudine,vbi multum viget affectus. Confido enim quòd testimonium perhibeat spiritui tuo spiritus quē habes à deo , tuum esse modicum id quod sumus . Tu quoque pater amantissime & desiderātissime,ne tradas obliuioni animam pauperis, charitatis nexibus adhærentem tibi, & animam pauperis tui ne obliuiscaris in finem . Neque enim E quasi de nouo commēdamus nos tibi, cū in multo iam tempore glorietur in domino , quòd inuenire meruit paruitas nostra gratiam in oculis sanctitatis tuæ . Sed oramus vt dilectio iam non noua,nouis quotidie proficiat incrementis. Filios nostros imò & vestros tanto obnixius commendamus vobis quanto amplius remoti sunt à nobis.Vos scitis quoniā tota post Deū fiducia nostra fuit vt mitteremus eos : quoniā sanctitatis vestræ precibus nō acquiescere illicitum videbatur. Facite quod vos decet, vt totis viscеribus charitatis amplectamini eos & foueatis . Nequaquā occasione aliqua circa eos solicitudo & diligentia tepescat,& pereat quod plantauit dextera tua . Iam quidem quia bene proficit domus, & ex vestris literis , & ex fratrum nostrorum relatione didicimus : multiplicatur tā in tēporalibus quàm in spiritualibus. Vnde & congratulamur plurimum,& toto animo gratias agimus deo & paternæ solicitudini vestræ . Et quoniam multa adhuc opus est vigilantia,tāquam in loco nouo,& in terra tam insueta,imò & inexperta monasticæ religionis : obsecramus in domino ne retrahatis manum vestram , sed quod benè incepistis , optimè perficiatis . De fratribus nostris qui redierunt à loco illo,nobis bene placuisset si remansissent.Et fortasse nonnullam occasionem præbuerunt eis,fratrum qui de terra sunt minus disciplinati mores , in eo maximè quòd minus facilè eorum consiliis acquiescere videntur in his re- F bus quarum prius fuerant inexperti. Charissimum filium nostrum Christianum & vestrum remissimus ad vos , quantum potuimus instructum plenius in his quæ ad ordinem pertinent , & decætero circa obseruantias eius solicitiorem futurum , vt speramus . Nec miremini quòd non plures cum eo misimus fratres : quoniam nec idoneos inuenimus fratres qui facile acquiescerent , nec inuitos cogere consilium fuit. Dilectissimus frater noster Robertus precibus nostris acquieuit etiam hac vice, tanquam filius obedientiæ. Vestrum erit iuuare eum , vt possit iam & in ædificiis & in cæteris necessariis promoueri domus vestra . Illud quoque paternitati vestræ suggerimus, vt viris religiosis , & quos speratis vtiles fore monasterio , persuadeatis quatenus ad eorum ordinem veniant , quoniam hæc erit summa vtilitas domus , & vobis facilius acquiescent . Valeat sanctitas vestra nostri semper memor in Christo.

Ad dominum papam Innocentium.
Epistola CCCXVIII.

Amantissimo patri & domino Innocentio summo pontifici, frater Bernardus modicum id quod est.

C Remonenses induruerunt, & prosperitas eorum perdit eos.Mediolanenses cōtemnunt,& confidentia ipsorum

Prou.1.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

G seducit eos. Hi in curribus & in equis spem suam ponentes, meâ frustrauerunt, & laborem meum exinanierunt. Abibam tristis, cum ecce non mediocris à vestra parte consolatio, vt etsi abundant tribulationes pro Christo, abundent & consolationes per ipsum. Accepi optatas literas ferentes delicias cordis mei, certitudinem de vestra incolumitate, hostium infortuniis, successibus amicorũ. Cæterùm perlegenti rursum tristior finis lætitiam tẽperauit. Quẽ enim non terreat vestra indignatio? Fateor iustam, & eo plus terreor. Dico tamen, quod factum nondum est, faciendum est, sed tempore quo præuiderit Deus. Si quo minus, erit vobis æquè in promptu quicquid intentatis inferre, & nõ æquè forsan periculosum. Alioquin quod tãtis dei miserationibus, tantis vestris & vestrorum laboribus in populo isto nouiter ędificatum est: heu quàm leuiter destrui potest! Mirum si ei qui misericordiam legitur superexaltare iudicio, placere potest. Sed ô felicem illum episcopum, qui in vrbe Chaldæorum de quodam quasi paradiso translatus, frater factus est draconum, & socius struthionum. Quid faciet? Obedire vult, & ecce bestiæ Ephesi frendent in eum dentibus. Dissimulare vult prudenter pro tempore, & omni feritate formidolosiorem vestram indignationem incurrit. Angustiæ sunt ei vndique, nisi quòd tolerabilius iudicat sibi esse sine populo, quàm sine domino. Pluris habẽs, vt dignũ est, apostolicam gratiam, quàm
H Mediolanensem cathedram. An vos de eius fidelitate dubitatis? Si quis vobis aliud de eo maligna persuadere suggestione tentauit, se magis prodidit infidelem, qui virum tam boni testimonij lingua perfida in suo liuore persequitur. Parce pater benigne, parce fideli tuo, parce adhuc recenti structuræ, parce nouellæ plantationi, parce deniq; populo acquisitionis tuæ, hísque ipsis beneficiis tuis quæ te eidem veracissimè contulisse commemoras. Memento pie domine
Luc.13.b sermonis domini tui, quem dixit: Ecce anni tres sunt, inquit, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Tu verò vix tres expectasti menses, & iam securim paras? Si tres annos sustinuisses, quartũ adhuc à fideli seruo dominici iure exigeremus exempli. Dicimus ergo & nos: Dimitte & hoc anno, si quo modo fortè circunfossa humo ligone pœnitentiæ, adhibitóque fimo lachrymarum suarum, sterilitati Mediolanensium is cui etiam credidisti, consulere, & fructum elicere queat.

Ad Lelbertum abbatem sancti Michaelis.
Epistola CCCXIX.

Patri & amico suo Lelberto sancti Michaelis abbati, frater Bernardus eorum qui in Claraualle sunt seruorum dei inutilis seruus, debitum dilectionis affectum.

I Hic filius vester peregrinationem quam (etsi vestra licentia) susceperat, nostro consilio deserens ad vos reuersus est. Cum enim cognouissemus viam illam & eum requisisse per leuitatem, & vos ob illius improbitatem annuisse, durè (vt dignus erat) increpatum, reuerti persuasimus, suæ siquidem (quantum coniicere potuimus) leuitatis & improbitatis pœnitentem, ac decætero emendationem pollicentem: rectius iudicãtes quantumlibet reum in suo monasterio monachum pœnitentiam agere, quàm foris vagando prouincias circumire. Neque enim terrenam, sed cœlestem requirere Hierolymam, monachorum propositum est: & hoc non pedibus proficiscendo, sed affectibus proficiendo. Vos autem pater non molestam habeatis eius reuersionem, etsi
Luc.5.c suspectam habeatis eius conuersationem: quin potius gaudete, quia hic filius vester mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Ad priorem suum Godefridum postea Lingonensem episcopum.
Epistola CCCXX.

Fratri Godefrido frater Bernardus salutem.

IN octauis Pentecostes ipsa die compleuit deus desiderium nostrum, Ecclesiæ vnitatem, & vrbi dando pacẽ. Nam illa die filij petri Leonis omnes simul humiliauerunt se ad pedes domini papæ, & facti homines eius ligij, iurarunt ei li- K
giam fidelitatem. Clerici quoque qui in schismate erant, simul cum idolo quod erexerant, humiliantes se ad pedes domini papæ, obedientiam ei iuxta morem promiserunt, & facta est lætitia magna in populo. Hanc pacem nisi cum quadam securitate, occulta tamen, diu à nobis expectauissemus, iam dudum venissemus. Decætero iam nihil est quod nos hic detineat. Facio quod imperastis, veniam vertimus in venio. Ecce enim venio citò, etiam & merces mea mecum est, victoria Christi, & pax Ecclesiæ. Sexta feria post diem illum egressus est noster de ciuitate. Itaque venientes veniemus cum exultatione portantes manipulos pacis. Et hæc quidẽ verba pulchra sunt, sed pulchriora sunt facta. Etenim tam pulchra sunt, vt quisquis non lætatur in eis, aut stultus sit, aut nequam. Vale.

Ad fratres de sancto Anastasio.
Epistola CCCXXI.

Dilectissimis in Christo filiis nostris de sancto Anastasio, frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas, salutem & deuotas orationes.

TEstem habeo in cœlis quàm multum omnes vos cu- L
piam in visceribus Iesu Christi, quantò, si fieri posset, desiderio desiderarem videre vos, non propter vos tantùm, sed propter me: cui magnum certè solatium & prægrandis esset lætitia amplecti viscera mea, gaudium meum, & coronam meam, quod estis vos. At quoniam id nondum conceditur (concederetur enim, sicut bene confido de misericordia dei: & erit quando videbimus vos, & gaudebit cor nostrum, & gaudium nostrum nemo tollet à nobis) interim certè magna mihi est consolatio & lætitia multa in his quæ de vobis audiui per dilectissimum fratrem & coabbatem nostrum venerabilem Bernardum vestrum. Multam enim vobis habeo gratiam, quòd tam bene sibi complacet in vobis pro disciplina vestra & ordinis zelo, pro obedientia & voluntaria paupertate: pro quibus sine dubio merces vestra multa est in cœlis. Vnde rogo vos fratres & multum obsecro, sic agite & sic state in domino dilectissimi, soliciti semper circa custodiam ordinis, vt ordo custodiat vos: soliciti *Ephes.4.a*
seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, mutuam in vobismetipsis, maximéque ad prælatos charitatem humilẽ habentes, quæ est vinculum perfectionis. Humiltatẽ ante omnia, super omnia pacem sectamini, propter inhabitãtem spiritum dei in vobis: qui non nisi super quietum & humilem *Esa.66.a*
requiescit. Cæterùm vnum quidem à me petiit venerabilis M
abbas vester, quod mihi minimè bonum videtur. Credo autem quòd & ego spiritũ dei habeam, & cõsilium dei in hoc. Scio equidem quòd in regione habitatis infirma, & multis aliqui ex vobis laborant infirmitatibus, sed mementote quis *1. Cor.12.e*
dixerit: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Et, Cum infirmor, inquit, tũc fortior sum. Cõpatior vtique & multũ ego compatior infirmitati corporum, sed timenda multo magis ampliúsque cauenda infirmitas animarum. Propterea minimè competit religioni vestræ, medicinas quærere corporales, sed nec expedit saluti. Nam de vilibus quidem herbis, & quæ pauperes deceant, interdum aliquid sumere, tolerabile est, & hoc aliquãdo solet fieri. At verò species emere, quærere medicos, accipere potiones, religioni indecens est, & contrarium puritati. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scimus autẽ quia *Matt. 6.c*
qui in carne viuunt, deo placere nõ possunt, Spiritualia pro- *Rom.8.b*
inde spiritualibus comparanda, & quærenda potio humili- *1. Cor.2.d*
tatis, & clamandum in toto corde: Sana animam meam do- *Psal. 40.d*
mine, quia peccaui tibi. Huic sanitati, fratres dilectissimi, operam date, hanc sectamini, hanc seruate, quia vana salus *Psal. 59.e*
hominum.

Eiusdem

A *Eiusdem ad episcopum, clerum, & populum Spirensem, hortans ad arma contra infideles suscipienda.*
Epistola CCCXXII.

Domino & patri charissimo venerabili episcopo Spirensi, & vniuerso clero & populo, Bernardus Clarævallensis vocatus abbas, in spiritu fortitudinis abundare.

SEtmo mihi ad vos de negocio Christi, in quo est vtiq; salus nostra. Hæc dico vt excuset indignitatem personæ loquentis, auctoritas domini: excuset & consideratio propriæ vtilitatis. Modicus quidem sum, sed nõ modicum cupio vos omnes in visceribus Iesu Christi. Ea nũc mihi ratio scribendi ad vos, ea causa, vt vniuersitatem vestram literis audeam cõuenire. Agerẽ id libentius viua voce, si vt volũtas non deest,
1. Cor. 6.a suppeteret & facultas. Ecce nunc fratres acceptabile tẽpus, ecce nunc dies copiosæ salutis. Commota est siquidem & contremuit terra, quia cœpit deus cœli perdere terrã suam. Suam, in qua est visus, & annis plusquam triginta homo cũ hominibus conuersatus. Suam vtique, quam illustrauit miraculis, quã dedicauit sanguine proprio, in qua primi resurrectionis flores apparuerunt, & nunc peccatis nostris exigentibus, crucis aduersarij caput extulerunt sacrilegum, de-
B populantes in ore gladij terram promissionis. Propè enim est, si non fuerit qui resistat, vt in ipsam dei viuentis irruant ciuitatem, vt officinas nostræ redemptionis euertant, vt polluant loca sancta, agni immaculati purpurata cruore. Ad ipsum (proh dolor) religionis Christianæ sacrarium inhiant ore sacrilego, lectúmque ipsum inuadere & conculcare conãtur, in quo propter nos vita nostra obdormiuit in morte. Quid facitis viri fortes? Quid facitis serui crucis? Itáne dabitis sanMatt. 7.a ctum canibus, & margaritas porcis? Quàm multi illic peccatores confitentes peccata sua cum lachrymis, veniam obtinuerunt, postquam patrum gladiis eliminata est spurcitia paganorum? Videt homo malignus & inuidet, frendet dentibus & tabescit. Excitat vasa iniquitatis suæ, nec vlla quidem tantæ pietatis signa aut vestigia relicturus, si quando fortè (quod deus auertat) obtinere valuerit illa sancta sanctorum. Verùm id quidem omnibus deinceps seculis inconsolabilis dolor, quia irrecuperabile damnum: specialiter autem generationi huic impiissimæ infinita confusio, & opprobriu sempiternum. Quid tamen arbitramur fratres? Nunquid abbreEsa.50.a uiata manus domini, aut impotens facta est ad saluandum, quòd ad tuendum & restituendum sibi hæreditatem suam, exiguos vermiculos vocat? Nunquid non potest mittere angelorum pluſquam duodecim legiones, aut certè dicere verbo, & liberabitur terra? Omnino subest ei cum voluerit posC se. Sed dico vobis, tentat vos dominus deus vester. Respicit filios hominũ si fortè sit qui intelligat, & requirat & doleat vicem eius. Miseratur enim dominus populum suum, & lapsis grauiter prouidet remedium salutare. Considerate quãEsa.33.a to ad saluandos vos artificio vtitur, & obstupescite: intuemini pietatis eius abyssum, & cõsidite peccatores. Non vult mortẽ vestram, sed vt conuertamini & viuatis: quia sic quærit occasionem non aduersum vos, sed pro vobis. Quid est enim nisi exquisita prorsus & inuẽtibilis soli deo occasio salIoel.2.e uationis, quòd homicidas, raptores, adulteros, periuros, cæteríque obligatos criminibus quasi gentẽ quæ iustitiam fecerit, de seruitio suo submouere dignatur omnipotens? Nolite diffidere peccatores, benignus est dominus. Si vellet punire vos, seruitium vestrum non modo nõ expeteret, sed nec susciperet quidem oblatum. Iterum dico, pẽsate diuitias bonitatis dei altissimi, consilium miserationis attendite, necessitatem se habere aut facit aut simulat, dum vestris cupit necessitatibus subuenire. Teneri vult debitor, vt militantibus sibi stipendia reddat, indulgentiam delictorum, & gloriam sempiternam. Beatam ergo dixerim generationem quã apprehendit tam vber indulgentiæ tempus, quã inuenit superstitem annus iste placabilis domino, & verè iubileus. Diffunditur enim hæc benedictio in vniuersum mundũ, & ad signum vitæ certatim conuolant vniuersi. Quia ergo fœcunda virorum fortium terra vestra, & robusta nosciturin iuuentute referta (sicut laus est vestra in vniuerso mundo, & virtutis vestræ fama repleuit vniuersum orbem) accingimini & D
vos viriliter, & fœlicia arma accipite Christiani nominis zelo. Cesset pristina illa non militia, sed planè malitia, qua soletis inuicem sternere, inuicem perdere, vt ab inuicem consumamini. Quæ miseros tam dira libido excitat, quòd proximi corpus gladio, cuius fortassis & anima perit, transuerberent? Sed nec effugit qui glorietur: Et ipsius animam pertransibit gladius: cum solum hostem gaudeat cecidisse. Illi se dare discrimini insaniæ est, non virtutis: nec audaciæ, sed amentiæ potius est adscribendum. Habes nunc fortis miles, habes vir bellicose vbi dimices absque periculo, vbi & vincere gloria, & mori lucrum. Si prudens mercator es, si conquisitor huius seculi, magnas quasdam tibi nundinas indico, vide ne pereãs. Suscipe crucis signum, & omnium pariter de quibus corde contrito confessionem feceris, indulgentiam obtinebis. Materia ipsa si emitur, parui constat: si deuoto adsumitur humero, valet sine dubio regnum dei. Bene ergo fecerunt qui cœleste iam signaculum susceperunt, bene cæteri faciunt, sed nec ad insipientiam eis, si festinent & ipsi apprehendere quod & eis in salutem exístat. Decætero fratres moneo vos, non autem ego, sed & apostolus dei mecum, non esse credendum omni spiritui. Audiuimus & gaudemus, vt in *1. Ioan. 4.f*
vobis ferueat zelus dei: sed oportet omnino temperamentum scientiæ non deesse. Non sunt persequendi Iudæi, non sunt trucidandi, sed nec effugandi quidem. Interrogate eos E
diuinas paginas. Noui quid in Psalmo legitur prophetatum de Iudæis: Deus ostendit mihi (inquit ecclesia) super inimi- *Psal.58.d*
cos meos, ne occidas eos, nequãdo obliuiscãtur populi mei. Viui quidam apices nobis sunt, repræsentantes dominicam passionem. Propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, vt dum iustas tanti facinoris pœnas luunt, testes sint nostræ redẽptionis. Vnde & addit in eodem Psalmo loquens ecclesia: *Ibidem.*
Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus domine. Ita factum est: dispersi sunt, depositi sunt, duram sustinent captiuitatem sub principibus Christianis. Cõuertentur tamen ad vesperam, & in tempore erit respectus eorum. Denique cum introierit gentium multitudo, tunc omnis Is- *Rom.11.d*
raël saluus erit, ait apostolus. Interim sanè qui moritur, manet in morte. Taceo quòd sicubi desunt, peius Iudaizare dolemus Christianos fœneratores: si tamen Christianos, & nõ magis baptizatos Iudæos conuenit appellari. Si Iudæi penitus conterantur, vnde iam prosperabitur eorum in fine promissa salus siue conuersio? Planè & gentiles si essent similiter expectandi, sustinendi forent potius quàm gladiis expetendi. Nunc autem cum in nos cœperint esse violenti, oportet vim vi repellere eos qui nõ sine causa gladios portant. Est autem Christianæ pietatis vt debellare superbos, sic & parcere subiectis, his præsertim quorum est legislatio repromissa, quorũ
F patres, & ex quibus Christus secũdum carnem, qui est benedictus in secula. Attamen exigẽdum ab eis, iuxta tenorem apostolici mãdati, vt omnes qui crucis signum susceperint, ab vsurarum exactione liberos omnino dimittant. Illud quoq; admonitos vos esse est necesse fratres dilectissimi, vt si quis fortè amans primatum gerere inter vos, expeditione sua regni voluerit exercitum præuenire, nullatenus audeat: & si à nobis missum se simulet, non est verum: aut ostendat literas, tanquam à nobis datas, sed omnino falsas, ne dicam furtiuas esse dicatis. Viros bellicosos & gnaros talium duces eligere est, & simul proficisci exercitum domini, vt vbiq; habeat robur, & non possit à quibuslibet violentiã sustinere. Fuit enim in priori expeditione antequam Hierosolyma caperetur, vir quidam Petrus nomine, cuius & vos (nisi fallor) sæpe mentionem audistis. Is populum qui sibi crediderat, solum cum suis incedens tantis periculis dedit, vt aut nulli, aut paucissimi eorum euaserint, qui non corruerint aut fame, aut gladio. Propterea omnino timendum est si similiter & vos fecetitis, ne contingat & vobis similiter: quod auertat à vobis deus, qui est benedictus in secula. Amen.

Ad Henricum Moguntinum archiepiscopum de fratre Radulpho, qui necis Iudæorum delatus est consensisse.
Epistola CCCXXIII.

Venerabili domino & charissimo patri Henrico Moguntino archiepiscopo, Bernardus Clarevallis abbas, inuenire gratiam apud deum.

LIteras dilectionis vestræ debita veneratione suscepi, sed præ multitudine negociorum breuis est respõsio. Depositum querelæ vestræ apud nos signum est, & pignus dilectionis, & præcipuè humilitatis indicium. Quis enim ego sum, aut quæ domus patris mei, vt ad me referatur archiepiscopi contemptus, & metropolitanæ sedis iniuria? Nónne ego sum puer paruulus, ignorans introitum & egressum
Matt.18.a meum? Veruntamen non ignoro verbum veritatis vsquequaque, quod ex ore altissimi procedit: Necesse est vt veniat scandalum: væ autem illi per quem venit. Homo ille de quo agitur in literis vestris, neque ab homine, neque per hominem, sed neque à deo missus venit. Quòd si se monachũ aut eremitam iactat, & ex eo sibi adsumit libertatem vel officiũ prædicationis: potest scire & debet quòd monachus non habet docentis, sed plangentis officium, quippe cui oppidum carcer esse debet, & solitudo paradisus. Hic verò à contrariis & solitudinem pro carcere, & oppidum habet pro paradiso. O hominem sine pectore, ô hominem sine fróte, cuius stultitia eleuata est super candelabrum, vt appareat omnibus qui sunt in domo. Tria sanè sunt in eo reprehensione dignissima,
H *vsurpatio prædicationis, contemptus episcoporum, homicidij approbati libertas. Nouum genus potentiæ. Nunquid tu*
Ioan. 10. f *maior es patre nostro Abraham, qui eodem prohibente gladium deposuit, quo iubente leuauerat? Nun quid tu maior es*
Luc.22.e *principe apostolorũ, qui quæsiuit à domino: Domine si per-*
1.Cor. 3. d *cutimus in gladio? Sed instructus es omni sapientia Aegyp-*
Ioan. 18.b *tiorum, id est, sapientia huius mundi, quæ stultitia est apud deum. Aliter soluis quæstionẽ Petri, quàm ille qui dicit: Mitte gladium in locum suum: Omnis enim qui acceperit gladium, gladio peribit. Nónne copiosius triumphat ecclesia de Iudæis per singulos dies vel conuincens, vel conuertens eos, quàm si semel & simul consumeret eos in ore gladij? Nunquid incassum constituta est illa vniuersalis oratio ecclesiæ, quæ offertur pro perfidis Iudæis à solis ortu vsque ad occasum, vt deus & dominus auferat velamen de cordibus eorũ, vt ad lumen veritatis à suis tenebris eruantur? Nisi enim eos qui increduli sunt, crederet, superfluum videretur & vanum orare pro eis. Sed considerat oculo pietatis quòd dominus habet respectum gratiæ apud eum qui reddit bona pro malis, & dilectionem pro odio. Vbi est ergo illud quod*
Psal. 58. c *dictum est: Videas ne occidas eos? Vbi est, Cũ plenitudo gẽ-*
Rom. 11. c *tium intrauerit, tunc omnis Israël saluus fiet? Vbi est, Aedificans Hierusalem dominus, dispersiones Israëlis cõgregabit?*
Psa. 146.a *Túne es ille qui mendaces facies prophetas, & euacuabis omnes thesauros pietatis & misericordiæ Iesu Christi? Tua doctrina nõ est tua, sed eius qui misit te patris. Sed credo sufficit tibi si sis sicut magister tuus. Ille enim erat homicida ab*
I *initio, ille mendax, & pater mendacij. O mõstruosa scientia. O sapientia infernalis, contraria prophetis, & apostolis inimica, submersio pietatis & gratiæ. O immũdissima hæresis. O meretrix sacrilega, quæ impregnata de spiritu falsitatis*
Psal. 7. d *concepit dolorẽ, & peperit iniquitatẽ. Liber sed nõ licet vltra progredi. Ad vltimũ, vt omnia quæ sentio super his, breuiter cõprehendam: homo est magnus in oculis suis, plenus spiritu arrogantiæ: verba & opera eius prætendunt quòd conatur sibi facere nomen iuxta nomẽ, magnorum qui sunt in terris, sed non habet sumptus ad perficiendum. Vale.*

Ad Leonium abbatem sancti Bertini, pro Thoma de sancto Audomaro. Epistola CCCXXIIII.

Dilecto & venerabili domino Leonio abbati & vniuerso conuentui Ecclesiæ sancti Bertini, frater Bernardus Clarevallis vocatus abbas, spiritum veritatis quem mundus non potest accipere.

LIteras dilectionis vestræ, dilectissimi fratres, suscepimus indicium voluntatis & petitionis vestræ. Beneficiorum quæ nobis & nostris plena manu, hilari mente, vultu sereno exhibetis, in æternum non obliuiscar. Sed quid si nõ sum K
oblitus & ingratus inuenior? Nunquid sola memoria habebit me excusatum? Imò acerbius accusabit. Nec immemorem nec ingratum amicis meis me exhibere noui. Si tamen
Psal.136.b non habeo quid retribuam pro omnibus quæ accepi à vobis (vt minus sapiens loquor) dominus retribuet pro me. De alieno liberalis sum, quoniam inops & pauper sum ego. Honorem ecclesiæ vestrę & decorem domus domini qui in vobis est, quantum diligam, ipse nouit qui plus profunditatem humani cordis ingreditur. Sed nec ego vereor verum dicere
Matt. 5.g in hac parte: Ego diligentes me diligo, sed non in hoc iustificatus sum. Nam & ethnici hoc faciunt. Nõ multum laudis habet, si amantes me amauero, sed si non amauero, sceleratus pro scelere iudicabor. Dilexi vos & ante meritum: quare etiam post meritum non diligerem? Quos enim etiam si nulla merita præcessissent, honorari oportuit, post beneficia nõ honorare, plusquam iniuria est. Diligam vos semper fratres charissimi in domino, & cum omni amore seruiam vobis in eo cuius serui estis. Imò Christũ cuius membra estis, semper in vobis honorabo. Veruntamen vt rationabile sit obsequium nostrum, & honor irreprehensibilis, quem vobis exhibere debemus, prudẽter & cautè id fieri oportet, quia ho-
Psal. 98.d nor regis iudicium diligit. Super his igitur quę mihi rescribitis, respondeo charitati vestræ, quia nec ego audeo, nec vos L
debetis prohibere eum qui benefacere potest. Quid enim re-
1.Thes.5.d spondere habemus apostolo dicenti: Spiritum nolite extinguere? Neque enim securum est extinguere, quod extinctũ
Mat.20.c accendere nõ sit tuę potestatis. Et vbi est illud: Vnusquisq; in ea vocatione qua vocatus est, in ea permaneat? Vocatus est,
Rom. 4.c inquam, Thomas, non à me, sed ab eo qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Quid ad nos respicitis, quid nos intuemini in hoc facto, tanqua opus hominis sit, & non dei? Non ab homine, neque per hominem, sed à domino factum est istud: non enim homo, sed deus est qui operatur in cordi-
psal. 117.d bus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit. A domino, inquam, factum est istud, & ideo nõ solum mirabile, sed immutabile esse debet in oculis nostris. Quis enim vel quid est homo, vt adiuuet sensum domini, vel spiritum eius? Nouit ille qui quærit ouem perditam, & quid quærat, & vbi quærat, & quomodo & vnde reuocet, & vbi collocet, sic vt eam vlterius non perdat. Quem ergo dominus vocauit, vide ne reuoces: quem deus erexit, tu inclinare noli, nec ponas ei offendiculum cui deus manũ porrigit ascendenti. Sed iam videndum est quid ponderis habeat illud quod dicitis eum oblatum à parentibus. Videat prudentia vestra quid habeat plus vigoris & rationis: vtrum illud quod factum est de ipso per alium ipso nesciente, an illud quod M
sciens & prudens de se ipse fecit. Non autem ipse, sed gratia dei, quæ volentem præuenit vt velit, quæ volentẽ subsequitur ne frustra velit. Ego autem dico quòd votum parentum integrum manet, & oblatio eorum non est exinanita, sed cumulata. Nam & idem offertur quod prius oblatum est, & eidem offertur cui prius oblatũ est, & quod prius à solis parẽtibus oblatum fuerat, nunc offertur à filio. Præterea super hoc verbo præcipere vobis nihil habeo: cõsilium autem do. A domino egressus est sermo, nolite impedire cursum gratiæ dei, nolite reprimere primitias bonæ voluntatis: quod enim in eo cœptum est, de spiritu sancto est. Vos autem nolite dissimulare iniuriam quam nobis infertis: cum nunquam vos læserimus in hac parte: vt fratres quos deus misit ad vos, vellemus subtrahere vobis. Nouerit autem ipse Thomas si irritum fecerit votum suum, cuius me testem adhibuit, nouerit alius quicunque sit ille qui eum ad hoc impulerit, quòd
Ephes. 4.a & 6. b ascendam ex aduerso, & stabo contra eos in die domini. Sed interim melius est ei vobis & nobis seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vale.

Ad Aluisum Atrebatensem episcopum, pro eodem. Epistola CCCXXV.

Venerabili patri & amico nostro Aluiso dei gratia Atrebatensi episcopo, frater Bernardus vocatus abbas, salutem & nostras qualescunque orationes.

Rogastis

A ROgastis nos pro ecclesia sancti Bertini, quam & vos diligitis, & nos ipsi diligimus & dileximus ab initio. Veruntamen quod nunc rogat venerabilis abbas eiusdem monasterij, vtinam diligentius considerasset prudentia vestra, quale sit istud non dicã facere, sed vel rogare. Neq; enim dubito quin redarguissetis eum tanquam qui delinqueret graiter & aduersum nos amicos suos, & aduersum ipsum cuius animã quærit, imò & aduersus deum, cuius conatur immutare cõsilium. Quid enim domine pater, id vobis persuaderi potuit vt ab amico vestro tale aliquid peteretis? Vocat deus Thomam de cœlo, vocat vt exeat de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, & veniat in locum quem ipse ei ostendit: ego quis sum qui prohibeam spiritum dei? qui debeam impedire eũ qui proprias oues vocat nomine proprio, & ipse ante eas vadit, vt alium nõ sequantur, sed ipsum? Thomas paupertatem elegit, ego eum ad diuitias deliciasque remittam? Nec ignoro quin possint apud sanctum Bertinum fratres suã ipsorum operari salutem, sed quos illuc vocauerit
luc.9.c deus, vt vnusquisq; in qua vocatione vocatus est in ea permaneat. Scio, scio vbi legerim: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciẽs retro, aptus est regno cœlorum: quo nequaquã ego fraudare velim charissimum filium meũ Thomam, & animã quæ mihi à deo commissa est. Vnde satis admiror quonam modo subripi potuerit tantæ discretioni rem
B huiusmodi postulare. Ego enim quoniam de vestra, sicut
Mat.20.c scitis, dilectione præsumo, paulo minus respondeam quod ait dominus ad filios Zebedæi: Nescitis quid petatis: nisi quòd cogitaui non sic de charitate præsumendũ, vt non etiã facerdotali cathedræ deferretur. Facite ergo morem vestrũ, honorificate etiã in hac parte ministeriũ vestrum: & viriliter iuuate etiã has Christi sponsas: vt eũ ad quem vocantur spõsi thalamum, sine offensione, sine dilatione mereantur intrare. Agite inquã vt amicus sponsi, qui stat & gaudio gaudet propter vocem spõsi: & sicut bene soletis iuuare cæteros, sic iuuate & istos: vt non solum non extinguatis (quod absit) spiritum dei, sed & coadiutorem eius fidelem vos esse probetis. Hoc enim omnino certum sit paternitati vestræ, quoniam meo consilio sue permissione mea nusquã declinabunt: scio enim quoniam ipse peccarem, & eos peccare facerẽ, si quid eis aliud consulerem aut concederem. Reddãt ergo vota sua quę distinxerunt labia sua. Alioquin viderint ipsi quibus credant dicentibus: Ecce hic est Christus, ecce illic est: quoniam oportebit eos mihi ante tribunal Christi super voto suo, cuius ego testis sum, respondere.

Ad abbatem Lesciensem. Epistola CCCXXVI.

C *Venerabili patri Lesciensis monasterij, ac filiis eius frater Bernardus seruorum dei qui in Claraualle sunt inutilis seruus, seruire domino in timore, & exultare ei cum tremore.*

REmisimus vobis fratrem Robertum, primum pro eo & cum eo precantes, vt clementius cum ipso agatur in recipiendo, quàm cum cæteris solet fugitiuis reuertentibus. Non enim par esse debet pœna, vbi dispar est causa. Deinde vt ab obedientia in qua cum periculo (vt ipse dicit) animæ suæ diu inuitus detentus est, amoueatur, & ad aliam in qua securius & salubrius viuat; transferatur. Alioquin quantum intẽtionem hominis attendo, timeo ne illum irreuocabiliter amittatis. Cæterum autem audiuimus dominum abbatem grauiter infirmari. Cuius nobis vitam vel mortẽ flagitamus citius renunciari: vt aut de vita licet mortali recipiamus gaudium, aut de morte licet vitali luctum: siue, vt vẽrius fatear, de qualibet & gaudium simul & luctum. De vita quidem ipsi condolentes quòd sit retardatus: sed nobis gaudentes quibus est præseruatus. De morte verò ipsi nimirum congratulantes pro adepto præmio: nobis autem gementes pro adempto necessario.

Ad papam Innocentium pro Aluiso Atrebatensi episcopo. Epistola CCCXXVII.

Amantissimo patri & domino dei gratia summo pontifici Innocentio, Bernardus Clarevallis abbas vocatus, modicum id quod est. D

NVec nouum nec mirum est humanum animum posse falli vel fallere. Cauendum & hoc & illud, quia vtrobique periculum. Ad vtrunque cautelam vobis apposuit magni consilij angelus, quando dixit: Estote prudentes sicut
Matt.10.b serpentes, & simplices sicut columbæ: vt nec prudentia decipi, nec simplicitas decipere posset. Marcianenses monachi venerunt ad vos in spiritu mendacij, & spiritu erroris, aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Verbum iniquum constituerunt aduersus Atrebatẽsem episcopum, cuius conuersationis & vitę bonus odor fuit hactenus in omni loco. Qui sunt isti, qui vt canes mordent, qui dicunt bonũ malum, qui ponunt lucem tenebras? Qui sunt isti qui contra le-
Esa.5.e gem maledicũt surdo, & coram cæco ponunt offendiculum?
Leui.19.e Quare domine irasceris in filium tuum? quare lætificasti inimicos eius? Vbi est illud apostoli: Nolite omni spiritui crede-
1.Ioan.4.d re, sed probate spiritus si ex deo sunt? In domino cõfido quia dissipabitur consilium eorum: & cum apparuerit quod verum est, euacuabitur quod ex falso est, vt mentita sit iniquitas sibi. Auribus nostris audiuimus quàm fideliter, quàm cõstanter locutus sit in conspectu regis & principum pro fidelitate Romanæ ecclesiæ. Veniet ad vos in innocentia sua in E
die vocationis suæ: præmisit ante filium suum archidiaconũ præsentium latorem, cuius personam & mores vestræ mansuetudini commendamus. Decætero venit ad vos abbas sancti Vedasti, homo planè inimicus sibi, suis, & ecclesię suę, homo qui accepit in vanum nomen abbatis, quærit enim quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Sed & qualis pater, talis & fi-
Psal.78.d lius qui cum eo est: qui nec conscientiæ, nec suæ famæ percit, subsannatio & illusio his qui in circuitu eius sunt. G. loquor monachum eius. Spiritus veritatis det vobis diuidere lucem à tenebris, det vobis reprobare malum, & eligere bonum.

Ad Alardum monachum. Epistola CCCXXVIII.

Dilecto filio suo Alardo, frater Bernardus paternæ dilectionis affectum.

CÒnqueritur frater Adamarus quòd ei nimis amarus extiteris: non solùm quia te agente domo expulsus sit, sed quia te quoq; prohibẽte reconciliari non possit. Et ego quidem non nisi bono zelo te id facere crediderim. Sed cum recordor tuę illius obstinationis quã tibi amicissima, vt scis, fiducia soleo sępe improperare, vereor ne idem zelus tuus nõ F
sit secundum scientiã. Nam vt ipsa regulæ verba ponã, quãtę audaciæ est quenquã cędere aut excommunicare, nedum eliminare, abbate scilicet absente & nesciẽte? An nõ magis tuæ humilitatis erat, alij nõ facere quod tibi nolles fieri? Imò tuæ perfectionis esse debuerat apostolũ potius imitari dicentem:
1.Cor.9.d Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerẽ. Et rursum: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, cõsidera teipsum, ne & tu tẽteris. At prior, inquies,
Gala.6.d illum eiecit: nõ ego. Et hoc quidem ipse noui. Sed te suadente, ne omnimodis compellẽte. Vnde & nunc cum eum, sicut audiui, ipse quoq; Prior miseratus cupiat reuocare, te in tua perdurante duritia, non finitur emendare quod compulsus est indiscretus egisse. Rogo quæ est hæc securitas, vt cæteris omnibus miserantibus, ipso quoq; domino abbate propitio, tu solus implacabilis flecti nõ queas vt recipiatur? An nõ legisti: Iudiciũ sine misericordia ei qui non fecit misericordiã? An oblitus es quod rursum scriptũ est: In qua mensura mensi
Iacob.2.e fueritis, remetietur vobis? An verò contemnis quod miseri-
Matt.7.d cordibus promissum est, quoniam ipsi misericordiam conse-
Matt.5.d quentur? Sed nescis, inquis, quàm iuste expulsus sit. Sed iuste an iniuste expulsus sit, nõ quęro nec curo modo: sed hoc tantum queror, hoc causor, hoc vehementer admiror, quòd humiliter satisfaciens, instanter petẽs, patiẽter sustinens, emendationem promittens, nec sic quidem exaudiri meretur, vt
2.Cor.2.d (iuxta apostolum) cõfirmetur in eo charitas, & (secũdum ma-

Gistrum nostrum) probetur iterum in omni patientia. Certe si iniustè expulsus fuit, iustum est vt reuocetur. Si iustè, pium est vt recipiatur. Vnde & hoc nostrum consilium licet indiscussa causa arbitratus sum esse securum, quo fit vt siue per iustitiam, siue per misericordiam à iusto & misericorde deo nō recedatur. Rogo ergo te dilectissime fili, vt quod ille suis apud te precibus non meruit, vel nostris, quas tam lōgè quęsiuit, valeat adipisci.

Ad Papam Innocentium. Epistola CCCXXIX.

Amantissimo patri & domino Innocentio summo pontifici frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas, modicum id quod est.

CAdit in interitum Remensis ecclesia, data est in opprobrium ciuitas gloriosa, clamat transeuntibus per viam, quòd non sit dolor similis dolori eius. Foris enim pugnæ, intus timores. Sed & intus pugnæ, quoniam filij eius pugnant contra eam, nec habet generatorem qui liberet eam: vnica spes eius Innocentius, qui abstergat lachrymas à maxillis eius. Sed vsquequo domine clypeus protectionis vestræ non opponitur? vsquequo conculcabitur, nec inueniet subleuantem? Ecce rex humiliauit se, & iam quieuit indignatio eius. Quid ergo supereſt, nisi vt manus apostolica supponatur afflictæ, & plagis eius curam adhibens & fomēta? Primum itaque esse credimus vt maturetur electio, ne insolentia Remensis populi disperdat si quid residuum est, nisi in brachio excelso furori eius resistatur. Si hæc ritè celebrata fuerit, confidimus quòd in reliquis quoque daturus sit dominus gratiam & effectum.

Ad eundem. Epistola CCCXXX.

Amantissimo patri & domino dei gratia summo pontifici Innocentio, frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas modicum id quod est.

GRatiam quam inueni in oculis vestris, nolo habere solus, cum amicis eam volo diuidere. Non enim timeo ne forte non sufficiat mihi & illis. Magna enim est. Multos possum facere participes eius, veruntamen ego exinanitus non ero. Quod igitur gratis accepi, gratis dabo: & liberalem me facit vestra liberalitas, sed de vestro. Præsentium latorem virum commendabilem vobis commendamus. Amicus es
I domine pauperum Christi, & seruus seruorum tuorum. Peto domine, si quid habuerit apud tuam excellentiam, vt eum solita pietate pro nobis exaudias, imò pro ipso, qui talis est, vt per se tantùm meritò debeat exaudiri.

Ad eundem. Epistola CCCXXXI.

IVenis iste magnanimus (vt aiunt) & strenuus in opere militari, vt meliorem militet militiam, proficiscitur Hierusalem. Rogat puer vester rogatus ab ipso, vt in bono opere quod cœpit, vestram mereatur percipere consolationem, sed fauorem, sed orationem, sed benedictionem. Propinquus
Esaiæ.58.c noster est, & carnem meam, iuxta prophetam, non debui despexisse.

G. cancellario. Epistola CCCXXXII.

PRædecessor vester bonæ memoriæ Haimericus cancellarius dominum Metensem episcopum speciali amplectebatur dilectione: & nuncios eius quòtiens Romam venirēt, plurimum acceptabat, & iuuabat studiosius. Vnde rogo vos quoque per eadem gradi vestigia, & nobili episcopo in magna necessitate posito, armis ecclesiæ subuenire.

Ad dominum Bernardum abbatem. Epist. CCCXXXIII.

Dilecto patri ac venerabili domino suo Bernardo Dei voluntate ac gratia Clarevallis abbati reuerendissimo, frater Ioannes minister suus qualiscunque Casemarij abbas, feliciter currere, ac felicius Christi pietate consummare.

MEmor dulcedinis ac familiaritatis quam mihi indigno K
pietas vestra quondam exhibuit, aperire cogitationes mei cordis paternitati vestræ quasi coram positus præsumo, vestra magis de mansuetudine confisus, quàm de offensa suspectus. Spero nanque affectionem ac dilectionem quam erga vos habeo pietatem vestram nō latēre: & si aliquid etiam stultum dicerem, confido vos benigne ac mansuetè quasi patrem filio ignoscere. Dictum est mihi pater charissime, quòd de hac re quæ non ita prospere, vt forsitan volebatis, contigit (de via verò Hierosolymæ loquor) multum tristamini, eo quòd ecclesia dei vel gloria non sicut desiderabatis, accreuit. Quapropter quod mihi pro hoc diu cogitanti deus (vt credo) in corde misit, vobis humiliter suggero, nimirum perpēdens quòd sæpe paruo cuilibet dominus aliquid ostendit, quod alicui magno & multis donis repleto videre nequaquā concedit, sicut Moysi sancto facie ad faciem cum deo loquēti, Iethro alienigena consiliū dedit. Videtur itaque mihi quòd *Exod.33.d* omnipotens deus de hac via multum fructum fecit, non ta- *Ibid.18.e*
men eo ordine quo ipsi viatores arbitrabantur. Siquidem si hoc quod cœperant, sicut decet Christianos, iustè ac religiosè prosequi vellent, dominus cum eis esset, ac magnum fructum per eos perfeciſſet. Sed quoniam ipsi ad mala sunt deuoluti, & hoc nequaquam dominum qui auctor viæ fuerat, à principio latēre potuit, vt sua prouidentia in sui dispositione L
non falleretur, malitiam eorum in suam cōuertit clementiā, & immisit eis persecutiones & afflictiones, quibus purgati ad regnū peruenire possent. Denique confessi sunt nobis qui redibant, quòd vidiſſent multos ibi morientes qui libenter se mori dicebant, neque velle reuerti, ne amplius in peccata recíderent. Sed ne in dubium veniat quod dico, quasi patri meo spirituali in confessione aperio quòd patroni loci nostri beatus Ioānes & Paulus sæpius nos visitare dignati sunt, quos ego super hac re interrogari feci, & huiusmodi sententiam responderunt. Dicebántque multitudinem angelorum qui ceciderant, de illis qui ibi mortui sunt, esse restauratam. Hoc autem scitote, quòd magnam vestri memoriam habuerunt, finémque vestrum cito venturum prædixerunt. Quia igitur bene res etsi non secundum hominum desiderium, tamen secundum dei propositum euenit: vestræ erit prudentię in ipso de hac re consolari, cuius solius gloriam quæritis & desideratis. Idcirco nanque vobis & exhortandi & operandi gratiam in hoc negocio dedit, quia bonum quod inde facturus erat, præuidit. Ipse igitur cursum vestrum feliciter com- M
pleat nósque vobiscum in sua gloria constituat.

Ad Rollandum cardinalem & cancellarium. Epistola CCCXXXIIII.

Domino & amico charissimo Rollando Dei gratia sanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali & cancellario, frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas, salutem & deuotas orationes.

SCripta dilectionis vestræ eo affectu suscepimus, quo sem
per apud nos est in benedictione memoria vestra. Nec sane egere vos credimus humanæ gratiæ verbis, aut commendatiis epistolis ad nos, quoniam quidem vtrique nostrum indubitabile (nisi fallor) testimonium perhibet spiritus veritatis, quàm syncerè & diligamus vos, & diligamur à vobis. Ille inquam spiritus per quem & diffunditur charitas ista in cordibus nostris. Benedictus deus, qui secundum suam misericordiam Eugenium nostrum imò suum prævenit in benedictionibus dulcedinis, parare scilicet lucernam Christo suo, & præmittere virum fidelem ad adiutorium eius, & nostram quoque plurimam consolationem. Nam cum molesta esset amico amici vocatio & absentatio, cuius nimirum præsentia frui delectatur in domino, iam tunc vt manifestè *Ioan. 13. d*
video, cogitabat ipse cogitationes pacis, & non afflictionis, & dicebat: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autē postea. Quamobrem solicitus sis charissime, pro eo cui te consolatorem & consiliarium ordinauit deus, & obserua cautè secundū datam tibi sapientiam, ne fortè inter tam multiplicium

ACium negociorum tumultus malignorum fraude circumueniri possit vt subripiatur ei verbum quod indignum sit Eugenij apostolatu. Age, inquam, dilectissime pro loco quem tenes, pro ea quam adeptus es dignitate: viriliter & prudenter exerce qui in te est zelum dei, ad gloriam eius, & salu-
1. Cor. 15. b tem tuam, & ecclesiæ sanctæ plurimam vtilitatem, vt dicere possis & tu, quia gratia dei in me vacua non fuit. Hactenus quippe eruditioni multorum fideliter & vtiliter instabas, cœlo & terra testibus: sed iam tempus faciendi domino, ne patiaris, quod in te est, dissipari ab impiis legem eius, Cura proinde dilectissime & desiderantissime pater, etiam in hac dispēsatione inueniri fidelis domini seruus & prudens: quatenus & pro te faciat columbina simplicitas: & pro ea quæ tuæ quammaxime fidei & solicitudini credita est domini tui sponsa, aduersus venenatas maligni & antiqui serpētis astutias militet prudentia serpentina: & in vtraque glorificetur deus. Multa quidem habeo vobis dicere: sed non est opus longa epistola vbi præsens est vox viua. Quamobrem vestris pariter & nostris occupationibus parcens, posui verba mea in ore præsentium fratrum: tāquam me ipsos audite. Valete.

Ad G. diaconum cardinalem. Epist. CCCXXXV. B

Domino & amico charissimo G. dei gratia sanctæ Romanæ ecclesiæ diacono cardinali, frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas, salutem & deuotas orationes.

BEnedictus tu à domino, qui tam copiosè præueniſti nos in benedictionibus dulcedinis: vt siqua misericordiæ viscera, si quid affectionis, si quid charitatis inuenitur in nobis, totum sibi meritò vendicet illustris animi tui tam deuota humilitas, humilisque deuotio. Nam & antea exultabam omnino, & gratulabar zelo bono quem in te esse fratrum nostrorum relatione didiceram, sed iam eo amplius si quid possum in domino, tuæ dilectioni me sentio debitorem, quo deuotius & humilius paruitati nostræ cōmendatum te reddere studuiſti. Vnde & solicitus fui fratribus nostris indices tui peccatoris legere literas, plenas deuotæ affectionis, plenas pietatis & gratię: benedictionem quoque quam destinaueras, exhibere: & præcipere, sicut rogasti, in memoriam tui & tuorum, ipsis in vasis missarum solennia celebrari. Faciat te deus in magna domo sua vas in honorem, vt de te quoque nos charissimi tui operum testimonio quod plurimum de-
C sideramus mereamur audire, quoniam vas electionis mihi
Actor. 9. c est iste. Testis enim nobis est spiritus veritatis, per quem & diffunditur charitas ista in cordibus nostris, quomodo te cupiamus in visceribus Iesu Christi. Quia ergo æmulamur te dei æmulatione, non modo est ad eum pro te deprecatio nostra, sed etiam ad te ipsum, vt solicitè prouideas quomodo te oporteat conuersari in domo dei, & in sorte ministerij huius. Dico enim non de præsumptione, deus scit, sed de charitate, quoniam iudicium graue his qui præsunt, si non etiam
1. ep. 6. a prodesse laborant: & ecōtra, qui bene ministrauerit, gradum
1. Tim. 3. c bonum acquiret. Tu ergo dilectissime & desideratissime domine, declina obsecro mągis ac magis à malo, & fac bonum,
2. Tim. 6. b nec inueniaris in Christi hæreditate quærens quæ tua sunt, sed memor esto sempet apostolici illius: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec quicquam auferemus. Quamobrem eā quæ immortalis est animā tuam serua charissime, ne qua occasione auelli ant eradicari queat ab affectu cordis tui, quod dominus loquitur in euangelio. Quid
Mat. 16. d prodest, inquit, homini si vniuersum mundum lucretur, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? Miseri pro-
Iob. 21. b sus miseri qui in bonis ducunt dies suos, vt in puncto ad in-
Psal. 48. a ferna descendant. Cùm enim interierint, non sument omnia,
Eccle. 4. d nec descendet cum eis gloria eorum, quoniam vapor est ad modicum parens. Hæc cogita dilectissime, & hæc meditare iugiter, & in corde tuo describe ea, nec à memoria tua vllatenus recedant. Vale.

Ad Robertum abbatem de Dunis. Epistola CCCXXXVI. D

Fratri & amico charissimo Roberto abbati, frater Bernardus de Claraualle, quod amico charissimo.

ET tarde notus, & cito es mihi sublatus Roberte charissime. Sed consolor, quòd solo de corpore patiar hoc, nam spiritu semper es mecū. Quod tamen vel ipsum quando ego æquanimiter tolerarem, si solus non esset in causa deus? Erit erit quando reddemur nobis, quando & quisq; de se, & vterque de intuicē plene gaudebimus, præsentes nobis in vtraque portione nostri, in neutra deinceps ab alterutro diuidendi. Glutinum erit tantę coniunctionis, qui causa nunc est tantillæ separationis, præsens perpetuo futurus nobis, præsentes nos nobis perpetuo seruaturus. Salutamus omnes filios vestros & nostros, & rogamus vt orent pro nobis.

Ad eundem, de Iderio. Epistola CCCXXXVII.

Amantissimo fratri & coabbati suo Roberto de Dunis, frater Bernardus Clarævallis dictus abbas, salutem.

SVper hoc fratre, quem adeo nō solùm inutilem, sed etiam onerosum esse nunciastis, absq; eo quod intrinsecus latet, quale nobis ipsis, tale & vestræ dilectioni damus consilium. Nobis siquidē videtur pro his quæ de ipso retulistis, quòd in probatione sua se nec probabilē exhibuit nec receptibilem: & ideo meruit vt rationabiliter & sana cōsciētia valeatis ma- E
lum auferre ex vobis. Veruntamen si pietati vestræ placet superexaltare misericordiam iudicio, adhuc ipsum potestis retinere sine professione, quanto vobis tēpore videbitur. Hoc autē omnino dissuademus, ne eum in hoc statu recipiatis ad professionem, sed iterum probetur, si forte se talem exhibere valeat, qualem debet. Sin autē, ferro absciſſionis vtendum est, ne vna ouis morbida totum gregem contaminet.

Ad abbatem Balduinum de Castellione. Epistola CCCXXXVIII.

ET in hoc cognoui quòd diligis nos, quoniam timuiſti nos. Veruntamen gaude, quia timor quem timebas, non accidit nobis. Diligenter est res inquisita, quemadmodum monuiſti, & inuentus est dolus in ore eius qui ista dixit tibi. Vnum è duobus nullatenus dubites, hominem videlicet aut *Psal. 7. d* ex malignitate, aut ex suspicione locutum. Proculdubio cō-
uertetur dolor eius in caput eius, & in verticē ipsius iniquitas eius descendet. Reus est enim illius rei quam alteri conatur impingere.

Ad Balduinum Nouiomensem episcopum. Epistola CCCXXXIX.

Domino Balduino Nouiomensi episcopo, frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas, melius quàm meruit.

MIttо vobis puerum istum præsentium latorem, come- F
dere panem vestrum, vt probem de auaritia vestra vtrū cum tristitia id feceritis. Nolite lugere, nolite flere, paruum ventrem habet, paucis contentus erit. Gratiam tamen vobis habemus si doctior à vobis quàm pinguior recesserit. Materies locutionis pro sigillo sit, quia ad manum non erat, nam neque Gaufridus vester.

Ad Henricum archidiaconum. Epistola CCCXL.

Dilecto suo Henrico archidiacono frater Bernardus Clarævallis vocatus abbas salutem & orationes.

BReuiter vobis de proposita quęstione respondemus, sine præiudicio tamē sanius sapientis. Raptum ex vtero puerm, ob periculum mortis laicus quidam (vt dicitis) baptizauit, communem verborum formam non tenens, sed dicēs, Baptizo te in nomine dei, & sanctæ & veræ crucis. Quæritis vtrumnā baptizatus sit puer, an magis si viuit, baptizandus. Ego vere hunc baptizatum puto, nec sonum vocis, veritati fidei & pietati intentionis præiudicare potuiſſe. Vt enim taceam quòd in nomine dei vnam expreſſit substantiam trinitatis: in eo ipso quod addidit, sanctæ & veræ crucis, manifestè commendauit dominicam passionem. Nisi fortè putamus apostolum contra id quod quidē alio loco dixerat: Qui *2. Cor. 10. i*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G gloriatur,in domino glorietur:in ipsa ligni substantia, & nō
Gala.6.d magis in crucifixi gratiā gloriari, cū diceret, Mihi autem ab-
sit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Neque
enim cū iuxta communē ecclesiæ constitutionē baptizantes
dicimus,in nomine patris & filij & spiritus sancti,aliud intel
ligendū est quàm in cōfessione trinitatis.Porrò autē cōfessio
sanctæ crucis,nō nisi crucifixi confessio est. Legimus sanè in
actibus apostolorum, non modo in nomine patris & filij &
spiritus sancti, verum & in nomine domini Iesu Christi ali-
Act.10.g quos baptizatos.Pergitis autem quęrere de ipso baptizatore
vtrumnam peccauerit, an verò & aliis formā hāc liceat imi-
tari.Quasi verò cōsequens sit,vt si in facto hominis ipsa eum
videtur excusare simplicitas, vt aut nullum, aut non magnū
peccatum fuerit,continuo etiam inueniātur excusabiles qui
sua temeritate contra formā ecclesię nouum baptizandi vel-
lent inducere morem. Quòd si quis eum peccasse contendit,
ego tantum non crediderim fuisse peccatum, vt vel baptiza-
toris,vel ipsius qui baptizatus est, poterit præiudicare saluti.
Neq; enim ecclesiasticam cōtempsisse formam, sed ex deuo-
tione quadā festinātis fidei , in hanc vocem erupisse videtur.

Ad monachos ecclesiæ sancti Bertini.
Epistola CCCXLI.

H *Dilectissimo sibi in Christo vniuerso conuentui monasterij*
sancti Bertini, frater Bernardus Claræuallis vocatus
abbas , salutem & orationes .

ITa,quæso,ita facite dilectissimi. Discipulus quippe profi-
ciens, gloria est magistri. Quisquis in schola Christi non
proficit, eius indignus est magisterio, præsertim tamē vbi su-
mus,vbi nihil in eodem statu permanet: & nō proficere,sine
dubio deficere est.Nemo proinde dicat,Satis est,sic volo ma
Gene.28.c nere,sufficit mihi esse sicut heri & nudiustertiº. In via residet
1.Cor.10.c qui eiusmodi est, in scala subsistit vbi neminē patriarcha vi-
Ioan.14.a dit nō ascēdentē aut descēdentē.Dico ergo.Qui se existimat
stare,videat ne cadat. Ardua & angusta est via,& non hic,sed
1.Ioan.2.a in domo patris mansiones sunt multæ. Itaque qui se dicit in
Luc.2.f Christo manere,debet sicut ille ambulauit,& ipse ambulare.
Psal.18. b Iesus em(vt ait euāgelista)crescebat & proficiebat sapiētia &
ætate & gratia apud deū & homines.Ille nō restitit ergo, sed
exultauit vt gigas ad currendam viā:& nos quoque si nō de-
sipimus,curremus post eum, trahemur in odore vnguento-
rum ipsius.Alioquin si elongari cōtigerit, erit pigritanti ani-
Philip.3.c mę & laborioſior & periculosior via,dum nec odore recrea-
ri,nec certa possit agnoscere vestigia longius abeūtis. Sic er-
go currite fratres,vt cōprehendatis. Quod sanè ita fiet,si ne-
quaquam arbitramini vos cōprehendisse , sed obliti quæ re-
I tro sunt,extēditis vos in anteriora,si apprehendatis disciplia-
Psal.2.c nā,nequando iratscatur dominus:& pereatis de via iusta. Qui
Eccl.24.c edit me(ait sapientia)adhuc esuriet:& qui bibit me,adhuc si-
Ibid.22.a tiet:vt nouerit piger qui digne prorsus lapidatur stercoribus
Rom.8.e boum, fastidium sibi non de satietate sed de inedia generari.
Deniq; quia omnia cooperātur in bonum his qui secundum
propositum vocati sunt sancti,moueat nos ipsum quoq; se-
cularis cupiditatis exemplum. Quem enim ambitiosum vi-
dimus aliquando contentū adeptis dignitatibus ad alias non
anhelare:Sic & curiosi cuiusque nō satiatur oculus visu , nec
Eccles.1.b auris impletur auditu. Quid? eorum qui auaritię seruiunt,aut
amatores sunt voluptatum, seu vanas sectātur hominū lau-
des,nónne & ipsorum insatiabilia desideria arguunt nos ne-
gligentię & tepiditatis? Pudeat certe spiritualium nos bono-
rū minus cupidos inueniri. Erubescat anima cōuersa ad do-
minum,minori affectu sectari iustitiam,quàm iniquitatē an-
trea sectaretur.Est enim causa quoque valde dissimilis. Stipē-
Rom.6.d dium quippe peccati,mors:fructus autem spiritus,vita ęter-
na.Pudeat proinde negligentius nunc in vitam , quàm prius
in mortē ire , & minori studio salutis acquirere quàm perdi-
tionis augmentum. Nam vt omnino simus inexcusabiles, in
via vitę quo citius, eo facilī curritur:& leue saluatoris onus
quo crescit amplius,eo portabilius est.Nōne & auiculas le-
uat,non,onerat pennarum siue plumarum numerositas ipsa?
Tolle eas,& reliquum corpus pondere suo fertur ad ima.Sic
disciplinam Christi,sic suaue iugum,sic onus leue quo depo-
nimus,eo deprimimur ipsi , quia portat potius quàm porta-
tur.Onerosa alicui videtur silentij disciplina? Sed propheta K
Esa. 30. d magis robur quàm onus esse cōsiderans ait:In silentio & in
spe erit fortitudo vestra. In silentio, inquit,& spe,quia bonū
Thren.3.c est præstolari dominum in silentio. Eneruat quippe animam
prę sentium consolatio,roborat expectatio futurorum. Bene
ergo fecistis dilectissimi , addere aliquid ad priorem silentij
regulam, quod nimirum prædicto attestante propheta cul-
Esa.32.d tus iustitiæ est.Bene fecistis alienando vos magis ac magis ab
1.Cor.5.d actibus seculi huius , quæ est munda & immaculata religio.
Eccles.10. Modicum quippe fermentum, fratres,totam massam corrū-
pit:& muscæ morientes exterminant oleum suauitatis. Quid
prodest tanti corporalis pariter & spiritualis laboris atque
exercitij fructum,vilissima aliqua consolatione imò desola-
tione minus acceptabilem fieri,aut certè & periclitari? Quā-
tam internæ consolationis dulcedinem, & gratiam visitatio-
nis diuinę prępedit huiusmodi nugarum vapor ad modicum
parens? Præsertim nos monachi,quorū certè , velimus nolī-
mus,in labore vitæ est, plane miserabiliores sumus omnibus
hominibus, si pro tā exiguis tanta patimur detrimēta. Quid
enim insipientiæ,imò quid insanię est,vt qui maiora reliqui-
mus, minora cum tanto discrimine teneamus ? Si mundum
contēpsimus vniuersum,si abrenunciauimus affectibus pro-
pinquorum,si monasteriorū carceri mancipauimus nosmet-
ipsos,si denique non venimus facere voluntatē nostram, sed L
imposuimus homines super capita nostra: quid non oportet
fieri,ne fortè contingat hæc omnia nobis in insipiētia nostra
& negligentia deperire? Agite ergo dilectissimi,& in his quę 2.Cor.9.b
cœpistis,soliciti estote perseuerare,& abundare magis,vt au-
geantur in dies incrementa frugum iustitiæ vestræ. Etenim
qui parce seminat,parcè & metet:& qui seminat in benedi-
ctionibus , de benedictionibus & metet. Et certè modicum
seminis incrementum,non modica messis multiplicatio est.
Hæc nos fratres,quia audito profectu vestro exultauimus &
delectati sumus, dignum duximus scribere charitati vestræ,
cupiētes admonitos vos esse,vt obseruationes sacras, quę sal
uare possunt animas vestras , digna deuotione susципiatis & Ibidem.
amplectamini.Scitis enim quia hilarem datorē diligit deus.
Orantem pro nobis vniuersitatē vestrā Christus custodiat.

Ad Leonium abbatem sancti Bertini.
Epistola CCCXLII.

Amico suo charissimo Leonio sancti Bertini venerabili abbati frater
Bernardus Claræuallis vocatus abbas, salutem in eo
qui mandat salutes Iacob.

QVòd meritò confidam de vobis , charitas vestra palam
fecit , quæ inuenta occasione seipsam innotescendi, nō
potuit latere sub modio.Gratissima habeo illa officia huma- M
nitatis quæ fratribus nostris impenditis , qui habitant iuxta
vos.' Quod illis facitis, mihi facitis: imò sic magis mihi faci-
tis,quàm si mihi faceretis. Obsecro ergo vt perseueret hæc
solicitudo vestra pro eis, quoniam longè facti sunt à nobis,
vt non possimus eis prout oportet assistere . Sit ergo vestræ
benignitatis vicem nostrā supplere,vt vos ipsis in patrem,&
ipsi sint vobis in filios. Si fortè venerit tempus quo tantæ
charitati respondere possimus,quòd non simus ingrati, fides
oculata monstrabit. Vale.

Ad monachos ecclesiæ sancti Bertini.
Epistola CCCXLIII.

Vniuersis qui sunt in ecclesia beati Bertini amandis in Christo,
frater bernardus Claræuallis vocatus abbas,
seruire domino in letitia.

AD gratiarū actionē,ad reddendū dilectionis officiū, me-
ritis vestris prouocamur. Quia enim acceptū beneficiū
æternæ memoriæ infigendū est,beneficiis quæ fratribus no-
stris,imò quæ mihi contulistis,nec immemor esse debeo,nec
ingratus . Meum est quicquid meis impenditur: mihi datur,
quicquid infunditur in visceribus meis . Scio cui credidi, &
certus sum:scio quia diligitis nos nō verbo & lingua , sed o-
pere & veritate.In argumentū quippe dilectionis & gratiæ,
quā fratres nostri inuenerunt in oculis vestris,nō verba pro-
cedūt,sed opera,eo vtiq; puriora apud deū, & gratiora apud
homines, quo de sola gratia dantis proueniunt præter meri-
tum

A tum accipiētis. Prō his igitur gratias agimus vniuersitati ve-
strę,pro his omnibus debitores sumus vobis, si quid sumus,
si quid possumus & nos & fratres nostri . Sed ne parū vobis
Mat.25.d sit acceptos esse hominibus , accepti estis & deo meo . Nam
Psal.85.a quod vni ex minimis eius fecistis,ipsi fecistis. Quid quòd nō
vni tantùm,sed pluribus ex minimis eius fecistis? In omnibus
his penes me nō retributio multa,quoniam inops & pauper
Psal.137.b sum ego , sed dominus retribuet pro me . Ipse qui retributor
est omnium bonorum , retribuat vobis quòd pauperes eius
Gala.6.b præuenistis in benedictionibus dulcedinis,& in exēplo cha-
ritatis.De præteritis gratias agimus, de futuro precamur , vt
bonum facientes non deficiatis : tempore enim suo metetis
de semine boni operis manipulos pacis & gloriæ.Quod vō-
bis præstet deus. Amen.

Ad Matildem reginam Anglorum.
Epistola CCCXLIIII.
Illustrissimæ dominæ & dilectissimæ in Christo filiæ(quod
non ex præsumptione loquor,sed ex affectu) Matildi
dei gratia Anglorum reginæ,Bernardus.

SI de vestra sublimitate prę sumo,non est mirum.Iam enim
non ego solus sentio , sed omnes penè nouerūt quomodo
nos acceptetis , & quāto nos diligatis affectu.Propter quod
rogatus sum à quodā amico vestro venerabili abbate de Ca-
B pella,vt pro decima quadā vos rogemº:vnde, si bene memi-
nistis,Boloniæ vos rogaui,vos quoque more vestro benigne
audistis me.Sed quia nōdum factū est quod rogamus , tēpus
est vt iam petitio illa mācipetur effectui.Decætero bene ser-
uate mihi filium quem nunc petepistis , quia & ego quoque
(si regi non displicet)in eo mihi vendico portionem. Vale.

Ad Albertum inclusum. Epistola CCCXLV.
Frater Bernardus de Claraualle,fratri Alberto inclu-
so,bonum certamen certare.

PEtis à me vt nescio quā ieiunij obseruantiam, quam à me
intra tuā cellam requisieras , ac mulierculārū colloquia,
quæ & tibi videlicet à me recordaris fuisse prohibita,mea li-
centia possis admittere, quæ vtiq; propter inopiā (vt scribis)
non potes euitare.Ego iam nullā super te vsurpo mihi pote-
statem.Consiliū tibi dedi,non præceptū,semper vel semel in
die comedere, fœminarū visitationes vel colloquia omnino
nō admittere,tuarum te opere manuū sustētare,multāq; alia
quæ longum est modo commemorare . Quòd si huiusmodi
sumptus nequaquā tibi ad opus tam sumptuosum suppetere
cerneres,non deberes incipere quod cōsummare nō posses.
Hoc tibi tutum credidi consilium , hoc nec meo cogeris te-
nere præcepto,nec tamen meo mutabis consilio.Vale.

Ad G.abbatem. Epistola CCCXLVI.
Domino G.abbati,frater Bernardus,quicquid sibi.

C SCito fratrem G. ex quo venit de Crista , vbi medicamina
sumpsit , conuentum per omnia tanquam vnum de vali-
dioribus firmissime tenuisse, nec ei quicquā in alimētis præ-
ter quod commune fuit indultum fuisse , ad vigilias iugiter
cum aliis extitisse.Ex hoc iam si aliter apud vos egerit,non ei
consentiatur,Certum enim sit vobis,non esse corporis ægri-
tudinem,sed animæ passionem.Vale.

Ad Abbatissam Faberniacensem.
Epistola CCCXLVII.
Bernardus vocatus abbas de Claraualle,Abbatissæ Fa-
berniacensi,pudicitiæ & gratiæ titulum.

FRatres isti pro consilio animarū suarū paternitatē nostrā
adeuntes,de vestro bono studio quod in emēdando loco
cui gratia dei præstis , habere vos perhibent , non parū nos
lætificauerūt. Monemus autem & obsecramus deuotionem
vestram , quòd sicut in reficiendis domibus , ita renouandis
moribus operam detis. Nō solum autem de monasterio, sed
etiā de hospitali domo dei cui sub manu vestra prædicti fra-
tres deseruiunt,intentissime necesse est curam geratis,quate-
nus videlicet ab omni exactione & infestatione ministrorū
seu clientum vestrorum securam ac liberā custodiatis:quód-
que illorum prauo , vt audiuimus, consilio eidem domui ab
aliis ante vos abbatissis collatum abstulistis,precamur vt re-
stituatis.Sicut enim ad vestram solicitudinem pertinet aliarū
malefacta destruere aut corrigere , sic illarū si qua bona ege-
runt,nō solū firma & incōcussa tenere,sed etiā augmētare &
multiplicare debetis.Presbyterū quoq; qui in ipsa domo ha- D
bitans, suam adhuc foris rem habere videtur , aut proprium
deferere,aut de domo exire cogatis.Valete, & propter bonū
quod de vobis audiuimus, de nobis si quid valemus, familia-
riter confidite.

Ad Odonem abbatem Belliloci.
Epistola CCCXLVIII.
Fratri & amico suo Odoni abbati regularium clericorum Belli-
loci,frater Bernardus monasterij Claræuallis dispen-
sator indignus salutem.

DEpositum huius hominis,quod(vt ipse ait)apud vos ser-
uādum cōmisit , nec bonum est vobis,nec honorificum
quòd detinetis,si tamē detinetis . Hinc enim deplanctum ad
me facere venit , vtiq; propter familiarem specialémq; ami-
citiam quam inter me & vos esse audiuit , de qua etiam ipse
præsumens,ad reuerentiā vobis dico,quare non potius cali-
cem de altari vendidistis,quo tam importunum clamorē re-
primeretis , si bos vel equus nō erat vobis qui venūdari pos-
set,vt is quod suum erat reciperet? Parcite quęso personę ve-
strę,parcite bono nomini domus vestræ, parcite sacræ, quæ
nūc est,quadragesimæ,& pauperi quod sine excusatione de-
betur,sine dilatione reddatur , antequā res amplius diuulge-
tur,& iam non sine maiori dedecore persoluatur.

Ad VV.abbatem Trecensem. Epistola CCCXLIX.
Amico & conseruo suo domino VV.abbati canonicorum cleri- E
corum Trecensium,frater Bernardus ecclesiæ Claræuallis
seruus inutilis,salutem in domino.

CLericum istū relinquentē seculū nobiscum manere cu-
pientem,ad vestrū potius ordinē, timens ne nostri diffi-
cultate frāgeretur,confugere persuasi. Commendamus ergo
vobis eū,vtpote nobis bene cognitū,vt honestè morigeratū,
& in literis eruditum,postremò tāquam dei seruum,quē per
dei gratiam credo vobis futurum fidum solatium. Neque e-
nim ipsum tam propter se quàm propter vos, quē diligimus
sicut nos,ad vos ire volumus:quem propter vitæ suæ meritū
libenter retineremus,nisi esset illa causa,quòd clericum deli-
catum laboris inexpertem susципere formidamus. Vale.

Ad Rorgonem de Abbatisvilla. Epistola CCCL.
Viro illustri etiam quoque dilecto Rorgoni de Abbatisvilla,
Bernardus Claræuallis vocatus abbas,salutem
& nostras orationes.

PErlatū est ad nos quòd gratū tibi esset si prę sentiæ & col-
loquij nostri copiā habere valeres, & hoc ideo, quia vnū
de seruis altissimi me esse credit tua benignitas . Et ego dico
tibi q; pro hac tua humilitate,& pro bona tuę nobilitatis fa-
ma quā audiuimus,mihi quoq; iucunda foret tua præsentia.
Sed licet hoc in nos humanæ pietatis bonum laudabile sit,
non tamē perfectum.Nam hæc corporalis quidē est visio,&
breuis,& nobis cum cæteris animantibus communis.Magis F
ergo ad illā æternę societatis iucundissimā visionem suspira-
re debemus , & bonis operibus insistere vt ad illā peruenia-
mus.Rogamus tuam dilectionē, vt terram illam quæ tui iu-
ris est in paræcia de Currenni, de qua dilectus & familiaris
noster abbas de Alchi tecū locutus est , & quæ deserta & in-
culta tibi tuisq; antecessoribus vsq; nunc inutilis fuit, eccle-
siæ de Alchi in eleemosynam concedere digneris , quatenus
& animæ tuæ,& animabus antecessorum & successorū tuo-
rum apud deum hoc tuum proficiat beneficium.

Ad Hugonem nouitium postea Bonæuallis abbatem.
Epistola CCCLI.
Charissimo in Christo filio H.nouæ creaturæ in Christo frater Ber-
nardus Claræuallis vocatus abbas,confortari in domino.

AVdita conuersione tua exultauimus & delectati sumus.
Quidni gaudeāt homines vnde lętātur&angeli? Iā cele-
bris agitur dies,iā resonat in excelsis gratiarū actio,& vox lau
dis. Adolescēs nobilis delicatus vicit malignū,spreuit mūdū,
corpus exposuit,propinquorū renūciauit affectibus,paratos
diuitiarū laqueos transiliuit,quia pennatū animal erat. Vnde
tibi hęc sapientia fili? Neq; enim tantā inuenimus in senibus
Babylonis.Ipsi sunt qui iuxta apostolum(imò contra) diuites
fieri volunt in hoc seculo , vt incidant in tentationem & la-
queum diaboli.Hugonis nostri sapiētia non de terra est , sed
de cœlo. Confiteor tibi pater quia absconditi hæc à sapien-

tib⁹, & paruulo reuelasti. Tu quoq, fili, ne sis ingratus bene-
Mat.11.g G ficij redemptoris, sed pone animum puerilem: magis autem
1.Cor.14.d paruulus esto malitia, sed non sensu. Non ætatē teneram or-
dinis asperitas terreat, memento quòd asperior cardo pānū
4.Reg.4.b faciat leniorē, & conuersatio conscientiā. Aderit Christi sua-
uitas & prophetæ farinula pulmētū incōmestibile. cōdietur
Si tentationū sentis aculeos, exaltatum in ligno serpētem ę-
neū intuere, & fuge nō tā vulnera quam vbera crucifixi. Ipse
erit tibi in matrē, & tu eris ei in filium, nec pariter crucifixū
Ieędere aliquatenus poterunt claui, quin per manus ei⁹ & pe-
Num.21.c des ad tuos vsq; perueniant. Sed inimici hominis domestici
Mich.7.b eius. Ipsi sunt qui non te diligebant, sed gaudium suum ex te.
Alioquin audiant à puero nostro, Si diligeret me, gauderetis
Ioan.14.n vtiq;, quia vado ad patrē. Si prostratus (sait beatus Hieronymus) iaceat in limine pater, si nudato sinu quibus te lactauit
vbera mater ostēdat, si paruul⁹ à collo pēdeat nepos, per cal-
catū transi patrē, per calcatam perge matrem, & siccis oculis
ad vexillum crucis cuola. Summum pietatis est genus in hac
parte pro Christo esse crudelem. Phreneticorū lachrymis ne
mouearis, qui te plangūt de gehēnæ filio factū filiū dei. Heu
quæna miseris tā dira cupido? Quis tā crudelis amor, quæ tā
1.Cor.15.d iniqua dilectio? Corrumpunt bonos mores colloquia mala.
H Propterea quantū poteris fili cōfabulationes hospitū decli-
nato, quę dū aurē implent, euacuāt mētem. Discę orare deū,
discę leuare cor cū manibus. Discę oculos supplices in cœlū
erigere, & patri misericordiarum miserabilem faciem repre-
sentare in omni necessitate tua. Impium est sentire de deo
quòd continere possit super te viscera sua, & auertere aurem
à singultu tuo vel clamore. Decætero spiritualium patrū cō-
filiis haud secus quàm maiestatis diuinę præceptis acquies-
cendum in omnibus esse memento. Hoc fac, & viues. Hoc
fac, & veniet super te benedictio, vt ꝓ singulis quę reliqui-
sti, centuplū recipias etiā in præsenti vita. Nec verò credas
spiritui suadēti nimis id festinatū, & in maturiorē ætatē dif-
ferēdum fuisse: ei potius crede qui dixit: Bonū est homini cū
portauerit iugū ab adolescētia sua, leuauit enim se supra se.
Bene vale, & studeto perseuerantiæ, quæ sola coronatur.

Ad Matthæum Albanen. episcopum de homilia villici iniquitatis.
Epistola CCCLII.
Reuerendissimo domino suo Matthæo venerabili dei gratia Albanensi episcopo frater Bernardus vtique suus quicquid seruus domino, & filius patri

QVod à Roma per dominū Seruulū charissimū nostrum Beluacensē abbatē supereminētia magnitudinis vestræ paruitati meę mandauerat, videlicet quòd ea quę super euāgeliū de villico iniquitatis deus mihi dixisse donauerat, vo
I bis transcriberem. etsi sero, nunc tādem (non minimum pauidus, ne quid ibi confusum vos offendat) transmitto. Super hoc igitur quæso vos in me pietatis & charitatis abūdare visceribus, quatenus & ignoscatis mihi quod distuli, & emendetis vobis incorrectū quod obtuli. Auctoritati nanque prudentiæ vestrę reseruaui id corrigēdum, & suppliciter offero. Et cultellū qui vulgo Quinniēs nūcupatur, habēs manubriū de ebore, cum chartula mitto, quatenus impostūram quam auulsione dignā adiudicaueritis, meo gladio succidatis. Decætero precor vestræ pictatis abundantiā, ne in orationibus vestris obliuiscamini mei, qui sine obliuione vestri quotidie memoror vbi propensius posco misericordiam dei. Valete.

Ad quendam, quid à nobis requirat deus.
Epistola. CCCLIII

TVa me pia & crebra infestatio angit, vt tuis petitionibus annuā, quæ doctrinā vitæ agendę deposcūt, seu quid expediat viatori, videlicet quid diligenter corde cogitari, quid aptius promi, quid honestius in actionem deduci possit. Hęc alta res est valde, licet communis. Inquirentes habet multos peruenientes paucos, exequentes multo pauciores, sed vt ad cōdemnationem, aut ad misericordiam tuam, & cæterorum legētium prout videor sentire depromam, nec tuę petitioni, nec meæ intētioni pro voto sufficiēs. Cor nostrum nihil dignius proficere potest, quam vt ei se restituat à quo factum est, & hoc à nobis domin⁹ expetit dicēs, Fili da mihi cor tuū. Tūc siquidē cor hominū deo datur, quādo omnis cogitatio terminatur in eū, gyrat, & circūflectit super eū, & nihil vult K
possidere penitus prętер eū. Sicque colligato sibi animo eū
diligit, vt sine ipso amar⁹ sit omnis amor. Nec aliud dixerim
cor domino dare, quàm ipsum captiuare in omne obsequiū
eius, & ita voluntati eius ex toto supponere, vt nihil aliud ve
lit, quā quod nouerit eū velle. Itaq; cor domino datū, ipsum
in omnibus & de omnib⁹ adorabit, & gratias aget, etiā si mul-
ta nostris sensibus molesta videātur. Nihil turbationis ex re-
rū nouitate suscipiet. Tētatus à domino per tribulationes &
asperas qualitates non mouebitur. A poriarus, id est † inops, *† vel constantia deficitur.*
gaudebit. Quicquid illatū etiā si habeat asperū sensum velut
impellens ad superna, suscipiet. Qui cor suū dedit deo, cāta- *tus.*
bit melodicè & dicet cū ꝓpheta Dauid, paratū cor meū de⁹,
paratum cor meū: cātabo & psallā in gloria mea. Est siquidē
gloria prima, & secūda, prima virtutis, secunda beatitudinis:
vna in via, alia in patria, Proinde omnib⁹ qui cor suū deo tra
diderūt, factū est in argumētū & signū quòd cantāt, & in vir-
tutū gloria psallūt in tribulationib⁹, in pressuris, in angustiis,
in fame & siti, in nuditate & deiectione, in maledictis, in cō-
uitiis & derisionib⁹, in flagellis: ac etiā morte intētata, in cōr- γνώμην
dib⁹ plus exultāt. Nō reaccipiūt ampli⁹ potestatē ꝙ in eo do
mino tradiderūt: ullū sacrilegij crimē reperitur deterius, quā
in volūtate semel oblata deo reaccipere potestatē. Nō debēt L
sibi viuere, qui cor suū deo dicarūt, sed ei qui pro omnib⁹ a-
nimā suā posuit. Nihil digni⁹ cogitari potest q̄ corad eū re- *Eccl.39.d*
ferre, qui vt viueres, mori voluit: nā & iustus cor suū tradidit
ad vigiladū diluculo ad dominū, q̄ fecit illū. Vigilatio cor-
dis iusta & cogitatio ei⁹ iusta est, vt meditetur alliduè quid
accepit in bonis naturę, quid in bonis gratię, quid in dei filio
pro nobis humanato, passo, mortuo, & sepulto: quid in pro-
missione: à quo malo ereptus est: quid retribuit domino pro
omnibus quę retribuit ei: quid diligimus, qui timemus, quid
agimus: quò pergimus impulsu naturę, quo ex libera volū- *Directio cordis triplex.*
tate, quò ducatu gratiæ nobis datæ. Est etiā triplex directio
cordis nostri, secūdū sentētia scriptūrarū. Prima est ad deum
tota cōuersio sicut exquirit à populo suo dominus per pro-
phetā dicentē: Cōuertimini ad me in toto corde vestro. Ille
siquidē ad deū in toto corde cōuertitur, qui ab omni malitia
rerum corruptibilium ex toto corde primo auertitur. Non
potest quispiā ad deū toto corde cōuerti, nisi ab omni mūdo
fuerit antè auersus. Equidē implicamēta terrena nō sinūt ho
minē ad deū plena mēte cōuerti. Cōuersio totalis ad deum
cordis nostri est alienatio à seculo & à seipso, & in deo fieri
per virtutē, & in ipso quiescere per inuisibilē & remotā ani-
mi pacē. Ad deū toto corde cōuers⁹ delectat in ipso: quid vl- M
trà delectabile possit aspicere, nō inquirit. Existimat inemē-
dabile dānū, si ad horā ab eo deflexerit, inuisibilē interiorē
visū, & deflectēs in alio apostasiā operatus est. Secūda est to- *Et hoc nouū dictum*
ta cōfessio, vt psalmus declarat dicēs. Cōfitebor tibi domine
in toto corde meo. Hæc porrò cōfessio † inexceptuate depri-
mit miseriā quæ peccādo cōtrahitur: & nihil sibi nouit nisi
omnia mala tribuere, deo autē refert omnē laudē, gratiā, &
benedictionē: & omnia bona ei tribuit à quo cūcta procedunt bona. Qui hanc confessionē nouit inferre vilescēs sibi
vnde in seipso exultet nō reperit, sed vnde gemat atque tri-
stetur, quoniam re⁹ est mortis. Solū exultat in eo à quo id ꝙ
habet accepit: nec in seipso, sed in deo gloriatur. Idē & indi-
uisus factus est in prosperis & aduersis: quē nec prospera ex-
tollūt, nec aduersa frāgūt. Nec alteratur mēs eius qui in toto
corde deo cōfitetur, quin dominū in omni tēpore benedicat
& à motu cordis excæcatus, extra etiā cōmunia hominibus,
vita, moribus, lingua Christum dominum cōfitetur, abhor-
rens quæ abhorruit, amplectens quæ ipse amplecti dignatus
est. Tertia est directio cordis nostri, consummata dilectio:
vt deum ex toto corde diligamus. Non erit autem ipsa con-
summata dilectio, si corda hominum quadam dubietate tā-
gūtur. Cur ergo in hac vita tam expresse mādabatur, si in via
velut in patria non impleturi? Sed optimū est altitudinem cō
fiderare virrutum, quæ quāuis sub præcepto aut cōsilio sæpe
ttadentur, illarū tamen apicem nemo contingere potuit, nisi
qui deus & homo inter homines nasci, cōuersari, & mori vo
luit. Semper enim virtus supra facultatem quorūcūque san-
ctorum inaprehensibilis, mansit, ad quam semper posset esse

ascensus

A ascensus, quousq; in patriā veniretur: ac sic per hoc hāc cordis directionē quasi totali dilectione ex toto habere nō possumus, quā tamen protinus faciamus declinātes omne vitiū, etiā in omnē perfectionē intendere nō valētes. Saluator ait, Qui habet mādata mea, & seruat ea, hic est qui me diligit. Amator dei, inimicus est mūdi: quoniā amicus mūdi, inimicus est dei. Inimicus ex corde, de inimico nulla gaudia suscipit, nisi cum eū videt oppressum, aut cū potētior factus in exiliū tradere aut interficere potuit. Hic typus quo fœdere cū seculo quis astringatur ostēdit. Amator dei ex corde perfecto, nō sapit alta, sed cōsentit humilibus: & occupatus in ipso, ad iudicia hominū nō vacabit. Nō meditabitur praua de rectis: nō cōtēdet: nō inuidebit iis qui humana prosperitate potiūtur. Ad aptitudinē nostri oris est proferēda purgatio: vt nihil impertinēs ex eo proferatur: & moderātio in his habeatur quæ *Prou.10.*
dicere necessitas ipsa cōpellit, quoniā pec sapiētiam dicitur,
B Qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Et nihil in eo ap-
tius, quàm proprię accusationes: orationes, laudes, benedi-
ctiones ad omniū creatorē: & humilis sermo verecūdus, ex-
hortatiuus ad proximū promatur, nō in cōtētione aut disce-
ptatione verborū, nō in præsumptione, sed in omni māsuetu-
dine animi, & suauitate linguę. Tutius tamen est audire q̄ di-
cere: eruditi, q̄ erudire. Latet interdū blādus dæmō in profe-
rēdo sermones, ex quibus solet sæpe fama detestāda & vani-
taris aura captari, & spiritus sanct⁹ nos terret: quoniā vir lin-
guosus nō dirigetur in terra. Si aliquis prēter necessitatem &
apertā vtilitatē etiā in bonis auditores alloquitur: semper di-
gitus prudētię sit super os suum, ne verba indisciplinata eruc-
tet. Et cū Dauid in hac virtute societur, qui dicebat, Dixi cu-
stodiā vias meas, vt nō delinquā in lingua mea: posui ori meo
custodiā, cū cōsisteret peccator aduersum me. Honestæ autē D
hominū actiones nō aliter q̄ ab honesto corde, adiuuāte diuina gratia, & per legē Christi procedūt, vt est omniū sensuū syncera custodia, ne quid per os improbū ad animā illabatur: & mores cōpositi, ne notabiles fiāt ex singularitate viuēdi, tales sint, quales decet seruum Christi, superna nō terrena captare volentē. Non cōuersatio importuna, sed rara pro necessitate propria vel cōmuni. Nō onerosa, nō signata hypocritalibus notis, omnē duplicitatē & obliquitatē excludens, subiecta proximo in omnibus, præterquā in vitio. Delectare in teipso: ne te in aliquo magnipendas: humilis & suauis sub pōdere paupertatis: à qua expugnari quotidie, propriè seruorum est Christi. Capta ex laboribus & sudoribus vitā tuam. Vbi autē est infirmitas, & impossibilitas denegat, ne crube- E
seas humilem quæstum facere. Nam ex quæstu in humilitate subuenitur indigenti, & superna merita cōquiruntur, & formatio fit ad sanctos. Sæpe abluaris salutaribus sacramentis, & his atq; diuinis verbis tuā animam refocilla. Talis studeas viuere, qualis affectas in extremo iudicio inueniri. Non tibi plura scribo. In his paucis exerce animā tuam. Curiosa, & nō expedientia tibi, nec à me nec ab aliis amplius quæras. Quod tibi noui vtile, scripsi: & si aliud à me petisti, vtiliter denegaui, nolens in magnis, sed in parnis & paucis inuoluere animā tuam. Tuos natos vt potes in deo nutrias, & ora pro me. Patientia tibi expediens semper tecum sit. Amen.

Explicit liber epistolarum numero ccclı. mellistui patris Bernardi: in quo adiunctæ sunt his quæ in prioribus impressionibus habebantur, xli. epistolæ ab antiquis Clarævallis originalibus expromptæ.

B. BERNARDI PRIMI QVONDAM ABBATIS CLARAEuallensis cœnobij rhythmica oratio ad vnum quodlibet membrorum Christi patientis, & à cruce pendentis.

Ad pedes.

SAlue mundi salutare,
Salue, salue Iesu chare,
Cruci tuæ me aptare
Vellem vere, tu scis quare,
Da mihi tui copiam.
Ac si præsens sis, accedo,
Imò te præsentem credo:
O quàm nudum hic te cerno,
Ecce tibi me prosterno,
Sis facilis ad veniam.
Clauos pedum, plagas duras,
Et tam graues impressuras,
Circumplector cum affectu,
Tuo pauens in aspectu,
Tuorum memor vulnerum.
Grates tantæ charitati,
Nos agamus vulnerati,
O amator peccatorum,
Reparator confractorum:
O dulcis pater pauperum.
Quicquid est in me confractum,
Dissipatum aut distractum,
Dulcis Iesu totum sana,
Tu restaura, tu complana
Tam pio medicamine.
Te in tua cruce quæro,
Prout queo corde mero,
Me sanabis hic vt spero,
Sana me & saluus ero,
In tuo lauans sanguine.
Plagas tuas rubicundas,
Et fixuras tam profundas,
Cordi meo fac inscribi,
Vt configar totus tibi,
Te modis amans omnibus.
Dulcis Iesu pie deus,
Ad te clamo licet reus,
Præbe mihi te benignum,
Ne repellas me indignum
De tuis sanctis pedibus.
Coram cruce procumbentem,
Hósque pedes complectentem,
Iesu bone non me spernas,
Sed de cruce sancta cernas
Compassionis gratia.
In hac cruce stans directe,
Vide me ô mi dilecte,
Ad te totum me conuerte,
Esto sanus dic aperte,
Dimitto tibi omnia.

Ad genua.

SAlue Iesu rex sanctorum,
Spes votiua peccatorum,
Crucis ligno tanquam reus,
Pendens homo, verus deus,
Caducis nutans genibus.
O quàm pauper! ô quàm nudus!
Qualis est in cruce ludus,
Derisorum iocus factus,
Sponte tamen, non coactus,
Attritus membris omnibus.
Sanguis tuus abundanter
Fusus, fluit incessanter
Totus totus in cruore,
Stas in maximo dolore,
Præcinctus vili tegmine.
O Maiestas infinita!
O egestas inaudita!
Quis pro tanta charitate
Quærit te in veritate,
Dans sanguinem pro sanguine?
Quid sum tibi responsurus,
Actu vilis, corde durus?
Quid rependam amatori,
Qui elegit pro me mori,
Ne dupla morte morerer?
Amor tuus amor fortis,
Quem non vincunt iura mortis.
O quàm pia me sub cura
Tua foues in pressura,
Ne morsu mortis vulnerer.
Ecce tuo præ amore,
Te complector cum rubore:
Me coapto diligenter,
Tu scis causam euidenter,
Sed suffer & dissimula.
Hoc quod ago non te grauet,
Sed me sanet & me lauet,
Inquinatum & ægrotum,
Sanguis fluens hic per totum,
Vt non supersit macula.
In hac cruce te cruentum,
Te contemptum & distentum,
Vt requiram, me impelle,
Et hoc imple meum velle,
Facturus quod desidero.
Vt te quæram mente pura,
Sit hæc mea prima cura,
Non est labor, nec grauabor,
Sed sanabor & mundabor,
Cum te complexus fuero.

Ad manus.

SAlue Iesu pastor bone,
Fatigatus in agone,
Qui per lignum es distractus,
Et ad lignum es compactus,
Expansis sanctis manibus.
Manus sanctæ vos auete,
Rosis nouis adimpletæ,
Hos ad ramos dure iunctæ,
Et crudeli ferro punctæ
Tot guttis decurrentibus.
Ecce fluit circunquaque
Manu tua de vtraque
Sanguis tuus copiose
Rubicundus instar rosæ,
Magnæ salutis precium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Manus clauis perforatas,
Et cruore purpuratas,
Corde premo præ amore,
Sitibundo bibens ore
Cruoris stillicidium.
O quàm large te exponis,
Promptus malis atque bonis:
Trahis pigros, pios vocas,
Et in tuis vlnis locas,
Paratus gratis omnibus.
Ecce tibi me præsento
Vulnerato & cruento:
Semper ægris misereris.
De me ergo ne graueris,
Qui præsto es amantibus.
In hac cruce sic extensus,
In te meos trahe sensus
Meum posse, velle, scire
Cruci tuæ fac seruire,
Me tuis apta brachiis.
In tam lata charitate
Trahe me in veritate,
Propter crucem tuam almam,
Trahe me ad crucis, palmam
Dans finem meis vitiis.
Manus sanctæ vos amplector,
Et gemendo condelector.
Grates ago plagis tantis,
Clauis duris, gurtis sanctis,
Dans lachrymas cum osculis.
In cruore tuo lotum
Me commendo tibi totum.
Tuæ sanctæ manus istæ
Me defendant Iesu Christe
Extremis in periculis.

Ad latus.

SAlue Iesu summe bonus,
Ad parcendum nimis pronus:
Membra tua macilenta,
Quàm acerbè sunt distenta,
In ramo crucis torrida.
Salue latus saluatoris,
In quo latet mel dulcoris,
In quo patet vis amoris,
Ex quo scatet fons cruoris
Qui corda lauat sordida.
Ecce tibi appropinquo,
Parce Iesu si delinquo.
Verecunda quidem fronte
Ad te tamen veni sponte,
Scrutari tua vulnera.
Salue mitis apertura,
De qua manat vena pura,
Porta patens & profunda,
Super rosam rubicunda,
Medela salutifera.
Odor tuus super vinum,
Virus pellens serpentinum,
Potus tuus, potus vitæ:
Qui sititis, huc venite,
Tu dulce vulnus aperi.
Plaga rubens aperire,
Fac cor meum te sentire,
Sine me in te transire,
Vellem totus introire,
Pulsanti pande pauperi.
Ore meo te contingo,
Et ardenter ad me stringo,
In te meum cor intingo,
Et feruenti corde lingo,
Me totum in te traiice.
O quàm dulcis sapor iste,
Qui te gustat Iesu Christe
Tuo victus à dulcore,
Mori posset præ amore,
Te vnum amans vnice.
In hac fossa me reconde,
Infer meum cor profunde,
Vbi latens incalescat,
Et in pace conquiescat,
Nec prorsus quenquam timeat.
Hora mortis meus flatus
Intret Iesu tuum latus,
Hinc expirans in te vadat,
Ne hunc leo trux inuadat,
Sed apud te permaneat.

Ad pectus.

SAlue salus mea deus,
Iesu dulcis amor meus,
Salue pectus reuerendum,
Cum tremore contingendum,
Amoris domicilium.
Aue thronus Trinitatis,
Arca latæ charitatis,
Firmamentum infirmatis,
Pax & pausa fatigatis,
Humilium triclinium.
Salue Iesu reuerende,
Digne semper inquirende,
Me præsentem hic attende,
Accedentem me succende
Præcordiali gratia.
Pectus mihi confer mundum,
Ardens, pium, gemebundum,
Voluntatem abnegatam,
Tibi semper conformatam,
Iuncta virtutum copia.
Iesu dulcis pastor pie,
Fili dei & Mariæ,
Largo fonte tui cordis,
Fœditatem meæ sordis
Benigne pareꝛ dilue.
Aue splendor & figura,
Summi dei genitura,
De thesauris tuis plenis,
De solatis & egenis
Munus clementer profluе.
Dulcis Iesu Christi pectus
Tuo fiam dono rectus,
Absolutus à peccatis,
Ardens igne charitas
Vt semper te recogitem.
Tu abyssus es sophiæ,
Angelorum harmoniæ
Te collaudant, ex te fluxit
Quod Ioannes cubans suxit:
In te fac vt inhabitem.
Aue fons benignitatis,
Plenitudo deitatis
Corporalis in te sanet:
Vanitatem in me sanet:
Quod tu confers consilium.
Aue verum templum dei,
Precor miserere mei:
Tu totius arca boni,
Fac electis me apponi,
Vas diues, deus omnium.

Ad cor.

SVmmi regis cor aueto,
Te saluto corde læto,
Te complecti me delectat,
Et hoc meum cor affectat,
Vt ad te loquar animes.
Quo amore vincebaris,
Quo dolore torquebaris,
Cùm te totum exhaurires,
Vt te nobis impartires,
Et nos à morte tolleres?
O mors illa quàm amara,
Quàm immitis, quàm auara,
Quæ per cellam introiuit,
In qua mundi vita viuit,
Te mordens cor dulcissimum.
Propter mortem quam tulisti,
Quando pro me defecisti
Cordis mei cor dilectum,
In te meum fer affectum,
Hoc est quod opto plurimum.
O cor dulce prædilectum,
Munda cor meum illectum,
Et in vanis induratum,
Pium fac & timoratum
Repulso retro frigore.
Per medullam cordis mei
Peccatoris atque rei,
Tuus amor transferatur,
Quo cor totum rapiatur
Languens amoris vulnere.
Dilatare, aperire
Tanquàm rosa fragrans mire,
Cordi meo te coniunge,
Vnge illud & compunge.
Qui amat te quid patitur?
Quidnam agat nescit verè,
Nec se valet cohibere,
Nullum modum dat amori,
Multa morte vellet mori,
Amore quisquis vincitur.
Viua cordis voce clamo,
Dulce cor, te namque amo:
Ad cor meum inclinare,
Vt se possit aplicare
Deuoto tibi pectore.
Tuo viuat in amore,
Ne dormitet in torpore
Ad te oret, ad te ploret,
Te adoret, te honoret,
Te fruens omni tempore.
Rosa cordis apetire,
Cuius odor fragrat mirè,
Te dignare dilatare
Fac cor meum anhelare
Flamma desiderij.
Da cor cordi sociari,
Tecum Iesu vulnerari,
Nam cor cordi similatur,
Si cor meum perfoꝛatur
Sagitis improperij.
Infer tuum intra sinum
Cor vt tibi sit vicinum,
In dolore gaudioso,
Cum deformi specioso,
Quod vix seipsum capiat.
Hic repausет, hic moretur,
Ecce iam post te mouetur,
Te ardenter vult sitire,
Iesu noli contraire,
Vt bene de te sentiat

Ad faciem.

SAlue caput cruentatum,
Totum spinis coronatum,
Conquassatum, vulneratum
Arundine verberatum
Facie sputis illita.
Salue cuius dulcis vultus,
Immutatus & incultus,
Immutauit suum florem
Totus versus in pallorem,
Quem cœli tremit curia.
Omnis virgo atque viror
Hinc recessit, non admiror,
Mors apparet in aspectu

Totus

Totus pendens in defectu,
Attritus ægra macie.
Sic affectus sic despectus,
Propter me sic interfectus,
Peccatori tam indigno,
Cum amoris interstigno
Appare clara facie.
In hac tua passione,
Me agnosce pastor bone,
Cuius sumpti mel ex ore,
Haustum lactis cum dulcore,
Præ omnibus deliciis.
Non me reum asperneris,
Nec indignum dedigneris,
Morte tibi iam vicina,
Tuum caput hic inclina,
In meis pausa brachiis.
Tuæ sanctæ passioni
Me gauderem interponi,
In hac cruce tecum mori:
Præsta crucis amatori,
Sub cruce tua moriar.
Morti tuæ tam amaræ
Grates ago Iesu chare
Qui es clemens pie deus,
Fac quod petit tuus reus,
Vt absque te non finiat.
Dum me mori est necesse,
Noli mihi tunc deesse,
In tremenda mortis hora
Veni Iesu absque mora,
Tuere me & libera.
Cum me iubes emigrare,
Iesu chare tunc appare:
O amator amplectende,
Temetipsum tunc ostende
In cruce salutifera.

IVBILVS SANCTI BERnardi abbatis, in commemorationem dominicæ passionis, qui & rhythmica constat modulatione.

IEsu dulcis memoria
Dans vera cordi gaudia:
Sed super mel & omnia
Eius dulcis præsentia.
Nil canitur suauius,
Nil auditur iucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quàm Iesus dei filius.
Iesu spes pœnitentibus
Quàm pius es petentibus,
Quàm bonus te quærentibus
Sed quid inuenientibus?
Iesu dulcedo cordium,
Fons viuus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium
Et omne desiderium.
Nec lingua valet dicere,
Nec litera exprimere:
Expertus potest credere,
Quid sit Iesum diligere.
Iesum quæram in lectulo,
Clauso cordis cubiculo:
Priuatim & in publico
Quæram amore sedulo.
Cum Maria diluculo
Iesum quæram in tumulo,
Clamore cordis querulo,
Mente quæram, non oculo.
Turbam perfundam fletibus,
Locum replens gemitibus:
Iesu prouoluar pedibus,
Strictis hærens amplexibus.
Iesu rex admirabilis
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.
Mane nobiscum domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsa mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.
Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas,
Et intus feruet charitas.
Amor Iesu dulcissimus
Et verè suauissimus
Plus milies gratissimus,
Quàm dicere sufficimus.
Hoc probat eius passio,
Hoc sanguinis effusio:
Per quam nobis redemptio
Datur, & dei visio.
Iesum omnes agnoscite,
Amorem eius poscite,
Iesum ardenter quærite,
Quærendo inardescite.
Sic amantem diligite,
Amoris vicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et vota vestis reddite.
Iesus auctor clementiæ,
Totius spes lætitiæ,
Dulcoris fons & gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.
Iesu mi bone sentiam
Amoris tui copiam,
Da mihi per præsentiam
Tuam videre gloriam.
Quum dignè loqui nequeam
De te, tamen ne sileam:
Amor facit vt audeam,
Cùm de te solum gaudeam.
Tua Iesu dilectio,
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio,
Dans famem desiderio.
Qui te gustant, esuriunt:
Qui bibunt, adhuc sitiunt:
Desiderare nesciunt
Nisi Iesum, quem diligunt.
Quem tuus amor ebriat,
Nouit quid Iesus sapiat.
Quàm felix est, quem satiat?
Non est vltrà quod cupiat.
Iesu, decus angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cœlicum.
Desidero te milies
Mi Iesu, quando venies?
Me lætum quando facies?
Me de te quando saties?
Amor tuus continuus
Mihi languor assiduus,
Mihi mellifluus fructus
Est & vitæ perpetuus.
Iesu, summa benignitas,
Mihi cordis iucunditas,
Incomprehensa bonitas,
Tua me stringat charitas.
Bonum mihi diligere
Iesum, nil vltra quærere,
Mihi prorsus deficere,
Vt illi queam viuere.
O Iesu mi dulcissime,
Spes spirantis animæ,
Te quærunt piæ lachrymæ,
Te clamor mentis intimæ.
Quocunque loco fuero,
Mecum Iesum desidero
Quàm lætus, cum inuenero:
Quàm felix, cum tenuero.
Tunc amplexus, tunc oscula,
Quæ vincunt mellis pocula:
Tunc felix Christi copula,
Sed in his parua morula.
Iam quod quæsiui, video:
Quod concupiui, teneo:
Amore Iesu langueo,
Et corde totus ardeo,
Iesus quum sic diligitur,
Hic amor non extinguitur:
Non tepescit, nec moritur,
Plus crescit, & accenditur.
Hic amor ardet iugiter,
Dulcescit mirabiliter,
Sapit delectabiliter,
Delectat & feliciter.
Hic amor missus cœlitus
Hæret mihi medullitus,
Mentem incendit penitus,
Hoc delectatur spiritus.
O beatum incendium,
Et ardens desiderium:
O dulce refrigerium,
Amare dei filium.
Iesu, flos matris virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor numinis,
Regnum beatitudinis.
Veni, veni rex optime,
Pater immensæ gloriæ:
Affulge menti clariùs,
Iam expectatus sæpius.
Iesu sole serenior,
Et balsamo suauior,
Omni dulcore dulcior,
Cæteris amabilior.
Cuius gustus sic afficit,
Cuius odor sic reficit,
In quo mens mea deficit.
Solus amanti sufficit.
Tu mentis delectatio,
Amoris consummatio,
Tu mea gloriatio,
Iesu mundi saluatio.
Mi dilecte reuertere,
Consors paternæ dexteræ:
Hostem vicisti prosperè.
Iam cœli regno fruere.
Sequar te quoquo ieris,
Mihi tolli non poteris,
Quum meum cor absturis
Iesu laus nostri generis.
Cœli ciues occurrite,
Portas vestras attollite:
Triumphatori dicite,
Aue Iesu rex inclyte.
Rex virtutum, rex gloriæ,
Rex insignis victoriæ,
Iesu largitor veniæ,
Honor cœlestis patriæ.
Tu fons misericordiæ,
Tu veræ lumen patriæ
Pelle nubem tristitiæ
Dans nobis lucem gloriæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Te cœli chorus prædicat,
Et tuas laudes replicat:
Iesus orbem lætificat,
Et nos deo pacificat.
Iesus in pace imperat,
Quæ omnem sensum superat:
Hanc mea mens desiderat,
Et ea frui poterat.
Iesus ad patrem rediit,
Cœleste regnum subiit:
Cor meum à me transiit:
Post Iesum simul abiit.
Quem prosequamur laudibus,
Votis, hymnis, & precibus:
Vt nos donet cœlestibus
Secum perfrui sedibus. Amen.

EIVSDEM SANCTI patris Bernardi thythmica oratio ad dominum Iesum Christum, eiusque matrem intemeratã Virginem.

SVmme summi tu patris vnice,
Mundi faber & rector fabricæ
Pietatis respectu deicæ
Peccatores afflictos respice
Pie pater.
Summa summi tu mater filij
Clauem nostri tenens auxilij
Foue tui lacte consilij
Peregrinos huius exilij
Pia mater.
Consolentur ô bone domine
Respirantes in tuo nomine
Qui pro mundi tollendo crimine
Dignatus es nasci de virgine
Matris pater.
Consolétur ô bona domina
Sitientes tua solamina,
De qua sola fœlice fœmina
Prædicantur hęc duo nomina
Virgo, mater.
O figura patris substantiæ
Tu es splendor paternæ gloriæ,
Tu es verum lumen iustitiæ
De quo manat totius gratiæ
Plenitudo.
O regina regni Dauidici
Tu es virga floris dominici,
Tu es arca panis angelici
De quo nostra meretur refici
Solitudo.
Virtus patris & sapientia
Suauiter disponens omnia
Tu & pater vna substantia
Æquus honor, eadem gloria
Est vtrique.
Stella maris, regina seculi
Tu es mater illius paruuli,
Quem adorant fideles populi
Semper omnes & semper singuli
Et vbique.
O sanctorum sancte mirabilis
Toti mundo desiderabilis
Homo potens & deus humilis
Non est tibi nec erit similis
Deus meus.
O sanctarum sancta dulcissima
Sola tanto partu dignissima,
Vt de tua carne mundissima
Nasceretur maiestas maxima,
Homo deus.
Iesu Christe, fons indeficiens,
Fons humana corda reficiens,
Te suspiro te solum sitiens,
Solus eris mihi sufficiens,
Fili dei.
Mater Christi decus virgineum,
Thronum sedens super æthereum
Nomen tuum sapore melleum
Liquefacit affectum ferreum
Cordis mei.
Summum bonum plenũ dulcedine,
Verum lumen de vero lumine
Solo cuius audito nomine
Satiatur mira pinguedine
Cor iustorum.
Summi boni reclinatorium.
Dulcis vini dulce cellarium,
Quod edulcans dulcedo dulcium
Prælegit sibi in proprium
Rex cœlorum.
Patrum pater præcelse cæteris,
Reparator humani generis,
O qui carnem pro nobis miseris
Mulieris de carne pauperis
Assumpsisti.
Matrum mater & virgo virginum,
Apotheca salutis hominum
O quæ munda de carne dominum
Sine carnis mistura seminum
Concepisti.
Audi precor, ô qui das gratiam,
Peccatoris huius miseriam:
Et per tuam misericordiam
Peccatorum meorum veniam
Mihi dona.
Audi precor, ô plena gratia
Peccatoris huius suspiria
Et pro tua misericordia
Deo meo me reconcilia
Mater bona.
Tibi pater fac beneplacitum
Peccatoris istius gemitum:
Solue mei reatus debitum,
Quia malum prætendo meritum
Et prætendi.
Tibi mater fac acceptabilem
Peccatoris hanc vocem flebilem:
Redde mihi deum placabilem,
Ne se præstet inexorabilem,
Quem offendi.
O intactæ fili puerperę
Audi planctus animæ miseræ,
Quæ peccati iacens in puluere
Vt iumentum se computrescere
Lamentatur.
O intacta virgo puerpera,
Ad te clamat mens mea misera,
Quæ nephanda semper ad scelera
Ab ætate nunc vsque tenera
Effrenatur.
Pie pater errantem corrige,
Piam manum labenti porrige:
Iam de luto me fecis erige,
Et in viam tuorum dirige
Mandatorum.
Pia mater errantem visita,
Pio corde de me recogita,
Coram Iesu benigno clamita,
Vt meorum remittat debita
Peccatorum
Esto nobis pater propitius,
Quorum frater es atque socius:
Te laudamus, te benedicimus,
Adoramus atque diligimus
Mente tota.
Esto nobis mater propicia,
Quorum soror es atque socia
In tuarum laudum preconia
Corda nostra fac voluntaria
Ac deuota.
Benedicte creator omnium
Benedicas mentes fidelium
Nomen tuum benedicentium
Mortis tuæ per beneficium,
Quos saluasti.
Benedicta in mulieribus
Benedic te benedicentibus:
Benedictis tui vberibus,
Qui dat escam esurientibus,
Hunc lactasti.
Laus & honor sit dei filio
Salus, virtus & benedictio:
Benedicta sit incarnatio,
Mors illius & resurrectio
In æternum.
Benedictus sit pater luminum
Benedicta sit virgo virginum:
Benedicat cor meum dominum,
Sitiátque fontem dulcedinum
Sempiternum, Amen.

PROSA RHYTHMICA modulatione excurrens in laudem dominicæ natiuitatis, authore B. Bernardo Abbate primo Claræualen. cœnobij.

LAetabundus
Exulter fidelis chorus.
Halleluia.
Regem regum
Intactæ profudit torus,
Res miranda.
Angelus consilij
Natus est de virgine
Sol de stella.
Sol occasum nesciens,
Stella semper rutilans,
Semper clara.
Sicut sidus radium,
Profert virgo filium
Pari forma.
Neque sidus radio,
Neque mater filio
Fit corrupta.
Cedrus alta Libani
Conformatur hyssopo,
Valle nostra.
Verbum ens altissimi
Corporari passum est,
Carne sumpta.
Esaias cecinit,
Synagoga meminit:
Nunquam tamen desinit
Esse cæca
Si non suis vatibus,
Credat vel gentilibus
Sibyllinis versibus
Hæc prædicta,
Infelix propera,
Crede vel vetera
Cur damnaberis gens misera?
Quem docet litera,
Natum considera:
Ipsum en genuit puerpera. Amen.

FINIS.

A *QVANVIS HI QVI SEQVVNTVR sermones, boni & vtiles reperiantur: quia tamen non à D. Bernardo editi videntur, idcirco cum suis nitidis operibus, sicuti antehac fuerant, interseri noluimus, sed seorsum imprimendos vtilius duximus.*

SERMO DE NATIVITATE domini.

NOn poterit explicari sermo quem mente concepi. Stupor enim miraculorum opprimit me: & dum omnia replico, omnia complicantur. Quis poterit excogitare diem aduentus eius? Ideo fit elinguis lingua, memoria immemor, insensibilis sensus: insueta nouitate relucent omnia, & omnia partui virginis obsequuntur. Fiunt mirabilia in cœlo sursum, & in terra deorsum, quia vniuersa in nascentis dei obsequium iurauerunt. Insigniuntur conuexa cœlorum stella lucentiore, & multo lumine loca flammantia perstringuntur, diffunduntur per quadrifidum orbem radij rutilantiores, & pluralitatem stellarum nouus ignis obtundit. Miratur orbis cœlos nouum peperisse splendorem, & inconuertibilem eorum statum ad signa & prodigia fuisse conuersum. Vident Chaldei in cœlis, quod Balaam reliquit in scripturis. Orietur, inquit, stella ex Iacob, & consurget homo ex Israël, & erit omnis terra possessio eius. Nascitur stella in excelsis, & deus in terris, cuius possessio à mari vsque ad mare. Præparant se reges Tharsis, vt cum nouitate munerum videant nouam matrem, filium nouum, nouam nouitatem. Fons olei de terra erupit, templum Romæ quod vocabatur æternum, omnibus impensis & vrbis & orbis mirabiliter consummatum, corruit. Cum enim Romani in victoriosæ antiquitatis memoriã, templum singulari schemate facere decreuissent, ab omni illa deorum (imò dæmoniorum) multitudine quæsierunt, vsquequo durare posset tam excellentis operis operosa constructio. Responsum est, donec virgo pareret. Illi ad impossibilitatem oraculum retorquentes, templum æternum, solennem illam machinam vocauerunt. Nocte autem cum è virginali thalamo virgineus flos Mariæ egressus est, ita cecidit & confractum est illud mirabile & columnarum opus, vt vix appareret vestigia ruinarũ. O Bethleem ciuitas dei summi, & in te & in suburbiis tuis visa sunt mirabilia hodie. Deus pendet ad vbera, ponitur in præsepio, ligatur in cunis, pannis inuoluitur, & laxatis fasciolis, felices manus & sancta brachiola per cunarum paruitatem expãdit, alludit virgini, matri arridet, & blandientes oculos ad Mariã interquet. Stat perterrita tantis miraculis regina cœlorũ, cõfert in corde suo salutationem archangeli, cõceptionem dei, natiuitatẽ pueri, & miratur quòd ille qui aliter potuit ad nos venire, sic voluit subuenire. Adest & Ioseph, sed ab vtroque remotus, & in excessu mentis miratur, & mirari satis non potest qualiter ad tãtæ dignationis admissus sit arcanum. Adest multitudo cœlestis exercitus vocibus gloriosis: Gloria in excelsis deo auditur. Pastores veniunt, & inueniunt puerum & puellam. Præcedit stella, reges accedunt, adorant filium, matrem venerantur, offerunt munera, deferũt maiestati, cruciatur Herodes, Hierosolyma turbatur, requirũtur scribæ, locus prędicitur, indicitur simulatio, simulator ad nihilum deducitur, deteguntur comměta fraudum, magi per aliam viam reuertũtur, pax inaudita à seculo regnat, vniuersus orbis ad cẽsum describitur, tiuus olei de terra prosudat, & in diuitẽ venam liquor sanctificatus ebullit. Quid est hoc, nisi quia vera pax in terris apparuit? nisi quia ad supernum regnũ ciues ascribuntur? nisi quia fons misericordiæ de virgine emanat? Oleum effusum nomen tuũ. Spiritus sanctus scripturę ipsius viuus fabricator, & vnus aliquis non paruam suæ pinguedinis dulcedinem sub hoc capitulo dereliquit. Sed vos nocturnis vigiliis ità defatigati estis, vt vix possitis somnum ab oculis amouere. Euigilate tamen paulisper, & somni torporẽ excutite, aderit ille de cuius natiuitate loquimur, vt illuminet oculos nostros ne obdormiamus. Totus autem sentẽtiæ sensus ex illius arca mutuabitur, cuius consilium est quasi consilium dei. Ipse ille est dominus, videlicet abbas Clarævallensis, cuius religio & discretio, sapientia, eloquentia, vita & fama, per totam Latinitatem non immerito decurrit. Libenter enim illius sarcinas odoro. Sed ad propositum reuertamur. Benignus ille spiritus, de cuius secretiore fonte canticorum flumen euadit, in his tribus verbis tria nobis requirenda reliquit, videlicet nomen sponsi, quare oleo comparetur, quomodo & effundatur: quia & nomen tãcet, de comparatione nil loquitur, de effusione nihil dicit. Primùm de nomine videamus. Multa vt arbitror vocabula spõsi per diuinam scripturam sparsa leguntur, sed in duo vobis vniuersa complector. Nullum profectò reperies quod non sonet aut maiestatis potentiam, aut gratiam pietatis. Puer domini, de quo frequentius facio mentionem, ad regis cubiculum introductus; duo quasi sublimiora de ipsius ore diuinitatis audiuit: Potestas dei est, inquit, & tibi domine misericordia. Sed & ipse saluator propheticæ veritati attestãs ait: Vos vocatis me magister & domine. Dominus nomen est maiestatis, pietatis magister. Si enim pium est præbere escam corpori, multo misericordius escam animę impartiri, quod est propriè magistrorum, qui mentes disciplinatas sub disciplinę rigore coercent. Videamus quod horum nominum effundatur, vtrum nomẽ potentiæ in nomen gratiæ, vel nomen pietatis in maiestatis vocabulũ. Absit vt misericordia in potentia includatur, quia miserationes eius super omnia opera eius. Certum est ergo quia potestas dei in maiorem hodie pietatem effusa est, cum cœli distillarent à facie dei, & de virgineis membris antiquus dierum exoritur. Non est qui se abscondat à calore isto: quia largior olei effusio à capite descendit in barbam: quia etiam extremam vestimenti fimbriam largius irrorauit. Tanta est abundantia miserentis, vt non solùm sub nomine effusionis, sed & exinanitionis censeatur. Exinaniuit semetipsum (ait apostolus) formam serui hodierna die accipiens, & cum tota multitudine miserationum suarum de thalamo prosiliit virginali. Non enim habuit dulciorem modum ad redimendum nos abyssus illa consiliorum dei: quia quicquid in diuinitatis thesauro pietatis est inuentum, totum in vtero virginis est congestum. Non me capio præ lætitia, quòd tanta maiestas naturam meam assumens, tantum eleuat, & me miserum in diuitias gloriæ suæ non ad horam, sed in sempiternum includit. Fit frater meus dominus meus: & timorem domini, fratris vincit affectus. Domine Iesu Christe, libenter audio te regnantem in cœlis, libentius nascentem in terris, libentissimè crucem, clauos, & lanceam sustinentem. Hæc siquidem effusio rapit affectum meum, & istorum memoria incalescit cor meum, viuentis & viuidæ potionis asperitate purgatum. Viuus est iste sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoq; ac medullarum scrutator. Vnus illum qui prophetalis chori aut magister, aut inter magistros est; sub senaria diuinorum nominũ partitione, de hac effusione mirabiliter quidem, sed subtiliter prophetauit: Vocabitur, inquit, nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Erat quidem admirabilis dominus meus inter angelicos ordines audiens hymnum gloriæ suæ, admirabilis illi mirabili creaturæ, faciens mirabilia in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Ego autem in luto fecis & miserię obuolutus, miser & miserabilis omnem spem emergendi perdideram. Ille in gloria, ego in miseria: admirabilis ille, miserabilis ego. Sanctum & terribile nomen eius, quod vix audiat dignior natura. Nomen istud clausum & integrum quomodo capere poteram, quando vix angelicus oculus prospicere, nedum perspicere potest? Sed vide effusionem. Ille qui erat admirabilis agminibus angelorum, inclinat cœlos, & fit consiliarius hominum. Maiestatium nomen, in pietatium effunditur: & qui mirabilis est in cœlis, consulere venit in terris. Abscondit purpuram sub miseriæ vestimentis. Et ad lutum vbi iacebam inclinatur, non mergi-

B *Num. 24. c*

C

D

E

F

Pſal. 61. c

Ioan. 13. a

Pſa. 144. b

Philip. 2.

Eſa. 9. b

Hebr. 4. c

Cor. 1. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tur: & ſi audeo dicere, infixus ſum in limo profundi: operi manuum ſuarum porrigit dexteram, de profundis aquarum extrahit, extractum abluit, ablutum induit, indutum reportat, reportatum confirmat. Porrigit dexteram cum naſcitur, cum loquitur extrahit, abluit cum moritur, induit cum reſurgit, cum aſcendit reportat, confirmat cum ſpiritum ſanctum emittit de cœlis. Bonus quidem conſiliarius, qui conſilium quod voce dederit, & morte defendit. Erat enim docens (ait euãgeliſta) ſicut poteſtatem habens, nõ ſicut ſcribę & phariſæi eorum. Deus, fortis, nomina ſunt poteſtatis: ſed deus effunditur in patrem futuri ſeculi, fortis in principẽ pacis. Breuiter curro, quia & fatigatis & ſciẽtibus legem loquor. Quid tibi muſitabunde Lucifer in tanta defluxione & effuſione? Clauſum eſt tibi totum itinerarium dei, & malignãs oculus tuus hic nimium caligauit. Sed & dominꝰ meus admirabilis fuit in natiuitate, cõſiliarius fuit in prædicatione, deus in miraculorũ coruſcatione, fortis in paſſione, pater futuri ſeculi in reſurrectione, princeps pacis in illa æterna beatitudine. Non terreamini nouitate verborum, quia nihil nouum introducitur. Sic & olim & nomina commutata & effuſa ſunt Abram in Abraham, Sarai in Saram & ſi quas alias immutationes in illa veteri officina vos legiſſe recolitis. Sed & ab ipſis penè mũdi principiis, in arcano quodam ſcripturarum loco diuini nominis effuſionẽ inueniſſe me recolo. Loquitur dominus ad Moyſen de liberatione Iſraelis, & poſt multam dei & Moyſi confabulationem propheta ſubtiliter inquirit nomen eius. Et dominus dicit: Ego ſum qui ſum, hoc eſt nomen meum in æternum. Hæc dices filiis Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. Perterritus Moyſes inextricabilis auctoritate vocabuli, ac ſi diceret, Hoc excedit intellectum meum, nõ poſſum capere niſi effundatur: audiat à maieſtate: Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac & deus Iacob. Vides effuſionem. Ecce deus angelorum vocat ſe deum hominum. Curramus ergo fratres in odore vnguentorum iſtorum, curramus ad oleum de oliua ſpecioſa in campis expreſſum, nulla infectũ amurca, nulla ſubſtantiatum amaritudine. Oleum quod exhilarat faciem hominis, quod ſanat vulnera, dolorem tollit, reddit ſuauitatem. None Samaritanus noſter nobis à latrone peſſimo vulneratis attulit vinum & oleum, ad purgandum & mitigandum vulneris magnitudinem? Sed niultum olei parum vini. Multum miſericordiæ, iuſtitię parum. Sic quippe decebat miſerantem, ſic miſero expediebat. Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo (ait iuſtus) quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs: ſed corona me in miſericordia & miſerationibus. Veniens quippe hodie quinque vaſa attulit olei, non niſi duo vini. Spiritus enim ſapientiæ, intellectus, conſilij, ſcientiæ, pietatis, miſericordiæ dulcedinem ſonat, miſericordiam fragrat, eructat ſanitatem. Fortitudo & timor vinũ ſunt, ſed hoc vino potatus eſt potẽs ille, cum Chriſtus in ſpiritu fortitudinis deſcendit ad inferos non timidus, ſed timendus. Videamus nunc quare oleo comparetur. Oleum (ſi vos melius non habetis) lucet, paſcit, & vngit. Idem facit Chriſti nomen, & per omnia cõſonat comparationi. Lucet prædicatũ, paſcit recogitatum, inuocatum lenit & vngit. Vide ſi non præclara luminaria lumen nominis huius ſuper eloquentiæ candelabrum portauerunt, ſi non illuxerunt coruſcationes dei orbi terræ, ſi non in ſplendore fulguris huius commota eſt & cõtremuit terra. In nomine Ieſu Chriſti ſurge & ambula, dicit claudo princeps apoſtolorũ. None quaſi fulgor exiliuit ab ore Petri, cum nominatum eſt nomẽ quod os domini nominauit? Et ſtatim, inquit, conſolidatæ ſunt baſes eius & plãtæ. Vocabulum Ieſu, ſicut Origenis lingua nobilior diffiniuit, dulce & glorioſum, omni adoratu cultúque digniſſimũ, quod non ptius ab hominibus decuit efferri in mundum, ſed à quadam ſublimiori excellentioríque natura. Omnes quippe prophetę nomen iſtud aut, neſcierũt, aut penitus tacuerunt, & reſeruata eſt prærogatiuę dignitas archãgelo Gabrieli qui ſanctò ore ſanctæ virgini illud primum euoluit. Nonne Eſaias in exceſſu mentis captus, verbis archãgelicis eiſdem pene ſyllabis conſentit vſque ad ſancti nominis nouitatem? Paſcit reuera, nec eſt felicior paſtio in locõ paſcuæ vbi nos dominus collocauit. Quid æquè mẽtem cogitantis impinguat? Nomen Ieſu mel in ore, in aure melos, in

Mar.1.c

Gen.17.a

Exod.3.a

Exod.3.

Luce.10.f

Pſal.142.a

Pſal.102.a

Pſal.76.d

Act.3.a

Ibidem.

Luc.1.c

Eſai.7.b

corde iubilus. Omnis cibus qui non conditur hoc ſale, inſa- K
tuatus eſt. Scriptura quæ non fuerit interlinita oleo tãtæ dẽuotionis, inſipida eſt. Olim mihi Tullius dulceſcebat, blandiebatur Virgilius, & Sirenes vſque in exitium dulces, meũ incantauerant intellectum. Lex, prophetæ, euangelium, epiſtolę, & omnis gloria ſententiarum domini mei & ſeruorum eius aut parua videbantur, aut nulla. Neſcio modo quid dulcius mihi immurmurat filius Ieſſe, qui vario ſermonu & ſententiarum cõcentu, omnes illos quos diligere cõſueueram, ineloquẽtes reddit & mutos. Lenit & vngit: quia nihil ſic recreat in tribulatione. Denique & probare licet. Inuoca me, inquit, in tribulatione: eruã te, & honorificabis me. Hoc eſt nomen, hoc eſt oleum, hęc olei effuſio. Amen dico vobis, nõ deficiet hic lecythus olei nec minuetur, donec pluuiã volutariã, quæ ſegregata eſt hæreditati eius diffuſius inſtillet, donec nec faciat cœlum nouum & terram nouã: quia miſericordia eius ab æterno vſque in ęternum ſuper timentes eum. Sed iã ſurgamus, & præparemus nos ad ſolẽnioris miſſæ iubilationem, nec cordibus parcẽtes nec vocibus, ad honorem pueri qui natus eſt nobis, qui eſt deus in ſecula benedictus. Amen.

Eſa.49.c

Pſal.67.b

Pſal.102.b

Sermo vnde ſuprà. Vel potius debet legi in conceptione beatiſſimæ Mariæ virginis. L

H Exultate fratres in domino: quia de domina illa ſermo ſuccedit, quæ ſingularem in cordibus veſtris vendicat principatum, quæ eſt ad cuius nomen humiliter inclinatis, cuius horis reuerenter aſſiſtitis, cuius memoriam iugiter frequentatis. Hæc eſt quæ veſtris affectibus ſuauiter indulceſcit: quia magna multitudo dulcedinis eius. Spiritus enim eius ſuper mel dulcis, in quam dulcis dominus cum omni ſua dulcedine ſuperuenit. Cum enim fecerit deus omnia opera ſua valde bona, hic melius fecit, cõſecrans in ea ſinibi reclinatorium aureum, vt poſt tumultus angelorum & hominum, & reclinaret, & requiem inueniret. Hoc eſt quod natura miratur, reueretur angelus, veretur homo, ſtuper cœlũ, contremiſcit terra, infernus exhorret. In huius vtero maieſtas altiſſimi mirabiliter liquefacta, ſicut adipe & pinguedine repleuit terras, infudit cœlos, inferna reſperſit. Hic exinaniuit ſemetipſum excelſus & immenſus, mẽſuram bonam & confertam & coagitatam mittens in ſinum veſtrum. Hic diuinis manibus vnctus oleo lætitiæ, & ſicut altare in ſignum pontificij conſecratus, de altari hoc ad arã crucis aſcendens, proprio cruore tanquam alterius generis oleo perfuſus iam nõ conſecratus ſed conſecrans, totum corpus machinę mũdialis largiore ligamine conſecrauit. Fatiſcat ergo mœror, triſtitia fugiat, eliminetur dolor, rancor abſcedat, vt liceat vacare & videre cum Moyſe viſionẽ hãc grandẽ, qualiter deus in hoc vẽtre cõcipiatur, decipiatur diabolus, recipiatur perditum, indebitum accipiatur. Totum me trahit affectio, ſed oratio deficit. Dies cogitatio, vocis paupertate cõfundirur. Feruent interiora, & in vndoſam ebulliunt alitudinẽ: ſed frigiditas linguæ cumulos refrigerat exũdãtes. Quid eſt ô beatiſſima? Nuquid ita ſenſu taciturnus obdormia, vt ibi mutus ſim, vbi omnis loquitur creatura? Veruntamen nõ tacebo & nõ quieſcã, donec egrediatur vt ſplendor vultus tuus, & ſermo de te conceptus, ſi non vt lampas, ſaltem vt ſcintilla accendatur. Mouet, fateor, quòd diſponente deo pecant rationales creaturæ, & multis annorum milibus tam cœleſtia quàm terreſtria inceſſum ſtare videantur, ſemirutis illis, iſtis dirutis. Stat illa magna ciuitas, ciuium ſuorum numeroſitate fraudata, & à ſtellantibus palatiis multiplex habitatiũ multitudo propelſitur. Obſcurantur ſtellarij ignes (ſolé loquor & lunam & ſtellas) & multa ſui luminis claritate mulctãtur. Terra maledicitur, cũ damnatur hominum ſucceſſio: & omnis creatura, iuxta apoſtolum, parturit & ingemiſcit. Tacet deus omnipotens, & ordinans eius omnipotens tãtam diſſimulat confuſionem. Tandem naſcitur Maria, & ad nubiles annos egrediẽs ſpeciem induit ſpecioſam, quę ipſum alliciat deum, & diuinitatis oculos in ſe conuertat. Vide quid indicat ille non minimus explorator ſecretorum dei: Audi, inquit, filia & vide, & inclina auré tuã, & obliuiſcere populũ tuum, & domũ patris tui: & concupiſcet rex decorem tuum

Gen.3.c

Rom.8.d

Pſal.44.a

quoniam

A quoniam ipſe eſt dominus deus tuus. Germinat igitur virga Ieſſe de tortuoſa radice generis humani, & patriarcharũ arbore, & in altitudinem & rectitudinem erũpens omnẽ ignorat nodoſitatem filiorum, tenebras neſcit, fruticoſa quæque non habet. Videt & ardet ille vehemens amator, & totũ epithalamium in eius laudibus decantat, vbi manifeſtè ſponſus inducitur ſpirans amorem ſynceriſſimum, nec vltra valens diſſimulare quod patitur. Euocatur ſtatim cœleſtis ille conuentus, & iuxta prophetam, init deus conſilium, cogit concilium, facit ſermonem cum angelis de reſtitutione eorum, & de redemptione hominum, de elementorũ renouatione. Illis ſtupentibus & mirantibus præ gaudio, quæritur modus redemptionis, & ſtatim de theſauro diuinitatis, Mariæ nomen euoluitur: & per ipſam, & in ipſa, & de ipſa, & cum ipſa totũ hoc faciendum decernitur: vt ſicut ſine illo nihil eſt factum, ita ſine illa nihil refectum ſit. Traditur epiſtola Gabrieli, in qua ſalutatio virginis, incarnatio redẽptoris, plenitudo gratiæ, gloriæ magnitudo, multitudo lætitiæ continetur. Miſſus ergo angelus Gabriel à deo, etiam antequam ad virginẽ perueniret, inuenit deum virgineis illapſum viſceribus, & maieſtatem dei virginalis ventris breuitate concluſam. O venter diffuſior, cœlis, terríſque amplior, capacior elemẽtis, qui totum claudit omnia concludentem, in quo deus gloriæ recli- B natur. Denique & archangelus non ait, Aue Maria replẽda, ſed plena. Non dominus veniet in te ſed dominus tecũ: quia inde totam eam ſibi rapuerat ſpiritus ſanctus, & cœleſtibus inſignierat ornamẽtis. Iam conſecrata erat in loco voluptatis, de quo fons ille debebat aſcendere, qui vniuerſam terræ ſuperficiem irrigaret. Satis hucuſque ſparſimus verba, & volatilis ſermonibus diuerſa prę ſeminauimus: nunc inſiſtamus hic, ſi fortè aliquod dignum elicere valeamus. Fluuius (ait ſcriptura) egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam vniuerſam ſuperficiẽ terræ, qui inde diuiditur in quatuor capita. Fluuius iſte eſt dominus meus Ieſus, qui de duobus locis voluptatis egreditur, ex vtero patris, & ex vtero virginis. Vnde propheta: Dominus deus noſter fluuius glorioſus, exiliens in terram ſitientem. Sed ineffabilibus differentiis longè aliter à patre quàm à matre egreditur, quia etſi hæc temporalis natiuitas glorioſa eſt, multo glorioſior eſt æterna. Hortantibus vobis, de vtraque generatione volo aperire quod ſentio: non quòd aliquid exponere præſumam, cùm hoc vltra omnium vires, quanto magis vltra eas ſit, & extremæ dementiæ ſit velle fari ineffabilia, maximè hominem imperitum. Non enim oblitus ſum Salomonem dicẽtem: Sicut qui nimium comedit mel, euomit illud: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. De vtraque enim per prophetã dici puto: Generationem eius quis enarrabit? Quia & patris illa ineffabilis & inacceſſibilis eſt, ac nulli peruia creaturæ. Hoc ſenſu credo apoſtolum dixiſſe de deo qui ſolus habitat lucem inacceſſibilem, cum etiam puriores naturæ tanto reuerberentur intuitu, vt nec poſſint irrumpere in tantæ claritatis abyſſum. Ipſe etiam filius proteſtatur: Nemo nouit filium niſi pater, neq; patrẽ quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Nec tamen ſicut eſt, ſed ſicut capere poteſt cui tanta dignatio reuelatur. Vnde & illa ſublimis anima quę vſque ad tertium cœlum in diuitias gloriæ dei rapta fuerat, dicit: Ego me non arbitror comprehendiſſe. Veriſſima ergo diffinitio eſt, quia illam gignẽtis & geniti generationem nullus omnino penetrat intellectus. Hanc etiam de matre, omni humanæ creaturæ reor inextricabilem, & neſcio vtrum ab illa excellentiori natura valeat comprehendi. Quis enim cõprehendat vnitionem carnis & verbi, qualiter deus & homo in vnam perſonam conueniat, ſaluis imperturbatíſque proprietatibus naturarum? Vnuſquiſq, in ſuo ſenſu abundet, ego hanc omnẽ ſenſum ſupergrẽdi credo, veterum virorum veſtigiis inhærens, qui ſuper hæc ſanas & incõcuſſas ſententias reliquerunt. Ad paternam igitur generationem recurrentes, locum voluptatis patrem eſſe cenſemus, quanuis deus illocalis ſit: ſed efficiẽtias rerum, niſi per vulgatos ſermones explicare non poſſumus. In ipſo autẽ omnem voluptatem eſſe intelligit, qui legit apoſtolum dicentem, quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Et aliũ ex illo duodeno apice ſimiliter eructãtem: Omne datum optimum, & omne do- D num perfectum de ſurſum eſt, deſcẽdẽs à patre luminũ. Ipſe etiam filius dicit: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum verũ deum. Cognitio igitur patris vita æterna eſt: & vbi vita æterna, ibi ſempiterna voluptas. Egreditur ergo fluuius de loco voluptatis, quia gignitur de vtero patris deus de deo, lumen de lumine, de domino dominus. Egreditur autẽ identitate, quia idem eſt cum patre, idem dico ſecundũ ſubſtãtiam, non ſecũdum perſonam. Egreditur & æqualitate, quia patris omnipotentiã recipit: cũ omnia quæ poſſit pater, poſſit hæc & filius, ſicut ipſe teſtatur: Omnia quæ facit pater, facit & filius: nec poteſt filius facere quicquam niſi quod viderit patrẽ facientem. Egreditur & æternitate, quia licet generetur, non tamen eſt poſterior generante, ſed ambo vnius antiquitatis ſunt: ſi tamen vocabuli nouitatem nõ exhorretis, quod licet quoquo modo ſignificet quę dicũtur, longe tamẽ eſt à ſentẽtię maieſtate. Egreditur ſimilitudine, quia ſimilis eſt patri, patris imago, ſplẽdor gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius. Egreditur alternitate, quia alius eſt ab illo, alius dico, nõ aliud. Ego, in- *Ioan.10.f*
quit, & pater vnum ſumus. Vnum dixit, non vnus: quia vnũ ſignificat ſubſtantię vnitatẽ, vnus verò perſonarum proprietatem. Sic igitur & longe excellentiori modo de patre filius egrediens, inundat angelicas ſtationes: quia iuxta Salomonẽ, E fons ſapientię verbũ dei in excelſis. Citharœdus puer de hoc *Eccli.1.a*
fonte pleno ventre potauerat, cum diceret: Apud te eſt fons *Pſal.35.c*
vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Apud te, inquit, eſt fons vitę, quia tu nõ ſolũ vita, ſed & filiꝰ tuus fons vitę eſt. Et *Ibidem.*
vt patenter quod ſentiebat oſtenderet, ſubiunxit: In lumine tuo videbimus lumẽ, ſcilicet ad irrigãdam vniuerſam ſuperficiem terræ. Quænam terra eſt in illa cœlorũ ſummitate repoſita, quam ſuperfluat & irriget fluuius glorioſus? Regnum *Pſal.26.d*
cœlorum, terra viuentium eſt. Vnde: Credo videre bona do- *Pſal.114.b*
mini in terra viuẽtium. Item: Placebo domino in regione viuorum. Irrigatio hæc indicibilis eſt. Inebriãtur quippe angeli ab vbertate domus dei, & torrẽte voluptatis eius potãtur. Hic quid dicam neſcio, quia plurimus ſtupor ſenſum opprimit aſſurgentem. Vbi ſunt oratorij ſermones, quos in fornace rhetorica omnis ille philoſophorum cõflauit chorus? Vbi ſunt gigantes à ſeculo nominati, qui ab initio fuerunt magni ſtatura, ſcientes bellum, languentes circa pugnas verborum? Nunquid non maximus ille gigas (Platonem loquor) ab intellectu tam puriſſimæ veritatis repulſus eſt? Nõne acerrimo mentis ingenio tangens, ſed non attingens diuinitatem dei, *Platonis dicit.*
dicit: Vnum inueni quod cuncta operetur, & aliud per quod cuncta efficiuntur, tertium autem non potui inuenire? Rectè de ſpiritu ſancto inſcius, qui illi non erat infuſus, qui ſanctarum reuelationum magiſter eſt, qui reuelauit Paulo quę ocu *1.Cor.2.c*
lus non vidit, ſicut idem apoſtolus gloriatur: Nobis, inquit, F
reuelauit deus. Per quid apoſtole? Per ſpiritum ſanctum, nõ per ſpiritum noſtrum, per quẽ ſicut philoſophi ſeducti ſunt, ita & ſeduxerunt. Ille noſter philoſophus qui ſuper ſenes & *Pſal.118.m*
ſuper omnes docẽtes ſe intellexit, quid ſuper hoc ſenſerit audiamus: Rigans montes, inquit, de ſuperioribus ſuis. De ſub- *Pſal.103.b*
limioribus quippe angelis, qui nõ per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem ipſam dei ſubſtantiam luminibus indefeſſis aſpectant. Sequitur: Qui inde diuiditur in quatuor capita. In quæ quatuor capita? Dicamus breuiter, quia grandis *Gen.2.b*
nobis reſtat via. In admirationem. Nam de fragilitate complexionis humanę, de torrente voluptatis bibens tota obſtuper illa dignior creatura de creatoris gloria, & gloriæ ratione. In puritatem, quia non in vaſe teſteo ſed remoto velamine hauriunt aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris. In ſatietatem, quia etſi deſiderant in eum proſpicere, non tamen deſiderium neceſſitatẽ, vel neceſſitas miſeriam inducit, ſed mirabiliori modo & ſemper deſiderant vt ſemper ſatientur, & ſemper ſatiantur vt ſemper deſiderent. In ſecuritatem, quia de ſua ſtabilitate certi, perennibus gaudiis immerguntur, expectantes beatam ſpem, & aduentum glorię magni dei, quã- *ad Tit.2.d*
do fiet vnum ouile & vnus paſtor, & ſuperna illa Hieruſalẽ *Ioan.10.d*
conſummabitur in idipſum. Sic influit fluuius iſte per angelicas officinas. Sed hęc omnia fides capit, neſcit ratio, intellectus ignorat humanꝰ. Hęc ſunt fortaſſis illa quatuor quę vas

Pſal.16.a

Prou.25.d

Eſa.53.c

1.Tim.6.c

Matt.11.

Philip.3.c

Ibidem

Gen.2.b

Apoc.21.d

G electionis felici quaternario in epistola ad Hebræos vidit, dicens: Non accessistis: inquit, ad montem fumantem, sed ad
Heb. 12. monte Sion, ad Hierusalem ciuitatem dei viuentis, ad multorum milium angelorum frequentiam, ad ecclesiam primitiuorum assriptã in cœlis. Nunc accingamus nos ad videndum qualiter egrediatur de virgine: quia egressio illa dulcior & affectuosior est humanę miseriæ, quæ intuentium pectora concutit, & irrorat oculos, & beatis fontibus vultus amantiũ perfundit. Hic locum voluptatis vterum Mariæ intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarum dominus, de cuius
Cant. 8. b deliciis spiritus sanctus admiratorio sermone in amoris canticо eructat: Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens: Nunquid in angelis voluptatem habet altissimus, in
Iob. 4. b quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in cõstellatione vel
Apoc. 6. d scintillatione stellarum, quarum aliæ cõuertuntur in sanguinem, aliæ cadunt de cælo, aliæ in tenebras obscurantur? Nũ
3. Reg. 19. b quid in aëre, vel igne vel ventis? Nequaquam in igne dominus: non in commotione dominus: nõ in spiritu dominus: si verus est ille qui in curru igneo & equis igneis est assumptus
Iob. 40. in cœlum. Nunquid in aquis, vbi furens & tortuosus Leuia-
Gen. 3. c than immoratur? aut in terra, quæ sub maledicto Adæ spinas emittit & tribulos? Non est locus voluptatis nisi vterus virginis. Ex hoc egreditur humanitate, quia vestitus cilicio no-
H stræ mortalitatis, visibilis humanis oculis apparuit. De virgine virgam, de libro autẽ generationis lineam faciens, diuinitatis hamum innexuit, quem carne operuit virginali, vt draco magnus illectus ad carnem, ferrũ diuini numinis subsentiret. Egreditur & cum nouitate: quia nunquam sic natus est
Gen. 2. a homo sicut nascitur. Primus enim homo primo de terra for-
Gen. 4. a matur, secundo mulier de eius latere fabricatur, tertio Cain consuetudinario nascendi ordine gignitur ab vtroque. Solus iste de sola virgine nascitur, & virginis vterũ nouo & singulari partu diuinitas humanata sigillat. Vbi nunc Aristotelicæ subtilitatis facũda quidem, sed infœcunda loquacitas: Si peperit, cum viro concubuit? Velit nolit vertitur in habitũ priuatio, nec astringitur dialecticis terminis omnium terminator, ad cuius imperium perit natura, diffuescit consuetudo. Egreditur etiam cum claritate. Nascente quippe illo sepelitur omnis illa stellantiũ luminum luminosa serenitas, & stella candidior lucidioribus radiis pręscintillans totam sibi cœ-
Psal. 47. a li rapit portionem. Ambulant reges in splendore ortus eius. quoniam ecce reges congregati sunt, conuenerunt in vnum. Ipsi videntes sic deum & hominem nascentẽ, matrem & virginem parientem, admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos in tantorum luce mirabiliorũ. Egreditur & cum paupertate: quia in pannis vilissimis reclinatus, iam ex tũc sanctissimis membris legem martyrij præ-
I figebat. Egreditur occultè: quia subtilissimus ille fraudium
Matt. 4. inuestigator, tãtæ ab altitudine dignationis includitur. Hinc est quòd ambiguis alternationibus, fatigatus, illum tentat, nunc tentatum filium appellat altissimi, nunc instruit crucem, nunc destruit, mandans per mulierem (consuetum sibi
Mat. 27. b organum) Nihil tibi & iusto illi. Sequitur: Ad irrigandam vniuersam superficiem terrę, id est ad terrenam miseriam expiandam, quam nobis in hæreditatem primus ille peccator reliquerat. Volo vt apostolus hic eum mihi sicut & superius
1. Cor. 1. d in quatuor capita distribuat: quia securius eius expositionẽ suscipio. Qui factus est nobis, inquit, sapientia, iustitia, sanctificatio, redemptio. Ad nos quippe veniens qui eramus in carcere, primo omnium tenebras ignorantiæ nostræ depulit luce sapietiæ suæ: demum per iustitiam quæ ex fide est, soluit funes peccatorum nostrorum, sanctificans nos in suo corpo-
Psa. 145. b re, redimens in corporis passione. Dominus enim soluit cõpeditos, dominus illuminat cæcos, sanctificat tabernaculum,
Psal. 45. a de manu redimit inimici. Diuiditur & in patientiã, qua pec-
Psal. 105. b catores sustinet: in misericordiam, qua peccatores fouet: in largitatem, qua proficiẽtes exaltat: in fortitudinem, qua perficientes conseruat. De hoc seculo quaternario, toto hoc aduentu vestrę fraternitati confabulatus sum, per fluminum decursionem & nominum interpretationem, moralia mystici internectens: vtrum aliquid dignè, vos videritis. Verùm non omnia possumus pręsente sermone coarctare, fastidium euitãtes. Habeo ego quatuor capita dulciora prioribus, quę K
fortassis vestris cordibus dulcius complacebũt. Dominus enim vester eleuatus in cruce, largissimas sanguinis vndas à quatuor partibus sui corporis abundantius emanauit. Spinis enim pungentibus sanctissimum caput niueæ ceruice reflexum, & clauis pedes & manus, & lancea latus eius transuerberante, preciosus sanguis emanauit: cuius aspersione iudex trãsit in partem, iratus in mitem, in misericordiam virga, captiuitas in coronã. Christus ergo fons latens & occultus in cœlis, fons patens & apertus in terris: illic de vtero patris, hic egreditur de vtero virginis. Illic viuens terram irrigat viuentium, hic moriens terram morientium. Illic diuiditur in quaternarium admirabilem, hic in dulcem. Dulcis dominus, dulcis domina, quia ille dominus meus, misericordia mea: hæc domina, misericordiæ porta. Ducat nos mater ad filiũ, filius ad patrem, sponsa ad sponsum, qui est deus benedictus in secula. Amen.

Sermo tertius de natiuitate domini.

TAndem de mari ad portum, de promisso ad præmium, de labore ad requiem, de desperatione ad spem, via ad patriam peruenimus. Scripseras siquidem nobis frequentibus epistolis calamus scribæ velociter scribentis: Expecta, *Esa. 28. c* reexpecta: sed nos quod subiungitur dicere poteramus, Modicum, ibi, & modicum ibi. Prærurrerant cursores promis- L
Psal. 26. a sione diuites, sed exhibitione pauperrimi. Dicebat alius: *Abac. 2. a* Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. alter verò: Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. Pari consilio exierant de sanctuario dei, nihil secum nisi promissionum multitudinem reportantes. Vnde & citharista noster iam dormitauerat præ tædio, & in ipsum deum tacitis obloc̃utionibus totam culpam modis flebilibus intorquebat: Tu verò, inquit, repulisti & despexisti, di- *Psal. 88. f* stulisti Christum tuum. De flebili quoque ad imperatiuum cõuersus est, exagitante impatientia, quæ impudentię & frõtositatis mater est: Qui sedes super cherubim, manifestare. Et quid tam diu dominatrici sedens in cathedra circumuallantibus & vallantibus angelis, non respicis super filios hominum: quos æbsorbuit & obsorbuit iniquitas per Adam quidem commissa, sed à te permissa? Memorare quę mea sit substantia, ad tuę substantiæ similitudinem fabricata: quia etsi *Psal. 88. g* omnis homo viuens vanitas est, in imagine tamen tua per- *Psal. 38. b* transiens, vanitas esse non potest. Nunquid ita vane consti- *Ibidem.* tuisti omnes filios hominum, de quibus dicis: Deliciæ meæ *Prou. 8. d* esse cum filiis hominũ, vt eos verteret & diuerteret à te malignus ille deceptor, qui decipere nisi te permittente non po- *Psal. 143. b* tuit? Inclina cœlos tuos & descende, & illos misericordes o- M
culos miseris inflecte peccantibus, vt saltẽ nó in perpetuum obliuiscaris nos. Hæc quidem iste, sed gemitibus & ærum- *Psal. 38. a* nis intortus, tantæ præsumptionis sententiam abiurabat. Di- *Esa. 62. a* xi, inquit, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Sed & ille vir nobilis, & profundi sermonis vrbanitate perlucidus, affectuosis excessibus incalescens, Propter Sion, *Esa. 64. a* inquit, non tacebo, & propter Hierusalem nó quiescam & c. Vtinam, ait, dissrumperes cœlos & descenderes, & alia multa, quæ fastidiosa prolixitas vetat inserere. Hic etiam morosio- *Esa. 40. d* ris gratiæ longinquitate suspensus, & nimietate doloris excedens, impatienter oblatrat, dicens: Ecce gentes quasi non sint sic sunt coram eo, quasi nihilum & inane reputatæ sunt *Hier. 31. d* ei. Hieremias quoque in vocem gratulabundæ laudis aduerbio demonstrandi prorumpens, Ecce, inquit, faciet dominus nouum super terram, mulier circumdabit virum. Sed tamen repentinæ submersionis lachrymis edocetur, vt prius lamentum Christi susciens quàm aduentum, conticescat. *Dan. 8. g* Danieli dicitur: Visio est in dies & in tempora longa. Et E- *Ezech. 12. a* zechiel tantis caliginibus inuoluitur, vt vix dignosci possit vnde veniat, aut quò vadat. Denique omnis ille prophetalis conuentus longa tardantis gratiæ morositate pertæsus, nunc rogando, nunc conquerendo, variat orationem, & plerunque sermonibus exoratiuis indignatorios intermiscet. *Exod. 4. c* Nos quoque satis eos audiuimus, & nobis in fastidium rele- *Esa. 6. b* guntur. Iam fugit Moyses, imperitioris siquidem linguæ *Hier. 1. b* factus est nobis. Esaiæ labia immunda sunt. Hieremias ne-

A scit loqui, quia puer est. Ezechiel polluto pane vescitur.
1 Reg. 4. c Osee fornicariam & adulteram ducit vxorem. Daniel post
Osee. 1. a visionẽ grauiter infirmatur. Omnes prophetæ elingues sunt
Dan. 8. & muti: iam lætari & exultare non possumus, nisi osculetur nos osculo oris sui. Auditi & exauditi estis: a dest benignitas humanitas saluatoris nostri dei, quæ vel differri non patia-
Isaiæ 7. c tur amplius amorem languentium. Quid enim audistis: Sanctificamini in crastinum filij Israël, & estote parati: quia die crastina descendet dominus, Residuum diei huius, & superuenturæ noctis vix meditanda progressio, dirimit nos à vultu gloriæ, à puero deo, à puerperio singulari. Currite celeriore & rapidiore passu, conficite metas vestras, vt liceat videre filium dei vagientem in cunis, & saluatoris natiuitati qualiacunque obsequia præparare. Credo vos esse filios Israël, sanctificatos ab omni inquinamento carnis & spiritus, præparatos ad diei crastinę sacramenta solicita deuotione & deuota solicitudine susciepienda. Quid enim aliud his sacris diebus aduentui eius dedicatis, egistis? Vidi ego senes, senectutis oblitos astare sacris iuuenili alacritate vigiliis: & iuuenes iuuentute sepulta, senili grauitate reuerentiæ diuinitatis assistere. Plena erant subsellia concinentibus, & concentu parili voces in sublimibus resonabant, vt felici inuidia iurasse eos crederem iubilare deo in voce exultationis. Psal-
B ria erant præ manibus, psalmi in labiis, in corde deuotio: solenitatem animi indicabat hilaritas vultus, discursio corporis, operis solicitudo. Inspexi sacerdotes vigilantibus oculis primos diei ortus subtiliter indagare, sacramentalibus indui vestimentis, introire ad altare dei ad sacrificãdum corpus & sanguinem redemptoris. Vidi assistentium turbam ministeriali deuotione nunc flectere genua, nunc osculari manus, & ad imperãtium nutũ nutu citius obedire. Sed & pueros aspexi qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram, sibi adinuicem psalteria inuidere, & reportare ad lectulos suos, furari somnum ab oculis suis, & in lectulo suo per noctes quærere quem diligebat anima eorum: quod licet contra cõsuetudinem præsumptum sit, nó tamen contra deuotionem. Fateor,
Gen. 32. a inter hæc omnia cogitabam: Castra dei sunt hæc, non est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli. Vellem nollem vestra deuotione trahebar, & vobis negociantibus ociari non poteram. Sequebar vos, sed à longe, vel aberrans à via, vel claudicans à semitis meis, lugens & contristatus, quia non poteram æquare currentes. Nouit ille vnus cum quo vno vnum cœpi esse in domino, quàm frequentibus querelis impleuerim aures eius, quòd vos in meridie essetis cum sponso, & ego cum sponsa in vespertinò frigore commorarer. Eia fratres si ali-
C quid adhuc desluus humor de flumine mortalitatis huius vestras circumrorat affectiones, tergite & tegite illũ niueo cõ-
Psal. 56. b fessionis amictu, & calceate vos in præparationem euangelij pacis, vt sitis de quibus dicit sanctus: In flumine pertranslibũt
Esa. 11. d pede. Quid autem per hæc? Ibi lætabimur in ipso. De flumine hoc, immo de fluminibus istis Esaias propheta in nocturnis lectionibus largius disputauit: Percutiet, inquit, dominus fluuium Aegypti in septem riuis, ita vt transeant per eum calceati. Volo de fluuio & riuis eius paulisper cõfabulari vobiscum, quomodo & qualiter percutiatur, quid sit per eum transire calceato. Aegypto figuraliter exprimi mundũ istum, diuinorum eloquiorum scrutatores affirmãt, qui positus est in maligno, qui tenebris & confusionibus est repletus. Flumen fluxus humani generis est, qui de primis parentibus infelici vena prorumpens in impetuosum erumpens torrentem, per totam mũdi latitudinem instagnauit: qui in septem
Gen. 17. a torrentibus deriuatur, valles & campestria, profunda voragine superfedit: ipsis quoque montium cacuminibus eãdem refusionem intentans: Vnde vnus de altioribus clamat: Torrentes iniquitatis conturbauerunt me, & intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Primus huius fluminis riuus est cogitatio mala. Riuus exundãs, & qui nullis obicib⁹ repellatur. habet frequẽtiam fluuiorũ fenestras corporeorũ sensuũ: qui ei de mũdanis cataractis mortiferos imbres infusos administrãt. Occurrant aspectui montis, quod vidit & audiuit, quod odorauit & gustauit, quod palpauit & tetigit. Et plerunque quod simplici oculo aspeximus, versipellis contortor in offendiculum retorquet ac scãdalum, fingit similitudines, ima- D
gines pingit, colores aptat, & in thalamo mẽtis vniuersa cõuoluit, si forte consensum eliciat, & affectum inficiat. Offert horribilia de diuinitate, terribilia de fide, mirabilia de fidei institutione, & in alueolo mentis veneniferas ingerit potiones, quas in confessione euomere peccator oneratus exhorret. Venit in oratorium, dormitorium occupat, insidet refectorio, circuit clausstrum, reuisit officinas, nullam prætermittit artem nocendi, sed vbilibet suæ calliditatis assignat argutias. Et in choro quidem inter orandum & psallendum mentem pertrahit in diuersa, præteritorum rememoratione puritatem intellectus inuellens. In choro verò multiformes libidinis sensus euoluit, insidians solicitudini vestræ, & telis fortioribus oppugnans vos, vtinam non expugnet: pungat, non vulneret. In refectorio autem gulam allicit ad videndum quæ perferuntur, & ingenti auiditate onerat distentum ventrem, vt maiore opera ad egerendum egeas, quàm ad ingerendum. In clausstro libros reuellit à manibus, memoriam reserat scripturarum, & nunc de isto ad illum, nunc de illo ad istum cum signis & scurrilitate transuertit. Per officinarum multitudinem te facit excurrere, & vagabundo se comitem facit, donec taciturnitatis ostium aut aperiat aut confringat. Quid plura? In choro deuotionem, in toro castitatem, in refectorio parcitatem, in clausstro lectionem, in officinis silentij virtutem, virtutis inimicus ex- E
tirpat. Nec sufficit in vigilando subtilibus spiculis cordis terebrare vitalia, sed dormiendo singulari se versat & reuersat astutia: quæ omnia melius vestræ conscientiæ, quàm styli scientiæ derelinquo. Sed ad altare domini virtutum sequuntur nos spiritus ipsi, & ipsos ante mentis oculos inuolantes, vt vix aliqua vel nascentis dei, vel pendentis in cruce possint memoria deturbari. Magnus ille patriarcha vix volucres hu- *Gen. 15. c*
iusmodi à suis sacrificiis abigebat: nos qui sumus qui fugare præsumimus? Quis in hoc riuo vel mersum vel submersum se esse negauerit? Videtis quàm turbidus torrens, & limosa regurgitans cœnositate, qui vix aut nunquam ad hoc ducitur vt penitus exsiccetur. Non puto quòd ille qui clausit cœ- †
lum oratione, clauserit animum à cogitatione, vt facilius sit cœlum obserare, quàm animum. Secundus riuus est locutio peruersa. Linguam nullus hominum domare potest, ait *Iaco. 3. b*
Iacobus, membrum inquietum, membrum mortiferum: facilis ad loquendum, ad obloquendum procliuior. Et notandũ quòd alter nascitur ex altero, cùm malæ cogitationi peruersæ locutionis ianua sit aperta. Et est etiam aliud verbum falsum, vnde dicitur: Perdes omnes qui loquuntur menda- *Psal. 5. a*
cium. Aliud vanum, de quo scriptum est: Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Aliud impudicum, de quo *Ibid. 11. a*
idem: Turpis sermo de ore vestro non procedat. Aliud ex- *Ephes. 4. g*
cusatorium, vnde psalmista: Non declines cor meum in ver- *Psa. 140. a*
ba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Aliud do- F
losum, de quo propheta: Disperdat dominus vniuersa labia *Ibid. 11. a*
dolosa, & linguam magniloquam. Aliud ociosum, de quo ipse dominus: De omni verbo ocioso quod locuti fuerint *Matt. 12. c*
homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Et si qua alia genera sunt pestis huius, quæ nos breui saltu transilire non possumus. Tertius est actio praua. Post cogitationem & locutionem venitur ad opera, quando exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato, & contumeliis afficimus corpora nostra. Quid enim turpius quàm mẽbra Christi sanguine consecrata, & cõsepulta in baptismate, libidinosis ardoribus maculare, nec attendere reuerentiã præsentis dei, minãtis pœnam, gloriam promittentis? Absit vt aliquis nostrum huic idolo substernatur, vt filium virginis in Veneris templo suscipiat, vt arcã dei iuxta Dagon collocet, vt nutritus in croceis stercora amplexetur. Quid Petro cũ mago? Quid Christo cum antichristo? quid virgini & libidini? Quid puritati & corruptioni? Absit vt quisque vestrum ambulet in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deũ, qui corpus Christi aut consecratis, aut Christi corpori ministratis. Electi seruite imperatori, vt cum imperatore sedeatis cum sederit in sede maiestatis suę. Qua fronte, quibus oculis videret vos, vi
ueret vobiscum, cui tantis inter vos obscœnitatibus deseruí-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gretur? Qua mente, qua cõscientia accederet ad sancta sanctorum, immolaret sanctum sanctorum, cuius fama contemptibilis, vita notabilis, sermo reprehensibilis haberetur? Sed & si fortè (humanum loquor propter infirmitatem carnis vestræ) aliquis vestrum tale aliquid in cubiculo conscientiæ complicauit: deplicet illud per cõfessionem & pœnitẽtiam, & ego ei de misericordia nascentis pueri veniam repromitto. Et si confessus fuerit & pœnituerit, nascitur in eo lux mundi, vt dimotis fallacibus tenebris splendorem veræ lucis accipiat. Quomodo enim miseris misericordiã hac nocte negabit in qua misericorditer misericors nascitur & miserator dominus? Adest deus & homo, mater & virgo, caro & verbum, lux & illuminans, bonus & bonitas, misericordia & veritas, fœcunda virginitas, virginalis fœcũditas, æterna nouitas, noua æternitas, diuina humanitas, humana diuinitas, humilis sublimitas, & his omnibus misericordia fabricatur.

+ Cohibete ergo extollentiam ab oculis, loquacitatem à lingua, crudelitatem à manibus, voluptatem à lumbis, pedes ab itinere non recto, & venite & arguite eum, si non hac nocte dirumpit cœlos, si non descenderit ad vos, & proiiciet in profundum maris omnia peccata vestra. Quis tamen est qui huius tertij riuuli non sit mersus & reuersus instantia? Quartus riuus est defensio peccatorum. In veritate dico vobis,
H quia nihil sic exasperat iram diuinitatis, quomodo iniquitatis defensio. Aequo enim certamine nos certamus cum domino, cum defendimus quod odit, cum nobis placet quod displicet illi. Magna quippe differentia inter superbũ & humilem peccatorem: cum illum despicit, hũc respicit: quia humilia respicit, & alta à longè cognoscit. Quando sanari poterit qui medicum spernit, medicinam conculcat, & infirmã substantiam contrariorum receptione succendit? Tu dicis malum bonum, amarum dulce, tenebras lucem, & in creatorem refundis iniurias: vt quod laudauerit, tu vituperes: quod vituperauerit, tu laudes. Non est hoc palpatiua dissimulatione tacendum quòd viderim quosdam vestrum tantis impatientiæ stimulis agitari, vt ad primas correptoris voces non solum excusationem & defensionem exhibeatis, sed & nisi disciplinalis vigor obuiauerit, ad tumultus & iurgia prosiliatis. Hæc est impietas maxima in deum, & delictum maximum: quod vir simplex & rectus, & puer domini summa circunspectione deuitat. Elegantissimam super his comparationem inducit propheta, quam de sacrario sancti spiritus asportauit. Ibi, inquit, habuit foueam hericius. Hericius
Esaiæ.34. ita confertissima spinositate densatus est, vt vndiq; punctionibus & aculeis vestiatur. Cum verò se solitudinem adeptum
I putat, caput aperit, exerit pedes, & viuificatorios motus plana deambulatione demonstrat. Si quis superuenerit, statim celerrima velocitate caput cum pedibus in interius absconditorium reponit: vt si tenere volueris, prius videas sanguinem tuum quàm corpus suum. Sic & peccatoris caput cum pedibus, intentio cum actione, à pastorum solicitudiue prospectatur: & quod fere omnium peccãtium vitium est, cum ab omnibus videatur, à nemine existimat se videri. Si vitium resecare studeas, & intentionis ingressus cum actionis egressibus correctiuis deprehendere: statim Ciceronis eloquentia renouatur, excusatur & defenditur quod opponis, accusaris & offenderis qui proponis. Interrogat de loco & de tempore quando factum fuerit, & nouus dialecticus exerta lingua prorumpit in medium. Parentes aduocat, patrocinatores quærit, grauari se iudicat, indicat se recessurum, malle mori, quàm pati talia, & quæ vidisti negans, & quæ non vidit in te conuitia retorquens: sic spinam sentis, & culpam perdis, odium incurris, nec corrigis: & quem totum tenere putabas, totum amittis. Vides quàm multiplici cumulositate riuus iste omni homini, & maxime nostro ordini se infundit. Quintus est exultatio in peccatis. O detestanda lætitia, & in sempiterni doloris tristitiam demutanda, in peccatis sicut in virtutibus exultare. Nónne latrocinãtes & facinorosi quique cum votorum plenitudinẽ assequũtur, non se capiunt præ gaudio, ita etiam vt audeant ipsi diuinitati gratias immutire? Qui cum malefecerint, lætantur &
Prou.3.c *Prou.139.c* exultant in rebus pessimis. Cadent super eos carbones, & in ignem deiiciẽtur. Sed riuus iste quàm vndosa refluxione mi- K
seros animantes effundit, melius conscientia, quàm eloquẽtia cõprehendit. Sextus est alios docere ad malum. Hæc doctrina de cathedra pestilentiæ deriuatur, quam detestatur & reprobat qui docet hominem scientiam. O quàm in vanum accipit animam suam, qui aliorum animas venatur ad mortem, qui trahit peccata sicut restem longam, qui miscet sanguinem sanguine: cui nõ sufficit vt intereat in seculum seculi, nisi & alios ad interitum pertrahat sempiternum. Scitis enim quia multa vitia tenerrimis ætatibus imprimuntur, quæ postea in magno corpore vix mitigare, nedum extirpare quisquam possit. Infelices magistri, qui huiusmodi plantaria plantauerunt, explantabuntur ab illa cœlesti plantatione, quam plantauit pater ille cœlestis. Quis gloriabitur se huius riui torrentibus non fuisse vallatum? Septimus est in omnibus his malis perseuerare. Hic peccator demersus est & absorptus, & clausit super eum puteus os suum. Cum enim nõ leuat oculos ad cœlum, nec recordatur iudiciorum iustorum, mortuus est, & sepultus in sepulchro conscientiæ suæ. *Eccl.17.b*
Tunc à mortuo tanquam qui non est, perit confessio: tunc *Prou.18.d*
peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit.
Hic est in extremo fluminum Aegypti, & multitudo miserationum domini tollitur ab oculis eius. O flumen malum, ri- L
ui pessimi, riui exterminantes. Hac nocte dominus eos calceatus pertransiuit, cum in virginali substantia puram carnẽ & omnium prætaxatarum pestium immunem accepit, illo calceamento calceatus quod in Idumæam extendit, cuius corrigiam soluere non potuit magnus ille Baptista. Misit de summo filium suum, & accepit me in vtero virginis, & sic tandem assumpsit me & de profundis aquarum. Percutiemus & eos, si cogitamus pro peccato nostro, si prohibeamus linguam à dolo, si declinemus à malo, & faciamus bonum: si confiteamur aduersum nos iniustitiam nostram domino, si dolor noster sit semper in conspectu nostro, si doceamus iniquos vias domini, & semper laus eius sit in ore nostro. Et vt de arte sutoria nostris moribus aliquid consuamus, habeamus calceamenta densa, & subtiliter consuta, quæ possint aquas obuiantes excludere. Faciamus carnem nostram firmam & confixam timore domini, quæ libidinis humorẽ excludat: & excocta tribulationibus, atque ita densata, fiat vter nouus ad conseruãdum vinum nouum, de quo *Psal.118.c*
dicitur: Quia factus sum sicut vter in pruina. Sed iam corda & corpora vestra ad suscipiendum filium virginis præparata dimittamus in pace, & omnes in commune lumen ad re- M
uelationem gentium innocentibus brachiis amplectamur, qui est benedictus in secula. Amen.

De sancto Stephano ex lectione Actuum apostorum.

ADhuc filium virginis habemus in manibus, & obsecutoria delinitione vagientis dei honoramus infantiam. Ducit nos virgo ad veneranda cunabula, & speciosa præ filiabus hominum, ad speciosum forma præ filiis hominum: benedicta inter mulieres, ad benedictum inter homines nos conducit. Submurmurat nobis in aurẽ si fortè domus exasperans audiat & quiescat, reuelata esse velamina prophetarum, & cõpletum cõsilium dei. Videte miraculum matris domini: quia creatura erat creator creaturæ, scintillat sydus, magus adorat, exultat polus, tellus resultat, gloriantur angeli, pastores aggaudẽt, virgo parit, nascitur deus, & cœlorum luminaria clariori lumine lumẽ exortũ in tenebris pro- *Psa.126.b*
sequuntur. In istis bonis versamur: beatus vir qui impleuerit desiderium suum ex ipsis. Scio quia dulce nobis in principio erat verbum, dulcius verbum caro factum est, dulcissimum verbum in cruce suspensum. A tanto puerperio quis insanus oculos nostros amouere nedum auellere præsumat, nisi ipse *Can.6.c*
iubeat, qui dicit: Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt? Ecce dum osculatur nos osculo oris sui, dum tantis miraculis & stupidos nos facit & attentos: Stephanus plenus gratia & fortitudine, facit prodigia & signa magna in populo. Nunquid æquum est derelinquere regem, & ad mi-

A lites oculos detorquere? Nequaquam, nisi imperauerit imperator. Surgit ipse rex filius regis, sed lapidantium aciem interrumpens, triumphatoris certamini nõ sine dolore cordis assistit. Videt opprimi primum & primicerium purpuratæ cohortis grandinaria lapidum densitate, fontes sanguinis de corpore protomartyris ebullire. Videt quia vniuersa debacchatio redũdat in ipsum, & ipsi soli improperia exprobrantium cumulantur. Vbi pietas & misericordia tua domine, si non compateris patienti? vbi æquitas & iustitia, si non iudicas & vindicas de populo lapidante? Curamus ad spectaculum ad quod currit qui exultat vt gigas ad currendam viam, & videamus quibus armis armatus vexillifer martyrum in campum pugnaturus descendit. Et vt diligentius eluceſcat singularis martyrij prærogatiua, reuocemus ad memoriam apostolicorũ actuum descriptionem, in quibus hiſtoricis & figurabilibus dictis cõuersio & passio belligeri militis continetur. Stephanus, inquiunt, plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Non paruum latet hic mysterium, nec vilipendenda simplicioris scripturæ manifesta positio. Ad virginem quippe loquens angelus, verba de cœlestibus scriniis sumpta, nec alterius nisi ipsi⁹ dei spiritu fabricata, noua salutatione portat. Nulli dubiũ quin omnium verborum excellant altitudinem, vtpote de
B melioribus disciplinis sancti spiritus euoluta: quorum annũciatione confœderandum erat illud vnicum sacramentum verbi & hominis, diuinitatis & carnis. Aue, inquit fortitudo domini, plena gratia. Quid autẽ de Stephano? Stephanus plenus gratia & fortitudine. Nónne Lucas eisdẽ penè literis de vtrisque eloquitur? Sed licet longe excellẽtior modus in virgine prædicetur, secundariò tamen laudatur in martyre. Habet igitur gratiam Stephanus sublimiori genere, quàm reliqua martyrum multitudo. Plenus gratia refertur scilicet & cumulatus, quod raro in scripturis canonicis subtilis inquisitor inueniet. Iungitur gratiæ fortitudo, infuso spiritu libertatis. Ignitus animus in vocem veritatis erumpit, nec patitur vllo pacto rigorem iustitiæ submitti aliquando vel dimitti. Sic loricatus gratia, & hasta fortitudinis sapienter infrendens, faciebat prodigia & signa magna in populo. Ille potest prodigia & signa facere, in quo gratia & fortitudo sedem firmissimam statuerunt. Sic Stephanus ad homicidas, ad legis adulteros, ad crucifixores filij dei patris loquitur, genti peccatrici in Aegypto, populo graui iniquitate in deserto, semini nequam in terra promissionis, filiis sceleratis in morte saluatoris: Dura, inquit, ceruice, & incircũcisi corde & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis. Surrexerunt quidam de synagoga, synagoga vtique satanæ, & vtique con-
C globabantur, vel ad conuincendum, vel ad occidendum. Faciunt impietatis parietem vnum: squama squamæ coniungitur. Sibilant sibi serpentes adinuicem, conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Velit nolit, cedit impietas pietati, veritati error, stultitia sapientiæ, spiritui sancto præsumptio & vanitas spiritus humani. Nõ potuerant resistere sapientię & spiritui qui loquebatur. Non dixit, non volebant (quod rationabilium & perfectorum est) sed, non poterant: vbi menti malæ facultas tollitur, non voluntas mutatur. Redarguebantur, ait, ab eo cum omni fiducia. Fiducialiter agit, nec mutat nec mutatur mens imperterrita, quæ magis iustitiam quàm vitam, fidem quàm sanguinem, mortem quàm iustitiæ taciturnitatem elegit. Concurrentes capiunt eum, adducunt in consilium: & gaudent eum intra sua retiacula reclusisse: sed frustra iacitur rete ante oculos pẽnatorum. Tunc vox liberior & ex eorum codicibus sermo exacuitur veritatis, totúmque martyrem rapit sibi spiritus dei, & ex eius ore sonantiori organo modulatur. Apparet ei vna facies scripturarum, & veteris instrumenti dispendia in compendiosam redigit breuitatem. Replicat promissiones & beneficia dei, murmurationes & maleficia populi: bona præstita, reddita mala: ad extremum diuini sanguinis expro-
Psal.105.b Probrat effusionem, refractarios spiritus, duros ceruice, incircuncisos corde & auribus: & sublimi voce homicidas & proditores appellat. Non veretur conuenticula congregata de sanguinibus, & inter manus quærentium animam eius, de liberiori iustitia cacumen veritatis ascendit. Dissecantur cor- D
dibus, & strident dentibus in eum: concipiunt dolorem, & prope est vt parturiant iniquitatem. Mirum quòd non reuocantur insueti nouitate miraculi, quòd luminosa protomartyris facies non refrænat insanos. Videbant, inquit, faciem eius tanquam vultum angeli stantis inter illos. Quid est, ô insensati? Lumine vultus dei insignitur gloriosius Leuita, & vibranti splẽdore Stephanus serenatur, & reuerberantur oculi vestri, & tamen inuidiæ magnitudo visionis maiestatem occludit. Respondeant in diuinorũ voluminum euolutione vbi reuoluerint hominem in terris positum vultum angelicum induisse: & cum in vtrisque legibus vel rarò vel nunquam inuenerint, obstupeant gloriam triumphantis. Sequitur: Cum autem esset plenus spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam dei, &c. Mirum dictu, & totius supergressio creaturæ, intendit in cœlum. Videt iam nõ cœlos, sed apertos cœlos, videt gloriam dei: Iesum stantem à dextris virtutis dei. Mouet me hæc intentio, quæ de cordis puritate refusa vim facit cœlis, & ad ipsius diuinitatis cõsistorium penetrat & attingit. Cœli aperiuntur, gloria dei videtur: Iesus conspicitur stans non solùm à dextris dei, sed à dextris virtutis dei. Hanc intentionem fecerat abiectio mundi, contẽptus sui, cordis munditia, dilectio dei, proximi amor, veritatis defensio, desiderium Christi. Retorquẽda essent hæc omnia ad
E communes flosculos moralitatis, nisi esset excellẽtia martyris commendanda, felices oculi, subtilis visus, visio gloriosa. Simúlque signanter recollige positionem verborum. Plenus est spiritu, & sic intendit in cœlum, quia in spiritu afflatur, cõculcatis terrestribus, cœlestibus inhiat & æternis. Post hæc aperiuntur cœli, nullàque prætermissa vel clausura quam non transuolet aut irrumpat mens illi summæ menti affectanter inhærens. Aperiuntur ergo cœli, & puto quod omnes cœli: eorúmq; apertionem sequitur visio gloriæ dei, & videtur dominus deus stans à dextris virtutis dei, ne patre minor esse putetur. Stat cum stante, cum bellante bellat, quia lapidatur in lapidato. Non mediocris stupor inuoluit me, vtrum primitiuus flos martyrum oculis corporeis an incorporeis ista perspexerit. Grande quidem miraculum si mentali intuitu stellantibus se immersit arcanis, si mundicordes oculi tam solennem inspexerint visionem. Quòd si corporalibus, certum est hunc omne hominum genus disparilitate gratiæ præuolasse, & pennis fidei & virtutum, incorporea corporeis etsi non comprehendisse, apprehendisse tamen. Nihil audeo temere diffinire, vel ex abrupto præcipitare sententiam, cum finitiuam super istiusmodi regulam me legisse nõ meminerim: securius tamẽ sequor apostolum, imò spiritum dei in apostolo, qui cum summa verborum libertate magis securæ ambiguitati, quàm periculosæ diffinitioni ista com-
F mittit, Siue in corpore, inquit, siue extra corpus, nescio, deus scit. Exclamant statim clamore horribili, continent aures *1.Cor.12.d*
suas, & eas obstruunt veritati, impetum faciunt vnanimiter in eum, facti amici in morte illius: & eiicientes eum extra ciuitatem, lapidabant. Eiicitur martyr extra ciuitatem sanguinum, in qua prius iustitia habitauit, nunc autem homicidæ: de qua dicit sanctus: Quoniam vidi iniquitatem & con- *Psal.54.b*
tradictionem in ciuitate. Hæc est ciuitas quam die ac nocte circundat iniquitas, & cætera quæ sequuntur. Ciuitas castellum despectiuè vocata, quod contra apostolos & apostolorum dominum durissimis infidelitatis vectibus munitũ est. Extra portã ciuitatis huius passus est dominus, extra eam lapidatur seruus exiens ad eum extra castra, & portãs similitudinem improperij eius. Deponuntur vestimenta martyris ad pedes persecutoris, qui attactu sacrarum vestium, & orationibus lapidandi fuerat conuertendus. Et lapidabant, inquit, Stephanum inuocantem & dicentem: Domine Iesu accipe *Act.7.g*
spiritum meum. Currunt illi ad lapides, & ille ad preces. Lapides lapidem percutiunt, sed lapidẽ molliorem, de quo fluit oleum charitatis, & tinnitus redditur pietatis. Domine Iesu, *Ibidem.*
inquit, ne statuas illis hoc peccatum. Rogat susc ipere spiritum suum, spiritum vtiq;, & sanctũ: illum quẽ signãter quasi quoddã signaculum apostolus in homine præcipit conser- *1.Thes.5.d*
uari: Vt integer, inquit, anima & spiritus & corpus in die do

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gmini fine querela seruetur. O quanta pietas, quãtus affectus, & ardentissimæ charitatis integritas! Rectè martyrij florem iste sibi præuendicat, in quo similitudo domini pendentis in cruce mirabilibus formulis est impressa. In ligno enim spinis coronatus, lancea cõfossus, cruci affixus, dissimulat illum vnicum dolorem, & obliuiscitur mortis vicinæ, nouum introducturus exemplum, aperit latitudinem charitatis, & apertiori campo terminos traditę legis amplificat, iam nõ solum amicus amicis, sed velint nolint amicus pariter inimicis.

Luc.23.c Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non potuit esse inefficax oratio morientis: vnde & inimicorum numerositas ad numerum amicorum trãsiuit. Vide quàm recto cursu Stephanus etsi non æquat, sequitur tamen redemptorem. Volat saxorum imber, & fortissimis inuidorum manibus loca vulnerum duplicantur: sed patiẽter patitur coronatus noster, de corona nominis ad coronam regiminis trãsferẽdus, Nescit affectum carnis, & mortis horam ignorat, &

Act.7.g vide quod deliberat faciendum. Positis, ait, genibus exclamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Clamat voce magna, quia magna vtiq; charitate. Positis genibus, quia vera & humili simplicitate pro se orãs stat & erigitur: pro lapidantibus flectit genua. Quis audiuit vnquam talem? Et quis vidit huic simile? Plus dolet persequentium peccatum, quàm sua vulnera: illorum iniquitatẽ, quàm

H suam mortem. Et cùm hoc dixisset, obdormiuit in domino.

Ibidem. Felix somnus cum requie, requies cum voluptate, voluptas cum satietate, satietas cum securitate, securitas cum ęternitate. Obdormiuit, inquit, in domino, absorptus in claritatis abyssum, & inter dei sui brachia requiescens. Sedebat à dextris dei dominus Iesus, sed primo martyri martyrum caput. Recolitis quod illa ecclesiæ lingua (Augustinum loquor) de hoc martyre senserit, quem post mortẽ septem mortuos asserit suscitasse. Eia vos qui Leuitali ordine præfulgetis, cantate huic canticum nouum, & tantæ festiuitati festiuis vocibus inclamate. Fortassis concinentibus etiam suggeret de vobis domino suo iudici vestro, Ne statuas illis aliquid ad peccatum, qui es deus benedictus in secula. Amen.

Sermo cuiusdam in Cœna Domini.

Psal.77.c PAnem angelorum manducauit homo. Non lateat vos verendi sacerdotes, seriem hanc vobis recitatam, verbis succinctam, sensuum spiritualium maiestate apprime forè fœcundam. Vobis autem potissimum incumbit præ cæteris audire quod proponimus, nec solum audire, sed fidelius reponere, & tanquam animalia munda propensius debetis

I ruminare. Beatus ille Dauid prophetarum eximius, deo viuenti charissimus, in spiritu ante sedentem in thronis raptus, legerat in quodã promptuario mysteriorum, quæ & quanta dominus naufraganti mundo per vestrum clementer erat

Ibidem. exhibiturus ministerium, qui cœlestis consilij factus interpres, gratulando cecinit: Panem angelorum manducauit homo. Vnde ad exprimendam rei tam fructuosæ certitudinem dilucidè signauit præteritum pro futuro. Panem, inquiens, angelorum manducauit homo. O stupenda dei miseratio: verbum carnem, deus cinerem, figulus lutum, vita morticinum induit, vt iumenta manducarent panem angelorum.

Psal. 48.c Homines iumenta erant. Homo enim cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Non est indignum, imò festiuum recolere, in quanta sublimitate homo conditus fuerit. Sed operę precium est consequenter attendere quàm grauiter corruit minus pensando quid ex se, vel quid esset ex deo. Primus nãque parens noster paradisi accola constitutus est, dominus terræ stabilitus est, ciuis supernæ Hierusalem designatus est, domesticus domini factus est: cuius amore & agnitione ditatus est consors angelorum, frater & cohæres cœlestium virtutum, nihil prorsus indigentiæ, nihil sentiens molestiæ: cui erant in promptu quæ postulabat, non dico necessitas, sed etiam pia voluntas, cum nihil esset in anima quod offenderet, nihil in carne quod puderet. Hic honor & hæc erat dignitas hominis, prosperari & florere in præmissis. Et hæc ex Deo. Sed positus in honore quid ex se foret non intellexit, K limus videlicet, puluis, folium aridum, stipula sicca, lutea & fragilis testa, pellis morticina: sed intumuit, & planè desipuit honoris fastigio delectatus. Et continuò in se expertus est quod tanto post tempore homo de filiis captiuitatis & prũ- *Gala. 6.d*
dentes aduertit, & veraciter protulit, dicens: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Væ misero, quòd non *Eccl. 10.b*
fuit qui iam tunc diceret ei: Quid superbis terra & cinis? Repentina igitur couuersione seipsum inuenit homo propter infirmitatem iacentem in stabulo. Stabulum quid est? Mũdus est. Et propter pecorinam similitudinem indigẽs erat fœno. Eapropter cibus cœlestis mutauit se in pabulum pecoris homine mutato in pecus. Panis enim angelorum factus est fœ- *Ioan. 1.b*
num: vnicus patris, filius hominis. Verbum quippe caro fa- *Esa. 40.b*
ctum est. Et iuxta prophetam, omnis caro fœnum. Comedũt igitur angeli verbum de deo natum: comedũt homines verbum fœnum factum. Pane suo viuunt angeli in cœlis, & beati sunt: fœno suo viuunt homines in terris, & sancti sunt. Fœnum quippe istud de prato virginalis vteri collectum, factũ est refectio iumentorum. Verbum vt fœnum fieret, latuit in virgine, sol in sydere, artifex in opere. Hoc autem liberalioris excellentiæ donum cõtulit nobis primo in loco sacrosanL cta verbi patris incarnatio, & vos secundario de die in diem nobis exhibendo ministratis ex collatæ potestatis officio. O præclara, ô reuerenda potestas vestra. Certè non est potestas post deum sicut potestas vestra. Forsitan scire vultis, & audire dectat apertius, quænam sit ista tanta potestas, cui nihil in cœlo vel in terra valeat comparari. Ad quod ego: Consecrate videlicet corpus & sanguinem domini. Super potestate vestra, super tam insigni spectaculo, super tam solenni dignitatis vestræ priuilegio stupet cœlum, miratur terra, cõtremiscit homo, reuereatur plurimum angelica celsitudo. Sed vnde hoc nobis piissime Iesu, vt nos vermiculi reptantes super faciem terræ, nos inquam qui puluis & cinis sumus, te præsentem habere mereamur præ manibus, præ oculis, qui totus & integer sedes ad dexteram patris? Qui etiam vnius horæ momento ab ortu solis vsque ad occasum, ab aquilone vsque ad austrum præsto es omnibus, vnus in multis, idem in diuersis locis. Vnde hoc, inquam? Certè non ex debito vel ex merito nostro, sed ex voluntate tua, & dulcedinis tuæ beneplacito. *Psal. 67.b*
Parasti enim in dulcedine tua pauperi deus. Pauper est genus humanum, cui bonum istud cœlitus indultũ est. Hæc est verè indulgentia cœlestis, hæc. est verè cumulata gratia, hæc est verè superexcellens gloria, facerdotem deum suum tenere, & aliis dando porrigere. O nouam & diuinam potestatem, cuM ius ministerio panis angelorum & vitæ, mortalibus quotidie præparatur. Panis iste per excellentiam dicitur eucharistia, id est bona gratia. In hoc enim sacramento non solùm quælibet gratia, sed ille à quo est omnis gratia, sumitur. Christus enim pro salute mundi semel factus est hostia salutaris, reconciliatio generalis, & omnibus sacramentis tam præcedentibus quàm subsequentibus virtutem dedit & efficaciam, vt *Apo. 13.b*
tanta & tali hostia sanctificarentur omnes liberandi per illam. Vnde legitur quia agnus occisus est ab initio seculi, his videlicet qui fuerunt ab initio: ita vt per hoc quod dicitur, ab initio, determines nõ tempus occisionis, sed salutis. Prius enim mors eius profuit, quàm fuit. Prius promissio, ac deinde exhibitio. Ab initio ergo seculi occisus est. Benignissime Iesu nobilissimæ sponsæ tuæ dotalitium indulsisti, vt vel sic teneret columba tua dulcissimum memoriale dilecti sui. Christus enim pridie quàm pateretur, discipulis suis huius sacramenti formam præscripsit, efficaciam exhibuit, id est fieri præcepit. Formæ præscriptio in pane & in vino. Notate ordinem. Cum adhuc cœnaretur, à cœna surrexit, discipulorũ pedes dominus vniuersorum lauit, dehinc ad mẽsam regressus ordinat sacrificium corporis & sanguinis sui, seorsum pa- *Mat.26.d*
nem, seorsum tradens & vinum. De pane ita dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. De vino etiam sic: Bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Effundetur dictum est, quia passim & viliter, quem vtique punctureę veprium, fossio manuum & pedum cũ clauis, lateris apertio cum lancea militari.

Ati fortius exprimentes, ad modum torrentis fuderunt extrinsecus. Erátque ille sanguis preciosior cariorque balsamo, per quem sordium nostrarum facta est mundatio. Nota. Christus in cœna illa munerans & munus, cibans & cibus, conuiua & conuiuium, offerens & oblatio. Audistis formam sacramẽti: audite efficaciam & cõmunionem corporis & sanguinis do-
Ioan. 6.f mini. Et nos Iesu Christo, & Iesus Christus nobis in vnitate fœderatur inenarrabili, sicut ipse dicit: Qui manducat carnẽ meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. De bonis & dignè sumentibus hoc sentiendũ est, non, de flagitiosis & pessimis. Sanè in mensa vna in cœna domini, de vno pane consecrato Petrus & Iudas accepit: bonus in vitam, pessimus in pœnã. Bonus in beneficium, pessimus in testimonium. Bonus in salutem, pessimus in mortem. Quod totum vsque adhuc in ecclesia completur in sacramento altaris: bonis quidem in bonum sumentibus, canibus verò & immũdis non sic. Canes sunt qui irreuerenter accedũt, & ideo iudicati abscedunt. Qui enim secundum carnem viuũt, & post carnalia euagantur, catena vitiorum compediti, cum Iuda proditore venenum accipiunt, spiritualis suspendij laqueum incurrunt, grauissimè damnandi tum pro multiplici reatu, tum pro sacramenti contemptu, quod reuera accipiunt, sed essentia, non salubri efficacia. An non discernet inter glebas qui
B discernit & inter stellas? Examinabit certè argentum, qui ipsum quoq; aurum probauit & reprobauit. Ecce audistis fructum & vtilitatẽ bonorum, audistis etiam & expauistis (vt credo) ad perditionem malorũ: audite modo, & obstupescẽtes admiramini: nulli angelorum, nullis spiritibus supernis, sed hominibus, nec tamen omnibus, sed ordini vestro tantũ mandatam esse tanti sacramẽti celebrationem in altari, quod
Luc.22.b Christus fecit manibus suis in cœna paschali. Expositis igitur forma & efficacia sacramenti, restat dicendum quibus in verbis mandauerit Christus illud celebrandum: Hoc facite, ait in meam commemorationem. O verba nimis affectuosa. O verba pũgitiua & penetratiua vsque ad animam. Hoc fa-
Psa.144.b cite, inquit, in meam cõmemorationem. Propheta etiam dicit: Memoriã abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. O summè pia & verè suauis memoria, annunciare mortem domini donec veniat. Mors Christi opus sine exemplo, humilitas sine modo, donum sine precio, & gratia sine merito. Hãc propter nos subire voluit, qui peccata nostra super lignum sustinuit in cruce sua, scilicet pœnam peccatorũ, cuius liuore sanati sumus. Quid facis homo indigne? Quid facis homo ingrate? Adora deuotius, & recole frequentius in sacramento altaris salutem mundi pro te passam, vitam pro te mortuam, fortitudinem infirmatam. Si membrum Christi es, cõpatere
C capiti tuo. Si frater Christi es, commorere fratri tuo. Plange, dole cum gemitu & lachrymis super mortem preciosam vnigeniti dei patris. Alioquin si non doles, si non plangis, si non compateris, deliras, degeneras, beluam sapis, letargiam pateris, hominem diffiteris. Cæterum vt amplius mouearis, imò vt magis incalescas in amorem tui redemptoris, voluit Christus vt iugiter coleretur per mysterium, quod semel offerebatur in precium: & illa perennis victima viueret in memoria, & presens esset semper in gratia. Quod & ita est. Licet enim recrudescat peccatum in multis, generalitas tamen originalis culpę ita prorsus ablata est, Leuiathã verme venenato in virtute fulgurantis hastæ mortis Iesu Christi transfixo, vt ad expiationem eorũ quæ quotidie admittuntur, Christum denuo non oporteat crucifigi, imò sit omniũ sufficiens medicina, si per fidẽ & imitationẽ præteritę mortis habeatur memoria. Christe Iesu, mortis tuæ memoria tanquam opus
Eccl.50.b pigmentarij, quasi thus redolens in diebus æstatis, quasi regio aromatum quam purgat æstus solis, & quasi flores rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquę. Gratulare sponsa, gaude incomparabiliter: præsidentem habes & rectorem sponsum in præsentis exilij militia. Pignus habes, arram tenes, quibus feliciter sponso vniaris in patria. Gloriosa & amabilis sponsa, in terra sponsum habes in sacramento, in cœlis habitura es sine velamẽto. Et hic & ibi veritas: sed hic palliata, ibi manifesta. Hic vtique sponsum habet ecclesia suo ordine, nondum puritatis maiestate, vel æternitatis securitate. Hic reuera quasi dulce præludium, & D iucunda desponsatio: ibi nuptiale conuiuiũ, & beata fiet conIunctio, cum de fide ad speciem, de mẽse ad mensem, de sabbato ad sabbatum, de calore panum ad æternalis cõuiuij calorem transibimus. Vnde suspirat sponsa, & dicit cũ Moyse: Ostende mihi teipsum. Nec immerito. Ipse enim Iesus qui *Exod.33.b*
dulcis est in voce, dulcis in facie, dulcis in nomine, dulcis in opere, dulcior apparebit in deitatis visione. Verè dulcis in voce, de cuius ore lac & mel procedit. Diffusa est enim gratia in labiis suis. Vere dulcis in facie, speciosus enim est non solùm præ filiis hominum, sed etiam præ millibus angelorũ. Vere dulcis est in nomine. Dulce enim nomẽ & suaue Iesus, consecratũ ab æterno, nunciatũ ab angelo, prophetatũ Salomonis oraculo, qui ait: Oleum effusum nomen tuum. Non *Cant.1.d*
autẽ aliud nomen est in quo saluari oporteat. Ipse enim salus *Matt.1.d*
est, qui saluum faciet populum suũ à peccatis eorum. Dulcis in opere, in celebratis miraculis, in peccatoribus cõuersis, in sacramento preciosæ mortis, quod humanæ blanditur infirmitati. In hoc enim charitas præfulsit, pietas magis emicuit, gratia plus radiauit. Cæterũ longe dulcior erit in deitatis visione, quando manifestabit seipsum residens super soliũ præ omnibus excelsum. Tũc satiabitur desideriũ nostrum: quod propheta desiderans aiebat: Tibi dixit cor meum, exquisiuit *Psal.26.c*
te facies mea, faciẽ tuam domine requiram. Quid enim mihi *Psal.72.d*
est in cœlo, & à te quid volui super terrã? Et alibi: Adimple- *Psal.15.c*
bis me lætitia cum vultu tuo, Vnde preciosior dicitur faciei E visio, quàm speculi frequẽs imaginatio. Nõ enim pari omnino iucũditate sumitur cortex sacramẽti, & medulla frumenti, fides & species, memoria & præsentia, æternitas & tẽpus, speculum & vultus, imago dei, & forma serui. Hic autẽ ambulamus per fidem, necdum per speciem. Interim deliciari & gaudere debemus in sacramento altaris, in cuius cõfectione fidelis minister inuenit seipsum in medio patris & filij & spiritus sancti, astantibus etiam ex omni latere supernis ordinibus. Sacramẽtum prænobile, mysterium superexcellẽtis gloriæ affectat & requirit plurimùm festiuam celebritatem tam illustrium personarum. Quicquid de ascensu sacerdotis in illa hora seu profectu cogitari potest vel dici, longe infra dignitatem veritatis est. Ibi deliciatus animus boni sacerdotis seipso altior effectus, conatus, festinat, ascẽdit, crescit desiderium: & quãto magis sursum tollitur, tãto amplius extenuatur, ita vt omnẽ terrenæ concupiscentiæ nebulam euaporãs, totus spiritualis hominem in homine exurat, & in abscondito faciei domini glorietur. Nec enim ab intuitu propitiatorij in sancta sanctorum mens pia thurificans, & deuotio sacrificans prohibetur: sed rari sunt quos ad profunditatis huius cardines puritas admittat, quos ad huiusmodi culmẽ sanctitatis integritas rapiẽdo sustollat. Videt itaq; minister sanctus & sentit deum spiritualiter, qui pater est omniũ per creationem, suum specialius patrem esse per dignationem, quia ipse F pater est omnium pupillorum per gratiam: quibus videlicet mortuus est pater nequam, id est mundus, & mortua est mater pessima, id est carnalis concupiscentia. Beatus qui dicere audet, qui dicere potest: Pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Videt quoque & sen- *Psal.26.*
tit filium dei fratrem suum amantissimum esse, qui paruulus pro nobis factus, frater reuera est paruulorũ, id est humiliũ: Narrabo, inquit, nomẽ tuũ fratribus meis, in medio ecclesiæ *Psal.21.c*
laudabo te. Videt & sentit spiritum sanctum à patre & filio procedentem, domesticum sibi esse fautorem, & defensorem suum, quia ipse consolator est vere pœnitentium, aduocatus in se sperantium. Videt iterum & sentit angelicos spiritus profectibus suis applaudẽtes, & vt conciuis ipsorum ascribi mereatur, ardentius inhiantes. Ista ecclesia promptuarium quidem est eorum qui in cœlis cõscripti sunt. Huic ecclesiæ illa quæ suspensis organis ad deum suspirat adhuc super flumina Babylonis, originali cognatione coniungitur, & naturali affinitate moribus & votis vnitur. Ab eo vtiq; ministro qui huiusmodi est, vitulus saginatus integer ac perfectus, agnus anniculus plenus & immaculatus cum omni suauitate, dulcissimo sapore, gratissima iucunditate percipitur, & sumptus nõ cõsumitur. Cibus enim vitæ est qui de cælo descen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdit. Potesne æstimare quale vel quantum est hoc sanctũ sanctorum, & sacramentum sacramentorum, amor amorũ, dulcedo omnium dulcedinũ? Hæc sunt verè festa Paschalia, hæc sunt gaudia & fercula vitalia iustorũ, hæ sunt spirituales deliciæ iustorum & sanctorũ. Hic bibũtur in loco vberi torrẽtes lactis, flumina mellis, liquores balsami cœlestis. Hic efficitur vna caro sponsa cum spõso, vnus spiritus sancta anima cum Christo, Experientia horum & similium, spiritus & vita est: nec animalis homo hotũ sensu fruitur vel accessu. Amici spõsi, id est boni episcopi, boni abbates, & cæteri timorati & religiosi viri, gustauerũt & plenissimè sunt experti quod nos dicimus. Ideoq; ad mensam altaris frequentius accedũt omni tempore candida facientes vestimenta sua (id est cõrpora) prout possunt melius, vtpote deũ suum manu & ore contrectaturi, & colloquenté sibiipsis audituri. Ibi enim celebratur familiare colloquium inter deum & Moysen amicum suum, id est bonum & fidelem ministrum. Cæterum sermo ille non est sonans, sed penetrans: non loquax, sed efficax: nõ obstrepens auribus, sed blandiens affectibus. Sermo ille non popularis, sed angularis & priuatus. Non sonat in foro, non auditur in publico: secretum consilium, secretum quærit amicum. Auditui proculdubio gaudium dabit & lætitiam, si sobria cordis aure percipitur. Audi, inquit dominus, Israël, &
H tace. Respondit fidelis amicus & fidelis seruus piæ familiaritatis ausu, nõ tamen vocali plausu, sed suaui planctu, dicens
1.Reg.3.b cum Samuele: Loquere domine: quia audit seruus tuus. Et
Psa.84.b cum propheta: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Certè ibi loquitur Christus cum ministro suo. Pensa, inquit, iugiter, repone fideliter, amplectere suauiter quod vides, quod agis, quod tenes, amplectere inquam, piæ recordationis affectu, & pię imitationis effectu, sciens quoniam talia oportet te præparare. Apparatus mẽsæ istius, nõ hominis est, sed fidei: nõ facinoris, sed mysterij: nõ tẽporalis alimenti, sed æterni. Qui sum auctor muneris, ipse sum testis veritatis. Altare cui assistis, quã pro te sustinui repræsentat crucẽ, & calix sepulchrum in quo mortuus quieui, patena lapidẽ superpositum, corporale sudarium, subꝰtratoria corporalis, linteamina quibus inuolutus fui. Hostia quam vides, iã non est panis, sed caro mea quæ pependit in cruce pro mũdi vita. Sanè mutatio ista benedictionis opus est, non originis. Virtus hoc facit, nõ vsus: effectus est potẽtiæ, nõ vsus naturæ: dignatio est, non ratio. Misericordia est, nõ miseria. Nõ cõmune, sed solũ: diuinum est, non humanum: pietatis sacramentum, nõ deitatis detrimẽtum. Hic pereat physicale nutrimentũ. Cibus iste non est ventris, sed mẽtis. Nõ est enim datus ad ruinas huius vitæ, quæ vapor est ad modicum parens, sed ad æternã vitam animæ conferẽdam. Iste est panis angelorum, qui nescit pu-
I trescere: non vadit in secessum, sed tendit in excelsum. Illuc
Ioan.6.f reducit hominẽ, vnde traxit imaginẽ. Caro autem mea verè est cibus. Similiter liquor iste quẽ vides, iam non est vinũ, sed sanguis meus, quẽ pro te fudi in precium, tibi reseruãs in altari poculum, in peregrinatione tua præsidiũ, in exitu de Aegypto conductum, in cœlo viaticum. Ego botrus carnis, pro
Ibidem salute tua portatus sum ad torcular crucis: inde eliquatũ est mustum tuæ redemptionis. Sãguis autẽ meus verè est potus. Mira sunt fratres, quæ de sacramento isto dicuntur. Fides est necessaria: scientia rationis superuacua. Sciẽtia ratione & intellectu colligitur: fides sola auctoritate inducitur. Augustinus contra Felicianũ: Hoc fides credat, intelligentia non requirat, ne aut nõ inuentũ putet incredibile, aut repertum nõ credat singulare. Hęc sunt fratres, quæ fidẽ necessario exigũt, rationẽ omnino nõ admittũt. Expetunt simplicem creditorẽ, arguũt impium discussorẽ. Et ideo credi oportet simpliciter, quod inuestigari non potest vtiliter. Hic est ille torrens quem transuadare nõ potuit Helisæus. Nolite itaque, nolite quærere quomodo fiat, nolite dubitare vtrũ fiat. Nolite irrueréter accedere, ne vobis ad mortem fiat. Deus enim est: & quãquam panis mysteria habeat, mutatur tamen in carnem. Deus & homo est, qui testatur panem veracitẽ fieri carnem
1.Cor.11.g suam. Vas electionis est, qui minatur iudicium nõ diiudicãti tam sanctam carnẽ. Idipsum ô Christiane de vino sentias, id honores in vino. Creator vini est, qui vinũ prouehit in sanguinem Christi. Doctor gentium est, cuius assertione mottẽ K
Ibidem. bibit, bibens indignè sanguinem Christi. Et sciendum quòd aqua mixta cum vino, notat vnionem membrorum cum capite suo. Aquæ enim multæ, populi multi. Tres autem portiones quæ in altari fiunt de corpore Christi, mysticam significationem habẽt. Est enim corpus Christi vniuersa ecclesia, caput scilicet cum membris: & inueniuntur in corpore isto quasi tres partes ex quibus totum corpus constat. Vna pars ipsum caput. Caput enim & caput est, & pars corporis similiter. Itaque caput ipsum, pars corporis vna est. Caput inquam, quod iam immortale & impassibile resurrexit, non moriturum neque passurum amplius, altera pars corporis est in membris illis quæ iam cum capite suo quasi in sabbato quiescunt in anima: immortalitatis vnam stolam possidentes quantum ad animas in cœlo. De talibus dicitur: Gaudent in cœlis animę sanctorum. Sunt igitur duæ partes istæ simul, caput scilicet, id est Christus: & altera pars corporis, id est boni defuncti, quorum corpora requiescunt in sepulchris, & animæ cum Christo sunt. Propterea in altari duæ partes reseruantur extra calicem quasi extra passionem: quia beati iam nullum sentiunt dolorem, quoniam hæc priora transierunt. Tertia portio quam in sanguinem ponimus, illam partem ecclesiæ significat, quæ calicem domini bibit, id est Christi passionem imitatur: cui in apostolis à domino dictum est: L
Ioan.16.g In me pacem habeatis, in mũdo pressuram habebitis. Odor, species, sapor, pondus, remanent ad mysterij ritum, & ad gustus suffragium, vt horror penitus tollatur, & meritum fortiatur. Etenim ne humana infirmitas esum carnis & potum sanguinis in sumptione horreret, Christus velari & palliari illa duo voluit speciebus panis & vini, quæ inter humani generis victualia quodammodo tenent ptincipatum. Nam ad literam quidem præ cibis omnibus cor hominis confirmat panis, & vinum lætificat. Sic itaque corpus & sanguinem suum sumenda proposuit, vt sensus in vno foueretur, in altero fides ædificaretur. Fouetur enim sensus in vno, dum solita tantùm & cõsueta prospicit: ædificatur fides in altero, dum oculo carnis vidente aliud exterius, oculus cordis aliud sentit & reueretur interius. Aliud enim latet, aliud patet. Posuit enim tenebras latibulum suum. Quemadmodum enim
Psal.17.b species illic videntur quorum res vel substantiæ ibi esse non creduntur, sic res veraciter & substantialiter creditur, cuius species nõ cernitur. Videtur em̃ species panis & vini, & substantia panis & vini non creditur. Creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi, & tamen species non cernitur. Proponitur igitur species panis & vini, vt doceatur plena & perfecta esse refectio in sumptione corporis & sanguinis M
Christi, plena refectio cibi & potus. Cibi autẽ & potus substantię principales sunt panis & vinũ. Cum autẽ vnum sit sacramentum, tria ibi discreta proponuntur, scilicet species visibilis, veritas corporis, & virtus gratiæ spiritualis. Aliud est species visibilis, quæ visibiliter cernitur: aliud veritas corporis, quæ sub visibili specie inuisibiliter creditur: atque aliud gratia spiritualis quæ cum corpore & sanguine visibiliter & spiritualiter percipitur à solis dignè communicantibus. Tria quippe in sacramento altaris attẽdere debes: speciem panis, veritatem carnis, virtutẽ gratiæ spiritualis. Vsque ad speciem panis sensus pertingit exterior: ad veritatem carnis fides interior: ad virtutẽ gratię spiritualis charitas superior. Speciem panis rodit aliquando sorex paruissimus: Christianus recipit etiam pessimus: virtutem gratiæ spiritualis nõ nisi prædestinatus recipit. Quod itaque videmus, species est panis & vini. Quod autem sub specie illa credimus, verũ corpus est & verus Christi sanguis, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere. Comestio itaque sacramentalis quantũ ad visibilem speciem, & quantum ad corporis Christi veritatem cõuenit bonis & malis cõmuniter. Sed est alia comestio (sicut iã diximus) bonorũ solummodo, quam per dei gratiam & per fidem ex dilectione operantem vitæ meritũ efficit, & affectus mentium in cordibus percipientium vel ministrantium, intercedente spirituali & subtiliori quadam vnione capitis & membrorum. Vnde est illud: Vt nobis fiat corpus & sanguis filij tui. Nobis, inquit, fiat. Fit enim proculdubio corpus domini

Amini in mensa altaris semper cũ solẽne illud celebratur mysterium ritu debito: sed non semper eis fit, per quos fit. Vnde illud item in canone: Vt quotquot ex hac altaris participatione sacramentum filij tui sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur. Non enim omnes qui corpus domini sumunt, ex participatione altaris spiritualiter illa benedictione cœlesti & gratia replẽtur. Vnde est illud: Vt quod temporaliter gerimus, æternis gaudiis consequamur. Item, Vt quæ visibilibus mysteriis sumenda percipimus, inuisibili consequamur effectu. Et multa in hunc modum. Hoc itaque sacramẽtum ab ęterno repositum, diabolo celatum, prophetis reuelatum, solicitudini vestræ creditum, debita est gratiarum actione prosequendum. O sacrum, ô cœleste ministeriũ vestrum, laudabile desiderium, insigne spectaculum, solenne miraculum. Deus qui mirabilis est in omnibus, seipso certe mirabilior quantum ad vos ostenditur, dum mirabiliora per vos operatur. Quid plura? Sacerdotes dei benedicite dominum, digna deo satagentes, ne vobis fiat in ruinam, quod digne
† Hic finẽ capiebat in codice manuscripto. sumentibus prouisum est ad medelam. † Sacerdotes dei non immerito vos dixerim, si vixeritis sacerdotaliter in domo domini. Non enim prouenit dignitas in hoc nomine, quod est sacerdos. Non inquam ex nomine, sed ex virtute: conuersatione, non officio: merito, non vocabulo: sanctitate, non ministerio. Vnde scriptura dicit: Sacerdotales viros quærimus,
B qui plures habemus sacerdotes. Plures, inquam, numero, nõ merito: simulatione, non fide: specie, nõ virtute: commixtione corporali, non vinculo spirituali: carnis adiunctione, non cordis vnitate. Sunt enim loris manibus: tamen illotis operibus: cruenta conscientia ad diuina accedunt sacrificia: comedunt sine timore & sine reuerentia carnes agni, qui præsidet in cœlo, sicut carnes quæ venduntur in foro. Non sicut sacerdotes assistunt in altario, sed sicut carnifices in macello. Graue igitur põdus, graue est periculum istius honoris. Gradus quippe iste gradus casualis est, gradus iudicialis est, nisi meritis illustretur dignitas vnctionis, nobilitate morum, exercitatione virtutum, & instantia bonorum operum. Fodite igitur charissimi domesticos parietes, id est ponite corda ve-
1.Thes.5.a stra super vias vestras. Satagite quantum potestis redimere cito in quibus offendistis. Dies enim domini sicut fur ita venier. Sicut enim nihil certius morte, ita hora mortis nihil incertius: quod vt dignum est, pensate, & ad pensandum circunspectius inuigilate. Deo quidem erit ad gloriam, angelis ad lætitiam: subditis vestris odor ad vitam, vobis autem ad coronam. In quo Christus & Christos suos exaudire dignetur, ministrando auxilium gratiæ suæ, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo de priuilegiis beati Ioannis Baptistæ.

CHodie (dilectissimi) dies nobis illuxit insignis, & tanto diebus cæteris sanctior, quanto sanctiorem hominem terris infudit. In hac siquidem die natus est sanctorum splendor, iustorum gloria, lætitia angelorum, excellentissimus homo, consanguineus Christi, amicus sponsi, sponsæ præparator. Vnus est, & similem non habet, qui choris insertus
Matt.11.b angelicis, sublimioris coronæ titulis vniuersitatis humanæ transcendit ascensum. Denique inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Felix homo, qui feliciter cœlorum perambulans officinas, cursu felicissimo sequitur redemptorẽ, nec alicuius præcluditur fastidio dignitatis, quem summæ felicitatis immensitas largius irroranit. Lætantur angeli, & vtriusq; naturæ numerositas admiratur hominem sic ingressum abyssum luminis, & intra interna diuinitatis absorptum, vt ipsam reuerberet aciem angelicæ puritatis. Leuentur omnes viri meritorum, & prærogatiuis ante cõsistorium maiestatis exultent: non erit tamen qui ad beati Ioannis Baptistæ priuilegium audeat aspirare. Age iam aggrediamur ingredi virtutum insignia quæ deus maiestatis in amico suo gloriosa glorificatione signauit. Sic enim ab ortu
Honores b. Ioan. Baptistæ. vitæ suæ vsque ad occasum conuersatus est cum hominibus, vt forma vitæ, morũ informatio habeatur. Et licet huius sermonis aurea nõ rutilet pulchritudo, tẽtabimus tamen rerum veritatem qualicunque stylo perstringere, illud sapientis attendentes, prudentibus viris nõ placere phalerata, sed fortificata. Primus enim honor est, gloria in annunciatione. Non
1 est dissimulanti silentio transeundum, quàm solenni glorificatione pueri huius in hũc mundũ nũciatur ingressus. Adest angelus Gabriel, & à superiorum cœlorum cardine domini fortitudo descendens, stat à dextris altaris incensi. Nec quilibet angelus, sed ille sublimior, qui beatæ virgini nũcium attulit singulare, etiam electus est vt annunciaret militem, qui regẽ nũciare debebat. Astat sacerdos sacerdotalibus indutus, & multiplici vestimentorum varietate, cœlestium sacramẽtorum præfigurans imaginem, purgationem peccatorũ mystici sanguinis aspersione designat. Consistit coram arca fœderis, ante testamenti tabulas, & vrnam auream habentem manna, virgam Aaron, Cherubim & propitiatorium, solenniter infulatus, vultui dei, gloriæ maiestatis, rerum omnium domino vota percelebrat. Dies instat solẽnis, & cæteris diebus multitudini Iudæorum celebrior, domini præcipientis attestatione sublimis, sane spectabilis & festiua: in qua soli pontifici licebat introire in sancta sanctorum, & aspergine multiformi summæ diuinitatis iram refrigerare. Conuenitur vndique in sanctam ciuitatem, & populorum turba frequẽtior cumulat materiã gaudiorum. Inter quæ sacra consistens archangelus, Ne timeas, inquit, Zacharia: quia nascetur tibi
Luc.1.d filius, parẽtum gaudium, nobilitas generis, orbis exemplum, E finis legis, euangelij principium, mortis expulsio, ianua vitæ, decus hominũ, conuersationis splendor, omnis iustitiæ principatus. Et ne diffusiori tractatu rerum excellẽtiam confundamus nascentis & conuersantis integritas in libris euangelicis plenius assignatur. Considera nunciantis sublimitatem, loci dignitatem, diei reuerentiam, & tunc intelligere poteris quàm superexcellenti gloria Ioannis Baptistæ genitura prædicetur. Salua igitur redemptoris reuerentia (quia non derogamus regi, si regis militem honoramus, cum ille dominus, hic seruus, ille creator, hic creatura) dignior præmonstratione Ioannes nunciatur quàm Christus. Christus fortassis in thalamo, Ioãnes in templo, & nõ solùm in templo, sed etiam ante sancta sanctorum, & insigni die solennitatis eorũ. Ioannes ab eodem archãgelo, in loco digniori, tempore sanctio-
Gen.18.b ri, apertiori miraculo prędicatur. Recole Isaac ab angelis nũ-
Iudi.13.d ciatum: Sanson per angelum prædicatum, & vniuersam Nazaræorum sectam conspice, & solum Baptistam tam in hoc
2 quàm in aliis inuenies digniorem. Secundus honor est sanctificatio in vtero matris. Quicunque de massa præuaricante mundum ingredimur, longam restem originalis peccati nobiscum trahimus: solus ille qui peccatum nõ fecit, excipitur, quem virginalis vteri thalamus ignorantis virum terris effudit. Longe quippe aliter quàm nos & dissimili modo conceptus est, spiritu sancto tota maiestate virginem inundante, superans vsum carnis, naturæ ordinem, viri commixtionem. F
Sic quippe decebat, vt peccatũ nescret, qui peccatum tollebat: vt similitudinẽ carnis peccati susciperet, nõ autẽ carnem peccati. Cum igitur omnes in iniquitatibus cõcepti sint, neminem vnquam mortalium intra materna viscera sanctificatum legimus prẽter Hieremiã & Ioãnem Baptistã: quãquam & de singulari virgine nulla sit ambiguitas, quin ipsa maternis circũlepta visceribus, sublimiori sanctificationis genere mundata sit, vtpote sanctuarium illud, in quo deus & dei filius carnem fuerat susceptурus. Sed longe minor Hieremiæ sanctificatio quàm Ioannis. Ille quidem in vtero matris san-
Hier.1.b ctificatus, hic spiritu sancto repletus fuisse cognoscitur. Multo quippe excellentius est spiritu sancto repleri, quàm sanctificari. Ibi enim sanctificatio emundationem, hic repletio inundationem signat. Denique & apostoli, qui manibus suis tractauerunt de verbo vitæ, cum spiritum sanctum accepissent de saluatoris afflatu, vix quinquagesimo à resurrectione die ad illum gradum potuerunt peruenire vt diceretur de
Act.2.i eis: Repleti sunt omnes spiritu sancto. Et licet spiritus sanctus largiori tunc munere credentium corda repleuerit, hoc tamen Ioannes legitur in vtero assecutus, quod apostolica celsitudo tandem longiori promissione meruit obtinere. Attende, obsecro, diligẽter quàm ordinata dispositione spiritus ille multiplex Hieremiam sanctificat, Ioannem replet & su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G peruenit in Mariam. Et Hieremiæ quidem admiranda sanctificatio:quia etsi in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato. Ante enim quàm exiret de vētre, sanctificatus est. Nec poterat nasci non sanctus, qui in vtero matris erat sanctificatus. Mira res, & à transactis seculis non audita, hominem conceptum in peccatis, nasci sine peccato. Ioannem vero longè glorioſior virtus impleuit, qui & sanctificatus est à peccato, & ita dominante spiritu superfusus, vt & purgatus exeat, & repletus. Vere magnus coram domino, quem angelus nunciat, sanctificat deus, spiritus replet, vita commendat. Ineffabiliori enim modo superuenit in virginem, quam tota diuinitatis plenitudo sine mensuræ discretione perfudit, vt totum caperet qui fecit totum, vt non solum à peccatis abluta, & repleta spiritu sancto, sed & de spiritu sancto concepisse credatur: quia quod in ea natum est de spiritu sancto est. Inde est quòd singulari prærogatiua fides catholica filium dei natum de virgine, conceptum de spiritu sancto confiteretur, vt diuinitatis & humanitatis indiuisibilis adunata connexio vocabulorum indifferentia designetur. Vides ergo quàm remotiori priuilegio specioſus forma præ filiis hominum, à filiis hominum in concipiendo discretus sit. Illi etenim de peccatis & in peccatis concepti sunt: hic in spiritu & de spiritu sancto concipitur. Hæc sane dicta sint de conceptione Ioannis. Sed si in aliquo sanctorum auctoritatibus videntur obuiare, volumus vt sine omni excusatione num vel defensionum patrocinio subruantur. Tertius honor est excellentia in exultatione. A seculo non est auditum quòd quis exultauerit in vtero matris, cū hic in gaudio exultasse legatur. Prorsus obstupenda dignatio, puerum vix conceptum, in motum exultationis erumpere, eique gratanter occurrere seruitio dulciori, quē virginali substantiæ præsensit infusum. Beata anima quæ in via peccatorum non stetit, sed secretiori semita de cœlestibus officinis egrediens, inauditæ gratulationis est sortita dulcedinem. Felix Elizabeth, ad quā properat mater saluatoris, quā salutaribus obsequiis cœlorū imperatrix impertitur. Sed puer multo felicior, qui salutantis maiestatem agnoscēs, intra viscerū tenebrosa volumina gaudio gaudet, quia vim tam beatæ salutationis attēdit. Et factum est, inquit, vt audiuit salutationē Marię Elizabeth, exultauit gaudio infans in vtero eius. Ascendit cum festinatione virgo in domum Zachariæ ad salutandam Elizabeth, portans in vtero filium dei, regem gloriæ, dominum maiestatis. Occurrit Elizabeth, & antiquæ sterilitatis carens opprobriis, amicum sponsi, præconem verbi felicissimo vētre deportat. Iunguntur amplexus, venitur ad oscula, & copulantur felices vteri: regem & militem non nisi duo tenerrimi parietes abiungūt. Quid mirum si miratur puer & exultat à tactu tam proximæ diuinitatis & afflatu? Poterātne vacare à quocunque miraculo, cui præsens erat regis præsentia, regnantis mater, mundi redemptor? Quid quòd nō semel tam sanctorum amplexuū fuit celebrata coniunctio? Mansit autem Maria cum illa quasi tribus mensibus, ait euangelista. Tanto tempore manet cum Elizabeth virginalis integritas, & nunc dulciori eloquio nunc feliciori amplexu Ioannem puerum cōsecrat & insignit. Et fortassis vsque ad diem natiuitatis eius glorioſa virgo cū cognata morata est, donec puerum natum sinu beatissimo cōfoueret, & vno pariete remoto propinquiorē redderet præsentiæ creatoris. Facilè autem hoc ex euangelij cōiectura liquet, quia iam sex mēses à conceptione Ioannis defluxerant, cum ad virginem archangelus missus est, qui renouationē mūdi, pudori virgineo noua salutatione portauit. Exhinc virgo festinauit ad Elizabeth, & tribus mēsibus cognatæ dignatur visitare hoſpitium, donec noni mensis fine cocluſo, natiuitas immineret patriarchæ. Alij qui librum iustorum diligentioribus oculis inſpexerūt se vidisse testantur quòd ipſa dei genetrix felicem puerū primo de terra leuauit, & cognatæ partum omni profecuta est seruitute. Quocunque autem modo rei huius veritas decernatur, illud pro certo certum est quia non parum contulit puero nasciturо, tam felix & morosum intemeratæ virginis cōsortium. Quartus honor Ioānis est gaudiū in natiuitate. Erubesce Lucifer, qui iā mane oriebaris, & conatuū tuorum fruſtratus impulsib⁹, tandē intellige, quia in nouissimis diebus tāquā perdix ſtultissimus remanebis. Machinationibus tuis factum est vt humani generis vniuersitas in peccatis conciperetur, in tristitia nasceretur: sed ecce iste sanctificatus in vtero oritur in gaudio, lætitiāmq; mūdo ſua natiuitate refundit. Ecce genus armaturæ quod tibi constitueras ad victoriam, hoc Ioanni nascitur ad coronam. Apprehende arma & scutum, & toto malignitatis tuæ spiritu debaccharе, nec tamen poteris Ioannis irrumpere priuilegium, quod benigna scribentis manus proprio charactere cōsignauit. Multum deceptus, multum deluſus es. An ignoras quod tibi vir bellator ab adoleſcentia, & etiam à matris vētre consurgit? Nescis quia à diebus istius regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud? An oblitus es quòd iste mittitur parare plebem perfectam domino? Intuere ordinem rerum, & ab ipsis conceptionis suæ initiis inuenies hunc validiori conamine tuam fortitudinem irripuſſe. Tu fecisti quòd fratricida Cain, qui primus natus est, pollutus & obuolutus exiret, & originalis peccati respergeretur infamia. Hanc excepit orbis exterritus, & humani generis subsecuta natiuitas, ad infimæ tristitiæ cumulum transmigrauit: natiuitas autem Ioannis huius in gaudium est, & solennitatem præclaram. Lætatur orbis, & per quatuor mundi climata circunsonat glorioſę festiuitatis instantia, ipſis etiam cœlis celebris & famoſa. Quiſputas puer iſte erit? Amicus sponſi, inimicus sibi, seipſo potentior. Considerandum etiam quanta dignitate præpolleat natiuitatis huius celebranda deuotio, quantamque gratiam in oculis eccleſiæ potuerit inuenire. Nullius hominis natiuitatem præter solius dei in auctoritatis arcem recepit eccleſia, huius iſtius exceptione seruata. Nouit enim quia melior est dies mortis die natiuitatis, & quod ortus hominum tristitia comitetur. Inde est quod diem mortis martyrum non natiuitatis, solennizat eccleſia: mortem tamen eorum natalitiorum nomine nominans, quibus factus est de morte natalis. Tunc enim cœperunt de morte nasci ad vitam cum vitam depoſuerunt pro vita. Huius vero natiuitatem sponſa Christi tanto securius beneuolentiſſima dignatione suſcepit, quanto singularis eam veritatis euangelicæ irrefragabilis commendat auctoritas. Quintus honor est singularitas in cōuersione & conuersatione. Intra teneritudinem annorum beatus iſte puer ad eremum spiritu ducēte deductus est: nec obſtitit ætatis infirmitas, quam maiestas domini fœcundabat. Spiritus enim sanctus non attendit sexuum differentiam, fragilitatem corporum, temporum annoſitatem: sed quemcunque & quandocunque, & quomodo vult dignantiſſima replet benignitate. Relinquit Ioannes, mundum, homines fugit, patriam neſcit, parentes aſpernatur, & in ſolius diuinitatis apicem defigit obtutus. Mira rerum conuerſio, hominem vix mundum ingreſſum, mundum fugere, gloriam, & ſeculi cupiditates non ſolum obliuiſci, sed neſcire, perpetuúmque cum diuinitate habere conſortium. Receſſus montium, ſyluarum anfractus, & vallium subteriacens vaſtitas, puero patriarchę, quando nox coegerat, domicilia præbuerunt. Non mihi opponatur Hieremias, non prædicantis pueritiæ virtus audeat obuiare: quia ſi ille conſecratus fuerat in prophetam, hic in pluſquam prophetam. Et licet ille populo futura prædicet, non tamen conuerſationis humanæ declinat aſpectus. Ioannes autē ætatis ſupergreſſus infantiam & nobilioris generis generoſitatem oblitus, ſoli vacat diuinitati, factus forma vitæ, monachorum propoſitum, anachoretarum principium, totī religionis aſſertio. Ecce hæc quidem pro conuerſione. Porro quāta ſublimitas in conuerſatione fuerit, non est currentis linguæ volubilitate diſſerēdum, ſed euangelicæ dignitatis compro-
bandum eloquio. Ioannes, inquit, habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos eius: eſca autem eius erat locuſta & mel ſyluestre. Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum sunt. Rigida veſtis, & duriſſimis hiſpiditatibus contexta, rigore ſqualifero corpus afficit patriarchę, carnēq; tenerrimam immatura diſtrictio diſciplinæ feritate coarctat, teneros artus, & ſacratiori ſpiritu ſuperfuſos continuè quaſſat longitudo martyrij. Cibus autem

A autem eius qualis erat? Non quæruntur perdices, faſiani, seu aliæ aues: non per totam curritur regionem, vt patriarchalis ſtomachus impleatur: ſed erat eſca eius locuſta, & mel ſyluestre. Cœli rore paſcitur, & animalis viliſſimi ſatiatur edulio, nihilque coctum accepit ieiunantis auſteritas. Caſtigatio vētri & diuturna maceratione diſtento ignota fuit varietas ferculorum, nec introiuit in os eius quod gulā alliceret, ſuffarciret ventrem, ſtomacho blādiretur. Helias comedit carnes: & ſi quid aliud apponebatur, cum gratiarum actione percepit: nec aliquem legimus ex illa veteri officina ad legis huius aſpiraſſe faſtigium. Veſtis aſpera, cibus tenuis, mens deuota, profecto perfectum cōſecrant patriarcham. Sextus honor eſt nouitas in prædicatione. Hic volo vt intēdat attentio veſtra, quia paulo ſubtilius ad audiēdum materiæ præcipit magnitudo. Poſt peccatum Adę, ac illius diluuij vaſtationem ſolennem, electa est iuſtorum infinita propè pluralitas, cū quibus deus facie ad faciem locutus fuiſſe dignoſcitur. Trāſfertur Enoch, eligitur Noë, vocatur Abraham, Iſaac diligitur, Iacob deum facie ad faciem cōtemplatur, Ioſeph ſaluator mūdi vocatur: nec tamen in ſermone dei ad illos, vel illorum ad homines, fit aliqua mentio de regni cœleſtis perpetua manſione. Moyſes aſſumitur in ducem populo Iudæorum, Pharaoni in deum conſtituitur: facit deus per ipſum in Aegypto magnalia, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.

B Aſcendit Moyſes in caliginem in qua erat deus, & datur ei in mōte multiplex præceptorum auctoritas: loquitur cum deo quaſi homo ad vicinum ſuum: non est occultatum à Moyſe, quod fecit deus in occulto, & glorioſum nomen Adonai (quod omnibus fuerat obuelatum) ei reuelatur, ſed in his omnibus regni cœlorum memoria nec nominatur nec auditur. Aſtat Aaron ſummus ſacerdos potentis virgæ geſtarius, vnctus & delibutus cœleſtium ſacrariorum vnctione: ſuccedit Ioſue, & omnis illa Iudicum multitudo, nec est vel vlla tenuis mentio regni cœleſtis. Inuenit dominus Dauid virum ſanctum ſecundum cor ſuum, Salomonem filium eus ſapientia cumulat ſingulari, & omnem illum prophetalem chorum ſpiritus ſanctus ordinat & infundit, & nihil de cœleſtis regni gloria prophetatur. Claudit Helias cœlum annis tribus, & menſibus ſex. Heliſæus etiam mortuus mortuum vitæ reſtituit, & ab his nec vel vlla ſcintilla beatæ manſionis elucet. Quid plura? A principio mundi vſque ad Ioannem vniuerſitatis humanæ electionem recollige, nec in ſermone vel opere illius ſanctuarij poteris reperire dulcedinem. Veni ergo ad Ioannem: & audi vocem exultationis, vocem nouitatis, vocem lætitiæ, verbum miſericordiæ, ſermonem gloriæ, largitatem gratiæ, quod celauerat deus, tacuerat angelus, latuerat patriarchas, prophetæ neſcierunt, Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Verbum pœnitentiæ dulce & glorioſum, verbum regni cœlorum lætum & adorandum, illi ſoli primo conueniens qui primus noui teſtamenti fundamenta poſuit. Hæc est vox de qua maximus ille contemplator cœleſtium viſionum in hæc verba proſequitur: Et vox prima quam audiui, ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis. A diebus Adæ vſque ad Ioannem organum noſtrum verſum est in vocem ſlentium: quia peccatorum frequentia, nec pœnitentiæ locus, duplex erat deplorandi materia. Occidis? occidi iuberis, ſabbato ligna colligis? lapidari iuberis: & ille cui proprium est miſereri ſemper & parcere, niſi ferire non nouit. Dederat quippe eis præcepta non bona præceptorum dator, & iuſtificationes in quibus viuere non poſſent, hoc est quod iuſtus miratus dicens: Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine? Ioannes natus oſtendit medicamentum vulneri, peccato pœnitentiam, iniquitati veniam. Hæc est prima vox quam vox clamantis in deſerto propoſuit, & vox turturis audita est in terra noſtra. Ex tunc miſit in os noſtrum canticum nouum carmen deo noſtro, & reſonat in ore noſtro gratiarum actio, & vox laudis: ſuperexaltat miſericordia iudicium, peccatoribus parcitur, regnat pietas, iuſtitia diſſimulatur, & miſerendi non feriendi quærit occaſionem miſericors & miſerator dominus. Citharizant ergo in citharis ſuis, qui voluptatis efflu-
xionem pœnitentiæ reſtrictione reuerberāt, & de profunda peccatorum voragine reſpirantes Pharaone ſubmerſo tantum in viis domini, quoniam magna est gloria domini. Septimus honor est dignitas in baptiſmate. Singularis prorſus humilitas, verbum caro factum est, & in perfectum virum egrediens, relicta hominum vniuerſitate Ioannem quærit, Ioannem deſiderat, ad Ioannē venit. Terribilis in conſiliis deus ſuper filios hominum: portánſque omnia verbo virtutis ſuę, purgationem peccatorum faciens, venit à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo. Stupet Ioannes, & timore concutitur, ac patriarcham infinitus horror inſiluit. Ego (inquit) à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Dicit ei ſaluator: Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Acquieſcunt vtrique ſalutaribus monitis, & accingit ſe Ioannes ad baptizandum, ad ſuſcipiendum dominum regē angelorum. Exuitur veſtimentis ſuis rex gloriæ, ſplendor luminis, & figura ſubſtantiæ dei. Ioannis manibus attrectatur caro illa ſumpta de virgine, candidioríque deriuata materia nudatur in flumine, felicis Baptiſtæ manibus infundēda. Deſcendunt angeli, & cœlorum agmina tota reuerentia currunt ad creatorem. Baptizantem & baptizatum numina dominātia circūcingunt. Infundit aquā capiti creatoris creatura nobiliot, & dei verticem mortalis dextera cōtrectat & continǵit. Pauet cœlum, ſtupet terra, iordanis arridet, mirantur angeli dominum Sabaoth inter manus baptizantis concludi. Quid eſt Ioannes? Quem cherubim & Seraphim vix audent aſpicere, tu nudum tenere præſumis? Hic eſt in quē angeli deſiderāt proſpicere, cui ſanctus, ſanctus, ſanctus ſublimi melodiarum organo beatę ciuitatis conuētus ingeminant: qui ſolus inhabitat lucem inacceſſibilem, dominus virtutum, deus ſcientiarum, miſericordiarū pater, & tu non metuis? Tibi datum eſt quod omnibus negatum eſt, baptizare eum qui baptizat omnes in ſpiritu ſancto & igne: virginem virginiſq; filium virgineis manibus irrigare: Totus obſtupeo, baptizantem, hominémq; deū reuereor, magiſtrum dignātem admiror, vereor dignationem, & hominem video violētiam ipſis cœlis inferre. Porro illud quale eſt, quòd in iſto baptiſmate terminatur lex, finem accipit prophetia, & omnis illa ſacrificiorum multitudo propulſatur & pellitur? Hic incipit & ſtabilitur nouæ regenerationis purgatio perdurāda, & in vnam baptiſmatis formam legalium trāſeunt diſpendia figurarum. Ad ablutionem enim aquæ & innouationem ſpiritus, ſepelitur hircorum & vitulorum ſanguinoleta cōgeries, & peccatoribus id Iudæis relinquimus, illud Dauidicum attēdentes: Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti. Octauus honor est prima reuelatio de trinitate. A creatione cœli & terrę vſque ad hunc locū nunquam trinitas manifeſtē hominibus apparuit, ſed rerum ac vocum inuolucris inuoluta fuit tantæ claritatis ætenitas. Deniq; creationem hominis creator rerum ſumma dignitate commēdans, Faciamus, inquit, hominem ad imaginē & ſimilitudinē noſtram. Reuerēdum reuera priuilegium, nec vlli traditum creaturæ. Creatur illa ſublimior numeroſitas angelorū, & elementorum omnium ordinatur variata cōnexio, ſed omnipotentis præſcientia tantum opus taciturnitate alta proſpectat. Vt vero venitur ad hominem, & nobilis creatura creari diſponitur, accingit ſe trinitas ad creandū, & conſilium accipit ſapientia, vt creaturæ dignitas, creatoris priuilegio clara eſſe monſtretur. Nec ibi tamen ſatis apertè diuinæ maieſtatis illuxere vocabula, cū ad angelos obſequentes quidam referant dominici ſermonis oraculum: vel ſi minus hoc cautum eſt, ſigna pluralitatis abſq; nominum differentia prædicātur. Abraham tres vidit, & vnum adorauit ſed ibi ſcripturæ ſacræ reuerentia nunc mixtim, nūc ſeparatim claudit eloquiū, vt modo dominum, modo viros placeat appellare. Iudæi tamē hic magnam texunt reprehenſionis parabolam, tres angelos à domino miſſos aſſerentes: vnum ad natiuitatē Iſaac prædicendā, duos ad ſubuertēdum Sodomā delegatos. Illum vero cum quo iuſtus loquitur dicens: Domine ſi inueni gratiā in oculis tuis, prophetali ſpiritu cognouiſſe ſomniant natiuitatis Iſaac veniſſe præconem. Illum adorat Abraham, ſicut Berſabee Dauid regem, ſociiſque eius propter ipſius reuerentiam indefeſſus aſſiſtit. Vnde & non niſi duo in ſubuerſione ciuitatum infideliū numeran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gitur,illo ſuperiori iam reuerſo qui natiuitatem Iſaac fideli deuotione cõpleuerat. Tres enim viri Saram vocati præcipiũt, ſed vnus eſt qui promiſſionis inſperatę manifeſtat arcanum. Hoc Iudæi,& qui magis elegerunt iudaizare quàm credere. Sed vt breuiter concludamus,omnis illa patriarcharum ſiue prophetarum ſocietas nullam vel in ſermonibus vel in rebus de patre & filio & ſpiritu ſancto apertè legitur feciſſe mẽtionem. Veni ergo & intuere filium Zachariæ deum & hominem propriis manibus contingentem, & vide quia cœli aperiuntur ibi,& deſcẽdit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicũt columba in Chriſtum, & vox patris audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus. Vides quia ad ſacratiſſimorum nominum nouitatem cœlorum palatia reſerantur. Pater auditur in voce:filius baptizatur in flumine:ſpiritus ſanctus demonſtratur in columbæ ſpecie. Adeſt Ioannes totius mediꝰ trinitatis,glorioſũmque Baptiſtam ſignant induiſſe ſubſtantiæ aperta vocabula:noménque trinitatis prioribus ſeculis obleuatum,abſque totius velaminis obumbratione relucet.

Matt.3.d

9 Domine quis eſt iſte, quia innotuiſti ei? Nonus honor eſt teſtimonium veritatis, Audi quid de iſto veritas teſtetur. Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti,miſit ad eum diſcipulos ſuos,& reſponſum eſt eis: Cæci vident & cætera quæ euangelicæ veritatis copioſa proſequitur narratio. Recedentibus autem nunciis(ne forte in eorum præſentia adulationem redolere videretur) cœpit Ieſus dicere de Ioanne. Quid exiſtis in deſertum videre? Arundinem vẽto agitatam? O mira teſtificatio redemptoris,Quis ingreſſus eſt mundum & mundum vel in aliquo non cognouit? Quis eſt quem ventoſa felicitas,vel aduerſitas turbida,vel cuiuſlibet peccati aura tenuior non inflexit? Ad extremum ſubinfert quod terram excedat,tranſeat cœlum,ipſum verticem angelicæ dignitatis attingat. Inter natos mulierum (dicit dominus) non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Quid vis amplius:De nullo dici potuit (dicit Auguſtinus) quod dictum eſt de Ioanne. Nõ opponas mihi euangeliſtam cæteris diſcipulis magis dilectum,nõ apoſtolorum principem omnibus apoſtolis antelatum, non vas electionis ad cœli tertij ſecreta tranſlatum: nec apoſtolicus ſplendor audeat occurrere præcurſori: quia iam omnes iſti ad adoleſcentiæ metas exceſſerant cum à veritate prolatum eſt, Inter natos,&c. Conſidera mãſiones regni,& vniuerſum ordinem humanæ generationis circumuola: ſolúmque Ioannem tam veteris quàm noui teſtamenti patribus vi debis eſſe præpoſitum vel æquatum, tamen ſuper omnia benedictus deus. Decimus honor eſt aſſertio matris eccleſię.

Matt.11.a

10 Texitur ora chlamydis, vnguentúmque profuſum in capite extremam veſtimenti fimbriam inundanter perfudit. Hinc enim mater & magiſtra omnium eccleſiarum eccleſia Romanã,cui dictum eſt: Ego pro te rogaui vt non deficiat fides tua, in honorem Ioannis Baptiſtæ poſt ſaluatoris nomen conſecrata eſt & ſignata. Dignum nanque erat vt ſententiam ſponſi ſponſæ ſequeretur auctoritas,& ſingularẽ amicum eius illuc proueheret vbi principatum ipſa conſcendit. Electio proculdubio hæc ſingularis eſt, in illa ipſa vrbe Ioannem vendicare primatum eccleſiæ, quam duo cœli luminaria morte clariſſima conſecrarunt. Crucifigitur Petrus, gladiatur Paulus,& dignitas remanet præcurſori. Purpuratur Roma multitudine martyrum,totáque ſublimitas beato refunditur patriarchæ. Ioannes vbique maior,in omnibus ſingularis,mirabilis ſuper omnes. Quis ſic glorioſe annunciatus eſt? Quis ita ſpecialiter in vtero matris ſpiritu ſancto legitur fuiſſe repletus? Quem legiſtis intra matris vterum exultaſſe? Cuius natiuitatem vidiſtis celebrari in eccleſia dei? Quis ſic eremum concupiuit? Quis ita ſubliminer legitur cõuerſatus? Quis pœnitentiã & regnum cœlorum primus oſtẽdit? Quis baptizauit regem gloriæ? Cui ſe primũ trinitas reuelauit? Cui teſtimoniũ tale perhibuit veritas? Quem ſic honorauit eccleſia? Vide ſi non omnia hæc ita ſingulariter ſint ſingularia,vt nullus mortaliũ prædictis audeat inhiare. Forſitan mihi diſponis opponere,quod ſic iſte habet propria, vt & cæterorum ſanctorum cõmunia non attingat. Audi ergo, Ioannes patriarcha,imò patriarcharum finis & caput. Ioannes propheta,imò pluſquam propheta: quia quẽ venientem nunciauit,digito demonſtrauit. Ioãnes angelus, ſed inter angelos electus eſt,ſaluatore atteſtãte,qui dicit: Ecce mitto angelum meum,qui præparabit viam ante faciem meam. Ioãnes Apoſtolus,ſed & apoſtolorũ primus & princeps,qui primus fuit homo miſſus à deo. Ioannes euangeliſta, ſed & euãgelij primus inciſor,prædicãs euangeliũ regni. Ioannes virgo,imò virginitatis inſigne ſpeculũ,pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum. Ioannes martyr,ſed & martyrũ lumen inter natiuitatem mortémque Chriſti, conſtantiſſimi forma martyrij. Prætereo quia vox clamantis in deſerto: quia præco verbi: quia iudicis præcurſor. Illud quoq; relinquo,quia vlq; ad Ioannem lex & prophetæ,quod Ioannes ipſe eſt Helias, quòd lucerna ſit ardens & lucens ꝙ amicus ſit ſponſi, ſponſæ præparator. Silentio tranſeo quòd ſic nouẽ ordinibus angelorum inſertus eſt,vt etiã ad Seraphim apicem transferatur. Verũ hoc adeo laborioſi operis eſt, vt ſenſus noſtri paupertas non ſufficiat. Sufficiant hæc ad præſens quæ de Ioannis laude dicta ſunt ad gloriam redemptoris,qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Luc.1.c

Ioan.1.a

Matt.3.d

Sermo de beata Maria

AVe Maria gratia plena: dominus tecum. Miraculum fuit quòd virgo peperit: mentis clamor, virginis amor, virtutum zelus, vitiorum fuit occaſus. Virgo ſanctiſſima, quæ ſaluatorem genuit, peperit & aluit, quæ iugiter eius adhęſit lateri, quæ comes indiuidua nullo fere abfuit itinere, quę intenta præ cæteris inuigilauit verbo & operi eius, ſola ſaluatoris actuum inſiguia, operum opera, melliflua prædicationis genera inaudita contra mundum & peccatum, & tartareum zabulum, diuinæ ſeueritatis acerrima eloquia, quo eis diu interfuit, ſpecialius vidit, ſecretius audiuit, citius agnouit, propenſius retinuit, & apoſtolis aliisque diſcipulis luculentius edidit, diligẽtius retulit, melius indidit, fidelius tradidit. Hinc eſt quod de ea legitur in euangelio: Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Hinc in eius laudibus legitur: Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſola ſupergreſſa es vniuerſas. Licet enim in parabolis loqueretur ad turbas, licet omnia Apoſtolis nota faceret vt amicis, quædam tamen credendum eſt præ cæteris matrem ſuam quemadmodum dilexiſſe, ita etiam propenſius eruditſſe quædam ei ſecretius intimaſſe, frequenter eam ad montem myrrhæ & ad colles thuris ſublimaſſe, in cellam vinariam occultaſſe: ſui, prout nouit & voluit, gloriam deificam, & ſupercœleſtem reuelaſſe notitiam. Vnde Ioannes in Apocalypſi, De throno, ait, ſcilicet de Maria, procedebant fulgura & voces & tonitrua: quia Maria mater filij Ieſu Chriſti parabolas, ænigmata, legalia & mirifica geſta, dicta, opera audidus ebibit, fidelius credidit, ſyncerius luculẽtiúsque aliis edidit. Hæc Maria à natura reuerenter conſeruata, & à lege diligenter venerata, à gratia clementer eſt prælecta: quia ſic præfatis ſua iura ſingillatim reddidit, reddendo ſibi ſubditum, vt honoris vicem omnibus impenderet, & inſuper modi quiddam ſuperadderet. Natura ſiquidem illi ſummæ virginitatis florem, lex ſoli virgineæ fœcunditatis honorem, gratia diuinæ maternitatis præ cæteris decorem, ac ſpiritualis matrimonij diuiniſſimum reſeruauit odorem. Natura (quod ſuum eſt) illibatam virginem ſeruando, lex reuerẽter eam ab aliis diſtinguendo, gratia virginitatem ſine ſemine fœcundando. Natura rebus loquendo non verbis, dum in ea integritatem ſeruaret, & de ea deus naturæ intonaret dicens ad ſerpentem: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen illius. Lex, dum eam ab aliis diſtinguendo clamaret: Mulier quæ ſuſcepto ſemine pepererit, immunda erit ſeptem diebus. Gratia in eo quod dictum eſt: Aue gratia plena, dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Natura huic detulit, dũ terra ſine germine pareret in principio. Lex, dum rubus arderet ſine incendio. Gratia, dum ſine ſemine pareret virgo. In hac enim habitauit pater & filius vt creator in mũdo, imperator in regno, paterfamilias in domo, pontifex in templo, ſponſus in

Luc.1.c

Prou.31.d

Apoc.4.b

Gen.3.e

Leui.12.e

A in thalamo. prius enim altiſſimus ſibi eam quaſi mundũ ſpecialiſſimum creauit, quam in iuſtitia & ſanctitate coram ipſo fundaret, & fluentis ſapientiæ irrigaret, & cœleſtibus deſideriis inſtar ſcilicet aëris ſublimaret: & igne dilectionis accendendo illuſtraret. Hinc in eius mente tanquam in quodam firmamento ſolem poſuit rationis, & lunam ſcientiæ, & virtutes tanquam ſtellas ſpeciei omnimodæ: ſolẽ qui lucem diuinæ cognitionis faceret: lunam quæ cum ſtellis noctem actionis ſplendidam redderet: & merito domini eſt terra, quia ſic ſuper maria fundauit eam. Creato igitur mundo volens viſitare regnum, imperauit angelo. Miſſus eſt igitur angelus Gabriel à deo. Spiritus ſanctus, inquit, ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ita paterfamilias domum intrauit, in qua carnis habitum ſuſcepit, quam obtulit Deo patri pro ſalute generis humani. In ara crucis ſacrificiũ quaſi põtifex in templo ſuum peregit ſacerdotium: ſed quia oportebat pati Chriſtum & reſurgere, & ita intrare in gloriam ſuam, oportebat ad gregẽ propriis reportari humeris ouem eẽteſimam: oportebat populum qui ambulabat in tenebris, lucem magnam contemplari, mundum prædicationis ſuæ & miraculorum nouitate irradiauit. Deſcendens itaque de patre luminũ ſpecioſus forma præ filiis hominum, indutus ſtola candida, in veſtitu deaurato, tanquam ſponſus de thalamo

B proceſſit ad publicum. Inerat ſol in ſidere, oriens in veſpere, artifex latuit in opere: opus, dũ regi præpararetur, veſperdum in tanta ſublimitate humiliaretur, ſidus dum tanquam ſtella illuſtraret fines orbis. Artifex igitur eam ornando, oriens de ea naſcendo, ſol mundum ab errore conuertendo, & eam aliis in exemplum præbendo. De genitrice dei cum talia & tanta referantur, pauca rei precio nobis tamen eſſe videntur. Hæc eſt enim ſcala, rubus, arca, ſidus, virga, vellus, thalamus, porta, hortus, aurora. Hęc eſt enim ſcala Iacob, qui quando caput in lapide poſuit, angelos aſcẽdentes & deſcẽdẽtes videre meruit. Scala iſta duodecim gradus habet inter duo latera. Dextrum latus eſt contemptus ſui vſque ad amorem dei: ſiniſtrum contemptus mundi vſque ad amorem regni. Aſcenſiones huius; duodecim humilitatis gradus. Primus eſt odium peccati, ſecundus eſt fuga delicti, tertius metus odij, quartus in omnibus his ſubeſſe creatori, quintus obedire meliori, ſextus obtemperare compari, ſeptimus obſequi inferiori, octauus ſubeſſe ſibi, nonus finem ſuum iugiter meditari, decimus opera ſua ſemper vereri, vndecimus cogitationes ſuas humiliter confiteri, duodecimus per omnia ad manum, ad nutum, ad libitum domini moueri. Per hos gradus aſcendunt angeli, & ſublimant homines: ſic diſponuntur in corde aſcenſiones, ſenſim proficiendo, & pedetẽtim aſcẽdendo: ſic in domo patris lucidas percipiunt manſiones. Hi

C ſunt duodecim apoſtoli qui ſequuntur in eremo veſtigia Ieſu Chriſti. Rubus qui viſus eſt ardere ſine ſui incẽdio, virginem ſignificauit concepturam de ſpiritu ſancto abſq; virginitatis ſuæ detrimento. Rubus ad quẽ non eſt Moyſes auſus calceatus accedere, virginem docuit ſine maritali opere mirabiliter parere. Traditio Hebræorum viſionem in humili arbuſculo aſſerit traditã, ne populus occaſione aliqua labereꝰ retur ad idololatriam. In humili virguncula mirabilis nobis exhibita eſt viſio, in qua nullimodę fornicationis vel minima fuit occaſio. Fornicatio ſiquidem triplex eſt. Alia eſt humana, quædam eſt mundana, nonnulla eſt diuina. Humana ſit illicito actu, Mundana peruerſo affectu, diuina ſcelerato cultu. Prima peccatur in proximum, ſecunda in ſeipſum, tertia in deum. Prima facit carnis immunditiam, ſecũda mũdi concupiſcentiam, tertia idololatriam. Maria contra hæc tria ſingula adhibuit remedia. Cõtra carnis immunditiam, virginitatem: contra mundi concupiſcentiam, perfectam humilitatem: contra idololatriam, perfectam charitatem. Fuit enim Maria munditiſſima carne, humillima corde, deuotiſſima mẽte. Arcas duas fuiſſe legimus in veteri teſtamento, vnam arcam diluuij, aliam teſtamenti. In nouo autem teſtamẽto tres fuerunt aliæ. Prima arca eſt eccleſiæ, ſecunda gratię, tertia ſapientiæ. Licet enim prima veteris teſtamenti in typo fieret primæ noui, & ſecũda in typo præceſſerit ſecundæ noui, tertia vero ſicut excellenter omnibus eſt diſſimilis, ita nulli penitus eſt cõparabilis. Siquidem arca Noë ſignificauit arcam D Eccleſiæ: arca fœderis, arcam gratiæ, ſanctitatem ſcilicet Mariæ. Per ſapientiæ arcam intelligimus humanitatẽ Ieſu Chriſti ſanctiſſimã. Hanc enim merito arcã ſapientiæ decet nuncupari, in qua omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt abſconditi, ſapientiæ inquam excellenter, in qua habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Arca etiã Noë ſignificauit arcam gratiæ, excellentiam ſcilicet Mariæ. Sicut enim per illam omnes euaſerunt diluuiũ, ſic per iſtam peccati naufragium. Illam Noë, vt diluuium euaderet, fabricauit: iſtam Chriſtus (qui eſt pax noſtra & requies) vt humanũ genus redimeret, ſibi præparuit. Per illam octo animæ tãtùm ſaluantur: per iſtam omnes ad æternam vitam) quę per octonarium numerum ſignificata eſt) vocãtur. Per illam paucorum facta eſt liberatio: per iſtam humani generis ſaluatio. Illa centum annorum fabricata eſt ſpatio: in iſta omnium virtutum fuit perfectio. Illa facta eſt de lignis leuigatis: iſta de virtutibus ędificata eſt cõſummatis. Illa ſuperferebatur aquis diluuij, iſta non ſenſit naufragia vllius vitij. Triplex quidẽ diluuium eſt. Primum facit aquarum inũdatio, ſecundum vitiorum incurſio, tertiũ tribulationum oppreſſio. Primum igitur eſt aquarum, ſecundum culparum, tertium oppreſſionum. In primo periclitati ſunt homines, in ſecundo virtutes, in tertio voluptates. Primum quis naufragiũ patitur, deinde in pœnarum diluuium peccator inducitur, in tertium deinceps pœnarum E infernalium retruditur. Sic infernus hic incipit, alibi perficitur, cum anima vitio, caro ſupplicio atteritur. Per arcam vero eccleſię euadimus à primo, per arcam gratię, à ſecũdo, per arcam ſapientię, à tertio. Siquidem per arcam eccleſiæ vitiorum fit extinctio, per arcam gratiæ virtutum reparatio, per arcam ſapientiæ ſummi boni delectatio. Fit enim in Eccleſia peccatorum confeſſio, in confeſſione remiſſio, & vitiorum extinctio. Sic enim facta eſt inter deum & homines reconciliatio. Deinde data venia, ſubſecuta gratia, virtutum fit inſertio. Hãc ſequitur iuſtitiæ perfectio. Huic autẽ ſuccedit arcanorum cœleſtium cõtemplatio. In hac autẽ inuenitur quædã cœleſtis ſuauitas, & intima etiã dulcedo, & perfecta boni & perſeuerans dilectio. Triplex ergo eſt diluuiũ: vnũ iniquitatum, aliud aduerſitatũ, tertiũ calamitatũ. De primo per Naũ dicitur: In diluuio prætereunte cõſummationem faciet. Ac ſi diceretur: Si diluuium vitiorũ ſuper hos cœperit abũdare, no lite de illis deſperare: quia ſuper quos inundare permitto iuſtitiam, ſuper illos faciam abũdare gratiã. Hinc dicitur per prophetã: In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Diluuiũ ergo prius veniet, & dominus tunc conſummationẽ faciet, quia dominus electos ſuos innumeris lapſibꝰ & vitiorũ incurſibus permittit ad tẽpus affligi & humiliari, omnẽ remouens præſumptionis elationẽ, poſtea ab eo incipiunt ſublimari: ſic in eis nutriens perfectã dilectionẽ. Hinc F eſt illud propheticũ: Venies vſque Babylonẽ, & ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manibus inimicorũ tuorũ. Et illud Eſaiæ: Ad pũctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. Conſummationẽ ergo deus faciet præeunte diluuio, quia de profundo vitiorũ ſuos deus viriliter erigit, quos ponit in virtutum culmine, & illuſtrat contẽplationis radio. De ſecundo dicitur in cantico canticorum: Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruẽt illã. Hinc per pſalmiſtã de his qui aduerſitatibus franguntur, & tẽrationibus ſuccũbunt, dicitur: In diluuio aquarũ multarũ ad eũ non approximabunt. De hoc quoque diluuio deus ſuos eripit, iuxta illud apoſtoli: Per multas tribulationes oportet nos intrоire in regnũ dei. Item: Fidelis deus, qui non patietur vos tentari ſuper id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt ſuſtinere poſſitis. Et in Ozee: In tribulatione ſua mane conſurgent ad me. Et Pſalmographus: Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. De tertio dicitur in Iob: Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte eum opprimet tempeſtas. Primũ igitur diluuiũ eſt vitiorum, deinde diluuium tribulationum, deinceps diluuiũ miſerię & tenebrarũ. Primum eſt peccati, ſecundum mundi, tertium inferni. Piſces primi ſunt oblectamenta, ſecundi iniqua tentamenta, tertij perpe-

Exod.3.a

Ibidem.

Luce.22.d

Eccleſiæ Romanæ dignitas.

Gene.6.c

Exod.25.a

Naum.1.b

Hier.31.a

Eſa.54.b

Mich.4.c

Cant.8.c

Pſal.31.c

Act.14.d

1.Cor.10.c

Oſee.6.a

Pſal.33.

Iob.27.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tua tormenta. Hinc in euangelio de bonis piſcantibus, vitia
calcantibus, tentamenta ſuperantibus, æterna tormenta vi-
Matt.13.f tantibus, dicitur: Elegerunt bonos in vaſis ſuis: malos autem
foras miſerunt. Arcæ vero gratiæ gratias referimus, quia per
eam ſcilicet Mariam & eius filium, vtrunque diluuium eua-
ſimus. Arca quoq; teſtaméti, typum tenet ſanctę dei genitri-
cis. Illam fecit Bezeleel, iſtam condidit Emmanuel. Bezeleel,
Exod.36.a Oliab in opere ſocium habuit, & virgo quoq; virginum con
dita, præelecta, præſeruata, præparata, & ornata per ſpiritum
ſanctum & eius omnipotétem filium fuit. Bezeleel interpre-
tatur vmbra dei. Oliab protectio mea. Prior ille ſpiritus ſan-
Lucæ.1.d cti, iſte vero typum tenet filij. De illo dicitur ad Mariam in
Matt.1.c cóceptione filij beatiſſimi: Virtus altiſſimi obumbrabit tibi.
Item ád Ioſeph: Noli timere accipere Mariá coniugem tuam.
quod enim ex ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Iſte vero ad
Pſal.16.c patrem clamat in Pſalmo: Protege me à facie impiorum qui
Pſal.21.b me afflixerunt. Item de eodem: De ventre matris meæ tu es
Pſal.70.b protector meus. Itē: Tanquā prodigium factus ſum multis,
& tu adiutor fortis. Bezeleel ergo cum ſocio arcā teſtamenti
fabricauit, ſancta quoque trinitas virginem ſibi ſanctificauit,
ac templum ſanctiſſimum conſecrauit, hoſpitiúmq; múdiſſi-
mum ſibi præparauit, thalamum quoq, de quo ſpōſus præ fi-
liis hominū ſpecioſus ad publicū procederet, decenter præ-
H ornauit. Neque enim pater abeſſe potuit, vbi eius ſpiritum &
Ioan.5.a filiū cooperari voluit. Quæcunque enim pater facit, hæc ea-
dem ſimiliter & filius facit. Neq; enim filius poteſt à ſe facere
quicquā, niſi quod viderit patrem facientē. De ſpiritu quo-
que legitur in libro Pſalmorum: Verbo domini cœli firmati
Pſal.32.b ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Apoſtolus quo-
que de tribus perſonis ita: Ex quo omnia, per quē omnia, in
Rom.11.d quo omnia, ipſi gloria. Pater ergo in conſecratione virginis
exhibuit claritatem, filius humilitatem, ſpiritus ſanctus cha-
ritatem. Pater lumen exhibuit rationis, filius cinerem humi-
liationis, ſpiritus ſanctus oleū dilectionis. Pater exhibuit po-
tentiam, filius ſapiętiam, ſpiritus ſanctus omnium virtutum
gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum, filius humili-
tatem cōtra mundum, ſpiritus ſanctus charitatem erga deum
& proximū. Filius carnis mortificationē, ſpiritus ſanctus cō-
pūctionē, pater cœleſtium contemplationem. Filius docuit
eam diuina operari, ſpiritus ſanctus amare & amari, pater cę-
leſtia contemplari. Filius eam erudit, ſpiritus eam prouehit,
pater eam perficit. Filius eam purificat, ſpiritus eam pacificat
pater eam honorificat. Hæc dicens, opera vel dona trinitatis
non diuido, ſed fideliter inſeparabilia aſſero. Sicut enim in
eſſentia vnitas, ita in operatione idētitas, Arca vero teſtamē
ti de lignis ſetim facta eſt, & Maria ne ſpinoſo & hiſpido Iu-
dæorum populo & atido procreata eſt: qui vtique ſpinoſus
detractione, hiſpidus ſuperſtitione, aridus fuit vnctione di-
uinæ gratiæ. Vnde ſpinoſus ſpineā coronā regi ſuo exhibuit,
& in eum ſicut ignis in ſpinis exarſit. Setim enim interpre-
tatur ſpinæ. Aliter Eua ſpina, roſa Maria. Reuera Eua ſpina
fuit, quæ & virū ſuum ad mortem pupugit, & poſteritati ſuæ
peccati aculeum infixit. Vnde apoſtolus, Per vnum hominem
Rom.5.b peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors: & ſic in
omnes pertranſiit. Ligna verò ſancti patres fuerunt, qui licet
in radice aruiſſent arboris, ſpem tamē certiſſimam habentes
in aduentu ſaluatoris, tanquam peregrini & incolæ in hoc
2.Cor.6.b mundo habitabant, tanquam nihil habentes, & omnia poſ-
ſidentes. Caſtigabant cum vitiis & concupiſcentiis corpora
Pſal.125.a ſua: euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Vnde qui-
Pſal.31.a dam ita: Conuerſus ſum, inquit, in ærumna mea, dum cōfigi-
tur ſpina. Ad commendationē verò gratiæ ſuæ, & ad deſtru-
ctionem humanæ ſapientiæ, deus de fœmina: ſed virgine, de-
ſcendente de ſpinoſa patrum origine, dignatus eſt carnem aſ-
ſumere, vt ſimilem ſimili redderet, contrarium contrario cu-
raret, peſtiferam ſpinam euelleret pecati, chirographum po-
tentiſſime deleret. Humilitas per ſexum fœmineum cōmen-
datur, gloria virginis & maieſtas opitulatur, peccatum gratia
eiicitur. Eua ergo ſpina fuit, Maria roſa extitit. Eua ſpina vul
nerando, Maria roſa omnium affectus mulcendo. Eua ſpi-
na infigens omnibus mortem: Maria roſa reddens ſalutife-
ram omnibus ſortem. De liquore ſpinei corticis fit encauſtū,
vnde ſcribitur, de carnali mēte tua fluxus naſcitur cōcupiſcē- K
tiæ, qui in ipſa & in Adā peccatū actuale, in poſteris origina-
le transfudit. De hac vero Apoſtolus ita clamat: Litera occi- 2.Cor.3.b
dit, ſpiritus autem viuificat. Ac ſi diceret: Per vnum hominē
mors, & per vnum hominem reſurrectio mortuorum. ſicut
in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuifi- 2.Cor.15.c
cabuntuur. Maria autem roſa fuit candida per viginitatem,
rubicunda per charitatem: candida carne, rubicunda mente:
candida virtutem ſectando, rubicunda vitia calcando, candi-
da affectum purificando, rubicunda actum carnalem mortifi
cando: candida deum diligēdo, rubicunda proximo compa- Exod.25.c
tiendo. De lignis vero ſetim condita eſt arca, in qua thuri-
bulum, manna & virga ſunt recondita: quia licet Maria de pa
trum natura per peccatum vitiata duceret originem, prælec-
ta tamē per ſpiritum ſanctum & præſeruata ad purū, deum
nobis obtulit & hominē. Thuribulū ſacroſanctū, carnem ſi-
gnificat ſaluatoris: quæ aurea dicitur, quia nulli⁹ paſſa eſt de-
trimentū pudoris, agnus ſcilicet ſine macula, qui peccatū nō 1.Pet.2.d
fecit, nec inuētus eſt dolus in ore eius, de quo per prophēti-
cum dicitur eloquium: Ecce puer meus electus, poſui ſuper Eſa.42.b
eum ſpiritū meū. Carbones thuribuli, ſunt opera Ieſu Chri- X
ſti. Carbones iſti aliquādo mortui, quādoq; vero ſunt ignei,
quia in ſaluatore noſtro nunc propria tolerabat humanitas,
nunc propria faciebat diuinitas. Ignis in carbone, diuinitas
eſt innocens in opere. Ignis in prunis, euidēs eſt iudicium di- L
uinitatis. Carbo mortuus in præſepe iacens igneus dęmonia
expellens. Mortuus in Aegiptum fugiens, igneus vendentes
& ementes columbas de templo eiiciens. Mortuus dormiēs
in naui, igneus imperans ventis & mari. Mortuus ſubditus
parentibus, igneus quatuor ſatians hominum mīllia de ſeptē
panibus. Mortuus ad puteum Iacob rogans potum, igneus
circa Hierico illuminans cæcum, & ſanans leproſum. Carbo
erat mortuus dum à diabolo tentaretur, igneus dum ei ab an
gelis miniſtraretur. Mortuus in proditione diſcipuli: igneus
in filio reguli. Sopitus ante præſidem: igneus circa Tiberia-
dem: Sopitus dum ei Herodes illuderet: igneus dū mortuorū
ſuſcitator magnificus fieret. Sopitus dum ei acetum cum fel-
le mixtum propinaretur: igneus dum ab eo decem leproſi
mundarentur. Sopitus dum à Iudæis ſe abſconderet, ſopitus
dum cū publicanis & peccatoribus ederet. Igneus dum am-
bularet ſuper vndas, igneus dum ex aqua facto vino lętifica-
ret conuiuas. Sopitus iacens in cunabulis: igneus fulgens in
miraculis. Sopitus ante tribunal pręſidis: igneus in filia Cha-
nanitidis. Sopitus in cruce: igneus in mōte. Prunę ergo mor- M
tuæ erant humanitatis opera, ignitæ diuinitatis miracula.

Sermo in illud Sapientiæ, Sapientia vincit malitiam.

I SApientia vincit malitiam. Sicut ſapientia ſapor boni, ita
malitia ſapor mali dicitur. Clauus clauo expellitur, ita & Sapie.7.d
praua bonis ſuperuenientibus eliminantur. Virtute ſiqui-
dem & ſapientia patris mediatore dei & hominum Chriſto
Ieſu crucem pro nobis ſubeunte, ſimul cum illo ſecundum Roma.6.d
Apoſtolum crucifixus eſt homo noſter, vt deſtruatur cor-
pus peccati. Quid ergo dixerim corpus peccati? Hoc me- Dan.2.g
rito dixerim, imaginem quam impegit & confregit lapis
excīſus de monte ſine manibus: cuius caput aureum, & cæ-
terorum membrorum fuiſſe deſcribuntur quædam ex argē-
ro, quædam ex ære, quædam ex ferro, quædam ex luto & fer-
ro. Caput eſt malitia quàm ſuperius ſaporem diximus ma-
li. Vnde & per aurum exprimitur, quo nimirum ſapientia in
ſcripturis deſignatur. Medium vero corporis, id eſt, pectus
& brachia, ex argento fuiſſe memorantur. Argentum eſt
lucidū & ſonorū: cuius ſonoritas demulcet auditum, & cla-
ritas viſum oblectat. Vnde per viſum curioſitas deſignatur,
quæ in his duobus ſenſibus, viſu videlicet & auditu, maxi-
me viget: quia per ipſos, vtpote principaliores corporis fe-
neſtras, mors crebrius & leuius intrare conſueuit ad animas
noſtras. Per ventrem autem & femora (vbi libido domina-
tur) deſignatur voluptas: quæ ex ære fuiſſe deſcribūtur, quod
ſimiliter lucidum eſt & ſonorum: quoniam couſq; malitię ra
bies incanduit, vt flagitioſi & coinquinati homines non ſolū in

A in ſpurcitia delectari, ſed etiā in infamia cōſueuerint gloria-
Prou.2.c ri: vtpote qui lætantur cum malefecerint, & exultāt in rebus
peſſimis. Vnde prauo ſuo exemplo corrumpunt & eos qui
longe, & eos qui prope ſunt: proximos videlicet mala con-
uerſatione, remotos autem mala cōuerſationis opinione. Il-
Iob.41.b lorum oculis lucentes, iſtorum auribus inſonātes. Tibi æque
quæ molē ſuſtinent corporis, ferreæ dicuntur. Squama ſqua-
mæ coniungitur, & totam ſuſtinet machinam peccati praua
& more ferri indurata voluntas. Quare enim peccas? Quia
neſcis quid facias? Abſit. Quia cogeris vt facias? Abſit: ſed
quia placet vt ſic facias. Imbutum ergo & ſuffocatum vene-
no diaboli voluntatis deſiderium, fomes ſceleris, & virus fla-
gitij ſolum eſt quod obturat aures vt non audiant vocem in-
cantantium, & venefici incātantis ſapienter. Per pedes, quo-
rum pars quædam erat ferrea, quædam fictilis, opera ſignan-
tur tenebrarum: quibus ad notitiam peruenitur hominum.
Lutum & ferrum bene ſibi inuicem nō cohærēt. Per lutum,
operum immundicia: per ferrum, mentis pertinacia deſigna-
Iob.21. tur. Quæ licet ad horam coniungantur, diu tamen cohærere
non poſſunt. Ducis ſiquidem in bonis dies tuos, ſed in pun-
Pſal.67.g cto deſcendes ad inferos. Lapis ergo prius pedes cōminuit,
quia fortitudo & firmamētum noſtrum Ieſus Chriſtus. Dat
denique voci ſuæ vocem virtutis. Vnde tonitruum vocis e-
B ius factum in virtute, interiora concutit, & per timorē men-
tis pertinaciam frangit. Deinde à vanitate ſeculi peccatore
auulſo, opera deſtruit per confeſſionem. Bona conſequenter
deſideria immittendo, & ea in bonis adimplendo, ſanat vo-
luntatem. Atque ſub iugo diſciplinæ obturando aures ne au-
diant ſanguinem, claudendo oculos ne videant malum, ex-
pellit curioſitatem. Et ſic ad vltimum ſapiens & placens ho-
mo deo, caput aureum ſtatuæ confringit, dum ſaporem mali
(quē malitiam diximus) à præcordiis animæ penitus auellit.
Sapientia vincit malitiam. Cui enim Chriſtus incipit dul-
ceſcere, profectō neceſſe eſt amareſcere mundum. Eſt ſiqui-
dem panis qui de cœlo deſcendit, habens omne delectamen-
tum & ſuauitatem ſaporis, ſapor eſt patris per illam ęternam
Sapien.8.a & ineffabilem naturā: ſapor eſt angelorum per gratiam, ſa-
por eſt noſter per miſericordiam. Vincit ergo, ſed qualiter,
videamus. Attingit enim à fine vſq; ad finem fortiter: & diſ-
ponit omnia ſuauiter. Sunt ergo inueniendi ad minus duo fi-
nes altrinſecus poſiti, quibus ſapiētia mediās attingat vtrun-
Matt.13.f que. Quæramus fines iſtos in parabolis euāgelicis, illis vide-
licet in quibus primùm agitur de theſauro, quem qui inue-
Ibidem. nit homo, vēdit omnia quę habet, & emit agrum illum. Sub-
iungitur poſtmodum de precioſa margarita, quam negocia-
Ibidem. tor inuentam compārat venditis omnibus quæ poſſidet.
Demum agitur de ſagena, quæ miſſa in mare congregat bo-
C nos & malos piſces. Similitudines iſtas diligentius perſcru-
temur, vt ex ipſis eliciatur propoſita veritas. Ager de quo in
prima agitur parabola, diſciplina eſt ordinis. Ager enim cul-
ta terra eſt, quæ amputatis fruticibus, & arborum radicibus
extirpatis, habilis eſt ad ſemen recipiendum, & fructum affe-
rendum. Talis eſt diſciplina ordinis, quæ auulſis peccatorum
tribulis, remotiſque ſcandalorū occaſionibus, digna eſt pla-
ne cui deus emittat eloquium ſuum. In qua nimirum verbū
Geneſ.27.f ſuum non eſt alligatum, ſed ablatis impedimentorum obſta-
Iudic.1.c culis, per humiles & mites corde velociter currit ſermo eius.
Hic eſt ager plenus, cui benedixit dominus, habens irriguum
ſuperius, & irriguum inferius. Fontes profectō Iſraël, de qui-
bus in eccleſiis domino benedicitur. Hi ſunt fontes ſaluato-
ris: quorum alter eſt diuinitas, irriguū videlicet ſuperius: al-
ter eſt humanitas, irriguum ſcilicet inferius. De fonte huma-
nitatis aquas potamus confidentię: quia per ipſum acceſſum
habemus ad patrem, per confidentiam in fide ipſius. De fon-
te diuinitatis, aquæ prodeunt miſericordię, cuius impetus lę-
tificat ciuitatem dei lætantem in cœlis ad plenū, peregrinan-
tem in terris prout cuique diuiſit Deus menſuram fidei. De
latibulis propheratum exilii Chriſtus Ieſus ad campos pau-
perum. Per merita ſuæ humanitatis impertit & diuinitatis
participium in præmium. Dabit ſiquidē pacem nobis trans-
ferendo nos in arcanum ſuæ diuinitatis, quia omnia opera
noſtra operatus eſt nobis in humilitate ſuæ humanitatis. Si
ergo noſtram ſalutem operata eſt humanitas, quid operatur D
diuinitas: Noſtram profecto delectationem, quia delectatio- Pſal.15.c
nes in dextera eius vſque in finem. Laborantes igitur in agro
paupertatis duo habent irrigua, quibus cordium irrigatur a-
riditas, & terrę noſtræ fructificat ſterilitas. Abſque harum a-
quarum refrigerio nulla ſane adeſſet proficiendi poſſibilitas,
ſed deficiendi incumberet neceſſitas. Cum enim ad te reuer-
ſus conſideras hinc exaſperatæ potentiam maieſtatis, inde
exaſperantis pertinaciam iniquitatis: nónne repente ſubin-
traret deſperatio, niſi mediatoris dei & hominum hominis
Ieſu Chriſti incarnatio ſuccurreret & paſſio? Superuenienti-
bus autem ſeculi tribulationibus, & impugnationibus dæ-
monis, & eleuatis in planitie mentis tuæ tētationum procel-
lis, nónne paſſionibus huius temporis ſuccumberes, niſi futu
ræ glorię ſpes ſubleuaret? Sicut ergo apud humanitatē Chri-
ſti habes merita, de quibus confidens deſperare non poſſis:
ita apud diuinitatem ſunt præmia de quorum expectatione
poſſis in tribulationibus non ſolùm reſpirare, ſed & gloriari:
quia nimirum fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, non ſo-
lùm remittens debita, ſed etiam promittēs præmia. Quid re-
tribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Pro om- Pſal.115.d
nibus quidem quæ mihi ad conuerſionem meam tribuit? In
ipſa conuerſione mea corpus meum & animam meam retri-
buit, imò reddidit, imò me pigritante & renitente ipſe à me
extorſit. Ecce autem pro omnibus quæ ab initio conuerſio- E
nis meæ mihi tribuit, compunctionem videlicet lachryma-
rum, deuotionem meditationum, conſolationem in labori-
bus, delectationem in meditationibus, pro his inquam &
innumeris aliis beneficiis, quid ei rurſum retribuam? Qui to-
tum dedit, quid vlterius impendere habeo: Calicem ſalutaris Ibidem.
accipiam, & nomē domini inuocabo. Quid eſt calicem accī-
piā? Anima mea deſiderabit te in nocte, ſed & ſpiritus meus Eſa.26.b
in præcordiis meis. Nomen tuū & memoriale tuum in deſi- Ibidem.
derio animæ. Nomen ſaluatoris mei fratres mei, carnis meæ,
ſanguinis mei, nomen à ſeculis abſconditum, ſed in fine ſe-
culorum reuelatum: nomen mirabile, nomen ineffabile, no-
men inæſtimabile, imò eo mirabilius, quo inæſtimabilius: eo
magis gratum, quo grauitum, Hoc inquam nomen non iam
uiuente me labiis meis laudabo, ſed iam non viuente me, vi-
uente vero in me Chriſto, ſicut adipe & pinguedine replea-
tur anima mea, vt nō ſolum exterioribus, ſed & interioribus
labiis inuocem nomen domini. Quicunque enim non voca- Ioel.2.c
uerit, ſed inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Non ſolum
autem nomen, ſed & memoriale paſſionis eius ſemper ſit in
deſiderio animæ meæ, vt paſſionis eius particeps efficiar, ſi-
quomodo agnoſcere potero ſicut & agnitus ſum. Sic ergo
calicem eius accipiam, quia monumenta paſſionis ſuæ intra
animæ meæ ſinum, intra memorię meæ cellas ſemper reuol-
uam. F
Aſpiciam regem Salomonem in diademate quo coro-
nauit eum mater ſua. Aſpiciam cum ligatum, flagellatū, con-
ſputum, ſaturatū opprobriis, clauiſq; confixum. Aſpiciam in
huius deſerto exilij ſerpentem æneum ſuper columnā crucis Num.21.b
exaltatum, vt ſerpētes qui me mordent, moriantur, quia nul-
lus qui credit in eum peribit, ſed habebit vitā æternam. Hæc
& alia patiētis & moriētis domini mei memorialia, memo-
riæ meæ arctius cōmendabo, & ad os cogitationis reuocans
ruminabo diutius, vt impinguer deuotius. Hæc inquā crucis
& paſſionis eius inſignia ſint præſentia, vt lęua eius dilectio-
nis (qua nemo vnquā maiorē habuit) ſit ſub capite meo, ne vi
delicet mēs mea ad carnalia incuruetur deſideria, donec dex-
tera diuinitatis ei⁹ amplexetur me, vt abſorbeatur hoc quod
mortale eſt, à vita: & mortale hoc immortalitatem, & corru- 1. Cor.15.g
ptibile hoc induat incorruptionem. Lęuā in hoc loco huma-
nitatem eius accipio, in qua nobis exhibuit charitatem, vt di-
ximus, qua nemo maiorem habet, ponens animā ſuam etiam
pro inimicis ſuis. Dextera eſt diuinitas: qua deſidero ample- Ioan.15.b
xari & circundari. Tunc enim ſatiabor, inquit, cum appare-
rit gloria tua, & adimplebis me lætitia cum vultu tuo: quia Pſal.16.d
delectationes in dextera tua vſq; in finem. Cæterū quantum
dextera ſiniſtrę præcellit, quantum videlicet æterna caducis, Pſal.15.c
incorruptibilia corruptibilibus, immortalia mortalibus, tan-
tum neceſſe eſt præcellere charitatem quam nobis exhibitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratus est in gloria suæ diuinitatis, charitati quam nobis exhibuit in miseria suę humanitatis. Hanc enim & oculus vidit & auris audiuit, & in cor hominis ascendit, non quam præparauit diligentibus se. Quæ tamẽ est illa charitas? Audi. Licet maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, ipse tamen suam posuit pro inimicis. *Rom.5.b* Cum enim adhuc inimici essemus, reconciliauit nos deo in sanguine suo. Si hoc fecit homo, quid faciet deus? Si hoc fecit pauper, quid faciet diues? Si hoc fecit pro inimicis, quid faciet pro amicis? Si hoc fecit in via, quid faciet in patria? Si hoc fecit in exilio, quid faciet in palatio? Si hoc fecit in terra, vbi sui eum non receperunt: quid faciet in cœlo vbi ei omnes obediunt? Si quandoque suggestionibus diaboli, vel importunis carnis nostræ clamoribus ad curam carnis in desideriis peragendam reuocemur, anxietates Christi, crucisque supplicium ponamus præ oculis, & confestim ipsa *1.Cor.1.b* nos docebit experientia quid senserit apostolus cum dixit: *Gala.6.d* Verbum crucis his qui salui fiunt, virtus Dei est. Et mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Quare? Quia sicut fluit cera à facie ignis, sic pereunt omnes immũditiæ à facie crucis. Dei siquidem infirmitas, nostra est fortitudo, *1.Cor.1.d* & in stultitia eius facti sumus sapientes. Quia enim mundus non cognouit in sapientia deũ, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. *Ioan.1.b* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Caro factus est carnalibus, H sicut spiritus angelicis spiritibus. Agnoscat eum caro in carne, homo in homine. Agnoscat inquam, & imitetur, vt eum videre mereatur in maiestate, quia per humilitatem pertinget ad sublimitatem. Si enim compatimur, & conregnabimus: si commorimur, & conuiuemus. Agnoscamus eum in- *Rom.8.a* quam secundum carnem, donec calcatis motibus carnis, & *2.Tim.2.b* omnibus extinctis vel deuictis carnalibus desideriis possimus dicere cum Apostolo: Et si cognouimus eum secũdum *2.Cor.5.d* carnem, sed iam non nouimus. Licet enim glorioſum sit videre vel in memoria habere etiam secũdum carnem speciosum forma præ filiis hominum, magis tamẽ proponitur nobis caro eius ad medelam quàm ad gloriam, ad necessitatem quàm ad beatitudinem. Altera siquidem collata est beatitudo animæ, cui nihil creatum sufficere potest, etiam si cum terra cœlum possideret. Nec satiari potest eius cupiditas, donec eũ habeat cuius imago est, qui solus potest implere angulos cupiditatis suæ. Sicut autem mediator noster duas naturas, humanitatem videlicet & diuinitatem coniunxit in vna persona, ita singula eius opera ad hanc siue illam necesse est pertinere naturã. Ad hanc siquidem miseria, sed ad illam perꝛtinet potentia. Quicquid ergo miseriæ passus est, ex I homine contraxit. Quicquid potenter operatus est, à patre habuit. Humanitate igitur & diuinitate altrinsecus positis, duo habes media, passionem & resurrectionem. Illa est misericordiæ & miseriæ: ista est potentiæ. Vis annunciari inter pennas columbæ, id est inter perfectos sanctæ ecclesiæ, quorũ videlicet exemplo infirmi roborantur, depressi ubleuantur? Dormias necesse est inter medios cleros, id est inter passionem & resurrectionem, hinc stipatus fructibus, hinc fulcitus floribus. Fructus ad passionem, flores ad resurrectio- *Gala.6.b* nem pertinent. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Qui *ibidem.* seminat in carne, de carne metet corruptionem. Seminauit vetus homo in carne, messuit postmodum corruptionem. *Rom.8.c* Quam? Passionem Christi. Nisi enim vetus homo transgrederetur, nouus non pateretur. O profundum & inscrutabile redemptionis nostræ consilium. Vere diligẽtibus deum omnia cooperãtur in bonum. Domine Iesu Christe, si inobediẽtia Adæ cooperata est nobis in bonum & tãtum tamꝙ; mirifi cum bonum, vt tu fieres corruptibilis, tua obediẽtia in quod bonum nobis cooperabitur? Profecto vt homo fiat in corruptibilis. Si seminãtes in carne, tuã messuimus corruptionem: seminantes in spiritu, nostrã metemus incorruptionem. Omnium ergo temporũ quæ sub conuersatione veteris hominis transegimus, fructus noster est passio Christi: cui debemus cõfigurari, mortificationem eius circumferentes in carne nostra mortali. Vnde sicut ab initio conuersationis, ita ab initio *Matt.3.a* prædicationis suę proposuit nobis pœnitentiã. Agite inquit, pœnitẽtiã, quoniã appropinquabit regnũ cœlorum. Magnã refectionem senserat qui de fructu pœnitentiæ dicebat: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et alibi: Cibabis nos pane lachrymarum, potum dabis nobis in lachrymis in mẽsura. Et iterũ: Potasti nos vino cõpunctionis. Quare ergo non dixerim pœnitentiam messem vel fructum, quę panis vocatur & vinum? Fructus iste amarus est, sed salubris: quia pœnitẽt ia amara est quidem ad tolerãdum, saluberrima autẽ ad conualescendũ. Proinde fidelis anima quę retro sunt obliuiſci desiderans, & ad anteriora extendi: his fructibus stipari & roborari desideret, quatenus ipſis interpositis ad secularia desideria carnisque illecebras non possit reflecti. Sicut autẽ temporalitatẽ vetustatis nostrę recolentes, finem eius & fructũ habemus pœnitentiam: ita ꝙternitatẽ nouitatis nostrę meditando præcurrentes, quandam gaudiorum sentimus fragrantiam: quæ merito floribus comparatur: quia viſo flore spes fructus concipitur, sicut & per horum prægustationem gaudiorum certi animamur ad expectationem futurorum. Quod enim non videmus, speramus: vnde & per patientiam expectamus. Temporis ergo præteriti fructus est compunctio, æui futuri flos est deuotio. Dormias ergo necesse est inter medios cleros, id est inter passionem & resurrectionem, inter fructum & florem, inter compunctionem & deuotionem. Qui sunt qui dormiunt? Qui flent, tanquam nõ flentes: qui gaudent, tanquam non gandentes: qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur: qui vt seductores & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti, per ignominiam & bonam famam tam prospera quàm aduersa huius vitæ transeunt ac si non sentiant. Beatus siquidem populus cui etiam in hoc mundo relictus est sabbatiſmus, Qui dormit, expositus est, nullam sui curam gerens, & tamen quiescit. Ita & nos omnem sollicitudinem nostram in eum proiicientes, tam in aduersis quàm in prosperis exponamur, tam per plana quàm per aspera ducatui illius congratulantes: qui ideo inclinauit cœlos & descendit, vt reduceret nos in viam rectam, vt de loco peregrinationis iremus in ciuitatem habitationis. Si hæc via ardua est & strícta, ne deficias, quia eo tutior & rectior est. Porro præuius tuus fortis & pius est, paratus vtique in defectu tuo te sacris in humeris collocare, & te portare ad gregem: quia qui dux & dominus tuus est, ipse etiam & asinus tuus est. Ischat asinus fortis, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Ipse dorsum nostrum, cui imponantur onera cęteris membris imper tabilia, sicut & hœdus noster emissarius ipse est, cui imposita sunt peccata nostra, quia vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Hinc ergo in memoriã reuoluentes passionem Christi, omnia blandimẽta mundi vt ſterM cora reputemus, vt passionibus Christi conformemur: inde spe tenẽtes firmiter gloriã resurrectionis, ne deficiamus, sed gloriemur in tribulationibus, quia passiones huius temporis condignæ non sunt ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ager ergo paupertatis merito plenus dicitur, quem simul & ver decorat floribus, & autũnus replet fructibus. Cui merito pater comparat filium suum, dicens: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. In quo nimirum omnis perfectio paupertatis, & virtutum plenitudo superabundauit, ita vt de plenitudine eius omnes acciperemus. Cum enim diues esſet, propter nos factus est egenus, vt illius ditaremur inopia. Auger iſte aquis irriguus, floribus redolens, & abundans fructibus, thesaurum habet in se absconditum, videlicet continentiam carnis. Preciosus siquidem thesaurus est possidere vas suum in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut gentes quæ ignorant deum. Noli quærere thesaurum hunc inter spinas & tribulos seculares illecebræ, nec in syluis ruditatis antiquæ. Non enim in sylua, sed in agro absconditus est. Quæras in agro vbi saturantur ligna campi, & vbi passeres nidificant, id est vbi incontinentes resipiſcunt, dignos pœnitentiæ fructus facientes, prolem gignũt, non sibi tantum, sed & aliis proficientes. Continentiam tibi credas necessariam; vt spiritus sanctus fiat in te fons aquæ salientis in vitam æternam. Aqua non sursum salit, sed desursum necesse est vt veniat. Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descẽdens à parte luminum. Ergo quod salit

A salit in vitam æternam, à vita æterna profectò descendit. Vnde licet aqua desursum veniat, nisi continentem & integrum habeat conductum, sursum non redit, sed defluit. Descendit in te spiritus sanctus, viuificauit animam tuam, vt in te saliat in vitam æternam. Continens necesse est vt sit corpus tuum, *Isa.33.c* quatinus obtures aures tuas ne audias sanguinẽ, & claudas oculos tuos ne videas malũ, ne gratia de superis tibi collata, per minus circunſpectos sensus tuos foris effluat, spiritu tuo diffuſo in vanitates & insanias falsas. Nota aliud esse continentem, aliud castum. Luxurioſus & castus sibi repugnant. Luxurioſi est motus sentire, & motibus consentire. Casti est nec motus sentire, nec motibus consentire. Continens est in medio vtrobique ſumens participium, cum altero cõmune habens motus sentire, cum altero motibus non consentire. Iſte existẽs in medio domus, deorsum luxurioſo, ſursum vero collatus pudico, etſi non in munditia cordis perambulat, tamen in innocentia cordis decantat misericordiam & iudicium. Iudicium, quòd motus sentiat: misericordiam, quòd *Gen.31.* motibus non consentiat. Iſte nolens dimittere angelum magni consilij incipiente aurora nouæ lucis, sed petens obnixè benedictionem perſeuerantiæ: etſi nõ omnino priuari, claudicare tamen meretur altero pede. Qui sunt duo pedes? Motus sentire, & motibus consentire. Illud est naturale, iſtud est B criminale. Licet ergo nõdum ignorare possit prauos motus desideriorum, sed adhuc in ipso vigeat pes iſte, per gratiã tamen supernę benedictionis ita eneruatur in ipso pes consensus, quatenus etſi ipse trahat, ipſi tamen inniti non possit. Nõ est omnino sine eo, quia cum repentina cogitatione concurrit multotiens quædam delectatio, quæ tamen cum sentitur, gemitum magis quàm consensum extorquet. Inuento huiuſmodi thesauro in agro paupertatis, vt in tuam thesaurus redigatur possessionem, vade & vẽde omnia quę habes, & eme agrum illum. Quid est, vende omnia quæ habes? Abrenuncia omnibus quæ possides, exiens ad Iesum extra castra, vt portes improperium crucis eius, quatenus tãtæ humilitatis me- *Pſal.11.b* rito de nemore exiens in quo inuolutæ sunt semitæ impiorũ qui in circuitu ambulant, agrum quem prædiximus possideas, in quo abiectis occupationibus curisque secularibus, corpore compoſito & corde dilatato curras alacer viã mandatorum dei, quæ quidem desiderabilia sunt & dulciora super mel & fauum. Quare? Quia in custodiendis illis retribu- *Pſa.18.c* *Ibidem.* tio multa. Planè multa, quia custodientibus ea debetur vita *Matt.19.d* æterna. Vnde veritas: Si vis, inquit, venire ad vitam, serua mandata. In hoc gradu continentiæ in quo refrenas quod delectat, & quod nõ delectat operaris, magna tibi incumbit tribulatio: quia dum voluntati tuæ repugnat ratio, bellũ geC ritur intestinum. Noli ergo torpere, sed leues oculos tuos ad eum qui habitat in cœlis, à quo veniet tibi auxilium vt non solum permaneas, sed etiã glorieris in tribulationibus. Quod tamen aliter non fit nisi tibi sapiat deus. Quæras ergo necesse est sapientiã per quam tibi sapiat deus, & mundus desipiat: quæ per precioſam signatur margaritam: quam qui in- *Sapiẽ.16.d* uenit homo vadit & vẽdit vniuersa quæ habet, & emit eam. Vtinã gustares & sentires quàm dulcis est dominus. Vtinam gustares panem qui de cœlo descendit, habentem omne delectamentum & suauitatẽ saporis. Profectò si quid haberes, venderes, & cõparares eam. Quid tamen habes vendere, qui omnia quę possidebas vendidiſti propter agrum paupertatis comparandum, in quo thesaurum inueneras continẽtiæ? Vide ne forte duplex sit possessio tua: vna interior, altera exterior. Exterior est secularis facultas, interior est propria voluntas. Secularibus facultatibus abrenunciaſti, exiens ad Ie- *De vitio propriæ voluntatis.* sum extra castra huius seculi: adhuc tamen rudis, & vetustatis tuæ tenebris obuolutus, propriæ voluntatis tuæ vitium non intellexeras: quæ profectò non relinquitur quotiens fit exterior abrenunciatio. Citius enim & leuius relinquitur facultas, quàm cupiditas amittatur. Vnde dominus non quoſ- *Matt.5.a* cunque pauperes, sed pauperes spiritu dicit esse beatos. Qui sunt illi? Non omnes vtique qui habent, sed qui amant paupertatem. Parum ergo omnino, imò nihil prodest exterior abrenunciatio sine interiori vel comitante vel subsequente. Propria siquidem voluntas Deum impugnat, & aduersus eũ extollitur. Ipsa est quæ paradiſum spoliat, & ditat infernum: D quæ sanguinem Christi euacuat, & ditioni diaboli subiugat mundum. Vide qualiter propria voluntas aduersetur deo. Nemo poteſt duobus dominis seruire. Non poteris obedire *Mat.6.a* simul & diuinæ & propriæ voluntati. Si enim voluntas tua voluntati diuinæ concordat, iam non propria voluntas est, sed communis: non tantùm est hominis, sed hominis & dei. Cæterum voluntati dei ex debito creationis tuæ necessitatio es obnoxius. Quare? quia sola voluntas Dei certa est, quare *Iacob.1.b* creauerit & recreauerit te Deus, sicut ait apostolus Iacobus: Voluntarie genuit nos verbo veritatis. Facis quod debes, dũ obedis ei. Debitum etiam virtutis pensum fideliter perſoluis, cum eius voluntatem & habes in desiderio, & seruas in obſequio. Ecce autem fallente diabolo, & sensibus tuis seculò lenocinãte, ad ea quæ foris sunt curioſe egrederis, ad quorum delectationem dum propriæ voluntatis attraheris concupiſcentia, quodammodo abrenuncias Deo, ac ſi abnegans diceres: Hucusque te colui, voluntatem tuam feci, sed nullam in me deinceps habeas fiduciam, quia alij domino seruire fidémque seruare proposui. Ecce propriæ voluntatis iniquitate abnegaſti deum tuum: sed necdum sufficit tibi ipsa negatio: quinimo impudentiſſimus prædo subsequenter effectus, in poſſeſſiones eius violenter debaccharis, tam alimẽtis quàm indumentis quæ præparauit non contemptoribus, E sed seruitoribus suis, ad tantæ maiestatis iniuriam impudenter abutens. Si in monasterio es, nihil comedis, nihil bibis, nullo indueris quod prius non auferas: dúmque de sacrario victualia rapis, latrocinio sacrilegiũ iungis: accedis tamen ad altare, & dominicum corpus & sanguinem tractans, nihil in te criminale reperis, qui (ſi veritas subtiliter indagatur) Deũ negaſſe conuinceris, ac latro probaris ac sacrilegus. Sequitur tertium, quod grauiſſimum est, quem abnegaſti, quẽ depræ- *Rom.2.a* datus es, ad vltimũ moliris occidere. Permanens enim in iniquitate tua, peccatum tuum vis esse impunitum, in quo deũ vis esse iniuſtum. Exigit enim iuſtitia eius vt vnicuique reddat ſecundum opera ſua. Qui enim deum vult esse iniuſtum, vult deum non esse deum. Et qui desiderat non esse deum, nónne quantum in eo est, ipse deum occidit? Proinde qui vendidiſti exteriorem poſſeſſionem tuam, vt absconditum in agro regularis diſciplinæ thesaurum continentiæ emeres, vade & vende interiorem proprietatem, lõge profecto gra- *Eccl̃.1.d* uiorem ad relinquendum, & omnino pernicioſam ad retinẽdum, vt precioſam margaritam ſapiẽtię compares: quam qui inuenit, beatus ſi tenuerit eam. Vis eam habere? Serua mãdata. Sic enim ſcriptum est: Concupiſti ſapiẽtiam? ſerua mãdata, & dominus dabit illam tibi. Impẽde igitur obedientiã, & recipies ſapiẽtiam. Quomodo enim poſſumus deo place- *Matt.19.c* re, aut ipſe nobis ſapere, ſi eius mandatis contemp ſerimus o- F bedire? Vnde interroganti in euangelio adoleſcenti, diuina *Matt.7.g* continuo mandata proponit ſeruanda, oſtẽdens in nobis faciendam esse eius voluntatem, à quo æternam ſperamus re- *Luc.6.g* tributionem. Propter quod dicit: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Et alibi: Quid vocatis me, domine, domine, & non facitis quæ dico? Hoc ordine debes progredi. Continere non potes in ſeculo? fuge ſeculum, & apprehende diſciplinam, vbi profecto inuenies continentiam. Iugulatis poſtmodum per confeſſionem carnalibus deſideriis, de vitiis animæ poteris liberius iudicare de quorum radicibus flagitiorum pullulãt ſurculi, & in perfectum turpitudinis corpus excreſcũt. Hæc animæ vitia, ſpi- *Ephe.6.* ritualia nequitiæ vocat apoſtolus, quæ parum diſcernere poteras dum carnalibus occupabaris deſideriis, & in eis quę foris ſunt delectabaris. Poſtquam ergo exteriorem delectationem amiſeris, niſi ſenſeris interiorem, diu ſtare non poteris. Quæ eſt illa? Viſitatio ſancti ſpiritus. Hanc tibi auferri inue- *Matt.19.* nies per propriam voluntatem. Vende eam, mãdaris Dei diligenter obediendo, & pro ea inuenies vitam æternam. Dicit enim veritas: Si vis ad vitam venire, ſerua mandata. Ecce habes continentiam, qua corpus tuum poſſideas in ſanctificationem: habes ſapiẽtiam, qua Deo placeas in deuotione. Habes aliquid tibi, habes aliquid deo: ſed quid habes proximo? Quid eſt quod dicit apoſtolus: Siue ſobrij ſumus vobis, ſiue *2.Cor.5.c*

Gexcedimus Deo? Quibus loquitur? Proximo loquitur. Qui
1.Cor.13.b ergo excessum suum dat deo, sobrietatē suam proximo, quid
sibi retinet? Charitas non quærit quæ sua sunt. Quare? Quia
Rom.12. non est egena, & habet, & superabundat. Ita & tu necesse est
habeas aliquid ad opus proximi, vt probes quæ sit voluntas
dei bona & beneplacens & perfecta. Probas in te voluntatem dei bonam per continentiam, beneplacentem per sapiētiam: restat vt probes perfectam per misericordiā, quæ quidē
Matt.13. significatur per sagenam missam in mare, & ex omni genere
piscium congregantem. Sagena siquidem misericordiæ, per mare fraternæ charitatis trahitur, & bonos & malos pisces, id est tam amaras quàm dulces affectiones contrahit, omnibus se conformans, & omnium in se tam aduersa quàm prospera traiiciens, flens cū flētibus, gaudens cū gaudētibus: quę tandem veniens ad littus, quando videlicet de seruitute corporis huius liberabitur in libertatē gloriæ filiorū dei, quicquid amarū, quicquid triste, quicquid aduersum est, destruet & exuet: cui nimirū erit lętitia, & lux lucebit perpetua. Quòd cōgregationē mare dixerim, non tibi videatur absurdū: quæ
Psal.106.c nimirū flante aura tētationis, procellis turbationū multoties
eliditur. In qua sunt quamplures qui ascēdunt vsque ad cœlos præsumendo, & descendunt vsque ad abyssos desperando: quorum anima in ipsis tabescente turbantur & mouētur
H sicut ebrij, & omnis sapientia (imò cōscientia) eorum deuo-
Psal.92.b ratur. Sed licet mirabiles elationes maris, mirabilis tamen in altis dominus: quia etsi quādoque in naui dormire sustineat, nouit tamen surgere in tempore opportuno, & eo imperante fluctibus & mari, redit tranquillitas magna. Ad inuenīendos fines sapientiæ (vt proposuimus) tres posuimus parabolas euāgelicas, eásque prout dominus dedit exposuimus: primam de thesauro, secundam de margaritis, tertiam de sagena. Iam vero deuicta tantæ caliginis densitate, patet quomodo sapientia attingat à fine vsque ad finem fortiter. Sanè secundum quòd processimus, sapientia quasi medium locum tenet, habens hinc continentiam, inde misericordiam. Attingit autem modo ad istam, modo ad illam, fortitudinē vtrinque ministrans. Luxuria siquidem impugnat continentiam, auaritia misericordiam. Luxuria flagitium est, auarjtia spiritualis nequitia. Vnde illud vitium corporis, istud animæ. Vide quia nullum est peccatum quod ita inquinet corpus sicut
1.Cor.6.d luxuria. Omne enim peccatū quod fecerit homo, extra corpus suum est: qui autem fornicatur, in corpus suū peccat.
I militer super omne peccatum auaritia inquinat animam, vn-
Colo.3.a de & idolorum seruitus dicitur. Incuruat enim ad infima & egena elementa animam, quæ soli creatori subiecta, cæteris rebus deberet præesse. Qui ergo perseuerant in continentia, assultus sentiunt luxuriæ, sed apud sapientiam fortitudinem inueniunt resistēdi. Per hoc enim quòd eis sapit deus, & gustare quandoque merentur quàm dulcis est dominus, illam infelicissimam & fœtentissimam dulcedinē luxurię respuūt, & apud eum inueniūt refrigerium, cuius apud se habent desiderium. Similiter auaritia subuertere nititur misericordiam, & quasi sub specie boni res monasterij prohibet vendere pro necessitatibus infirmorū, ac si corruere debeat monasterium si cura suscipiatur infirmorum. Sed quibus sapit deus, non adeo sapit terrena substantia quin infirmis compatiantur. Auaritia autem dum ingerit superfluitates, vult necessitates resecare: sed sagena misericordiæ quæ fit ex filis cōpassionis, & impendit charitatē in necessitatibus inueniēdis, & habet discretionem in superfluitatibus reiiciendis. Dat itaque sapientia virtutem & fortitudinem plebi suæ, virtutem contra auaritiam, fortitudinem cōtra luxuriam, & tamē inter tot perturbationes, & inter tot angustias disponit vt
Rom.8.c diligentibus deum omnia cooperentur in bonum. Amen.

LECTIO SANCTI EVANGELII secundum Matthæum.

Mat.25.a IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso & sponsæ. Et reliqua.

Homilia.

SPonsus Christus est ad cuius vocem qui amicus est, stat & audit, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Huic nos despondit apostolus, qui ait: Despondi vos vni viro vir- 2.Cor.11.d
ginem castam exhibere Christo. timeo autem quòd non possit hoc facere quod spopondit, id est, animam nostram exhibere Christo virginem, & virginem castā. Castam addit, quia sunt quędā virgines corpore, quæ cogitatione fornicaria deuirginantur, & suaue olentem virginitatis florem, libidinosæ affectionis pudore contaminant. Et hæ quidē fatuis quinque virginibus designantur, quas non rectæ intentionis affectus infatuat. Virgo Christus est, & virginis filius, & virginē coniugē vult habere. Tu si habes angelicam (plus dico vobis) Cant.1.c
Christi matrisque suæ gratiam, hilarescę, tripudia, & in amplexus Christi festinabunda gestiens illud amatorium clama suspirans: Osculetur me osculo oris sui. Sponsa ergo es Iesu Christi, sed hoc tuum nomen diligenter attende. Sponsæ vel sponsi nomen ab eo quod est spondere, grammatici X
deriuant. Dicuntur autem sponsus & sponsa, quia se sibi alterutrum spondent, vt nec ille nec illa alteri nubat. Porrò inter diem desponsationis huius interponitur aliquando breue spatium, aliquando & productum, & tamē definita ac denominata est dies qua debeant cōuenire: quod quidem sapien- L
ter atque vtiliter statutum est, vt interim mutuus amor augeatur & crescat, & impatiens desiderium cupitæ copulæ quo amplius differtur, ignescat: & quia iuxta Salustium, cupienti animæ nihil satis festinatur, dictarum nuptiarum properantius esse desiderent. Sic Iacob pro Rachel septennium Gen.29.d
à die despōsationis labore desudat, cubat sub dio, gelu alget, solibus vritur, nec tanti ac tam diuturni laboris amator vehemens cedit iniuriæ. Quorsum autem ista? Vt & tu fi iam sponsa Christi es, ardeas amore, æstues desiderio, anheles supiritiis, dum tardat dies copulæ concupitæ. Ait quidā, Palleat omnis amans: vt pallor & macies sint amoris signa certissima. Quid tibi cum lautioribus epulis? Quid tibi cum vino? Non est hoc monachorum. Epulentur splendidè ciues Babylonis. Si te viderit ob amorē suum sponsus marcescere, si pallescere, si calescere impatienti desiderio: accelerabit copulæ diem, offeret oscula, iunget amplexus. O lætam diem nuptiarum. O felicem sponsam tali coniugio. Carpe oscula ô beata sponsa, iunge amplexus, canta: Ecce quod concupiui, iam video: quod amaui, iam teneo: ipsi sum iuncta in cœlis, quem in terris posita tota deuotione dilexi. Simile est regnū cœlorum decem virginibus, quas rex cœlorum si sibi cum lampadibus luminosis occurrerint, in illū cœlestem thalamum, intra asylum cubiculi introducet. Sed quid facimus, M
quia quinque sunt fatuæ, & quinque prudentes? Puto autem quòd & plures, & prudentium numerum longè superet multiplicitas fatuarum: cæterum omnes acceptis lam- Esa.52.d
padibus exierunt obuiam sponso & sponsæ. Exierunt. Vnde Gene.12.d
exierunt? Planè de substantia & seculari conuersatione, Gen.19.d
iuxta illud: Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis. Audit & Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Loth quoque de Sodomis exire præcipitatur, & retrospicere prohibetur, ne pariter cum Sodomitis Ibidem.
gentibus inuoluatur incēdiis. Sed quid dixit ad angelum? Estciuitas hic iuxta, ad quam possum confugere, parua: & saluabor in ea. Nunquid non modicum est, & viuet anima mea? Ciuitas parua & iuxta, id est non longe à seculo in qua Loth ardente Sodoma saluatur, monasterium est. Nunquid non modica est respectu illius, mundi latitudinem occupans, populosa valde & malitiosa, cupiditatis & libidinis flagrans incendio? Eximus inde & ad paruam ciuitatem quæ iuxta est confugimus, ardentem cum ciuibus suis, Sodomam relinquētes. Saluabor (inquit) in ea. Planè saluabimur in ciuitatula ista, si nō respexerimus retro, si flāmantis Sodomæ (quæ iuxta iustè ardet) non nos apprehenderint, non nos incenderint fauillæ caducæ. De hac Sodoma exierunt virgines obuiam spōso & sponsæ. longe enim est à virginibus flāma Sodomorum. Exierunt autem cum lampadibus, lumbos habētes præcinctos, & lucernas in manibus ardentes: vt & castitatis cingulum

Iudic.7.c A gulum astringatur in corpore, & ad vtilitatem proximi, & gloriam patris lux exēpli clareat in operatione. Sic Gedeon in lagunculis lampades occultās, sed in hora certaminis fractis vasculis demonstrans, repentina luce hostes terruit, & vertit in fugam. Terrentur enim participes tenebrarum visa luce bonorum operum, quia stare ante lucem tenebræ non possunt. Prudentes enim virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Vide prudentiam virginum istarum: sciebant noctem fore productam, & nescientes qua hora noctis sponsus veniret, non contentæ oleo lampadum, etiam in vasis oleum sumunt: vt si fortè illud quod erat in lampadibus, adnihilaretur & deficeret, de eo quod in vasis reposuerant, ad custodiam luminis lampades implerent. Oleum in lampade, est opus bonum in manifestatione: sed dum videtur à proximis claritas operis, dum mirantur & laudant, extollitur plerunque & adsurgit elatus animus operantis: & dum in se & non in domino gloriatur, lumen lampadis adnullatur, & carens fomento congruo lampas quę coram hominibus clarè lucet, coram domino tenebratur. Prudentes verò virgines præter oleum quod in lampadibus habent, oleum aliud in vasis reponunt: quia nimirum sanctæ animæ dum sponsi sui præstolantur aduentum, dum toto desiderio ei clamant quotidie, adueniat regnum tuum: præter illa ope- E
B ra quę proximis lucent ad dei gloriam & videntur, aliqua in occulto, vbi solus pater videt, opera faciunt, vt si fortè illa quæ conspicua & clara sunt, flatus laudis humanæ extinxerit, oleum occultæ conscientiæ suffragetur. Hæc est gloria filiæ regis ab intus, dum plus de oleo quod in vasis conscientiæ diluescit, quàm de eo quod lucet deforis gloriatur, peritisse æstimat omne quod cernitur, nec id dignum iudicat remuneratione quod fauores hominum prosequūtur. Latenter igitur quæ præualet operatur, petit secretum, orationibus pulsat cœlum, fundit lachrymas testes amoris, & cum dilecto illo suo susspirio gemitúque fabulatur. Hæc est gloria, sed abintus, sed inuisa, filiæ regis & amicæ. Hoc oleum fatuæ virgines non habent: quia nisi ad nitorem vanæ gloriæ & fauorem hominum bona non operantur. Hoc oleum in quo prudentes confidunt, in abditis conscientiarum vasculis reponunt. Moram autem faciente sponso dormitauerunt omnes & dormierunt. Dormiūt virgines bonæ in domino, & in
Psal.5.a Psal.15.c Christi pectore dulce reclinatorium habētes, mane illud vltimum præstolantur. Mane (inquit) astabo tibi & videbo. O quàm iucundo interim sopore sopiūtur, quarum caro in spe requiescit, & in spe spiritus hilarescit. Liber inter hæc memiC nisse quod sanctus Germanus pōtifex Altissiodorēsis Romā petens, cum Eduam deuenisset, ad tumulum sancti Cassiani diuertit: quē proprio vocans nomine, quid (inquit) agis frater charissime? Et ille de tumulo, dulciter (inquit) in pace requiesco, & aduentū redēptoris expecto. Ecce prudentium virgi-
Apo.14.c num somnus, quibus cœlicus dicit spiritus, vt requiescāt à laboribus suis. Nō autem hoc fatuis virginibus dicitur, nec talis interim sopor earum. Neq; enim à laboribus requiescunt, quarum caro videt corruptionem, vt ingrediatur putredo in ossibus earū, & subter eas scateat. Et hoc quidē caro. Anima verò sepulta in inferno quomodo dormit cōturbata, quæ in tormentis posita aret siti, nec sperat guttā refrigerij, & resurrectionis diē & aduētum iudicis malè sibi conscia perhorre-
X scit? Dormitauerunt igitur omnes & dormierūt. Media autē nocte clamor factus est, Ecce spōsus venit, exite obuiā ei. O
Sapi.5.e clamorē prudentibus virginibus omni modulatione, omnibus modulis dulciorē: Ecce sponsus venit. Putas vox ista est
Psal.50.b filij dei, quā cū venerit beata illa hora, omnes qui in monumētis sunt audiēt, & qui audierint viuent? Domine Iesu Christe, fili dei viui, da in illa hora auditui meo gaudiū & lætitiā,
Matt.25.d & exultabunt ossa humiliata. Nō timeā tunc, quæso, domine ab auditione mala quam aūdituri sunt quibus dicturus es, Ite maledicti in ignē æternū. Erit fortassis vox ista illius tubātis archāgeli, in cuius voce & in nouissima tuba dominus descēdet de cœlo. Canet enim tuba, ad cuius clāgorē (vt Hieronymi verbis vtar) totus timebit mundus. Fragor igitur tubæ illius dum tubabit angelus, dū expergiscentur homines, tartara etiam tenebrosa concutiet. Audiēt miseri qui ibi sunt, qui illo tenentur ergastulo, audient tunc, qui nunc audiunt & fā- D
cere nolunt: Exite obuiam ei. Magnus quidem clamor: quoniam vt Sibylla dicit, quando tuba sonitum tristem dimittet Vide Aug. lib.18.de ciuita. dei cap.23.
ab alto orbe, quando & dominus cœlū aduocabit desursum, & terram, discernere volens populum suum ante se, & prudentes virgines ab infatuatis separare: aduocabit cœlum desursum, vt virtutes illæ cœlorum de suis sedibus moueantur, & omnes angeli cum eo ad iudicandum congregentur. Psalmista: Aduocabit cœlum desursum, id est spiritus animasque
Psal.49.d iustorum, quibus ante dictum fuerat vt requiesceret tempus
Apo.6.c adhuc modicū, donec impleretur numerus fratrum eorum. Tunc cœlesti illa habitatione relicta, sanctæ illæ animæ suis corporibus redditæ, tanto tutius, quāto incorruptius gaudebunt. Tunc in momento in ictu oculi, iuxta Ezechielem, in
Ezec.37.b campo pleno ossibus mortuorū ossa ad ossa, & nerui ad neruos, & iuncturæ ad iuncturas denuo colligentur, quia surget
1.Cor.15.i corpus spirituale quod seminatum est animale: & resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur. Tunc in articulo in diluculo diei illius veniente sponso clamor magnus omnes excitabit dormiētes, & clamabit virtute magna & efficacissima: Exite obuiam ei. Exite dormientes, & in occursum iudicis festinate. Tunc plangēt se omnes tribus terræ. Tunc dicent montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Exite de tumulis quos conscientię memoria
Luc.23.d non accusat, & videte iudicē bene vobis consciį & boni me- E
riti gaudentes. Reprobos autem nō tam voluntas quàm potestas iudicis exhibebit, nec tā de monumentis exient, quàm trahētur. Merito dies illa, dies irę, dies calamitatis & miserię,
Sopho.1.d dies tenebrarum & caliginis prędicatur, in qua Iudicij signū, Aug.vbi tellus sudore madescet: in qua Decidet è cœlis ignisq; & sul- supra.
phuris annis, Tartareúmq; chaos mōstrabit terra dehiscens.
Psal.96.a Ignis enim ante dominum prędedet & inflāmabit in circuitu inimicos eius, quos tūc instar Sodomitarum inueniet nudos & intectos. Sic enim resurgētes ignis & sulphuris imber inundās ignięt & comburet. Erit tunc omnino miserabile visu quòd incorruptibile & incremabile corpus ardebit, nec interibit: comburetur, nec minuetur. Capillus enim de capite nō
Luc.21.d peribit: quia nil corporis, quod incorruptelā induerit, vel incidi poterit, vel aduri. Aspice Salamandrā super ignitas & ar- Aug.li.21 de ciuitate dei. cap.4. & 5.
dentes prunas illæso corpore gradientem. Porrò asbestus lapis talis fertur esse naturæ, vt semel accēsus inextinguibiliter ardeat, igne lapidi inhęrēte, nec tamen cōsumente. Tali verò modo, vt opinor, ignis ille sulphureus inflammabit inimicos
Dan.3.d domini. Iustos verò sicut Babylonios tres pueros non tanget omnino, nec cōtristabit, nec molestiæ quicquā inferet, cū reformabit dominus corpus humilitatis nostræ configuratum
Prou.2.c corpori claritatis suæ. Rogo, quid inter hęc erit mētis peccatoribus, qui nunc lætantur cū malefecerint, & exultant in rebus pessimis? Quid inquam animi tunc habebunt, ardētibus F
elemētis, terra dehiscente, & hiatu terribili chaos demōstrāte tartareum, consurgentibus mortuis, & iudice illo cui pater omne iudiciū dedit, cum omnibus angelis cœlitus aduenīente? Miserū me, dum hęc cogito & scribo, cor timore palpitat, hument oculi, & tribularer nimium si nescirem misericordias domini. Verùm ad propositū reuertamur. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerūt lampades suas, id est conscientias cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. Arguam te (inquit) & statuam te contra faciem
Psal.49.d tuā. Posuimus nos peccata nostra post dorsum nostrum dum hic viueremus, & tanquam de actibus nostris nulla esset ante tribunal Christi facienda discussio, per negligentiam peccata multa obliuioni tradidimus. Sed quid ait? Statuam te contra faciem tuam, id est totam vitam tuam, quicquid cogitatu actúque peccasti, ante tuæ faciem mentis adducam: quę cum omnia simul videris, dicam: Hæc fecisti, & tacui. Sic fieri arbitror horam illam, tale iudicium fieri, veritate (quę Christus est) in cordibus singulorum iudicante. Heu quanta tunc in mentem venient, quæ nunc vel nulla putantes, inconfessa atque impurgata relinquimus. Quod metuens pius ac prudens
Esa.38.a rex Ezechias, Recogitabo tibi (inquit) omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Recogitabo, id est iterum cogitabo, ne aliquid fortè oblitus sim, neque aliquid iniudicatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& indiſcuſſum remaneat. Ornant ergo lampades prudentes virgines oleo quod in vaſis repoſuerant: ſed fatuarum virginum lampades extinguntur: & quia tenebrarum opera fecerant, in tenebris remanſerunt. Date nobis (inquiunt) de oleo
1.Pet. 4.d veſtro. Stulta petitio. Vix iuſtus ſaluabitur, & vix etiam ſanctis iuſtitiæ ſuæ oleum ſufficit ad ſalutem, quãto minus & ſibi & proximis? Noë, Daniel, & Iob nec filium liberabũt, ſed
Eccc. 18.c ſicut anima quæ peccauerit, ipſa morietur: ſic anima quæ iuſtitiam fecerit, ſola ſaluabitur. Reſponderunt prudentes dicentes, ne fortè nõ ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vẽdentes & emite vobis. Tardatum eſt: iam enim nequaquam iuſtitiæ oleum venundatur. Iam prophetæ & apoſtoli, aliíq;
Pſal. 80.a doctores, qui hoc diſtrahere & habere venale ſolebant, à tali mercimonio quieſcunt, nec iam vlterius dicunt: Sumite pſalmum & date tympanum. Quid plura? quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Virgines ad nuptias intrant quas introducet rex in cubiculum ſuum: quia earum ſpeciẽ cõcupiuit. Ibi de cœleſti cella vinaria promitur & propinatur vinum nouũ, quod pariter bibet & monſtrabit filius hominis. Et clauſa eſt ianua. Quæ ianua? Illa quę nunc patet venientibus ab Oriente & Occidente, vt recumbant cũ Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. Illa quæ ait: Eum qui
Ioan. 6.d venerit ad me, nõ eiiciam foras. Ecce quomodo patet nunc, H quæ nunc in æternũ claudetur. Veniunt homicidæ, & admittuntur: veniũt publicani & meretrices, & recipiũtur: veniũt Sodomitæ, molles, adulteri, fures, & quicunq; huiuſmodi, & patens eis ianua non negatur. Multus enim eſt ad ignoſcendum, præſtabilis ſuper malitia qualicunque & quãtacunque.
Ioel. 2.c Tũc autem quid dicit? Clauſa eſt ianua. Ianua pietatis & miſericordiæ Chriſti, quæ nunc lachrymis, gemitibus, ſuſpiriis & precibus pœnitẽtium facilè patet, clauſa eſt. Nullius pœnitentia, nullius oratio, nullius gemitus amplius admittetur. Clauſa eſt illa ianua, quæ Aaron poſt idololatriam recepit, quæ Dauid poſt adulterium, poſt homicidium admiſit: quæ Petrum poſt trinam negationem non ſolùm non repulit, ſed claues ſuas ei obſeruandas tradidit. Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam: qua vigilantibus & orantibus, nõ dormientibus & pigritantibus regnum cœlorum præſtatur per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

De ſeptem gradibus confeſſionis.

Pſal. 15.c NOtas mihi feciſti vias vitæ adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſque in finem.
I Ad te quidem libenter accedimus domine Ieſu, diſcipuli ad magiſtrum, infirmi ad medicũ, ſerui ad dominũ. Tu es enim magiſter & dominus, cuius ſchola eſt in terris, & cathedra in cœlis. Tu es ille eximius medicus, qui ſolo verbo reſtauras
Pſa. 24.b vniuerſa. Vias tuas demõſtra nobis, & ſemitas tuas edoce nos.
Prou. 3.c Viæ enim tuæ viæ pulchræ, & omnes ſemitæ tuæ pacificæ. Beati qui ambulant in via tua domine virtutũ: beatiores qui currunt viam mandatorum tuorum, qui currunt in odorem
Pſal. 13. a vnguentorum tuorum. Exultas enim vt gigas ad currendam viam: & non ſolũ currens, ſed & ſaliens in montibus, & trãſiliens colles. Exultauerunt gigantes philoſophi, non ad currendam viam tuam, ſed ad quærendam vanam gloriam, euaneſcentes in cogitationibus ſuis, nõ in humilitate aut in vir-
Baruc. 3.c tutibus tuis, ſed ſuis. Viam enim ſapientiæ neſcierunt, neque
Iob. 21.b meminerunt ſemitarum eius. Non eſt audita in Canaan, neque viſa eſt in Theman. Maledicti qui dixerunt domino Ieſu: Recede à nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus. Nos quærimus te de die in diem, & ſcire vias tuas volumus. Principales viæ tuæ duæ ſunt, confeſſio & obedientia. In confeſſione omnia lauantur, in obedientia virtutes ſolidantur. Bonum animæ ornamentum confeſſio, quæ & peccatorẽ purgat, & iuſtum reddit purgatiorem. Si peccata ſunt, in confeſſione lauantur: ſi bona opera, confeſſione cõmendantur. Cũ mala tua confiteris, ſacrificium deo ſpiritus cõtribulatus: cũ dei beneficia immolas deo ſacrificium laudis. Abſque cõfeſſione iuſtus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Cõfeſſio igitur eſt peccatoris vita, iuſti gloria. Video Da- K
2.Re. 12.d uid dicentem: Peccaui. & audientem: Tranſtulit dominus peccatum tuum à te, & non morieris. Conſidero Mariam, ſi non Luc. 7.g verbis, tamẽ operibus publicè ſua crimina confitentẽ, & dominum pro ea reſpõdentem: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, Luc. 22.g quoniam dilexit multum. Reſpicio principem apoſtolorum negantem timidè, amariſſimè flentem, Chriſtum illum reſpicientem. Felicem latronem intueor ſe accuſantem, Chriſtum Luc. 23.f excuſantem, & dominum promittentem: Hodie mecum eris in paradiſo. O quàm ſublimis iſta confeſſio, per quam de patibulo ad regnum, de terra ad cœlum, de cruce latro damnatus ac crucifixus ad paradiſum aſcendit. Glorioſa confeſſio, quæ Petrum apoſtolum trinæ negationis crimine liberauit: & ab apoſtolatus culmine cadere non permiſit. Fidelis inſtitutio, quæ Mariæ multum diligẽti, multum dimiſit: & amoris multi titulo inſignitam, diſcipulorũ corpori ſociauit. Præclara miſeratio, quę regem & prophetam multiplici criminũ inundatione mundauit, & in antiquę gloriam dignitatis perducendo reduxit. Hæc eſt via quæ viatorem ſuum nunquam fefellit, quæ nũquam deſeruit niſi deſerentem ſe. Huius viæ multiplices ſunt ſemitæ ad inueniẽdum, difficiles ad tenendum, ad enumerandum inexplicabiles. Prima ſemita & primus gradus in via iſta eſt cognitio ſui. De cœlo cecidit iſta L
Cant. 1.e ſententia: Noſce teipſum homo. Vide ſi non & ſponſus in amoris Cantico ſponſæ idem loquatur: Si ignoras te (inquit) ô pulchra inter mulieres, egredere, & abi &c. Cognitio ſui ſtat in tribus, vt cognoſcat homo quid fecit, quid meruit, quid amiſit. Quid vilius, ô nobilis creatura, imago dei, creatoris ſimilitudo, quàm carnẽ tuam illecebris carnalibus deturpare, & pro breui voluptate torrentem perdere voluptatis? Quid furioſius quàm rapi mentem ira, ſuperbia extolli, vexari inuidia, & anxietate torqueri? Quæ in croceis es nutrita, quare ſtercora amplexaris? Recordare etiam quid mereris. Subeat memoria tuam gehennalis olla, fornax ferreæ magnæ Babylonis, domus mortis, anxietatis domicilium, flammarum globus, acerbitas frigoris, tenebræ ſempiternę. Conſidera ordinem tormentorum, tortorum facies, mutationem pœnarum, miſeriarum infinitatem, & intellectualibus oculis iſta diſcurre, & poteris dicere: Melius erat mihi ſi natus nõ fuiſſem. Reflecte oculos, & quid amiſeris animaduerte. Reminiſcere qualis ſit ciuitas glorioſa, cœleſtis habitatio, locus vitæ, ſuauitatis palatium, ſplendor gloriæ, gratię magnitudo, claritas infinita. Attende ordinẽ gaudiorũ, gaudentiũ vultus, præmiorum viciſſitudinem, multitudinẽ deliciarũ, & potes exclamare: Qui te perdidit, totum perdidit, domine deus. Si hoc triplici funiculo ligaueris animam tuam, intelliges & animaduertes quia initiũ ſalutis notitia peccati eſt. Secũdus M
gradus eſt pœnitentia. Hæc duo ita ſibi inuicem coniuncta ſunt, vt cognoſcere ſe nõ poſſit niſi pœniteat: pœnitere non poſſit niſi ſe cognoſcat. Pœniteat igitur anima compunctionis iaculo vulnerata, pœnitentia triplici, quia innocentiã amiſit, amiſſam non requiſiuit, & neglexit patiẽtiam dei. Scio domine Ieſu, quia primam ſtolam innocentiæ nobis in baptiſmate reddidiſti: & amictu niueo candidati, in iuſtitiæ ſolio relocati, citò receſſimus à via quam oſtendiſti nobis, & portionem ſubſtantiæ quæ nobis contingebat, cum prodigo filio in diſſimilitudinis regione expendimus. Venerunt ad nos viliſſimi ſpiritus, & æternorum ignium reges, ad mũdanos immundi, ad ſaluandos damnati, curui ad rectos, & dixerunt animæ noſtræ, Incuruare vt tranſeamus. Audiuimus illos, & incuruati ſumus: trãſierunt per nos, & innocentiam amiſimus. Si culpa eſt perdidiſſe, quid putas erit non requiſiſſe perditam? Perdit aliquis aliquid in hac mortalitate, quærit iudices, amicos conuocat, trahit in cauſam, nihil intentatum relinquit, donec vel amiſſa inueniat, vel ablata reſtituatur, & cuſtodiat reſtituta. Nos hæreditatem noſtram incorruptibilem, immarceſſcibilem, incontaminatã in cœlis, verſutiis illius inſatiabilis homicidæ perdidimus, & non requirimus? & incuruauit nos, & nõ reſurgimus? Surgamus & eamus ad patrem noſtrum, dicẽtes ei: Pater, peccauimus in cœlum & coram te. Et omnẽ euangelicæ lectionis textum perconcurrentes, offeramus patri pœnitentiam mentis, cordis contritionem,

A tritionem, ſi forte cum adhuc longe ſumus, videat nos pater, & miſericordia moueatur, & currẽs cadat ſuper collum noſtrum, & oſculetur nos oſculo oris ſui. Forſitan iubebit proferri ſtolam primam innocentiæ, & indui nos veſtimentis virtutum, & dari annulum ſecretorũ in manu noſtra, & calceari pedes noſtros in præparationem euangelij pacis. Præcipiet fortaſſis adduci vitulum ſaginatum, & occidi in ſatiſ-
Ibidem. factionem reuertẽtis, & epulari & exultare, & in ſymphonia & choro reduci ad ſupernæ gaudia ciuitatis, vbi gaudium eſt angelis ſuper vno peccatore pœnitẽtiam agente. Scimus do-
Pſal. 83.e mine Ieſu, quia non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia, ſed nec illos qui ambulant in pœnitẽtia. Quia enim
Pſal. 31.a niſi vnus peccatum non fecit, beatus vir tamen, cui non imputauit dominus peccatum. Omne quod ipſe mihi non imputare decreuerit, fit quaſi non fuerit. Cogita etiam, quanta ſuperbia, patientia dei vſus imò abuſus ſis. Videbat te peccantem, & diſſimulabat quaſi non videns: vocabat, & nõ audiebas: minabatur, & nõ timebas: promittebat, & cõtemnebas, nec promiſſis illecẽ, nec terrore percuſſus. Ignoras quia
Rom. 2.a patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Time timore magno ne theſaurizaueris tibi iram in die iræ & reuelationis iu-
Hebr. 10.f ſti iudicij dei: & memento quia horrendum eſt incidere in manus dei viuentis. Liga igitur hoc triplici cataplaſmate
Pſal. 6.a patientiæ vulnus animæ tuæ, & dic: Miſerere mei domine,
B quoniam infirmus ſum, ſana me, &c. Tertius gradus eſt dolor, ſed & ipſe trina ligatione connexus. Vere poſt cognitionem & pœnitẽtiam dolor meus renouatus eſt, & in meditatione mea ignis incanduit, quia creatorem offendi, dominũ
Hier. 18.a non timui, ſpreui benefactorem. Nunquid non ſicut lutũ in manu figuli, etiam vos in manu mea, dicit dominus? Inſuper
Rom. 9.c fecit te vas in honorem, cur te in contumeliam facere præſumpſiſti? Nunquid dicit figmẽtum figulo, cur me feciſti ſic? Creatura creatorem, figmentum factorem, opus opificẽ auſus eſt prouocare? Memento viliſſima teſta, quia ſi ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringeris: ſi verò ſuper te ceciderit, conteret te cõtritione tremenda, ita vt ne veſtigium minimũ pareat. Tu autẽ ſanguinem ſanguini miſceriſti, & creatorem offendens, & dominum nõ timens. Seruus eras illius domini, cuius iræ reſiſtere nemo poteſt, & in præceptis eius acceperas voluntatem. Noluiſti intelligere vt bene ageres, ſed re-
Luc. 12.f calcitrans domini imperio, propria lege intra rempublicam viuere decreuiſti. Nam audiſti quam ſententiam excipiat ſeruus nequam, qui ſciens voluntatem domini & non faciens, multitudini verberum reſeruatur. Aſſiſtunt angeli ad audiẽdam vocem ſermonum eius. Stellæ vocãtur, & dicunt: adſumus. Venti & mare obediunt ei, & omnia legẽ præfixã inC concuſſa retinent firmitate. Tu ſolus peregrinus es, & imperatorię decreta maieſtatis non curas? Audi quia poteſt te mittere in tenebras exteriores, vbi fletus & ſtridor dentium perpetua infelicitate crebreſcunt. Quod ſi te nõ mouet creatoris offenſio, reuerẽtia poteſtatis, moueat ſaltem ingratitudo, quòd tantum benefactorem in tantis beneficiis cõtempſiſti. Vbinam ſimilem benefactorẽ inuenies, qui tibi miniſtrat ſiderum curſus, temperiem aëris, fœcunditatẽ terræ, fructuum
Rom. 8.f vbertatem? Ad extremum, vt omnium tibi beneficiorum cumulum aggregaret, proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis tradidit illum: tradens vnigenitum pro adoptiuis, dominum pro ſeruis, iuſtum pro impiis. Quid tibi vltra debuit fa-
Hier. 4.c cere, & non fecit? Si ergo iſto dolore doleueris, poteris dicere cum propheta: Ventrem meum doleo, ventrem meũ doleo, ſenſus cordis mei turbati ſunt. Quartus gradus eſt confeſſio oris. Poſt cognitionem ſui, poſt pœnitentiam mentis, poſt
Rom. 10.c dolorem cordis, ſequitur confeſſio oris. In his omnibus creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Sed & ipſa triplex eſt, ſi virtutem ſalutis adſequitur. Debet enim eſſe vera, nuda, & propria. Veritatem quęrit altiſſimus, & vbi valet falli, qui fallere non intendit? Nouimus plerõſq; & experti ſumus, qui ad confeſſionis gratiam venientes, magis onerati quàm liberati à peccatis ad ſuã conſcientiã redierunt. Dicunt enim, ſi clerici, ea quæ literario: ſi milites, ea quę gladiatorio geſſere conflictu, vt ſub humilitatis pallio ſuperbiam inducant, in tanto ſe ſignaculo cõdemnantes, ſub quo totius humanæ ſalutis ſumma conſiſtit. Ad hoc enim con- D
fitentur, vt ſaltem ſpecie videãtur confeſſi. An tu veram illam putas eſſe confeſſionem, quam aut timor extorſit, aut ſimulatio fecit, cum ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiat fi-
Sap. 1.b ctum, & gratuitam ſatisfactionem omnipotens quærat? Illa verò confeſſio vera eſt, quæ de mentis contritione deſcendens, nec timore cogitur, nec fictione palliatur, ſed in ſpiritu contribulato profert ea quæ ſentit. Nudam autem eam eſſe oportet, & totius abſconſionis exutam velamine. Quid enim prodeſt partem peccatorum dicere, & partem celare? ex parte mundari, & ex parte immunditiæ deſeruire? Nunquid de vno eodẽmque vaſe dulce & amarum, ſapidum & inſipidum ſtillare poteſt? Omnia nuda & aperta ſunt oculis dei, &
Hebr. 4.b tu illi aliquid abſcondis, qui dei locum in tanto obtinet ſacramento? Oſtende & denuda quæcunque cor tuum dilacerant: detege vulnus, vt ſentias operam medicantis. In ſimplicitate cordis oportet te quærere dominum, non in duplici-
Sapien. 1.d tate, quia væ illis qui loquuntur in corde & corde, & ter-
Pſal. 11.a ram duabus viis ingrediuntur. Debet autem eſſe propria.
Eccl. 2.c Sunt plerique qui aliorum peccata cum magna grauitate numerant, & ſociorum exceſſus multiformi declamatione loquuntur: neſciunt ſua, aliena verò perpetuæ memoriæ commendauerunt. Infelices & miſeri, quibus datum eſt aliena plangere, relinquere ſua. An non legiſti, quia iuſtus in princi-
Prou. 18.d pio ſermonis accuſator eſt ſui? Sui, dicit ſcriptura, nõ alterius. E
Nunquid oblitus es apoſtolum Iacobum dicẽtem: Confitemini alterutrum peccata veſtra? Veſtra dixi, non aliena. Ini-
Iaco. 5.a quitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra
Pſal. 50.a me eſt ſemper. Meam dixit propheta, non tuam. Quintus gradus eſt maceratio carnis, ſed & ipſa ternario numero cõſecrata. Cõuenit enim vt fiat occultè, licentioſè, diſcretè. Teneros artus tuos & exquiſitis educatos deliciis, diuturno cõfringe martyrio, vt tanto te noueris à licitis abſtinere, quanto memineris illicita perpetraſſe. Hoc autem occultè faciendum eſt, vt neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Non
Matt. 6.a enim eſt in ore hominum tanti boni reponenda cuſtodia, ſed
2.Cor. 1.c in abſconſo cordis tui, vt ſit gloria tua teſtimonium cõſcien-
Matt. 5.b tiæ tuæ. Non hoc dicimus vt nõ luceat lux tua coram hominibus, vt glorificent patrẽ veſtrum qui in cœlis eſt, ſed ne intentionẽ tuam in vilis gloriæ breuitate recondas. Nihil enim infelicius quàm hic carnem macerare ieiuniis, vigiliis afflige: & hic accipere gloriam, illic gehennam. Licentioſè vero facienda eſt, quia quicquid fit paſtoris licentia, gratioſius eſt in conſpectu dei: & illam hoſtiam ſingulariter accipit altiſſimus, quæ non eſt de propriæ ſententia voluntatis, ſed de
pręcipientis offertur imperio. Multũ enim valet ad refellendam ſuperbiam, propriæ voluntatis excluſio, quam extirpare non poteſt qui mundi huius diligit vanitatẽ. Diſcretio autem in hac diſtrictione tenẽda eſt, ne dũ nimis flagellare cu- F
pimus, ſalutẽ perdamus: & dum hoſtem ſubigere quærimus, ciuem occidamus. Cõſidera corpus tuũ, & corporis tui poſſibilitatem, intuere carnis complexionem, impone modum tuæ diſtrictioni. Cuſtodi corpus tuũ incolume ad obſequiũ creatoris. Multos vidimus ita in principiis carnem ſuam verberaſſe, & diſcretionis infregiſſe repagula, vt inhabiles laudũ ſolenniis redderentur, & lautioribus diuturnis fouerẽtur tẽporibus. Sextus gradus eſt correctio operis in apparatu, ſed & ipſe numero trinitatis conſecratus, vt tibi malum non facias, alteri non noceas, nec conſentias nocenti. Expertus es quàm fragilis ſit voluptatum immerſio, & tu iterum vadis illuc? Animaduertiſti quia trãſiit voluptas, & peccatũ remanſit. Reprime pedem ab infandis itineribus immundiſſimę libidinis. Colla ſubſterne mandatis altiſſimi, ne ſit iniquitas in manibus tuis. Deſæuienti gulę ſolẽnes epulas & vana reſcinde colloquia. Auerte oculos ne videãt vanitatem, obtura au-
Pſal. 118.c res tuas ne audiant ſanguinẽ, & tunc dicere poteris: Caſtigãs
Pſal. 117.c caſtigauit me dominus. Quid autem prodeſt intra rectitudinis lineã tui curſus opera cohibere, ſi aliis nocere deſideras? Qui non fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non ac-
Pſal. 14.a cepit aduerſus proximos ſuos, requieſcet in mõte ſancto dei, accipiens benedictionem à domino, & miſericordiam à deo
Pſal. 23.a ſalutari ſuo. Nõ autem te innocentẽ pręſumas, niſi impios &

G contra virtutē gradientes, quanta poteris a uctoritate redarguas, & opponas te murum pro domo Israël, castigans te, nō nocens alteri, nec nocenti cōsentiens. Vera est enim illa sententia: Qui cum emendare possit, negligit, participem se proculdubio constituit. Cum enim causa dei ventilatur in mediū, & falsitas præponitur veritati, qui cum persona quam gerit non resistit, de suo damnabitur silentio. Septimus gradus est perseuerantia, sed & ipsa ternarij numeri sanctificatione dicata. Perseuerantiam nanque faciunt imitatio sanctorum, breuitas temporum, fragilitas corporum. Quid nanque pati non possis, cū videas iuuenes, pueros, virgines, anus, senes, decrepitos, diuersa pro Christo non solùm excepisse, sed & exquisisse tormenta? Considera puerorum ætatem, iuuenum ignem, virginum teneritudinem, anuum fragilitatē, senum infirmitatem, impossibilitatem decrepitorū, & vbicūque reflexeris oculos inuenies in his ætatib⁹ multitudinē exemplorum ad palmam martyrij viriliter cucurrisse. Nunquid de eodem luto formatus es tu, & eodem spiritu inspiratus? Et forsitan non ingruit persecutio vt martyrium patiaris, nec damnaris si Christo seruis, imò laudaris, & ab omnibus prædicaris. Quod si & persecutio imminet, contemnenda est propter breuitatem. Bene enim natura prouidit, quæ nullum dolorem vel longum vel magnum esse demonstrat. si enim
H magnus est, longus esse non potest. Cōiunctio enim corporis & animæ exquisita diu tormenta non sustinet, sed stuporis magnitudine tremefacta, summa velocitate dissoluitur. Magni ergo animi est magna torméta contēnere, quę in breui tantā pariunt mutationē, vt de labore ad requiem, de miseria ad gloriam patientem faciant euolare. Consideranda est enim fragilitas corporis, quā sæpe aut aliquis leuissimus casus, aut incādētis febriculæ cumulata cōgeries, breui possunt suffocare momento. Tribue ergo virtuti, si necessitas fuerit, quod quandoque debes necessitati, pro breui periculo sempiternum præmiū adepturus. Vides ergo quàm difficilis sit via confessionis ad currendum, quàm multiplices semitæ ad tenendum. Verum est quod ille tantus ecclesiæ magister ait: Facilius inueni eos qui innocentiam seruauerunt, quàm qui congruam egerunt pœnitentiam. Hæc de via confessionis pro modulo nostro locuti sumus, sublimioribus sublimiores sententias reseruantes. Cæterùm obedientiæ viam sub alio sermonis principio aperire tentabimus, ne vnquam in fastidium veniant verba domini saluatoris, qui est benedictus in secula.

CONFESSIONIS priuatæ formula, quæ B. Bernardo adscribitur.

IN vnione acerbissimi doloris tui, qui causam doloris mei assumpsisti, & emendationem pro peccatis meis suscepisti domine Iesu Christe, cum vniuersitate dolentium, verè pœnitentium, & te in veritate quærentium, confiteor tibi omnia peccata mea, mala commissa, & bona omissa, vel non purè aut negligenter facta: sicut tu ea melius nosti in numero, pondere & mensura: & dies perditos vitæ meæ, in quibus te offendi, & laudem tuam minui, & à te summo bono cecidi, & proximum in casu traxi. Suscipe ergo domine de mea misera vita residuum annorum meorum: pro his verò quos malè viuendo perdidi, quibus perdite vixi, cor contritum & humiliatum deus ne despicias. Dies mei declinauerunt, & perierunt sine fructu. Impossibile est vt eos reuocem: sed placeat tibi, vt recogitem illos in amaritudine animæ meæ. Domine abyssus profundissimus miseriæ meæ, abyssum inuocat altissimæ misericordiæ tuæ. Ne contineas in ira miserationes tuas, & fontem inexhaustum misericordiæ tuæ circa me exsiccari permittas propter peccata mea, qui miseK reris omnium, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Tuum est domine, remittere peccata: miserere mei, dum tempus est gratiæ & miserationis: & dum tempus est emendationis, da mereri gloriam benedictionis: ne in die consummationis me feriat verbum maledictionis. Fac me quæso domine assueta mala relinquere, & quæ tibi placent peragere: & studium quod huc vsque in peccatis exercui, te adiuuante deinceps in tua voluntate da vt exerceam: vt vbi abundauit delictum, tua gratia redabundet. Rogo te propter temetipsum, & per amorem piissimæ matris tuæ gloriosæ virginis Mariæ, & per interceſſionem omnium sanctorum tuorum atque electorum tuarum, ignosce omnibus peccatis, negligentiis & ignorantiis meis, & ne perdas me cum omnibus iniquitatibus meis, neque in finem iratus reserues mala mea. Recordare domine Iesu, quia tuum non est perdere quidquam eorum quę pater tuus dedit tibi, quin tibi propriū est misereri semper & parcere, neminem perdere, sed saluare. Nam pater tuus misit te in mundum non vt iudices mundum, sed vt vitam habeamus per te, vt sis propitiatio nostra, & aduocatus noster, non contra nos. Quod enim nos debuimus, tu soluisti: quod nos peccauimus, tu luisti: quod nos negleximus, tu
L suppleſti. Proficiat ergo nunc domine & in extremis meis plenaria, imò superflua satisfactio amarissima mors tua, & precium inæstimabile fusi sanguinis tui, commemoratio satisfactionis tuæ, venerabile mysterium corporis & sanguinis tui, quod tibi quotidie offertur in ecclesia pro salute fidelium seruorum tuorum: in qua es tu ipse sacerdos & sacrificiū, ille qui offert pariter & cui offertur, & hoc ipsum quod offertur, ad promerendam in præsenti gratiam, quam non mereor: ad obtinendā in futurū requiem & gloriā, quam tua amarissima mors impetrauit. Imperfectum meum domine Iesu oculi tui viderunt, sed tu pie misericors & præstabilis super malitia, ne quæso imputes mihi ad æternum suppliciū, qui omnia ad summum & perfectum bonum optimè, perfectissimè & sapientissimè præordinasti, & ne permittas me deleri de libro vitæ, sed offer mihi portionem quæ me contingit in subsidium tuæ videlicet precioſæ paſsionis, pro qua voluisti hominem habere tibi cohæredem in terra viuentium. Te igitur domine moueat & inclinet ad misericordiam humanæ fragilitatis consideratio, qui nosti quæ sit hominis substantia: & quòd non vanè constitueris hominem super terram: & conserua me opus tuæ pietatis, ne incassum circa ipsum laboraueris, néve infructuosa sit in me immaculati cruoris tui effusio. Tu qui es purificationem faciens peccatorum, præsta vt emundatis per te peccatorum M sordibus, illustratáque mentis acie cognoscam te, téque agnoscens in directione iugiter ad te tendam, vt felici tandem exitu ad te mereat peruenire Iesu Christe deus meus & dominus meus. Qui cum patre & spiritu sancto viuis, &c.

DE VIRTVTE OBEDIENTIÆ, & eius gradibus.

NOn possumus nos cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quid enim in hoc vaſe testeo, & fragilitate complexionis humanæ cogitare sufficit spiritus carcere incluſus, peccato corruptus, depressus terrenis? Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animā: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Benignus tamen est spiritus sapientiæ, qui & spiritum incluſum illuminat, & corruptum sanat, & alleuat depressum. Est enim spiritus pietatis, compeditos soluens, cæcos illuminans, & erigens eliſos. Est & spiritus veritatis, qui docet nos omnem veritatem: non solum autem docet, sed etiam suggerit. Suggerit videlicet vt quęramus, docet vt intelligamus. Ipse est quem dominus Iesus post patris obedientiam vsque ad mortem crucis apostolis suis misit, obedientibus suis. An non tibi videntur singularis obedientiæ conscedisse fastigium, qui accepta licentia sedendi in ciuitate, intra vnius

Act.5.g A vnius domunculæ septa concluſi, vnanimiter in oratione perſeuerabant? Intellexiſti quia ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati? O quantis obedientiæ viribus innituntur, qui gaudent pro Chriſto ad concilium trahi? Dignitatem ducunt pro eo cædi: gloriam quærunt pro eo mori. Beatæ animę, & abundanti maieſtate ſpiritus influentes, quibus vilitas ſublimitas, contumelia gloria, patientia victoria, Pſal.122.a mirabili mirabilitate videntur. Multum repleta eſt anima eorum opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis. Cernis quàm libera fronte pontificum faciem, phariſæorum Act.5.a ſupercilium, tumultum plebis irrumpant, dicentes: Magis oportet deo obedire quàm hominibus. Intuere illa duo magna luminaria Petrum & Paulum, & vniuerſum ordinem apoſtolici ſenatus obambula, & ibi videbis obedientiæ firmitatem inter tormentorum multitudinem viriliter perſtitiſſe. Nónne ipſe filius regis, rex regionis illius, quę continuis gaudiis inclareſcit, factus eſt patri obediens vſque ad mor- Philip.2.b tem, mortem autem crucis, & didicit obedi&tiam ex iis quæ paſſus eſt? Audiſti miſeriam, audi & coronam? vidiſti periculum, vide præmium: attendiſti infirmitatem, attende poteſtatem. Propter quod (inquit) & deus exaltauit illum, & dedit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen. Sed taceamus Ibidem. B terim de illius obedientia, quæ ſingulari prærogatiua claditur & ſignificatur. Procedat in medium magnus ille patriarcha, fidei lumę, obedientiæ forma, iuſtitiæ principatus. Gen.12.a Audit ab omnipotente: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi. & ad vnius iuſſionis vocem, patriam fugit, relinquit parentes, deſerit hæreditatem, & aliorum fines hoſpes ingreditur nouus. Magna res, & primitiuæ dignitatis ptiuilegio in patre multarum gentium conſecrata. Primus primum ſuis facultatibus renunciat, & obedientiæ viam indefeſſa velocitate percurrit. Deniq; cum accepiſſet filium in Gen.22.a ſenectute ſua, in quo totius mundi beneficio fuerat cumulanda, dicit ei deus: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac: & offer mihi illū in holocauſtū. O quāta in verbis iſtis amaritudo, quanta à corde patris ſeparatio pietatis? Iubetur nāque filium occidere, os ex oſſibus ſuis, & carnem de carne ſua: filium magnæ promiſſionis, extremæ ſenectutis, propriæ mulieris: filium mirabiliter promiſſum, feliciter natum, educatum innocenter. Et ne quid deeſſet, vt tenerrimum intra paterna viſcera doloris incendium exundaret, additur, vnigenitum. Sunt nanque multi filij, ſed non vnigeniti. Iſte ſic eſt filius, vt & vnigenitus. Iſte vnicus patri, vnigenitus matri, hæreditati reſeruatus. Ne reſpicias ad Iſmaël, quia qui in ſeruitute & ex ancilla genitus fuerat, ad libertatē C & hæreditatē minimè pertinebat. Quia verò multi ſunt filij & vnigeniti, ſed non dilecti: ad exaggerandam in corde patris tribulationem, & cōprobandam in mente iuſti obedientiam, dominus ſubiungit, quē diligis. Vt verò teneritudo patris ex memoria dilecti nominis recrudeſceret, & interior pietas ad dilectæ vocis ſonum tota ferueret, puer nominatur ex nomine, quod vocatum erat à domino priuſquam in vtero conciperetur. Vides quantis tribulationū malleis Abrahæ pietas feriatur, cui præcipitur vt filium tollat, occidat vnigenitum, quem diligit immolet, Iſaac percutiat? Multum tentatus, multum probatus, aduſtus eſt multum: dulcis relatio filij ad patrem, patris ad filium. Hanc dulcedinem & omnis affectus viciſſitudinē obliuiſcitur Abraham, ſternit aſinum ſuū, ligna componit, ignem accendit, eximit gladium. Non à domino quęrit, quare? non murmurat, non conqueritur, nō ſalutem vultum doloris oſtendit, ſed omnium quæ præcipiuntur gnarus, in mortem filij pia crudelitate feſtinat. Ideo ſummæ & admirabilis obedientiæ virtus in Abraham, & ſingularis excellentiæ laudibus prædicanda. Fortiſſima res eſt obedi&tia vera, & quæ in animū deſcendere non poteſt, niſi à mūdi huius aſpergine purè preſſęque deterſum. Vt autem via eius euidentius eluceſcat, oſtendamus quātum poſſumus quæ ſit obedientia ſpecialis ad deum, propria ad hominem, communis inter deum & hominem. Sunt quædā ſummè mala, quædam ſummè bona. Summè bona ſunt diligere deum, amare proximum, veritatem loqui, non furtum facere, non falſum D teſtimoniū dicere, non adulterari: & alia multa quę ſermonis breuitas numerare prohibet. Summè mala ſunt corū contraria, & ſimilia illis. Bona præcipit deus vt faciamus, à malis iubet vt abſtineamus. Præcepti huius ſancta & incōmutabilis auctoritas nō valet quoquo modo refelli: quia illius eſt character conſignita, qui dicit: Ego dominus, & non mutor. Si Mala.3.b ergo homo ille, quē impoſuit dominus ſuper capita noſtra, aliter ſentire voluerit, ponens tenebras lucem, & lucem tenebras, vel præcipiat prędicta bona relinquere, vel malis præfatis adhærere: audāter refutandum eſt præcipientis imperium, & libera voce dicendum: Obedire oportet magis deo Act.5.b quàm hominibus. Hæc eſt ſpiritualis obedientia ad deū, quæ nunquam eſt hominis arbitrio temperanda, ſed incommutabili conſeruanda propoſito. Certam igitur regulam tene, vt nec imperio prælatorum prædicta bona relinquas, vel facias mala. Inter ſummè verò mala & ſummè bona, quædam media ſunt ad alteruttum ſe habentia, & boni malique nomen aſſumunt. Media ſunt ambulare, ſedere, loqui, tacere, comedere, ieiunare, vigilare, dormire, & ſi qua ſun ſimilia: quæ ſi paſtoris licentia fiant, ſummam expectant retributionem. In his igitur mediis ſubditi eſſe & obedientes debemus ad nutū præpoſitorum, nihil interrogantes propter conſcientiā: quia 1.Cor.10.f in his nullum præfixit opus deus, ſed prælatorum dereliquit imperio diſponenda. Non autem te moueat magiſter impe- E ritus, indiſcreta poteſtas, ſed memento quia non eſt poteſtas niſi à deo: & qui reſiſtit poteſtati, reſiſtit dei ordinationi. Hęc Rom.13.d eſt propria hominis obedientia quam homini debemus, qui homini ſubditi ſumus. Communis eſt etiam iſta inter deum & hominem: quia quicquid obedientiæ prælatis exhibetur, ei exhibetur qui dicit: Qui vos audit, me audit. Cum magna Luc.10.e igitur cautela hoc tramite dicimus incedēdum: quia & multi gradus ibidem deliteſcunt, quorū qui vnum reliquerit, cæteros ſine retributione tenebit. Primus gradus obedientiæ eſt obedire libenter. Omnis ætas ab adoleſcētia ſua prona eſt Gene.8.d ad malum, & vnuſquiſq; voluntatem praui cordis ſui ſectatur. Ab illa enim primæ præuaricationis anguſtia innatus eſt homini amor propriæ voluntatis, quæ voluntatem ſui creatoris relinquēs, ibi ſubdita eſt ſeruituti, vbi voluit dominari. Difficile eſt ergo ſuam relinquere voluntatem, & alterius voluntati deſeruire. Quamlibet autem graue ſit, nō poteſt tamē primum obedientiæ aſcendere gradum, qui voluntatē præcipientis ſuam nō fecerit. In voluntate ſua iuſtus gloriatur ſeſe domino confiteri. Vnde voluntariè (inquit) ſacrificabo tibi. Pſal.53.b Sola ergo volūtas eſt, quæ totius operis ornat effectum, ſine qua etiā nec bene aliquid agitur, etiā ſi bonum eſſe videatur. Ex voluntate igitur ſuſcipienda ſunt imperia prælatorum, & ipſum cor à ſuis voluntariis reflectionibus abducendum, donec propria voluntas mactata mādatum diligat imperantis. F Hoc eſt ergo libenter obedire, prelatorum voluntatē voluntariè adimplere. Secundus obedientiæ gradus eſt obtempe- Prou.10.b rare ſimpliciter. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat cōfidenter. In ſimplicitate cordis quærere dominum ſcriptura prænonſtrat. Multos videmus poſt præcipientis imperium mul- Sapien.1.a tas facere quæſtiones: cur, quare, quāobrē, ſæpius interrogare: crebras ingeminare querelas: quęrere, quare hoc præcipit? vnde hoc venit? qui hoc adinuenit conſilium? Inde murmuratio, inde verba murmurationem & indignationem ſonantia, & redolentia amaritudinem. Inde frequens excuſatio, ſimulatio impoſſibilitatis, aduocatio amicorum. Nō ſic Abraham. Audi quid dominus de ſimplici populo proteſtetur: In Pſal.17.g auditu (inquit) auris obediuit mihi, vt videlicet oſtenderet vno eodémq; mométo proceſſiſſe & imperantis imperium, & obſequium obſequentis. Nolite errare, deus nō irridetur. Gala.6.b Murmuras cōtra prælatum in tabernaculo corporis tui? eleuat manum ſuam ad proſternendum te dextera dei. Incede igitur ſimpliciter in mandatis obedientiæ, addens voluntati ſimplicitatem, intentioni illuminationem. Fortitudo enim ſimplicis via domini, quæ obedientia eſt. Fortitudinē igitur induunt qui obedientes ſunt, & ſimpliciter incedunt. Tertius gradus eſt hilariter obedire. Hilarem enim datorem dili- 2.Cor.9.b git deus. Non ex triſtitia (inquit Apoſtolus) aut ex neceſſita- Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gte. Serenitas in vultu, dulcedo in sermonibus, multum colorant obedientiam obsequētis. Vnde & gentilis ille Poëta ait sic: Super omnia vultus accessere boni. Quis enim locꝰ obedientiæ, vbi tristitiæ cernitur ægritudo? Ostendunt plerunque voluntatem animi signa exteriora, & difficile est vt vultum non mutent, qui mutant volūtatem. Nubilosa corporis compositio, & facies tenebris obfuscata tristitiæ deuotionē ab animo recessisse signāt. Respice Dauid ante arcam domini hilariter saltantem, & quàm sapienter superbientis fœminæ reprimit indignationem! Ludam (inquit) & vilior ero in conspectu domini. Cernis igitur quàm necessaria & conueniens sit hilaritas in obedientiæ executione. Quis imperat libenter tristitiam efflanti? Si vis ergo perfectus esse, hilariter & cum magna vultus alacritate suscipe iubentis imperium, vt volūtati cordis, simplicitati operis, vultus hilaritatem adiungas. Quartus gradus est obsecundate velociter. Velociter currit sermo dei, & velocem habere desiderat sequentem. Vides cum quanta velocitate currit ille qui dicit: Viam mādatorum tuorum cucurri. Fidelis obediens nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, prēripit præcipientē, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, itineri pedes: totum se colligit vt imperantis colligat voluntatem. Vide dominum festinanter præcipientem, & hominem festinanter obedientem: Zachæe (inquit) festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinanter descendit, & excepit eū gaudens. Animaduertisti quia & festinanter descenderit, & gaudenter exceperit. Audisti obedientiā, audi & obedientiæ remunerationē: Quia salus huic domui facta est. Intuere etiam ex occasione huius obedietię cōclusionis grande mysterium, & obsignatam signaculo misericordiæ sententiam: Venit enim (inquit) filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Nónne legisti quòd filiis Israël præcipitur vt agnum comedant festinanter? Festinanter quippe veri agni comestio signatur implenda: quia verba illa quæ per legem dedit, quæ per semetipsum præsens exhibuit, quę per ecclesiæ prepositos tradēda reliquit, veloci sunt obedientia consummanda. Et tu ergo cum voluntatem cordi, simplicitatem operi, hilaritatem vultui cōiunxeris, adde velocitatem: vt sis iuxta Apostolum Iacobū velox ad audiendum, & ad implendū velocior. Quintus gradus est adimplere viriliter. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino. Nō est fortitudinis ire ad inobedientiam, sed ab obedientia non abduci. Si tribulatio intonat, si persecutio resultat, si peccatores tibi laqueū ponūt, si maligni tuum iter impediunt: tu obedientiæ viam non deseras, sed dic: Paratus sum, & nō sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Quid enim superius enumerata pariunt vtilitatis, si fortitudo desit: quæ in arce cōstantiæ virtutes collocat, & eo vallo munit, quò furentis impetus aspirare non possit. Manum tuam misisti ad fortia? agendum est instanter, & cōstanter obediēdum: nec inter verborum seu verberum asperitatem tam regalis est semita relinquenda, sed tenaciori est retinenda feruore. Et vt breuiter dotes fortitudinis concludamus, virtus est virtutes seruans ac minuēs. Iunge igitur velocitati fortitudinem, constantiā instātiæ, & tunc decantabis securus: Manus peccatoris non mouebit me. Sextus gradus est humiliter obedire. In humilitate nostra memor fuit nostri, qui fecit nos. Magna virtus humilitatis, sine cuius obrētu virtus fortitudinis non solùm virtus non sit, sed etiam in superbiæ vitium erumpat. Quàm fortiter currebat Saul cum esset paruulus in oculis suis? quanta Philistæorum agmina prosternebat? quantis viribus exercebat gaudium? Postquam autem tenuit eum superbia, & trāsiuit in affectum cordis, debilis & impotens factus, incircunciſorum armis facilè prostratus occubuit. Aspice regem in quo humilitas sublimis & humilis sublimitas felici compositione nitescunt. Domine (inquit) non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. & ad totum itinerarium eius sedula intentione recurre, & quaquauersum oculos reflexeris, inuenies humilitatis floribus esse respersum. Audi nanque alibi quid dicat: Fortitudinem meam ad te custodiam. Quàm verè loquitur iustus in stitiæ executor. Sunt nanque plurimi qui fortitudinem suam non ad deum, sed ad inanem gloriam custodiunt, qui confidunt in virtute sua: qui de acceptis virtutibus quasi non acceperint, gloriantur, conditori facientes iniuriam, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum. Ne ergo fortitudo in superbiam transeat, condienda est sale humilitatis, quia nihil proderit fortiter obedire, si contigerit infeliciter superbire. Illi ego fortitudinem suam ad deum custodiunt, qui cum fecerint quod facere debent, dicere possunt: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus. Septimus gradus est, indefinenter obtemperare. Non qui inceperit, sed qui perseuerauerit, saluus erit. Incipere multorum est, perseuerare paucorum. Perseuerantia singularis est filia summi regis, virtutum fructus, earúmque consummatio, totius boni repositorium, virtus sine qua nemo videbit deum, nec à deo videbitur: finis est ad iustitiam omni credenti, in qua virtutum conuentus reuerendum sibi thalamum consecrauit. Quid enim currere prodest, & ante metam cursus desinere? Sic currite vt comprehendatis, dicit apostolus. O quàm perseueranti pede cursum suum perfecerat, qui dicebat: Cursum consummaui. O quàm longum cursum felix ille latro compleuit, qui consummatus in breui expleuit tempora multa. Denique & dominus prophetarum loquitur: Si conuersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem: omnium iustitiarum eius non recordabor. Vides ergo quàm profunda obliuione virtutes illæ sepeliantur, quas perseuerātia non insigniuit, Sola est quæ amatorem obedientiæ ad regis cubiculum introducit, vt eum videat in decore suo, in quem desiderant angeli prospicere. In via igitur ista qua ambulamus, absconderunt superbi laqueum mihi. Difficilis est via ista, & grauis spinosis anfractibus, multiplicium vinculorum nexibus innodata. An tu ibi putas obedientiæ fructū, cum subditus audit obedientiam quam multis expetierat votis, cum ei præcipitur quòd redoleat dignitatem, gaudio & lætitia fluitet, potentiæ fulciatur imagine? Econtrario autem an tu illi obedientiæ meritum assignas, quæ cum aduersitate procedens, animum terret audientis, grauis ad audiendum, grauior ad implendum, ad tenendum grauissima? Nō est ita. Faciendum est vt à prosperitate animo separemur: & aduersitatem animo complectamur, si volumus illum sequi, qui regnum fugit, & ad passionem voluntarius venit. Animaduertis igitur, quia viæ istæ, viæ tuæ sunt, ducentes ad vitam. Beati mites, quoniam mites docebit dominus vias suas. continget enim eis quod sequitur: Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Quia quandiu sumus in corpore, peregrinamur à domino, longe sumus à facie dei, à vultu gloriæ, à cōtemplatione maiestatis, nisi quia plerunque misericors & miserator dominus illuminat vultum suum super nos. Hoc autem fit cum remota nube illa quæ opposita erat ne transiret oratio, accedimus ad illum & illuminamur, reuelata facie gloriam dei speculantes. Non autem ita proprie reuelata facie accipiamus, cum videamus adhuc per speculum & in ænigmate, & carcerali corpore teneamur. Reuelata dicit quantum ad caliginem corporum, vnde spiritus iste creatus aliquando ad creatorem spirituum emergit, & adhærens ei vnus cum eo spiritus efficitur. Nullius autem momenti est ista contēplatio: quia spiritus claustris corporeis circūdatus, frequēti carnis cogitatione reliditur, & supra creaturā cōstitutus, infra quęq; vilissima protinus reperitur. Sed & creator spiritus, cuius magna sunt opera, exquisita in omnes volūtates eius, modo accedit nescientibus nobis, modo ignorantibus nobis recedit, quia nescimus vnde veniat, aut quòvadat. Et plerunque quantò frequentius quæritur, tātò velocius elongatur, iuxta quod & ipse loquitur sponsæ: Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare facerent. Contingit etiam vt cum non requiritur, veniat, cum quæritur fugiat, sicut spōsa se in Cāticis multipliciter ostendit quęsisse, & nō inuenisse. Non est autem vultus iste, vultum gloriæ domini inuenisse, quę est super cherubim, quia vniuersitati angelorum purissimus & clarissimꝰ exhibetur: nobis verò speculatoriis & vmbratilibus adumbratur imaginibus. Quia igitur hic vultum dei sicuti est videre nō possumus, adimpletionem lętitiæ nō habemꝰ donec trahat nos ad seipsum, & accedat caput corpori,

A pori, & sit deus omnia in omnibus. Illic erit adimpletio, hic est gustus. Gustamus enim hic & videmus quoniā suauis est dominus, sed gustus iste non transit in potum, quia licet videamus, non tamen penetramus. In gustu est suauis, in adimpletione mirabilis. Sanctorum autem animæ terrenis exutæ corporibus, quæ iam ad sedes æthereas aduolauerūt licet biBant, non tamē adimplentur, non tamen inebriantur. Quanuis enim multa beatitudine perfruantur, expectāt tamen resurrectionem mortuorum corporum: vt cum in terra sua duplicia possederint, sempiterna perfundantur lætitia. Modo enim illis singulis singulæ stolæ albæ datę sunt, & iniustum vt sustineant tempus adhuc modicum, donec impij cōterantur duplici contritione, & ipsi gemina beatitudine coronentur. Cum ergo nondum habeāt quod habere desiderant, inebriari non possunt, sed est eis illa visio potus: vt sicut absq; labore bibitur, ita sine labore quiescatur, donec satientur cum apparuerit gloria sua. Cum autem resurgemus in virum perfectum, in mensuram ętatis plenitudinis Christi, & gloriosa illa ciuitas margaritis suis ornabitur, & sicut lętantium omniū habitatio erit in ea: tunc adimplebit nos lætitia cū vultu suo, quia videbimus eum sicuti est. Tunc inebriabimur ab vberate domus suæ, & torrente voluptatis suæ potabit nos, dicętque nobis: Bibite & inebriamini charissimi: quia & anima illuminationē, & corpus glorificationem iure perpetuo possidebunt. Sequitur: Delectationes in dextera tua vsque in finem. Sinistra dei, vita præsens est. Et quia pro sinistro ducimus quicquid non multum curamus, per sinistrā præsens vita accipitur, in qua dominus electos suos sic ab impiis permittit flagellari, vt etiam patiatur occidi. An non tibi videntur obliuioni dati, qui dicunt: Propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis: quare faciem tuam auertis, obliuiscēris inopię nostræ? Per dexterā verò illa beata vita signatur, quæ nescit nisi gaudia, de qua nihil aliud dicere possumus, nisi quia gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ibi sunt delectationes illæ quas oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligētibus se. In sinistra tribulationes, in dextera delectationes. Vsquequo autem? Vsque in finem. Quis est iste finis? Finis ad iustitiam, Christus omni credenti: finis ille de quo sapiens dicit: Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Te enim cernere finis est, consummatus. Ipse est finis ad quem cum venerimus, nihil amplius sitiemus: Iesus Christus sponsus ecclesię, qui est benedictus in secula, Amen.

De quinque negociationibus, & quinque regionibus.

CNEgociamini dum venio. Verbum patris, vnigenitus Dei, sol iustitiæ, summus ille negociator, de vltimis cœlorum finibus nostræ redemptionis precium apportauit. Fidelis ista negociatio, & omni acceptione dignissima, in qua rex filius regis efficitur negociatio, aurum pro plumbo tribuitur, pro peccatore donatus est iustus. O quam indebita miseratio, quàm gratuita & sic probata dilectio, quàm inopinata dignatio, quàm stupenda dulcedo, quàm inuicta mansuetudo, quàm vilis negociatio, vbi filius dei pro seruo traditur, pro creatura creator occiditur, pro mācipio dominus condemnatur. Tua sunt hæc Christe opera, qui de lumine cœli ad tenebras inferni, à dextera maiestatis ad miseriam humanitatis, à gloria patris ad mortem crucis descendisti, infernum illustrando, hominem redimendo, superando mortē, & mortis auctorem. Vnus es, & secundum non habes: quem ad nos redimendum propria benignitas inuitauit, misericordia traxit, veritas qua te venturum promiseras compulit, puritas vteri virginalis susćepit, salua virginitatis integritate potentia eduxit, obedientia in omnibus deduxit, patientia armauit, charitas verbis & miraculis manifestauit. Absint procul negociatores terræ Theman, recedant filij Agar, qui exquisierunt prudētiam: elongētur à me gigantes à seculo nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit dominus, neque viam disciplinæ inuenerūt, propterea perierunt, sed dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Absconsisti enim hęc domine sapiētibus & prudentibus, gigātibus & nominatis, qui magni facti sunt videlicet in oculis suis, & reuelasti ea paruulis & humilibus tuis. Libēter amplector negociationē tuam, quia negociū meum est. Hæc mercimonia cum summa suauitate ruminat anima mea. Non solum autē ruminat, sed & reuocat ruminationem tuam: quia & intelligit quæ diligit, & commendat memoriæ quæ elegit. In his negociationibus præcipis esse animā meā, vt fiat nauis institoris de longe portans panem suum. Negociabor donec venias, veniēti lætus occurram, & vtinā audiā: Euge serue bone. Tui sunt cœli, & tua est terra, in regionibus tuis negociabor igitur securus, te solum habēs in itinere ducem, in periculis protectorem, consortē in tribulatione. Regiones tuæ quinque sunt, quas perambulant ad negociādum institores tui, vbi te quærunt dilecti tui, & inueniunt electi tui. Prima regio est regio dissimilitudinis. Nobilis illa creatura in regione similitudinis fabricata, quia ad imaginem dei facta, cum in honore esset, non intellexit, de similitudine ad dissimilitudinem descendit. Magna prorsus dissimilitudo, de paradiso ad infernum, & de angelo ad iumentum, de deo ad diabolum. Execranda conuersio, gloriam in miseriam, vitam in pugnam perpetua captiuitate cōuertere. Maledicta descēsio, de diuitiis ad paupertatem, de libertate ad seruitutem, & de requie ad laborem descēdere. Miseri nos, & miserabiliter nati: quibus datū est nasci in mœrore, viuere in labore, in dolore mori: de peccatore peccatores, de debitore debitores, de corrupto corrupti, de subacto subacti, geniti & generantes sumus gens peccatrix, populus grauis iniquitate, semen pessimum, filij scelerati, addentes præuaricationem. Ecce quasi non simus, sic sumus coram eo, quasi nihilum & inane reputati, putantes nos aliquid esse, cum nihil simus. Vulnerati sumus ingredientes mundum, conuersando in mundo, exeundo de mundo, à planta pedis vsque ad verticem nō est sanitas in nobis. Nouerat hæc ille sublimis propheta, qui statum humanæ miseriæ deplorans, in hæc verba prorupit: Graue iugum est super filios Adæ à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. In hac dissimilitudinis regione quid negociabimur domine deus? Aspicio genus humanum ab ortu solis vsque ad occasum huius mundi nundinas perambulare, alios diuitias quærere, alios honoribus inhiare, alios fauoralis auræ suauitate raptari. Sed quid de diuitiis? Nónne cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur? Thesaurizas, & ignoras cui congregabis ea. Vide quantum laborem pro perituris diuitiis assumpsisti? Transis maria, & alium tibi orbem aperis nauigando, secundum sapientem tribus digitis distans à morte: patriam fugis, relinquis parentes, diuelleris ab vxore, filios nescis, & omnium necessitudinum oblitus, quæris vt acquiras, acquiris vt perdas, perdis vt doleas. Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendacium? Quæ est ista demētia filij Adam, circuire maria, perambulare terras, rapi extra mundum, in laboribus plurimis, in vigiliis multis, in iciuniis crebris, in mortibus frequenter? Ecce quales diuitiæ. Sed quid de honoribus? In sublimi loco positus es, ducem te constituerunt. Vide si nō à deo iudicandus es, ab hominibus spectandus, ab omnibus lacerandus. Si miles es, excubas ante limina principis, vt principatum acquiras: & ferrato vestitus amictu, propior es vulneri, quàm honori, morti q̄ vitæ, periculo quàm præmio: Si de sorte domini, nōne episcopus Romanum pontificem, archidiaconus vel diaconus episcopum pertimescit? Vide etiā vtrum excusseris manus tuas ab omni munere, ne cum Simone audias: Nō est tibi pars neq; sors in sermone isto, quia voluisti donū spiritus sancti pecunia possidere. Nihil ad nos de rectoribꝰ ecclesiæ iudicare: videāt ipsi amici sponsi, cum de sponsa cœperit exigere rationem, qui iudicat orbem terræ in æquitate. Nūquid in honore sine dolore, in prælatione sine tribulatione, in sublimitate sine vanitate esse quis potest? Ecce quales honores. Quid autē de gloria? Gloria tibi vnde fœtide puluis, limus terræ, vas in contumeliam? Nō tibi, non tibi, sed nomini domini da gloriam. Illi permitte gloriam suam, qui gloriosus est in sanctis suis. Illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lauda,quem laudant angeli in cœlis.Nunquid & ipsa inanis gloria,quæ nihil aliud est quàm auriũ inflatio vana,quæ haberi vix potest sine inuidia? Respice quos antecedis,& cogita quia omnibus inuidiæ semina præbuisti. Omnes ergo aduersum te toruis luminibus inflammantur, tua felicitate torquentur,tua vruntur gloria.Ecce vnde gloriosus,inde odiosus:vnde sublimis:inde humilis:inde solicitus,vnde secu
Psal.38.d rus. Vides ergo quàm vanè conturbatur omnis homo.Hęc sunt mercimonia quæ inuenuntur in regione dissimilitudinis.Prudens ergo negociator qui videt in diuitiis laborem, in honoribus pœnam,inuidiam in gloria,facit sarcinam suã mundi contemptum,& fugit. Secunda regio est paradisus claustralis.Verè claustrum est paradisus,regio vallo disciplinæ munita, in qua preciosarum est mercium fœcunda fertili-
Psal.132.a tas. Gloriosa res, homines vnius moris habitare in domo: bonum & iucundũ habitare fratres in vnum. Videas illum peccata sua deflentẽ, alium in dei laudibus exultantẽ: hunc hominibus ministrantẽ,illum alios erudientẽ:hunc orantẽ, illum legentem:hunc miserentẽ, illum peccata punientem: hunc charitate flagrantem,illũ humilitate pollentem: hunc in prosperis humilem,illum in aduersitate sublimẽ: hunc in actiua laborantẽ, illum in cõtemplatiua quiescentem.& po
Gen.32.a teris dicere: Castra dei sunt hæc. Quàm terribilis est locus iste! nõ est hic aliud nisi domus dei,& porta cœli.Quid tibi ergo fidelis anima in his nundinis est cõsectandum? Peram
H bula virtutes cohabitantium in domo domini virtutum, & fac inde sarcinam tuam,formam viuendi. Quæ prius habitabas in regione vmbræ mortis, transi ad regionem vitæ & veritatis. Tertia regio est regio expiationis. Tria sunt loca quæ mortuorum animæ pro diuersis meritis sortiuntur, infernus,purgatorium,cœlum.In inferno impij,in purgatorio purgandi,in cœlo perfecti. Qui in inferno sunt, redimi non possunt:quia in inferno nulla est redẽptio. Qui in purgatorio sunt,expectant redẽptionem,prius cruciãdi aut calore ignis,aut rigore frigoris,aut alicuius grauitate doloris. Qui in cœlo sunt,gaudio gaudent ad visionẽ dei,Christi fratres in natura, cohæredes in gloria, similes in æternitate iucunda. Quia igitur primi redimi non possunt, tertij redemptione nõ indigent,restat vt ad medios trãseamus per com-
Exod.3.a passionem,quibus iuncti fuimus per humanitatem. Vadam in istam regionem,& videbo visionem hanc grandem,quomodo pius pater glorificandos filios in manu tentatoris relinquat,non ad occisionem,sed ad purgationem:non ad irã, sed ad misericordiam:nõ ad destructionẽ, sed ad instructionem:vt iam non sint vasa iræ apta in interitũ, sed vasa misericordiæ præparata ad regnum.Surgam ergo in adiutorium illis, interpellabo gemitibus, implorabo suspiriis,orationi-
1 bus intercedam,satisfaciã sacrificio singulari, si fortè videat dominus & iudicet vt laborẽ conuertat in requiem, miseriã in gloriam,verbera in coronam.His enim & huiusmodi officiis poteſt eorum pœnitentia resecari, finiri labor, destrui pœna.Percurre ergo quæcunque es fidelis anima regionem expiationis,& vide quid in ea fiat,& in nundinis istis fac sarcinam tuã affectum compatiendi. Quarta regio est regio gehennalis.O regio dura & grauis, regio extimescenda, regio fugiẽda:terra obliuionis,terra afflictionis,terra miseriarum,in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Locus lethifer,in quo ignis ardens, vbi frigus rigẽs, vermis immortalis,fœtor intolerabilis,mallei percutiẽtes,tenebræ palpabiles,confusio peccatorũ,inundatio vinculorũ, horribiles dæmonũ facies.Totus tremo atque horreo ad memoriam istius regionis,& concussa sunt omnia ossa mea.Quo-
Esa.14.d modo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris? Omnis lapis
Ezec.28.c preciosus operimentum tuum, modo subter te sternitur tinea,& operimentũ tuum vermis. O deus quanta distantia
Esa.14.c inter operimentũ precioſi lapidis,& operimentum vermis:
Matt.25.d inter delicias paradisi, & tineam corrodentem inferni? Scio quia paratus est ille ignis diabolo, & angelis eius, & hominibus similibus eius:vbi sine fine finiẽtur, sine morte morientur,torquebũtur sine cessatione. Viuens igitur in infernũ descende, percurre mẽtalibus oculis tormentorũ officinas, fuge scelera & vitia,pro quibus scelerati homines & vitiosi perierunt.Habe odio iniquitatẽ,& dilige legẽ domini,& tã K formidolosis nundinis fac sarcinã tuam odiũ peccati.Quinta regio est paradisus supercœlestis. O beata regio supernarum virtutũ,vbi beata trinitas à beatis facie ad faciem videtur,vbi illa sublimia agmina sublimi pennatũ applausu, San *Esa.6.a*
ctus,sanctus,sanctus dominus deus sabaoth,clamare nõ ceſ *Psal.35.b*
sant.Locus est voluptatis,vbi torrente voluptatis potantur iusti.Locus splendoris,vbi iusti fulgent sicut splẽdor firmamenti.Locus lætitię,vbi lætitia sempiterna super capita eorum.Locus abundãtiæ,vbi nihil deest videntibus eum. Locus suauitatis,vbi apparet dominus suauis vniuersis . Locus pacis,vbi in pace factus est locus eius. Locus admirationis, vbi sunt mirabilia opera eius. Locus satietatis , vbi satiabimur cũ apparuerit gloria eius.Locus visionis, vbi videbitur magna visio.O regio sublimis,plena diuitiarum,de valle lachrymarũ susp iramus ad te,vbi sapiẽtia sine ignorantia,memoria sine obliuione , intellectus sine errore, ratio sine obscuritate splendebit. Regio in qua dominus trans iens ministrabit electis suis,id est talem se qualis est ostẽdet. Illic erit deus omnia in omnibus,vbi terũ vniuersitas mirabiliter ordinata dabit creatori gloriã,lætitiam creaturæ. Curre igitur spiritualis anima oculis desideriorũ per regionem istam, & vide regẽ gloriæ in decore suo gloriosum , stipatũ legionibus angelorũ,sanctorum ornatũ agminibus,deponentem *Psal.83.d*
superbos,humiles exaltantẽ, damnantem dæmones, homines redimentẽ,& dic: Beati qui habitãt in domo tua domine,in secula seculorum laudabunt te.Cum ergo mente perceperis tã precioſas nundinas,mercimonia tã præclara,construe sarcinã tuam amorẽ dei. Vidisti regiones , animaduertisti nundinas,sarcinã construxisti,& beatus est . Negociare
Matt.25.d ergo dum veniat dominus deus tuus,vt ei dicere possis:Domine,quinque talenta tradidisti mihi , ecce alia quinque superlucratus sum:& audire merearis:Intra in gaudiũ domini tui sponsi ecclesiæ,qui est benedictus in secula.Amen.

Parabola de Fide, Spe, & Charitate.

REx nobilis ac potens tres habuit filias , fidem, spem, & charitatem: his delegauit ciuitatem eximiam , humanam animam. In qua cum tres sint arces , rationabilitas, concupiscibilitas , irascibilitas : vnicuique suam contradidit: fidei primam, spei secundam, charitati tertiam . Rationabilitati præficitur fides , quia fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Concupiscibilitati spes,quia concupiscere nos non licet quæ videmus,sed quæ speramus: & spes quæ videtur,non est spes.Irascibilitati charitas,feruor scilicet feruori: vt feruor virtutis feruori naturę dominetur,imò feruor naturalis attollat se in feruorem virtutis. Ingressæ illæ vnaquæque pro posse suo domum suam ornat & procurat.Custodem ergo domus suæ in rationabilitate fides ponit prudentiã,vt suum ius in ea sibi conseruet, & rationẽ sub legibus fidei & intra terminos à fide positos cohibeat . Vt autem fiduciali ter in domo ageret , addidit & obedientiam.Vt obedientia processum operis,& tolerantiã haberet laboris,subdidit & patientiã . Vt autem etiam inferiorem actuum vel sensuum familiam regere bene posset & dispensare , ipsam ei dispensationem suffecit . Vt secundum *1.Cor.14.a*
apostolum honestè & secundum ordinem omnia fierent, addidit & ordinem. Ne maledictio intraret domum (maledicta omnis domus indisciplinata) custodẽ in porta posuit disciplinam . Spes autem in concupiscibilitate domui suæ sobrietatem præfecit , vt ius suum in ea sibi conseruaret, & principales eius sibi semper seruire compelleret. Vt autẽ inferiorem voluntatum & voluptatum familiam discretè regere sufficeret, ipsa ei subdidit discretionem. Cui etiam cõtra concupiscentiã carnis addidit continentiam,contra concupiscentiam oculorum constantiam,contra ambitionẽ seculi humilitatem. Et ne egestas intraret domum (vbi enim *Prou.14.a*
multa verba sunt , sicut dicit Salomon, ibi multa egestas)silentium custodem posuit in limine . At charitas suam domum ad Austrum & meridiem positam , amicæ sibi pietati commisit,iúsque suum omne ei tradidit,subdens ei ad obsequium

A quium primùm munditiam corporis , deinde congruas exercitationes, videlicet lectiones, meditationes,orationes, & spirituales affectiones . Et ne ingressa domum miseria conturbaret beatitudinem filiorum dei , qui in septimo gradu, id est in perfectione beatitudinis positi in domo charitatis ludunt & iucundantur beati pacifici:ipsam pacem custodem in porta constituit . Sic ordinatis domibus suis , totius ciuitatis quasi præpositum quendam œconomum posuerunt liberum arbitrium . Quo peracto , redeunt in domum patris puellæ regiæ . Inimicus homo superueniens , ordinem & gloriam ciuitatis videns & inuidens machinatur insidias , & ingredi cupiens , corruptis duobus de præcipuis ciuibus discretione & dispensatione , vniuersæ malitiæ suæ exercitum introduxit per portas rationabilitatis & concupiscibilitatis. Præpositus ciuitatis liberum arbitrium , qui totius ciuitatis dimissus erat custos & arbiter (paterfamilias quippe peregrè proficiscens dedit seruis suis potestatem cuiusque operis) ligatur vinculis ferreis , & in carcerem mittitur . Præcipitatis de arce rationabilitatis custodibus suis , mox contra fidem blasphemia inducitur . Cum qua irruentes contradictiones, commotiones & confusiones , cæteráque huiusmodi turba, cunctáque sibi diripientes , sibíque quicquid libeat vendicantes , in rationabilitate nihil rationis reliquerunt , ianitore perempto, scilicet disciplina, omnibus intrandi & exeun-
B di copiam præbuerunt . Porrò in domum spei concupiscibilitatem (scilicet) ingressa,& omnia sibi vendicans domina luxuria, totam eam de superioribus deiectam ad ima deuoluit, & concupiscentiæ carnis continentiam , concupiscentiæ oculorum constantiam,ambitioni seculi humilitatem concul-
candam tradidit & illudendam . Et perempto silentio ianitore,omnibus & intrantibus & exeuntibus fecit portam patere. Sobrietatem verò & socias sobrietatis virtutes aut occidit , aut incarcerauit , aut in exilium destinauit . Exinde ad
Psal.73.d superiorem ciuitatis arcem conscenditur, & pace ianitore & custode summæ beatitudinis perempto , miseria ingreditur . Mox enim domina superbia ascendens in arcem (superbia enim eorum qui te oderunt,ascendit semper)pietatem de ea impiè deturbauit , totámque illam pietatis & pacis familiam morte vel exilio damnauit . Iam quicunque vult , sanctuarium dei ingreditur : quæcunque sancta in eo , quæcunque hactenus filiis Leui tantùm accessibilia erant & visibilia, iam prophanata, iam direpta ab inimicis , in Babylonem transferuntur , & de vasis templi concubinis regis Babylonij propinatur . Sic capta est & confusa tota ciuitas . Secun-
M dum gloriam eius facta est ignominia eius . Confusis omnibus, ad dominas tristis nuncius venit perditæ ciuitatis. Conturbatæ illæ , pedibus patris prouoluuntur auxilium deprecantes. Causante illo, & custodis liberi arbitrij arguente negligentiam : quid, inquiunt, ô pater liberum arbitrium potest sine adiutrice gratia ? Et ego , inquit , dabo gratiam , sed præmittendus est timor . Ipse enim præibit ante illam parare vias eius . Egressus timor à facie domini venit ad ciuitatem , baculum habens disciplinæ in manu sua . Inuenítque portam difficultatis obseratam & obfirmatam vectibus malæ consuetudinis . Ianitor procax & improbus carnis lasciuia in portis aderat , qui timori satis infestus , opprobriis & conuiciis eum fatigabat . At ille facto impetu fiduciæ , frangens vectes malæ consuetudinis , portas diruens difficultatis, miserum illum corripit , & baculo eum disciplinæ quem tenebat, vsque ad mortem peruget . Statímque signum aduenientis gratiæ super portas eleuans , totam ciuitatem vertit in timorem . Post quem gratia ingreditur ciuitatem , secum totum illum virtutum cœlestium exercitum adducens. Mox pars inimica disparuit , virtutes verò ad nota præsidia recurrunt. Procedentes illico & seipsas deceptas fuisse accusantes discretio & dispensatio, veniam precantur : prodit de vinculis & ad occursum dominæ gratiæ festinat arbitrium, sub regno gratiæ nunc tandem se sperans fore liberum . Fercula præparantur filiabus regis domus suæ,& mensę ponuntur congruæ . In mensa quippe fidei panis ponitur doloris, & aqua angustiæ , & cætera pœnitentiæ fercula . In mensa spei panis confortans , & oleum exhilarans faciem, & cæte-
ra consolationis fercula . In mensa charitatis panis vitæ , vi- D
númque lætificans,& omnes deliciæ paradisi. Iam ingrediũtur & epulantur, & custodiunt ciuitatem . Sed nisi dominus *Psal.126.b*
custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

Parabola de nuptiis filij regis, & de ornamentis sponsæ suæ.

FIlius regis supercœlestis Hierusalem egressus est vt contemplaretur regna patris sui inferiora . Qui circunspectis omnibus,regressus ad patrem,ait:Pater,omnia regna terrarũ circuiui,& quæ in omnibus agerentur diligenter aspexi. Cla- *Gene.18.c*
morem etiam Sodomorum qui ad te ascenderat , verum esse comperi,& vltione digna puniui . Sed iam tempus est vt in futurum mihi prospiciam , vxorem ducam, filios procreem, familiam iam per me regam.Sponsam quæ mihi habenda cõ placuit,in domo regis Babylonici vidi . Quam rex ille captiuam tenet : & ne quæ sit valeat cognosci , vilibus ac sordidis vestibus eam induit. Ad hæc pater ad filium : Absit, inquit,à tè vt rem istam facias cœterne & consubstantialis mihi vnice fili. Aethiopissa illa,de qua dicis,non est condigna tuo generi vel tuæ immensitati.Ad quem filius: Fixum, inquit, habeo in me & vxorem velle ducere , & nullam nisi hanc mihi coniungere. Si ita est, inquit pater, tu cœternus & consubstantialis & coomnipotens mihi , in manu habes & illam de E
captiuitate Babylonica liberare,& prout vis tibi sponsam assumere . Statim affuit innumerabilis multitudo angelorum, & cœlestium agminum , in his nuptiis filio summi regis ministrare sese præparantium . E quibus vnum,scilicet Gabrielem archãgelum,qui paranymphus eius fieret elegit.Gabriel electus,filio summi regis ait:En fortitudo tua ego sum:illam tibi quam quæris,de medio Babyloniæ vi rapere, si imperas, & valeo & paratus sum.Nõ ita agendum est,inquit filius regis ęterni, violentia nulla Babylonico regi inferẽda est:consiliis occultis & sapientia,quæ mihi iungenda est,de captiuitate Babylonica est eripienda. Ad Mariam virginem de stirpe Dauid mysterium consilij mei à te Gabriel est deferendum: occultè apud eam in thalamo eius cõuiuium nuptiarũ mearum est nunciandum & celebrandum. Ad Mariam Gabriel archangelus descendit,quod sibi iniunctum fuerat peregit.Sed qui eum miserat,antequam nũciaretur , iam ad virginem venerat. Ibi nunciatum, ibi celebratum est sanctissimũ nuptiarum conuiuium . Sed nunquid tantus ac talis iste sponsus ad sponsam suam vacua manu venit?Nequaquam,sed donatiua detulit:delata erogauit. Et quia hyemis tempore venit, hyemales vestes primum suæ sponsæ dedit,agninã videlicet pelliceam & cappam.Quod vtrunq; fit de agno, sed alterũ sine dolore agni,id est lana de qua fit cappa,sumitur:alterũ, videlicet pellis,vnde pellicea,absq; dolore graui ab agno nõ accipitur.Sponsus iste agnus est,sicut scriptura testatur: Quasi o- F
uis ad occisionem ducetur:& quasi agnus coram tondẽte se, *Esa.53.a*
sic nõ aperiet os suum.Et alibi: Ecce agnus dei, ecce qui tol- *Ioan.1.a*
lit peccata mundi.Agnus igitur iste de lana sua sponsæ cappã fecit: cum humilitatem verbis docuit , dicens : Discite à me *Matt.11.d*
quia mitis sum, & humilis corde. Pelliceam dedit,cum vigiliis,cum ieiuniis,& aliis carnis suæ afflictionibus , ad vltimũ passione crucis,mortificationẽ carnis sponsæ ostendit. Cappa itaque qua qui indutus est absconditur , signat humilitatem , quia quæ sponsa est Christi latitat,& à seculo cognosci refugit.Pellicea quę de mortuis animalibus fit,mortificationem carnis insinuat . Hæc autem hyemis tempore . Paschali verò tẽpore armineam pelliceam dedit circa collum & circa manum rubeis gulis præparatam. Hæc pellicea sunt prædicatores,albi propter resurrectionem, quam in Christo annunciant:& in sponsam futuram prædicãt:qui eũ passionem Christi annunciant,rubeam gulam circa collum portãt . Sed quia quidam passionem Christi ore prædicant , quàm corde non sentiunt , de quibus dicit Paulus : Quidam annunciant *Philip.1.c*
Christum non syncerè , existimantes se suscitare tribulationem vinculis meis : oportet vt quod ore dicunt, corde sentiant.Nam minus de cæteris ornata esset , si tãtùm circa collum,& non vsque ad pectus descendẽtes gulas pellicęas ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gberet. Circa manus prædicatores gulas habent, cum in operibus suis passionibus Christi communicant. Igitur pellicea sponso de arminio fit, quod cãdidum est, in significationem lætitiæ spiritualis ob spem futuræ resurrectionis. Circa collum & vsque supra pectus & circa manus rubeis gulis ornata est, quia passione Christi, quam ore prædicat, corde sentit, & operibus attestatur. Dedit etiam Christus paschali tẽpore sponsæ suæ cordubanos suos, qui signant duo testamenta, quibus affectus sponsæ ne terram tangũt muniuntur: vel signant continentiam & charitatem: quæ duos affectus, quorum alterum ad carnem suam, alterũ ad vitia olim sponsa habuit, calceant: è quibus ille qui ad carnem est, continentia sine districtione disciplinæ munitur: ille qui est ad vitia, charitate extinguitur. Sed hi cordubani nisi professione ligentur & obedientia, è pedibus elabuntur. Multos enim videmus qui continentiã carnis ex charitate habuerũt, vel secundum duo testamenta viuere disposuerunt, sed quoniam sub obedientia & professione se non ligauerunt, grauiter lapsi sunt. Cordubani itaque sunt vel duo testamenta, vel continentia & charitas: ligaturæ, professio, & obedientia. Dedit etiam Christus sponsæ suæ duas chirothecas. Manus sponsæ sunt operatio & cõtemplatio. Et quanuis per lęuam alibi actiua,

H per dexteram contemplatiua vita (vt est illud: Læua eius sub capite meo, &c.) hic tamen per sinistram contemplatio, per dexteram operatio designatur, hac similitudine, quia sinistram frequenter tenemus sub vestibus absconditam, dextera, id est operatio, habet chirothecam in quinque folliculos ad quinque digitos recipiendos diuisam: quia bonum opus debet esse rectũ, voluntarium, purum, discretum, & firmum. Rectum in intentione: volũtarium, vt nec timore nec aliqua alia fiat coactione: purum, vt dum fit, aliqua aura vanitatis non inanescat: discretum, vt vltra modũ non intẽdatur: firmum, vt perseueret. Sinistra autem, id est contemplatio, habet chirothecã similiter in quinque diuisam. Nã quinque in contemplatione sunt, scilicet consideratio peccatorũ & gehennę, contemptus præsentium & spes futurorum, iudiciũ & regnum, status corporis post resurrectionem & glorificationem, spiritus humanus & æternitas cum qua vniendus est. Qui enim contemplatur, primùm cõsiderat peccata sua qualia & quanta perpetrauit: quę considerare non multum prodesset, si non pro illis in gehẽna puniri metueret: & ideo considerationi peccatorum rectè adiungitur consideratio gehennæ. Iterum si considerarẽtur quæ & quanta sint tormenta gehennæ, & nulla peccatorũ memoria haberetur, secura mens forsitan gehennam cõsideraret, cum nulla eam recordatio peccatorum perterreret. Hac de causa in mente contẽplatoris vtrunque & peccata & gehenna cõiungitur, vt ex vtroque terror incutiatur. Sed in mente sic perterrita

I statim suboritur cõtemptus præsentium, cui adiũcta est spes futurorum. Sed ne spes mẽtem dissolutam reddat, restringitur per iudicium, quia considerat ad ea quæ sperauit, transeundũ esse per illud horrendum & districtum iudicium. Sed terrorem de iudicio, cõsolatur regnum, & ideo iudicio subiunctum est regnũ. In quo regno consideratur quid erimus, & primùm status corporis, quod erit immortale & impassibile, deinde glorificatio, quod erit ineffabilis pulchritudinis & præfulgidum, sicut scriptum est: Fulgebunt iusti sicut sol.

Matt.13.f. Post hæc consideratur beatitudo animæ, si ipsa anima consideratur, & deus cui vnienda est, quod est vltimum, & consummatio omnium. Hæc autem quinque quæ in cõtemplatione cõsideramus, per quinque fenestras videntur. Fenestra ex aëre & pariete cõstat. Nam vbi est paries continuus, nulla est fenestra: item vbi est aër absque pariete, non est fenestra. Christus verò est ex humanitate quasi pariete, & diuinitate intra humanitatem lucẽte. Itaque Christus fenestra est, imò quinque fenestrę in eo cõsiderantur, scilicet incarnatio, conuersatio, doctrina eius, resurrectio, & ascensio. Per illas quinque, quinque quę de contemplatione dicta sunt, videntur. Nam per incarnationẽ Christi multis manifestata sunt peccata & gehenna, quæ prius non attendebantur. Conuersatio eius apertè docuit præsentia contemnere, & ad futura K spem dirigere. In doctrina eius satis de iudicio & regno. In resurrectione eius ostẽsus est status corporis & glorificatio, quia qualis ipse, tales & sui futuri sunt pro modulo suo. In ascẽsione autem quantulumcunque reuelatum est quomodo spiritus noster cũ deo vniẽdus est. Homo enim ille quomodo sine omni vehiculo, absque omnis creaturæ administratione ascendit, sic & spiritus noster post eum tandem ascendet. Itaque chirothecæ spõsæ in manu dextra sunt, id est in actione, quòd ipsum opus sit rectum, voluntariũ, purum, discretum, & firmum. In sinistra manu, id est contemplatione, quòd primum considerentur peccata & gehenna, deinde sequatur cõtemptus præsentium, & spes futurorum, post iudicium & regnum subiungatur status corporis & glorificatio, ad vltimum vnitio spiritus nostri cum deo. Christus ascendens hæc omnia in sponsa consummauit: & eam conseruandam apostolis commisit, & ne ab Hierosolymis discederẽt, *Luc.24.* præcepit, donec induerẽtur virtute ex alto. Post dies decem, *Actu.1.a.* ipso scilicet die Pentecostes, exercitum maximum & fortem misit è cœlo, id est spiritum sanctum, qui contulit eis pacem & gaudium, & cæteros fructus spiritus, quos enumerat apo- L stolus. Quibus facti cõstantes & fortes, hostiles cuneos ag- *Galat.5.a.* grediuntur, & Petrus vna die quinque milia, & alia die tria *Actu.4.a* milia de Iudæis ad Christum conuertit. Quibus gestis aiunt *Actu.2.g* apostoli: Absit vt domina nostra Christi sponsa pedes ampliùs gradiatur. quæramus ei animal quo subuehente celerius & honestius quocũque eundum est deferatur. Sed hoc non erit equus, quia animal superbiæ & discordiæ est: nec asinus, quia fatuus & immundus: sed mulus, qui firmiter & maturè graditur. Mulus itaque sponsæ datur, quia populus ex Iudæis & gẽtibus ad fidem conuersus est. Sicut enim mulus ex diuersis animaliũ speciebus nascitur, sic primitiua ecclesia ex diuersis populis collecta est, videlicet ex Iudæis & gentibus, vel de præsumentibus & desperantibus. Christus enim diuersis & contrariis infirmitatibus laborantes, miro modo sanauit, & vno medicamine, id est cruce sua, eos qui nimis cõfidentes aut desperãtes fuerũt & adhuc sunt, qui dicunt, Re mea contẽtus sum, & nulli vnquam per vim rapui aliquid, & similia, & quid est quare de vita desperem, & ge- *1.Petr.2.d* hennã timeam? Sed si isti attendunt quòd Christus, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, morte tamen turpissima, id est cruce vitam finiuit, deficiunt à superbia sua, & timore cõterriti, ad humilitatem & ad communicandum passionibus Christi conuertuntur. Sunt iterum qui tot & tantis facinoribus inquinati sunt, vt sibi indulgeri diffidant. Sed si ipsi attendant quòd Christus non pro se, sed pro peccatoribus sustinuit, spem sumunt, & à desperatione sanantur. Itaque Christus sua cruce & præsumentes sanat, M quia innocens passus est: & desperantes, quia pro peccatoribus sustinuit. Et ex his diuersis peccatoribus Ecclesia congregata mulus est, quem apostoli sponsæ præparant. Et ei in talibus quiescenti, & per eos ad diuersa progredienti, dant calcar vnum, scilicet amorẽ sponsi, quo suos proficiscí compellat. Dãt & flagellum quo retro percutiat, quia de perpetratis iniquitatibus anxiãtur. Multiplicata & dilatata sancta ecclesia, apostoli peracto agone sui certaminis de vita decedentes, eam martyribus regendam committunt. Illi autem pro ea viriliter decertantes, & in defensione eius sanguinem suum fundentes, dicunt: Apostoli mulo vno dominam nostram donauerunt: æquum est & nos in ornatum eius & decorem aliquid conferre. Et quia iam ęstas incaluit, grossioribus indumẽtis nõ est oneranda: nouum aliquid faciamus ei decoris & subtile, varium scilicet mãtellum, rubea purpura coopertum. Varium istud mantellũ sunt sancti martyres ex parte virgines, quod signat album: ex parte viduæ vel coniugati, qui signãtur medio colore & vario. Rubeum superponitur, quia pro Christo trucidati sanguine respersi sunt. Et hi suis temporibus viriliter rexerunt ecclesiam, prouexerunt & munierunt. Quibus decedentibus successerunt sancti doctores & munifici cõfessores, Ambrosius, Hieronymus, Hilarius, Augustinus, & similes. Videns autem diabolus aperto bello quod contra ecclesiam tempore apostolorum & martyrum

A tyrum gesserat, se nihil profeciſſe, ſed eam tribulationibus magis creuiſſe & profeciſſe, ad fraudulentas & occultas perſecutiones cõuertitur, ſcilicet vt aliquos ex membris eius ſeducat, per quos negocium ſuę malitiæ tanto efficacius quanto occultius peragat. Inſtruit itaque Arrium ſuis artibus, Pelagium & Fotinum, & his ſimiles, qui miniſtros Chriſti ſe ſimulantes, ſponſam eius longè in deuium ducant. Quod percipientes ſancti doctores occurrunt, diſputationibus confligunt, cõfutant hæreticos, & dominam ſuam ad viam veritatis reducunt. Cui reductæ, quia dum per deſerta Arrij & deuia Pelagij graditur, veſtes eius aliquantum attritæ erant, paludamentum de ſamito faciunt, id eſt vita ſua pudica & honeſtis ſuis moribus eam adornant. Ecce iam victus hoſtis & in apertis perſecutionibus, & occultis hæreticorũ ſeductionibus. Iam ſponſa nullo contra occurrente, cum multo comitatu graditur, adhuc tamen coluber tortuoſus eam ſpoliare conatur: & cũm iam in via non poſſit, iuxta viam laqueos parat, ibi tentoria ſua erigit. Et hic quidem trapezitas ſuos cum multo auro & argento expoſito ſedere facit: illic autem vẽditores veſtium cum multo & vario apparatu diuerſorum ornamentorum: alibi vẽdentes cibos omnium generum collocat: alibi vendentes vina & omnium potionum genera tabernas diſponit: alibi triumphales arcus gloriãtium in pom-

B pa ſeculari erigit: choreas puellarum, & omnium incitamenta libidinum oſtendit. Qui ſapiens eſt, cum ſponſa graditur, ſponſæ recta via gradienti adhæret. Fatui & vecordes viam deſerunt, & in tabernaculis diaboli eſſe iucundantur. Nam quicunq; argentum diligit, auri ſpecie capitur, & hæc Chriſto præponit: in tabernaculis diaboli demoratur. Similiter qui veſte preciosa, qui cibis lautioribus, qui vino mellito, & aliis potionum precioſarum generibus, qui in mulieribus, qui in iocis, in ſeculi cantionibus delectatur, & hæc Chriſto præponit: in tentorio diaboli eſt. Quid etiam dicam de illis qui cum eccleſiam dei regere debeant, ingredientes viam, ea quæ in tentoriis diaboli ſunt, admirantes circunſpiciunt & concupiſcunt: & non habẽtes vnde cõcupita ſibi cõparent, ornamenta ſponſæ ſuę diripiunt, & in explendis malis cõcupiſcentiis ſuis turpiter inſumunt, ita vndique lacerata circa humeros, vt parum quid de amictu, id eſt paucos monachos & paucos regulares canonicos, & de aliis generibus hominũ ferè nullum retineat.

Sermo cuiuſdam ad clerum in concilio Remenſi congregatum.

Exod.17.c GRaue eſt quod mihi iniungitur, videlicet vt doceam doctores, inſtruam patres: præſertim cum ſcriptum ſit: *Deut.32.a* Interroga patres tuos, & annunciabunt tibi. Sed præcipit *Exod.3.c* C mihi Moyſes iſte, cuius manus graues ſunt: cui obediendum eſt non ſolùm à me, ſed etiam ab omnibus. Et plus quàm Moyſes hic. Moyſi commiſſa fuit vna plebs Iſraëlitica, iſti autem vniuerſa eccleſia. Et pluſquam angelus hic. *Matt.16.c* Cui enim angelorum dixit aliquando deus: Quæcunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cœlis? Secundum officium dico, non ſecundum meritum. Præter deum non *Num.21.c* eſt ſimilis ei nec in cœlo nec in terra. Hic eſt Petrus, qui miſit ſe in mare, cum alij diſcipuli nauigarent ad Ieſum. Vnuſquiſque veſtrum contẽtus eſt nauicula ſua, hoc eſt archiepiſcopatu ſuo, abbatia ſua, prępoſitura ſua: iſte autem miſit ſe *Pſal.103.c* in omnes archiepiſcopatus, abbatias, præpoſituras. Hoc magnum & ſpatioſum manibus, illic reptilia quorum nõ *Matt.3.b* eſt numerus. Et vobis dico fratres mei epiſcopi, multum ex- *Pſal.81.a* altauit vos deus. Vos eſtis ſal terræ, ſicut dicit dominus in euãgelio: Vos eſtis lux mundi. Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Veruntamen ſicut homines moriemini, & ſicut v- *1.Cor.1.c* nus de principibus cadetis. Vbi ſapiens, vbi ſcriba, vbi conquiſitor huius ſeculi? Nónne ſicut homines morientur? Et nónne ſicut vnus de principibus cadent? Vnde cadent. vel quò? De latere domini, in profundũ inferni. Fratres, duo mala magna reſtant: mors videlicet, & iudicium. Dura eſt enim *Pſal.138.b* conditio mortis, & idcirco rarus eſt qui velit mori. Sed quæ cura mori, cum hęc ſit via vniuerſæ carnis? Eia quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam, cum dicat apoſtolus: O- D mnes nos repreſentari oportet ante tribunal Chriſti, vt refe- *2.Cor.5.b* rat vnuſquiſque rationem de his quę geſſit in corpore ſuo, ſiue bonum ſiue malum? Fratres, aliam ſynodum pronũcio vobis, vbi dominus deus ſedebit in iudicio, & ibi omnes nos oportet repræſentari, & ibi deus iuſtè iudicabit orbem terrarum. Hic includitur iniuſtitia in marſupio, ſed iuſtè iudicabit deus in illo iudicio, & ibi omnes nos oportet repræſentari (niſi fortè, quod dici nefas eſt, mentiatur apoſtolus) ſiue ſit papa, ſiue cardinalis, ſiue archiepiſcopus, ſiue epiſcopus, ſiue diues, ſiue pauper, ſiue doctus, ſiue indoctus, vt referat vnuſquiſq; rationem de his quę geſſit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum. Et ſi reddenda eſt ratio de his quæ quiſq; geſſit in corpore ſuo, heu quid fiet de his quæ quiſq; geſſit in corpore Chriſti, quod eſt eccleſia? Eccleſia dei vobis cõmiſſa eſt, & dicimini paſtores, cum ſitis raptores. Et paucos habemus, heu, paſtores: multos autem excommunicatores. Et vtinam ſufficeret vobis lana & lac: ſiritis enim ſanguinem. Qua- *Quatuor his qui præ* tuor tamen his qui præſunt in eccleſia dei, neceſſaria eſſe præ *ſunt, neceſ-* omnibus reor: videlicet vt per oſtium intrent, vt in humili- *ſaria.* tate ſe contineant, auaritiam declinent, mũditiam tam corde quàm corpore ſeruare ſtudeant. Sed quid prodeſt ſi canonicè eligantur (quod eſt per oſtium intrare) & nõ canonicè viuant? Dixit dominus ad duodecim: Nónne ego vos duode- *Ioan.6.g* cim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Dominus Ieſus, cum E eſſet electio illa in manu tua, & nõ haberes aliquem contradicentem & reclamantem tibi: quare elegiſti diabolum epiſcopum? Cur bone Ieſu non elegiſti bonum & iuſtum & ſanctum, ſicut Petrus bonus, iuſtus & ſanctus fuit? Vel ſi elegiſti diabolum, cur te iactas elegiſſe? Fratres, ſic facit Ieſus hodie, eligens ſibi multos diabolos epiſcopos. Vbi, proh dolor, reperiemus epiſcopos, qui poſt adeptam dignitatem in humilitate ſe cõtineant? Nempe ſuperbia eis occaſio eſt vt ad tantam dignitatem aſpirent, vt in ouile Chriſti impudenter irrumpant, cum tamen per pſalmiſtam dominus dicat: Nó ha- *Pſal. 100* bitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam. Ieſus autem in medio eſt, non in angulo. Vnde ipſe in euangelio, Vbi *Matt. 18.c* duo, inquit, vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum. Et iterum: Ieſus autem tranſiens per me- *Luc.4.c* dium illorum ibat. Et in libro ſapientiæ: In medio, inquit, ec- *Eccl.15.d* cleſiæ aperuit os eius. Et rurſus in euangelio dicitur: Stetit *Luc.24.f* Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum. Væ mihi domine Ieſu, ſi tecum ero in domo tua, & nõ in medio domus tuæ. At iſti non ſic. Sunt quidem cum Ieſu, ſed nõ in medio domus eius: quia amant & faciunt ſuperbiam, parentes ſuos extollentes: pauperes autem negligentes & deprimẽtes. Male viuunt, & ſubiectos male viuere volunt. Et idcirco comparantur Apo- *Eſa.14.d* ſtatæ angelo qui dixit in corde ſuo: Ponam ſedem meam ad Aquilonem, &c. Quid eſt diabolum ad Aquilonem ſedem F velle ponere, niſi ſuperbum quempiam & impiũ ſuper ſuos ſimiles à charitatis calore vel ſapientiæ luce alienos principatum appetere, vel adeptum tenere? Talis erat Abſalon ſuper filios Iſraël, patri ſuo rebellis, principatum appetens. Talis *2.Reg.15.e* erat Hieroboam, qui peccauit, & peccare fecit filios Iſraël in *3.Reg.12.f* vitulis aureis. Tales fuerunt ſcribæ & phariſæi, contra quos ait dominus: Væ vobis ſcribæ & phariſæi, qui clauditis re- *Matt.23.b* gnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, & introeuntes nõ ſinitis introire. Porrò epiſcopi huius temporis auaritiam quomodo declinent? Quod enim ſine miſerabili gemitu dicendum non eſt, Chriſti opprobria, ſputa, flagella, clauos, lãceam, crucem & mortem, hæc omnia in fornace auaritiæ conflant, & profligant in acquiſitionem turpis quæſtus, & precium vniuerſitatis ſuis marſupiis includere feſtinãt: hoc ſolo ſanè à Iuda Iſcariotis differentes, quòd ille horum omne emolumentum denariorum numero cõpenſauit: iſti voraciori ingluuie lucrorum, infinitas exigunt pecunias. His inſatiabili deſiderio inhiant, pro his ne amittant, timent: & cum amittunt, dolent. Harum in amore quieſcunt, quantum duntaxat liberum eſt eis arbitriũ aceruandi, vel augmẽtandi cura. Animarum nec caſus reputatur, nec ſalus. Non ſunt profectò matres, qui cum ſint de crucifixi patrimonio nimium incraſſati, impinguati, dilatati, nõ compatiuntur ſu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G per contritione Ioseph. Archipresbyter circuit obedientiâ
sibi creditam, & vt impleat saccum suum, tradit sanguinem
iustum. Vendit nempe homicidia, adulteria, incestus, forni-
cationes, sacrilegia, periuria; & vsque ad summum implet
manticam suam. Fama igitur volâte innotescit episcopo ta-
lis quæst': & accersito archipresbytero, da mihi, inquit, par-
tem meam. At ille: Nihil dabo tibi. E contra episcopus: si nõ
dederis mihi, inquit, partẽ meam, auferam tibi omnia. Fit-
que altercatio maxima, & propter auaritiam fit discordia.
Luc.13.b. Postea verò archipresbyter reuoluens secum quòd auctori-
tate episcopi fungatur potestate ista, & quòd sine gratia ip-
sius nihil possit, peruersè conuersus, pœnitet, inquit me: ac-
cipe partem tuã, & insuper de mea quod beneplacitum fue-
rit. & reconciliantur. Heu sicut Herodes & Pilatus reconci-
liati sunt, & Christus crucifixus est: sic nihilo minus isti re-
conciliantur, & pauperes Christi spoliati sunt. En tempora
ista planè fœda à negocio perambulãte in tenebris: quapro-
pter væ generationi huic à fermento Pharisæorum, quod est
hypocrisis: si tamen hypocrisis dici debet, quę iam latere præ
abundantia non valet, & præ impudentia non quærit. Et sic
serpit hodie putrida tabes per omne corpus Ecclesiæ, quo
latius, eo desperatius, eoq; periculosius quo intestinius. Nã
si insurgeret apertus hæreticus, mitteretur foras & arescereret:
si violẽtus inimicus, absc5deret si quis forsitan ab eo. Nunc
H quomodo eiiciet, aut quomodo abscondet se? Omnes amici
& inimici, omnes necessarij, omnes domestici, & nulli paci-
fici: & quæ sua sunt, quærũt omnes. Ministri Christi sunt, &
seruiũt antichristo: honorati incedunt de bonis domini, cui
honorem non deferunt: Vnde hinc est eis quem quotidie vi
demus meretricius nitor, histrionicus habitus, regius appa-
ratus. Inde aurum in frænis, aurum in sellis & in calcaribus.
Plus nitẽt calcaria quàm altaria. Inde mẽsæ splendidæ & ci-
bis & scyphis. Inde comessationes & ebrietates. Inde citha-
Psal.143.c ra & lyra & tibia, redundantia torcularia, & pr5ptuaria ple-
na, eructãtia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria, inde re-
ferta marsupia. Huiusmodi sunt & volut esse ecclesiarũ præ-
positi, decani, episcopi, & archiepiscopi. Nec enim hæc me-
rito cedunt, sed negocio illi quod perambulat in tenebris.
Esa.38.d. Olim prædictum est, & nunc tẽpus impletionis aduenit: Ec-
ce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece
martyrũ, amarior pòst in cõflictu hæreticorum, amarissima
nũc in moribus domesticorũ. Nõ fugari, nõ exterminari pos
Psal.39.b. sunt, ita inualuerunt: ita multiplicati sunt super numerũ. In-
testina & insanabilis est plaga Ecclesiæ, & ideo in pace amа-
ritudo mea amarissima. Sed in qua pace? Pax est, & non est
pax. Pax à paganis, pax ab hæreticis, sed nõ profectò à filiis.
Esa.1.a. Vox plangentis in rempore Israel: Filios enutriui & exalta-
ui, ipsi autẽ spreuerunt me. Spreuerunt & inualuerunt à tur-
pi vita, à turpi quęstu, à turpi commercio, à negocio peram-
I bulãte in tenebris. Superest vt iam de medio fiat dæmonium
meridianum ad seducẽdos si qui in Christo residui sunt ad-
huc persistentes in simplicitate sua: si quidem abforbuit flu-
uios sapientium, & torrentes potentum, & habet fiduciam
Iob.40.c. quòd influat Iordanis in os eius, id est humiles & simplices
qui sunt in Ecclesia. ipse enim est antichristus, qui non solùm
se diẽ, sed & meridiem mentitur, & extollitur supra id quod
colitur vt deus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris
2.Thes.2.a suí, & destruet illum illustratione aduẽtus sui. Ecce diximus
Ibidem. quales habem⁹ pastores in via hac qua ambulamus, nõ qua-
les habere oportet. Non sunt omnes amici sponsi, qui hodie
sunt spõsi ecclesiæ. Hinc inde adsistere cernuntur: &, vt vul-
go aiunt, eam quasi addextrare videntur. Pauci admodum
sunt, qui quæ sua sunt, non quærant, ex omnibus charis eius.
Diligut munera, nec possunt pariter diligere Christum, quia
manus dederunt mammonæ. Intuere quomodo incedũt ni-
tidi & ornati, circumamicti varietate, tãquam sponsa proce-
dens de thalamo suo. Nonne si quempiam talium repente e-
minus procedentẽ aspexeris, sponsam potius putabis, quàm
sponsæ custodẽ? Vnde verò hanc illis exuberare æstimes re-
rum affluentiam, vestium splẽdorem, mensarum luxuriam,
congeriem vasorum argenteorum & aureorum, nisi de bo-
nis spõsę? Inter hęc est quòd illa pauper & inops & nuda re-
linquitur, facie miseranda, inculta, hispida & exanguis: pro-
pter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare:
non est custodire, sed perdere: non est defendere, sed expo-
nere: non est instruere, sed prostituere: non est pascere gre-
gẽ domini, sed mactare & deuorare, dicente domino de illis:
Psal.52.d Qui deuorant plebem meam vt cibum panis. Et iterũ: Quia
Psal.78.b. comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. Et in alio
Osea.4.b. propheta: Peccata populi comedent. quasi dicat, peccatorũ
precia exigunt, & peccãtibus solicitudinem nõ impendunt.
Quem dabis mihi de numero episcoporum qui no plus in-
uigilet subditorum euacuandis marsupiis, quàm vitiis extir-
pandis? Vbi est qui flectat iram? Vbi est qui prædicet annum
placabilem domino? Propterea relinquamus istos, quia non
sunt pastores, sed traditores, & imitemur illos qui viuẽtes in
carne, plantauerunt ecclesiam sanguine suo. Et quidem isti
sortiti sunt ministerij locum, sed no zelum. Successores om-
nes cupiunt esse, imitatores pauci. Vtinam tãm vigiles repe-
rirentur ad curam, quàm alacres currũt ad cathedram: vigi-
larent vtique solicitè seruãtes sibi creditam ecclesiã, imò ve-
Psal.57.b. rò vigilarẽt pro semetipsis, nec sinerẽt de se dici: Amici mei
& proximi mei aduersum me appropinquauerũt & steterũt. L
Iusta omnino querimonia, nec ad vllam iustius quàm ad no
stra referenda ætatẽ. Parum est nostris pastoribus quòd non
seruãt nos, nisi & perdant. Grauiter quippe demersi obliui-
onis somno, ad nullũ dominicæ comminationis tonitruum
expergiscuntur, vt vel suum ipsorũ periculum expauescant:
inde est quòd nõ parcunt suis, qui non parcũt sibi, perimẽtes
pariter & pereuntes. Nũc verò dicendũ. Episcopi verò & sa-
cerdotes huius temporis castitatis sanctimoniã (sine qua ne-
Hebr.12.b mo videbit deum) tam in corde quàm in corpore quomodo
studeant obseruare? Certè dominus dicit in euangelio ad epi-
Luc.12.d scopos, haud dubiũ in primitiua ecclesia: Sint lumbi vestri
præcincti. castitatem approbãs nõ tantùm, sed etiam impe-
rans. Attestatur etiã hanc spiritus sanctus in lege, qui nemi-
ni nisi mundis (& præcipue à mulieribus) panes propositio-
nis edere sinebat. Vnde & Achimelech Dauid regi de his pa
1.Reg.21.b nibus cum militibus sumere cupienti, non prius concessit,
quàm eos mundos esse à mulieribus cognouisset, dicẽte re-
ge Dauid: Si de mulieribus agitur, mundi sunt pueri ab heri
& nudiustertius. iam tunc significante spiritu sancto nemi-
nem ad mensam Christi, ad illúmque panem angelorum de-
bere accedere, nisi purificatum mente & corpore, ne quod
gratia diuina fidelibus præparauit ad salutem, indignẽ su-
mentibus ad iudicium fiat, & ad condemnationem. Isti au-
tem castitatis insigne qualiter custodiunt, qui traditi in re-
probum sensum faciunt quæ non conueniunt? Quæ enim in
occulto fiũt ab episcopis, turpe est dicere. Melius itaque ar-
bitror super hoc dissimulare & supersedere, q̃ aliquid vnde
scandalizentur innocentes & inexperti, dicere. Sed ego cur
verecundor dicere, quod ipsi non verecundãtur facere, imò M
Rom.1.d. quod apostolus non verecũdatur scribere & prædicare? Di-
cit autem egregius prædicator sic: Masculi in masculos tur-
pitudinem operantes, & mercedem sui erroris recipientes.
Fratres, factus sum insipiens, vos me coëgistis.

Sermo ad pastores in synodo congregatos.

REuerendissimi patres & domini, ecce lecta sunt verba
sancti euangelij in auribus vestris, & vtinam diligenter
intellecta ab vniuersitate vestra. Intellectus bonus omnibus
Psal.110.b facientibus ea. Seculares in speculis suis visu cognoscere
solent pulchritudinem aut turpitudinem suam. Alterius ge-
neris est speculum vestrum, in quo magis auditu quàm visu
potestis attendere quid deceat, & quid non deceat: quid im-
pediat, quid expediat, quid ex debito vestri officij vobis in-
cumbat. Speculum vestrum, sanctum est euangelium. Con-
siderate, obsecro, non vultum vestræ natiuitatis, sed statum
quotidianæ conuersationis considerate: & nolite abire ne-
gligendo, sed steris diligentius inuestigando, & perscruta-
tis medullitus conscientiis vestris, in testimonijs earum aut
gloriemini, aut terreamini. Nam sicut multis gloria, ita mul-
tis est ignominia testimonium conscientię suæ. Ecce sacrum
euangelij

A Euangelium sub numero trium personarum includit multi-
tudinem vniuersam prælatorum. Proposuit enim nobis
bonum pastorem, mercenarium, & furem. Si boni pasto-
res estis, gaudete, quia merces vestra copiosa est in cœlis.
Si mercenarij estis, timete: quia periculum vestrum grande
est in terris. Si fures estis, ingemiscite: quia locus vester
magnus est in pœnis, nisi properaueritis ad pœnitentiam,
& quæ vouistis domino deo vestro, dignè reddideritis. Vos
maximè qui in circuitu domini estis, & in conspectu eius af-
fertis munera & offertis, non corruptibilium auri & argenti,
sed precioſi sanguinis & corporis agni inimaculati. Quan-
tam dignitatem contulit vobis deus? Quanta est prærogati-
ua ordinis vestri? Prætulit vos deus regibus & imperatori-
bus, prætulit ordinem vestrum omnibus ordinibus, imò (vt
Hebr.2.d altius loquar) prætulit vos angelis & archangelis, thronis &
dominationibus. Sicut enim non angelos, sed semen Abrahę
apprehendit ad faciendam redemptionem: sic non angelis,
Hebr.1.d sed hominibus, solisque sacerdotibus dominici corporis &
sanguinis commisit consecrationem. Omnes enim (sicut ait
apostolus) sunt administratorij spiritus, in ministerium mis-
si propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Sed longè ex-
cellentius est officium vestrum, quod admirabile est, & non
1.Tim.4.a solùm in oculis vestris, sed etiam angelorum. Hæc sunt infe-
B licissima tempora quæ præuidit apostolus Paulus: in quibus
homines sanam doctrinam non sustinent, sed coaceruant si-
bi magistros ad desideria sua, in quibus à veritate se auertũt,
& ad fabulas & vanitates huius seculi conuertuntur. Hæc
sunt inquam nouissima tempora, in quibus refrigescit chari-
tas, & abundat iniquitas multorum. Quare hoc dico? Quia
(vt audistis) tres personas, imò vt planius dicam, tria genera
doctorum sanctum describit euãgelium. Primum genus ali-
quam quidem partem, sed vnumquodque duorum sequen-
tium copiosam & pernicioſam includit multitudinẽ prælа-
torũ, sed illos defendit numerus. In primo solo genere abun-
dat charitas, in aliis duobus omnino refrigiuit, vbi nimirum
Isaie.10.b abundat iniquitas. Audistis proprietates singulorum. Bonus
Ibidem. pastor est qui ponit animam suam pro ouibus suis. Mercenа-
Ibidem. rius est qui videt lupum venientem, & fugit. Fur est qui ma-
1.Tim.1.d ctat & occidit. Bonus pastor non suã voluntatem facere, sed
domini sui quærit vtilitatem. Ipsi soli seruat fidem, ipsi labo-
rat, ipsum honorat. Ipsi quærit gloriam, non sibi. Regi enim
Psal.113.b seculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria in
secula seculorum amen. Non nobis domine non nobis, sed
nomini tuo da gloriam. Nobis miseris da veniam, da gratiã,
tibi seruа gloriã, vtpote à quo est venia peccatorum, & gra-
tia meritorum. Bonus pastor in omni labore villicationis suę
1.Pet.4.b quærit nõ quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quod proptłum
1.Iohan.2.a habet charitas. Vnde si quandoque excesserit, charitas ope-
C rit multitudinem peccatorum: sed & ipse aduocatum habet
in cœlis Iesum Christum dominum nostrum: & ipse est pro-
pitiatio pro peccatis nostris. Mercenarius est (vt diximus)
qui videt lupum venientem fugit. Quærit ergo quę sua sunt,
non quæ Iesu Christi. Alioquin vtique non fugeret, sed sua,
imò & seipsum superimpenderet potius quàm gregem suum
raptoribus exponeret. Multi sunt mercenarij qui in prosрe-
ritate leuiter discerni non possunt à bonis pastoribus. Ha-
bent enim multa cum ipsis communia: habuerũt namque sa-
nam electionem in ingressu, habẽt nihilo minus mundã con
uersationem in progressu, pacem ecclesię amant & quærunt,
Matt.23.a vtiliter ac viriliter ecclesiasticis implicantur negociis, non
recusant grauedines oneris: sed hoc ideo, quia ambiunt glo-
riam honoris. Amant enim primos recubitus in cœnis, salu-
tationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Multotiens
etiam cibantur pane lachrymarum, & vino compunctionis
potantur ex recordatione peccatorum: sicut testatur iunior
Luc.15.d filius qui in regione longinqua consumpsit omnem substan-
tiam suam viuendo luxuriosè: vnde & dixit: Quanti merce-
narij in domo patris mei abundant panibus? Si panibus abũ-
dant mercenarij, nũquid fame peribunt operarij? Operatios
Luc.10.a dico, qui quãto rariores in terris, tanto chariores in cœlis ha-
bentur. De paucitate eorum conqueritur veritas, dicẽs: Mes-
sis quidem multa, operarij autem pauci. Messis vtiq; multa,
& sacerdotes multi, & mercenarij multi, sed operarij pauci. D
Pauci planè operarij, & admodum rari inconfusibiles, qui a-
spicientes in auctorem fidei consummatorem Iesum, quos
instruunt verbo sanctæ prędicationis, nõ destruunt exemplo
pravæ operationis, efficacius opere quàm verbo prædicãtes.
Notandum verò quòd filius non dicit, Fac me vnum de mer-
cenariis tuis: sed, fac me sicut vnũ de mercenariis tuis, vt vi-
delicet ea sibi offerat beneficia, quibus illi communicant in
præsenti. Inquit Psalmista: Cibauit eos ex adipe frumenti. Psal. 80.c
Quos eos? Audi quod præmittitur: Inimici domini mentiti
sunt ei. Hi sunt quos cibat ex adipe frumenti, & melle sa-
tiat. Qui sunt illi? Mercenarij, qui licet ad horam credant, in Luc.8.b
tempore tamen tentationis recedunt. Vnde patet quòd ami-
ci sunt mundi. Amicus autem huius mundi, inimicus dei cõ- Iaco.4.a
stituitur. Iterum, quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Chri- Philip.2.a
sti: & si non quærunt quæ illius sunt, cum eo non sunt. Et qui
cum eo non sunt, contra eum sunt, quia ipse ait: Qui non est
mecum, contra me est. Et qui contra eum sunt, inimici eius
sunt. Hi per exteriora mentiuntur deo de interioribus. Cum Luc.11.c
enim sanè prædicent, & mundè viuant, sanitatem loquuntur
intentionis: vt videlicet deum habeant in causa, & omnia in-
teriora eorum benedicant nomini sancto eius. Cum autem
non deum, sed mundum, non dominum, sed seipsos habeant
in causa: mentiuntur potius deo quàm hominibus, ad cuius
contumeliam spectat tanta collatio gratiarum: quibus non E
honorem dei, sed honorem hominis constat acquiri, nec
charitati, sed cupiditati deseruiri. Vnde operarius inconfusi- Eccls.4.b
bilis postulat non duo tãtùm, sed tria: quia funiculus triplex
difficile rumpitur. Non enim postulat disciplinam & scien-
tiam, quas possunt habere & mercenarij, sed dicit: Bonitatem Psal.118.b
& disciplinam & scientiam doce me, quę tria in solis filiis re-
quiruntur. Quid enim prodesset disciplinam habere in con-
uersatione, scientiam in prędicatione, nisi adsit bonitas in in-
tentione? Nusquam scriptum est aut carnis obsequium aut
rationis scientiam sufficere, sed, bona voluntas sufficit. Sana-
ta ergo voluntate, vtilis erit & præmiosa tam castigatio car-
nis per disciplinam, quàm illuminatio rationis per sciẽtiam.
Propter supradictas ergo rationes & alias huiusmodi dixi-
mus, quia in prosperitate mercenarius leuiter discerni non
potest à bono pastore: quia dum pacis arridet securitas, in-
tentionis eius palliatur infirmitas. Nihil occultum quod non Matt.10.a
reueletur. Vasa figuli probat fornax. Flante vento adsertita- Eccl.27.
tis, statim quod infirmum est intentionis, ostendit effectus
operationis. Videt enim lupum venientem, & fugit. Qui Ioan.10.b
sunt isti lupi? Tyranni & raptores seculi, qui propria tentati
cõcupiscentia, vel ingenita compulsi maleuolẽtia, incendunt
ecclesias, vastant ouilia Christi, spoliant pupillos & viduas,
proscriptionem inducunt pauperibus, deum blasphemant in
suis operibus. Hi factis rapinis, fractisque Ecclesiis, cum gla- F
dius vltionis in eos exeritur, veniunt vel blãdiendo, vel com-
minando. Fugitq; mercenarius, vel amore blandientis, vel ti-
more persequentis. Vnde fugit? A rectitudine iustitiæ, à de-
fensione ecclesiæ, à liberatione patrię, ab vltione pupillorum
& viduarum. Quò? Ad custodienda quæ possidet, imò à qui-
bus possidetur, videlicet marsupia, horrea, cellaria, non vti-
que pauperibus reseruanda, sed euacuanda furibus, aut igni-
bus consumenda. Habet enim aliquis intra prouinciam ty-
rannorum positos parentes suos, & blanditur proinde mul-
totiens raptoribus, vt parentibus consulat: qui vt pacem ha-
beant, & inter tyrannos floreant, affligi sancta permittitur
Ecclesia, & iustitia conculcatur. Et quid dicam de furibus?
Fures sunt hæretici. Hi sunt fures & latrones, qui veniunt
in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matt.7.b
Quotquot autẽ venerunt, fures sunt & latrones. Fures laten-
ter nocendo: latrones apertè sæuiendo. Hæretici praua dog-
mata disseminabant in populo, & peruersitate doctrinæ suæ
fidem catholicam obnubilabant, & inducebant simplices in
errorem. Neminem vestrum credo esse hęreticũ, omnes cre-
ditis in deum trinũ & vnum, quia passus sit & sepultus, quia
descendit & ascendit. Facit tamẽ hæc fides catholicum? Hac
fide vtique dæmones essent catholici, quia (vt dicit Iacobus) Iac.2.c
credunt, & contremiscunt. Verum vtique catholicum facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

G non fides cõmunis dæmonibus & hominibus, sed ea tantum quæ communis est hominibus & angelicis spiritibus. Quæ est illa? Quæ per dilectionem operatur: de qua apostolus dicit: Neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionẽ operatur. Hac fide ipse præditus erat, cum diceret: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos, fidei nõ seculi. Habetis hanc fidem? Vtinan. Sed hæc est fides quæ vincit mundum, quia hæc est victoria quæ vincit mũdum, fides nostra. Dixerim vos vincere mundum, an vinci à mũdo? Video ecclesias vestras male tractatas: video quasdã semirutas, quasdam omnino obrutas: video in villis solitudinem, in agris silentium, & vbique exterminium: video in militibus insolentiam, in hominibus inobedientiam, & in omnibus insipientiam, in hominibus inobedientiam, & in omnibus insipientis ipsi forsitan sapientes. Sustinetis enim quod vos in seruitutem redigant, quod deuorent, quòd accipiant, quod super vos extollantur, quòd etiam in faciem quandoq; vos cædãt, aut etiã reclusos in carcere emungant argento. An hæc patimini vt in patientia vestra possideatis animas vestras? Patientia enim nobis necessaria est, vt volũtatem dei facientes, fructum cum gaudio reportemus. Toleratis hæc vt voluntatem dei faciatis? Non vtique, sed vt vestrã volũtatem propriam impleatis, vt carnis vestræ licentius curam geratis, vt pueris vestris & parẽtibus commodius prouideatis, & villas tyrannorum in pace eorum inhabitetis, vtentes nemoribus, & agros colẽtes. Propter hoc palpatis principes, & potestates tenebrarũ harum, tam homines quàm dæmones. Homines, quia, velle eorum loquimini, ad velle eorum ligatis & soluitis. Ipsi sunt semiepiscopi, semiarchidiaconi, imò vt verum fatear (salua pace omnium) ipsi sunt supra episcopos, supra archidiaconos, supra presbyteros: & verè qui potestatẽ habent, hodie benefici vocantur. Palpatis dæmones, quia facitis eos in vobis similes altissimo. Ponam inquit, sedẽ meã ad Aquilonem, & similis ero altissimo. Et ipse qui est rex super omnes filios superbiæ, frigore iniquitatis suæ congelauit interiora vestra, & vt fortis armatus custodiẽs atrium suum, in pace obtinet cathedram voluntatis vestræ, in qua deberet altissimus residere. In terra, inquit, pax hominibus. Quibus? Magnæ scientiæ? Magnæ nobilitatis? Non, sed bonæ voluntatis: & vbi pax, ibi deus: quia in pace factꝰ est locus eius. Vnde patet quod sedes eius bona voluntas est. Qui ergo non deum, sed diabolum habet inhabitantem interius, & tyrãnis atque raptoribus deseruit exterius, vincítne mundum? Imo victus est à mũdo, victus est à diabolo, victus est à carne sua. Infixus est in limo profundi, & non est ei subsstantia, vel potentia resurgendi. Domine deus virtutum, excita potentiam tuam & veni, vt educas nos de lacu miseriæ, & de luto fecis: operi manuum tuarũ porrige dexteram. Educ de carcere animas nostras, vt iam non obediãt mundo, sed confiteantur nomini tuo. Placabilis esto super officialibus tuis, qui tibi rationem reddituri sunt de ouibus tuis. Veni domine & noli tardare. Insanit diabolus, insanit hostis humani generis, sciẽs quod modicum tempus habet. Fidẽ habemus: sed sine operibus mortua est, & nos mortui cum ipsa. Auge nobis fidem, vt in vicariis tuis per dilectionem operetur, quatenus ad imperium eorũ montes transferantur, & de obsessis animabus dæmones efferantur, vt de ipsis prius eiiciantur, quam cũ ipsis proiiciantur in ignem æternum. Auge, inquam, nobis fidem. quia hęc est victoria quę vincit mundum, fides nostra. Hac fide sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiam, extinxerunt impetum ignis, effugarunt aciem gladij, cõaluerunt de infirmitatibus suis. In partibus nostris vbique ignis, vndique gladius. Quare non operamini iustitiam? Quare non extinguitis ignes? Quare nõ effugatis aciem gladij? Quare? Ratio in promptu est: quia nõ deo, sed hominibus quęritis placere. Vnde Paulus: Si adhuc hominibus placerẽ, Christi seruus nõ essem. Vos non conualescitis de infirmitatibus vestris, sed torpetis de ignauia vestra, nec de malefactoribꝰ potestis facere iustitiam. Quare? Quia nulla est virtus fornitudinis vestræ, quoniam dissipat dominus ossa eorum qui hominibus placẽt. Caro infirma, sed ossa sunt fortia. Dissipauit ergo ossa, id est fortitudiné eorum qui hominibus quęrunt placere. Confusi sunt, quoniam deus spreuit eos: & vos confusi estis in actibus vestris, non honorati, sed onerati dignitatibus vestris, quoniã deus spreuit vos. Spreuit enim deus omnes discedẽtes à iudiciis suis, fidem habetis, sed ad opera vos inuitos: vos maximè qui estis vicarij Christi, qui estis pastores animarum, qui alios debetis instruere, non destruere. Vos inquam maximè: quia soli nõ potestis perire, qui præire, debetis docendo & operando. Multi sunt catholici prædicando, qui hæretici sunt operando. Quod hæretici faciebãt per praua dogmata, hoc faciunt plures hodie per mala exempla: seducunt scilicet populum, & inducunt in errorẽ: & tãto graniores sunt hæreticis, quanto præualẽt opera verbis. Vnigenitus qui est in sinu patris, nonne de secreto suo prodiit ad publicum vestrum? Nónne de cœlo descendit ad terras, vt prædicatione & conuersatione sua persuaderet hominibus contemptum mundi? Nónne vos estis vicarij eius? Nónne quod prædicauit, & vos debetis prædicare: quod dissuasit dissuadere: ꝙ persuasit persuadere? A Christo dicti estis Christiani. Nonne ea via qua Christus ambulauit, & vos debetis ambulare? Nonne sicut conuersatus est, & vos vicarij eius debetis conuersari? Ita planè, nisi fortè doctiores eo fueritis vel sanctiores. Dicite ergo archidiaconi, dicite presbyteri, dicant etiam pontifices, in frænis, in sellis quid facit aurum? In vestimentis tantus ornatus? In cibis tam superfluus apparatus? Esca ventri, & venter escis: deus autem & hunc & has destruet. Multus erat nitor vestium, & delicatus ciborum apparatus apud illum diuitem euangelicum, qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendidè: mortuus tamen est, & sepultus in inferno. O dirum ò execrabile & horrendum sepulchrum, vbi est fletus & stridor dentium, vbi sunt aquæ niuium, vbi vermis qui non moritur, vbi ignis qui non extinguitur. Hoc sepulchrum diuitem, sed sinus Abrahæ pauperẽ Lazarum excepit. Quis sapiens & custodiet hæc? Vir insipiẽs non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Quis, obsecro, laicorum auidius clericis quærit temporalia, & ineptius vitur acquisitis? Cum tantum fastum videãt laici in supellectili clericorum, nónne per eos potius inuitantur ad mundum diligendum quàm negligendum? Medice cura teipsum. Si mũdum prædicas contemnendum, contemne tu prius, & ad ipsum efficacius alios inuitabis. Da voci tuæ vocẽ virtutis, cõsonet vita verbis: & statim erit in ore tuo viuꝰ & efficax sermo dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Non sic profecto est, sed sicut populus, sic & sacerdos: sicut laicus, sic & clericus. Vterque cupit, vterque diligit mundum, & ea quæ in mundo sunt. Laicus tamen cum labore, sed clerici sine labore volunt possidere totum mundum. Communicare volunt cupiditati & superfluitati hominum, sed nõ labori. Peccare volunt, sed non flagellari cum hominibus. Vnde timendum est quòd flagellẽtur cum dæmonibus. Quomodo seculares non expẽderent substantiam suam viuendo luxuriosè, etiam in præsentia sacerdotum, quomodo non intenderent vanitatibus & lenociniis huius seculi, quomodo non essent insolentes & elati, cum tantum fastum, tantam insolentiam videant clericorum? Nónne in præsentia eorum irreuenter abutimini eleemosynis pauperum? De patrimonio crucis Christi non facitis codices in ecclesiis, sed pascitis pellices in thalamis vestris: impinguatis canes, adornatis equos phalerantes pectora, & capita deaurãdo. Et verè in capitibus omnium platearum dispersi sunt lapides sanctuarij. Plateæ latæ sunt, & lata est via quę ducit ad mortem. Lapides sanctuarij, id est sacerdotes, sunt in capitibus, id est, in introitu latarum viarum. docẽt enim populos per prava exempla ingredi vias latas, quæ ducũt ad mortem, & demergunt in profundum inferni. Dolor capitis in membra redundat. Capita populi sunt sacerdotes. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Languent prælati ecclesiæ in cupiditatibus suis. Quia ergo languor est in capitibus, mœror oboritur in cordibus. Corda sunt ecclesiæ viri religiosi, qui honorem suum intelligentes, nõ respiciunt in vanitates & insanias falsas, nec comparantur iumentis insipientibus, nec similes fiunt illis: qui plorantes

A plorantes plorant in nocte huius aduersitatis, vbi apud prælatos Ecclesiæ inualescit cupiditas, & charitas refrigescit. Et meritò clamat Ecclesia sancta hodie: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Multa est hodie & longè grauior, quàm credi possit persecutio sanctæ ecclesiæ: & talis incũbit, qualis à principio non fuit. Multis modis persecutus est eam diabolus, sed nunquam grauius quàm hodie, quia nũquam fuit maior perditio Christianorum, nec liberior aut securior trãsgressio diuinorum præceptorum. Ecclesiã incipiẽtem persecutus est per tyrannos, proficientem persecutus est per hæreticos, iam lætam & florẽtem persequitur per motus illicitos. Tria sunt in anima, ratio, voluntas, sensualitas. Rationis est iudicium, voluntatis desiderium, caro debet obsequium. Carnem ergo cruciauit in martyribus, rationem perturbauit in simplicibus, sed voluntatem hodie deprauat generaliter in omnibus. Fuit ergo amaritudo ecclesiæ amara quidẽ in persecutione tyrannorum, sed amarior in versutia hæreticorum, sed amarissima hodie per prauitatem desideriorum.
Væ qui dicunt pax, & non est pax. Pacem habet Ecclesia apud extraneos, sed filij nequam, filij scelerati fœuiunt in eam, qui propriam matrem euiscerant, vt se pariant in honorem. Pacem vbique habet exteriorem, sed interiorem in paucis habet, quia vbique aut fere vbique iudicio rationis nõ consentit voluntas, sed captiuam eam ducit in lege peccati: quia etsi ratio sana sit in iudicio, voluntas tamen prava est in desiderio, in qua nimirũ residet diabolus similis altissimo, vt suprà diximus. Euigilate iusti, abiicite diabolum, & sedem dei expurgate, quia iustitia & iudicium correctio sedis eius. Exigentibus iniquitatibus vestris egressus est de tẽplo suo. Reducite eum ad templum sanctum suum. Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Anima iusti sedes & templum dei est. Dominus in templo suo facit mirabilia, & præbet oracula. Veniat ad templum suum dominator quem quæritis, quò possitis dominari desideriis carnalibus, & diabolicis præsistere tentationibus. Veniat & angelus testamenti, quem vos vultis, qui annũciet vobis suam voluntatẽ, & confirmet promissam hæreditatem. Inducant eum in templum suum parentes eius, pater videlicet & mater & fratres eius. Qui sunt illi respondeat ipse: Quicunque fecerit voluntatem patris qui in cœlis est, ipse meus pater, & mater, & frater & soror est. Pater generando per verbum prædicationis, vt dicit apostolus: Ego per euãgelium in Christo vos genui. Mater pariendo per exemplum sanctæ conuersationis. Frater & soror castè diligendo in amore fraternitatis. Hi parentes estis vos, aut esse debetis. Statuit vos populus mediatores inter se & deum, vt vobis loquatur deus, & vos ad illum. Ideo
C dant vobis eleemosynas & primitias suas, vt vestris precibus & meritis propitietur eis deus & introducantur ad illũ. Sed eum quem vobis redditis offensum, qualiter aliis reddetis placatum? Non est munda coram deo oratio vestra. Quærite ergo vos parẽtes Iesu Christi, qui adducant eum ad vos, & inducant in templum suum. Quærite eos qui voluntatem dei ex corde faciunt, qui cõtemserunt vitam mundi, qui castigant corpus suum, & in seruitutem redigunt, non vt hominibus, sed vt deo placeãt. Non solùm recipere, sed diuidere sciatis eleemosynam. Facite & vos vobis amicos de mammona iniquitatis. Non solũ loquimini, sed & operemini bonum ad omnes, & vt dicit apostolus, beneficentiæ & communionis nolite obliuisci: quia talibus hostiis promeretur deus. Inducant proinde Iesum in templum suum per iustitiam, & perducant per iudicium. Aperite ei portas iustitiæ, alioquin non ingredietur ad vos. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Vestrum est facere iudicium, quia senatores estis orbis terrarum. Diligite ergo iustitiam, & rectè iudicate filij hominum. Quid dubitatis? Apprehendite disciplinam, & contineatis vos à prauis operibus vestris, iustitiam habendo ac faciendo, quia qui continens est iustitiæ, apprehendet illã & obuiabit illi quasi mater honorificata. Sine iustitia non solum respublica, sed nec parua domus subsistere potest. Quare timetis principes & potestates tenebrarum harum? Quare vos illis subiicitis? Vultis exaltari in terra, vultis exaltari in gentibus? Apprehendite & facite iustitiam. Apprehendite continendo vosmetipsos, D facite humiles & pauperes iustificando, & profecto in iustitia exaltabimini. Dicit enim Psalmista: & in iustitia tua exaltabuntur. Qui? Beatus scilicet populus qui scit iubilationem. In iubilo diuersæ voces consonant. Sciunt ergo iubilationem, qui scjunt pacem gentibus dare, & liberare populum dei, & vnitatem populorum seruare in vinculo pacis. Hi tales, domine, non in tenebris huius mundi aberrabunt, sed in lumine vultus tui ambulabunt: nõ in sua facie, sed in tuo nomine exultabunt: non in tyrannorum amicitia, sed in tua iustitia exultabuntur. Timetis conculcari à leonibus, si iustitiam timueritis? Daniel in lacu leonum clamat: Et nõ nocuerunt mihi. Quare? Quia iustitia coram deo inuenta est in me. Iustitia plena est dextera tua. Per dexteram spiritualia, per sinistram accipiuntur temporalia. Longitudo dierum in dextera eius: in sinistra autem diuitiæ & gloria. In iudicio ad sinistram eius erunt hœdi, quibus dat in hoc seculo gloriam & diuitias: ad dexteram autem agni, quibus præparata est longitudo dierum. Nolite sitire munera in sinistra eius, quia qui desiderant eius sinistram in hoc seculo, collocabuntur ad sinistram eius in iudicio. Adhærete dexteræ eius, vt in iudicio ad dexteram eius sedeatis super sedes iudicantium, & in præsenti non propria virtute, sed virtute dexteræ eius superborũ & sublimium colla prematis: quia dextera dei fecit virtutem. Vultis tamen de manu eius accipere duplicia, id est, spiritualia & temporalia? Primùm quærite regnum dei, & iustiE tiam eius, quod est dexteræ: & hæc omnia adiicientur vobis, quæ sunt sinistræ. Primùm quærite regnum dei, vt in interioribus vestris habitet & regnet deus. Deinde iustitiam eius, vt legem ex ore vestro requirat & assumat populus: & ex tãta gratia meritorum retribuetur vobis gloria præmiorum, quam nec oculus vidit, &c. Et præter hæc adiicientur vobis hæc temporalia: quia gloria & diuitiæ in domo eius. Cuius eius? Haud dubium quin iustæ generationis, de qua præmissum est: Generatio rectorum benedicetur. Benedicta in præF destinatione, benedicitur in iustificatione, benedicetur in glorificatione. Benedictio domini super caput iusti, quia misericordia domini ab æterno per prædestinationem, & in æternum per glorificationem. Facite ergo iustitiam, nõ tamen pro vestro arbitrio, sed dictante iudicio, quia iustitia & iudicium correctio sedis eius. Si tantum faceretis iudicium, nec aliquod haberetis dominium, iudices tantùm essetis, non iustificatores, & ideo iustitiam facere non possetis. Propter hoc qui dedit vobis iudicium, dedit & dominium, vt prædixit Prophetа: Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Duplex est dominium prælatorum. Habent enim claues ecclesiæ, quibus claudunt & nemo aperit, aperiunt & nemo claudit. Habent & regalia, quia domini sunt vrbium & oppidorum. Nec solùm episcopatus, sed & consulatus habent, vt merito eis dicatur: Quid vltra debui facere, & non feci? Sed quod datum est illis in adiutorium, factum est illis in scandalum.

SVPER SALVE REGINA,
Sermo I.

SAlue regina misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salue. Domine labia mea aperies. Dominus tecum, & tu mecum. Dignare me laudare te. Sub tuam protectionem confugio, vbi virtutem acceperunt infirmi. Esto mihi turris fortitudinis à facie inimici. Te nostra vox primùm sonet, Et ora soluamus tibi. Dulce canticum ac nobilissimum melos, quod in honorem sanctæ Mariæ quater in anno ordo noster deuotissimè concinit, ad ædificationem nostram discutiendam fratres assumpsimus, quia speciali dulcedine multa refertum masticatione continua reperimus. Nam à summis labiis canticum istud effusum venit. Habet enim fundamentum. Fundamentum eius in montibus sanctis. Fundamentum eius internæ dulcedinis suauitas est. Et vbi hæc, nisi in montibus sanctis? Hoc est in mentibus nostris. A sanctis compositum, à sanctis institutum, digne frequentabitur etiam à sanctis. Et verè nisi à religiosis & affectione sancta fer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guentibus, nec subtiliter intelligi, nec efficaciter poterit decantari. Est enim tam suaue ad gratiam, tam fœcundũ ad sensum, tam etiam profundum ad mysteria. Tale enim est quod à nobis considerari & discuti prout dignum est, non valeat. Ex eo autem quòd suauiter sonat, mulcet affectum, & de sensuum vbertate mentem impinguat, & in sanctam sanctorum, aduocatam scilicet nostram, dum eam quasi præsentem salutat, omnia interiora nostra medullitus inflammat. Oportet enim vt nobis præsentem esse dicamus, quam præsentem salutamus: & totam animæ trinitatem in eam dirigamus, quam tam deuotissimis precibus exoramus. Agnoscit certè, & diligit diligentes se, & prope est in veritate inuocantibus se: præsertim his quos videt sibi conformes factos in castitate & humilitate: si tamen charitatem adiecerint, & totam spem suam (post filium suum) in ea posuerint, & toto corde quæsierint, orantes & frequenter dicentes: Subueni domina clamantibus ad te iugiter. Non aspernatur affectum prædulcem, ingens desiderium, inundationem lachrymarum, adsiduitatem precum quorumlibet quamuis peccatorum: si tamen lauerint à malitia cor, dissoluerint colligationes impietatis, soluerint fasciculos deprimẽtes, dimiserint qui fracti sunt, liberos, & omne onus dir

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in conditis rebus,alia in mentibus, alia in corporibus. Vanitas erroris est in omnibus quę fidei catholicę & sanæ doctrinæ contraria sunt,& religionis disciplinam in illo solido veritatis quod velle & nolle hominis inter angustias parum & nimis coarctat, non contingunt. Vanitas hæc omnia sunt, quia se amplectentes decipiunt, & ad veritatem æternitatis non perducunt. In hoc exilio omne penè genus hominum ab initio vsque ad aduentum reginæ cœlorum peregrinari delectabatur, & veritatis patriæ suspiriis nullis seu desiderio recordabatur. Ipsa prima viam aperuit ad patriam: & veritatem,quæ vera patria est,mundo generãs dedit omnibus manifestam.Eapropter & nos,ô regina misericordiæ, ad te clamamus exules filij Euæ. Clamor est alius oris , alius cordis. Clamor oris alta vociferatio : clamor cordis valida & supplex ad deũ intentionis directio.Deus intus,homo foris. Ad eos qui foris sunt,clamor oris:ad deum & qui cum eo intus sunt , clamor cordis. Intus vbi? In spiritu. Qualiter inquis? Duobus modis. Quibus? Cognitione & amore, reuelatione ac deuotione, acuto & calido.Modis his deus cor inhabitat, non solus tamen.vbi enim fuerit corpus,illuc congregabuntur & aquilæ. Ad quid? Vt renouetur sicut aquilæ iuuentus eordis. Ibi & illa aquila grandis magnarum alarum , sancta sanctorum innocẽtia,& æquitas exaudit inuocata, si clamo-
H ribus occultis assiduè fuerit excitata. Et nos adhuc filij Euæ transgressores, filij inobedientiæ,filij matris antiquæ, ad te clamamus regina misericordiæ. Reuertere vsitans in nobis naturam tuam:reuertere ostendendo eam quam in Christicolas habes charitatem tuã: reuertere per singularem in nos à deo datam potestatem tuam : reuertere per eam quæ tibi specialiter infusa est in plenitudine gratiæ prærogatiuã tuã, vt intueamur te,non talem qualem desiderant angeli prospi-
Canti. 4.b cere, dicentes:Tota pulchra es amica mea,& macula non est in te:sed intueamur te largientem beneficia, cõferentem remedia , medentem contritis corde, ponentem fortitudinem lugẽtibus Sion,dantem coronam pro cinere, oleum pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.Nec mediocris visio
Ibid. 2.b ista, piam te & deprecabilem experiri,mœrentiúmque suspiria munere gratiæ cõsolari.Sonet hæc vox tua in auribus nostris. Vox hæc tua dulcis , & hæc facies tua decora. Nam in illo decore te videre,quo induit te dominus fortitudinem,& præcinxit te,non est huius temporis , nec temporis vitæ nostræ vitiorum fœtore sordentis . Stola immortalitatis te indutam videre,domina,indigni sumus : ostende nobis faciem miserationum tuarum,& salui erimus.Quod ipse nobis præstare dignetur , cuius regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum, Amen.

I

Sermo tertius.

IN freta dum fluuij current,dum montibus vmbræ
Lustrabunt,conuexa polus dum sydera pascet,
Semper honos noménque tuum laudésque manebunt
Spes mea,virgo pia,virgo sacra,virgo Maria.

Psal. 18. a Et nõ amplius? Amplius multum, & per omnem modum. Nam in æternum & vltra non deficiet laus tua de ore hominum , etiam & angelorum . Cœli enarrant gloriam dei. Et quæ maior in omni gloria dei , quàm ineffabilis plenitudo cœli? Et nos cum ipsa,id est cum angelis & archangelis,cum thronis & dominationibus, cúmque omni militia cœlestis exercitus hymnum gloriæ sanctæ sanctorũ canimus.Illi gloriam,nos hymnum gloriæ: illi gloriam quam præsentes vident,in iubilo cordis inuicem enarrant : nos hymnum tantummodo gloriæ, id est memoriam eructamus abundantiæ
Gen. 1. a suauitatis tuæ. Et opera manuum eius annunciat firmamentum. Fiat,inquit,firmamentum, & diuidat aquas ab aquis. Omnibus firmamentis firmius firmamentum tu domina : quæ eum quem cœli cœlorum capere non poterant , cepisti & concepisti : portasti & non defecisti : genuisti, aluisti, pauisti , mammasti & educasti. Tu in medio aquarum diuisisti
Luc. 2.c aquas ab aquis , affectus videlicet æternorum ab affectibus temporalium. Tuam enim animam pertransiuit gladius , vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Posuit in hoc K firmamento deus solem & lunam , Christum & Ecclesiam, & stellas prærogatiuas gratiarum multas. Laudamus dominum in sanctis eius. Firmitas, robur, & constantia, & fortitudo mentis eius , quia mundi contempsit gloriam . carnis calcauit illecebras. Virtus est altissimi,de qua scriptum est:Et *Ibid.1.b* virtus altissimi,obumbrabit tibi . Non solum autem cœlum & firmamentum domina rerum intelligitur , sed aliis nominibus conuenienter appellatur, & rerum vocabulis designatur.Ipsa tabernaculum dei,ipsa templum,ipsa dominus , ipsa atrium,ipsa cubiculum, ipsa talamus , ipsa sponsa , ipsa filia, ipsa arca diluuij,arca testamenti,vrna aurea,ipsa manna, virga Aaron,vellus Gedeonis,porta Ezechielis, ciuitas dei, ipsa cœlum , ipsa terra, ipsa sol, ipsa luna & stella matutina , aurora ipsa & lucerna,tuba & mõs,fons quoque horrorum,& lilium cõuallium. Desertum ipsa,& terra repromissionis lacte & melle manans,stella maris, nauis quoque, via in mari, sagena,vinea,ager,area, horreum,stabulum, præsepe, subiugale,apotheca,aula,turris,castra,acies,populus, regnum, sacerdotium? Quis est,pascua est, paradisus est, palma est,rosa est,fluuius est, potus est, columba est,columna est, vestis est, margarita est,candelabrum est,mensa est,corona est, sceptrũ est,panis est,oleum est,vinum est, arbor est, virga est, cedrus est,cypressus est,platanus est,cinamomum est,balsamum est, L myrrha est,thus est,oliua est,nardus est,crocus est,fistula, calamus,& storax est,soror & mater est.Et vt breuiter concludam,de hac & ob hanc & propter hanc omnis scriptura facta est,propter hanc totus mundus factus est , & hæc gratia dei plena est, & per hanc homo redemptus est , verbum Dei caro factum est,deus humilis,& homo sublimis. Ad te ergo tantam ac talem , domina rerum , sancta sanctorum, regina cœlorum suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarũ *Osee.10.c* valle.Tertia hæc positura carminis huius est quod explanandum adsumpsimus.Suspiria, gemitus & fletus compunctio- *psa. 125. a* nis,sunt species seminum iustitiæ.Seminate vobis,inquit, ad iustitiam:metite spem vitæ, & illuminate vobis lumen scientiæ.Euntes,inquit,ibant & flebant,mittentes semina sua.Su- *Hie.9. a* spirium,vox inarticulata,gementium gemitus, dolentiũ fletus,has sedes habent. Tria sunt hæc quæ bene gradiuntur in irriguo inferiori, & quartũ quod feliciter incedit , vallis scilicet lachrymarũ:sedes irrigui superioris hæc est. Verus Caleph dat vtrunque filiæ suæ asello residenti.Et tu si aspiras ad hæc, comprime motus irrationabiles sensualitatis & corporis,motu rationis. Abscinde à te concupiscentiã carnis , oculorum,potestatis & honoris.Abiice mundi pompam & sarcinam,edoma carnem disciplina spiritus,in arctum tua desideria constringe,non abeas in cõsilio impiorum , in via peccatorum non stes,in cathedra pestilentiæ non sedeas.Apprehende humilitatem,vt sis pauper spiritu:ferales corrige mo- *Matt. 5.a* res,& esto mitis. Tunc transito Iordane ingredieris terram repromissionis,quæ est cõpunctionis.Sic in tertio loco octo beatitudinum dicitur:Beati lugentes, quoniam ipsi consolabũtur. Quarto die resuscitatus est Lazarus:quarta vigilia venit ad discipulos Iesus.Et tu fac tibi vigilias quatuor, vt resuscíteris , & veniat ad te Iesus:duas timoris , pudoris duas. Cogita deum creatorẽ tuum,cogita benefactorẽ, cogita patrem,cogita dominum.Ad singula reus es,plange ad singula, ad singula euigila , & singulorum horum singuli intellectus quasi singuli in mẽte dies sint,in quibus quasi Lazarus mortuus eras,quasi fœtebas.Dũ per singulos lachrymaris , quasi in quarto resuscitaris. Primum & vltimum extinguũt timorem:media duo pudorem.Pater sanè non metuitur,cum pater sit:patris est semper misereri & parcere. Paterna vox est: *Deut.32.f* Percutiam,& ego sanabo . Non est proinde quod à patre formides.Siquando ferit,emendat,non vindicat. Ad cogitãtem quòd patrem offenderis,est certè quod pudeat, etsi non quod terreat . Voluntarie te genuit verbo veritatis , deinde non pepercit vnigenito,vt prosit genito. Ipse quidem patrẽ ita exhibuit se tibi,sed non tu illi æquè filium. Qua fronte attollis iam oculos ad vultum patris tam boni,tam malus filius? Pudeat indigna gessisse genere tuo : pudeat tanto patri vixisse degenerem. Exitus aquarum deducãt oculi tui, operiat

A riat confusio faciem tuam. Vultum tuum pudor suffundat, occupétque caligo: deficiat in dolore vita tua , & anni tui in gemitibus.Proh dolor, quem fructũ habuisti in illis in quibus nunc erubescis?Si in carne seminasti , de carne messuisti
Ibid.1.b corruptionem.Si mundus ipse transit , & concupiscentia eius,confundere ad illam vocem quæ dicit : Si ego pater , vbi honor meus?Hoc de honore patris . Nunc ad beneficia veniendum.Vt alia innumera taceam , huius corporis victum, & vsum temporis huius , & super omnia sanguinem dilecti filij sui clamantem de terra,pudet ingratitudinis.Quid retribuisti domino pro omnibus quæ retribuit tibi? Ad timorem quoque veniamus. Si pudor minus partes suas exequitur,excitetur vt excitet.Sepone pia vocabula benefactoris & patris , ad austeriora conuertere. Nam qui legitur pater misericordiarum , & deus totius consolationis : legitur nihilo minus deus vltionũ dominus:& legitur terribilis in cõsiliis super filios hominum.Quòd pater est,quòd beneficus est,tibi est:quòd dominus ac creator, sibi est. Etenim propter semetipsum fecit omnia.Quia ergo quod tuum est,tibi defendit & seruat: putas principatus sui non requiret honorem? Requiret vsque ad nouissimum quadrantem, requiret & retribuet abundanter facientibus superbiã. Requiret à redempto seruitium: honorem & gloriam ab eo quem plasmauit.
B Esto quòd dissimulet,& pater ignoscat beneficus , sed non dominus & creator.Pensa cuius sit fortitudinis & honoris, tuum atqué omnium contempsisse factorem , contempsisse dominũ maiestatis. Tangit montes, & fumigabunt : & tã tremendam maiestatem audet irritare vilis puluis , vno leui flatu dispergendus , & minime colligendus ? Time gehennam , time iudicis vultum. Contremisce ab ira potentis , à facie furoris eius , à fragore ruentis mundi , à conflagratione elementorum, à tempestate valida, à voce archangeli, & à verbo aspero. Contremisce à dentibus bestiæ infernalis,à ventre inferi, à rugientibus præparatis ad escam. Time vermem rodẽtem,ignem torrẽtem,fumum & vaporem, & sulphur & spiritum procellarum : time tenebras exteriores , & dicito:Quis dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lachrymarum,& præueniam fletibus,fletus & stridores dentium & manuum,pedúmque dura vincula, & pondus catenarum prementium,stringentium, vrentium, nec cõsumentium?Heu mater mea,cur me genuisti filium doloris & amaritudinis , indignationis & plorationis? Qui sic afficitur duplici metu isto & duplici pudore , quatuor vigilias facit in mente,seu quatuor diebus intus illustratur,in quorum quarto quasi Lazarus quatriduanus resuscitatur.Et sicut de vno fonte paradisi oriuntur quatuor flumina , quæ irrigant terram:sic quatuor affectiones istæ ortę de vno fonte compun-
C ctionis plenitudinem consumunt irrigui inferioris. Pariunt enim suspiria , gemitus & fletus : quæ dum pro defectu virtutum aguntur,dicuntur irriguum inferius. Superius autem irriguum est vallis lachrymarum. Pinguis infusio hæc cœlitus irrorata, nec extorta,nec coactitia, pluuia voluntaria est, quam segregauit deus hæreditati suæ. Aquæ istæ sunt quæ egrediuntur de templo à latere dextro , & fluunt impetu de Libano,fluunt etiam de fonte paradisi , diuisi in quatuor capita.Paradisus conscientia iusti est, quam non vrit cura pungens, nec culpa remordens:quam nõ attenuat sensus egens, quam non grandinant corporearum rerum irruentia phantasmata:fide florida , virtutibus fructifera , opinione odorifera.Huius de medio fons oritur,dum virtus integritate solidatur.Hæc deinde diuiditur in quatuor capita, iustitiã, prudentiam,fortitudinem,temperãtiam. Iustitia fodit in altum, & quærit aquas irrigui superioris,prudentia inuenit,fortitudo vendicat sibi , temperantia possidet . Iustitiam dico esse genus ad omnia præcepta dei : prudentiam , diuinarum humanarúmque rerum scientiam:fortitudinem,vigorem mentis inter aduersa & prospera erectum : temperantiam inter
Psal.119.a velle & nolle,nosse parum & nimis, citra & vltra discretio-
Isa.43.a nem. Legitimè hæc custodita perfectum faciunt virum , cu-
Luc.13.a pientem dissolui , & esse cum Christo , qui dicat : Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: &. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum.Fons iste fons patens est domui Da- D uid in ablutionem peccatoris & menstruatæ . Hic est fons quem foderunt principes multitudinis , quos commemorauimus , iustitia scilicet , fortitudo & temperantia in datore legis,id est compunctione: & in baculis suis , id est in vigore solido perfectæ integritatis . Mens itaq; à vitiis purgata, deũ sitiens iugiter,& ipsius aduentum in se suscipiens,frequenter delectata tãtę suauitatis inenarrabili dulcedine,quia pro velle suo semper eam habere minime valet , miro dolore afficitur:& hæc ei cõsolatio, vt præ eius desiderio iugi lachrymarum pane pascatur.Fit itaque vallis lachrymarum, dum de se humiliter sentiens affatim abundat vbertate fletuum . Et habet hoc irriguum superius quo mortua mundo suauiter & dulciter pascitur , quia per irriguum inferius emundata iam cœlestium cõtemplatione ineffabiliter delectatur . Hæc duo irrigua,duæ oliuæ sunt,& duo candelabra lucentia ante deũ. Sunt hæc duo luminaria , duo altaria, duo exploratores, duo cherubim,duo ostiola,duo vbera,testamenta duo, hirci duo, leones duo,minuta duo,tabulæ duæ, columnæ duæ, sorores duæ, manus duæ, & si qua sint binaria, quæ his consonantia opinionaliter queant inueniri . In talibus suspiriis,gemitu ac fletu , ac conuallelachrymarum ad te clamamus exules filij Euæ:domina rerum,sancta sanctorum,virtus nostra & refugium:decus mundi , gloria cœli,præelecta vt sol , pulchra vt luna,lunaris fulgor,agnosce omnes te diligentes . Audi nos: E nam te filius nihil negans honorat . Et tu salua nos domine Iesu,pro quibus virgo mater te orat , cuius regnum & imperium sine fine permanet in secula seculorum,Amen.

Sermo quartus.

ANte pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibet,aut Germania Tigrim,
Quàm tuus è nostro labatur pectore vultus,
Virgo dei genitrix,quem totus non capit orbis.

Omnino necessariè vultum quidem tuum deprecabuntur omnes diuites plebis,quãto magis pauperes plebis?Et si pauperes plebis,multo magis egenus & pauper opprobrium hominum & abiectio plebis.Tibi dixit cor meum,quæsiui vultum tuum:vultum tuum domina requiram , ne auertas faciẽ tuam à me,ne declines in ira à seruo tuo . Ostẽde faciẽ tuam, *Psal.26.c* sonet vox tua in auribus nostris , quia vox tua dulcis , & facies tua decora. Vocem tuam audiuimus quater in euãgelio, ô domina rerum. Primò ad angelum, secundò ad Elizabeth, tertiò ad filium, Fili quid fecisti nobis sic? quartò item ad filium, Vinum non habent . Quam harum inquirimus ? Illam vtique,Vinum non habent.Necessaria nobis hæc est.Defecit vinum in cadis nostris , vinum scilicet lætificans cor hominis.Non caũsamur de vino in quo est luxuria,illud quęrimus F de quo propheta , quod germinat virgines, harum pincerna *Zacha.9.d* tu, vexillifera tu . Vexilla regis prodeunt in nobis , te agente pro nobis.Calix in manu tua vini meri.In manu tua,in potestate tua:vini meri,amoris diuini.Dic domina rerum,dic pro nobis filio tuo, Vinum nõ habent. Calix huius vini inebriãs, quàm præclarus est.Inebriat,calefacit,acuit, audaces facit & fortes,obliuiosos,discretos,somnolentos.Inebriat amor dei ad contemptum mundi:calefacit,quia feruentes facit: acuit, quia erudit:facit audaces contra aduersa : & fortes , à carne, mundo & dæmonibus inuincibiles, obliuiosos, eorum scilicet quæ retro sunt, & in futura extentos , discretos eruditos ad iustitiam, somnolentos ad temporalia & tædiosos , & ad inuisibilia contemplanda pronos & promptos . Hoc vinum *Psal.103.b* lætificat cor hominis.Hoc à te & per te speramus, nõ solum vinum,sed & panem.Panis enim cor hominis cõfirmat. Panis ille de quo scriptura:Panem angelorum manducauit ho- *Psal.77.a* mo.Panis ipse,filij tui dulcis memoria,presentia ipsius plena tu.Et mẽsa propositionis duodecim panum, numerum duodenarij dedicans.Duodecim panes,duodecim sunt prærogatiuæ gratiarum,in quibus gratia repleta es, & dominus tecũ. Porro ne de corde meo videar prophetare,tuas has prærogatiuas Paulus apostolus & nominat pariter & enumerat , dicens: Fructus autẽ spiritus est charitas, gaudiũ,pax, patiẽtia, *Gala.5.d* longanimitas,benignitas,mansuetudo,fortitudo, misericor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdia continentia, castitas. Panes certe admodum splendidi, sapidique. Splendidi, in sua natura: sapidi, in animorum experientia. Denique summæ spirituales deliciæ hæ sunt. Plus quippe his cõfirmatur & delectatur animus, quàm vllis carnalibus deliciis corpus. Neque verò proueniunt homini à seipso, immo fructus sunt spiritus sancti. Proinde virgo beata postquam nuncius cœlestis te prædicta gratiarum prærogatiua perhibuit plenam, mox gratiarum causam subiungens inquit: Dominus tecum. Dominus autem spiritus est. *Luc.1.c* Spiritus ergo sanctus magnificauit facere tecum. Magnificauit inquam facere in te duo opera sua. Vnum erat, dum dignam te fecit quæ dei filium concipere posses & parere: alterum, quando ex tua carne sancta ac digna carnem filij dei formauit. Fecit proinde te magnam & castam. Magnam planè fecit, vt immensum caperes: castam, quatenus dignè contineres. Magnum te fecit humilitate, castam virginitate. Itaque tu sancta, tu es castellum in quod Iesus intrauit, habens turrim humilitatis. qui enim se humiliat, exaltatur. & murum virginitatis. Murum certè fortissimum, quippe qui nec ante partum, nec in partu, nec post partum potuit violari. Lapides muri disciplina tua fuerunt & continentia, sine quibus nunquam constans est virginitatis murus. In te duæ sorores fuerunt Maria & Martha, quæ dominum susceperunt. *Mar. 1.g* Maria fuit intelligentia tua specialis, qua deum & dei filium esse intellexisti, quem genuisti. At verò Martha rationalis erat prudentia, qua ei in domino filioque tuo in carne seruisti. Tu ergo domina nasus es speciosus, ad quam dicit sponsus: Nasus tuus sicut turris Libani, quæ ædificata est cum *Canti.7.b* propugnaculis. mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Nasus duo habet foramina per quæ spiritum à capite emittit. ita tu domina virginitate & humilitate tua de cœlo eduxisti filium dei. Spiritus oris nostri (dicente prophe- *Thre. 4.d* ta) Christus dominus. Spiritus verò est dominus Christus: quippe qui vt spiritus oris nostri charitate calefacit, cupiditatem nostram refrigerat, ad bonam nos voluntatem mouit, fide iustificauit. Tu ergo nasus ecclesiæ similis es turri, celsa videlicet dignitate, firma grauitate. Turris es Libani. Libanus mons qui dicitur dealbatio, altam præ omnibus signat innocentiam tuam. Innocens fuisti ab originalibus & ab actualibus peccatis. Nemo ita præter te. Vnde auctoritas Augustini: Cum de peccatis agitur, nullam de beata Maria volumus fieri mentionem. Ex eo enim maiorem credimus ei collatam virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum, quæ cõcipere & parere meruit eum qui nullum habuit peccatum. Ex omni, inquit, parte: hoc est ex parte originalis, & ex parte actualis peccati. Ea ergo sola excepta, cæteri omnes *1. Ioan.1.c* quid dicere possunt, nisi quod ait apostolus Ioannes: Si dixerimus quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est? Ego quoque pia fide opinor, in vtero matris tuæ ab originalibus te absolutam peccatis: nec vana est fides, nec opinio falsa. Denique & rationes & auctoritates inueniuntur ista stipulantes. Et quidem ratio sic: Si alij in vtero matris fuerũt sanctificati, multò magis tu mater do- *Hier.1.a* mini: sed Hieremias & Ioannes, alter sanctificatus, alter spi- *Luc.1.d* ritu sancto repletus in vtero matris leguntur: ergo & tu Maria genitrix dei: quæ sola totam spiritus sancti gratiam possedisti, quam alij habuere per partes. Te enim angelus Gabriel *Luc.1.a* pronuntiauit gratia plenam. Tuum odorem longe ante in filio patriarcha Isaac trahebat dicens: Ecce odor filij mei sicut *Gene.27.d* odor agri pleni. Tu es ager plenus, plena virtutũ, plena gratiarum. Tu protulisti frumentum electorum, quod est etiam angelorum cibus. Te benedixit dominus. Te inquam benedixit dominus, vt per te benedictam vita veniret, sicut mors per Euam processerat maledicta. De te secretorum cœlestiũ conscius Salomon dicit: Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Aurora semper noctem sequitur, nox præcedit auroram. Quid autem est nox frigida & obscura nisi originale peccatum, frigidum concupiscentia, obscurum ignorantia? Tu ergo processisti vt aurora lucida & rubicunda, quia superatis originalibus peccatis in vtero matris, nata es lucida cognitione veritatis, & rubicunda amore virtutis. Inde est quòd natiuitatem tuam sanctam sancta ecclesia festiuis celebrationibus honorat, quod aliàs non faceret. Denique nullius præter te, nisi domini filij tui, & Ioannis Baptistæ (qui vtique sancti nati sunt) colit natiuitatem. Cum igitur tam claræ auctoritates diuinæ tuam ab vtero testentur innocentiam, quis vltrà dubitet sanctam te & immaculatam huic mundo progenitam? Tu es proinde turris Libani cum propugnaculis ædificata. Ab ineunte quippe ætate dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Quare delectatio iustitiæ odiúmque iniquitatis, cum quibus creuisti, tua fuere propugnacula. His quippe visis, hostibus certè suspecta fuisti. Non enim parum formidabant, ne forte tu esses (quæ & eras) per quam expugnandi erant & damnãdi: propter quod & terribilis fuisti eis vt castrorum acies ordinata. Nihil verò omnino profecit inimicus in te, eo quòd mille clypei pependerũt ex te, omnis armatura fortium. Denarius solidus millenarius est: siquidem denarius quadratus centenarium perficit. Porrò decem sunt præcepta legis. Primum est: Dominum deum *Deut.6.a* tuum adorabis, & illi soli seruies. In hoc solius dei præcipitur cultus. Nulli quippe alij seruitus (quæ Græcè latria dicitur) debetur. Siquidem quando dæmonibus exhibetur, idolatria vocatur: quod proximo inhibetur præcepto: Non *Ibid.5.b* assũmas nomen dei tui in vanum. Ac si diceret: Nulli creaturæ dei honorẽ exhibeas, nihil per incantationes aut augu- L ria quæras. Porrò speciale obsequium deo præbetur in obseruantia sanctarum solennitatum: vnde tertium præceptum *Ibidem.* contexitur: Obserua diem sabbati: quod est, in sacris feriis te exerce, quatenus per requiem præsentem discas sperare æternam. Ac tria ista ad deum duntaxat pertinent; qua de re in vna sũmodo tabula scripta fuerunt. Cæterum cætera ad conuersationẽ hominis cum proximo spectant: quare & ipsa continebantur in secũda. Et primũ quidẽ ad maximè proxi- *Ibidem.* mos, id est parentes pertinet: Honora, inquit, patrem & matrem. Honoris nomine non solùm subiectionis reuerentia, sed etiam subsidij obsequium accipitur. Proinde filij debent honorare parentes, & in bonis obediendo, & temporalia, si *Ibidem* opus habuerint, subsidia ministrando. Non occides. Id maximum malum est quod proximis potest inferri, ac propterea primò omnium debuit prohiberi. Fit autem homicidium multis modis, manu, præcepto, consilio, consensu vel neglectu. Si enim moriturum aliquo modo viuificare valeas & negligis, proculdubiò eius mortis reus teneris. Postea dicit: Non fornicaberis. Fornicatio alia spiritus, alia corporis. *Ibidem.* Spiritus fornicatio est, deserto deo adhærere diabolo. Vnde: Perdes omnes qui fornicantur abs te. Porrò corporis forni- M catio, est passim cum meretricibus vel fœminis à legitimis *Psal.72.d* viris absolutis, sola libidinis explendæ causa commisceri. *Deut.5.b* Deinde adiungitur: Furtúmque non facies. In furto comprehenditur rapina, vsura, peruasio, quicquid denique cum damno alterius possidetur. Deinceps ait: Falsum testimo- *Ibidem.* nium ne dicas. Falsum testimonium, alieni patrocinium mẽdacij proprie dicitur. Veruntamen in hoc loco pro omni bus mendacij partibus verisimile est poni. Denique periurium, voti solutionem, & generaliter omne mendacium nõ permittit, qui falsum testimonium nominatim prohibuit. *Ibidem.* Nonum præceptum est: Non concupisces proximi tui vxorem. Vbi nimirum adulterium vetuit, atque abusionem deo sacratarum. Sponsæ quippe sunt dei: & vtique nõ minus est *Ibidem.* dei sponsam violare quàm hominis. Decimũ: Non concupisces rem proximi tui. Omnẽ dolum & circunuentionem hoc vltimo vetat præcepto, quibus miseri mortales se inuicem decipiunt, bonísque priuant terrenis. Hæc decem legis præcepta suos obseruatores tanquam clypei muniunt, & à tormentis inferni defendunt, quapropter optimi decem clypei sunt. Denarius porrò linearis numerus est, solam habens longitudinem, quæ solo duntaxat capitur intellectu. Decem itaque clypeos habet. At si denarius in altum extendatur atque quadretur, centenarium videlicet parit. Eadem quoque ratione si decalogus post scientiam memoria firmetur, & dilatetur affectu, centum profecto clypei possidentur. Postremo denarius exaltatus atque solidatus millenarium perficit: sic nimirum decalogum de affectu in bonam produces operationem,

Rationem, optatos certe mille cœpit clypeos possidere. Non est dubium te benedictam intellectu & affectu & actu, hunc super omnes mortales decalogũ habuisse & obseruasse: vnde prorsus merito mille clypei èx te dicuntur pendẽre. Et nõ solum clypei, sed & omnis armatura fortium. Nihil est enim virtutis quod ex te non resplendeat: & quicquid singuli habuere sancti, tu sola possedisti. Lectulus es Salomonis, de quo in canticis: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.

MEDITATIO DEVOTISSIMA SVPER Salue Regina, quæ diuo Bernardo attribuitur.

Horãos scripsere. Salue regina. +

ADsalutãdum virginem primò debeo eius magnitudinem cõsiderare. Nec enim circa suum filium amplius potuit eleuari, quàm vt mater Dei vocaretur. Admirans ergo magnificentiam matris nostræ, deuotè & reuerenter dicito, Salue regina. Sub tuo regimine domina volo decætero militare. Me totaliter dominationi tuæ cõmitto, vt plenariè me regas, nihil meæ insipietiæ dimittens de mei regimine. Quicquid enim mihi dimiseris, noueris miserrimè destruendũ. Sed cum plenus sim miseria à vertice vsque ad pedum plãtas & putrefactus, fœtorem grauem & horrorem quomodo dignaberis regere tam nobilis creatura? Quia tu es regina misericordiæ. Et qui sunt miseri- *Misericordia.* cordiæ subditi, nisi miseri? Multum es solicita de miseris, hos in tuos filios adoptasti, hos regere domina voluisti: & ideo regina misericordiæ vocaris. Nos ergo miseri recum de cętero consolemur, tecum amodo domina habitemus: te mentis *Vita.* viscetibus amplectamur, quia tu es vita. Vita verè, quæ mortem superbiæ humilis vicisti, & nobis vitam gratiæ impetrasti. O certè vita amabilis, vita desiderabilis, vita delectabilis, ô vita quæ nutris tuos cœlestibus alimẽtis. Qui enim vult te *Dulcedo.* habere, se affligat, delicias respuat, delicata quæque contemnat: & qui ampliùs mortificatus fuerit, te amplius possidebit. Dulcedo. Verè dulcedo, quæ amaritudinem peccati expellis impetrando gratiam, quæ nobis gratiæ dulcorem acquiris, quæ ad suauitatem patriæ cœlestis contemplantes introducis. O dulcis domina: cuius sola memoria affectum dulcorat: cuius imaginitudinis meditatio mẽtem eleuat: cuius pulchritudo oculum interiorem exhilarat: cuius amœnitatis immẽsitas cor meditãtis inebriat! O domina quæ rapis corda hominum dulcore, nónne cor meum domina rapuisti? Vbi quęso posuisti illud, vt ipsum valeam inuenire? O raptrix cordiũ, quando mihi restitues cor meum? Quare sic corda simpliciũ rapis? Quare violentiam facis amicis? Nunquid ipsum sem- C per vis tenere? Cum illud postulo, mihi arrides: & statim tua dulcedine consopitus quiesco. Cum in me reuersus iterum illud postulo: me complecteris dulcissima, & statim inebrior tui amore: tunc cor meum non discerno à tuo, nec aliud scio petere nisi tuum. Sed ex quo est cor meum tuo dulcore sic inebriatum, guberna illud cum tuo, & in sanguine agni conserua, & in latere filij colloca: tunc assequar quod intendo, & *Spes nostra.* possidebo quod spero, quia tu es spes nostra. Sperent ergo in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam nõ dereliquisti quærentes te domina. Certè qui sperant in te, mutabunt fortitudinem: assũmẽt pennas vt aquilæ: volabunt & non deficient. *Salue.* Quis non sperabit in te, quæ etiã adiuuas desperatos? Nõ dubito quòd si ad te venerimus, habebimus quod volemus. In te ergo speret, qui desperat: qui deficit, ad te currat. Salue. Quis ergo decætero nos à tui salutatione poterit prohibere, *Ad te.* ex quo sic es vita, dulcedo & spes nostra: Salue. Quis ergo ex quo regina es nostra, à tua reuerẽtia nos poterit separare vel impedire? Primò es domina salutanda, vt per te gratia impetretur. Secundò, vt per te ad gloriã veniatur. Ad te. Ad te veremus, quia tu sola deum genuisti, tu sola interemisti vniuersam hæreticã prauitatẽ. Ad te certè, quæ leuas nos à fecibus pec- *Clamamus.* catorum, quæ nos consolaris in cunabulis vagientes, lactas paruulos esurientes. Clamamus. Quare non clamaremus domina, qui vulnera sustinemus, plagas sentimus, qui inimicis vndique circundamur? Clamamus angustiati, miseriis infinitis oppressi. Clamamus cordis anxietate, stomachi vacuitate, B doloris acerbitate, aut fortè erga te amoris immẽsitate. Quare enim obdormis domina? Surge, adiuua nos. Clamamus etiam, vt nostrã manifestemus necessitatẽ: quia clamare necessitas nos cõpellit, quid nos amplius affligis? Si multũ tardaueris, vocem amittam clamãdo, & ad te amplius vociferari nequibo. Heu mihi tũc quid faciam, cum nec exaudire me poteris, nec audire? Citò, citò domina subuenias clamanti, ne in manibus deficiam inimici. Curre festina domina, & tuum iniquissimum & infidelissimum seruum ad te clamãtem parcẽdo adiuua, & eripe de manu & periculis tui hostis. Si aliud te allicere domina nõ deberet, nisi quia tuus hostis audet nos tuos seruos inuadere frauduleter, deberes ad nos quàm citiùs festinare. Curre & libera nos domina propter eorum superbiã reprimendã. Curre, ne dicãt: Vbi est corũ domina, de cu- + ius clemẽtia cõfidebãt? Ne miteris domina si clamamus, quia sumus à te nimium elongati. In regione longinqua dissipauimus partem nostram, & ideo ad te clamamus exules. Exules à patria, exules à visione diuina, & vtinam nõ exules à gratia: *Exules.* exules à consolatione materna. O anima, cur non es potius à corpore separata, quàm à tua domina exul facta? Heu mihi, cur sum in tam longum exilium relegatus? O domina, dũ hic sumus exules, constitutas nos, ne hic tãquam in patria confidentes, te & tuum filium quærere desistamus, sic tamẽ cõstituas exules ih corpore, vt semper tecum simus ciues in men- E te. Filij Euæ. Verè filij Euæ, superbi, præsumptuosi, ambitiosi, *Filij Euæ.* auari, gulosi & carnales, inobedientes, & breuiter in omnibus ipsam Euam sequentes, proni sumus ad malum, difficiles vero ad bonum: & si contingat aliquem filium bonorum operum generare, cum quodã cordis dolore & tristitia parturimus: sed malũ cum lætitia perpetramus, nec bonis sufficiũt mala nostra: sed sicut ipsa Eua, ita & nos alios inclinam⁹ ad malum: & etiam sicut ipsa, ita & nos in defectibus excusamus, aut saltem si possumus in alios retorquemus. Plus enim placet nobis in multo sudore & labore vilia acquirere: quàm dominum gloriæ degustare, & ipsum leuissimè, imò dulcissimè possidere. Nisi enim nos domina adiuuisses, fortassis iam in inferni profundissima venissem⁹. Nec est quod nos valeat excusare qui non te, sed Euam in omnibus imitamur, ac per hoc ad te suspiramus. Suspiramus autem de tam bonę matris *Ad te suspiramus.* absentia, venire ad te domina cupientes. Suspiramus ad te, videre filium tuum affectantes. Nimius ergo amor quo erga te sumus inebriati intrinsecus, cogit nos ad te domina suspirare. Omnibus es amabilis, omnib⁹ affabilis, omnibus delectabilis, sedes sapientiæ, fluuius clemẽtiæ, radius deitatis: nec est qui se absc5dat à calore tuo. Quis ergo ad te domina non suspirabit? Amore suspiramus, etiã & dolore. Vndique nos angustiæ premunt. Quomodo ergo ad te non suspiremus, solatium miserorum, refugium expulsorũ, liberatio captiuorum, F regina bellatorum, domina vniuersorum etiam inimicorum: nec est qui tuę voluntati valeat obuiare? Sic afflicti, sic miseri ad te suspiramus, Gemẽtes & flentes in hac lachrymarũ val- *Gementes & flentes.* le. Heu domina, non vides quòd totaliter sumus amaritudine pleni? Intus sumus gementes, exterius flentes, in loco lachrymoso iacentes: onerati peccatis gemimus, aggrauati molestiis flemus, abundantes miseriis in valle lachymarum sumus tuum subsidium postulantes. Quid amplius dicam? nec sufficio nec scio omnia detestabilia huius vallis enarrare. Eia *Eia ergo.* ergo aduocata nostra. O laudabilis clementia saluatoris, qui sic afflictis tam nobile subsidium dignatus es elargiri: & ideo non est timendum quin miserearis miseris, ad illã partem inclinans sentẽtiam, quam defendis vt nobis exhibeas gloriam quam peperisti. Non ergo restat domina, nisi vt illos misericordes oculos ad nos conuertas. Eia ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos cõuerte. Nõ dubitamus domina, quin si nostras aspexeris miserias, non possit tua miseratio suum retardare effectũ, & facere mirabiles necnon & amabiles illi tuorũ radij oculorũ quib⁹ nos allicis ad amorẽ, & ad plenam ducis salutem, ne venenatos oculos basiliſci timeamus. O Euæ oculi venenati, cur non offertis vos oculis virginis, si vultis perfectam recipere medicinam? nam suorũ claritas oculorum tenebras expellit, effugat cateruas dæmo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Iesum benedictũ.

Gnum,purgat vitia mentium,corda cõgelata accendit ,& demũ ad cœlestia trahit.O quàm beati,ô domina , quos tui vi derint oculi!Hos ergo oculos ad nos domina cõuerte. Et Ie sum benedictum fructum vẽtris tui nobis post hoc exilium ostende. O venter mirabilis, qui potuit capere saluatorem! ô venter laudabilis,qui potuit recipere redemptorem!ô vẽter desiderabilis, è quo emanauit desiderium mentium,gratiarum fluuius, gloriæ præmium! ô venter amabilis,& dulcedo animæ! ô eleuatio mentiũ, inebriatio cordium,sanitas peccatorum! Fructus tuus domina. Hic certè est fructus beatus à principio sui ortus. Hic est Iesus dei viui filius.Hic est saluator noster dominus deus. Hunc Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende , vt videndo ipsum habeamus: ipsum uidendo beatitudine repleamur.ô clemens,ô pia! ô dulcis Maria!O clemens indigentibus,pia exorantibus,dulcis diligentibus!ô clemens pœnitentibus,pia proficientibus,dulcis contemplantibus! ó clemens liberando,pia largiendo,dulcis te donando! ô clemẽs consolando, pia blandiendo,dulcis osculando ! Clemens,es subiectis,pia iam correctis,dulcis prædilectis.Amen.

ℴ clemens.

H *DISPVTATIO CVIVSDAM iusti cum deo,siue ad horam è corpore educti, & ad corpus reducti,siue in excessum rapti & postmodum ad se reuocati.*

2.Cor.12. Videbatur huic aliquando, siue in corpore siue extra corpus, Deus scit, concessum sibi iam amodo requiescere à laboribus suis, & sabbatizare cũ populo Dei,sedere ad pedes Iesu,&intendere in speciem decoris eius Mariæ,optimam partem se iam perpetuò adeptum, ac Rachelis pulchritudinem à cœlestis sponti amplexibus nunquam auellendam : cum ecce subitò de cœlo respiciẽs Dominus,vidit flentes filiòs paruulos,panem quæ rẽtes,matrem eorum viro viduatam ad maxillas lachrymas emittentem,consolationem sibi ac filiis quærentẽ,nec inuenientem. Et respiciens virum voluntatis suæ iuxta se de singulari gaudio tripudiantem, atque communẽ rristitiam velut vltrà non curantem: respiciens (inquam) Dominus , pater misericordiarum, & deus totius consolationis,charitas, non quæ sua sunt, quærens: Salua sunt (inquit)tua tibi præmia, nec dilata minuẽtur, illorum potius miserere quos deseris. Nunquid fratres tui ibunt ad pugnam , tu hic sedebis? nunquid ipsi foris stabunt quærentes te, cum tu intraueris in gaudium domini tui? Egrediendum tibi ad eos,& ad bellanda bella domini surgendum & adiuuandum . Dixit ergo dominus: surge, & exi hinc. *Homo.* Domine, bonũ est nos hîc esse. Quò ibo à facie tua! *Dominus.* Exi hinc,& redi ad ægrotum tuum. corpus tuum quod tibi commisi , custodiendum & obseruandum, iam tabescit. *Homo.* Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Domine miserere. Ægrotus meus grauis est, & intolerabilis , ad necessaria exigenda improbus , ad superflua vel noxia anxius & importunus. *Dominus.* Vide vt curam eius facias:sed nõ in desideriis. Sic enim expedit infirmitati eius, *Homo.* Dura prouidentia. *Dominus.* Exi hinc. Si quid ei quod suum est tuleris,in quadruplum restituere compellẽris.Sed & pueri iam plorant & petunt panem, & non est qui frangat eis. *Homo.* Mihi autem quando? *Dominus* . Tibi autem facies postea. *Homo.* Quid Domine,quid? pascere eos non possum,nec curare, nisi Aegypto dem manum,& Assyriis vt saturentur pane. *Dominus.* Creatura vanitati subiecta est nõ volens, sed propter eum qui subiecit ea& in spe . Liberabitur autem à seruitute corruptionis in libertatem filiorũ gloriæ Dei. *Homo.* Domine,Assur iste non solùm deuorat carnes nostras,sed etiã exossat nos.Non solum corpus fatigando excruciatur , sed peruenit gladius vsque ad animam meam. *Dominus.* Si ego pro vobis tradidi animam meam, & vos debetis prõ fratribus animas pũnere. *Homo.* Et quare non defendis sanguinem nostrum? *Dominus.* Puer ergo

1.Cor.12.

1.Cor.1.

Matt.19. Psal.138. Rom.7. Rom.13. Thren.4. Thren.5. Rom.8. Hiere.4.

es: qui nisi virgam qua verberatus es,verberari videris,plorare non desistis. *Homo.* Obsecro domine, sine me adhuc loqui ad dominum meum, cum sim terra & puluis.Seduxisti me domine,& seductus sum:fortis fuisti & inualuisti.Dixisti enim mihi . Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos : iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Credidi,propter quod & locutus sum. Cõfugi libens & gaudens sub iugum tuum: & ecce te permittente possident me domine absq; te , & suo iugo ferreo attritum vrgent in trituram suam , & tuæ ciuitatis ciuẽ conscriptum,de luto & latere cogunt Aegyptiis ciuitates ædificare. *Dominus.* Patientes estote vsque ad aduentum meum. *Homo.* Vsquequo Dominẽ *Dominus.* Moyses & Aaron ite ad onera vestra . Et proiectum se sentiens homo à cõspectu tam felicis beatitudinis , sicut Moyses & Aaron his verbis proiecti sunt à conspectu Pharaonis,ad se reuersus cum gemitu dixit: Ego dixi in excessu mentis mee, proiectus sum à facie oculorum tuorum Domine. Mutatus est mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersatis mihi.Sicque pondus diei & æstus repetere,luti & lateris iterum se subire cõtagia deplorans,quod reliquum erat vitæ in doloribus egit, opperiens donec omnino assumeretur, & in gaudium Domini sui perfectè introduceretur.

Hiere.20. Matt.11. Psal.115. Exod.1. Iaco 5. Exod.5. Psal.30. Iob.30.

K L

Doctrina Beati Bernardi.

QVando surgendum est ad vigilias,præparandus est animus ad deuotionem , ita vt feruenter exilias de lecto, & corpore discusso gratias diuinę misericordię agas pro quiete indulta,pro custodia & protectione angelica.Deinde veniens ad ecclesiam, pone manum super ostium,& dic: Expectate hic cogitationes malæ,intentiones & affectus cordis, & appetitus carnis. Tu autem anima mea intra in gaudium domini dei tui,vt videas voluntatem domini,& vilites templum eius . Sícque veniens ante crucem dic: Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, &c . Deinde quotiens dixeris versum in choro tuo, illum qui in choro altero dicitur, dicas silenter, & versus singulos saltem aliquo pipere cõsperges , meditatione scilicet aliqua spirituali : quia animum delicatum habes,& escæ eius electæ debent esse. Et ne desigas oculos tuos longius ante te; quàm protenditur proceritas corporis tui : quia hoc multum impedit vagationes animi . Et depinges ibi quasi resupinatum ante te dominum in cruce,& nunc pro clauis,nunc pro spinis , nunc pro sputis,nunc pro lateris effossione suspirabis,& gratias ages.Cũ exeundum fuerit à choro,dices domino : Adhuc habeo domine priuatas laudes & benedictiones tibi dicere , quas scilicet nunc à publicis exiens cãtabo tibi & psallam in gloria mea.Cum ad missam ventum fuerit , suscipe inuitantem ad missas priuatas , ac si panem angelorũ tibi delapsum de cœlo videres. Si quem amouere volentem intueberis,fuge, ac si fame deficiẽti è fauce buccellam panis auferre conaretur. Cum ad capitulum veneris , diligenter accipies armaturam dei,in galea prouidentiæ, in lorica patientiæ, in scuto mansuetudinis, quibus possis clamationes iustas vel iniustas elidere. Si peccasti,dic tantum,emendabo. Si non,dic, nõ memini.His nec amplius nec minus aut clamoribus aut verberibus à te extorqueatur.Cogita cum accedis ad iudicium capituli,deum & priorem,Pilatum & pharisæos clamantes in eum,& milites verberantes eum sine causa . Cogita capitulum durum sanctorum martyrum cum starent ante reges & præsides,cum pertinentiis suis, id est cum pœnis & tormẽtis quæ patiebatur. Cogita futurũ capitulum tuum in morte coram deo,cum milia dæmonum clamabũt contra te, & decies centena milia aduersum te : & si quid hic recum durius agitur,illorum consideratione leuigetur . Cogita quòd ille qui clamat te, nouacula dei est, & pilos vult tibi tollere deformes,vt speciosus fias. Cogita quòd pitantia est de cœlo missa correctio. Quicunque te clamauerit,eadem die remune-

A munerabis eum obsequio quocunque si potes , eo quòd te à deformitate peccati releuare voluerit . Cum ad laborem veneris:sic temperabis onus agendum , vt solicitudo operis intentionem animi tui ab iis quæ dei sunt non auertat . Quando pausandum est, noli angulos consectari , vel à cæteris semotus sedere,sed sint oculi tui ad fideles terræ,vt sedeant tecum: & tu consede in medio doctorum. Quidam frater cum apud hos pausantibus cęteris solus longe sederet,grauissimo cœpit carnis stimulo vrgeri, audiuítque vocem dicentem sibi : Vade ad castra . Et cum venisset vbi cæteri erant, quieuit stimulus . Cum veneris ad refectionem , nec primus intrabis nec vltimus . Si non potes sumere quæ apponuntur,non ea permittas non omnino mutari,sed vel modicum sume, vt comedisse videaris.Si quis instet vt comedas, hoc tantum signo respõde,bonum est, multum est, factum est. Cogita ꝙ multorum labore,infinitis nauigantium periculis haleca,pisces,vel cætera tibi necessaria procurantur, vt carnis tuæ desideriis satisfiat:& per singulas buccellas age gratias.Interim cogita Christum crucifixum expectare gratias tuas , vel ad portam reliquias tuas pauperem præstolantem . Abstinentiam omnino interdico tibi ne facias,sed quotidie secundum mensuram comede. Si per noctem illusio tibi acciderit , ne

Exemplũ.

B contristeris, sedineras tino confitere: & aliquo te inuitãte ad missam xt ministres. caute coram omnibus te excusa per signum, vt est consuetudinis,quatenus omnes illam tuam pollutionem intelligant. Fecit hoc aliquis apud nos etiam nullo vocãte ad missas,vt magis erubescęret,& à tentatione carnis liberatus est,intantum vt vix aliquid tale postmodũ senserit, nec nisi semel vel secundo per annũ pruritum huiusmodi patiebatur . Ex quo patet quàm vera sit sententia dei dicentis: Ego glorificantes me glorificabo . Et omnis qui se humiliat exaltabitur,& humilibus dat gratiam. Quando legẽdum est, cõuersa facie ad ecclesiam anteposito libro vtere soliloquio tuo,& vbicunque occurrerint dei beneficia, dic: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? quantum debes anima mea? Et conuersus ad angelos dic: Venite audite , & narrabo omnes qui timetis deum, quanta fecit animæ meæ,& ad ipsum deum deflectens oculos:Verè,inquies, domine misericordia tua magna est super me.Si autem solicitãte te in hunc modum corde,& pulsante ostium paradisi , aliqua cogitatio maligna interstrepit , statim propone & dic: Cuius est imago hæc & superscriptio? & audiẽs quòd Cæsaris est,hoc est principis mũdi,scilicet diaboli,dic: Pecunia tua tecum sit in perditionẽ.Iam ostium clausum est,& dominus

Luc.14.c Psal.115.a

Exemplũ.

C hic Pascha manducat, non vacat mihi aperire tibi . Si autem adhuc steterit cogitatio mala, oppone illi signum crucis. Sãctimonialis quædam apud nos in tanta veneratione habuit signum crucis,vt cum efferenda esset ad tumulum,facies crucixi verteretur post eam in parte illa per quam elata est , & sic caput imaginis in partem illam intendens,perpetuò contra solitum sic permaneret . Alia reuelauit cuidam computruisse manus suas,sed pollicem non posse corrumpi, quo signũ crucis sibi imprimere consueuerat.Caue ne in tactu alicuius vel cõsensu facias,vel tibi fieri permittas, vnde te oporteat erubescere . Colloquia priuata nec fugias nec requiras: cogita tamẽ quòd poma sylуestria sunt . Cùm videris aliquẽ in oratione,in lectione,in silentio,in patientia,in obedientia & similibus studiosum: gratias age deo quòd speculum tibi misérit:& nõ inuideas.Cum aliquẽ turbatum videris:gratias age quòd nubes illa per te non transiit,& dic: Quid illa tẽtatio de me fecisset,si deus permisisset? & non iudices alienam imperfectionem,neq; fodias parietem cõscientiæ eius.Cum aliquid rogaturus à Priore veneris , præpara te ad repulsam semper:& si cõtigerit negari tibi quod postulas, dic apud te: Quid decebat asellum nisi frenũ & stimulus ? Ego nihil proprie vendicare possum in domo ista,nisi cilicium & crucem:

D cilicium in morte,& crucẽ in fossa,hęc est hęreditas mea.Ita tamẽ vt modica gleba terræ crucẽ cooperiat.Et hoc habebis in memoria quando cubitũ vadis. Et cum sagum & coopertorium videris,lectum tumulo comparans quasi sepeliendus intrabis.Si dormire poteris, bene est:si non potes, expertum est quod si cogitãdo procures, dormies. Abscõde super omnia huiusmodi studia tua , & dissimula apud alios meditationes tuas sanctas quantum potes, & in omnibus obsequio sedulum te exhibe vniuersis . Præcipua existima lucra aliorũ in obsequiis publicis & priuatis. Insuper paratus sis ad obediẽdum alacri animo & vultu.Cogita monachum illum Gerardum nomine, qui cum de dei misericordia vltra modum desperaret,infirmatus ad mortem iacuit per triduũ oculis clausis in mentis excessu,& visitatus ab abbate oculis apertis ait: Bona est obediẽtia. Ad tribunal Christi fui, animas sanctorũ vidi,ipsúmq; facie ad faciem vidi dicentem mihi: Ecce locus tuus inter fratres tuos.Nullus tui ordinis peribit, si ordinem amauerit,aut in morte purgabitur,aut in breui post mortem. Salui autem qui de ordine tuo sunt , aut in ordine apostolorum,aut martyrum,aut confessorum sortem accipiẽt.Et hæc dicens communione accepta discessit. Ad omnia quæ insurgunt,disce remedium aliquod adhibere . Cũ torpore deprimeris , cogita quòd hodie operari licet, cras fortè non licebit.Cum libidine pulsaris,cogita ignem æternum . Si inobe-

Exemplũ.

E diẽtia te teneat, cogita quòd quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere.Si impatientia vexaris,cogita quid pro te pertulit Christus . Cum superbia tentat , cogita meliores. Cum mala voluntas, cogita quàm pro modico damnatur, qui pro sola voluntate sine effectu operis reprobatur. Cum vanitate pulsaris, cogita quia multa non feceris : & quo magis nunc occultaris , eo gloriosius in iudicio innotescęs . Cum de vigore corporis vel decore hilarescis , agnosce quàm celeriter febre tenuissima tolli potest. Cum te molestat religionis põdus , & disciplinæ assiduitas , cogita illud beati Hieronymi: Nullus labor durus,nullum tempus lõgum debet videri,quo gloria æternitatis acquiritur. Illud fili dulcis tãquam dæmonium meridianum fuge præ aliis hostis antiqui astutiis,quod cauendum tibi summopere denuncio, vt ex eo tempore quo religionem intraueris,nunquam cogitationẽ illam suscipias, foueas , aut ei credas,qua suggeritur te minus vtilem in religione manere susceptą , vt in alio statu vel habitu magis tibi vel aliis posse proficere. Nam si cordis auré huiusmodi phãtasiis inclinaueris,diuident & distẽdent animum tuum,ita vt nullum saporis spiritualis condimentũ possis retinere.Eritq; cor tuum quasi vas confractum, quod omnem sapiẽtiam nõ tenebit . Indéque non solum tædium , sed horrorem despe-

Hieronym.

F rationémque boni operis pręconcepti imminere necesse est, dum animus tuus circa multas professiones,studiáque diuersa diuiditur.Vnde quidam patrum in collationibus:Solent animi leues miniméq; fundati , cum audierint quosdam in diuersis virtutibus ac studiis bonis magnificè prædicari,ita eorum laude succendi , vt eorum imitari statum protinus desiderent,at frustra. Nam ex huiusmodi mutatione ac varietate propositi,dispendiũ capiunt,non profectum:quia qui multa sequitur, nihil integrè consequetur . Ideo hoc vnicuique expediẽs est, vt secundum propositum quod elegit, & gratiam quam accepit , summo studio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet,aliorum laudes amet,& admiretur virtutes,ac nequaquam à sua, quã semel elegit, professione discedat . Multis namque viis ad deum tenditur, & ideo vnusquisque viam semel arreptam, irreuocabilis cursus sui intentione conficiat, vt sit saltem aliqua professione perfectus . Singulare autem contra omnia mala remedium est mortis memoria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G

Descriptio situationis monasterij Claræuallis.

SI situm Claræuallis nosse desideras, hæc tibi scripta sint pro speculo. Duo montes non lõge ab abbatia habent initium, qui primò angustæ vallis interiectione distincti, quo magis ad abbatiam appropiant, maiore hiatu fauces dilatant, quorum alter alterum abbatiæ latus dimidium, alter totum occupat. Alter fœcundus vinearum, alter frugum fertilis, iucundum visui, & vsui commodum ministeriũ præbet: dum per deuexa latera in altero crescit quod comedatur, quod bibatur in altero. In summis montiũ frequens monachis labor est, amœnus quidem, & quiete iucundior, ramale vetus colligere, & colligare fasciculos ad comburendũ. Squalẽtes extirpare dumos, & solis aptos ignib⁹, ignibus aptare, eruderare sentes, euellere, destruere, disperdere (vt secundum Salomonẽ dicam) spuria vitulamina, quæ crescentium arborum vel ligant ramos, vel radices suffodiunt, ne impediatur rigida quercus sublimi salutare sidera vertice, tilia mollis brachia explicare, fissilis & flexilis fraxinus libere se in altum extendere, patuláve fagus in latum expandere. Porro abbatię pars posterior in latam desinit planitiem, cu-
H ius partem nõ modicam murus occupat, qui abbatiam diffuso cingit ambitu. Intra huius septa multæ & variæ arbores variis fœcundæ fructibus instar nemoris pomœrium faciunt: quod infirmorum cellæ contiguum, infirmitates fratrum non mediocri leuat solatio, dum spaciosum spatiantibus præbet deambulatorium, æstuantibus quoque suaue reclinatorium. Sedet ægrotus cespite in viridi, & cum inclemẽtia canicularis immitti sidere terras excoquit, & siccat flumina, ipse in securitatem & absconsionem, & vmbraculum dei ab æstu, fronde sub arborea feruentia tẽperat astra: & ad doloris sui solatium, naribus suis gramineæ redolent species. Pascit oculos herbarum & arborum amœna viriditas, & pendentes ante se atque crescẽtes immensæ eius deliciæ, vt nõ immerito dicat: Sub vmbra arboris illius quam desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Aures suaui modulamine demulcet pictarum cõcentus auium: & ad vnius morbi remedium, diuina pietas multa procurat solatia, dum aër nitida ridet serenitate, terra fœcunditate spirat, & ipse oculis, auribus, naribus, colorum, canorum, odorum delicias haurit. Vbi pomœriũ desinit, incipit ortus intercisis distinctus areolis, vel potius diuisus riuulis intercurrentibus. Nam licet aqua dormitans appareat, pigro tamen
I decurrit elapsu. Pulchrum & hic infirmis fratribus præbetur spectaculum, dum super viridem puti gurgitis margine sedẽt virtea videre sub vnda piscículos ludere, & natatu obuio militarem repræsentare congressum. Aqua hęc piscibus alendis, & rigẽdis oleribus duplici ministerio seruit, cui Alba famosi nominis fluuius indefessо meatu fomenta ministrat. Hic per multas abbatiæ officinas transitum faciens, vbique pro fideli obsequio post se benedictionem relinquit: qui ad hoc cum multo quidem labore conscendit, non integer, nec tamen ociosè pertransit. Ipse quidem mediam vallẽ flexuosum intersecans per aluеum, quem non natura, sed fratrum industria fecit, dimidium sui mittit in abbatiam, quasi ad salutãdum fratres, & se quòd totus non venerit excusandum, quippe qui totius capax canale non inuenit. Et si forte amnis ipse inundãs impetuoso excursu proruit, obiectu muri retroactus, subtus quò eum necesse est fluere, in seipsum recurrit, & refluxũ denuò defluxus amplexatur. Intromissus vero quantum murus (portarij vice) permisit, primũ in molẽdinum impetum facit, vbi multum sollicitus est & turbatur erga plurima, tum molarum mole far comminuendo, tũ farinam cribro subtili segregãdo à furfure. Hic iam in vicina domo caldariam implet, & se igni coquendum committit, vt fratribus potum paret, si forte sterilis vindemia cultoris industriæ non bene respõderit, & defectu sanguinis vuæ, de filia fuerit festucæ supplẽdus. Sed nec sic se absoluit. cum enim ad se fullones inuitant qui sunt molendino confines, K rationis iure exigentes, vt sicut in molendino solicitus est quo fratres vescantur, ita apud eos pateat quo & vestiantur. Ille autem non cõtradicit, nec quicquam eorum negat quæ petitur, sed graues illos siue pistillos siue malleos dicere mauis, vel certe pedes ligneos (nam hoc nomen saltuoso fullonum negocio magis videtur congruere) alternatim eleuans atque deponens, graui labore fullones absoluit: & si ioculare quippiam licet interserere seriis, peccati eorũ pœnas absoluit. Deus bone, quanta pauperibus tuis procuras solatia, ne abundantiore tristitia absorbeantur! quanta pœnitentibus pœnę alleuiamenta dispensas, ne laboris violentia nonnunquam fortassis opprimantur! Nam quot equorum dorsa frangeret, quot hominum fatigaret brachia labor, à quo nos sine labore amnis ille gratiosus absoluit, etiam cum sine ipso nec indumentum nobis pararetur, nec alimentum? Ipse vero nobiscũ participatur, nec aliud de labore suo (quo laborat sub sole) mercedis expectat, quàm vt cum omnia diligenter perfecerit, liber permittatur abire. Tot ergo volubiles rotas rotatu rapido circunducens, lic spumeus exit, vt ipse quasi moli & mollior fieri videatur. Excipitur dehinc à domo coriaria, vbi conficiendis his quæ ad fratrum calceamenta sunt necessaria, operosam exhibet sedulitatem. Deinde minutatim se, & per membra multa distribuens, singulas officinas officioso discursu perscrutatur, vbique diligenter inquirens quid quo ipsius ministerio opus habeat, coquendis, cribrandis, vertendis, terendis, rigandis, lauandis, molẽ- L dis, molliendis, suum sine contradictione præstãs obsequiũ. Postremo ne quid ei desit ad vllam gratiã, & ne ipsius quaquauersum imperfecta sint opera, asportans immunditias, omnia post se munda relinquit. Et iam peracto strenue propter quod venerat, rapida celeritate festinat ad fluuium, vt vice Clarẽuallis agẽs ei gratias pro vniuersis beneficiis suis, salutationi eius, resalutatione condigna respondeat: statimque refundens ei aquas quas nobis transfuderat, sic de duobus efficit vnum, vt nullum appareat vnionis vestigium: & quem discessu suo tenuem & pigrum fecerat, mixtus ei morantem præcipitat. Sed quia eum loco suo restituimus, redeamus ad riuulos quos post nos reliquimus, qui deriuati à fluuio, passiuis per prata vagantur excursibus, vt inebrient terram & infundant eam, & germinare eam faciãt: ne cum verna temperie terra prægnans in partum soluitur, renascẽtia gramina humoris inopia marcescant, nec opus habeant mendicatis nubium guttulis irrigari, sufficienter cognati fluminis fota beneficio. Hi riuuli vel potius sulci post peractũ officium, fluuio qui eos euomuerat, absorbentur, & iam totus simul Alba collect⁹, prono decursu per deuexa festinat. Sed quia iam eum longius conduximus, & ipse secundum *Eccles. 1.* Salomonem ad locum suum reuertitur, reuertamur & nos vnde digressi sumus, & diffusam prati planitiem succincto sermone trãsiliamus. Multum habet locus ille amœnitatis, M multum quod mẽtes fessas alleuet, luctúsque soluat anxios, multum quod quærentes dominum ad deuotionem accendat, & supernæ dulcedinis ad quam suspiramus admoneat, dum ridens terræ facies multiplici colore, vernanti pictura oculos pascit, & suaueolentem naribus spirat odorem. Sed & dum video florem, dum sentio floris odorẽ, historias veterum memorant mihi prata dierum. Nam cum odoris delicias haurio, occurrit animo fragrantiam vestimentorũ patriarchæ Iacob, suaueolentiæ agri pleni fuisse adsimilatam. Dúmque oculos colore reficio, hãc recordor speciem purpuræ Salomonis fuisse prælatam, qui in omni gloria sua liliorum agri decorem æquiparare non potuit, cum tamẽ nec ars ipsius sapientiæ, nec potentię deesset materia: & sic dum foris fruor ministerio, non parum latenti delector ministerio. Hoc ergo pratum intercurrentis fluuij fouetur irriguo, & ad humorem eius mittit radices suas: ideo non timebit cum venerit æstus. In longum autem tanto tactu distẽditur, vt cum tonsum vellus gramineum sol in fœnum torruerit, bis denis diebus conuentum lassare sufficiat. Nec tamen solis monachis labor ille relinquitur, sed cum monachis tam conuersorum, donatorum, quàm conductitiorum innume-

rosa

A rosa multitudo desectas colligit herbas, & tõsam raro pectine verrit humum. Hoc pratum inter se duæ grangiæ diuidunt, quibus Alba ad dirimendam litem æquus arbiter & mensor accedit, qui suam cuique partẽ in funiculo distributionis adsignans, seipsum limitẽ facit, quem altera ad inuadendam alterius partem transire non audeat. Grangias has non conuersorũ esse habitacula, sed clausтra monachorum crederes, nisi vel iuga boum, vel aratra, vel instrumenta alia rusticanis apta laboribus, habitatores suos proderẽt, & nisi quòd in eis libris non explicantur. Nam quãtum ad ędificia spectat, eo magno monachorum conuentui diceres & situ conuenire, & decere venustate, & capacitate sufficere. In parte prati quæ est muro contigua, de cãpo solido factus est lacus liquidus: vbi prius æstuãs operarius, fœnum falce secabat acuta, ibi frater aquarius sedens mobili per lubricam liquentis campi planitiem equo vectus ligneo, leuem remũ pro calcaribus habet, quo cursum vrgeat, & pro freno quo flectat. Explicatur rete sub vndis quo implicetur pisciculus, & parantur ei escæ quibus libẽter vescitur, sed latet hamus in illis quo capitur incautus: quo exemplo docemur spernere voluptates: quia nocet empta dolore voluptas: cuius tristes esse exitus nemo nescire permittitur, nisi qui vel non peccauit, vel non bene de peccato pœnituit. Longe autẽ fa
B ciat deus à nobis delectationem, secus cuius introitũ mors posita est: quæ secundum sapiẽtis descriptionem, apum par volantum, vbi grata mella fudit, fugit, & nimis tenaci ferit icta corda morsu. Laci ambitus per altum ripæ marginem conserti vimineis ligatur radicibus, ne vndæ alluenti cedat terra fathiscens. Prærefluẽti riuo lacus hic pascitur, qui vix sexies senis pedibus seiunctus, per meatus exiles infundit ei aquas quibus alatur: & ipsas quoq; eadem exilitate refundit. Vnde & sic in codẽ statu permanet, vt nec maior sit influentibus, nec effluentibus minor: quia eadem mensura & recipit & reiicit eas. Sed dum per plana cursu feror volatili, dum anhelus in arduis ilia duco, vel purpuream prati superficiem manu ipsius sapientię pictam, vel comata arboribus montium iuga describo, arguit me ingratitudinis fons ille dulcissimus sæpenumero mihi bibitus, & bene quidem meritus de me, sed à me male remuneratus. Obiicit mihi cũ exprobratione quòd sæpe extinguendæ siti meæ seruierit, quòd se meis nõ solum manibus, sed & pedibus lauãdis humiliauerit, quòd multa mihi impenderit humanitatis ac benignitatis officia: bono merito, mercede mala me respõdisse in locorũ catalogo locum vltimum, & penè nec vltimũ fuisse sortitum, cui tamẽ pro sui reuerẽtia primus deberetur. Et vere diffiteri nequeo sero me ipsi⁹ meminisse, quãdo ante ipsum alicuius memini. Verum ipse per decursus & discursus subterraneos tacitè labẽs, ita vt nec leni murmure
C transitus eius valeat deprehendi, instar aquarũ Siloë quę cũ silentio vadunt, quasi prodi metueret, vbiq; caput suũ cooperit, & sui declinat aspectus. Quidni credere velle taceri, quem video non nisi sub tecto velle videri? Hic ergo fons (quod boni fontis esse fertur indiciũ) ex opposito solis Orientis oritur, ita vt æstiuo solstitio roseam rutilantis auroræ faciem ex aduerso salutet. Tugurio, vel (vt maiori reuerẽtia dicam) tabernaculo paruo & pulchro cooperitur & claudi-
D tur, ne vndecunque sordes admittat. Vbi eum mõs euomit, vallis deglutit: & in loco quo oritur, eodem quasi moritur, quin & sepelitur. Sed ne expectes signũ Ionæ prophetæ, vt tribus diebus & tribus noctibus delitescat absconditus: statim ad mille passus intra clausтrũ monasterij, quasi de corde terræ resuscitatus progreditur, & quodammodo rediuiuus apparet, visui tantùm & vsui fratrũ se offerens, ne cum aliis quàm cum sanctis sors illius amodo sit futura.

Octo puncta, mediantibus quibus peruenitur ad perfectionem vitæ spiritualis.

HÆc octo si bene excolueris, omniũ virtutũ perfectionẽ & consummationem per gratiã dei cõsequeris.

Primum vt purè & integrè peccata tua sæpius confitearis, cũ magno dolore & proposito nõ plus faciẽdi.

Secundum vt non frãgaris aduersitate vel tentatione, sed D sta in iustitia, timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Non enim est locus vel religio, qui vel quæ permittit hominem sine pugna militare & viuere. Nam tota vita hominis, militia est super terram: omnes etiam qui piè viuere volunt in Christo, persecutionem patiẽtur, permittet enim (teste beato Gregorio) Dominus electos suos lacerari detractionibus, vt in humilitate conseruentur.

Tertiũ vt nõ misceas te hominibus nec interioribus nec exterioribus inquantum potes bono modo. Sed tene te solitarium sponso tuo Christo, & fuga rumores seculi, & vana ac secularia colloquia, quæ mentẽ distrahunt, & inquiẽtam reddunt, & in pace esse non permittunt.

Quartum omni tempore debes puritati cordis studere, vt cõtinuè videlicet velut clausis sensibus carnalibus in temetipsum conuertatis, & cordis ostia à formis sensibilium & imaginibus terrenorum, quantum possibile est, habeas diligẽter serata. Puritas namque cordis inter omnia exercitia spiritualia est quodammodo tãquam finalis intentio, ac laborum omnium retributio, quam in hac vita miles Christi emeritus recipere consueuit, sibi vendicat principatum. Affectum tuum cum omni diligentia ab his omnibus quę libertatem ipsius impedire possent, & ab omni re possibilitatem habente alligandi & tenendi ipsum affectũ ad inhærendum comprime, iuxta illud legis Mosayę: manent vnus E quisque apud semetipsum, nullus egrediatur ostium domus suæ die sabbati, & sabbatizabit populus. In semetipso nanque esse, est dispersiones cordis sui, & affectiones ad vnum verum & simplicissimum bonorũ recolligere, & collectas habere. Sabbatizare verò, est cor ab affectiõe carnali ipsum inficiente, & à curis mundanis ipsum distrahẽte absolutum esse, & in pace cordis sui tanquam in portu silentij, in amore & fruitione conditoris suauiter quiescere. Super omnia autẽ alia tibi semper sit principalis conatus, vt animũ tuum semper sursùm in contemplatione diuinorum euelatũ habeas, vt diuinis rebus ac deo mens iugiter transferatur. Quicquid autem ab his diuersum est, quanuis magis videatur, sicut corporis castigatio, ieiunium, vel vigilię, & similia virtutis exercitia, quasi secũdaria & inferiora iudicãda sunt, tantum expedientia, quantum ad cordis proficiunt puritatem. Inde est quòd paucissimi iam ad veram perfectionem peruenĩũt, quia in mediis non multum proficuis tempus & vires expendant, dubia remedia negligũt & postponunt: tu autem cum ad finem intẽtum peruenire desideras, debes sine opere ad perpetuam cordis puritatẽ & mentis tranquillitatem anhelare, atque cor sursum iugiter ad dominum habere: Verumtamen est quod nullus mortalium potest huic cõtemplationi iugiter inhærere: sed ideo dictũ est vbi sclas, F vbi mentis intentionem debeas habere fixam, & ad quam destinationem semper animæ tuæ reuoces intuitum: quam poterit obtinere mens gaudet, & à qua distractam se doleat atque suspiret quotiencunque ab illo intuitu se deprehenderit separatam, querulosa voce mihi obuiare volueris, dicens te diu in eodem statu manere non posse, noscere debes quòd diuina virtus plus potest facere, quàm homo possit cogitare: & quod frequentia actus similem sibi habitum generare cõsueuit. Vnde sæpius cõtingit, quòd illud ad quod fortassis homo in se in principio astrinxit, cum quadã violentia & difficultate postea faciliter operabitur, & tandem cum magna delectatione, dummodo non desistat. Audi fili mi disciplinam patris mei. Attende diligenter illa verba, & ea in corde tuo quasi in libro scribe. Noli æmulari multitudinem eorũ qui iam retrò conuersi sunt post desideria cordis sui: In quibus deuotio repuit, charitas refriguit, & deficit humilitas, obedientia est prostrata, qui placere hominibus cupiunt, honores quærunt, vẽtri seruiũt, qui supra modum diligunt munera, sequũtur retributiones, qui in hoc mundo ipsum quod quærunt, pro mercede operis sui recipiunt, & in futuro vacui manebunt. Sed illos egregios flores sanctissimos patres, qui incomparabali flagrabãt studio sanctitatis attende, & eorum festines propositum simili studio, & conuersatione susципere, quemadmodũ ibi iam pro-

positum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G positũ est. Siue igitur cõmedas, siue bibas, siue aliquid aliud facias semper hæc vox pij patris resonet, in auribus tuis admonentis & dicentis: Fili mi ad cor tuum redeas, ab omnibus quantum possibile est, teipsum abstrahendo mentis oculum semper in puritate & tranquillitate custodias. Intellectum à formis rerum infimarum reseruando, voluntatis affectum à curis terrenorum penitus absoluas, summo bono amore feruido, semper inhærendo memoriã quoque iugiter sursum eleuatam habeas per contemplationem diuinorum ad superna tẽdendo, ita vt tota anima tua cũ omnibus potentiis suis & viribus, in deũ collecta, vnus fiat spiritus cum eo in quo summa perfectio vitę cognoscitur consistere. Hæc igitur breuis vitæ tuæ formula tibi sit tradita, in qua si diligenter studueris, & fideliter affectũ mancipari volueris, beatus eris & quodammodo ęternam fœlicitatem in hoc fragili corpore inchoabis. Hæc est fili, salutis via quam tuus Arsenius ab angelo edoctus, seruauit, & seruari suis discipulis mãdauit: Fuge, tace, quiesce. Hæc, inquã sunt principia salutis, Hæc æterna sapientia ad discipulum. Item statim subinfertur, fons & origo omnium bonorũ, homini spi H ritali est, in cella sua iugiter commorari.

Quintum, vt non contristeris vel lęteris, aut solliciteris pro amicis & cognatis tuis, sed committe eos deo, & spirituale subsidium, scilicet orationum tuarum suffragia, eis impẽde, te autem mũdo crucifixum reputa, & mundum tibi ad interiora extende, tanquam omnibus amicis orbatus.

Sextum, vt sis feruens in orationibus & meditationibus sanctis, & ab illa voluntate qua ad religionem venisti, & à primo nouiciatus feruore non tepescas. Homo enim remissus, si incipiat aliquid in principio, aliquantulum strenuè agit, deinde diminuendo procedit, quia multorum est incipere, paucorum finire. Sola tamen perseuerantia coronabitur, sola accipiet brauium. Nulla sine labore virtus, & ad magna præmia nõ peruenitur, nisi per magnos labores. Regnũ enim cœlorum non desides, nõ remissi, non delicati, sed violenti rapiunt illud, qui non aliis, sed suis voluntatibus præclaram inferunt violẽtiam: nam qui in moribus suis molles sunt & fluidi more aquæ præcipitis ad ima descendunt. Qui verò constantes, firmi & feruidi in arcẽ virtutis quotidie ex- I crescunt, stultis nihil diu placet: nam tales quòd non habent cupiunt, & quod habent fastidiunt. Ergo constans esto & non mouearis exemplis tepidorum ad imitandum eos. Et quod rigore ordinis non tenetur ab aliis, de hoc te non intromittas, sed videas quod sine offendiculo ambules coram confratribus tuis, emendãdo eos plus exemplis, q̃ verbis vt omnia quæ ordinis sunt sana & integra, sint in persona tua. Et ideo nõ sis aliis religiosus, non reprehẽdas acriter vel durè increpando alios, quia fraterna correctio non habet locũ, vbi non speratur emendatio, & frustra venit sonus ad aures, nisi deus in corde loquatur: quia solus deus conuertit corda filiorum hominum. Fraterna antem correctio debet fieri cũ magno moderamine, cum gemitu & beneuolentia suo loco, suo tempore, semper oratione præcedente. Idcirco si aliqui non compleuerunt omnia, quæ sunt ordinis, dommodo tu bonus æmulator fueris & discretus, non iudicabis aliorum facta, nec moueat te si videris aliquos minus discretos, alios ignaros, alios indoctos, alios remissos in horis, aut quibuscunque vitiis obnoxios, claude oculos inquantum potes ad K aliorum facta perscrutanda. Sanè ne quos imitari non vis, damnare videaris, quia in iudicando alios magnum est periculum, & tales suspiciones sæpe sunt falsæ, diminuunt tamẽ affectum & charitatem quam homo habet ad proximum; hoc multum debes cauere, ne charitas alicuius ergate vel quemcunq; alium corrumpatur, vel etiam diminuatur: quia non est maius spolium vel damnum, quam in ablatione vel diminutione charitatis. Omnia namq; quãuis vtilia, quamuis necessaria videantur, spernenda tamen sunt, vt perturbatio deuitetur, & omnia quæ aduersa sunt vel putantur sustinenda sunt, vt pacis dilectionisque tranquillitas seruetur: quia nihil perniciosius ira, nec charitate quicquam vtilius est credendum, nec tranquillitate animi præciosius, propter quæ non solum commoda carnalium & transitorum, sed & spiritualium spernenda videntur, si aliàs acquiri vel perfici non possint.

Septimum, vt sis tacens & nõ multiloquius, vbicunq; fueris loquendo vel respondẽdo leuiter & morosè remissa voce, placido vultu, disciplinatis moribus, paucæ & rationabilia verba loquaris. Bis ad limam veniant verba, quàm semel ad linguam, plus diligas audire quàm audiri: vt interrogatio L magis aperiat os tuum, quàm ad non interrogata respõdere. Non inniteris tuæ prudentiæ, neq; confidas in propriis sensibus, & non sis sapiens in oculis tuis: altiora te ne quęsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed discretum, modestum & ordinatum te in omnibus exhibeas: quia deo nunquam placuit aliquid immoderatum, instabile, cõfusum, inordinatum, super humilem autem & quietum, requiescit spiritus domini.

Octauum & vltimum, vt nũquam sis otiosus, nam in desideriis est omnis otiosus, ama igitur sciẽtiam scripturarum, & carnis vitia non amabis: nec vacet mens tua variis perturbationibus, quæ si pectori tuo insederint, dominabuntur tui, & te ducẽt ad delictum maximum. Semper igitur aut legas, aut ores, aut aliquid de sacris mediteris. Multa enim mala docuit otiositas: est enim mors animæ & viui hominis sepultura, & sentina omnium malorum. Singulis horis & diebus sua tribue exercitia, spiritualibus spiritualia, corporalibus corporalia. In omnibus caueas tibi à peccato, & proximo à scandalo. Statim cùm sentis te stimulari à vana gloria, vel quacunque tentatione principiis obsta, & sis M agilis ad quæcunque agenda, quæ ex alterius admonitione vel diuina instigatione intelligis esse facienda. Discas tibiipsi pręesse & teipsum regere non alios, propriam vitam ordina, mores tuos compone, teipsum iudica, apud teipsum accusa & cõdemna, nec impunitum dimitte excessum. Tibiipsi esto durus, nũquam aliis. Manè pręteritæ noctis fac à teipso exactionem, & futuræ diei tibi induito cautionem, vesperè pręteritæ diei rationem exige, & superuenientis noctis fac indictionem. Considera quantum proficias, quantum tibi adhuc restet itineris, grãdis enim tibi restat via antequam videatur deus deorum in sion. Sed cùm in his octo iam præmissis te exercueris, de virtute in virtutem proficiendo, esto cautus contra insidias diaboli, ne te abducat ab eis.

DEVOTI

DEVOTI PAtris domini Gilleberti abbatis de Hoilandia in Anglia, ordinis Cisterciesis sermones super Cantica canticorum, ab eo loco, quo beatus Bernardus morte præuentus finierat, insequendo de vicino eiusdem Bernardi spiritum & stylum, incipiunt fœliciter.

Sermo primus.

A ARII sunt amantium affectus, quia casus varij: & ideo sponsæ verba aliquotiens interrupta videntur, sicut ipsa dilecto suo vel ex voto fruitur, vel præter votum fraudatur. nunc vt super montes reuertatur inuitat: nunc in lectulo quærit elapsum. Quam assignabis consequentiæ seriem? Quæ docebitur ordinis ratio? Non videtur ratio, sed interruptio. Vota amoris non vniformia. Ideo sermo serie non tenetur. Affectus in amore loquitur, & verba interrumpit: quia nec ipse sibi semper in vno statu cohæret. Iure & ipse sponsus hinnulo comparatur sic saliens, & sic fugiens dilectam. Varietas hæc nec consequentia, nec ratione caret. Verba tam subito commutata cõ- B tinuationem seruant, tum affectuum ordini seruiunt. Videte iam quæ sit in hac varietate series continuationis. Elapsus erat dilectæ suæ super montes quasi hinnulus vagus & volitans, & ipsa ad se relapsa de montibus illis in quibus mirabiliter illuminata erat, & illustrata visione dilecti. De mõtibus, inquam, illis ad conuallem lachrymarum, ad lectum doloris relapsa, ad lectum & ad noctem de mõtibus luminosis. Quidni sic recidat ipsa, vbi sic recedit dilectus suus? Ipse enim sponsæ suæ salus & illuminatio. Ideo recedente ipso, illa recidit ad lectulum infirmitatis, & ignorantiæ noctem. Iam versatur super stratum infirmitatis suæ. Super hunc tamen stratum memoratur dilecti, & iam non in matutinis, sed in nocte meditatur in ipso, quærens quem diligit anima sua. Non pigre agit in hoc lecto ad quem relapsa est. Non lasciuit, non delectatur in lecto concupiscentiæ, sed magis reluctatur memorata dilecti solius: non obnoxia infirmitati, sed charitati. Sic interpretatur cui sic videtur. Ego tamen non hic accipio lectum doloris, nisi forte doloris illius, quem amor parturit de C absente sponso. deliciari videtur velle magis quàm sanari, & amicum quæsisse, non medicum. Iuxta hunc sensum sic continuare potestis. De montibus se raptim contulerat ad lectulum sponsæ, vbi illa exercitata, & deficiens vbertate delectationis obdormiuit, exhausta inter amplexus dilecti. Oblectata obdormiuit somnum dulcem, sed expergefacta non inuenit illum hæc mulier deliciarum in manibus suis. Gaudia itaque illa gaudia ineffabilia silentio transiẽs, in hanc tamen vocem erupit: In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Pro continuatione nunc ista sufficiant. Iam verba singula consideremus. *In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea.*) Dulce satis est te bone Iesu quærere, dulcius tenere. In vno pius labor, in altero perfecta lætitia. Dulcis itaque est attrectatio tui. Nam & ipse tactus fructu non caret. Mulier illa euangelica felici furto attigit fimbriam Iesu, & statim stetit in illa fluxus sanguinis, fluxus carnalis illecebræ, carnalis delectationis & curæ, & restricta & desiccata sunt quæ prius in illa fluida erãt, & totum hoc contigit ex contactu fimbriæ. Quid si caput ipsum amplexari cõtigisset? Nõ modo staret & exiccaretur sanguinis fluxus, sed emanaret impetus fluminis illius quod lætificat ciuitatem dei.

Bonus ergo tactus, sed attrectatio melior. In turba, in publico D vix tangitur Iesus. Ideo sponsa quæ non tantum tangere, sed amplexari & attrectare verbum vitæ desiderat, deuitans publicum, secretum elegit, secretum & lectuli & noctis. Bonum opus vel quærere Iesum vel tenere sed opportunitas & loci & temporis huic adhibenda est operi: & quæ maior & accõmodatior ad vsum amoris, quàm lectuli & noctis opportunitas? Nisi quieta mente quæri non potest delectatio sapiẽtiæ, nec intranquillus in illam aspectus dirigitur. Nihil inquinatum incurrit in illam, nec impacatum quidem. Illa vero in animum quietũ & purũ vltro incurrere solet, & gratis influere. In pace enim factus est locus eius, & habitatio eius in Siõ: hoc est in speculatione. Pax præponitur quasi præparatio *Psal. 75.* quædã speculationis. Oculus turbatus vel ira vel cura, quõmodo lucem illam inaccessibilem intuebitur, quę nisi serenis non attingitur mentibus, nec illis tamen semper ad libitum? Quid, inquies, paci ad lectulum? Multũ planè secundum hũc modũ, quòd sicut in lectulo, sic in pace dormitur & quiescitur. In pace, inquit, in idipsum dormiã & requiescã. Quidni libenter requiescat anima sancta, vbi locus est dilecti? In pa- *Psal. 4.b* ce enim locus eius. Ideo hunc tibi locũ primò acquire, vt in eo quem diligit anima tua, vel ad lapsum teneas, vel elapsum requiras. In lectulo enim & secreta quadã mentis quiete potest inuestigari liberius, inueniri citius, & tutius teneri, forte & diutius, si tamen potest diu morari in deliciis illis quæ ferè solent in ipsis intercidi principiis. Nam & hæc velut inter ipsos elapsa amplexus, & fugientes insectatur delicias, dilectum E rursus anxia quærit, & hoc in lectulo. Bene collocaris in lectulo, si ocio quodam ab occupationibus mens tua liberè feriatur. Libertate & ocio quid accõmodatius ad vsum amoris? Et libertas illecebram parit. In ocio & expeditur affectus, & non parum impenditur illi. Sic est. Quanto fuerit expeditior animus, tanto quidẽ impensior erit in illud quod amat. Vsu euenit, vt cum fuerimus ocio redditi, tunc sentiamus acriorẽ morsum amoris diuini. Econtra insensibilem penè reddit affectum frequens cura mundi, & quasi callum quendã menti obducit. Animũ cura implicat, quies explicat. Explicita desideria in quæ putas incrementa se dilatant? Vides quanta bona contineãtur in lectulo? Quies, libertas, illecebra. In lectulo enim quietis & vacuitatis vota magis inardescunt. Locus accõmodatus oblectamento charitatis sponsam ad quęrendum vrget ardentius. Illic enim ægrius caret dilecto, vbi poterat vberius frui. *In lectulo*, inquit, *meo*, *& per noctes.*) Quæ per noctes quærit, non videtur mihi tam aspectus quã amplexus sectari. Tenere magis optat quàm intueri. Bona quidem visio est, sed adhæsio arctior. Nam qui adhæret deo vnus est *2. Cor. 6.d* spiritus. Melior tamen vtraque. Nam coniunctæ vicissim incrementis se cumulant gratiarum. Vtranque si te apprehensurum nõ arbitraris, sectare tu quod sponsa sectatur. Amplexus quære dilecti. ignorantiæ tuæ nox (imò noctes ignorantiarũ tuarum) serenam tibi visionẽ adimit secretorũ cœlestium. Tu F suauia sequere. Quære vt persentias illa, si scire nõ potes. Nox non prescribitur deliciis. nam & ipsis aliquotiens illustratur. *Psal. 138.d* Nox, inquit, illuminatio mea in deliciis meis. In deliciis, ait, non in scientiis. Ita & tu nocte si non potes scientiis, pertenta illuminare deliciis. Quicquid hic videmus per spectaculũ & in ænigmate, totum in nocte est. Et in hac nocte potest Iesus meus magis dulci quodam affectu suauiter sentiri, quàm sciri ad purum. Ideo et nondum ad contuitum admittitur, contactum tamen sectatur, dilectũ in lectulo & per noctes quærẽs. Quid si ad inuentionem dilecti & nox operatur? Cooperatur planè, & accõmodate satis. Sicut in lectulo sanctæ quietis accipis ocium, sic obliuionem quandã intellige in nocte. Vtrunque sapientiæ & contemplationis negocio opportunitatem ministrat. Nec Salomon vult te scribere sapientiam, nisi in tẽ- *Eccle. 38.c* pore ocij. Nec Paulus in anteriora extenditur, nisi prius corũ *Philip. 3.c* quę retro oblitus. Miraris quòd bona nox, & dies malus est? Diem hominis, inquit propheta, non concupiui. Nescio quo *Hier. 17.b* pacto sibi aduersantur, & alterutro se obscurant dies domini, & dies hominis. Siquidem dum alter exoritur, alter recondi- tur. Diem, inquit, hominis non concupiui, hoc est humanum fauorem, hominũ gloriam, & inter reliquos, imò præ reliquis spectabilis videri. Recte hanc diẽ propheta abiurat, quæ per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G turbationis ministrat materiam. Melior ergo hæc nox die. siquidē nox à perturbatione abscōdit, dies exponit. Denique primi parentes nostri statim vt eorū oculi in hanc aperti sunt lucem, erubescentes confundebantur. Quanto felicius clausa prius tenuere lumina, & meliori cooperta nocte, peccati pruriginem nescientes? Abinde sumpsit hic malus dies originem, qui vitiorū denudauit semitas, illicientes species demonstrauit, oculo concupiscentiæ sollicitantem ingessit materiā. Heu me quomodo me circumfulget dies ista, quomodo affectum meum ab se abripuit, quàm claro versatur lumine ante mētis oculos? Et quidem satis importune procax simul & impudica. Nusquā ferè declinandi, nusquam delitescendi copia, nullæ satis tutæ sunt latebræ. Ita vbique erumpunt & emergunt in cogitatum cuncta quę spiritum vel turbent vel deturpent, siue diligenter attrectata, siue tacta leuiter. Licet enim animus castigatiore repellat illa proposito, solo tamen irruētium cogitationum sordidatur attactu. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab illa. Denique secundum legis scita quarundam rerum tenuis etiam inquinat attactus. Non imputantur cum violenter importantur, culpam non inferunt tales cogitatus, aliquā tamen iniuriam irrogant affectatæ mūditiæ. Quid cum se cōtemplantis animo corporeæ offerunt imagines? Forte carnalem appetitum non prouocant, sed tamen spirituale tardant intuitum. Alia turbant, alia deturpant, alia tardant, hoc est lacerāt, alliciunt, illudūt. Nonne melius huiusmodi omnia obscurari quam illustrari, cęca obliuionis inuolui caligine, quàm memoriter recenseri? Bona ergo nox quæ prudenti obliuione dissimulat omnia temporalia, ad illum qui æternus est quærendum, tēpus expediens, & explicans occasiones: quę mundi concupiscentiā abscondit, curam, cogitatum. Hoc est enim mundum habere absconditū, vel mundo abscondi. Sic etiam absconditi poterimus in abscondito faciei tuæ domine. Non dico plena notione, sed tamen tota dēuotione, & libera inuestigatione, & aliquanta inuentione. Hanc absconsionem, hoc secretum, has latebras quibus mundani diei declinamus vel amorem, vel imaginationem, quibus humanū diem aut ablatum non repetimus, aut oblatum respuimus, noctis nomine appellari nunc à sponsa crediderim. Denique in superioribus dicit: Sub vmbra eius quem desiderauerā sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Fructus iste suauiter pascit, si tamen prius vmbra protexerit. Bona vmbra, quæ carnis prudentiam obscurat, concupiscentiā refrigerat, Intelligis quę sit vmbra? Inde tibi refulget occasio quomodo & hic noctem intelligas, nisi quòd quædam occultiores latebrę & magis abditæ & accommodatę magis ad inuestigationis & contemplationis vsum sub noctis exprimuntur, quàm sub vmbræ vocabulo. In vmbra, rerum visibilium obliuionē aliquantā accipe: in nocte omnimodā. Quis mihi dabit sic aduesperascere? Quis inquā, dabit mihi vt rerum temporaliū memoria, obliuionis huius vergat in vesperā? Bona quidem nox, quando imaginationes vanæ animum nō vexant, nec versantur in eo, quādo abscōditæ sunt ab oculis quærentis dilectū. Dilectio ipsa hanc noctem inducit, quæ reliqua omnia nec respicit, nec nota reputat, dum ad illū quē diligit intenta suspirat. Per noctes, inquit. Multæ sunt noctes eius, nec est vna nox illi iugis & continua. Noctes eius frequenter interpolantur absentia sponsi. Cum adest, lux est: cum abest, nox est. Ideo multæ sunt noctes sponsæ: quia multi sunt elapsus sponsi, multæ latebræ. Beata planè quæ dilecto adhæret tota die, & quærit illum totis noctibus. Prouocent studium tuū qui audis ista, & instructus exemplo sponsę, consurge & tu in nocte in principio vigiliarū tuarū, & effunde cor tuū vt liqueſiat & currat, & decurrat vsque in cōspectū dei tui. Illi liba principia vigiliarū tuarū: nihil in te peregrinæ curæ decerpant. Quære per singulas noctes dilectum tuū. Quid dico per singulas? Totas noctes in hoc opus continua. Ne cesses & ne quiescas donec egrediatur vt splēdor dilectus tuus, & vt lampas accendatur tibi. Tunc poteris illud Pauli dicere: Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Nam quod sequitur, Abiiciamus opera tenebrarū, huic non potest nocti adaptari. Nescit enim hæc nox opera tenebrarum, sed magis lucem ministrat iis qui permanēt in agone quodā quęrendi dilectū. Bona quidē nox, quando absconderis à conturbatione, & ab incursione imaginationū. Et quanuis nondum absconderis in absconditō faciei dilecti tui, bonum tamen est vt absondatur tibi facies & pompa inanium & carnaliū cogitationū. Nox est vt illas non attendas, non videas: sed tamē in hac nocte non extinguetur lucerna tua, vt dilectū quæras. Vtinā ego tales mihi possim noctes numerare, tam latebrosas, & tam luminosas. Et quis nostrū gloriabitur omnes se tales noctes habere? Quisquis est, felix est, cui omnes noctes in vsum talē decurrunt, qui in occulto suo nihil agit occultatione dignū. Vnusquisque tuam conueniat conscientiā. Quid enim mihi aliorū percutere conscientiā infirmam? Nō percutio nec discutio quidē: & si infirma est, fœda saltem non fit. Non agat in occulto, nō cogitet quidem quæ turpe est & dicere. Ad talem stratū Iesus declinare non nouit. Offendit illum & fugat confusa conscientia. Confusio conscientiæ non inuitat illum, sed magis euitat. Charitas autem de corde puro & cōscientia bona, ipsa est quæ quærit. Sic enim habes: *Quæsiui quem diligit anima mea.*) Nihil bona tutius conscientia. Bona conscientia audet, & charitas ardet. Illa non formidat: ista inflammat. Illa pro delicto non confunditur: ista confidit super dilecto. Magna vis amoris. Alieno non nititur suffragio, propriis contenta meritis. Semper amari se præsumit, quæ amare se sentit. Denique non respectis aliis maiestatis nominibus, solū sponsa dilectū memorat, quæ singulariter intus tolerat æstū amoris. Hoc autem attendendū, quàm frequenter dilecti recenset vocabulū quocunque ex mysterio: Dilectus meus candidus & rubicundus, & talis est dilectus meus: & in præsenti: *Quem ibid.3.a diligit anima mea.*) Magna certe sermonis huius gratia. Nec mirum si frequentatur in ore, quòd in corde feruet. Ideo anima commemorat. Non enim verbo tantùm diligit, sed voto: nec solo actu, sed magis affectu. Quid vero sibi vult quòd anima non spiritū dicit? Forte quia dilecto quem adhuc quærebat, nondū adhærebat. Qui enim adhæret deo, vnus est spiritus. Et quidē nusquā in toto hoc cantico spiritū nominat, sed animā meā liquefacta est, & anima mea cōturbauit me: & hoc ipsum frequenter. *Quem diligit anima mea.*) Id quoque ferè nusquam nisi cum absentem quærit, vel abesse queritur. Solent his nominibus gradus quidā distingui animæ perfectioris, & minus perfectæ. Apostolus dicit: Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus dei. Ego animam hanc ita amantem & æstuantem, feruentem & quærentē nunquam non spirituale dixerim. Quippe quę licet nondū plena visione, voto tamen propensiore illi adhærebat, quem vehementer diligebat. Possumus autem non inconuenienter sicut in spiritu subtilem & attenuatum intellectum, sic in anima suauem & tenerum affectum accipere. Per prophetam in promissione dominus dicit: Dabo vobis cor carneum. Si ergo carnis nomen in bono alicubi accipitur, cur non magis animę? Ego beatam hanc animam (vt licenter loquar) non lapideam, sed carneam magis iudicauerim, & nihil habentem in se rigoris vel duritię: sed mollem, teneram, tractabilem, & sensibilem ad singulos diuini verbi aculeos. Denique quę dicat, neque caro mea ænea est, sed qnā spiritualis pertranseat gladius, & charitate se vulneratam gaudeat. Iure ergo animam suam diligere dicit, ex primere volens intimam quandam & viuidam & animatam affectionem erga dilectum suum Iesum Christum dominum, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo secundus.

SVPER hesterno capitulo hodiernum vobis instauramus conuiuium. Nec enim ibi cuncta dicta sunt quæ dicenda occurrunt. Quædam verò nec tacta quidem sunt. Illa hoc sermone discutienda suscipimus, id est cur dicat in lectulo, & non in lecto: & cur *in lectulo meo*) Nam alibi lectulum nostrum dicere consueuit. Hæc reputate vobis in sortem. Si quid autem nouę disputationis super iis quæ iam discussa sunt adiecero, in lucri rationem (vt sic dicam) referte. Quid putatis mysterij signat hoc ipsum quod dicit, in lectulo? laudisne aliquid occultæ continet, aut sugillationis? Etsi vtrunque potest, libentius tamen hic laudem accipio: & ideo primitus in hunc sensum inflectamus sermonem. Ego planè in hoc verbo coarctationem quandam intelligo, vt ſoli sponsæ, sed magis cōmunis sponsi & sponsæ. Suus est, cum quasi sola sine dilecto quiescit. Communis est cum ipse adest. Suus est sponsæ, cum quietatis & pacatis & compositis moribus intra se collecta quiescit. Communis est cū iam incipit oblectari sponso. Forte est & aliquis proprius sponsi, quando sui oblita penitus, & se exuta tota trāsit in ipsum, & quasi induitur ipso dilecta ipsius. In lectulo suo nec effluit extra se, nec turbatur in se. In lectulo communi affluunt illi deliciæ quædam de præsentia sponsi. In illo qui solus est, sponsi amoris exagitata incendio ebullit, & excrescit effusa & effluens. Tota transfunditur in ipsum, & in similē absorbetur qualitatē. In primo penes se est: in secundo penes illā sponsus. In tertio penitus est ipsa penes ipsum, & si dici potest, nō est nisi ipse. In primo quærit: in secundo adhæret: in tertio vnitur illi. In primo tranquillitatē propriam possidet: in secūdo quandam meretur cōmunitatem cū dilecto: in tertio assumitur & absorbetur in quandam charitatis & gratię vnitatē. Melior hic lectulus tertius quàm secundus, quanto expressior est vnitas quàm communitas. Bonus tamē primus, per quē ad istos paratur accessus. Quòd si ad carnalis infirmitatis illecebras lectuli sensum deflectere velis: nec erras, nec laboras sic affingnādo. Solius enim spōsæ sub hoc intellectu lectulus est, nec cōmunicatur sponso. Nam etsi nouimus Christum secūdum carnē, secundum carnis cōcupiscentiam tamē non nouimus. Communis quidem carnis natura, sed non est communis illi carnis illecebra. Non refutauit lectum doloris nostri, sed nō se reclinauit vsque ad sensum delectationis nostræ. Ideo cum istum designat, in lectulo meo dicit: non communiter, in nostro. Alibi siquidem legitur: Lectulus noster floridus. Qui communis est, floridus est, vetustatis nihil habens, nil corruptionis. Quando verò proprium suum lectulum dicit, nulla ibi fit mentio floris. Suus sponsæ hic est, sed insuauis est: non floridus, sed horridus illi videtur. Dura satis conditio, si vel sola corruptio foret: nunc verò ad infirmitatem accedit aduersitas. Duplicatum incōmodum, lectulus & nox, infirmitas & aduersitas. Sed magna vis amoris, quem neutra cōpescit, nec illa innata, nec ista illata. Non enim lectulo tenetur, vel terretur nocte: sed in lectulo suo & per noctes quærit quē diligit anima eius. Clausſtraliū videtur vox ista, maxime fratrū qui & quieti à sollicitudine, & quasi perditi & absconditi sunt in multitudine, habentes in altero lectulum, in altero noctis obscurum. Quodammodo enim absconditur cuiuslibet quamlibet excelsa conuersatio, vbi in æqualem altitudinem tota se fratrū numerositas attollit, iuxta illam de saluatore prophetiam: Ambulant in tenebris, & non est eis lumen, sed humanæ laudis lumen, vt liberius sperent in nomine domini, & innitātur super dominum suum, quorum absconditus est vultus eorum. Vnde nec reputauimus eos, imò qui seipsos intus nō reputant, qui se mundi ad vsus foris nō aptant, qui nec hominum ab ore gloriam exoptant, sed illam quæ ex solo deo est, iuxta quod legitur: Ego gloriam meam nō quæro. Et qui gloriatur, in domino glorietur: hoc est, nō pro donis domini in hominum fauore quiescat: nec finis huius admixtione, spiritualis gloriæ adulteret in aliquo gaudia, sed illi referat gratiam, & quærat in illo gloriā: hoc est enim ipsum quærere. Habet iste in tranquillitate lectulū, in humilitate noctē. Non illum mordaces curæ circūuolant, inquietudinum non exasperānt iniuriæ: sed totum lectulus & nox, totum pax & quies, & latebræ. Nunquid satis est? Fortassis satis, sed laboranti, non satis amantis. Dulcis enim laboranti somnus. Amantis anxietas illū dormire non sinit, somnolentiam excutit, vigilias inducit. Amor de quiete ipsa inquietior redditur. Quiescit tentatio, quiescit occupatio, quiescit afflictio, sed quiescere dilectio nescit. Tunc magis vires exercet dulce incendium, & flamma vorax de latibulis euadēs vacuo liberius euagatur in animo, altius possidens, & auidius depascēs. Occasione accepta suum nescit amor non exercere negocium. Sēper enim quem amat, vel presente eo se oblectat, vel absentē desiderat. In die, inquit, tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis. Longe differentior quærendi ratio nunc à sponsa proponitur. Illā non impellit afflictio, sed trahit affectio. Ille in psalmo quærit aduersus tribulationē: ista ad amoris vsum & oblectationē. Ad hoc enim refert & quietis lectulum, & noctis latibulū: vt quem diligit, & incōcusse recolat, & syncere sapiat, & dulciter sentiat. Ergo multo po-

A quit dominus per prophetā, stratum tuum, iuxta me suscepisti adulterum. Vides quomodo obiurgando & exprobrando strati dilatatio obiicitur animæ adulteræ? Bonū est ergo non dilatare, sed magis cōtrahere stratum cogitationis, & cordis lectulum. Ideo spōsa iure sibi applaudit de lectulo. Coangustatum est, inquit propheta, stratū, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrumque operire non potest. Vtrūque, id est virum & adulterum. Breue enim & angustum est cor hominis ad concipiendas dei verbi delicias, etiā cum in illas totū extenditur. Quomodo non multo breuius si fuerit ad alia distentum? Sufficiat dilecto tuo vel breuitas ista'. Noli illā magis breuiare, lectulum communicando alteri. Bona quidem hæc breuitas lectuli, quæ nescit nisi dilectū suum, id est Christum susscipere. Est enim breuitas, quæ non nisi illum susscipere nouit: & est breuitas quæ illū plene susscipere nequit. Illa charitatis est & disciplinæ: hæc vero infirmitatis & naturæ. Vtraque breuitas intelligi potest in lectulo, vel qua cum dilecto plures nō susscipit, vel qua nec illum plene. Magna certè voluptas lectuli, sed magna breuitas, & ideo bene lectulus magis quàm lectus dicitur. Delectabilis lectulus est, de quo legis in prouerbiis: Secura mens quasi iuge conuiuium. Foris nox, foris turbatio, sed trāquillitas intus quasi quietis lectulus quidam. Non est hic illud lamētabile dicere: Foris interficit gladius, & domi mors similis est. Imò si foris gladius est intus gaudium. Spe, inquit, gaudētes, in tribulatione patientes. Ad noctem tribulatio refertur, ad lectulum spes & gaudium. Forrè propter hoc non lectum, sed lectulum appellat, parco vocabulo: quoniam totum gaudiū nostrum ferè in spe est adhuc, & ex parte. Bonus ergo lectulus, conscientiæ quies & mundicia. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest sed redundat fluctus in conculcationem & lutū. Est ergo cor impij turbulētum & tabidum & lutosum, & secum semper colluctās. Siquidē non est pax impiis. Regnum vero dei iustitia est & pax. In pace, in quit, in idipsum dormiam & requiescam, quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. Vtrumque complectitur spei nomē & lectulum & gaudiū, quia in spe gaudemus, & in spe requiescimus. Sed vnde spes nisi de securitate cōscientiæ? Iure lectulum dixerim mentē securam & liberam. Securam propter cōscientiæ bonum. Liberam autem à tētatione. Liberam ab exteriore occupatione. Liberam à leui cogitatione. Quanta tamen esse potest in hoc corpore quies & libertas mentis? Breuis & exigua, & lectulo similis angusto. Multum inde decerpit resi ciendi necessitas corporis, multū conquirendi quæ necessaria sunt cura, multum cōsumendi hora, multum animæ casus imminens, multum causa latēs. Gloria nostra hæc est, inquit C Paulus testimonium cōscientiæ nostræ. Suaui certè se collocarat in lectulo: Nihil, ait, mihi cōscius sum. Sed quantum illum dilatat & extendit, magis istum arctat & cōtrahit. Sed in hoc, inquit, iustificatus non sum: Qui autem iudicat me, dominus est. Vides quomodo Paulus audet & dicit: Cor nostrū dilatatum est. Vides quomodo gloriam & testimonium conscientiæ, diuinæ coarctat respectus sentētiæ. Bene ergo lectulus mens secura, sed minime superba, quieta, non elata, bona de se sentiēs, sed alta non sapiens, magis autē suspectam semper habens incerti noctem iudicij. *In lectulo*, inquit, *per noctes.*) Multæ noctes, sed vnus lectulus. Multæ enim tribulationes iustorū, sed tamen quasi non sentientes, nec respicientes vno dormiunt & requiescūt in lectulo, in ea in qua vocati sumus vna spe vocationis nostræ. Tranſit nox & nox, sed illi non deserunt tranquillitatis suæ lectulum, donec tota trāseat iniquitas. Multæ noctes, & altæ tenebræ: sed tamen ab altitudine noctis non timent, nec turbantur: quia sperāt in domino: nō timent à noctibus, qui in huius spei lectulo quiescūt. Nam & ipse nouit dare carmina in nocte tribulationis: & in nocte mādat canticum eius. Accepistis quare spōsa dicit noctes, & quare plures: quare lectulus dicatur, & quare vnus. Nunc accipite quare dicat sponsa, in meo. In lectulo suo, & quasi singulariter suo est, quādiu singulariter in spe est. Cum verò ad spem res accesserit, vel magis succesſerit spei, cū iam ex parte tenuerit dilectū, non iam suus est hic lectulus sponsæ, sed magis cōmunis sponsi & sponsæ. Suus est, cum quasi sola sine dilecto quiescit. Communis est cum ipse adest. Suus est sponsæ, cum quietatis & pacatis & compositis moribus intra se collecta quiescit. Communis est cū iam incipit oblectari sponso. Forte est & aliquis proprius sponsi, quando sui oblita penitus, & se exuta tota trāsit in ipsum, & quasi induitur ipso dilecta ipsius. In lectulo suo nec effluit extra se, nec turbatur in se. In lectulo communi affluunt illi deliciæ quædam de præsentia sponsi. In illo qui solus est, sponsi amoris exagitata incendio ebullit, & excrescit effusa & effluens. Tota transfunditur in ipsum, & in similē absorbetur qualitatē. In primo penes se est: in secundo penes illā sponsus. In tertio penitus est ipsa penes ipsum, & si dici potest, nō est nisi ipse. In primo quærit: in secundo adhæret: in tertio vnitur illi. In primo tranquillitatē propriam possidet: in secūdo quandam meretur cōmunitatem cū dilecto: in tertio assumitur & absorbetur in quandam charitatis & gratię vnitatē. Melior hic lectulus tertius quàm secundus, quanto expressior est vnitas quàm communitas. Bonus tamē primus, per quē ad istos paratur accessus. Quòd si ad carnalis infirmitatis illecebras lectuli sensum deflectere velis: nec erras, nec laboras sic affingnādo. Solius enim spōsæ sub hoc intellectu lectulus est, nec cōmunicatur sponso. Nam etsi nouimus Christum secūdum carnē, secundum carnis cōcupiscentiam tamē non nouimus. Communis quidem carnis natura, sed non est communis illi carnis illecebra. Non refutauit lectum doloris nostri, sed nō se reclinauit vsque ad sensum delectationis nostræ. Ideo cum istum designat, in lectulo meo dicit: non communiter, in nostro. Alibi siquidem legitur: Lectulus noster floridus. Qui communis est, floridus est, vetustatis nihil habens, nil corruptionis. Quando verò proprium suum lectulum dicit, nulla ibi fit mentio floris. Suus sponsæ hic est, sed insuauis est: non floridus, sed horridus illi videtur. Dura satis conditio, si vel sola corruptio foret: nunc verò ad infirmitatem accedit aduersitas. Duplicatum incōmodum, lectulus & nox, infirmitas & aduersitas. Sed magna vis amoris, quem neutra cōpescit, nec illa innata, nec ista illata. Non enim lectulo tenetur, vel terretur nocte: sed in lectulo suo & per noctes quærit quē diligit anima eius. Clausſtraliū videtur vox ista, maxime fratrū qui & quieti à sollicitudine, & quasi perditi & absconditi sunt in multitudine, habentes in altero lectulum, in altero noctis obscurum. Quodammodo enim absconditur cuiuslibet quamlibet excelsa conuersatio, vbi in æqualem altitudinem tota se fratrū numerositas attollit, iuxta illam de saluatore prophetiam: Ambulant in tenebris, & non est eis lumen, sed humanæ laudis lumen, vt liberius sperent in nomine domini, & innitātur super dominum suum, quorum absconditus est vultus eorum. Vnde nec reputauimus eos, imò qui seipsos intus nō reputant, qui se mundi ad vsus foris nō aptant, qui nec hominum ab ore gloriam exoptant, sed illam quæ ex solo deo est, iuxta quod legitur: Ego gloriam meam nō quæro. Et qui gloriatur, in domino glorietur: hoc est, nō pro donis domini in hominum fauore quiescat: nec finis huius admixtione, spiritualis gloriæ adulteret in aliquo gaudia, sed illi referat gratiam, & quærat in illo gloriā: hoc est enim ipsum quærere. Habet iste in tranquillitate lectulū, in humilitate noctē. Non illum mordaces curæ circūuolant, inquietudinum non exasperānt iniuriæ: sed totum lectulus & nox, totum pax & quies, & latebræ. Nunquid satis est? Fortassis satis, sed laboranti, non satis amantis. Dulcis enim laboranti somnus. Amantis anxietas illū dormire non sinit, somnolentiam excutit, vigilias inducit. Amor de quiete ipsa inquietior redditur. Quiescit tentatio, quiescit occupatio, quiescit afflictio, sed quiescere dilectio nescit. Tunc magis vires exercet dulce incendium, & flamma vorax de latibulis euadēs vacuo liberius euagatur in animo, altius possidens, & auidius depascēs. Occasione accepta suum nescit amor non exercere negocium. Sēper enim quem amat, vel presente eo se oblectat, vel absentē desiderat. In die, inquit, tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis. Longe differentior quærendi ratio nunc à sponsa proponitur. Illā non impellit afflictio, sed trahit affectio. Ille in psalmo quærit aduersus tribulationē: ista ad amoris vsum & oblectationē. Ad hoc enim refert & quietis lectulum, & noctis latibulū: vt quem diligit, & incōcusse recolat, & syncere sapiat, & dulciter sentiat. Ergo multo po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtior in diligente quàm in indigente quærẽdi ratio: quãuis iure dici posit, quòd sancta quadam semper eget amor auaritia. Semper enim ad secretiora exæstuat, & quæ tenet non reputans, volubili se raptat in anteriora rotatu, & vitalis instar rotæ spirituali leuitate ad superiora toto conatu attollitur, de terra vix paululũ aliquid attingẽs. Denique in Paulo nõdum se cõprehendisse arbitratur, sed ipse ad anteriora extensus, quasi rationalis rota sequitur quò illum rapit spiritus fer
Eccli.18.d uentis desiderij. Siquidẽ & cum consummauerit homo, tunc incipiet. In præsenti quoque sponsa dũ tenet lectulũ, nõ hoc contenta, ardentius quærit dilectum. Ille illi lectulus: ille dilectus. Lectulus dum infirmã & fatigatã suscipit: dilectus dũ inflammat & succendit. Lectulus & dilectus, quia quiescit in illo, & concupiscit & deficit in ipsum. Miraris quòd dico lectulum? Audebo & adiiciam vilius aliquid, imò sublimius si per omnem gloriam laudis eius. Quãto enim pro me egit viliora, tanto bonitatis suæ dedit indicia maiora. Ipse paruulis
Psal.83.a lectulus, ipse pullis est nidulus. Etenim passer inuenit sibi domum & turtur nidũ vbi ponat pullos suos. Vis audire qualis lectulus? Iacta cogitatus tuos implumes adhuc & infirmos in domino, & ipse te enutriet donec formetur & firmetur Christus in te, & occurras in virũ perfectũ qui fluctuare nõ posit. Bene ergo lectulus, qui mihi factus est à deo iustitia & pax, & redemptio, & sapiẽtia. Quis dabit mihi tali collocari in lectulo? Quis, inquã, dabit mihi istos puluillos, & ceruica-
H lia huiusce modi assui sub cubito & capite meo? Felix ceruical, quod sibi sponsa supponit. Læua eius sub capite meo, &
Canti.2.a dextera illius amplexabitur me. Alterũ iam possidet, alterum sibi pollicetur. Læuam tenet, sed dexteram quærit. Delectationes enim in dextera tua vsque in finẽ. Quasi de lectulo tẽdit ad lectulũ. Suauissimum mihi ceruical bone Iesu, spinea
Psal.15.c illa capitis tui corona. Dulcis lectulus illud crucis tuæ lignũ. In hoc ego nascor & nutrior, creor & recreor, & super passionis tuæ altaria memoriæ mihi nidum libenter recolloco. Quòd si maiora datur & arcaniora persentire diuinæ maiestatis mysteria, nihil illud à lectulo & nocte differt, si quis adfuturã contẽpletur plenitudinẽ, nõ formulã perfectionis humanæ. Nam & perfectius nostrũ imperfectũ est, & (vt verius
Iacob.1.c dicam) vix adhuc inchoatum. Propterea initium aliquod di-
Roma.8.d cimur creaturæ dei, & tãtùm primitias accepisse spiritus. Temerarius forsitã videar, qui conor inexperta exponere & de spõsæ lectulo, quæ illum suauius forsan & secretius collocauit, quàm coniectura nostra possit attingere. Quapropter de mysteriis ad mores descẽdamus, & dicamus hoc esse dilectũ in lectulo, & per noctes quærere, cum post cordis strepitum, & carnis motũ, quieti & præsentium obliti, primitias quasdã futuræ dulcedinis captamus delicias. Habes ergo (vt breuiter colligam) in hoc capitulo occasionem, actũ, & causam.
I In diligente causa, actus in quærente: opportunitas vero & occasio in lectulo & nocte innuitur. Breue autem capitulũ, quoniam bonus lectulus, in quo suscipit mens fatigata fomentum, imò feruens incendium, in quo amor dum offendiculũ non habet, desiderij vsum exercet ardentius. Sed iam nos hic paululum quiescamus, & in illo vtinam lectulo in quo sponsa dum quieuit, dilectum quæsiuit: vt experientiæ sensu in nobisipsis edisce re possimus quod nunc alios docere conamur, quàm dulce sit in hoc lectulo quiescere, & dilectum quærere Iesum Christum dominum nostrum.

Sermo tertius.

NON solẽt sponsus semper vel pro tempore vel pro
Cant.8.d quantitate animæ se quærentis voto respondere. *Quæsiui*, inquit, *& non inueni illum.*) Gratum certe verbum, quæsiui: sed non inueni illum, graue. Quidni graue & intolerabile sic quærenti & sic amanti? Nemo enim eo quod ardenter quærit, non anxiè caret, tantóque cumulatiore angustia, si vicina spe iamiamque apprehensura fraudatur. Quanto magis illa quam expertæ & perditæ internæ dulcedinis prouocat esuries? Credibile est secundum multitudinem retractatæ & reuolutæ in corde dulcedinis, acriori ad quærendum ictu euerberari animum amantis. Denique ad dilectionis mensuram non inuenientis pendatur affectus. Si quis in se vnquam talem expertus est vel dilectionis vel desiderij sensum, pro-
prij æstimare potest coniectura exempli quàm querulo spõ- K
sa corde protulerit: *Non inueni illum.*) Nusquã cõsolatio, nusquam refrigerium, sed vbique tribulationẽ & dolorem inue-
ni, dum illum quem ardenter diligo & instanter quæro, non
Iob.7.d inueni. Denique posuisti me, non dico tibi contrariam, sed à te quasi extraneã, & facta sum mihimet ipsi grauis. Grauis plane, quam tædet vitæ, tædet luminis huius, quoniã lumẽ oculorum meorum & ipsum non est mecũ. Vbi erit foris cõsolatio, si intus in meipsa te absente turbatio? Conturbatum est
Psal.37.b cor meum, dereliquit me virtus mea, & lumẽ oculorũ meorum & ipsum non est mecum. Tria hæc tecum abierunt, veritas, veritas, idẽtitas. Quomodo enim virtus erit in doloris lecto, in nocte lumen, & in diuisione & separatione idipsum?
Hier.31.d Ad me nũc respicit illa prophetalis exprobratio: Quousque dissolueris filia vaga? Denique & Cain ex quo egressus est à
Gen.4.b facie domini, vagus factus est & profugus. Ego quidem non ita vaga & profuga: magis enim quærẽs quàm fugiens: & (vt licentius loquar) tibi fuga plus competit. An non vaga, quæ de lectuli angustiis transeo ad ambitum vrbis, discurrens per
1. Cor.6.d plateas, per vicos, per vigiles? Qui adhæret deo, vnus est spiritus: dulce hoc ipsum, & ideo dura separatio. Quomodo separata est hæc identitas, dissiliit vnio, & ad me dimidiata redijt? Nam tota à te non discessi. Desiderio enim in te feror, sed
L à præsentia differor, habeo aliquod in desiderio solatium, sed totum illud abscondit & absorbet de dilatione supplicium. Quo pacto non absconditur omne solatiũ, quandiu abscondis faciem tuam à me? Denique sicut ait propheta, Consola-
Osee.13.a tio abscondita est ab oculis, quia facta est inter dilectos diuisio. Sed mihi abscondita, quoniam mihi fuerat hæc vnio indulta. Tu enim bonorum meorũ non eges. Bona enim mea, bona tua sunt: ideo mihi incumbit desolatio, dum à te separari cõtingit. Tu virtus mea. Tu lumen oculorum meorum. Tu mihi ipsum. Tu mihi totum. Denique defecit caro mea & cor meum, vt de reliquo in me nec carnalis affectus, nec cor-
Psal.72.d dis mei sensus respiret: sed sit deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Si hanc partem perdidero, inanis & vacua remanebo, quasi terra sitiẽs, & quasi vas perditum. Adsume, adsume qui ebrius es, sitientem, & vacuo vasi tuæ plenitudinis portionẽ infunde. Quid parcis torrenti illi vbertatis tuæ? Heu me, quàm raptim transit torrens iste nostris in conualibus? Citò quidẽ transit, sed trahunt me post se in æternum desiderium impartitæ deliciæ. Deliciæ obeũt, sed desiderium relinquunt. Illæ excurrunt, & istud exeruciat. Quanto sunt enim prorogata duleiora, tanto molestior de dilectione mora. Itáne domine suaue videbitur tibi miseram mora tali torquere animam, & de pœnis diligentis & quærentis te ridere? Si maiestas te abducit, misericordia inclinet. Si te non indulges dilectæ, miserere vel afflictæ. Afflicta sum & humiliata nimis, & à gemitu cordis mei mecũ illum rugiens, non inueni illum. Vbi nunc multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum? Diu & nimis diu continuerunt se super me. *Gene.43.d*
Dilecta tua absentis desiderio in dolorem se fundit, & tu te contines? Ioseph male meritos de se miseratus fratres, non poterat se continere: sed cõmota sunt viscera eius, & quis esset, blãde innotuit. Et quidem tenerior esse solet ad gratiam sponsi pietas quàm fratris. Tu mihi plus quàm Ioseph. Tu enim frater. Tu sponsus. Quis dabit mihi te fratrem meum? Ego me totam ad quærendum impendo, & tu te suspendis sponsus & frater? Ergo eris in dilectione minor, qui es maiestate superior? Magis sibi respõdent amor & humilitas, quàm amor & maiestas. Paululum maiestatis obliuiscere, vt miseri-
cordiæ recorderis. In te omne desiderium meum. Vt quid non ante te? Vt quid absconditus est à te gemitus meus, qui totus est per te? Dissimulas & differs, & auertis faciem tuam à me, & facta sum conturbata. Proptere a queror & causor & clamito: *Non inueni illum.*) Felix conditio, quando dicere datum fuerit: Dilectus meus mihi, & ego illi. Nũc vero ego dilecto meo, sed nondum ad me conuersio eius. Amara quidẽ amãti commutatio. Idcirco pro voce vocem cõmuto: Non
Eccle.3.c inueni illum. Omnia tempus habent, & suis spaciis vniuersa sub sole transcurrunt. Quando erit vt cum sole permaneant, & ante mutabilitatẽ lunæ, vt in æternitate stent, & nõ transcurrant cum tempore? Nunc verò omnia tempus habent, &
habet

A habet forsitan suum tempus eternitas ipsa. Dicuntur enim & tempora æterna: æterna ergo in se æterna sunt, sed nobis parata sunt tempore suo. Omnia tempus habent, tẽpus amplectendi, & tẽpus ab amplexu longe fieri. Quod ergo erit aptũ magis quàm nox amplectendi tempus? Imò quis èrit aptior ad amplectendum, vel lectulo locus vel nocte tempus? In pace locus tuus: & ideo quietis tẽpus, & pacis tibi paraui in corde meo lectulum. Veniat dilectus meus, veniat delectatio mea, & requiescat in cubili suo. Tu forsan dispensatorie differs, sed nõ capit amor impatiens de dispensatione solatium. Scio mihi repositum tempore suo, sed de fugacis tarditate tẽporis amor caufatur. Tu differs, ego quidem diutius nõ fero, sed surgam & circuibo ciuitatem. Conteno lectulum, & initium sermonis derelinquo, vt ad perfectiora ferar. Nam & si sponsa sum & perfecta pro regulę modulo humanæ, initium
Cant.3.a tantùm accepisse me reputo, ad quod restat respiciens. *Surgã & circuibo ciuitatem, quæram per vicos & plateas.*) Iesu bone, quid est quòd alicubi non inueniris, qui vbique crederis? Multæ quidem mansiones in domo patris tui sunt, sed nunquid alias deseris ad alias transiens, qui infinitus ipse & immensus es? Vbique creaturam totus es creans & continens, sed infinitatem tuam creatura nulla potest exprimere, quanuis virtutem nulla nõ possit ex parte innuere. Vbique totus per existentiã: sed non æqualiter in singulis per efficientiam.
B Nam etsi ex toto te vbique opereris, nõ tamen totum quod potentiæ tuæ est, vbique (imò potius nusquam) operaris. Indifferenti enim virtute efficis in minimis minima, & in magnis maiora. Cum ergo virtus tua vbique & tota operetur, nusquã tamen tota expenditur, quia cum volueris suppetit tibi efficere maiora: nec tota exprimitur, quia veritatem non possunt ad integrum æmulari simulacra. Omnia ergo te mihi monstrant ad cognitionem, sed non omnia me mouere possunt intus ad deuotionem. Vbique in te impingo, sed nõ vbique compungor. Vbique te mihi ingerit rerũ species & vsus & ordo, sed verbũ sapientiam, non verbũ salutem. Verbum autem sapientia & salus, id est Christus Iesus, tantùm in ciui-
Ephe.5.c. tate dei nostri, in mõte sancto eius. propterea surgam, & circuibo ciuitatẽ. Surgę, inquit Paulus, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Surgam ego nõ de mortuis operibus, nõ de prauis moribus: sed de bonis ad meliora, de moribus ad mysteria, de mysticis ad manifesta, de serenis ad suauia. Surgã & circuibo ciuitatẽ illam de qua dicitur:
1. Paral. 16.a. & Psal. 47.a Isae.35.d Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Ergo surgendum est ei qui in montana vult cum Maria conscendere, & prodigus ille filius in se reuersus, Surgam, inquit, & vadam ad patrem meum. Prudẽter ait, surgam, iturus ad eum qui in cœlis est patrem. Sed nimis
C exilem & macilentam spem reposuerat in sinu suo, mercenariam conditionem patrem rogaturus. Molestè quidem pro meritis, sed de paternę miserationis copia humiliter nimis & iniuriosè sentiens, vere famelici dans in hoc animi indicium, & inedia confecti. Dicam, inquit, ei: Pater fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Non enim poterat, ieiunã & macram spẽ ad maiora porrigere. Surgã, inquit, & vadã ad patrẽ meum. Iste de quærendo nil mouetur patre, tãtùm de flectendo sollicitus. Qnæ sponsa est, certa de gratia postulat præsentiã tãtum. Surgã, inquit, & circuibo ciuitatem, & quæram quem diligit anima mea, inuentionem sufficere reputans. Vide si non in præsenti hęc possit obseruari distinctio, quoniam patris exposita est & parata cũctis indulgẽtia: deliciæ vero fugaces & reconditæ, & latibulis gaudẽtes. Ideo ille dicit: Surgam & vadam. Ista vero: *Surgam & quæram.*) Denique & pater occurrit pœnitenti, sponsus se subducit diligenti. Miseri-
Galat.3.a cordia sui profusior est, delectatio parcior. Id autem non incongruè ab vtroque positũ intelligitur, quod dicitur surgã. Non dimittit te Paulus quæ sursum sunt quærere, nisi prius resurrexeris. Non potes quę sursum sunt sapere, nisi prius illa quę fieris. Quid enim est illa bona quæ sursum sunt inuenire, nisi quodam dulcedinis & experientiæ gustu persentire illa? Ideo cuncta perlustrat & scrutatur, vt quod amat, alicubi degustet. Surgam, inquit, & circuibo ciuitatem, quęram per vicos & plateas quem diligit anima mea. Multũ sibi fiduciæ sanctus amor adsumit. Quantum enim putas diligebat, quæ tantum præsumebat? *Surgã*, inquit, *& circuibo ciuitatẽ.*) Non D veniet in conspectum tuum domine omnis hypocrita. Abscondit se Adam ex quo bonę cõscientię ausum amisit; & inuętum se doluit, qui magis quærere debuerat. Qui fictè diligit, fugit cõspectum tuum: quæ vero sponsa est, & charitatis donata munere, etiã fugientẽ insectatur. Quò ibis bone Iesu à facie vehementis desiderij? Si ascenderis in cœlum, illic est: si descenderis in infernum, adest. Vbique te sequitur cutiosa scrutatrix, & per singulos operũ tuorum gradus discurrens, quod fide tenet, conatur transfundere in affectũ, & admiran dæ maiestati deuotione respõdere. Ad dilectionis incentiuũ omnia euangelij documẽta deducit: vt in quibus veritatem suscipit, virtutẽ persentiat, teipsum spõsum suũ Christe Iesu, qui viuis & regnas per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo quartus.

CIRCVITVS iste non est peruagationis, sed inuestigationis. At si vagatur quæ circuit, non euagatur tamẽ, non excedit terminos ciuitatis, non loca quæ dilectus perambulare solet. In circuitu ambulat, sed intus ambulat per vicos & plateas ciuitatis. Sapientia enim in his viis se ostendit hilariter, & in plateis dat vocem suam. Ideo in istis cir- E
cuit, quia nouit vbi soleat illi vberior occursus esse dilecti.
Canti. 3.d *Circuibo*, inquit, *quærens per vicos & plateas.*) Frequens tibi est, ô felix anima, talis circuitus, & accessus familiaris: & nota sunt tibi omnia ciuitatis huius, circuitus & recessus intimi, angusta locorum, & lata platearum. Introduxit te rex in cellam vinariam. Nunquid nõ & ist omnes alios secretiores recessus? Omnia tibi sunt aperta & peruia, & vsu quodam ad beatum hunc expeditam te sentis circuitum. Ideo non cunctanti sed confidenti similis dicit: *Circuibo ciuitatẽ.*) Et quantũ putaris fratres, quantum solatij confert inuisere interim & crebrò conterere gressu loca in quibus stare solebant pedes eius, quem diligit? Nescio quo pacto loca in quibus aliquid boni experti sumus, expressius idipsum imprimunt memorię, & ex ordine ante mentis depingunt oculos, & quod iam experti sumus in ipsis, iterato speramus. Ergo loca ista non corporalia, sed spiritualia crediderim, opportuna ad animæ exercitationem spiritualem, propterea in his accipiamus circuitũ. Circuitus iste an recordationis est, an inuestigationis? Circuit enim, qui vel nota recolit, vel ex ipsis notis colligit quę nondũ sunt nota. Circuit quodãmodo qui nota recordatur, vel perscrutatur noua. Circuitus quidã est, cum ea quę iã fide vel intelligẽtia tenemus, ordine retractamus. Circuitus quidã est, cum ex his quæ iã tenemus, ad occultiora tendimus & penetramus. Circuitus ille oblationis est, iste ratio- F
nis. Ille amicabilior, iste acutior. Et quãuis ille circuitus magis accõmodatus sponsę videatur, neutrum tamen illi negabimus. Siue enim nota & comperta reuiserit, siue inuestiget noua in omnibus amoris tantum fomitẽ quærit. Bonus quidem rationis circuitus, sed quãdo ratio ipsa intra fidei regulas se continet, & eius terminos non excedit, de fide ad fidẽ, vel de fide ad intelligentiã pertingens. Intelligentia quidem etsi fidẽ excedit, non tamen aliud cõtuetur, quàm quod fide cõtinetur. In intelligentia quàm in fide non certitudo maior inest, sed serenitas: neutra vel errat, vel hæsitat. Vbi vel error vel hæsitatio est intelligẽtia nõ est: vbi hęsitatio est, fides non est. Et si fides admittere posse videtur errorem, non est vera nec catholica fides, sed erronea credulitas. Fides (vt sic dicã) veritatem rectam tenet & possidet, intelligentia reuelatam & nudam contuetur, ratio conatur reuelare. Ratio inter fidẽ intelligentiãmque discurrens, ad illam se erigit, sed ista regit. Ratio plus aliquid quàm credere vult. Quid aliud? Conspicere. Aliud est credere, aliud est cernere: non tamen aliud, quàm quod fide concipit, cõspicere conatur. Etsi nondũ syncere videre potest, quibusdam tamen accõmodatis experimentis coniicere tentat quæ iam solida fide concepit. Ratio supra fidẽ conatur, fide tamen nititur, fide cohibetur. In primo deuota est: in secundo prudens: in tertio sobria: & (vt sic dicam) fides tenet, tuetur ratio, intelligentia intuetur. Bonus iste circuitus, in quo mens rationis ductu peruestigãdo procedit, sed à fide non recedit, instructa à fide, & restricta ad fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gdem.Erronea plane, si non cuncta ad eius referat examen,& citum rationis incessum ad fidei maturitatē castiget. Bonus circuitus,vbi iustitia dei reuelatur ex fide in fidē. Bonus circuitus, vbi quis trāsformatur à clatitate in claritatē tanquā à domini spiritu.Bonus circuitus,vbi quis posteriorum oblitus,ad anteriora extendit semetipsum,si quomodo comprehendat.Bonus certe circuitus,non modò cum noua semper & occultiora comprehenduntur,sed cū iam apprehensa nouo & recenti semper affectu reuoluuntur:cū nō modò quod restat,penetratur: sed quod iam penetratum est frequenter iteratur. Iucundus circuitus, & sponsæ non ignotus. Ideo confidenter dicit: *Surgam, & circuibo ciuitatem.*) Quæ aptius esse poterit ciuitas,quàm illa de qua dictū est:Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei?Et quidē vniuersitas creaturæ dici potest non inconuenienter ciuitas dei,ab eo condita, & ab eo disposita.Gloriosa plane & pro specie, & pro ordine. Nam pro actibus minus iustis quos deprauatæ mētis producit libertas,quātum in ipsis est,minus in gloria,nec ex ipsis,quod ordinē diuinæ dispositionis non effugiunt quē nō intendūt. Soli autē vere glorioſi sunt,qui diuinę dispositioni supponūt studium, solliciti primæ cōditionis integram seruare gratiā, vel releuare & restaurare corruptam.Isti gemino quidē modo glorioſi efficiuntur,naturali cū cæteris cōditione, & voluntaria præ cæteris coaptatione ad ordinantis & dirigentis dei nutū.Dicitur ergo ciuitas dei vniuersitas creaturæ:quippe legibus administrata dispensationis ipsius. Ipse vniuersæ creaturæ specie existentiæ præstat in proprio genere, in vsu efficaciā,consequētiam in ordine, vt & in seipsa pulchra sit, & in vniuersitate superuacua non sit, & cum reliquis incōsequēs & repugnās nō sit. Siue enim res naturæ agatur motu,siue libero arbitrij nutu,siue diuinæ instinctu gratiæ, siue singulis his rationibus,siue coniunctis res agatur:quælibet à diuina intus inuisibiliter operante efficacia & modum accipit & motum.Modum & quasi legem quandam ordinis, & motum actionis. Nō modo enim ab eo cuiuslibet motionis natiua facultas, sed cuiuslibet facultatis ministratur motio, vt simul ab ipso sit & virtus & motus virtutis. Motus vero intētionis prauę,& ab ipso habet ꝙ motus est, & ab ipso nō habet quòd prauus est. Neque enim ab ipso est quòd in minus ordinatum finē dirigitur: sed ab ipso est quòd inordinatio ipsa mira prorsus ratione in ordinē redigitur.Vide venditionem Ioseph,descēsum in Aegyptum,egressum & insectationem Phataonis, submersionem exercitus, & ereptionem Israel, quomodo incarnationis & passionis Christi, & ereptionis nostræ seruiant mysteriis: & multis quidē in locis similia diligens reperies. Nō ergo possent antiqua delicta nouis deseruire sacramentis,nisi occulta ratione diuina intus operante prouidentia.Nec enim illa antiqua casu quodam & indifferenter ita prouenere,quibus noua postmodum à prudēti dispēsatore & obseruatore diligenti adaptarētur mysteria:magis autē illa ad horum sunt significationē (non homine illud intendente,sed deo disponēte)præparata,quàm hæc illis aptata. Quid denique ꝙ dominus eo potissimum tempore ad passionē additus, ꝙ hac hora, hoc die, hoc mortis affectus genere? Quid ista aut neget mystica,aut eredat fortuita:Quo die est homo conditus,eo reparatus:qua hora sententiam pertulit,indulgentiam meruit:per lignum sententia mortis inducta:per lignum vita restituta. Et nescio quis ista non diuinitus dispensata,sed humanitus administrata contēdit.Habes agni Paschalis tēpus, habes immaculatam hostiā, habes ereptionis Israeliticæ de Aegypto horam, habes ereptionis tuæ gratiam de seculi errore,de vanitate,de natiuitate corrupta: & hoc simpliciter contigisse credis, deo nō dispensante,sed Iudæo operante,quāuis nō obseruāte?Hæc, inquam,quæ tam apte concurrūt de crucis ligno, de tempore, de hora,de die,& reliquas quæ obseruari prudenter possunt circunstantias,Iudaicæ deputas dementiæ,nō diuinæ sapientiæ? Prorsus in tam salubri remedio & cum antiquis in vnam formam cōcurrente sacramentis, & fortuitus casus excluditur, & humanus inuitus, sed non diuinus nutus. Et in Esaiæ prophetia inuenies ad Ezechiam dictum: Data sunt omnia hæc in manus Chaldæorum.Vbi data esse dicit,ostendit non tantùm prophetice prædicta, sed etiā iudiciaria quadā æquitate dictata. Ex his & huiusmodi passim per omnem scripturarum textum,cui dubiū residebit,diuinam pariter virtutem & sapientiā iustis legibus prauas rationalis creaturæ nō inspirare quidem,sed dispensare voluntates? Quod si ita est, multo minus ambigi potest motus cæterorum animātium, quæ naturali ducuntur affectu, & sensuū vel imaginationis tantùm agūtur iudicio,non arbitrio rationis,à diuina dispositione minime exemptos.Et vt semel concludam,vniuersarū vel essentiā,qua in hoc aut in hoc rerū genere sunt,vel existentiam qua sunt,vel vsum quo aliquid efficiūt,iustissimus, potentissimus,prudentissimus moderator æternis & immutabilibus mouet & mutat & continet decretorū regulis, & cunctā creaturā nusquā exorbitante regit iustitia,quasi ordinatissimam & dispositissimā ciuitatē. Hæccine ergo ciuitas est vniuersitas creaturæ quā sponsa circuiturā se proponit? Circuierunt sapientes huius seculi rerum naturam,& in artificio suo operantem aduerterunt sapientiam dei:operantem dico, sed non opus de quo legitur: Deus autē rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ.Cognouerunt in opere artificē,sed non glorificauerunt, aut gratias egerūt. Fidelis anima omnia replicat & recenset in laudē dei,& omnem creaturam prouocat ad glorificandum,vt seipsam exciter in gratiam, & vniuersitatis contuitu diuinum stimuletur in amorem.Circuiuit Salomon, & de cedro Libani disputauit vsque ad hyssopum.Circuiuit in Ecclesiaste,& de elementorum postquam disseruit circuitu,ad humanos actus disputationem deriuauit,vt de transeunte rerum vanitate ad permanētem trāsiret veritatē. Circuiuit Iob, imò circunductus est magis à domino per terræ fundamēta,per mensurā,per lineā & bases,& lapidē angularē, & astra matutina, & filiorū dei iubilū:per maris ostia,& vuluam & vestimentū, & caliginosos infantiæ pānos:per terminos,vectes,& ostia, per ortum diluculi,& auroræ locum,& certas quasdam cęterarum rerum naturas. Omnes enim numerare longū erat, quæ omnia prudenter intuenti admirationē conditoris facerent,& piè cōsideranti amorē.Et hęc communiter omnibus proposita sunt ratione vtentibus,& conditoris sui maiestatē manifesta pulchritudinis suę specie cōmendant.Sub tam pulchro tamen velamine pulchriora sunt quæ latent saluationis nostrę sacramenta,& multiplicia spiritualium dona gratiarum. Denique & Dauid in fine psalmorū cū omnem creaturam in laudem dei concitasset:Cantate,inquit, deo canticum nouū, laus eius in ecclesia sanctorū. Vere nouū, cuius nescit antiquitatē materia,fastidiū gratia,quę semper est amore recens, vsu recentior.Verē enim nouū,quod hominū animos ad æternā innouat beatitudinē.Denique legitur:Ne memineritis priorū,& antiqua ne intueamini:noua quoque ego facio.In re noua,quę ab antiquo currētis naturæ nequaquā conclusa sunt legibus.Laus eius in ecclesia sanctorū. Quodam vtique excellentiæ priuilegio,nō tantū æquitatis dispensatione,sed gratuito sanctitatis dono & munere,laus eius in ecclesia sanctorū:quoniam ita laudē eius sanctorū ostendit actus,vt illā attentat affectus.Sancti enim excellēter gratiarū dona suscipiunt deuotionē persentiunt,gratulationē persoluunt. Ideo quodā laudatur priuilegio in ecclesia sanctorū,extra ecclesiā laudatur ministerio insensibili & muto rerū vano hominū. In rebus insensatis conditio, in hominibus non renatis aliquanta cognitio,in neutris tamen dilectio.Nā dilectio conditoris sui in primis nulla,in secundis nō sancta. Laus eius in ecclesia sanctorum.Sanctus em & quę condita sunt,vt naturaliter sint: & quæ dispēsata sunt,vt inconuenienter & inordinatè non sint: & quæ prædestinata sunt,vt beatè sint, vniuersa perscrutatur & ęstimat quantū datur,vt per hęc auctoris iuxta vires colligat notionē,migret ad æmulationem, ratiatur in affectionē.Hęc ergo ciuitas spiritualis est,hęc ecclesia sanctorū,quam circuiturā sese sponsa præsumit. Deus bone,quanta hic vtilium copia speculationū? Quis enim satis existimare potest quàm pulchra & quàm plurima sint vbiq; spectacula in sacramētis,exēplis,miraculis? Prima saluationis,secūda cōuersationis, attestationis sunt tertia. Quid vero cum de mysteriis, cum de moribus ad remunerationes æternas temporalium meritorum admiratura mens assurgit? Quantū ibi profusis votis refunditur gaudij? Filij hominū, vt quid

A vt quid diligitis vana,& quæritis mendaciū? vt quid animū ad aliena oblectamenta cōuertitis:laborioſe quæritis labentes delicias? Quasi ad manum materiam fidei nostræ tenetis mysteria,ad memoriam prompta,ad meditandū profusa, ad subsistendum perpetua,ad sufficiendum plena. Filij,inquam, hominū,imò filij excelsi,alumni religionis, qui regularis disciplinæ limina teritis,vt quid arida fauce aquas cœnulentas sitis,cœlestes fastiditis? Vt quid cogitationes admittitis in animum,ad quarum actiones non mittitis manū? Quod agere penitus detrectatis, vt quid studiosa mēte retractatis?Experti frequenter estis quòd omnem hāc inanem pompā recogitatę turpitudinis citus excipere solet exitus pœnitudinis. Denique & pudor est prodere,& pœna reticere. Meditationis ergo mutate materiam,sed seruate instantiam. Quām fœdum est tunc studia vestra minui, cum mutantur in melius? Hoc autem dico:sicut exhibuistis animum ad cogitatus affectuosos fœdę turpitudinis,ita exhibete nunc ad fœcūdos circuitus pulchræ veritatis. Circūdate Sion, inquit psalmista,& complectimini eam. Circundate meditando: complectimini amando. Complectimini eam,vt eius sit & comprehēsio integra,& collocatio intima. Plus aliquid innuere videtur cōplexus quàm circuitus. Complexus simul cotinet totum, circuitus de alio in aliud facit transitū. In hoc tamen circuitus præstare videtur,quòd ea quæ complectimur indifferēter & B inuolute constringimus:vbi verò circuitus est, singula seriatim discutimus. Ille contērus est summa,iste discurrit per singula. Esuriens enim & quęrens animus,dum illum non satiāt aliqua,semper rapitur ad reliqua. Et quodāmodo circuitu, currentis desiderij protractus rotatu,donec repleatur in bonis esuries amoris, & occupet in illo cursus sui statū in quo terminum non inuenit. Nulla enim quæ creata sunt,in cōditionis suæ statu infinita sunt: & ideo mens quæ circuit, vniuersa pertransit, nusquam requiē capiens vbi finem reperit. Solus ille requies est amāti & refectio,qui finis est omnium, & cuius nullus est finis. Propterea sponsa in circuitu suo cuncta pertransit,vt pertingat ad ipsum. *Surgam*, inquit, *& circuibo ciuitatem.*) Circuibo in cunctis, eum quem diligo quærens,sed nusquam reperiens. Inuisibilia ipsius per ea quæ facta sunt,intellecta cōspiciuntur: sed tamen nullius creaturæ quamlibet excellentis, & ad ipsius accedentis imitationem, plene vel instruor indicio,vel incendor officio. Tantū enim & pigrum,& tardū, & inefficax ad conditoris commendationem eorum quę condita sunt,redditur ministerium,quātum noscitur à veritate distare simulachrū. Ergo circuibo ciuitatem, vniuersa pertingens, vniuersa pertransiens: pertingens qua ex parte ipsius imaginem differenter præferūt: pertransiens vbi citra perfectum subsistunt. *Circuibo ciuitatem* vbique capiens refrigerium,& fastidium patiēs. Quonam enim modo non me refrigerat, quod amoris mei pignus aliquod portat,præfert indicium,indicit memoriam, notitiam inducit:Sed iterum quonam pacto nō tolero tædium, dum quadam me recogito præludi imagine, & vmbra detineri, nudā & simplicem non tenere veritatem? *Circuibo ciuitatem*, quoniam in toto eius tam pulchro ambitu vbique refoueor, sed nusquam reficior.Nec me fatigabit iste circuitus, donec pateat plenior aditus, vt intrem in sanctuariū dei, & intelligā in nonissimis eius.Habebit ibi circuitus terminum cum repleti fuerimus in bonis domus tuæ, domine, cum intellexero in nouissimis eius illum qui primus est & nouissimus, initiū & finis. O qualis ibi circuitus erit, pergere ab ipso in ipsum, ire & redire:desiderio ire,delectatione redire, du semper eius quod experientia desiderat,præsentia satiat, vt mens possidentis & contuentis & illi sit per appetentiā intenta,& illo sit sufficienter contenta. Sic enim pennata illa & oculata animalia in medio & in circuitu sedis dei leguntur. In medio, quia voti sui perducuntur ad intima: In circuitu, quia rediuiuo semper voto feruntur in eadem ipsa. In medio, quia eorum iam completum est votum: In circuitu, quia non sufficiunt comprehēdere totum. In medio sunt admissa per gratiam,& in circuitu sunt exclusa per differentem naturam. In medio sunt,quia vnita per contemplationem:& in circuitu, quia disiuncta per comparationem. Quæ est enim sedes ista, nisi ea de qua loquitur apostolus,lux inaccessibilis,quam inhabitat deus:Denique quantumlibet oculata sint beata illa animalia:& illuminat illa, vt quantum possunt, capiant: & excedit, ne ad totum sufficiant. O quàm ampla ibi speculatoria, quàm latæ plateæ in illa luminis infinitate patent; quàm coarctati & couniti & propensi in illa simplicitate, charitate, æternitate vici?viæ illæ viæ pulchræ,& semitæ pacificæ. Non est in illis vel errare vel laborare semitis. Vndique occurrit ibi sponsus,& læto(vt sic dicam)vultu se offert & influit cordi dilectæ,vt de cętero non indigeat quæri Iesus Christus,qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Cant.3.a
Rom.1.c
Psal.47.c
Psal.73.a
Psa.149.a
Esa.43.c
Psa.149.c
1.Tim.6.
Psal.84.b
Hier.12.b
Esa.1.c
Rom.1.d

Sermo quintus.

LONGVM hesternus sermo in exequendo sponsæ circuitu traxit limitem. Gratiæ tibi domine Iesu Christe, quòd feciſti tam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ideo vix ab ore quæ semel gustata sunt discedunt, vt alia succedant. Cum mora ruminantur: & si deglutita fuerint,tuaui quodam ructu denuo redeunt ad ruminādum. Poterant hæc omnia breuiter & cursim dici,sed materiæ quæ tractatur gratia, comedentis blanditur palato, & quandam sui appetetiam facit, non facilē cedens cum semel adducta fuerit in discussionem. Nam & quem mandendum infantulo nutrix comminuit panem,iam satis studioso dente subactum; aliquotiens eum in ore detinet, gustus illecta sapore. Et nos cantici huius solidos aliis,si qui forte indigent, comminuentes cibos, gustatæ suauitatis iacturam facere nequimus:sed ita alieno inseruimus vsui,vt & nostro satisfaciamus in parte desiderio. Denique cum terminatu reor sermonem,& competenti fine concluſum, impatienti exhalatione epulæ verbi redeūt ad labia:& dum abundantiæ suauitatis eructatur memoria,ad discussionem reuocatur materia. Quid enim? Cur non ficus frequenter concutitur, cuius fructus plenè nunquam excutitur? Quid mirum si conuellitur sæpius quę propria expoliatione fœcundior effecta,cum vellicantis videtur certare manu, & decerpentis auiditatem vbertate conuincere? Non talis illa cui maledixit dominus Iesus nihil in ea fructus inueniens: pro sterilitate, ariditate ętęrna condēnans illā. Vide quomodo aridas fecit fides Christi Iudæorum traditiones,& dogmata philosophorū. Quomodo arefecit flumina Aegypti. non est in eorum doctrinis & interpretationibus fructum inuenire de quo legitur in psalmo:Terra nostra dabit fructum suum. Non potest in eorū vicis & plateis Christus inueniri. Iam ô Iudæi emigrauit à viculis vestris. Iam dimisit domum suam: derelinquit hæreditatem suam. Denique facti estis quasi tugurio in cucumerario, quasi ciuitas quæ vastatur. Sed & de plateis nihilo minus legitur,quia corruit in platea veritas. Siquidem de gentium philosophis dictum est, quòd veritatem dei detinuerūt in mēdacio. An non tibi videtur cōgrue accipi in vicis Israēl secundum carnem,quoniam de vno erant semine Abrahę,& in vnum compacti & coarctati ritum,vna lege cōstricti? Sapientes autem gentium iure adumbrantur in plateis: quoniā effrenata libertate & licentia extra veritatis euagati sunt tramitem,de maiestate diuina sentientes & asserentes non minus absona dignitati,quàm reluctantia veritati. Iudæi pauperiate intelligētiæ circa diuinæ singularitatē cōstricti substātiæ vsq; ad filij & spiritus sancti personas non potuerunt fidei incrementa dilatare. Gentium philosophi per planum diffusi,& nullo diuinæ eruditionis obice tardati,deorum induxerunt numerositatem in naturis, infinitatem in personis, sentientes inter se singuli varia, vniuersi vana. Sed quæ iam anima in istis vel vicis vel plateis inquirit sponsum? Concucum sponso non habet perpetuum,altera male fidum. Quid enim ibi quærat vbi casta non occurrit sapientia,sed peregrina & meretricia? Talis tibi depingitur in prouerbiis, occurrens vecordi iuueni vbi transit in platea prope angulum aduesperascente die in noctis tenebris & caligine,mulier ornatu meretricio,præparata ad capiendas animas,garrula & vaga,nunc foris,nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Suspecta est mihi talis platea,in qua mulier tam varia& versipellis, blanditiarum suarum insidias vecordi machinatur iuueni. Nescio enim quid obscurum & distortum & fuscatū

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mihi significat nox & angulus & ornatus meretricius. Suspecta est mihi omnis doctrina, & certè despecta, quæ nullâ inducit de Christo mentionem, quæ eius me nec sacramentis renouat, nec præceptis informat, nec promissis inflamat. Nã Iudæi quidem habent in pagina illũ, sed interpretatione non habent. Adhuc enim velamẽ est magis in eorum mẽte quàm lege. Nec enim auferri potest, nisi cũ cõuersi fuerint ad dominum. Suspecta est mihi tam in diuinis sensibus quàm in humanis vsibus vnius licentia, alterius restrictio, obstinatio vtriusque. Vnius in diuina natura numerositas, alterius singularitas, vtriusque cæcitas. Ideo spõsæ non dederim in istis vicis & plateis quærere dilectum. Alios illi assignemus vicos, alias plateas, quam sibi Christus desponsauit in fide & veritate. Et quidem gemina quædam est conuersatio fidelium. Alij latam sectantur viam, alij arctissimæ se tradunt disciplinæ. Nam etsi scribitur, Arcta via quæ ducit ad vitam: est tamẽ quępiã in hoc genere distinctio, & arctioris respectu alia reputatur latior. An non tibi videtur latitudo mandati, vbi nemo compellitur ad perfectionẽ, sed infirmę nõ modo valetudini, sed etiam voluntati inferioris gradus permittitur licentia? Gratias tibi domine Iesu Christe, q̃ nobis salutis occasiones paras, & ita vegetis & alacribus proponis consiliũ, vt etiã ægrotis disponas remedium & pigris dispenses ascensum. Non modo vicos districtè viuentium habet ciuitas tua
H sancta Hierusalem, sed etiã plateas humiliora & planiora diligentiũ. Sic in omni professione & ordine quæ sponsa est, eius quẽ caste diligit, vestigia quærit, quatenus habeat vndecunque operationis exemplum, & amoris incendiũ. Nõ dedignatur ab his etiam qui fotis sunt, qui nulla arctionis disciplinæ regula constringuntur, mutuari virtutis insignia, reputans feruentioré ibi frequenter affectũ, vbi inferior fuerit ordinis gradus. Quid dicemus de his qui nusquã salutis occasiones quærunt, vbique causantes remissionem in plateis, & in vicis indiscretionẽ? Denique tales multi sunt qui omnes perscrutantur professiones & ordines, sed in eis nulla inueniunt quæ illos trahant, sed cuncta quibus ipsi detrahant, calumniantes quòd districtio in aliis sit nimia, in aliis nulla. Istorum dicere est, & quidẽ quàm miserè tam verè: Non inueni, illum. Prauus certe sensus, vt dicas, Ecce Christus hic, imò ecce illic. Pessim' verò si dicas, nec hic, nec illic. Vtrobique quærit sponsa, & hic & illic. *Quæram per vicos & plateas quẽ diligit anima mea.*) Per vicos districtionem accipe, per plateas dispensationẽ. Neutram in ministris ecclesiæ siniſtrè interpreteris. Vtramque ecclesia recipit: in vtroq; spõsa quærit Christũ. Noli in altero tantùm: in vtroq; Christũ quęre. Vicis plateas in teipso cõiunge. Quæris quomodo? Si te coarctat afflictio, aut voluntariè susceptа, aut violenter impacta intus in corde gaudio dilatare spirituali, & iam vicis plateas copulasti. Nonne tibi videtur vtrũque tenere, qui in tribulatione dilatatam sibi lætatur? Apostolus in arcto tribula-
I tionis quandam latitudinẽ optabat illis quibus ait: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Deniq; ad spẽ latitudo refertur: Habẽtes, inquit, tãtas promissiones charissimi dilatamini & vos. Angusta est nobis in præsenti res, spes verò lata. Arcta possessio, expectatio quidẽ profusior. Ergo ad latitudinẽ spei plateas istas referto. Spe gaudentes, apostolus dicit.
Propheta vero: Adhuc replebũtur plateę tuę choris ludẽtiũ. Vides quomodo sibi de spe & plateis sentiunt consona apostolus & propheta? Vterque enim gaudium assignat. Simul etiam hoc aduertendũ iuxta aliam distinctionẽ, quòd etiã in vicis mansio est ad domesticas vtilitates, in plateis feriatio quædã ad iucunditatẽ. In plateis enim chorus est & cõuentus ludentium. Ergo vacationis & lætitiæ vsus in plateis est. Bonæ quidẽ plateæ, in quibus alacri satis agilitate in leues contẽplationis saltus animus se spiritualis exagitat. In plateis ergo quærit sponsa quẽ diligit, dum domesticis euoluta curis, dum extra corporis effecta mansionem, & domum terrestrem quantum datur deserens, quàm liberè, tam lætè contẽplari studet. In vicis est mãsio diuturnior, in plateis quidem brevis, sed dulcior. In vicis virtutum vsus est & exercitium, quæ necessaria nobis sunt dum in corporis huius habitaculo moramur. In plateis verò feriata quædam felicitatis futuræ præludia. Et vide nunc verborum seriẽ. Primò ponit vicos, consequẽter plateas. Habes & in psalmo simile: Quàm dile-
K cta tabernacula tua domine virtutũ! cõcupiscit & deficit anima mea in atria domini. Miraris sponsæ sedulitatẽ? ordinem sequere. Noli te prudentiorem vel promptiorem spõsa præsumere. Primò exerce te in tempore virtuali, vt deinceps ad veritatis speculatorium conscendas. Quid illac ingressum paras quà exitus est? Cum sponsa per vicos ad plateas veni, & cum psalmista post tabernacula virtutum ac ampla veritatis atria: alioquin ordinẽ si cõuertis, peruertis. Quãto magis coangustati sunt vici, tãto vberiora & liberiora sunt intus ociamẽtis. Quid ocia dico? deuotionẽ dicerem iustius. Arcta exterius disciplina animam interius dilatat. Siue libertatẽ, siue lætitiã in plateis intelligas, vbi ampliores quàm in hoc ordine nostro plateas reperies? Sed nec facilè dixeris vbi sint arctiores vici, vbi maior libertas & ad vsum & ad exercitium virtutis, quàm in hoc ordine & cõuentu sancto. Et ideo maior ad bonũ libertas, eo quòd sit minor licẽtia in malũ. Quo maior districtio, eo maior directio. Arctiores vici, ampliores plateas efficiũt. Quid ergo est per vicos & plateas Iesum quærere, nisi hoc se modo & restringere & extendere ad capiendam de ipsius illustratione lętitiam? Vis vt vtraque intus in mente assignem, plateas & vicos? Nõne tibi videtur in vico quodam & velut in arcto positus is cuius vexatur patien-
L tia, castitas arcetur, coãgustatur charitas? Qui in nullo virtutis studio libere & sine labore versatur, sine labore & anxio conatu animi, nũ tibi quasi in vicis locatus videtur? Et quãuis non sine labore, non sine conatu quærunt: tamen etiã qui tales sunt, quietẽ in illo quẽ diligit anima sua, quasi per vicos quærũt de quibus propheta: Domine in angustia quæsierunt te, & in semita iudiciorũ tuorũ domine sustinuimus te. Rudibus & nouitiis istud sæpius euenit, qui solent vel variis tentamentis, vel quodam tædio laborare quando eos aut carnis desideria coarctant, aut virtutum non exhilarat oblectatio. Et beatus qui non est scandalizatus in istis, qui non offenditur, qui nõ perdit Iesum, sed magis quærit per vicos tales qui in angustia quærunt. Non sic de quibusdam dicitur: In angustia quęsierunt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis. imò & exercitia virtutis, & doctrinã patris intelligit in angustiis illis, & protendit à fine vsque ad finem fortiter, donec de vicis ad plateas euadat: & qui perfectiores sunt, & plateis assueti, aliquotiens ad angustias vicorum subitò sinuntur relabi. Et quis perfectior illa quæ sponsa dicitur? Ecce & ipsa per vicos & arctos quosdam meatus quærit dilectum. Non est ociosa difficultas ista quærendi. Per hanc enim & exercetur eius humilitas, & desiderium excitatur. Quoties in inextricabilibus me sensi quasi vicis errantem, & angustiis animi conclusum, cum subitò vicinas in plateas euasi, & eduxit me in latitudinem bonus dominus! In vicis expiraui ferè, sed in plateis respiraui statim. Latitudo quædã & libertas inoccupatæ & impeditę mentis in plateis tibi cõ-
M mendatur. Sed considera ne libertatem istam des in occasionem carnis, ne coacerues lutum in platea tua, lutum illicitæ cogitationis. Alioquin sicut lutum platearum delebit te dominus. Lubricauerunt, ait propheta, in plateis vestigia nostra, lutosas volens intelligi eas, in quibus sit lubricus incessus. Non luto sed auro sternantur plateæ tuæ. Non ibi sit lutum, nec tamen siccitas & ariditas quædam sit ibi: sed fluant flumina ibi aquæ viuæ, spiritualis quædã fluenta medicationis. In plateis aquas istas diuide, in latitudine liberæ mentis. Sapientia, quasi platanus, inquit, exaltata sum iuxta aquas in plateis. Non in plateis solum, nec solùm iuxta aquas, sed iuxta aquas & in plateis exaltata sum, inquit. Vt læta prodeant germina sapientiæ, quãtum putas cooperatur & otium liberum, & irrigatio crebra sanctę meditationis? Iure quasi platanus exaltatur, quę sic plantatur. Obeatas vere plateas, in quibus sapientia sic crescit, sic exaltatur & supereminet perspicuam se ostendens, & nõ indigens quæri. Et vide quomodo seculari prudentię aliqui totum sui cordis latitudinem exponant, quantũ distendant animum & dilatent in plateam vt plantent ibi plantationem infidelẽ, hoc est germen alienũ quomodo & cõtinuis exercitiis & meditatione frequenti & doctrina illam irrigent. Ideo cernas in illis lætam & vberem & exaltatam seculi sapientiam, & fructificantem huius mũdi sensum:

Psal. 83.4

Ibidem.

Esa. 26.6

Thre. 4.b

Eccli. 24.b

A sensum: sapientiam verò quæ ex deo est, humilem & obscuram, & inueniri nõ posse penes illos. Exi in plateas & vicos ciuitatis, ocia discute, scrutare negocia eorũ qui iudiciis vacant, qui tenent cathedram, qui sedent in tribunalibus: contemplare quid agant in publico, quid in cubiculo. Nunquid apud illos pura & vera & cœlestis eminet sapiẽtia? Nunquid expressa est in moribus, quæ in sermone versatur? Nunquid in prospectu inuenies illam? Nunquid exaltatã sicut cedrum in Libano, & sicut cypressum in monte Sion? Nã in his montibus exaltatam se gloriatur. Nomina ipsa mysterium continent: nec ociosus est etiam ordo verborum. Præcedit Libanus in laude sapientiæ, Sion subnectitur: post cordis mundi candorem ad contẽplandæ veritatis fulgorem ascẽdis. Munditia meretur notitiam, non hanc literatoriam tantùm, sed quãdam dulcem & intimam, & ipsius, animæ medullis infusam. Denique puritas veritatis socia est, & comes est, & præuia est. Idcirco mõtes istos Libanum & Sion in laude sua sapientia copulat: Montes istos apud quos illorum adsignare poteris qui litibus aut exercendis aut dirimendis vacant? Nõ potest apud illos inueniri sapientia, in quibus non inuenitur locus sapientiæ. Amat Libanum, amat Sion, amat plateas, libertate gaudet & sublimitate. Quanta peruersitas, si sapientia quæ litibus vacat, quę lucra sectatur, supereminet, & diuina latet? Supereminet litigiosa, & ea quæ pudica est, quæ pa-
B cifica, quæ bonis consentiens, contempta delitescit velut in obscuro. Illa excolitur, ista negligitur, ac si sterilis & parum lucrosa. Neglecta plantatio in altum non crescit. Raro in plateis quasi platanum exaltatam inuenies. Non est obuia, non est frequens: ideo dicit: *Quæsiui, & non inueni illum.*) Vbique teritur, vbique vertitur in quæstione, vbique venerabile est nomen Iesu. Et vtinam quod vox sonat, vita depromat: exprimat imitatio, emineat & eluceat in moribus. Qui penes te sapientiam quærit, assidentem inueniat illam in ipsis foribus tuis, in ipsis sensibus, in modestia & compositione hominis exterioris. Nam quasi fores sunt per quas interioris prodeũt habitatoris indicia. A fructibus cognoscitur, si apud te Iesus moratur. Accedit ad te sponsa, folia vertit ficulneæ meæ, quærit in te fructum, quærit dilectum. Hic est enim fructus dulcis gutturi eius. Felix es cum hoc abũdaueris fructu, cum domini tui sponsam isto satiaueris cibo. Esca eius, esca electa. Deliciæ eius sunt tecum esse dilectum suum. Non inuidet, nõ zelatur. Dilectum suum omnium vult esse dilectum. Ideo apud omnes quærit, vt illũ apud omnes aut inueniat, aut inuitet. Quærit enim apud illos Iesum, quorum quærit profectum in ipso. Quærit per vicos & plateas, sed non in omnibus inueniri potest. Quæsiui, inquit, & nõ inueni illum. Paulus omnium sitiebat salutem, in visceribus omniũ Christum
C inuenire cupiebat, omnes cupiens in visceribus Christi. Sed enim audi quid dicit, quomodo quosdam deplorat: Nemi-
Philip. 2.c nem, inquit, vnanimẽ habeo. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi: Putas quòd apud eos inueniri Christus queat, qui ipsum vt inueniant, non quærunt? Et multos quidem sic quærentes reperies aliud præter ipsum, sed tamen per ipsum. Tractatur in cõsiliis, disceptatur in iudiciis, in schoIis disputatur, cantatur in ecclesiis. Religiosa sunt hæc negocia, sed vade ad exitus aquarum, & pẽsa quis generalior istorum finis est operum. Vide si non per hæc omnia quædã exerceantur mercimonia de Christo. Quæstuosa res nomen est Christi. Nil pensius, nil optatius. Felix tamen qui nominis huius virtutem sectatur. Apud illos tractetur, disceptetur, disputetur super hoc nomine. Nobis satis est, si nostris in claustris saltem adametur: nusquam commoditas maior: ideóq; maior confusio nusquam, si penes nos non inuenitur Christus. Non inuenitur forma iustitiæ, si piorum operum nõ est intentio pura. Nam ipsa lætitia est mentis quædam diuina alacritas, quæ de ipsius præsentia concipi solet, & quam vere possumus præsentiam ipsius interpretari. Hęc, inquam, cœlestis & excedens affectio, non est res facilis & passim obuia. Hanc præcipue sponsa (vt puto) designat dicens: *Quæsiui & non inueni illum quem diligit anima mea.*) Christum Iesum, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo sextus.

SPONSA moram in quærendo patitur, & quandam illi D difficultatis vmbram sponsus obtendit, copiam sui non statim indulgens. Illa tamen calente studio sedulitatem continuat, querelam ingeminat: *Non inueni illum.*) Fratres si sedulitas submouetur, desidia quando admittetur? Si non inuenit amor, quando inueniet tepor? quando raritas orandi? quando remissio? Quid ergo nunc contra raritatem orandi, & remissionem inter vos disputo? Non est opus medelam adhibere morbo quo non laboratis. Peregrina sunt à vobis hæc vitia. Quis enim vestrum, qui non sit & frequens & feruens in oratione? Et si torpor abest, videte ne vos dilationis tædia defatigent, & infringant desideria vestra. Vtrobique reatus est, si sit anima vestra vel in postulatione remissa, vel in expectatione deficiens. Sponsæ desideria audis dilata: & tu ad primum orationis tuæ pulsum inspirationis diuinæ delicias tibi nõ affluere querulus causaris? Nunc cœpisti, & tam cito à directione sua tuus infringitur spiritus? Quid si tibi illud de euangelio improperetur: Sic non potuisti vna *Mat. 26.d*
hora vigilare mecum? Vigilate ergo & orate, quia nescitis qua hora dilectus vester adueniat. Pertinax oratio pertingit ad finem. Et si tibi in initiis sicca & velut saxea videatur, oleum tamen gratiarum elicies de hoc saxo durissimo: tantùm si perseueres, si te longior mora non dissoluat, si non dilatione tua vota lentescant. Molesta planè amanti dilatio: sed so-
E lent protracta desideria amplius crescere. Quid vobis nota ingero? Vexatio crebra ipsa vobis huius rei dabit intellectũ, imò iam dedit, idque frequenter. Crebrò vos exercitatos inueni in huiusmodi studiis. Non possum gloriari hos me genuisse affectus in vobis: gaudeo tamen inuenisse vos in istis. Etsi non hæc in vobis studia formaui, vtinam in illis fouere vos possim. Et ipse custos sum: ideo illam mihi spõsæ vocem sæpe replicatis: Num quem diligit anima mea vidistis? Obeata anima, quam tam sancta desideria exercent. Desideria dilectæ, dilectæ quæ nescit nisi de Christo rogare, quæ talem, inuẽto, erumpit in vocem: Num quem diligit anima mea, vi- *Canti. 3.b*
distis? Deniq; spõsa est, quæ talibus inuenitur occupata scrutiniis. *Inuenerunt me* (inquit) *custodes ciuitatis*) Qui ficti & fallaces sunt, nihil tam refugiunt, quàm ab his inueniri custodibus: & si deprehenduntur, non facilè conuincuntur. Cain *Gene. 4.b*
factus est vagus & profugus super terram, inueniti formidãs: Omnis, inquit, qui inuenerit me, occidet me, Non vult peccatũ occidi: non vult pati salutarem in confessione verecundiam, medicinalem castigationem magistri. Non vult inueniri, quia non vult mori. Nam vbi non veretur interfici, sed magis se foueri confidit, impudenter se iactat indisciplinatus affectus. Sed sponsa vltro se offert, læta sponsi occurrit sodalibus. Quid ni læta? Non inuenitur quasi fugiens vltorem, sed quærens amatorem. Inuenerunt me custodes, nõ sunt inuenti, sed inuenerunt. Diligentia ipsorum in hoc commendatur. Pigri custodes & male fideles nullã in hoc adhibẽt diligen- F
tiam: non eunt, non quærunt si quem inueniant cauteriatam habentem conscientiam, signo amoris casti & studio quærẽdi prodentem dilectionis incendium. Non coueniunt subditos, & fortè molestum ducunt si compellãtur ab ipsis. Non nisi interrogati proferunt verbum solatij, quidam nec tunc quidem. Litera quod habet, in pagina tantùm proponit, nil superadiciens vel industriæ, vel diligentiæ. Alia est plane custodis ratio: præuenire debet, non tantùm exponere: excitare magis quàm expectare quæsituros: quasi de specula super filios prospicere, qui sit intelligens & requirens Deum. Custos tuus sum, da mihi domine linguam eruditam vt sciam eum qui lapsus est sustentare verbo, & ad verbum dirigere. Et quid aliud optat sponsa, cum dicit: Num quem diligit anima mea, vidistis? Vides illam non tam fatigatam, quàm excitatam studiis spiritualibus. Intellexisti pertinaciam eius in quærendo dilectum, vide nunc humilem prudentiam. Nescit custodes cõtemnere. Nec enim tutum arbitratur inconsultos prętерire, quos scit dominici & conscios secreti, & nũcios mandati. Num quem diligit anima mea, vidistis? Quid tamen sibi vult hæc interrogatio sub ambiguo posita? An in hoc admonere te voluit, vt nõ credas omni spiritui, sed probes si ex Deo sit spiritus? Denique non omnium est certum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sponsi præstare indicium,qui custodis officium vel susceperunt vel arripuerunt.Multi enim sunt, quorum est oculus in vniuersa terra, & iuxta alterius loci prouerbium, in finibus terræ.Nó est lumen eorum eum ipsis,nec possunt illud vltra terræ potrigere limitem,leuare ad cœlum.Satis quidem fideles sunt & seduli,sed hucusque,vt terrena coaceruent,& terrena seruẽt.Oculus,inquit,eorum in vniuersa terra.Inexplebilis auiditas in vniuersa terra se extendit: propterea terrenis incrassata mens curis, & illius menſæ seruiẽs qui perit cibi, cœlestis epulæ nescit dispensare viaticum, & de supernis theoriis aliquid serenum temperare subiectis. Nam & si forte qui tales sunt,de spiritualibus rogẽtur secretis, planam fidei & morum respondent sufficere viam.In hoc sterilitatem solantes suam,vel ex tepore proprio auiditatem alienam metientes.Languidus enim & remissus amor,culpabili quadam patientia nó tam optat quàm expectat futura bona. Qui vero feruentior est,ardenti fertur desiderio,repositá plenitudinem furtim & ex parte deflorare tentãs. Quia tales plurimos nouit sponsa custodes, quodam sub ambiguo interrogationem librat: Num quem diligit anima mea, vidistis? Sit prudens,sit fidelis:sit custos sedulus, & disciplinæ diligentia hostium coërceat irruptionem ab ouili:non tamen statim sciet amatoria canere,& sponsi internuncius eius monstrare præsentiam,& in recessus secretos raptim admissus stillare de in-
H tima aliquid dulcedine.Valde enim est imparis gratiæ, furtiua & fucata adulteri deprehendere lenocinia, & legitimos sponsi aduentus conciliare.Malorum quia frequẽs est experiẽtia,facilis est notitiæ. Spiritualium verò sensuum quia rarus vsus est, & exile iudicium, tenue satis est indicium de ipsis,nec possunt spiritualia nisi à spiritualibus diiudicari. Et ideo non possunt nisi à spiritualibus demõstrari, quales sunt
Esa.52.b de quibus legitur:Quàm pulchri super montes pedes annunciantium pacem, annunciantium bona! *Num quem diligit anima mea, vidistis?*) Non est vna nec simplex nec vniformis visio sponsi. Exultauit Abraham vt videret diem eius: vidit, & gauisus est. Vidit Iacob dominum facie ad faciem,& salua facta est anima eius. Vidit Moyses, sed posteriora vidit. Vidit Esaias dominum sedentem super solium excelsum. Vidit Ezechiel. Vidit Daniel in hominis similitudine, cum nõdum hominem suscepisset.Sed omnis ante incarnationẽ huiusmodi visio in corporali monstrata est specie, non in corporis humani veritate. Viderunt Apostoli in ipsa carnis veritate,& palpauerunt & attrectauerunt. Vtrique tamẽ intus
Ioan.14.b fide deum viderunt.Dictum est Philippo: Qui videt me, videt & patrem meum. Quæ visio quia referatur ad fidẽ,quod adiunctum est declarat:Nõ creditis quia ego in patre, & pa-
I ter in me est? Alioquin propter opera credite. Quæ enim cõsequentia, vt ad probandum quòd patrem viderit, inducat quia se viderit,nisi quòd in vtroque eam voluit visionem intelligi,quæ per fidem fit? Propterea & de credulitate consequenter adiungit: Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Si enim habitat Christus per fidem in cordibus nostris,& si ipsa corda nostra mundantur per fidem,cur non & in cordibus nostris videtur per fidem?Superiorum verò visionũ,quarum altera facta est in imagine,altera in carne:vtraque plena est vel iucunditatis vel vtilitatis, sed cum tertiæ, quæ est per fidem, seruatur integritas. Nam vt de verbi apparitione,quæ in carne erat, loquar:præter vitæ verba,quæ de ore eius procedebant, quantum putas virtutis insigne in ipso exteriori renitebat habitu? quàm manifesta eius, quæ intus erat, dabant indicia oculus, vox, vultus? Deniq; gestus omnis quomodo diuinã spirabat gratiam?Iucunda planè visio illa,sed deum in homine credẽti. Et quidem illa quæ prophetis & patribus ante Christi incarnationem facta est,diuinũ quiddam spirabat in apparente imagine,quãtum mea se habet fides, inæstimabilem delectationem & mẽti & sensui infundebat cernentis, nec nisi quorum mũdus erat animus,apparebat obtutibus. Nam & post resurrectionem in ipsa carnis suæ veritate non nisi testibus præordinatis à Deo apparuisse legitur. Felices illi custodes, si quibus tamẽ apparet frequenter & familiariter talis visio, præsertim illa quæ est in carnis iam glorificatæ aspectu, qualem eum Petrus & Ioannes viderunt in monte transfigura- K
tum:sed tamen & illa prior non vera,& ista non plena. Nam *Exod.33.f*
illa Moyses delectabiliter detentus,non tamen cõtentus, O- *Ioan.16.b*
stẽde mihi(inquit)teipsum. De altera vero ipse dominus: Expedit vobis vt ego vadam, alioquin paracletus non veniet. Bona ergo visio,quam paracletus adueniens inducit:spiritualis est,quia facta intus per spiritum.Denique & spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Visio hæc vel in reuelata spiritualiter veritate per intelligentiam,vel in suauitate infusa per gratiam.Nam & hoc ipsum experiri videre est. Gusta- *Psal.33.b.*
te(inquit)& videte quoniam suauis est dominus. Suauissima certe hęc visio,& quanuis futurum iuxta modũ nondum plena, vicina tamen, vicina qualitate, non æqualitate. Visio hæc humano non est suppositа ingenio,vel proposita studio, etsi aliquãdo desiderio gratis indulta. Denique non est talis quæ intelligentię concepta viribus,continuo tenore morã in animi memoria protelare queat. Subitanea est & sui iuris hæc visio,in spiritu vehemẽti vadens & veniens. Subitanea est & momentanea,repẽte veniens,& repente vadens,etsi momẽtanea est,manent tamen reliquiæ cogitationis, tam succensę, tam serenæ,& diem festum agunt in animo recordantis.Manet quidem memoria degustatæ & deglutitæ visionis: cuius suauitatem qui gustare possunt,eructare norunt,& hora hac maxime. Eructat enim bonum verbum cor recẽti adhuc incalescens gratia,& feruida meditatio similes effundit sermones.Multũ enim intimæ dulcedinis sapit in verbis,& gratis- L
simi sunt sermones,qui de gratiarum vbertate prorumpunt Si custos es,scito quoniam taliate oportet præparare in occursum sponsæ.Vt quid occurris,si nihil dulce, nihil nouum nunciaturus venis?Si noua non potes, vetera profer. Ingere nota,si noua non habes. Non tamen ingeritur quod exigitur.Non quærit qualem videris,sed si videris. Sufficit nunciare qualem ipsa nouit.Augmentum tamen affert gratiarum,si noua annuncias. Denique quod non est vel ignotum vel insolitum meditationi,sponsæ noua quadam gratia dulcescere solet.Non fastidit auditus,quando feruet auiditas:tantùm de sponso disputa,& noua protulisti in auribus sponsę.Nõ suppetit tibi de illo excellenti & excedẽti visionis modo semper respondere.Sublimis illa & subtilis est,& subitò prœoccupare solet animum, quem mundum & exoccupatum inuenerit.Subitò præoccupat,sed non occupat diu. Subtilia ista nõ adsunt ad votum,dulcia deducit in mediũ.Simplicis fidei capitula singula quodam dulci disputationis tẽperamento suauissimos gignunt in audiẽte mentis affectus & excessus. Delicata est sponsa,dulcia vult magis quàm fortia, nisi quòd omnia potest in eo qui eam confortat sponsus.Narrent alij fabulationes,controuersias meditẽtur.Os tuum meditetur sapientiã,& lingua loquatur delicias,qui spõsæ loqueris.Nam
M & illa tales vult qui de dilecto narrẽt & nuncient. Labia sa- *Mala.2.b*
cerdotum custodire debent sciẽtiam,ideo legem requirit ex ore eorum,legem videndi & inueniendi dilectum. *Num quem Cant.3.b*
diligit anima mea,vidistis? De visione illorum se visuram præsumit,ideo diligenter inuestigat custodum visionem, eorum sperans alloquio vel in secretiora deduci, vel dulcioribus affici.Id est enim videre quem diligit,dei sapientiam & virtutẽ propenso affectu & pura concipere mente. Bene illum conspicit,qui hoc vtroque concipit modo, pure cernens, & pie sentiens. Dulce puto susurrum, quod inter sponsam custodẽsq; vertitur:& grata collatio,si tamen collatio. Nulla enim illorum hic respõsio memoratur.Secreta valde est, si qua est, *Esa.24.c*
quam alto tegendam putat silentio. Secretum suum sibi.Secretum suum sibi. Nec audemus hic aliquid inde coniicere quod sponsa curauit reticere. Cum eorum silẽtio claudamus nunc sermonem,prorogantes in crastinum sponsæ trãsitum, quo se vigiles paululum pertransire dicit, & inuenisse quem diligit anima sua.

Sermo VII.

IMprobi exactores estis,& nimis instãter repetitis debitorẽ vestrũ:dignũ tamẽ venia est dũmodo iusta postuletis. Sed vos exigitis vt soluã ad qđ me non obligaui. Tractaturus erã de

A de transitu sponsę.Ad hoc enim & ordinis & sponsionis nostræ ratione teneor:& vos adhuc mihi ingeritis illud cũ spon-
Cant.3.b sa:*Num quem diligit anima mea, vidistis*?) Sed illa modestius interrogationem tẽperat ambigẽti similis,quęrẽs magis quàm vrgens.Nouit enim nec omnibus,nec omni tempore de hac visione adesse sermonẽ.Ex quo enim absccõdit vultrum suum, quis est qui contẽpletur eũ?Vos autẽ vrgetis me vt legẽ vobis ponam contẽplandi delictum, & disciplinam inuẽtionis huius & visionis tradã. Quid ergo? Vultis vt muneris diuini largitatẽ concludã sub regula?Visio hæc nõ est industriæ,sed gratiæ:reuelationis est,nõ inuestigationis. Si quid tamen ad
Isa.1.d hæc potest industria cooperari, illud primũ obseruate quod scribitur:Lauamini,mundi estote. Secũdò,vt scribatis sapiẽtiam tempore ocij. Qui enim minoratur actu, recipiet eam. Tertiò, vt violẽti sitis, & gaudium regni quod vobis diutius furripitur,præripiatis:id est vt habeatis cor purgatum, paratum,improbum. In primo efficieris dignus, in secũdo deuotus,in tertio vehemens:hoc est idoneus,obuius,vrgens. Idoneus gratiæ percipiendæ,obuius venienti, vrgẽs morantem. In primo præpararis,in secundo adsimilaris spõsę expectanti dilectum quando reuertatur à nuptiis.In tertio properas, & sponsa non expectat,sed properat,& ipsos prẽterit custodes. Dixissem melius si dixissem,pertransit. Quod enim prẽterimus,non respicimus:nõ attingimus,sed contẽnimus. Quod
B vero pertransimus,intelligimus illud discutere, & quasi disquirere & penetrare:nec inutilis hęc pertransitio.Paululum enim cum pertrãsisset,inuenit dilectum.Videtis fratres quid proficiat consultatio custodum?Deuotam sed vagam animã ad inuentionem dilecti perducit.Vtilis quidem consultatio: & frequenter quod non confert eorum qui cõsuluntur eruditio,consulentis meretur humilitas. Bonũ est vt sis ad quærendũ sedulus,non tamen adsiduus.Nam & sponsa non tam ex studio,quàm occasione custodes interrogat, & id in trãsitu.Trahebat enim illam vlterius amor dilecti,nec vacuũ esse sinebat ex ocio conferre cũ illis. Currebat in cordis siti,hausto forsitan de sponsi vicinia spiritu, & ideo minus intendebat in his qui benedicebant ore,tendens ad illum qui benedicit in spiritu,qui est super omnia benedict⁹ in secula deus.

Aduertite istud vos qui in transitu oratis, & cum mora legitis:qui ad legendum seruetis, in orando tepetis. debet lectio orationi seruire,præparare affectum, non horas prærire,nec succidere moras. Cũ legis,eruditis de Christo:orãs verò,familiare cum ipso seriscolloquium.Et quanto suauioris est gratiæ cũ illo,quàm de illo loqui? Si quædã spiritualiũ detrimenta sustinent visitationum propter orandi raritatem qui lectioni vehementius vacant, quid dicemus de his quos aut indisciplinatę collocutiones dissoluũt,vel anxiæ quæstio-
C nes scindunt?Denique monachorũ est non colloquium, sed silentium:non quæstiones,sed quietem sectari.Aut si admitteda est inquietudo, dilectionis esse debet,nõ cõtentionis.Habet enim amor sanctus inquietudinẽ suam, sed qualẽ legis
Isa.62.a apud prorhetam:Non tacebo & non quiescam,donec egrediatur vt splendor iustus,& saluator vt lãpas accendatur.An
Cant.3.b nõ similem animi sui passionem intimat ista cum dicit: *Cum pertransissem illos*?)Ferebatur impetu feruentis amoris,idẽóque pertrãsisse se perhibet,quasi auiditate & desiderio supergrediens quicquid dici poterat. *Cum pertransissem illos, inueni quem diligit anima mea.*) Pertransiuit illos vel euentilando doctrinam,vel æstimando naturam. Pertransiuit & quod potuit ab illis dici,& quod potuit in illis conspici. Quilibet enim
Gala.2.b sint custodes isti, licet Cherubim interpreteris, licet Seraphim,non possunt totum quod de Christo est,nec eloquendo depromere,nec æmulando exprimere. Cunctæ res difficiles,nec valet homo eas explicare sermone.Si tanta difficultas est in rebus conditis,rerum autorem quis indicabit vel digne,vel plene?Ideo dicit: *Cum pertransissem illos.*) Vtinã nos tales simus auditores verbi dei, qui non succumbamus his quæ dicuntur,vel tardante ingenio,vel tepente voto ne nos illa pertranseãt, ne nostram excedant tam auiditatem quàm capacitatem: sed magis docentis quàm commonentis pertranseamus conatum, maiora etsi nondum capientes coniicientes tamen, aut certe concupiscentes. Quadam enim ratione pertransit quod sibi proponitur,qui ampliora secatur,quanuis non consequatur statim.Sponsa verò consecuta D
est:propter quod electa deeantat:*Cum pertransissem illes, inueni quem diligit anima mea.*) Quidni pertranseat illos, quorum & scientiæ est numerus, & naturæ modus? Ille verò qui quæritur,magnus & immensus, & non æstimabitur alius ad illũ. Non ergo potest alieno documento aut exemplo ex æquo perpendi. Reliqui omnes pertransibiles sunt, solus ipse pertransiri non potest. Denique dicit: Transite ad me omnes *Eccli.24.d*
qui concupiscitis me,& à generationibus meis adimplemini. Transite(inquit)ad me,non pertransite. Quonam enim modo pertransiri potest, quod immensum est? Mensura bona, & coagitata,& conferta, & superefluens dabitur(inquit) in *Luc. 6.f*
sinum vestrum. Vobis immensitas dispensatur in mensura. Nam in se immensa est. Non ait,replens, sed superefluens. Si ergo mensura capi nõ potest, immensitas ipsa quando capietur? Quo pacto pertransiri poterit, quod nec capi plene potest?Denique nec spõsa pertransire vult, sed dicit: Tenui, nec dimittam illum. *Paululum cum pertransissem illos, inueni quẽ* *Cant.3.b*
diligit anima mea.) Forte propinqui erant sponso vigiles hi, quos cum paululum pertransisset, inuenit dilectum. Quòd si iuxta diuinam eius accipimus dici naturam, quis creatorum spirituum ad immensitatem & maiestatem illam proxime accedit?Nam etsi similitudo inesse intelligitur,longe tamen inferior & dissimilis cognoscitur. Non est enim domine quis similis tui. Proximitatem forte ergo hanc quã E
excludit conditio, cognitio admittit. Sed quis audeat abyssum illam diuinæ sapientiæ cuius non est numerus, ingenio creati spiritus perceptibilem diffinire? Lucem (inquit Apo-
stolus)habitat inaccessibilem. Lux ista nobis inaccessibilis *1.Tim. 6.a*
est,sed nos non sumus inaccesibiles illi. Propter quod dicit: Propè feci iustitiam meam, & salus mea non elongabitur, *Esa. 46.d*
Propè facta est,quia incarnata:proximior,quia reuelata:magis autem proximè facta, quia donata. Propè facta est iustitia dei patris Christus Iesus carnis nostræ susceptione,sed gemino hominum genus omne excessit priuilegio, quantum spectat ad humanæ naturæ statum,æquitate, & integritate: quia præter illum nemo mundus à sorde: nemo immunis à corruptione. Dotatus est ergo duplici hoc munere.præcessitq; participes suos.Itaque & reliquos omnes fides tua pertranseat,vt in illo solo perpendas æquitatem iustitiæ, & integritatem consimilis naturæ.Sed tamen paululum pertrãsi: quoniam sicut nec longè excedit iustitia & incorruptione, sic propè factus est naturæ indifferentis conditione. Nescierunt Iudæi in illius existimatione pertransire Moysen, pertransire Abraham, pertransire reliquos vel patriarchas vel prophetas,qui illum sicut vnum de reliquis æstimabant,nec aliquid habere gratiæ præcellentis. Denique dicebãt: Abrahã & prophetæ mortui sunt,& tu dicis: Qui mãducat meã *Ioan. 8.g*
carnem,nõ morietur in æternum?Quem teipsum facis? No- F
luerunt Ioannem pertransire, sed dicebant quia Ioannes ipse est Christus.Nõ passus est tamen eos in se remanere Ioannes,sed opinionem infideliter præsumptam à se auertit: Non sum ego(inquit)Christus:medius autem vestrum stat, *Ibid.1.d*
quem vos nesitis. Nescit synagoga pertransire, sed ad cæterorum mensurã æstimauit illũ:& quasi blasphemiã opponebat ei,quia cũ homo esset,se faceret deũ.Sed ecclesiæ pertrãsiuit fides,& inuenit illũ vnctum oleo lætitię præ cõsortibus *Psal.44.d*
suis.Et quàm vberi vnctus erat oleo,de cuius plenitudine omnium nostrũ infudit vulneribus? Nos enim sumus saucius *Luc.10.*
ille qui descẽdit in Hiericho, q incidit in latrones,qui expoliatus est,& vulneratus est,& semiuiuus relictus. Pertransierunt plurimi,& nullus erat qui saluaret.Pertransiit magnus ille patriarcha Abrahã:non enim erat ille iustificans,sed tantùm iustificatus in fide futuri.Pertrãsiit Moyses: nõ enim erat gratiæ dator, sed legislator, & eius legis quæ neminẽ ducit ad perfectum.Nec enim ex lege iustitia. Pertrãsiit Aarõ, pertransiit sacerdos.& eisdem hostiis quas indesinenter offerebat,nec poterat mundare conscientiã ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti.Pertransiit patriarcha,põtifex,& propheta arido tam animo quàm opere, imò & illi in hoc saucio saucij erãt. Solus ille Samaritanus verus viso illo misericordia motus est,sicut misericordia tot⁹ est, & infudit oleũ vulneribus,seipsum cordibus, mũdans per fidem corda

Universidad de Deusto
Biblioteca

G omnium. Ideo ecclesiæ fides omnes pertransit, pertingens ad illum qui solus illam pertransire non poterat, imponens in iumentū suū, & factus est ipse iumentum. Et paululum pertransit vt inueniat illum, quem sic credit exorté corruptionis, vt cōfortem prædicet conditionis. Sic illum habet principem gratiæ, vt confiteatur participem naturæ. Quòd si & cœlestes illos angelicos spiritus contuitu sanctissimæ quam sortitus est animæ, ipsum supereminere dicamus, non erit à fide alienum, sed omnino congruum dignitati eius personæ. Etenim si minoratus est paulo minus ab angelis propter partem, qua indutus est, carnalem: par tamen est illis secundum substantiam spiritualem, & superior secundum prærogatiuā virtualem. Et hos ergo sponsa pertransi anima. Nam & illi custodes tui & curatores tui sunt, qui dicunt in propheta:
Hier.51.a Curauimus Babylonem, & non est sanata. Hos (inquam) pertransi, & in dilecto tuo priuilegij singularis dotes contemplare. Illi administratorij spiritus, non operarij salutis. Ipse verò magni consilij angelus, qui operatus est salutē in medio terræ. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen. Iucunda contemplatio in cœlesti familia contueri essentiæ simplicitatem, serenitatem mentis, & mutui suauitatem amoris. Iucunda contemplatio contueri perpetuitatem existentiæ, puritatem intelligentiæ, scientię profunditatem: tum etiam humilitatem in obedientia, tranquillitatem in diligētia, facultatem in efficacia. Omnes tamen pertransi, & intuere quātus sit iste qui ingreditur ad saluandas gentes. Quem ingredientem in orbem terræ angelicæ laudes inducunt, & triumphaliter regredientem, cum
Esa.63.a admirationis cantico dicunt: Quis est iste qui venit de Edō, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola, vtique carnis suæ. Iure quidem formosus in stola sua, quæ sine commixtione concepta est, & de virgine nata est, & ab omni non modo corruptione, sed etiam corruptionis fomite immunis conseruata est, & in sepulchro dissoluta nō est, & die tertia resuscitata, quadragesima in cœlū assumpta, omni die (quod super omnia mirandum & amandum) in salutis cibum credentibus proposita. Quis non ad singula ista miretur amanter & dicat: Quis est iste tam formosus in sua stola? Cucurristi per hęc omnia admirationis genera, imò stupidus per singula substitisti, & ecce denuo noua tibi admirationis materia inde exurgit. Satis in illis exercitatus fueris, hic iterum ad
Esa.43.c stupendu excitaris, quasi illud tibi dicatur prophetę: Ne memineris priorum, noua ego facio. Quid magis nouum quàm quòd in mysterio dominici corporis mutatur materies, & species seruatur? Pristina manet forma, sed noua gratia, quia noua substantia. Noua quidem non in se, sed in huiusmodi specie. Nouum plane quòd carnis dominicę substātia in aliena specie sumpta, sanctificationis virtutem animæ cōfert, &
I spiritualem emundat substantiam in mysterio altaris immaculata caro. Nouū quidem, & supra reliquorum vsum sacramentorū, q̄ non modò sanctificationis noua gratia datur, sed substantia naturalis mutatur. Nam per sacramenti benedictionem accipit oblatus panis hāc ineffabilē mutationē, & ex mystica consecratione & verbi viuentis copulatione
Ioan.6.g hæc viuificatrix gratia in carne Christi redundat. Caro enim non ,pdest quicquā, sed spiritus est qui viuificat, sacrosanctæ carni conferens in solenni sacramento spiritualem efficaciā ad viuificandos tanti participes mysterij. Formosus ergo in stola, hoc est in carne sua, sed multo formosior in assumpto spiritu, qui vtique carne præstantior quia verbo vicinior. Et in hoc spiritu vnctum eum intellige præ consortibus suis: id est, non modo præ filiis hominum, sed etiam præ angelorum agminibus. Quidni vnctus sit præ illis oleo gratiæ, qui non sicut alij participatione, sed personali vnctione vberrimę illi consertus est oliuę, ex qua vnctio omnis emanat? An nō tibi velut oliua videtur veritas & verbū Dei, cuius vnctio docet nos de omnibus, cuius molliti sunt sermones super oleū, cuius vnguentum effusum nomen est? Huic oliuæ personali vnione consertus conditionis nō corruptionis nostræ oleaster (vt sic dicam) & pinguedinis illius factus particeps, quid luminis, quid dulcedinis, quid suauitatis, quid omnimodæ virtutis acceperit, operum eius indicia loquuntur: nisi quòd longe excellebat quod sentit in spiritu, quàm quod expressit in actu. Denique ad omnia virtutis indicia dicere potes: Oleū K *Cant.1.a.*
effusum nomen tuū, absque eo quod intrinsecus latet. Nec enim consentaneū est, vt quālibet mirificum foris animæ opus illius virtutes exequet. Nō possum domine, quæ in prospectu sunt, omnia opera tua cōprehendere. Cōfortata enim sunt, & nequeo æstimare illa: & eam quæ intrinsecus latet quonam modo experiar gratiam? Oculus non vidit beatissima anima Christi, præter te munera quæ diuinitus collata sunt in te. Ideo angelici spiritus deficientes in comprehēsione, non desinunt ab admiratione: & quasi nescientes, sed stupētes in laudem suprapositam erumpūt: Quis est iste sic formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudis suæ? *Esa.63.a*
Hanc considerans prærogatiuam virtutum in dilecto, iure sponsa custodes se pertransisse dicit, paululum pertransisse: quia sic in eo singularē miratur gratiam, vt tamē cōmunem constituat naturam, beatáque illam Christi animam esse cū reliquis eiusdē quidē generis, sed differentis excellentissque virtutis. Parabam adhuc alium vobis explicare transitū, sed quod materia opportune suggerit, vel magis exigit, sermo refugit iam vrgens ad exitū. Nos interim ad quod venimus, in eo permaneamus, quatenus ex hoc gradu, cum otium dabitur, ad altiora transeamus mysteria sponsi ecclesiæ Iesu Christi: qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo VIII.

L PERTRANSISTI ô sponsa domini custodes tuos, consortes & participes tuos: cōsortes naturæ: participes gratiæ. Pertransisti illos, & peruenisti ad dilectum. Quidni illos pertranseas, qui & ipsi pertransirent quasi fumus nisi in dilecto suo starent? Inuenisti dilectum, & inuenisti illum vnctum oleo spiritus præ consortibus suis. Perpendisti in illo virtutum priuilegia quædam in consimili natura. Inuenisti sanctam eius animam quādā habere dona singulariter, quædam excellenter. Ideo pertransisti illos, quia illum prælutisti: & paululum pertransisse te dicis, quia consideratio tua in hac prælatione nondum recessit à generis eiusdem communione. Sed nunquid hic subsistes? In vlteriora & altiora ex hoc gradu vrgenda est profectio: pertingendum in finem. Sa *Sap.8.a*
pientia enim attingit à fine in finem. Denique & hæreticus, vt superiorem dilecto tuo gradum conferat, hunc tollit Tātum carnem verbo copulat in Christo, animam negat: aut si hanc non audet (propter euidens ipsius Christi testimonium *Ioan.10.d*
dicentis: Nemo tollit à me animam meam, sed ego pono eam, & iterum sumo eam) animam sensificantem donat, sed ratiocinante tollit spiritum. Correxit in parte errorē, sed nō potuit longius ab Ægyptiis recedere tenebris. Non potuit tridui iter conficere. Ecclesiæ fides humanitatem nec solam constituit in Christo, nec dimidiam. Vtramque naturam eo locat in Christo. Et quia diuina simplex est, & distinctione M
carens: in homine triplicē illam quam ponit Apostolus distinctionem fatetur, id est integrum corpus, & animam, & spiritum. Alioquin non hominem, quem reformaturus in se fuerat, susceperit. Denique & rationalis animæ pars humanæ, indiguit mediatoris remedio, quia ignorantiæ fuscata nubilo, & concupiscentiæ succensa igniculo, vtramque naturam, *Luc.15.d*
id est humanam & diuinam integram fatetur in Christo Ecclesia eius, & sicut euangelica mulier in satis tribus humanæ farinæ, diuinę sapietiæ fermentum recondit. Sed quid: Indigebat rationali spiritu Christus, verbū ipse patris & sapientia & veritas? Nec quod lateret ipsum, aliquid esse poterat, *Ioan.1.a*
sed ipse illuminat omnem hominem veniētem in hunc mūdum. Qua ergo consequētia creato & illuminato indigeret lumen creans & illuminans? Nulla plane. Ille nō indiget, sed mea est hæc indigentia. Ratio hæc est meæ cęcitatis, non claritatis illius: non assumentis verbi, sed assumpti spiritus. Ego indigebam vt & hęc naturę meę pars verbo vniretur, & sic clarificatæ in Deo portionis merita in vniuersos per fidem refluerent. Omnes nos mediante consubstantiali nostro reformamur in Christo, accedentes per fidem ad ipsum. Et ideo totū oportebat assumi, vt gratia refunderetur in totū, quia corruptio fermentauerat totum. Manent ergo in vna persona naturæ geminę sicut integræ, sic & impermixtæ. Diuina enim inconuertibilis & incommutabilis est: nec potest conuerti in aliam, nec in se finit aliam conuerti. Non valet in aliam

A aliam ex se deficere. Defectus siquidem illi foret omnis mutatio: nec magis in illam alia proficere potest. Non cōmutare, sed communicare illam possumus: vtendo certe, non existendo. Manet itaque naturis istis sua cuique tā integritas q̄ proprietas. Cōsequenter etiam competētes his comprehensiones & affectus & cōtemplationes & beatitudines impermixtæ sunt & distinctæ & differētes, & numerabiles sine numero personæ. Nā quis adsereret beatissimā Christi animam aut nihil sentire penitus dulcedinis & gaudij: aut iterum gustum intimū illi permittere suauitatis & saporis, & beatitudinis illius qua beatissima perfruitur trinitas? Maioris siquidem est excellentię, esse illud vitale bonum q̄ participare; lōgéque expressior est experiētia & domestica magis in essentia quàm in vsu ipsius. Esse vtique idipsum vtī est, non tamen vsus essentiam confert. Quomodo ergo essentia perfruitione sola non potior, quia proximior? Deinde licet anima hæc in verbo omnia videt, & ipsum verbum in verbo videt: tamē quia admissa non est in societatē essentiæ, nec admitti potest in æqualitatē notitiæ. Nā hoc ipsum essentialiter Deum esse, & sapiētiam esse, & summam bonitatē esse, & virtutem summam & solam & sempiternam, quid habeat delectationis & gaudij, cui dabimus nosse, nisi cui datum est & esse? Verbum
B ergo patris tanto magis intime & syncere & simpliciter seipsum nouit, & vniuersa per seipsum, quāto meliore vtitur priuilegio essentialis vnitas, quàm vnio personalis. Hæc ad hoc replicamus, ad discernendas scilicet vnius Iesu Christi virtutes, pro gemina in Christo natura, id est verbi essentialiter ex patre nati, & spiritus ex patre creati: maxime propter illos qui de vnitate personæ æqualitatem vel magis vnitatē inducunt & virtutis & scientiæ. Qui tamen cum omnia dicant animam habere per gratiam, quæ habet verbum per naturam: ipsi videntur quasdam distantias & gradus (vt sic dicam) inducere per distinctionem nominum istorum, id est naturam & gratiam. Quantum illi denegant, cui hoc ipsum non dant per naturam habere vel nosse? Nam etsi anima Iesu verbo vnita excellēter & per gratiam illuminata sit, nunquid & illud habere dicetur ex gratia, vt naturaliter & essentialiter & simpliciter lumen sit, & illuminans sit? Aut quonam modo erit
Ecclī.1.a naturæ q̄ gratiæ notitia præstantior, si non expresior? At illud adducunt quod legitur, & verisime legitur, quia omnis sapientia à domino deo est, & cū illo fuit semper, & est ante æuum. Si omnis sapientia à deo, & cum illo est, & ante æuū: ergo quomodo multæ sapientiæ sunt cum illa quæ à deo est, & illi coæterna est, quia cum illo ante æuum est? Non multæ nec variæ & diuersæ sapiētiæ, sed vna sola & inuariabilis est. Quæstio hæc nō iam circa vnam domini Iesu solam restringitur animam, sed se dilatat ad omnes quæ alicuius sunt par-
C ticipes sapiētiæ: vt similiter quæri possit, an omnes vnam habeant cū verbo dei sapientiam, imò an omnes aliam non habeant quàm ipsum dei verbū sapientiam. Quod si ita est, vna iā & indiuisa erit omniū sapiētia. Et qua ratione dicitur omnis, si nō nisi vna est? Quid si ideo numerosę dicitur, nō quia in se numerabilis sit, sed propter numerositatem habentium eam? Nam & vna dicitur fides, propter vnam rem creditam, cū tamen cuique sit sua. Quare ergo vna res non dicatur numerosę, cum multæ singulariter dicantur? Denique & multæ scientiæ & multæ voluntates eiusdem personæ dicuntur, & eodem tēpore, propter multitudinē rerum quas vel scit vel vult etiam simul. Ad res ergo scitas respicientes, nō ad ipsius mentis vim, qua quisque scit omne quod scit, & vnius multas, & multorum dicimus vnā scientiam. Cum itaque dicitur, Omnis sapientia à domino deo est, nihil officit ad astruēdam vnitatem sapientiæ: quia hoc non ad ipsam, sed ad illa quæ sciūtur per ipsam, refertur quod dicitur omnis. Neque enim quia multa sunt quæ illuminātur vt videri possint, aut multi videri possint, ideo multiplex lumen est quod & visa illuminat, & videntibus lucet. Quid ergo? Dicemus vnā & eandem esse scientiam animæ Iesu cum verbo, imò omnium rationalium spirituum, & inter se & cum dei verbo vnā esse sapientiam, quia dei verbum? Iam ergo de sola anima Iesu non erit hæc disceptatio: & nullus iam erit nobis exitus ad tuendam superius positā diuersitatem sciētię inter verbum & animam Iesu. Et quomodo patebit exitus, cū hoc modo omnium vna conuincatur sapientia, quia vnum lumen quod illuminat D
omnes? An forte quia diuerso modo illuminatio fit, etiam diuersæ inter se illuminationes sunt, & ab eo per quod fiunt lumine differūt: ita etiā in animis rationalibus & diuinitus illuminatis, & lumen quo illuminantur, & ipsa illuminatio quæ per lumen fit, ab inuicem discernentur? Nam illuminatio quidem fit in illuminato, & ex tempore fit: lumen autem ipsum non fit, sed est, & ex ęterno est. Hoc modo in vna mēte quis neget multas scientias esse, in qua intelligit multas comprehensiones esse, quanuis vna sit mentis vis quæ comprehēdit & videt: & vnum lumen illuminans, vt comprehendere & videre queat? Hæc ergo distinguenda sunt diligenter, lumen, & illuminatio quæ per lumen fit in animo intelligētis. Nam hoc ipsum intelligere, & illuminari & scire est. Quis itaque non videat, quanuis nisi subtilissime non discernatur propter nonnullam similitudinem, quis (inquam) non videat differre inter se lumen per quod illuminatio fit, & illuminationem quę per lumen fit in quouis illuminato? Alterū enim creatum est, alterum creans: alterum illuminatum, alterum illuminans. Nec potest essentialiter esse eadem sapientia quæ fit per gratiam, cum illa quæ per naturam existit: illa quæ fit in tempore, cum illa quę nata est ab æternitate. Si hoc distinxisti in dilecto ô sponsa, & ab his quæ iuxta statum humanæ substantiæ in illo sunt virtutes, ad verbi pertransisti diuitias, E
tunc iure & excellenter dicere potes: *Paululum cum pertransis-* *Cant.3.b*
sem illos, inueni quem diligit anima mea.) Sed quomodo aptabimus illud quod ponitur scilicet paululum? Inæstimabiliter prærogat omni creaturæ diuina maiestas, & quasi vicina & familiaris fit, dicis: Cum pertransissem illos paululum, inueni quem diligit anima mea. Denique chaos magnum firmatum est inter nostram & ipsius naturam. Quale quæris chaos? vti-
que inanitatis nostræ. Omnes gentes (ait propheta) quasi non *Esa.40.a*
sint, sic sunt corā eo, & quasi nihil & inane reputatæ sunt ei. Iure inanis reputatur nostra substantia, in cuius assumptione exinaniisse se dicitur illa plenitudo. Quę ergo poterit adsignari conuenientia & vicinitas inanis cum solido, nihil cum immenso? Qua ergo ratione dicit: Paululum cum pertransissem illos, inueni quem diligit anima mea? An forte pennigera est charitas, & præpeti volatu ardentis desiderij interiacens hoc (de quo loquimur) præteruolat vacuū? Vtique sic adsentior. Nā amare iam tenere est. & iam adsimilari & vniri est. Quidni, cum deus charitas sit? Sed aliam hic ego paro rationē. Post rationalis contemplationem naturæ surſum ascendenti primo se statim gradu diuina offert & occurrit natura, nulliúsque alterius prælantioris naturę interponitur distinctio. Nō enim inter imaginem & veritatem medium adsignari quid F
potest superius vno, inferius altero. Quod enim veritas non est, quomodo proximius accedit ad eā, quàm vt ipsius simulacrum & character sit? In quo ergo attenditur in rationali spiritu ea quæ ad diuinam est naturam imago? Primo quidē loco, quia est veritatis & iustitiæ capax. Secundo, si capiat illās, & fiat verus & iustus per gratiā, quod Deus est per naturam. Tria hic mihi distincta sunt, id est capacē esse boni summi, ipsum habere, & esse ipsum. Imago attenditur in primo, similitudo in secundo, veritas in tertio. Primum commune est omnium intellectualium spirituum: secūdum electorum tantùm: tertium solius increati spiritus. In primo prope accedimus, in secundo proxime, tertium ipse est. Prope accedimus per aptitudinem, proxime per coaptationem. Prope per naturæ primæua, proxime per virtutis priuilegia. Prope, quia capaces: proxime, quia capientes. Quonam enim modo non de vicino accedit immortalitas ad immutabilitatem, incorporalitas ad simpliciratem, illo calitas ad immensitatem, ratio ad veritatem, virtus ad bonitatem? Et vt expressius loquar, quid esse vicinius & similius potest quàm sapientia sapientiæ? iustitia iustitiæ? quàm illuminata illuminanti? iustificanti iustificata? quid similius alij, quàm causatiuum causæ, formati formę? Nam in formato fere nihil aliud attenditur quàm forma. Denique & quod dulce est, super omnia simile videtur dulcedini: & quod lucidum est, luci. Itaque proximum nō iniuste videtur, quod illi tanta æmulatione componitur: proximū, quia nihil interponitur. Nam & si finitum nostrū incomparabiliter excedit dies immēsitatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G infinitas imaginis,tamen ad veritatem nonnulla dignoſcitur
Canti.3.b eſſe affinitas. Iure ergo dicit: *Paululum cum pertranſiſſem illos, inuenì quem diligit anima mea.*) O quàm felix,quàm lætus prouentus tam longi circuitus. Beati gradus illi per quos in talem cuaditur terminum. Quæſiuit in lectulo, circuiuit ciuitatem, interrogauit cuſtodes. Primo loco quærit per ſe & penes ſe. Secundo extra ſe,ſed per ſe. Tertio verò nec per ſe, nec penes ſe. Et hoc loco quanto humilius quęrit,tanto quidem efficacius: quantóque à ſui confidentia longius receſſit, tanto reperit citius. Inueni,inquit,inueni illum,qui me prior quaſi ouem errantem,& quaſi drachmam perditam quęſiuit & inuenit,& miſericordia eius præuenit me. Me,inquã,prior inuenit perditam,præuenit nihil meritam. Inuenit errantem, præuenit deſperantem,inuenit differentẽ,præuenit diffidentem: inuenit,qualis eſſem mihi indicans: præuenit ad ſua me reuocãs: vagam inuenit in erroribus, vacuam gratiæ præuenit muneribus. Inuenit vt non ego ipſum, ſed ipſe me eligeret,præuenit vt prior diligeret. Sic ergo electa & dilecta, quęſita & acquiſita,inuẽta & præuenta,quomodo non ſecundũ vires conatu, & ſupra vires affectu illum & diligam & quæram? Quæram,quæram, donec voti compos vocem lætitiæ proferam: *Inuenì quem diligit anima mea.*) Ego inuentionem hic & veritatis & gratiæ non refero initium,ſed augmẽtum.
Pergens enim & proficiens anima de virtute in virtutem, de
H veritate in veritatem,dum vbique nouis informatur myſteriis,& infunditur gaudiis per ſingulos profectuum gradus, dicere poteſt: Inueni quem diligit anima mea, verbum patris Chriſtum Ieſum,qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo IX.

Canti.3.b TENVI *illum,nec dimittam*) Ego huius capituli ſenſum ad futuram volui tantùm felicitatem referre, quando ſponſus dilectæ manifeſtam præſentiæ ſuæ exhibebit plenitudinem, vt nihil ſit quod interrumpat perpetuitatem. Nam & quod præmittitur, Cum pertranſiſſem illos, non incongrue
1. Cor.15.c ad id referꝛ: Cum euacuauerit omnem principatum & poteſtatem, vt ſit deus omnia in omnibus. Ante illud enim tempus quis ex ſententia dicere poteſt: Non dimittam illum? Sed hunc arctat & euertit intellectum, & ad præſens facit referꝛi, illud quod ſequitur: *Donec introducam illum in domum matris meæ.*) Sed iam vigilanter ſingula conſideremus. Primò conſidera quàm ſint lætitiæ plena hæc verba: Inueni (inquit) tenui, nec dimittam. Magnus ille patriarcha Abraham legitur vidiſſe dominum, non inueniſſe. Apparuit enim ei vltro
Gene.18.a ſtanti in oſtio tabernaculi ad meridiem. Denique egreſſus de tabernaculo obuius, ſedulus ſub ilice exhibuit officium: in tabernaculum verò introducere non meruit, nedum in cu-
I biculum. Vidit & Moyſes apparentem ſibi in Oreb domi-
Exod.31. num, ſed tenere non meruit, qui nec permiſſus eſt propius
33.d accedere. Vidit Iacob dominum, ſed vidit in ſomnis, & de
Gene. 28.c longe ſcalæ innixum. Nam etſi apprehendit angelum, non tamen retinuit: ſed quadam luctæ violẽtia benedictionis extorſit gratiam, amiſit præſentiam, & idcirco dicere non potuit: Non dimittam illum. Inuenit illum Maria Magdalene,
Ioan.20.d ſed prohibita eſt non dico tenere, ſed etiam tangere, quia penes monumentum vitam quæſiuit. Suſcepit diu expectatum & inſperatò inuentum ſenex ille Simeon in vlnas ſuas,
Luc.2.d & gratulationis lætus erupit in canticum, ſe vocis huius vſum ſibi non præſumpſit: Non dimittam illum. Denique ſic ait: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuũ in pace. Vtique in pace dimittitur ſolutus & ſequeſtratus à carne, vt nõ amplius concupiſcat aduerſus ſpiritum, & illi repugnet. Ille ad noui amplexum pueri, ſeneſcentis depoſuit hominis vetuſtatem, & in tranquilliorem ſtatum à corporis corruptibilis pœna & carnis pugna dimitti ſe vel poſtulat, vel exultat. Sponſa verò dilectum à ſe non dimittẽdum preſumit. Et quanto præcellentis eſt gratiæ non dimittere quod ames, quàm euadere quod horreas? Omnes hi etſi in carne vel carnis ſpecie viderint: quoſdam vel viſionis vel apprehẽſionis gradus diſtinguunt humanis in mentibus. Quod nulli eorum indultum legimus, iſta vſurpat, cuius tentauimus euentilare ſermones. Inueni,tenui,nec dimittam. Inueni per aſpirationem: tenui memoriæ retractatione: non dimittam continuatione iugi. *Tenui illum:*) & tu cum inueneris Chri-K ſtum, cum inueneris ſapiẽtiam, cum inueneris iuſtitiam, ſanctitatẽ, redemptionẽ (hęc omnia enim nobis factus eſt Chriſtus) cũ iſta inueneris, tene affectu, tene ſtudio. Quod intelligentia inueneris, diligentia tene, & retine (vt ſic dicam) tenitentes virtutes, & lubricas ſpecies arctiori tibi aſtringe amplexu, donec vice verſa vltro tibi inhæreant, & amplexentur te gratis, & ſiue ſtudij tui labore te teneant, nec ſinãt vel lõgius abſcedere, vel diutius abeſſe. Et ſi quãdo declines ad officia humanę neceſſitatis, ibi te inſectẽtur & reuocent, & arripiant ad ſe, vt ſi non poſſint aſſiduè ſtudium, ſemper habeant obligatũ affectum. Nam nõnulla mihi videtur diſtinctio, an tu teneas Chriſtum dei virtutem & ſapientiam, an
Prou.4.a tenearis ab ipſo. Ama (inquit) ſapientiam, & amplexabitur
Pſal.72.a te. Denique & de quibuſdam dicitur quòd tenuit eos ſuperbia. Quid eſt *tenuit*, niſi irretiuit & applicauit, & inolitę cõſuetudinis indiſſolubili obligauit vinculo? Hoc enim eſt quod ſequitur: Operti ſunt iniquitate & impietate ſua, vt nõ facilè euoluere & explicare ab illa ſe poſſint. Et vt amplius dicã, quaſi cute quadã, ſic aliqui praua operti & inuoluti ſunt conſuetudine vitiorum, vt illam dediſcere & deſueſcere, non tam expoliari ſit, quàm excoriari. In cuius rei indicium for-
Leui.1.b te inſtitutio legis continet hoſtiæ pellem abſtrahi. Nam è re-
Exod.28.c gione quòd ſtricta ſacerdos indui iubetur linea, veritatis te vult illius quæ de terra orta eſt, habitu arctius aſtringi, vt per L ſe caſtimoniæ & puritatis & innocẽtiæ tibi virtus inhæreat, & agglutinetur tibi: ſed & omnia ſacerdotis indumenta, vel catenulis, vel balteis, vel vittis aſtricta & colligata ſibi vult eſſe lex: & cum indueris dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, Rom.13.d Coloſ.3.b cum te indueris viſcera miſericordiæ, benignitatem, charitatem, & reliquas quas apud apoſtolum legis virtutes, cũ Chriſti te fide memoriter veſtieris, & contemplandę veritatis inuiſceraueris affectum, omnia tibi coaptentur & cohæreant, & cõſtricta ſint, nihílque circa te vagari & fluctuare poſſit, & tentationis vel diſſolutionis vẽto follicarẽ, qui ſe tali virtutis veſtierit habitu, vt ei in naturam verſa videantur, non
Pſal.72.d ego hunc tam tenere quàm teneri dixerim. Tenuiſti (inquit) manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me. Tenuiſti ne pergerem in defectum, deduxiſti in multiplicem profectum. In voluntate tua deduxiſti me, id eſt in voluntate quæ à te eſt, & quæ ſecundum te eſt. In voluntate quæ magis trahens quàm tracta eſt. Nàm & bonam volũtatem cum multo labore nõnunquam attrahere nitimur, & magis proſequimur quaſi fugientem, quàm ſequimur ducentem. Sic enim legitur: Concupiui deſiderare. Bona talis voluntas, ſed
Pſal.118.e nondum placens. Iuſta, ſed nondum iucunda. In voluntate tua deduxiſti me. In illa quæ blando conſtat boni ipſius gu-
M ſtu. Nec tam (vt ſic dicam) pigra nititur ratione, quàm pia
Canti.3.b boni ipſius oblectatione. *Tenui nec dimittam illum, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.*) Multo planior videretur ſenſus, ſi ita dixiſſet: Non dimittam illum cum introduxero in domum matris meæ, illius ſcilicet quæ ſurſum eſt Hieruſalem cœleſtis, quæ eſt mater omnium noſtrũ. Nam ante illud tẽpus omnia hic incerta ſunt, & inter ſpem & metum fluctuant, & pẽdulo nituntur gradu. Et quæ erit certitudo de gratia, dũ mutabilis eſt natura?
Pſal.29.b Denique & ille ait: Ego dixi in abũdantia mea, nõ mouebor in æternũ. Auertiſti faciẽ tuam à me, & factus ſum cõturbatus. An non tibi ſimilia dixiſſe videntur pſalmiſta & ſponſa? Quid enim aliud eſt, nõ mouebor in æternũ, quàm quod hic ponitur: *Non dimittam illum?* Sed ibi quidem manifeſta præſumptio, quia vicina vltio. Auertiſti (inquit) faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Cum ſit in hac carne facilis caſus, & frequens impulſus, citus lapſus & certus labor, quomodo nõ videbuntur præſumptionis & nimis prõptulæ deuotionis eſſe hæc ſpõſæ verba: *Non dimittam illum?* Quis enim hic in eodem ſtatu permanere poterit, præſertim illo ſubtiliſsimæ contemplationis, qui vix attingi poteſt tenuiſsimo mentis ictu? Forte ergo verba hæc non ſecuritatem, ſed ſollicitudinem ſonant. Nec enim ſecuritas eſſe poteſt donec introduxerit dilectũ in domũ matris ſuæ, & in cubiculũ genitricis ſuæ. Nõ erit tũc retinendi ſollicitudo, quia erit certitudo manẽdi, in illo felicitatis ſtatu abſque ſtudij noſtri vſu, & diſciplinæ

A diſciplinæ cuſtodia vltro nobis affluent, imò intrinſecus de quodam inexhauſto animæ ventre flumina fluent aquæ viuæ & indefeſſæ delectationis. Nulla tunc erit neceſſitas in al-
Gen.26.d tum fodere, nullus labor vel purgare puteos quos Philiſtæi repleuerunt, vel propugnare ne repleant. Hic ille labor exigitur; non inde excluditur. Quod ergo dicit, *Non dimittam illum*, ſtudium polliceri videtur & diligentiam, vt ſemper ſollicita ſit quoaduſque plene poſſit eſſe ſecura: ne ſibi elabatur de reliquo dilectus ſuus dominus Ieſus, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo X.

QVAE infirmitatis exempla ſunt, aptauimus ſponſæ præ-
Greg.1.b terito ſermone: hodierno, quæ ſunt virtutis aptemus de ſcripturis ſacris. De Anna legitur cum intente profuſo exoraret affectu, quòd non ſunt vultus eius amplius in diuerſa mutari. Vultus, animi interpres eſt: & ab intimo affectu habitum trahit. Ideo ab eius conſtantia, interioris quæ in anima eſt perſeuerantiæ ducitur argumentum. Non ſunt vultus eius in diuerſa mutati, quia nihil imminutum eſt deſiderij ſemel concepti. Et quid aliud ſonat quod dicit: Non dimittam illum, niſi
B non mutabo in diuerſa vultum, & intuitum mentis aliò non
Chryſoſt.5.d diuertam ab ipſo? Sed & Apoſtolus ſimile quid hortatur. Sine
Hiero.5.d intermiſſione orate. Et item: Gratias agentes ſemper, illud
Thal.5.4.b quoque, Gaudete in domino ſemper: Continua & non interrupta hæc vult eſſe Apoſtolus, orationem, gratiarum actionem, & gaudium in domino. Sed quis iſta ipſo mentis habi-
Rom.8.b tu, & affectu animi indefeſſo explere ſuffiçiat, niſi cui dicere permiſſum eſt: Quis nos ſeparabit à contemplatione Chriſti? Apoſtolus dicit: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? A contemplatione enim dicere non poterat. Nam aliquando à contemplatione ſegregari Chriſti illum compellebat charitas. Si-
1.Cor.5.c ue (inquit) mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis: Charitas enim Chriſti vrget nos. Charitas ergo quadam diſpenſatione contemplationi ſe ſubducit, cuius tamen proprius eſt & familiaris in ipſa vſus. Omnia quæ agit charitas, quandam habent indefeſſæ orationis & gratulationis vicem & efficaciam. Sed tunc iſta profuſius & excellentius exequitur, cum ſingulariter in iſtis exercetur. Abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa orabit pro te ad dominum. Eleemoſynæ vocabulo non incongruè cenſentur vniuerſa quæ indigentibus miſericorditer impenduntur: non modò iſte corporeus cibus & indumentum, ſed etiam doctrina, exhortatio, correctio, conſolatio, & vniuerſa quæ ad animæ commoda ſpectare videntur. Opera ſunt hæc charitatis, & orationis
C vim obtinent, cum ſolius dei fiunt intuitu, ſed non ſunt hæc ſpecialia & propria ipſius. Quid enim tam proprium quàm dilecto ſoli intendere, & libere in amoris ſe exercere negocio? Ab hoc ſpiritualis iucunditatis exceſſu & ebrietate ſobrium
Luc.10.g fieri, & propter fraternas neceſſitates ab alienatione mentis temperare, quid niſi vultum in diuerſa mutare eſt? Denique & Martha ſollicita erat & turbata circa plurima. Illa circa multa turbatio, videtur quædam vultus in diuerſa mutatio. Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea. Optima pars contemplationis & dilectionis eſt vſus. Nam etſi illa ſunt opera charitatis quæ exhibebat Martha: ibi tamen ſeruit charitas neceſſitati, non charitas ſibi. In ſubleuandis alienis neceſſitatibus bonum opus, ſed moleſta cauſa. Bona enim miſericordia: ſed moleſta miſeria. Bona curatio: ſed circa quẽ verſatur, non bonus languor. Bonus etiam huiuſmodi compaſſionis affectus: ſed non bona compaſſionis occaſionem miniſtrans alterius paſſio. Fraternis in neceſſitatibus charitas intuetur cui condoleat, quo moueatur ad miſerationem, quid amouere nitatur. At cum dilecti contemplantur virtutes, totum placet, totum delectat, totum allicit: nihil ibi videt quod horreat, ſed cui dulciter adhæreat. Hic proprius a noris vſus eſt, hoc eius officium, vt totus ſit in amando. Sic eſt planè cum vna & indiuidua iucunditas omnia conuoluit & complectitur, officium, finem, & cauſam. Officium amor eſt: cauſa viſio: finis vtrunque. Neque vllus eſſe poteſt beatior finis, quàm ipſa viſio & dilectio dei. Omnia ad hunc finem ſanctorum vota ſuſpirant. Finis iſte ipſe ſibi finis eſt, ſeipſo contentus, in melius aliquid expectationem porrigere non va-
D lens. Hoc eſt illud vnum quod neceſſarium dicitur, quod à Maria non tollitur, in quo pſalmiſta gratulatur: Mihi (inquit) *Pſal.72.* adhærere deo bonum eſt. Hic eſt ille mentis exceſſus, qui vſ- *2. Cor.12.* que ad tertium cœlum Paulum rapuerat. Hæc ebrietas temu- *1.Reg.1.* lento ſimilem Annæ vultum expreſſerat. Hoc muſto made- *Act.2.* bant Apoſtoli, cum illos vehemens replerat ſpiritus, & illius, *Marc.14.* quod nouum pollicitus eſt Ieſus, vini virtutem primo ſenſere. Hoc vino infuſus Noë ſpiritualis paſſus eſt ſoporis exceſ- *Gene.9.* ſum, & carnis curam poſthabuit, totus factus in ſpiritu, poſteriora contemnens, quem anteriora tenebant ex integro. Felix ſi inſtar Annæ huius vini nunquam digeſſiſſet virtutem. Illa enim foris caſtigato corpore, mentis eſt paſſa temulentiam, & ſanctam quam poſtea non euacuaret ebrietatem. Nam hoc ſibi vult quòd non vlterius vultus eius ſint in diuerſa mutati. Talem ſibi apprehenſæ iugitatem præſentiæ ſponſa polliceri videtur cum dicit: *Non dimittam illum.* (Quid enim præclarum, *Canti.3.b* quid ſpirituale, quid ſponſa dignum diceretur, ſi ad fidem, ſi ad iuſtitiam, ſi ad humilitatem, ad continentiam, ad beneficentiam, & ad reliquas, quæ Chriſtus eſſe dicitur, virtutes id referret quod ait, Non dimittam illum? Nam nec his vacua credenda eſt etiam cum dilectum quæſiuit. Denique & com- E munes huiuſmodi virtutes, & ita habentibus commodæ, vt caruiſſe nefas credatur. Eximium ergo & ſingulare quippiam hæc indicat inuentio, per quam dilectum & comprehenſum applaudit, & non dimittendum præſumit. Forte primitiæ aliquæ ſunt futuræ contemplationis & glorię, propter quod adiungit: Donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, in illam cœleſtem Hieruſalem quæ mater eſt omnium noſtrum, cuius muros ſalus occupat, & portas laudatio, cuius in pacẽ poſiti ſunt fines. In illum locum lucis & lætitiæ, laborioſæ vitæ huius introduci non poſſunt virtutes: quæ ſi ingrediuntur per meritum, tamen excluduntur per vſum. Cœleſtem ergo aliquam affectionem & ſupermundanum ſaporem in dilecto experta, non iactando, ſed gratulando dicit: *Non dimittam illum, donec introducam in domum matris meæ.*) Sed nunquid non iam aſcendit ad patrem? Nunquid iam præcurſor introiuit pro nobis? Et quomodo tu introduces quò ipſe prior aſcendit? Tu magis indiges vt ipſe te ducat, cui dicitur: Deduc me in via mãdatorum tuorum. *Pſal.118.e* Vado (inquit) parare vobis locum: & cum parauero, iterum *Ioan.14.d* venio, & adſumam vos ad meipſum. Quomodo ergo introduces illum quò iam ipſe aſcendit? Aſcendit quidem per ſe, ſed adhuc in te foris exiſtit. In te introducitur, quò per ſe prior aſcendit. Quidni? In te naſcitur, in te formatur, & in te non introducitur? Filioli, quos iterũ parturio, donec formetur Chri- *Gala.4.d* ſtus in vobis. In nobis ergo Chriſtus & parturitur & perficitur, nec ſemel, ſed ſæpius & iterata crebrò parturitione. Neq; F poſſumus omnes Chriſti ſimul virtutes adaptare nobis, equidem ne vnam quamlibet ad plenum. Idcirco ſemper inſiſtendum eſt, quia non niſi ſenſim fit in nobis ſpiritualis parturitio Chriſti. Qui ergo in membris ſuis in ſponſa ſua naſcitur, cur non introducitur? Non enim vel parturitio hæc vel introductio ad Chriſti poteſt referri perſonam, ſed ad virtutes & gratiam. Ideo frequens eſt ſicut parturitio, ſic introductio. Nam & conſedere dicimur in cœleſtibus cum Chriſto. Sed *Ephe.2.b* ſicut vna eſt vera & æterna ſeſſio in cœlis, ſic & introductio. perambulauit Abraham terram promiſſionis antequam poſ- *Gene.12.* ſideret. Felix omnino cui datur beatas illas perambulare re- *& 17.d* giones, & viſentis inſtar volucri calcare veſtigio locum omnem quem accepturus eſt in poſſeſſionem. Cui licet ſtare non permittitur, aſcendere tamen datur in montem domini: & quanuis per vmbram adhuc curſim, tamen perluſtrare cuncta, & ſe tali viſu refouere. Quæ autem vera eſt & plena introductio, hic innui videtur cum dicitur: *Donec introducam illum in domum matris meæ.*) Felix omnino quæ adeo alligare potuit verbum dei, & amplius adglutinare ſibi, & in exilio collaterare, quouſque copulari in cubiculo detur. *Non dimittam illum, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.*) Quod tunc fiet quando corpore & mente plene portabit imaginem cœleſtis, vt domus intelligentiam ad corpus, cubiculi verò ad mẽtem reducas. Aut ſi magis placet, in domo poſſeſſionem accipe ſecuram, in cubiculo ſecretam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccls.12. G in domo sempiternam, in cubiculo internam. In domo (vt dicit Ecclesiastes) æternitatis, & in cubiculo charitatis. In cubiculo vbi clauso ostio non iam ores patrem, sed de cętero adores in spiritu & veritate. In domum non dicit patris, sed matris, & in cubiculum genitricis. Nouit illa mensuram suam, & ideo spem suam extendit ad illam æternitatem, veritatem, charitatem, quã adsecuta est ecclesia primitiuorum in cœlis. Nam
1.Tim.6.e quantum ad ea quæ Dei sunt spectat, solus habet immortalitatem, & ipse lucem habitat inaccessibilem, & supereminet scientiæ plenitudo charitatis Christi: qui nos impleat in omnem plenitudinem in seipso, qui est benedictus deus, & regnat in omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XI.

DELICATA est species amoris affectio, & renui occasione læditur lætitia spiritualis. Amor occupationum externarum impatiens est, suis satis habens inseruire negociis, ocio gaudet, quiete fouetur, ad internam delectationem libera habere tempora volens. An non hoc ipsum tibi videtur sponsa innuere, dilectum suum ad cubiculi secretum trahens? Nouit illa dilectum suum non posse foris secure possideri, nec integre quidem. Et quàm durum est amanti animum dimidiare cum Christo & mundo? Quàm durum est (inquam) in
Psal.76.a dilectionis iura peregrinas admittere curas, & cœleste secretum sęcularibus infestare turbellis? Memor fui, inquit, dei, &
H delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Si delectario memoriæ dei negocio se exercet, & exhaurit spiritum prophetiæ, quomodo plura poterit & peregrina cum isto complecti negocia? Iure ergo sponsa cum dilecto cubiculum petit, vt libero illi intendat studio, & ex animi sui arbitrio perfruatur, & quieto pectore penitus amplexetur. Apparet illam spiritu charitatis duci, & ex sponsæ affectu, locutam, opportunitatem exercendi quæ sic quærit amoris. Et quomodo nos si quid vel tenuiter attingimus de Christo, de sapientia, de suauitate, de contemplationis gustu, non contenti gratia, nec mensuram contemplantes nostram, statim erumpere conamur, & cubiculo fastidito festinamus
Psal.4.b egredi à requie, & ab illa requie? In pace (inquit) in idipsum
Luc.10.g dormiam & requiescam. Maria ad domini pedes sedens idipsum tenebat: turbatur Martha circa plurima. In multis turbatio, porro vnum est necessarium, imò & iucundum. Denique quàm bonum & quam iucundum, habitare amantes in vnum. Alioquin non est habitatio in vnum, nisi in amore qui
Psal.67.a inhabitare facit vnius moris in domo. Quid est vnius moris, nisi fœdere conformes amoris? Amor humanum animum deo
1.Ioan.3.d conciliat & vnit. Similes (inquit) ei erimus cum apparuerit. Quidni similes? Commendat seipsum mundis reuelatam mẽtibus maiestatis diuinæ inæstimabilis pulchritudo, & intuentis in se affectum rapit, & quadam ratione sibi facit similem,
I dum aliud cogitare non sinit. Odore trahimur, transformamur autem visione. Bonus ergo contemplationis vsus, qui vnius moris efficit & conformat humanam mentem, & summam maiestatem. Bona hæc mansio, vitra quam nec vota nos
Psal.131.c trahunt, nec citra tenere nos debent. Quis det mihi vt hæc sit requies mea in seculum seculi? Felix qui ex corde potest di-
Luc.10.g cere: Hic habitabo, quoniam elegi eam. Maria optimam par-
1.Cor.13.b tem elegit, quæ non auferetur ab ea. Scientiæ destruentur, euacuabuntur prophetiæ, linguæ cessabunt, sola contemplatio non excidet in futuro. Ideo hanc tibi partem elige in præsenti, quæ non auferetur vnquam, vt dicat anima tua: Pars
Thre.3.c mea dominus, propterea contemplabor eum. Propheta dicit:
Ibidem. propterea expectabo eum. Recte quidem. Expectat enim boni plenitudinem, cuius portionem iam tenet. Qui contemplationis bono hic fruitur, amplius quidem expectare potest in hoc genere, sed aliud quid non debet. Bona hæc, bona sunt reposita in annos multos, imò in annos cunctos. Ideo felix anima quæ bono hoc frueris, epulare, comede: quia pars hæc non repetetur à te, sed refundetur & reformabitur vberius. Hæc requies tua in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam, hic inhabita, vt cum illo inhabites, qui sedet super Cherubin, super scientiæ plenitudinem, qui lucem habitat inaccessibilem. Et ideo in speculationis luce sit locus tuus. Hic matris tuæ Ecclesiæ proprius & domesticus locus, hæc eius domus: cætera quæ exercet temporalis necessitatis offi-
cia, istum ad finem respiciunt. Actionis officia transeunt: per- K
manent contemplationis, Bonum est hic tibi esse, hic tibi tabernaculum fac. Non tibi vnum, & dilecto tuo vnum, sed tibi & ipsi vnum. In hoc cubiculum dilectum tuum introduc, ingredere in requiem tuam, vt requiescas à laboribus tuis, sicut & à suis deus. Septima requieuit ab opere institutionis. Septima requieuit à labore restitutionis. In illa postquam mundum condidit: in ista quando se in monumento recondidit. In illa postquam fundauit mundana: in illa postquam reformauit humana. Si quæsisti, si inuenisti, si tenuisti dilectum tuum: tene quem tenes, tene, inhære, imprimere illi, vt eius in te vene
lur expressa reformetur imago, huic fias conformis sigillo. E- 1.Cor.6.d
ris autem si adhæseris. Qui enim adhæret Deo, vnus est spiritus. Forte sicut duræ materiæ difficulter in te primò fit eius impressio, & si laboriosa impressio, sed dulcis adhæsio. Laboriosa est reformationis tuæ sexta, sed dulcia sabbata quietis sequuntur. Consepelire ergo cum Christo per hunc sab- Apo.14.c
batismum in mortem. Beati enim mortui qui in domino mo-
riuntur, amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Spiritus hoc dicit. Collatæ vtique quietis exhibitione, & effectu gratiæ, quomodo & ipse testimonium reddit spiritui nostro. Spiritus hoc dicit, quia spiritus hoc efficit. Ipse se dicit, quia ipse se donat. Amodo iam dicit spiritus, vt requie-
scant à laboribus suis. A laboribus (inquit) non ab operibus, L
Opera enim illorum sequuntur illos. Opera sequuntur spiri- Ibidem.
tum, sicut calor ignem, vmbra corpus, lux solem, effectus causam. Qui sabbatizat in spiritu, non habet opus sectari opera: opera enim sequuntur illum. Opera illorum. Quæ sunt opera illorum? Quæ sunt opera quiescentium, opera mortuorum in Christo, consepultorum cum Christo, opera sabbatizantium? Festiua sunt, feriata sunt, ocium, valent opera ista festiua ingredi in hanc requiem, in hunc sabbatismum. Sed vide quòd non relinquitur sabbatismus nisi consepultis cum Christo, nõ relinquitur nisi post sextam diem. Post sextam diem, in qua aut vetus homo crucifigitur, aut nouus perficitur. Nam propter illum dicitur, vt qui mortui sunt in Christo, requiescant a laboribus suis, & propter istum quòd nouo condito homine Gene.2.b
die sexta, septima requieuit ab operibus suis deus. Et tu quoque sabbatum tibi compara, redime tempus, & liberas ab exteriori occupatione horas vendica tibi. Sed vide ne hostes derideant sabbata tua, ne illis seruiant ocia tua, ne illis vaces, Psal.45.b
qui vacare deo debueras. Vacate (inquit) & videte quoniam Eccli.38.d
ego sum deus. Bonum est ocium, sed sapientiam scribe in tempore ocij tui. Scribe illam super latitudinem cordis tui. Latum enim cor, quod curæ non arctant. Imprime in intimo cordis M
tui literas quæ non deleantur, & exara in tabulis spiritualibus Psal.4.b
signa sapientiæ, vt dicere possis: Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. Lætare, & diem festum age cum dilecto, & epulare (sicut scriptum est) Esa.58.d
in introitu gloriæ huiusmodi. Sabbatum, iuxta quod dicit Prou.21.d
Esaias, delicatum est & sanctum domini glorioſum. Delicatũ 1.Tim.6.b
(inquit) & sanctum. In desideriis est omnis ociosus, sed non sunt omnia sancta desideria, qualia eorum qui volunt diuites fieri, & per hoc incidunt in desideria multa inutilia & nociua. Vides quomodo Apostolus multitudinem desideriorum in vitio ponit? Quid si & immunda fuerint? Nam & multi qui agere non possunt, in occulto cogitant quæ turpe est & dicere, tenui se in hoc solantes remedio. Ad horum distinctionem non contentus dicere sabbatum delicatum, adiecit, & sanctũ, & domini glorioſum, vt non sint in confusione gloriæ tuæ. Si vacas sabbatum habes: si vacas & vides, & contemplaris delectationes domini, iam sabbatum tuum delicatum est & sanctum, & sabbatum domini glorioſum: sabbatum ex sabbato, id est vacatio de vacatione. Prima vacatio est, & bona, si mũdo non vacas. Secunda quidem est melior, si tibiipsi & vaces, & cogites quomodo placeas deo. Tertia est & optima, si etiam tui oblitus, soli Deo vaces, & cogites quæ domini sunt, quomodo tibi placeat ipse. Non sit desidiosum sabbatum tuum, operare in sabbato tuo opera Dei. Opus enim dei est vt credas in eum, fide videns, videmus enim nũc per speculum: ideo vaca vt videas. Delicatum plane opus est visio, & visio dei. Nõ est tibi necessitas de reliquo dimicare pro fide, sed tantum deliciari in ea. Erepta est iam de contradictionibus persequentis
populi,

A populi, & peruertentis hæretici. Constitue eam in caput cogitationum tuarum, vt cogites cogitationes fideles antiquas. Amen.

Sermo XII.

NESCIVNT cogitationes antiquas habere, qui nouitates verborum exquirunt, qui noua excudunt dogmata, qui iuuenilia desideria non declinant, qui nihil habent grauitatis, nihil auctoritatis, nihil antiquitatis plenum: non est ibi amen, vbi est aut disceptatio aut deceptio cogitationum: vbi aut infidelitas est, aut fluctuat fides ipsa. Ingredere in tutos recessus fidei, introduc dilectum in cubiculum matris tuæ, vt quicquid de Christo sapis, quicquid sentis, intra ecclesiæ constringas regulas, ad eius castiges censuram: huiusmodi
Ioan.14.d opera operare in sabbato tuo. Alioquin si vacas, & talibus non vacas studiis, facilè in vacuo animo cogitationes vanæ
Ioan.14.d & venenata erumpent consilia. Denique sicut habes, agrum hominis pigri vrticæ & spinæ obsident, & euangelia tibi dicunt quia duo erunt in lecto, vnus adsumetur, & alter relinquetur. Quasi lectus, quidam est ociosa vita & quieta in ecclesia gremio degentium eorum qui nullo suut ecclesiastici
B sollicitudine distenti, sed libero vtuntur ocio sub alieno regimine. Non tamẽ hoc ocio omnes ritè & iure debito fruuntur, sed libertatem quam obtinent temporis, dant in occasionem torporis. Bonus enim lectus si quis eo legitimè vtatur, & opportunitatem exterioris quietis in voluptatem conuertat visionis internæ. Hi sunt qui assumentur ab hoc ecclesiæ cubiculo ad illud cœleste, vt vbi Christus est, & ibi sint cum ipso. Denique vbi fuerit corpus, illic congregabũtur & aquilæ. Esto tu quasi aquila, & acutis vtere luminibus: spirituali
Psal.36.d assuesce contẽplationi: commane in petris, & in præruptis cõmorare silicibus, imò in singularis illius petræ quæ Christus est, cauernas ingredere. Intra, iuxta Esaiæ verbum, in cubicula tua, claude ostia tua, & absconde modicum ad momentum donec pertranseat indignatio. Magis verò absconde in æternum, vt delectatio maneat. Intra in cubiculum pacis, in potentias domini: quia pax in virtute eius. Memorare iustiCor.4.b tiæ eius solius, vt in te sibi obuient pax & iustitia. Memorare iustitiæ eius solius, quia quid habes quod non accepisti? Iustitiæ eius solius. Bona iustitia quam aduersus titillantia vitia tibi pugna quadam defendis. Felicior vbi non dimicas pro iustitia, sed magis delectaris in ea: vbi non conflictation is studes, sed delectationi: non seris cum vitiis iurgium, sed commercium cum virtute contrahis. Istam possidens, non impugnas illa: vbi posteriorum oblitus, non cogitas quæ hominis,
C sed quæ domini: & memoraris iustitiæ eius solius, cum iustiIoan.14.c tia & pax in te osculatæ se fuerint. Regnũ enim dei iustitia, &
Psal.71.a pax, & gaudium. Si regnum, quare non & domus & cubiculũ? In pace enim factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Ingredere in cubiculum pacis huius quidem exterioris, sed
Psal.4.b magis illius interioris, in habitationẽ speculationis, quia Sion speculatio interpretatur. In pace (inquit) in idipsum dormiam
Cant.3.b & requiescam. Idipsum ad speculationem refert, quia hæc est pars optima, quæ non auferetur. Denique & sponsa obdormiuit cum dilecto in cubiculo matris suæ, & quendam passa est soporatæ mentis excessum in amplexu sponsi. Ideo sequitur: *Aduiuro vos filiæ*, &c. Et tu ergo si sponsum apprehendisti, tene, nec dimittas donec introducas in domum & in cubiculum matris tuæ. Quid ego nunc persuadeo ad quod te ipsa experientia perceptæ dulcedinis multo magis inuitat & allicit: Si quis enim feriato animo furtim & quasi raptu præliare potuit liberæ meditationis festiua gaudia, nescio si quid vnquam libentius agat vt quàm huic totum & ex integro se studio tradat & expediat. Denique trahebant sponsam prima cabant cubiculum, quò dilectum introducturam se læta gratulatur. Non dimittam illum donec introducam. An non tibi
Psal.131.a videtur quasi dicere his verbis illud de Psalmo: Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum domino? Omnia dimitto, ne dimittam illum. Omnia detrimentum facio, vt Christum lucrifaciam, propter supereminentem lætitiam præsentiæ eius. Si dormie- D
rint duo, fouebuntur mutuo: vnus quomodo calefiet? Eccle- Eccls.4.c
siastes hoc dicit. Bonum foueri & inflammari in amplexu verbi. Ignitum enim eloquium domini vehementer, & spiritualibus æstuare desideriis: ideo nõ dabo somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec introducam illũ in cubiculum matris meę. Tunc quiescam, & suauis erit somnus meus. Quasi dormiuit Ioannes recumbens in pectore Iesu, vbi reconditi sunt omnes thesauri sapientię & scientię dei. Ibi veræ quietis locus, intelligentiæ serenum, sanctuarium pietatis, delectationis cubiculum. Hic dormi, vt videas quod ipse vidit, verbum in principio, verbum apud deum & verbum deum, & intelligas in Christo cum patre existendi coeternitatem, personalem diuersitatem, & vnitatem cõsubstantialem. Quid tibi videtur similius somno? Huc se non possunt humani iactare intuitus, irrumpere ratio. Denique nõ videbit hæc homo & viuet. Bonum est ergo te obdormire, & humanorũ sensuum & affectuum obliuione sopiri, vt huiusmodi somnia somniare possis. Hoc apostolorum cubiculũ est, qui nos genuerunt in Christo. Quasi mater est Paulus, cũ dicit: Filioli Gala.4.c
mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Philip.3.d
Matrẽ habes, vis habere cubiculum? Nostra, inquit, conuersatio in cœlis est. Vis somnũ? Mẽte, inquit, excedimus deo. Huc 2.Cor.5.c
ergo transi cũ dilecto, hic mane, hæc meditare, in his esto: aut E
si istõ pertingere non potes, temperantius age: si nõ potes recumbere in pectore Iesu, vbi indefessæ pateus sapientiæ, requiesce inter scapulas, vbi patientiæ eius exempla & mysteria contempleris. Inter humeros eius, quia principatus factus est Esa.9.b
super humerum eius. Et de Beniamin dictum est, quòd amantissimus domini inter humeros requiescet. Requieuit quidem Deut.33.b
& obdormiuit Iesus in cruce, & tu cum ipso in passionis eius fide & memoria dormias, vel potius inter istas sortes discurre inter pectus & humeros, inter fidei mysteria, & manifestationem veritatis. In altero fac tibi domum, in altero cubiculum. Amantissimus domini Beniamin quasi in thalamo morabitur tota die, & inter humeros requiescet. Vides quomodo inter humeros thalamum collocat? Quid ergo erit in pectore? Vtrobique planè cõtemplationis pulchræ locus, & inter humeros, & inter vbera. Sed vberior gratia in pectore, vbi amoris locus. cogitationũ sedes, amplexus occasio, & cernendi copia vultus. Bene ergo in pectore Iesu thalamus, imò & thesaurus. Ibi enim & deliciæ sponsi, & diuitiæ verbi: quia in illo absconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei. In hos ingredere thesauros, absconde te in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum, & nemo te exsuscitet neque euigilare faciat donec ipsa velis. Denique & hoc habet ea quę subsequitur adiuratio sponsi Christi Iesu, qui viuit & regnat F
in secula seculorum. Amen.

Sermo XIII.

ADHVC capituli huius nos discussio tenet. *Tenui, nec dimittam illum.*] Itáne adhibenda est diligentia & studium Cant.3.d
vt dilectus tuus apprehensus retineatur? Si sponsus est, & amanti respondet ex æquo, quomodo non vltro cohæret tibi, astringitur gratis? Denique hoc habet impatiens zelus amantium, vt etiam expulsus importune se ingerat, & pudorem dediscat æmulatio dura. Nunc autem dicis: Non dimittam illum, quasi declinare volentem si non instantius retineatur. Quomodo si amat, aut declinare volet, aut auelli se sinet? An forte suspicionib⁹ amatoriis moueris, & superuacuo quodam metu amittendi, pro multo affectu retinendi? Nõ est tamen superuacuus timor, vbi exitus in ancipiti pẽdet. Non est superuacuus inter pericula metus. Sed domestica tibi magis metuenda est leuitas. Nam deus ille, & nõ mutatur. Innata tibi leuitas vicina est lapsui, & instabili quodã vagę mentis motu facilime abriperis, si non firmè adhæseris. Sed nos iam ad primitiuam verba hęc referamus ecclesiam. Eius enim esse videntur, fidei & charitatis iura aduersus persecutionum iniurias prophetica quadam præsumptione sibi defendentis. Vide etenim quàm multi conati sunt spirituale hoc Christi & ecclesiæ vel diuellere vel adulterare connubium. Cõtemplare adhuc initia latentis ecclesiæ, quando velut noua nupta in pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gmos Christi properabat amplexus. Quid furoris, quid fraudis illis Iesu bone sustinuit diebus? Oportebat quidem hæreses esse, oportebat & persecutiones esse, vt tanto adhæreret dilecto tenacius, quanto ab eius vel fide vel cõfessione vehementius se abrumpi videbat. Quis nos (inquit vnus pro vniuersa ecclesia) separabit à charitate Christi? Denique non est in illis vel fidei corrupta veritas, vel confessionis obturata libertas. Propter Sion (inquit) non tacebo & propter Hierusalem nõ quiescam. Cæsis in synagoga discipulis denuntiatum est vt tacerent. Sed illi propter Sion non tacẽt, & propter Hierusalem illam carnalem non quiescunt. Verè carnalis synagoga, quæ viuificantem in se extinxit spiritum, & ecclesiæ extorquere conatur. Non probabit Christum habere in notitia: ideo tradita est in reprobum sensum. Reprobauit enim lapidem probatum, lapidem electum, tenuit legem, sed Christum nescIuit: tulit clauem scientiæ, nec ipsa introiuit, nec alios intrare permisit. Quis nobis claudit, quibus Christus aperuit? Super humerum eius clauis domus Dauid, quæ aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Aperuit gentibus, & clausit Iudeis. Cæcitas enim in Israel contigit ex parte, vt gentium plenitudo intraret. Cæca est Iudea, & in literæ velamine ostium inuenire nescit. Synagoga prædicat, velamen reprobat, veritatem non rectè vel offerens, vel diuidens. Rectè enim diuideret, si literæ obseruationem ab eius interpretatione distingueret, si aliud tempus illius antiquitati, aliud huius nouitati daret. Tempus enim suendi, & tempus scindendi. Similiter enim & illa præcepta sunt, & ista prædicta sunt. Sed in illis figura, ista sub figuris. Ecclesia iam ista diuidit & scindit quæ fuerant consuta: etsi nouit literam aliquando secundum carnem, sed iam non nouit synagoga, quem inuolutum quasi tenuit, reuelatum dimittit. Ecclesia dicit: *Tenui nec dimittam*, Synagoga reprobat, imò & exprobrat: sed ecclesia non veretur à voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis. Denique seruus ille nequam dicit in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & ideo percutit pueros domini, quia iam eius nouerunt & nunciant aduentum: sed illi propter Sion non tacent, propter Hierusalem non quiescunt. Corpus possunt percutere, non possunt ab animo Christum excutere. Flagellis firmius ligata est in corde eorum affectio Christi. In synagogis flagellati sunt, in custodias traditi, ad cathedras tracti: sed gaudent in his omnibus, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. *Tenui, nec dimittam illum.* Tenuit, quia non timuit dum turbaretur omnis terra, & maiores mundi huius potestates transferrentur aduersus illam in cor amaritudinis. Adglutinata est sponso funiculo qui rumpi non poterat: funiculo charitatis, qui nescit excindi, quia illã nunquã excidit: fiducialiter egit, quia charitate adhæsit. Qui enim adhæret deo, vnus est spiritus: vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Ideo liberè egit, & spei suæ confessionem tenuit indeclinabilem. Et tunc quidem fatuitatis res fides videbatur, & confusione digna confessio. Quid confusionem nomino? Extremi res erat periculi. Non tamen timere poterant eos qui occidunt corpus. Spiritus enim vitæ ante faciem illorum Christus dominus. Ideo & à carne auelli se facilius passi sunt, qui ab eius charitate nihil sibi de se retinuit, vt illum teneret. Ideo dicit: *Tenui, nec dimittam illum.* Planè inter tot peruertentes & persequentes tenuit strenuè, & dum adhuc tenera erat nostræ fidei ætas. Donec introducam illum in domum matris meæ. Iam introducta est fides nostra in tutum. Non est qui palàm impugnet illam, sed qui fuerãt persequentes, facti sunt obsequentes: & qui peruertentes, facti sunt dirigentes. Iam introducta est de campo in domum, de pelago in portum. Iam in fauorem versus est persequentium furor principum, & versutæ hæreticorum cauillationes, catholicæ fidei syncera veritate redargutæ siluerunt. Iam erepta est fides nostra ereptus est Christus de contradictionibus populi. Iam constitutus est in caput gentium, nec positus est nunc in signum cui contradicatur. Post tot desudata martyrum pro fide Christi certamina, postquam tot fregit persecutorum violentias, & hæreticorum refellit versutias, postquam non est amplius in cruce Christi scãdalum, sed gaudium, & facti sumus mundo huic non theatrum contumeliæ, sed triumphus gratiæ, post tot enauigata pericula, nónne tibi videtur quasi de campo quodam pugnæ & laboris in pacis & quietis introduxisse cubiculum suum ecclesia Christi? Vides ergo in initiis ecclesiæ nascentis necessariam diligentiã, ne dilectus tandiu desideratus, & tandem apprehensus posset extorqueri. Quid ergo nunc decætero fiet quando in tutum introductus est, & quasi in thalamum per fidem? Dabitur de reliquo desidiæ locus, & diligentiæ vale dicemus? Periclitabitur in tranquillo, qui in tempestate nõ potuit? An non periclitatur qui moritur? Sine operibus mortua est fides. Commendat apostolus fidem, sed illam quæ per dilectionem operatur. Vbi dilectionis opus est, vel dilectio operis, ibi vita est fidei. Quid si est in credulitate veritas, in confessione libertas, & non ibi per dilectionẽ vita? Funiculus iste triplex non est, & facilè rumpitur. Denique imaginaria libertas est, quæ de radice non oritur charitatis, nec tam nititur confessio talis libertate sua, quam aliena licentia vtitur. Precaria est, non propria: ex principum fauore pendet, non procedit de calore fidei. Fides feruore charitatis animatur ad vitam. Pigra planè vbi discrimen impendet, si non confessionis sibi vendicet libertatẽ beneficio dilectionis. Alioquin à mortuo, quasi qui non sit, perit confessio. Est ergo sine charitate & fides mortua, & confessio vana. Apostolus dicit Christum habitare per fidem in cordibts nostris. Nunquid per mortuam? Si intus est veritas, & foris vita, diuisus est Christus: nõdum ex integro introduxisti dilectum tuum, vbi diuidus est foris. Quid si nec dilectum? Quomodo enim dilectus, si fidei non fuerit sociata charitas? Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, sed sibi non moritur: vide ne tibi, aut magis tu ne illi moriaris. alioquin quæ poterit esse mortui, vel cum mortuo delectatio? quanam ergo ratione dilectus esse dicetur, vbi dilectio non est? Si habitat Christus in corde tuo per fidem, sed foris est per dilectionem, vereor, imò verum est, quia vel dimidius in te est, vel mortuus. Viuo (inquit Paulus) iam non ego, viuit verò in me Christus. Potes & tu tibi vocis huius vsum assumere, si tamen cum eodem dicere potes: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Sed est in aliis hæc vita laboriosa, in aliis libera, & in spiritualibus quibusdam deliciis agens. Quod si in carnis iura totus transisti, & principibus tenebrarum in cordis tui recessus facilis & familiaris aditus patet, & immundis amatoribus animam tuam prostituisti, quæ erit ibi conuentio Christi ad Belial? quæ sortietas luci ad tenebras? Si verò vitiis & incentori vitiorum indixisti pro Christi charitate conflictum: iam quidem dilectum tenes, sed nondum tibi res est in tuto. Turbaris adhuc, & thalami tranquillitate non frueris. Fides in portu est, sed prauæ consuetudinis impetus, & tentationum vel emergentium vel frequentium cumulus adhuc tibi frangendus, aut certè fugiendus est. Tene constanter inter discrimina ne te effugiat, donec introducas dilectum in domum matris tuæ, & in cubiculum genitricis tuæ. Tene cum labore, ne minus cauto & parum curioso citius elabatur. Fide tenes, professione tenes: tene moribus, tene conuersatione, nec dimittas. Non est decætero nunc pro fidei veritate conflictus, sed spiritualis huius certaminis æstus aduersus mores bonos & vitam honestam totus incanduit. Instant his diebus nouissimis tempora periculosa, quando sunt homines seipsos amãtes, cupidi, elati, inuentores, imò & incentores malorum. In exortu fidei Christianæ persecutio nominis huius grandis erupit, hodie pestilentia morum fœda satis & lenta nimis exhalat. Corrumpunt enim mores bonos exempla mala. Trahe nos bone Iesu in odorem vnguentorum tuorum, ne pestilens aura de vicino erumpens, salem sapientiæ in nobis infatuet. Sermo vester (Paulus inquit) semper in gratia sale conditus sit. Nunquid solus sermo, & non potius visus, auditus, incessus, omnis denique exterior gestus sale condiri debet? Placete (inquit) omnibus pet omnia, sicut & ego. Quod si infatuati sunt ecclesiæ principes, plebes in quo salientur? Et nos fratres qui religionis professores sumus, sal esse terræ debemus. Si ergo & in nobis sal euanuerit, in quo saletur? Factus est sacerdos sicut populus, vt licentius populus sicut sacerdos fiat. Mundo se monachi studio conformant, & qui in mundo sunt, errorem suum nostrorum satis versute & nimis

A & nimis verè tuentur exemplo. Mutuis ad vitia sese aut informant aut fouent exemplis, pastores, populi, seculares, & religiosi, promptuaria plena sunt huiusmodi, eructãtia ex hoc in illud aut turpis aut repidæ conuersationis spiritum pestilẽtem. Heu quàm auido cordis ore prauum hunc attrahimus spiritum, & corrumpentem haurimus auram! Pestilentia hæc passim influit per fenestras nostras. Iesu bone quando erit, si tamen aliquãdo erit, sicut fides integra, sic & incorrupti mores? Quando continget vt sicut cũ veritate pax, sic nõ sit pugna pro virtute? Quando integrum te, & ex arbitrio in contẽplationis & quietis cubiculo cõplectemur? Pauci sunt in ecclesia qui in hunc statum peruenerunt, sed tamen pro parte profitentur: *Tenui, nec dimittam illum, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Non est tota talis ecclesiæ facies, sed tamen multa talis, vt dicere possit: Tenui nec dimittam illum, donec introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Fides profusior est contracta negocia charitatis. Nunquid in vniuersitate credentium hanc aduertere est distinctionem, non etiam in singulis nobis? Quis enim erit cui sicut veræ & indubitatæ fidei, sic etiam affectuum piorum integritas constet? Magnus planè si quis est, qui sicut nunquam titubat in fide, ita passionibus animi nullis turbetur. Planè talem ego dixerim cubiculi secreta ingressum. Bonum cubiculum cordis tranquillitas. Cum aliis laborat sapientia, sed cum humili & tranquillo quiescit spiritus domini, & in pace locus eius. Sed hic quiescat interim sermo noster, magis verò sensus noster in hoc vtinam requiescat secreto cubiculi, vt quod experientia docuerit, expressius refundat sermone sequenti, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XIIII.

ADIVRO VOS *filiæ, &c.* Patet illam obdormisse, pro qua talis est facta adiuratio. Quidni dormiat cum dilecto ingressa matris cubiculum, deliciarum recessus? Dormit cum patitur mentis excessum de accessu dilecti. *Adiuro*, inquit, *vos, ne suscitetis dilectam.* Beata planè, quæ dilectum hunc & tenere permittitur, & dimittere non compellitur. Tene quod tenes, tene & attrecta morosè & diligenter verbum vitæ, reuolue volumen vitæ, volumen quod reuoluit Iesus, imò quod est Iesus. Inuolue te illi, inuolue te illa qua inuolutus est ipse sindone: quia amictus est lumine sicut vestimento. Induere dilectum tuum dominum nostrum Iesum Christum. Excide tibi memoriale diligenter in petra, monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Christus enim petra. Semper noua reperiri possunt in Christo. Ad noua potest penetrari. Multi sunt in illo recessus, thesauri sapientiæ innumerabiles. Non est vno contentus velleri: sæpius tonderi potest. Bona vellera sunt sensus mystici, sacrati affectus. Talibus abundat Iesus. Nudari, expoliari non potest. Lætabor, inquit, super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. His te vesti spoliis, inuolue velleribus, vt calefiant (sicut scriptum est) latera tua. Eloquium enim eius ignitum. In his quiesce, vt suauis sit somnus tuus, sicut Salomon ait. Denique & sponsus istum dilectæ suæ somnum tuetur & fouet, illam exsuscitari vetans. *Adiuro vos*, inquit, *per capreas, cerosque camporum.*) Noua planè adiuratio, nec plus habens admirationis in specie, quàm in virtute mysterij. Quærens quid in se sacramenti inuolutum contineant hæc animalia, quandam liberæ mentis alacritatem, & agilitatem spiritus, cursim se & saltatim) vt sic dicam) ad superiora ferentis, intelligo adumbrari in illis. An non & tibi velut capreæ & cerui videntur, qui licet in corpore commorantes, corporis tamen euacuatur, qui licet in corpore commorantes, corporis tamen euacuatur, qui licet in corpore commorantes, corporis tamen euacuat

Universidad de Deusto
Biblioteca

limus amplexu. Huiuscemodi ergo molestias quas vel peruersitas quærit, vel infirmitas parit, à dilecta sua sponsus auertit, filias Hierusalem ad spiritualem quandam alacritatem inuitans. Hoc enim sibi vult quòd per capreas & ceruos adiurat, vt spiritualium ad æmulationem prouocentur virorum, & ab infestatione importuna dilectæ quiescant. *Adiuro vos ne excuſcitetis dilectam donec ipſa velit.*) Vtile nobis est, vt dilecta
Cant.3.b euigilet: sed expectate donec ipsa velit. Eius expectetur arbitrium, ad cuius curam vestri spectat officium. Tunc volet, cum spiritus illam velle docuerit. Vnctio spiritus docebit illam. Adhærens enim dilecto, vnus cum illo effecta est spiri-
Esa.61.a tus. Ideo dicere potest: Spiritus domini super me, eo quòd vnxerit me, euangelizare misit me. Ergo euangelizabit vobis, cùm acceperit tempus à spiritu. Interim bibula hauriat quod refundat vberius. Contemplationis gratia compassionem nō euacuat sed informat, & mentis excessus temperantem reddit infirmis. Denique cùm dormit Adam, virilis costa in infirmiorem mollescit sexum, & propter socialem copulam de latere viri formata est mulier: imò in sociam mulierem Adam ipse conuertitur, & conformatione quadam transit in coniugem. Ideo dum euigilat, charitatis vocem
Gen.2.d primam emittit, in compari sua seipsum agnoscens: Hoc nunc os, inquit, de ossibus meis, & caro de carne mea. An non tibi Paulus videtur virilem dignitatem in humiliorem se-
H xum deflectere, cùm dicit se factum infirmis infirmum? Quasi spiritualis Adam Eua efficitur, dum subiectis compatitur apostolica firmitas, & sublimitas virtutis & scientiæ sobrietate quadam capacitati temperatur infirmorum. Etsi mente excedit deo, sobrius tamen sit aliis. Mentis excessus bonus est sopor: non superbiam inducens, sed sobrietatem docens. *Adiuro vos ne excuſcitetis dilectam donec ipſa velit*: etsi mente interim excedit deo, iterum tamen sobria fiet. Si modo dormit, euigilabit rursum, vt vina quæ reperit, cum temperamento quodam vobis refundat. Ipsa nouit quando diuidat prædam domesticis, & cibaria ancillis. Quomodo non miserebitur filiarum vteri sui, quæ nec ancillas præterit? Bonæ tamen filiæ ancillas se reputant, & naturalem nesciunt libertatem, dum veritatis spiritu liberatas se esse recensent. Verè enim liberæ sunt, quas liberat veritas: & ideo aliam libertatem ignorant, quæ per adoptionem liberatas se gaudent. Denique quanto magis est gratuita adoptio, tanto est abiectio deuotior. Eædem ergo ancillæ sunt, & filiæ: quia vbi maior est in adoptione dignatio, ibi iustior in subiectione deuotio. Ne suscitetis eam donec ipsa velit. Ipsa nouit quando diuidat prædam domesticis, & cibaria ancillis. Non est de ista
Thre.4.d metuendum quod legitur: Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Struthio pennæ speciem habet, caret tamen effectu volandi. Nescit per mentis excessum volare:
I propterea speciem non visitat suam, sed derelinquit in terra
Iob.39.b oua sua. Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, bestia conterat. Non nouit in contemplationis sopore assurgere struthio, ideo se compassionis affectu non induit. Ad commodum enim spectat filiarum, in mentis excessu dormitio matris, & totum de compendio est quòd spiritualis eius somnus
Canti.3.b protrahitur. Ideo dicit: *Adiuro vos ne ſuſcitetis dilectam donec ipſa velit.*) Bona adiuratio, per quam & matri parcitur, & profectus quæritur filiarum. Quanto enim liberius vacat & videt, tanto vberius adolescentulas reuisit. Quanto sublimius suspenditur, tanto condescendit humilius, condescendit vtilius. Quid vultis tempora dispensare, quæ sponsus posuit in voluntate dilectæ? *Ne excuſcitetis*, inquit, *illam, donec ipſa velit.*) Tunc volet cum ab oculis eius euolauerit visio dilecti. Lubrica est eius præsentia, & elabitur subitò. Ego (in-
Canti.7.d quit) dilecto, & ad me conuersio eius. Quid tam sanctum tēpatis commercium ante tempus diuellere? Beata collatio, sed breuis hora. Sufficiat illi breuitas sua, quid illam decurtare vultis? Nihil tam exiguo imminuendum est momento. Fruatur interim liberè hora fugaci. Excusitare eam vultis & auellere ad vos quam Christus exuscitat, & in se euigilare facit? Denique etsi dormit ipsa, sed cor eius vigilat in Christo. Petrus & qui cum ipso erant in monte, grauati sunt somno, & euigilantes viderunt maiestatem Iesu. Bene grauati somno, in quibus humanus reprimebatur sensus. Grauabatur & reprimebatur in ipsis quod erat ex ipsis, vt ad ea quæ mun-K
di sunt cæci & hebetes, tantùm ad cognoscenda quæ dei sunt, *Luc.9.d*
spiritu euigilarent exuscitati diuino. Euigilantes, inquit, viderunt maiestatem. Bene ergo vigilat, qui talia videt, qui vi- *Ioan.1*
det gloriam vnigeniti à patre, qui audit arcana verba quæ
non licet homini loqui. Non licet ei dici in quo filius dei nō- *Mat.17.b*
dum resurrexit. Videte, inquit, nemini visionem dixeritis,
donec filius hominis à mortuis resurgat. Non potest ei dici
visio, in quo nondum Christus resurrexit. Denique simile *Ioan.20.d*
dictum est Mariæ: Noli me tangere, nondum enim ascendi
ad patrem. Noli, licet ei dici, qui non est raptus in paradisum,
in locum deliciarum, in locum de quo Petrus dixit: Bonum
est nos hic esse. Bene exuscitatur qui in hunc cum Paulo ra-
pitur paradisum, qui ascendit cum Petro in montem, qui vel
vna cum Christo potest hora vigilare, quem non homo tan-
git, sed exuscitet & euigilauit faciat Christo: Et Petrum ipse
tetigit, ideo euigilauit & vidit maiestatem eius. Denique & *Canti.3.e*
hæc ipsa dilecta vide qualis exurgat de sponsi amplexu. *Quæ* *Ioan.8.d*
est ista, inquit, *quæ ascendit quasi virgula fumi*? Sed nos iam
hic ascendentem reuocemus sermonem, & capitulum hoc
alteri seruemus principio, imò illi qui de seipso dicit: Ego
principium, qui & loquor vobis. Qui vtinam nobis sit & ser-
monis principium, & cordis verbum, vt quæ locuturi su-
mus de ipso, prior ipse loquatur in nobis. Loquere domine,
loquere mihi, & loquere pro me. Increpa pro me filias, non L
Hierusalem, sed Babylonis: dic vt sedeat & taceat filia Chal-
dæorum. Deus bone quantæ sunt hodie filiæ Babylonis, quæ
nesciunt cantica Sion, propter quas organa nostra suspendi-
mus? Quanti sunt filij Edom, qui nos exinaniunt & exhau-
riunt lætitia spirituali? Compescis filias Hierusalem ab infe-
statione dilectæ. Vtinam mihi domine à filiabus parcas Ba-
bylonis. Dispar enim est, & satis molestior vexatio malignan-
tium, quàm amantium. Sed tamen nescio qua nostri tempo-
ris huius miseria ipsi amantes facti sunt malignantes. Quanta
malignatur hodie amicus in sancto? dixisse debui inimicus,
sed dixi quod magis dolet. Ipsi amici facti sunt inimici. Ami-
ci professione: inimici affectione. Specie amici, sed ami-
citiæ virtutem diffitentes. Amicus Absalon, quia filius: sed
quanta malignatus est sceleratus in sancto, filius in patre,
Absalon in Dauid? Absalon, pax patris dicitur. Bonum pla-
nè nomen, sed ipse nominis huius virtutem abnegabat. Affe-
ctauit regnum, incestauit cubile. Felix tamen Dauid, cui in-
ter tot filios non nisi vnus persecutor erupit. Quem mihi da-
bis hodie inter magistros, cui non nisi vnus Abialon insidie-
tur? An non quasi Absalones sunt quidam qui (sicut scri- *Mich.3.b*
ptum est) pacem prædicant, & mordent dentibus? Affectant
locum patris, fœdant cubile, dum prauis susurriis socios cor-
rumpunt: & subuerrunt corda innocentium, in quibus patris M
spiritus suauiter quiescebat. Imitatione Absalon est, qui ma-
gistri & locum sibi arrogat, & vitæ derogat: pacem prædicat,
& mordet dentibus. Malus est morsus derogatio, malus cibus *Iob.20.b*
de quo dicitur: Dulce est enim in ore eius malum, & abscon-
dit illud sub lingua sua. Absconditur donec euomat in tempo-
re virus collectum. Quanta malignatur amicus in sancto: De- *Psal.72.e*
nique quę nō videt, suspicatur. Posuerunt, inquit, signa sua si-
gna, & non cognouerūt. Ponunt quæ non inueniunt. Ponunt
quæ prauè postea exponunt. Signa, inquit, sua: seipsos enim
in signum ponūt, cum ex suæ prauitatis regula alios metiun-
tur. Signa, inquit, quasi dicat, tantùm signa, & non veritatem.
Signa non certitudinis, sed suspicionis. Et non cognouerunt. *Ibidem.*
Non enim cognitione, sed coniectura nituntur. Malignatur
inimicus in sancto. In quo sancto? In sancto sanctorum. In
sancto qui dicit: Qui vos, spernit me, spernit. Temerarium est *Rom.14.a*
(vt dicit apostolus) alienum seruum iudicare. Tu ergo quis
es qui dominum tuum iudices? Qui enim potestatem diiudi-
cat, ordinationem dei diiudicat. Denique cōqueritur & dicit: *Psal.4.a*
Tulerunt à me homines iudicium meum. Filij hominum, vt
quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Vanitatem
vtiq; diligitis prælationis, & ideo quæritis in prælatis vestris *Psal.61.c*
mendacium prauæ suspicionis. Vani enim filij hominū, men-
daces in stateris, mendaces in iudiciis. Et vtinam pro mini-
mo mihi sit ab humano die iudicari, dum æterni diei expecto *Psal.74.b*
iudicium. Cùm, inquit, accepero tempus, ego iustitias iudi-
cabo,

A cabo. Ipse iustus iudex tempus expectare se dicit, vt iustitias iudicet: & tu tibi ante tempus assumis iudicium? Pater omne iudicium dedit filio: & tu tibi quod non accepisti iudiciū assumis, & hoc in patrem? Vide ne forte in eum patrem à quo omnis paternitas in cœlis & in terris nominatur. Viperea generatio matrem suam comedit, & dente venenato doctoris vitam corrodit. Non sunt istæ filiæ Hierusalem, & filiæ pacis, sed Babylonis: quando increpabis illas, & dices: Filiæ Babylonis nolite flere super me, sed super vosipsas flete? Siquidem improperia eorum qui vices tuas gerunt, in te redundant, nec est murmur eorum contra nos, sed contra dominum. Parcite ergo à murmuratione quæ non prodest vobis, & aliis nocet. Tu domine, tu potius obstrue os loquentium iniqua, & ne claudas ora te canentium. Sed quid iam nunc querelis his vlterius immoror? Non id nunc gero propositi, vt nostra defleam, sed vt aliena cantem. Sufficiat paucis nostra deplorasse. Iam à lamentis reuertor ad cantica. Illo nobis animū præstante & os & ocium, qui cohibet inquietos à sponsæ somno Christus Iesus, vnà cum patre & spiritu sancto regnās per omnia secula, Amen.

Sermo XV.

B *Canti.3.b* QVÆ *est ista quæ ascendit per desertum quasi virgula fumi ex aromatibus?*] Videte fratres (sicut & videtis) quàm sit efficax ad incrementa gratiarū tranquillitas mentis: quales metat fructus de interna quiete Christi dilecta. Videte, inquam, qualis procedat de sponsi amplexu. Qualis ergo progreditur, à me ne quæsieritis, sponsi potius super hoc sodales consulite. Quid si & ipsis quasi noua & insolita de secreto dilecti sinu procedit? Noua plane. Nam ipsa nouitas admirationē inducit. Quæ est ista quæ ascendit? Attende profectum. In superioribus custodes interpellat, & de visione rogat dilecti. Hic ipsis custodibus admiranda prorumpit & no-
Apo.21.b ua sub specie. Quidni & noua procedat de complexu dilecti? Ipse est enim qui de se dicit: Ecce ego omnia noua facio. Etiā
psal.118.f quę noua sunt, ipse renouat. Puta caminus est: aurum admoue. Si purum est, purgatius redit, & rutilans metallum re-
C centem de fornace fulgorem educit. An non caminus Chri-
2.Cor.3.d stus? Ignitum, inquit psalmista, eloquium tuum vehementer. Hoc camino decocta nō potest nisi noua & velut altera prodire creatura in Christo. Denique & ipsius dum oraret, speries facta est altera: sed tibi altera cum oras eius fit species. Nā in se manens vnus, innouat omnia. Altera facta est corporalis domini species cum oraret, & voluit per hoc in mente tua orationis commendare virtutem, quòd illa si quæ te in intimis alterum faciat, & nouum commutet in hominem, & meditatio innouet. Nos, inquit apostolus, reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandē imaginem trāsformamur, hoc est, in eandem quam intuemur, transformamur. Fortè & sponsa de speculationis arcano eam quam intuebatur, sponsi imagi-
Canti.3.e nem vestita prodiit. Noua planè. Nam sodalium circa ipsam admiratio nouitatem protestatur: *Quæ est ista quæ ascendit?* ac si dicat, non est cum illa sicut heri & nudiustertius. Nō iam amplius circuit ciuitatem: non discurrit per vicos, per plateas, per vigiles. Non errabunda vagatur, sed itinere directo ascendit. Quæ est in hac ipsa hæc tam subita nouitas? Quæ est ista quæ ascendit, *& ascendit per desertum?* Desertum verè & aridum & sterile reputat seculum omne hoc per quod ascendit: & quanam ratione nobis factus deserti huius odor sicut odor agri pleni, & quasi ei benedixerit dominus? Quantos trahit ad se deserti huius odor & tenet ne possint euelli, odor iste,
Hier.2.b odor mortis ad mortem? Inanitas est quam putatis vbertatem. Denique terra sitis est, & imago mortis, sicut dicit Hieremias propheta: Terra, inquit, sitis. Cupiditates enim mundanas magis irritat, quàm satiat. Infructuosa est ista quam putas plenitudo: & si quid est fructus, id fluxum est & mutabilitate sua mortis præfert imaginem. Quomodo vbi mortis vides imaginem, odorem vitæ sentire te reputas? Odorem vitæ Christi spirat vbertas. Ipse enim est ager verè plenus, ager fertilis, ager cui benedixit deus pater. Alium præter istum agrum sponsa nescit, sed desertum reputat, & terram salsuginis. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* Bonum erit certè desertum, si non fuerit cor tuum insulcatum inimici vomere: si non fuerit eius irriguum stillicidiis, impinguatum rore: si non quæ superseminat zizania in te læta luxurient, imò renascantur quidem quasi fœcundo in solo. Sterile sit cor tuum ne tale vel germen proferat, vel semen suscipiat. Anima, in-
Esa.142.d quit, mea sicut terra sine aqua tibi. Bonum desertum talis anima, bonum etiam desertum caro integra, caro intacta, caro immundis non exarata concupiscētiis, caro carnalis voluptatis nesciens semina. Qui enim seminat in carne, de carne me-
Galat.6.b tet corruptionem. Bonum denique desertum aluus virginalis. Talis erat beatæ illius & specialis virginitatis vterus, quem nullius impudici motus, affectionis immundæ temerauit læsio. Caro ipsius sicut terra deserta, & inuia, & inaquosa, in qua Christus apparuit. Non tamen deserta penitus, quæ Christum parturiuit: irrigua est, sed fluentis virtutum. Ideo quasi puteus dicitur aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano, quòd virginalis munditiæ candor spirituales refundat gratias. Hortus conclusus venter eius, castimoniæ virginalis disciplina, eo quòd integritatis sepem carnalis desiderij non dissipauerit ardor: propterea in talibus irriguus aquis fructum dedit in tempore suo. Vis audire qualem hæc terra deserta dedit fructum? Osee te docet, qui dicit: Adducet do-
Osee 13. E minus ventum de deserto vrentem, & desiccabit venas mortis. Quis alius mortis desiccauit venas, nisi Christus Iesus, quē nobis intemerati ventris desertum refudit? Et bene ventus,
Thre.4.d quia spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Denique dictus est secundus Adam in spiritum viuificantem. Hu-
Esa.19.b ius flatu apostolicæ nubes volant, quas Esaias miratur. Quid mirum si ventus dicitur, quem & nubem legis? Ascendet (inquit) deus super nubem leuem. Nec hic leuem quasi vagam & instabilem accipias, sed leuitatis intelligentiam ad spiritualem aptitudinem trahe, quòd corpus incorruptibile nullam animæ grauitatem attulerit, nec depressit terrena commoratio sensum multa imò cuncta cogitantem. An non quasi venti facti sunt omnes qui spirituali leuitate à terrenis elapsi, conuersationem sibi in cœlo collocant? Sed ipse speciali ratione ventus, qui reliquorum ambulat super pennas ventorum, & spirituum omnium virtutes excedit. Iure ergo ventum eum vocat, nominat & ventum vtentem, quòd eius flatu peccati sint in nobis frigora resoluta, & captiuitas nostra conuersa tanquam torrens in austro. Huius se æstu exustos discipuli
Luc.24. senserunt, cum dicerent: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur? Et nescio si vspiam libentius spirat, quàm in castæ & illæsæ integritatis deserto & inuio. Hæc loca libenter perflat, & casti corporis animam charitatis feruore decoquit, & spiritualibus liquefactam desideriis tenues F resoluit in vapores, & veluti fumi virgulam exurgere facit. *Quæ est*, inquit, *ista quæ ascendit per desertum quasi virgula fumi?* Et bonum desertum caro castitatis exhausta & desiccata virtute, quæ nullam delectationis immundæ nebulam exhalet, nec ignem extinguat, sed nutriat, quem domini flatus succendit. Ignis hic aromaticam si inuenerit animam, succendit, & alteram commutat in speciem, & quasi virgula fumi exhalat in superiora. Quasi virgula, inquit, quòd per cogitationum disciplinam ab exteriori fit ad interiora constricta, & ab inferiori ad superiora directa: quasi virgula, quòd sese ad seipsam colligat, & supra se porrigat. Sed quid sibi vult, quòd illam fumi virgulæ comparat? An fortè per hoc innuere voluit, quòd non sit perpetua ac solida spiritualis huius suauitatis gratia, & mētis ascensus, sed facilè sicut fumus liquescat? Suauis est planè & omnino spiritualis vapor fumi, in quem se aromata concremata relaxant. Sed ego virgulæ isti teneræ & delicatæ turbines metuo, ne illam ventorum flabra diuerberent, ne circumferat procella curarum, & tentationis aura illam dissoluat, & cedat omni vento. Exempla nobis metum suadent. Multos enim videmus & dolemus tam insperatò cessisse, quàm subitò erupisse. Meditatione subtiles sunt, orationis impensi studio, pingues gratia, deuotione quadam dulci vberes, effusi in lachrymas: cum subito leuis impatientiæ occasio quælibet spirituales has contristat delicias & exhaurit. An non ergo quasi fumus tam facilè euanescens gloria? Iure quasi virgula fumi talis ascensio, quæ vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

G propria mutabilitate deficit, vel accidēti molestiæ cedit. Ego tamen non audeo super sponsæ persona fumum pro defectu interpretari, At si tu contentiosè resistis, eum tibi do defectū
Psal. 118.d accipere, quem tibi psalmus commendat: Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. Defecit in salutare tuum anima mea. Vtinam hoc domine defectu attenuentur oculi mei & deficiant. Vtinam hoc defectu deficiat anima mea, deficiat & liquefiat, & eloquio tuo calefacta, eloquio vehementer ignito, ab omni crasso intellectu, & in tenuiorem spiritualis habitudinis autam laxetur. Vtinam si quid fuerit in me torpulentæ intelligentiæ & hebetis desiderij, in subtilioris gratiæ vsum deficiat, & attenuatione quadam & acumine spirituali à crassitudine sua vertatur in virgulam fumi. In talem vtinam deficiat fumum animæ meæ virtus, & non deficiat sicut fumus,
Psa. 101. a ne dicat: Defecerunt sicut fumus dies mei. Aliud est omnino ita deficere sicut fumus, vt omnino non sis, Aliud ita deficere, vt sicut fumus attenuatus animo & spiritualis sis. Bene de-
Psal. 83. a fecerat psalmista, cum diceret: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Quoniam enim modo nō deficit, quem
Heb. 12. g Christus inflammat? Ignis ipse est, sicut scribitur, & ignis consumēs. Qui, inquit, approximat ad me, approximat ad ignem. Quis mihi dabit vt hunc possim ignem ligare in sinu meo, vt inflammet cor meum, renes commutet, & ad nihilum me redigat? Iure quasi virgula fumi ascendit, quæ de calore processit cubiculi, de verbi igniti cōplexu. Suaues tua flamma Christe vapores euomere solet, & odoris aromatici fumum produ-
Iob 41. b cit. Quasi virgula, inquit, fumi ex aromatibus. Et fumum
Apoc. 9. c lego qui de Leuiathan ore procedit. Et item fumum de puteo abyssi prodeunrem, sed non ibi virgulam, non aromata lego. Nihil ibi directum, nihil dulce, sed horrot summus, & ordo nullus. Fumus horroris est, qui de puteo procedit abyssi.
Sap. 2. a De hoc fumo impij dixisse leguntur: Fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum. Meis vtinam, Iesu bone, naribus fumus afflетur, quem tuus ignis agit: & de camino tuo sermo scintillæ ad commouendum, imò ad commutandum cor meum. Ignis tuus ignis consumens est: vitia si inuenit consumit, & confessionis fumum emittit. Sed non est iste fumus ex aromatibus. Qui tan-
Psa. 103. d git, inquit, montes, & fumigant. Bonus ignis qui tumores extenuat animorum, & attactu suo elationes terrenas per emissos pœnitentiæ fumos euanescere facit, Sed alterius odoris & gratiæ fumus est, quem aromata virtutum cremata refun-
Luc. 12. f dunt. Ignis iste, ignis quem dominus misit in terram, & voluit vehementer accendi, non tantùm vitia consumit, sed virtutes ipsas in suauioris gratiæ affectum commutat. Aromata cum integra sunt, olent suauiter: sed hoc igne liquefacta, aliū longè spirant odorem. Huius odoris fragrantiam sentien-
Canti. 3. c tes in sponsa sponsi sodales mirantur, & dicunt: *Quæ est ista* I *quæ ascendit per desertum quasi virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?*) Habes in myrrha continentiæ virtutem: in thure orationis studium: in puluere pigmentario inter virtutum copias cordis contriti humilitatem. Et bona myrrha, quæ carnalem petulantiam reprimit, & fluxos motus lasciuire non sinit, & carnem non esse carnalem compellere nititur. Sed continentiæ nostræ myrrha corpulenta videtur & minus castigata, & quasi vicina carni, nisi fuerit hoc igne cœlesti, hoc amoris diuini feruore liquefacta. Bona quidem continentiæ myrrha, quæ pergentem ad illicita cohibet appetitum: sed alterius est suauitatis & gratiæ, quando charitatis ardore liquescens, crassum omnem & carnalem nescit affectum. Quid verò thus? Nónne ipsum est odoris exigui dum integritas illi & corpulētia sua manet? Cum verò flammis subactum effluere cœperit, in odoriferos totum fumos expirat. Simili ratione nónne tibi videtur crassa & pigra oratio & corporea quadam tarditate ſegnis, igniti & intimi eloquij si non fuerit virtute succensa? Vtique in thure ego accipio orationis materiam, & in fumo gratiam. Dirigatur, inquit, oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Ne-
Psa. 140. b scit itinere directo ad deum ire oratio quæ succensa non fuerit. Oratio quæ frigido fuerit de corde expressa, subitò relabitur: nec potest esse petpetua, quę nō est prompta. Vim patitur, & non est sui iuris. Sed nec sui iuris est planè succensa oratio. Illa cōtra conatum reprimitur: ista supra conatum ripitur. Illa conatur & recidit, ista præter conatum ascendit. K
Illa violenter dirigitur, ista voluntate fertur. Illa vix exhibetur, ista nec cohibetur. Illa laboriosa, ista libera. Illa tristis, ista læta. Illa bona, sed ista optima. Denique est oratio temperatè media inter frigidam & feruidam: illam excedens, sed non accedens ad istam. Et (vt sic dicam) prima coacta est: secunda directa: tertia abrepta. Prima (vt sic dicam) sitiens, secunda sobria, tertia ebria est. Ista enim est quæ mente exce-
Canti. 3. d dit deo: ideo *ascendit quasi virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi*, inquit, *pulueris pigmentarij*. Myrrha in puluere pigmentario humiliratis expressit virtutem, quòd ea de magnis meritis nil magnum sentire nouerit, non altum sapere, sed humili æstimatione reliquarum attenuet merita virtutum, & earum soliditatem quasi ad quandam pulueris exiguitatem deducat. Et bene post orationis commenda-
Eccli. 35. d tionem sub figura pulueris pigmentarij de humilitate subiunxit. Oratio enim humiliantis se, nubes penetrat. imò sine humilitatis gratia oratio quantumlibet acuta, hebes tamen est, & tristem refundit odorem elatæ myrrha castitatis, neque fluxos carnalium bene restringit motus cogitationum continentiæ myrrha, quæ animum in superbiæ fumum lasciuire
Psal. 50. d permittit. Contritione multa pigmenta rediguntur in puluerem. Et bona contritio, quoniam cor contritum & humiliatum deus non despicit. Bona planè contritio, quæ nihil re- L
linquit indiscussum, nihil tumidum, nihil non humiliatum, nec in virtutibus ipsis iustitias ipsas diiudicat, & arguit non modò de peccato, sed & de iustitia & de iudicio. An nō quasi comminuitur quod redarguitur? An nō quasi humiliatur iu-
Psa. 118. k stitia quæ diiudicatur? In veritate (inquit) tua humiliasti me. Non omnium est hoc dicere. Infirmiores in vanitate sua humiliantur, perfectiores in veritate dei. Non potest vanitas veritatem diiudicare, sed veritas vanitatem, & veritas veritatem. Spiritus enim diiudicat omnia. Quod humano solidum & integrum videbatur iudicio, cum inuenerit spiritus veritatis, euacuat & comminuit illud. In spiritu enim vehementi conteruntur virtutū pigmenta in puluerem, & iustitia iudi-
Iob. 9. b catur. In turbine, inquit Iob, conteret me. In turbine spiritus sui, spiritus vehementis, in turbine spiritum meum arripientis. In hoc turbine conteret me, & multiplicabit, inquit, vulnera mea. Integra mihi videbatur, antequam veniret spiritus vehemens, iustitia mea: sed ipse diiudicat, ipse conterit, ipse vulnerat, & multipliciter confringit bonorum præsumptionem meritorum, fauciam & languidam humanam docet esse virtutem. Vtinam mihi hoc modo conteri obueniat, redigi in puluerem omnium bonorum affectuum, piarum meditationum. Vtinam Iesu bone, turbo spiritus tui talem animæ meæ puluerem afflet de plateis cœlestis Hierusalem, vt in M
hoc puluere calefiam, in puluere sedeam, in puluere dormia, sed puluere pigmentario. Beatus qui in hoc puluere morатur, cui suaues & spiritaliter puluereæ cogitationes vndique
Esa. 26. d labuntur. Expergiscimini (inquit) & laudate qui habitatis in puluere. Denique & sponsa de felici expergefacta somno, quasi virgula fumi exurgit ex aromatibus vniuersi pulueris pigmentarij. Vniuersi, inquit. Et veritas ipsa bonorum
Luc. 17. e vniuersitatem operum, ad quendam te docet puluerem & velut sterilitatem deducere. Cum omnia feceritis, inquit, dicite, serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus. Felix
1. Cor. 13. f qui tantum & talem sibi colligit puluerem, vt quæ iubentur, faciat omnia, & reputet quasi nulla: qui vniuersa bona quæ colligit, per humilitatem illa conterit. Paulus ad Corin-
1. Cor. 12. d thios operum suorum aromata multa enumerat: In itineribus, inquit, sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in mari, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in fallis fratribus. Quid deinceps? Quotidiana eius sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis, inquit, infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? An non quendam bonorum operum puluerem tibi collegisse videtur apostolus hæc & huiusmodi plura percurrens? Vis adhuc sublimiores aliquas virtutum eius species audire? Veni cum illo
2. Cor. 12. a ad visiones & reuelationes dei, ad raptum in paradisum, in tertium cœlum: ad beatā illam ignorantiam nescientis vtrum in corpore an extra corpus extasis illa facta fuerit, non iam

A puluis, sed fumus. Sed ne tamen fumo huic spiritualis contēplationis se iactantiæ fumus immisceat, audi quid sequitur: Ne magnitudo reuelationum extollat me; datus est mihi stimulus carnis meæ. Paulus stimulatur ne extollatur. Et quomodo qui hæc audis, refugis stimulari? Quomodo teipsum inter vbertatem donorum aut conteri desinis, aut conteri non sinis? Molestus stimulus, sed tamen vexatio præstat humilitatem profectui. Molestus stimulus carnis sed non charitatis. Et passio amara, & discussio seuera, vtraque virtutes humiliat. Sed omnia dulcius & efficacius prodeunt de camino quodam succensi amoris. Flamma hæc non modo virtutes humiliat, sed eriam immutat, & in nouam conuertit speciem, & de spiritualibus spiritualiores facit. Continentiæ myrrha, orationis thus, & in puluere pigmentario, omnium humilis conscientia virtutum: omnia magis serenum producunt vultum, & gratam speciem, cum de hac prodeunt officina. Bona enim contritio, sed concrematio melior. Suauis puluis pigmentarius, sed fumus excellit. Nescio enim quid magis suaue & spirituale magis in fumo quàm in puluere significatur. Ideo quodam igniti verbi beneficio inter sponsi flagrans amplexus, de puluere pigmentario in fumi tenuitatē liquescit: de humiliatorum puluere vittutum, in fumum
B gloriæ. Qualis est putas peruentio cum tam delicatus sit ascensus? Quò tendit quæ talis ascendit? Quantus deliciarum est locus in quem ascensiones istas disponit? Lectulus fortè
Canti. 3. a dilecti est. Nam ad illum præcipuè sponsa debet aspirare. Ita planè est. Ideo sequitur: *En lectulum Salomonis sexaginta ambiunt ex fortissimis Israel.* Et pulcher ordo, vt de lectulo ad lectulum veniat: de lectulo suo, de cubiculo matris suæ, ad sui lectulum Salomonis. Nec minus congrua varietas, quòd deliciis istis immiscet fortia, & lectulum suum Salomon tam munita custodia vallat. Sed verbi prouentis iam reducamus habenas, nouo capitulo nouum dedicaturi sermonem, præstante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo XVI.

QVAM delicata sponsa ascendit, quàm penè sine mole corporis, & quàm penitus sine corruptione carnis! Quænam erit corpuleutia vbi fumo confertur? Quæ cor-
Iudit. 10. a ruptela cum illam non caro fluxa, sed aromata cremata exhalent? Delicatè ascendit, & digna lectulo Salomonis. Iudith & Iotam & vnctam lego, vt regios vnguenti suauitate mul-
C ceret amplexus. Hæc verò iam vnguentis non vtitur in sponsi gratiam, sed liquefacta est odore ipso vnguenti: sed non omnes verbum hoc capiunt, non omnes his possunt deliciis perfrui. Si omnes fruerentur, omnes fraudarentur: & in hoc est & pulchra varietas, & pia charitas, quia alius est qui fruitur, alius qui tuetur. In hoc aliorum & tuta & læta sunt ocia, quòd aliorum sunt minuta custodia. Ideo lectulum Salomonis se-
Sap. 2. c *Galat. 5. c* *Isa. 53. b* xaginta ambiunt ex fortissimis Israël. Non vult Salomon noster lectuli sui turbari delicias, dulces attenuari affectus, ne attentati quidem: pacata diligit qui pacificus dicitur. Quis noster Salomon nisi Iesus Christus? Ipse est pax nostra, ipse qui fecit vtraque vnum. Ipse pacificauit sanguine suo non modò quæ in terris, sed quæ in cœlis sunt. Disciplina pacis nostræ super eum. Disciplinam debitæ nobis pœnæ sustinuit, vt nobis iustitiæ pacem refunderet. Ipse punitus, tu repropitiatus: & tu punitus, sed pœna tua pacem tibi parturire non potuit. Hostia immunda contaminatos mundare non poterat, non modò alios, sed ne seipsam quidem. Disciplina ergo super nos, sed non erat illa nobis ad pacem disciplina. Erat in nos mortalitatis & afflictionis lata sententia, sed non erat iniustitia reuocata, Tu quidem iudiciaria sententia ligatus, sed tuus non erat solutus reatus: & pœna erat, & pax non erat. O miseria & grauis disciplina super filios Adam: conteris & non protegis: punis & non purgas: consumis & non concilias: consumis, sed carnis substantiam, non culpam. Quid tibi & paci? Quando pacem conferes, cui est cum peccato com-
Iob. 8. mercium? Quando conferes gratiam, quæ non aufers culpam? Iustitia enim & pax osculatæ sunt. Disciplina pacis nostræ super eum, qui nobis attulit fructus pacatos iustitiæ. Di- D
ctus est ille solus Salomō nostet verus pacificus, quòd in diebus eius orta nobis sit iustitia, & abundantia pacis. Abundans verè pax, quæ non modò præterita sufficerit repropitiare delicta, sed omne etiam abundet in seculum. Abundat enim donec auferatur luna, donec auferatur labor mutabilitatis nostræ, labor mortalitatis nostræ, alternantium labor defectuū. Verè abundans pax, quæ non est data ad mensuram meriti. Non enim meritum inuenit, sed contulit. Quomodo non abundans pax, quæ & remisit offensam, & priorem cumulauit gratiam? Erat homini primo in paradiso pax, vt non posset inuitus abduci, sed non erat virtus per quam vellet reduci. Erat gratia vt posset non exire, sed non erat vt posset, cum veller, redire. Modo pax vberior in gratia Christi, quæ post iteratos excessus vltro offertur, & pœnitentes non repudiat, sed reuocat. Bene pax abundans, quæ nulla potest exhauriri iniuria, paratior ad veniam, quàm ad vindictam. Pax hæc à remissione peccatorum incipiens, vsque ad diuinæ participium abun-
1. Cor. 6. a dauit naturæ. Qui enim adhæret deo, vnus spiritus est. Vides quanta repropitiationis abundantia, vt nō iam pax cum deo, sed magis vnitas cum eo dici possit. O beatum confinium, vbi sublatus est inimicitiarum paries medius. Beatum quidē confinium, sed nondum tutum. Adhuc hostis noster hos tentat E
peruadere terminos, fines conuellere. Est nobis in Christo pax cum deo patre, sed nondum pax ab hoste cōmuni. Abundabit autem pax hæc donec destruatur nouissimus inimicus, mors. Interim etsi nō est pax ab ipso, profectò tamen est contra ipsum. Erit ipse pax nostra cum Assyrius venerit in terram nostram, & calcauerit in finibus nostris. Proximos sibi potest Assyrius fines infestare spirituales: interiores non potest: calcare potest, sed stare non potest in finibus nostris. Erit enim Christus pax cum calcauerit in finibus nostris Assyrius. Habemus confinium & confinium. Confinium cum deo, & confinium cum mundo. Confinium cum spiritu, & confiniū
Rom. 8. cum carne. Etsi quibusdam dictum est: Vos non estis in carne, sed in spiritu: confines tamen sunt carni, vel propter substantiæ naturam, vel propter carnis curam. Hostis ergo carne nostra quasi castro vtens, regiones spiritus de vicino infestat, & de contermino præsidio insidias machinatur. Sed erit iste, id est Christus, pax cum Assyrius calcauerit fines nostros. Ille Salomon noster, pacificus noster, qui præstat nobis pacem super pacem, pacem cum patre, pacem ab hoste: ipse ponet fines nostros pacem. O confinium & confinium, quan-
Psa. 147. a tum discrepatis abinuicem! quātis tu abundas gaudiis, & quātis vicinus es obnoxius scandalis! O finis & finis, tu quàm lætè teneris, & tu quàm laborioſe regeris! Vtrobique Christus limes est medius: istinc separans, illinc fœderans: istinc in- F
choans, illinc consummans. Sapientia enim attingit ab hoc
Sapien. 8. a fine fortiter vsque ad finem illum, disponens in illo fine cuncta suauiter. Finis ille lectulus est. Ideo de muliere forti dicitur: Procul & de vltimis finibus precium eius est. propter
Pro. 31. a quod ipse se impendit, quo se æstimat, quo eius expletur auiditas. Quid id aliud est, nisi sponsi amplexus & lectulus? Vltimus finis est, vltra quem se non potest auiditas extendere, nec facultas comprehendere sufficit. Finis est vbi ipse à te deficis, vbi exhauriris, vbi alius esse incipis, totus in Christo, & solus in te Chtistus. O vera pax, & plena pax, quando de regno dei tollentur scandala, quando non erit timor in finibus nostris, quando non erit finis & finis, sed vnus tantum finis, & supradictus finis. Finis deo fœderans & conformans tantùm. Finis lectuli gaudiis fruens, non gladiis agens. Nunc verò vt quieta sint quantulacunque lectuli gaudia, necessaria quidem est custodia fortis. Ideo *lectulum Salomonis sexaginta ambiunt ex fortissimis Israel.* Et in euangelio habes: Cum
Cant. 3. c fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ
Luc. 11. c possidet. Vberior hic commemoratur custodia, quia vberior est gratia lectuli quàm atrij: & sponsæ sollicitudo maior quàm possessionis, & ad portam paradisi angelicam cu-
Gen. 3. d stodiam cum gladio flammeo positam lego. An non quidam paradisus lectulus Salomonis? Lectulus (inquit) noster flori-
Canti. 1. d dus. Denique ipse flos campi, ipse lignum vitæ. Bene paradisus deliciarum lectulus talis. Vides quomodo amplæ deliciæ arcta cinguntur custodia? Lectulum enim Salomonis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gambiunt sexaginta fortes ex fortissimis Israel. Non multum nunc de numeri huius disputo ratione: illos tamen videtur signare, qui prærogant & iustitia operis, & notitia legis. De fortibus Israel sunt, qui fide fortes sunt: qui stât in fide, & viriliter agunt, qui omnia possunt, sed in eo qui omnia confortat Christus. Male fortis est, qui aduersus scientiam dei se extollit, qui aduersus illam inflexibilis & rigidus est, cui fortitudo lapidum fortitudo eius, & cor eius æneum, vt nec vexatio det intellectum auditui eius: quales denique sunt quibus Paulus ait: An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Non est de fortibus Israel, qui cum vulneratur non dolet, cum verberatur non sentit, stupidus manens ad omnes stimulos ancipitis gladij verbi penetrabilis, & gloriatur si contra sapientiæ stimulos calcitret. Non talis Maria, cuius animam ac si mollem materiam gladius pertransiuit. Me vtinam facilè obtineat verbum validum: in me operetur eius efficacia, animam meam hic penetret glædius, vt & ipsa quasi in gladium conuertatur contra spirituales pugnatura nequitias. Quid mittis manum ad fortia, qui ex fortissimis non es? Custodiam vt quid suscipis, qui desidiam non excutis? Quid lectulum ambis, qui gladium non habes? aut si gladium habes verbi, habes illum in vagina, non habes in lingua? Non tenes manibus linguæ, verbi dei versatilem gladium. Volubilis est sermo, spiritus flammeus est: sed nescio quomodo contra naturam suam pigrescit in manu tua: restringitur & hebetatur, qui acutior est & penetrabilior omni gladio ancipiti. Non est velox verbum in ore tuo, non currit velociter, non est versatile in manu tua pro varietate negocij, quod tamen ad omnes spiritualis certaminis vsus abundat. Quid tibi vsurpas officium, cuius vsum non habes? *Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.*) Sine causa gladium portas tu qui bellandi sufficienter non habes peritiam: aut si doctus es belligerare, magis te exerces ad negocia seculi, quàm ad negocia Christi: forensi iure plus vteris quàm ecclesiastico, plus seculari quàm spirituali certamine calles. Paratum vult virum ecclesiasticũ princeps ecclesiæ, paratum eum vult ad reddendam rationem de ea quæ est in nobis fide & spe. Et quonam pacto piger & imperitus ad ista gloriaris, si prompte respondeas de iure publico? Decentius multo in ore clerici, in ore monachi sacra quàm secularis litera sonat. Quid in Hierusalem vis loqui linguam Ægyptiã? Non sic Esaias. Erunt, inquit, quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes linqua Chanaan, scilicet quia penitus Hebræa non poterant, ea loquerentur quæ est vicina Hebreæ. quia lingua sancta non poterant, vel ea loquerentur quæ sanctæ affinis est. Quid vis media ex parte loqui Azotice, qui Iudaicè debes? Sic enim habes in Eidra. Loquere lingnis non hominum, sed angelorum. Angelus enim dei es, qui sacri profiteris verbi mysterium. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Euangelicè ex toto loquere, qui vir euangelicus es. Sermo ergo tuus legem redoleat, prophetas, apostolos: eorum verbis linguam tuam exacue, mutua ex eis arma potentia deo, ad debellandas munitiones, ad redigendum in captiuitatem omnem intellectum extollentem se aduersus scientiam dei. Versatilis sit in manu tua gladius spiritus, vt ad omne quod tibi emergit negocium famuletur, nec te destituat sermonis sacri facultas, quem temporalis & subita depoſcit occasio. In labiis tibi sit non in folijs verbum validum & efficax. Labia enim (non folia) sacerdotis custodiunt scientiam. Sacculum pecuniæ tolle tecum Gladius verbi tibi sit à latere, non in latebris: proximus tibi sit. Accingere eo super femur tuum, vt potens sis & promptus & exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere. Non tibi sit ensis sub femore, & verbi sacri studium carnis prudentiæ non supponas. *Vniuscuiusque ensis super femur suum.*) Alij datur sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ, & vnicuique doctori suadetur à spiritu gratia. Vniuscuiusque ensis super femur suum, vt vbi est tentationis occasio, ibi maior verbi præoccupatio fiat, commotio crebrior. Vniuscuiusque ensis super femur suum, vt seipsum primò corripiat, seipsum custodiat, seipsum diiudicet. Docet te Paulus quasi super femur tuum ensem habere: Considera, inquit, teipsum, ne & tu tenteris. Ensis cuiuscunque super femur suum, *propter timores nocturnos*, propter lapsus subitos, præoccupatos casus. Quasi timorem nocturnum apostolus innuit, dicens: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Nocturnum est enim quod improuisum est, quod subitum est. Nocturnum etiam quod insidiosum est. Ideo dicit: Vt non circumueniamur à satana. Non enim ignoramus insidias eius. Idem Paulus alibi timebat à timore nocturno. Timeo, inquit, ne sicut serpens seduxit Euam, ita & corrumpantur sensus vestri à simplicitate quæ est in Christo. Bona simplicitas vbi Christo adhærens vnus est cum illo spiritus. Simplicitas est, vbi vnitas est: simplicitas est, si iam non ipse viuis, sed viuit in te Christus: si te deuorat sapientia dei, si te spiritualis absorbeat lætitia, & in intimis recondat visceribus. Et vbi est tanta simplicitas nisi in lectulo? *Vniuscuiusque enſis super femur suum.* Super femur, non propter femur, sed propter timores nocturnos: fortè quia non est illis collectatio aduersus carnem & sanguinem, qui signantur in fecmore, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Ideo *propter timores nocturnos*, contra spirituales nequitias, quanto feliciorem sortita es luctam, quæ Salomonis continet neris in lectulo: non contra carnales nequitias, nec contra spirituales quidem, sed cum spirituali lætitia, cum Salomone, qui pacifici nomine prærogat. Ideo pacifica colluctatio cum ipso. Et pacifici nomen, & sapientiæ personam Salomon gerit. Ama, inquit, sapientiam, & amplexabitur te. Amplexus, colluctationis quandam speciem præfert. Amplexare, vt amplexetur te. Glorificaberis ab ea cum illam fueris amplexatus, sicut dicit in prouerbiis. Amplectere verbum, vtere eo sicut in lectulo, non sicut in bello. In lectulo locus est non ensibus, sed amplexibus strictis. Noli foris esse, ne tibi foris esse contingat. Intus vtere verbo non quasi gladio, sed quasi sponso, vt verbo ipso oblecteris. Oblecteris veritate ipsa, non contra errores oblucteris & vitia, alij hoc munus & officium relinque. Quid tibi cum conflictu, cui totum de affectu conflare debet? Quæ sponsa est, non disputantis & confligentis sectatur negocium, sed ocium amplexantis. Alij lectulum ambiant, tu cupitis amplexibus fruere. Quid tamen est quòd de ipso lectuli nobis apparatu nil dicit? quòd non eius vel in modico depromit delicias? Forte verbum hoc, verbum ineffabile est, quod non licet homini loqui. Qui experitur, intelligit: & tantisper dum experitur, ne memoria quidem præteritas integrè recensет delicias. Quod potuit scriptura expressit. Lectulum dixit, & lectulum Salomonis. Satis dictum est, sed sapienti. Et thronum lego Salomonis, & ferculum: sed vtrunque ambitioso extructum apparatu, & sicut regias decet delicias. Nunquid ergo lectulum intelligimus negle-ctum? Absit, sed sufficiebat scribenti vt lectulum diceret, qui sponsæ loquebatur. Illa enim nihil in lectulo diligit nisi quòd lectulus est, & quòd in eo copia sit suum amplectendi Salomonem. Magnum & multiplex mysterium reperies in lectulis per omnem scripturarum textum, sed non est comparatio ad lectulum Salomonis. Est lectulus quem sibi Iob sternit in tenebris: & est lectulus quem Dauid rigat in lachrymis: & est lectulus in quem languens decumbit: & est lectulus in quo defunctus resurgit. Talis Helisæi, talis lectulus Heliæ. Vterque defunctum hospitæ mulieris filium in lectulo suscitauit. Ille expandit se super mortuum, iste incuruauit. Vnus in vtroque Christus. Ille exinaniuit se vt formam serui susciperet, & æternitatis suæ longitudinem intra breuitatem temporalis naturæ contraxit. Ipse expandit se cum spiritum sanctum abundè in nobis infudit. Sinus ille matris defunctum premere poterat, non viuificare. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Sed verus Helias illum in cœnaculum tulit, ad spiritualem prouexit intellectum, Frigidus erat literæ sinus, nec poterat eius intelligentia vitalem spirare calorem. Bonus Heliæ lectulus, qui defuncto vitæ calorem infudit. Iustus ex fide viuit. Ideo tribus metitur vicibus, vt trinitatis cognitionem conferat, & diuidat mensuram fidei. Plangit lex literæ sensum extinctum, sensum carnalem, sed Christus hunc sensum tulit, spiritualem restituit nouum, & vitalem intellectum reddidit literæ, quem suum verè cognoscit ipse Helias qui restituit omnia & noua facit: & Paulus legi se mortuum dicit, vt viuat in Christo. Bonum est vt & tu moriaris non

I. Co. 10. c

Cant. 3. c

Esa. 19. c

2. Esr. 13. d

Malac. 2. b

2. Co. 10. b

Malac. 2. b

Psal. 44. 4

1. Cor. 12. 4

Gala. 6. a

Gala. 6. a

1. Cor. 2. b

Heb. 10. c

Galat. 2. d

A non modo veteri legi, sed & veteri homini, vt suo te viuificet in lecto, qui peccata nostra tulit in corpore suo, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Tu enim quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. In hoc resuscitato intelligimur omnes, & ideo communis resurrectio hæc. Sed priuata quædam in lectulo Salomonis gratia, & solius sponsæ prærogatiuæ seruata. Etiam nunc si quis matris nostræ (conuentus huius sancti) viduæ, apud quam vtcunque sustentaris Iesu bonæ, si quis filius eius moritur, tu resuscita. Mortuus est qui vel tædij vel desperationis mole obruitur, in quo nihil est viuidæ deuotionis, feruidi spiritus: qui etsi legis præcepta non deserat, & intra regulæ gremium se concludat, frigido tamen & moribundo languet affectu, in opere sancto suaue nil sentiens: totius illum ordinis tristis exanimat facies: molli & fœmineo matris est sinu fouendus, vt non exasperatus abundantiore tristitia absorbeatur. Non expedit ei extra materni sinus ambitum reperiri, ne fortè non tollat illum verus Helias in cubiculum suum. Quos resuscitat Christus, mulierum vbique fletibus donat. Sic viduæ filium, sic sanctarum fratrem mulierum, sic patentum precibus suscitauit puellam. Tolle bone Iesu & hunc mortuum nostrum de matris gremio. Regularis hæc & exterior obseruantia neminem ad perfectum adducit. Introduc illum ad molliorem lectum melioris spei, per quem approximet deo. Experiatur quod expectat, quoniam bonus dominus expectantibus se, animæ quærenti illum. Vnius horæ experientia, multorum temporum labores exhilarat. Tunc redditur matri quem illa prius amiserat, dum teneret eius affectum, sed mortuam deuotionẽ defleret. Nouus redit ad nos, postquam tu illum teipso vestisti. Ideo te super ipsum expandis, vt quod est in eo fœdum, operias: quod nudum, vestias. Bonus huius lecturi vsus, qui breui hora in tempora sequentia vitalem alacritatem transfundit. Maior in Salomonis lectulo gratia, in quo sponsa matrem carnalem derelinquens, perpetuo iure dilecto adhæret, & vnus cum illo efficitur spiritus. Bonus ergo lectulus in quo nullus lãguor est, nisi fortè languor amoris, qui non versatur in infirmitate, sed in iucunditate. Bonus lectulus, qui non rigatur lachrymis, qui non in tenebris sternitur, qui nihil habet in se triste, nihil tenebrosum, sed totum lux & lætitia est: qui nõ indiget sterni tapetibus de AEgypto, quibus in prouerbiis mulier hæretica lectulum sternit. Nihil enim in se habet lectulus Salomonis alieni ornatus, nihil picti, nihil mundani: sed totum sancta voluptas, & solida veritas. Magnum & varium sacramentum in sanctorum lectulis, sed supergressus est vniuersos lectulus Salomonis: nec sponsæ lectulus huic valet comparari. In lectulo suo quem quærit dilectum non inuenit, ideo surgit & circuit donec ad istum pertingat. Festina filia, sacra virgo, festina istam ingredi requiem. Noli strictos in circuitu enses vereri. Enses isti, enses verbi super femur, & propter timores nocturnos, vel carnis confingunt lasciuiam vel timidi cordis absciudunt ignauiam. Hoc quidem in aliis, te verò suauius vulnerant, vt charitate tranfixa nocturnũ ignores timorem, nec quicquam habeas frigidi timoris admixtum, sed tota transeas in affectum igniti amoris, quæ in solum amoris es vsum dicata, & in charitatis locum ascensura, stratum dilecti, lectulum Salomonis veri Iesu Christi, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

1. Pet. 2. d

Luc. 7. D

Ioan. 11. d

Luc. 8. g.

Thre. 3. e

Prouer. 7. c

Sermo XVII.

AVDIVISTIS sacræ virgines sponsæ Christi, auditis hesterno sermone de lectulo vestri Salomonis, vlterius hodierno pergitis quærere de ferculi sacramento. Omnes vultis huius cantici sermones ad amoris vsum deflectere, & ad vestras interpretari delicias. Vobis solis hæc putatis esse conscripta carmina. Nullus sapit vobis sermo, qui non amatoriis vernet affectibus, & dulcem charitatis odorem aspiret. Habetis ergo & hic aliquid quod amatorium sonat blandimentum, de ferculo vobis alludit sermo diuinus. Nullam vobis residere patitur dilectus excusandi materiam. Gtata quidam sunt promissa lectuli gaudia, sed poterat aliqua in vobis adhuc suspicio de perueniendi difficultate submurmurare. Ideo vobis sermo sacri vehiculi quo estis ad lectulum portandæ, pulchra varietate describit ornatum. Etiam in itinere sponsus vobis procurat ipse delicias. Ferculum hoc quidem gratum est in materia, sed ab auctore est gratius. Ipse enim Salomon ferculi huius est auctor & artifex. *Ferculum enim sibi fecit rex Salomon de lignis Libani, columnas fecit argenteas, reclinatorium aureum.*) Audi alia quàm glorioso apparatu portaris ad lectum, non finit te sponsus sine reclinatorio, & illo aureo, fortasse ex illo auro de quo legis: Caput eius autũ optimum. Multus reclinatorij vsus est, sed inferior quàm lectuli. In reclinatorio habet spes fessa iucundũ sustentamentum, oblectamentum in lectulo. Hic sponsæ vbtũ voluetur: ibi votis fruitur. Quantus te putas expectat apparatus, quæ tali deduceris ornatu? Quid ego nunc sermone frequẽti cũcta exaggerem, ligna cedrina, lingua Libani, colũnas argenteas? Ipso auditu se nobis ista commendant, & corporalis pulchritudo in figuram adducta, spiritualem quendam & intelligibilem conatur indicare decorem, & sanctæ animæ designare vehiculũ. Hæc enim corporalia intelligi, lectionis circunstantia non sinit. Quid enim aurum materiale charitate consternaretur? Sed omnia spiritualia sunt, quia spiritualis est amor, cui tam ambitiosus ferculi blanditur apparatus. Possem hæc & similia de ferculo hoc ad nostrum deriuare sensum. Sufficiat ista breuiter disputasse, ad vestram vel satiandam vel prouocandam auiditatem. Quid? Vobis scilis vultis cantica seruire? Sinite adolescentulæ pascant, finite ad suam commoditatem vt vel pauca inflectant capitula. Sapientibus & insipiẽtibus debitor est Christus. Nihil vobis imminuitur, si aliis pro suo sensu abundet. Estote contentæ lectulo: infectioribus vel ferculi permittite vsum inseruire. Illius gratia parcior, huius popularior. In illo ineluditur, in isto ingreditur Christus. Vobis se vberius & quadã specialitate indulget, sed tamen alias non obliuiscitur quæ vestram nondum valeant ad mensuram pertingere. Potestis & uos ferculi participare sacramento, & vice perfungi, si sponsum quem inclusum tenetis, ad nos quasi reportetis, si deferatis pacem, si annuncietis bona, si gaudia foris prædicetis quæ intus videtis. Quidni ferculum erant de quibus in ecclesia canitur: Portantes pacem, & illuminantes patriam? Sed nemo vel prædicationis officium adsumat, nemo sibi sumat honorem nisi vocatus à deo. Quid teipsum super candelabrum ponis, qui te ipsum non accendis? Ille te ponat in sublime, qui lucernam te fecit. Per illum ascende, qui te accendit. Denique nemo seipsum ferculum facit, *sed ipse Salomon fecit sibi ferculum de lignis Libani*, Est & ferculum, si quis non solùm in ore, sed & in corpore suo Christum portat. Glorificate & portate Christum in corpore vestro: dicit Paulus. Portari vult à vobis Christum, sed glorioſe, non cum tædio nec cũ murmure non cum indignatione & fluctuante proposito. Denique portari, non trahi. trahenti enim onerosus est Christus, onerosa castitas, onerosa humiliatio, obedientia grauis, pauperies sordet, deformiter portas qui sic conuersaris. Fascis quidem grandis tibi videtur fides, & pietas ponderosa. Non potes dicere: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Quid? Fœnum tibi videtur fides tua, sub cuius onere sic strides, sic gemis, sic murmuras, quomodo plaustrum stridet onustum fœno. Non est fœnum Christus, sed flos est, sed fructus est, sed lignum vitæ, lignum quod dat fructum in tempore suo: & tu non vis tempus expectare? Beati qui vescuntur tempore suo. Deniq; patientia necessaria est, vt reportetis promissiones. Portate ergo patienter onera imò opera pietatis. Pietas enim & ipsa partem iam habet repromissionis, sicut scriptum est: Ergo portate imaginem eius qui de cœlis est, & glorioſe portate. Onus enim eius leue. Estote non ignominiosum offendiculum, sed glorioſum uehiculum, quale fecit sibi rex Salomon. Miro autem modo ita virtutum distinguit varietatem, vt in primo loco elationis vanitatem excludat. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Si ferculum es, non tu te, sed ipse te fecit. *Ferculum enim sibi fecit rex Salomon de lignis Libani.* Et ligna ipsa quis fecit, nõne Ipse? Ipse plantauit cedros Libani. Quòd si cedrus es alta Libani, noli tamen altum sapere, sed

Cant. 3. d

Cant. 3. d

Cant. 3. e

1. C o. 6. d

Cant. 1. d

Heb. 5. a

1. Cor. 4. b

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

time ne fortè inde euellaris propter elationem, vbi plantatus es per electionem. Non enim tu te, sed ipse elegit te in opus ministerij, ipse ministerij officium quasi ministrandi confert gratiam, id est facultatem & dignitatem. Agnosce à quo plantatus es, & non tibi veniat radix superbiæ, vt non moueat te manus tentatoris. Non ascendat, vt succidat te securis inimici, cuius ne nouacula quidem super caput sanctorum ascendit. Ferculum dei ille sibi præripere gestit, & in vsus suos de Libano ligna succidere. Denique apud Ezechielem gloriatur, & dicit: In cathedra dei sedi. Vide ergo ne per elationem de cathedra iustitiæ efficiaris cathedra pestilentiæ, & ferculum scãdali, & per te vel exempla vel sermo malus ad multorum perniciem vt cancer serpat. Esto ferculum dei, vt eius in te imaginem portes, & odorem notitiæ suæ per te manifestet. Tale Paulus ferculum erat, de quo dominus ipse profitetur? Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum. Ipse qui elegit, ipse ferculum fecit. Ferculum sibi fecit rex Salomon de lignis Libani. Ligna hæc ligna cedrina sunt, & natura sui & nomine loci nescio quid magnum commendant. Libanus candorem sonat, cuius ligna nulli obnoxia sunt corruptioni: & sicut substantiæ suæ non admittunt putredinem, ita suauissimum spirant odorem. Bene Libanus Paulus, qui seruiebat domino (vt ipse dicit) in conscientia pura. Quid enim pura candidius conscientia? Quid imputribilius illo, quem nulla potuit aduersitas separare à charitate dei? Momentaneæ virtutes, & quæ ad horam subsistunt, mihi non videntur tam ligna quàm olera, quæ cito decidunt. At in Paulo quædam erat indefessæ charitatis imputribilitas. Ideo bonum certamen certauit, cursum consummauit, de cætero expectans coronam iustitiæ, coronã de manipulis, cuius iam quasi de vicino attraxit odorem. Denique & ipse bonum exhalauit odorem, odorem vitæ ad vitam, odorem notitiæ dei. Bonus odor fama bona: bonus odor conscientia bona. Illa aliis bene olet: ista sibi. Hæc enim gloria sanctorum, testimonium conscientiæ. Futuræ enim beatitudinis fructus iam nobis in bonitate vitæ cœperunt olere. Et bene imputribilitati bonus odor adiungitur. Nam econtrario putredo fœtorem emittit. Qui enim seminat in carne, de carne metet corruptionem, de corruptione tristem odorem, sicut de integritate suauem. Et bene de integritate inducta est mentio, quòd virginalis candor expressus videatur Libani lignis. Nam & bonum virginalis continentia vaporat odorem, & eius est perpetuus vsus. Siue enim coniugij seruitus euacuabitur, siue desolatio viduarum cessabit: virginalis verò integritatis libertas & gratia non excidet vnquam: quia qui non nubunt, nec nubuntur, iam sunt quasi angeli in cælo. Denique & Libano in scripturis legitur comparata virginitas: Ego (inquit) quasi Libanus non incisus euaporaui, & sicut balsamum non mixtum odor meus. Meritò Libanus venter immaculatus, venter impollutus, venter intactus, venter non incisus. Non incisus est, cuius manet integritas, cuius non sunt resignata clausura pudoris. Propter munditiam Libanus: propter integritatem non incisus. Meritò enim non incisa, quæ non est diuisa. Vis audite incisam? Mulier nupta cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat viro, & diuisa est, vtique in deum & virum diuisa: & fortè non æqualiter diuisa, sed in virum propensior. Mulier autem innupta & virgo non cogitat nisi quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Quasi Libanus non incisus euaporaui habitationem meam. Matris domini specialiter hæc verba videntur. Illa verè Libanus, & Libanus non incisus. Illa vobis euaporauit, sacræ virgines, habitationem suam, habitationem cœlestem, habitationem angelicam, quando virginalis conuersationis exempla in vos transfudit, & perpetui pudoris inspirauit amorem. & satis expressit habitationis suæ gratiam, quam euaporare se dicit. Quid enim habitatione virginea vapori similius? Nihil habet hæc conuersatio carneum, nihil mundanum, sed totum cœleste. Supermundanum totum, spirituale totum: & ideo simile vapori, sed quali vapori? Et tanquam balsamum, inquit, non mixtum odor meus. Tanquam balsamum non mixtum, non corruptum: tanquam balsamum non adultera tum. Est mixtura quæ balsamum simulat & mentitur: & est mixtura quæ si non habet balsami similitudinem: bonum tamen contristat * odorem. Est ergo (vt sic dicam) balsamum verum & solum: & est balsamum etsi verum, non solùm: & est balsamum nec verum nec solum. Primum in perfectis est, hoc vltimum in deceptis: medium in illis qui etsi nulla illuduntur fallacia, aliqua tamen virtutis gratia destituuntur. Meritò itaque illa quæ sola gratia plena erat, quasi balsamum non mixtum odorem suum dicit. Quòd si tu virginitatem oles, si orationum instantiam, si ieiuniorum abstinentiam: bene oles, & balsamum oles. Si verò impatientiæ adhuc morbo laboras, si vaniloquium, si leuitas consiliorum, si ardor explendæ propriæ voluntatis, si tristitia, si tædium, si horum aliquod vnum in te nominatur, mixtus est iam odor tuus, & non purum balsamum spiras. Modica enim stilla admixtionis pergrinæ, totam ballami massam contristat. Bene quidem cum ilgo agitur, qui si quid triste fortuito & velut subito redoleat, statim abolet. Nam in multis offendimus omnes, dicit Apostolus. Si subito quidem lapsu, sed statim correcto, nullus est odor æstimandus, magis verò in eo in quo quis est sedulus vtio. Periculosa & pessima mixtura cuiuslibet est, quando vtium quodlibet virtutis mentitur speciem, & angelus satanæ in angelum lucis se transfigurat, & quasi venenum facit balsamum spirare. Vnguentarius est satanas: nolite ab illo oleum emere. Non enim tam confector est, quàm corruptor vnguenti. Denique (sicut scriptum est) feruescere facit quasi ollam mare, & ponit sicut cum vnguenta ebulliunt. Mors in hac olla. Ollam hanc succensam vidit Hieremias, & faciem eius à facie Aquilonis. Qualis vnguentorum artifex, qui de mortis olea vitæ vapores exire simulat? Qualis artifex, qui ollæ succenfæ faciem quasi ab Austro feruere facit, per quam potius ab Aquilone mala exardescunt in terra? Aut filius propheræ est, aut certè propheta qui mortem in olla deprehendit, & vapores eius ab Aquilone venire. Sulphurei sunt vapores, quos olla carnis tuæ succensa euomit, & tu in his balsami tibi videris odorem sentire? Si per te nescis balsamum verum à mixta discernere, veni ad prophetas, veni ad filios prophetarum apostolos, qui te mixturarum differentias doceant, qua in olla mors sit. Talis Paulus, qui dicere ausus est: Non ignoramus astutias eius. Si non sufficit manus tua vt purum habes balsamum, sancti te doceant quomodo misceas. Attulit Nicodemus mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum, & Mariæ emerunt vnguenta. Sed Maria domini mater vnguenta non tam comparat, quàm spirat: quæ vnctum oleo lætitiæ ipsum parturiuit Christum. Tanquam balsamum, inquit, non mixtum odor meus. Si mixturæ rationem ignoras, veni ad doctores ecclesiæ, ad eos qui columnæ quædam sunt, & firmamentum veritatis, & columnæ argenteæ in domini ferculo, & sacri dispensatores eloquij: ab his disce quomodo cogites quæ domini sunt, & quomodo sollicita sis pro Christo vt sibi placeas. Tunc & tu columnas habebis in te argenteas, si vtriusque testamenti fueris suffulta scientia. Ideo & hic post Libani ligna, columnas subtexit argenteas sermo diuinus, vt habeas mysterium fidei in conscientia pura. Mysterium fidei quam sacrum tibi præscribit eloquium, eloquium argẽteum est, vt euangelicis & apostolicis subnixa præceptis: illa mediteris, illa conserues & conferas in corde tuo, nec patiaris inerti situ cohærere & oblectari, & oblectationis ærugine denigrari diuini verbi argentum. Sed non possumus nunc in sermonem hodiernum has inserere columnas. Hunc enim tractatum Libani præoccupauerunt ligna, & in eorum odore lõgius quàm putabam noster sermo excurrit suauitate illectus materiæ. tibi domine hunc commendo Libanum, Libanum egregium, hunc chorum virgineum, sacrum cœtum fœminarum. Tu custodi vt non succidatur, vt non incidatur, sed sua illi seruetur integritas, seruetur castitatis candor, quia Libanus candorem sonat, seruetur puritas mentis, vt sanctæ sint & corpore & spiritu. Custodi Libanum hunc, cuius ligna in ferculi tui dedicasti materiam. Procul ab illo sit prophetica comminatio: Aperi Libane portas tuas, comedet ignis cedros tuas. Portæ tuæ claudantur aliis, soli aperiãtur tibi. Tu illi clauis sis & clausrum, tu signa & resigna, vt nec signaculum nec clauem præter te recipiat Christe Iesu qui deus es benedictus in secula seculorum, Amen.

Sermo

Sermo XVIII.

LIGNIS Libani incorruptio carnis, & munditiæ vobis est candor expressus. Bona quidem est castitas: sed quod non sit ex fide, peccatum est. Fide (dicit scriptura) purificans corda eorum. Non enim sola carnis continentia castitas censetur: cordis multo magis est æstimanda puritas. Iam vos, inquit Iesus, mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Bonus fidei sermo qui mundat: & ideo in hoc ferculi cultu post ligna Libani *columnas producit argenteas*, & virginalis mentem munditiæ ad sacri prouocat meditationem eloquij, eloquij casti, eloquij quod argento examinato confertur. Bonæ sunt in pectore virginum erectæ columnæ, si sacræ fuerint scripturæ suffultæ & cognitione fidei, & recogitatione frequenti. Bonus Libanus es, si mundum cor habes, mundum à cogitatione fœda, & à cogitatione infideli. Magna fœditas spiritus, fidei corruptela. Quod si sana fuerit in te firma forma fidei, iam vnam habes columnam. Noli tamen esse hac contenta, adiunge & alteram, meditare in lege domini die ac nocte. Infidelitatem & fornicationem pura, si mens tua vel modicum à fidei recogitatione declinet. Bonæ columnæ sunt, diuinæ notitia & memoria legis, recta credulitas, & recordatio fidei. Columna es, si fueris in fide firma. Argentea, si diuini fueris vsu instructa sermonis. Rectum est, inquit, verbum domini, & omnia opera eius in fide. Bonæ columnæ fides, & verbum fidei. Verbum hoc prope sit in corde tuo: nam in ore prope est: prope sit, & perpetuum ibi sit. Ex abundantia cordis sermo erumpit. Septies in die (inquit propheta) laudem dixi tibi. Vos sacræ virgines dicite semper. Septies quidem dicite laudem propter horas solennes: Semper autem cantantes & psallentes in cordibus vestris. Argenteæ sint linguæ vestræ. Argenteæ sunt, si de sacta Christum pagina sonant. Non mittatur massa plumbea in os vestrum. Plumbeum os est quod nihil subtile loquitur, nil acutum, dil de supernis, sed totum remissum est, totum hebes, totum de imis fortasse & de iniquis. Nam iniquitas seder in talento plumbi. Homo ille euangelicus peregre proficiscens, non talia seruis suis talenta distribuit. Nolite de talibus negociari talentis, in thesauris vestris huiusmodi non inueniantur. Paulo dicenti intendite: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed qui bonus est ad ædificationem fidei. Ad ædificationem, inquit, non ad euersionem fidei. Ferreum os est quod fidem euertit, quod sanctam subruit conuersationem, instrumentum est belli, seminarium litis, quod murmur & amaritudinem sonat. Bestia talis in Daniele describitur, dentes & vngues ferreos habens, comedens & comminuens omnia. Nulla inter ouiculas, imò inter amicas domini bestia talis reperiatur. In hoc grege virgineo nulla virulenta, nulla violenta sit, nullus in hoc paradiso serpentis sibilus sonet, virgineum os virulenta verba non decent. Quid? Prauis polluta verbis in osculum sponsi labia porrigis? Candor ipse lucis æternæ, & nil inquinatum attingit illum. Memento os tuum cœlestibus osculis & oraculis consecratum. Sacrilegium puta, si quid non dulce, non diuinum, non de sancta pagina sonet. Buccinate (inquit) in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ. Omnis dies vobis solennis debet esse, semper neomenia, semper sabbatum. Ideo os vestrum quasi tuba sit ductilis, tuba argentea, tuba quæ non lites, sed lætitiam sonet, sed solennitatem, sed cantica spiritualia. Nescio quomodo de columnis argenteis ad tubas nostra deflexit oratio: nisi quòd optima columna est in domo domini, qui tale os portat. Bona columna est, in quo fessi sustentantur. Habes in Esaia: Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam eum qui lapsus est sustẽtare verbo. Erudita planè lingua Christi Iesu, annunciantis pacem, prædicãtis bonum. Lingua placabilis, lignum vitæ, columna & firmamentum veritatis. Et tu virgo in hoc spõsi imaginem porta, vt habeas linguam eruditam, linguam placabilem, non erroneam, non vagam, uon labilem ad ociosa: sed quæ loquatur iudicium, quæ verbum solatij proferat, quæ columna quædam sit & firmamentum ad ædificationem fidei tuæ vel alienæ. Prope sit verbum fidei in ore tuo, & in corde tuo. Vis columnam audire argenteam? Lex, inquit, dei eius in corde ipsius, ecce argentum. Et non supplantabuntur gressus eius, ecce columna. Iure columna, quæ subuerti non potest. Verbo domini cœli firmati sunt, inquit psalmista. Hoc verbo confirmetur cor virginis, vt cœlum sit, vt sedes dei, vt reclinatorium possit aureum fieri. In argento, fidei rationem & scientiam accipite: in auro, intelligentiæ & veritatis fulgorem. *Reclinatorium hoc aureum* super huiusmodi columnas imponitur. Nisi enim crediderit is, non intelligetis. Fidei eruditio ad intelligentiæ puritatem gradum præstat. Fundamento huic contemplationis innititur gratiæ. Dum in solo sermone dei meditaris fideliter, & per patiẽtiam & consolationem scripturæ ad spem te supernam erigis, columnam te exhibes. Reclinatorium aureum tunc exurgis, cum nuda tibi sine sermonis inuolucro raptim incipit coruscare veritas. Sed iam perfectius ordinem intuere, & prouectum quendam de Libani lignis ad columnas argenteas, & aureum reclinatorium. In Libano cordis munditia, in argento diuinæ legis notitia, in auro siue sermonis ministerio mysteria sacra manifestè resplendent. In primo mentis oculum purgas, in secundo prõspicis, perspicis autem in tertio. Vel si mauis ita dici, mundaris, specularis, contemplaris, Confessio, inquit, & pulchritudo in conspectu eius. In Libano pulchritudo, in argento confessio, in auro diuinæ conspectus præsentiæ tibi commendatur. Quàm magna est confessionis & pulchritudinis huius gratia, quæ in conspectu tantæ maiestatis admittitur, vis alibi in psalmo audire? Audi hanc distinctionem: Cor, inquit, mundum crea in me deus, & spiritum rectũ innoua in visceribus meis. Ne proiicias me à facie tua. Vides quomodo abyssus abyssum inuocat, quomodo diuersa scripturæ capitula sibi concinunt? Primum ad Libani candorem refert. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Secundum ad argenti columnas. Rectum est enim verbum domini. Tertium ad aureum reclinatorium, vbi domini facies sine velamento syncere videtur, & in auro rutilat maiestas regia, hoc est, purgatum, instructum, & (vt sic dicam) præscriptum spiritum sibi postulat dari. In Libano purgatur, in argento instruitur, in auro perstringitur. Perstringitur enim verè in contemplando quælibet purgatæ mentis acies: & coruscationes intimæ lucis ad modicum sustinet. Hos profectuum gradus relege tu quæ speculationis aspiras ad gratiam. Nihil in te fœdum, nihil infidele resideat, vt nuda tibi possit fulgurare veritas. Primò emundare, secundò exercitare, tertiò intuere. Emundare à lege carnali, exercitare in lege fidei, intuere & perspice in lege perfectæ libertatis, in lege spirituali. Vbi enim spiritus domini, ibi libertas. In lege quæ literæ velamine caret, in qua nec errori, nec ignorantiæ, nec ænigmati locus est. Error vbi est, seducit. Ignorantia vbi est, non ducit. Aenigma vbi est, etsi ducit, non tamen perducit. Quis ibi erret? Reclinatorium enim est, & quies, & vororum finis. Quis ignoret? Aurum enim est, & rutilat ad lucem. Quod ibi ænigma? Vororum finis, & serena veritas, ænigmatum figuras non recipit. Ibi nihil falsum, nihil occultatum, nihil figuratum: aurum est, & fulget, reclinatorium est, & fouet, dulcis fomes, sed hora fugax. Et fulgor iste fulguri comparatur. In momento fit, in ictu oculi, in nouissima tuba. Nouissima tuba est quando non iam in pagina, sed in ipsa præsentia innotescit, quando quis efficitur docibilis dei, quando post Apostolorum & prophetarum sermones nouissimè in seipso dei filius patris verbum loquitur. Tuba hæc nescit incertum sonum dare, non sonat nisi ad solennitatem, nisi in neomenia, & nouæ lucis exordio. Buccina nobis tu bone Iesu in neomenia, tuba in insigni die solennitatis nostræ. Verè insignis dies, vbi diuina maiestas se manifestat, nihil insignius, sed nil succinctius. Diem dixi? hora est. Hora verè insignis, & verè solennis. Eructa tu nobis Iesu bone æterni illius diei horas aliquas, diem illum statim efficies, vbi tuæ lucis verbum eructas, qui dies es æternus. Fulgura nobis coruscationes tales. Fulgur efficitur, cui tu fulguras. Similem tibi reddis si quẽ irradias. Similes, inquit, ei erimus cum apparuerit. Montes quos tali radio tangis, non fumigant, sed fulgurant. Aurei fiunt, tuum quibus aurum refulget. Caput tuum aurum optimum reclinatorium aureum non inuenit, sed redit vbi se reclinat. Iam non est illud de euangelio dicere: Filius homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnis non habet vbi caput suum reclinet. Videsne domine Iesu quot hic habes reclinatoria? Nusquam se maiestatis suæ caput libentius reclinat, quàm in virginitatis aureo sinu. Respice virginea pectora hæc, pectora vacantia tibi, in his frequenter reclinas, & recumbis, & cubas in meridie, & aureo quodam sereno. Non hic vulpes foueas habent, nec nidificant volucres cœli. Solidius est reclinatorium hoc, quàm vt hic subdola valeat vulpes infodere. Nullus dolositati relinquitur hæreticæ locus, vbi serena fulgurat veritas. Sublimius est quàm vt huc aut subdola vulpes, vel superba volucris accedere queat. Abscondita sunt hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelata sunt paruulis, qui humilem sectatur ascensum purpureum, & passionis Christi vestigiis insistunt. Verè purpureus ascensus, quem Christi signauit cruor, & passionis eius colorauit fides. Sed illud attendendum, quomodo, imò quàm congruo modo sibi concidunt columnæ argenteæ, & ascensus purpureus. In illis sapis fideliter, in isto sentis humiliter. In illis meditatio, in isto imitatio. Non enim in sermone tantùm est regnum dei, sed in virtute. Quid tu illic dices, qui humiliationem seruitutem putas? Seruilis non est, quam regalis nobilitat purpura. Ornamẽtum est etenim purpura regium. Hos si tu vel dedignaris vel horres gradus, respice quòd purpurei sunt. Humilitas susceptа pro Christo, regiam præfert dignitatem. Tu verò sponsa Christi candido preme pede gradus purpureos. Nobilis est semita quam dilectus tuus prior incelit. Quàm pulchri sunt etenim gradus purpurei, quos pede sacro Christus prior signauit, pedibus illis, quibus nullus puluis adhæsit, pedibus niueis quos cruoris sui signauit vestigio. Et tu ardenter vestigia relege. Aufer calceamentum carneum de pedibus tuis. Sanctus enim ascẽsus est, quem tibi disponis. Nudo & expedito insiste vestigio gradibus istis. Purpuram hanc non conchylij, sed Christi sanguis intinxit. Hic tu pedem libenter pone, vt pes tuus intingatur in sanguine Christi. Non veniet tibi pes superbiæ, si humilem sectеris ascensum, qui sponsi tui cruore sacro signatur. Huic tu non modo pedem, sed etiam manum & caput intinge, & tota purpurea, tota regalis, & passione Christi tota nobilitata ascendas. Nam & si compateris, conregnas. Nolite seculi nobilitatẽ charam reputare. Vilior eris si respexeris ad illam, si natales tuos sponso imputas, si te pro seculi fastu præferas aliis, aut aliquid habere priuilegij putas. Contra humilitatem proposiri de prosapia carnis euacuaris à gloria Christi, si alia te nobilitari præsumas. Hæc tibi purpura sufficiat ad fastum, sufficiat ad ascensum, sufficiat ad gloriam, vt non glorieris nisi in cruce domini tui Iesu Christi. Ascensus purpureus reclinatorium te perducet ad aureum: quoniam humilibus & quietis contemplationis debetur gratia, à sapiẽtibus autem & prudentibus absconditur, reuelanda paruulis. Purpura hæc magnum quoddam est pignus amoris quem tibi dilectus exhibuit. Verè magnum pignus amoris, mortis passio. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Tale præstitit, tale pignus repostulat passio tua, humiliatio tua. Quid pro te pertulit, in memoriam tibi reducat, & quantum adamauit, pro qua se tantum humiliauit. Ama ergo tu illum qui prius & plus dilexit. Non exigũt hæc tempora vt sanguinem effundas. Effunde animam tuam, effunde sicut aquam cor tuum. Nam & si tradideris corpus tuum ita vt ardeat, charitatem nõ habeas, quid tibi proderit? Denique & vltimo loco quasi finalis omnium clausula gratiarum ponitur charitas, & media velut ornamento quodam charitate constrata dicuntur propter filias Hierusalem.

Matt.11.d

1.Cor.4.d

Exod.3.b

2.Tim.2.b

Ioan.15.

1.Cor.13.a

Cant.3.d

Sermo XIX.

NOVVM aliquid vultis audire, sed ego nouum quid non habeo, nisi vt vos innouet amor. Mandatum hoc nouum do vobis, nihil vobis notius, & nihil est nouius. Non estis in isto rudes & inexercitati negocio. Vestrum hoc proprium officium est. In amoris enim præcipuè munus estis dedicatæ. Denique & propter vos fercula Salomonis media charitate constrata dicuntur. *Media*, inquit, *charitate constrauit propter filias Hierusalem*. Quodam quasi priuilegio vobis hic sermo delegauit vsum amoris. Aemulamini filiæ Hierusalem charismata meliora, magis autem vt ametis. Amor omni supereminet gratiæ: & in huiusmodi descriptione ferculi, charitas reliquarum quasi ornamentum & clausula superponitur gratiarum. Plures in hoc ferculo enumerantur gratiæ, sed charitate cumulantur omnes. Charitas cumulus est, charitas fundamentum. In charitate, inquit, radicati & fundati. Illa in primis, illa in vltimis, illa in intimis: illa inchoat, illa consummat, illa communicat charismatibus cæteris: ideo in medio collocatur quasi ornamentum quoddam commune, & totius clausula ferculi. Et color purpureus & auri fulgor obscurior esset si non charitate vestiretur. Quãta eius est gratia, quæ ipsum contemplationis aurum exornat? Ipsa media est & reliquarum quasi medulla gratiarum. Nulla tam est intima virtus, nulla sic animos penetrat & perfundit, & arcanos cordis implet recessus. Ipsis animi medullis amor imbibitur, & secretis influit venis. *Media*, inquit, *charitate*. Bene media, quæ sic intima est. Plenitudo legis est charitas: ideo lex vacuatur, si fuerit destituta charitate. Vitalis quędam vena legis est & reliquarum charitas virtutum. Cæteræ quasi in partem se contrahunt, illa omni communis est gradui: siue mente excedas, siue sobrius fias: vbique charitatis & necessarius & iucundus est vsus. Reliquarum officia variantur gratiarum, & vicibus alternantur: charitatis continuantur iura quodam iugi tenore, siue mente excedamus deo, siue sobrij simus, vrget nos charitas Christi. Vos verè, sicut arbitror, vrget charitas Christi. In quid vos vrget? In seipsam. Aliorum alia sunt officia, vestrum speciale munus est amor. Improbus sui prouocator est amor, & dulcem agit in patientes tyrannidem. Amor seipsum in prouectus semper vrget vberiores. Aemulamini filiæ Hierusalem charismata meliora, magis autem vt ametis. Aemulatio vos hæc semper amplius vrgeat. Mandatum hoc vobis semper sit nouum. Et nouum est, nisi in vestro dulcis Iesus veteraverit affectu. Vtinam semper in vobis ille recens sit, nec mora temporis aliquid immineret gratiæ. Vtique recens in vobis vester Iesus est. Ipse semper recens, sed non deus alienus. Verè recens, in quem semper anxio inhiatis amore. Denique id solum haberis in votis, vt vobis semper amplius placeat. Quantum placet, qui satis placere non potest? Nulla magis vos ratione placere potestis, quàm si vobis placeat ipse. Animum vult, aliud non quærit. Solus sufficit, si tamen totus impenditur. Satis est pro viribus tuis, sed parum est pro eius meritis. Si te tibi conferas, & tua metiaris ex regula, sufficit. Sed si te de te, nil tibi relinquitur. Si autem ex ipsius te regula metiaris, & velut in libra colloces, quid tu momenti aduersus illum tenebis? Si infra vires tuas amor se cohibet & contrahit, iniquus est: & si iuxta vires tuas, exiguus. Quid ergo? supra vires cassо te extendes M conatu? Quidni, amor non capit de impossibilitate remedium. Nulla satis magna sunt amoris officia, vbi tamen ipse non intepuit amor. Quomodo erit in suo parcus, qui in alieno fidelis existit? Quomodo erit in officiis propensus, in seipso parcus? Amor seipso nihil impendit libentius, nihil vberius potest. Quæ maior vbertas quàm vbi nihil decerpitur? Amor exæstuat, seipsum non capit, superfluit sibi, immensitatem æmulatur, dum metam nescit affectui ponere. Oleum est quod stare nescit, nisi cum vasculum desiit, nisi quòd nec tunc nouit compesci. Musti præfert amor insigne, quod natiuitatis suæ feruore quodam, & velut ætatis lasciuia excrescit & superfluit, capi nesciens, & nouo semper efferuescit & fermentatur affectu, Amor infirmitatem non causat, sed magis accusat. Amori nihil satis est, nihil minus seipso. Amor seipso satiari non potest: & tamen nisi seipso pasci non potest, ipse sibi dulce satis est pabulum. Amor nil magis vult quàm amare. Quam dabit homo commutationem pro amore? Quam dabit, vel quam accipiet? Nihil gratius amore impenditur, nihil dulcius sentitur. Amor & dulciter optat, & dulciter vtitur, dulciter deliciatur, & dulciter dolet. Verè dulcis amor, & solus dulcis amor, & omnis dulcis amor, sed non est amor ad amorẽ Christi. Super omnem pulchritudinem pulchri tudo est. Super omnem pulchritudinem, inquit, dilexi sapientiam. Quomodo non decorus, qui candor est lucis æternæ Frater

Ephe.3.d

Cant.3.d

Sapien.7.c

A Frater mi Ionatha, quàm amabilis es & decorus valde? Volebam Iesum dicere, sed de consuetudine Ionathæ produxi vocabulum: & tamen gratus error, qui gratiam expressit. Error in nomine, seu in re nominis huius est seruata proprietas Ionathas columbæ est donum, illum significans, qui spiritualis gratiæ est plenus, puerum qui datus est nobis, siue Ionatham siue Iesum dicam, Iesum intelligo. Quam amabilis es frater mi Ionatha & decorus valde? præsumptionem putatis quòd fratrem eum dico? Verba hæc non meam temeritatem, sed eius charitatem sonant. Præsumptio fuerit, si non ipse Iesus mihi indulserit ausum. Denique & ipse cognationis huius & assumpsit habitum, & exhibuit affectum, & iuxta apostolum, non confunditur nos fratres vocare. Si non confunditur, cur non & tu confidenter dicas: Frater mi Ionatha: aut si domestico magis vis vti vocabulo, frater mi Iesu amabilis es & decorus valde, amabilis es super amorem mulierum? Anxio & vehementi affectu vestra, sanctæ malieres, in Christum inardescunt vota, sed ipse multo magis est amabilis, quàm amatur à vobis. Aemulamini ergo charismata meliora, magis autem vt ametis. Enumerat ligna Libani, columnas argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, ad vltimũ charitate cumulans omnia. Quidni? Adhuc, inquit Paulus, excellentiorem vobis viam demonstro. Bonæ sunt etenim columnæ, & sacri magna quidem est eloquij gratia. Sed si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum vt cymbalum tinniens, vocis inanem dans sonitum sine sensu charitatis. Reclinatorij aurei ingens est gloria, per quod tibi mysteriorum arcana signantur. Sed quid? Si nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Per gradus ascendis purpureos, & passionis Christi te gaudes habere insignia. Sed si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest, inquit apostolus. Charitas non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, medio gaudet, & quasi in cõmuni sua bona prostituit. Media enim charitate constrauit. Non inflatur, inquit, non est ambitiosa. Non enim charitas bonum singulare aut si habet, amat: aut si non habet optat: non vult aliis præcellere, sed nec ipsum magis habere bonum. Multi meritorum suorum infirma cognoscunt: ideóque de se magnum nil sentientes, non inflantur isti, sed fortè ambiunt. Vnde inflentur, non habent: sed inflate satis optant vt habeant. Priuatam & hi amant excellentiam, dum aut concupiscunt vt sit, aut contabescunt quòd esse non possit. Charitas verò cum inuidia contabescente iter non habet, non querit quod suum est: & quomodo poterit quod suum non est decerpere? Quid tu inuidiæ alienum vis corrumpere bonum? Nunquid adhices quod ab alieno decerpis? Ita forsitan, sed si corporalis aliquid pecuniæ subtrahas. Non ergo C in claustralibus rapacitatis huius vitium vereor. Est subtilius quoddam rapacitatis inuidiæ genus. Quid enim? Rapacitatem non putas si pecuniæ parcis, famam decerpis? Non concupiscis possessionem, & laceras opinionem? Quid tibi emolumẽti aliena diminutio confert, aliena si corrodis bona? & quid tibi inde accrescit? Euidenti forsitan veritate alienæ virtutis conteruntur in ore tuo dentes, quos ad derogandum paraueras. Non audes corrodere. non tamen potes collaudare. Iam alienum bonum verbo non carpis: nunquid ideo non rapis? Quomodo non rapacitas, vbi euidens bonum debito defraudas testimonio, & veram alterius gloriam etsi mendacia non corrumpis, silentio tamen supprimis? Vis audire in sola etiam æstimatione rapacitatem esse? Non rapinam, inquit apostolus, arbitratus est esse se æqualem deo. In inuidam animam non potest intrare æstimatio bona de bonis alienis. Non vult enim intelligere quòd alius bene agat: etsi palàm non audet, penes se tamen vel dissimulat, vel attenuat alterius merita. Vt quid istud, nisi quòd liuor priuatam semper excellentiam cogitat, alienam obscurat? Charitas autem non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, & (vt sic dicam) super inæqualitate, congaudet autem veritati. Priuatum autem non cogitat: medio quodam & communi lætatur: quæ sua sunt non quærit, sed quæ Christi Iesu. Eius in omnibus gloriam vel amat, vel optat. Communis est Christus, mediator enim est, & ideo

2.Reg.1.d

Hebr.2.c

1.Cor.12.d

1.Cor.13.a

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

1.Cor.13.b

Ibidem.

1.Tim.2.b

eius non sunt quæ media non sunt, sed in partem se restringunt. Quid tu liuore Christum vis in partem contrahere? Auaram vis esse gratiam spiritus, cuius circa te solum optas beneficia restringi? Sine vt excrescat & exuberet, & effundat se super omnem carnem spiritus domini, & repleat orbem terrarum. Noli communem omnibus beneficentiam intra cordis tui angustias incarcerare. Diues est enim in omnes, & tu minuere tentas affluentiam gratiæ, & immensitatem redigere ad minutias? Aemuli cordis auaras dedignatur Christus angustias. Nescit æmulatione tua eius bonitas detineri. Profluа est: non tibi soli, sed vicinis etiam se vasis eius oleum infundit. Fac vt illa mutuò tua sint. Erunt autem, si communi fueris bono lætatus, alioquin & animæ tuæ oleũ euacuas, & illis nihilo minus tamen infunditur mediator Christus: & ideo quæ sua sunt, media vult esse. In hoc, inquit, cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Vides quomodo charitas speciale quoddam est insigne discipulatus Christi, & doctrinę eius singulare indicium? Ideo hic in vltimo loco quasi ornatus quidam aliarum inducitur gratiarum. *Media*, inquit, *charitate constrauit*. O quàm molle est stratum charitatis. Proximi charitas liuore, charitas Christi timore caret. Nihil habet pœnale hæc charitas, timor pœnam habet, ideo non est in charitate timor, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ. Quid enim? timebit charitas veteres offensas: sed charitas operit multitudinem peccatorum. Infirmitas E propriæ conscientiæ timebit ne decidat: sed fortis est vt mors dilectio. Vtrunque metum charitas foras mittit, sed nec perfecta charitas temporales pro Christo timebit molestias. Sed ne quidem æternæ si fuerint, defatigari & euanescere poterit consummata dilectio. Non potest semel hausta cognitione tantæ non delectari dulcedinis. Non ideo amat charitas ne pereat, sed mauult foris pœnaliter in æternũ perire, quàm vsu amoris æterni priuari. Si enim dederit homo omnem substantiam pro charitate, quasi nihil despiciet eam. Verè hoc molle stratum, in quo etiam inter iniurias tam suauiter quàm sanctè quiescitur. Da mihi Iesu bone, vt super stratum hoc memor sim tui, & mediter in te in matutinis. Dulcis planè memoria, quam amor inducit: grata meditatio, quam suggerit charitas. Nihil enim est quod non iam dulciter & gratè de Christo cogitetur. Amor proximi compassionem habet, & quendam nimis suauem gustum, dum gementibus nouit condolere. Christus (in quo condoleas) etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei: non condolendi, sed congaudendi in se vobis vndique meritum præstat. Totus desiderabilis, & concupiscentia totus, & quasi charitate constratus. Quid enim videbis in Christo, quod non eius nobis & charitatem exhibeat, & nostram exigat? Totus nobis est charitatis illecebra, incitamentum amoris. Nullum in se me- F ticuloso relinquit locum affectui, totus amari vult, qui totus meretur amari. Noli virgo ad tormenta respicere, cui tanta proposita sunt oblectamenta in sponso. Ociosus debet esse timor, vbi tot insignia relucent amoris. Dedignatur charitas timoris commercium, cogi nesciens, quæ nequit compesci. Ideo charitas perfecta foras mittit timorem, velut inutilem & superuacuum, sed non timorem illum qui castus permanet in seculum seculi. Est enim timor quem foras mittit Charitas: & est timor quem mittit veritas: & est timor, quem intromittit & charitas & veritas. Primus cautus, secundus castus, sed non permanens in seculum seculi, tertius & castus & permanens. Primus veretur pœnam, secundus offensam, tertius totus libera quædam & secura reuerentia est. Et primus quidem timet offensam, sed propter pœnam: secundus offensam, sed propter ipsam. Et quidem iniuria quædam iustitiæ est, si metu pœnarum in gratiam veniat. Satis ipsa per se meriti obtinet, vt hominum in se studia prouocet, & conciliet affectus. Hunc ergo timorem charitas perfecta excludit. Quomodo enim perfecta charitas, quæ timoris stimulo indiget ad cultum iustitiæ? Perfecta dilectio mentem in solido possidet, omnia soli sibi iustitiæ munera deputari volens. Frigidus timor est, & pigrè incedit, satis habens tantùm impune euadere. Amor fastidium nescit, feruidus est, & in anteriora extentus: metus contractior, necessitate tantùm iustitiæ subit officia.

Philip.2.a

1.Ioan.4.b

1.Petr.4.b

Cant.8.b

Ibidem 8.c

1.Ioan.4.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Amor perfectus ſoli quod agit, debet iuſtitiæ, nihil in ea iuris relinquens timori. Quidni? An non ſatis in ſe obtinet meriti ad omne bonum opus iuſtitia? Chriſtus enim nobis factus eſt iuſtitia. Quid ergo? Chriſtus non ſatis in ſe habet dotis ad placendum? Alieno ergo & ipſe, vt placeat, indiget adiumento? Si non eius obtentu ſolius obtemperatur ipſi, quomodo erit eius perfecta dilectio? Diligam te bone Ieſu, diligam te virtus mea, quem non poſſum gratis diligere, nec poſſum tamen ſatis diligere. Dirigantur in te ex integro ſtudia mea, nec alieno deducantur & diſtrahantur affectu. At quàm exigua ſunt etiam cum integra ſunt in te ſtudia noſtra? quomodo ergo diminuam quod cum integrum eſt, tam exile eſt? Totus in te, deus bone, ex deſiderio ferar. Trahe me tu in te ipſum, vt nullo indigeam timoris impulſu, ſed perfecta charitas vſum eius excludat. Quid igitur? non ſunt metuenda æterna ſupplicia? Metuenda planè ſunt, & cauenda. Nemo enim
Ephe. 5.f vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed vehementior Chriſti dilectio motu timoris non eget in affectum iuſtitiæ. Amor iſte nihil tam veretur quantum offenſam: ſed propter offenſam, non propter pœnam. Ad iſtud quidem, quandiu in incerto humanæ res fluctuant, & non eſt tuta laus hominis in vita ipſius. At cum ad veritatem poſt vitam fuerit introductus, huiuſmodi de reliquo metus ceſſabit, timori tertio faciés locum,
H qui prioribus quidé ſuccedat, ſed nulli cedat: permanet enim in ſeculũ ſeculi. Primus ergo timor metuit ne temeritatis offenſam luat. Secundus ne infirmitate offendat. Tertius quod metuat non habet. Quid enim metuat completa felicitas, & conſummata charitas? Timor hic de plantario oritur charitatis. Non audeo dicere quòd charitas eſt, nec tamen audeo negare. Quid enim niſi amor eſſe conatur, qui iam neſcit affectum timoris? Quomodo non amor, qui iam penè timor eſſe deſiit? Quanam enim ratione timor nil metuens, timorem illum tam tutum nomine impartiretur amoris, niſi quòd deus ipſe ibi quidem amat nos: non tamen timori in tanta maieſtate permittitur locus? Sed in omnibus quomodo à charitate timor ille ſeparabitur? Et quid aliud eſt ibi timere niſi non tumere aduerſus dominum maieſtatis? Quid eſt timor ille niſi votiua ſubiectio, obedientia non coacta, vltrò impenſa reuerentia? Quomodo timor, qui offendere non timet? Non enim valet. Sed iterum quomodo non timor, qui offendere non audet? Et timor ergo non videtur, quia nihil vel peccati vel periculi metuit? & timor manet, quia nihil audacter vel temerè præſumit. Quid eſt timor ille niſi reuerentia humilis ex debiti neceſſitate impenſa, neceſſitate nil paſſa? Eſt enim obſequendi neceſſitas iure conditionis, ſed neceſſitatem ignorat libertas dilectionis. Quid eſt timor ille niſi temeritatis & negligentiæ magis priuatio, quam neceſſitatis coactio? Vides quantum timor iſte approximat ad charitatem? Penè illa eſt,
I ſed penè non eſt. Cauſa diſtat, par eſt affectu. Quæris qua cauſa? Inferioris conditionis reſpectu obſequendi ad omnem nutum tantæ maieſtati. Incumbit tibi iuſta neceſſitas, ſed ad cauſam iſtam charitas non reſpectat, diuinæ maieſtatis admiratione rapitur, non contuitu infimæ conditionis. Ergo rationem quam timor reſpicit, charitas neſcit cauſis præuenta potioribus. Cauſis ergo diſtant timor & amor, obſequio & affectu libero cognati. Primus ergo timor metuit puniri, ſecundus priuari, tertius neutrum. Primum illum perfecta charitas exterminat, ſecundum ad tempus tolerat, tertium ſibi indiuiſe collaterat. Hunc vos filiæ Hieruſalem timorem capta-
Cant. 3.d te. Primum cauete illum quem charitas foras mittit. *Media*, inquit, *charitate conſtruunt*. Vbi media dicit, totum dat intelligi. Et veſtri cordis medium charitas conſternat, charitas veſtiat. Veſtis hæc eſt & ornamentum nuptiale. Quæ ſi à nuptiali exigitur conuiua, quanto magis à nupta? Sola præoccupare & poſſidere vult omnes mentis veſtræ receſſus. Nolite illos degeneri & alieno communicare affectui. Molle quidem & delicatum eſt ſtratum charitatis, moleſto ne ad modicum quidem vult metu contriſtari. *Propter filias*, inquit, *Hie-*
Pſal. 118.a *ruſalem*. Iure quidem. Pax enim multa diligentibus legem tuã. Si quis de indulta dominatur gratia, quanto magis & vos? Nam etſi conſtat ſpiritualium bonorum magnas eſſe diuitias, ſed charitas ſupergreſſa eſt vniuerſas. Non modo ſupergreſſa, ſed etiam complexa. Et dulcis & diues eſt charitas. Denique ſi- K
Pſal. 67. cut habet pſalmus, inter medios virtutũ cleros, & in ſpiritualium communione gratiarum ſuper ſtratum dormitur charitatis. Charitas quaſi media omnibus cũmunicat, & quaſi melior omnes cumulat virtutes. Aemulamini ergo filiæ Hieruſalem chariſmata meliora, magis autem vt charitatem habeatis, & abundantius habeatis, totæ in affectum amoris tranſite. Totus enim amabilis eſt dilectus noſter Ieſus Chriſtus, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo XX.

AVDISTIS quò inuitatæ ſunt filiæ Sion, ſed vnde iubentur egredi, nondum audiſtis. Id enim eſt quod non exprimit litera. Vnde ergo? Nunquid de Sion? Sed videtur deus deorum in Sion. Non ergo de Sion eas vocat, quas ad videndum deum vocat. At fortè non ad viſionem dei, ſed ad videndum Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua. Ideóque nihil obſtat ſi filias Sion egredi iubeat de Sion. Sed nunquid non homo ille natus eſt in Sion? Ergo ſi de Sion euocantur, non tamen vocantur niſi ad Sion: de Sion ſuperiori ad inferiorem Sion. Nec enim dignum aut conſentaneum videtur, vt filiæ Sion egrediantur de ea, præſertim ad
L videndum ipſum cuius habitatio in Sion, vt qui natus eſt in ea. Memini diſertum & eruditum quendam virum cum ſuper hoc diſputaret loco, dixiſſe: Malè locatæ videntur quæ iubentur egredi. Satis commodè pro tempore dixit, ad audientium quod propoſuerat vtilitatem deflectens. Mihi tamen nimis bene locatæ videntur, ad quas præſentis verbi hortatus intenditur. Vbi, quæris? In reclinatorio aureo, de quo præceſſit ſermo heſternus. Delectabilis ille locus eſt, & vberior ad lætitiam, quàm humana queat affectio capere. Delectationis nimietas ſeipſam exhaurit, & ebibit animum voluptas exundans. Vicibus alternatur hoc gaudium, nec poteſt eſſe continuum, quod eſt nimium. Bonæ tamen vices vbi non diſceditur à ſponſo. Non datur in carne commoranti hæreditate poſſidere reclinatorium aureum. Ideo iubentur egre-
Cant. 3.d di filiæ Sion. Sed quomodo dicat, ne longius abeatis, *Egredimini*, inquit, *& videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua.*) Non vult eas à Chriſto diſcedere, ſiue mente excedant, ſiue ſobriæ fiant. Bona ſobrietas ſimplicitas fidei, quam intuentium poſſit aſpectus ferre, & qua poſſit foueri. Felix qui hoc gradu cum deſcendit, excipitur: & cum aſcendit, incipit. Aſcendentibus enim hic ſpeculationis locus primus occurrit. Bona enim ſpeculationis æmulatio, ſed ſcientia neceſſaria eſt. Reclinatorium ad illud aureum ſuccenderis & ſuccingeris, locum verè ſpeculatorium. Studium pro- M
bo, ſed expecta vt componam tibi greſſum, & gradum ponam, Specula eſt, & ſpecula verè ſublimis, ſpecula omnis terrenæ exaltationis ſupergreſſa nebulas. Inaſſuetus quid illuc ſaltum paras? Manibus (ſicut ſcriptum eſt) nitere vt aſſueſcas morari *Prou. 30.d* in æde regis Salomonis. Interim repe, donec rapiaris. Non enim ſaltus, ſed aſcenſiones, inquit pſalmus, diſpoſuit in cor-
Pſal. 83.b de ſuo. Erit autem quando aſcenſio in ſaltum, magis verò in aſſumptionem conuertetur. Quæ ſunt autem iſtæ aſcenſiones niſi quædam mentis purgationes? Ideo in valle lachrymarum, quoniam dilecta quæ plorantur purgantur. Felix qui ſatis lauit lectulum cordis, qui ſufficienter plorauit, cuius completa eſt triſtitia, cuius ad cor conſolationes inſpiratio loquitur diuina, & de conualle plorationis euocat, cuius à furore iu-
Cant. 3.d dicis non turbatur oculus, vt videre valeat regem Salomonem tranquillo aſpectu in die lætitiæ cordis eius. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem.* Illi enim habentur digni hac læta viſione, qui ſe quadam pœnitentiæ lege concluſerint, & diſciplinæ coarctauerint cuſtodia, quorum renuit a-
Cant. 4.b nima conſolari. Vis noſſe quàm bona ſit concluſio? Hortus
Cant. 2.c concluſus, fons ſignatus. Surge, propera amica mea, & veni. Vides iam quomodo illam inuitat, & amicam vocat, quæ ſeipſam concludere nouit? Quòd ſi concluſæ eſtis, nolite egredi, donec Chriſtus vos inuitet. Egreſſa eſt Dina, non educta:
Gene. 34.a & egreſſa eſt non vt regem Salomonem, ſed vt mulieres videret regionis illius. Quid inuenerit, vos noſtis. Vos egredi no-

lite,

A lite, niſi quando vos aut ſponſus aut ſponſi inuitant ſodales.
Ioan. 11.f Egreſſus eſt Lazarus cum illum dominus euocaret ad vitam.
Gene. 8. Egreſſus eſt Noë de ea quæ ipſum inter huius mundi fluctus illæſum arca concluſit, ſed ingreſſus eſt cum ei recluſit oſtia
Gene. 12.a dominus. Egreſſus eſt Abraham de terra ſua, vt repromiſſionis terram videret, ſed vocatus egreditur. Et vos egredimini filiæ Sion, inuitatæ ad felicioris gratiam viſionis. Concluſus eſt, & concluſus miſerè, qui beatum ad hanc viſionem egredi nec nititur nec meretur. Sed vilis concluſio, egreſſio libera. Denique cum fueris, inquit, conuerſus ad dominum, auferetur velamen, velamen ignorantiæ & ignobilitatis, domi-
2. Cor. 3.d nus enim ſpiritus eſt. Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Vbi maior abundantia ſpiritus, vbertas vberior. Quod concluditur & inuoluitur, tenuem habet reſpirandi libertatem. Egredimini ergo filiæ Sion, vt cum Paulo dicere poſſitis: Nos
Ibidem. autem reuelata facie gloriam dei ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur. Viſio dei, quodam eſt cum affectu ſemper accipienda. Et verè efficax eſt & violenta viſio tua bone Ieſu, quæ intuentium in ſe rapit affectus. Nonne dulcem quandam deſiderij ſui paſſus eſt violentiam Moyſes, vt tranſ-
Iſaiæ. 12.e iret & videret viſionem illam magnam? Vis accipere quàm ſit efficax? Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Quid verò cum humiliatus fueris ad terram, nónne omnium ad te trahis animos? Ego, bone Ieſu, reſurrectionis
B tuæ non expecto gloriam, nec admirationem meam aſcendentis in cœlum reſeruo potentiæ, ſed ſtatim in initio annunciationis vel natiuitatis tuæ voces angelicæ aures meas percellunt, & rumor nouus ſtupefacit me, & ad ſe rapit inſueta lux exorta in tenebris. Nuda viſio, & quæ ſe in affectus condignos non transfert, ignorantiæ & cæcitati non connume-
Eſa. 41.b ratur. Vultis viſionem fructuoſam accipere? Viderunt inſulæ, & timuerunt, & extrema terræ obſtupuerunt & acceſſerunt, ait Eſaias. Videtis quos virtutum fructus dei viſio pariat? timorem, ſtuporem, amorem. Viderunt, inquit, & timuerunt, obſtupuerunt & acceſſerunt. Viderunt te ad intelligentiam, timuerunt ad reuerentiam, obſtupuerunt ad nouitatem, acceſſerunt per conformitatem. Viſio comprehendit, timor comprimit, ſuſpendit ſtupor, rapit & vnit acceſſio. Illi enim accedunt, qui emulatione accenduntur. Videtis, animum timor humiliat, ſtupor quaſi infatuat, amor conglutinat. Caſſa viſio eſt, nec contemplationis digna vocabulo, quæ talibus non eſt veſtita affectibus. An illum videre diffinies, qui de myſterij cognitione non timet nec ſtupet nec ardet? Timore ſobrius ſit animus, ſtupore abſorptus, acceſſu conſertus & conſociatus. Huiuſmodi virtutibus contemplationis gratia conſtat, ſed ſtupore magis & amore. Nam ſtupore & admira-
C tione mens excedit, amore accedit. Nec æſtimanda eſt virtus contemplationis tam ex materia, quàm ex modo. Vtraque attendenda ſunt & genera rerum contemplandarum, & gradus affectuũ. Sed ſatius inferiori genere amplius affici, quàm
Matt. 11.d in ſuperiore minus. Viſio hæc abſcondita eſt à ſapientibus & prudentibus, & reuelata eſt paruulis. Ideo dicit: Extrema terræ obſtupuerunt & acceſſerunt. Quod humiles capere ſufficiunt, id magis ſolet adficere, & quandam ſui admirationem & amorem importare. Cum exaltatus, inquit, fuero à ter-
Ioan. 12.e ra, omnia traham ad meipſum. Omnia quæ inde ſunt bone Ieſu quandam habent alliciendi efficaciam, & cogitantes ſollicitant in affectum, ſed ad omnia non poſſumus omnes attingere. Sublimia ſolis ſublimibus ſunt, humilia omnibus. Quæ maior humilitas quàm exaltari in cruce? Etiã de hoc ait: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Efficax ad trahendum humilitas iſta. Quidni? Quis non ad ſimplicem cogitatum huius rei ſtupore & extaſi repleatur? Cuius non affectum fides hęc exhauriat & infatuet, & reddat inſufficientem? Facilis ad contemplandum locus, ſed fœcundus ad gratiam. Simplicitas fidei huius minus habet intelligentiæ, ſatis magnum & admirationis & amoris incitamentum habens. Ac-
Gala. 6.d ceſſibilis locus, ſed exceſſus dulciſſimos pariens. Nolite hunc contemplationis locum dedignari. Non eſt difficilis ad recogitandum, & eſt diues ad gloriam. Mihi, inquit Paulus, abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Et quid vultis audire? Crux ipſa corona eſt gloriæ, diadema regni. Denique in cruce triumphauit, expoliatis principatus & poteſtates, & D
Cant. 3.d mundi principem eiecit foras. Glorioſa viſio triumphi ipſius. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua.* Videte carnem quam humano ſumpſit ex genere triumphantem in ligno. Et felix caro quam ſibi Chriſtus non quaſi carcerem, ſed quaſi coronam aſſumpſit: quæ fuit ornamento, non oneri. Nos omnes in carne quaſi in domibus carcerum abſconditi ſumus, com-
Rom. 7.d pediti & ſeruientes legi peccati. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia, inquit, dei per Ieſum Chriſtum. Deus enim mittens filium ſuum in ſimilitudi-
Ibid. 8.a nem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne. Veritas carnis in Chriſto, peccati pondus non ſentiens, nobis omnibus de peccato victricẽ palmam aduexit. Bene quaſi diadema accipitur corpus immaculatum, corpus triumphi, corpus honoris & gloriæ, corpus cuius cruore peccati deletur chirographum, iuſtitiæ & ſalutis ſignatur conſcriptio, nuptialia ſunt inſtrumenta conſecta. Denique hic dies deſponſationis, quando veteres repudiant ritus, noua Eccleſiæ ſacramenta inſtituit, quando in perpetui matrimonij ſignum & copulæ nuptialis, de latere eius ſanguinis & aquæ mixtura profluxit. Hodie ſynagogæ dedit libellum repudij, & à priore odioſa ad poſteriorem dilectam tranſiuit. A veteri tranſiuit ad nouam, quam ſibi ipſe exhibuit glorioſam non habentem ma-
Ephe. 5.b culam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Nouitatis ſignum E eſt quòd ruga caret. Explicuit Chriſtus literæ rugas, & quod inerat nouitatis elicuit. Quid vultis vos Sion & ſynagogæ filiæ rugas contrahere, quas Chriſtus explicuit? Nouis ſuperuenientibus, quid veteribus adhuc gloriamini? Egredimini filiæ Sion de cauernis literæ, de anguſta & ignobili intelligentia. Egredimini & videte regem Salomonẽ in diademate quo coronauit eum mater ſua. Corona nobis eſt incarnatio, quam vos putatis contumeliam. Et videte iam quomodo benedi-
Pſal. 64.c xit coronæ anni benignitatis ſuæ, quomodo campi eius repleti ſunt vbertate. Videte coronam, videte & copiam. Coronam victoriæ, virtutum copiam. Vnde hoc, niſi quia granum frumenti cadens in terram mortuum fuit? Denique hæc eſt vi-
1. Ioan. 5.b ctoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. Et ipſa credentium multitudo corona eſt & ornametum Chriſto. Eris, inquit, corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. Nunquid hoc dictum vobis vſurpatis, an non per vos nomen dei blaſphematur? Egredimini filiæ Sion, & videte quàm glorioſus ſit deus in ſanctis ſuis, ſi fortè viſio hæc ad æmulationem vos deducat, & de ſolitudine veſtra ad eccleſiæ frequentiam tranſire faciat. Etſi deſerta fuiſti, ſed non voca-
Eſa. 62.a beris, inquit, vltra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed iam deſiſtamus ad eos qui foris ſunt ſermonem proferre. Ipſi potius videre delectemur quomodo iam F pingueſcunt ſpecioſa deſerti, quomodo credentium corona Chriſtus in eccleſia cingitur. Quæ eſt ſpes noſtra, & corona
1. Theſ. 2.d gloriæ? nónne vos ante deum? Si Paulus hoc dicit, quomodo non magis Chriſtus? Viuo ego, dicit dominus, quia his om-
Eſa. 49.c nibus velut ornamento veſtieris. Aduertiſti quomodo credentium agmina ornamentum eſſe Chriſti in eccleſia diffiniat. Quare non & corona ſunt? Sed corona habet quandam inſignem & illuſtrem præ cæteris ornamẽtis dignitatem: quia cætera cum ſint corporis, iſta eſt capitis. Et temporis ratio ad eius commendationem aliquid adfert. Solẽnibus tantùm vſus eius eſt accommodatus feriis. Iam etiam video alacritatem veſtram: iam ad vos huius verbi interpretationem deflectitis. Iam veſtrum in coronæ prærogatiua intelligitis priuilegium, qui purioris eſtis vitæ & profeſſione aſtricti, & exercitio inſtructi, & indefeſſi ſtudio, & ocio feſtiui. Iure diadematis cenſentur nomine, quos iam non tam pugna ſolicitat, quàm triumphus lætificat: quibus non eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, qui ſerpentis iam caput non obſeruant, ſed Chriſti exornant, Vos eſtis corona Chriſti & gaudium: & ideo ſicut cœpiſtis, ſic ſtate chariſſimi, ſic ſtate in domino, imò ſic capite dominum. Sublimis locus eſt, nihil illuc vilioris afferte materiæ. Videte vocationem veſtram, vi-
1. Cor. 1.d dete quem eſtis in vſum aſſumpti. Nihil fœni, nihil ligni, nihil ſtipularum in domini velitis diademate texere. Nihil de-

G nique quod ignem mereatur vel vereatur. Spinæ complexæ
Psal.36.a igne comburantur. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris eos qui spineam capiti regis nostri imposuere coronam. Tale diadema non honorem, sed horrorem adducit. Horret Christus magis asperitatem morum, linguæ stimulos, quàm aculeos spinarum, in his præsertim qui in silentij vocati sunt simplicitatem, in charitatis negocium, & ocij quietem in humilitatis scholam, in subiectionis votum, & vinculum vnitatis. Sed non est bonum vinculum quando sibi mutuò confœderantur, & in aliorum obtrectationem dextera
Sapien.2.b conserunt, Iudæorum more dicentes: Tollamus iustum, quia inutilis est nobis, & contrarius operibus nostris. Vos autem æmulamini pacis bonum in bono semper. Denique species coronæ quoddam vnitatis præfert indicium. Non sola corona est æstimanda materies, sed & forma pulchræ intelligentiæ rationes eius administrat. Ea enim est coronæ species, quòd & in orbem cohæret, & in altum se erigit. Vis habere cohærentiam quandam communem & idipsum? Credentiũ,
Act.4.f inquit, erat cor vnum, & anima vna. Quis huius vnitatis finis? Propter spem vtique, quæ proposita est in cœlestibus. Iam ergo habes cohærentiam in vnitate, erectionem in spe. Et apo-
Ephe.6.c stolus: Galeam, inquit, salutis assumite. Et bene de galea introducta est mentio, eo quòd habeat quandam cum corona vi-
H ciniam. Nam vtraque capitis est, sed altera munimentum, altera ornamentum. Ideo nihil impedit spem ad vtranque referri: spe enim salui facti sumus. Ista nunc de forma perstricta sufficiant. De materia quid quæritis? Ipsi enim scitis quòd fragilem & obscuram materiam dedignatur locus sublimis.
Psal.20.a Aurum vult & lapides preciosos. Posuisti enim in capite eius
Apo.4.b coronam de lapide precioso. Aureas in Apocalypsi coronas legis. Preciosa materies, siue solum sit aurum, siue quædam auri gemmarúmque mixtura. Sed nescio quid maioris gratiæ
Psal.20.a significare videtur, quòd auri mentione sublata, de lapide, inquit, precioso posuisti in capite eius coronam. Et adhuc ex-
Apo.12.a cellentiorem vobis demonstro materiam. Apparuit signum magnum in cœlo, mulier amicta sole, & in capite eius corona stellarum duodecim. Apostolorum tibi & numero & spe-
Dan.12.b cie chorus monstratur. Qui enim ad sapientiam eruduint multos, quasi stellæ splendent ad perpetuas æternitates. Hæc corona fratrum stetit in circuitu Iesu, sicut scriptum est. Et in
Apo.19.b Apocalypsi diademata multa in capite sponsi, secundum diuersitatem gratiarum & graduum: sed illud præcipuum quo coronatus est in die desponsationis suæ, in die quo sibi in discipulis desponsauit ecclesiam. Desponsauit eam in fide, desponsauit eam dando in cordibus eorum arram & pignus & primitias spiritus. Et desponsatio dicitur participatio spiri-
1.Cor.6.d tus, quando adhærens deo iam non duo, sed vnus spiritus est.
Ephes.5.g Denique & ipse est homo qui reliquit patrem & matrem, &
I adhæsit vxori suæ, & facti sunt duo in carne vna. O beatum commercium, facta es cum sponso in carne vna, & ipsa cum sponso in vno spiritu. Quomodo oportuerat de tali te gaudere coniugio fidelis anima? quomodo lætari, & diem festum
Esa.52.a agere? Induere induere vestimentis gloriæ tuæ ciuitas sancta, sponsa agni, gaude & lætare Sion adiuncta Christo. Quomo-
Ibid.62. do tu non gaudebis, cum gaudeat ipse? Gaudebit sponsus, inquit, super sponsam, & gaudebit super te deus tuus, sed quan-
Canti.3.d to gaudio? *In die*, inquit, *desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis eius*. Non leuem dedit intelligi lætitiæ motum, quem esse cor-
Prou.8.d dis expressit, lætitiam dico? deliciæ sunt. Deliciæ, inquit, meæ esse cum filiis hominum. Quàm carè tibi Iesu bone, constant illæ lætitiæ. Non gratis eas possides, quas carnis passione comparasti. Ideo cordis tantùm hanc dicit lætitiam. Iniuria est sponsi, si ipse lætatur, & tu non ex corde applaudis, non gratularis, non gaudes. Vel fastidij vel desp ectionis instar est cum gaudente non gaudere, & hoc in desponsationis die. Affectũ tuum cuius alliciat species, si non eius qui speciosus est forma præ filiis hominum? Gaudens gaude in domino, & exultet anima tua in sponso tuo, in deo tuo: qui si deus non esset, & homo purus esset, quantas tamen haberet in se amoris illecebras homo talis, tot gratiarum abundans muneribus? Nam si à radice conceptionis eius recensere cœperis, totus tibi stellatus videbitur iuxta conditionẽ humanam tam singulariter quàm excellentia virtutum: homo innocens, impollutus, segregatus K
à peccatoribus: vt interim sileam quòd excellentior cœlis factus est, infirmitatibus nostris potens compati, tentatus per
Hebr.7.d omnia pro similitudine absque peccato. Diffusa est gratia in labiis eius, misericordia in visceribus, virtus in manibus, conuersatione singularis, sermone communis, prudentia in respõsis, vita in verbis. Quid ergo quòd conceptus est ex fide, natus ex virgine, non consumptus est in morte, & assumptus in gloria? Reticeo nunc credentium numerum, & merita populorũ,
1.Tim.3.d quos misso spiritu sibi in fide & charitate sociauit. O verè magnum pietatis sacramentum Christus, incitamentum amoris: qui manifestatus & infestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est mundo, assumptus est in gloria. Quis det mihi istas discurrere & recurrere frequenter per lineas, & per singulos virtutum & operum gradus dicere: Domine quis similis tui? Quis mihi det *Psal.34.b*
vt scribantur sermones isti in corde meo, vt exarentur in stilo, & quasi in silice scribantur, vt non deleantur? Bonus stilus digitus tuus domine, digitus quo scribebas in terra arcana ver-
Ioan.8.a ba, quorum virtutem calumniantes ferre non poterant. Inclina teipsum deus meus, & incide in corde meo legis tuæ tabulas. Lapideum est cor meum, sed durum lapidis naturæ oblituiscitur, ad digiti tui impressionẽ facilè cedens, vbi tu incidis. Sed iam multa diximus pro eo quòd oportebat sponsam lætari & gaudere in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis L
sui dilecti. Magna in hac die lætitiæ ratio, & quæ cordis & affectus humani fines excedat. Nec est huc peregrina inducenda lætitia, sed diei isti sufficit lætitia sua. Dulcis est domine, & directus est ad nos spiritus tuus, spiritus suauis. Humanas tibi animas per fidem & amorem quodam sponsi associas affectu, & de conuersione lętaris. Durum cor, quod sibi lætitiæ huius materiam subducit, occasionem attenuat, imminuit rationes. O me impudentem & ingratum si non ego talem diligam, tam absolutum à corruptione, & tanta circa me astrictum compassione, necessitate non obnoxium, & pietate obnixum. Diligam te dulcis domine, etsi non pro me, pro te tamen: vt tuo satisfaciam desiderio, deliciarum tibi causas subministrẽ, argumenta lætitiæ, in die desponsationis & in die lætitiæ cordis tui.

Sermo XXI.

ET VOS audeo confidenter ad visionis huius inuitare lætitiam, filiæ cœlestis Sion, Hierusalem, quæ in cœlis est. Vos verè & plenè filiæ Sion, quæ semper intuemini faciem patris. Vos, inquam, multorum milium angelorum frequentia, vos inuito & voco. Egredimini & videte, egredimini de recondito illo sinu intimæ visionis, de secreto lucis inaccessibilis. Nouum vobis terra nostra præstat spectaculum. Nouum enim facit dominus super terram. Ab æter- M
Hier.31.d nis ad terrena vos prouoco. Mira hæc inuitatio: sed nescio quo pacto æterna illa, quæ in seipsis semper & noua & miranda sunt, in eo quod factum est in terra nouum, noua magis & mirabiliora refulgent. O beata hæc in terris nouitas temporalis, quæ antiquam illam & æternam nouitatem angelicis in aspectibus amplius innouauit. Nouum faciet dominus super terram: fœmina circundabit virum. Quem virum? Ec-
Zach.6.c ce, inquit, vir oriens nomen illi. Oriens splendor lucis æternæ, fœmineo, sed virgineo circundatur vtero, & carne vestitur. Hoc est illud nouum, quod ipsa sui nouitate nimia credulitatem obstrueret, si non esset inauditis prius signis fides elicita. Denique inter tot & prophetarum & prodigiorum manifesta testimonia, ad nouitatem istam adeo quorundam sensus obstupuit, vt dum nouitati fidem abrogant, signis euidentissimis non accommodent credulitatem. Sed quid vos ad egrediendum inuito: qui ipsos etiam vbique præuenitis & in-
Luc.1.c struitis apostolos? Vbique seduli estis & admiratores, & an-
Idem.2.b nunciatores nouitatis istius. Angelus concipiendum nunciat Mariæ: natum pastoribus angelus nunciat, imò & ipsis angelis, non tantum pastoribus angelus nunciasse videtur. Vnus
Ibidem. prædicat, alij applaudunt. Facta est, inquit, cum angelo multitudo cœlestis exercitus laudantium & dicentium: Gloria in altissimis deo. Vnus annunciat, quod alij æquè nouerant: & tamen

A tamen quasi nouum & recens audiunt, quod illis ignotum esse non poterat. O beata hæc nouitas, quæ angelico gaudium præstat auditui, & (vt sic dicam) delectat illos ab alio audire & quasi discere, quod eos ab initio ipsa veritas edocuit. O humilis & indefessa deuotio & ad deum, & ad inuicem. Est hic aliquid quod nos vinam obseruemus, imò & seruemus. Quid illud? Vt angelico exemplo humilem & attentum præbeamus auditum alieno sermoni etiam in illis quæ non ignoramus. Non tamen alienus est, qui de cœlo est: nisi nos à deo alienos reputauerimus. Et si alienus est, auctoritatem illi tribuit diuina materia. Nota fastidire, aut curiositatis est, aut cõtumaciæ signum. Angelici spiritus, quibus à principio innotuit sacramentum incarnationis, non abstinent ab admiratione in nouitatis huius exhibitione: & antiqua cognitio non
Mich.5.a modo visione noua, sed nouo gaudet & lætatur auditu. In temporum fine egressus est Christus, ideo egrediuntur & ipsi. Et egressus eius à diebus æternitatis. Sed in temporum fine de vtero eius egressus est, quæ circundedit eum, fœminæ.
Luc.1.c & Ch.c.3. & 22.c. & 24.a Act.1.b Ideo egrediuntur cœlestis filiæ Sion admiraturæ in complebB tione quod semper admiratæ sunt in expectatione, angelus in annunciatione, angelus in natiuitate, angelus in baptismate. Angelus apparuit oranti, testis est resurgenti, astat ascendenti. Quàm vehementes putas amatores sunt tam seduli annunciatores, & indefessi admiratores? Per omnes huius sacramenti gradus circumeunt & immolant hostiam admirationis, hostiam vociferationis: cantant, & psalmum dicunt domino. Et omnis hæc veneratio extrinsecus exhibita est, absq u ea quæ intrinsecus latet. Etsi nouum fecit dominus super terram, cœlos tamen nouitatis huius odore repleuit F œ-
Ephes.5.b mina circundabit virum, quomodo circundat corona caput. Caput enim ecclesiæ Christus. Gloriosus planè in illo splendore gloriæ, & paternæ figura substantiæ: sed superaddito nostræ quodam velut fuco naturæ, & colore inducto, dum sublucet, plus placet. Nec illis tantùm qui secus ferre non poterant, sed in his etiam quibus pure se splendor ille refundit. Hæc autem dico, quòd dignatio hæc ipsa qua voluit incarnari, quendam videtur attulisse decorem dignitati maiestatis. Quomodo enim non plus placebit humiliata sublimitas, exinanita immensitas, & diuinitas incarnata? Ista varietate quid pulchrius? Varietatem dico? cõtrarietas videtur, eo quòd ad contemplandum pulchrior, quòd hæc sese contraria non impugnant, sed congruunt sibi. Mirabilis in se diuina simplicitas, sed (vt sic dicam) multo hæc compositio mirabilior, quia nouior. Non possum mixturæ huius attem satis mirari, & puto nec angeli. Et quidem illis mirandi ratio maior, quibus diuinæ naturę mera simplicitas syncerius innotescit. Illa incomparabiliter mera est, & ideo mixturam hanc mirabiliorem red
C dit. Quænam hæc mixtura, cum sua cuique naturæ constet integritas? Nam nec alterutra in alteram transit, nec ex vtrisque quasi tertia & noua quædam consistit. Nouum tamen est quòd in vna persona conueniunt. Cõtemplatio vtraque quædam velut cella vinaria. In illam introducti sunt angelici spi-
Pal.143.c ritus cellam nectaream maiestatis æternæ, imò à conditionis suæ initio positi. Iam nunc in temporum fine hæc nostra in terris cella mustum nouum eructat. O promptuaria ple-
Pal.22.b na, promptuaria exundantia & eructantia ex hoc in illud. Egredimini filię de cella vini meri ad hoc mustum quod miscuit sapientia in cratere nouo. O calix inebrians quàm præclarus es, & ideo claritate inebrians. Liquor æternus nouo huic infusus calici, maiore cum charitate hauritur, quanuis cum claritate temperata, idcirco & amor esse debet intẽperatus, quis enim se ab amãdo temperet, quando nostræ se capacitati contemperauit immensa maiestas? O calix non hominum tantùm, sed & angelorum mentes inebrians, & in se à contemplatione meræ diuinitatis mixtura hac noua conuertens. Egredimini filiæ Sion de copia illa vini meri ad hunc calicem temperatum. Egredimini & gustate quàm suauis est dominus. Ibi suauitatis diuinæ simplex natura prospicitur: hic suauitatis eius vsus & indicia proponuntur. Ibi in se videtur, hic in effectu suo hoc vltimo in genere vtrunque mirabile est, & nescio quid magis mirer, in persona naturarum, compositionem, an compositionis causam. Quid iam in vnitate diuinæ essentiæ tres esse miramur personas? Plures iam ex integro in vna per-
sona naturas mirare. Quid non hic ad contemplandum sua- K
ue, quod quem non afficiat? Denique ad admirationis cumulum causa accedit. Causa nec consequentia rationis, nec saluationis efficacia caret, nec gratia compassionis. Vis audire
1.Cor.15.b consequentiam? Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in
Rom.5.d Christo omnes viuificabuntur. Et idem: Sicut per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obedientiam iusti constituuntur multi. Quid consequentius? Magna consequentia, sed ex parte iustitiæ efficacia maior. Denique & si abundauit delictum, superabundauit & gratia. Vbi delictum, ibi seductio & fallacia interceßit: & ideo non omni ex parte voluntarium videtur. In gratia verò nihil non ex proposito, nihil non ad libitum. Quomodo ergo non efficaciora sunt voluntaria bona, quàm velut aliqua ex parte coacta mala? Et vere efficax gratia & artificiosa. Nescio quid magis mirer, artificium coactionis, an efficaciam saluationis. Vtrunque in beneficio gratum est, & volũtas & euentus. Adde & tertium, modum ipsum & rationẽ. Nihil voluntate hac affectuosius. Quæ dilectio maior quàm vt ponat quis animam suam pro amicis suis? At hoc fecit pro inimicis: & inimici erant in seipsis, & amici: quia ante mundi constitutionem dilecti. Quid operis huius euentu vberius? Larga effusio spiritus super omnem carnem, satis manifester, Effusio sanguinis Christi, spiritualem nobis effusionem impetrauit. Quos lauit sanguine suo, quomodo non perfunderet spiritu sancto suo? L
Ideo prius mundauit, vt essent super quos altius postea spiritus inundaret. Ad ordinem quid consequentius? Coarctor in huius materiæ consideratione, & quid potißimum ad contemplandum è tribus eligam, ignoro: pietatem, an prudentiam, an prouentum. Certant hæc inter se in contemplatione nostra & cum in alteram partem intenditur, & in alteram trahitur. Blandiuntur hæc mihi, & affectione diuersa permulcent. Inardesco, stupeo, gaudeo. Gaudeo pro vtilitate, ad prudentiam stupeo, inardesco propter impensum mihi pietatis amorem. Quid ista dispertior? Confunduntur hæc inter se, & in vnoquoque genere permiscentur frequenter. Nam & modus & cõmoditas & affectio, siue malis sic dicere, prudentia, prouentus & pietas. hæc inquam tria siue simul siue sigillatim considerata, animum ad se meum & trahunt citius, & tenent diutius, & quandam in admirationem & exultationem conuertunt. Matris ecclesiæ fides talium varietate virtutum eius diadema contexuit. Hunc ibi numerum, hoc pondus, hanc mensuram assignant. In ordinis ratione & consequentia numerus deprehenditur, & concordiæ modus. In pondere pietatis affectus vehementior. Et vere vehemens pondus gratiæ, de cœlis ad terram maiestatem immensam deducens. Immensitas hæc omnem incomparabiliter excedens creaturam, ad mensuram se contraxit, mensuram pertingendi vsque ad nos. Non enim quasi non condescendens ad nos super extendit ipsam, sed in mensura nobis distillat
dona spiritus. Mensuram interpretor in effectu virtutum mu M
nera. ad mensuram enim dat nobis deus spiritum. In mensura contra mensuram. In mensura gratiæ, contra mensuram iniustitiæ. Nam sicut abundauit delictum, abundauit & gratia. An non hæc mensura coutra mensuram? Certe & supra. Superabundauit enim & gratia. Nunquid tantùm super mensuram delicti? Non vtique tantùm super mensuram delicti, sed etiam super mensuram gratiæ. Et econtrario & supra mensuram iniustitiæ abundat gratia, & supra mensuram gratiæ: sed non contra abundat gratia. Vbi enim vna abundat, necesse est & altera superabundet, & detur abundantius abundanter habenti. Mensura hæc mensura bona & conferta & coagitata & superfluens. Superfluitas videtur, quando non tantùm necessaria suppetunt, sed & exuberant voluptuosa, In donis spiritus quædam expediunt, quædam decent, quædam delectant, sanant, exornant, exhilarant. Quomodo non supereffluunt quæ sic excrescunt? Sed hæc sufficiunt de numero & mensura & de pondere diadematis quod Salomoni regi mater eius composuit. Quoddam enim quasi sertum gloriæ cõfert, dum coaptat quod à nobis assumpsit, & quod nobis exhibuit. Videtis quibus hoc diadema dotibus gratiarum
constet. Sed quid de gratiis ad diadema? Dabit (inquit in pro- *Prou.4.b*
uerbiis) capiti tuo argumenta gratiarum. Pater dat, & mater

G coronat. Ipsa coronat, quia credit, quia ipsa circũdat. ipsa coronat. Mater ecclesia seipsa te Iesu bone exornat, seipsa te vestit: seipsa te calceat & coronat. In perfectione calceamentum est: in perfectione corona. Mira mutatio, vbi excussio puluere si quis adhæserat, de calceamento corona efficitur. *In die desponsationis & lætitiæ.* Vide ordinem. Vnus dicitur desponsationis & coronationis dies. Si istud scis, beatus es si sequaris. Conuertis ordinem, si vis prius despõsari quàm coronari: si prius vis ad iucunditatem & quietẽ deuinciri Christo, quàm cum Christo vincere. Anticipatio quidem beata, sed non ordinata, si ante triumplum thalamum tibi optas collocari: si ante laborem præsumis lætitiam. Vnus est his tribus constitutus dies, diademati, desponsationi, & lætitiæ cordis. Et quid est cor Salomonis nostri? Vos, inquit, estis corpus Christi, & membra de membro. Felix plane quodcunque membrũ capitis huius: sed qui cor est eius, de præcipuis est. Et vide si non cor eius, qui quodam in ventre secretorum dei foueatur, in vitali affectionum calore, in medio meditationũ. De corde enim cogitationes, non operationes exeunt. Iure ergo cor est, qui in medio spiritualium locatus est cogitationum, in pinguedine gratiarum, in quodam ventre veritatis, in vtero sapientiæ, cuius in typo Salomon ponitur. Et quidem vna eadémque vel ecclesia vel anima, & corona est & cor & sponsa. Corona in capite, sponsa de latere, cor in ventre. Corona in summo, sponsa in proximo, cor in intimo. Quid hic non optime collocatur? Quid non festiue? Egredimini hinc nostræ filiæ Sion & videte, vt & vos transeatis in affectum cordis huius, in sponsæ gratiam, in diadematis speciem. Nolite nomine casso gloriari. Estote quod esse dicimini, speculationis filiæ. Vsus ipse attestetur nomini. Festus enim est desponsationis iste dies, & dei susceptione dignus, & ab hoc ad festiuiorem, qui nuptiarum est dies, pertingitur: in quo non datur libellus repudij, non intercedit diuortium, non abit vir via longissima, ne breuissima quidem: sed est semper in domo sua sponsus Christus Iesus. Qui viuit & regnat cum deo patre & spiritu sancto per omnia secula seculorum. Amen.

Canti. 3. b

1. Cor. 1. d

Matt. 15. b

H

Sermo XXII.

NON veretur ne suis intumescat laudibus, & humilitatis iacturam faciat, cuius ipse sibi pulchritudinem cum expressione tanta sponsus commendat. Frequenter ex multo placendi desiderio subest metus displicendi: & propensior deuotio, conscientiæ securitatem imminuit & furatur.

I Quid ergo mirum si sponsus applaudit illi de pulchritudine, affectúmque blanda allocutione demulcet quem metus inuexerat? Quanam enim ratione deformitatem non vereatur suam hominis anima quælibet, quæ nostri Salomonis in matrimonium asciscitur? Audiuit illum in diademate suo, in die desponsationis & lætitiæ cordis, in illa abysso gloriæ solito festiuiorem: poteratque iure vereri repulsam, si deformitatis & abiectionis suæ respectaret ad causam. Oportuit itaque vt securior reddita resumeret animum, & infusa alacritas mentis faciem viuido quodam colore perfunderet. Nam totius Vitę & operum pulchro vultui plurimum adiicit mentis hilaritas: propterea in hunc modum amicam sponsus alloquitur: *Quàm pulchra es amica mea!* Similia feré dicta sunt supra in præcedentibus, vbi sic legitur: ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Idem pene videtur: Ecce tu pulchra es, &, quàm pulchra es. Vtrobique pulchritudo prædicatur ipsius, & iterata commendatio confirmationem declarat. Sed quantum ipse aduertere possum, altquanta hic innuitur distinctio. Nam vbi dicit, Ecce tu pulchra, agit tantùm de pulchritudine: hic verò de nimietate pulchritudinis. *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra!* Ibi simplex attestatio quasi subito deprehensæ pulchritudinis, hic autem admiratio nimietatis. Ibi attestatur quàm pulchra: hic oblectatur quòd tam pulchra. Hic enim maiore pronunciatur cum pondere affectúque mirantis, & prolationis modus motum oblectatæ mentis declarat: *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra!* Et quidem in processu cantici profectiora ad sponsam dici oportuit. Hæc à nobis de similium distinctione verborum.

Canti. 4. a

Ibidẽ. 1. d

Nam quæ super pulchritudine sponsæ interpretanda fuerãt, K copiosè & accuratè suis explicata sunt locis. Et quæ vir vtrum eruditior an eliquentior nescio, suis disputauit in homiliis: nec minimo (vt sic dicam) digito decuit à nobis ad discutiendum attingi. Hoc verò negligenter attendendum, quòd post generalem commendationem pulchritudinis, particulatim amicam depicturus, loco primo ab oculis orditur, prudenter quidem: quoniã si simplex oculus fuerit, totum corpus lucidum erit. Et ideo columbarum cõparat oculis, vt iuxta euangelij doctrinam, suam amicã simplicem doceat sicut columbam. Denique vniuersum corpus operationis, simplex illustrat oculus intentionis, & facit vt corã deo luceant opera, quę per se corã hominibus poterant lucere. Nam quando foris bonũ lucet opus, sed operis bonitatem non intendit animus: quasi corpore claro oculus cæcatur. Opera quidem ipsa aliquotiẽs in genere suo bona sunt, & aliis cõmoda: sed operũ bonitas in actorẽ non refunditur, qui simplicẽ oculũ in ipsis nõ habet. Ideo tenebrosa sunt, quòd intentionis synceræ lumine carent. Bonus itaq; simplex oculus, non habens vllam partẽ tenebrarum, conuersationis corpus totum serenãs. Aut totus enim tenebrosus est oculus, aut totus lucidus, aut habẽs aliquam partem tenebrarũ admixtam. Totus tenebrosus est, cum operi malo propter malum intendit. Totus lucidus, cum operi bono non nisi propter bonum intẽdit. Cum verò in opere bono non tantùm in ipsum bonũ, sed etiam in alium aliquem finem intẽtio dirigitur, vel cũ in opere nõ bono quod ineſſe credebatur bonũ, errãdo diligitur: aliqua ex parte oculus caligat, & non est mera simplicitate purus. Quid cũ opus bonum prætenditur, & non ipsum bonũ, sed aliud totũ intẽditur? Oculúsne iste tenebrosus dicetur ex toto, an ex parte caligans? Mihi quidem magis tenebrosus ex toto videtur. Nam etsi lux deputetur in opere, nulla tamen agnoscitur in intentione. Quomodo autem intentio bona, quæ bonũ non optat: aut quomodo simplex, quæ sub boni velamine seipsam occultat? In oculis verò sponsæ vtraq; cõmendantur, & simplicitas, & spiritualitas: ideo columbarum dicuntur. Et bene in amica sua primò lucẽ commendat, vt sibi demonstret similem, qui & ipse dicitur lux mundi, & in quo tenebræ non sunt vllæ. In sex dierum conditione lux omnium prima creata dicitur, & in describenda pulchritudine sponsæ, lucis in primis inducta decenter est mentio. *Oculi tui columbarum.* Quid te amicam esse præsumis, quæ nescis oculos habere columbæ? Opera quantumcunque fuerint bona, si impurus est animus, de pulchritudine frustra tibi applaudis. Quomodo amica es, quæ pulchra non es? Sed quomodo non es inimica, quæ malignaris in sancto? Malignatur in sancto, qui malignatur in bono, siue in suo siue in alieno. In tuo malignaris bono, & cũ bonum ipsum non conspicaris. In alieno, cum de bono male suspicaris. Et praua intentio, & peruersa interpretatio, vtraque malignatio est: vtraque fellea, vtraque falsa, nihil habens cũ columbarũ natura cõmune. Oculo columbarũ sunt qui nec falli volunt, nec fallere norunt. Nescis q̃ sponsus tuus veritas est? Quomodo dicet tibi: Colũmba mea, amica mea, quæ simplicitate non gaudes? Amica est veritati simplicitas: ideo cum simplicibus sermocinatio eius. Deniq; simplicitati amicæ applaudit dicens: *Oculi tui columbarum.* Bona enim est oculata simplicitas, ita simulationẽ excludens, vt non caliget in veritate. Rara hæc hodie in terris auis: & siqua est eius vsquam frequentia, occulta satis, & latens in foraminibus petrę in cauerna maceriæ, & desuper riuos aquarum. Quomodo autem obscuratus est aut occultatus est oculus columbinus? Quis est qui seculi calliditates non sectetur? qui illis se vti non gaudeat? qui non amet habere, aut saltem nominari in se non velit? Quis est qui non verecundetur oculos columbinos, glorietur se habere, miluinos? Si Christi amicã dici te velis, quid tibi cum prudentia carnis, quæ inimica est deo? An istas inimicitias euacuare conaris, vt vtrasque carnis & spiritus prudentias condas in te ipsa? Modicum fermentum totam massam corrumpit. Quid ergo fiet vbi multũ est fermentum, massa modica? Quæ societas legi cupiditatis, & legi charitatis? Nó debet illa huic esse coniuncta: quia nequit esse subiecta. Prudẽtia enim carnis legi dei aut repugnat & inimica est, aut omnino perit, & nulla est: aut resistit, aut ex toto desistit. Potest

Matt. 6.

1. Ioan. 1. b

Rom. 8. a

1. Cor. 5. b

A perimi vt penitus non sit: non potest premi vt ei contemperata sit. Tuum ergo & os & cor huiusmodi exercitatum optas habere prudentia, quæ legi dei nõ potest vel associari vel subiici. Prudentia spiritus vita est & pax. Vitalis est enim prudẽtia spiritus, vsum habens vitæ quæ nunc est & futuræ. Prudẽtia verò carnis in præsenti tantum exercetur vita, nullum in ea quæ sequitur, habitura locum. Cupiditatis enim apud inferos nec opus nec vsus est, sed excruciatio. Ista pax est, illa litigium. Et bene pax, cui hoc est euacuari, quod paci non vacare. Talem prudentiam ad sponsæ pulchritudinẽ Christus commemorat. Talis in oculis columbarum depingitur, quæ simplicitatem & spiritualitatem redoleat, eo quòd in columbæ figura spiritus sanctus intelligi soleat. Non solet esse vacua talis simplicitas. multum enim subest latentis gratiæ. *Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.* Magnum nescio quid illud est, & vere magnum, quod manifestum vel dici non debuit, vel dici non potuit, nec aliquo vt gratiæ cæterę simili figurari, sed in suspicione & coniectura sola relinquitur iis qui similia fortè patiuntur. Absq; eo, inquit, quod intrinsecus later, quasi non sint intrinsecus aliæ gratiæ & dona spiritus. Et quomodo omnis gloria filię regis abintus? Denique & intrinsecus ipsi oculi columbarum, vbi simplicitas fidei corda purificat, & illuminatos reddit oculos cordis: vbi non modo oculus, sed totus absconditus homo cordis dicitur. Sed licet B abintus omnis sit gloria, est tamen gloria gloriæ respectu interior: & sicut in ipso homine exteriori, sic & in illo interiori alia aliis magis sunt intima, & latẽtia penitus, soli tantùm nota dilecto. fortasse & aliqua etiam ipsi sunt sponsę ignota, nec collatorum diuinitus ad plenum habet notitiam numerus. Quid enim si occultatur sublimitas, dum seruatur humilitas? Secretum tuum tibi Iesu bone, secretum tuum tibi, & in absconditis sponsæ solus deliciaris. Cur non vel ad modicum illud nescio quid latens nobis communicas, & occultam qua delectaris, figuras pulchritudinem? plus nos ad quærendũ allicis, dum illud latẽre intrinsecus dicis: & curiositatem nostrã amplius irritas, tantum silentio mysterium premens. Plus nos dum taces trahis. Quàm magna multitudo dulcedinis huius, quam absc̃ondam indicas dum non explicas? Quicquid illud est, latet intrinsecus: sed de latebris istis suauissimus odor aspirat. Nescio enim quo pacto dum illud admirabiliter dulce esse coniicio, admirabiliter dulce esse iam sentio: iam illud pensat affectus, ad quod non penetrat intelligentia. Conditum est hoc penes sponsam, & signatũ in thesauris ipsius: soli fas est dilectio istos ingredi, & gloriæ latentis arcana reuoluere. Hoc autem dico, quòd non facile est virtutẽ cuiusquam ex indiciis diffinire. Frequenter enim exiguis extantibus signis, eximia sunt quæ latent intus secreta. Ideóque manifestas debemus sic virtutes laudare, vt hac in singulis adiectione vtamur, Absque eo quod iutrinsecus latet. Denique ipsam hãc C (dequa nobis est sermo) commendatam in sponsa columbinã inspicite simplicitatem, quàm gratifica, quàm est in ipsa suauis & placens: maiores tamen in se reconditos habet thesauros, & dulci est (vt sic dicam) medullata secreto. Quæritis quid sit illud? Dixi iam, & si adhuc vultis audire, ignorare me fateor. Possem piam hanc vobis commendare simplicitatem, & ad eius vos æmulationem hortari, quæ tam inexplicabile & dulce mysterium continet, fortasse & cõfert. Id autẽ ipsum si fuero conatus euoluere, forsitan ad aliquid occultum & latens pertingam vel experientia vel coniectura. Sed nunquid illud erit cuius tam inuolutæ meminit sponsus in laude dilectæ? Quamlibet potuero occultum eruere, aliquid adhuc latebit intrinsecus. Altis illud latet in tenebris: nec nostro subiacet vel stylo vel studio. Venerabor ipsum silentiũ tanti mysterij. Nam quanuis non est datum diffinirẽ nosse quid sit, eo quòd siletur: relictum est credere quòd aliquid singulariter dulce & sponso gratum sit: non potest inuestigari quale sit, sed potest æstimari quàm magnum sit, vel eo ipso quòd verbum tam arcanum dici non licuit. Vt tamen aliquid dixisse videar, & non ex toto siluisse, (ad hoc enim instatis) accipite quod mihi videtur in hac parte vere dici posse, vtrum accõmodate ad præsens capitulum, vos videritis. Virtutes ipsæ suapte natura intus in animo locatæ sunt, sed vsus quarundã in exterioribus viget, quædam verò suam in interioribus exercent potentiam. Et illa quidem carnales declinat illecebras, D ista verò spiritualium deliciarum latebras amplexatur. Illa vel sollicitãtes occasiones refugit, vel insolentes affectiones compescit: & quanuis interim necessario, molesto tamen exercitio laborat. Ista tali delectatur materia, quæ non iucunditate magis quàm honestate præcellat. Illa simplici intuitu & oculo columbino exteriores dum percurrit species, vel odit vel despicit: ista curiosiore prospectu cœlestes perlustrat species, & prospectis amplius inardescit. Possumus talem quandam distinctionem formare, vt dicamus alias exteriores esse, alias interiores, alias intimas. Aliæ enim se à carnalibus retrahunt, aliæ spiritualibus intendunt, aliæ quasdam iam tenent primitias. Primæ se à mundi illecebra quam contemnunt, compescunt: mediæ se ad id quod spiritualiter concupiscunt adhuc, componunt: vltimæ immo intimæ optatis auidè iam vtuntur. Deus bone, quantum lucis & deliciarum in illis est latebris! quantus excessus in recessibus illis! Vtinam tales me concludant latebræ, vt illud de psalmo dicere possim: Nox hæc illuminatio mea in deliciis meis. Ecce nunc aliquid latens attigi in hoc vltimo gradu, & forte vel hoc est vel aliquid simile quod sponsus signauit. Volo decætero deferre mysteriis: nec enim fas est audaci sermone orationum arcana nudare, & minus sanctis manibus linguæ conuolutas delicatè sancti sanctorum reuoluere species, & reconditum manna contrectare, quod aurea & vrna continet, & arca recludit. Et E ipsum mannæ nomen aliquid ostendit arcanum, & de quo magis possit quæri, quid est hoc? quàm dici quid sit hoc. Et cui melius quàm mannæ latens illud comparauerim? Dulcis quidem & cœlestis est manna cibus, sed videtis quàm secrete reconditus in vrna, in arca, in sanctis sanctorum, vt curiosus & minus idoneus ab huiusmodi aspectus arceatur, oculus ille qui columbinus esse non nouit, quem non dirigit pia credulitas, & intentio pura. Rogamus autem vos fratres amplectimini sanctam simplicitatem, quietem mentis, meditationes puras, liberas orationes: quoniam in talibus vasis, & (vt ita dicam) in arca sanctæ meditationis, & interiori orationis vrna, diuina nobis est locata refectio, & portio gloriæ de qua legitur: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Cuius plenitudo vitam nobis æternam conferat per Iesum Christum: cui est honor & gloria per omnia secula seculorum, Amen.

Rom. 8. b

Cant. 4. d

Psal. 138. b

Psal. 16. d

Sermo XXIII.

ECCLESIAE (vt bene nostis) hæc blandimenta: & de spiritualibus eius oculis præcedenti disputatum est sermone. Sed quia tales sunt, nunquid tari sunt? Vide totum corpus eius quomodo plenum sit oculis ante & retro. Oculi eius prophetæ, oculi eius apostoli, qui vel futura prædicunt, F vel iam facta prædicant. Oculi eius sunt vtrorumque interpretes & doctores populorum: quorum officio spiritualia animæ vel commoda vel scandala & cernimus & discernimus. Sed nescio si omnes qui oculi habent officium, teneant & vsum. Duces cœci, nec tantùm cæcorum: sed, quod indignius est, & videtium, nónne videntur oculi habere & locum & speciem, sed virtute carere? Vtinam vel id sufficeret, & virtute prouidendi bona carerent, essentque ad communes vtilitates cæci, dum non ad priuatas arguti commoditates. Nunc autem & cęci sunt & callidi: hebetes ad ecclesię lucra, ad propria acuti. Sed quomodo oculus est columbæ, qui columbæ non inseruit, columbæ non videt, columbæ non prouidet? qui columbam non ducit, sed magis abducit ecclesiam, & quantum in ipso est, prauis præcipitat exemplis? De talibus apostolus loquitur: Omnes quæ sua sunt quærunt, nõ quæ Iesu Christi. Tales occupant locum, & peruertunt vsum, cum è diuerso sint alij, qui oculi non habent officium ex promotione, sed vsurpant ex præsumptione. Et quidem frequens hæc turba. Quem dabis nunc ex numero discipulorum, qui prælatorum opera penes se velut quodam locatus in tribunali non carpat, non corrigat, non castiget? Isti non iam sunt oculi membrorum, sed quidam oculi oculorum, quomodo si pennæ & plumæ in corpore columbæ, cum ipsa velint oculorũ dirigere lumina. Nolo locum hunc nimis vrgere, ne vos fratres exa-

Ecc. 1. d

Philip. 2. c

G gitare videar? Estote vestra cõtenti mensura. Nihil omnino in corpore columbæ officio vacat nihil caret honore: & ea quæ absconditа sunt, abundantiorem habent honorem. Denique & capillis sponsæ suus est honos. Si enim in oculis, prelati, in capillis qui sunt intelligendi, nisi discipuli? Et boni discipuli, qui se capillorum more tractabiles & flexibiles exhibent ad omnem nutum magistri, sicut ad motum venti: qui graciles, & spiritualibus extenuati disciplinis, penè sine corpore sunt, & penitus sine carne, ad omnem insensibiles iniuriam, vt nec tondentis instrumenti sentiant læsionem, in hoc tantùm passionis sustinentes molestias, si à capite cui inhæserunt, contingat euelli. Reliquo enim emortuo corpore, vitalem ibi tantùm sensum retentant, vbi capiti, de quo oriuntur, iunguntur. Qui ipsi vicini cerebro, vbi sapientiæ dicitur recessus, quasi ad intima ipsius arcana nitũtur intrare. Quibus hoc eradicari & quasi inde euelli videtur, ad exteriores qualibet occasione curas vocari. Nam qui inde sine sensu doloris effluunt, quomodo ibi aut nati aut radicati credentur? Denique quòd non decidant capilli sponsæ, sed assurgant, audi quid sequitur: *Capilli tui sicut grex caprarum, quæ ascendunt de monte Galaad.* Quasi grex caprarum, eo quòd in sublimibus pasti & po- *Cant.4.a*
siti, & tendentes semper ad alta vt capræ, altum tamen nil sapiunt, sed carnalis conscij sunt infirmitatis. Elatio nanque
H ipsa descendit, ascẽdit humilitas. Ideo quasi capræ quòd semper & alta petant, & ad infima sua respectent. *Et bene de monte Galaad ascendunt*: sed tamen non nisi in monte Galaad, qui testimonij aceruus interpretatur. Et quis ille nisi Christus, super quem omnia prophetarum coaceruata sunt testimonia, cui prophetæ, cui Ioannes, cui pater, cui opera ipsa testimonium reddunt? Hic mõs ecclesię caput est. Noli de hoc monte desluere, si capillus es. Quid nobis separationem minaris, & velut auulsum iri à reliquorum grege capillorũ? Nunquid casus tuus ecclesiæ caluationem adducet? Nescit illa decaluari. Nam & capilli eius omnes numerati sunt. Ad synagogam illa
Esa.3.d interminatio facta est in propheta: Erit pro crispante crine caluitium. Crispi sunt ecclesiæ crines, ad suum recurrẽtes caput, circa illud ambitu amico reuoluti, in ipsa capitis secreta conantes intrare. Ideo capilli eius non decidunt, sed ascendunt de monte Galaad, operum Christi maiora sibi semper ad imitandum exempla cumulantes. Vtinam fidei quam habeo in Christo, omnia opera mea attestentur, & iugi profectu congesta aceruum mihi ascensionis constituant. Quàm paucos ego mihi testimonij huius contuli lapides. Vereor equidem ne in contrarium multos congesserim. Quid enim? Nónne tibi uidentur non pro fide, sed magis contra fidem testimonia congessisse, qui sic viuunt, vt alterius videantur fidei quàm Christianæ? Deniquę tales quàm multos videmus de quibus
I iure dici possit: Isti non sic conuersantur, vt qui Christi redemptos se sanguine credant, qui aliã sperant vitam, qui futurũ vereantur iudicium, qui tandem euangelica præcepta diuinitus data fateantur. Talia vtinam penes me testimonia pauca reperiantur, mallem nulla, ne modicum fermentum aceruum fidelium operum totum denigret. Et fratres mei (vt modicum de communi glorier, qui de priuato non possum) si totius vitæ vestræ respexeritis ordinem, & regularis obseruantiæ cursum, nõ erit exiguus, quem boni testimonij coædificatis, aceruus. Nam si à nocturnis vigiliis, quas impigro velut primitias quasdã prælibatis affectu, & effunditis à principio vigiliarum sicut aquam cor vestrum ante conspectũ dei, si inquam à capite singulos per gradus conuersationis diurnę seriatim velitis incidere: quid ibi reperietur quod disciplinam non sonet, quod non concinat fidei vestræ, quod nõ vel corpus atterat, vel mentem erigat, vel dirigat erectam? Inter psallendum quãta est disciplina in corpore, & quàm maior quorundam in mente, dum ne ad modicum, vel certe tantùm ad modicum à sensu verborum illam sinunt abire. Nam ibi, id est in ipsis quæ cantantur verbis, aut ligatam tenent, aut ad cognata relaxant, ad peregrina nequaquam. Quod si contingat (fugax est enim mẽs humana) quanta statim castigant censura, & morę huius vsuras à se reposcunt? Sed nec ipsa cõmunium horarum interualla nocturna vacant. Deus bone, hora
Psal.138.b illa noctis, quàm sine nocte est, quàm nox illa illuminatio in deliciis? Orationes illę priuatim fiunt, sed priuata non petunt. Submissior quidem vox, sed, mens intentior, & preces tacitæ K
multum habent acumimis. Deniqne frequenter vocem eripit oratio vehemens: & verbis nec eget, nec vtitur, quæ puro & pleno fertur affectu. Amor in auribus domini solus obstrepens, corporalium strepitus dedignatur verborum, quæ sicut inchoanti excitamenta sunt, sic impedimenta solent esse perfectè oranti. Quid deinde? ipsis horis matutinis quasi de recẽti orationes instaurant, frequentant confessiones & verecunda sed manifesta reuelatione exiguos purgant excessus. Non tamen exiguum deputant si à Christo vel tenui memoria tituibant. Hostis callidi si quid fuerit improbitate suggestum, sibi imputãt, iniqui in hac parte æstimatores, dum proprium arbitrantur casum quòd alienæ sunt fraudis casso conatu tantùm prouocati. Quid quotidianus manuum labor, quo corpus & satis atteritur, & tenuiter pascitur? Labores manuum, suarum non soli manducant, sed de insufficienti partiuntur egenis, vt & illis sit tribulatio, dummodo aliis abundet. Interuallis quibusdam leuant labores, sed fesso corpore feruet affectus. Illic tacitæ lachrymæ vbertim voluuntur, prodeunt gemitus, erũpunt suspiria, vt qui iuxta sedent, si fortè ex se frigidi sunt, vicinis possint scintillis accẽdi. Qui denique nõ de crastino cogitant, nec de hodiernis quidem, omnem curam proiicientes in ipsum qui eis præest: non præmiũ, sed quærentes regnum L
dei. Quid (quod pene prætereram) in capitulo singulis diebus examinandi abbatis astant iudicio, quasi ad Christi præsentati tribunal? Ibi quisque in primis accusator est sui, accusandi se locum aliis præripere festinãs. Quid? ipsum cõtinuum silentiũ, & quędam cõpassionis grauitas, nõne totã conuersationẽ venustat, & quadam sanctitatis pulchra vestit facie? Ipse somnus quoq; sanctitatis testimonium reddit, nec in aceruo testimoniorũ est tantorum sine confessione. Nã reliquiæ cogitationũ confitentur Christo, vbi somno corpus obruitur. Quomodo enim dormiẽtis poterunt nõ versari ante oculos totius diurnæ cõuersationis imagines depictę, & in animo vigilare? Nõne tibi magnus hic videtur testimonij aceruus erigi, nisi quòd non aceruatim & sine ordine fiunt ista, sed serie certa & suis *Psal.92.a*
singula sunt distincta tẽporibus? Nõnne hæc testimonia credibilia facta sunt nimis, eo quòd domũ tuam talis decet sanctitudo domine? Vtinam cordis mei radices super istum dentem innocuis dentibus ab infidelitatis radice hostes præci- *Cant.4.d*
derunt suos, vt inter ecclesiæ vitalia reconderent viscera.
An non hoc sibi vult quod subnectitur: *Dentes*, inquit, *tui quasi grex deton sarum?* Aduertis quales oues istæ sint, quæ possunt quidem detonderi: sed dentes earum non possunt conteri? Occidi possunt, & flecti nequeunt, imò ipsi persecutores infregerunt suos, & in vinculis doctrinæ sermonibus emollitos quasi dentibus mansos, in fidelium traieceruntvnitatẽ. *Psal.30.b*
Petro dictum est: Macta & manduca. Et Moysi dentes non *Psal.56.a*
sunt moti. Dentes enim eorum arma & sagittæ. Arma spiritualia potentia domini ad debellandas munitiones. An non *Ier.14.d*
quidam ecclesiæ dentes, de quibus dicit apostolus: Intret infidelis aut idiota, diiudicatur ab omnibus, conuincitur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, & sic cadens in faciem adorabit deum, pronuncians quia vere in vobis sit deus. Nolite fratres, istorum vereri morsus dentium, non sunt canini, sed ouini. Detonsarum enim gregi conferuntur. In canibus non dilaceratio, sed latratus commendatur. Canes mũti (dicit Esaias) non valentes latrare: canes impudentissimi, ne- *Esa.56.d*
scientes saturitatem. Ac si quibusdam exprobret quòd in altero se canum officio exuant, in altero se canes exhibeant, latrare non valentes, & non desinentes lacerare. Tales sunt qui inuicem mordent & comedunt, & consumuntur abinuicem. Vtinam hucusque sufficiat vt inuicem mordeant & comedãt, nec tentent ipsos detonsarum lacerare dentes. Ipsi doctores ecclesiæ & præpositi nónne tibi videntur dentes quidam, qui redargutionis beneuolæ velut morsibus subiectos conuincunt, diiudicant, manifestant, & ad meliorem emolliunt statum? Quod si tu prædurus es, & emolliri non potes, quid remordere paras? An non remordes, qui vel in occulto detrahis, vel palam contradicis? Quid dentem contra dentem paras, dentem improbum cõtra dentem pium? Mordere potes, sed consumere non potes. Dentes enim sunt, & duri sunt &

A derit, tandem audite: Ipse quidem spiritus testimonium red- *Rom.8.c*
dit spiritui nostro quòd sumus filij dei. Quantus vno in hoc testimonio aceruus? Sed foris nũquid non perhibuit testimo- *Heb.2.a*
nium? Deo, inquit, attestante signis & prodigiis & variis virtutibus, & spiritus sancti distributionibus. Et tamẽ tanto cõ- *Philip.3.c*
stitutus in aceruo virtutum & attestantium gratiarum, nondum, inquit, me arbitror comprehendisse vnum quidem, quę retro sunt oblitus, ad anteriora extendor. Et nos ergo tantam *Iob.22.a*
habentes impositam nubem testimoniorum, deponẽtes omne pondus & circonstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum certamen, aspicientes in auctorem fidei & consummatorẽ Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atq; in dextera dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. nondum enim vsque ad sanguinem restitistis. Illorum enim testimonia, prærogatiua quadam dicuntur testimonia, id est martyria, qui pro fide Christi sanguinem fuderunt. Videte primum ipsum martyrem Stephanum, de quã- *Matt.4.a*
to lapidum aceruo ascenderit ad Christum, quem & omnes sequuntur animæ iustæ. *Quasi grex*, inquit, *caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad.* Gestabant thesaurum fidei in vasis fictilibus, sed sublimitas erat virtutis dei. Ideo quasi ascendentes
B dicuntur, quòd eos immania tormenta non tam fregerunt, quàm firmauerunt ad reddendum testimonium virtute magna. Quid hic eis animi est, qui nec vnam & eam leuem & amicam præpositorum increpationem sustinent, sed ad vnum austerius verbum totus liquescit boni propositi, quę sibi firmauerant, rigor? Istorum toc suffulta adminiculis testimonia vix stare possunt, illorum tot repressa tormentis vberius eruperunt. An non quantus numerus superiorum, tantus & a- *Psal.43.d*
ceruus testimoniorum: Etsi morte affecti tota die, & æstimati sicut oues occisionis, in omnibus tamen superauerunt, & velut superascenderunt de Galaad, de aceruo martyrij. No enim de conseruanda corporali vita certamen inierunt sancti, sed de vita fidei, ex qua iustus viuit. Ideoque in omnibus superauerunt, quibus salua causa constitit. Quomodo enim non superant, cum aut persistendo in confessione redditi sunt æternitati, aut persuadendo persecutores informauerunt veritati? Denique etsi æstimati sunt sicut oues occisionis: quibusdam firmi, & detrahentes non metuunt, memores se cum prophe- K
ta inter scorpiones & incredulos cõmorari, & sicut oues mis- *Ezech.2.c*
sos inter lupos, vt ipsos lupos in oues rationabili tolerantia & *Matt.10.b*
exhortatione commutent. Et bene detonsarum dicũtur, quòd illorum non sint morsus fugiendi, qui bonorum operum exempla sicut vellera quædam subiectis ministrant. Non tamen vsus dentium in alienis tantùm remordendis & conuincendis erroribus æstimatur. Est & potior quidam eorum vsus, si qui idonei sunt solidum cœlestis edulij mandere panem, & sublimioris doctrinæ secretos diiudicare & differere intellectus, quibus non iam lacte opus est, sed solido cibo, ipsúmque quodammodo attenuare & infirmare possunt, & quodã temperamento dispensationis vel sobrium reddere, qui ad solidum per se insufficientes erant, sed tantummodo lactis participes. Quodam enim solidioris instrumenti ad mandendum vtuntur ministerio, qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali: imò etiam boni & boni, non tantùm iudicantes inter noctem & diem, sed omnem iudicãtes diem. Et iure de lauacro ascendere dicit, vt mundãdo cordi studiosos probet, eo quòd mundis corde diuina sit repromissa cognitio. Vides quomodo lotos & irreprehensibiles esse oportet eos qui aliorum excessus debent remordere & corripere? Quomodo lotos & mundos corde, qui diuini sermonis dispensare debẽt alimoniam, & arcanos secretioris verbi discu- L
tere sensus, sapientiæ intima rimari, & ruminare in sancta? *Dentes tui quasi grex detonsarum.* Quare ergo quasi grex? Vtique *Cant.4.d*
quòd sese non impugnent, & aduersentur sibi, sed in simplicitate & vnitate sensus sui concinunt & concordant ecclesiæ dentes. Quasi grex detonsarum quæ ascenderunt de lauacro. Veterem enim deponentes hominem, & onere superuacuo leuati, ac loti, alacrius ad superiora conscendunt. Siquidem ipsi pili veteres oneri iam esse incipiunt cum primo noua vellera germinant, cum hyems transiit, cum imber abiit & recessit. Ideóque si veteri & superuacuo leuium & inanium rerum vellere te inuolui adhuc necessarium ducis, nondum tibi hyemalia congelatæ mentis frigora transierunt. Bene enim detonsi & de lauacro ascendunt, quasi nihil veteris vel sarcinæ vel sordis habentes. Attendis quòd non tibi sufficit detonderi, non sufficit exonerari, non sufficit lotum & nouum fieri, nisi statim ascendas, & spiritu incedas, qui renouaris in *Galat.6.d*
spiritu? Si spiritu, inquit, viuimus, spiritu & ambulemus. Tu igitur si ascendere disponis, ascende semper de lauacro, sem- *Psal.6.a*
per nouus & mundus. Laua per singulas noctes lectum tuum lachrymis. Aut si te peccatum non quasi nox inuoluit, sed sicut nubes præteruolat: tu tamen lauare per singulas noctes, etiam leuium vestigia delictorum lachrymis dele. Hic enim in conualle lachrymarum locus est lauacri. Quid est quod sordes congestas, & peccati purgamenta, futuri reseruas lauacro seculi? Quid scis si non erit illic conflatorium magis quàm M
lauacrum? Nam quæ hic facilè poterant ablui, ibi nõ tam misericorditer quàm in spiritu iudicij & ardoris purgantur. Et felix qui de seculo non quasi de cœno, sed quasi de lauacro ascendit, non habens necesse vt aliquid in se lauet, sed est mundus totus. Iste planè dignus habetur dealbatis dentibus, id est animæ sensibus panem angelorum manducare: non iam panem doloris, sed panem qui lætificat cor hominis. Illum vti- *Psal.16.d*
que panem quem significauit propheta dicens: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic enim illa nos gloria dum apparet, pascit: reficit dum reuelatur. Huius siquidem gloriæ reuelatio plena quid est, nisi sapientia vera? Quæ nos ad seipsum edendum inuitans, non alias à nobis manditur, nisi cum illam meditamur velut vitales puræ mentis delicias, & indeficientem refectionem. Hic ergo purgatos & exercitatos animi sensus habeamus, non iam ad discretionem boni & mali, sed tantùm ad perceptionem tanti boni. Actitemus hic crebrò quod ibi continue agemus: præoccupemus frequenter, in quo indesinenter occupandi erimus. Summum nobis hic negocium sit, quod solum ibi erit. Contemplatio nanque sapientiæ, æterna refectio est. Nihil omnino spiritualibus animæ dẽtibus dulcius ruminatur, quàm ille panis viuus qui patri ait: *Ioan.17.a*
Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum, & quem misisti Iesum Christum: qui viuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sermo XXIIII.

G AVDISTIS præcedenti commendatos sermone sponsæ dentes. Iure quidem, quòd non exigua sit pulchritudinis ratio in dentibus posita, si candidi sint, si æqualiter conserti. Nec tantùm aptitudo, sed & vtilitas in dentibus placet. Quid enim? Ioannes in Apocalypsi inuolutum quod sibi ab angelo porrectum est, quomodo comederet volumen sine idoneis ad talem cibum dentibus? Durus videbatur cibus liber integer, & ideo dentibus opus erat, qui illum comminuerent integrum, & emollirent durum, vt leuius deglutiri posset. Et bonus plane dens, intelligentia exercitata, intelligentia spiritualis, quæ omnia diiudicat, omnia discutit, omnia ruminat & scrutatur, etiam profunda dei: quæ etiam ipsam inuoluti libri medullam mandit, & intima sapientiæ co-
Ezech.4.b medit viscera. Stultus (sicut scriptú est) complicat manus suas, & comedit viscera sua. Cibus iste cruentus, cibus carnalis est, cibus qui perit, imò qui perimit. Quàm dulcius & vtilius viscera sapientiæ comeduntur, & sacri verbi arcana? Non potest cruentis attingi dentibus, sed lotis & candidis, quia candor est ipse lucis æternæ, & ipsius sponsi dentes lacte candidiores dicuntur. propterea tales in sponsa commendat, qui suis sint similes. Dentes tui sicut grex detonsarum, quæ ascenderunt de
H lauacro. Non modo lotos, sed liberos oportet mentis sensus habere, si quis illos ad diuini verbi scrutinium parat. *Om-*
Cant.4.b nes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.] Sterilitas reputatur si vel vno fueris fœtu contentus. Si potuisti ad sacratum aliquem in scripturis intellectum pertingere, vnum iam peperisti fœtum. Bonus profectus & ingens, sed insufficiens sacrato sensui si affectus non respondeat. Sterilis est intelligentia, quam non coæua & germana comitatur deuotio. Vbique tibi in scripturis spargitur quasi semen quoddam, vnde gemellum hunc possis fœtum concipere. Non tantum subtilia,
Esa.18.b sed & suauia ibi sunt omnia. Et præceptum domini lucidum est, & ignitum eloquium. Sterile est in te verbum dei, ex qua parte horum alterutrum non operatur. Si per intelligentiam vides, sed gelido adhuc riges affectu: nónne sterilis & ineffi-
Esa.55.d cax reputatur in te verbi dei virtus ignea? Denique & si ad ignem spectat vt illuminet, multo amplius vt succendat. Verbum, inquit dominus, quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet & prosperabitur in his ad quæ
Luc.12.f misi illud. Ad quæ? Habes in euangelio: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt succédatur? Semen est verbum
Iob.38.c dei, & in eo (sicut apud Iob legis) & lux & æstus spargitur super terram. Sed nescio quo pacto lux amplius germinauit, & dilexerunt homines magis lucem quàm feruorem, nisi quòd ipsi magis sibi de luce placent, qui idipsum quod lucet non
I amplectuntur. An non tibi videtur perdidisse aut dedidicisse naturam ignis, non succendens? Cum audis aliquem quasi gloriantem & dicentem, Non me ille scripturæ sacræ sermo ædificat, quid aliud videtur tibi dicere, quàm perdidit in me efficaciam verbum ignitum, non me succendit, non inflammat, non exercet in me vim genitalem? Sterilitatem suam imputat verbo, quod quantum in se est, crescit & fructificat. Quàm gloriosa, frater, iactantia quòd non te sermo diuinus ædificat, qui ista loqueris? Forsitan euetsa & euulsa nondum sunt vetera, ideo noua superædificari non valent, non germinare, non gigni. Felix, in quo amoris mundani desiccatus est humor, & vigor deficit, in eo facilè igniti verbi vis operatur. Verbum dei & lucet, & ardet. Neutra in te virtute priuetur, sed geminum de isto semine concipe fœtum. Sterilis reputa-
Galat.5.a tur vterus qui istis fœtibus non grauidatur. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Bonus plane fœtus dilectio: quia charitas in fructibus spiritus connumeratur. Deniq; vel-
Mat.22.d lut gemelli fœtus gemina charitas. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Illud primum, istud secundum: vtrunque maximum, quia istud simile illi. Boni & sufficientes isti fœtus gemelli, quia in his to-
2.Tim.1.b ta lex pendet, & prophetæ. Denique & finis præcepti chari-
Coloss.3.c tas, quæ etiam alibi vinculum perfectionis dicitur. Et consponsæ assumpta est similitudo. *Sicut vitta coccinea labia tua.* *Cant.4.a*
Ea enim labia ligant & rutilant, quæ de tali ventris fructu loquuntur. Concepta in corde charitas, quasi ignis flamigerans coccineo colore labia inficit, per quæ erumpit. Calor de excelso missus in corde germanum labiis præstat caloré. Quid enim aliud sibi vult quòd coccinea dicuntur, nisi quòd in hoc flammea demonstrantur, eo quòd coccus igneo rubet colore? Labia hæc nó iam altaris carbonibus purgari indigent, & exteriori igne aduri. Ipsa enim de interiori flamma iam flammea sunt, & conceptum visceribus igné de excelso aliis seminant. Salutarem vtique dissèminant scientiam: legem igneam, quá dominus venit in terram mittere. Bene coccinea labia, quæ hûc ignem non solùm in terram, sed & in cœlum mittunt. De nique & ipsum dominú cœli succendunt. Ideo coccinea commendat labia, quòd illi coccinea sunt, quòd illi calentia vidétur, quòd illa flammea sentit, & in mutuam amplius succendunt charitatem. Mira res ignis ipse est, & nostris tamen inar- *Ephe.6.g*
descit scintillis. Quidni? Et gladius est verbum dei, & tamen *Cant.4.c*
vulneratur. Vulnerasti cor meú soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum. Ita & ignis est, tamé inflammatur. Vulneratur oculo, labio inflammatur, etiam & ligatur, ideo vittæ comparatur. Sed charitas vulnus est, charitas vitra est, charitas coccus est. Vides quàm acuta, quàm tenax, quàm ignea est charitas? Talibus in orando vetere labiis, tena L
ci velut vitta vinculo memoriæ cordi tuo dilectum astringe, agglutina, succende illum. succensó affectu quàm dulce sit di- *Psal.118.d*
cat, & alludat tibi: Ignitum eloquiú tuum veheméter, & spócat, & alludat tibi: Ignitum eloquiú tuum veheméter, & spósus tuus diligit illud. Osculare me osculo oris tui, quia pulchra sunt labia tua sicut vitta coccinea. Osculandi siquidem desiderium labiorum innuit commendatio. Labia tua suis desiderat imprimi, vt fiat os vnum, & labium vnum, & post impressionem dicat tibi: Hoc nunc os ex ore meo, & labium de labio meo. Diffusa est gratia in labiis eius: in tua se refudit, & de cocco suo tua sunt effecta coccinea. Bona impressio, quæ tantam exprimit gratiam in labiis sponsæ. Memineris tamen non me nunc labia significare carnalia, sed spiritualia, sed *Ephe.5.d*
interiora, sed illa de quibus Apostolus loquitur: Cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Si sponsa es, in hoc vnum debent esse constricta, debent esse succensa labia tua, vt dilecto tuo supplicent, vt confabulentur cum illo, vt illi *Psal.70.d*
canant, & dicas cum propheta: Exultabunt labia mea cum cantauero tibi. In tam sancta confabulatione nil sit in labiis tuis fluidum, & quasi vitta sunt: nil frigidum, & habes illa coccinea. Quis mihi det Iesu bone, talia habere labia in conferendis tecum sermonibus, tam prompta, tam exerta, tam succensa, succensa & exultantia, vt tantùm tibi cantent, & de- M
te cantent? Talia sint vtinam labia mea, quæ subtili quodam ductu & succensó affectu indiruptæ meditationis, funiculi coccinei specimen exprimant. Huiusmodi labium in sponsa Christus commendat, non tantùm in oratione, sed etiam in exhortatione, vt potens sit exhortari in doctrina sana. Quæ enim se labia in eius alloquio astringunt, iure quidem salutárem diffundunt & dissèminant scientiam. Si dulci & feruida vtantur oratione vt audientiú corda excitent: coccinea sunt, quia inflammatiua. Si verò simul exhortentur & doceant, & ea doceant quæ sanam deceant doctrinam, quæ regulis cócinant fidei: iam quasi vitta sunt, & non solùm salutarem, sed etiam indissolubilem dissèminant scientiam. Quid enim tam sibi cohærés, tam tenax, tam insolubili contextú nodo, quàm *1.Tim.4.d*
ratio fidei? Talia Paulus discipulum informabat dicens: Attende exhortationi & doctrinæ. Sed & in sermone cómuni, vbi fidei non tractantur mysteria, etiam sic vittæ coccineæ labia tua conferuntur, si fuerit sermo tuus subtili mensura districtus, & discretus, & parcus, & grato verecúdiæ rubore coloratus: si crucis Christi eo frequenter, quo libenter mentionem vsurpet. O beata hæc labia, Christi & osculo & allonem vsurpet. O beata hæc labia, Christi & osculo & alloquio veré digna, labia tam sincera, & tam succensa. In fide sincera, & in amore succensa. Succensio ista de intimis & de summis est, nil habens de infimis. Nam est succensio quædam *Luc.3.b*
de inferius erúpens. Iacobus ait: Lingua modicum membrum inflámat rotá natiuitatis nostræ, inflámata & ipsa à gehenna. Quomodo potest bene inflámare lingua tá péssime inflámata?

A tá? Vitiatę natiuitatis mobilis corruptela per se nimis rotatur ad malum, & volubilitate propria fertur in præceps. Et quid
Gen.8.d necesse est inflammari rotam hanc, quæ firmari non potest, sed per se fertur in malum? Deniq; diligenter appositú est cor hominis in malum ab adolescétia sua. A prima natiuitate impulsa nescit cursum inflectere, & tu illam lingua praua impellis amplius & inflammas? Lingua praua iracundiæ & indignationis occasiones requirit, iniurias vel falsas simulat, vel veras exaggerat, quas debuerat dissimulare: ad offensam officia etiá interpretatur, & venenati sermonis scintillas adhibet ad cómouendum cor suum. Quid lingua nequam cordi tuo talem adhibes flammam? Sufficiat illi flama sua, sufficiat illi concupiscentiæ ardor carnalis, & leuitatis calor innatæ, quibus cor tuum ac si volubilis rota impellitur. Hanc tibi flammam na-
Iac.3.b tiuitas prima ingenuit, sed renascendi gratia restringit. Noli ignem igni adhibere, & concupiscentiæ addere malitiá. Ignē hunc quem euomis, hauris de gehenna. Inde incipit, & illo rapit. Lingua, inquit, inflammata à gehenna. Lingua hæc mala coccinea est, sed vitta nó est. Non enim ligat, sed dissipat. Male succendit, quia succidit vnita, quia dissidij verba scintilat, & flamma talis de inferis est. Nam flamma quæ de sursum est, pudica est, pacifica est, bonis consentiens, & bonos faciens. Verbum enim dulce & multiplicat amicos, & mitigat inimi-
B cos Quasi flammam flamma consumit, inferiorem superior, infernalem cœlestis: dum sapiens & suaue verbum vincit malignum & dulce durum emollit, & ideo dicit: *Sicut vitta cocci-*
Cant.4.a nea labia tua, & eloquium tuum dulce. Non enim decent sponsam nisi verba dulcia, verba amoris, verba quæ delicati funiculi vice fungantur, verba quæ sponsum irretiant & trahant vinculis charitatis. Felix anima, quæ huius nouit dulciú verborum nectere retia, quibus Iesum illaqueet, alliget verbum patris, animi affectibus vel affatibus Christum includat, amatorio detineat sermone & delectet, vt eius eloquium dulce sit ei qui habet verba vitæ æternæ, & est verbum æternum, quod cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XXV.

QVAM suaues sunt putas sponsæ genæ, quæ mandi possunt, quæ salubris fructus obtinent gratiam. Et reuera etiá corporales genas alicuius ita grata videas venustate refertas, vt ipsa exterior facies intuentium animos reficere possit, & de interiori, quam innuit, cibare gratia venustas vultus mentem interpretatur, & internos affectus facies loquitur. Vides quàm consequenter post candidos dentes, & coccinea labia, genarum inducitur mentio. Genæ satis germanæ sunt labiis, & ipsis tacentibus quodam visibili verbo mentis arcana demostrant. Genæ ipsæ vocis vsum habent, & oris aut supplent officium, aut amplius exornant. Quantumuis fuerit
C dulcis & feruidus sermo, omnem eius gratiam, procax vultus exasperat, & leuitate sua eloquij grauitatem imminuit. Ideo de genis sequitur quòd earum modesta maturitas coccinei labij accumulet gratiam. Denique quandam earum maturitatem tacite videtur innuere, quas fructui comparauit. In fructibus enim semper grata maturitas. Et in præcedentibus genas eius descripsit vt turturis, eo quòd nihil lasciuum, nihil lenue, nihil petulans in eius apparcat vultu, sed desideriorú æstus genas dulci grauitate deiiciat. Affectus anxij vultum lasciuire non sinunt, & amatorię meditationes omnem à genis leuitatem ablegant. Turtur siquidem auis solitaria est, auis gemebunda. Talem vult Paulus virginem esse, vt sollicita sit quo-
Ser.7.f. *Psal.41.* modo placeat deo, quæ dicere solleat: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciē domini? An non tibi videtur vox hæc esse gemētis? Gemitus tuus dulcis, quem genuit amor. Quomodo nó graues & maturæ genæ quas gemebundus informat affectus? Gemitus isti non tantùm gemitus, sed refectionis gratiam tenēt. Cibabis,
Psal.79.a inquit, nos pane lachrymarum. Et in præsenti malo punico spōsi genas assimulat, eo quòd sollicitus & amatorius affectus cognata quadam maturitate & vultū vestiat, & ciber intuentes. Relucēs enim in facie mentis gratia, videntes quasi refecit, in suam in alios transfundit passionem. Non possum non dulciter moueri dum talem penes me vultū depingo: & amatoriæ genæ in me similem gignunt affectum dum recogitan- D
tur, quanto magis dum videntur? Nam expressior visio quàm cogitatus. Pulchræ omnino genæ in quibus tanta venustas eminet, quas grata commendat humilitas: nil in se altum habentes, nil rigidum, sed quæ sunt ad modestæ humilitatis compositionem quodam disciplinæ exercitio infractæ. *Sicut fragmen,* inquit, *mali punici, sic genæ tuæ.* An non tibi quasi fractas habuisse genas videtur ille qui eas dedit percutientibus, dedit *Esa.50.c*
vellentibus, & non auertit à conspuentibus? Bona quidem hęc fractio, per quam interior cœpit virtus eminere, & quæ intra carnis corticem concludebatur, erumpere gratia. Quasi confracta videtur tanta dignitas ad passionis inaniens leipsam iniurias: sed per hæc fragmenta salutis se nobis vbertas effudit. Et tu si adimpleas ea quæ desunt passionum Christi in carne tua, si portes stigmata Christi Iesu in corpore tuo: iam tibi dicit Christus, Quia sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ. Si confractæ sunt, & quasi crucifixæ genæ tuæ, si quadam edomitæ & excultæ disciplina, nonne tibi videntur velut fragmina cuiusdam boni fructus? Et in consequentibus ad sponsum
Cant.5.d dicitur: Quia genæ eius sicut areolæ aromatum, eo quòd exaratæ sunt & cultæ & compositæ aromatibus cófouendis. Sic & hic sponsę genas sicut fragmen mali punici esse dicit. Et bona confractio per quam non mors ingreditur, sed spiritualis fructus specimen elucet. Bonæ ergo genæ, quæ per humilitatem ita confractæ sunt, vt fructus interni non perdant, sed ma- E
gis prodant gratiam. Denique & ipsa mala punica gratam mo destí vultus verecundiam, corticis rubei colore delignant. Optimum planè in Christi sponsa decoramentum verecundia. Verecundia quasi aurora quædam, omnium actuum colorat principia, & virgineo virtutes reliquas venustat pudore. Verecundia bona sua non petulanter iactat, sed parcè eloquitur, contenta tenuiter innuisse, & cum vrget necessitat. Iesu bone, quanta vbique verecundia in sermonibus tuis, quàm propriis parcus in laudibus, quas poteras sufficienter loqui tam sine humilitatis iactura, quàm sine damno veritatis. Et cum propria exprimeretur, tamen nomen suppressit. Poterat plenius loqui, sed ipse ad sponsæ exemplum modesti pudoris colorem assumpsit. Non hanc modo prædico verecundiam quæ corporali rubore solet ora suffundere, sed eam quę totius conuersationis venustat faciem. Nam sicut corporis, ita & conuersationis genæ sunt quædam, in quibus nihil est eo colore gratius, si operum omnium habitus humilitatem redoleat, si plus occultet in corde, quàm ostendat in facie. Deni-
que & hic dicit: *Sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ, absque occultis tuis.* Bonæ genæ, quæ sicut nihil habent simulatum, ita multum habent occultatum: quæ sicut nihil fingunt, sic nec totum effundunt: quæ minus prætendunt in specie, quàm tenent in virtute. Possunt hæc ad interiores animæ genas referri, quæ in conscientiæ facie sunt, vbi nó homo, sed deus videt. F
Habet cuiusque conscientia quandam propriam faciem. Eius genæ verecundo humilitatis rubent colore, si penes se opera non iactet, non magnificet merita: non illa eximia putet, sed tam exigua pudeat. Quis enim gloriabitur castum se habere *Prou.20.b*
cor? Si accepit, quomodo gloriabitur quasi non acceperit? Et tamen ipsa quæ accepit dona, quis intelligit? Nam si delicta non intelligit, quanto minus dona? Dona de sursum sunt, descendunt à patre luminum. Quæ verò dei sunt, nemo nouit, nisi spiritus dei. Ideo si cui deus per spiritum suum reuelat, nó tam ipse nouit, quàm spiritus dei in illo. Nos, inquit Paulus, *1.Cor.2.a*
accepimus spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Nunquid omnia? Aut si omnia scire potuit, núquid omnino? Ne vnum quidem (vt arbitror) ex integro: & si in flagello, non potuit intelligere donum. Vtiliter ipsa sibi conscientia absconditur in parte, & ipse proficiendi amor nimius, incrementa sui profectus ignorat. Denique non ipsa virtutum velut pomorum integritas, sed tantum fragmina in genis sponsæ eminere dicuntur: quia quod in genis est, in euidéti est. Et si nouit quis veram in se virtutis alicuius gratiam, núquid constantiam, nunquid perseuerantiam? Non est, inquit, *Psal.138.e*
occultatum os meú à te, quod fecisti in occulto. Etsi mihi occultú est, non tamen tibi. Spiritus enim tuus omnia scrutatur, etiam occulta mea. Vtinam talia in me occulta multa habeam cognita tibi Iesu bone, & cognita in thesauris tuis. Periculo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sa repositio istorum in mea scientia, ideo tuæ magis turò illa committo. Sed non ego tam illa committo tibi, quàm tu non comittis mihi. Penes te adhuc tutius foues quod feci sti in occulto. Nec sponsæ perfectio tanta finitur ipsi patere, & prodi-
Canti. 6. b re in genas. Sic, inquit, genæ tuę absq; occultis tuis. Sunt quędam occulta tępore congruo producęda in lucem, & in facie collocãda. Interim latent in semine, tempore suo plenã acceptura speciem. Nunc igitur sponsa es, sed nondũ apparet quid
2. Cor. 3. d eris. Quis putas similis mei cum apparuero? Et nunc similitudinem tenes in parte, quia ex parte cognoscis. Reualata facie iam gloriã meam specularis, sed tamen adhuc transformaris à claritate in claritatẽ. Dum trãsformaris, nondũ integre tenes. Transformari proficere est, non esse perfectum. Perfectũ autem tuum nondũ tui, sed iam oculi mei vident. penes me iam es qualis futura es. Iã in libro descripta es vitæ, & in manibus depinxi te. Facies tua corã me semper, coram me fulget, quæ in te nunc est obfuscata. Iam drachmam imaginis meæ in te inueni, sed adhuc quadã squalet rubigine, & occultatur species eius. Iam fides tuis rubet in genis, & vitæ colorem infundit, sed adhuc fidei res est in occulto. Ideo sicut fragmen mali punici, sic genæ tuæ absq; occultis tuis. Grata satis fidei facies, sed de occultis tuis mihi commendabilior appares. Pa-
H tientiæ virtus in euidenti, & quasi in genis tuis satis iam placet, sed ego de posteriore te magis æstimo gloria. Et reuera,
Rom. 8. d fratres, non sunt condignæ non dico passiones, sed & ipsa patientia huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Cuius iam quædam in nobis iacta sunt semina, quæ occulta operatione seipsa ad maturitatẽ perducunt, & ad perfecti fructus substantiam. Substantia hæc per quandam semi-
Psal. 138. c nalem gratiam nunc occultatur in nobis. Substantia mea, inquit, in inferioribus terræ. Vides vbi occultatam eam dicit? In inferioribus terrę. Feliciter cum eo agitur quòd non in infirmis. Ego quædam terræ superiora accipio, quædã inferiora, quædam infima. Superiora sunt ipsa corporis humani natura. Inferiora, ipsius naturæ corruptela. Infima, quædam iniquitas & culpa de corruptela procedens, & ipsam magis corrumpẽs. Ideo non dicit substantiam suam in infimis, quòd nullum habeat spiritualis gratia (quæ summa prophetæ substantia) cum iniquitate commercium. Sed in inferioribus terræ substantia mea, eo quòd medicinaliter gratia spiritus in infirmitate carnis sit occultata, & quasi fermentum absc̃dita, sanans & operans, donec absorbeatur mortalitas à vita. Nam non debet massã fermentum corrumpere, sed magis à fermento in simi-
Psal. 38. b lem conuerti saporẽ. Sed & alibi idem dicit: Substantia mea apud te est. Ergo & in inferioribus terræ eius substantia est, & apud dominum. Distantibus est in locis absc̃ondita, in superioribus cœli, & in inferioribus terrę, in æternitate, & in in-
I firmitate. Ibi per prudentiam, hic per inoperantem gratiam. Et bona gratia quæ sic virtutum profectus operatur, vt quendã perfectionis saporẽ nobis vicissim aspiret, & eructet absc̃ondita ab origine mundi, absc̃ondita mundo, absc̃ondita in deo, vbi vita nostra absc̃ondita est cum Christo, Et vere magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam absc̃ondisti, sed
Psal. 30. c timentibus te, non amantibus, Ideo nec sponsæ forte hæc furtiua dulcedo. Illa ipsa occulta sunt spõsæ, de quibus dicit: Ita
Canti. 6. b genæ tuæ absque occultis tuis. Ideo non propter illam tãtùm hæc vox facta est, sed propter circunstantes, magis verò propter longe stantes, & propter resistentes: propter illos qui se timide retrahunt à sancta conuersatione, & propter illos qui inuidè detrahunt. Quorum alij vitam secretam, vitam sanctorum, vacuam putant & sine honore: Alij quidem etsi non vacuam, tamen totum eius excursum cum summo horrore. Nã exitum sine honore suspicari non audent. Alij vanam, alij amaram religionem putant. Illi non venerantur, & isti verentur accedere: ideo de occultis sponsæ curauit tenuiter innuere, quasi ex obliquo illos tangens, & istos trahens, dum sic latenter de intimis eius admonuit deliciis. Sic, inquit, genæ tuæ absque occultis tuis. Ac si dicat: Si cognouissent & alij quibus absc̃onditis adimpletus est venter ô sponsa, quàm facile omnia detrimentum facerent vt illa lucrarentur: quàm libenter & bona perderent, & mala perferrent, vt absc̃onditę dulcedinis participes efficerentur! Nunc autẽ absc̃ondita est ab oculis eorum, quæ sanctis animabus in occulto per vices illudit. Grata tamen vicissitudo, quæ multorum molestias mitigat K
temporum. Nec exiles deliciæ, quæ in futura tempora abundant. Quid egestatẽ in illa veremini? Deliciæ in occultis eius & abundãtes deliciæ. Abundãtia enim in turribus tuis ô spõsa, *Denique sicut turris Dauid collum tuum.* etsi latent deliciæ, sed
Cant. 4. d virtus eminet. Quomodo non eminens turri collata? Sed differamus hunc in crastinum sermonem, dicturi de hac turre quod ipse Dauid dederat auctor eius & tutor Iesus Christus, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo XXVI.

IAM fortia ad sponsam & de sponsa loquitur (nam delicata in superioribus) vbi sic ait: Collum tuum sicut monilia. & simile quid habes in psalmo: Dominus decorem induit,
Canti. 1. c induit fortitudinem. Bona hæc indumenta, quorum vnum
Psal. 92. a ornat, alterum armat. Primum illud posuit quod magis proprium sponsæ videtur. Nunc se ad eius quandam fortitudinem conuertit. Virtus fortitudinis tanto in sponsa preciosior, quanto rarior. Rara plane. Mulierem enim fortem quis
Pro. 31. b inueniet? Etsi potest, tu tamen Iesu bone nõ tam inuenis quæ talis sit, quàm præuenis vt sit. Nõ seipsam hęc turris ædificat, sed ipse sine quo in vanum laborãt ædificantes. Et vide quàm fortem velit intelligi, quam turri Dauid assimilat. Sicut tur-
L ris, inquit, Dauid collum tuum. Noli in hoc collo inflexibilitatem & duritiam accipere. Hæc enim non possunt ad laudem reflecti, sed ad maledictionis sententiam prouocant. Ma-
Gen. 49. a ledictus, inquit, furor eorũ, quia pertinax: & obstinatio, quia
Esa. 48. a dura. Neruus, inquit, ferreus ceruix tua. Ad condemnationem intorta sunt ista, non ad commendationem prolata. Rigida peruicacitas solet libertatem mentiri, quam in his verbis accipio: Sicut turris Dauid collum tuum. Libera plane ceruix, & seruilis conditionis ignara, tam erecta, tam munita vt turris Dauid. Nõ puto quòd aliquo abiectæ seruitutis iugo collum istud atteratur. Graue iugum super filios Adam à die natiuitaEccl. 40. B tis eorum. Sed hæc iam non videtur de filiabus Adam. Iam veterem natiuitatem regenerationis nouitate mutauit: carnalem nesciens Adam, ex quo transiuit ad Christum: ex quo secundo adhæsit, vnus spiritus effectus cum illo. Ideo libera, quoniam vbi spiritus domini, ibi libertas, qua nos Christus liberauit libertas data, nõ innata. Nam à natiuitate eorum graue iugum super filios Adam. Vere graue, quod mulierem illã euangelicam annis decẽ & octo incuruauerat, ne sineret sursum respicere. Multũ dissimilem ab ista, quæ ceruicem in turris modum sustulit in cœlum. Graue planè iugũ, quod totum humanum genus in hac inclinata muliere excutere non potuerat, nec deponere: non desinebat ab onere, & iniquitatem addere super iniquitatem, & infirmitatem super infirmitatem, &
M vtranque super alterã: fœcunda satis, sed infelici nimis fructificatione. Vis audite apponentem iugum super iugum? Audi
Luc. 14. d quali se excusatione vnus de inuitatis ab euãgelica subduxerit cœna: Iuga boũ emi quinque. O stolida anima, anima tam inualida ceruice, & attrito collo, vnum illud portas, quod tibi corrupta imposuit natiuitas, & plura cõparas? Nõ indiges emere quod gratis innascitur. Alia adiicis emere, & ab hoc quo opprimeris, collũ eximere non potes. Iuga, inquis, boum emi quinque, & vnũ hoc tam graue, tam generale gratis excutere nõ potes. Nec tibi tamen precium suppetit vnde te redimas. Nescis quàm graui iugo teneris? Nisi sanguine Christi auferri non valet. Abundas vt plura emas, non abundas vt ab isto te redimas? O miseræ diuitiæ tuæ, satis es locuples nõ vt mitiges, sed vt multiplices vincula colli tui, & cõpedes aggraues. Sufficiat illud iugũ graue quo opprimeris. Iugũ hoc, si nescis, quædã est delinquẽdi necessitas, & impossibilitas resurgẽdi, Iugum hoc difficultas est ad bonũ, & auiditas ad malum. Iugũ hoc & iniquitas est qua reus teneris ad suppliciũ, & infirmitas qua pronus in vitiũ traheris. Originalia tibi sunt ista, & de propaginis vitio, & tu adhuc voluntaria accumulas onera? Curiositate quinque sensuũ dũ exteriores intendis in species, interioris cõcupiscentiæ flãmam prouocas, quæ nisi sanguine Christi extingui non potest. Concupiscentia cum sola est, satis inardescit: exterior verò materia si accedit, insanit. Geminum incommodum, naturæ corruptio, & curiositas quędam exterius

A exterius eius irritamentò explorans. Duplicatum incommodum, proprius impetus, & hostilis impulsus. Duplicatum incommodum: flamma concupiscentiæ, & flatus incentoris. Iuga boum, inquit, emi quinque. Bene vtique boum, quòd brutas mentes curiositatis atterat labor. Iugum si optas, non ha-
Matt. 11. d bes necesse comparare. Tolle super te iugum Christi, iugum gratuitum, iugum gratum, gratum non graue. Iugum enim, inquit, meum suaue est, & onus meum leue. Iugum hoc non est iugum boum, quia iugum rationale est iugum non quod laborem infligat, sed requiem comparet. Et vide quomodo iugum hoc leue dicat. Nam illud superius graue, quod est su-
Coloss. 3. a per filios Adam, à die natiuitatis vsque ad diem mortis eorum. Cuius putas mortis? Vtique eius de qua habes: Mortui estis, & vita vestra absc̃ondita est cum Christo in Deo. Bona hæc mors, quæ veterem sepelit natiuitatem, nouam inducit. Mors bona, quæ seruitutem absorbet, generat libertatem. Nam huius natiuitatis liberi sunt filij. Bonus hic exitus vitæ, vt veterem exuentes Adam, simul graue iugum abiiciamus. Hic vitæ carnalis exitus, captiuitatis nostræ iugum dirumpit, vltra grauare non potest, sed computrescit à facie olei, ex quo
Cant. 1. a cœpimus nomine alio vocari, & inuocatum est super nos nomen secundi Adam, cuius vt oleum effusum nomen eius. Vis
Psal. 32. a audire vtrunque iugum hoc graue & dirumpi & putrescere?
B Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Iniquitas tota & semel dimittitur. Diruptum est iugum, infirmitas adhuc sanatur, iugum computrescit. Denique quod computrescit, lente deficit, non desinit semel. Propositum volũtatis præcidi quidem potest, & quasi dirumpi: sed inueterata passio non tam deciditur quàm dediscitur. Et quando operandæ salutis impossibilitas aufertur per gratiam, tunc quasi dirumpitur captiuitatis iugum. Sed quæ resident adhuc boni difficultas: dum paulatim sanatur, eius videtur iugum computrescere. Computrescet, inquit: vt quamuis non semel totum, tamen quando que putredine conficiẽdum donet intelligi. Quod computrescit, vtique corrumpitur. Quomodo non liber, cuius iugum vel semel dirumpitur, vel sensim corrumpitur? Et iugum & vinculum corruptum, vtrunque vsu suo priuatum videtur. Nam nec grauiter premit, nec tenaciter stringit. Felix plane, cuius computruerunt vincula vt nulli sint vsui, cuius computruerunt & corruptæ sunt catenæ à facie dici. Sed dices, de collo sponsæ sermonem institueras: quid nunc circa iugum immoraris? Quid de iugo ad collum? vtinam nihil. Nunc autem contritio magna. Iugum enim ad quid, nisi ad collum? Sed non ad collum sponsæ, quia iam soluta vincula colli eius: iam nescit seruitutis iu-
Cant. 4. b go contineri. *Sicut turris, inquit, Dauid, sic collum tuum.* Exuberantissima per hoc monstratur libertas, & depressione ab om-
C ni libera: non tamen nuda, sed quę habeat aliquid fortitudinis admixtum. In turre non solùm erectio, sed munimenti fortitudo attenditur à facie inimici. Restituta est quidem libertas, sed securitas tibi nondum permittitur. Captiuitatis contritus est laqueus, hostis aliunde quærit innectere: ius perdidit, non deposuit recuperandi spem, non peruicaciam infestandi. Liber effectus es, libertatis tuendæ decætero tibi incumbit negocium. Collum amplexibus sponsæ deditum, no-
Luc. 15. b li ne in modico quidem degeneri exponere iugo. Denique reuertenti filio pater obuius procidit super collum eius. Pia farcina, & iugum dulce: quod tamen sustinere nec sentire meruit, donec primò in se reuersus seruilem conditionem dirupit, sic regressus ad patrem. Erecta est ceruix tua: esto fortis
Psal. 58. b sicut turris Dauid, vt dicere possis: Fortitudinem meam ad te custodiam. Ipse enim Dauid, ipse Salomon, Christus scilicet Dei virtus, & Dei sapientia. Eius turris es, si non infime, non infirme sentias circa ipsum. Sed si sublimitas virtutis dei non ex teipsa, quasi turris est, non turris Dauid, sed magis aduersus Dauid, qui inflatus sensu carnis suæ extollit se aduersus scientiam Dei. Sublime hoc collum: sed superborum & sublimium colla sapientia calcat, humilium exaltat. Humilitas ipsa sumptus necessarios subministrat ad ædificationem euan-
Matt. 11. d gelicæ turris. Nec verendum est ne sponsæ sumptus desint, quos abundanter de sponsi potest arca mutuari. Discite, inquit, à me, quia mitis sum, & humilis corde. Nondum intelligis qua ratione sumptus humilitas præstet in ædificationem turris? Qui se, inquit, humiliat, exaltabitur. Et bene de hu-
D militate in præcedenti latenter est suggestum capitulo, vbi
Luc. 14. c & 18. c sponsæ occulta commemorat, eo quòd humilitatis pulchra sit species, meritorum laudes occultare. Si ibi de humilitate, conuenienter de sublimitate istic annectit. Non potest absc̃ondi diu turris in humilitate fundata. *Sicut turris Dauid collum tuum.* Vide priuilegium sponsæ. Apostolus Petrus horta-
1. Pet. 2. d tur nos coædificari in domos spirituales: hic verò non tantùm in domum, sed etiam in turrim ædificatur. Paulus in habita-
Eph. 2. d culum dei coædificari nos optat: sed sponsa hoc non contenta, etiam propugnacula adiungit, vt sublimis & securior sit habitatio. Forte & hæc vna de illis turribus est, de quibus dicitur: Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.
Psal. 121. d Omnino conuenit, vt in turre non desit libertas. Dura, qua duplicata necessitas, vbi foris obsidio, fames intrinsecus. Quid proficit clausos & munitos esse aditus omnes, si intus sæuus hostis fames cuncta contristat? Mala fames fastidium. Clausæ sunt ianuæ exteriores, muniti aditus: sed per sensuum tuorum
E fenestras mors ingreditur, nec experientia indisciplinatorum sensuum de exteriori materia mali incẽtiua admittit. Si proii-
Esa. 33. a cis auaritiam ex calumnia: si obturas autem ne audias sanguinem: si claudis oculos ne videas malum: iam clausus es, iam habitas in excelsis, & munimenta saxorum sublimitas tua. Nunquid satis est? Quid prodest tam munita sublimitas, si quæ intus sunt, famis & fastidij vastat crudelis egestas? Quid
E prodest dura saxorum & inaccessa sublimitas, si non ibi panis est, si non aquæ fideles sunt? Bona quidem protectio, si tamen non desit refectio. Bona sunt munimenta saxorum, si tamen talia sint de quorum possit duritia & mel & oleum elici. Et quidem ipsa obseruantiarum duritia, & petra disciplinæ, frequenter largos effundit riuos olei, & mentis faucibus dulcedinem deuotionis ministrat ordinis quidam lapideus rigor. Denique sic habes: Fiat pax in virtute tua, & abundan-
Psal. 121. b tia in turribus tuis, ô Hierusalem, sed abundantia diligentibus te. Alioquin, qui non amat, etsi intus sit, esurit tamen. Quomodo autem egestas erit in hac spirituali turre, in turre Dauid, in collo sponsæ. in quo iugi commercio spiritus vitalis trahitur & refunditur? in quo verbi sacri commeatus assiduus est, & vocalis spiritus discurrit? Quomodo fames in collo, per quod abundantia suauitatis eructatur, & verbum bonum de cordis vbertate? Collum quoddam videtur commercium & quoddam glutinum & cordis cum ore, & corporis cum capite, vtriusque ad alterum. In collo vinculum est & via. Quod aliud erit vinculum nisi charitas, per quam capiti corpus cohæret, Christo ecclesia? Quæ alia via spiritus nisi charitas? Hæc excellentior est via, imò hæc est spiritus vadens & rediens, &
F ad suam reccurrens originem, vnde nascitur illò reuertens. Ab hac lex pendet & prophetæ. *Ideo mille clypei pendent ex ea.* *Mat. 22. B*
Omnis enim sermo domini ignitus clypeus est, & propu-
Prou. 30. b gnacula ipsa ad sermonem referuntur. In sequentibus dicit:
Cant. 8. c Si murus est, ædificemus super ea propugnacula argentea. Propugnacula de ipsa solent esse turris materia, & quasi de eodem cum ipsa corpore. Et vide quomodo charitas consubstantialia & sibi concorporalia propugnacula gestat. Vide quomodo innata sit charitati sollicitudo quædam, prudentia quædam, & peruigil cautio ad declinandas vel depellendas infestationes & machinas hostiles. Habent propugnacula aliquid clausum, habent & apertum aliquid. Per istud insidias explorat: per illud assultus declinat. Illic prouidens: istic se protegens. Talibus est charitas cum propugnaculis ædificata: quia talis est ei tam fortis, tam prudens sollicitudo innata. Ipsa magnum est sibi firmamentum quoddam. Denique fortis est vt turris dilectio. Ipsa nouit tentamenti occasiones, & cum opus est fugere, & vbi fugiendi non est copia, fortiter ferre: & cum ipsa in se aliquid firmamenti habere videatur, aliena tamen adiumenta non refugit propugnaculis munita. Assumit & clypeos conuersationis. Bonus clypeus conuersationis ordo, & lex ab hominibus tradita. Hæc etsi non est charitati necessaria, non tamen reputatur superuacua, nec onerosa quidem. Spiritualis est charitas, nec indiget lege: nec tamen legem dedignatur, sed legitime vtitur ea, protecta, non oppressa. Bonus etiam clypeus sacri meditatio verbi. Omnis enim sermo *Prou. 30. b*
domini ignitus clypeus est. Non est contenta charitas spiri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtualibus quas ipsa gignit, meditationibus: & cum ipsa domini lex sit, in ipsis tamen legis sermonibus meditatur, inde sibi testimonia assumit, inde se tuetur: & multiplici protegit clypeo. Et cum magnum habeat intus testimonium spiritus, ab ipsis tamē literis sacris patrocinia sibi decerpit. Et bona protectio, quam charitatis experientia suggerit, vel sermonis sacri peritia tradit. Paulus in epistola sua quędam charitatis tibi propugnacula depingit. Charitas, inquit, patiens est, benigna est. Percurre totum illum de charitate locum, nónne tibi tot
1.Cor.13.b propugnacula videtur exurgere, quot gratias distinctas enumerat? Non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, &c. vsque, non excidit. Vides quot propugnaculis turrita consistat? Nunquid non ista concorporalia charitati videntur, & velut de fundaméto eius exurgere? Et tamen istos affectus quos charitas quasi naturaliter gignit, doctrina dirigit, disciplina regit, erigit exercitatio, & bonum originale quantum ad charitatem. Ordo hic ab expertis præscriptus, vel fouet ne deficiat, vel promouet vt crescat: ideo charitas interna inspiratione non contenta, sermonis sacri vndique sibi velut clypeos institutiones memoriter appendit, Ipsum inspice spōsum, qui mediator & sequester quidam est inter homines & Deum, quasi collum mediū inter corpus & caput, turris fortitudinis à facie inimici. Ipsum
H (inquam) inspice qui propriis abundabat, quomodo assumpsit scripturæ clypeos, & velut ad auctoritatem se contulit, suto vnitatis fraudulentas interpretis maligni propulsans insidias. Tu quoque si fueris mediator quidam & sequester inter homines & Deum, & velut collum, corpus & caput coniungens, mille clypei in te pendeant, omnimodi clypei diuini sermonis, sacra tibi præsto sit auctoritas, & ad omne bonū patrocinetur negocium, non tantùm vt tibi sufficiat, sed vt
1.Pet.3.c reliquis abundet, Esto paratus ad reddendam rationem omni poscenti de ea quæ in te est fide & spe. Quasi poscere videtur fidei tuæ ratione, qui fidei contraria persuadere conatur, & ipsam infringere. Bonum ergo à collo tuo scutum pendet, si fueris scuto fidei munitus, scuto veritatis, scuto bonæ volūtatis, sacri scuto sermonis. Omnes hos in scripturis clypeos legis. Sed & si fueris in sublime per charitatem erectus velut turris, si per contemplationis gratiam quasi collum reliquum corpus excedens accedas ad caput domini, & abscondaris in abscōdito faciei domini, in secretario sponsi, in thalamo veritatis: nónne tibi videris delicato protectus clypeo? & nescio si quod scutum ad protegendum efficacius sit quàm talis amplexus dilecti. Igneus est, & ideo omnia tela nequissimi ignea extinguit, & ignis ignem consumit. Si fidei scutum illa extinguit, quomodo non magis veritatis bono protegitur clypeo, qui absconditur in calore eius? Est enim veritatis feruida me-
I ditatio, & suggestiones inimici male ignitas ante extinguit quàm ad mentem pertingant. Inter sponsi amplexus & charitatis interna negocia, non vacat sponsæ peregrina tela suscipere. Bene talis clypeus à collo sponsæ dependet, eo quòd tam succensi amplexus gratiam experitur sola dilectio: sola tales nouit excessus: & mentem faciens adhærere deo, vnum ad horam cum illo spiritum efficit. Beatum plane collum, in quo termo domini igneus moratur: à quo velut scutum gratis dependet amplexibus patris verbum, veritas, & virtus. An non tibi delicatè protectus videtur, qui talibus coronatur & circundatur vndique scutis ante & retro? Fidelis paxillus in quo tot diuersa vasorum genera pendent. Bene hæc a collo charitatis pendent, quòd ipsa sit vnctio quæ nos docet de omnibus, & omnia suggerit, quòd in ipsa omnes gratiæ conferuntur, & referuntur ad ipsam, vt ex ipsius pensātur & pen-
Cant.4.b duntur mensura. *Mille clypei pendent ex ea, armatura omnis*
Ephes.5.c *fortium*. Armatura plane quam Paulus ad Ephesios narrat.
Cant.8b Omnis armatura fortium, id est amantium. Fortis est enim vt mors dilectio, Quid ergo? Tamen ibi sunt arma fortium, non infantium vbera. Si excedit quasi turris quædam charitas non condescendit. Siue mente excedimus deo, siue sobrij
7.Cor.5a simus vobis, charitas Christi vrget nos. Audistis excedentem: vultis sobriam & condescendentem accipere ponsam? Vbera, inquit, tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli. Bona turris sponsa, quæ se per conuersationis disciplinam vndique clau-
Cant.4.c dit, & per scripturarum doctrinam sibi clypeos copiosè appendit, & per contemplationis excessum in sublime assurgit. Ipsius etiam cōtinētia fortis, & doctrina fidelis, & excessus cœlestis, cum & eius sublimitas condescēdere didicit, & doctrinæ copia ad sobrietatē deduci, & rigor liquescere in quādam rationabilis lactis dulcedinem, & arma fortium in infirmorum verba conuerti. Vbique illam vrget charitas Christi, sursum ad illum rapiens, deorsum propter illum trahens, sed non tenens diutius, dum ad suas subinde delicias in excessum recurrit. Ideo dicit: Vbera tua sicut hinnuli gemelli, quòd semper circunspicit montes pascuæ suæ, quod ad pascuæ locum illam conuertat & rapiat nota refectio, quod ad sponsi lilia leui saltu subito relabatur, vnde delicate refecta cœlestium succis herbarum, distenta vbera ad paruulos iterato reportet. Sed quæ de vberibus istis dicenda sunt, non possunt aures fatigatæ, forsitan & hora fugiens, portare modo, & potum lactis ab vberibus istis exprimere. Vberius ocium & horam liberiorem orantibus vobis cum dominus dederit, oris nostri officium non denegabo, ipso in eius præconia præstante copiam, qui præstat affectum, Christo Iesu: qui cum Deo patre & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XXVII.

VIDETIS fratres quomodo nec vbera sponsæ laude priuantur. Et quidem vberum vsurpatio frequens tum in aliis locis, tum in istis præcipuè Canticis. Vino vbera præfert, botro confert, adsimilat turri. Et quod nunc in præsenti est, *duo* (inquit) *vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli* Cant.4.b
qui pascuntur in liliis. Videtis quàm multiplex vberum commendatio. Si mater est, maternum pectus vberibus carere non decet. Vbera nouerat Paulus habere cum diceret: Factí sumus paruuli in medio vestrum, quomodo si nutrix
2.Tess.2.b foueat filios suos. An non tibi videtur factus quasi hinnulus, qui factus est quasi paruulus? Vnde fouebat filios quasi nutrix, si non habebat vbera? Quasi duo hinnuli capreæ, duo filij Ecclesiæ: alter de circumcisione, alter de gentibus. Vide quomodo Paul' vtriusque vbera coaptat. Factᵉ sum (in-
1.Cor.6.b quit) Iudæis quasi Iudæus: his autem qui sine lege erant, quasi sine lege essem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifaciam. An non ubera hinnulis istis coaptauerat, omnia factus omnibus? Omnibus omnia factus est non simulantis astu, sed compatientis affectu, & habitu coaptantis. Denique vtrisque se conformabat: nunc se cum illis à licitis cohibens: nunc ad licita condescendens, vtrorumque vbique declinans scandalum, vbi fidei non obsistebat iniuria. Omnibus omnia factus est, nec Iudæis ritum in initiis licitum tollens, nec ad eorum irritationem gentiles compellens. Omnibus omnia factus est, pro audientium capacitare & præciL piens moralia, & differens mystica. In hac duplici materia velut duo vbera porrigit doctrinæ planioris, lactea vbera paruulis temperans. Interna compassio vbera quidem habet, sed coaptatio foris vbera exhibet. Illa miseretur, sed ista medetur. Quid enim mihi prodest si tantùm compateris, & infirmitati & quasi infantiæ meæ contemperare te commode nescis? Quid mihi prodest si compatiētis affectu causam in te meam transfers, si curam quam debes non affers? Vtraque necessaria est, & compassio, & quædam disciplinæ & doctrinæ compositio. Compassio affectum conformat, compositio te ad lactandum paruulos vtiliter incuruat. Neutro in genere sancti doctores anditoribus desunt, facti sicut illi & pietatis affectu, & conformationis vsu. Vtinam istud attendant qui facturi sunt in conuentu fratrum sermonem. Student magis alta quàm apta dicere, facientes apud infirmas intelligentias miraculum sui, non ipsorum salutem operantes. Erubescunt humilia & plana docere, ne sola hæc scisse videantur. Erubescunt vbera habere, nudare mámā, lactare paruulos, quid istud est? Ideóne confessi in medio cathedram tenens, vt scientiam lactes, an vt tenerā subditorum lactes infantiam? Subtilia texis: artem qui audiunt, mirantur: eloquentiam laudant. Bene quidem, tamen si gratiam sentiunt, si te disputante audientium moueatur affectus, intellectus instruatur. Alioquin quid

A quid ad præsens negocium peregrina quædam adducere quæ auscultantes non capiant? Magna eloquentiæ laus est, causam quam susceperis apte exequi, ad eius commodum cuncta referre, suscepto inseruire negocio. Nusquam euidentius eloquentiæ tuæ signum dabis, quàm si humilem materiam exequaris ornate, & sermonis temperamento attollas quæ per se iacere videbantur, & velut contemptibiles sententias commendabiliores efficias. Nec tam debes attendere quæ te dicere deceat hominem literarum, quàm quæ debeant audire quos instruis. Quid enim inde consequuntur si ambulas in magnis & in mirabilibus, non dico super te, sed super eos qui adhident? Noli altum altè sapere, sed condescende humilibus. Sublimia loquens, sed non in tempore, quid aliud affectare
Ioan.7.g videris, nisi vt tibi soli taceant homines, & dicatur de te quod dictum est de saluatore, quia nunquam sic locutus est homo sicut hic loquitur? Ascendisti cathedram vt alios ædifices, non
Philip.2.a teipsum infles: vt impleas, non exinanias teipsum, nisi forte eo modo quo se saluator exinaniuit formam serui accipiens, vt nos carnis suæ lacte nutriret in salutem, Bonus imitator
1.Cor.3.a magistri Paulus vbera non occultat, sed habere se iactat. Tan-
1.Cor.2.a quam paruulis (inquit) in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Et item: Nihil me arbitror scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Ipse nouit cui mensam paret,
B & quibus vbera porrigat. Ideo vbera eius sicut hinnuli, quia doctrinæ suæ vbera emollita sunt, qualia paruuli in Christo capere possunt. Audisti iam quid sunt isti hinnuli, & quare
Rom.10.a duo. Vis nosse quare gemelli? Quia in fide non est distinctio Iudæi & Græci. Vacant ibi priuilegia meritorum, & regene-
Rom.3.c ratio nullos distinguit, quæ cunctos æqualiter absoluit. Omnes enim egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Fides vtrosque populos æquè nobilitat, sed Iudæus aliter reputat. In communi clementia iura sibi priuata deposcit. Quid mirum si vult esse primus, quando voluit esse solus? Vnigenitus esse non potest, affectat vel primogenitus. Vide quanta
Act.11.c obiecta sint Petro in Actibus apostolorum, quòd ad homines præputium habentes introisset, quòd illos suscepisset ad fidei mysteria. Vide quantum in epistola ad Romanos Paulus desudet aduersum Iudæos, quòd in gratia sibi fidei priuilegia vendicarent quædam, & quos vna fides coniunxit, distinguerent gradibus. Ibi affectabant esse in gratia soli, hic summi, nolentes habere compares, quos non poterant non habere participes. Gentes autem fecit Deus cum Israële concorporales, & compartices testamentorum, & in nullo discreuit, fide mundans corda eorum. Ideo dicuntur gemelli, quia fides nullis gradibus separat, quos æquè regenerat. Alioquin qui nesciunt esse gemelli, effecti sunt nulli: & in conuitio locum occupantes primum, iam nec habent nouissimū.
C Quæ ratio non inter illos tantùm vertitur, sed se dilatat ad omnes, vt nemo alij in gratia, quocunque in gradu fuerit, aut participium aut paritatem inuideat. Quis enim merita prætendat, vbi in munere sola est gratia? Non debent vetera præiudicare, vbi noua facta sunt omnia. Et in hinnulis regenerationis nouitas intimatur, sicut in gemellis, in regenerationis parilitas. Qui bene capreæ dicuntur, id est ecclesiæ filij, propterea quòd sicut caprea acutè cernant. Acuta sunt enim
Cant. 4. b ecclesiæ lumina, contemplantis non quæ videntur, sed quæ non videntur. *Vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis*, si tamen liliorum sentiant gratiam: si ipsis lilia redoleant vt lilia, & non insuauem odorem refundant. Bonus & gratus est odor lilij: sed tamen ipsum lilium aliis redolet lilium, aliis absinthium. Lilium conuallium, lilium sin-
2.Cor.2.1 gulare Christus: lilia erant ipsi imitatores eius. Audi quid liliorum vnum loquitur: Christi bonus odor sumus: aliis odor mortis in mortem: aliis vitæ ad vitam. Vides quomodo singulare lilium illud, in quo bonorum omnium plenitudo olebat, tristem tamen videbatur quibusdam odorem spirare. Isti sunt qui ponunt dulce in amarum, & lucem in tenebras. Sed ille verè filia pascitur, qui liliorum odore potitur. Lilia sunt exempla castitatis, quæ non solùm moderna & præsentia, sed præterita & longe posita optime redolent. Lilia sunt etiam sacri sermones, in quibus æternæ vitæ olfacimus gaudia, & odorum attrahimus spiritum. Quàm multis fratres estis huiusmodi vallati liliis! Etsi omnes Ecclesiæ filij, vos copiosius: quorum naribus singulis ferè momentis nunc propheD tarum, nunc apostolorum, nunc euangelistarum spirant casta eloquia tanquam lilia, & verba & vita eorum grato fragrant odore. Quæ enim lilia suauiùs redoleant? quæ poterant illorum æquare fragrantiam? Qualem tibi refundit odorem Maria? qualem Ioannes? qualem Petrus? qualem alij Euangelici viri? qualem denique ipse Iesus, qui singulariter & in se redoler, & in reliquis omnibus solus ipse sentitur? Quicquid suaue fragrat in ipsis, eius verba nouum mundo spargunt odorem, cum mysteria reuelant trinitatis, cum redemptionis gratiam, cum copiam virtutum, cum gloriam resurrectionis, cum æternæ vitæ statum exponunt. Verba vitæ æternæ habes, Pe-
Ioan.6.g trus ait: & ad quem ibimus? Et nos idem dicamus dulci eius odore perfusi. In te Iesu bone patris deitas olet, qui est in te. In te gratia spiritus qui vnxit te. In te matris virginitas, in te propriæ carnis integritas, in te nostri medela languoris. Omnia hęc nobis olent in te, & ad quem alium vel amore vel memoria ibimus? Iniuria est planè talium liliorum, si aliquis peregrinus odor se illis immisceat, qui suauitatem illorum contristet, animíque afflatus naribus ipsum corrumpat, & conuertat ad seculum, & post cœni fœtorem currere faciat. Iniuria est si tibi suauius fragrant vitia, quàm virtutum lilia. Fastidiosus est vere qui lacte & in liliis pasci non delectatur. Non est enim omne lac paruulorum. Nonne tibi quasi lac videtur omnis doctrina, omnis affectus pius, animo illapsus dulciE ter? Quicquid facilè & dulciter sugitur, lac videtur. Tali lacte abundabant vbera spōsæ, & ideo dicuntur sicut hinnuli, quòd sit in illis recens & quasi semper noua & renascens consolatio verbi, & doctrinæ alacris copia. Vbera hæc vetustatis nil habent, ideo meliora sunt vino, sed similia musto. Vbera, in-
Cant.7.c quit, tua botri, non habentia scilicet austeritatem vini, sed musti nouam dulcedinem. Vbera alia pascunt, ista inebriant. Bene ergo vbera sicut hinnulli: quia nulla vetustate infracta. Magnum sponsæ pectoris ornamentum, si vbera integra habeat, non laxa, non fractas mammas in huius Aegypto seculi. Ideo dicit: Vbera mea turris. Inexpugnabilia vbera hæc, & lactis vbertate tumētia excreuerunt modum. Bona ergo vbera tam distenta, vbera pietatis, vbera gemina, eo quòd pietas consolationem habeat vitæ quæ nunc est, & futuræ. Gaudete (in-
1.Tim.4.c quit) gaudio magno, vt potemini à lacte, & satiemini ab vbe-
Esa.66.c ribus consolationis eius. Et cum auulsi fueritis à lacte, epulemini ab introitu gloriæ eius. Videtis quò lactis vsus adducat. Vt epulemini (inquit) ab introitu gloriæ. An non tibi videntur vbera sponsi epulari ab introitu gloriæ, quæ sicut hinnuli pascuntur in liliis, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ? Quàm dulciter suguntur vbera quæ sic pascuntur, vbera de cœlo plena, quia cœlestibus refecta in liliis? Ipsa liliorum fragrantia pascit. Odor eorum, cibi gratiam tenet. Odor
F enim quidam fructus est. Ego (inquit) quasi vitis fructificaui
Eccle.24.b suauitatem odoris. Vide quomodo sapientia odorem suum in fructibus reputat. Spiritualis iste cibus est, nil habens corpulentiæ, nec dente tactus, nec labore mansus, sed haustus spiritu, ipsis statim vberibus influens, & vbera distendens. Vnde etenim fragrantia dicuntur vnguēti optimis, nisi quòd in ipsis de vicinis haustus liliis spiritus redolet, *donec aspiret dees, & inclinentur vmbræ*? Dulce quidem inter lilia expectare auroram surgentem: & forte vicinus est dies istis liliis? & inter lilia eius frequenter aura quædam & vapor hauritur, & ipse sponsus in liliis pascitur: qui ipse & lilium est conuallium, & lumen diei. Dulce est ergo compascendo cum ipso, postulare, ipsum, præstolari inter lilia, donec diei lumen aspiret. Tempus illud declarat, de quo dicitur: Satiabor cum apparue-
Psal.16.d rit gloria tua. Tunc verus & æternus aspirabit dies, cum ænigmatum in quibus adhuc videmus, vmbræ inclinabuntur. Plures hic vmbræ sunt, vmbra fallaciæ, vmbra refrigerij, vmbra figuræ. In prima serpens dormit, in secunda sponsus quiescit, in tertia sponsus delitescit. De prima dicitur: In vmbra dor-
Iob.40.c mit. De secunda: In vmbra eius quem desideraueram sedi. De tertia: Quia sapientia in mysterio absconditur. Omnes istæ reclinabuntur vmbræ cum aspirauerit dies, vmbra fraudis, vmbra fidei, vmbra mysterij. Tunc erit vmbra nulla, quia veritas nuda. Tunc ergo reclinabuntur quæ modo sunt exaltatæ. Vultis nosse quàm altæ? Operuit montes vmbra eius. Magnus
Psal.79.b

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mons Paulus, opertum tamen hac vmbra se dicit, tantum in
1.Cor.13.d speculo & ænigmate videns. Magnus mons, & tamen facilè raptus in tertium cœlum. Felix raptus, & multo felicior illo, quo mons ille euangelicus ad apostolorum imperium in mare mititur. Raptus est, quia sapientia Dei immutauit sensum illius. Ideo raptus in tertium cœlum, in cœlum intelligẽtiæ puræ vnde vmbræ ænigmata procul abiecta sunt. Inferiores sunt vmbræ & reclinatæ quodammodo eius respectu, qui in cœlum rapitur. Raptus in cœlum est, raptus & in paradisum. Serenitatis locus est cœlum, paradisus voluptatum. Pulchre in vtrunque rapitur, eo quòd semiplena sit contemplatio quæ alterutro caret. Denique in quodam paradiso deliciarum & voluptatum locata videtur, quæ pascitur inter lilia donec aspiret dies. Antequã aspiret dies, nox est. Sed nox ista
Psal.138.b nescio quid videtur habere diei. Nox (inquit) illuminatio mea in deliciis meis. Illuminationis etenim vicẽ tenẽt ex parte deliciæ. Pulcherrimus contemplationis locus est, vbi simplex consideratio fidei cœlestes & suaueolentes aspergit affectus, & æterni luminis gratiã spirat. Nõ sunt istæ deliciæ quas
Iob.28.b beatus Iob commemorans de sapientia dicit, quia non inuenitur in terra suauiter viuentium. Quædam sapientiæ portio est, vbi est ipsa veritas nondum intellecta, sed iam credita dulciter sapit? Ipsæ spirituales deliciæ experientia sui satis edocent
H & quantum expetendum sit quod de ipsis restat, & quantum respuendum quicquid illis obstat. Tria hic obseruanda occurrunt tempus, opus, & locus. Tempus, id est nox, tempus: quietis & vacationis est: opus refectionis est, quia pascuntur, locus delectationis est, eo quòd inter lilia. Iure distenta ad paruulos reportat vbera, qui sic pascitur, qui in meditationibus pascitur fidei, liberrimè, vberrimè, voluptuosè. Putas quòd Salomon in omni gloria sua vestitus est sicut sponsa, quæ inter lilia pascitur? Quomodo non glorioſè vestita, vallata liliis? Nam etsi vmbra obscurat speciem, sentit tamen odorem, sentit vestimentorum fragrantiam: & in his sapientiæ quasi famam odoratur donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ: id est donec aspiret dies, & sempiternus dies. Quandiu dies & nox vices alternant, non videntur vmbræ reclinatæ ex toto, donec statum habent. Vbi vero reclinatæ sunt? Apud patrem vtique luminis, apud quem non est vicissitudinis obumbratio. Omnis vicissitudo obumbrationis instar habet, & dum alij aliud succedit, quodammodo abscondit & obumbrat quod præcedit. Hoc ergo est quod dicit, donec aspiret dies, & inclinẽtur vmbræ: id est donec aspiret dies, & plenus sempiternus meridies, qui vmbras omnes adnihilet. *Qui*
Canti.4.b *pascuntur* (inquit) *in liliis donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*, hoc est qui sapientiæ oblectantur & pascuntur odore, donec ipse lucis æternæ candor illucescat. Vtrunque cõmendatur in liliis, candor, & odor. Et odor quidem quid aliud nisi gratia fidei, & candor nisi gloria speciei? In nocte odor sentitur, sed candor non cernitur, donec aspiret dies: quia cãdor ipse est dies non habens vllam partem vmbrarum. Ille cum aspirauerit dies, iam non erunt vbera necessaria. Omnes enim erunt docibiles ipsius Dei. Interim ergo sponsæ vbera sunt sicut duo hinnuli qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies de die, Christus Iesus.

Sermo XXVIII

VBERA (inquit) *tua sicut hinnuli capreæ gemelli*. Videtis quanta gratia sponsæ: paruula est & quasi iuuencula, & vbera habet. Quid enim nisi inuenculam notat dum
Ibidem. hinnulis comparat? Ergo & mater est & paruula, alios pascẽs, & pasci non indigens. Et si quis sit Paulo similis, nondum tamen euacuauit quæ sunt paruuli in carne commorans. Etsi aliis abundat, nondum tamen se arbitratur comprehendisse. In speculo videt, in ænigmate videt: ideo sicut paruulus, sicut hinnulus in vmbra pascitur, donec aspiret dies. In vmbra, sed inter lilia pascitur. Infelix plane qui quidem inter lilia positus, inter lilia sanctæ congregationis, vbi variæ vndique virtutes redolent, nihil tamen suaue, nihil liliorum simile nouit odorare. Bonus planè, & sponsæ priuilegio gaudens, cui ipsa intrinsecus virtutum nascuntur lilia, qui inter lilia pascitur, inter lilia reficitur, lilia esurit. Beati enim qui esuriunt & sitiunt lilia iustitiæ, lilia castitatis, omnium lilia gratiarum. Si esurire beatum, multo magis inter lilia pasci. Et ipsa virtutum esuries pascit, & delectat auiditas.
Psal.16.b Odor cibat, sed nondum satiat. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Denique ipsarum virtutum (vt sic dicam) gloria latet adhuc. Totum quod inde audis, in odore est. Occultatur forma, sed famam audimus. Tenuis quidem fama in fumo, subtilis in odore cibatus, dulcis, sed tenuis. Et nos iam saturati sumus, iam diuites facti, solo virtutum odore contenti. Nescio tamen si vel odorem haurimus, quos perfectionis non trahit auiditas. Suauis quidem liliorum odor, sed æmulata in specie gratia. Suauis quidem liliorum odor, sed suauitas tenuis, si odor tantùm. Denique qui pascuntur, inquit, in liliis, id est, inter lilia, non ipsis liliis, sentientes viciniam, non fluentes substantia. Exiguus virtutum vsus exprimitur in odore, non copiosa, non solida & quasi corpulenta refectio. Non enim omnimodis reficitur qui pascitur, ideo non dicit qui reficiuntur, sed qui pascuntur in liliis donec aspiret dies. Delicioſa tamen expectatio lucis inter lilia, & vide qualibus sponsa pascatur in liliis. In liliis non caducis, in liliis non marcescentibus, in liliis denique quadam incorruptibilitate myrrhatis. Nã myrrha incorruptionem demonstrat. Iure post lilia de myrrha subtexitur, vt sponsæ lilia quadam incorruptionis perpetuitate commendet. *Vadam* (inquit) *mihi ad montem myrrhæ*. Quid
Cant.4.b est bone Iesu quòd sponsa tua, dilecta tua, alibi expectat, tu L alibò vadis? Illa pascitur & expectat in liliis, & tu vadis ad montem myrrhæ? Quare non magis ad lilia vadis, vbi sponsa moratur donec aspiret dies? An forte lilia hæc non sunt aliena, nec longé posita à monte myrrhæ, sed magis oriuntur in illo? Ita quidé est, nusquã lætius nascuntur lilia, quàm in monte myrrhæ, nusquam magis illæsa seruantur. In monte myrrhæ nec corruptioni nec corruptibilitati locus vllus relinquitur. Ibi in monte myrrhæ, vbi carnis vniuersi mortificantur affectus, ibi lilia castimoniæ, lilia gratiarum & pure nascuntur, & perpetuò florent. Ergo in liliis & in monte myhrræ sponsam satis delicatè locatam aduertis. Nam alterum tibi sermo præsens expresit, alterum tu ipse potes per interpretationem exprimere. Quonã enim modo aliò iturum se diceret, quàm vbi dilectam esse cognouit? Sicut enim illa auide expectat, sic ille ardenter properat. Vadam (inquit) mihi. Quid ergo sponsæ non vadit? An ideo sibiipsi vadit, quòd ad illam vadit? Vadam ergo (inquit) mihi. Mihi vadam, nõ solùm illi vadam. Non illa sola de meo capit aduentu lætitiam, sed & mihi nihilominus alacritatem refundit. Mihi dulce, mihi iucundũ est quod ad illam vado. Iam vadam mihi. Mihi sic ire proficit, nam delectabiliter afficit, ideo vadam mihi. Iam mihi de mõte myrrhæ suauis aspirat fragantia, ideo vadam odore illectus. Vadam mihi, quia deliciæ meæ cum sponsa morari. Itane Iesu M bone, de sponsæ colloquio oblectamenta tibi captas? ideo tibi vadis, nec velut fastidiosus amator declinas cum excludere sponsam, sed stas ad ostium? Stas & pulsas, & quandam repulsæ pasris, sed stas ad ostiùm? Stas & pulsas, & quandam repulsæ pasfus iniuriam, stas tamen, & pulsas tamen, vt aperiatur. Aspergè sponsa, aspergè cubile tuum myrrha & aloé. Christus in odore currit vnguentorũ tuorũ. Aspergè cubile tuum myrrha quam Paulus commemorat: Mortui (inquit) estis, & vita Coloss.3.a vestra absconsa est cum Christo. Tali myrrha aspergè & irriga profundè cubile tuum, vel potius esto mons myrrhæ. Vberior enim gratia vbi myrrha nascitur, quàm vbi aspergitur. In hoc monte colloca cubile tibi, imo dilecto in quadã myrrhæ copia, vbi hæc species aromatica magis oritur q̃ aduehitur. In multis scripturæ locis vsus myrrhæ ad mysteria sumitur. Matt.2.a Cum myrrha Magi ad Christum veniunt. Venit & Nicode- Ioan.12.b mus ferens mixturã myrrhæ quasi libras cẽtum. Magna hæc copia. Sed quid ad collationem montis? Ferens, inquit, id est secum ferens, non ex se proferens: portãs, non pariens. Bona vtraque, & quæ offertur, & quæ oritur, sed ista potior. Deinque illa ad Christum aduehitur, ad hãc ipse vadit. Vadit enim sibi ad montẽ myrrhæ. Bene mons myrrhæ, qui mortem circunfert seipso, non in parte: nec quasi reperiam, sed vberem & continuam & eminentem: nec ad horam & quasi veteracentem, sed magis renascentem. Bene mons myrrhæ qui Christi in se mortificationem & incorruptibilitatem quam gerendã, & resurrectionis futuræ imaginẽ nõ tam gestat quam germinat.

A minat. Nunquid tibi mons myrrhæ videri potest, in quo futuræ incorruptibilitatis nil magnificum, nil eminens, nil nisi ad horam apparet? Beatus planè mons, qui huius myrrhæ germine vndique vestitur, non respergitur per partes, nil in se nudum, nil habens sterile, sed totum hac felici fœcundum specie. Quomodo non beatus, qui Christum ad se trahit in sui odore aromatis? Bonus odor non tantum leprosi domum replens, sed etiam cœli palatium, thalamum sponsi. Bonus odor planè sponso Christo, inter ipsas deitatis gratus delicias. Deni-
Canti.4.b que super tantas delicias, delicię tamen eius esse in mõte myrrhæ: ideo dicit: *Vadam*, inquit, *mihi ad montem myrrhæ*. O beatum montem, ad quem vadis Iesu bone, ad quem venis, quem perambulas, quem inhabitas, & inhabitas in finem: quę solus inhabitas, & hoc vsque ad terminum loci. Veni Iesu, incipe hunc montem possidere. Nullus tibi questionem moueat, nullus dicat: Nunquid habitabis in hoc monte tu solus? Mons vber, mons pinguis, mons abundans, mons affluens vnguentis, hæc vnguenta eximaniri non possunt. Magna enim vnguenti moles in monte myrrhæ. Non deficient vnguenta de hoc monte. ideo qui vadit ad montem myrrhæ, vnguentis non indigebit, nec odoramentis quidem, qui vadit ad colles Libani. Non enim deficient thura de Libano. Nam & libanum dicunt thus intelligi. Veni Iesu bone ad colles, vt fluant thura à facie tua.
B O quantus incensi fumus ascendit de collibus istis, cum tuo, imò cum te fuerint igne succensi. Magnam habet in collibus thuris ignis tuus materiam pabuli, & magnum incensi fomitem. Non citò consumuntur hæc thura. Incensi huius fumus non facilè euanescit. Tanta thuris moles, tanta copia collis thuris non potest pugillo concludi, non comprehendi thuribulo: vasculo non capitur, mensuram nescit, quia nescit intermitti. Bene ergo *collis thuris*, qui sine intermissione orat, & (quod satius est) sine remissione. Qui in oratione nil habet remissum, nil exile, sed velut cuiusdam fornacis magnæ fumus pinguescit, sic pinguescentium votorum & desiderij exuberantis agit volumina. Veni ergo Iesu bone ad colles thuris. copiosum orationis incensum fumigant montes quos tangis. Quid simile, fratres, habent orationes nostræ? quàm citò thura nostra inanescunt, & quodammodo vix succenduntur, & statim extinguuntur? Vt quid istud? Vtique quoniam exiguam nobis incensi congessimus materiam. Ego spiritus angelicos, & si qui inter homines illorum æmuli sunt, quosdã velut colles thuris interpretor, quorum oratio quasi incensum dirigitur semper in conspectu dei: qui deuotionis suauissimos vapores gignunt: cœlestium glomerant nubes affectuum. Beatus vtiq; sacerdos, qui thura tanta offert, quem tam suauis ne-
Apo.5.c bulę vapor operit & inuoluit. In Apocalypsi legis phialas plenas odoramẽtorum, orationes sanctorum. Et quæ conuentio
C collibus thuris ad phialas? quę enim phiala capiat collem thuris? Bona phiala plena odoramẽtorum. Sed ecce pluſquã phia-
Apo.8.a la hic. Ascendit (inquit) fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli. Sed quæ manus integræ colli sufficiat? Quæ (inquam) manus, nisi tua Iesu bone manus, qui montes ponderas, & terram palmo concludis, qui libras montes in põdere, & colles in statera? In manu tua domine omnes fines istorum collium, & si fas est dicere, in sinu tuo. Deniq; in sinu tuo sanctorum oratio conuertitur, in conspectu tuo intrat, ibi conuertatur, ibi conuertitur: illi in te, & tu in illis, propterea vadam, mihi inquis, ad colles thuris. Veni ergo domine, veni & noli tardare, veni & ne transilias colles istos. Quid & si ad te transiliunt colles thuris? Mobiles sunt montes myrrhę, & colles thuris vbi ipse aduenerit. Quomodo non mobiles, qui liqueſcunt, qui fluunt, qui fumigant, qui ascendunt sicut fumus aromatum in conspectu domini de manu tua? Vade ergo tibi ad colles thuris, vbi incẽsa multa sunt, vbi incensa cuncta sunt. nam in colle thuris nil sine incenso. Incensa hęc data tibi sunt, ideo veni vt adoleas ea in conspectu tuo. Vadam mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. *Veni de Libano, veni*. Iam excluſum est cur vadat, vt quid enim nisi vt vocet, vt intret, vt
Cant.4.c dicat veni? Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare in collibus istis, ad quos verbum dei vadit, quos reuisit, de quibus sponsa vocat, & vocat ad coronam. *Veni*, inquit, *de Libano, veni coronaberis*. Libanus candorem sonat. Quidni candidus
Hiere.18.c de niue cœlesti? Non enim deficiet (sicut scribitur) nix de Libano. Nix illa quæ descendit de cœlo, quia infundit terram & D inebriat, & germinare facit. Beati montes super quos nix ista cadit, & colles quos operit. Sic (inquit dominus) erit verbum
Esa.55.b quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum. Videtúrne tibi vacuum reuerti verbum, quod vadit ad montes myrrhæ, & colles thuris, quod cadit super hos montes, & colles operit? Nescit vacuum reuerti, ideo vocat & dicit: Veni de Libano, veni. An mysterio vacare putas quòd post montes myrrhæ & colles thuris commemorat Libanum? Quæ res animum sic reddit mundum & candidum, quomodo orationis vsus? Primò quidem myrrha mortificat, deinde thus purificat. Nec enim pura poterit emanare oratio, si non omnis prauus primò fuerit odor repressus, & exhalatio carnis. In myrrhæ vnguento mens stringitur vt ad quandam imò omnimodam vnitatem se coarctet: per thus incensum dirigitur & dilatatur & se diffundit, & cœlestes replet regiones ex odore vnguenti incensi. Illi se liberæ veritatis aurę immiscet & confundit: & quæ primo ad se anima ipsa contracta est, ibi rarescit & attenuatur & deficit, suspensa & suspiciens in excelso. Oratio vtriusque & myrrhæ & thuris mysterium explet. Orantis affectum in primis colligit & stringit in seipsum, deinceps diffundit & transfundit in deum. Quid myrrhæ similius, vbi tanta in diuinam vnionem transfusio? Quid incenso simi- E lius, vbi tanta diuini cuiusdam sensus diffusio? Iure tota pulchra vocatur & sine macula, quam orationis ardor incanduit, quam colorauit & candidam reddidit candor lucis æternæ.
Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Tota pulchra es, Canti.4.b quia tota pulchra es hac hora maximè, hora orationis, hora incensi. Tota pulchra es amica mea, tota pulchra es: quia tota amica es, & solo amoris candens affectu. Tota pulchra es, & sine macula, peregrini nil habens coloris admixtum. Veni de Libano, quia plene lota. Veni de Libano, ex toto illustrata. Veni de Libano, carens culpa: Veni de Libano & candens gratia: veni, coronaberis. Felix omnino qui de Libano candentis affectus, de colle thuris, de orationis intentæ copia vocatur ad coronam. Felix inquam anima quæ hora incensi ascendit ad patrem, quæ sine interuallo de Libano ad coronam vocatur, coronam gloriæ quam reddet illi in hora trãsitus iudex iustus & dulcis sponsus Iesus Christus cum deo patre per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XXIX.

TOTA *pulchra es amica mea, & macula non est in te: veni de Li-* Ibidem. *bano, veni de Libano: veni, coronaberis.*] Quis mihi dabit istud trium (vt sic dicam) dierum iter conficere? Quis inquam dabit mihi hanc viam indefesso incessu percurrere? Viæ istæ, vię pul- F chræ, & semitæ pacificæ sunt, venire de Libano ad Libanum, de Libano ad regnum. Nam sponsa ad coronam vocata, inuitata videtur ad regnandi consortium. Dulcis est hic vię terminus, sed nihilo minus dulcis est trãsitus. Quidni dulcis, qui nescit à Libano deflectere? Nõ hæc est via lata, nõ hæc est via laica, nec potest per eam transire pollutus. Non est currentis nec Rom.9.c volentis, sed miserẽtis dei. Miserentis cur dico? dixissem melius desiderantis. An nõ æstuantis desiderij vota designat vocatio trina? Vehementis affectus argumẽtum est quòd tertiò vocat. Percurre animo præcedentia cantici huius, nusquã reperies vel tam crebrò vocatam, vel tam expresse commẽdatam pulchritudinem spõsæ. Ter vocat, & totam pulchram dicit. Deniq; in præcedẽtibus sic habes: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Et iterum alibi: O quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es. Hoc autẽ tertio in loco totam pulchram definit. Illis in locis vel demõstrat quòd pulchra est, vel miratur quòd tam pulchra est: non tamen diffinite determinat quòd ipsa sit ex integro pulchra, sicut in præsenti. *Tota pulchra es amica mea.* Quomodo non tota pulchra pulchritudini, & toti pulchritudini collaterata ex toto? Quomodo nõ tota pulchra in quam lucis æternæ cãdor immẽsus emanat? Bene tota pulchra & superpulchra, in quam vbere illapsu se trãsfudit omnis pulchritudo domini. Exaltata est quidem super sidera, species tamen pulchritudinis eius in sponsa. Species (inquit) eius in nubibus cœli. Quandiu sponsa nubes cœli est, nubes lucida & leuis, & quasi ad solem accedens, & ipsum suscipiens, tandiu in ea solis splendor relucet, & pulchritudinis eius species manet. Planè

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tunc nubes est sponsa, quando spiritualis obtinet affectionis
leuitatem, & lucem intelligentiæ, Quandiu spiritualis anima
per orationis & contemplationis vsum in supernis suspendi-
tur sicut lucida nubes & leuis, tota interim pulchra est, quia
tota amica est: & macula carés, quia in feruidæ charitatis ver-
sa est colorem: hora ista glorioſam sibi sponſam exhibet, non
habentē maculam vel rugam, mundans illam non tam in san-
guine, quàm in lumine suo. Quomodo non tota pulchra, in
qua tam expressa diuinæ pulchritudinis species apparet? Quā
mihi dabis animam, quam audeas ex toto pulchram diffinire,
nisi in hac hora tántùm, quādo per amoris æstum plus imbui-
tur quàm induitur specie sponsi? Aliis quidem horis sine ma-
cula deputatur, dū culpa nō imputatur. Hoc autē momento,
quòd sine macula dicitur, non est indulgētiæ, sed dilectionis:
sed desiderij, sed deuotionis. Quis enim dabitur veniæ locus,
vbi vota charitatis tantū exæstuant? Amor indulgentia non e-
get, totū enim gratioſum est, vbi solus est. Denique vide nunc
quomodo & offensa excluditur, & gratia commēdatur, & so-
la gratia. *Tota*, inquit, *pulchra es amica mea, & macula non est*
Cant.4.c *in te*. Blandimenta huiusmodi non videntur indulgentis, sed
diligentis, sed amantis, sed admirantis, Oblectatus pulchritu-
dine, optat præsentiam. Veni de Libano, veni de Libano: ve-
ni, coronaberis. Inuitatio crebra prodit affectum, vota mani-
festat. Alij trinæ vocationis scrutentur sacramenta, & gradus
adsignant: mihi quidem sufficit diuinæ maiestatis humanam
H aduersus animam affectum mirari. Istud sufficit, sed ipse suc-
cumbo. Vtinam mihi nihil incumbat negocij, nisi suspenso
semper stupore mirari impensam gratiam, ita tamen, vt admi-
rationi huic vota iungantur, & germana sit charitas. Affectus
Psal.41.b enim affectum meretur, & abyssus abyssum similē prouocat
in voce perfluentium cataractarum. Bonæ quidem cataractæ
sunt, quæ tuum bone Iesu distillant affectum, infundūt amo-
rem. Amor mutus non est, vsum habet vocis. Quod enim cō-
tinet omnia, scientiā habet vocis. De spiritu scriptum est hoc,
Roma.13.a & bene nostis quanta sit affinitas (si non potius idētitas) cha-
ritatis ad spiritum. Illa continet omnia, quia plenitudo legis
est charitas. Spiritus loquitur mysteria & amatoria plane lo-
Roma.8.c quitur. Ipse spiritus reddit restimoniū spiritui nostro, vtique
& blandimentum loqui potest. Sonus eius sensus amoris est,
& desiderij vota instar habent vocis. Experimentum gratiæ
ipsum est vtique ꝙ loquitur, quòd inuitat, ꝙ dicit: Veni de Li-
bano. Ter vocat, fortasse idcirco, ꝙ funiculus triplex difficilè
rūpitur. Tenax enim funiculus amor. Amor affectuosē trahit,
cui est idipsum alloqui, quod est allicere. Nihil amoris tena-
cius vinculo, nil trahētius. Audi quomodo lex diuina tripli-
Matt.22.d cem huius ostēdit nexum funiculi: Diliges dominum Deum
tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mēte
tua. ac si dicat: Diliges dominum deum tuum cordis proposi-
I to, animæ affectu vitali, integro & rationabili quodam mentis
arbitrio: vt amoris in te & propositū sit, & ipsum propen-
sum sit, & perspicax sit. Bona siquidem cordis in deum inten-
tio pia. Sed quid si pigra sit, si emortūa, si nihil habens in se
vitale, nil animatum? Bona ergo intentio pura, quam viuidam
reddit & velut animatam feruida & dulcis affectio. Affectum
hunc qui est acsi quædam anima boni propositi infestat, in
format meditatio, Si discreta est & renouet, si crebra est: funi
culo si tripliciter nexo, ad meritum repositæ coronæ: quid
vberius? Ad experimentum quid expressius? An non tibi vi-
detur inuitare, & quasi tripliciter dicere, Veni, hæc trina di-
lectio? Denique quasi inuitat dum confert & audaciam pro
Cant.4.c merito, & auiditatem pro experimento. *Veni*, inquit, *de Liba-*
no, veni coronaberis. In Apocalypsi quasi de Libano venien-
Apoc.7.c tes sic legis: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde
venerunt? Hi sunt qui venerunt de magna tribulatione, & la-
uerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni
Vtique & credendi fide, & conseruandi forma, qui in tribu-
latione sua sequuntur hunc agnum non aperientem os suum
Esa.53.c cum ad occisionem duceretur, & coram tōdente se obmute-
scentem. Qui non sunt tristes neque turbulenti donec eiiciāt
2.Tim.2.a ad victoriam iudiciū, & certamenta ad coronā. Non enim co-
ronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et quia de certamine
corona, ideo forsitan dilectam sic inuitat ad coronam, vt ex-
Cani.4.c primat causam. Ait enim: *Coronaberis de capite Sarmana &*
Seir de vertice † Hermon, de montibus pardorum, de cubilibus le- K
onum. Nescio enim quid asperum, quid ferum, quid frau †*In bibliis*
dulentum in his nominibus vel naturis datur intelligi. Ideō *legitur, de*
que de his coronari dicitur, dum hæc triumphata coronæ mi- *capite*
nistrant materiam. Ille quidem per tribulationis tolerantiam *mana, de*
coronatur, qui mitis, qui mansuetus, qui velut agnus de tribu- *vertice Se-*
latione magna venit: qui in charitate venit cādidatus, non cō- *nir.*
sumptus, quem nulla impatientiæ & murmuris macula deni-
grat. Hi sunt qui de Libano veniunt, & coronātur de capite
Sarmana & Seir, de cubilibus leonum, de montibus pardorū
Per hæc enim coronantur, qui per hæc tentamentorum gene- *Matt.7.c*
ra probantur. Nunquid non colligunt isti de spinis vuas, & *2.Cor.4.d*
de tribulis ficus? Quod in præsenti est (inquit apostolus) mo-
mentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modū in sub-
limitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Passio-
nes ergo huius temporis cooperantur quidem etsi non com-
parantur ad futuram gloriæ coronam, quæ reseruatur nobis.
Cumulata planè materies præmiorum inter totius puritatis
merita passionibus variis atteritur. Pulcherrimus coronæ ne-
xus, quando puritatis vitæ, & humilis pressurarum tolerantia
sibi cohærēt. Magnum quidem est pressurarum pondus, ideo
forsitan montiū est expressum nominibus. Ingens moles, sed
fides superfertur, nesciens opprimi. Capita montiū istorum
conculcat & percutit ipsum caput de domo impij. Iure ergo L
caput ipsum triumphans coronatur de capite, quia & tenta-
tionum initum conterit, & tribulationum vehementiæ non
cedit. In omni re quasi caput est quod vel primum est, vel ma-
ximū. Sic ergo caput hic accipe, quasi rerū quæ his montibus
figurantur, vel principium vel cumulum donet intelligi. De-
capite Sarmana coronatur, de uertice Hermon & Sanir (alias
Seir) quæ iniuriarū cumulū quendam exuperat, & tribulatio-
nū molem extollentē se aduersus humilem scientiam Christi.
Sed moles ista tanto videtur minus ponderis habere, quanto
totum est momētaneum quod tumet. Denique etsi mons est, *Iob.14.c*
tamen scriptum legis quia mons cadens defluit, & saxū tran-
fertur de loco suo. Et vide quomodo defluxerunt, quomodo
translati sunt mōtes isti. Translati sunt: quia transmutati sunt.
Quasi trāslatos & triūphatos iudicat illos Apostolus, quibus *1.Cor.6.c*
loquitur: Et hæc aliquando quidē, inquit, fuistis, sed abluti e-
stis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis. Hac ablutione &
emūdatione quæ fit per verbū fidei, pardus depositit varieta-
tes suas, totus immaculatus effectus, totus vnius coloris, id est
vnī fidei & motis. Velut pardus quidā videtur homo hæreti-
ci dogmatis varietate respersus (sed nihilominus pardo similis
est homo dissimilis sibi, homo varius & incōstans, & subinde
mutās cōsilia. Quasi enim (vt ita dicā) vult & nō vult pardus.
Trahe ista ad cōuersionē gentiū, & mox intelliges quomodo
per vnitatem fidei, & spei, vnū induisse colorē videtur qui cō- M
uersi sunt ad dominū, nec modò varietatē, sed & feritatem ex-
uisse leonū: nō in cubilibus, inquam, & impuditiis, sed in cu-
bilib' & in hortis aromatū cōmorari, in lectulis nō ferinis, in
lectulis non fœdis, sed floridis. Floridus enim lectulus sponsi
& sponsæ. Non videtur sponsa de Libano libens egredi, & de-
Iudæa transire ad gētes. Absēdit enim inuita, quæ totiēs vo-
catur: non vult deserere Libanum, vt transeat ad montē Sar-
mana, ad verticem Sanir (alias Seir) & Hermon. Sed transitu
suo montes hos steriles, mōtes barbaros conuertit ipsa in Li-
banum. Sed iam montium istorum nomina iniuere. Sarmana
populus vanus intelligitur vel coangustans. Seir vel Sanir hi-
spidus, Hermō anathema. Quid vanius illo populo, quorū ipsi
doctores euanuerūt in cogitationibus suis, & dicēres se sapiē-
tes esse, stulti facti sunt? Quid angustius illis, qui desperātes se-
metipsos tradiderunt immunditiæ? Angustū enim cor, quod
sinē votorū intra tēporalis iucūditatis metas cōtrahit, nesciēs
spem ad æterna dilatare. Quid magis hispidum & magis in- *ad Ti.3.d.*
compositū illis, de quibus Apostolus dicit: Sine affectu, sine
fœdere, in malitia & in inuidia agentes? Nónne isti velut Seir
reputandi sunt? Nam Hermon accipiuntur qui sunt alienati à *Ephe.2.c*
sensu Christi, promissionis spem nō habentes, non ciues san-
ctorū, nō domestici Dei, sed omnino sine deo in hoc mundo.
Et hæc quidem gentes fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati *1.Cor.6.c*
estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu: ideo de
vobis sponsa coronatur, quæ de vestra immutatione gloria-
tur.

A tur. Bona enim mutatio, vbi Seir conuertitur in Libanum. Et
Libanus quidem, ille prior Libanus Iudaicus conuersus iam
in Seir videtur & Hermon: ideo veni de Libano, & veni, & vi-
de pro Libano illo exiguo & breui quanti tibi exurgant Liba-
ni. Leua in circuitu oculos, & vide, omnes mundi istius mon-
tes tibi sunt in Libanum conuertendi. Molestum planè gen-
tis tuæ detrimēta & desolationem videre, sed molestiam hanc
tam lucrosa commutatio compensat, vt vnius damna redimat
prouentus vberior. Noli ergo moram nectere, sed veni, vt de
gentium fide & cōuersatione coroneris. Vis omnes hos mon-
tes non in Iudæa & gentibus, sed in ecclesia tantùm intellige-
re? Non erit dissonus intellectus, si interpretationem in hanc
partem velis deflectere. Inuenies hic Libanum, & Sarmana, &
Seir, & Hermon. Inuenies hic & mōtes pardorum, & leonum
cubilia. Vtinam in hoc Libano nostro, in hoc sacro monacho-
rum conuentu, quem & professio & conuersio venustat &
candidat: in hoc inquam Libano vtinam detur cernere caput
Sarmana, non verticem Seir & Hermon. Cum videris in cœtu
& in congerie sanctorum quenquam efferentem seipsum, in-
B flatum sensu carnali, iactantia vanum, intus & foris tumi-
dum & turbidum, ociositatis anxium vanitate (ocium enim
acediam parit talem) cum talē videris, quid aliud quàm caput
Sarmana cum Libano cernis? Nil ocio vanius, nil magis anxiū
acedia, nil tumore turbatius. Nam & Sarmana populum va-
num vel turbidum sonat: ideo de Sarmana venitur ad Seir, ad
hispidum & pilosum. Vbi enim acedia, ibi tumor: vbi tur-
batio, ibi nil lene, nihil compositum, nihil ordinatum, sed
totum horridum: & qui talis est, sine fœdere est, sine affe-
ctione, minuti sensūs & alienati, imò anathematizati, quod
Hermon significat. Non hic domesticus Dei, non ciuis, non
aduena quidem & hospes, propter quod nulla ad Deum gra-
tia, deuotio nulla declinat. Non diuertit ad illum sponsus, vt
vel in transitu visitet & sicut hospes ad commorandum. Com
morantur autem in eo pardi, dæmones quidem varij & versi-
pelles, & leones cubant ibi. Non circumeunt vt transuolent,
sed securi possident, & cubilia collocant. Sed qui tales sunt,
Canti.4.c desperandi non sunt. Etenim multi istiusmodi in sponsi præ-
destinantur ornatum: ideo dicit: *Veni coronaberis de capite Sar-*
mana, & de vertice Seir. Veni (inquit) de Libano, veni. Vide si
non morosè egreditur de Libano, quæ totiens vocatur, mo-
ra tamen hæc non est contumaciæ, sed cautelæ. Quis enim à
contemplationis candore, à quietis internæ & puritatis sere-
no liberis discedit? Cui non erit molestum vel ad momentum
de loco deliciarum secedere? Forsitan inspirata in discipulis
lucra blandiuntur. Optanda quidem lucra, sed metuendus
est lapsus. Suspecta mihi sunt lucra, quorum incertus est pro-
C uentus, vicinum propriæ periculum salutis, certum internæ
suauitatis damnum. Quid mirum si moretur venire, cum &
molestum sit de Libano discedere, & metuendum sit ad mon-
tes illos barbaros & bestiales accedere? Et forsitan sponsæ
mora festinationem nostram suggillat & arguit, qui nimis
prompti, & parum prouidi, vires nostras minus pensantes,
festinamus ingredi in labores prælationis, in sollicitudinum
molestias, & materiam lapsus: nec expectantes vel semel vo-
cari, vltro nobis ipsi honorem sumimus, vocationem vel præ-
uenientes, uel arte procurantes. Non debet esse tanti mune-
ris improuida præsumptio, sed nec pertinax metus. Denique
præsumendum est vbi Christus iubet, vbi sponsus vocat, &
prouentus vberes pollicetur, sicut in hoc loco: *Veni* (inquit)
coronaberis de capite Sarmana, de vertice Seir & Hermon, de cubilibus
leonum, de montibus pardorum. Cum in subiectis mutatur mo-
rum barbaries, cum de cubilibus & impudicitiis ad florida &
honesta transferuntur cubilia, & in hortos aromatum, ad cu-
bilia in quibus non est fremitus, sed fletus, ad cubilia in qui-
bus compunctio est cordis, non pugna cogitationum. Sed
cum auferetur maculosæ varietatis velamen, & nuda succedit
simplicitas, moribus ministerio suo in melius commutatis,
coronari sponsa satis aptè accipitur. Bene quidem de talibus
coronatur, cum iam vetuntur in ornatum, quorum antea mo-
res horrebat. Cum ordine quodam charitatis sibi hærent in
vnum. qui ferinis prius affectibus dissidebant. Grata planè
sponso est hæc vnitatis cohærentia: ideo forsitan sequitur, &
vulneratum se dicit in vno oculorum, in vno crine colli eius
scilicet sponsæ. Capituli huius ratio in aliud differenda est tem D
pus. Hoc autem in fine admonuisse sufficiat, si quem alieni
cura profectus ad gradum altiorem solliciat, non dissuadeo,
nec suadeo plane: vnum autem hortor, quisquis es, æmulare
& cunctationem & candorem sponsæ, quæ non est contenta
semel vocari, nec digna penitus, nisi de quodam puræ & deal-
batæ conscientiæ Libano. Non enim nisi de Libano dilectam
vocat ad coronam sponsus eius, qui est deus benedictus in se-
cula seculorum, Amen.

Sermo XXX.

OCOR durum, & male durum, in quo verba ista vulne-
ra non generant. Stupidum planè est cor quod verbo-
rum istorum virtutem non persentit, quod non stupet ad di-
gnationem tantam. Quid dignationem dico? etiam plus est:
& quantum esset si vel dignatio esset? Magna enim res, & om-
ni admiratione digna, si vel dignatur tanta maiestas humanam
infirmitatem sororis & sponsæ impartiri vocabulo. Nunc au-
tem non tam dignatio est quàm deuotio. Vultis autem deuoti *Cant.4.c*
& propensi affectus argumentum audire? *Vulnerasti* (inquit)
cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Cordis vulnus ve-
hementiam designat amoris. O vere dulce cor, quod nostris
mouetur affectibus ad rependendam vicissitudinem dilectio-
nis. Et necessitudo hæc, & vicissitudo: necessitudo in soro- E
ris & sponsæ nomine, vicissitudo designatur in vulnere. Ma-
gna necessitudo sororis, sponsæ maior: illa cognationis, ista
dilectionis. Ibi significatur quia de vno sunt: hic quia vnum.
Soror est, quia diuinæ consors naturæ. Sponsa verò, quia in
singularitatem assumpta personæ. Expressa plane necessitudi-
nis hæc vocabula sunt, quæ vel verum vel gratiam sonant.
Quantū amare optet, quæ tantis affinitatibus fœderatā Chri-
sto se nouit! quantumcunque amat, non amat, sed redamat,
ipse enim prior dilexit nos. Amor ad illum noster quantum- *1.Ioā.4.b*
cunque propensus fuerit, non impenditur, sed rependitur: de-
bitus est, non gratuitus: æquari ei qui iam impensus est amori
non potest. Et quonam modo mereri potest, quomodo obli-
gare potest, qui ne plene quidem soluere sufficit? Non potes
sponsa amatori tuo vicissitudinem plenam rependere. Ipse ta-
men non desinit superimpendere. Quod impendit tibi, non-
dum plene solutum est, & tamē obligatum se putat. Quicquid
illi rependis amoris, non accipit quasi debitum, sed quasi gra-
tuitum. Quasi prouocatum ad dilectionem se persentit, dum
cor suum vulneratum faterur. Quid est hoc miraculi fratres?
Non beatam hanc reputaris animam, quæ ipsum cor dominī
nostri Iesu Christi piis affectibus tranfigit & penetrat? Acu-
tus & efficax & vere violentus affectus ille est, qui tuum Iesu
bone meretur & mouet affectum. Magna violenta est vis cha-
ritatis, ipsum affectum dei attingens & penetrans, & velut sa-
gitta iecur eius transfigens. Quid mirum si regnum cœlorum F
vim patitur? Ipse dominus violenti amoris vulnus sustinet. *Matt.11.b*
Sed vide quibus iaculis vulneretur. *Vulnerasti*, inquit, *cor meum*
in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Ne parcas spon- *Can.4.c*
sa talibus sponsum telis appetere. Aspectibus piis quasi spicu-
lis vtere. Noli in hoc negocio remissius agere, noli contenta
esse dilectum vulnerare semel, sed concīde ipsum vulnere su-
per vulnus. Felix es si sagittæ tuæ infixæ sunt illi, & amores tui
militent in Christo, si oculus tuus defixus indefesse sit in illo.
Bonum vulnus, de quo virtus egreditur. Tetigit mulier fim- *Luc.8.f*
briam, & virtutem de se sensit Christus exire. Quanto magis
cum cor eius non leuiter tangitur, sed vulneratur, gratiam de
se emanare sentit? Vulnus istud non est sine sensu: ideo puri a-
spectus in illum spicula vibra: reputa illum quasi signum po-
situm ad tales sagittas. Tales fauorabiliter excipit, quia tales
facit. Respexit Petrum, & cor eius percussit & compunxit ad
pœnitentiam. Vulnerati cordis lachrymæ dant signa. Deni-
que clementi respectu cor illud vulnerat, quod ad aliquem
virtutis mouet affectum. Talia in me vtinam multiplicet vul-
nera à planta pedis vsque ad verticem, vt non sit in me sani-
tas. Mala enim sanitas vbi vulnera vacant quæ Christi pius in-
fligit aspectus. Aspectus aspectum prouocat, ideo tuo illum
tenta vulnerare prospectu. Oculi tui semper ad dominum,
vt amoris tui nutibus capiatur, illaqueetur criniculis. Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen dicit in oculis & criniculis, quasi in pluribus, sed quasi in vno. *Vulnerasti*, inquit, *cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Si plures habes oculos, omnes alios claude, hoc vno vtaris, quo solo dilectum intueri soles, & quo solo vales. Qui directius intueri volunt, alterum oculum claudunr, alterum intendunt: & eum ipsum quo cernunt stringunt, vt stricto efficacius contempletur acumine. Oculus tuus vnus est, si purus est: vnus est, si ad plura non est: vnus est, si quodam modo simplificatus & strictus & directus in vnum est, non fissus, non diffusus, non sparsus in multa. Oculus tu⁹ vnus est, si intendis & intueris semper in vnum, & in illum vnum. Denique si amoris oculus est, vnus est. Vnam, inquit, petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini in longitudinem dierum, vt videam voluntatem domini. Oculus iste vnus est, vnum petens, & vnum prospiciens. Et in vno crine colli tui. Non oportet vt crines fluitent, vt sine lege euagentur. & sparsi & errantes oculorum offundantur luminibus. Non decet vt strictus sit oculus, & crinis laxus. Oculus enim offenditur cum crinis effunditur. Si intentio in oculo intelligitur, quid in crine, vbi cogitatus designatur? Vis vnum habere vtrunque & crinem & lumen, & intentionem & meditationem? Cuius est in lege domini voluntas eius, & in ea meditabitur die ac nocte: iste etiam in voluntate vniformi vnum possidet oculum, & crinem vnum in meditatione. Alioquin si vniformis & simplex intentio in deum tibi non fuerit, si cogitationes tuæ sine disciplina tua fluitent: intentum retundunt oculum, & simplicem intentionis diuerberant aciem, & cor dissipant peregrinæ & indisciplinatæ mentis volutiones. Intentioni puræ cogitatus respondeat: vnus sit, sicut & illa vniformis est. Bonus enim crinis qui fusus non est, non incultus, sed collectus in vnum, & collo inhærens. Collo vtique illi de quo dicitur: Collum tuum sicut turris, de qua mille clypei dependent. Collum hoc sacram scripturam intellige, per quam ad nos diuinæ nuncia voluntatis verba profluunt. Bene ergo crinis colli, cogitatus adiuuus in lege Dei, ideo colli dicitur, quia omnis cogitatus tuus, omnis sensus tuus & intellectus tuus sacro non debet præiudicare sermoni, sed ex eius præscripto pẽdere, & prodire ab ipso. Quòd diuisi & quasi lacerati sunt crines tui, & nihil in se compositionis habentes, collo licet inhæreant: non tamen placent sponso, nec eius cor vulnerant, non mouent affectum, nec gratiam merentur. Vtrunque exigit, vt coniuncti sint, & collo inhæreant, & obtineant in se tam ordinem quàm auctoritatem. Quid enim proficis si meditationes tuæ in lege Dei sint, & ipsæ in seipsis sine lege sint? Sine lege sunt, quæ sine ordine sunt, & passim feruntur. *In vno* (inquit) *crine colli tui.* In collo, sacri sermonis auctoritas intelligitur, quæ cogitationes informet. Ordo autem in vnitate. Bonus enim ordo vbi colliguntur in idipsum, & feruntur in vnum, & in vnum illud quod non aufertur. Vel ideo dicit in vno crine colli tui, vt liberam & reuelatam significet sponsæ faciem. Crines enim pro velamine habentur. Vult ergo in sponsa exutam & reuelatam faciem ad speculandam gloriam Dei, ad intendendum sine offensione oculum contemplationis: ideo commẽdat crines compositos, & reductos à vultu ad collum. Quid hoc in vna singulariter intelligimus anima? Deriuemus hunc sensum ad Ecclesiæ statum. Gratius est enim quod Ecclesiæ commune est. Denique nihil sponso gratius communitate, imò vnitate credentium, & compage ecclesiæ. Multa bona in sponsæ cumulauit præconium, quibus se delectatum ostendit, sed nunquam sic expressit congaudentis affectum sicut hic, vbi & luminis & crinis commemorata est vnitas. Quomodo non maximum erit eius gaudium, vbi maximum conseruatur mandatum? Mandatum, inquit, nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Oculi ecclesiæ, doctores sunt, quos qui tangit, tangit pupillam oculi domini. Crines vero, plebs credentium. In vtrisque est sponso gratia vnitas. In hoc, inquit, cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Consensus duorum vel trium preces impetrabiles facit, quanto magis totius Ecclesiæ in Christo cõsensus? Quomodo non impetrat vnitas, quæ ipsum cor domini penetrat? *Vulnerasti*, inquit, *cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Quid enim in toto muliebri ornatu plus allicit & afficit amantis affectum, quàm crines compositi? Sed quid conamur laudibus cumulare crines sponsæ ambitioso comptos & collectos ornatu? Magis subest plangendi copia quàm applaudendi. His diebus cernimus diuulsos miserè & laceros sponsæ crines, & inter se pugnare ecclesiæ plebes pro ecclesia. Cernis hoc & tu Iesu bone, & nihil te mouet ista diuulsio? non te sponsæ tuæ vulnus tam graue vulnerat? Si vnitas ad gratulationem cor tuum vulnerat, dissidium ad compassionem vulnerare te debet. Mouet te vnitatis & vniformitatis dispositio: moueat te eorum quæ vnita fuerint, dissipatio. Diuisi sunt crines tui, & disparati ab inuicem, imò & contra inuicem. Vtrinque à sponsæ collo pendere se iactant, & de proprietate gloriantes, à se diuellere tentant. Nouit dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini: geminum hoc habens signaculum, vt Paulus loquitur. Immobilis manet sponsa ipsius inter impias manus vndique cõuellentium illam & lacerantium. Reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduersus Christũ domini, & aduersus sponsam eius. Sed spõsa spõsum nouit, vt nõ se quatur alienum, sed ipsum. Non ignorat seipsam, non ignorat cuius sponsa sit: ideo non vult egredi nec abire post greges sodalium. Et si sodales fuerunt, iam quidem non sunt. Exierunt à nobis, sed non sunt ex nobis. Quomodo sodales sunt, qui amici nõ sunt? Amicus enim sponsi stat & audit, & gaudio gaudet propter vocem eius. Isti verò non audiunt, nec gaudent ad vocẽ sponsi, sed magis ad vocem imperatoris Romani. Nisi (quod verius fatemur) non tam gaudent quàm timent ad rugitum eius. Sed nouit dominus qui sunt eius, non qui sunt imperatoris. Ideo moueri non possunt ad fremitum leonis, quia immobili diuinæ notitiæ continentur signaculo. Bonum enim signaculum notitia Dei. Notitia quæ secudum propositum est, secundum quod vocati sunt sancti. Firmum est signaculum hoc notitiæ eius, quia nihil ei deperit. Non tantùm non deperit ei nihil: sed ipsa saluandos parit, ipsa prædestinat, ipsa signat quos suos esse velit. Geminum signaculum, diuinum propositum, & humanum studium: diuina prouidentia, & humana diligentia. Nam de diligentia subdit Apostolus: Et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. Vide duas huius signaculi partes: vnam diuinæ tantùm gratiæ, alteram & libertatis & gratiæ nostræ. Illam propositi, hanc adiutorij. Secunda hæc pars libertatis nostræ infirmum arbitrium dirigit: nam prima prædestinando disponit. In prima qui sunt eius dominus præuidendo nouit: in secunda nobis innotescit. Illa causa, hæc est illius effectus. Illud signaculum immobile est, hoc probabile. Illud signaculum est, istud signaculi signum. Illa radix est, hic fructus: & à fructibus istis cognoscetis eos qui nominant nomen domini. Nam ipse in beneplacito suo notuit qui sunt eius, & ponit eos vt fructum hunc plurimum afferant. ideo dicit: Discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. qui eius esse se dicit, non discedat ab vnitate. Nec discedere potest quisquam illorum quos diuina formauit & firmauit notitia. Denique & capillus de capite Ecclesiæ non peribit. Capilli enim eius omnes numerati sunt, omnes signati signaculo præcedentis notitiæ. Sine pœnitentia est ista notitia. Ideo firmum stat fundamentum, domini habẽs signaculum, diuini propositi adiutorium, & arbitrij nostri conatũ. Isto qui ligãtur crines signaculo, nõ poterit eos quisquam rapere de capite spõsę. In manu tua domine omnes crines sponsæ, & non rapiet eos quisquam de manu tua. Tene Iesu bone quos tenes, & recollige quos nosti, & qui tuũ se nouit, qui discit, Domini ego sum. Qui nominat nomen domini, discedat ab iniquitate, accedat ad vnitatem ecclesiæ, ad vnitatẽ capitis & corporis, id est sit crinis colli, & crinis vn⁹. Nihil sic sponsi cor vulnerat, nihil promouet affectum, & animum penetrat, quomodo vnitas sponsæ, & ea ipsa inter diripientium seruata & quasi solidata conatus. Episcopi religiosi proprias deseruntsedes, de ciuitate in ciuitatem fugiunt à facie persequentis. Deo deuoti & clerici & monachi tribulationibus & cõtumeliis affecti, rapinam bonorum suorũ cum gaudio sustinẽt, cognoscentes se meliorem habere & manentem substantiam in vnitate supernæ & ecclesiasticæ charitatis. Si enim omnem substantiam

A substantiam suam dederit homo pro charitate, quasi nihil despiciet eam. Quidam equidẽ libertatem eccleliasticæ communionis muneribus redimunt. Bona redemptio, sed venditio turpis. Quid vendis quod ipse condemnas: Si schismaticos reputas qui à te seperati sunt, non debueras precio inductus erroris sui illis permisisse licentiam. Si schisma reputas, cur libertatem eius muneribus venditas? Si autem ecclesiasticæ vnitatis apud nos veritas est, quid illam diuellere tentas? Si Petri sedem successionis iure tenes, cur non Petri sententias vendicas in eos quos schismaticos arbitraris? Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem. Nunc verò dicis: Pecunia tua salua mihi sit: anima verò eat in perditionem. Quomodo enim non perditio hæc, vbi ab vnitate corporis seperatio est? Nec mihi, inquit, nec tibi sit, sed diuidatur. Ita & tu pecunias tollis, cum animas non potes. Tolle quod tollis, munera tolle tibi, animas ecclesiæ relinque. Nam & ipsa nisi animas non quærit. Corporalia autem apud te bona spargant, ne bona animæ dispergant tecum. Qui enim non colligit cum ecclesia, dispergit. Signanter satis ait: Qui non colligit mecum, dispergit. Collectio nanque, vnitatis rationem continet, sicut dispersio innuit separationem. Ecclesia cum sponso dicere nouit: Qui non est mecum, contra me est. Nihil medium relinquens, aut colligis cum illa, aut certe dispergis: aut cum illa es, aut contra illam. Tu autẽ dicere (vt aiunt) soles: Si non vis dispergere mecum, saltem non colligas cum illis. Si non es mecum, saltem non sis contra me. Sufficit si nec noster sis, nec aduersariorum. Sed non ita noster Iesus, qui ait: Noster es, an aduersariorum? medium nil relinquens. Nunquid Iesu bone, non est resina in Galaad? Quare ergo non est sanata domine contritio sponsæ tuæ? vulnus & liuor & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo? Potasti domine satis dilectam tuam vino compunctionis: quando oleo fouebis, oleo sancto tuo? Oleum autem peccatoris nõ impinguauit eam. Nam & qui ex aduerso sunt, oleum habere iactant. Quid enim nisi oleum venditant dum blandiuntur, dum pollicentur honores, dum munera proponunt? Oleum istud non sanat, sed magis scindit. Ideo ficut vinum eorum, ita & oleum eorum. Æqua lance pensanda sunt verba & verbera eorum. Renuit consolari anima mea ab veberibus consolationis eorum. Ipsi enim sicut lamia nudauerunt mammas: lactauerunt enim catulos suos, non ecclesiæ filios. Ecclesia enim mammas suas habet: idcirco in laudibus suis sequitur statim: *Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa!* Reuoca domine Iesu filios tuos qui aberrãt, ad lactis huius dulcedinem, vt ex ore lactentium perficias laudem, cum destruxeris inimicum & vltorem. ideo festina & eiice ad victoriam iudicium, vt habitent in vnum qui inuocãt nomen tuum, quoniam in hac vnitate mandas benedictionem & vitam per omnia secula seculorum. Amen.

C

Sermo XXXI.

LENITER sunt à nobis perstringenda nunc vbera spõsæ, quæ superius non vno in loco studiosius pressa sunt, & nescio an ex toto expressa. Fortasse modò tacta, nouum aliquid nobis effundant. Quis non auidè & cum spe bona ad vbera currat, quæ sic sponsus laudare curauit? Hæc vbera sunt quorum nos Petrus quasi modò genitos infantes lac concupiscere hortatur. Et commendatio præsens nónne vim quandam inuitationis videtur obtinere? *Quàm pulchræ sunt*, inquit, *mammæ tuæ soror mea sponsa?* Non est simpliciter & sine expressione laus tanta profusa, sed ipse pronunciationis modus admirationem & oblectationem proferentis demonstrat. Quæ tamen est huius ordinis ratio? Cur postquam oculum & crinem statim ad mammas sermonem deflectit? aut cur in illis vnitas commendatur, in his commẽdatur pluralitas? Mihi quidem in capitulo superiori mentis quidam & cogitationum excessus ad deum videtur innui, sobrietas verò & temperantia ad paruulos in isto. ibi vnum necessarium est: hic sollicitudo & sermo doctrinæ partiendus in plura. Ibi intemperantia feruidi amoris collecta in vnum & constricta, & penetrans ipsum dilecti pectus sauciat: hic temperata doctrina, & sermo sobrius, lacteo quodam potu paruulos satiat. Vides quomodo nihil medium relinquit in laude sponsæ, sed cum Paulo aut mente excedit deo, aut condescendit nobis? Charitas enim, inquit, vrget nos. Ad quid vrget nos? Nunquid ad excessum? Non vtique ad excessum, sed vtique ad condescensum. Res illa est voti, hæc obsequij. Illic intemperantis affectus sumus, hic contemperantis. Bonus ordo planè haurire ibi, & hic exhauriri. Primò ibi infundi, postea hic infundere: inebriari ibi, & hic inebriare. Bona vicissitudo talis, si tamen modò talis. Ordinatione tua domine hæc vicissitudo perseuerat, vicissitudo contemplationis & consolationis. An non beatus cui omnia vitæ momenta in hoc decurrunt, vt vel Christo vulnera charitatis infigat, vel pietatis vbera porrigat subditis? Ego siquando (si tamen aliquando) inebriatus ab vbertate domus tuæ domine, distenta vbera inde reportare videor, tot vtiis & tam molestis exiccantur negociis incurrentibus, vt mox arentia reddantur, quæ prius eruditionis & gratiarum vbertim lacte rorabant. Felix quidem qui sancti interpellatione aliqua talia in se continuat studia, vt vel ipsum (ac si ita dicam) sapientiæ cor & secretarium penetret, aut vbera inde referat voluptatis illius vbertate referta. Sponsa planè est quæ nouit huiusmodi variare vices. Ideo in laude ipsius post contemplationis excessum, de consolationis & doctrinæ vberibus sermo statim contexitur. *Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ.* Purus oculus, & pulchræ mammæ. Illæ sponso, & filius sponsi. Ille ideo vnus dicitur, hic plures: quia varia debet esse vberum temperatura, pro sugentium qualitate diuersa. Vide quomodo Paulus Iudæis factus est Iudæus, & iis qui sine lege erant, quasi & ipse sine leget esset infirmus infirmis. Nónne velut tot applicat discipulis vbera, qui in se tot transformat genera? Quid aliud molitus est temperatura tam multiplici, nisi vt leniter & lactis more teneris auditorum eius doctrina influeret animis? Tot videtur abundare mammis, quot modis arte ingeniosa capacitati se infirmorum coaptabat. Factus sum, inquit, in medio vestri tanquam paruulus in medio paruulorum, quomodo si nutrix foueat filios. Et si vultis, duas vobis mammas maternæ pietatis assignabo, imò idem ipse Paulus assignat cum dicit: Quia pietas ad omnia vtilis est, consolationem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. His vberibus geminis erga subditos abundare debet, qui doctoris & patris in ecclesia locum occupat, his muniri mammis à dextris & à sinistris, vt qui ei commissi sunt, potentur à lacte, & satientur ab vberibus consolationis eius. Harum alteram repura sinistram, alteram dexteram. Sinistram in temporalibus subsidiis, dexteram in spirituali consolatione. Qui miseretur in hilaritate, qui tribuit in simplicitate, qui iuxta apostolorum principem gregi commisso prouidet nõ coacte sed spontaneè, mammam hic sinistram exhibet: & ecclesiæ promittitur in prophetia Esaię quòd regum mamilla lactabitur. Mamilla, inquit, & non mamillis, eo quòd regum est temporalibus præcipuè bonis ecclesiam fouere: hæc enim sinistra eius est: in qua sunt diuitiæ & gloria. De dextera quidem mamilla sic nos Paulus informat. Consolamini, inquit, pusillanimes, & consolamini eum qui huiusmodi est, ne abundantiore tristitia absorbeatur. Item vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et (vt ita dicam) sunt qui sinistram tantum mammam ex officio habent, sicut ij quos supra diximus, reges & principes. Et sunt quibus ex officij sui iure pendet dexteram maxime præbere mamillam, sicut sacerdotes domini & doctores, quorum labia custodiunt scientiam, & lex domini requirenda est ab eis. Hi enim magis à subditis plebibus carnalia metunt, quibus spiritualia seminant. Qui vero possessionibus cunctis renunciant, qui rebus temporalibus valedicunt, se suáque omnia monasterio tradentes, & ex toto in ius abbatis transeunt, nullam sui sibi curam relinquentes decætero, tales vtique gemino consolationis lactandi sunt vbere. Ideo neutro hoc carere debent qui talibus præsunt, ne mutilum & velut detruncatum videantur pectus gestare, vna deformiter mamilla cõtentum. Qui verò vtroque destituuntur, locum hunc in ecclesia & sibi damnose tenent, & quantum ad alios periculose, ne forte lingua lactentis adhæreat palato, dum arentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sunt vbera matris, Peregrina est planè hæc laus ab illis in præ-
Canti. 4.c senti facta ad sponsam. *Quàm pulchra sunt mammæ tuæ soror mea sponsa.* Simulque aduerte quod non omnes pulchræ sunt
Eccli. 15.b mammæ. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Fili,
Prou. 1.b inquit, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Vide quomodo quorundam vbera non modò non vult speciosa haberi, sed vult suspecta. Idcirco ista commendat, vt bene
Canti. 4.c noris ad quæ te debeas tutò conferre. *Quàm pulchræ sunt*
Canti. 1.a *mammæ tuæ: meliora sunt vbera tua vino.* Duo sunt quæ ponit in laude vberum istorum: pulchritudinem & virtutem. Alterum conuenit amanti, alterum lactanti. Quid enim lactantis refert si pulchra sunt vbera, dummodo sint vbera, & redundantia lacte salubri? Pulchritudinem ergo pro se commemorat, & lactis gratiam pro suis. Et si non ipse melius sapis, pulchritudinem ad conuersationis venustatem refert: ad doctrinam & eruditionem, quod restat in commendatione mammarum. Dulcius sugitur, vbi vita venustat sermonis virtutem, Et si spirituale aliquid vis, & expressum de pulchritudine earum audire, ad mulierum te studia mitto, quæ corporei decoris & cultus & operam gerunt, & assecutę sunt artem. Quid enim magis affectant in ornatum pectoris, quàm ne mammæ superexcrescant, & deformiter fluitent, & pectoris ipsius occupent spatia: Ideo excrescentes & fluitantes, fasciis pectoralibus stringunt, naturæ vitio arte medentes. Pulchra
H sunt enim vbera, quæ paululum supereminent, & tumẽt modicè nec elata nimis, nec tamen æquata carni reliquæ quasi repressa, sed non depressa: leniter restricta, non fluitantia licenter. Hoc quidem exemplo qui verba bona, verba spiritualia debet proferre, mulierũ imitetur & studia & industriam. Castigato vtatur sermone verborum, non fluitent vbera, non sine lege ferantur, non pectus & quoddam secretarium mentis magis occupent quàm ornent, non habeant plus materiæ quàm gratiæ, non plus carnis quàm lactis. Purus & prudens sit sermo pro tempore. Accedat huc pietas, & pulchritudini numeros teneat. Non habeat plus oris quàm pectoris, nec lactis fluxum patiatur. Ex pectore debent vbera prodire, & inhærere illi, non ipsum conuerti in illa. Ex abundantia cordis os loquatur, ex illa non totũ effundat. Restringenda sunt vbera, ne nimis exuberent. Videas aliquos dum verba consolatoria plus æquo sectantur, in vana deuolui: & dum auditores longo pertæsos silentio, & quasi quadam subtristes accedia exhilarare volunt, petulantis lasciuia linguæ post vtilia profluunt ad scurrilia, & modico frumento multum zizaniorum aut præseminant aut superseminant: loquuntur placẽ-
Eccls. 10.d tia, & doctrinæ panem in risum faciunt (sicut scriptum est)
2. Cor. 4.a sed paulo post risum sine pane, sine pane verbi salutaris. Non est adulterandum verbum dei, nec admixtione corrumpendum peregrina. Suis sit cõtentum vberibus, vberibus vtriusI que testamenti. Hæc tibi memoriter in pectore hæreant, hæc tibi consolatorium & quasi lacteum sermonem ministrent, ista suggerant quod alij sugant. De pectore tuo erumpant radicitus, vt non sint affectata quæ dicis, sed de puro & præcordiali prolata affectu, iuxta illud: Si vis me flere, dolendum est Primo ipsi tibi. Compassionis & gratulationis affectus intus nascatur tibi, sed per scripturæ sacræ verba ac si vbera quædam ad educationem audientium profluant. Pudice quidem, vt in re seria & petulantia absit, & serenitas adsit. Ad pulchritudinem enim mammarum accedit si se paulum attollant, & tumeant modice, tantùm vt habeant auctoritatis quantum sat est, austeritatis nihil. Ideo & vino meliora dicuntur vbera. Sic enim in laude eorum statim sequitur: meliora sunt vbera tua vino. Vbera gratiæ, vbera consolationis, austeritatis & duritiæ, vini meliora sunt ac efficaciora, & accommodata magis ad commutandum tristes & exasperatos affectus, adconsolandum imbecilles & teneros. Facilius mouent, & fouent suauius. Verbum enim dulce & mitigat inimicos, & amicos multiplicat. Dulce euangelij verbum, durum legis. Et vide quomodo verbum dulce effera gentium corda conuertit, & quasi marinos & salsos fluctus in lactis sa-
Deut. 33. porem Inundationem, inquit, maris quasi lac sugent. De apostolis hoc dictum est sub typo Zabulon & Isaachar. Hodie si quis amarus & turbidus fluit, non desperes. Adhibe vbera, instilla lac, forte & ipse eras lacteus fluet. Quis scit si non K
Isa. 67.c modica stilla totam massam conuertat? Dabit enim dominus verbum euangelizantibus virtute multa. Sterilis & infirma est seueritas legis, & sine gratia præcipit, & sine venia punit, vtroque vbere caret: inde vel præsignatione vel præfiguratione hæc continet, sed in actu non exhibet. Memento non legis sed euangelij ministrum te esse, ministrum Iesu, qui in passione acetum, & in cœna vini veteris reprobauit acorem. Nouatianus non habet mammam veniæ, nec Pelagius gratiæ. Illæ naturæ inueteratæ & corruptæ bona prædicat, & ad iustitiam sufficere dicit: hic diuinæ naturæ bonitatem tollit, dum pœnitentiam negat. Ille (vt sic dicam) reuocat petentes: hic non suscipit pœnitentes. Vetustatem ille propinat: hic austeritatem. Non habet eius doctrina gratiæ lacteam nouitatem, nec huiusmodi dulcedinem. Parasti, inquit psalmista, in
Ibidem. dulcedine tua pauperi deus. Pelagius dives est, non eget hac dulcedine: innascitur ei, non paratur. Pelagius dicit, non indigeo: & Nouatianus, non indulgeo. Alter prædurus est, alter prædiues. Para domine para in dulcedine tua pauperi tuo deus. Tu para, tu repara, & non nisi in dulcedine tua. Magna multitudo dulcedinis, quæ de vberibus tuis domine sugitur. Quotiens post opus grauis excessus ad ista accessi, pressi instantius: & quantam lactis expressi copiam, tu domine nosti.
Rom. 5.d Vbi abundauit delictum, abundauit & gratia. Sufficiebat mihi vt diuitiæ computarentur si vel mererer veniam: & ecce abundauit & gratia. Mammarum pressi vnam, & vtraque influxit vbertim. Ideo sponsa tua gratiæ lacte potata, & satiata L ab vberibus consolationis, didicit & ipsa vbera magis præbere quàm vinum. *Meliora enim sunt ubera eius vino.* Vinum vetu-
1. Cor. 13.b state acescit: vbera totum nouum, dulce totum effundunt. Denique & timor foras mittitur, & charitas nunquam excidit. Hoc est mandatum nouum eius, semper recens dulcedo. Non potest amor esse, & dulcis non esse. Meliora ergo sunt vbera tua vino. Vinum non malum, sed vbera meliora. Me-
Can. 5.b liora quidem sunt, mixturam tamen non refugiunt vini. Nam in sequentibus aliquanto post dicet: Bibi vinum cum lacte meo. Melius tamen si bibat lac solum, & sine vino quia in vino terror est, in vberibus compassionis & gratiæ lene blandimentum. Nam vinum licet in bonum valeat & soleat accipi: huc tamen ex collatione vberum aliquid durum & forte significare videtur. Meliora sunt vbera eius vino: quia melior est dulcis & fraterna compassio, quàm indignantis animi durus & immitis affectus. Quasi non habentes vbera
Rom. 1.d Paulus notat, quos sine affectione vocat. Non potest in humano pectore vberibus carere pietatis sponsa sponso suo adhærens. Ipse enim mons vber, mons incaseatus, mons coagulatus, mons pinguis. Quomodo de tanta lactis copia nil sponsa capiat, cui beneplacitum est in hoc monte habitare? Etsi in hoc monte sine intermissione habitare nondum possuM mus, recurramus frequenter, ascendamus, inebriemur vberi-
prou. 3.d bus. Sic enim scriptura habet: Vbera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Videte ad quem sensum vberum interpretationem deflectat, ad ebrietatem & oblectationem amoris. Quid necesse est diutius in quærenda vberum ratione morari? magis verò quæramus ipsis inebriari: meliora enim sunt vbera vino, quia melior est misericordia super vitas: melior est amoris affectio quàm afflictio carnis, & lacteus potus spiritualis nouitatis, compunctionis vino. Ibi enim oltenduntur & gustantur dura, dum vetus homo repellitur & destruitur: hic in nouitate vitæ, diuini fauoris lactea capimus blandimenta, nec fugæ sed refugij significationem. Bonum quidem vinum, sed vbera dulciora.
Canti. 4.c Bona conpunctio, sed melior vnctio. *Odor enim vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Iam studio vestra ad audiendum redintegrata video. Auiditatem vestram excitauit odor vnguentorum sponsæ. Indiscreta quadam esurie illa vultis hodie vberibus superaddi: date indicias vsque mane, hodie sufficiant vbera, crastino accedemus ad vnguenta, eo votis nostris præstante effectum, qui vberum & vnguentorum sponsæ suæ & commendator est & dator, Iesu Christo qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo

A *Sermo XXXII.*

EXIGVVM est mihi olei & vnguenti fratres, & vos hodie vasa affertis tanta, tam vacua. Nec ducatis ad iniuriam, quòd vacua vasa vestra dico. Ego non inania per hoc, sed magis capacia volo intelligi, eo quòd auida & idonea sint vobis ad capiendum ingenia. Quis ista implere sufficiat? Attenditis ad vnguenta sponsæ, quanta sit illi aromatum copia, quasi non & instrumenti habenda sit ratio per quod ad vos manare debent? Copiosa quidem materia, sed nihilo minus attendite quid ministet queat. Fiat quod vultis, non causabor inopiam, ne vos me non obseruatæ sponsionis incusetis. Instillabo modicum quod habeo olei vasis ingentibus, atque vtinam aliquis Helisæus iubeat, cuius virtus nostro prouentum bonum conatui tribuat. Quid ergo? Nónne hic multi assident Helisæi, multi prophetæ, aut certe filij propheratum? & hi omnes iubent: & si merita inferius essent, numerus ipse magni vnius alicuius poterat vicem supplere. Instillabo ergo aliquid de reliquiis vnguentorum. Nam ipsa in capite libri copiosè & sufficienter effusa meministis, & forte sex illorum nondum est exinanita. Nnnquid & ego modo sum exhausturus illam? Ne speretis id à me, nec enim præsumo. Fertilis apud sponsam est vnguentorum apothe-
B ca. Non est quod dicatis: Exhaurite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Vtinam contingat mihi in hac fece intin-
Deut. 33.d gi in oleo, sicut scriptum est de Aser, Fratres, si non meremur in olei dolium, in vnguentorum copiam, cum euangelista Ioanne immergi, si non meremur tam vberem vnctionem, nunquid desperabimus vel intinctionem? nunquid saltem odorem? Nam & odor hic tantum commẽdatus est: & *odor*, inquit, *vnguentorum tuorum super omnia aromata*. Vbera prosunt vt crescas, vnguenta ne deficias. Meliora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Et vt hodiernum capitulum cum hesterno copulemus, dicamus vbera tenerorum esse, vnguenta fortium. Vbera prosunt vt crescas, vnguenta ne deficias. Meliora sunt, inquit, vbera tua vino. Conferamus inter se ista tria, vina, vbera, vnguenta. In vino veteris hominis defectio, in vbere noui refectio, in vnguentis quædam delectatio. Vino carnalis sensus inebriatur & sopitur & obruitur, vbere nouus nutritur, vnguentis adultus deliciatur. In primo homo vetus conficitur, in secundo nouus reficitur, in tertio iam appropinquans ad perfectionem ineffabili lætitia afficitur. An non ordo bonus vt de refectione ad delectationem accedas, post lactis primitias ad vnguentorum delicias? Et à principio cantici huius vtraque ista vnguenta & vbera & commemorata & copulata sunt in præconiis sponsæ. Nec exigua horum gratia, quæ toties replicat in laudem dilectæ, non contentus com-
C memorasse semel. Nónne delectatum putas laudibus istis, quas tanto affectu tam frequenter recenset? Est & quod ad te trahas de tanta sedulitate iteratæ laudationis: inuitationem tuam puta hanc iterationem: curre & tu in odorem vnguen-
Canti. 4.c torum istorum, imò cura magis vt hæc in te vnguenta redoleant vt & tu audire dignus sis, *quia odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Nec tantùm semel hoc audias, sed iteratò has tibi laudationes os dilecti loquatur. Recentia in te sint & quasi noua semper vnguenta, non arescant, non exsiccentur, non exinaniantur. Oleum exinanitum nomen dilecti. Sed vide vt exinaniatur vsque in te, non exinaniatur à te. Bonum est si cum sponsa inchoes ab vnguentis: sed non bo-
Galat. 3.a num vt consummeris in vnguentis. Alioquin tibi dicit Paulus: Cum spiritu cœperis, nunc carne consummaris? Bene vngeris, si spiritu vngeris. Ideo sic vngere, vt caro in te immùtetur propter oleum. Oleum uon immutetur aut minuatur propter carnem. Oleum imò & vnguentum non de capite tuo discedat, sed exuberet & descendat vsque ad pedes: quia vtraque in Christo Iesu non tam vncta quàm perfusa sunt unguẽto. Intret oleum interiora tua, ipsis imbibatur affectibus, vt carnalitas omnis in te mutetur propter oleum. Erit enim
Psal. 44.b quãdo & caro immutabitur propter oleũ. Vnctus est & per-
Ps. 108.d fusus oleo lætitiæ præ consortibus suis. Ideo solus ante resurrectionis tempus dicere potuit: Caro mea immutata est propter olenm. Iure anticipauit communis horam immutatio-
D nis caro immunis à carnalitate. O hora optabilis, ô dulce vnguentum, quando & per quod caro dissoluta ascendet in incorruptionem. Nam ante illum statum quid nisi descendat in corruptionem? Vidistis hesterno die fratres, aspexistis lachrymabilibus oculis carnem miseram commutatam, carnem descendentem de corruptibilitate in corruptionem. Et quidem satis lente & cum mora descendentem, nec posse penitus corrumpi. Videbatur velle corpus quod occupauerat hæreditate possidere ipsa corruptio: & ne desineret putrescere, non sinebat perputruisse. Cohibebat vires quasi nollet substãtiam celeriter consumere, vt diutius inficere posset. Nam cum fuerit caro redacta in puluerẽ, quid habet vltrà corruptela quod faciat? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœ-
Esa. 40.b ni. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos. His verbis prophe-
1. Pet. 1.d ta velocitatem defectionis expressit, qua facilè caro florida & vitali pubescens calore, & roseo colore pulchra, sed de terra succisa viuentium, exiccatur quidem subitò, sed non computrescit tam cito. Ergo fœni collatione celeritatem subitæ commutationis ostendit, non lentæ & putridæ corruptionis expressit horrorem. Videres in illo cadauere ossa quæ tecta fuerant, quædam denudata, quædam quidem adhuc non tam tecta quàm polluta & inuoluta putredine. Grassabatur in carne misera longa corruptio, & attingens à fine vsque ad finem fortiter, miserabiliter dissipabat omnia. Poteram & ego dicere, dissipabat omnia carnis eius, eo quòd dissipatio virtuti di-
E uinæ dispositionis seruiebat. Misera commutatio, sed pulchra ratio, qua deo placuit vt carnis gloria non nisi per putredinẽ deducatur in puluerem. Sæuiat mors, sæuiat & grassetur ipsa corruptio in carnem humanam, depopuletur eam quantum potest, deducat eam primò in saniem, deinde in cinerem. Nam hucusque potest & non amplius quàm in puluerem deducere, scilicet carnis gloriam. Non ad nihilum consumere valet carnis substantiam, nec penitus consumere, nec perpetuò possidere. Donec atteratur cœlum, non consurget, sed tamen tunc
Iob. 14.b consurget. Tunc enim effundet dominus de spiritu suo super
Ioel. 2.g omnem carnem, tunc caro sanctorum erit immutata propter oleum, eo quòd spiritus domini vnxerit eam. Omnes enim re-
1. Cor. 15.g surgemus, sed non omnes immutabimur. O quanta virtus vnguenti illius, à cuius facie corruptionis tam vetustæ iugum computrescit, & caro quæ consumpta fuit à suppliciis, reuertetur ad dies adolescentiæ suæ, adolescentiæ quæ non discedat alia ætate succedente. Efficax omnino vnguentum, per quod tam inueterata sanabitur contritio, & tam annosa sanies in sanitatem incorruptibilem conuertetur. Ecclesiæ proprium est hoc vnguentum, ideo Christiani dicuntur filij eius à sponso suo Christo, id est vncto. Et iam accipimus hoc vnguentum in baptismate. Sed sicut ibi operatum est ad sanctificationem, ita & in fine temporum operabitur ad gloriosam illam immutationem, quando caro immutata erit propter oleum. Quis scit si non interim morbus sinatur desæuire, vt ex violentia
F morbi virtus declaretur remedij? Bene ergo vnguenti huius odor commendatur, eo quòd gratiam eius ac si de longe adhuc odoramus. Quod aliud dabis antidotum tam efficax ad mitigandum omnem mentis quæ potest accidere desolationem, quàm quòd fidissima spes est resurrectionis futuræ, & felicis illius commutationis? Non habet doctrina gentilium resurrectionis credulitatem, & Iudæorum traditio non tenet qualitatem. Illi non credunt: isti minus plene, sed parum pure de spirituali resurrectionis gloria, & angelica similitudine sentiunt. Gentiles vnguenti huius odorem non trahunt: Iudæi quidem non ipsum & proprium, sed nescio quem alium & adulterinum pro eo. Apud solam ecclesiam vnguenti illius odor & integer & proprius existit. *Ideo odor vnguentorum eius super omnia aromata.* Bona vnguenta impassibilitas & patientia. Per illam caro resuscitata lædi non poterit: per istam mens pia inter prouocationes & iniurias illæsa consistit. Per illam quieto & inconcusso iure carnis nostræ terram hæreditate possidemus: per hanc verò ipsam animam. In patien-
Luc. 21.d tia, inquit, vestra possidebitis animas vestras. Ipsa patientia quid aliud est, nisi velut quidam futuræ impassibilitatis odor? Illic malla nulla inferuntur: hic vero patientiæ beneficio, ac si vnguento quodam mitigatorio, etiam quæ illata sunt non sentiuntur. Efficax & vtile omnino vnguentum quod in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ter carnis vexationes animum ab iniuria tuetur & cõtinet ne fatiscat, ne deficiat, ne laboret. Ego vtilitatem vnguenti huius prædico, tu forte voluptatem quæris. Ne in hoc quidem decro, & adhuc vobis excellentiorem vnctionem demõstro.
Iacob.1.a Omne gaudium, inquit, existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis. An non tibi videtur excellentiori vnguento perfusus, qui nouit in aduersis gaudere, quàm qui didicit in ipsis non contristari? Minus enim est quo dolore excluditur quàm qno lætitia suadetur. Denique & inimicos non modò
Luc.6. tolerare, sed amare iubetur sponsa Christi. Diligite, inquit, inimicos vestros. Bona ergo eius vnguenta, quæ in tristibus lætitiam redolent, & hostibus dilectionem præstant. Dilectio enim maior est omnibus sacrificiis & holocaustomatibus. Ideo odor unguentorum tuorum præcellit omnibus aromatibus. Bonum plane orationis aroma, bonum incensum. Sed
Matt. 5.c audi quid euangelium præferat: Si offers, inquit, munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Aduertis satis quomodo vnguentum recõciliationis aromati præfert orationis. Quid est reconciliatio, nisi iterata animorum dissidentium conciliatio?
H Et de conciliatione & charitate fraterna dicit tibi psalmus: Ec
Psal.132.a ce quàm bonum & quàm incundũ habitare fratres in vnum.
1 Cor.12.d Hæc est excellentior via iuxta Paulum, & aliis maior chari-
Psal.132.a smatibus, quàm odor vnguentorum cunctis aromatibus. Vnguentum hoc descendit de capite in barbam & oram vestimenti. Christus enim caput nostrum prius dilexit nos, vt nos diligamus eum. Ideo & sponsa se currere dicit in odore unctionis, id est in æmulatione dilectiouis. Non dicit vnguenti, sed vnguentorum: eo quòd gemina sit dilectio. Vna qua diligimus ipsum, quoniam ipse prior dilexit nos. Alia qua diligimus inuicem, sicut & ipse dilexit nos. Vtriusque dilectionis habemus ab ipso & exemplum & donum. Ipse enim dilectionis & viam monstrat, & ministrat virtutem. Ideo scriptũ est: In odore vnguentorum eius curremus. Ipsa connexio & suauitas, & amor patris & filij, & mutua complexio per spiritum amborum, nónne grato nos odore perfundit, & ad similem nos inuitat æmulationem, vt & nos vnum simus, sicut & ipsi vnum sunt? Felix quidem qui sequitur & currit in odore charitatis illius, suauitatis illius, dilectionis illius, vnctionis illius. Ipse enim spiritus vtrosque quasi perungit, quos tanta amoris dulcedine coniungit. Imitemur vnctionem istã, curramus in eius odore. Diuinæ illius & essentialis vnitatis æmula est & quasi imago fraterna charitas, & quædam velut vm-
Psal.132.a bra vnguenti illius & dulcedinis & amoris mutui. Ecce enim quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite quod descendit, &c. Atque vtinã de capite nostro, quod sursum est, quædam unguenti istius in
I nos vmbra descendat, vt & ipsi audire mereamur: *Quoniam*
Canti.4 a odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Percurre animo virtutes reliquas, vsum & opera singularum recense: nihil in illis tam suauiter redolet quantum pura de corde charitas. Quem odorem tibi spirent ieiunia, quem odorem eleemosynæ, si in illis charitas non pollet? Castitas ipsa & tolerantia passionum, si non fuerint charitate condita, quid tibi suauis
1.Cor.13.b odoris refundent? Si tradidero, inquit Paulus, corpus meum ita vt ardeam, & quasi aroma incensum liquescam totus in igne, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Non potest gratis suscipi, quod non cum gratia offertur. Charitas radix est, quasi rami virtutes cæteræ de illa pullulant, & ideo pinguedinis illius participes esse debent. Quid prodest ramus in bona oliua, si non in eo sentitur radicis pinguedo & gratia? Ita quidem nec virtutes, nec opera virtutum, si non in eis charitatis & dilectionis virtus redoleat. Maria, cuius etiam modo tibi nomen de euangelio sonuit, quid in ea aliud quàm dilectio redolebat? Dimissa sunt ei, inquit, peccata multa,
Luc.7.g quoniam dilexit multum. Bonus huius vnguenti odor, cuius gratia veteris corruptelæ fœtorem deleuit omnino, & totam ecclesiæ domum suauitate grata perfudit. Dum esset rex in accubitu suo, nardi pistici alabastrum confregit, & effudit super caput recumbentis. Et nardus illa dedit & adhuc dat, & in finem seculi dabit odorem suum. Bonum in ara pectoris sui Christo domino incendit aroma, ac si vnguentum exinanitum cor eius liquefactũ flamma charitatis. Sepulto domino K vide quàm officiosa, quàm sedula monumentum frequentat. It & redit, videt angelos, apostolos inuitat, abeuntibus illis non abiit illa. Ardens est, inqnit, cor meum: desidero videre deum meum: quæro & non inuenio eum. Nónne tibi anxietas ista quærentis, eximiæ quoque dilectionis videtur odorem spirare? Hæc verba dum in eius memoria cantãtur, nónne qui cantant & ipsi quoque inflammantur? Denique & ipse Iesus qui desideratur, vnguenti illius fragrantiam odorat, & quasi currit ad illã in odore vehementis amoris. Quidni ad cognata libenter recurrat vnguenta? Quasi in matutino festinat ad il-
Mar. 16.b lam, & surgens mane prima sabbati, primò apparet Mariæ, & vngit eam oleo lætitiæ præ cõsortibus suis, dum se iam resurrexisse manifestat in gloria. Iam aromata illius in vnguenta conuertit, & desideria eius in dilectionem commutat. Aroma mihi videtur offerre, qui orat & optat. Tunc autem vnguento perfunditur, cum eius quem amat, potitur copia: cum præsentia delectatur. Bonum quidem orare & desiderare dominum, sed amare & habere & frui meliuś. Et (vt ita dicam) cum non habes, bonum est mendicare, sed melius manducare. Si potes absentem amare, quanto magis cum adest, cum copiam sui indulget, cum experientia dulcis alimenta ministrat amoris? Tunc enim & spiritualius & profusius vngitur anima, cum illi qui vnctus est, spiritu & virtute arctius iũgitur. Tunc præ- L cipue dilecto placet, tunc suauius redolet, cum tota fuerit in ipsum transfusa, cum adhærens illi vni, oris fragrat vnguento, vnguento illo quod de sponso redundat in sponsam. Iucunde omnino & suauiter redolet cohabitatio ista in vnum, sicut vnguentum in capite quod descendit, &c. Ideo odor vnguentorum eius super omnia aromata. Et si vnguenta etiam ipsi sponsæ alia sint: nulla talia sunt, quale illud quod descendit in ipsam, hora hac maxime qua dilecto cohæret, quando inter
Cant.1.d eius vbera moratur, quando cubat in secretario cordis. Denique quãdo rex est in accubitu suo, tunc nardus spõsæ spargit odorem suum, odoré bonum super omnia aromata, odorem sponsi, magis verò odorem sponsum. Ipse est enim dilectæ suæ vnguentum, ipse est odor. nam ipse in dilecta sua cõplacet sibi, ipse redolet. Atque vtinam vnguentum hoc de capite nostro nõ discedat, & odoris eius fumus ascendat de cordibus nostris in secula seculorum. Amen.

Sermo XXXIII.

DIES ista dominicæ resurrectionis annua celebritate so-
Luc. 24.a lennis, de vnguentis repetito tractu me compellit in-
Ioan. 19.g staurare sermonem. Veniunt hodie mulieres cum aromatibus, venit & Nicodemus ferens mixturam myrrhæ & aloes M quasi libras centum. Maria Magdalene ipsa præuenit vngere corpus Iesu in sepulturam. Videtis quanta mysteria celebrantur in vnguentis. Magna mysteria, & quis ad ista idoneus: Quis digne vnguentorum assignabit distinctionem, proprietatem exponet? Disputatio hæc experientis est, non coniicientis. Non est enim facile cuiquam de vnguentis tractare, nisi quem ipsa docuerit vnctio. Hodie vnctus est dominus oleo lætitiæ præ consortibus suis, non tamen sine consortibus suis. Quomodo enim consors est qui non congratulatur, non cõgaudet, qui de surgente non consurgit in nouam lætitiam? Opportuna quidem occasio de vnguentis vobiscum disserere, sed multo magis opportuna vnguentis redolere. Vos exigitis à me sermonem, & ego à vobis vnguentorum odorem deposco. Qua ratione cum sanctis mulieribus domini Iesu frequentatis monumentum, si nullum spirituale defertis ad illud vnguentum? Caro domini hodie glorioſe est immutata propter oleũ. Nõne condignũ videtur vt corda nostra immutentur & cõuertantur in oleum spirituale, in oleũ exultationis & lætitię? Institueram de vnguentis sermonẽ, & ecce disputatio nostra hæsit in oleo. Et quid oleo cum vnguentis? Multum quidem: & si non per omnem modum idem est, accedit tamẽ ex parte aliqua & assimilatur eis. Oleum enim quanuis non fragrat, mitigat tamen: non bene olet, sed bene vngeris ex eo. Hic autem non tam vnctionem quàm odorem commendat in vnguentis sponsæ. *Et odor*, inquit, *vnguentorum tuorum super omnia*

A *omnia aromata.* Non omnis anima odoriferis abundat vnguentis, sicut & mulier illa in Regũ libro loquitur ad prophetam:
2.Reg.4.a Non est in domo mea nisi paululum olei quo vngar. Non habet hæc mulier vnguenta odoriferis speciebus composita, sed
Marc. 4.a oleum ad vnctionem simplex & exiguum. Maria Magdalene non legis sed euangelica mulier vnguentum defert nardi spicati pretiosi, nec exiguum, sed libram integram. Et ipse Si-
Luc.7.g. mon redarguitur à domino, quòd nec oleo quidẽ caput eius perunxerit, cũ illa caput eius perfudit vnguento. Vides quomodo vnguenta oleo præferuntur, & odorifera vnguẽta? Nã præter hoc quòd vnctionis habent effectum, quodam odoris spiritualis beneficio prærogant. Vnctio quidẽ parcior est, sed fragrantia se diffundit in plures. Etiam qui solus vngitur, non solus odorat. Virtus est communis, in omnes se spargit. Ergo vnctio tibi, odor & aliis & tibi. Bene vngitur & bene
Philip.4.a redolet, qui diligit bona coram deo, & prouidet bona coram hominibus. Gaudete, inquit Paulus, in domino semper, & iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Gaudete, ad vnguenta modestiæ, notitiam referto ad o-
2.Cor.2 dorem. Audi quomodo ipse Paulus odorem ad notitiam trahit. Et odorem, inquit, notitiæ suæ per nos manifestat in omni loco. Bonum ergo vnguẽtum, & bonus odor spiritualis in domino exultatio: & modesta exhibitio, lætitia & notitia. Bene vngitur, cui dominus in conscientiæ interioris gaudio pla-
B *1.Co.10.g* cet, qui delectatur in ipso: & bene olet qui cũ Paulo omnibus per omnia placet: & non placet nisi in domino: in cuius modesto habitu, discreto opere, sermone docto, interioris alacritatis & gratiæ fragrant vnguenta. Bene vngitur qui gloriatur in domino: & bene olet, per quem dominus glorificatur coram hominibus. Et ipsi qui redolet, odor suus suauiter fragrat, si non gloriatur seipsum commendari, sed per se domi-
Canti. 4.c num. *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Vultis vt inter vnguenta & aromata differentiam vobis assignem? Ipse ergo sermo cantici distinguere videtur, non reprobans aromata, sed vngenta præponens. Quantum ergo in consimilibus & coniunctis rebus inuenire distantiæ possum, vnguẽta videri possunt dona gratiarum quæ in spiritu sancto conferuntur: aromata verò ipsa officia, quæ deuote referuntur. In operibus & in officiis honestatis quẽdã naturalis species grata est, in vnguentis gratia spiritus. Dominum Iesum vnctum spiritu & virtute: ita & sponsam eius in hoc decuit assimilari, vt & ipsa spiritu & virtute vngatur. Bona quidem sunt aromata virtutum, & per se redolere videntur, sed cumulatiore gratia fragrant cum de vnctione spiritus suauitatis aspergun-
Ioan. 19.g tur odore. Opera ipsa & virtutes cum his quæ foris sunt communia nobis esse possunt, vnguẽta non possunt. Denique etsi per se sepulchra sunt, plus placent cum procedunt de spiritu.
C Quomodo videntes opera bona glorificant deum, nisi quia intelligunt q̃ ipsum opus bonum & à deo venit, & ad ipsum vadit? Si qua sane in me bona sunt, gratiora mihi quidem inde sunt, cum deputantur gratiæ Christi: cum eius in me vnctio cõmendatur: cum spiritus redolet, magis quàm cum naturalis arbitrij prædicatur facultas, aut fructus industriæ. Denique sine vnctione spiritus, & natura libertate destituitur, & virtus veritate, & opus merito. Nã sine gratia spiritus & fide Christi, & voluntatis conatus effectu caret, & virtus quæ videtur fucata est, & opus æternæ mercedis non assequitur fructum. Ideo odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Et enim qualiacunque aromata fuerint, nõ meræ suauitatis spargunt odorem, nisi cum in eis spiritualis gratiæ redolent & redundant vnguenta. Vultis vt aliquod vobis vnguentum proponam, cuius odor super omnia ecclesiasticorũ donorum excellat aromata? Quis odor in ecclesia suauius fragrat odore misericordiæ & remissionis? Quanti cucurrerunt in odore vnguenti istius, & per hoc Christo comparati & adglutinati sunt? Bene redolet quod veteris corruptelæ & peccati ab an-
Luc.7.f tiquo inoliti sub momento delet fœtorẽ. Mulier illa quæ erat in ciuitate Maria nomine, quàm fœtida erat quando accessit ad pedes Iesu in domo Simonis leprosi? Quantum ipsi fœtebat Simoni, qui præsentiæ eius nõ sustinuit horrorem portare, quàm fœtida inquã accessit ad Iesum, & ecce iam in toto mundo & pœnitentiæ & dilectionis & gratiæ quã reportauit, spargitur odor. Non est sera gratia Christi: in ipso conuiuio quo mulier hæc domini pedes rigauit, terſit & perun- D xit: & lota & exterſa & peruncta est, & ipsius domini testimonio pharisæo præfertur. Non est enim parca clemẽtia Christi, nec pigra quidem: plus repẽdit, & sub hora rependit. Quid mirum si pœnitenti occurrit indulgẽtia, vbi ad patiẽtiam pœnitentia adducit? Mulier illa deprehẽsa in adulterio, & relicta *Ioan.8.d* in medio, vide quomodo clementiã Iesu redolebat, quæ mœchiæ culpa prius fœtebat. Reuolue euangelium, vbique Iesum inuenies & citum & copiosum ad veniam. Denique etsi quatriduanus mortuus est, & publicati criminis fama iam fœtet: vbi Iesus euocat & educit de tumulo prauæ consuetudinis, vbi Iesus soluit, & remissionis infundit vnguentum, statim à facie eius fugit omnis fœtor antiquæ putredinis. Quis enim retractabit quod non imputat dominus? Quis tenebit errata quæ ipse remittit? Non potest male olere quod ipse abolet. Domine, inquit Martha, quatriduanus est, & iam fœtet. *Ioan.11.d* Erras Martha. Iesus non tam fugit fœtida, quàm solet ipsum fœtorem fugare. Exemplum dedit ecclesiæ suæ, vt quemadmodum ipse fecit nobis, ita & nos inuicem faciamus, hæc illi reliquit vnguenta. Quanti desperantes semetipsos tradidissent immunditiæ & auaritię, omniúmque vitiorum precipites se dedissent in gurgitem, si nõ medicaminis huius retraherentur odore? Tribularer, inquit, si nescirem misericordias domini, misericordias in capite, & misericordias in corpore eius quod est ecclesia. Nam & ipsa accepit à domino, quod & filiis E tradidit, ipsa inquam accepit misericordiam in munere, ipsa etiam in mandata, vt sit ministra miserationum. Bonum quidem misericordiam ministrare, sed melius misereri. Misericordiam quam debes ex loco, ex animo solue. Exprime in te Christi affectum, cuius officium & vicem suscepisti. Minister es eius qui dies est in misericordia. Noli in alieno prædurus inueniri. Eroga conseruis tuis vnguenti huius mensuram in tempore. Si in alieno infideles estis, quod vestrum est quis dabit vobis? Affectus tuus sit misericordiæ: nam domini est effectus veniæ. Qui læsam conscientiam gestat, tectum vulnus sub pectore: tutò se tibi committet, si penes te vnguẽti huius odorem præsenserit. Si sciretis quid est, Misericordiam volo & nõ sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Non sic tu domine, non sic, non modò non innocentes, sed ne nocentes quidem condemnas, sed emendas eos. Emendabit, inquit, me *Psa.140.b* iustus in misericordia, oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Distinguit hic psalmista inter oleum & oleum: inter oleum adulationis, & oleum miserationis. Illud demulcet & sauciat: istud demulcet & sanat. An non tibi super omnia aromata bene redolet vnguentum per quod vniuersa delicta tam facilè delẽtur? Filius ille iunior in se reuersus, vnguẽti huius vberem copiam odoratus est in patre de regione lõginqua: & inter greges porcorum patris eius cœpit fragrare cle- F mẽtia: ideo attractus est, & currere cœpit ad patrem in odore vnguentorum eius. Vide facilem, vide profluam domini Iesu gratiam: cũ pœnitente filio gaudere eũ oportet & epulari. Manet in domo Zachæi, publicanũ in discipulatũ adsciscit, & eũ Lazaro post tumulum instaurat conuiuium. Quibus propitiatur, improperare nescit: dimidia vti non nouit clemẽtia: familiaritatis in gratiam suscipit quibus indulget. Bonũ ergo misericordiæ vnguentum, quod peccata remittit, præuenit merita, comitatur, accumulat, super omnia fragrat aromata, eo quòd omnis ecclesia sanctorũ plus misericordia quàm meritis nititur. Deniq; remissionis vnguentum vltimũ sacramentum. Vnguentũ hoc & peccatoribus & iustis cõmune & cõmodũ est, nam sunt alia quædã specialia sanctorum, & solis ipsis accommodata. Sunt enim vnguenta quæ sanant: sunt vnguenta quæ fouent: sunt vnguenta quæ sanctificant: sunt quę delectant. Et prima quidẽ egritudinẽ depellunt: secũda iam sanis conferunt alacritatem: tertia sanctificant in opus ministerij, sicut regium & sacerdotale vnguentum, quarta nõ iam in opus sunt, sed in ocium, non in administrationem, sed in amorẽ, sed in gloriam, sed in delicias, sed in vsum sponsi & sponsæ. Bonum est commorari in vnguẽtis: sed quoniam alibi satis disputatũ est super vnguẽtorum distinctione, vnguendi modos nunc breuiter distinguamus. Alij tanguntur, alij asperguntur, alij inunguntur, alij perfunduntur. Relege pentateuchum, euãgelium reuolue, & diuersitates istas vngendi, quas corporaliter & exterius fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gtas aduertis, ad amores deflecte. Non ego nunc de natura vnguentorum, sed de mensura ago vngendi: & alij quidē semel, alij sæpius, alij semper vnguenta frequentant. Bona quidem copia, si assit & gratia. Neutra deesse videtur in vnguentis spōsæ, nec suauitas, nec vbertas, quorum odor omnia aromata superat. Ad ecclesiam generaliter hanc laudem deriuauimus, ad specialem aliquam in ecclesia personam declinemus sermonem, quæ singulari quodā modo amoris & familiaritatis beneficio sponsæ debeat nomine censeri, in qua non modo necessitatis, sed dignitatis & voluptatis vbertim vnguenta aspirant. Non hanc crediderim ego sacro vnguine vel tactam in parte, vel respersam per partes, sed perfusam & perunctam abundantius in sponsi delicias. Copiosæ penes hunc sponsum aromatum cellæ eructātes ex hac in illam, sicut regales oportet habere diuitias. Sed credibile est excellentioribus reginam vnguentis redolere. Nihil tamē nobis de virtute vnguētorum exprimitur, præterquam quòd solus odor cōmēdatur in ipsis. Non eloquitur quid efficiat vnctio, delicias solas memorasse contentus, & eas delicias quæ spiritualem magis charitatem accendunt. Vnctio solo tactu sentitur, cum fuerit carni superfusa. Odor vero tactum diffugiens, tantū spiritu sentiri se patitur. Et vnguenti quidem liquor sensim in interiora liquatur: odor vero cum omni facilitate superiora petit, cerebro illabitur: sensuum sedem dum occupat, recreat. Multo ergo subtilior & sublimior, multo magis vnguentorū est odor quàm liquor. Et in blandimēto sponsæ magis delicata & magis accommoda spiritualibus oblectamentis, & feculentiæ minus habentia oportuit commemorari. Aliæ vnguentis & oleo indigent, vt motus carnis aut mitigent aut immutent. Hæc autē iam non in carne, sed in spiritu (vt domini sponsam decet) spiritualibus abundat deliciis. *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Et si solus odor commemoratur, forte non solus operatur: operatur & vnctio. Qui sunt Christi, ait apostolus, carnem suā crucifixerunt cū vitiis & concupiscentiis. Vbi vnctio est, non videtur crucifixio necessaria. Illa mortificat, & hæc immutat. Et quidem crucifixio doloris sensum habet, vnctio lenitatem. Suauis vnctio est & efficax, tamen quę sine læsione oleo exultationis & lætitiæ à corruptione carnē illæsam conseruat, corruptionē aufert, & cruciarum non importat. Domini Iesu passionem vnguenta præueniūt, vnguenta subsequuntur: vt discas & tu carnis tuæ (si quis est) cruciatum, vnguentorum exuberantium perfusione lenire. Bis vnctus est, vt & crucis non sentiret iniuriā, & resurrectionis suæ nouitatē consequeretur, & vt quasi per hoc sacramentum spiritualis vnctionis gratiam commendaret. Bonum ergo vnguentum, cuius (vt sic dicam) liquor carnem immutat, & odor spiritum recreat. Et vt summatim hæc recapitulemus, vnctio est mentis exhilaratio & exultatio, odor est ipsa oratio. Vnctio spiritualis lætitia, odor quædam eorum quæ animo gestantur, exterior per famam notitia: vnctio interna delectatio, odor quoddam de gaudiorum experientia desiderium suauiter profluens. *Ideo odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Omne enim orationis incensum & desiderij vehementiam excedit desiderium illud quod de cœlestium blandimento gaudiorum gignitur, & concupiscentia quę de spiritus vnctione quasi suauissimus quidam odor vbertim exhalatur. Bonū hoc desiderium quod vim habet orationis, & non habet afflictionis molestiam. Sponsa hæc, cui priuilegiū hoc vnguenti & odoris defertur. Quid mirū si præcellentius redoleat, quæ specialius vngitur? quid mirum si auidius optat, quæ gestat suauius? Aequum enim est, vt amplius oret, quæ arctius hæret. Adhęrens sponso, vnus cum illo effectus est spiritus. Idcirco non nisi spiritus redolet in ea, qui vnxit eam, & orat pro ea affectibus inenarrabilibus. Propter ea odor vnguentorum eius super omnia aromata. Et in Apocalypsi legis phialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Aromata (sicut Exodus docet) geminos in vsus distribuuntur, id est chrismatis, & thymiamatis. Nónne tibi videntur etiam nunc in laudibus sponsæ hęc vtraque coniungi? Vnguenta eius, & vnguenta sunt, & odorifera valde. Odor enim eorum super omnia aromata. Vnguentum (vt dictum est) donorum perceptio: odor de perceptione actio gratiarum: de siderium æternorum, & quidam inter sublimia bona sensus humilis. Oratio enim humiliantis se, ipsa nubes penetrat. Vides quomodo ascendit odoramentū humilis orationis? Ascēdit phariſæus ille in templū vt oraret: sed orationis eius odor nesciuit ascendere. Bona gratiarum sibi diuinitus collata secum reputat, & quasi vnguenta recensēt. Non sum, inquit, sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri. Audi præ quibus vnctum se gloriatur gloria eius in cōfusione aliorum videtur. Non magna gloria, magna tamen ipsi videtur. Ipsi redolet, non tamen super aromata, sed super sulphura cæterorum. Audisti quibus præferatur: audi nunc quid in se gratiæ præferant vnguēta in quibus phariſæus gloriatur: Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniū quæ possideo, & si quē defraudaui, reddo quadruplum. Bona hæc, legis elementa redolent, non euangelicam dōctrinam. Non ieiunat per omne tempus, non renūciat omnibus quæ possidet, vt nō habeat vnde possit vel primitias vel decimas dare. Defraudata reddit in quadruplum, non se patitur defraudari, non quod reliquū est exponit partem auferenti, non acceptas se habere dicit iniurias. Phariſæe inter infirma opera supra modum tumes. Phariſæe non rogas, sed propè astanti publicano iniurias irrogas. Tu de teipso perhibes testimonium, exiguū est testimoniū tuum. Duo quædam in oratione tua non tam redolent quàm fœtēt, tumor & tepor. Tumor est in eo quòd publicano improperas. Tepor quidē, quia omnino nihil rogas. Quomodo enim non tepebit oratio, elationis vento & inanitate satiatæ? Phariſæe non oras, sed effers teipsum. Tu de teipso perhibes testimonium, & testimonium tuum non est verum. De operatione tua exiguum est, de prælatione non verum. Audi enim testimonium veritatis: Amen amen, inquit, dico vobis, descendit hic iustificatus ab illo in domum suam. Non enim qui sedipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Ideo felix anima ad quam ab ipsa veritate tam excellens commendatio profertur: *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Magnum exhibitum est publicano testimonium, huic autem cui laudes istæ canuntur, multo maius. Descendit ille iustificatus à phariſæo, hoc est ab homine elato, ab homine iniusto, in domum suam. huius autem sponsæ vnguētorum odor omnia excedit aromata. Ingens præconium, sed ipsa non ab homine testimonium accepit, sed ab illo qui corda scrutatur, qui per fidem & dilectionē in corde ipsius & inhabitat & operatur. Non se commendat, non improbat alios. *Fauus enim distillans labia eius.* Capitulum hoc ordine sequitur, sed hodie tractari non potest. Crastina disputatio auditui vestro & auiditati dabit gaudium & lætitiam in domino Iesu. Quod ipse præstare dignetur qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Galat.5. d

Canti. 4.c

Apoc.5. e

Luc.18.b

ibidem.

Canti. 4.c

Canti. 4.c

Sermo XXXIIII.

FAVVS distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorū tuorum sicut odor thuris. Vehementer dulcia sunt quę nūc dicta sunt ad spōsam. Sed quęritis quomodo superioribus ista cōueniant? Semel vos cōmonuisse sufficiat, necessitate continuationis liberā esse legē cōmendationis. Non tenet seriem, sed vtitur vaga licentia. Vbi laudum ratio vertitur, non potest ordo quidem exigi: sed nec debet respui, si assignari queat. Post vnguentorum laudes statim labiorum gratia profertur in medium. Quid enim si non de vnguenti virtute hæc in labiis diffusa est gratia? Euangeliū reuolue, & aliquid tale de spōso ipso dici inuenies: Spiritus, inquit, domini super me, eo q̄ vnxerit me: euāgelizare pauperibus misit me. Oportuit ergo & sponsam in hoc assimilari sponso, vt & ipsa in opus euangelij vnctione spiritus vngeretur. Spiritus enim ad officium vngit & ad efficaciā. Vtrúque ab illo est, & ministerij gradus, & gratia ministrandi. Sine gratia gradus inutilis, & sine gradu præsumptionis vsus est gratiæ. Quomodo prædicabunt nisi mittantur, aut quomodo mittentur nisi vngantur? sicut scriptum est: Spiritus domini vnxit me euangelizare pauperibus misit me. Spiritus ordinat in officiū, spiritus & os aperit, & format in vsum. Idcirco in laudibus sponsæ prius agit de vnguentis sponsæ, deinde de dulcedine labiorum eius: quia & si dulcia loquitur, non ipsa est quæ loquitur, sed spiritus spōsi qui loquitur in ea. Deniq; audi quid ipse sponsus Iesus

Canti. 4.c

Luc.4.c Esa.61

Esa.61.a Luc.4.c

Rom.10

Luc.4.c Esa.61

Asus primitiuæ pollicetur sponsæ, id est apostolis, quia primitias spiritus acceperunt: Ego, inquit, dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. Magna quidem virtus sermonis diuini, & aduersantes reuincere potest, & non aduersantes allicere. Et hoc ipsum est de præconiis eius: quod nunc in disputatione fertur, ad blandimentum plus spectat, quam ad redargutionis effectum. *Fauus distillans labia tua.* Familiare quidem est illi & quasi innatum dulcia loqui. Siquando autem increpat dure, peregrinum illud ab ea, & de longe ascitum, & non insitum, nec sic est affecta, sed magis coacta. Cum dulcia loquitur, de propriis loquitur: cum vero dura, nō habet hæc oris eius qualitas, sed prauitas audientium. Ergo de proprio & de familiari laudat sponsam, cum dicit: *Fauus distillans labia tua.* Sed quia de continuatione aliquanta iam audistis, vultis & de continentia commendationis eius disseram? Tria quædam laus ista complectitur, dulcedinem, plenitudinem, parcitatem. Dulcedo consideratur in genere, plenitudo in copia, parcitas in effusione. Quid effusionem dico? Distillatio magis est quàm effusio. *Fauus distillans labia tua.* Quid necesse est in assignantis singulis immoratī? Ipsi enim scitis quia fauus non nisi dulcedinem effundit, nec nisi de pleno effundit, & de plenitudine quidem ipsa, non totam ipsa. Ideo fauus non effundens, sed distillans labia tua. Est ergo in labiis sponsæ & dulcedo sola, & dulcedo plena, dulcedo sobria. Plene quidem possidetur, sed non plene effunditur, sed prout auditorum capacitas exigit. Vultis etiam ipsius sponsæ de labiis suis habere testimonium? Quām dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo. Dulcia quidem sunt labia sponsæ. Eloquia enim domini distillant ab eis. Eloquiorum domini est ista dulcedo. Non enim de suo loquitur, sed quasi sermones domini. Idcirco diffusa est gratia in labiis eius. Accipite iam ex parte qualia mella sacri fauus distillat eloquij, & vnicuique sicut deus diuisit vasi cui instilletur, mensuram. Remittit, permittit, promittit, præmittit. Delicta remittit, infirma permittit. æterna promittit, & ipsorum primitias, quasdam præmittit. Sapientiam loquitur inter perfectos, sapientiam quidem nō huius mundi, sed dei: sapientiam in mysterio absconditam, & inter minus spiritaliter sapientes nil arbitratur se scire nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Cohortatur ad perfectionem, non cogit, sed magis consolatur pusillanimes, susscipit infirmos: & si inquietos corripit, correctio iam dulcedine sapit maternam: peccanti compatitur, conuerso indulget, nec indulgentiarum numerū & quasi terminum quem non transgrediatur præfigit, cui præcipitur septuagiesies pro die delicta totiens confitenti donare. Vide quàm magna multitudo dulcedinis in labiis sponsæ, quę quotiens ipse peressluis in malum, totiens, si conuertaris, ipsa tibi distillat in bonum, & prēndæ veniæ vicibus non exhauritur. Denique instar angelorum dei, non insultat sed exultat super peccatore pœnitētiam agente. Bonum ergo est labiis eius auditum præbere. Nam & dominus precibus eius aurem accommodat, sicque tuum prouocat & inuitat affectū, vt prodat & suum. Loquere spōsa quod loqueris, quia audit cum desiderio dilectus tuus siue disputatanté de se, siue colloquentem sibi. Sed cum ipsi spōso spōsa loquitur tunc loquitur in loquela dulcioris labij, & lingua altera. Tunc cordis labia vere melle delectationis stillant diuinæ, imò non tam distillant quàm fluunt, quoniam hora illa in melleas affectiones anima tota conuertitur. Beata vicissitudo, quando de corde sponsæ quædam fluenta mellis emanant in dilectum, & ab ipso redundant in sponsam. Ad locum enim vnde exeunt hęc mellis flumina reuertuntur vt iterum fluant. Boni faui in labiis sponsi & sponsæ eructantes ex hoc in illud, & inuicem rorantes amoris dulcedinem. Ille desuper irrorat gratiam: ista deorsum actionem gratiarum. Ipse Iesus in anima dilecta roris huius mel & stillas genuit. Dulces omnino stillæ roris, affectiones illę diuini amoris, quando sponsa liquefacta tota distillat à facie eius quem diligit, à facie dei sui. Ideo quasi fauus distillans labia eius, eo quòd vehementer dulcis est sic affectæ mentis succēsio, sed velox succisio, propter illum dulcem excessum mentis raptum, & propter citam interruptionem. *Fauus distillans labia tua.* Purgata omnino hæc ego crediderim labia, de quibus ipse Iesus dulcedinem melleam haurire se reputat. Esaiæ labia forcipe & carbone de altari tacta purgantur. Misit, inquit alius, manum suam dominus, & tetigit os meum. Quæ sponsa est, non carbonem, non digitum optat, sed oris contactum. Osculetur me, inquit, osculo oris sui: labia labiis debentur. Nec enim de sponsæ labiis exprimerentur dulcedines, si non labiis imprimerētur dilecti. Quid autem nisi osculi suauitate, quod de labiis sponsæ rapit, se delectatum gaudet cum dicit: *Fauus distillans labia tua?* Propter vtrunque, & propter osculum charitatis, & propter oraculum veritatis, *fauus*, inquit, *distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua.* Istud iam proprie ad eloquij gratiā respicit. Nam labiorum vsus etiam ad osculum est: linguæ vero ad eloquium tātùm. Non tantùm dulcedo in lingua sonat, sed mel & lac sub lingua tua. Simulata ducedo est, quæ tantùm sonat in lingua, & non sentitur sub ipsa. Exigua, quæ tota est in labiis & in lingua, & non pars eius maior sub lingua. Non est dulcedo tantum in eius lingua, nec tota est in lingua, sed sicut ipse qui nouit testatur, mel & lac sub lingua tua. Ideo eructat verbum bonum: verbum tam melleum quàm lacteum, propter deitatis maiestatem, & propter incarnationis mysterium. Lingua & labia ac si quidam argēteus carnali sunt, per quem de cordis fonte riuuli lactis & mellis erumpunt. Vtrunque dulce, sed distincta dulcedo. Lac paruulorum est, vt Paulus loquitur. Et idem inter perfectos dulcem & diuinam & quasi melleam sapientiā docet. Alij mel tantùm habent sub lingua, alij tantùm lac, & non mel. Mel autem & lac vtrunque pariter sub lingua sunt sponsæ. Nec mel fluit, sed magis distillat. Nec enim passim & intemperanter profundit sublimes illos & reconditos sensus secretorum cœlestium, deitatis arcana, nec lactis potum sine delectu propinat. *Mel*, inquit, *& lac sub lingua tua.* Non enim sermo est vel interna dulcedine vacuus, vel internæ dulcedini coæquatus. In promptu est illa dulcia loqui, sub cuius lingua mel & lac. Beata lingua, quæ velut fauus distillat, & velut vbera quędam paruulorum lacte distenditur, quæ mel distillat, & lac fluit. Omnis clamor & amaritudo & blasphemia longe ab istis proscribitur labiis, sicut Apostolus suadet, hortatus hæc iuxta psalmum: Sub lingua eius labor & dolor. Sed mel & lac, inquit, sub lingua tua. Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, non tamen mel & lac sub lingua eius: non in intimis eius, non in vltimis eius, sed nouissima eius amara sicut absinthium, & acuta vt gladius biceps. De muliere verò forti hoc idem in proterbiis inquit: Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. Spiritualem illum & vere beatum risum iam nunc parturit os eius, & quasi dulcedo eius sub lingua latitat. Ebullient autem quæ nunc subsunt mel & lac, in plenam lætitiam in die nouissimo. Tunc nulla ex parte quasi sub lingua premetur silentio, sed pressum diu prorumpet gaudium, & implebitur os eius risu. Os inquam mulieris cuius fortitudo & decor indumentum eius. Vide quomodo non oportet nudam inueniri quæ promissa sibi expectat gaudia reddi. Quis scit si non hæc ipsa sunt indumenta, de quibus in hoc eodem cantici loco subsequitur: Quia odor vnguentorū tuorum sicut odor thuris? Operui, inquit psalmista, in ieiunio animam meam. Item: Humiliabo in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur. Bona vestis ieiunium, in cuius sinu quodam secreto oratio commoratur. Vestis est quæ sinum habet. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Habes hic vtrunque, si aduertas, & in ieiunio indumentum fortitudinis, & in oratione odorem thuris. Oratio, inquit, mea in sinu meo conuertetur. Cur verò ait in sinum? An forte defectum orationis tepidæ & infractæ dedit intelligi in ipso primo euanescentis processu, ideóque dicitur in sinu suo conuerti, ibidem scilicet occidens vbi exhauritur? Sed quomodo conuertitur & redit, quæ perit? Magis quidem in sinu conuerti videtur, quæ celerem precis reportat effectum, & si nondum plene, ex parte tamen humilis & deuotæ petitionis fructu potitur. Habet enim dulcedinem multam vehemens & deuota oratio: & dum dirigitur in conspectu domini quasi incensum, suauem ipsa odoris sui sensum haurit. An non bonum indumentum cum vapor huius nebulæ ipsam offerentis operit & vestit animam? Bonū plane. Sed nos sicut cœpimus, vestimentorum interpretationes secundum exteriores actus exequa-

Luc.21.c

Canti. 4.c

ibidem.

Esa.8.c Hier.1.b

Canti.1.b

Canti.4.b

ibidem.

Psal.9.c

Prou.5.a

Prou.31.d

Ephe.4.c

Psal.68.d Psal.34.a

ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mur. Opera enim bona & priorem deformitatẽ operiunt, ne ad noxam imputetur: & decorem quendã & venustatẽ conferunt, vt ad gratiã reputetur. Bona enim vestimenta, bona sunt opera: & simul ornant & orant. Et quòd ornent, manifestum quidem est: sed non omnium ornatus redolet thura, non orationis specimen tenet. Denique cuiusque opera & patiẽtia & publica ostentationem & inanem iactãtiam redolẽt: nõ supplicationis instantiam, nõ sollicitudinẽ placendi domino, non impetrandæ votã gratiæ. Quomodo enim aptabitur odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris? Qui vero omnia agit vt ei placeat cui se probauit deo, vt eius mereatur fauorẽ, vtique odor vestimentorum eius sicut odor thuris. Et quidem thura nisi deo soli nec offerri solent nec debẽt: ideo odor vestimentorum eius sicut odor thuris, cum quicquid siue palam siue clam agit, ad impetrationẽ placationis refert diuinæ. Idẽ videtur, esse oleum in vasis, & in vestimẽtis odorem, sed odorem thuris. Quid aliud quàm gaudia illa spiritalia & æternam delectationem deũ exorat, qui omnem aliam abiurat &
Psal. 62. a horret? Sitiuit, inquit psalmus, in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea? Vides in verbis quomodo & ipsum carnis vestimentum quasi orationis habet vicem, dum deo sitire dicitur. Caro voluntariis afflicta disciplinis, nónne deum ad
H propitiationem flectere nititur? Ipsa eius propter deũ supplicia, quædam ad eũ supplicationes sunt. Eleemosyna pauperi misericorditer impensa exorat. Carnis propriæ delectatio discrete repressa, cur non & ipsa orationis habet effectum? Voluptatis repressio, quædam est votorum expressio, & desiderij delectationem aliam suspirantis. Orationis feruidæ effectus in sinu cordis vertitur & conuertitur. Thura in exterioris abstinentiæ vestimento suauiter fragrant. Et bonum omnino vestimentum, quãdo anima non tam carne vestitur, quàm carnalium ieiunio quodam, & temperantia voluptatum. Bonum omnino vestimentum cõtinentia virginalis, suauem redolet & velut thuris odorem vel illi quem diligit, vel sibi quę diligit. Quicquid enim dilectione offertur, nõ potest eius delectatione non perfrui ipsa quæ offert. Omnis enim hæc dulcedo quæ prædicatur in ea, sentitur & ab ipsa. Ab ipsa manat, & in ipsa manet. In labiis fauus, sub lingua mel, & in vestimẽtis eius redolẽtia thuris. Proxima sunt ipsi vniuersa hæc, quorum tam gratus est sensus, & perfruitio dulcis. Erunt, inquit
Psal. 18. d Dauid, vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Habetis hic vtraque hæc: & ne quid desit ad cumulum gratiæ, sub vestimentorum vocabulo operum qualitas tertio loco profertur in mediũ. In labiis stillant eloquia: sub lingua meditationes melleæ fluunt: vestimẽtorum ornatus thuris spirat odorem. Quid illi censes deesse
I ad gloriam, in qua hæc tria cõplacent, os, animus, opus? Hoc numero omnia comprehensa sunt, sed ordine conuersa sunt. Ab operibus enim inchoandum est, non ab eloquio. Cornelij
Act. 10. a centurionis primò opera & orationes exauditæ sunt: fide corda mundata sunt, deinde super ipsum & super suos spiritus cecidit. Et erant loquentes linguis ipsi apostoli: post ascensionem domini vnanimes perstiterunt in oratione: cõpletis promissionis diebus repleti sunt spiritu: postea profecti prædicauerunt vbique. Primò in oratione profusi sunt, deinde spiritu infusi sunt: & sic quam susceperant aliis gratiam ipsi profundunt. Primò expectatione & desiderio conuersi sunt ad deũ. Secundò ad ipsos facta est dei conuersio. Tertiò ipsi conuersi confirmantur & confirmant fratres suos. Sed siue sanctitatem vitæ, siue visitationem diuinam, siue verbi ministerium in apostolis attendas, omnia hęc vestimentorum vicem tenẽt, his omnibus operti sunt & ornati sunt. Quid in illis relictum est nudum, aut vetustate pristina sordens, quin tam festiuo & verbi & virtutis cultu resplendeat? Eximius itaque cultus in illis, sed nec copia minor. Quidnam hæc vestimẽta redolent? qualis est odor eorum? nunquid non sicut thuris? Cum domini pecuniam conseruis erogant, non inde penes se quicquam vel furtim residere passi sunt: nihil inde fraudulenter sibi decerpentes: etiam à laudis munere manum excutiũt, omnia referendo ad gloriam dei quasi cœli decoro vestiti sunt lumine, sed cœli enarrant gloriam, non suam, sed gloriam dei. Ipse tibi Paulus subtilia & indisso lubilia quædam vestimenta verbis suis contexit, & pro capacitate tua, luminis & intelligentiæ coaptat amictum, non tamen in persuasibilibus humanæ K
sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. Ideo vestimenta qui *1. Cor. 2. b*
bus vel ipse regitur, vel quæ tibi contexit, non nisi thuris habent odorem. Nam affectata verborum lasciuia & cultus, inauis & leuis gloriæ redolere videtur affectum. Et qui non leporem eloquij, sed lubricas & fallaces disputationes subtilioris sectantur materiæ, dum se nimis propter inanem fauorem extenuant, aliquotiens intexunt blasphemias. Non ergo odor vestimentorum eiusmodi sicut odor thuris. Nullum in vestimentis sponsæ excipere videtur, dum indefinite pronunciat: *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* O me felicem, si vel vnum vel alterum in me vestimentum, integrum reddat thuris odorem, nec aliqua admixtione peregrina corruptum. Nam ad hanc mensuram vt omnia eius indumenta velut thura redoleant, neminem accessisse puto qui necdum in sponsarum sortem meruit adsciſci à Domino Iesu sponsarum sponso. *Cant. 4. c*

Sermo XXXV.

HORTVS *conclusus es soror mea sponsa: hortus conclusus,* *Cant. 4. b*
fons signatus.] Primò ex verbis suis laudatoriis huius affectum pensare oblectatus videtur, qui non est contentus L
laudasse semel. Et quantum esset si vel simpliciter & sine repetitione eius quam alloquitur, eloquęretur præconia, nunc autem & exquisitis ad illam vtitur blandimentis, & congratulando ipsa congeminat. Quidni quam in matrimonij delegit gratiam, non eius dotibus eximiis aggaudebit? non poterat in tam dulcis necessitudinis iura nisi digna eligi, nec iam electa tepide diligi. Nunquid non æquum est vt & ipsa in talibus ei placere studeat, qui sic ipsam probauit? Ipse probat, ipse talem parat, ipse plantat sibi paradisum voluptatis, ipse qui talem eam parat, ipse comparat paradisum deliciarum. Ec- *Gen. 27. d*
ce, inquit Isaac, odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Hæc autem nõ agro confertur, sed horto: vbi spiritualis videtur plantatio florum, & aromatũ cultus vberior. In hunc hortum Iesu bone libenter descendis ad areolas aromatum: cum cubes in eo vt colas & custodias illum. *Cant. 4. b*
Hortus, inquit, *conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus.* Per hortum internas, fratres, intelligite delicias: per conclusionẽ, disciplinam custodiæ. Quem dabitis horto similem, nisi cuius anima spiritualibus sic affectibus redolet, sicut aromaticis floribus hortus? quam iucundum penetral, quàm suauis recessus in pectore sponsæ, in pectore tam florigero vt horto comparetur? Nulla in eo radix amaritudinis sursum germinans, per quam horti huius impediãtur deliciæ. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, non inuenietur in eo. Denique ipse pluantauit hunc hortum voluptatis, vt solus operetur & custodiat illum. Gemino quidem operatur modo, plã M
tans, & purgans. Plantat, vt sit omne ei semen verum: purgat verò, vt fructum plus afferat. Et plãtatur vt semen verũ sit, & purgatur vt semiplenum non sit. Quid proderit plantatio facta ad veritatem, si purgatio desit ad vbertatem? Nihil confert cultura diligens disciplinæ, si custodia desit. Neutro destituitur qui assimilatur horto, & horto concluso. *Hortus conclu-* *Ibidem.*
sus soror mea sponsa. Male hortum, in quo positus erat, custodiuit Adam cõtra lubricum fraudulenti serpentis ingressum. Iucundus quidem ille corporalium paradisus lignorum, sed ego multo meliorem in eius animum plantatum intelligo. Nihil obfuisset in illum corporalem irrupisse, si non irrupisset in istum. Admissus est coluber, & statim eius persensit ve- *Eccle. 10. b*
nena. Qui enim dissipat sepem, mordebit eum coluber. Bona custodia sepes, quæ culta ab incultis separat, & seruat illæsa. Circũda ergo hanc horto tuo sepẽ, ne si fuerit ablata sepes, destructa maceria, in direptionem & conculcationẽ fias. Non erat ille reclusus hosti: electo & exuli inde quàm grauiter est intercluſius? Cum difficultate regreditur vnde incauta facilitate prolapsus est. In sudore vultus pane vescitur suo qui in paradiso de vitæ ligno ad libitum poma carpebat. Hic vescitur pane suo, ibi vitę fructibus. In paradiso produxit dominus omne lignum pulchrũ visu, & ad vescendum suaue. Laborat in terra electus Adã: non dominus, sed ipsa terra spinas & tribulos germinat operanti. Paradisus gratis dat fructus suos: terra laboran-

A laboranti nec suos. Commutatio misera, sed tu domine per-
Psal. 72. d dis (& iuste) omnes qui fornicantur abs te. Iure perditur, qui tam charas necessitudines perdit fornicando: nec ultrà meretur hæc blandimenta audire, vt vocetur soror, vt sponsa, vt hortus, & hortus cõclusus, qui neminem nisi dilectum admittit. Porta paradisi tui semper clausa sit, soli principi pateat. Nõ deiiciatur in securi & ascia ianua eius. Vnus sit aditus, & is commissus Cherubin. Nihil admittatur nõ examinatum prius gladio flammeo, nihil quod verbum dei reprobet, quod non approbet charitas, quod non ad perfectionem & plenitudinem legis accedat. Plenitudo ergo scientiæ Cherubim, & plenitudo legis charitas, in qua omnia concluduntur mandata. Hæc sit tibi custodia flammea, vt quicquid irrumpere indignum tentauerit, sub momento & non lentè consumat. Nunquid non commode dilectioni est adsignata conclusio, quæ sponsæ semper constringit affectus, & concludit in idipsum, ad interiora semper conuertens, vbi deliciæ eius sint esse cum filio dei? Bonus dilectio murus: sed habet hic murus antemurale. Dilectio quasi murus est, antemurale regularis districtio. Illa cogitationes sanctas & affectus dulces includit: hæc occasiones delinquendi repellit & excludit. Hæc opportunitatem vacationis ad amoris præstat officia, illa perfruitur. Ille
B murus gratus est: hic necessarius. Ille te cœlestes inter delicias claudit: iste proscribit mundanas. Si tibi votiuum est cor tuũ velut hortum deliciarum præstare Christo, non egre feras hoc
Cant. 4. d antemurali si concludaris. Delicias perdere vult quas habet (si tamen habet) qui de munitione submurmurat. Hortus nescit esse, qui non vult esse conclusus. *Hortus conclusus fons signatus. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus.* In tribus huius horti laudes absoluit, conclusus, & irriguus, & aromaticus. Primum securitatem cõfert: secũdum fertilitatem: tertium & ad germina quæ producit, respicit, & ad gratiam. Nonne nobis gratus hortus iste videtur tam integer, tam vber, tam vtilis? Nec tantùm vtilis est, sed aromaticus, & abũdans deliciis. Quis nostrum has ad se laudes audeat attrahere? Quis hæc sibi dici blandimenta præsumat? Atque vtinam sicut irrigationem & germinationẽ optamus aromatum, sic concludi signarique non detrectemus. Non enim immissiones illas aromatum producit nisi hortus conclusus, & fontis signati fluentis irriguus. Signetur ergo fons tuus, vt nõ effusione prodiga totus exiccetur, signetur vt ad irrigandum tibi sufficiat. In plateis tuis aquas tuas diuide, habeto eas solus, vt non sint alieni participes tui. In plateis inquam, sed in tuis aquas diuide, vt virtutum aromata tibi accrescant, ac si iuxta
Iacob. 4. a aquam in plateis. Quomodo nõ erit fons signatus, qui de fonte illo vitæ profluit quem signauit deus pater? Qui, inquit, biberit de aqua hac quam ego do, fiet in eo fons aquę salientis in
C vitam æternam. In fonte hoc, quem signatum vocat, signatam quandam & spiritualem, & propriam, & à seculari seiunctam doctrinam intellige, aut doctrinam aut certe deuotionẽ privilegio dulcedinis signatam, & quasi singularem, copiosè fluentem & iugiter. Hæc est quæ omnia virtutum læta reddit genimina. Hæc est fortium operum exhilaratio, ac si quædam irrigatio ossium. Gaudium enim cordis exhilarat hæc singularis & insignis deuotio in Deum, quasi fons signatus & proprius, segregatúsque in hoc ministerium, vt cor sponsæ ac si hortum quendam irriget in sponsi delicias. Signetur ergo vt non fiat
Prou. 25. d iuxta quod scriptum est, fons tuus turbatus pede, & vena corrupta. Alioquin nescit tuus dilectus de puro fonte potare. Signatum est, inquit, super nos lumen vultus tui domine, dedi-
Psal. 4. a sti lætitiam in corde meo. Lætitiam ad irrigationem deflecte.
Psal. 64. a *Cant. 2. b* Deniq; in stillicidiis fontis hortus lætabitur germinans. Nónne recolis de Genesi quòd fons ascendebat & irrigabat totam faciem terræ? Adhuc terra dedit fructus suos, nondum nouit spinas & tribulos. Quis dabit hortulo meo hanc aquam, & areolis meis hunc fontem signatum? Quis dabit vt tota hortuli mei facies irrigua sit lætitiæ & lucis riuulis, nihil in eo aut sterile sit, aut quadam indeuotione triste? Vicina sterilitati videtur operatio tristis, & spiritualis gaudij carens irrigatione. Denique & si quid nascitur, quasi radix ascendit de terra sitienti. Quasi radix, non quasi flores, non quasi fructus. Quasi radix, hoc est, aut parum aut nihil plus habens in radice. Ideo fontis inducta est mentio, vt germina læta credas erumpere in horto irriguo. Et est equidem hortus cuius aquæ fortuitæ D
sunt, & quasi de foris ascitæ, non perennes, non propriæ. Bonus autem hortus, cuius fons in ipso nascitur. Fons signatus & proprius. *Fons*, inquit, *& fons signatus*: id est iugiter intus erumpens, & non valens corrumpi. Fons, quia vbertim fluit. Signatus, quia nequaquam peressluit. Aut ideo dicitur fons signatus, quia & si aliis alij fontes sunt, sorori & sponsæ specialis est fons & proprius, & quadam prærogatiua signatus. Bonus omnino fons sapientiæ, sed adhuc sub signaculo nobis emanat, dulciter sapit, sed nondum dilucide scitur. Signatus est, & clausus sub figuris. In Apocalypsi liber ostenditur in ma- *Apoc. 5. a*
nu sedentis super thronum, signaculis septem signatus. Vtriusque ratio & fontis & libri ad sapientiæ spectat intellectum, sed vterque signatus est figuris, & ænigmatibus inuolutus. Signatus est, quibusdam enim nobis intimatur indiciis, & occultatur in ipsis: & sicut in Apocalypsi libri signati legis apertiones: ita & hic signati fontis, emissiones. *Emissiones*, inquit, *Cante. 4. d*
tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Fons iste signatus quidem est, sed exiccatus non est, cuius tam gratiosæ sunt emissiones. Signatus est fons sapientiæ, sed ab emissio- *Zach. 13. a*
nibus eius cognoscetis eam. Erit, inquit, fons patens domus Dauid in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Ille patet, hic signatur. Ille abluit, hic alit. Ille lauat, hic rigat. Ille purgat delicta, hic producit delicias. Ille communis multorum, hic E
specialis est sponsæ. Ibi remissiones fiunt, hic emissiones. In psalmo pro octaua vide quomodo primò lectum lauat, deinde rigat. Non enim est satis à fœditate lauari, nisi & fœcunditas sectetur. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum.* Ita Iesu bone, ita est. Emissiones istæ, immissiones sunt tuæ, immissiones per angelos bonos. Non posset tales emittere delicias: nisi tu intrinsecus delectationes aquæ viuæ immisisses. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, dedisti *Psal. 4. b*
lætitiam in corde meo. Signatum est super nos, quod desuper nobis impressum est. Cui diuini luminis imago desuper imprimitur, intus in corde lætitiæ spiritualis vbertas exprimitur. Ideo gloriosæ emissiones filiæ regis abintus sunt. Emissiones tuæ paradisus. Non sunt exiguæ deliciarum intrinsecus copiæ, de quibus integer paradisus emirritur. Vtrunque habes, & paradisum conclusum, & paradisum emissum. Ille est in puritatis affectibus, hic in actibus pietatis. Ille intus est, hic de illo procedit, & probat illum. Vtraque delectabilis est, & conscientia, & conuersatio sponsæ. Omnia enim proponit vtiliter, & disponit suauiter. Ideo quasi paradisum quendam cernas in eius habitu & opere exteriori, dum honestas placet in singulis, & series in collatis, & suauitas in dispositis. Modeste & in tranquillitate omnia agit, vt virginalis in ea verecundię non violetur serenitas. Denique & paradisi dotes enumeraturus incipit à verecundia, in eius designationem F
propter colorem simulem punica mala proponens. *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum.* Potest & in malis punicis martyrum intelligi patientia, eo quòd proprio sint sanguine rubricati. Et bona pudicitiæ comes patientia, quæ in laude sapientiæ sibi connectuntur, sicut scribitur: Sapientia *Iaco. 3. d*
quæ de sursum est, primò quidem pudica est, deinde pacifica. Pudicitia modeste se & pro dignitate temperat: patientia alienam immodestiam æquanimiter portat. Illa proprios motus informat, hæc alienos impetus infringit. Illa decor est, hæc fortitudo: ideo dicitur, Fortitudo & decor indumentum *Prou. 31. d*
eius. Primò (inquit) pudica est, deinde pacifica: & post aliquanta subiungit: Plena operibus bonis. Bonum est enim *Iaco. 3. d*
persecutionem pati, sed propter iustitiæ fructus. Ideo emissiones eius malorum punicorum sunt, sed cum pomorum fructibus. Bona quidem pudicitia: sed si ociosa non est, non affectata, non ficta, sed fructum afferens in patientia. Illa disponit suauiter, ista protegit fortiter. Illa modesta, hæc longanimis. Ideóque his duabus nunc annectuntur quasi consummatio & finis operum fructus pomorum. Transeundum iam erat ad arborum aromaticarum dispurationem, ad delicatiores species, ad emissiones cypri cum nardo: nisi mala punica odore nos adhuc traherent, & festinantem ad alia retineret sermonem. Nos malorum punicorum parabola respicit, qui regulares celebramus conuentus, qui sub vno continemur ordine quasi grana sub cortice. Atque vtinam hæc grana imi-

Gremur, similiter in cohærentia cordis vnanimes, sicut in conclusione quadam ordinis. Penè indiscreta facie huius sibi mali grana cohærent, numeri singularitate magis distant quàm specie: discamus & nos ab inuicem numero differre, non animo. Non rixantur inuicem, non contra corticem murmurant, non tentant illum perrumpere, patienter sẽ sinunt eius quasi
Psal. 132.a aluo concludi, vt quodammodo dicere illud videantur: Ecce quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnũ. An non fratres, in hoc ordine nostro, ac si in cortice punico passionis Christi per imitationem color rutilat? Denique venit quædam huius mali grana sunt, qui sibi natiuum dicunt sub disciplinæ corio contineri, qui non tam premi se censent, quàm protegi. Absit amor proprietatis absit amor priuatæ potestatis, & huius te mali granum exhibes. Discant alij nostro inuitati exemplo quàm bonum sit & quàm iucundum habitare in quodam horto communionis, & sub munimine corticis. Charitas vniat, & cortex muniat. Quod videtis, ordinata collegia, tot intelligite velut quædam mala punica, quæ de fonte fluxere baptismatis. Denique credentium (vt legimus)
Act. 4 erat cor vnum, & anima vna. Ex illis quasi granis tanta rum congregationum ordinate & vnanimiter viuentium mala punica prodierunt. Illos primos credentiũ conuentus non adstringebat adhuc institutio ordinis, sed instinctus amoris. Non modo ducebant vtile, non modo bonum, sed etiam iu-
H cundum habitare in vnum: sicut vngmentum quod descendit in barbam, barbam Aaron: in oram vestimenti ab ipso capite Christo Iesu: qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XXXVI.

Cant. 4.d *Vel Cyperi: al. caphoræ* EMISSIONES tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis.] A cypro incipiendum est. nam ibi terminauimus. Septem hic annumerantur arbores aromaticæ, quæ dicuntur emitti de fonte signato. Et quidem verba hæc videtur verba libri signati. Ita est, signata sunt, & obserata. Quid nobis Iesu bone, sponsæ tuæ landes proponis, si non quid virtutis intus continent, ipse depromis? Tu tenes clauem huius horti concluſi, tu signasti, tu signa, tu solue: tu inquam solue septem ista signacula. Nemo nouit quæ sunt illa intima sponsæ, illa abscondita tua, quibus adimpletus est venter tuus. Nemo nouit illa nisi tu, & cui volueris ipse reuelare. Vtinam & nos simus, qui facie reuelata gloriam sponsæ, quæ ab intus est, speculari possimus. Magna gloria eius in mysterio tam numeri quàm nominum istorum. Et quidem hic quantum donante domino quimus inspicere, septenarij sacramentum, aut spiritualitatem
I aut vniuersalitatem indicat gratiarum. Id enim frequẽs & vsitatum est in sacris literis, vt septenarius numerus interpretetur dona illa quæ perfecta sunt, & quæ desursum sunt. Diui-
1.Cor.12.a siones gratiarum sunt, & diuisiones ministrationum sunt, & diuisiones operationum sunt: idem autem spiritus diuidens singulis prout vult, Alias aliis diuidit, sed in sponsa quasi colligit & confert vniuersa. Non particulatim diuiduntur illi, quasi diuisa sint in illa. Aliis etiam diuidit & donat, illi nõ tam diuidit, quàm totũ donat: nisi in hoc eum diuidere illi intelligas quod selectim & prærogatiue confert illi, vel in eodem genere gratiarum amplius, vel specialiter in alio. Posset alias arbores aromaticas enumerasse, sed sufficit septem, propter eam quam diximus vel spiritualitatis vel vniuersitatis significantiam. Nunc arborum istarum nomina & naturas in discussiones adducamus. Et sub vmbra istarum immorari iucundum videtur, & fructus earum dulcis erit gutturi nostro. Vmbram, figuram ipsam intelligo: fructum, veritatem earũ. Quomodo non dulcis sensuum fructus, quando ipsa verborum grata sunt folia? Et scitis quãtam auditui nostro dat affectionem tam dulcium frequentia vocabulorum. Poterant ad permouendum affectum ista sufficere. Sufficit quidem affectui simplicitas, ista nam intellectui sufficere nequit. Mos gerendus est ipsi, qui pasci vult sensuum veritate. Dulciter audi-
Cant. 4.d tur hæc dulcium inculcatio verborum. *Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinamomum, myrrha & aloe.* Absit autem vt non multo dulcius intelligantur. Magnæ sunt cor- K porales in arboribus enumeratis deliciæ, sed quanto maiores spirituales sunt quæ figurantur in istis? Emissiones (inquit) tuæ *Ibidem.* paradisus malorum punicorum sunt: sunt etiam cypri cum nardo. Bonus enim ordo, post labores patientiæ, post verecundiam pudoris ad vngventa proficisci, & vngventa regalia. Nam & de cypri semine regale confici solet vnguentum: & quia in malis punicis regularem interpretati sumus vnanimitatem, consequenter his verbis & vnguentis regiis excellentem quandam sublimitatem intellige. Qui se (inquit) hu- *Luc.14. & 18.c* miliat, exaltabitur. In patientia & in vnanimitate quid nisi humilitas? Humilitas nec contra iniuriantes tumet, nec supra consortes se tendit. In malis ergo punicis humilitas, in cypro sublimitas. In illis labor, in his deliciæ. Cypri (vt aiunt) semen decoqui oleo solet, vt vnguentum exprimatur ex eo. Alij seminant in lachrymis, sed sponsa in oleo. Semina nostra, opera nostra sunt. Hæc si habent hilaritatem, quasi in oleo decoquuntur. Non satis est oleo intingi, nisi sint cocta & confecta in oleo, & quasi in ipsum oleum conuersa. Quod in oleo calente decoquitur, olei ipsius imbuitur natura. coquuntur & conficiuntur semen cypri & oleum in vnam vnguenti qualitatem. Mira quidem confectio laboris & lætitiæ, eo mirabilior quòd in labore non labor, sed lætitia sola sentitur. O L pus enim exultationis in oleo decoctum, in eius transit naturam. Opus ipsum (vt sic dicam) obliuiscitur opus se esse, dum amoris pinguedine totum inficitur. Sed ipsa interior exultatio de opere capit augmentum: sic enim & oleo semen contofert, & oleum semini, quando cum exultatione operatur sponsa, & de ipso opere magis exultat. Vnguentum hoc regium *2.cor.9.b* est. Iesus ipse libenter ex hoc inungitur. Hilarem enim datorem diligit deus. Etsi vnxit eum pater deus spiritu & virtute, etsi vnctus est oleo lætitiæ præ consortibus suis: vult tamẽ à consortibus suis vngi, & deuotionis nostræ optat vnguentum. Quis dabit mihi tantam olei copiam, in qua omnes operum meorũ fructus decoqui possint, & cor meum totum cõfrigi? Euangelista Ioannes sub typo vitæ contemplatiuæ, sub sponsæ figura, in plenũ oleo feruente dolium descendit. Quis dabit mihi tantam abundantiã olei & olei feruentis, vt totus immergar & confrigar? Quis dabit mihi tantam abũdantiam olei & seminis cyprini, vt vnguentariæ confectioni sufficiat? Non omne semen hæc olei decoctio recipit, nõ omnem vult fructum. Denique non omne opus contemplationis immteri lætitiæ potest. Opera exterioris sollicitudinis, & vsus cõtemplationis confici simul non possunt, nec in vnam coagu- *Gal.5.d* lari qualitatem. Quos ergo fructus hæc confectio recipit? Illos plane quos Apostolus enumerat: Fructus autem spiritus gaudium, pax, patientia, longanimitas, fides, mãsuetudo, mo- M destiã, continentia, castitas. Hi fructus cum oleo contemplationis conueniunt, & quasi in vnam coëunt naturam. Sed & illud semen huic confectioni maxime conuenit, de quo legi- *Luc.8.b* tur: Semen est verbum Dei. Denique & semen cypri cum manna similitudinem quandam habet, in quo verbum dei figuratũ accipimus. Vtrũque enim & manna & cypri semen al- *Psal.18.b* bum est, & simile semini coriandri. Lex enim domini immaculata est. Hæc nõ vult aqua secularis discuti sapientiæ, non eius assertionibus firmari, sed oleo spiritus, vt spiritualis sensus, vt vnctio spiritus exprimatur ex ea. Huius meditatio & contemplationis lætitiæ facilime eommiscetur, cum sibi cõiungitur verbi studium, & gratiæ oleum in contemplatione: & dum illud per istam decoquitur, facilime ex hac confectione spiritualis exprimitur intelligentia, & vnctio quæ docet de omnibus. Et vide quia non ait simpliciter cypri: sed cypri cum nardo. Nardo se dominus fatetur præunctum in sepulturam. Quid ergo in nardo, nisi mentis quietem intelligis? Ideo cum cypro iungitur, eo quòd omnis contemplationis vsus quiete mentis indigeat. *Cypri* (inquit) *cum nardo nardus & crocus.* Bona connexio. Crocus enim flos quasi aurei coloris ad sapientiæ rutilum refertur colorem. Ergo in cypro intelligitur vestigatio, in nardo vacatio, in croco visio sapientiæ. Iure nardus ponitur in medio vtrique necessaria, id est vestigationi & visioni. Nam nec inuestigari sine vacatione mentis veritas potest, nec videri cum inuenta fuerit. Accipe ergo in cypro studiũ, in nardo ocium, in croco vtriusque

Ausque fructum. Noli decætero sponsa, noli dicere quia fusca sim, noli amplius te decoloratam vocare. Iam enim sponsi ipsius testimonio croceo colore resplendes, quæ crocum immittis. Bene croceo nitet colore, quem non infuscat fatuitas, quẽ non tædij & deficientis animi moribundus pallor inficit, sed sapientiæ fulgidus, & rutilus charitatis color exhilarat. Si velimus hæc ad Christi personam reflectere, congrua plane interpretatio sequitur. Quis magis oleo decoctus est gratiæ? Ipse in manna intelligitur, ipse seminis cypri speciem tenet, ipse passionis cruce pressus, sacramenta salutis & vnguenta gratiæ profudit: ipse in cypro patitur, & in nardo sepelitur, & de corde terræ resurgit in croco. Quasi nouus flos & rutilus quando per resurrectionem eius caro reflоruit. Et fortasse in fistula ascendit ad cœlum. Hæc enim arbor in altum excrescit,
Ioel.3.a & sponsa eius quasi compatitur in cypro, consepelitur in nardo, & in croco consurgit, Quid ergo consequens est, nisi vt
Cant. 4.d coascendat in fistula? Si enim consurrexerit sponso, quæ sursum sunt quærere debet, quæ sursum sunt sapere, vbi sponsus eius est in dextera Dei sedens. *Fistula & cinamomum.* Fistula exurgit in altum, cinamomum parum quidem exurgit à terra. In fistula altum cernit, sed in cinamomo altum non sapit. Illa ascendit, istud condescendit. Fistula est quando sponsa excedit deo: cinamomum quando contemperans est nobis. Etsi se contemperat, totum tamen est spirituale quod profert. Ci- B namomum enim cum frangitur, visibile spiramẽtum emittit.
Marc.14.c Quando frangitur, nisi cum aperitur, cum exponitur? Sic enim Iesus cum accepit panem, fregit & dedit. Tunc ergo doctor contemperans seipsum quasi frangit, cum se cœperit aperire, vel audiri: cum euiscerare illa quæ intus de supernis latent secreta: cum memoriam abundantiæ suauitatis eructat. Hoc est quòd cinamomum fractum visibile dicitur spiramentum emittere. Quare spiramentum, & quare visibile? Spiramẽtum, quia spiritualia sunt quæ dicit: visibile, quia manifeste docet. Qui enim in sublimibus ad ludicra & vanas fabulationes prolabitur: non condescendit, sed cadit. Fractè quidem loquitur, sed spiramentum suaue non emittet. Quasi fistula, quæ crescit in aquis, ita inter orationum lachrymas exurgit in altum. Pulchra ascensio. Sed vide vt descensus cinamomo sit similis. Cum te ab ascensu illo & excessu aliqua rationabilis causa reuocat & restringit, esto velut cinamomum. Colloquia tua, conuersatio communis gratiam spirent. Et si de voluntate tua, & proposito aliquoticns reflecteris, ad senioris arbitrium reflexa & quasi fracta sit voluntas, non murmur resonet, non querimonia: esto cinamomum confractum: visibile spiramentum emite, eo quòd virtus humilitatis in infirmitate vexationis & velut fractionis proficit & probatur. Et spiramentum & visibile dicitur. Spiramentum, quia tranquillitas
C seruatur in corde: visibile, quia relucet in facie. His annectit & omnia ligna Libani. Et vide quòd nulla nisi Libani ligna
Cant. 4. d ponit, nec aliqua quæ sunt Libani prætermittit, *Cum omnibus*, inquit, *lignis Libani.* Ligna Libani & imputribilitatem habent, quia cedrina sunt: & puritatem, eo quòd sunt Libani. Sola Ecclesiæ ligna sunt quæ habent mysterium fidei in conscientia pura, & quandam quasi imputribilitatem continentiæ: sola eius ligna & puritatem & perpetuitatem habent. Bo-
Prou.31.d num plane lignum vit ecclesiasticus, in quo concurrunt & obuiant sibi fortitudo disciplinæ, & decor fidei. Fortitudo & decor indumẽtum eius. Erumpunt his diebus ligna quædam, quæ non plantauit pater cœlestis, ligna quæ non sunt plantata in Libano nostro. Fortitudinem prætendunt operis, iniuria-
ad Tit.1.d rum insensibilitatem, parsimoniæ tolerãtiam. Cedrina videntur, sed Libani non sunt, quia immunda est eorum mens & conscientia. Infidelibus enim nihil est mundum. Fortitudo quidem quę ostentatur & viresc it in conuersatione, in confessione putrescit. Quod ibi quasi fulget, hic fœtet. In opere quidem videtur pietas, in interrogatione infidelitas putret. Forti-
Iob.42.e tudo lapidis, fortitudo eorum, & caro ænea est: scilicet non degenerant à patre suo, de quo in Iob scribitur: Induratum est cor eius quasi lapis, stringitur tanquam malleatoris incus. Male fortes sunt non pro fide, sed contra fidem. Non enim emolliuit omnipotens cor eorũ, non emolliuit, nõ emundauit, nec
Rom 14.d fide candidum fecit: ideo non sunt Libani ligna. Omne quod non est ex fide, peccatum est: quomodo non magis quod est contra fidem? Non sunt ligna Libani, quæ fidei non irrigãt pu- D ritas. Steriles sunt virtutes, quæ non fœcundantur per fidem: sed ipsa fides sine virtutibus mortua est. Candorem eius nulla incontinentiæ fœdat putredo. In ecclesiasticis lignis vtraque obuiant sibi, forma fidei, & operis fortitudo. Talis cedrus nostro plantatur in libano. Hic est & alibi non est puritas fidei, & perpetua & quasi incorrupta perseuerantia virtutis. Hic enim emittitur myrrha & aloë cum omnibus primis vnguentis. Hæ species ea etiam quæ per se corruptibilia sunt, à corruptione illæsa seruare noscuntur. Quid enim hæc post ligna Libani vnguenta produceret, si nihil in eis esset distantiæ? Nam etsi videntur similia, distinctionem tamen recipiunt. Illa enim, id est Libani ligna, incorruptibilitatem in se habent: ista, id est myrrha & aloë, non habentibus exhibent. Illa imputribilia sunt, ista imputribilitatem conferunt. Bonum ergo lignum, & vere plantatum in paradiso domini, in monte illo egregio, in monte Libano, quod & ipsum se continet ne per illicita defluat, & sermonis sui myrrha à tali fluxu alios reddit immunes: cuius corpus quasi cedrinum est, & à labiis myrrha distillat. *Myrrha*, inquam, *& aloe cum omnibus* *Cant.4.d* *primis vnguentis.* Possumus quidem & hæc ad quatuor cardinales virtutes interpretando deflectere, si intelligamus in cedro fortitudinem, in Libano fidem, quę ipsam prudentiam informat: in myrrha temperãtiam, continentiam & iustitiam: in aloë puritatem. Nam huius arboris gummi dicitur stomachũ E purgare. Per myrrham ergo exteriora constricta sunt, per aloë interiora in hypocrisi ficta non sunt. Habes iam in his hæc quatuor expressa. Primò constantiam, ne ad tempus credas, & in tempore tentationis recedas. Denique prudentiam, vt sit rationabile obsequium tuum. Sic myrrha mortificandæ carnis sequetur, cum habueris zelum secundum scientiam. Quarto loco aloë, cum ipsum cor offertur & adoletur, vt simul sit & in myrrha mortificatio carnis, & in aloë emundatio conscientiæ ab operibus mortuis, ad seruiendum deo viuenti: ne simus seruientes ad oculum, nec quasi hominibus placentes, sed magis deo. Nónne beata vere sponsa, cui tot blandimenta dicuntur? Multum immissum est ei, qui tot emittit munera grata dilecto. Nam in his omnibus ipse gloriatur, & sponsæ suæ applaudit muneribus Iesus Christus: qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XXXVII.

FONS *hortorum, puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de* *Ibidem.* *Libano.*] In capituli principio istius fons dicta est sponsa, & nunc in fine fontis eam impartit vocabulo dilectus suus. Ab vbertate inchoat, & in senecta vbere multiplicatur, origini finis respõdet. Multæ sunt emissiones eius, sed ipsa emissionibus non exhauritur. Non aresci t mora, non exiccatur emanatione. F In initio huius capituli dicitur fons signatus, hic innuitur non exiccatus. Ibi quales sint emissiones eius, hic quam sint indefessę, docetur. Copiosi ex hoc fonte riuuli gratiarum emanant, & semper tamen fons manet. Ab eo in quo inchoat non se cohibet: ideo hic & ibi fons dicitur. Sed & iam vide quo in loco eius aquæ fluunt: vbi, nisi in hortis? Fons enim est hortorum, & delicate fluit, qui non ab hortis egreditur, qui non lauat, sed rigat. Cuius in hoc omnis vsus est, non vt auferat fœditatem, sed vt fœcunditatem afferat. Bonus quidem fontis vsus mundare, sed melior fœcundare. Ille abluit inquinamẽta? iste quasi ablutione quadam, gratiarum comportat augmenta. Ille germina lota reddit, hic læta. Ille patens est in ablutionem peccatoris & menstruatæ: hic signatus deliciis sponsæ. Tota pul- *Cant. 4.b* chra es amica mea, & macula non est in te. Ideo non nisi fons hortorum dicitur fons deliciarũ. Deniq; quàm varius & multiplex est cœlestium deliciarum modus, tantus videtur & numerus hortorum. In alio rubent rosæ, in alio candent lilia, colorémq; flores violę purpureum reddunt. Tot horti sunt quot virtutũ plantationes simul collectæ? vbi tantùm flos vnus est, quis ibi hortum esse diffiniat? Sic nec vna castitatis plantatio, nec vna iustitiæ, horti potest integritatẽ explere. Salomon qui delicatus & tenellus dictus est, ipse sibi fecit hortos & poma- *Eccles. 2.a* ria, consecit ea cuncti generis arboribus. Non arbore conseui, inquit, sed arboribus: nec vnius generis, sed cuncti gene-

Gtis. Extruxi, inquit mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſylvam lignorum germinantium. Dies quidem in deliciis, qui nó rara ligna, & quæ præ paucitate nnmerari & ſcribi poſſét, ſed integram poſſedit ſyluam lignorum germinantium, In horto quippe ſapientis nihil ſterile, nil non germinás. Sic & ſponſa plures habet hortos, & cúctigeneris virtutum copioſe virgultis eſt conſita. Et in ſequentibus ſponſæ ſponſus applaudit dicens: Quæ habitas in hortis, amici auſcultant te. Fac me audire vocem tuam. Iure omnino. Quid enim niſi dulce auſcultare illi, quę in hortis moratur, & de hortis loquitur? Nó auditur foris vox eius, nec extra hortum: ideo amicus eſt qui in hortis cómoratur cum ea. Nec tã in hortis eſt quàm hortus ipſe. Ipſa hortus, & ipſę fons, huius hortos doctrinæ ſuæ fluẽtis irrigãs. Felix ſpóſa qnæ non habet niſi hortos irrigare. An non in hoc frequenti cóuentu tot horti quot animi? propter vnanimitatẽ hortus vn⁹ propter differẽtes gratias horti plures. Vtinam in his hortis nulla radix amaritudinis ſurſum germinet, nullum ſit lignum inutile, nullum quod hortum ſpóſæ dedeceat, nullus ſit hic hortus olerum, quia olera herbarum cito decident. Qui enim, inquit, infirmus eſt, olus manducet. Vos autem oleribus non indigetis quaſi infirmi. Quod enim infirmum eſt in vobis, fortius eſt ſecularibus. Illorum infirmitas quieſcit in licitis, ad perfecta veſtra laborat. Illorum infirmitas eſt vti conceſsis: veſtra quidem circa perfectum ſubſiſtere. Quid eſt in vobis eſſe infirmum, niſi non eſſe perfectũ? Quid eſt in vobis eſſe infirmum, niſi ſummum non apprehendere? Et quid forte, niſi vt apprehendatis contendere? Ideo infirmum noſtrum fortius eſt ſecularibus, & (vt ſic dicam) melior eſt infirmitas monachi, quàm ſecularis beneficiens. Opera quæ penes nos putantur infirma, quanti crederentur ſi ab ipſis fieri uiderentur? Perfectorum ſolidus cibus eſt: quot tamen in nobis imperfecti ſunt, eſum olerum dedignantur! Quæ ſecularibus licent infirmis, noſtris nec exhibentur, nec ipſi exigunt. Apud nos perfecta profeſsio, quannis infirma expletio. Perfectæ plantationes, ſed incrementa infirma. Irrigandæ ſunt vt creſcant, ſed ſpiritualibus aquis. Paulus bene nouit quibus aquis quemlibet hortum irriget. Coniugatis, copulæ maritalis vſum diſpenſat: conſolatur pusillanimes, ſuſpicit infirmos, carnalibus potum lac præbet, ſapientiam loquitur ſpiritualibus, qui diiudicant omnia, ſapientiam autem non huius ſeculi, ſed quæ ex deo eſt ſapientiam abſconditam in myſterio. Et ſi quis alius loquitur decorem dom⁹ domini, locum habitationis gloriæ eius, thalami delicias, gaudium quo gaudet ſponſus ſuper ſponſam, & quo vicißim ipſa gaudens gaudet in domino: plane hic hortum olerum irrigare talibus debet aquis. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Et omnino quiſquis ſpiritualiavel agenda præcipit, vel intelligenda proponit, nónne tibi videtur aromaticis in hortis quaſi fons purus manare? Et bene purus, cui non eſt neceſſe inter auditorum perfectionẽ, qui in hortis auſcultant, niſi de ſpiritualis vitæ puritate diſputare, & quaſi paradiſi incolis de paradiſi propinare fluẽtis, iuxta hunc ſenſum: hortum, auditores intellige: fontem, doctores. Sed ſi fons ſint, quomodo puteus? Noſtis enim quantum inter ſe diſtent hi noti fontes & putei. Puteus infoditur, fons gratis fluit. In illo aquæ recóditæ ſunt, in iſto quaſi propoſitæ, & ſeipſas offerentes vltro. Magna eſt in iſtis differentia, nec poſſunt vtraque in alterutris inueniri. Non poteſt vel fons putei vel puteus fontis propria & domeſtica vendicare ſibi: vterque naturæ ſuæ continetur limitibus. Corporalia & terrena anguſta ſunt, ſpirituales abundant diuitiæ. Ad ſpiritualia ſi referamus iſta, in eodem erit inuenire fontem & puteum, & alterutra ab inuicem propria communicari. Communicemus ergo hæc ſi vultis inuicem propria, & in eodem adſignemus vtraque. Accipiamus in fonte ſufficientiam doctrinæ, in puteo ſecretum: In illo abundantiam, in iſto alta myſteria. Et quidem bonus doctor qui quaſi de quodam alto puteo, ita de abdito ſapientiæ theſauro copioſe profert noua & vetera, puteus eſt: quia quæ Dei ſunt, nemo nouit niſi ſpiritus Dei. Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda dei, & quaſi fons quidã producit in mediu, & virtutũ horros irriguos reddit. Habetis ergo in puteo occultationem, in fonte copiam. Profuſionem in fonte, & ſenſuum profunditatẽ in puteo. Puteus altus eſt, ſed non indiget hauritorio. Fons eſt, & gratis fluit. Qui ſitit, veniat & bibat de aquis ſponſæ, de aquis Berſabee, vt nouus ex ea Salomon nascatur. Et Berſabee puteus ſeptimus interpretatur: id eſt, puteus quietis, puteus ſapientiæ. Nam ſapientia in ſpiritualium catalogo munerum aſcendẽti ſurſum ſeptima occurrit. Sicut & puteus ſapiẽtiæ, ita & fons ſapientiæ legitur. Et forte in his duobus geminus eius modus exprimitur. Vnus qui fit per inueſtigationẽ, alter qui fit per inſpirationem. Fontis aquæ vltro prorumpunt. In puteo verò terræ perrumpitur moles, & ſoliditas penetratur, vt ad aquã viuam pertingas. Vtraque alteri neceſſaria eſt, & induſtria gratiæ, & gratia induſtriæ, & vicariam opem ſibi communicant. In vanum enim laborat qui puteum fodit, ſi non ipſe fons vitæ gratis affluat. Sed & tibi gratis foderis puteum, & receptaculum aquarum præparaueris, ſi fuerit neglectus puteus tuus. Et ſi tu ſqualeas, nõ deſcendent in illum aquæ viuæ, non fluẽt impetu de Libano. Aquæ quæ deſcendunt de Libano, neſciunt colligi niſi in puteum candidum. Et aquæ quæ cum impetu fluunt, volunt puteum habere capacem. Altum & capacem efficies cordis tui puteum, ſi curas terrenas egeras, ſi locum efficias in animo tuo lætitiæ ſpirituali, ſi os tuum aperias vt attrahas ſpiritum, & fluant in ventrẽ tuum flumina aquæ viuæ. Ad hoc opus præparata ſunt foramina tua in die natiuitatis tuæ, ſicut ſcriptum eſt de principe Tyri. Capacitas intelligentiæ naturalis, qna in die creationis præ cæteris animantibus priuilegiatus es, ingentis receptaculi vicem tenet ad comprehendendas contendásque aquas viſionis & vitæ. Legimus enim viuentis & videntis puteum. Qui ſi poſt peccatum vitiũ vel innatis, vel ſuperadditis obſtrulus videtur, aperiat illum fides, ſpes in altum inſtanter defodiat, dilatet amor, ocium & exoccupatio cohærere ſitu turpi non ſinat, Siquidem feriatas mentes ab anxiis curis volunt habere feſtiua gaudia, & vacationem ſibi vendicat viſio dei. An non tibi quidam puteus altus videtur ille, in quo reconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei? An Mariam quaſi puteum aquæ puriſsimæ inficiaberis, quæ conſeruabat omnia verba de Chriſto, conferens in corde ſuo: Eſto & tu talis puteus pro modulo tuo, puteus altus & amplus. Iſaac poſt calumniæ puteum, poſt puteum inimicitiarum, poſt hos inquam duos puteos relictos, duos puteos effodit puteum latitudinis, & puteum ſatietatis. In illo cœpit non rixari cum vitiis, in iſto cœpit fructu deliciari virtutis. Noluit cum Philiſtæis puteum habere communem, qui interpretentur potione cadentes. Puteos inimicitiarum & calumniæ reliquit Philiſtæis. Corruunt planè, qui bibunt de erroris & ſchiſmatis puteo. Tales puteos fodiunt auctores, bibunt auditores. Sic confodit Arrius, ſic Donatus. Alter fidei calumniam induxit, alter fraternitatis copulam in partes diduxit. Ille trinitatis æqualitatem hæretica M diffinitione diſtinxit, gradibus: iſte Eccleſiæ vnitatem ſua præſumptione diſtraxit partibus. Dathan & Abiron puteos calumniæ foderunt aduerſus Moyſen & Aaron, & incidерunt in foueam ipſi quam fecerunt: quos terra vnos abſorbuit: potione quam ipſi foderunt, præcipitati ſunt, nomen Philiſtæorum interpretantes euentu. Bonus autem puteus, de cuius aquis qui biberit, exaltabit caput, non potione cadet. Quaſi foueam fodit, qui terreni ſenſus acumine ſcripturæ ſoliditatem penetrat, & violenter ſcindit hortulum Eccleſiæ quoddam incognitum dogma producens, & obſcura myſteria: ſed & qui ſubtili ſcrutinio & doloſa machinatione fraternæ charitatis ſolida perforat, & diſcordiæ venam aperit: qui ſe conſpirationum claudit & ſignat in puteo, non acquieſcens egredi, ſed magis ac magis ingrediens ininteriora ſchiſmatis, eius effodiens abyſſum. Philiſtæorum eſt hic puteus, nihil tibi ſit commune cum illo. Senſim primò & ſecretò creſcunt, & de terrenæ & brutæ mentis erumpunt viſceribus, donec poſtea cum impetu fluant, ſed non fluunt de Libano. Non hæ aquæ fideles ſunt, non aquæ viuæ. Non poteſt ſibi conſtare diſcordia, non poteſt inter parientes ſchiſma perpetua pax ſeruari. Ipſum ſchiſma infidum eſt ſibi, nequit ſibi cohærere diutius, quod charitatis pertentat diſſoluere glutinum. Si quis te ad hos puteos inuitauerit, dirumpe (ſi potes) puteos Philiſtinorum, & aquis peſti-

A peſtilentes exiccá: relinque Philiſtæis puteos ſuos, puteos inimicitiarum. Sectare puteos cœleſtium deliciarum, puteos aquarum fidelium, & aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Eſto flos horti, & horti concluſi, vt non diripiaris: & videbis quomodo tibi dirumpet dominus fontes & torrentes. Conuerſare in horto, ſi forte & ipſe cóuertaris in puteum, & de ventre tuo flumina fluãt aquæ viuæ. Quænam ſunt aquæ viuæ, niſi aquæ nõ deficientes? Et quidem bene hauſtus aquarum æſtum deſiderij ſine defectu refrigerant, ſeculi oblectamenta vniuerſaliter falſam præferunt refrigerij ſpeciem, & ſecularem concupiſcentiam ſedant ad horam, ſed quaſi ſub ipſo ortu ſtatim areſcunt, nec fluunt vena perenni: quaſi torrens raptim tranſeunt, & non eſt inuenire in hoc torrente aquas viuas. Alio quodam Iſaac fodit in torrente, & aquas viuas inuenit. Eſt enim torrens, qui ſuauis videtur, ſed ſalutaris non eſt, nec ſempiternus quidem, ſicut ſecularis ille quem prædiximus, fluxus voluptatis. Et eſt torrens ſalutaris quidem, ſed ſempiternus: ſi tamen effoderis in eo, aquas viuas reperies. Habemus, inquit Petrus, firmiorem propheticum ſermonem, cui bene facitis attendentes tanquam lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec illucеſcat dies, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Nõ extinguetur in nocte iſta lucerna: interim enim vſus eius neceſſarius eſt. Sed cum dies æternus eluxerit, propheticæ lucerna ceſſabit doctrinæ, & literarij ſermonis exicB cabitur torrens. Siue enim prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. Futuræ manifeſtationis reſpectu turbidus (vt ſic dicam) in modum torrentis fluit ſacræ ſermo ſcripturæ, inſtruens nos per ſpeculum & in ænigmate. Illius autem quæ eſt facie ad faciem viſionis, verè puræ ſunt & perennes aquæ. Non deerunt illæ tibi, non tu illis. Cum mortalitatis tranſierit torrens, tranſibunt cum mortalitate myſteria nubila: & ſine velamine ſerena veritas, propter quam hic torrentem effoderas, hilariter erumpe. Iſtic locus eſt ſpeculo, illic directæ ſpeculationi. Solet tamen aliquo modo hæc ſpeculatio locum alienum peruadere, & in loco peregrinationis ſe viantibus hilariter oſtẽdens, inuitat ad patriam. Verè quidem feſtiuus, ſed furtiuus adhuc iſtius æterni & luminis radius, & fluminis riuus. Non emicat, non emergit niſi in hortis, & in hortis aromaticis. O altitudo diuitiarum ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei, quàm ſimilis es puteo? Non potes exhauriri. Aquas viuas effundis, & aquas ſalubres & vberes. Quis dabit hortulo meo has aquas, & cordi meo hunc puteum deliciarum? Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce ſeruo tuo. Fac me Libanum, aſperge me & mundabor, laua me, & ſuper niuem dealbabor. Emunda me à delicto maximo, & erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Fac me Libanum, vt has tibi ſemper aquas effundam. Erunt, inquit, vt complaceant. C Quid eſt complaceant, niſi vt vtraque placeant, & vtriq; placeant? Cui vtrique, niſi mihi & tibi? Quæ vtraque, niſi eloquia laudis, & meditatio cordis? Aquæ iſtæ viuentes ſunt, quia ſemper complacent, ſemper fluunt: ſed non fluunt niſi de Libano, nec lentè quidem, ſed cum impetu. Magnus impetus violenti ſenſu amoris, & dulces tamen non difficiles aditus impetus habet. Magnus impetus eius, quia vſq; ad affectum pertingit efficaciter, & exhaurit ſuauiter. Magnus impetus eius, cuius vehementiæ reſiſtere nil poteſt. Cum impetu, inquit, de Libano. Expreſſit cauſam redundantiæ, nomine Libani. Munditia locus eſt redundantis lætitiæ, & aquas ſapientiæ ſalutaris effundit, de candido prorumpit, & candidius reddit. Congere in vnum, & quaſi in aceruum accumula delicias iſtas. Vide & conſidera puteum, Libanum, impetum, aquas viuas. Deprehendes in his (ſi animo aduertas) aquas iſtas & ſerenas eſſe, & ſecretas, & vehementes, & non deficientes. Puteus ſecretum deſignat, ſerenitatem Libanus. In impetu omnis alius exhauritur affectus, aquæ viuæ neſciunt exhauriri. Bonus etiã Libanus fides, eo quòd fide corda mundentur. Ab hoc Libano ſerenæ intelligentiæ aquæ viuæ fluunt: quia niſi credideritis, non intelligetis. Intellectus autem bonus, cuius contemplatio manet in ſeculum ſeculi. Hic eſt vere viuens. Nam vita æterna hæc eſt, vt cognoſcamus vnum verum Deum, & quem ipſe miſit Ieſum Chriſtum. Et ipſe Chriſtus noſter eſt Libanus, delectationes viuas fundẽs cum impetu in ſinum dilectæ.

Ipſe Libanus, & ipſe riuus: ſiquidem ipſe eſt candor lucis æD ternæ, & emanatio ſyncerißima. Delectabilis planè puteus affectus eſt ſponſæ, in quem æterni candoris radij, ac ſi quidem de Libano riuuli & colliguntur & effunduntur, vt flores & hortos irrigent ſponſi. Bonus ergo Libanus, in quem nihil inquinatum incurrit: & magnus impetus, qui nullo compeſci obice poteſt. Denique illi aquæ cum impetu fluunt, quem nec perſecutio, nec nuditas, nec gladius ſeparare poteſt à charitate dei. Tot credentibus populis obiecti ſunt obices ſcandalorum, tot appoſitæ moles tormentorum, & tamen ſemper fluunt aquæ de Libano. Aquæ enim populi ſunt. Magni obices, ſed maior impetus. Si coneris compeſcere, plus increſcit, & perrumpit obſtantia. Repulſus exurgit in cumulum, & impedimento lucra conquirens, ſe diffundit vberius. Puto amori etiam ipſi obices cooperantur in bonum, & incrementa capit vexata virtus in iniuriis. Nónne me ſilente iſta poſſunt percutere conſcientias eorum quorum amor in certis locis & horis fluit, qui quidem ad tempus diligunt, & in tempore tribulationis recedunt? Quid dico tribulationis? Etiam exiguæ & dubiæ tentationis nunquam molem, ſed obicem paſſi facilè compeſcuntur, & reflexo propoſito impetu irreuocabili ad ſecularia ruunt. Si inclamaueris iuxta prophetam, State, ſtate: non eſt qui reuertatur. Nulla illos perſuaſio reuoE cat, nec perſecutio pia magiſtri, non infœlicitas, quæ frequenter & fere ſemper eſt in viis eorum. Fluunt & ruunt & corruunt, vt bibant in via de torrente voluptatis, quæ non exaltabit, ſed conquaſſabit in terra capita eorum. Beati quidem immaculati in via, qui ambulant in lege charitatis, qui ambulant in impetu vbicunque fuerit impetus ſpiritus, & non reuertuntur, nec aliquo ſeparantur obſtaculo à charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro, qui viuit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo XXXVIII.

SVRGE Aquilo & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.) Affectiones dulces & ſanctæ ſunt ſponſæ aromata. Nam ipſa eſt hortus. Auſtro flante iſta fluunt in delicias ſponſi, ſed aquilonis hæc iterum inclementia ſiſtit. Frigidus eſt enim ventus aquilo, & ad flatum eius aromata congelantur. Quandiu domine aduerſitaris aquilo regiones noſtras premet? quandiu incumbet hortulis noſtris? quandiu Ieſu bone, conſtringet aromata noſtra rigor aquilonis? Parce domine, parce ab aquilone ſponſæ tuæ. Diu eſt quòd vrget, quòd premit, quòd incubat ſpiritus hic durus & vehemens. Cumulata nos vndique premit aduerſitas. Dic ei domine vt ſurgat, vt cedat, vt ſinat locum eſſe reſpirandi infortunij. Paupertas ſterilis eſt, & graues vndique parturit caſus. Res infirmæ facilè lædũtur, & infelicitatis abyſſus aliam inuocat in voce cataractarum tuarum. Occultè aduerſum nos vocas aduerſa, & quomodo ſi dicas aquiloni, inſurge, preme, poſſide. Fumus, inquit Eſaias, ab aquilone veniet. Nobis autem non tam fumus quàm flamma iam imminet ollæ ſuccenſæ à facie aquilonis. Ab aquilone frigus, & ab aquilone flamma. Ita eſt domine. In duritia manus tuæ aduerſaris mihi, miſericordiæ tuæ venas reſtringis: ideo exæſtuat animus meus, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Grauis iſte anxiæ ſollicitudinis ignis eſt, & calore eius aromata non fluunt, ſed magis ſi qua ſinis fluere, ſiccantur fluenta, præſertim vbi magis magiſque aduerſitatum aperire ſe videtur occaſio. Domine, dolor meus in conſpectu tuo eſt, & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Sollicitudinis meæ ratio nota eſt tibi, ſed mœroris magis dicere debueram, ſollicitudo enim in mœrorem iam cœpit tranſire. Vbi conſilij non fulget occaſio, vbi bonæ ſpei ſe vel vmbra non offert, ibi non ſollicitudinis, ſed mœroris ſunt partes. Multi gemitus mei, & cor meum mœrens. Paruuli petunt panem, & non eſt qui frangat eis. Deeſt enim qui frangat. Non dico de verbi pane, ſed hoc quotidiano corporis alimento. Non poteſt tamen cœleſtis illius panis pinguedine repleri anima mea, dum quotidiani huius panis inopia maciẽ quandam mœroris inducit. A voce gemitus iſtius oblitus ſum comedere panem illum cœleſtem. Durus aquilo exterior aduerſitas, ſed multo durior mentis anxietas. Altera fratres vos vrget: me premit vtraque. Ego communi attritione laboro

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in vobis, & domestica quadam præ vobis, quia pro vobis.
Hinc infortunij casus, hinc forenses insurgunt calumniæ. Alij submurmurant, & alij insultant: & quod non est humanæ
industriæ prouidere ne contingat, improperant cum acciderit. Quidam irritant, quidam irrident, aduersam fortunam ad
fatuitatem trahentes. Successus bonos quibus exuberant, sibi
imputant, & quasi aut prouidentiæ aut meriti credunt, non
Iob.12.b muneris esse diuini. Abundant, inquit Iob, tabernacula prædonum, & audacter prouoât deum, cum ipse omnia dederit in manus ipsorum. Quidâ & prædones & prouocatores sunt:
qui quod dei est, ipsi tollunt, dum sibi tribuût, & diuinæ donum gratiæ ad propriæ inflectunt effectum industriæ. Quid
impêsa desuper vobis beneficia improperatis nobis? An quia
clemêtiæ diuinæ circa nos oculus bonus est, ideo videtur erga vos nequam esse? Cur vos diuina beneficia paratiores reddunt ad derogandû, quàm ad erogandû? Vides domine quot
ex partibus aquilonis nos flabra molestât, vndique perflât incommoda, murmura, probra. Inter huius dolores distractus
& cõstrictus animus, austri leuia nescit flabra recipere. Exurge domine, nõ præualeat aquilo: satis est quòd iam diu insurrexit, q; incubuit: dic vt surgat, vt discedat, vt cedat austro.
Hiere1.10 Succensa iam pridem est olla à facie aquilonis, sed tu domine austrũ emitte, qui faciat medium fornacis huius quasi vêtum roris flantem. Non audeo cõtinuos austri flatus rogare.
H sufficit si modò interpolatione eius aquilonis malignitas tẽ*Iob26.c* peretur. Extendis (sicut in Iob legimus) aquilonem super vacuum, non super hortũ. Non est uacuus hortulus sponsæ, in-
quo superius annumeratæ plantâtur tot aromaticæ species
Et quomodo quibunt meditationis aromata læta profluere
vbi à mœrore libera non sunt studia, vbi cõtristat aduersitas
aquilo stringit? Esto domine zelotes, æmulare sponsam, dic
aquiloni vt surgat, & cum austro dimidiet tempora sua. Sic
quidem fiet secundum multitudinem dolorum meorum in
corde meo, si consolationes tuæ lætificent animà meam. Videtis fratres qualiter aquilo ad mensuram sui austrum parturiat: & forte vbi abundauit aquilo, superabundauit & auster.
Auster enim & prospere flabit, & quas intulit aquilo compẽsabit iniurias. Ergo surgat aquilo, sæuiat, quantumlibet fre-
sabit iniurias. Ergo surgat aquilo, sæuiat, quantumlibet fremat, dummodo occasionem & quasi vim præstet flatibus austri. Nónne tibi videntur graues pertulisse aquilonis flatus,
Heb.10.f quos in epistola ad Hebræos Paulus alloquitur? Magnum inquit, certamen sustinuistis passionum, & in altero quidé op
propriis & tribulationibus spectaculum facti, in altero socij
taliter conuersantium effecti nam & vinctis, inquit compassi
estis. Sed inter tanta aquilonis flabra nullas sibi vices vendi-
Ibidem. cauit auster? Imò plane. Denique audi quod sequitur? Et rapinam, inquit bonorum vestrorũ cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam.
I Quid cum apostoli irent gaudẽtes à conspectu concilij, quo-
Act.5.g niam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, nónne tibi videtur contra aquilonis graues impetus leniter
ipsis auster spirasse? Considera tristia illa sabbata sepulturæ
dominicæ. Nónne velut ad aquilonis flatum, Apostolorum
corda infidelitate & timiditate quadã dirigueruntr? Resurgente domino cœpit auster lenis hortum eius perflare. Totis his
denique quadraginta diebus in multis argumentis dominicæ
resurrectionis & veritatis fides, & veritatis fiducia sensim incrementa sumpserunt. Ipso die pẽtecostes, quando factus est
spiritus vehemens in cœnaculo vbi erant Apostoli sedentes,
soluta est omnis congelatæ mentis frigiditas, sicut torrens in
austro, & deinceps verbi virtutúmque profluxerũt aromata.
Sed nunquid ideirco aquilo durus quieuit? Nónne multo
vehementius persecutorum insurrexit procella, & impetus
hæreticæ tempestatis? Nunquid non æmulatione quadam tẽtationis aquilo austri se oppositi gratiæ? Quasi solus hortum
perflare conatur quodam rigore duri spiritus, aromata restringere volens ne fluerent, sed tanto latius fluxerunt: aduersitatis & prosperatis alternis montibus nunc prouocata, nunc
pacata sponsa Christi. Ecclesia eius aromata virtutum proferre non destitit, vel non desinit. In persecutione uirtus enituit, in pace auctus est numerus. In illa fortes probantur: in
ista fouentur infirmi. Quid ergo primitiuam ecclesiam nunc
memoro, cum adhuc etiã non tam vehemẽtes, frequentes tamen aquilonis impetus sustinet hortus sponsi? Alternant circa K
illum vices auster & aquilo. Grauis impetus hoc tempore ecclesiam impulit, & quidem ab aquilone. Nam inde est origo
schismatis, inde oritur, & ibi moratur, solus illic acquilo premit. Dic ei domine vt surgat & discedat, voca & dic austro:
Cantic.4.b *Veni perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Non dico
austrum felicitatis & securitatis terrenæ: nam hic auster frequenter aromata stringit & exsiccat. sed austrum voca gratiæ tuæ. Et si ita necesse est, & aquilonem in illũ sterilem hortum mitte, non obstinationis, sed vexationis aquilonem, vt
ipsa vexatio det intellectum auditui ad obediẽdum. Aquilonis rigore flagella hortũ tuum: hoc quasi verbere excita torporem eius, vt auidius ad austri se lenia spiramina conferat.
Tam partibus quàm temporibus auster & aquilo circa hortũ
nostrum uices alternant. Sicut enim nunc flat auster, nunc aquilo ita hic auster, & illic aquilo. Aliquotiẽs autem & simul
flant, sed alter foris, & alter intus. Foris aquilo, &, intus auster.
Ille furens, & iste fouens. Fremat aquilo, & tumultuetur foris.
tantummodo hortos intus non perfleat, intro non penetret,
intimam, quæ est in Christo, non cõstringat cordis lætitiam.
Quãdo domine ex integro gelidus ille spiritus quiescet? quãdo erit vt iam non timeatur à facie frigoris eius? Fundata est
Iob.30.b ciuitas tua, hortus plantatus in lateribus aquilonis. Hic vẽtus
in scripturis dexter vocatur. Ideo Iob talem super eo depo- L
nit querelam. Ad dexteram (inquit) Orientis calamitates
meæ illico surrexerunt. Iure ventum illum dexterum vocauit, qui nihil ei quiuit sinistrum inferre: quin etiam coronæ
gloriæ viro iusto comportauit augmentum, quando virtus
probata enituit, & quando prouocata excreuit. De vicino
in hortum tuum impingit: situs est enim in lateribus aquilonis. Effice illum nobis domine dextrum, tempera illum flatibus austri. Cooperatur enim nobis etiam aquilo in bonum
tuæ dilectionis. etiam austro afflante. Siue iustus siue permissus surgere aquilo tribulationis, non nos terreat. Modicum
enim & consolationis auster succedet, etsi non interim intercidat. Vbi enim abundauit afflictio, abundabit & gratia,
Sed quid vobis, fratres, de exteriori disputo tribulatione?
Alius solet vos aquilo perugere. Ab hoc vobis Deus aquilone parcit, alios interponens, qui secularis tumultus & tribulationis impulsus frequentes excipiant, Exterior vos curatra grauis nulla perstringit, quia de iure nulla contingit, nec
tamen immunes vos sinit. Quos exterior cura non valet, interior afficit tædio. Bene cum illis agitur in hac parte quòd
exterioribus non patent, sed nihilominus aquilonem non
effugiunt, dum sibi in interioribus non placent. Festiua
prius gaudia vertuntur in fastidium, & hilarem mentis faciem tristitia commutat. Felix, cui non est hæc commutatio.
M Sed quis tamen est? quis enim est quem non aliquotiens & tædium conficiat, & exultet tristitia? Denique vbi prospero
ferebamur nauigio, ibi paulo post vadosa incurrimus: & secunda fluentibus aura, turbo aduersus erupit. Etiam vbi non
erat ratio, instat turbatio. cansa non eminet, & ira imminet,
Iracscitur homo iræ quam irratinabiliter patitur: & cuius de-
Iam.3.b testatur motum, nescit exortum. Spiritus hic durus vbi vult
spirat & nescis vnde ueniat, & forte quò vadat. An magis
quò euadat? Nam sæpe ad multum talis affectio vadit, sed frequenter euadit ad bonum. Non pertingit quò pergit, sed fa-
cit Deus etiam de tentatione prouentum. Quando vult ipse
inducit aquilonẽ, quando vult dicit, *Aquilo surge*. Et si intemrim de eius molestia quæreris, scito te tali magisterio & com-
memorari & commoneri. Cõmemoraris vt aquilonis uicinià
attendas, commoneris vt rigorem eius effugias. Non subest
tibi dum in lateribus aquilonis situs es, eius viciniam fugere,
sed tamen violentiam euadere potes. Dum hic sumus, semper vicinus est, non est semper violẽtus, sed postquã gyrauimus per aquilonẽ, sæpe reflectimus per meridiem. Etiam cum
impulsum non sentis, habe suspectam viciniam eius. Quando tamen eius turbines euades, nisi lenis auster vocatus adueniat, & sic expendas ad austrum alas tuas, vt in cœlestem
plumescas volatum, si tamen intermiscere nititur aquilo,
& nascentes in nouitate pennas gelido restringere spiritu?
Pennas à volatu, & aromata restringit à fluxu. Stringit inquam, non tollit, Vehemens enim tædium & amaritudo cordis

A dis virtutes ipsas exercet, non euertit. Hic turbo propositum
sanctum impellit quidem, non tollit. Stringit lætitiam, non
tollit constantiam. Tædio afficitur animus, sed non conficitur. Tristatur, sed oblu&tatur tristitiæ suæ. Non est minus fortis sic affecta virtus, sed minus felix qui illi conuicio cum quo
rixatur, bellum indicit, quasi suum non est fastidium cum quo
fœdus non contrahit. Molestum patitur, non propitiatur illi.
Denique non ipse animus hoc operatur, sed magis aquilo, in
cuius lateribus habitat. Ideo detestatur illud, eo quòd aduersus virtutem eius molimina sentit. Qui sentit, ipse scit quanto
cum tædio illud bonæ cõuersationis tædium tolerat, quomodo fastidit fastidium illud, quanta cum amaritudine oblu&tatur amaritudini illi, amaritudini violentæ, quæ de iugitate exercitij disciplinaris inuito se ingerit. Ad austrum animus ex
voto se vergit, & ecce aquilo aduersanti & inuito se importune immergit. Durum est sustinere à facie frigoris huius, &
fugere non subest ad votum. Laborat animus & disciplinæ
tædio, & huius tædij odio. Molesta est vtraque affectio, & non
dulcescere quod elegeris, & sentire quod oderis. Molestum
vtrumq;, & propugnare disciplinam, & propulsare desidiam.
Quomodo Iesu bone tantam tandiu toleras vexationem dilectæ sponsæ tuæ? Desidiam inuita patitur, & quasi voluntariam in se sic puniendo persequitur. Aegerrime tolerat quòd
non ad votum in te qui bonum eius es, solum deliciari valet.
B Sibi imputat quod suffert inuita. Stimulator ab aquilone venit illi, sed stimulus iste ad preces sponsam instigat. Hoc stimulo castigata, ad supplicationes se confert, quæ se prius in
amplexus parauerat. Mitiga sponsæ tuæ Iesu bone à diebus
his malis. Nisi enim adiuues eam, habitabit in aquilone anima eius. Quis enim cõsurget aduersus aquilonem, nisi tu deus
qui venis ab austro? Bonum aroma propositum sanctum &
conscientia pura, sed non fluit illi qui boni istius deliciis non
fruitur. Veni Iesu bone, veni, perfla hortum tuum, vt fluant
aromata eius sicut torrens in austro. Ipsa est hortus, esto tu auster. Te irrigante erit anima eius sicut hortus irriguus, & te
flante non deficient eius aromata, qui viuis & regnas in secula seculorum, Amen.

Sermo XXXIX.

EXPLE Iesu bone quod iubes, transfer austrum de cœlo, & induc illum in hortum tuum, in animam spõsæ tuæ.
Hoc statu leni solue tædium, solue tristitiam ab eius affectu.
Nam vtrunque in vitio est, & propter speciem aquilonis vtrũque mentem ligat, percutit & pellit à puro profluuio quodam
lætitiæ. Quid timor? nónne & ipse rigore gelido constringit
C affectus? Ab alienis parce domine sponiæ tuę. Quid magis alienum ab ea, quàm timor qui non est in charitate, cum ipsa tota
sit in charitate? Ille seruilis est, illa in libertatem vocata. Vidistis fratres hesterno virum meticulose incedere, vt institutionis prima subiret elementa, quàm morante & quàm nutante
proposito disciplinæ rudimentis se passus est insigniri. Et bene
nostis dum adhuc secularis erat, quàm largos eleemosynarum
riuulos manus eius fundebât. Quid erat causæ, nisi quòd mentem in hac parte timoris perstrinxerat aquilo? Auster scilicet
illam ex parte afflauit, sed non perflauit, ideo eleemosynarum
prompte perfudit aromata. Sed abrenunciationis pretiosissimus ille aromaticúsque liquor post multos conatus vix randẽ
Matt.19.c ab eius animo tenuiter exprimi potuit. Plane similis erat euãgelico iuueni, qui apud dominũ de legis obseruatione gloriatus, euangelicæ perfectionis coarctatione proposita tristis abscessit. Nisi quòd ille tristis abscessit, hic quanuis tristis, accessit
Act.2.d tamen. Videte timoris aquilonem flantem sub lege: ideo de
præcipuis electíque aromatibus rara fluxerunt in ea. Ideo die
pentecostes quando spiritus vehemens flauit ab austro, tot ho
minum milia, veritate, verbo, vita spiritualiter produxerunt,
non eos rei familiaris cura constrinxerat de reliquo. Libera
Rom.8.c quidem ab hoc aquilone satis duro corda largius profluunt in
contemplatione & charitate dei. Non accepistis, inquit, spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Ille aquilonis
ingratus: ideo illi tanquã graui & ponderoso prementiq; se dicitur, *Surge*, hic tanquam lætus gratúsque inuitatur vt veniat
& perflet hortulum sponsi. Ille pœnam habet, hic proflua gau D
dia. Ille minax est, hic blandimẽtis deliciisque manans. Roga-
Ioan.14.b bo (inquit) patrem meum, & alium paraclerum dabit vobis,
hoc est austrum inuitare, & dicere vt veniat & perflet hortum
suum. *Perfla hortum meum, & fluent aromata eius.* Quidam fru-
Cant.4.d ctus nisi pressi coactíque liquorem non fundunt. Fructus autem qui sunt in horto tam delicate depicto, pressionem non
expectant, cogi nescíunt, sed austro perflante fluunt vltro. Intuemini mundi sapientiam, nónne violenter expressa videtur,
& lõgo elaborata tam exercitio quàm studio? At in nostræ auctoribus prophetiæ, & velox & vehemẽs sapientiæ prorũpit
abyssus. Vultis velocitatem audire? Cum steteritis ante reges
Matt.10.b & præsides, nolite prẽmeditari: dabitur vobis in illa hora quid
Luc.21.c loquamini. Vultis vehementiam: Ego (inquit) dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. Quando hæc tam subita & tam serena profluerent, nisi hoc austro
afflante? Audiuistis iam vnde venerunt aromata veritatis tam
proflua & parata tempore suo. Charitas nónne & ipsa diffusa
est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis? Multa sunt aromata quæ profluunt per spiritum, nec nisi
per spiritum, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas,
Gal.5.d benignitas, fides, mansuetudo, modestia, continentia, castitas.
Hæc non modò prouenerunt, sed etiam profluxerunt. Quòd
profluunt, copia designatur: quòd ad flatum austri, coactio
tollitur. Charitas non potest cogi, gratis fluit, non necessitate
sed arbitrio fertur, austro tamen flante. Arbitrij enim quid cõ- E
ferret libertas, si non aspiraret auster gratiæ? Nam etsi arbitrium vbi est, semper liberum est, non tamen liberum ad omnia id esse damus: nec electionem nec executionem omnium
liberam habet. In eligendo semper est libertas, sed non est
semper ad eligendum. Eligere nanque nisi libere non potest,
sed est aliquid quod non eligere per se potest. Sui iuris voluntas est: libera est cum adest, sed non est animus ad omnem
quam oportet adesse voluntatem, liber cum abest. Nec magis
sui iuris est quàm intensam habeat voluntatem quam habet,
nec quam habeat voluntatem bonam. Sed quantum post lapsum in libertate consistit arbitrij, quod vult animus, semper
libere vult, sed non est liberum ei quodlibet etiam quod oportet velle. Est enim libertas quæ sine voluntate non est, & sine
qua non est voluntas: & est libertas quædam quam non semper comitatur voluntas. Illa est in volũtate, hæc est in quadam
volendi facultate. Illa est in ipsa, hæc quasi ad ipsam. Istam posumus, & illam cogimus. Et visus quædam est videndi virtus
in oculo, & visus nihilominus quædam passio in videndo. Sic
& in animo dicitur intellectus & potentia naturalis ad intelligendum, & visus potentiæ in arbitrio. Similiter hæc occurrit
distinctio, vt vno sub nomine & aptitudo intelligatur, & actus. Vtrobique arbitrij libertas est & ad arbitrandum, & in F
arbitrando: & cum in malo est, semper serua est. Illa quidem
eo ipso quo infirma tam ad bonum, quàm contra malum. Libera est voluntas mala, quòd volũtas, sed seruilis eo ipso quòd
mala. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Pec-
Ioan.8.d catum enim cum occupat, stringit, & ligat, captiuat dum cogit. Sed tu domine conuerte captiuitatem nostram sicut tor-
Psal.125.a rens in austro. Emitte spiritum tuum, & renouabitur antiqua
Psal.103.d libertas: renouabitur, inquam, non recreabitur. Nam si oblitera est, ablata tamen non est. Manet quæ creata est, sed mouere se nequit ad quod est data, viuit tamen & viget. Nam & in
phreneticis non minuitur innata rationalitas, sed in sic affectis
nullus eius motus existere valet. Cum fuerit curata grauis passio, non redditur, sed resuscitatur consopita ratio. Sic & concreata homini libertas arbitrij non est penitus vel ex parte ablata, sed peccato ligata: eadem est quæ facta est, sed est aliter
affecta. Et (vt sic dicam) est libertas conditionis, est libertas dispositionis, est libertas affectionis. Prima naturæ est, & ideo
semper bona est: sed nisi sanata fuerit, non secunda erit ad bonum, nec tertia in bono. Prima in naturali aptitudine consistit, secunda in habitu bene vel male constituæ mentis, tertia in vsu. Ideo nisi fuerit aptitudo naturalis adiuta per gratiam: nec habitus nec actus voluntatis ad virtutem spectabit. Inualida est arbitrij libertas: propterea vbi arbitrium
succumbit, effler auster, & flatim aromata fluent. Non habet
generosam hanc libertatem & vere liberam, quæ est ad bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnũ & in bono, nisi spiritus liberauerit. Idcirco domine emitte spiritum tuum, vt conferat & velle & posse per gratiã, qui primo posibilitatem ad vtrũque contulit, dum naturam hominis condidit. Tres supra enumerauimus libertates. In tertia velle quidem abest, in secunda subest. In prima considerat ur ad duas reliquas potentia naturalis. Ergo prima vocetur potentia, secunda potestas, tertia voluntas. Non videtur idem naturalem potentiam ad aliquid habere, & illud posse. Multa siquidem ad quæ naturaliter potentes sumus, non statim illa possumus, vbi conata facultas aut infirmitate præpeditur, aut arte vsuque destituitur. Frequenter ad horam oculus videre non potest: cum tamen naturali non destituitur potẽtia vsus, adest habitus, & abest vsus. Naturaliter poens est videre, sed actualiter nõ potest. Sic & naturalis libertas arbitrij manet quidem, sed impedita peccato: ideóque non valet habere tertiam illam libertatem, quæ est in bono, nec secundam quæ est ad bonum. Prima manet mutata quidem, non imminuta: reliquæ nec manere dicẽdæ sunt. Non enim post peccatum, liberum nobis relinquitur bonum velle: ideo nec residua libertas est, quæ consistit in bona voluntate: sed per gratiam hæc vltima inspiratur, & secunda reparatur, & prima naturaliter creatur. Dicta hæc est de libertate, qua bonum volumus, quoniam est ex gratia. Sed est alia libertas nihilominus per gratiam, qua non modo bene volumus, sed bonum ipsum afH fectuose. Illa libertas semper in voluntate est, ista non sic. Sẽper enim libere volumus, affectuose non semper. Affectus ad bonæ voluntatis libertas, si affectuosa non fuerit: sed cum auster afflauerit, statim affectiones aromaticæ fluent. Non premuntur vt exprimantur: libere fluunt. Voluntatem sanctam frequenter tædium quoddam & tristitia comitatur, sed affectiones dulces cum illis iter non habent. Aromaticæ sunt odoratu, & tactu pariter gratæ: dulciter sentiuntur, & dulciter recoluntur: dulciter fluunt, & dulciter profluunt. Sibi fluunt, & aliis profluunt. Aromatici vtrique sunt intus affectus, & foris afflatus. Ad ista potest aspirare libertas arbitrii, sed de arbitrij libertate non pendent. Sicut affectiones malæ contra bonam voluntatem sæpe sunt, sic bonæ affectiones etsi cum ipsa sunt, ex ea tamen non sunt. Libera est sine istis, & quasi liberalis redditur ex istis. Voluntatem ipsam liberiorem efficit, sed eius libertate non fluunt. Fluunt autem cum auster perflauerit. O dulcis auster & vere optabilis, cuius spiritu hyemalis rigoris horrida soluitur facies, & iucundæ nouitatis verũ temperies arridet in hortis, & noua temperies, & aut naturalis vbertas. Nam in fluxu aromatum, fructuũ signatur maturitas. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum in cubilibus & in hortis aromatum auram hanc expectare tam dulcem, renouãtem & recreantem fructus spiritus, profundentem aroI mata, spargentem odores. Mitte domine hunc spiritum nobis qui post aquilonis horrorem hortulum nostrum noua facie vestiat, luctum nostrum vertat in gaudiũ. Aut si quid boni significat aquilo, illũ cum austro simul inuita. Iugant officia, & partes suas assequatur vterque. Aquilo stringat, auster resoluat. Stringat ille lasciuiam, hic animum in gaudia profluaPsal. 18.l laxet. Ille continentiam præstet, iste conscientiam exhilaret. Iste contineat, & ille replеat. Factus sum, inquit, sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. Bonus vter sic congelatus & infusus. Foris continentiæ pruina, intus repletio iustitiæ. Boni vtres fiunt, quando exteriora gelido quodam continentiæ spiritu stringunt, & interiora rigant profluis gaudiis. Et vt austri flatum ad interiora reflectas, perfla inquit. Qui perflat, & impenetrabile nihil est illi: spiritus iste subtilis est, acutus, & mobilis, perflans, non inflans. Scientia1.Cor. 8.a inflat, charitas perflat. Charitas interior est quàm scientia, & ad secretiora pertingit. Omnia interiora perflat spiritus, qui scrutatur etiam profunda Dei. Vbi perfluauerit & quasi perflauerit ista: ibi scientiarum aromata vtiliter fluunt, meditationes, orationes, suspiria, singultus, lachrymæ, ipsa colloquia. Omnia velut aromata fluunt, quæ de charitate ducunt originem. Omnia quæ procedunt de ea (quasi aromatica sunt, gratia plena. Cara sunt, & copiosa sunt. Aromatica sunt, & fluentia sunt. Plena sunt quæ de charitatis plenitudine procedunt Plena sunt, & expressa non sunt, nec torcularis violentiam patiuntur eius aromata. Torcular in hoc horto non legis extruK ctum. nam vicem torcularis obtinet auster. Afflata quàm calcata melius fluunt. Gratuita enim (vt diximus) sunt, non extorta metu, sed spiritu fusa sunt. Quidam aquilonem & austrũ ad huius seculi aduersa & prospera trahunt. Et quidem gemina hac tentatione vexata Ecclesia Dei, bonæ semper affectionis & opinionis abundat aromatibus. Ideo his tentationibus perflandum dimittit, eo quòd abundare nouit, & inopiam pati. Locus iste extorsionem latiorem exoptat. Sed torcular hoc tantùm quasi leniter tetigisse sufficiat. Sequens sermo ad mutuas inuitationes sponsi & sponsæ transibit, si gratiam nobis præstare dignetur Iesus Christus qui viuit & regnat deus.

Sermo XL.

QVAM longe, fratres, à conuersatione mea sunt verba votorum istorum. Auiditatem dominus nouit, sed ausu destituor. Quidni? Nõ est hortus mihi, qualem supra Christus depinxit: non poma, quibus auide vescitur, non fructus aromatici, non fons irrigans, non altus puteus aquarum viuentium: magis autem in hortum meum ascendit horror spinarum & veprium. Non audeo te bone Iesu in talem hortum vocare, nisi forte vt euellas & dispersas, & dissipes primò, & plantes postea, & sic tempore congruo de plantatione comeL des dextræ tuæ. Felix anima quæ te inuitare digna est ad fructus iam maturos, ad fructus paratos, & acerbitatis nihil habentes. Atque vtinam acerbitas sola nostris acculetur in fructibus. Vtinam immaturi sint, dummodo mali non sint. Frequenter poma quæ genere bona sunt, tempore nondum grata sunt, sed immaturitate sola displicent. Felix hortus cuius omnes fructus & natura boni sunt, & tempore congrui, Neutrum deesse nouit pomis suis sponsa, ad quorum comestionem dilectum prouocat. *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Cant. 5.d *vt comedat fructum pomorum suorum.* Vide quàm morose & modestè & post multa præconia facta sit hæc inuitatio. Non enim præsumit hæc dilectum inuitare, non sitit delicias, donec satis se nouit descriptam. Quid enim? Putatisne Iesum delectabilem illum aduentum præsentiæ suæ illis indulgere, qui prædictis nõ sunt prædicti dotibus, nec laudibus digni? Temeritatis præsumptionis puta, si prius quàm aptus sis, ad cotẽplationis vsum Iesum inuitas, Tu illum ad deliciãdum tecum sollicitas, qui forte sordes adhuc delictis? Hortus tuus sentibus horret & sterilescit, & illuc Iesum inuitas? Inuita illũ non ut iam delectetur, sed vt deleat quod non plantauit dextera sua. Inuita illũ vt purget primò, postea plantet. In vtroque labor est, sed cum delectatione decerpere veniet fructus maturos. Veniat, inquit, dilectus meus. Nun tantùm blanditur & applaudit præsenti, sed etiam in absentẽ inardescit vota ipsius. Falsus amor & simulatorius absentem obliuiscitur, præsenti M blanditur. Non sic sponsa, non sic, sed absentem desiderat, præsente lætatur. *Veniat*, inquit, *dilectus meus in hortum suum.* Ad me quid austrum inuitat? Ipse ueniat, & sufficit. mihi Ipse auster est meus, ipse aroma est meum. Ipse auster meus, ipse amor meus. Deus ab austro uenit, & auster venit, cum eo. Denique ipse plenus est gratiæ & veritatis. Bene auster meus, qui serenus illustrat, & suauis illabitur. Auster meus est Christus meus: ipse hortum perflat, ipse comedit poma. Veniat dilectus meus in hortum suum, Vt comedat fructum pomorum suorũ. Putationis tempus iam transiit, flores pepererunt fructus quos parturierunt, hyems abiit, recessit ver, æstatem iam inclinatam maturior autumnus impellit. *Veniat iam dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructus pomorum suorum.* Ecce iam venit plenitudo tẽporis: ideo veniat dilectus meus in hortũ suum. Poma præmatura sunt: ideo veniat dilectus meus pomorũ suorum. Ficulneæ prima poma desiderat. Cum non-Mar.11.b dum tempus esset ficorum, accessit ad ficum secus uiam, verdum tempus esset ficorum, accessit ad ficum secus uiam, vertit folia, & nihil fructus inuenit. Anté tempus comedendi, & ante tempus fructuũ accessit ad eam mane esuries. Noui ego ficulneam matutinos à prima pueritia fructus ferentem, fructus primitiarum, fructus gratiæ virginalis. Nec erat hæc ficus plãtata secus viã, sed in horto, & in horto cõclusõ, in horto quẽ circundat disciplinæ maceria, & arctæ custodiæ sepes. Fœcunda plane ficus & pulcherrima inter alias species: frequenter

Aquenter declinauit ad eam dominus Iesus, illud forte dicens:
Cant. 2.a Sub vmbra eius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Sed vtinam fructus quos protulit seruasset. Vtinam improba furis manus non depręda esset eam. Nunc autem optimos fructus tulit, & eos qui renasci non possunt. Alij succreuerunt in locum eorum, id est, pro virginali continentia, amara pœnitentia. Quàm dulcius illo natiuo fructu, quàm hoc subsecutiuo & te & dilectum cibabas? Væ miseræ tibi, quando veniet dilectus tuus, quæ tibi mens, quæ facies, quis vultus erit? quò te vertes præ pudore, quæ pudicitiæ fructus perdidisti? quò te vertes? Cum accedet, cum vertet folia tua, & solitos fructus non inueniet, pudebit illũ præ confusione. Tua recole verba voti virginalis, consecrationis tuæ verba recense. Sub his foliis attende, quia iam non est proprius fructus, fructus integritatis, fructus virginitatis. Tales consecrati sunt, sed iam ablati sunt. Non bene conueIsa.86.c niunt consecratio & corruptio. Læsa virginitas condonari solet, sed redonari non valet. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, sed ignominiosa facta sunt in te. Cum confusione duplici & rubore decætero in planctu agnosce partem tuam. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo lapsam non vilem de plebe, sed quasi primam in virginali grege? Quis, inquam, dabit mihi fontem lachrymarum? Nam ipsa quæ lapsa est, lachrymis tota pereffluit, per ora irrigua lachrymarum riui defluunt. Alta suspiria & anxij gemitus produnt quod cõtigua semper culpæ confusio supprimit. Vidi miserandam in misera facie, deiectum vultum, fractas genas. Singultus sermones intercidebat, à lapsu continere voluit, à lachrymis continere non valet. Age quod agis, fructus dignos pœnitentiæ. Innouet te dolor, mœIsa.22.a rore consumere, cum propheta dic: Nolite incumbere vt cõsolemini me, amarè flebo. Flebo & ego tecum. Forte dilectus Ioan.11.d tuus & ipse collachrymabitur tibi, qui Lazarum fleuit. Forte plus ille flet. Plus dolet qui plus diligit. Miserationes eius Thre.3.c multæ sunt, ideo, inquit propheta, non sumus consumpti. Denique nec tu consumêris, quia consiliarius est tibi & consolator, conuertens animam tuam. Quomodo (vt dicam quod intelligi vix potest) non permouebit (impassibiliter tamen) eius affectum, luctus tui miserabilis facies, dum ipse qui retracto mœroris tui seriem, dolore cordis tangor intrinsecus? Si feceris dignos pœnitentiæ fructus, reuertetur iterum dilectus tuus in hortum suum. Nam pœnitentiæ poma libenter comedit. Beatius tamen, si primæuæ puritatis fructus intactos quis seruet. Bonum est in maturitate peruenire, & perseueraCan.5.c re in ea. Ideo sponsa præuenit in maturitate, & dicit: *Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum* C *suorum. Veni in hortum meum soror mea sponsa.* Vehemens amator est dominus Iesus, ad vnam inuitationis vocem aduolat libens in hortulum sponsæ. Quasi præuolat & præuenit in maturitate. Veni, inquiens, accipiatur hoc verbum imperatiui sensus, & aptè cohærebit quod dicit, veni. Non est piger, non parcus retributor, sed incontinenti sponsam redinuitat. Veni in hortum meum soror mea sponsa. Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Durus est affectus qui nõ permouetur per inuitationes & remunerationes istas tam dulces. Quid hac vicissitudine gratius? quid mirabilius est hoc commercio? O admirabile commercium! Dilectus dei patris, gloria cœli, angelorum deliciæ, ad hortulos nostros inuitari se permittit, & ad suos redinuitare non prænostros inuitari se permittit, & ad suos redinuitare non prætermittit. Et qui noster est hortus, verius dicitur ipsius. Non enim ait: Veniat dilectus meus in hortũ meum, sed in hortum Prou.3.d suum. Iure quidem in suum, quoniam ab ipso datum, & ipsi debitum, & certè debitum. Veniat dilectus. Veni soror mea sponsa. Magna dulcedo, & apta distinctio. Illa desiderat, & ille imperat. Hæc dicit, veniat: hic, dicit, veni. Ego, inquit, sto ad ostiũ, & pulso. Si quis aperuerit mihi, introibo & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Non habes necesse ô bone Iesu morari ad ostium sponsæ. Ipsa enim te votis vltro interpellat. Redde vicem, redinuita illam. Sedisti ad mensam eius, vide quanta sint apposita tibi, sciens quia & tanta oportet te præparare. Tanta, inquam, & sufficit ei. Hoc autem dico, totam se impendit, tu te totam repende. Quomodo totum erit, si illa se totam dat, tu te dimidias? Exiguum tuum plus est toto illius. Totum eius, portio est quædam gratiæ tuæ: ideo & D suus tuus est, & tuus suus est hortus. Veni in hortum meum. Ego fratres, in horto sponsi copiosum illum & delicatum & gloriose consitum paradisum virtutum Christi libenter accipio, quas secundum geminam naturam vel ab æterno habuit, vel accepit in tempore. Ergo secundum hunc modum hortum sponsæ statum animæ vel ecclesiæ interpretate, & virtutum affectuúmque dotes quibus dotatur à sponso. In isto considerantur bona corporis, in illo capitis. Pulchra vtrobique contemplationis cibatio. Sed quid illa ad istam? Quanto gloria Christi, vel animæ vel ecclesiæ præcellit virtutes, tanto delectabilior in hunc hortum ingressus. Ad illum operatio plus spectat, ad istum contemplatio sola. Sponsa & si lætatur de illo, laborat cum illo: & in sudore vultus vescitur pomis suis. In istum cum introducta fuerit, nihil reliquum est nisi deliciæ tantùm. Suum tuetur, & istum intuetur. Nec intromittitur in istum nisi de illo; hoc est, de actione ad vsum speculationis. Aut si contemplationem in illum sponsæ hortum admittimus, similis est actioni. Vtique de illis hortis ordine commodo venitur ad hanc myrrham. Non enim nisi in abundantia virtutum ingreditur in hortum dilecti. IngredieIob.3.b ris, inquit Iob, in abundantia sepulchrum. Melius tamen hic sonat in hortum. In sepulchro innuitur quies & quædam à curis occultatio: in horto exprimitur intuitus & epulatio. In seE pulchro feriamur: in horto fruimur. Sicut ergo in sepulchrum non nisi in abundantia ingredimur (sicut scriptum est) multo minus in hortum. Ideo sponsam de horto in hortum inuitat. Veni in hortum meum soror mea sponsa. Ingredere ingredere sponsa in contemplationem virtutum dilecti tui, ingredere in delectationes eius, memorare iustitiæ eius solius. Ibi deus deus tuus docebit te in iucunditate, & deducet te mirabiliter dextera sua. Cibabit te pomis vitæ & intelCant.5.c lectus. Myrrham & aromata messuit tibi. *Messui*, (inquit) *myrrham meam cum aromatibus meis.* Immortalitatem enim & incorruptibilitatem messuit post mortem. Myrrhæ siquidem beneficio corpora mortuorum perdurant illæsa. *Myrrham*, inquit, *meã*. Bene suam, quam & primus accepit, & solus impartit. Primitiæ enim Christus, deinde qui sunt Christi. Per illum resurrectio mortuorum, qui primus resurgens iam non moritur. Bona talis myrrha, & melior quàm hæc vsitata quæ carnem mortuam non sinit putrescere. Nam ista rediuiuam non sinit deficere. Erat & myrrha eius præcellens & singularis illa castitas virginalis, quæ nullum titillationis motum surgentem sensit, nec fomitem habuit: in quo nec motus est talis repressus, nec fomes remissus, præuentus est enim in vnctionibus myrrhæ, & myrrhæ suæ. Aliorum catenus est efficax myrrha, & continentia pertingit, vt seruet à corruptioF ne: hæc à corruptibilitate carnem dominicam custodit intactam. Aliorum myrrha corruptionem carnalis incentiui subsequitur, hæc incentiuum præuenit omne. Illorum excludit, & huius præcludit. In Iesu nec causa nec corruptio: in eius matre etsi causa, non tamen corruptio. In aliis omnibus & causa & corruptio. Myrrha nostra motus exurgentes carnalis concupiscentiæ reprimit, myrrha Mariæ tales motus nescinit. Myrrha Iesu taliter mouendi nec causam nec originem habuit. De plenitudine eius omnes accepimus, & myrrham Ioan.1.b de myrrha. Myrrha nostræ castitatis, muneris & inuitationis ipsius est: ideo cum in nobis myrrham metit, vtinam ipse multam myrrham inueniat quam metat. *Myrrham cum aromatibus*, id est abstinentiam mali cum affectibus boni, districtionem carnis, & deuotionem cordis, siue temperantiam à licitis, ac tolerantiam in iniuriis accipiamus. In myrrha benevtrisque virtutum aromata sociantur. Hæc est enim gratia, si benefacientes flagellamur, si ipsi nosmetipsos foris afligentes, eo spiritu suauiter intus afficimur. Multam de martyris Laurentij (cuius festa nunc agimus) agro myrrham demessuit, aromata multa, confectionis myrrham, confectionis aromata. Ad ignem enim applicatus Christum confessus est, corpus suum tradidit ita vt arderet, facultates dispersit pauperibus, caro eius cremata est propter Christum, sed cor magis in Christo: ideo de craticula vocatur ad hortum. Et dum in craticula erat, ab horto non aberat. Nunc tantùm in horto, non tamen totus in eo. Caro eius adhuc in corruptione

Universidad de Deusto

G tenetur, nondum refloruit. Reflorebit autem cum fuerit corpus humilitatis nostræ conforme corpori claritatis Iesu. Tũc metet immortalitatis myrrham, quã ipse præmessuit, & aro-
Cant. 5. a mata mnltimodæ gloriæ. Tunc verè inuitabit & dicet: *Veni in hortum meum soror mea sponsa*. Tunc gloriabitur planè cum aromatibus suis se myrrham messuisse. Tunc enim & passionis suæ & precum (quæ in aromatibus signantur) potietur effectu. Cum clamore siquidem valido & lachrymis preces offerens exauditus est pro sua reuerentia, factus omnibus obtẽ-
Ioan. 12. & 17. b perantibus sibi causa salutis æternæ. Volo, inquit, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus. Vbi, nisi in horto? Erit hoc in generalis resurrectionis cõpletione: nihilo minus tamen & modo fit per contemplationẽ. Quasi enim in hortum eius ingredimur, cum affectuosè cõdigneque & desideranter speculamur quales futuri sumus per ipsum, & qualis iam resurgens factus est ipse pro nobis, & in exemplum nobis. Quid dico resurgens? & ante resurrectionem omnis conuersatio eius, horti pulcherrimi gratiam præfert: sed quod ante plãtauit, postea messuit. In resurrectione maturitatis & messionis est tempus, quãdo vnusquisque laborum suorũ fructus percipiet. Quod ergo nos in hortũ suum vocat, quòd myrrhã & aromata sua se messuisse subnectit, ad contemplandam resurrectionis gloriam hortatur, quæ futura est per ipsum in nobis, vel quæ in
H ipso præcessit pro nobis. Nónne iucundus & verè delectabilis progressus introire in hortum Christi, introire in plãtationes domini quodam prospectu de virtute in virtutem eius? Prospectu inquam, nó audeo prouectum dicere. Nam ad virtutum ipsius veritatem & plenitudinem quis sibi prouectum pollicetur? Iucundus digressus planè, & commodus quidem. Nusquam magis humanæ mentis fastus reprimitur humiliatione, nec fames contemplatione satiatur, nec fastidium excitatur æmulatione. Cõparatio humiliat, imitatio exercet, consideratio delectat. Prima premit, secunda prouocat, tertia pascit. Premit immensitas, prouocat honestas, pascit veritas. Denique paulò post ipse dilectus, ipse sponsus amicos & chariſsimos sibi inuitat vt comedãt & bibant & inebriẽtur: quóque maior illis innascatur auiditas, de suo prius blanditur &
Canti. 5. a proponit conuiuio. *Comedi fauum cum melle meo.* Tuum Iesu bone vtrunque est, & illud mel quod das, & illud quod es. Sed hoc in loco mel illud quod es ipse, nostræ intelligentiæ se promptius offert. Cur non dicis fauum tuum sicut & mel tuum? Cur hac distinctione nũc vteris? Et fauus tuus est sicut & mel tuũ: quãuis manifestè illud exprimas, cum istud fileas. Tua est vtraq; natura, sed diuina tua, & quasi naturaliter tua: humana non est quasi naturaliter tua, sed magis assumpta, & dignatione tibi effecta est naturalis. Comedi fauũ cum melle meo Ante sacræ conceptum virginis quasi mel solum erat, &
I sine fauo nondũ incarnata diuinitas. Postea mel in fauo deus in homine, nunc autem fauus in melle homo deitate vestitus.
2. Cor. 5. d Etsi cognouimus Christum secundum carnem, sed iam non cognouimus, ait apostolus. Sicut erat deus reconditus in carne, sic nunc vice versa ipsa caro est occulta in deo. Etsi glorificata est caro illa, vt iam spiritalis sit, & infirmitatis nil habens: tamen est occulta quodammodo, dum magis eum in eo quod ipse est deus, attendimus & adoramus. Quodammodo carnis fauus, deitatis in melle reconditur, dum admirationem nostram & fidem ad se trahit ex integro manifestatæ reuerẽtia maiestatis. Iam ergo post resurrectionis gloriam Christus comedit fauũ cum melle suo, & sine carnalis infirmitatis iniuria in assumptæ carnis substantia delectatione diuina & sibi
Canti. 5. c soli natiua perfruitur. *Comedi fauum cum melle meo. Bibi vinum meum cum lacte meo.* Iam dicis tuum esse vtrunque tam lac quàm vinum. Tua sunt enim vtriusque iura naturæ, vtriusque propria non alterius vitia. Et sicut bibit vinum nouum, ita & lac nouum. Cum lacte, inquit, meo, id est, cum lacte nouitatis tuæ, non infirmitatis nostræ. Curre sponsa, propera ad tam dulce conuiuium, vbi vinum est sponsi, vbi lac, vbi
Prou. 25. b fauus nou inanis, non vacuus, sed melle plenus. Mel inuenisti, comede quod sufficit. Nam tu ad totum non sufficis. Ipse autem Iesus non comedit ad mensuram, sed totum comedit, qui
Ibidem. sufficit ad totum. Tibi dicitur: Ne sis scrutator maiestatis, vt non opprimaris à gloria. Ipse scrutatur omnia etiam profun-
Matt. 11. d da dei. Nemo nouit partem nisi filius, & cui voluerit filius re-
K uelare. Ipse totum comedit, ipse cui vult & quantum vult impartit, quasi participium tibi pollicetur huius cibi se refectum gloriando. Si datum fuerit in escam tuam fel, & aceto in siti fueris potatus, memento quia talia passus est Iesus. Gustauit illa in cruce, nó bibit: velocem amaritudinis transitũ signans. Bibit autem vinum cum lacte suo. Non turbatur amplius ad monumentum cum Lazaro, non tristatur vsque ad mortem, non sub ipsa morte aceto & felle potatur. Vetera transierunt, noua successerunt. Turbatio illa, tristitia, tædium, dispensatorie ad horam suscepta de homine veteri, in lactis dulcedinem nouam demigrarunt. Bonum vinum, quo hausto obliuioni tradũtur priores angustiæ, & nó ascendunt super cor, sed nouis & puris & lacteis in carne iam resuscitata potatur affectibus, quando nulla iam de reliquo iniuria, molestia nulla aut in anima aut in carne, sicut prius, vel assumitur vel sustinetur. Vel acetum cum felle mixtum quod degustauit, prælibãs non bibens, in vini & lactis transiuit saporem. Hanc & tu fidelis anima quæ sponsæ dignitate perfungeris: hanc inquam & tu tibi commutationem futuram confide. Ideo hæc in se futura prædicat, vt tibi tu similia discas sperare: tecũ enim conuiuari vult, tecum bibere. Non bibam, inquit, de hoc genimine vitis, donec bibam illud nouum in regno meo. Hoc tibi regnũ
Mat. 26. c significat cum ad hortum te vocat, ad hortum deliciarum, ad paradisum voluptatis, ad fructus maturos, ad fructus iam perceptos à se, & à te percipiendos. Tũc bibes vinum cum lacte,
L vt obliuiscaris prioris angustiæ, & nouæ resurrectionis degustes dulcedinem præstante domino nostro, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo XLI.

Canti. 5. b MESSVI *myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo. bibi vinum meum cum lacte meo. Veni in hortum meum soror mea sponsa.*] Putate fratres vocationem hanc ad seculi finem referri, quando completis omnibus sacramentis ecclesiæ, ipsa inuitatur ad regnum, quando mittet dominus messores angelos, eo quòd regiones albe tunc erunt ad messem. O felicia tempora primitiuæ ecclesiæ, quàm vber tunc erat ager illius, quàm copiosos producebat fructus, quanta in martyribus erat fœcunditas myrrhæ, quot apes perfectioris & mysticæ doctrinæ fauos operantes! Putares inter ipsa initia fidei cum verbi semina mitterentur, messionis iam esse tempus, & quasi maturas ad falcem regiones albere. Quid moraris Iesu bone? cur sponsam non inuitas in hortũ? Nónne iã dicere potes, quia messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo, bibi viuum meum cum lacte meo? Vbi nunc martyres in myrrha, vbi doctores in fauo, vbi feruentes spiritu, qui signantur in vino, & simplices in malo, quos lactis dulcedo fi-
M gurat? An non ager ecclesiæ tuæ iam tanta gloria nudatus videtur? Multiplicasti gentẽ, sed non magnificasti lætitiam. Mul-
Esa. 9. a ti credentium fructus, sed aromata pauca. Præcessit autũnalis vbertas primis illis nascentis ecclesiæ diebus, nunc hyemalis horror perurget. Præcesserunt vbertatis anni, nunc sterilitatis incumbunt. Post spicas florentes & lætas, steriles & vredine confectæ exurgunt. Cur non dicis iam bone Iesu: Veni in hortum meũ soror mea sponsa? Quid expectas? cur moras nectis? An vt post hanc hyemem autumnus redeat? Lætabuntur *Ibidem.*
adhuc coram te, sicut lætantur in messe. Tunc benedices co- *Prou. 64. a*
ronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui vbertate replebuntur. Pinguescent speciosa huius nostri (quod nunc videtur) deserti, & persecutionis feruor nouissimę maturitatis canã albedinem messibus nostris indueet. Multiplicabuntur in senecta *Psal. 91. a*
sufficiente, non cõfecta, non sterili, sed in senecta vberi: & bene patientes erunt vt annunciẽt. Patientes propter martyriũ, annunciantes propter verbũ. In patientibus myrrham metes, in annunciantibus comedes fauum. Tũc electos tuos cõpunctionis vino potabis, consolationis lacte mixto. Si enim non abreuiasset dominus dies illos, salua esse nõ posset omnis caro. Metit etiã nũc dñs, etsi nõ quantã tunc myrrhã, tamẽ multam myrrhã afflictionis spontaneæ. Fauũ comedit cum melle, & expressa spiritualiũ dulcedine sensuũ, continẽtib⁹ figuris nos facit oblectari. Vinum cum lacte bibit, quia sublimes sensus & excedẽtes contemplationes fidei & morum simplicitatem

A tem temperat & indulcat. Zeli feruorem diligit, si tamen affert lactea quædã fomenta paruulorũ. Cum fuerint expressa hæc omnia, cum pertransierint tempora martyrum: cum doctores quasi quidam faui sapientiam continentes in mysterio absconditam, ministerium compleuerint suum, & disputationibus hæreticorum pressi, melleam doctrinam profuderint: cum numeros suos & dies compleuerint vel paruuli qui lacte fouentur, vel feruentes spiritu qui inebriati vino gratiæ obliuiscuntur quæ retro sunt: cum consummata hæc omnia
Matt. 5. b fuerint (non enim transibit vnus apex aut vnum iota de lege, donec omnia fiant) tunc exultabit omnis ecclesia sanctorum
Canti. 5. a à tam dulci auditu: *Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis, comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo.* Messui, comedi, bibi: præteriti sunt temporis hæc verba, & consummationem cõpletam significant, ac si dicat: Consummatum est. Veni in hortum meum soror mea sponsa. Messui myrrham meam cum aromatibus meis. In hortum illum vbi prope erumpens nulla vrtica liliorum gratiam contristet, vbi vernãtem rosam asperitas spinarum non violet, vbi arbor nulla est cuius sit interdictus accessus. *Veni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Audite quia non metit ni-
B *Mat. 25. c* si quod suum est, nisi quod ipse præseminauit. Verè seruus ille malus & piger, qui pigritiæ suæ causam in dominum interpretatione maligna transfudit: Scio quia homo austerus es, tollens quod non posuisti, & metens vbi non seminasti. Bene piget, in quo dominus non inuenit quod meteret. Et verè malus, qui diligentiam metentis domini in duritiam peruerso sensu conuertit, infructuose quod acceperat seruans, & iniurioſe de bono domino sentiens. Non metit dominus Iesus nisi quod seminauit, non metit nisi suũ. Quod inimicus homo superseminat tritico suo, non metit illud, sed mittet ange-
Matt. 13. d los qui colligant zizania, & faciant fasciculos ad comburendum, qui colligant de regno eius omnia scandala. Ergo prius regnum suum purgat à scandalis, agrũ suum à zizaniis, & hortum suum ab inutili germine, vt nó nisi suũ metat & colligat. Si modò veniat Iesus, sonet vox angeli, terribiliter intonet
Psal. 40. a nouissima tuba, producatur iudicium, ignis in conspectu eius exardescat, aduocetur cœlũ de sursum, & terra discernere populum suum, si iam hæc omnia subito vos præoccupent, de meritis vestris quam teneretis sententiam? Vbi vestro essetis collocandi iudicio? Inter sanctos eius qui congregabuntur illic, an inter eos qui congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum? Inter zizania, an inter aromata? An fortè etiã vestrum de vobis arbitrium hæsitat? Quis gloriabitur in agro
C suo se nihil habere zizaniorum? Felix, in quo parum quid est, & idipsum non incultum, non fotum, sed furtiuum & latitans in quadam aromatum vbertate, & quod statim cum aduertit auellit homo ab horto suo. Væ mihi domine ab imperfectione mea, si homo durus es, si exactor austerus, si tollens quod non posuisti, & metẽs quod non seminasti. Væ mihi si totum metis quod nõ seminasti, sine remissione & pietatis respectu. Nã non totum quod in me seminasti, excreuit. Vtinam myrrhæ meæ acceptum digneris habere fasciculum, vt in medio vberum tuorum commoretur. Vtinam aromatum meorum vapor exiguus & ad modicũ parens ad te ascendat. Nam quãdo tibi offeram integrum fauum mellis, quando tibi offeram meditationem assiduam in lege tua, quando puram & plenã
1. Cor. 2. inrelligentiam spiritualium sacramentorum, quando sapientiam melleã, quã Paulus loquitur inter perfectos? Nam sicut cellulis fauus mellis, ita purissimis figurarum sacramẽtis cœlestis sapientia continetur, vt mutua collatione sacramenti veritas figurata cõmendetur, & non parum gratiæ trahat ipsa veritas talibus quasi cellis expressa. Quando tibi in quodam cordis mei cratere, vini & lactis iam potero temperaturã miscere? Rara est mixtura hæc, quæ mente excedit deo. Sobrius esse discat, vt alta sciens consentiat humilibus. Paruulus fiat, qui puriori inebriatur intellectu. Quantus fauus, quàm ingẽs, quam vber ad cœleste his diebus est translatus conuiuium (dominum Rieuallẽsem dico abbatem) cuius nobis dum locum istum tractamus, nunciatus est transitus. Videtur mihi in illo dum sublatus est, hortus noster esse nudatus, & grãdem agricolæ deo resignasse fasciculum myrrhæ. Nullus talis in al- D
uearibus nostris relictus est fauus. Vtrunque in illo cernere erat, & melius fauum, & myrrhæ fasciculum cum aromatibus bonis. Quis illo vel vita purior, vel doctrina prudentior? Quis magis illo vel ægrotus in carne, vel alacer, in spiritu? Sermo eius quasi cereus, melleam effundebat scientiam, carne languidas, magis tamen intus in spiritu cœlestium amore languebat. Myrrhata carne, mente aromatica, crematione continua, indefessi amoris odoriferum incensum offerebat. Corpore de-
Psal. 62. b siccato & arido, anima eius sicut adipe & pinguedine replebatur: ideo labiis exultationis laudauit dominum semper os eius, fauus distillans ipsius. Nam totus conuersus in labia, modesto vultu, & totius corporis habitu tranquillo, serenos animi prodebat affectus. Sensu perspicuus erat, sermone non præceps. Modestè rogabat, reddebat modestius. Molestos sustinens, molestus nulli. Acutè intelligens, morosè referens, æquanimiter ferens. Memini frequenter illum, cum acceptum de assidentibus aliquis interrupisset sermonem importunè, verba suspendisse, donec alter totum effudisset spiritum suum: & cum importuni sermonis impetuosus defluxisset gurges, eadem qua sustinuerat tranquillitate, suspensum verbum re-
Tito. 1. a sumpsit, opportunè loquens, & opportunè silens. Velox ad audiẽdum, ad loquendum tardus, & tardus ad iram. Quomodo ad iram dicendus est tardus, ad quam magis inuẽtus est (vt sic dicam) nullus? Bene fauus, quia sinceris vndique compo- E
situs & consitus cellis, in omni actu, sermone & gestu internæ putabatur dulcedinis mella sudare. Felix in quo Iesus integrum fauum quem comedat inuenit, crassum, non exiccatum. Vide naturam faui, quasi galea in capite est, propter formam vasculi cui innascitur. Deinde de superioribus pendet, & de
1. Thes. 5. b superioribus prodit. Bona (secundum Paulum) galea spei salutis æternæ. A spe quidem supernorum, omnium actuum caput & totius intentio vitæ inchoare debet, & illi cohærere, ad hãc tendere, & hac se contra omnia tentamẽta tueri. Si videris hominem propter spem supernorum in omni actu etiam aduerso casu repleri gaudio spiritus, qui super mel dulcis est, quid hunc nisi fauum credideris in cunctis cellulis melle redundantem? Quid cum hominem cernis capacem sensu, conuersatione compositum, actuum & vitæ æquabili commensuratione cohærentem sibi, talibus vndique vasculis consertum, vacuis tamen & spei, quæ est reposita in cœlis, melleo exhaustis liquore, nunquid aliud dices quàm faui arentis siccitatem depingit? Duplicatum quidem incommodum, si simul fuerit & dissipatus, & dissolutione quadam desiccatus. Aliud tamen est si seruat speciem, vt mentiatur virtutem: aliud si integritatis formam, & infundendæ fauorem spe bona gratiæ refert, vt dono spiritualis dulcedinis receptacula apta nõ desint, & idoneæ cellulæ melli superno. Noster autem hic fauus de quo lo- F
quimur, integer erat, & in æterno liquore exuberans. Plenus erat cellularum, hac illãque distillabat dulcedinem, sermonis diuini assiduus operator fauos componebat. Boni faui, quibus adhuc integris multorum quotidie indulcantur fauces. Molestam non sectabatur subtilitatem, quæ plus contentionis quàm institutionis ministrat materiam. Circa moralem operosus scientiam, cultissimis illam verborum cellis cõmittebat. Prudens erat eloquij mystici, quod inter perfectos dispensabat. Lactea in salutem & consolationem paruulorum exuberabat doctrina, cui tamen lætificantis & inebriantis sermonis vinum sæpe latenter immiscuit. Ita est. Lac ipsius, vini obtinebat virtutem. Simplex eius institutio, & sermo lacteus animam auditoris in quendam inebriantem alienatæ mentis excessum furtim arripere consueuit. Vnde qui potabatur, iure dicere poterat, quia bibi vinum cum lacte. Imò in lacte nouerat ista temperatè miscere, & in altero vtrunque largiri. Facili ad ædificandum vtebatur materia, sed vehementiam inebriantis gratiæ sentires in verbis. Facilis inerat ei intellectus, sed affectio vehemens. Dolendum quidem quòd tanti viri subtracta est nobis copia, sed nihilo minus gloriandum quòd talem de hortulis nostris fasciculum myrrhæ ad cœlestem illum hortum præmisimus. Illic ornamentum est, qui nobis hic fuerat adiumentum. Et si vacuata videntur alueatia nostra, & hortus nudatus, multos tamen reliquit manipulos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G de quibus potens est deus per virtutum incrementa creare fa-
ſeiculos. Quod & in tota operatur eccleſia, donec per ſucceſ-
ſiones continuas omnium graduum diſpenſatione completa
ſponſæ ſuæ iam perfectæ & conſummatæ dicat: *Veni in hor-*
Canti. 5.a *tum meum ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cum aromatibus*
meis: comedi fauum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte
meo. Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi. Quod
quidem etſi in generali illa eccleſiæ introductione in do-
mini gaudium, quæ poſt reſurrectionem fiet, perfectiſſi-
mè ſperatur: quotitie tamen angelicos ciues ad congratula-
tionis conuiuium inuitari credimus, cum ſancta quælibet a-
nima (ſiue qualem ſupra meminimus, inferioris perfectio-
nis & gratiæ) in paradiſi amœnitatem transfertur, in hortos
ſemper virentes, in locum tabernaculi admirabilis vſque
ad domum dei. Hæc recolite fratres, hæc recordamini, & ef-
fundite in vobis animas veſtras. Ignita eſt hæc recordatio, &
liqueſcere faciet animam tuam, & in delectationes & deſide-
ria effundi, cum ſubis in locum tabernaculi admirabilis, in
voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis, & domini
Ibidem. inuitantis. Inuitantis eſt enim vox: *Comedite amici & bibite,*
& inebriamini chariſſimi. Amici, inquit, & chariſſimi. Blan-
ditiarum hæc ſunt nomina, ſed hæ blanditiæ adulationem nõ
ſapiunt, officij & dilectionis ſunt plenæ. Ipſa non ad blandi-
menta prolata, inebriandi non carent effectu. Efficacia ſunt
H ad demulcendos eorum quibus fiunt affectus. Habent tamen
inter ſe diſtinctionem, & aliquid amplius gratiæ præfert cha-
Ioan. 15. riſſimi quàm amici vocabulum. Vos (inquit apoſtolis domi-
nus) amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Iam non
(inquit) dicam vos ſeruos, ſed amicos: quia omnia quæcunq;
audiui à patre meo, nota feci vobis. Videte & hic quandã di-
ſtantiam. Illic dicuntur amici & hic, ſed differenter. Ibi quia
faciunt, hic quia ſciunt. Ibi non propter miniſtrationem, ſed
propter myſterium. Ibi comedunt, & hic bibunt. Vtrinque
amici, nondum tamen chariſſimi. Chariſſimis in potationem
cedit ebrietas: ipſa nominis ſui forma ſuperabundantiam quã-
dam latenter inſinuat, & ſignificat plenitudinem charitatis.
Chariſſimus eſt, qui charitate pleniſſimus eſt. Chariſſimus
eſt, qui charitate infuſus & imbutus eſt, cuius medullę & oſſa
& omnia interiora charitatis liquore rigantur. Nec quia cha-
riſſimus eſt inebriatur, etſi inde chariſſimus eſt quia inebria-
tur. Denique quid aliud eſt inebriari, niſi charitatis perfectiſ-
ſimæ delectatione repleri? Aut fortè ſi diſtinguere volumus,
vt ſint chariſſimi pleniſſimè diligentes, inebriati perfectiſſi-
Canti. 5.a mè delectati. *Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſ-*
ſimi. Amici ſunt qui vel agunt vel audiunt, chariſſimi qui ad-
hærent. Amici agunt pro eo, & audiunt ab eo: chariſſimi in-
ebriantur eo. Amici ſunt, quibus nota fecit quæ audiuit à pa-
I tre. Chariſſimi, quibus plenam ipſius patris infudit notitiam.
Ibi multa docentur, hic diligitur vnum. In chariſſimis non
eſt operum vel doctrinæ diſtenſio, ſed diffuſio ſola, & ſumma
amoris diuini voluptas. *Comedite amici.* Iam non dicitnr,
Pſal. 21.f Edent pauperes & ſaturabuntur, ſed comedite amici & ine-
briamini. Quomodo pauperes, qui inebriantur ab vbertate
domus domini? Quomodo pauperes, vbi vbertas? *Comedite*
amici & bibite, & inebriamini chariſſimi. Amici vos & cha-
riſſimi mihi: amici propter delectationem ſpiritualem, cha-
riſſimi propter ſponſalem. Inebriamini chariſſimi. Introdu-
xi vos in cellam vinariam, vt ordinarem in vobis charitatem.
Nec eſt charitas ordinata niſi cum mens veſtra fuerit vehe-
mentia charitatis inebriata. Non eſt ordinata, niſi cum om-
nibus aliis fuerit affectibus ſuperordinata. Bonus ordo, ſu-
pereminentia amoris: ſupereminens amor chariſſimos efficit.
Chariſsimi ſunt, in quibus nihil eſt vel charitate vacuum, vel
alij negocio vacans. Ordo plenus eſt, cum de charis in chariſ-
ſimorum gradus tranſitur. Ordo plenus eſt, cum charitatis
cumulo nihil adiici poteſt. Comedite amici, & bibite, & ine-
briamini chariſsimi. Omnes ibi amici, & omnes chariſsimi.
Omnes potãtur, & omnes inebriantur. Non ſic autem in hac
conualle lachrymarum, non ſic: ſed multi amici, pauci cha-
riſsimi: multi potantur, non inebriantur omnes. Et qui ine-
briantur, iterum temperantes fiunt. Ad horam mente exce-
dunt, & ad ſobrietatem ſolitam denuo redeunt. Soporantur
& excitantur: ſomnolenti fiunt, & poſt paululum iterum vi- K
gilant. Ideo ſequitur: *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Hæ ta- *Canti. 5.a*
men vigilię non videntur dormitioni ſuccedere, ſed ipſam co-
mitari. Præſtet nobis dominus Ieſus quæ ſuper hæc ſunt di-
cenda, vigilanter intelligere, & vobis audire. Qui viuit & re-
gnat deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Sermo XLII.

EGO dormio, & cor meum vigilat.] Poſt heſternum capitu-
lum qua rationis conſequentia talis reſponſionis ſermo
infertur? Tunc erat generalis inuitatio, hæc eſt reſponſio
quaſi ſingularis. Ibi plures inuitantur, hic vnus reſpondet.
Ibi dicitur, Inebriamini chariſſimi: hic quæ chariſſima eſt,
quæ ſponſa eſt, dormire ſe refert: Ego dormio. Quid mi-
rum ſi ad communem inuitationem reſponſum redditur
ſingulare? Multi chariſſimi, ſed omnium eſt cor vnum, & *Canti. 6.c*
anima vna. Vna eſt, inquit, columba mea. Amor vnit, &
amor inebriat. Vides quàm iuſtè ſit omnium vnica reſpon-
ſio, quos in eccleſia charitatis vehementis liquor infundit?
Verè vehemens virtus amoris, inebrians & abalienans. Vul-
tis audire quomodo charitas abalienet animum, quem ine-
briat? *Ego*, inquit, *dormio.* ac ſi dicat dilecto: Tu me ad ebrie-
ratem vocas, & ego tota huic muneri vaco. *Ego dormio,* & L
cor meum vigilat. Ab aliis dormio & quieſco negociis: ideo
cor meum liberius vigilat ad ſectandam hanc ebrietatem, &
vinum potandum. Ordo mirabilis. De ebrietate dormitio &
de dormitione vigiliæ. Ille dicit: Inebriamini, & illa dicit:
Ego dormio. Bonus ſopor mentis exceſſus, & alienatio ab af-
fectibus carnis, & (ſi id etiam dicitur) à ſenſibus corporis.
Tunc magis videt & inuigilat amor ſpiritualis, cum conſo-
pitur penitus omnis paſſio & affectus animalis. Et domtio
& inebriatio vtraque alienationis vicem præfert. Et quid-
dam in hoc ipſo adinuicem tenent commune, quòd mentem
tam hæc quàm illa ſibi arripit, & penes ſe manere non ſinit.
Vtraque ſtatum priſtinum ipſi animæ (vt ſic dicam) furatur,
& nouos informat affectus. *Ego dormio, & cor meum vigilat*
Dormiunt alij ſomnum ſuum, & delectatio eorum in propria
voluntate quieſcit. A talibus ego dormio, & vigilat cor meũ
tibi. Ab increpatione tua domine dormiunt alij, ego ab in- *Pſal. 75.a*
crapulatione. Dura hæc increpatio ſatis, quando diſſimulan-
do ſic hominem permittis deſidiæ, ſicut eſt magna increpatio
deſertionis ſignum. Ab hac increpatione dormit, qui ex diſſi-
mulatione diuina ſomnolentæ ſecuritati ſe tradens, diſſimu-
lantis patientiam non attendit parturire impœnitentis repul-
ſam. Patientis longanimitas & interim non percutiens in re-
recundis mentibus vim habet, & eadem domini tolerãtia quę
mentes honeſtas facit ſollicitas, duras ipſa reddit ſecuras. E-
go, inquit, dormio, & cor meum vigilat. Dormio non increpa- M
tam, ſed incra pulara à vino ad quod vocas chariſsimos tibi.
Crapula ebrietatis tuæ mundo me tollit, & tibi tradit, ſopo-
rat & excitat, ſecularium obliuiſci me facit, & tui non ſinit.
Ego dormio, dormi mecum, iuxta illud quod ipſe in Salomo- *Eccls. 4.c*
ne diffinis: Si dormierint duo ſimul, fouebuntur mutuo. ſic
fiet vt ex dilecti præſentia ob vehementiam amoris cor meũ
vigilet amplius. Cor meum vigilat, cum tuus amor in eo am-
plius viget. Ego dormio. Dormio propter amici requiem,
propter raptum inuigilo. In ſomno dulci quietis meæ, ſollici-
tudo vigilantis te vigilantius ſomniat. Dulcis ſomnus, & dul
ce ſomnium neſcire alia, ſolum te ſcire. Vacare tibi & te vi-
dere ſicut hic datur per ſomnium (vt ſic dicam) & vmbram &
ænigma. Bona crapula copia vacationis & viſionis iſtius. Vi-
ſio iſta habet aliquid ſomnio ſimile, eo q; non humano arbi-
trio & induſtria fiat, non ex inueſtigatione noſtra, ſed ex viſi-
tatione orientis ex alto. Paulus quaſi dormit cũ mundo mo-
ritur: quaſi vigilat cum viuit Chriſto. Dormiat vtinam fratres
anima mea dormitatione iſta, & fiat vigiliæ meę talium ſimi-
les vtinam iuges ſint, non interpolentur. Nũc autẽ verſa vice
ego vigilo, cor meum dormit. dormit ſpiritus, caro vigilat:
& ſi caro dormit, nõ tamen ſtatim ſpiritus vigilat. Indulgetur
animo requies, nondũ tamẽ ab illa glorioſa ebrietate ſorbetur
& rapitur. Dormit tentamentis, nõdum tamen excitatur illis
inebriantibus blandimentis: & quãuis frequenter guſtentur:
rediuiua

A rediuiua tamen nouitate animam quam inebriant, excitant.
Iure vigiles dicti ſunt, qui nunquam vinum illud inebrians
digerunt: qui ſemper madent æternæ delectationis vbertate.
Dan. 4.b Tales in Danielis libro vigiles legis. Bene vigiles, in quibus
nihil eſt quod ſoporatione indigeat, ſed totum inuigilat deo.
Bene vigiles, quorum non interpolantur vigiliæ. Nullus in
eis animalis affectus ſentitur quem deceat conſopiri vt expe-
ditiores ſint cordis vigiliæ. Sunt quædam vigiliæ ſollicitudi-
1.Pet.5.b num repletæ moleſtia, de quibus Petrus: Sobrij eſtote & vi-
gilate, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens
1.Cor.16.c circuit quærens quem deuoret. Et Paulus inquit: Vigilate, &
ſtate in fide. Sed illæ vigiliæ nihilo minus ſollicitudine nõ ca-
rent, quibus eccleſiæ vexantur doctores, ſicut euangelici illi
luc.2.b paſtores vigilantes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gre-
gem ſuum. Vigiliæ iſtæ quadam torquentur moleſtia ob im-
minentis mali cautelam. Vigiliæ ſponſæ dormientis non con-
tinent mali cautionem, ſed copiam boni. Præoccupatæ enim
menti vehemens amor auiditatis inexpletæ vigilias inducit.
Vigiliæ quædam ſunt vel deſiderium optatæ præſentiæ, vel
delectatio andeptæ. Vigiliæ bonæ, vigens, & non ſomnolen-
ta deuotio, ſiue in copia dilecti præſentis, ſiue in concupiſcẽ-
Iob.33.b tia abſentis. Hæc nec vigilat nec viget niſi in quieta & quan-
tum ad ſeculi vel ſtudia vel deſideria conſopita mente. Ideo
B dicit: Ego dormio, & cor meum vigilat. Et in Iob legitur,
quòd in viſione nocturna cum ſopor irruit ſuper homines,
Cap.5.a & dormiunt in lecto, tunc aperit deus aures, tunc loquitur,
tunc pulſat. ideo hic ſequitur: *Vox dilecti pulſantis: Aperi*
mihi. Iure vigilat neſciens qua hora venit dilectus eius. Quaſi
continuæ ſunt vigiliæ ſponſæ, & vox dilecti, *Cor*, inquit,
meum vigilat. & ſtatim adiecit: *Vox dilecti pulſantis: Aperi*
mihi. Cor meum vigilat, & dilectus meus non dormit. Vox
eius pulſat, & dicit: *Aperi mihi.* Cor meum vigilat, & ipſe ſta-
tim aduolat, & auditur vox eius. *Vox*, inquit, *dilecti.* Hæc
mihi vox nota eſt, hæc mihi grata, ad alias obſurdeſco voces,
ad hanc expergefacta ſum: ſtatim cum inſonuit in auribus
meis, exultaui præ gaudio. Multæ voces obſtrepere ſolent, &
falſas inſuſurrare blanditias, ſed non ſicut vox dilecti, Ma-
gna fratres prudentia ſponſæ, & diſcretione ſpirituum pol-
lens, quæ ſic diſtinguere nouit inter verſutias dæmonum, &
blanditias veras dilecti. *Vox*, inquit, *dilecti pulſantis.* Quæ ta-
1.Cor.1.c lis vox qualis Ieſu? Nunquid philoſophorum? Nunquid hæ-
reticorum? Num legis? Num prophetarum? Valida vox eius
eſt, ſtultam fecit huius mundi ſapientiam. Lex & prophetæ
neminem ad perfectum adduxerunt: vox Ieſu conſummã-
tionis ſummam complectitur: vox eius conſummationis præ-
cepta continet: vox eius mouet affectus. Vox, inquit, pulſan-
tis. Pulſant enim & penetrãt, efficax inſtar ancipitis gladij. le-
niter illabitur, & blandè perſuader, quod nulla potuit alia do-
C ctrina obtinere. Nõ altus ſermo, ſed alta myſteria. Humilata-
tem conſcientiæ, morum contempertantiam obtemperan-
tiam obedientiæ, carnis munditiam, contemptũ mundi, con-
cupiſcentiam æternorum, diuinitatis notitiam, quæ vnquam
diſputatio, quæ diſtrictio tantam aut ſermone tradidit, aut in-
ſpirando perſuaſit? Reſurgendi gratiam, impaſsibilitatem re-
Pſal. 75.a ſurgentium, æternitatem vitæ, maieſtatis reuelationẽ hac do-
cente ſpirare didicimus & ſuſpirare. Notus in Iudæa deus, in
Iſrael magnum nomen eius. Nunquid tantum? Nunquid tam
expreſſum? Nunquid tam impreſſum? Nunquid tam ſparſum?
In Iſrael magnum nomen eius, ſed non eatenus magnum vel
euidenti doctrina, vel vehementi deuotione, vel numeroſa
Rhe.1.a populoſitate crẽdentium. Olim loquens deus patribus in
prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.
Ideo vox valida, vox virtutis, vox dilecti. Sed Iudæorum con-
ualeſcere nequiuit in auribus: audiuit gentilſtas, & con-
feſſa eſt, & non negauit, dicens: Vox dilecti pulſantis. Vtrun-
que agnoſco eſſe dilecti, vocem & pulſum, verbum & virtu-
tem. Vtróque mihi gratus dilectus meus, vtroque me demul-
cet & mouet, voce & pulſu, & (vt ſic dicam) cantico & pſal-
mo. Bene pulſat & quaſi tympanizat, qui verbi & operis con-
cordem mouet ſymphoniam. Tympanum puta Ieſum, ac-
cede, tange, diſcute, pulſa mores, opera, verba, vitam. Omnes
meæ chordæ extentæ & ſonoræ ſunt, tactæ melodiam dul-
cem reſultant. Ieſus ipſe pulſat ſeipſum. Nemo, inquit, tol- D
lit animam meam, ſed ego pono eam, & iterum ſumo eam. *Ioan.10.d*
Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo ite-
rum ſumendi eam. Vide quid tibi ſonet iſta poſitio, ſump-
tio & vtriuſque poteſtas, quid ipſa pulſandi cauſa. Nõne
& ipſa maximè ad cor noſtrum pulſat & excitat, vt nos
velut cithara quædam effecti, ſic ſonanti conſonare nitamur?
Vox dilecti pulſantis. Bene dilecti inquit, quaſi ex dilectione
ſola & gratia loquentis & pulſantis: *Aperi mihi, quia caput* *Canti.5.d*
meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Refrigeſcet
in Iudæa charitas, iam tranſmigratio fit, iuxta ſcripturam, ad
gentes. Illi miſſum eſt verbum ſalutis, ſed repulit illud, indi-
gnam ſe iudicans æternæ vitæ. Excluſus ſum ab ea, tu aperi mi-
hi, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis
noctium. Caput Chriſti deus. De deo patre gloriantur Iudæi,
eius ſe iactant habere notitiam, filium reprobant & blaſphe-
mant, tu aperi mihi. Caput meum plenum eſt rore. Non ta-
les deſiderat, non ſitit, ſed magis faſtidit, ideo plenum eſt. Ple-
num eſt rore, eo quòd ſenſu leues ſint, rationis carentes pon-
dere, non habentes aliquod in aſſertione momentum. Ratio-
ne leues, obſtinatione graues. Quaſi ros & guttæ ineffica-
ces & pertinaces. Et cincinni mei guttis noctium, quæ gelidæ
ſunt & tenebroſæ. Nam eſt quidam ros qui noctis non eſt. E
Ros tuus (ait Eſaias deo) ros lucis. *Et cincinni mei guttis noctium.*
Figuris adhæſerunt, ſcientes literaturam, neſcientes ſenſum *Eſa.26.d*
ſpiritualem. De vnius ſcientia dei, de figurali legis obſerua-
tione Iudæi gloriantur, myſterium inficiantes trinitatis, &
præfigurationis veritatem, de ſuperfluis & emortuis ſignis
ſe iactant. Moleſti ſunt mihi, diſcipulos meos premunt, qui
ſunt velut quoddam capitis mei ornamentum & decus: ideo
fugio, aperi mihi. Quidam hæretici Chriſti diuinitatem ad
quam nec fide volunt, nec ratione poſſunt attingere, conan-
tur extinguere. Subtilia, conſona literarum teſtimonia, &
quæ diuina nituntur auctoritate, quaſi quoſdam cincinnos
capitis, non cohærentibus diſputationum ſuarum argutiis,
& velut quibuſdam roris inſtar minutiis inficiunt, corrum-
punt, opprimunt. Hi quoque notitiam dei præſumentes
& ſpiritualium ſubtilitatem ſenſium, quaſi in ipſo dei ca-
pite & capillis ſuperbè locatis, rori conferuntur, & guttis
noctium: vt intelligas eos minutos, gelidos, fluidos, & non
cohærentes ſibi. Sed & ſi quidem videris eos ſanam quaſi
caput ipſum tenere fidem, ſuperficietenus communicare,
ſubtili vigere ſenſu: gelida tamen eſt propter malam con-
ſcientiam, & propter hypocriſim obſcura, & propter ve-
locem tranſitum fluida. Gaudium enim hypocritæ inſtar pun-
cti. Hunc talem Ieſus foris eſſe indicat: opprimentem, & *Iob.20.d*
quaſi grauem ſibi refugit. Huiuſmodi non tam ambulant,
quàm volitant in magnis & mirabilibus ſuper ſe, ſuperba ela-
tione pendulo vagi in aëre. Ambitioſa quidem negociatione F
perambulant in tenebris. De religione lucrum venantes, ſpi-
ritualem ſe ſimulantes habere doctrinam, ſtudium, inſtar ro-
ris eloquium incerta, & occulta, & quaſi nocturna noſſe my-
ſteria ſapientiæ dei, ſanctitatis tenere caput & culmen, & in
ipſo Chriſti hærere vertice, eminendi magis, quàm intrandi
ſtudium gerunt. Iſtos modeſtè ferens & fugitans Ieſus, di-
cit: *Aperi mihi ſoror mea.* Quæ intus es, quæ non vagaris foris, *Cant.5.a*
quæ non in ſublimibus volitas, quæ non vis tam eminere fo-
ris, quàm intus te tenere, aperi mihi. *Aperi mihi.* Non quæris
niſi me. Tota es mea. Tota mea, & multiplici iure mea. Quare
multiplici? Audi quàm multiplici: *ſoror mea, proxima mea, colum-*
ba mea, immaculata mea. Soror mea in aſſumpta carne cogna-
ta. Proxima mea, quia de latere cum in cruce dormiret, de ſe-
cundo Adam Eua noua eſt creata: vt non iam ſint duo, ſed vna
caro. Ibi eſt cognatio naturalis, hic & coniunctio perſonalis.
Ibi ſoror, hic ſponſa. Columba mea, ſed ſpiritus per gratiam.
Immaculata mea per remiſſionem & diſciplinam. In carne
ſoror, in ſacramentis ſponſa. In ſpiritu ſimplex, immaculata
in ſanctitate. In his omnibus mea, aperi mihi. Age quod agis,
aperi mihi. Tibi intus ſum, ſed aperi mihi in illis, in quibus
adhuc foris commoror. Aperi illis, inuita, introduc in locum
tabernaculi admirabilis. Pulſa vt aperiatur tibi oſtium ma-
gnum & euidens (ſicut Paulus dicit) vt pateat introitus per- *1.Cor.16.b*

Gsuasionibus tuis ad affectus eorum. Penetra ad illos, vt ad te
post introducas. Exi ad illos, vt intrent ad te qui foris conge-
lato frigescunt affectu. Exitus tui damna, aliorũ introductio-
ne redime. Quid dicis? Exui me tunica mea, quomodo in-
duar illa? Quid dicis? Laui pedes meos, quomodo inquinabo
illos? Exuisti te tunica tua, tunica carnalis curæ, tunica certe
molesta, & forte polluta. Tunica tua te exuisti, mea induere.
Esa.59.d Zelus domus meæ comedit te: ideo iuxta Esaiã induere pal-
2.Ti.4.a lio zeli. Insta, argue, prædica, obsecra, opportune, importune.
Non est pedes polluere, hac incedere via. Si quis adhæsit pul-
uis, excutias illum de pedibus tuis. Nõ pollutos, sed pulchros
Esa.52.b commendat Esaias pedes cum dicit: Quàm pulchri super mõ-
tes pedes annunciantium pacem, annunciantium bona! Ne
cuncteris, operum meorum exempla te moueãt. Tangat ma-
nus, si pigritaris ad verbum. Zelotes ego sum, tu quoque pro-
me zelare. Ocium sepone paululũ, meis implicare negociis.
2.Cor.8.b Omnis militans deo, istis, cum iubetur, se implicet oportet
negociis. Cum dies essem, pro omnibus pauper factus sum.
Æqualis deo, exinaniui meipsum, ministrandi formam accipiens. Pro omnibus mortuus sum, vt qui viuunt, iam sibi non
viuant, sed mihi. Attentis talibus in dilecto sponsa, & his mo-
Canti.5.a ta exemplis ad æmulandum, sic ait: Dilectus meus misit ma-
num suam per foramen, & ad tactum eius intremuit venter
meus. Per arctum paupertatis, persecutionis, & mortis fora-
H men, operum suorũ ad me intromisit exempla. Hæc me tan-
gunt, hæc me mouent. Nota tremorem ventris, audi denique
motionis effectum. Sequitur enim: Surrexi vt aperirem dile-
cto meo. Audite & intelligite qui præpropere satis & proter-
ue nimis ad ecclesiæ properatis honores. Sponsa enim, ad quã
cantici huius blandimenta cantantur, morose & cunctanter
accedit, etiam postquam se sororem, proximam, columbam,
immaculatam audiuit vocari. Contemplare si hæc in te sint:
& si sint, verere ne perdas. Si non sunt, magis verere ne non
accipias. Attẽde post quot & inuitationes & cõmendationes
sic dicit: Surrexi vt aperirem dilecto meo. Et tibi vanum sit
surgere antequam voceris, qui delectationis illius sanctæ pa-
nem manducas, & bibis vinum de quo supra dicitur: Come-
Ibidem. dite amici mei & bibite, & inebriamini charissimi. Vanũ imò
verendum sit tibi nisi cum inuitata sis surgere, cum dormis
somnum dulcem, donec dilectus aperiat. Aperi mihi: non
ambitionis, non auaritiæ, non inquietudinis, non elationis
vox moueat animum, non demulceat blandimento fallaci.
Istæ tibi ignotæ sint voces, non tibi istæ opus bonum sua-
deant, si tamen ante dilecti tui vocem, assurgere. Qui viuit &
regnat, &c.

Sermo XLIII.

I

SVPERIORE sermone hunc locum ita discussimus
vt diceremus Iesum sponsæ suæ imploraſſe solatia aduer-
sus molestias eorum qui fidei nostræ sinceritatem humanæ &
perfidæ doctrinæ corruptela tentant inficere, & subtilium
persuasionum immadidare rore nocturno quem princeps te-
nebrarum, princeps aëris huius latenter & leniter instillat.
Nam & alio scripturæ loco queritur quòd aquæ inundaue-
runt super caput suum. Heri ergo inductus est à nobis domi-
nus Iesus molestias fugiens: hodie inducetur gaudia ferens.
Heri inductus est solatia implorans: hodie secum solatia por-
tans. Heri plenus iniuriis, hodie gratiis. Illa interpretatio ra-
ras respicit, ista refertur ad plures. Non omnes ad prædica-
tionis opus vel idoneæ sunt, vel delegatæ. Non enim corru-
pelas fidei repellere vel sufficiunt, vel huic mnneri prꝛficiun-
tur. Non possunt omnes esse matres & sponsæ, omnes pos-
sunt sorores & sponsæ. Non omnes possunt partus sustĩ-
nere iniuriam: omnes debent amplexus gratiam. Fuerat secũ-
dum hesternam interpretationem roris illius nocturni liquor
molestus, hodiernus iste sit gratus. Ibi loquitur Iesus quere-
las deponens, hic loquitur blanditias suggerens. Ibi fugit in-
Canti.5.a festos, hic solùm ad sponsam festinat. *Aperi mihi soror
mea, proxima mea.* Disciplinam hic attende custodiæ, vbi
ianua passim non patet. Quis illuc intrabit ad arbitrium,
vbi Iesus sine interpellatione non intrat, nec nisi cum fuerit
audita & nota vox eius? O me felicem si de mea dici anima K
queat: Porta hæc clausa est, & per eam nec furtim nec fortuito indisciplinatus affectus immittitur. Soli principi patet, si
ponam ori meo custodiam, vt soli principi pateat cum assi-
stit ad illud. Aperi mihi portam iustitiæ: & ingressus in eam
coniuabor tecum, comedam in ea & bibam & inebriabor,
denique & ego inebriabo te guttis meis. Non accedo sterilis,
sed mades suauiter illabente rore gratiarum. Aperi mihi. In-
tus iam tibi sum nunc, sed aperi mihi vt amplius intrem. Aperi
mihi. Iam quasi nouus accedo, & recenti rorans affectu. Vt
ros tibi fluet eloquium meum, cum deitatis meæ tibi instil-
labo areana. Caput meum rore abundat, & contemplatio diu-
inæ in me naturæ, subtiles & fœcundos parturit sensus. Quid
circa humanitatis mysteria solùm moraris? Quid tandiu so-
los ad pedes resides? Surge ascende ad caput, illi aperi. Aperi
mihi in hoc, quia caput meum plenum est rore. Humanitas
gratiam comparat, diuinitas confert: humanitas impetrat,
diuinitas infundit amorem. *Caput meum plenum est.* Ipsum est
ros, ipse illabitur animę, & eius medullas irrigat. Vsque ad ali-
quid ingressum aperi mihi, vt pertingam ad intima, vt diuini-
tatis meæ dulcis notitia influat, & inficiat totum quod est in
interioribus tuis. Aperi mihi vt diuinitatis meæ subtilis ros
cordis tui terram infundat, & inebriet eam. Et reuera sic est
fratres. Vbi in materia maior est gloria, ibi in meditatione L
maior est gratia. Quod plus habet excellentiæ, plus sibi exigit
reuerentiæ, plus refundit & gratiæ. Quod quodã naturę suæ
merito prærogat, perceptio eius oblectationis plus erogat.
Plus omnibus placet, quod omnibus præstat. Singulari ma-
teriæ peculiaris debetur cernendi modus. Non est humani iu-
ris: non est enim moris humani. Quietæ & peruigili do-
natur menti, non tamen ad votum, sed ipse vult & dicit:
Aperi mihi. Quid est dicere, *Aperi mihi*, nisi quodam blan-
dimento affectum illicere, mouere concupiscentiam, vt mens
ex parte tacta tantæ lucis coruisco, ad pleniorem percepti-
nem se præstet purgatã? Sic lux quasi oculo dicit, aperi mihi: *Apoc.3.*
qua ex modica perceptione ad maius participium sui quan-
dam auiditatem prægenerat. *Aperi mihi soror mea.* Quid est
Iesu bone quòd rogas aperiri? Tu ipse habes clauem Dauid.
Aperis, & nemo claudit. Apparitio tua, apertio est. Appare,
& nemo tibi claudit. Cui ex minima parte maiestatis tuæ cœ-
pit gloria scintillare, animum ad se subitò conuertit & rapit.
Non sinit sibi claudi dum ipsa coruscat. Cor quod penetras,
aperis tibi. Apertum tenes, dum te subtrahis. Et fortè vtraque
necessaria est, & cognatæ sunt sibi apertio sponsi, & apertio
sponsæ. Apertio sponsi, appartio eius. Apertio sponsæ, appa-
ratus eius & coaptatio ad tam dulces vsus. *Caput meum ple-* *Cant.5.b*
num est rore, & cincinni mei guttis noctium. Caput plenum est, & M
eo madent qui adhærent illi. Delectabilis est deus in se, & de-
lectabilis in sanctis suis qui de ipso per gratiam oriuntur, &
ordinatione sua quasi quidam distincti cincinni perseuerant
in eo. Pulchra vtraque cõtemplatio, vel essentiæ eius, vel gra- *1.Cor.12.a*
tiarum quę procedunt de ea. Diuisiones enim gratiarum sunt,
ac si quædam distinctio cincinnorum. Inuisibilia enim ip-
sius quædam præferre distinctionem videntur, ad nostræ ta-
men capacitatis mensuram. Nam distinctis signis & sermo-
nibus aliud & aliud significare conantibus, quæ in ipso sunt
vnum, quasi plura & varia innotescunt nobis. Quædã ad so-
lam eius magnitudinem respiciunt: vnum hoc cincinnum pu-
ta. Quædam ad solam potentiam, sic & quæ ad sapientia, quę
ad bonitatem, quæ ad prędestinationem, ad prouidentiam, ad
gratiam, ad iudulgentiam, consilium, cogitationes dei, genera-
liter quæ vna significationis complectitur ratio, & quasi ad
vnam pertinẽt, pro vno cincinno interpretare: quæ ad aliam, *Rom.1.c*
pro alio crede. Inuisibilia ipsius, ait apostolus, per ea quę facta
sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius diuini-
tas. Illa plurali protulit, hanc singulari intellectu. Hanc ergo
velut caput accipe: illa velut cincinnos. Nam diuinitas in se
vna simplex est, secundum effectũ autem in subiectis, & effi-
giem particulariter impressam subiectis, variæ significationis
recipit numerum: ideo essentialia nomina mutuo de se dici
possunt, non sic autem denominata. Essentia dei scientia eius
est cum conuersionis veritate, & substantiæ identitate: non
tamen

A tamen cum verum est deum nosse aliquid, & sequenter ve-
rum erit illum id esse. Sic & potentia cum voluntate in deo
vnum idémq; esse essentialiter est, denominata verò ab his nõ
se mutuo cõsequuntur. Denominationes enim istæ cum ali-
quem circà creaturas effectum continẽt, cognatã ab illis mul
titudinem trahunt, in se nequeãt commutari. Mira identitas,
& mira diuersitas, vtraque inexplicabilis, vtraque admiratio-
nis est plena, deuotionis & reuerentiæ occultissimas & effica-
cissimas causas continens. Accede sponsa ad hoc caput dilecti,
& cincinnos eius stringe, torãtes crines, multum inde dulciss-
simi liquoris elicies. Pleni sunt guttis noctis, guttis occultis,
guttis non ignota dulcedine refrigerãtibus. Erit quando gut-
tæ tales expressæ frequentius integri fluminis efficient impe-
tum. Bonus quidem, qui desiderium æstuãtis amoris refrige-
rat. Siue supradictis modis caput cincinnósque intelligas, siue
in capite illam deitatis nudam notitiam, quæ est facie ad fa-
ciem, cincinnos autem illam quæ per speculum fit, & in vela-
mento ænigmatis, in vtroque refrigerij vberem rorem reperies: ideo forte capiti ros simpliciter assignatur, guttæ verò cũ
adiectione noctis cincinnis attribuuntur, quod & visio quæ
per speculum fit & ænigma, nocturnæ quiddã habet qualita-
tis, minus fulgens, & minus feruens. Æmulare sancta anima
sponsum, caput & capilli deuotionis rore madescant. Caput
B intentionis, cincinni cogitationis. Ad modũ madentium ca-
pillorum strictæ sint, extentæ sint, pingues sint, continentiæ
extenuatæ disciplina continuationis perseuerantia protentæ,
exultationis specie pingues, ne ad modicum tenebroso & ge-
lido malitiæ & nequitiæ rore inficiantur, quem princeps aëris
huius leniter & latenter aspergit. Caue fallaces infectiones
eius, sponsi tui illum cœlestẽ se mentitur habere rorem. Clau-
de illi: & si dicat, Aperi mihi soror mea, nullã tibi cum eo co-
gnationem esse responde. Quæ illi cognata est, immaculata
non est. Praua cognatio, quam contagio sequitur. Christus
cum iam sororem dicit, immaculatã subiungit. Auscultа quã-
Canti.5.a do dicere possis: *Vox dilecti pulsantis.* Hostis primo aggres-
su timide agit. Tentantis modo deprehendi timens, palpat,
Ibidem. non pulsat. Dilectus tuus innotescere volens, pulsat auden-
ter. *Aperi mihi, quia caput meum,* inquit, *plenum est rore, &*
cincinni mei guttis noctium. Ac si dicat: Aperi mihi, quia ro-
re gratiæ refertus illabor. Aperi mihi, aptam te præpara tan-
tæ præsentiæ. Tunc illa: *Exui me tunica, quomodo induar illa?*
Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Tu dicis, aperi mihi.
Ecce aperui, parata sum & domesticis turbari denuo curis
refugio. Nolo quam semel exui, redindui tunica. Quomodo
iuduar ea? Quomodo? Nullo modo. Non acquiesco, non
possum non ægrè redindutionis verbum audire. Laneam
exui, vestita subtilibus. Noui quàm laborioſæ sint partes
C Marthæ, quàm onerosa operta sit tunica, quomodo circa fre-
quens discurrendo ministerium inquinatos oportet illam af-
fectuum pedes habere, & operũ gressus. Non possum de Ma-
ria in Martham degenerare. Optimam partem elegi, aper-
tum & paratum efficere cor meum ad aduentum dilecti. Non
videtur in partibus Marthę passus molestias, qui semel ad illas
iterum reuerti festinat. Nuda ab omni materia mundi, & sine
impedimento velaminis, libera & quasi reuelata facie gloriã
contemplatura dilecti, surgam vt aperiam ei. Via hæc via pul-
chra est, non potest per eam pes pollutus incedere, nec pollui
in ea. Breuis via: nam dilectus stat ad ostium vociferans &
pulsans, quasi moræ impatiens. Pulsat ad ostium, explorat
aditus, & ardentius diligens properantem præuenit me.
Canti.5.b *Manum suam misit per foramen, & ad tactum eius venter meus in-*
tremuit. Quid sibi vult hoc loco quòd sponsa quæ clauserat
ostium cubilis sui, non hoc quoque obturarit foramen, ne ad
illam quid ingrederetur incaute? In cæteris cautius agens,
cur hic locum negligentiæ reliquit? An fortè hoc in se minus
ipsa nouit foramen? Quis enim in se omnia potest nosse fora-
mina, omnes aditus, omnes aptitudines, nisi ille qui (sicut in
Ezech.28.b Ezechiele legitur) in lapide precioso foramina præparauit?
Ipse foramina vbi vult parat, quia vbi vult spirat. Ipse ma-
num mittit per foramen: per aptum aditum, inspirationis oc-
cultæ virtutem. Per foramen, inquit, id est per aptum, per ab-
ditum, per arctum ingressum. Arctus enim ingressus satis,
vbi manum tantùm immittit Iesus, eius respectu quem per D
ostij apertionem sibi fieri petit. Non moueretur ille venter
sponsæ, non surgeret, non periret dilecto, nisi ipse prior in-
spirationis suæ manum immisisset occultam. Occulta ratio
vocationis primæ, latens causa, & nondum latus ingressus.
Dilatatur autem, cum præoperanti sponso anima coopera-
tur, conatur, assurgit & aperit. Prima solius dei manus agno-
scitur, secunda dei simul & hominis. Et cum magis dei sit pro-
pter munus, soli tamen homini deputatur ad meritum. Arcta
est etiam & quasi per foramen concepta cognitio dei, ea quæ
per operum eius contemplationem percipitur, & quasi tactus
manus, non visio vultus eius. Aduerte trinum contemplandi
modum, in capite, in cincinnis, in manu. In capite naturam,
in cincinnis figuram, in manu factũram. De hoc vltimo sic ait,
Delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum *Psal.91.a*
tuarum exultabo. Possumus etiam sic illa vocare, essentiam,
signa, opera. Diuinæ illius naturæ notitiam, signa per quan-
dam in suo genere similitudinem depromunt, opera probant.
Signa, vt sic dicam, exprimunt, & opera astruunt. Vltimus hic
contemplationis modus, simplicium est, secundus eruditio-
rum, primus purissimorum. Veruntamen sicut iam diximus,
immissio manus per foramen, immissionem illam latentem
& occultam significat inspirationis, quam diuinæ virtutis ta-
ctus operatur. Hic etiam est aduertere tria quædam in spon- E
sa. Quæ tria? Primò quòd tremit, secundò quòd surgit, tertiò
quòd aperit. Primum fit quidem in ipsa, sed non ab ipsa. Duo
sequentia sic fiunt in ipsa, quòd etiam ab ipsa. In primo præoc-
cupatur, in secundo conatur, in tertio captat. Cũ tremit, nihil
in ipsa agit, sed magis patitur. Cum surgit & aperit, propriæ
aliquid industriæ adhibet. Tremit, cum motum occultum in-
spirationis sanctæ dulciter sentit. Assurgit, cum consentit &
sequitur quò illa ducit. Aperit, cum huic totam se operi mens
indulget, & reddit capacem. Veruntamen quanto magis se
huic visui aperit, tanto ex nimia affectione & vehementia in
se deperit. Memor fui (inquit) dei, & delectatus sum, & exer- *Psal.76.a*
citatus sum, & defecit spiritus meus. Memoriam ventri, tre-
mori delectationem, exercitationem surrectioni confert, &
aptat. Nam quod dicit, defecit spiritus meus, ad illud spectat
quod hoc sequitur in loco: Pessulum ostij mei aperui dilecto, *Cant.5.b*
& ipse declinauit. Tunc declinat, cum tu deficis ferre non va-
lens. Cum tu afficeris vehementius, tunc ipse citius auolat.
Quanto affectuosius captas dilecti amplexus, & quasi aperto
corde totum absorbere & deglutire conaris, tanto velocius
declinat labilis præsentia dilecti tui. Sed iam redeamus ad se-
riem literæ. Surrexi vt aperirem dilecto. *Manus meæ distilla-*
uerunt myrrham: digiti mei pleni myrrha probatissima. Quid est
q̃ de apertione locutura præmittit de manibus? An fortè sug-
gerere voluit, quibus te manibus oporteat aperire dilecto
tuo, quibus operum meritis contemplandæ veritati aditum
præparare? Bene quidem myrrhatæ manus, quæ carnis morti- F
ficationem operantur, quę fluxum eius compescunt, stringunt
vt latius influat oblectatio verbi. An non velut quasdam myr-
rhæ stillas censes opera regularis conuersationis, quæ vicissim
sibi succedentia mentem vngunt, & carnem stringunt? Vigi-
liæ, ieiunia, castigatus & parcus victus, asper pannus, & pa-
nis ater, plagæ virgarum volũtariè susceptæ, in matutinis psal-
modiæ vociferatio, & silens oratio, vtraque in spiritu cordis
vehementi: sed hæc tanto vehementior, quanto corporalis
spiritus minus est continens: quidni distillant nobis dum vici-
sim succedunt sibi? Iure conferuntur myrrhæ, quia carni ama-
ritudinem vexationis inferunt, & deuotionis velut vnguento
mitigant animum. Et vt discretionem adesse intelligas, & ob-
sequium rationale: digiti, inquit, mei pleni myrrha probatissi-
ma. Manus opera sunt, discretio digiti. Myrrha tam actio car-
nis, quàm vnguentaria exhilaratio cordis. Hæc myrrha proba-
ta est: nam est quædam myrrha quæ reprobata est. Cum vide-
ris quorundam puerilium hominum digitos prohibita passim
signa distillare, agilem manum vndique petulãtis vel peruersi
affectus in dicia spargere: vt arbitror, indisciplinatæ conuersa-
tionis amaritudinem quasi reprobam myrrham istum fundere
non negabis. Probatissima verò myrrha est, quæ in multis ar-
gumentis exercitij regularis est reperta laudabilis. Et regularis

G exercitatio & hostilis vexatio, vtraque probabilis est, cum patientiæ virtus seruata integritate sua, amaritudine nimia non corrumpitur ac degenerat. Recole tempora, quibus iuuencula adhuc ecclesiæ aduersus pulsauit gentilium, vt dilecto suo Christo ad corda ipsorum ostium aperiretur, pateret aditus: quàm innumeros desudauit agones, quanta confecit martyria, quàm continuis est vexata suppliciis. Verè digiti eius pleni myrrha probatissima, eo quòd omnimodarum passionum argumentis honestata est virtus eius in laboribus suis. Cum huiusmodi manibus satagite fratres aperire verbo, speculationis dulcedini aditum præparare. Bonorum actuum meritis, mentis vestræ recessus Christo vberius reserabitis. Videte si laboris & fatigationis vestræ myrrha multis est experimentis reperta laudabilis, sicut aurum quod per ignem probatur. *Digiti mei*, inquit, *pleni myrrha probatissima*. Discretionis significatur subtilitas, & vnctionis libertas. Et digitos enim dicit, & plenos. Distillant, & pleni sunt. Vicissitudinem habent, non euacuationem. Interpolantur ieiunia refectione, labores requie, vigiliæ somno. Vicissitudi refectionem affert, non defectum. *Digiti*, inquit, *mei pleni myrrha probatissima*. Contemplationis optas delicias, sponsi amplexibus ex ocio perfrui, illum solum cordis tui continere secreto? noli ad aperiendum vacuis, noli aridis occurrere manibus. Actio contéH plationem præcurrit. Quanto magis myrra continentiæ & af
Cant. 5.b flictionis mortificaueris affectus animales, tanto vberiorem aditum dilecto paraueris. Denique sequitur: *Pessulum ostij mei aperui dilecto*. Non possumus in angustia terminandi sermonis huius ostium aperire capituli. In alium differamus tractatum, gratiam ab eo expetentes & expectantes, qui habet clauem Dauid, sine qua nemo aperit, Iesus Christus: qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XLIIII.

HODIE VOBIS fratres de apertione ostij disseruturi sumus. Nam hesternus sermo de operatione (quæ velut quædam ad apertionem est via) vltimum tractatus nostri digessit articulum. Bona planè operatio, quæ immortalitatis & incorruptionis spem & speciem semper præfert, quę non seminat in carne vt corruptionem inde metat. Vtinam in veritate ego dicere possim, quia myrrha in manibus meis
Ioan. 7. semper. Si quis (inquit Iesus) fecerit voluntatem patris mei, cognoscet de doctrina mea. Ecce qualiter pietatis actus aditum referat veritatis. Boni certè actus, qui & quadam contemperantia & moderatione discreti sunt, & vnctionis deuotione repleti. Iure manibus vnguentariis aperitur Christo, qui de vnctione nomen accepit. Et forsitan nisi per vnI ctum ostium ingredi nescit. Ideo in templo de lignis oliuarum ostiola facta sunt, per quę in sancta sanctorum aditus pateret. Huiusmodi enim & ligni materia vnguentarij est ministra liquoris. Ostiola dicta sunt, & oliuarum arctus introitus: sed pinguedine gratiæ sine difficultate illaberis, vbi subtilis est intelligentia, & secretum mysterium. Non laborioſus patebit ingressus, si deuotionis & charitatis oleo quasi ostio volueris vti. Et puto quòd conueniens est de templo testi*1. Cor. 3. d* monium prolatum: Templum enim dei sanctum est, quod estis vos. Habe ergo in tęplo tuo ostia per quę summus pontifex solus ingrediatur in intimum cordis tui recessum. Claude ostium, obde pessulum, nisi quando dilectus tuus ingredi volet. Si ostium non est, passim patebit ingressus omni trãseunti. Si ostium clausum est, pessulum non obseratum: facili cedet & patebit impulsui clausuram nõ habens firmiorem. Habe vtrunque, ostium circunstantiæ, & pessulum constantiæ. Prospice circunstanter, resiste constanter: obliuio & ignorantia non surripiat, improbitas non irrumpat. Et si ita mauis distinguere: solicitam præmeditationẽ reputa ostium: orationem quasi pessulum. Tali firmatum repagulo,, hostili non patebit impulsui ostium tuum. Confortauit (inquit Psalmista)
Psa. 147. a seras portarum tuarum. Nónne in seris & portis velut ostium & pessulum tibi videris audire? Vtrũque necessarium est, sed contra insidias inimici. Vbi vocem & pulsum audis dilecti, vbi manus eius subtilem, & per foramen sentis attactum: au- K fer pessulum, ostium aperi, cuncta cedant obstacula: si fieri potest, medium parietem totum aufer, vt liberé se tibi dilectus tuus infundat. Solicitudo aduersus tentamenta dæmonũ in securitatem vertatur de præsentia spõsi: cautelam hostem repellendi, in perfruendi dilecti copiam verte. Ostium aperuis*Psa. 107. b* se se nouit, qui dixit: Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Quomodo ostio eget Iesus, qui in euangelio ait: Ego sum ostium? Miranda ratio. Ostium est, & pulsat ad ostium. Intrare vult, per quem quisquis introierit saluabitur, & pascua inueniet. Magna est ostiorum distantia. Est enim ostium quoddam in argumentis naturæ, est ostium in sacramentis ecclesiæ, est ostium in experimentis gratiæ. In primo illo ostio naturalis rationis ductu innotescit nobis per opera operans sapiẽtia, & ad aliquid veritatis intromittimur, diuinitatis colligimus notitiam, non tamen personalem in deitate distantiam. In hoc ostio non distinguitur persona, nec confertur gratia. Ideo non debet esse assiduus, non nimius ad hoc ostiũ pulsator. Per secundum in eo quòd salutaribus initiamur sacramentis, ad ecclesiæ vnitatem intramus, ad communionem sanctorum. In hoc secundo ostio sic quidam intus sunt, vt tamen quasi foris sint donec ad tertium accedant: quod familiarem interpretamur accessum per charitatis affectum in copiosam quandam contemplatiouem dilecti. Ostium hoc tam L secretum, tam intimum, non omnibus patet, sed soli sponsæ præbet accessum. In Ezechiele multorum ostiorum distantias legis, quas modo longum esset prosequi. Veruntamen parum quidem interesse reputo, túne ad illum ingrediaris, an ad te ipse, nisi quòd tunc videris ingredi ad ipsum, cum tu quasi præuenis & prior rogas. Ipse verò ad te, cũ ipse te præuenit, pulsat affectum, improuisus illabitur, & nil tale meditãtem insperatæ dulcedinis mouet attactu. Quando pulsat hoc modo ad ostium tuum, noli morari: surge, festina, ne fortè declinet. Nam & in loco sic habes: *Pessulum ostij mei aperui* *Cant. 5. b* *dilecto: at ille declinauerat atque transierat*. Cur abis Iesu bone? cur declinas? cur defraudas dilectam à desiderio suo? Tu desiderium inducis, tu delectationem subducis. An forte hoc modo in maiorem auiditatem & ardentius desiderium concupiscentiam protrahis, dum copiam subtrahis? Ita est. Plane ita est. Istæ amoris fallaciæ ipsum amorem magis inflammant, ad eius cumulum proficiunt dum sic decipiunt. Illæ dominicæ resurrectionis apparitiones quàm breues erant, quàm subitæ, quàm succisæ! Quibusdam vix iam agnitus est, & statim elapsus est. Non se patitur ab aliquibus tangi. Aliis clausis illabitur ianuis, ostij apertione non indigens. Illud enim ostium maximè illi aperitur, quod aliis omnibus negociis clauditur. Cum putatur teneri, quasi furatur præsentiam gratam: furtim accedens, & furtim recedens. M Gaudium enim contemplationis instar est puncti. Velociter recedit & excellenter transcendit omnem humanæ capacitatis virtutem. Quò ipsa vadit, non possumus æquis eam in hac carne passibus sequi. Dixi (inquit Salomon) sapiens effi*Eccl. 7. d* ciar: & ipsa longius recessit à me, multo magis quàm antea erat. Perceptio eius melius quàm priuatio docet quàm sit transcendens eius maiestas. Eoipso quo vehementior est, velocius transit. *Ipse*, inquit, *declinauerat atque transierat*. *Cant. 5. c* Ideóne Iesu bone declinasti ad sponsam, vt tam citò declinares ab ea? *Ipse*, inquit, *declinauerat atque transierat*. Quid est transierat? Transierat me, transierat vires meas, perttransiit me. Ideo quasi ferre & subsistere non valentem transiit me. Gladius est verbum dei gladius est Iesus, animam sine mora & difficultate pertransit: non subsistens, dum eius vehementiam liquefacta mens sustinere non valet. Flammeus hic gladius est, ideo sicut cera fluit à facie ignis, sic anima succesa à facie eius. *Cant. 5. d* *Anima*, inquit, *mea liquefacta est, vt dilectus locutus est*. Videtis qualiter ad ignitum eloquium liquefecit animam. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ipse declinauerat atque transierat*. Ita in manifestatione dominicæ resurrectionis quæ facta est duobus illis euntibus in Emaus, & aperti sunt oculi eorum ad cognoscendum Iesum, sub ipsa apertionis hora euanuit ab oculis eorum: & quasi pertransiit cor illorum, vt ipsi fatentur: Nón*Luc. 24. c* ne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur? &c.

A Ardens erat in ipsis in collocutione, liquefactum est in illa visione vehementi, soliditatem & constantiam non obtinens. Quid enim est Iesum euanuisse, nisi illos in gloriosa apparitione subsistere non valuisse? Declinat dilectam vt flumen pacis, sed vt gloriæ torrens pertransit, sicut torrens igneus liquescere faciens animam, quam mundat, quam reficit, quam transit. Quàm dulcis hora quando anima huic igneo torrenti liquefacta miscetur: quàm subtilis est in illo momento, quàm extenuata, quàm mobilis! Nihil tunc temporis habet, nihil duritiæ reliquum, nihil rigoris, tantummodo calens & liquens. Cognata sunt sibi inuicem liquidum & calidum. In his duobus contemplationis vsus consistit. Quod liquidum est, calorem promptius concipit: & conceptus calor vice versa quod liquidum reperit, liquidius reddit. Quod dico calidum & liquidum, hoc est, si aliis dicatur nominibus, succensum & sincerum. Calidum eo quòd amat, sincerum & liquidum est, quia quandam amati in se speciem repræsentat. Calidum, quia ardet, liquidum quia videt. Calidum, quia inflammatur: liquidum, quia dilecti imagine informatus. Quod liquidum est, nil habet impurum, nil pigrum, facilè cernens, & facilè sequens. Sed tanta gratia liquidi non est cum calor non est. Bene liquidum,
B quod ex puritate dilecti claritatem percipit, & quasi percitum & promptum extra se effusum post dilectum festinat, qui iam pertransiit. Ipse (inquit) iam pertransiit à me, qui toram pertransiit me. Velox transitus, sed violentiæ non parum habens in tactu, liquefactam post se reliquit animam meam, effusam vberius, & conantem transire vsque ad dile*Cant. 5. a* cti transitum, nihil præsumens in eius præsentia. In voce exultationis liquefacta sum statim vt locutus est ipse. *Anima mea liquefacta est* (inquit.) Quid est liquefacta est? id est, crescens facta est, currens, clarescens. Crescens super se, currens ad ipsum, ex ipso clarescens. Virtute crescens, currens votis, veritate clarescens: hoc est, lata, labilis, lucens. Ex hac forte liquefactione præstitum illi est quòd manus suæ myrrham distillant, mens liquefacta est. Cur tertium prætermisus quod canticum illud apponit? Habet enim sic connexum ex ordine. Venter tremit, distillant manus, anima liquefacta est. Potest istic etiam leuiter hanc lectionem transcurrens, ordinatum quoddam agnitum aduertere: non tamen facile est & planum gradatæ distinctionis rationem adsignare. In omnibus quidam modus signatur, sed maior in secundo quàm in primo: & maior in tertio quàm in secundo. Plus est enim distillare quàm tremere, sicut liquescere quàm distillare. Totum præstat præsentia sponsi sponsæ suæ, quòd eius venter tremit, distillant manus, anima liquefacta est. Totum ex tactu eius, & vocis auditu, totum est (vt sic dicam) ex pertransitu eius. Quia tangit, tremit: distillat, quia
C perstringit & pertransit illam in spiritu vehementi, cuius vocem audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. Ideo liquefacta est anima eius vt locutus est ipse. Vox subtilior manu est, vehementius mouet, & velocius transit. Sermo Iesu subtilioris & sublimioris doctrinæ plus continet, quàm aliqua operum prodere queant exempla. Omne transit exemplum de maiestate deitatis sermo, quem inter discipulos fudit: omnem experientiam pollicitatio gloriæ futuræ, quæ reuelabitur in nobis. Huic intelligentiæ & perceptioni aperi ostium vt comprehendas: statim declinat & pertransit, ideo *Psal. 138. a* & tu transi in affectum liquefacti cordis. Ad hanc vocem dilecti dic: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam, & anima mea liquefacta est deficiens à *Cant. 5. e* comprehensione, & non sufficiens ex vehementi & violenta dulcedine persistere & morari in admiratione. Propter hæc & huiusmodi inquit: *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est*. Quid putatis vt aliquid præter seriem & quasi ex abundanti ad cohortationem præsumam? Putatis quòd non hic sermo quorundam suggillat duritiam, quorum viscera gelido austeritatis rigescunt affectu, quorum viscera nullum misericordiæ distillant liquorem, nec exiguo tremunt & mouentur affectu erga pœnientes, misericordis manus tactum non sentiunt, piissimi Iesu non igniuntur alloquio, pulsantem in pœnitente Iesum foris non audiunt? Vereor ne de- D clinet ab eis & pertranseat, ne non inueniant cum quæsierint, & cum clamauerint non exaudiat eos. Cur durantur viscera tua ad filios, quasi nõ sint tui? Poteras forsitan tuos inclementi oculo respicere, & resupino fastu præterire, si tamen tui tantùm essent & non domini tui. Quàm durus fores si de tuo largiri deberes, qui domini substantiam tam auaro & imminuto etiam filiis affectu dispartiris? Dispersi (inquit) dedit pau*Psal. 111. b* peribus. Sed tu forsitã pauperes nescis. Quid si dicat tibi deus: Imperfectum meum nõn viderunt oculi tui? In libro tuo non nisi perfecti sunt scripti, de perficiendis nulla te cura tenere consueuit. Malus medicus qui non est opus ægrotis, sed bene habentes fortasse exulcerans. Si non vis errantem quærere, saltem occurre reuertenti. Aperi ianuam misericordiæ: & si non pœnitentem propter Christum, suscipe vel Christum in pœnitente. Liquescat anima tua misericordiæ rore, acclamantis & pulsantis Iesu succendatur eloquio. Vox pœnitentis, vox pauperis, vox est Iesu. Ideo cum audis hanc vocem, clementi affectu liquescat anima tua, vt & tu cum spõsa dicere queas: *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est*. Ausculta & re- *Cant. 5. e* cole quid locutus Mariæ Magdalenæ, quid mulieri in adulterio deprehensæ, quid Samaritanæ, Chananeæ, Zachæo, Petro, Centurioni. Ad cor pietatis sermones & clementiæ cuius non mollescat affectus, viscera liquescant? Ad tam vehementes flatus austrinos, etiam de durissimo pectore quantumlibet annosa poterat glacies solui. Sentio me affluentis olei liquore perfundi, & simili affectu liquescere, quotiens E misericordiæ tuæ opera & verba perfectè recenseo. Ignitum *Psal. 118. f* eloquium tuum hoc vehementer, & seruus tuus diligit illud. Diligit, quia indiget: ideo anima mea & præ gaudio liquescit vbi tu loqueris. Istam liquefactionem oportet vt sentiat omnis sanctus. Nam illa superius disputata liquefactio non nisi perfectorum est, & eorum non semper. In tempore opportuno & fructuoso, ne subducam silentio quod mihi suggeritur, breuiter vobis absoluam quod adhuc de hac liquefactione intellectu concepi. Non cernitis, quod liquescit, qualiter de quodam rigore & immobilitate moueri incipit? seipsum egredi & deserere nititur, de tumore & mole pristina desluit & descedit & euanescit, seipsum ducentem & ad humiliora loca facilè sequitur, vel eadem per seipsum sectatur, præcurrẽs frequenter ducentis conatum. Magna in liquefactis ad sequendum mobilitas, & prompta voluntas. Intelligitis iam (vt arbitror) in liquefactis ad obediendum aptitudinem grandem, humilis animæ affectum tractabilem. Hanc humilitatem non metus infringit, sed calor amoris informat. Metus mẽtem violenter infringit, amor emollit, & teneram ac liquidam reddẽs infringit ad libitum. Humilitas de charitate profluens, nil molestiæ patitur, vltro ad imum rendit, quiescens cum apprehenderit inferiora. Habetis iam in liquefactione, humilitatis illius generosæ, habetis & obedientiæ expressam sub breuitate F naturam. Vultis & testimonia? Dominus aperuit mihi aurem, *Esa. 50. c* vt audiam eum quasi magistrum. Audistis loquentem dominum, audite liquefactum affectum discipuli. Ego (inquit) non contradico, retrorsum non abij. Audistis quomodo sequitur, audite iam ad quàm infima. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. An non iste quasi ad aspera & abiecta descendit, non rigidè resistens, sed liquefactus, effectus tractabilis ad auditum calentis eloquij? Ergo qui huius humilitatis & obedientiæ liquescit affectu, non frigida tumentique mole immobilis & rigescens, pro suo iure eius sibi verbi vsum gloriosè præsumit, Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. O mira vis verbi, & ignita vehementer. Inflammat cor, commutat renes in nihilum, in conspectu suo respectu dei sui animum redigit, à seipso liquescere & deficere facit, vt iam anima nõ sit secum, sed sicut sequentia continent huius versiculi, Ego semper tecum. Ideo non in se, non secum, sed cum deo suo est, semper obsequens & quantum datur, sequens, sed non adsequens semper pro voto, nec illo excellenti modo qui sponsæ cũ sponso competit. Nam & hic sequitur: *Quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi. Cant. 5. e*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sed capitulum hoc alterius temporis eget tractatu, ex o-
cio discuti volens. Sufficient ista non pro magnificentia
sui, sed pro nostris disputata viribus, qualiter anima sponsæ
liquescit ad loquelam dilecti sui Iesu Christi, qui viuit & re-
linat per omnia secula seculorum, Amen.

Sermo XLV.

CVM TIBI fuerat dilectus tuus elapsus, non tibi redit
ad libitum vexatio hæc dat intellectum amori &, au-
gmenta affectuum. Nunc visitat, nunc euanescente visitatio
ne vexat amicam. Varietas hæc amantis cor & desiderium
rapit, & reparat ad vsum. Vt dilectus locutus est, liquescit a-
nima tua. Anima tua liquefacta deficit, ferre non valens, &
dilectus tuus declinat, Defectio tua fuga ipsius est. Præsen-
te & loquente dilecto liquescis & deficis & expiras: absente
eo respirare permitteris. Absens vires reparat, quas præsens
exhaurit. Delectationum vehementiam interualla tempe-
rant, cuius continuationem ferre non potest. Quid continua-
tionem dico? nónne ipsa te inchoatio reddit exhaustam? Sta-
Cant.6.b tim enim vt loquitur dilectus, liquescit anima tua. Denique
& in sequentibus dicit: Oculi tui auolare me fecerunt. Quo-
H modo dilectum auolare fecerunt, nisi dum nimio affectu in
eo defecerunt? Modum nescis, ideo dilectus tuus modera-
tur, & præsentiæ suæ mensuram tibi distribuit in tempore.
Ideo quæris & non inuenis, vocas & non respondet. Atten-
dite fratres vehementiam & vim amoris. Nec abesse dilectum
sustinet, nec sufficit præsenti. Ibi vota anhelata laborant, hic
Cant.5.b exhausta relinqui patiuntur. O felix amor qui continua qua-
Prou.1.d dam vicissitudine aut liquescit in ipso, aut quærens anhelat.
ad ipsum *Quæsiui, & non inueni illum* (inquit) *vocaui, & non respondit mihi*. Alibi scriptum est hoc, hoc modo: Quærent
me mali, & non inuenient: vocabunt, & non exaudiam. Quid
iam est quod hoc ipsum tam commune est bonis & mallis?
Cur indifferenter vtrisque te Iesu bone subducis? Verùm qui-
dem non indifferenter, sed multùm differenter. De malis di-
citur quærent & non inuenient. Sponsa vero non se iuuentu-
ram diffidit, sed non inuenisse causatur. *Quæsiui & non*
inueni illum, vocaui, & non respondit mihi. O quotiens quæ-
siui dominum Iesum meditando, inuocaui orando, sed nec
meditatio effecta est dulcis, nec pinguis oratio? Ideo non in-
ueni illum, nec respondit mihi. Nec inueni illum ipsum, nec
sua, sed supra modum dulcia sunt quæ respondit mihi. At
Iob.13.c vtinam mihi frequenter respondeat cum vel lego vel oro. Ita
Iesu bone, responde mihi quantas habeo iniquitates & pec-
I catá: scelera mea & delicta mea ostende mihi, absconde pau-
lisper faciem tuam, vt mea mihi fœditas salubriter innotescat
vel in meditatione mea, vel in lectione sacrarum scriptura-
rum. Tunc enim me inueniunt custodes ciuitatis, doctores
sancti, cum meos in eorum scriptis mores inuenio. Tunc me
inueniunt, cum meos mores & vitia depingunt, cum discu-
tiunt, cum vulnerát, cum increpant. Sacri scriptores ac si qui-
dam custodes ciuitatis sanctæ Hierusalem (quæ est ecclesia)
varios animorum inuestigant affectus, & inueniunt singulo-
rum passiones, bonos mores, & morbum quo quisque labo-
rat: nullius vel cogitatio non inuenitur ab illis. Quotiens illa
lego, quasi inuentum me & deprehensum puto. Illa me ex-
hortationum iaculis feriunt, illa vulnerant, dum quod inte-
grum arbitrabar, saucium esse conuincunt. Illa simulationis
tollunt velamen, ignorantiæ vel obliuionis inuolucrum, falsæ
pallium gloriæ. Illa ac si pallio quodã & dissimulationis spo-
liant operimento, & elationis ornamento. Illa me quodam
præsumptæ fallaciter gloriæ pallio spoliant, dum conscientiæ
denudant infirma. Vtiliter ergo à custodibus in hunc modum
inuenior, quanuis dilectum admodum inuenire non queam.
Denique iam minus in me in quo glorier, minus in quo quie-
Cant.5.a scam inueniens, amoris in dilectum facibus inardesco. *Filiæ*
Hierusalem nunciate dilecto, quia amore langueo. Per me
non audeo accedere, non hanc familiaritatem mihi præsumo,
non sui copiam mihi adhuc Iesus indulget: idco filiæ Hieru- K
salem ad vos accedo, vos ambio, vobis causam commen-
do, committo negocium, nunciate dilecto. Quasi ignorat,
dum dissimulat. Custodes spolient, filiæ nuncient, doctores
exhortentur, exorent filiæ. *Filiæ Hierusalem nunciate dilecto quia*
amore langueo. Nunciate, ingerite: frequens suggestio dile-
ctum inflectet. Iam exuta sum, iam spoliata sum meipsa, iam
idonea dilecto vestiri. Spoliata & exoccupata mens languet
amore. Nunciate dilecto quia amore langueo. Fratres, si vos
increpatorius doctoris sermo tangere specialiter videtur, ve-
stros expresse ferire mores, mentis vestræ nudare vulnera,
vel occultatæ vel excæcatæ conscientiæ tollere pallium: ad
incentiuum amoris, nó ad odij illud inuertite fomitem. Cur
priuatam trahis ad iniuriam, quod in commune profertur ad
omnes? Forsitan ad te quod dicitur respicit, te tamen nomi-
natim non exprimit. Amoris tibi languorem generalis mini-
stret correctio, non murmuris passionem. Et si non dulcis
illius amoris desiderio langues, bonum est si interim langues
pudore delicti, si langues pœnitentia, si timore iudicij con-
figuntur carnes tuæ. Conuertere in ærumna tua dum con-
figitur spina: delictum confitere, & operimenti pallium quo
iniustitias dissimulanter abscondis, sine vt tibi tollat. noli per-
tinacius, noli strictius hypocrisis te pallio operire, inuoluere L
tegumento. Non conuertetur ad te Iesus, nisi simulationis &
Cant.6.b fallaciæ à te fuerit ablatum velamen, quod tibi confusio quæ-
dam & displicendi metus prætexuit, Operuit confusio faciem
conscientiæ tuæ: aufer velamen confusionis, confessionis in
duere. Nam & dominus confessionem induit, confessionem
non suam, sed tuam. Hoc se ornatum pallio reputat, hoc á te
mutuatur: hoc illi pallium trade, quod affectuosè tollit quasi
pignus amoris, & reconciliationis signum. Tunc incipies amo
re languere, cum prius pœnitentiæ fueris affectibus langui-
da. Tunc te incipient filiæ Hierusalem commendare dile-
cto. Tunc cœlestes spiritus & animæ spirituales congratulan-
tes languorem nunciabunt amoris. Sed nos ex abundanti su- *Cant.5.b*
per pœnitentiæ statu versamus hunc locum, cuius tota fa-
cies perfectiora quædam videtur spirare, & eius consona gra-
tiæ quæ sponsæ meretur conditione censeri. *Quæsiui* (inquit)
& non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi: inuenerunt me
custodes ciuitatis. Meditando quærit, vocat orando, audien-
do doctores inuenitur, percutitur, vulneratur, exuitur, Et ne
quid desit ad cumulum filiarum Hierusalem fidelium scilicet
animarum commendatione adiuuatur. Quatuor hic quædam
aduerte vel in illa, vel circa illam: inuestigationes, vota, præ-
cepta, & preces. Inuestigationes meditationis, desiderij vota,
præcepta doctorum, & sanctorum orationes. An non docto-
rum præcepta & exhortationes frequenter commodè senti-
untur ab his, quos & anxia inuestigatio, & syncera oratio po- M
terat lassare? Nonne pigra uota, verborum sæpius stimulis ex-
citantur? Denique quæ feruida sunt, his fomitibus efficiun-
tur feruentiora. *Inuenerunt me custodes ciuitatis*. Boni & pru-
dentes magistri vago quodam & quasi venatico genere de-
diti vtuntur, & varios ad mentium status vertunt sermonem, *Ibidem.*
si fortè inueniant quem tangant, quem stimulant, quem per-
moueant, si quis audientium glorietur & dicat: *Inuenerunt*
me custodes ciuitatis, percusserunt me, & vulnerauerunt me.
Quo quis perfectior est, vulneratur facilius: & tener affe-
ctus, verborum citius sentit aculeos. O fœlicem animum, ad
quem tam sublimia exhortationis iacula veniunt, quem inue-
niunt suis aptum vulneribus, quando non abeunt retrorsum
auditorum vel duritia vel stoliditate repulsa. Non sunt pas-
sim huiusmodi iacula fundenda, nec in omni multitudine,
sed tantùm vbi idoneæ mentes creduntur inueniri: quas tam
excellens doctrina non effugiat. Quasi fulgura sunt hæc,
summa feriunt, submissa effugiunt: summa inueniunt, si sum-
ma fuerint. Ideo dicit: *Inuenerunt me custodes ciuitatis,*
percusserunt me, vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum.
Tulerunt pallium, quo inuolutus erat pœnaliter Adam, prio-
ris simplicitatis splendore nudatus: tulerunt imaginatio-
num operimenta, quibus impediebatur intrinsecus, pallium
figurarum velamen tulerunt, veritatem intulerunt. Reue-
lata, nudata, simplex veritas gignit feruorem amoris. Ideo
filiæ

A filiæ Hierusalem nunciate dilecto, quia amore langueo.
Quandiu non placet, non rapit affectum, non succendit
perfecta veritas: quantumlibet syncerè se frui quis putet a-
spectu intelligentiæ, velamen patitur, operimentum lippi-
tudinis, obductionis pallium. Cum autem ablatum hoc ve-
lamen fuerit, tunc rutilat veritas, tunc scintillat, & succen-
Cant.5.c dit amorem, tunc alios ad congratulandum, qui hoc pati-
tur, poterit inuitare, dicens: *Nunciate dilecto quia amore lan-*
gueo. Videte Iudæam? quandiu sub legis operimento latebat
veritas, quandiu cæcitatis ipsa tolerabat velamen, metu
torpebat, affectu rigido nil poterat dulce sentire, nec vulne-
rari iaculo charitatis. Cum autem conuersa ad dominum
velamen deposuit, cum ablatum hoc illi pallium erat, tunc
cœpit glorioſæ huius confessionis verbum vsurpare: *Filiæ*
Hierusalem nunciate dilecto quia amore langueo. Tunc gloriata de
nouæ & insolitæ dulcedinis gustu, filias Hierusalem ad gra-
tas agendum inuitat, & suæ gentis consortes exemplo soli-
Ibidem. citat. Audi denique quid tali solicitatione prouocatæ re-
spondeant: *Qualis est dilectus tuus?* & quæremus eum tecum.
Vides quomodo participes fidei huius & doctrinæ fieri quæ-
rant in nobis. Doce qualis est dilectus tuus, & quæremus
B eum tecum. Fac nos tantæ consortes gratiæ, vt quærendi
studio amoris incipiamus affectu languere. Sufficiat inter-
pretatione mystica hæc perstrinxisse breuiter. Iam ad id re-
deamus, cuius ex occasione in húc sumus locum delapsi, dum
ablati pallij vtilitatem exposuimus. Nam inde est sumpta
occasio quod ait: *Tulerunt pallium meum*. Hæreamus adhuc
paululum hoc in loco, explicemus hoc pallium. Non est e-
nim simplex pallium, quo etiam sanctæ mentes inuoluun-
tur. Est enim diplois, id est duplex pallium, fortasse triplex
& quadruplex, quot vobis palliorum genera proposuimus?
An non adhuc graue & onerosum satis est pallium animarum cura, & administrandæ necessitatis solicitudo? Propria
incommoda expressius loquar. Noui quid sit hoc pallio præ-
mi, quàm arentem sortitus sum terram, & siculneam ſteri-
lem. Iam multi elapsi sunt anni quòd viuo in monasterio,
quærens fructum in eo, & non inuenio. Quotiens spes no-
stra elusit & fefellit operam, expectationem nostram fru-
strauit? Iure onerosum hoc pallium dico, & eo magis one-
rosum, quo minus vtile. Nam onera solicitudinis leuiora
sunt quæ prouentuum leuat vbertas. Væ mihi quòd inuene-
runt me custodes ciuitatis, & aliquid in me dei dignum ho-
nore se inuenisse putauerunt, percusserunt me, vulnerauer-
runt me, tulerunt pallium meum, & plagis impositis abie-
runt, semiuiuo me relicto. *Tulerunt pallium meum*, pallium sim-
plicitatis, pallium lucis, amictum lætitiæ, ardentis vestimen-
tum affectus. Quotiens solebam huiusmodi palliis totus in-
C uolui, foueri in croceis? Nunc autem tota die mente ample-
ctor & verso quæ Paulus arbitratur & sunt communia. Hæc
dulcia, hæc gloriosa mihi pallia tulerunt, onerosa induer-
runt. Quando hæc tollentur à me? Quando proiiciam hæc,
si tamen proiicere licet? Felix dies quo hoc exutus & expe-
ditus pallio, liberiore vos ad congratulandum mihi inuitabo
affectu filiæ Hierusalem, cum vos (quæ nihil estis expertæ
huius qualem nunc deploro) pro renouato in vobis amoris
languore gratias referetis. Miser quidem est qui huiusmodi
pallio spoliatus, mœrore & molestia tabescit, non languet
amore. Quæ sponsa est, sic spoliata vel officio solicitudinis
vel vsu, non fastidio languet, sed amoris studio. Ideo ipsa
alias ad congaudendum sibi & gratias agendum dilecto ex-
orat. Ecclesia primitiua cum quæreret Christum in Iudæa,
repulsa est. Pulsa non inuento ei loco in eis, non inuento
ibi Iesu, transiuit ad gentes: quæsiuit in eis, vocauit, & in
multis non inuenit, non accepit responsum, nisi mortis re-
sponsum. Denique à principibus huius mundi quasi custo-
dibus ciuitatis quomodo vulnerati, spoliati bonis, laniati
corpore, carnis suæ exuti pallio cum vitiis martyres nostri?
Inter tanta & tot flumina & gurgites tormentorum non est
in eis extincta charitas, sed magis augmentatus quo langue-
bant amor. Iucundum planè mihi videtur, ex præsentis oc-
casione verbi martyrum, inter tot vexationum & mortis ge-
nera charitatem indefessam recolere: quomodo passiones
corporis passione intrinseca temperabant amoris. Nam si ad D
illos hunc locum referas, non est quærelæ, sed gloriæ vox ista
qua dicunt: *Percusserunt me, vulnerauerunt me, tulerunt pallium* *Cant.5.c*
meum custodes murorum. Eo modo nos oportet non ægrè ferre
si quando nos spoliant, vel molestæ solicitudinis, vel non bo-
næ aut periculosæ coactionis, quo strictè inuoluimur, pallio
custodes murorum. Iecit Helias pallium dum raperetur: fu- 4.*Reg.*2.c
git Ioseph dum teneretur: sponsa tulit dum tolleretur. Specu- *Gene.*39.b
li & imaginis velamen proiecit Helias raptus ad faciem. Mun-
di ornamenta velut magna onera fugit Ioseph sentiens fomi-
tem. Solicitudine exuta, dilecti liberius captat sponsa fauo-
rem. Imaginatione quasi velamine tenetur intellectus, ne syn-
ceram contempletur veritatem. Honorum & dignitatum af-
fectu, obuoluitur pallio, ne liberè pergat in ea quæ dei sunt.
Solicitudo omnem in anima lætitiam obnubilat; imagina-
tio obscurat; honor tentat. In primo tenebræ, in secundo il-
lecebræ, in tertio labor. In primo caligo, in secundo cupidi-
tas, in tertio cura. Tulerunt pallium meum custodes mu-
rorum. Boni custodes bene norunt cui curarum impedi-
menta tollant, quam exonerent animam, & ad delicias du-
cant dilecti sui, reddant expeditam ad delectandum & ad
quærendum. Nam frequenter elabitur, nec quiescere potest
nisi expedito affectu. Norunt ergo boni custodes Cui parcant
ab oneribus & actionum angustiis molestiisque, vt expedi- E
tius in occursum amplexúmque properent verbi, cui pallium
persuasionibus auferant suis. Exui me (inquit) tunica mea.
Hoc quidem in anterioribus dicit: Tulerunt pallium meum *Cant.5.b*
nudæ & puræ simplicitatis. Innotescit & libero affectu in
amoris negociis, Tulerunt pallium meum, quodammodo
dicentes: Quid compedita curis quæris dilectum? Quid istas
tecum voluis molestias? Si non penitus deponis officium,
cur non solicitudines ad horam saltem seponis? Non de-
trectamus studiis, sed instantiæ volumus detrahas. Noli ni-
mietatem quæstus, necessitatis verbo retexere. Quid bo-
num in te finis ingenium terrenis obrui? Quid illos æmu-
laris? In oneribus positi, iumentis comparantur: terrenis
inhiant, terrena mandunt, studio ruminant, vorant affectu,
ponuntur in sublimi, sed volutantur in limo. Noli æmulari
in istis vehementibus: nec zelaueris hanc facientes iniqui-
tatem. An non iniquitas & inæqualitas multa ad transito-
ria intensum impendere animum ad æterna remissum?
Quid quòd non semper intendunt negociis? Quid quòd qui-
dam sub obtentu prouidentiæ necessitatis, & ab opere ma-
nuum, & à meditatione ac studio scrutandæ veritatis excu-
sant se, plus dant negociationi quàm quieti: plus scurrilita-
ti verborum, quàm scripturæ sacræ collationi: plus ocio quàm
operi, fratrum officinas circumeunt & cellas, ociosè, curio- F
sè, verbosè. Noli æmulari in sic negociantibus, nec in sic o-
ciantibus. Ocia vel oblata, vel parata, in vsum amoris, in
sapientiæ meditationem, in dilecti vel quærendi studium, vel
inueniendi complexum tota conuerte. Huiusmodi & his hor-
tamentis tulerunt pallium meum custodes murorum. Cu-
des isti sunt de quibus ait Esaias: Super muros Hierusalem cu *Esa.62.a*
stodes constitui, tota die & tota nocte non tacebunt. Sed nos
iam hic taceamus à sermone hoc, orationum & laudum de-
bita soluentes, ore aliquando taciturni, animo semper red-
dentes solennia laudum domino Iesu regi & sponso cœlesti
per infinita secula seculorum, Amen.

Sermo XLVI.

ORDO CONVENIENS. Post exhortatio-
nem doctorum, orationum à sodalibus suffragia vide-
tur orare: non simpliciter rogare, sed cum obtestationis
obsecratione: *Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dile-* *Cant.5.d*
ctum, vt annuncietis ei quia amore langueo.] Adiuratio vehe-
mentiam precandi manifestat. Anxia vota suis nesciunt esse
contenta meritis: ideo alienæ precis mendicant suffragia. Per-
fecta humilitas de meritis semper alienis præsumit. Adiuro
vos, inquit, filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum. Con-
ditio ista non dubitantis est, sed cum temperamento rogan-
tis, ac si dicat: si inueneritis, hoc est, cum inueneritis: conditio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G naliter suspendo, non ambigens de inuctione vestra,sed magis consulens verecundiæ . Nam sub conditione ancipiti hæc vobis dici temperantius auditis,quàm si dicatur præcisè cum inueneritis . Non veretur ne suspensiuam rogationem ad iniuriam trahant,nouit verecundiam filiarum Hierusalem,no uit humilem spiritum , & quòd tenerēt pudorem. Plus lædoret præcisa definitio quàm suspensa conditio. Si, inquit, inueneritis.Dico, si inueneritis,nó dico cum inueneritis,illud dico,sed istud intelligo . De meo affectu dubitatio ista nó procedit,sed affectui vestro & humilimæ existimationi de vobis ipsis morem gero. Si inueneritis, hoc est cum inueneritis,mementote mei: cum bene vobis fuerit , tunc mementote mei, vt suggeratis , vt annuntietis dilecto . Non oportet in huius loci disputatione morari,ad mores vestros fratres vos mitto, Recolite qualiter abinuicem , quàm humili affectu , quanta votorum instantia, & cum adiuratione orationum mendicatis solatia , non quòd omnes auder etis petere nunciari de vobis quòd sitis amore languētes . Alium soletis inuicem languorem,deplorare , non gloriari de isto . Et si potest quis ad horam gloriari , non expedit quidē , ne fortè immisione inanis gloriæ gloria vestra nihil sit . Sunt tamen nonnulli qui conuersationis indicio,Et oris officio diuini in se languorem amoris occultare non possunt . Concepta non potest non aH liquando amantis os parturire. Nam ad aliorum consolationem verbum latenter elicit spiritus interiora replens , infusæ gratiæ copiam eructat . Denique & in hoc loco sponsa non loquitur,sed spiritus est qui loquitur in illa.In collationibus sanctis suspiria , singultus,de imis prodeuntes præcordiis crebri gemitus , nonne sunt quædam eructationes spiritus & cōcepiæ gratiæ? Talibus indiciis nónne se prodit languor amoris? Non est occultatus languor quando gemitus non est absconditus. Ipse se prodit languor,cum hæc producit indicia. Quid ergo percepta signa nónne quandam admirationis vim habent, vt eos qui hæc deprehendunt ad congratulationis promoueant affectum ? Etiam si sermo sileat, conuersationis piæ sanctitas rogat.Commendari vult,dum se quibusdam prodit indiciis.Quid enim ? Cum aliquando cœlestem hunc deprehendero amorem , nònne habeo quasi adiuratum puteum, vt propensas pro eo gratias agam ? Num commendabo precibus piis conceptum languorem , quem gemitus altus prodit ? Durus ego si non tam sanctam & diuinam in fratribus passionem,qua possum orationis instantia foueam , supplicatione commendem , replicem & anunciem dilecto si copia detur,Quid tu? quid fratrum mauis vitia numerare quàm virtutes,damna quàm dona,condemnare quàm commēdare ? Si te ad commendationem adiuratum non sentias , non es iam I Hierusalem filia , sed filia Babylonis . Filia Babylonis misera, quis retribuet tibi retributionem?Retribuetur enim tibi.Desisce Babylonis filia esse , barbaros depone mores . Desine in sanctis numerare magis detrimenta , quàm lucra. Sufficiat tibi iniuriandi malitia . Noli saltem foris nunciare , noli prædicare sodalibus tuis, Nam sodales sponsi aurem non accommodant si deroges sponsæ , Ipse sponsus ægrè audit iniurias dilectæ . Cuicunque dicis , illi dicis. Auris enim zeli audit omnia . Temerarium est dilectam condemnare dilecto . Bona sibi mauult nunciari de sponsa,& commendationi promptius Cant.5.c aurem præbet Nouit hoc sponsa ideo dicit : *Adiure vos filiæ Hierusalem , si inueneritis dilectum , vt annuntietis ei quia amore langueo* . Vt annuncietis, inquit . Annunciatio , precationis tenet effectum. Humanum recogitate morem in rogando . Nam apud miseratorem alicuius commemorare miseriam , ipsum rogare est. Efficax precatio est modestā suggestio,oppressi infirma exponere , fortunæ infelicitatem , insolentiam hostium . Hæc(inquam) exponere in aure potentis, quid aliud est quàm ipsum verecunda quadam prece ad auxiliandum inflectere? Quot in locis apud psalmistam hunc precis modum inuenies ? In Euangelio inquit Maria ad Iesum: Vinum non habent.Non precatur dominum, nec imperat fi- Ioan.2.a lio,defectum vini tantùm nunciasse contenta.Cum beneficiis & ad libertatem propensis ita agendum est: non est enim gratia violenter exprimenda, sed proponenda occasio . Commenda sponsam sponso,dotes eius enumera . Nònne hoc est eius inflammare concupiscentiam , stimulos adhibere ? Nun- K ciate dilecto . Hoc nunciare , ipsum prouocare est ad rependendam vicem , ad refocillandum amore languentem . Ipse consolationes disponit in corde suo , sed nostris expectat precibus compelli . Quod facit , faciet citius nobis pulsantibus , fortasse & vberius . Dilatio hæc cruciatum mihi parit, sed consolationis parturit cumulum . Multiplicatis precibus expectata solatia vberius refundet . Nunciate dilecto, quia amore langueo . Vos nunciate quibus patet ad dilectum familiaris accessus. Vos nunciate quæ nostis ex parte quanta sit amatorij virtus languoris , quàm sit fortis vt mors dilectio, quàm sit vt infernus æmulatio dura. *Adiuro vos vt annuntietis quia amore langueo* . Narrate & annunciate , & exaudiet vocem vestram , vt refoueat vota mea. Annunciate quia amore langueo . Non languet amor , sed languet amans. Vbi viget amor , ibi viget lāguor , si absit quod amatur. Quid est languor nisi affectio quædam de absente dilecto amantem conficiens? Amor vehemens patienti simul afficit & carnem & mentem . Illius extinguit lasciuiam , huius & lætitiam perstringit.Carnis extinguit motus,mentis hilaritatem perstringit quodam tristi affectu & desiderio absentis dilecti . Languet caro,dum eius languidior & remissior motus efficitur. Languet animus dum æstuantis voti nimietate conficitur, L Carnis languor est motus eius vel nullus , vel perexiguus. Animæ lāguor est motus eius nimius . Nónne eo ipso caro cōficitur , quo mens abstracta ab eius amore in alia quædam auertitur? Carnis motus non sentitur, dum animus sentitur vehementior factus. Vix sustinetur,aliquotiens quidem nec sustineri potest , quando nimius exæstuans amor patientis animi vires exhaurit . Quæ est enim humanæ mentis fortitudo vt sustineat , cum eam ille cœlestis amor sponsi impatienter exagitat? Liquefactus in hac exercitatione se fugit animus,amoris violentiam ferre non valens . Sic enim in consumpta materia & iam deficiente languidiora redduntur ignis incendia. Et deus noster ignis consumens est . Sentit omnino vim Deut.4.d sermonis huius qui vehementiori languet affectu , in meditatione dei sui delectatus & exercitatus & deficiens . O potens & præpotens passio charitatis , si non temperatur, non toleratur. Iure potens , quæ animum quem possederit, suiipsius efficit impotem . Cum semel fuerit accensa in mente, attingit à fine vsque ad finem fortiter , facit ad quod venit , & prosperatur & crescit, nec deficiet donec deficiētem reddiderit animam . Sicut enim hic corporalis languor non est semper æqualis vehementiæ, sed est aliquotiens eius intēlior passio , sic & amoris affectio ,& si iugi desiderio se tendit in dilectum , aliquando quidem intensioribus votis exæstuat, hora orationis maxime . Tunc quidem lanquet amans , quia spiritus vehemens pertransit in illo, & non subsistit. In exitu horæ illius dicere potest: Filiæ Hierusalem nunciate dilecto quia M amore liquesco . Ante hanc horam laguor est , sed in exitu eius in liquefactionem vertitur languor . Ideo cum tu oras, non sinas animum fluctuare,non declinare ad alia, vt cum felici fuerit hac passione tactus , ad illam se stringat donec plenius inficiatur , & percurratur & consumatur.Non enim desinet quousque totum perrcurrat & ebibat hominis spiritum. Dan. 10.c Sic vir desideriorum elanguit Daniel ex visione cœlesti , vt nihil virium remaneret in ipso . Cum pertransierit illa vehemens passio , ad tolerabiliorem quendam & humanum magis langorem sponsa redit, qui ei continuus est , qui tam concitatus non est, Hic planè etsi non deficit, tabescit tamen absentis amore dilecti. Bons hic languor, per quem carnalis affectus se languide mouet . Aliud est si impetus carnis fortiter surgens, fortiore superueniente reprimitur : aliud si languens & quasi expirans moribundo pulsu molliter tentat . Sentio adhuc alios quosdam languores , molestos omnes , vtiles tamen : langorem timoris , languorem tædij , lāguorem tristitiæ . Quidni consumar timore & mœrore præ conscientia nequiter transactæ vitæ , timore pro facilitate vitæ inter laqueos agendæ, vitæ tædio in imagine transeuntis vitæ ? Vniuersa enim vanitas omnis homo viuens. Vtinam tibi domine Psal.38.b aliquæ filiæ Hierusalem nuncient languores meos , si qui sunt in me , qui commendari tibi digni sunt . Nam multi sunt in me

A me indigentes curari.O me fœlicem si aliquis Centurio cœlestis dicat tibi:Domine, puer meus iacet paralyticus in domo, Matt.8.a & male torquetur . Vtinam domine statim respondeas : Ego veniam,& curabo eum.Dic domine verbo,& sanabor.Verbo enim ades,quia verbum es.Magna curationis virtus in verbo, Ibidem. & quod tu es domine,& quòd à te per tuos est.Sēsit hoc centurio, qui dixit: Domine dic tantùm verbo , & sanabitur puer meus.Sed vacuus est tamen omnis sermo docentis,si tu domine intus non loqueris.Dic verbo,& sanabitur languor meus, Cant.5.c forte & generabitur in me languor te loquente , vt ego dicere audeam: *Filiæ Hierusalem nunciate dilecto quia amore langueo.* Bonus vterque languor,siue vehemens & concitatus,siue hic cōtinuus & temperatus , nisi quòd in eo iste continuus non est, quòd frequenter non reuertitur ad ipsum , propter incontinentiam ardentis desiderij excrescens , & non se compescens. Non conuertitur donec deficiat iterum.Si ad horam diligis,& post horam desistis, non est amor. Si diligis , & ex amore absentis dilecti non tabescis,non est languor. Vt ergo amor languor sit,habeat vtrunque, & continuationem , & confectionem.Nunciate(inquit)dilecto quia amore langueo.Qui in infirmitatibus sunt,languores nunciari volunt medico,quę dilectionis sunt amico . Illi quidē vt curenturisti autē vt recreentur. Aemulamini fratres meliorem habere languorem , quem B sicut absentantis se dilecti desiderium creat, sic se præsentantis delectatio recreat domini Iesu sponsi Ecclesiæ & animæ sanctæ qui viuit & regnat per omnia secula seculorum,Amen.

Sermo XLVII.

Cant.5.a QVALIS *est dilectus tuus ex dilecto , ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus,quoniam sic adiurasti nos?*] Magno profusæ videntur affectu interrogationes istæ tam vehementes . Arbitror in filiabus Hierusalem ex confabulatione Ibid.6.a sponsæ languentis similem languorem aut creatum vt sit, aut excitatum vt auctior sit.Et in sequentibus dicunt : Quò abiit dilectus tuus? & quæremus eum tecum,quasi dicant : Quæremus tecum,sed & nobis quæremus , illo tecum frui volentes. Denique non dicunt , quæremus tibi , sed quæremus tecum. participium inuentionis optantes & sibi . Magna vtrinque humilitas , & in sponsa , & in filiabus Hierusalem . Illa se rogat commendari sponso, istæ se instrui rogant de sponso , nec simpliciter : sed illa cum adiuratione , hæ cum ingeminatione . Non est enim leuiter rogantis vel quòd illa adiurat , vel quòd istæ ingeminant . Qualis est (inquiunt) dilectus tuus ex dilecto , ô pulcherrima mulierum ? Qualis est dilectus tuus ex dilecto , quoniam sic adiurasti nos ? Vtiliter adiuratæ sunt, C Matt.8.a quæ sic animatæ sunt. Non est exigua sanctæ collationis vtilitas . Verbum est & quo charitatis languor generatur,& quo infirmitatis curatur . Nouit centurio vim medendi efficacem in verbo : ideo dicit : Dic tantùm verbo . Bonum est si dicantur verba,sed nihilo minus bonum est si scribantur verba. Volat enim irreuocabile verbum,nisi scripto mandetur. Scriptura verbum & stabile facit & visibile:mandatum paginæ reposcetur cum voles . Bonus depositarius est liber , integrè quod acceperit resignans , cum voles sumes , vbi voles leges, quandiu voles moraberis.Scriptura memoriæ reparatrix est : quia verbi repręsentatrix est.Turò verbi medicamenta illic condis. Seruantur enim illæsa.Si verbum medendi vim habet cum dicitur , cur non haber cum legitur ? Si bona curatio cum dicis, cur non bona cū legis?Non curetur hoc modo languor meus, hoc est dicere,qui primo audit,verbi vtilitatem capiat, ad posteros & longè positos non pertingat:vbi primò sonat,ibi sufocetur. exhauriatur omnis eius commoditas auditu primo, æterno prematur silentio . Nō iterum cadat in terram bonam vt fructum faciat.Hoc medicamentum qui primus acceperit Ioan.5.a conualescat æger , virtutem eius post illum persentiat nullus. In piscina illa post aquæ motum sanabatur vnus , sed in vno illo signata est charitas , non singularitas . Post primum curatum non est dictum de piscina illa , Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea,aquæ salutaris nec vestigium maneat. Bonus aquæ motus disputatio & exagitatio sacræ paginæ. Bene enim mouetur , cum prudenti ventilatione ad spiritualem promouetur intellectum . Bene mouetur , cum eius discussione auditor promouetur . Sicut medicamentum sic & cibus est verbum. Et quomodo dicitis, cibus quem vos operamini , pereat, non permaneat ? Sed tamen non est passim omnibus hæc permittenda licentia , nec aquæ motus sanabat nisi cum angelus descendens tempore suo mo- Ibidem. uisset eam . Ille vtique angelus cuius labia custodiunt scientiam , ex cuius ore est exquirenda legis scientia . Ergo(quod quidem fatendum est) magna texendi verbi salutaris vtilitas , sed cum alicui hoc opus permittitur , vel magis cum exigitur ab eo . Ideo non videtur nostrorum redarguenda cautela maiorum , quæ superabundans non nocet , quæ generaliter imponit silentium , ne aliquibus vtiliter indulta licentia, aliis præsumptionis temeratiæ scandalum fiat : simul ne quis dum in onere sibi non imposito occupatur , ocietur ab impositō , Et vt reuertamur ad propositum : multum excitatæ & animatæ sunt ex collocutione & adiuratione sponsæ filiæ Hierusalem . Quomodo non animentur ad rogandum de pulchritudine ipsius , pro cuius amore sponsam languentem , & ferè exanimatam vident ? Deprehensus in sponsa languor amoris , in hanc illas quærendi curiositatem protraxit . Videntes enim in sponsa amorem esse vehementem , causas & irritamenta tanti affectus arbitrantur in sponso . Affectuose quærunt qualis sit in spon- E so pulchritudo , de quo non possunt non præsumere quin admirabiliter pulcher sit : & sponsæ pulchritudinem in argumentum adsumunt pulcherrimi sponsi . *Qualis est dilectus tuus* Canti. 5.a *ex dilecto , ô pulcherrima mulierum* ? Pulcherrima mulierum ecclesia est , quæ singularum animarum pulchritudo est . Pulcherrima est,in qua omnis pulchritudo est,& deformitas non inest.Denique & qua ex parte de ecclesia sunt , deformes non sunt . Si quibus videtur inesse deformitas , etsi aliquibus de membris eius ad horam respergitur deformis macula , non tamen imputatur dum non immoratur . Fortasse plus accipit pulchritudinis post maculam detersa, quàm deformitatis cōtraxit subitò respersa . Bene itaq; pulcherrima,& omnem pulchritudinem habens , & omni fœditate carens . Sed & multæ fideles & spirituales animæ in eo pulcherrimæ sunt , quòd aut per sanctam conuersationem maculam non admittunt : aut per solicitam & synceram confessionem subinde diluunt. Pulcherrima est quodammodo , non omnes alias excellens, sed non excedens . Quasi excessus non est vbi citus regressus est . Pulcherrima ergo est, decorem & confessionem induens amicta lumine sicut vestimento . Pulcherrima est, quæ per ipsum lumen est amicta lumine per confessionem , per conuersationem existendo lumen ipsum. Qualis est dilectus tuus ex dilecto,ô pulcherrima mulierum, qualis est dilectus tuus? Nō F vacat multo affectu hæc ingeminatio , nec mysterio vacat. Quod si ita dixisset, Qualis est dilectus tuus ex dilecto ? sicut dicit, Qualis est dilectus tuus ex dilecto : nemo ambigeret quin alterum referendum esset ad eam generationem quæ est ex patre , alterum ad eam quæ est ex matre . In vtraque enim mirabilis est & concupiscibilis nimis , sed ex coniunctione mirabilior multo.Naturarum duarum alterutram aut cum patre habet,aut cum matre communem.Coniunctio ista propria est . Ibi personalis eius proprietas communiter consideratur in istis , quia integraliter conficitur ex istis . Constat enim ex duabus naturis , sed nihilo minus constat in duabus illis : ex coniunctis constat , & in singulis constat . Ex coniunctis & non in singulis constat proprietatis eius integritas , per quam simul distat & à patre & à matre . Non enim ab alterutro , sed in copulatis distat ab vtroque & quolibet qui non est ipse . In singulis & in copulatis consistit naturalis eius essentialitas secundum quid : & simpliciter & per se deus est sicut & pater,& simpliciter & per se homo sicut & mater.Non est ex parte & secundum quid deus , ex parte & secundum quid homo . Ideo totus dictus est deus, & totus dictus est homo . Non totum quod ipsum est, sed quod ipse totus , nec quasi in omni parte sit deus , & in omni parte homo:sed quia non est pro parte deus , & pro parte homo . Quod ergo dicitur totus deus , & totus homo , magis partes excludit quàm colligit , essentialem simplicitatem in vtraque natura indu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cens: non quòd vtraque essentia simplex sit, sed quòd ipse simpliciter est vtraque. Propter quod & habitu inuentus dis-
Philip. 2.a ctus est vt homo: quia cum non sit connaturalis diuinitati humanitas, per susceptionem tamen in persona Iesu quasi habitu quodam est vestiens & cooperiens eam. Non est diuinæ naturæ humana natura connaturalis, sed tantùm personæ ipsius Iesu, quæ humanæ naturæ propria sunt, naturaliter insunt. Sic est in natura hominis, quòd naturaliter est homo, verus homo, & verè homo. Verus homo propter veritatem animæ & humanæ carnis. Verè homo, quia verè constans ex anima humana & carne, ex veris constans, & vere constans, non tantùm vera habens, & verè habens partes humanitatis, sed verè etiam existens ex ipsis. Naturales habens, & naturaliter habens, sicut naturaliter deus, ergo generaliter, & non tantùm habitu homo. Iure ergo sicut in veritate diuinæ dicitur extare naturæ Iesu, sed & in veritate humanæ naturæ creditur extare naturæ Iesu, & in veritate humanæ naturæ creditur vtrasque naturas habens, & naturaliter. Ideo filiæ Hierusalem distinctè quærunt qualis sit secundum vtranque partem, de generatione ipsius optantes & natura doceri. Qualis est dilectus tuus? In natiuitate diuina est dilectus ex dilecto: in natiuitate humana factus est dilectus ex dilecta: nisi quòd non tam est ipse dilectus ex matre, quàm ipsa est effecta dilecta per ipsum. Totum habet quod habet dilectus ex dilecto, sed non totum à dilecta, magis autem totum habet quod
H habet, ipsa ab ipso. Ideo cum primùm rogant filiæ Hierusalem, Qualis est dilectus tuus ex dilecto, non similiter adiungunt, qualis est dilectus tuus ex dilecta, sed simpliciter qualis est dilectus tuus. quòd ibi supra capacitatis suæ vires vota porrigunt, corrigunt incontinenti, ad humaniorem quandam & magis modestam se conuertentes. Possumus autem vtroque sensu hoc intelligere, vt aut interrogatio propter geminã in Iesu naturam accipiatur congeminata, autẽ illa prior quasi incapabilis hac sequenti sit reuocata, ac si dicant: Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? Huius te fidei veritas quam tenes de generatione dilecti de dilecto, inter omnes omnium professores sectarum te pulcherrimam facit. Ista fides te mundat, ista venustat, qua te pulcherrimam facit. Ista fides te mundat, ista venustat, qua dilectum tuum dilecto ex quo est æqualem defendis. Talis est qualis ipse à quo est. Mira æqualitas, & mira qualitas. AEqualitas illa identitatem valet, qualitas substantialiratem. Si essent duæ naturæ, vtraque summa, vna in patre, in filio alia: esset quidem æqualitas, non esset identitas, sed æqualem sibi aliam diuina natura non admittit. Vna numero in vtroque est qualitas, & substantialis qualitas, imò substantiæ qualitas ideo filium qualis est pater, talem esse, est & ipsum quod parer est esse. qualis pater est, talis & filius & ipsa qualitas est vterque: consubstantialis est illi, & eadem est cum illo substantia. Substantia non tantùm subsistere conferens, sed & ipsa subsistens, viuens, potens, intelligens. Talem prædicas
I dilectum tuum ex dilecto, talem diffinis. Si fieri potest, huius fidei nobis rationem edissere, & sufficit nobis. Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quomodo sciemus qualis est dilectus tuus ex dilecto, si nõ edoces qualis est dilectus ex quo est: Sed non est hoc aut huius temporis, aut huius capacitatis nostræ: sed sufficit credere quia talis est qualis est pater. Quãuis non sufficimus comprehendere quæ illa qualitas est, doce qualis secundum humanitatem est, secundum quam dilectus est ex dilecta. Doce & dic qualis est dilectus tuus. Delectat nos de ipso iam audita reaudire. Replica nobis quæ de dilecto tuo vel credi debent, vel capi valent. Vtraque audita nos vehementer delectant: & quæ incapabilia nobis sunt, nos tamen capiunt illa: eo ipso admirationis & amoris æstu capti sumus, qui te sic captam sic arreptam, sic æstuantem videmus. O qualis est, ô quam amabilis est dilectus tuus, cuius in te semper amor capit augmenta, qui tibi fit semper de dilecto dilectus, imò de dilectissimo semper dilectior: cuius te facit amor pulchram, experientia auidam, auiditas anxiam. Anxij est enim & affectus votiui quòd sic adiuras nos: Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quoniam sic adiurasti nos? Quàm pulcher est qui in te fœdum nihil esse sustinet, ideóque pulcherrimam efficit mulierum. Quàm amabilis & gratiosus, sine quo nec ad horam esse sustines. propter quem sic adiurasti nos. Rogo vos filiæ Hierusalem, huius terrestris Hie- K rusalem, cur non has ad ecclesiam inrerrogationes ingeminatis? Cur hanc vtranque natiuitatem in Christo, quàm detractatis commendare, dissimulatis addiscere? Cur vos non sentitis adiuratas ab Ecclesia, prolatis cõtra vos scripturæ vestræ cum fide testimoniis, collatis in fide spirituum gratiis, perlatis pro fide passionum martyriis? Cur non vos quasi adiuratas sentitis ab ecclesia aptioribus quas frequentat cereiuratas sentitis ab ecclesia aptioribus quas frequentat cereiuratas sentitis ab ecclesia aptioribus quas frequentat cere

Universidad de Deusto
Biblioteca

G per torquet, dicente sancto Iob: Paruulum occidit inuidia.
Iob.5.a In eo enim quòd aliquis alicui inuidet, minorem se ostendit
eo cui inuidet. Sic diabol' inuidit primo homini, sic Esau Ia-
cob, & Cain Abel. Hæc inuidia paruulum occidit, quia nisi
inferior esset, de bono alterius non doleret. Hac peste nullus
moritur, nisi qui terrena hæc appetit, quæ tota non ueniunt
pluribus. Vnde si qua desiderat, illi inuidet qui penitus ea ac-
cepit: vel ille parte habendo, quantitatem ei restringit. Hunc
paruulum occidit inuidia, quia dum non potest adipisci quod
alij inuidet, & in odium (inuidiæ filiam) cadit. Rursum fra-
tres, post conuersionem nostram ira non habeat in nobis lo-
cum, quia vt ait dominus in euangelio, gradatim ducit ad ge-
Matt.5.c hennæ puteum, dicens: Qui iracitur fratri suo, reus erit iudi-
cio. Qui dixerit racha hoc est vocem indignationis per iram
emiserit, reus erit cõcilio, in quo tractatur qua pœna sit mul-
ctandus. Qui dixerit fatue, hoc est tale quid fecerit aut uer-
bo, aut verbere, vt inter fratres despiciatur, reus erit gehennæ
ignis, nisi resipuerit. Hæc est ira quæ stultorum oculos extin-
guit, sapientium oculos nonnunquam turbat, dicẽte psalmi-
Psal.6.b sta: Turbatus est præ ira oculus meus. Et de ira stulti Iob ait:
Iob.5.a Virum stultum interficit iracundia. Ecce duas iras videmus,
quarum altera nonnunquam turbat oculum, altera semper
extinguit. Altera venit ex impatientia, altera ex zelo rectitu-
dinis. Altera venit ex vitio, altera ex virtute. De altera quæ
venit ex virtute, Psalmista ait, Irascimini & nolite peccare.
Psal.4.a Quasi dicat: Crudeles estote in vitium, mites in fratrem, con-
Ephes.4.f siderantes vosmetipsos, ne & vos tentemini. De altera, quæ
venit ex vitio, ait apostolus: Sol nõ occidat super iracundiam
H vestram. id est, Christus qui est sol iustitiæ, mentem vestram
irascentem non deserat, qui cum ira nunquam habitat. Ira
quæ uenit ex zelo rectitudinis, debemus irasci prius nostris
Eccls.7.a erratibus, & pòst erratibus proximorum: quæ melior est ri-
sus, quia per tristitiam vultus corrigitur proximus. Quæ de-
bet tamen subesse rationi, ne sit immoderata, sed in vitione
peccati tempus & modum consideret. Hæc sapientes interdũ
turbat. Ira per vitium stultos occidit, dum in rixas & in con-
tumeliam linguam relaxat. Rursum fratres post conuersio-
nem nostram muniendus est thalamus cordis nostri, ne tristi-
tia rediens introeat, illam dico quæ mortem operatur, quæ
de amissione rerum temporalium venit. Hæc est illa quæ pra-
uas cogitationes generat, murmurosum monachum reddit,
quæ fastidium parit, & tenentẽ aratrum dei cum vxore Loth
retro respicere compellit. Sine dolore nanque non potest a-
mittere, quod cum inordinato amore possedit. Hanc itaque
tristitiam quæ mortem operatur, excludamus: & intromitta-
mus eam quæ venit de memoria peccatorum, & de peregri-
Psal.119.a natione nostra, dicamúsque cum Psalmista, Heu mihi quia
incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus
Cedar: multum incola fuit anima mea. Hæc est tristitia quæ
2.Cor.6.b vitam operatur, de qua ait apostolus: Quasi tristes, semper
Ioan.16.d autem gaudentes. Hæc est illa de qua dominus ad discipulos
I dicit: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Altera parit mor-
tem, parit animi rancorem. Rursum fratres post conuersionẽ
muniamus thalamum nostrum, ne auaritia quæ est radix om-
nium malorum, rediens introeat, nósque ab vnĩ dei cultura
abstrahat, idolorũ cultores faciat. De qua inter cætera sic ait
Colo.3.a apostolus ad discipulos suos: Mortificate mẽbra vestra quæ
sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem,
concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum ser-
uitus. Ecce auaritiam idololatriæ comparat: & meritò, quia
sicut vni deo idolatria nititur auferre gloriam, ne solus ha-
beat nomen deitatis: ita auarus in dei res se extendit, vt solus
vsurpet quæ deus omnipotens in vsum plurimorum fecit.
Vtraque deo inimica, quia negat deo quæ sunt eĩ'. Est & aua-
ritia non solùm amor congregandæ pecuniæ aut conseruan-
dæ, sed & ambitio prælationis, cũ nititur homo homini præ-
esse. Hæc, vt verũ dicam, etiam pauperes qui semel pro Chri-
sto reliquerunt sua, intantum vexat, vt contra ius & fas &
propositum suum, nõ tantum velint, sed etiam studeant fra-
tribus & conseruis præesse. Quod si abbas aut prior eorum
voto non consenserit, irascuntur, obloquuntur, eósque aut in-
uidos, aut sibi maleuolos (quia se non prouehunt) clamant.
Hæc est auaritia, quæ memoriam mãdatorũ dei turbat, di-
cẽte Psalmista domino: Inclina cor meũ in testimonia tua, & K
Psal.118.e nõ in auariciã, quæ proditionis est mater, quæ Iudã dei disci-
pulum primum ad mãdatorum dei obliuionem, de obliuio-
ne ad proditionẽ, de proditione traxit ad laqueum. Rursum
fratres post cõuersionem nostram muniamus thalamum cor-
dis, ne gula rediẽs introeat, quæ & Adam innocẽtiæ uestæ, &
Esau priuauit primogeniti dignitate. Hæc est illa pestis quæ
patres nostros in deserto ingratos beneficiis fecit, quæ com-
pulit eos murmurare contra deum, & dicere: Vtinam mortui
Num.14.a essemus in Aegypto, quãdo sedebamus super ollas carnium,
& comedebamus allia, cepe, & pepones. Hæc est illa funesta
pestis quæ eos ad blasphemiam duxit, quasi non esset alia vi-
Esa.22.d ta post istam, cum dicebãt: Comedamus & bibamus, cras e-
nim moriemur, id est in futuro. Quasi dicerent: Hoc solũ ha-
bemus quod comedimus, nihil in futuro post hãc vitam nos
habituros speramus. Hãc pestem cum homine peritura pro-
nunciat apostolus, dicens: Esca ventri, & venter escis, deus
1.Cor.6.a autem & hunc & hãc destruet. Hæc pestis tripertita est, quia
aut ante horam canonicã, aut aliud quàm licet, aut plus quàm
necesse est facit comedere, carnis curam in cõcupiscentiis ni-
Exod.32.d titur facere. De qua nascitur inepta lætitia, sicut de populo
Israel dicitur: Sedit populus mãducare & bibere, & surrexe-
runt ludere. Rursum fratres post conuersionem nostram mu-
niamus thalamum cordis nostri, ne luxuria rediẽs introitum
inueniat, quæ pestilentia rediens est peior quàm ante fuerat.
Matt.12.d Nunquam enim sola redit, sed sicut dominus ait in euange-
lio, assumit septem spiritus nequiores se, & ingressi habitant L
ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hæc
est pestis illa quæ corpus Christi dimẽbrat, quæ de membris
Christi facit membra diaboli. Nam qui adhæret alicui perso-
1.Cor.6.d næ causa libidinis explendæ, vnum corpus fit cum illa perso-
na, & fit membrũ diaboli: cuius & illa membrum est per cõ-
iunctionem malorum operum. Hæc est illa pestis quæ ignem
infernalem in corpus humanum accendit, vt vegetum sit &
robustum ad libidinem explendam, quæ igni illi inextingui-
bili materiã semper apponit, & vires ministrat, vt de suo sem-
per habeat vnde sine fine ardeat. De his duob' ignibus luxu-
Osee.7.b riæ & gehẽnæ habemus auctoritatem scripturæ. De igne lu-
Psal.20. xuriæ ait: Omnes adulterãtes quasi clibanus succensus à co-
quente. De igne gehennæ ait: Pones eos vt clibanum ignis in
Luc.13.a tempore vultus tui, hoc est iudicij, vt intus ardeant (sicut cli-
banus accensus) in cõscientia. Dominus in ira sua conturba-
bit eos, dicẽs: Discedite à me operarij iniquitatis. Et deuora-
bit eos ignis extremus infernalis, quẽ accenderunt per luxu-
riæ fœda opera. Sit ergo fratres summa cura & studiũ his qui
in talibus sunt, de talibus euadere & fugere. Nobis verò qui
per gratiam dei euasimus, & veterẽ exuimus hominẽ, qui su-
mus Sion, sit summum studium thalamũ nostrum munire &
adornare, & Christũ regẽ suscipere, sicut hæc scriptura præ-
M cepit quam recitauimus Adorna thalamum tuum Sion. Quid
est adornare thalamum tuum? Virtutes cõgregare, quibus &
pauimẽtum & parietes quasi cortinis, & floribus tota domus
adornetur. Primus ornatus thalami nostri qui sumus Sion, sit
Psal.110.b timor, qui est initium sapientiæ, id est primus gradus per quẽ
Pro.28.c ascenditur ad sapientiã. De quo timore ait scriptura: Beatus
Psal.2.c homo qui semper est pauidus. Et Psalmista ait: Seruite domi-
no in timore, & exultate ei cum tremore: vt timor auferat se-
curitatem noxiam, & exultatio mortiferam tristitiam. Hic ti-
mor generat humilitatẽ, quæ est preciosissimus ornatus tha-
Luc.1.a lami Sion, quæ magis placuit Christo cùm in thalamum vir-
gineum ingrederetur, dicente beata Maria: Quia respexit hu-
militatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes. Hęc inquãm humilitas est ornatus Sion,
Mat.5.a id est pauperum Christi, de quibus ipse dicit: Beati pauperes
spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ecce quomo-
do timor domini primus gradus ascensionis, & primus orna-
tus thalami Sion, alios etiam ornatus generat, humilitatẽ scili-
cet & voluntariam paupertatem. Adorna ergo thalamũ tuũ
Sion timore domini. Secundus ornatus thalami Sion, & secũ-
Eccli.30.d dus gradus ad sapientiam, est pietas: de qua dicit scriptura:
Esa.66.a Miserere animæ tuæ placẽs deo. Et alibi: Super quem requie-
scet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? Hæc mi-
seretur in se peccantibus, fraterna onera portat, magis eligit
quæli-

A quælibet temporalia bona perderẽ, quàm cũ fratre lite contendere. Quæ profectò pietas non aliud est nisi deum colere, & per cultum dei deo placere. Hæc in nobis generat mãsuetudinem, optimum ornatum thamani Sion, quę filios dei nos
Matt.5.a facit, dicente domino: Beati mites, quoniam filij dei vocabuntur. Ecce quomodo pietas secundus ornatus thalami Sion, & secundus ascensionis, alium ornatum, de se generat mansuetudinẽ, quæ filios dei efficit. Adorna igitur thalamum tuum Sion pietate. Tertius ornatus thalami Sion, & tertius gradus ascensionis est scientia, quę homini sui cognitionem præbet, vt scilicet homo neque minus neq; plus quàm debet de se præsumat. Quorum alterum, scilicet de se nimium præsumere, in mala facit præcipitem: alterum, scilicet se nõ cognoscere, facit ad quælibet bona opera torpentem. Ad hanc scientiam spiritus sanctus inuitat ecclesiam in canticis: Si ignoras te ô pulchra inter mulieres, abi post vestigia gregum tuo-
Cantic.1.a rum, scilicet hæreticorum: & pasce hœdos tuos, hoc est carnales concupiscentias. Hæc scientia præbet nobis fiduciam vincendi omnes tentationes per veram fidem, dicẽte domino
Mat.9.d in euangelio: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, per dei scilicet gratiam, & liberum arbitrium. Videmus iam quomodo scientia tertius ornatus thalami Sion, & tertius gradus ascensionis, aliũm ornatum in nobis generat, re-
B ligiosum videlicet luctum, qui consolationem à domino in futuro meretur. Hæc scientia parat in nobis dolorem & luctum peregrinationis, vt videndo mala exilij quæ patimur, cum luctu desideremus patriam à qua peregrinamur, audiamúsque à domino nobis dici: Beati qui lugent, quoniam ipsi
Matt.5.a consolabuntur. Quartus ornatus thalami Sion est fortitudo, quæ conuenit laborantibus pro veris bonis acquitendis. Hæc est quæ munit thalamum Sion, vt non extollatur prosperis, non frangatur aduersis: quæ linguam increpantem & blandi-
Psal.119.a entem his verbis confundit, dicens: Domine libera animam meã à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Hæc est illa quæ semper de die in diem robustior, esuriem & sitim iustitiæ in tha-
Matt.5.a lamo Sion accendit, facítquæ eam audire à domino: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniã ipsi saturabuntur. Adorna igitur thalamum tuum Sion fortitudine. Quintus ornatus thalami Sion est consilium, quo homo infirmitates suas requirit, suum posse & suum non posse inuestigat, & ex sua infirmitate alios considerat, aliis parcit & miseretur, sicut & vult deum sibi misereri: aliis demittit debita, sicut sibi vult
Ibidem. dimitti à deo, meretúrque audire à domino: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Adorna igitur thalamum tuum Sion consilio. Sextus ornatus thalami Sion est intellectus, qui mentem hominis super hæc infima rapit, omnésque corporeas substantias intectuali in-
C tuitu transiens, non corporeis substantiis figitur volénsque vltra progredi & propius accedere, audit à domino: Ne ap-
Exod.33. propinques huc, nó enim videbit me homo & viuet. Hic in-
Matt.5.a tellectus cõuenit his qui à deo purgatum oculum habent, de quibus dicitur: Beati mũdo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Adorna igitur thalamum tuum Sion intellectu. Septimus ornatus thalami Sion est sapientia, quæ conuenit his qui intellectualibus oculis æterna cõremplantur, quorũ conuer-
Philip.3.c satio in cœlis est, qui cupiunt dissolui & esse cum Christo: in quorum persona dicebat apostolus: Mihi viuere Christus est,
Ibidem. & mori lucrum. Quasi diceret: Vt Christum magnificem, Christo viuere volo tantùm, & Christus est præmium mortis meæ. Et post pauca: Coarctor autẽ è duobus, ait, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo melius autẽ manere in carne propter vos. Ecce quid facit vera sapientia, quæ omnes rebelles motus corporis ita subiungat, vt nullam vltrà pugnam in carne sentiat. Pro infirmis fratribus (vt eis Christum nunciet) exilium libenter patitur, probra non au-
Matt.5 dit, damna non sentit, auferenti tunicam dimittit & pallium, percutienti ad vnam maxillam præbet & alteram, audítque à domino: Beati pacifici, quoniam filii dei vocabuntur. Hi or-
Isaac.2.d natus thalami Sion, istis nos adornemus qui sumus Sion, &
Cant.12.a regem Christum suscipiamus, quem virgo concepit, virgo peperit, virgo post partum quadragesima, hoc est hodierna die in templo dei præsentauit. In lege nanque scriptum erat, vt mulier quæ suscepto semine peperisset masculum qua-
D dragesimo die purgata templum cum filio intraret, deferens hostias secum pro peccato, agnum anniculum immaculatum. Si autem non haberet agnum, par turturum siue duos pullos columbæ offerret. Hæc omnia beata virgo non ex necessitate, sed ex humilitate impleuit. Abstinuit ab introitu templi quadraginta diebus, non necesse habens purgari, quæ sine omni delectatione, saluo virginitatis sigillo, de spiritu sancto concepit. Obtulit hostiam non pro peccato, sicut aliæ mulieres, sed pro humilitate: ostendens etiam in hoc quòd filius dei Iesus Christus non soluere venerat legem, sed adimplere. Et ecce Simeon grandæuus qui acceperat responsum non visurum se mortem nisi videret Christum domini, & eum susciperet quem expectabat: accepit eum in vlnas suas, hoc est inter brachia sua amplexatus est illum, qui appendit tribus digitis molem terræ, qui omnia implet, omnia com-
Luc.2.b plectitur, inter brachia portat, dicens: Nunc dimittis domine seruum tuum secundum verbum tuum in pace. Cupio dissolui, & eius aduentum cum patriarchis & prophetis in inferno expectare, qui inter te & humanum genus facturus est pacem. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, filium tuum, quem desideraui, de quo responsum à spiritu sancto accepi. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Is-
Esa.9.a raël. De quo ait Esaias: Populus qui ambulabat in tenebris,
Rom.11.d vidit lucem magnam. Quia cum plenitudo gentium intrauerit, runc omnis Israël saluus fiet. Audite fratres, audite quid E offert Maria, quid Simeon susciput vnigenitum dei deo patri consubstantialem & coæternum, verbum in principio. Et vt vtilitatem & consolationem nostram audiamus, illum offert virgo, quem deus Abrahæ promisit, dicens: In semine tuo
Gene.22.d (hoc est in Christo) benedicentur omnes gentes. Et quem Dauid promisit, dicens: De fructu ventris tui ponam super
Psal.131.b sedem tuam. Hic est (quem virgo offert) patriarcharum gaudium, desiderium prophetarum, gentium expectatio, Iudæorum qui eum receperunt, saluatio, ruinæ angelorum reparatio. Talis est quem virgo offert deo, imò multo maior quàm lingua aut hominum aut angelorum possit dicere. Et cum sit tantus ac talis, qualem aut quantum ipse se nouit, non sufficit virgini ipsum solum offerre: sed hostiam, quam lex præceperat, pro eo obtulit, ob humilitatis scilicet exemplum, vt nos doceret quomodo & nos cum debeamus offerre. Duos turtures aut duos pullos columbæ pro eo obtulit. Columba, fratres, simplex est animal, felle caret, rostro non lædit, in cauernis petrarum nidificat, alienos pullos nutrit, iuxta fluenta manet, vt visa vmbra accipitris fugiat, meliora grana eligit, gemitum pro cantu reddit, gregatim volat, alis se defendit, visum recuperat. Et nos fratres, cum ante altare
F steterimus, vt dei filium deo offeramus, cum eo & pro eo par turturum, castitatem corporis & animæ offeramus, & duos pullos columbarum pro cantu gementes, compunctionem geminam pro desiderio patriæ cœlestis, & de consideratione nostræ miseriæ habentes. Columba felle caret, & nos ira careamus, quæ peccare nos facit. Rostro non lædamus, sed percussi in vnam maxillam, aliam præbeamus. In cauernis petrarum nidificemus, in fide plagarum Christi refugium habeamus. Alienos pullos nutriamus, de filiis diaboli facientes verbo prædicationis filios dei. Iuxta flumina maneamus, id est iuxta hunc mortalitatis fluxum sedentes, vmbram accipitris, hoc est peccata quæ sunt vmbra diaboli, malorum ruinas considerantes, ab eius vngulis fugiamus. Meliora grana eligamus, id est meliores sententias in scripturis sanctis. Gregatim volemus, vnum consensum in bono in congregatione sub pastore habentes. Alis noui & veteris testamenti contra inimicos dei nos defendamus, vel duobus præceptis charitatis, dei videlicet amore & proximi. Visum recuperemus, de bono actionis ad bonum semper intendentes contemplationis. Fratres charissimi, tales oportet nos esse cum corpus Christi consecramus, cum consecratum manducantes sacrificamus, cum vobis idem corpus in salutem corporis & animæ porrigimus. Tales etiam vos oportet esse cum sacrum sacramentum de manibus nostris accipitis, scientes quòd qui corpus Christi indigne accipit, & sanguinem eius indigne bibit, iu-
1.Cor.11.g dicium sibi manducat & bibit. Verùm quia rarò inuenitur talis qui in se hæc omnia habeat, diligat illum qui bonum ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gbet quod in se non habet,& in illo habet quod in se non videt. Neque enim credere debemus quòd soli sacerdoti supradictæ virtutes sint necessariæ,qua solus consecret & sacrificet corpus Christi. Non solus sacrificat, non solus consecrat,sed totus conuentus fidelium qui astat, cum illo consecrat, cum illo sacrificat. Nec solus ligni faber facit domũ, sed alius virgas,alius ligna, alius trabes & cætera comportat. Debẽt itaq; astãtes habere de suo, sicut & sacerdos, fidem firmã, orationem putam,deuotionem piam. Sciendúmque quòd sine firma fide nemo astantium esse debet. Cæteras verò virtutes quas supra diximus, etsi omnes nõ habent, diligant illum qui habet quod in se non inueniunt, & in illo habent quod in se non vident. Sicut Petrus in Ioanne virginitatis habet meritum,sic Ioannes in Petro martyrij habet prẽmium. Sciendum quoque quòd corpori Christi quem Maria hodie præsentauit in templo,quem Simeon in vlnis suis suscepit,tria debemus:dignitatem,reuerẽtiam,& fructum. Dignitatem, vt eum dei filium,deum de deo,omnipotentem,creatorem omnium, iudicem viuorum & mortuorum credamus. Dignitatem, vt credamus nos statim postquam de corpore exierimus, ab eo sicut à iudice percepturos sicut gessimus,siue bonum siue malum. Ille nanque quem Maria in templo præsentauit, quem Simeon suscepit, quem in manibus consecrantes ante deum leuamus,benedicimus,manducamus,vobis porrigimus manducandum:ille familiaris iudex erit noster. Caueamus ergo ab eo separari per iudicium post mortem,cui ita sumus familiares in vita. Dicamus ei itaque in corde cum cũ tractamus, dicamus cũ eum consecramus: Domine ad te veniemus post mortem,ante tuum tribunal iudicandi astabimus. Qui nobis ita familiaris esse dignaris in vita,quòd à nobis tractaris, consecraris,mãducaris:noli nobis alienus esse in morte, sed parce nobis in die mala. Confundantur dæmones qui nos tunc persequentur:destrue fortitudinem illorum in virtute tua: quia nõ est qui pugnet pro nobis, nisi tu deus & familiaris noster. Hæc est dignitas quam ei debemus. Debemus ei & reuerentiã, inuestigare scilicet nosmetipsos: & si inuenimus cor poltlutum fœdis cogitationibus,aut mala voluntate,ab eius contractu vt ab igne & nos & alios arceamus. Ignis enim consumens est,ad quem indignus non debet accedere, ne interius consumatur,& in reprobum sensum tradatur. Exeat ergo extra castra, sicut Moyses præcepit, qui nocturno pollutus est somno,hoc est qui per negligentiam istius obscurę vitæ (quæ tota vt somnus pertransit) peruenit vsque ad pollutas cogitationes. Exeat extra castra,hoc est dum in illo statu est ,iudicet se indignum societate fidelium communicantium hoc sacro corpore,latéque vestimenta sua per sanctam confessionem: & post solis occasum,hoc est post tentationis calorem & ardorem iam mortuum, lætus redeat,& cum aliis fidelibus cõmunicet. Hæc est reuerentia quam debemus corpori Christi, quem virgo maria hodierna die in templo presentauit, quem Simeon lætus inter brachia recepit. Debemus etiam fructum scientiæ,intelligere scilicet, quem fructum accipimus si eum digne comedimus. Audite fratres non me, sed apostolum dicentẽ: Calix benedictionis cui benedicimus,nonne communicatio sanguinis Christi est? Calix, id est communicatio calicis,facit nos habere quandam cõmunionem cum Christo: Et panis quem frãgimus, nonne participatio corporis est domini? Ac si dicat,panis quem frangimus, facit nos vnum corpus sub Christo capite:quoniã sicut vnus panis ex multis granis conficitur,qui postea in corpus Christi & per fidẽ, & per sancta verba,quę Christus suos docuit,conuertitur:sic diuersi participantes hoc corpore in vnitate fidei, spei, & charitatis, vnum corpus cum Christo sunt,ad Christũ statim post mortem venturi,& cum Christo sicut cum capite suo sine fine regnaturi: quem virgo concepit,virgo peperit, virgo in templo hodierna die præsentauit. Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Deut. 4.d *Deut.23.b* *1.Co.10.d*

Sententia de eodem.

QVI vult in pace dimitti, conetur esse Simeon,qui audiens tristitiam interpretatur: vt quàm horrendum, quàm triste sit incidere in manus domini, intenta mente perscrutetur. Sit ciuis Hierusalem, habens cõuersationem in cœlis. Sit iustus,ne male viuendo pereat. Sit timoratus ne de iustitia sua temerè præsumat. Expectet Christum qui est consolatio fidelium:non quærat ante vesperum denarium. Veniat in templum,imitetur exempla sanctorum puerorum. Accipiat in manibus verbum Dei,id est,compleat operibus. Gestet puerum in vlnis,amplectatur eum cũ brachiis fidei, spei, & charitatis. Gaudebítque de Christo , adepto Christi cõsortio. Cupiat indesinenter mori seculo,& viuere deo. Tunc tãdem dimittetur in pace, vt non videat mortem , qui mortem perdidit,& vitam inuenit.

Epistola Bernardi Sylueſtris, viri quidem eruditiſſimi de cura & regimine rei familiaris, ideo in hoc appoſita volumine, quòd nonnulli eam à ſancto Bernardo putant eſſe compoſitam.

GRatioso & felici militi H.Raymundo castri Ambrosij,Bernardus in seniũ deductus saluté. Doceri petis à nobis de cura & modo rei familiaris vtilius gubernãdę,& qualiter patresfamilias debeãt se habere. Ad quod tibi sic respondemus,q̃ licet omnium rerum mundanarum status, & exitus negociorum sub fortuna laborent, non tamen hoc timore viuendi est regula omittenda. Audi ergo & attende, q̃ si in domo tua sumptus & reditus sunt æquales,casus inopinatus poterit destruere statum eius. Status hominis negligentis, domus est ruinosa. Quid est negligentia gubernantis domum? Ignis validus in domo accensus. Discute diligenter eorum deligentiam & propositum,qui tua administrant. Labenti enim nondum lapso facultatibus, minus verecundiæ est abstinere, quàm cadere. Sæpius reuidere quæ tua sunt,& qũomodo sint,magna prouidentia est. Cogita de cibo & potu animalium tuorũ:nam esuriunt , & non petunt. Nuptiæ sumptuosæ,damnum sine honore conferunt. Sumptus pro militia , honorabilis est. Sumptus pro iuuando prodigo, perditus est. Sumptus pro iuuando amico , rationabilis est. Familiam grosso cibo , non delicatõ nutrias. Qui gulosus effectus est, vix aliter quàm morte mores mutabit. Gulositas,vilis & negligentis hominis putredo est. Frugalitas,solliciti & diligentis hominis solatium est. Diebus paschalibus abũdanter,non tamen delicatè pasce familiam. Fac gulam litigare cum bursa, & caue cuius aduocatus existas. Si autem inter gulam & bursam iudex existas , sæpius , sed non semper pro bursa sententiã feras. Nam gula affectionibus probat,& sic testibus non iuratis. Bursa euidenter probat,iam arca & cellario euacuatis, vel breui tempore vacuãdis. Tunc male iudicas contra gulam, quando auaritia ligat bursam. Nunquam rectè inter gulam & bursam auaritia iudicabit. Quid est auarus? sui homicida. Quid est auaritia? paupertatis timor, semper in paupertate viuens. Recte viuit auarus in se non perdens diuitias,sed aliis reseruando. Melius est enim aliis reseruare, quàm in se perdere. Si blado abundas,non diligas catistiam:quia diligens catistiam,cupit esse pauperum homicida. Vende bladum cum satis valet, non quando per pauperem emi non potest. Vicinis minori precio vende, etiam inimicis. Nõ semper gladio, sed sæpe seruitio vincitur inimicus. Superbia contra vitium,balneum est expectans tonitruũ cum sagitta. Habes inimicum? quæras tuum oculum pro tui custodia. Si habes inimicum , conuersationem non habeas cũ ignotis. Semper cogita quòd inimicus sagax cogitat inimici vias . Debilitas inimici non est loco pacis, sed treuga ad tempus. Si te securas non cogitare inimicum tuum , quem tu cogitas,periculo te exponis. De fœminis tibi suspectis quid agant, ignorantiam, non sententiam quæras. Postquam sciueris crimen vxoris tuæ , à nullo medico curaberis. Dolorem de mala vxore tunc mitigabis,quando audies de vxoribus alienis. Cor nobile & altum non inquirit de operibus mulierum. Malam vxorẽ potius risu quàm baculo castigabis. Fœmina senex & meretrix omnes diuitias adnullabit. Fœmina senex & meretrix , si lex permitteret , viua sepelienda esset.

De vestibus. Nota quòd vestis sumptuosa, probatio est pauci sensus. Vestis nimis apparens, cito vicinis tædium parit. Stude bonitate placere , non veste. Mulieris petitio habentis vestes & vestes quærentis , non indicat firmitatem.

De

A De amicis. Tene quòd maior est amicus qui sua tribuit, quàm qui seipsum offert. De verbis est magna copia amicorum. Amicum non reputes,qui te præsentem laudat. Si consulis amico, non quæras placere ei,sed rationi. Dicas in consulendo? sic mihi videtur, non præcise, sic agendum est: quoniam facilius de malo exitu consilij redargutio sequitur,quàm de bono laus. Audiui quòd ioculatores te visitant. Attende quę sequuntur: Homo impendens ioculatori, cito vxorem habebit cuius nomen erit paupertas. Sed quis erit huius vxoris filius? Derisio. Placet tibi verbum ioculatoris ? finge te non audire,sed aliud cogitare. Ridens & gaudens de verbis ioculatoris,iam pignus sibi dedit. Ioculatores improperantes digni sunt suspendio. Quid est ioculator mala improperans ? animal homicidium secum portans. Ioculatoris instrumẽta deo non placent. Audi de famulis. Famulum alti & elati cordis repelle, vt futurum inimicum. Famulum tuis moribus blandientem repelle. Famulo & vicino te præsentem laudantibus resistas, aliter cogitant te decepisse. Famulum se de facili verecundantem dilige vt filium. Si vis ædificare domum , inducat te necessitas,nõ volũtas. Cupiditas ædificandi, ædificando non tollitur. Nimia & inordinata ædificandi cupiditas,parit cito & expectat ædificiorum venũdationem. Turris completa,& arca vacuata faciunt valde sed tarde hominem prudentem. Vis aliquando vendere ? Caue cum vendere voluB eris, ne partem hæreditatis vendas. Non vendas potẽtiori, sed potius minori precio des minori: totum autem vende plus offerenti. Melius est grauem pati famem , quàm patrimonij venditionem. Sed melius est partem vendere, quàm se vsuris subiicere. Quid est vsura? venenum patrimonij. Quid est vsura legis ? latro præcedens quod intendit. Nihil emas in consortem potentioris . Paruum consortem patienter sustineas, ne tibi fortiorem societ. Quæsiuisti de vsu vini. Qui in diuersitate & abundãtia vini sobrius est,ille est terrenus deus. Ebrius nihil rectè facit , nisi cum in lutum cadit. Sentis vinum ? fuge consortium. Sentis vinum? quære somnum antequam colloquium. Qui se ebrium verbis excusat , ebrietatem suam aperte accusat. Male sedet in iuuene, vina cognoscere. Fuge medicum scientia plenum, & exercitio non probatum. Fuge medicum ebrium. Caue tibi à medico uolente in te experiri qualiter alios de simili morbo curabit. Catulos valde paruos dimitte clericis & reginis. Canes custodes vtiles sunt. Canes ad venandum plns constant quàm conferant. Habes filios? dispensatores tuorum bonorum non instituas , sed dices : Si aduersetur fortuna , quid prodest viuendi doctrina ? Audi quid de hoc viderim, stultorum omittentes contingentia, & tandem se excusantes sub fortuna. Euenit aliquando fortuna. Sed seruans doctrinam,raro accusabit fortunam. Raro enim C diligentiam cum infortunio sociabis sed rarius à pigritia infortunium separabis . Expectat piger sibi subueniri à Deo, qui in mundo isto vigilare præcepit. Tu ergo vigila, & leuitatem expendendi cum grauitate lucrandi compensa. Appropinquat senectus ? Consulo quòd Deo potius quàm filio tuo te committas. Disponis legata? consulo quòd primò seruitoribus quàm sacerdotibus solui mandes. Diligentibus personam tuam, non committas animam tuam. Committe animam tuam diligentibus suam. Dispone de rebus ante mortem. Sæpe quis efficitur infirmitatis seruus , & seruus testari non potest: liber ergo testeris,antequam seruus efficiaris. Sufficiat tibi quod de te dictum est. De filiis audi. Mortuo patre filij quærunt diuisionem. Si nobiles sunt , melior est sæpe eorum per mundum dispersio,quàm hæreditatis diuisio . Nam sæpe est grauis eorum dissolutio , huiusmodi hæreditatis diuisio. Si laboratores sunt,faciunt quod volunt. Si mercatores sunt, tutior est eorum diuisio quàm communio,ne vnius infortunium aliis imputetur. Mater vero forte remaritari quærit ? stulte agit : sed vt sua peccata deploret,vtinam ipsa senex accipiat iuuenem. Nam non ipsam, sed sua quæsiuit : quibus habitis,bibet cum eo doloris calicem quem optauit,ad quem perducant merita sua damnabilis senectutis.

FINIS.

PRAEFATIO SANCTI *Bernardi abbatis in vitam ſancti Malachiæ epiſcopi.*

D

SEMPER quidem operæprecium fuit illustres sanctorum describere vitas , vt sint in speculum & exemplum ac quoddam veluti cõdimentum vitę hominum super terram. Per hoc enim quodammodo apud nos etiam post mortem viuũt, multósque ex his qui viuentes mortui sunt , ad veram prouocant & reuocant vitam. Verùm nunc maxime id requirit raritas sanctitatis , & nostra plane ætas inops virorum . Quam sane inopiam super nos adeo inualuisse sentimus, vt nulli sit dubium illa sententia nos feriri : Quoniam abundabit iniquitas, *Mat.24.a* refrigescet charitas multorum . Et vt suspicor ego , aut præsto aut prope est de quo scriptum est : Faciem eius præcedet ege- *Iob.41.b* stas . Ni fallor , Antichristus est iste , quem fames ac sterilitas totius boni & præit & comitatur . Siue igitur nuncia iam præsentis, siue iamiámque affuturi prænuncia , egestas in euidenti est . Taceo vulgus, taceo vilem filiorum huius seculi multitudinem, in ipsas ecclesiæ columnas volo oculos leues. Quem mihi ostendas vel de illorum numero qui videntur dati in lucem gentium , non magis de sublimi fumantem,quàm E flammantem ? Et si lumen quod in te est , inquit, tenebræ *Matt.6.c* sunt , quantæ sunt tenebræ ? nisi tu illos forte (quod non credo) lucere dixeris , qui quæstum æstimant pietatem : qui in hæreditate domini non quæ domini , sed magis quæ sua sunt quæritant . Quid dico , quæ sua sunt ? Perfectus sit & sanctus etiam sua quærens , suáque retinens , si ab alienis cor manúsque contineat: meminerit tamen qui sibi vsque huc forte peruenisse videtur , eundem exigi sanctitatis gradum & ab ethnico . An non milites suis iubentur contenti fore stipendiis , vt salui fiant ? Magnum vero ecclesiæ doctori , si sit sicut vnus militum , aut certe (quod ad illorum improperium prophe- *Esa.24.a* ta loquitur) si vt populus , ita & sacerdos fuerit . O deformitatem ! Itáne summus merito reputandus erit,qui à summo corruens gradu , hærebit vix infimo , ne abysso absorbeatur? Quàm rarus tamen iste ipse in clero! Quem item das mihi cõtentum necessariis, contemptorem superfluorum? Lex est tamen præfixa ab apostolis,apostolorum successoribus: Victum *1.Tim.6.b* & vestitum habentes , inquiunt, his contenti simus. Vbi forma hæc? In libris cernimus eam, sed non in viris. Habes verò de iusto , quia lex dei eius in corde ipsius , & non in codice. Nec perfectionis is gradus . Perfectus,carere & necessariis pa- *Psal.36.f* ratus est . At gratis istud . Vtinam superfluis ponatur modus, vtinam non cupiamus in infinitum ! Sed quid ? Forte reperias qui hoc possit . Id quidem difficile , sed vide quid egimus. Quærebamus virum optimum,multorum liberatorem,& ec- F ce laboramus in inueniendo qui seipsum saluum facere possit . Optimus hodie est , qui non est nimis malus . Vnde quoniam à terra defecit sanctus , videor mihi non superuacue ex his qui empti sunt de terra , reuocare ad medium Malachiam episcopum , virum vere sanctum , & nostrorum quidem temporum singularis sapientiæ & virtutis. Iste erat lucerna ardens & lucens, nec extincta est tamen, sed submota. Quis mihi iure succenseat,si readmouero eam? Imò vero non est quòd mihi ingrati esse mei seculi homines debeant , & omnis deinceps generatio ventura , si quem conditio tulit , reuocem stilo : si mundo restituam, quo dignus nõ erat mundus : si seruem memoriæ hominum hominem, cuius memoria in benedictione sit omnibus,qui legere dignabuntur : si me excitante amicum dormientem, vox turturis audita fuerit in terra nostra dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Deinde sepultus apud nos est,nobis specialiter hoc opus incumbit. Quid,quòd me inter speciales amicos sanctus ille habebat, & eo loci, vt nulli in hac parte gloriæ secundum fuisse me credam ? Nec mercede vacat mihi tantæ familiaritas sanctitatis. Primitias iam accepi. In extremis positus erat,imò in principiis,iuxta illud: Cum consummatus fue- *Eccli.18.a* rit homo, tunc incipit . Accucurri ego,vt benedictio morituri super me veniret. At ille cum iam membra alia mouere non posset , fortis ad dandam benedictionem,eleuatis sanctis ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnibus super caput meum, benedixit mihi, & benedictionem hæreditate possideo: & quomodo ego illum silere queam? Postremo tu id mihi abba Congane iniungis, reuerendus frater, & dulcis amicus meus, ac tecum pariter (vt ex Hybernia scribis) vestra illa omnis ecclesia sanctorum, libens obedio, præsertim quòd non eloquium exigitis, sed narrationem. Dabo vero operâ vt ea sit pura & luculéta, deuotos informans, fastidiosos non onerans. Sane narrationis veritas secura apud me est, intimata à vobis, haud alia proculdubio protestantibus, quàm quæ certissimè comperta sunt vobis.

Vita Sancti Malachiæ
EPISCOPI, A BEATO Bernardo edita.

HMALACHIAS noster ortus Hybernia de populo barbaro, ibi educatus, ibi literas edoctus est. Cætetum de natali barbarie traxit nihil, non magis quàm de sale marino pisces maris. Quàm vero suaue, quòd inculta nobis barbaries tam vrbanum ptotulit ciuem sanctorum, & domesticum dei! Qui producit mel de petra, oleúmque de saxo durissimo, ipse fecit hoc. Parentes tamen illi fuere genere & potentia magni, iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. At mater mente quàm sanguine generosior, satagebat in ipso initio viarum suarum notas paruulo facere vias vitæ, hanc pluris illi existimans ventosa scientia literaturæ secularis. Ad vtráque tamen huic non defuit ingenium pro ætate. In scholis literas, domi timorem domini docebatur, & quotidianis profectibus respondebat ambobus satis, magistro, & matri. Nempe à principio spiritum sortitus est bonum, per quem erat puer docilis, & amabilis valde, mire admodum omnibus per omnia gratiosus. Bibebat autem pro lacte de pectore materno aquas sapientiæ salutaris, & fiebat in dies seipso prudentior. Prudentior dicam, an sanctior? Vtrunque si dixero, non me pœnitebit: veritatem enim dicam. Agebat senem moribus, annis puer, expers lasciuiæ puerilis. Cumque ex hoc cunctis esset reuerentiæ & stupori, non tamen inde (vt assolet) insolentior inueniebatur: sed magis quietus, & subditus in omni mansuetudine. Non impatiens magisterij, nõ fugitans disciplinæ, non lectionis fastidiens, non ludorum denique appetens, quod vel maxime illa ætas dulce ac familiare habere solet. Et proficiebat supra omnes coætaneos suos in ea quidem literatura quæ illi competebat ætati. Nam in disciplina morum, profectúque virtutum, etiam super omnes docentes se in breui enituit: non tâ matre tamen, quàm vnctione magistra. Hac solicitante haud segniter & in diuinis exercebatur, petere secretum, anticipare vigilias, meditari in lege, refici parcius, orare frequentius. Et quia ecclesiam frequentare nec vacabat propter studium, & pro verecundia non libebat: leuare puras manus in omni loco, vbi tamen secrete id posset. Iam tunc siquidem cautus fuit declinare virus virtutum, inanem gloriam. Est vicus prope ciuitatem in qua discebat puer, quò magister eius frequenter pergere solitus erat ipso solo comite. Illò euntibus ambobus pariter, ipse (vt postea referebat) retrahebat pedem, sistebat gradum: & stans à tergo magistri, illo quidem non compriente, expansis ad cælum manibus, raptim quodammodo, ac veluti iaculatam emittebat orationem, & sic dissimulans magistrum denuo sequebatur. Istiusmodi pio furto puer sæpius eludebat comitem pariter & magistrũ. Non est dicere omnia quæ eius principia colore bonæ indolis decorauere: ad maiora atq; vtiliora currendũ. Vnum tamen refero adhuc, quòd hoc meo quidem iudicio non modo bonæ sed & magnæ in puero dederit insigne spei. Exitus aliquando opinione cuiusdam magistri (erat enim famosus in discipliuis quas dicunt liberales) adiuit illum K discendi cupiditate. Quippe extrema iam pueritiæ captans ad eas literas anhelabat. Intrans vero domum vidit virum ludẽtem subula, crebrisque sulcantem tractibus nescio quo notabili modo parietem. Et solo visu offensus puer serius, quòd leuitatem redoleret, resiliuit ab eo ac deinceps illum nec videre curauit. Ita cum esset studiosissimus literarum, præ honesto tamen spreuit eas virtutis amator. Tali quodã præludio puer præparabatur ad eum qui se manebat in fortiori ætate conflictum, iámque ipse aduersarium prouocabat. Et Malachię quidem pueritia sic erat. Porro adolescentiam simili transuit simplicitate & puritate, nisi quòd crescente ætate crescebat simul illi sapientia &'gratia apud deum & homines.

HINC iam, id est, ab ineunte adolescentia eius cœpit manifestius apparere quid esset in homine, & gratia dei in illo vacua non videri. Videns enim industrius adolescẽs quàm in maligno mundus positus sit, & cogitans qualem spiritum accepisset, dicebat intra se: Non est spiritus huius mundi iste. Quid isti & illi? Non est societas alteri ad alterum, non plus quàm luci ad tenebras: meus ex deo est, & scio quæ in illo donata sunt mihi. Inde mihi interim adhuc innocentia vitæ, inde continentiæ decus, inde iustitiæ fames, inde quoque illa eo securior, quo secretior gloria mea est testimonium conscientiæ meæ. Nil horum mihi tutum sub principe mundi. Deinde habeo thesaurum hunc in fictili vase. Vendum ne impingat & frangatur, & effundatur oleum lætitiæ quod porto. Et quidem non impingere inter saxa & scopulos distortæ & anfractuosæ viæ & vitæ huius, difficilimum. Itáne in momento perdam simul omnes quibus ab initio præuentus sum, benedictiones dulcedinis? Resigno illi potius à quo sunt, & me pariter. Et ego enim ipsius. Perdo ipsam ad tempus animam meam, ne perdam in æternum. Et quod sum, & quæ habeo omnia, vbi mihi æquè salua, vti in manu auctoris? Quis ita ad seruandum sollicitus, ad retinẽdum potens, ad restituendum fidelis? Seruabit tuto, restituet opportune. Sine retractatione me do ad seruiendum illi de donis suis. Non potest mihi perire ex omnibus quæ in opus pietatis expendero. Forte & sperare plus aliquid licet. Solet reddere cum vsura, qui dat gratis. Ita est, etiam cumulabit & multiplicabit in anima mea virtutem. Hæc cogitauit & fecit, sciens absque facto vanas esse cogitationes hominum. Erat homo in ciuitate Ardinacha, ipsa est in qua alitus est Malachias, & homo ille sanctus, & austeræ admodum vitæ, inexorabilis castigator corporis sui. Cellam habens iuxta ecclesiam, in ea manebat, ieiuniis & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Ad hunc se contulit Malachias, formam vitæ accepturus ab eo, qui viuum se tali damnauerat sepultura. Et vide humilitatem. A primæua ætate in sancta arte magistrum (quod dubium non est) habuerat deum, & ecce factus est denuo discipulus hominis, homo mitis, & humilis corde. Si nesciebamus, hoc vel solo nobis ipse probauit. Legant hoc qui docere quæ non didicere conantur, discipulos sibi coaceruantes, qui nunquam discipuli extitere, cæci duces cæcorum, Malachias doctus à deo, do ctorem nihilo minus quæsiuit hominem, & quidem caute & sapienter. Quid simile quæso afferre quibat in quo æquè daret caperétve experimentum profectus sui? Si Malachiæ exemplum eis pro minimo est, Pauli opus attendant. Nonne euangelium suum quod non ab homine acceperat, sed à Christo, cum hominibus tamen censuit conferendum, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset? Vbi ille securus non est, nec ego. Si quis hoc scit, videritne non tam securitas sit, quàm temeritas. Sed hæc alterius tẽporis. Nunc vero sonuit in ciuitate quod factum est & commota est vniuersa ad inopinatam nouitatem. Stupebant autem omnes, & virtutem mirabantur, eóque amplius quo minus vsitatam in gente fera. Videres tunc reuelari ex multorũ cordibus cogitationes. Plerique humano affectu pensantes factum, plangere & dolere, quòd dilectus omnibus delicatúsq; adolescens duris se adeo laboribus mancipasset. Alij suspicati leuitatem propter ætatem, diffidere de perseuerantia, timere de casu. Nonnulli temeritatem causantes, indignari & fremere in eum, quòd supra ætatem & vires inconsultè rem arduam fuisset aggressus. Verùm ille sine consilio egit nihil. Nam habuit

A buit consilium à propheta qui ait: Bonum est homini si portauerit iugum ab adolescentia. Et addit: Sedebit solitarius & tacebit quia leuauit se supra se. Sedebat sibi iuuenculus secus pedes Imarij, hoc enim nomen viro, & aut discebat obedientiam, aut se didicisse docebat. Sedebat vt quietus, vt mansuetus, vt humilis. Sedebat & tacebat, sciens secundum prophetam, cultum iustitiæ esse silentium. Sedebat vt perseuerans, tacebat vt verecundus, nisi quòd suo illo silentio in dei auribus loquebatur cum sancto Dauid: Adolescentulus sum ego & contemptus, iustificationes tuas non sum oblitus. Et sedebat interim solitarius, quia & sine socio & sine exemplo. Quis enim ante Malachiam districtissimum viri propositum vel cogitaret attentare? Nempe mirabile omnibus habebatur, non imitabile. Malachias imitabile persuasit sedendo duntaxat & tacendo. Intra paucos dies habuit imitatores non paucos, prouocatos exemplo sui. Ita qui primo solitarius sedit & vnicus patris sui, fit iam vnus ex multis, fit ex vnigenito primogenitus in multis fratribus. Et vt prior in conuersione, ita in conuersatione sublimior: & qui ante omnes venit, omnium iudicio supra omnes eminuit in virtute. Et dignus visus est episcopo pariter & magistro, qui ad diaconij gradum promoueretur. Et coëgerunt eum. Hinc iam Leuita domini publice se ad omne opus pietatis accinxit, plus vero B ad eas res in quibus aliqua iniuria videretur. Denique cura erat ei maxima in sepeliendis defunctis pauperibus, quòd hoc sibi non minus humilitatem saperet, quàm humanitatem. Nec defuit nouo nostro Thobiæ rediuiua à muliere tentatio, imò à serpente per mulierem. Germana eius indignitatem (vt sibi videbatur) officij exhorrens, Quid facis (inquit) ô insane? Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et hoc illi quotidie exprobrans ingerebat, sed respondebatur mulieri stultæ iuxta stultitiam suam: Misera, tu eloquij casti vocem tenes, sed virtutem ignoras. Ita ministerium ad quod coactus acceserat, deuotus tenuit, indefessus exercuit. Vnde & censuerunt etiam sacerdotale officium imponendum illi. Et factum est ita. Erat autem cum sacerdos ordinatus est annos natus quasi viginti quinque. In qua eius vtraque ordinatione si quid præter canonum formam processisse videtur, vt vere videtur (siquidem infrà vicesimum quintum annum Leuiticum ministerium, infra tricesimum adeptus est sacerdotij dignitatem) donandum sane tum zelo ordinatoris, tum meritis ordinati. Ego vero istud nec in sancto redarguendum, nec vsurpandum consulo ei qui sanctus non fuerit. Nec contentus episcopus, etiam vices suas commisit ei, feminate semẽ sanctum in gente non sancta, & date rudi populo & sine lege viuenti, legem vitæ & disciplinæ. Suscepit ille mandatum in omni alacritate, sicut erat spiritu feruens, nec talentis incubans, seu inhians lucris. Et ecce linguæ sarculo cœpit euellere, C destruere, dissipare: de die in diem factitans praua in directa, & aspera in vias planas. Exultabat vt gigas ad discurrendum vbique. Diceres ignem vrentem in consumendo criminum vepres, diceres securim vel asciam in deiiciendo plantationes malas, extirpare barbaricos ritus, plantare ecclesiasticos. Veternosas omnes (neque enim paucæ inueniebantur) abolere superstitiones, seu quaslibet vbicunque deprehendisset malignitates immissas per angelos malos. Denique quidquid incompositum, quicquid indecorum, quicquid distortum obuium habuisset, non parcebat oculus eius: sed velut tando grossos è ficubus, & sicut puluerem ventus à facie terræ, sic coram facie sua eiusmodi nitebatur totum pro viribus exturbare ac delere de populo suo. Et pro his omnibus trahebat iura cœlestia optimus legislator. Leges dabat plenas iustitiæ, plenas modestiæ & honestatis. Sed & apostolicas sanctiones, ac decreta sanctorum patrum, præcipuéque consuetudines sanctæ Romanæ ecclesiæ in cũctis ecclesiis statuebat. Hinc est quòd hodiéque in illis ad horas canonicas cantatur & psallitur iuxta morem vniuersæ terræ: nam minime id antè fiebat ne in ciuitate quidem. Ipse vero in adolescentia cantum didicerat, & in suo cœnobio mox cantari fecit, cum necdum in ciuitate seu in episcopatu vniuerso cãtare scirent, vel vellent. Deinde vsum saluberrimum confessionis, sacramentum confirmationis, contractum coniugiorum, quæ omnia aut ignorabant aut negligebant, Malachias de nouo instituit. Et de his ista pro exemplo sufficiant. Nam & per totum D historiæ textum breuitatis studio plurima præterimus.

CVM esset illi studium & zelus maximus circa cultum diuinorum, & venerationem sacramentorum, ne forte de his aliquid constitueret vel doceret secus quàm ritus haberet vniuersalis ecclesiæ: subiit animum adire episcopum Malchum, qui se plenius de omnibus informaret. Hic erat senex plenus dierum & virtutum, & sapientia dei erat in illo. Natione quidem Hybernus, sed in Anglia conuersatus fuerat in habitu & proposito monachali Vintonienſi monasterio: de quo assumptus est in episcopum in Lesmor ciuitate Mumoniæ, & ipsa nobiliore inter cæteras regni illius. Ibi tanta ei desuper collata est gratia, vt non modo vita & doctrina, sed & signis clareret. Quorum duo pono exempli causa, vt omnibus innotescat qualem in scientia sanctorum Malachias habuerit præceptorem. Puerum mente captum ex his quos lunaticos vocant, inter confirmandum sacra vnctione sanauit. Hoc ita notum certúmque fuit, vt illum mox constituerit ostiarium domus suæ, vixerítque idem puer incolumis in eo officio vsque ad virilem ætatem. Surdo auditum restituit, in quo idem mirabile quiddam confessus est, quòd cum sanctus vtrique auriculæ hinc inde digitos immisisset, duos quasi porcellos ex ipsis exire senserit. Pro his atque huiusmodi fama crebrescente, nomen grande adeptus est, ita vt ad eum Scoti Hybernique confluerent, & tanquam vnus omE nium pater ab omnibus coleretur. Ad hunc ergo Malachias accepta benedictione patris Imarij, & ab episcopo missus, cum prospere peruenisset, benigne à sene susceptus est. Qui annos aliquot cum eo mansit, vt per hanc temporis moram hauriret plenius de pectore veterano, sciens scriptum, quia in antiquis est sapientia. Sed nec hoc quoque ad causam defuisse reor, quòd magnus ille prouisor vniuersorum voluit seruum suum Malachiam in loco tam celebri notum fieri omnibus, qui erat omnibus profuturus. Nec enim poterat non esse gratus, quibus notus fuisset. Denique vnum interim accidit per quod ex aliqua parte, quod notum deo erat in illo, manifestum fecit hominibus. Inter regem Mumoniæ quæ est Hyberniæ pars australis, & germanum eius, ora simultate, & fratre facto superiore rex pulsus regno, confugit ad episcopum Malchum, non tamen vt ope illius regnum recuperaret, sed magis princeps deuotus dedit locum iræ, & necessitatem in virtutem conuerti, priuatam eligens ducere vitam. Cúmque episcopus regem susc ipere debito honore pararet, abnuit ille, se malle inquiens tanquam vnum ex illis esse pauperibus fratribus qui illi adhærerent, regium fastum deponere, & communi paupertate fore contentum, expectare potius domini voluntatem, quàm per vim recipere regium, nec velle pro suo honore terreno sanguinem humanum effundere, qui contra se clamet ad deum de terra. Quo audito exultat episF pus, & admiratus deuotionem satisfacit voto. Quid plura? Traditur regi paupercula domus ad habitandum, & Malachias in magistrum: ad victum panis cum sale & aqua. Porro ad delicias sufficiebat regi Malachiæ præsentia, vita atque doctrina, ita vt diceret ei: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ad hæc per singulas noctes lachry- *Psal. 118.c*
mis suis stratum suum rigabat, sed & quotidiano aquæ frigi- *Ibid. 6.b*
dæ balneo male calentem extinguebat in carne libidinem. Et orans rex, cum rege diceb at: Vide humilitatem meam & la- *Ibid. 24. d*
borem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Et non amouit deus orationem eius, & misericordiam suam ab eo. Et exaudita est oratio eius, etsi secus quàm intenderet ipse. Nam is quidem solicitus erat pro anima sua: sed vindex innocentiæ deus, hominibus ostendere volens quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, parabat interim facere iudicium iniuriam patienti: quod ille penitus non sperabat. Et susc itauit deus spiritum vicini regis, neque enim vnum est Hybernia regnum, sed diuisa in plura. Hic itaque videns quæ facta sunt, repletus est zelo, & hinc quidem indignans prædonum libertati, & insolentiæ superborum: inde vero miserans regni desolationem, & regis deiectionem, descendit ad cellulam pauperis. Suadet reditum, sed nõ persuadet. Instat tamen, spondet opem, de effectu non diffidere monet: deum affuturum promittit, cui non poterunt resistere omnes aduersarij eius. Proponit etiam

G oppreſſionem pauperum, patriæque vaſtationem, & non proficit. Cæterum accedente mandato epiſcopi, & Malachiæ conſilio, de quibus ille pendebat totus, vix tãdem acquieſcit. Sequitur rex regem, & iuxta verbum regis ſicut fuerat voluntas in cœlo, tota facilitate pulſis prædonibus reducitur homo in ſua cum exultatione ſuorum, regnóque reſtituitur ſuo. Dilexit extunc rex ille & ſemper reueritus eſt Malachiam, eóque propenſius, quo plenius in ſancto viro digna veneratione & amore compererat Cuius enim tantam meruit in ſua aduerſitate familiaritatem, ſanctitatem ignorare non potuit. Propterea magis in ſua proſperitate perpetibus illum amicitiis deuotiſque colebat obſequiis: & libenter audiebat eum, & audito eo multa faciebat. Et de his ſatis. Veruntamen non fortuitu factum reor, quòd ita iam tunc manifeſtauit eum dominus in conſpectu regum: ſed quia vas electionis ſibi erat ille, portaturus nomen ſuum coram regibus & principibus.

MORTVA eſt interim ſoror eius illa quam præfati ſumus. Nec prætereundæ viſiones quas vidit de ea. Huius ſiquidem ſanctus carnalem exhorruerat vitam, & tanto zelo, vt ſe deuouerit non viſurum eam in carne viuentem. At illa carne ſoluta, ſolutum eſt votum, & cœpit videre in ſpiritu, quam in corpore noluit. Quadam nocte audiuit per
H ſomnium vocem ſibi dicẽtis, ſororem eius ſtare foris in atrio, & ecce per totos triginta dies nihil guſtaſſe. Qui euigilans cito intellexit cuius eſcæ inedia marceret, & diligenter diſcuſſo numero dierum quem audierat, ipſum eſſe reperit ex quo pro ea panem de cœlo viuũ non obtuliſſet. Tum ille qui ſororis non animam oderat, ſed peccatum, beneficentiam quam intermiſerat, rurſum adoritur. Neque id fruſtra. Non multum poſt viſa eſt illi peruenisſe ad limen eccleſiæ, necdum tamen poſſe intrare, apparere etiam in veſte pulla. Cúmque ille perſeueraret curans ne qua die ſolita ſtipe fruſtraretur, ſecundo vidit eam in veſte ſubcandida, admiſſam quidem intra eccleſiam, ſed altare contingere non permitti. Tertio tandem viſa eſt aggregari cœtui candidatorum, & in veſte candida. Vides lector quantum valeat deprecatio iuſti aſſidua. Vere regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nónne tibi videtur Malachiæ oratio vicem quodammodo effractoris exhibuiſſe cœleſtibus portis, quando peccatrix mulier fraternis obtinuit armis, quod ſuis meritis negabatur? Hanc vim Ieſu bone tu qui pateris facis, validus & pius ad ſaluandum, faciens miſericordiam & potentiam in brachio tuo, & in ſacramento tuo ſeruans ſanctis qui in terra ſunt vſque in conſummationem ſeculi. Hoc plane ſacramẽtum potens peccata conſumere, debellare obuias poteſtates, inferre cœlis reI uertentes de terra.

ET DOMINVS quidem in regione Leſmorenſi ſic præparabat dilectum ſuum Malachiam ad gloriam nominis ſui. Verùm qui miſerant eum, minime eam ferentes abſentiam eius, miſſis epiſtolis reuocant illum. Quo reddito ſuis, & quidem inſtructiore de omnibus quæ oportebat: en opus à deo paratum & ſeruatum Malachiæ. Vir diues & potens qui locum Benchor & poſſeſſiones eius tenebat, inſpiratus à deo cõfeſtim in manu eius ſua omnia dedit, & ſe quoque. Et is auunculus eius: ſed Malachiæ ſpiritus, quàm carnis propinquitas pluris fuit. Ipſum quoque locum Benchor tradidit ei princeps vt ædificaret ibi monaſterium, vel potius reædificaret. Nempe nobiliſſimum extiterat antè ſub primo patre Congello multa millia uuonachornm generans, multorum monaſteriorum caput. Locus vere ſanctus, fœcundúſque ſanctorum, copioſiſſime fructificans deo, ita vt vnus ex filiis ſanctæ illius congregationis nomine Luanus, centum ſolus monaſteriorũ fundator extitiſſe feratur. Quod idcirco dixerim, vt ex hoc vno coniiciat lector, quàm ingens fuerit reliqua multitudo. Denique ita Hyberniam Scotiámque repleuerunt genimina eius, vt ea potiſſimum tempora Dauidici illi
Pſal. 74.d verſiculi præcinuiſſe videantur: Viſitaſti terram, & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam. Flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio eius. Riuos eius inebrians, multiplica geminina eius: in ſtillicidiis eius lætabitur germinans. Et in hunc modum cæteri qui ſequuntur. Nec modo in præfatas, ſed in exteras etiam regiones quaſi inundatione facta illa ſe ſanctorum examina effu- K runt. E quibus ad has noſtras Gallicanas partes ſanctus Columbanus aſcendens, Lexouienſe conſtruxit monaſterium factus ibi in gentem magnam. Aiunt tam magnam fuiſſe, vt ſuccedentibus ſibi viciſſim choris continuarentur ſolennia diuinorum, ita vt ne momentum quidem diei ac noctis vacaret à laudibus. Hæc de antiqua dicta ſint Benchorenſis monaſterij gloria. Hoc olim deſtructum à piratis, ob inſigne dignitatis antiquæ Malachias veluti quandam replantaturus paradiſum amplexus eſt, & quia multa corpora ſanctorũ ibi dormirent. Nam vt taceam illa quæ in pace ſepulta ſunt, ferunt nongentos ſimul vna die à piratis occiſos. Erat quidem ingens loci illius poſſeſſio, ſed Malachias ſolo contentus loco ſancto, totas poſſeſſiones & terras alteri ceſſit. Siquidem à tempore quo deſtructum eſt monaſterium, non defuit qui illud teneret cum poſſeſſionibus ſuis. Nam & conſtituebatur per electionem etiam, & abbates appellabantur, ſeruantes nomine (etſi non re) quod olim extiterat. Cúmque ſuaderent multi non alienare poſſeſſiones, ſed totum ſimul retinere ſibi, non acquieuit paupertatis amator, ſed fecit eligi iuxta morem, qui eas teneret, loco (vt prædiximus) retento ſibi & ſuis. Et fortaſſis conſultius (vt poſt apparuit) integrum retinuiſſet, ſi non magis ſuæ proſpexiſſet humilitati quàm paci. Ita- L que ex mandato patris Imarij aſſumptis ſecum decem circiter fratribus, veniens ad locum cœpit ædificare. Vbi quadam die cum in ſecuri ipſe ſecaret, caſu ex operariis vnus, illo vibrante in aëra ſecurim, locum incaute occupauit, quò ictus deſtinabatur, & cecidit ſuper ſpinam dorſi eius, tanto vtique impetu, quanto ille conatu impingere valuit. Corruit ille: accurrére omnes, putantes aut percuſſum ad mortem, aut mortuum. Et tunica quidem ſciſſa à ſummo vſque deorſum, homo vero illæſus inuentus eſt, tam modice & ſummatim perſtricta cute, vt vix in ſuperficie veſtigium appareret. Stabat homo incolumis quem ſecuris proſtrauerat, intuentibus & ſtupentibus qui circunſtabant. Vnde & facti alacriores, promptiores exinde ad opus inuenti ſunt. Et hoc initium ſignorum Malachiæ. Porro oratorium intra paucos dies conſummatũ eſt de lignis quidem leuigatis, ſed apte firmitérque cõtextum, opus Scoticum, pulchrum ſatis. Et exinde ſeruitur deo in eo ſicut in diebus antiquis, ſimili quidem deuotioue, etſi non pari numero. Præfuit Malachias loco illi tempore aliquanto, patre Imario ita conſtituente, ipſe rectore, ipſe regula fratrum. Legebant in vita eius quomodo conuerſarentur, & ipſe ante illos præibat in iuſtitia & ſanctitate coram deo: niſi quòd præter inſtituta cõmunia, multa ſingulariter faciebat, in quibus potius præibat omnes, & aliorũ nemo illum poterat ad tam ardua ſequi. Eo temporis & eo loci quidã infirmabatur: M cui aſſiſtens diabolus & aperte loquens ſuggerebat ne vnquá crederet monitis Malachiæ, ſed ſi intraret ad ſe, cultello eum peteret & occideret. Quo cognito, qui illi miniſtrabant, ipſo infirmo prodente, verbum perferunt ad Malachiam præmunientes. At ille ſolita arma orationis arripiens, impauidus hoſtem aggreſſus, & infirmitatem fugat & dæmonem. Erat autem nomen viro Malchus. Frater eſt iſte ſecundum carnem Chriſtiani noſtri Mellifontis abbatis. ambo enim ſuperſtites adhuc ſunt, ſibi in ſpiritu modo germaniores. Nam ille vt liberatus eſt, continuo non ingratus, loco eodem conuerſus ad dominum, habitum ſimul animúmque mutauit. Et cognouere fratres malignum inuidere bonis eorum: & ędificati ſunt facti de reliquo cautiores.

Clericum nomine Michaëlem dyſenteria laborantem, & deſperare, mittens ei aliquid de menſa ſua, eodem loco ſanauit. Secundo eũdem ipſum grauiſſima infirmitate correptum & corpore pariter curauit & mente. Illico enim adhæſit deo & Malachiæ ſeruo eius, timens ne deterius aliquid ſibi contingeret, ſi denuo ingratus tanto inueniretur & beneficio & miraculo. Et nunc, vt audiuimus, præeſt cuidam monaſterio ſito in partibus Scotiæ: & hoc nouiſſimum omnium quæ ille fundauit. Pro huiuſmodi augeſcebat indies & opinio & cõgregatio Malachię, & grande ei nomen intus & foris, non tamen re grandius. Nempe ibi demorabatur etiam factus epiſcopus, quòd locus eſſet vicinus ciuitati.

Vacabat

A VACABAT tunc temporis epiſcopalis ſedes in vna ciuitatum, & iam diu vacarat, Malachia nolente aſſentire. ſiquidem ipſum elegerant. Perſiſtentibus tamen illis tandem aliquando ceſſit, accedente ad vim faciendam mandato magiſtri ſui, necnon & metropolitani. Triceſimo ferme ætatis ſuæ anno Malachias conſecratus epiſcopus introducitur Connereth. hoc enim nomen ciuitatis. Cum autem cœpiſſet pro officio ſuo agere, tunc intellexit homo dei non ad homines ſe, ſed ad beſtias deſtinatum. Nuſquam adhuc tales expertus fuerat in quantacunque barbarie. Nuſquam repererat ſic proteruos ad mores, ſic ferales ad ritus, ſic ad fidem impios, ad leges barbaros, cerucoſos ad diſciplinam, ſpurcos ad vitam. Chriſtiani nomine, re pagani. Non decimas, non primitias dare, non legitima inire coniugia, non facere confeſſiones: pœnitentias nec qui peteret nec qui daret penitus inueniri. Miniſtri altaris pauci admodũ erant. Sedenim quid opus pluribus, vbi ipſa paucitas inter laicos propemodum ocioſa vacaret? Non erat quòd de ſuis fructificarent officiis in populo nequam. Nec enim in eccleſiis aut prædicantis vox aut cantantis audiebatur. Quid faceret athleta domini? Aut cedendum turpiter, aut periculoſe certandum: ſed qui ſe paſtorem non mercenarium agnoſcebat, elegit ſtare quàm fugere, paratus & animam ſuam dare pro ouibus ſi oporteret.
B Et quanquam omnes lupi, & oues nullæ, ſtetit in medio luporum paſtor intrepidus, omnimodis argumentoſus quomodo faceret oues de lupis. Mouere cõmuniter, ſecreto arguere, flere per ſingulos: nunc aſpere, nunc leniter conuenire, prout cuique expedire videbat. In quibus per hæc minus profeciſſet, cor contritum & humiliatum offerebat pro eis. Quotiens noctes totas peruigiles duxit, extendens manus in oratione! Et cum venire ad eccleſiam nollent, per vicos & plateas occurrebat inuitis, & circuiens ciuitatem perquirebat anhelus quem Chriſto acquireret. Sed & foris rura & oppida nihilo minus ſæpius percurrebat cum ſancto illo comitatu diſcipulorum ſuorum, qui nunquam deerant lateri eius. Ibat & erogabat vel ingratis cœleſtis tritici menſuram. Nec vehebatur equo, ſed pedes ibat, & in hoc virum ſe apoſtolicum probans. Ieſu bone quanta paſſus eſt pro nomine tuo bellator tuus à filiis ſceleratis? quanta ſuſtinuit ab iis ipſis quibus & pro quibus loquebatur bona tibi? Quis digne exprimat in quantis vexatus, quibus affectus ſit cõtumeliis, quibus iniuriis laceſſitus, quotiens laſſatus inedia, quotiẽs afflictus in frigore & nuditate? Attamen cũ iis qui oderunt pacem, erat pacificus, inſtãs nihilo minus opportune importune. Blaſphematus obſecrabat, iniuriatus opponebat ſcutum patiẽtiæ, & vincebat in bono malum. Quidni viciſſet? Perſeuerauit pulſans: & ſecundum promiſſionem tandem aliquando pulſanti apertum eſt. Quo-
C modo poterat non ſequi quod veritas prænunciauerat ſecuturum? Dextera domini fecit virtutem: quia os domini locutum eſt veritatem. Ceſſit duritia, quieuit barbaries, & domus exaſperans paulatim leniri cœpit, paulatim correptionem admittere, recipere diſciplinam. Fiunt de medio barbaricæ leges, Romanæ introducuntur. Recipiũtur vbique eccleſiaſticę conſuetudines, contrariæ reiiciuntur. Reædificantur baſilicæ, ordinatur clerus in illis, ſacramentorum rite ſolennia celebrantur. Confeſſiones fiunt ad eccleſiam conueniunt plebes, concubinatus honeſtat celebritas nuptiarum. Poſttemo ſic mutata in melius omnia, vt hodie illi genti conueniat quod dominus per prophetam dicit: Qui ante non populus meus, nunc populus meus. Contigit poſt annos aliqnot deſtrui ciuitatem à rege Aquilonaris partis Hyberniæ: quia ab Aquilone panditur omne malum. Et forte malum illud bene vtẽtibus bonum fuit. Quis ſcit enim ſi tali flagello deus delere voluit mala antiqua populi ſui? Iſtiuſmodi Malachias neceſſitate compulſus & ipſe exiit cum turba diſcipulorum ſuorum. Nec ocioſus exitus eius. Hac occaſione monaſteriũ Ibracenſe conſtructum eſt, eunte illò Malachia cum ſuis numero centũ viginti fratribus. Ibi occurrit ei Cormarcus rex, ipſe eſt qui olim regno pulſus, ſub cura Malachiæ de miſericordia dei cõſolationem accepit. Et locus ille ſitus in regno eius. Gauiſus eſt rex viſo Malachia, ſe & omnia ſua exponens ei, & iis qui cum eo erant, vtpote non ingratus nec immemor beneficij. Adducta incontinenti animalia multa ad vſus fratrum, multa inſuper in auro & argento ad ſumptus ædificiorum pro regia D liberalitate collata. Ipſe quoque erat intrans & exiens cum eis ſedulus & officioſus, habitu quidem rex, ſed animo diſcipulus Malachiæ. Et benedixit loco illi dominus propter Malachiam, & in breui factus eſt magnus rebus, & poſſeſſionibus, & perſonis. Vbi velut in nouo inchoans legem & diſciplinam, quam aliis imponebat, magis ipſe portabat epiſcopus & magiſter. Ipſe in ordine vicis ſuæ coquinæ miniſterio inſeruiebat, ipſe fratribus cum recumberent, miniſtrabat. Inter ſuccedentes ſibi inuicem fratres ad cantandum legendúmve in eccleſia non ſe præteriri patiebatur, ſtrenue implens & ipſe officium loco ſuo tanquam vnus ex illis. Sanctæ paupertatis non modo participem, ſed & principem ſe exhibebat, ipſius præcipuè ſuper omnes abundantius æmulator exiſtens.

DVM hæc ita aguntur, contigit infirmari archiepiſcopum Celſum, ipſe eſt qui Malachiam in diaconum, preſbyterum, epiſcopúmque ordinauit. Et cognoſcens quia moreretur, fecit quaſi teſtamentum, quatenus Malachias deberet ſuccedere ſibi, quòd nullus videretur dignior qui epiſcoparetur in ſede prima. Hoc præſentibus indixit, hoc mandauit abſentibus, hoc ſpecialiter ambobus Mumoniæ regibus & maioribus terræ ſancti Patricij auctoritate præcepit, cuius reuerentia & honore tanquam apoſtoli illius gentis qui totam pattiam conuertiſſet ad fidem, ſedes illa in qua E & viuens præfuit, & mortuus requieſcit, in tanta ab initio cunctis veneratione habetur, vt non modo epiſcopi & ſacerdores, & qui de clero ſunt, ſed etiam regum ac principum vniuerſitas ſubiecta ſit metropolitano in omni obedientia, & vnus ipſe omnibus præſit. Verùm mos peſſimus inoleuerat quorundam diabolica ambitione potentum, ſedem ſanctam obtentum iri hæreditaria ſucceſſione. Nec enim patiebantur epiſcopari niſi qui eſſent de tribu & familia ſua. Nec patum proceſſerat execranda ſucceſſio, decurſis iam in hac malitia quaſi generationibus quindecim. Et eo vſque firmauerat ſibi ius prauum, imò omni morte puniendam iniuriam generatio mala & adultera, vt etſi interdum defeciſſent clerici de ſanguine illo, ſed epiſcopi nunquam. Denique iam octo extiterant ante Celſum viri vxorati & abſque ordinibus, literati tamen. Inde tota illa per vniuerſam Hyberniam, de qua multa ſuperius diximus, diſſolutio eccleſiaſticæ diſciplinæ, cenſuræ eueruatio, religionis euacuatio. Inde illa vbique pro manſuetudine Chriſtiana, fœua ſubintroducta barbaries, imò paganiſmus quidam inductus ſub nomine Chriſtiano. Nam quod inauditum eſt ab ipſo Chriſtianitatis initio, ſine ordine, ſine ratione mutabantur & multiplicabantur epiſcopi pro libitu metropolitani, ita vt vnus epiſcopatu vno non eſſet contentus, ſed ſingulæ penè eccleſiæ ſingulos haberent epiſcopos. Nec mirum. Nam quomodo tam morbidi capitis membra valerent? Pro his Celſus atque huiuſmodi malis populi ſui vehementer dolens (erat enim vir bonus & timoratus) curauit omnimodo habere ſibi ſucceſſorem Malachiam, quòd per ipſum confideret poſſe explantati malè radicatam ſucceſſionem, qui charus eſſet omnibus, & quem omnes æmularentur, & dominus erat cum eo. Nec fruſtratus eſt à ſpe ſua. Nam illo mortuo ſubſtitutus eſt Malachias, non tamen mox, neque id facile. Ecce enim de ſemine nequam qui occupet locum Mauricius nomine. Is per quinquennium fretus potentia ſeculari incubauit eccleſiæ, non epiſcopus, ſed tyrannus: nam vota piorum magis in Malachiam conuenerant. Denique ſuadebant eum ſubire onus iuxta conſtitutionem Celſi: ſed ille qui omne ſublime haud ſecus quàm ſuum præcipitium declinabat, bonam ſibi videbatur nactus occaſionem excuſandi, quòd per id temporis introitus eius pacificus eſſe non poſſet. Inſtabant tam ſancto operi & ſolicitabant omnes, duo potiſſimum epiſcopi, Malchus & Gillebertus. Quorum prior ipſe eſt ſenior Leſmorenſis, de quo ſupra mentio facta eſt: alter quem aiunt prima functum legatione apoſtolicæ ſedis per vniuerſam Hyberniam, Qui triennio iam decurſo in hac præſumptione Mauricij, & Malachiæ diſſimulatione, non ferentes vltrà eccleſiæ adulterium, dedecus Chriſti, conuocatis epiſcopis & principibus terræ, vno ſpiritu adeunt Malachiam parati vim facere. At ille renuere primum, prætendere ſiqui-

Gdem difficultatem rei, nobilis illius prosapiæ multitudinem fortitudinem, ambitionem, multũ esse ad se pauperculum opponere se tot, tãtis, talibus, taliter radicatis, qui iam annos ferme ducentos quasi hæreditate possedissent sanctuarium dei, & nunc quoque id præoccupassent: non posse illos extirpari nec cum mortibus hominum quidem: sua non interesse fundi humanum sanguinem occasione sui: postremo iunctum se sponsæ alteri, quam dimittere non liceret. Verùm illis econtra instantibus, & clamantibus quia à domino sermo egressus est, sed & rota auctoritate iubentibus subire onus, atq; intentantibus anathema, Ad mortẽ (inquit ducitis me, sed obedio spe martyrij, hac tamen cõditione, vt si iuxta fidem vestram res in melius cedat, & vindicet sibi deus suam hæreditatem à diripientibus eam, tunc demum omnibus consummatis, & ecclesia pacem habente, liceat redire ad priorem sponsam meã, & amicam de qua rapior paupertatem, & pro me illic alium substituere, qui tunc forte repertus idoneus fuerit. Nota lector virtutem viri, & animi puritatem, nec honorem scilicet affectantis, nec formidantis mortem pro Christi nomine. Quid hoc animo purius, quidve fortius, vt se exponens periculo & labori, alteri fructum cedat, ipsam in loco principatus securitatem & pacem? Facit hoc, cum liberum sibi ex pacto retinet reditum ad paupertatem, pace & libertate ecclesiæ restituta. Spondentibus illis demum acquieuit voluntati
H eorum, vel potius dei, à quo sibi iam olim prœostensum recordabatur, quod de se modo dolebat fieri. Nempe iam ægrotante Celso apparuit Malachiæ, & quidem lõge posito & nescienti, mulier proceræ staturæ, & reuerendi vultus. Percunctanti quænam esset, responsum est esse vxorem Celsi. Quæ tradens ei virgam pastoralem quam manu tenebat, disparuit. Paucis decursis diebus Celsus moriens misit baculum suum Malachiæ tanquam sibi successuro: quem vt vidit, agnouit ipsum esse quem viderat. Huius præcipue recordatio visionis terruit Malachiam, ne si quod diu satis dissimularat, vltra renueret, diuinæ iam videretur resistere voluntati. Veruntamen ciuitatem non intrauit quandiu ille incubator vixit, ne hac occasione contingeret mori quenquam ex his quibus vitam magis ministraturus veniebat. Ita per biennium (nam id temporis superuixit ille) agens extra vrbem, strenue in vniuersa prouincia opus episcopale exercuit. Illo igitur celeri morte facto de medio, rursum Nigellus quidã, imò vero nigerrimus sedẽ præripuit. Et in hoc animæ suæ Mauricius adhuc viuens prouiderat, vt hunc haberet hæredem, in quo qui damnandas exibat, operibus adiicere dãnationis persisteret. Erat enim & ipse ex dãnata progenie cognatus Mauricij. Cæterum rex &
I episcopi & fideles terræ nihilo minus conuenerunt vt introducerent Malachiam. Et ecce concilium malignantium ex aduerso. Quidam de filiis Belial promptus ad malitiam, potens in iniquitate, sciens locum vbi pariter cõuenire decreuissent, multis aggregatis sibi latenter vicinum occupat collem eminentem è regione, vnde illis tractantibus alia, repentino impetu super incautos irruerent, & interficerent innocentes. Condixerant enim etiam regem cum episcopo trucidare, vt non esset qui vindicaret sanguinem iustũ. Res innotuit Malachiæ, & intrans ecclesiam (erat enim prope) eleuatis manibus orauit ad dominum. Et ecce nubes & caligo, sed & tenebrosa aqua in nubibus aëris, diem verterunt in noctem. Fulgura quoque & tonitrua & horribilis spiritus procellarum diem vltimum minitantur, vicináque elementa intentãt omnia mortem. Et vt scias lector, quòd oratio Malachiæ concusserit elementa: solos intercepit tempestas qui quærebant animam eius: solos turbo tenebrosus inuoluit, qui parauerant opera tenebrarum. Denique ipse qui princeps extiterat tanti mali, fulmine percussus interiit cum tribus aliis: & fuere consortes mortis, qui fuerant participes sceleris. Quorum sequẽti die inuenta sunt corpora semiusta & putrida, hærentia ramis arborum, vbi quemque spiritus eleuans allisisset. Alij quoque tres semiuiui inuenti sunt, cæteri omnes circũquaque dispersi. Illos autem qui cum Malachia erant, quanuis proximos loco, tempestas omnino nõ tetigit, nec quicquam molestiæ intulit. In facto isto recens capimus experimẽtum veritatis verbi illius, quia oratio iusti penetrat cœlos. Sed & nouum antiqui exemplum miraculi, quo olim tota Ægypto versante in-

tenebris, solus Israël in lumine mansit, dicente scriptura: Vbi- K
cunque Israël erat, lux erat. Huc mihi accurrit & factum san- *Exod. 10.f*
cti Heliæ, nunc quidem ab extremis terræ nubes & pluuias educentis, nunc vero super blasphemos euocantis ignem de cœlo. Et modo de simili clarificatus est deus in seruo suo Malachia.

ANNO ætatis suæ tricesimooctauo pauper Malachias pulso incubatore intrauit Ardinacha pontifex & metropolitanus totius Hyberniæ: rege verò cæteríque qui introduxerant eum, ad propria remeantibus, ipse remanet in manu dei, & remanent illi foris pugnæ, intus timores. Nam ecce viperea soboles frendens & vociferans se exhæredari, tota se intus & foris suscitat aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Porro Nigellus videns sibi imminere fugam, tulit secum insignia quædam ædis illius, textum scilicet euangeliorum, qui fuit beati Patritij, baculúmque auro tectum, gemmis preciosissimis adornarum, quem nominant baculum Iesu, eo quòd ipse dominus (vt fert opinio) eum suis manibus tenuerit atque formauerit. Et hæc summæ dignitatis & venerationis in gente illa. Nempe notissima sunt celeberrimáque in populis, atque in ea reuerentia apud omnes, vt qui illa habere visus fuerit, ipsum habeat episcopum populus stultus & insipiens. Ibat homo gyrouagus, & alter satanas circuibat terram, & perambulabat eam, insignia sacra circumferens. Quæ vbique ostentans, vbique eorum gratia receptabatur, conci- L
lians sibi per hæc annos omnium, & à Malachia quoscunque potuisset auertens. Hæc ille. Erat autem princeps quidam de potentioribus iniquę progeniei, quem rex priusquam ciuitatem exitet, iurare coegerat pacem tenere episcopo, acceptis ab eo insuper obsidibus multis. Is post regis exitum nihilo minus ciuitatem ingressus, consilium habuit cum propinquis & amicis quomodo sanctum dolo tenerent, & occiderent. Timebant vero plebem. Et coniurantes in necem Malachiæ constituére locum & diem, traditor dedit eis signum. Ipso die cum vespertina iam solennia in ecclesia celebraret antistes cũ vniuerso clero & multitudine populi, mittit ad ipsum nequam ille in verbis pacificis in dolo, rogans quatenus ad se dignetur descendere, vt faciat pacem. Respondentibus qui assistebant, ipsum potius ad episcopum debere venire, ecclesiam esse competentiorem locum firmandæ pacis: (siquidem præsenserant dolum) subiungunt qui missi erat, hoc tutum non esse principi: timere eum capiti suo, nec se credere turbis quæ se ante hos dies causa episcopi propemodum interemissent. Contendentibus in hunc modum illis quidem vt iret, istis vero ne iret: episcopus cupidus pacis & mortis non timidus, Sinite (inquit) fratres, sinite me imitari magistrũ meum. Sine causa sum Christianus, si Christum non sequor. Forte flecto humilitate tyrannum: & si non, vinco tamen exhibens oui pastor, sacerdos laico, quod mihi ille debuerat. M
Vos quoque quod in me est, non parum ædificо exemplo tali. Quid enim si contingat occidi? Non recuso mori, vt vos vitæ ex me teneatis exemplum. Oportet episcopum (vt ait episcoporum princeps) non dominari in clero, sed formam fieri gregis. Haud aliam sane formam, quàm ab illo accepimus, qui humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. Quis mihi det hanc relinquere filiis signatam sanguine meo? Experiemini certe an sacerdos vester digne satis à Christo didicerit mortem non timere pro Christo. Et surgens cœpit ire, flentibus cunctis, & supplicantibus ne tantum cuperet pro Christo mori, vt tantum Christi gregem desolatum relinqueret. Verum ille totam spem suam ponens in domino, tota alacritate perrexit; tribus tantúm comitatus discipulis paratis mori cum eo. Qui vt calcato limine domus, repente se medio intulit armatorum, scuto fidei ipse munitus: concidére facies omnium, quia pauor irruit super eos, ira vt dicere posset episcopus: Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmitati sunt, & ceciderunt, Hoc verbum verum est. Videres hostiam stantem, carnifices ferro armatis manibus vndique circunstantes, & qui immolaret non erat. Putares stupere lacertos. sic non fuit qui extenderet manum. Nam & is quoque qui caput malitiæ videbatur, assurgit ei potius, quàm insurgit. Vbi quæso signum ô homo quod dederas in mortẽ pontificis? Hoc magis honoris signum, quàm mortis indicium.

A Deferre est hoc, non mortem inferre. Res mira. Pacem offerunt, qui necem parauerant. Non est quod abnuat, qui & vitæ periculo quæsierat eam. Itaque facta est pax, & tam firma, vt ab illa die hostem sacerdos non modo pacatum habuerit, sed subditum, sed deuotum. Quo audito fideles quiq; gauisi sunt. quòd non modo saluatus sit sanguis innoxius in die illa, sed & nocentium multorum animæ Malachiæ meritis euaserint ad salutem. Et apprehendit omnes circunquaque timor, audientes quomodo duos inimicorum eius qui viderentur ferociores & fortiores in generatione sua, sic subita virtute prostrauit deus, istum loquor qui in manibus est, & eum de quo superius dixi. Alterum enim terribiliter mulctatum in corpore, alterum misericorditer mutatum in corde, ambos mirabiliter comprehendit in consiliis quæ cogitabant. His ita peractis cœpit iam in ciuitate episcopus tota libertate disponere & ordinare de omnibus pertinentibus ad ministerium suum; non tamen sine continuo discrimine vitæ suæ. Nam etsi iam nemo qui palam noceret, ab insidiantibus tamen nec locus satis tutus episcopo erat, nec tempus feriatum. Et deputati sunt ei viri armati ad custodiam die ac nocte, sed ille magis in domino confidebat. Fuit vero consilium, præfatum schismaticum insequi, eo quòd seduceret multos ex insignibus quæ ferebat, suadens omnibus se episcopum esse debere, & sic solicitans
B plebes aduersus Malachiam, atque ecclesiæ vnitatem. Et fecit ita. Et sine difficultate ita in breui vniuersas sepiuit vias eius, per gratiam sibi à domino datam, & quam habebat ad omnes, vt malignus ille coactus sit dare manus, reddere insignia, & quiescere de reliquo in omni subiectione. Ita Malachias, licet per multa pericula & labores, prosperabatur in dies & confortabatur, magis ac magis abundans in spe & virtute spiritus sancti. Nec modo malefactores sed & detractores Malachiæ corripuit deus. Quidam, verbi gratia, gratiam habens principum & potentum, etiam ipsius regis, quòd esset adulator & garrulus & potens in lingua, fauebat per omnia aduersariis Malachiæ, & procaciter tuebatur partem eorum, sancto vero & præsenti resistebat in facie, & detrahebat absenti, irreuerenter occurrens ei in omni loco, maximéque vbi celebrioribus illum sciret interesse conuentibus. Sed cito digna linguæ procacis mercede donatus est. Intumuit & computruit lingua maledica, vermibus ex ea scatentibus & diffluentibus toro ore blasphemo: quos per septem ferme dies incessanter vomens, tandem cum illis miseram expuit animam. Loquente coràm aliquando Malachia, & populum exhortante, mulier quædam infelix ausa est interrumpere sermonem clamoribus improbis, non deferens sacerdoti & spiritui qui loquebatur. Erat autem de progenie impia, & spiritum habens in naribus, blasphemias contumeliásque euomebat in sanctum, dicens hypocritam, & inuasorem alienæ hæreditatis, sed &
C caluitiei illius improperans. At ille nihil respondit ei, sicut erat verecundus & mitis, sed dominus respondit pro eo. Versa illa in insaniam est, domino iudicante: & crebris vocibus clamitans se suffocari à Malachia, morte demum horrenda luit peccatum blasphemiæ. Sic misera assumens aduersus Malachiam improperium Helisæi, vere illum sibi alterum experta est Helisæum. Porro quia causa pestilentiæ cuiusdam ortæ in ciuitate, multitudinem cleri & populi solenniter cum memoria sanctorum tunc foras eduxerat: ne hoc quidem prætereundum, quòd orante Malachia pestilentia illico cõquieuit. Ex hoc iam qui mutiret aduersus eum non fuit, dicentibus qui de semine Chanaan sunt: Fugiamus Malachiam, quia dominus pugnat pro eo. At sero istud, quia zelus domini vbique occurrens eis, persecutus est eos vsque ad internecionem. Quomodo intra paucos dies periit memoria eorum cum sonitu? Quomodo facti sunt in desolationem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam? Grãde hodiéque miraculum facit tam velox generationis illius deletio, his præsertim qui eorum noxerant superbiam atque potentiam. Multa quidem & alia signa fuere quibus deus glorificauit nomen suum, & seruum suum inter sudores & pericula confortauit. Quis digne commemoret? Non tamen omnia prætermimus, & non sufficimus ad omnia. Propter seriem autem narrationis, ne impediatur, aliqua quæ dicturi sumus, reseruamus in finem.

IGITVR Malachias intra triennium réddità retributio- D
ne superbis, & libertate ecclesiæ restituta, pulsa barbarie, & reformatis vbique moribus Christianæ religionis, videns omnia in pace esse cœpit cogitare & de sua pace. Et memor propositi sui, constituit pro se Gelasium virum bonum & dignum tali honore conniuentibus clero & populo; quin potius sustinentibus propter pactum. Nam alias durum visum omnino. Quo consecrato, regibúsque ac principibus attentius commendato, ipse clarus miraculis & triumphis ad suam parœciam redit. Non tamen Connereth, & audi causam dignam relatu. Diœcesis illa duas fertur habuisse antiquitus episcopales sedes, & duos extitisse episcopatus. Id visum melius Malachiæ. Itaque quos ambitio constauit in vnum, Malachias reuocauit in duos, partem alteri episcopo cedens, partem retinens sibi. Et propterea non venit Connereth, quòd in ea iam episcopum ordinasset, sed Dunum se contulit, disterminans parœcias sicut in diebus antiquis. O purum cor! ô oculum columbinum! Locum tradidit nouo episcopo qui videretur paratior, principalior haberetur, locum in quo sederat ipse. Vbi sunt qui de terminis litigant, pro vno viculo perpetes adinuicem inimicitias exercentes? Nescio si quod genus hominum magis quàm istos antiquum vaticinium tangat: Secuerunt pregnantes Galaad ad dilatandum terminos suos. Sed hæc alias.

MALACHIAS factus Dunensis episcopus, confestim E
more suo curauit ascíscere ad solatium sibi de filiis suis conuentum regularium clericorum. Et ecce rursus accingitur quasi nouus Christi tyro ad spirituale certamen, rursus induitur arma potentia deo, sanctæ paupertatis humilitatem, rigorem disciplinæ cœnobialis, ocium contemplandi, orandi assiduitatem. Quæ tamen omnia voto magis valuit diu tenere quàm actu, Etenim vniuersi confluebant ad eum, nec modo mediocres, sed & nobiles & potentes illius se sapientiæ & sanctitati instruendos, corrigendos ac regendos committere festinabant. Et ipse interdum ibat & exibat seminare semen suum, disponens & decernens tota auctoritate de rebus ecclesiasticis tanquam ex apostolis vnus. Et nemo illi dicebat, In qua potestate hæc facis? videntibus cunctis signa & prodigia quæ faciebat, & quia vbi spiritus domini, ibi libertas. Visum tamen sibi non tutè satis actitari ista absque sedis apostolicæ auctoritate: & Romam proficisci deliberat: maximéque quòd metropoliticæ sedi deerat adhuc & defuerat ab initio pallij vsus, quod est plenitudo honoris. Et visum est bonum in oculis eius si ecclesia pro qua tantum laborarat, quem hactenus non habuerat, suo acquireret studio & labore. Erat & altera metropolitica sedes quam de nouo constituerat Celsus primæ tamen sedi, & illius archiepiscopo subdita tanquam primati, & huic quoque optabat nihilo minus pallium Malachias, confirmaríque auctoritate sedis apostolicæ prærogatiuam, quam beneficio Celsi adipisci meruerat. Innotescente F
proposito displicuit fratribus, necnon & magnatibus, & populo terræ. Omnes enim intolerabilem sibi iudicabant tam diutinam omnium pij parentis absentiam, & quòd metuerent de morte ipsius. Contigit interea mori germanum eius, Christianum nomine, virum bonum, plenum gratiæ & virtutis. Episcopus erat, illi quidem secundus in celebri opinione, sed vitæ sanctimonia & iustitiæ zelo forte non impar. Huius decessus magis terruit vniuersos, & discessum Malachiæ reddidit molestiorem. Dicebant autem nullo modo assentiendum vnici peregrinationi patroni, vt non desoletur omnis terra, si duabus tantis columnis sub vno momento temporis destituatur. Ergo omnes pariter contradicunt. Et vim faciebant, cum ille diuinam vltionem minatus est. Non tamen destitere illi, nisi missa sorte, prius dei voluntas super hoc interrogaretur. Prohibente illo nihilo minus mittunt, sed illa pro Malachiæ parte ter respondisse inuenta est. Nec enim vna contenti vice fuere, cupidi retinendi eum. Demum cedentes dimittunt illum, non tamen sine ploratu & vlulatu multo. Sed ne quid imperfectum relinqueret, tractare cœpit quomodo defuncti fratris semen susciteret. Et accersitis ad se tribus discipulis suis, anxius æstuabat quisnam dignior ad hoc opus siue vtilior videretur. Et diligenter intuitus singulos: Tu, inquit, ô Edane (sic enim vocabatur vnus) susci̇pe onus. Illo cunctan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G te & flente, Ne timeas, ait. tu enim mihi à domino deſignatus es, quia annulum aureum quo deſponſandus es, iam nũc præuidi in digito tuo. Acquieuit ille, & Malachias eo conſecrato proficiſcitur. Cùmque egreſſus de Scotia peruenisſet Eboracum, ſacerdos quidã Sycarus nomine intuitus eum agnouit. Nec enim faciem eius viderat ante, ſed cum haberet ſpiritum prophetiæ, reuelatum fuerat ei iampridem de illo. Et tunc incunctanter circunſtantibus digito eum demonſtrans, Hic eſt (inquit) de quo dixeram, quia de Hybernia ſanctus veniet pontifex, qui ſcit cogitationes hominum. Sic non potuit latere lucerna ſub modio prodente eam per os Sycari ſpiritu ſancto, qui illãm accenderat. Nam & multa ſecreta de eſſe ſuo ſuorumque dicta ſunt ei à Sycaro, quæ ita eſſe vel fuiſſe omnia recognouit. Sed & ſociis Malachiæ percunctantibus de ſuo reditu, reſpondit Sycarus incunctanter, quod poſt rei probauit euentus, paucos videlicet admodum de numero illo cum epiſcopo redituros. Illi audito hoc ſuſpicati ſunt mortem, ſed deus aliter adimpleuit. Nempe rediens ab vrbe, qui buſdam apud nos, quibuſdam & in aliis locis ad diſcendam cõuerſationis formam relictis, iuxta verbum Sycari cum paucis admodum repatriauit. Hæc de Sycaro. In ipſa vrbe Eboracenſi acceſsit ad eum vir nobilis ſecundum ſeculum Vvalleluus nomine, tunc prior in kyrkeham regularium fratrum, H nunc vero monachus & monachorum pater in Mailros monaſterio ordinis noſtri, qui deuotus Malachiæ ſe orationibus ſatis humiliter commendauit. Is aduertens multos habere epiſcopum ſocios, & equos paucos, (nam præter miniſtros & clericos alios, quinque cum eo erant presbyteri, & equi non niſi tres) obtulit ei ſuum quo ipſe vehebatur, hoc ſolum dolere ſe inquiens, quòd eſſet tũcinus dure portãs. Et addidit: Libentius dediſſem ſi melior fuiſſet: ſed ſi dignamini, ducite qualemcunque vobiſcum. Et ego (ait epiſcopus) eo libentius accipio quo prædicas viliorem, quia non poteſt mihi vile eſſe quicquid tam precioſa voluntas obtulerit. Et cõuerſus ad ſuos, Hunc (inquit) ſternite mihi, quia cõmodus ſatis & ſufficiens erit in longum. Quo facto aſcendit: & primo quidem durum, vt erat, ſentiens, poſtmodum mira mutatione valde commodum ſibi & ſuauiter ambulantem inuenit. Et ne caderet ſuper terram de ſermone quem dixerat, vſque ad nonum annum quo mortuus eſt ipſe, non defecit ei, factus optimus & precioſiſsimus palefridus. Quòdque euidentius miraculum cernentibus fecit, de ſubnigro cœpit albeſcere, & non multo poſt vix inueniebatur albior illo, Mihi quoque in via hac datum eſt videre virum, & in eius viſu & verbo refectus ſum & delectatus ſum ſicut in omnibus diuitiis: & ego viciſſim, peccator licet, inueni gratiam in oculis eius extunc & deinceps vſque ad obitum ipſius, ſicut in prœmio præ I fatus ſum. Ipſe etiam dignatus diuertere ad Claramuallem, viſis fratribus commpunctus eſt, & illi non mediocriter ædificati in præſentia & ſermone eius. Et acceptans locum & nos, atque intimis viſceribus colligens, vale dixit nobis, & abiit. Qui tranſalpinans cum veniſſet Iporiam ciuitatem Italiæ, hoſpitis ſui paruulum filium qui male habens moriturus erat, continuo ſanauit.

ERAT tunc temporis in ſede apoſtolica felicis memoriæ Innocentius ſecundus papa, qui eum benigne ſuſcepit, humanè ſatis illi ſuper longa peregrinatione compaſſus. Et primo quidem Malachias quod altius infixerat animo, cũ multis lachrymis implorabat, licere ſibi viuere & mori in Claraualle permiſſu & benedictione ſummi pontificis. Et petiit hoc non oblitus ad quod venerat, ſed affectus quo venerat deſiderio Clareuallis. Non autem obtinuit, quòd vir apoſtolicus lucris potius vberioribus aucupandum decerneret. Nec tamen omnino fruſtratus eſt à deſiderio cordis ſui, cui mori ibi, etſi non viuere, donatum eſt. Menſem integrum fecit in vrbe, loca ſancta perambulans & frequentãs cauſa orationis. Cúmque per id temporis ſæpe ac diligenter ab eo & ab iis qui cum eo erant, ſummus pontifex inquiſiſſet eſſe patriæ mores gentis, ſtatum eccleſiarum, & quanta in terra deus per eum operatus fuiſſet, paranti iãm repatriare commiſit vices ſuas, per vniuerſam Hyberniam legatũ illum conſtituens. Significatum ſiquidem erat ei ab epiſcopo Gilleberto (qui vt ſupra memorauimus, tunc legatus extiterat) quòd iam non poſſet præ ſenio & debilitate corporis villicare. Poſt hæc pe- K tit Malachias confirmari nouæ Metropolis conſtitutionem, & vtriuſque ſedis pallia ſibi dari. Et confirmationis quidem priuilegium mox accepit: de palliis autem oportet, ait ſummus pontifex, ſolennius agi. Conuocatis epiſcopis & clericis & maioribus terræ celebrabis generale concilium, & ſic conniuentia & communi voto vniuerſorum per honeſtas pernas requiretis pallium, & dabitur vobis. Deinde tollens mitram de capite ſuo, impoſuit capiti eius, ſed & ſtolam cum manipulo dedit illi quibus vti inter offerendum ſolebat. Et ſalutatum in oſculo pacis dimiſit eum apoſtolica fultum benedictione & auctoritate. Qui reuertens per Claramuallem ſuam ſecundùm nobis largitus eſt benedictionem. Et alta ſuſpiria trahens quòd non liceret ſibi pro ſuo deſiderio remanere, hos inquit, interim pro me oro vt retineatis, qui à vobis diſcant quod nos poſtmodum doceant. Et infert: Erunt nobis in ſemen, & in ſemine iſto benedicẽtur gentes: & illæ gentes quæ à diebus antiquis monachi quidem nomen audierũt, monachum non viderunt. Et dimiſsis quatuor à latere ſuo, abiit. Qui probati & digni inuenti, monachi facti ſunt. Poſt aliquod tempus cum iam ſanctus eſſet in terra ſua, miſit alios, & factum eſt de illis ſimiliter. Quibus per aliquantum tempus inſtructis & eruditis corde in ſapiẽtia, dato eis in patrem ſancto fratre Chriſtiano qui erat vnus ex ipſis, emiſimus eos, L adiungentes de noſtris quanti ſufficerent ad numerum abbatiæ. Quæ concepit & peperit filios quinque, & ſic multiplicato ſemine augeſcit indies numerus monachorum, iuxta deſiderium & vaticinium Malachiæ. Nunc iam repetamus ordinem narrationis. Malachias profectus à nobis proſpere peruenit Scotiam. Et inuenit Dauid regem, qui adhuc hodie ſupereſt, in quodam caſtello ſuo, cuius filius infirmabatur ad mortem. Ad quem ingreſſus honorifice à rege ſuſceptus, & humiliter exoratus vt ſanaret filium ſuum, aqua cui benedixit, aſperſit iuuenem, & intuens in eum ait: Confide fili non morietis hac vice. Dixit hoc, & die ſequẽti dictum ſecuta eſt ſanitas, ſanitatẽ lætitia patris, clamor & ſtrepitus totius exultantis familiæ. Exiit ſermo ad omnes: nec enim quod in domo regia & regis acciderat filio, latẽre potuit. Et ecce vbique reſultans gratiarum actio, & vox laudis, tum pro ſalute domini, tum pro miraculi nouitate. Henricus eſt iſte, nam viuit adhuc vnicus patris ſui, miles fortis & prudens, patriſſans (vt aiunt) inſectando iuſtitiam & amorem veri. Et amauit vterque Malachiam quandiu vixit, tanquam qui illum à morte reuocaſſet. Rogabant eum manere per aliquot dies: ſed ille declinans moram non ſuſtinuit, & mane carpebat iter.

Tranſeunti igitur per villam nomine Crugeldum, occurrit puella muta. Orante autẽ illo ſolutum eſt vinculũ linguæ eius, & loquebatur rectè. Dehinc villam ingrediens quam M nominant eccleſiam ſancti Michaelis, oblatam ſibi mulierem phreneticam & vinctam funibus coram omni populo curat, & dimiſſa incolumi proficiſcitur. Peruenies vero ad portum Lapaſperi, tranſitum ibi per aliquot dies præſtolabatur, ſed mora minime tranſiit ocioſa. Conſtruitur interim de virgis in ſepem textis oratorium, ipſo iubente, ipſo operante pariter. Conſummatum circundedit vallo, atque interiacens ſpacium in cœmiterium benedixit. Sanè merita benedicentis, miracula ſatis declarant, quæ vſque hodie ibi actitari feruntur. Inde eſt quòd de finitimis locis infirmos & male habẽtes illò portare conſueuerunt, & ſanantur multi. Mulier totis diſſoluta membris, plauſtro vecta illuc, pedibus ſuis remeauit domũ, vna duntaxat nocte non fruſtra in loco ſancto præſtolata miſericordiam domini. Alia quædam ibidem per noctabat in oratione, quam forte reperiens ſolam homo barbarus accenſus libidine, & ſui minimè compos, irruit rabioſus in eam. Cõuerſa illa & tremefacta ſuſpiciens a duertit hominem plenum diabolico ſpiritu: Heus tu, inquit, miſer quid agis? Confidera vbi es, reuerere hæc ſancta, defer deo, defer ſeruo eius Malachiæ, parce & tibiipſi. Non deſtitit ille furiis agitatus iniquis. Et ecce (quod horribile dictu eſt) venenatum & tumidum animal quod bufonem vocant, viſum eſt reptans exire de inter femora mulieris. Quid plura? Terrefactus reſiliit homo, & datis ſaltibus feſtinº oratorio exiliit. Ille confuſus abſceſsit, & illa intacta remãſit, magno quidem & dei miraculo,

& merito

A & merito Malachiæ. Et pulchrè operi fœdo & abominando fœdum interuenit & abominabile monſtrum. Non prorſus aliter decuit beſtialem extingui libidinem, quàm per frigidiſſimum vermem: nèc aliter temeratium frænari auſum, fruſtrari conatum, quàm per vilem inutilémque beſtiolam. Et hæc loco iſto ſufficiant pauca de pluribus. Nunc iam reliqua proſequamur.

ASCENDIT Malachias nauem, & proſpere nauigans applicuit monaſterio ſuo Benchorenſi, vt primi filij primam reciperent gratiam. Quid animi putas geſſiſſe illos ſano de via tam longa recepto patre, & illo patre? Nec mirum ſi ſe tota in gaudium effuderunt viſcera eorum in reditu eius, quando & exteris circunquaque gentibus incredibilem mox lætitiam velox rumor inuexit. Denique de ciuitatibus & caſtellis & vicis occurrunt ei, & quocunque diuertat, ſuſcipitur exultratione vniuerſæ terræ. Veruntamen non ſapit honor, opus exercetur legationis. Multis in locis celebrantur conuentus multi, ne qua regio ſeu portio regionis legationis fructu & vtilitate fraudetur. Seminatur ſuper omnes aquas, non eſt qui ſe abſcondat ab opera ſolicitudinis eius. Nõ ſexus, non ætas, non conditio, non profeſſio reputatur. Vbique ſemen ſpargitur ſalutare, vbique intonat tuba cœleſtis. Vbique diſcurrit, vbique irrumpit euaginato gladio linguæ ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in po- B pulis. Terror eius ſuper facientes mala. Clamat iniquis, nolite iniquè agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Religio vbique plantatur, propagatur, fouetur. Oculi eius ſuper eos, & cura eius ad neceſſitates eorum. In conciliis quæ paſſim celebrantur, repetuntur antiquæ traditiones, quas tamen bonas fuiſſe conſtiterit, abolitas vero negligentia ſacerdotum. Nec modo vetera inſtaurantur, cuduntur & noua. Et quæcunque promulgauerit, tanquam cœlitus edita acceptantur, tenentur, ſcripto mandantur ad memoriam poſterorum. Quidni cœlitus miſſa crederentur, quæ tot cœleſtia confirmant miracula? Et vt fidem dictis faciam, perſtringam nonnulla paucis. Quis enim cuncta enumeret? Quanquam libentius fateor imitandis immorer, quàm admirandis. Et meo quidem iudicio primum & maximum miraculum quod fecit, ipſe erat. Vt enim taceam interiorem hominem eius, cuius pulchritudinem, fortitudinem, puritatem ſatis indicabant mores ipſius & vita: ipſum exteriorem ita vno ſemper modo ipſoque modeſtiſſimo & decentiſſimo geſſit, vt nil prorſus appareret in eo quod poſſet offendere intuentes. Et quidem qui non offendit in verbo, ille perfectus eſt vir. At vero in Ma- Iacob. 3. 2
lachia quis vnquam etiam ſi curioſius obſeruarit, deprehendit ocioſum non dico verbum, ſed nutum? Quis manum pedémve mouentem fruſtra? Imò quid non ædificans in eius inceſſu, aſpectu, habitu, vultu? Denique vultus hilaritatem nec fuſcauit mœror, nec leuigauit riſus. Totum in eo diſciplinatum, totum inſigne virtutis, perfectionis forma. Per omnia C ſerius, ſed non auſterus. Remiſſus interdum, diſſolutus nunquam. Negligens nihil, etſi pro tempore multa diſſimulans. Quietus ſæpe, ſed minime aliquando ocioſus. A die primo conuerſionis ſuæ vſque ad extremum vitæ ſuæ ſine proprio vixit. Non ſeruos, non ancillas, non villas, non viculos, non denique quicquam redituum eccleſiaſticorum ſeculariúmve vel in ipſo habuit epiſcopatu. Menſæ epiſcopali nihil prorſus conſtitutum vel aſſignatum vnde epiſcopus viueret. Nec enim vel domum propriam habuit. Erat autem pene inceſſanter circuiens parœcias omnes euangelio ſeruiens, & de euangelio viuens, ſicut conſtituit ei dominus dignus eſt, inquiens, operarius mercede ſua. Niſi quod frequentius ipſum euangelium ſine ſumptu ponens, de laboribus ſuis ſuorúmque ferebat vnde ſe & alios qui ſecum laborabant in opere miniſterij, ſuſtentaret. Porro ſi interdum quieſcere oportebat, in ſanctis hoc faciebat locis quæ ipſe per Hyberniam ſparſerat vniuerſam. Apud quos vero moram facere libuiſſet, illorum ſe conformauit moribus & obſeruantiis, communi cõtentus vita & menſa. Non fuit in victu, non fuit in veſtitu in quo potuiſſet Malachias dignoſci inter cæteros fratres: intantum cum maior eſſet, humiliauit ſe in omnibus. Denique cum exiret ad prædicandum, cum peditibus pedes & ipſe ibat, epiſcopus & legatus. Forma apoſtolica hæc, & inde magis mira in Malachia, quo rara nimis in aliis. Verus profecto apo- D ſtolorum hæres eſt iſte, qui talia agit. Sed aduertere eſt quomodo diuidat hæreditatem cum fratribus ſuis, æquè nepotibus apoſtolorum. Illi dominantur in clero, iſte dum eſſet liber ex omnibus, omnium ſe ſeruum fecit. Illi aut non euangelizantes manducant, aut euangelizant vt manducent. Malachias imitans Paulum manducat vt euangelizet. Illi faſtum & quæſtum æſtimant pietatem: Malachias hæreditate vendicat ſibi opus & onus. Illi felices ſe credunt ſi dilatauerint terminos ſuos: Malachias in dilatãda charitate gloriatur. Illi congregant in horrea, & dolia replent, vndè onerent menſas: Malachias colligit in deſerta & ſolitudines vndè impleat cœlos. Illi cum accipiant decimas & primitias & oblationes, inſuper & de Cæſaris beneficio telonia, & tributa, & alios reditus infinitos, ſolliciti ſunt nihilominus quid manducent aut quid bibant: Malachias nihil horum habens, multos tamen locupletat de promptuario fidei. Illis nec cupiditatis nec ſollicitudinis vllus eſt finis: Malachias cupiens nihil, non nouit tamen cogitare de craſtino. Illi à pauperibus exigunt quod dent diuitibus: iſte ſollicitat diuites pro pauperibus ſuſtentandis. Illi marſupia vacuant ſubditorum: iſte pro peccatis eorum altaria cumulat votis hoſtiiſque pacificis. Illi alta palatia erigunt, turres ac mœnia ad cœlos leuant: Malachias non habens vbi caput reclinet, opus facit euangeliſtæ. Illi equos aſcendunt cum turba hominum gratis manducantium panem, & non ſuum: Malachias ſeptus ſanctorum fratrum collegio pe- E des circuit portans panes angelorum quibus ſatiet animas eſurientes. Illi plebes ne agnoſcunt quidem: iſte erudit. Illi potentes & tyrannos honorant: iſte punit. O virum apoſtolicum, quem tot & talia nobilitant ſigna apoſtolatus ſui. Quid ergo mirum ſi mira eſt operatus ſic mirabilis ipſe? Imò vero non ipſe, ſed deus in ipſo. Alioquin, tu es deus (inquit) qui facis Pſal. 76.
mirabilia.

ERAT mulier in ciuitate Culratim dæmonium habens. Vocatus eſt Malachias, orat pro addicta, vrget inuaſorem, exit. Sed nondum exſaturata nequitia eius, miſeram inuadit mulierculam quæ forte prope aſſiſteret. Et Malachias: Non ad hoc, inquit, tibi illam tuli, vt hanc peruaderes: exi & ab ea. Paret, ſed repetit priorem: à qua denuo pulſus, recurrit in alteram. Ita per aliquod ſpatium alternatim vexabat illas, hincinde refugiens. Tunc ſanctus indignans ſibi illudi à dæmone, colligénſque ſpiritum, infremuit, & totis viribus fidei facto impetu in aduerſarium ab vtraque fugauit, & quidem non minus vexatum his quas vexauerat ipſe. Cæterum quód moram fecit ſancto, non putes lector fuiſſe virtutis eius, ſed diſpenſationis diuinæ, vt videlicet ex hoc manifeſtior fieret & maligni præſentia, & victoria Malachiæ. Denique audi quid alibi fecerit, non autem per præſentiam ſuam. Et vtique potuit præſens, quod abſens valuit. In re- F gione aquilonaris partis Hyberniæ iacebat infirmus in domo, nec dubium quin dæmonum maleficio. Nam quadam nocte audiuit eos loquentes, dicentes alter ad alterum: Vide ne miſer iſte hypocritæ illius ſtratum ſtraménve contingat, & ſic effugiat manus noſtras. Cognouit homo quòd Malachiam loquerentur, quem non multo ante in eadem domo meminerat pernoctaſſe, & adhuc ſtramen in loco. Sumptáque fiducia, & quo potuit conatu cœpit repere debilis corpore, ſed fide fortis. Et ecce in aëre clamor & vociferatio: Prohibe eum prohibe, retine eum, retine, amittimus prædam. Verum is quẽ portabat fides & deſiderium euadendi, quanto plus clamabãt illi, tanto magis genibus manibúſque nitens ad remedium feſtinabat. Et peruenies aſcendit lectulum, volutatur in ſtramine, audit vlulatum plãgentium, Heu heu, ipſi nos prodidimus, decepti ſumus, euaſit. Et dicto citius receſſit ab eo dæmonum terror & horror quem patiebatur, & omnis pariter ægritudo. In Leſmor ciuitate homo à dæmonio vexatus, per Malachiam liberatus eſt. Item tranſeunti aliquando Planginiam oblatus illi infans habens dæmonium, ſanus relatus eſt.

In regione eadem ligatam funibus phreneticam ſolui ſuſſit, & in aqua quam benedixit lauari. Lota eſt, & ſanata. Alteram quoque in Saballo regione Vlydiæ membra propria dentibus laniantem, orando & tangendo curauit. Amentẽ homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nem multa prædicerem futura, amici & propinqui adducunt ad dei hominem vinctum funibus fortiter, quòd fortem ad nocendum rabies ipsa feciſſet.& tertibilem valde. Orat Malachias,& incontinenti æger ſanatur & ſoluitur. Factum eſt hoc loco quodam,cuius nomen tacemus, quòd nimis barbarum ſonet,ſicut & alia multa.Alio tempore in præfata ciuitate Leſmor puellam mutam parentes eius in media platea obtulerunt tranſeunti,cum multa ſupplicatione rogantes vt ei ſubuenire dignetur.Stat Malachias, & facta oratione tangens digito linguam eius,ſpiritum miſit in os eius,& loquentem dimiſit. Exiens de quadam eccleſia, obuium habuit hominem cum vxore ſua quæ non poterat loqui.Rogatus vt eius miſereatur;ſtat in porta populo circunſtante: & data benedictione ſuper eam,iubet dominicam dicere orationem. Dixit illa, & populus benedixit dominum. In ciuitate cui nomen Oenthreb decumbens lectulo quidam dies iam dies duodecim priuatus linguæ officio, ad iuſsionem viſitantis ſe ſancti, loquelam recuperat: Euchariſtiam ſumit,& ita munitus extremum in bona cõfeſsione efflauit ſpiritum.O oliua fructifera in domo dei,ô oleum iucunditatis vngens & lucens. Et ſplendore miraculi illuſtrauit ſanos,& ſuauitate beneficij vnxit infirmum, cui mox morituro ſalutarem confitendi & cõmunicandi obtinuit facultatem. Intrauit ad eum quidam de nobilibus habens ei aliquid dicere. Qui inter loquendum,ſide plenus,tres iuncos pie furatus de lectulo in quo ille ſedebat,tulit ſecum, & multa deus de furto pietatis eſt operatus fide illius,& præſulis ſanctitate.Forte venerat in ciuitate nomine Duenvania .Et cum ſederet ad menſuram, ingreſſus vir nobilis de ciuitate ipſa humiliter ſupplicat pro vxore prægnante quæ iam ſolenne prætergreſſet tempus pariẽdi,ita vt mirarentur omnes, & nemo aliud quàm vitæ periculum crederet imminere.Rogat & cum eo Nehemias epiſcopus illius ciuitatis,qui iuxta eum ſedebat:rogãt & cæteri quotquot aderant ſimul diſcumbentes. Tum ille: Compatior ei (inquit) quòd bona mulier ſit & pudica. Et porrigens viro poculum cui benedixerat, vade (inquit) da illi bibere, ſciens eam ſumpto benedictionis potu & ſine mora & ſine periculo pariturã.Factum eſt quod præcepit, & nocte ipſa ſubſecutum eſt quod promiſit.Sedebat in campo cum comite Vlydiæ aliqua tractans,& multitudo copioſa circa eos. Venit mulier grauida,& vere grauida indicat ſe contra omnes naturæ leges retinere partum iam quindecim menſibus,& diebus viginti.Cõpaſſus Malachias ſuper nouo & inaudito incommodo orat, & mulier parit,& qui aderant lætati ſunt & mirati.Omnes enim viderunt in qua facilitate & velocitate loco eodem enixa ſit, & triſte negati partus periculum miraculo commutatũ iucundiori. Accidit ibidem quiddam pari quidem miraculo, ſed ſorte diſpari. Vidit hominẽ qui publice tenere diceretur
I concubinam fratris,& hic erat miles miniſter comitis .Et publice conueniens inceſtuoſum,alterum ei Ioannem exhibuit: non licet tibi,inquiens, concubinam habere fratris tui. At ille alterum ipſi nihilo minus Herodem redhibens, non modo non audiuit eum,ſed & ſuperbe reſpondit,& coram omnibus iurabat nunquam ſe dimiſſurum. Tum cõmotus Malachias, ſicut erat pro iuſtitia vehementer zelans,& deus,inquit,te ab illa ſeparet vel inuitum. Paruipẽdens ille, ex inſtanti abiit indignabundus, offendenſq; mulierem non longe à turba cõſtituta in loco,vi oppreſsit eã,ſicut erat ſatanæ totus,cui paulo ante traditus fuerat.Nec latuit flagitium .Ancilla quæ dominam comitabatur,recurrens domum(nempe haud procul aberat loco)nũciat anhela quid mali acciderit. Ad quam vocem germani illius qui domi erant, zelantes ſororis ſtuprum tota illò feſtinantia peruolant, pudicitiæ hoſtem ipſo in loco & opere ſceleris deprehenſum multis confoſſum vulneribus interimunt, Necdum conuentus ſolutus erat,cum ecce armiger illius,quod euenerat,nunciauit.Et mirati ſunt vniuerſi, q̃ ſententia Malachiæ tam celerem habuiſſet effectum. Timuerunt quoque flagitioſi audito hoc verbo(nam multi erant in terra) & territi purgati ſunt, lauantes manus ſuas in ſanguine peccatoris. Diarmitium comitẽ multo iam tẽpore decubentem lecto,duriter quidem increpans q̃ malus homo eſſet,immoderatius ſeruiens ventri & gulæ, benedicta aſperſum aqua ſine mora ſurgere fecit, & ita valẽtem vt illico equum aſcenderet,& vtique præter ſpem ſuam ipſius & ſuorũ.In vibe Ca-- K
ſeleſi venit homo ante eum cum filio paralytico, rogãs illum ſanarã.Qui oris breuiter, vade (inquit) filius tuus ſanabitur. It,& craſtino redit cum filio,ſed minime ſanato. Tum ſurgens Malachias & ſtans ſuper eum diutius orauit,& ſanatus eſt.Et conuerſus ad patrem,Offer,inquit,illum deo . Annuit homo, ſed non tenuit , poſt aliquot annos ille iam inuenis recidit in idipſum , ſine dubio propter inobedientiam patris, & pacti trãgreſsionem . Alius quidam veniens de longinquo cum eſſet Malachias in finibus Mumonię,attulit ad eum filium pedum penitus officio deſtitutum . Percunctatus quonam modo illi accidiſſet,vt ſuſpicor , inquit , dæmonum malignitate. Et addit : Ludenti in prato ipſi (ni fallor) immiſere ſoporem euigilánſque puerulus ſic ſe inuenit.Hæc dicens cum lachrymis precem fundit,efflagitat opem.Miſertus eius orauit Malachias,iuberis ægrum interim dormire ibidem ſuper ſolium. Dormiuit, & ſurrexit ſanus.Hunc ipſe quia de longe venerat, aliquãdiu in comitatu ſuo retinuit,& erat ambulans cum eo.

In monaſterio Benchorenſi pauper quidam, fratrum eleemoſynis ſuſtentabatur,& erat quotidianam accipiens ſtipem, aliquid officij factitans in piſtrino . Is claudus ab annis duodecim humi manibus repẽs,poſt ſe trahebat pedes emortuos. Quem die quadam ante cellam ſuam Malachias mœſtum & mœrentem inueniens , cauſam percunctatur . Et ille , Vides, inquit,quàm ex longo miſellus afflictor,& manus domini ſuper me , & ecce ad cumulum ærumnæ , homines qui miſereri debuerant, irridentme potius , miſeriæ exprobantes . Quem vbi audiuit, pietate motus ſuſpexit in cœlum, manus pariter leuans.Facta autem breui oratione ipſe intrauit cellam , & ille ſurrexit . Et ſtans ſuper pedes ſuos mirabatur ſi vere eſſet quod etat,penè ſomnium ſuſpicatus.Cœpit tamen ſe pedetẽtim mouere:neque enim poſſe ire ſatis credebat.Tandẽ quaſi é graui ſomno euigilans cognoſcit miſericordiam domini ſuper ſe firmiter graditur,& in piſtrinum reuertitur, exiliens & exultans,& laudans deum . Viſo eo,qui ante viderant & cognouerant,repleti ſunt ſtupore & extaſi,phantaſma putantes. Virum item hydropicum orando ſanauit , qui illico remanſit in monaſterio paſtor ouium factus.Ciuitas Hyberniæ nomine Corcagia vacabat epiſcopo . Tractatum eſt de electione, diſſenſere partes,quibuſque(vt aſſolet) præſulem volentibus cõſtituere ſuum,non dei.Venit illuc Malachias audita diſſenſione . Conuocato clero & populo , etſi̇m corda & vota diſcordantium vnire curauit , & perſuaſis illis totum negotium ſibi debere credi, cui potiſsimũ ſollicitudo incumberet illius, ſicut & aliarum per Hyberniam Eccleſiarum , incontinenti nominat eis non quempiã de nobilibus terræ, ſed magis quẽdam hominem pauperem quem ſciret ſanctum & doctum,& hic erat alienigena . Quæritur ille nunciatur decumbere lecto,& ita debilis vt nullo pacto exeat , niſi in manibus portatus miniſtrãtium.Et Malachias:Surgat,inquit,in nomine domini,ego præcipio : obedientia ſaluum faciet eum . Quid faceret ille ? Parẽre volebat, ſed imparatum ſe ſentiebat.Quòd & ſi poſſet ire , epiſcopari reformidabat . Ita cum voluntate obediendi pugnante gemino hoſte,pondere lãguoris , & metu oneris : vicit illa tamen,data ſibi in adiutorium ſpe ſalutis. Itaque conatur,mouet ſeſe,tentat vires , inuenit ſe ſolito fortiorem. Creſcit pariter fides cum viribus,& rurſumfacta fortior fides dat viciſsim viribus incrementum.Iam ſurgere pertinet valet,iam meliuſcule gradi,iã nec ſentire in ambulando laſſitudinem : demũ expeditus & alacer peruenire ad Malachiã ſine hominis adiutorio . Qui aſſumens eum miſit in cathedrã, clero & populo collaudãte.Hoc ita in pace factum eſt, quia nec illi auſi ſunt Malachię voluntati in aliquo obuiare videntes ſignum quod fecerat: nec ille parẽre dubitauit tam euidẽti argumento factus ſecurior de domini voluntate . Mulier quædam fluxum ſanguinis patiebatur , & hæc nobilis charſima Malachiæ,plus tamen ob morum quàm generis nobilitatem:quæ ex toto deficiens (nimirum cum ſanguine exhauſtis viribus(iam poſita in extremis miſit ad dei hominẽ,vt (quod ſupererat) animæ ſubueniret , qui ſe iam non eſſet viſurus in corpore . Audiens Malachias moleſte tulit , q̃ mulier uirtutis foret , & vita eius fructuoſa opere & exemplo . Et videns ſe- non poſſe ſatis accurrere tẽpeſtiue , accito Malcho;q̃ iuuenis

A eſſet &expeditus(ipſe eſt cuius ſupra meminimus frater Chriſtiani abbatis)accelera,inquit,fer illi tria poma hęc, ſuper quæ nomen domini inuocaui.Confido in ipſo quòd vbi ex eis guſtauerit, non guſtabit mortem priuſquam nos videat, etſi tardiuſcule ſecuturos. Feſtinat Malchus ſecundum mãdatum, & veniens intrat ad morituram, alterum ſe exhibẽs puerum Heliſæi, niſi quòd huius efficacior opera fuit . Iubet miſſam ſibi à Malachia benedictionem accipere , & guſtare , ſi quomodo valuerit . At illa exhilarata audito nomine Malachiæ , vt obedire poſſit;nutu ſignat pauliſper ſe erigi velle, nam verbo non poterat . Erigitur, guſtat, guſtatõ confortata eſt, loquitur, & gratias agit . Et immiſit dominus ſoporem in eam, & ſuauiſſime requieuit in eo cuius vſu diu caruerat , ſicut & eſu . Stetit interim ſanguis , & poſt modicum expergefacta ſanam ſe reperit , niſi quòd longa inedia & ſanguinis minutione adhuc debilis erat . Si quo minus, die ſequenti deſideratus Malachiæ aduentus aſpectúſque perfecit . Habitabat vir nobilis in vicinia Benchorenſis monaſterij , cuius vxor cum infirmaretur ad mortem,rogatus Malachias vt deſcenderet priuſquam moreretur,infirmam vncturus oleo deſcendit,& intrauit ad eam. Quo viſo exultat illa , ſpe animata ſalutis.Et cum pararet vngere eam , viſum eſt omnibus differendum potius vſque mane. Erat enim veſpera . Acquieuit Malachias, & data benedi-
B ctione ſuper ægram , exiuit cum his qui ſecum erant . At vero poſt modicum ſubito clamor factus eſt , planctus & ſtrepitus multus per totam domum , ſiquidem inſonuit quòd mortua eſſet . Accurrit Malachias tumultu audito , & ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Et accedens ad lectum , vt certo comperit expiraſſe, conſternatus eſt animo , ſibi imputans quòd fraudata gratia ſacramenti obierit . Et eleuatis in cœlum manibus , obſecro domine (inquit) inſipienter egi , ego peccaui qui diſtuli , non iſta quæ voluit . Hæc dicens conteſtatus eſt in audientia omnium , nullam ſe recepturum conſolationem , nullam daturum requiem ſpiritui ſuo , niſi quam tulerat , liceret reſtituere gratiam . Et ſtans ſuper eam tota nocte laborabat in gemitu ſuo : & pro oleo ſancto largo imbre lachrymarum perfundens mortuam , vicem illi vnctionis quam poterat exhibebat . Ipſe quidem ſic . Ad ſuos autem , Vigilate , inquit, & orate . Itaque in pſalmis illi , ille in lachtymis , noctem duxere perui gilem . Et mane facto exaudiuit dominus ſanctum ſuum, quia ſpiritus domini erat poſtulans pro eo qui poſtulat pro ſanctis gemitibus inenarrabilibus. Quid plura ? Aperit oculos quæ fuerat mortua,& vt ſolent qui de graui ſomno euigilant,fricans ſibi manibus frontem & tempora,ſuper lectum ſe erigit, & agnito Malachia inclinans deuote ſalutat eum . Et verſo luctu in gaudium , ſtupor apprehendit omnes & qui viderunt,& qui audierunt.Sed &Malachias gratias agens,benedixit dominum.Et vnxit eam nihilo minus,ſciens in hoc ſacrãmẽto remitti peccata,quòd oratio fidei ſaluet infirmum. Poſt
C hæc abiit ille , & illa conualuit, & viuens incolumis tempore aliquãto vt gloria domini manifeſtaretur in ea,peracta pœnitentia quã ſibi Malachias iniunxerat,in bona confeſſione iterũ obdormiuit, & migrauit ad dominũ. Fuit item mulier cui ſpiritus iracundiæ & furoris intantũ dominaretur, vt non ſolũm vicini & cognati fugerent conſortium eius, ſed filij quoq; ipſi vix ſuſtinerent habitare cũ ea.Clamor & rancor & tempeſtas valida vbicunq; fuiſſet.Audax,& ardens,& præceps, metuẽda lingua & manu,importabilis omnibus & inuiſa . Dolẽtes filij tum pro illa,tum pro ſeipſis, trahunt illam ad præſentiã Malachię,lachrymabilem cum fletu querimoniã deponentes.Vir autem ſanctus & periculũ matris, & incõmodum miſerans filiorum,ſeorſum aduocat illã,fueritne confeſſa aliquando peccata ſua ſollicite percunctatur.Reſpõdit, nequaquã. Confitere,inquit.Paret:& ille iniungens pœnitentiã confitenti,oránſque ſuper eã vt dominus omnipotens det ei ſpiritum manſuetudinis,in nomine domini Ieſu ne vltra itaſcatur,iubet.Sequitur tãta mãſuetudo,vt pateat omnibus nõ eſſe aliud,quàm admirabilẽ mutationem dextrę excelſi,Fertur adhuc hodie viuere,& tantæ eſſe patiẽtiæ & lenitatis, vt quæ omnes exaſperare ſolebat,nullis modò exaſperari damnis,contumeliis, afflictionibus queat.Si licet & me iuxta apoſtolum abundare in ſenſu meo,accipiat quiſq; vt volet , ego iſtud ſuperiori ſuſcitatæ miraculo mortuæ cenſeo præferendum,q̃ exterior quidẽ ibi, hic vero interior reuixerit homo.Et nunc curramus ad reliqua. D

Vir ſecundum ſeculum honorabilis,ſecundum Deum timoratus,veniens ad Malachiam quæſtus eſt ſuper ſterilitate animæ ſuæ,ſupplicans vt ſibi obtineret ab omnipotente deo gratiam lachrymarum.Et ſubridens Malachias, quòd gratum haberet in homine ſeculari deſiderium ſpirituale,ſuam maxillam maxillæ illius quaſi blandiendo coniungens,fiat,inquit,tibi ſicut petiſti . Tantos exinde & pene continuos exitus aquarum deduxerunt oculi eius,vt illud ſcripturæ ei poſſe aptari videretur:Fons hortorum,puteus aquarum viuentium.

Eſt inſula maris in Hybernia ab olim fœcunda piſcium , & mare ibi piſcoſum valde . Peccatis (vt creditur) habitantium adempta copia ſolita,quæ multos habebat filios infirmata eſt, & à tanta funditus ſui commoditate emarcuit . Dolentibus accolis, & iacturam grauem populis ægre ferentibus , reuelatum eſt cuidam mulieri precibus Malachiæ poſſe afferri remedium. Idque innotuit omnibus ipſa prodente . Nutu dei contigit adeſſe Malachiam.Dum enim circuiret & repleret euangelio regionem , diuertit illuc, vt & ipſis eandem gratiam impartiret . At Barbari quibus erat maior cura de piſcibus,omni inſtantia flagitant vt potius reſpicere dignetur ſuper ſterilitatem inſulæ ſuæ.Qui cum reſponderet ſe minime ad hoc veniſſe,hominum magis quàm piſcium deſiderare capturam: vidẽs tamen fidem eorum, flexis in littore genibus orauit ad dominum , vt licet indignis , indultum olim beneficium tanta fide repetẽtibus non negaret. Aſcendit oratio,aſcendit & piſcium E
multitudo,& forte uberior quàm in diebus antiquis , & ipſa populo terrę perſeuerans vſque in hodiernum diem.Quid mirum ſi oratio iuſti quæ penetrat cœlos, penetrauit abyſſos, & de profundo maris tantas piſcium copias euocauit?

Venerunt aliquando tres epiſcopi in villam Fochart , quem dicunt locum natiuitatis Brigidę virginis:& quartus erat Malachias.Ad quem preſbyter qui hoſpitio ſuſceperat eos.Quid faciam , inquit, quòd piſces non habeo ? Quo reſpondente vt quæreret à piſcatoribus,Biẽnium eſt, ait, quòd non inueniuntur piſces in flumine , vnde & piſcatores prorſus diffiſi etiam arti ſuæ renunciauerunt . Et ille , Præcipe , inquit , laxari retia in nomine domini . Factum eſt , & capti ſunt ſalmones duodecim . Secundo miſerunt, & captis totidem, inopinatum inferunt menſis & ferculum & miraculum . Et vt clare liqueat Malachiæ meritis hoc datum fuiſſe,aliis quoq; duobus ſequẽtibus annis eadẽ nihilo minus ſterilitas perdurauit. Fuit quidã clericus in Leſmor,probabilis,vt fertur,vitæ,ſed fidei non ita. Is ſciolus in oculis ſuis , præſumpſit dicere in Euchariſtia eſſe tantummodo ſacramentum , & non rem ſacramenti, id eſt ſolam ſanctificationem, & non corporis veritatem.Super quo à Malachia ſecreto & ſæpe conuentus,ſed incaſſum, vocatus ad medium eſt,ſeorſum tamen à laicis,vt ſi fieri poſſet ſanaretur, & non confunderetur . Itaq; in conuentu clericorum data facultas homini eſt pro ſua ſententia reſpondendi . Cúmq; totis ingenij viribus (quo non mediocriter callebat) aſſerere & de- F
fendere conaretur errorẽ,Malachia contra diſputante & conuincente,iudicio omniũ ſuperatus,de conuentu confuſus quidem exiit,ſed nõ correctus . Dicebat autem ſe non ratione victum , ſed epiſcopi preſſum auctoritate.Et tu,inquit, ô Malachia,ſine cauſa me hodie confudiſti,aduerſus profecto veritatem locutus,& contra tuã ipſius conſcientiam.Mœſtus Malachias pro homine ſic indurato,ſed magis fidei dolẽs iniuriam, timens periculum,eccleſiam conuocat , errantem publice arguit,publice monet vt reſipiſcat. Suadentibus hoc ipſum epiſcopis & vniuerſo clero,cum non acquieſceret,cõtumaci anathema dicunt,hæreticũ proteſtantes.Nec ſic euigilãs, omnes, inquit,fauetis homini potius,quàm veritati.Ego perſonã non accipio vt deſeram veritatem.Ad hoc verbum ſubſtomachãs ſanctus,Dominus,inquit,fateri te veritatẽ faciat vel ex neceſſitate. Quo reſpondente, Amen, ſoluitur conuentus. Tali ille inuſtus cauterio fugam meditatur,infamis atq; inhonorus fore non ſuſtinens.Et continuo ſua tollẽs exibat, cum ecce ſubita correptus infirmitate ſiſtit gradum,viribũſque deficiẽs eodem loco iactat ſe ſuper ſolum anhelus & feſſus.Forte incidẽs in id loci vagabundus inſanus offendit hominem , quidnã ibi agat,percunctatur.Reſpõdet graui ſe infirmitate teneri,& neque procedere neque redire valentem . Et ille, Infirmitas iſta

Universidad de Deusto
Biblioteca

G haud alia, inquit, quàm ipsa mors est. Hoc autē non dixit à semetipso, sed pulchrè dominus per insanū corripuit eum, qui sanis acquiescere noluit cōsiliis sensatorum. Et addit: Reuertere domum, ego te iuuabo. Denique ipso duce, reuertitur in ciuitatem, redit ad cor, & ad misericordiam domini. Eadē hora accitur episcopus, agnoscitur veritas, abiicitur error, confessus reatum absoluitur, petit viaticum, datur reconciliato, & vno pene momēto perfidia ore abdicatur, & morte diluitur. Ita mirantibus cunctis sub omni celeritate completus est sermo Malachiæ & scripturæ pariter dicentis, quia vexatio dat intellectum auditui. Inter populos quarūdam regionum orta aliquando grauis discordia est. Interpellatur Malachias de componenda pace inter eos. Et cum esset aliàs impeditus, iniungit negocium hoc vni episcoporum. Illo excusante & negante, & dicente Malachiam non se quæsitum, se contemptum iri, frustra fatigari nolle: Vade, inquit, & dominus erit tecum. Et ille: Acquiesco: sed si me non audierint, scito me ad tuam paternitatem appellaturum. Subridens Malachias, fiat, inquit. Tunc episcopus conuocatis partibus dictat formā pacis: acquiescunt, recociliantur adinuicem, fide hincinde data stabilitur pax: & sic dimisit eos. At pars vna videns hostes factos securos, imparatos esse (quippe qui pace facta mali nihil suspicarentur) loquebantur mutuo, & dicebat homo ad proximum suū: Quid volumus facere? Victoria præ manibus est, & vltio de inimicis. Et cœpere insequi illos. Innotuit episcopo quod fiebat, & accurrens conuenit ducē eorum super iniquitate & dolo, sed spretus ad illo est. Iuuocauit nomen Malachiæ aduersus eum, & nihili pendit, irridénsque episcopum, Putásne, inquit, propter te amittere debeamus malefactores nostros quos deus tradidit in manus nostras? Et recordatus verbi sui episcopus quod habuerat cum Malachia, flens & ciulās verso vultu ad monasterium eius: Vbi es, ait, homo dei, vbi es? Nónne hoc est pater mi, quod tibi dicebam? Heu heu, veni vt facerem bonum, & non malū: & ecce per me omnes illi in corpore, isti in anima pereunt. Multa in hūc modum loquebatur lamentans & plangens, & quasi præsentē sollicitās & compellans Malachiā aduersus malignantes. Interim verò impij cum quibus fecerant pacem, insequi non desistebant ad perdendum eos & ecce spiritus mendax in ore quorundā virorum, qui eos deciperet, Et occurrerunt illis in via viri nunciātes factam irruptionem in terras ipsorum ab aduersariis, in ore gladij cōsumi omnia, & diripi bona eorū, vxores quoque ac liberos tolli & abduci. His auditis reuersi sunt festinanter. Sequebantur vltimi primos, quò irent aut quid acciderit nescientes. Nec enim omnes audierant viros loquētes. Cumque venissent & inuenissent nihil horū quę nunciata erant, comI fusi sunt, deprehensi in malitia sua. Et cognouerunt spiritui erroris se traditos propter nuncium Malachiæ quem decepерunt, & nomen eius quod spreuerūt. Porro episcopus audiēs frustratos proditores in iniquitate sua quā cogitauerant, cum gaudio remeauit ad Malachiam, referens omnia per ordinem quæ acciderant sibi. Sciens Malachias eiusmodi occasione pacem esse turbatam, nactus opportunum tēpus, pacem per semet inter ipsos denuo reformare curauit & firmare reformatam, datis & receptis altrinsecus fide & iuramento. Verum illi quibus ante pax fracta fuit, iniuriæ memores, neglecto pacto & præcepto Malachiæ, tractauerunt de vice reddendas Et congregati omnes in vnum ibant, vt imparatos præoccuparent, redderéntque in caput eorum malum quod sibi ipsi facere cogitassent. Et magno flumine quod intererat facilime transuadato, fluuiolo, quem non procul ab illo offendēre, retenti sunt. Neque enim iam fluuiolus, sed plane fluuius ingens apparuit, vbique sui transire volentibus transitum negans. Mirari omnes tantum nunc esse, tantillum antehac fuisse scientes: & loqui inter se: Vnde inundatio hæc? Aër serenus est, imbres non sunt, nec proxime fuisse meminimus. Et si multum pluisset, quis nostrum vnquam hactenus meminit in quantacūque illuuie ita intumuisse, vt operiret terram, sata & prata peruaderet? Digitus dei est istr, & dominus sepit vias nostras, propter sanctum suum Malachiam, cuius sumus præuaricati pactum, trāsgressi mandatū. Ita & hi infecto negocio ad sua æquè confusi repedauerunt. Diuulgatum est verbū per vniuersam regionem, & benedicebāt deum, qui comprehendit sapiētes in astutia sua, & confringens cornua peccatorum K sublimauit cornu Christi sui. Aliquis de nobilibus infensus regi, reconciliatus est per manum Malachiæ. Nec enim regi satis fidebat ille vt pacem cum eo faceret, nisi mediante Malachia, aut quem rex æque reuereretur. Nec immerito, vt post apparuit. Nam factum securum & minime iam cauentem sibi captū trusit in vincula, odio antiquo captus plus ipse. Requiritur homo à suis de manu mediatoris. (Nec enim aliud amici expectare, quàm mortem.) Quid faceret Malachias? Non est quod posit nisi vt recurrat ad suū illud solitum vnicúmque refugium. Congregato exercitu forti nimis, turba magna discipulorum suorum adit hominem, requirit vinctum: negatur. Et Malachias: Iniquè, inquit, agis contra dominū, & contra me, & contra teipsum, pactum præuaricans. Si dissimulas tu, sed non ego. Credidit se homo fidei meæ: si cōtingat mori, ego prodidi eum, ego reus sanguinis eius. Quid tibi visum est, me proditorem, te præuaricatorem constituere? Noueris me donec liberetur nihil gustaturum, sed neque istos. Sic locutus intrat ecclesiam: deum omnipotentem suis suorúmque anxiis gemitibus interpellat, vt iniuste addictum dignetur eripere de manu præuaricatoris & iniqui. Et ea die cum nocte sequenti in iciunio & oratione perstiterunt. Perlatum ad regem quid fieret, & magis inde induratum est cor eius, vnde emolliri debuerat. Init fugā, veritus homo carnalis ne si prope remaneret, orationis non posset sustinere virtutem. Quasi L vero vel absconditum non inueniat, vel non perueniat ad remotum. Tu metas ponis miser orationibus sanctorum? Num est oratio iacta sagitta, vt fugias à facie arcus? Quò ibis à spiritu dei, qui eā portat? & quò à facie eius fugies? Denique fugiente insequitur, inuenit latitantem. Eisque cæcus & non videns, vt melius videas & intelligas: quoniam durum est tibi contra stimulum calcitrare. Denique senti vel nunc, quia sagittæ potentis acutæ peruenerunt ad te: quæ etsi resilierunt à corde, quia saxeum est, sed non ab oculis. Vtinam per fenestras saltem oculorum perueniāt vsque ad cor, & vexatio det intellectum cæcitati. Cernere erat Saulum denuo ad manus trahi, & duci ad Ananiam, ad ouem scilicet lupum, vt refunderet prædam. Refudit, & recepit visum, quòd Malachias vsque adeo ouis esset, vt sit mistus & lupo. Diligenter ex his aduerte lector cum quibus habitatio Malachiæ, quales principes, & quales populi. Quomodo non & is frater fuit draconum, & socius struthionum? Et ideo dedit ei dominus virtutem calcandi super serpentes & scorpiones, alligare reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Deinde audi quid sequatur.

ISCVI Benchorensis monasterij cesserat possessiones, in M gratus beneficio, extunc & deinceps insolentissime semper se habuit aduersus eum, & suos, in omnibus infest⁹ ei, vbique insidiās detrahénsque actibus eius. At non impune hoc. Erat illi vnicus filius, qui imitator patris audens aliquid & ipse in Malachiam, eodem anno mortuus est. Mortuus autem sic. Visum est Malachiæ debere constrtui in Benchor oratorium lapideum, instar illorum quæ in aliis regionibus extructa conspexerat. Et cum cœpisset iacere fundamenta, indigenæ quidem mirati sunt, quòd in terra illa necdum eiusmodi ædificia inuenirentur. Verùm ille nequam (sicut erat præsumptuosus & insolens) non modo miratus est, sed & indignatus. Ex qua indignatione concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Et factus susurro in populis, nunc secreto detrahere, nunc blasphemare palàm, notare leuitatem, nouitatem horre re, sumptus exaggerare. Istiusmodi venenatis sermonibus sollicitans & inducens multos ad prohibendum, Sequimini me, inquit, & quod non nisi per nos fieri debet, contra nos fieri non sinamns. Itaque cum pluribus quibus suadere valuit descendit ad locum, repertum conuenit hominem Dei primus ipse dux verbi, qui erat principium mali. O bone vir, quid tibi visum est nostris hanc inducere regionibus nouitatem? Scoti sumus, nō Galli. Quænam leuitas hæc? Quid opus erat opere tam superfluo, tam superbo? Vnde tibi pauperi & inopi sumptus ad perficiendum? Quis perfectum videbit? Quid istud præsumptionis, inchoare quod non queas non dico perficere, sed nec videre perfectum? Quanquam amentis magis est quàm prudentis conari quod modum excedit,

A cedit, vincit vires, superat facultates. Cessa, cessa, desine à vesania hac. Alioquin nos non sinimus, non sustinemus. Hoc dixit prodens quid vellet, non quid posset considerans. Nam de quibus præsumebat, & secum adduxerat, viso viro mutati sunt, & iam non ibant cum eo. Ad quem vir sanctus tota libertate vtens: Miser, inquit, opus quod inchoatum vides & inuides, sine dubio perficietur, perfectum videbunt multi. Tu vero quia non vis, non videbis: & quòd non vis, morieris: attendito tibi ne in peccato tuo moriaris. Ita est, ille mortuus est, & opus completum est, sed ille non vidit, qui vt præfati sumus, anno eodem mortuus est. Interim pater, audito mox quid de filio vir sanctus prædixisset, sciens verbum eius viuum & efficax esse: interfecit, inquit, filium meum. Et instigante diabolo, tanto furore exarsit in illum, vt coram duce & maioribus Vlydiæ, falsitatis & mendacij arguere non vereretur hominem qui veracissimus esset veritatis & discipulus & amator: & conuitium intulit, simiam appellans. Et Malachias quidem doctus non reddere maledictum pro maledicto, obmutuit, & non aperuit os suum dum consisteret peccator aduersus eum. Sed nō dominus oblitus sermonis sui quem dixerat, Mihi vindictam, & ego retribuam. Eadem die domum reuersus homo luit linguæ effrænis temeritatem, ipso vltore quo instigatore laxarat. Arreptum in ignem proiicit dæmon, sed mox manibus assistentium extractus est, adustus tamen corporis parte, & mente captus. Et dum insaniret, vo- B catus Malachias venit, reperítque maledicum spumantia ora torquentem, horrendis vocibus & motibus terrentem omnia, ac toto carpore agitatum vix posse teneri à pluribus: & orans pro inimico vir totius perfectionis, exauditus est, sed ex parte. Nam illico quidem sancto orante ille aperuit oculos, & sensum recepit. Relictus est autem ei spiritus domini malus qui eum colaphizet, vt discat non blasphemare. Credimus eum viuere vsque adhuc, & vsque ad hæc tempora luere peccatum grande quod peccauit in sanctum: certis temporibus tamē ferunt lunaticum esse. Porro prædictæ possessiones, cum iam pro sui imbecillitate & inutilitate eas tenere non valuit, in pace ad locum cuius extiterant redierunt. Nec renuit Malachias post multam demum vexationem, pacis obtentu. Sed iam ad opus ædificij quod Malachias aggressus est, sermo recurrat. Et quidem non erat Malachiæ non dico vnde perficeret, sed vnde faceret quicquam. Erat autem cor eius fiduciam habens in domino. Dominus vero prouidit, vt etsi non speranti in pecuniæ thesauris, pecunia non deesset. Quis enim alius fecit vt thesaurus eò loci reponeretur, repositus non reperiretur vsque ad tempus & opus Malachiæ? Inuenit dei famulus in dei marsupio quod defuit suo. Meritò quidem. Quid enim iustius, quàm vt cui pro deo non erat proprium, cum deo iniret consortium, & marsupium vnum esset amborum? Fideli denique homini totus mundus diuitiarum est. Et quid C est ille nisi quoddam marsupium dei? Denique ait: Meus est orbis terræ, & plenitudo eius. Inde est quòd Malachias repertos argenteos multos non reposuit, sed exposuit. Nam totum munus dei, in dei opus iubet expendi, Non suas, non suorum considerat necessitates, sed iactat cogitatum suum in domino: ad quem vtique recurrendum non dubitat quotiens necessitas postularit. Nec dubium dei opus esse, quod deo reuelante Malachias præuidit. Contulerat primum cum fratribus de opere illo, & multi præ inopia minus libenter assentiebant. Inde anxius dubiúsque quid ageret, cœpit inter orandum vehementer inquirere quænam foret voluntas dei. Et die quadam de vita regrediens, cum iam loco appropiaret, prosperit eminus, & ecce oratorium apparuit magnum lapideum & pulchrum valde. Et intuens diligenter situm, formam & cōpositionem, cum fiducia arripit opus, prius quidem indicata visione seniotibus fratribus, paucis tamē. Sane totum quod attente notauit de loco & modo & qualitate, tanta diligentia obseruauit, vt peracto opere factū viso similimum appareret, ac si & sibi cum Moyse dictum audierit: Vide vt omnia facias secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Eodem visionis genere id quoque quod in Saballino situm est, antequam fieret, præostensum est illi, non modo oratoriū, sed & monasterium totum. Transeunte illo per quandam ciuitatem, & multitudine magna concurrente ad eum, casu vidit iuuenem inter alios videndi se curiosum. Ascenderat la- D pidem, & stans super summos articulos, extento collo, oculis & animo intendens in eum, quendam illi de nouo Zachæum exhibebat. Nec latuit Malachiam, sancto quidem spiritu reuelante, vere illum venisse in spiritu & virtute Zachæi. Dissimulauit tunc tamen, tacitúsque pertransiit. Cæterum in hospitio nocte ipsa narrauit fratribus, quomodo illum vidisset, & quid præuidisset de illo. Die autem tertia, an ille cum viro quodam nobili domino suo, qui aperiens votum & desiderium iuuenis, rogabat vt à se commendatum recipere dignaretur, & habere de cætero inter suos. Et Malachias agnoscens eum, Non est opus, inquit, vt quem iam deus commendauit, homo commendet. Apprehensúmque manu sua tradidit abbati Congano nostro, & ille fratribus. Ipse vero iuuenis (adhuc ni fallor viuens) primus conuersus laicus Surienſis monasterij, testimonium habet ab omnibus quòd sancte conuersetur inter fratres secundum ordinem Cistercienſem. Et cognouerunt discipuli etiam in hoc Malachiam prophetiæ spiritum habuisse. Non solùm autem, sed & in eo quod subiuncturi sumus: Cum sacramenta offerret, & appropiasset ei diaconus facturus aliquid pro officio suo, intuitus eum sacerdos ingemuit, quòd sensisset penes illum latere quod non conueniret. Peracto sacrificio, secretò percunctatus de conscientia sua, confessus est & non negauit illusum sibi per somnium nocte ipsa. Cui iniungés pœnitentiam: Non debueras, inquit, hodie ministrasse: sed verecunde te subtrahere sacris, & deser- E uire tantis támque diuinis mysteriis, vt hac humilitate purgatus, dignius exinde ministrares. Item alia vice sacrificante illo, & orante hora sacrificij, ea quidem sanctitate & puritate cordis qua solitus erat, astante diacono visa est columba intrare per fenestram in claritate magna. Ea sacerdos perfundit tortus, ea subobscurior basilica tota refulget. Columba vero aliquandiu circunuolitans, tándem residet super crucem ante faciem sacerdotis. Obstupuit diaconus, & pauens tum pro luminis tum pro volucris nouitate, quòd illa sit rara auis in terra, cecidit super faciem suam, & vix palpitans sese erigere ausus est, vel quando officij sui necessitas postulauit. Post missam seorsum conuentus à Malachia, sub periculo vitæ iubetur nullatenus secretum prodere quod vidisset, quoad viueret ipse. Aliquando cum in Ardinacha esset cum quodam coepiscopo suo, de nocte surgens cœpit memorias sanctorum quæ in cœmiterio sancti Patricij multæ sunt, orando lustrare. Et ecce vnum de altaribus subito ardere conspiciunt. Ambo enim viderunt visionem hanc magnam, & ambo mirati sunt. Et Malachias intelligens signum esse magni meriti illius vel illorum, quorum sub altari illo corpora requiescerent, currens, & se mediis immergés flammis, expansis brachiis sacram amplexatus est aram. Quid ibi fecerit, quidve senserit, nemo qui sciat, sed quòd amplius solito cœlesti igne succensus, ex illo igne exierit, fratrum qui cum eo tunc erant reor neminem F esse qui nescíat.

HÆC dicta sunt pauca quidem de pluribus, sed multa pro tempore. Non enim signorum tempora hæc, secundum illud: Signa non vidimus: iam non est propheta. Vnde satis apparet Malachias meus quantus in meritis fuit, qui tam multus in signis extitit, & in raritate tanta. Quo enim antiquorum genere miraculorum Malachias non claruit? Si bene aduertimus pauca ipsa quæ dicta sunt, non prophetia defuit illi, non reuelatio, non vltio impiorum, non gratia sanitatum, non mutatio mētium, non denique mortuorum suscitatio. Per omnia benedictus deus, qui sic amauit & ornauit eum, qui & magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ. Amor probatur in meritis, ornatus in signis, magnificatio in vltione inimicorum, glorificatio in præmiorum retributione. Habes diligens lector, in Malachia quid mireris, habes & quid imiteris: nunc iam quid tibi ex his sperandum sit, studiosus attende. Nam finis horum preciosa mors est.

PERCVNCTATVS aliquando quonam in loco, si optio detur, extremum malit agere diem (de hoc siquidem fratres quærebant inter se, quem sibi quisque deligeret) cunctatur, & nō respondet. Instantibus illis, si hinc migro, inquit, nusquam libentius, quàm vnde vnà cum nostro apostolo resurgere possim. Dicebat autem sanctum Patricium. Si peregri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnari oportet, & ita permittit Deus Claramuallem delegi. Requilitus ſrem de tempore, diem reſpondit ſollennem omnium defunctorum. Si ſimplex votum putatur, impletum eſt, Si prophetia, ne iota præteritur. Sicut audiuimus, ſic vidimus de loco pariter & de die. Dicamus breuiter quo ordine iſtud quáve occaſione prouenerit. AEgre ſatis ferebat, Hyberniá vſque adhuc pallio caruiſſe, vtpote æmulator ſacramentorum, quorum ne vno quolibet gentem ſuam vellet omnino fraudari. Et recordatus ſibi à papa Innocentio fuiſſe promiſſum, inde magis triſtari, quòd dum adhuc ille ſuperfuit, non fuit miſſum pro eo. Et nactus occaſionem quòd papa Eugenitus ſummam regiminis teneret, & eo temporis vſque in Franciam appropiaſſe nunciaretur, opportunitatem requirendi ſe inueniſſe gauiſus eſt. Præſumebat autem de illo, vtique viro tali, & de tali aſſumpto profeſsione. Magis vero q ſuæ Claræuallisſpecialis filius extitiſſet, nec timeret apud illum ſe vllam ſuſtinere difficultatem. Itaque conuocantur epiſcopi, concilium cogitur, tractata triduo quæ tempori imminerent, die quarto aperitur conſilium de pallio requirendo. Placet, ſed ſi per alium requiratur. Tamen quia breuior via, & ob hoc tolerabilior peregrinatio videretur, nō fuit qui eius obuiare præſumeret conſilio & voluntati. Et Malachias ſoluto conſilio arripit iter. Proſequuntur eum qui conuenerant fratres vſque ad littus, non multi tamen, ipſo nimirum
H prohibente. Ad quem vnus illorum Catholicus nomine flebili voce & fletu, Heu tu agis, inquit, & in quanta penè quotidiana vexatione me deſeris non ignoras, nec fers opem miſertus mei. Si ego dignus, qui patiar, fratres quid peccauerunt, qui vix diem noctem ve vllam à tam laborioſa cura & cuſtodia mei feriatam habere ſinuntur? His verbis & lachrymis filij (flebat enim) paterna viſcera concuſſa ſunt, & amplexatus eſt eum blandiendo, impreſſóque pectori eius ſigno crucis, Certus eſto, inquit, te eiuſmodi nil paſſurum, donec redeam. Erat autem epilepticus, & cadebat frequenter, ita vt interdum non ſemel, ſed ſæpius pateretur in die. Hoc iam per ſex annos morbo horrido laborabat, ſed ad verbum Malachiæ perfectè conualuit. Ab illa hora nil tale perpeſſus eſt, nil tale vt confidimus deinceps perpeſſurus, quia Malachias deinceps rediturus non eſt. In ipſo aſcenſu nauis accedunt duo ex his qui illi familiarius adhęrebant, audentes & petentes aliquid ab eo. Quibus ille: Quid vultis? Non dicimus, inquiunt, niſi ſpondeas te daturum. Spondet. Et illi: Volumus nobis certò promitti à tua dignatione, te in Hyberniā incolumem reuerſurum. Inſtare & cæteri omnes. Tum ille parumper deliberans, pœnitere primo quòd ſe alligaſſet, qua exiret non inueniens. Anguſtiæ vndique, dum nil occurreret ab alterutro tutum periculo, voti videlicet, an promiſſi. Viſum eſt tandem id potius eligendum, quod impræſentiarum plus vehe-
I ret, reliquum ſupernæ committendum diſpoſitioni. Annuit triſtis quidem, ſed magis illos noluit contriſtare, & reſpondens eis, vt volunt, aſcendit nauem. Et cum iam fere medium iter æquoreum peregiſſent, ſubitò contrarius ventus nauem repellit, & reducit in terram Hyberniæ. Deſcendens de naui in ipſo portu in quadā ſua eccleſia pernoctauit. Et lætus gratias egit diuinæ conſilio prouidentiæ, quo factum eſt vt iam fecerit ſatis pro ſua promiſsione. Mane vero intrans nauem, ipſa die proſperò curſu transfretauit, & venit in Scotiam. Die tertia peruenit ad locum qui Viride ſtagnum dicitur, quem fecerat præparari vt ibi ſtatueret abbaciam. Et relicto illic de filiis ſuis fratribus noſtris, monachorum conuentu, & abbate (nam ſecum ad hoc ipſum eos adduceret) valedicens eis profectus eſt. Et cum tranſiret, occurrit ei rex Dauid, à quo receptus cum gaudio, & retentus per aliquot dies, multáque operatus placita deo, inchoatum repetit iter. Et pertranſiens Scotiam, in ipſo introitu Angliæ diuertit ad eccleſiam Giſiburnenſem, vbi habitant viri religioſi canonicam degentes vitā, ab antiquo familiares ei pro ſua religioſitate & honeſtate. Ibi adducta eſt ad eum mulier patiens morbum quem cancrum vulgo appellant, ipſo horrendum viſu: & ſanauit eam. Nam vbi aqua cui benedixit, aſperſa ſunt vlcerum loca, dolorem non ſenſit. Die uero ſequenti vix vlcera apparebant. Abiens inde ad mare venit, ſed negatur tranſitus. Cauſa, nil fallor, fuit orta ſimultas quæd am inter ſummum pontificem & regem Angliæ, quòd rex neſcio quid mali ſuſpicaretur de bo- K
no illo homine ſi tranſiret. Nam neque alios epiſcopos trāſire ſinebat. Quod quidem impedimentum etſi fuit contrarium Malachiæ voluntati, ſed non voto. Dolebat differri à deſiderio ſuo, neſciens magis per hoc impletum iri. Nam ſi incontinenti tranſiſſet, oportebat tranſire etiam Claramuallem, vt ſummum pontificē ſequeretur. Iam enim abierat, & erat Romæ, aut prope Romam. Nunc vero Intercedēte dilatione factum eſt, vt tardius tranfretans, ad locum & horam ſanctiſſimi ſui obitus opportune occurreret.

QVI à nobis ſuſceptus eſt tanquam verus ab occidente veniens viſitans nos oriens ex alto. O quantum noſtræ Claræualli irradiās ſol ille, claritatis adauxit, quàm iucundus ad eius introitum dies feſtus illuxit nobis. Hæc dies quam fecit dominus, exultatum & lætatum in ea. Quam celer & ſaliens tremulus ac debilis mox ipſe occurri. Quam lętus in oſcula rui, quàm lætis brachiis miſſam cœlitus mihi amplexatus ſum gratiam. Quàm alacri vultu & animo mi pater introduxi te in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Quàm feſtiuos deinde tecum duxi dies, ſed paucos. Quid vero ille viciſsim nobis? Nempe hilarem, nempe affabilem peregrinus noſter omnibus ſe præbebat, omnibus incredibiliter gratum. Quàm bonum & quàm iucundum agebat hoſpitem apud eos, quos nimirum videre venerat à finibus terræ, non auditurus Salomonem, ſed exhibiturus. L
Denique audiuimus ſapientiam eius, tenuimus præſentiam eius & tenemus. Iam quatuor aut quinque dies huius noſtræ ſolennitatis defluxerant, cum ecce die ſolenni beati Lucæ eua geliſtæ miſſa in conuentu ſua illa ſancta deuotione celebrata, febre correptus lecto decubuit, & nos cum illo omnes. Extrema gaudij noſtri mœror occupat, moderatior tamē, q leuior interim febris eſſe videretur. Videres diſcurrere fratres dandi auidos vel accipiendi. Cui non dulce videre illum? cui non dulcius miniſtrare illi? Vtrunque ſuaue, vtrumque ſalutare. Et humanitatis erat præbere obſequium, & profectus cuique ſui, cum gratiam reportaret. Aſsiſtere omnes, omnes ſolliciti erāt circa frequens miniſterium, medicamenta perquirere, adhibere fomenta, vrgere ſæpius ad guſtandum. Ad quos ille, Sine cauſa, inquit, hęc, ſed charitate veſtri facio quicquid iniungitis. Sciebat enim imminere tempus ſuæ migrationis. Cúmque fratres qui cum eo venerant, fidentius inſtarent dicentes non oportete diffidere de vita nec enim ſigna mortis in eo aliqua apparerent: Oportet, inquit, hoc anno Malachiam exire de corpore. Et infert: Ecce appropinquat dies, quem (vt optime noſtis) optaui ſemper ipſum fore diem reſolutionis meæ. Scio cui credidi, & certus ſum: non fraudabor reliquo deſiderij mei, qui partem iam teneo. Qui me ſua miſericordia perduxit ad locum quem petij, terminum quem æquè volui, non negabit. Quod ad hoc corpuſculum attinet, M
hic requies mea: quod ad animam, dominus prouidebit, qui ſaluos facit ſperantes in ſe. Nec parum ſpei repoſitum mihi in die illa, qua mortuis tanta à viuis beneficia impenduntur. Nec longe aberat dies ipſa cum talia loqueretur. Interea iubet ſe ſacro oleo vngi. Exeunte conuentu fratrum vt ſolenniter fieret non ſuſtinuit vt ad ſe aſcenderent: ipſe deſcendit ad eos. Iacebat ſiquidem in ſolario, domo ſuperiori. Vngitur, & ſumpto viatico fratrum ſe orationibus, & fratres commendans deo, ad lectum reuertitur. Alto de ſolio deſēdebat pedibus ſuis, & rurſum nihilominus ſuis pedibus aſcendebat, & dicebat mortem eſſe in ianuis. Quis hunc hominem crederet moriturum? Solus ipſe & deus id ſcire poterant. Non vultus pallidior, non macilentior videbatur, non rugata frons, non reconditi oculi, non nares extenuatæ, nō contracta labia, non adufti dentes, non collum exeſum & gracile, non curui humeri, non caro exinanita in corpore reliquo. Hæc erat gratia corporis eius, & hæc gloria vultus eius, quæ non euacuatur ne in morte quidem. Talis quoad vixit, talis & mortuus apparebat, viuenti ſimilior.

CVCVRIMVS vſque huc, ſed modo hæremus, quia Malachias curſum conſummauit. Stat ille, & nos pariter ſtamus cum eo. Alioquin quis libenter currat ad mortem? Præſertim tuam pater ſancte quis referre poſsit? quis velit audire?

A audire? Attamen dileximus nos in vita, in morte non ſeparabimur. Fratres, non relinquamus in morte, quem in vita proſecuti ſumus. Ab vlteriori Scotia vſque huc cucurrit ille ad mortē: eamus & nos, & moriamur cum eo. Oportet oportet dicere, quam cernere neceſſe fuit. Adeſt omnium ſanctorū clara vbique celebritas: ſed iuxta veterem ſententiam. Muſica
Eccl. 22. a in luctu importuna narratio eſt. Adſumus, canimus vel inuiti. Flendo cantamus, & cantando flemus. Malachias etſi non cantat, non plorat tamen. Quid enim ploret, qui appropinquat ad gaudium? Nobis qui relinquimur, relinquitur luctus, ſolus Malachias feſtum facit. Quod enim non poteſt corpore,
Pſal. 75. c facit mente, ſicut ſcriptum eſt: Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi. Deficiente illi corporis inſtrumento, ſilente organo oris, officio vocis ceſſante, reliquum eſt vt mentis iubilo ſolennizet. Quidni ſolennizet ſanctis, qui ſanctorum ducitur ad ſolennitatem? Exhibet illis quod mox ſibi debebitur. Adhuc modicum, & ipſe vnus ex ipſis eſt. Sub noctis crepuſculo, cum iam vtcunque diei à nobis expleta celebritas foret, Malachias appropinquauerat non crepuſculo, ſed auroræ. An non illi aurora, cui nox præceſſit, dies autem appropinquauit? Itaque febre inualeſcente, cœpit ex intimis ardens per
B omne corpus erumpere ſudor, vt quodammodo tranſiens per ignem & aquam educeretur in refrigerium. Iam deſperatur de vita eius iam quiſque ſuum iudicium reprehendit, iam nulli dubium Malachiæ ſententiam prævalere. Vocamur, adſumus, & ille oculos leuans in circunſtantes, Deſiderio deſideraui, inquit, hoc Paſcha manducare apud vos. Gratias ago ſupernæ pietati, non ſum fraudatus à deſiderio meo. Vides hominem ſecurum in morte, & necdum mortuum, iam certum de vita. Nec mirum. Videns adeſſe noctem quam expecta-
Pſal. 138. b uerat, & in ipſa dieſcere ſibi, quaſi de nocte triumphans, videtur inſultare tenebris, & quodammodo loqui: Iam non dicam, forſitan tenebræ conculcabunt me: quia hæc nox illuminatio mea in deliciis meis. Et blandè nos conſolans, Habete, inquit, curam mei, ego veſtri ſi licuerit non obliuiſcar. Licebit autem. Credidi in deum, & omnia poſſibilia credenti. Amaui deum, amaui vos, & charitas nunquam excidit. Et ſuſpiciens in cœlum, Deus (inquit) ſerua eos in nomine tuo. Non ſolùm autem eos ſed & omnes qui per verbum ac miniſteriū meum tuo ſe mancipauere ſeruitio. Deinde imponens manus ſingulis, & benedicens omnibus, pauſatum ire iubet, quia nōdum venerat hora eius. Imus, redimus circa medium noctis: nam ea hora lux lucere in tenebris nunciatur. Impletur domus, adeſt congregatio tota, abbates quoque multi qui conuenerant. Pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus proſequimur amicū repatriantem. Anno ætatis ſuæ quinquageſimo quarto, loco & tempore quo præelegit & prædixit, Mala-
C chias epiſcopus & legatus ſanctæ apoſtolicę ſedis, velut è manibus noſtris aſſumptus ab angelis, feliciter obdormiuit in domino. Et vere obdormiuit. Vultus placidus, placidi exitus indicium fuit. Et quidem omnium oculi fixi in eum, nemo tamen qui eum quando exiuit aduertere potuiſſet. Mortuus viuere, & viuens mortuus putabatur: adeo nil intercidit quod alterutrum diſterminaret. Eadem viuacitas vultus, ſerenitas eadem qualis apparere ſolet in dormiente. Diceres mortem nil horum tuliſſe, magis auxiſſe plurimùm. Non eſt mutatus, ſed ipſe mutauit omnes. Mirum in modum luctus & gemitus omnium ſubito conquieſcit, mutatur in gaudiū mœror, plāctum cantus excludit. Effertur, feruntur in cœlum voces, infertur oratorio abbatum humeris. Vicit fides, triumphat affectus, res in ſuum deuenit ſtatum, cuncta geruntur ex ordine, cuncta ex ratione procedunt.

ET reuera quid rationis habet immoderatius plangere Malachiam, quaſi non ſit preciosa mors ejus, quaſi non ſit magis ſomnus quàm mors, quaſi non ſit mortis portus, & porta vitæ? Malachias amicus noſter dormit, & ego lugeam? Luctus iſte vſu ſe, non ratione tuetur. Si dominus dedit dilecto ſuo ſomnum, & talem ſomnum in quo hæreditas domini, filij merces, fructus ventris, quid horum videtur fletum indicere? Egóne fleam illum qui fletum euaſit? Ille triPudiat, ille triumphat, ille introductus eſt in gaudium domini ſui, & ego eum plangā? Cupio mihi hæc, non illi inuideo.

Interim parantur exequiæ, offertur pro eo ſacrificium, con- D
ſummantur ex more omnia cum ſumma deuotione. Stabat eminus puer cui emortuum pendebat à latere brachium, magis illi impedimento, quàm vſui. Quo comperto, innuit vt accederet. Et apprehenſam aridam manum applicuit ad manum epiſcopi, & viuificauit eam. Nempe viuebat in mortuo gratia ſanitatum, & manus eius fuit mortuæ manui quòd mortuo homini Heliſæus. Puer ille de longe venerat, & manum quam pendentem attulerat, ſanam in patriam reportauit. Iam omnibus rite peractis in ipſo oratorio ſanctæ dei genitricis Mariæ, in quo ſibi bene complacuit, Malachias traditur ſepulturæ, anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo octauo, quarto nonas Nouembris. Tuum eſt Ieſu bone depoſitum, quod nobis creditum eſt: tuus theſaurus reconditur penes nos. Seruamus illum reſignandum in tempore quo reposcendum cenſueris, tantùm vt abſq; contubernalibus ſuis non egrediatur, ſed quem habuimus hoſpitem, habeamus ducem, tecum & cum ipſo pariter regnaturi in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo ſancti Bernardi abbatis in feſtiuitate ſancti Malachiæ: qui legitur pro octo primis lectionibus eiuſdem feſtiuitatis.

LIQVET dilectiſſimi, quòd dum corpore retinemur, peregrinamur à domino: ac per hoc luctum magis quàm E
gaudium miſerandum nobis indicit exilium, & conſcientia delictorum. Quia tamen apoſtolico ore gaudere cum gaudētibus admonemur, in omnem nos ſuſcitari lætitiam tempus & cauſa requirit. Nam ſi vere (quod propheta ſenſit) exultent iuſti in conſpectu dei: exultat ſine dubio Malachias, qui in diebus ſuis placuit deo, & inuentus eſt iuſtus. In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo miniſtrauit: placuit miniſterium, placuit & miniſter. Quidni placuerit? Poſuit ſine ſumptu euangelium, repleuit euangelio patriam, ſuorum maxime feralem edomuit barbariem Hybernorum, leui iugo Chriſti in gladio ſpiritus, exteras ſubdidit nationes, vſque ad extrema terræ reſtituens hæreditatem ſuam illi. O miniſterium fructuoſum, ô miniſtrū fidelem. Nunquid non per ipſum filio eſt paterna adimpleta promiſſio? Nunquid non hunc olim intuebatur pater cum ad filium loqueretur: Dabo tibi gentes hæreditatem tuā, & poſſeſſionem tuam terminos terrę? Quàm libens ſaluator recipiebat quod emerat, & emerat precio ſanguinis ſui, ignominia crucis, horrore paſſionis. Quàm libens de manibus Malachiæ, pro eo quòd gratis miniſtraret? Ergo in miniſtro quidem gratum erat munus gratuitum, in miniſterio autem placita conuerſio peccatorum. Grata, inquam, & placita in miniſtro ſimplicitas oculi, in miniſterio autem ſakis populi. Quanquam
F etſi miniſterij quidem minor efficientia ſequeretur, nihilo minus tamen ad Malachiam & ad opera eius ille merito reſpexiſſet, cui amica puritas, cui familiaris ſimplicitas, cuius iuſtitiæ eſt de intentione penſare opus, & de oculi qualitate totius æſtimare corporis ſtatum. Nunc vero magna opera domini exquiſita in omnes volūtates & ſtudia Malachię: magna & multa, & bona valde, etſi pro bona caſtæ intentionis origine meliora. Quod opus pietatis præteriit Malachiā? Pauper ſibi, ſed diues pauperibus erat. Pater orphanorum, maritus viduarum, patronus extitit oppreſſorum. Hilaris dator, petitor rarus, acceptor verecundus, Pacis reformandæ inter diſcordantes fuit illi cura maxima, & efficacia multa. Quis æquè pius ad cōpatiendum, ad ſubueniendum promptus, ad corripiendum liber? Nam & zelans erat, nec deerat ſcientia zeli ipſius moderatrix. Et quidem infirmus infirmis, ſed nihilo minus potentibus potens, ſuperbis reſiſtebat, tyrannos verberabat, regum magiſter ac principum. Ipſe eſt qui regi orando viſum & malignanti tuIit, & humiliato reſtituit. Ipſe eſt qui pacis quam fecerat, violatores, ſpiritui erroris traditos fruſtratus eſt in malo quod facere cogitabant, ac denuo coēgit ad pacem, confuſos quidem & ſtupefactos in eo quod ſibi contigerat. Ipſe enim eſt cui aduerſus alios pacti æquè præuaricatores riuus officioſiſſimè affuit, miro modo obiectu ſui euacuans molimina impiorum. Imbres non erant, non illuuies aquarum, non concurſus nubium, non liquefactio niuium, cum ſubitò factus eſt in flu-

Guium magnum qui riuulus erat, & riuus ibat & intumescebat inundans & negans omnino transitum volentibus malignari. Quanta audiuimus & cognouimus ea de zelo viri, & vltione inimicorum, cum tamen esset suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus necessitatem patientibus? Qui quasi vnus omnium parens, viuebat omnibus. quasi gallina pullos suos sic fouebat omnes, & in velamento alarum suarum protegebat. Non sexus, non ætas, non conditio discernebatur aut persona deerat nemini, expanso omnibus gremio pietatis. De quacunque tribulatione clamaretur ad eum, propriam reputabat, nisi quòd in sua patiens, in aliena compatiens erat plerunque & impatiens. Nonnunquam siquidem repletus zelo pro aliis in alios mouebatur, vt eripiens inopes, & reprimens fortes, consuleret proinde omnibus in salutem. Itaque irascebatur, sed ne irascendo peccaret, iuxta illud de Psalmo:
Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare. Non ira illi, sed ipse animo dominabatur. Erat suimet potis. Sane victor sui, ira superari non poterat. Ira eius in manu eius. Vocata veniebat, exiens, non erumpens, nutu non impetu ferebatur. Non vrebatur illa, sed vtebatur. Magna illi tam in hoc quàm in cunctis vtriusq; hominis sui motibus regendis vel cohibendis censuræ diligentia, & circunspectio multa. Non enim ita omnibus itendebat, vt se solum exponeret, solũ curæ exciperet generali. Erat & sui sollicitus. Seipsum custodiebat. Ita denique totus suus,
H & totus omnium erat, vt nec charitas à custodia sui, nec proprietas ab vtilitate communi eum impedire vel retardare in aliquo videretur. Si videres hominem mediis immersum turbis, & implicitum curis, diceres patriæ natum, non sibi. Si videres hominem solum & secum habitantem, putares soli viuere deo & sibi. Sine turbatione versabatur in turbis, sine ocio tempus quod ocio dederat transigebat. Quomodo ociosus, quando exercebatur in iustificationibus domini? Nã etsi habebat tempus liberum à necessitatibus plebium, non tamẽ à sanctis meditationibus feriatum, non orandi studio, non ipso ocio contemplandi. Sermo illi in tempore ocij aut serius aut nullus. Aspectus eius aut officiosus, aut demissus, & cohibitus intra se. Nempe (quod non mediocri laudi inter sapientes ducitur) oculus eius in capite eius, nusquam auolans nisi cum virtuti paruisset. Risus aut indicans charitatis, aut prouocans, rarus tamen & ipse. Equidem interdum eductus, excussus nunquam: qui ita nunciaret cordis lætitiam, vt ori gratiam non minueret, sed augeret. Tam modestus, vt leuitatis non posset esse suspectus: tantillus tamen, vt hilarem vultum ab omni tristitiæ næuo vel nubilo vendicare sufficeret. O munus perfectum, ô holocaustum pinguæ, ô obsequium gratum mente & manu. Quàm bonus odor deo in orationibus ociosi, quàm bonus hominibus in sudoribus occupati. Pro huiusmodi ergo dilectus à deo & hominibus non immerito hodie Malachias in consortium angelorum recipitur, re adeptus
I quod nomine dicebatur. Et quidem ante angelus erat, nõ minus puritate, qnàm nomine: sed nunc felicius glorioſi in eo interpretatio nominis adimpletur, quando pari cum angelis gloria & felicitate lętatur. Congratulemur itaque fratres, congratulemur, vt dignum est, patri nostro: quia & pium est defunctum plangere Malachiam, & pium magis Malachiæ congaudere viuenti. Nunquid non viuit? Et beate. Nimirum visus est oculis insipientium mori: ille autem est in pace. Denique iam cõciuis sanctorũ, & domesticus dei psallit pariter & agit gratias, dicens: Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigeriũ. Transiuit plane viriliter, & feliciter pertransiuit. Verus Hebræus Pascha celebrauit in spiritu, & nobis transiens loquebatur: Desiderio desideraui hoc Pascha manducare apud vos. Trãsiui per ignem & aquam, quem nec tristia frangere, nec detinere mollia potuerũt. Lætemur quòd angelus noster ascendit ad ciues suos pro filiis captiuitatis legatione fungens, corda nobis cõcilians beatorũ, vota illis intimans miserorũ. Lætemur inquã & exultemus, quia cœlestis illa curia ex nobis habet cui sit cura nostri, qui suis nos protegat meritis, quos informauit exẽplis, miraculis confirmauit. Sanctus pontifex qui in spiritu humilitatis hostias pacificas cœlis frequenter inuexerat, hodie per semetipsum introiuit ad altare dei, ipse hostia & sacerdos. Migrante sacerdote, sacrificij ritus in melius mutatus est, fons lachrymarum siccatus est,
Psal. 65.
holocaustũ omne cõditur in lętitia & exultatione. Benedictus K dominus deus Malachię, qui tanti pontificis ministerio visitauit plebem suam: & nunc assumpto eo in sanctam ciuitatem, tantæ recordatione suauitatis nostram non desinit consolari captiuitatem. Exultet in domino spiritus Malachiæ, q̃ leuatus pondere corporeæ molis, nulla iã feculenta vel terrena materia prægrauatur, quo minus tota alacritate ac viuacitate corpoream omnem & incorpoream transiens creaturam, pergat totus in Deũ, & adhærens illi vnus sit cum eo spiritus in æternum. Domum istam decet sanctitudo, in qua tantæ frequentatur memoria sanctitatis. Sancte Malachia serua eã in sanctitate & iustitia, misertus nostri, qui inter tot & tantas miserias memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructamus. Magna est super te diuinæ dispensatio pietatis, qui te paruum fecit in oculis tuis, magnum in suis, qui magna fecit per te, saluans patriam tuam: magna fecit tibi, introducens te in gloriam suam. Festiuitas tua quæ merito tuis virtutibus votiua impenditur, tuis nobis efficiatur meritis & precibus salutaris. Gloria sanctitatis tuæ quæ à nobis frequentatur, continuatur ab angelis: sic erit nobis digne iucũda, si fuerit & fructuosa. Liceat nobis aliquas te migrante retinere reliquias de fructib⁹ spiritus, quibus onustus ascendis, qui in tuo hodie tam delicioso conuiuio congregamur. Esto nobis quæsumus Malachia sancte alter Moyses, vel alter Helias, impartiens & tu de tuo, spiritu nobis: ipsorum siquidem in spiritu & virtute venisti. Vita tua L lex vitæ & disciplinæ, mors tua mortis portus, & porta vitæ: memoria tua dulcedo suauitatis & gratiæ, præsentia tua corona gloriæ in mãu domini Dei tui. O oliua fructifera in domo dei, ô oleum lætitiæ vngens & lucens, fouens beneficiis, cotusans miraculis, fac nos eius qua frueris lucis suauitatisque participes. O odoriferum lilium in æternum ante dominum germinans & florens, & spargens vbique viuificum suauitatis odorem, cuius apud nos memoria in benedictione est, apud superos præsentia in honore, da canentibus te, tantæ plenitudinis participio non fraudari. O luminare magnum, & lux in tenebris lucet, signorum radiis & meritorum illuminans carcerem, lætificans ciuitatem, fuga de cordibus nostris virtutum splendoribus tenebras vitiorum. O stella matutina eo cæteris clarior quo diei vicinior, similior soli dignare præire nobis, vt & nos in lumine ambulemus quasi filij lucis, & non filij tenebrarum. O aurora diescens super terram, sed superiores cœli plagas lux meridiana perlustrans, recipe nos in consortio luminis quo illuminatus & late foris luces, & intus suauiter ardes: præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

FINIS. M

AD LECTOREM DE ADIECTA huic operi diui Bernardi vita præfatio

MOVERE fortassis nonnullos poterit, cur diui Bernardi vitam, non à se vtique compositam, suis ipsius addiderimus operibus, præsertim cum id modo cuique tribuendum veniat, quod ipse confecerit. Veruntamen quia (Gregorio teste) in ore eius dulcis est sacra scriptura, cuius vitæ viscera mandatis illius replentur: eíque suauis est ad loquendũ, cui interius impressa ad viuendum fuerit: accommodatissimum igitur satisque congruum visum fuit, huic operum suorum recollectioni, etiam eius gesta morésq; ac vitam apponere, quò deuotionis, mansuetudinis, charitatis & humilitatis eius notitia ad eadem scripta libentius perlegenda, amplectẽda, animóque tenacius imprimenda, studiosorum alliciat affectus. Perge itaque pie lector, & eiusdem vitæ annotator sedulus, ac pius imitator precor existas.

PRÆFATIO

PRÆFATIO DOMINI *Guilielmi abbatis in vitam sancti Bernardi primi Clarævallis abbatis.*

SCRIPTVRVS vitam serui tui, ad honorem nominis tui, prout tu dederis domine deus ipsius, per quem ecclesiam temporis nostri in antiquum apostolicæ gratiæ & virtutis decus voluisti reflorere, eum inuoco adiutorem, quem iam olim habeo incentorem, amorem tuum. Quis enim de amore tuo quantulumcunque spiraculum vitæ habens, & videns testimonium gloriæ & honoris tui tam præclarum & tam fidele mundo insolitum effulsisse, non det operam quantamcunque potuerit, ne lumen à te accensum, tuorum quempiam lateat, sed quantum humano fieri stylo potest, (quod melius ipse tamen per virtutem operum facis) manifestatum & exaltatum luceat omnibus qui sunt in domo tua? In quo cum ego iam olim vellem qualecunque ministerium agere vicis meæ, seu timore seu verecundia prohibitus sum vsque adhuc, modo quidem supra me iudicans esse dignitatem materiæ, & dignioribus opificibus reseruandam, mo-
H do etiam post obitum eius quasi superuicturus ei, melius hoc & competentius deliberans actitandum, cum iam homo non grauaretur laudibus suis, & tutius id fieret à conturbatione hominum, & contradictione linguarum. At ille vigens & valens quanto infirmior corpore, tanto fortior sit & potens, non cessans agere digna memoriæ, & magna maioribus semper accumulans, quæ ipso tacente scriptorem requirant. Ego vero iam delibor vrgentibus infirminatibus corporis mortis huius, & meis omnibus incipientibus habere responsum vicinæ mortis, sentio instare tempus resolutionis meæ, plurimúmque timeo ne sero me pœniteat tandiu distuliſſe, quod priusquam pereffluam, velim omnimodis peregisse. Sed & me fratrum quorundam pia beneuolentia plurimũ ad hoc impellit & cohortatur, qui cum viro dei iugiter assistant, omnia eius nouerunt, ingerentes quædam diligenti inquisitione vestigata, plura etiã quibus cũ fierent ipsi interfuerũt, & viderunt & audierunt. Qui cũ multa suggerant & præclara, quæ per seruum suum deus ipsis præsentibus operatur, & nota eorum religio & schola magisterij ab omni me liberet suspicione falsi, adhuc etiam ad testimonium sibi ascisc unt probabilium auctoritatem personarum, episcoporum, clericorum & monachorum, quibus fidem non habere nulli fidelium licet. Quanquam id superfluo dixerim, cum totus ea
I nouerit mũdus, & virtutes eius narret omnis ecclesia sanctorum. Quapropter attendens diuinæ laudis mirificam materiam omnibus se offerentem, neminem vero suscipientem, dissimulantibus eis qui melius hoc ac dignius poterant, suscepi in ea agere ipse quæ potero, non vanitate præsumentis, sed fiducia diligentis. Nec tamen ipsa quæ scribo, quasi accuratius digerenda, sed saltem in vnum congerenda & reponenda suscepi, nec edenda ipso viuente, sicut nec scribuntur ipso scientc. Confido autem in domino, quoniã post nos & post ipsius consummationem, exurgent qui melius ac dignius perficient quod nos conati sumus, & dignam digna vestient elocutione materiam: sed & poterunt preciosam in conspectu domini mortem eius vitæ simili continuare scribendo, ac de morte vitam, de vita mortem commendare. Iam ergo adiuuante domino propositum aggrediamur.

Finit præfatio.

TABVLA CAPITVLORVM libri primi. Capitulum primum.

DE laudibus, & patria, & parẽtibus sancti Bernardi, & bonis operibus matris eius educantis filios deo, & de consulto diuino oraculo super filio suo tertio Bernardo. Cap. ij.

Quòd adhuc puerulus dedignatus sit curari maleficis carminibus, & de apparente sibi domino ipsa hora qua natus est, & quomodo eruditus sit in lege diuina, & de morte matris eius. Capitulum.iij. K

Quomodo libidinem extinxerit, & mulierem à se repulerit amator virginitatis, &

De conuersione illius & sociorum eius, & apparente matre, & prænunciato vulnere fratri Gerardo, & pluuia orando adducta, & iterum subtracta, & quid reuelatum sit de non perseueraturis. Capitulum.iiij.

Quo anno incarnationis, & Cistercienſis ordinis, & suæ ætatis ingressus sit Cistercium cum sociis xxx. &

De mira parsimonia, & communi cõuersatione, & de assiduitate illius in oratione. Capitulum.v.

Quomodo in aqua & pane ex hordeo & milio & vicia confecto, & cibis ex foliis fagi confectis, cœpta & enutrita creuit Clarauallis, & de multitudine de montibus descendente, & necessariis orando impetratis. Capitulum.vj.

De angelica auctoritate & puritate per puerum illi diuinitus concessis, & conuersione sororis eius. Capitulum.vij.

De consecratione viri dei, & tugurio illius, & sagimine pro butyro ab eo sæpius comesto, & oleo pro aqua bibito, & cœlestibus choris vbi nunc est Clarauallis, ab eo bis diuinitus visis, & pane furfureo terreóque, & duris fratrum laboribus, & monachis farina victitantibus. Capitulum.viij.

De magisterio & charitate illius, & cilicio occulto, & debilitate corporis, & corrupto stomacho, & innumerabilibus bonis à deo per illum hominibus concessis, & signis, & prodigiis, & virtutibus. Capitulum.ix.

Quomodo Iosbertum & alium paruulum sanauit, & de iuuẽculo à fistula sanato signo crucis. Capitulum.x.

Quòd multi fratrum post mortem apparebant ei indicantes quomodo se haberent bene an male. Capitulum.xj.

De epistola in codice epistolarum ob miraculum prima, & de fratre contra vetitum communicante, & muscis excommunicatis, & puero per osculum sanato, & claudo erecto, & militibus propinatis & conuersis, & puerulo Vualthero. Capitulum.xij.

De altercatione sancti Bernardi & diaboli, & quomodo beata dei genitrix contrectando sanauit illum, comitãtibus sancto Laurentio & sancto Benedicto, & de abbate Gulielmo ab ipsa morte reuocato. Capitulum.xiij.

Quomodo vallis prius Absinthialis, nunc Clarauallis, & vltra Alpes & maria deferta repleuerit, & quod absens videbat sanctus quę corrigenda aliis mandabat, & quòd oranti multa reuelabantur, & de Stephano de Vitreyo non perseueraturo, & equo orando reducto, & dæmone expulso, & de mirabili somno, & mirabili potestate supra omnem virtutem diaboli sancto Bernardo à deo concessa, & rescripto Burgardi abbatis Balernæ, & postea Bellævallis. M

Liber primus de Vita sancti Bernardi Abbatis.

Capitulum primum.

BERNARDVS Burgundiæ partibus Fontanis oppido patris sui oriundus fuit, parentibus claris secundum dignitatem seculi, sed dignioribus ac nobilioribus secundum christianæ religionis pietatem. Pater eius Tecelinus vir antiquæ & legitimæ militiæ fuit, cultor dei, iustitiæ tenax. Euangelicam nanque secundum institutа præcursoris domini militiam agens, neminem concutiebat, nemini faciebat calumniam, contentus stipendiis suis, quibus ad omne opus bonum abundabat. Sic consilio & armis seruiebat temporalibus dominis suis, vt etiam domino deo suo non negligeret reddere quod debebat. Mater Aleth ex castro cui nomen Mons Barrus, & ipsa in ordine suo apostolicam regulam tenens subdita viro, sub eo secundum timorem dei domum suam regebat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

A operibus misericordiæ insistens, filios enutriens in omni disciplina. Septē quippe liberos genuit non tam viro suo quàm deo, sex mares, fœminam vnam, mares omnes monachos futuros, fœminam sanctimonialem. Deo nanque (vt dictum est) non seculo generās, singulos mox vt partu ediderat, ipsa manibus propriis domino offerebat. Propter quod etiam alienis vberibus nutriendos committere illustris fœmima refugiebat, quasi cum lacte materno materni quodammodo boni infundens eis naturam. Cum autem creuissent, quandiu sub manu eius erant, eremo magis quàm curiæ nutriebat, non patiēs delicatioribus assuescere cibis, sed grossioribus & communibus pascens, & sic eos præparans & instituens domino inspirante, quasi continuo ad eremum transmittendos. Hæc cum in ordine filiorum tertium Bernardum haberet in vtero, somnium vidit præsagium futurorum, catellum scilicet totum candidum, in dorso subrufum, & latrantem in vtero se habere. Super quo territa vehementer, cum religiosum quendam virum consuluisset, continuo ille spiritum prophetiæ concipiens quo Dauid de sanctis prædicatoribus domino dicit,
Psal. 67.a Lingua canum tuorum ex inimicis: trepidanti & anxiæ respōdit: Ne timeas, bene res agitur. Optimi catuli mater eris, qui domus dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei editurus est latratus. Erit em egregius prædicator, & tanquam bonus canis, gratia linguæ medicinalis in multis mul-
B tos morbos curaturus est animarum. Quo responso mulier pia & fidelis quasi à deo suscepto, læta efficitur, & iam tunc in amorem nondum nati tota trāsfunditur, cogitans sacris eum literis eruditum tradere secundum modum visionis & interpretationis, qua ei de illo tam sublimia promittebantur. Quod & factum est. Mox enim vt felici partu edidit, non modo obtulit eū deo, sicut de aliis agere cōsueuerat, sed sicut legitur de sancta Anna matre Samuelis, quæ petitum à domino & acceptum filium in tabernaculo eius destinauit perpetuo seruiturum: sic & ipsa eum in ecclesia dei acceptabile obtulit munus. Vnde & quàm citius potuit in ecclesia Castellionis (quæ postmodum ipsius Bernardi opera à saculari conuersatione in ordinem regularium canonicorum promota cognoscitur) magistris literarum tradens erudiendum, egit quicquid potuit vt in eis proficeret. Puer autem & gratia plenus, & ingenio naturali pollens, cito in hoc desiderium matris impleuit. Nam in literarum quidem studio supra ætatem & præ coætaneis suis proficiebat, sed in rebus secularibus iam mortificationē futuræ perfectionis velut naturaliter inchoabat. Erat nanque simplicissimus in secularibus, amans habitare secum, publicū fugitans, mire cogitatiuus, parentibus obediens & subditus, omnibus benignus & gratus, domi simplex & quietus, foris rarus, & vltra quàm credi posset verecundus, nusquam multum loqui amans, deo deuotus, vt puram
C sibi pueritiam suam conseruaret: literarum etiam studio deditus, per quas in scripturis deum disceret & cognosceret. in quo quantum in breui profecerit, & quàm perspicacem in discernendo induerit sensum, ex eo quod subiungimus, aduerti potest.

Capitulum secundum.

CVM adhuc puerulus graui capitis dolore vexaretur, decidit in lectum. Adducta autem ad eum est muliercula quasi dolorem mitigatura carminibus. Quam cum ille appropinquantem sentiret cum carminalibus instrumentis quibus hominibus de vulgo illudere consueuerat, cum indignatione magna exclamans à se repulit & abiecit. Nec defuit misericordia diuina bono zelo sancti pueri, sed continuo sensit virtutem, & in ipso impetu spiritus surgens, ab omni dolore liberatū se esse cognouit. Ex quo cum non parum in fide proficeret, adiecit ei dominus apparere, sicut olim puero Samueli in Silo, & manifestare ei gloriam suam. Aderat nanque solennis illa nox natiuitatis dominicæ, & ad solennes vigilias omnes, vt moris est, parabantur. Cúmque celebrandi nocturni officij hora aliquantisper protelaretur, contigit sedentem expectantémque Bernardum cum cæteris inclinato capite paululum soporari. Affuit illico puero suo se reuelans pueri Iesu sancta natiuitas, teneræ fidei suggerens incrementa, & diuinæ in eo inchoans mysteria contemplationis. Apparuit enim velut denuo procedens sponsus è thalamo suo. Appa- D
ruit ei quasi iterum ante oculos suos nascens ex vtero matris virginis verbum infans, speciosus forma præ filiis hominum, & puerili sancti in se rapiens minime iam pueriles affectus. Persuasum autem est animo eius, & nunc vsque fateatur quòd eam ctedat horam fuisse dominicę natiuitatis. Sed & facile est aduertere iis qui eius auditorium frequentauerunt, in quanta benedictione ea hora præuenerit eum dominus, cum vsque hodie in iis quæ ad illud pertinent sacramentum, & sensus ei profundior & sermo copiosior suppetere videatur. Vnde & postmodum in laudem eiusdem genitricis & geniti, & sanctæ eius natiuitatis, insigne edidit opusculum inter initia operum suorum seu tractatuum, sumpta materia ex eo euangelij loco vbi legitur, Missus est Gabriel angelus à deo in ciuitatem Galilææ, & cætera quę ibi sequuntur. Neque illud tacendū, quòd ab ipsis iam puerilibus annis si quos poterat nummos habere, clandestinas faciens eleemosynas, & verecundiæ suæ morem gerebat, & pro ætate, imò supra ætatem, pietatis opera sectabatur. Cum autem aliquanto tempore euoluto, proficiens ætate & gratia apud deū & homines puer Bernardus de puericia transiret in adolescentiā, mater eius liberis fideliter educatis, & vias seculi ingredientibus, quasi peractis omnibus quæ sua erant, feliciter migrauit ad dominum. De qua nequaquā prætereundum est, quòd cum multo tempore vixisset cum viro suo honeste & iuste secundum iustitias & honestates se- E
culi huius, & legem fidémque coniugij, per aliquot ante obitum suum annos, in eo ad quod nutrire filios videbatur, prout potuit & licuit mulieri sub potestate viri constitutæ, nec habenti proprij corporis potestatem, omnes ipsa præuenit. Etenim in domo sua & in professione coniugali, & in medio seculi eremiticam seu monasticam vitam non paruo tempore visa est æmulari, in victus parcitate, in vilitate vestitus, delicias & pompas seculi à se abdicando, ab actibus & curis secularibus inquantum poterat se subtrahendo, insistendo ieiuniis, vigiliis & orationibus: & quod minus assumptæ professionis habebat, eleemosynis & diuersis operibus misericordiæ redimendo. In quo de die in diem proficiens ad extrema deuenit, perficienda in futuro in eo in quo proficiens de hoc seculo migrauit. Obdormiuit autem psallentibus clericis qui conuenerant, & ipsa pariter psallens, vt in extremis quoque cum iam vox eius audiri non posset, adhuc moueri labia viderentur, & lingua palpitans dominum confiteri. Demum inter litaniæ supplicationes, cum diceretur, Per passionem & crucem tuam libera eam domine: eleuans manum signauit se, & emisit spiritum, ita vt manum non posset deponere quam leuarat.

Capitulum tertium.

EX HOC Bernardus suo iam more, suo iure victitare F
incipiens, eleganti corpore, grata facie præeminens, suauissimis ornatus moribus, acri ingenio præditus, acceptabili pollens eloquio, magnæ spei adolescens prædicabatur. Cui tanquam ingredienti seculum, plures se viæ seculi ipsius offerre cœperunt, & in omnibus assurgere prosperitates vitæ huius, & magnæ spes vndique arridere. Obsidebant autem benignum iuuenis animum, sodalium dissimiles mores, & amicitiæ procellosæ, similem sibi efficere gestientes. Quæ si ei dulcescere perstitissent, necesse erat amarescere illi (quod in hac vita dulcius cordi eius insederat) castitatis amorem. Cui præcipuè inuidens coluber tortuosus, spargebat laqueos tentationum, ac variis occursibus calcaneo eius insidiabatur. Cū enim aliquando curiosius aspiciendo defixos in quandam oculos aliquandiu tenuisset, continuo ad se reuersus, & de semetipso erubescens apud semetipsum, in seipsum vltor seuerissimus exarsit. Stagno quippe gelidarum aquarum quod in proximo erat, collo tenus insiliens, tādiu inibi permansit, donec penè exanguis effectus, per virtutem gratiæ cooperantis *Iob. 32.a*
etiam à calore carnalis concupiscentiæ totus refriguit, induēs illum castitatis affectum quem induerat qui dicebat: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Circa idem tempus instinctu dæmonis in lectum dormientis iniecta est puella nuda. Quam ille sentiens, cum omni pace &

A & silentio partem ei lectuli quam occupauerat, cessit, & in latus alterū se conuertit, atq; dormiuit. Misera vero illa aliquādiu iacuit sustinens & expectans, deinde palpās & stimulans. Nouissime cum immobilis ille persisteret, illa licet impudentissima esset, erubuit: & horrore ingenti atq; admiratione perfusa, relicto eo surgens aufugit. Contigit item vt cum sociis aliquantis apud matronā aliquā Bernardus hospitaretur. Cōsiderans autē mulier adolescētem decorum aspectu, capta est laqueo oculorum suorum, & in cōcupiscentiam eius exarsit. Cúmque tanquā honoratiori omnium seorsum ei fecisset lectulum præparari, surgens ipsa de nocte impudenter accessit ad eum. Quam Bernardus sentiēs, nec cōsilij inops, clamare cœpit, Latrones, latrones. Ad quā vocē fugit mulier, familia omnis exurgit, lucerna accēditur, latro quæritur, sed minime inuenitur. Ad lectulos singuli redeūt, fit silentiū, fiunt tenebrę sicut prius, pausant cæteri, sed non illa misera requiescit. Exurgit denuo, & Bernardi lectulū petit: sed denuo ille proclamat, Latrones, latrones. Quæritur iterum latro, latet iterū, nec ab eo qui solus nouerat, publicatur. Vsq; tertio improba mulier sic repulsa, vix tandem seu metu seu desperatione victa cessauit. Cum autē die sequenti iter agerent, arguentes Bernardū
B socij, quosnā toties ea nocte latrones somniauerit, perquirebant. Quibus ille, Veraciter, inquit, aderat latro, & mihi castitatem hospita nitebatur auferre, irreparabilem thesaurum. Inter hæc tamen cogitans & perpēdens quod vulgo dicitur, nō esse tutum diu cohabitare serpenti: fugam meditari cœpit. Videbat enim mundum & principē eius exterius sibi multa offerentem, magnas res, spes maiores, sed fallaces omnes, & vanitatem vanitatum, & vanitatem omnia: veritatē vero ipsam
Matt. 11. interius iugiter audiebat clamantem ac dicentem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugū meum super vos, & inuenietis requiē animabus vestris. Perfectius vero relinquere mundū deliberās, cœpit inquirere & inuestigare vbi certius ac purius inueniret requiem animæ suæ sub iugo Christi. Inquirenti autē occurrit Cistercij innouatæ monasticæ religionis noua plātatio: messis multa, sed operariis indigēs, cui vix adhuc aliquis cōuersionis gratia illud declinaret, ob nimiam vitę ipsius & paupertatis austeritatem. Quæ tamē cum animum vere deū quærentē minime terrerent, posthabita omni hæsitatione ac timore, illuc vertit intentionē, posse se æstimans omnino ibi delitescere & abscōdi in absconditio faciei dei ab omni conturbatione hominum, maximéque ad effugiū vanitatis seu de seculari generositate, sed de acrioris ingenij gratia, seu etiam forte de alicuius nomine sanctitatis. Vbi vero de conuersione tractantem, fratres
C eius & qui carnaliter eum diligebant, persenserunt, omnimodis agere cœperunt, vt animū eius ad studium possent diuertere literarum, & amore scientiæ secularis, seculo arctius implicare. Qua nimirum suggestione (sicut fateri solet) propemodum retardati fuerant gressus eius, sed matris sanctæ memoria importune animo eius instabat, ita vt sæpius sibi occurrentem videre videretur, conquerentē & improperanrē quia non ad huiusmodi nugacitatem tam tenerè educauerat, nō in hac spe erudierat eum. Demū cū aliquādo ad fratres pergeret in obsidione castri quod Granceium dicitur, cum duce Burgundię cōstitutos, cœpit in huiusmodi cogitatione vehementius anxiari. Inuentáq; in itinere medio ecclesia quadā diuertit, & ingressus orauit cum multo imbre lachrymarū expan-
Psal. 22. dens manus in cœlū, & effundens sicut aquā cor suū ante cōspectum domini dei sui. Ea igitur die firmatum est propositū cordis eius. Nec vero surda aure percepit vocem dicētis: Qui audit, dicat veni. Siquidem ab illa hora sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburēs montes, hincinde prius viciniora quæque corripiens, postmodū in vlteriora progrediens: sic ignis quem miserat dominus in cor serui sui volens vt arderet, primo fratres eius aggreditur solo minimo ad conuersionem adhuc minus habili, seniori patri ad solatiū dereliēcto, deinde cognatos & notos, socios & amicos, de quibuscūque poterat esse spes cōuersionis. Primus omnium Galdricus auunculus eius absque dilatione aut hæsitatione pedibus (vt aiunt) iuit in sententiā nepotis, & consensum conuersionis vir honestus & potens in seculo, & in secularis militiæ gloria nominatus, dominus castri in territorio Eduēsi, quod Tuillium dicitur. Continuo etiam Bartholomæus occurrens iunior cæ- D
teris fratribus, & necdum miles, sine difficultate eadem hora salutaribus monitis dedit assensum. Porro Andreas Bernardo etiam ipse iunior & nouus eo tempore miles, verbum fratris difficilius admittebat, donec subito exclamauit: Video, inquit, matrem meam. Visibiliter siquidem ei apparuit, serena facie subridens, & congratulans proposito filiorum. Itaque & ipse cōtinuo manus dedit, & de tyrone seculi factus est miles Christi. Nec solus vidit Andreas tantorum matrem filiorum lætantem, sed confessus est & Bernardus eandem similiter se vidisse. Guido primogenitus fratrum, coniugio iam alligatus erat, vir magnus, & præ aliis iam in seculo radicatus. Hic primo paululum hæsitans, sed continuo rem perpendens & recogitans, conuersioni consensit, si tamen coniunx annueret. Verum id quidem de iuuencula nobili, & paruulas filias nutriente, pene impossibile videbatur. At Bernardus de misericordia domini spem concipiens certiorem, incunctanter ei spopondit aut consensuram fœminam, aut celeriter morituram. Demum cum omnimodis illa renueret, vir eius magnanimus, imò ea iam prœuentus fidei virtute, in qua post modum excellenter enituit, virile consilium domino inspirante concepit, vt abiiciens quicquid habere videbatur in seculo, vitam institueret agere rusticanam, laborare scilicet manibus propriis, vnde suam sustentaret & vxoris vitam, quam inuitam dimittere non licebat. Interim superuenit Bernardus, qui vndique alios atque alios colligens discurrebat. Nec mora, fla- E
gellabatur prædicta Guidonis vxor infirmitate graui. Et cognoscens quia durum sibi esset contra stimulum calcitare, accersito Bernardo veniam deprecabatur, & prior ipsa conuersionis petit assensum. Denique iuxta morem ecclesiasticum separata à viro, interueniente parili voto castitatis in cœtum sanctimonialium transiit fœminarum, religiosē vsque hodie seruiens deo. Secundus natu post Guidonem Gerardus erat miles in armis strenuus, magnæ prudentiæ, benignitatis eximiæ, & qui ab omnibus diligeretur. Qui cæteris, vt dictum est, primo auditu & prima die acquiescentibus: vt mos est sapientiæ secularis, leuitatem reputans, obstinato animo salubre consilium & fratris monita repellebat. Tum Bernardus fide iam igneus, & fraternæ charitatis zelo mirum in modum exasperatus, Scio (inquit) scio, sola vexatio intellectum dabit auditui. Digitúmque lateri eius apponens, Veniet (inquit) dies, & cito venier, cum lancea lateri huic infixa, peruium iter ad cor tuum faciet consilio salutis tuæ quod aspernaris, & timebis quidem, sed minime morieris. Sic dictum, sicq; factum est. Pauciſſimis interpositis diebus circumuallatus ab inimicis, captus, & vulneratus iuxta verbum fratris, lanceam gestans ipsi lateri eidémque infixam loco cui ille digitum applicuerat trahebatur, & mortem quasi iam præsentem metuens clamabat, Monachus sum, monachus sum Cistercienſis. Nihilo minus tamen captus & reclusus in custodia est. Vocatus F
est Bernardus per celerem nuncium, sed non venit. Sciebam, inquit, & prædixeram quòd durum esset ei contra stimulum calcitrare, nec tamen ad mortem ei vulnus hoc, sed ad vitam. Et factum est ita. Siquidem de vulnere præter spem cito conualuit, propositum vero seu votum quod vouerat non mutauit. Cúmque iam liber ab amore seculi hostilibus adhuc vinculis teneretur, & hoc solum esset quòd cōuersionis eius propositum retardaret, in hoc etiam cito affuit ei misericordia dei. Venit frater eius laborans vt erui posset, sed non profecit. Et cum nec loqui ei permitteretur, accedens ad carcerem clamauit: Scito frater Gerarde, quia ituri sumus in proximo & monasterium introituri. Tu vero quandoquidem exire non licet, hic monachus esto, sciens quod vis & non potes, pro facto reputari. Cúmque Gerardus magis ac magis anxiaretur, paucis interpositis diebus audiuit vocem in somnis dicentem sibi, Hodie liberaberis. Erat autem sacrum quadragesimę tempus. Circa vespertinam itaque diei horam cogitans quod audierat, compedes suas tetigit, & ecce ex parte crepuit in manu eius ferrum, vt minus iam teneretur, & aliquatenus incedere posset. Sed quid ageret? Erat ostium obseratum, & pro foribus pauperum multitudo. Surrexit tamen, & non tam spe euadendi quàm tædio iacendi, seu curiositate tentandi accedens ad ostium subterraneæ domus in qua vinctus & clausus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gerat: mox vt pessulum tetigit, sera tota inter manus eius collapsa est, & ostium domus apertum. Exiensque pedetentim, sicut homo compeditus, ad ecclesiã vbi adhuc vespertina celebrabant officia, prætendebat. Porro mendici qui pro foribus domus astabant, videtes quod fiebat, & diuinitus exterriti, in fugam versi sunt, nihil clamantes. Cúmq; iam ecclesiæ propinquaret, egrediens quidam de familia domus captiuitatis suæ, germanus illius à quo custodiebatur, vidensq; eum ad ecclesiam properantem, Tarde (inquit) Gerarde venisti. Expauescẽte illo, festina ait, adhuc supererat quod audias. Oculi quippe eius tenebantur, nec prorsus quid ageretur intelligebat. Demum ad altiores gradus ecclesiæ cum adhuc compeditum data manu Gerardum subleuasset, introeunte illo ecclesiam tunc primum quid ageretur agnouit, & conatus eum retinere non potuit. Hoc modo Gerardus à captiuitate amoris seculi huius, & captiuitate filiorũ seculi liberatus, votum quod vouerat fideliter exsoluit. In quo potissimum notum fecit dominus à quanta perfectione sanctæ conuersationis gratiã iste dei famulus cœperit, qui in eius spiritu qui fecit quæ futura sunt, quod erat futurum videre potuit quasi iam factum. Præsentialiter quippe in latere fratris ei lancea apparebat quando digitum applicuit loco vulneris mox futuri, sicut postmodũ ipse confessus est cum ab his interrogaretur, quibus celare
H non poterat. Cum autem cæteri (vt diximus) prima die in eodem essent cum Bernardo spiritu congregati, mane intrantibus eis ecclesiam, apostolicum illud capitulum legebatur: Fidelis est deus: quia qui cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiet vsque in diem Iesu Christi. Quod deuotus iuuenis haud secus accepit, quã si de cœlo sonuisset. Exultans itaq; spiritualis iam pater regeneratorũ in Christo fratrũ suorũ, & manum domini intelligens secum operantem, cœpit ex hoc prædicationi insistere, & quoscunq; poterat aggregare. Cœpit nouũ induere hominem, & cũ quibus de literis seculi, seu de seculo ipso agere solebat, de seriis & conuersione tractare, ostendens gaudia mundi fugitiua, vitæ miserias, celerem mortem, vitam post mortem seu in bonis seu in malis perpetuam fore. Quid multa? Quotquot ad hoc prœordinati erant, operãte in eis gratia dei, & verbo virtutis eius, & oratione & instãtia serui eius, primo cunctati, deinde compuncti, alter post alterum credebant & consentiebant. Inter quos adiunctus est ei etiam dominus Hugo Matisconensis, qui hodie raptus à Pontiniacensi cœnobio quod ipse ædificauit, Altissiodorensi ecclesiæ præest merito & honore pontificis. hic audiens de conuersione socij & amici charissimi, flebat quasi perditum, quem seculo mortuum audiebat. Vbi autẽ primo data est vtrique facultas mutui colloquij, post dissimiles lachrymas, & gemitus dissimiliũ dolorum, verba verbis cœperunt conferri, & res rebus comparari. Cúmque inter ipsa verba familiaris amicitiæ Hugoni
I infuderetur spiritus veritatis, aliam iam faciem habere cœperunt verba mutuę collocutionis. Datis itaq; dextris in sodalitiũ nouæ vitæ, lõge dignius veriúsq; facti sunt cor vnũ & anima vna in Christo, quàm in seculo ante fuissent. Post paucos autẽ dies nunciatur Bernardo, subuersum ab aliis sociis Hugonem à proposito resilire. Qui oportunitate inuenta, q̃ magnus quidã episcoporũ conuentus illis in partibus haberetur, festinat vt reuocet pereuntẽ, iterúmq; partiriat. Obseruantes autẽ prædicti sodales & subuersores Hugonis, viso eo prędam ambiunt suã, & omnem ei loquendi adimũt facultatem, omnem aditum intercludunt. At ille cum ei loqui nõ posset, clamabat pro eo ad dominũ. Quo orante cum lachrymis subita & vehemẽs inundatio pluuiæ mox erupit. Consederant autẽ in cãpo, quod aër serenus esset, & nil tale sperarent. Dispersi igitur omnes ad repentinum imbrem, vicum proximũ petũt. At Bernardus Hugonẽ tenẽs, mecum ait sustinebis huius pluuiæ guttas. Cũq; soli remansissent, nõ fuerũt soli, sed dominus fuit cum eis reddens eis continuo & aëris & animi serenitatẽ. Ibi renouatum est fœdus, & propositũ confirmatũ, quod nõ potuit deinceps violari. Videbat ista peccator & irascebatur, dentibus suis fremebat. & tabescebat, iustus autem confidens in domino gloriosẽ de seculo triumphabat. Iámque eo publice & priuatim prædicante matres filios abscõdebant, vxores detinebant maritos, amici amicos auertebant: quia voci eius spiritus sanctus tantæ dabat vocem virtutis, vt vix aliquis aliquem teneret affectus. Crescente siquidẽ numero eorum qui K in hanc conuersionis vnanimitatem cõsenserant, sicut de primitiuis ecclesiæ filiis legitur, multitudinis eorũ erat cor vnum & anima vna in domino, & habitabant vnanimiter simul, nec quisquam aliorum audebat se coniungere eis. Erat enim eis Castellioni domus vna propria, & communis omnium, vbi conueniebant, & cohabitabant, & colloquebantur, quam ingredi vix aliquis audebat qui nõ esset de cœtu eorum. Sed & si quis intrabat, videns & audiens quę ibi gerebantur & dicebantur, sicut de Christianis Corinthiis apostolus dicit, omnibus quodammodo prophetantibus conuincebatur ab omnibus, diiudicabatur ab omnibus: & adorans dominum, & confitens quòd vere deus esset in eis, aut ipse vnanimitati eorum adhærebat, aut recedens flebat semetipsum, illos autem beatificabat. Hoc enim illis temporibus & in illis erat partibus inauditum, vt alicuius adhuc in seculo commorantis conuersio præsciretur. Ipsi vero quasi mensibus sex post primũ propositum in seculari habitu stabant, vt proinde plures congregarentur, dum quorundam negocia per id temporis expediebantur. Cum autem iam suspecta inciperet esse multitudo, ne quem de numero eorum subriperet is qui tentat, placuit deo super hoc reuelare quid futurum esset. Aspiciebat enim quidam eorum in visu noctis, & videbat quasi eos omnes consedisse in domo vna, & per ordinem singulos quasi communicare de cibo quodam miri candoris & saporis. Quem cæteris L omnibus optime suscipientibus, & cum gaudio magno, duos ex omni numero illo notabat à cibi illius salutaris participatione vacuos remansisse. Alter nanque eorum nec sumebat, alter sumere quidem videbatur, sed tanquam minus caute sumeret, spargebatur. vtrumque vero postea probauit euentus. Alter enim priusquam ventum esset ad rem, cõuersus retrorsum in seculum rediit: alter cum cæteris cœpit quidem opus bonum, sed non perfecit. Vidi ego eum in seculo postea vagum & profugum à facie domini sicut Cain, quantum animaduertere potui, hominem humilimum, & miserabilis confusionis, sed nimiæ pusillanimitatis. Qui tamẽ in vltimis Claramuallem rediit infirmitate corporis & inopia cogente, cum homo bene natus ab omnibus cognatis & amicis proiiceretur: ibíque proprietati renuncians, sed non omnino propriæ voluntati, obiit non quidem intus sicut frater & domesticus, sed foris misericordiam postulans sicut pauper & mendicus.

Iam vero adueniente die reddendi voti, & complendi desiderij egressus est de domo paterna Bernardus pater fratrum suorum cum fratribus suis filiis suis spiritalibus, quos verbo vitæ Christo genuerat. Videns autẽ Guido primogenitus fratrum suorum Niuardum fratrem suum minimũ, puerum cum pueris aliis in platea, Eia (inquit) frater Niuarde, ad te solum respicit omnis terra possessionis nostræ. Ad quod puer non pueriliter motus, Vobis ergo (inquit) cœlum, mihi terra? Non M ex æquo diuisio hæc facta est. Quo dicto abeuntibus illis, tũc quidem domi cum patre remansit, sed modico post euoluto tẽpore fratres secutus, nec à patre, nec à propinquis seu amicis potuit retineri. Supererat de deo dicata domo illa, pater senior cum filia, de quibus etiam suo loco dicemus. Eo tempore nouellus & pusillus grex Cistercienfis sub abbate degens viro venerabili Stephano, cum iam grauiter tædio ei esse inciperet paucitas sua, & omnis spes posteritatis decideret in quã sanctæ illius paupertatis hęreditas transfunderetur, venerantibus omnibus in eis vitæ sanctitatem, sed refugientibus austeritatem, repente diuina hac visitatione tam læta, tam insperata, tam subita lætificatus est, vt in die illa responsum hoc à spiritu sancto accepisse sibi domus illa videretur: Lętare sterilis quę non paries, erumpe & clama quę non parturiebas: quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum, de quibus postmodum visura es filios filiorum vsque in multas generationes.

Capitulum quartum.

ANNO ab incarnatione domini Mcxiij. à constitutione domus Cistercienfis. xv. seruus dei Bernardus annos natus circiter. xxij. Cistercium ingressus, cum sociis amplius quàm xxx. sub abbate Stephano, suaui iugo Christi collum submisit. Ab illa autem die dedit dominus benedictionem, & vinea illa domini sabaoth dedit fructum suum, extendens

Palmites

A palmites suos vsque ad mare, & vltra mare propagines suas. Hæc quidem fuere viri dei conuersionis sancta principia. Conuersionis autem eius insignia, quomodo vitam angelicam gerens in terris vixit, neminem enarrare posse puto qui non viuat de spiritu de quo ille vixit. Solius quippe donantis & accipientis est nosse quantũ ab ipso mox cõuersionis exordio prẽuenerit eum dominus in benedictionibus dulcedinis suæ, quãta repleuerit gratia electionis, quomodo ab vbertate suæ domus inebriauerit eum. Ingressus est autem domũ illam pauperem spiritu, & eo adhuc tempore abscõditam ac pene nullam, intentione ibi moriẽdi à cordibus & memoria hominum, & spe delitescendi & latendi tanquam vas perditũ: deo aliter disponente, & eum sibi in vas electionis præparante, nõ solum ad ordinem monasticum confortandum ac dilatãdum, sed etiam ad nomen suum portandũ coram regibus & gentibus, & vsque ad extremum tertæ. Ipse vero nil tale de se æstimans aut cogitãs, potius ad custodiam sui cordis, & propositi constantiam, hoc semper in corde, sæpe etiã in ore habebat: Bernarde Bernarde, ad quid venisti? Et sicut de domino legitur, quia cœpit Iesus facere & docere: à prima die ingressus sui in cellam nouitiorum, ipse cœpit agere in semetipso, quod alios erat docturus. Postmodũ enim cũ iam Claræuallis abbas esset ordinatus, aduentantibus nouitiis & festinantibus ingre-
B di, audire eum soliti sumus prædicantem ac dicentem: Si ad ea quæ intus sunt festinatis, hic foris dimittite corpora quæ de seculo attulistis. Soli spiritus ingrediantur, caro non prodest quicquam. Quod nouitiis ad nouitatem verbi perterritis, parcens teneritudini eorum, clementius exponendo, carnalem concupiscentiam prædicare solebat foris dimittendam. Ipse cum nouitius esset, in nullo sibi parcens instabat omnimodis mortificare non solum concupiscentias carnis quæ per sensus corporis fiunt, sed & sensus ipsos per quos fiunt. Cum enim iam interiore sensu illuminati amoris dulcius ac frequentius sentire inciperet desursum spirantem sibi suauitatem, sensui illi interiori timens à sensibus corporis, vix tantũ eis permittebat quantum sufficeret ad exterioris cum hominibus conuersationis societatem. Quod cum continui vsus instantia in consuetudinem mitteret, consuetudo ei ipsa quodammodo vertebatur in naturã. Totusque absorptus in spiritum, spe tota in deũ directa, intẽtione seu meditatione spirituali tota occupata memoria, videns non videbat, audiens non audiebat: nihil sapiebat gustanti, vix aliquid sensu aliquo corporis sentiebat. Iam quippe annum integrum exegerat in cellã nouitiorum, cum exiẽs inde ignoraret adhuc an haberet domus ipsa testudinem quam solemus dicere celaturam. Multo tempore frequentauerat intrans & exiẽs domum ecclesiæ,
C cum in eius capite vbi tres erant, vnam tantùm feneſtram esse arbitraretur. Curiositatis enim sensu mortificato, nil huiusmodi sentiebat: vel si forte aliquando cum cõtingebat videre, memoria (vt dictum est) alibi occupata non aduertebat. Sine memoria quippe sensus sentientis nullus est. Natura quoque in
ep. 8. d eo non dissentiebat à gratia, vt in eo quoque quodammodo impletum videretur esse quod legitur, Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam: & cum magis essem bonus, veni ad corpus incoinquinatũ. Ad contemplanda quippe spiritualia quàque seu diuina, cum gratia spirituali, naturali quadam virtute pollebat ingenij, sortitúsque etiã in hoc erat animam bonam, seu sualitatem non curiose lasciuam, nec superbe rebellem: sed congaudentem spiritualibus studiis, & in eis, quæ ad deum sunt, sponte subditam spiritui & seruientem: corpus etiam nullius contaminatum consensu flagitij: & si non nimis neglectum sicut oportebat curaretur, ad seruiendum spiritui in seruitio dei aptissimum instrumentum. Sed cum caro in eo ex dono præueniẽtis gratiæ, & adiutorio subsequentis naturæ, & vsu bono spiritualis disciplinæ vix iam aliquid concupiscceret aduersus spiritũ, hoc est quod spiritum læderet, spiritus supra vires, supra virtutem carnis ac sanguinis, tãta aduersus carnem concupiscebat, vt infirmum animal cadens sub onere vsque in hanc diem non adiiciat vt resurgat. Quid enim dicam de somno, qui in cæteris hominibus solet esse refectio labotum & sensuum, aut mentium recreatio? Extunc vsque hodie vigilat vltra possibilitatem humanã. nullũ enim tempus magis se perdere cõqueri solet, quàm quo dormit, idoneam satis reputans comparationem mortis & som- D ni: vt sic dormientes videantur mortui apud homines, quomodo apud deum mortui dormientes. Vnde etiam si quem forte religiosum in dormiendo seu durius stertentem audierit, seu minus compositè iacentem viderit, patienter ferre vix potest, sed carnaliter eum seu secularitet dormire causatur. In ipso nãque tenuem victum tenuis somnus comitatur. In neutro enim vllam indulget corpori suo satietatem, nisi quòd in vtroque sumpsisse aliquid sat ei est. Quantum enim ad vigilias, vigiliarum ei modus est non totam noctem ducere insomnem. Porro ad comedendum vsque hodie vix aliquando voluptate trahitur appetitus, sed solo timore defectus. Etenim comesturus, priusquam comedat, sola cibi memoria satur est. Sic accedit ad sumendum cibum, quasi ad tormentum. A primo siquidem conuersionis suæ anno, seu egressionis de cella nouitiorum, natura eius cum teneræ nimis semper & delicatæ complexionis fuisset ieiuniis multis & vigiliis, frigore & labore, durioribus & continuis exercitiis attrita, corrupto stomacho, crudum continuo per os soler reiicere quod ingeritur. Quod si quid naturali decoctione digestum transfunditur ad inferiora, ibi nihilo minus partibus illis corporis non minoribus infirmitatum incommodis obsessis, non nisi cum graui tormento egreditur. Si quid autem residuum est, ipsum est alimentum corporis eius qualecunque, non tam ad E vitam sustentandam, quàm ad differendam mortem. Semper autem post cibum quasi pensare solitus est, quantum comederit. Si quando vel ad modicum mensuram solitam excessisse se deprehenderit, impune abire non patitur. Sed & vsus parsimoniæ sic ei in naturam versus est, vt etsi aliquando corporalis sibi cuiuslibet refectionis plus aliquid solito velit indulgere, vix possit. Sic autẽ ab initio fuit inter nouitios nouitius, monachus inter monachos, spiritu validus, corpore infirmus, nil indulgentiæ circa coporis quietem seu refectionem, nil remissionis de communi labore vel opere fieri sibi aliquando acquiescens. Cæteros nanque sanctos esse arbitrabatur & perfectos, se vero sicut nouitium & incipientem, nequaquam emeritorum perfectorúmque indulgentiis & remissionibus indigere, sed feruore nouitio, & ordinis districtione, & rigore disciplinæ. Propter quod communis vitæ seu conuersationis feruentissimus æmulator, cum opus aliquod manuum fratres actitarent, quod seu minor vsus ei, seu imperitia denegabat: fodiendo, seu ligna cædendo, & propriis humeris deportando, vel quibuslibet laboribus què laboriosis illud redimebat. Vbi vero vires deficiebant, ad viliora quæque opera confugiens, laborem humilitate compensabat. Et mirum in modum is qui tantam contemplatione rerum spiritualium ac diuiniarum acceperat gratiam, circa talia non solum occupari patiebatur, sed & plurimum delectabatur. Sed mortificata F (vt dictum est) sensualitate, cuius seu curiositate seu infirmitate in huiusmodi laborum corporalium distractionibus, perfectorum etiam quorumcunque mentes sæpe necesse est & si non intentione certe memoria & cogitatione ab interiore vnitate spiritus aliquam pati dissolutionem, ipse priuilegio maioris gratiæ in virtute spiritus simul & totus quodammodo exterius laborabat, & totus interius deo vacabat: in altero pascens conscientiã, in altero deuotionem. Laboris ergo tempore & intus orabat seu meditabatur absq; intermissione exterioris laboris, & exterius laborabat absque iactura interioris suauitatis. Nam vsque hodie quicquid in scripturis valet, quicquid in eis spiritualiter sentit, maxime in syluis & in agris meditando & orando se cõfitetur accepisse, & in hoc nullos aliquando se magistros habuisse nisi quercus & fagos, ioco illo suo gratioso inter amicos dicere solet. Messis tempore fratribus ad secandum cum feruore & gaudio sancti spiritus occupatis, cum ipse quasi impotens: & nescius laboris ipsius, sedere sibi & requiescere iuberetur, admodum contristatus, ad orationem confugit, cum magnis lachrymis postulans à deo donari sibi gratiam metendi. Nec fefellit simplicitas fidei desiderium religiosi. Continuo namque quod petiit, impetrauit. Et ex illo die in labore illo præ cæteris peritum se esse cum quadam iucunditate gratulatur, tanto in hoc opere deuotior, quanto se in hoc ipso facultatem ex solo dei dono reminiscitur accepisse. Feriatus autem ab huiusmodi labore vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

G opere, iugiter aut orabat, aut legebat, aut meditabatur. Ad orandum si se solitudo offerret, vtebatur: sin autem, vbicunq;, seu apud se, seu in turba esset, solitudinem cordis ipse sibi efficiens, vbique solus erat. Canonicas autem scripturas simpliciter & seriatim libentius ac sepius legebat, nec vllis magis quàm ipsarum verbis eas intelligere se dicebat: & quicquid in eis diuinæ sibi elucebat veritatis aut virtutis, in primæ sibi originis suæ fonte magis quàm in decurrentibus expositionum riuis sapere testabatur. Sanctos tamen & orthodoxos earum expositores humiliter legens, nequaquam eorum sensibus suos sensus æquabat, sed subiiciebat formandos: & vestigiis eorum fideliter inhærens, sepe de fonte vnde illi hauserant, & ipse bibebat. Inde est quòd plenus spiritu quo omnis sancta scriptura diuinitus est inspirata, tam confidenter & vtiliter ea vsque hodie (sicut apostolus dicit) vtitur ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum. Et dum prædicat verbum dei, quicquid de ea affert in medium, sic patens & placens efficit, & circa id vnde agitur efficax ad monendum, vt mirentur omnes tam seculari quàm spirituali præditi doctrina, in verbis gratiæ quæ procedunt de ore eius.

Capitulum quintum.

H CVM autem complacuit ei qui eum segregauit à seculo & vocauit, vt ampliore gratia reuelaret in eo gloriam suam, & multos filios dei qui erant dispersi, per eum congregaret in vnum, misit in cor abbatis Stephani ad ædificandam domum Claræuallis mittere fratres eius. Quibus abeuntibus ipsum etiam dominum Bernardum præfecit abbatem, mirantibus sane illis tanquam maturis & strenuis tam in religione quàm in seculo viris, & timentibus ei tum pro tenerioris ætate iuuentutis, tum pro corporis infirmitate, & minori vsu exterioris occupationis. Erat autem Claraullis locus in territorio Lingonensi, non lõge à fluuio Alba, antiqua spelũca latronum: quæ antiquitus dicebatur vallis absinthialis: seu propter abundantis ibi absinthij copiam, seu propter amaritudinem doloris incidentium ibi in manus latronum. Ibi ergo in loco horroris & vastæ solitudinis confederunt viri illi virtutis, facturi de spelunca latronũ templum dei, & domum orationis. Vbi simpliciter aliquanto tempore deo seruierunt in paupertate spiritus, in fame & siti, in frigore & nuditate, in vigiliis multis. Pulmentaria sæpius ex foliis fagi conficiebant. Panis instar prophetici illius ex hordeo & milio & vicia erat, ita vt aliquando religiosus vir quidam appositum sibi in hospitio, vbertim plorans clam asportauerit, quasi pro miraculo omnibus ostendendum, quòd inde viuerent homines, & tales homines. I At virum dei minus ista mouebant. Summa ei solicitudo de salute multorum: quæ à prima die conuersionis suæ vsque ad hoc tempus tam singulariter sacrum illud pectus nosci tur possidere, vt erga omnes animas maternum gerere videatur affectum. Erat ergo vehemens in præcordiis eius, sancti desiderij & sanctæ humilitatis conflictus. Modo enim sei psum deiicies, farebatur indignum per quem fructus aliquis proueniret: modo oblitus sui æstuabat flagrantissimo ardore, vt nullam nisi ex multorum salute consolationem posse admittere videretur. Sane fiduciam charitas pariebat, sed eandem castigabat humilitas. Contigit autem inter hæc vt aliquando temporius solito surgerent ad vigilias. Quibus peractis cum vsque ad matutinas laudes aliquãto longius superesset noctis interuallum, egressus foras, & loca vicina circũiens, orabat deum vt acceptum haberet obsequium suum, & fratrum suorum, in eo quod diximus spiritualis fructus desiderio constitutus. Subito vero stans in ipsa oratione modice intercluſis oculis, vidit vndique ex vicinis montibus tantam diuersi habitus & diuersæ conditionis hominum multitudinem in inferiorem vallem descendere, vt vallis ipsa capere non posset. Quod quid significauerit, iam omnibus manifestum est. Hac igitur vir domini visione magnifice consolatus, exhortatus est etiam fratres suos, commonens eos de misericordia dei nunquam desperare.

Capitulum sextum.

CVM VERO ante instantem hyemem Gerardus frater eius cellararius domus, apud eum durius quereretur ad necessaria domus & fratrum multa deesse, nec habere se vnde ea coëmeret, & vrgente necessitate iam nullam verborum reciperet consolationem, res autem in promptu non esset quæ daretur: vir dei quantum interim ad præsentes angustias sufficere posset, inquisiuit. Ille vero vndecim libras respondit. Tum dimittens eum, ad orationem confugit. Post paululum vero rediens Gerardus, mulierem quandam de Castellione foris esse, & velle ei loqui nunciauit. Ad quam cum egrederetur, procidens ad pedes eius eadem mulier duodecim librarum benedictionem ei obtulit, orationum suffragia imploraris viro suo periculosè ægrotanti. Quam breuiter allocutus dimisit à se, Vade, inquiens, sanum inuenies virum tuum. Illa vero abiens in domum suam, sicut audierat, sic inuenit. Abbas vero consolans pusillanimitatem celiarij sui, ad sustinendum dominum de cætero reddidit fortiorem. Nec tantùm semel hoc ei contigisse certum est, sed sæpe cum huiusmodi necessitas instaret, repente vnde non sperabatur, auxilium ei à domino affuisse. Propter quod viri prudentes inrelligentes manum domini esse cum eo, teneritudinem mentis eius à deliciis paradisi nuper egressi, rerum exteL riorum solicitudine grauare cauebant, eas ipsi intra semetipsos vt poterant digerentes, & tantummodo de interioribus conscientiis suis, & causa animarum suarum eum consulentes. In quo tamen penè hoc eis contigit, quod filiis Israel legimus olim de Moyse contigisse, cum diu cõuersatus cum domino iu monte Sina, & de caligine nubis egrederetur & descenderet ad populum, ex colloquio domini facies eius corscenderet ad populum, ex colloquio domini facies eius corscenderet ad populum, ex colloquio domini facies eius corsc

Universidad de Deusto
Biblioteca

G autem in quem hæc fiebant, indifferenter cuncta sumẽs, æque omnia approbabat, sicut qui sensu ipso corrupto, & pene emortuo sapore, vix aliquid discernebat. Nam & sagimẽ crudum per errorem sibi oblatum pro butyro multis diebus nescitur comedisse, oleum bibisse tanquam aquam: & multa talia contingebant ei. Solam quippe aquam sibi sapere dicebat, eo quòd dum sumeret, fauces & guttur ei refrigerabat. Sic ergo tunc eum inueni, & sic habitabat in illa solitudine sua vir ille dei. Sed non erat solus, cum quo erat deus, & custodia & consolatio sanctorum angelorum. Quod etiam manifestis indiciis demonstratũ. Nocte enim quadam solito attentius orando effuderat super se animam suam, cum tenuiter soporatus voces audiuit tanquam transeuntis multitudinis copiosæ. Euigilans autem & easdem voces plenius audiens, cellam quoque in qua iacebat egreditur, & prosequitur abeuntes. Haud procul aberat locus dẽsis adhuc spinarum vepriúmque frutetis abundans, sed nunc longe mutatus ab illo. Super hũc aliquandiu stabant velut alternantes chori hinc inde dispositi, & vir sanctus audiebat & delectabatur. Cuius tamen mysterium visionis non prius agnouit, quàm translatis post aliquot annos ædificiis monasterij, eodem loco positum oratorium cerneret, vbi voces illas audisset. Mansi autem indignus ego cum eo paucis diebus, quocunque oculos vertebam mirans, quasi cœlos me videre nouos, & terram nouam, & antiquorum AEgyptiorum monachorũ patrum nostrorum antiquas semitas, & in eis nostri temporis hominũ recentia vestigia. Erat enim tunc temporis videre Clarævallis aurea seculacum viri virtutis olim druites in seculo & honorati, tunc in paupertate Christi gloriantes, ecclesiam dei plantarent in sanguine suo, in labore & ærũna, in fame & siti, in frigore & nuditate, in persecutionibus & contumeliis & angustiis multis præparantes Clarævalli eam quã hodie habet sufficientiam & pacẽ. Neque enim se tam sibi quàm Christo & fratribus inibi deo seruituris viuere æstimantes, pro nihilo habebant quicquid sibi deesset: dum relinquerent post se quod illis sufficeret & ad subsidium necessitatis, & ad aliquam conscientiam voluntariæ pro Christo paupertatis. Primáque facie ab introeuntibus Claramuallem per descensum mõtis deus in domibus eius cognoscebatur, cum in simplicitate & humilitate ædificiorum, simplicitatem & humilitatẽ inhabitantium pauperum Christi vallis muta loqueretur. Denique in valle illa plena hominum, in qua nemini ociosum esse licebat, omnibus laboratibus, & singulis circa iniuncta occupatis: media die mediæ noctis silentium à superuenientibus inueniebatur, præter laborum sonitus, vel si fratres in laudibus dei occupa rentur. Porro silentij ipsius ordo & fama tantam etiam apud seculares homines superuenientes sui faciebat reuerentiam, vt I & ipsi non dicam praua vel ociosa, sed aliquid etiam quod adrem non attineret, ibi loqui vererentur. Loci vero ipsius solitudo inter opaca syluarũ, & vicinorũ hincinde montium angustias, in quo serui dei latebant, speluncam illam sancti Benedicti patris nostri quodammodo representabat, in qua aliquando à pastoribus inuentus est: ut cuius imitabãtur vitam, habitationis etiam eius ac solitudinis formam aliquam habere viderentur. Omnes quippe etiam in multitudine solitarij ibi erant, Vallem nanque illam plenam hominibus ordinis ratione charitas ordinata singulis solitariam faciebat: quia sicut vnus homo inordinatus, etiam cum solus est, ipse sibi turba est: sic ibi vnitate spiritus & regularis lege silentij in multitudine hominum ordinata, solitudinem cordis sui singulis ordo ipse defendebat. Domibus vero & habitaculis simplicibus, victus inhabitantium persimilis erat. Panis non tam furfureus, quàm terreus videbatur, duris fratrũ laboribus vix de terra deserti illius sterili producẽ: cętera quoque cibaria quæ que vix erant aliquid saporis habentia, prętercquã quod fames seu amor dei faciebat. Sed & ipsum nouitij feruoris simplicitas sibi tollebat, cum quasi venenum arbitrantes quicquid comedentem vtcunque delectaret, recusarent dona dei propter gratiam quam in eis sentiebant. Cum enim circa omne genus carnalis tolerantiæ cum adiutorio gratiæ dei, studium spiritualis patris hoc in eis effecisset, vt plurima quæ homini in carne constituto impossibilia prius videbantur, iam non solum constanter peragerent & sine murmuratione, sed etiam cũ ingenti delectatione: ipsa delectatio aliam in eis pepereat K murmurationem, eo periculosiorẽ, quo eam æstimabant quasi remotiorem à carne, spiritui propinquiorẽ. Persuasum quippe habentes, & quasi cum testimonio conscientiæ suæ memoriæ fideliter commẽdatum, inimicam esse animæ omnem delectationem carnis, quicquid carnem cum qualibet delectatione nutrire videretur, fugiendum arbitrabantur. Quasi etenim per aliam viam reduci se putabant in regionem suã, cum præ dulcedine amoris interioris, amara æque ac dulcia delectabiliter edendo, delectabilius viuere sibi viderentur in eremo, quàm prius vixissent in seculo. Cúque iu hoc suspectam aliquatenus haberẽt spiritualis patris quotidianam correptionem, quasi carni eorum plusquam spiritui deferentẽ aliquando ad iudicium prædicti Cathalaunensis episcopi, qui tunc forte aderat, res delata est. Super quo vir ille potens in verbo, sermonem ad eos aggressus, ad eum finem perduxit, vt omnem hominem quicunque dona dei recusauerit propter gratiam dei, inimicum esse gratiæ dei, & spiritui sancto resistere pronũciaret. Adducta siquidem historia de Helisæo prophęta & filiis prophetarum cum eo in desertis locis viram eremiticam ducentibus, quomodo cum aliquando ad horam refectionis vẽtum esset, amaritudo quædam mortis in olla decoctionis eorum inuenta, per virtutem dei, & ministerium prophetæ, per infusionem farinulæ dulcorata est: olla, inquit, illa L prophetica olla vestra est, nil in se nisi amaritudinem habens: farina vero amaritudiuem in dulcedinem conuertens, gratia dei operans est in vobis. Sumite ergo securi & cum gratiarum actione, quod cum naturaliter minus aptũ fuerit vsibus humanis, ad hoc per gratiam dei vestris est vsibus aptatũ, vt vtamini & comedatis. In quo si inobedientes & increduli permanetis, resistitis spiritui sancto, & gratiæ eius ingrati estis.

Capitulum octauum

HAEC ergo fuit in tempore illo sub abbate Bernardo & magisterio eius in clarissima & charissima valle illa spiritualium schola studiorum: hic feruor regularis disciplinæ, omnia eo faciente & ordinante & tabernaculum deo in terris ædificante secundum exemplar quod ei in monte ostensum est cum in solitudine Cistercienſi cum deo in nube habitaret. Et vtinam post rudimenta primæ conuersationis, postquam didicit aliquatenus & consueuit homo cum hominibus esse, & intelligere super egenum & pauperem, compatiendo infirmitatibus hominum: vtinam se circa semetipsum talem exhibuisset qualem erga cæteros, tam benignum, tam discretum, tam solicitum. Sed continuo cum ab annuæ illius obedientiæ vinculo solutus, & sui iuris effectus est, velut M arcus distentus ad ptistinum rigorem, & sicut torrens detentus & dimissus, ad prioris cursus consuetudinem reuersus est quasi repetens à semetipso pœnas diusculæ illius quietis, & damna laboris intermissi. Videres hominem imbecillem & languidum conari & aggredi quæcunque vellet, minus considerare quid posset, solicitum pro omnibus: circa seipsum negligentẽ: omnibus in omnibus aliis obediẽtissimũ, sed de seipso vix aliquando seu charitati seu potestati obedientem. Semper enim priora sua nulla reputans, maiora moliebatur ad non parcendum corpori, ad studiis spiritualibus roborandum: corpus suum variis infirmitatibus per se attenuatum, ieiuniis insuper & vigiliis sine intermissione attenerendo. Orabat stans die noctúque, donec genua eius infirmata à ieiunio, & pedes eius à labore inflati, corpus sustinere non possent. Multo tempore, & quandiu occultum esse potuit, cilicio ad carnem vsus est. Vbi vero sciri aduenit, continuo illud abiiciens, ad communia se conuertit. Cibus eius, cum pane lac, vel aqua decoctionis leguminum, vel pultes quales infantibus fieri solent. Cæte a vel eius infirmitas non recipiebat, vel parsimoniæ studio ipse recusabat, Vino si quando vtebatur, raro & nimis modico, cum magis aquam & infirmitati suæ & appetitui competere testaretur. Sic autem affectus & confectus, à communi fratrum labore, seu diurno, seu nocturno, vix se aliquando patiebatur esse excusatum, seu ab occupationibus & laboribus ministerij sui. Videbant eum & conuersationem eius homines medici & mirabantur, tantámque

A támque vim eum in seipso causabantur inferre naturæ, ac si agnus ad aratrum alligatus arare cogeretur. Nam cum crebra illa ex corruptione stomachi per os eius indigestæ eruditatis eruptio aliis inciperet esse molestior, maxime autem in choro psallentium, nõ tamen illico collectas fratrum deseruit: sed iuxta locum stationis suæ procurato ac defosso in terra receptaculo, doloris illius sic aliquandiu prout potuit, necessitatem illam transegit. At vbi ne hoc quidem permisit intolerantia rei, tunc demum collectas deserere, & seorsum secum habitare compulsus est, nisi quantum siue collocutionis, siue consolationis gratia, siue disciplinæ clausralis necessitate, conuentui eum fratrum aliquando oportebat interesse. Et hæc fuit tristis illa necessitas, qua primo sancta illa fraternitas, sanctæ illius paternitatis iugi consortio carere posse coacta est. In quo dolemus quidem & plangimus infirmitatis eius tristem effectum, sed sancti desiderij & spiritualis feruoris affectum veneramur. Quanquam nec infirmitatis eius effectus vsquequaque plangendus sit & dolendus. Quid enim si volB luit sapientia dei per infirma potius hominis illius tot tantáque confundere fortia mundi huius? Quid vero aliquando pro qualibet infirmitate eius remansit infectum, quod per eum secundum sibi datam gratiam fieri oporteret? Quis enim nostra ætate, quantumuis robusti corporis, & accuratæ valetudinis, tanta aliquando fecit, quanta iste fecit & facit moribundus & languidus ad honorem dei, & sanctæ ecclesiæ vtilitatem? Quantum postea numerum hominum verbo & exemplo traxit de seculo, non solum ad conuersionem, sed ad perfectionem? Quantas ex eis per totum christianum orbem constituit domos seu ciuitates refugij, vt quicunque peccauerint ad mortem, & æternæ mortis rei iudicati fuerint, reminiscantur & conuertantur ad dominum, & confugiant ad eas, & saluentur in eis? Quæ schismata ecclesiæ non sedauit? quas non confudit hæreses? quam pacem inter dissidentes ecclesias & populos non restituit? Et hæc quidem communia sunt. Cæterum quę bona innumeris hominibus sigillatim prestitit pro causa, pro persona, pro loco, pro tempore, quis enumeret? Porro si nimietas in eo reprehenditur sancti feruoris, habet certe apud pias mentes excessus iste reuerentiam suam: qua quicunque spiritu dei aguntur, multum verentur in seruo dei reprehendere nimium istam nimietatem. Habet & facilem apud homines excusationem, cum vix audeat quisque eum condemnare, quem deus iustificat, tam multa, tam sublimia cum eo & per eum operando. Felix cui solum reputatur C ad culpam, quod cæteri prę sumere sibi solent ad gloriam. Fuerit autem bono iuueni suspecta iuuentus sua (beatus quippe qui semper est pauidus) fuerit ei studium tantam virtutum plenitudinem quam habebat ex gratia, aliqua etiam laboris sui conscientia cumulare. Sed & vita eius quæ omnibus proponebatur imitanda, frugalis continentiæ exemplo carere non debuit. In quo seruus dei etsi nimietate forsitan excesit, piis certe mẽtibus non de nimietate, sed de feruore exemplum reliquit. Quid autem eum nitimur excusare, in quo ipse qui veretur omnia opera sua, non confunditur vsque hodie se accusare, sacrilegij arguens, quòd seruitio dei & fratrum suorum abstulerit corpus suum, dum indiscreto feruore imbecille illud reddiderit ac pene inutile? Sed conualuit de infirmitate, & infirmus fortior & potens factus est. Virtus nanque dei vehementius in infirmitate eius refulgens, ex tunc vsque hodie digniorem quandam apud homines ei efficit reuerentiam, & in reuerentia auctoritatem, & in auctoritate obedientiam. Iam tunc enim ad opus prædicationis diuinitus aptabatur, ad quod (vt supra dictum est) ex vtero matris suæ cum testimonio diuinæ reuelationis olim fuerat præsignatus. Nec tunc tantummodo, sed omni tempore conuersionis & subiectionis & prælationis suæ, ipso ordinãte quo & agente, congruo ordine ad hoc instituebatur, & ignorans quid de se fieret, non solum monastico, sed & omni ecclesiastico ordini in hoc præparabatur. Et primum quidem circa resuscitandum in monastico ordine antiquæ religionis feruorem, primitias iuuentutis suæ dedicauit, exemplo & verbo in conuentu fratrum intra septa monasterij ad hoc omni studio vacans. Postmodum autem cum ad alium vitæ & conuersionis ordinem infirmitate corporis cogeretur, & sicut dictum est, necessitas infirmitatis, & ordo necessitatis à communi eum conuersatiD ne conuentus plus solito sequestraret: hæc prima cœpit esse occasio, vt quasi hominibus de seculo expositus, quorum iam ad eum multitudo magna confluebat, ipse etiam præsentiam suam liberius eis ac liberalius commodans, verbum vitæ prædicaret. Cúmque & longius aliquando à monasterio pro causis ecclesiæ communibus obedientia traheretur, & quocunque veniret, vndecunque locuturus, de deo silere non posset, & agere quæ dei sunt non cessaret: sic in breui apud homines innotuit, vt ecclesia dei tam vtili membro in corpore suo reperto vti ad quodcunque oportebat non dissimularet. Sed & licet à primo flore ineuntis ætatis, fructibus spiritus semper abundauerit: at hoc tamen tempore copiosius ei addita est (sicut apostolus dicit) manifestatio spiritus ad vtilitatem, sermo scilicet fœcundior sapientiæ ac scientiæ cum gratia prophetiæ, operationes virtutum, & diuersarum opitulationes sanitatum: Quorum quædam quæ certa narratione didici, qua fide à fidelibus mihi viris assignata sunt, eadem & ipse legentibus resigno.

Capitulum IX.

PRIMVM ergo signum hoc fuit quod in manu serui sui mundo celebre Christus effecit. Cum aliquantos iam in Claraualle explesset annos, contigit virum nobilem, & ipsius quoque secundum carnem propinquum Iosbertum de FirE mitate, quod est oppidum proximum monasterio, grauiter infirmari. Qui subito præoccupatus, amisit penitus intellectum pariter & loquelam. Vnde & filius eius Iosbertus iunior, & omnes simul amici eo magis affligebantur dolore, quòd sine confessione & viatico vir magnificus & magnifice honoratus obiret. Cucurrit nuncius ad abbatem, neque enim tunc in monasterio erat. Venit, & inuenit eum iam triduo sic iacentem. Compassus autem homini, sed & motus lachrymis filij eius simul & lugentium cæterorum, confisus est de misericordia Dei & sermonem magnificum protulit dicens eis: Notum vobis est quòd in pluribus homo iste grauauit ecclesias, oppressit pauperes offendit deum. Si mihi creditis vt ecclesiis restituantur ablata, & vsurpatæ in grauamen pauperum consuetudines dimittantur, loquetur adhuc, & suorum confessionem faciet delictorum, diuina quoque susçipiet sacramenta deuotus. Mirantur omnes, lætatur filius, familia omnis exultat: quicquid præcipit homo dei, firmiter ei promittitur & impletur. Cæterum frater eius Gerardus, & Galdricus auunculus, non parum territi, & turbati secretius eum super tali promissione conueniunt, durius arguunt, acrius inuehuntur. Quibus breuiter simpliciterque respondens, facile (inquit) facere potest deus, quod difficile credere vos potestis. Itaque post secretam orationem, ad oblationF nem sacrificij immortalis accedit. Quo offerente nuncius superuenit, qui indicaret præfatum Iosbertum libere iam loquentem rogare obnixius, vt vir dei festinaret ad eum. Cui etiam post oblatum sacrificium venienti, cum lachrymis & gemitu peccata confessus, diuina sacramenta susçepit: & duobus post hæc aut tribus diebus viuens, & loquens, ea maxime quæ præceperat abbas sanctus, constituit sine vlla retractatione seruari. Sed & dispossuit domui suæ, & eleemosynas dedit, & sic demum christiano more in bona spe misericordiæ dei animam exhalauit. Reuertebatur aliquando pater sanctus à pratis, & obuiam habuit mulierem paruulum filium in brachiis deportantem, quem de longe artulerat ad eum, ab vtero matris habentem manum aridam & brachium totum. Motus autem lachrymis matris & precibus iussit puerum deponi, factáque oratione continuo signans puerum, & brachium, & manum eius, dixit mulieri vt vocaret filium suum. Vocauit illa infantem, & ille accurrit, & vtroque brachio amplexatus matrem suam, sanus factus est ex ea hora. Erant autem huius beati viri fratres & filij spirituales mirantes super his quæ audiebant & videbant de eo. Nec tamen more carnalium in gloriam eleuabantur humanam, sed iuuenili eius ætati, & nouæ adhuc conuersationi, spirituali solicitudine metuebant. In quo nimirum zelo Galdricus auunculus eius, & Guido primogenitus fratrum, cæteros anteibant, vt ipsos tanquam ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G minòs quoſdam ſtimulos carnis ſuæ, ne gratiarum magnitudo eum extolleret, accepiſſe diuinitus videretur. Neque enim parcebant verbis durioribus exagitantes teneram verecundiam eius, calumniantes etiam bene geſta, ſigna omnia annihilãtes, & hominem manſuetiſsimum nihilque contradicentem, frequenter vſque ad lachrymas improperiis & opprobriis affligentes. Narrare ſolet venerabilis epiſcopus Lingonenſis Godefridus ſancti viri & propinquus ſanguine, & cõuerſione ſocius, & ex tunc per omnia indiuiduus comes, primo miraculo quod per manus eius fieri vidit, prædictum germanum eius affuiſſe Guidonem. Erat enim eis tranſitus per caſtrum Nantonis in territorio Senonum: & iuuenis quidam cuius pedem fiſtula occupauerat, prædicti patris tactum & benedictionem cum multa ſupplicatione petebat. Signatus autem ſtatim conualuit, & poſt pauciſsimos dies regreſſi per idem oppidum, ſanum eum atque incolumem inuenerunt. Cæterum ſæpe dictus beati viri frater ne ipſo quidem poterat cõpeſci miraculo quo minus increpareret eum, & præſumptionis argueret, quòd acquieuerit tangere hominem: tanta ſiquidem charitate pro eo ſollicitus erat.

Capitulum X.

H CIRCA idem tempus accidit vt auunculus eius Galdricus, qui & ipſe zelo ſimili eius mãſuetudinem (ſicut prædiximus) duris increpationibus obtuebat, grauiſsimis febribus laboraret. Demum ingraueſcente morbo ipſa doloris magnitudine ſuperatus, abbatem humili obſecratione compellat, vt ſui miſereatur, & opem ſibi ferat quam cæteris conſueuit. At ille cuius ſpiritus ſuper mel dulcis, primum leniter breuitérque commemorans crebras ſuper huiuſmodi obiurgationes ipſius, & imponens ei ne forte hæc diceret tentans eum, perſiſtenti tandem manum imponit, & febrem abſcedere iubet. Nec mora, ad imperium eius reliquit eum febris, expertum in ſemetipſo quod in cæteris arguebat. Idem quoque Galdricus cum in Claraualle aliquantos iam perageret annos feruens ſpiritu, & totius boni æmulator, ex hac luce migrauit. Qui ante vnam fere horam mortis turbatus ad momentum, & toto corpore terribiliter motus infremuit: ſed adpriſtinam ſerenitatem reuerſus, vultu deinceps placidiſsimo expirauit. Noluit autem dominus ſollicitum abbatis animum huius rei cognitione fraudari. Siquidẽ poſt aliquot dies idem Galdricus apparens ei in viſu noctis, cum omnia erga ſe proſpera eſſe ſcicitanti reſponderet, & in magna ſeſe gratularetur felicitate locatum, demum interrogatus eſt quidnam ſibi voluit tam acerba illa in morte támque repentina commotio. Dicebat autem quòd ea hora duo ſpiritus nequam velut in puteum horrendæ profunditatis eum præcipitare paraſI ſent: vnde territus ita contremuit, ſed beato Petro accurrente ereptus nihil ſenſit deinceps læſionis. Longum eſſet cuncta narrare quæ ſuper his qui ex hac vita diſceſſerant, & eorum felicitate ſeu etiam neceſsitate, diuina ei gratia reuelare ab ipſis initiis conſueuit. Vnum tamen dixerim, quod ob fratrum commonitionem aliquotiens etiam ipſe commemorat. Frater quidã bonæ intentionis, ſed durioris erga cæteros fratres conuerſationis, & minus compatiens quam deberet, in monaſterio defunctus eſt. Poſt paucos autem dies viro dei apparuit vultu lugubri, & habitu miſerabili, ſignificãs non ad votum ſibi cuncta ſuccedere. Interrogatus autem quid ſibi eſſet, quatuor dilaceratis ſeſe traditum querebatur. Ad quod verbum continuo impulſus eſt, & quaſi præcipitanter expulſus à facie viri dei. Qui grauius ingemiſcens poſt tergum eius clamauit: Præcipio tibi in nomine domini, vt qualiter tecum agatur, in proximo mihi iterum innoteſcas. Et conuerſus ad orationem pro eo, & oblationem hoſtię ſalutaris, aliquos etiã fratrum quorum ampliorem nouerat ſanctitatem, eidem ſimiliter ſubuenire monebat. Nec verò deſtitit donec poſt ſicut præceperat, per aliam reuelationem cognita eius liberatione meruit conſolari.

CIRCA hoc tempus in regno Galliæ & finitimis regionibus fames inualuit: ſeruorum autem ſuorum horrea domini benedictio cumulauit. Siquidem vſque ad annum illum nunquam eis laboris ſui annona ſuffecerat. Sed & tunc K quoque poſt meſſem collectam, diligenter omnibus ſuppu tatis, vix vſque ad Paſcha ſibi eam poſſe ſufficere æſtimabant. Cum autem emere vellent, ſumptus non inuenerunt, quòd longe carius ſolito venderetur. Itaque ab ipſo tempore quadrageſimali, pauperum ad eos maxima multitudo confluxit. Quibus erogantes fideliter quod habebant, domino benedicente, ex modica illa annona vſque ad meſſem ipſi pariter, & qui ſuperueniebant pauperes, alacriter ſuſtentabãtur. Virum pauperem non longe à monaſterio habitantem vxor adultera maleficiis cruciabat. Sicut enim ei in ira & furore fuerat comminata, egerat per malignas incantationes, vt miſer homo conſumptis carnibus nec poſſet mori, nec viuere ſinemo conſumptis carnibus nec poſſet mori, nec viuere ſinemo corretur, Sæpius denique & vocis vſum, & ſenſum omnem corporis amittebat, itcrúmque redibat non ad vitam, ſed ad mortem prolixiorem crudeliter reuocatus. Adducitur tãdem homo ad virum dei in monaſterio demorantem, & ei tragœdia miſerabilis explicatur. Qui vehementer indignans antiqui hoſtis malitiam tantum ſibi in Chriſtianum hominem vſurpaſſe, vocans duos è fratribus, ante ſanctum altare hominem deportari, ibíque ſuperpoſito capiti eius vaſculo Euchariſtiam continente, in ipſius ſacramenti virtute, à læſione Chriſtiani iubet dæmonem prohiberi. Factum eſt vt præcepit: & miſerum hominem poſt tantos cruciatus fides perfecta perfectæ reddidit ſanitati. L

Capitulum XI

FRATER Robertus eiuſdem ſancti viri monachus, & ſecundum carnem propinquus, in adoleſcentia ſua quorundã perſuaſione deceptus, Cluniacum ſeſe contulerat. Venerabilis autem pater poſtea quàm aliquandiu diſsimulauit, eundem fratrem ſtatuit per epiſtolam reuocare. Quo dictante, venerabilis Guilielmus Rieuallis poſtea monaſterij primus abbas, in membrana ſcribens eandem excipiebat epiſtolam. Erant autem ambo pariter ſub dio ſedentes: ad dictandum quippe ſecretius ſepta monaſterij egreſsi fuerant. Subito autem inopinatus imber erupit: & is qui ſcribebat (ſicut ipſo referente didicimus) chartam reponere voluit. Ad quem pater ſanctus, opus (inquit) dei eſt: ſcribe, ne timeas. Scripſit ergo epiſtolam in medio imbre ſine imbre. Cum enim vndique plueret, chartam expoſitam virtus operuit charitatis, & qui dictabat epiſtolam, ſchedulam quoque pariter conſeruabat. Et hæc quidem epiſtola ob tam grande miraculum, in codice epiſtolarum eius à fratribus non immerito prima eſt ordinata. Agebatur ſolennitas quædam præcipua, & frater aliquis quem pro ſecreta culpa ab altaris ſacri communione ſuſpenderat, notari timens, & ruborem non ſuſtinens, ad maI num eius cum cæteris nimium præſumptuoſus acceſsit. Intuitus autem eum, quoniam cauſa latens erat, repellere hominem noluit, ſed intimo corde orabat deum, vt de tanta præſumptione melius aliquid ordinaret. Itaque ſumens homo Euchariſtiam non poterat ad interiora traiicere, & diu multúmque conatus cum nullo modo prævaleret, anxius & tremebundus clauſam ore ſeruabat. Expleta denique hora orationis ſexta, patrem ſanctum traxit in partem, cuius pedibus aduolutus, cum multis ei lachrymis quod patiebatur aperuit, & aperto ore ipſam quoque Euchariſtiam oſtẽdebat. Increpans autem eum confitentem abſoluit, & ſine difficultate recepit dominica ſacramenta. In minimis etiam rebus magna per eum nouimus contigiſſe. Venerat aliquando Fuſniacum, quæ eſt abbatia vna de primis quam ipſe ædificauit, in Laudunenſi territorio ſita. Cùmque noui ibidem oratorij dedicatio pararetur, ita illud occupauerat muſcarum incredibilis multitudo, vt earum ſonitus, improbúſque diſcurſus, grauem nimis introeũtibus moleſtiam generaret. Nullo igitur occurrente remedio, dixit ſanctus, Excommunico eas. & mane omnes pariter mortuas inuenerunt. Cùmque pauimentũ omnes pariter mortuas inuenerunt. Cùmque pauimentũ omnine operuiſſent, paliis eiicientes eas, ita demũ baſilicã munmine operuiſſent, paliis eiicientes eas, ita demũ baſilicã mundauerunt. Hoc autem tam notum & tam celebre fuit, vt inter vicinos quoque, quorum ad dedicationem maxima multitudo conuenit, muſcarum Fuſniacarum maledictio in parabolã verteretur. In eo quoque monaſterio, cui Charus locus nomen

A men eſt, puerum quendam qui inceſſanter flebat & eiulabat, vir ſanctus oſculo ſanauit. Cum enim per multos dies ſine intermiſſione plorans, nullam reciperet conſolationem, quod genus morbi medici non ignorant, miſerabiliter deficiens tabeſcebat. Quem ſeorſum alloquens pater ſanctus monebat, vt ſuorum confeſſionem faceret delictorum. Facta autem confeſſione, ſubito vultum ſerenans, petiit à beato patre ſibi oſculum dari. Acceptóque oſculo pacis ex ore ſancti, in omni protinus pace quieuit, & lachrymarum fonte ſiccato lætus & incolumis eſt regreſſus ad propria. Exeunti aliquandò abbati poſt fratres reliquos ad laborem, filium claudum pater obtulit, ſupplicans vt ei manum imponere dignaretur. Excuſabat autem ſe vir dei dicens, non ſe eſſe illius meriti, à quo talia deberent beneficia poſtulari: claudis reddere greſſum, apoſtolicæ eſſe, non ſuæ virtutis. Victus tamen patris inſtantia, ſignauit puerum, ac dimiſit. Qui ex hora conualuit, & intra paucos dies ab eodem iterum patre cum multa gratiarum B actione reductus incolumis oblatus eſt viro Dei. Diuertit aliquando nobilium cohors militum ad Claramuallem, vt videret locum ipſum, ac reuerendiſſimum eius abbatem. Prope autem erat ſacrum quadrageſimæ tempus, & illi omnes fere iuuenes dediti militiæ ſeculari, circumibant quærentes execrabiles nundinas, quas vulgo Tornetas vocant. Cœpit itaque ab eis petere paucos illos qui ante quadrageſimam ſupererant dies, ne armis interim vterentur. Quibus obſtinato animo renuentibus, neq; concedere acquieſcentibus, Confido, ait, in domino, quòd ipſe mihi dabit inducias quas negaſtis. Et accerſito fratre, iubet eis ceruiſiam propinari, benedicens eam & dicens, vt potionem biberent animarum. Biberunt ergo pariter, quidam tamen inuiti præ amore ſeculi, metuentes eum quem poſtea ſunt experti diuinæ virtutis effectum. Vt enim egreſſi ſunt monaſterij fores, mutuis ſeſe cœperunt inflammare ſermonibus, quia cor eorum ardens erat in eis. Inſpirante igitur deo, & currente velociter verbo eius, eadem hora reuerſi, & conuerſi à viis ſuis, ſpirituali militiæ dextras dederunt. Quorum quidam adhuc militant deo, quidã autem cum eo iam regnant, carnis vinculis abſoluti. Quid autem mirum quòd deuotis hunc hominem colit obſequiis maior ætas, in cuius deuotionem diuina virtus ipſam quoque infantiam excitat expertem adhuc rationis, & deuotionis ignaram? Norũt multi illuſtrem iuuenem Vvaltherum de Monte mirabili, cuius patruus frater Vvaltherus inter eos, quos prædiximus milites, ſacram in Claraualle militiam eſt profeſſus. Hunc ergo Vvaltherum iuniorem cum adhuc infantulus eſſet, adhuc anniculus, & ſola poſſe cognoſcere vbera cognoſceretur, mater ſua benedicendum obtulit viro dei, gratulabunda & exultans, quòd in domo ſua hoſpitem mereretur habere tam ſanctum. C Cúmque vir dei, ſicut ſemper & in omni loco facere conſueuerat, de ſalute & ædificatione animarum ad circumpoſitos loqueretur, prædicti mater infantis tenens eum in gremio, ſedebat ſecus pedes ipſius. Accidit autem vt inter loquendum aliquando manum protenderet, & apprehendere eam conabatur infantulus. Aduertitur tandem conatus paruuli, cum ſæpius id feciſſet: & mirantibus vniuerſis datur ei facultas vt manum poſſit apprehendere quam optauit. Tum vero mira admodum reuerentia, alteram manum ſuam ſupponens, altera tenens eam, detulit ad os ſuum, & oſculatus eſt eam. Neque id ſemel tantùm, ſed totiens faciebat, quotiens beatam manum tenere permiſſus eſt.

Capitulum XII.

INFIRMABATVR aliquando homo Dei, & velut riuulus quidam phlegmatis inceſſanter ab eius ore fluebat. Vnde exhauſto corpore vſquequaque deficiens, paulo minus ad extrema deuenit. Conuenerunt itaque filij & amici eius velut ad exequias tanti patris, & ego ipſe inter cæteros affui, quòd me quoque eius dignatio in amicorum numero reputaret. Cúmque extremum iam trahere ſpiritum videretur, in exceſſu mentis ſuæ ante tribunal domini ſibi viſus eſt præſentari. Affuit autem & Satan ex aduerſo, improbis eum accuſationibus pulſans. Vbi verò ille omnia fuerat proſecutus, & viro dei pro ſua fuit parte dicendum, ille territus aut turbatus ait: Fateor non ſum dignus ego, nec propriis poſſum meritis regnum obtinere cœlorum: cæterum D duplici iure illud obtinens dominus meus, hæreditate ſcilicet patris, & merito paſſionis: altero ipſe contentus, alterum mihi donat, ex cuius dono iure illud mihi vendicans non confundor. In hoc verbo confuſus inimicus, conuentus ille ſolutus & homo dei in ſe reuerſus eſt. Cúmque ex hoc magis diſſolutionem ſui corporis imminere ſperaret, viſio altera longe diſſimilis eſt ſecuta. Siquidem velut in littore quodam poſitus videbatur ſibi nauem quæ ſe tranſueheret expectare. Cúmque applicuiſſet nauis ad littus, feſtinabat ingredi, & illa ſedens impingebat in aquam. Vſque tertiò ita faciens, tandem relicto eo nauis ibat, & non reuertebatur. Intellexit autem protinus, necdum tempus ſuæ migrationis adeſſe. Adhuc tamen creſcebat dolor, eo vtique magis moleſtus, quo minus iam eum ſpes imminentis exitus ſolabatur. Contigit autem adueſperaſcente iam die, vt cæteris fratribus iuxta conſuetudinem accedentibus ad lectionem collationum, ſolus abbas cum duobus fratribus ſibi aſſiſtentibus remaneret in diuerſorio in quo iacebat. Cúmque vehementius affligeretur, & ſupra vires dolor excreſceret, aduocans alterum è duobus, iubet citius oratum ire. Excuſantem denique & dicentem: Non ſum ego talis orator, obedientiæ auctoritate compellit. Itum eſt & oratum ad altaria, quæ in eadem baſilica erant tria. Primum in honore beatæ dei genitricis: duo circumpoſita, in ho- E nore beati Laurentij martyris, & beati Benedicti abbatis. Eadem igitur hora affuit viro dei prædicta beata virgo, duobus illis ſtipata miniſtris, beato ſcilicet Laurentio, & beato Benedicto. Aderant autem in ea ſerenitate & ſuauitate quæ eos decebat, & tam manifeſtè, vt ex ipſo introitu cellulæ, perſonas quoque diſcerneret ſingulorum. Imponentéſque ei manus, & loca doloris attactu piiſſimo lenientes, omnem protinus ægritudinem depulerunt. Siccatus eſt enim illico phlegmatis riuus, & dolor omnis abſceſſit. Cum autem & ego aliquando ægrotarem in domo noſtra, & iam me nimium fatigaſſet & attriuiſſet in longum nimium ſe protendens ægritudo: audiens hoc miſit ad me frater ſuum virum bonæ memoriæ Gerardum, mandans me venire ad Claramuallem, ſpondens me ibi cito aut curandum, aut moriturum. Ego verò quaſi diuinitus accepta vel oblata facultate ſeu apud eum moriendi, ſeu aliquãdiu cum eo viuendi, (quorum quid maluerim tunc, ignoro) profectus ſtatim ſum illuc, quamuis cum nimio labore ac dolore. Vbi factum eſt mihi quod promiſſum fuerat, & fateor ſicut volui. Reddita quippe mihi ſanitas eſt à magna & periculoſa infirmitate, ſed paulatim vires corporis redierunt. Deus enim bone, quid mihi boni contulit illa infirmitas, feriæ illæ, vacatio illa: ex parte id quod volebam. Nam & cooperabatur neceſſitati meę toto illo tempore infirmitatis meę apud eum infirmitas eius, qua & ipſe tũc temporis detinebatur. Infirmi ergo ambo tota die de ſpirituali phyſica animæ conferF bamus, de medicamentis virtutum cõtra languores vitiorum. Itaque tunc diſſeruit mihi de Cantico canticorum, quantum tempus illud infirmitatis meæ permiſit, moraliter tantum, intermiſſis myſteriis ſcripturæ illius, quia ſic volebam, & ſic petieram ab eo. Singuliſque diebus quęcunque ſuper hoc audiebam, ne mihi effugerent, ſcripto alligabam, inquantum mihi deus donabat, & memoria me iuuabat. In quo cum benigne & ſine inuidia exponeret mihi & communicaret ſententias intelligentiæ, & ſenſus experientię ſuę, & multa docere niteretur inexpertum, quę non niſi experiendo diſcuntur, etſi intelligere non poteram adhuc quę apponebantur mihi, plus tamẽ ſolito intelligere me faciebat quid ad ea intelligẽda deeſſet mihi. Sed de his hucuſque dixiſſe ſufficiat. Cum autem inſtante dominica quæ ſeptuageſima denominatur, veſpere ſabbati dominicã ipſam præcedentis iam tantum cõualuiſſem & valerem, vt de lecto per me ſurgere & exire & intrare poſſem, veſpere ſabbati ipſam dominicam præcedentis cœpi diſponere de reditu noſtro ad noſtros. Quod ipſe auditum omnino prohibuit, & vſque ad dominicam quinquageſimę omnem mihi ſpem reditus & conatum interdixit. Acquieui facilè, cum quod pręcipiebatur, & volũtas nõ abnueret, & infirmitas requirere videretur. Cum autẽ vltra dominicam illã ſeptuageſimæ à carnibus, quibus vſque ad diem illam ipſo præcipiẽte & neceſſitate cogen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G te vescebar, vellem abstinere: & hoc ipsum prohibuit. Super quo cum nec monenti acquiescerem, nec rogantem audire, nec obedirem præcipienti: sic vespera illa sabbati abinuicem discessimus, ille tacitus ad completorium, ego ad lectum. Et ecce infirmitatis meæ rabies rediuiua quasi resumptis omnibus viribus pristinis, cum tanta me vehementia & ferocitate inuadens corripuit, tantáque malignitate tota nocte illa deuastando cruciauit, supra vires, supra virtutem, vt de vita desperans, vix saltem vsque ad diem, vt vel semel adhuc loqueret viro Dei, crederem me victurum. Cúmque in dolore illo totam noctem duxissem, summo mane accersitus ille aduenit, non tamen afferens mihi quem solebat vultum compatientis, sed quasi arguentis. Subridens tamen, quid (inquit) hodie comedetis? Ego verò qui iam ipso tacente, hesternam inobedientiam certissimè interpretabar causam esse illius afflictionis meæ, qnicquid inquam præcipietis .. Quiescite ergo, ait, non moriemini modo. Et abiit. Et quid dicam? Cófestim omnis dolor abiit, nisi quòd fatigatus nocturno illo dolore meo, tota ipsa die vix de lecto surgere præualui. Quis enim aut qualis fuit ille dolor? Non recolo similem me aliquando fuisse perpessum. In crastino autem sanus factus sum, & vires recepi. Et paucis interpositis diebus, cũ benedictione & gratia bona boni hospitis mei ad propria reuersus sum.

Capitulum XIII

CVMQVE dilectus Deo & hominibus Bernardus in illa valle sua & vicinis ciuitatibus, & regionibus quas aliquotiens eum inuisere domesticæ curæ ratio cogebat, tantis floreret virtutibus & miraculis; cœpit etiam seu communibus ecclesiæ necessitatibus, seu charitate fratrum, seu obedientia maiorum, ad remotas pertrahi regiones, paces desperatas inter dissidentes ecclesias & principes seculi reformare, causas humano sensui & consilio interminabiles, auxilio dei pacifice terminare, & virtute potius fidei quam spiritu huius mundi de multis huiusmodi impossibilibus possibilia faciendo, quasi montes transferendo, magis ac magis in oculis omnium mirabilis & venerabilis apparere. Maxime verò intantum in eo enitescere cœpit virtus prædicationis, vt dura etiam corda auditorum emolliret, & vix aliquando vacuus domum rediret. Postmodum verò feliciter proficiente & vsu sermonis, & exemplo conuersationis, rete verbi dei in manu piscatoris dei tam copiosas piscium rationalium multitudines cœpit cócludere, vt de singulis eius capturis, naucula domus illius impleri posse videretur. Vnde factum est vt in breui maiori miraculo præ omnibus quæ in hac vita I cem, & tantummodo loqui ualentem obscura vsque ad illud tépus illa vallis, & re & nomine, Clarauallis efficeretur, diuinq cuiusdam claritatis lumẽ quasi de summo quodam apice vir tutum diffundẽs in deuexa terrarum. Et ex tunc apud vallem illam quæ prius dicebatur vallis absynthialis & amara, cœperunt montes stillare dulcedinem. Quæ vacua fuerat & sterilis ab omni bono, cœpit abundare spirituali frumento, & de rore cœli & benedictione dei intantum pinguescere omnia deserta eius, & multiplicata gẽte magnificare lætitiam, vt impletum in ea videatur quod olim per prophetam dictum est ad ciuitatem Hierusalem: Adhuc, inquit, dicẽt in auribus tuis filij sterilitatis tuæ: Angustus est locus, fac locũ vt habitemus. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non parturiens, & istos quis enutriuit? Iam enim de locis angustioribus vallis illius, domus claustralis habitationis non sine diuinis quibusdam reuelationibus translatæ inlocum planiorem & spaciosum, magnificatæ ibi & amplificatæ sunt, & adhuc multitudini inhabitãtium ipse locus angustus est. Iam domus ordinis illius, filiæ domus ipsius citra & vltra alpes & maria deserta plurima impleuerunt, & adhuc sunt & quotidie cófluũt, quibus locus quærẽdus est. Et petuntur vndique fratres & mittuntur, cum beatos se æstimẽt reges gentiũ & præsules eccleſiarum, ciuitates & regiones quæcunque de domo illa & disciplina viri dei meruerunt contubernium aliquod adipisci. Quid dico? Vltra homines vsque ad barbaras nationes in quibus naturalis feritas naturam quodammodo exuit humanam, religio hæc profecta est, vbi per eam bestiæ syluæ K homines fiunt, & cum hominibus assueræ conuersari, discunt cantare domino canticum nouum. Quaproqter piscator dei præcipiente domino non cessat laxare retia in capturam, & aliis abeuntibus, aliis succedentibus in locum eorum, nunquam sanctæ illius congregationis minuitur plenitudo. Hoc vsque nunc egerunt, & quotidie agunt mirificæ eius capturę Cathalaunensis, Parisiacensis, Maguntiæ, Leodiensis, & aliarum nonnullarum ciuitatum: Flandriæ quoque & Germaniæ, Italiæ, Aquitaniæ, & aliarum regionum quaſcunque quacunque necessitate contigit aliquando, seu adhuc vsque hodie contingit virum dei visitare. Cooperante siquidem gratia spiritus sancti, quocunque vadit plenus redit, & sua eum plenitudo vbique comitatur. Nec dimittit suos quos à se transmittit, sed vbicunque sunt, & ipse semper paterna solicitudine cum eis est. Et sicut ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, sic ad ipsum quotidie seu lęta seu tristia filiorum suorum. Sæpe etiam sine omni relatione carnis ac sanguinis paternę eius solicitudini diuinitus innotescit, quid circa aliquos eorum longe à se distantes agatur, si quid eis prouidendum, si quid in eis emendandum sit, tentationes & excessus eorum, infirmitates & obitus, & quarumlibet secularium tribulationum incursus. Nam & pro absentium statrum certis necessitatibus, præsentibus circa se fratribus sæpe orationem indicit. Nonnunquam etiam morientes in locis aliis L ad ipsum per visionem accessisse noscuntur benedictionem eius & licentiam postulantes: nimirum hoc agente & obedientia missorum, & charitate mittentis. Veneram aliquando ad eum, & dum loquerer ei, vidi & audiui quod silere non debeo. Aderat monachus quidam Fusniacensis, continuo ad suos rediturus. Cúmque accepto responso super his pro quibus venerat, iam ab eo egrederetur, in spiritu & virtute Heliæ reuocans eum propheta dei, & nomine fratris cuiusdam de domo illa præmissa, de occultis quibusdam me audiente mandauit illi vt ea corrigeret: sin autem, super se iudicium dei in proximo expectaret. Stupefactus ille, quis hoc ei dixerit, requisiuit. Quisquis, inquit, dixerit mihi, tu vade, & dic quæ ego dico tibi ne si dissimulaueris, re quoque inuoluat par pœna peccati. Mirabar super hoc, sed miranti mihi, in simili penitus causa multo mirabiliora de eo narrata sunt. Guido nanque frater eius, maior natu inter fratres suos, cuius grauitatis & veritatis fuerit vir, omnes sciunt qui eum sciunt. Hic cum simul aliquando essemus, & de huiusmodi loqueremur, & quærerem ego ab eo, sicut iucundæ ad amicos collocutionis esse solebat, Fabulæ (inquit) sunt quæ auditis. Cúmque suo more & solito studio fraternas virtutes deprimeret, mihi tamen nollet esse molestus, Quæ (inquit) nescio, non dico vobis, sed vnum scio & expertus sum, multa ei in M oratione reuelari. Deinde nartauit mihi, quomodo cum primo melliflua illa spiritualium apum aluearia noua de se examina circunquaque proferre, nouáque ex eis domos ordinis sui ædificare cœpissent: petente & agente domino Gulielmo episcopo in episcopatu Chathalaunensi eam, quæ Trium fontium dicitur, construxerũt. Ad quam cum abbatem cum monachis emisissent dominum Rogerium virum nobilem secũdum seculum, sed nobiliorem sanctitate, & viros quosdam similis formæ cum eo, spiritualis pater filios quos emisit non dimisit, sed paterna sollicitudine & pia affectione cum eis erat. Vnde cum die quadam soli simul essent abbas & ipse, curius hoc relatione didici, & de fratribus ipsis ad alterutrum loquerentur, subito altius suspirans, durius aliquid solito de eis corde suo sibi respondente, Vade, ait fratri suo, ora pro eis: & quicquid de eis ostenderit tibi deus, refer ad me. Ipse enim grauissima valetudine ea hora laborans, in lectulo tenebatur. At ille vehementer expauescens, absit, inquit: non sum qui hoc modo nouerim orare, qui hoc mereat impetrare. Perseuerante tamen eo in sententia, itum est & oratum. Orans ergo quantum præualuit, pro singulis effudit animam suam: tantáque per singulos in orando perfusus est suauitate conscientiæ, cum impetrandi fiducia, & omni gratia spiritualis consolationis, vt in omnibus certa fide exauditum se exultaret spiritus eius, exceptis duobus, in quibus oratio titubauit, hæsitauit deuotio, fiducia defecit. Quod cum retulisset ad

A ad eum à quo missus erat, ille statim pronunciauit de illis duobus, quod postea probauit euentus. Abbas autem Rogerius, & aliqui qui cum eo erant, ipsi fuerunt quos vir Dei aliquando de Cathalaunensi traxerat ciuitate, de quibus vel in quibus etiam tunc simile quid fuerat factum. Cum enim episcopi gratia Cathalaunum frequentaret, rediens aliquando traxit secum multitudinem nobilium & literatorum clericorum & laicorum. Quibus adhuc in domo hospitum demorantibus, dum nouellas plantationes cœlestibus rigaret eloquiis, superuenit portarius monachus, nuncians Stephanum de Vitreyo magistrum eorum adesse ad renunciandum seculo, & cum eis commorandum. Quis alius de talis viri aduentu non exultasset, præsertim cum vallis illa huiusmodi frumento non multum adhuc abundaret? Ipse verò reuelante sibi spiritu sancto insidias spiritalis nequitiæ, tacitus aliquantulum ingemiscens, erupit in vocem audientibus vniuersis: Malignus, ait, spiritus huc eum adduxit. Solus venit, solus reuertetur. Obstupuere omnes qui prius audito eius aduentu non se capere poterant præ lætitia. Veruntamen ne pusillos adhuc scandalizaret filios, susceþit hominem: de perseuerantia aliisque virtutum studiis studiosè commonuit, & sciens & prudens omnia promittentem nihil acturum, cum vere Deum quærentibus & perseueraturis in cellam nouitiorum probandum intromisit. Sed de omnibus quæ prædixerat, B nihil cecidit in terram. Vidit idem Stephanus, sicut confessus est, cum in cella nouitiorum adhuc demoraretur, Maurulum quendam puerum ab oratorio se extrahentem. Vbi nouem ferme mensibus degens nouissime tamen defecit, & vt de eo prædictum fuerat, sicut solus venerat, sic solus recessit. Frustrata autem est & versutia inimici, & quem nouitiorum parauerat in ruinam, de ipsius potius ruina illi confirmati sunt. Priusquam à Cathalauno recedamus, cum aliquando pater sanctus inde rediret, frigore & vento tam ipse, quàm qui cum eo erant, grauiter laborabant. Cúmque præcedentibus multis qui tunc forte in comitatu eius erant, nec præ angustia frigoris ad eum attendentibus, pene solus ipse sequeretur, contigit equum vnius de duobus qui cum eo erant, incaute dimissum euadere, & excurrere per planitiem latè patentem. Quem cum apprehendere non possent, & intemperies aëris ad hoc non permitteret vacare diutius, Oremus, inquit. Flexisque genibus in oratione cum fratre qui cum eo erat, vix adhuc dominicam poterant orationem expleuisse, cum ecce equus ille cum omni mansuetudine rediens substitit ante pedes ipsius, & redditus est sessori suo. Et vt à Cathalauno ad Remensem ciuitatem pertranseamus, contigit aliquando dissentientibus archiepiscopo & populo Remensi, ad conciliandos eos adesse virum dei. Cúmque in palatio eiusdem C ciuitatis cum Iosleno Suessionensi episcopo consedisset, & magna cleri plebisque frequentia repleta domo, de pace tractaretur: ecce coram omnibus misera mulier filium suum plenum (vt putabatur) dæmone, ei offerens, misericordiam precabatur. Siquidem iam ea ipsa die insurgens in ipsam matrem suam, pene eam occiderat, & mutus effectus & cæcus, & surdus, apertis oculis non videbat, & stupentibus in eo sensibus omnibus, etiam sine intellectu permanebat. Compassus verò miseræ matri, quam maxime sensus doloris illius excruciabat, misero adolescenti blandiens, & piis manibus caput eius & faciem demulcens, alloqui eum cœpit, & quomodo in matrem suam mittere manus præsumpserit, scisciari. Ille verò ad se reuersus, continuo peccatum suum recognouit, & deinceps emendationem promittens, incolumis restitutus est matri suæ. In monasterio quoque, quod Alpese dicitur, inter cæteros qui curam requirebant infirmorum, venit ad eum mulier quæ caduco morbo laborabat. Hæc in ipsa hora cum staret coram eo, à repentino impetu mali illius corruit. Sed apprehensa vir domini manu eius, continno erexit eam, nec tantum in illa hora, sed perfectè omnino curata est ab infirmitate sua.

Capitulum XIIII.

DVCISSA Lothoringiæ, fœmina nobilis, sed non tam nobiliter victitans, cum vidisset aliquando in somnis hominem illum dei serpentes septem horribiles de vtero suo manibus propriis extrahentem: postmodum ad religiose viuen- D tium eius admonitione conuersa, vsque hodie se esse de qua septem dæmonia eiecerit gloriatur. Noui ego clericum quendam Nicolaum nomine, seculo pene desperabiliter deditum, sed per eum de seculo liberatum. Qui cum in Claraualle monasticæ conuersationis habitum & ordinem susceþisset, videns eos qui de seculi naufragio illuc confugerant, naufragij sui damna continuis redimere lachrymis, idem ipse facere volens nec valens præ duritia cordis sui, rogabat eum cum magno cordis dolore, vt impetraret sibi à deo gratiam lachrymarum. Orauit, tantámque ei & tam continuam impetrauit compunctionem cordis cum gratia lachrymarum, vt vix aliquando vltra inuenirentur vultus eius in diuersa commutati, vel oculi eius sine lachrymis etiam cum comederet, cum iret per viam, vel dum cum quolibet loqueretur.

Tot sunt & tantæ, quas in hunc modum de eo audiuimus & vidimus virtutes, & circa diuersas hominum necessitates diuersæ opitulationes, vt si quis omnia velit vel verbo pronũciare vel scripto, fastidiosis incredulitatem, vel incredulis possit generare fastidium. In omnibus autem operibus suis quàm purus ei sit oculus intentionis, manifestè denũciat corpus lucidæ eius operationis. Summos quippe honores ecclesiasticos quasi dignum eum iugiter persequentes, non iactanter respuendo, sed religiose & rationabiliter declinando, quid in omni operatione sua semper quæsierit, quò ambierit, manifeste declarat. Cúmque dignus esset vt cogeretur, nescio quo E iudicio dei, & singularis reuerentia sanctitatis, iam olim apud omnes obtinuit ne aliquando ad aliquid contra voluntatem suam cogatur. Sed cum hoc modo mundi huius fugit honorem, omnium honorum non effugit auctoritatem, dignus in conscientiis omnium qui in timore & amore dei timeatur & ametur: quo præsente vbicunque fuerit, nil contra iustitiam audeatur: cui vbicunque aliquid loquitur, vel agit pro iustitia, obediatur. Eiusmodi fultus auctoritate in ecclesia dei, cum obedientiæ vel charitatis vrget necessitas, nullam refugit incommoditatem laboris sui. Cuius enim voluntati sic detulit, cuius consilio sic se humiliauit potestas omnis tam secularis, quàm ecclesiasticæ dignitatis? Reges superbi, principes & tyranni, milites & raptores sic eum timent & reuerentur, vt videatur in eis impletum quod in euangelio legitur dominus dixisse discipulis suis: Ecce, inquit, dedi vobis potestatem calcandi super serpẽtes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Porro inter spirituales, & vbi spiritualia spiritualiter examinantur, longe ei alia auctoritas est. Sicut enim dicitur per prophetam de sanctis animalibus, quia cum fieret vox supra firmamentum quod imminebat capiti eorum, stabant, & submittebant alas suas: sic hodie vbique terrarũ spirituales quique loquente eo seu tranctante stant, cedendo præcedenti: & sensibus eius vel intelligentiis F submittunt sensus & intelligentias suas. Tanta ergo virum illum sanctum vsque hodie apud deum & apud homines commendant sæcratum insignia virtutum, testimonia circumuallant sanctitatis, charismata sancti spiritus illustrant, quódque maius his omnibus & difficilimum est in rebus humanis, hæc ei omnia sine inuidia adesse videntur. Compescit autem ab eo inuidiam, quòd omni inuidia maior est, inquantum nequitia cordis humani hoc sæpe cessat homini inuidere, quo non potest aspirare, sed & ipse omnem inuidiam aut mortificat exemplo humilitatis, aut mutat in melius prouocatione charitatis, aut si nequior vel durior est, obtruit pondere auctoritatis. Quis enim tam efficacis & effectuosæ prudentiæ hodie inuenitur ad fouendam charitatem vbi est, ad prouocandam vbi non est, tam ad quoscunque potest beneficus, ad omnes beneuolus, tantam habens gratiam ad amicos, patientiam ad inimicos? Si tamen vllum aliquando potuit habere inimicum, qui nulli aliquando voluit inimicari. Sicut enim amicitia non nisi duorum est, nec nisi inter duos amicos haberi potest: sic nec inimicitia nisi duorum forsitan inimicorum. Qui enim odit vel non diligit diligentem se, non tam inimicus, quàm iniquus est. Sed qui omnem hominem diligens, nullum aliquando inimicum habet virtute sua, nonnunquam tamen est quod patiatur, inimicante sibi gratis iniquitate aliena. Charitas autem quæ totum eum possidet, patien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est, benigna est, sapientia vincens malitiam, patientia impatientiã, superbiam humilitate.

Subscriptio operis præcedentis, quam auctore defuncto Burchardus abbas Balernensis apposuit.

PRAESCRIPTVM opus quod de vita sanctissimi viri Bernardi Claræuallis abbatis conscriptum est à venerabili Guilfelmo pridem sancti Theodorici abbate, sed tunc iam monacho Signiascensis cœnobij (ad quod desiderio solitudinis & quietis sese contulerat) vsque ad tempus schismatis aduersus Innocentium papam à Petro Leonis conflati, digestum esse cognoscitur. Fuit autem præfato fideli viro specialis causa scribendi, amicitia & familiaritas, quibus viro dei multo tempore coniunctus erat. Vnde & tantam apud illum inuenerat gratiam, vt vix alter magis intimus inueniretur ad secreta mutuæ dilectionis communicanda, ad spiritualium mysteriorum conferenda colloquia. Cuius familiaritatis gratia exeo præcipuè vsque modo prodit ad manifestationem: quia plures epistolas idem sanctus scripsit ad illũ, in quibus quid de eo sentiat, manifestè liquet legentibus illas. Scripsit etiam ad ipsum librum apologeticum, & alterum de gratia & libero arbitrio. Fuit tamen eidem Gulielmo spi- H rituali valentior generalis causa scribendi, videlicet vtilitas totius ecclesiæ dei, ne cum absconditur vas plenum thesauro desiderabili, ipse quoque thesaurus pariter abscondatur: vnde non immerito conqueratur qui exponi desiderat, dicens: Thesaurus inuisus, & sapientia abscondita, quæ vtilitas in vtrisque? Exponit iste diuitias salutis, thesaurum desiderabilem, ne lateat cum gleba quod gleba nõ est, sed preciosissima margarita. Accidit tamen ei contra desideriũ suum, quia sicut ipse in præfatione sua vereri se denunciarat, præoccupatus morte non expleuit quantum animo conceperat stilo mandandum. Itaque qui accedit ad lectionem operis huius, facile satis intelliget à quanta perfectione pius puer & religiosus Bernardus velut alter Benedictus, primordia conuersionis fuerit agressus, qui & in vtero matris sanctificationem visus est accepisse, de qua concepta sunt præsagia futuræ sanctitatis illius vitæ pariter & doctrinæ. Quid etiam adolescés factus agere cœperit, in præscripto narratur opere, ac deinceps vsque ad virum perfectionis depingitur diligenter, quantum (sicut iam dictũ est) licuit optimo pictori, sed præoccupato.

Explicit liber primus.

PRÆFATIO DOMINI BERnardi Bonæuallis abbatis in secundum librum de vita beati Bernardi Claræuallis abbatis.

I VIRORVM illustrium gesta nonnulli scriptorum laudibus attollentes verbis ea solennibus celebrarunt quantum excellentis ingenij, & disertæ linguæ potuere conamina. Cũmque tractator & opus iunctis complexibus pari sunt fœdere coniugati, & ad propositum thema ordinandum ingenium & eloquentia conuenerunt, prospere actum est, & ad quietum tranquillúmque portum directo gressu materia digne ordinatéque dispolita appulit. Vt vero sublimitas negocij sub imperito artifice naufraga illiditur scopulis, & succũbente sensus hebetudine tractatoris lassatur præsumptio, sero de correctione initur consilium: quia quæ in multos effusa sunt, nec reuocari possunt nec corrigi, & dissonantiam scripti & operum venustius esset abradi quam emendari. Hæc ergo mecum reputans & reuoluens, omnino timeo ne sicut ipse multorum imprudentiæ ioleo indignari, qui cum scientia & facundia careant, ad scribendum præcipites cum se vehementer emunxerint, eliciunt sanguinẽ: ita & ego si quod supra me est aggrediar, meipsum derisioni exponam, Quis enim ego sum qui ad scribẽda gesta sanctissimi viri Ber- K nardi Claræuallis abbatis aspirem, qui nostris temporibus singulari religione floruit & doctrina, cuius odor exinanit⁹ vniuersam repleuit ecclesiam: cuius gratia, operante domino, signis & miraculis declaratur? Quot in monasterium eius literatos viros, quot rhetores, quot philosophos seculi huius scholæ miserunt ad conuersationem theoricam, & mores diuinos? Quæ non ibi floruit disciplina, vbi erant examina magistrorum, & egregij viri exercitato intellectu insignes, qui diuinis studiis inhærentes, multis gratiarum auctoramẽtis inuicem seipsos edocent & accẽdunt? Debuerant vtique viri illi quibus nihil in aliqua gratia deest, hunc laborem assumere, & venerabilis patris insculpere monimenta, vt esset eorũ studio delectabilis pagina, quam quasi viuentem traderent legẽdam discipulis, & perpes fieret consolatio secus positis reliquiis sacri corporis & sermonis. Sed extrema æmulari, & quæ homines lateant, Claræuallis consueuit humilitas, & proferre in publicum aliqua sui indicia viri illi nobiles erubescunt, & quietiores facit in eos contẽptus & abiectio, quàm quælibet oblatio dignitatis, in qua sibi professio humilitatis periclitari videtur. Ob huiusmodi causas sese intra silentij cardines retinentes, magis in sacco eremi, quàm in socco palatij delectantur, nec iam in stylo, sed in cruce gloriã quærunt. In hoc ergo sicut & in cæteris eiusmodi negociorum suorum sarcinas aliis libenter imponũt. Et nunc sublato venerabilis memoriæ do- L mino Guilielmo, qui eiusdẽ viri sancti glorioſa primordia fideliter & deuote cõscripsit, ad meam exiguitatem huius operis deuenit petitio, & imposuit mihi dilectæ ecclesiæ charitas, vt coquam pulmentũ filiis prophetarum. In quo si colocynthidas miscuero negligens, superiecta vt confido farinula amaritudinem condiet Helisæus, & excessus insipientiæ, obedientiæ excusabit affectus.

TABVLA SECVNDI LIBRI de vita sancti Bernardi abbatis

Capitulum I.

QVomodo ad prædicationes sancti Bernardi susceptus sit Innocentius papa, & qua libertate repressit imperatorem inuestituras episcoporũ requirentem, & quod omnia ecclesiastica negotia per illũ tractabãtur. Capitulum ij.

Quomodo à Lothario rege papa deductus est in Lateranense palatium, & quomodo abbates Mediolanenses reconciliauit papæ, & mulierem à dæmone liberauit, & aliam paruulam similiter curauit. Capitulum iij.

Quomodo dæmonem eiecit opponens in patina sacramentum, & de aliis multis curatis. Capitulum iiij. M

De dæmone qui Iesum in gloria se vidisse, & cum Lucifero cecidisse fatebatur, & aliis dæmoniacis curatis, & quotiens in episcopum & archiepiscopum electus nec contempsit, nec consensit. Capitulum v.

De reditu illius in Claramuallem, & immutatione prioris loci, & aduitoriis principis Theobaldi, Capitulum vj.

De malitia schismaticorum. & quodam dæmone vxorem cuiusdam militis incredibili libidine adulterante, & quando Cantica canticorum tractat. Capitulum vij.

Quomodo iterum reuocatus est Romã, & per multos labores & virtutes illius schismaticis partim reconciliatis partim mortuis, firma pace vniuersali ecclesiæ acquisita, & abbatia sancti Anastasij ibidem cõstituta, Claramuallem rursus ingreditur. Capitulum viij.

Quomodo ad fundanda monasteria ab omnibus regionibus inuitabatur, & quanti de monachis eius tunc episcopi facti sunt, & Innocẽtio defuncto abbas sancti Anastasij Bernardus sancti Bernardi monachus vniuersalis ecclesiæ papa Eugenius efficitur, & comes Theobaldus præ ceteris sancto viro coniungitur.

A

Liber Secundus de Vita sancti Bernardi Abbatis.

Capitulum primum.

EA tempestate Honorius papa viã vniuersę carnis ingressus est. Nec mora in electione dissidentibus cardinalibus, & diuisa ecclesia plures numero, & saniores consilio, vita probabiles, viri virtutum, presbyteri, diaconi, episcopi Innocentium elegerunt, cuius vita & fama & ætas & scientia digna summo sacerdotio habebatur. At vero pars altera, infames ausus violentia nõ ratione corroborans, Petrum leonis ad hunc apicem aspirantem, fraudulẽtis machinationibus seorsum & præcipitanter nominauit Anacletum, & cæteris renitentibus ordinauit. Qui verò in parte catholica erant, electum suum solenniter ordinatum collocarunt in cathedra, & per loca illa in quibus sessiones habent ex antiqua cõsuetudine Romani põtifices, circũduxere, & pro tempore honor debitus apostolicæ affuit dignitati. Ex tunc sanè circa Lateranense palatium B morabantur, nec erat iam eis tuta in domibus propriis mãsio, cũ eos acertime Petri satellites infestarent, Ibi etiam diu resistere nõ valentes, per confœderatos sibi quosdã ex nobilibus Romanis ad tempus in turribus eorũ receptacula habuerunt. Sed nec in eis perseuerauit fidelitas. Nam in breui aut vi aut formidine temerariæ multitudinis, aut precio corrupti sunt. Nam Petro tam propria generis virtute, quàm adhærentium sibi affinitate multitudo tanta erat, vt fere tota eũ ciuitas sequeretur, vel pecunia vel commodis obligata. Congregauerat sanè opes innumeras, tam in exactionibus curiæ, quam in legationum negociationibus, quas ad expectandas nundinas referuarat. Insuper & paterni census ampla cõgeries eatenus sigillata, modo distributa in populum, ad fas nefas venalem plebem armauerat. Quibus erogatis, donaria regum in ornamentis Ecclesiæ, ab ipsis euulsit altaribus. Et cum calices frangere, & crucifixos aureos membratim diuidere ipsi prophani Christiani vel timerent vel erubescerent, Iudæos aiunt esse quæsitos, qui sacra vasa & imagines deo dicatas audacter comminuerunt. Igitur quisque pro modo suo secundum maius & minus conducti ad scelus sacramentis generalibus publice Petro vendiderunt assensum, & in omnem sanguinem manus exposuerunt & arma, & quotidianis congressibus partem quæ cum Innocentio erat, maledictis insectabantur & C gladiis. Habuere igitur serui dei cõsilium, & quia vi humana se tueri non poterant, cedere elegerunt. Et procuratis clam nauigiis, de ore leonis, & de manu bestiæ, per Tiberim in Tyrrhenum mare elapsi, prosperis ventis carbasa impellentibus, in portum Pisanum feliciter appulernnt. Præmissi in Gallias fuerant nuncij, qui Gallicanæ ecclesiæ intimarent negocij veritatem, & hortarentur episcopos vt in vltionem præsumptionis accingerentur, & damnata parte schismatica subscriberent vnitati. Necdum verò ad plenum tenor operis innotuerat episcopis, nec priuatim quisquam commodare præsumpsit assensum, donec collecto Stampis generali conuentu in commune decernerent quid reciperent, quid damnarent. Neque enim Francia, cæteris regionibus procliuibus ad schismata aliquãdo tali factione fœdata est, nec malignorum acquieuit erroribus, nec fabricata in Ecclesia idolum, nec venerata in Petri cathedra monstrum. Nec enim talibus in causis principalia aliquando eos terruerunt edicta, aut generalibus vtilitatibus priuata commoda prætulerunt, nec declinantes in partem personis detulere, sed causis. Conuocato igitur apud Stampas concilio, abbas sanctus Claræualensis Bernardus, specialiter ab ipso Francorum rege, & præcipuis quibusque pontificibus accersitus, sicut postea fatebatur, non mediocriter pauidus & tremebũdus aduenit, periculũ quippe & pondus negocij non ignorans. In itinere tamen consolatus est eum deus, ostendens ei in visu noctis ecclesiam magnam concorditer in dei laudibus concinẽtem, vnde sperauit pacem sine dubio prouenturam. Vbi verò ad locum ventum est, celebrato prius ieiunio, & precibus ad deũ D fusis, cum de eodem verbo tractaturi rex & episcopi cum principibus consedissent, vnum omnium consilium fuit, vna sententia, vt negocium dei, de famulo imponeretur, & ex ore eius causa tota penderet. Quod ille timens licet & tremens, monitis tamen virorum fidelium acquiescens suscepit, & diligenter prosecutus electionis ordinem, electorum merita, vitam & famam prioris electi, aperuit os suum, & spiritus sanctus impleuit illud. Vnus ergo omnium ore locutus, susciendum ab omnibus summum pontificem Innocentium nominauit: & ratum esse omnes pariter acclamarunt. Et decantatis ex more laudibus, deo obedientiam deinceps polliciti, electioni Innocentij omnes pariter subscripserunt. Interea dominus papa multis in Pisis & in Tuscia & in aliis prouinciis potestatiue dispositis, valefaciens Pisanis & gratias agens, in prouinciam nauigio delatus est: & Burgundiam transiens, Aurelianum peruenit: Vbi occurrentibus episcopis à rege piissimo Francorum Ludouico alacriter & honorifice susceptus est. Inde à Gaufredo Carnotensi episcopo magnarum virtutum viro Carnotum deducitur, vbi etiam glorioſus Anglorum rex Henricus ei cum maximo episcoporum & procerum comitatu occurrit. Hunc quoque regem venerabilis abbas ad eum præmissus adduxit: quem vix persuasit Innocentium recipere, ab episcopis Angliæ penitus dissuasum. Cũ enim omnimodis recalcitraret & detrectaret, quid times ait? E times peccatum incurrere si obedias Innocentio? Cogita, inquit, quomodo de aliis peccatis tuis respondeas deo, istud mihi relinque, in me sit hoc peccatum. Ad quod verbum persuasus rex ille tam potens, extra terram suam domino papæ occurrit vsque Carnotum. Reuersi interim de Germania legati domini papæ tam episcoporum quàm regis assensum & literas detulerũt, & deprecationem publicam vt ad eos transiens, suam eis desideratam exhiberet præsentiam. Facile enim persuasi sunt recipere eum quem iam cæteri recepissent. Sed detinuit eum dilectio & deuotio ecclesiæ Gallicanæ, & singuli & omnes visitationem apostolicam expetebant. Perlustrata igitur Francia, Remis cõuocauit concilium, in quo multis ad honorem dei dispositis, regem Ludouicum viuente patre pro Philippo fratre coronauit in regem. In omnibus his dominus papa abbatem à se separari non patiebatur, sed cum cardinalibus rebus publicis assidebat. Sed & priuatim quotquot habebant negocia, virum Dei secretius consulebant. Ipse verò audita referebat ad curiam, & oppressis patrocinia exhibebat. Igitur soluto concilio, Leodium dominus papa Romanorum regi occurrit. Et honorifice quidem susceptus est, sed velociter obnubilata est illa serenitas. Siquidem importune idem rex instituit, tempus habere se reputans opportunum episcoporũ sibi restitui inuestituras, quas ab eius præ- F decessore imperatore Henrico per maximos quidem labores & multa pericula Romana ecclesia vendicarat. Ad quod verbum expauere & expalluere Romani, grauius sese apud Leodium arbitrati periculum offendisse, quam declinauerint Romæ. Nec consilium suppetebat donec murum se opposuit abbas sanctus. Audacter enim resistens regi, verbum malignũ mira libertate redarguit, mira auctoritate compescuit. Rediẽs autem Leodio, Claramuallem dominus papa per seipsum voluit visitare. Vbi à pauperibus Christi, non purpura & byſſo ornatis, nec cum deauratis euangeliis occurrentibus, sed pannosis agminibus scopulosam baiulãtibus crucem non tumultuantium classicorum tonitruo, non clamosa iubilatione, sed suppressa modulatione affectuosissime susceptus est. Flebant episcopi, flebat ipse summus pontifex, mirabatur congregationis illius granitatem, quòd in tam solenni gaudio oculi omnium humi defixi, nusquam vagabunda curiositate circunferrentur, sed complosis palpebris ipsi neminem viderent, & ab omnibus viderentur. Nihil in ecclesia illa vidit Romanus quod cuperet, nulla ibi supellex eorum sollicitauit aspectum, nihil in oratorio nisi nudos viderunt parietes. Solis moribus poterat inhiare ambitio, nec damnosa poterat esse fratribus huiusmodi præda, cum minui non posset asportata religio. Gaudebant omnes in domino, & solennitas non cibis, sed virtutibus agebatur. Panis ibi autopyrus pro simila, pro † careno † *pro carere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sapa, pro thobis olera, pro quibuslibet deliciis legumina ponebantur. Si forte piscis inuentus est, domino papæ appositus est, & aspectu non vsu in commune profecit. Inuidit diabolus, & seruorum dei gloriã quos tanti hospitis nobilitabat præsentia, ferre non valens, dum in choro alacriter psallerent & deuote, præsentibus etiam nonnullis ex cardinalibus, qui in auditu & aspectu eorum delectabãtur, aliquantos fratrum horribili pauore turbauit. Nam & vnus præ cæteris occupatus blasphema quædam verba locutus est, Dicite, inquiens, ego sum Christus. & alij plures territi & tremebundi, ad beati patris vestigia confugerunt. At ille conuersus ad cæteros, orate inquit. ac deinceps sub silentio eos qui turbati videbantur eduxit, atque compescuit: vt nequissimus ille qui conuẽtum pietatis transferre conabatur in theatrum, & scholam innocentiæ in derisum, non vt putabat existimationem religiosorum hominum corrumpere posset, sed se proderet, & conatus suos experiretur infirmos. Tanta siquidem celeritate omnia sunt sedata, vt personas illas quæ prope astabant, omnino latuerit quod acciderat, & malignus hostis velociter increpatus, non modo scandalum eis quod parabat, inferre nequiuerit, sed nec ad illorum notitiam rem perferre. Factúmque est ex eo, vt ampliori sese custodia fratres munirent: & merito, & numero, & possessionibus deinceps cresceret Clarauallis, & multiplicatis conuentibus, fere per omnem latitudinem loci illius dilataretur religio, ipse etiam abbas sanctus ex tunc amplius solito miraculis clareret & signis.

H

Capitulum II.

LONGAS in Galiis facere moras dominus papa nõ potuit, sed sicut cum Lothario rege condixerat, Romam ei occurrit: & vi exercitus in Lateranense palatium deductus est. Multi etiam ex nobilibus Romanis fideles ecclesiæ, eum honorifice susceperunt. Verum Petrus Leonis non ponens deum adiutorem suum, sed confœderatorum stipatus malitia, in editioribus & tutioribus turribus manens, Lotharij ludificauit virtutem, & interdicens suis congressus publicos, nec sibi securitatis suæ fecit periculum, nec causam conflictus hostibus dedit, sed tantum liberum eorum discursum machinis superioribus & obstaculis variis impediuit. Vitauit etiam obstinatissime imperatoris colloquium, nec nimis nec blandimentis flexus est, nec de statu suo consilium cuiuslibet personæ admisit. Relicto igitur Romæ Innocentio, alias imperator digreditur. Petrus verò post eius discessum crebros mouens per vrbem excursus, fidelium cædibus inhiabar. Intelligens ergo innocentius Romæ sibi infructuosam eo tempore moram, ne præsentia sua illius bestiæ rabiem efferaret, rursus Pisas reuertitur, ibique aggregatis totius Occidentis episcopis, aliisque religiosis viris, magnæ gloriæ synodus celebratur. Affuit per omnia & consiliis & iudiciis & definitionibus omnibus sanctus abbas, impendebatúrque ei reuerentia ab omnibus, & excubabant ante eius limina sacerdotes, non quòd fastus, sed multitudo communem prohiberet accessum: & aliis egredientibus alij introibant, ita vt videretur vir humilis, & nihil sibi de his honoribus arrogans, non esse in parte sollicitudinis, sed in plenitudine potestatis. Actiones concilij longum est prosequi: summa tamen in excommunicatione Petri, & irregressibili fautorum eius deiectione cõstitit, & vsq; hodie hæc sententia perseuerat. Soluto concilio ad reconciliandos Mediolanenses dominus papa abbatem Clarævallis, quem multi supplicationibus expetierant, & Guidonem Pisanum, & Matthæum Albanensem episcopum à latere suo direxit, qui schisma per Anselmum in eadem vrbe factum abluerent, & ad vnitatem Ecclesiæ deuios reuocarent. Abbas igitur cum prædictis viris quos à domino papa collegas acceperat, addidit consortio & communi consilio virum venerabilẽ Gaufredum Carnonẽsem episcopum, cuius innocentiam & synceritatem in multis probauerat. Et visum est cardinalibus bonum, vt tanto adiutore negocium tanti ponderis fulciretur. Transcenso itaque Apennino, vbi audierunt Mediolanenses abbatem desideratum suis finibus propinquare, longe à ciuitate milliaribus septem omnis ei populus obuiat. nobiles, ignobiles, equites, pedites, mediocres, pauperes, quasi de ciuitate migrarent, proprios lares deserunt, & distinctis agminibus incredibili reuerentia virum dei suscipiunt. Omnes pariter delectãtur aspectu, felices se iudicãt qui possunt frui auditu. Deosculantur pedes eius vniuersi: & licet hoc ille molestè acciperet, nulla potuit pronos & deuotos ratione compescere, nulla interdictione repellere. Vellicabant etiam pilos quos poterant de indumentis eius & ad morborum remedia, de pannorũ laciniis aliquid detrahebant, omnia sancta iudicantes quæ ille tetigisset, & se sanctificari tactu eorum vel vsu. Præcedentes itaque & subsequentes lætabundis acclamationibus applaudebãt abbati, & diu intra agminũ spissamenta detentum, tandem solenni reddidere hospitio. Et cum tractatum esset in publico de negocio propter quod tã vir dei quàm cardinales aduenerant, oblita fortitudinis suæ ciuitas, oĩ ferocitate deposita se ita abbati substrauit, vt obedientiæ eorũ nõ incongruè ille posset aptari poëtæ versiculus:

I

Iussa sequi tam velle mihi quàm posse necesse est.

Pacatis omnibus reconciliata Ecclesia, firmatis inter plebes concordiæ pactionibus, alia cœperunt nasci negocia, & insanienti diabolo, & in quibusdam obsessis corporibus debacchanti, oppositum est Christi vexillum, & increpante viro dei, de possessis atriis superueniente eminentiori virtute, territa & tremebunda diffugere dæmonia. Ecce noua legatio, non Romanum pragma circunferens, sed diuinis legibus fidei pragma allegans, prolatis in medium literis sanguine Christi conscriptis, & bulla crucis impressis, quæ figura auctoritate sua terrestria & inferna sibi subdit & curuat. Inaudita est nostris temporibns tanta populi fides, tãta in homine virtus, inter quos religiosa erat contentio, cum signorum gloriam abbas credulitati eorum, illi verò sanctitati abbatis adscribent, & hoc de eo indubitanter sentirent, vt quicquid à domino peteret, impetraret. Adducunt igitur ad eum mihil hæsitantes mulierem omnibus notam, quam annis septem immundus vexauerat spiritus: & postulant supplices vt in nomine domini dæmoni imperet fugam, & mulieri restituat sospitatem. Quæ populi fides non minimam verecundiam viro dei ingerebat, & humilitate magistra, inconsueta experiri non præsumebat, & instante petitione populi erubescebat si charitati postulãtium obstinatius resisteret: & videbatur ei quòd offenderet eum, & omnipotentiam eius diffidentia obnubilare videretur si à fide populi fides propria dissentiret. Æstuabat igitur secum, & licet signa non fidelibus, sed infidelibus fieri oportere assereret: ausus suos spiritui sancto committit, & orationi incumbens, cœlitus illapsa virtute Satanam in spiritu fortudinis increpat, & fugat, mulierémque reddit incolumem & quietam. Lætantur qui aderant, & leuantes manus ad sidera, deo qui de excelso eos visitauit, gratias agunt. Auditum est hoc verbum, & percrebuit fama, & repente totam perculit vrbem. per ecclesias, per prætoria, per compita omnia conueniunt vndique, de viro dei sermo vbique habetur, dicunt publice nihil ei impossibile esse quod à domino postuler, & ad preces eius apertas dei aures dicunt & credũr, & prædicant & affirmant. Nec possunt aspectu eius vel auditu vllo modo satiari. Irruũt alij in præsentiam eius: alij donec exeat pro foribus præstolantur. Cessatum est ab officiis & artibus, tota ciuitas in hoc spectaculum suspẽsa manet, concurrunt, postulant benedici: & tetigisse eum, singulis salutare videtur. Tertia die ad Ecclesiam sancti Ambrosij diuina celebraturus mysteria seruus dei procedit: vbi expectante innumera populi multitudine, inter ipsa missarum solennia, dum clericis canentibus ipse secus altare sederet, puellam ei paruulam offerentes, quam vehementi impetu vexabat diabolus, orant vt miselle subueniat, & diabolum in ea debacchantem elidat. Audita supplicatione astantium, & intuitus personam frendentem dentibus & stridentem, vt etiam intuentibus esset horrori: compassus est ætati, & vehementiæ anxietatis illius condoluit. Patenam igitur calicis in quo diuina celebraturus erat mysteria, accipit: & digitis latice superfuso orans intra se, & de domini virtute confidens, ori puellæ salubrem potum applicat, & corpori eius stillam medicinalem infundit. Nec mora, quasi vreretur satanas, infusionis illius virtutem ferre

K

L

M

A ferre non potuit, sed vrgente intrinsecus crucis antidoto, festinanter egrediens vomitu sordidissimo tremebundus erupit. Sic purgata persona, diabolo profugo & confuso, laudes debitas deo canit ecclesia: & post acclamationes lætabundas alacer populus ibidem donec diuina compleantur mysteria, immobilis perseuerat. Sub aspectu itaque omnium incolumis puella à suis domum reducitur: & vix tandem à populo dimissus ad hospitium vir dei reuertitur. Diuino iudicio ea tempestate in Mediolano (iuxta illud Esaiæ verbum) pilosi clamabant alter ad alterum, & occurrebant onocentauris dæmonia, & effrænatis decursibus plurimos infestabant, nec erat qui insolentię eorum resisteret, cum diu sub Anselmi schismate, qui Petri fautor Mediolanensem occupauerat cathedram, sacerdotes gementes, virgines squalidæ, sanctificationes maledictæ, altare pollutum, iram Dei in populum, prouocassent. At verò in aduentu viri dei abdicatis Anselmi præstigiis, & in sedis apostolicæ obedientiam sub Innocentio reuocata ecclesia, impedira est illa dæmonum licentia, & quotidie dabat locum, & ad preces viri Dei diffugiebat diabolus: & si quando resistere conabatur, in ipso conflictu succumbens, glorioſius vincebatur.

B

Capitulum III.

INTER eos igitur qui vexabantur, mulier grandæua cuius Mediolanensis, & honorata quondam matrona, vsque ad Ecclesiam beati Ambrosij post beatum virum à multis tracta est, in cuius pectore plurimis annis diabolus sederat, & iam ita suffocauerat eam, vt visu & auditu & verbo priuata, frendens dentibus, & linguam in modum promuscidis elephantinæ protendens, monstrum non fœmina videretur. Sordida ei facies, vultus terribilis, flatus fœtidus, inhabitatoris satanæ colluuia testabãtur. Hanc cum aspexisset vir dei, nouit inhærentem ei & inuisceatum diabolum, nec facilè egressurum de domo quam tanto possederat tempore. Conuersus ad populum (cuius innumera aderat multitudo) orare iubet attentius, & clericis & monachis secum iuxta altare cõsistentibus, mulierem ibidem iubet constitui & teneri. Illa verò reluctans, & vi diabolica non naturali virtute recalcitrans, non fine aliorum iniuria, ipsum abbatem pede percussit. Quem diaboli ausum mansuete ille contempsit: & ad expulsionem non indignatione iræ, sed pacifica & humili supplicatione deum inuocat adiutorem: & ad immolationẽ hostiæ salutaris accedit. Quotiens tamen eandem sacrã hostiam signat, totiens ad mulierem quoque conuersus, eodem signo crucis edito spiritum nequam athleta fortis impugnat. Nam C & ille malignus quotiens aduersus eum signum crucis intenditur, percussum se indicans acrius sæuit, & recalcitrans cõtra stimulum, quidnam tolleret, prodit inuitus. Expleta autem oratione dominica, efficacius hostem aggreditur vir beatus. Patenæ siquidem calicis sacrum domini corpus imponens, & mulieris capiti superponens, talia loquebatur: Adest, inique spiritus, iudex tuus, adest summa potestas: iam resiste si potes. Adest ille qui pro nostra salute passurus, Nunc, inquit, princeps huius mundi eiicietur foras, Hoc illud corpus est quod de corpore virginis sumptum est, quod in stipite crucis extensum est, quod in tumulo iacuit, quod de morte surrexit, quod videntibus discipulis ascendit in cœlum. In huius ergo maiestatis terribili potestate tibi spiritus maligne præcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens, contingere eam deinceps nõ præsumas. Cúmque eam inuitus deserens, & manere vltra non valens, atrocius afflictaret, tam magnam iram quàm modicum tempus habens: rediens pater sanctus ad altare, fractionem hostiæ salutaris rité compleuit, diffundendámque in populum pacem ministro dedit, & confestim pax & salus integra reddita est mulieri. Sic ille nequam, diuina mysteria quantæ sint efficientiæ & virtutis, non confessione, sed fuga coactus ostendit. Fugato diabolo mulier quam in tantorum sartagine tormentorum catnifex pestilens tãto tempore frixerat, mentis suæ compos effecta, redditis sensibus & ratione, reuoluta intra fauces lingua, Deum confessa gratias egit, & intuita curatorem suum, pedibus eius aduoluta est. Ingens per ecclesiam attollitur clamor, omnis ætas iubilat deo, personant æramenta, benedicitur ab omnibus deus, excedit veneratio modum, & seruum dei supra hominem (si dici fas est) liquefacta charitate ciuitas veneratur. Audiebantur hæc quæ Mediolani fiebant: & per totam Italiam viri dei discurrebat opinio, & diuulgabatur vbique quòd surrexisset prophetas magna potẽs in opere & sermone, qui inuocato Christi nomine & infirmos curaret, & obsessos à dæmonibus liberaret. Maxima quidem ei in curationibus ægritudinum gratia, sed in dæmonibus eliminandis frequentior operatio erat: quia copiosior vexatorum numerus ad experta subsidia concurrebat, & maiorum operatio virtutum minores obscurabat effectus. Iam verò præ frequentia populi qui à mane vsque ad vesperam foribus assidebat, oppressionem vulgi præ corporis imbecillitate non ferens, ad fenestras domus procedens, se eis conspiciendum præbebat, & eleuata manu benedicebat eis. Panes quoque & aquam deuehebant secum, quibus benedictioni eius suppositis, pro beneficiis ea sacramentalibus referebant. Ex vicinis sanè castellis & vicis & vrbibus multi confluxerant, & communia tam aduenarum quàm ciuium in Mediolano studia erant prosequi sanctum, expetere beneficium, audire verbum, videre signum: & doctrina & miraculis vltra quàm credibile est, delectabantur. Aderat inter eos quidam ex suburbanis, qui puerum dæmoniacum illuc aduexerat. Qui repentè coram omnibus ad signum crucis quod vir sanctus edidit, de baiuli sui brachiis ruit, & elisus humi quasi mortuus sine vllo sensu immobilis visus est, neque vox neque halitus erat in eo, tantùm circa præcordia exiguus ei supererat vapor. Dant igitur cæteri locum vt posset procedere, & admitti ad virum dei seminecis pueri baiulus: & artonita multitudo tam miserabilis casus præstolabatur euentum. Ingressus igitur ad virum dei homo est, & puerum stupidum nec aliquid sentientem, ante pedes abbatis exposuit: & ait: Puer iste, domine pater, quem ante tuos posui pedes, iam per triennium à dæmonio acerrimè vexatus est: & quoties vel ecclesiam ingreditur, vel salibus exorcizatis aspergitur, vel signum ei crucis imponitur, vel euangelium audire compellitur, vel diuinis interest sacramentis, offenditur habitator eius diabolus, & torquetur atrocius. Dúmque modo cum cæteris ego pro foribus expectarem signum sanctæ crucis figurante te, & extendente in populos manum, sacramentalium signorum virtute exacerbatus diabolus, vehementius solito totus ad pueri vexationem se contulit: & sicut vides, totum corpus eius occupans, ferè ei etiam vitalem spiritum intercludit. Sed & ipse puer cùm audita esset apud nos gratię quam à deo accepisti opinio, ex aliorum curationibus suam sperans salutem, rogauit me vt eum ad te adducerem. Obsecro igitur per misericordiam dei, vt & laboribus meis qui in eius custodia operam damnosam & periculosam impendo, & illius miseriæ quæ tanta est quantam ipse oculis probas, pio & consueto affectu subuenias, & rabiem dæmonis non vsquequaque procedere patiaris. Flebat igitur, & lachrymis ora perfusus præsentes quosque commouit, vt omnes pariter supplicarent. Tum vir dei confidere eos in dei misericordia iubens, baculo cui innitebatur, collum pueri leniter tangit. Sed & frater eius Gerardus volens experiri quæ ab homine dicta fuerant, latenter dorso eius signum crucis impressit. Cúmque prius sine motu & sensu nec videns nec audiens ante pedes abbatis diu extensus pauimento hæsisset, ad tactum baculi & ad signum crucis infremuit, & turbatus ingemuit. Iubet igitur abbas super proprium lectulum eum poni. At ille quasi ex iniuria offensus reiecit se in pauimentum, & stridebat dentibus, & mordebat procuratorem suum: & capillis eorum qui aderant, manus iniiciens, quo poterat conatu se ab eorum manibus abstrahebat, & ab eis vix teneri poterat. Eia, inquit abbas, ad lectum nostrum eum reducite. Orante itaque abbate, & fratribus in oratione prostratis, quasi ardentibus paleis quę in lecto continebantur, diabolus vreretur, tormenti æstuantis vi diuina propinquante, passionem clamoribus testabatur. Iuber igitur vir sanctus aquam benedictam in os patientis infundi. Quam ille pressis labiis & dentibus non admitens, vix tandem cuneo infixo dissoluente pressuram, veller nollet, in-

D

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tra fauces & guttur recepit. Confestímque vt penetrans sanctificatio ad interiora descendit, quasi infuso antidoto vis maligna erupit, & vomitu sordidissimo quasi torrentis impulsu, festina præcipitatione rotatus cum ingenti contumelia dæmon exiuit. Repentè qui videbatur mortuus, viuit: & de lecto abbatis quietus & incolumis surgès, patruúmque suum amplexatus, deo gratias, sanus sum, inquit. Gratias agunt omnes communiter deo, & qui modo flebant, lætantur. Foras clamor effunditur, res intus gesta super tecta solenniter prædicatur, tota ad spectaculum conuenit ciuitas, benedicitur deus, gaudet populus, in abbate tanti operis patratore totius plebis requiescit affectus. Febricitantibus multis idem sanctus manus imponès, & aquam benedictam porrigens ad bibendum, sanitatem obtinuit: aridas manus & membra paralysi dissoluta tangens incolumitati restituit: cæci etiã sub multorum testimonio in eadem ciuitate vt viderent, impositó signo crucis, à patre luminum potenter obtinuit. Per idem tempus hospitium Albanensis episcopi (quem dominus papa in eadem legatione sibi collegam dederat) gratia tractandorum negotiorum intrauerat, & de iis quæ iniuncta fuerãt cõferebant, cum repentè irruit super eos adolescens cuius arida manus erat, & retorta ad brachiũ, & aduolutus pedibus eius suppliciter postulat sanitatem. Ille aliàs occupatus, benedixit
H quidem, & abire præcepit, & ne amplius sibi molestiam faceret verbis solito seuerioribus interdixit. Recedebat ille non consecutus quod quæsierat: cum venerabilis episcopus sub omni celeritate eum regredi iubet, & manu arreptum tradit abbati. Huic (inquit) qui minimè beneficium consecutus tibi vt discederet obediuit, tu ne claudas viscera misericordiæ: quin potius tu obedi, & virtute obedientiæ me iubente astrictus fac quod postulat, largire quod petit, & confidens in eius virtute per quem expetit sanitatem, postula & impetrabis, vt & nos de dei munere, & ille de optata glorietur salute. Ad præceptum episcopi abbas apprehensa pueri manu inuocauit dominum, & exaudiuit eum: & signo crucis edito, nerui qui obriguerant, extensi sunt, & caro quam astidens congelauerat morbus, redeunte sospitate ingenita, mobilis facta est & flexibilis, & dicto citius languidum diu membrum conualuit. Obstupuit episcopus tam repentinæ virtutis admirans effectum, & amplióri etiam extũc veneratione virum dei coluit, & miraculorum illius ipse testis extitit & relator. Compulit autem eum vt ibidem ea nocte cœnaret. Cuius rei assensum cum magna difficultate obtinuit, ea duntaxat ratione suasum, quòd intolerabilis vndiq; populus expectaret, nec sine periculo posse egredi videretur. Inter cœnandum verò paropsidem in qua abbas comederat, episcopus ministro familiari seruandam tradidit, & præcepit vt seorsum recõditam, cum omni diligentia custodiret. Elapsis exinde aliquot diebus, episco-
I pus idem febrium vehementi ardore corripitur. Et recordatus hominis dei familiarẽ iubet accersire ministrum. Discum (inquit) abbatis quem tibi nuper tradidi conseruandum, huc afferre ne cunctéris. Cúmque ille obtulisset allatum, infunde, inquit, aquã in eo, & panis exiguas bucellas cõscinde. Quod cum factum esset, confidens in domino, & abbatis precibus se commendans, comedit & bibit, & absque vlla dilatione cõualuit. Augebatur aduentantium numerus, & mirifica opera ad se populos inuitabant, nec vsquam viro dei dabatur requies, dum ex eius lassitudine alij sibi requiem procurarent. Abeuntibus occurrebant aduenientes, & succedebant sibi beneficia mendicãtes. Inter quos miles quidã in vlnis suis puellulam ad virum dei attulit, quæ ita exosam lucem habebat, vt semper clausis palpebris etiam brachium opponeret oculis, ne aliquo modo aliqua lucis particula se ei ingereret. Auellebantur aliquando opposita brachia violenter, & cum se ei lumen infunderet, clamabat & flebat, & erat ei claritas pro cruciatu, & lux visa quasi aculeos eius cerebro infigebat. Benedicit infantulæ vir dei, & signaculum crucis faciés super eam, trãquilliorem dimittit: & dum domum referretur, vltro aperit oculos, & pedes sine vectore ipsa reuertitur. Et ipso in loco mulieri à dæmonio vexatæ multis astantibus à patre misericordiarum idem sanctus obtinuit sanitatem.

Capitulum IIII. K

IAM Papiam aduenerat, & fama virtutum aduentum eius præcesserat, & cum debito gaudio & apparatu tantæ gloriæ virum ciuitas lætabunda suscepit. Et ne diu populi desiderium dilatio suspenderet, qui sicut Mediolani miracula facta audierat, signum ab eo optabat videre, aduenit repentè post eum rusticus quidam qui de Mediolano secutus eum fuerat, vxorem dæmoniacam secum adducens, quam ante pedes eius lachrymabili voce intrinsecas protestans anxietates deposuit. Nec mora, in contumeliam abbatis per os miseræ mulieris diabolus locutus est, & irridens seruum dei, Non, inquit, me de canicula mea hic portulos edens & brassicas deuorans pellet. Multa in hunc modum in virum dei iaculabatur conuicia, vt blasphemiis prouocatus, impatienter ferret opprobria, & confunderetur in præsentia populi, cum indignis se audiret sermonibus lacessiri. Sed vir dei astum eius intelligens, irrisorem irrisit, & vltionem non ipse expetens, sed ad deum remittens, ad ecclesiam sancti Syri dæmoniacam duci præcepit. Voluit quippe curationis illius gloriam dare sancto, & primitias operationum virtuti eius asscribi. At verò sanctus Syrus ad hospitem suum remisit negotium, nec in ecclesia sua quippiam sibi deferens, intactum opus reduci voluit ad abbatem. Reducitur igitur mulier ad abbatis hospi-
tium, garriente pet os eius diabolo, & dicente: Non me Syrulus eiiciet, non expellet Bernardulus. Ad hæc seruus dei respondit: Nec Syrus nec te Bernardus eiiciet, sed dominus Iesus Christus. Et conuersus ad orationem, pro salute mulieris domino supplicabat. Tum verò spiritus nequam, velut priori improbitate mutata, Quàm libens, inquit, egrederer ab hac canicula, grauiter molestatus in ea? quàm libens egrederer? sed non possum. Interrogatus causam, quia nec dum vult magnus dominus, ait. Cui sanctus: Et quis est magnus dominus: Et ille: Iesus Nazarenus. Ad quem rursum vir dei: Vnde enim Iesum nosti, aut si vnquam vidisti eum? Vidi, inquit. Vbinam eum vidisti? In gloria. Et tu in gloria fuisti? Fui quidem. Et quomodo inde existi? Cum lucifero (inquit) multi cecidimus. Hæc autem omnia voce lugubri per os vetulæ audientibus omnibus loquebatur. Respondente autem abbate sancto: Nunquid nó in illam redire gloriam velles, & restitui in gaudium pristinum? Rursum voce mutata, & miro modo cachinnans, Hoc, inquit, tardatum est. Et nihil vltra locutus, orante attentius viro dei, nequissimus ille victus abscessit, & mulier sibi reddita, quantas potuit gratias egit. Reuertitur igitur vir cum muliere, & per totam viam incolumitati eius congaudens, expectantibus amicis domui suæ redditur. Lætabantur omnes qui ordinem rei gestæ audierunt, sed repente gaudium vertitur in mœrorem: quia vbi domus suæ limina mulier attigit, rursus eam intrat M
diabolus, & infestior solito miseram discerpit atrocius. Quid faceret miser maritus? quò se verteret, nesciebat. Cohabitare cum dæmoniaca molestissimum, relinquere impium videbatur. Surgit igitur, & assumpta secum muliere rursum Papiam reuertitur. Vbi cum virum dei non inuenisset, vsque Cremonam prosequitur abeuntem. Indicat quid factum sit: & vt gratiam inueniat, lachrymabiliter deprecatur. Nec deest piæ petitioni abbatis clementia, sed præcipit vt ecclesiam ciuitatis illius ingrediatur, orans expectet donec ipse sequatur. Itaque memor promissi, circa noctis crepusculum cæteris dormitum euntibus, ipse vno tantùm prosequente ecclesiam ingreditur, & tota nocte illa orationi vacans, obtinuit à domino quod petebat: & impetrata mulieri sanitate, iubet eam securam reuerti ad propria. Sed cum illa reditum ad se diaboli sicut iam experta fuerat, formidaret, collo eius alligari chartulam hæc verba continentem præcepit: In nomine domini nostri Iesu Christi præcipio tibi dæmon, ne hanc amodo mulierem præsumas contingere. Quod mandatum sic expauit diabolus, vt mulieri regressæ ad propria, nunquam deinceps appropinquare præsumpserit. Erat enim in eadem ciuitate dæmoniacus quidam, cuius passio multos ad risum mouebat, cùm alij qui seuerioris animi erant, clementissimo ei compatererentur affectu. Hic ita latrabat, vt si audires nec videres perso-
nam,

A nam, canem crederes. Quem sibi exhibitum vir dei cum latrantem audisset, ingemuit qui eo modo latrabat quo solent percussi vel obruti canes irasci, & ringere in percussores. Sed & in præsentia viri dei anhelans & latrans, actius solito turbabatur. Increpato itaque diabolo, & in virtute Christi expulso, homini imperat vt loquatur. Purgatus homo intrat ecclesiam, interest sacramentis, crucis signo se munit, audit euãgelia, confitetur & orat, & cætera sanę mentis officia deo reddit & consecrat. Cum secundo per Mediolanum eodem anno pater sanctus transiret, oblata est ei dæmoniaca mulier. Nam eo tẽpore aberat quo primum vir dei ciuitatem prædictam sua illustrauit præsentia. Hãc possidebat dæmonium quod modo Italica modo Hibera lingua loquebatur, nec satis certum vtrum vnus esset bilingnis, an duo, sui quisque sermonis
B idiomate vtens, sed tam proprie modo hæc, modo illa sonabat, vt diceres, hic qui loquitur, Ligur est, hic Hispanus. Hæc etiam genu passione, & poplitis tremore perturbabatur. Quæ cum ad virum dei adducta fuisset, saltu concito scamnum in quo sedebat, inopinata celeritate transiliit. Reducta & interrogata quid sibi vellet & saltus, & fuga, & vnde ægrotanti & vetulæ tanta virtus & velocitas aduenisset: respondit hanc sibi agilitatem ex præsentia inesse diaboli, vt currentes comprehenderet equos, & eorum dorso sine vllo adminiculo insiliret. Hæc sequenti die dum in ecclesia diuinis quæ ille celebrabat officiis interesset, crudelissime & diutissime coram omnibus vexata est. Compassus abbas mulieri, iam sæpe in talibus expertus dei clementiam, imperat diabolo vt recedat. Ille ad imperium serui dei tremebundus euanuit, mulier verò non solum à vexatione, sed etiam à neruorum contractione in momento conualuit. Hæc & alia multa intra Alpes constitutus operatus est vir dei, & diuersa loca perlustrans, benefaciebat iis qui infirmabantur, illuminando cæcos, erigendo debiles, curando febricitantes, maximè oppressos à diabolo diligentiori studio purgans: & quæ maligNus fœdauerat spiritus pectora, templa deo acceptabilia cõsecrabat. Plurima autem in eum probabilia & laude digna
C concurrunt. Alij nanque doctrinam, alij mores, alij mirantur miracula. Ego quidem congruum his omnibus honorem defero, sed præ omnibus quantum in me est, hoc sublimius duco, hoc propensius prædico, qnòd cum esset vas electionis, & nomen Christi coram gentibus & regibus ferret intrepidus, cum obedirent ei principes mundi, & ad nutum eius in omni natione starent episcopi, cum ipsa Romana ecclesia singulari priuilegio eius veneraretur consilia, & quasi generalis legatione concessa subiecisset ei gentes & regna, cum etiam (quod glorioSius iudicatur) facta eius & verba confirmarentur mi-
D raculis: nunquàm excessit, nunquam supra se in mirabilibus ambulauit, sed de se semper humiliter sentiens, venerabilium operum non se auctorem credidit, sed ministrum: & cum esset omnium iudicio summus, suo sibi iudicio cõstitit infimus, Soli deo quicquid fecit, asscripsit: immo se nihil boni aut velle aut posse nisi inspirante & operante deo & sensit & dixit. Sed aderat vis diuina in tempore accepto, & in die salutis, segregans in euangelium suum seruum suum, cuius humilitatem respexerat, cuius animam spiritus sanctus ornauerat. & quia synceritatem eius nulla maculabat duplicitas, nec interrumpebat bonum eius quælibet consperSio falsitatis, in loco suo idem spiritus manebat immobilis. Qui vt semper splendidior esset & purior, quotidie in fornace probabatur, & ne quid ei rubiginis obreperet, crebris malleorum ictibus in incude tundebatur, flagellabatur & arguebatur, non ad pœnam pro crimine, sed ad gloriam pro virtute. Nunquam ei defuit stimulus ægritudinis. Et cum sciret virtutem in infirmitate perfici, sufficientem sibi in hoc experiebatur gratiam, quòd videret suos omnes quantulumcunque extraordinarios motus lima illius quotidianæ afflictionis abradi. Erat quidem caro infima, sed spiritus promptus: & quo minus in corpore poterat delectari, amplius delectabatur in domino: nec aliqua seculi huius ambitione pulsabatur, qui solis cœlestibus inhiabat. Quot ecclesiæ destitutæ pastoribus, cum sibi in episcopum elegerunt? Elegit eum domestica Lingonensis ecclesia, elegit Cathalaunensis. Intra Ita-
liam ciuitas Ianuensis, & Mediolanum metropolis Ligurum, D
hunc optauerunt pastorem & magistrum. Remi nobilissimæ Franciæ ciuitas, secundæ Belgicæ prouinciæ caput, eius dominationem ambiuit. Omnibus his vocationibus postpositis, non solicitauit animam eius honor oblatus, nec motus est pes eius vt inclinaret se ad gloriam, nec magis eum delectabat tiara & annulus, quàm rastrum & sarculus. Petentibus se nec annuens aliquando, nec insolenter aut improbè renuens, dicebat se non esse suum, sed aliorum seruitio deputatum. Quæ res cum referretur ad fratres, respondebant: Nos omnibus quæ possidebamus venditis, inuentam preciosam margaritam comparauimus. Ad patrimonia distracta redire non possumus. Quòd si & precium & appreciatu m nobis perierit, & substantiis & margarita priuati fuerimus: expectationi nostræ male prouisum est, si oleo nostro effuso, clausis ianuis sicut fatui mendicemus. Prouiderant etiam sibi ex consilio sanctissimi fratres, & domini papæ auctoritate muniti erant, ne quis gaudium suum tollere posset ab eis, & aliorum consolatio eis fieret tribulatio, & eorum inopia aliorum plenitudinem cumularet. His aliisque rationibus serui dei expugnauerant petitores, & iam diuulgatum erat vbique abbatem sic statutum in ecclesia à deo, sicut in Hebræorum populo Moyses fuit, qui cum non esset pontifex, Aaron tamen vnxit & sacrauit pontificem, & dispositionibus eius tota Leuitica omni tempore successio paruit.

E

Capitulum quintum.

IAM Alpes transcenderant, & descendebant in occursum eius de summis rupibus pastores, & armentarij, & agreste hominum genus, & conclamabant à longe benedictionem petentes, & reptabant per fauces montium, regredientes ad caulas suas, colloquentes adinuicem & gaudentes, quòd sanctum domini vidissent, & manu eius super se extensa optatæ benedictionis gratiam accepissent. Tandem Chrysopolin veniens, vsque Lingonas solenniter deducitur, circa quos fines fratres eius Clarævallenses occurrunt prouoluti genibus, surgunt ad oscula: & vicissim ei colloquentes, Claramuallem eum deducunt alacriter. Adsunt fratres congregati in vnum, & mira deuotione dilectum patrem suscipiunt. Agitur sine tumultu cum omni grauitate lætitia. Facies quidem purior hilaritatem dissimulare non poterat, sed castigatus actionum & locutionum modus, metas proprias non transgrediebatur, & cohibebant se affectiones ipsæ, ne quid agerent in quo dissolutionis nota, religionis maturitatem offenderet. In tanta abbatis mora nihil in Claraualle potuit diabolus texere, nihil interim rubiginis synceris affricuit mentibus, nec in aliqua parte domus dei supra petram fundata, mota est. Ita opus F
suum seruus dei absens corpore, præsens spiritu, orationum instantia munierat & solidarat, vt nec rima in aliqua tantis constructionibus hiscere videretur. Nullæ in aduentum eius lites seruatæ sunt, non odia enutrita in presentia iudicis eruperunt. Nihil iuniores aduersus priores de austeritate vel duritia, nihil priores aduersus iuniores de dissolutiõe aliqua vel remissione causati. Integer vniuersorum status, cõcors societas, mera vnitas, omnes vnius moris in domo dei, in pace & sanctimonia inuenti sunt, ascendẽtes scalam Iacob, & festinantes ad intuitum dei, cuius delectabilis aspectus in superioribus eminebat. Abbas itaq; non immemor eius qui ait, Videbam satanam sicut fulgur cadentem de cœlo: eo humilior erat, & subiectior deo, quo intelligebat desideriis suis deum adesse propiriũ. Nec de hoc in se gloriabatur, quòd subiiciebãtur ei dæmonia, quin potius in domino gaudebat, quòd nomina fratrum suorũ scripta videbat in cœlo, quorum vnanimitas immaculatam se ab hoc seculo custodiret. Aderant ei in cõsiliis venerabiles fratres sui, aderat Gaudefridus prior eiusdem loci, propinquus eius in carne & spiritu, vir sapiens & constans, qui etiam religionis & prudentiæ merito postea in ecclesia Lingonensi factus episcopus, & sanctitatis formam retinens, & dignitatis in qua est honorem non minuens, vsque hodie ingrediens & egrediens laudabiliter perseuerat. Hic ergo atq; alij plures viri prouidi, & de cõmuni vtilitate soliciti, virum dei cuius conuersatio in cœlis

Universidad de Deusto
Biblioteca

G erat, aliquando descendere compellebant, & indicabant ei quæ domus necessitas exigebat. Insinuant itaque ei locum angustum & incommodum, in quo consederant, nec capacem tantæ multitudinis, & cum quotidie cæteruatim aduentantium numerus augeretur, non posse eos intra constructas recipi officinas, & vix oratorium solis sufficere monachis. Addunt etiam se considerasse inferius aptam planitiem, & opportunitatem fluminis quod infra illabitur, ibique locum esse spaciosum ad omnes monasterij necessitates, ad prata, ad colonias, ad virgulta & vineas: & si syluæ videatur deesse clausura, facilè hoc parietibus lapideis, quarum ingens ibi copia est, posse suppleri. In primis vir dei non acquieuit consilio. Videtis (inquit) quia multis expensis & sudoribus iam domus lapideæ consummatæ sunt, aquæductus cum maximis sumptibus per singulas officinas traducti. Si hæc omnia confregerimus, poterũt homines seculi malè de nobis sentire, quòd aut leues sumus & mutabiles, aut nimiæ (quas tamen non habemus) diuitiæ nos faciunt insanire. Cúmque certissimum vobis sit, penes nos non esse pecunias, verbo euangelico vobis dico, quia ędificaturo turrim, futuri operis necesse est supputare expensas. Alioquin cum cœperit & defecerit, dicetur: Hic homo fatuus cœpit ædificare, & non potuit consummare. Ad hęc fratres respondent: Si consummatis iis quæ ad monasterium pertinent, habitatores cessasset mittere deus, stare
H posset sententia, & cessandum ab operibus rationabilis esset censura. Nunc verò cum quotidie gregem suum deus multiplicet, aut repellendi sunt quos mittit, aut prouidenda mãsio in qua suscipiantur. Nec dubium est, qui parat mansores, quin præparet mansiones. Absit autem vt pro diffidentia sumptuũ confusionis huius incurramus discrimina. Audiens hęc abbas fide & charitate eorum delectatus est, & aliquando tandem consiliis acquieuit, plurimis tamẽ prius super hoc ad deũ precibus fusis, nonnullis quoque reuelationibus præostensis. Gauisi sunt fratres vbi effusum est verbum in publicum. Audiuit hoc sanctæ memoriæ nobilissimus princeps Theobaldus, & multa in sumptus dedit, & ampliora spopondit subsidia. Audierunt episcopi regionum, & viri incliti, & negotiatores terræ, & hilari animo sine exactore vltro ad opus dei copiosa contulere suffragia. Abundantibus sumptibus, conductis festinanter operariis, ipsi fratres per omnia incumbebant operibus: alij cædebant ligna, alij lapides conquadrabant, alij muros struebant, alij diffusis limitibus partiebantur fluuium, & extollebant saltus aquarum ad molas: sed & fullones & pistores, & coriarij, & fabri, aliique artifices, congruas aptabãt suis operibus machinas, vt scaturiret & prodiret vbicunque opportunum esset in omni domo subterraneis canalibus deduI ctus riuus vltro ebulliens, & demum congruis ministeriis per omnes officinas expletis, purgata domo ad cardinalẽ alueum reuerterentur quæ diffusa fuerãt, & flumini propriam redderent quantitatem. Inopinata celeritate consummati sunt muri, totum monasterij ambitum spaciosissimè complectentes. Surrexit domus, & quasi animam viuentem atq; motabilem haberet, nuper nata ecclesia, in breui profecit & creuit.

Capitulum VI.

LABORABAT EA tempestate sub schismaticorum oppressione tota Burdegalensis prouincia: & non erat in Aquitania qui posset resistere principi, cuius animum indurauerat deus: qui annuente Girardo Engolis mensi episcopo, & instillante in cor eius dissensionis semina, factus erat schismatis defensor & author. Quicunque susceptioni Petri Leonis non subscribebant, persecutionibus expositi, alij damnis, alij proscriptionibus mulctabantur, alij à sedibus propriis pulsi exulare compellebantur. Sibilabat in auribus comitis illius crebris suggestionibus quasi serpens antiquus veterator ille, qui diu in partibus illis sedis apostolicæ fuerat legatus, & nunc à magistratu tanto deiectus, non poterat se pati suæ solius ecclesiæ episcopum, qui se viderat totius Aquitaniæ principem & magistrum. Erubescebat enim ad primam domum redire, cuius potentatui & Turonica & Burdegalensis & Auxiensis prouinciæ subditæ fuerant, & quicquid à collibus Iberorum vsque ad Ligerim complectitur & claudit Oceanus, paruerat eius imperio. Cõ- K suetus igitur prædari prouincias & sub titulo iustitiæ de causis emergentibus facere quæstum, aggregarat pecunias, quæ erant sibi in idolum, & in apostasiæ simulachrum. Videns itaque periisse sibi ex actionũ auctoritatem, & solatii domum quæ nuper multis stipata clamoribus iam carebat ærariis, impatienter ferens quòd manus eius non implerentur muneribus: homo serpentinę astutiæ festinatò ad Petrum Leonis misit, vt ei legationem cõcederet, & ipse ei fidelitate iurata obediret, insuper & principem terræ & quoscunque posset ad eius imperium inclinaret. Gauisus homo perditionis, quia locum in quo dilataret malitiam suam, se inuenisse putauit, cito annuit, & libenter etiam in astipulatione erroris Gilonem Tusculanum cardinalem episcopum, qui solus de Romanis cum Petro Potuensi episcopo ei adhæserat, celeriter delegauit. Porrò Girardus ipse qui prius se mutilatum dolebat, resumpsit cornua, & deinceps cœpit securior & audacior apparere. Nam & quod ante non fecerat, publicè procedebat mitratus, vt ipsa sacri officij insignia ampliorem ei reuerentiam in populos vendicarent. Aggreditur igitur comitem multis pecuniis, inuadit animam eius persuasionibus venenatis, & hominem leuem seducit leuiter & corrumpit. In primis ab vrbe Pictauensi Guilielmus episcopus vir honestus, homo catholicus, in societate & defensione vniuersalis ecclesiæ stabilis, violenter expellitur, & à Girardo & cardinale adiutore L suo, quia Petrum abdicabat, damnatur. Erant & aliæ familiares causæ pro quibus ei comes infensus, data occasione libentissimè eum persequitur & abiurat. Visum est autem tam Girardo quàm comiti, vt ad confirmationem partis suæ, sine mora Pictaui crearent episcopum. Et inuenerunt hominem ambitiosum, nobilem quidam genere, sed degenerem fide: quem vt genus suum cum eo in causa ponerent, quibusdam ex clericis consentientibus elegerũt, & prophanas ei imponentes manus, execrabile eius caput non tam vnxerũt, quàm contaminauerunt. Simile huic monstrum in Lemouicensi ecclesia intruserunt Rannulfum quendam Duratensem abbatem, quem non multò post vltio diuina secuta est: quia cadens resupinus de equo in via plana, vno tantùm lapide vltore, qui ad hoc ibi erat relictus, infixo capiti eius, & quassato cerebro expirauit. Audiens hæc & huiusmodi vir venerabilis Gaufredus Carnotensis episcopus, cui à papa Innocentio Aquitaniæ legatio fuerat commendata, vehementer indoluit, & succurrendum periclitanti ecclesiæ postpositis aliis negociis sine vlla dilatione decreuit. Abbatem igitur Claræuallensem petit & obsecrat, vt sibi ad tanta mala eliminanda succurrat. Assensit vir dei, & se in proximo congregationem monachorum in Britaniam in locum quem iuxta Nannetum comitissa Ermengardis parauerat, ducturum intimat, M & promittit disposita illa domo secundum genus & species suas, se cum eo in Aquitaniam profecturum. Ibant igitur simul: & ne multis ambagibus vtar, simul Nannetum venerunt. Erat autem in regione illa, misera mulier quæ à quodam petulante diabolo vexabatur. Habebat autem virum, huius tamen tam execrabilis commercij prorsus ignarum. Abutebatur igitur ea etiam in eodem lecto cubante marito inuisibiliter impurissimus ille adulter, & incredibili vexabat libidine. Sex annis tantum latuit malum, nec detexit mulier perdita tanti criminis probrum. Septimo verò anno confusa est in seipsa, & expauit, tum propter colluuionem tam continuæ turpitudinis, tum propter timorem dei, cuius iudicio singulis momentis timebat intercipi & damnari. Cõfugit ad sacerdotes, & piaculum confitetur. Peragrat loca sancta, & sanctorum implorat suffragia: sed nulla ei confessio, nulla oratio, nulla eleemosynarum largitio suffragatur. Quotidie vt prius & importunius à dæmone infestatur. Denique in publicum scelus tantum effusum est. Quo audito & cognito maritus eius contubernium execratur. Interea ad locum prædictum vir dei cum comitatu suo aduenerat, cuius vt audiuit aduentum infelix mulier, se ad pedes eius tremebunda proiecit. Aperit ei lachrymis perfusa horribilem passionem, & ludificationem inueteratam, & quòd nihil ei profecissent quæcunque fecisset sibi à presbyteris imperata. Addit sibi ab oppressore

A fore suo aduentum eius prędictum, & minaciter interdictum ne ante eius veniret præsentiam, quia nihil ei prodesset, & ipse (recedẽte abbate) qui fuerat amator, crudelissimus fieret persecutor. Audiens hæc vir dei, blãdis verbis consolatur mulierem, & de cœlo promittens auxilium præcipit vt die altera (iam enim nox instabat) confidens in domino reuertatur. Reuersa manè, cum viro dei blasphemias & minas quas eadem nocte ab incubo suo audierat retulisset, ne cures (inquit vir dei) minas eius, sed vade, tolle baculum hunc nostrum, & pone in lectulo tuo, & si quid potest agat. Egit mulier quod iussum fuerat, & recubans in lectulo suo, signo crucis munita iuxta se baculũ ponit. Adest ille continuo, sed nec ad consuetum opus, nec ad ipsum cubile præsumit accedere: minatur tamen acerrimè, quòd discedente viro dei ipse in eius supplicia reuerteretur. Instabat dies dominica, & voluit vir dei per edictum episcopi populum in ecclesiam accersiri. Cúmque ipsa die maximus populus ad ecclesiam conuenisset, inter missarum solennia comitantibus episcopis, Gaufredo Carnotensi, & Bricio Nãnetensi, ipse ad ambonem conscendit, & vt omnes qui in ecclesia erant, accẽsas candelas in manibus teneãt, locuturus edicit. Quod & ipse cũ episcopis & clericis faciens, inauditos diaboli ausus publicè aperit, & fornicatorem spiritum, qui in tam horrenda inquinamenta etiam contra naB turam suam exarserat, cum omnium fidelium qui aderãt subscriptione anathematizat, & auctoritate Christi tam ad illam quàm ad omnes mulieres deinceps interdicit accessum. Extinctis itaq; sacramẽtalibus illis luminibus extincta est deinceps tota virtus diaboli, & mulieri post confessionem communicanti, nunquam postea apparuit inimicus, sed irregressibiliter eliminatus aufugit. His ita patratis simul abbas & legatus ingrediuntur Aquitaniam. Interim Gerardus assensu comitis Burdegalensem archiepiscopatum occupauerat, & simul Burdegalensem & Engolismensem detinebat ecclesiam. Sed effluentibus pecuniis quas in assentatorum manus iecerat, & magis ac magis cognita veritate, iam defluebant ab eo subsidia principum, & perfidiæ eius timebant existere defensores. Morabatur itaque in locis illis in quibus securiorem se putabat, nec iam facile publicis sese conuentibus præsentabat. Vt enim prius gesta breuiter repetamus, vbi primum cœpit audiri quid aduersus ecclesiam dei Gerardus ille machinaretur, ab Innocentio papa adhuc in Gallis demorante missi sunt abbas noster Claræuallensis & Iosselnus venerabilis episcopus Suessionensis, & Pictauium vsque venerunt, vt tam ipsum quàm prædictum principem conueniC rent. At ille iam eodem principe persuaso, impudenter in ecclesiam catholicam à qua se præcidebat, conuicia iaculari, & pollicitam prius Innocentio subtrahere obedientiam, Anacletum suum electum dignius, & quicunque non obedirent, erroneos & acephalos prædicare. Vnde factum est vt animari & armari in insaniam clerici, publicè ex ea die persecutionẽ catholicis intentarent. Prius tamen quàm sic eorum propalata fuisset & obfirmata perfidia, obtulerat abbas sanctus in eorum ecclesia sacrificium deo. Post cuius discessum decanus ciusdem ecclesiæ altare in quo diuina mysteria celebrarat, impie quidem, sed non impunè confregit. Siquidem post breue tempus percussus à deo, cum animam exhalaret, domum in qua moriebatur, plenam vidit dæmonibus, & se à dęmonio iugulari clamitans, cultellum à circunstantibus postulabat, quem immergeret gutturi suo, vt extracto dæmone vicueret. Sed diabolus cui datus erat, eum inter hæc verba extinxit, & pestilentem animam in infernum demersit. Archipresbyter quoque qui Petri inuasoris Pictauensis ecclesiæ synodum denunciabat, corã ipsis quos ad conuentum perfidiæ inuitabat, à diabolo correptus est. Sed & in alios multos qui in schismate illo feruentiores extiterant, manus diuina manifestam exercuerat vltionẽ. Propter hæc & alia huiusmodi, ante homines confundi cœperat Gerardus, & timens opponi sibi quæ negari non poterant, conuentus publicos euadebat. Significatum est interim comiti per viros illustres qui ad eum securius audebant accedere, quòd abbas Claræuallensis & episcopus Carnotensis, aliique episcopi & religiosi viri colloquium eius expeterent, quorum erat studium vt secũ de pace ecclesiæ, & de malo remouendo tractarent. Persuasúmque est illi ne tantorum virorum deuitaret colloquium, quia poterat D fieri vt communicato cum eis cõsilio, & facile esset quod modò putabatur difficile, & quod videbatur impossibile, repentino prouentu possibile redderetur. Itaque apud Pertinacum hinc & inde conueniunt, & in primis de diuisione ecclesiæ, & de scissuræ obstinatione quæ intra Alpes in sola Aquitania quasi nebulæ corruptela consederat, multis modis & rationibus à seruis dei comiti intimatum est quòd ecclesia vna est, & quicquid extra eam est, quasi extra arcam iudicio dei necesse est interire & dilui. Adducta quoque exempla Dathan & Abiron, quos reatu schismatis terra viuos absorbuit, nec tanto malo vindictam dei aliquando defuisse monstratum. His auditis comes ex parte sano vsus consilio, respondit se in obedientiam Innocentij pãpæ posse dare consensum, sed in restitutionem episcoporum quos de sedibus suis expulerat, nulla ratione induci, quoniam implacabiliter eum offenderant: & iurauerat se eorum pacem nullo tempore suscepturum. Diu per internuncios protactus est sermo: & dum vicissim verbis se mutuo occupant, vir dei efficaciora arma corripiens, ad altare sanctum oblaturus & supplicaturus accedit. Intrauerant ecclesiam quibus licebat diuinis interesse mysteriis, comes sustinebat pro foribus. Peractis igitur consecrationibus, & pace data & diffusa in populum, homo dei iam non se agens vt hominem, corpus domini super patenam ponit, & secum tol- E lit: atq; ignea facie, & flammeis oculis, non supplicans, sed minax foras egreditur, & verbis terribilibus aggreditur ducem: Rogauimus te, inquit, & spreuisti nos. Supplicauit tibi in altero quem iam recum habuimus conuentu seruorum dei ante te adunata multitudo, & contempsisti. Ecce ad te processit filius virginis, qui est caput & dominus ecclesiæ, quem tu persequeris. Adest iudex tuus, in cuius nomine omne genu curuatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Adest iudex tuus, in cuius manus illa tua anima deueniet. Nũquid & ipsum spernes? Nunquid & ipsum sicut seruos eius contemnes? Lachrymabantur vniuersi qui aderant, & orationibus intenti prestolabantur exitum rei: & omniũ suspensa expectatio, nescio quid diuinum fieri cœlitus expectabat. Videns comes abbatem in spiritu vehementi procedentem, & sacratissimum domini corpus ferentem in manibus, expauit & diriguit, membrisque tremebundis metu & dissolutis, quasi amens solo prouoluitur. Eleuatus à militibus rursum in faciem ruit, nec quippiam alicui loquens, aut intendens in aliquem, saliuis per barbam defluentibus, cum profundis efflans gemitibus epilepticus videbatur. Tum vir dei ad eum propius accedit, & pede pulsans accliuem surgere iubet, & stare supra pedes, & dei audire sententiam. Prætens est, inquit, Pictauensis episcopus quem ab ec- F clesia sua expulisti: vade & reconciliare ei, & in osculo sancto, pacis cum eo iungito fœdera, & ipse ad sedem suam eum reducito: & satisfaciens deo, redde pro contumelia gloriam, & in vniuerso principatu tuo diuisos & discordes ad charitatis reuoca vnitatem. Subdere Innocentio papæ, & sicut ei vniuersa obedit ecclesia, tu quoque electo à deo tanto pare pontifici. Audiens hæc comes, auctoritate spiritus sancti, & sanctorum sacramentorum præsentia victus, nec audebat respondere nec poterat: sed statim occurrit, & in pacis osculo recepit episcopum: & eadem qua eum abiurauerat manu, cum totius exultatione ciuitatis ad propriam sedem reduxit. Sed & deinceps abbas cum comite iam familiarius & suauius loquens, paternè eum monuit ne ad tam impios & tam temerarios ausus vltra exurgeret, ne dei patientiam tãtis irritaret flagitiis, ne pacem factam in aliquo violaret. Pace itaque omni Aquitanicæ ecclesiæ reddita, solus Gerardus perseuerat in malis: sed non multo post adueniente die iræ in domo sua miserabiliter extinctus est. Et cum dicat scriptura: Est peccatum ad mortem, pro eo non dico vt roget quis: impœnitens & subito mortuus sine confessione & viatico, de corpore egredientem spiritum ei reddidit, cuius minister vsque in finem extiterat. Corpus eius à nepotibus suis, quos in ecclesia illa honoribus sublimauerat, inuentum in lectulo suo exanime, & enormiter tumidum, in basilica quadam humatum est, sed postea à Gaufrido Carnotensi episcopo sedis apostolicæ legato inde extractum est, alióq; proiectum. Nepotes quoque eius ab eadem ecclesia postea eliminati sunt, & omnis progenies & plantatio à ra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dice auulſa, per extera regna tanti iudicij circumferens querimonias exulauit. Tãto igitur malo obruto, & ſchiſmate Gerardi redacto in cineres, vir dei cum gaudio magno Claramuallem reuertitur. Adſunt fratres circumfuſi pedibus eius, gratias agunt deo, qui bonis initiis feliciores prouentus accumulat, & ſerui ſui humilitatem vbique glorificat & exaltat. Nactus verò vir dei aliquod quietis tempus, aliis ſe negociis occupauit, & ſecedens in caſulam piſaciis torquibus circuntextam, ſolus meditationibus diuinis vacare diſponit. Et repentè occurrunt ei in diuerſorio humili quaſi ad præſepe domini conſiſtenti amatoria cantica, & ſpiritualium fercula nuptiarum. Conſiderat & expaueſcit quòd ille ſpecioſus forma præ filiis hominum, in quem etiam angeli proſpicere deſiderant, fuſcam adamauerit ſponſam, & decoloratam à ſole tãto extollat præconio, vt dicat eam totam formoſam: nec vllam in ea maculam eſſe. Ipſam quoque ſponſam dilectione languere miratur, & inquirit diligenter quę ſit illa charitas, cuius oſcula dulciora ſunt vino, ad quorum delibationem tanto affectu anima impatienter anhelat. Cúmque ſponſus multis laudibus ſponſam attollat, non tamen in omnibus plenam ei ſui copiam præbeat, nec vſque ad plenitudinem ſatietatis, ſe ſponſæ deſideranti concedat: quæſitus aliquando non inueniatur, & poſt longos circuitus repertus, teneatur ne fugiat: multo tempore in harum rerum meditatione animam ſuam
H effudit. Et multipliciter hæc exponens, quantum in ſe profecerit, qui quotidie in illis epulabatur deliciis, quantum nobis profuerit, quibus eiuſdem benedictionis reliquias in ſcriptura ſeruauit, manifeſtum eſt legentibus eam.

Capitulum VII.

INTEREA literæ apoſtolicæ virum dei vocant, & vt aſſit laboranti eccleſiæ, ſupplicant cardinales. Intermittuntur ſtudia, & quæ modo continua erant, interpolatis diſcurſibus reſumuntur. Nulla vacatio ſupereſt, ſeruus dei aut orat, aut meditatur, aut legit, aut concionatur. Videns igitur excuſationes fruſtra obtendi, conuocatos à multis partibus fratres diu profundéque ſuſpirans affatur: Videtis fratres, in quãtis tribulationibus laboret eccleſia. Pars quidem Petri & in Italia & in Aquitania auctore deo eliſa, iam non parturit, ſed abortit. Enſati ſunt in his regionibus ſchiſmatis defenſores, Romæ magna pars nobilium Innocentium ſequitur, & fauét ei multi fidelium: qui tamen temeratiæ multitudinis impetum formidantes, non audent publicè confiteri quem Innocentio firmauere conſenſum. Coniuratos habet Petrus homines perditos, quos corrupit pecunia, & munitionibus eorum occupatis, non Simonis Petri fidem, ſed Simonis magi repræſentat præſtigia. Contra vnam gentem occidente edomito
I ſupereſt lucta. Orãtibus vobis & iubilantibus Hiericho ruet, & cum extenderitis ad deum cum Moyſe manus, Amalech victus au fugiet. Ioſue pugnat, & vt ad conſummationem victoriæ dies ſufficiat protelata, Soli vt ſtet, non tam orat quàm imperat, & meretur fides tam ſolis obedientiam, quàm de hoſte proſtrato victoriam. Nobis igitur pugnantibus vos ferte præſidiũ, & auxilium de cœlo ſupplicibus animis implorate. Agite quæ agitis, & ſtate in gradu quo ſtatis: & licet nihil vobis conſcij ſitis, iudicio tamẽ veſtro non æſtimetis vos iuſtos: quia ſolus deus quos iuſtificat iudicat, & perfectiſſimus quiſq; iudicij diuini diſtrictũ examẽ ignorat. Iudicari autẽ ab humano die non multũ curetis, neq; veſtra propria, neq; aliena iudicia approbãtes, ſub timore dei ſic ſtate, vt nec vos quempiã iudicantes aliquãdo extollamini, nec aliorum curãtes iudicia excidatis in nugas: ſingula verò proſequentes vos ſeruos inutiles reputetis. Eundũ eſt autem quò nos obedientia vocat, & huius domus paternitatẽ, & veſtri cuſtodiã deo pro quo hunc laborem aſſumimus, cõfidentes de eius clementia tradimus & cõmendamus. Hæc dicens, & benedicens flentibus vniuerſis diſceſſit, & cum multa reuerentia vbique ſuſceptus demũ Romam peruenit. In cuius aduẽtu tam dominus papa, quàm fratres lætati ſunt, & cõmunicatis cũ eo cõſiliis ſecũdũ rerũ prouentus, & ſtatum cauſarũ abbas alia via opus aggreditur, nec in curribus, nec in equis ſpẽ ponẽs, ſed colloquia quotundã ſuſcipiens ſciſcitatur quæ ſit eorum facultas, qui fautorũ animi, vtrum errore an malitia ſeducti tantum ſcelus protrahãt, & protelent. Intelligit ex ſecretis clerum qui cum Petro erat, K de ſtatu ſuo ſolicitum, ſcire quidem peccatum, ſed non audere reuerti, ne perpetua notatus infamia vilis inter cæteros haberetur, & malle ſub vmbra honeſtatis interim ſic eſſe, q̃ expelli à ſedibus ſuis, & publicæ mendicitati exponi. Eorum qui de Petri proſapia erant, hæc erat reſponſio, quia iam credi eis à nemine poſſet ſi demembrarẽt genus ſuum, & cum relinquerent qui cognationis ſuæ caput eſſet & dominus. Cæteri iuramento fidelitatis excuſabant perfidiã, nec aliquis ex ſana conſcientia parti illi cõferebat ſuffragia. Denunciabat itaque abbas eis colligationes impietatis eſſe ſacrilegas, & prophanas conſpirationes, legibus & canonibus cõdemnatas, iuramẽtis non poſſe muniri, nec poſſe nec debere veritatis ſacramenta mendacio ſuffragari. Inſanire autẽ eos qui rem illicitam ſacramenti patrocinio cõſtare exiſtimãt, cum oporteat extraordinarias pactiones quocũque religionis obtentu ſancitas reuocari in irritũ, & auctoritate diuina diſſolui. Auditis his aliiſque viri dei ſermonibus defluebant à Petro, & quotidie partis illius diſſociatis agminibus, vincula rumpebantur. ipſius quoque Petri animus tabeſcebat, quia ſe quotidie minui, Innocentium verò creſcere minimè dubitabat. Defecerant pecuniæ, contabuerat curiæ amplitudo, aruerãt miniſteria domus, rarus menſam eius frequẽtabat cõuiua, deliciæ in plebeia cibaria cõmutatę, cultus obſequentiũ vetuſtate obſcurus, ſtipẽdiarj ære alieno oppreſſi, & tota domus effigies pallida diſſo- L lutionem proximam indicabat. Interea rex Siciliæ Rogerus (qui ſolus iam ex principibus obedire papę Innocentio detrectabat) ad eum mittit petens, vt Aimericum cancellarium ſuũ, & abbatem Clarævallis ad ſe mitteret, nihilo minus à Petro Leonis idem petens vt Petrum ſibi Piſanum à ſuo latere delegaret. Aiebat autem ſe diſſenſionis huius quæ iam diu induerat, velle ſcire originem, & cognita vetitate aut corrigere errorem, aut ſancire ſcientiam. Mittebat autẽ in dolo. Audierat enim Petrũ Piſanum eloquentiſſimum eſſe, & in legũ & canonum ſcientia nulli ſecundum, putabátque ſi eloquentiæ eius in publico cõſiſtorio audientia præberetur, declamationibus rhetoricis ſimpliciratem abbatis poſſe obrui, & ſilentiũ ei, vi verborum, & pondere rationum imponi. Ne diu moret, venit pars vtraque Salernũ. Sed militauerat vltio & præuenerat tanti ſceleris machinamentum. Parato nanque ad bellum innumerabili exercitu aduerſus Rannulphũ ducẽ, idem rex in campũ armatas produxerat acies: cum ſubitò viſo duce audacter obuiã procedente, territus fugit, effuſúmq; exercitum prædæ & cædibus expoſuit, & innumeris militibus captis & interfectis, inuitus ducem ditauit opibus, gloria ſublimauit. Quæ quidẽ ei iuxta verbum viri dei omnia cõtigerunt. Cum enim primus eorũ qui vocati fuerãt, abbas ſanctus aduenieus, regem in caſtris poſitum inueniſſet, per multos dies vicinas acies ne prælium cõmitterent, impediuit: denunciãs regi, quia ſi conflictum inieris, victus & cõfuſus abibis. Nouiſſimè ve- M rò cum eiuſdem regis plurimum creuiſſet exercitus, ignorans quòd non in multitudine foret euentus belli: virum ſanctum quærentem ea quæ pacis erant, vlterius audire cõtempſit. At ille ducem Rannulphum, & catholicorum aciem verbis potentibus adhortatus, ſicut regi fugam, ſic illis victoriam pollicitus eſt & triumphum. Cúmque ad proximam villulam declinaſſet, & inſtaret orationi, repentè fugientium & inſequentium clamor auditur. Siquidem per eundem locum fugientẽ regis exercitum Rannulphus perſequebatur. Egreſſus itaque frater quidam ex his qui cum abbate erant, vni ex militibus occurrit, & quid acciditſſet, interrogabat. At ille, ſiquidem literas nouerat: Vidi, inquit, impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani: & tranſiui, & ecce non erat. Nec mora, dux ipſe ſecutus, vt monachum vidit, ſicut erat armatus equo deſiliit: & eius pedibus aduolutus, Gratias, inquit, ago deo, & fideli ſeruo eius, quia non noſtris viribus, ſed eius fidei collata hæc victoria eſt. Iterúmque inſiliens equo, hoſtes inſequebatur. Nec tamẽ hac plaga ſibi inflicta cœlitus, correctus eſt animus regis, nec detumuit procella quam conglomerarat prauæ mentis elatio: ſed poſt fugam reuerſis qui euaſerant, ſimulans alacritatem, regio ſe ornatu attollẽs, ſtipata militibus curia vtranque partem præcipit accerſiri, & prius inſtructo Petro, & multarum promiſſionum authoramẽtis accenſo, de cauſæ

A cauſæ ſuæ rationibus eloqui iubet. Prior itaq; Petrus electionem domini ſui canonicam probare contendit, & verba ſua multis legum & canonũ aſſertionibus munit. At verò vir dei non in ſermone, ſed in virtute regnum dei eſſe intelligens, Scio, inquit, Petre te virum ſapientem & literatum eſſe: & vtinam ſanior pars & honeſtiora te occupaſſent negotia. Vtinam te patronum cauſa felicior obtineret: & ſine dubio rationabilia allegantem, nulla poſſet impedire facundia. Et nos quidem agreſtes, ligonibus magis quàm declamationibus aſſueti, ſi cauſa fidei non vrgeret, inſtitutum ſilentium teneremus. Nunc autem cogit nos charitas eloqui, quia tunicam domini quam in tempore paſſionis nec ethnicus præſumpſit ſcindere nec Iudæus, fautore hoc domino Petrus Leonis lacerat & diſtumpit. Vna eſt fides, vnus dominus, vnum baptiſma. Nos neque duos dominos, nec geminam fidem, nec duo baptiſmata nouimus. Vt ab antiquis ordiar, vna arca tempore diluuij fuit. In hac octo animæ cęteris omnibus pereuntibus euaſerunt, & quotquot extra arcam inuenti ſunt, perierunt. Arcam hanc typum habere eccleſiæ, nemo qui ambigat. Arca alia nuper fabricata eſt: & cum ſint duæ, alteram neceſſe eſt eſſe adulteram, & in profundum demergi. Arca quam regit Petrus, ſi ex deo eſt, neceſſe eſt vt arca quam regit Innocentius, obruatur. Peribit ergo orientalis eccleſia, peribit occidens totus, peribit Frã-
B cia, peribit Germania. Iberi & Angli, & Barbara regna in profundum pelagi demergentur. Religio Camaldrenſis, & Cartuſienſis, & Cluniacenſis, & Grandimõtenſis, & Ciſterſienſis, & Pręmonſtratenſis, aliaque innumerabilia ſeruorum & ancillarum dei collegia neceſſe eſt vt ſub vno turbine corruant in abyſſum. Epiſcopos & abbates & reliquos eccleſiæ principes collo præcipiti mola aſinaria alligata pelagus vorax excipiet. Solus ex principibus mũdi arcam Petri intrauit iſte Rogerus, & cæteris omnibus enecatis ſolus ipſe ſaluabitur? Abſit vt totius mũdi religio pereat, & ambitio Petri (cuius vita palam eſt qualis extiterit) regnum cœlorum obtineat. Ad hęc verba non vltrà ſe poterant qui præſentes aderant continere, ſed abominati ſunt & vitam Petri & cauſam. Abbas autem tenens manum Petri, eleuauit eum, & ſimul ipſe ſurrexit, Tutiorem, inquiens, ſi mihi credas, intrabimus arcam. Et ſicut iam pridem mente conceperat, ſalutaribus illum aggrediens monitis cooperante gratia dei protinus perſuaſit, vt ad vrbem rediens Innocentio papæ reconciliaretur. Soluta concione rex necdum voluit obedire, quia ſancti Petri patrimonium quod in Caſſinenſi & Beneuentana prouincia ampliſſimum eſt, cupidus occupauerat, putabátque huiuſmodi ſuſpenſionibus aliqua à Romanis extorquere priuilegia, per quæ in ius propriũ deinceps ſibi ſtabiliretur hæreditas. Sic Herodes viſum ſaluatorem con-
C tempſit, & quem deſiderauit abſentem, contempſit præſentem. Sic omnipotens deus claritatem quam accepit à patre, dedit hominibus, & contemnentes ſe facit inglorios, & erigit in ſublime humiliatos.

Igitur circa curationem cuiuſdam viri nobilis, & in vrbe Salernitana notiſſimi, ſuccumbentibus medicis, quorum ibi prę-cipuè ars viget & ſtudium, eidem viro de medicorum auxilio deſperanti, noctu quidem per ſomniũ apparens intimauit aduenifſe Salernum virum ſanctum, & in curationibus efficacẽ. Hunc inquirere iubetur, & de lauacro manuum eius bibere. Quæſiuit, inuenit, aquam petiit, bibit, conualuit. Hoc verbum per totam vrbem diuulgatum, ad aures regis & procerum eius peruenit. Cum omnium igitur populorum fauore ſolo rege in malitia permanente abbas Romam reuertitur, prædictũ quoque Petrum Piſanum & quoſdam alios reconciliat eccleſię, & Innocentio papę confœderat. Aduenerat tempus in quo completa Amorręi malitia angelus percutiens gladium iam vibrabat, & pertrãſiens domos quarum ſuperliminaria ſanguis agni imbuerat, ad domum Petri Leonis veniens, ſalutare in ea non reperit ſignum. Percuſſit igitur miſerum, nec tamen illico defungitur, ſed datur per triduum pœnitentiæ locus. Ille patientia dei abutitur, & in peccato ſuo moritur deſperatus. Miſerabili pompa corpus eius effertur, cadauer eius in latebris ſepelitur, & vſque hodie fouea illa à catholicis ignoratur. Attamẽ pars ipſius papam ſibi pro illo alterum ſtatuerunt: non tam ex pertinacia ſchiſmatis, quàm vt opportunius per aliquam temporis moram papæ Innocentio reconciliarentur. Quod ſine mora per manum ſerui ſui Chriſtus effecit. Nam & ipſe tidi- D culus pontifex Petri Leonis hęres ad eundem virum dei nocte ſe contulit, & ille cum nudatum quidem vſurpatis inſignibus ad domini Innocentij pedes adduxit. Quo facto ciuitas gratulabunda lætatur, Innocẽtio eccleſia redditur, Romanus populus vt paſtorem & dominum Innocentium veneratur. Abbas Clarævallis in mira reuerẽtia habetur, ab omnibus auctor pacis, & pater patriæ prædicatur. Procedentem viri nobiles proſequuntur, acclamat populus, matronæ ſequuntur, & omnes ei prompto animo obſequuntur. Sed quandiu ille gloriam tolerauit? Quandiu pace fruitus eſt poſt tam diuturnum labore? Nec diem pro anno recipere acquieuit. Sedatis omnibus & cõpoſitis vix quinq; dies teneri potuit, qui ſeptem annis & vltrà pro reſarciẽda eadem ſciſſione ſudauit. Exeuntem Roma proſequitur, deducit clerus, occurrit populus, vniuerſa nobilitas comitatur. Nec poterat ſine communi mœrore dimitti, qui colebatur amore communi. Igitur firmata pace vir dei regreditur, & duplex exhibens gaudium cum exultatione vniuerſæ terræ ſuſcipitur. Interea Romæ Innocentius poteſtatiuè agenda diſponit, vndique viſitatores occurrunt. Alij cum negotiis, alij tantùm gratia congaudẽdi aduenium: proceſſiones per eccleſias ſolenniter celebrantur: depoſitis armis ad audiendum verbum domini plebes accurrunt. Poſt multipharias egeſtates in breui ciuitas opulenta reſloret: quæ diſcordiæ tempore diſtracta fuerant, pax ſolidata reuocat & reducit. Arantur ſolitu- E dines, & deſerta pingueſcũt. Requieſcunt ſinguli ſub vite & ficulnea ſua: nocturnæ ſilent excubiæ, & apertis ianuis omnis timor excluditur. Dato tempore Innocentius eccleſiæ ruinas reſtaurat, recolligit exules, eccleſiis antiqua ſeruitia, depopulatas colonias expulſis reſtituit, inſupet & congrua dona largitur. Monaſterium etiam apud aquas Saluias in ſancti Anaſtaſij martyris honore conſtituit: quod quidem ibi prius fuerat, ſed hoc tempore ſola eccleſia, deerat habitator. Cõſtructis itaque cœnobialibus manſionibus, & reformata eccleſia, aſſignatis etiam ad alimonias domus agris & vineis, à Claraualle abbatẽ & conuentum fratrum ſibi mitti dominus papa petiit & obtinuit. Mittitur igitur Bernardus Piſanæ olim eccleſiæ vicedominus. & religioli cum eo fratres, qui ſecundum beati benedicti regulam in eodem loco domino deſeruirent. Citò profecit illa plantatio, & aſſociatis ſibi viris indigenis, ſeruorũ dei multiplicatus eſt numerus, & paſcua congrua nutrimentis multiplex in breui produxere peculium.

Capitulum VIII.

ABBAS ſanctus ad ſtudia ſua reuerſus, dilectum amplectitur epithalamium. E diuerſis etiam regionibus odore religionis illius vbique diffuſo, fratres ad fundanda monaſteria inuitantur. Fundata quoque & ſtatuta ditioni eius ſe-
F ſe ſubiiciunt, & arctioris incunt regulas diſciplinæ. Sed & diuerſarum regionum ciuitates ex hoc collegio meruere epiſcopos. In primis Roma ſummo ornatur pontifice. Præneſte Stephanum habuit totius gloriæ virum. Hoſtia virum magnum Hugonem. In ipſa quoque Romana curia Henricus, Bernardus alter preſbyter, alter diaconus ordinati ſunt cardinales. Prope vrbem Romam Nepa ſub Hoberto refloruit. In Tuſcia Piſis natalis ſoli gloria, & magnum eccleſiæ lumen Balduinus effulſit. Citra Alpes Lauſannæ datus eſt Amedeus, Seduno Garinus, Lingonis Godefridus, Antiſiodoro Alanus, Nannetis Bernardus, Beluaco Henricus, Tornaco Giraldus, Eboraco Henricus. In Hybernia duo epiſcopi, re & nomine Chriſtiani. In Alemannia ciuitate Curia Algotus, ſapientia, ætate & gratia reuerendus. Hæc luminaria de Clarauallę aſſumpta fulgore puro prędictas vrbes ſua illuſtrauere præſentia, & paſtoralis officij elucidantes gloriam, exemplum cęteris epiſcopis facti ſunt, & in altitudine ſua humiles conſtiterunt. Defuncto ſiquidem Innocentio papa, & ſucceſſoribus eius Cœleſtino & Lucio quàm velociter conſummatis, Bernardus quem prius apud ſanctum Anaſtaſium abbatem diximus ordinatum, papa vrbis efficitur. Hic ſeditione orta in populo, puluerem pedum in litigantes excuſſit, & relictis eis in Franciam venit. Cúmque Romæ ſe comederent ac morderent, & adinuicem conſumerenr, expectauit in pace donec fatigati conflictibus & damnis afflicti eius præſentiam cuperent & optarent. Qui interim celebrato Remis concilio

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Claramuallem humiliter visitat, & gloriam pontificatus Romani pauperum præsentat aspectibus. Mirãtur omnes in tanta altitudine humilitatem immobilem. & in tam excellenti culmine propositi sancti permanere virtutẽ, vt altitudini sociata humilitas pro officio exterius splendeat, & pro virtute nequaquã interius inanescat. Adhærebat carni eius lanea tunica, & diebus & noctibus cuculla vestitus sic ibat, sic cubabat. Intus monachi habitum retinens, extra se pontificem & moribus & vestibus exhibebat: rem difficilem agens, diuersarum in vno homine proprietatem exprimens personarum. Segmentata ei circunferebantur puluinaria. Lectus ei palliis opertus, cortina ambiebatur purpurea: sed si reuolueres operimenta, inuenires superiectis laneis complosa stramina, & paleas conglobatas. Homo in facie, deus videt in corde, ipse verò bona coram deo & hominibus prouidebat. Alloquitur fratres non sine lachrymis, miscens sermonibus aulsa à corde suspiria, hortatur & cõsolatur, & se inter eos fratrem & socium non dominum exhibet vel magistrũ. Cúmque eum ibi morari diutius non pateretur magna eum prosequens comitantium multitudo, salutatis fratribus iter in Italiam dirigens absessit, & ad vrbem peruenit. Scripsit ad eundem papam vir sanctus librũ multæ vtilitatis qui appellatur liber De cõsideratione: in quo acutissima indagine tam ea quæ circa eum,
H quàm quæ infra sunt prosequẽs, etiam ad ea quæ supra ipsum sunt ascendens, tanta de natura diuina disseruit, vt videatur in tertiũ cœlum assumptus audisse quædam verba quæ non licet homini loqui, & regem in decore suo vidisse in his quæ infra & quæ circa ipsum sunt, morum societas, naturæ æqualitas, officiorum, distantia, considerario meritorum, diiudicatio prouectuum subtilissimè distinguitur, & singulis in suo genere sui cognitio intimatur. In his quæ supra hominẽ sunt speculatur cœlestia, non eo modo quo angeli qui semper adhærent deo, considerant, sed eo modo quo potest homo puri animi & mentis synceræ diuina contingere, & conformari vel agenda vel intelligenda insinuent. Cúmque exigat homo præposituræ suæ reuerentiam exhiberi, ad honorem summæ potestatis cuncta referri necesse est: quia cum sit subditus homini homo, vel spiritui spiritus: subdi maximè oportet deo de cuius munere ista datur prælatio, & quo docente sit vt pateat homini tam cognitio sui, quàm per fidem & spem ad diuinæ cõtemplationis pro modo dato indulta accessio. Dictabat vir dei, & nonnunquam scribebat in tabulis cereis mella restituens, & quidem gratiora prioribus. Sedabat lites ecclesiarũ, & appellationes importunas quas inter se discordes clerici concitabant, blando spiramine componebat. Interdum etiam dũtius increpãte eo redibat tranquillitas, & detumescẽtibus procellis, qui seditiosi ante eum venerant, & bile diffusa scaturientes declamationibus, pacifici reuerrebantur. Adhæsit ei præ cæteris quidã ex principibus comes Theobaldus, & dilectionẽ opere prosecutus, se & sua in subsidia Claræuallis exposuit, & in manibus abbatis posuit animam suam, deposita altitudine principali se inter seruos dei conseruum exhibens non dominum, vt obediret ad omnia quæ domus illius infimi postulassent. Emebat igitur fundos, cõstruebat domos: abbatiis nouis præbebat impensas & vbicunq; serui dei extendissent propagines, delegabat pecunias: non vnã domum sicut Salomon Hierosolymis statuẽs: sed vbicũq; huius schematis consedissent personæ, satagebat eis ministrare necessaria, quãsi Christo in terris præsenti propriã faceret mansionẽ. Sed & hoc in arbitrio viri dei posuit, vt quibuscunq; egentibus eo mandante ad opus dei sumptus præberet. Vidés igitur abbas promptum principis animum, pietatẽ pietate accendit, & maximè quidem domesticis fidei voluit eũ esse obnoxiũ, & immortalia tẽpla fundare cõsuluit, & eleemosynas ea sagacitate disponere, vt semper fructificantes rediuiuis & renascẽtibus accessionibus nouas semper eleemosynas parturirent. Deinde egenis quos hac atque illac quasi vespæ pungentes stimuli paupertatis exagitant, omnimodis docuit misereri, aliis indumenta, aliis alimenta largiri. Monuit & suggessit vt per seipsum xenodochia visitaret, nec horreret aspectus K languentium: quia in hoc duplicaretur clemẽtiæ bonum, si & videret & foueret, si cõsolaretur & reficeret. Humiliare pauperum oppressores, defendere pupillũ & viduam, misereri & cõmodare, sermones in iudicio disponere, prouidere quieti ecclesiæ, rationẽ gladij intelligere quasi elementarium instruxit, summam principalis officij ei intimans, & hoc à principe exquiri ex debito, vt laudi bonorum, & vindictæ malorum intẽdat. Hæc & alia huiusmodi salubria monita homo rationabilis reuerẽter accipiens, luxum curiæ & fastum altitudinis in humilitatem & honestatem conuertit: nec erat qui in præsentia eius auderet aliquid indecens vel agere vel loqui: sed in hoc etiam ei placere studẽtes, siue ficto, siue puro animo, ea in quibus dominũ suum delectari videbant, ipsi quoque sæpius factitabant. Introducebãt igitur ad eum qui familiarius ei assistebant, pauperes patientes calumniam, nunciabãt languentes in plateis iacentes, & quoscunque in amaritudine & miseria constitutos: & ipse oblata sibi occasione clemẽtiæ lætabatur, & altiori gratia amplectebatur quos de huiusmodi rebus videbat magis esse solicitos: & quia suorum neminem vel in illa curia, vel pro causa illa vir dei passus est demorari, duos religiosos viros de Prẽmonstratensi ordine euocatos eleemosynæ suæ præposuit, ad quorum curam spectaret circuire castella & vicos in quibus ipse maneret: & de propria mẽsa languentes & leprosos qui ibi manebant, quandiu in illis locis esset, abũdanter refici iussit. Sed & aliis pauperibus largas & cõgruas personis eleemosynas siue in cibis siue in vestibus eorum, ministerio corũ donari instituit. Et illis quidem tantum in domo sua voluit esse dominium, vt potestatiuè pincernis & pistoribus & coquis & reliquis ministerialibus quę vellent iuberen., quæ placeret tolleret, nec esset qui aliquid prohiberet, vel referret ad comitẽ si in aliquo prodigi viderentur. Sed & viri ipsi timentes deum, & tam ei placere quàm comiti cupientes, nec magnificentiam principis minuebant qui charitatis plenitudinem de suis impleri præceperat nec deo ingrati esse volebant si inuenirentur desides & auari vbi eos promptos & expeditos dispensatores esse tam volũtas, quàm principis sufficiens bonitas iniunxisset. Erat præterea horum officio deputatũ, vt monachis & religiosis viris quos ad curiam diuersa mittebant negotia, hospitia prouiderent, & de penu & horreo comitis necessaria ministrarent. Circũferebant etiam rigente bruma aptatis sarcinis pauperum indumenta, & pelles, & birros, & calceamẽta, in quibus nec axungia deerat, quæ per vicos indigis erogabãt. Nullum in comitatu illo clementiæ deerat opus. ad portum illum naufragi omnes tutum habebant refugium. Temporibus famis nõ sicut Pharao frumenta venũdedit populo, nec in seruitutem sibi erogatis annonis subiecit AEgyptum: sed abbate ſancto quaſi altero Io- M
1 nonis subiecit AEgyptum: sed abbate ſancto quaſi altero Ioseph diuiniore vsus consiliario, gratis egenis aperuit horrea, nec exhausit pecunia populum, nec astu circũuenit afflictos, nec republica ad se translata, priuatos in terra cumulauit thesauros, sed in cœlo potius thesaurizans infatigabilis distriburor cũ magna alacritate & pecunias distribuit & annonas. Nec defuit viro inhianti cœlestibus, magni ponderis & horrendi tentatio, sed aggressus est eum tam rex, quàm principes, & cõmota est & contremuit terra: & quasi iratus esset ei deus, rapinis & incendiis fere omnia ad eum pertinentia depopulatoribus exposita erãt: & operuit faciem terræ regis exercitus: & passim omnia vastabantur. Nec erat ei rutum, resistere vel obuiare persecutoribus. quia & sui deseruerãt eum manifestè infestantes: & qui remanserant, in insidiis non ad subsidia erant: vndiq; angustiæ graues, quia nec domi sibi cauere, nec extra poterat congrua prouidere, cùm omnino qui sui essent nescíret, & tã de perfidia refugarũ, quàm de duplicitate suorum prorsus diffideret, Inter has autem angustias conuersus ad dominum, de cœlo quæsuit auxilium, & accito viro dei (cuius consilio maximè vtebatur) nec desperans de clemẽtia dei, hoc ex eius respõsione accepit, vt intelligeret quia flagellat deus omnem filiũ quem recipit: & huiusmodi correptiones vel purgant vel probant animam, & gloriosiorem fuisse Iob cum sederet in sterquilinio, quàm fuisset, cum circunstante exercitu sedisset illæsus in solio. Ostendit ei vir sanctus Salomonem peccasse in ocio, & abusum bono pacis defluxisse in

A in vitia, cum Dauid pater eius Absalon filio persequente, & vniuerso Israële aduersus eum animato, permansisset in gratia. Intimauit etiam quomodo ipsum satanas colaphizarit apostolum, in qua tribulatione immobiliter perseuerans meruit audire, quia virtus in infirmitate perficitur, & quia in præsenti vita segniores nos faciunt prospera, & circunspectiores aduersa. Audiens hæc venerabilis comes magnificè animatus, duo immensi ponderis & miri operis vasa aurea in quibus preciosissimæ gemmæ habebantur inclusæ, quæ in solennitate coronæ suę rex Anglorum Henricus aunnculus eius ad ostentationem diuitiarum suarum & gloriæ suæ in mensa coram se habere consueuerat, sub omni celeritate proferri iussit in medium, & à corde suo delectationem huiusmodi auellens, gemmas à retinaculis suis iussit abstrahi, & aurum confringi præcepit, vt venderentur, & de precio eorum dilecta domino super aurum & topazion tabernacula fundarentur. Nec desistebat Amalech ab infestatione Israel, sed Moyses eleuatis in cœlum manibus potitus est victoria, & retrahentibus se hostibus abbas sanctus sequester solicitus clamantibus ad deum & domi plorãtibus fratribus irrupit in acies, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio, & allegationibus diuinis intercurrentibus detumuere procellæ, & reuersa est inter regẽ & principem tranquillitatis & pacis desiderata serenitas.

B

Finit liber secundus de vita sancti Bernardi Claraualis abbatis.

Prologus domini Gofridi

monachi Clarævallensis in vltimos tres libros de vita eiusdem.

CLARISSIMI patris nostris Bernardi Claræuallensis abbatis memoriam, viri insignes, ad laudem Christi, & multorum ædificationem literis commendarunt. Intẽra sanè materia vbere, prout cuique licuit, & certior ei gestorum innotuit veritas, non eam totam, sed partes aliquas digessere. Videtur autem nonnullis quòd multo minus eum silere debeat puer sanctitatis ipsius, dignationis filius, benignitatis alumnus. Quem ab eius vberibus post annos circiter xiij. (quod sine singultu nec meminisse debeo, nec proferre queo) sola tandem quæ sola potuit mors auulsit. In quo tibi vtinam sic complaceat etiam nunc pater sancte, sicut aliquando videbatur & aliquandiu, complacere. Et quis alter tibi tam debitor, quis tam obnoxius, quis tã tuus? C Momordit, fateor, & durè momordit mors improba, sed non totum pariter deglutiuit. Amputauit, non extirpauit, sine misericordia portionem quæ se contingebat accepit. Tulit aspectum, tulit eloquium, corporale etiam tulit obsequium, sed nõ rapuit fidem præsentis etiam nunc opitulationis: nõ absorbuit spem futuræ aliquando visionis, non denique in prẽteritorum memoria altius radicatũ filialis assumpsit deuotionis affectũ. Cæterùm mihi quidem, vt optimè noui, præsertim tanto idonea operi nec scientia nec eloquentia suppetit. Sed tua sanè magnalia, & tuas dignè eloqui laudes, nõ Origenis ingenium, non Ciceronis lingua sufficeret. Nec desperandũ tamen, quòd tuorum magis operum fructus carpere prudens lector, quàm verborum nostrorum folia indigna debebit: vt illorum magis suauitate gustata, quàm istorum ariditate culpata, nõ tam nequiter ista mordeat, quàm illos delectabiliter edat. Nam & securius & syncerius visa solent quàm audita narrari, & in tertiũ vas trãsfusa facilius coacescunt. Sed & dulcius ea bibitur aqua quæ ab exiguo licet alueo fontis hauritur, quem confestim repleuerit vena scaturiens, quàm quæ ex riuo tollitur lõgius iam progresso, vel ex flumine etiam copioso. Inde est quòd intactis eorum libris qui de eiusdem beatissimi patris nostri initiis seu etiam mediis conscripserunt, ne tanquam super alienum ædificasse videar fundamẽtum, circa ea potissimum noster sermo versatur, quibus penè omnibus præsens affui, interdum etiam, licet pauca, interserens quę fidelissima fratrum qui aderant relatione cognoui. Veruntamen opus istud libellis tribus partitum lector inueniet. Quorum primus quidem ea maximè quę D ad habitum, mores, atque doctrinam huius beati patris videntur pertinere, prosequitur. Secundus autẽ virtutes multas per eum factas eloquitur. Tertius in eiusdem bono fine completur. Illud etiam admonendum, in rerum narratione gestarum cohærentiam similitudinis magis quàm temporis obseruari, siquidem nec signa ipsa nec opera quædam eo ordine scripta quo facta sunt: sed interdum aliqua prout occurrere, locis opportunioribus videbãtur inserta. Firmior enim videtur & haberi acceptior solet oratio quæ suis innititur & illustratur exemplis, velut fabrica quædam idoneis fulta columnis. Nõnulla quoque transposita sunt, vt similibus aliis iungerentur, & quæ erant eiusdem generis, sibi aptius cohærerent. Verùm hęc in duobus quidẽ libellis prioribus: nam in tertio penè per omnia ordini ipsi ipsius temporis series narrationis obsequitur.

Sequuntur capitula libri tertij. Capitulum primum.

QVòd præ cæteris miraculis quæ fecit ipse, primum & maximum fuit in moribus, victu & habitu, & aspectu oculorum, vt nec sellam super quam in equo sedebat, sed nec lacum secus quem tota die equitauerat, consideraverit. Capitulum.ij.
Qualis in vestitu, in incessu, in risu & locutionibus suis. Capitulum.iij.
Qualis in nugis aliorum, & quòd sanctam scripturam totam E sub se expositam viderit, nec cathedram affectauit, & alia plurima. Capitulum.iiij.
Quæ & qualia de itinere Hierosolymitano & dixerit & fecerit. Capitulum.v.
Quantus & qualis in catholicis corrigendis, & schismaticis comprimendis & hæreticis, & nominatim Petro Abailardo, & Gilleberto Porretano, & Henrico. Capitulum.vj.
De clerico sanato, & mira interpretatione suorum miraculorum, & quòd totius orbis vota in eum concurrebant. Capitulum.vij.
Quos libros, & quibus de causis scripserit, omnium pater, & omnia eius magnalia non posse scribi.

Liber primus, qui & tertius de

Vita sancti Bernardi Abbatis.

Capitulum primum.

INNVMERIS quidem signis atque miraculis, vt orbis comperit vniuersus, fidelẽ famulum deus Bernardum Claręuallensem glorificauit abbatem, sicut gloriosus semper in sanctis suis, & in sua mirabilis est maiestate. Cæterùm sicut Malachiam sanctum idem ipse cõmendat, primum maximúmq; F miraculum quod exhibuit, ipse fuit, serenus vultu, modestus habitu, circũspectus in verbis, in opere timoratus, in sacra meditatione adsiduus, in oratione deuotus: & sicut alios ipse monebat, crebra siquidẽ experientia persuasus, de omni re magis fidens orationi, quàm industrię proprię vel labori. Magnanimus in fide, longanimis in spe, profusus in charitate, summus in humilitate, præcipuus pietate. In consiliis prouidus, in negociis efficax, nunquam tamen minus q̃ in ocio ociosus. Iucundus ad opprobria, ad obsequia verecundus. Suauis moribus, meritis sanctus, miraculis gloriosus, affluens deniq; sapientia & virtute, & gratia apud deum & homines. Cuius sanctę animæ adiutorii simile sibi fecerat deus, & speciali præuẽtũ benedictione corpus aptauerat. Apparebat in carne eius gratia quædã, spiritualis tamen potius q̃ carnalis: in vultu claritas præfulgebat, non terrena vtiq;, sed cœlestis: in oculis angelica quædã puritas, & colũbina simplicitas radiabat. Tanta erat interioris eius hominis pulchritudo, vt euidentibus quibusdam indiciis foras erumperet, & de cumulo internæ puritatis & gratiæ copiosè perfusus homo quoq; exterior videretur. Corpus omne renuissimum, & sine carnibus erat, ipsa etiã subtilissima cutis in genis modicè rubẽs. Illò nimirum quicquid caloris inerat naturalis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gassidua meditatio, & studium sacræ compunctionis attraxerat. Cæsaries ex flauo colorabatur & candido. Barba subrufa, circa finem vitæ eius respersa canis. Statura mediocritatis honestæ, longitudini tamen vicinior apparebat. Aliàs autem thesaurus iste in vase fictili erat, contrito penitus & vndique conquassato. Laborabat siquidem caro eius multiplicibus infirmitatum incommodis, vt in eis virtus animi perficeretur. Quarum periculosior quidem in meatu arctissimi guttu-
ris, nil penitus siccum, vix solidum aliquid admittentis: molestior erat defectus stomachi, viscerúmque corruptio. Hæ continuæ illi præter alias sæpius incidentes. Summum erat huic famulo dei studium fugere admirationem, & tanquam vnum sese agere cæterorum. At prosequebatur gloria fugitãtem, sicut è regione captãtes sese alios fugere consueuit. Prouerbium illud in ore ei frequenter, semper in corde: Qui hoc facit quod nemo, mirantur omnes. Quo nimirum intuitu vitam regulãmque communem amplius æmulabatur, nil in suis actibus præferens obseruantiæ singularis. Ob hoc denique & cilicium quod pluribus annis occulté gestauerat, ponere maluit, quàm vt ferre sciretur: minus illum latêre velle contestans, qui cum cæteris eiusdem professionis sibi communia non sectatur. In ipsis tamen communibus erat illi singularis puritas, & deuotio non communis. Nihil negligens, & minima quæque cum studio & intentione tractabat, ex propria siquidem experientia definire solitus sapientem, cui quæque res sapiunt prout sunt. A primis ferè annis sic euasit illecebras gulæ, vt ipsam quoque saporum discretionem ex magna parte perdiderit. Quotiens pia ministrantium fraude deceptus, liquores pro aliis alios sumpsit! Nam & oleum sibi per errorem aliquando propinatum bibit, & penitus ignorauit. Nec prius id cognitum, quàm superueniens quidam labia eius miraretur inuncta. Cibus eius buccella panis in aqua calida penitus emolliti cum exiguis forbitiunculis erat. Modicus ille quidem, sed non modicam eius partem crudam reiiciebat stomachus, ne qua illi foret in cibo voluptas, quem sumere periculum, sumptum tenere dolor, reiicere miseria. Sic nimirum fideli seruo iuxta desiderium cordis sui dispensatio superna prouiderat, vt nec fructus ei deesset abstinentiæ singularis, & odiosam semper admirationem declinaret sub vmbra necessitatis. De vino quidem sæpius nobis ipse dicebat, decere monachum quando sumere oporteret, sic gustare illud, ne exinanisse calicem notaretur. Quod sic ipse seruabat quotiens sibi vinum patiebatur apponi, vt non modo post vnum potum, sed post potum qualecunque prandium suum vasculum in quo ei propinabatur, vix aliquando videretur minus plenum à mensula reportari. Minus quidem stare poterat, sed erat sedens penè iugiter, & rarissimè mouebatur: I quotiens subtrahere se negotiis poterat, aut orans, aut legens, aut scribens, aut insistens doctrinæ & fratrum ædificationi, aut in sacra meditatione persistens. In quo nimirum studio spirituali obtinuerat gratiam singularem, vt non tædium in illo, non difficultatem aliquam sustineret, liberè secum habitans, & deambulans in latitudine cordis sui, & ibidem exhibens Christo (vt monere alios ipse solebat) cœnaculum grande stratum. Omnis ei ad meditandum hora breuis, locus omnis congruus erat. Frequéter tamen, licet sic affectus, diuino vrgente metu, imò vrgente spiritu studium hoc lucris vberioribus postponebat, doctus quærere non quod sibi erat vtile, sed quod multis. Alioquin in quolibet cœtu hominum vel tumultu, nisi eius intentionem causa deposceret, tota facilitate animum colligens, interiori quadã quam vbique ipse sibi circumferebat solitudine fruebatur, nil prorsus attendens quod sonaret vel appareret exterius. Cùm iam dei famulus annos aliquot in Claraualle peregisset, subiit animum eius vt sanctum Hugonem Gratianopolitanum episcopum, & Cartusienses fratres deuotionis gratia visitaret. Quem prædictus episcopus tam gratanter, & tam reuerenter suscepit, diuinam intelligens in eiusdem hospitis visitatione præsentiam, vt prostratus solotenus adoraret. Videns autem seruus Christi episcopum ætate grandeuum, celebrem opinione, sanctitate conspicuum, coram se procidentem, vehementer expauit: ipse quoque pariter corruens ante eum, & ita demum susceptus in osculo pacis humilitatem suam tanti viri veneratione confusam, non sine grani gemitu causaba- K
tur. In cuius pectore singularem obtinuit ex eo tempore locum, vt fierent deinceps duo illi filij splendoris cor vnum & anima vna, & se inuicem fruerentur in Christo. Sicut enim regina Saba de Salomone testatur, vterque sese in altero longé amplius, quam fama vulgasset, inuenisse gratulabatur. Cartusiæ quoque à viro reuerendissimo Guidone priore, & à cæteris fratribus eodem affectu & eadem veneratione susceptus est seruus Christi, exultantibus illis in gaudio, quia qualem eum per epistolam prius nouerat, talem inuenerunt & præsentem. Cæterùm cum in reliquis omnibus ædificarentur, vnum fuit quod prædictum priorem Cartusiensem aliquatenus mouit stramentum videlicet animalis cui idem vir venerabilis insidebat, minus neglectum, minus præferens pauperatem. Nec silentio presit æmulator virtutis quod mente cõceperat, sed locutus vni è fratribus aliquatenus super hoc mocueri sese confessus est & mirari. Cúmque ille ad patrem sanctum quod audierat retulisset, non minus ipse miratus, quale illud esset stramentum quærebat, quòd ita scilicet à Claraualle Cartusiam vsque venisset, vt nunquã illud vidisset, nunquam considerasset, & vsque in horã illam quale esset omnino nesciret. Neque enim suum erat animal illud, sed à quodam monacho Cluniacensi aununculo suo, & in sua vicinia demorãte, fuerat commodatum, & erat sicut sibi sternere ille solebat. Quod verbum sæpe dictus prior audiens, in eo potis- L
simum mirabatur, quod sic ille dei famulus foris oculos circunciidisset, intus animum occupasset, vt quod ipse primo offenderat visu, hoc ille tanti itineris spatio non vidisset. Iuxta lacum etiam Lausanensem totius diei itinere pergens, penitus eum non vidit, aut se videre non vidit. Cum enim vespere facto de eodem lacu socij colloquerentur, interrogabat eos vbi ille lacus esset: & mirati sunt vniuersi.

Capitulum II.

DESIDERAVERAT tamen ab initio omnimodo subtrahere se negociis, & nusquam egredi, sed in monasterio residere. Quod & postmodum ex defectu corporis occasionem inuenisse se reputans opportunam, aliquando statuit, & aliquandiu tenuit, donec illum exire coëgit necessitas grauis ecclesiæ dei, & summi pontificis atque omnium abbatum sui ordinis iussio, quibus per omnia tanquam patribus deferebat ipse omnium pater. Ex quorum etiam mandato nouissimis quidem annis præter cucullam & tunicam laneo panno in modum chlamydis decurtatæ, & pileo simili vtebatur, inter tantos languores corporis & labores nullis vnquã vti pellibus acquiescens. In vestibus ei paupertas semper placuit, sordes nunquam. Nimirum animi fore indices aiebat aut negligentis, aut inaniter apud se gloriantis, aut gloriam M
foris affectantis humanam. Incessus eius & habitus omnis modestus & disciplinatus, præferens humilitatem, redolens pietatem, exhibens gratiam, exigens reuerentiam, solo visu lætificans & ædificans intuentes. De risu dicimus quòd exore eius frequenter audiuimus, dum cachinnos religiosorum hominum miraretur, non meminisse se à primis annis suæ conuersionis aliquando sic risisse, vt non potius ad ridendum quàm ad reprimendum sibi vim facere oporteret, & risui suo stimulum magis adhibere, quàm frænum. Vocem illi in inualido corpore validam satis intelligibilémque contulerat, qui in opus prędicationis segregauerat illum ex vtero matris suę.

Sermo ei, quotiens opportuna inueniebatur occasio, ad quascunque personas de ædificatione animarũ, prout tamen singulorum intelligentiam, mores & studia nouerat, quibusque congruens auditoribus erat. Sic tusticanis plebibus loquebatur, ac si semper in rure nutritus: sic cæteris quibusque generibus hominum, velut si omnem vestigandis eorum operibus operam impendisset. Literatus apud eruditos, apud simplices simplex, apud spirituales viros perfectionis & sapientiæ affluens documentis: omnibus se coaptabat, omnes cupiens lucrifacere Christo. Cautus erat artificiosissimè observare quod ad papam Eugenium scribens, de sui cordis plenitudine eructauit:

Capitulum

Capitulum III.

NVGAE si incidant interdum (inquit) ferendæ fortassis, referendæ nunquam. Interueniendum cautè & prudenter nugacitati. Prorumpendum sanè in serium quid, quod non modo vtiliter, sed & libenter audiant, vt supersedeant ociosis. Quàm verò placabilem & persuasibilem, quámque eruditam linguam dederit ei deus, vt sciret quem & quando deberet proferre sermonem, quibus videlicet consolatio vel obsecratio, quibus exhortatio congrueret vel increpatio, nosse poterunt aliquatenus qui ipsius legerint scripta, etsi longè minus ab eis qui verba eius sæpius audierunt. Siquidem diffusa erat gratia in labiis eius, & ignitum eloquium eius vehementer, vt non posset ne ipsius quidem stylus licet eximius, totam illam dulcedinem, totum retinere feruorem. Mel & lac sub lingua eius, & nihilo minus in ore eius ignea lex, iuxta illud Cantici canticorum: Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Inde erat quòd Germanicis etiam populis loquens, miro audiebatur affectu, & ex sermone eius quem intelligere vtpote alterius linguæ homines non valebant, magis quàm ex peritissimi cuiuslibet post eum loquentis interpretis intellecta locutione, ædificari illorum deuotio videbatur, & verborum eius magis sentire virtutem. Cuius
B rei certa probatio tunsio pectorum erat, & effusio lachrymarum. Vtebatur sanè scripturis tam liberè commodéque, vt non tam sequi illas, quàm præcedere crederetur, & ducere ipse quò vellet, auctorem earum ducem spiritum sequens. Quem nimirum vt in medio ecclesiæ aperiret os eius, sic impleuerat deus spiritu sapientiæ & intellectus, vt secundum quod in libro Iob legitur, profunda quoque fluuiorum scrutaretur, & abscondita proferret in lucem. Nam & confessus est aliquando, sibi meditanti vel oranti, sacram omnem velut sub se positam & expositam apparuisse scripturam. Cæterùm quàm gratis euangelizauit, quis dignè prædicet, quis dignè miretur? Minus fore credidit, nullas sibi ab auditoribus transitorias petere facultates, nisi oblatas sæpius refutaret ecclesiasticas dignitates. Parum illi fuit nulla quærere stipendia militantem: ne insignia quidem recipere acquieuit. Denique velut alter Dauid processurus ad bellum, bellica arma sibi grauiora caussatus est, quibus multos suo præsertim tempore cerneret prægrauari: & in simplicitate sua gloriosius triumphabat. Tãtam enim gratiam virtus ei diuina contulerat, vt licet abiectus esse elegisset in domo dei, vberius tamen fructificaret in ea, quàm alij quilibet in sublime porrecti, & lucens amplius illustraret ecclesiam velut de sub modio suæ humilitatis, quàm cæteri super candelabra constituti. Nimirum quo humilior, eo semper vtilior fuit populo dei in omni doctrina salutari, in quo tamé
C noluit locum tenere doctoris.

Beatus planè, qui sicut ipse de quodam sanctorum ait, legem dilexit, & cathedram non affectauit. Quàm felicius siquidem in virtutum cathedra sedere meruit dum noluit præsidere in cathedris dignitatum! Denique sicut iustus & fortis in prædicatione euangelica laborauit, sicut prudens & temperans cauit sibi semper ab ecclesiastica prælatione. Nec enim contumaciter vnquam renuit, sed frequenter & ad maximos electus honores, prudenter egit, diuina sibi cooperante gratia, ne aliquando cogeretur. Moyses quidem sanctus cessit Aaron fratri suo pontificium, sed linguæ erat impeditioris. Bernardum nostrum non ab opere euangelistæ necessitas aliqua, sed ab honore solo sola humilitas reuocauit. Merito proinde apud deum & homines obtinuit gratiam singularem, qui non modo sine sumptu temporalis facultatis, verumetiam sine gradu ecclesiasticæ dignitatis, non autem sine fructu fraternæ salutis euangelium posuit, & populo dei semper prodesse studuit, nunquam præesse sustinuit. Rarò tamen nisi fortè ad loca proxima vt prædicaret exiuit, sed quotiens eum necessitas aliqua traheret, seminabat super omnes aquas, publicè & priuatim annuncians verbum Dei. Quod tamen ipsum ex mandato summi pontificis actitabat, ad nutum quoq; Præsulum cæterorum, vbicunque eorum aliquem contigisset adesse. Nimirum quanto magnus erat, humilians se in omnibus, eo magis sacerdotibus deferebat, quo plenius intellexerat quæ ministris Christi reuerentia deberetur.

Capitulum quartum.

NEC TACENDVM quòd ex prædicatione itineris Hierosolymitani graue contra eum quorundam hominum vel simplicitas vel malignitas scandalum sumpsit, cum tristior sequeretur effectus. Quod tamen verbum dicere possumus ab eo quidem initium non sumpsisse. Cum enim multorum iam animos permouisset audita necessitas, à rege Francorum semel & iterum propter hoc expetitus, apostolicis etiam literis monitus, nec sic acquieuit super hoc loqui vel consilium dare, donec per ipsius tandem summi pontificis generalem epistolam iussus ab eo est tanquam Romanæ ecclesiæ lingua exponere populis atque principibus. Cuius epistolæ tenor fuit, vt in pœnitentiam & remissionem peccatorum iter arriperent, aut liberaturi fratres, aut suas pro illis animas posituri. Hæc & huiusmodi super hoc poterant veraciter dici, sed dicendum potius id quod potius fuit. Euidenter enim verbum hoc prædicauit domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Sed quantis & quàm multiplicibus signis? Quanta vel numerare, nedum narrare difficile foret. Nam & eodem tempore scribi cæperant, sed ipsa demum scriptorem numerositas scribendorum, & materia superauit auctorem: nimirum cum aliquando vna die viginti seu etiam plures ab incommodis variis sanarentur, nec facilè ab huiusmodi dies vlla vacaret. Denique plu- E
res eo tempore Christus per serui sui tactum & orationem ex ipsis etiam matrum vteris cæcos videre, claudos ambulare, aridos conualescere, surdos fecit audire, & mutos loqui, mirabilius restituente gratia quod minus præstitum fuerat à natura. Nec tamen ex illa profectione Otientalis ecclesia liberari, sed cœlestis meruit impleri & lætari. Quod si placuit deo tali occasione plurimorum eripere si non Orientalium corpora à paganis, Occidentalium animas à peccatis: quis audeat dicere illi, quid feceris sic? Aut quis rectè sapiens, illorum sortem magis non doleat, qui ad priora vel peiora fortè prioribus scelera redierunt, quàm eorum mortem qui in fructibus pœnitentiæ purgatas variis tribulationibus Christo animas reddiderunt? Alioquin quamlibet dicant Aegyptij, dicant filij tenebrarum, qui veritatem nec videre valeant, nec proferre, Callidè eduxit eos, vt interficeret in deserto: patienter tolerat saluator opprobrium, quod tantarum animarum salute compensat. Meminit huius verbi ipse quoque venerabilis pater, inter cætera dicens: Si necesse sit vnum fieri è duobus, malo in nos murmur hominum, quàm in deum esse. Bonum mihi si dignetur me vti pro clypeo, libens excipio in me detrahentium linguas maledicas, & venenata spicula blasphemorum, vt non ad ipsum perueniant. Non recuso inglorius fieri, vt non irruatur in dei gloriam. Hæc quidem ille in libro de consideratione secundo. Accidit autem vbi primum de eiusdem exercitus dissipatione lamen- F
tabilis intra Gallias insonuerat rumor, vt illuminandum dei famulo filium cæcum offerens pater, multis precibus vinceret excusantem. Et imponens sanctus puero manum, orabat ad dominum quatenus si ab eo verbum prædicationis illius exierat, si prædicanti spiritus eius affuerat, in illius illuminatione ostendere dignaretur. Dum verò post orationem orationis præstolaretur effectum, Quid sacturus sum? ait puer: video enim, attollitur illico clamor astantium, plures enim non modo è fratribus, verumetiam è secularibus aderant, qui vt puerum videre videntem, multipliciter consolati, deo gratias referebant. Sed de his hactenus.

Capitulum V.

NAM ET ILLVD propter posteros memorandum, quàm multipliciter ecclesiæ sanctæ viri dei doctrina profuerit in catholicorum moribus corrigendis, in schismaticorum furoribus comprimendis, in hæreticorum erroribus confutandis. Siquidem præter eos quos docuit sobriè & iustè & piè viuere in seculo, quantos etiam perfectius vale dicere seculo persuasit, vel ex hoc liquet, quòd non cessauit quandiu vixit, deserta seculi, seculi desertoribus implens. Cuius ministerio videtur propheticum illud etiam corporaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

G exhiberi: Posuit desertum in stagna aquarum,& terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esurientes,& constituerunt ciuitates habitationis, & seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis: & benedixit eis,& multiplicari sunt. Sanè in diebus schismatis generalis, quam fideliter seruus domini stetit in confractione in conspectu eius,vt auerteret iram eius! quàm efficaciter stetit & placauit, & cessauit quassatio! quàm denique cuidenter in tempore iræ factus est reconciliatio,non modo latius prosequendum: sufficere interim potest, si ipsius super hoc scribentis ad eum innocentij papæ verba ponamus: Quam firma,ait,perseuerantique constantia causam beati petri & sanctæ matris tuæ Romanæ ecclesiæ, incandescente Petri Leonis schismate, feruor tuæ religionis & discretionis susceperit defendendam, & se murum inexpugnabilem pro domo dei opponens,animos regum ac principum,& aliarum tam ecclesiasticarum quàm secularium personarum ad catholicę ecclesiæ vnitatem, & beati Petri ac nostram obedientiam frequētibus argumētis,& ratione munitis inducere laborauerit,magna quæ ecclesiæ dei & nobis prouenit vtilitas manifestat.In quibus autem pro fide quoque,quàm magnifice egerit seruus fidelis & prudens, breuiter intimandum. Fuit in diebus illis Petrus Abailardus magister insignis, & celeberrimus in opi-
H nione scientiæ, sed de fide perfidè dogmatizans. Cuius cum blasphemiis plena grauissimis volitare vndique sctipta cœpissent, prophanas nouitates vocum & sensuum viri eruditi atque fideles ad dei hominem retulerunt. Qui nimirum solita bonitate & benignitate desiderans errorem corrigi, hominem non confundi,secreta illu admonitione conuênit. Cum quo etiã tã modestè támque rationabiliter egit,vt ille quoque compunctus ad ipsius arbitrium correcturum se promitteret vniuersa. Cæterúm cum recessisset ab eo Petrus idem, consiliis stimulatus iniquis, & ingenij sui viribus plurimoque exercitio disputandi infeliciter fidens, resiliit à proposito saniori.Expetens denique Senonésem metropolitanum, quòd in eius ecclesia celebrandum foret in proximo grande concilium,Claræuallensem causatur abbatem suis in occulto detrahere libris. Addit quoque paratum se esse in publico sua defendere scripta,rogans vt prædictus abbas dicturus si quid haberet, ad concilium vocaretur. Factum est vt postulauit. Sed vocatus abbas venire penitus recusauit,suũ hoc non esse renuncians. Postea tamen magnorum virorum monitis flexus,ne videlicet ex ipsius absentia scandalum populo, & cornua crescerent aduersario, demum pergere acquieuit, tristis quidem, nec sine lachrymis annuens, sicut in epistola ad papam Innocentiũ ipse testatur,in qua plenius lucidiúsque negociũ omne prosequitur. Affuit dies,& eccelesia copiosa con-
I uenit: vbi à dei famulo Petri illius in medium scripta prolata sunt, & erroris capitula designata. Demum illi optio data est aut sua esse negandi,aut errorem humiliter corrigendi aut respondendi si posset obiiciendis sibi rationibus pariter & sanctorum testimoniis patrum. At ille nec volens resipiscere, nec valens resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur:vt tempus redimeret,sedem apostolicam appellauit. Sed & postea ab egregio illo catholicæ fidei aduocato monitus, vt vel iam sciens in personam suam nihil agendum, responderet tam liberé quàm secure audiendus tantũm & ferendus in omni parientia, non sententia aliqua feriendus: hoc quoque omnimodis recusauit. Nam & confessus est postea suis, vt aiunt, quòd ea hora maxima quidem ex parte memoria eius turbata fuerit, ratio caligauerit, & interior fugerit sensus. Nihilo minus tamen ecclesia quæ conuenerat, dimisit hominem, mulctauit abominationem, à persona abstinens, sed dogmata praua condemnans. Quando verò Petrus ille refugium inueniret in sede Petri, tam longé dissidens à fide Petri? Et ipsum ergo auctorem eadem sententia cum erroribus suis apostolicus præsul inuoluens, scripta incendio, scriptorem silentio condemnauit. Fuit item Gillebertus quem cognominauere Porretanum, Pictauorum episcopus, in sacris literis plurimum exercitatus, sed sublimiora se etiam ipse scruratus,ad insipientiam sibi. Siquidem de sanctæ Trinitatis vnitate & diuinitatis simplicitate non simpliciter sentiens, nec fideliter scribens,discipulis suis panes proponebat absconditos, furtiuas propinabat aquas nec facile quid saperet, imò K quantum desiperet, personis authenticis fatebatur. Timebat enim quod apud Senonas Petrum ei dixisse ferunt:

Tunc tua res agitur,paries cum proximus ardet.

Nouissime tamen cum iam fidelium super hoc inualescet scandalũ,crescet murmur, vocatus ad medium est, & librũ tradere iussus in quo blasphemias euomuerat graues quidem sed verborum quodã inuolucro circunseptas. Igitur in concilio quod in vrbe Remorũ papa venerabilis Eugenius celebrauit,egit cóminus aduersus hunc Gillebertum ecclesiæ sanctæ suo tempore singularis athleta Bernardus: primo quidem totũ quod ille verborum cauillationibus occultare nitebatur, eliciens,deinde verò tam suis ratiociniis,qvam sanctorum testimoniis biduana disputatione redarguens,considerans sane nonnullos ex his qui præsidebãt,iam quidem animaduertentes blasphemiã in doctrina,adhuc tamen auertentes iniuriam à persona,accensus est zelo, & domesticã sibi ecclesiam seorsum conuocat Gallicanam. Communi denique cõsilio à patribus decem prouinciarũ,aliis autem episcopis & abbatibus plurimis,dictãte viro dei,nouis dogmatibus opponitur symbolum nouum.Cui etiam subscribuntur nomina singuloru,vt eorum videlicet omnium sicut irreprehẽsibilis fides, sic irreprehensibilis zelus cæteris innotescat. Ita demum apostolico iudicio & auctoritate vniuersalis ecclesiæ error ille damnatur, episcopus Gillebertus an eidem damnationi consentiat, interrogatur. Consentiens,& publice refutans quæ prius scripserat & affirmauerat, indulgentiam ipse consequitur, maxime quòd ab initio cautus fuisset ea lege eandem ingredi disceptationem, vt promitteret sine vlla sese obstinatione proecclesiæ sanctę arbitrio correcturum libere suam opinionem.

In partibus Tolosanis Henricus quidam olim monachus, tunc apostata vilis, pessimę vitæ, perniciosæ doctrinæ, verbis persuasibilibus gentis illius occupauerat leuitatem, & vt prædixit apostolus de quibusdam,in hypocrisi loquens mendacium, fictis verbis de eis negociabatur. Erat autem hostis ecclesiæ manifestus,irreuerenter ecclesiasticis derogãs sacramentis pariter & ministris, Nec mediocriter in ea iam malignitate profecerat. Sic enim de eo scribens pater venerabilis ad principem Tolosanum inter cætera ait: Passim inuenieban tur iam ecclesiæ sine plebibus,plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reuerentia, sine Christo denique Christiani. Paruulis Christianorũ,Christi vita intercludebatur, dum baptismi gratia negabatur. Ridebantur orationes oblationesque pro mortuis, sanctorum inuocationes, sacerdotum excommunicationes, fidelium peregrinationes, basilicarum edificationes, dierum solennium vacationes, chrismatis & olei consecrationes, & omnes denique institutiones ecclesiasticæ spernebantur. Hac necessitate vir sanctus iter arripuit, ab ec- M clesia regionis illius sæpius iam ante rogatus, & tunc demum à reuerendissimo Alberico Hostiensi episcopo & legato sedis apostolicæ persuasus pariter & deductus. Veniès autem,cum incredibili deuotione susceptus est ã populo terrę ac si de cælo angelus aduenisset. Nec moram facere potuit apud eos, p̃ irruentium turbas reprimere nemo posset, tanta erat frequẽtia diebus ac noctibus aduentantium benedictionem expetentium,flagitãtium opem. Prædicauit tamen in ciuitate Tolosa per aliquot dies,& in cęteris locis quę miser ille frequentasset amplius, & grauius infecisset, multos in fide simplices instruens: nutantes roborans, errãtes reuocans, subuersos reparans, subuersores & obstinatos auctoritate sua premens & opprimens, vt non dico resistere. sed ne assistere quidem & apparere præsumerent. Cæterùm etsi tunc fugit hæreticus ille & latuit, ita tamen impeditæ sunt viæ eius & semitæ circũseptæ, vt vix alicubi postea tutus, tandem captus & catenatus episcopo traderetur. In quo itinere plurimis etiã signis in seruo suo glorificatus est deus, aliorum corda ab erroribus impiis reuocans,aliorum corpora à languoribus variis sanans.

Est locus in regione eadem, Sarlatum nomen est illi, vbi sermone completo plurimos ad benedicendum panes, sicut vbique fiebat, dei famulo offerebant. Quos ille eleuata manu & signo crucis edito in dei nomine benedicẽs, In hoc, inquit, scietis vera esse quæ à nobis, falsa quæ ab hæreticis suadẽtur, si infirmi vestri gustatis panibus istis adepti fuerint sospitatẽ.

Timens

A Timens autem venerabilis episcopus Carnotensium magnus ille Gaufridus, siquidem præsens erat & proximus viro dei, si bona (inquit) fide sumpserint, sanabuntur. Cui pater sanctus de domini virtute nil hæsitans, non hoc ego dixerim, ait, sed verè qui gustauerint, sanabuntur: vt proinde veros nos, & veraces dei nuncios esse cognoscant. Tam ingens multitudo languentium gustato eodem pane conualuit, vt per totam prouinciam verbum hoc diuulgaretur, & vir sanctus per vicina loca regrediens, ob concursus intolerabiles declinauerit, & timuerit illò ire.

Capitulum VI.

PRIMVM SANE miraculum quod per famulum suum in vrbe Tolosa Christus exhibuit, paralytici cuiusdam clerici curatio fuit. Hunc in domo regularium clericorum sancti Saturnini, quorum vnus ipse erat, ad petitionem abbatis & fratrum circa noctis crepusculum visitans homo dei, moribundum inuenit hominem, qui extremum spiritum trahere videretur. Consolatus itaque miserum, & data benedictione egrediens, sicut postea confessus est, loquebatur in corde suo fidelis seruus ad dominum tam fiducialiter, quàm fideliter, dicens: Quid expectas domine deus? Generatio hæc
B signa quærit. Alioquin minus apud eos nostris proficimus verbis, nisi abs te fuerint confirmata sequentibus signis. Eadem hora exiliit paralyticus de grabato, & accurrens secutus & consecutus est eum, sacra vestigia deuotione qua debuit amplexatus. Cui subitò procedenti obuians ex concanonicis vnus expauit & exclamauit,siquidem phantasma putabat. Quando enim de lectulo eum crederet surgere potuisse? Egressam magis à corpore eius animam phantasticè sibi apparuisse arbitratus aufugit. Sed ipsa demum tam ei quàm cæteris rei veritas fidem fecit. Egreditur exinde sermo inter fratres, curritur ad spectaculum tam iucundum: ipse etiam inter primos accurrit episcopus & legatus, inde pergitur ad ecclesiam, eo ipso qui conualuerat præeunte conclamatur in laudes dei, eodem pariter concinente, ruit vndique populus, benedicitur Christus, triumphat fides, infidelis quisque confunditur, exultat pietas, & impietas contabescit. Porrò vir dei cellam vbi manebat ingressus, diligenter omnes obseruari aditus, obseruari ianuas iubet, ne quis pateat introitus populo concurrenti. Cum autem per totum ab eadem prouincia reditum, viri sancti magis magisque signa crebrescerent, & multiplicarentur in dies, non prætereundum quidnam ipse inter hæc animi gereret, qui à Christo humilitatem cordis & mansuetudinem didicisset. Disputans enim secum in cogitationibus suis, & ex ipsa demum locutus abundantia cordis
C sui, domesticis sibi religiosis quibusdam fratribus aiebat: Plurimum miror quidnam sibi hæc miracula velint, aut quid visum sit deo talia actitare per talem. Nil mihi videor in sacris paginis super hoc genere legisse signorum. Siquidem facta sunt aliquando signa per sanctos homines & perfectos, facta sunt & per fictos. Ego mihi nec perfectionis conscius sum, nec fictionis. Scio enim sanctorum mihi non suppetere merita quæ miraculis illustrentur: confido autem nec ad eorum sortem me pertinere, qui virtutes multas in nomine domini operantur, & à domino ignorantur. Hæc & huiusmodi crebrius secretiúsque cum viris spiritualibus conferebat. Nouissimè verò opportunum sibimet visus exitum reperisse, scio (inquit) huiusmodi signa non ad sanctitatem vnius, sed ad multorum spectare salutem, & deum in homine per quem talia operetur, non tam perfectionem considerare, quàm opinionem, vt in eo commendet hominibus quæ illi creditur inesse virtutem. Neque enim pro eis fiunt hæc per quos fiunt, sed pro eis magis qui vident illa vel sciunt. Nec eo fine per eos ista dominus operatur, vt ipsos probet cæteris sanctiores, sed vt cæteros magis amatores & æmulatores faciat sanctitatis. Nihil ergo mihi & signis istis, quandoquidem meæ illa famæ magis quàm vitæ nouerim exhiberi, nec ad meam fieri commendationem, sed ad commonitionem potius aliorum. Satis, ni fallimur,huius viri mirabitur animum quisquis hoc diligenti consideratione pensauerit, nec præstantius reputabit æstimator quisque fidelis, signa atque prodigia mirabiliter operari, quàm perpetrata ta- D liter interpretari. Sibi quoque non minus vtile iudicabit imitandos eius affectus,quàm mirãdos actus, & morum insignia, quàm operum signa cognoscere. Sed ad hæc quis idoneus? In huius siquidem pectore viri dei,pari fœdere puritas suauitasque confederant: satis quidem vtraque mirabilis, sed mirabilior vtriusque complexus. Inde nimirum tam singulariter in vnum hominem totius orbis vota pariter cõcurrebant, quòd puritatem suauitas amabilem faceret, suauitatem puritas acceptabilem: vt difficile fuerit æstimare, gratiæ an reuerentiæ amplius obtineret. Quis enim tam rigidæ conuersationis, qui Claræualle nsem non sublimiter reuereretur abbatem? Quis tam dissolutæ, qui non erga eundem dulciter afficeretur? Dulcissimis enim affectibus plenum pectus ipse gerebat, sed quàm liberè eos quoties causa deposceret coercebat,humanissimus in affectione,magis tamen fortis in fide.

Et vt breue aliquod huius rei proferamus exemplum, sicut ipse quoque testatur in sermone super Cantica canticorum vicesimosexto, siccis oculis germani sui, & germani tam necessarij, tam dilecti, Gerardi videlicet, celebrauit exequias, siccis oculis corpus eius tradidit sepulturæ, ne affectus fidem vincere videretur. Nam extraneum quemlibet vix aut nunquam sine lachrymis sepeliuit. Talem sibi illum vberius perinde fructificaturum manus diuina formauerat, vt austeritatem suauitas morum tolleret, auctoritatem sanctitas conseruaret. Cui enim vel tanta benignitas esset oneri, vel tanta bo- E nitas non esset honori? Legimus de Salomone quòd omnis terra desiderauit videre vultum illius. Grande præconium, sed forsitan in hac parte non minus quàm Salomon hic. Neque enim satis credibile est Salomonem illum in omni gloria sua tam vniuersalem orbis obtinuisse fauorem, quàm hunc in sua humilitate. Imò verò difficile omnino videretur ex historiis aliquibus inuenire hominem vnum conuersantem adhuc cũ hominibus in vniuersa terra tam celebre & amabile obtinuisse nomen à Solis ortu & occasu, ab aquilone & mari. Vt enim illas memoremus prouincias, ex quibus vsque hodie monimenta certiora supereſſe noscuntur, & in ecclesia orientali & apud soles occiduos Hybernorum, & à meridie in remotis finibus Hispaniarum, & ab aquilone in insulis quæ procul sunt Daciæ Sueciæque, celebertima eius opinio fuit. Crebras vndique recipiebat epistolas,& reddebat. Vndique ei xenia mittebantur,vndique eius benedictio petebatur. Postremo quasi vitis abundantissima suos vndique palmites propagauit, excepto quòd in terram Hierosolymitanam, quanuis locus esset à rege paratus, ob incursus paganorum, & aëris intemperiem non acquieuit mittere fratres suos. Neque verò episcopus ille incongruum aliquid vsurpasse videtur, qui post sacrum eius obitum dum fratres consolaretur, inter cætera hoc quoque in ipsius prosecutus est laudem, quia in omnem ter- F ram exiuit sonus eius, & in fines orbis terræ verba illius. Vincebat tamen sublimitatem nominis,humilitas cordis,nec tam poterat vniuersus eum mundus erigere, quàm se ipse deiicere solus. Summus reputabatur ab omnibus, infimum ipse se reputans: & quem sibi omnes, ipse se nemini præferebat. Denique sicut nobis sæpius fatebatur,inter summos quosque honores & fauores populorum, vel sublimium personarum,alterum sibi mutuatus hominem videbatur, seque potius reputabat absentem, velut quoddam somnium suspicatus. Vbi verò simpliciores ei fratres,vt assolet,fiducialius loquerentur, & amicæ semper liceret humilitate frui, ibi se inuenisse gaudebat, & in propriam rediisse personam. Innata ei à puero verecundia, vsque ad diem perseuerauit extremum. Inde erat quòd licet tam magnus esset & excelsus in verbo gloriæ,nunquam tamen(sicut sæpe eum audiuimus protestantẽ)in quamlibet humili cœtu sine metu & reuerentia verbum fecit, tacere magis desiderans, nisi conscientiæ propriæ stimulis vrgeretur, timore dei, charitate fraterna. Patientiam eius maximè quidem flagellis dominicis exercitatam nouimus & probatam: qui nimirum ab ipso suæ conuersionis initiò vsque ad diem sacræ depositionis tanta sustinuit,vt vita eius his qui nouerant, non nisi quædam mortis protelatio videretur. Cæterùm erga homines quoque etsi rarior ei occasio minora forsitan patientiæ potuit experimenta præstare, dicendum ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G men vel breuiter ne huius quidem apparuisse eum virtutis immunem. Et quia genus hoc patientiæ solitus erat dicere tripartitum, videlicet ad verborum iniurias, ad damna rerum, ad corporis læsionem: de singulis saltem singula proponamus exempla, quæ interim nobis occurrunt. Scripserat aliquando dei famulus ad episcopum aliquem de curia & cõsilio regis, monens eum super quibusdam verbis regi suadere & consulere meliora. At ille vehementer exacerbatus, amarissimam ei reddidit epistolam, dicens in ipsa salutatione prima, Salutem, & non spiritum blasphemiæ. tanquam videlicet vir sanctus (quod horror est dicere) ex blasphemiæ spiritu illa scripsisset. Ad quod verbum mansuetissimus Christi seruus, memor dominicæ responsionis, Ego dæmonium non habeo: (sicut hodieque extans eius epistola continet) Minime quidem, ait, spiritum blasphemiæ habere me credo, sed nec maledixisse cuiquam, aut maledicere velle me scio, præsertim principi populi mei. Nec minus postea charum, nec minus familiarem eundem episcopum habuit, sed elogium illud prædictum apud eum sic fuit quasi non dictum. Abbas Farcensis conuentum fratrum à Claraualle vocauerat, monasterium eis ædificaturus: sed Romanus impediuit antistes, & sibi tollens eos in loco altero ordinauit. Vnde plurimum dolens prædictus ille vir magnus & magnæ deuotionis, collectam pecuniam sexcentarum fere marcarum argenti deposuit
H sub chirographo, quas ad dei hominem veniens obtulit ei, rogans vt quod non meruerat in partibus suis, vel citra alpes nouum exinde cœnobium conderetur. Missum est pro argento, & totum prorsus amissum. Nec respondit aliud homo dei cum ei nunciaretur, quàm, Benedictus deus qui nobis pepercit ab onere. Nam & illis, inquit, qui tulere, leuius indulgendum. Sunt enim Romani, & pecunia videbatur immanis, ac vehemens fuit ipsa tentatio. Gratulari etiam consueuerat, decem circiter monasteria, vel ædificandis monasteriis loca cõgrua numerans fraudulenter & violenter sibi ablata, dum cogitendere nollet, & magis eum vinci, quàm alios vincere delectaret. Veniens aliquando Claramuallem clericus quidam ex his quos regulares vocant, importune satis instabat vt in monachum reciperetur. Suadente patre sancto vt ad suam reuerteretur ecclesiã, nec acquiescente recipere eum, Vt quid ergo (ait ille) in libris tuis tantopere perfectionem commendasti, si eam desideranti, opem renuis exhibere? Et maligno spiritu iracundiæ vehementius instigatus, sicut postmodum euidenter apparuit, Iam (inquit) si illos tenerem, discerperem libros. Cui vir domini, Puto, ait, in nullo eorum legisti non posse te in tuo claustro esse perfectum. Morum correctionem, non locorum mutationem, si bene memini, in libris omnibus commendasi. Tum vero impetum faciens homo
I velut insanus in eum, percussit maxillam eius, idque tam grauiter vt succederet statim rubor ictui, tumor rubori, Iam qui aderant, in sacrilegum inuolabant: sed præuenit eos seruus domini clamans, & adiurans per nomen Christi nullatenus eum tangere, sed educere caute, & curam eius habere, ne ab aliquo ei vel in aliquo noceretur. Quod tam districtè præcepit, vt miser ille timens & tremens absque omni iniuria eductus sit & deductus. Et quidem in libertate spiritus Dei famulus excellenter enituit cum humilitate & mansuetudine, vt quodammodo videretur & vereri neminem, & omnẽ hominem reuereri. Increpatione rarius vtebatur, monitis potius & obsecrationibus agens. Quàm verò inuitus & non ex cordis amaritudine verbum proferret amarum, ex eo maxime animaduertebatur, quòd perfacile huiusmodi impetu cohiberet. Siquidem mirabatur hominum improbitatem, quos aliquando forte turbatos, excusationem quamlibet rationabilem, satisfactionem quamlibet humilem admittere grauat, quòd ipsa suæ turbationis passio miseros sic delectet vt oderint omne remedium, vt contineant aures, claudant oculos, obiiciant manus, & omnimodis satagant ne semel orta commotio sedari valeat & sanari. Eius tamen obiurgationem non minus facilè aliquando compescebat grauis & turbulenta responsio, quàm humilis & modesta, vt ab aliquibus proinde diceretur cedenti insistere, cedere resistenti. Dicebat enim vbi resonat vtrinque modestia, dulce esse colloquiũ: vbi vel ex parte altera, vtile: vbi ex neutra pernicioſum. Vbi enim K hinc inde duritia sonat, iurgium est non correctio, nec disciplina, sed rixa, vt deceat magis interim dissimulare prælatum, & commotione nata vtilius castigare subiectos, aut certè ii ita res exigit, obseruare consilium sapientis, quia stultus non corrigitur verbis. Loquitur ipse de increpationibus minus vtiliter, minus patienter acceptis, in sermone super Cantica canticorũ quadragesimo secundo, inter cætera dicens: Vtinã neminem obiurgare necesse sit. Hoc enim melius. Sed quoniam in multis offendimus omnes, mihi tacere non licet, cui ex officio incumbit peccãtes arguere, magis autem vrget charitas. Quod si arguero & fecero quod meum est, illa autẽ procedẽs increpatio minimè quod tuum est faciat, neque ad quod missi illam, sed reuertatur ad me vacua tanquam iaculum feriens & resiliens, quid in animi tunc habere putatis fratres? Nónne angor? nónne torqueor? Et vt mihi vsurpem aliquid ex verbis magistri, quia de sapientia non possum, prorsus coarctor è duobus, & quid eligam nescio, placerẽne mihi in eo quod locutus sum, quoniam quod debui, feci: an pœnitentiam agere super verbo meo, quia quod volui, non recepi. Et infra: Dicas forsan mihi quòd bonum meum ad me reuertatur, & quia liberaui animam meam, & mundus sum à sanguine hominis cui annunciaui & locutus sum vt auerteretur à via sua mala, & viueret. Sed etsi innumera talia addas, me tamen minimè ista consolabuntur, mortem filij intuentem. Quasi verò meam illa reprehensione liberationem quæ- L sierim, & non magis illius. Quæ enim mater etiam si omnem quam potuit curam & diligentiam ægrotanti filio adhibuisse sciat, si demum se fructratam viderit, & omnes labores suos esse penitus inefficaces, illo nihilo minus moriente, propterea vnquam à fletibus temperabit, Et hæc hactenus. De cætero tantus æmulator erat mansuetudinis & pacis, vt si fortè improbus quisque petitor durius exorsisset à negante responsum, haud facile deinceps cum eadem repulsa dimitteretur inanis. Siquidem velut naturaliter (vt fatebatur) oderat omne scandalum: & grauamẽ cuiuslibet hominis sustinere, ei admodum graue, non sentire impossibile erat. Adeo neminẽ spreuit, nullius hominis scandalum parupendit: etsi veritatem dei, iustitiámque prætulerit. Nam & quotiens oporteret noxios aliquorum vel reprehendere actus, vel impedire conatus, tam considerate fiebat, vt abundanter ipsi quoque qui læsi viderentur, haberent vnde sibi pro eo satisfacerent in cogitationibus suis. Sanè vidimus ex ipsis quoque nonnullos, & de quibus minus id videbatur posse sperari, ampliori deuotione eius postmodum vel obsequiis deseruisse, vel etiam adhæsisse vestigiis. Dicitur tamen & inuidos habuisse, vt haberet meritum & ex eis. Cæterum tam singulariter eminebat gloria nominis eius, vt pestis illa magis desperatione quam liuore tabesceret, & timeret agnosci. Quinetiam humilitate eius & mansuetudine vincebatur, beneficiis suffocabatur, ob- M ruebatur obsequiis, nimirum doctus erat vincere in bono malum, sicut ad quosdam fratres scribẽs, inter cætera ait: Adhærebo vobis etsi nolitis, adhærebo etsi nolim ipse. Inuitus præstabo, ingratis adiiciam, honorabo & contemnentes me. Vsque adeo siquidem omnes homines germano amplectebatur affectu, vt eorum scandalo (sicut ipse fateri solebat) grauius vreretur, quibus nullam videretur occasionem scandali præbuisse. Plus enim piissimum pectus, gratuitum affligebat alterius scãdalum, quàm propriæ immunitas conscientiæ solabatur. Siquidem minus sperabat posse sanari quod vnde procederet non videbat, magnum sibi è regione solatium fore prohibens quotiens inueniret vnde satisfacere posset vel homini pro se, vel deo pro homine non sine occasione turbato. Erga omnium quidem hominum spirituale commodum incommodúmve amplius afficiebatur, & summum ei desiderium, summum gaudium erat animarum fructus, conuersio peccatorum. Et corporeas tamen necessitates piissimo miserabatur affectu. Cuius tanta erat humanitas, vt non modo hominibus, sed irrationabilibus etiã animantibus, auibus compareretur & ferismec cõpatienti deerat virtutis effectus. Contigit enim aliquotiens vt iter agens, fugitantẽ, & vt videbatur, protinus capiendam vel lepusculam à canibus, vel auiculam ab accipitribus, signo crucis edito mirabiliter liberaret, dicerétque sequentibus frustra sese conari, nec

vllatenus

A vllatenus se præsente eiusmodi exercere posse rapinam. Hæc nos quidem de sacris moribus patris nostri, pro modulo nostro sub breuitate perstrinximus.

Capitulum VII.

CÆTERVM longè eminentius in suis ille libris apparet, & ex literis propriis innotescit, in quibus ita suam videtur expressisse imaginem, & exhibuisse speculum quoddam sui, vt illud quoque Ambrosianum merito illi posse videatur aptari: Laude ipse se sonet, & laureatus spiritu, scriptis coronetur suis. Si quis enim nosse desiderat quàm solicitus ab initio suiipsius diiudicator & scrutator extiterit, primum opus illius de gradibus humilitatis inspiciat. Inde si quæritur piæ mentis religiosa deuotio, transeundum ad homilias in laudibus virginis matris, & illum quem de diligendo deo edidit librum. Si feruens contra suorum vel aliorum vitia zelus, legatur is quem apologeticum vocat. Si iugis in zelo cordis & circunspecta discretio, de præcepto & dispensatione differens audiatur. Quàm verò fidelis cuiuslibet piæ
B conuersationis commendator fuerit & adiutor, exhortatorius ad milites templi sermo declarat. Quàm non ingratus gratiæ Dei, ex his liquet quę de gratia & libero arbitrio tam fideliter, quàm subtiliter disputauit. Quàm liber in voce, quàm differtus & in rerum superiorum pariter inferiorúmque scientia locuples, in his quæ ad papam Eugenium de consideratione scripsit, diligens considerator agnoscet. Quàm deuotissimus prædicator alienæ sanctitatis, tam diligenter episcopi sancti Malachiæ vitam prosecutus ostendit. Nam in sermonibus super cantica, & indagator mysteriorum, & morum ædificator magnificus innotescit. In epistolis quas ad diuersas personas ob negocia diuersa dictauit, prudens lector aduertet quo feruore spiritus iustitiam omnem dilexerit, omnem æquè oderit iniustitiam. Fidelis etenim seruus Christi non quærebat aliquid suum: quicquid tamen erat Christi, sic curabat vt suum. Quæ enim scelera non arguit, quæ odia
C non extinxit, quæ scandala non compescuit, quæ schismata non resarciuit, quas hæreses non confutauit? Quid verò sanctum, quid honestum, quid pudicum, quid amabile, quid bonæ famæ, quid virtutis aut laudabilis disciplinæ suis ortum in qualibet regione diebus non roborauit eius auctoritas, non fouit charitas, diligentia non promouit? Quid ante promotũ dilatari amplius non optauit? quid fortè collapsum non totis pro loco & tempore viribus egit vt repararetur? Quis malitiam quancunque disponens, eius zelum & auctoritatem nõ timuit? Quis proponens quodcunque bonum eius si potuit non consuluit sanctitatem, non desiderauit fauorem, opem non fagitauit? Quis ad sacrum in eius pectore habitãtis templum diuinitatis, de quacunque tribulatione fideliter clamaturus accessit, & inefficaciter laborauit? Mœstus ab eo solatium, afflictus auxilium, cõsilium anxius, æger remedium, pauper subsidium reportabat. Ita sese omnium fecerat seruũ, ac si toti genitus orbi: ita tamen liber ex omnibus conscientiæ suæ curam gerens, tanquam soli deditus curæ & custodiæ cordis sui. Oliua speciosa, vitis fructuosa, palma florida, cedrus multiplicata, platanus exaltata. Vas electionis, vas honoris in domo dei, vas auri solidum, ornatum omni lapide precioso, fide & sanctitate solidum, sed & variis charismatibus tãquam gemmis preciosis ornatum. Quo præsente omnis sanctitas exultabat, omnis erubescebat impietas, iuxta illud: Videbunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum. Quo præsente celebris quisque conuentus velut quodam sole resplenduit, absente caliginosus & quodammodo mutus apparuit. Cuius denique medicinalis manus & lingua morbos vtraque curabat, illa corporum, ista morum. Et nunc iam super his quæ in signis exterioribus & virtutum multiplici exhibitione consistunt, secundus (vt promissum est in præfatione) libellus aliquanta narrabit.

Finit liber primus, qui & tertius.

Capitula libri quarti. Capitulum primum. D

DE reliquiis sanctorum, & dente sancti Cesarij, & miraculo per tunicam sancti Bernardi facto, & quòd spiritu circuiuit choros psallentium, & de his qui per illum absentem sanati sunt. Capitulum .ij.

De multis quæ præuidit & prædixit, & de illis qui post mortẽ illi apparuerunt, & de multis aliis. Capitulum .iij.

De pace insperata comitis Theobaldi, & conuersione cuiusdam clerici & Henrici fratris regis qualia prædixerit. Capitulum iiij.

Quòd sanctum Malachiam dum missam celebraret, sanctorũ catalogo aggregatum vidit, & collectam mutauit quæ dicitur de sanctis, & de aliis pluribus miraculis. Cap. v.

De nonnullis curationibus sibi præostensis, & aliis animi virtute præsensis, & aliis ad quas non rogatus accessit, nec posse vniuersa scribi vel enumerari.

Liber secundus, qui & quartus de Vita sancti Bernardi Abbatis.

Capitulum primum.

SIC VT sermone super Cantica canticorum vicesimo quarto seruus domini Bernardus Clarævallẽsis gratulatur, & gratias agit illi tertiò quidem ab vrbe reditum suum clementior è cœlo respexit oculus, & serenior tandem vultus arrisit, quòd quieuisset rabies Leonina, accepisset finem malitia, recepisset ecclesia pacem. Tanta verò exultatione ecclesia illũ Gallicana recepit, vt non minorem videretur de suo reditu exhibere, quàm de pace reddita nunciare lætitiam. Vnde etiam mirari ipse sæpiúsque causari quòd dum sibi post tam graues frequentias hominum, & tumultus velut ab exordio valefaciendum sæculo iudicaret, & tanquam de nouo adoriendum sacræ propositum conuersationis, tunc potissimum vberioribus acciperetur gaudiis, obsequiis coleretur. Rediens autẽ pater sanctus ab vrbe, ex sanctorum apostolorum martyrúmque corporibus xenia secum retulit preciosa, haud modicum hunc sibi reputãs fructum esse laboris. Inter quæ beati Cæsarij dentem quonam modo receperit, memorandum. Cum enim integrum ei prædicti martyris caput exhiberetur, vt tolleret inde quod vellet, dari sibi petiit dentem vnum. Frustra verò aliquãdiu fratres qui cũ eo venerant, laborantes, concessum sibi trahere penitus non valebant. Fractis enim cultellis duobus aut tribus quos applicuerant, nihilo minus adhuc dens immobilis permanebat. Tum ille, orandum nobis, ait. Nec enim habere F possumus nisi martyr ipse concedat. Facta denique oratione reuerenter accedens, incredibili facilitate duobus tulit digitis, quod ferreis ante moueri non poterat instrumentis. Fratres autem Hierosolymitani templi, fidelis militiæ professores, cũ nouam habere eo tempore domum in vrbe cœpissent, redeũte prædicto patre specialíque patrono suo, tunicam eius pro eximia benedictione seruabant: apud quos eodem anno sacerdos quidam grauissima febre correptus desperabiliter ægrotabat. Vt autem omnino deficiés deuenisse visus est ad extrema, portari sese in oratorium, & prædictam beati viri tunicam supponi sibi fecit, in sola positus expectatione exitus mortis: cum subito raptus in quendam mentis excessum, ac veluti iam carne solutus, videre sibi visus est corpus suum eodem quo iacebat in loco exanime, iam circundatum multitudine sacerdotum apertos tenentium libros, & celebrantium exequias ex more solennes. Nec mora, in vultu habitúque prædicti patris sancti reuerenda quædam persona prodiens ex altari manu illis innuit vt tacerent, voce pariter prohibẽs ne mortuum reputarent, cuius vitam Clarevallensi abbati donauerat deus. Confestim denique ad se rediens, sanum se reperit, & quod viderat, fratribus indicauit. Qui quidem, vt à fidelibus viris nuper accepimus, hodiéque superstes, & in partibus Aquitaniæ degens, beneficium quod accepit sedulè confitetur, ipsius præconio cuius merito viuens. Si quis hoc minus miratur, animaduertat de beato Nicolao ex innumeris quibus est decoratus miraculis, in natalis eius annua cõmemoratione tan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quam eximiũ commendari, quòd imperatorẽ Constantinum ab interitu quorundam longe constitutus per visum deflexit. Nec illud dissimile est quod annectimus: Abbas Gerardus de Moris (quod est monasterium proximum Claræualli) testatus est nobis vidisse se cum aliquando psallẽtium fratrum circuire choros, & sicut frequenter agebat, excitare torpentes, ita vt affectuosius & virilius psalleretur quod reliquum fuit vigiliarum. Cúmque die sequenti apud eum familiariter causaretur tardius illum quàm oportuerat ea nocte visitasse psallẽtes, Ego, ait, nocturnis horis corporeo occupabar incommodo: sed quo non potuit corpus, spiritus venit. Expauit ille audiens non affuisse in corpore, quem tandiu ipse corporeo spectasset obtutu circũeuntem vtrunq; chorum, & vt consueuerat singulis manũ imponentem. Ad multorũ aures famã credimus peruenisse viri venerabilis Gulielmi, qui olim Montis Pessulani dominus, nũc verus Christi pauper & humilis monachus degit in cœnobio quòd Grandissylua vocatur. Ipsius relatione didicimus quod dicturi sumus, sicut ab eius ore cui contigerat, se accepisse dicebat. In ciuitate Auxitanorum, quæ metropolis est Vasconiæ, miles quidam infirmabatur. Cuius cum inferiores corporis partes à renibus & deorsum morbus sæuiens occupasset, erat diebus multis lectulo decubans, non modica parte præmortuus. Compũctus deniq; & confisus de misericordia dei, ad seruum eius cuius circunquaq; tam celebris sese virtutum fama diffuderat, quocunque labore se præcepit deportari. Iam per dies aliquot processerat, profecerátq; nõ minus in fide & deuotione quàm in itinere ipso, cum miseratus hominẽ deus mirabiliter satis & infirmitati eius subuenire dignatus est, & parcere fatigationi. Occurrens enim quidam in via, quisnam esset, aut quò tenderet, inquisiuit. Acceptáq; itineris eius necessitate, Ego, ait, ex parte sancti illius tibi præcipio vt reuertaris, sciens quòd vbi domum veneris, sanus eris. Persuasit illi deus vt crederet, cuius nimirum dispositione omnia gerebantur. Rediit, rediénsque paulatim recepit eam quæ sibi promissa fuerat misericordiã, vt non prius domum pertingeret, quàm plenariè donum perciperet sospitatis. Verùm ille quotiens tale aliquid contigisset audire, non minus humiliter, quàm iucunde refutans dicere consueuerat: Hoc enim mihi sic imputandum, sicut ei qui conscius omnino non fuit. In monasterio cui nomen est Bellaullis, prope vrbem Chrysopolim, homo quidam à dæmone vexabatur, mira eo instigante faciens, mira loquens. Post multas igitur orationes fratrum, cum improbè persisteret illa nequitia spiritualis, recordatus est venerabilis abbas loci illius Pontius, hodiéque superstes, habere se stolam qua beatus pater aliquandiu vsus fuerat in oblatione hostię salutaris. Nec cunctatus tulit protinus arma potentia deo, & fiducialiter aggressus est inimicum. Vix limen attigerat cellulæ in qua miser homo iacebat, cum subito ille malignus horrendis vocibus victum se profitens, En, inquit, egredior, recedo protinus: manere vltra non possum. Respondente autem abbate, Per nomen domini & ipsius beati viri meritum cuius hæc stola fuit, tibi præcipio, exi citius, ne moreris: continuo dæmon fugatur ab homine, homo liberatur à dæmone. Quis alter non periculose forsitan exultasset vsque adeo sibi spiritus esse subiectos vt cederent & absenti? Verùm ille abbate ipso nunciante nil motus, magisque subsannans eos quos videbat magna super hoc admiratione moueri, hæc eadem verba respondit: Quidni facile nos duo præualuissemus in vnum? Leuiter illũ eiicere potuit deus, præsertim cum ego ei socius datus sim & adiutor. Huiusmodi nempe responsis, in huiusmodi rebus sæpius vtebatur. Nouerat siquidem verus & verax non ostentator, sed æmulator humilitatis, efficacius dissuaderi posse hominibus quod stupebant, obliqua quadam & artificiosa obiectione, quàm aperta excusatione, quæ humilitatem magis prædicabilem præferendo, existimationem non minueret hominum, sed augeret. Vnde quodam loco ex propria loquens experientia: Verus, inquit, humilis, vilis vult reputari, non humilis prædicari.

Capitulum II.

ILLVD quoque notissimum fuit, quòd adhuc in carne degens, apparens autem in spiritu fratri cuidam obitus sui prænunciauerit diem. Infirmabatur nouitius quidam frater in Claraualle bonæ conuersationis & bonæ indolis adolescens. Nec longè aberat dies qua post annuam ex more probationem nouũ indueret hominẽ, si non prius hominem exuisset. Siquidem consummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat deo anima illius. Quinto igitur die ante vltimum diem suum, visitante se fratre quodam idem nouitius exhilaratus plurimum, inter alia spiritualis gratiæ verba, ecce (inquit) quinta moriar die. Hodie enim mihi pater noster dominus abbas apparuit cum multitudine monachorum, & blanda consolatione refouens, quinto die moriturum me esse dicebat. Exiit sermo inter fratres, & antequam impleretur, diuulgatũ est verbum. Expectabatur ab omnib⁹ dies illa, sed præ omnibus ille beatus in expectatione sua fuit. Iam dies quinta inclinabatur ad vesperam, illius autem spiritus magis ac magis eleuabatur ad dominum. Demum circa vndecimam horam in ipso mortis agone positus, obducto prorsus, vt assolet, lumine oculorum, & nemini iam intendens, ad exitum festinabat. Interim visitans eum pater sanctus velut ab alto somno reuocat, & quasi retrahit commeantem, nec insalutatum abire permittit. Ad cuius vocem aperiens oculos, & mirum in modum facie serenata, aliquandiu intendebat in eum. Mirabamur omnes mortalem hominem, imò iam morientem eatenus triumphare de morte, vt in ipso mortis articulo exultaret in gaudio, pulcherrime nobis exhibens illud Poëtæ:

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

Tum verò consolans eum pater sanctus nihil timere iubet, sed recto protinus cursu pertingere ad dominum Iesum Christum, & offerre ei humilem pauperis suæ familiæ salutationem. Ad hanc vocem qua potuit capitis inclinatione & motu annuens labiorum, iterum clausit oculos, & eadem hora in pace quieuit. Multa quidẽ huic famulo dei reuelata per spiritũ, multa sine præcedenti reuelatione mirabiliter ab eo prædicta cognouimus. Ex quibus exempli gratia pauca subnectimus: Cum esset aliquando pater sanctus in vrbe Nouiomensium in domo episcopi Simonis, adductus est ad eum Herueius de Baugenceio puer admodum gratiosus, ortus ex regio sanguine, & ipsius episcopi nepos. De quo sequenti nocte famulo suo Christus ostendit, quod erat post tempora lõga futurum. Siquidem videbatur sibi tanquam in missarum celebratione angelo cuidam pacis osculũ dare, quod ad puerum deferretur. Nec dubius de reuelatione eundem Heruium renunciaturum seculo, & futurum aliquando deuotum Christi famulum promittebat. Quæ promissio tam celebris extitit & vulgata, vt ipse quoque Herueius nobis postea fateretur, adolescenti sibi ad omnes arguentis conscientiæ stimulos semper occurrere, impossibile esse vt post viri sancti tale promissum, in seculari habitu moreretur. Nec fraudatus est spe sua. Siquidem venerabilis Gualeranus Vrsicampi cœnobij primus abbas monachum illum fecit, & angelico functus officio, pacem quam ex ore patris sancti ipse suscepe-
rat, communicauit Herueio. Cuius talis postmodum apparuit conuersatio, vt tali dignus osculo videretur. Nam & prædicto Gualerano in regimine monasterij Vrsicampi ille successit, & nouissime obitum suum imminentem sanus adhuc & incolumis eodem Gualerano per reuelationem sibi annunciante præsciuit atque prædixit. Et quod addimus, huic simile fuit: Patrem sanctum fines Parisiorum aliquando peragrantem, vt ad ipsam diuerteret ciuitatem, episcopus Stephanus & cæteri omnes qui pariter aderant, obnixe rogantes nõ poterant obtinere. Magno siquidem zelo, nisi causa grauis vrgeret, conuentus publicos declinabat. Cúmque vesperę iter suũ aliàs ordinasset, manè vbi primum locutus est fratribus, dicere iubet episcopo, quia Parisios ibimus vt rogasti. Conueniente igitur clero admodum copioso, sicut semper ab eo solebant expetere verbum dei, contiuuò tres ex illis compuncti sunt, & conuersi ab inanibus studiis ad veræ sapientiæ cultũ, abrenunciantes seculo, & dei famulo adhærentes. Quorum ille primum intuens, cum subito inter loquendum surgeret, peterétque vestigia eius, inclinauit se modice, & fratri cuidam propius assidenti in aure locutus est, dicens: Istum ego sicut nunc video venientem nocturna visione præuidi, propter quem etiam dominus nos adduxit. Qui nimirum nouitius in multa

multa postmodum puritate & deuotione conuersatus, plurimúmq; acceptus deo & hominibus, in Claraualle post annos aliquot beato fine quieuit. Apparuerunt aliquando viro dei in Trecensium vrbe posito venerabiles eius filij iam quidem carne soluti, Galdricus & Gerardus: quorum etiam secundum carnem alter germanus, alter auunculus eius extiterat. Cúmq; velut accelerantes ocyus pertransirent, reuocanti & retinere volenti respondebant eundum sibi pro fratre Gaufrido monacho, qui eorundem à prima conuersatione socius strenue satis in multis cœnobiis extruendis militauerat deo. Cõtinuo pater sanctus excitatis fratribus accelerari iubet, & ad monasterium veniens ipso die sicut eis prædixerat, eundem Gaufridum iam positum reperit in extremis.

Capitulum III.

FIDELISSIMVM principem comitem Theobaldum in magna tribulatione probatum non minus mirabiliter quàm misericorditer dominus liberauit. Is nimirum potentissimus in regno, & secundus à rege, totus tamen eleemosynis deditus, & studio pietatis intẽtus, omniúmque seruorum dei, sed specialiter Bernardi Clarævallensis amator deuotissimus erat. Quem eatenus impugnari & affligi passus est deus, vt rege pariter & vicinis potentibus fere cunctis aduersus eum coniurantibus vsqueadeo de eius euasione desperaretur, vt publicè quoque iam insultaretur religioni, pietati detraheretur, eleemosynis derogaretur. Monachi & conuersi, inutiles eius milites & ballistarij dicebantur. Nec modo apud extraneos, sed in ipsis quoque eius ciuitatibus & castellis eiusmodi iam blasphemiæ personabant. Denique congregatis aliquando episcopis pluribus aliisque personis, præsente etiam viro dei dum super his agerent & colloquerentur, episcopus quidam eo tempore auctoritate & opinione prudentiæ celeberrimus aiebat: In manu regis est comes Theobaldus, non est qui possit eum eruere. Respondẽte alio quodam antistite, Est qui possit liberare eum: multum ille miratus, quisnam crederetur posse, quærebat. Demum audiens quia potest eum eripere, qui omnia potest deus: non parum substomachans, Potest, inquit, si manifestus appareat, si clauam teneat, si hinc inde percutiat: sed hactenus ista non fecit, In tanta igitur desperatione cum prædictũ principem vehemẽter vrgerent extranei, grauius tamen impugnarent qui ab eo defecerant vniuersi penè potentes homines sui, nec minus illum affligerent pauci qui residui videbantur ex aliorum defectu, ipsi quoque suspecti. Lingonensis episcopus Godefridus frequenter & familiariter dei hominem consulebat quidnam sibi dominus super his reuelaret. Cui ille cum iam sæpius respondisset nihil sibi apparere nisi tribulationem super tribulationem; demum aliquando scisitanti ait, quia quinto mense pax erit. Sanè vltima die quinti mensis reformata est pax, ipso quidem & orãte & operante, vt non esset ambiguum eius potissimũ studio & merito piissimum illum principem à tam grauibus imminentibúsque periculis liberatum. Ingressus aliquando seruus Christi Germaniæ regnum, festinabat ad partes Maguntinorum, pacem reformaturus inter regem Lotharium, & prædecessoris eius imperatoris Henrici nepotes, Conradum scilicet qui Lothario postea successit in regnum & Friderico patrem huius Friderici, qui post Conradũ electus obtinet hodie principatum. Venerabilis autem metropolitanus Maguntinorum Albertus honorabilem quendam clericum nomine Mascelinum viro dei obuiam misit. Hic igitur Mascelinus cum à dõmino suo missum se esse diceret ad seruiendũ ei, paulisper intuitus illũ vir dei, Alius, inquit, dominus ad sibi seruiendum te misit. Expauit Teutonicus, & miratus quid dicere vellet, firmius asserebat à domino suo Maguntino sese archiepiscopo destinatũ. Econtra seruus Christi, Falleris, ait, maior dominus est qui misit te, Christus. Tunc demũ intelligens homo quorsum vellet vibrare sermonem, Putas, inquit, q̃ monachus fieri velim? Absit à me, non cogitaui, nec ascẽdit super cor meum. Nihilo minus tamen renuente illo, dei famulus affirmabat omnimodis fieri oportere non quod ipse de se cogitauerat, sed quod de eo disposuerat deus. In eodem deniq; itinere conuersus ad dominum seculo valefecit, & cum aliis pluribus literatis honoratisq; personis quas collegit eo tẽpore seruus Christi, ipse quoque, sicut sibi prædictum fuerat, secutus est eum.

Henricum quoque germanum regis Francorum, qui Belnacensem hodie cathedram ornat, non dissimili dominus conuersione mutauit. Accidit enim vt veniens idem Henricus ad hominem dei super quodam seculari negocio locuturus, conuentum etiam fratrum visitans eorum sese orationibus commendaret. Cui pater sanctus inter verba sanctæ exhortationis, Confido, ait, in domino nequaquã in eo te moriturum in quo nunc positus es, sed velociter experimento proprio probaturum quãtum tibi istorum prosit oratio quam expetisti. Quòd eodem postmodum die non absque multorum admiratione completum est, & de tanti iuuenis conuersione cœnobium omne exultatione repletum. Lugẽtibus autem sociis, & familia tota ac si mortuum illum cernerent, eiulante, præ cæteris Andreas quidam Parisiensis Hericum ebrium, Henricum vociferabatur insanum, nec conuiciis nec blasphemiis parcens. Econtra sane idem Henricus pro illius potissimum conuersione dei hominem dare operam precabatur. Cui vir sanctus audientibus multis, dimitte, ait, hominem: modo anima eius in amaritudine est, nec pro eo multum solicitus sis, quia tuus est ille. Cúmque amplius spe cõcepta Henricus instaret vt loqueretur Andreæ, seuerius intuitus eum vir dei, quid hoc est: ait: Nunquid non iam dixi tibi, tuus est ille? Audiens hæc Andreas (astabat enim & ipse) sicut plurimum improbus erat, & à sacra conuersatione vehementer abhorrens, talia secum vt hodiéq; fatetur, tacita cogitatione voluebat: In hoc nunc scio falsum te esse prophetam. Hoc enim certus sum quia locutus es verbum. & non fiet. Hoc tibi ego coram rege & principibus in celebri quocunque cõuentu improperare non parcam, vt tua omnibus falsitas innotescat. Cæterum quàm mirabilis deus in consiliis super filios hominum, ridens eorum vana conamina, vt propositum suum quando & quomodo ipse voluerit impleatur. Siquidem die altera ibat Andreas mala omnia imprecans monasterio vbi dominum dimittebat, ipsam quoque desiderans vallem funditus subrui cum habitatoribus suis. Nec parum moti sunt & mirati qui prædictum viri sancti de ipso audierant verbum, cum taliter videretur abire. Sed non diu pusillanimitatem eorum & fidem modicam tentari passus est deus. Illa tantum die procedens & repellens quodammodo gratiam dei, nocte proxima victus & quasi vinctus trahente se & vim faciente spiritu dei, diem expectare non potuit, sed exurgens ante diluculum, velocitérque rediens ad monasterium, alterum nobis Saulum, vel magis de Saulo altero Paulum alterum exhibebat. Inter cæteros quos de vana conuersatione huius seculi per ministerium serui sui Christus eripuit, de partibus Flandriæ multi aliquando nobiles, multi sapientes & literati viri sub ipsius magisterio sacram professi sunt seruitutẽ: quorum primus videbatur Gaufridus ille de Perona, qui postmodum in Claraualle prioris officio functus est, & defunctus in eo. In quibus euidenter satis euangelicum illud impletũ est: Multi dicent vobis, ecce hic est Christus, ecce illic. Plurimis enim persuasionibus actum est cum eis, vt aliam magis eligere professionem & loca alia debuissent, donec occurrit dei famulus iam prope dispersis: & in verbis gratiæ quæ procedebãt de ore eius, pristina omnis hæsitatio facta de medio, & omnium pariter in ipsius consilio irrefragabiliter est firmata voluntas. Quod quidem non sine subita & penitus insperata quorundam ex ipsis mutatione factum est animorum. Denique cum iam dei hominem sequeretur prædictus ille Gaufridus, grauissima cœpit tentatione pulsari. Intuitus autem illum vnus è fratribus, quid est (inquit) quòd facies tua exterminata & tristitiæ quodam nubilo grauiter obuoluta videtur? Cui Gaufridus: Scio (inquit) scio quòd nunquã amplius lætus ero. Quod verbum cum ad dei famulum idem frater satis anxius retulisset, videns ille basilicam prope viam per quam gradiebantur, in eam diuertit, & ingressus orabat. Cæteris autẽ deforis præstolãtibus, Gaufridus ille grauatus tædio super lapidẽ obdormiuit. Demum cũ ambo pariter surrexissent, ille de oratione, iste de somno, apparuit idem Gaufridus tantum iucundior & hilarior cæteris, quantum tristior prius. Cúmque ei prædictus frater verbum mœstitiæ quod locutus fuerat, amicabiliter improperaret, etsi tunc, inquit, dixi, nunquam amplius lætus ero, sed nunc dico, nunquam amplius tristis ero. Idem quoque Gaufridus primo tẽpore tyrocinij sui pro patre suo viro no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bili & potenti quem in seculo reliquerat, filiali pietate solicitus, partem sanctum pro eius conuersione rogare dominũ, affectuosius exorabat. Cui vir dei, Ne timeas (inquit) ego illum probatum monachum manibus meis in hac Clarauallе sepeliam. Vtunque secutũ est, & perfectus monachus factus est, & à patre sancto (sicut ipse prædixerat) in Clarauallе sepultus. Tanquã enim mori illo absente non posset, quinque mẽsibus infirmatus, & celeberrimum imò cõtinuum responsum mortis in ipso habens, sustinuit donec pater sanctus rediret, qui vt olim promiserat, cum traderet sepulturæ. Dominus abbas Rainardus Cistercien sis, quem ex Clarauallе assumptũ pater sanctus & amplectebatur vt filiũ, & reuerebatur vt patrem, ob quorundam monasteriorum ordinationem prouinciæ partes intrauerat. De quo vir dei in Clarauallе consistens dum fratri cuidam loqueretur, subita inspiratione permotus, Dominus, ait, Cistercien sis aut mortuus est, aut in proximo moriturus. Nec parum frater ille miratus est audiens verbum, magis tamen obstupuit cum eiusdem abbatis obitũ post dies paucos audiret nunciari. Pernoctabat aliquando dei famulus in oratione in suo Clarælallensi cœnobio constitutus, & solita intentione dominum precabatur. Contigit autem eadẽ hora pauperem quendam, & vere pauperem spiritu, in cella hospitum mori. Cuius animam cum vocibus canoris in cœlum deferri pater sanctus audiuit, & interrogatis mane fratri-
H bus qui affuerant, illam fuisse horam obitus eius comperit, qua prædictas audierat in sublime tendentium voces.

Capitulum IIII.

CVM beatus episcopus Malachias, cuius vitam virtutibus plenam vir sanctus studiose descripsit, iuxta desiderium cordis sui in Clarauallе beatam cœlo animam reddidisset, offerens pro eius transitu venerabilis abbas hostiam salutarem, gloriam eius domino reuelante cognouit, & eodem inspirante, sacrificio iam expleto formam mutauit orationis, & collectam intulit quæ ad sanctorum pontificum celebritates, non ad commendationes defunctorum pertinet, ita dicens: Deus qui beatum Malachiam pontificem sanctorum tuorum meritis coæquasti, tribue quæsumus, vt quipretiosæ mortis eius festa agimus, vitæ quoque imitemur exempla. Deinde reuerenter accedens sacra eius vestigia deuotissime osculabatur. Modum tamen & seriem visionis nec cuiquam aperire, nec in eiusdẽ episcopi vita scribere acquieuit: hoc tantùm respondens cum plurimum rogaretur, nimis ad propriam sui ipsius pertinuisse personam. Super iis quæ ad gratiam pertinent sanitatum, multa insignia per hunc famulum suum operatus est Christus, vtin eo quoque videretur exhibere quod de ipso Ioannes euangelista testatur: Si omnia scriberentur, ne ipsum quidem mundum capere eos qui scri-
I bendi fuerant libros. Cæterum nos saltem pauca de pluribus exempli gratia proferamus: Castrum Villanum accolæ vocant, quod à Clarauallе (vt aiunt) sex milliariis distat: vbi mulier prægnans tempus omne transierat pariendi, & aliquantis mensibus iam decursis, cum necdum pareret, amplius mirabatur. Cuius cò vsque dilatus est partus, vt morbus potius videretur, nec iam crederetur esse prægnans, sed tumens. Quis enim credere posset infantulũ anno integro intra viscera posse materna teneri? Desperata igitur mulier ad monasterium viri dei ducitur sic se habẽs. Sistitur ad portam misera, & portario fratri causa tam miserabilis intimatur. Rogatus ille, & inaudito compassus incõmodo, supplex adiit patrem sanctũ fideliter ei necessitatem indicans mulieris, fideliter explens negocium susceptæ legationis. Et ô mira diuinæ virtutis operatio, mirabilius accelerantis quod mirabiliter tardabatur. Tanquam enim hoc solum tanto tempore nasciturus infans expectauerit, hora eadem fœmina peperit, & præcurrente remedio, ad portam rediens frater ille incõmodũ quod nunciauerat, non inuenit. Alio tempore in territorio Antisiodorensi apud oppidum quod Cona vocatur, mulier quædam periclitabatur multis diebus, quòd venisset filius vsque ad partum, & vires non haberet parturiens. Cúmq; superuenisset interim seruus Christi, postulati benedictionem, aquam benedictam misit. Gustauit mulier, & confestim natus est puer: quem venerabilis episcopus Carnotensis Gaufridus baptizauit, Bernardi ei nomen imponens. In eodem itinere & in territo- K
rio eodẽ dum febricitantiũ multitudo (sicut vbique solebant) à dei homine panem peterent benedictum, Girardus quidam clericus ex castro cui nomen est Clamiceium, male sciolus & subsannans fidem populi blasphemabat. In ipsis autem verbis blasphemiæ grauissima febre correptus, vsque Antisiodorum abeuntem sequi coactus est virum dei, & pœnitentiam agens apud eum, ipsam cui detraxerat multis obtinuit precibus benedictionem. Tam multis vero gustata eiusmodi benedictio reddidit sanitatem, vt solius dei cuius hęc virtute fiebant, posset notitia comprehendi. Vidimus in Meldensi territorio militem deuotissimas referentem gratias viro dei, quòd ad primum gustum panis ab eo benedicti, plenam receperit sospitatẽ à febre quartana, qua sic grauiter laborauerat mensibus ferme decem & octo, vt in hora accessionis, quasi phreneticus, nec matrem agnosceret suam. Virum quoque venerabilem Geraudum Lemouicensem episcopum testantem audiuimus, iuuenem quendam de familia sua lethalitet in capite saucium, cum iaceret spumans & impos mentis, immissa sibi in os buccellula panis quem benedixerat homo dei, tam celerem sensisse virtutẽ, vt incolumis surgeret ipsa hora. Neq; illud tacendum, q̃ ipsam quoque substantiam panis ab omni corruptionis iniuria eadem benedictio vendicabat, adeo vt L
plures viderimus qui per septennium & vltrà eosdem seruauerint panes nec colore nec sapore mutato. Ante hos paucos dies, venerabiles abbates Girardus & Henricus de Suecię partibus venientes dum super his conferremus, testati sunt nobis panẽ ante annos xj. eius benedictione signatũ manere adhuc apud se penitus incorruptum. Nec dissimilem apud aliquos nostrũ vsque hodie nouimus, & apud alios multos credimus esse repositum. Et nunc idoneum satis & euidens huius rei testimonium proferamus. Vir magnus, & magnifice honorandus Danorum archiepiscopus Heskilus patrem sanctum vnico venerabatur affectu, vnica deuotione colebat. Nec contẽtus est in filius eum videre, cum nouum cœnobium extruxisset, & impetrasset ab eo desideratum sacræ congregationis exemplum. Præualuit apud eum desiderium vehemens, vt homo tantæ auctoritatis, & in insulis illis tam ecclesiastica quàm seculari auctoritate singulariter potens, expositis suis omnibus, etiam semetipsum periculis multis traderet & labori. Nã de expensis dicere nõ est magnum, quamuis eundem audierimus protestantem quòd expenderit in itinere ipso argenti marcas amplius quàm sexcentas. Venit ergo ad Claramuallẽ tam humilis & sublimis: quem à finibus terræ non curiositas audiendæ sapientiæ, sed fidei zelus & plenitudo deuotionis attraxerat. Vbi quantum fleuerit, qualem sese non modo erga eum quem tam vnice suspiciebat, sed etiam erga minimos quosli-
bet fratrum exhibuerit non est facile dictu, Demum reditu- M
rus ad propria, vt benedictũ à dei famulo panem referre posset, & diutius conseruare, humano sensu præcipit vt in cibano recoquatur, sicut solent qui maria transeunt, panem ferre biscoctum. Audiens autem sanctus non est passus errare hominem tam deuotum, sed amicabiliter arguens in hac parte fidem eius modicam inueniri, Itáne (inquit) non poterit panem ipsum benedictio magis quàm recoctio conseruare? Et non acquieuit benedicere illum, sed communem sibi panem præcipiens exhiberi, benedixit, & dixit: Ecce hunc tolle recũ, nihil deinceps de corruptione solicitus. Tulit, & ad suos rediens vsque hodie gloriatur fidei suæ defectum euidentissima rei veritate conuinci. Nec enim passus est patris sancti non visitare sepulchrum, nec minus erga eum nunc afficitur, nec minus quàm olim in viuente confidit, nimirum quem verius viuere omnino non ambigit. Confessus est etiã nobis de pane quem retulit, quòd nunc vsque cũ iam tertius annus transierit, illęsum eum beati viri fides & benedictio custodiuit. Narrauerunt etiam nobis viri religiosi qui cũ eodem archiepiscopo venerant, miraculum dignum memoria nuper factum in cœnobio quod (vt supra meminimus) in terra sua ipse fundauit. Erat enim (inquit) in regione eadem adolescens nobilis, ipsius quoque archiepiscopi secundum carnem propinquus, sed ob multa sua flagitia minus charus. Correptus autem grauissima valetudine, visitationem eius vix impetrauit, & per manum eius ad monasterium quod fundauerat, ille se contu-
lit.

A lit. Vbi & cum maxma cordis compunctione renuncians seculo, per dies aliquot in humili & fidelissima confessione persistens, magis ac magis eadem ægritudine laborabat. Qua demum ituale scente exitum sibi imminere cognoscent, abbatis & fratrum præsentiam miro amplectebatur affectu, mira eos deuotione monebat vt spiritualia arma corriperente, egressuram protinus animam sibi commendatam efficaciter protecturi, & exhibituri fideliter necessarium protus inter imminentium hostium crudelissima tela conductũ. Cúmque in huiusmodi supplicatione diuinis iam sacramentis munitus, & de eorundem seruorũ dei patrocinio & domini miseratione piissima deuotione præsumens, ac proinde circunstantibus omnibus multam suæ salutis relinquens fiduciam expirasset, offerebant fratres pro commẽdatione animæ eius, quàm deuotissime poterant dominici corporis hostiam salutarem. Tum subito inimicus humanæ salutis, ex eiusdẽ (sicut indubitabile esse videtur) liberatione animæ, quam ex multis diebus irreparabiliter sese occupasse credebat, iram magnam concipiẽs, & eandem permittente deo crudeliter satis exercens, vnum è fratribus repentino furore peruasit. Clamabat igitur horrendis vocibus miserabilis homo, & vix multorum manibus tenebatur. Demum cum maximo quidem labore asportatus, &
B in lectulo religatus, tam sua quàm astantium mẽbra dentibus appetens, dirissime vexabatur. Nec illa quam prius nosset lingua, sed noua quadã (quam nec astantium quisquam nouerat) loquebatur. Et cum nihil quod diceret intelligerent, tam libere tamen & sine offendiculo non inconcinnas eum audiebant edere voces, vt indubitanter crederent quòd lingua aliqua loqueretur. Post aliquantas igitur horas, cum vehementer confusi fratres quid agere possent anxie cogitarẽt, & studiose conquirerent, vnus ex eis salubre consilium domino inspirante concipiens, sacra pignora ab ipso archiepiscopo eodem anno istic deposita, videlicet de capillis & barba, & dentem vnum beati patris nostri Bernardi afferri monet, & eius pectori superponi. Quod vt factũ est, Germanica lingua per os eius cœpit horrendis vocibus nequam spiritus exclamare, Tollite, tollite, amouete Bernardũ. & dicebat, Heu, quàm põderosus factus es Bernarde, quàm grauis, quàm intolerabilis factus es mihi! Cúmque hæc & similia aliquauadiu clamitans loqueretur, factũ est breue silẽtium, & subito frater idẽ domino miserante purgatus, aperuit oculos, ac velut de graui somno euigilans, circunstãtes fratres & sua plurimum vincula mirabatur, verecunde satis quidnam sibi vellent hęc, vel quid accidisset, interrogans. Ex ea igitur hora pristinã sanitatẽ mentis & corporis per beati patris merita sancta recepit, nil penitus quod in illo tã graui casu fecerit aut locutus fuerit recor-
C datus. Hæc quidem à nobis de testimonio viri reuerendissimi Heskili Danorum archiepiscopi ex occasione panis à dei homine benedicti, non sine quadam anticipatione sunt dicta.

Non modo autem hominibus, sed pecoribus etiam & armentis tam frequenter eius benedictio profuit, vt monasterij sui cellararium durè aliquãdo increparit, quòd sibi non indicans mori animalia permisisset vnde fuerant pauperes sustentandi. Dehinc vt solitus erat, benedixit sal, & animalibus iussit apponi, ac protinus lues orta cessauit. Quod in aliis quo que monasteriis vidimus & cognouimus, vt audiens fratrũ animalia mori, interdum etiam non rogatus, sed ipse prior admonens eos eodem remedio subueniret. Gaudum dicitur locus quidam Gaiziacensiũ monachorum: vbi vir sanctus cum aliquãdo pernoctaret, exhibitum sibi iuuenem claudum oratione & benedictione sanauit: ita vt post dies paucissimos per eundem locum redeunti, incolumis & deuotus astaret.

In eisdem partibus vico cui nomen Algorrium, mulierem phreneticã populus obtulit transeunti Cui manus imponens & orans, sanam dimisit, & abiit Hanc in eodẽ vico postea vidimus viro dei cum gratiarum actionibus occurrentem. In remoris etiam regionibus quocunq; eum ecclesiæ sanctæ necessitas traxit, virtus est prosecuta signorum. Apud Viride folium (sic enim dicitur castrum territorij Tolosani) quod vt superiore libro meminimus, aliquãdo pater sanctus introiẽs, multis ibiden virtutibus claruit: puer mancus & claudus ex vtero matris sue, ad cuiusdam memoriam martyris, vtriusque pedis & alterius manus receperat sospitatem. Huius alteram manum adhuc inualidam tanquam diuinitus seruatam sibi pa D
ter sanctus benedicendo sanauit, vt sanctorum innotesceret particeps esse virtutis. Caturcium dicitur ciuitas Aquitaniæ, per quam viro dei ipso tempore transitus fuit. Ibi præter alia beneficia quæ præstitit infirmantibus multis, vnus de pueris episcopi ciuitatis ipsius, qui ex vulnere graui alterius oculi lumen amiserat, sub manu eius visum recepit. In pago quoque Engolismensi loco cui nomen est Castellare, post oblationem hostiæ salutaris, astantibus venerabilibus episcopis Lamberto Engolismensi & Gerardo Lemouicensi, puerum ex matris vtero claudum & mancum, cuius in modum pilæ cubiti cum genibus vmbilico, pedes autẽ natibus adhæsidens, dei famulo offerebant. At ille singula membra edito prius signo crucis attrectans, mira facilitate extendit protinus & sanauit. Apprehendens denique manum eius erexit illum, & dimisit libere gradientem. Populus autem pro tantis nimirum virtutibus magnis vocibus dominũ collaudabat. Nam & die sequenti in pago Lemouicensi, in vico quem sancti Geniani nomine vocant, signa per eum plurima claruerunt. Vndique enim confluebant qui incommodis variis laborabant, & virtus erat domini ad sanandum eos. Vbi inter cæteros puer ferme decennis, cæcus ex vtero matris suæ, coram omni populo oblatus est viro dei. Qui in digitos suos expuens, & liniens oculos eius, breuem fecit orationem, & in nomine Christi aperuit oculos cæci nati. Regnum quoque Germaniæ cum in- E
troisset aliquando vir beatus, tam excellenter enituit in gratia sanitatum, vt nec verbis exprimi nec credi valeat si dicatur. Nam & testati sunt qui affuere in territorio Constantiensi, circa vicum quem Doinguent nominant, ex iis qui diligentius vestigarunt & viderunt oculis suis, vna die illuminatos ad eius impositionem manus, cæcos vndecim, sanatos etiam mancos decem, & claudos erectos decem & octo. Cæterum ne feciſſe nos inopes copia videatur, ex innumera multitudine saltem pauca memoriæ commendamus quæ in locis celebrioribus facta noscuntur. Cum venisset Constantiam homo dei, & vndique se virtutum eius fama diffunderet, abbas Augensis (quod intra lacum Lemanum antiquum extat & nobile monasterium) hominem (quem suis eleemosynis sustẽtabat) cæcum misit ad eum, & confestim videntem illum recepit. Heytereseim dicitur locus ad eiusdem diœcesim pertinens ciuitatis, sed plurimum à ciuitate remotus. Ibi quoque sicut & in cæteris illius prouinciæ per quæ transiit locis, multis in seruo suo miraculis glorificatus est deus. Vbi etiam cæcus natus sub manu eius visum recepit. Item alteri à natiuitate surdo & muto auditus redditus est & loquela. In ciuitate etiam Basilea cum ex more sermonẽ habuisset ad populum, vt impleretur in eo quod de sanctis apostolis legitur, qui videlicet profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermo- F
nem confirmante sequentibus signis, oblata est ei fœmina muta, & confestim orante eo locuta est. Oblatus est claudus & ambulauit, oblatus est cæcus & vidit. Apud Spirensium ciuitatem, præsente Romanorum rege Conrado, qui dei hominem ab ecclesia ad hospitium deuotissime deducebat, offerebant puerum claudum, rogãtes vt ei manum imponere dignaretur. Quem signatum protinus erigens, super pedes statuit, & libere gradiebatur, in dei laudem acclamantibus vniuersis.

In capella episcopi ciuitatis ipsius, rege ipso vidente, visum reddidit cæcæ cuidam mulieri, & claudo nato gressum donauit. Multa quidem & alia in manu eius ibidem Christus effecit, sed ad exemplum pauca sufficiant. Nonnullos etiam pauperculos pueros rex ipse deuotus suis illi manibus offerens, de multorum curatiõne meruit gratulari. Nec modo apud prædictam Spirensium vrbem, sed apud Francoudum Maguntinæ diœcesis locum, innumeris virtutibus idem dei seruus effulsit. De tota siquidem regione quotquot patiebantur afferebant ad eum: & tantus erat concursus, vt prædictus rex cum aliquando populum comprimentem coercere non posset, depositа chlamyde virum sanctum in proprias vlnas suscipiens, de basilica exportarit. Inter plurimos sane qui ibidem adepti sunt sanitatem, senex quidam paralyticus de vicinia illa, homo notus & honoratus, multis suorum precibus, non sine multo labore introductus est ad hominem dei: à quo post breuissimam, vt solebat, orationem erectus protinus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sanatus, non modo incolumis, sed & fortis apparuit, vt posses credere, si videres, nō tam alterarum hominem esse, quàm alterum. Iámque eo viriliter procedente, parabant alij tollere lectum eius in quo aduectus erat, cum reuocans eum vnus ex circunstantibus Hugo Tullensis ecclesiæ archidiaconus euangelici illius paralytici memor, Non sic, ait, non sic vacuus reuerteris: tolle grabatum tuum, & ambula. Et imponens in humeros eius dimisit eum libere procedentem: & omnis plebs vt vidit, dedit laudem deo. Ibidem etiam puer surdus & mutus ex vtero matris suæ, subleuatus per scalam, & in fenestra accedens ad virum dei, sub manu eius auditum recepit pariter & loquelam. Sed & paralytica quædā mulier de eadē regione diues & honorata, ibidem recepit amissam ex multo rempore sospitatem. Dúmque exiliens ambularet, omnes quidem lætati sunt qui videbant, sed præ cæteris exultauere milites qui attulerant & obtulerāt eam. Nam & ipsius sibi particeps esse virtutis religiosa deuotio videbatur. Per idem tempus transeunte sancto prope vicum in litrore Rheni positum, quē Bobardum vocant, & varios per vniuersam prouinciam curāte languores, oblatus est paralyticus in grabato. Audita siquidem fama virtutum à prædicto vico in occursum eius se fecerat apportari. Cui in medio populi manus imponens erexit hominem, incolumémque remisit ad propria. Eodem anno
H ingredienti vrbem Treuerensium seruo Christi, ex more obuiam ruit populus vniuersus. Offerunt autem ei sorores duas, quę ab annis quatuor, amborum lumen amiserant oculorum. Quarum ille vtrique imprimens signum crucis, visum reddidit lucis: & videntes virum dei cum cæteris sequebantur. In eiusdem basilica ciuitatis cum ad altare beati Petri apostoli vir apostolicæ gratiæ immortalem hostiam immolasset, oblatus est ei claudus, & ambulauit: oblatus est cæcus, & vidit: oblata est surda mulier, & audiuit. Hæc in somnis admoniti se esse dicebat vt dei hominem peteret, cuius beneficio receptura esset auditum. Apud Consluentiam Treuerensis diœcesis nobile castrum ad Mosellam fluuium qui ibidem in Rhenum labitur, dei famulus pertransibat. Cúmque paululum processisset, oblatum, sibi & signatum hominem claudū deponi iussit & ambulare, & non fuit qui obediret. Nec mora, claudus idem retractum femoris neruum clamat sponte laxari, & dum nescit, extendi velut ab altero genu suū, quod quamlibet ante conatus nullo modo potuisset. Mirantur omnes, probatur sub omni velocitate quod dicitur: deponitur illico, illico graditur, illico sanus & incolumis innotescit.

Non est nobis Colonia transeunda. Magna est ciuitas, magna illic dei famulo virtus affuit, magna illum deuotio coluit populorum. Ostenditur vsque hodie in clausto beati Petri (sicut à personis veridicis nuper accepimus) adolescens olim claudus, nunc libere gradiens, qui oblatus viro dei, ad impo-
I sitionem manus eius gressum recepit, vnde etiam filius eius publicè cognominatur. Abbas Henricus de Suecia (cuius nos supra fecimus mentionem) nuper retulit nobis fœminam nobilem germani sui olim vxorē, cum post obitum viri sui prædolore phrenesim incurrisset, & multo tempore sic se habens in vinculis teneretur, eidem patri sancto in præfata vrbe oblatā, & vix tenuiter in turba circunstrepente signatam, dum ex more ligata reuehitur, mentem pristinam, atque integram recepisse salutem. In eadem etiam ciuitate filiam surdam eidem patri sancto parentes nobiles obtulerunt. Hanc aiebant à puericia traditam sanctimonialium monasterio fœminarum, ibidem amisisse prorsus auditum, & annos plures in eodem incommodo peregisse. Cuius aures signo crucis edito pater sanctus attrectans, protinus & auditum ei, & parentibus eam reddidit audietem. Accedens inter hæc mulier honorata Colonien sis itidem ciuis, quæ alterius oculi lumen amiserat, plurima iam per quinquennium inutiliter sese in medicos expendisse dicebat. Et ipsam quoque continuo per signum crucis illuminās vir beatus, quod gratis acceperat, gratis dedit. Sed & matronam alteram in beati Petri basilica oblatam in lectulo, idem Christi seruus erexit protinus, & incolumē suis pedibus abire præcepit. Huius ex multo tempore nerui femorum fuerant sic retracti, vt nec erigi vllatenus posset, nec consistere pepibus suis. Nam ex personis aliis perhibebant qui studiosius obseruarunt, ad eiusdem viri sancti orationem & manus impositionem, in ciuitate prædicta intra K triduum quod ibi fecit, duodecim claudos erectos, mancos duos sanatos, quinque cæcos illuminatos, loquelā redditam mutis tribus, & decem surdis auditum. Aquisgrani sede regia, dum in illa famosissima toto romanorum orbe capella vir beatus missarum solennia celebraret, claudo homini gressum, & cæcis quatuor visum sub manu eiusdem serui sui, rex regum & dominus dominantium potenti virtute restituit.

Eodem etiam tempore intra Leodiensium fines, præter innumera alia quæ breuitatis studio præterimus, iuxta oppidū quod Fontanas vocant, orante eo aperuit dominus oculos cæci nati. Huius non modo oculi cæci, sed etiam ipse quoque palpebræ clausæ & emortuæ erant: quas sacratissimis digitis suis aperiens vir beatus diuino munere & vigorem palpebris, & pupillis præstitit claritatem. Cōfestim denique idem puer lucem miratus ignotam, maxima cum exultatione clamabat: Video diem, video, omnes homines video capillatos. Plaudens quoque manibus & tripudians, deus (inquit) ex hoc iam non offendam ad lapides pedes meos. In vrbe etiam Cameraco celebranti missarum solēnia viro dei surdum & mutum à natiuitate puerum offerebant. Quem audientem protinus & loquentem qui propius aderant, super gradū ligneum stantē re, vt de loco eminentiori nouo sermone populum salutaret. Nec mirum quòd mira plebis deuotio, mira protinus vociferatio sit sequuta. Et hæc quidem super iis quæ in regno L Germaniæ in manu serui sui mirabiliter operatus est deus, è pluribus pauca sufficiant. Nam & in Hispaniis vbi præsens ipse non fuit, sanctitatis eius indicia claruerunt. Cum enim fidelis seruus & prudens, precio sum dominicæ crucis fructū vndique colligeret, atque iterum propagaret vbique, contigit vt de filiis suis in Hispanias mitteret, in illis quoque sicut in cæteris gentibus fructum aliquem habere desiderans. De quorum numero Albertus quidam faber in loco cui nomen est Superadum, grauissima valetudine occupatus per multū iam tempus iacebat paralyticus in grabato. Interim per abbatem suum incommodum suum nunciat patri sancto, & vt sui misereatur exorat. Eadem autem die qua uit beatus in Claraualle pro eodem paralytico ad petitionem sui illius abbatis orauit, currēte velociter verbo virtutis, & virtute orationis, ille in Hispaniis repente conualuit, tanquan vas plenum aqua suo sentiens capiti superfundi. Regressus siquidem abbas cum prædictum fratrem incolumem reperisset, diligenter scisci tatus ab eo modum & tempus suæ liberationis, certissime comperit extante in Galliis dei famulo, illum in Hispaniis esse curatum. Et quia semel ad Hispanias vertimus stylū, illud quoque quod contigit de viro dei reuerendissimo Petro Asturiensi episcopo, prosequamur. Is quidem Petrus nobilis genere, monachus professione, pietate deuotus, in cœnobio
M quodam quod eo tempore ipse regebat, tam vehementi dolore capitis laborabat, vt nec regulam obseruare iciunij, nec sine pellicis posset pileis stare. Audiens autem celeberrimam virtutum famam quæ per dei hominem efficiebantur, per quendam fratrem legationem mittit suæ supplicationis, & opem flagitat suæ intercessionis. Cui vir sanctus laneum quo ipse vtebatur pileum misit, & promisit ægro capiti de domini virtute remedium. Suscepit ille missam sibi benedictionem maxima cum reuerentia & deuotione. Confitens enim quàm solicite potuit delicta sua, & stola sese induens sacerdotali, ita demum velut Christi fimbriam tangens serui Christi pileum sumpsit, & imposuit capiti suo. Nec tardauit fidei fructus, & benedictionis effectus, sed miratus & ipse est celerem protinus sentiens, medicinam, & ex tunc vsque hodie ab huiusmodi languore sanus & incolumis annunciat omnibus quā experiri meruerit ipse virtutem. Nam & episcopus factus xenia illa diuisit, partem mediam suis secum in scriniis honorificentissime ferens, mediam in monasterio sub eadem veneratione deponens, nec locum scilicet vnde vocatus, nec sedem cui prælatus est, volens tanta benedictione fraudari.

Ex hoc nobis ad ea quoque quæ mirabiliter egit in regione propria, redeūdum. Nam in eo forte etiam plusquam propheta dici posse videtur, quòd propheticus ei non defuerit honor, ne in patria sua quidem. Musseium dicitur villa super Sequanam fluuium, pacis à Claraualle milliaribus distans. Ex hac

A hac virum hydropicum ad dei hominem adduxerunt. Cui manus imponens & orans, proprio quóque cingulo tumentem enormiter vterum eius accinxit, præcipiens vt incolumitate recepta, præstitum sibi cingulum reportaret. Nec tardauit sanitas, sed paulatim tumor absceſſit. Denique circa viceſimum diem gracilis incolumísque reuersus, cingulum simul & gratias multas suo retulit curatori. Exeunti alio tempore monasterij clausura, senem paralyticum ex proximo viculo (qui Mundiuilla dicitur) obtulerunt. Subsistens autem, modice & breuiter orans, tetigit hominem, & incolumem suis precibus abire præcepit. Quo abeunte, populus multus qui in occursum viri dei confluxerat, non sine lachrymis dominum collaudabat. Idem redeunti aliquando de via, præ foribus monasterij oblatus est puer surdus & mutus. Expuens igitur tetigit linguam eius, & digitos immisit in aures. Protinus autem autium eius obstacula facta de medio, & solutum est vinculū oris eius. Malenuilla dicitur vicus tribus circiter milliariis à monasterio distans. Hunc quandoque pertransiens vir beatus, mancam puellam tetigit & curauit, quam nunc vsque superstitem & incolumem esse nuper accepimus. Per idem tempus in finibus illis apud castrum quod nominant Burdemontem, duo milites de beati patris virtutibus conferebant: sed minus
B credulus alter, si hūc, inquit, sanauerit puerum, ex tunc firmius credam. Dicebat autem surdum quendam & mutum, qui apud eos nutritus, nec locutus fuisset aliquando, nec audisset. Post dies paucos transeunte propius patre sancto, ambo pariter puerum tollunt & offerunt ei. Imposita igitur manu puero, & signans os illius & aures, allocutus est eum, & loquentem protinus & audientem dimisit. Apud Risnelmum oppidum regionis eiusdem vsque modo cernere est adolescentem Simonem nomine satis notum, qui præfato dei famulo claudus oblatus est, & sub eius manu gressum recepit.

Barrum super Albam dicitur oppidum, tribus, vt aiunt, leucis distans à monasterio Claræuallis. Ibi quoque sæpius per hunc hominem dei diuinæ virtutis opera claruerunt. Siquidē præter ea quæ minus diligēter curauimus vestigare, quòd omnis nostra curiositas signorum multitudine vinceretur, quatuor illic claudos ad ipsius orationem & manus impositionē diuersis temporibus Christus erexit, cæcos duos illuminauit, duobus æquè surdis & mutis auditum præstitit & loquelam. Sed & iuxta alterum Barrum super Sequanam ad eius tactum illuminatus est cæcus: conualuit etiam paralyticus: gressum recepit puer claudus ex vtero matris suæ.

Cum reuerendissimus papa noster Eugenius tertius ex monacho Claræuallensi, & abbate sancti Anastasij, in vrbe Roma ad apostolicam assumptus cathedram, Gallias introisset, ibat cum eo vir sanctus, nec minus apostolica virtus in illo,
C quàm in illo dignitas præeminebat. Tantus enim ad beatum virum concursus erat incommodis variis laborātium, vt cum aliquando summus pontifex basilicam vbi ille missarum solennia celebrabat, deuotus intrasset, expleto sacrificio ex more accedentibus eis qui curam desiderabant, paulo minus idem papa comprimeretur à turbis, & vix potuerit per ministrorū manus educi. E plurimis sane quæ in eiusdem apostolici viri facta sunt comitatu, duo scribimus quæ nos obliuiſci ipsa quā vidimus magnitudo lætitiæ non permittit. Chalera dicitur vicus inter Prouignum castrum & Sequanam fluuium cōstitutus, vbi puer ferme decennis ab anno priore paralyticus sic iacebat, vt nec ipsum caput flecteret, nisi ab altero moueretur. Quem afferentes in culcitra mater eius cæterique propinqui offerebant viro sancto prope eundem locum per stratam publicam transeunti. At ille signatum erigens statuit supra pedes suos, & ire præcepit. Nec mora, exiliit puer & ambulabat, magnificās deum: qui tandiu sanctum prosecutus est abeuntem, donec ille inuitum licet & renitentem redire præcepit. Vbi non immerito quidem magna admodum facta est admiratio, magna exultatio omnium qui videbant: sed prę cęteris frater iunior in ipsius tāquam rediuiui oscula ruens, multos eorum ad lachrymas vsque permouit. Hunc quidem puerum & post annos quatuor in eodem vico beato viro mater eius offerens, sacros monebat osculari pedes. Hic est, inquiens, pater tuus, qui tibi vitam reddidit, & te mihi. Eodem anno apud Cistercium iuxta morem abbatibus congregatis, prædi-
D ctus papa venerabilis affuit, non tam auctoritate apostolica præsidens, quàm fraterna charitate residens inter eos quasi vnus ex eis. Vbi cum ad cellulam in qua iacebat facto vespere & conuentu soluto dei famulus diuertisset, surdum ei puerum obtulerunt. Erat autem puer ille de vicinia eadem, & sicut postea didicimus ex longo ante tempore vigilans in custodia gregis sui subito terrore percussus, omiserat prorsus auditum. Orans itaque pater sanctus, & puero manus imponēs, vtrum audiat scisciatur. At ille mira deuotione proclamans, audio domine, audio: tam firmiter amplexatus est eum, vt vix ab eo posset auelli. Auditum est verbum, oblatus est puer summo pontifici, aliísque personis, celeberrimúmque hoc miraculum fuit. Venerat pater sanctus ad monasterium in diœcesi Bisuntina, cui nomen est Carus locus, & erānt cum eo ex abbatibus sui ordinis multi, vbi matrona quædam de finibus illis ex multo iam tempore clauda, in carro allata & oblata est ei. Orans vero breuiter, & signans eam in nomine domini erexit & sanauit, vt eadem hora incolumis remearet ad propria. Eodem tempore in monasterio Morimundo, quæ est Cisterciensis ordinis abbatia vna de primis, monachus quidam iacebat vsque adeo paralysi dissolutus, vt omnibus pene membris officio proprio destitutis, nō manum posset mouere, non pedem. Interea superueniens vir beatus paralyticum visitat, manum postulatus imponit, & continuo opem sensit ægrotus. Vt tamen gratius esset miraculum, velut gradatim prius alteram manum, secundo alteram recuperauit. E
Exinde profecturus palliolo suo operuit postulantem, & subito in breui obtinuit etiam reliqui corporis sospitatem. In monasterio Albertpæ monachus quidam adolescens vsum vocis amiserat, vt nec psallere inter fratres, nec à quoquam (nisi multum proximo sibi) intelligi posset quid loqueretur. Cui vir sanctus dum idem monasterium visitaret, aquam cum vino benedicens potum dedit, & post paululum frigidus ex eius pectore mira cum suauitate sudor erupit. Deinde ipsa die ab eodem incommodo liberatus, psallere cœpit quasi vnus de cæteris fratribus, & hoc illi beneficium vsque hodie perseuerat. Cum venisset aliquando pater sanctus ad monasterium trium fontium, oblatus est ei clericus quidam ex his qui regulares nominantur, homo grandæuus & cæcus. Imposuit ei manum, & breuem ex more fecit orationem, & eadem hora videntem illum remisit ad ecclesiam suam. In Trecensium vrbe, multa per hunc dei famulum miracula claruerunt. E quibus duo quæ præsentibus episcopis Godefrido Lingonensi, & Henrico Trecēsi facta sunt, memoramus. Puellam curuam in prædicti Trecensis episcopi domo, propinqui & noti cum multis ei precibus offerebant. Tantus verò concursus erat, vt cum eam signatam dei famulus, ac si molle lutum intra sacras manus mirabiliter formans erexisset, & erectam incedere præcepisset, locus non potuerit inueniri. Demum super mensam F
magnam quæ prope posita erat, statuerunt illam, & erecta libere gradiebatur, magnifice dominum collaudantibus vniuersis. Hanc quoque adhuc superstitem ab his qui eam nouere, nuper audiuimus. In eadem vrbe filiam mutam patri sancto obtulit mater, cui morbus epilepsiæ loquendi ademerat facultatem. Nec mora, seruo Christi imponente ei manum, solutum est vinculum oris eius, & loquebatur recte. In eiusdem vrbis diœcesi loco cui nomen Domnamant, cum vir sanctus missarum solennia celebrasset, cæcum illi filium obtulit pater. Expuens autem in digitos suos, & palpebras eius liniens, eadem hora videntem illum reddidit patri suo. Nec longe ab eodem vico apud oppidum Argillerias post missarum similiter celebrationem fœminam claudam quæ ibidem multo tempore mendica viuebat, cum basilicam egrederetur, signans & sanans, populum multum qui vndique fuerat congregatus, admiratione & exultatione repleuit. In exitu quoque oppidi quod Rosnaium vocant, paralyticum hominem sic extenuatum corpore vt solam circunferre videretur paldidæ mortis imaginem, impositum plaustro transeunti viro dei offerunt. Is quoque vbi signatus est, deponi & incedere iussus, plaustrum suum suis pedibus incolumis sequebatur, vehementer stupentibus & in dei laudem acclamantibus vniuersis. Alio tempore proximum castrum Brenam transiens, obuiam habuit populum multum, sicut vbique semper & vn-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dique in ipsius occursum confluebat innumera multitudo. Vbi cernentibus cunctis,fœminam claudam ex eodem oppido retigit & erexit,quam &ibidem postea vidimus occurrentem ei cum cæteris,& præ cæteris gratias referentem.

In pago Senonico apud castrum quod Triangulum vocãt: inter missãrum sacra solennia fœmina cuius ibidem per annos decẽ cæcitas omnibus innotuerat, sub manu viri dei mirantibus omnibus visum recepit.Apud monasteriolum quoque vbi Yona & Sequana confluunt præsente piissimo principe comite Theobaldo, aliisque astantibus non paucis potentibus viris,offerenti diuina sacrificia viro dei paralyticam fœminã obtulerunt,quam expletis solennibus tangens & erigens,ipsa hora sanam remisit ad propria, ita vt suis illa pedibus abeunte,grabatum in quo fuerat apportata, in eadem basilica vacuum remansisse viderimus.Eiusdem quoque diœcesis castrum Iouiniacum transeunti eidem famulo Christi, in strata publica cæcam fœminam offerebãt:substitit, & breuiter orans eidem fœminæ manus imposuit & dominus aperuit oculos eius.Vt autem videre visa est, exultatio magna secuta est omnium qui aderant, & clamantes alter ad alterum, Anna videt,Anna videt(hoc enim eidem fœminæ nomen erat) copiosius vndique confluebant.Interea vir sanctus accelerans declinabat turbas, & egrediebatur, cum iuuenis quidam altero oculo cæcus ab vtero matris suæ secutus est & cõsecutus est eum.Qui quidem & ipse continuo ad eius benedi H ctionem visum recepit, & geminata est lætitia populi prosequentis.Chableia nomen est vico qui insignem beati Martini basilicam habet.Nam & fundus ipse ad possessionem spectat ecclesiæ Turonensis, & eiusdem gloriosissimi confessoris.Hunc vero vicum dei famulo transeunti,claudum adolescentem populus offerebat. Quem ad eius orationem erectũ protinus & libere gradientem, ad prædictam beati Martini basilicam deduxerunt, magnifice dominum collaudantes, qui Martini sui spiritum suscitauerat in Bernardo.

Capitulum quintum

NONNVLLAS etiam sanitates quas in manu fidelis serui mirabiliter Christus effecit, per visum ei mirabilius præostendit,multas ipse cum fierent animi virtute persensit, ad aliquas etiam spiritu suggerente non rogatus accessit. E quibus ne videatur in immensum processisse narratio, exempla pauca subiecimus.Illud etiam è regione monẽtes, ne quis forte tam breuiter scribi opera tanta miretur. Siquidem multa ex his in tam breui fieri vidimus, vt tam celeriter ea proloqui nequeamus. Et cum dici soleat nihil esse facilius dicto, huic tamen dei famulo per gratiam quam acceperat,signa facere magis facilè videbatur,quàm nobis facta narrare. Egredienti aliquando monasterium patri sancto, homo quidam I de finibus illis occurrens,sanandum filium offerebat.Nam intra monasterium quidem infirmis imponere manum difficilius acquiescebat,ne videlicet si concursus illuc hominum fieret,quies cœnobij turbaretur, & disciplina periret.Erat autẽ prædictus puer ille fatuus,& mentis inops, claudus quoq; & surdus & mutus. Qui eadẽ hora per ipsius orationem & manus impositionem,ab omni simul incommodo liberatus audiebat,loquebatur, & ambulabat, & sanæ mentis effectus àpriori penitus inquietudine & furore cessabat. Cunq; eundẽ iam incolumen filiũ pater deuotus ad oratorium beatæ dei genitricis cum gratiarũ actione deduceret,loquebantur mutuo fratres,de tam multiplici vnius incommodo pueri cõquirẽtes. Ad quos pater sanctus, flagellum,inquit,dei erat,& maligni spiritus dira vexatio.Vidi enim nocte præterita hoc eodem in loco,erat autem iuxta fluuium Albam vbi sanatus est puer,hic,inquit,vidi oblatum mihi puerum talem, exeũte ab eo spiritu nequam,omnẽ protinus recipere sospitatem,vsumque membrorũ.Addit etiam vir beatus, de eadem scilicet visione.Cúmque paululum processissem in eodem itinere quo nunc pergimus iuxta proximum vicum,dicebat autem de eo quem nominant Longum campum, offerebatur mihi puella clauda,& dominus ei gressum reddebat. Audierunt & mirati sunt fratres,futuri magis attoniti expectatiõe miraculi, quàm recordatione præteriti. Quid enim vnquam simile mundus K audiuit? Ventum est ad locum, inuenta est ibi protinus puella clauda,expectans dei hominem transiturũ,& à simul transeuntibus iuxta verbum quod ipse dixerat expectata. Oblata igitur ab eis qui attulerant eam,signata ab homine dei ex dei munere gressum recepit,& ibat gratias agens. Anno altero causa extitit vt vir sanctus Lingonas peteret, inter episcopũ & clerum ciuitatis illius orta grauiadmodum simultate. Vbi cum prima die inefficaciter laborasset, & mane facto pararet abire,dicebat fratribus,quia vidi per visum noctis introeunti mihi ecclesiam offerri claudam fœminam,& sanari.Post vnam fere horam cum iterum clerici conuenissent, præter spem omnium reformata pace, multis precibus coegerũt illum beati Mammetis martyris intrare basilicam, & quia fames inualuerat,populum ad eleemosynam exhortari. Vbi inter loquendum(sicut prædixerat) oblata est ei clauda mulier, & erecta,mirantibus quidem omnibus,sed eis amplius qui sicut videbant factum,ita sese recordabantur audisse futurum.

In pago Treuerensi antiquum extat cœnobium,quod Rutinense vocatur: vbi celebrante aliquando missarum solẽnia viro dei,innumerabilis aderat multitudo. Inter ea Guntrannus de Sura,quod est oppidum eidem proximum monasterio,claudam fœminam fecit afferri. Hæc ex multo iam tempore repens humi erigi penitus nõ valebat,sed scabellulla tenens manibus,renes emortuos post se trahere consueuerat. L Cum autem præ multitudine populi ad dei hominem introduci fœmina non valeret,in basilica media repente cõualuit, & exiliens ambulabat,non sine lachrymis agens gratias Deo. Cuius scabellulla populus iubilans tulit protinus ad altare,vt sisterent ea domino & Bernardo seruo eius. De cuius nobis curatione confessus est pater sanctus quòd præcedenti nocte sibi præostensa fuisset.Videbatur enim sibi in eadem basilica in medio populi circunstantis clandestinus & ignotus eiusmodi fœminam tangere & transire, ac ptotinus candẽ videre sanatam,plurimum sibi ipse congratulans & exultãs quòd agnitus non fuisset.Eadem etiam die rutilauit Rutinæ in beati viri præsentia lux cœlestis, cuius benedictio aliis quoque claudis duabus fœminis gressum, visum reddidit cæcis æquè duobus.Sæpissime vero contigit vt inter orandum indubitanter dei seruus agnosceret virtutem adesse diuinam. Cuius tamen modum cognitionis, nullis se posse verbis exprimere fatebatur.Nonnunquam vero cum signasset aliquos & trãsisset, sanatos esse dixit, & regressus aliquis ex his qui audierant,sicut dictum erat,inuenit. Egressus aliquando Basileam vrbem surdum quendã signauerat & transierat. Cúmq; paululum processisset,vocans Alexandrum Colonienſem: reuertere,ait,quære vtrum audiat homo:rediit ille, & illum repetit audientem. Similiter ipso die cum signasset alium cæcum M altero oculo & abiret,deus,inquit,aperuit oculum eius. Hoc etiam prædictus Alexander cum ad inquirendum reflexisset iter,ita esse cognouit. Iste est Alexander qui in eisdem diebus ad viri dei sacra monita,ostensionémque virtutum cum aliis ferme triginta seculo valefecit,& secutus est eum. A quo etiã post modicum tempus abbas est ordinatus in monasterio Tolosanæ diœcesis,quod Grandis silua vocatur.

In Constantiensi quoq; diœcesi prope castrum Frieborg cum homini cæco in via manum imposuisset, remisit qui videret eũ,& inuentus est videns. Quod de duobus aliis cæcis in pago Colonensi prope monasterium quod Brumuillare dicitur, similiter fecit,& cum videre nunciarentur, confessus est se quoque sensisse virtutem.In territorio etiam Senonensi in oppido quod sancti Florentini nomine vocant, oblata est viro dei mulier surda, cui manus imponens per spiritum sensit virtutis effectum,cum illa adhuc stupida & tumultuosa (vt est genus illud) & vt ipsa ante solebat, nihil se audire clamaret.Mane autem facto cum nec illa rediret, nec alter aliquid indicaret de ea,sciens sanctus diuinam illi misericordiam affuisse, accersiri fœminam iubet. Inuenta igitur auditum recepisse,venit glorificans deum, & dei famulo gratias agens. Egrediebatur idem pater Metensium ciuitatem, & ex more deuotus eum populus deducebat, cum episcopo eorum Stephano,& fratre eius Reinaldo Bartensi comite, aliisque

A aliisq; personis tam ex clericali,quàm ex militari ordine multis. Interim causa extitit vt rogaret nobilem virum Henricum de Salinis super verbo quodam quod ipse ei episcopus & alij qui conuenerant,suggerebant:vt videlicet Metensi ciuitati & populo pacem daret, cui grauiter inimicabatur. Ille vero renuere penitus & abiurare, nec vllis precibus flecti. Inter hæc superuenientes alij offerebant beato viro hominem surdum, obsecrantes vt ei manum imponere dignaretur. At ille fidei zelo succensus, sicut interdum ob causas necessarias terror quidem & auctoritas supra hominem in eius facie rutilabat,conuersus ad militem:tu nos,inquit, audire contemnis, quos continuo coram te audiet surdus: & imponens manus homini,signauit eum,& in aures eius digitos misit. Quo protinus audiente,pauens Henricus & tremens ruit ad pedes hominis dei, humiliter satisfaciens, & libere annuens quicquid fuerat postulatus.Transiens aliquando seruus Christi Brenam oppidum, mendicantem in platea vidit fœminam cæcam. Quam aliquantisper intuitus, cum ex more à transeuntibus eleemosynam flagitaret:tu inquit,petis argentum,& deus tibi visum donabit.Accedens ergo tetigit eam,& oculos eius aperuit.Quæ beneficium sentiens insperatum,non minus misericordiæ magnitudinem,quàm lucem insolitam mirabatur.

B Inter primas propagines quas hæc abundantissima vitis emisit, in Remorum parœcia monasterium Igniacense plantatum fœliciter radicauit.Quod aliquando visitans idem sanctus, vicum Maternæ fluuio proximum quem Riuolium nominant,pertransibat.Vir quoque magnificus & deuotissimus eius amator Sanson Remorum archiepiscopus comitabatur illum, solita veneratione deducens. Senex autem claudus admendicandum positus erat in via,cui vnus è fratribus eleemosynam dedit. Secutus abbas sanctus, cum iam hominem pertransisset,conuertit se:& paulisper intendens in eum,quid patiatur interrogat circunstantes, & sibi illum præcipit exhiberi. Suspicati homines quòd esset ei amplius aliquid ipse daturus: Domine,inquiunt,claudus est, nec moueri potest, nos ad eum feremus quod volueris dare. Quo respondente verbum & dicente, tollite eum & afferte ad me: primo quidem præ admiratione mutuo sese intuebantur,ignorantes quid esset facturus. Demum agnoscentes eum,clamabant ad inuicem,abbas est Clarœuallis,& protinus illum sanabit.Nimirum solitus erat quoties poterat operam dare ne in vicis agnosceretur, & interdicere sociis ne cui ex occurrentibus manifestarent eum, aut de eo aliquid loquerentur, sed quærentibus quis transiret dicerent monachos esse, aut aliquem de personis simul euntibus nominarent.Igitur agnito dei famulo ruunt vndique, & leuantes hominem terunt & offerunt ei.Qui imponens vtranque manum capiti eius, & in cœlum suspiciens ac breuiter C orans, deponi illum iubet, & ambulare. Excusante eo & dicente,non possum:ego tibi, ait, in nomine domini & eius virtute præcipio, vade, & sanus esto iam ab hac hora. Quid plura? Statim depositus, statim sanatus est, Satim libere gradiebatur repletus stupore & extasi in eo quod cõtigerat sibi. Sed & vicini eius & noti pariter congratulantes dominum collaudabant, qui miserabilis hominis & meritum simul & votum abundantia suæ pietatis excessit. Vnde etiam vsque hodie locus ab incolis demonstratur vbi signum tam euidens diuinæ virtutis effulsit, vbi senex claudus ex multis annis tota inferiori corporis sui parte prærnortuus,& à renibus deorsum omni prorsus membrorum destitutus officio,dum stipem postulat, sanitatem recepit. Hic fuit viri sancti nouissimus in Remorum partes ingressus: siquidem factum est hoc ante sacram eius depositionem corporis anno vno.De qua fœlicium eius actuum fœliciſſima consummatione erit nobis iam, sed sub alia narratione dicendum. Nimis enim fallitur si quis arbitratur huius sanctissimi viri facta mirifica posse cuncta narrari, & tam necesse est multa sileri, quàm impossibile omnia comprehendi.

Explicit liber secundus,qui & quartus.

Capitula libri quinti. Capitulum primum.

QVòd sanctus Bernardus transitum suum præsciuit: & de D pace Metensium, & miraculis ibidem factis. Capitulum.ij.

Promittit Clarœuallensibus nunquam se eis aliquando defuturum,& quomodo,& quo anno transierit,& quo regnante rege. Capitulum.iij.

De reuelationibus & miraculis post eius transitum factis. Capitulum.j.

Liber tertius,qui & quartus de *Vita sancti Bernardi Abbatis.*

QVM post multos iam labores dominus dilecto suo Bernardo Clarœuallensi abbati diu desideratum preciosæ mortis somnũ dare disponeret, & fidelem seruum in requiem introducere suam, cœpit magis ac magis promptus in ipsum proficere spiritus, caro infirma deficere. Cognoscens enim vir sanctus prope esse iam brauium, solito currebat alacrius,& terrestris suæ habitationis dissolutionem sentiens imminere, votis vberioribus aspirabat ad habitationem ex deo, domum non manu factam æternam in cœlis. In cuius purisE simo pectore sacri sese desiderij flamma non capiens, crebris erumpebat indiciis, & ignitum eloquium vehementer feruoris interni vehementiam declarabat: sicut in sanctis animalibus per prophetam inter cætera describuntur scintillæ quasi aspectus æris candentis. Corpus lectulo decubans variis exercebatur incommodis, animus tamen nihilominus liber & potens, quæ dei erant exercebat inuictus, non cessans in mediis quoque doloribus meditari sacrum aliquid aut dictare, orare affectuosius, fratres studiosius exhortari. In oblatione hostiæ salutaris, quam vsque ad defectum vltimum vix aliquando intermisit, artus sibi vix cohærentes vigore spiritus sustentabat, semetipsum pariter offerens acceptabilem hostiam deo in odorem suauitatis. Quo tempore ad aunnculum suum Andream militem templi, qui & regionis Hierosolymitanæ maxima columna habebatur, epistolam scribens inter cætera ait:Ego enim delibor, nec puto me longum facere super terram. Cum adhuc pater sanctus in suo Clarœuallensi cœnobio licet lectulo decubans cursum vitę viriliter consummaret, grauis admodum plaga Metensi populo superuenit. Egressi enim in multitudine graui aduersus vicinos principes, à quibus præter morem lacessitam se esse tanta ciuitas indignabatur,traditi sunt multi in manus pauciſſimorum. Concluſi denique inter Frigidi montis (sic enim eum appellant) & Mosellæ amnis angustias, ac mutuo sese impetu collidentes, vna hora (sicut dicebatur) plusquam duo millia corruerunt, F quidam gladiis trucidati, plures amne submersi. Vehementi igitur indignatione concepta, nobilis illa ciuitas totis ad vltionem viribus parabatur,cum è regione aduersarios quoque & fortiores præda copiosa,& audaciores feciſſet euentus.Imminebat totius prouinciæ certa vastatio, cum venerabilis eorum metropolitanus Illinus archiepiscopus Treuerensis, dolens anxiè de præteritis,sed adhuc grauiora formidans,vnicum in tanta necessitate refugium petiit & expetiit virum dei. Veniens ergo Claramuallem, ipsius atque omnium fratrum vestigiis tota humilitate prostratus, rogabat & obsecrabat vt se tãtis dignaretur opponere malis,quibus alter nemo posse modum ponere videretur.Dominus autẽ,sicut semper fidelis serui sui direxerat vias,& in præcipuis quibúsque causis aptiſſimo vsus fuerat instrumẽto, ex paucis antè diebus ægritudine corporis eius aliquatenus releuarat.Quibus diebus cum ad literas venerabilis Hugonis Ostiensis episcopi reſcriberet,ait.Verum est quod audistis.Infirmatus sum vsq; ad mortem, sed interim vt sentio reuocatus ad mortem, atque hoc vt me sentio non diu.Vitã quippe mortalem,mortem magis, quàm vitam reputans, non à morte sed ad mortem reuocatum se sentiebat,cum ab exitu reuocaretur, licet sentiens haud diutius retinendum. Quod quidẽ sæpius erga eum prouidẽtia diuina dispoſuit, in cuius manu erat ei placita anima illius,vt quotiens eum gran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dis aliqua neceſsitas euocaret, vincente omnia animo vires corporis nõ deeſſent, mirãtibus qui videbãt eum & robuſtos homines in tolerãtia ſuperare. Expletis nãque negociis velut in ſe rediẽs, multiplicibus infirmitatibus laborabat, vt vix vi-
H ueret feriatus, qui occupatus deficere neſciebat. Cui in opere nouiſſimo tam manifeſte eamq; magnifice diuina aſſuit virtus, vt ex laboribus vires capere videretur. Accidit autem cũ in prædicti Moſellæ fluuib littore reſidentius hinc inde paribus mediator fidelis rogaret quæ ad pacẽ erãt, vt pars altera, ex tanta ſiquidẽ hoſtiũ ſtrage ferocior, quod exigebatur obſtinata animoſitate renueret. Subito denique tanquã agitati furiis deceſſerunt, virũ dei inſaluatũ, ſolam vero cæteris omnibus relinquentes deſperationẽ pacis. Nec ſane ex contẽptu aliquo, ſed ex metu reuerentiæ eius iniere fugã: quidẽ verebantur ne præſentium mentes (quãlibet improbas) facile flecteret, minus conſiderantes quid ille per ſpiritũ nuſquam abſentẽ poſſet etiam in abſentes. Iam conuentus in magno turbi
I ne ſoluebatur, ſola vtrinq; meditabãtur arma, ſola inibant cõſilia malignãdi, cum vir ſanctus eos qui ſecum venerant conſolatus fratres: ne turbemini, inquit, licet enim per multas difficultates, omnino tamen pax deſiderata proueniet. Quibus etiam vnde id noſſet innotuit dicẽs: Videbar mihi per nocturnum ſoporem miſſam celebrare ſolennẽ. Cunq; expleta pau-
H lominus oratione prima recordater angelicum ex more cãticũ (id eſt Gloria in excelſis deo) præcedere debuiſſe, erubui, & quod oblitus omiſeram canticum inchoans, vobiſcum pãriter ad finem vſq; cõpleui. Iam medium noctis tranſierat, cũ vir ſanctus de prædictorum pœnitudine principũ legatione ſuſcepta, iucũdẽ ſatis cõuerſus ad ſuos: agnoſcite, ait, promiſſe nobis canẽdæ gloriæ & cãtici pacis præparationẽ. Interim ergo partibus conuocatis, per dies aliquot de pace tractatum eſt, & ob maximas difficultates occurrẽtes vtrinq; ſæpius deſperatũ, niſi quòd omnes iã cõſolabatur quæ omnibus innotuerat abbatis ſancti tã certa de reformanda pace promiſsio. Nec parum ipſa dilatio profuit, his præſertim qui variis incõmodis laborãtes remedia conſequebãtur in carne, ſeu etiam qui videntes ædificabantur in fide. Tãtus enim cõcurſus erat, vt multitudine pariter atq; importunitate ſua ipſum quoque negocium cõponendæ pacis pene deſperabiliter impedirent, donec quæſita tandem in medio flumine inſula, partis vtriuſque primarij in nauiculis acceſſerunt. Vbi cõpoſitis omnibus ſecundum quòd fidelis arbiter diffiniuit, datis ſibi inuicem dextris reconciliati ſunt in oſculo pacis. Inter omnes ſane quas per manũ ſerui ſui ibidẽ ræſtitit dominus ſanitates, celebertima fuit cuiuſdã curatio mulieris. Hæc ab annis octo peſsima ægritudine laborabat, vehementi tremore & validis motibus vniuerſa pariter membra concutiens. Cum autẽ videretur grauioribus ortis difficultatibus propemodum excidiſſe ſpes pacis, domino diſponente venit mulier ita tremens, nec minus horribilis, quàm miſerabilis, & omnes pariter adſpectaculum cõuenerunt. Orãte deniq; dei famulo, ſub oculis omniũ paulatim cõcuſsione ſedata, perfectã adepta eſt, ꝓtinus ſoſpitatẽ. Quæ res in tantã admirationẽ etiã duriſsimos quoſque permouit, vt percutientes pectora ſua, per horã fere dimidiã cum lachrymis acclamarent. Tantus deniq; factus eſt impetus & concurſus procidentium & deoſculantiũ viri dei ſacra veſtigia, vt propemodum comprimeretur donec tollentes eum fratres, & imponẽtes in nauiculã à terra modice ſubduxerunt. Cúmq; accedẽtes adſe principes (vt cœperat propace rogaret, ſuſpirãtes dicebãt: Oportet nos libenter audire eum quem (vt ipſi cernimus) deus diligit & exaudit, & audito eo multa facere, pro quo tanta facit in oculis noſtris. Quibus ille (vt ſemper cautus erat competenter huiuſmodi gloriam declinare) non propter me, inquit, ſed propter vos facit. Simili quoque miraculo & in ſimili opportunitate, ipſa etiã die Metenſium animos dominus inclinauit ad pacem. Ingreſſus enim ſanctus Metenſium ciuitatem, epiſcopum ſimul & populum ad ea quæ pacis erant, vehementer vrgebat. Grauiter autẽ vrebat illos uulnus acceptum: quibus enim uãlide ſatis reponere cogitauerãt, ſecus quàm vellẽt remittere cogebãtur. In ipſa hora oblata eſt ei mulier paralytica, de ciuitate eadem. Cui manus imponens, & orans, dignatus eſt palliolũ quoque proprium quo vtebatur ipſe, ſuperextendere ei, tenendũm-

que epiſcopo tradere propè aſtanti, & ſub eodem velamine de K bilia tangere membra. Expleta autem oratione, & benedictione data erexit illam: omnibuſque mirãtibus per medium illorum incolumis ibat quam attulerãt in grabato. In flumine quoque Moſella dum ob intolerabilem concurrentium multitudinem vir beatus nauicula veheretur, vnus ex his quicurari deſiderabãt cæcus clamabat in littore obſecrans vt duceretur ad eum. Cúmque ille iam pertranſiret, audiens homo nauigantem poſt eum in nauicula altera piſcatorem, diffibulatam protinus chlamydem qua erat opertus, porrigens dabat ille, vt in nauicula reciperetur. Factum eſt, & vt peruenit ad ſanctum, iuxta ſuæ fidei magnitudinem magna velocitate ſub manu eius viſu recepto miratus clamabat videre ſe colles, videre homines, videre arbores, & cætera vniuerſa. Paucis ab eodem loco miliariis diſtat cœnobium quod ſancti Benedicti nomine vocant. Vbi puer claudus, & à renibus infra omni prorſus membrorum deſtitutus officio, ſolis ad mouẽdum manibus vtebatur & renibus, pedes emortuos poſt ſe trahens. Quem ex Burgundiæ partibus pater aduectum ante annos quatuor ibi reliquerat, & ex tunc fratrum eleemoſynis alebatur. Itaque cum beati patris aduentum, & virtutes quas dominus operabatur in ipſo, per omnem circa prouinciã celebris fama vulgaret impoſitu plauſtro eundem puerum fratres prædicti cœnobij adduxerunt ad eum, rogantes vt ſolita pietate miſero ſubueniret. Acquieuit, impoſuit manus, orauit, & eadem hõra ſanum reddidit, firmiter ſtantem, firmiter ambulantem. Denique ſicut ab eiuſdem loci abbate nuper accepimus, vſque hodie fratrum pecora idem puer incolumis ſequitur & cuſtodit, & ſi quis deſiderat ſcire, Ioãnes eſt nomen eius. Alter etiam claudus in eiuſdem monaſterij vicinia degens eodem tempore ad prædicti patris ſancti benedictionem ſanatus eſt, & greſſum recepit. Sed & prope Leucorum vrbem, loco cui nomen eſt Gunderuilla, idem vir dei fœminam cæcam illuminauit ſub oculis plurimorum qui de tota confluxerant regione. Cæterum nimis difficile, aut omnimodis impoſsibile foret itineris illius magnalia vniuerſa cõplecti. Sed neq; propoſiti noſtri eſt eiuſmodi modo proſequi ſigna, & narrãdis virtutum operibus operam dare. Hic enim viarum tuarum pater dulciſsime finis beatus, & hic labor vltimus fuit. In hoc opere non minus vtili, quàm difficili, nec minus deſperatæ, quàm neceſſariæ pacis labores tuos glorioſe compleuit, qui magnifice ſemper honeſtauit te in laboribus tuis, te in ſuo nomine, & nomen ſuum in te glorificans, rex gloriæ dominus deus tuus.

Capitulum ſecundum

VT expleta Metenſium reconciliatione, & prouinciæ illi pace reddita, abbas ſanctus ad monaſterium rediit, gra- M ui admodum iamiámque deficientis incommodo corporis occupatus, in tanta animi ſuauitate, & dulcedine ſpiritus quotidie propinquabat ad exitum, ac ſi in portu nauigans paulatim vela deponeret. Euidenter quoque fratribus aiebat: Hæc ſunt verba quæ loquebar ad vos cum præterita hyeme ægrotarem, non vobis eſſe quod adhuc timeretis, æſtate proxima imminere me mihi credere huius corporis diſſolutionem. At quam euidenter proprio didicimus experimento, quod de ſanctis apoſtolis euãgelia facta teſtantur, quòd dum ſuam illis prædiceret dominus paſsionem erat verbum abſconditum ab eis, & capere non valebant. Nimirum quod tam uehementer horrebat animus, minus facilè perſuadebatur vt crederet præſertim cum & ipſe compatiens filiis eiuſmodi verba ſupprimeret. Cæterum factis quodammodo clamans, opera conſummaui, quæ dedit mihi pater vt facerem, magis ac magis actus omittere, affectus retrahere, & ſacrorum ſurnibus deſideriorum ſedula intentione præiactis, vicino iam littori hærere firmius, & commodius applicare. Denique cum venerabilis antiſtes ſedis Lingonicæ Godefridus de quibuſdam eum ſolicitaret agendis, & minus apponere animum miraretur, ne miréris, inquit, ego enim iam non ſum de hoc mundo. Videns autem pater ſanctus compaſsionis & miſericordiæ viſceribus affluens chariſsimos ſibi fratres, & filios miſerabiliter admodum tabeſcentes, & areſcentes præ timore &

A & expectatione ſuperuenientis deſolationis grauiſſimæ, & lamentabilis orbitatis, dulciſſimis eos conſolationibus refouebat. Et monens eos in tuto diuinæ clementiæ ſinu ſpei fideique ſuæ anchoram per inconuulſibilem charitatem firmius radicare, ſe quoque promittebat nec poſt mortem aliquando defuturum. Propenſius autem, quàm noſter queat exprimere ſermo, rogans obſecránſque per multas lachrymas, timorem dei & ſacræ puritatis ac totius perfectionis amorem noſtris imprimere animis conabatur. Sed & monebat & cum lachrymis obteſtabatur, vt ſi quid forte virtutis aut exemplo nobis aliquando commendaſſet aut verbo, id æmularemur, id firmiter teneremus, & proficeremus in eo: aliis quidẽ verbis, ſed eodem ſpiritu illud apoſtolicum loquens: Rogamus vos & obſecramus in domino Ieſu, vt quemadmodum acceptiſtis à nobis quomodo vos oporteat ambulare, & placere deo per omnia, ſic & ambuletis, vt abundetis magis. Atq; vtinam tam efficaciter perſuaſerit, quàm affectuoſe ſuaſit. Modum autem ægritudinis eius ſi quis noſſe deſiderat, extat epiſtola quam ad amicum quẽdam pauciſſimis diebus ante ſacram à nobis profectionem ſuam ipſe dictauit: quam nimirum huic noſtrę narrationi duximus inſerendam, quòd videlicet etſi aliena quoq; de ipſo, amplius tamen nos ipſius de ſe verba delectent.

B *Epiſtola ad Arnaldum Bonæuallis abbatem, qui & quædam xenia mittens, de valetudine eius fuerat ſciſcitatus.*

SVSCEPIMVS charitatem veſtram in charitate, & non in voluptate. Quæ enim voluptas, vbi ſibi totum vendicat amaritudo? Niſi quod ſolum nihil comedere, vtcunque delectabile eſt. Somnus receſſit à me, ne vel beneficio ſopiti ſenſus dolor vnquam recedat. Defectus ſtomachi, fere totum quod patior eſt. Frequenter in die & nocte exigit confortari modico admodum qualicunque liquore. Nam ad ſolidum omne inexõrabiliter indignatur. Hoc parum quod dignatur admittere, non ſine graui moleſtia ſumit, ſed timet grauiorem ſi ſeſe vacuum omnino dimiſerit. Quod ſi pluſculum quid interdum admittere acquieſcat, id grauiſſimum. Pedes & crura intumuerunt, quemadmodum hydropicis contingere ſolet. Et in his omnibus ne quid lateat amicum de ſtatu amici ſolicitum, ſecundum interiorem hominem (vt minus ſapiens dico) ſpiritus promptus eſt in carne infirma. Orate ſaluatorem, qui non vult mortem peccatoris, vt tempeſtiuum iam exitum non differat, ſed cuſtodiat. Curate munire votis calcaneum nudum meritis, vt is qui inſidiatur, inuenire non poſſit vnde figat dentem, & vulnus inſligat. Hæc ipſe dictaui, ſic me habens, vt per notam vobis manum agnoſcatis affectum. Hoc exemplar epiſtolæ, quam, vt nos diximus, & ipſa quoque eiuſdem verba declarant, pater ſanctus C exitu iam imminente dictauit. Ex cuius tenore poſſit nimirum diligens lector ſacrum illius vel ex parte aliqua pectus agnoſcere, quanta illi in ipſa ſui ruina corporis, tranquillitas mentis, ſerenitas animi, ſuauitas ſpiritus: quanta ſub fiduciæ culmine radix humilitatis. Sed & noſtros ei inter hæc animos, aliquatenus æſtimare hæc ſibimet exhibere licebit, vultus exangues, ſingultus graues, crebra ſuſpiria, anxias cogitationes. Nimirum cum theſaurus tantus & tam amabilis adhuc nobis eſſet in manibus, & tamen nec ſpes eſſet diutius retinendi, nec facultas pariter commeandi. Nec lugendum nobis vllatenus ſuper illum, qui in gaudium domini dei ſui fœliciter inuitatus intrabat, ſed ſuper nos vtiq; quibus erat iam vita tædio, & adhuc mors timori. Iam enim tibi ſerue bone, bonum illud euge dicebatur à bono domino: ſed noſtra grauis erat in hac ſeparatione conditio, poſt mirificam lucem horrere magis tenebras ſubintrãtes, poſt aurea ſecula grauius ferre ferreum quod ſucceſſit. Igitur ante patris huius exceſſum accedentes ad eum filij, quos per euangelium genuerat, piiſſimum eius animum lachrymabili ſupplicatione pulſabant, & hæc atque huiuſmodi loquebantur: Nunquid nõ miſereris huic monaſterio pater? nunquid nõ compateris nobis, quos tanto pietatis affectu maternis lactaſti vberibus, paterna conſolatione fouiſti? Quomodo ſic exponis labores tuos quos in loco hoc laboraſti? quomodo tã dilectos hactenus filios ſic relinquis? Tunc vero flens ipſe cum flentibus, & columbinos oculos in cœlum porrigẽs, ac mente tota apoſtolicum illum cõcipiens ſpiritum, teſtaba- D tur coarctatum ſe è duobus, & quid eligeret ignorantem, diuinæ totum tribuere arbitrio pietatis. Nam & hinc paterna illũ vrgebat charitas filiorũ votis annuere vt maneret, & inde trahebat Chriſti deſiderium vt migraret. Cui tamen ab olim iam atq; altius radicata in pectore eius humilitas perſuaſerat, vt ex intimo cordis affectu ſeruum inutilem ſe eſſe diceret, & arborem ſterilem reputaret, ex cuius vita nullus ſibi fructus, nullus alteri cuiquã proueniret. Nam & ſolitus erat in familiari colocutione fateri, vix credere ſe hominibus, quòd ſic eum ſibi vtilem crederent vt dicebãt. Sed nec paruum ſeſe in ſuis ſuperhoc cogitationibus perhibebat aliquando ſuſtinuiſſe conflictum, quòd nec tam veraces homines fallere velle, nec tã prudentes falli poſſe veriſimile videretur, cum alterutrum excuſare non poſſet. Quem enim totus mirabatur orbis, ſolus ipſe (quod erat mirabilius) non videbat, ſuæ videlicet operationis opinioniſve ſplendorem, ſicut ille quondam vir ſimplex & rectus nec ſolem cum fulgeret, nec lunam incedentem clare vidiſſe ſe memorabat. Nouiſſime cum exterioris habitaculi vndique iam ſoluta compago, deſiderãti animæ libertum præſtaret egreſſum, magnus ille dies illuxit quo perpetuus illi ortus eſt dies, ad cuius exitum vicini epiſcopi cum abbatum & fratrum copioſa multitudine fuerant cõgregati. Hora autem diei pene tertia ſingularis lucerna ſuæ generationis ſanctus ac vere beatus abbas Bernardus à corpore morris in terram viuẽtium feliciter Chriſto duce migrauit, ex filiorum circunſtantium, & B inter graues ſingultus ac lachrymas vberes vtcunque pſallentium choro, ad multorum, quos ipſe præmiſerat, cœtus tranſiens lætabundos, ad ſanctorum cuneos gtatulãtes, ad obuia agmina angelorum. Felix anima, quam ſic leuabant excelſa ſuorũ priuilegia meritorum, quam ſic pia filiorum proſequebantur inferiorum vota, ſic quoque ſuperiorum deſideria ſacra trahebant. Felix illi & vere ſerenus dies, quo plenus ei meridies Chriſtus illuxit. Dies cunctis vitæ ſuæ diebus tantis ab eo expectatus deſideriis, expetitus ſuſpiriis, frequentatus meditationibus, orationibus præmunitus. Felix tranſitus de labore ad refrigerium, de expectatione ad præmium, de agone ad brauium, de morte ad vitam, de fide ad notitiam, de peregrinatione ad patriam, de mundo ad patrem. De quo tranſitu eius multa nouimus apparuiſſe quàm multis, & quidem non indigna relatu, ſed difficile nimis ſingula veſtigare, & ſcribere omnia nimis longum. Nam & vſque modo multipharie multiſque modis paternus erga filios amor, vere etiam nunc, immo nunc verius viuens & vigens crebris reuelationibus eorum dignatur ſolari lachrymas, releuare mœſtitiam, vt quo dulcius ei gaudent, minus anxiè doleant ſibi. Si qua tamen ex his minus prolixam deſiderantia narrationem, lector ſcire deſiderat, proprio magis & nouiſſimo credimus reſeruanda capitulo. Interim cẽtera proſequentes quanta poſſumus violentia animos auer- F tamus ab illo tam graui gemitu & rugitu, quo nimirum grex miſerabilis paſtore migrante perſonuit. Parcamus paginæ, & quantum poſſumus ſtringamus oculos, palpebras complodamus aduerſus lachrymas, quibus in illo ſuæ claritatis abſceſſu vallis noſtra fluebat, eccleſiæ protinus vniuerſæ calicem ſui propinatura mœroris, cui hactenus conſueuerat ſtillare dulcedinem, gaudia fundere, fluere conſolationes. Cum fidelis miniſter & ſacerdos altiſſimi feliciter ingreditur in locum tabernaculi admirabilis, ad altare dei, ſacram ei & acceptabilem hoſtiam ſui ſpiritus oblaturus: corpus etiam rite paratum & ornatum ſacerdotalibus indumentis, oratorio beatæ dei genitricis infertur. Plurima quoq; nobilium & ignobilium de vicinis quibuſque locis gemebunda protinus turba conuenit, & vallem totam ploratus & vlulatus multus implebat. Amarius tamen pro foribus monaſterij lamentabatur ſexus miſerabilior mulierum, quòd accedentibus ad beata veſtigia viris, monaſtici ordinis diſciplina inexorabiliter eis etiam tunc negadnm ptiſtina illa dulciſſimi gratia vultus nil minorata, ſed auẽta magis, omnium in ſe figeret oculos, animos traheret, ſepeliret affectus. Creſcebat autem ſupra modum ruens vndique populi multitudo, & intolerabilis iam fiebat impetus concurrentium, ac deſiderabiles tenentium pedes, oſculantium manus, applicantium panes, baltheos, nummos, & alia quæque

Universidad de Deusto
Biblioteca

G seruanda sibi pro benedictione,& variis neceſsitatibus profutura.Maxime autem parati in diem tertium ſolennem per loca proxima præſtolabantur reponendi ſacri corporis eius horam copioſius vndique conuenturi.Nam & ſecunda die tantus circa meridiem populus fuerat congregatus,& tanto pietatis zelo ſtipati vndique ſacrum corpus obſederant, vt nulla pene epiſcopis reuerētia,nulla fratribus haberetur. Vnde veriti ne quid ſimile aut forte grauius accideret die tertia,præoccupantes horam,& mane diuina ex more ſacrificia cōſummantes,ſicut & biduum iam in celebratione miſſarum & iugi fecerant pſalmodia,puriſsimum illud balſamum ſuo vaſculo commiſere,in lapide reponētes lapidem precioſum, optimam margaritam. Conſummatis ergo feliciter vitæ ſuæ diebus,& annis circiter.lxiij.expletis,dilectus domini Bernardus Claræuallenſis cœnobij primus abbas,aliorum quoque amplius quàm centum.lx.monaſteriorum pater,xiij.kaled. Septembris inter filiorum manus obdormiuit in Chriſto.Sepultus eſt autem. xj. kaled. eiuſdem menſis ante ſanctum altare beatæ virginis matris, cuius fuerat deuotiſsimus ipſe ſacerdos. Sed & pectori eius ipſo in tumulto capſula ſuperpoſita eſt,in qua beati Thaddæi apoſtoli reliquiæ continentur quas eodem anno ab Hieroſolyma ſibi miſſas, ſuo iuſſerat corpori ſuperponi, eo vtique fidei & deuotionis intuitu, vt eidem apoſtolo in die communis reſurrectionis adhęreat. Facta ſunt
H hæc eodem anno quo beatus papa noſter Eugenius tertius, eiuſdem patris ſancti in conuerſatione ſancta filius,ab hac luce vel ab hac magis caligine migrauit ad lucem,cuius merita in ipſa cui inſigniter præfuit vrbe miraculis pluribus illuſtrata coruſcant:ſucceſſore eius Anaſtaſio Romanæ eccleſiæ præſidente, regnantibus autem in Romanorum imperio Friderico illuſtri:in Francorum regno piiſsimo rege Ludouico filio Ludouici: principatum eccleſiæ vniuerſæ ac totius creaturæ viſibilis & inuiſibilis monarchiam tenente dei filio Ieſu Chriſto.Anno ab incarnatione ſua milleſimo centeſimo. liij. Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus in ſecula ſeculorum.Amen.

Capitulum tertium

I A M de ſuprà memoratis reuelationibus pauca dicturi,ab eo ſumamus initium quod prædictum eſt anno ſeptimo antequam fieret. Erant duo fratres in monaſterio,de ſacra beati patris vita & felicibus eius actibus colloquentes: quorum alter ab ineunte adoleſcentia educatus ibidem, ad alterum ait: Noſti quot annos ſit victurus hic beatiſsimus pater noſter? Cui ille: Neſcio,inquit. Et alter: Ego,ait, noui eum ſex aut ſeptem annos adhuc in carne victurum. Hoc autem vnde ſciret, minime iam ſcire poſſumus, quia nec tunc indicauit,& ante patrem ſanctum ipſe deceſsit.Porro alterius hoc
I dié que ſuperſtitis relatione hoc verbum nobis innotuit, qui tunc magis miratus eſt ſe audiſſe, quando vt ab olim audierat,ita vidit. Talis vero ille eſt,de cuius teſtimonio nec nos ambigimus,nec cuilibet alteri qui eum nouerit,credimus dubitandum:neque id ſolum, ſed quod non minori dignum admiratione videtur, nomen quoque & perſonam ſucceſſoris ipſius indicante ſibi eodem fratre ex tunc innotuiſſe teſtatur. Manifeſte enim eadem hora frater ille prædixit, quia dominus Robertus, qui hodie abbas eſt de Dunis, poſt hunc beatum patrem abbas futurus eſt Claręuallis.Nam quod diſiunctiue ſex vel ſeptem annos victurū dicebat, ad hoc pertinuiſſe videtur,quòd inuentus ſit terminus idem vltra ſextum annum,intra ſeptimum tamen. Prope erat iam tempus,& feſtinabat pater ſanctus ad metā. Infirmabatur enim, ſicut in huius libelli principio memorauimus, adeo vt illa iā infirmitate ipſius perfici virtus, iam imminere exitus videretur. Interea fratres inſtare ſupplicationibus & obſecrationibus, quibus poterant apud deu. Vnde etiam ſanctus ipſe cognoſcēs eorū precibus deſiderium ſuum differri,cū aliquanto melius ſecundum corpus habere cœpiſſet,congregatis fratribus hæc eadē verba loquutus eſt: Quid tenetis miſerum hominem? Fortiores eſtis,& inualuiſtis. Parcite quæſo,parcite,ſinite me abire. Prius tamen cum in ſummo periculo & timore fratres omnes in orationibus humiliarent animas ſuas, vni eorum viſio talis apparuit. Occurrebat cum multa exultatione viro dei K extra monaſterij clauſtra innumerabilis multitudo. In qua tamen proceſsione ,ſolos quatuor præeuntes idem frater qui videbat agnouit,magnum illum dilectorem eius atque dilectum,cuius & ipſe in libro quarto De conſideratione cū laude meminit,Gaufridum epiſcopum Carnotenſem, Humbertum quoque qui Igniacenſis cœnobij fuerat primus abbas, & duos eius fratres germanos, Guidonem ſcilicet & Gerardum.Exceptus itaque reuerenter,& poſt oſculum pacis amica diu colloquia miſcens pater ſanctus ac beatus cū his quatuor ſtabat,expectante ſeorſum multitudine cæterorum. Notuiſsime ſalutantes eum prædicti viri ex hoc ſibi iam redeundum eſſe dicebant. Tum vero expalluit ille,& circumfuſa ſibi mœſtitia internum declarans animi dolorem, quid ergo, air, ſine me vultis abire? Et illi: Non poteſt adhuc tuo & noſtro ſatisfieri deſiderio,donec veniat tempus nouorum. Dicebant autem tempus nouorum quo fruges nouæ colligerentur, ſicut euidentet poſtmodum probauit euentus, dum in Auguſto menſe deceſsit. Manè ergo frater ille cui hoc oſtenſum fuerat,conſolatus eſt cęteros velut iam imminentem patris obitum formidantes,& quod viderat & audierat indicauit. Adhuc autem hyems erat.Eodem tempore altera quoque viſio prioris confirmatio fuit:niſi quòd euidentius iam vtriuſ- L
que completa veritas probat quàm euidēterin vtraque quod futurum erat dominus reuelauit. Videbat enim frater quidam,& ecce parabat vir beatiſsimus aſcendere Hieroſolymā, iámque ipſo in procinctu itineris etat. Ad quem venerabilis Odo,qui à primis fere annis ſtrenue ſatis & laudabiliter conuerſatus in monaſterio abſentium conſueuerat præpoſitorum ſupplere vices,reuerenter accedens,dicebat ſe præceſſurum. Cuius viſionis ſic oſtenſa eſt veritas, vt prædictus vir deo dignus ad cœleſtem Hieruſalem,vbi vere viſio pacis, parantem iam egredi,& paulo poſt ſecuturum patrem ſanctum, felici functus legatione præiret.Sed & abbas quidam ſatis ei habitatione vicinus,nec minus actione deuotus, paucis diebus ante feliciſsimum patris huius exceſſum videbat eum precioſiſsimis ornatum ſacerdotalibus indumentis, & excellenti perfuſum gloria, cum ingenti ſolennitate ad altare deduci. Ad cuius introitum eccleſia magna magnis reſultans vocibus exclamabat: Puer natus eſt nobis. Vere etenim puer ipſe erat, mitis & humilis corde, & ſicut paruulus accipiens regnum dei:in cuius merito gratulabunda natali angelica multitudo, & omnis pariter ſanctorum eccleſia, dum nobis videretur mori, ſibi illum naſci,dum hic conſummaretur, ibi incipere, non tam ſonoris vocibus, quàm votis M
paribus concinens exultabat. Si enim ad vnius pœnitentiam peccatoris tota illa cœleſtis regio in lætitiam ſuſcitatur, quænam illi gaudia exhibuiſſe credēdus eſt, per quem guadia tanta receperat de tam multorum conuerſione & pœnitentia peccatorum? Quis enim valeat æſtimare quantis in ſeculari habitu & conuerſatione manentibus,quantis etiam ad alias virorum ſeu fœminarum congregationes tranſeuntibus, per huius fidelis famuli miniſterium dedit dominus pœnitētiam ad ſalutem? Aut quis numeret eos qui ſub eius cura in centum ſexaginta monaſteriis per dei benignitatem ad pœnitentiam ſunt adducti? Nam ex his ſolis qui ſpeciales eius filij vidébantur, præter eos qui iam curſum vitæ feliciter conſummauerant, præter eos qui per alia loca fuerant propagati,ea die qua feliciſsimus pater ex Claraualle monē aſcendere meruit clariorem,reliquit habitantes in ea ſeptingentas ferme animas domino ſeruiētes. Quid igitut mirum ſi gratus curiæ,c- acceptus regi, ſi exceptus cū lætitia & exultatione creatur: in quo gratia dei vſque adeo vacua nō fuit, qui tam feliciter, tam efficaciter plus omnibus ſui temporis & multarum retro generationum laborauit, qui talentum ſibi traditum tam copioſe multiplicauit,tanta deniq; lucra retulit de negocio? Sed de his hactenus,ne quis nos arguat eius quam polliciti ſumus metas excedere breuitatis. Sane in monaſterio prædicti illius abbatis qui ſic eius natale præuiderat,ea nocte quam nobiſcum pater ſanctus mane profecturus vltimā fecit, venerabili eius prępoſito apparens,valefecit illi,& ait:Noueris quia iam migro,nec vlterius hic morabor. Quod vt ille indicauit abbati,accelerans abbas & Claraualle veniens, ipſo die ab-

batem

A batem ſanctū,ſicut dixerat,reperit iam migraſſe. Frater Gulielmus de Monte Peſſulano, cuius & ſupra fecimus mētionem,vir magnificus olim in ſeculo fuit,ſed magnificentior in ſeculi fuga.Hic in monaſterio Grādis ſiluę monachus factus, patrem ſanctum deuotiſſimè viſitauit. Rediturus autem lachrymabiliter querebatur quòd non eſſet eum vltra viſurus. Cui vir dei,Ne timeas,ait,adhuc ſine dubio me videbis. Huius effectum promiſſionis deuotiſſimus ille Gulielmus expectans,ipſa nocte cum beatus pater ex hac vita deceſſit,in monaſterio Grandis ſiluæ apparentem ſibi videre meruit & dicentē, Frater Gulielme. Et ille, Ecce ego domine. Veni inquit,mecum.Ibant igitur pariter,& ad montem quēdam altiſſimum peruenerunt. Interrogabat autem ſanctus an ſciret quò veniſſent.Ille vero ſe neſcire profeſſus eſt. Cui ipſe, Ad radices inquit montis Libani venimus.Et nunc manebis hic, ego autem aſcendam in montem. Interrogatus qua de cauſa vellet aſcendere pater,quem nulli hodie in ſcientia credimus eſſe ſecundum.Ad quem ſanctus:Nulla,ait,hic ſcientia, nulla veri cognitio,ſurſum ſcientiæ plenitudo, ſurſum vera notitia veritatis.& in hoc verbo dimittens eum,in montem altiſſimum ſubiit coram illo.Cúmque intueretur euntē illum, expergefactus eſt,& occurrit protinus ei verbum illud quod
B ad Ioannem olim de cœlo ſonuit:Beati mortui qui in domino moriuntur.Vt ergo mane locutus eſt abbati ſuo & fratribus,patrē ſanctum ex hac vita migraſſe dicebat. Et notantes diem ac diligentius inquirentes,vt audierant inuenerunt.Euge pater ſancte,qui aſcēſiones in corde diſpoſuiſti in valle lachrymarum,feliciter iam aſcendiſti de Claraualle in mōtem Libani,montem cādidationis, plenitudinem lucis, celſitudinem claritatis.Innocens manibus & mundo corde aſcendiſti in montē domini,ad diuitias ſalutis:ad theſauros ſapiētiæ & ſcientiæ perueniſti,vbi pure purā videas veritatē,vbi vnus tibi cū omnibus ſanctis magiſter eſt Chriſtus,vbi omnes iam docibiles dei.Trahe nos poſt te quæſumus,& de mōte excel ſo miſericorditer reſpice vallem tuam. Adeſto laborantibus, ſubueni periclitātibus,aſcendētibus manum porrige. Dat fiduciā tua nobis ab olim experta nec exinanita modo ſed amplius cumulata benignitas. Quin etiam viſio quam ſubnectimus,ab eadē noſtra præſumptione nō diſcrepat. Proxima no ćte poſtquam ſacrum corpus ſepulturæ traditū fuerat, quātā adhuc pro filiis ſolicitudinē gereret pater ſanctus, & quomodo ſuos quos in mūdo dilexerat,in finem quoque diligeret,euidenter oſtendit.Apparēs enim cuidam fratri in multā gloria & fulgore magnoveſtis ac vultus,& deſiderantē tenere cito pertranſiēs ,aiebat,quia pro quodā fratre ſimplice ve
C ni. Audierunt hoc fratres & mirabantur:ſed circa horam dicitertiā veritas cōprobata eſt viſionis.Defunctus eſt enim quidam frater laudabilis admodum ſimplicitatis:& ſicut omnino credibile eſt,animam eius tanto duce felicem qui pro eo ſe venire dixerat,ſecum tulit. Paucis quoque expletis diebus,alteri cuidā fratri magnificè ſatis apparens,&arguens de ſuo nos doluiſſe diſceſſu,poſt verba multæ conſolationis,& promiſſionē felicitatis æternæ in ſua perſeuerātibus obediētia &doctrina,hoc etiam ſcito,ait,& dicito fratribus cuiuſdā vere ſancti corpus,cuius & ego habeo veſtē, in oratorio eſſe ſepultū.Dicebat autem epiſcopum Malachiā.ipſius enim tunicam in qua ſanctus ille feliciter obdormierat,ad miſſarum ſibi ſeruauerat celebrationem & moriturus in ea ſeſe iuſſerat ſepeliri,ſicut & ſanctum illum in ſua ſepelierat veſte. Quod tamen verbum & ipſi fratri,& quàm pluribus aliis vſque ad hanc viſionem prorſus erat ignotum. Felix pontifex, cuius merita pater ſanctus & viuens prædicauerit& defunctus.Felix charitas quæ in morte non excidit. Felix ſocietas quā nec illud diuortium tam crudele diremit.Glorioſi ſiquidem pātres quemadmodum in vita ſua dilexerunt ſe ita & in morte non ſunt ſeparati.Nam & poſt dies circiter.xl.abbas quidam ex maioris Britanniæ inſula, ſacræ illius ſocietatis virtutem feliciter experiri meruit in ſeipſo. Qui eodem tempore cum cæteris coabbatibus ſuis ex more Ciſtercium petens,in Claraualle remāſerat gemino quodam deſperabiliter occupatus incommodo,pleuritidis ſcilicet,& febris quotidianę. Iámq; eatenus lōga vexatione defecerat,vt ſolū animæ eius exitum fratres qui ei nunquam deerant obſeruarēt. Cúmq; animum D
eius angeret non tam deſiderium vitę preſentis,quàm abſentium deſolatio filiorum,quòd peregrē moreretur,obnixe petiit vt ad tumulum ſancti deportaretur abbatis. Vbi cum oraſſet tota deuotione qua potuit,beati quoque epiſcopi Malachiæ in Aquilonali ipſius oratorij latere poſitum cogitauit viſitare ſepulchrum,auxilium flagitare: ſed fatigationem veritus,& quaſi iam ſecurus de incolumitate,quod cogitauerat non impleuit.Die altera iterum fratres aduocans, vt ad oratorium veniat,opem ſibi poſtulat exhiberi. Cauſantibus illis (periculum ſiquidem verebantur) omnimodis, inquit,oportet vt ſancti Malachiæ tumulū petam.Cum enim nocte præterita vix tenuiter obdormiſſem,expergefactus ſubitò audiebam vocem dicentem mihi: Sanatus iam ab ægritudine tua, ſi ab altera vis ſanari,epiſcopum pete.Fecerunt illi vt ille voluit,& cōtinuo factum eſt ſicut dictum erat ad illum. Eadem die ſanus factus,poſt pauciſſimos dies iter arripuit,&incolumis reuerſus eſt ad ſuos. Tuum in hoc opere ſpiritum, tuum agnoſcimus pater dulciſſime zelum, tuam conſiderationem. Tuum hoc opus ſic deferre collegæ tuo, vt hunc quoque ei communicares honorē & amorē,cum quo verius & felicius honorificaris in cœlis. Imò verò tui ſunt hæc omnia operis, tui muneris deus noſter. Tu enim omnem repleſti ab initio E
temporis terram preſentia diuinitatis,omnem aliquando repleturus gloria maieſtatis, cuius tamen partes interim quaſdam, & æterno præelecta loca conſilio excellentius viſitans reples ſpeciali gratia ſanctitatis. Fac domine ſpirituali ſemper abundare frumēto vallē,quàm vt faceres re quàm nomine clariorem,dignatus es tam eximię claritatis ſideribus illuſtrare duobus. Cuſtodi domum in qua tibi geminū hoc tam precioſum depoſitum cuſtoditur. Fiat nobis denique iuxta verbum tuum, vt vbi eſt theſaurus tuus, ibi ſit & cor tuum, ibi gratia & miſericordia, & reſpectus adſiduæ pietatis omnibus adſit in tuo ibidem nomine cōgregatis, quod eſt ſuper omne nomen,ſicut & tu ſuper omnia deus benedictus in ſecula.Amen.

CANONIZATIO ſancti Bernardi abbatis PER ALEXANDRVM papam tertium,anno Chriſti milleſimo centeſimo ſexageſimoquarto.

F

Literæ apoſtolicæ de vita & commendatione ſancti Bernardi, quanto præconio excipiendus ſit. Et primo ad prælatos Eccleſiæ Gallicanæ.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, venerabilibus fratribus vniuerſis archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filiis abbatibus, aliiſque eccleſiarum prælatis in regno Franciæ conſtitutis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Contigit olim dum eſſemus Pariſiis conſtituti, vt magni quidam ac venerabiles viri de canonizando ſanctæ recordationis Bernardo quondam Claræuallenſi abbate facerent mentionem, optantes vtique & piis nobis precibus ſuggerentes, vt in concilio quod de proximo erat Turonis celebrandum,digno huic & laudabili voto celerem daremus effectum. Cúmque nos eidem negocio fauorabili ſatis intēderemus affectu, ſuperuenit multitudo & frequentia petitorum,qui in diuerſis prouinciis rem ſimilem poſtulabāt.Vnde cum videremus nō poſſe congruenter omnibus ſatisfieri,ſtatutū fuit pro ſcādalo deuitando etiā in hoc differri,quod oportebat pro tempore cæteris denegari. Nuper autem ex inſtantia & deuotione Claræuallis fratrum,& aliarum ſublimium perſonarum eiſdē apud nos precibus innouatis reduximus ad memoriam noſtram eiuſdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

G beati viri ſanctam ac venerabilem vitam: qualiter ipſe ſingularis gratiæ prærogatiua ſuffultus, nō ſolùm in ſeipſo ſanctitate ac religione præfulſerit, ſed etiam in vniuerſa eccleſia dei fidei & doctrinæ lumine radiarit. Fructum vero quem in domo domini & verbo operatus eſt & exẽplo, nullus fere terminus ſanctæ Chriſtianitatis ignorat, cum vſque ad exteras quoque & barbaras nationes ſanctæ religionis inſtituta trāſmiſerit, atque monaſteriorū fundationem extenderit, & infinitam multitudinẽ peccatorum per viæ ſecularis latitudinem incedentem, ad ſpiritualis vitæ rectitudinem reuocarit. Specialiter autem ſacroſanctam Romanam eccleſiam, cui auctore deo præſidemus, ita quōdam ſub grauis perſecutionis turbine laborātem, tam vitæ merito, quàm datæ ſibi cœlitus ſapientię ſtudio ſuſtentauit, vt dignè quidem & nobis, & omnibus eiuſdem eccleſiæ filiis in memoria habendus ſit, & deuotione perpetua venerandus. In afflictione vero corporis ſui vſq; adeo ſibi mundum ſeque mundo reddidit crucifixum, vt confidamus martyrum quoque eum merita obtinere ſanctorum, quem cōfeſſionis ordine, & parſimonia vitæ, tam longum conſtat duxiſſe martyrium. Quibus omnibus pia conſideratione penſatis, & in concilio fratrum noſtrorum expoſitis, confiſi de miſericordia dei, cui perſeuerāter & fideliter militauit, necnon & de beatorū Petri & Pauli
H apoſtolorum, & eiuſdem beatiſſimi confeſſoris meritis præſumentes, eum apoſtolicæ ſedis auctoritate catalogo ſanctorum adſcribi mandauimus, & commemorationis ſuæ feſtum decreuimus amodo publicè celebrandum. Vos ergo qui & eiuſdem ſedis apoſtolicæ inſtituta ſuſcipere, & deum in ſanctis ſuis confueuiſtis glorioſius honorare, ſic memoriā ſancti huius celebretis in terris, vt precibus eius & meritis digna præmia recipiatis in cœlis. Datum Anagniæ. xv. Kalendas Februarij.

Item apoſtolicæ literæ ad Regem Franciæ vnde ſuprà.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei illuſtri Francorum regi Ludouico ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Nouit (vt credimus) regalis tuæ magnificentiæ celſitudo, quòd ea quæ cum honore dei grata tibi acceptáq; cognouimus, ad vtilem ſemper effectum magno & volenti animo promouemus. Maximè autem hoc in illis operibus obſeruamus, in quibus ſpecialiter & honor dei & ſuorum gloria ſanctorum declaratur: ſcientes quoque tibi fore gratiſſimum quicquid ad decorem eccleſiæ, & ſuperni regis honorem auctoritate fuerit apoſtolica conſtitutum. Vnde quoniam ſanctæ recordationis Bernardus quondam abbas Clareuallis, & deo ſemper charus, & tam tibi, quàm vniuerſo regno tuo gratus extitit & acceptus, eum ad gloriam dei & exaltationem eccleſię ac totius regni tui, canonizādum decreuimus, & inter beatiſſimos cōfeſſores feſtiua celebritate colendum, tam de miſericordia dei, & beatorum Petri & Pauli
I apoſtolorum eius confiſi meritis, quàm ſuæ conuerſationis & ſanctimoniæ non ignari. Monemus igitur Chriſtianiſſimę ſerenitatis tuæ regiam pietatem, vt hoc cœleſtis gratiæ donum regno tuo te regnante collatum, lætæ deuotionis brachiis amplectaris, eique iam cœleſti beatitudine perfruenti ſolita pietate deuotus exiſtas, quem pro ſua venerabili ſanctitatite adhuc in terris poſitū diligebas. Claræuallenſe vero monaſterium quod fundauit, in quo etiam corpus eius venerabile requieſcit, ita te ob reuerentiam eius habere volumus commendatum, vt eum ſemper mereris habere patronum. Datum Anagniæ XV. Kalendas Februarij.

Item eiuſdem ad omnes abbates Ciſtercienſis ordinis.

ALexander epiſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Ciſtercij, de firmitate, & Pontigniaci, & Claræuallis, & Morimundi, atque vniuerſis abbatibus Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quotiens honeſta nobis opportunitas exhibetur, vt fidei & deuotioni quam circa eccleſiam Dei noſtris temporibus habuiſtis, poſſimus in aliquo pro meritis reſpondere, opportunitatem ipſam libenter amplectimur: & in his maximè quæ ſpecialem noſcuntur redolere virtutem, veſtris occurrere profectibus K non moramur. Contigit autem hoc tempore vt verbum quod ab olim fuerat de beati Bernardi quondam Claræuallis abbatis canonizatione propoſitum, & pro quorūdam ſimilia poſtulātium ſcandalo, à Turonenſis conſilij celebratione dilatum, ad noſtram reduceretur deo volente memoriam, & faciente nobiſcum ſignum in bonū, qui hoc pietatis opus noſtris ſeruauit manibus conſummandū. Nos enim vitam & ſanctitatem eiuſdem beatiſſimi cōfeſſoris recordatione ſollicita memorātes, quomodo ſcilicet & in ſeipſo religionis & ſanctimoniæ prerogatiua magnificus, & vniuerſę eccleſiæ dei, ſpecialiter autem ordini veſtro fide & doctrina vtilis extiterit, & copioſiſſimè fructuoſus: confiſi de miſericordia dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, necnō de eiuſdem ſancti confeſſoris meritis præſumentes, eū (fratrum noſtrorum communicato cōſilio) auctoritate apoſtolicæ ſedis ſanctorum catalogo duximus adſcribēdum, & die depoſitionis ipſius in eccleſia publicè celebrandum. Vnde quoniam hoc ita in gloriam & honorem ſummi conditoris exuberat, vt in veſtram quoque ædificationem conſolationémque redundet, veſtra potiſſimum intereſt omnipotenti deo gratias agere, qui modernis temporibus virum perfectæ & prædicabilis ſanctitatis in veſtro ordine voluit ſuſcitare. Vos igitur munificentiæ donum ſpeciali deuotione ſuſcipi- L te, & Deum in ſanctorum ſuorū glorificatione mirabilem, in eius celebratione ſpecialiter honorate. Datum Anagniæ xv. Calendas Februarij

Item eiuſdem ad Clarauallenſes.

ALexander epiſcopus ſeruus ſeruorum dei, dilectis filiis Gerardo abbati, & vniuerſo conuentui Claræuallis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sicut de religione & pietate quam circa deum geritis, nihil nobis reſtat ambiguū: ſic exhibitæ circa nos robur deuotionis & fidei clara ſemper eſt certitudine manifeſtum. Non enim poteratis, ſed nec deinceps deo auctore poteritis à gratia ſanctitatis apparere degeneres, quos ſancti patris conſtat eſſe hæredes: cui & gratia ſpiritualis abūdauit ad meritum, & operum efficacia nō defuit ad exemplum. Scitis namque & pia veneratione recolitis qualiter beatæ memoriæ Bernardus cœnobij veſtri primus abbas, præcipuúſque fundator, deo quidem pro virtute religionis acceptus, & eccleſiæ dei pro plenitudine deuotionis & fidei extiterit gratioſus, ita vt meritò deberetis haberi culpabiles, ſi imitationis & venerationis ipſius eſſetis in aliquo negligentes. Placuit ergo nobis quòd pro eo tanquam pro pio patre ſollicitudinem habuiſtis, & canonizatio- M nem ipſius voto laudabili poſtulaſtis. Nos quibus cordi ſemper eſt pro multis (fili abba) tuæ deuotionis obſequiis, & totius domus veſtræ ſtudiis religioſis & piis, veſtris iugiter obtemperare precibus, & profectibus aſpirare: voto huic clementer annuimus, vt noſtram circa vos & gratiā & beneuolentiam comprobemus. Vita igitur eiuſdem beatiſſimi confeſſoris ad memoriam reuocata, quomodo ſcilicet fide & religione atque doctrina præfulſerit, quantoque in eccleſia dei perſpicuę claritatis lumine radiarit: eum (fratrum noſtrorum conſilio habito) confiſi de miſericordia dei, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, atque de eiuſdem ſancti meritis præſumentes, catalogo ſanctorum duximus adſcribendum, diémque depoſitionis eius feſtiuum de cætero & celebrem obſeruandum, Vnde quia veſtra potiſſimū intereſt, & eius & imitari vitam, & gloriam venerari, ſatagite in omnibus & ſtudete ipſius ſancti patris & inhærere veſtigiis, & feſtum excolere ſanctitatis: vt cuius conuerſationis meruiſtis eſſe participes, digni habeamini eiuſdem beatitudinis fore conſortes. Datum Anagniæ. xv. Calendas Februarij.

Explicit canonizatio ſancti Bernardi primi Claræuallis abbatis.

EPIGRAMMA SEV EPItaphium beati Bernardi abbatis Claræuallis, per modum dialogi.

MIra loquar, ſed digna fide. Bernarde quid hoc eſt?
Viuis adhuc? viuo. Non ergo es mortuus?
Immo.
Et quid agis? requieſco. taces, an faris? vtrūq;.
Cur retices? quia dormio. cur loqueris? quia viuo.
Quid loqueris? ſacra myſtica. cui? mea ſcripta legenti.
Num cunctis? non. ergo quibus? qui dulcia quærunt.
Nomen habes? ita. Quod? Bernardus. Num ſine cauſa?
Non. Dic ergo quid hoc eſt? Bernardus, bona nardus.
Cur nardus? quia fragro. quo fragramine? dulci.
Cui fragras, & vbi? lectori codice ſacro.
Quod cognomen habes? de Claraualle. manes hic?
Manſi, ſed modo non. vbi nunc? in vertice montis.
Qualis eras in valle manens? humilis. modo quantus?
Maior nunc ſurſum, quanto minor ante deorſum.
Nónne tui quicquam vallis tenet? oſſa, quouſque?
Donec cœleſte fiat terreſtre cadauer.
Hoc quando fiet? omnis caro quando reſurget.

Aliud epitaphium editum à domino Adam de ſancto Victore.

CLaræ ſunt valles, ſed claris vallibus abbas
Clarior, his clarum nomen in orbe dedit.
Clarus auis, clarus meritis, & clarus honore,
Claruit eloquio, relligione magis.
Mors eſt clara, cinis clarus, clarúmque ſepulchrum:
Clarior exultat ſpiritus ante deum.

Aliud epitaphium.

ECce latet Claræuallis cliariſſimus abbas,
Qui ſummis ſummus, qui ſibi paruus erat.
Relligionis apex, lux mundi, laus monachorum,
Vox verbi, pacis ſanctio, iuris amor.
Inſtructus, velox, ſublimis, pauper, abundans,
Artibus, ingenio, ſanguine, veſte, bonis.
Laudis eget titulo, cuius laus non ſit ad omnes.
Cuius honor, cuius creſcere fama fuit.
Nunc verò quem plangit adhuc, quem prædicat orbis,
Si laudare velim, laus mea laude caret.
Dura, malum, cunctos, tulit, horruit, ædificauit:
Vana, deum, requiem, ſpreuit, amauit, habet.

Aliud epitaphium.

ARdens Bernardus, aut arduus, aut bona nardus,
Iure vocatur ob id, propter quod nunc celebratur.
Ardens feruore, vita ſublimis, odore
Nardus, quæ veræ virtutis ſigna fuere.
Iſte fuit per quem patuit doctrina ſophiæ
Præco dei, doctor fidei, citharista Mariæ.

Aliud epitaphium.

CVltor iuſtitiæ Bernardus, & arca ſophiæ
Incolit hunc tumulum, regnat & ante deum.
Sacrum namque loco corpus requieſcit in iſto,
Obtinet excelſum ſpiritus atque polum.
Chriſtiferam mattem, cui viuens purus adhæſit,
Conſequitur moriens aſſociandus ei.
Ipſo nam mēnſe quo ſcandit virgula Ieſſe,
Conſcendit pariter hic ſuper aſtra pater.

Aliud epitaphium.

MEllifluus doctor Bernardus pacis amator
Hoc iacet in tumulo, magnificandus homo.
Ipſe iacet, ſed fama ſuæ probitatis in æuo
Virtutis merito non ruitura manet.
Vexillum fidei, populi candela, ſophiæ
Puluinar, laudis ſumma vir iſte fuit.
Cui tria poſt obitum vitam conferre laborant
Mens humilis, blandus ſermo, pudica caro.
Mens bona diſpoſuit, ſermo docuit, manus egit:
Hinc bonus, hinc melior, optimus inde fuit.
Inſignis, pollens, largus, deuotus, abundans
Moribus, ingenio, munere, corde, bonis.
Præbuit, inſtruxit, diſperſit, reſpuit, emit,
Exemplum, fratres, danda, cauenda, polum.

Aliud epitaphium.

HOc in ſarcophago pauſat virtutis imago,
Cui de Fontanis carnis origo fuit.
Sic quadrauit eum virtutis regula, nullam
Contulit in partem quælibet aura virum.
Fratribus ipſe ſuis vita præluxit, honore
Præfuit, exemplo profuit, ordo fuit.
Hinc ſurſum tendens Bernardus, & infima linquens,
Vallibus ex claris fulgida regna ſubit.

Aliud epitaphium.

SErmonum pictor, morum decus, inſtar honeſti
Fulſit Bernardus, quem tegit hic tumulus.
Pieridum lyrifer, virtutum ſignifer, artis
Clauifer, eccleſiæ lucifer ipſe fuit.
Eloquij ſplendor, manus obuia, frons ſine nube:
Alloquio mitis, conſilióque bonus.
Libri verborum ſtellati floribus, ore
Percelebri, titulos eius vbique canunt.
Illic myſterij precioſa monilia fulgent,
Illic eloquij balſama vera fluunt.
Peruius & liber ſtylus eius ad omnia ſculpſit,
Pinxit, inaurauit omne quod egit opus.
Præter tot titulos quibus ille refulſit, in eius
Floruit illæſa carne pudoris ebur.
Et ſic pro meritis, laudis vexilla reportans,
Cœlica quæ meruit præmia victor habet.

Nicolaus Haqueuille, ſatri Senatus Pariſien. præſes æquiſſimus, de laudibus Bernardi & ſituatione Claræuallis.

ABdita vallis erat, mediis in montibus, alto
Et nemore & viridi tunc adoperta rubo.
Hanc Claram vallem merito dixere priores,
Mutarunt nomen vallis amara tuum.
Quem licet vmbroſi circundent vndique montes,
Nulla tamen toto clarior orbe fuit.
Hanc Alba irriguus mediam perlabitur amnis,
Fons tibi perpetuo munere donat aquam.
Ad quam diue pater primum Bernarde colendam
Mitteris, illo iam tempore tantus eras.
Nondum difficilis iuueniles liquerat annos,
Mens tamen in tenera carne ſenilis erat.
Tunc fuit incultis hæc vallis conſita dumis,
Tunc ibi non domitæ delituere feræ.
Illo ſylueſtres produxit tempore fructus,
Viticolæ nulli, nullus arator erat.
Nullæ hominum ſedes, vetus hæc ſpelunca latronum:
Nullus in hac poterat carpere tutus iter.
At poſtquam Claram vallem Bernarde petiſti,
Et ſtatuit ſedes fratribus ipſe tuis:
Tunc ſubito antiquam mutarunt omnia formam:
Aſpera quæ fuerant, fertiliora facis.
Vallis & in medio cellas, Chriſtíque dicatam
Eccleſiam, adductis fratribus ædificas.
Inſtruis angelicam hos in terris ducere vitam,
Pſallere diuinas nocte diéque preces.
Protinus immenſum diſcurrit fama per orbem
Bernardúſque pater cuncta per ora volat.
Vndíque concurrunt pueri iuuenéſque ſenéſque
Flectere ad imperium colla ſuperba tuum.
Non illos retinent matres, non mollior ætas,
Non timet auſteras alba ſenecta vias.
Non illos remorantur opes, non denique vana
Quæ venit à claro ſanguine nobilitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ipſéque mundanos ſpernens Henricus honores,
Cuius erat frater Gallica ſceptra tenens.
Qui licet iſte foret regali ſanguine cretus,
Se tamen imperio ſubdidit ille tuo.
Omnia regna tuo nutu Bernarde regebas:
Tantum virtuti tunc adhibetur honos.
Siqua inter magnos fuerat diſcordia reges,
Omnia ſunt voto conciliata tuo.
Tunc etiam inſani rabies væſana Leonis
Vexabat rapidis dentibus eccleſiam.
Sed tua peſtiferas fregit prudentia vires,
Et finem tantis cladibus impoſuit.
Teſtis Aquitanas regnans Gulielmus in vrbes
Dum Bernarde tuos concidit ante pedes.
Tu quoque fraternas acies diſpergis in orbem,
Nulláque terra tuis fratribus abſque patet.
Siue ea purpureos tellus quæ tendit ad ortus,
Quæque ſub occiduo ſole relicta iacet,
Quæcunque aut gelidas terræ flectuntur ad Arctos,
Quæve ſub auſtrali noſcitur eſſe polo.
Aut ea quæ extremos nutrit populoſa Britannos
Inſula, quæ Oceano cingitur ampla mari.
Quàm longè Europæ tenduntur denique fines,
Exquirunt fratres omnia regna tuos.
Omnia non poſſunt nunc carmina noſtra notare
Hæc pauca ex multis diſſeruiſſe ſat eſt.
Nam grauis hæc noſtras ſuperat prouincia vires,
Vena cui fluitat ſuauior, ille canat.
Hæc mihi ſufficiat raptim tetigiſſe canendo,
Non facit ad tantum noſtra camœna virum.

Ad Clarauallenſes.

POſt præcepta patris præſens dum vita ſuperſtes
Pergite, cum tacito nam fugit illa pede.
Nec vos pœniteat mundi ſpreuiſſe ruentis
Tractandas paruo tempore delicias.
Triſtia quæ modo ſunt quæcunque, & amara videntur,
Gaudia poſt mortem non peritura parant.
Poſt lachrymas, gemitus, longa & ſuſpiria vallis,
In montem excelſum vos trahet ipſe deus.

Philothei monachi de vita & moribus diui Bernardi abbatis Clarauallis congregationis Ciſtercienſis: ex ordine batiſſimi patris Benedicti carmen encomiaſticon.

INclyta dum tenui molimur geſta ſuſurro
Dicere, Mæoniis emodulanda ſonis.
Quid niſi Trinacrios reuocare ad littora fluctus
Nitimur, & modicis impoſuiſſe cadis?
Scilicet ipſe rudes necdum formare loquelas
Doctus, & agreſti concrepuiſſe lyra,
Principis ætherei titulos, qui laudibus omnem
Exceſſere modum, ſacráque geſta canam?
Quis ferat exili Codrum temeraſſe camœna
Acta Sophoclæo condecoranda ſono?
Non ſecus ac Phœbo ſi perſequar addere lumen,
Hinc atque hinc ſannæ rhinocerotis erunt.
Non igitur Bernarde tuas mihi promere laudes
Fas erit, & tremula concinuiſſe cheli.
Candida laurigeri referant tibi carmina vates,
Nos inopes animum corda precéſque damus.
Talia iam poſtris agitaram mente tabellis,
Arguerántque amicos crimina noſtra leues,
Cum mihi blanda quies victis ſubrepſit ocellis,
Et tenuit placidus pectora laſſa ſopor.
Tunc dea cui tellus, cœlum cui militat omne
Virgo mihi eſt tales fundere vaſa ſonos:
Stulte tui nobis prohibes quid carminis vſum?
Quídve ſacerdoti munera grata meo?
Incipe, Bernardi (ſi neſcis) gloria noſtra eſt.
Quidquid habet noſtro riuus ab amne trahit.
Hoc mihi Ioannes nunquam fuit arctior ille,
Qui datus eſt vitæ dúxque comésque meæ.
Ille quidem dulces mecum permanſit in annos
Virginis intuitu colloquióque fruens.
Hic autem cœli qui iam data ſceptra tenerem,
Promeruit vultus cernere ſæpe meos.
Ille erat intacti cuſtos mihi corporis vnus,
Hic noſtri curam nominis vſque gerit.
Sed quid plura? animis paribus mihi iúctus vtérque
Nec minus ille mihi nec minus iſte placet.
Vixit vtérque parem venetis ſine crimine vitam,
Virginitatis bini pectoris vna fuit.
His deus æquiloquas ſublimi in vertice ſedes
Contulit, & lateri iuſſit adeſſe meo.
Eia age, quoſque pater tribuit mihi laudis honores
Sumat, & alternas détque ferátque vices.
Aſpicis egregia quos condidit arte libellos,
Quo referant cantu nomen in aſtra meum?
Spiritus illa animis bene profectura malignus
Scripta tulit laudes quæ cecinere meas.
Próque pio Illiadem Danaóſque induxit Ieſu,
Abdideráque mei myſtica dicta ſenis.
Dúmque homines nugas miſeri ſectantur inanes,
Hæc pene in nullis ſcripta fuere locis.
Non tulit hoc ſummi temerata potentia ſceptri,
Perfidus vt noſtras hoſtis haberet opes.
Ipſa etenim tacito monui ſpiramine quendam
Qui mihi præcipuo munere vinctus erat.
Vt pia diſperſos reuocaret cura libellos,
Scriptáque ſidereas quæ docuere vias.
Efficerétque die caderent ne exeſa vetuſto:
Imprimeret breuibus ſculptor vt illa notis.
Et quia tam longo fuerat vitiata receſſu
Littera, iudiciis tergeret ante ſuis.
Hæc ego quæ tantos illum tolerare labores,
Hæc ego te faciles hortor inire modos.
At metuis ne forte rudi peratata cothurno
Liuor edax tetrico carmina dente petat.
Atque ſupercilio tua reſpuat orſa tumenti,
Contendátque leues iſta decere viros.
Nec ferat Aonia monachum reuocare ſorores,
Quas ſemel inuiſo iuſſit abire pede.
Euge ſuperuacuis horum latratibus obſtat
Perpetuo vates iunctus amore mihi.
Qui ferrugineis niueos ſuperaddit amictus,
Inclyta Carmeli tegmina montis habens.
Qui mea dulciſono celebrauit carmine geſta,
Stridentéſque truci Coſtidis ære rotas.
Ille dabit faciles auras, portúſque ſecundos,
Hoc duce Scyllæos tranſgrediere canes.
Aſpicis vt clara ſtolidos ratione retundat?
Garruláque oppoſita clauſerit ora manu?
Hic mihi de mundi reuocatus turbine plaudit,
Atque meum dulci concinit ore decus.
Fare age, virtutum cumulis & laudis honore
Quem deceat vati præpoſuiſſe meo?
Nam ſi grandiloquo liceat conferre Maroni
Carmina quòd paribus cantet vterque modis:
Hic tamen æternis tantum virtutibus illo
Clarior eſt, quantum noctibus alma dies.
Nam quæ dona meo potui præſtare clienti,
Quæ minus illuſtrem conſtet habere virum?
Quæritur eloquio quantum valet ille nitenti?
Talis Ariſtocles Mæoniúſque fuit.
Quæritur innocua quantum probitate coruſcat?
Helias ardenti talis in axe fuit.
Hic docet anguſtum virtutis ſcandere culmen,
Et celerem vitiis impoſuiſſe modum.
Nil niſi quòd rigidi poſſint laudare Catones,
Nil niſi ſacrato Criſtus in ore ſonat.
Hic mea dum celebri repetit præconia cantu,
Mille mihi æterno iunxit amore viros.
Huic ego ſideream tanto pro carmine ſedem
Conſtitui, & regni gaudia ſumma mei.

Hunc

Hunc tamen aſſiduo Bauius liuore fatigat,
Ingenio æquarit cœlica tecta licet.
At tibi quem nullo decorauit ſchemate Chriſtus,
Defuerint auidi murmura torua canis?
Celſior humanos peſſundabit ille fauores,
Soláque perpetuæ præmia lucis auet.
Illius exemplo nugas contemne loquaces,
Namque magis virtus preſſa micare ſolet.
Inuenies omneis florenti laude verendos
Inuidiæ facibus ſuccubuiſſe viros.
Gaude igitur tanto quòd te dignamur honore,
Vt tibi ſit noſter cauſa ruboris amor.
Incipe iam tali ductus ſtratagemate, quanuis
Vaniloquus nullam donet Apollo lyram.
Noſtra ſecundabit curſus cynoſura patentes,
Vt leuius cœptum perficiatur iter.
Nulla tuæ eſt, fateor nulla eſt facundia linguæ,
Nec deus eloquium, ſed pia corda probat.
Graminibus pecudes paſcuntur rore cicadæ,
Quadrupedum tigris ſanguine, corde deus.
Solue igitur propero tenuem de littore cymbam,
Deducent curſus flamina noſtra tuos.
Dixit, & aereas fuerat iam lapſa per auras,
Cœperunt ſenſus cum vigilare mei.
Grande opus aggredior, veniam date iuſſa ſequenti,
Cogitur inuito currere muſa pede.
Quæque leui quondam latitans epigrammate luſit,
Nunc grauiore meat Calliopea gradu.
Non tamen acta ſuo digeſta ex ordine dicam,
Pauca ſed é plena margine mira loquar.
Interea noſtro pater ô venerande labori
Annue, & ô ſacri doctor amoris ades.

Diui Bernardi pro inſtauratione monaſticæ religionis prolata ſupplicatio, & accepta à deo promiſſio.

ASTRA decem celeri penetrarant ſecula curſu,
Bis totidémque pari luſtra peracta pede,
Ex quo lethiferi reſecans contagia morbi
Chriſtus ab intacta virgine natus erat,
Cum genus omne boni facinus mortale fugarat,
Fœdáque terrigenis gaudia numen erant.
Vndique liuor edax, feritas, diſcordia, lites,
Peſtis, bella, fames, & metus hoſtis erat
Omnibus occiderat ſuperûm reuerentia terris
Et decus & priſcæ relligionis amor.
Quinetiam ruptis errabat pauper habenis
Sancte per anfractus grex Benedicte tuus.
Rarus & incertus monachus ſtatione peragrans
Non dabat auctori debita vota ſuo.
Tunc proprias Benedictus oues miſeratus Olympi,
Dicitur his regem ſollicitaſſe modis.
Maxime rex, parent cælum cui terra, fretúmque,
Omnia qui nutu dáſque regíſque tuo:
Aſpicis vt longo probitas male frigeat æuo?
Aſpicis vt toto ferueat orbe ſcelus?
Cernis vt aduerſis agitetur fluctibus omnis
Relligio, & nullo milite fulta cadat?
Ille meus quondam teneris bene cultus ab annis
Quo fugit antiquæ relligionis honor?
Quémque ego tam lata moriens ditione reliqui
Ordinis heu noſtri dic mihi feruor vbi eſt?
Iam mea progenies tandem, niſi protinus illi
Proſpicis è ſummo culmine pulſa cadit.
Surge age, iámque hominum ſortem miſeratus acerbam,
Erue de tantis pignora noſtra malis.
Dixit, & ex alto totum qui temperat orbem,
Occæpit tales protinus ore ſonos,
Optime dux vario cœlum qui milite comples,
Qui fueras noſtræ pars modo prima ratis:
Parce pio Benedicte metu, nam morte tuorum
Mœnia ſunt ducibus reſtituenda meis.
Mœnia quæ tantis agitata furoribus ardent,
Mœnia quæ Petri iacta fuere manu.
Reſpice quem teneris puerum mihi mater ab annis
Obtulit, & patriam Gallica terra dedit,
Spiritus hunc pleno radiatum pectore ſanctus
Efficiet Moſi relligione parem.
Cernis vt ille mei ſtimulis agitatus amoris
Iam terat aſſiduo limina ſancta pede?
Aſpicis vt pulchro rutilet ſub pectore virtus?
Inſpice venturum vt teſtificatur opus.
Niligenas tanto monachorum principe cœtu
Reſtituent ſeptis tempora læta tuis.
Angelicis poſtquam compleuerit omnia turmis,
Deſieritque tuam compoſuiſſe domum,
Tunc etiam Petri nimium iactata quieſcet
Huius ab auſpicio tuta carina viri.
Solus hic ingentes monachus tractabit habenas
Orbis, & extremo iura ſub axe dabit.
Quæque vides tumidis conſurgere viribus arma,
Pax erit illius conciliata fide.
Aurea tunc placidis conſurget moribus ætas,
Et mea terrigenis gratia maior erit.
Quinctiam extremi bonitas cum tempore ſecli
Nulla erit, & toto fugerit orbe fides.
Aureus ecce tuo ſurget de vimine palmes,
Siccáque nectareus perfluet ora liquor.
Vrbs Paraui illuſtres præbebit palmitis ortus,
Hinc feret auxiliis germina læta meis.
Ipſe etiam tanto producet fœnore fructus
Vt fateare tua non eguiſſe manu.
Quare age, tam clari proles ne germinis vnquam
Deficiat, nullo ſollicitere metu.
Hæc ait, & ſummo paracletum mittit ab axe,
Bernardúmque ſuo concremat igne deus.

Bernardus quatuor germanis fratribus in eandem ſententiam adductis, religionem ingredi ſtatuit.

ILle deo plenus, faciem moréſque pudicos
Induit, & mentis improba ſenſa fugat.
Iámque puer tenero claudebat pectore numen,
Et decor egregij maximus oris erat.
Hunc qui ſolerti ſpectabat lumine, dixit,
Et ſpeciem & mores virginis iſte gerit.
Candida cui roſeo facies ſuffuſa rubore,
Et grauitas dulci mixta lepore fuit.
Prima iuuenta graui voluebat ſeria ſenſu
Quæ ſolet in faciles luxuriare iocos.
Terræ fixa acies, modici ſine murmure riſus,
Iſta verecundi ſigna pudoris erant.
Grata quies animi fuerat, ſolúſque peragrans
Sæpe dabat querulo talia corde puer:
Cur mea mens breuibus miſeríſque exercita curis
Excipis humanas irrequieta faces?
Quando erit vt poſita variorum mole laborum,
Diſcat in auctorem vita redire ſuum?
Si cupio excelſi ſpectare cacumina cœli,
Deprimis innata conditione caput.
Hinc pater, hinc genitrix, atque hinc mea cura ſodales
Diſtrahit & ſenſus quæque fauilla tuos.
Sed deus ipſe via qua ſit mihi monſtrat eundum,
Et reſerat ſacræ religionis iter.
Nuper ſtructa humilis latitat ſub paupere tecto
Sancta quidem, ſed non ambitioſa domus:
Ciſtercíque patres habitant ea limina pauci,
Inſtituunt leges qui Benedicte tuas.
Hic ego cœlitibus figam mea lumina regnis,
Hæc requies noſtri ſola laboris erit.
Si mihi noſtra ferant peregrinos arua lapillos,
Sítque meum toto quicquid in orbe patet,
His tamen æternos pudeat conferre triumphos,
Gaudiáque extremum non habitura diem.
Quid moror ah demens, vel quid data tempora perdo?
Plurima commiſſis addidit vna dies.
Talia flammato librarat pectore dicta.
Propoſitíque grauem fixerat inde pedem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum iuuenis tenera ſuperatus imagine fratrum
Fleuit, & hæc dixit præda petenda mihi eſt.
Dixit, & in ſuperum germanos regna ciebat,
Sic repetens animo gaudia nata ſuo.
Nuper in aduerſis errabam naufragus vndis,
Nunc mihi cœleſtis meta reperta viæ eſt.
Meta reperta mihi eſt quæ cœlibis otia vitæ
Explicat, & turum relligionis iter.
Hanc igitur mecum celeri contendite curſu
Attipere, & tanti lucra referre boni.
Et deus & cœli noſtri ſunt cauſa laboris,
Efficient pugnam præmia tanta leuem.
Quis furor eſt opibus animos ſeruire caducis
Quos deus in ſuperum regna beata vocat?
Cur igitur fratres, cur vos terrena morantur
Hoſpitia? infeſto ſoluite colla iugo.
Nec mora, tam facili germanos voce coëgit
Annuere, & proprios deſeruiſſe lares.
Tunc, modo ſuppreſſus, vicina inuoluere tecta
Incipit, & lato ſpargitur ore focus:
Námque pares ſancta ſocios vt quæreret arte,
Augeretque ſuo regna ſuperna grege,
Conſpicuum forma iuuenem, decus omne ſuorum,
Non puduit medio ſpargere verba foro.
Et modo cœleſtes populis memorare triumphos,
Et modo Cerberei regna tremenda canis.
Artifici innumeras gentes ſermone trahebat
Sola docens ſummi caſtra ſequenda ducis.
Illic condenſas glomerabant agmina turbas,
Quocunque optatos verterat ille pedes.
Tunc comitum illuſtris numeroſo ex agmine cœtus
Hæſit, & huic firmo fœdere iunctus erat.
In quodcunque velit pedibúſque animíſque parati
Deduxiſſe bonum relligionis opus.
Vna omnes parili ſocios feruore voluntas
Iunxerat, immenſum compulerátque gregem.
Omnibus vna domus fuerat, cibus omnibus vnus,
Vitáque diuini plena timoris erat.
Vtque petens ſparſam gelidus gladiator arenam
Apta prius vacuis ictibus arma probat,
Sic iuuenes validis monachorum tela lacertis
Torquentes vitiis aſpera bella mouent.
Sícque prius, ſacras poſito quàm murice veſtes
Induerent, veteres deſeruere vias.

Diui Benedicti habitum Bernardus cum ſociis amplius quàm .xxx. in Ciſtercienſi cœnobio induit, ibique breui ſanctiſſimus efficitur.

IAMQVE dies votiua aderat qua ſancta renaſci
Debuerant animo pectora iuncta pari,
Cum puer ipſe, virûm celebri comitante caterua,
Sydereúnque polo iam reſonante melos,
Clauditur in ſeptis, veterémque exutus amictu
Tegmina iam ſanctæ ruſticitatis habet.
Cellula patua nouæ capiebat tempora vitæ,
Cellula iudiciis ſemper amata ſuis.
Hic didicit ſummi penetrare cacumina cœli.
Hic didicit culto quicquid ab ore fluit.
Hic didicit curare nouo ceromate morbos,
Solus & extinctam viuificare fidem.
Munera tãta quidẽ modicos bene culta per annos
Donat amatori cella beata ſuo,
Dicite vos auido teritis qui compita paſſu,
Qualia clamoſo lucra reperta foro?
Non ille ingenium vario problemate cœpit
Obruere, aut ſtudiis illaqueare nouis.
Cura prior ſtimulos Veneris domitare furentes,
Atque animi motus compoſuiſſe fuit.
Cura prior triſti luerent vt crimina planctu,
Quàm caperent tumidum pectora læta ſophos.
Cura prior ſuperum nitida caligine pectus
Induere, & ſenſus mortificare ſuos.
Chriſtus ob id tanto repleuit honore clientem,
Sæpe vt cœleſtes cerneret ille choros.
Quid referam quotiens ſummi regina theatri
Nectareos illi viſa mouere ſonos?
Sæpe ſuum virgo famulum venerata ſolebat
Viſere, & ambroſias ſæpe referre dapes.
Nunc age, qualis erat meditanti in pectore virtus
Accipe, nam breuibus perſequar ipſe modis.
Ante ſalutarem curuato poplite Chriſti
Effigiem, lachrymas, vota, precéſque dabat,
Confixáſque truci ſpectabat vulnere plantas,
Oſſáque diſtinctis dinumeranda notis.
Iámque gemens tremula fundebat voce querelas
Verbáque montanas apta mouere feras.
O decus, ô noſtri lenimen Chriſte doloris,
O mihi tam duro parta labore ſalus.
Felix ſi tantas in me conuertere pœnas,
Et liceat miſero ſi mihi poſſe mori.
Ipſe immaturos auſim decerpere fructus:
Chriſte tamen dentes obſtupuere tui.
Sydera, terra, fretum, domini miſereſcite veſtri,
Flete meos caſus, ſydera, terra, fretum.
Talia dum memorat, domini pendentis imago
Soluit in amplexus brachia mota ſuos.
Talis in excelſo regnabat principe virtus,
Talis in ardenti pectore feruor erat.
Sic nouus interno gaudebat nectare miles,
Intimáque æternus ſtrinxerat oſſa calor,
Vt mortale nihil ſaperet, terrenáque ſemper
Dediſcens, Chriſti raptus amore foret.
Noctibus in lachrymas faciles ſoluebat ocellos,
Et minimi durus criminis vltor erat.
Carnibus abſtinuit, magníque abdomine piſcis,
Sedabátque ſitim ſimplicis humor aquæ.
Artibus his ſummam virtutum venit in arcem
Sic peragens lætos prima iuuenta dies.
Vixerat hic dulces iamdudum inglorius annos,
Tempora nec veræ plena quietis erant:
Cum deus ipſe pio diſponens omnia nutu,
Bernardum ex humili iuſſit abire loco.
Nomine clara quidem, ſed clarior nomine vallis
Conſita vicina ſub regione fuit.
Miſſus in hanc ſacras referens pater optimus artes,
Condidit imperio clauſtra regenda ſuo.
Perfidus, & ſcelerum defeſſus mole ſuorum
Huc veniens, poſito crimine tutus erat.
Quíque peregrino rutilabat murice quondam,
Hic didicit cultu pauperiore tegi.
Nec pudor hic curuis agitare ligonibus arua,
Et trahere inuitos ſub iuga panda boues.
Hic ſpes vera, fides, probitas, reuerentia, cultus
Et decor antiquæ relligionis erat,
Veſtis dura, cibus tenuis, rigidíque labores
Semper & exhibitis condita clauſtra feris.
Vix dabat, aſſiduo defeſſus vomere fructum,
Sic locus hic ſterilis pauperiórque fuit.
Quæque ſolent miſeris præſtare cubilia frondes,
Hæc etiam monachis fercula læta dabant.
Omnis odoratis populus virtutibus ibat,
Gaudebátque leui ſubdere colla iugo.
Nunc ego, quæ latitans clauſtro miracula ſanctus
Ediderit populis concelebrata canam.
Non procul inde virum nimio circundedit æſtu
Febris, vt extremam crederet ire diem.
Non ille Æmonio potuit medicamine morbus
Curari, aut medica conualuiſſe manu.
Itur ad excelſi veneratas militis ædes,
Auxiliúmque humili poſcitur ore pium.
Ille ierat, lachrymíſque deum precibúſque rogarat,
Vt celerem moriens ſumeret æger opem.
Protinus ex alto languens reſilire cubili
Cernitur, & valido quolibet ire pede.

Hinc

Hinc iam Bernardus toti innoteſcere mundo
Cœpit, & ex illa clarior eſſe die.
Vndique vicinas volitabat fama per vrbes,
Miratúrque nouæ quiſque ſalutis opus.
Audiit, & læto properat Germania curſu,
Quíque colunt fines Betica terra tuos.
Ille oculis captam matrem, nunc ille parentem
Aduehit, extremo currit ab orbe miſer.
Spirituum tetro vexatus quiſque furore
Pergit, & infeſto liber ab hoſte redit.
Loripedes etiam plures lectica vehebat,
Vt pia naturæ dextra nouaret opus.
Ille crucis tantùm decorabat pectora ſigno,
Sic poterat placita quiſque ſalute frui.
Æger Apollineas doctíque Machaonis artes
Qui coleret, toto nullus in orbe fuit.
Tanta inerat facili ſermone potentia ſancto,
Tam celeris ſacro venit ab ore ſalus.

Bernardus Innocentium pontificem maximum à Petro Leonis expulſum ſedi apoſtolicæ mirabiliter reſtituit.

INterea Latias gladiis ſtridentibus vrbes
Exagitat Stygio miſſus ab amne furor.
Romáque tartareis nimium vexata colubris,
Frendet, & inſana ſeditione furit.
Quódque Panomphæi lacerabat templa tonantis,
Fœdifragum Petri ſchiſma Leonis erat.
Hic male dum veterum titulis & laude ſuperbit,
Pontificis ſummos pugnat adire gradus.
Cúmque alius, ſacro procerum dictante ſenatu,
Debuerat ſedem Chriſte tenere tuam:
Ille tamen diro proſternens omnia ferro,
Immeritum templi ius dabat omne tui.
Iámque ſacerdótes præſtanti laude verendos
Expulerat, ſancta ſolus in vrbe potens.
Quíque Leonigenas renuerunt ſumere partes,
Proh facinus gladio ſuccubuere truci.
Enſibus hic tumido bacchantibus agmine, Chriſti
Viſcera, Romanæ diripiuntur opes.
Nec furor hanc belli peſtem intra mœnia clauſit,
Gorgoneum toto virus in orbe fuit.
Nam qui legitimas paſtor retinebat habenas,
Multa dabát meritis templa regenda viris.
Perfidus at contra temeratis legibus alter
Templa ſacerdotes iuſſit habere ſuos.
Ergo hinc Chriſticolas volitabant bella per vrbes
Dum cupit alterno quiſque ſubeſſe duci.
Sícque per ambiguas errabat cymba procellas
Vt foret incerto iam peritura mari.
Ipſe pater veræ fidei, pecoríſque magiſter
Vix poterat propria delituiſſe domo.
Quid faciat? timido repetat ſi remige portum,
Certat in aduerſas ire magiſter aquas.
Deſerat ipſe ratem mediis Palinurus in vndis
Hoc prohibet ſanctę relligionis amor.
Sed tandem rabidi defeſſus Marte Leonis
Cedit, & Hetruſco vectus ab amne fugit.
Sic tamen interea lachrymis affatur obortis,
Quos dederat profugæ Chriſtus ineſſe rati:
O ſocij aduerſa fœlices ſorte futuri,
Dummodo ſyderei ſint rata dicta ducis.
Auxilium ſancto, niſi ſit ſpes victa, labori
Fidite cœleſti ſemper ab arce venit.
Maximus ille pater Gallorum gloria regnis,
Cuius iam toto nomen in orbe micat.
Ille quidem lapſis poterit ſuccurrere rebus,
Hæc requies longis ſola reperta malis.
Hunc etenim virtute virum ſigníſque potentem
Quis neſcit facili voluere regna manu?
Hic ego ſecuro ſtatuam ſub ſydere puppim,
Hic poterit placido tuta latere vado.
Nec mora, Tyrrheno ſpumantibus æquore roſtris
Excepit profugum Gallica terra ducem:
Sícque peragrato Gallorum limite, ſummus
Candida per ſyluas paſtor ad antra venit.
Occurrunt longo venientibus ordine patres,
Præuia Chriſtiferæ ſigna fuere crucis,
Pſallentéſque pio mulcebant nubila cantu,
Talis in abiecto milite pompa fuit.
Hos Romanus eques ninium nimiúmque beatos
Quos videt in tanta degere pace, vocat.
Et modo continuis celebrata ſilentia clauſtris,
Et modo parthenij laudat honoris opes.
Nil ibi quod rapida cuperet nouus aduena mente,
Nil niſi præcipui candor amoris erat.
Panis, poma, nuces, hortenſíſque herba, legumen,
Deliciæ adductis iſta fuere viris.
Maximus interea Chriſti ſua fata ſacerdos
Tam longæ cauſas expoſuítque viæ.
Tunc pater ipſe ſui veritus mandata magiſtri
Accepit profugæ vela tuenda ratis.
Non ego multiloquo ſeptem tolerata per annos
Carmine fata notans ſingula quæque canam.
Nec referam longos quos pertulit ille labores,
Dum cuperet laceram compoſuiſſe fidem.
Summa ſequar tantùm celebris faſtigia facti,
Atque inerit chartis exitus ipſe meis.
Imperium tenuit Romano in culmine ſummum
Lotharius tanti tempore diſſidij.
Ille virum merito ſanctum celebrabat honore,
Congaudens lateri ſemper adeſſe ſuo.
Hunc adiit, rogitátque ſenex vt fortibus armis
Reſtituat patriæ ſacra deóſque ſuæ.
Annuit, & valido glomeratis agmine turmis,
Aggreditur ſanctæ rex pietatis iter.
Hinc precibus meritíſque pater Bernardus opimis,
Atque hinc Lotharij caſtra fuere ducis.
Sic graditur ſummus Romana ad tecta ſacerdos,
Hinc atque hinc duplici tutus ab arce ſedens.
Ventum erat ad ſummi celeberrima templa Tonantis,
Vera loquar, facili ſed grauiora fide.
Non lituos, non caſtra duci, non bella mouere,
Non opus ardentem conſeruiſſe manum.
Vnius (ô felix) monachi reuerentia tantùm
Terruit audaces ſæua per arma viros.
Ipſe autem tanti fuerat qui turbinis auctor,
Audiit hos humili triſtis ab ore ſonos:
Petre tuam ſubitò licuit mihi ſcindere vitam,
Et Phlegethonteo præcipitare lacu.
Tu tamen, vt gemitu veniam mereareris acerbo,
Tres tibi pro grandi munere ſume dies.
Dicta fides ſequitur: iam tertius ordine Titan
Fulſerat, extremum clauſit & ille diem.
Protinus expaſſis reſerantur ouilia valuis,
Et refouent ſparſos lata per arua greges.
Quod fuerat rabidi ſancitum lege Leonis,
Deiicit hoc ſumma præſul in vrbe ſedens,
Iam poterant læti tractare negocia ciues,
Et rigidam tandem vertere arator humum.
Omnibus hic igitur placida ſub pace locatis,
Sanctus in optatos ſe tulit inde ſinus.

Bernardus Romana eccleſia felici pace donata, in Galliam honorifice rediit, ibique ſanctiſſimam domino animam reddidit.

PRætereo eximij tacitus miracula patris
Quæ fuerint longæ tempore facta viæ.
Felices etenim nimium nimiúmque fuere,
Hoſpitio illuſtrem qui tenuere virum.
Quíque ſacrum voluit populus retinere parentem,
Obuius in longas ibat ab vrbe vias.
Gaudia quiſque nouo gradiens teſtatur amictu,
Occurrítque pio vírque puerque ſeni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luctus'abit,lætis resonat concentibus æther.
Festáque depositis artibus hospes agit.
Vndique purpureos spargunt per compita flores,
Et redolent sacris thura perusta focis.
Pérque vias pueri ramos strauere virentes.
Compita subiectis tecta fuere togis.
Sic quondam Solymis,inopem quem vexit asellus,
Excepit reducem grata caterua deum.
At postquàm optati consedit limine tandem
Hospitij,plaudens vndique turba ruit.
Vndique turba ruit tanto glomerata tumultu,
Vt nequeat lassum limine ferre pedem.
Tot quoque difficili languentia corpora morbo
Obtulerant,facili restituenda manu,
Vt male vel modici fuerit data copia somni.
Nec tulerit properas mensa peracta dapes.
Sicque peragratis Gallorum finibus,abbas
Contigit optato claustra beata pede.
Tunc nemora,& patrij lapidosa cacumina montis
Aspiceres domino plaudere cuncta suo.
Vtque solet multo non visam tempore matrem
Expetere & plaudens basia ferre puer,
Sic hilares viso monachi pastore resultant,
Osculáque alternis dantque ferúntque genis.
Tunc,modo qui fuerat titulis super æthera vectus,
Cernere quem magni concupiere duces,
Ecce virum posito spectares præsule sanctum
Sarcula iam manibus corripuisse sacris.
Et quibus ipse humeris lassus confederat orbis,
Cernitur intexto vimine ferre lutum.
Bis centum æthereo plaudebant agmina regi,
Quæ bonus ex omni traxerat orbe pater.
Hæc fuerant tanto populis celebrata fauore,
Sic coluit sanctum virque puérque gregem,
Totus vt ex illo resonans contenderet orbis
Sacratum pariter detinuisse ducem.
Tunc Romana suo decoranda antistite templa
Eugenium ex humili surripuere domo.
Tùc etiam innumeræ diuersis partibus vrbes
Inde sibi sacrum constituêre caput.
Talibus acta viris nulla exagitanre charybdi,
Sancta super tenues cymba fluebat aquas:
Aurea iam posito currebant secula fastu,
Temporáque hæc nullis nigra fuere malis.
Omnia diuinas resonabant compita laudes,
Iam dabat angelicum terra fretúmque melos.
Hæc tamen ante alias longe celeberrima valles
Quam coluit magni dúxque patérque gregis
Iámque decem senos lustris properantibus annos
Clauserat extremo curua senecta pede,
Atque senescenti titubantia corpore membra
Pondere continui fracta laboris erant,
Nec tamen austeri laxauit fræna senectus
Culminis,aut celeres sistere visa rotas.
Sed velut in viridi properabat fortius æuo,
Vt leuis ad palmæ præmia currit equus.
Vtque solet cantu modulos iterare canoro
Dulcius ad mortis limina ductus olor:
Sic dedit ille sonos supremo in limite dulces,
Scriptáque decrepiti mira fuere senis.
Nam pater æternos senio confectus amores,
Exposuitque sacris oscula lata modis.
Iámque instare videns cœlestis gaudia vitæ,
Imposuit vili languida membra toro.
Grex bonus ingemuit,circumfususque iacenti
Talia sollicito murmure dicta dabat:
Ergóne iam miseros pater ô venerande nepotes
Fert animus medio deseruisse mari?
Quisnam igitur tristes,vel quis solabitur ægros
Pastor,& ætherei calcar amoris erit?
Quis pater attonitos inopésque tuebitur agnos,
Ne lanient auido viscera dente lupi?
Quis poterit miseris nodos aperire latentes
Legis,& eloquij mystica verba sacri?
Quis tunc torpentes animos,& frigida corda,
Curabitque leui vulnera nostra manu?
Ah nimium properata tuæ cita tempora vitæ,
Ah nimium lethi fata seuera tui.
Quid iuuat assiduis defessum vocibus,olim
Clauigerum nobis consuluisse patrem,
Ne quis forte suo populus pro præsule nostrum
Surriperet sancta calliditate caput:
Inuida si nostros nimium populata labores
Audet honoratum tollere Parca ducem:
Tu tamen ô facili nutu qui sidera torques,
Necte iterum vitæ fila resecta tuæ
Vt cum fulta tuo fuerit domus ista labore,
Lætior acceptum cernat abire patrem.
Motus erat dictis senior,paulúmque leuatis
Luminibus, tenui rettulit ista sono:
Iam mihi summa quies,iam præmia læta parantur,
Dulcis adest tandem funeris hora mei.
Sed vos fœmineo quid funditis ore querelas?
Quid iuuat emeritum detinuisse senem?
Anne prius toties dixi mea funera vobis,
Ne subitus nimium læderet ossa dolor?
Christus,Olympiaca fuero cum sede locatus,
Auxilium nostro maius ab ore pluet.
Nunc meus hic luteo circundatus aggere sensus
Vix habet vnde suas contueatur opes.
Vos tantùm superi retinentes iussa parentis,
Ite per arreptum relligionis iter
Non vos blandus honor,non vos labor improbus vnquam,
Non reuocet toto quicquid in orbe patet.
Quid mihi si lituos inter facilésque choreas
Duxissent lætos tempora nostra dies,
Quid mihi prætériti prodessent gaudia fastus,
Vrgerent Stygias si modo ferre faces?
Sed tandem tremulum vocat in sua regna clientem
Christus,& hinc celeri me iubet ire pede
Vos igitur fratres,nati,patrésque valete,
Et mea sub memori condite dicta sinu.
Talia vix breuibus dederat mandata loquelis,
Saucia sollicito corda dolore leuans,
Cum niueus lachrymas inter gemitúsque suorum
Spiritus abiecto corpore celsus abit.
Ipsa per aërios virgo nitidissima tractus
Visa est cœlestes ducere læta choros:
Purpureámque trahens animam super arce locauit
Empyrea,lateri composítque suo.

Sanctus Bernardus non tantum antiquis heroibus, sed Christianis quoque martyribus iure optimo præponitur.

HACTENVS excelsi mirabar Cæsaris arma,
Cui dedit æthereum Martia Roma decus:
Hannibalisquetrucẽ Romano in sanguine dextram
Et Macedum clari gesta superba ducis.
Mirabar patria pro libertate furentes
Scipiadas,Decios,Æmiliósque graues.
Nec minus ingenti decoratum laude fatebar
Qui fortem rapido torruit igne manum.
Cuique dedit clarum generoso ex ordine nomen
Aphrica,quo felix consule Roma fuit.
Et qui Sublicium tutatus pectore pontem
In Tyberis rapidas desilit altus aquas.:
Quique Quirinalis posito modo consul aratro,
Arma triumphato victor ab hoste tulit
Et qui vectus equo radians fulgentibus armis
Se potuit scisso præcipitare foro.
Quique per adiunctas primæuo in Marte catenas,
Ionias Tyrio sanguine tinxit aquas.
Illum etiam titulis rebar super æthera vectum,
Qui tenuit Phrygios obsidione lares,

Illiacósque inter proceres qui Marte superbo
Inclytus, AEmonio tractus ab axe perit.
Quique gigantæo superauit robore monstra,
Vnde Molorchæi signa leonis habet.
Hos ego crediderам nimium nimiúmque beatos,
Qui tulerant forti nomen in astra manu.
Hos puer egregio simplex venerabar honore,
Cum legeret numeros prima iuuenta leues.
Nunc si Bernardo veteris præconia famæ
Conferimque meo fortia facta seni,
Quæ modo Threicio fuerant celeberrima cantu,
Visa puellari nunc mihi digna sono.
Fama vetus taceat,cedant veterúmque triumphi,
Christigenam meritis sollicitare virum.
His etenim fictæ fuerat virtutis imago,
Huic Arete pleno pectore vera fuit:
Hic Martí & Phœbo gelidis libamina saxis
Obtulit,hic vero candida corda deo.
Illi terrificis domuerunt barbara bellis
Mœnia,& ingenti tecta superba manu:
Hic vada tartarei domuit Phlegethontis,& omnes
Spirituum steterant ad data iussa chori.
Hi varios celebri subierunt Marte labores,
Pro patria pulchrum succubuisse rati:
Hic tulit assidua gelidos sub morte dolores,
Discissam cupiens conciliare fidem.
Illis falsus honos & inanis gloria famæ,
Solus at huic Christi causa laboris amor.
Forte triumphatis illi regionibus,ampla
Thesauros patriæ dona dedere suæ:
Hic autem miseros moriens dat habere nepotes
Munera quæ nullo sunt moritura die,
Munera,quæ mores instauruere pudicos,
Hæc sunt quæ sacra scripserat ille manu.
Sed quid ego Herculeas Pygmæis carmine vires
Assimilo,& Phario flumina parua mari?
Optima mutato repetam præcordia cantu,
Et pater exemplo te meliore canam.
Nam tibi cur vanos ausim conferre Quirites,
Qui melior quouis martyre sanctus eras?
Grande quidem fuerat ferro flammísque necari,
Nec tamen æternam deseruisse fidem.
Maius opus summo versari in culmine rerum,
Nec tamen vlla animos ambitione premi.
Maius opus vitæ rigidum tenuisse cacumen
Semper,& angustum religionis iter.
Belláque spirituum telis agitata malignis
Maius opus forti corde tulisse fuit.
Fulmineos alij mirentur martyris arcus,
Laurentíque auido quos tulit ore rogos.
Vulnera Chrysogoni iactent,Paulíque catenas,
Euphemiæque truci membra resecta manu.
Mirentúrque graues sanctorum funera,pœnas,
Bella,crucem,gladios,verbera,tela,faces,
Solus inexhausto mirabor corde labores
Quos pater æterno raptus amore tulit.
Nam si Christigenûm cædes,tormenta,labores
Colligit,& fusi sanguinis omne decus:
Cedent cuncta oneri quod pertulit ille beato,
Lapsuram cupiens sustinuisse domum.
Namque alij lacera senserunt carne dolores,
Hic autem medio vulnera corde tulit.
Ergo animus quantum membris generosior ipsis,
Martyribus tantum celsior ille fuit.

Commendatio muneris à sanctissima dei genitrice Mariæ nobis collati, cum nuper diui Bernardi opuscula imprimi curauit.

POstquam sancta polos cœlíque decemplicis orbes
Transcenditque nouem virgo parénsque choros,
Aethereámque petens sociis spectantibus arcem
Regna tenet nullo destituenda die:
Humanis nunquam precibus nostræque saluti
Defuit,aut luteas spernere visa domos.
Sed potius summi moderata est principis iras,
Spiculáque in nostros eiaculanda lares.
Auxilium sceleri visa est præstare nefando
Sæpius,atque humiles conciliasse reos.
Illa dedit miseris veniam,totúmque per orbem
Illius ex miti depluit ore fauor.
Innumeros etiam populos vix ægra trahentes
Ossa fame,immodicas iussit habere dapes.
Cúmque foret Latias pestis male iacta per vrbes,
Curanit stygiis vlcera missa vadis.
Illius optatos totiens experta fauores
Testis adest tanti Brixia nostra boni.
Brixia,quæ quondam populis lacerata malignis
Turgebat,medica non adeunda manu.
Brixia,quæ capitis medio confecta gerebat
Vlcera,quæ subitæ causa fuere necis.
Nunc autem Mariæ precibus adiuta triumphat,
Et peragit lætis ocia grata choris.
Pulchráque præcipuum Mariæ testantia munus
Templa locat,Parij marmoris instar opus.
Hæc & plura parens Christi sanctissima nobis
Contulit,in miseras officiosa preces.
Hoc tamen audenti liceat dixisse camœna,
Arque animi sensus exeruisse mei.
Humano nunquam generi,nostróque decori
Parthenice tantum muneris alma dedit,
Quantum grata suo nuper cum munere nobis
Protulit hæc breuibus scripta legenda notis.
Protulit ipsa quidem,proprio nam diua clienti
Iussit vt egregij quæreret orsa senis.
Iussit,& ecce nouum fuerant quæ sparsa per orbem
Scripta volens vno margine cuncta leges.
Scripta triumphales cœli reserantia valuas,
Scriptáque communi suscipienda manu.
Omnis namque datis ætas sexúsque libellis
Perfruitur,Latio si tamen ore sonat.
Quisquis ades,si forte tuæ tibi cura salutis,
Hæc fuerint animæ grandia dona tuæ.
Si cupis optata connubia ducere prole,
Atque maritali tradere colla iugo:
Hic potes egregios morum decerpere fructus,
Qui tribuant natis nomina rara tuis.
Si tamen eloquij tantum tibi cura nitentis,
Hic fuit eximio non Cicerone minor.
Quod si forte pio iuuat indulgere labori,
Et populos Christi iussa docere rudes:
Hic documenta tibi varias spargenda per vrbes
Collige,quæsitis hic meliora dabit.
Cum voluit placido demulsit pectora sensu,
Cum voluit rigido terruit ore reos.
Quod si cœlitibus iuuat indulgere tuendis,
Tutius atque humili delituisse casa:
Hic tibi præcipuo semper venerandus honore
Auctor,& æterno dignus amore coli.
Hunc relegens summo lætus spatiabere cœlo,
Et poteris stygios tristis adire lacus.
Ante oculos nostri pinget tibi principis ortus,
Et pastorali numina nata domo.
Hinc atque hinc dulci resonat modulamine Iesus,
Et Mariæ illustri nomina culta sono.
Candida tartareo statuisse ex hoste trophæa,
Anguigerúmque docet dissecuisse caput.
Et quibus ille dolis miseros,quibus artibus alter
Decipiat pascens sancta per arua pecus.
Qui legit,expleri nequit,ardescítque legendo,
Et dolet assueti cum venit hora cibi.
Efficiunt animos aliorum scripta tumentes,
Et nimium sparsis luxuriare comis.
Hæc autem mundo paracletum in pectore condent,
Accendéntque nouis frigida corda focis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc tibi marmoreo lachrymas de pectore dulces
Elicient, animæ gaudia summa tuæ
Denique cuncta noui veterisque volumina sensus
Solus hic eximia continet arte liber.
Hæc igitur toto monachi contendite cursu
Arripere, & tacito condite dicta sinu,
Vt vos siderum faciant conscendere culmen,
Cœlestésque inter regna tenere choros.
Vos quoque Christigenæ, genus immortale clientes,
Parthenicum medio figite corde senem:
Vt cœli terræque graues eliminet iras,
Et reserat clausi limina celsa poli.

Beati Bernardi metricum testamentum. Et primo sui Prioris interrogatio.

QVAE vitæ forma, qui mores, quæ sacra norma;
Quid deceat, quid non instrue sancte pater.

Responsio ipsius Bernardi.

Quæ feci primò, vobis facienda relinquo.
Nullum turbaui, discordes pacificaui.
Læsus sustinui, nec mihi complacui.

FRATRIS FRANCISCI MAVROT Claræuallensis ad lectorem Epigramma.

MYstica de sanctis excerpere sensa libellis
Qui cupis, & sensus noscere præcipuos,
Quos sacra consueuit clausos scriptura tenere,
Nec nisi diuinis enucleare viris.
Huc tentans celeri velox accurrere gressu,
Comperies subitò talia quæque tibi.
Si quoque de clara dubitans virtute, moueris:
Vt tete solides, en tibi consilium.
Consule Bernardum, Bernardus, quæ dubitasti
Certa tibi tradit, si sua scripta legis.
Nam latebrosa nimis, & quæ fuscata videntur,
Aut digesta minus, clarificare solet.
Hunc tibi præstituas certis quandoque diebus
Optime voluendum: tunc tibi proficies.
Quicquid enim dicas, est is, cui nemo secundus
Vita, doctrina, relligione, modo.
Eloquio pollet, pollet pietate, sagaci
Non minus ingenio, simplicitate magis.
Felices nimium, quos sancti corpus honorat
Claræuallenses, si bene perspiciant.
Illic quæ tractas spirante volumina sancto
Numine conflauit maximus ille pater.
Hos tu præseruans duris Bernarde periclis,
Fac vera maneant relligione viri.
Fac nullæ moueant horum præcordia lites,
Quælibet excludat iurgia verus amor.
Fac sua contineant cum casta corpora mente:
Contemnántque leues orbis inanis opes.
Ad te iam rediens ó lector, quæso sequenti
Nostro non segnis credito consilio.
Bernardum crebro legites: sempérque profunda
Mente notes sancti dogmata sancta viri

EPIGRAMMA AD LIBRVM.

INunc, & tandem totum Bernarde per orbem
Securus pergas: ne tua fama cadat.
Diuinásque tuis sermonibus exprime leges:
Crimina fac homines deseruisse velint.
Vade precor, cunctis Bernarde legare suauis:
Flecte ad virtutes pectora dura pias.
Tu quemcunque iuuat sanctos cognoscere patres,
Bernardum relegas, inclyta scripta colens.
Frigida iamdudum feruescet amore voluntas:
Et mens doctrinæ dulcia mella feret.

EPIGRAMMA IOANNIS EGIDII Nucerien. ad librum.

IPede præcipiti totum Bernarde per orbem.
Horret adire tuos lingua canina libros.
Hæc tua magnificas monumenta ferantur in vrbes,
Ne pereat turpi candida fama situ.
Postulat hoc grauium prudentia clara virorum:
Quos trahit ad superos mens generosa lares.

CARMEN ENCOMIASTICVM IN VITAM & obitum B. Bernardi Clarευallensis cœnobij primi Abbatis, ex viij. festorum de diebus sacris, F. Baptistæ Mantuani ordinis Carmelitani facilè Antistitis depromptum.

BErnardi lux festa venit celeberrima Belgis.
Belga fuit, sex germanos, vnámque sororem
Traxit ad obsequium Christi. Deus omnibus vnum
Inspirauit opus, vitæ genus omnibus vnum.
Mater adhuc prægnans vidit per somnia, crebris
Se gestare vtero catulum latratibus acrem.
Sic Deus ostendit, venturi qualia partus
Ora & corda forent contra genus omne malorum.
Ipse pudicitiam coluit, muliebria passus
Bella tamen iuuenis, roseo quia candidus ore.
Corda paroxysmis grauibus torquebat, & igne
Quo Venus accendit teneras incesta medullas.
Cum peteret Celtas, & nox iam pallida Cœlum
Clauderet, hospitium subiit: temeraria noctu
Hospita sopito iuueni petulanter adhęsit,
Admouítque latus lateri. scelus ille repente
Horruit, & magno sociis clamore vocatis
Nequitiam facto vicit terrore furentem.
Ingens forma malum, quo nulla nocentior herba
Per iuga Thessaliæ legitur, per Phasidis arua.
Tradidit ingenium sacris sermonibus, omnne
Quod docuit Christus, quod prædixere Prophetæ,
Quod didicit Moses Pancheo in vertice, secum
Assiduè meditans, sine præceptoribus vllis
Sciuit, & idcirco syluas habuisse magistras
Se dicebat. inops vixit: sed munda volebat
Vestimenta, situm damnans, sordémque perosus.
Id curæ quod vulgus habet pro corpore, solam
Transtulit ad mentem, vitiorum acerrimus hostis.
Si populis certamen erat, discordia regnis.
Bernardus pacator erat. legatus ad vrbes
Ibat, & ad reges odium fracturus, & iram.
Munere fungentem tali videre Alemani,
Videre Insubres quondam, videre Aquitani.
Si quando in dubiis nutabant pectora rebus,
Ipse erat interpres ducens mortalia corda
De tenebris ad lumen, vti solet ignea lampas
Longinqua de turre micans adducere noctu
Turbine iactatos secura ad littora nautas.
Prodigiis, quot vix numero comprehendere fas est,
Claruit: occultas hominum cognoscere curas,
Pellere auernales genios, curare iacentes
In languore potens: ideóque impleuerat orbem
Fama viri, noménque volans peregrina per ora.
Sex decies fundasse decem Cistertia tecta
Dicitur, vnius valuit prudentia tantum.
Sacra igitur meritis huius vigesima tanti
Est Aurora patris, qua sese in summa recepit
Limina supremi quod continet omnia cœli.

γνώμην ex collatione.

ὁμοίους

Bernardus auctor cœnobiorũ sub ordinis.16.

CLARISSIMO ATQVE ORNATISSIMO, OMNIQVE VIRTVTE PRÆSTANTISSIMO VIRO, Domino Ioanni Houterio, Alberti Vlirbercensi longè dignissimo, Domino ac patrono suo in maioribus obseruando Hubertus Scuteputęus Canonicus Reg. in monasterio Bethleemitano.

S. P. D.

TAntum mœroris ac luctus iam pridem ex immatura susceperam morte amplissimi viri, D. Hieronymi Hangardis, & sanguine mihi & familiari notitia coniunctissimi, Patrum obseruande, vt mœrorem nullis auocamẽtis potuerim exprimere præcordiis. Nec quidem impræsentiarum possem, nisi satis receptum esse haberem exploratissimum, ei nihil euenisse mali: quod quidem ita esse persuasus sum, cum sciam eum cum sua pietate, tum Dei fretum bonitate & clementia, non solùm alacriter, verùm etiam libenter è vita excessisse. Habet tamen (vt tutè scis) affinitas sanguinis aculeos suos, quos difficillimè vitare viri boni possunt: qui me pungũt & stimulãt, & in recordatione faciũt dolorẽ. Quem dolorẽ cum animũ ad immortalitatis spẽ attollam meũ, modũ nõ sine iusta causa cõstituo: præsertim quotiens illud cœleste regnum, quod nobis Deum in Christo Iesu ritè pièque colentibus, ab eodem Deo oblatum propositúmque est, totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus studeo adipisci: intelligámque nos ad agendum res præclaras, Christianæ Reipublicæ accommodas, non ad plorandum fatorum seriem, quæ omnibus communis esse constat, fore natos. Quod præfatus D. Auunculus meus exertè intellexit, qui omnibus in vitæ suæ rationibus & actionibus, non vt quàm diutissimè viueret, sed vt fortem & illustrem vitam sacris literis purioríque doctrinæ studiis apprimè deditam, ageret, semper est meditatus. Vnde cùm is & sæpe aliàs, & cùm iam penè animam exhalaret, vehementissimè hortatus esset, vt ad sui exemplum (quoad posset) otium & tranquillitatem nactus, nulla re vnquam à sacrarum literarum promotione, veterúmque Apostolicæ Ecclesiæ scriptorum codicum restauratione, auerterer: nullam moram post eius mortem interposui, quin ad parendum tam salutaribus monitis, & obeunda tã sancti & præclari muneris officia, me conferrem: atque præter alia, quæ ipso adhuc viuo sub meo nomine exierunt, & has diui Bernardi, summa prudentia viri Sententias, omni amœnitate & pietate refertas, ad communem Reipub. vtilitatem, aptissimo modo ex omnibus eius operibus conscripsi, prælóque in publicum sub amplissimo tuo nomine emisi. Adieci autem argumenta ex meo ingenio ad vnamquamlibet fere sententiam, non composita verborum lenocinio, plausúque populari, qui solet imperitorum aures decipere atque palpare: sed oratione simplici, & Ecclesiastici eloquij veritate: sensum potius sententiarum, quàm compositæ orationis verba retexens: vt scilicet explanatio nostra non alio interprete indigeat, quod plerisque nimium disertis accidere solet, vt maior sit intelligentiæ difficultas, in eorum explanationibus, quàm in his quæ explanare conatur. Tibi verò ipsi, Amplissime pater, pro generosa tua indole ad optima quæque nata, hunc qualemcunque laborem meum destino atque dedico, tua ingenti humanitate fretus, non ingratum tibi neque iniucundum futurum. studium istud erga R. A. I. meum: tametsi nihil est in hac mea tenuitate, quod eximiis illis veræque Heroicis virtutibus, egregiisque in Rempublicam Religionémque Christianam meritis, respondere possit tuis. Deus Opt. Max. R. A. I. perpetuò seruet incolumem. Datum anno à partu Virgineo 1571. Mense Die

Tuæ Reuerendissimæ paternitati omni officiorum genere addictissimus Cliens
Hubertus Scuteputæus.

ELENCHVS CAPITVM IN HOC opere contentorum.

ABstinentia. cap.i.
Abundantia. cap.ij
Abusus. cap.iij.
Ambitio. cap.iiij.
Adolescentia. cap.v.
Aduentus Christi. ca.vj.
Aduersitas. cap.vij.
Adiutorium diuinum. cap.viij.
Aduocatus. cap.ix.
Affectus. cap.x.
Afflictio. cap.xj.
Amicus. cap.xij.
Amor hominis ad deum. cap.xiij.
Amor Dei ad homines. cap.xiiij.
Angelus. xv
Anima. xvj.
Apparitio Christi xvij.
Appetitus naturalis xviij.
Arbitrium. xix.
Ascensio. xx.
Assumptio Mariæ. xxj.
Auaritia. xxij.
Authoritas. xxiij.
Baptismus. xxiiij.
Beatitudo. xxv.
Benignitas Dei. xxvj.
Beneficium. xxvij.
Benedictio. xxviij.
Beneuolentia. xxix
Bonum. xxx.
Breuitas vitæ. xxxj. & ccxxxv.
Caro. xxxij.
Castitas. xxxiij.
Casus. xxxiiij.
Calliditas. xxxv
Cella. xxxvj.
Charitas. xxxvij.
Clementia Dei. xxxviij.
Clamor pauperum. xxxix.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ELENCHVS CAPITVM.

Cogitatio.	xl.	Infernus.	cxi.	Purgatorium.	clxxx.
Cognitio sui.	xli.	Iudicium futurum.	cxii.	Quæstus.	clxxxi.
Consideratio.	xlii.	Indulgentia.	cxiii.	Ratio.	clxxxii.
Confessio.	xliii.	Ingratitudo.	cxiiii.	Rector.	clxxxiii.
Circuncisio.	xliiii.	Inobedientia.	cxv.	Redemptio hominis.	clxxxiiii.
Conuersio.	xlv.	Intellectus.	cxvi.	Resurrectio Christi.	clxxxv.
Consolatio.	xlvi.	Intentio.	cxvii.	Renouatio.	clxxxvi.
Conscientia.	xlvii.	Inuidia.	cxviii.	Reprehensio.	clxxxvii.
Consuetudo.	xlviii.	Ira Dei.	cxix.	Sacrificium.	clxxxviii.
Consensus peccati.	xlix.	Iracundia.	cxx.	Sapientia.	clxxxix.
Consilium.	l.	Iustitia.	cxxi.	Sanctitas.	cxc.
Constantia.	li.	Iustus.	cxxii.	Satisfactio.	cxci.
Commutatio.	lii.	Labor.	cxxiii.	Scandalum.	cxcii.
Compunctio.	liii.	Lachryma.	cxxiiii.	Securitas.	cxciii.
Contemplatio.	liiii.	Laus Dei.	cxxv.	Seductor.	cxciiii.
Cœlum.	lv.	Laus humana.	cxxvi.	Seruus.	cxcv.
Contritio.	lvi.	Lectio.	cxxvii.	Scientia.	cxcvi.
Continentia.	lvii.	Lex.	cxxviii.	Scriptura sacra.	cxcvii.
Conuersatio malorum.	lviii.	Libertas.	cxxix.	Spiritussanctus.	cxcviii.
Cor.	lix.	Lingua.	cxxx.	Spiritus hominis.	cxcix.
Corpus hominis.	lx.	Locus.	cxxxi.	Spes.	cc.
Correptio.	lxi.	Magi.	cxxxii.	Somnus.	cci.
Culpa.	lxii.	Magister.	cxxxiii.	Subditus.	ccii.
Cupiditas.	lxiii.	Mandatum.	cxxxiiii.	Superbia.	cciii.
Curiositas	lxiiii.	Maria virgo.	cxxxv.	Subiectio.	cciiii.
Debitum.	lxv.	Mansuetudo.	cxxxvi.	Suspitio.	ccv.
Desperatio.	lxvi.	Mansuetudo Dei.	cxxxvii.	Temporalis.	ccvi.
Detractio.	lxvii.	Misericordia Dei.	cxxxviii.	Tempus.	ccvii.
Deuotio.	lxviii.	Martyrium.	cxxxix.	Taciturnitas.	ccviii.
Deus.	lxix.	Malum.	cxl.	Tactus.	ccix.
Dilectio.	lxx.	Meritum.	cxli.	Templum.	ccx.
Disciplina.	lxxi.	Meditatio.	cxlii.	Tentatio.	ccxi.
Discretio.	lxxii.	Mens.	cxliii.	Tepiditas.	ccxii.
Displicentia.	lxxiii.	Memoria Dei.	cxliiii.	Testimonium.	ccxiii.
Diuitiæ.	lxxiiii.	Medici.	cxlv.	Timor.	ccxiiii.
Doctrinæ pastorum.	lxxv.	Ministerium.	cxlvi.	Transgressio.	ccxv.
Ecclesia.	lxxvi.	Miseria.	cxlvii.	Tribulatio.	ccxvi.
Elatio.	lxxvii.	Miles.	cxlviii.	Trinitas.	ccxvii.
AEgritudo.	lxxviii.	Monachus.	clxix.	Vnitas diuinitatis.	ccxviii.
Electi	lxxix.	Mors.	cl.	Verbum, hoc est, Filius Dei.	ccxix.
Episcopus.	lxxx.	Mors Christi.	clj.	Verbum hominis.	ccxx.
Exercitium.	lxxxi.	Mundus.	clii.	Verecundia.	ccxxi.
Examinatio sui.	lxxxii.	Natiuitas hominis.	cliii.	Veritas.	ccxxii.
Exemplum.	lxxxiii.	Natiuitas Christi.	cliiii.	Vestis.	ccxxiii.
Familiaritas.	lxxxiiii.	Natura.	clv.	Via spiritalis.	ccxxiiii.
Fauor.	lxxxv.	Necessitas.	clvi.	Vitium.	ccxxv.
Festus.	lxxxvi.	Notitia Dei.	clvii.	Victoria.	ccxxvi.
Fides.	lxxxvii.	Nouissimi quatuor.	clviii.	Vigilia.	ccxxvii.
Fœmina.	lxxxviii.	Obedientia.	clix.	Vigor est languor amantis animæ.	
Fornicatio.	xc.	Oratio.	clx.	ccxxviii.	
Fortitudo.	xci.	Ordo.	clxi.	Vilitas conditionis humanæ.	ccxxix.
Fruitio dei.	xcii.	Occultum.	clxii.	Vinculum.	ccxxx.
Gaudium.	xciii.	Otium.	clxiii.	Virginitas.	ccxxxi.
Generatio.	xciiii.	Passio Christi.	clxiiii.	Virtus.	ccxxxii.
Gloria cœlestis.	xcv.	Pastor.	clxv.	Visio Dei.	ccxxxiii.
Gloria vana.	xcvi.	Patientia.	clxvi.	Visitatio Dei.	ccxxxiiii.
Gratia diuina.	xcvii.	Paupertas.	clxvii.	Vita actiua & cõtemplatiua.	ccxxxv.
Gratiarum actio.	xcviii.	Peccatum.	clxviii.	Vita æterna.	ccxxxvi.
Gula.	xcix.	Perfectio.	clxix.	Vita Christi.	ccxxxvii.
Homo.	c.	Pax.	clxx.	Vita hominis.	ccxxxviii.
Hostis.	cj.	Pœnitentia.	clxxi.	Vitæ breuitas.	ccxxxix.
Humanitas Christi.	cii.	Prælatus.	clxxii.	Vitium.	ccxl.
Humilitas.	ciii.	Præsumptio.	clxxiii.	Vnitas cum proximo.	ccxli.
Hypocrysis.	ciiii.	Prosperitas.	clxxiiii.	Voluntas.	ccxlii.
Iactantia.	cv.	Profectus.	clxxv.	Voluptas.	ccxliii.
Ieiunium.	cvi.	Pietas.	clxxvi.	Votum.	ccxliiii.
Iesus.	cvii.	Psalmus.	clxxvii.	Vox.	ccxlv.
Ignorantia.	cviii	Pudor.	clxxviii.	Zelus.	ccxlvi.
Impunitas.	cix.	Puritas.	clxxix		
Incarnatio Christi.	cx.				

D. BER-

DIVI BERNARDI FLORES,

EX OMNIBVS EIVS OPERIBVS SVMMO STVDIO AC LABORE COLLECTI,

Huberto Scutteputæo, Canonico Reg. selectore.

DE ABSTINENTIA.
Caput primum.

Abstinentia in diuo Bernardo quanta.

Serm. 66. super Cant.

EGO interdum abstineo, sed abstinentia mea, satisfactio est pro peccatis, non superstitio pro impietate. Abstineo à vino, quia in vino luxuria est: aut si infirmꝰ sum, modico vtor, iuxta consilium Pauli. Abstineo à carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem, simul & carnis nutriant vitia. Panem ipsum cum mensura studebo sumere, ne onerato ventre, stare ad orandum tedeat: & ne improperet etiam mihi propheta: quia panem meum comederim in saturitate. Sed ne simplici quidem aqua, ingurgitare me assuescam, ne distensio ventris, vsque ad titillationem pertingat libidinis.

Ad Rebec. de reformat. vitæ.

Prudenter sobriéque conuersanti, satis ad omne condimentum sal cum fame.

Sicut ad crucem, sic accedas ad cibum: id est, nunquam voluptate, sed necessitate pascaris: & fames, non sapor prouocet appetitum. Vide etiam in titulo, Gula. Ieiunium.

DE ABVNDANTIA.
Cap. ij.

Lib. 1. de Assumpt. Mariæ. Serm. 2. in die palm.

PPlenitudo & abundantia temporalium, obliuionem & inopiam facit æternorum.

Sicut secularium rerum prosperitas, occidit stultum secularem: sic potest & abundantia spiritualis prosperitatis occidere indoctum spiritualem, atque ideo non spiritualem.

DE ABVSV.
Cap. iij.

Ecclesiasticis bonis abutentes in animos suos dimittant sequentia verba.

Ser. 23. super Cant.

TImeant clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorũ quas possident, tam iniqua gerunt, vt stipẽdiis quæ sufficere debeant minimè contenti, superflua quibus egeni sustentandi forent, impiè sacriligéque sibi retineant, & in vsus suæ superbiæ atque luxuriæ victum pauperum cõsumere non vereantur: duplici profectò iniquitate peccãtes, quòd & aliena diripiũt, & sacris in prauitatibus suis & turpi tudinibus abutuntur.

Ad Innoc. 3.

Abusus clericorum vbique terrarum turbat & molestat Ecclesiam: alienis nimirum laboribus locupletantur clerici, comedunt fructus terræ absque pecunia: & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum.

De collocat. sym. Nic. et Iesse.

Quantos videmus qui Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri? Quantos qui diligunt munera, sequũtur retributionem, vendunt sacramenta, iustitiam produnt? Quorum guttura necdum traxit ad laqueum, necdum præfocauit fauces verbum blasphemiæ, vox sacrilega, sermo nequam: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?

Sermo. 1. ad cler.

Habent singula quęq; hominũ laboris aliquid, aliquid voluptatis. Sed aduertere est prudentiã aliquorum & mirari, quemadmodum nouo inter hæc artificio discernẽtes, & abinuicem sequestrantes ea: totum quod delectat eligunt & amplectũtur, quod molestum est fugiunt & declinant. Cum militibus nempe superbiæ fastus, amplam familiam, nobiles apparatus, equorum faleras, accipitres, aleas, & similia quæ quæ frequentant. Sudant agricolæ, putant & fodiunt vinitores, & ipsi inter hęc torpent otio. Accedente fructuũ tẽpore, innouari sibi horrea iubent, & prompturia eorũ plena: vtinã non præ illis vtinam vel cum illis. Sed & considera negotiatores. Circumeunt mare & aridam, in labore corporis & periculo vitæ, perituras sibi diuitias congregantes. Dura sunt hæc, caueant prudentes nostri, dulces interea capiunt somnos, ne dicam in stratis lasciuiant suis. Quum resurgere cœperint homines vnusquisque in suo ordine: vbi putas generatio ista locabitur? Si ad milites fortè diuerterint, exsufflabunt eos, quòd minimè secum laborem aut pericula tolerauerint. Sic agricolæ, sic negotiatores, & singuli quique ordines hominũ à suis eos similiter arcebunt finibus: vtpote, qui in hominum labore non fuerint. Quid ergo restat, nisi vt quos omnis ordo repellit, pariter & accusat, eum sortiantur locum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat?

DE AMBITIONE.
Cap. iiij.

Ecclesiastici auaritiæ dediti, notent subsequentia.

Dilatata videtur ecclesia, ipse etiam clerici sacratissimus ordo fratrum numerus super numerum multiplicatus. Verùm etsi multiplicasti gentem Domine, non magnificasti lætitiam, dum nihil minus apparet decessisse meriti, quàm numeri, accessisse. Curritur passim ad sacros ordines, & reuerenda ipsis quoque spiritibus angelicis ministeria, homines apprehendunt sine reuerentia, sine consideratione. Cum auaritiæ macula ingrediuntur tabernaculum Dei viuentis, inhabitant cum macula templum sanctum domini polluentes: iudicium multiplex accepturi, quòd & tam grauissimas conscientias gerunt, & nihilominus sese ingerunt in sanctuarium Dei. Tales enim non modò non placant Deũ, sed magis irritant: vereor ne in his, quibus eum repropiciare debuerant.

Li. de pers. fustin. cap. 29.

Fastus quorundam Ecclesiasticorum notatur.

Ser. 33. sup. Cant.

Serpit hodie putida tabes superbiæ per omne corpus Ecclesię: & quò latius, eò desperatius: eóque periculosius, quò interius. Nam si insurgeret apertus inimicus hæreticus, mitteretur foras, & arescaret: si violentus inimicus, absconderet se forsitan ab eo. Nunc verò quem eiiciet, aut à quo abscondet se? Omnes amici & omnes inimici: omnes necessarij: & omnes aduersarij omnes domestici, & nulli pacifici: omnes proximi, & omnes quæ sua sunt quærentes. Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. Honorati incedunt de bonis Domini, cui Domino honorem non deferunt. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus: inde aurum in frenis, in sellis & calcaribus: & plus calcaria, quàm altaria fulgent. Inde splendidæ mensæ, & cibis & cyphis: inde commessationes & ebrietates: inde cythara & lyra & tybia, inde redundãtia torcularia, & promptuaria plena ex hoc in illud, &c.

Ambitio infestat omnes.

Lib. 3. de Cõsiderat. cap. 1. & 2.

O ambitio, ambientium crux, quomodò omnes torquẽs, omnibus places? Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat: nil tamen apud miseros mortales crebrius negotiis eius. An non limina Apostolorum plus iam ambitio, quàm deuotio terit? An non vocibus eius vestrum tota die resultat palatium? An non quæstibus eius tota legum canonúmque disciplina insudat? An non spoliis eius, omnis Italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas?

Vestis nimis præciosa, ignominia est clerico.

Forma preciosarum vestiũ, deformitatis mentium & mo- *Ibidem.*

rũ indiciũ est. Quid sibi vult, q̃ clerici aliud videri volunt? Id quidem minus castum, minúsque syncerum. Nempe habitu milites, quæstu clericos, actu neutrum exhibent. Nam neque vt milites pugnant, neque vt clerici euangelizant. Cuius ordinis sunt? Cùm vtriusque esse cupiunt, vtrumque desecrunt, vtrunque confundunt. Vnusquisque, inquit in suo ordine resurget. Isti in quo? An qui sine ordine peccauerunt, sine ordine peribunt? Aut si summè sapiens Deus, veraciter à summo vsque deorsum, nihil inordinatum relinquet: vereor non alibi ordinandos, quàm vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitet.

1. Cor. 15.

Iob. 10.

Ex trac. de ver. Euãg. dixit Simõ Petrus ad Iesum: Ecce nos rel.

Videte vocationẽ vestram, ait vocatus apostolus. Consideremus & nos, an vocati venerimus: & vocati à Deo, cuius nimirum hæc vocatio est: quia quos prædestinauit, hos & vocauit. Sed quis vocauerit nos in honorem clerici, conuenire velim conscientias singulorũ, vt secundum præceptum Domini, ad cor Hierusalem loquar. Huic enim paruulo adhuc aut forsitan necdum nato, Ecclesiastica iam beneficia, prouida sanè parentum sollicitudo parabat. Hũc nos inquientes illi, vel illi tradamus episcopo, apud quem habemus gratiam, aut cui fortè seruiuimus: vt ditetur de bonis Domini, nec in tot liberos nostra diuidatur hæreditas. Illum præpositus aut decanus, vt sibi succederet, plusquam materno educauit affectu, in deliciis enutriens & delictis. Ille dignus archidiaconatu, vtpote filius principis: magis autem si sit episcopi consobrinus, in quo nimirum tota est episcopata progenies. Alius vndique circuit, sedulus explorator: ex blanditur, obsequitur, dissimulat, miseráque sibi suffragia mendicare non erubescit: manibus & pedibus repens, si quo modo tandem aliquando sese ingerere queat in patrimonium crucifixi: & bona Domini, quæ sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita. &c.

Ambitio clericorum infinita.

In epist. ad Hier. Seno. epist.

Curritur in clero passim ab omni ætate & ordine: à doctis pariter & indoctis ad ecclesiasticas curas, tanquã sine curis iam victurus sit, cùm ad curas peruenerit. Nec mirum de his qui necdum in semetipsis experti sunt: videntes quippe illos qui iam proprios humeros cupitæ farcinæ submiserunt, non solum non gemere tanquam sub onere, sed insuper appetere plus onerari. Non deterrentur periculis, quæ cupiditate cæcati non vident, sed fauoribus amplius quos illis inuident prouocantur. O infinita semper ambitio, & insatiabilis auaritia. Cùm primos honorum gradus meruerint in ecclesia: meruerunt autem vel vitæ merito, vel pecuniæ, seu etiam carnis & sanguinis, quæ regnum Dei non possidebunt prærogatiua: non ideo corda quiescunt duplici semper æstuantia desiderio, quo vbique magis ac magis & dilatentur in plura, & ad celsiora sublimentur. Verbi gratia, cùm factus quis fuerit in quacunque ecclesia decanus, præpositus, archidiaconus aut aliquid huiusmodi: non contentus vno in vna, plures sibi, imò quotquot valet conquirere honores satagit, tam in vna, quàm in pluribus. Quibus tamen omnibus si locus euenerit, libenter vnius præferret episcopi dignitatem. Sed nunquid sic satiabitur? Factus episcopus, archiepiscopus esse desiderat. Quo fortè adepto, rursum nescio quid altius somnians, laboriosis itineribus & sumptuosis familiaritatibus, Romanum statuit frequentare palatium: quæstuosas sibi quasdam exinde comparans amicitias. Si lucri spiritualis gratia hæc faciunt, laudandus est zelus, sed præsumptio corrigenda.

Ambitio vult latere, non apparere.

In epist. ad epist. aqui.

Ambitio mater hypocrisis, latebras amat & tenebras, lucis impatiens est. Et certè ambitio cùm prorumpit in impudẽtiam, efficaciã perdit: & cùm improbus affectus se aperit, perit effectus. Ambitionis spurcum vitium in imo latet: videt tamen omne sublime, sed videri ipsa refugit.

Ibidem.

Inclytus erit ambitiosus, quandiu in nocte versabitur, & donec turpis lucri negotium perambulat in tenebris: poterit hypocrita iustus sanctusque videri, sed oculo qui videt in facie. At vbi fortè foras, mittit impudentia, quod latet in cõscientia, nonne intemperans appetitus apparet ad confusionem procatior, quàm promptior ad gloriam? Si vera, sic probatur quod legitur: Gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. Non adeò periit pudor à mortalibus, vt nuda impudensq; vel ab ipsis honoretur ambitio. Est sobria quædam & quodammodo occulta ambitio moliens cautè, etsi nõ castè. Si valet proficere, clam sua negotia curat, sin verò manet in se, & pudoris vmbram non deserit.

Serm. 6. sup. Psal. Qui habit.

Ambitio subtile malum, secretũ virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parẽs, vitiorum origo, criminum fomes, virtutum ærugo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, generans ex medicina languorem. Quantos hæc pestis nequiter subplantatos turpiter deiecit: vt cæteri quique quos latuit occultus effossor subitam expauescerent ad ruinam.

Ibidem.

Quid verò hunc vermem fouet aliud, quàm mentis alienatio & obliuio veritatis? Nimirum veritas est quæ sedula suggestione reducit in mentẽ quàm sit in ambitu friuola con solatio, graue iudicium, vsus breuis, finis ignotus.

lib. 4. de consid. ad Euge. pap.

Videre est omnẽ ecclesiasticum zelum feruere sola dignitate tuenda: honori datur totum, sanctitati nihil aut parum. De placito Dei, vltima mentio est: pro iactura salutis, nulla cunctatio.

Serm. 4. de Ascens.

Potestatis ambitio angelum fœlicitate priuauit angelica: scientię appetitus, hominem immortalitatis gloria spoliauit. Conetur quis montem ascendere potestatis, quantos putas contradictores habebit, quantos inueniet repulsores: obstacula quanta, quàm difficilem viam? Et tamen quàm pauci euadunt, quibus non dominandi libido dominetur. Hinc est quòd beneficiꝰ vocantur, qui potestatem habent: potentibus siquidem omnes adulantur, inuident omnes. Cupidus alter est instantis scientiæ, quantum laborabit, quãtum anxiabitur spiritus eius? Videas alium literarum, alium mundialis curæ, istum placitationum disciplicẽtium Deo, illum seruilis cuiuslibet artis tam vehementer affectare scientiam, vt laborem nõ reputet: tantummodo possit aliquibus doctior reputari. In amaritudine morabitur oculus eius, quotiens videre contigerit, cui se posteriorem iudicet, aut putet ab aliis reputari. Quænam miseris tam dira libido? Sic ędificant Babel. Sic cõcupiscunt, quod non expedit, quod expedit omittentes.

Insatiabilitas humani cordis, maxima.

In sentent.

Cęterum nec amator pecunię dicit aliquando sufficit, nec libidinosus satiatur voluptate: sic & crudelis quisque, semper sanguinem sitit: & ambitiosus seu cupidus laudis humanæ, adeptis dignitatum titulis seu fauoribus, nullum, exinde capit omnino remedium, sed desiderio æstuat ampliori. Minus enim inuenit requiem, qui sibi placere cupit aut suis.

DE ADOLESCENTIA.
Cap. v.

Lib. 4. de consid. ad Eug. pap.

Quantos quos supplices admisistis, postmodum sustinuistis graues, insolentes, contumaces, rebelles? Quod quidem interius malum tegunt principia, posteriora produnt. Verbosum adolescentem, & studentem eloquentiæ, cùm sapientiæ sit inanis: non aliud quàm iustitiæ hostem repetes.

Aliquis vir bonus eligendus est adolescentibus.

In tract. de vita sol.

Quandiu paruulus es, & donec plenius addiscas diuinam cogitare præsentiam, pœdagogũ tibi procura. Elige tibi tuipse hominem consilio meo, cuius vitæ exemplar sic cordi tuo insedeat, reuerentia inhęreat, vt quotiẽs eius recordatus fueris ad reuerentiã cogitati assurgas, & temetipsum ordines & componas: qui cogitatus ac si præsens sit, in affectum mutuæ charitatis, emendet in se omnia emendenda, & tamẽ nullum patiatur damnũ secreti sui solitudo tua. Hic præsens tibi adsit quandocunq; volueris: occurrat sæpe & cùm nolueris. Increpationes eius describe tibi: cogita sancta eius sęueritas, cõsolationes, pietas & benignitas, exemplum, sanctæ vitæ syncęritas. Nam omnes cogitationes tuas, cùm ab eo videri cogitabis, ac si videat, ac si arguat, emendare cogeris.

ADVEN-

DE ADVENTV CHRISTI.
Cap. vj.

Pura conscientia, non gressu pedum, Domino in eius Aduentu occurrendum.

Ser. 1. de Aduent.

VT domino curras in eius aduentu, non te oportet ô homo maria transfretare, non penetrate nubes, non transalpinare necesse est. Non grandis inquam tibi ostenditur via: vsque ad te ipsum occurre Deo tuo, propè est enim verbum in ore tuo, & in corde tuo. Vsque ad cordis compunctionem, & oris confessionem occurre, vt saltem exeas de sterquilinio miseræ conscientiæ: quoniam indignum est illuc authorem puritatis intrare.

Aduentus Domini triplex.

Ser. 3. de Aduent.

Triplicem Domini aduentum nouimus, scilicet ad homines, in homines, contra homines. Ad omnes quidem indifferenter, non autem ita in omnes, aut cõtra omnes. Sed quia primus & tertius noti sunt, vtpote manifesti. De secundo qui spiritualis & occultus est, ipsum audi dicentem: Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Beatus apud quem mansionem facies Domine Iesu.

Ibid.

In aduentu Domini, si personam venientis intueor, non capio excellentiã maiestatis. Si attendo ad quos venerit, dignationis magnitudinẽ expaueſco. Si cõsidero propter quod venerit, amplector quo ad possum inæstimabilẽ latitudinem charitatis. Si modum cogito, exaltationem agnosco humanæ conditionis. Venit siquidem vniuersitatis creator & Dominus, venit ad homines, venit propter homines, venit homo.

Ser. 3. in vigil. Nati. Domini.

Venit medicus ad ægrotos, redemptor ad venditos: ad errantes via: ad mortuos vita. Venit non perdere, sed saluare: eripere, non ligare.

DE ADVERSITATE.
Cap. vij.

Ser. 7. sup. Qui habit.

NNulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas.

DE ADIVTORIO DIVINO.
Cap. viij.

Dei adiutorio inniten dum.

Exp. Cant. ser. 85.

Ascensus profectò arduus est, & cassus conatus absque Dei adiutorio. Ergo qui stat, si non vult cadere, non fidat sibi, sed innitatur Deo. Deus loquitur: Sine me nihil potestis facere. Ita est, nec surgere ad bonum, nec stare in bono possumus sine Deo. Tu ergo qui stas da gloriam deo, cuius manu erigeris, ipsius necesse est virtute tenearis. Multũ opus virtute habes: sed qua induaris ex alto. Ipsa enim si perfecta sit, facilè facit animum victorem sui: & sic inuictum reddit ad omnia. Est quippe vigor animi cedere nescius pro tuenda ratione. Vel sic: Vigor animi quod in se est omnia ad rationẽ cogens vel dirigens. Quidni omnia possibilia sint innitenti super eum qui omnia potest? Nil omnipotentiã Dei clatiorẽ reddit, quã quod omnipotẽtes facit omnes qui in se sperãt. An non omnipotens, cui omnia possibilia sunt? Ita animus si non præsumat de se, sed si confortetur à Deo, poterit vtique dominari sui: vt non dominetur ei omnis iniustitia. Ita inquam Deo innixum, nulla vis, nulla fraus, nulla iam illecebra poterit vel stantem deiicere, vel subiicere dominantem. Alioquin frustrà nititur, si non innititur.

DE ADVOCATIS.
Cap. ix.

lib. 1. de Consid.

DIsputationes aduocatorum & pugnæ verborum, magis ad subuersionem, quàm ad inuentionem proficiunt veritatis. Si sunt qui docuerũt linguas suas loqui mendacium: diserti aduersus iustitiã, eruditi pro falsitate. Sapientes sunt vt faciant mala, eloquentes vt impugnẽt verum. Hi sunt qui instruunt, à quibus fuerant instruendi. Astruunt non cõperta sed sua: destruunt simplicitatem veritatis, obstruunt iudicij vias. Nihil itaque absque labore manifestam faciet veritatẽ, vt breuis & pura narratio.

DE AFFECTV.
Cap. x.

Ser. 12. de minorib.

SI dies quispiam mulieri paupercule dicat: Ingredere tu ad prandium meum, sed quem gestas infantulum relinque foras, quoniam plorat, & molestus est nobis, nunquid faciet? Nonne magis eligeret ieiunare, quàm exposito pignore charo, sola prandere cum diuite? Ita nec Moſi sedet solum se introduci in gaudium Domini sui, foris scilicet remanente populo, cui licet inquieto & ingrato vice pariter & affectione matris inhęret, dolet viscera, sed tolerabiliorẽ sibi iudicat tortionem, quàm euulsionem.

Quatuor sunt affectiones, sine quibus non subsistit anima.

In sentent.

Quatuor sunt affectiones, amor, & lætitia, timor, & tristitia. Absque his non subsistit humana anima. Sed quibusdam sunt in coronam, quibusdam in confusionem. Purgatè enim & ordinatè gloriosam in virtutum corona reddũt animam: inordinatè per cõfusionem deiectam & ignominiosam. Purgantur autem sic. Si amantur quæ amanda sunt, si non amantur quę amanda non sunt, amor purgatus erit. Sic de cæteris. Ordinantur autem sic. In initio timor, deinde lætitia: post hanc tristitia, in consummatione amor. Considera ergo quomodo istæ affectiones ordinatæ virtutes sunt: inordinatæ perturbationes.

Affectus & intellectus quomodo purgandi.

Ser. 3. de Ascen.

Duo sunt quæ in nobis purganda sunt, intellectus & affectus. Intellectus vt nouerit: affectus vt velit. Hi sæpius sibi inuicem aduersantur: vt alter summa petere, alter appetere infima videatur. Quantus verò is dolor, quàm grauis animæ cruciatus, dum sic distrahitur, hic sic dilaceratur, sic abrumpitur à seipsa. Intellectus verò tunc deprimitur cùm multa cogitat, dum non colligit se circa vnam & vnicam meditationẽ quæ concipitur de ciuitate illa, cuius participatio eius in idipsum. Huiusmodi intellectum oportet deprimi, & distrahi per multa, multis & multiplicibus modis. Affectiones verò quæ corrupto corpore diuersis passionibus afficiuntur mitigari nunquam possunt, ne dicam sanari, donec voluntas vnum quærat, & tendat ad vnum.

DE AFFLICTIONE.
Cap. xj.

Afflictorum proprietas quæ.

Ser. 10. sup. Qui habit.

PRoprium est afflictorum, vt molestiis eximi, summam reputent fœlicitatem: & carere miseria, summam beatitudinem arbitrentur.

DE AMICO. Cap. xij.

Lib. de afflict. sustin. cap. 27.

NEmo magis iram meretur, quàm amicum simulans inimicus.

DE AMORE. Cap. xiij.

Amor omnes in se traducit affectus.

Ser. 83. sup. Cant.

AMor reuerentiam nescit. Ab amando quippe amor, non ab honorando denominatur. Honoret sanè qui horret, qui stupet, qui metuit, qui miratur: vocant hæc omnia penes amantem. Amor sibi abundat, amor vbi venerit, cæteros in se traducit affectus. Propterea quæ amat, amat: & aliud nouit nihil.

Solus amor potest suo respondere actori.

Ibidem.

Magna res amor, si tamen ad suum recurrat principium, si suæ origni redditus, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat, vnde iugiter fluat: solus est amor ex omnibus animæ motibus sensibus atque affectibus, in quo potest creatura, etsi non ex æquo respondere actori, vel de simili mutuam rependere vicem. Verbi gratia: Si mihi iratcatur Deus, num illi ego similiter reiriscar. Non vtique, sed pauebo, sed contremiscam, sed veniam deprecabor. Ita si me arguat, non redarguetur à me, sed ex me potius iustificabitur. Nec si me iudicabit, iudicabo ego eum, sed adorabo: & saluans me, non quærit à me ipse saluari: nec vicissim eget ab aliquo liberari,

quia liberat omnes. Si dominatur, me oportet seruire: si imperat, me oportet parere: & non vicissim à Domino vel seruitium exigere, vel obsequium.

Amor præmium meretur.

Lib. de dil. Deo. Verus amor præmium non requirit, sed meretur. Præmiũ sanè necdum amanti proponitur, amanti debetur, perseueranti redditur. Vide etiam in tit. charitas, dilectio, amor Dei erga homines.

DE AMORE HOMINIS ad Deum. Cap. xiij.

Christus qualiter diligendus.

Ser. 20. sup. Cant. DIsce ô Christiane à Christo quemadmodũ diligas Christum. Disce amare dulciter, amare prudẽter, amare fortiter. Dulciter, ne illecti: prudenter, ne decepti: fortiter, ne oppressi ab amore Domini auertamur. Ne mundi gloria seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi præ his sapientia Christus. Ne seducaris spiritu mendacij & erroris, lucescat tibi veritas Christus. Ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Christus. Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia. Sit feruidus, sit circumspectus sit inuictus. Nec reporẽ habeat, nec careat discretione nec timidus sit.

Christus sit nostra dulcedo.

Ibidem. Sit suauis & dulcis affectui tuo Dominus Iesus, contra malè vtique dulces vitę carnalis illecebras, & vincat dulcedo dulcedinem, quemadmodum clauum clauus expellit.

Amor Dei quomodo nobis innascatur.

Lib. de dil. Deo. Amor est affectio naturalis. Quod ergo naturale est, iustum quidem foret primò omnium naturæ deseruire auctori. Sed quia carnales sumus, & de carnis concupiscentia nascimur: necesse est vt amor noster à carne incipiat, qui si recto ordine dirigatur, quibusdam suis gradibus (duce gratia) proficiens, spiritu tandem consummabitur: quia non prius quod spirituale, sed quod amabile est, deinde quod spirituale. Imprimis ergo diligit seipsum homo propter se: cúmque se videt per se non posse subsistere, Deum quasi sibi necessarium incipit per fidem inquirere & diligere. Facit ergo sẽ diligi Deus, qui & cætera bona facit, facit autem sic: Qui naturam condidit, ipse & protegit. Nam & ita condita fuit, vt habeat iugiter necessarium protectorem quem habuit & conditorem: vt quæ nisi per ipsum non valuit esse, nec sine ipso valeat omnino subsistere. Quod ne sanè creatura de se ignoret, ac perinde sibi (quod absit) superbè arroget beneficia creatoris. Vult hominem idem conditor, alto quidẽ salubrique consilio tribulationibus exerceri, vt quum defecerit homo, & subuenerit Deus: dum homo liberatur à Deo, Deus ab homine (vt dignum est) honoretur. Fit hoc itaque tali modo, vt homo amabilis & carnalis, qui præter se neminem diligere nouerit, etiam Deum vel propter se amare incipiat: quòd in ipso nimirum vt sæpe expertus est, omnia possit, quæ tamen posse prosit, & sine ipso possit nihil. Diligit itaque in secundo gradu Deum, sed propter se adhuc, non propter ipsum. At verò cùm ipsum cœperit occasione propriæ necessitatis colere & frequentare, cogitando, loquendo, legendo, operando, obediendo, quadam huiusce modi familiaritate paulatim sensimque Deus innotescit, consequenter & dulcescit: & sic gustato quàm suauis est Dominus, transit ad tertium gradum vt diligat Deum. Non iam propter se, sed propter ipsum. Ita fit vt ad diligendum purè Deum, plus iam ipsius alliciat gustata suauitas, quàm vrgeat nostra necessitas. Sanè in hoc gradu quo iam propter seipsum Deus diligitur, diu statur. At nescio si à quoquam hominum, quartus in hac vita perfectè apprehenditur: vt se scilicet homo diligat tantum propter Deum. Asserant hoc si qui experti sunt. Fateor, impossibile mihi videtur. Erit autem proculdubio cùm introductus fuerit seruus bonus & fidelis, in gaudium Domini sui.

Ibidem. Deus meus adiutor meus, diligam te pro dono tuo, & modulo meo: minus quidem iusto, sed planè non minus posse meo. Qui etsi quantum debeo, non possim: non possum tamen vltrà quàm possum. Potero verò plus, cùm plus donare dignaberis, nunquam tamen prout dignus haberis. Imperfectum meum viderunt oculi tui, sed tamen in libro tuo omnes scribentur: qui quod possunt, faciunt: etsi quod debent, non possunt.

DE AMORE DEI AD HOMINES. Cap. xiiij.

Argumentum amoris Dei erga nos, geminum est.

In epist. ad Thomam præpos. de Beruela. NEmo se amari diffidat, qui iam amat. Libẽter Dei amor nostrum quem præuenit, subsequitur. Nam quomodo redamare pigebit quos amauit, & necdum amantes se? Amauit inquam, amauit. Habes enim dilectionis pignus spiritũ: habes & fidelem testem Iesum, & hunc crucifixum. O geminum ipsúmque firmissimum erga nos Dei amoris argumentum. Christus moritur & meretur amari: spiritus afficit, & facit amare. Ille facit cur ametur, iste vt ametur. Ille multam suam dilectionem commendat in nobis, iste & dat. In illo cernimus quod amemus: ab isto sumimus vnde amemus. Charitatis igitur ab illo occasio, ex isto affectio. Quanta confusio filium Dei ingratis oculis cernere morientẽ? Quod quidem facilè contingit, si desit spiritus. Nunc autem charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis: amati amamus, amantes amplius meremur amari. Cùm ergo teneamus geminum nostræ salutis indicium, geminam sanguinis & spiritus effusionem, neutra sine altera prodest. Nam nec spiritus datur nisi credentibus in crucifixum: nec fides valet si non operatur ex dilectione, dilectio autem donum spiritus est.

Serm. 83. super Can. Magna res amor. Nam cum amat Deus, non aliud vult, quàm amari: quippe qui ob alliud non amat, nisi vt ametur, sciens ipsos amore beatos, qui se amauerint.

Vis diuini amoris quanta.

Serm. 69. sup. Cant. O amor præceps, vehemens, flagrans impetuosè, qui præter te aliud cogitare non sinis: fastidis cętera, contemnis omnia præter te contentus: cõfundis ordinem, dissimulas vsum, modum ignoras: totum quod oportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod consilij, iudiciique se esse videtur: triumphas in temetipso, & redigis in captiuitatem. Frustrà ad audiendum, legendúmve amoris carmen, qui non amat accedat: quoniam omnino nõ potest capere ignitum eloquium, frigidum pectus. Quomodo enim Græcè loquentem intelligit, qui Græcum non nouit? Nec Latinè loquentem, qui latinus non est? sic lingua amoris ei qui non amat, barbara erit: erit sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

Violentia diuini amoris quanta.

Ser. 64. sup. Cant. O suauitatem, ô gratiam, ô amoris vim: summus omniũ, imus factus est omnium. Quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius, dignatione diues, affectu potens, suasu efficax. Quid violentius? Triumphat de Deo amor, vt scias amoris fuisse, quòd plenitudo effusa est: quòd altitudo adæquata est, quòd singularitas associata est.

Ser. 83. sup. Cant. In sentent. Deus non modò amans, sed amor est: & solam amoris vicem requirit & fidem. Quidni ametur amor.

Ser. 7. sup. Cant. Et quid tam cordium vita, quàm Deus meus Iesus? Is verè est & amans, & amabilis, & totum quod de ipso est. Verè est, quando ipse est non aliud sanè quàm ipsa veritas. Quis fidus, verúsve animæ amor, nisi vtique is, quo veritas adamatur? Rationis sum compos, veritatis capax: sed vtinam non forem, si amor mihi defuerit. Non sum securus à fecuri, si absque eo inuenitur. Valde omnino mihi amandus est, per quẽ sum, viuo, sapio: si nõ ingratus sum, & indignus. Dignus planè est morte, qui tibi Domine Iesu viuere recusat, & mortuus est: & qui tibi non sapit, desipit: & qui curat esse nisi propter te, pro nihilo est, & nihil est. Propter temetipsum Deus fecisti omnia: & qui esse vult sibi, & non tibi, nihil esse incipit inter omnia. Pro his ergo ita sum amans te quantum possum: sed est quòd me plus mouet, plus vrget, plus accendit, super omnia inquã reddit amabilẽ te mihi Iesu bone, calix quem

lix quem bibisti, opus nostræ redemptionis. Hoc omnino amorem nostrum facilè vendicat totum sibi. Hoc est quòd nostram deuotionem & blandius allicit & iustius exigit, & arctius stringit, & afficit vehementius.

Ser. 51. sup. Cant. *Amoris vigor & languor.*

Cùm præsto est quod amatur, viget amor: languet cùm abest. Quod non est aliud quàm tædium quoddam impatientis desiderij, quo necesse est affici mentem vehementer amantis absente quem amat: dum totus in expectatione, quantamlibet festinationem, reputat tarditatem. Subtractio nempe rei quam amas, augmentatio desiderij est: & quod ardentius desideras, cares ægrius.

DE ANGELIS. Cap. xv.

Angeli astant orantibus.

Hom. 3. sup. Missus est. SOlent angeli astare orantibus, & delectari in his, quos vident leuare puras manus in oratione: holocaustum sanctæ deuotionis, gaudent se offerre Deo in odorem suauitatis.

Delectamenta angelorum quæ.

Ser. 2. de S. Mich. Ar. Sunt plurima quæ angelis placent, & quæ in nobis inuenire delectant: vt est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, crebri in cœlum gemitus, & orationes cum lachrymis, & cordis intentione. Attamen super omnia hæc vnitatem & pacem à nobis exigunt angeli pacis. Quidni maximè delectẽtur in his, quæ formam quandam ciuitatis suæ repræsentant in nobis, vt mirentur Hierusalem nouam in terra? E contra verò, nihil æquæ offendit, & ad indignationem prouocat eos: quomodò dissentiones & scãdala, si fortè inueniantur in nobis.

In Deo delectandum.

Ser. 4. sup. Quis hab. Si vis habere ministerium angelorum, fuge consolationes seculi, & tentationibus resiste diaboli. Renuat consolari anima tua in aliis, si vis in dei memoria delectari.

Angeli hominibus sunt ad custodiam deputati.

Ser. 12. sup. Quis habi. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Quantum tibi debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam. Reuerentiam, pro præsentia: deuotionem, pro beneuolentia: fiduciam, pro custodia. Cautè ambula, vt videlicet cui assint angeli, sicut eis mandatum est, in omnibus viis tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo: angelo tuo reuerentiam exhibe. Tu ne audeas illo præsente, quod vidente me non auderes. An præsentem esse dubitas, quem non vides? Quid si audires, quid si tangeres, quid si olfaceres? Vide quia non solo visu rerum præsentia comprobetur. Si fidem consulas, ea tibi angelicam probat præsentiam non deesse. Assunt igitur & assunt tibi non modò tecum, sed etiam pro te. Assunt vt protegant, assunt vt prosint. Simus ergo deuoti, simus grati tantis custodibus: reamemus eos, honoremus eos quantum possumus, quantum debemus: & quotiens grauissima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca custodem tuum, ductorem tuum, adiutorẽ tuũ, in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, & dic: Domine salua nos, perimus. &c.

Ibidem. Credimus sanctos angelos astare orantibus, offerre Deo preces & vota hominum, vbi tamen sine ira & disceptatione leuari puras manus perspexerint. Probat hoc angelus, ita loquens ad Thobiam: Quando orbas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas: ego obtuli orationem tuam Domino.

Ibidem. Solent psallentibus quoque dignanter admiscerі sancti angeli, sicut Psalmista ait: Præuenerunt principes coniuncti psallentibus. Vnde & dicebat. In conspectu angelorum psallam tibi. Vsurpemus igitur & nos officium, quorum sortimur consortium. Dicamus eis: Psallite Deo nostro, psallite. Atque audiamus eos vicissim respondentes: Psallite regi nostro psallite.

Angelicæ naturæ præstantia.

Ser. 19. sup. Cant. Angelica creatura irrepercussa mentis acie intuetur diuinorum iudiciorum abyssum multam, quorum summæ ineffabili delectatione beata: gloriatur insuper affectui eamancipari per suum ministerium, ac palam fieri, & propter ea diligit meritò Deum.

Ser. 22. sup. Cant. Qui erexit hominem lapsum, dedit stanti angelo ne laberetur: sic illum de captiuitate eruens, sicut hunc à captiuitate defendens. Et hac ratione fuit æquè vtrique redemptio, soluens illum, & seruans istum. Liquet ergo sanctis angelis, Dominum Christum fuisse redemptionem, sicut iustitiam, sicut sapientiam, sicut sanctificationem.

Pœnitentia nostra sanctis angelis quam sit accepta.

Ser. 30. sup. Cant. Gaudent angeli in conuersione & pœnitentia peccatorum, salutem hominum sitientes: lachrymæ pœnitentium vinum eorum, quod in illis vitæ odor, sapor gratiæ sit, indulgentiæ gustus, reconciliationis iucunditas, sanitas redeũtis innocentiæ, serenatæ suauitas conscientiæ.

Angeli tenent summum diuinæ similitudinis gradum.

Serm. 5. de Consid. ad Eug. Diuinæ similitudinis summum gradum, summi angeli tenent, nos infimum, Adam tenuit medium, porrò dæmones nullum. Superioribus nempe spiritibus datum est sine peccato, & miseria perdurare: Adæ autem absque his quidem esse, sed non etiam permanere: nobis verò ne esse quidem absque his, sed ipsis tamen non cedere. Cæterum diabolus & membra eius, sicut nunquam volunt reluctari peccato: sic nunquam possunt pœnam declinare peccati.

DE ANIMA. Cap. xvj.

Animæ triplicem habent naturam

Ser. 4. de om. Sanctis COnstat animarum triplicem esse naturam, vnde & sapientes mundi huius animam humanam, rationabilem irascibilem, concupiscibilem esse tradiderunt. Quam vbique triplicem vim animæ ipsa quoque natura, & quotidiana experimenta nos docent. Porrò quemadmodum circa rationale nostrum, & scientia & ignorantia constat, tanquam habitus & priuatio: sic & circa concupiscibile, desiderium & contemptus: circa id quod dicitur irascibile, & lætitia pariter & ira versatur. Implebit ergo Deus rationabile nostrũ luce sapientiæ: ita vt penitus nobis nihil desit in vlla sapientia. Implebit concupiscibile nostrum fonte iustitiæ: vt omnino desideremus eam, & ea penitus repleamur. Sicut scriptum est: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Nulla enim alia res implere potest desiderium animæ: nulla alia, præter iustitiam, beatificare animam potest.

Vitâ corporis, anima.

Ser. 3. ex minorib. Sicut anima vita est corporis, ita Deus, vita est animæ: & sicut corpus mortuum est, quod per quinque sensus ab anima non vegetatur: ita anima mortua est, quæ per hæc Domino non humiliatur.

Quomodo cognoscat anima quòd diligatur à Deo.

Serm. 69. sup. Cant. Anima ex eo quòd se diligere & vehementer diligere sentit, etiam se diligi nihilominus vehementer non ambigit: & de sua singulari intentione, solicitudine, cura, opera, diligentia, studióque, quo incessanter & ardenter inuigilat, quemadmodum placeat Deo, æquè hæc omnia in ipso indubitanter agnoscit. Ergo ex propriis quæ sunt penes Deum agnoscit, nec dubitat se amari, quæ amat. Ita est. Amor Dei, amorem animæ parit: & illius præcurrens intentio, intentã animã facit, sollicitudoq; sollicitã. Nescio enim qua vicinitate naturæ cùm semel reuelata facie gloriã Dei speculari anima poterit, mox illi conformari necesse est, atque in eandem imaginem transformari. Igitur qualem te præparaueris Deo, talis oportet appareat tibi Deus.

Ibidem. Bonus es Domine animæ quærenti te, occurris, ample-

cteris, sponsum exhibes qui Dominus es: imò qui es super omnia deus benedictus in secula, Amen.

Anima hominis immortalis.

Ser.81. sup. Cant. Immortalis est anima, & in hoc verbo similis quidem, sed non æqualis. Nam in tantum superexcellit immortalitas Deitatis, vt Apostolus dicat de eo: Qui solus habet immortalitatem. Quod ego reor pro eo dictum, quòd solus sit natura incommutabilis Deus. Vera namq; & integra immortalitas, tam non recipit mutationem, quàm nec finem: quia omnis mutatio, quædam mortis imitatio est. Omne etenim quod mutatur, dum de vno ad aliud transit esse, quodammodo necesse est moriatur quod est, vt esse incipiat quod non est. Quòd si tot mortes, quot mutationes: vbi immortalitas est? Et huic vanitati subiecta est creatura non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe. Attamen immortalis anima est, quoniam cùm ipse sibi vita sit: sicut non est quò cadat à se, sic non est quò cadat à vita. Verùm cùm conster suis affectibus mutari eam, agnoscat ita se Deo immortalitate similem vt sciat sibi deesse non modicam immortalitatis partem: soli reddens absolutam perfectámque immortalitatem, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Ibidem. Arbitrij libertas est planè diuinum quoddam præfulgens in anima tanquam gemma in auro. Ex hac nempe inest illi inter bonum quidem & malum, necnó inter vitam & mortem: sed nihilominus inter lucem & tenebras, & cognitio iudicij, & optio elegendi.

Prima forma animæ obfuscari potest, sed non exterminari.

Ser.82. sup. Cant. Non planè anima natiuam se exuit formam, sed superinduit peregrinam. Illa addita, non ista perdita est: & quæ superuenit, obscurare ingenitam potuit, sed non exterminare. Manet in fundamento prorsus inconcussa simplicitas, sed minimè apparet duplicitate operta humanæ dolositatis simulationis hypocrisis. Sed perseuerat nihilominus in omni anima cum originali duplicitate generalis simplicitas: vt de collatione, confusio augeatur. Perseuerat æquè immortalis, sed fusca & tetra: irruente tenebrosa corporeæ mortis caligine. Nam etsi non priuatur vita, vitæ tamen beneficium suo corpori iam non sufficit vendicare. Quid quòd non suam quidem spiritualem duntaxat vitam retinet sibi? Anima nempe quæ peccauerit, ipsa morietur. Nónne morte ista duplici incursante, illa qualiscunque immortalitas quam retentat tenebrosa satis additur & miseria?

Libertas etiam animæ deturpari potest, sed non destrui.

Ibidem. Quod delectat habere, id etiam perdere timet anima & timor color est. Is libertatem dum tingit, tegit: & eam nihilominus reddit dissimilem. Quam dignius sua origine nihil cuperet, vt nihil metueret: ac per hoc à seruili timore isto ingenitam sibi defenderet libertatem, manentem in vigore & decore suo. Sed & voluntaria illa necessitas, & contraria lex inflicta membris eidem incubat libertati: & liberam natura creaturam propriam ipsius voluntatem dum allicit, subicit seruituti, implens faciem eius ignominia: ita vt vel carne seruiat legi peccati, & non volens. Quia ergo naturæ ingenuitatem morum probitate defensare neglexit: ex iusto auctoris iudicio factum est, non quidem vt libertate propria nudaretur, sed tamen superindueretur, sicut diploide confusione sua.

Ibidem. Neque enim essentiæ simplicitati præscribit duplicitas cordis: non naturæ immortalitati mors: aut voluntaria peccati aut necessaria corporis non arbitrij libertati, necessitas voluntariæ seruitutis. Ita bonis naturæ mala aduenientia, dum non succedunt, sed accedunt, turpant vtique ea, non exterminant: conturbant, non detrahunt. Inde anima dissimilis est Deo, inde dissimilis est & sibi: inde comparata iumentis insipientibus, & similis facta est illis. Inde homines tanquam vulpes duplicitatis & fraudis foueam habent: & quia pares vulpium se fecerunt, partes vulpium erunt.

Non est apud verbum otiosa animę generosa cognatio, & cognationis testis similitudo perseuerás. Dignanter admittit in societatem spiritus similem in natura. Et certè de ratione naturæ, similis similem quærit. *Ibidem.*

Multum fiduciæ est animæ ad Deum.

Quid enim non tutè præsumat apud eum, cuius se insignè cernit imagine, illustrem similitudine nouit? Quid inquã veretur de maiestate, cui de origine fiducia datur. Tãtum est vt curet naturæ ingenuitatem, vitæ honestate seruare: imò cæleste decus quod sibi originaliter inest, dignis quibusdã morum affectuúmque venustare & colorare coloribus. *Serm.83. sup. cant.*

De spiritali incremento animæ.

Necesse est animam crescere ac dilatari, vt sit capax Dei. Porrò latitudo eius, dilectio eius. Nã & anima minimè cùm sit spiritus corpoream recipit quantitatem: tamè confert illi gratia, quod negatum est natura. Crescit quidé & extenditur, sed spiritualiter. Crescit nõ in substãtia, sed in virtute. Crescit & in gloria: crescit denique & proficit in virum perfectum, in mẽsuram ętatis plenitudinis Christi. Crescit etiam in templum sanctũ in domino. Ergo quantitas cuiuscumq; animæ, ęstimetur de mensura charitatis quàm habet. Vt verbi gratia, quæ multum habet charitatis, magna est: quæ parum, parua: quæ verò nihil, nihil. *Serm.27. sup. cant.*

Neque viuere dicenda est anima, quæ veritatis non habet cognitionem: sed adhuc mortua est in semetipsa, quèadmodum & ea sine sensu, quæ necdum habet dilectionem. Est ergo vita animæ, veritas: sensus, charitas. Nec mireris quod interdum animæ impiorum notitiã habent veritatis, quæ tamè expertes sunt charitatis: quando & in corporibus nonnullis reperies vitam sine sensu, vt sunt arbores, cæteráque similia animata quidem, sed animatione, & non anima: quemadmodum & animę iniquorum, veritatis habent notitiam naturali ratione, quæ tamen interdum adiuuatur à gratia, cùm nullatenus sanè animetur ab ea. In his autẽ quibus & cognitionẽ veritatis & dilectionem anima spiritualis infundit: non exteriore quolibet modo, sed tanquam anima ipsorum: cui adhærens, vnus spiritus fiunt cum ea. *In sentent.*

Alæ animæ duæ.

Habent feruentes animæ alas quibus volant, spem, & timorẽ: quæ volantis est aliquando alta petere, aliquando ima, per spem alta petunt, quia in cœlestibus habitant. Per timorem ima, condescendendo enim infirmis instruunt eos, considerantes seipsos, ne & ipsi tententur. &c. *Ibidem.*

Conscientia, speculum mentis.

Sicut mulier quæ viro suo, sine amico placere desiderat, in contuitu speculi imaginem oppositam reddẽtis, decorem & pulchritudinem faciei cõponit: sic anima, in quibus ab imagine veritatis discedit, vel in quibus vestigia creatricis imaginis recipiat, in conscientia relegit & intelligit. *lib. de interior domo cap.23.*

Anima à negotiis secularibus libera, in Deo radicatur.

Sicut in quibusdam carnalibus officiis anima adeò vincitur carnali cõcupiscentia, quòd omnem vsum rationis amittat, & fit homo quasi totus carnalis: ita meritò in superna cõtemplatione suspensus, ita consumuntur & absorbentur carnales motus ab anima, vt in nullo caro spiritui contradicat, & fiat homo quasi totus spiritualis. *In schola claustr.*

DE APPARITIONE DOMINI.
Cap. xvij.

Benignitas Christi, ex carnis nostræ assumptione.

PRiusquam appareret Dei humanitas, latebat eius benignitas. *Serm.1. de Epiph.*

Apparuerat antè potentia in rerum creatione. Apparebat sapientia, in earum gubernatione: sed benignitas misericordiæ maximè apparuit in humanitate. *Serm.1. de Natiuit.*

Siquidem & prius erat, nam misericordia Domini ab æterno: sed vnde tanta cognosci poterat? promittebatur, sed non sentiebatur: vnde & à multis non credebatur. Sed venit in carnem diuinitas, vt vel sic carnalibus exhiberetur: & apparente humanitate, benignitas agnosceretur. Vbi enim innotescit Dei humanitas: iam benignitas latere non potest. In quo enim magis commendare poterat benignitatem suam, quàm suscipiendo carnẽ meã? Quid tantopere declaret eius misericordiam, quàm quòd ipsam susceperit miseriam? Quid ita pietate plenum, quàm quòd Dei verbum, propter nos factum est fœnum? Quantò enim minorem se fecit in humanitate, tantò maiorem se exhibuit in bonitate: & quantò pro me vilior, tantò mihi charior. Magna planè & manifesta benignitas Dei humanitas: & magnum benignitatis indicium declarauit, qui humanitati addere Dei nomen curauit. Propterea nos gaudere oportet, quòd in nostra venerit. Sic enim plus facilis ad indulgentiam erit. Sed quàm facilis modò, tam difficilis erit postea. Et sicut modò nemo est qui reconciliari non possit: ita post paululum nemo qui possit: quoniam sicuti benignitas apparuit vltra omnem spem; vltra omnem ęstimationem, similem expectare possumus indicij districtionem. Immensus est Deus & infinitus in iustitia, sicut & in misericordia. Multus ad ignoscendum, multus ad vlciscendum. Sed misericordia sibi quidem priora vendicat, vt si voluerimus, districtio inuenire non possit in quẽ sæuiat. Propter hoc enim benignitatem prærogauit, vt per eam reconciliati, sæueritatem videamus securi. Propterea voluit non solùm ad terras descẽdere, sed etiam innotescere: non solum nasci, sed & ignosci.

DE APPETITV NATVRALI.
Cap. xviij.

Disparilitas consensus & naturalis appetitus.

Lib. de gr. & lib. ar. ALiud est voluntarius cõsensus, aliud naturalis appetitus. Posterior quippe nobis communis est cum irrationabilibus: nec valet consentire spiritui carnis irretitus illecebris. Hunc communem habentes cum bestiis: consensus voluntarius nos discernit. Est enim habitus animi liber sui, siquidẽ non cogitur nec extorquetur. Est quippe voluntatis non necessitatis: nec negat se, nec præbet se cuiquam, nisi ex volũtate. Alioquin si compelli valet inuitus, violentus est, non voluntarius. Vbi autem voluntas non est, nec consensus. Nõ enim est consensus nisi voluntarius: vbi ergo consensus, ibi voluntas. Porrò vbi voluntas, ibi libertas.

DE ARBITRIO.
Cap. xix.

Voluntas nostra libera.

Ser.81. sup. Cant. QVod voluntarium, & liberum. Et quidem peccato factum est, vt corpus quod corrumpitur, aggrauet animam: sed amore; non mole. Nam quòd surgere anima per se iam non potest, quæ per se cadere potuit, voluntas in causa est, quæ corrupti corporis vitiato ac vitioso amore languescens & iacens, amorem pariter iustitiæ non admittit. Ita nescio quo prauo & miro modo ipsa sibi voluntas, peccato quidé in deterius mutata necessitatem, facit, vt nec necessitas cùm voluntaria sit, excusare valeat voluntatem: nec voluntas cùm sit illecta, excludere necessitatem. Est enim necessitas hæc quodãmodò voluntaria. Est fauorabilis vis quedam premendo blandiens, & blandiendo premens. Vnde sese rea voluntas, vbi semel peccato consenserit: nec excutere iam per se, nec excusare tamen vllatenus de ratione queat. Inde quærula illa vox, veluti gementis sub onere necessitatis *Psa. 3 8.* huiꝰ: Domine, inquit, vim patior, respõde pro me. Sed rursus sciens, quòd non iustè causaretur aduersus Dominum, cui voluntas sua ipsius potius in causa foret, attende quid secutus intulerit: Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerim? Premebatur iugo, non alio tamen, quàm volũtariæ cuiusdam seruitutis: & erat pro seruitute quidem miserabilis: sed pro voluntate inexcusabilis: volũtas enim est, quæ se cùm esset libera, seruam fecit peccati, peccato assentiẽdo: *Ibidem.* voluntas nihilominus est, quæ se sub peccato tenet voluntariè seruiendo.

Omne quod feceris bonum malúmve, quod quidem facere liberum fuit, meritò ad meritum reputatur. Et vt meritò laudatur, non is tantùm qui potuit facere mala, & non fecit, sed & qui potuit non facere bona, & fecit: ita malo non caret merito, tam is qui potuit non facere mala, & fecit, quàm qui potuit facere bona, & non fecit. Vbi autem non est libertas, nec meritum.

Tolle liberum arbitrium, non erit quod saluetur. Tolle gratiam, non erit vnde saluetur. Opus hoc sine duobus efici non potest. Vno à quo fit: Altero, cui vel in quo fit. Deus auctor est salutis, liberum arbitrium tantum capax: nec dare illam nisi Deus, nec capere valet, nisi liberum arbitrium. Quod ergo à solo Deo, & soli datur libero arbitrio, tã absq; consensu esse non potest accipientis, quàm absque gratia dantis. Et ita gratiæ operanti salutem, cooperari dicitur liberum arbitrium, dum consentit, hoc est, dum saluatur. Consentire enim, saluari est. *Lib. de gr. & lib. ar.*

Cùm voluntas nil liberum habeat nisi se, meritò non iudicatur nisi ex se. *Ibidem.*

Homini inter animantia soli potestas peccandi tradita.

Soli inter animantia datum est homini posse peccare, ob prærogatiuã liberi arbitrij. Datum autem nó vt proinde peccaret: sed vt glorioſior inde appareret, si non peccaret, cùm peccare posset. Quid namq; gloriosius ei esse poterat, quàm si de ipso diceretur, quod scriptura perhibet dicens: Quis est hic, & laudabimus eum? Vnde ita laudandus? Fecit enim mirabilia in vita sua. Quæ? Qui potuit transgredi & non est transgressus: facere mala, & non fecit. Hunc ergo honorem, quandiu absque peccato fuit, seruauit. Amisit, cùm peccauit. Peccauit autem, quia liberum ei fuit. Nec aliunde profectò liberum, nisi ex libertate arbitrij, de qua vtique inerat ei possibilitas peccandi. Nec tamen fuit culpa dantis, sed abutẽtis: qui ipsam videlicet facultatem, conuertit in vsum peccandi, quàm acceperat ad gloriam non peccandi. Nam etsi peccauit ex posse quod accepit, non tamen quia potuit, sed quia voluit. Nec enim præuaricante diabolo, & angelis eius, etiam alij præuaricati sunt: non quia non potuerunt, sed quia noluerunt. Peccãtis igitur lapsus, non ascribẽdus est potestatis, sed vitio voluntatis. *Ibid.* *Ecclꝛ. 31*

Quid habeamus ex gratia, quid ex libero arbitrio.

Velle inest nobis ex libero arbitrio, non etiam posse quod volumus. Non dico velle bonum, aut velle malum, sed velle tantum. Velle etenim bonum, profectus est: velle malum, defectus. Velle verò simpliciter, ipsum est quod vel proficit vel deficit. Porrò ipsum vt esset, creans gratia fecit: vt proficiat, saluans gratia fecit, vt deficiat ipsum se deiecit. Itaque liberũ arbitrium nos facit volentes, gratia benevolos. Ex ipso est nobis velle, & ex ipsa bonum velle. *Ibidem.*

Ad liberum arbitrium quantum in se est non pertinet posse vel sapere, sed tãtum velle: nec potentem facit creaturam, nec sapientem, sed tantum volentem. Non ergo si potens aut sapiens: sed tantùm si volens esse desierit, liberum arbitrium amisisse putanda erit. Vbi enim nõ est voluntas, nec libertas. Non dico si velle bonum, sed si velle omnino creatura desierit. Fatendum sine contradictione, vbi iam non ex voluntate bonitas: sed ipsa ex toto voluntas perit, etiam liberum deperire arbitrium. Quod si velle tantum bonum non poterit, signum est quòd ei desit liberum nõ arbitrium, sed consilium. Si autem non quidem velle, sed ad id quod iam vult bonum ei posse defuerit, nouerit sibi deesse liberum complacitum, non liberum perisse arbitrium. Si ergo liberum arbitrium ità vbique sequitur voluntatem, vt nisi illa penitus esse desinat, isto non careat: voluntas verò sicut in bono & in malo æquè perdurat, æquè profectò & liberum arbitrium, tam in malo, quàm in bono, integrũ perseuerat. Vide etiam in titulo, Voluntas, gratia, consensus. *Ibidem.*

DE ASCENSIONE CHRISTI.
Cap. xx.

DOminus noster Iesus Christus, volens nos docere, quomodo in cœlũ ascenderemus, fecit ipse quod docuit, ascendit in cœlum. Et quoniam ascendere non poterat, nisi prius descendisset: descendere autem eum vel ascendere non patiebatur diuinitatis eius simplicitas. quippe quæ nec minui potest, nec augeri, aut aliquo modo variari: assumpsit in vnitate suæ personæ naturam nostram, id est, humanam: in qua descẽderet & ascenderet, viamq; nobis qua & nos ascẽderemus, ostenderet. Manens itaque quod erat in natura sua, *In Sent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

descendit & ascendit propter nos, in nostra attingens nimirum à fine vsque ad finem fortiter,& disponens omnia suauiter. Descendit siquidem quò inferius non decuit: ascendit quò celsius non potuit: ipsúmque descensum egit fortiter, quia virtus erat: ascensum disposuit suauiter, quia sapientia erat.

Ibidem. Sunt autem gradus in descendendo, sunt & in ascendendo. In descendendo primus quidem gradus est à summo cœlo, vsque ad carnem: secundus vsque ad crucem, tertius vsque ad mortem. Ecce quousque descendit. Vidimus descensum, videamus & ascensum. Sed & ille quoque triplex est. Et eius primus gradus, gloria resurrectionis secundus potestas iudicij, tertius consessus ad dexteram patris. Et de morte quidem meruit resurrectionem, de cruce iudicis potestatem: vt quoniam in illa iniustè iudicatus est de illa iustam obtineret iudicis censuram. Ipsam verò serui formam,id est, carnẽ in qua passus est, resuscitatam euexit super omnes cœlos, & super omnes angelorum choros vsque ad dexteram patris. Quid hac dispositione suauius, vbi mors absorbetur in victoria? vbi ignominia crucis vertitur in gloriam, vbi & ipsa carnis humilitas ex hoc mundo transit ad patrem? Hac ascensione nihil sublimius, hoc honore nihil gloriosius dici potest aut cogitari. Sic per incarnationis suæ mysterium descẽdit & ascendit Dominus, relinquens nobis exemplum,vt sequamur vestigia eius.

Ibidem. Descendamus per viam humilitatis, ponatúrq; nobis primus gradus eius,id est,primus profectus nolle dominari: Secũdus velle subiici: Tertius in ipsa subiectione, quaslibet cõtumelias & iniurias illatas æquanimiter pati. Diabolus & homo vterque ascendere præposterè voluit: hic ad sciẽtiam, ille ad potentiam, ambo ad superbiam. Non sic ascendere velimus. Primus gradus ascendendi, est innocentia operis: secundus mundicia cordis: tertius fructus ædificationis. Quos gradus miro modo inuenimus in superioribus gradibus descensionis. Ibi quippe fuerat tertius gradus, tolerantia iniuriarum. Ipsa est quæ probat huius ascensionis præmium, id est innocentiam operis. Ibi secundus fuerat patientia subiectionis, & ipsam operatur mundicia cordis, quæ est secundus gradus ascensionis. Ad hoc enim doctores prælatos habemus, vt cor mundemus. Ibi etiam tertius gradus contemptus dominationis: hic tertius est fructus ædificationis. Quis quis autem dominari non appetit, is profectò fructuosè præest cæteris instituendis.

Ibidem. Quatuor gradus ascensionis esse dicimus. Primus ad cor, secundus in corde, tertius de corde, quartus supra cor. In primo timetur Dominus, in secundo auditur consiliarius, in tertio desideratur sponsus, in quarto videtur Deus.

DE ASSVMPTIONE B. MARIÆ virginis. Cap. xxj.

Ser. 4. de Assump. Mar. MIrantur homines Mariam de terra assumptam ad cœlum. Mirentur potius pauperem Christum, de cœlestis regni plenitudine descendẽtem, longè enim ampliore miraculo dignum videtur, Dei filium paulò minus ab angelis minorari, quàm Dei matrem super angelos exaltari.

DE AVARITIA. Cap. xxij.

Auarus semper eget.

Serm. 21. sup. cant. AVarus terrena esurit vt mendicus, fidelis contemnit vt dominus. Ille possidendo mendicat, iste contemnendo seruat.

Serm. 39. sup. cant. Magnus quidem princeps spiritalis atque inuisibilis regis Aegypti profectò malitia est: magnus luxuria, magnus auaritia. Et si quidem possident terminos suos, sub rege suo, sicut sui cuique assignati sunt. Nam malitia in omni regione maleficiorum atque facinorum dominatur. Luxuria omni immũditiæ & turpitudini carnis præest. Auaritia in partes rapinę & fraudis sortita est principatũ. Habet malitia currum suum rotis quatuor consistentem, sæuitia, impatientia, audacia, impudentia. Valde etenim velox est currus iste ad effundendum sanguinem: qui nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore frenatur, nec inhibetur pudore. Luxuriæ verò currus quadriga nihilominus voluitur vitiorum: ingluuię videlicet ventris, libidine coitus, mollicie vestium, otij soporisque resolutione. Trahitur equis duobus, prosperitate vitę, & rerum abundantia. Iam verò auaritia rotis & ipsa vehitur quatuor vitiorum: quæ sunt pusillanimitas, inhumanitas, cõtemptus Dei, mortis obliuio. Porrò iumenta trahentia, tenacitas, & rapacitas, & his vnus auriga ambobus præsidet habendi ardor. Sola siquidem auaritia quoniam cõducere plures non patitur, vno contenta est seruitore. &c.

lib. de diligendo. Inest omni vtenti ratione naturaliter pro sua semper æstimatione atque intentione appetere potiora, & nulla re esse contentum: cui quod deest, iudicet præferẽdum. Nam & qui (verbi gratia) vxorem habet speciosam, petulanti oculo vel animo respicit pulchriorẽ: & qui veste preciosa indutus est, preciosiorem affectat: & possidens multas diuitias, inuidet ditiori. Videas iam multos prædiis & possessionibus ampliatos, adhuc tamen indies agrum agro copulare, atque infinita cupiditate dilatare terminos suos. Videas & qui regalibus domibus amplisque habitant palatiis, nihilominus quotidie coniungere domum ad domum: & inquieta curiositate ædificare, diruere, mutare quadrata rotundis. Quis homines sublimatos honoribus, an non insatiabili ambitione magis ac magis totis viribus conari ad altiora videmus? Et horum omnium idcirco non est finis: quia nil in eis summum singulariter reperitur vel optimum.

In tract. sup. Ecce nos reliq. Nec amator pecuniæ, dicet aliquando, sufficit: nec libidinosus, satiabitur voluptate: Sic & crudelis quisque semper sanguinem sitit: & ambitiosus aut cupidus laudis humanæ, adeptis dignitatum titulis seu fauoribus, nullum exinde capit omnino remedium, sed desiderio æstuat ampliori.

DE AVCTORITATE. Cap. xxiij.

lib. de præcept. & dispensat. CVius inter præceptores reuerentior nobis imminet auctoritas, eius grauior formidetur offensa: ac maioris cuiusque mandati transgressio damnabilior æstimetur. Melius siquidem est obedire Deo, quàm hominibus: & in ipsis melius magistris, quàm discipulis. Porrò in magistris melius nostris, quàm extraneis. Quibus autem melius constát obedire, ipsis proculdubio & non obedire detestabilius est.

DE BAPTISMATE. Cap. xxiiij.

Sacramenta ad quid instituta.

Ser. in cœna domin. AD hoc instituta sunt omnia sacramenta, vt inuisibilis gratia signo aliquo visibili præstaretur. Ad hoc eucharistiæ participatio, ad hoc ipse baptismus initium sacramentorum omnium, in quo complantamur similitudini mortis Christi. Quæ est gratia per baptismum? Vtique purgatio delictorum.

Serm. 1. in die pal. Qui paruulus natus est, paruulos à gratia non excludit: quia nec pietati congruum, nec maiestati eius difficilè est, vt suppleat munus gratiæ, quod minus in eis habet natura possibile.

Serm. 66. super Cant. Quid enim si infans pro se loqui non potest, pro quo rex sanguinis frater sui, & talis fratris clamat ad Deum de terra? Adstat & clamat nihilominus mater Ecclesia. Quid tamẽ infans? Nonne & ipse videtur quodammodò de fontibus Saluatoris vociferari ad Deum, & suis vagitibus clamare: Domine vim patior, responde pro me? Flagitat auxilium gratiæ, quia vim patitur à natura. Clamat innocentia miseri, clamat ignorantia paruuli, clamat addicti infirmitas. Ita ergo clamant hæc omnia: sanguis fratris, fides matris, destitutio miseri, & miseria destituti. Et clamatur ad patrem. Porrò pater seipsum negare non potest. Pater est. Nemo mihi dicat: quia non habet fidem, cui mater impartit suam inuoluens illi in sacramento, quousque idoneus fiat suo assensu euolutam percipere. An breue pallium est, vt non possit duos cooperire? Magna est Ecclesiæ fides. Nunquid minor fide Chananeæ mulieris, quam constat & filiæ potuisse sufficere & sibi? Sanè

In epist. ad Hug. de S. Victore Sanè infantes, quia prohibente ætate non possunt habere fidem: hoc est, cordis ad Deum conuersionem communiter nec salutem, si absque baptismi perceptione moriuntur: nõ quòd ipsi vel quando baptizantur, fide omnimodè careant, sine qua impossibile est vel ipsos placere Deo: sed saluantur & ipsi per fidem, non tamen suam, sed alienã. Dignum nempe est, & ad Dei spectat benignitatem: vt quibus fidem ætas denegat propriam, grátia prodesse concedat alienam. Nec enim omnipotẽtis iustitia, propriam putat ab his exigendam fidem, quos nouit propriam nullam habere culpam. Porro aliena opus est fide, cum sine sorde non nascátur aliena. Nec dubium quod macula contracta ab aliis, aliorum quoque fide valeat, vel debeat emundari. Hęc sunt quippe iudicia diuinæ iustitiæ. Quæ cum ita sint, nullum præiudicium sustinebunt regenerati de eo quod dictum est: Sine fide impossibile est placere Deo, cum sine fide non sint: qui in testimoniũ fidei baptismi gratiam perceperunt.

Ibidem. *Quibus fides absque baptismo in necessitate sufficiat ad salutem.*

In maiori ætate quisquis post vulgatum vbique baptismi remedium, renuerit iam baptizari, generali originalíque maculæ addit: & ex proprio crimine superbiæ, duplicem secum portãs iustissimæ damnationis causam, si sic de corpore exire contigerit: tamen si ante exitũ resipuerit, & voluerit & petierit baptizari, sed mortis præoccupatus articulo, fortè obtinere nequiuerit: dum non desit fides recta, spes pia, charitas sincera, propicius mihi sit Deus, quia huic ego ob solam aquã si defuerit, nequaquã possum omnino desperare salutẽ, nec vacuam credere fidem, nec cõfundere spem, nec excidere charitatem: tantum si aquam non cõtemptus, sed sola (vt dixi) prohibeat impossibilitas. credo sola fide hominem saluari, cum desiderio percipiendi sacramentum: si tamen pio adimplendi desiderio mors anticipans, seu alia quæcunque vis inuincibilis obuiauerit. Quapropter si martyrium vicem baptismi posse implere conceditur, non planè id fecit pœna, sed ipsa. Nam absque ipsa, quid est martyriũ, nisi pœna? Quæ ergo martyrio præstat, vt absque vlla dubietate pro baptismate reputetur: ipsa ita infirma & imbecillis per se erit, vt quod dare alteri valet, sola non valeat obtinere? Est prorsus sanguinis pro Christo effusio magnæ cuiusdam fidei indubitata probatio: nõ Deo tamen, sed hominibus. Pro certo cum aliunde martyrium nisi ex fidei merito illam obtinuerit prærogatiuam, vt singulariter vice baptismi securè susciatur: non ipsa æquè & sine martyrio apud Deum tantundem possit: cui & sine martyrij probamento proculdubio innotescit. Possit sanè tantundem dixerim, quantum ad salutis pertinet obtentum, non autem ad meriti cumulum, quo indubitãter martyrium antecellit. Quid planius est, quod volũtas pro facto reputetur, vbi factum excludit necessitas? Quomodò is qui alieno se teneri debito fortè in extremis positus recolit, si desit vnde persoluat: sola nihilominus pœnitentia & cordis cõtritione obtinere veniam creditur, ne iam pro eo damnetur: Sic sola fides, & mentis ad Deum conuersio, sine sanguinis effusione, vt sine perfusione aquæ, salutem sine dubio operatur volenti, sed non valenti prohibente articulo baptizari.

DE BEATITVDINE Cap. xxv.

Dei fruitio in æterna fœlicitate triplex.

Sermo. 4. de omnib. Sanctis. TRipliciter in æterna illa & perfecta beatitudine fruemur Deo: videntes eum in omnibus creaturis: habentes eum in nobisipsis, & quod his omnibus ineffabiliter iocundius sit atque beatius, ipsam quoque cognoscentes in semetipsa trinitatem: & gloriam sine vllo enigmate, mundo cordis oculo contemplantes. In hoc enim erit vita æterna & perfecta, vt cognoscamus Patrẽ & Filium cum Sancto spiritu: & videamus Deum sicuti est, non modò sicut inest nobis, aut cæteris creaturis, sed sicut est in semetipso.

Suffragia sanctorum imploranda.

Sermo. 5. de omnibus Sanctis. Vt hanc nobis gloriam sperare liceat, & ad tantam beatitudinem aspirare, summoperè nobis desideranda sunt suffragia quoque sanctorum: vt quod possibilitas nostra non obtinet, eorum nobis intercessione donetur. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei.

Similitudo de aquarum stillis & beatitudine æterna.

Liber. de præcep. & dispensatione. Quomodo stilla aquæ modica, multo infusa vino, deficere à se tota videtur, dum & saporem vini induit & colorem: & quomodo ferrum ignitum & candens, igni simillimũ fit, pristina propriáque forma exutum: & quomodo solis luce perfusus aër, in eandem transformatur luminis claritatẽ, adeò vt nõ tam illuminatus, quàm ipsum lumen esse videatur. Sic omnem in æterna beatitudine in sanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo, necesse erit à semetipsa liquescere, atque in Dei penitus transfundi voluntatẽ. Alioquin quomodo omnia in omnibus erit Deus, si in homine, de homine quicquam supererit? Manebit quidem substãtia, sed in alia forma, alia gloria, aliáque potentior.

In medita. Primum est videre Deum, viuere cum Deo, viuere de Deo, esse cum Deo, esse in Deo: qui erit omnia in omnibus: habere Deum qui est summum bonum: & vbi est summum bonum, ibi est fœlicitas summa, summa iocunditas, vera libertas, perfecta charitas, æterna securitas, & secura æternitas. Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas, gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis, gloria, laus, requies, amor, & concordia dulcis. Quæ ergo nos angit vesania vitiorũ, sitire absinthium, huius mundi sequi naufragium, vitæ labentis pati infortunium, impiæ tyrannidis ferre dominium: & non magis conuolare ad sanctorum fœlicitatem, ad angelorum societatem supernę lætitię, & ad iocunditatem contemplatiuę vitæ: vt possimus intrare in potentias Domini, & videre superabundantes diuitias illas bonitatis eius?

Ibidem. Ibi vacabimus & videbimus quam dulcis est Dominus, & quam magna multitudo dulcedinis eius. Videbimus gloriæ decorem, sanctorum splendorem, & regiæ potestatis honorem. Cognoscemus Patris potentiam, Filij sapientiam, Spiritus sancti benignissimam clementiã: & ita habebimus notitiam illius summæ Trinitatis. Nunc corpora per corpus vidémus, imagines etiam corporũ spiritu cernimus. Tunc verò ipsam veritatem puro mentis intuitu videbimus. O quàm beata visio videre Deum in seipso, videre in nobis, & nos in eo fœlici iucunditate. quicquid desiderabimus, totum habebimus, &c,

Ibidem. Qualis putatis tunc erit splendor animarum, quando solis splendorem habebit lux corporum? Nulla ibi erit tristitia, nulla angustia, nullus ibi labor, nulla mors, sed perpetua sanitas semper perseuerans. Non surgit ibi malitia, non carnis miseria, nulla ibi ægritudo, nulla necessitas: non est ibi fames nec sitis, nõ frigus, nõ æstus: nõ lassitudo ieiunij, nec vlla tẽtatio inimici: nec peccandi voluntas, nec delinquendi facultas: sed totum lętitia, totum exultatio possidebit. hominesq; angelis sociati, sine vlla carnis infirmitate in perpetuum vernabunt.

Ibidem. Ibi est requies à laboribus, pax ab hostibus: amœnitas de nouitate, securitas de æternitate, suauitas atque dulcedo de Dei visione. Nullus est ibi peregrinus, sed quicunque ibi venire meruerint, securi in propria patria manebũt. Semper lęti, & semper satiati de visione Dei, &c. Vide etiam in titulo de vita æterna, cœlo.

DE BENIGNITATE CHRISTI. Cap. xxvj.

Deus natura est benignissimus.

Sermo de Septem pœnibus. SVnt aliqui sic donantes iniuriam, vt non vlciscantur, sæpius tamen improperent. Sunt & alij, qui sileant licet, manet tamen alta mente reposta: & rancorem tenẽt in animo, quarum vtique neutra plena indulgentia est. Longè his hominib⁹ benignissima est diuinitatis natura: libenter agit, ignoscit plenariè: ita vt propter fiduciam peccatorum (sed pœnitentium) vbi abundauit delictum, soleat & gratia abundare. Testis est Paulus gentium doctor, qui plus omnibus cum diuina gratia laborauit. Testis est Matthæus de theloneo electus in Apostolum, cui etiam noui testamenti primum scriptorem esse donatum est. Testis est Petrus, cui post trinã negationem, totius Ecclesiæ pastoralis cura commissa est. Testis denique etiam famosissima illa peccatrix, cui in ipso con

uersionis initio, tanta multitudo dilectionis concessa est, tanta postmodum indulta gratia familiaritatis, Quis accusauit Mariam, & pro se eā oportuit respondere? Si pharisæus murmurat, si Martha conqueritur, si scandalizātur Apostoli: Maria tacet, Christus excusat, etiam & laudat tacentem. &c.

Ser. de subiect. volūt. Quantò benignior & dulcior est diuina clementia quolibet homine: tātò suauius esse manifestum est, iugum eius cæteris hominibus. Vid. etiam in titulo, misericordia Christi.

DE BENEFICIIS.
Cap. xxvij.

Ser. 4. sup. qui habitat. COnfitenti humiliter, & deuotè gratias referenti, nō immeritò ampliora beneficia promittuntur. Nam qui fidelis inuenitur in modico, iure constituetur super multa: sicut e contrario accipiendis indignus est, qui fuerit de acceptis ingratus.

Serm. 10. sup. cant. Fruſtrà surgitis ad intuenda beneficia quæ delectant, nisi prius recepto lumine consolationis de realibus qui conturbant.

Serm. 16. sup. cant. Quò minor reputatur culpa, eò minuitur indultoris gloria. Siquidem minus libenter beneficium datur, quod minus gratè, minúsve necessariè prouenire sentitur. Veniam proinde sibi abiudicat, qui munus largitoris attenuat: quod quidē omnis qui reatum suum verbis alleuiare conatur, facit. Vide in tit. gratiarum.

DE BENEDICTIONE.
Cap. xxviij.

Benedictio diuina triplex.

In sentent. TRiplex nobis necessaria est benedictio, præueniens, adiuuans, & cōsummans. Prima misericordiæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Præuenit misericordia conuersionem: adiuuat gratia conuersationem, perficit gloria cōsummationem. Nisi trinam hanc benedictionē dederit Deus, non potest terra nostra dare fructum salutis. Neque enim aut inchoare bonum, donec à misericordia præueniamur, aut agere bonum, donec adiuuemur à gratia, aut cōsummare bonum possumus donec gloria repleamur. Verùm in his tribus non immeritò dulcius sapit ea, quę non modò immeritos, sed & malè meritos præuenit: vt dum adhuc filij sumus iræ, & operamur opera mortis, ipse cogitat super nos cogitationes pacis. Et ne petentibus quidem, imò & impetentibus: nō inuocantibus, sed prouocantibus: non interpellentibus, sed etiam repellētibus spiritum bonum, spiritum vitæ, adoptionis spiritū largiatur. Quid illi animæ dulcius sapiat, cui misericordia tanta non sapit? Proinde benedictio dulcedinis nominatur ea quæ præuenit: quia quæ adiuuat fortitudinis, quæ consummat plenitudinis est.

DE BENEVOLENTIA.
Cap. xxix.

In epist. ad Bernardū de portis. LIbens do, inuitus perdo. Scimus quoniam speranti grandia, modica minus grata euenire solent. Quod autem nō venit gratū, perditum est, nō datum. Scio quidem dare, quàm accipere beatius esse: sed si detur quod danti honestum, accipienti vtile sit. Factis compensare oportet: sed rebus pauper sum & viribus. Aequabo ergo beneficia votis, quę factis non possum. Desideriis diues sum, affectibus abundo: & certè verus beneficus amplius non requirit. Nam quomodo beneficus, qui nō & beneuolus sit? Porrò beneuolus nil sibi charius sibi ipsa existimat beneuolētia: qua & beneuolus nominatur, & beneficus est. Denique beneuolentia fructus est beneficij, nisi quis fortè beneficium putet, quod spe emerit, aut timore dimiserit. Sed quis non videat hoc relictum, illud venditum, neutrum datum? Oportet autem beneficium vt verè sit, esse gratuitum. Danti itaque rependi quicquam gratius ab accipiente non potest, quàm si gratum habuerit, quod gratis accepit. Et beneuolentia creatur de beneuolentia dantis in animo accipientis, beneficio quidem interueniente. Hac me fateor locupletem, hanc de corde plenā digno profectò offero remunerationē meo benefactori. Hoc deuotus immolo sacrificium laudis factori omnium, pro salute mei benefactoris.

DE BONO.
Cap. xxx.

Perfectio bonæ voluntatis, triplici fruitur bono.

VElle malum, defectus quidam est volūtatis: bonum velle, profectus eiusdem: sufficere autem ad omne quod volumus bonum, ipsius perfectio. Vt ergo velle nostrum, quod ex libero arbitrio habemus, perfectum habeamus, duplici gratiæ munere indigemus: videlicet sapere, quod est voluntatis ad bonum cōuersio: & pleno etiam posse, quod est eiusdem in bono confirmatio. Porrò perfecta conuersio est ad bonum, vt nihil libeat nisi quod deceat vel liceat, perfecta in bono confirmatio, vt nihil desit iam quod libeat. Tunc demū perfecta erit voluntas, cùm plenè fuerit bona, & bene plena. Habet siquidem in se duplex bonum ab initio sui. Vnum quidem generale, ex sola creatione: quòd à bono scilicet Deo non potuit creari nisi bona. Alterum speciale, ex libertate arbitrij, in qua ad imaginem vtique ipsius qui creauit, est condita. Quod si his duobus modis accedat & tertium conuersio ad creatorem, reputabitur non immeritò perfectè bona. Bona nimirum in vniuersitate, melior in suo genere, optima ex sui ordinatione. Est autem ordinatio omnimoda conuersio voluntatis ad Deum: & ex tota se voluntaria deuotáque & subiecta. *Lib. de grāt. & lib. arb.*

Tria genera bonorum, scilicet naturalium, spiritualium, & æternorum.

Bona Domini naturalia, spiritualia, æterna. Et quidem naturalia bona magna, spiritualia maiora, sed maxima sunt æterna. In primis, reparamur, in secundis exercitamur: & beatificamur in tertiis. Si non potes oculum meditationis in illam sublimitatem æternalium bonorum infigere, quia distantia sunt, & omnem sensum exuperant in bonis gratiæ, quæ sunt in exercitio virtutū, visum reflecte vt videas quàm puræ conscientiæ, quàm liberæ frontis sit versari & conuersari in castitate & charitate, in patientia & humilitate, cæterísque virtutibus, quo amabilem Deo, placabilem & inuitabilem hominibus reddunt. Quod si & hæc minus sublimia sunt & transgredientia infirmitatem tuam, demitte oculos in bona naturæ: quæ tibi ita familiaria esse debent, quantum tu familiaris es tibi. Nec sic dicimus bona naturæ, quasi gratię non sunt: sed ideo quòd ipsi naturę quodammodo ingenita & complantata fuerint: antequam fieret peccatum illud, quod non solum personam infecit, sed & naturam. Ex tunc non ita nobis ad manum prouenisse monstrantur, propter vulnus inflictum: cum tamen nos illa in nobis & circa nos esse tam rationibus, quàm affectionibus plerumque sentiamus. *In sentent.*

DE BREVITATE PRAESENTIS vitæ. Cap. xxxj.

VErè breue est omnino tempus. Infelix proinde qui in huius vitæ lubrico fidens perituram insumit operam: nec aduertit quoniam vapor est, & ad modicum parens, & vanitas vanitatum. *In sententiā*

Vera omnino sententia: Quoniam tentatio est vita hominis super terram. Siquidem fallax est, nec simpliciter fallere cōsueuit. Vt enim multipliciter illudat hominibus, mutat faciem, mutat vocem: modò ait, modò negat, nec erubescit. De ipsa quātitate sua diuersis diuersa loquitur: imò & eidem diuerso tempore, contraria quoque suggerit & aduersa. Modò enim breuem se esse causatur, modò simulat lōgiorem. Dum peccare delectat adhuc, gemit altius pro breuitate sua: nec breuitas falsa, sed gemitus fallax: quòd id memoret cum mœrore, vnde magis debuerat gratulari. Siquidem ipsa vitæ memoria, breuioris remedium magis quàm incentiuum debuerat esse peccati. *Ibidem.*

Cur ergo vitam istam tanto tempore desideramus, in qua quantò *lib. medit.*

quantò amplius viuimus, tantò plus peccauimus. Quantò est vita longior, tantò culpa maior. Quotidie crescunt mala, & subtrahuntur bona. *Ibidem.*

Assiduè variatur homo per prospera & aduersa, & ignorat quando moriatur. *Ibidem.*

Sicut stella in cœlo coruscans velociter currit, & repentè deficit, & sicut scintilla ignis subitò extinguitur, & in cinerē redigitur: sic citò finitam datur istam cernere vitam. Cum enim libenter ac iocundissimè moratur homo in hoc mūdo, diúque se victurum arbitratur, ac multa longo tēpore disponit agenda: subitò rapitur in morte, & ex improuiso rapitur à corpore. Dies enim hominis tanquam vmbra super terrā: & tunc propè est nihil, cum stare videtur. Cur ergo thesaurisat in terra, cum sine dilatione trāseat: & illud quod colligitur, & ipse qui colligit? Et tu homo quem fructum spectas in mundo, cuius fructus ruina est, cuius finis mors est? Vtinam saperes & intelligeres, ac nouissima prouideres. *Ibidē cap. 3*

Dic mihi vbi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscum erant? nihil ex eis remāsit, nisi cineres & vermes. Attende diligenter quid sunt, vel quid fuerunt. Homines fuerunt sicut tu. Comederunt & biberunt, riserunt: duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorū vermibus, & illic ignibus anima deputatur, donec rursus infœlici collegio colligati, sempiternis inuoluantur incendiis, qui socij fuerunt in vitiis. Vna namq; pœna implicat, quos vnus amor in crimine ligat. *Ibidem.*

Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiscentia? Vbi risus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia? De tanta lætitia quanta tristitia? post tātam voluptatem, tam grauis miseria. De illa exultatione ceciderunt in grandem ruinam, & magna tormenta. Quicquid illis accidit, tibi accidere potest: quia homo es: homo de humo, limus de limo. De terra es, & de terra viuis, & in terram reueteris, quando veniet dies vltima, quæ subitò veniet, & forsitan hodie erit. Vide etiam in titu. Vita. Mors.

DE CARNE. Cap. xxxij.

Caro fouenda est, non seruienda.

Ser. 10. sup. Qui habet. DIlige carnem tuam tanquam tibi datam in adiutorium, & ad æternæ beatitudinis consortium præparatam. Cęterum sic amet anima carnem, vt non ipsa in carnem transisse putetur, dicatúrque ei à Domino: Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Diligat anima carnē suā, sed multò magis suam ipsius animā seruet: amet Adā Euam suam, sed non sic amet, vt voci eius plus obediat, quàm diuinæ.

Serm. super illud. Exiuit qui seminat. Sicut mater filio suo, semper optat quietē, & omnē prorsus laborem claudit à filio suo: sic caro incrassata, impinguata, dilatata, recalcitrat: nec minimis saltem digitis, patitur se contingi. Et sicut pater, vult filium suum hûc illucq; discurrere, vt addiscat vnde aliquando magnificetur: sic & mundus vult hominem multis laboribus intricari, vt habeat vnde superbiat, vnde inflетur, & despiciat de vanitate in idipsum.

Serm. 9. sup. Cant. Vt vua semel expressa, non habet iam quod denuo fundat, sed perpetua ariditate damnatur: sic caro in pressura mortis ab omni prorsus sua delectatione siccatur, nec vltra reuirescit ad libidines. Vnde propheta: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni: exsicatum est fœnum, & cecidit flos.

Carnis humanæ vilitas & miseria quanta.

Lib. Meditat. cap. 3. Quantumcunque caro excolatur, semper caro est. Si diligenter considereris, quid per os & nares, cæteróque corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinium nunquam vidisti. Si singulas eius miserias euumerare velis, quàm sit onerata peccatis, irretita vitiis, pruriens concupiscentiis, occupata passionibus, polluta illusionibus, prona semper in malum, & in omne vitium procliuis, plenam omni cōfusione & ignominia inuenies. Quid igitur superbis terra & cinis, cuius conceptus culpa, nasci miseria, viuere pœna, mori angustia? Vnde superbit homo? cuius conceptio culpa, nasci pœna, labor vita, necesse mori? Cur carnem tuā preciosis rebus impinguas & adornas, quàm post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro: animam verò tuam non adornas bonis operibus, quæ Deo ab angelis eius præsentanda est in cœlis? Quare animam tuam vilipendis, & ei carnem præponis? Dominā ancillari, & ancillā dominari, magna abusio est. Totus quidem iste mundus, ad vnius animę precium æstimari non potest. Non enim pro toto mundo, Deus animā suam dare voluit, quam pro anima humana dedit. Sublimius est ergo animæ precium, quæ non nisi sanguine Christi redimi potuit.

Ista tria semper in mente habeas: quid fuisti, quid es, & quid eris. Quid fuisti, quia sperma fœtidum: quid es, quia vas stercorum: quid eris, quia esca vermium. *Ex formul. hone. vitæ.*

DE CASTITATE. Cap. xxxiij.

PEriclitatur castitas in deliciis, humilitas in diuitiis, pietas in negotiis, veritas in multiloquio, charitas in sęculo nequam. *Lib. de perfecut. fusti. cap. 30.*

Charitas, castitas, humilitas, nullius quidem coloris sunt: sed nō nullius dedecoris, nec mediocris decoris, qui diuinos quoque mundum de immundo conceptum semine: de hoste, domesticum, angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter se pudicus homo & angelus: sed fœlicitate, nō virtute, tametsi illius castitas fœlicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est castitas quæ in hoc mortalitatis & loco & tempore statum quendā immortalis gloriæ repręsentat. *In epist. ad Henric. Senonen. archiepisc.*

Quantalibet venustate sui castitas eminere appareat, sine charitate tamen nec precium habet, nec meritum. Nec mirum. Quod enim absque illa bonum suscipitur? Fides? Sed nec si montes transferat. Scientia? Sed nec illa quidem quæ lingua loquitur angelorum. Martyrium? Nec si tradidero (inquit) corpus meum ita vt ardeam. Nec absque illa quodlibet bonum suscipitur, nec cum illa quantumlibet exiguum, respuitur. Castitas sine charitate, lampas est sine oleo. Subtrahe oleum, lampas non lucet. Tolle charitatem, castitas non placet. Vide tit. Virginitas. *Ibidem.*

DE CASV. Cap. xxxiiij.

Lapsus primi hominis à dignitate sui status.

HAbitabat homo in paradiso, & in loco voluptatis conuersatio eius: nihil molestiæ, nihil indigentiæ sentiebat, odoriferis stipatus malis: fulcitus floribus, gloria & honore coronatus, & constitutus super opera manuum plasmatoris. Magis autem ob insigne diuinæ similitudinis præcellebat, & erat illi sors ac societas cum plebe angelorum, & cum omni militia cœlestis exercitus. Sed mutauit istam gloriam Dei, in similitudinem vituli comedētis fœnum. Inde est quod panis angelorum, factus est fœnum: positum in præsepio, appositum nobis tanquam iumentis. Cibus hominis, mutauit in pabulum pecoris, homine mutato in pecus. Heu tristis & lachrymosa mutatio, vt homo paradisi accola, terræ dominus, cœli ciuis, domesticus Domini sabaoth: frater beatorū spirituum, & cœlestium cohæres virtutum, repentina se conuersione inuenerit: & propter infirmitatem iacentem in stabulo, & propter pecorinam similitudinem indigētem fœno, & propter indomitam feritatem alligatum præsepio. Agnosce tamen ô bos possessorem tuum: cognosce pecus, quem non cognouisti homo. Adora in stabulo, quem fugiebas in paradiso. Honora præsepium, cuius cōtempsisti imperium: comede fœnum, qui panem angelicam fastidisti. Sed quæna caussa inquis tantæ deiectionis? profectò quod homo cum in honore esset nō intellexit. Quid non intellexit? positus in honore, non intellexit quòd limus esset, honoris fastigio delectatus. Hinc egregia creatura, gregi admixta est: hinc bestiali similitudine, Dei similitudo mutata est: hinc societas cum iumentis, pro consortio angelorum inita est. Fugienda nobis hæc ignorantia, de qua tot milia angelorum vniuersо nostro generi prouenerunt. Cauenda omni modo, ne fortè si adhuc sine intellectu & post vexationem inuenti fuerimus: multò plura & grauiora prioribus mala inueniant nos. Meritò quidem, quòd nec vexatio dederit intellectum auditui. *Ser. 35. sup. per Cant.*

In tract. Ecce nos reliq. omnia.

Vulgo dicitur: Saliens antequam videat, casurus antequã debeat.

DE CALLIDITATE.
Cap. xxxvj.

Callidi viri proprietas.

lib.4.de considerat.

VIri callidi & dolosi proprium esse solet tunc prætendere humilitatem, cùm aliquid obtinere voluerit. De qualibus dicit scriptura: Est qui se humiliat nequiter, & interiora eius, plena sunt dolo. Hisce de reb. compertiora habes in tit. Hypocrisis.

DE CELLA.
Cap xxxvij.

Cœli & cellæ similitudo.

Tract. de vita solit.

COEli & cellæ habitatio cognatæ sunt: quia sicut cœlum & cella ad inuicem videntur aliquam habere cognationem nominis, sic & pietatis. A celando enim cœlum, & cella habere videntur: & quod celatur in cœlis, hoc & in cellis. Quod geritur in cœlis, hoc & in cellis. Quidnam est hoc? Vacare Deo, frui Deo. A cella enim sæpe in cœlum ascenditur: vix autem vnquam à cella in infernum descenditur. Moriens enim vix aut vnquam aliquis à cella in infernum descendit: quia vix vnquam aliquis nisi in cœlo prædestinatus, in ea vsque ad mortem perstitit.

In cella quid agendum.

Ibidem.

Summa mentis malitia est otium. Otiosus ergo nunquam sit seruus Dei, Otiosum verò non est vacare Deo, imò negotiorum negotiũ. Nec ea die bonus cellita se vixisse debet existimare, in qua nihil eorum se egisse recolit, propter quæ in cella viuitur. Quæris quid agas, vel in quo te occupes? Primũ extra quotidianum orationum sacrificium, vel lectionis studium, quotidianæ conscientiæ discussioni, emendationi, morum compositioni pars sua diei negãda non est. Deinde operandum est aliquid manibus quod iniungitur: non tam quod animum delectando ad horam detineat, quàm quod spiritalibus studiis delectationem conseruet & nutriat.

DE CHARITATE.
Cap. xxxviij.

Charitas vera quæ.

Serm. de charit.

ILla vera & syncera est charitas, & omnino de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta fatenda est procedere, qua proximi bonum æquè vt nostrum diligimus.

Charitas dulcis & suauis cibus.

lib. de gradib. humi.

Verè dulcis & suauis cibus charitas, quæ fessos alleuat, debiles roborat, mœstos lætificat. Iugum veritatis facit suaue, & onus leue. Bonus cibus charitas, quę media in ferculo Salomonis consistens, diuersarum odore virtutum, velut diuersi generis fragrantia pigmentorum, esurientes reficit, iocundat reficientes.

Serm. 29. sup. cant.

Charisma proprium est charitas, planè incõparabile. Denique quidnam huic comparandum putamus, quæ ipsi præfertur martyrio, ac fidei transferenti montes.

Ibid. ser. 58

Flet quippe charitas, sed ex amore, non ex mœrore: flet ex desiderio, flet cum flentibus.

Ibi ser. 56.

Vtramque teneo, dilectionem Dei, & dilectionem proximi, cùm te amo Domine Iesu, qui meus proximus es: quoniã homo es, & fecisti misericordiã: & nihilominus es super omnia benedictus Deus in secula.

Ibi. ser. 71.

Porrò per charitatem homo in Deo, & Deus in homine est. Quid enim ita Dei, vt charitas? Nempe & Deus est.

In epist. ad Claræual.

Charitas libertatem donat, timoré pellit, laborem nõ sentit, meritum non intuetur, præmium non requirit, & tamen plus omnibus vrget. Nullus terror sic sollicitat, nulla præmia sic inuitant, nulla iustitia sic exigit.

In epist. ad Fulconem ling. epis.

O bona mater charitas, quæ siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit vniuersos. Cùm te arguit, mitis est: cũ blanditur, simplex est. Piè solet sæuire, siue dolo mulcere, patienter nouit irasci, humiliter indignare. Læsa non prouocat, sed spreta reuocat: ipsáq; est hominum mater & angelorum, non solum quæ in terris, sed etiam quæ in cœlis sunt pacificauit. Ipsa est quæ Deum homini placans: hominem Deo reconciliauit.

In epist. ad Ada monach.

Charitatis profectò damna, sunt scandala pusillorum. Nec enim charitas charitatem offendit, aut contemnit, nec sentit offensam. Nam seipsam non potest negare, nec enim in se diuisa est. Nouit potius diuisa in se coniungere, coniuncta diuidere nescit. Pacem diligit, congaudet vnitati. Sola quippe est quæ illam generat, colligit, solidat & conseruat: vbicunque seruari cognoscitur in vinculo pacis.

In epist. ad ogerum can. reg.

Amemus & amemur in altero nobis, in altero nostris consulentes. Nã quos amamus, in ipsis profectò requiescimus: à quibus autem amamur, ipsis non in nobis requiem paramus. Porrò amare in Deo, charitatẽ habere est: studere verò propter Deum amari, charitati seruire est.

In epist. ad carthus.

Cum omni fiducia charitas pulsat ad ostium amici, nequaquam putans pati se debere repulsam, quæ amicitiarum matrem se nouit: nec veretur, etsi gratissimum paulisper inquietare otium, propter suum negotium. Illa siquidé vera & syncera est charitas, qua proximi bonum vt nostrum diligimus. Mam qui magis aut certè solum diligit suũ, conuincitur non castè diligere bonum, quod vtique propter se diligit, nõ propter ipsum.

In sentent.

Charitas ternario numerò colligitur, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta puritatem debemus proximo, conscięti am nobis, fidem Deo. Puritas autem est quicquid agitur, aut ad vtilitatem proximi, aut ad honorem fiat Dei. Maximè tamen adhibenda est proximo, quia Deo manifesti sumus: proximo autem non possumus, nisi inquantum illi cor nostrum aperimus.

DE CLEMENTIA DEI.
Cap. xxxviij.

Clementia Dei gemina.

Serm. 9. sup. cant.

GEmina dulcedo suauitatis exuberat in pectore Domini Iesu, longanimitas videlicet in expectãdo, & in donando facilitas. Ad hoc autem diu suspendit sententiam vltionis à cõtemnente: vt quandoque exhibeat gratiam remissionis in pœnitente. Non vult enim mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Vide etiam in tit. misericordia Christi. Benignitas. &c.

DE CLAMORE PAVPERVM AD PONtifices. Cap. xxxix.

In epist ad Henric. Senonens. episcop.

In epist. ad Henric. Senonens. archiepisc. vtinã hæ verba tribuli clauo hærerent in animas quorundam pontificum ac primatum.

CLamat penuria pauperum, clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur & dicunt: Dicite pontifices, „in freno quid facit aurum? Nunquid aurum à freno repellit frigus? sue esurtem? Nobis fame & frigore miserabiliter laborantibus, quid conferunt tot mutatoria vel extensa in perticis, vel plicata in manticis? Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis. Et nos enim Dei plasmatio, Christi & nos sanguine redempti sumus. Nos ergo fratres vestri. Videte quale sit de fraterna portione pascere oculos vestros. Vita nostra cedit vobis in superfluas copias. Nostris necessitatibus detrahitur, quicquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique mala prodeunt de vna radice iniquitatis, dum & vos vanitando perditis, & nos spoliando perimitis.

Ibidem.

Iumenta gradiuntur onusta gemmis, & nostra non curatis crura nuda caligulis. Annuli, catenulæ, tintinabula, & clauatæ quædam corrigiæ, multáque talia tam speciosa coloribus, quàm ponderibus preciosa, multarum pendent ceruicibus, fratrum autem lateribus, nec semicintia miserantes apponitis. Huc accedit quod hæc omnia, nec negotiationis studio, nec proprio manuum exercitio vobis elaborastis, sed nec iure hæreditario possidetis. Et hæc pauperes modò quidem coram Deo tantum, cui corda loquuntur. Nec enim audent apertè causari aduersum vos, quibus interim pro sua vita necesse habent potius supplicare. Cæterum in futuro stabunt in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: stante quippe pro eis patre orphanorum & iudice viduarum. Ipsius enim tunc vox erit: Quãdiu non feciſtis vni de his minimis meis, nec mihi feciſtis. Ite in ignem æternum. Vide latius in titulo, Ambitio.

DE COGITATIONE. Cap. xl.

Cogitatio mala animam necat.

Ser. de carne & Cute & ossib.

SIcut peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat: sic cõsensus omnino animam necat. Cauеamus ergo dilectissimi cogitationes inutiles, vt animarum nostrarum facies decora permaneat. Quod si tamen aliquando noxia aliqua cogitatio mentem subierit, tota sollicitudine laboremus, citius abluere & eradere sordem, qua nos maculari conspicimus, clamantes cum propheta: Asperges me hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Similitudo de delectu malarum cogitationum,

Lib. de gradib. humilita.

Vt vesica collecto turgida vento, punctóque perforata exiguo, si stringitur, crepitat dum detumescit, ac ventus egrediens non passim effusus, sed strictim emissus, crebros quosdam sonitus reddit: sic religiosus vbi vanis scurrilibusq; cor suum cogitationibus impleuerit, propter disciplinam silentij, non inueniens vẽtus vanitatis quà plenius egrediatur, inter angustias faucium per cachinnos excutitur.

In tract. de vita soli.

Tria sunt quæ cogitationem faciunt, voluntas, memoria, & intellectus. Voluntas cogit memoriam: cogit etiam intellectum, ad formandum quod profertur: adhibens intellectũ memoriæ, vt inde formetur: intellectui verò aciem cogitantis, vt inde cogitetur.

Voluntati bonæ Spiritussanctus fit obuius.

Ibidem.

Cum de his quæ de Deo vel ad Deum sunt cogitantur, & voluntas eò proficit, vt amor fiat, continuò per viam amoris infundit se spiritussanctus, spiritus vitæ, & omnia viuificat: adiuuans seu in oratione, seu in meditatione, seu in tractatu infirmitatem cogitantis, &c. Et ideo homini Deũ amare volenti, vel iam amanti, suus semper cõsulendus est animus: examinanda conscientia, quid sit quod in totum vult, & propter quod vult: quicquid aliud vult spiritus, vel odit, quicquid contra illud caro concupiscit. Incidẽtes enim quasi extrinsecus, & decidentes cogitationes, & præteruolitantes voluntates quibus modò vult, modò non vult: nequaquam inter voluntates, sed penè inter otiosas deputandæ sunt cogitationes.

Cogitationes malas dæmones suggerunt hominibus. lib. de inter. domo. cap. 40.

Lib. de inter domo cap. 40.

Dæmonum est malas cogitationes suggerere, nostrum est illico illas expellere. Nam in animo nostro eas iacere, nostræ attinet voluntati, & propriæ deputatur culpæ. Voluntate namque sua cadit, qui cadit: & voluntate Dei stat, qui stat. Cogitatio tamen immunda mentem non inquinat, cum pulsat: nisi cum hanc sibi per delectationem subiugat.

Similia de cogitationum diuersitate. Idem cap. 44.

Ibidem. cap. 44.

Sicut abyssus exhauriri non potest, sic cor hominis euacuari à cogitationibus suis non potest, sed continua volubilitate in eo voluuntur: mare magnum est & spatiosum manibus, illic reptilia, quorum nõ est numerus. Sicut enim reptile latenter repit, & sinuosis anfractibus huc & illuc deambulat: ita conscięti ã hominis venenate cogitationes intrant & exeunt, vt nesciat homo vnde veniat, aut quo vadat. Hoc bene cognouerat, qui dicebat: prauum est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud, quod scrutationẽ non recipit nec cognitionem.

DE COGNITIONE SVI.
Cap. xlj.

Cognitio sui, parit humilitatem mentis.

Ser. 36. sup. cant.

NIsi super humilitatis stabile fundamentum, spirituale ædificium stare minimè potest. Porrò ad se humiliãdum, nihil anima inuenire viuacius seu accõmodatius potest, quã si se in veritate inuenerit, tantum nõ dissimulet, non sit in spiritu eius dolus: statuat se ante faciem suam, nec se à se auertere abducatur, clametque cum propheta: In veritate tua humiliasti me. Nam quomodo non verè humiliabitur in hac cognitione sui, cum se perceperit oneratam peccatis, molle huius mortalis corporis aggrauatam, terrenis intricatam curis, carnalium desideriorum fece infectam, cæcam, curuam, infirmam, implicitam multis erroribus, expositam mille periculis, mille timoribus ttepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspitionibus obnoxiam, mille necessitatibus ærumnosam, procliuem ad vitia, inualidam ad virtutes? Porrò conuersa ad dominum, recipit consolationem: quia pater est misericordiarum, & Deus totius consolationis.

Cognitio sui quam sit necessaria ad salutem.

Ser. 37. sup. Cant.

Neminem absque sui cognitione saluari cõstat, de qua nimirum mater salutis humilitas oritur, & timor Domini, qui & ipse sicut initium sapientiæ, ita est salutis. Nemo dico absque illa cognitione saluatur: qui tamen ætatem habeat ac facultatem cognoscendi.

Consideratio sui quantum commodet ad puritatem mentis.

Lib. 1. de Considera.

Primum quidem ipsum fontem suum, id est, mentem de qua oritur, purificat consideratio. Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat. Postremò humanarum pariter & diuinarum rerum scientiam confert. Hæc est quæ confusa disterminat, hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, verisimilia examinat, ficta & fucata explorat. Hæc est quæ agenda præordinat, acta recogitat: vt nihil in mente resideat, aut incorrectum aut correctione egens. Hæc est quæ in prosperis aduersa præsentit: quorum alterum fortitudinis, alterum prudentiæ est.

Prudentia summa, cõsideratio sui.

Ibidem. lib. 2.

A te tua consideratio inchoet, ne frustrà extendaris in alia te neglecto. Noueris licet omnia mysteria, noueris alta terræ, alta cœli, profunda maris: si te nescieris, eris similis edificanti sine fundamento ruinam, non structuram faciens. Quicquid extruxeris extra te, erit instar congesti pulueris vẽtis obnoxium. Non ergo sapiens qui sibi non est.

Cognitio sui. perducit ad cognitionem Dei.

lib. Medit. cap. 1

Quantò in cognitione mei proficio, tantò ad cognitionem Dei accedo. Beata autem anima, apud quam Deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requiescit. Beata quę dicere potest. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiem cœli ei non poterit.

Ibidem. cap. 5.

Stude cognoscere te, quia multò melior & laudabilior es si te cognoscis, quam si te neglecto, cognosceres cursum syderum, vires herbarum, complexiones hominum, naturas animalium, & haberes omnium cœlestium & terrestrium scientiam.

DE CONSIDERATIONE
Cap. xlij.

Spiritualis conuersationis summa in quibus consistat.

Ser. de verbis Abacuh.

IN his duobus tota spiritualis conuersationis summa versatur, vt in nostra consideratione turbemur, & contristemur ad salutem, in diuina respiremus: vt de gaudio Spiritussancti habeamus consolationem, & hinc timorem & humilitatem, inde verò spem concipiemus & charitatem.

Lib. de interiori domo cap. 32. & 13.

Frustra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nõdum idoneus est ad videndum seipsum. Prius enim necesse est vt cognoscas inuisibilia spiritus tui, quam possis esse idoneus ad cognoscenda inuisibilia Dei. Et si non potes cognoscere te, non præsumas apprehendere ea quæ sunt supra te. Precipuum & principale speculum ad videndum Deũ est animus rationalis intuens seipsum.

Ibid. cap. 43.

Tamdiu quisque sua peccata ignorat, quàm diu curioſe aliena considerat. Qui semetipsum aspicit, non quærit in quo alios frequenter reprehendat, sed in semetipso quod lugeat.

Lib. 1. de Consid.

Pietas est vacare considerationi.

Considerationis diffinitio.

Lib. 2. de Consid.

Consideratio autem diffiniri potest, intensa ad inuestigandum cogitatio: vel intentio animi vestigantis verum.

Lib. 3. de Consid.

Spiritualis homo qui omnia diiudicat, vt ipse à nemine

omne opus ſuum trina quadam conſideratione præueniet, primum quidem an liceat: deinde an deceat, poſtremò an expediat. Nam etſi conſtet in chriſtiana vtique philoſophia nó decere, niſi quod liceat: nó expedire, niſi quod decet & licet: non continuò tamen omne quod licet, decere, aut expedire conſequens erit.

DE CONFESSIONE
Cap. xliij

Serm.4. minor. MElior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis factis ſuperba gloriatio.

Ser.2.in vt gil.natali domini. Vera confeſſio eſt, ſi omnia opera veſtra, opera Dei ſunt, & confiteantur ei. Confiteantur autem ei gemina quadam confeſſione, vt duplicibus veſtiamini, id eſt, confeſſione peccatorum, & confeſſione laudis diuinæ. Tunc enim veri confeſſores eritis, ſi omnis veſtra vita cõfiteatur vos peccatores, & dignos multis maioribus pœnis: Deum verò ſummè bonum, qui pro his leuibus & tranſitoriis æterna cõdonat ſupplicia quæ meruiſtis. Quiſquis enim ardenter non deſiderat pœnitentiam, videtur operibus dicere, ſe non indigere pœnitentia: & ita ſuam non confitetur culpam, aut nó poſſe prodeſſe ei pœnitentiam, & ita diuinam non confitetur bonitatem.

Serm.4. ſup.cant. Inuenit apud Deum & verecunda confeſſio quo ſe humiliando deiiciat: & prompta deuotio vbi ſe innouando reficiat, & iocunda contemplatio, vbi excedendo quieſcat.

Serm.16. ſup.cant. Omnẽ quod remordet conſcientiam confitere humiliter, purè, fideliter. Sit fidelis confeſſio, vt confitearis in ſpe, de indulgentia penitus non diffidens: ne tuo te ore non tam iuſtifices, quam condemnes.

lib.de gradib.humil. Multò periculoſior eſt fallax & ſuperba confeſſio, quàm procax & obſtinata defenſio. Nonnulli enim cùm de apertioribus arguuntur, ſcientes quòd ſi ſe defenderent, ſibi non crederetur: ſubtilius inueniunt argumẽtum defenſionis, verba reſpondentes doloſè cõfeſſionis. Eſt quippe qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius (vt ſcriptum eſt) plena ſunt dolo.

lib. medit. cap.9. Execrãda fictio eſt, peccatum diuidere, & ſuperficietenus radere, non intrinſecus eradicare. Non enim vtilis eſt confeſſio, niſi in oris veritate, & cordis puritate. Et vt treis ſint qui teſtimonium nobis dicant in cœlo, pater, Filius, & ſpirituſſ. addamus teſtes ſacerdotes cordi noſtro, & ori, vt in ore duorum vel trium teſtium, ſtet omne verbum.

Ibidem. cap.37. Omnia in confeſſione lauantur, conſcientia mundatur, amaritudo tollitur, peccatum fugatur, tranquillitas redit, ſpes reuiuiſcit, animus hilareſcit, poſt baptiſmum nullum aliud nobis conſtitutum eſt remedium, quàm cõfeſſionis refugiũ. Sit ergo deuota cordis compunctio, vera oris confeſſio, diſcreta carnis mortificatio, repentina vitiorum extirpatio, læta bonorum operum exhibitio.

Ibidem. Simulata confeſſio non eſt confeſſio, ſed duplex confuſio. Excludit enim miſerationem Dei miſeriæ ſimulatio: nec dignatio locum habet, vbi fuerit dignitatis præſumptio. Prouocat verò compaſſionem, humilis miſeriæ confeſſio. Nulla autem eſt tam grauis culpa, quæ non habeat veniam per puram confeſſionem. Velox autem confeſſio, velociter medicinam facit. Porrò melius eſt vt vites vitium, quàm vt emẽdes: ne fortè cùm incurreris, reuocare non poſſis.

DE CIRCVNCISIONE.
Cap. xliiij.

Circunciſio præputij cur lege indicta.

Serm.2. de Circunciſ. QVia ſingulorum mẽbrorum abſciſſionem humanæ carnis fragilitas & infantilis ætatis infirmitas nullatenus ſuſtineret, pio moderamine diſpoſitio ſuperna prouidit, vt in ea potiſſimum parte concupiſcentia caſtigaretur, in qua vehementius fœuire conſtabat, & violentius malignari. In omni ſiquidem contradicentium ſpiritui rebellione membrorum, ſolum illud vſque adeò contumax inuenitur, vt contra omnem voluntatis deliberationem, ad inhoneſtos & illicitos motus aſſurgat.

DE CONVERSIONE.
Cap. xlv.

In conuerſione vniuſcuiuſque quid neceſſarium.

OMnibus ergo nobis in conuerſionis noſtræ initio, nulla magis virtus neceſſaria eſt, quàm ſimplicitas humilis, & grauitas verecunda. *Serm.3. de epiph.*

S. Pauli conuerſio cur celebris.

Propterea S. Pauli conuerſionis memoria frequentatur, quòd & ipſa quoque memorantibus vtilis inueniatur. In hac enim memoria, & peccator & ſpem veniæ concipit, & prouocatur ad pœnitentiam: & qui iam pœnitet, perfectæ conuerſionis accipit formam. Quis deſperet vltrà pro magnitudine cuiuſlibet criminis, quando Saulum audiat adhuc ſpirantem minarum, & cædis in diſcipulos Domini, ſubitò factum vas electionis? Quis dicat iniquitatis pondere preſſus, aſſurgere iam ad ſtudia meliora non valeo: quando in ipſo itinere, quo ſanguinem ſitiens Chriſtianum, dirum toto pectore virus efflabat: perſecutor crudeliſſimus, in fideliſſimũ repentè mutatus eſt prædicatorem? Magnificè ſiquidé in hac vna conuerſione, & miſericordię magnitudo, & efficacia gratiæ commendatur. *Ser.3.in eius conuerſ.*

Corporis conuerſio ſi ſola fuerit, nulla erit. Forma ſiquidé conuerſionis eſt iſta, non veritas: vacuam virtute, gerens ſpeciem pietatis. *Serm.2. de ieiunio.*

Gaudent angeli in conuerſione & pœnitentia peccatorũ, ſalutem hominum ſitientes lachrymæ pœnitentium, vinum eorum, quod in illis vitæ odor, ſapor gratiæ ſit, indulgentiæ guſtus, reconciliationis iocunditas, ſanitas redeuntis innocẽtiæ, ſerenatę ſuauitas conſcientiæ. *Serm.30. ſup.cant.*

Perfecta conuerſio eſt ad bonum, vt nil libeat, niſi quod deceat, vel liceat: perfecta in bono confirmatio, vt nil deſit iã quod libeat. Tunc demum perfecta erit voluntas, cum plenè fuerit bona, & benè plena. *lib.de grat. & lib.arb.*

DE CONSOLATIONE.
Cap. xlvj.

ESt ſeculãribus conſolatio vana, de terrenarum affluentia rerum: vana nihilominus de earum penuria deſolatio. At euangelium ſpeculum veritatis, nemini blanditur, nullũ ſeducit: talem in eo ſe quiſque reperiet, qualis fuerit: vt nec ibi timore trepidet, vbi non eſt timor: nec lætetur cum malefecerit. *Serm.1.de ſeptem ſanct.*

Fruſtrà ſurgitis ad intuenda beneficia quæ delectant, niſi prius recepto lumine conſolationis de reatibus qui conturbant. *Serm.10. ſup.cant.*

Eccleſiam tempore & loco peregrinationis ſuæ duæ res conſolantur. De præterito quidem memoria paſſionis Chriſti: de futuro autem quòd ſe in ſortem ſanctorum cogitat & confidit recipiendam. Ambo hæc veluti antè & retrò oculator inſatiabili deſiderio cõtuetur, & vterque illi intuitus admodum gratus, & vterq; eſt illi refugium à tribulatione malorum & dolore. Integra conſolatio, cum nõ ſolum quid ſibi expectandum: ſed & vnde ſit præſumendum nouerit expectatio læta, nec dubia quæ Chriſti morte firmata eſt. *Ser.62. ſup.cant.*

DE CONSCIENTIA.
Cap. xlvij.

INfernus quidam & carcer animæ, rea conſcientia eſt. O vita ſecura, vbi pura conſciẽtia. O inquam vita ſecura, vbi abſque formidine mors expectatur, imò exoptatur cũ carnificina animæ, mala conſcientia dulcedine, & excipitur cum deuotione. *Serm.3. de Aſſumpt. B. Mariæ. lib. ad milites tẽpli. lib. de peracut.ſuff.*

Nemo ſcit quę ſunt in homine, niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt. Si ſuperbia, ſi inuidia, ſi auaritia, ſi ambitio, aut ſimilis aliqua peſtis abſcondita eſt, vix effugere poterit hoc examen: ſi fornicatio, ſi rapina, ſi crudelitas, ſi fraus vlla, aut quęlibet culpa admiſſa eſt, internum hunc iudicem non latebit: reus ipſe nec inficietur coram eo, tranſiit enim velociter totus ille pruritus delectationis iniquæ, & voluptatis illecebra tota breui finita eſt, ſed amara quædam impreſſit ſigna memoriæ, & veſtigia fœda reliquit. In illud ſiquidem repoſitorium, velut in ſentinam aliquam tota decurrit abominatio, & immunditia tota defluxit.

Serenatæ

Serenatæ conſcientiæ teſtimonium in trib. conſiſtit

Serm.1.in Annunci. B.Mar. Teſtimonium conſcientiæ verum eſt cùm Spirituſſancti teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro. Porrò hoc teſtimonium in tribus conſiſtere credo. Neceſſe eſt enim primò omnium credere quòd remiſſionem peccatorum habere non poſſis, niſi per indulgentiam Dei. Deinde quod nihil prorſus habere quærat operis boni, niſi & hoc dederit ipſe. Poſtremo quòd vitam æternam nullis potes operibus promereri, niſi gratis tibi detur & illa. Quis enim poteſt facere nundum de immundo conceptum ſemine niſi qui ſolus eſt mundus.

Lib.2. de Conſid. Perfecta cuique & abſoluta excuſatio, teſtimonium conſcientiæ ſuæ. Volo glorieris teſtimonio conſcientiæ, ſed non minus vt eodem ipſo humilieris. Rara vox, nihil mihi conſcius ſum. Cautior in bonis ambulas, ſi & mala non lateant. Quamobrem noueris te vt inter anguſtias quæ non deſunt fruaris conſcientiæ bono, magis autem vt ſcias quid deſit tibi. Nam cui non deſit? Omnia illi deſunt, qui nihil ſibi deeſſe putat.

Terge ſordes peſſimi operis, ſi Deo placere cupis.

Ser.46 ſup. Can. Primo omnium ſi Deo placere cupis, emundes conſcientiam ab omni inquinamento irę & diſceptationis, & murmuris, & liuoris: & quicquid omnino aduerſari cognoſcitur aut paci fratrum, aut obedientiæ ſeniorum, de cordis habitaculo eliminare feſtines. Deinde etiam circundare tibi flores bonorum operum, & quorumque actuum, & laudabilium ſtudiorum: atque odoramenta virtutum, id eſt, quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iuſta, quæcũque ſanćta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ: ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitare, in his exerceri curato.

Ser.85.ſuper Can. Nihil hac luce clarius, nihil hoc glorioſi° teſtimonio, cùm veritas in mente fulget, & mens in veritate ſe videt. Sed qualem? Pudicam, verecundam, pauidam, circumſpectam, nihil penitus admittentem quod euacuet gloriam conſcientiæ atteſtantis in nullo conſcientiam ſibi, quo erubeſcat præſentiã veritatis. Hoc planè eſt, quod ſuper omnia bona animæ diuinos oblectat aſpectus.

Conſcientia mala ſemper eſt in pœna.

Lib.Meditat.cap.13. Peccata mea celare non poſſum, quoniam quocunque vado, conſcientia mea mecum eſt: ſecum pottans quicquid in ea poſui, ſiue bonũ, ſiue malum. Seruat viuo, reſtituet defuncto, depoſitum quod ſeruandum accepit.

Conſcientia quid?

Lib.de interio.domo cap.1 Conſcientia eſt inſeparabilis gloria, vel confuſio vniuſcuiuſque pro qualitate depoſiti.

Puræ conſcientiæ encomion.

Ibidẽ cap. 107.22. Munda eſt conſcientia, cum nec de præterito iuſtè accuſatur, nec de præſenti iniuſtè delectatur. Conſcientia bona, titulus eſt religionis, templum Solomonis, ager benedictionis hortus deliciarum, aureum declinatorium, gaudium angelorum, arca fœderis, theſaurus regis, aula Dei, habitaculum Spirituſſancti, liber ſignatus & clauſus, & in die iudicij appariendus. Nihil eſt iocundius, nihil tutius, nihil ditius bona cõſcientia: premat corpus, trahat mundus, terreat diabolus, & illa erit ſecura. Bona conſcientia ſecura erit cùm corpus morietur, ſecura cùm anima coram Deo præſentabitur: ſecura cum vtrunque in die iudicij, ante tribunal tetrificum iuſti iudicis ſtatuetur.

Similitudo.

Ibidem. cap.25. Sicut mulier quæ viro ſuo, ſiue amico ſuo placere deſiderat, in contuitu ſpeculi imaginem oppoſitam reddentis, decorem & pulchritudinem faciei componit: ſic anima in quibus ab imagine veritatis diſcedit, vel in quibus veſtigia creatricis imaginis recipiat, in conſcientia relegit & intelligit.

Conſcientiæ vermis nunquam moritur.

Ibidem. cap.31. Vbicunque vado, conſcientia mea non me deſerit, ſed præſens aſſiſtit, & quicquid facio ſcribit. Idcirco quanquam humana ſubterfugiam iudicia, iudicium propriæ cõſcientiæ fugere non valeo. Et ſi hominibus celo, quòd egi: mihi tamẽ qui ſcio malum quod geſſi, celare nequeo, proprij reatus cõſcientia non me requieſcere ſinit: ſed de die in diem vehemẽter me torquet, & de die iudicij vehementius me terret. Nam in die illa cùm Dominus ad iudicium venerit, vniuſcuiuſque conſcientia ad teſtimonium adducetur: & aperto libro cõſcientiæ, omnis culpa ante oculos reducetur, atque ita cogente conſcientia, vnuſquiſque erit accuſator & index ſuus. Propterea ſtatuam me ante me, & iudicabo meipſum: vt illius ex tremæ & tremendæ diei iudicium euadere poſſim.

Benignitas Dei.

Ibidem. cap.37. Sic feſtinat miſericors Deus abſoluere reum à tormento conſcientiæ ſuæ, quaſi plus cruciet miſericordem Deum compaſſio miſeri, quàm ipſum miſerum compaſſio ſui.

Ibidem. cap.44. Sicut reptile latenter repit, & ſinuoſis anfractibus huc & illuc deambulat: ita conſcientiam hominis venenatæ cogitationes intrant & exeunt, vt neſciat homo vndè veniat, aut quò vadat.

Bona vitâ nunquam eſt ſine gaudio

Ibidem. cap.45. Nulla pœna grauior eſt, praua cõſcientia. Mala conſcientia propriis agitatur ſtimulis. Si publica fama te non damnat propria conſcientia te cõdemnat: quoniam nemo poteſt ſeipſum fugere. Vis nunquam eſſe triſtis? Bene viue, Bona vita, ſemper gaudium habet: conſcientia rei, ſemper in pœna eſt.

In ſententi. Laborat & requieſcit anima in conſcientia: quia conſciẽtia alia bona eſt & non tranquilla, alia tranquilla & non bona: alia nec tranquilla, nec bona: alia bona & tranquilla. Tranquilla & non bona eſt eorũ qui in ſpe peccãt, & dicunt in corde ſuo quod Deus non requiret & eſt iſta maxime adoleſcẽtiũ: bona & nõ tráquilla eorũ eſt, qui iam cõuerſi ad dominũ recogitant annos ſuos in amaritudine. Nec bona nec tráquilla eorum qui in multitudine peccatorũ deſperant. Bona, & tranquilla eorum qui carnem ſpiritui ſubdiderunt: qui cum his qui oderunt pacem ſunt pacifici. Hic eſt lectus animæ, in hoc requiem capit anima. Vide titul. Infernus.10

DE CONSVETVDINE.
Cap. xlviij

Conſuetudo mala difficilé vincitur.

Ser.de trip. miſeri. DIfficilis prorſus res eſt, & ſoli diuinæ virtuti poſſibilis, ſuſceptum ſemel peccati iugum à ceruicibus excutere: quoniam qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: nec eſt iam liberari, niſi in manu forti. Hæc eſt magna miſericordia magnis neceſſaria peccatoribus, de qua dicitur: Miſerere mei deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam: & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Conſuetudo cathena inſolubilis.

Ser.de ſeptem donis. Spiritus. Eſt autem conſuetudo grauis quædam & periculoſa cathena, ſoluenda vtique facilius quam rumpenda, vt hîc maximè vulgare illud prouerbium videatur vſurpari: Induſtriam violentia potiorem, vt quemadmodum vis, vi repellitur, & feruore ſpiritus, feruor extinguatur deſidetiorum: vt maligni artem, arte deludas, & conſuetudini conſilium opponas. Alioquin fortè violentiam quæras & caſtitatem corporis, ſperas conſuetudini prealere, timendum omnino eſt, ne ſit perniciouſus labor: & prius ipſa ſubſtantia deficiat, quã molita concupiſcentia, præſertim quod altera quædam natura ſit ipſa conſuetudo.

Ser.18.ſup. Cant. Abſcidatur ferro acutæ compunctionis, vlcus inueteratæ conſuetudinis

Nihil aſſuetudine maius

Nihil tam fixum animo, quod neglectu & tempore non obſoleſcat. Vulneri vetuſto & neglecto callus obducitur, & eò inſanabile, quò inſenſibile fit. Denique dolor continuus & acerbus, diuturnus eſſe non patitur, citum habiturus eſt exitum, aut ſanitatem profectò aut inſenſibilitatem. Nam ſi aliunde non extunditur, neceſſe eſt cedat vel ſibi. Enimuerò cito aut de remedio conſolationem recipiet, aut de aſſiduitate ſtuporem. Quid non inuitat conſuetudo? Quid non aſſiduitate duretur? Quid non vſui cedat? Quantis quod præ amaritudine prius exhorrebant, vſu ipſo malæ cõſuetudinis in dulce conuerſum eſt? primum tibi importabile videbitur aliquid proceſſu temporis ſi aſſueſcas, iudicabis non adeo graue: paulopoſt & leue ſenties: paulopoſt etiam delectabit, ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa in aduerſionem.

Lib. de ili. Qui carnis ſuæ deſideriis nõ reſiſtit, & motus cordis ſui cuſ-

ter. domo cap. 57. stodire negligit: ita tandem praua consuetudine illigatur, vt postmodum etiam volens, eis resistere non possit.

DE CONSENSV PECCATI. Cap. xlix.

Ibidem. cap. 19. NOn nocet sensus, vbi non est consensus: imò quod resistentem fatigat, vincentem coronat.

Vbi consensus ibi voluntas.

Lib. de spir. & lib. arb. Aliud est voluntarius consensus, aliud naturalis appetitus, posterior quippe nobis communis est cùm irrationabilibus, nec valet consentire spiritui carnis irretitus illecebris. Hunc communem habentes cum bestiis, cõsensus voluntarius nos discernit. Est enim habitus animi liber sui, siquidem cogitur nec extorquetur. Et quippe voluntatis non necessitatis: nec negat se, nec præbet se cuiquam, nisi ex voluntate. Alioquin si compelli valet inuitus violentus est, non voluntarius. Vbi autem voluntas non est, nec consensus. Non enim est consensus nisi voluntarius, vbi ergo consensus ibi voluntas, porrò vbi voluntas, ibi libertas. Et hoc est quod dici puto liberum arbitrium.

Tria Deus operatur in nobis.

Ibidem. Deus tria hæc, hoc est bonum cogitare, velle, perficere, operatur in nobis primùm sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit. Siquidem immittendo bonam cogitationem nos præuenit, immutando etiam malam voluntatem sibi per consensum iungit ministrando, & consensui voluntatem vel facultatem foris per apertum opus nostrum, internus opifex noster innotescit. Sanè ipsi nos præuenire nequaquam possumus. Qui autem bonum neminẽ inuenit, neminem saluat quem nõ præuenit. A Deo ergo sine dubio fit nostræ salutis exordium: nec per nos vtique nec nobiscum. Verùm consensus & opus etsi non ex nobis, iam non tamẽ sine nobis. Nec primum quidem in quo nos quippe nil facimus, nec vltimum quod & plerunque extorquet aut timor inutilis, aut simulatio damnabilis: sed tantum medium reputatur nobis in meritum. Sola igitur interdum bona voluntas sufficit: cætera nõ prosunt si sola defuerit. Non prosunt dixerim, sed agenti, non cernenti. Valet itaque intentio ad meritum, actio ad exemplum: vtramque est præueniens cogitatio tantummodo ad excitandum. Cùm hæc ergo inuisibiliter intra nos ac nobiscum actitari sentimus, soli gratiæ attribuamus. Ipsa liberum excitat arbitrium, cùm seminat cogitatum: sanat, cùm mutat affectum: roborat, cùm perducit ad actum: seruat, cùm sentiat defectum. Si autem ista cum libero arbitrio operatur, vt tantum in primo illud præueniat, in cæteris comitetur: ad hoc vtique præueniẽs, vt iam sibi deinceps cooperentur. Ita tamẽ quod à sola gratia cœptum est, pariter ab vtraque perficitur: vt mixtim, non singilatim: simul, non vicissim per singulos profectus operentur. Nam partim gratia, partim liberum arbitrium: sed totũ singula opere indiuiduo peragunt. Totum quidem hoc, & totum illa: sed vt totum in illo, sic totum ex illa.

Propria voluntas, lepra est pessima religiosorum.

Serm. 3. de resur. dom. In corde duplex lepra est, propria voluntas, & proprium consilium, lepra vtraque nimis pessima. Lepra verò proprij consilij, eò pernicios ior est, quò magis occulta: & quantò plus abundat, tantò sibi quisque sanior esse videtur. Hæc illorum est, qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam: sequentes errorem suum, & obstinati in eo, ita vt nullis velint consiliis acquiescere. Hi sunt vnitatis diuisores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes sibi, & magni in oculis suis: ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere. Et quæ maior superbia, quàm vt bonus homo toti congregationi iudicium suum præferat, tanquam ipse solus habeat spiritum Dei? Idololatriæ scelus est, nolle acquiescere, & quasi peccatum atiolādi. Eant nunc qui se faciunt religiosiores aliis, qui non sunt sicut cæteri hominum: ecce arioli & idololatræ facti sunt.

Tracta ante factum, quia post factum sera retractatio est. lib. 4. de cõsid. Sapientis consilium est: Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis.

Ad consilium qui admittendi.

In epist. ad Henric. Senonens. archiep. Ad consilium soli eligantur qui & prudentes esse videantur & benevoli. Absque prudentia & benevolentia, scio non esse perfecta consilia. Væ nostro generi ab imperfectione sua. Vix in multitudine hominum vnum reperias in vtraque gratia consummatum. Haud facilè siquidem vel prudenti benevolentiam, vel fideli inesse sapientiam deprehendas. Sine numero autem sunt, quos vtriusque muneris expertes esse constiterit.

Peccatum, mors animæ.

In epist. ad Thomam præpos. Bec. uel. Quum mors animæ peccatum sit, vita eius sine dubio iustitia est: quoniam iustus ex fide viuit. Iustus autem quis est, nisi qui amanti se Deo vicem rependit amoris? Quod non fit nisi reuelante spiritu per fidem homini æternum Dei propositum, super sua salute futura. Quæ sanè reuelatio non est aliud, quàm infusio gratiæ spiritalis, per quàm dum carnis facta mortificantur, homo ad regnum præparatur: simul accipiens in vno spiritu, & vnde se præsumat amatum, & vnde redamet ne gratis amatus sit. Hoc vtique est illud sacrum secretúmque consilium quod à patre Filius in Spiritusancto accipiens, suis quos nouit per eundem spiritum iustificando eos communicat, & communicando eos iustificat: quando id quisque accipit in sui iustificatione, vt incipiat & ipse cognoscere, sicut & cognitus est: cùm videlicet & ipsi præsentire aliquid de suiipsius futura beatitudine: quemadmodum ab æterno latuit in prædestinante, plenius apparituram in beatificante, de qua iam percepta suimet ex parte notitia: interim quidem glorietur in spe, nondum tamen in securitate. Quàm miserandi qui ad tam iocundum iustorum consilium nullum adhuc tenent suæ vocationis testimonium? Sed habetis & vos ô infœlices amatores seculi malè securi, vestrum seorsum à iustis consilium. Squama squamæ coniungitur: & non est spiraculum in vobis. Habetis inquam & vos ô impij communicatum adinuicem consilium: sed plane aduersum Dominum, & aduersus Christum eius. Etenim si dicente scriptura, pietas est cultus Dei, profectò quisquis amat plus mundum quàm Deum, impius atque idololatra esse conuincitur: colens & seruiens potius creaturæ, quàm creatori. Habentibus autem (vt dictum est) sanctis atque impiis suum ad se quibusque consilium: magnum proculdubio inter vtrosque chaos firmatum est. Nam quomodo iustus longe se facit à consilio malignantium: ita nec impij resurgunt omnino in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.

Quid sit iudicium, consilium, & beneplacitum.

Serm. 18. sup. cant. Iudicij est discernere quid liceat, quid non liceat: consilij probare quid expediat, vel non expediat: complaciti experiri quid libeat, vel non libeat. Vtinam tam liberè nobis consuleremus, quàm liberè de nobis iudicamus: vt sicut liberè per iudicium licita illicitáque discernimus, ita per consilium & licita tanquam commoda nobis eligere, & illicita tanquam noxia respuere liberum habere. Iam enim non solum liberi arbitrij, sed & liberi proculdubio consilij, ac per hoc à peccato liberi essemus. Sed quid si totum solúmque quod expediret vel liceret etiam liberet: nonne liberi quoque esse complaciti merito diceremur: quippe qui ab omni proinde quod displicere posset, hoc est, ab omni nos miseria liberos sentiremus. Nunc autem cùm multa per iudicium vel admittenda vel omittenda esse decernamus: quæ tamen per consilium nequaquam pro iudicij rectitudine aut eligimus aut contemnimus rursum quia non omnia quæ tanquam recta & commoda consultè obseruamus, etiam vt beneplacita libenter amplectimur, sed insuper quasi dura & molesta, vix æquanimiter ferre perduramus: liquet quia liberum nec consilium habemus, nec complacitum.

Quatuor modis itur ad consilium impiorum.

Ad

In sentent. Ad consilium impiorum itur quatuor modis. Quidam verò trahuntur inuiti: alij attrahuntur illecti, alij seducuntur ignari, alij sequuntur spontanei. Istis necessariæ sunt quatuor virtutes, per quas armati resistant, ne in consiliũ eant. Inuitis necessaria est fortitudo, qua resistant vsque ad mortem, minis, cruciatibus & damnis. Illi qui attrahuntur illecti, indigent temperantia, quæ reprimit illicita desideria, nec cedit promissionibus, nec emollitur blanditiis. Illis qui seducuntur ignari, est opus prudentia, quæ discernit ab inutilibus vtilia: & docet quid tenendum, quidve reiiciendum sit. Iustitia indigent illi, qui sequuntur spontanei.

DE CONSTANTIA. Cap. lj.

Serm. 58. sup. cant. MOdestia animi, probat sapientem: constantia, virũ virtutis ostendit.

DE COMMVTATIONE. Cap. lij.

Tract. de verbis Eccle. reliq. NOn est inutilis cõmutatio, pro eo qui super omnia est, omnia reliquisse.

DE COMPVNCTIONE. Cap. liij.

Serm. 18. sup. cant. Tract. de spirit. domin. ABscindatur ferro acutæ compũctionis, vlcus inueteratæ consuetudinis.

Petri post grauem lapsum, lachrymam quidem video, sed precem non audio: nec tamen de indulgentia dubito.

Preces & lachrymæ nostræ, quàm Deo & angelis acceptæ.

Lib. medit. cap. 6. Pias aures Domini ad te flecte: lachrymis & suspiriis pro tuis excessibus illum clemẽter exora: atque canticis spiritualibus in omnibus operibus suis illum lauda & glorifica. Nihil autẽ magis supernis ciuibus spectare liber, nihil regi summo iocũdius exhibetur, sicut ipse testatur: Sacrificium laudis honorificabit me. Vide etiam in titulo, pœnitentia, angelus.

DE CONTEMPLATIONE. Cap. liiij.

Lib. de instr. domo. cap. 70. NIhil est iocundius, nihil vtilius gratia contemplationis. Quantò amplius in cœlestium cõtemplatione delectaris, & delectando admiraris: tantò libentius immoraris, tantò diligentius perscrutaris, profundiúsque illuminaris. Semper in illis inuenies, quod mireris, & vnde delecteris. Nusquã est copiosior materia admirãdi, & nusquam vtilior causa delectandi. In his ergo sit semper tua admiratio & delectatio: nec necesse erit alia pro aliis quærere, & per vanam huc illúcque cogitationum cuagationem discurrere: Deum namque cognoscere, plenitudo est scientiæ.

Contemplatio quid.

Ex schola disciplin. lib. 2. de consid. Contemplatio, est mentis in Deum suspensæ eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans.

Contemplatio quidem diffiniri potest, verus certúsque intuitus animi de quacunque re: siue apprehensio veri non dubia.

lib. 5. de consid. Quidni ibi videatur cor Dei? Quidni ibi probetur, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta? Bona in se, placens in affectibus, beneplacens fruentibus: perfecta perfectis, & nihil vltra quærentibus.

Contemplatio gemina.

Serm. 62. sup. cant. Duo sunt contemplationis genera, vnum de statu & fœlicitate & gloria ciuitatis supernæ: quod vel actu vel otio ingens illa cœlestium ciuium occupati sit multitudo. Alterum de regis ipsius maiestate, æternitate, diuinitate. Non ex omni interim parte adhuc ad intuendum Deum accedere Ecclesia potest. Neque enim omnium est qui in Ecclesia sunt, sacramenta diuinæ voluntatis inspicere, aut apprehendere per semetipsos profunda Dei. Perfecti quidem rimari ac penetrare arcana sapientiæ & puritate conscientiæ audent, & intelligentiæ acumine possunt. De reliquo qui in Deum intendere non sufficiunt aut præsumunt, contenti sunt vel gloriam sanctorum vel mente intueri. Licebit itaque vnicuique nostrum tempore nostræ mortalitatis, nunc quidem patriarchas reuisere, nunc verò salutare prophetas, nunc senatui immiscerì Apostolorum, nunc martyrum inseri choris: sed & beatarum virtutum status & mansiones à minimo angelo, vsq; ad Cherubin & Seraphin, tota mentis alacritate percurrẽdo lustrare, prout quemque sua deuotio feret.

Ibidem. Fœlix mens quæ gloriam sanctorum frequenter contemplari studuit, sed quæ Deum fœlicior. Licet quidem intendere & in Deum, sed ad hoc puriore mentis acie opus est, & vehementiori omnino intentione, etiam & meritis potioribus sanctitatis.

Serm. 4. de Ascens. Fœlix cuius meditatio in conspectu Domini semper est, qui in corde suo delectationes dexteræ Domini vsque in finem sedula cogitatione reuoluit. Quid enim illi grauè potetit videri, qui semper mente tractat, quòd non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam? Quid concupiscere poterit in seculo nequam, cuius oculus semper videt bona Domini in terra viuentium, semper videt æterna præmia?

In sentent. Hi qui soli Deo vacant, considerantes quid sit Deus in mundo, quid in hominibus, quid in angelis, quid in seipso, quid in reprobis: contemplantur quia Deus est mundi rector & gubernator, hominum liberator & adiutor, angelorum sapor & decor. In seipso initium & finis, reproborum terror & horror: in creaturis mirabilis, in hominibus amabilis, in angelis desiderabilis: in seipso incomprehensibils, in reprobis intolerabilis. De hac materia multò plura habes, sermone. 46. super cant. & 23, Itemque in titulo, Vita actiua.

DE COELO. Cap. lv.

Os homini sublime cur datum.

Serm. de S. Martino. REspirandum est nobis, & nullatenus desperandum, donec in terra adhuc interim cõstituti, & suspicere cœlum possumus, & suspicere data optima, & dona perfecta de sursum à patre luminũ, à patre spirituũ, à patre misericordiarũ. Nam & propterea rectum fecit hominem, etiam corpore ipso: & os homini sublime dedit, cùm prona vtique spectẽt, animantia cætera terram: vt attollens ad sydera vultus illico suspiret, vbi tam beatam & perennem conspicit mansionẽ. Nonne enim piè & fideliter intuentibus nobis, vehementissimum quoddam incẽtiuum amoris, & prouocatio flagrantissimi desiderij est, visio ipsa tam lucidissimæ regionis.

Gaudia æternæ vitæ, inexplicabilia.

Ser. 3. de Ascens. Vbi purissimum lumen, purissimis oculis intuebimur: vbi omnes bonum & intelligunt & requirunt, intellectu perspicacissimi, & affectu paratissimi ad audiendam vocem sermonum Dei.

Serm. de septuag. O Hierusalem ciuitas regis magni, qui ex adipe frumenti satiat te, & quam fluminis impetus lætificat: nec pondus, nec mensura, sed satietas est apud te & affluentia summa.

Ser. 17. sup. Qui habitat. Vita æterna ipsa est plenitudo, ipsa longitudo dierum: verus dies qui non nouit occasum: plenus meridies, veræ gloriæ plenitudo, æterna veritas, vera æternitas, vera æternáque satietas. Siquidem nec longiturnitas illa terminum, nec claritas illa occasum, nec fastidium illa satietas habet. Erit enim securitas de æternitate, gloriatio de veritate, exultatio de satietate.

Ser. de omnibus sanctis. O verè & fœlix & gloriosa satietas, ô sanctum cõuiuium. O desiderabiles epulæ: vbi nimirum anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium: quoniam satietas summa, & summum inerit desiderium.

Serm. 33. sup. cant. O verè meridies, plenitudo feruoris & lucis: solis statio, vmbrarum exterminatio, deficcatio paludum, fœtorum depulsio. O perenne solstitium, ô lumen meridianum, vernalis temperies. O æstiua venustas, ô autũnalis vbertas. O quies & feriatio hiemalis, tuta habitatio paradisus, dulce pabulum Deus. Opulẽtia multa nimis æternitas. Nihil ibi formidatur, nihil deficit

In sentent. O quid illic nobis deerit gaudij, cum sine timore & periculo, sine nota & tædio, sine suspicione & vitio habitabimus. Illuc nos amabimus sine modo, videbimus sine termino, cohærebimus sine malo: pleni laude & iubilo, pleni gloria, pleni Deo. Tunc non erit suspitioni locus, quia tunc omnia erit Deus.

In Medit. Sic cum Deo beatus erit, in cuius conſcientia peccatum inuentum non fuerit. Videbit eum ad voluntatem, habebit ad voluptatem, fruetur ad iocunditatem: in æternitate videbit, in veritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habet permanendi æternitatem, ſic cognoſcendi facilitatem, & requieſcēdi fœlicitatem. Ciuis ſiquidem erit illius ſanctæ ciuitatis, cuius angeli ſunt ciues: Deus Pater templum, Filius eius ſplendor, Spiritusſanctus charitas. O ciuitas cœleſtis, manſio ſecura, patria totum continens quod delectat, populus ſine murmure, incolę quieti: homines nullam indigentiā habentes. Quàm glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei: ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te. Omnes lætantur in lætitia & exultatione, Omnes delectantur de Deo, cuius aſpectus pius, facies decora, eloquium dulce. Delectabilis eſt ad videndum, ſuauis ad anhelandum, dulcis ad perfruendum. Ipſe per ſe placet, & propter ſe: ſufficit ad meritum, ſufficit ad præmium: nec extra illum quicquam aliud quæritur, quia totum in illo inuenitur, quicquid deſideratur. Sem per libet illum aſpicere, ſemper habere, ſemper in illo delectari, & in illo perfrui. In illo clarificatur & purificatur affectus ad cognoſcendā & diligendā veritatē: & hoc eſt totum bonum hominis, noſcere & amare creatorem ſuum. Patrem namque & Filium cum Sanctoſpiritu cognoſcere, vita eſt æterna, beatitudo perfecta, ſumma voluptas. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcēdit, quanta claritas, quanta ſuauitas, & quanta iocunditas maneat nos in illa viſione, quando Deum facie ad faciem videbimus: qui eſt lux illuminatorum, requies exercitatorum, patria redeuntium, vita viuentium, corona vincentium.

In epiſt. ad quand. Monial. Et reuerà illud verum & ſolum eſt gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur. Cui comparata omnis aliunde iocunditas, mœror eſt: omnis ſuauitas dolor eſt: omne dulce amarum, omne decorum fœdum: omne poſtremò quodcūque aliud delectari poſſit, moleſtum. Vide etiam titulum, vitæ æternitas, vita contemplatiua, &c.

DE CONTRITIONE.
Cap. lvj.

Ser. 1. de S. Michael. EQuum indomitum flagella domant: animam verò immitem, contritio ſpiritus, & aſſiduitas lachrymarum.

DE CONTINENTIA.
Cap. lvij.

Ser. 3. in dedi. eccle. VNicum remedium eſt dum cōtinentia quatitur, & quodammodo nutat, obiicere patientiam: & quautumcūque ferueat ſenſus peccati, negare omnino conſenſum.

Ser. 1. in Nat. dom. Continentiam deberi carni quis neſciat?

Ser. in oct. epiph. Continentia caſtitatis diluitur, quicquid antè luxuria inquinauit.

Ser. 2. in die Paſchæ Qui fornicatur in corpus ſuum peccat, magno illud priuans honore, & pauendo adiiciens pudēdóque dedecori: tollens membrum Chriſti, & faciens meretricis. Ego autem non ab ea tātum quæ tam abominabilis eſt: ſed ab omni voluptate carnis continendum dico.

Serm. 5. in aſſ. B. Ma. Nimirum tunc perfecta eſt virtus continentiæ, quando in vnitate fidei cum proximis communiter viuentes non, ſupplicij metu, vel humanę laudis appetitu: ſed ſolo diuini amoris obtentu à peccatis nos continemus: quia continentia crebris validiſque tentatoris ictibus reſiſtere non poteſt, niſi eius gratia protegatur.

Serm. 1. ſup. cant. Quippe Spiritusſanctus diſciplinæ effugiet fictum, quod eſt vita incontinens.

Inhærere Deo quid.

Ser. 7 ſup. cant. Porrò continentia non habet meritum apud Deum, quæ gloriam requirit humanam. Ideoque maximè opus eſt puritate intentionis, qua ſoli Deo mens & placere appetat, & valeat inhærere. Nec enim aliud eſt inhærere Deo, quàm videre Deum: quod ſolis mundicordibus ſingulari fœlicitate donatur.

DE CONVERSATIONE MALORVM.
Cap. lviij.

Inter malos bene viuere, non minima virtus.

NOn mediocris titulus profectò virtutis, inter prauos viuere bonum: & inter malignantes, innocentiæ tenere candorem, & morum lenitatem: magis autem his qui oderunt pacem, pacificum, & amicum ipſis te exhibere inimicis. *Serm. 48. ſup. cant.*

Pura intentione monaſterium intrandum.

Qui non rigida intentione religionis profeſſionem ſectātur, quantò ſuperni amoris propoſitum diſſolutè appetunt, tantò procliuius ad mundi amorem denuò reducuntur. Ex quibus alij corporis voluptatem, alij honorem requirunt. Sed qui ad hoc conuerſationem ſanctitatis prætendit, vt aliis quandoque præeſſe deſideret: iſte non diſcipulus Chriſti, ſed prauitatis ſectator eſt. *lib. de or. dine vitæ.*

Conuerſatio bonorum æmulanda.

Inter eos cū quibus viuis, ſectare meliores. In omni gradu & ordine optimis permixta ſunt peſſima. *ibidem.*

Si tu vis proficere, non reſpicias quid mali faciant alij, ſed quid boni ipſe facere debeas. *ibidem.*

DE CORDE. Cap. lix.

Puritas cordis, non lenitas vocis requiruntur à Deo.

DEus cui non abſconditur, quicquid illicitum perpetratur, non quærit vocis lenitatem, ſed cordis puritatem. Nam dum cantor mulcet populum vocibus, Deum irritat prauis motibus. *lib. meditat. cap. 11.*

Cordis petitiones tres.

Petitiones cordis in tribus credo conſtare, nec video quid præter illa electus quiſque debeat poſtulare. Duo quidem huius temporis ſunt, id eſt, bona corporis, & bona animæ, tertium verò eſt beatitudo vitæ æternæ. Nec mireris quòd bona corporis à Deo dixerim eſſe quærenda: quoniam eius ſunt corporalia omnia, ſicut & ſpiritualia bona. Ab eo ergo eſt petendum & ſperandum nobis, vnde poſſimus in eius ſeruitio ſuſtentari. Veruntamen pro neceſſitatibus animæ orandum eſt nobis & frequentius & feruentius, id eſt pro obtinenda gratia Dei, animæque virtutibus. Sic & pro vita æterna tota pietate, & toto nobis orandum eſt deſiderio, vbi nimirū & corporis & animę plena & perfecta eſt beatitudo. In his ergo tribus vt cordis petitiones ſint, tria nobis ſunt obſeruanda. Nam & in prima quidem ſuperfluitas, & in ſecunda impuritas, & in tertia elatio interdum ſuperbiæ ſolet ſurrepere. *Ser. 5. de quadrag.*

Vita procedit à corde modis duobus.

Duobus modis à corde vita procedit. Aut quia corde creditur ad iuſtitiam, & iuſtus ex fide viuit, & mundo corde Deus videtur. Aut quia Chriſtus vita noſtra, qui nunc per fidem habitat in cordibus noſtris, & erit cùm apparebit & nos cum ipſo in gloria. Et qui nunc latet in corde, tunc à corde ad corpus procedet, configurandum corpori claritatis ſuæ. *In ſerm. de Martha, & Maria & Lazar.*

Humani cordis inſtabilitas quanta.

Nihil eſt in me corde meo fugatius: quod quotiens me deſerit, & per prauas cogitationes defluit, totiens Deum offendit. Cor meum, cor vanum, vagum & inſcrutabile: dum ſuo ducitur arbitrio, diuino caret conſilio. In memetipſo non poteſt conſiſtere, ſed omni mobili mobilius, per infinita diſtrahitur, & hac illacque per innumera diſcurrit: & dum per diuerſa requiem quærit, non inuenit, ſed in labore miſerum, à requie vacuum manet, ſibi non concordat, à ſe diſſonat, à ſe reſilit: voluntates alternat, conſilia mutat, ædificat noua, deſtruit vetera, deſtructa reedificat. Eademque iterum alio & alio modo mutat & ordinat: quia vult & non vult, & nunquā in eodem ſtatu permanet. Sicut enim molendinum velociter voluitur & nihil reſpuit, ſed quicquid imponitur, molit, ſi autem nihil apponitur, ſeipſum conſumit: ſic cor meū ſemper eſt in motu, & nūquam requieſcit, ſed *lib. medit.* *ſimiliter. do.*

ſed ſiue dormiam, ſiue vigilem, ſomniat & cogitat quicquid illi occurrit. Et ſicut molendinum arena ſi imponatur, exterminat, pix inquinat, palea occupat: ſic cor meum cogitatio amara turbat, immunda maculat, vana inquietat & fatigat. Ita cor meum dum futurum non curat gaudium, nec diuinum quærit auxilium, ab amore cœleſtium elongatur, & in amore terreſtrium occupatur. Cúmque illabitur ab illis, & inuoluitur in iſtis: vanitas illud recipit, curioſitas deducit, cupiditas allicit, voluptas ſeducit, luxuria polluit, torquet inuidia, ira perturbat, cruciat triſtitia: ſicque miſeris caſibus ſubmergitur omnibus vitiis, quoniam vnum Deum qui ei ſufficere poterat, dimiſit: per multa diſpergitur, & huc illúcque quærit vbi quieſcere poſſit: & nihil inuenit quod ei ſufficiat, donec ad ipſum redeat: à cogitatione in cogitationem ducitur, & per varias affectiones variatur, vt ſaltem varietate earum rerum impleatur, quarum qualitate ſatiari non poteſt, ſic labitur cordis miſeria, ſubtracta diuina gratia. Cúmque ad ſe reuertitur, & diſcutit quid cogitauit, nil reperit, quia non opus fuit, ſed cogitatio quæ componit multa de nihilo. Sic denique ſic decipit imaginatio, quam dæmonum format illuſio.

lib. 1. de conſid. *Cor indurātum nullis flectitur minis.*

Quid eſt cor durum? Solum eſt cor durum, quod ſemetipſum non exhorret, quia nec ſentit. Ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus: minis non cedit, flagellis induratur. Ingratum eſt ad beneficia, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanū ad humana, temerarium ad diuina: præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non prouidens. Ipſum eſt cui præteritorum præter ſolas iniurias nihil omnino non præterit: præſentium nihil non perit, futurorum nulla niſi fortè ad vlciſcendum proſpectio ſeu præparatio eſt. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipſum eſt quod nec Deum timet, nec hominem reueretur.

In ſententt. *Cordis ſapientia in quibus conſiſtat.*

Sapientia cordis, eſt in pœnitudine peccatorum præteritorum, in contemptu præſentium commodorum, in deſiderio futurorum præmiorum. Inueniſti planè ſapientiam, ſi prioris vitæ peccata defleas, ſi huius ſeculi deſideria paruipēdas, ſi æternam beatitudinem toto deſiderio concupiſcas.

ibidem. *Cor triplex.*

Eſt cor altum, cor humile, cor mediocre. Dicit propheta: Redite præuaricatores ad cor. Prima acceſſio præuaricatoris ſerui eſt ad cor humile, ad quod trahitur per iudicium. Secūda acceſſio mercenarij ad cor mediocre, quod vocatur per conſilium. Tertia filij ad cor altum, ad quod leuatur per deſiderium: & tunc ſuper cor eleuatur Deus, vt dum non poteſt comprehendi per rationem, deſideretur per affectionem & amorem.

DE CORPORE. Cap. lx.

Corpus durius tractandum vt ſeruiat animæ.

lib. de vita ſolit. DVrius tractandum eſt corpus ne rebellet, ne inſoleſcat, ſic tamen vt ſeruire ſufficiat: quia ad ſeruiendum ſpiritui datum eſt. Nec ſic habendum eſt, tanquam propter illud viuamus: ſed tanquam ſine quo viuere non poſſumus. De hac materia compertiora habes in libro quem ędidimus de Chriſtianæ philoſophię ſtudio, ad cuius lectionem lectorem mittimus.

DE CORREPTIONE.
Cap. lxj.

Admiſſa qualiter corrigenda.

Ser. de Natiuit. S. Ioā. Bapt. ARguere & increpare interdū neceſſe eſt. Ferueat ergo in nobis amor iuſtitiæ, odium iniquitatis. Nemo fratris vitia palpet, peccata diſſimulet nemo. Nemo dicat: Nunquid ego ſum cuſtos fratris mei? Eſt enim conſentire, ſilere cùm arguere poſſis: & ſcimus quia ſimilis pœna faciētes maneat, & conſentientes.

Compaſſio alieni peccati, ex ſui defectu naſcitur cognitione.

Ser. 44. ſup. cant. Ineſt naturæ ſi peccato non obſoleſcat grata & egregia ſuauitas, vt molliorem magis ad cōpatiendum peccantibus, quàm ad indignandum aſperiorem ſeſe ſentiat. Etenim ſi peccanti homini homo peccator minimè indignatur, ſed magis ei pium exhibet compaſſionis affectum, hoc ſcimus vnde venit. Ex conſideratione namque ſuipſius cuique venit manſuetum eſſe ad omnes: dum homo vt piè condeſcendere ſciat præoccupatis in peccato conſideret ſeipſum, ne & ipſe tentetur. Hinc denique amor proximi radicem trahit, ex intimis ſanè humanis affectibus primordia ducit ſui ortus fraterna dilectio: & de inſita homini ad ſeipſum naturali, quadā dulcedine, tanquam de humore terreno, ſumit proculdubio vegetationem & vim per quam ſpirante gratia deſuper fructus parturit pietatis: vt quod ſibi anima naturaliter appetit, naturę conſorti, id eſt alteri homini, iure quodam humanitatis vbi poterit & oportuerit non exiſtimet denegandum, ſed ſpontè & libens impartiat.

Correptio iuſti, ruina eſt peccati.

Serm. 57. ſup. cant. Non contemnenda eſt increpatio iuſti, quæ ruina peccati, cordis ſanitas eſt, nec non Dei via ad animam. Sed nec vllus omnino ſermo qui ædificet ad pietatem, ad virtutes, ad mores optimos, negligenter eſt audiendus: quoniam & illic iter quo oſtenditur illi ſalutare Dei.

lib. 4. de conſid. Quantos quos ſupplices admiſiſtis, poſtmodum ſuſtinuiſtis graues, inſolentes, contumaces rebelles. Quod quidem interius malum, tegunt principia, poſteriora produnt.

In epiſt. ad ſugg. abb. Blanda, ſed periculoſa laus, cùm laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ. Iuſtus corripit in miſericordia, peccator adulatur in impietate: ille vt curet, iſte vt occultet quod erat curandum. Dum enim carpuntur vitia, & inde ſcandalum oritur, ipſe ſibi ſcandali cauſa eſt, qui fecit vt argui debeat, non ille qui arguit.

DE CVLPA. Cap. lxij.

Triplici modo ſit culpa quæ contrahitur in tranſgreſſione.

lib. de præcept. & diſpenſ. TRaduntur à prælatis interdum minima mandata, quorum tranſgreſſio leuiora parit peccata: & tamen in Deū nihilominus præuaricatio fit quotiens abbatis iuſſio, quæ quidem iuſtitiæ non repugnat, præteritur. Sicut tamen non par cura in executione exigitur: ſic nec par culpa contrahitur ex tranſgreſſione. Et ſi quidem vnus eſt qui offenditur, non tamen vnius ponderis quæ iubentur: nec vnius ſubinde diſcriminis iuſtorum omnium cenſenda eſt tranſgreſſio. Et ſi enim omnis inobedientia inexcuſabiliter ſit culpabilis, nulla tamen æternaliter damnabilis, niſi quam remedium pœnitentiæ non ſanat: nulla eſt læthaliter criminoſa, niſi quæ contemptum ſuperbiæ non euitat. Magna igitur ſecuritas filiis obedientiæ, & reuera pax hominibus bonæ voluntatis, quando in omni obedientia ſola damnatur impœnitentia, quam neſcit qui diligit Deum: ſola incriminatur ſuperbia, quam facilè cauet qui timet gehennam. Sed exemplis clarius eluceſcit quod dicimus: Si iubente ſeniore vt ſileam, verbum fortè per obliuionem elabitur, reum fateor inobedientiæ, ſed venialiter. Si ex contemptu ſciens & deliberans ſponte in verba prorupero, & rupero ſilentium, ſilentij legis, præuaricatorem me conſtituo & criminaliter. Et ſi impœnitens perſeuero vſque ad mortem, peccaui & damnabiliter.

Ser. 16. ſup. cant. Quò minor reputatur culpa, minuitur indultoris gloria. Sed enim minus libenter beneficium datur, quod minus gratè, minúſve neceſſariè prouenire ſentitur. Veniam proinde ſibi abiudicat, qui munus largitoris attenuat: quod quidem omnis qui reatum ſuum verbis alleuiare conatur facit.

DE CVPIDITATE.
Cap. lxiij.

Ser. 6. ſup. Qui habit. ibi. ſer. 10. CVpiditas radix iniquitatis.
Cupiditas ex cordis inedia, & obliuione procedit. Id-

Universidad de Deusto
Biblioteca

circo enim alienum mendicat anima, quod oblita sit comedere panem suum propterea terrenis inhiat, quòd minimè cœlestia meditetur.

Fœlicitas seculi, infelicitas censenda est.

Ibidem. Infœlicitas in cupiditate. Quomodò in cupiditate infœlicitas? id est, non fœlicitas vt putatur. Quid enim si cui fortè videtur in terrenarum rerum affluentia, concupita fœlicitas arridere? Eo ipso infœlicior est, quò vehementius ipsam pro fœlicitate amplectitur infœlicitatem: aut magis immergitur ei, & absorbetur ab ea. Væ filiis hominum ab hac fœlicitate fallaci.

Diuitiarum amor, insatiabilis.

In sentent. Et tamen quantam putas infœlicitatem, hæc ipsa tam vana fœlicitas parit? Hinc namque cæcitas cordis, hinc seruiendi furor animositatis, hinc suspicionis labor anxius, hinc liuoris crudele tormentum, & crementis iuuidiæ miserior quàm miserabilior cruciatus. Diuitiarum amor insatiabilis, longè amplius desiderio torquet, quàm vsu suo hominem refrigeret. vtpote quarum acquisitio laboris, possessio timoris, amissio plena doloris inuenitur.

Ibidem. Qui pecuniam diligit non satiatur, qui mundum amat nunquã sanatur. Non antè satiatur cor hominis auro, quàm corpus aura. Noui enim homines satiatos hoc mundo, & ad eius omnem memoriam nauseantes: & facilè est cuique nostrûm hanc satietatem per gratiam obtinere.

In medit. Veruntamen non multum distat quæcunque substantia, vilis vel preciosa requiratur, dum æqualiter sit corruptus affectus. Non enim cultellus vitium est, sed cultelli appetitus: nec aurum vitium est, sed auri cupiditas. Vide sup. latius in tit. Auaritia.

DE CVRIOSITATE. Cap. lxiiij.

In tract de grad. hu. PRimus superbiæ gradus est curiositas.

Curiositas semper est anxia & ni quieta.

In sentent. Spectacula vana rogo quid corpori præstant, quidve animæ conferre videntur? Nam nihil in homine cui curiositas prosit, inuenies. Friuola prorsus & inanis ac nugatoria consolatio, & nescio quid illi durius imprecer, quàm vt semper habeat quod requirit: qui iocundæ quietis fugitans, curiosa inquietudine delectatur.

Ibidem. Negligentia generat curiositatem. Dum enim per negligentiam terra cordis inculta spinas & tribulos generat, quæ in seipsa non inuenit requiem, foris cogitur euagari: sic curiositas à corde eiicit, contra quam dimicat pietas. Pietas enim Dei cultus est, & in corde colitur, qui in corde cognoscitur habitare. Curiositas si non vincitur, generat experientiam mali: quia dum animus euagatur per multa, facilè inuenit vbi noxiam experiatur delectationem. Hanc impugnat scientia docens quid tutum experiri sit, quid non. Si verò præualuerit experientia, generat concupiscentiam, vt transeat in affectum cordis.

DE DEBITO. Cap. lxv.

Quatuor modis factus est homo debitor sui redemptoris.

Ibidem. VIs scire quæ & quibus debeas? primò Christo Iesu debes omnem vitam tuam, quia ipse vitam suam posuit pro vita tua: & cruciatus amaros sustinuit, ne tu perpetuos sustineres. Si conferrentur in me omnes vitæ filiorũ Adam, & omnes dies seculi, & labores omnium hominum, qui fuerunt, qui sunt, qui erunt: nihil esset ad comparationem corporis illius quod spectabile & stupendum est: virtutibus etiã supernis, in conspectu de Spiritusancto, in ortu de virgine, in vitæ innocentia, in doctrinæ fluentiis, in corruscationibus miraculorum, in reuelationibus sacramentorum. Sicut igitur exaltantur cœli à terra, sic exaltata est vita illa à nostra, quæ tamẽ exposita est pro vita nostra. Sicut nihil ad aliquid, nullam habet comparationem: ita & vita nostra nullam habet ad illius proportionem: cùm illa dignior, ista miserior esse non possit. Cùm ergo ei deuouero quicquid sum: quicquid possum: nonne sic est, sicuti stella ad solem, gutta ad fluuium, lapis ad montem, granum ad acerum?

Ibidem. Sed nũquid huic soli debitor sum, cui vix aliquid retribuere possum? Exigunt à me præterita peccata mea, futuram vitã meam, vt faciã dignos fructus pœnitẽtiæ, & recogitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et ad hæc quis idoneus? peccaui super numerum arenę maris, & multiplicata sunt peccata mea, & nõ sum dignus videre altitudine cœli, præ multitudine iniquitatis meæ: circumdederunt me mala, quorũ non est numerus. Quod ergo sine numero est, quomodo numerabo? Quomodo satisfaciam cùm cogar reddere debitum vsq; ad nouissimum quadrãtem? Sed & delicta quis intelligit? Sed & quantumlibet pœniteat, quãtumlibet se affligat & maceret propter nomen tuum, non propter pœnitẽtiæ meritum, propiciaberis peccato meo (ait iustus) Domine multum est enim. Cùm igitur quicquid vis, quicquid sapis, quicquid habes, quicquid potes, huic vni rei dedicaueris, nũquid aliquid est vel intra aliqua computandum?

Ibidem. Quid si tertium sibi debitorem ostendam, qui non minus acriter, sed veraciter vẽdicat eam sibi? Puto quòd & tu possidere desideras gloriam illam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, regnum omnium seculorum, viuere inæternum in perpetuas hæreditates. Credo quòd velis esse æqualis angelis Dei, & in plateis supernæ Siõ melos angelorũ auscultare, & videre quicquid illud sit, cùm erit Deus omnia in omnibus. Nõnne ad hoc emendum totũ te, & quæcunque vndecunque cõtrahere poteris, dare oportebit? Et cùm vniuersa compleueris, non tamen esse condignas passiones huius temporis vel corporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Ibidem. Quid dices si & quartum debitorem in medio adduxero, qui sibi iure primatus treis superiores cedere velit? Ecce ianuis est qui fecit cœlum & terram: etiam creator tuus est, tu creatura: tu seruus, ille Dominus: ille figulus, tu figmentũ. Totũ ergo quod es illi debes, à quo totũ habes: illi præcipuè Domino qui & fecit & benefecit tibi: qui tibi ministrat syderum cursus, aëris temperiem, fœcunditatem terræ, fructuum vbertatem, &c.

DE DESPERATIONE. Cap. lxvj.

Ignorantia Dei parit desperationem.

Serm. 73. sup. cant. OMnis peccati cõsummationem parit desperatio: de Dei ignorantia, venit desperatio. Si nos Dei ignorãtia tenet, quomodo speramus in eum quem ignoramus? Scimus autẽ desperatis partem non esse vel societatem in sorte sanctorũ.

Serm. 38. sup. cant. Sed quonam modo Dei ignorantia desperationem parturit dicamus. Fortè aliquis reuersus in se & displicens sibi in omnibus malis quæ fecit, cogitãsque resipiscere & redire ab omni via mala & carnali conuersatione sua: si ignorat quam bonus sit Deus, quàm suauis & mitis, & q̃ multus ad ignoscẽdum: nónne sua carnalis cogitatio arguet: eum & dicet, quid facis? & vitam istam vis perdere & futuram? Peccata tua maxima sunt & nimium multa: nequaquam pro tot & tãtis nec si te excories sufficis satisfacere. Complexio tenera est, vita extitit delicata, consuetudinẽ difficilè vinces. Pro his & similibus desperatus resilit miser, ignorans quàm facilè omnipotentis bonitas (quæ neminem vult perire) cuncta ista dissolueret, sequitúrque impœnitentia, quæ est delictum maximũ, & blasphemia irremissibilis.

DE DETRACTIONE. Cap. lxvij.

Obtrectator amabilem pacem dirimit.

Serm. 24. sup. cant. OMnis qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum charitate. Deinde quid aliud detrahẽdo intendit, nisi vt is cui detrahit, veniat in odium vel contemptum ipsis apud quos detrahit. Ferit ergo charitatem, in omnibus qui se audiunt lingua maledica, & quantum in se est, necat funditus & extinguit.

Ibidem. Vbique penè in choro adolescẽtularũ tales inuenio, quæ acta sponsę curiosè obseruent: derogandi, non imitandi causa. Torquentur in bonis seniorum suorum, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, conuenire sibi, & sedere pariter: móxque laxare procaces linguas in detestandum susurrium. Vna vni coniungitur, nec spiraculum incedit in eis, tanta est libido detrahendi, audiendíve detrahentem. Ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordes ad discordiam. Conciliant inter se inimicissimas amicitias, & pari cõsentaneæ malignitatis. Affectu celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quondam Herodes & Pilatus, de quib. narrat Euangelista: quia facti sunt amici in illa die, hoc est in die dominicæ passionis.

Ibidem. Sic quippe mors intrat per fenestras nostras, cùm pruriẽtes auribus & oribus lethale poculum detractionis inuicem nobis ministrare contendimus. Nõ veniat anima mea in concilio detrahentium, quoniam Deus odit eos.

Serm. 63. sup. cant. Detrahere, an detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, nõ facilè dixerim, pessima vulpis, occultus detractor: sed non minus nequam, adulator blandus, cauebit sapiens ab his. Hisce de rebus compertiora habes in institutione nostra beatæ vitæ lib. 3. cap. 9.

DE DEVOTIONE. Cap. lxviij.

Serm. 1. in Nat. dom. QVærat deuotionis gratiam, quisquis seminauerit bonorum operum semina: vt bona opera feruore deuotionis & dulcedine spiritualis gratiæ condiantur. Nimirum pœnitentiæ opera & labores abstinentiæ, deuotionis gratia necesse est impinguari. Oportet enim vt nos maximè in hilaritate omnia faciamus. Omnes nobis causamur deesse gratiam: sed iustius forsitan ipsa sibi quæritur deesse nonnullos, nẽpe res cordis, est gratia deuotionis quam quærimus: vt hoc munere ipse se fraudet, qui internum ei dissimulat receptaculum exhibere.

DE DEO. Cap. lxix.

Deus corde non clamore orandus.

Ser. 16. su. pra habit. SPiritus est Deus, & in spiritu clamet necesse est, quisquis clamorem suum ad eum desiderat peruenire. Sicut enim non faciem hominis respicit tãquam homo, sed magis intuetur cor: sic ad cordis potius vocem, quàm ad corporis aures eius, cui merito dicitur. Deus cordis mei.

Ser. 18. sup. cant. *Deus replet omnia.*

Nihil est in rebus humanis, quod possit replere creaturam factam ad imaginem Dei, nisi charitas Deus, qui solus maior est illa.

lib. 5. de consid. *Deus quid.*

Quid est Deus? Quod ad vniuersum spectat, finis. Quod ad electionem, salus. Quod ad se, ipse nouit. Quid est Deus? Voluntas omnipotens, beneuolentissima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo. Creans mentem ad se participandum, viuificãs ad sentiẽdum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum: implés ad fœlicitatem, circundans ad securitatem. Quid est Deus? Non minus pœna peruersorum quàm humilium gloria. Est enim rationabilis quædam æquitatis directio, inconuertibilis atque indeclinabilis, quippe attingens vbique: cui illisa omnis prauitas, conturbetur necesse est. Quidni in hanc omne timidum vel distortum impingat, & conquassetur? Væ vniuerso quod obuiam fortè offenderit, cedere nescia rectitudo. Nam & fortitudo est. Quid inquis voluntatibus tam cõtrarium & aduersum, quàm semper conari, impingere semper & frustra? Væ oppositis voluntatibus, solam suæ profectò auersionis referentibus pœnã. Quid tam pœnale, quàm semper velle, quod nunquam erit: & semper nolle, quod nunquã non erit? Quid tam damnatum, quàm voluntas huic addicta necessitati volendi nolendíque: vt ad vtrumlibet iam sicut nõ nisi peruersè, ita non nisi miserè moueatur? In æternum non obtinebit quod vult, & quod non vult in æternum nihilominus sustinebit. Dignè omnino, vt qui ad nihil afficitur, nunquã quod deceat, ad nihil vnquam quod libeat, euadat. De hac materia plura reperies sermone. 31. super cantica & 32.

DE DILECTIONE. Cap. lxx.

Serm. 20. sup. cant. DIsce ô Christiane à Christo quẽadmodum diligas Christum. Discе amare dulciter, amare prudẽter, amare fortiter. Dulciter, ne illecti: prudẽter, ne decepti: fortiter, ne oppressi ab amore Domini auertamur. Ne mũdi gloria seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi præ his sapientia Christus. Ne seducaris spiritu mendacij & erroris, lucescat tibi veritas Christus. Ne aduersitatib. fatigeris, confortet te Dei virtus Christus. Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia. Sit feruidus, sit circunspectus, sit inuictus. Nec teporem habeat, nec careat discretione, nec timidus sit.

Ibidem. Sit suauis & dulcis affectui tuo Dominus Iesus, cõtra malè vtique dulces vitæ carnalis illecebras: & vincat dulcedo dulcedinem, quemadmodum clauum clauus expellit.

Ibidem. Sit etiam fortis & cõstans amor tuus, nec cedens terroribus, nec succumbens laboribus. Ergo amemus affectuosè, circunspectè, & validè.

Serm. 75. sup. cant. Sapientia est Deus, & vult se amari non solùm dulciter, sed & sapienter: alioquin facillimè zelo tuo spiritus illudet erroris, si sapientiam negligas.

Verè & propriè ad solam pertinet animam illa dilectio qua aliquid spiritualiter diligit. Verbi gratia, Deũ angelum, animam: sed etiam diligere iustitiam, veritatem, pietatem, sapientiam, virtutésque alias huiusmodi. Nam cùm secundum carnem quippiam diligit, vel potius appetit anima, verbi gratia, cibum vestimentum, dominium, & quæ istiusmodi sunt, corporalia siue terrena, carnis potius quàm animæ amor dicendus est.

Causa diligendi Deum quæ.

lib. 2. de dilig. deo. Causa diligẽdi Deum, Deus est. Modus sine modo diligere. Ob duplicem causam, Deum dixerim propter seipsum diligendum: siue quia nil iustius, siue quia nihil diligi fructuosius potest. Multum quippe meruit de nobis, qui & immeritis seipsum dedit nobis. Quid enim melius seipso poterat dare vel ipse? Ergo si Dei meritum quæritur, illud est præcipuum, quia ipse prior dilexit nos. Dignus planè qui redametur, præsertim si aduertatur quis, quos, quantúmque amauerit.

Modus diligendi Deum.

Ibidem. Infidelis mirum non est, si Deum quem minus agnoscit, minus & diligit. Attamen & ipse totum ei sese debere non ignorat, quem sui totius non ignorat auctorem. Quid ergo ego, qui Deum meum teneo vitæ meę, non solum gratuitum largitorem, sed insuper etiam copiosissimum redemptorem æternum conseruatorem?

Ibidem. Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus: & meum denique quicquid optabile atque amabile dici potest, Deus meus adiutor meus diligam te pro dono tuo, & modo meo: minus quidem iusto, sed planè non posse meo. Qui etsi quãtum debeo non possum, non possum tamen vltra quam possum. Potèro verò plus, cùm plus donare dignaberis: nunquã tamen prout dignus haberis.

Ibidem. Non sine præmio diligitur Deus, etsi absque præmij sit intuitu diligendus. Vacua namque vera charitas esse non potest. Verus amor seipso contentus est: habet præmium, sed id quod amatur. Nam quicquid aliud amare videaris, id planè amas, quo amoris finis pertendit, non per quod tendit. Præmium sanè necdum amanti proponitur, amanti debetur, perseueranti redditur. Deum amamus anima aliud præter Deum sui amoris præmium non requirit: aut si aliud requirit, illud pro certo, non Deum diligit.

Quid sit Deum diligere toto corde, tota anima, tota virtute.

Serm. 29. sup. cant. Non abduci blanditiis, nec seduci fallaciis, nec iniuriis frangi: toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. Vide de hac materia ibidem ad longum & in tit. amor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE DISCIPLINA.
Cap. lxxj.

Ser. de Assump. Ser. 23. sup. Cant.

DIsciplina non constringit liberum, sed voluntarium regit & dirigit in viam pacis.

Omnes homines natura æquales genuit. At quoniam bono naturæ in moribus superbia deprauato facti sunt homines æqualitatis impatientes: contendentes inuicem superiores constitui, atque alterutrum supergredi cupientes, & inanis gloriæ cupidi, inuicem inuidentes, inuicem prouocantes: primo omnium iugo disciplinæ insolentia morum domanda est, quousque duris & diutinis seniorum attrita legibus humilietur & sanetur ceruicosa voluntas: bonúmque in se naturæ quod superbiendo amiserat, obediendo recipiat. Accedit nimirum disciplinatis moribus bonum naturæ, quo redditur homo suauis & mitis, homo sine quærela: neminem circumueniens, neminem lædens, nemini se superextollens aut præferens.

In epist. ad Soph. virg. Insigne decoris disciplina præfert. O quàm compositum reddit omnem corporis statum: nec non & mentis habitum disciplina. Ceruicem submittit, ponit supercilia, componit vultum, ligat oculos, cachinnos cohibet, gulam frenat, iram sedat, format incessum.

In epist. ad Rob. Nep. Quid necesse est bis pungere non recalcitrantem? Valde timidum magis exterrere, per se satis erubescentem confundere amplius, cui sua ratio magister, cui propria conscientia virga, & ingenita verecundia lex & disciplina est.

In epist. ad Sugger. abbat. Iuge quippe silentium, & ab omni strepitu secularium perpetua quies, cogit cœlestia cogitare. Porrò continentiæ labor & rigor disciplinę: psalmorum hymnorúmque dulcedine releuantur. Pudor de præteritis, nouæ conuersationis temperat austeritatem. Is autem qui in præsenti per patientiam capitur bonæ conscientiæ fructus, futurorum quoque bonorum operatur desiderium quod non frustrabitur, & spem quæ non cõfundit. Venturi timor iudicij, pio cedit fraternæ charitatis exercitio: Tædium & accediam procul pellit, sanctarum varietas obseruationum: labor & latebræ, voluntaria paupertas. Hæc sunt monachorum insignia, hæc vitam solent nobilitare monasticam.

DE DISCRETIONE.
Cap. lxxij.

Seruа vbique medium, si non vis perdere modum.

Ser. 3. de Circ. dom. HÆc nimirum docet, ne quid nimis: quia discretio verè circuncidit, vt non plus nec minus fiat. Nam qui nimius est, fructum boni operis absc idit, non circuncidit, qui tepidus est minus facit. Qui ergo in discretione conuersatur, suã ipsius salutem operatur.

Ser. 2. de Resur. Ch. De spiritu discretionis scimus, quia nihil sic illum extinguit, quomodo voluntas propria subuertens corda hominũ, & rationis oculos claudens. Docet naturæ non parcere, rationi non acquiescere, non obtemperare seniorum consilio vel exemplo, non obedire prælato.

Ser. 19. su. Cant. Non habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quàm si efficere possit, vt in ea incautè, & non cum ratione ambuletur.

Ser. 23. su. Cant. Virtus discretionis absque charitatis feruore iacet: & feruor vehemens absque discretionis temperamento præcipitat. Ideóque laudabilis cui neutrum deest: quatinus & feruor discretionem erigat, & discretio feruorem regat.

Ser. 49. su. Cant. Importabilis asque scientia est zelus. Vbi ergo vehemens æmulatio, ibi maximè discretio est necessaria, quæ est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absque scientia minus efficax, minúsque vtilis inuenitur, plerunque autem & pernicios us valde sentitur. Quò igitur zelus feruidior, ac vehementior spiritus, profusiorque charitas: eò vigilantiori opus est scientia, quæ zelum supprimat, spiritum temperet, charitatem ordinet. Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit & decorem, etiam & perpetuitatem. Est ergo discretio non tam virtus, quàm quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrix affectuum & morum doctrix. Tolle hanc, & virtus vitium erit: ipsáque affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur, exterminiúmque naturæ.

Perfecta obedientia est maximè in incipiente indiscreta: hoc est, nõ discernere, quid, vel quare præcipiatur: sed ad hoc tantum niti, vt fideliter & humiliter fiat, quod à maiore præcipitur. Lignum enim scientiæ boni & mali, in paradiso censura discretionis, est in conuersatione religionis penes patrẽ spiritalẽ: qui diiudicat omnia, ipse verò à nemine iudicatur. Ipsius est discernere, aliorum est obedire. Adam gustauit in malum suum de ligno vetito, edoctus ab eo qui suggerendo ait: Quare præcepit vobis Deus, vt de ligno vitæ non comederetis? Ecce discretio cui præceptum sit. Et addidit: Sciebat enim quia qua die comederetis, aperiẽtur oculi vestri, & eritis sicut dij. Ecce quid præceptum sit, scilicet quod deos fieri non sinat. Discreuit, comedit, & inobediens factus est, & de paradiso eiectus est. Sic & animalẽ discretum, nouitium prudentem, insipientem sapientem, in cella diu posse consistere, in congregatione durare, impossibile est. Stultus fiat, vt sit sapiens: & hæc omnis sit eius discretio, vt in hoc nulla sit ei discretio. Hæc omnis sapientia eius sit, vt in hac parte nulla ei sit. *lib. de vita solit.*

DE DISPLICENTIA.
Cap. lxxiij.

QVi sibi displicet, Deo placet: & qui sibi vilis est, Deo charus est. *lib. de inter domo. cap. 28.*

DE DIVITIIS.
Cap. lxxiiij.

VEre diuitiæ non opes sunt, sed virtutes: quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Vide de hac materia latius in tit. auaritia, cupiditas. *Serm. 4. de aduent.*

DE DOCTRINA PASTORVM.
Cap. lxxv.

BOni solicitique pastores impinguare pecus non cessant bonis electisq; exemplis, & suis magis quàm alienis. Nã si alienis, & non suis, ignominia est illis, & pecus ita nõ proficit. Si enim verbi causa ego qui videor inter vos pastoris gerere curam, vobis apposuero Mosi mansuetudinem, patientiam Iob, misericordiam Samuẽlis, Dauid sanctitatem, & si qua sunt eiusmodi & exempla bonorum: immitis ipse & impatiẽs atq; immisericors & minimè sanctus fuero, vt vereor minus vobis, ex nobis est. Nunc verò bonus pastor & hoc quoque curabit, vt secundum euangelium inueniatur habere sal in semetipso: sciens quia sale conditus fuero, quantum placuerit ad gratiam, tantum proderit ad salutem. &c. Quod si doctus quidem fuerit, non autem sit bonus: verendum ne non tam nutriat doctrina vberi, quàm noceat vita sterili. *Serm. 76. sup. cant.*

DE ECCLESIA.
Cap. lxxvj.

Duo sunt quæ consolantur Ecclesiam præsentem.

ECclesiam tempore & loco peregrinationis suæ duæ res consolantur. De præterito quidem, memoria passionis Christi: de futuro autem, quòd se in sortem sanctorum cogitat & confidit recipiendam. Ambo hæc veluti antè & retrò oculata insatiabili desiderio contuetur, & vterque illi intuitus admodum gratus, & vterque est illi refugium à tribulatione malorum & dolore. Integra consolatio cùm nõ solùm quid tibi expectandum, sed & vnde sit præsumendum nouerit expectatio læta, nec dubia quæ Christi morte firmata est. *Ser. 62. sup. cant.*

DE ELATIONE.
Cap. lxxvij.

ELatio contemnentis, atque impœnitentis obstinatio, in minimis quoque mandatis, culpam facit non minimam: & conuertit in crimẽ grauis rebellionis, næuum satis leuem simplicis transgressionis. Et si omnis inobedietia inexcusabiliter sit culpabilis, nulla tamen æternaliter damnabilis, nisi quam remedium pœnitentiæ non sanat: nulla est lethaliter criminalis, nisi quæ contemptum superbiæ non euitat. *lib. de præcep. & disp.*

Quantos quos supplices admisistis, postmodum sustinuistis graues, insolentes, contumaces, rebelles? Quod quidem interius malum tegunt principia, posteriora produnt. *lib. 4. de consid.*

Turpe

lib. de gradib. humil. Turpe est ei qui se supra cæteros iactat, si non plus cæteris aliquid agat, per quod vltrà cæteros appareat. De hac materia compertiora habes in tit. Ambitio, iactantia, superbia.

DE ÆGRITVDINE.
Cap. lxxviij.

Sanus nescit, quid æger sentiat.

lib. de gradib. humi. SIcut pura veritas, non nisi puro corde videtur: sic miseria fratris, verius misero corde sentitur. Nescit enim sanus, quid sentiat æger: aut plenus, quid patiatur ieiunus. Et æger ægro, & ieiunus ieiuno, quantò propinquius, tantò familiaribus compatiuntur.

DE ELECTIS.
Cap. lxxix.

Argumentum quo homo ostenditur esse de numero electorum euidentissimum quod.

Serm. 1. de septuag. QVis potest dicere, ego de electis sum? ego de prædestinatis ad vitam? ego de numero filiorum? reclamante nimirum scriptura: Nescit homo an sit dignus amore an odio? Certitudinem vtique non habemus, sed spei fiducia consolatur nos: ne dubitationis huius anxietate pœnitus cruciemur, propter hoc data sunt signa quædam & indicia manifesta salutis, vt indubitabile eum esse de numero electorum, in quo ea signa permãserint, propter hoc inquam quos præsciuit Deus & prædestinauit conformes fieri imagini filij sui: vt quibus certitudinem negat causa solicitudinis, fiduciã præstet gratia consolationis. Itaque qui stat, videat ne cadat: & in ea forma quæ salutis indicium est & argumentum prædestinationis perseueret atque proficiat. Porrò inter ea quæ fiduciam præstant & materiam spei: vnum illud maximum est verbum Domini: Qui ex Deo est, verba Dei audit.

DE EPISCOPIS.
Cap. lxxx.

Martini episcopi festiuus iocus.

lib. 4. de consid. SAnctus Martinus Cardinalis presbyter, functus aliquando legatione in Datia, tam pauper remeauit, vt penè expensis & equis deficientibus, vix perueniret Florentiam. Ibi Episcopus loci, donauit ei equum, quò pisas vsque vbi eramus tunc peruectus est. Postridie credo secutus Episcopus (erat enim illi causa cum aduersario, & agẽdi aderat dies) cœpit requirere suffragia amicorum. Cúmq; per singulos sollicitaretur, vẽtum est ad Martinum. Fiducia erat maior in illo, qui non posset immemor esse recentis beneficij. Tum Martinus: Decepisti me, inquit, nesciebam tibi imminere negotium. Tolle equum tuum, ecce in stabulo est. Et hora eadem resignauit illi, &c.

DE EXERCITIO.
Cap. lxxxj.

Cultæ & inculcatæ mentis indicium.

Tract. Ecce nos reliq. VT exercitij spiritalis, & curæ cordis, indicium euidẽs est, contemptus exteriorum: sic eorundem sollicitudo, certum nihil ominus signum mentis incultæ. Scriptum quippe est: In desideriis est omnis otiosus.

Ibidem. Rusticus duros habet neruos, fortes lacertos, exercitatio hoc facit: sine eum torpere, mollescit. Voluntas facit vsum, vsus exercitium, exercitiũ vires in omni labore subministrat.

Tres sunt in quibus consistit summa spiritalis exercitij.

Serm. 2. de apost. petro & paulo. Hæc spiritalis summa est exercitij, hæc forma studij spiritalis, vt sapienter disponamus præsentia nostra: recogitemus in amaritudine animæ nostræ præterita, futura quoque sollicitè prouideamus. Sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, vt videlicet in præsenti sobrietas obseruetur: vt iusta sanctificatione præterita quæ nobis sine fructu salutis præteriere tempora, redimantur: vt pietatis clypeum imminentibus de futuro periculis opponamus.

DE EXAMINATIONE SVI.
Cap. lxxxij.

Ratio actuum nostrorum mane & vespere inducenda.

lib. de vita solit. MAne, præteritæ noctis fac à temetipso exactionem: & venturæ diei tu tibi indicito cautionem. Vespere, diei præteritæ rationem exige, & superuenientis nõctis fac indictionem. Sic districto, nequaquam tibi aliquando lasciuiæ vacabit. Singulis horis tua distribue exercitia, cui spiritualia, spiritualia: cui corporalia, corporalia: in quibus sic exsoluat omne debitum spiritus Deo, corpus spiritui: vt si quid fuerit intermissum, si quid neglectum, si quid imperfectum, suo modo, suo loco, suo tempore non abeat impunitum vel irrecompensatum.

Vitam tuam quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, vel quãtum deficias: qualis sis in moribus, & qualis in affectibus: quàm similis sis Deo, vel quàm dissimilis: quàm propè, vel quàm longè: non locorum interuallis, sed morum affectibus. *lib. medit. cap. 5.*

DE EXEMPLO.
Cap. lxxxiij.

Aliquis vir bonus eligendus, ad cuius vitæ probitatem, nostram componere debemus.

QVandiu paruulus es, & donec plenius addiscas diuinam cogitare præsentiam, pædagogũ tibi procura. Elige tibi tuipse hominem concilio meo, cuius vitæ exemplar sic cordi tuo insedeat, reuerentia inhæreat, vt quotiens eius recordatus fueris, ad reuerentiam cogitati assurgas, & temetipsum dines & componamus: qui cogitatus ac si præsens fuerit, in affectum mutuæ charitatis, emendet in te, omnia emendenda: & tamen nullum patiatur damnũ secreti sui solitudo tua. Hic præsens tibi adsit quandocunque volueris, occurrat sæpe & cùm nolueris. Increpationes eius describe tibi: cogita sancta eius squeritas, consolationes, pietas & benignitas, exẽplũ, sanctæ vitæ syncerit as. Nã omnes cogitationes tuas, cùm ab eo videri cogitabis ac si videat, ac si arguat, emendare cogeris. *lib. de vita solit.*

Sic secundum præceptum Apostoli sollicitè temetipsum custodi, vt & temetipsum semper inspicias, & semper ab omnibus oculos auertas. *Ibidem.*

Magnum huius vitę solatium est, vt habeas cui pectus tuũ aperias, cum quo arcana participes, cui cõmittas secreta cordis tui: vt ames & sequaris eum, qui tibi paterna pietate in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur, & in prosperis gratuletur. Fœlix talis societas talisque amicitia, qua nihil est in rebus humanis pulchrius. *Tract. de ordine vitæ.*

DE FAMILIARITATE
Cap. lxxxiij.

VVlgare prouerbium est, quòd nimia familiaritas parit contemptum. *Scala claust.*

DE FAVORE.
Cap. lxxxv.

Favor vulgi non captandus.

QVicquid hic fauoris captas, quod ad Deum non retuleris, ipsi furaris. Tibi enim vnde gloria putride pulueris, tibi vnde? De vitæ sanctitate? Sed spiritus est qui sanctificat: spiritus dico non tuus, sed Dei. Etsi prodigiis aut signis effulgeas, in manu tua fiunt, sed virtute Dei. An blanditur popularis fauor, quod verbum bonũ & bene fortè deprompseris? Sed Christus donauit os, & sapiẽtiam. Nam lingua tua quid, nisi calamus scribæ? Et hoc ipsum mutuo accepisti. Omnis igitur de bonis multiformis gratiæ apparens in vobis, referatur ad ipsum laus, laudabilium siquidem vniuersorum auctorem & largitorem. *Serm. 13. sup. cant.*

DE FESTO.
Cap. lxxxvj.

Festa sanctorum votiuis ieiuniis præuenienda.

SAnctorum festa præcipua patrum sanxit authoritas, votiuis præuenienda ieiuniis. Quid est enim quòd ieiuniis solẽnia præuenimus: nisi quòd per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum Dei? Indignus quippe solenni lætitia est, qui statutam vigiliæ abstinentiã non obseruat. Planè inquam si renuis affligere animam tuam in vigilia, indignus iure censeris requie & exultatione festiua. Est autem vniuersum præsentis pœnitentiæ tempus, vigilia quædam solen- *Ser. in vig. S. andreæ.*

nitatis, magni & æterni sabbathi quod præstolamur. Nec causaberis vigiliam longiorem, si æternitatem festiuitatis attendas. Licet enim habere soleant præparationem solemnia diurna, diurnam: illa cùm æterna sit, non exigit tamen æternam.

In festiuitatibus sanctorum tria solerter intuenda.

Se. de vig. Apost. Per. & Pauli. Tria sunt quæ in festiuitatibus sanctorum vigilanter cõsiderare debemus: auxilium sancti, exemplum eius, confusionem nostram. Auxilium eius, quia qui potens in terra, potentior in cœlis est ante faciem Domini Dei sui. Si enim dum hîc adhuc viueret, misertus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tantò plus, quantò verius agnoscit miserias nostras. Orat pro nobis patrem, quia beata illa patria charitatem eius non immutauit, sed augmentauit. Neque enim quia impassibilis omnino, ideo incompassibis factus est: sed nunc potius induit sibi viscera misericordiæ, cùm ante misericordiæ fontem assistit. Debemus etiam attendere exemplum eius, quia quandiu visus est in terris, & cum hominibus cõuersatus est, non declinauit ad dexteram, neque ad sinistram, sed viam regiam tenuit. Intuemini humilitatem operum eius, authoritatem verborum eius: & tunc videbitis, quomodò tam verbo, quàm exẽplo luxerit inter homines: qualia nobis vestigia dereliquerit, vt ambulemus per ea & in eis. Sed & diligentiori intuitu cõfusionem nostram aspiciamus, quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eodem luto formatus quo & nos. Quid ergo est, quòd non solum difficile, sed impossibile credimus, vt faciamus opera quæ fecit, vt sequamur vestigia eius, &c. Sic ergo in sanctorum festiuitatibus & gaudere & confundi debemus. Gaudere, quia patronos præmisimus: confundi, quia eos imitari non possumus.

DE FIDE. Cap. lxxxvj.

Fides syncera vniuersa complectitur.

Ser. 6. in vig. Nati. Christi. Fides viuida & catholica est quę velut quoddam æternitatis exemplar, præterita simul & præsentia & futura, sinu quodam vastissimo comprehendit: vt nihil ei prætereat nihil pereat, præeat nihil.

Bona vita, viuidæ fidei in homine argumentum.

Ser. 2. in die Paschæ Tam diu viuit Christus in nobis, quàm diu viuit fides. At postquam fides nostra est mortua, quodammodò Christus mortuus est in nobis. Porrò fidei vitam, opera testantur sicut scriptum est: Opera quæ dedit mihi pater, ipsa testimonium perhibent de me. Nec discrepare videtur ab hac sententia, qui fidem sine operibus mortuam asserit in semetipsa. Sicut enim corporis huius vitam, ex motu suo dignoscimus: ita & fidei vitam, ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima, per quam mouetur & sentit: vita verò fidei, charitas est, quia per illam operatur, sicuti in Apostolo legis: Fides quæ per dilectionem operatur. Vnde & refrigescente charitate fides moritur, sic corpus anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum, & feruore conuersationis hilarem: viuere in eo fidem non dubites, indubitata tenens vitæ illius argumenta.

Fidei præstantia quanta.

Ser. in oct. Paschæ. Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Fide siquidem in Dei filios adoptamur: fidem in nobis, mundus in maligno positus odit atque persequitur: fide quoque & vincitur, sicut scriptum est: Sancti per fidem, vicerunt regna. Quid ni attribuatur fidei victoria, cuius est etiã vita? Iustus, inquit, ex fide viuit. Quotiens ergo tentationi resistis, quotiens vincis malignum: noli propriis tribuere viribus, noli in te, sed magis in Domino gloriari. Quæris quęnam sit viuida & victoriosa fides: Illa sine dubiò, per quam Christus habitat in cordibus nostris. Christus enim virtus est, & vita nostra.

Fides sine charitate, vacua est.

Ser. 24. in Cant. Mors fidei, est separatio charitatis, Credis in Christum? Fac opera Christi, vt viuat fides tua. Fidem tuam dilectio animet, probet actio. Non incuruet terrenum opus, quem fides cœlestium erigit. Qui te dicis in Christo manere, debes sicut ipse ambulauit, & tu ambulare. Quod si propriam gloriam quæris, florenti inuides, absenti detrahis, reponis ledenti te. Hoc Christus non fecit. Confiteris te nosse Deum, factis autem negas. Non rectè, non planè, sed impiè linguam Christo, animam dedisti diabolo.

Ibidem. Non facit hominem rectum, fides recta, quæ non operatur ex dilectione. Sed nec opera quamuis recta, rectum cor efficere sufficiunt sine fide. Quis enim rectum dicat hominem non placentem Deo? Sine fide autem impossibile est placere Deo. Qui non placet Deo, non potest illi placere Deus. Nam cui placet Deus, Deo displicere non potest.

Fides nostra quando meritoria.

Ser. 76. sup. cant. Fides tunc probatior esse dignoscitur, cùm creditur quòd non videtur. Quid magni est credere quod videris: & tuis non negare oculis fidem, quid laudis meretur? Sed si quod non videmus speramus, per patientiam expectamus, & patientia meritum habet, proinde vt non euacuetur meritum fidei, subducat se visui, dans virtuti locum.

Christus per carnem, vmbra est fidei.

Serm. 31. & 48. sup. cant. Viuimus in vmbra Christi, qui per fidem ambulamus: & carne ipsius pascimur, vt viuamus. Caro enim Christi verè est cibus: at illud sanè donec viuimus inter gentes. Nam inter angelos aliter, quando iam indifferente omnino fœlicitate cum ipsis videbimus eũ sicuti est: hoc est in forma Dei, & non in vmbra. Quomodo enim non est distinctio eius qui per fidem ambulat, & illius qui per speciem? Ergo iustus ex fide viuit: beatus exultat in specie. Et ideo sanctus homo interim viuit in vmbra Christi: sanctus angelus in splendore vultus gloriæ gloriatur. Et bona fidei vmbra, quæ lucem temperat oculo caliganti, & oculum prępărat luci. Quid sanè est illud quod videt angelus, hoc mihi fidei vmbra seruat fideli sinu repositum, in tempore reuelandum. An non expedit tenere vel inuolutum, quod nudum non capis.

Fides pij hominis, trifaria.

In sententi. Dum venit Dei filius, factus est homo qui erat Deus: tanquam bonus medicus dedit præcepta, quibus obseruatis, reformaretur salus amissa. Vt verò præceptis faceret fidem, exhibuit signa: vt eorum præceptorum persuaderet vtilitatem, promisit beatitudinem. Est ergo fides alia præceptorum, alia signorum, alia promissorum: id est, qua credimus in Deum, qua credimus Deum, qua credimus Deo. Credere autem in Deum, est in eum sperare, & eum diligere, per fidem signorum, credimus Deum qui talia potest, & omnia potest, per fidem promissorum credimus Deo: qui quicquid promittit, veraciter complet. Similiter quoque spes triplex est, & procedit de prędicta triplici fide. Nam de fide præceptorum, oritur spes veniæ: de fide signorum, spes gratiæ: de fide promissorum, spes gloriæ.

DE FOEMINA. Cap. lxxxvij.

Fœminarum contubernia vitanda continentiæ candidatis.

Ser. 66. sup. cant. CVm fœmina semper esse, & non cognoscere fœminam, nónne plus est, quàm mortuum suscitare? Quotidie lectus tuus ad latus iuuenculæ est in mensa. Lectus tuus, ad lectum eius in camera: oculi tui, ad illius oculos in colloquio: manus tuæ, ad manus ipsius in opere, & continens vis putari? Esto vt sis, sed ego suspitione non careo.

DE FORNICATIONE. Cap. lxxxviij.

Ex tract. Ecce nos relig. FOrnicatio in multis etiam & multipliciter regnat: qui pũritatis auctori impuro corde & corpore ministrantes, nó verentur stare angelum Domini qui secet medios & dispergat: sed omnino audent agni immaculati sacras contingere carnes, & intingere in sanguinem saluatoris manus nepharias, quibus paulò antè carnes proh dolor meretricias attrectarunt. Sic altaria circuire, sic frequentare psalmos, cùm & eiusmodi laus execrabilis, & oratio sit in peccatum.

Ingre-

Ibidem. Ingrediuntur cum hac macula tabernaculum Dei viuentis: inhabitant cum hac macula templum sanctum domini polluẽtes. Iudicium multiplex accepturi, quòd tam grauissimas conscietias gerunt: & nihilominus sese ingerunt in sanctuarium Dei. Tales enim non modò & non placant Deum, sed magis & irritant. Irritant planè & infensum reddunt sibi, vereor ne & his quibus eum propitiare debuerant. Vtinam qui continere non valent, perfectionem temerariè profiteri, aut celibatui dare nomina vereantur. Esset siquidem sine dubio melius nubere, quam vti: & saluari in humili gradu fidelis populi, quàm in cleri sublimitate & deterius viuere & districtius iudicari. Multi enim libertatem in qua vocati sunt, in occasionem carnis dedisse videntur: abstinentes remedio nuptiali, & in omne deinceps flagitium effluentes

DE FORTITVDINE. Cap lxxxix.

Ser. de ro-gat. HIs trib' egere me fateor, veritate, charitate, fortitudine. Deficit quippe ratio mea præ ignorantia veritatis, languet & voluntas præ inedia affectionis, infirmatur caro præ inopia fortitudinis. Nam & ratio minus intelligit quę agenda sunt, & voluntas minus diligit intellecta. Et ad hæc etiam corpus quod corrumpitur aggrauat animam, vt non quęcũque volumus illa faciamus. Neque enim paterer hunc defectum, si iugiter exercitata esset ratio in inquisitione veritatis: voluntas in desiderio charitatis, caro in operatione virtutis.

DE FRVITIONE DEI. Cap. xc.

Triplici modo fruemur Deo in futura vita.

Ser. 4. de omnibus sanctis. TRipliciter in æterna illa & perfecta beatitudine fruemur Deo: videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobisipsis. Et quod his omnibus ineffabiliter iocundius sit atque beatius, ipsam quoque cognoscentes in semetipsa Trinitatem: & gloriam illam sine vllo enigmate, mũdo cordis oculo contemplantes. In hoc enim erit vita æterna, vt cognoscamus Patrem & Filium cum Sanctospiritu, & videamus Deum sicuti est: id est, non modo sicut inest nobis videlicet aut cęteris creaturis: sed sicut est in semetipso. Vnde duo illa velut circumiacentia esse videntur quæ prædiximus, & quasi cortex tritici. Hæc verò summa cognitio beatitudinis, tritici medulla adeps frumenti quo ciuitas Hierusalem satiatur. &c.

Fruitio Dei varia hic & multiformis.

Ser. 23. sup. cant. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Non omnibus vno in loco frui datur grata & secreta sponsi præsentia: sed vt cuique paratum est à patre ipsius. Non enim nos eum elegimus, sed ipse elegit nos, & posuit nos: & vbi ab eo quisque positus est, ibi est. Denique mulier vna compũcta, secus pedes Domini Iesu sortita est locũ: cum altera suæ deuotionis fructum ad caput inuenerit, si tamen altera. Porrò Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio cœlo, secreti huius gratiam sunt assecuti. Quis nostrum dignè distinguere sufficiat has varietates meritorũ, vel potuis præmiorum? *De hac materia compertiora habes in titulo, vita æterna beatitudo, &c.*

DE GAVDIO. Cap. xcj.

Gaudium sanctorum triplex.

Ser. 2. de omnib. sanctis. DVm adhuc militant gaudent vtique electi Dei, sed tantum de primitiis spiritus, qui & infirmitatem eorum adiuuat virtute sua: & pusillanimitatem eorum affectatione sua consolatur. Iam verò consummato militiæ tempore, gaudiũ habent sancti etiam in spiritu suo: & licet non plenam, habent tamen lętitiam multam in corde suo, donec veniat dies illa qua implebit eos Dominus lætitia cum vultu suo, in qua gaudium habituri sunt etiam in corpore suo. Ad requiem enim exutæ à corporibus animæ sanctę protinus admitũtur ad gloriam regni, non ita. Interim conuertuntur in requiem suam, donec veniat dies qua introire mereantur in requiem Domini. Iam verò nemo ex vobis paruam aliquam requiem aut lętitiam suspicetur eorum, qui ab omni penitus molestia liberi, recogitant omnes annos suos in dulcedine animę suę: lætãtur pro diebus quibus humiliati sunt, annis quibus viderũt mala, cũ iocunda ammiratione cõsiderant pericula quæ euaserunt, labores quos pertulerunt, certamina quæ vicerũt: & pro his omnibus certa & indubitata fide expectant beatã spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris sui, qui resuscitabit & reformabit corpora eorum, configurata proprij corporis claritati. Quãta est fœlicitas eorum, quàm immensa lætitia, qui nimirum triplici gaudio de recordatione transactæ virtutis, de exhibitione præsentis quietis, de certa expectatione futuræ consummationis exultant.

Ser. 3. de omnib. sanct. Hæc est plane requies Domini non intercisa, non circa aliquid certũ restricta, quoniam in omnibus gaudet, in omnibus delectatur, in omnibus requiem quærit & inuenit. Nam & bona ei placent in seipsis: & delectatur nihil ominis bona ordinatione malorum, diligit misericordiam & iudicium. Nec modò in bonorum gloria sibi complacet: sed in ipsis quoque vtpote iustis supplíciis impiorum. Quid ergo poterit ne putas humana anima in hoc gaudium Domini sui, & in hanc eius requiem intrare: vt & ipsa quoque in omnibus delectetur, ne aliqua iam priuata affectione contrahatur in rugam, sed transeat in affectum quendam generalem atque diuinum? poterit sine dubio si fidelis inueniatur super pauca quę accepit militię suę tempore: id est, super artus, super sensus, super appetitus suos, quos suscepit regendos: vt in his probetur, quoniam fidelis sit Domino suo.

DE GENERATIONE. Cap. xcij.

Ser. de diligẽdo deũ. QVamdiu stare prȩsens cernitur seculum, in quo generatio aduenit, & generatio prætcrit, non deerit electis cõsolatio de memoria Dei quibus nondum de præsentia plena refectio indulgetur. Iustum quippe est, vt quos præsentia nõ delectant, præsto eis sit memoria futurorum: & qui de rerum fluentium qualibet affluentia despiciunt consolari, recordatio illos delectet æternitatis. Et hæc est generatio quærentiũ Dominum, quærentium non quæ sua sunt, sed faciem Dei Iacob.

DE GLORIA COELESTI. Cap. xciij.

Absque præsenti Ecclesia, cœlestis gloria perfici non potest.

Ser. 68. sup. Cant. DE statu & consummatione Ecclesiæ finis omniũ pendet. Tolle hanc, & frustra inferior ista creatura reuelationẽ filiorum Dei expectat. Tolle hanc, & neque patriarchæ, neque prophetæ aliqui consummabuntur. Tolle hanc & ipsa angelorum pro imperfectione numeri sui gloria claudicabit nec Dei ciuitas, de sui integritate gaudebit. Vnde ergo implebitur propositum Dei, & mysterium voluntatis eius, magnumque illud sacramentum pietatis? Tu putas Deum nostrũ totam habiturum suæ gloriæ laudem, donec veniant qui in conspectu angelorum psallant sibi: lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Hoc genus lætitiæ cœli nescierunt nisi per Ecclesiæ filios. Hoc nemo vnquam lætatur, qui nunquam non lætatur. Oportunè post tristitiam gaudium subit: post laborem quies, post naufragium portus. Placet cunctis securitas, sed ei magis qui timuit. Iocunda omnibus lux, sed euadenti de potestate tenebrarum iocundior. Transisse de morte ad vitam, vitę gratiam duplicat. Fœlix proinde in sua vniuersitate Ecclesia, cuius omnis gloriatio impar est caussę: non pro his tantum quæ illi iam facta sunt, sed pro his quoque quæ de illa adhuc oportet fieri.

DE GLORIA VANA.
Cap. xciiij.

Virtuti gloria debetur.

Ser. 1. de S. Victore. FRustrà ad celsitudinem nititur gloriæ, qui prius non claruit virtute. Quæ enim sine virtute est gloria? ,pfectò indebita venit, præpropere affectatur, periculosè captatur. Sola est cui gloria iure debetur, & securè impenditur.

Ser. de S. Ioan. Bapt. Est tantum lucere vanum, tantum ardere parum: ardere & lucere, perfectum. Sunt autem qui non eo lucent, quia feruent: sed magis feruent, vt luceant. Verùm quicquid in nobis minus est feruoris, humilitas suppleat puræ confessionis.

Ser. 3. de verbis Esa. Vidi dom. Pernicios⁹ est appetitus iste lucendi, feruere enim multò melius. Enimuerò si tam vehementer splendorem desideras, quod videri vis, esse curato: & primùm quære feruorem, nec dubium quin & splendor adiiciatur tibi? Alioquin incassum laboras, quia vanus splendor absque feruore.

Securagloriatio quæ.

Ser. Qui gloria. Perfecta & secura gloriatio est, cùm veremur omnia opera nostra, sicut testatur B. Iob de seipso, & cum Esaia, omnes iustitias nostras, non aliud quàm pannum menstruatæ reputandas esse cognoscimus.

De bonis non intumescendum.

Serm. 13. sup. cant. Magna & rara virtus est, vt magna licet operantem, magnũ te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem te reputare: hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico.

Omnis bona actio Deo ascribenda.

Ibidem. Quicquid hìc fauoris captas, quod ad Deum non retuleris, ipsi furaris. Tibi enim vnde gloria putride puluis, tibi vnde? de vitæ sanctitate? Sed spiritus sactus est qui sanctificat. Omnis igitur de bonis multiformis gratiæ apparentis in vobis referatur ad ipsum laus, laudabilium siquidem vniuersorum auctorem & largitorem.

Verba sunt sancti Benedicti.

Ser. 19. sto. cant. Quicquid sine voluntate, vel cõsensu patris spiritualis fit, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi.

DE GRATIA DIVINA.
Cap. xcv.

Gratia protectionis, munitissimum hominis scutum.

Ser. 5. sup. Qui hab. NOn incongruè sanè scuto cõparatur gratia diuinæ protectionis, quod in superiori parte amplum & latum est, vt caput humerósque custodiat: in inferiori verò strictius, vt minus oneret, maximè quòd graciliores sint tibiæ, nec tam facilè vulnerentur, sed nec adeò periculosum sit illis in partibus vulnerari. Sic omnino sic militibus suis Christus ad inferiora tuenda, id est carnem, magnam (vt ita dixerim) strictitatem atque penuriam rerum temporalium donat: nec vult eos illarum multitudine prægrauari, sed vt victum & vestitum habentes, quemadmodum ait Apostolus, his contenti simus: in superioribus verò ampliorem latitudinem & abundantiam gratiæ spiritualis.

Ser. 3. sup. cant. Quantum crescis in gratia, tantum & in fiducia dilataris.

Humilitas auctrix diuinæ gratiæ.

Ser. 54. su. Cant. Argumentum superbiæ, priuatio est gratiæ. In veritate autem didici, nihil æquè efficax esse, ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm si omni tempore coram Deo inueniaris non altum sapere, sed timere. Beatus enim homo qui semper est pauidus. Time ergo cùm arriserit gratia, time cùm abierit, time cum denuò reuertetur, & hoc est semper pauidum esse. Beatus es, si cor tuum triplici isto timore repleueris, vt timeas quidem pro accepta gratia, amplius pro amissa, longè plus pro recuperata.

Ser. 51. su. Cant. Disce in referendo gratiam non esse tardus aut segnis: disce ad singula dona, gratias agere. Diligenter, inquit, considera quæ tibi apponuntur: vt nulla videlicet Dei dona debita gratiarum actione frustrentur: non grandia, non mediocria, non pusilla. Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant: id est, nec minima beneficia obliuisci. Nunquid non perit, quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo est ventus vrens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ.

Gratia diuina tripharia.

Ser. Intrauit Iesus. Triplicem gratiam diuinitus accipimus, vnam qua conuertitur, aliam quà in tentationibus adiuuamur, tertiam qua probati remuneramur. Prima nos initiat, per quã vocamur: secunda prouehit, qua iustificamur: tertia consummat, qua glorificamur. Et prima quidem beneplacitum est, secunda meritum, tertia premium. De prima dictum est: De plenitudine eius nos omnes accepimus. De duobus reliquis dictum est: & gratiam pro gratia, id est, munera æternæ gloriæ, pro merito temporalis militiæ.

Lib. de gr. & lib. ar. Inquantum regnum gratiæ dilatatur, intãtum peccati potestas minuitur. Vide tit. timor. 8.

DE GRATIARVM ACTIONE.
Cap. xcvj.

Actio gratiarum non omnis Deo accepta.

Ser. 13. sto. Cant. NOn omnis gratiarum actio accepta est Deo, nisi quæ de cordis pudica & mera simplicitate procedit. Pudica sanè dixerim, propter eos qui & de malis actibus suis gloriantes, Deo gratias dicere solent: quasi Deus more ipsorum lætetur cũ malefecerint, & exultet in rebus pessimis. Mera verò adiunxi, propter hypocrytas, qui Deum quidem de bonis suis, sed verbotenus glorificantes, corde retinent, quod ore præbuerant: & quoniam dolosè agunt in conspectu eius, inuenitur iniquitas eorũ ad odium. Illi impiè mala sua Deo, isti Dei bona fraudulenter intorquent sibi.

Quatuor sunt beneficia creatoris.

Ser. 14. sto. Qui hab. Agamus gratias factori nostro, benefactori nostro, remuneratori nostro, aut potius spei nostræ. Ipse enim retributor, ipse retributio nostra: nec aliud iam quàm ipsum expectamus ab ipso. Primùm quod nobis præstitit, nosipsi sumus. Porrò secundum ambo simul præ cæteris creaturis maximè admirandam, cohærentem incomprehensibili artificio, inuestigabili sapientia conditoris. Itaque tam magnum hoc donum, quàm magna res homo. Cæterum ex hoc iam tertium opus tuæ redemptionis attende. Non est velamen excusationis, laboratum prorsus in ea. Nam etsi saluus factus es pro nihilo, non de nihilo tamen. Quid adhuc restat? Factus est ipse tecum caro vna: te quoque secum faciet spiritum vnum. Non recedant hæc quatuor à corde tuo, non à memoria, non ab affectione. Hæc cogita semper, in his iugiter delectare: his velut quibusdam stimulis vrgens sollicita animam tuam. His facibus eam inflammare curatò ad redamandum eum, qui tam multipliciter suum erga te commẽdat amorem. Serua mandata creatoris tui, serua mandata benefactoris tui, redemptoris tui, remuneratoris tui.

DE GVLA.
Cap. xcvij.

Appetitus gulæ & libidinis & cæterarum vanitatum, quem finem habeant.

Lib. de perfecut. sueff. cap. 12. VOluptas gutturis, quæ tanti hodie æstimatur, vix duorum obtinet latitudinem digitorum: & eius tam modicæ partis, tam exigua delectatio, quanta paratur solicitudine, quantam deinde molestam parit? Hinc monstruosius dilatantur renes, & humeri: hinc tumentes vteri, non tam impinguantur, quàm impregnantur aruina: & dum carnis onus ossa non sustinent, etiam morbi varij generantur. Sic libidinis illecebrosa voragó, quantis laboribus & dispendiis interdum & famæ vel honoris, aut etiam vitæ ipsius periculo comparatur: vt ad modicum flagrans sulphureus vapor furentes stimulis agat, & apum peruolantum vbi malè grata mella fuderint, nimis tenaci feriat icta corda morsu: cuius appe-

petitus anxietatis, & vecordiæ actus abominationis & ignominiæ, exitus plenitudinis & verecundiæ plenus esse dinoscitur. Cæterum vanitas vanitatum, quàm nihil sit, vel ex ipso nomine manifestius indicatur: vanus vtique labor qui studio vanitatis assumitur. O doxa doxa, ait sapiens, in milibus mortalium, nihil aliud quam aurium inflatio vana: & tamen quantam putas infœlicitatem hæc ipsa non tam fœlix vanitas, quàm vana fœlicitas parit? Hinc namque cæcitas cordis, sicut scriptum est: Populemeus, qui te lætificant, in errorem te inducũt. Hinc cerucosus furor animositatis, hinc suspitionis labor anxius, hinc liuoris crudele tormentũ, & cremantis intidiæ miserior, quàm miserabilior cruciatus. Sic diuitiarum amor insatiabilis, longè amplius desiderio torquet animam, quàm refrigeret vsu suo: vtpote quarum acquisitio quidem laboris, possessio verò timoris, amissio plena doloris inuenitur.

Cibi excessus in scripturis diuinis, non vsus damnabitur.

Ex apolog. ad Guill. dub. Repleti ventrem faba, mẽtem superbia, cibos damnamus saginatos: quasi non melius sit, exiguo sagimine ad vsum vesci, quàm ventoso legumine vsque ad ructum exsaturari: præcipuè cùm Esau non de carne, sed de lente sit reprehensus: & de ligno Adam, non de carne damnatus: & Ionathas de gustu mellis, non carnis, morti adiudicatus. Cõtra verò Helias maximè carnem comedit, Abraham gratissimè carnibus angelos pauit: & de ipsis sua fieri sacrificia Deus præcepit: Sed & sarius est, modico vino vti propter infirmitatem, quàm multa aqua ingurgitari per auiditatem: quia & Paulus Thimotheo modico vtendum vino consuluit, & Dominus ipse bibit, ita vt vini potator appellatus sit, & Apostolis bibendum dedit: insuper & ex eo sacramenta sui sanguinis condidit: cũ ecõtrario aquam ad nuptias bibi non passus sit, & ad aquas contradictionis, populi murmur terribiliter castigauerit. Dauid quoque aquam quàm desiderauerat, potare timuerit: viríque illi Gedeonis qui prę auiditate toto corpore prostrato de flumine biberunt, digni ad prælium ire non fuerint.

Ibidem. *Voracitas in edendo, cauetur.*

Nihil de scripturis, nihil de salute animarum in cœnis: sed nugæ, & risus & verba proferuntur in ventum. Inter prandẽdum quantum fauces dapibus, tantum aures pascuntur rumoribus: quibus totus intentus, modum nescias in edendo. Interim autem fercula ferculis apponuntur: & pro solis carnibus, à quibus abstinetur, grandia piscium corpora duplicãtur. Cùmque prioribus fueris satiatus, si secundos attigeris, videberis tibi necdum gustasse pisces. Tanta quippe accuratione & arte coquorum cuncta apparantur, quatenus quatuor aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediunt nouissima, nec satietas minuat appetitum. Vt quid autẽ hæc omnia, nisi vt soli fastidio cõsulatur? Ipsa deinde qualitas rerum talis deforis apparére curatur, vt non minus aspectus, quàm gust⁹ delectetur: & cum iam stomachus crebris ructibus repletum se indicet, necdum tamen curiositas satiatur. Sed dum oculi coloribus, pallatum saporibus illiciuntur, infœlix stomachus cui nec sapores demulcent, dum omnia suscipere cogitur, oppressus magis obruitur, quam reficitur.

Lib. de inuent. domo cap. 46.

Ep. ist. ad Nepot. Nullus homini tam improbus exactor est, quàm venter.

Vinum, mulsum, & pinguia, corpori militant, non spiritui. Eripueris, non anima saginatur, sed caro. piger, gingiber, ciminum, saluia, & mille huiusmodi species falsamentorum, palatum quidem delectant, sed libidinem accẽdunt. Prudenter sobriéque conuersanti, satis ad omne condimentum, sal cum fame.

DE HOMINE. Cap. xcviij.

Quatuor sunt virtutes, quibus decoratus fuit primus homo.

Ser. 1. de excess. do. cap. 1. QVatuor his virtutibus misericordia, & veritate, iustitia & pce, amictus fuit primus homo ab ipso suæ creationis exordio. Est enim in his quatuor salutis integritas. Nec sine his omnibus potest constare salus: præsertim cùm non possint esse virtutes, si ab inuicem separentur. Acceperat igitur homo misericordiam custodem scilicet atque pedissequam, vt ipsa præueniret, ipsa & sequeretur eum, ipsa quoque protegeret & conseruaret vtique. Sed erat illi necessarius et iam eruditor tanquam ingenuæ & rationabili creaturæ: vt non sicut iumentum aliquod custodiretur, sed tãquam pauulus educaretur, Cui sane magisterio nemo poterat apertior inueniri, quam veritas ipsa, quę eum in agnitionem summæ produceret aliquando veritatis. Interim enim ne sapiens inueniretur, vt faceret malum, esset que peccatum ei tanquam scienti bonum, & minimè facienti, iustitiam quoque qua regeretur accepit. Adhuc autem & pacem, qua frueretur & delectaretur, addidit manus benignissima creatoris, pacem vtique duplicẽ: vt nec intus pugnæ, nec foris timores id est, nec caro concupiscceret aduersus spiritum, nec esset ei vlla creatura formidini. Nam & bestiis omnibus liberè imposuit nomina: & serpens ipse quod violentia non præsumpsit, fraude magis eum aggressus est. Quid huic deerat, quem misericordia custodiebat, docebat veritas, regebat iustitia, pax fouebat?

Homo rectus & mente & corpore hinc inde ab initio creatus.

Ser. 24. sto Cant. Secundum animum, non secundum terrenam & fœculẽtam materiam Deus hominem fecit rectum: ad imaginem quippe & similitudinem suam creauit illum. Ipse verò quẽadmodum psallit, rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo. Rectus itaque Deus, rectum fecit hominem similem sibi: id est, sine iniquitate, sicut nõ est iniquitas in eo. Porrò iniquitas cordis, est non carnis vitium, vt per hoc noueris in spiritali portione tui, & non in crassa luteaque substantia, Dei similitudinem conseruandam siue reparandam. Spiritus enim est Deus, & eos qui volunt ei similes vel perseuerare vel fieri oportet intrare ad cor. Atque in spiritu id negotij actitare, vbi reuelata facie speculantes gloriam. Dei in eandem imaginem transformentur de claritate in claritatẽ, tanquam à Domini spiritu. Quamquam & corporis staturã dedit Dominus homini rectam, forsitan vt ista corporea exterioris viliorisque rectitudo figmẽti, hominem interiorem illum, qui ad imaginem Dei factus est, spiritualis suæ seruandæ rectitudinis ammoneret: & decor limi, deformitatem argueret animi. &c.

Impius sibiipsi semper nocibilis. *Extract. Ecce nos reliq,*

Malus homo, nunquam tutè secum habitat, quia cũ malo homine habitat & nemo molestior ei est, quàm ipse sibi

De veteri & nouo homine.

In sentent. Duo homines sunt vetus & nouus: Adam vetus, & Christus nouus. Ille terrenus, iste cœlestis. Illius imago vetustas, istius imago nouitas. Est autem triplex vetustas: & ècontrario triplex nouitas. Est enim vetustas in corde, in ore & in opere. In quibus tribus modis peccamus, cogitatione, locutione, & opere In corde sunt carnalia desideria & secularia: id est amor carnis, & amor seculi. Similiter in ore est gemina vetustas, arrogantia & derogatio. Item gemina in opere flagitia & facinora. Hæc omnia sunt imago veteris hominis, & hæc omnia renouanda sunt in nobis. Renouetur ergo cor à carnalibus desideriis & secularibus, vt exclusis illis introducatur amor Dei, & amor patriæ cœlestis. Recedant ab ore arrogantia & derogatio: & succedant pro his vera peccatorum confessio, & bona de proximis estimatio pro flagitiis & facinoribus, quæ vetustas est operis, assumatur cõtinentia & innocentia: vt scilicet contrariis virtutibus, contraria vitia depellantur.

DE HOSTE. Cap. xcix.

Hostium nobis aduersantium tria genera.

Ser. 2. in vig. nat. domi. MVltos quidem habemus hostes, carnem, qua, nullus potest esse vicinior hostis: præsens seculum nequam, quod vndique circumfusum nobis est: principes tenebrarum, qui viam nostram obsident in aera collocati. Verum si essemus in domo illa non manufacta in cœlis, vbi nullus inimicus intrat, nullus exit amicus, nihil esset metuendum. Nunc verò tribus malignissimis & validissimis ventis expositi sumus, carni, (vt dixi) & mundo: qui conscientiam illuminatam moliuntur extinguere, insufflantes in cordibus nostris desideria mala, motus illicitos: & ita nos repente turbã-

tes, vt vix prænoscere valeamus, vnde venimus aut quò vadimus.

DE HVMANITATE CHRISTI. Cap. c.

Christus quanta pro redemptione pertulerit humana.

Ser. 11. sup. Cant. HVmana impietas ingratitudinis materiam inde sumebat, vnde amoris causam habere debuerat, idque ad excusandas excusationes in peccatis. Sed obstructum est os loquentium iniqua. Luce clarius patet, quantum modò pro te ô homo dispendium fecit: de Domino, seruus: de diuite, pauper: caro, de verbo: & de Dei Filio, hominis Filius fieri non despexit. Memento iam te, etsi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. At verò per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terræ. O quantum laborauit, sustinens carnis necessitates, hostis tentationes: nónne tibi crucis aggregauit ignominiã, mortis cumulauit horrore? Necessariè quidem. Sic, sic homines & iumenta saluasti Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Hæc meditamini, in his versamini.

DE HVMILITATE. Cap. cj.

Post tantam Christi humilitatem, nequaquam superbiendum.

Ser. 1. sup. Missus est ERubescе superbire cinis, Deus se humiliat, & tu te exaltas? Deus se hominibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis authori? Quotiens hominibus præesse desidero, totiens Deum meum præire contendo.

Ibid. ser. 4. Semper solet esse gratiæ diuinæ familiaris virtus humilitas. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Ibidem. Nó magnum est esse humilem in abiectione, magna profsus & rara virtus humilitas honorata.

Christi humilitas æmulanda.

Ser. de nat. Christi. Clamat Christus exemplo, quod postmodum prædicaturus est verbo. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, vt verax inueniatur qui dicit: Cœpit Iesus facere & docere. Obsecro proinde, & plurimum rogo fratres, non patiemini sine causa tam preciosum exemplar vobis exhibitum esse: sed conformamini illi, & renouamini spiritu mentis vestræ. Studete humilitati, quæ fundamentum est custósque virtutum: sectamini illam, quę sola potest saluare animas vestras. Quid enim magis indignum, quid detestandum amplius, quid grauius puniendum: quàm vt videns Deum cœli, paruulum factum, vltrà apponat homo magnificare se super terram? Intolerabilis impudentiæ est, vt vbi sese exinaniuit maiestas, vermiculus insletur & intumescat.

Christi humilitas, nostram confundit superbiam.

Ser. 2. de epiph. Hic est filius meus (ait Pater) dilectus, ipsum audite. Quousque siles Domine Iesu, quousq; dissimulas? Diu tacuisti, & valde diu: vel iam nunc loquendi licentiam habes à Patre. Quamdiu virtus & Dei sapientia, quasi infirmus aliquis & insipiens lates in populo? Quandiu nobilis rex, & rex cœli, Fabri filium te pateris appellari & putari? O humilitas virtus Christi, quantum confundis superbiam nostræ vanitatis? Parum aliquid scio, vel magis scire mihi videor, & iam silere non possum, impudenter me & imprudenter ingerens & ostentans: promptulus ad loquendum, velox ad docendum, tardus ad audiendum. Et Christus cum tanto tempore silebat, cùm seipsum abscondebat, nunquid inanem gloriam metuebat? Quid timeret ab inani gloria, qui est gloria Patris? Vtique timebat, sed non sibi: Nobis timebat, ab illa quibus nouerat esse timendum: nobis cauebat, nos instruebat. Tacebat ore, sed instruebat: & quod postea docuit verbo, iam clamabat exemplo: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Ser. 3. de epiph. Omnibus ergo nobis in conuersionis nostræ initio, nulla magis virtus necessaria est, quàm simplicitas humilis, & grauitas verecunda.

Humilitate, ad sublimitatem peruenitur.

Ser. 2. de Ascens. Perseuerate dilectissimi in disciplina quam suscepistis, vt per humilitatem, ad sublimitatem ascendatis: quia hæc est via, & non alia præter ipsam. Qui aliter vadit, cadit potius, quàm ascendit: quia sola est humilitas, quæ exaltat: sola quę ducit ad vitã. Christus enim cùm per naturam diuinitatis nõ haberet, quò crescеret vel ascenderet (quia vltra Deum nihil est) per descensum quomodo crescеret, inuenit: veniens incarnari, pati, mori, ne moreremur in æternum: propter quod Deus exaltauit illum, quia resurrexit, ascendit, sedet ad dexteram Dei. Vade & tu fac similiter. Neque enim ascendere potes, nisi descenderis, quià & æterna lege fixum est: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. O peruersitas, ô abusio filiorum Adam: quia cùm ascendere difficillimum sit, descendere autem facillimum: ipsi & leuiter ascendunt, & difficilius descendunt: parati ad honores & celsitudines graduum Ecclesiasticorum, ipsis etiam angelicis humeris formidandos. Ad sequendum autem te Domine Iesu, vix inuenitur, qui vel trahi patiantur, qui velint duci per viam mandatorum tuorum.

Ser. 1. de verb. Esa. Vidi dom. Si desideras Deum videre sublimem, humilem prius Iesum videre curato. Intuere prius exaltatum in deserto serpentem, si videre desideras regem in solio residentem. Ista te humiliet visio, vt illa exaltet humiliatum. Reprimat & sanet ista tumorem tuum, vt illa repleat & satiet desiderium tuũ. Exinanitum vides, non sit otiosa visio: quia exaltatum otiosè videre nõ poteris. Similis eris illi, cum videris eum sicuti est: esto & nunc similis ei, videns eum sicut propter te factus est. Si enim (vt in humilitate quidem) similitudinem eius abnuis: certa tibi sublimitatis quoque similitudo debetur. Nunquã ille socium tribulationis, à communione gloriæ patietur arceri.

Sola humilitas meretur gratiam.

Ser. de sab. voluntá. Insipiens est & insanus, quicunque in aliis vitæ meritis, quicunque in alia regione, seu sapientia, nisi in sola humilitate confidit. Potrò totius humilitatis summa in eo videtur consistere: si voluntas nostra, diuinæ subiecta sit voluntati, sicut ait propheta: Nónne Deo subiecta erit anima mea?

Nisi humilitatis merito, maxima non obtinentur.

Ser. 34. sup. Cant. Oportet humiliter sentire de se, nitentem ad altiora: ne dum supra se attollitur, cadat à se, nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis merito, maxima minimè obtinentur: propterea qui prouehendus est, correptione humiliatur, humilitate meretur.

Cognitio sui, parit veram in mente humilitatem.

Ser. 36. sup. Cant. Nisi super humilitatis stabile fundamentum, spirituale edificium stare minimè potest. Potrò ad se humiliandum, nihil anima inuenire viuacius seu accommodatius potest, quàm si se in veritate inuenerit, tantum non dissimulet non sit in spiritu eius dolus: statuat se ante faciem suam, nec se à se auertere abducatur, clamétque cum propheta: In veritate tua humiliasti me. Nam quomodo non verè humiliabitur in hac cognitione sui, cùm se perceperit oneratam peccatis, mole huius mortalis corporis aggrauatam, terrenis intricatam curis, carnalium desideriorum fece infectam, cæcam, curuam, infirmam, implicitam multis erroribus, expositam mille periculis, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspitionibus obnoxiam, mille necessitatibus ærumnosam: procliuem ad vitia, inualidam ad virtutes?

Virtus humilitatis, quàm sit meritoria.

Ser. 85. sup. Cant. Magna fratres, magna & sublimis virtus humilitas, quæ promeretur, quod non docetur: digna adipisci, quod non valet addisci: digna verbo, & de verbo concipere, quod suis ipsa verbis explicare non potest.

Humilitas Pontificis primum honestamentum.

Lib. 2. de Cõsiderat. Nulla splendidior humilitate gemma, in omni præcipuè ornatu summi Pontificis. Quò enim celsior cæteris, eò humilitate apparet illustrior & seipso.

Humilitas

Humilitas fundamentum spiritalis exercitij.

Ibidem. Bonus fundº humilitas, in quò õne ædificiũ spirituale cõstructum crescit in templum sanctum in Domino. per hanc nonnulli possedêre etiam portas inimicorum. Quæ enim vir tus æque potest dæmonum debellare superbiam, tyrannidẽ hominum?

Callidi viri proprietas.

Lib. 3. de Cõsid. Viri callidi & dolosi proprium esse solet, tunc prætendere humilitatem, cum aliquid obtinere voluerit. De quibus dicit scriptura: Est qui se humiliat nequiter, & interiora eius, plena sunt dolo.

Diffinitio humilitatis.

Lib de gra. humil. Humilitas est virtº, qua homo verissima sui agnitione sibiipsi vilescit.

Humilitas glorioſa virtus.

Ibidem. Glorioſa res humilitas, qua ipſa quoque ſuperbia palliari ſe appetit, ne vileſcat.

Humilitas comes est pudicitiæ.

Lib. de ordine vitæ. Tenenda est semper humilitas, custos pudicitię, mater patiẽtiæ. Sine causſa autem laborat qui virtutes ſine humilitate congregat. Vera autem patientia, niſi per profundam humilitatem, nec acquiritur, nec tenetur.

DE HYPOCRITIS. Cap. cij

Hypocritæ contritio dupleæ.

Ex apolog. ad Guill. abb. DVplici contritione conteruntur hypocritæ, quando & hic pro temporali gloria temporaliter ſe affligunt, & in futuro pro interna ſuperbia, ad æterna ſupplicia pertrahuntur. Quid enim facit ſuperbia ſub pannis humilitatis Ieſu? Nũquid non habet quo ſe palliet humana malitia, niſi ſit inuoluta Saluatoris infantia?

In. x in ca. Ioannis. Hypocrita ſingularia magis & inuſitata ſectatur, vt propriæ flagrantiam opinionis reſpergat. Cuius affectio elongatur à Chriſto, & vanis fauoribus delectatur. Cuius mens non propriæ teſtimonio conſcientiæ, ſed adulationibus demulceтur. Triſtitia hypocritarum non in corde, ſed in facie eſt. Exterminant enim facies ſuas vt appareant ieiunantes.

Hypocriſis hodie longè lateq; dominatur.

Ser. 33. sup. Cant. Serpit hodie putrida tabes hypocriſis per omne corpus Eccleſiæ: & quò latius, eò deſperatius: eòque periculoſius, quò interius. Nam ſi inſurgeret apertus hæreticus mitteretur foras & areſceret: ſi violentus inimicus, abſconderet ſe forſitan ab eo. Nunc verò quem eiiciet, aut à quo abſcõdet ſe? Omnes amici, & omnes inimici: omnes neceſſarij, & omnes aduerſarij: omnes pacifici & domeſtici, & nulli pacifici: omnes Chriſtiani, & omnes fere quæ ſunt ſua quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Olim prædictum eſt, & nunc tempus impletionis aduenit: Ecce in pace, amaritudo mea amariſſima. Amara prius in nece mattyrum, amarior poſt in conflictu hæreticorum, amariſſima nunc in moribus domeſticorum.

Hypocrita vult bonus videri, & non esse.

Ser. 66. sup. Cant. Hypocritæ oues ſunt habitu, aſtutia vulpes: actu & crudelitate lupi. Hi ſunt qui boni videri, non eſſe: mali non videri, ſed eſſe volunt. Mali ſunt, & boni videri volunt. Etenim ſemper minus malitia palam nocuit, nec vnquam bonus niſi boni ſimulatione deceptus. Ita ergo in malo bonorum, boni apparere ſtudent: mali nolunt, vt plus liceat malignari. Neque enim eſt apud eos virtutes colere, ſed colorare vitia quodã quaſi virtutum minio.

DE IACTANTIA. Cap. ciij.

Verecundus proprias non iactat laudes.

Ser. 86. sup. Cant. QVid tam propriè verecundiæ, quàm proprias vitare laudes, vitare iactantiam? Quid tam indecorum maximè adoleſcenti, quàm oſtentatio ſanctitatis? Cùm tamen ab hac potiſſimum ætate aptum profectò capiatur, temporancumque religionis exordium, Hieremia dicente, Bonum eſt homini, ſi portauerit iugum Domini ab adoleſcentia ſua. Bona cõmendatio ſecuturæ orationis, ſi præmittas verecundiam, dicens: Adoleſcentulus ſum ego & contemptus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

In multiloquio, nota iactantiam

DE IEIVNIO Cap. ciiij.

Ieiunium ab omnibus sedulò obseruandum & susʃcipiendum.

Ser. 1. de ieiunio. CHriſti ieiuniũ debet Chriſtianis omnibus eſſe commune. Quid ni caput ſuum, membra ſequantur? Si bona ſuſcepimus ab hoc capite, mala autem quare non ſuſtineamus? An reſpuere triſtia volumus, & communicare iocundis? Si ita eſt indignos nos capitis huius participatione probamus. Omne enim quod patitur ille, pro nobis eſt. Quod ſi in opere ſalutis noſtræ ei collabõrare piget, in quo deinceps coadiutores nos exhibebimus illi? Non eſt magnum, ſi ieiunet cum Chriſto, qui ſeſſurus eſt ad menſam patris cum ipſo. Non eſt magnum, ſi compatitur membrum capiti, cum quo & glorificandum eſt. Fœlix membrum, quod huic adheſerit per omnia capiti, & ſequetur illud quocunque ierit.

Ser. 3. de ieiunio. Quanta deuotione ſuſcipiẽdum eſt nobis ieiunium, quod à S. Moſe tanquam hæreditario iure traditur, cui ſpeciali prę cæteris prophetis prærogatiua facie ad faciem Dominus loquebatur? Quantò feruore amplectẽdum eſt, quod Helias ille cõmẽdat, igneo curru raptº in cœlũ? Ecce enĩ quàm multa milia à diebus illis generalis mortis conditio intuliſt? Helias tamen vſque adhuc cõſeruante Domino, manus eius euaſit. Iam verò ſi commendant ieiunium præſens Moſes & Helias quanuis magni tamen conſerui noſtri: quantum commendat illud Ieſus Dominus noſter: qui & ipſe diebus totidem ieiunauit? Qualis ille eſt, non dicam monachus, ſed Chriſtianus, qui minus deuotè ieiunium ſuſcipit, quod ipſe ei tradit Chriſtus? Denique tantò deuotius imitandum nobis eſt Dilectiſs. Chriſti ieiunantis exemplum, quantò certius eſt propter nos eum ieiunaſſe, non propter ſeipſum.

Omnibus membris ieiunium indicendum.

Ibidem. Quod ſi gula ſola peccauit, ſola quoq; ieiunet, & ſufficit: ſi verò peccauerũt & mẽbra cætera, cur nõ ieiunet lingua, ieiũnet manus, ieiunet etiã anima ipſa. Ieiunet oculº à curioſis aſpectibus, & õni petulantia vt bene humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiũnet auris nequiter prurienſ, à fabulis & rumoribus, & quecumque otioſa ſunt, & ad ſalutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus, vanis atque ſcurrilibus verbis: interdum quoque ob grauitatem ſilentij, & ab ipſis quæ videri poterant neceſſaria. Ieiunet manus ab otioſis ſignis, & ab operibus omnibus quæcumque nõ ſunt imperata. Sed & multo magis anima ipſa ieiunet à vitiis, & propria voluntate ſua. Etenim ſine ieiunio hoc, cętera à Domino reprobantur, ſicut ſcriptum eſt: quia in diebus ieiuniorum veſtrorum, voluntates veſtræ inuenientur.

Ieiun io peccata soluuntur.

Ser. 4. de ieiunio. Pro eo quod à licitis abſtinemus, ea nobis quæ prius commiſimus illicita, condonantur. Quid verò eſt condonari cõmiſſa, niſi ieiunio breui, ieiunia redimi ſempiterna? Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus eſt, conſolatio nulla, terminus nullus: vbi guttam aquę diues poſtulat, & accipere non meretur. Bonum ergo & ſalutare ieiunium, quo redimuntur æterna ſupplicia, dũ remittuntur, hoc modo peccata, nõ ſolũ autẽ eſt abolitio peccatorũ, ſed extirpatio vitiorum: nõ ſolũ obtinet veniã, ſed & promeretur gratiã: nõ ſolum delet peccata prꝫterita quę commiſimus, ſed & repellit futura, quæ committere poteramus.

Ieiunium gratiam meretur orandi.

Ibidem. Oratio virtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium, gratiã promeretur orandi. Ieiunium orationem roborat, oratio ſanctificat ieiunium, & Domino repreſentat. Hæc autem quantò efficacior eſt, ſi fiat vt debet, tanto callidius impediri ab aduerſario ſolet.

Sermo 6. de ieiunio, qui sic auspicatur, obsecro vos fratres, &c.

Ser. 6. de iunio. Incipit obsecro vos. In ieiuniorum breui dierum numero, monemur omnes aliorum temporum negligẽtias emendare: vt vel ſic guſtemus dulcedinem perfectæ puritatis & omni deinceps tempore in mendatio ſecuturæ orationis, ſi præmittas verecundiam, dicens: Adoleſcentulus ſum ego & contemptus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

In multiloquio, nota iactantiam

DE IEIVNIO Cap. ciiij.

Ieiunium ab omnibus sedulò obseruandum & susʃcipiendum.

Ser. 1. de ieiunio. CHriſti ieiuniũ debet Chriſtianis omnibus eſſe commune. Quid ni caput ſuum, membra ſequantur? Si bona ſuſcepimus ab hoc capite, mala autem quare non ſuſtineamus? An reſpuere triſtia volumus, & communicare iocundis? Si ita eſt indignos nos capitis huius participatione probamus. Omne enim quod patitur ille, pro nobis eſt. Quod ſi in opere ſalutis noſtræ ei collabõrare piget, in quo deinceps coadiutores nos exhibebimus illi? Non eſt magnum, ſi ieiunet cum Chriſto, qui ſeſſurus eſt ad menſam patris cum ipſo. Non eſt magnum, ſi compatitur membrum capiti, cum quo & glorificandum eſt. Fœlix membrum, quod huic adheſerit per omnia capiti, & ſequetur illud quocunque ierit.

Ser. 3. de ieiunio. Quanta deuotione ſuſcipiẽdum eſt nobis ieiunium, quod à S. Moſe tanquam hæreditario iure traditur, cui ſpeciali prę cæteris prophetis prærogatiua facie ad faciem Dominus loquebatur? Quantò feruore amplectẽdum eſt, quod Helias ille cõmẽdat, igneo curru raptº in cœlũ? Ecce enĩ quàm multa milia à diebus illis generalis mortis conditio intuliſt? Helias tamen vſque adhuc cõſeruante Domino, manus eius euaſit. Iam verò ſi commendant ieiunium præſens Moſes & Helias quanuis magni tamen conſerui noſtri: quantum commendat illud Ieſus Dominus noſter: qui & ipſe diebus totidem ieiunauit? Qualis ille eſt, non dicam monachus, ſed Chriſtianus, qui minus deuotè ieiunium ſuſcipit, quod ipſe ei tradit Chriſtus? Denique tantò deuotius imitandum nobis eſt Dilectiſs. Chriſti ieiunantis exemplum, quantò certius eſt propter nos eum ieiunaſſe, non propter ſeipſum.

Omnibus membris ieiunium indicendum.

Ibidem. Quod ſi gula ſola peccauit, ſola quoq; ieiunet, & ſufficit: ſi verò peccauerũt & mẽbra cætera, cur nõ ieiunet lingua, ieiũnet manus, ieiunet etiã anima ipſa. Ieiunet oculº à curioſis aſpectibus, & õni petulantia vt bene humiliatus coërceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiũnet auris nequiter prurienſ, à fabulis & rumoribus, & quecumque otioſa ſunt, & ad ſalutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua à detractione & murmuratione, ab inutilibus, vanis atque ſcurrilibus verbis: interdum quoque ob grauitatem ſilentij, & ab ipſis quæ videri poterant neceſſaria. Ieiunet manus ab otioſis ſignis, & ab operibus omnibus quæcumque nõ ſunt imperata. Sed & multo magis anima ipſa ieiunet à vitiis, & propria voluntate ſua. Etenim ſine ieiunio hoc, cętera à Domino reprobantur, ſicut ſcriptum eſt: quia in diebus ieiuniorum veſtrorum, voluntates veſtræ inuenientur.

Ieiun io peccata soluuntur.

Ser. 4. de ieiunio. Pro eo quod à licitis abſtinemus, ea nobis quæ prius commiſimus illicita, condonantur. Quid verò eſt condonari cõmiſſa, niſi ieiunio breui, ieiunia redimi ſempiterna? Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus eſt, conſolatio nulla, terminus nullus: vbi guttam aquę diues poſtulat, & accipere non meretur. Bonum ergo & ſalutare ieiunium, quo redimuntur æterna ſupplicia, dũ remittuntur, hoc modo peccata, nõ ſolũ autẽ eſt abolitio peccatorũ, ſed extirpatio vitiorum: nõ ſolũ obtinet veniã, ſed & promeretur gratiã: nõ ſolum delet peccata prꝫterita quę commiſimus, ſed & repellit futura, quæ committere poteramus.

Ieiunium gratiam meretur orandi.

Ibidem. Oratio virtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium, gratiã promeretur orandi. Ieiunium orationem roborat, oratio ſanctificat ieiunium, & Domino repreſentat. Hæc autem quantò efficacior eſt, ſi fiat vt debet, tanto callidius impediri ab aduerſario ſolet.

Sermo 6. de ieiunio, qui sic auspicatur, obsecro vos fratres, &c.

Ser. 6. de iunio. Incipit obsecro vos. In ieiuniorum breui dierum numero, monemur omnes aliorum temporum negligẽtias emendare: vt vel ſic guſtemus dulcedinem perfectæ puritatis & omni deinceps tempore in mendatio ſecuturæ orationis, ſi præmittas verecundiam, dicens: Adoleſcentulus ſum ego & contemptus, iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

In multiloquio, nota iactantiam

DE IESV.
Cap. cv.

virtus & encomion nominis Domini nostri, quod est Iesus.

Ser. 15. sup. Cant. EST inter oleum & nomen Iesu similitudo in triplici qualitate olei, quod lucet, quod pascit, quod & vngit. Fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem. Lux, cibus, & medicina. Vide idem de nomine Iesu. Lucet prædicatum, pascit recogitatum, inuocatum lenit & vngit. Vnde putas in toto orbe & tam subita fidei lux, nisi de prædicato Iesu? Nec tantum lux est nomen Iesu, sed & cibus est. An non totiens confortaris, quotiens recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? quid ita exercitatos reparat sensus? virtutes roborat? vegetat bonos mores atque honestos? castas fouet affectiones. Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur. Insipidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde nubilus. Est & medicina. Tristatur aliquis vestrum? veniat in cor eius Iesus, & inde saliat in os: & ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, & redit serenum. Labitur quis in crimen, currit insuper ad laqueum mortis desperãdo: nónne si inuocet nomen vitæ, confestim respirabit ad vitam? Cui in periculis palpitanti & trepidanti, inuocatum virtutis nomen, non statim fiduciam præstitit? depulit metum? Cui in aduersis diffidenti iam iámque deficienti, si nomen adiutorij sonuit, defuit fortitudo? Nihil ita iræ impetum cohibet, superbiæ tumorem sedat, sanat liuoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat auaritiæ, ac totius indecõris fugat pruriginem. Siquidem cùm nomino Iesum, hominem mihi propono mitem & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni denique honestate & sanctitate conspicuum: eundémque ipsum Deum omnipotentem, qui suo me & exemplo sanet & roboret adiutorio. Hæc omnia mihi sonant simul cùm sonuerit Iesus. Hoc tibi electuarium habes ô anima mea, reconditum in vasculo vocabuli huius, quod est Iesus. Salutiferum certè, quóque nulli vnquam pesti tuæ inueniatur inefficax, semper tibi in sinu sit: semper in manu, quo tui omnes in Iesum & sensus dirigantur & actus.

In sentent. Bona & desiderabilis vmbra sub alis Iesu, vbi tutum est fugientibus refugium, gratum fessis refrigerium. Miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Veni Domine Iesu, & aufer scandala de regno tuo: quod est anima mea, vt regnes tu qui debes in ea. Venit enim auaritia, & vendicat in me sibi sedem: iactantia cupit dominari mihi, superbia vult mihi esse rex: luxuria mihi dicit, ego regnabo. Ambitio detractatio, inuidia & iracundia, certant in meipso de meipso, cuius ego potissimum esse videar. Ego autem quantum valeo resisto, renitor quantum iuuor, Dominum meum Iesum reclamo, ipsi me defendo: quia ipsius me iuris esse agnosco. Ipsum mihi Deum, ipsum mihi Dominum teneo, & dico: Non habeo regem, nisi Iesum. Veni ergo Domine, & disperge illos in virtute tua, & regnabis in me: quia tu es ipse rex meus, & Deus meus.

Ex for. ho. vitæ. Sit tibi Iesus semper in corde, & nunquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi sit cibus & potus, dulcedo & consolatio tua: mel tuum & desiderium tuum: lectio tua & meditatio tua: oratio & contemplatio tua: vita & mors, & resurrectio tua.

DE IGNORANTIA.
Cap. cvj.

Ignorantiæ filiæ duæ.

Ser. 17. sup. Cant. PESSIMÆ matris ignorantiæ, pessimæ filiæ duæ sunt, falsitas & dubietas. Illa miserior, ista miserabilior: perniciosior illa, ista molior. Cùm loquitur spiritus, cedit vtraque.

Ser. 35. sup. Cant. Ignorans, ignorabitur, siue se, siue Deum ignorare contingat. Vtrunque sine dubio. Vtraque damnabilis est ignorantia, vtralibet sufficit ad perditionem.

Ignorantia an semper sit damnabilis.

Ser. 36. sup. Cant. Indagandum est nobis, an ne ignorantia omnis sit damnabilis, & mihi videtur quidem non esse. Neque enim omnis ignorantia damnat: sed multa & innumera esse, quæ nescire liceat absque diminutione salutis. Verbi gratia: Si ignoras fabrilem artem, seu carpentariam, aut cementariam, & quæcunque istiusmodi sunt artes, quæ ad vsus vitæ huius præsentis ab hominibus exercentur, nunquid impedit ad salutem? Etiam absque omnibus illis artibus quæ liberales dicuntur quanuis honestioribus vtilioribúsque studiis, & discantur & exerceãtur: quamplurimi homines salui facti sunt, placentes moribus atque operibus. Quantos annumerat Apostolus in epistola ad Hæbræos factos dilectos, non in scientia literarum, sed in conscientia pura, & fide non ficta? Omnes placuerunt Deo in vita sua, vitæ meritis, non scientiæ. Petrus & Andreas, & filij Zebedei, cæteríque condiscipuli omnes, non de schola Rhetorum assumpti sunt, & nihilominus tamen Saluator per ipsos operatus est salutem in medio terræ. Non in sapientia quæ in ipsis esset, plusquam in cunctis viuentibus, quemadmodum sanctus aliquis de semetipso confessus est: sed in fide & lenitate eorum saluos fecit illos, etiam & sanctos, etiam & magistros. Denique mundo notas fecerunt vias vitæ, & non in sublimitate sermonis, aut in doctis humanæ sapientię verbis: sed sicut placuit Deo, per stultitiam prædicationis eorum saluos facere credentes, quia mundus eum in sua sapientia non cognouit.

DE IMPVNITATE.
Cap. cvij.

Lib. 3. de Consid. IMpunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix.

Ibidem. Inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides negligentésque rectores.

DE INCARNATIONE CHRISTI.
Cap. cviij.

Mixtura quam fecit Deus in assumptione nostræ carnis, triplex.

Ser. 3. in vig. nat. Do. TRia opera, tres mixturas fecit omnipotens illa maiestas in assumptione nostræ carnis, ita mirabiliter singularia, & singulariter mirabilia: vt alia nec facta sint, nec facienda sint amplius super terram. Coniuncta sunt quippe adinuicé Deus & homo: mater & virgo: fides & cor humanum. Admirabiles istæ mixturæ, & omni miraculo mirabilius: quomodo tam diuersa abinuicem potuere coniungi? Contraxit maiestas, vt quod melius habebat, videlicet seipsum, limo nostro coniungeret, & in persona vna sibiinuicem vnirentur Deus & limus: maiestas & infirmitas: tanta vilitas & sublimitas tanta. Nihil enim Deo sublimius, nihil limo vilius: & tamen tanta dignatione deus descendit in limum, tantáque dignitate limus ascendit ad Deum, vt quicquid Deus fecit, limus fecisse credatur: quicquid limus pertulit, Deus in illo pertulisse dicatur, tam ineffabili, quàm incomprehensibili sacramẽto. Et hæc prima & superexcellens mixtura: & hæc prima inter tres.

Secunda est virgo & mater, vtique & ammirabilis & singularis. A seculo non est auditum, quòd virgo esset quæ peperit, quòd mater esset quæ virgo permansit. Nunquid iuxta rerum ordinem virginitas est, vbi fœcũditas prædicatur: nec fœcunditas vbi virginitas honoratur? Sola hæc est in qua virginitas & fœcunditas obtiauerunt sibi. Ibi semel factum est, quod factum non fuerat, nec fiet in æternum: quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem.

Tertia est fides & cor humanum, & hæc quidẽ prima & secũda inferior: sed non minus fortis. Mirum eñ quomodo cor humanum his duobus fidem accommodauit: quomodo credi potuit quòd Deus homo esset: quòd manserit virgo, & peperisset. Quomodo hoc potuit persuaderi humano generi, vniuerso orbi terrarum? Et tam facilè, tam potenter persuasum est: vt mihi hoc credibile faciat credentium multitudo. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus elegerunt mille mortibꝰ mori, q̃ vel ad momentũ ab ista fide deficere, &c.

Diabolo

Diabolo celandum fuit dominicæ incarnationis sacramentum.

Ser. 2. sup. Missus est. OPortebat à principe mundi aliquamdiu celari diuini cõcilij sacramentum: nõ quòd Deus si palam opus suum facere vellet, impediri ab illo metueret: sed quia ipse qui nõ solum potenter, sed etiam sapienter quæcunque voluit fecit. Sicut in omnibus operibus suis quasdam temporum vel rerum cõgruentias propter ordinis pulchritudinem seruare consueuit: Ita in magnifico opere suo nostræ redemptionis, non tãtum potentiam, sed & prudentiam ostendere voluit. Et quãquam illud aliter modo quo vellet perficere potuisset, placuit ei tamen eo potius & modo, & ordine hominem sibi reconciliare, quo nouerat cecidisse: vt sicut diabolus priu s fœminam seduxit, & postmodum virum per fœminam vicit: ita prius à fœmina virgine seduceretur, & post à viro Christo aperrè debellaretur: quatenus malitiæ fraudi dum ars pietatis illuderet, ac maligni fortitudinem Christi virtus contereret, diabolo Deus & prudentior appareret, & fortior. &c.

Christi benignitas ex eius incarnatione potissimum emicat.

Ser. de diuig. deo. In nullo sic Deus commendat charitatem suam, quomodo in mysterio incarnationis eius & passionis: in nullo sic reuelatur eius pietas, in nullo sic apparet benignitas, quomodo in humanitate, Apostolo teste, qui ait, Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei.

Distinctio trium graduum dominicæ incarnationis.

Lib. 3. de Consid. Aduertere est in mirabili sacramento Dominicæ incarnationis mirę & decentissimæ distinctionis gradus: nouum, antiquum, æternum. Nouum, animam que de nihilo tunc creata creditur cum infusa. Antiquum, carnem, quæ à primo homine Adam traducta cognoscitur. æternum, Verbu quod ab æterno patre coæternum sibi genitum iudubitata veritate asseritur.

Ser. 2. in Natiuit. do. Verbum enim quod in principio apud Deum erat: Deus erat: anima quæ de nihilo creata est, & ante non erat. Caro quę de massâ corruptionis, sine corruptione diuino segregata artificio, qualis iam nulla caro erat, vinculo indissolubili in personæ coiuit vnitatem. Habes in his triplex genus potentiæ: Quod non erat creatum: quod perierat reparatum quod super omnia erat, paulo minus ab angelis minoratum.

DE INFERNO. Cap. cix.

Mortis hora sit semper tibi suspecta.

IN omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non pecabis, mortis horrorem, iudicij tremendũ discrimen, ardentis gehennæ metum, ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiatis. Cogita peregrinationis tuæ miseriam, recogita annos tuos in amaritudine animæ tuæ, cogita vitæ humanæ pericula. Cogita fragilitatem propriam, & in huiusmodi cogitatione si perseueraueris, dico tibi parũ senties quicquid foris videtur esse molestum, dũ toto corde circa interiorem molestiam occuparis

In 8. sup Cant. hab.

Iusti videbunt iniustos in pœna.

Prius benedicti vocabuntur in regnum, quàm maledicti in caminum deiiciantur ignis æterni, quo videlicet acrius doleant, videntes quid amiserint. Sic iusti quoque videbunt & lætabuntur, considerantes quid euaserint. In illa ergo tanta separatione, quemadmodum hedis agnorum diuisio grauissimi liuoris occasio fiet: sic electis è regione consideratio reproborum, immensa quædam materia gratiarum actionis & laudis. Vnde enim iusti tam magnificè gratias agerent, nisi cũ illa inexcogitabili fœlicitate qua perfruuntur, ipsam quoque retributionem cernerent iustorum, à quibus equidem sola misericordia redemptoris segregatos sese fidelissimè & demissimè recordantur? Vnde vero impij tanto animi feruore tabescerent, nisi in regnum summę beatitudinis coram sese videssent alios introduci: & tunc demum in illos sese fœtores in illos horrores, in illos æterni incẽdij cruciatus, in illas deni que immortalis mortis miserias gemerent sese damnatos? Ibi enim (inquit) erit fletus & stridor dentium. Fletus quidem ob ignem qui non extinguitur: stridor verò ob vermem qui non moritur. Planè fletus ex dolore, stridor dentium ex furore. Fletum nempe tormẽtorum immanitas, stridorem dentium vehementia ipsa tabescentis inuidie, & obstinata malignitas extorquebit.

In inferno nulla est redemptio.

Ibidem. Erit tunc non misericordiæ tempus, sed iudicij: nec vlla omnino credẽda est erga impios futura illic miseratio, vbi nec vlla speranda est correctio.

Ibidem. Semper malum pœna comitatur.

Ser. 11. *Pœna infernalis nullo terminatur fine.*

Lib. de pœnis sec. suos int. cap. 5. Post mortem ipsius peccati & carnis, quodammodo similis videbitur esse conditio: vt quemadmodum culpa semper puniri poterit, nec vnquam poterit expiari: sic nec in corpore aliquando tormenta finiri, nec corpus ipsum exinaniri valeat in tormentis. Merito quidem vltio sempiterna desæuiet, quod nunquam possit culpa deleri: & nec substantia carnis deficiet, ne simul cogatur etiam afflictio carnis terminari.

In inferno pares paribus sociantur.

Lib. Medit. cap. 3. Sic ignis in inferno consumit, vt semper reseruet: sic tormenta aguntur, vt semper renouẽtur. Iuxta verò qualitatem culpæ, pœnam sustinebit vnusquisque gehennæ: & similis culpæ rei, suis similibus iungentur cruciandi. Nihil aliud ibi audietur, nisi fletus & plãctus, gemitus & vlulatus, mœrores atque stridores dentium: nihil que ibi videbitur, nisi vermes, & laruales facies tortorum, atque teterrima mõstra dęmonum. Vermes crudeles mordebũt intima cordis. Hinc dolor, inde pauor: gemitus, stupor, & timor horrens: ardebuntque miseri in igne æterno, in æternum & vltra. In carne eteciabũtur per ignem: in spiritu, per cõscientiæ vermem. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor incõparabilis: mors animæ & corporis, sine spe veniæ & misericordiæ Sic tamen morientur, vt semper viuant & sic viuent, vt semper moriantur.

In inferno impiorum pœna quanta.

Ibidem. Quis putas tunc mœror erit, quis luctus, quæ tristitia, cum separabuntur impij à consortio iustorum, & à visione Dei: & traditi in potestatẽ dæmonum, ibunt cum ipsis in ignem æternũ, ibique erunt sine fine in luctu & gemitu Procul quippe exiliati à te orti paradisi patria: cruciabuntur in gehenna perpetua, nunquam lucem visuri, nunquam refrigerium adepturi: sed milia miliũ in inferno cruciãdi, nec vnquã inde liberandi, vbi nec qui torquet fatigatur, nec qui torquetur fatigatur vel aliquando moritur. Sic enim ignis consumit ibi vt semper reseruet: sic tormenta aguntur, vt semper renouentur.

Lib. de inf. do. cap. 63. Horrendum gehennæ supplicium, in quo sunt tenebræ exteriores: vbi nulla confessio, vnde nemini datur exire.

Timor gehennæ à peccatis retrahit.

Si amor Dei te tenere non potest, saltem teneat & terreat timor iudicij, metus gehennæ, laquei mortis dolores inferni, ignis vrens, vermis corrodens, sulfur fœtens, fœtens flamma tartarea & omnia mala.

Conscientiæ malæ vermis, nunquam moritur.

Lib. 5. de Consid. O quàm malè mali omnes locati sunt. Vident, vt confundantur: & non vident, ne consolentur. A quo, vel à quibus videntur? Ab omni vidente, vt pro multitudine intuentium, sit confusio multa. Atque nullus de tãta numerositate spectantium molestior oculus cuiusque suo. Non est aspectus siue in cœlo, siue in terra, quem tenebrosa conscientia suffugere magis velit, minus possit. Non latent tenebræ, vel seipsas se vident, quæ aliud non vident. Opera tenebratum sequuntur illas. Non est quo se abscondant ab illis. Hic est vermis qui nõ moritur memoria præteritorum. Semel iniectus vel potius humatus per peccatum, hæsit firmiter, nequaquam deinceps auellendus. Nec cessat rodere conscientiam, eaque pastus esca vtique incõsumptibili perpetuat vitam. Horreo vermem mordacem, & mortem viuacem. Horreo incidere in manus mortis viuentis, & vitæ morientis. Hæc secunda mors quæ nunquam peroccidit, sed semper occidit,

Tormentorum finis in inferno nullus.

In sentent. Cruciatus illos & tormenta nullus terminus finit, nullus animus sufficit cogitare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impij in inferno sic moriuntur vt semper viuant: sic viuunt, vt semper moriantur.

Ibidem. Vbi nimirum peccati ipsius & carnis quodammodo similis videbitur esse conditio: vt quemadmodum culpa semper puniri poterit, nec vnquam poterit expiari, sic nec in corpore aliquando tormenta finiri, nec corpus ipsum exinaniri valeat in tormentis. Meritò quidem vltio sempiterna desæuiet, quod nunquam possit culpa deleri, nec substantia carnis deficiet, ne similis cogatur etiam afflictio carnis terminari hæc fratres mei qui pauet, cauet: qui negligit, incidit.

DE IVDICIO DEI FVTVRO. Cap. cx.

Christus modò amabilis, in iudicio erit terribilis.

Ser. 2. de epiph. IN hoc exilio Christus est mansuetus & amabilis, in iudicio iustus erit & terribilis, in regno gloriosus & admirabilis. Hic ergo rector est morum, in iudicio discretor meritorum, in regno distributor meritorum.

Iudicium Dei semper ob oculos mentis habendum.

Ser. 15. sup. Qui habit. Iudicium districti iudicis vestigemus fratres, & eò amplius frequentemus in timore & tremore ipsius consideration em, quò minus comprehendere possumus inuestigabilem abyssum iudiciorum Dei, & irrefragabilem dispositionem. Cum hoc timore, spes habet meritum, cum hoc metu fructuosè speratur, &c.

Ibid. ser. 8 Quid tam pauendum, quid tam plenum anxietatis, & vehementissimæ solicitudinis excogitari potest, quàm iudicandum astare illi tam terrifico tribunali: & incertam adhuc sub tam districto iudice expectare sententiam?

Ibidem. Erit enim tunc non misericordiæ, sed iudicij tempus: nec vlla omnino credenda est erga impios futura illic miseratio, vbi nulla speranda est correptio. Iudicemur interim fratres, & terribilem illam expectationem studeamus præsenti declinare iudicio.

Ser. 4. de Aduent. Quicunque enim iudicari dissimulant eo iudicio quo nũc est, in quo princeps huius mundi eiicietur foras: iudicem expectent vel magis timeant, à quo cum ipso principe suo foris eiicientur & ipsi.

Qui hic se iudicat, non iudicabitur à Deo.

Ser. 55. sup. Qui habit. Verendum valde cùm ad hoc ventum fuerit, ne in tam subtili examine, multæ nostræ iustitiæ (vt putantur) peccata appareant. Vnũ est tamen, si nosmetipsos diiudicauerimus, non vtique iudicabimur. Bonum iudicium quod me illi districto diuinoque iudicio subducit & abscondit. Volo vultui iræ iudicatus præstari, non iudicandus

In iudicio Deus non fallitur.

Epist. ad Robert. Monach. Veniet, veniet qui malè iudicata reiudicabit: illicitè iurata confutabit, qui faciet iudicium iniuriam patientibus. Veniet inquam veniet dies iudicij, vbi plus valebunt pura corda, quàm astuta verba: & conscientia bona quàm marsupia plena. quandoquidem iudex ille non falletur verbis, nec flectetur donis.

In sentent. Vbi iudex teste non indiget, vbi veritas discutit intentiones, vbi inquisitio culparum pertingit ad abdita cordis. Vbi denique secretissimos recessus mentium diuinus ille inuestigat intuitus: & ad subitum illum solis fulgorem animarum expansi sinus cuncta siue bona siue mala euomunt quæ celabant. Ibi facientes & consentientes pari pœna puniuntur. Ibi fures & socij futum similem sunt expectaturi sententiam. Ibi par subibunt iudicium, & qui lactant, & qui lactantur peccatorum.

DE INDVLGENTIA. Cap. cxj.

Deus natura benignissimus.

Ser. 3. de sept. panib. SVnt aliqui sic donantes iniuriam, vt non vlciscantur, sæpius tamen improperent. Sunt & alij, qui fileant licet, manet tamen alta mente reposta: & rancorem tenent in animo, quarum vtique neutra plena indulgentia est. Longè ab his hominibus benignissima est diuinitatis natura: liberaliter agit, ignoscit plenariè: ita vt propter fiduciam peccatorum (sed pœnitentium) vbi abũdauit delictum, soleat & gratia superabundare. Testis est Paulus gẽtium doctor, qui plus omnibus cum diuina gratia laborauit. Testis est Matthæus de theloneo electus in apostolum, cui etiam noui Testamenti primum scriptorem esse donatum est. Testis est, cui post trinam negationem, totius Ecclesiæ pastoralis cura commissa est. Testis denique etiam famosissima illa peccatrix, cui in ipso conuersionis initio, tanta multitudo dilectionis concessa est, tanta postmodum indulgentia gratia familiaritatis. Quis accusauit Mariam, & pro se eam oportuit respondere? Si pharisæus murmurat, si Martha conqueritur, si scandalizantur Apostoli: Maria tacet, Christus excusat, etiam & laudat tacentem.

DE INGRATITVDINE. Cap. cxij.

Ingratitudo hostis ex gratia.

PEremptoria res est ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis. Dico ego vobis, quoniam pro meo sapere, nihil ita displicet Deo, quemadmodum ingratitudo. Vias enim obstruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia accessum non inuenit, locum non habet. *Ser. 3. de sept. panib.*

Cor peruersum.

Peruersi cordis est, occasiones ingratitudinis vestigare. Nemo id facit, nisi qui etiam gratis esset ingratus. *Ser. 14. sup. Qui habit.*

Ingratitudo profectus nostri impedimentum.

Sola nos à profectu conuersationis impedit ingratitudo nostra, dum quodammodo amissum reputans dator, quod ingratus accepit: cauet sibi de cætero, ne tanto plura ingrato conferret. Et idcirco clementia esse videtur, ingratis negare quod postulant: ne contingat nobis, vt tantò grauius de ingratitudine iudicemur, quantò magis accumulatis beneficiis ingrati probabimur extitisse. Fœlix autem qui gratiam ad singula dona gratię reddit, ad eum in quo est plenitudo omnium gratiarum: cui dum nos pro acceptis non ingratos exhibemus, locum in nobis facimus gratiæ, vt maiora adhuc accipere mereamur. *Ser. contra ingrat.*

DE INOBEDIENTIA. Cap. cxiij.

Inobedientia quando criminalis.

ELatio contemnentis, atque impœnitentis obstinatio, in minimis quoque mandatis, culpam facit non minimam: & conuertit in crimen grauis rebellionis, neuum satis leuem simplicis transgressionis. Et si omnis inobedientia inexcusabiliter sit culpabilis, nulla tamen æternaliter damnabilis, nisi quam remedium pœnitentiæ non sanat: nulla est lethaliter criminalis, nisi quæ contemptum superbiæ non euitat. *Li. de præc. & disp.*

DE INTELLECTV. Cap. cxiiij.

Intellectus multipliciter distrahitur.

DVo sunt quæ in nobis purganda sunt, intellectus & affectus. Intellectus vt nouerit, affectus vt velit. Hi sæpius sibi inuicem aduersantur: vt alter summa petere, alter appetere infima videatur. Quantus verò is dolor, quàm grauis animæ cruciatus, dum sic distrahitur, sic dilaceratur, sic abrumpitur à seipsa. Intellectus verò tunc deprimitur, cùm multa cogitat, cùm nõ colligit se circa vnam & vnicam meditationem, quæ concipitur de ciuitate illa cuius participatio eius in idipsum. Huiusmodi intellectum oportet deprimi & distrahi per multa multis & multiplicibus modis. Affectiones verò corrupto corpore diuersis passionibus afficiuntur, *Ser. 3. de Ascens.*

ciuntur & mitigari nũquam possunt, ne dicam sanari, donec voluntas vnum quærat & intendat ad vnum.

DE INTENTIONE. Cap. cxv.

Renouatio nostra in quibus consistat.

Lib. de gr. & lib. ar. PEr virtutum exercitia constat interiorem hominem nostrum renouari de die in diem, dum & intentio terrenis iucuruata curis, de imis paulatim ad superna resurgit: & affectio circa carnis desideria languens, sensim in amorem spiritus conualescit: & memoria veterum operum turpitudine sordens nouis bonisque actibus candidata indies hilarescit. In his nempe tribus interior renouatio consistit, rectitudine scilicet intentionis, puritate affectionis, recordatione bonæ operationis: per quam benè sibi conscia memoria enitescit.

Duo intentioni necessaria.

In sentent. Pura erit intentio, si in omni actione nostra, aut honorem Dei, aut edificationem proximi, aut bonam conscientiam quæramus. Duo quidem in intentione necessaria requiruntur. Res & causa: id est, quid intendas, & propter quid. Ex his sanè duobus, animæ vel decus, vel deformitas indicatur.

DE INVIDIA. Cap. cxvj.

Inuidus aliena fœlicitate torquetur.

Serm. 5. de verb. Esa. QVis tam grauis pruritus oculi, quàm inuidia? nec verò aliis liuor inuidus, quàm qui aliena gloria & fœlicitate torquetur. Miseria enim (vt aiunt) inuidia caret.

Ser. 13. sup. Qui habit. Nosce cupis oculum venenatum, nequam oculum, oculum fascinantem? Inuidiam cogita. Quid verò inuidere, nisi malum videre est? Si non esset ille inuidus, nunquam inuidia mors intrasset in orbem terrarum. Væ misero homini, quòd inuidum non præuidit. Superemus hoc vitium dum adhuc viuimus, si post mortem volumus ministrum tantæ nequitię non timere. Nemo alterius bonum inuido aspiciat oculo. Nempe hoc ipsum iam quod in se est, tabe sua, illud inficere, & quodãmodo interficere est. Qui hominẽ odit, homicidam illum veritas ipsa testatur. Quid & ille qui bonum odit in homine, nunquid non homicida poterit appellari? Adhuc viuit homo, & iam reus est mortis eius. Adhuc ardet ignis quẽ Dominus Iesus misit in terram: & qui inuidus est, tanquam qui spiritum extinxerit iam damnatur.

Inuidia sibi nocua.

Lib. de inter. domo. cap. 42. Inuidia est animi tinea, sensum comedit, pectus vrit, mentem afficit, cor hominis quasi quædam pestis depascit, & cũcta bona ardore pestifero deuorat. inuidus alienum bonum, suum facit inuidendo peccatum.

In epist. ad Ada. mo. O quisquis es qui saluti inuides alienæ, parcito vel tuæ. Si enim vbi inuidia, ibi mors: profectò non potes simul & inuidere & viuere. Veruntamen mentiẽtes nosmetipsos nobis, sentimus aliqui nostrum pro nostræ imperfectionis experientia quàm rara virtus sit, alienæ non inuidere virtuti, nedum gaudere ad illam, nedum etiam tantò plus, quàm ad propriam quemque gratulari, quantò perpendit se in virtute seperatum.

Ibidem. Quomodo proficere possum, qui fratri proficienti inuideo? Si doles quod inuides: sentis, & non consentis. Passio est quandoque sanandi, non actio condemnandi. Tantum non illic resideas, iniquitatem meditans in cubili tuo, qualiter videlicet foueas morbum, satisfacias pesti, persequaris insontem, bene ab illo gesta calumniando, deprimendo, peruertendo, atque impediendo gerenda. Alioquin non nocet ambulanti & extendenti se ad meliora: quod iam non ipse operatur, sed quod habitat in eo peccatum.

DE IRA DEI. Cap. cxvij.

Ira Dei duplex.

Ser. 42. sup. Cant. SI zelus Domini te deseruerit, & amor: nec eris amore dignus, qui indignus castigatione cẽseris. Tunc enim magis irascitur Deus, cùm non irascitur. Misereamur impio (inquit) & non discet facere iustitiam. Misericordiam hanc ego nolo. Super omnem iram miseratio ista, sepiens iustitiæ mihi vias. Volo mihi irascaris Pater misericordiarum, sed illã ita quã corrigis deuium, non qua extrudis de via. Illud tua nobis benigna animaduersio parit: hoc formidulosa nutrit dissimulatio. Non cùm ego nescio, sed cùm ego sentio te iratũ, tunc maximè confido propitium. Etenim cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

DE IRACVNDIA. Cap. cxviij.

Ira & nimia pietas subuertunt iudicium.

OPortet innotescat tibi zelus tuus, clementia tua, discretio quoque mediatrix earũdem virtutum. Qualis videlicet in donandis iniuriis, qualis sis in vlciscendis: quàm prouidus in vtroque, modi, loci, temporis obseruator. Prorsus considerãda tria hæc in vsu virtutum harum ne non sint virtutes, si præter hæc reperiantur. Nempe eiusmodi virtutes non natura, sed vsus facit. Nam ex se indifferentes esse nosceuntur. Tuum est aut abutendo & confundendo facere vitia: aut benè ordinatéque vtendo virtutes. Solent discretionis oculo caligante alterutrum sibi præripere loca, terminos occupare. Porrò caliginis duæ sunt causæ: Ira & mollior affectus. Is iudicij censuram eneruat, illa præcipitat. Quo enim ab altero non periclitetur, aut pietas clementiæ, aut zeli rectitudo? Turbatus præ ira oculus, clementer nil intuetur: suffusus fluxa quadam & muliebri mollicie, animi rectum non videt. Non eris innocens, si aut punias eum cui fortè parcendum esset: aut parcas ei, qui fuerat puniendus. *Lib. 2. de Consider.*

Irascendum quibus.

Affectio naturalis ira hominum est, sed abutentibus bona naturæ, grauis perditio est, & miseranda pernicies. Nolite autem irasci eis qui transitoria bona vobis auferunt, qui conuitia inferunt, qui ingerunt fortè supplicia, & post hoc faciunt nihil. Ostendam autem vobis, cui debeatis irasci: Irascimini ei quæ sola vobis nocere potest, sola facere vt omnia illa non prosint. Vultis scire quænam illa sit? Iniquitas propria. Ita dico vobis, huic irascimini. Nulla enim nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Qui perfectè huic irascitur, cæteris nõ mouetur, magis & amplectitur ea. *Ser. 13. sup. Qui habit.*

Ira vbi res exegerit, sit temperata.

Irascere, & noli peccare. Peccabis autem non minus, nimis irascendo, quàm omnino non irascendo. Siquidem non irasci, vbi irascendum sit, nolle emendare peccatum est. Plus verò irasci quàm irascendum sit, peccatũ peccato addere est. Quod si malum est peccatum non emẽdare, quomodo malum non erit augmentare? Nemo magis iram meretur, quàm amicum simulans inimicus. *Epist. ad Guid. abb. & lib. de perfe. iust. cap. 27.*

DE IVSTITIA. Cap. cxix.

Iustitia sit temperata.

SIcut iste corporeus sol, licet bonus sit, & valde necessarius, tamen & feruor eius si temperatus non fuerit, infirmo capiti, & splendor infirmis oculis nocet: nec est solis culpa, sed infirmitatis: sic etiam sol iustitiæ est. Vnde & dicitur: Noli nimium iustus esse. Non quòd iustitia bona non sit, sed quia dum adhuc infirmi sumus, oportet ipsa bona, gratia temperari: ne fortè elationis aut indiscretionis vitium incurramus. *Ser. 4. sup. Qui habit.*

Iustitiæ fructus quantus.

Tantus est pietatis fructus, tanta iustitiæ merces, vt ne ab ipsis quidem non desiderari queat impius & iniustus. Nam & pseudoprophetam Balaam dico, & ipse inquam iniquis, iustorum mortem optabat, & nouissima sua horum similia fieri precabatur. *Ibid. ser. 7.*

Iustitia quid.

Iustitia est virtus, quod suum est vnicuique tribuens. Tribue ergo omnibus quæ sua sunt: redde inferiori, redde æquali, cuique quod debes. Redde inquam reuerentiam *Serm. 3. de Aduent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

prælato & obedientiam : quarum altera cordis, altera corporis est. Nec enim sufficit exterius obtemperare maioribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Sic & fratribus nostris, inter quos viuimus, ipso iure fraternitatis & societatis humanæ, consilij sumus & auxilij debitores. Hæc enim volumus vt & ipsi nobis impendant consilium, quo erudiatur ignorantia nostra. Auxilium, quo iuuetur infirmitas nostra. Sed nullum ego consiliũ melius arbitror, quàm si exemplo tuo fratrem tuum sic docere studeas quæ oporteat, & quæ nõ oporteat fieri: prouocans eum ad meliora, consulens ei, non verbo neque lingua, sed opere & veritate. Si talem te fratri consiliarium & auxiliarium exhibes, reddis ei quod debes, nec habet vnde causetur. Porrò si cui fortè prælatus es, huic sine dubio teneris debitor solicitudinis amplioris. Debes ei custodiam, vt non regnet in eo peccatum, nec membra tua arma fiant iniquitati. Debes & disciplinam, vt dignos faciat pœnitẽtiæ fructus, castigatum & subditum seruituti.

Ser. 4. de epiph. Est autem iustitia quædam stricta & angusta valde, nec præponere se æquali, nec æquari præposito. Huius diffinitio est, reddere vnicuique quod suum est. Altera latior & amplior iustitia, nec æquari se pari, nec inferiori se præponere. Sicut enim grandis & grauis superbia est præferre se æquali aut æquare prælato: ita magnæ humilitatis est inferiorem se exhibere æquali, aut æqualem inferiori. Maxima plena est iustitia, se inferiorem exhibere etiã ipsi inferiori. Sicut enim summa & intolerabilis superbia est, superiori se præponere: ita inferiori se subdere summa & plena iustitia est. Studeamus obsecro adimplere omnem iustitiam: ipsa enim est via, per quam ad lætitiam venitur. Nam lætitia præmium est: iustitia verò meritum & materia.

Iustitia & pace decoratus, gaudium meretur spiritale.

In sentent. Exhibent angeli iustitiam Deo, pacem nobis, gaudium sibi. Sic & tu ô homo noli prius rapere quod tuum est, & iustitiam quam Deo debes, & pacem quam proximo debes contemnere. Iustitia virtus est, reddens vnicuique quod suũ est. Tu non solum iustitiam, sed multas & multiplices iustitias debes creatori. Quicquid es, quicquid potes, debes creanti, redimenti, vocanti. Sed cùm iustitiam feceris, fac & pacem. Quandiu enim sumus in hoc vase testeo & fragilitate complexionis humanæ, non possumus inueniri scandalorũ prorsus immunes. Si igitur recordatus fueris, quòd frater habet aliquid aduersum te, sis humilis ad veniam petendam. Si tu habes aduersus illum, sis facilis ad dandam, & omnia membra erunt in pace. Sic enim ad duo ista charitatem & humilitatem paratissimi, non poterimus dissentionem sentire. Sic enim procedentibus, erit gaudium in Spiritusancto. Non quidem gaudium carnale, non gaudium seculare, non cuius extrema luctus occupat: sed in quod magis tristitia vertitur. Non denique gaudium eorum qui lætãtur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis: sed gaudium in Spiritusancto. Vnde autem hoc gaudium, nisi de iustitia & pace procedit?

Iustitia quadruplex.

Serm. 5. de verb. Isa. vidi dom. Iustitia dei sublimis est: nostra enim si qua est, humilis est: recta forsitan, sed non pura. nisi fortè meliores nos esse credimus quàm patres nostros, qui non minus veraciter quàm humiliter aiebant: Omnes iustitiæ nostræ, tanquam pannus menstruatæ. Quomodo enim pura iustitia, vbi adhuc non potest culpa deesse? Recta proinde videri potest iustitia hominum, si tamen peccato non consentiant, vt non regnet in mortali eorum corpore. Nam primi hominis in initio non modò recta, sed etiam pura fuit, quandiu ei datum est nec sentire peccatum. Cæterum & ipsa quoniam firma non fuit, & puritatem facilè perdidit, & nec ipsam quoque retinuit rectitudinem suam. Sanè apud angelos iustitia recta, pura & firma est: sublimis quidem, sed adhuc longè inferior quàm diuina. Illa ergo iustitia verissimè sicut mons est, quæ recta est, quæ pura est, quæ firma est: & vt ita dixerim, etiam substantiua est.

DE IVSTIS. Cap. cxx.

Iustorum hominum genus triplex.

In sentent. Est iustus qui in principio sermonis accusator est sui: & est iustus, qui ex fide viuit: & est iustus qui absque terrore est. Et primus quidem bonus est, quia accedit ad vitam, secũdus melior, quia currit per viam: tertius optimus, quia iam appropinquat ad finem vitæ.

DE LABORE. Cap. cxxj.

Serm. de S. Benedict. abb. Qvi seminauerunt laborem & vtilitatem, metent honorem pariter & quietem.

Labor in omnibus.

Ser. de nouiss. Omnis labotis remedium, alterius laboris initiũ est. Nemo in hoc seculo nequam quod vult habere potest: quandoquidem nec iustus iustitia satiatur, nec voluptuosus voluptate, nec curiositate curiosus, nec ambitiosus inani gloria.

Serm. 46. sup. cant. Præposterus ordo est, ante meritum exigere præmium, & ante laborem sumere cibum, cùm dicat Apostolus: Qui non laborat non manducet.

Homo ad laborem natus.

In tract. Ecce nos reliq. Misera sanè & extremę plena dementiæ commutatio, humanum declinare laborem, & paratum diabolo stridorem emere sempiternum. Neque enim ad hoc nos de paradiso vocatos animaduersio diuina eiecisse videtur, vt alterum sibi hic paradisum adinuentio humana pararet. Homo ad laborẽ natus, si ergo laborem refugit, non facit ad quod natus est, ad quod venit in mundum.

Ex tract. de ordine vitæ. Vbi maior labor, ibi merces erit amplior.

DE LACHRYMIS. Cap. cxxij.

In sentent. Qvosdam lugentes video, sed si de corde procederent illæ lachrymæ, non tam facilè ilico soluerentur in risum. Nunc autem cùm abundantius otiosa & scurrilia verba profluant, quàm prius lachrymæ: lachrymas huiusmodi de his esse non arbitror, quibus consolatio diuina promittitur: quãdoquidem post illas tam facilè consolatio vilis admittitur. Vide etiam in tit. compunctio.

DE LAVDE DEI. Cap. cxxiij.

Serm. 11. sup. cant. Nihil ita propriè quendam in terris representat cœlestis habitationis statum, sicut acritas laudantium Deum, scriptura dicente: Beati qui habitant in domo tua Domine in secula seculorum laudabunt te,

DE LAVDE HOMINIS. Cap. cxxiiij.

Serm. 13. sup. cant. Qvicquid hîc fauoris captas, quod ad Deum non retuleris, ipsi furaris.

Verecundiæ proprietas.

Ser. 86. sup. cant. Quid tam propriũ verecundiæ, quàm proprias vitare laudes, vitare iactantiam?

Epist. 2. ad Petr. diac. De vniuersali vanitate inest nobis & velle laudari cùm simus vituperabiles: & nolle laudare, quos scimus esse laudabiles.

Epist. 3. ad eund. Non est quidem laudandus homo in vita sua, quæ tentatio est super terram: nec ideo tamen laudandus non est, cùm mortuus peccato, viuit Deo. Vana quidem laus & seductoria, qua laudatur peccator in desideriis animę suę: sed nõ idcirco prædicanda, & multum cõmendanda non erit illius vita, qui potest dicere: Viuo autẽ iam non ego, viuit verò in me Christus. Cùm ergo laudatur homo in qua iam viuit, non ipse sed Christus, & non in sua laudatur, sed in Christi vita: ac per hoc non laudatur cõtra sententiam, quæ prohibet hominem laudari in vita sua.

Contemptor humanæ laudis duo caueat.

Ex epist. ad Qui humanas laudes cõsueuit perfectè contẽnere, cùm se laudari

Heric. Semuel. epis. laudari percipit, de eo quòd in se nouit non esse nullatenus acquiescens, illud sibi commemorat: Qui te beatificant, in errorem te mittunt. Cùm verò laudari se comperit de bono quod se fortè habere cognoscit, nihilominus quantum in se est, scuto veritatis curat à se repellere iaculum fauoris, dans Deo gloriam, dicens: Gratia Dei sum id quod sum. Vide plura in tit. Gloria vana, Fauor.

DE LECTIONE. Cap. cxxv.

Solidæ ac certæ lectioni, non variæ insistendum.

Lib. de vit. solit. Certis horis, certæ lectioni vacandum est. Fortuita enim & varia lectio, & quasi casu reperta, non ædificat, sed reddit animum instabilem: & leuiter admissa, leuius recedit à memoria. Sed certis ingeniis immorandum est, & assuefaciẽdus est animus. In omnibus autem scripturis legentis initium debet esse timor Domini, vt in eo primo solidetur intentio legentis: & ex eo ordinetur & exurgat totius lectionis intellectus & sensus.

Ex schal. Causs. *Lectio quid.*

Ibidem. Lectio, est sedula scripturarum cum animi intentione, inspectio.

Modicum sapida est lectio exterioris literæ, nisi glossam & interiorem sensum sumat ex corde. Vide de hac materia fusius tit. scriptura.

DE LEGE. Cap. cxxvj.

Suam legem constituere, & diuinam negligere, serui ac mercenarij est, non filij.

Lib. de dil. Deo. Seruus & mercenarius habent legem à Domino, sed quàm ipsi sibi fecerunt: ille Deum non amando, iste plus aliud quàm Deum amando, habent inquam legem non domini, sed suam: illi tamen quæ Domini est subiectam. Et quidem suam sibi quique legem facere potuerunt, non tamen eam incommutabili æternæ legis ordini subducere potuerunt. Tunc autem dixerim quemque sibi fecisse suam legem, quando communi & æternæ legi propriam prætulit voluntatem: petuerse vtique volens suum imitari creatorem: vt sicut ipse sibi lex, suique iuris est, ita is quoque seipsum regeret, & legem sibi suam faceret voluntatem.

Ibidem. Alia est lex promulgata à spiritu seruitutis in timore: alia à spiritu libertatis in suauitate. Nec sub illa esse coguntur filij, nec sine ista patiuntur. Bona itaque lex charitas & suauis, quę non solum leuiter suauitérque portatur: sed etiam seruorum & mercennariorũ leges portabiles ac leues reddit: quas vtique non destruit, sed facit vt impleantur, illam temperat, istam ordinat, vtranque leuigat.

DE LIBERTATE. Cap. cxxvij.

Libertas triplex.

Lib. de gr. & lib. ar. Triplex constat esse libertas, à peccato, à miseria, à necessitate. Hanc vltimo loco positam, contulit nobis in conditione natura. In prima restauramur à gratia, media nobis reseruatur in patria. Dicatur ergo prima libertas naturæ, secunda gratiæ, tertia vitæ vel gloriæ. Porrò, nempe in liberam voluntatem ac voluntariam libertatem conditi sumus nobilis Deo creatura. Prima ergo libertas habet multum honoris, secunda plurimum & virtutis, nouissima cumulum iocunditatis. Ex prima quippe præstamus ceteris animantibus, in secunda carnem, per tertiam mortem subiicimus.

DE LINGVA. Cap. cxxviij.

Lingua incontinens quantum incommoditatis hominibus afferat.

Ser. de tri. custodia. Qvis sanè numeret quantas modicum linguę membrum contrahat sordes: quàm multiplex in labiis incircũcisis immunditia coaguletur: q̃ sit grauis pernicies oris incircunspecti? Est em̃ lingua dissoluta in sermonib⁹ otiosis: est lingua impudica, est & magniloqua: quarũ prima lasciuiæ, sequens arrogantiæ famulatur. Est etiã lingua dolosa, & item lingua maledica, quarũ altera in falsiloquã & adulatoriã subdiuiditur, altera verò nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. Quod si de omni, vel otioso verbo, quodcunque locuti fuerint homines, Deo sunt reddituri rationem in die iudicij: quantò districtius de verbo mendaci, mordaci & iniurioso, de elato vel lasciuo, de adulatorio aut detractorio iudicabuntur? Quàm vera sententia fratres: In multiloquio non effugiendum peccatum. Vt enim præteream cætera, si propterea est otiosum verbũ, quod nullam rationabilem causam habeat: quam rationẽ de eo reddere poterimus, quod est præter rationem? Nemo vestrum fratres parui æstimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis. Siquidem tempus acceptabile, & dies salutis. Volat verbũ irreuocabile, volat tempus irremeabile: nec aduertit insipiens quid amittat. Libet confabulari aiunt, donec hora prætereat. O donec prætereat hora, ô donec pertranseat tempus. Donec hora prætereat, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirẽdam gratiam, ad gloriam promerendam, miseratio conditoris indulget. Donec pertranseat tempus, quo diuinam tibi repropiciare debueras pietatem: properare ad angelicam societatem, suspirare ad amissam hæreditatem: aspirare ad promissam fœlicitatem, excitare remissam voluntatem, flere commissam iniquitatem. Vide fusius infra tit. Verbo cap. ccxvij.

Lib. de inc. domo. cap. 42. Vanus sermo citò polluit mentem: & facilè agitur, quod libenter auditur.

DE LOCO. Cap. cxxix.

Locus sanctus neminem beat.

Ser. de lig. fren. & stipula. Nvsquam est securitas, neque in cœlo, neque in paradiso, multò minus in mundo. In cœlo enim cecidit angelus sub præsentia diuinitatis: Adam in paradiso de loco voluptatis: Iudas in mundo de schola Saluatoris. Hæc idcirco dixerim, ne quis sibi de loco isto blandiatur, quia dicitur: Locus iste sanctus est: quia non locus homines, sed homines locum sanctificant.

Locum mutat non animum, qui trans maria currit.

Lib. de vir. solit. Impossibile est hominem fideliter figere in vno animum suum, qui non prius alicui loco perseueranter affixerit cor suum. Nam qui ægritudinem animi, migrando de loco ad locum effugere nititur: sic est, sicut qui fugit vmbram corporis sui. Seipsum non fugit, seipsum circunfert: locum mutat, non animum.

DE MAGIS. Cap. cxxx.

Ser. 3. de epiph. dic. Cvmque recessissent, magi, & reliquissent Iudæos, ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos. Hinc manifestè datur intelligi, quoniam humanum flagitantes consilium, diuinum amisere ducatum: & conuersos ad terrenum documentum, cœleste deseruit signum.

DE MAGISTRO. Cap. cxxxj.

Præceptor vitet ea quæ non committenda docet.

Ser. de tri. ordinib. Qvæcunque magister docuerit discipulis esse contraria, hæc in suis actibus indicet non agenda: ne fortè submurmurare possit frater quem arguit, & dicere: Medice, cura teipsum.

Lib. 3. de consid. Paui defectique animi est, de subditis non profectũ quærere subditorum, sed quæstum proprium.

Ibidem. Inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides negligentésque rectores.

Ex apo. ad Guil. abb. Ad magistrum respicere dicitur, quicquid à discipulis delinquitur.

DE MANDATIS. Cap. cxxxij.

Septem sunt impedimenta, quibus à mandatorum Dei obseruantia retrahimur.

Serm. 1. de Septuage. Septem sunt impedimenta, quibus à mandatorum obedientia retardamur. Primum enim impedimẽtum est ip-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa necessitas huius miseri corporis. Quod dum modo somnum, modo cibum, modo vestem, cæteráque similia quærit: haud dubiũ quin frequenter impediat nos ab exercitio spirituali. Secundo loco impediunt nos vitia cordis, vt est leuitas, suspitio, impatientiæ aut inuidiæ motus, laudis appetitus, & similia quæ quotidie experimur in nobis. Tertium & quartum impedimentum accipe prosperitatem huius seculi, & aduersitatẽ. Sicut enim corpus quod corrũpitur, aggrauat animam: sic deprimit etiam terrena inhabitatio, sensum multa cogitantem. Vtrunque ergo caue à laqueo tentationis, & quære arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Quintũ impedimentum grauissimum & periculosissimũ, ignorantia nostra est. In multis enim omnino incertum habemus, quid agere debeamus: ita vt quid oremus sicut oportet, nesciamus. Sextum impedimentum noster est aduersarius, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Atque vtinam in istis sex tribulationibus liberaremur, vt vel in septima non tangeret nos malum, nec apprehenderet nos periculum in saltis fratribus. Vtinam soli nos impugnarent maligni spiritus, cum suggestionibus suis: & nihil nocerent homines pernicios exemplis, persuasionibus importunis, sermonibus adulationis, vel detractionis, atq, aliis mille modis.

DE MARIA VIRGINE.
Cap. cxxxiij.

Mariæ partus ineffabilis.

Homil. 2. sũ. Miss. est DEus matrem suam singulari in cœlestibus donaturus gloria, singulari in terris præuenire curauit & gratia: qua videlicet ineffabiliter & intacta conciperet, & pareret incorrupta. Porrò Deum huiusmodi decebat natiuitas, qua non nisi de virgine nasceretur: talis congruebat virgini partus, vt non pareret nisi Deum.

Maria in omni periculo tutissimum refugium.

Ibidem. O quisquis te intelligis in huius seculi profluuio magis inter procellas & tempestates fluctuare, quàm per terram ambulare: ne auertas oculos à fulgore huius syderis si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracũdia, si auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, baratro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso: cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariã inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens, non deuias: ipsam rogans, non desperas, ipsam cogitans, non erras. Ipsa tenente non corruis, ipsa protegente, non metuis: ipsa duce, nõ fatigaris, ipsa propicia, peruenis.

S. Maria omni laude ac præconio est dignissima.

Ser. 4. de Assum. Non est quod me magis delecter, sed nec est quod terreat magis, quàm de gloria virginis Mariæ habere sermonem. Vt enim sileam interim, ineffabile priuilegium meritorum & prærogatiuam penitus singularem: tantò eam deuotionis affectu amplectuntur, honorant suscipiunt, vt dignum est vniuersi: vt licet de ea loqui gestiant omnes, tamen quicquid dicitur de indicibili, eo ipso quod dici potuerit, minus gratum sit, minus placeat, minus acceptetur. Quid nimium sapiat, quicquid de incomprehensibili gloria comprehendere potuerit, mens humana? Ecce enim si in illa laudauero virginitatem, mihi multæ virgines post eam videtur offerri. Si humilitatem prædicauero, inuenientur fortè vel pauci, qui docente Filio eius, mites facti sunt & humiles corde. Si magnificare voluero misericordiæ ẽius multitudinem: sunt aliqui misericordiæ viri, etiam & mulieres. Vnum est in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem: gaudium matris habens, cum virginitatis honore. Optimam partem elegit sibi Maria. Optimam planè, quia bona fœcunditas coniugalis, melior autem castitas virginalis, prorsus autem optima est fœcunditas virginea, seu fœcunda virginitas. Marię priuilegium est, non dabitur alteri: quia non auferetur ab ea, singulare est, sed continuò etiam indicibile inuenitur: vt nemo assequi possit, sic nec eloqui quidem. Quid si illud adiicias, cuius mater? Quæ iam poterit lingua, etiam si angelica sit, dignis extollere laudibus, virginem matrem: matrem autem non cuiuscunque, sed Dei? Duplex nouitas, duplex prærogatiua, duplex miraculum, sed dignè prorsus aptissiméque conueniens. Neque enim filius alius virginem, nec Deum decuit partus alter. Veruntamen non hoc tantum si diligenter attendas, sed cæteras quoque virtutes singulares prorsus inuenies in Maria, quæ videbantur esse communes. Quæ enim vel angelica puritas, virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit Spiritussancti sacrarium fieri, & habitaculum Filij Dei? Si rerum prẽcia, de raritate pensamus, quę prima in terris angelicam proposuit ducere vitam, super omnes est.

Ibidem. Quomodo, inquit, fiet istud? Neque enim modo quo fieri solet in cæteris. Virum penitus non cognosco, nec filij desiderio, nec spe prolis. Quanta verò & quam preciosa humilitatis virtus, cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum conscientia prorsus absque delicto, imò cum tantæ gratiæ plenitudine? Vnde tibi humilitas, & tanta humilitas ô beata? Digna planè quàm respiceret Dominus, cuius decorẽ Rex cõcupisceret, cuius odore suauissimo, ab æternõ illo paterni sinus attraheretur accubitu. &c.

Ibidem. Mirãtur homines Mariam de terra assumptam ad cœlum. Mirentur potius pauperem Christum, de cœlestis regni plenitudine descendentem. Longè enim ampliori miraculo dignum videtur, Dei Filium paulominus ab angelis minorari, quàm Dei matrem super angelos exaltari.

Maria piarum piissima subuenit omnibus.

Homil. 4. sup. Miss. Sileat misericordiam tuam virgo beata, si quis est, qui inuocatam eam in necessitatibus suis, sibi meminerit defuisse. Nos quidẽ seruuli tui cæteris in virtutibus cõgaudemus tibi, sed in hac potius nobisipsis. Laudamus virginitatẽ, humilitatem miramur: sed misericordia miseris dulcius sapit, misericordiam amplectimur charius, recordamur sępius, crebrius inuocamus. Hæc est enim quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetrauit. Per te ô genitrix beata cœlum repletum, infernus euacuatus est: instauratæ ruinæ cœlestis Hierusalem, expectantibus miseris vita perdita data. Sic potentissima & piissima charitas, & affectu compatiẽdi, & subueniendi abundat effectu, æquè locuples in vtroque. Ad hunc igitur fontem sitibunda properet anima nostra. Ad hunc misericordiæ tumulum, tota sollicitudine miseria nostra recurrat, &c.

Vita prodiit, vnde amissa fuit.

Ser. 3. in Visitat. Vehemẽter quidem nobis vir vnus, & mulier vna nocuere: sed gratias Deo, per vnum nihilominus virum, & mulierẽ vnam, omnia restauratur, nec sine magno fœnore gratiarum. Neque enim sicut delictum, ita & donum: sed excedit damni æstimationem, beneficij magnitudo.

Ibidem. Congruum erat, vt adesset nostræ reparationi sexus vterque, quorum corruptioni neuter defuisset.

Deipara virgo Maria omnibus sese accommodat ac præsto est.

Ibidem. Quid ad Mariam trepidat humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile: tota suauis est, omnibus offerens lac & lanam. Reuolue diligentius Euangelicæ historiæ seriem vniuersam, & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectam habeas, & accedere verearis. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitricẽ se fecit: omnibus misericordiæ sinum aperit, vt de plenitudine eius accipiãt vniuersi: captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationẽ, peccator veniam, iustus gratiam, angelus lætitiam: denique tota Trinitas gloriam, Filij persona carnis humanæ substantiam, vt non sit qui se abscondat à calore eius.

Ibidem. Quemadmodũ sol super bonos & malos indesinenter oritur: sic ipsa quoq; præterita non discutit merita, sed omnibus se exorabilem, omnibus clementissimam præbet, omniũ denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu.

Maria

Maria omni veneratione dignissima.

Serm. 1. in Nati. Ma. Altius intuemini quanto deuotionis affectu à nobis Mariam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria: vt perinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare, quæ ascendit delitiis affluens. Hortus planè delitiarum, quem non modò afflauerit veniens, sed & perflauerit superueniens auster ille diuinus, vt vndique fluant, & effluant aromata eius, carismata scilicet gratiarum. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, vbi dies? Tolle Mariam hanc maris stellam, maris vtique magni & spatiosi: quid nisi caligo inuoluens, & vmbra mortis, ac densissimæ tenebræ relinquuntur? Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur: quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.

DE MANSVETVDINE.
Cap. cxxxiiij.

Mansuetudo in tribus probatur.

Serm. 2. in Quinquag. s. Euã. apost. TRiplici velut ariete mansuetudo pulsatur: verbotum iniuriis, damnis rerum, corporis læsione. In his tribus, omnis exhibitio patientiæ, omnis exercitatio mansuetudinis. Probata est illa virtus, quàm nihil horum videtur concutere potuisse.

Mansuetudinis origo, humilitas.

Serm. 3. in Circũcis. D. Mariæ. Sicut mater præsumptionis elatio: sic mansuetudo vera, non nisi ex vera humilitate procedit.

DE MANSVETVDINE CHRISTI.
Cap. cxxxv.

Pietas Christi omnibus subuenit.

Ser. 22. sũ. Cant. OMnino propter mansuetudinem quæ in te prædicatur currimus post te Domine Iesu, audientes quòd non spernas pauperem, peccatorẽ non horreas. Nõ horruisti cõfitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, nõ Cananæam supplicantem non, deprehensam in adulterio, non sedentẽ in theloneo, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, non ipsos crucifixores tuos. In odore horum currimus.

DE MISERICORDIA CHRISTI.
Cap. cxxxvj.

Misericordia Christi, ex eius humanitate potissimum elucescit.

Serm. 1. de Epiph. VBi Dei innotescit humanitas, iam benignitas latere non potest. In quo enim magis commendare poterat benignitatem suam, quàm suscipiendo carnem meam? Meam inquam, non carnem Adæ, id est, non qualem ille habuit ante culpam. Quid tantoperè declarat eius misericordiam, quàm quòd ipsam suscepit miseriam? Quid ita pierate plenũ: quàm quòd Dei verbum propter nos factum est fœnum? Domine quid est homo quia reputas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Hic attendat homo, quanta sit cura eius Deo: hic sciat quid de eo cogitet, aut quid sentiat. Non interroges ô homo, ea quæ pateris, sed quæ passus est ille. Quanti te fecit ex his quæ pro te factus est agnosce, vt appareat tibi benignitas eius ex benignitate. Quantò enim minorem se fecit in humanitate, tantò maiorem exhibuit in bonitate: & quantò pro me vilior, tantò mihi charior est.

Deus qui modo est facilis, ad iudicium veniens erit districtus.

Ibidem. Noli contemnere Dei misericordiam, si non sentire vis iustitiam, sed iram, sed indignationem, sed æmulationem, sed furorem. Vt enim scires quanta districtio succedit, tanta illã mãsuetudo præuenit. Ex magnitudine indulgentiæ, magnitudinem vltionis attende. Immensus enim est Deus, & infinitus in iustitia, sicut & in misericordia multus ad ignoscendum, multus ad vlciscendum. Sed misericordia quidẽ prior a sibi vendicat, vt si voluerimus, districtio inuenire nõ possit, in quem sæuiat. Propter hoc enim benignitatem præro-

gauit, vt per eam reconciliati, seueritatem videamus securi. Propterea voluit non solum ad terras descendere, sed etiã innotescere: non solum nasci, sed & agnosci.

Ser. 2. sup. Qui habit. Sic Deus paratus est, suscipere cadentem & eripere fugiẽtem, vt videri possit relictis omnibus aliis, ei soli operam dare: propterea expedit omni animæ, Deum semper attendere, tanquam proprium: non modò adiutorem, sed etiam inspectorem.

Ser. 4. de quadrag. Si magna est iniquitas mea, multò maior est Domine pietas tua. Ideoque cùm ad meipsum turbata fuerit anima mea: memor sum multitudinis misericordiæ tuæ, & respiro in ea.

Serm. 3. in Annunc. Quàm diues es in misericordia, quàm magnificus in iustitia, in gratia quàm munificus Domine Deus noster. Non est qui similis sit tibi munerator copiosissime, remunerator æquissime, piissime liberator. Gratis respicis humiles, iustè iudicas innocentes, misericorditer etiam saluas peccatores.

Ser. de pas. Domini. O quàm multus es ad ignoscendum, ô quàm magna multitudo dulcedinis tuæ: ô quàm longè sunt cogitationes tuæ à cogitationibus nostris. O quàm firma est etiam super impios misericordia tua.

Serm. 1. de Purific. In communi enim posita est, offertur omnibus: & nemo illius expers, nisi qui renuit.

Serm. 1. in vi. na. do. Gaudeat ergo quisquis ille est, quem perpetuę damnationis reum adiudicabat cõscientia peccatorum. Excedit quippe pietas Iesu omnium criminum quantitatem, seu numerositatem.

Ser. 11. sũ. Cant. Maior est (inquit Cain) iniquitas mea, quàm vt veniã merear. Absit, absit, maior est Dei pietas, quàm quęuis iniquitas.

Ser. 36. sũ. Cant. Reuera benignus & misericors est, suauis & mitis est, copiosissimæ misericordiæ, præstabilis super malitia, multus ad ignoscendum. Quippe cuius natura bonitas, cuius fons pietatis est mansio: cui familiaris suauitas, & cui proprium est misereri. Verùm id quidem cui vult misereatur, & quem vult indurat: sed quod misereatur proprium est illi. ex se enim sumit materiam, & velut quoddam seminarium miserendi. Nam quod iudicat & condemnat, nos eum quodammodo cogimus, vt longè aliter de corde ipsius miseratio, quàm animaduersio procedere videatur. Rectè igitur non pater iudiciorum vel vltionum dicitur: sed pater misericordiarum, quòd miserendi causam & originem sumat ex proprio iudicandi vel vlciscendi magis ex nostro. Propterea qui prudentes sunt non operiunt vulnera sua: sed detegunt & confitentur Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Vide hisce de rebus fusius in titulo. pietas. clementia, benignitas, incarnatio, humanitas.

DE MARTYRIO. Cap. cxxxvij.

Castigatio sui corporis, suo modo, quotidianum est martyrium.

Serm. 1. in oct. pasch. ESt enim martyrij genus & effusio quædam sanguinis, in quotidiana sui corporis afflictione: illo nimirum quo membra ceduntur ferro, horrore quidem mitius, sed diuturnitate molestius. Sic quippe infirmis & pusillis corde necesse est, vt quem semel pro Christo ponere non sufficiunt, saltem mitiori quodã seu diuturno martyrio sanguinẽ fundãt.

DE MALO. Cap. cxxxviij.

SEmper malum pœna comitatur.

Malum innatum & seminatum difficile in nobis discernimus.

Ser. 11. sũ. Qui habit. Quantumlibet quis omni custodia seruet cor suum, & omnia quæ intra se mouentur vigilantissima intentione obseruet, etiam si diuturnum fortè in his habuerit exercitiũ, & frequens experimentũ, non poterit tamen ad purũ in se dignoscere, discerneréve ab inuicem, malũ innatum, & malum seminatũ. Nam delicta quis intelligit? nec multũ refert nostra scire, vnde inest nobis malum, dummodo inesse sciamus: vigilandũ potius & orandũ vndecunque sit, ne cõsentiamus.

Ser. 33. sũ. Cant.

Impius nusquam pax securitasque nulla.

Lib. de vit. so. MAlus homo, nunquã tutè secum habitat, quia cũ malo homine habitat: & nemo molestior ei est, q̃ ipse sibi.

Ad salutem non sufficit mala non facere, nisi & bona subsequantur.

Lib. Med. cap. 2. Quis considerare valeat, quanta mala per momenta temporum perpetramus? & quanta bona facere negligimus? Sicut enim peccatum est, perpetratio mali: sic delictum est desertio boni. Grauius siquidem iactura est, cùm nec bona facimus, nec bona cogitamus: sed cor nostrum per vana & inutilia sinimus vagari. Nimis tamen difficilè est, terrenas occupationes absque peccatis administrare.

DE MERITO. Cap. cxxxix.

Vbi libertas, ibi meritum.

Lib. de gr. & lib. ar. OMne quod feceris bonum malúmve, quod quidem non facere liberum fuit, meritò ad meritum reputatur. Et vt meritò laudatur, non is tantum qui potuit facere mala & non fecit, sed & qui potuit non facere bona, & fecit: ita malo non caret merito, tam is qui potuit non facere mala, & fecit: quàm qui potuit facere bona, nec fecit. Vbi autem non est libertas, nec meritum. Propterea quæ sunt carentia ratione animalia, nihil merétur: quia sicut deliberatione, ita & libertate carét. Sensu aguntur, feruntur impetu, rapiuntur appetitu. Neque enim iudiciú habent quo se diiudicent siue regant: sed ne instrumétum quidem iudicij, id est, rationem. Inde est quòd non iudicantur, quia non iudicant. Quanam quippe ratione ab his ratio exigatur, quàm non acceperunt? Hanc vim à natura solus homo non patitur, & ideo solus inter animantia liber.

DE MEDITATIONE. Cap. cxl.

Meditatio quid?

Ex schal. claust. MEditatio, est studiosa métis actio occultæ veritatis notitiam ductu propriæ rationis inuestigans.

DE MENTE. Cap. cxlj.

Possessio bona, mens sana, in corpore sano.

Lib. de ordine vitæ. BOna possessio, mens bona.

Ibidem. Bona mens & verecunda vt loquatur multa prius considerat: quid dicat, & cui dicat, quo loco, & tempore. Vnde scriptum est: Homo sapiens tabescit vsque ad tempus.

DE MEMORIA DEI. Cap. cxlij.

Memoria Dei iugiter in animo versetur tuo.

Lib. Medi. cap. 6. SIcut nullum est momentum, quo homo non vtatur vel fruatur Dei bonitate & misericordia: sic nullū debet esse momentum, quo eum præsentem non habeat in memoria. Quocunque loco consistis cogitationes tuas iacta in Deum, aut aliquid salutare in animo tuo versa. Omnis siquidem locus ad meditandum congruus est.

DE MEDICIS. Cap. cxliij.

Lib. de cōsi. Li. de gra. humilit. NOn est in medico, semper releuetur vt æger. Sicut medicus non solum vnguento, sed igne vtitur & ferro, quo omne quod in vulnere sanando superfluum excreuerit, secet & vrat, ne sanitatem quæ ex vnguento procedit, impediat: Sic medicus animarum Deus huiusmodi animæ procurat tentationes, immittit tribulationes, quibus afflicta, & humiliata, gaudium vertat in luctum: releuationem, putet illúsionem.

DE MINISTERIO. Cap. cxliiij.

Serm. 3. de assū. Mar. DOmine non est tibi curæ, quòd soror mea relinquit me solā ministrare? putas in domo, in qua Christus susciperetur, vox murmurationis audietur? Fœlix domus, & beata semper congregatio est, vbi de Maria, Martha conqueritur. Nam Mariæ Martham æmulari prorsus indignum, prorsus illicitum est. Alioquin vbi legitur Mariam causantem: quia soror mea reliquit me solā vacare? Absit, absit, vt qui Deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitam. Martha sem per insufficiens sibi, & minus idonea videatur: aliisque magis per insufficiens sibi, & minus idonea videatur: aliisque magis id operis, quod administrat optet imponi.

Ibidem. Quibus nulla credita est dispensatio, administratio nulla commissa, his omnino sedendum erit, aut secus pedes Iesu cum Maria: aut certè cum Lazaro, intra septa sepulchri.

DE MISERIA. Cap. cxlv.

lib. de grā. & lib. arb. NVlla verior miseria, quàm falsa lætitia.

Ibidem. Omne quod præsentis vitæ est, occupat miseriam.

lib. 2. de consid. *Vita præsens miseriis ac ærumnis plena.*

Consulo considereres maximè quid es, hominem videlicet quod & natus es. Nec modò quid natus, sed & qualis natus, attendas. Nudè nudum considereres: quia nudus egressus es de vtero matris tuæ. Consideranti quid sis, occurret tibi homo nudus, & pauper & miser, & miserabilis. Homo dolens quòd homo sit: erubescens quòd nudus sit: plorans quòd natus sit: murmurans quòd sit. Homo natus ad laborem: nō ad honorem: homo natus de muliere, & ob hoc cum reatu: breui viuens tempore, ideóque cum metu: repletus multis miseriis, & propterea cum fletu. Et verò multis & multiplicibus: quia miseriis corporis, miseriis cordis: miseriis dum dormit, miseriis dū vigilat, miseris quaqua versum se vertat. Quid enim calamitate vacat nascenti in peccato, fragili corpore, & mēte sterili? Verè ergo repletus, cui infirmitas corporis & fatuitas cordis cumulatur traduce sordis, mordis addictione. Vide etiam in tit. caro.

DE MILITIBVS. Cap. cxlvj.

Militi circunspecto tria sunt necessaria.

lib. ad milites cēpli. cap. 2. TRia sunt necessaria prælianti, vt scilicet strenuus industriúsque miles, & circunspectus sit ad se seruandum, & expeditus ad discurrendum, & promptus ad feriendum. Verùm error militum hodie quantus sit, & furor non diutius ferendus, tantis sumptibus ac laboribus militare, stipendiis verò nonnullis nisi aut mortis, aut criminis? Operiunt equos fericis, & pendulos nescio quos panniculos loricis super induunt: depingunt hastas, clipeos, & sellas, frena & calcaria auro, & argento gemmisque circumornant, & cum tanta pompa, pudendo furore, & impudenti stupore ad mortem properāt. Militaria sunt hęc insignia, an muliebria potius ornamenta? Nunquid fortè hostilis mucro reuerebitur aurum, gemmis parcet, fetica penetrare non poterit? Verùm per cōtrarium strenui milites faciunt imminente bello, intus enim fide, foris ferro, non auro se muniunt: quatenus armati, & nō ornati hostibus metum incutiant, non prouocent auaritiam. &c.

DE MONACHIS. Cap. cxlvij

Ex apolog. ad Guliel. abb. IPse habitus noster, qui humilitatis esse solebat insigne, à monachis nostri temporis in signum gestatur superbię. Vix iam in nostris prouinciis inuenimus, quo vestiri dignemur.

lib. de ordine vitæ. Qui non rigida intentione religionis professionem sectatur, quantò superni amoris propositum dissolutè appetunt, tantò procliuius ad mundi amorem denuo reducuntur. Ex quibus alij corporis voluptatem, alij honorem requirūt. Sed qui ad hoc conuersionem sanctitatis prętendit, vt aliis quandoque præesse desideret: iste non discipulus Christi, sed prælatitatis sectator est.

DE MORTE. Cap. cxlviij.

Orandum vt morte moriamur iustorum.

Serm. 2. in festo Petri & Pauli. STudeamus viuere vita iustorum, sed morte eorum mori multò magis desideremus. Sapientia enim iustorum nouissima

uissima præfert: ibi nos iudicans, vbi nos inuenerit. Omnino necesse est vitæ præsentis finem, futuræ cohærere principio, nec ibi tolerabilis dissimilitudo est. Sic em̄ si quis duo, sibi (vt ita dixerim) cinctoria consuere aut colligare voluerit, minus de reliquis partibus curans, ipsa quæ sibi copulanda sunt capita vniformiter parat ne dissideant à seipsis: ita dico vobis, quantumlibet extiterit cōuersatio spiritualis, si carnalis fuerit consummatio nostra, vitæ illi spirituali penitus non cohæret: nec caro & sanguis regnum Dei poterunt possidere. Fili (ait sapiens) memorare nouissima tua, & non peccabis. Nimirum quòd hæc maximè recordatio faciat timoratum: timor expellat peccatum: negligentia non admittat.

Ser. in 1. S. Malach. *Mors sanctorum, preciosa in conspectu Dei.*

Pessima mors peccatorum, quorum & natiuitas mala, & vita peior, sed præciosa est mors sanctorum. Preciosa sanè tanquam finis laborum, tanquam victoriæ consummatio, tanquam vitæ ianua, & perfectus securitatis ingressus.

Lib. de per. fect. cap. 4 *Mors æquat omnes.*

Quid in rebus humanis certius morte, quid hora mortis incertius inuenitur? Non miseratur inopiam, non diuitias reueretur, non generi cuiuslibet, non moribus, non ipsi denique parcit ætati: nisi quòd senibus quidem in ianuis, adolescentibus in insidiis est.

Velocitas temporis pensanda, quandoquidem vtitur alis.

Lib. de int. hom. ca. 63 Considera quàm multi modò moriūtur, quibus si vna hora ad agendam pœnitentiam concederetur, quæ tibi concessa est, quomodo per altaria, & quàm festinanter tam diu suspirarent, plorarent, & orarent, donec plenissimā peccatorum veniam à Deo consequi mererentur. Tu verò luxuriando, bibendo, iocando, & ridendo, tempus otiosè viuēdo perdis: quod tibi indulserat Deus ad acquirendam gratiam, & ad promerendam gloriam?

Ex sentēt. Quisquis ante obitum carnis non redierit ad seipsum, in seipso maneat necesse est in æternum. Sed in quali seipso? Qualem sese fecerit in hac vita, talem inuenit exiens ab hac vita.

DE MORTE CHRISTI. Cap. cxlix.

Christus destructor nostræ mortis, eiusque vita, nostra est viuendi regula.

Lib. ad milites cēpli. cap. 11. VIta Christi, viuendi mihi regula extitit, mors à morte redemptio. Illa vitam instuxit, mortem ista destruxit. Vita quidem laboriosa, sed mors preciosa, vtraque verò admodum necessaria. Quid enim prodesse poterat Christi siue mors nequiter viuenti, siue vita damnabilitet morienti? Nūquid denique aut mors Christi, etiam nunc malè vsque ad mortem viuentes, à morte æterna liberat, aut mortuos ante Christum sanctos patres vitæ sanctitas liberauit? sicut scriptum est: Quis est homo qui viuit, & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferni? Nunc ergo quia vtrūque nobis pariter necessarium erat, & piè viuere, & securè mori: & viuendo viuere docuit, & mortem moriendo securam reddidit: quoniam quidem resurrecturus, occubuit, & spem fecit morientibus resurgendi.

Ibidem. *Peccati debitum mors.*

Si est mortis meritum, & peccatum, & peccati debitum mors: Christo remittente peccatum, & moriente pro peccatoribus: profectò iam nullum est meritum, & solutum est debitum. Qui peccati meritum tulit, suam nobis donando iustitiam, ipse mortis debitum soluit, & reddidit vitam. Sic namque mortua morte, reuertitur vita, quēadmodum ablato peccato redit iustitia. Porrò mors in Christi morte fugatur, & Christi nobis iustitia imputatur. Verùm quantò indignius moritur, qui mortem non meruit, tanto is iustius, pro quo moritur, viuit. Mors itaque Christi, mors est mea iam non viuat, pro quo moritur vita? Aut quis iam in via mortis, quia ille mortuus est, vt ego viuerē: quo pacto enim morum, seu rerum notitia errare timebit duce sapientia? Vitam quidem se ipse perhibet in euangelio: Ego sum (inquiens) vita.

DE MVNDO. Cap. cl.

In mundo delectans, diuina delectatione destituitur.

Ser. 5. de Ascēn. PRæoccupatum secularibus desideriis animum, delectatio sancta declinat: nec miseri poterunt vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis: vt pariter sapias quæ sursum sunt, & quæ super terram.

Delectatio mundi, vapor ad modicum parens.

Sermo de Clemente. Omnis delectatio huius mundi, vniuersa eius gloria, quicquid denique in eo concupiscitur, prorsus modicum est, in illius beatitudinis comparatione: si tamen vel modicum dici debet, & non potius nihilum, vapor ad modicum parens.

Ser. 61. in Cant. Anceps est & caducum terrenum omne.

Lib. Medi. cap. 3. *Transit mundus & concupiscentia eius.*

Dic mihi vbi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscum erāt: Nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes. Attende diligenter quid sunt, vel quid fuerunt. Homines fuerunt sicut tu: comederunt, biberunt, riserūt, duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum vermibus, & illic anima ignibus deputatur: donec rursus infœlici collegio colligati, sempiternis inuoluantur incendiis, qui socij fuerunt in vitiis. Vna namque pœna implicat, quos vnus amor in crimine ligat. Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiscentia? Vbi risus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogantia? De tanta lętitia, quanta tristitia? Post tantillam voluptatem, quàm grauis miseria? De illa exultatione ceciderunt in magnam miseriam, in grandem ruinam, & in magna tormenta. Quicquid illis accidit, tibi accidere potest, quia homo es. Homo de humo, limus de limo. De terra es, & de terra viuis, & in terram reuerteris: quando venerit dies illa vltima, quæ subitò venit, & forsitan hodie erit. Certum est quia morieris, sed incertum quando, aut quomodo, aut vbi: quoniam vbique mors te expectat, tu quoque si sapiens fueris, vbique eam expectabis.

In epist. ad sophia vir. *Gloria mundi quàm sit fallax.*

Fallax mundi gloria, dignè respuitur. Flos fœni est, vapor ad modicum parens. Ipse eius qualiscunque status, nonne plus anxietatis, quàm iocunditatis habet? Dum vindicas, dū defendis, dum inuides, dum suspicaris, dum semper amabis quæ non habes: & nonnullis adeptis, acquirendi ardor non minuitur, quæ requies in gloria tua? Si qua tamen est præterit iocūditas, nō reditura: & manet anxietas, non relictura. Cæterum videas eam quamplurimos nō apprehendere, cōtemnere perpaucos. Cur hoc? Profectò quia necessitas multorum est, virtus paucorum.

Ex epi. ad Thomam Bever. *Amicitia mundi, Dei inimicos efficit.*

O seculum nequaquam, quod solos tuos sic soles beare amicos, vt Dei facias inimicos: consequenter & indignos, consilio beatorum. Planè enim qui amicus vult esse tuus, inimicus Dei constituitur. Amicus itaque mundi, excluditur à consilio amicorum Dei.

Ex sentēt. Vilis est, & ad nihilum vtilis, mundialis consolatio: & quod magis est metuendum, etiam veræ ac salubris consolationis est impedimentum.

Ibidem. Sicut lignis deficientibus, ignis deficit: sic mundus transit, & concupiscentia eius. Haud dubium quin lætitia quoque. Videat secularis anima, videat & intelligat, quoniam extrema gaudij luctus occupat. Hic est enim transitoriæ lætitiæ finis, hic est fructus gloriæ temporalis.

DE NATIVITATE HOMINIS. Cap. cli.

Natiuitatis nostræ ærumna ac miseria quanta.

Lib. 2. de Consider. HOmo natus ad laborem, non ad honorem. Homo natus de muliere, & ob hoc cum reatu: breui viuens tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore ideoque cum metu: repletus multis miseriis, & propterea cum fletu. Et verè multis, quia corporis & animæ simul. Quid enim calamitate vacat nascenti in peccato: fragili corpore, & mente sterili? Verè ergo repletus, cui infirmitas corporis, & fatuitas cordis cumulatur, traduce sordis, mortis addictione.

Ibidem. Nónne natura in persona hominis vili limo vitæ spiraculum colligauit? Nónne auctor naturæ in sui persona verbum limúmque contemperauit? Ita tibi sume formam, tam de nostræ concretione originis, quàm de sacramento redemptionis: vt altus sedens, non alta sapiens sis: sed humilia de te sentiens, humilibúsque consentiens. Proinde si consideras quantus es, cogita etiam qualis. Hæc te sanè consideratio tenet in te, nec à te auolare sinit: nec ambulare in magnis, neque in mirabilibus super te.

Lib. Medi. cap. 2 Ad illos festino, qui morte corporis hinc exierunt. Cùm eorum sepulchra respicio, non inuenio in eis nisi cinerem & vermem, fœtorem & horrorem. Quod ego sum, ipsi fuerũt: & quod ipsi sunt, ego ero. Quid sum ego? Homo de humore liquido. Fui enim in momento conceptionis, de humano semine conceptus. Deinde spuma illa coagulata modicum crescendo caro facta est. Postea plorans & eiulans traditus sum huius mundi exilio: & ecce iam morior plenus iniquitatibus & abominationibus, &c.

DE NATIVITATE CHRISTI.
Cap. clij.

Duo rerum genera in Christi natiuitate stupenda & admiratione digna.

Ser. 3. de Nat. dom. DVo quædam rerum genera in natiuitate Domini consideo, non solum diuersa, sed & dissimilia valde. Siquidem & puer qui nascitur, Deus est: & mater de qua nascitur, virgo est: & partus ipse sine dolore est.

DE NATVRA.
Cap. cliij.

Ser. 86. su. Cant. BOnis naturæ mala aduenticia, dum non succedunt, sed accedunt, turpant vtique ea, non exterminant: conturbant, non deturbant.

DE NECESSITATE.
Cap. cliiij.

Lib. de præcept. et dis. FOElix necessitas, quæ cogit in melius.

DE NOTITIA DEI.
Cap. clv.

Dei nomen quibus inexploratum.

Ser. 15. su. Qui habit. PRoteget eum, quoniam cognouit nomen meum, &c. Nõ nouit nomen eius, qui eum nec honorat vt patrem, nec timet vt dominum. Non nouit nomen eius, qui illud assumit in vanum, qui dicit ei: Domine, domine, & non facit quæ dicit ipse. Non nouit nomẽ eius, qui ad vanitates & insanias falsas conuertitur. Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Hoc nomen cognouerat qui dicebat: Non enim est aliud nomen datum hominibus in quo oporteat saluos fieri, Nos quoque si nouimus nomen sanctum, quod inuocatum est super nos: desiderãdum vtique nobis, vt semper sanctificetur in nobis, atque ita orandum, iuxta doctrinam vtique Saluatoris. Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, &c. Hic fructus noticiæ nominis, clamor orationis: porrò fructus clamoris, exauditio Saluatoris.

DE NOVISSIMIS.
Cap. clvj.

Ser. 2. in fest. Pe. & Pauli. FIli (ait sapiens) memorare nouissima tua, & non peccabis. Nimirum quòd hæc cogitatio maximè facit timoratum: timor expellat peccatum, negligentia non admittat Nouissima autem nostra sunt, mors, iudicium, gehenna. Quid horribilius morte, quid iudicio terribilius? Nam gehenna nihil potest intolerabilius cogitari. Quid metuet, si quis ad ista non trepidat, non expauescit, non timore concutitur?

Serm. 1. de omnibus sanctis. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: mortis horrorem, iudicij tremendum discrimen, ardentis gehennæ metum, ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris.

Serm. de nouiss. Time ô homo, quòd in morte separandus es à bonis omnibus huius corporis, & tam dulce carnis & animæ vinculum, amarissimo secandum diuortio erit. Time quòd in terribili iudicio ei præsentandus es, in cuius manus horrendum est incidere: & eo examinãte quem nihil latet, si quidem inuenta fuerit in te iniquitas, alienandus ab vniuersitate quietis & gloriæ, & segregãdus à numero beatorum. Time quòd in gehenna cruciatibus æternis, & immensis exponendus es, in sorte diaboli, & angelorum eius in igne æterno, qui præparatus est eis.

Dies nouissimus quàm sit expectatione terribilis. *Ser. de sex. tribulat.*

Fili memorare nouissima tua. &c. Vnde nobis ista dissimulatio est fratres mei? Vnde hæc tam pernicioſa tepiditas, vnde hæc securitas maledicta? Quid seducimus miseri nosipsos? Forsitan iam diuites facti sumus, forsitan iam regnamus. Nónne ostium domus nostræ horribiles spiritus illi obsidẽt? Nónne exitum nostrum larualeſ illæ facies præstolantur? Quis ille pauor erit, ô anima mea, cùm dimissis omnibus, quorum tibi est tam iucunda præsentia, gratus aspectus, cohabitatio ipsa tam familiaris? sola ingrediens incognitam regionem, occurſantia tibi cateruatim ruere terrima illa mõstra videbis? Quis tibi in die tantę necessitatis occurret? Quis tuebitur à rugientibus præparatis ad escam? quis consolabitur? quis deducet? Filioli mei memoremur hæc nouissima nostra ne peccemus. Vide de hac materia fusius in titulo, iudicium, mors, infernus. &c.

DE OBEDIENTIA.
Cap. clvij.

Obedientiæ virtus quanta.

lib. ad milites cap. 3. NEc studium bonæ actionis, nec otium sanctæ contemplationis, nec lachryma pœnitentis, extra obedientiam accepta esse poterunt illi, qui tanti habuit obedientiam, vt vitam, quàm ipsam perdere maluerit: factus obediens vsque ad mortem.

Obedientia perfecta nescit legem. *lib. de præcept. & dispens.*

Perfecta obedientia, legem nescit, terminis non arctatur, neque cõtenta angustiis professionis, largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis: & ad omne quod iniungitur spontanea, vigore liberalis alacrísque animi modum nõ considerans, in infinitam libertatem extenditur.

Deo obedit, qui maioribus paret. *ibidem.*

Obedientia quæ maioribus præbetur. Deo exhibetur. Quamobrem quicquid vice Dei præcipit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendum est, quàm si præcipiat Deus. Quid enim interest, vtrũ per se, an per suos ministros, siue homines, siue angelos, hominibus innotescat suum placitum Deus? &c.

Obedientia firma, datrix vitæ. *Ex tract. Ecce nos reliq.*

Familiaris & amica salutis obedientia, sed obedientia firma & stabilis, quæ fundata est super petram. Melior est enim obedientia, quàm victimæ: & acquiescere nolle, vt peccatum ariolandi est. Vnde & vitæ quoque ipse saluator prætulit hãc virtutem: eligens magis animam ponere, quàm obedientiam nom implere.

Obedientia in nouellis indiscreta est. *lib. de vita*

Perfecta obedientia est maximè in incipiente indiscreta: hoc est, nõ discernere, quid, vel quare præcipiatur: sed ad hoc tantum niti, vt fideliter & humiliter fiat, quod à maiore præcipitur. Lignum enim scientiæ boni & mali in paradiso cenſura discretionis, est in conuersatione religionis penes patrẽ spiritalem: qui diiudicat omnia, ipse verò à nemine iudicatur. Ipsius est discernere, aliorum est obedire. Adam gustauit in malum suum de ligno vetito, edoctus ab eo qui suggerendo ait: Quare præcepit vobis Deꝰ, vt de ligno vitæ nõ comederetis? Ecce discretio cur præceptum sit. Et addidit: Sciebat enim quia qua die comederetis, apperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. Ecce quid præceptum sit, scilicet quod deos fieri non sinat Discreuit, comedit, & inobediens factus est, & de paradiso eiectus est. Sic & animalem discretum nouitium prudentem, insipientem, sapientem in cella diu posse consistere, in congregatione durare, impossibile est. Stultus fiat, vt sit sapiens: & hæc omnis sit eius discretio, vt in hoc nulla sit ei discretio. Hæc omnis sapientia eius sit, vt in hac parte, nulla ei sit *Vide etiam in tit. iustitia. 3.*

DE ORATIONE. Cap. clviij

Angelici spiritus præsto sunt orantibus.

Hom. 3. su. Missus. SOlent angeli astare orantibus, & delectari in his, quos vident leuare puras manus in oratione: holocaustum sanctæ deuotionis, gaudent se offerræ Deo in odorem suauitatis.

Deus vult à se requiri, quod pollicetur.

Hom. 4. su. Missus. Nemo orat, nisi quod credit & sperat. Vult autem à se requiri Deus, etiam quod pollicetur. Et ideo forte multa quæ dare disposuit, prius pollicetur, vt ex promissione deuotio excitetur: sicque quod gratis daturus erat, deuota oratio promereatur. Sic pius Dominus, qui omnes homines vult saluos fieri, merita nobis extorquet à nobis: & dum nos præuenit tribuendo, quod retribuat gratis agit, ne gratis tribuat.

Oratio sanctificat ieiunium.

Ser. 4. de ieiunio. Oratio virtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium gratiam promeretur orandi. Ieiunium orationem roborat, oratio sanctificat ieiunium, & Domino representat. Hæc autem quantò efficatior est, si fiat vt debet, tãtò callidius impediri ab aduersario solet.

Orationis efficacia.

Ser. 5. de ieiunio. Nemo paruipendat orationem suam. Dico enim vobis, quia ipse ad quem oramus, non paruipendit eam. priusquam egressa sit ab ore nostro, ipse scribi iubet eam in libro suo. Et vnum indubitanter è duobus sperare possum': quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nobis nouerit esse vtilius.

Oratione pura hostis debellatur sæuitia.

Ser. 2. de dedic. eccl. Grauis nobis est inimici tentatio, sed longè grauior illi nostra oratio. Lædit nos iniquitas eius atque versutia: sed multò amplius nostra eum simplicitas & misericordia torquet. Humilitatem nostram non sustinet: vritur charitate nostra, mansuetudine & obedientia cruciatur.

Deus non tàm corde, quàm vocis clamore orandus.

Ser. 16. su. Qui habit. Spiritus est Deus, & in spiritu clamet necesse est, quisquis clamorem suum ad eum desiderat peruenire. Sicut enim non faciem hominis respicit tanquam homo, sed magis intuetur cor: sic ad cordis potius vocem, quam corporis aures eius, cui metirò dicitur: Deus cordis mei. Hinc est quòd Moses fortis tacẽs, intus auditur, dicere. Domino: Quid clamas ad me? Clamet ad me, & exaudiam eum. &c.

Summa cum reuerentia & deuotione orandus est Deus.

Ser. de 4. modis ora. Omnino oportet nos orationis tempore curiam intrare cœlestem, illam vtique curiam, in qua Rex regum stellato sedet solio, circundante innumerabili & ineffabili beatorum spirituum exercitu. Vnde & ipse qui viderat, quia maiorem numerum non inuenit: milia ait milium ministrabant ei & decies centena milia assistebant ei. Quanta ergo cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet, à palude sua procedens & repens ranuncula vilis? Quam tremebundus, quàm supplex, quàm denique humilis & sollicitus, & toto intentus animo, maiestati gloriæ, in præsentia angelorum, in consilio iustorum, & congregatione assistere poterit miser homũtio? In cunctis igitur actionibus nostris, multa opus est animi vigilantia, sed præcipuè in oratione. Nam licet omni hora, & omni loco, oculi Domini super nos speculentur, maxime tamen in oratione. Porrò quanuis vbique sit Deus, in cœlo tamen orandus est, ibique orationis tẽpore cogitandus: vt mens nostra, non oratorij tecto, nõ aëris spatio, non ipsa retardetur nubium densitate iuxta eam formam, quæ nobis à Christo tradita est, vbi ait: Sic orabitis, pater noster qui es in cœlis. &c.

Angelici spiritus assistunt orantibus.

Ser. 7. sup. Cant. Credimus sanctos angelos astare orantibus, offerre Deo preces & vota hominum, vbi tamen sine ira & disceptatione leuari puras manus perspexerint. Probat hoc angelus ita loquens ad Thobiam: Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas: ego obtuli orationem tuam Domino.

Orationis energia quanta.

Ser. 86. sup. Cant. In oratione remedium vulnerum: ibi subsidia necessitatũ ibi resarcitus defectuum, ibi prefectuum copiæ, ibi denique quicquid accipere vel habere hominibus expedit, quicquid decet, quicquid oportet. &c.

Orationes & lachrymæ nostræ quàm Deo & angelis acceptæ.

Lib. Medi. cap. 6. Pias aures Domini ad te flecte: lachrymis & suspiriis pro tuis excessibus illum clementer exora: atque canticum spiritualibus in omnibus operibus suis illum lauda & glorifica. Nihil autem magis superuis ciuibus spectare libet, nihil regi summo iocundius exhiberur, sicut ipse testatur: Sacrificium laudis honorificabit me.

Orationis dignitas ac maiestas. *Ibidem.*

Noli vilipendere orationem tuam, quoniam ille ad quem oras non vilipendit eam: sed antequam egrediatur de ore tuo, ipse scribi eam iubet in libro suo.

Oratio quid. *Ex scala claust.*

Orario, est deuota mentis intentio in Deum, pro malis amouendis, & bonis adipiscendis.

Purum mentis affectum Deus maximè acceptum reffert.

Lib. de interiori. dõ. cap. 48. Nullo alio modo Deus citius ad misericordiam flectitur, quàm si animus deprecantis ad eum toto deuotionis affectu conuertatur. Nihil ita Deum complectitur, quemadmodum purus mentis affectus. Vide tit. tempus. 6.

DE ORDINE.
Cap. clix.

Ex apolog. ad. Guillel. abba. NVllus ordo quippiam recipit inordinatum: quod verò inordinatum est, ordo non est.

DE OCCVLTIS.
Cap. clx.

Occulta quot?

In sentẽt. TRia sunt occulta. Illicita actio, dolosa intentio, impudica affectio, praua operatio, inquinat memoriam. Dolosa intentio, rationem vel mentem. Impudica affectio voluntatẽ. Mundatur memoria per confessionem, mens per lectionem: affectio vel voluntas per orationem. Ab alienis mundus eris si non insultes, si non discedas, si non consentias, si non dissimules. Iustitiæ est non consentire, sed cum rigore resistere. Fortitudinis non discedere, sed mala proximi patienter tolerare. Temperantiæ non insultare, sed cum moderamine cõpati prudentiæ, non dissimulare, sed sollicitè vbi mala desinant prouidere.

DE OTIO.
Cap. clxj.

Filij tenebrarum appellantur hi, qui nullo honesto studio suntEditi.

Ser. 5. in vig. mart. dom. VIdes hominem cuius ad omne bonum dormitat anima eius præ tędio, in tenebris est vsque adhuc. Vides inebriatum absinthio, sapientem plus quam oportet, non ad sobrietatem: cuius nec oculus visu, nec auris impleatur auditu: qui pecuniam aut simile aliquid diligens, non satietur: longam instar hydropici sitim bibens, filius noctis est & tenebrarum. Nec facilè separantur hæc duo, dicente scriptura. Quoniam in desideriis est õnis otiosus: hoc est, in ebrietate omnis somnolentus.

Argumentum inculcæ mentis, quod.

Ex tract. Ecce nos reliq. Vt exercitij spiritalis, & curæ cordis, indicium euidens est, contemptus exteriorum: sic eorundem sollicitudo, certum nihilominus signum mentis inculcæ. Scriptum quippe est: In desideriis est omnis otiosus.

Mens semper aliquo exercitio occupanda.

Ex formula honest. vitæ. Nunquam sis otiosus, quin aut legas, aut aliquid de sacris scripturis mediteris: vel certè quod melius est, tumines psalmos, operando nihilominus incessanter quod tibi fuerit iniunctum, vt semper te diabolus inueniat occupatum. Multam enim malitiam docuit otiositas. Illas etiam scripturas libentius legas, quæ præcipuè erga Christum, tuum magis inflamment affectum.

DE PASSIONE CHRISTI.
Cap. clxij.

Christi passio, peccatorum nostrorum est absterſio.

Serm. 4. de Nat. dom. Fillius Dei altissimi iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo medeatur. Agnosce homo quàm grauia sunt vulnera, pro quibus necesse est Dominum Christum vulnerari. Si nó essent hæc ad mortem, & mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio, Dei filius moreretur. Pudet igitur dilectiss. propriam negligenter dissimulare passionem, cui tantâ à maiestate tãta, exhiberi video cõpassionem. Compatitur Dei filius, & plorat: homo patitur, & ridebit? Sic & medicinæ æstimatio, & doloris mihi & timoris exaggeratio est.

Passionis Christi effectus.

Serm. 4. hebdoma. pœnos. Passio Christi potentissima est, ad exhaurienda omnium genera peccatorum. Proinde memor ero quandiu fuero, passionum ac laborum eorum quos pertulit in prędicando, fatigationum in discurrendo, tentationum in ieiunando, vigiliarum in orando, lachrymarum in compatiendo. Recordabor etiam dolorum eius, conuitiorum, sputorum, colaphorum, subsanationum, exprobationum, clauorum, horúmque similium, quæ per eum, & super eum abundantius transierunt.

Misericordia Christi quanta.

Ser. 4. sup. illud: Non est regnum dei esc. & potus. Triginta annis operatus est Christus salutem nostram in medio terræ, affixus cruci, addictus morti, ludibriis deputatus. Quid vltra debuit facere, & non fecit? Cuius vel saxeum pectus, tanta & talis, à tanto & tali collatâ multitudo beneficiorum non emolliat? Quicquid igitur es, quicquid potes, debes creanti, redimenti, vocanti.

Homo in multis Deo est debitor.

Serm. de quadrag. debito. Primò Christo Iesu debes omnem vitam tuam, quia ipse vitam suam posuit pro vita tua: & cruciatus amaros sustinuit, ne & tu perpetuos sustineres. Quid tibi dirum vel durum esse poterit, cùm recordatus fueris, quia ille in forma Dei, in die æternitatis suæ, in splendoribus sanctorum, ante luciferum genitus, splendor & figura substantię Dei, venit ad carcerem tuum, ad limum tuum, infixus (vt dicitur) vsque ad cubitos in limo profundi. Quid non suaue tibi, cùm tibi collegeris omnes amaritudines Domini tui: & rememoraueris, primum quidem infantilium necessitatum, deinde laborum quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, tentationum in ieiunando, insidiarum in colloquendo, postremò periculorum in falsis fratribus, conuitiorum, sputorum, colaphorum, flagellorum, irrisionum, subsanationum, exprobrationum, clauorum, horúmque similium, quæ in salutem nostri generis triginta & tribus annis operatus & passus est in medio terræ. O quàm indebita miseratio, quàm gratuita & sic probata dilectio: quàm inopinata dignatio, quàm stupenda dulcedo, quàm inuicta mansuetudo, Regem gloriæ pro despicacissimo vernaculo, imò vermiculo crucifigi.

Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile? Vix enim pro iusto quis moritur, ipse verò pro iniustis & inimicis mortuus est: eligens magis exulare à cœlis, vt nos reportaret ad cœlos: amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis. Quid retribuam Domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Sicut enim nihil ad aliquid, nullam habet comparationem: ita & vita nostra, nullam habet ad vitam illius proportionem: cùm illa dignior, ista miserior esse non possit. Cúm ergo ei donauero quicquid sum, quicquid possum: nónne istud sic est, sicut stella ad solé: gutta ad fluuium: lapis ad montem: granum ad aceruum? Non habeo nisi minuta duo, imò minutissima, corpus & animam: vel potius vnum minutum, voluntatem meam: & non dabo illam ad voluntatem illius, qui tantus tantillum, tantis beneficiis præuenit: qui toto se, totum me comparauit? Alioquin si illam retinuero, qua fronte, quibus oculis, qua mente, qua conscientia vado ad viscera misericordiæ Dei nostri: & audeo perfodere illud fortissimum propugnaculum, quod custodit Israel: & illius sanguinis, non guttas, sed vndas, à quinq; partibus corporis in meum precium detorquere?

Passio Domini quotidie rememoranda.

lib. de vita solit. Scit etiam quicũque sensum Christi habet, quantum pietati Christianæ expediat, quantum Dei seruum, & seruum redemptionis Christi deceat, & vtile ei sit, vna saltem aliqua diei hora, passionis & redemptionis ipsius attentius recolere beneficia: ad fruendum suauiter in conscientia, & recondendũ fideliter in memoria, quod est spiritaliter manducare corpus Christi, & bibere eius sanguinem in memoriam eius. Qui omnibus in se credentibus præcepit dicens: Hoc facite in meam commemorationem.

DE PASTORIBVS.
Cap. clxiij.

Neglectus animarum quantus.

lib. 4. de consid. PAtiẽtius ferimus Christi iacturam, quàm nostram. Quotidianas expensas, quotidiano reciprocamus scrutinio: & continua dominici gregis detrimenta, nescimus. De precio escarum, & numero panum, cum ministris quotidiana discussio est: rara admodum cum presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Cadit asina, & est qui subleuet eam: perit anima, & nemo est qui reputet.

DE PATIENTIA.
Cap. clxiiij.

Christus nobis forma patientiæ.

Ser. 47. sup. cant. VTrunque es mihi Domine Iesu, & speculum patiendi, & præmium patientis. Vtrunque fortiter prouocat, ac vehementer accendit. Tu doces manus meas ad prælium exemplo virtutis tuæ: tu caput meum post victoriam tuæ coronas præsentia maiestatis: siue quia pugnantem te specto, siue quia te expecto, non solùm coronantem, sed & coronam: in vtroque mirabiliter tibi me allicis, vterque funis violentissimus ad trahendum. Trahe me post te, libenter te sequor, libẽtius fruor. Si sic bonus es Domine sequẽtibus te, qualis futurus es assequentibus?

Patientia vera quæ.

In epist. ad Adam Monach. Vera patientia est pati vel agere contra quod libeat, sed non præter quod liceat.

In epist. ad Gilb. epise. Londinens. Pauperiem æquo animo ferre, virtus patientiæ est: sponte appetere, sapientiæ laus est.

Serm. 3. de Annunc. Qui patientiam non seruauerit, perdet iustitiam: hoc est vitam perdet, hoc est perdet animam suam.

Mala patienter ferenda.

Ser. 7. de fest. Pasch. Vide ne per impatientiam pereas, sed vniuersa pro Deo sustine, quia pro te maiora sustinuit: & apud quem patientia infructuosa non erit.

In sentent. Impatientia animæ perditio est: siquidem propter impatientiam, qui patientia caruerunt perierunt.

lib. de ordine vitæ. Vera patientia, nisi per profundam humilitatem nec acquiritur, nec tenetur.

DE

DE PAVPERTATE.
Cap. clxv.

Facultates Ecclesiarum, Patrimonia pauperum.

Ex tract. Ecce nos reliquimus. REs pauperum, non pauperibus dare, par sacrilegij crimẽ esse dignoscitur. Sane patrimonia pauperum, facultates ecclesiarum, & sacrilega eis crudelitate surripitur, quicquid sibi ministri & dispensatores, non vtique domini vel possessores, vltra victum accipiunt & vestitum. Nec enim ordinauit Deus his qui Euangelio seruiunt, de Euangelio quærere aut habere delitias, vel ornatum: sed viuere ait Paulus ex eo: vt videlicet sint contenti alimenta corporis, nõ irritamenta gulæ, aut incentiua libidinis & quibus tegantur, non quibus ornentur accipere

Christi paupertas imitanda.

Ser. 3. de resurrect. Descendit ab innenarrabilibus cœli diuitiis, & veniens in mũdum, nec istas qualescunque diuitias habere voluit: sed in tanta paupertate venit, vt natus continuò poneretur in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio: Et verè magna abusio, nimis magna, vt diues esse velit vilis vermiculus, propter quem Deus maiestatis & Dominus sabahõt voluit pauper fieri.

Ser. 4. de sanct. Nat. Domini. Ditior Christi paupertas cunctis opibus, cunctisque thesauris. Quid enim humilitate ditius, quid preciosius inuenitur: quia regnum cœlorum emitur, & diuina gratia acquiritur? Vis obtinere cœlum? Paupertatis vilitatem amplectere, & tuum erit.

In sentent. Fœlix voluntaria paupertas relinquentium omnia, & sequentium te Domine Iesu.

Ibidem. Voluntaria paupertas suos à gemina impugnatione (quà huius mundi amatores expugnantur) redit securos, scilicet propria inuidia, & aliena. Paupertas enim dũ putatur miseria aliena caret inuidia: & quia est voluntaria, nemini quicquam inuidet.

DE PECCATO.
Cap. clxvj.

In malis perseuerare diaboli est.

Ser. 1. de Aduentu Domini. PErseuerare in malo diabolicum est, & digni sunt perire cum illo, quicumque in similitudinem eius permanent in peccato.

Diuinum est quod labe caret.

Ser. 6. in vig. Nat. Christi. Quamlibet firmi, quamlibet fortes in fide, quamlibet parati, quamlibet panibus abundantes, ipso quidem largiente, cui quotidie orantes dicimus: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, necesse habemus addere consequenter: Dimitte nobis debita nostra. Alioquin si dixerimus quoniam peccatum nó habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

Condonatio sit facilis.

Ser. 11. in fe. Pet. & Paul. Magnorum criminum rei, magnis criminibus facilè donabunt veniam: & in qua mensura mensum est eis remetientur nobis. Peccauit peccatum grande petrus Apost. & fortassis quo grãdius nullum est: & sic vt nihil de singularitate sui primatus amitteret. Sed & paulus, qui in ipsa viscera nascentis Ecclesiæ, tàm singulariter, quàm incomparabiliter grassatus est, per ipsius Filij Dei vocem ad fidem adducitur: & pro tantis malis, tantis bonis repletus est, vt vas electionis fieret, ad portandum nomen eius corã gentibus, & regibus, & filiis Israel. Tales ergo decebat humano generi pastores & doctores cõstitui, qui & homines esset, & peccatores & maximi peccatores: qui in seipsis, & de seipsis discerẽt, quàm latè aliis misereri deberent.

Non recidiuandum.

Ser. 2. de assumpt. B. Mariæ. Reuersus ad vomitum canis, odibilis erit multò plus quã antè: & fiet filius gehennæ multipliciter, qui post indulgentiam delictorum, in easdem denuo sordes inciderit, vt sus lota, in volutabro luti

Impia vita exosos nos reddit Deo.

Ser. de Sanct. Martino. Sicut peccatores spiritus inter cœlum & terram, ventosum hoc medium tenent, vnde & potestates huius aëris nominãtur, sic peccata nostra inter nos & Deum separant, inter creatorem patremque spirituum, & spiritalem vtiq; creatorem.

Ser. de triplici cogit. Dum otiosa tanquam minima spernimus, ad turpia atque inhonesta dilabimur.

Peccata medium faciunt inter nos & Deum.

Lib. de peri. sicut sup. cap. 25. Vt enim corporeus nobis visus, aut humore interiori aut exterioris iniecti pulueris impeditur: sic & intuitus spiritualis interdum quidem propriæ carnis illecebris, interdum curiositate seculari & ambitione turbatur. In vtroque tamen solũ quod hebetat & confundit obtutum, peccatum est: nec aliud inter oculum & lucem, inter Deum & hominem separate videtur.

Ser. 6. sup. Cant. Vbi peccatũ remittitur, ibi proculdubio diabolus de corde peccatoris exepllitur.

Ser. 10. sup. Cant. Tantò minus vile anima diuinis apparebit conspectibus: quantò plus sibi illa viluerit in recordatione peccatorum suorum.

Lib. de grã. & lib. ar. Inquantum regnum gratiæ dilatatur, intantum peccati potestas minuitur.

Aliena qui curiosè discutit, sua exertè discutere nescit.

Lib. de int. do. cap. 43. Tãmdiu quisque peccata sua ignorat, quamdiu curiosè aliena considerat. Qui semetipsum aspicit, non quærit in quo aliis frequenter reprehendat sed in semetipso quod lugeat.

DE PERFECTIONE.
Cap. clxvij.

Perfectio bonæ voluntatis ex quibus consistat.

Lib. de gr. & lib. ar. VElle malunt, defectus quidam est volũtatis: bonum velle, profectus eiusdem: sufficere autem ad omne quod volumus bonum, ipsius perfectio. Vt ergo velle nostrum quod ex libero arbitrio habeamus, duplici gratiæ munere indigemus: & vero videlicet sapere, quod est voluntatis ad bonum conuersio, & pleno etiam posse, quod est eiusdem in bono confirmatio. Porrò pefecta conuersio est ad bonum, vt nihil libeat, nisi quod deceat vel liceat perfecta in bono confirmatio, vt nihil desit iam quod libeat.

Lib. de vita solit. Ibidem. Perfectum esse nolle, delinquere est.

Nusquam se melius deprehendit modus humanæ imperfectionis, quàm in lumine vultus Dei, in speculo diuinæ visionis.

DE PACE.
Cap. clxviij.

Pax Dei, sit impræsentiarum nostra gloria.

Ser. 14. sup. Cant. GLoriam meam (inquit Dominus) alteri non dabo. Quid ergo dabis nobis Domine? quid dabis nobis? Pacem, inquit, do vobis, pacem relinquo vobis. Sufficit mihi, gratanter suscipio quod relinquis & relinquo quod retines. Pacem desidero, & nihil amplius. Cui non sufficis tu. Tu enim pax nostra, hoc mihi necessarium: hoc satis est reconciliari tibi reconciliari mihi. Abiuro gloriam prorsus: nec sacrilegus sum inuasor gloriæ tuæ. Tibi Domine, tibi gloria tua maneat illibata: mecum bene agitur, si pacem habuero. Vide de hac materia fusius sermone 29. super cantica & 4. de aduentu.

DE POENITENTIA.
Cap. clxix.

Perpetrata flagitia, post lamenta pœnitentiæ, non iteranda.

Ser. 1. in QVicũq; post lamenta pœnitentiæ non ad carnales redit cõsolationes, sed in fiduciã diuinæ miserationis excedit, *die Pasch.*

ingreditur nouam quandam deuotionem,& gaudium in spiritusancto: nec tam compungitur præteritorum recordatione peccatorum, quàm delectatur memoria, & inflammatur æternorum desiderio præmiorum:is planè est,qui cum Christo resurgit,qui pascha celebrat,qui festinat in Galileam.

Pœnitentiam agere volens renunciet mundo.

lib.de perf. iust.cap. 30. Periclitatur castitas in delitiis, humilitas in diuitiis, pietas in negotiis,veritas in multiloquio,charitas in hoc seculo nequam. Fugite de medio Babylonis, fugite & saluate animas vestras.Conuolate ad vrbes refugij,vbi possitis & de præteritis agere pœnitentiam, & in præsenti obtinere gratiam, & futuram gloriam fiducialiter præstolari. Non vos retardet conscientia peccatorum: quia vbi illa superabundauerunt, superabundare gratia consueuit, non pœnitentiæ austeritas ipsa deterreat. Neque enim condignæ sunt passiones huius temporis,ad præteritam culpam quę remittitur:non ad præsentis consolationis gratiam,quæ immittitur:nõ ad futuram gloriam,quæ promittitur nobis.

Pœnitentia nostra quando Deo accepta.

Serm.3. sup.cant. Quantum displicet Deo impudentia peccatoris: tantùm pœnitentis verecundia placet.

Nullus labor durus verè pœnitenti.

lib.de gradib. humi. Qui veraciter pœnitet, laborem pœnitentiæ non abhorret:sed quicquid sibi pro culpa quam odit iniungitur, tacita conscientia patienter amplectitur.

Pœnitentia vera quæ.

lib. medit. cap.4. Verus pœnitens semper in labore & dolore est. Dolet de præteritis, laborat pro futuris cauendis. Vera siquidem pœnitentia est,sine temporis intermissione de peccatis dolere. Sic plangit commissa, vt non committat plangenda. Irrisor namq; est,& non verus pœnitens,qui adhuc agit quod plangit.Si ergo vis verus pœnitẽs esse,cessa à peccato,& noli amplius peccare:quoniam inanis est pœnitentia, quàm sequens coinquinat culpa.

DE PRAELATIS. Cap. clxx.

Prælati magis appetant amari à subditis,quàm timeri.

Serm.23. sup.cant. AVdiant prælati qui sibi commissis semper volunt esse formidini,vtilitati rarò.Erudimini qui iudicatis terram. Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos. Studete magis amari, quàm metui: & si interdum seueritate opus est,paterna sit,non tyrannica. Matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite feritatem: suspendite verbera, producite vbera, pectora lacte pinguescant,non typo superbiæ turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggrauatis, quorum potius onera portare debetis? Cur morsus à serpente paruulus, fugit conscientiam sacerdotis,ad quem eum magis oportuerat tanquam ad sinum recurrere matris?Si spirituales estis,instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans vnusquisque seipsum, ne & ipse tentetur. Alioquin ille in peccato suo morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

lib.de consid. Inferiorum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides negligentésque rectores. Vide de hac materia sermone 10,super cantica fusius.

DE PRAESVMPTIONE. Cap. clxxj.

Ser.3.in vi sitat.beatæ Mariæ. SIcut mater præsumptionis elatio:sic mansuetudo vera,nõ nisi ex vera humilitate procedit.

Ser.5.in dedicat Ecclesiæ. Excludit miserię dissimulatio miserationem,nec dignatio locum habet,vbi fuerit præsumptio dignitatis:prouocat verò compassionem,humilis confessio passionis.

Serm.37. sup.cant. Quemadmodum si per ostium transeas, cuius superliminare nimium bassum sit, non nocet quantúmque te inclinaueris,nocet autem si vel transuersi digiti spatio plus quàm ostij patitur mensura erexeris,ita vt impinguas,& capite quassato collidaris:sic in anima non est planè timenda quantalibet humiliatio,horrenda autem nimiúmque pauẽda vel minima temerè præsumpta erectio. Quamobrem noli te homo comparare maioribus, noli minoribus, noli aliquibus, noli vni.

DE PROSPERITATE. Cap. clxxij.

Prosperitas nimia quàm sit nociua.

Serm.2.in die palm. SIcut secularium rerum prosperitas nimia occidit stultum secularem: sic potest & abundantia spiritualis prosperitatis occidere indoctum spiritualem, atque ideo non spiritualem,spiritualis quippe diiudicat omnia. Licet enim multos frangat aduersitas, tamen multò plures occidit prosperitas. Denique quia vtrobique periculum est,orat sapiens & dicit: Diuitias & paupertates ne dederis mihi, ne fortè aut diuitiæ extollerent in superbiam, aut paupertas deiiceret in impatientiam.

Serm.2.de consid. Quam rarus semper extitit, qui nõ vel modicè in prosperitate relaxarit à sui custodia & disciplina: quando hæc non fuit incautis ad disciplinam,quod ignis ad cæram,quod solis radius ad niuem vel glaciem:SapiensDauid,sapientior Salomon fuit:sed blandientibus nimis prosperis & secundis rebus,alter ex parte,alter ex toto desipuit. Magnus qui incidẽs in aduersa non excidit vel parum à sapientia: nec minor cui præsens prosperitas si arrisit, non irrisit, quanquam facilius inueneris qui sapientiam retinuerunt contraria sibi fortuna, quàm qui propitia non perdiderunt.

DE PROFECTV. Cap. clxxiij.

Profectus hominis in quo consistat.

Serm.3.de purificat. PRofectus noster in eo consistit, vt nunquam arbitremur nos apprehendisse: sed semper extendamur in anteriora, incessanter conemur in melius,vt imperfectum nostrum, diuinæ misericordiæ obrutibus iugiter exponamus.

Semper ad meliora studia niti debemus.

lib.de vitâ solit. A terris ad cœlos festinantem,qui moratur,& si non decinet,plurimum tamen nocet.

Ibidem. Nulli in eodem statu diu esse conceditur. Seruo Dei aut semper proficiendum, aut deficiendum est:aut sursum nititur,aut ad inferiora vrgetur. Ab omnibus autem vobis perfectio exigitur,licet non vniformis.Sed si incipis,incipe perfectè:si iam in profectu es,& hoc ipsum iam perfectè age. Si autem perfectionis aliquid attigisti, teipsum in teipso metire,& dic cum Apost.Non quòd iam apprehẽderim, aut perfectus sim: sequar autem si fortè apprehendam, in quo & comprehensus sum. Vnum autem quæ quidem retrò sunt obliuiscens, & ad ea quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum prosequor brauium supernę vocationis in Christo Iesu.In quo manifestè,Apostolo docente,declaratur:quia perfecta eorum quæ retro sunt obliuio, & perfecta in anteriora extensio, ipsa est hominis iusti in hac vita perfectio: & perfectio huius perfectionis ibi erit, vbi erit brauij supernæ vocationis perfecta apprehensio.

Ex tract. de ordine vitæ. Epist.ad Garinum abb. Tantò quis fit veritati vicinior,quanto se longius esse ab ea fuerit arbitratus.

Perfectus non habet in quo proficiat. Et qui proficit, eo ipso quo proficit,perfectus non esse conuincitur. Porrò vera virtus finem nescit,tempore non clauditur. Nec vnquam iustus arbitratur se apprehendisse, nunquam dicit, satis est: sed semper esurit, sitit que iustitiam: ita vt si semper viueret, semper quantum in se est, iustior esse contenderet:semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Non enim ad annum, vel ad tempus instar mercenarij:sed in ęternum se diuino maneipat famulatui.

Ibidem. Itaque indefessum proficiendi studium,& iugis conatus ad perfectionem profectio reputatur. Quod si studere perfectioni esse perfectum est:profecto nolle proficere,deficere est.Nõ est stare omnino,neque in incerto huius mortalis vitæ quicquam in eodem statu permanet:aut ascendas necesse est,aut descendas:si attẽtas stare,ruas necesse est. Minimè pro certo est bonus,qui melior esse non vult:& vbi incipis nolle fieri melior,ibi etiam desinis esse bonus. Hinc planè colligitur,quia nolle proficere,non nisi deficere est.

DE

DE PIETATE. Cap. clxxiiij.

Pietatis fructus omnium maximus.

Ser.7.sup. Psal. Qui ha. TAntus est pietatis fructus, tanta iustitię merces, vt ne ab ipsis quidẽ nõ desiderari queat impiis & iniustis.Nam & pseudo prophetam Balaam dico,& ipse inquam iniquus,iustorum mortem optabat,& nouissima sua horum similia fieri precabatur.

Lib.de vita solit. Quicunque pietatem non habet in conscientia,non exhibet in vita,non exercet in cella: non solitarius, sed solus dicendus est. Nec cella ei cella,sed recluso & carcer est. Verè enim solus est,cum quo Deus nõ est: verè recluso est,qui in Deo liber non est.Solitudo enim & reclusio sunt nomina misericordiæ.Cella autem nequaquã debet esse reclusio necessitatis, sed domiciliũ pacis:ostium clausum:non latebræ,sed secretum.Cum quo enim Deus est,nunquã minus solus est,quàm cum solus est.

DE PSALMIS. Cap. clxxv.

Psalmi transeant in affectus.

Ser.7.sup. Qui habit. CIbus in ore,psalmus in corde sapit: tantum illum terere nõ negligat fidelis & prudẽs anima quibusdam dẽtibus intelligentiæ suæ: ne si fortè integrum glutiat, & non mansum, frustretur palatũ sapore desiderabili,dulciori super mel & fauum.

Psallentibus adsistunt angeli.

Ibidem. Solent psallentibus, quoque dignanter admisceri sancti angeli,sicut psalmista ait: Preuenerunt principes coniuncti psallentibus Vnde & dicebat:In conspectu angelorum psallam tibi.Vsurpemus igitur &nos officium,quorum sortimur consortium.Dicamus eis:Psallite Deo nostro,psallite. Atque audiamus eos vicissim respondentes psallite Regi nostro, psallite.

Deus purè ac strenuè,orandus.

Ser.47.su. Cant. Moneo vos dilectissimi purè semper ac strenuè diuinis interesse laudibus.Strenuè quidem, vt sicut reuerenter, ita & alacriter Domino assistatis.Non pigri,non somnolenti,non oscitantes,non parcentes vocibus,non præcidentes verba dimidia,non integra tranſilientes,non fractis & remissis vocibus muliebre quiddam balba de nare sonantes:sed virili (vt dignum est) & sonitu & affectu voces sanctiſspiritus depromentes.Purè verò,vt nil aliud dum psallitis,quàm quod psallitis cogitetis.Nec solas dico vitandas cogitationes vanas & otiosas: sed ne illa quidem profectò recipere tunc consuluerim,quæ fortè pauloantè in claustro sedentes in codicibus legeratis.Salubria sunt quidem,sed minimè illa salubriter interpsallendum reuoluitis. Spiritus enim sanctus,illa hora gratum non recipit,quicquid aliud quàm debes,neglecto eo quod debes,obtuleris.

DE PVDORE. Cap. clxxvj.

Pudor est geminus.

Ex tract. ad Milites templi cap. 12. EST pudor adducens peccatum,& est pudor adducens gloriam.Bonus pudor est,quo peccasse,aut certè peccare confunderis.Quod si quispiam confiteri cõfunditur,id quoque vnde compungitur,talis pudor peccatum adducit & gloriam de conscientia perdit:quando malum quod ex profundo cordis compunctio conatur expellere,pudor ineptus obstructo labio rum ostio,non permittit exire:cum eum exemplo Dauid,dicere potius oportet:Et labia mea nõ prohibebo,Domine tu scisti.

DE PVRITATE. Cap. clxxvij.

Sanitas animæ,puritas cordis.

Ser.de triplici genere bonorum. SIcut corporis natura est sanitas,ita cordis natura est puritas:quia turbato oculo,non videtur Deus, & cor humanũ ad hoc factum est,vt suum videat creatorem. Si verò sanitati corporis sollicita est prouidenda custodia : puritati cordis, tantò sollicitior est impendenda, quantò pars ista dignior illa esse conuincitur.

DE PVRGATORIO. Cap. clxxviij.

Hæritici negant purgatorium & orationes pro defunctis.

Ser.66.su. Cant. HEretici non credunt ignem purgatorium restare post mortem, sed statim animam solutam à corpore,vel ad requiem transire,vel ad damnationem. Quærant ergo ab eo qui dixit,quoddam peccatum esse, quod neque in hoc seculo,neque in futuro remittetur:cur hoc dixerit,si nulla manet in futura remissio purgatione peccati:Iam verò qui Ecclesiam non agnoscunt,non est mirum si ordinibus Ecclesię detrahunt,si instituta nõ recipiunt, si sacramenta cõtemnunt, si mandatis non obediunt.

DE QVÆSTV Cap. clxxix.

Lib.3.de Consid. OAmbitio ambientium crux,quomodò omnes torques, quomodò omnibus places?Nil acerbius cruciat, nil molestius inquietat: nil tamen apud miseros mortales crebrius negociis eius.An non limina Apostolorum plus iam ambitio,quàm deuotio terit?An non vocibus eius vestrum tota die resultat palatium?An non quæstibus eius tota legum canonumque disciplina insudat? An non spoliis eius,omnis Italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas? &c.

DE RATIONE. Cap. clxxx

Ratio concordet voluntati & memoriæ.

Ser.2.in dedicatio.ec. VIdeat anima,si desiderat habitare Christum per fidem in corde suo,id est in seipsa:sollicitè caueat,ne à se inuicem membra eius dissideant,id est ratio voluntasatque memoria. Sit ergo sine errore ratio vt bene cõgruat volũtas. Talẽ enĩ voluntas amat.Sit & voluntas sine iniquitate, quoniam ratio talem approbat. Alioquin si sese indicat anima propter voluntatis prauitatem,in eo quòd per tationem probat,bellum intestinum est,& discordia periculosa:quoniam voluntatem huiusmodi ratio semper suggillat, accusat, diiudicat, condemnat. Propter quod Dominus ait in Euangelio: Esto consentiens aduersario tuo,dum es in via cum illo, ne fortè aduersarius tradat te tortoribus.Sit etiam memoria sine sorde,vt nullum in ea peccatum maneat,quod nõ pura confessione,& dignis fructibus pœnitentiæ deleatur. Alioquin cõscientiam in qua peccatum latet, & voluntas odit, & ratio execratur.

DE RECTORIBVS. Cap. clxxxj.

Lib.3.de Consid. INfetiorum culpę ad nullos magis referendę sunt, quàm ad desides negligentésque rectores.

DE REDEMPTIONE HOMINIS. Cap. clxxxij.

Ser.3.in vi sit.Mariæ. COngruum erat,vt adesset nostræ reparationi sexus vterque,quorum corruptioni neuter defuisset. *De hac materia copiosè scripsimus in titulo Misericordia Dei,passio Christi. Ad lectorem remitto.*

DE RESVRRECTIONE CHRISTI. Cap. clxxxiij.

Resurrectio Christi cæteris eminentior.

Ser.1.in die Paschæ REsurrectio Christi duplici priuilegio cæteris præeminet resurrectionibus . Nam cæteri quidem resurrexerant mortui,iterum morituri.Christus resurgens ex mortuis,iam non moritur,mors illi vltra nõ dominabitur. Illi mortui,denuo opus habent iterum resuscitari:Christus quod mortuus est peccato mortuus est semel:quod autem viuit, viuit Deo, viuit in æternitate. Meritò proinde resurgentium primitiæ Christus:qui ita resurrexit,vt cadere non adiiciat, qui solus attigit immortalitatem.

Christus eo die redemit hominem, quo & creauit.

Resurrectionem Christus non distulit vltra tertium diem vt propheta fidelis inueniatur,qui dixit: Viuificabit nos post duos dies,in die tertia resuscitabit nos. Decet nimirum vt quemadmodum caput præcessit,sequantur membra.In pati-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bulo sexta feria redemit hominem, ipso die quo fecerat hominem in initio. Sequenti die sabbatizauit in monumento, consummato opere quod susceperat. Tertia verò quæ prima dierum est, primitiæ dormientium, apparuit mortis victor nouus homo. Ita & nos quicunq; sequimur caput nostrum, tota die hac qua plasmati & redempti sumus, non cessemus agere pœnitentiam: non cessemus tollere crucem nostram, perseuerantes in ea, sicut ipse perseuerauit: donec dicat spiritus, vt requiescamus à laboribus nostris: vt consummata viriliter die crucis, secunda quæ post mortem est, quiescamus suauiter, dormiamus fœliciter in sepulchris: expectates beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei: qui resuscitabit corpora nostra tertia demum die, configurata corpori claritatis suæ.

DE RENOVATIONE. Cap. clxxxiiij.

Operationes Dei tres, quarum prima creatio est, secunda formatio, tertia consummatio.

lib. de gra. & lib. arb. CRearis, sanaris, saluaris. Quid tibi horum ex te ô homo? Nec creare qui non eras, nec iustificare peccator, nec mortuus poteras teipsum resuscitare: vt cætera prætermittã bona, quæ aut sanandis necessaria sunt, aut saluandis reposita. Quod dicimus de primo patet, & de vltimo. Sed & de medio nemo dubitat, nisi qui ignorans Dei iustitiam, & suam volens constituere, iustitiæ Dei nõ est subiectus. Quid enim? Agnoscis creantis potentiam, saluantis gloriam, & sanantis ignoras iustitiam? Quis est qui ignoret Dei iustitiam? Qui seipsum iustificat. Qui merita sibi aliunde præsumit, quàm à gratia. Cæterum qui fecit quod saluaret, etiã dat vnde saluet. Ipse inquam merita donat, qui fecit quibus donaret. Igitur qui rectè sapiunt triplicem confitentur operationem, non quidem liberi arbitrij, sed diuinæ gratiæ in ipso, siue de ipso. Prima creatio, secunda reformatio, tertia consummatio.

DE REPREHENSIONE. Cap. clxxxv.

In apolog. ad Guliel. abb. NEmo fidenter reprehendit, in quo se esse irreprehensibilem non cõfidit. Siquidem humanitatis est omnium, in quo sibi quisque indulget, aliis non vehementer irasci.

DE SACRIFICIO ALTARIS. Cap. clxxxvj.

Ad diuina Christi mysteria commoto animo non accedendum.

lib. de præcept. & dispensat. NVnquam mihi contingat, turbatum ad pacis accedere sacrificium: cum ira & disceptatione contingere sacramentum, in quo Deus indubitanter est mundum reconciliãs sibi. Certè non recipitur munus quodcunq; meum, quod defero ad altare, nisi ante placato fratre, quem me fortè læsisse meminero, quantò minus si meipsum non placauero prius?

DE SAPIENTIA. Cap. clxxxvij.

Sapientia quæ salutaris.

Serm. 1. de Nat. Chri. SOla quæ ex Deo est sapientia salutaris, quæ secundum B. Iacobi diffinitionem, primùm pudica, deinde pacifica est. Nam sapientia carnis, voluptuosa est, non pudica. Sapientia mundi tumultuosa est, non pacifica. Sapientia verò quæ ex Deo est, primũ pudica est: non quærens quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi: vt nõ suam quisque faciat voluntatem, sed consideret quæ sit voluntas Dei: Deinde pacifica, non abundans in suo sensu, sed alieno magis acquiescens cõsilio vel iudicio.

Concupiscens sapientiam, seruet iustitiam.

Serm. 5. de Assump. Mariæ. Quisquis ad intelligentiam peruenire desiderat, profectò necesse est, vt prius per opera bona sese diligenter exerceat, sicut scriptum est: Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi.

Sapiens & beatus quis.

Ser. Nõ est Est sapiens, cui quæq; res sapiunt, prout sunt. Cui verò ipsa iam in se prout est sapientia sapit, is non modò sapiens, sed etiam beatus est. *reg. Dei esca & Pot.*

Sapientem quænam efficiunt.

Serm. 23. sup. cant. Sol non omnes quibus lucet etiam calefacit. Sic sapientia multos quos docet quid sit faciendum, non continuò etiam accendit ad faciẽdum. Aliud est multas diuitias scire, aliud & possidere: nec notitia diuitem facit, sed possessio. Sic prorsus, aliud est nosse Deum, & aliud timere Deum: nec cognitio sapientem, sed timor facit, qui & afficit.

Ibi. ser. 37. sup. cant. Sicut initium sapientiæ timor Domini, sic initium omnis peccati superbia: & quomodo perfectionem sibi sapientiæ vendicat amor Dei: ita desperatio sibi omnẽ malitiæ cõsummationem. Et quẽadmodum ex notitia tui, venit in te timor Dei, atq; ex Dei notitia, itidem amor: sic econtrario de ignorantia tui superbia, ac de Dei ignorantia venit desperatio.

Virtus cognata est sapientiæ.

Serm. 8. sup. cant. Cognata virtus sapiẽtiæ est. Quicquid virtus elaborat, sapientia fruitur: & quod sapientia ordinat, deliberat, moderatur, virtus exequitur. Sapientiam scribe in otio, ait sapiens. Ergo sapientiæ otia, negotia sunt: & quò otiosior sapientia, eò exercitatior in genere suo. E regione, virtus exercitata, clarior est: eóque probatior, quò officiosior.

DE SANCTITATE. Cap. clxxxviij.

Serm. 45. sup. cant. RAra auis in terris, aut sanctitatem nõ perdere, aut humilitatem sanctimonia non excludi. Vide tit. festus. 1. 2.

DE SATISFACTIONE. Cap. clxxxix.

Serm. 4. ex minorib. HVmilis & verecunda debet esse satisfactio, qua emendatur superba transgressio.

Satisfactio quid.

lib. de inter. domo. cap. 1. Condigna satisfactio, est mala facta corrigere, & correcta non reiterare.

DE SCANDALO. Cap. cxc.

Standalum seminans Christum trucidat.

Serm. 1. in conuers. S. Pauli. SAule, Saule, quid me persequeris inquit? An nõ persequebatur Christum, qui Christi membra trucidabat in terris? Aut verò persecuti sunt Christum, qui sacratissimum illud corpus, crucis affixere patibulo: & non persequebatur eum, qui aduersus corpus eius, quod est Ecclesia, odio furebat iniquo? Denique si proprium sanguinem dedit in precium redemptionis animarũ: non tibi videtur grauiorem ab eo sustinere persecutionem, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasione auertit ab eo animas quas redemit: quàm à Iudæo, qui sanguinem illum fudit? Agnoscite dilectissimi & expauescite consortia eorum, qui salutem impediunt animarum. Horrẽdum penitus sacrilegium, quod & ipsorum videtur excedere facinus, qui Domino maiestatis, manus sacrilegas iniecerunt. Videbatur iam cessasse persecutionis tempus, sed vt palam factum est, nunquam deest persecutio Christiano, sed neque Christo. Et nunc quod gratuius est, ipsi Christum persequuntur, qui ab eo vtique Christiani dicuntur. Amici tui Deus & proximi, aduersum te appropinquauerunt & steterunt. Coniurasse videtur contra te vniuersitas populi Christiani, à minimo vsque ad maximum: à planta pedis vsque ad verticem, non est sanitas vlla. Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum. Non est iam dicere: Vt populus sic sacerdos, quia nec sic populus vt sacerdos. Heu heu domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui vimẽtur in Ecclesia tua primatum diligere, gerere principatum. Misera eorum conuersatio, plebis tuæ miserabilis subuersio est. &c.

Veritas preciosa.

In apol. ad Guli. abb. Melius est vt scandalũ oriatur (vt Gregorius ait) quàm veritas relinquatur.

DE SECVRITATE. Cap. cxcj.

Ex tract. ad milit. templi. cap. 2. OVita secura, vbi pura conscientia. O inquam vita secura, vbi absque formidine mors expectatur, imò exoptatur cum dulcedine, & excipitur cum deuotione.

DE SEDVCTORIBVS Cap. cxcj.

Ser. 77. sup. Cant. SEductori dat manum, qui dare dissimulat præceptori: & qui dimittit oues in pascua absque custode, pastor est nõ ouium, sed luporum

DE SERVIS. Cap. cxcij

Quatuor sunt quibus seruit homo in hac vita.

Ser. 3. de epiph. Dom. QVatuor sunt quorũ in hac vita obsequiis deseruimus, caro, mũdus, diabolus, Deus. Carni militamus, gulæ illecebris seruiendo, luxuriæ stimulis obsequendo. Mundo militamus, auaritiæ æstibus anhelando, honoris altitudinem affectando. Diabolo militamus, bonorum prouectibus inuidendo, contra Deum superbiæ spiritu intermiscendo. Deo autem militamus, pietatis operibus humiliter insistendo: potestatibus aëriis viriliter resistẽdo. Habent & hi singuli principes donatiua propria. Caro largitur suis seruitoribus momentaneam voluptatem: mundus transitoriam sublimitatem: Diabolus perpetuam captiuitatem: Deus interminabilem fœlicitatem.

DE SCIENTIA. Cap. cxciij.

Scientia vera quæ.

Ex mino rib. ser. cap. 3. VEra scientia est, scire nos mortales & caducos & fragiles esse, & in hoc exilio, & in hoc ergastulo, in hac peregrinatione, in hac valle lachrymarum, dolendum & lugendum esse.

Scire volunt diuersi ob fines diuersos.

Ser. 36. sup. Cant. Sunt qui scire volunt eo fine tantũ vt sciant, & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volunt, vt sciantur ipsi, & turpis vanitas est. Qui profectò non euadent subsannantem Satyricum, & ei qui eiusmodi est decantantẽ: Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt item qui scire volunt, vt scientiam suam vendãt, verbi caussa: pro pecunia, pro honoribus, & turpis quęstus est. Sed sunt quoque qui scire volũt vt ædificent, & charitas est: & item qui scire volunt, vt ædificentur, & prudẽtia est. Horum omnium soli vltimi duo non inueniuntur in abusione scientiæ: quippe qui ad hoc volunt intelligere, vt benefaciant.

Ibidem.

Scientia in animi visceribus traiicienda.

Sumenti cibum & non digerenti, pernicioſum eſt ei. Cibus ſiquidem indigeſtus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit: Ita & multa ſcientia ingeſta ſtomacho animæ, quæ eſt memoria, ſi decocta igne charitatis nõ fuerit, & ſic per quoſdam artus, animæ, mores ſcilicet & actus tranſfuſa atque digeſta, quatenus ipſa de bonis quæ nouerit vita atteſtante & motibus bona efficitur, nõne illa ſcientia reputabitur in peccatum, tanquam cibus conuerſus in prauos noxioſque humores? An non malus humor peccatum? an non mali humores, praui mores? An non inflationes & tortſiones in conſcientia ſuſtinebit, qui huiuſmodi eſt: ſciens videlicet bonum & non faciens? An non reſponſum mortis & damnationis in ſemetipſo habebit, quotiens in mẽtem venerit ſermo quem dixit Deus: Quia ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & nõ faciens digna, plagis vapulauit multis?

lib. de inter. dom. cap. 29.

Primus ſcientiæ fons, cognitio ſui.

Multæ ſunt ſcientiæ hominum, ſed nulla melior eſt illa, qua cognoſcit homo ſeipſum.

DE SCRIPTVRA SACRA. Cap. cxciiij.

Scriptura ſacra demulcet animi affectus.

Ser. 1. ſup. Cant. BLanda eſt ſacræ ſcripturæ facies, facilè afficit & allicit ad legendum, ita vt quod in ea latet, delectet etiam cum labore inueſtigare: nec fatiget fortè inquirendi difficultas, vbi eloquij ſuauitas mulcet

Eſcæ ſpirituales ſint in deſiderio.

Ser. 35. ſu. Cant. Si corporis cibus cum abſque appetitu, & ſatiatus illum ſumis, non modo non prodeſt, ſed & nocet plurimum: multò magis panis animæ cum faſtidio ſumptus, non ſcientiæ nutrimentum, ſed magis tormentum conſcientiæ importabit.

DE SPIRITVSANCTO. Cap. cxcv.

Spiritus ſanctus in quibus non quieſcat.

Ser. 3. Pentecoſt. SPiritus. odit ſordes, nec habitat in corpore ſubdito peccatis. Cui enim propriũ eſt peccata repellere, ipſi & proprium eſt, peccata odire: nec in vno domicilio pariter morabuntur, tanta mundicia, & immundicia tanta. Recepto ergo Sancto ſpiritu per ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum, auderi quis ante faciem eius apparere, tanquam lotus & mundus: vtpote qui contineat ſe ab omni malo, & qui actiones, & ſi non cogitationes frenauerit? Sed quia peruerſæ & immundæ cogitationes ſeparant à Deo: orandum eſt, vt cor mundum creetur in nobis: quod vtique fiet, ſi ſpiritus rectus fuerit in noſtris viſceribus renouatus.

DE SPIRITV HOMINIS. Cap. cxcvj.

Deus diuerſa in diuerſis operatur.

Lib. 5. de Conſid. SIcut anima videt in oculis, audit in auribus, odorat in naribus, in faucibus guſtat, tãgit in toto reliquo corpore: ſic Deus diuerſa in diuerſis ſpiritibus operatur. Verbi gratia: in aliis amantem ſe exhibens, in aliis agnoſcentẽ, in aliis alia facientẽ: ſic vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ.

DE SPE. Cap. cxcvij.

Anima ſingulariter in ſpe conſtituta, pellit timorem.

Ser. 3. ſup. Cant. Eſt locus inter metum & ſecutitatẽ, media videlicet ſpes, in qua mens & conſcientia molli nimirum ſuppoſito charitatis ſtratu, ſuauiſſimè requieſcit. Eſt autẽ cùm mens noſtra formidine pœnæ ſeruiliter premitur, & donec quis premitur à ſpiritu ſeruituris, parúmque habet de ſpe, de timore plurimum: non eſt ei pax neque requies, fluctuante nimirũ conſcientia inter ſpem & timorem, maximèque quòd a ſuperexcellente timore abundantius crucietur. Nam timor pœnam habet. Cæterum ſi paulatim per incrementum gratiæ, cœperit deficere timor, & proficere ſpes, cùm demum ad hoc vẽtum fuerit, vt perfecta charitas ex toto foras mittat timorem: nõnne huiuſmodi anima, ſingulariter in ſpe conſtituta videtur? ac perinde in pace in idipſum dormire & requieſcere? Nam qui ſe ſingulariter in ſpe conſtitutum ſentit, nõ iam in timore ſeruit, ſed requieſcit in charitate.

Spes in Deum, animat in tribulationibus conſtitutos.

Ser. 7. ſup. Qui habit. In ſpe viuimus, ne deficiamus in tribulatione præſenti, quod in expectatione ſimus indefectibilium gaudiorum. Neque enim vana nobis expectatio aut dubia ſpes videtur, innixa nimirum æternę promiſſionibus veritatis. Prorſus magna lætitia & exultatio multa nimis, cum vita venerit.

Ibidem. Ser. 9. Quicquid agendum ſit, quicquid declinandum, quicquid tolerandum, quicquid optandum: tu es Domine ſpes mea. Hæc vna mihi omnium promiſſionum cauſſa: hæc tota ratio meę expectationis. Hoc eſt votum meum, hoc eſt propoſitum meum, hæc intentio cordis mei. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo, & in hac perſeuerabo.

Ibidem. Propter te omnia detrimentum feci, & vt ſtercora arbitror: quoniam tu es Domine ſpes mea. Si mihi præmia promittuntur, per te obtinenda ſperabo. Si inſurgant aduerſum me prelia, ſi fœuiat mundus, ſi fremat malignus, ſi ipſa caro aduerſus ſpiritum concupiſcat, in te ego ſperabo. Nempe ad omnem tentationem, ad omnem tribulationem, ad omnem deniq; cuiuſcunque modi neceſſitatem: aperta eſt nobis vrbs confugii, ſinus mattis expanſus eſt: parata ſunt foramina petræ: patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri.

Ibidem ſer. 15. Dulciſſima liberalitas in ſe ſperantibus non deeſſe. Non enim dedignatur eſſe ſpes miſerorum, miſerator & miſericors Dominus: non ſeipſum liberatorem, ſimul liberatorem & protectorem in ſe ſperantibus exhibere recuſat.

Ser. 3. in Annunci. Mariæ. Sola nimirum ſpes apud te miſerationis obtinet locũ: nec oleum miſericordiæ niſi in vaſe fiduciæ ponis.

DE SOMNO. Cap. cxcviij.

Somno demitur.

Lib. de vita SVſpecta res eſt ſomnus, & ex magna parte ebrietati ſimilis. Exceptis enim vitiis quibus in dormiente cum corpore *ſolit.*

dormitante ratione, non est qui contradicat quantum ad debitum continui profectus. Nil temporis tam deperit de vita nostra, quàm quod somno deputatur. Iturus ergo ad somnũ, semper aliquid defer tecum in memoria vel cogitatione, in quo placidè obdormias, quod nónunquam etiam somniare iuuet, quod etiam euigilantem te excipiens, in statum hesternæ intẽtionis restituat. Sic tibi nox, sicut dies illuminabitur: & nox illuminatio tua erit in delitiis tuis. Placidè obdormies, in pace quiescens, facilè euigilabis, & surgens facilis & agilis eris, ad redeundum in id vnde non totus discessisti.

Cibus sobrius, sobrium producit somnum.

Ibidem. Sobrium cibum, sobriúmque sensum, sequitur sobrius somnus. Carnalis verò somnus, & brutus, & sicut dicitur letheus, abominandus est seruo Dei.

DE SVBDITIS. Cap. cxcviij.

lib. 3. de consid. PArui deiectíque animi est, de subditis nõ profectum quærere subditorum, sed quæstum proprium.

DE SVPERBIA. Cap. cxcix.

Non superbiendum.

Ser. 1. de aduentu domini. QVid superbis terra & cinis? Si superbientibus angelis Deus non pepercit, quanto magis tibi putredo & vermis? Nihil ille fecit, nihil operatus est, tantùm cogitauit superbiam: & in momento, in ictu oculi, irreparabiliter præcipitatus est: quia in veritate non stetit. Fugite superbiam fratres mei, quæso multum fugite. Initium omnis peccati superbia, quæ tam velociter ipsum quoque syderibus cunctis clarius micantem æterna caligine obtenebrauit luciferum: quæ non modò angelum, sed angelorum primum in diabolum commutauit.

Superbia intolerabilis & humilitas summa quæ.

Serm. 4. de Epiph. do. Sicut grandis & grauis est superbia, præferre se æquali, aut æquare prælato: ita magnæ humilitatis est, inferiorem se exhibere æquali, aut æqualem inferiori. Sicut enim summa & intolerabilis superbia est, superiori se præponere: ita inferiori se subdere, summa & plena iustitia est. Studeamus & nos obsecro fratres adimplere omnem iustitiã. Ipsa enim via, per quam ad lætitiam venitur. Nam lętitia præmium est, iustitia verò meritum & materia.

Serm. 3. ex minorib. Melior est in malis factis humilis cõfessio, quàm in bonis factis superba gloriatio.

Superbia casum habet.

Ser. de donis spiritus. cap. 2. Superbia de supernis ad ima præcipitat: humilitas de imis ad superna eleuat. Angelus enim de cœlo superbiens, ad tartara corruit: homo in terra se humilians ad cœlos ascendit. Tantò verò quisque debet esse humilior, quantò & sublimior. Vnde scriptum est: Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Hinc ipse Dominus ad discipulos ait: Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Item: Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus. Item ipse dicit. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Sine hac humilitatis virtute, reliquæ virtutes nequeunt prodesse. Vnde beatus Gregorius ait: Qui sine humilitate virtutes congregat, est quasi qui in ventum puluerem portat. Sicut enim puluis venti validi flatu dispergitur: sic omne bonum sine humilitate, inanis vento gloriæ rapitur.

Homil. 7. super euãg. & in expl. 3. psal. pœnit.

Deus superbis angelis non pepercit, multò minus nobis parcet.

Serm. 54. sup. cant. Superbo angelo horrenda & formidolosa maledictio intorquetur, quoniam in veritate non stetit. Si sic actum est cum angelo, quid de te fiet terra & cinere? Ille in cœlo intumuit, ego in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem in diuite superbiam, quàm in paupere ducat? Væ mihi, si tam durè in potente illo animaduersum est, pro eo quòd eleuatum est cor illius: nec ei profuit, quòd cognata potentibus superbia esse cognoscitur, quid de me exigendum & misero & superbo? Filioli hæc cogitatio extollentiam tollit oculorum, conciliat gratiam, sponsi saltibus præparat.

Superbia quid.

lib. de grad. hum. Quid est superba, quàm vt quidam sanctus diffiniuit, Amor propriæ excellentiæ? Vnde & nos possumus dicere per contrarium, humilitatem propriæ excellentiæ esse contemptum.

Ibidem. Primus superbiæ gradus est curiositas.

Ibidem. Quantò magis ad alta festinas, tantò celerius ad occasum declinas.

Superborum proprietas quæ.

Ibidem. Proprium est superborum, læta semper appetere, & tristia deuitare, iuxta illud: Cor stultorum, vbi lætitia.

Humilitas virtus est gloriosa.

Ibidem. Gloriosa res humilitas, qua ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne vilescat.

Ex apolog. ad Guliel. abb. Ipse habitus noster, qui humilitatis esse solebat insigne, à monachis nostri temporis in signum gestatur superbiæ. Vix iam in nostris prouinciis inuenimus, quo vestiri dignemur.

Superbia de virtutibus deiicit.

lib. de inter. domo. cap. 41. Superbia sicut origo est omnium criminum, ita est ruina omnium virtutũ. Ipsa enim est in peccato prima, ipsa in conflictu postrema. Ipsa autem in exordio mẽtem per peccatum prosternit, aut in fine de virtutibus deiicit.

Superbia initium omnis peccati.

Ser. 2. de S. Andrea. Initium omnis peccati, & causa totius perditionis superbia. Propterea quisquis es, qui salutem tuam operari studeas, aduersus hanc super caput tuum signum crucis habere memento, vt non eleueris in superbiam, vt non exaltetur cor tuum.

Ser. de Dauid & Golia. Superbiæ vitium peccatum est maximum, quod Dei populo magis insultat & insurgit: specialiter aduersus eos, qui cætera iam videntur vicisse peccata. Vnde enim eiusmodi animam superbia tentet, quam sibi subiugauit inuidia, seu tepiditas aut pigritia? Vnde inquam ei superbia, vnde extollentia oculorum, cui adeò cætera vitia dominantur: vt diiudicari se ab vniuersis tanquam malè sibi conscius arbitretur? Quis (non qui cætera sibi iam potenti virtute vitia subiugauit) aduersus nequissimum superbiæ vitium dimicaturus accedat?

Serm. 2. de verb. Esaiæ Vidi dom. Certi estote, eum qui superbis angelis non pepercit, nec hominibus parciturum. Non est contrarius sibiipsi, non est personarum exceptor, similia sunt iudicia eius. Sola ei placet siue in angelo, siue in homine humilitas.

Superbia offuscat oculum mentis.

lib. de grad. humil. Trabs in oculo grandis & grossa, superbia in mente est: quæ quadam corpulentia sui, vana non sana, tumida, non solida, oculum mentis obscurat, veritatem obumbrat: ita vt si tuam occupauerit mentem, iam tu te videre, iam qualis es, vel qualis esse potes non possis sentire: sed qualem te amas, talem te vel putes esse, vel speres fore.

Superbiam execratur Deus.

lib. medit. Suspecta siquidẽ Deo est superbia, nec fieri potest, vt cùm eo in gratiam reuertatur. Diuersum vtriq; hospitium, nec in eodem cohabitant animo, quibus non licuit habitare in cœlo. In cœlo nata est, sed velut immemor qua inde via cecidit, illuc postea redire non potuit.

In sententi. Grauis labor superbia: hæc est quæ non recipit disciplinã, curari renuit, medelam nõ sustinet: vlcus pessimum, quod ne summis saltem digitis patitur attrectari.

Superbi aestituuntur omni gratia spirituali.

Ibidem. Solos sese putant superbi, solos appetunt reputari. Literatus est, odit socium: astutus in negotiis secularibus, neminem vellet similem inueniri. Porrò super omnia elationem fugere necesse est. Quisquis enim altũ sapit, & opus eius, & patientia vanũ sapit: nec grauior vllus sapor aut magis contrarius est veritati. Superbiam impœnitentia comitatur. Elatum enim cor, durum & expers est pietatis, ignarum compũctionis, siccum ab omni rore gratiæ spiritalis. Scimus autem superbis non esse partem vel societatem in sorte sanctorum. Vide eiiam in tit. humilitas.

DE

DE SVBIECTIONE. Cap. cc.

Subiectionis modus triplex.

In sentent. SCio quidem creaturam omnem velit nolit, subiectam esse creatori. Sed à creatura rationali, voluntaria subiectio quæritur, vt voluntariè sacrificet Domino. At verò subiectionem istam triplicem esse necesse est: vt quod certum est Deum velle, id nos velimus omnino: & quod certum est eũ nolle, similiter execremur & nos. Quod autem incertum est vtrum velit an nolit: neque velimus ex toto, neque penitus non velimus. Hic certè in hoc medio totum periculum est religiosorum, dum infœliciter blandimur nobis, & palpantes seducimus nosmetipsos. Hinc accidet, quod dissimulemus Domini quærere voluntatem, dum & nostram facere, & aliquam de ignorãtia habere volumus excusationem, &c.

DE SVSPITIONE. Cap. ccj.

Suspitio & vitiosa quorundam episcoperum sollicitudo taxatur.

lib. 4. de Consid. QVid episcopo turpius, quàm incumbere supellectili, & substãtiolę suę scrutari omnia, scisciari de omnib⁹, moderi suspitionibus, moueri ad quæq; perdita vel neglecta? Ad verecundiã dico quorundam eiusmodi, scrutantium quotidie omnem substantiam suam: numerãtium singula, de minutis, & quadrantibus exigentium rationem. Non ita ille Ægyptius, qui Ioseph omnibus traditis ignorabat quid haberet in domo sua. Erubescat Christianus, christiano sua non credẽs homo sine fide, fidẽ tamẽ habuit seruo, super omnia bona sua constituens eum. Et hic erat alienigena. Mira res. Satis superque Episcopi ad manum habent, quibus animas credant: & cui suas committant facultatulas non inueniunt? Optimi videlicet æstimatores rerum, qui magnam de minimis, paruam aut nullam de maximis curam gerãt. Sed vt liquidò datur intelligi, patientius ferimus Christi iacturam quàm nostram. Quotidianas expẽsas, quotidiano reciprocamus scrutinio, & continua Dominici gregis detrimẽta nescimus. De precio escarũ, & numero panũ cu ministris quotidiana discussio est: rara admodũ cũ presbyteris celebratur collatio de pectis populorum. Cadit asina, & est qui subleuet eam: perit anima, & nemo est qui reputet. Nec mirum cùm nec nostros quidem assiduos sentiamus defectus. Nónne ad singulas supputationes istas irascimur, vrimur, anxiamur? Quàm tolerabilius rerum, quàm mentium sustinere iacturam? Quæso tu qui alios doces, doce teipsum: pluris te habere quam tua. Trãsitoria quæ stare tibi nullo pacto queunt, fac vt à te trãseant, non per te. Riuus qui fluit cauat terram, sic discursus temporalium conscientiam rodit. Si potes torrens in agros excurrere sine læsione satorum: & tu te ista sine vulnere mẽtis posse tractare confidito. Quinimodis cósulo studeas à te auertere concursum horum. Multa nescias, plurima dissimules, nonnulla obliuiscaris.

DE TEMPORALIBVS. Cap. ccij.

Duabus, de causis nobis Deus ministrat temporalia.

lib. 5. sup. habit. TEmporalia nobis pater noster cœlestis benignissima pietate ministrat ob duplicem scilicet causam: ne vel omnino crederemus infensum si ista frustra negaret, & sic desperaremus: vel illorum nimia sollicitudo spiritualis exercitij fieret detrimentum. Sine his enim neque viuere neque Deo seruire est. Cæterum quantò strictius, tantò melius. Omnino militibus suis Christus ad inferiora tuenda, id est, carnem: magnam (vt ita dixerim) sterilitatem atque penuriam rerũ temporalium donat: necvult eos earum multidine prægrauari. In superioribus verò ampliorem latitudinem & abundantiam gratiæ spiritualis.

DE TEMPORE. Cap. cciij.

Nunc tempus est recuperandæ salutis.

Ser. 75. sup. Cant. QVod si per bona opera quæritur Deus, ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes: præsertim quia Dominus apertè prænunciat venire noctem quando nemo potest operari. Quam tibi somnias prouenturam inter ardores sempiternos facultatem veniam promerendi, cum iam transiit tempus miserendi? Non relinquitur tibi hostia pro peccatis, mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum Filius Dei, mortuus est semel iam non moritur. Non descendit ad inferos sanguis qui effusus est super terram. Biberunt omnes peccatores terræ, non est quod sibi ex eo vendicent dæmones ad restringendos focos suos, sed neque homines socij dæmoniorum. Semel illo descendit, non sanguis, sed anima: & hæc portio eorum qui in carcere erant, vna illa visitatio quæ tunc facta est per præsentiam animæ, cum corpus penderet exanime super terram. Sangis aridam rigauit, sanguis infũdit terram, & inebriauit eam: sanguis quæ in terra, & quæ in cœlis sunt purificauit. Non autem & quæ apud inferos, nisi quòd semel illo (vt dixi) anima eius excurrit, & fecit ex parte redemptionem: ne vel eo momenti vacarent opera charitatis, sed vltra non adiiciet. Ergo nunc tempus acceptabile, & aptum ad quærendum, in quo plane qiu quærit inuenit, si tamen vbi, & vbi oportet, quærit.

Tempus habet alias.

Lib medit. Nemo vestrum parui æstimet tempus, quod in verbis consumitur otiosis: siquidem tempus acceptabile est, & dies salutis. Volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, nec tamen aduertit insipiens, quid amittat.

Tempore nil pretiosius.

Ser. de trinitate. Nihil præciosius tempore, sed heu nihil hodie viilius æstimatur. Transeunt dies salutis, & nemo recogitat: nemo sibi non reditura momenta periisse causatur.

Ex tract. Ecce nos re. Omne tempus in quo de Deo non cogitas, hoc te computes perdidisse. Omnis siquidem res aliena est à nobis: tempus autem tantum nostrum est.

Tempore congruo orationi vacandum.

Lib. medit. cap. 6. Locum tempus obseruare oportet eum, qui sibi orare voluerit. Tempus feriatum commodius aptiusque: maximè autem cùm profundum nocturnus sopor indicit silentium: tunc plane liberior exit, puriorque oratio. Quàm secreta de nocte ascendit oratio: solo arbitro Deo, sanctoque angelo qui illam superno altari suscipit præsentandam.

DE TACITRVNIATE. Cap. cciiij.

Taciturnitas adolescentibus maximè necessaria.

Ex tract. de ordine vitæ. Ver. sunt diui Ambrosij & habentur lib. 1. efficior. TVtius est discere, quàm docere: tacere, quam loqui. Quid autem magis post verecũdiæ bonum, quàm quod iuniorum ætas magis debeat discere, quàm tacere? Pythagoras quippe legem dedit silentij discipulis suis, vt tacentes per quinquennium, loqui discerent: & tu non vis tacere, cui virtus silentij propria est? Quid opus est ô adolescens, vt properes periculum suscipere loquendo, cum tacendo possis esse tutior? Quamplures vidi loquendo peccatum incidisse, vix quenquam tacendo: ideoque tacere nosse, quàm loqui difficilius est. Scio pleroscque loqui, cùm tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cùm sibi loqui nihil prosit. Sapiens ergo est, qui nouit tacere.

Lib. medit. In silentio nemo sic debet esse otiosus, vt in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi, nec sic actuosus, vt contemplationem non requirat Dei, parum enim proficit, qui alteri cum potest, non prodest.

Lingua frenanda.

Ser. in nat. B. Mariæ. Est silentium irreprehensibile, imò & laudabile magis, & est sermo non bonus. Bonum silentium à iactantia, bonum à blasphemia, bonum à murmure & detractione. Alius enim

OO

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob laboris magnitudinem & pondus diei exasperatus animo murmurat: diiudicat eos qui pro anima sua peruigilant tanquam pro se reddituri vtiq; rationem. Clamor est, sed supra omne silētium, clamor iste animi obdurati silere facit, quam audiri non patitur vocem verbi. Alius enim pusillanimitate spiritus in expectatione deficit: pessimúmque hoc verbum blasphemiæ est, quod nec in hoc seculo remittitur, nec in futuro. Tertius in magnis ambulat & mirabilibus super se dicens: manus nostra excelsa, & putans se aliquid esse, cùm verè sit nihil. Sileat ergo in nobis lingua maledica, lingua blasphema, lingua magniloqua: quoniam bonum est in hoc triplici silentio salutare Domini præstolari. Ita tamen ab his taceas, nec omnino taceas, ne dederis silentium Deo. loquere illi contra iactantiam in confessione, vt obtineas veniam de præterito. Loquere in gratiarū actione contra murmurationem, vt ampliorem inuenias gratiam in præsenti. Loquere in oratione contra diffidentiam vt consequaris gloriam in futuro. Confitere inquam præterita, & pro præsentibus gratiam age, ac deinceps studiosius pro futuris, vt ne ipse quidem silcat à remissione, ab immissione, à promissione. Vide in tit. mens, 3.

DE TACTV. Cap. ccv.

Lib. Medi. cap. 13. QVotquot fuerint oblectamenta mala, tot erunt tormenta dira in pœna: nam inde punimur, vnde malè delectamur.

Verba sunt Greg. papæ ibi. cap. 14 Per tactum, ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitatur, & nisi illico respuatur, subitò totum corpus occupat, vrit & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat, deinde delectatione turpi mentem maculat: & ad extremum per consensum prauitatis, mentem subiugat.

Ibidem. Caro supramodum venatrix est delitiarum, quæ licere putat & expedire, quicquid illud sit, quod eam delectare possit.

Ibidem. Gula & libido voluptati carnis seruiunt. Aër, terra, mare, gulositati vix sufficiunt. Propter hoc cōtingit pauperes spoliari & rapinas fieri: vt fames pauperum, transeat in delitias diuitum.

Concupiscentia infestat ac inquinat, tum corpus tum animam.

In sentent. Maximum planè delictum concupiscentia: quæ interiorē & exteriorem hominem occupat vniuersum. A planta pedis vsq; ad verticem non est in me sanitas, totum inficit cōcupiscentia. Lex peccati in omnibus membris inuenitur, vndique per fenestras mors intrare cōrendit: & intus fomes totius nequitiæ periculosius sæuit, crudelius malignatur. Quid enim in homine purum ab hac macula: immune ab hoc cōtagio poterit inueniri? Mentem desideriis afficit, membra illecebris inficit. Inde pruritus aurium, oculorum petulantia: inde olfaciendi voluptas, inde in faucibus tam inordinata delectatio, inde in vniuerso corpore molliciei sensus, libido pernicioſa tangendi. Vide latius hisce de rebus tit. concupiscentia, luxuria, Voluptas, gula.

DE TEMPLO. Cap. ccvj.

Ornatus templorum nimis exquisitus reprobatur.

Lib. ad mi. tepli cap. 5 DEus non tam politis marmoribus, quàm ornatis moribus delectatur: & puras magis diligit mentes, quàm superauratos parietes.

Ex apo. ad Guill. abb. Fulget ecclesia in parietibus, & in pauperibus eget. Suos lapides induit auro: & suos filios nudos deserit. De sumptibus egenorum, seruitur oculis diuitum. Inueniunt curiosi, quo delectentur: & non inueniunt miseri, quo sustententur.

DE TENTATIONE Cap. ccvij.

Serm. 5. de ieiunio. POtest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est, si volueris dare seu negare cōsensum. In tua facultate est, si volueris inimicum tuum facere seruum tuum, vt omnia tibi cooperētur in bonum. Ecce enim inflammat inimicus desiderium cibi, vanitatis aut impatientiæ cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum: tu solummodo ne consenseris, & quotiens restiteris, totiens coronaberis.

Caro infestissimus hostis est animæ.

Ibidem. Ipsi gestamus laqueum nostrum, vbique proprium circūferimus inimicum: Carnem hanc loquor de peccato natam, in peccato nutritam, praua consuetudine vitiatam. Hac vtitur ad impugnandos nos callidissimus serpens, cui nullum aliud desiderium est, nullum studium, nullum negotium, niti fundere sanguinem animarum. Hic est qui iugiter nobis machinatur malum. Hic est qui manus nostras proprio cingulo alligat, vt caro quæ data est nobis in adiutorium, in ruina fiat nobis & laqueum. Veruntamē in nobis est si vinci volumus: & nemo nostrum in hoc certamine deiicietur inuitus. Sub te est ô homo appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

In reluctatione tentationum, diuinum est implorandum patrocinium.

Ibidem. Sed qui sumus nos, aut quæ est fortitudo nostra, vt tam multis tētationibus resistere valeamus? Hoc erat certè quod quærebat Deus: hoc erat ad quod nos perducere satagebat: vt videntes defectum nostrum: & quod nobis non sit auxilium aliud, ad eius misericordiam tota humilitate curramus.

Oratio lædit inimicum.

Serm. 3. in dest. cul. Grauis est nobis inimici tentatio, sed longè grauior illi nostra oratio. Lædit nos iniquitas eius atque versutia: sed multò amplius nostra eum simplicitas & misericordia torquet. Humilitatem nostram non sustinet, vritur charitate nostra, mansuetudine & obedientia cruciatur.

Tentatio est vita hominis super terram.

Ser. 5. sup. Qui habit. Hoc præmonitos vos esse volo, neminē super terram absque tentatione victurum: vt fortè cui tollitur aliqua, alteram securus aut pauidus magis expectet, & si petat ab ea liberari, vt nunquam sibi in corpore mortis huius libertatem perfectam seu requiem audeat polliceri. Qua in re consideranda nobis est tam benigna erga nos diuinæ dispensatio pietatis, vt quibusdam nos tentationibus patiatur diutius occupari, ne fortè periculosiores occurrant. Ab aliquibus verò citius liberet, vt possimus in aliis, quas nobis vtiliores fortè præuidet exerceri.

Ibidem. Tot tentationibus plena est vita nostra, vt non immerito tota ipsa tentatio debeat appellari.

Tentatio cautiores efficit iustos aduersus insultus sathanæ.

Ibid. ser. 2. Cùm ergo tentationis impetum sentimus in cogitatione, statim fugiāmus ad ipsum, & humiliter postulemus auxiliū. Homines enim aliquando cadere necesse est, dum in hoc seculo detinentur. Alij colliduntur, alij no: quia Dominus supponit manum suā. Sed quomodo eos discernere poterimus, vt segregemus iustos ab iniustis? Verū hoc interest inter eorū casus, quòd iustus suscipitur à Domino, ideóque resurgit fortior: iniustus autem cùm ceciderit, non adiiciet vltrà vt resurgat: imò verò aut in pudorem noxium, aut in impudentiam cadit. Aut enim excusat quod fecit: & hic est pudor adducens peccatum: aut fit & frons meretricis, & iam nec Deum timet, nec hominem reueretur, prædicátque peccatum suum sicut Sodoma. Iustus verò super manum Domini cadit, & miro quodammodo etiam ipsum ei peccatum in iustitiam cooperatur. Nónne cooperatur nobis ille casus in bonum, vnde & meliores efficimur, & cautiores? Nónne Dominus cadentem illum suscipit qui ab humilitate suscipitur: In creatione, in redemptione, cæterisque omnibus beneficiis est Deus omnium: sed in tentationibus suis tanquam proprium eum habent singuli electorum, sic enim paratus est & cadentem suscipere, & eripere fugientem, vt videri possit relictis omnibus aliis, ei soli operam dare. Proptrea expedit omni animæ Deum semper attendere tanquam proprium, non modò adiutorem, sed etiam inspectorem.

Inuidia

Inuidia dæmonum erga nos quanta.

Ser. 7. sup. Qui habit. Vtramq; nimirum prosperitatem humano generi dæmones inuidere noscuntur, vtraque fœlicitate eos fraudare contendunt, & cœlesti videlicet, & terrena: sed lōgè amplius rore cœli, quàm pinguedine terræ. Hoc certè nullatenus expedit ignorari, quānam vehementius instet peruicax hostium multitudo: illic nempe studiosius repugnandum, vbi grauior vrget necessitas, vbi totum belli pondus imminet, vbi collectationis ratio vniuersa cōsistit: vnde paratur aut victis ignominiosa captiuitas, aut vincentibus gloria triumphalis. Nam dæmones quidem superna nobis, & æterna potius inuidere noscuntur: non tamē vt sibi cedat, quod irreparabiliter amiserūt, sed ne illuc pauper de puluere suscitatus accedat, vnde ipsi in gloria cōditi, irreparabiliter ceciderunt. Indignatur & liuore tabescit obstinata malignitas, humanam obtinere fragilitatem, quod retinere ipsa non meruit. Sed si quando fortè cuiuis temporalia damna aut inferre conantur, aut gratulantur inferri: hęc eorum tota molitio est, vt iactura exterior, vel eidem ipsi vel alteri occasio sit internæ.

Ibid. ser. 11 Hęc enim tota aduersum nos colluctatio spiritualium nequitiarum est vt nos seducant: vt inducāt in vias suas, vt perducant ad destinatum finem, qui paratus est eis.

Ibid. ser. 13 Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quid inter hæc faceret pes humanus? Quid humanæ affectionis inter tam terribilia monstra constaret? Nempe nequitię spiritales sunt, & quidem non incongruis appellationib⁹ designatæ. Quis verò scire potest, an diuisę sint inter eos operationes malitię, ministeria iniquitatis: vt ex diuersis officiis, quin potius maleficiis, vocabula quoq; diuersa sortiti nominentur? Alius siquidem aspis, alius verò basiliscus, alius autem leo, & alius quidem draco, quòd videlicet suo quidem inuisibili modo variè quoque noceāt: quasi alius morsu, alius quoque visu, alius autem rugitu vel ictu, alius quidem flatu, &c.

Inimici tentationibus nequaquam cedendum.

Ser. 3. in Reg. nat. dom. Nec cedendum, vel recedendum etiam si grauis tentationum feruor vtriusque hominis statum afflixerit: eligamus potius ardere, quàm cedere.

Nulla est victoria sine pugna.

Serm. 33. pop. sant. Quid mihi cum victoria, si nec in prælio fui? Impudentissimè mihi arrogo vel gloriam sine victoria, vel victoriam sine pugna.

Tentationum genera quatuor.

Serm. 33. pop. sant. Quatuor sunt tētationū genera, nobis ità prophetico sermone descripta: Scuto, inquit, circundabit te veritas eius, nō timebis à timore nocturno: à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Hęc sunt quatuor tentationes quibus vndique circundati, necesse habemus circundari etiam scuto Domini, vt sit nobis à dextris & sinistris, antè & retrò. Veritas autē circundat, quiā verax qui promittit. &c.

Ibidem. Itaque primordia nostræ conuersionis primus exagitat timor, quem intrantibus statim horroré vitæ ingerit arctioris & insuetę austeritas disciplinę. Atque is timor nocturnus dicitur: quia nox in scripturis designare solet aduersa, & pro bonis quæ nō videmus, formidamus quæ impręsentiarum sunt aduersa tolerare.

Ibidem. Superata autem hac tētatione, armemus nos nihilominus aduersus hominum laudes, quæ de laudabili potissimum vita sumunt materiā. Alioquin patebimus vulneri à sagitta volante in die, quæ est inanis gloria. Fama siquidē volat, & ideo in die, quia ex operibus lucis.

Ibidem. Si hæc exsufflatur tanquam inanis aura, restat vt solidius aliquid afferatur de diuitiis & honoribus seculi: si fortè qui non curat laudes, appetat dignitates. Aliter necesse est circūueniri à negotio perambulāte in tenebris, quod est hypocrisis. Etenim ista de ambitione descendit, & in tenebris habitatio eius: quippe absconditur quod est, & quod non est mentitur. Negociatur autem omni tempore formam retinens pietatis à sese occultandum, virtutem autem eius vendicans, & omnes honores.

Ibidem. Postrema tentatio & dæmonium meridianum, quod solet maximè insidiari perfectis: qui videlicet tāquam viri virtutū omnia superauerūt voluptates, fauores honores. Quid enim iā supereſt ei qui tentat, in quo possit pugnare palā aduersus huiusmodi, cùm videat eos omnimodè diligere iustitiam, & odire iniquitatem? Quidni, vt iniquitatem palliet virtutis imagine: Quarto igitur loco, hęc tentatio formidetur, & quò se in summo stare quis viderit, eò sibi vigilantius ab incursu & dæmonio meridiano intelligat cauendum. Quod quidem dæmonium idcirco meridianum dictum existimo, quia sunt aliqui de numero malignorum, qui cùm meritò tenebrosæ obstinatæque voluntatis suæ, nox & perpetua nox sint: diem tamen se ad fallendum simulare nouerunt, nec modò diem, sed & meridiem. Et tunc meridies, id est, maior claritas apparet tentans, cùm quasi boni maioris imaginem præfert.

Inimici iacula præuisa, minus feriunt.

lib. de vita solit. Illæ tentationes facilè vincuntur, & facilè à ratione eis occurritur: quæ vel suspectæ sunt, vel prima facie malæ esse innotescunt. Quæ verò sub specie boni se ingerunt, & difficilius discernuntur, & periculosius admittuntur. Sicut enim difficillimè tenetur modus in eo quod bonum esse creditur: ita non semper tutus est, omnis boni appetitus. Omnium autem tentationum & cogitationum malarū & inutilium sentina, otium est.

Deus tentatis præsto est ac subuenit.

lib. medit. Dæmonum est suggestiones malas ingerere, nostrum est illis non consentire. Nam quotiens resistimus, diabolum superamus, angelos lætificamus, Deum honorificamus. Ipse enim nos hortatur vt pugnemus, adiuuat vt vincamus: certātes spectat, deficientes subleuat, vincentes coronat.

Tota vita hominis tentatio.

In sentent. Sed heu heu, nec mare fluctibus, nec vita ista carere potest tentationibus: nec potest esse pax firma & solida, nisi in regione sua.

Ibidem. Hic est qui iugiter machinatur malum: arguté loquitur, artificiosè suggerit, callidè decipit, illicitos motus insufflat, & venenatas cogitationes inflammat: mouet bella, nutrit odia, incitat gulam, mouet libidinem, desideria carnis instigat, peccati occasiones parat, & mille nocendi artibus corda hominum tentare non cessat.

DE TEPIDITATE. Cap. ccviij.

Tepidi terrenas consolationes appetunt, ideóque dominicis consolationibus impleri non possunt.

Ser. 3. de Aſcēſ. dō. TEpidi si diu permāserint sub onere tepiditatis, aut opprimuntur, aut succumbunt, aut quodammodo in inferno sunt: nec vnquam ad plenum respicient in luce miserationū Domini, nec in libertatem spiritus, quæ sola facit iugum suaue & onus leue. Inde autem tam inhumana tepiditas immanat, quia vòluntas eorum nōdum purgata est, nec bonum sic volunt, sicut nouerunt, à propria concupiscentia abstracti & illecti. Amant enim in carne sua terrenas consolatiunculas; siue in verbo, siue in signo, siue in facto, siue in aliquo alio: & si hæc interrumpunt aliquando, non tamen penitus rumpunt. Inde est quòd rarò affectiones suas dirigunt in Deum: & eorum compunctio non continua, sed horaria est. Impleri autem visitationibus Domini anima quæ his distractionibus subiacet non potest: & quantò magis his euacuabitur, tantò amplius istis implebitur: si multum, multum: si parum, parum: vel fortè si magis probas, nunquam istæ illis misceri poterunt inæternum. Nō enim spiritus & caro, ignis & tepiditas, in vno domicilio commorantur: præsertim cùm tepiditas ipsi Domino soleat vomitum prouocare.

Tepiditas vmbra mortis iure optimo censetur.

Ser. 5. de Aſcēſ. dō. Pernicioſa tepiditas, quia periculosa est, quia molestissima est: plena miseriæ & doloris, & inferno planè proxima, vmbra mortis iure censetur. Sanè inuenire est homines pusillanimes & remissos, deficientes sub onere, virga

& calcaribus indigentes: quorum remissa lætitia, pusillanimis tristitia est: quorum breuis & rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conuersatio: quorum obedientia sine deuotione, sermo sine circunspectione, oratio, sine cordis intentione, lectio sine edificatione: quos denique vt videmus vix gehennæ metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frenat ratio, vix disciplina coercet.

Tepidi & pusillanimes, diuinis non feruent laudibus.

Ser. 10. in Cant. Duabus autem de causis mihi videtur animi ægritudo, & diffidentia solere contingere: aut de nouitate videlicet conuersionis, aut certè de conuersionis tepore: etiam si in cõuersione longum tempus habuerit, vtrunque profectò deiicit, & humiliat conscientiam, & inquietam facit: dum siue pro tepore, siue pro tempore, antiquas animi passiones in se necdum emortuas sentit: & necesse proinde habens resecandis intendere de cordis hortulo spinis iniquitatum, & vrticis cupiditatum, longius à se euagare non sinitur. Quid enim? qui laborat in gemitu suo, poterit ne simul in Dei laudibus exultare? Non est hoc pauperis & inopis, seu pusilli cordis. Quæ enim pusillanimis est & modicæ fidei mens, rei suæ familiaris tenuitate constringitur, nec valet præ inopia ociari ad vacandum diuinis laudibus, seu his quæ laudes pariunt intuendis beneficiis? Et si quando certè conatur assurgere, confestim domesticarum necessitatum curis vrgentibus reuocatur ad sua: & in se comprimi propria egestate compellitur.

DE TESTIMONIO.
Cap. ccxix.

Testimonium conscientiæ in tribus consistit.

Serm. 1. de Anun. B. Mariæ. TEstimonium conscientiæ verum est, cùm Spiritus sanctus testimonium perhibet spiritui nostro. Porrò hoc testimonium in tribus consistere credo. Necesse est enim primo omnium credere, quòd remissionem peccatorum habere nõ possis, nisi per indulgentiam Dei. Deinde, quòd nihil prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc dederit ipse. Postremò quòd vitam æternam, nullis potes operibus promereri, nisi gratis tibi detur & illa. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus? De operibus quoque bonis, certum omnino est, quòd nemo ea habeat à semetipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra, quantò minus poterit per seipsam resurgere iam corrupta? Certum est, ad suam originem vniuersa (quãtum in eis est) tendere: & in eam semper partẽ esse procliuiora. Sic & nos quia de nihilo creati sumus, constat quia si nobisipsis relinquimur, in peccatum semper quod nihil est declinamus. Iam verò de vita æterna scimus, quia non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurã gloriam, nec si vnus omnes sustineat. Neque enim talia sunt hominũ merita, vt propterea vita æterna debeatur ex iure: aut Deus iniuriã aliquam faceret, nisi eam donaret. Nam vt taceã quòd merita omnia Dei sunt dona: & ita homo magis propter ipsã Deo debitor est, quàm Deus homini. Quid sunt omnia merita, ad tantam gloriam? Ideóque si credis peccata tua non posse deleri, niii ab eo cui soli peccasti, & in quem peccatum non cadit, benefacis. Ita de meritis quoque, si credis non posse habere nisi per ipsum, non sufficit tibi, donec tibi testimoniũ perhibeat spiritus veritatis, quod ea habes per illum. Sic & de vita ęterna habeas (necesse est) testimonium spiritus, quòd ad eam diuino sis munere peruenturus. Ipse enim peccata condonat, ipse donat merita, & præmia nihilominus ipse redonat.

Puræ conscientiæ testimonio, nil gloriosius.

Ser. 85. in Cant. Nihil hac luce clarius, nihil hoc testimonio gloriosius: cùm veritas in mente fulget, & mens in veritate se videt. Sed qualem? pudicam, verecundam, pauidam, circunspectam: nihil penitus admittentem, quod euacuet gloriam conscientię, atteſtãtis in illo conscientiam sibi, quo erubescat præsentiam veritatis. Hoc planè est, quòd super omnia bona animæ diuinos oblectat aspectus.

Perfecta cuique & absoluta excusatio, testimonium conscientiæ suæ. Volo glorieris testimonio conscientiæ, sed non minus ex eodem ipso humilieris. Rara vox, nil mihi conscius sum. Cautior in bonis ambulas, si & mala non lateant. Quãobrem noueris te vt inter angustias quæ non desunt fruaris conscientiæ bono: magis autem vt scias quid desit tibi. Nam cui non desit? Omnia illi desunt, qui nihil sibi deesse putat. *lib. 2. de consid.*

Neque alterius, neque nostri ipsius, sed Dei testimonio gloriandum.

In sentent. Nemo scit hominum quę sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui in ipso est: vt comparatione interioris testimonij exterius omnino pro nihilo sit habendum. Quid enim mihi cum eorum laudibus, quibus ignotus sum? Quod si vel ipse qui in homine est spiritus, omnia quę hominis sunt nosse posset, profectò sufficeret testimonium eius. Nunc autem prauum est, & inscrutabile cor hominis, etiam sibiipsi: adeò vt præsentia quoque magna ex parte ignoret, futura verò sua omnino nosse non possit. Quia tamen aliquatenus nouit præsentia, si non reprehendat nos, non quidem gloriam, sed fiduciam habemus ad Deum. Cum autem veritatis ipsius quam nihil latet, sententiam de nobis tenere meruimus, in ea planè securius poterimus gloriari. Vt quid enim de alterius hominis, aut de ipsius iudicio sollicitus sum: cuius nec vtuperio reprobus, nec laude probatus inueniar? Fratres si me ante vestrum tribunal oporteret astare, meritò super vestris laudibus gloriarer. Quod si vel meo ipsius iudicij essem iudicandus examine, iure meo ipsius testimonio contentus propriis laudibus delectarer. Nunc autem nec vestro, nec meo: sed Dei iudicio sum præsentandus. Quantæ insipientiæ, imò & insaniæ est, aut in vestro me, aut in meo ipsius testimonio gloriari: præsertim cùm ipse sit, cuius oculis omnia nuda & aperta: & cui nequaquam opus sit, vt quis ei testimonium perhibeat de homine?

DE TIMORE. Cap. ccxx.

Timor triplex.

Ser. 2. in oct. Epiph. ESt autẽ duplex timor, cõmunis & notus omnibus: tertius minus communis, & minus notus. Primus enim timor est, ne cruciemur in gehenna: secundus ne excluſi à visione Dei priuemur tam ineffabili gloria: tertius timor replet animam omni sollicitudine timidam, ne fortè deseratur à gratia. Et quidem omnis timor Domini, sicut aqua extinguit ignem, sic extinguit peccati concupiscentiam: sed is maximè cùm ad omnem tentationem statim occurrit, ne fortè contingat amittere gratiam, vt sibi derelictus homo, labatur quotidie de malo in peius: de periculo minori, in grauiorem culpam, quales vtique multos videmus cùm in sordibus sint, sordescentes adhuc. Nam & aduersus timorem istum, non est vnde blandiatur sibi anima: siue de minori fortè quantitate peccati, siue de emẽdatione futura. Talibus enim blandimẽtis impediuntur aliquatenus duo prima genera timoris.

Serm. 2. de Annunc. B. Mariæ. In omnibus & per omnia pietati proximorum, timor Domini præferendus est.

Timor sollicitum ac circunspectum reddit hominem.

Ser. 6. sup. Qui habit. Ingerit timor oculis cordis nunc quidem peccata quæ fecimus, vt quemadmodum de se propheta ait: etiam nos in flagella parati simus, annunciantes iniquitatem nostram, & cogitantes pro peccato nostro: nunc verò æterna supplicia quæ meruimus, vt in eorum comparatione quæ euadimus, vniuersa quę patimur delitias reputemus: nunc quoque præmia ad quæ tendimus, crebrò videlicet memorantes, quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: nunc etiam ea quæ pro nobis pertulit Christus, vt crebrò considerantes, quanta sustinuit pro inutilibus seruis, erubescamus non sustinere vel parua pro nobis.

Ibid. ser. 11 Cor durum & induratum, nec timet Deum, nec hominem veretur.

Timor efficaciter peccatis resistit.

Serm. de quatuor missis. Validior est & vehementior spiritus timoris ad resistendũ peccatõ, quàm pudor & dolor: quia pudor de multitudine, & dolor de qualicunque huius mundi consolatione capit solatium: timor verò, non inuenit vnde consoletur. Nã in morte, non magnum, non paruum aliquid de bonis huius mundi secum delaturus est: in iudicio, nec fallere, nec resistere possibile erit: in gehenna penitus nulla consolatio, sed perpetuum væ, vlulatus, & fletus, & stridor dentium.

Serm. 23. sup. Cant. *Timenti Deum, omnia cooperantur in bonum.*

Stat propositum Dei, stat sententia pacis super timentes eum: ipsorum & dissimulans mala, & remunerans bona, & miro modo eis bona & mala cooperantur in bonum. Aliud est multas diuitias scire, & aliud possidere: nec notitia diuitẽ facit, sed possessio. Sic prorsus, sic aliud est noscere Deum, & aliud timere: nec cognitio sapientem, sed timor facit qui & afficit. Tu ne sapientem dixeris, quẽ sua scientia inflat? Et bene initium sapientię, timor Domini: quis tunc primum Deus animæ sapit, cùm eam afficit ad timendum, non cùm instruit ad sciendum. Times Dei iustitiam, times potentiam: & sapit tibi iustus & potens Deus, quia timor sapor est. Porrò sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut diuitiæ diuitem. Verùm scientiam facillimè sequitur elationis tumor, si non reprimat timor: vt meritò dicatur, initium sapientiæ qui sẽpesti insipientiæ prius opponit. Hic itaque quidam ingressus est ad sapientiam, planè domus Dei, & porta cœli, & tanquã ingressus gloriæ.

Serm. 37. sup. Cant. *Notitia sui parit timorem Dei.*

Sicut initium sapientiæ timor Domini, sic initium omnis peccati superbia: & quomodo perfectionem sibi sapientiæ vendicat amor Dei: ita desperatio sibi omnem malitiæ consummationem. Et quemadmodum ex notitia tui, venit in te timor Dei: atq; ex Dei notitia, itidem amor: sic è cõtrario ex ignorãtia tui, superbia: & de Dei ignorãtia, venit desperatio.

Triplici timore cor nostrum est muniendum, vt gratiarum Dei sit capax.

Serm. 54. sup. Cant. In veritate didici, nihil æquè efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm si omni tempore coram Deo inueniaris nõ altum sapere, sed timere. Beatus es si cor tuum triplici timore repleueris: vt timeas quidẽ pro accepta gratia, amplius pro amissa, longè plus pro recuperata. Time ergo cùm arriserit gratia, time cùm abierit, time cùm denuo reuertetur. Cùm adest time, ne indignè opereris ex ea: si recesserit multò magis tunc timẽdum: quia vbi tunc deficit gratia, ibi deficis tu. Time ergo subtracta gratia, tanquã mox casurus. Time quia reliquit te custodia tua. Ne dubites in causa esse superbiam, etiam si non appareat; etiam si nihil tibi conscius sis. Quod enim tu nescis, scit Deus. Nunquid qui hominibus dat gratiam, humili auferet datam? Ergò argumẽtum superbiæ, priuatio est gratiæ. Iam si gratia repropiciata redierit, multò amplius tunc timendum, ne fortè contingat recidiuum pati. Proinde omni tempore time Deum, & ex omni corde tuo. Amat Deus integrum munus, affectũ plenum, perfectum sacrificium. Non potes simul & sic timere, & altum sapere. Nõ est enim quo admittas superbiam, repletus timore Domini: & sic de cæteris vitiis sentiendũ, quia necesse est omnia plenitudine timoris excludi. Tunc demum si plenè, si perfectè timueris, dabit saporem charitas. Sine chãritate enim timor pœnam habet. Timor qui non est in charitate, cùm omnes iniiciet ad sapientiam, neminẽ consummat: quoniam superueniens charitas, extundit illum.

Lib. de interd. domo. cap. 36. *Timor à peccatis nos retrahit.*

Si amor Dei te tenere non potest, saltem teneat & terreat timor iudicij, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis corrodens, sulfur fœtẽs, flamma tartarea, & omnia mala.

Lib. de ordine vitæ. *Adolescentiæ ornamenta quæ.*

Est bonorum adolescentulorum (vt quidam ait) timorem Dei habere, deferre patribus honorem, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clemẽtiam ac verecundiam, quæ ornamenta sunt minori ætati.

Lib. de vita solit. *Initium lectionis, timor Dei.*

In omnibus scripturis legẽtis initiũ debet esse timor Domini, vt in eo primò solidetur intentio legentis, & ex eo ordinetur & expurget totius lectionis intellectus & sensus.

Timor est bifarius.

In epist. ad Ogerium canon. Reg. Est timor inutilis, tristis, crudelis, qui veniã, quia nõ quærit, non cõsequitur. Est & timor pius, humilis, & fructuosus, qui cuilibet quantumlibet etiam peccatori, facilè veniã promeretur. Talis timor generat, nutrit, & seruat humilitatem, mansuetudinem, patiẽtiam, longanimitatẽ. Quem non delectet tam inclita proles? Alterius verò misera soboles, est pertinacia, immoderata tristitia, rancor, horror, contemptus & desperatio.

Timorem sequitur iustificatio.

In epist. ad Thomam præpos. de Berueta. Præcedit timor, vt sequatur iustificatio. Forsan ergo timore vocamur, amore iustificamur. Audiat itaque in sui vocatione peccator quod timeat: & sic accedẽs ad solem iustitiæ, videat illuminatus quod diligat. Quid namque est illud? Misericordia Domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum. Ab æterno, propter prædestinationem: in æternum, propter beatificationem. Altera carens principio, altera nesciens finem. Siquidem quos ab æterno prædestinat, in æternum beatificat: intercedente sanè media vocatione, vna cum iustificatione, duntaxat in adultis. Sic ad ortum solis iustitiæ sacramentum absconditum à seculo, de prædestinatis & beatificandis emergere, quodammodo incipit ex abisso æternitatis, dum quisq; vocatus per timorem, iustificatus per amorem, præsumit se quoque de numero esse beatorũ: sciens nimirum quia quos iustificauit, illos & magnificauit. Quid enim? Audit se vocari cùm timore concutitur; sentit & iustificari, cùm amore perfunditur, & de magnificatione diffidet? Initiatur, prouehitur, de sola consummatione desperabit? Nempe si initium sapientiæ timor Domini, in quo dicta est esse nostra vocatio: quid nisi prouectus in sapientia est timor Domini: is duntaxat qui interim ex fide est, & quo & nostra iustificatio fit? Quid item nisi consummatio in sapientia est, ipsa quam in fine speramus, de diuina illa & deifica visione glorificatio?

In sententi. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, perseuerantes in sua vetustate vsque ad mortem: & hoc, quia nõ timent Dominum. Verùm qui timore Dei initiatur, ad sapiẽtiam, is continuò dimidiat dies suos, exclamans præ timore: Vadam ad portas inferi. Cuius vtique inferi metu, cùm cœperit quiescere à malis incipiat de bonis quęrere consolationem, qua necesse est in alterutro consolari. Est autem bona consolatio de spe salutis æternæ, in qua transflatis peccatis, qui separabant inter ipsum & Deum, per Dei gratiam reuiuiscit & hilarescit.

Ibidem. Qui timorem Domini semper habet præ oculis, vitæ eius pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.

DE TRANSGRESSIONE.
Cap. ccxj.

Tripliciter culpa contrahitur in transgressione mandatorum.

Lib. de præcept. & dispens. TRaduntur à prælatis interdum minima mandata, quorũ transgressio leuiora parit peccata: & tamen in Deum nihilominus præuaricatio fit, quotiens abbatis iussio (quæ quidem iustitiæ non repugnat) præteritur. Sicut tamen non par cura in executione exigitur: sic nec par culpa contrahitur ex transgressione. Et si quidem vnus est qui offenditur, non tamen vnius ponderis quæ iubentur: nec vnius subinde discriminis iussorum omnium censenda est transgressio. Et si enim omnis inobedientia inexcusabiliter sit culpabilis: nulla tamẽ æternaliter damnabilis, nisi quam remedium pœnitentiæ nõ sanat: nulla & lethaliter criminalis, nisi quę cõtemptũ superbiæ nõ euitat. Magna igitur securitas filiis obedientię, & reuetia, sola damnatur impœnitẽtia, quã nescit qui diligit Deum: sola incriminatur superbia, quàm facilè cauet, qui timet gehennam. Sed exemplis clarius eluceſcit quod dicimus. Si iubente seniore vt sileam, verbũ mihi fortè per obliuionẽ elabitur: reũ me fateor inobedientię, sed venialiter. Si ex cõtemptu sciens & deliberãs spontè in verba prorupero, & rupero

silentium: silentij legis præuaricatorem me constituo,& criminaliter. Etsi impœnitens perseuero vsque ad mortem, peccaui & damnabiliter.

DE TRIBVLATIONE. Cap. ccxij.

Tribulatio præsentis vitæ, via ad cœlum.

Serm. 1. in die Palm. HÆc est via vitæ, tribulatio præsens: via glorię, via ciuitatis habitaculi, via regni.

Deus nobiscum est in tribulatione.

Ser. 16. sup. Qui habit. Vnde scimus quod sit nobiscum in tribulatione? Ex eo vtique quòd in ipsa tribulatione sumus nos Quis enim sustineret, quis subsisteret sine eo?

Ibidem. Quando autem erimus nos cum ipso? Nimirum quando rapiemur obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus.

Tribulatio res hominibus ad salutem necessaria.

Ibid. se. 17 Vtilis tribulatio quæ probationem operatur, ducit ad gloriam. Omne gaudium existimemus, cùm in tribulationes varias inciderimus. Res enim necessaria tribulatio, quæ in gloriam vertitur: tristitia quæ in gaudium mutatur. Gaudium sanè longum, quod nemo tollet à nobis: gaudium multiplex, gaudium plenum. Bonum ergo magis necessitas quàm voluptas, quòd cùm vtraque res citius transeat, altera pœnam habet: altera sit paritura coronam. Res necessaria ista necessitas, quæ coronam parit. Gloriemur in tribulatione, in ea siquidem spes gloriæ, imò & ipsa in tribulatione gloria continetur, sicut spes fructus, in semine. In hunc modum, modò regnum Dei intra nos est: thesaurus ingens in fictili vase, in agro vili. Est inquam, sed absconditum est: latet gloria, abscondita nobis est in tribulatione. Cum ipso sum in tribulatione (ait Deus) & ego aliud interim quàm in tribulationem requiram? Mihi adhærere Deo bonum est. Descendit, vt propè sit his, qui tribulato sunt corde: vt nobis sit in tribulatione nostra.

Ibidem. Bonum mihi Domine tribulari dommodo ipse sis mecũ, quàm regnare sine te, epulari sine te, sine te gloriari. Bonum in tribulatione magis amplecti te, in camino habere te mecum, quàm esse sine te vel in cœlo. Aurum probat fornax, & viros iustos tẽtatio tribulationis. Ibi, ibi cũ eis es Domine, ibi in nomine tuo cõgregatis in medio astas. Quid trepidamus, quid cũctamur, quid refugimus hunc caminum? Scuit ignis, sed Dominus nobiscum est in tribulatione. Si Deus nobiscũ, quis contra nos?

Ser. de tri. Vbi macula propria, propria quoque purgatio iure requiritur: & si contaminatio multiplex, opus est etiam tribulatione multiplici. Vnde enim tribulatio, nisi dum resistitur contaminationi, conscientiæ repugnatur? Quot enim corpus illecebras, quot oblectamenta mundus habere videtur, tot patitur tribulationes, tot sustinet tentationes vir iustus. Et quemadmodum ambulans quis in carne, sensuum voluptate delectatur, & delicias computat esse sub sensibus: sic & omnis qui in spiritu seminare desiderat, spinas & tribulos quos propria terra ex maledicto vtique germinat, potius eradicare, quàm propagare contendit. quippe qui conuertitur in ærumna sua, quotiens configitur spina.

Similitudo de medicis sumpta.

Ser. de tba. Sicut medicus non solum vnguento, sed igne vtitur & ferro, quo omnẽ quod in vulnere sanando superfluum exereuerit, secet & vrat, ne sanitatem quę ex vnguento procedit, impediat. Sic medicus animarum Deus, huiusmodi animæ procurat tentationes, immittit tribulationes, quibus afflicta, & humiliata, gaudium vertat in luctum: reuelationem, putet illusionem.

DE TRINITATE. Cap. ccxxiij.

Deus trinus in personis, vnus in substantia.

serm. 3. de vig. na. de. SIcut illa singulari diuinitate trinitas est in personis, vnitas in substantia: sic in coniunctione Dei & hominis, trinitas est in substantiis, vnitas in persona. Et sicut ibi personę nõ scindunt vnitatem, vnitas non minuit trinitatem: ita & hìc persona non confundit substantias, nec substantiæ ipsæ personæ dissipant vnitatem. Summa illa trinitas, hanc nobis exhibuit trinitatem, opus mirabile, opus singulare inter omnia, & super omnia opera sua. Verbum enim anima & caro in vnam conuenere personam: & hæc tria vnum, & hoc vnum tria, non confusione substantiæ, sed vnitate personæ.

lib. 5. de consid. Nec negauerim hanc ad aliud quoq; genus vnitatis pertinere, qua anima & caro vnus est homo. Decuit quippe familiarius similiúsq; cum hominis conuenire cõstitutione, quod pro homine constitutum est sacramẽtum: decuit & cũ summa quę in Deo est, & Deus est vnitate congruere, vt quomodo ibi tres personæ vna essentia: ita hìc cõuenientissima quadam cõtrarietate tres essentiæ sint vna persona. Vides ne pulchrè inter vtramq; vnitatem hanc collocari in eo vtique qui constitutus est mediator Dei hominísq;, homò Christus Iesus. Pulcherrima inquam conueniẽtia, vt salutare sacramentum congrua quadam similitudine ambobus respõdeat, saluanti videlicet & saluato. Ita hæc vnitas duarum consistens media vnitatum, alteri succumbere, alteri prœminere cognoscitur: quantum superiori inferior, tantùm inferiori superior. Tantam denique támque expressam vnionis vim in se præfert ea persona in qua Deus & homo vnus est Christus: vt si duo illa de se inuicem prædices, non erraueris, Deum videlicet hominem, & hominẽ Deum, verè catholicéque pronuncians. Non autem similiter carnem de anima, vel animam de carne, nisi absurdissimè prędices: & si similiter anima & caro vnus sit homo. Nec mirum si non æquè potens sit anima sua illa vitali & sic valida intentione connectere, atque suis affectibus astringere sibi carnem: vt sibi diuinitas hominem illũ, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute. Longa cathena & fortis ad astringendum diuina prędestinatio, ab æterno est enim. Quid longius ęternitate? Quid diuinitate potentius. Inde est, quòd nec morte incidẽte vllatenus intercidi hæc vnitas potuit: & si carne & anima abinuicem separatis. Mansit & in separatione inseparabilis vnitas. Nec enim quæ ex parte contigit separatio potuit vnitati præscribere, permanenti in totis tribus, siue coniunctis, siue disiunctis duobus: nihilominus perseuerauit in trib⁹ vnitas personalis. Aequè vnus Christus, vnáq; persona: verbum anima, & caro etiam mortuo homine, perdurauit.

Ibidem. Dico in Christo verbum animam & carnem sine cõfusione essentiarum, vnam esse personam.

Ibidem. In Christi incarnatione distinctiones graduum tres.

Aduertere est in mirabili sacramẽto dominicę incarnationis mirè & decentissimè distinctionis gradus, nouum, antiquum, æternum. Nouum, animam quæ de nihilo tunc creata creditur & infusa. Antiquum, carnem, quæ à primo vsq; hominum, id est, ex Adam traducta cognoscitur. Aeternũ, verbum quod ab æterno patre coæternum sibi genitum indubitata veritate asseritur.

Ibidem. Quod factum sit de nihilo aliquid, de vetusto nouum, æternum beatúmque de damnato & mortuo. Quid hoc ad nostram salutem? Multum per omnem modum. Primùm quidem quòd peccato redacti in nihilũ per hoc quodámodo iterato creati sumus, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Deinde quòd ex vetusta seruitute in libertatem filiorum Dei translati, in nouitate vitæ ambulamus. Postremò, quòd de potestate tenebratum vocati ad regnum claritatis æternæ in quo iam & consedere nos fecit in Christo.

Deus comprehendi potest in hac vita.

lib. 5. de consid. Studeamus vt admonet Apostolus comprehendere cùm omnibus sanctis quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Comprehendere dicit, non cognoscere: vt non curiositate cõtenti scientiæ tota cura fructui inhiemus. Nuõ in cognitione fratres est, sed in comprehensione. Nouimus hæc. Est enim Deus longitudo, propter æternitatem, latitudo propter charitatem, sublimitas propter maiestatem, profunditas propter sapientiam. Num ideo & arbitramur nos comprehendisse? Non ea disputatio comprehendit, sed sanctitas: si quo modo tamen comprehendi potest, quod incomprehensibile est. At nisi posset, nõ dixisset Apostolus: vt

vt apprehendamus cùm omnibus sanctis. Sancti ergo comprehendunt. Quæris quomodo? Si sanctus es, comprehendisti & nosti. Si non esto & tuo experimẽto scies. Sanctum facit affectio sancta, & ipsa gemina, timor domini sanctus, & amor sanctus. His perfectè affecta anima veluti quibusdam duobus brachiis suis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet. Et timor quidem sublimi & profundo: Amor lato, longóque respondet. Quid tam timendum, quàm potestas, cui non potes resistere? quàm sapientia, cui abscondi nõ potest? Poterat minus timeri Deus, alterutro carens. Nunc autẽ perfectè oportet timeas illũ: cui nec oculus deest omnia videns, nec manus potens omnia. Quid item tam amabile, quàm amor ipse quo amas, & quo amaris? Amabiliórem tamen iuncta æternitas facit, quæ dum non excidit, foras mittit suspitionem. Ama igitur perseueranter & longanimiter, & habes longitudinem. Dilata amorem tuum vsque ad inimicos, & latitudinem tenes. Esto etiam in omni sollicitudine timoratus, & sublime profundúmque apprehendisti. &c.

DE VANITATE. Cap. ccxiiij.

Vana gloria excæcat homines.

ser. 6. sup. Qui habit. Ibid. ser. 4. VAna gloria leuiter volat, leuiter penetrat: sed nõ leue infligit vulnus, citò interficit.

Non videntes necat inanis gloria, cæcos & negligẽtes qui se ei ostentant, qui se exponunt, & non potius ipsi inspiciũt, non attendunt nõ vident denique quàm sit friuola, quàm caduca, quàm vana, quàm fictilis. Si quis enim intueatur hoc modo, non iam occidit eum gloria, sed occiditur magis quodammodo versa in puluerem, imò redacta in nihilum.

Gloria vana quæ.

ser. 4. de eluentu. Gloria quàm ab inuicem accipiunt, qui gloriam (quæ est à solo Deo) nõ requirunt, vana est, quoniam vani filij hominũ.

Gloria vera quæ.

Ibidem. serm. de S. Ioan. bapt. Hæc est vtique vera gloria, quæ est à spiritu veritatis.

Qui conscientias suas in alienis labiis posuerunt; modò magni, modò parui sunt, modò nulli: secundum quod adulãtium linguis, vel vituperare placuerit, vel laudare.

serm. 13. sup. cant. Fratres nemo vestrum velit laudari in vita ista: quia quicquid hìc fauoris captas, quod ad Deum non retuleris, ipsi furaris. Tu enim putride puluis, vnde gloria, tibi vnde?

Gloria quando secura.

Ibidem. Securus glorior si teste conscientia de gloria cõditoris nihil mihi vsurpo. Securus planè, qui nõ contra Dominum, sed in Domino. Hęc nobis gloriatio non solùm non prohibetur; sed & suadetur cùm dicitur: Gloriam ab inuicem quæritis, & gloriam quę à solo Deo est, non vultis. Reuera gloriari in solo Deo, non nisi à solo Deo est.

Ibidem. Nec mediocris gloria ista quæ intus est, quippe tam vera quàm de veritate, & in veritate tam rara: vt vix vel paucitas perfectorum perfectè glorietur in ea. Magna & rara virtus profectò est, vt magna licet operãtem, magnum te nescias: & manifestam omnibus tuam te latere sanctitatem. Mirabilem te apparere, & cõtemptibilem reputare: hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Fidelis reuera famulus es, si de multa gloria Domini tui etsi non exeunte ex te, tamen transeunte per te, nihil tuis manibus adhærere contingat.

Ibidem. Sapiens gloriator probabit opus suum, atq; ad lumen veritatis diligenter examinabit: & sic in semetipso habebit gloriam, & non in ore alterius. Stultus sum si cistellæ labiorum tuorum, gloriam meam credidero: & cœpero mẽdicare eam abs te, cùm habere voluero. Nõne in tuo arbitrio est, probare me vel improbare prout volueris? Ipsi potius eam repono seruandam, qui potens est depositum meum seruare in illum diẽ: cautus in custodiendo, fidelis in restituendo. Secura tunc erit vnicuique laus à Deo: his duntaxat qui hũmanas laudes contempserunt.

serm. 25. sup. cant. Propterea & omnis gloria sanctorum intus non foris est: hoc est, non in flore fœni, aut in ore vulgi, sed in Domino: quòd conscientiæ solus sit arbiter Deus, cui soli placere desiderant, & cui placere, sola vera & summa gloria est.

Vanitas cordis.

Vanum cor, vanitatis notam ingerit corpori: & exterior superfluitas, interioris vanitatis indicum est. *Ex apolog. ad Guliel. abb.*

Humanæ laudis vanitas quanta.

Pudet grãditer exultare, cum sentio in me venerari vel diligi: non quidem quòd sum, sed quòd putor. Neq; enim ego tunc diligor, quãdo sic diligor: sed nescio quid in me pro me quod nõ sum ego: imò (vt verius loquar) nõ nescio: nam certissimè scio quòd nihil. Nihil enim proculdubio est, quicquid putatur esse, & non est. Porrò cùm amatur quod est, sed esse putatur: non amor vel amans nihil est, sed quod amatur. Mirandum, sed magis dolendum quàm mirãdum: quòd id quod nihil est amari potest. De vniuersali vanitate inest nobis & velle laudari cùm simus vituperabiles: & nolle laudare, quos scimus esse laudabiles. Sed & hoc vanũ est, quòd nostra plerumque ignorantia & tacetur quod est, & prædicatur quod non est. Quid ad ista dicemus: nisi quia vani filij hominum? mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum? Laudamur mendaciter, delectamur inaniter: vt & vani sint qui laudantur, & mendaces, qui laudant. Alij laudantur, & ficti sunt: alij laudant quod putant, & falsi sunt: Alij vtrorumque præconiis gloriantur, & vani sunt. *Epist. 2. ad Petr. diac. Cardin.*

Laus vera non tam in futura, quam in præsenti vita consistit.

Non est quidem laudandus homo in vita sua, quæ tentatio est super terram: nec ideo tamen laudandus nõ est, cùm mortuus peccato, viuit Deo. Vana quidem laus & seductoria, qua laudatur peccator in desideriis animæ suæ, sed non idcirco prædicanda: & multum cõmendanda non erit illius vita, qui potest dicere: Viuo autẽ iam non ego, viuit verò in me Christus. Cùm ergo laudatur homo in quo iam viuit, non ipse, sed Christus: & nõ in sua laudatur, sed in Christi vita: ac per hoc non laudatur contra sententiam, quæ prohibet hominem laudari in vita sua. *Ad eund.*

Inquietus est omnis, inanis gloriæ cupidus.

Proprię gloriæ cupidi, nulla ratione quiescere possunt: cũ in seipsis penitus nil inueniunt vnde possint aliquatenus gloriari. *In sentent.*

Oportet gloriari in solo Deo.

Nouerat Apostolus gloriã propriã creatoris esse, non creaturæ: sed considerauit rationalẽ creaturã adeò affectare gloriam, vt aut vix aut nũquam ab hoc cõpesci desiderio possit, quippe quæ ad imaginem facta est creatoris. Propterea saluberrimũ adinuenit consilium, dicens: Quando quidem nobis persuaderi non potest, non gloriari: saltem qui gloriatur, in Domino glorietur. *Ibidem.*

DE VERBO, HOC EST FILIO Dei. Cap. ccxv.

Verbum triplex.

DIcimus verbum inspiratum, verbum eructatum, verbũ incarnatum. Primum fecit cognitionem, secũdum conuersionem; tertium viuificationem. Primum offuit, quia cùm cognouissent Deũ, non sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est cor insipiens corũ. Secundum non profuit, quia non data est lex quæ posset viuificare. Tertium viuit, quia per carnem redemit. Primum totum de foris, secundũ foris & intus, tertium totum intus. Et nota quia quod eructatur, de plenitudine eructantis, cum quodam ipsius substantiæ sapore profertur. Et idcirco sapientia incarnata dicitur: habens in se omnẽ plenitudinem, in cognitionem, in doctrina conuersionem, in passione viuificationem. *In sentent.*

Tria considerãda in verbi Dei, hoc est, in incarnationis domini mysterio.

Mysterium incarnationis Christi tria in se considerandа cõtinet, scilicet formã humilitatis, probamẽtum dilectionis, sacramentum redẽptionis. Formã humilitatis demõstrat vagitus paruuli, locus diuersorij, reclinatio in præsepio, pannorum inuolutio. Probamẽtum dilectionis pia mors: quia maiorẽ charitatẽ nemo habet quam, vt animã suam quis ponat pro amicis suis. Sacramentum redemptionis triplicem ostẽdit potẽtiam deitatis, scilicet quòd de nihilo aliquid fecit, inuetteratum innouauit, temporalem perpetuauit. Vide de hac materia fusius ac plenius, ser. 1. in vigilia natiuit. Christi: Nãque sup. titulo, Incarnatio. Cap. cviij. *In sentent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE VERBO SIVE SERMONE.
Cap. ccxvj.

Sermo hominis, res est volatilis.

Ser. in fest. Pet. et Pau. apost. VTilis & volatilis res verbum hominis, nullius moræ, nullius ponderis, nullius precij, nullius soliditatis. Aërem verberat, vnde & verbum dicitur: & sicut folium quod vento rapitur effluit, & non est qui consideret.

Verba cautè antequam proferantur pensanda.

Ser. de tri. custodia. Vigilemus itaque super verba nostra fratres, ne in eis vel offendere Deum, vel proximo nocere contingat. Fœlix siquidem quem in omni cõfabulatione duplex timor iste sollicitat. Primùm quidem diuinæ maiestatis in cuius manus incidere prorsus horrendum: dehinc fraternæ infirmitatis, cui nihilominus perfacilè est offendiculum dare.

Lingua aptissimum vacuandis cordibus instrumentum.

Ibidem. Modicum membrũ est lingua, sed nisi caueas magnum malum. tenuis est & lata, aptissimum vacuãdis cordibus instrumentum: nisi fortè omnès tam perfecti simus, vt nunquam nobis post longas confabulationes inuenta sit mens quodammodo vacua & meditatio minus deuota: sicca magis affectio, & holocaustum orationis nõ adeò pingue, propter verba siue quæ diximus, siue etiam quæ audiuimus.

Ibidem. Facilè enim lingua labitur, nec minus facilè illabitur cordi: ita vt multis inter loquẽdum minus profuerit quod propriam cohibuerint, dum non cauerint alienam.

Lingua frenanda maximè in conuiuiis.

In sentent. Vtilis semper custodia oris, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. Ergo vbique frenanda lingua præceps, maximè autem in conuiuio. His de reb. compertiora habes in tit. lingua. Sermo, silentium, Taciturnitas. Verecundia & Vigilia.

DE VERECVNDIA.
Cap. ccxvij.

Ser. 4. sup. Cant. INuenit apud Deum verecunda confessio quo humiliando deiiciat: & prompta deuotio vbi se innouando reficiat, & iucunda contemplatio, vbi excedendo quiescat.

Ibidem. Humilis & verecũda debet esse satisfactio, qua emendatur superba transgressio.

Decus adolescentiæ verecundia.

Lib. de or. vitæ. Verecundia quæ cùm sit omnibus ætatibus, personis, temporibus & locis apta: tamen adolescentes, & iuueniles animos maximè decet. tres enim virtutes sunt, quæ pueris adolescentibus magis congruunt, verecundia, taciturnitas, & obedientia. Non est autem dubium, si has studuerint habere, quin possint Christo duce, ad culmen perfectionémque virtutum ascendere.

Ibidem. Est bonorum adulescentulorum (vt quidam ait) timorem Dei habere, deferre patribus honorem, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clemẽtiam ac verecundiam, quæ ornamenta sunt minori ætati. Vt enim in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in pueris adolescentibus verecundia velut quadam dote commendatur naturæ.

Affinis verecundiæ taciturnitas.

Ibidem. Quid magis post verecundiæ bonum, quàm vt iuniorum ætas magis debeat discere, quàm tacere?

Verecundia gratiosa virtus est in omni etate, maximè in iuniori.

Ser. 86. sup. Cant. Nescio an quicquam gratius verecundia, aduerti in moribus hominũ queat, præcipuè in adolescentibus. Non quia non sit, & in prouectiori ætate omni studio retinenda, quæ est certè, omnium ornatus ætatum: sed quòd gratia verecundiæ in teneriori ætate amplius pulchriúsque eniteat. Quid amabilius verecundo adolescente? quàm pulchra hæc, & quàm splendida gemma morum, in vita & vultu adolescentis? quàm vera & minimè dubia bonæ nũcia spei, bonæ indolis index? Virga disciplinæ est illi, quæ pudendis affectibus imminens, lubricæ ætatis motus, actúsque leues coërceat, comprimat insolentes. Quid ita turpiloqui), & omnis deinceps turpitudinis fugitans?

Soror continentiæ verecundia.

Ibidem. Soror continentiæ est. Nullum æquè manifestum indiciũ columbinę simplicitatis, & ideo etiã testis innocentiæ. Lampas est pudicæ mentis, iugiter lucens, vt nil in ea turpe vel indecorum residere attentet, quod nõ illa illico probet. Ita expugnatrix malorũ, & propugnatrix puritatis innatæ, specialis gloria conscientiæ, & famæ custos, vitæ decus, virtutis sedes, virtutum primitiæ, naturę laus, & insigne totius honesti.

Ibidem. Vsque adeò genuinum animi bonũ verecũdia est, vt & qui malè agere non verentur: videri tamen verecundentur, dicẽte Domino: Omnis qui malè agit, odit lucem. Vide. tit. laus.

DE VERITATE. Cap. ccxviij.

Veritas, charitas, fortitudo, necessariæ virtutes.

Serm. 1. in rogation. HIs tribus egere me fateor, veritate, charitate, fortitudine. Deficit quippe ratio mea præ ignorantia veritatis: languet & voluntas præ inedia affectionis: infirmatur caro præ inedia fortitudinis. Nam & ratio minus intelligit quæ agenda sunt, & voluntas minus diligit intellecta. Et ad hæc etiam corpus quod corrumpitur aggrauat animã, vt non quęcunq; volumus, illa faciamus. Neque enim paterer hunc defectũ, si iugiter exercitata esset ratio in inquisitione veritatis, voluntas in desiderio charitatis, caro in operatione virtutis.

In apolog. ad Guliel. abb. lib. de ordine vitæ. Melius est vt scandalum oriatur (vt B. Gregorius ait) quàm vt veritas relinquatur.

Tantò quis sit veritati vicinior, quantò se longius esse ab ea fuerit arbitratus.

DE VESTE. Cap. ccxix.

Vestis preciosa, sacerdotibus est ignominia.

Lib. 3. de consid. FOrma preciosarum vestium, deformitatis mentiũ & morum indicium est. Quid sibi vult, quòd clerici aliud esse, aliud videri volunt? Is quidem minus castum, minúsq; syncerium. Nempe habitu milites, quæstu clericos, actu neutrũ exhibent. Nam neque vt milites pugnant, neque vt clerici euãgelizant. Cuius ordinis sunt? Cùm vtriusque esse cupiunt, vtrumque deserunt, vtrumque confundunt. Vnusquisque (in quit) in suo ordine resurget. Isti in quo? An qui sine ordine peccauerunt, sine ordine peribũt? Aut si summè sapiẽs Deus, veraciter creditur à summo vsque deorsum, nihil inordinatũ relinquere: vereor non alibi ordinãdos, quàm vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitet.

In apolog. ad Guliel. abb. Ipse habitus noster, qui humilitatis esse solebat insigne, à monachis nostri temporis in signum gestatur superbiæ. Vix iam in nostris prouinciis inuenimus, quo vestiri dignemur.

Ibidem. Mollia indumentã, animi molliciem indicant. Non tantũ curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus.

In epist. ad Henric. Senonen. epis. *Multi vestibus parere student Deo, non moribus vel virtutib.* Cernitur in nonnullis sacerdotibus vestium cultus plurimus, virtutũ autẽ nullus aut exiguus. Verùm tu sacerdos altissimi Dei, cui ex his placere gestis, mundo an Deo? Si mundo, cur sacerdos? Nam si placere vis mundo, quid tibi prodest sacerdotiũ? Nec enim potes duobus dominis seruire. Qui autẽ amicus vult esse huius mundi, inimicus Deo cõstituitur. Volens itaq; placere hominibus, Deo non places: si non places, non placas. Cur ergo (vt dixi) sacerdos? Sin verò quod addidi placere intendis, nõ mundo, sed Deo: cur qualis populus, talis & sacerdos? Enimuero si sacerdos pastor est, & populus oues: dignũ est vt in nullo apparet pastor ouibus dissimilis. Si instar mei, qui ouis sum pastor meus, & ipse incuruus graditur: vultum gerens deorsum, & terram semper respiciẽs, & soli ventri, mente ieiunus pabula quæritans, in quo discernimur? Væ si venerit lupus, non erit qui præuideat, qui occurrat, qui eripiat. Decet ne pastorem more pecorum sensibus incubare corporis, hærere infimis, inhiare terrenis: & nõ potius erectum stare vt hominem, cœlum mente suspicere quæ sursum sunt & quærere & sapere, non quæ super terram. Vide tit. Monachus.

DE

DE VIA SPIRITVALI. Cap. ccxx.

Duo gradus in via spiritus.

In sententiis. SVnt qui in carne ambulant, qui omnem sollicitudinem in hoc ponunt quomodo molestias carnis euitent. hi sunt qui licet virtutes probent: tamen dum molestias carnis omnino euitare volunt, concupiscentiis eius prauis nequeunt resistere. Talibus dicit Apostolus. Spiritu ambulate, id est sollicitudinẽ vestrã quomodo molestias carnis euitetis deponite. In hac via spiritus duo gradus sunt, superior & inferior. In inferiori gradu, homo in suo spiritu ambulat: in superiori gradu in spiritu Dei. In inferiori gradu ambulat homo quãdo reuersus ad cor circa affectiones suas solicit⁹ in se reprehẽdit q̃ virtuti cõtrariũ esse cognoscit. In hoc gradu sacrificium Deo tribulati spiritus & cordis humiliati per compunctionẽ offer. De hoc gradu ad superiorẽ ascẽdẽs, incipit cogitare beneficia Dei: & conuersus ad gratiarum actiones offert Deo per deuotionem sacrificium laudis. In vtroque gradu videt Christum: in primo crucifixum: in secũdo gloria & honore coronatum.

DE VITIIS. Cap. ccxxj.

Vitia qui fiant in homine naturalia.

Lib de vita solitaria. SIcut aliquando magno labore & studio perseuerante, virtutes trahuntur in affectum & mẽtem bonam: sic vitia leuissima, remissioris licentiæ oportunitate transeunt in consperſionem, & quasi naturalia efficiũtur. Sed nullum vitium naturale est, virtus verò omnis, homini naturalis est. Cõsuetudo tamen vel voluntatis corruptæ, vel molitę negligentiæ, plurima sæpe vitia, quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Consuetudo quippe (sicut philosophi dicere solent) est secunda natura. Omnis tamẽ malus animus, priusquam indurescat, molliri potest malitia eius: sed nec postquã indurauerit, desperandum est. Hæc enim maledictio est Adę, vt in terra laboris nostri, & in agro cordis, vel corporis nostri noxia vel inutilia gratuitò passim vbique proueniant: vtilia verò vel necessaria & salubria cum labore. Virtus tamẽ quoniam naturæ res est, cum venit in animum, aliquando non sine labore: sed venit in locum suum & sedet fideliter: & bene cum ea naturę conuenit, cum nullum præmium potius sit ei, quàm in Deo conscientia sui. Vitium verò cum nihil aliud esse credatur, quàm priuatio virtutis: tamen vastitas eius & enormitas tanta nonnunquam sentitur, vt obruat & opprimat: fœditas tanta, vt inquinet & inficiat: adhæsio tam pertinax consuetudinis, vt vix à se eam natura excutiat. Omnis enim vitij frustra siccatur riuus, si fons non fuerit obturatus. Verbi gratia: Remissa voluntas, facit mentis leuitatem: ex qua prodeunt instabilitas mentis, inconstantia morum: vana lætitia sæpe vsque ad lasciuiam carnis, vana tristitia, nonnunquam vsque ad ægritudinem corporis: & multa alia, in negligentia vel transgressione propositi, ex leuitatis vitio veniẽtia. Sic etiam superba ex visu voluntas, in magna sæpè cordis Inopia tumẽtẽ efficit animũ. Vnde procedũt vana gloria, fiducia sui, negligentia Dei, iactantia, inobedientia, contemptus, præsumptio, & cæteræ animi pestes, quæ fluere solent ex tumore, & vsu superbiæ. Et in hunc modum, omnia genera vitiorum, ex aliquo malæ voluntatis affectu, vel malæ consuetudinis vsu, suam singula ducunt matricem originem: quæ quanto diutius menti molita est, tanto fortius heret, & fortioribus remediis eget, & curam requirit diligentiorem. Huiusmodi enim pestes vitiorum, vsque in vltimam solitudinem solitarium persequuntur. Et sicut bene concreta virtus, & fideliter animo insidens, possessorem suum in nulla deserit multitudine: sic vitium consuetudinis, possessorem suum liberum esse non patitur in qualibet solitudine. Nam nisi pertinaci studio, & prudenti opera expugnata fuerit consuetudo, leniri potest, vinci vix potest: & quomodocũque se cõponat animus, & in quauis solitudine habitet, secretum vel silentium cordis esse non patitur.

Voluntas bona, origo est in homine omnium virtutum.

Ibidem. Bona voluntas in animo est origo omnium bonorum, & omnium mater virtutum. Sic è conuerso, mala voluntas, est origo omnium malorum & vitiorum. Ideo custos animæ suæ, valde sollicitus esse debet, circa custodiam voluntatis suæ. &c.

Vitiorum species gemina.

In sententiis. Est gemina species vitiorũ. Alia enĩ sunt quæ nocent nobis alia quæ proximis. Illa flagitia, ista, vocantur facinora. Et hæc ónia dicũtur vallis lachrymarũ: quia ónis fletus fluuio plãgẽda est vita peccatorũ. De valle flagitiorũ, ascenditur ad mõtẽ castitatis, triplici cõtinentia cohibetur actus, in secunda vitatur aspectus, in tertia resecatur affectus. Item de valle facinorum ascenditur in montem innocentiæ. Hic erigitur scala: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Et ponitur in ea triplex gradus timoris, vel eius scilicet qui patitur, ne reddat talionem: vel superioris potestatis, ne inferat vltionem, vel interim iudicis, qui reddet vnicuique secundum opera sua. De monte innocentiæ, confugiendum est ad mentem patientiæ, & hic quoque erigitur scala triplicis gradus. Primus est Domini passio, secundus martyrum fortitudo, tertius præmij magnitudo. Mons iste patientiæ, secũdum hos gradus est arduus, spinosus, aridus. Arduus propter difficultatem imitandi passionem Domini: spinosus propter aculeos tentationum quæ multiplices sunt: damno scilicet rerum, contumeliis verborum, cruciatibus corporum, in quibus omnes sancti martyres examinantur. Aridus propter retributiones præmiorum, quæ non in hoc seculo sperantur. sed in futuro.

DE VICTORIA Cap. ccxxij.

Ex affectu, spiritualis athleta coronatur vel condemnatur.

Lib ad milites. cap. 1 EX cordis affectu, non belli euentu, pensatur vel periculũ, vel victoria Christiani. Si fuerit bona causa pugnantis, pugnę exitus malus esse non poterit, sicut nec bonus iudicabitur finis, vbi causa non bona, & intentio non recta præcesserit. Infœlix vero victoria, qua superans hominem, succũbis vitio, & ira tibi aut superbia dominante, frustra gloriaris de homine superato.

Lib de int. do. cap. 43. Nobile vindictæ genus est, ignoscere victo.

DE VIGILIA. Cap. ccxxiij.

Vigiliæ in duplici differentia.

Ser. de vig. Petri & Pau. Apo. IN sanctorum vigiliis necesse est vigilare hominem spiritualem. Verum aliæ sunt carnalium, aliæ spiritualium vigiliæ. Illi & nitidiores cultus, & epulas præparant lautiores, & fortassis in ipsis vigiliis, operantur opera tenebrarum, lętentur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Vos non ita didicistis Christum, qui Christum secuti estis, qui vigilanti oculo, vigiliarum nomen debetis attendere. Ad hoc enim vigiliæ præponuntur, vt cuigilemus, si in aliquo peccato vel negligentia dormitamus, & præoccupemus faciem sanctorum in confessione.

Vigilia triplex, cordibus, & operibus nostris exhibenda.

In sententiis. Vigilemus super opera nostra, ne vel omittamus quod præceptum est, vel quod est prohibitum committamus. Vigilemus etiam super verba nostra, ne in eis vel offendere Deum, vel proximum nocere cõtingat. Fœlix siquidem in omni confabulatione duplex iste timor sollicitat, & duorum consideratio stimulat auditorum. Primum quidem diuinæ maiestatis, in cuius manus incidere prorsus horrendum est. Dehinc fraternæ infirmitatis cui nihilominus perfacilè est offendiculum dare. Est autem vigilia super cor cui sanè omnem iam custodiam exhibere sapiens monet, nimirum quia ex ipso vita procedit. Ego tamen etiam hanc constare arbitror specigitationum suarum greges, mens solicita vigilanter intendat Et bene huic datur omnis custodia, à quo cæteras quoque duas procedere cõstat: nisi fortè (quod absit) simulationis gerantur studio, & pietatis habeant speciem, non virtutem. Sicut enim fontis vena scaturiens, nisi fonteis antè repleuerit adiacentes, nec refluere vel sedari, nec in altum sese tollere prævalebit, quòd videlicet aliàs occupetur. Sic humanus animus, donec eas quas prædiximus manus & linguæ custo-

dias solerter impleat nec ad perfectam hanc suipsius poterit reflecti curam, iocunda deuotionis tranquillitate frui, nec in sublimem diuinæ contemplationis proficere gradum.

DE VIGORE ET LANGVORE AMANTIS animæ. Cap. ccxxiiij.

Ser. 51. sup. Cant.

CVm præsto est quod amatur, viget amor: languet cùm abest. Quod non est aliud quàm tædium quoddam impatientis desiderij: quo necesse est affici mentem vehementer amantis absente quem amat, dum totus in expectatione quantamlibet festinationem, reputat tarditatem. Subtractio nempe rei quam amas, augmentatio desiderij est: & quod ardentius desideras, cares egrius. De hac materia plenius diſſeruimus in tit. Amor, dilectio, charitas, ad quos dimittimus lectorem.

DE VILITATE CONDITIONIS humanæ. Cap. ccxxv.

Lib. Medi.

NIhil aliud est caro, nisi spuma, fragili vestita decore. Sed verit quod erit cadauer miserum, & putridum, & cibus vermium. Nam quantumcunque excolatur, semper caro est. Si diligẽter consideres, quid per os & nares, cæteróſque corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinium nunquam vidisti. Si singulas eius miserias enumerare velis, quàm sit onerata peccatis, irretita vitiis, pruriens concupiſcentiis, occupata passionibus, polluta illusionibus: prona semper ad malum, & in omni vitio procliuis, plenam omni confusione & ignominia inuenies. Vide hisce de rebus plenius ac fusius tit. caro, homo, miseria.

DE VINCVLIS. Cap. ccxxvj.

Tria sunt vincula, quibus Deo astringimur.

In sentent.

TRia sunt vincula quibus Deo astringimur: & sic tria, vt sola cũ solis istis, vel istorũ similib⁹, omne quod ligatur, ligetur. Et primùm accipite funes, secundum fortius & durius, tertium suauiter & securè. Fune quodammodò alligatus est redemptori, si quis fortè dum vehementiori tentatione turbatur: proponit sibi honestatis intuitum, memoriam promissionis, & hoc interim fune se retinet, ne propositum penitus abrumpatur. Durum profectò vinculum & molestum, sed & periculosum nimis, & quod diu tenere non possit: siquidem putrescunt funes, & pudoris vinculum aut obliuiſcimur aut abrumpimus citò. Est autem qui clauis configitur Domino maiestatis, quem timor Dei ligat, qui non expauescit ad vultus hominum, sed ad memoriã gehennalium tormẽtorum. Et hic quidem non peccare metuit, sed ardere. Durius tamen & fortius prima imprimitur: quia cùm ille vacillet in proposito, iste propositum nõ amittit. Tertius verò glutine ei conglutinatur, id est charitate, qui tam suauiter, quàm securè ligatus, adhærens Domino vnus spiritus est. Iste est qui quæcunque vndecunque siue quæ facit, siue quæ ei fiunt, ad suũ commodũ reuocat & retorquet.

DE VIRGINITATE. Cap. ccxxvij.

Humilitas magis necessaria est mortalibus, quàm virginitas.

Ser. 1. sup. Missus est.

PVlchra permixtio virginitatis & humilitatis. Nec mediocriter placet Deo illa anima, in qua & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatẽ. Laudabilis virtus virginitas, sed magis humilitas necessaria. Potes denique sine virginitate saluari, sine humilitate non potes. Potest inquam placere humilitas, quæ virginitatem deplorat amissam: sine humilitate autem audeo dicere, nec virginitas Mariæ placuisser: quia etiam vt placeret eius virginitas, humilitas proculdubiò fecit. Quid dicis virgo superba? Maria virginem se oblita, gloriatur de humilitate dicens: Respexit Deus humilitatem ancillę suæ, potius quàm virginitatem: & tu negligendo humilitatem, blandiris tibi de virginitate? Expedit tibi virginem non esse, quàm de virginitate insolescere. Non omnium quidem est virginitas, multò tamen paucorũ est cum virginitate humilitas. Quod si & virgo & humilis es, quisquis es, magnus es. Attamen salubriorem eligit sequendi partem in humilitate peccator, quàm in virginitate superbus: cùm & illius immunditiam humilis satisfactio purget, & huius pudicitiam superbia inquinet.

Ser. 1. in visi. B. Mar.

Respexit humilitatem ancillæ suæ. Nam virginitas sine humilitate, fortasse habet gloriam, sed non apud Deum: Humilia semper excelsus respicit, qui alta à longè cognoscit: & humilibus dat gratiam, qui superbis resistit. Vide tit. humilitas.

DE VIRTVTE. Cap. ccxxviij.

Virtuti gloria debetur.

Serm. 1. de S. Victore.

FRustrà ad celsitudinem nititur gloriæ, qui prius non cluit virtute. Quæ enim sine virtute est gloria? profectò indebita venit, præproperè affectatur, periculosè captatur. Sola est, cui gloria iure debetur, & securè impenditur.

De virtutibus non inaniter gloriandum.

Ser. 13. sup. Cant.

Magna & rara virtus est, vt magna licet operantem magnũ nescias, & manifestam omnibus tuam te solum laterè sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico.

Seminarium virtutum, Christus.

Ser. 22. sup. Cant.

Incassum quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat, quàm à Domino virtutum: cuius doctrina seminarium prudentiæ, cuius misericordia opus iustitiæ, cuius vita speculum temperantiæ, cuius mors insigne est fortitudinis.

Medium vitiorum virtus tenet.

Ser. 58. sup. Cant.

Virtus cognata est sapientiæ.

Ser. 75. sup. Cant.

Donum Dei est virtus deputanda in datis optimis. Cognata virtus sapientiæ est. Vnum tamen in anima effectum non habent: sed ad illius varias & diuersas necessitates, veluti diuersa sese participanda accommodant. Iuxta quàm rationem, aliud est animo virtute agi, & aliud sapientia regi: aliud dominari in virtute, aliud in suauitate delitiari: Vigor namque virtutem, sapientiam placiditas animi, cum spiritali quadam suauitate demonstrat. Igitur stare, resistere, vim vi repellere: quæ vtique in partibus virtutis deputantur, honor quidem, sed labor est. Non est enim idipsum honorem laboriosè defendere, & quietè possidere. Non est idem virtute agi, & virtute frui. Quicquid virtus elaborat, sapientia ordinat, deliberat, moderatur, virtus exequitur. Sapientiam scribe in otio, ait Sapiens. Ergo sapientiæ otia, negotia sunt: & quò otiosior sapientia, eò exercitatior in genere suo. E regione virtus exercitata clarior est eóque probatior, quò officiosior. Et si quis sapientiam virtutis amorem definierit, nó mihi à vero deuiare videtur.

Virtus qualiter potiatur.

Lib. de vit. solit.

Ingenium, ars, intellectus, & alia huiusmodi gratuitò habentur, aliter virtus. Virtus enim vult doceri cum humilitate, quæri cum labore, haberi cum amore. Nam cùm omnibus his digna sit, nec aliter vel doceri vel quæri, vel haberi potest.

Virtutes quatuor Theologicæ, quàm necessariæ athletis Christi.

In sentent.

Opus est fortitudine aduersus tentamẽta peccati, vt rugienti Leoni resistamus fortes in fide: & ignita ipsius iacula hoc clypeo viriliter repellamus. Op⁹ est iustitia, vt operemur bonũ. Opus prudẽtia, ne cũ fatuis virginib⁹ reprobemur. Opus deniq; tẽperantia, ne voluptatibus indulgeamus. Planè terribilis Dⁿ in cõsiliis super filiis hominũ. Sed si terribilis est, etiam misericors inuenitur, dum futuri iudicii formam non occultat. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Palmes qui fructum non fecerit, excidetur. Virgo cui defuerit oleum, à nuptijs excludetur. Et qui bona acceperit in hac vita, in æterna cruciabitur. Quod si fortè contingat, in vnoquolibet hæc quatuor inueniri, ea planè extrema desperatio est.

DE

DE VISIONE DEI. Cap. ccxxix.

Deus videndus est in futuro seculo, sicuti est.

Ser. 31. sup. Cant.

VIsio futura stat, quia forma stat quæ tunc videbitur. Est enim, nec vllam capit ex eo quod fuit, vel erit mutationem. Tolle nempe fuit, erit: vnde iam transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio? At quicquid veniens ex eo quod fuit, non cessat tendere in id quod erit: transitum sanè habet per est, sed omnino non est. Nam quomodo est quod nunquam in eodem statu permanet? Solum proinde verè est, quod nec à fuit præsciditur, nec ab erit expungitur: sed solum & inexpugnabile remanet ei, est: & manet, quod est. Nec fuit sanè tollit illi esse ab æterno: nec erit esse in æternum, ac per hoc sibi vendicar, sibi verum esse: id est increabile, interminabile, inuariabile. Cum ergo ipse qui sic est, imò qui non sic, aut sic est, videtur sicuti est, stat (vt dixi) illa visio: quia nulla eam interpolat vicissitudo. Et tunc ille de euangelio vnus omnibus qui sic vident, denarius redditur in vna specie quæ offertur. Nam & quod apparet vt inuariabile in se est: ita inuariabiliter intuentibus præsto est. & quibus apparet, nil videre desiderabilius volunt, nil delectabilius possunt. Quando ergo illa vel fastidiet auiditas, vel se subtrahet suauitas, vel fraudabit veritas, vel deficiet ęternitas? Quod si in æternum extenditur videndi copia, & voluntas quomodo non plena fœlicitas? Nil quippe aut deest iam semper videntibus, aut supereſt semper volentibus. At talis visio non est vitæ præsentis, sed in nouissimis reseruatur.

Deus non videtur in hac vita, sicuti est in natura,

Ibidem.

Studiosis mentibus Deus frequenter apparet, & non sub vna specie. Quid ita? Profectò quoniam nondum videtur sicuti est. Non sapiens, non sanctus, non prophęta, videre illum sicuti est, potest, aut poterit in corpore hoc mortali, poterit autem in immortali qui dignus habebitur. Itaque videtur & hic, sed sicut videtur ipsi, & non sicuti est. Nam neque solem quem quotidie vides, vidisti tamen aliquando sicuti est: sed tantum sicut illuminat. Verbi causſa aerem, montem, parietem. Quod ne ipsum quidem aliquatenus posses, si non aliqua ex parte ipsum lumen corporis tui pro sui ingenita serenitate & perspicuitate cœlesti lumini simile esset. Non denique alterum membrum corporis capax est luminis, ob multã vtique dissimilitudinẽ. Sed nec ipse oculus si conturbatus fuerit, lumini propinquabit, nimirum ob amissam similitudinem. Qui ergo turbatus nullatenus serenum solem videt propter dissimilitudinem, profecto si pari prorsus puritate vigeret, videret omnino inoffensa acie eum sicuti est propter omnimodam similitudinem. Ita & solem iustitię illum qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, videre in hoc mundo sicut illuminat, illuminatus potest, tanquam iam in aliquo similis: sicuti est, omnino nõ potest, tanquam non perfectè similis. Porro iam præsentibus, non aliud est videre sicuti est, quam esse sicuti est, & aliqua dissimilitudine non confundi.

Inuisibilia Dei, per ea quæ facta, sunt visibilia aliquatenus comprehendi possunt.

Ibidem.

Tanta hæc formarum varietas, atque numerositas specierum in rebus conditis: quid? nisi radij sunt Deitatis, monstrates quidem quia verè sit à quo sunt: non tamen diffinientes prorsus quid sit: ita quod de ipso sit vides, sed non ipsum. Cum autem de eo quem non vides cætera vides, scis indubitanter existere quem oportet inquirere: vt inquirentem non fraudet gratia, negligentem ignorantia non excuſet: Verum hoc genus videndi commune. In promptu enim est (iuxta Apostolum) omni vtenti ratione inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspicere. Alius proculdubio modus ille quo quondam patribus crebra illa atque ambitiosa diuinæ præsentiæ familiaritas dignanter indulta est: quanquam nec ipsis sicut dignata est: nec vno modo, sed vt Apostolus ait: Multifariè multisque modis, cũ ipse in se sit vnus. Et hæc demonstratio non quidem communis, sed tamen foris facta est: nimirum exhibita per imagines extrinsecus apparentes, seu voces sonantes. Sed est diuina inspectio eò differentior ab his quò interior, cum per seipsum dignatur inuisere Deus animam quærentem se: quæ tamen ad quærendum se toto desiderio & amore deuouit. Hoc signum istius modi aduentus eius: sicut ab eo qui exertus est edocemur. Ignis ante ipsum præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. Oportet nanque vt sancti desiderij ardor præueniat faciem eius ad omnem animam ad quam ipsa est venturus qui omnem consumat rubiginem vitiorum, & sic præparet locum Domino. Et tunc scit anima, quoniam propè est Dominus, cum se senserit illo igne succensam. Non ergo sic affecta & sic dilecta contenta erit omninò: vel illa quę multis per ea quæ facta sunt, vel illa quæ paucis per visa somnia facta est manifestatio sponsi: nisi & speciali prærogatiua intimis illum affectibus, atque ipsis medullis cordis cœlitus illapsum suscipiat, habeatque præsto quem desiderat: non figuratum, sed infusum: non apparentem, sed afficientem, nec dubium quin eò iocundiorem, quò intus, non foris. Verbum nempe est nõ sonans, sed penetrans, non loquax, sed efficax, non obstrepẽs auribus, sed blandiens affectibus. Facies est non formata, sed formans, non perstringens oculos corporis, sed lætificans faciem cordis, grata quippe amoris munere, non colore. Non tamen adhuc illum dixerim apparere sicuti est, quanuis non omnino aliud hoc modo exhibeat, quàm quod est. Neque enim vel sic continuè præ erit, quamuis deuotissimis mentibus; sed nec vniformiter omnibus. Opportet nanque pro veris animæ desideriis diuinæ gustum præsentiæ variari, & infusum saporem supernæ dulcedinis, diuersa appetentis animi aliter atque aliter oblectare palatum. Hisce de rebus cõpertiora multo habes illo in opere quod ædidimus de diuinę & humanæ naturæ vera cognitione. lib. 1.

Lib. de vitæ solit.

Nusquã se melius deprehendit mod⁹ humanæ imperfectionis, quàm in lumine vultus Dei, in speculo diuinæ visionis.

Speculum ad videndum Deum, est animus intuens seipsum.

Lib. de inter dom. cap. 12. & 13.

Frustra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui non dum idoneus est ad videndum seipsum. Prius enim necesse est, vt cognoscas inuisibilia spiritus tui, quam possis esse idoneⁿ ad cognoscẽda inuisibilia Dei. Et si nõ potes cognoscere te, non præsumas apprehendere ea quæ sunt supra te. Præcipuum & principale speculum ad videndum Deum, est animus rationalis intuens seipsum.

Priuatio visionis Dei, supplicium condemnatis omnium est maximum.

Ibidem. cap. 38.

Omnia gehennę supplicia superabit Deum non videre, & bonis carere, quæ in potestate habuisti obtinere.

Mens ad inuisibilia erigenda.

Ibidem. cda. 66.

Valde difficile est, ab exterioribus ad interiora mentem reuocare, & ibi permanere. Nec minus difficile est, de visibilibus, ad inuisibilia penetrare, & in illis diutius consistere.

Diuinarum rerum contemplatione nihil iucundius.

Ibidem cda. 70.

Nihil est iocũdius, nihil vtilⁱ gratia cõtẽplationis. Quãto amplius in cœlestium contemplatione delectaris & delectando admiraris, tantò libentius immoraris, tantò diligentius perscrutaris, profundiusque illuminaris. Vide plenius de hac materia sup. in tit. contemplatio.

DE VISITATIONE DEI. Cap. ccxxx.

Exhortatio doctoris, prænuncia Dei visitationis

Ser. 57. sup. Cant.

QVisputas in nobis est adeò vigilans & obseruans tempus visitationis suæ, sponsumque aduenientem ita per singula eius momenta diligenter explorans, vt cum venerit & pulsauerit confestim apetiat ei? Si igitur admonitus fuero foris ab homine, vel intus à spiritu de tuenda iustitia, & seruanda æquitate, istiusmodi salutaris suasio erit mihi profectò prænuncia imminentis aduentus sponsi, & præparatio quædam ad dignè suscipiẽdum supernum visitatorem. Quicquid itaque siue de his, siue de aliis quibuslibet virtutib⁹ suggestum animo fuerit, significatio erit mihi visitationem Domini virtutum imminere animæ meæ.

DE VITA ACTIVA ET CONTEMplatiua. Cap. ccxxxj.

Pia mens quotiens à vita contemplatiua cecidit, totiens in actiuam se recipit.

Ser. 51. sup. Cant.

EX bonis operibus recipiet consolationem mens assueta quietis: quotiens sibi lux (vt assolet) contemplationis sub trahitur. Quis enim non dico continuè, sed vel diu dum in hoc corpore manet, lumine contemplationis fruatur? At

quotiens corruit à contemplatiua, totiens in actiuam se recipit. Inde nimirum tanquam è vicino familiarius reditura in idipsum. quoniam sunt inuicem contubernales hæ duæ, & cohabitant pariter. Est quippe soror Mariæ Martha. Neq; enim etsi à contemplationis lumine cadit, patitur tamen vlatenus se incidere tenebras peccati, seu ignauiam otij, sanè in luce bonæ operationis se retinens.

Ser. 57. ſu. Cant. Hoc siquidem vera & casta contemplatio habet, vt mentem quam diuino igne vehementer accenderit, tanto repleat zelo & desiderio acquirendi Deo, qui eum simpliciter diligant, vt otium contemplationis, pro studio prædicationis libentissimè intermittant. Et rursum posita votis, aliquatenus in hac parte, tantò ardentius redeat in idipsum, quantò fructuosius intermisisse meminerit. Et item sumpto cõtemplationis gustu, valentius ad conquirenda lucra solita alacritate recurrat. Cæterum inter has vicissitudines plerunque mens fluctuat metuens, & vehementer exæstuans: ne fortè alteri horum, dum suis affectionibus hinc inde distrahitur, plus iusto inhæreat: & sic in vtrolibet vel ad modicum à diuina deuiet voluntate. Vnicum quippe in huiusmodi remedium vel refugium oratio est, & frequẽs gemitus ad Deum: vt quid, quando, quatenus nos facere velit, assiduè nobis demonstrare dignetur.

Otium contemplationis pio exercitio præueniendum.

Ser. 46. ſu. Cant. Fortè appetis contemplationis quietem, & benefacis: ergo cura virtutum exercitio sanctum otium præuenire. Alioquin delicato satis otio dormitare voles, si non exercitatus quiescere appetis, & Liæ fœcunditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed etiam præposterus ordo est, ante meritum exigere præmium, & ante laborem sumere cibum. Non igitur putes de proprio amore quietis sanctæ obedientiæ actibus seniorũm ve traditionibus prejudiciũ vllatenus faciendum: alioquin non approbat Dominus tuæ contemplationis inane sanè otium. Propter quod non exaudiet orationes tuas, vocatúsque non veniet: nec enim dabit inobedienti copiam sui, tantus obedientiæ amator: vt mori, quàm non obedire maluerit.

DE VITA AETERNA. Cap. ccxxxij.

Serm. 1. in Euã. Nup. factæ. Sicut mercenariis & quotidianus cibus datur in opere, & & merces seruatur in fine: sic Dominus vitam æternam in fine reddet, & interim cemtuplum repromittit & exhibet.

Fruitio Dei trifaria.

Serm. 4. de om. sanctis Tripliciter in æterna illa & perfecta beatitudine fruemur Deo: videntes eum in omnibus creaturis, hahentes ipsum in nobisipsis: & quod his omnibus ineffabiliter iocundius sit atque beatius, ipsam quoque cognoscentes in semetipsa Trinitatem: & gloriam illam sine vllo enigmate, mũdo cordis oculo cõtemplantes. In hoc enim erit vita æterna, vt cognoscamus Patrem & Filium cum Sancto spiritu, & videamus Deum sicuti est: id est, nõ modo sicut inest nobis, videlicet aut cæteris, creaturis, sed sicut est in semetipso. Vnde duo illa velut circumiacentia esse videntur quę prædiximus, & quasi cortex tritici. Hæc verò cognitio summa beatitudinis, tritici medulla, adeps fruméti, quo ciuitas sancta Hierusalem satiatur. Verùm quàm magna est beatitudo illa, tam abscondita est ab oculis nostris: quoniam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quanta charitas, quanta, claritas quanta suauitas, quanta iocunditas, maneat nos in illa cognitione. Pax Dei est illa quę exuperat omnem intellectum, quãrò magis omnem sermonem nostrum? Quod ergo nulli datum est experiri, nullus conetur effari. Ibi cumulus fœlicitatis, ibi superueniens gloria, ibi superefluens beatitudo. Nam quomodò videndus sit in creaturis, quomodo in nobis habendus, possumus vel ex parte conijcere in ipsis nimirum quas accepimus iam primitiis spiritus. Cognitio autem illa omnino adhuc nobis incognita est, mirabilis facta est, confortata est, vt non possimus ad eam. At verò quemadmodum in creaturis videndus sit, possumus aliquatenus intelligere, nimirum cùm & modò videatur in ipsis. Verùm quantũcunque proficiat quis intelligẽdo conspicere, quã potẽtissimè, q̃ prudẽtissimè, q̃ benignissimè manifestas æterna fecerit oia, cũcta regat, ordinet vniuersa, prsus modicum ab eo quod est comprehendit. Veniet autem quãdo iam sequemur agnum quocunque ierit, & in omnibus consequemur creaturis, vt in omnibus gaudeamus, quod est gaudium Domini. Gaudeamus sanè in omnibus, sed non aliunde quàm de ipso: sicut ipse non aliis fruitur, sed semetipso.

Triplicem plenitudinem habituri sumus in futura vita.

Ibi sententi. In illa patria quæ nescit nisi gaudium & iubilationem, nihil deest. Ecce abundantia qua impleatur humana cupiditas. Quæ est ista copia, vbi nihil quod nobis de sit: totũ sit quod velis? Quòd si nihil deerit nobis, aliquid autem nos latuerit, nunquid erit gloria consummata? Ideo nihil latebit nos. & ecce sapientia qua curiositas hominis satietur. O sapientia qua tunc omnia quæ in cœlo & quæ in terra sunt, perfectissimè cognoscemus in ipso fonte sapientiæ rerum omniũ cognitionem bibentes. Non metuam suspiciones, non timebo consilia, quia ciuitas illa (iuxta Ioannem) purissimo vitro similis erit: vt sicut per vitrum lucidissimè cernimus, sic aliorum conscientias clarissimè videamus. Quid & nihil defuerit, & nihil latuerit: maneat autem timor & anxietas amittendi? Ideo nihil terret. Et ecce potentia, qua humana infirmitas roboretur. Qui posuit (inquit) fines tuos pacem, & cõfortauit seras portarum tuarum: ita vt nullus inimicus intret, nullus exire possit amicus. Vbi ergo summa abundãtia, summa sapientia, summa potentia est: puta quòd nihil desit plenitudini beatitudinis, quantum spectat ad summam fœlicitatis humanæ.

DE VITA CHRISTI. Cap. ccxxxiij.

Vita & mors Christi, facta est nobis tum bene viuendi, tum securè moriendi forma.

Lib. ad mil. tẽpl. ca. 10 Amplius mouet ad pietatem mortis Christi, quàm vitæ recordatio. Puto quòd illa austerior, hæc dulcior videatur: magisque infirmitati blandiatur humanæ quies dormitionis, quàm labor conuersationis: mortis securitas, quàm vitæ rectitudo.

Ibi. cap. 11. Vita Christi viuendi mihi regula extitit, mors à morte redemptio. Illa vitam instruxit, mortem ista destruxit. Vita quidem laboriosa, sed mors preciosa: vtraque vero admodum necessaria. Quid enim prodesse poterant Christi, siue mors nequiter viuenti, siue vita damnabiliter morieti? Nunquid denique aut mors Christi, etiam nunc malè vsque ad mortem viuentes, à morte æterna liberat, aut mortuos ante Christum sanctos patres vitæ sanctitas liberauit? sicut scriptum est: Quis est homo qui viuit, & non videbit mortem: eruet animam suam de morte inferi? Nunc ergo quia vtrunque nobis pariter necessarium erat, & piè viuerẽ, & securè mori & viuendo viuere docuit, & mortem moriendo securã reddidit: quoniam quidem resurrecturus occubuit, & spem fecit morientibus resurgendi.

DE VITA HOMINIS. Cap. ccxxxiiij.

Modus bene viuendi in congregatione tripharius.

Serm. 1. in feſt. Pet. & Pauli. Arbitror quòd tu qui in cogitatione es bene viuis: si vis ordinabiliter, socialiter, & humiliter. Ordinabiliter tibi, sociabiliter proximo, humiliter Deo. Ordinabiliter, vt in omni conuersione tua sollicitus sis obseruare vias tuas, & in conspectu Domini, & in conspectu proximi: cauens & tibi à peccato, & illi à scandalo. Socialiter, vt studeas & amari & amare, blandum & affabilem te exhibere: supportare non solùm patienter, sed & licenter infirmitates fratrum tuorum: tam morum, quàm corporum. Humiliter, vt cùm hæc omnia feceris, spiritus vanitatis studeas exsufflare. qui ex huiusmodi nasci solet: & quantumcunque illum sensoris, negare omnino consensum.

Ibidem. Quid docuerunt vel docent nos Apostoli sancti? Non piscatoriam artem, non cœnofactoriam, vel quicquid huiusmodi est: Non Platonem legere, non Aristotelis astutias inuestigare: non semper discere, & nunquam ad veritatis scientiam peruenire. Docuerunt me viuere. Putas parua res est scire viuere? Magnum aliquid, imo maximum est. Non viuit qui superbia inflatur, qui luxuria sordidatur, qui cæteris inficitur pestibus: quoniam non est hoc viuere, sed vitam cofundere, & appropinquare vsque ad portas mortis. Bonam autem vitam ego puto, & mala pati, & bona facere: & sic perseuerare vsque ad mortem. Dicitur vulgo: Quia qui bene se pascit, bene viuit, sed mentita est iniquitas sibi, quia non bene viuit nisi qui bonum facit.

Vita nostra quotidie discutienda.

Lib. medit. cap. 5. Vitam tuam quotidiana discussione examina. Attende diligenter quantum proficias, vel quantum deficias: qualis sis in moribus, & qualis in affectibus: quàm similis sis Deo, vel quam dissimilis: quam propè, vel quam longè: non locorum interuallis, sed morum affectibus.

DE VITAE BREVITATE. Cap. ccxxxv.

Lib. medit. cap. 2. Qvr vitam istam tanto tempore desideramus? in qua quanto amplius viuimus, tanto plus peccamus. Quantò est vita longior, tãto culpa maior. Quotidie namque crescũt mala, & subtrahuntur bona. Assidue variatur homo per prospera & aduersa, & ignorat quando moriatur.

Ibidem. Sicut stella in cœlo coruscans velociter currit, & repentè deficit: & sicut scintilla ignis subitò extinguitur, & in cinerẽ redigitur: sic citò finitam datur istam cernere vitam. Dum enim libenter ac iocundissimè moratur homo in hoc mũdo, diuque se victurum arbitratur, ac multa longo tempore disponit agenda, subitò rapitur in morte, & ex improuiso auferetur à corpore. Dies enim hominis sicut vmbra super terram: & tũc propè est nihil, cum stare videtur.

Ibidem. Dic mihi vbi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscũ erant? Nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes. Attende diligenter quid sunt, vel quid fuerũt. Homines fuerunt sicut tu: comederunt, & biberunt, riserunt, duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt.

In sentent. Verè breue est omnino tempus. Infœlix proinde qui in hius vitæ lubrico fidens, perituram insumit operam: nec aduertit quoniam vapor est, & ad modicum parens & vanitas vanitatum. Vera omnino sententia: Quoniam tentatio est vita hominis super terram. Siquidem fallax est, nec simpliciter fallere consueuit, vt enim multipliciter illudat hominibus, mutat faciem, mutat vocem: modo ait, modò negat, nec erubescit. De ipsa quantitate sua diuersis diuersa loquitur, imò & eidem de diuerso tempore, contraria quoque suggerit & aduersa. Modo enim breuem se esse causatur, modo simulat lõgiorem. Dum peccare delectat adhuc, gemit altius pro breuitate sua: nec breuitas falsa, sed gemitus fallax: quod id memoret cum mœrore, vnde magis oportuerat gratulari. Siquidem ipsa vitæ memoria, breuioris remedium magis quã incentiuum debuerat esse peccati.

DE VITIIS Cap. ccxxxvj.

Vitia consuetudine longa indurata, fiunt laude quasi naturalia.

Lib. de uita fugit. Sicut aliquando magno labore & studio perseuerante, virtutes trahuntur in affectum & mentem bonam: sic vitia leuissima, remissioris licẽtiæ oportunitate transeunt in consperſionẽ, & quasi naturalia efficiuntur. Sed nullũ vitiũ naturale est: virtus vero omnis, homini naturalis est. Consuetudo tamen, vel voluntatis corruptæ, vel inolitæ negligentiæ plurima sæpe vitia, quasi naturalia in neglecta cõscientia efficere solet. Cõsuetudo quippe, sicut philosophi dicere solẽt est secunda natura.

Ibidem. Omnia genera vitiorum ex aliquo malæ voluntatis affectu, vel malæ consuetudinis vsu, suam singula ducunt matricem originem: quæ quanto diutius menti inolita est, tanto fortius hæret, & fortioribus remediis eget, & curam requirit diligentiorem. Huiusmodi enim pestes, vitiorum vsque in vltimam solitudinem solitarium persequuntur. Et sicut bene concreta virtus, & fideliter animo incidens, possessorem suũ in nulla deserit multitudine: sic vitium consuetudinis, possessorem suum liberum esse non patitur, in qualibet solitudine

DE VNITATE. Cap. ccxxxvij.

Bonorum vnitas est gemina.

Ser. 1. in Assumpt. B. Mariæ. Vnitas bonorum gemina est. Alia est enim quæ iustificat, alia quæ glorificat. Illa meritum, ista præmium est. Vnitas quæ iustificat, nunc potissimum necessaria est. Ipsa est enim decus suauitatis, quam dulcedine sacra insonat Psalmista: Ecce quam bonum & quam iocundum, habitare fratres in vnum. Ipsa est vnitas, quam summa diligentia obseruandam tradidit Apostolus, dicens: Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Ibidem. Seruatur autẽ hoc vnitatis bonũ duob⁹ modis ab his qui curã gerũt seruãdi. Debet qui sque perfectus vnitatem habere ad seipsum, debet & ad proximũ. Ad seipsum per integritatẽ ad proximũ per cõformitatem. Omnis quippe creatura & maximè rationalis debet suum principium imitari. Cum igitur Deus noster sit vnus, & idem atque in seipso perfectus necvllo indigens, ineſt ei tamen benignitas erga nos & amor ex beneuolentia in nos venies. Debemus & nos quisque sibivnus esse per integritatem virtutis, & vnum cum proximis, per vinculum dilectionis.

Ibidem. Vnitas etiam illa quam habet quisq; ad proximum, duobus modis habetur, dum & nos per dilectionem tendimus in alterum, & alterius quoque vicissim in nobis recipimus affectum.

DE VOLVNTATE. Cap. ccxxxviij.

Voluntas propria & consilium proprium, lepræ assimilantur.

Ser. 3. de re surrectio. In corde duplex est lepra: propria voluntas, & proprium consilium. Lepra vtraque nimis pessima: eóque pernicio-sior, quò magis interior. Voluntatem dico propriam, quæ non est communis cum Deo, & hominibus, sed nostra tantũ quando quod volumus, non ad honorem Dei, nod ad vtilitatem fratris: sed propter nosmetipsos facimus, non intendentes placere Deo, & prodesse fratrib. sed satisfacere propriis motibus animorum. Huic contraria est recta fronte charitas, quæ Deus est. Hæc enim aduersus Deũ inimicitias exercens est, & guerrãm crudelissimam. Quid enim odit aut punit Deus, præter propriam voluntatem? Cesset volũtas propria, & infernus non erit. In quem enim ignis ille desæuiet, nisi in propriam voluntatem?

Verba sunt S. Benedicti. *Ser. 10. ſu. Cant. 1*

Quicquid sine voluntate, vel cõsensu patris spiritualis fit, vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi.

Ser. 71. ſu. Cant. Grãde malũ propria volũtas, qua fit vt bona tua tibi bona non sint.

Voluntas nostra per peccati perpetrationẽ, mirè est vitiata.

Ser. 81. ſup. Cant. Quod voluntarium & liberum. Et quidem peccato factũ est, vt corpus quod corrumpitur aggrauet animam: sed amore, non mole. Nam quod surgere anima per se iam nõ potest, quæ per se cadere potuit, voluntas in causſa est, quæ corrupti corporis viciato ac vitioso amore lãguescens & iacẽs amorẽ pariter iustitiæ non admittit. Ita nescio quo prauo & miro modo ipsa sibi volũtas, peccato quidẽ in deterius mucusare valeat volũtatem, nec voluntas cũ sit illecta, excludere necessitatem. Est enim necessitas hæc quodammodo voluntatia. Est fauorabilis vis quædam premendo blandiens, & blandiendo premens. Vnde sese rea voluntas, vbi semel peccatenus de ratione queat. Inde quærula illa vox, veluti gementis sub onere necessitatis huius: Domine (inquit) vim patior, respondepro me. Sed rursus sciens quod non iustè causaretur aduersus Dominum, cum voluntas sua ipsius potius in causſa foret, attende quid secutus intulerit: Quid dicam,

aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerim? Premebatur iugo, non alio tamen, quàm voluntariæ cuiusdam seruitutis: & erat pro seruitute quidem miserabilis, sed pro voluntate inexcusabilis. Voluntas enim est, quæ se cùm esset libera, seruam fecit peccati, peccato assentiendo: voluntas nihilominus est, quæ se sub peccato tenet voluntariè seruiendo.

Voluntas hominis in se libera.

Lib. de gra. & lib. ar. Cùm voluntas nihil liberum habeat nisi se, meritò non iudicatur, nisi ex se.

Voluntas nostra diuinæ sit subiecta voluntati.

Ibidem. Nostra volũtas bona, à Domino Deo creata, perfecta tamẽ non erit, quousque suo creatori perfectè subiecta sit. Nam qui voluerunt sui esse, vtique sicut dij, scientes bonum & malum factum: facti sunt non tantum iam sui, sed & diaboli. Itaque libera voluntas, nos facit nostros: mala diaboli, bona Dei.

Deus non datum, sed cuiuslibet affectum pensat.

Lib. de vit. solit. Offero quod possum, bonam voluntatem: ipsamque à vobis repeto cum fructibus suis. Dauid saltando placuit Domino: non propter saltum, sed propter affectũ. Similiter & mulier quæ vnxit pedes Domini, laudata est à Christo: non quia vnxit, sed quia amauit, & quia quod habuit hoc fecit, in eo iustificata est.

Bona voluntas origo in homine omnium virtutum.

Ibidem. Bona voluntas in animo est origo omnium bonorum, & omnium mater virtutum. Sic è conuerso, mala voluntas est origo omnium malorum & vitiorum. Ideo custos animæ suæ, valde sollicitus esse debet circa custodiam voluntatis suæ, &c. Vide ibidem ad longum.

Lib. de int. dom. ca. 8 Inter omnia Dei dona, quæ ad salutem hominis spectare videntur, primum & principale bonum bona voluntas esse cognoscitur, per quam imago similitudinis Dei in nobis reparatur. De hac materia plenius scripsimus supra in titulo, Arbitrium, cogitatio.

DE VOLVPTATE. Cap. ccxlij.

Voluptas mundi, vapor ad modicum parens.

Serm. de S. Clemente. OMnis delectatio huius mũdi, vniuersa eius gloria, quicquid denique in eo concupiscitur, prorsus modicũ est in illius beatitudinis cõparatione: si tamen vel modicum dici debet, & non potius nihilum, vapor ad modicum parens.

Voluptas famem sui habet, & transacta non satiat.

Lib. de gr. humil. Experta voluptas libenter repetitur, repetita blanditur. Cõcupiscentia reuiuiscente, sopitur ratio, ligat consuetudo.

Per quod membrum quis peccat, in illo maiorem vindictam sustinet.

Lib. medi. cap. 13. Quot fuerint oblectamenta mala, tot erunt tormenta dira in pœna: nam inde punimur, vnde malè delectamur.

Ibidem. cap. 14. Per tactum, ardor libidinis pro aliqua parua occasione excitatur, & nisi illico respuatur, subitò totum corpus occupat, vrit & incendit. Primò carnem cogitatione modicũ titillat, deinde delectatione turpi mentem maculat: & ad extremum per consensum prauitatis mentem subiugat.

DE VOTO. Cap. ccxliij.

Ex Apol. ad Gmil. abbat. SIcut non licet his qui maius aliquid vouerunt, ad id quod minus est descendere, ne apostatentur: sic non omnibus expedit de bonis minoribus, ad maiora transire, ne præcipitentur.

DE VOCE. Cap. ccxliiij.

Deus cordis puritatem, non vocis lenitatem requirit.

Lib. Medi. cap. 11. DEus cui non absconditur, quicquid illicitum perpetratur, non quærit vocis lenitatem, sed cordis puritatem. Nam dum cantor mulcet populum vocibus, Deum irritat prauis moribus. Vide hisce de rebus fusius in tit. oratio, Angelus.

DE ZELO. Cap. ccxlv.

Zelus discretione moderandus.

Ser. 49. sup. Cant. IMportabilis absque scientia est zelus. Vbi ergo vehemens æmulatio, ibi maximè discretio est necessaria, quæ est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absque scientia minus efficax, minúsque vtilis inuenitur, plerunque autem & pernicios⁹us valde sentitur. Quò igitur zelus feruidior, ac vehementior spiritus, profusiórque charitas: eò vigilantiori opus sctentia est, quæ Zelum supprimat, spiritum temperet, ordinet charitatem. Vide de hac materia Fusius, ac plenius in titulo. Disciplina, Discretio, Prælatus.

FINIS.

PARISIIS,

EX CALCOGRAPHIA NICOLAI

Bruslé, sub Sole aureo, Impensis verò honestißimi viri

Sebastiani Niuellij, anno Domini.

1571.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LOCORVM VETERIS

AC NOVI TESTAMENTI, A BEATO

Bernardo in ſuis ſermonibus ac tractatibus expoſitorũ, ſecundum ordinem librorum, capitulorum atque pſalmorum, ad literas alphabeticas vbique adaptatus.

Ex libro Geneſeos.

Geneſ. 1. *In principio creauit deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua.* folio. 119. *A*
Diuiſit lucem à tenebris. 351. *L*
Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. 30. *E.* 131. *C.* 217. *I.* 192. *I.* 248. *I*
ij. *Formauit igitur dominus hominem de limo terræ.* 97. *M*
Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. 189. *D*
Plantauerat autem dominus deus paradiſum voluptatis à principio. 120. *B. Paradiſorum. &* 202. *K. L*
Fluuius egrediebatur de loco voluptatis, qui diuiditur in quatuor capita. 119. *H*
Tulit ergo dominus deus hominem in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. 34 *F.* 85. *F.* 90. *H*
Nihilominus. 240. *A*
Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. 17. *A*
In quacunque enim die comederis ex eo. 128. *I. Siquidem.* 199. *E*
Adduxit dominus animalia ad Adam, vt videret quid vocaret ea. 25. *L*
Immiſit dominus deus ſoporem in Adam. 25. *K*
Relinquet homo patrem & matrem. 195. *C. Denique.*
iij. *Serpens erat callidior cunctis.* 2. *E. Deprehenſa.* 93 *I.* 89. *F*
Denique primos.
Nequaquam moriemini. 2. *E.* 14. *K.* 3. *K*
Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. 1. *E.* 14. *K*
Vidit mulier lignum. 30. *F.* 194. *H* 89. *F*
Abſcondit ſe Adam & vxor eius. 97. *D. E. Dedítque viro ſuo.* 68. *L. M. Ibid. Propterea.*
Cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus. 87. *A. Sed heu me.* 194. *F*
Vocem tuam domine audiui in paradiſo, & timui. 14. *B.* 30. *F.*
Mulier quam dediſti mihi. 5. *F.* 31. *C.* 63. *B.* 222. *F.*
Inimicitias ponam inter te & mulierem. 5. *G*
In dolore paries filios. 7. *E*
Pro eo quod obediſti voci vxoris tuæ. 108. *D*
Terra es, & in terram ibis. 74. *M*
Emiſit eos de paradiſo. 68. *E.* 240. *A. Miſeri.*
Cherubim collocauit. 74. *C. D*
iiij. *Si recte offers, & recte non diuidis, peccaſti.* 150. *L*
Sub te erit appetitus tuus. 27. *K*
Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? 52. *C*
Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniã merear. 139. *G.* 178. *C.* 287. *I.* 241. *M. Nolite ergo.*
vj. *Pœnitet me feciſſe hominem.* 30. *L*
Non permanebit ſpiritus meus in homine. 66. *I*
viij. *Proni ſicut ſenſus hominis in malum.* 155. *M.* 166. *F*
xij. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* 87. *M.* 346 *F*
xv. *Suſpice cœlum, & numera ſtellas.* 75. *B. Siquidem.*
xxij. *Tolle filium tuum quem diligis Iſaac.* 242. *D. Sic & olim.* 75. *B*
Domine, inquit.
xxvij. *Veſtibus Eſau valde bonis induit Rebecca Iacob.* 120. *F*
Vox quidem vox Iacob eſt, manus autem manus ſunt Eſau. 154. *H. L*
Statim vt ſenſit veſtimentorum eius fragrantiam. 198. *M*
Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. 168. *D*
Det tibi de rore cœli, &c. In pinguedine terræ, & in rore cœli, &c. 119. *A*
xxviij. *Num vnam tantum benedictionem habes pater?* 242. *M*
Vidit Iacob ſcalam. 230. *A. Illud quoque.* 378. *F. G*
Terram in qua dormis, tibi dabo. 116. *E*
Vere dominus eſt in loco iſto. 83. *F*
Non eſt hic aliud, niſi domus dei. 83. *C. Si decreuerit.*
Verè locus iſte ſanctus eſt. 97. *K* xxx.
Cras mihi reſpondebit iuſtitia mea. 12. *G.* 243. *E* xxxij.
Ecce vir luctabatur cum Iacob vſque mane. 66. *A*
Tetigit nerum femoris eius. 232. *A. B. quàm.*
Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. 192. *E. Et ſanctus.*
Egreſſa eſt Dina, vt videret filias illius regionis. 232 *F. Dina.* xxxiiij.
Fecit Iacob filio ſuo Ioſeph tunicam talarem. 235. *C. Non ſum.* xxxvij.
Audite ſomnium meum. 233. *A. Sic Ioſeph.*
Non eſt in omnibus bonis domũ mei, quod in mea non ſit poteſtate. xxxix. 141. *C*
Poſitus eſt Ioſeph in carcerem. 242. *H. Tres in carcere.*
Memento mei, cùm bene tibi fuerit. 4. *B*
Furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum. 1. *G* xl.
Fames coegit Iſrael intrare in Aegyptum. 119. *B* xlij.
Erumpebant lachrymæ. 140. *C* xliii.
Dominus qui paſcit me à iuuentute mea. 185. *L* xlviij.
Ruben primogenitus meus non treſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui. xlix. 97. *M*
Non auferetur ſceptrum de Iuda. 9. *I*

Ex libro Exodi.

Filia Pharaonis vocauit nomen eius Moyſes, dicens: De aqua tuli eum. Exod. 2. 45. *C*
Vadam, & videbo viſionem hanc magnam. 63. *A* iij.
Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim, &c. 242. *F. Solue.*
Educam populum meũ de terra illa in terrã bonam. 163. *D. E. Moyſes*
Ego ſum qui ſum. Et qui eſt, miſit me ad vos. 142. *H. I*
Qui eſt, miſit me ad vos. 213. *F*
Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum. 54. *I* v.
Paleæ non dabuntur vobis, & reddetis. 262. *I. Hinc.*
Indauratum eſt cor Pharaonis. 204. *K* vij.
Deuorauit virga Aaron virgas magorum. 47. *F*
Digitus dei eſt hic. 349. *F Digitus.* viij.
Vbicunque Iſrael erat, lux erat. 189. *F. Nam.* x.
Os non comminuetis ex eo. 87. *G. H* xij.
Quid clamas ad me? 132. *G* xiij.
Erat is aqua quaſi murus à dextris, & à ſiniſtris. 238. *D. Nimirum.*
Fugiamus Iſraelem, dominus enim pugnat contra nos. 163. *G*
Hodie ſcietis, quia veniet dominus, & mane, &c. 10. *H* xvj.
Manus Moyſi erant graues. 156. *I. Non parui,* xvij.
Sedit populus manducare & bibere. 359. *K* xxxij.
Dimitte me, vt iraſcatur furor meus. 58. *M. Moyſi.* 156. *H. Peccat.*
Si dimittis, dimitte: alioquin dele me de libro, &c. 345. *A. An non.*

Ex Leuitico.

Mulier quæ ſuſcepto ſemine pepererit filium, immunda erit. Leuit. 25 *A*
Sanctificamini hodie, & eſtote parati. 12. *E*

Ex libro numerorum.

Locuta eſt Maria, & Aaron contra Moyſen propter vxorem Aethiõ. Num. 12. 163. *K. L*
Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines. 140. *D.* 344. *M. & ſeq.*
Virga Aaron ſequenti die inuenta eſt germinaſſe. 5. *H* xviij.
Moriatur anima mea morte iuſtorũ. 125. *D. E. Vbi eſt theſaurus.* 147. *B* xxiij.

Ex Deuteronomio.

Audi Iſrael, dominus deus veſter, deus vnus eſt. Deut. 6. 62. *E*
Diliges dominum deum tuum ex toto corde, &c. 97. *E* 146. *E.* 325. *D. & per totum tractatum.*
Maledicta ſterilis in Iſrael 7. *E* vij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vt sugeret mel de petra. 50 K. *Quàm dulciter.*
xxxij. *Vtinam saperent & intelligerent.* 53 G. 382. K. *O vtinam.*

Ex libro Iosue.

Iosue. 15. *Ebuzeum habitatorem Hierusalem non potuerunt filij Iuda delere.* 176. E. *Velis notis.*

Ex libro Iudicum.

Iudi. 6. g *Quid Gedeonis vellus significet.* 5. I
Cœlesti rore area rigatur. 65. B
Moriatur anima mea cum Philistiim, ait Sampson. 220. G
Vnde.
xx. *Peccant Beniamin accinguntur reliquæ tribus ad vltionem.* 206. E
Peccauit.

Ex Primo Regum.

1. Reg. 2. *Si peccauerit vir in virum, placari ei poterit deus.* 221. M. *Si peccauerit.*
iij. *Loquere domine, quia audit seruus tuus.* 94. K. *Loquere.*
xv. *Melior est obedientia, quàm victimæ.* 146. A. *Nam illam.*
Quasi peccatum hariolandi est, repugnare. 41. L. 159. M. 41. M. 168. C
Homo videt in facie, Deus in corde. 347. F
xvj. *Inueni hominem secundum cor meum.* 179. C. *Absit.*
Peccaui, sed nunc honora me. 143. M. *Nunquid* 243. A. *An non idem.* 140. C. 331. I
Lugebat Samuel Saul.
Stans Goliath, clamabat aduersus phalangas Israel. 54. C
xvij.

Ex secundo Regum.

2. Reg. 1. *Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia descendat super vos.* 172. M
Ludam & vilior fiam. 348. B
vj. *Semei per iugum montis maledicebat Dauid.* 160. G
xvj.

Ex tertio Regum.

3. Reg. 3. *Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur.* 13. L. *Et tu quidem*
xix. *Neque melior sum, quàm patres mei.* 348 L. *Aut si.*
Hodie cibus allatus est ab angelo. 123. L. M. *Qui.*

Ex quarto Regum.

4. Reg. 2. *O Ro domine, vt fiat spiritus tuus duplex in me.* 47. B. 49. I
Ascende calue, ascende calue. 199. C.
Sterit oleum. 47. E. 49. *Vel certe.*
iiij. *Tolle baculum tuum.* 143. B. C.
Incubuit Helisæus super puerum. 143. D. M
Helisæus mortuum suscitauit. 39. L
Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant cum Helisæo. 113.
v. *Vade, & lauare septies in Iordane.* 41. G. H
Nunquid meliores sunt fluuij Damasci. 199. B

In secundo Paralipomenon.

2. Par. 20. *O Iudas & Hierusalem nolite timere, cras egredimini.* 10. A
& 9. M

Ex libro Iob.

Iob. 1. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ.* 307. K
Vidi stultum firma radice. 382. K
Homo nascitur ad laborem. 85. B. 103. I
In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. 97. B
vj. *Visitans speciem tuam, non peccabis.* 245. M
vij. *Quæ prius nolebat tangere anima mea.* 204. I
Militia seu tentatio est vita hominis super terram. 83. I. 117. D. 335. D. *Si Inquam.*
Si dormiero, dicam, quando consurgam. 175. E
Quid est homo, quia magnificas eum. 82. L. *Quid est homo.* 18. C. *Domine quid est,* 82. K. 206. I
Cur non tollis peccatum meum. 274. A. B. *Aut quid apponis erga eum cor tuum.*
O custos hominum, quare posuisti me contrarium tibi. 83. G. 76. M
O custos 331. B. *Quare.* 194. A. *Oculos.*
x. *Indica mihi, cur me ita iudices.* 159. A
Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. 238. H. I. *Cũ cœperint.*
xiij. *Vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.* 348. A. *Stultus.*
xiiij. *Homo natus de muliere.* 34. A. 107. L
xix. *Si ignorauj, mecum erit ignorantia mea.* 144. F. *Etsi quid.*
Miseremini mei, miseremini mei, saltẽ vos amici mei. 71. C. *Miseremini.*
In carne mea videbo deum saluatorem meum. 126. I. *Ob hanc.* & 154. G
Vnde ergo.
Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descẽdunt. 249. I xxj.
Quis putas.
Pauit sterilem, & quæ non parit: & viduæ non benefecit. 236. D xxiiij.
Beati misericordes.
Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram pauperum. 140. C xxix.
xxx.
Frater fui draconum. 168. L. *Non mediocris.*
Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima. xxxj.
135. F. & 154. M. *Ne quæras.*
En venter meus quasi mustum absque spiraculo. 233 E. F xxxij.

Ex Psalterio.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum. 109. C Psal. 1.
Sed in lege domini voluntas eius. *Ibidem.* F
Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus. 28. M.
117. M
Et folium eius non defluet. 179. I. *Vides.*
Astiterunt reges terræ. 62. C. & 187. D. E ij.
Filij hominum vsquequo graui corde. 47. K. 92. H iiij.
Irascimini, & nolite peccare. 165. A. 141. H
In pace in idipsum, dormiam, & requiescam. 69. A. 171. C vj.
Domine, ne in furore tuo arguas me. 184. E. *Domine ne.* viij.
Quid est homo quòd memor es eius. 130. B. *Tu quis.*
Minuisti eum paulominus ab angelis. 66. D. 172. G. *Transiliit.*
188. C
Propter quid irritauit impius deum. 143. I ix.
Vide quoniam laborem & dolorem consideras. 34. G
Cognoscetur dominus, iudicia faciens. 355. L. *Cognoscetur.* 231. F
Cognoscetur.
Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. 345.
Inclinabit se, & cadet. 187. B
Dixit impius in corde suo, non requiret. 239. I. *Odibilis.*
Dominus interrogat iustum & impium. 118 M. *Tribus.* x.
Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. 194. M. *At forte.*
In circuitu impij ambulant. 81. M. *In circuitu.*
Dixit insipiens in corde suo, non est deus. 109. H xiij.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. *Ibidem.* I
Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. *Ibidem.* K
Contritio & infelicitas in viis eorum. 129. B
Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo. 96. K xiiij.
Ad nihilum deductus est in cõspectu eius malignus. 29. L. M. *Certum.*
Multiplicatæ sunt infirmitates eorum. 109 K xv.
Delectationes in dextera tua vsque in finem. 171. C. 84. A. *Et nunc.*
Notas mihi feciſti vias vitæ. 52. I. *Gloriosa*
Ad implebis me lætitia cum vultu tuo. 85. G. *Neque.*
Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. 161. B
Inimici mei animam meam circumdederunt. 251. K xvj.
Diligam te domine, fortitudo mea. 226. I xvij.
Ascendit fumus in ira eius. 118. D. *Fumus.*
Volauit super pennas ventorum. *Ibidem.* *Ambulat.*
Tenebrosa aqua in nubibus aeris. 22. M. *Et fortasse.*
Cum sancto sanctus eris 65. K. & 88. A. & 184. K. *Alioquin* 333. I
Cum viro innocente innocens eris. 333. D
Quoniam in te eripiar à tentatione. 126. G
Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. 109. M
Filij alieni mentiti sunt mihi. 192. L. M
Dies diei eructat verbum. 65. H xviij.
In sole posuit tabernaculum suum. 136.
Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. 22. M
Lex domini immaculata conuertens animas. 330. M. & 205. A. 228. E
Timor domini. 228. E
Emundabor à delicto maximo. 97. B
Delicta quis intelligit. 158. I
Meditatio cordis mei, in conspectu tuo semper. 90. M
Hi in curribus 118. M. *Quatuor.* 119. K. *in scriptura.* xix.
Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. 109. L. xx.
& 359, B. Tu ergo. 142. G xxj.
Sicut aqua effusus sum. 239. G xxij.
Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.
Parcitur. 235. G. *Intelligens.*
Deduxit me super semitas iustitiæ. *Calix*

Calix domini inebrians. 178. G
xxiij. *Quis ascendet in montem domini.* 98. F. 196. E. 107. H
Hæc est generatio quærentium dominum. 102. K
xxiiij. *Vias tuas demonstra mihi.* 159. A
Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. 129. E
Vide humilitatem meam & dolorem meum. 241. B. *Oportet.*
xxv. *Domine dilexi decorem domus tuæ.* 168. A. *Domine dilexi.*
xxvj. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum.* fol. 124. A.
In petra exaltauit me. 179. A
Et nunc exaltauit caput meum. 117. F
Circuiui & immolaui in tabernaculo eius. 48. C
Credo videre bona domini in terra viuentium. 26. H
Factus sum tanquam vas perditum. 29. F
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. 69. C
xxxj. *Beatus vir, cui non imputabit dominus peccatum.* 29. L. 150. A
Conuersus sum in ærumna mea. 168. K
Tu remisisti impietatem peccati mei. 187. M. *Audi denique.*
Pro hac orabit ad te omnis sanctus. 187. M. *Tu inquit.* 337. C
Pro hac.
xxxiij. *Audiant mansueti & lætentur.* 150. F
Accedite ad eum, & illuminamini. 157. G. H. *Propterea.*
Gustate, & videte, quoniam suauis. 64. L. *Et fructus.* 67. E
Timete dominum omnes sancti eius. 70. H
Quis est homo, qui vult vitam. 132. M. *Quis est homo.*
Multæ tribulationes iustorum. 87. F. 252. B. *Eripe.*
Mors peccatorum pessima. 193. I. 30. K. 71. I. 111. B
Iuxta est dominus his, qui tribulato sunt corde. 333.
xxxiiij. *Iudica domine nocentes me.* 144. K. *In cælo.*
Domine, quis similis tibi. 184. *Domine.*
xxxv. *Iustitia tua sicut montes dei.* 74. E. 92. L
Expulsi sunt, nec potuerunt stare. 185. M.
xxxvj. *Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui.* 27. M.
28. A
Cum ceciderit iustus, non collidetur. 123. C
Quoniam tanquam fœnum velociter arescent. 350. K. L
Declina à malo, & fac bonum. 50. A. 202. G. 109. B
Adinuabit eos dominus. 127. M. *Denique.*
xxxvij. *Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices.* 145. D
Cor meum conturbatum est, dereliquit me. 62. B. *Hæc igitur.*
Amici mei, & proximi mei. 191. A. *Vigilarent.*
xxxviij. *Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.* 182. M. *Veruntamen.*
Vt sciam quid desit mihi. 207. F. *Rara.*
Quoniam aduena ego sum apud te. 96. G. *Familiaris*
xxxix. *Expectans expectaui dominum.* 183. F. *Expectans.*
Dominus sollicitus est mei. 150. K. *Quàm dulciter.*
xl. *Beatus qui intelligit super egenum.* 369. L. *Et vere.*
xlj. *Transibo in locum tabernaculi.* 95. H.
Ad meipsum anima mea conturbata est. 162. A
Abyssus abyssum inuocat. 60. M. *Caro.* & 351. K. *Sic abyssus.*
xliij. *Eructauit cor meum verbum bonum.* 182. L
Speciosus forma præ filiis hominum. 67. E
Specie tua & pulchritudine tua. 185. H
Propter veritatem & mansuetudinem. 185. B. *Non solum.*
Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ. 144. B.
Audi filia, & vide. 7. A. 75. D
Concupiscet rem decorem tuum. 196. I. K. *Denique.*
xlv. *Vacate & videte, quoniam ego sum deus.* 61. M. 85. B. & H
Psallite deo nostro, psallite. 137. A
xlvij. *Suscepimus deus misericordiam tuam.* 24. H
xlviij. *Homo cum in honore esset.* 125. B. 161. A. B. 183. *Non.*
350. I. 194. E
Comparatus est iumentis insipientibus. 198. K. *An vero.*
Et similis factus est illis. 194. E
Sicut oues in inferno positi sunt. 92. H. I
Immola deo sacrificium laudis. 141. H
xlix. *Existimasti inique quòd ero tui similis.* 194. E. *Et item*
Inuoca me in die tribulationis. 227. G
Arguam te, & statuam contra faciem tuam. 235. K. *Arguam.*
242. G
Sacrificium laudis honorificabit me. 137. B
Miserere mei deus secundum magnam. 89. M. L
Asperges me domine hyssopo. 166. K
Auditui meo dabis gaudium. 154. I. K
Ne proijcias me à facie tua. 51. C
Cor contritum & humiliatum deus non, &c. 174. H. *Nec dubium.*
37. D. E. *Non despicit.*
Dixit insipiens in corde suo, non est deus. 109. H lij.
Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ. 125. E liiij.
Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. 171. I
Descendant in infernum viuentes. 242. E. *Descendant.*
Vir sanguinum & dolosi, non di. 185. I.
Lingua eorum, gladius acutus. 91. L lvj.
Lætabitur iustus, cum viderit vindictam. 127. B. *Lætabitur.* lvij.
Deus ostendit mihi super inimicos meos 382. B. *Non sunt.* lviij.
Nonne deo subiecta erit anima mea. 95. K lxj.
Vani filij hominum, mendaces si. bo. 332. E. *Sedet.* & 345. H
Sunt enim.
Semel locutus est deus. 87. A. *Semel.* & 109. H. *Semel*
Duo hæc audiui, quia potestas. 226. A. *Oportet.*
Sitiuit anima mea. 4. C. *Sitiuit.* lxij.
In terra deserta. 117. H. 118. M. *Quadrisarium.*
Vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam. 3. H. *Et item.*
Terribilis in consiliis super. 202. H. *Plane.* lxv.
Transiuimus per ignem & aquam. 71. K. *Transiuimus.*
Iter facite ei, qui ascendit super oc. 93. H lxvij.
Terra mota est, etenim cœli. 182. I. *Terra.*
Cœli distillauerunt. 50. D. *Hodie.*
Pluuiam voluntariam. 53. M. *Pluuiam.*
Si dormiatis inter medios cle. 3. E. *Sint.* 171. D. *Si dormiatis.*
Posteriora dorsi eius. 178. E. *Sed interim.*
Mons coagulatus, mons pinguis. 98. L. M. *Vt quid.*
Præuenerunt principes coniuncti. 136. M. 145. F
Principes Iudæ duces eorum. 345. F
Psallite deo, qui ascendit super cœlum. 153. F
Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. 176. I. *Etsi.* 369. F. *Manent.*
Mirabilis deus in sanctis suis. 80. K. *Mirabilis.* & 141. F.
Si qua.
Infixus sum in limo profundi. 12. A lxviij.
Et placebit deo super vitulum nouellum. 118. D. *Vituli.*
Auertantur statim erubescentes. 342. E lxix.
Deus meus eripe me de manu peccatoris. 194. B. *Quis me eripiet.* lxx.
Introibo in potentias domini. 127. E. *Introibo.* & 331. E. *Introibo.*
Deus iudicium tuum regi da. 188. M lxxj.
Iudicabit pauperes populi, & sal. 144. I. *Iucundum.*
Replebitur maiestate eius omnis terra. 70. C. 72. H
Mei autem pene moti sunt pedes. 373. A. *Vobis audeo.* lxxij.
In labore hominum non sunt, ideo tenuit eos superbia. 85. C. 149. L.
238. G. 339. G. *In labore.*
Transierunt in affectionem cordis. 196. I
Ad nihilum redactus sum, & nescini. 86. I. *Vere.*
Quid enim mihi est in cœlo. 88. I
Mihi autem adhærere deo, bonum est. 86. I. *Mihi.*
Deus autem rex noster in secula operatus est salutem. 50. G. *Et tunc.* lxxiij.
189. G. *Tu ne.*
Cum accepero tempus, ego iustitias. 173. M. 334 I. *Quòd si.* lxxiiij.
Factus est in pace locus eius. 115. G lxxv.
Dormierunt somnum suum. 350. L. *Dormierunt.*
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. 178. M
Renuit consolari anima mea. 155. F. *Item.* *eum.* lxxvj.
Turbatus sum, & non sum locutus.
Hæc mutatio dexteræ excelsi. 156. A
Memor fui dei, & delectatus sum. 130. E
Tu es deus, qui facis mirabilia. 98. D. E. *Qui sursum.* 108. I
In mari via tua. 141. F. *Si.*
Vestigia tua non cognoscentur. 136. *In mari.*
Spiritus vadens & non rediens. 178. C. *Sed ne.*
Et obliti sunt benefactorum eius. 195. I
Et occidit in grandine vineas eorum. 139. H lxxvij.
Appare coram Effraim, Beniamin. 179. H. *Et occidit.*
Sumite psalmum, & date tympanum. 13. H lxxix.
Cibauit eos ex adipe frumenti. 236. B lxxx.
Quàm dilecta tabernacula tua. 189. A. *Audi.*
69. D. 82. D. *Illam.* 110. B. 246. D lxxxij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

246.D
Beati qui habitant in domo tua domine. 81.C.Beati.
Beatus vir cuius est auxilium abste. 61.G.Ascendunt.& 88.K
Audiam quid loquatur in me. 88.L.158.H
lxxxiiij. Vt inhabitet gloria in terra nostra. 29.K.L.30.B
Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. 58.B
Ecce dominus dabit benignitatem. 176.C.Dominus.
Iustitia ante eum ambulabit. 175.A
Gloriosa dicta sunt de te. 250.A
lxxxvj. Misericordias domini in æternum cantabo. 54.M
lxxxvij. Domine,in lumine vultus tui. 55.K.
lxxxviij. Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Ibidem. Absit.
Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? 199.D
Mane sicut herba transeat. 4.K.Mane
lxxxix. Lætati sumus pro diebus,quibus nos humiliasti. 183.
xc. Qui habitat in adiutorio altissimi.122.M & consequenter exposi-
tio totus psalmi in septemdecim sermonibus ab ipso 122. vsque ad
133.Ea tamen quæ sequuntur,etiam reperiuntur exposita extra eius-
dem psalmi expositionem.
Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.
226.C
A timore nocturno,à sagitta volante in tenebris, ab incursu & dæmo-
nio meridiano. 159.M
Cadent à latere tuo mille. 32.I
Cum ipso sum in tribulatione. 72.A.Ita plane.
Iustus germinabit sicut lilium. 168.G.Iustus.
xcj. Quoniam rectus dominus Deus noster. 150.I.Rectus.& 192.K
Nempe. 209.H
xcij. Dominus regnauit, decorem induit. 167.H.83.C.Dic ergo.
Domum tuam decet. 118.G.Nostræ
xciij. Beatus homo,quem tu erudieris domine. 196.B.
Quadraginta annis proximus fui. 116.F.353.G
xciiij. Confessio & pulchritudo in conspectu eius. 157.I.175.B
xcv. Ignis ante ipsum præcedet. 46.M.Venit.
xcvj. Cantate domino canticum nouum,quia mirabilia. 3.A
xcvij. Honor regis,iudicium diligit. 165.B
xcviij. Deus tu proptius fuisti eis & vlciscens. 136.I.
M seruo diam & iudicium cantabo tibi domine.
c. Proinde. 2.H
Superbo oculo,& insatiabili corde. 87.H
cj. Ossa mea sicut cremium aruerunt. 185.M
Cinerem tanquam panem manducabam. 88.A
Mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem. 138.E
cij. Longanimis, & multum misericors. 227.C
Qui replet in bonis desiderium tuum.
Misericordia domini ab æterno,& vsque in æternum. 351.I.Audiat.
ciij. Extendens cœlum sicut pellem. 193.E.Extendens.
Qui emittis fontes in conuallibus. 12.B
Hoc mare magnum, & spatiosum manibus. 101.M
Emitte spiritum tuum,& creabuntur. 47.E
ciiij. Quærite faciem eius semper. 195.G
Ferrum pertransiit animam eius 178.D
cv. Visita nos in salutari tuo. 119.A.Modis quatuor.
Dixit, vt disperderet eos. 174.D.Dixit.
cvj. Exarserunt insolitudine vt in aquoso. 53.A.83.K
Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Ibidem.
cvij. Paratum cor meum deus, paratum cor meum. 26.M.110.C
cviij. Operiantur sicut diploide confusione sua. 104.B.Quia.
cix. Dixit dominus domino meo, sede. 190.F
In splendoribus sanctorum ante luciferum. 64.K.L
De torrente in via bibet. 118.L.M.Quinque.
Magna opera domini. 14.G
cx. Dispersit dedit pauperibus. 133.C
cxj. Quis sicut dominus deus noster,qui in altis habitat? 72.L
cxij. In exitu Israel de Aegypto. 117.K.L
cxiij. Conuertere anima mea in requiem tuam. 68.K
cxiiij. Credidi propter quod locutus sum. 231.B.Putas.
cxv. Omnis homo mendax. 231.D Quid est.
Quid retribuam domino. 54.M.Quid enim.226.H.Quid
retribuam.
Preciosa in conspectu domini. 71.I.K.76.D.107.M.150.C
cxvij. Impulsus eueisus sum,vt caderem. 196.C
In via testimoniorum tuorum delectatus sum. 174.L.In via. cxviij.
158.G
Dormitauit anima mea præ tædio. 230.D.Denique.
Viam iniquitatis amoue à me. 134.A
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ. 41.B.Samaritanes.
Bonitatem & disciplinam. 93.C.Nempe. & 161.M Nonne.
In veritate tua humiliasti me. 52.C.Gaudeo.
Super omnes docentes me intellexi. 174.M.Etenim.
Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum. 156.C.Videergo.
Confige timore tuo carnes meas. 187.K
Intellectum da mihi & viuam. 95.M.Pax.
Pax multa diligentibus legem tuam. 195.H.Audi.
Erraui sicut ouis quæ periit. 117.I cxix.
Sagittæ potentis acutæ. 346.I.Quis enim. cxx.
Leuaui oculos meos in montes. 128.L
Non dormitabit,neque dormiet,qui custodit Israel. 82.D.Dico autem. cxxj.
In domum domini lætantes ibimus. 9.F Fiat.
Fiat pax in virtute tua. 171.H.Proinde. cxxiij.
Anima nostra sicut passer. 162.F cxxv.
Qui seminant in lachrymis. Ibidem.E.Tu ergo.
Euntes ibant,& flebant. 139.D.F.Vanum.& 179.E cxxvij.
Vanum est vobis ante lucem surgere. 94.E.Ad plurium. cxxviij.
Vxor tua sicut vitis abundans. 140.E cxxxj.
Apud dominum misericordia,& copiosa. 148 D.E.Ad cumulum. cxxix.
Memento domine Dauid,& omnis. 81.D.E. Propterea.
Si dedero somnum oculis meis. 139.F cxxxij.
Ecce quàm bonum,& quàm iucundum. 228.E cxxxv.
Confitemini domino quoniam bonus,quoniam in æternum.
Confitebitur. 125.E cxxxvj.
In salicibus in medio eius suspendimus. 126.B.92.M
Si oblitus fuero tui Hierusalem. 92.M
In principio lætitiæ meæ. 53.L
Beatus qui tenebit, & allidet paruulos. 14.B cxxxviij.
Quo ibo à spiritu tuo,& quo à facie tua fugiam?
Quid tu times. 116.C.Hic autem.
Si ascendero in cœlum,tu illic es. 147.F.Festinemus.
Nox illuminatio mea in delitiis meis. 169.M.Imperfectum.& 226.I
Imperfectum meum viderunt.
Imperfectum. 53.E
Nimis honorati sunt. 124.B.De protectione. cxxxix.
Obumbrasti super caput meum in die belli. 92.A.B.& 102.G.Vnde. cxl.
Pone domine custodiam ori meo. 200.C233.K
Non declines cor meum in verba malitiæ. 53.D.& 175.B
Corripiet me iustus in misericordia. 127.Nec modo
Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.
quidem.
Me expectant iusti, donec retribuas mihi. 10.E.& 70.L cxlj.
Præstolatur. 68.B.Non intres.& 74.F.G cxlij.
Non intres in iudicium cum seruo tuo.
Non enim.& 337.D.E.Non contendit. 31.G.H
Auditam fac mihi mane misericordiam tuam. 332.C.Et quia.& 351.L cxliij.
Domine,quid est homo quia innotuisti ei?
O domine. 332.E.Vanitati.
Homo vanitati similis factus est. 2.G.Sed non. cxliiij.
Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ. 117.C
Voluntatem timentium se faciet. 292.K.Nempe. cxlvj.
Magnus dominus noster,& magna virtus eius. 25.G.H.& 165.K.& 92.I.159.C cxlvij.
Laudate Hierusalem dominum. 342.C
Velociter currit sermo eius. 179.M
A facie frigoris eius quis sustinebit? 96.B.Iam vero.
Non fecit taliter omni nationi. 34.H.& 131.C.& 92.L.Verum. cxlviij.
Quoniam ipse dixit,& facta sunt.
Et prius.139.M Quid enim.

Ex parabolis Salomonis.

Filii si te lactauerint peccatores,ne acquiescas. 345.H.Vani Prouerb.
Ego quoque in interitu vestro ridebo. 127.C.Nempe. j.
Auersio parunlorum interficiet eos. 33.C.D.Ita
Lætantur cum malefecerint. 143.L.& 231.F.Hæ sunt. ij.
Ligniu vitæ est sapientia his qui apprehenderint eam.179.H.Sic stultus. 90.I iij.
Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. 3.B.& 11.I.In sinistra.
In sinistra eius diuitiæ & gloria. 92.B.97.L.M.110.E.& 277.C iiij.
Omni custodia serua cor tuum.
Audi.& 250.L.Idcirco. Homo

vj. Homo apostata,vir inutilis. 232.D.E
viij. Ego diligentes me diligo. 184.K
ix. Principium sapientiæ, timor domini. 149.M.150.A
Sapientia ædificauit sibi domum. 2.I.105.M
Aquæ furtiuæ dulciores sunt. 346.G
xj. In multiloquio non deerit peccatum. 91.I.Vt enim præteream.
Expectatio iustorum lætitia. 183.A.123.M
xiiij. Extrema gaudij, luctus occupat. 32.D
xv. Lingua pacifica compescit lites. 151.C.Scriptum est.
xvj. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. 51.B
Omnia.
xviij. Impius cum venerit in profundum malorum,contemnit. 234.A
Mors & vita in manibus linguæ. 91.K
xx. Pondus & pondus, abominatio est apud deum. 165.F
xxiiij. Septies in die cadit iustus. 144.F.Denique.
Per agrum hominis pigri transiui. 179.H
xxv. Mel inuenisti? comede quod sufficit tibi. 110.G
Qui scrutator est maiestatis ,opprimetur à gloria. 179.A
xxvij. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum. 59.K.Reuersus.
xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus. 173.F.347.G
xxx. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi. 32.K.184.A
Sanguisugæ duæ sunt filiæ. 238.A
xxxj. Mulierem fortem quis inueniet? 5.H
Digiti eius apprehenderunt fusum. 142.L

Ex Ecclesiaste.

Eccles.i. A D locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. 140.M
iij. Omnia tempus habent. 348.F.240.I.Indignaris.
Vnus interitus est hominis & iumentorum. 194.I
Quidni similiter.
iiij. Funiculus triplex difficile rumpitur. 143.F.Dat sentire.
v. Vbi multæ opes,ibi multi qui comedunt eas. 202.A.Postremo.
Auarus non implebitur pecunia. 227.C.Ideo.
vij. Cor stultorum, vbi lætitia. 233.D
Noli nimium iustus esse. 124.B.20.G.Noli.
ix. Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. 22.K.45.I.
Nouit.& 70.G.& 83.A
x. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. 34.D
Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te. 93.K.Vnde & sa-
xj. piens.& 110.H
xij. Si ceciderit lignum ad austrum. Ibid.K
Deum time,& mandata eius obserua. 146.B

Ex Canticis canticorum.

Canti. i. O Sculetur me osculo oris sui. 111.G.120.C.134.F.G.136.K
M. Et consequenter ipsa canticorum expositio in octoginta
sex sermonibus,à 133.vsque ad 187. Et nihilominus sequuntur ali-
quæ ipsorum canticorum sententiæ quæ expositæ reperiuntur non so-
lum in eisdem,sed etiam extra prædictos sermones.
Quia meliora sunt vbera tua vino. 111
Fragrantia vnguentis optimis. Ibid.K
Trahe me post te. 46.K
Introduxit me in cellaria sua. 112.I
Nigra sum sed formosa. 151.B.242.E.Vnde.
Si ignoras te,ô pulchra inter mulieres. 89.H.225.G.232.E
Ecce tu pulcher dilecte mi. 225.L.Ecce tu.
Fructus eius dulcis gutturi meo. 64.L.Merito.
Sub vmbra illius quem desideraueram. Ibidem.
Fulcite me floribus. 170.M.225.K.Fulcite.
Læua eius sub capite meo. 226.A.Audi.& 10.H.58.G
Ecce iste venit saliens in montibus. 1.M.48.E.Ecce.
En ipse stat post parietem. 12.D.E
Iam hyems. 225.M
Surge propera amica mea. 60.F.G
Ficus protulit grossos suos. 241.I.Sunt enim.
Dilectus meus mihi. 65.M
Inuenerunt me vigiles ciuitatis. 132.A.Merito.
Quæsiui,& non inueni illum. 86.H.Quæsiui.
Tenui eum,nec dimittam. 34.K
Ferculum Salomonis media charitate constrauit. 230.B
Quæ est ista quæ ascendit per desertum. 312.C.117.H
Egredimini filiæ Sion. 18.M.71.B.105.H
Dentes tui sicut grex tonsarum. 118.A
Mel & lac sub lingua eius. 120.K
Emissiones tuæ paradisus. 112.C
Surge Aquilo,& veni Auster. 92.A
Veni in hortum meum soror mea sponsa. 112.I
Comedite amici mei.& bibite,& inebriamini charissimi. 64.L
Sed quando.& 228.A
Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora consurgens? 112.E.196.E
Quæ est.
Reuertere,reuertere Sunamitis. 32.C.105.E.112.C.194.L
Fortis est vt mors dilectio. 336.C
Fuge dilecte mi,& assimilare capreæ hinnuloque ceruorum 128.C
Meritò.
Quò abiit dilectus meus. 86.H.I.Quò ergo.
Introduxit me rex in cubiculum suum. 231.I
Vox turturis audita est in terra nostra. 65.M.Vox

Ex libro Sapientiæ.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. 116.D Sapient.
Diligite.& 209.B.Diligite.
Peruersæ cogitationes separant à deo. 199.E.Noluit.
Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. 133.I.Quomodo.
Os quod mentitur,occidit animam. 144.G iij.
Visi sunt oculis insipientium mori. 253.F.G iiij.
O quàm pulchra, & casta generatio cum charitate. 335.M
Iustus si morte præoccupatus fuerit,in refrige. 351.B
Senectus venerabilis non diuturna. 337.F
Iudicium durissimum his qui præsunt,fiet. Ibidem.F.G. vj.
Spiritus domini multiplex. 51.E.F.Vere. vij.
Sapientia vincit malitiam. 5.F. Ita quippe.39.E
Nonne.
In manu dei sumus, & serui nostri. 347.F.Quòd si.
Sapientia attingit à fine ad finem fortiter. 218.B.Porro. viij.
Corpus quod corrumpitur aggranat animam. 193.L.46.L. ix.
193.L
Iustum deduxit dominus per vias rectas. 93.E x.
Certamen forte dedit illi vt vinceret. 76.F.G.H
Omnia in mensura,numero & pondere. 25.G.110.L xj.

Ex Ecclesiastico.

Timor domini expellit peccatum. 88.G.Agnoscunt. Eccl. i.
Fili accedens ad seruitutem dei,sta in iustitia & timore. ij.
180.A
Est confusio adducens peccatum, & confusio ad gloriam. 200.B. iiij.
Ait.364.C
Est pudor adducens gloriam. 364.C
Ne tardes conuerti ad dominum. 241.M.An putas. v.
Memorare nouissima tua,& in æternum non peccabis. 89.H.97.C vij.
Filiæ tibi sunt? serua corpus earum, & non ostendas hilarem faciem
tuam ad il. 155.E.F.212.B
Initium omnis peccati, superbia. 1.E *.
Væ terræ, cuius rex est puer. 337.F.Dicimus.
In die bonorum,ne immemor sis malorum. 32.I xj.
Ne laudes hominem in vita sua. 70.H.332.L
Ante mortem ne laudes hominem quenquam. 70.H
Beatus vir qui in sapientia morabitur. 116.B xiiij.
Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. 147.M xv.
Non est speciosa laus in ore peccatoris. 76.K.L.Sic enim.110.E
Cum consummatus fuerit homo,tunc incipit. 378.C.Iam seni. xviij.
Est qui requiescit humiliat se,& interiora eius plena sunt dolo. 13.D xix.
& H. 211.C
Qui credit cito leuis est corde. 385.D.Denique.
De stercoribus boum lapidabitur piger. 53.D.242.F xxij.
In omnibus requiem quæsiui. 68.M.69.A xxiiij.
Qui creauit,me requieuit in tabernaculo meo. 249.A.Beata anima.
Spiritus meus super mel dulcis. 78.B
Memoria mea in generatione seculorum. 226.A.B
Qui elucidant me. 163.E.Denique.
Homo sensatus in sapientia manet: nam stultus sicut luna mutatur. xxvij.
51.I.62.L
Vasa figuli probat fornax,& homines iustos tentatio. 233.L
Miserere animæ tuæ placens deo. 116.C.199.A.330.C.364.D xxx.
Beatus homo qui post aurum non abiit. 68.B.Beatus vir. xxxj.
Eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. 349.E

Universidad de Deusto
Biblioteca

xxxij. *Rectorem seu principem te constituerunt.* 330.F
Omnia fac cum consilio. 211.D
xxxv. *Oratio humiliantis se, cœlos penetrabit.* 19.G.27.E
Oratio iusti penetrat cœlos. 27.E.F
xxxvj. *Innouа signa & immuta mirabilia.* 11.I
xxxviij. *Sapientiam scribe in ocio.* 196.G
xl. *Iugum graue super filios Adam.* 25.L
xlij. *Melior est iniquitas viri, quàm benefaciens mulier.* 140.I
xliij. *Hi sunt viri misericordiæ.* 53.I
xlv. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum.* 12.I.71.L.M

Ex Esaia.

Esaiæ.1. *Filios enutrini, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* 160.E. 199.C
Nisi dominus exercituum reliquisset nobis. 203.L.M.4.I
Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis. 167.L
Auferte malum cogitationum vestrarum. 337.A.Denique.
Iniqui sunt cœtus vestri. 51.G.Sit procul.
Si fuerint peccata vestra vt coccinum. 151.F
Principes tui infideles, socij furum. 1.D
ij. *Erit mons domus domini præparatus in vertice montium.* 98.F
Denique.
Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo. 179.D
iiij. *In die illa erit germen domini in magnificentia.* 50.D
v. *Vineæ domini exercituum, domus Israel est.* 156.F.Si autem.
Væ qui coniungitis domum ad domum 337.I.Vix
Vidi dominum sedentem super solium. 72.E
vj. *Seraphim duabus alis volabant.* 73.E.In quibus.
Plena erat omnis terra maiestate eius. 72.H.Sermo.2.Plena erat
Et ea, quæ sub ipso erant replebant templum. 72.K
Seraphim stabant super illud. 73.B.C.74.C
Væ mihi, quia tacui. 6.L
Vir pollutus labiis. 329.G.Redarguit.
vij. *Si non crediderit is, non intelligetis.* 116.K.332.D.Si enim.
Pete tibi signum à domino. 2.A
Ecce virgo concipiet. 1.M. 2.B
Butyrum & mel comedet. 2.B
Vt sciat reprobare malum. 15 D
Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. 124.L
x. *Multiplicasti.* 106.D.Dilatata.
Paruulus datus est nobis. 7.M.11.G.H.I.17.C.18.C
Vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius. 17. C.
142. H
Egredietur virga de radice Iesse. 2.D.5.H.31 C.208.B.C
Egredietur.
Requiescet super eum spiritus domini. 101.F.cap.1.& consequenter per alia sex capitula.
xij. *Hauietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* 14.E.& 113.
H. Hauietis.
xiiij. *Lucifer, qui manè oriebaris.* 232.M.O Lucifer
Sedebo in monte testamenti. 47.I.129.C.29.G45.H
Ascendam super latitudinem nubium in lateribus Aquilonis. 73.B
Ab initio. & 144.H
In lateribus aquilonis. 72.M
xxj. *Si quæritis, quærite.* 90.I
Conuertimini & venite. Ibidem.
xxiiij. *Et erit sicut populus, sic sacerdos.* 23.K.238.F.Quis.
Secretum meum mihi, secretum meum mihi. 149.H
Vrbs fortitudinis nostræ Sion. 61.F.G.81.H Idcirco.
xxvj. *Miseremur impio, & non discet facere iustitiam.* 165.A
In terra sanctorum iniqua gessit. 239.L
Quasi parturiuimus, & peperimus spiritum. 351. A.
Nunc.
xxviij. *Sola vexatio intellectum dabit auditui.* 204.M.Nolo.
Vt faciat opus suum, alienum est, opus eius ab eo. 33.I.K.Vt faciat.
xxxij. *Beati qui seminant super omnes aquas.* 29.F
xxxviij. *Ego dixi in dimidio dierum meorum, integrum canticum exponi-*
tur. 85.L.per totum.
Domine, vim patior, respondе pro me. 193.L
Ecce in pace amaritudo mea amarissima. 160.E.per tot.
Consolamini, consolamini populeus meus. 15.L xl.
Omnis caro fœnum. 161.B
Omnis caro fœnum. 67.E
Super montem excelsum ascende tu, qui &c. 161.B
Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos. 81.C.Legimus. xlj.
Glutino bonum est. 4.141.D xlij.
Gloriam meam alteri non dabo. 139.G xliij.
Ego infrenabo os tuum laude. 51.H.154.K l.
Domine deus meus aperuit mihi aurem. 102.G lj
Incuruare vt transeamus. 34.F liij.
Vere languores nostros ipse tulit. 25 C
Oblatus est, quia ipse voluit. 9.G.111.F
Generationem eius quis enarrabit? 8.A.Ipsum.
Pro transgressoribus rogauit. 41.B.Bonitatem. lv.
Venite, emite absque argento. 27.C.189.F
Quærite dominum, dum inueniri potest. 138.E
Derelinquat impius viam suam. 186.G.Videtur.
Verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me va-
cuum. 172.F
Montes & colles cantabunt coram deo laudes. 27.H lviij.
Clama, ne cesses, quasi tuba. 186.K
Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. 140.B lxj.
Spiritus domini super me, eo quòd vnxerit me. 82.A lxij.
Super muros tuos Hierusalem constituit. 65.K
Qui reminiscimini domini, ne taceatis. 158.G lxiij.
Ego, qui loquor iustitiam. 4.M
Super quem requiescet spiritus meus. 214.I
Vermis eorum non morietur. Oculus non vidit deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. lxiiij.
139.I.Mensura
Cœlum sedes mea: terra autem scabellum pedum meorum. 232.L. lxvj.
Sed iam.

Ex Hieremia.

Priusquam te formarem in vtero, noui te. 362.F Hiere. i.
Et de Hieremia. 206.A
Vt euellas & destruas. 200.I iij.
Conuertimini filij reuertentes. 200.M.161.L.M iiij.
Ventrem meum doleo. 210.I
Sapientes sunt, vt faciant mala. 348.L. Illuc toto. vij.
Bonas facite vias vestras, & studia vestra. 143.K ix.
Quis dabit capiti meo aquam? 150.G.Sic quippe.
Ascendit mors per fenestras nostras. 206.A
Docuerunt linguam suam loqui mendacium. 128.F
Si separaueris pretiosum a vili, tanquam os meum eris. 132.M.Fallax.155.F. xvij.
Diem hominis non desiderauit tu scis.
Quis nostrum 337.D.E Diem. 34.C.D xviij.
Nunquid redditur pro bono malum? 18.C.50.E.65.G.134.E xxix.
Ego cogito cogitationes. 153.L.M. Longe.
Et habitabo in eis. 5.K.25.B xxxj.
Nouum faciet dominus super terram. 5.K
Fœmina circundabit virum. 168.H.Vnde. xlviij.
Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. 204.B.Fugite. lj.
Fugite de medio Babylonis.

Ex libro Threnorum.

Misericordiæ domini, quia non sumus consumpti. 65.D.Quæra- iij.
mus gratiam. 128.B
Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti eum. 227.D.
Bonus es domine animæ quærenti te. 183.A.Re-
Bonum est præstolari cum silentio salutare domini. ctum.
Bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua.
53.A Ibidem.A
Leuauit se supra se. 176.F.Ergo.
Scrutemur vias nostras & studia nostra. 49.L
Leuemus corda nostra cum manibus. 92.K iiij.
Filij Sion inclyti, & amicti auro. 85.H.Durus
Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.
equidem. 1.L.47.A
Spiritus oris nostri Christus dominus. 49.E.Immo. 64.K.146.I
Spiritus ante faciem nostrã Christus dominus. 64.K.146.I
In vmbra eius viuemus inter gentes.

Ex Baruch.

In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. 172.G.Sane. Baruc.4.

Ex Eze-

Ex Ezechiele.

Ezech.3 *Nolunt audire te, quia nolunt audire me.* 164.M
Dedi faciem tuam duriorem. 257.I. Potest.
Tu autem animam tuam liberasti. 165.B
Pro huiusmodi.
xij. *Fode parietem, & adhuc videbis.* 238.K
xiij. *Si Noe, Daniel, & Iob.* 88.L
xxviij. *Tu signaculum similitudinis.* 231.G.H
xxxiij. *Perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.* 189. A.B
xxxvj. *Viuo ego dicit dominus, nolo mortem peccatoris.* 25.D.90.A.139.E
200.I
Non propter vos ego faciam, sed propter nomen sanctũ meum. 183.M
Transiuimus.

Ex Daniele.

Daniel.13 *Angustiæ mihi sunt vndique.* 31.K.Ingemuit

Ex Osee Propheta.

Osee.2. *Despondi te mihi in fide.* 83.D
iiij. *Peccata populi mei comedent.* 239.E
vj. *Quia tu scientiam repulisti.* 161.I
Venite & reuertamur ad dominum. 105.H.Venite.
vij. *Viuificabit nos post duos dies.* 10 B.187.H.
viij. *Comederunt alieni robur eius.* 26.I.K.59.L.251 H
x. *Ipsi regnauerunt, & non ex me.* 203.I.Tollitis.
Dicent montibus, operite nos. 214.I.
Ephraim vitula docta diligere triturам. 158.B
Seminate vobis ad iustitiam. 162.D.152.F.

Ioel.2. Ex Ioele propheta.

Computruerunt iumenta in stercore suo. 128.G. Quomodo di-
ii. *cunt.* 7.A
Conuertimini ad me in toto corde vestro. 26.G.H
Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. 26 L.Addit.
Sanctificate ieiunium, vocate cœtum. 27.F.Sanctificate.

Ex Iona.

Ionæ.1. *Tollite me, & mittite in mare.* 1 F.

Ex Michæa.

Michæ.6 *Populе meus, quid debui facere tibi, & non feci?* 241.K

Ex Abacuch propheta.

Abac.2. *Super custodiam meam stabo.* 86.M.87.C.Audi.
iij *Si moram fecerit expecta illum.* 188.I.
Incuruati sunt colles mundi. 129.F.
Elevatus est sol, & luna stetit in ordine suo. 358.E.Bonus.
pater.

Ex Sophonia.

Sopho.1. *Scrutabor Hierusalem in lucernis.* 174.A

Ex Malachia.

Malach.1 *Si pater ego sum, vbi est honor meus?* 143.H.Confundor.&
193.I.195.C
Si dominus ego sum, vbi est timor meus? Ibidem.
ij. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam.* 208.D.221.L.
iiij. *Vobis timentibus dum orietur sol iustitiæ.* 351.I.

Ex primo libro Machabæorum.

1.Mac.4 *Et nunc clamemus in cœlum, & miserebitur nostri deus noster.*
132.I
Et facta est lætitia in populo magna valde. 141.E.

Ex Matthæo Euangelista.

Matth.1. *Liber generationis Iesu Christi.* 9.G.Fratres.
Natus est Iesus qui vocatur Christus. 15.A.B
Duo quædam
Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit
occulte dimittere eam. 6.E
Vocabis nomen eius Iesum. 12.M
ij. *Ipse saluum faciet populum suum.* 7.I
Ecce Magi ab oriente venerunt. 18.H
Herodes rex turbatus est. 19.E.F
In Bethlehem Iudæ. 9 F
Et tu Bethlehem terra Iuda. Ibidem H.Iesus Christus.
Ecce stella, quam viderant in Oriente. 19.F.Sed iam.
Et intrantes domum, inuenerunt puerum. 19.G.I.Ecce enim.
Et procidentes adorauerunt eum. 19.G.Et intrantes.
Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. 120.H.Ibidem.
iiij. *Pœnitentiam agite, & appropinquabit regnum Dei.* 87.B
Quis vobis demonstrauit fugere à ventura ira? 239.L
Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur. 202.F.G.
Neque.
Venit Iesus ad Ioannem, vt baptizaretur. 18.I
Sic decet nos implere omnem iustitiam. 19.M
Cum ieiunasset Iesus quadraginta diebus & quadraginta noctibus. iiij.
26 B.C.& per totum.
Non in solo pane viuit homo. 52.A.81.I.123.M.
Mitte te deorsum. 131.F.I.am.
Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Ibidem.E.F. Nam in eo. v.
Accesserunt angeli, & ministrabant ei. 123.M.Non in solo.
Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. 77.M
Videns turbas Iesus ascendit in montem. 67.F v.
Et cum sedisset, accesserunt. Ibidem.
Et aperiens os suum. 67 F
Beati pauperes spiritu. 5.E.67.G.I 147.F
Beati mites. 67.I.K.201.L
Beati qui lugent. 67.I.201.K.
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. 67.M.203.A
Beati misericordes. 68.B.203.D
Beati mundo corde. 154.K.203 F.68.D.
Beati pacifici. 68.F.204.C
Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. 48.E.68.F.G.
204.C.
Vos estis lux mundi. 236.M.Quomodo.
Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. 155.K L.M
Esto consentiens aduersario tuo. 156.A. Ibidem.196.A
Qui soluit vnum de mandatis istis minimis. 338.C.Deinde.
Si offers munus tuum ad altare. 92.G
Si recordatus fueris, quòd frater tuus habeat aliquid. Ibidem.M
Vade prius reconciliari fratri tuo. 224.I.K
Cum oraueris, intra in cubiculum tuum. 197.D vj
Pater noster, qui es in cœlis. 64.K.83.F.132.E95.I
231 L 142.H
Sanctificetur nomen tuum. 28.E.F 64.K
Adueniat regnum tuum. 28.F.64 M
Fiat voluntas tua. 28.C.85.C.& 217.F G.227.L
Cum ieiunas, unge caput tuum. 26.F
Si oculus tuus fuerit simpl. 223.B
De vestimentis quid solliciti estis? 9.C.236.I.K
Hypocrita, eice primum trabem. 280.F. Qui in regula vij.
Lata porta est & spaciosa, quæ ducit ad mortem. 93.G.117.L
Arcta via quæ ducit ad vitam. Ibidem
A fructibus eorum cognoscetis eos. 237.C. Quanta.
Et ego homo sum sub potestate 95.I.K viij.
Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos. 240 G.Intimici.
Estote prudentes sicut serpentes. 383.D. Nec nouum.
Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. 356.M. Denique. x.
Nolite timere eos, qui occidunt corpus. 143.K
Omnis qui confitebitur me coram hominibus. 45.F.G
Qui amat patrem aut matrem plus quàm me. 352.M
Qui recipit iustum in nomine iusti. 330 K Fidelis.
Euntes renunciate Ioanni. 177.B. Propterea. xj.
Regnum cœlorum vim patitur. 115.I
Venit Ioannes baptista non manducans. 51.L
Venite ad me omnes, qui laboratis. 131.L.96.A. Venite. 351.C
Tollite iugum meum. 228.I. Tollite.
Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. 3.D.12.K.13.M.
24.E. 63.I. 92.M.165 E
Iugum meum suaue est. 96.A.222.E. Venite.
Qui non est mecum, contra me est. 23.M xij.
Omne verbum otiosum, quod loquti fuerint homines. 91.H.I.K.
& totus sermo vtilissimus.
Exiit qui seminat seminare. 19.E xiij.
Sinite vtraque crescere vsque ad messem. 130 B.Denique.
Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier. 14.L.
214. D
Ager est mundus. 90.I.& 207.B.C
Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito. 108.A.B
Simile est regnum cœlorum sagenæ. 99.H. Nostra.
Ibi erit fletus, & stridor dentium. 127.A.B
Ascendit in montem solus orare. 48.B.C xiiij.
Videns Petrus ventum validum. 54.E. Nam & Petrus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xv. Cæcus si cæco ducatum præstet. 239.D. Siquidem.
Catelli edunt de micis. 66.E.F. Dicitur certè.
5.B
xvj. Vade post me satanas. 78.D.241.G
Si quis vult post me venire abneget. 78.D.234.L.Merito.
Tollat crucem suam. 157.B
Qui vult animam suam saluam facere, perdet eam. 339.I
Quam dabit homo commutationem pro anima sua?
Quid prodest. 48.A.B
xvij. Et resplenduit facies eius sicut sol. 48.B.C
Bonum est nos hic esse. 18.K
Hic est filius meus dilectus. 188.C
Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti. 318.M.Certe.&
xviij. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis.
Nam de.221.H.I
Væ homini illi, per quem scandalum venit. 221.I.66.K.345.K
Si oculus tuus scandalizat te. 66.M
Bonum est vnum oculum habentem. 67.A
Angeli eorum semper vident faciem patris mei. 82.M.Angeli.
Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo. 66.B
xix. Dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia. 103.L.
& 146.H.& 196.M. Dixit. Et consequenter explanatio ipsius euãgelij in sex foliis, & 240.B
Quid ergo erit nobis? 240.D.E
Amen amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me. Ibidem.
Sedebitis & vos. Ibidem.H 241.H.Sedebitis.
Et omnis qui reliquerit patrem aut matrem. 195.C.242.L
Centuplum accipiet. 243.B.Centuplum.
Vitam æternam possidebit. 243.E
Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.
195.C
Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. 224.H
Subdit.
Sinite paruulos ad me venire. 375.B.Paruulis
xx. Filius hominis non venit ministrare. 66.D.172.K
xxj. Si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet.
33.D
Et adduxerunt asinam & pullum. 24.F.G.28.M.& 125.B.C
Alij cædebant ramos de arboribus. 28.M
Verebuntur filium meum. 15.M
Dabitur regnum Dei genti facienti fructum. 179.K
Domus mea, domus orationis vocabitur. 345.D.Increpa.
xxij. Ibi erit fletus & stridor dentium. 127.A.B
Diliges dominum deum tuum, vide supra, Deutero.6.
Diliges proximum tuum sicut teipsum. 170.F
xxiij. Qui maior est vestrum, erit vester minister. 207.A
Reges.
Omnis qui se humiliat exaltabitur. 46.K.93.A.160.I
Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. 69.G.Beatus ait.
xxiiij. Quis putas est fidelis seruus & prudens. 335.E.F.Quis
putas. 211.L.Quærendus. & 239.B
xxv. Simile est regnum cœlorum decem virginibus. 120.H.I
Quinque autem ex eis erant fatuæ. 60.A.Quia
lampades.
Date nobis de oleo vestro. 26.F
Euge serue bone & fidelis. 141.C.Fidelis.
Venite benedicti patris mei. 127.A
Ite maledicti in ignem æternum. 226.C
xxvj. Vt quid perditio hæc? 111.L.140.F.Sed & nunc.
Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? 238.K.Sed nec.
Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. 161.E
Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. 78.D.Scuto.
Conuerte gladium tuum in vaginam. 210.M
Abiens Iudas, laqueo se suspendit. 33.M
xxvij. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce. 39.E
Deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? 73.M.
Deus meus.
Terra mota est, & petræ scissæ sunt. 33.H.& 34.K
Seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. 40.D
Quid tu.
Venit Maria Magdalene & altera Maria. 40.K.
xxviij. Ex Marco.

N On sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamenti eius. Marc. 1.
40.B.
Fili, dimittuntur tibi peccata tua. 203.D ij.
Quæ est mater mea & fratres mei. 23.D iij.
Quæ est mater. 52.C vj.
Herodes metuebat Ioannem. 54.H viij.
Metuebat.
Misereor super turbam. 3.M ix.
Et collidens, & multum discerpens eum dæmon, exiit ab eo.
Audistis. 242.B x.
Nemo est, qui reliquerit domum aut fratres.
Nemo. 24.A.B.C
Quid tibi vis faciam? ait dominus cæco. 27.M.28.A.B. & 250.I xj.
Omnia quæcunque orantes petitis. 337.L xij.
Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. 230.I xiij.
De die autem illo vel hora.
Vide.
Videns Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset. xiiij.
154.H. Quàm formosum. xv.
Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata. xvj.
40.M.107.B.112.140.F.189.I.K
Emerunt aromata. 40.M
Et valde mane vna sabbatorum venerunt ad monumentum. 159.F
Quis nobis reuoluet lapidem ab ostio monumenti? 107.C
Talibus. 46.A
Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus.
Et exprobrauit Iesus incredulitatem illorum, & duritiam cordis.
Ibidem. 46.B.C.343.H.I
Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. 46.C
Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur.
Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum. 47.G. Quàm felix. 47.G.H.I. Manipulus.
Sedet à dextris dei.

Ex Luca. 362.F Luc.i.

S Piritu sancto replebitur adhuc ex vtero.
& de Hieremia. 51.M.162.H
Multi in natiuitate eius gaudebunt.
Missus est angelus Gabriel. Ipsum totum euangelium exponitur à folio
quarto vsque ad folium nonum inclusiuè. Et sequuntur sententiæ eiusdem euangelij alibi expositæ. 30.M.31.L.M. Missus est.
Missus est angelus Gabriel. 31.L.M. Missus.
50.F. Missus. 344.H. siquidem
Cui nomen Nazaret, 105.C.106.A
Aue gratia plena. 32.A
Benedicta tu in mulieribus. 63.E
Turbata est. 63.E
Maria cogitabat qualis esset ista salutatio. 65.D. Maria, inquit.
Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud deum. 31.M.32.B.61.D
63.D.E.65.D.E
Vocabitur filius dei. 63.F. Quod in ea. 61.C
Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?
Si verum. 63.E
Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus. 47.A.63.A.106.A.158.B
Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum. 63.I
Exurgens Maria abiit in montana. 63.E. Iure.
Abiit in montana cum festinatione, & salutauit Elizabeth. Ibidem.
65.E.& seq.
Vnde mihi hoc vt veniat mater domini mei ad me? 63.I.65.D.E
Respexit humilitatem ancillæ suæ. 165.G.& 166.K. Non potest. 50.G
Beatam me dicent omnes generationes. 52.D ij.
Tu puer propheta altissimi vocaberis. 11.M.198.I.K
Reclinauit eum in præsepio. 15.F.116.I
Pastores erant in regione eadem. 13.A
Ecce euangelizo gaudium magnum. 13.A
Natus est vobis hodie saluator. 15.H.134.I
Hoc vobis signum. 15.H
Inuenietis infantem pannis inuolutum. 16.E.F.31.B.50.F
Gloria in altissimis deo. 70.M 141.E.356.A. Miseri.
Vere. 12.B.30.M.77.I.141.E
In terra pax hominibus. 13.G.H.148.B
Transeamus vsque Bethleem. Videamus

Videamus hoc verbum quod factum est. 13.E.F.148.C.
Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph. 15.I
Inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. 63.G
Inuenerunt.
Maria autem conseruabat omnia verba hæc. Ibidem.H
Postquam consummati sunt dies octo. 17.A.B.120.G
Vocatum est nomen eius Iesus. 17.A.
Quod vocatum est ab angelo priusquam concipereetur Ibidem.C.
Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. 25.A.105.L
Obtulerunt pro eo par turturum, aut duos pullos columbarii. 25.A.B.C
176.M.
Accepit eum Simeon in vlnas suas. 105.L.M.134.I
Tuam ipsius animam pertransibit gladius. 156.C
Descendit cum eis, & erat subditus illis. 5.A.41.M
Inuentus. & 146.A.
Iesus autem proficiebat sapientia. 5.M
iij. Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? 128.& 284.H.
Et vox de cœlo facta est. 23.I.
vj. Mensuram bonam & confertam. 12.L.Quid enim.& 139.I.
vij. Lachrymis cæpit rigare pedes eius. 95.D.At vero.
Osculabatur pedes eius & vnguento vngebat. 58.B
Osculatur. & per to. ser.
Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis. 82.B.Vt sciatis.
viij. Exiit qui seminat seminare. 29.E.
Si quid superogaueris, cum rediero reddam tibi. 25.G.Propterea.
Qui habet aures audiendi. Ibidem.G In vobis.
ix. Quis est, qui me tetigit? 95.C.Quis me.
Si quis vult post me venire, abne. 107.L.
Nemo mittens manum ad aratrum. 349.C.Nemo mittens.
x. Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. 1.C.D.82.M.Videbam.& 103.D.
Beati oculi qui vident quæ vos videtis. 49.F.Beati siquidem.
Homo quidam incidit in latrones. 31.D.
Infundens oleum & vinum 143.B.C.
Curam illius habe. 210.F.
xj. Quis vestrum habebit amicum. 45.L.M.107.D.
Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. 94.L.
Dabit dominus spiritum bonum, petentibus se. 78.C.
xij. Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem inter vos? 205.B.
Timete eum, qui postquam occiderit corpus. 130.M.
Quærite primum regnum dei. 227.F.
Sint lumbi vestri præcincti 118.Tres.
Lucernæ ardentes in manibus vestris. 11.M.& 12.A
Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. 22.F.G.110.I.
Et si venerit in secunda vigilia. 11.A.B.
Et si in tertia vigilia venerit. 92.B.
Ignem veni mittere in terram. 24.M.
Iuga bouum emi quinque. 237.K.L.
Compelle intrare. 115.K.211.D.
xv. Homo quidam habuit duos filios. 88.B.
Filius prodigus pauit porcos. 202.B.
In se autem reuersus. 166.H.
Non sum dignus vocari filius tuus. 96.D.Prodigus.
Frater senior de agro veniens. 40.E.
Indignatus frater senior. 187.D
Væ per quem scandala veniunt. 371.A.233.C
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. 238.E.F.Facite.
xvj. Homo quidam erat diues. 240.A
Factum est autem, vt moreretur mendicus. 69 I
Fili, recordare quia recepisti bona. 104.M. Memento.
202.H.240.A
Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, quia serui inutiles sumus. 91.H.124.A.358.E.223.I. Hinc.
xvij. Nonne decem mundati sunt? 96.G.Nonne.
Deus gratias ago tibi, quia non sum. 32.C.140.M.131.D
xviij. Publicanus percutiebat pectus suum. 95.C. Vin faciebat.
Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. 68.B
xix. Omni habenti dabitur. 187.G
xxij. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum. 33.D.E
Orate ne intretis in tentationem. 124.D
Ecce duo gladij. 210.M
Apparuit ei angelus de cœlo. 77.H
Surgite, orate ne intretis in tentationem. 190 I.Porro.
Et facti sunt amici, Herodes & Pilatus. 150.G xxiij.
Filiæ Hierusalem nolite flere super me. 41.A.80.H. Filiæ.
Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos. 214 I
Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. 34.C.211.K
Hic nihil mali gessit. 153 D
Memento mei dum veneris in regnum tuum. 32 E
Latro de cruce clamabat. 19.B.Si Latronis.
Hodie mecum eris in paradiso. 330.D.Beatus.
Ipse se finxit longius ire. 188.H
Sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. 49.H xxiiij.
Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis. 46.F.In hac.

Ex Ioanne.

L Vx in tenebris lucet. 214.H Ioan.i.
In propria venit. 2.G
Quotquot autem receperunt eum, dedit. 103
Verbum caro factum est. 9.F.13.K.& 14.L.351.C
Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti. 50.F
Plenum gratiæ & veritatis. 188.M.Familiare.
De plenitudine eius nos omnes accepimus. 61.H
Lex per Moysen data est, gratia & veritas. 108 F
Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. 3.L.11.L.18.I.
33.M.& 52.D
Vidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo. 18.K
A Nazareth potest aliquid boni esse? 198.L
Videbitis cœlum apertum, & angelos Dei descendentes. 82.L. ij.
129.E.168.M.
Deficiente vino dixit mater Iesu ad eum. 22.F.& per totum.
Vinum non habent. 63.G.Tertio. 279.B.Discc.
Quid tibi & mihi est mulier? 23 B C
Erant autem ibi lapideæ hydriæ. 22.F.G.92.E.106.F
Capientes singulæ metre ibi. 22.I.106.K.173.I
Imple hydrias aqua. 23 F.76.I.
Omnis homo primum bonum vinum ponit. 106.L
Seruasti bonum vinum vsque adhuc. 92.E
Cum feciisset quasi flagellum de funiculis. 206.B.Plena.
Spiritus vbi vult spirat. 107.K iij.
Nescis vnde veniat, aut quò vadat. 183.I
Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit. 107.E
Qui habet sponsam, sponsus est. 52.D
Illum oportet crescere, me autem minui. Ibidem.E iiij.
Meus est cibus, vt faciam voluntatem. 85.D
Tolle grabatum tuum, & ambula. 34.I
Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius. 135.A
Potestatem dedit ei pater iudicium facere. 188.A.337.D v.
Ille erat lucerna ardens & lucens. 51.K.L.73.C
Gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam. 141.F
Colligite, quæ superauerunt fragmenta. 55.B
Operamini cibum qui non perit. 96.C.Operamini.150.M vj.
Nemo potest venire ad me, nisi pater. 218.E.Non quòd.
Nisi manducaueritis carnem filij hominis. 123.H
Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem. 226.C
Durus est hic sermo. 123.H.86.M
Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. 159.D.
352.A
Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. 198.K
Nolite iudicare secundum faciem. 27.M.376.L. vij.
Iesus autem inclinans se deorsum. 31.F.G. viij.
Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat. 31.G.
Nemo te condemnauit. 31.G.
Quo ego vado, vos non potestis venire. 46.F.
Principium, qui & loquor vobis. 25.D.E.Quid item.
Qui ex deo est, verba dei audit. 25.D.E.Omnis.
Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. 193.M.
Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. 1.B.
Abraham pater vester exultauit vt videret. 13.C.Siquidem.
Qui non intrat per ostium in ouile. 184.G.Qui non in.

Universidad de Deusto
Biblioteca

x. *Ego sum pastor bonus.* 115.L.376.M
Ego & pater vnum sumus. 186.A
xj. *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* 234.C
Et lachrymatus est Iesus. 253.A
Infremuit Iesus spiritu. 77.G.H
Domine iam fœtet. 39.M.60.L
Expedit vobis vt vnus moriatur. 154.F
xij. *Maria vnxit pedes Iesu.* 111.K
Domus impleta est ex odore vnguenti. 139.A
Et domus.
Nisi granum frumenti. 142.K
Vnum scio.
Qui amat animam suam, perdet eam. 156.C
Si quis mihi ministrat, me sequatur. 337.H
Nunc iudicium est mundi. 136.E.F
Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. 147.F
Ambulate, dum lucem habetis. 169.M
xiij. *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* 35.B
xiiij. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* 235.G
Ego sum via, veritas & vita. 199.E.& 229.L
Ego in patre, & pater in me est. 73.L.& 186.A
Qui credit in me, opera. 47.C
Si diligitis me, mandata mea seruate. 3.I.131.D
Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. 2.I
Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater. 50.I
Ille vos docebit omnia, & suggeret. 50.B.C
Si diligeretis me, gauderetis vtique. 146.F
Si diligeretis.
xv. *Sine me nihil potestis facere.* 173.G.196.F
Maiorem hac dilectionem nemo habet. 33.K.L.127.M
Si non venissem, & locutus non fuissem. 343.C
xvj. *Quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.* 49.F
Quid mirum.
Exiui à patre & veni in mundum. 29.G
Nisi ego abiero, paracletus non veniet ad vos. 51.A.
47.G.Denique.& 49.G.& 51.D.E
Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato. 50.A.& 107.K
Modicum & iam non videbitis me. 188.H
Tristitia vestra vertetur in gaudium. 92.E.357.I
In mundo pressuram habebitis. 119.D
Quadriformis.
Tolle tolle, crucifige eum. 32.K
xix. *Erat autem tunica inconsutilis.* 30.D.E
Cum accepisset acetum. 33.L
Inclinato capite tradidit spiritum. Ibid.
Et continuo exiuit sanguis & aqua. 45.D
xx. *Domine si sustulisti eum.* 58.M.59.A.137.D
Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem. 70.M.155.A
Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum. 49.H
Domine meus, & deus meus. 178.B
Beati qui non viderunt, & crediderunt. 13.D
Sciens Petrus quia dominus est, misit se in mare. 207.I
Simon Ioannis amas me. 190.H.I
Petre amas me? 97.I.An non.102.F.203.I
Pasce oues meas. 40.M.207.H.Cui enim.

Ex Epistola Pauli ad Rom.

Roma. i. *Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.* 214.D
Nec mirum.
Sapientibus & insipientibus debitor sum. 208.H
Deus illis reuelauit. 137.G.H
Inuisibilia dei à creatura mundi. 8.I.137.H
Cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt. 111.B.145.K
Et obscuratum est insipiens cor eorum. 149 E.194.F
Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. 51.B.145.K
ij. *Detractores, deo odibiles* 91.K.& 150.G
Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adduxit. fol. 138.E
Thesaurizas tibi iram in die iræ. 90.A
Secundum autem duritiam tuam, & cor impœnitens. Ibidem.B
iiij. *Et si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum.* 189.B
Gloriamur in tribulationibus. 133.B
v. *Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius.* fol. 367.C
Spes non confundit, quia charitas dei diffusa est. 162.F
Charitas dei diffusa est in cordibus nostris. 352.A
Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. 128.I
vj. *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ.* 126.L.& 243.L
Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ 108.L.& 243.L
vij. *Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum.* 176.E.
& 194.B
Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. 195.I
Ecce.216.L
Non enim quod volo, hoc ago. 194.A
Infelix ego homo, quis me liberabit. 85.H
viij. *Deus filium suum mittens.* 198.I
Non sunt condignæ passiones. 160.A
Si enim.
Vanitati creatura subiecta est non volens. 10.D.Nonne
Spiritus postulat pro nobis gemitibus. 176.I.M
Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ 216.A.B.Cum igitur.
filiorum dei. 123.C.Iustus.
Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. 83.C.Et hæc.273.G.Quòd si.
Quos prædestinauit, hos & vocauit. 92.E.F.107.K
Et quos vocauit, illos & iustificauit. 125.F.116.H
Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. 116.H
Qui proprio filio non pepercit. 84.B
Quis nos separabit à charitate Christi? 89.E
Certus sum, quia neque mors neque vita. 192.E
ix. *Non volentis neque currentis.* 219.D.E
Quid enim.
Ignorantes iustitiam dei, & suam. Ibidem.H
x. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* 180.C
Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. 89.A.100.B
Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. 9.L
Fides ex auditu. 164.F
xj. *Ministerium meum honorificabo.* 333.G.335.G
Nam qui.
Noli altum sapere, sed time. 337.K.354.L.M
Quis cognouit sensum domini? 351.H.Væ vobis.
Ex quo omnia, per quem omnia. 51.A.Denique.213.G.H
xij. *Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.* 135.G
Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. 25.C.D
Rationabile obsequium vestrum. 146.A
Vt probetis, quæ sit voluntas dei bona. 213.B
Dico autem per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, 161.I.Et Apostolus.
non plus sapere.
Non plus sapere quàm oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem. fol. 90.K 58.C.Quænam.& 138.I
Gaudere cum gaudentibus. 31.L
Prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus. 98 C.Mihi. 102.I
Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.
xiij. *Vince in bono malum.*
Omnis.
Quæ sunt à deo ordinata sunt. 47.H.In nostra.& 337.L.M
Reddite omnibus debita. 2.K.& 93.L.Vis scire.& 91.A
Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. 131.C.Puto.
Nox præcessit, dies autem appropinquauit. 12.F.159 F.Paulus.
Carnis curam ne feceritis in desideriis. 202.B.205.H.Non ergo.240.I.
Non sic.
xiiij. *Non est regnum dei esca & potus.* 215.C
Omne quod non est ex fide, peccatum est. 223.G.Omne.
xv. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* 128.L
Vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. 103.F.G

Ex epistola prima ad Corinthios.

1.Cor.i. *Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est.* 40.E
Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum re-
probabo. 189.B
Placuit deo per stultitiã prædicationis, saluos facere credẽtes. 240.E.F.
Quod si
Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. 199.L
Christus nobis factus est à Deo sapientia & iustitia. 148.B
Factus est nobis iustitia à Deo patre, 366.L.Non condemnabit.
ii. *Oculus non vidit, nec auris audiuit.* 12.A
Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. 137.G.
& 212.I.
Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex
Deo est. 103.A.Trahe nos.
Spiritualis homo iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. 199.B
iij. *Cum sit inter vos zelus.* 66.H.Audiamus.
Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. 357.H.Si semen.
Fundamentum aliud nemo potest ponere. 97.K
Templum Dei sanctum est, quod estis vos. 167.M.Templum.82.C.
Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. 97.K
Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. 98.B 99.D
iiij. *Mihi.& 102.F*
Iam quæritur inter dispensatores. 60.F. Erit.
Mihi autem pro minimo. 99.D.Et si.102.E.F.Et vide.
337.A.Nam.
Qui iudicat me, dominus est. 352.E.Transgressus.
Nolite ante tempus iudicare. 280.E.Vnde nunc.
Laus erit vnicuique à Deo. 70.I.Tunc inquit.
Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti. 225.G
v. *Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus.* 108.M
vj *Pascha nostrum immolatus est Christus.* 40.E
Qui adhæret deo, vnus spiritus est. 185.M.195.F.Nunc vero.
Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. 126.E
Glorificate & portate deum in corpore vestro. 125.B
Infidelis si discedit, discedat. 150.H
Alligatus es vxori. 147.G
vij. *Virgo cogitat quæ domini sunt.* 65.E
Scientia inflat, charitas ædificat. 161.M
Si quis se existimat scire aliquid. 161.K.L
viij. *Qui altario deseruiunt, cum altario participant.* 139.F
Cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci. 204.M.Vbique.
ix. *Omnibus omnia factus sum.* 205.B
Sic currite vt comprehendatis. 225.B
Patres nostri omnes sub nube fuerunt. 163.C.Quorum.
Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum. 111.H
x. *Si quis se existimat stare, videat ne cadat* 25.F.196.C.Propter hoc.
Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. 327.C.D.
Caput Christi deus. 139.C.Si enim.
xj. *Non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.* 243.H.
244.I
Conuenientibus vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. 236.F
Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. 40.H
Ego accepi à domino, quod & tradidi vobis. 141.K
Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique diiudicaremur. 173.M
Verendum.
Nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. 93.K
Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. 49.M.Nemo.
xij. *Alij per spiritum datur sermo sapientiæ.* 109.H
Æmulamini charismata meliora. 235.M. Tu ergo.
Si charitatem non habuero, nihil sum. 154.A
xiij. *Charitas patiens est, benigna est.* 34 D.& 36.F
Charitas, benigna est. 318.D.E
Charitas non quærit quæ sua sunt. 145.B.Si instiue-
rint. 346.G
Charitas nunquam excidit. 153.D.Quod infirmum.
Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. 103.B
Nunc manent, spes, fides, & charitas, tria hæc: maior autem. 105.A.
per totum sermonem.
xiiij. *Orabo spiritu, orabo & mente.* 117.A.B
Psallam spiritu, psallam & mente 136.M.Credimus.244.E.
Sed tunc.
Ignorans ignorabitur. 161.F.162.C.196.B.Noueris.
xv. *Gratia eius in me vacua non fuit.* 384.A. Age.
Abundantius omnibus laboraui. 207.B.210.G
Non ego autem, sed gratia Dei mecum. 219.A.Vnde.
Vnusquisque in suo ordine resurget. 210.D.238.H.I.
Cum cœperint.
Vt sit Deus omnia in omnibus. 99.A.Magnus.
Stella differt à stella in claritate. 235.G
Ignorantiam Dei quidam habent. 21.I.162.L
Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis
3.I.Veniet.108.K
Absorpta est mors in victoria. 80.A
Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. 331.F
Vbi est mors victoria tua? 71.I

Ex epistola Pauli. 2. ad Corinthios.

2.Cor.i. *Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi.* 15.L.
Sicut abundant passiones Christi in nobis. 127.G.Bene ergo.
Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ 29.K.141.F.
151.G.336.M
ij. *Non enim ignoramus cogitationes vel astutias eius.* 346.B
Non enim.
iij. *Christi bonus odor sumus.* 140.B.183.C.185.D.E.Ego.
Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis
iiij. 158.G.H.Apostolus.
Vbi spiritus domini, ibi libertas. 94.A
Quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ. 133.B
84.C.D.Hoc nempe
Si terrestris domus nostra. 122.M
Quandiu sumus in hoc corpore peregrinamur à domino. 224.K
Siue mente excedimus deo. 197.A
Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non noui-
mus. 75.H.Et si cognouimus.
Si qua in Christo noua creatura. 61.F.
v. *Obsecramus pro Christo reconciliamini deo.* 115.I
vj. *Siue mente excedimus, deo.* 29.K.19.A
vij. *Ecce nunc tempus acceptabile.* 382.A.ecce.
viij. *Contristati estis secundum deum.* 341.A
Prouidentes bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus.
ix. 29.F.196.L.Prouidentes.
Qui parcè seminat, parcè & metet. 122.G. Siquidem.
x. 384.I.Agite.
Hilarem datorem diligit Deus. 185.K
Epistolæ inquiunt, graues sunt & fortes, præsentia autem corporis in-
firma. 151.E
Qui gloriatur in domino glorietur. 87.H
Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est. 87.L.M
xj. *Timeo ne sicut serpens seduxit Euam.* 93.I.Denique.
Ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis. 94.K.Sed.
xij. *Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.* 204.L.
Quis infirmatur, & ego non infirmor? 154.F
Ministri Christi sunt, & ego. 207.B
xiij. *Scio hominem in Christo.* 231.K.Excedunt.
Audiui arcana verba, quæ non licet. 178.L.M.Nonne tibi.
Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt in me. 332.E
348.A.Terret.
Ne magnitudo reuelationum extollat me. 173.G.H
Sufficit tibi gratia mea. 232.B
Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. 151.H.160.H
Cum infirmor, tunc potens sum. 156.B.378.G
Licet plus vos diligens, minus diligar 346.M.Si nemo.
per totam epistolam.

Ex epistola Pauli ad Galatas.

Galat.i. *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.* 335.I
Verum tu.
Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. 28.H
ij. *Sic stulti estis vt cum spiritu cœperitis, carne consummamini.* 159.L
iij. 239.A
Quando venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. 1.K.L
iiij. *Quando venit,* 144.B.Non venit.
v. *Filioli mei quos iterum parturio donec.* 199.M
Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem.

Opus suum probet vnusquisque 136.I
Qui seminat in carne. 128.G.Propterea.202.C
Mihi autem absit gloriari nisi in cruce. 77.C.151.H.367.H.I.
Mihi.
Qui seminat in carne, de carne metet & corruptionem. 202.C
Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. 28.H.Audi.
Quotquot baptizati estis, in Christo baptizati estis.. 89.E

Ex epistola Pauli ad Ephesios.

Ephe.1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi. 191.I
ij. Eramus sicut cæteri, filij iræ. 24.I
Propter nimiam charitatem. 33.K
iij. Christum habitare per fidem in cordibus vestris. 40.K.& 249.A
Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo. 214.M.
iiij. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. 378.A
Christus qui descendit, ipse est & qui ascendit. 46.E.Qui enim.47.M
Deponite secundum pristinam conuersationem veterem hominem. 252.C.D.Scio.
v. Estote imitatores dei, sicut filij charissimi. 195.B
Nemo vnquam carnem suam odio habuit. 128.F
Erunt duo in carne vna. 191.G.Quid restat.
Induite vos armaturam Dei. 81.I
vj. Rectores tenebrarum harum 129.K.132.I.& cap.sequen.

Ex epistola ad Philippenses.

Philip.2. Cvpio dissolui, & esse cum Christo. 364.K
Quis dabit.
ij. Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo. 7.K.L.
Christus semetipsum exinaniuit. 14.A.&.29.E.& 367.H
Omnes quæ sua sunt quærunt. 190.M
Et habitu inuentus vt homo. 187.M
Christus factus est pro nobis obediens. 117.E
Dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. 46.F
Deus est, qui operatur in vobis & velle, & perficere. 127.G.219.C
iij. Ego me non arbitror comprehendisse. 267.G
Gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. 355.K
Nostra autem conuersatio in cœlis est. 70.K
Saluatorem expectamus. 3.K.72.I
Reformabit corpus humilitatis nostræ. 168.G.H
iiij. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. 11.H.92.F
Modestia vestra nota sit. 12.D
Omnia possum in eo qui me confortat. 196.E.Quidni.

Ex epistola ad Colossenses.

Coloss.2. Conuiuificauit vos cum illo, cõdonans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti. 366.I
Satisfecit.
In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. 144.B
Neque.
iij. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum. 40.I.K.Quicunque.48.L
Quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera dei sedens.1.H
Mereto.& 10.B.C.48.L.70.L.Væ vobis.
Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est. 171.H
Cum Christus apparuerit vita vestra. 45.B

Ex epistola.1.ad Thessalonicenses.

1.Thes.4 Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. 48.L
Erit enim.
v. In omnibus gratias agite. 139.H.Alioquin.& 140.M.Ad locum.
Cum dixerint pax & securitas. 340.I
Sine intermissione orate. 45.F.Hæc autem
Spiritum nolite extinguere. 282.L.Veruntamen.

Epistola.2.ad Thessalonicenses.

2.Thes.2. Qui extollitur supra omne quod dicitur deus. 12.C

Ex epistola.1.ad Timotheum.

1.Tim.1. Charitas de corde puro & conscientia bona. 102.E.Audistis.
& 130.L.
Ignorans feci in incredulitate. 23.M
Iusti non est lex posita. 133.C.Itaque.
Soli deo honor & gloria. 130.D.Quid retribues.195.C.Seruilis.
ij. Obsecro primum fieri obsecrationes. 15.B.116.M.Primo.
Adam non est seductus, mulier autem seducta in prauaricatione fuit. 77.K
Non in veste preciosa. 335.G.I
Qui benè ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent. 60.D iij.
Bonum.
Corporalis exercitatio ad modicum valet. 235.M.Iam verò.
Exerce teipsum ad pietatem. 242.D.Timendum.
Nemo adolescentiam tuam contemnat. 342.K
Modico vino vtere propter stomachum tuum. 157.D.235.L v.
Sed.& 236.G
Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. 382.F
Habentes victum & vestitum, his contenti simus. 317.E.236.I vj.
Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum dia-
boli. 123.F.102.B.Nam & per.
Solus deus habet immortalitatem 193.I

Ex epistola.2.ad Timotheum.

Scio cui credidi. 176.C.Denique. 2.Tim.1.
Nouit dominus qui sunt eius. 7.I.K
Seruum dei non oportet litigare. 333.D.E.Porro. 345.I ij.
Omnes qui piè viuere volunt in Christo.

Ex epistola ad Titum.

Apparuit gratia dei saluatoris nostri. 15.K.53.H.106.E Ad Titũ
116.A.Sobriè. ij.
Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. 14.A. iij.
18.B.97.G

Ex epistola Pauli ad Hebræos.

Portans omnia verbo virtutis suæ. 122.G.H.Apud. Hebr.1.
Nonne omnes administratory sunt spiritus, in ministerium missi.
10.E.F.56.E.& Superni.& 46.D.75.E.Sed & ipsos.& 129.I.&
135.I
Nusquam angelos apprehendit. 230.F.Nusquam. ij.
Non habemus pontificem qui non possit compati. 230.H iiij.
Tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. 131.E.174.C
Sciebat.
Didicit ex his quæ passus est, obedientiam. 174.C.230.E.Sciebat. v.
Terra sæpe supra se venientem bibens imbrem, & germinãs herbam vj.
opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à deo.
28.K.L 127.E x.
Horrendum est incidere in manus dei viuentis. xj.
Fides est sperandarum substãtia rerum, argumentum non apparen-
tium.128.D.336.C Scio.
Sine fide impossibile est placere deo. 151.A
Sancti per fidem vicerunt regna. 45.A
Conualuerunt de infirmitatibus. 349.F.80.I.Quanta.
Pacem sectamini cum omnibus. 83.D.Pax.
Angelis hospitio receptis. 375.G xiij.
Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus.
176.K.Vbi.

Ex actis Apostolorum.

Cœpit Iesus facere & docere. 67.E.369.E Acto.1.
Videntibus illis eleuatus est. 276.I.A summo.
Nubes suscepit eum ab oculis eorum. 47.G.Dico.
Cumque intuerentur eumtem illum. 46.F
Quid tamen.
Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum. 46.H
Prorsus.
Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. 80.F
Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione. 62.H
Denique legis.
Prævaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. 127.D.Pulchre.
Cum complerentur dies Pentecostes. 50.D
Apparuerunt apostolis dispertitæ lmguæ. 49.M
Repleuit totam vbi erant sedentes. 49M.Itacum.
Repleti sunt omnes spiritu sancto. 42.I.K.Constat.
Non sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt. 50.M.Alioquin.& 168.F
Diuidebatur singulis prout cuique opus erat. 236.K iiij.
Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Ibidem.L.
Multitudinis. 328.G v.
Obedire deo oportet magis quàm hominibus. 23.I.Magnifice. vj.
Et subito circumfulsit eum lux de cœlo. 23.I.Saule.
Saule Saule, quid me persequeris? 24.A.
Domine quid me vis facere?
& ille. 24.A
Surge & ingredere ciuitatem. 76.L xiiij.
Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei

xx. Non facio animam meam preciosiorem me. 156.M.Merito.
Beatius est dare quàm accipere. 350.E.epistola centesima.Si minus.
359.M.Erras.

Ex epistola Iacobi apostoli.

Iacob.1.a Omne datum optimum & omne donum perfectum. 132.B
Volunt ariè autem nos genuit verbo veritatis. 102.M.Gra-
tias.143.H.At verò.
Si quis auditor est verbi, & non factor. 54.I
ij. Fides sine operibus mortua est. 336.E
iij. Linguam modicum quidem membrum. 41.C.91.K.L.M
Linguam nullus hominum domare potest. 41.C
Quæ desursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica.
14.D.42.A.94.K
Humilibus deus dat gratiam. 32.A.336.H
Vita hominis est vapor ad modicum apparens. 201.C
Non plus sapere quàm sapere oportet. 161.I.K.L
Scienti bonum facere & non facienti, peccatum est illi. 181.L.189.A
v. Confitemini alterutrum peccata vestra. 251.D.Sufficit.

Ex prima epistola beati Petri apostoli.

1.Petr.2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium. 120.A
Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos. 28.G
Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi est cura
de vobis. 117.M.183.H.I

Ex epistola prima Ioannis.

1.Ioã.1.ca. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis no-
stris. 34.H
ij. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. 45.E.97.E
Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia o-
culorum, & ambitio seculi. 45.E
iij. Mundus transit, & concupiscentia eius. 351.F
Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. 157.F
Non diligamus verbo neque lingua. 348.I.Breues.& 170.D.&
per totum ser.vtiliter.
iiij. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum. 127.I
Deus charitas est: & qui manet in charitate 195.C.331.A
Lex.
Perfecta charitas foras mittit timorem. Ibidem.D.Nam quod legitur.
228.K.Nunquam erit.
v. Omne quod natum est ex deo, vincit mundum. 45.C
Hæc est victoria quæ vincit mundum. 13.D
Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius
dei. 45.B.Vides.
Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. 45.C
Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritus san- iiij.
ctus. 45.G.107.C
Omnis qui natus est ex deo, non peccat. 25.E.86.L.Scimus.150.A.B
217.K

Ex epistola Iudæ.

Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Iudę epi-
24.L.66.H.Audiamus. stola.

Ex Apocalypsi.

Vtinam calidus esses aut frigidus. 60.F.Oportet. Apoc.3.
Ego quos amo arguo & castigo. 87.M
Vidi in dextera sedentis super thronum, librum signatum sigillis septem. v.
40.A.B.C
Et ego flebam multum, quoniam nemo inuentus est dignus aperire librũ.
14.L.M.Merito.
Ecce vicit leo de tribu Iuda. 107.A
Erat numerus eorum milia millium. 95.H
Sub altare dei audiui voces occisorũ. aliàs, Vidi subtus altare ani- vj.
mas interfectorum propter regnum dei. 69.H.Sic enim.
Sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorũ.
69.D
Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ. 10.E
Lauerunt stolas suas. 39.K vij.
Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli. viij.
66.E.Ministrant enim.
Signum magnum in cœlo. 62.H xij.
Mulier amicta sole. 62.H.I.K.L
Et luna sub pedibus eius. 62.K
Et in capite eius corona stellarum duodecim. 63.B.In capite.
Cantabant quasi canticum nouum. 5.D
Hi sequuntur agnum quocunque ierit. 69.F xiiij.
Sine macula sunt. Ibidem.
Amodo iam dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis. 68.M
Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem. 12.M.153.H xxj.
Et audiui vocem magnam de throno. Ibid.H.Et audiui.
Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum 240.M
Ecce noua facio omnia. 11.I
Qui audit, dicat veni. 345.A

Finis Indicis locorum vtriusque testamenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM IN OMNIA D. BERNARDI ABBATIS

Claræuall. opera, longè quàm antea locupletior: In quo quidem colligendo, concinnator huic potissimum tempori studuit.

A

Aaron summus sacerdos potentis virgæ gestarius. 394.B
Aaron, Moyses, & Samuel assumuntur in sacerdotium. 120.E
Aaron, & Christus sacerdotes, & eorum successio sumuntur ex tribu Leui, & Iudæ. 119.F
Aaron sceleratis tumultuantis populi contra voluntatem suam clamoribus cessit. 346.I
Aaron virgæ confert sacerdotium. 120.D
Aaron barba quid figuret? 291.B
Aaron virgæ flos significabat filium, ipsa virga matrem. 5.I
Aaron, & Hur testibus, graues Moysi sunt manus. 156.I
Aaron virga scitè interpretatur. 5.I
Aaron sacrificium quotidianus ignis assumpsit. 14.E
Aaronis virga florida typo mariam parientem significabat. 5.H
Aaronis virga quid designabat. 406.K
Aaronica virga non solum floruit, sed & fronduit, & fructum emisit. 5.I
Aaronicos flores Esaias exposuit. 6.A
Abailardus hæreticus multitudinem trahit post se, & populum, qui sibi credat habet. 367.L
Abana, & Pharphar duo fluuij Damasci, quibus peccatores se lauant. 119.L
Abbas, aut etiam angelus de cœlo si contraria inserit professioni, recusare liberè debent monachi. 329.K
Abbas trium fontium bene plantatus erat, vtpote secus decursus aquarum. fol. 380.G
Abbas, episcopus, & canonicus quo pacto inuestiuntur. 34.M
Abbas si dicat, nolo obedire episcopo & episcopus, nolo esse sub archiepiscopo: hoc non est de cœlo. 210.A
Abbas Sancti Dionysij nequaquam sub modio latet. 381.M
Abbas inuestitur per baculum. 34.M
Abbas Benedictus, & Bernardus. 28.L
Abbatis iussio, vel Papæ permissio licitum facere non valet, quod purum malum est. 328.M
Abbati mortuo, si quid iussit, quod non debuit, non est parendum. 328.I
Abbati monachos suos ducere, quo libet, & docere, quod volet, licet, quandiu viuit. 328.F
Abbatem vidit, Bernardus sexagintæ equos, & eo amplius in suo ducere comitatu. fol. 236.I
Abbate absente cædere, aut excõmunicare quenquam magnæ audaciæ est. 383.F
Abbates boni sunt amici sponsi. 392.G
Abbates à finibus terræ vocatio apostolica Romam traxit. 374.A
Abbates non sunt modò rectores animarũ, sed principes prouinciarum. 237.A
Abbates nostri quomodo patiuntur talia mala fieri? 236.M
Abbates quosdam arguit, qui sub humili habitu, & tonsura superbè sapiunt. 338.A
Abbates episcopis subtrahuntur: episcopi archiepiscopis: archiepiscopi Patriarchis, siue primatibus. 209.I
Abbates non patres sunt monasteriorum, sed domini castellorum. 237.A
Abbatũ luxuries, et profligata mollities. 237.A
Abbatũ gestari iubentur mappulæ, scyphi, bacini, manticæ suffarcinatæ, non stramenti s, sed ornamentis lectulorum. 227.A
Abbatum cura sæpe cum minui putatur, augetur. 342.H
Abbatum luxus vestium, & alimentorum arguitur. 236.M
Abbatibus cum militibus est ampla familia, & luxus. 238.G H
Abbatiæ Claræuallis descriptio. 409.G
Abbatias multas fecit Bernardus. 383.C
Abbatissa, & Priorissa in monasterio. 305.M
Abel primus iustus, primus martyr, qui suæ passione primus liberatorem præsignificauit. 292.F
Abiiciamus opera tenebrarum. 12.F
Abiicere oculum, manum, aut pedem quid? fol. 66.M
Ablatum nisi restituat si possit peccator, nulla pœnitentia remittitur peccatum. fol. 343.K
Ablutio interna mandatur. 12.F
Abominatio cernitur stare in loco sancto. fol. 355.A
Abortiuum facere voluit sæua matertera synagoga. 13.L
Abraham Patriarcha fidei lumen. 400.B
Abraham dei iussu, parentes, hæreditatem, & patriam deseruit. Ibidem.
Abraham pater omnium credentium. 13.C
Abraham deum cœli nasciturum præuidit. fol. 13.C
Abraham in sacrificio nõ volatilia, sed animalia legitur diuisisse. 25.M
Abrahã vocatur, Enoch transfertur, Noe eligitur, Isaac diligitur, Iacob facie ad faciem deũ contemplatur, Ioseph saluator mundi vocatur 394.A
Abraham tres vidit, & vnum adorauit quid. 394.F
Abraham, & Moyses pacem æternæ beatitudinis non apprehenderunt, nec iusti illius temporis. 30.M
Abraham, Isaac, Iacob, cæteriq; sancti diuitias terrenas habuisse leguntur. 238.B
Abraham subsidiam mundi in bonos vsus expendit. 29.K
Abraham angelos hospites suscipere meruit cur. 375.F.G
Abraham gratissimè angelos pauit. 235.L
Abraham obediens. 32.G
Abraham dominicum diem credẽdo vidit. 13.E
Abraham commendatur, quòd contra spem in spem credidit. 365.E
in Abraham, cæterósque electos dominium habuisset diabolus, vt ipsos cruciaret, si non liberati fuissent fide futuri. 367.A
Abrahæ sinus duo, vnus in inferno tenebrosus, alter in paradiso lucidus. 69.L
Abrahæ fides quanta. 400.B
Abrahæ fides tam manifestè probata est, vt primus incarnationis Christi meruerit accipere 69.K
promissionem. 69.L
Abrahæ sinus vbi. 400.C
Abrahæ obedientia quanta. 268.H
Abrahæ filios ex lapidibus quando suscitat deus. 4.I
Abrahæ semen floruit in mirabilibus. Ibidem.
Abrahæ seminis, & florum fructus Christus dicitur. 205.C
Abrahæ camelis pueri potum tribuere debet Pontifex. 17.B
Abscisio generalis omnibus necessaria. 3 C
Abscondere vtile magis, quàm ostendere si quid habeamus boni. 95.I
Abscondita cordis deus nouit, itaque fallere eũ non possumus. 148.D
in Absolutione peccatorum iustitia, in prædicatione sapientia. 195.C
Absque amore timor pœnam habet, & bonor non habet gratiam. 301. F
Abstinentia vinificat, & occidit, vinificat animam, & occidit corpus. Ibidem.
Abstinentia ædificat in anima virtutes, & destruit vitta corporis. 23.E.157.B.C
Abstinentia commendatur. 298.I
Abstinentia ciborum bona, sed multò est melior abstinentia vitiorum. 409.A
Abstinentia quomodo temperanda. 301. E. F
Abstinentia carnem superat, luxuriam refrenat, frangit motum libidinis, dissoluit virtutem fornicationis. 181.L
Abstinentia nostra, satisfactio esse debet pro peccatis. 301.F
Abstimentia vitiorum melior, quàm ciborum 23. E
Abstimentia nunc mundet. 76.L
Abstimentia frequenti maculas cor subintrantes diluere oportet, præcipuè cum solennitas præcipua celebranda est. 181.L.M
Abstinentiæ modus. 76.K
Abstinentiæ purificatione præmissa sanctorum festa celebranda sunt. 289.L
Abstinentiæ duplex virtus. 76.L
Abstinentiam vigiliæ statutam qui non observat, indignus est lætitia solemni. 289.L
Abstimentiam Ioannes tam in mente, quàm in corpore exercebat. 180.D
Abstimentiã superstitiosam scandalo esse. 289.L
Abstinere à cibis, quanta virtus? 56.M
Abundantia panis Sodomæ periit. 235.K
Abusio magna, quæ. 41.H
Abusio magna, & magna nimis, vt dines esse velit vermiculus nilis. Ab-

Abusus lugendus, quo vitia reputantur virtutes, & contrà. 236.C
Abyssus imperscrutabilis mea, & proximi conscientia. 2.M
Abyssus multa iudiciorum dei. 352.G
Abyssus multa, iudicia dei. 199.A
Abyssus imperscrutabilis, incarnationis domini sacramentum. 31.A
Abyssus impenetrabilis, verbum caro factum est. 31.A
Abyssus cordis. 202.E
Acceptio personarum in iudiciis summoperè vitanda. 208.D.E
Accessum habemus ad deum per Mariam, gratiæ inuentricem. 2.E.F
Accidens in deo nullum. 331.A
Accidentia panis, & calicis quæ remanent, post consecrationem, in sacramento altaris, in aere pendere dicebat nonus in Francia Theologus hæreticus. 366.C
Accipere non possunt. 317.B
Accedia bonum propositum tentatur. 183.H.I
Accediæ duo genera. 266.K
Accediæ vitium quid? 283.B
Accediam, & tædium procul pellit sanctarũ varietas obseruationum. 345.D
Achab regis facinus, qui vnam vineam affectauit. 209.K
Achaz petit signum à domino 2.A
Achaz vulpes. 2.A
Architofet solus ignorat suum patefactum consilium. 355.B
Actio prima, est vnus tertius. 390.F
Actio fidem tuam probet, dilectio animet. fol. 150.M
Actio bona, flos est in thalamo, quæ conscientiæ quietam, & tutam facit. 168.
Actio vbi nulla fuerit, vt post mortem, nec satisfactio vlla poterit inueniri. 201.B
Actio nostra tribus modis vertitur in peccatum. 57.C
Actiones hominum honestæ non aliter, quàm ab honesto corde procedunt. 386.B
Actionum quotidianum vesperi examen faciendum. 410.M
Actus iustus quid? 108.A
Actus primus, concupiscentia: secundus, consensus: tertius, effectus: quartus, consuetudo: quintus, contemptus. 174.G
Aculeus apis quid significat. 2.D
Acus foramen quas sarcinas non admittit. 238.B
Adam posuit deus in libertate sua. 25.M
Adam tenuit medium diuinæ similitudinis gradum, nos infimum, angeli summi summũ, dæmones nullum. 217.L
Adam duo nobis in hæreditatem reliquit laborem, & dolorem: laborem in actione, dolorem in passione. 34.F
Adam peccatum quartum commisit, quãdo consensit. 108.D
Adam, & Eua etiam in inferno redemptionem sitierant. 292.F.G
Adam mulieri malè misertus est, vt cum ea peccaret, benè noluit misereri, vt pœnam sustineret pro ea. 30.F
Adam non in carne peccati, nec in similitudine carnis peccati creatus est. 34.E
Adam, dies peccati. 10.B
Adam fecit nobis diem caliginis. Ibidem.
Adam à qua gloria cecidit. 161.A
Adam indignationi diuinæ mulierem, pro qua peccauerat, obiecit. 30.E.F
Adam penè à lumine veritatis extinctus est. 10.I
Adam diem tenebrosum incurrit. Ibidem.
Adam totus cogitur portare iudicium, quod meruit. 74.L
Adam contemplando clamat: Fili Dauid miserere mei. 17.G
Adam conditus in die lucidissima. 10.I
Adam totus moriatur, necesse est cum omnibus, qui in eo erant. 30.H
Adam in paradiso positus, primi perdidit circunspectionem dei. 115.M
Adam proditor. 17.G
Adam vni maledictioni subiacuit, Eua duabus, serpens tribus. 286.H
Adam filiorum adinuentio quartam formauit diem, quam à domino non accepit. fol. 39.M
Adam an plus potuit in malo, quàm Christus in bono? 199.I
Adam, & Eua de mala intentione peccandi cõuincuntur, & aliena suasione excusare seniuntur. 232.K
Adam cecidit in paradiso de loco voluptatis. 97.I
Adam, & Eua quod filij Dei est, diaboli consilio subripere tentant. 1.E
Adam, & Eua principia nostræ propagationis. 1.E
Adam per propriam voluntatem seruus peccati factus, meritò perdidit libertatem consilij. 217.E
Adam soporatus est in contemplatione 25.M
Adam peccauit per industriam. Eua per ignorantiam. 301.M
Adam quintum peccatum commisit, qui propriã culpam retorsit in vxorem. 108.D
Adam quid perdidit peccando? 115.M. 116.A
Adam primus parens noster dominus terræ stabilitus est. 391.I
Adam ciuis supernæ Hierusalem designatus est. 391.I
Adam acceperat in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum: operaretur delectabiter, custodiret fideliter. 34.F
Adam de ligno, non de carne fuit damnatus. 235.L
Adam vetus est effusus per totum hominem. fol. 3.I
Adam omne genus, damnationis voragine absorptum, nisi per Christum redemptionis gratia fieret. 117.F
Adam, & Eua sicut omnium parentes, sic omniũ fuerunt peremptores. 5.F
Adam nihil habebat in anima quod offenderet, nihil in carne, quod puderet. fol. 391.I
Adam peccauit, quia liberum ei fuit. fol. 217.E
Adam cum peccauit, in ipso eramus, & ex eius carne per carnis concupiscentiã geniti sumus. 199.I
Adam pater cur lætari, & Eua mater exultare debet. 5.F
Adam in paradiso positus, vt operaretur cibum, qui non perit. 90.H
Adam peccauit nimis diligendo vxorẽ. 108.D
Adam primus pelliceis vestitur tunicis, pannis secundus obuoluitur. 15.B
Adam deceptus fuco vanitatis, ab Hierusalem in Hiericо descendit. 406.D
Adam, & Eua socij furum. 1.E
Adam à lucidissima die eiectus est. 10.I
Adam à facie Dei fugit, sed non effugit. fol. 28.E
Adam mulier de ligno dedit, sed offerendo vtique, non violentiam inferendo. 89.F
Adam in infernum cecidit. 299.M
Adam secundus factus est dominus quomodo? 25.K
Adam filij, genus auarum, & ambitiosum. 3.B
Adam filij, omissis salubribus studiis, caducæ quærunt. 1.B
Adam nouus ex veteri formatus. 62.H
Adæ bonor, & dignitas ante lapsum ibi pancis, & eleganter describitur qualis fuerit. 391.I
Adæ filiorum dementia. 401.F
Adæ omne semen morti iniquæ erat obnoxium lege primordialis culpæ. 36.B
Adæ peccatum imputabitur mihi, & Christi iustitia non pertinebit ad me? 199.I
Adæ carnis Christus filius, non tamẽ filius præuaricationis Adæ. 50.D
Adæ peccatum fide Christiana in nos generatione, non institutione traductum confitemur. 367.F
Adæ, & Euæ peccatum actuale in posteris originale transfunditur. 395.K
Adæ filij porcorum vorant siliquas, & non satiantur. 203.B
Adæ filiorum nemo hic viuit sine labore, nemo sine dolore. 85.C
Adæ quod dictum est, nobis quoque dicitur. 239.M
Adæ secundi sola tribulatio purgat. 96.M
Adæ operibus distemperatus aer, terra maledicta, & omnia subdita vanitati. 10.D
Adæ peccatum non solum personam, sed & naturam infecit. 91.A
Adæ gloria quomodo mutata. 161.A
Adæ filiorum peccata deplorat Christus. fol. 15.E
Adæ venenum in singulis à planta pedis vsque ad verticem diffunditur. 34.A
Adæ deiectio, & lachrymosa mutatio. 161.C
Adæ temperantia defuit. 239.D
pro Adæ delicto morimur omnes. 34.A
Adæ, si non peccasset, quid obtigisset. 406.D
ab Adam vsque ad Ioannem Baptist. organum nostrum versum est in vocem flentium. fol. 394.C.
ex Adam natos, excepto Iesu, vniuersos vestigit Illud: in iniquitatibus conceptus sum: excludit simul & virginem Mariam cum Ecclesia. 362.L
ex Adam manat concupiscentia nostris insita membris. 199.K
ex Adam generationem parulis non nocere qui dicit, cum Pelagio sapit. 367.G
in Adam quàm multi seminauerunt. 29.G
in Adam veritas soporem immisit, in Christum charitas. 25.K
in Adam omnes nescientes peccauimus. 22.H
Adam monachus, ad quem Bernardus scripsit epistolam septimam. 328.D.& sequent.
Addiscere volentes non in bonum finem carpuntur. 161.H.I.K
Adiutores, & collaterales Papæ quales esse debent. 211.A.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adiutorium Dei quàm nobis necessarium. 12.I.K
in Adiutorium nobis exurgunt Sancti. 56.G
Adiutorio sunt angeli electis adhuc peregrinãtibus. 191.B.C
Admirabiles mixturæ, quæ. 11.C
Adolescens beatus, qui castus perseverat corpore, & mente. 264.D
Adolescens pius quibus virtutibus ornandus est. 264.K
Adolescens pius faciat, vt Daniel, & tres pueri. 264.K
Adolescens verbosulus eloquentiæ studẽs, & sapientiæ inanis, hostis iustitiæ reputetur. 211.C
Adolescens pius imitetur vestigia Isaac & Ioseph. 264.K
Adolescente verecundo quid amabilius? 197.B
Adolescentes, & pueri ad ecclesiasticas dignitates nunc promouentur, & de sub ferula transferuntur ad principandum presbiteris. 337.E
Adolescentium bonorum est, timorem dei habere deferre patribus honorem, castitatem tueri. 264.C
Adolescentium mores magisterio quodam, & ductu vitæ colorant senes 264.L
Adolescentum, & seniorum pulchra copula. 246.
Adonai nomen gloriosum. 394.B
Adorant magi lacteum puerum. 18.G
Adoranit Idola Salomon per cupiditates fornicationis. 306.D.E.
Adora deuotius in sacramento altaris salutem mundi pro te passam, vitam pro te mortuam, fortitudinem infirmam 392.B
Adorandum est crucis victoriosæ regale vexillum in nomine Christi. 37.D
Adoranda est humilitas Christi. B.
Adoranda sunt Domini passionis instrumenta. 37.D
Adorandus Christus, vt deus. 19.I
Adoratio indicat, quòd Magi deum agnoscant. 18.M
Aduentus domini triplex. 2.F.G
Aduentus domini celebratur. 2.F
Aduentus medius Dei occultus est. 3.H
Aduẽtus domini tota deuotione celebrari debet. 3.G
Aduentus saluatoris est necessarius, cur. fol. 4.D
Aduentus domini initium celebratur. 1.B. 17.H
Aduentus Domini semel in anno ab vniuersa ecclesia celebratur. 2.G
Aduentus Domini triplex vtilitas. 4.C.D
Aduentus medius, via quædam est, per quam à primo veniatur ad vltimum. 3.H
Aduentum triplicem dei nouimus. 2.I
Aduentum domini Ecclesia celebrat, quòd in eo magnum latet sacramentum. 1.C
Aduentu priore Christus In terris visus, & cum hominibus conuersatus. 3.H
Aduentu primo Christus fuit redemptio nostra, in vltimo apparebit vita nostra. 3.H
Aduẽtu primo venit in infirmitate, in medio in spiritu, & virtute, in gloria & maiestate Christus. 3.H
Aduentu posteriore videbit omnis caro salutare dei nostri. 3.H
Aduersarius noster habet ignem suum. fol. 24.M
Aduersitas si angit multos, multò plures extollit prosperitas. 32.I
Aduersitas nulla nocebit, si nulla dominetur iniquitas. 126.A.130.M
Aduersitas temporalis pro loco, & tempore aliquando prudenter fugienda, & persecutio. 33.E
Aduersitas per noctem in diuinis scripturis designatur. 124.F
Aduersitati tria sunt opponenda. fol. 118.G
Aduersitate non frangi. 410.D
in Aduersitate, & persecutione humana omnis vita versatur. 33.C
Aduersitatibus ne fatigeris. 146.E
Aduersum quicquid nobis contingit pro nostris peccatis euenit. 304.I
Aduersa carnis, remedia sunt animi. fol. 304.M
in Aduersa incidens, & non incidit, vel parum à sapientia, hic magnus. 208.C
in Aduersis animus non est deiiciendus, nec in prosperis laxandus. 208.C
Adulatur peccator in impietate, iustus corripit in misericordia. 345.G
Adulator blandus, non minus vulpes pessima, quàm detractor occultus. fol. 129.I
Adulatores blandissimi, & mordacissimi detractores. 201.I
Adulatores & detractores quo pacto capiendi sunt. 179.F.G
Adulteros, & fornicatores iudicabit deus. 301.A
Adultera lapidari meruit. 31.G
Adulteræ quomodo Christus parcit? fol. 6.E
Adulterium vetitum. 407.M
Adulteria, fornicationes, & incestus in Clero. 203.M
Aduocatio beatorum. 119.E
Aduocatus noster ad patrem in cordibus nostris, dominus noster in corde patris. 50.B
Aduocatus fidelis non quærit, quæ sunt. fol. 345.B
Aduocati sunt fideles, exemplo Sancti victoris. 56.G
Aduocati forenses, sunt eloquentes, vt impugnent verum. 206.A
Aduocati forenses docuerunt linguas suas loqui mendacium, diserti aduersus iustiam, eruditi pro falsitate. 206.A
Aduocati forenses sapientes sunt, vt faciant malum. Ibid.
Aduocati instruunt, à quibus fuerant instruendi, astruunt non comperta, sed sua. Ibidem.
Aduocati struunt de proprio calumnias innocentiæ, destruunt simplicitatem veritatis. Ibid.
Aduocati obstrunt iudicij vias. Ibid.
Aduocatorum pestis generalis. 206.B
in Aduocatos est seuerè animaduertendum, qui ex iniquitate quæstum faciunt. fol. Ibidem.
Aeger quid sentiat, nescit sanus fol. 230.E
Aeger ægro, & iciunus ieiuno quantò propinquius, tantò familiarius compatiuntur. Ibidem.
Aegritudo tristitiæ quantum noceat. fol. 400.G
Aegyptus non immerito Pharaonis intelligitur filia. 45.C
Aegyptus Christum susceptt conseruandum, vt filia Pharaonis Moysen. 45.C
Aegyptus exprimit mundum istum. fol. 390.C
Aegyptus latibulum Iesu. 20.D
Aegyptus interpretatur tenebræ. fol.324.A.
Aegyptus quid sit. 266.G
Aegyptus hoc seculum figurat. 296.E
Aegypti vocabulo, seculum istud vocari satis trium est. 117.K
Aegypti nomine quid significetur. 20.F
Aegypti fluuius in septem riuis. 390.C
Aegypti via, est via lata, & spatiosa, quæ ducit ad perditionem. 323.H
Aegypti regis spiritualis, atque inuisibilis magni sunt principes. 163.G
ad Aegyptum nulla est Israelitæ societas. fol. 71.D
Aegyptum egredi, & Pharaonis imperium effugere, quid sit. 202.I
Aegyptum spoliantia verba quæ. 237.I
in Aegyptum seculi reuerti. 54.I
in Aegypto multi multo tempore sine piscibus deo seruierunt. 326.A
Aegyptius nullus, nullus Chananæus nouit linguam. 276.G.H
Aegyptiorum abominationes. 241.B
Aemulatio vbi est vehemẽs, ibi discretio est maximè necessaria. 169.I
Aequalitas est, vbi coæternitas. 190.E
Aer luce solis perfusus, in eandem transformatur luminis claritatem. 227.L
Aer, panis, & sol corpori necessaria. fol. 225.F
Aer viget in lingua. 109.I
Aer distemperatus operibus Adæ. 10.D
Æstas habet pluuias suas suaues, & vberes. 176.F
Æstas, charitas est. 176.F
Ætas omnis ab adolescentia prona est in malũ. 34.I
Æternitas quid? 331.E
Æternitas, deus est. 213.F
Æternitas nouæ. 390.G
Æternitas aduenit, quando magis temporalitas præualebat. 1.L
Æternitatis quandam imaginem perseuerantia præfert. 215.C
Æternum gloriæ pondus. 84.E
Æternum in æternum necesse est, cruciet, quod perperam te egisse in æternum memineris. 214.I
Æterna sunt, quæ non videntur: quæ videntur, temporalia. 241.I
Æterna nouitas. 390.G
Æternaliter punitur malum inflexibilis, & obstinatæ mentis, licet temporaliter perpetratum. 378.E
Æthiopissa pellem mutauit. 134.M
Æthiopissa non condigna filio regis, quæ? fol. 402.D
Æthiopissam Moyses duxit vxorem, sed æthiopissam non potuit mutare colorem, quid significat? 22.M
Affabilitatis gratia non excludatur ab ore. 212.C

Affectio est in corde. 98.C
Affectio alia carnis, alia rationis, alia sapientiæ. 170.B.C
Affectione carere, vitiosum est. 170.C.D
Affectiones quæ sunt? 274.A
Affectiones cum additamento virtutes significant. 216.L
Affectiones simplices naturaliter insunt nobis, tanquam ex nobis, additamenta ex gratia. 216.L
Affectiones diuersæ pro diuersis actibus, & differentiis. 136.K
Affectiones ordinatæ sunt virtutes, inordinatæ, vitia. 195.I
per totum sermonem.
Affectuum animæ mutabilitas, diuina mutat nomina. 88.A.B
Affectus liber est. 364.B
Affectus quid? 274.A
Affectus aliud est, aliud affectio. Ibidem.
Affectus suas habent voces. 182.K
Affinitas animæ ad verbum. 192.I
Afflictio spiritus sub sole. 67.C
Afflictio corporis bonum. 15.D
Afflicti summam fœlicitatem reputant, molestiis eximi, & summam beatitudinem, carere miseria. 128.D
Agar filij recedant. 401.C
Ager est mundus, ait veritas. 20.I 207.B
Ager paupertatis plenus. 396.M
Ager plenus, quis? 407.I
Ager in scriptura quid. 396.B
Ager, thesaurus, & margarita tria denotant. 108.B
Ager corpus nostrum vocatur. 252.G
Agmina angelorum, in quibus sedet deus, & quæ sub ipso sunt, replent templum. 74.A
Agnus dominator terræ ortus est de terra. 185.D
Agnus verè Christus. 18.I
Agnus sine macula, maculam habere nõ potuit. 18.I.22.L
Agnus, & columba nocere cuiquam nesciunt, lædere non nouerunt. 18.K
Agnus occisus est ab initio seculi, quid significat. 391.M
Agnus, id est, Christus, de lana suæ sponsæ cappam fecit. 402.F
Agnus totus suauis, totus delectabilis, totus denique vnctus. 11.I
Agnus, & columba in quibus conueniant. 18.K
Agnus sine macula, agnus qui tollit peccata mũdi. 11.L
Agnus quod in animalibus, hoc columba in auibus est. 18.K
Agni sanguinem bibimus. 17.H
Agnum Dei occiderunt Iudæi in suam pernicie, sed in nostram salutem. 17.G
Agnum Paschalem oportet manducare. fol. 367.H
Agno nihil melius conuenit, quàm columba. 18.K
Agricolæ sudant, putant, & fodiunt vinitores. 238.H
Alæ duæ, deuotio, & agnitio. 73.G
Alæ duæ quomodo interpretandæ? 74.D
Alæ sex vni ex Seraphin, & alæ sex alteri, quid significant. 73.F
Alas superbiæ extendere non oportet. 303.M
Aleas, & scaros detestantur milites templi, abhorrent venationem, nec animum rapinæ delectantur. 198.B
Alexander cum multis Arrium propulit. 104.H
Alexander non timuit cœli diuinis honoribus. 207.F
Alimonia Domini distribuendo non minuitur, sed potius augetur ministrando. fol. 128.K
Alligandus sermo, ne luxuriet, nève lasciuiat. 265.C
Alimentum æternum est in altaris sacramento. 392.K
Alimentorum tantum sumere oportet, vt non nimis debilietur natura. 290.E
Aliud est nosse deum, aliud timere. 149.M. 150.A
Alleluia per omnes viros Hierusalem cantabitur. 44.L
Alleluia festiuum. 9.I
Alleluia solemni quinquagesimam celebramus. 50.C
Alleluia continuum quibus diebus cantatur? 42.D
Alleluia solenne in septuagesima reticetur, cur? 25.K
Altare in ecclesia dei. 262.C
Ad altare adolescentes in monasterio viuentes, quasi virgo de thalamo procedant. 264.D
Altaris operimenta tria sunt. 119.L
Altaris sacramenum qui irreuerenter sumunt, cancs sunt. 392.A
in Altaris mensa sacrosancta sacramentum dominici corporis percipimus. 67.D
Altaris sacramentum. 364.I
Altaris ad officium nemo accedit in veste communi, sed albis induitur qui accedit. 41.D.E
in Altaris illibato sacramento corpus domini accipimus. 123.H
Altaris sacramentum, pacis sacrificium vocatur. 220.K
ad Altarẽ mensam quinam frequentius accedunt. 392.G
Altaris sacramentã frequenter omnes percipiunt planè, sed diuersè. 302.K
Altaria, quibus vota superponere debemus tria sunt. 119.E
Altaria velare iubet. 238.A
de Altari quanti viuunt, qui altari non seruiunt. 313.G
Altario seruiens, de altario viuat. 327.E
Altiundo omnis se extollens aduersus scientiam dei, humiliabitur. 184.H
Altitudo omnis contrita est, & quæ inflat, & quæ præcipitat. 184.E
Altiora te ne quæsieris. 231.G.410.L
in Alto non alium sapere, nihil deo charius, nihil apud homines rarius. 354.L.M
Altum qui sapit, opus eius, & patientia vanum sapit. 85.E
Amaritudo nulla est tanta, quam non propheticã farina dulcoret. 204.B
Ambientium crux. 268.K
Ambitio frustrata sæuit; imò desperata furit. 377.B
Ambitio imperat in clero. 283.M
Ambitio fefellit Iulianum Apostatam. fol. 325.F
Ambitio ecclesiasticorum quanta. 337.E.F
Ambitio subiectionis impatiens. 216.A
Ambitio spurcum vitium in imo sacet. fol. 355.I
Ambitio obcæcat. 9.B
Ambitio semper infinita, & insatiabilis auaritia. 337.G
Ambitionis impudentia tanta vnde? 203.I
Ambitione nihil acerbius cruciat, nihil molestius inquietat. 208.K
Ambitiosus non satiatur inani gloria. fol. 89.K
Ambitiosis est ecclesia plena. 206.A.B
Ambitiosum, & auarum genus, filij Adam. 3.B
Ambrosius de pallatio in episcopatum assumptus est. 333.G
Ambrosius de tribunalibus ad sacerdotium raptus fuit. 330.E
Ambrosius à puero mundam in mundo duxit vitam. 330.E
Ambrosius, & Augustinus duæ columnæ. 343.H
Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Hilarius doctores sancti martyribus successerunt. 402.M
Ambulare simpliciter quid profuturum. fol. 400.F
Ambulare in lumine vultus sui, & in lumine vultus humani quid sit? 96.A
Amen dicitur aduerbium affirmandi, & aduerbium optandi. 316.G
Amen, amen, cum geminatur, magis quod dicitur, affirmatur. 316.G
Amicus omni tempore diligit. 298.B
Amicus huius seculi, auctoris seculi inimicus. 242.K
Amicus in necessitate probatur. 360.I. 298.C
Amicus mundi esse nolo, ne cadam. fol. 196.D
Amicus mundi excluditur à concilio amicorum dei. 351.G
Amicus sponsi non deseret sponsam Christi in opportunitatibus in tribulatione. fol. 364.G
Amicus tunc amatur, si non pro se, sed pro deo amatur. 298.D
Amicus huius mundi, inimicus Dei constituitur. 97.E.296.H.386.A 335.H.350.L.404.D.351.G
Amicus sit de magistro deus. 178.H
Amicus tibi magis est Deus, quàm ipse tibi. 85.A
Amicum simulãs inimicus iram maximam meretur. 203.H
Amicum qui intemperanter amat, magis amat illum pro se, quàm pro Deo. 298.D
Amicum simulabat, & consiliarium se exhibebat serpens, cum deciperet. 194.B
ab Amico qui vult recedere, occasionem quærit. 220.H
Amici quomodo sunt beandi. 330.G
Amici non simus huius seculi, ne dei constituamur inimici. 24.K
Amici verbera sunt vtiliora, quàm oscula inimici. 325.C
Amici sunt pauci, qui vsque ad finem sint cari. 298.D
Amicorum non est numerus. 376.H
Amicos consulat, qui non legit. 240.F
Amicos beare pro voluntate, regiæ est potestatis 330.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amicis creditur consilium. 97.E
Amicitia pauperum, regum amicos constituit: amor paupertatis reges. 350.H
Amicitia vera nonnunquam obiurgationem habet, adulationem nunquam. 375. M
Amicitia illa vera est, quæ nihil ex rebus amici quærit, nisi solam benevolentiam. 298. D
Amicitia vera nulla occasione excluditur. 198.D
Amicitia quænam felix est. 264.M.
Amicitiam eorum non contemnes, si sapis, quos veritas beatos clamat, id est, pauperes. 350.H
In amicitia ne sis lenis, nec perfidus in pace. 256. M
Amicitiæ erunt veræ, si veritatis fuerint fœderatæ consortio. 346.A
Quid Amabilius adolescente verecundo? 197. B
Amat deus plus hominum animas, quàm divitias terrenas. 196.F
Amat deus ex se toto, quia tota Trinitas amat. 226.F
Amat nihil mundus. 318.M
Amat castè deum quis. 227.H
Amat anima, quæ osculum petit. 136.L
Amat immensitas, amat æternitas, amat supereminens scientiæ charitas, amat deus. 226.I
Amat, qui fide, & spe amat. 274.B
Amat deus integrum munus. 173.I
Cùm Amat deus, non aliud vult, quàm amari. 195.D
Amant reprobi temporalia. 109.G
Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. 410.L
Ama nesciri, laudet te os alienum. 15.C
Amare nihil nos permittit institiæ regula, extra deum ipsum. 271.E
Amare pecuntas, nihil peius. 305.C
Amans seipsum quomodo diliget iustitiam, & odio habebit iniquitatem? 41.C
Amans & amor non pari vbertate fluunt. 195. E
Amans omnis pallet. 397. L
Amans deum anima, aliud propter deum sui amoris præmium non requirit. 226.L
Amanti nihil difficile est. 31. E. F
Amanti premium proponitur, amanti debetur, perseveranti redditur 226 K
Amantes nos pure in vita nostra, in morte quoque non erimus separati. 351.F
Amatur deus, quia charitas est. 114. H
Amari non dignatur deus cum aliqua re, quæ propter ipsum non amatur. 274. F
Amari ita vult Christus, vt nihil aliud preter ipsum ametur. 317.B.C
Amari vult perfectè, qui solus vult diligi. 317. C
Amari vult Christus sic, vt cunctæ res simul amentur cum ipso. Ibidem.
Amari studere propter deum, charitati seruire est. 348.K
Amari à nobis deus sine modo meruit. 226. I
Amandi sunt homines non intus, sed foris. 308. K
Amandi sunt viri, non propter pulchritudinẽ corporis, sed quia sunt opus creatoris. 308.K
Amata mundi bona inquinant, amissa cruciant. 350.I
Amator noster est ille, quo nihil maius, nihil ditius, nihil fortius, cui omnis spiritus consentit. 289.A
Amator innocentiæ, pacis amicus, patientiæ cibus. 58.E
Amator Dei non sapit alta, sed consentit humilibus. 386.A
Amator vehemens ardet Christus. 389.A
Amator quietis. 22.D
Amator fratrum. 11.B
Amator mundi non videbit Christum. 317.G
Amatorem mundi odit spiritus Christi. 317.B
Amator iustitiæ, inquirit iustitiam. 209.B
Amatorem quietis, & sibi vacantem, inutilem dicunt Palatini. 210.K
Amatores mundi, mundi nomine vocantur. 317.G
Amatores seculi quæ diligunt, ea serui dei velut aduersa refugiunt. 296.B
Amatores rerum transeuntium, dicuntur mundus. 319.A
Amatores mundi multa patiuntur aduersa. 32.I
Amor si abundat, amor vbi venerit, cæteros in se omnes traducit, & captiuat affectus. 195.C
Amor prius habuit conatum, & aliquem affectum: charitas affectum. 273.M
Amor illuminatus, charitas est, amor à Deo, In deo, in deum. 273.K
Amor nihil est aliud, quàm vehemens, & benè ordinata voluntas. 271.K
Amor solus ex omnibus animæ motibus auctori suo respondere, vel de simili mutuam potest rependere vicem. 195.D
Amor erga deum est sanctus, siue deuotus. 189.B.
Amor naturalis quis. B.C
Amor magnares, sed sunt in eo gradus, qui? 195.D
Amor suspectus, qui? 195.D
Amor socialis quis? 89.C
Amor sanctus non habet scandalum. 298.B
Amor Christi dulcis est, & Iocundus. 318.A
Amor mundi, & amor dei valde sibi aduersantur. 317.H
Amor quid? 105.L
Amor dei hominem reuocat à mundo, & amor mundi hominem à deo. 317.H
Amor mundi totum mundum quærit, & nunquam satiatur. 317.H
Amor castus est, non quia impenditur verbo, neque lingua: sed opere, & veritate. 227.H
Amor res magna, si tamen ad suum recurrat principium. 195.D
Amor mundi talis est, qualis & dilectio mundi. 318.M
Amor generalis est, quo omnes homines diliguntur. 89.C
Amor conciliat, professio maritat. 196.L
Amor & timor priuatus non conuertunt animam. 228.E
Amor propriè excellentiæ sicut nec odium, veritatis indicium nescit. 231.B
Amor per se sufficit, per se placet, & propter se. 195.C.D.
Amor sibi meritum, & præmium est. 195.D
Amor purus de spe vires non sumit, nec tamen diffidentiæ damna sentit. 195.E
Amor cæcus, quod facit, faciat, sed nesciat vnde veniat, aut quò vadat. 273.F
Amor paupertatis vnde nascitur. 273.H
Amor reverentiam nescit. 195.B.C
Amor Dei, inimicus est mundi. 386.A
Amor Dei vnum cupit habere solum. 317.H
Amor carnalis quæ affert detrimenta? 326.L
Amor impurus, qui & aliud cupit. 195. D.E
Amor tantus est, vt sit vnitas. 271.K
Amor tantus, vt omnia, quæ petit, in ipsa oratione se sentiat obtinere. 273.D
Amor iustus qualis. 227.H
Amor diuinus est potens, qui amagna operatur. 274.F
Amor iuus sit fortis, & constans. 146.F
Amor Dei, bonitas Dei est. 122.E
Amor mutuus, intimus, validúsque non in carne vna, sed vno planè spiritu duos iungit, duos facit iam non duos, sed vnum. 195.F
Amor ergà inimicos est violentus. 89.B
Amor præceps nec iudicium pregstolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi subiicitur. 138.B
Amor est vnus, sponsæres, & spes. 195.E
Amor bonus, ipsa charitas est. 315.D
Amor amorem solet expungere. 130.M
Amor Christi totum absorbuit affectum hominis 260.F
Amor ab autore naturæ naturaliter est inditus animæ humanæ, sed postquam legem dei amisit, ab homine docendus est. 272.I
Amor terrenorum in te feruet: moritur in te amor æternorum bonorum. 83.G
Amor vbi est, labor non est, sed sapor. 196.H
Amor mundi si habitat, non est quò intret amor dei. 317.H
Amor verus præmium non requirit, sed meretur. 226.K
Amor est quidam bonus, quidam malus. 315.D
Amor loquitur, qui dominum nescit. 176.H
Amor verus habet præmium, sed id quod amatur. 226.K
Amor purus mercenarius non est. 195.E
Amor medius quis? 314.E
Amor verus, scipso contentus est. 226.K
Amor naturalis magis spiritualis esse videtur, quàm animalis. 274.E
Amor malus, est charitatis inimicus. 315.D
Amor priuatus aufert mihi verum iudicium: Idcirco deo est committendum. 258.M
Amor sponsi, imò spõsus amor solam amoris vicem requirit, & fidem. 195.E
Amor carnis, ima semper petit, & insatiabilitatis profundum. 121.B
Amor Christi in hoc cognoscitur, si quis seruat præcepta Christi. 317.H
Amor sanctus dulces literas, & sudariola, & crebra munuscula non habet. 309.A
Amor nummi crescit, quantum ipsa pecunia crescit. 286.M
Amor sanctus, castus, & dulcis. 227.K
Amor dei nihil aliud quærit, nisi solum deum. 317.H
Amor amorum, est altaris sacramentum. 392.G
Amor carnalis est, quo ante omnia homo diligit seipsum propter se ipsum. 227.D
Amor carnalis efficitur socialis, cum in cõmune protrahitur. 227.E
Amor nil est aliud, quàm bene ordinata voluntas. 122.F
Amor noster, vel cupiditas nostra necessariò à carne incipit. 228.K
Amor triplex. 97.E
Amor pius est, quo parentes diligimus. 89.B
Amor, & charitas differunt. 315.D
Amor desiderij, & amor fruitionis. 121.K
Amor intemperans quid facit. 187.I
Amor syncerus non est, vbi dubietatis scrupulus suspicionis fœcem retinet. 363.E
Amor fraternus, amor sanctæ ecclesiæ catholicæ. 274.D
Amor dei amorem animæ parit. 184.I
Amor gratus, & gratuitus. 227.H
Amor temperans, & iustus quis. 227.E
Amor, est affectio naturalis vna de quatuor. 227.D
Amor noster in deum non gratuitus est, sed rependitur infinitus. 216.I
Amor Christi in hac vita mihi sufficit. 318.A
Amor verus non habet amaritudinem scãdali. 298.B
Amor Dei mons est. 227.I
Amor fœdus carnalis fœditatis suos olim magistros habuit. 272.I
Amor suo defectu plus profuit, sua ignorantiæ plus apprehendit. 274.H
Amor nihil aliud est, quàm vehemens in bono voluntas. 273.A
Amor diuitiarum insatiabilis. 202.A
Amor Christi, calix inebrians. 166.H
Amor Iustus est erga omnes homines. 89.B
Amor fidei, & spei deum videre desiderat, quia amat. 274.C
Amoris talibus aculeis Iudæus, aut Paganus non incitatur, quales ecclesia experitur. 225.K
Amoris quartum gradum adepius, fœlix est. 227.I
Amoris diuini similitudinem sibi vendicat visus. 89.C
Amoris sagitta ad mentem intrat per oculos. 301.A
Amoris nomen vel affectus nulli, nisi soli domino competit 122.B
Amoris dei in nos quod est verum testimoniũ. 87.M
Amoris signa certissima sunt pallor, & macies. 397.L
Amoris primo natiuitatis locus deus est. 272.M
Amoris ars, est ars artium. 272.H
Amorem dei in homine ex gratia genitum latet lectio, meditatio pascit, oratio confortat & illuminat. 245.K
Per Amorem agimur in deo, per fidem viuimus, per spem mouemur, & promouemur. 246.K
Amore abundat sponsa, hoc contentus est spõsus. 195.E
Amore iustificamur, timore vocamur. 351.I
Amore si sit dignus, an odio, homo nescit. 25.E
Amore beati sunt, qui deum amant. 195.D
Amore carnali vita carnalis excluditur, & vincitur mundus. 146.L
Amore dignus non est, qui castigatione indignus censetur. 165.A
Amores duo sunt, carnalis, & spiritualis. 115.M
Anachoretarum principium, monachorum propositum, Ioannes Baptista. 393.M
Anachoretis deserta quænam verba replent. 237.I
Ananiæ exemplo, & Pauli non sunt cito cuiquam manus imponendæ. 24.C.D
Anathema sit qui non amat Iesum. 146.B
Anathema separatio est. 66.I
Anceps est, & caducum terrenum omne. 178.B
Ancilla Christi, quæ in abscondito literas, vel dona recipit, ordinem suum frangit. 308.M
Ancilla Dei semper debet orare, & legere. 306.C
Andreas biduo pependit in cruce. 76.M
Andreas, & Petrus ad vnius iussionis vocem secuti sunt redemptorem. 240.E
B. Andreas est supra naturam. 91.E
Andreæ apostoli solennitas. 91.E
Angelus non absque motu operatur tam locali, quàm temporali, sine æstu tamen. 191.H
Angelus sanctus cuique homini designatus, exemplo Petri abbatis Cluniacensis. 284.E.M
Angelus cecidit de cœlo sub præsentia diuinitatis. 97.I
Angelus ad pastores tria locutus est. 13.A
Angelus bonus non ex seipso loquitur, sed Deus in ipso loquitur. 94.G
Angelus ille stultus luctu perpetuo meruit condemnari. 284.I K
Angelus bonus, & malus videt peccantem. 202.D
Angelus malus mittitur contra eum. 298.M
Angelus quærit puellam, quam præparauit dominus filio domini mei. 62.G
Angelus imago Dei, & Deus filius, & homo. 275.L
Angelus domini passione non eguit. 34.E
Angelus in furore punitus, imò damnatus: homo iram tantùm sensit, & non furorem. 184.E
Angelus Ioannes Bapt. & inter angelos electus. 394.K
Angelus cum anima Deus in anima. 213.E
Angelus vt contubernalis animæ inest, Deus vt vita. 213.E
Angelus primus filij altitudinem affectauit. I.F
Angelus ad virginem loquebatur verba de cœlestibus scrinijs sumpta. 391.A
Angelus inest nobis, nos exhortans ad bonum, non bonum creans. 213.E
Angelus, & homo pudicus differunt, sed fœlicitate, non virtute. 335.M
Angelus factori suo se comparans, vsurpauit sibi, quod est altissimi filij proprium. 7.L
Angelus primus populum, qui sibi crederet, habuit. 1.F
Angelus ad Mariam missus nunciare virginalem conceptum, non creare. 8.B
Angelus cælestis, & Deus permanet liberè bonus. 216.D
Angelus non Domini, sed satanæ apostolum colaphizabat. 232.B
Angelus inest nobis suggerens bona, non ingerens. 213.E
Angelus habet virginitatem, sed non carnem, sanè felicior, quàm fortior in hac parte. 353.I
Angelus Satanæ nox, nox diabolus: nox Antichristus. 187.B.C
Angelus iudicauit, quantùm orationes Mariæ placuerint in conspectu altissimi. 6.M
Angelus quidam est nobis germanior cæteris, qui liquitur in nobis. 213.E
Angeli, & hominis saluator Iesus. 16.K
Angeli instar, homo præditus est ratione. 172.G.H
Ad angeli tactum nervus Iacob emarcuit. 232. A.B
Angelo non fuit difficile per clausum ostium penetrare ad abdita virginis, 6.L
Angelo nato magni consilij, gaudium magnum Angelus euangelizauit. 13.H
Angelo stanti dedit, ne laberetur, qui erexit hominem lapsum. 148.C
Angelum amicũ non prius Iosue suscipit, quàm esse amicum nouerit. 160.B
Angelum, & hominem condit creatorem ad intelligendum se. 116.I
Angelum primum superbia in diabolum mutauit. 1.E
Angelũ patris zelus grauiter vindicauit. 1.F
Angelum Deus cum omnibus suis plaga inuisibili percussit. 1.F
Angelum peccantem Deus non expectauit, sed præcipitauit. 89.M
Ab angelo auxilium, pietatem à Deo postulemus. 91.C
Angeli sancti prudentiam nobis seminarunt. 29.I
Angeli sunt domini nostri. 66.E
Angeli assistunt ad audiendum vocem sermonum Christi. 399.B
Angeli montes dicuntur. 172.F.G.I
Angeli nos præueniunt, & exhortantur. 19.A
Angeli comedunt verbum de deo natũ. 391.K
Angeli impassibiles, non creati, sed facti, id est, gloria, non natura, mente puri. 212.L
Angeli affectu benigni, religione pij, castimonia integri, vnanimitate indiuidui. 212.L
Angeli seminarunt in terra nostra, quando cadentibus aliis ipsi stetterunt. 29.G
Angeli pace securi, à Deo conditi, diuinis laudibus, & obsequiis dediti. 212.L
Angeli iusti sunt ex Deo. 74.G
Angeli ad baptisma Christi descendunt: Baptizantem, & Baptizatum numina dominantia circuncingunt. 394.D
Angeli sancti honorant sui regis matrem. 5.C
Angeli, qui Throni vocantur, ita dicti, quòd in eis sedeat Deus. 213.A
Angeli nostros sudores, non suos, nostras lachrymas non suas Deo offerunt. 66.E
Angeli pane suo viuunt in cœlis, & sunt beati. 391.K
Angeli nobis referũt dei, non sua munera. 66.E
Angeli animam visitant, & honorant, vtpote Dei templum. 260.B
Angeli habent gloriam puram, & perfectã. 176.E
Angeli missi sunt in ministerium propter nos. 137.A
Angeli deceptores non ex ignorantia, seu infirmitate peccarunt. 1.F
Angeli sunt oculi corporis Christi. 275.D
Angeli deuotionem nostram in superna ferunt, referunt gratiam. 137.A
Angeli creati, & confirmati: homines plasmati, & reparati misericordia. 405.I
Angeli ad nos gratiam dei reportant. 10.E
Angeli pacis amarè flebant, vt propheta loquitur. 30G.H
Angeli, qui spiritus sunt supercælestes, opus habent corporibus. 35.Iu
Angeli quæcunque faciunt, ea facimus & nos sed longè inferiori modo: non vtique bono quod sumus, sed quod participamus .212.F
Angeli perfecti in genere suo, corpore æthereo, immortalitate perpetui. 212.L
Angeli medij inter nos, & deum fidelissimè

Universidad de Deusto Biblioteca

portantes ad eum gemitus nostros. 10.E
Angeli gloriantur. 390.M
Angeli cum dolentibus passionem Christi dolebant. 38.L
Angeli dolebant, videntes dominum suum matrem dei sui dolore repleri. 38.L
Angeli per scalam ascendunt, & descendunt super filium hominis. 51.B
Angeli sunt intellectu præditi, non fide, non opinione: intellectus experties si essent, dei participes non essent. 212.L
Angeli astare solent orantibus. 6.L
Angeli sancti nobis libenter ministrant 66.E
Angeli vigilant in templo consecrato. 82.A
Angeli singuli singulis hominibus dati creduntur. 212.M
Angeli stupent, videntes infra se, quem supra semper adorant. 2.F
Angeli ascendentes, & descendentes ad filium hominis. 2.F
Angeli amant nos, quia Christus nos amauit. 66.E
Angeli & ipsi nos desiderant. 10.E
Angeli boni, diabolo prævaricante, & angelis eius, non prævaricati sunt, non quia non potuerunt, sed quia noluerunt. 217.F
Angeli montes sunt Bethel. 188.C
Angeli gratia superiores sunt Papa, deus natura superior. 212.I
Angeli hominum ministri. 10.E.F
Angeli summi summum gradum diuinæ similitudinis tenent, nos infimum, Adam tenuit medium, dæmones nullum. 217.L
Angeli sancti non cadunt, sed descendunt. 82.M
Angeli norunt secreta cœlestia. 18.A
Angeli descendunt, vt prouideant nobis. 83.H
Angeli sunt omnes docibiles dei. 172.E
Angeli pacis amarè flebant cur. 18.C
Angeli pacis super omnia vnitatem & pacem à nobis exigunt. 66.G
Angeli desertores perierunt, pœnitere nolentes. 1.F
Angeli non permanent cum hominibus vnitatem scindentibus, quia caro sunt. 66.I
Angeli, qui nominantur Throni, supra omnes spiritus sunt. 145.I.K
Angli, qui dicuntur virtutes, cur hoc nomine vocentur? 145.H
Angeli ex cõditione sunt spiritus, & gratia facti sunt, & vocati Angeli. 5.A
Angeli lapsi irreuocabiles sunt. 148.C
Angeli, qui dicuntur principatus, quem ordinem tenent? 145.H
Angeli priores cecinerunt: gloria in excelsis deo. 212.G
Angeli, qui dominationes dicuntur, præeminent archangelis, & angelis principatibus, & potestatibus. 213.A
Angeli corpora hominum sumunt, sed vnde sint, an aliquatenus sint, hæret sententia aliquorum. 212.L
Angelorum, qui virtutes appellantur, nutu, vel opere signa, & prodigia in elementis, siue ex elementis facta apparent ad commonitionem mortalium. 212.M
Angelorum, qui nuncupantur potestates, virtute potestas tenebrarum comprimitur. Ibid.
Angelorum, qui vocantur principatus, moderamine, & sapientia, omnis in terris principatus constituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutilatur, mutatur. Ibid.
Angelorum millia, millium ad sepulchrum, Christi dulces, ac deuotas exequias, & victorias decantabant. 38.M
Angelorum ruina reparanda. 20.I
Angelorum offensa nobis cauenda. 66.B
in Angelorum agmine sedet deus. 74.A
Angelorum sapor quis? 396.B
Angelorum ordines nouem. 153.G
Angelorum consors est primus noster parens. 391.L.I
Angelorum cuiusque ordinis dotes. 145.K.L
Angelorum quidam ordo cur potestates appellatur? 145.H
Angelorum dominus in pauperibus pascitur. 375.G
Angelorum delectatio, & gloria. 11.G
Angelorum ministerium vt habeamus, fugiendæ sunt consolationes seculi. 123.M
Angelorum deum, & dominum Maria suum appellat filium. 5.A
Angelorum panis factus est fœnum. 391.K
Angelorum, & vitæ panis sacerdotum ministerio mortalibus quotidie præparatur. 391.M
Angelorum auxilia in omni necessitate nostra inuocare debemus. 66.F
Angelorum ordines. 172.G
Angelorum nomina quædam nota sunt nobis ex auditu, per quæ horum beatitudines, officia, merita, gradus ordines vtcunque à nobis conijci, & discerni queunt. 212.L
Angelorum frequentia nos dignos exhibeamus, ne forte sanctos offendamus obtutus. 66.G
Angelorum vt numerus impleretur, passus est Christus. 367.
Angelorum sanctorum nomina nosse quid prodest. 341.E
Angelorum super choros exaltabitur, quæ deũ habuit Filium. 5.A
Angelorum panis, quis? 22.K
Angelorum dignitates. 213.C
Angelorum repudiatio fiat hominum emendatio. 173.D
Angelorum panis per excellentiam dicitur Eucharistia. 391.M
Angelorum memoria celebratur. 66.C
Angelorum omnis chorus exultat in vnius iusti, siue martyris animæ in cœlum aduentu. 293.E
Angelorum alæ alacritatem promittunt. 73.F
Angelorum ordines qui? 212.M
Angelorum delicię Christus. 67.E
Angelorum ciuitatis damna ex hominibus resarcientur. 191.H
Angelorum panis, est Christus. 302.M
Angelorum innumera sunt agmina. 73.A
Angelorum visitatio templi parietes sanctos facit. 82.C
Angelorum nouem ordines. 73.A
Angelorum, & hominum vnum erit gaudiũ. 250.B
Angelorum iustitia longe inferior, quàm diuina. 74.F
Angelis nullam patere redeundi viam sciebat deus. 1.G
Angelis sanctis cautum est à peccato, & tutũ à miseria. 216.G
Angelis placet maximè, cum nos vident occultè orantes, aut ruminantes psalmum aliquem. 29.F
Angelis, & hominibus spectaculum facti sumus. 29.F
Angelis seminemus gaudium magnum per occulta suspiria. 29.F
Angelis dei homines erunt similes. 252.B
Angelos Thronos constituit sibi simillimos deus. 213.A
Angelis sanctis liquet Christum fuisse redemptionem. 148.C
Angelis omne quod erat, factus est nobis Christus. 148.D
Angelos sanctos nõ in summo posuit, sed in tuto. 129.K
Angelis mandatum non est, vt in omnibus viis nostris custodiant nos. 129.A
Angelis vt nos æquaret, ab angelis minoratus est Christus. 36.A
Angelis deus duo vestigia pedum suorum imprimit, misericordiam, & veritatem. fol. 173.A
Angelis superbientibus si deus non pepercit, quantò magis tibi putredo? 1.E
Angelos descendentes & ascendentes diabolus in aere suspensus intuetur, sed nescit, quid ipsi audiãt in cœlis, & quid nunciẽt in terris. 232.M
Angelos prius creauit voluntas diuina. 28.C
Angelos multos, homines vniuersos propter filium deus perdidit. 1.F
Angelos lætificamus. 251.M
Angelos offendit indisciplinata conuersatio. 336.M
Angelos sanctos credimus astare orantibus, offerre deo preces, & vota hominum. 136.M
Angelos, & deum tribus inuestigamus, opinione, fide, & intellectu. 212.I.K
Angelos in cœlo stantes sapientia dei confirmat. 90.C
Angelos alios, alios archangelos, alios virtutes, alios dominationes esse, &c. 153.G
Angelos nihil æquè pronocat ad indignationem, atque dissensiones, & scandala. 66.H
Angelos exultare facimus, quando. 10.F
Angelos seruauit à necessitate, qui hominibus subuenit in necessitate. 225.E
Angeli ascendunt propter se, descendunt propter nos. 129.D.E
Angelos in terra nouos rex noster venit fabricaturus. 73.A
ab Angelis sanctis auxiliũ quærendũ est. 91.C
de Angelis confidendum. 71.C
cum Angelis deus sermonem facit de restitutione eorum, & de redemptione, de elementorum renouatione. 389.A
Angelicis spiritibus parietes non obsistunt. 6.M
Angelica statio ministratio est. 74.C
Angelica puritas, cum marię virginitate non est comparanda. 61.C
Angelica creatura irrepercussa mentis acie intuetur diuinorum iudicierum abyssum multam. 145.G
Angelicam voluntatem voluntas illa æterna omnino in se absorbuit. 28.C
Angelicam vitã maria prima in terris ducere proposuit ideoque super omnes est. 61.C
Angelicæ naturæ sunt cognatæ animæ humanæ. 66.F
Angelicarum naturarum fructus. 129.I
Angelicè viuere inter homines, & in carne cælibem agere vitam, nimis arduum. 7.G
Angelis à B. Gregorio Augustinus destinatus est formam fidei tradere. 208.L
Anguis latet in herba. 320.L
Angulus ibi, vbi singularitas. 228.F
Angulus vbi, ibi sordes, & rubigo. 228.F
Anima, noli oblinisci, vnde huc veneris. 195.K
Anima præcipiti actã ruina, sepelitur in inferno vitiorum, nisi ei à gratia Dei fuerit subuentum. 273.B
Anima est tegenda vtriusque manibus. 11.A
Anima mea in manibus meis semper. 11.A
Anima non nouit se, quæ sine speculo est. 254.B
Anima hominis vniuersa corporis membra viuificat. 66.H
Anima tota nihil aliud est, quam ratio, memoria, & voluntas 201.K
Anima non est longè à summo gradu, quod est beatè viuere. 139.H
Anima duo habet labia, quibus osculatur sponsum suum. 111.I
Anima naturali quidem vita, non etiam spirituali viuens immortaliter vivat, necesse est. quãuis hæc vita, mors sit. 193.I
Anima potest gignere Christum in corde suo, & in corde alieno. 259.E
Anima est res incorporea, rationis capax, viuificando corpori accommodata. 246.G
Anima corpori infusa illud viuificat, atque corpus non vita, sed vivens est. 193.G
Anima beata, quæ in via peccatorum non stetit. 393.H
Anima tua, non est sine dubio deus tuus. 89.A
Anima est illa felix, quæ quotidie gemit, & laget, quia auctorem omnium, mundi Christum non videt. 317.E
Anima quando se intelligit? 260.H
Anima præcedit carnem. 202.A
Anima sancta dicitur hortus conclusus. 310.E
Anima si labitur, statim corpus ad peccandum paratum est. 202.A
Anima iusti, sedes est sapientiæ. 28.M
Anima tres habet vires, intellectum, memoriã, & voluntatem, vt in Deo tres sunt personæ. 259.C
Anima probatur illic esse tãtæ dignitatis, vt habilis, & idonea sit esse pater, & mater Christi. 259.D
Anima non solum insignita est Dei imagine, verum etiam decorata similitudine. 259.D
Anima, quam visitãt angeli, & archangeli, & honorant, quæ? 252.I
Anima Deum habens in se, templum Dei est. 252.I
Anima est nobilis hostes corporis. 3.M
Anima probatur Deo similis, & ideò magis illi obligata. 259.C
Anima sub voluntaria quadam, ac malè libera necessitate, ancilla tenetur, & libera: ancilla propter necessitatem, libera propter voluntatem 194.A
Anima hominis in die dormit præ tædio. 12.G
Anima sumat de virtute virtutem, ac sapientiam, & vni verbo munus vtrunque ascribat. 296.F
Anima peccatrix deo fœtet magis, quam hominibus putridus canis. 262.A
Anima si minus suas exequatur partes quod reliquum habet natura in nobis totum turbabitur. 195.A
in Anima Deus diuinæ insigne generositatis perpetuò voluit conservari, cur? 195.A
Anima quærit verbum, cur? 195.M
Anima sapiens ab omnibus alienis affectibus defecata. 276.C
Anima videt in oculis, audit in auribus, odorat in naribus, in faucibus gustat, tangit in toto reliquo corpore. 213.E
Anima nõ potest esse in loco corporeo, nec corpus locus animæ est. 110.M
Anima mori dicitur, cum ipsa ratio ad peccatũ per consensum curuatur. 253.K
Anima quæ amat, amat, & aliud nouit nihil. 195.C
Anima affecta timore, & amore, veluti duobus brachiis Deum comprehendit. 215.B
Anima beata, quæ sedes est sapientiæ. 2.K
Anima iusti, sedes sapientiæ. Ibidem
Anima felix, quæ? 9.G
Anima, cum de corpore abit, non obit cum corpore. 253.K
Anima immortalis, quia cum ipsa sibi vita sit, sicut non est, quò cadat à se, sic non est, quo cadat à vita. 193.I
Anima beata, quam introduxerit Deus in cubiculum suum. 83.G
Anima Deo in immortalitate quomodo similis? 193.I
Anima de nihilo creata est. 14.K
Anima iam vivit, iam videt, iam stat in bono, sed ope, & opere verbi. 96.B
Anima non nouit se, quæ sine speculo est. 260.K
Anima humana omnium rerum, quæ sub sole sunt, deo vicinissima. 88.K
Anima longè dignior corpore. 3.K
Anima sic carnem amet, vt in carnem ipsa non transisse putetur. 128.F
Anima est beata, quæ in pace firmata est. 260.B
Anima tota tribus constat, memoria, ratione, & & voluntate. 50.B
Anima spiritus est, eius que lingua deuotionis feruor. 167.D
Anima felix, leonem conculcans. 131.I
Anima, cum de corpore egreditur, nullum alium quàm cõscientiæ suæ librum secum portare potuerit. 254.G.H
Anima Deum habens in se, templum Dei est. 260.B
Anima humana laborat quadruplici morbo vitiorum. 114.G
Anima propter Deũ, Deus propter seipsum, corpus propter animam. 228.K
Anima magna res est, quæ Christi sanguine redempta est. 339.I
Anima vna debet esse omnibus habitãtibus in domo Dei, tẽmque cor vnum. 304.F
Anima non potuit à Deo diuidi, nisi peccando: nec corpus ab ipsa, nisi moriendo. 199.E
Anima, est corporis vita, per quam mouetur, & sentit. 40.K.L
Anima habet etiam sensus suos. 273.C
Anima beata, apud quam Deus requiem inuenit, & in cuius tabernaculo requiescit. 249.A
Anima felix, quæ angelis spectantibus præbuit gaudium, pariter & miraculum sui. 196.E
Anima quò plenius suam agnouerit originem, eò amplius erubescat vitam habere degenerẽ. 193.F
Anima non moritur, cum corpus occiditur: sed anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. 197.K
Anima cœlum spirituale. 153.F
Anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps. 249.F.G
Anima, vita est viuens. 193.G
Anima infusa corpori, viuificat illud. 193.G
Anima sua pia mater viro suo. 196.M
Anima quandiu viuit in corpore hoc peregrinatur à lumine 163.B
Anima non est humano magisterio contenta. 195.B
Anima quælibet sancta assimilatur turturi. 309.C
Anima fœlix, quæ peccatum sentiens peccatũ non consentit. 262.L
Anima fidelis habet paradisum suum spiritualem. 114.G
Anima non saginatur frixuris sed caro. 326.A
Anima cum de corpore egreditur, nullum alium librum, præter librum conscientiæ secum poterit portare. 263.L
Anima iusti, sedes sapientiæ est. 2.K
Anima corrupta in culpam, fecit, vt corpus corrumperetur in pœnam. 3.K.L
Anima iusti, sedes est sapientiæ. 129.H
Anima audiat vocem hanc diuinam, beati pauperes spiritu. 201.K
Anima rationalis est quædam trinitas ad imaginem sempiternæ trinitatis creata. 104.L
Anima amans deum aliud propter deum sui amoris præmium non requirit. 216.L
Anima à vitali morte nunquam resurget, nisi per verbum vitæ. 193.I
Anima si nõ paret superiori, nempe Deo, inferiori cur imperet, scz. corpori? 199.E
Anima amat, quæ osculum petit. 136.L
Anima fidelis primò comedit panem suum: sed heu, in sudore vultus sui. 228.B
Anima stat manu verbi leuata, veluti super pedes duos, deuotionem, & agnitionem. 196.C
Anima malũ volendo, mortua: & bonum ignorando, cæca est. 196.B
Anima secundum carnem viuens, mortua est. 193.I
Anima non ex toto sui oblita est, quæ adhuc de corpore suo cogitat sustinendo. 228.C
Anima fidelis suspirat præsentiam dei inhiãter & in memoria requiescit suauiter. 216.D
Anima iusti, sedes est sapientiæ. 74.A
Anima si perfectè diligit, nupsit. 195.B
Anima Cain periit. 242.M
Anima viuens, est vita, sed non aliunde, quàm à seipsa. 193.G
Anima quo modo, & quando deum sitiit fol. 300.B
Anima vt prius satietur, dignum est. 67.B
Animæ secundum carnem viuens, mortua est. 193.I.
Anima vt deo inhæreret, memoriam sibi vendicat pater, rationem filius, voluntatem ab vtroque procedentem, ab vtroque procedens Spiritus Sanct. 273.A
Anima amans deum ex ipso viuit, vti corpus ex ipsa. 220.M
Anima fœlix quæ? 81.D
Anima mea quærit verbum, sed quæ à verbo prius quæsita sit. 195.H
Anima noluit regi à deo, non queat regere corpus. 199.E
Anima, vita & est corporis. 105.F
Anima discedente, corpus cadauer & putidũ fit. 3.A
Anima in triplici vi subsistit, corpus constat ex quatuor elementis. 109.I
Anima, & verbum non pari vbertate fluunt. 195.E
Anima vallatur tribus munitionibus. fol. 119.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anima quid corpori tribuit. 3.A
Anima vinet, quæ mundo mortua est. 86.M
Anima Christi, ex quo creata est, & assumpta in deum, æqualem cum deo sapientiam habuisse putatur. 20.M
Anima felix quæ? 97.D
Anima felix, quæ venas diuini susurrij in silentio percipit. 94.G
Anima fidelis sibi non inuitatur. 12.K
Anima corrupta per superbiam, fallitur duobus modis: in cognitione sui, & cognitione dei. 109.I
Anima secundum carnem viuens, mortua est viuens. 193.I
Anima mendicat alienum, quòd oblita sit comedere panem suum. 129.B
Anima creata, est vita à vita, simplex à simplici, immortalis ab immortali. 193.H
Anima illa beata, quæ in pace Christi fundata est. 252.I
Anima perit, & nemo est, qui reputet: cadit asina, & est, qui subleuet eam. 212.A
Anna prophetissa maritum habuit, sed tamen de Christo prophetauit, & cum videre meruit. 300.K.L
Anima hominis quàm nobilis. 249.I
Anima quantò plures habebit virtutes, tantò deo erit propinquior. 259.D
Anima iusti sedes est sapientiæ. 153.L
Anima corpus suum resumere, ipsumque glorificatum desiderat. 228.B
Anima in corpore toto tota est, vt deus est vbique totus. 259.C
Anima secundum modum suum sic viuit & sapit, sicut deus viuit, & sapit. 259.C
Anima iusti sedes & templum dei est. 405.B
Anima de ratione naturæ, similis similem quærit. 194.L
Anima non est dicenda, quæ veritatis non habet cognitionem. 89.A
Anima durante, durat memoria, sed qualis? 214.I
Anima magnitudine sua, sicut rectitudine priuari non potest. 193.A
Anima non est sua magnitudo, & cur hoc. 193.A
Anima in quatuor rebus captiuatur. 120.A
Anima donec in carne est, inter spinas versatur. 168.I
Anima pauperis quod vnguentum conficere debet. 139.D
Anima nostra deo subiecta est tripliciter. 95.K
Anima est peregrina, & exul in corpore habitans. 3.M
Anima creando immittitur, immittendo creatur. 15.A
Anima eminentior hominis pars. 225.F
Anima creatori suo rebellis, inueniet suam sibi rebellem pedisequam. 199.E
Animæ dignitas ex eo non mediocris perspicitur, quòd verbo dei simplicitate essentiæ, & vitæ perpetuitate appropiare videtur. 193.K
Animæ responsio ad verbum, est admiratio, cum gratiarum actione. 167.D
Animæ decor geminus, innocentia, & humilitas. 166.K
Animæ, cum de corpore egreditur, quis liber? 260.K.L
Animæ secularis est, in seculũ intendere. 164.A
Animæ vitium, non est naturæ abolitio. 195.B
Animæ seculares, debiles, et delicatæ sunt. 19.A
Animæ casus grauis, quæ non nisi Christi cruce potuit reparari. 339.I
Animæ mors est peccatum. 352.A
Animæ ac dei similitudo, & dissimilitudo. 193.A
Animæ corpus suum valet ad pœnitentiæ fructum, ad requiem, postremò ad consummationem. 228.A
Animæ lectus, in quo pausat, tripertitus est. 119.C
Animæ nostræ oculus, intelligentia est. 61.M
Animæ cibus, quis? 31.D
Animæ rationalis duo loca sunt, inferior, & superior. 110.H
Animæ tres sunt status. 116.K
Animæ oculus, liberum est arbitrium, vtque in discernendo arbiter est, ita in eligendo liber. 193.K
Animæ humanæ facultates. 14.I
Animæ vita in voluntate est. 120.F
Animæ rationalis perfectio, est iustitia. 109.E
Animæ tinea est inuidia. 303.I
Animæ magnitudo comprobatur ex captu æternitatis. 193.A
Animæ facies, est intentio. 163.M
Animæ gradus bonus, ex quo & solo ad beatam ascendit vitam. 193.G
Animæ beatitudo. 402.I
Animæ vita, est deus, illa corporis. 199.E
Animæ tuæ miserere placens deo. 145.A
Animæ cibus quando auidus? 142.M
Animæ, & corporis coniunctio exquisita tormenta non diu sustinet. 399.H
Animæ panis bonus. 67.F
Animæ mors, est otiositas. 410.L
Animæ substantia est in ratione, in memoria, in consilio, in iudicio, & similibus. 110.M
Animæ nostræ Christus est amicus, & sponsus, frater, & filius. 259.D.E
Animæ diligentia adhibenda est, ne omninò à deo deseratur. 268.D
Animæ vita, est veritas. 89.A
Animæ optio eligendi data est inter bonum, & malum, vitam, & mortem, lucem, & tenebras. 193.K
Animæ perditio, est impatientia. 85.F
Animæ fidelis cibus quis. 228.B
Animæ vitæ duplex alia naturalis alia spiritualis. 193.H
Animæ vita vera, quæ? 13.I
Animæ bonum erat non viuere, quàm secundum carnem viuere. 193.I
Animæ vita vera, deus est. 128.H
Animæ sanitas, est cordis compunctio. 297.C
Animæ virtus triplex. 40.B
Animæ morbus, peccatum. 3.L
Animæ illuminatio, est mentis compunctio, tum enim anima illuminatur, cum ad lachrymas compungitur. 297.C
Animæ vis triplex. 70.B
Animæ cum verbo connubiũ sanctum. 195.B
Animæ mors, est iniquitas. 82.I
Animæ gemina pulchritudo. 166.K
Animæ corruptio tripertita est, quadripertita est corporis. 109.F
Animæ vita, est iustitia. 352.A
Animæ stomachus, est memoria. 161.L
Animæ inest viuere, tametsi non benè, aut beate viuere. 193.F
Animæ hoc inest esse, quod viuere. 193.F
Animæ propter carnem alienæ peccata imputantur. 249.G
Animæ deum diligenti valet corpus suum infirmum, valet & mortuum, valet & suscitatum. 228.A
Animæ non habet quid faciat mors. 80.A
Animæ generosa cognatio non ad verbum est ociosa. 194.L
Animam Christi sic ætate, ita sapientia profecisse nonnulli putarunt. 20.M
Animam sua mors comitatur cuntem. 57.F
Animam suam odit, qui diligit iniquitatem. 194.M
Animam immitem contritio spiritus, & assiduitas lachrymarum domat. 67.L
Animam rationalem corrumpit superbia. 109.I
Animam in vigilia affligere quirenuit, indignus censetur requie, & exultatione festiua. 76.L
Animam amor, & timor priuatus non conuertunt. 228.E
Animam dominam ancillari, & ancillam carnem dominari, magna abusio est. 249.H
Animam suam Christus in mortem perdidit, vt nostram perditam nobis redderet. 37.C
Animam verbo maritat dilectio. 195.B
Animam trahit corpus in regionem suam. 75.A
Animam sanctissimam, & carnem purissimã vnierat sibi filius dei, & actiones corporis sui liberè moderabatur. 34.H
Animam visitant angeli, & archangeli, & honorant, vtpote dei templum. 260.B
Animam suam Christus precium dedit, carnem suam in cibum. 158.C
Animam accusabunt vitia, dæmones eam terrebunt. 249.E
Animã in capite esse cur sit excellentius? 123.D
in Anima hæc tria insunt, cogitatio, affectio, & intentio. 98.C
in Anima sola non est magnitudo. 193.A
in Anima planè diuinũ quiddam præfulgens, est arbitrij libertas, tanquam gemma in auro. 193.K
in Anima tria sunt. 405.A
in Anima sunt cogitatio, affectio, & intentio. 108.H
in Anima grande nobis est naturæ donum. 195.A
ab Anima magnitudo, & rectudo differunt. 193.A
in Anima qualibet perfecta tria sunt. 60.E
Animæ mors, est peccatum. 143.C
in Anima omni non est rectitudo. 193.A
Animæ corporibus, & corporeis egent sensibus. 135.G.H
Animæ sunt sanctæ propter inhabitantem spiritum dei in nobis. 80.K
Animæ beatæ nondum in cœlis inebriantur, donec sua receperint corpora. 401.A
Animæ sunt vineæ. 178.A
Animæ nunc rapiuntur ad tribunal terrificum. 375.B
Animæ teneræ, & iuuenculæ adhuc, non ferunt oscula contemplationis. 138.G
Animæ de carcere diaboli extrahuntur, & ad regna cœlestia trahuntur triplici funiculo. 143.F
Animæ defunctorum bonorum sunt corporis Christi. 392.K
Animæ beatæ requiescunt ante thronum dei sine macula, sed necdum sine rugæ. 69.E.F
Animæ electæ in triplici horto spaciantur. 119.D
Animæ nostræ rationis participes, & beatitudinis capaces angelicæ naturæ sunt cognatæ. 66.F
Animæ sunt, pro quibus Christus mortuus est. 176.A
Animæ Sanctorum cur nondum sua receperunt corpora. 401.A
Animæ volunt sua corpora recipere. 227.M
Animæ non habent, quid faciant isti qui corpus occiduat. 353.K
Animæ occisorum sub throno clamant. 33.G
Animarũ medicus descẽdit ab altitudine sua, 1.K
Animorum perfectus, & summus status quis. 227.M.228.A
Animarum cura per omnia præponẽda. 340.A
Animæ sanguinem diabolus sitit. 77.D
Animarum curam qui susceperunt, sanguinem Christi de cruce stillantem seruandum acceperunt. 2.M
de Animarum salute nihil, nihil de scripturis Sac. sed nugæ. & risus proferuntur in ventũ. 236.F
Animarum sanctarum status tres. 69.D
Animarum nostrarum medicamina, sunt Christi facta. 41.C
Animabus sanctis imitationem debemus. 91.C
Animabus nunc operam dare necesse est. 240.I
Animas aliorum, qui venatur ad mortem, quã in vanum accipit animam suam. 390.K
Animas hominum plus amat deus quàm diuitias terrenas. 296.F
Animas malorum hominum dæmones suscipiunt in die mortis eorum, vt sint tortores in pœnis, qui fuerunt suasores in vitiis. 311.C
Animal oneriferum, homo timore suæ mortalitatis. 131.M
Animalis hominis perfectio. 243.L
Animalia ratione carentia, deliberatione, & libertate carent: sensu aguntur, feruntur impetu, rapiuntur appetitu. 193.K
Animalia ratione carentia, nihil merentur. fol. Ibidem.
Animalibus nouæ legis sex alæ insunt. 119.I
Animus quorundam in patinis, quorundam in loculis inuenitur. 201.B
Animus effusus interiora damna non sentit. 201.B
Animus mollior, atque tepidior iacet in corpore robusto. 378.G
Animus in prosperis nimium laxandus non est, nec in aduersis deiiciendus. 207.C
Animus bonus sit, Deum timens, & mandata eius obseruans. 246.I
Animus bonus sit, cum diligit Deum suum in toto corde suo. 246.I
Animus fluxa quadã, & muliebri mollitie suffusus, rectum non videt. 208.B.C
Animus ad deuotionem præparandus. 408.L
Animus dicitur, in quantum animat, & persicit animal supplemento liberæ rationis, bonus autem animus, in quantum amat bonũ suum. 246.H.I
Animus, si non de se præsumat, sed si confortetur à verbo, poterit dominari sui, vt non dominetur ei omnis iniustitia. 196.E
Animus, vel spiritus, non nisi quod virile est, & spirituale meditatur. 246.G.H
Animus sensu carnali tantò velocior, quantò & diuinior. 227.A
Animus rationalis inueniens se ipsum, est speculum principale ad videndum Deum. 253.D
Animus est vagabundus per varia mundi oblectamenta. 226.M
Animus proditur corporis gestu. 296.L
Animi illuminatio. 252.E
Animi magni est, tormenta contemnere. 399.H
Animi voluntatem sæpe exteriora signa ostendunt. 400.G
Animi tranquillitate nihil preciosius. 410.K
Animi remedia sunt, carnis aduersa. 304.M
Animi lenitas, secũdus gradus superbiæ. 133.C
Animi parui deiectique est, de subditis nõ proficum quærere subditorum, sed quæstũ proprium. 209.E
Animi vigor est cedere nescius pro tuenda ratione. 196.D
Animo suo qui dominatur, melior est vrbium expugnatore. 17.L
Animum scientiam docere, non minus pium est, quàm cibum corpori tradere. 142.G
Animum relaxare dum volumus, cauemus, ne omnem harmoniam, quasi concentum bonorũ operum, soluamus. 265.A
Animos minùs capaces exterior cõsideratio pascit. 22.K
Antichristus quis sit. 403.I
Antichristus nox, nox diabolus, nox Angelus Satanæ. 187.B.C
Antichristus ipse est, qui se non solum diem, sed meridiem mentietur. 160.E
Antichristum Iesus interficiet spiritu oris sui. Ibidem.
Antichristi multi sunt nostris temporibus. 23.L
Antidotum versum in venenum. 209.A
Antiochus nõ timuit diuinis cœli honoribus. 207.F
Antiphonas, & responsoria aliquot, suis in locis disposuit Bernardus. 384.K
Apis habet mellis dulcedinem, & aculei punctionem. 2.C
Apis sibilauit, quæ erat in Francia, api de Italia. 364.M
Apis nostra, Christus, quando suum assumet aculeum. 2.D
Apis nostra, id est Christus nõ habet aculeũ. Ib.
Apes sunt illi, qui pennis cõtemplationis elenarisciunt, & possunt. 291.D
Apes spirituales quæ? 291.H
Apostatare quid? 325.L
Apostolus, & apostolorum princeps fuit Ioannes Bapt. 394.K
Apostoli sortes in bello fuere, non molles in seriis. 107.D
Apostoli orbem circuierunt non corporis præsentia, sed mentis prouidentia. 207.C
Apostoli manibus suis tractauerũt de verbo vitæ, repleti sunt Spiritu sancto. 393.F
Apostoli à Christi præsentia sic non poterant separari, vt Helisæus ab Helia non poterat auelli. 47.B
Apostoli Petr⁹ & Paulus vt in vita sua dilexerunt se, ita in vita sua non fuerunt separati. 52.I
Apostoli & martyres inuitati in tempore gratiæ præ cæteris. 35.M
Apostoli Petrus & Paulus si in terra positi omnia poterant, quid non poterunt viuentes in æterna felicitate? 53.E
Apostoli seruiebant Deo in fame, & siti. 305.F
Apostoli sunt Papæ parentes. 208.H
Apostolorum princeps Petrus. 86.M
Apostolorum principes Petrus, & Paulus præclari martyres, & martyrum duces. 52.I
Apostolorum semen sumus per prædicationem, sed per adoptionem & hæreditatem semen Christi, & apostolorum nepotes. 54.B.C
Apostolorum Christi festus dies, quibus à nobis honorem deberi scio. 53.E
Apostolorum successoribus corpus Christi conficiendi potestas data. 182.A
Apostolorum successores pudeat lucem non esse mundi, sed modij, mundi autem tenebras. 182.A
Apostolorum manus tractauerunt de verbo vitæ. 13.C
Apostolorum senatui oportet nos immisceri sol. 178.K
Apostolorum, & Prophetarum mater Ierusalẽ. 198.I
Apostolorum apostola meruit esse Maria Magdalena. 300.L
Apostolorum beata memoria celebratur. fol. 53.E
Apostolorum successores hæretici, & apostolicos se nominant, nullum tamen apostolatus sui signum valentes ostendere. 182.A
Apostolis omnibus Christus in cœna sui corporis & sanguinis sacramentum distribuerat. 314.D
Apostolis in hæreditatem Papa succeßit. fol. 208.F
Apostolis interdicitur dominatui. 207.A
Apostolos indicandos sedisse legitur, indicantes non legitur. 205.E
Apostolos Christus in cœna panibus quinque reficit. 33.E
Apostolos vel cæteros doctores significat Turtur auis castißima. 297.D
Apostolos fuisse baptizatos ibi innuitur, sed nõ legimus vbi. 313.A.B
Apostolica auctoritas. 325.H
Apostolica licentia quo pacto quærenda. fol. 329.A
Apostolica sedes quid habet præcipuum? 363.K
Apostolica sedes est mater & domina nostra. 357.E
Apostolica potestas à Deo instituta, & summa. 209.L
Apostolica sedes potest à finibus terræ sublimes quascunque personas ecclesiasticas euocare, & ad suam præsentiam cogere. 357.D
Apostolica forma hæc est: dominatio interdicitur, inducitur ministratio. 207.A
Apostolica sedes nouos ordinare potest episcopatus: potest eos, qui sunt, alios deprimere, alios sublimare. 157.D
Apostolica sedes ciuitatem Mediolanensem rebellẽ sue authoritati antiquis ornamentis præclaris nudauit. 357.D
Apostolicæ potestatis plenitudinem, & auctoritatis integritatem ciuitas Mediolanensis experta est. 357.E
Apostolicæ sedis auctoritas de conceptione virginis Mariæ erat consulenda. 362.L
Apostolicæ sedi in promptu est, omnem vlcisci inobedientiam, si quis forè reluctari conatus fuerit. 357.D
Apostolicæ sedi plenitudo potestatis super vniuersas ecclesias, singulari prærogatiua donata est, qui huic potestati resistit, ordinationi Dei resistit. 357.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostolicũ mandatum episcopus exequi debet. 378.A
ad Apostolatum summi Pontificis romani oportet referri pericula quęque, & scandala emergentia in regno dei, ea præsertim, quæ de fide sunt. 365.C
Apostolatus Eugenij Papæ. 374.K
Apostolatu Papæ quid dignius? 212.C
Apparuerat potentia in rerum creatione. 14.A
Apparuit susceptæ carnis veritas. 19.H
Apparebimus cum Christo in gloria. 20.A
Apparitio Christi triplex mirabilis. 18.M
Apparitio trina domini celebratur, vt à patribus nostris accepimus. 19.D
Apparitione secunda venit Christus ad aquas baptismi. 19.K
Apparitiones septem post resurrectionem legimus, sicut ante passionem septem purgationes. 42.A.B
Apparitiones tres mirabiles fuerunt, sed harum mirabilior trium magorum. 18.M
qui Appellat non grauatus, aut grauare intendit, aut tempus redimere. 208.M
Appellare, non vt graues, sed si graueris, licet. 208.M
Appellasse iniquè, iniquum est. 208.M
Appellatio non est suffugium, sed refugium. 208.M
Appellatio ante sententiam præsumitur improbè, nisi ob manifestum grauamen. 208.M
Appellationes vt non contemnendæ, sic nec vsurpandæ omninò. 209.B
Appellationes mundo grande bonum esse, idque tam necessarium, quàm solem ipsum mortalibus. Ibidem.
Appellationes fouendæ, & manutenendæ sunt, sed quas extorsit necessitas, non calliditas adinuenit. 209.C
Appellationes non affectas, sed sustines, si iustitiam amas. 209.B
Appellationum iniquarum fomes, est iniquè, & impunè. 208.M
Appetentia terrenorum densat tenebras. 194.G
Appetitus in corde prurit, sed sub te est. 97.B
Appetitus, est naturalis vis in animante mouendis auidè sensibus attributa. 215.K
Appetitus lucendi pernicioses. 73.D
Appetitus tuus sub te est ô homo. 27.K
Appetitus non est idem, quod sensus. 215.I.K
Appetitus carnalis, primogenitus noster, in nobis pullulat. 98.A
Appetitus vanitatis, est contemptus veritatis. 332.C
Aqua, quæ non sursum salit, sed de sursum veniens. 396.M
Aqua, quæ iacula inimici ignita possit extinguere. 22.I
Aqua, Spiritus sanctus. 312.I
Aqua ad ima petit, timor dei ad ima cogitationem deducit. 22.I
Aqua sanctificans, est Christus. 312.M
Aqua sapientiæ salutaris, quæ est timor domini, initium sapientiæ, & fons vitæ. 81.A
Aqua sapientiæ salutaris, sermo diuinus. 147.M
Aqua illa preciosa, quæ de fonte pietatis, id est, ab eius latere emanauit, lauat nos deus. 81.A
Aqua amara quid significat. 291.K.L
Aqua viget in membris genitalibus. 109.I
Aqua diuina virtute in vinum mutatur. 22.I
Aquæ à Christi latere manauit, qua mundatus sum. 22.H
Aqua sitiens. 5.L
Aqua cum vino mixta in sacramento altaris quid? 392.K
Aqua fluminis, si stare cœperit, putrescet. 26.D
Aqua, & panis vita hominis. 290.B
Aquæ stilla modico infusa vino, deficere à se tota videtur. 227.K
Aquæ potum non sustinet pectus, ait Hippocrates. 157.D
Aquam in vinum mutauit Christus die Epiphaniæ. 19.E
Aquam Dauid, quam desideranerat, potare timuit. 235.M
Aquam in vinum conuerti ad nutum domini, magnum diuinæ maiestatis indicium. 22.M
Aquam ad nuptias dominus bibi non est passus. 235.M
Aquam triplicem Christus nobis apponit. 76.I
Aquam quærit molendinum à furno, prouerbium. 347.E
per Aquam timor intelligitur. 106.K
Aquæ multæ, populi multi. 45.C.D
Aquæ, quæ super cœlos sunt, laudant nomen domini, sunt virtutes angelicæ, & cœlestes populi. 29.F
Aquæ furtiuæ dulciores sunt. 346.B
Aquæ deuotionis. 14.D
Aquarum tres sunt decursus. 117.M
Aquarum vsus quæ nec tantum sordes abluunt, sed & sitim extinguunt. 14.D
Aquarum quatuor genera. 113.H
Aquarum mutatio mirabilis. 18.M
Aquas lauit Christus baptismo suo. 18.I
Aquas haurietis in gaudio de fontibus saluatoris. 14.E
ad Aquas contradictionis populi murmur terribiliter castigauit deus. 235.M
Aquilæ dominico corpori assidentes tres sunt. 119.F
Aquilo quid significat? 310.I
ab Aquilone panditur omne malum. 361.D
Arbitrium liberum illic asseritur. 27.K
Arbitrium liberũ, est in homine dignitas. 225.F
Arbitrium liberum hîc nota, homo est sub se. 88.B
Arbitrium liberum tolle, & non erit, quod saluetur. 215.H
Arbitrium liberum nos facit volentes, gratia benecuolos. 216.L
Arbitrium liberum manet post peccatum. 217.F
Arbitrium non omnino amisit homo. 246.H
Arbitrium in pœnam peccati, sed captiuum. 246.H
Arbitrium liberum se voluntati propriæ inclinat. 41.K
Arbitrium liberum est tantùm salutis capax, deus est auctor ipsius. 215.H
Arbitrium, iudicium est. 216.F
Arbitrium liberum dicitur voluntas, & libertas. 215.I
Arbitrium liberum operari dicitur, dum consentit. Ibid.
Arbitrium liberum tam in malo, quàm in bono integrum perseuerat. 217.G
Arbitrij libertas in mente est. 75.A
Arbitrij vigorem perdidimus, ex quo primus homo peccauit, sed non electionem. fol. 259.F
Arbitrij libertas planè diuinum quiddam pręfulgens in anima, tanquam gemma in auro. 193.K
Arbitrij libertas similem verbo dei animam facit. 193.K
Arbitrio suo cor commissum, aut ad vitam se vertit, aut ad mortem. 254.B
Arbitrio non nostro, sed alieno viuimus scientia. 23.E
Arbor non bona quæ? 209.L
Arbor arida, & in sterilitatem versa mortua indicatur. 179.H
Arbor grandis, & fructifera fuit beatus Benedictus. 28.M
Arbores, quæ fructum faciunt, sed nõ suum, hypocritæ sunt, cum Simone Cyreneo crucem portantes non suam. 29.B
Arborum & pecorum vita est, sensu altera vigens, altera carens. 193.G
Arca fœderis quid significat. 395.D
Arca sapientiæ quid. 395.D
Arca Noé quid. Ibidem.
Arca Noé cur bicamerata dicitur. 307.D
Arcæ duæ sunt in veteri lege. 119.K
Arcæ tres fuerunt in nouo testamento. 395.C
Arcas duas fuisse legimus in veteri testamento. Ibidem.
Archangeli non nisi ob præcipuas causas, & maximas mittuntur. 212.M
Archangeli æternæ sapientiæ consiliis familiarius admittuntur. 145.H
in Archidiaconum, vel decanum nullus ordinetur, nisi diaconus, aut presbyter ordinetur. 210.C.
Archiepiscopo debita veneratio seruari debet, quam manus apostolica consecrauit. fol. 371.C
Archiepiscopos episcopis creare licet. 357.D
Arctißimum for amen nos expectat. 238.B
Arcus dei, incarnatio. 120.G
Ardor gehennæ extinguat in te ardorem luxuriæ. 301.E
Argentum quibus sui proprietatibus desideratur. 395.M
Argentum, & aurum Petro, & Ioanni non erat. 238.D
Argentum reputatum est sœnum. 209.F
Argentum & aurum nec bona, nec mala: vsus tamen horum bonus, abusio mala, sollicitudo peior, quæstus turpior. 207.A
Argentum & aurum mundus retinet. 239.A
Argentum micat in luto, tollit illud non pauperior, sed fortior. 210.K
Argentum, & aurum nónne terra est rubra, & alba, quam solus hominum error facit. fol. 3.C
Argumentum superbiæ, priuatio est gratiæ. 173.H
Aristoteles alter, nouus in Francia theologus. 365.K
Aristotelis versutias, & Platonis argutias non intellexit Bernardus. 51.C
Aristotelis versutias inuersare, Platonem legere Petrus, & Paulus non docuerunt. 52.M
Arius hæreticus in magna Nicæna Synodo est damnatus. 368.C
Arium Alexander cum multis propulit. fol. 104.H
Arium instituit diabolus suis artibus. 403.A
Arma quatuor sunt, quibus principaliter communimur. 120.A
Arma consueta Bernardi, orationes & lacrymæ. 373.E
Arma

Arma felicia Christiani nominis accipienda. 382.D
Arma iustitiæ à dextris, & à sinistris quærenda. 254.I
Arma fidelium tria sunt. 114.I
Arma virtutis, quibus arma nequitiæ expugnantur, quæ sunt? 118.B
Arma nostra sunt pauperum preces. 379.B
Arma iniquitati miserorũ refugiũ datũ. 209.A
Armatur creatura ad vleiscendam sui iniuriã creatoris. 67.K
Armari non appetunt Christi milites. 9.C
Armineæ pelliceæ Christi. 402.F
Arnaldus de Brixia hæreticus suas nouitates catholicorũ doctrinæ, & fidei præfert. 364.M
Arnaldus de Brixia armiger Goliæ. Ibidem.
Arnaldus de Brixia hæreticus, homo est neque manducans, neque bibens, solo cum diabolo esuriens, & sitiens sanguinẽ animarũ. 368.E
Arnaldum hæreticum Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia nõ vult recipere. 368.G.H
Aromata congrua, mens, manus, lingua. 107.B
Aromata tria mentis nummo propriæ voluntatis emenda sunt. 41.C
Aromatica cella. 112.L
Aromata linguæ tria. 41.C
Aromata à tribus deuotis fœminis empta, quid significent. 140.F.G
Arrogans credit quod audit: laudat quod agit: & quod intendat, non attendit. 233.H
Arrogans de omni aliare plus sibi credit, quàm aliis. Ibidem.
Arrogantia sextus superbiæ gradus. 233.H
Arrogantiam quasi venenatas aspides fugere debemus. 269.C
Ars est artium, ars amoris. 372.H
Ars vbi deest, non desit correctio. 264.G
Ars nulla discitur absque magistro. 264.L
Ars diuini timoris, multos habet sectatores tepidos, languidos, & congelatos. 295.M
Ars maligni arte deludenda est. 90.E
Ars omnis huius sæculi strenuos habet amatores, & ad exequendũ prõptißimos. 295.M
Artium mechanicarum, imò & liberaliũ ignorantia damnabilis non est. 161.G.H
sine Artibus liberalibus quàm plurimi salui facti sunt. 161.H
Arufex latuit in opere. 395.B.391.K
Arsenius ab angelo edoctus. 410.G
Arces tres, quæ? 401.L
Ascendit in cœlos virgo gloriosa. 59.A
Ascensio gemina nobis ab Apostolo commendatur. 48.M
Asinus satuus, & immundus. 402.L
Asperitas designatur in Christi imitatione. fol. 173.M
Aspis prudens est, ne verbum mortis audiat, & moriatur. 308.B
Aspis aurem alteram terræ infigit, alteram cauda obturat, ne audiat incantatorem. 130.K
Aspidi virus in linguæ aculeo persenerat. 130.K
Assiduitas superat, quos voluptas superare non potuit. 308.H
per Assiduitatem sæpe peccat homo. 308.H
Assumptionis beatæ Mariæ festum ab ecclesia accepit Bernardus. 362.F
Assira non sunt munda in conspectu ait prophetа. 187.M.64.G.H
Astutia serpentis, blanditiæ mulieris, & viri mollities conspirauerunt aduersus Christum. 187.D.E
Astutus in negotiis secularibus neminem vellet sibi similem inueniri. 83.K
Asylum cubiculi. 397.L
Athleta nudus fortius dimicat, expedit nos esse nudos cum diabolo luctaturos. 35.F
Attentio habenda est in oratione, & psalmodia. 137.I.K.L.M
Auaritia super omne peccatũ inquinat animã. 397.I
Auaritia quatuor vitiorum rotis voluitur, & quibus? 163.I
Auaritia subuertere nititur misericordiã. 397.I
Auaritia dum ingerit superfluitates, vult necessitates resecare. 397.I
Auaritia domina non permittit sequi Christũ. 147.G
Auaritia non impugnat, nisi tepidißimos monachos. 266.H
Auaritia incurrat animam ad infima, & egena clementa. 397.I
Auaritia misericordiam impugnat. 397.H
Auaritia, est idolorum seruitus. 239.B
Auaritia, est spiritualis nequitia. 397.H
Auaritia regnat in clero. 203.M
Auaritia putatur parcitas. 236.C
Auaritia insatiabilis, & ambitio semper infinita. 337.G
Auaritia, est mater simoniæ. 335.G
Auaritia ecclesiasticorum quanta. 337.E.F
Auaritia nõ defigat radices in corde tuo. 305.C
Auaritia, & cupiditas sorores sunt, superbia verò est mater earum. 305.C
Auaritia sicut mergit hominem in infernum, ita largitas eleemosynæ leuat ad cœlum. 305.C
Auaritia, & appetitus laudis sibi inuicem aduersantur, quòd hæc congregat, hic dispergit. 238.A
Auaritiæ currus duobus equis trahitur, tenacitate, & rapacitate 163.I
Auaritiæ currui vnus auriga præest, nempe habendi ardor. Ibidem.
Auaritiæ auriga flagris vtitur acerrimis, & quibus. Ibidem.
Auaritiam expelle à corde tuo. 305.C
Auaritiam quisectatur, domum suam conturbat. 305.B.C
Auaritiam qui ex calumnia proiicit, canõ optimus, non à conscientia tantum. 212.C
Auarus quanto plus acquirit, tantò plus concupiscit, sicut hydropicus quantò plus bibit, tantò plus sitit. 305.C
Auarus animam suam venalem habet. Ibid.
Auarus homo similis est inferno, sicut infernus nunquam dicit satis, ita auarus nunquam satiatur pecuniis. Ibidem.
Auarus mutat quadrata rotundis. 202.C
Auarus non implebitur pecunijs. 305.C
Auarus nimis est, cui non sufficit Christus. fol. 316.K.L
Auarus conformatur crumenæ sue, vt seruus dominæ suæ. 147.G
Auarus desiderio pecuniæ cruciatur. 102.I
Auarus nimis est ille, cui non sufficit dominus. 305.G
Auarus auarum non erubescit. 206.A
Auarus quis nimis esse videtur? 285.A
Auarum genus, & ambitiosum, filij Adã. 3.B
Auarum apud inferos spoliauit Christus. 6.D
Auctorem deum quod habet, & de cœlo ducit originem, vt ecclesiæ potestas, non est parui pẽdendum. 210.A
Auctoritas multiplex præceptorũ à tur Moysi. 394.B
Auctoritas summa à summo Pontifice superuenit. 338.I
Auctoritas summi Pontificis, & dignitas. 207.G
Auctoritas diuina quod sanxit, humana studeat adimplere voluntas. 376.B
Auctoritas diuina, & humana inuicem se fouere, & defendere debent. 376.B
Auctoritas diuina, & humana institutis iungi debent. Ibidem.
Auctoritas Papæ Romani. 325.H
Auctoritas, & zelus Romanæ ecclesiæ stat super populum dei pro Hur, & Aarõ. ad ipsam meritò referimus non quæstiones, sed lectiones fidei, & iniurias Christi. 364.H
Auctoritas apostolica. 325.H
Auctoritas ingens, & nutans stabilitas, est res monstruosa. 207.E.F
Auctoritas sedis apostolicæ de conceptione virginis Mariæ erat consulenda. 362.L
Auctoritas episcoporum in Clericos. 210.C
Auctoritas Romani Pontificis. 328.L
Auctoritas episcopalis quando vilescit. 363.E
Auctoritati maiorum cede, dece dignæ seruitia maioribus. 300.A
Auctoritate scripturarum malè cogitare, malè dicere, & malè facere prohibemur. 117.G
Audacia valde puniendã. 193.E
Audaciæ magnæ est cædere, aut excommunicare quemquam abbate absente. 383.F
Audiunt martyres clamorem puerorum hic vientium: nota. 345.E
Audiunt martyres libenter bona de nobis. 10.E
Audiebat Christus non loquentes, videbat non apparentes. 337.B
Audire tutius est, quàm dicere. 386.B
Audire, & audiri quomodo decet. 410.L
Audiri si pudet, non pudeat emendari. 236.G
Audientes, & detrahentes pari reatu tenentur. 303.H
Auditum non est à sæculo, vt esset aliqua mater simul & virgo. 5.A
Auditorium spirituale, & schola Christi. 51.G
Auditus solus habet verum, qui percipit verbũ. 154.M
Auditus gradus est ad visum. 164.G
Auditũ ad lectionẽ quod à modo pertinet. 268.F
Auditui instruendo danda potius opera, quàm visui exercendo. 164.F
Auditum non præbeas suspirantibus. 303.H
Auditum secretum quærit, consiliũ secretũ. 353.D
non Auferas vni, vnde tribuas alteri. 257.A
Augurio, & somnia si obseruaueris, citò decipieris. 310.M
Augurio, & somnia cõtemne in omni vita tua. 310.M.311.A
Augurio, mẽdacia, & somnia deceptoria, vtraque vana sunt. 310.M
Augustinus validißimus hæreticorũ malleus. 193.C
Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Hilarius sancti doctores martyrib⁹ successerũt. 402.M
B. Augustinus quid de continentia, & cœlibatus, & virginitatis voto senserit. 220.D
Augustinus, & Ambrosius duę columnæ. 343.H
Augustinus Manichæum, multosque alios propulit. 104.H
Augustinus à beato Gregorio destinatus est formam fidei tradere Anglis. 201.I
Augustini institutiones. 337.H
Auis in terra vara, quæ. 405.I
Aula Christi stabulum. 18.G

tt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auriga virtutum, discretio. 167.I
Auris prima mortis ianua, prima apperiatur & vitæ. 154.I
Auris ad obediendum præparari debet. Ibid.
Auris audit, & intentionem cordis inflectit. 251.K
Aurem tuam ne præbeas murmurationibus. fo. 299.C
Aures citius aperimus verbis otiosis, & vanis, quàm sanctis. 261.D
Aurora finis est noctis, & initium lucis. 112.E
Aurora semper noctem sequitur. 407.I
Aurum hactenus quando Roma refudit? 209.F
Aurum quid facit in freno, dicite Pontifices? 335.K
Aurum, & argentum Petro, & Ioanni non erat. 238.D
Aurum in fœno nũquid repellit frigus, siue fœtorem pauperis. 335.K
Aurum, & argentum nonne terræ est vmbra, & alba, quam solum hominum error facit. 3.C
Aurum, & argentum mundus retinet. 239.A
Aurum inter diuitias seculi videtur excellere. 19.G
Aurum & argentum nec bona sunt, nec mala: vsus tamen bonus, abusio mala. 207.A
Auro non priùs hominum corda satiabuntur, quàm aura corpora satientur. 203.B
Auro sapientia in scripturis designatur. fol. 395.M
præ Auro Hispaniæ populi salus viluit. 208.I
Austeritas, sobrietas creditur. 236.C
Austeritas quid designat? 310.I
Auster, qui ventus est calidus signat Spiritum sanctum. 324.F
Austri calor, & lenitas in sacra scriptura bonã solet habere significationem. 110.K
Ausum impunitas pariter, ausus excessum. 212.B
Auxilium nullum efficacius, aut vtilius, quàm vt ores deuotè pro fratre tuo. 2.L
Auxilium ab angelo, pietatem à Deo postulemus. 91.C
Auxilium nullum vtilius, aut efficacius, quàm reddaeducere culpas fratris. 2.L
Auxilium quærendum est à sanctis angelis. 91.C
Auxilium de cœlo venit. 18.C
Auxiliis viuentiũ mortuos fraudãt hæretici: & Sanctorum, qui decesserunt, suffragiis viuos spoliant. 182.B
Auxiliarius fortis saluator. 4.E

B

Babylon significat mundum, cuius amor cupiditas est. 323.I
Babylon, quoniam terra est, non potest sustinere vniuersos sermones Dei. 87.A
Babylon vult lætari, cum malefecerit. Ibidem.
Babylonis calix amarus. 37.F
Babylonis aquarum effusio, id est, confusio cogitationum, terram facit inanem, & vacuam. 109.A
Babylonis filij. 51.M
Babylonis onus, est radix malorum. 324.K
Babylonis cines epulantur splendidè. 397.L
de Babylonis medio fugite, & saluate animas vestras. 204.B.253.D
in Babylonis filio confusa sunt omnia. 128.N
Babylonem curauimus, & non est sanata. 41.C
Babylonica crudelitas, est Herodiana crudelitas. 19.F
Balaam pro maledictionibus cumulabat benedictiones. 338.M.339.A
Balsamum ex odore suo, arbor ex fructu cognoscitur. 354.K
Balsamum purissimum, & solidissimum vas requirit. 32.A
Balsami liquor quid sit, cuius que effectus. 166.D
Banaa, & Rechab, qui occiderunt Hisboseth in strato suo: quid hoc significat? 120.B
Baptisma secundum vocatur professio vitæ solitariæ. 220.E.F
Baptisma Christi descendunt angeli. 394.D
Baptismatis lauacrum credentes lauat à peccatis. 312.K
Baptismatis sacramentum significatur per aquã ex latere Christi manantem. 289.K
Baptismatis dignitas, est Ioannis Bapt. honor septimus. 394.D
Baptismate Christi incipit nouæ regenerationis purgatio. 394.E
Baptismate Christi lex terminatur. Ibidem
in Baptismate abrenunciamus diabolo. 89.E
in Baptismate Christi relucet Trinitatis nomen, prioribus seculis obuelatum. 394.G
in Baptismate renascimur in gratia. 17.H
in Baptismate schola prima. 89.E
pro Baptismate apud deum pœnitentium lachrimæ reputantur. 297.C
Baptismus, initium sacramẽtorũ omnium. 34.M
Baptismus an etiam pueris ad salutem extreme necessarius sit? 343.F.G
Baptismus, est vnum, ipsumque præcipuum ex præceptis. 343.K.L
Baptismus sine vllo propriæ voluntatis vsu infantibus sufficit ad salutem. 16.E
Baptismus vnicus, & quotidianus. 45.E
Baptismus lachrymarum. 40.F
Baptismus aliquis est in compunctione cordis, & lachrymarum assiduitate. 45.E
Baptismus quotuplex. 342.M
Baptismi gratiæ sacramentum prius erat circũcisio. 34.M
Baptismus in nobis delet originale peccatum. 278.D
Baptismi aqua lauit, quos culpa inquinauerat aliena. 22.H
Baptismi gratia negatur paruulis Christianorum. 375.B
Baptismi gratia exprimitur gemino maris obsequio, & quomodo hoc? 163.C
Baptismi tempus ex quo cœperit. 343.D
Baptismi, & circumcisionis sacramentum cur susceperit Christus. 19.L
Baptismi gratia, est purgatio delictorum. 34.M
Baptismi trina mersio quid designat. 34.M
Baptismi sacramentum iterari non licet. fol. 45.E
absque Baptismi perceptione si moriuntur infantes, salutem habere non possunt. 343.L
ad Baptismum Ioannis venit Christus in die Epiphaniæ. 18.H
ad Baptismum nudi accedimus, vt nudi & sine impedimento perueniamus ad cœlum. 305.G
post Baptismum cupiditatis fomes relinquitur. 34.M
præter Baptismum contra originale peccatum multa remedia antiquis fuerunt. 343.D
post Baptismum, quid vitam inquinamus, baptizemus in lachrymis cõscientiã nostrã. 297.G
post Baptismũ, nullum aliud nobis cõstitutum est remedium, quàm confessionis refugium. 256.D
Baptismo paruulorũ hæreticus detrahit, paruulos non sinens venire. 32.F
Baptismo suo Christus aquas lauit. 18.I
Baptismo lauamur, quia deletur chirographum damnationis nostræ. 35.A
Baptismo exuimus tunicam veterem. 22.G.H
Baptismo substituto, cætera quæ antiquitus originale peccatum expiabãt, sublata sunt. 343.D
Baptismo qui lotus est, totus est mundus. 313.A
in Baptismo per exteriorem puerorum ablutionẽ figuratur interior animæ ablutio. 268.A
in Baptismo complantamur similitudini mortis saluatoris. 34.M
sine Baptismo fidem solam interdum ad salutem suffecere. 343.I
Baptista oritur in gaudio ex vtero, cæteri hominesin tristitia. 393.K
Baptistæ exemplum. 393.D.E
Baptista in natiuitate sua mundo lætitiam refudit. 393.K
Baptista ille magnus domini corrigiam soluere non potuit. 390.L
Baptistæ primus honor, est gloria in annunciatione. 393.D
Baptizantur infantes per fidem alienam. 343.L
Baptizabor pro mortuo vberrimo quodam profluuio lachrymarum. 129.L
Baptizari necessariò an oporteat. 342.M
Baptizati infantes videntur ab hæretitis. fo. 182.A
Baptizandi officium dominus multis concessit, potestatem verò remittendi peccata in baptizando sibi soli retinuit. 267.C
qui Baptizandi sunt Spiritu lenitatis & mãsuetudinis, ecclesia solet eos vngere etiam corporaliter oleo materiali. 166.D
Baptizatus Christus nõ se in aquis, sed aquas in se sanctificauit, vt per eas sanctificaret nos. fol. 36.F
Baptizatus à mortuo, & iterum tãgit eum nihil proficit lauatio eius. 10.M
Baptizatus est Christus die Epiphaniæ. 19.D.E
Baptizati paruuli salutem consequuntur fide ecclesiæ. 282.C
Baptizatos fuisse apostolos ibi innuitur, sed non legimus vbi. 313.A.B
Barba Aaron quid signet? 291.B
Bartholomæus apostolus decoriatus. 104.G
Basilicæ sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, & sine sacerdotes sine debita reuerentia sunt, & sine Christo deinde Christiani. 375.B
Basiliscus si nõ esset vnquam, per inuidiam mors non intrasset in orbem terrarum. 130.L
Basiliscus venenum in oculo gerit. 130.K.L
Basiliscus solo visu hominem inficere, & interficere perhibetur. 131.G
Bases in templo, prælatos in ecclesia designant. 299.E
in Basibus cur leones, & boues simul exprimuntur. 299.F
Beatus homo, qui se potest cognoscere. 254.H
Beatus manducat panem verum in regno cœlorum. 405.K
Beatus vere solus, cui non imputauit dominus peccatum. 150.A
Beatus populus, cuius est dominus Deus eius. 2.H
Beatus vir, cui donatum est timorem domini habere. 295.A
Beatus plane, qui suum incolatum agnouit, & deplorat. 28.G
Beatus ex intellectu vixit. 332.D
Beatus, qui præoccupat vocem petituri. 58.A
Beatus homo, qui inuenit sapientiam & moratur in ea. 90.L
Beatus quis? 171.I
Beatus, apud quem mansionem facit dominus Iesus. 28.A
Beatus, in quo sapientia ædificat sibi domum. 2.I
Beatus deus, beatus dei filius. 230.H
Beatus haurit iam in gaudio de fontibus saluatoris. 332.D
Beatus homo, qui semper est pauidus. fol. 330.G
Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos Babylonis ad petram. 53.I
Beatus, qui diuinas scripturas legẽs, verba vertit in opera. 264.K
Beatus erit homo, in cuius conscientia peccatum inuentum non fuerit. 249.M
Beatus, qui rectè credit, & rectè credendo bene viuit, & bene viuendo fidem rectam custodit. 294.E
Beatus homo, qui se poterit cognoscere & despicere. 260.I
Beati, qui pristinum intelligẽtes errorem, crebris lauant lachrymis lectum suum. 53.H.I
Beati pauperes, non rebus, sed spiritu. 350.E
Beati sunt amore, qui deum amant. 195.D
Beati, qui docti, & memores sunt mandatorum dei, sed ad faciendum ea. 81.A
si Beati sunt, qui in domino moriuntur, num multo magis, qui pro domino moriuntur? 197.I
Beati, qui futura sapiunt. 53.H
Beati dulcedine amoris, & suauitate contemplationis. 250.B
Beati, qui nouissima prouident. 53.H
Beati spiritus visione satiantur. 118.I
Beati, in quibus Iesus regnabit in æternum per gloriam, quia ipsi cum eo regnabunt. 8.C
Beati, qui etiam nunc de iustitia lætantur in cõscientiis suis. 20.A
Beatum, vel miserum vita, sensus, vel appetitus perse faciunt. 215.L
Beata anima, quæ sedes est sapientiæ. 2.K
Beata est anima, quæ in pace firmata est. fol. 260.B
Beata mens, quam sibi totam vendicauit sapor boni, & odium mali. 196.I
Beata anima, quæ in via peccatorum non stetit. 393.H
Beata mens, quæ se induit castimoniæ decus. 196.L
Beata visio, ad quam suspirabat, qui ait: exquisiui te facies mea, faciem tuam domine requiram. 214.L
in Beatè viuere, qui summus est gradus solus stat beatus, solus potens rex regum. 193.H
Beatorum aduocatio. 119.E
Beatitudo animæ. 402.I
Beatitudo electos lætificat, ignis peccatores exurit. 311.C
Beatitudo summa, est summum bonum diligere. 295.F
Beatitudo perfecta Iesus. 20.M
Beatitudo nostra tota, est deum timere. 70.H
Beatitudo perfecta, est patrem, & filium cum spiritu sancto cognoscere. 249.A.B
Beatitudo pauperum diuinitus cõmendata, prædicata, credita hominibus. 67.H
Beatitudo pastorum est persecutio. 204.D
Beatitudo animarum sanctarum in cœlis nondum impleta est. 401.A
Beatitudo in vita æterna corporis, & animæ erit perfecta, & plena. 28.B
Beatitudinis effectus, est exercitium veræ virtutis. 28.A
Beatitudinis æternæ præclara descriptio. 252.C
Beatitudinis perfectionem desiderant martyres. 10.E
ad Beatitudinem æternam nemo venire potest, nisi per fidem. 294.E
ad Beatitudinem vt aspiremus, sanctorum suffragia sunt nobis desideranda. 71.C
Beatitudinũ sunt diuisiones, non cœlorũ. 153.G
in Beatitudinum numero prius misericordes, quàm mundicordes ponuntur. 230.D
Beelzebub magister vermium, qui Euam virginem supplantauit. 284.B
Bellum approbatur crebra veterum attestatione. 198.B
Bellum non ciuile, sed domesticum homini in terra. 70.M
Bellum in paganos, & gentes, quæ nos conturbant, suscipiendum. 198.A
Bellum geritur intestinum, dum voluntati repugnat ratio. 397.B
Bellum vitiis, siue dæmonibus virtute indicitur. 197.I
Belli victoria non in multitudine exercitus, sed de cœlo fortitudo est. 198.E
Bella cum exterius anima patitur pax interius non turbatur. 260.B
Bella gentes volentes, dissipentur, & abscindãtur, qui nos conturbant. 198.A
ad Bella pacifici milites templi procedunt veri Israelitæ. 198.E
Benedictus abbas tantæ fuit pietatis, vt non solum præsentibus profuerit, sed & pro futuris solicitus fuerit. 29.D
Benedictus abbas dilectus deo, & hominibus. 19.E
Benedictus abbas vsque hodie triplici fructu pascit domini gregem, pascit vita, pascit doctrina, pascit intercessione. 28.E
Benedictus abbas beatus, fuit arbor grandis, & fructifera. 28.M
Benedictus, pium Christi inmentum. Ibidem.
Benedictus beatus abbas spinarum aculeis se iniecit. 29.C
B.Benedictus legem qua reditur ad veritatem per.12. gradus disponit. 230.A
Benedictus abbas magister, & legifer. 28.L
Benedictus beatus abbas valde potẽs est in cœlis, qui tam magnus, & potens extitit in terris. 29.D
Benedicti sancti abbatis laus. 28.L
S.Benedicti obseruantiæ. 327.H
Benedicti abbatis natalis celebratur. 28.L
Benedicti sancti abbatis iustitia instruit nos, & dirigit gressus nostros in viam pacis. 29.D
Benedicti abbatis sanctitatẽ miracula probant, doctrina pietatem, vita iustitiam. 29.C.D
Benedicti abbatis vitæ iustitia omnino roborat, & animat nos. 29.D
S.Benedicti regula. 328.L
Benedictio domini super caput iusti. 405.E
Benedictio nobis necessaria triplex. 109.L
Benedictionem nouam noua accipit mater. 30.M
Benedictionem expectemus in fine, quando implebit omne animal benedictione. 81.B
Beneficentia consummat iustitiam, innocẽtia incheat. 106.F
Beneficium vt verè sit, oportet esse gratuitum. 363.L
Beneficia ne minima quidẽ obliuisci oportet 35.H
Beneficiorum onus, onus dulce. 131.L
Beneficus non est, qui non sit benevolus. 363.L
Beneuolentia, fructus est beneficij. 363.L
Beneuolus non est, qui non sit beneficus. fol. Ibidem.
Beniamin adolescentulus, quis? 273.C
Beniamin peccauit, accinguntur reliquæ tribus ad vltionem, nec sine nutu dei. 206.E
Benignitas dei iam latere non potest, vbi innotescit humanitas. 18.C
Benignitas saluatoris nostri latebat prius, quàm appareret humanitas. Ibidem.
Benignitas saluatoris nostri apparuit in humanitate. 14.A
Benignitas saluatoris nostri apparuit. 18.B
Bernardus ad concilium properat. 357.F.H
D.Bernardus non intellexit Platonis argutias, & Aristotelis versutias. 51.C
Bernardus multas fecit abbatias. 383.C
Bernardus abbas de grandi silua. 375.E
Bernardus annuit se à lignis, & lapidibus ea edoctum fuisse, quæ à magistris audire non potuit. 351.D
Bernardus dubitat, an Maria mater dei concepta fuerit immunis omnis peccati: nam tunc nõdum ecclesia de hoc determinarat. 362.K.L
Bernardus quæstionem de Mariæ cõceptione ad Romanæ ecclesiæ examen remittit. 362.M
Bernardus ad illaqueandas vulpeculas, domini vineam demolientes, texit retia. 180.C
Bernardus ait, monachi officium esse, non docere, sed lugere. 180.C
Bernardi deuota contemplatio ad virginem. 7.E
Bernardi retractatio de gradibus humilitatis. 229.I.& sequent.
B.Bernardi doctrina. 408.L
Bersabee figurat sanctam ecclesiam. 113.E
Bersabee, idem est, quod puteus septimus, cur. 113.D
Bestia crudelis quæ? 41.L
Bestia cruenta. 97.D.E
Bethania, castellum Mariæ, & Marthæ, locus obedientiæ. 200.D
Bethel montes domus dei sonat. 128.C
Bethel quicunque sunt, minimè eos tollit fides, sed colit. 188.C
Bethel, in domo dei sonat. 188.C
Bethleem fundauit altissimus. 9.I
Bethleem Iudæ non est ociosum in sacris euangeliis. Ibidem.
Bethleem ante omnia in refectione animarum sanctarum habet domum panis. 198.I
Bethleem Iudæ cuius rei admonet nos. 9.I
Bethleem minima in milibus Iudæ. Ibidem.
Bethleem beatam dicunt omnes generationes. Ibidem.
Bethleem præelecta fuit natiuitati Christi, Hierusalem passioni, Nazareth conceptioni. fol. 344.
Bethleem, vbi Christus paruulus, & pauper nascitur, bonæ vitæ est inchoatio. 21.A
in Bethleem primùm de cœlo descendit, & apparuit panis viuus, virgine pariente. fol. 198.I.K
à Bethleem an possit aliquid boni esse, non quærere est. 9.K
Bethleem nos esse oportet, cur, & quomodo. fol. 9.L
Bethleem magnificata est à domino. 9.I
Bethleem domus panis. 20.E
Bethleem ciuitas dei summi. 388.K

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Bethleem Christus pauperescit. 21.A.
in Bethleem qualiter vixit Christus. 21.A.B
Bethleem domus panis sonat. 13.G
Bethphage, domus buccæ interpretatur. fol. 200.B
Bethsabee si non impudicè, siue incautè se lauisset in salario, non in adulterium incidisset. 285.M
Bezeleel interpretatur vmbra Dei. 395.G
Bezeleel arcam testamenti condidit. Ibidem.
Bibimus agni Dei sanguinem. 17.H
Bibet Christus in regno suo, non tamen mandu-cabit. 186.M
Bibite post mortem, comedite ante mortē, inebriamini post resurrectionem. 228.C.D
Bibere multum, plerisque laus est, & nō inebriari, quos propheta increpat. 301.I
Bini & bini in processione eunt. 24.L
Blanda & periculosa laus, cum laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. 345.G
Blandimenta sperne. 326.L
Blasphemia in Spiritum sanctum est irremissibilis. 24.A
Blasphemia in Spiritum sanctum, est scienter delinquere. 24.A
Blasphemiæ, sunt muscæ morituræ. 34.D
Blasphemias Iudæorum Leo de tribu Iuda vicit in patibulo. 39.E
Blasphemant Deum in suis operibus tyranni, & raptores seculi. 404.E.F
Blasphema exprobratione mitissimus omnium non mouebatur. 39.H
Boetius quid de Deo sensit. 213.L
Bonitas attrahit, disciplina corripit, scientia pascit. 114.E
Bonitas amabilem, disciplina imitabilem, scientia docilem reddit. 114.E
Bonitas administrat lac consolationis. 22.A
Bonitas Dei describitur effectis. 21.I.K
Bonitas & bonus. 390.G
Bonus non est, qui melior esse non vult. fol. 348.M
Bonus finis, vita æterna, quæ finem non habet. 132.L
Bonus non est, qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. 300.G
Bonus nemo plus quàm oportet potest. fol. 348.L
Bonus non potest non esse, qui bonis placet. 376.M
Bonus esse desinis, cum incipis nolle fieri melior. 348.M
Bonus & bonitas. 390.G
Boni quisque quid fecerit cognoscere non cupimus: sed quid mali gesserit perscrutamur. 307.F
Bonum omnes, cum vident, mirantur, imitantur. 354.B
Bonum summum vbi est, ibi est summa felicitas, summa iucunditas 249.M
Bonum grande, & generale bonū mundo, quod? 209.C
Bonum quod facis, propter misericordiam fac, non propter vanam gloriam. 298.G
Bonum magnum est, Deum quærere. 195.G
Bonum in casſum agitur, si ante terminum vitæ deseratur. 300.B
Bonum vt velimus, gratia Dei nos præuenit, comitatur nos, vt bonum incipiamus. 294.I
Bonum non est in me, id est, in carne mea. 3.L.M
Bonum nihil est sine summo bono. 84.K
Bonum est saluare multos: excedere autem, & cū verbo esse, multò iucundius. 197.A
Bonum summum quod nam est? 12.L
Bonum nullum, nisi fuerit spontaneum. 341.I
Bonū velle à Deo datur nobis, incipere, & perficere. 294.I
Bonum totum hominis, amare creatorem suum. 250.A
Bonum ignorando anima est cæca. 196.B
Bonum vinum vnde conficiatur. 92.E
de Bono ne facias malum. 309.H
Boni appellantur à malis, vt non faciant bona. 209.A
Boni prudentes, qui? 33.A
Boni simplices qui? Ibidem.
Boni vsus à regula non discordant. 220.A
Bona temporalia, si defuerint, à Deo petenda quidem, quando necessitas humana requirit. 95.F
Bonorum genera quatuor. 217.B
Bonorum causa in nobis duplex. 127.G
Bonorum cœlestium qualitatem inuestigare difficile, aut omnino impossibile. 128.D
Bonorum omnium origo, quæ. 410.G.H
Bonis operibus, benè insudat, qui ea, quæ benè inchoauit, consummat. 300.E
Bonis malum non adiungas. 294.F
de Bonis magnis mala oriri non minima solent. 195.G.H
Bonos curia Romana faciliùs recipere, quàm facere consuenit. 211.D
inter Bonos bonum esse, salutem habet, inter malos verò bonum esse etiam laudē habet. 333.D
Bona subtrahuntur quotidie, & mala crescunt. 249.D
Bona voluntas est Spiritus sancti. 245.A
Bona diuitum, diuitiæ sunt. 57.B
Bona coram Deo tribus modis prouidemus. 98.C
Bona multa pereunt per vnum malum. 301.M
Bona huius mūdi amata inquinat, amissa cruciant. 350.I
Bona duo sunt huius temporis, bona corporis, & animæ, tertium verò beatitudo vitæ æternæ. 28.B
Bona etiam coram hominibus prouidere oportet. 377.B
Bona corporis à Deo quærenda. 28.B
Bona multa per gratiam Dei possumus operari. 294.I
Bona septem corporis. 57.A.B
Bona magna quando mortalibus proueniunt, tunc proueniunt mala. 378.L
Bona terrena qui affectat, cœlestia non sperat. 389.D
Bona bonis Deus facit per malos. 136.B
Bona immoderato vsu noxia efficiuntur. 309.H
Bona prouidere coram hominibus quot modis debemus? 120.E
Bona qui receperit in hac vita cruciabitur in futura. 202.H
Bona pauperum penuriæ suæ, quibus castigātur, ne per incontinentiam defluant. 57.B
Bona mentis in vsum expendimus vanitatis. 57.B
Bona mors, quæ vitam non aufert. 171.H
Bona coram hominibus prouidemus tribus modis. 98.C
Bona pauperum, sunt penuriæ suæ. 57.B
Bona multa vnum malum perdet. 291.F
Bos erat Paulus triturans in area Domini. fol. 242.F
Boues strenui in laboribus suis honestantur à Deo. 110.L
Botrus Cypri, destructio totius aduersariæ potestatis. 35.K
Botrus cū ceteris Patriarchis, Prophetis, aliisque iustis optabilis Christus. 292.F
Botrus Cypri dilectus meus mihi. 35.K
Botrus Cypri abundantia gaudiorum. Ibidem.
Botrus Cypri, Christus est secūdum deitatem, fasciculus myrrhæ, Christus in passione. Ibidē.
Botrus Cypri, Christus in resurrectione. Ibid.
Branium nostrum quod? 84.E
Branium Christus est. 378.F
Branium sola perseuerātia accipiet, sola coronabitur. 410.H
Breuitas eorum, quæ mundus dat, & breuitatis finis incertus. 202.C
Bruta non puniūtur, quia ratione carēt. 163.K.L
Bubulcus habere debet duo. 118.K
Burdini temeritas. 371.A
Butyrum quid significat. 2.C
Butyrum pingue, & humidum. 2.C
Butyrum, & mel comedet, quid significet vtrumque 2.C

C

CAchinatio iucunditas putatur. 236.C
Cadere potest homo suo sine alieno impulsu. 196.D
Caduca, vana, & prope nulla, non erubescit peccator insanus præferre æterni Patris amori, & honori. 143.H
Cæcitas eruditione eget, & doctrina. 106.F
Cæcitas Pauli felix. 24.C
Cæcitatis nostræ causa, est veritatis contemptus. 332.C
Cæcus verè erat Paulus. 24.B
Cæculus oculus quis? 219.D
Cæcus quis non est per ignorantiam. 219.D
Cæsar, est princeps mundi, id est, Diabolus. 409.B
Cain omnino iustitia defuit. 239.D
Cain cōsolationem miseram obtinuit quam quærebat, & oblitus est consolationis maximæ. 242.M.243.A
Cain peccatum septimum fecit extra paradisum. 108.E
Cain, fratricida, primus natus est, & pollutus originalis peccati infamia. 393.K
Cain corpus si perimatur, grāde damnū, grādis iactura, quandoquidem anima periit. 242.M
Cain, & Iudas cur non fideliter confessi sunt? 79.C
Cain cur auersatus est Deus. 185.K
Calamum quassatum conterimus. 41.A.C
Calcaria ministrorum Christi plus nitent, quàm altaria. 403.H
Calcaria duo sunt, quibus vrget asinā propheta. 119.B
Calceamenta nostra habeamus densa. 390.L
Caleph verus quis? 406.L
Caliginis duæ sunt causæ, ira, & affectus. 208.B 166.H
Calix inebrians Christi, amor. 37.F
Calix Babylonis amarus. 327.D
Calix dæmoniorum superbia, inuidia, crapula, & ebrietas est. 327.C.D
Calicem Christi simul & calicem dæmonum non bibere potes. 118.L
Calices tres nobis propinat Christus. fol. 293.G
Calices fœcundi quem non fecere disertum. 211.C
Callidi viri, & dolosi proprium est humilitatem prætendere, cum aliquid obtinere voluerit. in Cal-

in Caluariæ loco verus Heliseus ab insensatis pueris irrisus, risum suis insinuauit æternum. 199.C
Calumniatores multi, defensor rarus. 205.M
Calnus noster ascendit crucem mundo pro mundo expositus. 199.C
Cameli pilus non est humanus vestitus, nec locusta cibus. 51.L
Campus oculos sanctorum angelorum habens. 336.L
Campi, & horti non similiter flores producunt. 168.C
Canales multos hodie habemus in ecclesia, concbas verò perpaucas. 245.A
Cancelli parietis, qui est caro Christi, qui fuerint. 174.B.C
Candelæ in manibus succensæ portantur in processione purificationis Mariæ virginis. 24.L
Candelabra in scripturis reperiuntur tria. fol. 119.C
Candida est virtas, nigra sunt vitia. 185.I.
Candor vitæ æternæ nigrescat in carne, pro carne purganda. 154.F
Candor vitæ æternæ est sapientia. 151.F
Canes mordentes sunt, qui dicunt malum, bonū esse. 383.D
Canes sunt, qui irreuerēter ad Eucharistiam accedunt. 392.A
Canes illic vocantur hæretici. 112.B
Canō optimus, qui proiicit auaritiam ex calumnia, non à conscientia tantùm. 212.C
Canonicus inuestitur per librum, abbas per baculum, episcopus per baculum, & annulum simul. 34.M
Canonici vota sunt specialia. 309.F
Canonicorum multi pro amore suorum parētum inuoluuntur terrenis curis. 296.C
Cānat adhuc diabolus in cordibus auditorum suorum canticum superbiæ. 284.H
Cantauit angelus periturus in cœlo cāticum superbiæ. 284.G
Cantauit mulier canticum dubitationis, dicens: ne comedamus, ne forte moriamur. 284.G
Cantandi vsus consolatur tristia corda. 306.G
Cantātium vox sit vna, & cum angelis dei verba laudis misceamus. 306.I
Canticum quod solis dabitur in regno dei cantare virginibus. 5.D
Canticum dulce in honorē Mariæ virginis quater in anno concinitur. 405.F
Canticum detractionis in paradiso est inchoatum. 284.K
Canticum Sion salices Babylonis minus oblectat. 125.E
ad Canticum mendacij prorupit diabolus, dicens: nequaquam moriemini. 284.G.H
Cantica fidelium quatuor sunt. 119.L
Cantica candida per omnem mundum cauenda sunt. 284.H
Cantica canticorum, cāticа graduum appellantur. 134.A
Cantus in ecclesia, hominum lætificat mētes, peccatores ad lamenta inuitat. 306.G
Capillos tondent milites templi. 198.D
Cappa Christus absconditus, quæ? 402.F
Capræ comparatur Christus ob acumen visus. 173.L.M
Capræ veritas, binnulo gratia confertur. 188.M
Capræ, ceruique camporum designant spiritus beatos. 171.K
Captiuitas nostra ab initio mundi protenditur. 25.H
Caput sequuntur membra. 15.I
Caput Christi deus. 22.L
Caput mens interior, quæ vngitur in reinnio. fol. 26.G
Capnt suum membra sequuntur. 26.B
Caput martyrum Iesus. 391.H
Caput nostrum tribus modis exaltat dominus. 117.F
Caput dei, & pedes, cur alis duorum Seraphim velari dicuntur. 75.F
Capitis dolor in membra redundat. 404.M
Capiti membrum si compatitur, non est magnum cum quo & glorificandum est. 26.B
Capita populi, sunt sacerdotes. 404.M
in Capitibus cum est languor, oboritur in cordibus mœror. 404.M
Capitium suæ verecundiæ omnes portant, quia omnes peccauerunt. 191.K
Capitulum durum sanctorum martyrum. fol. 408.M
ad Capitulum cum veneris, quid tibi dicēdum. 408.M
Carbo desolatorius, Christus dominus. 175.C
Carbones mortui, quid. 395.K.L
Carbones thuribuli, sunt operæ Christi. 395.K
in Carcere tres olim fuisse legimus, tres in cruce. 242.H
ad Cardinalem Romanæ ecclesiæ epistolæ duæ. 332.A
in Cardinalem Iordanum, qui circūquaque circumiens vsque Rothomagum repleuit non euangelio, sed sacrilegio. 382.G
Carentia ratione, nihil merentur. 193.K.L
Caro nihil potest sapere, præter se. 228.K.L
Caro suis tyronibus elargitur momentaneam voluptatem. 117.D
Caro Christi, est eius vmbra. 169.B
Caro Christi in mysterio manducatur. Ibidem.
Caro vera Christi est sacramentum altaris, & verus sanguis. 302.M
Caro & sanguis redemptoris nostri quibus efficitur salus, & vita? 264.D
Caro domini verè est cibus super omnia, & cibus vitæ, panis de cœlo vivus. 33.E
Caro filij dei, est verè cibus. 67.D
Caro Christi, verè est cibus, & sanguis eius, verè est potus. 387.H.I
Caro sine peccato. 22.L
Caro Christi inde sumpta est, vnde orta virgo. 214.F
Caro & verbum. 390.G
Caro eadem nobis vsque hodie exhibetur. 75.H
Caro mea floruit. 225.L
Caro requiescit in spe. 242.I
Caro nostra de luto est. 251.M
Caro nostra non talis, qualis erat caro Adam ante culpam. 18.C
Caro partes est: & verbi incarnatio, est appropiatio sponsi. 174.B
Caro in omne vitium procliuis. 249.G
Caro, non anima saginatur frixuris. 326.A
Caro nihil aliud est, nisi spuma carofacta, fragili vestita decore. 249.G
Caro, & sanguis, vas luteum. 227.I
Caro infirma, sed ossa sunt fortia. 404.I
Caro nihil valet sapere præter se. 331.E
Caro est de peccato nata, & in peccato nutrita. 252.A
Caro, bonus planè fidusque spiritui bono comes. 228.A
Caro suggerit mollia. 251.M
Caro omnis fœnum. 17.F
Caro in homine compacta, anima inspirata. fol. 14.H
Caro debet obsequium. 405.A
Caro castiganda, & subiicienda seruituti. 19.G
Caro, & sanguis regnum dei non possidebunt. 331.F.228.M
Caro est misera. 3.C
Carnis vitam hostiam immolant sacerdotes. 119.F
Carnis integritatem honora, vitæ sanctitatem. 362.F
Carnis Christi edendę, & bibendi eiusdem sanguinis sacramentum quid significat? 29.I
Carnis Christi vera nobis adest substātia in sacramento. 75.H
Carnis veritatem assumpsit Christus, sed peccati similitudinem. 146.D
Carnis sapientia voluptuosa est, non pudica. fol. 14.D
Carnis curam ne feceritis in desideriis. 290.B
Carnis prudentia inimica est deo. 15.C
Carnis curam perficientes, quid non sapiunt? fol. 12.I.K
Carnis tantò aliquid est, quantò rarius. 353.E
Carnis conuersio ad spiritum fieri debet. 94.E
Carnis deliciæ damnandæ. 2.H
Carnis suæ desideriis qui non resistit, tandem praua consuetudine illigatur. 257.M
Carnis fructus, est libido, cōcupiscentia, inuidia, infirmitas. 84.I
Carnis sapientia, est mors, quæ cruciat in æternū. 169.C
Carnis nostræ vitiis seruire nobis familiare magis, quàm actiones, & passiones eius ordinare. 34.I
Carnis afflictio, & mundi contemptus, sunt duæ orationis alæ. 19.H
Carnis maceratio ieiuniis, & vigiliis attenuanda est. 79.C
Carnis necessitatibus qui occupatur, minus deū amare conuincitur. 220.M
Canis putridus tolerabilius fœtet hominibus quàm anima deo peccatrix. 262.A
Carnis prudentia in fouea vulpis. 240.G
Carnis substantia nunquam deficiet in inferno. 201.D
Carnis vitia non amabis, si scripturarum scientiam amaueris. 410.L
Carnis sapientia mors. 7.F
Carnis prudentia mortem operatur. 29.I
Carnis gloria, gloria mundi. 146.K
Carnis delectatio per laborem vincitur. 306.D
Carnis voluptatem sobrietas impugnat. 241.E
Carnis prudentia mors est ipsa. 15.C
ob Carnis speciem multi perierunt. 264.D
Carnis maceratio cur occultè facienda. 79.C
Carnis maceratio cur discretè faciendæ Ibid.
Carnis rugosæ infirma non sentit spiritus promptus. 378.C
Carnis delectatio, super omnia mala. 256.A
Carnis necessitas, est quædam loquela. 227.H
Carnis vltima mundicia. 106.I
Carnis sapientia inimica est deo. C.
Carnis maceratio, est quintus confessionis gradus. 399.E
per Carnis immunditiam templum dei violatur. 301.A
Carnis nomine vitium designatur. 161.B
Carni nihil vtilius potest quàm animæ salus prouidvi. 240.I
Carni non est parcendum, si spiritus sancti fieri volumus templum. 317.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carni, mundo, diabolo, & Deo in hac vita deseruimus. 117.D
Carni militamus, gulæ illecebris seruiendo, luxuriæ stimulis obsequendo. Ibidem
Carnem suam in cibum, & sanguinem in potū, animam in precium ministrauit bonus minister Christus. 172.K
Carnem agni Paschalis nisi manducauero, non habebo vitam æternam. 367.H
Carnem Christi manducare, & sanguinem eius bibere, quis non potest? 302.K
Carnem suam Christus in cibum dedit, animam suam in precium. 158.C
Carnem assumpsit filius Dei, non commixtionem passus, neque diminutionem, nec ante carnē, nec post carnem. 34.H
Carnem purissimam, & animam sanctissimam vnierat sibi filius Dei, liberè moderabatur actiones corporis sui. 34.H
Carnem verbum induit, vt iumenta manducarent panem angelorum. 391.I
Carnem Christi in virgine creatā ex nihilo, existimauerunt nonnulli. 31.E
Carnem si sequeris, punieris in carne. 249.K
Carnem suam verberasse multi visi sunt, pœnitentes. 399.F
Carnem peccati, corpus mortis gesto. 337.C
Carnem suam sapiens odio non habet. 325.G
Carnem nostram firmam faciamus. 390 L
Carnem diabolus cruciauit in martyribus. fol. 405.A
Carnem suam nemo odio habuit. 17.K
Carnem suam odit, qui diligit iniquitatem. 201.B
Carnem domare, & mundum calcare oportet. 241.B
Carne Christi pascimur, vt viuamus: Caro enim Christi verè est cibus. 158.B.C
Carne Christi pascimur nos, nondū digni in cœlum rapi, mysteria veneramur. 169.D
Carne filij sui nos pascit Deus. 67.D
in Carne prudēter Christus abscondet laqueum diabolo. 146.D.E
in Carne cruciabuntur miseri per ignem, in spiritu conscientiæ per vermem. 249.L
in Carne, & per carnem potenter, & patenter operatus est mira Deus. 136.E
Carne viuens, mortuus est spiritu. 86.F
Carne nullus potest esse vicinior hostis. fol. 10.A
Carne si delectaris, cruciaberis in carne. fol. 249.K
in Carne cœlibem agere vitam arduum. 7.G
à Carne sua qui superatur, eo nihil imbecillius. 310.F
in Carne debes mori mundo, ne moriaris in anima Christo. 311.A
in Carne nostræ sunt spinæ. 168.K
in Carne donec anima est, inter spinas versatur. 168.H
Carnibus Helias, & Ioannes non sunt vsi. 290.D
Carnalis cogitatio quæ sit? 94.G
Carnalis vita amore carnali excluditur, et mūdus vincitur. 146.L
Carnalis somnus, & brutus, & Lethæus abominandus est seruo Dei. 244.M
Carnalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei, sed stultitia illi videntur. 242.K
Carnalis omnis necessitudo est defutura. 228.L
Carnale vulnus, vulnus spirituale ostendit. 278.A
Carnales sumus & de carnis cōcupiscentia nascimur. 228.K
Carnales motus contemplatione consumuntur. 268.A
Carnalia desideria sunt peccati pœna. fol. 108.I
Si Carnalia desideria deseris, multum relinquis. 296.F
Cartusienses turbati sunt. 380.B
Caseus quid significat. 2.C
Caseus aridus, & durus. 2.C
Caseus stomachum granat, ait hippocrates. fol. 157.D
Castellum bonum custodit, qui corpus suum custodit. 110.F 59.G
Castellum cur Hierusalem ciuitas dessectiuè vocata. 391.F
Castellum, in quod dominus intrauit quod sit. 61 F
Castigat homines Deus in hac vita trib⁹ modis. 304.
Castigatio linguæ plus apud prudentem proficit quam centum plagæ apud stultum. 299.E
Castigato debet esse moderata. 299.E
Castigatione indignus, qui censetur, amore dignus non est. 165.A
Castigantibus iniuria non respondenda. 299.H
Castitas corporis, est virtus laudabilis. fol. 282.E
Castitas virginalis melior est, quam fœcunditas coniugalis. 60.B
Castitas longa pro virginitate reputatur. 300.I
Castitas, est pulchritudo inuiolata sanctorum. 300.I
Castitas est securitas mentis, & sanitas corporis. 300.I
Castitas coniugalis bona est, sed melior est continentia vidualis. 300.K
Castitas per continentiam acquiritur. 108.A
Castitas sine charitate lampas est sine oleo, subtrahe oleum, lampas non lucet, tolle charitatem, castitas non placet. 336.A
Castitas inter ōnes virtutes flos meruit appellari. 282.K
Castitas sine charitate nec precium, nec meritum habet. 335.M.336.A
Castitas est pulchritudo animæ, & per hanc virtutem coæquatur homo meritis angelorum. fol. 301.C
Castitas sola in hoc mortalitatis loco statum quendam immortalitatis gloriæ repræsentat. 335.M
Castitas nisi aliarum virtutum ope fulciatur, facilè labitur. 265.M
Castitas nimio studio seruāda, quia semel amissa non reparanda est. 265.M
Castitas necessariam habet humilitatem qua cōseruetur. 265.M
Castitas vt vigeat in mente, caro macletur abstinentiæ falce. 317.D
Castitas iungit hominem cœlo. 300.L
Castitas perducit hominem ad regnum. fol. 300.L
Castitas in deliciis periclitatur. 204.B
Castitatis lilium fuit Ioannes. 282.E
Castitatis exemplum Ioannes Baptista. 344.K
Castitatis exemplum, turtur. 246.D
Castitatis fructus, est suauitas. 300.I
Castitatis effecta. 335.M
Castitati plurimum suffragatur verecundia, quę oculos custodit, itémque taciturnitas, quæ linguam retinet, obedientia, quæ mentem occupat corpusque iciuniis fatigat. 265.M
Castitatem non respexit dominus, sed humilitatē ancillæ suæ. 282.E
Castitatem non tam approbauit, quam imperauit Christus, dicens: Sint lumbi vestri precincti. 403.L
Castitatem Ioannis cum laudamus, non vituperamus coniugium Abrahæ. 282.K
Castitate quid decorius, quæ mundū de immundo conceptum semine, de hoste domesticū, angelum de homine facit? 335.M
Castus, & luxuriosus sibi repugnant. 397.A
Casta fœmina non quærit terrena dona, sed cœlestia. 309.A
Casti est, nec motus sentire, nec motibus cōsentire. 397.A
Casti, & virgines angelis Dei erunt æquales. 300.H 257.C
qui Casti esse per iustitiam nesciunt, esse innocentes per simplicitatem non possunt. 308.A
Castè viuentibus promittitur regnum cœlorum. 300.K
Castè viuentes templum Dei sunt, & spiritus sanctus habitat in eis. Ibidem.
Castè viuentes habebunt hæreditatem in cœlo. Ibidem.
Casta generatione nihil pulchrius. 11.H
Casta Dei quæ? 104.B
Casus sit nullus, quem non meditatio tua præueniat. 257.B
Casus sit nullus, qui te imparatum inueniat. Ibidem.
Cataclysmus, est pœna filiorum Adæ. 272.B
Cataplasma ex Dei, & homine confectum est; quod sanaret omnes infirmitates. 11.F
Catelli fumus domini. 66.E
Cathedra pestilentiæ quid? 109.E
Cathedra in ruinam multorum, est Romana sedes. 374.M
Cathedra non persona, sedes, non sedens attendendus est. 78.L
Cathedra episcopi, specula est. 206.M
Cathedra pestilentiæ quatuor pedibus subsistit, quibus? 109.E
Cathedræ vale dicere, impossibile est Pontifici. 205.B
Cathedram Petri occupat Bestia, quæ in Apocalypsi describitur. 355.D
Cathedras primas qui amant, caueant. fol. 241.I
Cathena perniciosa, soluenda potius, quàm rumpenda. 90.E
Catholicum virum quid facit? 404.F.G
Catholici multi sunt prædicando, qui hæretici sunt operando. 404.K
Catulus, quem nemo scit, nisi qui accipit. fol. 405.M
Cauete oculos basilisci. 131.G
Caules nutriunt melancholiam, ait Hippocrates. 357.D
Causa diligendi Deum, Deus est. 225.D
Cedar tabernacula vilissima. D.E
Cedar interpretatur tenebræ. 151K.
Cedrus in cruce Christi quid significat? fol. 292.H
Cellari diuini consilij sacramentum aliquandiu oportebat principi mundi. 6.C
Celebritas dedicationis tēpli dum agitur in tenebris, agitur & in cœlis. 83.E
Cella triplex. 112.L
Cella aromatica. Ibidem.
Cella vinaria, domus orationis. Ibidem.
Cella vinaria, domus illa, in qua erant discipuli pariter congregati, cum repleti sunt Spiritu sancto. 169.G
Cellæ tres, vna vinaria, altera aromatica, tertia vnguentaria. 149.C
Cellario⁹ moralis disciplinæ tria continentur, subesse, & coesse, præesse. 149.C
Cellaria Christi cogitanda sunt loca, odoramentis plena, referta deliciis. 148.L
Census solutio, seruitij signum est. 278.I
Centurio Christum dei filium, & hominem pronunciat. 16.C
Certat ille legitimè, qui in seruitio dei perseuerat sine fraude, & simulatione. 300.E
Ceruos pingues duos nouimus, prouerbiū Ethnicorum. 209.B
Chaldæi tres turmas fecerunt. 45.E
Chaldæorum episcopus felix, de quodam quasi paradiso translatus, frater factus est draconum, & socius structionum. 381.G
Chanaam semen, & non Iudæ. 31.I
Chaos magnum inter mortem, & vitam firmatum est. 30.K
Chaos magnum, & distantia multa nimis inter liberalitatem, & benignitatem dei, & auari diuitis. 67.C
Chaos magnum. 28.D
Charitas in Christo perfecta est, quod pro amicis animam posuit. 39.G
Charitas, quæ ociosa esse non potest, vbicunque est, se operibus ostendit, probatio dilectionis exhibitio est operis. 288.A
Charitas se ipsa negare non potest, nec in se diuisa est. 328.D
Charitas est radix omnium virtutum. 295.I
Charitas, est finis stadij nostri. 321.E
Charitas, fides spes, pura sunt bona. 328.H
Charitas quæ à seculo nos separat, ipsa nos cum deo coniungit. 304.H
Charitas virtutes omnes transcendit. 265.K
Charitas angelorum, & hominum mater. 326.E
Charitas sponsæ non quiescit. 148.L
Charitas, est æstas. 176.F
Charitas magnæ deliciæ, quæ foras mittit timorem. 405.K
Charitas præbet audaciam. 333.F
Charitas est affectio mentis, brachiis amoris Christum astringens. 315.G
Charitas amor immensus, cœlum, & terram cōplectens. 315.G
Charitas bonus cibus. 230.B
Charitas deum homini placans, hominem deo reconciliauit. 326.E
Charitas regina virtutum. 315.G
Charitas sola accendit ad salutem. 52.C
Est Charitas de corde puro, de conscientia bona, & de fide non ficta. 105.C
Charitas vbi ligat, corporum mors, vel absentia disiungere non poterit. 340.K
Charitas infert mortem, quæ sit à corde. 336.C
Charitas foras pellit timorem. 345.D
Charitas ecclesiæ magna quæ ne æmulæ quidem synagogæ suas delicias inuidet. 192.F
Charitas est contemptus mundi, & amor dei. 315.G
Charitas indissolubile vinculum, amoris, & pacis. 315.G
Charitas ordinata hæc est, vt deum ante omnia, & super omnia diligamus. 295.F
Charitas oportet omnes liget, & temperet in vnitatem corporis Christi. 169.K
Charitas, est lux, quæ non quærit, quæ sua sunt. 179.E
Charitas benigna etiam quos tolerat amat, & amat ardenter. 34.D.E
Charitas tibi denegat, quod tu petis ex charitate? 348.D
Charitas patiens, & compatiens, charitas benigna est. 34.D
Charitas implet legem serui, cum infundit deuotionem. 331.D
Charitas nunquam erit sine timore casto. fol. 331.D
Charitas sola est quæ obedientiam deo gratam facit. 78.A
Charitas, quæ destruit charitatem, quæ. fol. 236.C
Charitas Trinitatem in vnitate quodam modo cohiber, & colligat in vinculo pacis. 228.F
Charitas, est illa visio dei, illa animæ similitudo. 194.M
Charitas est bona vestis, bona vestis obedientia. 26.M
Charitas, quæ dicitur iniquitas. 236.D
Charitas benigna est, charitas super iniquitate non gaudet. 41.C
Charitas, est vita fidei. 40.L
Charitas cooperit multitudinem peccatorum. 24.G
Charitas non est egena, & habet, & superabundat. 397.G
Charitas viuificat omnia membra ecclesiæ & colligit 298.C
Charitas, quæ nunquam deficit. 246.B
Charitas, panis, & vita, vnum sunt. fol. 405.K
Charitas Dei non est ibi, vbi regnat carnalis cupiditas. 295.I
Charitas, regnum Dei. 405.K
Charitas domum suam ad austrum amicæ sibi pietati commisit. 401.M
Charitas inuincibilis amor, qui nunquam minus, vel supplicijs cedere nouit. 313.G
Charitas ternario numero colligitur de corde puro, de conscientia bona, & de fide non ficta. 105.B
Charitas præficitur Irascibilitati. 401.L
Charitas dicitur & Deus, & Dei donum. fol. 331.A
Charitas vbi dantem significat, nomen est substantiæ: vbi donum, qualitatis. 331.A
Charitas in deo non est qualitas, sed substantia diuina 331.A
Charitas in Deo non est qualitas, nec aliquod accidens, sed substantia illa est diuina. fol. 228.F
Charitas ipse Deus est: Pax nostra Christus. 328.E
Charitas vera vacua esse non potest, nec tamen mercenaria est. 226.K
Charitas conuertit animas, quas facit & voluntarias. 228.F
Charitas Deus rectè dicitur, & Dei donum. 228.F.275.K
Charitas, quia videt, amat. 274.C
Charitas, est oculus, quo videtur Deus. fol. 274.C
Charitas dat charitatem, substantiua accidentalem. 228.F.G
Charitas vbi dantem significat, nomen substantiæ est, vbi donum, qualitatis. 228.G
Charitas sola, quæ in filio est, non quærit, quæ sua sunt. 228.E
Charitas perfecta, est fructus desiderij. fol. 332.D
Charitas conuertit animas, quas facit & voluntarias. 330.M
Charitas nō quod sibi vtile est, quærit, sed quod multis. Ibidem.
Charitas purgauit voluntatem, spes erexit memoriam, fides illuminauit rationem. fol. 105.A
Charitas, est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum. 295.G
Charitas perfecta quid est, nisi perfecta sanctitas? 295.C
Charitas, & benignitas est, in qua prædestinati sumus ab æterno. 10.G
Charitas nunquam fuit sine dilectione, nec dilectio sine charitate. 298.D
Charitas est fructus spiritus. 407 F
Charitas carens suspicione pudorem foràs mittit. 237.H
Charitas benigna est, dilatare se, non minorare nouit. 380 G
Charitas inflammet zelum tuum. 146.E
Charitas duo habet mandata, quæ? 295.G
Charitas sanctorum in patria non minuta, sed magis aucta, ergo orant patrem pro nobis 51.G
Charitas fortis, vt mors: imò & fortior morte. 30.K
Charitas, est fons vitæ. 220.M
Charitas vnitatem seruat in trinitate. 330.M
Charitas lex domini. 228.F
Charitas est bona voluntas. 50.C
Charitas te domum Dei facit. 318.B
Charitas implebitur in cœlesti patria. fol. 250.B
Charitas, & amor differunt. 315.D
Charitas coelis, est plenitudo legis. 145.F
Charitas non obloquitur, non detrahit, sed potius aliena peccata excusat. 284.K
Charitas per socialitatem acquiritur. fol. 108.A
Charitas, est vinculum perfectionis. 81.G
Charitas donum est Spiritus Sancti. 231.G.H
Charitas demonstratur operibus misericordiæ. 288.A
Charitas est dilectio Dei, & proximi. fol. 315.H
Charitas in hoc seculo nequam periclitatur. 204.B
Charitas creditum, & speratum iam habet, & tenet. 274.B.C
Charitas soporem in Christum immisit in Adam veritas. 25.K
Charitas est, quia Deus est. 332.E
Charitatis Christi ardorem humanus comprehendere non potest intellectus. 288.M
Charitatis separatio, est mors fidei. 150.M
Charitatis scala erigitur in monte pacis. fol. 107.K
Charitatis rosa 288.M.289.A 282.C
Charitatis soror, est dilectio. 298.D
Charitatis est detrimentum, vbi scandalum. 346.G
Charitatis fructū est gaudium in spiritu sancto. 24.M
Charitatis schola. 275.B
Charitatis sagena non desinit. 228.L
Charitatis vinculum, vbi pax vnitatis. 299.A
Charitatis instinctione nihil deo desiderabilius 298.B
Charitatis tres species. 280.I
Charitatem qui non habet eum perire necesse est. 66.K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Charitatem, non curiositatem accendit doctrina spiritus. 137.H
Charitatem, & humilitatem sequitur glorificatio. 15.A
Charitatem frumentum significat. 57.I
Charitate Dauid, cũ peccauit nõ perdidit. 274.B
Charitatem dat veritas, quibus innotuerit. 230.D
Charitatem non amisit Petrus, cum peccauit, cur? 274.B
Charitatem Christi habes in passione. 11.M
Charitatem matrem ex paternis cordibus increpantem audimus. 22.D
Charitatem veram tenes, si & amicum diligis in deo, & inimicũ diligis propter deũ. 298.B
Charitatem si non habemus, nostrum studium est vacuum. 295.I
Charitatem dedit Spirit. Sanct. post filium missus. 205.A
erga Charitatem proximi exercemur tripliciter. 114.C
per Charitatem homo in Deo, & Deus in homine est. 186.C
qui Charitatem in se habet perfectam, non timet in inferno puniri, sed sperat in cœlo cum Deo gloriari. 295.C
à Charitate proximi decides, qui occasionem dederit maleſaciendi. 308.F.G
Charitate refrigescente, fides moritur. 40.L
Charitate nostra vritur inimicus. 81.I
Charitate quid optabilius? 195.B
Charitate vulnerata ego sum, ait ecclesia per Salomonem. 225.K
Charitate quando homo est plenus, tunc est perfectus. 295.I
Charitate non quidquam vtilius. 410.K
Charitate Deus solus maior est. 145.F
Charitate Dei decidet, qui occasionem dederit peccandi. 308.G
sine Charitate nec martyrium quidem aliquid est. 328.E
Cherubim, plenitudo scientiæ dicuntur. 145.L
Cherubim lucent, & scientia eminent, sed participio veritatis, ac per hoc non vt veritas, nec quantum. 213.D
Cherubim ex ipso sapietiæ fonte ore altissimi hauriunt, & refundunt fluenta scientiæ vniuersis cinibus suis. 213.A
Cherubim, plenitudo scientiæ dicuntur. 213.C
Cherubim cur flammeus traditur gladius? fol. 74.C.D
Cherubim stant, & non sedent. 29.G
Cherubim in basibus monstrantur, quia prælati ecclesiæ pleni esse debent cœlestis scientiæ? 299.F
super Cherubim sedet Iesus. 8.B
Chimæra sui seculi. 377.B
Chirographum decreti, quod aduersus nos erat Christus delevit. 75.B
Chirographum decreti, quod erat nobis contrarium cruci Christus affixit. 75.B
Chirothecas duas Christus sponsæ dedit. 402.G
Christus summum mortis excepit propria voluntate. 25.K
Christus in semetipso in cœlo sanctos angelos pascit. 303.A
Christus in semetipso in terra omnes fideles reficit. 303.A
Christus angelos, & homines reficit ex semetipso, tamen integrè remanet in suo. 303.A
Christus per spẽ sanctos angelos satiat in patria. 303.A
Christus nos pascit per fidem in terra, ne deficiamus in via. 303.A
Christus panis viuus, refectio angelorum, & redemptio, & medicina hominum. 303.A
Christus virgo est, & virginis filius, & virginem coniugem vult habere. 397.K
Christus est in corona paupertatis, & miseriæ. 19.B
Christus ad patrem ascẽdit medius angelorum, & animarum sanctarum. 50.E
Christus semel pro salute mundi factus est hostia saluatoris 391.M
Christus cur putabatur de coniugio natus. fol. 6.C.
Christus vnus caput, & corpus satisfecit pro mẽbris. 366.I
Christus Iesus ipse est læna crucifixus, dextera quidem Christus Iesus gloriosus. 11.M
Christus cur sacramentum circuncisionis, & baptismi suscepit. 19.L
Christus à natura habet, vt sit saluator. fol. 17.C
Christus regula disciplinæ. 118.E
Christus nouem menses in mariæ visceribus corporaliter requieuit. 59.C
Christus est animæ nostræ amicus, & sponsus, frater, & filius. 259.D.E
Christus nostruin se fecit fratrem. 44.M
Christus in spiritu scientiæ duobus cuntibus in Emaus apparuit. 41.B
Christus quæ fecit, sunt animarum nostrarum medicamina. 41.C
Christus est finis legis ad iustitiam omni credẽti. 366.L
Christus tanquam vnus ex nobis verus homo, & hominis filius. 19.I
Christus, cum venit, attulit gratiam. 230.D
Christus quocunque pergit, virgines sequuntur. 284.C
Christus in carne apparuit visibilis. 318.G
Christus est leo de tribu Iuda. 9.I
Christus cogitationibus, non sermonibus respondebat. 337.B
Christus puer discebat, non docebat. 20.E
Christus venit pauper, ne diabolus haberet, quod auferret. 319.E
Christus propter nos factus est similis nobis. 19.I
Christus seminis Abrahæ, & florum fructus dicitur. 4.I
Christus quare post triduum meritò inuenitur à matre? 20.I.K
Christus nullam habebat prorsus legẽ in membris suis repugnantem legi mentis suæ. 34.I
Christus substantialiter vtero matris illapsus, de spiritu sancto conceptus est. 50.G
Christus in Bethleem pauperescit, in Nazareth diescit, in Hierusalem deliciis affluit. 21.A
Christus apparebat foris homo sine culpa, caro sine peccato, agnus sine macula. 22.L
Christus aliter fortitudo Dei dicitur, aliter Gabriel. 4.H
Christus totum hominem saluum fecit in sabbato. 3.K
Christus sacramenti Eucharistiæ formam discipulis suis præscripsit, efficaciam dedit, id est, fieri præcepit. 391.M
Christus deliciæ angelorum. 67.E
Christus matrem suam prius à pudore, & dolore in puerperio immunem seruauit. 11.K
Christus audiebat non loquentes, videbat non apparentes. 337.B
Christus non in similitudinem angelorum, sed in similitudinem hominum factus. 34.I
Christus ipsa veritas. 11.L
Christus, & Aaron sacerdotes & eorum successores sumuntur ex tribu Leui, & Iudæ. fol. 119.F
Christus Summus sacerdos. 16.H
Christus pater in regeneratione corporum nostrorum. 106.D
Christus sub lege factus est, qui legem dedit. 17.H
Christus sine omni concupiscentia carnali conceptus erat. 278.D
Christus in fide, fides in mente, mens in corde, cor in pectore. 249.A
Christus terram visitauit, non aerem: quia misericordia domini plena est terra. 173.A
Christus verè agnus. 18.I
Christus, vt Deus, adorandus. 19.I
Christus contritos sanat vnctione misericordiæ suæ. 9.G
Christus in natiuitate admirabilis. 388.G
Christus cui non sufficit, ille nimis auarus est. 316.K.L
Christus quid digito in terra scribebat. 31.G
Christus carnis veritatem, sed peccati similitudinem sumpsit. 146.D
Christus cum deo in vnam assumptus est personam. 20.M
Christus clauso exiit tumulo, qui clauso virginis vtero processit in vitã, & ad discipulos clausis introiuit ianuis. 39.I.K
Christus in cruce omnium dolorum suorum immemor exclamat, ignosce illis. 34.C
Christus est splendor luminis, & figura substantiæ Dei. 394.D
Christus solus erat absque vulnere. 19.M
Christus in cruce nihil aliud, quàm iustitiam sitiebat. 3.G
Christus animam & corpus est saluaturus, qui neutrum suscipere est dedignatus. 16.B
Christus positus in præsepio, cibus spiritualium effectus est iumentorum. 20.E.F
Christus solus sub sole sine macula inuentus est. 57.A
Christus in cœna erat munerans, & munus: cibans, & cibus: conuiua, & conuiuium: ofserens, & oblatio. 392.A
Christus quibusdam nondum natus, quibusdã nondum passus, quibusdam non surrexit, aliis nõdum misit spiritum sanctum. 41.C
Christus sine semine de intemerata virgine natus, de patre sine matre in cœlis est genitus. 314.I
Christus Dominus Spiritus, Pater spiritus, sed specialiter Spiritus sanctus, dicitur Spiritus ab vtroque procedens. 51.A
Christus veniet in ira, & indignatione, tanquã furibundus. 22.F
Christus in Bethleem Iudæ nascitur, propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum. 13.C
Christus non venit cum armis: non puniendum, sed saluandum requirit. 14.B
Christus soporatus miserationis affectu. 25.K
Christus, est legis finis. 230.D
Christus subditus erat Mariæ, & Ioseph propter Mariam. 5.A
Christus virgineis vberibus lactatus est. 22.C
Christus est mons gratiæ. 75.B
Christus conceptus sine semine. 11.H

Christus solus inter homines verax. 11.L
Christus rex esse designatur auro. 18.M
Christus ex deitate potuit, ex humanitate innotuit. 199.G
Christus voluntariè incarnatus, voluntariè passus, voluntariè crucifixus. Ibidem.
Christus cur in similitudinem hominum, non hominis factus? 34.E
Christus Dei virtus, & sapientia. 8.G
Christus significabatur flore virgæ Aaron, matre eius virga. 5.I
Christus verus homo, & frater noster. 19.I
Christus de cœlestis regni plenitudine pauper descendit. 60 K
Christus tentatus per omnia. 230.H
Christus mortuorum primogenitus. 14.C
Christus rex est Hierusalem, diabolus rex Babylonis. 100.G
Christus quos vocat secum in æternum mansuros, aunculus reuocat secum in æternum arsuros. 326.H
Christus sapientia nobis à patre factus est iustitia, sanctificatio, & redemptio. 24.I
Christus absconditus cappa qua. 402.F
Christus mortem, qui non meruit pertulit. fol. 199.G
Christus vult ita amari, vt nihil aliud præter ipsum ametur. 317.B.C
Christus est altissimi filius, & coaltissimus ipse. 1.C
Christus in præsepio absconditur, sed proditur radiante stella de cœlo. 16.I
Christus quomodo in nobis concipitur? 260.H
Christus non venit sine vnctione. 9.G
Christus circunciditur puer, & vocatur Iesus. 16.I
Christus non proprium habuit, vnde tributum solueret. 35.F
Christus splendor paternæ gloriæ. 43.A
Christus viuat in illo, qui non viuit in se. 28.H
Christus humanam naturam sine vlla contagione suscepit. 14.B
Christus delectatur floribus, qui in Nazareth conspici voluit, & nutriri. 225.L
Christus, & pater vnum sunt, quo modo intelligendum. 73.K.L
Christus natus virgo de virgine, & post natiuitatem cum virgine permansit virgo, auctor, & custos, & amator, & remunerator virginitatis. 287.B
Christus venit non solum propter nos redimendos sanguinis effusione, & docendos verbis, & exemplis instruendos. 17.E
Christus hyeme, & nocte natus est. 15.B
Christus filius erat, & factus est tãquam seruus. 34.E
Christus non solum formam serui accepit, sed malis serui, vt vapularet. Ibidem.
Christus non repulit cultrum lapideum. 16.H
Christus iustus exoluendo, quæ non rapuit, iure omnino quod amiserat, accepit. 199.M
Christus animam suam in precium dedit, carnẽ in cibum. 158.C
Christus vita nostra. 20.A
Christus vir iam in vtero matris. 5.K
Christus saluos facit homines, & iumenta. 13.F
Christus comparatur api, & oui. 2.C
Christus ad nos veniens, solum mel attulit, non aculeum. 2.D
Christus Iesus virgo de virgine natus est, quam virgini commendauit purissimo beato Ioanni. 284.C
Christus verus legifer noster. 45.D
Christus butyrum comedens, caseum non comedit. 2.C
Christus propè per essentiam, longè per gratiam à peccatoribus. 313.E
Christus die natiuitatis suæ minoratus est ab angelis. 17.F
Christus bonum humanæ naturæ, diuinæ misericordiæ vniuit in semetipso, cur. 2.D
Christus assumpsit carnem, non commixtionem passus, neque diminutionem, nec ante carnem, nec post carnem. 34.H
Christus cùm venit quanta fuerit pax temporalis. 1.L
Christus quia veniet, qui nescimus? 16.I
Christus paucis seipsum reuelauit. 34.F
Christus descendit in carcerem, cur? 148.D
Christus amator vehemens ardet. 389.A
Christus in corpore suo salutis epulas ministrauit. 12.I
Christus factus est hominum frater. 9.I
Christus myrrha potatur. 36.M
Christus à Iudæis innocenter condemnatus, à Gentibus crucifixus. 36.A
Christus dominus minoratus est ab angelis. vt nos æquaret angelis. 36.A
Christus si crucifixus non esset, redemptio secuta non fuisset. 292.I
Christus viuendo, viuere docuit, & mortem moriendo securam reddidit. 199.D
Christus in carne prudẽter abscõdidit laqueum diabolo. 145.D.E
Christus ecclesiastes erit in iudicio. 19.A
Christus Salomoni confertur. Ibidem.
Christus pacificus est in exilio. Ibidem.
Christus idida, id est, dilectus domini in regno. Ibidem.
Christus in exilio mansuetus, in iudicio terribilis, & iustus. Ibidem.
Christus hîc rector est morum, in iudicio discretor meritorum. 19.B
Christus natus est, vixit, mortuus est, eius natiuitas purgauit nostram, mors illius destruxit nostram, & vita eius instruxit nostram. fol. 116.M
Christus proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. 10.H
Christus venit non in initio, nec in medio temporis, sed in fine. 1.K
Christus cum venit, lux diuinæ notitiæ paruã admodum erat. Ibidem.
Christus cum venit, iam nõ apparebat angelus, non loquebatur propheta. Ibidem.
Christus heri, & hodie, & in æternum. 24.G
Christus in apparitione secunda venit ad aquas baptismi. 19.K
Christus est planè suauis, & mitis, & multæ misericordiæ. 12.M
Christus solus purus, quia sine corruptione de matre virgine natus est. 282.H
Christus à parentum disciplina non recedebat. 20.E.
Christus stabulum elegit, vt reprobet gloriam mundi, damnet seculi vanitatem. 15.C
Christus sciebat per naturam, sed non per experientiam. 230.H
Christus nostræ carnis originem, non fermentum concupiscentiæ suscepit. 31.E
Christus cum sceleratis reputatus est. 7.M
Christus de baptismo in desertum in spiritu fortitudinis egressus est. 36.E
Christus prius, quàm sciat vocare patrem, aut matrem, Samariæ spolia diripit. 9.K
Christus in illo triduo, in quo à matre quarebatur, quid agebat, & vbinam erat. fol. 20.I
Christus est aqua sanctificans. 312.M
Christus nascitur ex muliere, cui nõ decidit flos virginitatis. 16.I
Christus duo habet corpora. 58.K
Christus dei virtus. 4.H
Christus caput, & corpus vnus est. 51.H
Christus inuenitur à matre non in quolibet loco, sed in templo. 22.A.B
Christus de corde patris processit. 19.C
Christus propter nos venit tanquam vnus ex nobis, similis nobis, passibilis. 2.B
Christus videtur nasci, dum fideliter repræsentamus eius natiuitatem. 13.E
Christus nec totus de deo, nec totus de virgine. 7.B
Christus totus dei, & totus virginis est, nec duo filij, sed vnus vtrinsque filius. Ibidem.
Christus nusquam visit. 3.G
Christus natus est, vt aliquatenus innotesceret. 13.B
Christus latet in corde patris, in monte vmbroso, & condenso. 13.B
Christus natus est ex carne, natus in carne. 13.B
Christus magnus prædator. 9.K
Christus matrem Synagogam reliquit. 23.A
Christus factus est paruus ex magno. 9.I
Christus pro ininstis, & inimicis mortuus est. 93.M
Christus sic amari vult, vt cunctæ res simul amentur cum ipso. 317.C
Christus est via in exemplo, veritas in promisso, vita in præmio. 316.D
Christus verus homo, & verus dei filius declaratur. 19.H.I
Christus est panis angelorum. 302.M
Christus non modo ad nos, sed & propter nos venit. 3.C.D
Christus salutis vtilitas, & vnctionis suauitas. 13.B
Christus non docet, vt discantur cœli fabricari, fieri miracula, sed quia mitis sum, & humilis corde. 282.F
Christus, fidelis consiliarius. 4.E
Christus Ioannem Baptistam latere non potuit. 18.H
Christus quomodo didicit. 230.E
Christus & si filius carnis Adæ, non tamen filius præuaricationis Adæ. 50.D
Christus venit ad nos, non locum mutando, sed præsentiam suam nobis per carnem exhibendo. 36.C
Christus descendit cum suis ducibus in Aegyptum. 22.D
Christus in quibus pannis complacet sibi. 9.K
Christus ab ipso natiuitatis suæ exordio diuinis humana sociat, ima summis. 16.I
Christus circunciditur, & Maria purgatur, prebentes exemplum pœnitentibus. 105.L
Christus in cuius corde non nascitur. 13.I
Christus clauis Dauid. 278.C
Christus vir dolorum. 230.H
Christus interpretatur vnctus. 11.I
Christus matri in natiuitate suã nihil attulit lætionis. 11.I
Christus in medio terræ salutem est operatus. 34.F
Christus, cum circuncideretur, iam cœpit nostra

Universidad de Deusto
Biblioteca

operari salutem. 17.B
Christus fabri filium patitur se appellari, & putari. 18.K
Christus solus, est lignum vitæ. 169.B
Christus cur voluit nominari Filius dei. 9.H
Christus pacificauit sanguine suo, quæ sunt in terris, & quæ in cœlis. 149.B
Christus vnus, vnáque persona, verbum, anima, & caro, etiam mortuo homine, perduranit. 214.D.E
Christus rex diademate, est in sacro mortalitatis. 18.M
Christus in Bethleem qualiter vixit. 4.B
vt Christus viuat in nobis, tres principes in nobis mori necesse est. 118.L
Christus hæres, & nostra hæreditas erit. 9.H
Christus dominatur in tota terra Ægypti. 37.B
Christus botrus optabilis cũctis Patriarchis, & prophetis, alijsque iustis. 292.F
Christus circuncidutur puer agnus sine macula. 16.H
Christus de pauperecula virgine natus. 35.E
Christus die Epiphaniæ ad baptismum Ioannis venit. 18.H
Christus paruulus datus est paruulis, vt magnus detur magnis. 11.H
Christus quomodo acquiritur? 197.M
Christus sustinuit in assumpta carne incommoda nostra sine peccato carnis, portans in carne peccata nostra. 35.E.F
Christus olim, & ante natus est. 13.B
Christus non modò ante hæc tempora nostra, sed ante tempora vniuersa natus. 13.B
Christus primogenitus in multis fratribus. 42.A
Christus tormenta, & illusiones spiritus æquanimiter toleranit. 36.E
Christus qui non fallitur, elegit quod carni molestius est. 15.C
Christus infans sine sorde. 11.L
Christus in sepulchro, fides mortua est in animo. 40.M
Christus cur filius hominis, non hominum esse dicitur? 314.I
Christus in thalamo nunciatur, Ioannes Baptist. in templo. 393.E
Christus in circũcisione immaculatum pro nobis sanguinem effudit. 17.B
Christus diem extremum quomodo nouerat, & ignorabat. 230.I
Christus affixit cruci chirographum decreti quod aduersus nos erat. 75.B
Christus ad Iudæos missus, & propter electos missus. 15.M
Christus qua anima est, & caro vnus est homo. 214.C
Christus sicut Maria non habet locum in diuersorio. 336.B
Christus in pauperibus suscipitur, pascitur, operitur, visitatur & redimitur. 375.G
Christus mercator non insipiens. 2.M
Christus nudatur in flumine Iordane. 394.D
Christus stabulum elegit, & præsepe. 13.F
Christus infans plorat, vt cæteri. 15.L
Christus hîc pascit, sed non in saturitate. 159.G
Christus dominus, mons est. 98.M
Christus etiam fuit Angelis sanctis redemptio quomodo? 148.C
Christus nocte cur nasci voluerit. 15.C
Christus infans lugebat ex compassione. fol. 15.D.E
Christus filiorum Adæ peccata deplorat. 15.E
Christus plorat, non sicut cæteri, aut non quare cæteri. 15.D
Christus dicitur ter fleuisse. 119.B
Christus minister bonus, qui carnem suam in cibum, sanguinem in potum, animam ministrauit in precium. 172.K
Christus die octauo circuncisus, & post annum trigesimum crucifixus. 16.L
Christus maledictum pertulit crucis. 7.G
Christus mortuus est non qualibet morte, sed morte crucis turpissima. 282.I
Christus in cœna omnibus apostolis sui corporis, & sanguinis sacramentum distribuerat. 314.D
Christus quatuor locis in cruce vulneratus est, cur? 14.G
Christus deus mori potuit, quoniam homo erat. 199.G
Christus quod patitur, pro nobis est. 26.B
Christus quomodo scit, & ignorat. 230.I.K
Christus die Epiphaniæ aquam in vinum mutauit. 19.E
Christus annos 30. natus die Epiphaniæ baptizatus. 19.D.E
Christus per spiritum suum vsque ad consummationem seculi nobiscum erit. 318.G
Christus timuit mori, vt non timeas mori. 312.C
Christus pro impijs mortuus est. 17.E
Christus moritur vnus, vt inde totus veniuscat mundus. 38.D
Christus spem resurgendi morientibus fecit. 199.D
Christus propter animas nunc venit, & propter corpora est venturus. 16.B
Christus quando veniet, scire non possumus. 10.K
Christus quo modo pro nobis orat? 317.A
Christus est panis angelorum. 17.F
Christus caput cum omnibus membris portans triumphum victoriæ, 32.E
Christus clauso prodiit tumulo, qui de patibulo non descendit. 39.I
Christus triginta, & tribus annis super terrã vixus, & cum hominibus conuersatus. 34.H
Christus in infernum descendit pro amicis moriendo. 2.B
Christus in sacramento Eucharistiæ sumitur. 391.M
Christus immolatur adhuc quodam modo quotidie. 13.E
Christus aduocatus noster. 399.K
Christi nomen ab angelo vocatum, non impositum. 17.C
Christi corporis sacramentum in altaris mensa sacrosancta percipimus. 67.D
Christi vmbra, caro eius. 169.B
Christi nomina. 106.C
Christi sanguinis præstãtia, & efficacia. 392.A
Christi dilectio duplex. 322.I
Christi triplex mirabilis apparitio. 18.M
Christi corpus & sanguinem in sacramento altaris malus qualiter accipit. 302.L
Christi vita quidem laboriosa, sed mors preciosa: vtraque vero admodum necessaria. 199.D
Christi natiuitas supra naturam, sed pro natura. 9.G
Christi corpus ecclesia. 43.E
Christi tota conuersatio super terram, erat aurora subobscura satis. 159.F
Christi corpus in sacramento altaris offertur. 302.M
Christi potentia describitur ab effectis. 21.I.K
Christi caput deus. 22.L
Christi caro inde sumpta est, vnde orta virgo. 214.F
Christi corpus spiritualiter manducare, & sanguinem eius bibere, quid? 35.L
Christi corpus manducare, quid est? 276.C
Christi carne pascimur, veneramur mysteria. 169.D
Christi mater integra. 16.H
Christi vita tota crux fuit, & martyrium. 279.B
Christi corpus ad altare sacerdotis manibus tractatur. 256.B
Christi doctrina, vel operum nihil inuenitur ab anno duodecimo vsque ad annum trigesimũ. 41.M
Christi natiuitas qualis. 9.F
Christi caro in mysterio manducatur. 269.B
Christi mors potentior, & efficacior in bonum, quàm peccata nostra in malum. 30.A
Christi corpus quoties mãducatur, & eius sanguis quoties bibitur? 35.M
Christi corpus accipere volenti quid faciendum est? 302.K
Christi sapientiæ non est numerus. 148.I
Christi in natiuitate duo rerum genera. 15.A
Christi mors preciosa aduersus peccatum non poterat fieri, nisi per peccatum. 367.E
Christi sanguis iam rorabat antiquis patribus, quòd in eum crederent, qui erat passurus. 367.A
Christi corpus pertractabat Bernardus ad altare manibus propriis. 262.C
Christi sancta educatio. 21.A.B.C
Christi corpus manducat, & sanguinem bibit, qui pie, & fideliter est affectus. 244.G
Christi iumentum pium. 28.M
Christi discipulus quis? 19.G
Christi anima, ex quo creata est, & assumpta in deum, aqualem cum deo sapientiam habuisse putatur. 20.M
Christi carnis edendæ, & sanguinis bibendi sacramentum quid significat? 29.I
Christi vita, viuendi mihi regula extitit: mors à morte redemptio. 199.D
Christi carnem manducare, & eius sanguinem bibere, quis non potest? 302.K
Christi corpus sacerdotes sumunt ore. 313.G
Christi triplex apparitio. 18.L
Christi vox suauis, facies decora. 67.E
Christi lachrymæ, & vagitus. 15.D
Christi purissima conceptio. 11.I
Christi mater est virgo, eius pater fœminã nescit. 314.I
Christi paupertas ditior cunctis opibus. 11.M
pro Christi nomine huius mundi substãtiam reliquimus. 19.G
Christi humanitas apparuit in nostræ infirmitatis susceptione: diuinitas in miraculorum exhibitione. 323.F
Christi corpus quotidie offertur. 399.L
Christi partus sine dolore. 11.I
Christi in vultu gratiæ cœlestis elegantia refulsit. 20.G
Christi prædicatio ædificat. 105.F
Christi corpus spiritualiter manducare, quid? 244.F
Christi corpus de meo est, & meum est. 18.F
Christi precium in terris homo nesciebat. 9.K
Christi amor, calix inebrians. 166.H
Christi regnum licet non sit de hoc mũdo, tamen rex

rex est etiam in hoc mundo. 19.A.B
Christi milites armari non appetunt. 9.C
Christi Thronus præsepium. 18.G
Christi sanguinem seruãdum acceperunt, qui pro animabus reddituri sunt rationem. 2.M
Christi paupertate omnes nos locupletamur. 32.A
Christi aduentui quandò patres spirituales fuerũt propiores, tanto mysterium salutis plenius intellexerunt. 344.C.D
Christi sanguinem bibimus. 17.H
Christi regis diadema, est saccus mortalitatis. 18.M
Christi quicunque sunt, carnem suam cum vitiis crucifixerunt. 19.H
Christi nuncium qui accipit, Christum accipit. 313.I
Christi corpus dominicum dat vitam mundo. 9.L
Christi carne pascimur, vt viuamus: caro enim Christi verè est cibus. 367.H.I. 153.C
Christi corpus, & sanguinem consecrant sacerdotes. 391.L
Christi corpus in mensa consecratur, & sanguis. 182.A
Christi caro, verè est cibus, & sanguis eius verè est potus. 367.H.I
Christi conceptus sine pudore. 11.I
Christi magnum pietatis sacramentum cur diabolus deprehendere non potuerit? 34.E.F
Christi minister, Christum sequitur. 156.F
Christi corpus, multitudo credentium. 208.K
Christi imitator tria debet agere. 118.H
Christi corpus est vniuersa ecclesia tam veteris, quàm noui testamenti. 275.D
Christi passionis monimenta. 225.M
Christi aula stabulum. 18.G
Christi corpus manducare quid? 276.C
Christi iugum, iugum hominis est. 237.M
Christi corpus, & sanguinem manducat & bibit homo. 276.C
Christi natiuitas posuit tenebras latibulum suũ. 13.B
Christi corpus duplex. 140.K
Christi Schola quæ? 315.H
Christi carnem in virgine ex nihilo creatam esse, existimauerunt nonulli. 31.E
Christi animam vt ætate, sic sapientia profecisse nonnulli putarunt. 20.M
Christi multa in scripturis sparsim, nomina leguntur. 388.D. & ferè per totum sermonem. & 17.C
Christi sex nomina. 106.D.E
Christi infantis lachrymæ clamant. 15.L
Christi de infantia vsque ad annum trigesimum nihil inuenimus 18.L
Christi Baptismate lex terminatur. 394.E
Christi mors prius profuit, quàm fuit. fol. 391.M
Christi passionis fructus quantus. 396.I
Christo nomen non inditum ab humana, vel angelica creatura. 17.C
Christo nomen innatum est. Ibid.
Christo oriens nomen est. 18.G
Christo omnis creatura iure subditur. 269.I
Christo qui adfuerunt, ampliorem rerum diuinarum notitiam habuerunt. 344.D
Christo non deest potestas saluandi nos. 19.I
in Christum solum non cadit immunda conceptio. 1.I
Christum moriturum indicat myrrha. fol. 18.M
Christo Iudæi vinum myrrhatum bibere dabãt cum felle mixtum. 36.L
per Christum mediatorem nostrum ad deum patrem dirigamus orationes nostras, & sacrificia. 275.F
Christum sequi nihil prodest, si non contingat consequi. 378.E
Christum significari diuersis rebus, nullum inconueniens. 5.I
Christo data est sedes Dauid non typica, sed vera, non temporalis, sed æterna. 8.B
quid Christo cum Antichristo? 390.F
Christum persequuntur, qui ab eo Christiani dicuntur. 22.K
Christũ de coniugio fuisse natũ tolerabilius fuit putari ad tempus, quàm de fornicatione. 6.C
Christum vidit oculis suis in paradisum raptus. 19.G
Christum persequebatur Paulus, qui Christi mẽbra trucidabat in terris. 23.I
Christum laudamus in sanctis, exemplo sancti Victoris. 56.H
Christum conculcare qui dicuntur. 319.H
Christum Iesum Iudei non deum, sed purum hominem fuisse credunt, & mortem illius credunt, sed resurrectionem adhuc non admittunt. 314.B
Christum natum fuisse, tria sapit. 9.H
Christum sequentium hominum varia genera. 107.K.L
Christum cognouimus secundum carnẽ, sed nunc iam non nouimus. 146.I
Christum in corpore suo portare, onus delectabile. 125.B
Christum hospitem crebrum si volumus habere, quid agendum. 25.M.226.A
Christum in carne nascituri, & moriturum odorauerunt prophetæ, & Patriarchæ. 177.I
Christum, quis persequitur cum Herode. 19.F
in Christum charitas soporem immisit, in Adam veritas. 25.K
Christum manifestè persequitur, qui exemplo cæteros scandalizat. 23.M
Christum negociantibus exhibere debent legati Papæ 211.E
Christum subire crucis, & mortis ignominiam tria compulerunt. 117.E
Christum vt ætate, ita sapientia profecisse nonnulli dixerunt. 20.M
Christum pro dæmonibus in aere crucifixum iri denuo putauit impudenter Origenes. fol. 173.A
Christo nascente, fons olei de terra erupit, templũ Romæ, quod vocatur æternum, corruit. 388.B
Christo orante nequaquam surgere debemus per aliquam extollentiam. 35.H
Christo nomen ab æterno impositum. 17.C
Christo adhuc vbera sugenti afferunt munera magi. 18.M
à Christi generatione, nõ institutione nobis iustitia est restituta. 367.F
à Christo longè manere quid? 320.M
cum Christo manere quid? Ibidem.
de Christo quicquid secundum substantiam dici potest, de eo potest dici, etiã cum in vtero matris fuisset. 20.M
de Christo duo sunt: vnum incognitum nobis, alterum cognitum. 111.F
in Christo humanitatis fuit, esurire, & mori. fol. 323.F
in Christo duo sunt, generatio diuina, & generatio humana. 120.E
in Christo persona non confundit substantias 11.D
in Christo duas naturas in vna persona. 396.H
in Christo persona vna sine confusione substantiarum. 214.C
in Christo verbum, anima, & caro tres substantiæ, vna persona. 214.C
in Christo tres substantiæ, vna persona sunt. 213.B
in Christo manere quid? 320.I
in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. 11.H
in Christo verum plenitudo est sine numero, & sine modo. 148.I
in Christo Trinitas, opus mirabile. 11.D
pro Christo sanguinis effusio, magnę est fidei probatio deo & hominibus. 313.I
pro Christo pugnabit orbis terrę aduersus insensatos. 19.B
pro Christo etiam infantibus interfectis coronam martyrij tribuit ecclesia. 182.C
Christianus homo comedit, vt viuat, non viuit, vt comedat. 290.E
Christianus semper surgit de mensa habens appetitum plura sumendi. 290.E
Christianꝰ gloriatur in morte pagani, quia Christus glorificatur. 197.M
Christianus erubescat hoc nomine cum à meliore seipsum ignorante docetur. 289.A
Christiani exercitia. 401.M.402.A
ô Christiane, disce à Christo, quem ad modum diligas Christum. 146.E
ô Christiane, qui cupis hereditatem habere cum Christo, deum patrem semper clarificare memento. 3.4.K
Christiano nunquam deest persecutio, sed neque Christo. 23.K
Christiani Christum persequuntur. 23.K
Christiani etiam boni non omnes omnia tenent, quæ sunt in Euangelio, omnes tamen secundum Euangelium viuere volunt. 220.A
Christiani in Ecclesia tanquam in agro sunt constituti. 21.G.H
Christiani à Christo nomen acceperunt. 118.B
Christiani dicuntur, quod Christo adhæreant, & fidem Christi habere credantur. 319.H
Christiani nunc sunt sinè Christo, sacerdotes sine debita reuerentia. 375.B
Christianorum paruulis vita Christi interclauditur. 375.B
Christianos fœneratores Iudæos conuenit appellari. 382.D
in Christianis non quæruntur initia, vel exordia sed finis, & perseuerantia. 300.A
in Christiana philosophia non decet, nisi quod licet. 209.I
in Cibariis modũ seruare difficilimum est. 289.L
Cibat dominus quos? 404.D
Cibat sapientia laborantes. 228.C
Cibus animæ quando aridus? 142.M
Cibus Eucharistiæ non est ventris sed mentis. 392.H
Cibus Christi pœnitentia mea. 185.M
Cibus verus, est caro Christi, potus verus sanguis eius. 367.H.I.67.D
Cibus, & potus cum corpori nostro subtrahitur, pereunt Cupidinis arcus. 317.D
Cibus mentis, sermo Dei. 3.I
Cibus non ventris, sed mentis. 311.M
Cibus animæ fidelis quis. 228.B
Cibus vitæ de cœlo descendit. 392.F.G
Cibus quanto honestius, & ordinatius sumitur

Universidad de Deusto

& ingeritur, tanto facilius, & salubrius digeritur. 244.K
Cibus sumenti, & non digerenti perniciosus est. 161.L
Cibus in conuiuio corporali prius, quàm potus apponitur, cur. 228.C
Cibus non coinquinat, sed iniusta obtrectatio, sed verborum obscœnitas. 264.G
Cibus qui sitim excitat, potandus est. 145.E
Cibus fortior nobis est necessarius, quoniam nobis grandis restat via. 22.K
Cibus nullus in gehennam. 27.E
Cibus spiritualis, quis? 31.D
Cibus bonus, patientia pauperum, quæ non peribit in finem. 85.D
Cibus porcorum, qui? 29.B
Cibus in ore, psalmus in corde sapit. 137.A
Cibus Heliæ quis datus? 123.L
Cibus modicus, & temperatus corpori, & animæ est vtilis. 301.F
Cibus primus humilitatis est. 230.C
Cibi sumendi obseruandus est modus, & tempus. 244.K
Cibi qualitas, & quantitas obseruanda. fol. 244.K.L
in Cibi vilis delectatione Esau vendidit primogenita sua. 290.C
Cibum spiritualem qui nouerunt, timent. 22.K
Cibum qui non perit, operemur, qui permanet in vitam æternam. 52.A
Cibum sobrium, sobriumque sensum sequitur sobrius somnus. 244.M
in Cibum carnem suam dedit: animam in precium Christus. 158.C
ad Cibum, sicut ad crucem accedendum, id est, non voluptate, sed necessitate. 269.E
Cibo abstinens triduo, Paulus in oratione manet. 24.C
Cibo forti indiget, qui manum miserunt ad fortia. 22.K
in Cibo, & refectione singularitas fugienda, quoniam caro pascenda, & vitia extinguenda. 269.E
Cibi dulces, corpus & sanguis Christi. 181.D
Cibi Israel tres sunt. 120.D
Ciborum saturitas suscitat luxuriam carnis. 301.H
Ciborum vbi curiosa diuersitas, ibi cœlestis panis ieiunam deserit mentem. 327.D
Ciborum gulam omni studio despicere debemus. 301.G
Ciborum abstinentia bona, sed multò est melior vitiorum abstinentia. 298.I
Cibos cur creauit deus, si non liceat manducare? 325.G
de Cibis quod dicitur, hoc de scientiis sentiendum. 161.K
Ciceronis eloquentia vitium renouatur. 390.I
Cilicij vsus. 409.C.D
Cinerem deus indait, vt iumenta manducarent panem angelorum. 391.I
Circumciditur Iesus tanquam verus Abrahæ filius. 16.K
Circumciditur Iesus, Maria purgatur, præbentes exemplum pœnitentibus. 105.L
Circumciditur puer agnus sine macula. 16.H
cum Circumcideretur saluator, iam cœpit nostrã operari salutem. 17.B
Circuncidi cur voluit Christus? 19.L.17.C
Circuncidi necesse est, & sic nomen salutis accipere. 16.K
Circuncidi necesse est non litera, sed spiritu, & veritate. Ibidem.
Circuncidi necesse est non vno membro, sed toto corpore simul. Ibidem.
Circuncisio Christi magis saluandi, quàm saluatoris esse videtur. 16.I
Circuncisio Christi veritatem susceptæ probat humanitatis. 16.I.K
Circuncisio nostra moralis est. 16.L
Circuncisio hominis integra. Ibidem
Circuncisio in antiquis patribus delebat originale peccatum. 278.D
Circuncisio cultris lapideis à Iesu Naue facta memoratur. 19.L
Circuncisio octaua die cur fiebat. 17.H
Circuncisio, quæ octaua die fiebat, spem commendabat regni cœlestis. 17.B
Circuncisio vera est spiritu, non litera. 120.H
Circuncisio infantibus olim sine vllo propriæ voluntatis vsu sufficiebat ad salutem, vt nunc baptismus. 16.E
Circuncisio quid. 17.F
Circuncisionis, & baptismi sacramentum Christus cur suscepit. 19.L
Circuncisione originalis rubiginem culpæ cultellus eradebat. 34.M
in Circuncisione domini nec neruus rumpitur, nec os comminuitur. 120.G
in Circuncisione triplex quærendum est salutis testimonium. 16.L
in Circuncisione domini habemus, quod amemus, admiremur, & imitemur. 17.D
per Circuncisionem geminam, ac per decem præcepta legis ad Christum venitur. 230.A
Circunuentio fraus, & violentia inualuere super terram. 205.M
Ciues beatificat, qui in ciuitate magna, & sublimis est valde. 11.G
Ciuitas hic manens nobis non est. 59.B
Ciuitas requici nostræ in cœlo, hic est verbs fortitudinis nostræ. 81.G
Ciuitas despectiuè castellum vocata, Hierusalem cur vocata. 391.F
Ciuitas misera, in qua regnat Herodes. 19.E
Ciuitatem dei lætificat fluminis impetus. 228.D
Clamor alius oris, alius cordis. 406.G
Claræuallis monasterij descriptio. 409.G
Clauem scientiæ tenent ecclesiæ prælati. 327.A
Claues, quæ nobis occulta reserant, tres sunt. 119.L
Claues regni cœlorum Petro apostolo traduntur. 52.I
Claues Petri quæ? 184.G
Claues regni cœlorum ad quid accepit Episcopus. 205.E
Claues ecclesiæ quando annullantur. 363.E
Claues ecclesiæ habent prælati, quibus claudunt, & nemo aperit: & aperiunt, & nemo claudit. 405.E.F
Claues regni cœlorum deo auctore susceperunt episcopi. 335.C
Clauiger regni. 262.K
Claustrum verè, est verè religio paradisus. fo. 104.B
Claustrum execrantes monachi auditorium diligentes. 314.C
in Claustro si te clauseris, à Christo amaberis. 310.E
in Claustro deo seruiunt, pisces sunt in stagno mundi. 77.E
in Claustro sunt iurgia, & detractio. fol. 299.A
Claustra sui ordinis impatientia. 237.F
in Claustra quotidie diabolus intrat, & si quẽ ociosum inuenit, statim accusat. 306.E
Claustralis paradisus. 401.G
Claustraliũ scala quæ sit, & quam vim habeat. 267.G
Clauus clauo solet extundi: prouerbium. fol. 203.C
Clauus clauo expellitur. 395.M
Clemens quæ à domino acceperat. 76.E
Clemens gloriam sua passione promeruit. fol. 76.D
Clemens beatus Martyr. Ibid.
Clemens ita esto in alienis delictis, sicut in tuis. 257.A
Clementis solennia celebramus. 76.D
Clementia abuti noli, ne potentia opprimaris. 357.D
Cleophas interpretatur intrepans ore. 42.L
Cleri ordo sacratissimus. 202.L
Clerum ordinatissimum esse decet. 210.F
in Clero auaritia regnat, ambitio imperat, superbia dominatur, iniquitas, & luxuria principatur. 203.M
Clericus, qui partem habet in terra, non habebit partem in cœlo. 238.G
Clericus, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum remouebitur. 368.D
Clericum ornatum non facit tenera vestis, sed munditia mentis. 296.I
Clerici volunt peccare, sed non flagellari cum hominibus, vnde timendum est, quòd flagellentur cum dæmonibus. 404.M
Clerici habitu milites, quæstu clericos, actu neutrum exhibent: nam neque pugnant, vt milites, neque vt clerici euangelizant: cum vtriusque esse cupiunt, vtrumque deserunt, vtrunque confundunt. 210.D
Clerici debent esse ordinis, & honestatis speculũ, & formã. 210.F
Clerici ad officia expediti, ad sacramenta idonei, ad plebes erudiendas soliciti, ad se custodiendos in omni castitate esse debent. fo. 210.F
Clerici, & ministri ecclesiæ in vsus luxuriæ victum pauperum consumere non verentur. 149.L
Clerici aliud esse, aliud videri volunt. fol. 210.D
Clerici sine labore, sed laici cum labore volunt possidere totum mundum. 404.L.M
Cleri sapientes sunt, vt faciant mala: bonum autem facere nesciunt. 210.I
Coactio vbi adest, libertas ibi non est. fol. 122.E
Cœlum cœli singulariter dicitur vniuersa illa multitudo collecta beatorum. 153.G
Cœlum à terra locum tenet exteriorem, sol, luna & sydera superiorem. 225.A
Cœlum non habet infantes, habet ecclesia. fol. 183.L
Cœlum habet solos bonos. 116.F
Cœlum spirituale, anima. 153.E.F
Cœlum quodammodo est homo. 75.A
Cœlum nouit vnigenitus dei patris. 31.M
Cœlum nouum erit, & terra noua. 149.B
Cœlum, est sancta anima, habens solem intellectum, lunam fidem, astra virtutes. 154.L
Cœli, ad quos rapimur, tres sunt. 120.A
Cœli porta patet. 51.G
Cœli columnæ, quæ sustinent orbem terrarum. 91.E
in Cœlis trisititiæ non est locus, sicut nec culpæ. 99.C
in Cœlo nullus passionis locus esse potest. Ibid.
in Cœlo vtique sola iustitia. Ibid.
Cœli cœlorum pluraliter nominantur, propter singulos beatos, qui vtique cœli sunt. 153.G
Cœlorum claues Petro apostolo traduntur. 52.I
Cœlorum regnum, & pœnitentiam Ioannes Baptista primus ostendit. 394.I
Cœlorum regni mentionem fecit Ioannes Bapt. hominum omnium primus. 394.B
Cœlorum regnum quis rapit. 410.H
Cœlorum non sunt diuisiones, sed beatitudinũ. 153.G
Cœlorum regni verbum latum, & adorandum. 394.C
in Cœlis locus dignior non fuit regali solio, in quo Mariam, Mariæ filius sublimauit. 59.C
Cœlestis regni apud Patriachas mentio non fit. 364.A
Cœlestia in desiderio esse debent, terrena nobis in vsu. 296.A
Cœlestia cogit meditari inge silentiũ, & ab omni strepitu secularium perpetua quies. 345.D
Cœlestia desiderare, terrena expendere debemus. 296.A
Cœlestiũ gloria longè, alia, quàm terrestrium. 75.C
Cœlibem in carne agere vitam arduum. 7.G
Cœna in cœlo, & in aula æterna paratur. 23.B
in Cœna Christus quinque panibus refecit apostolos. 33.E
in Cœna domini non defuit caro Christi, quæ verè est cibus super omnia. 33.E
in Cœna Christus erat manducans & munus: cibans, & cibus, conuiua, & conuiuium: offerens & oblatio. 392.A
Cœtus non iniqui, sed planè sancti. 51.G
Cogitat impius plerunque terribilia de fide, horribilia de diuinitate. 263.E
Cogites nihil præter salutem tuam. 258.K
Cogitare quid debemus? 263.G
Cogitare de deo debemus, vt delectemur in illo. 263.G
Cogitare de sanctis, quodammodo eos videre est. 70.K
Cogitatio in memoria est. 98.C
Cogitatio habet vocem suam. 57.B
Cogitatio illicita, ac praua. 254.L.M
Cogitatio mala titillat. 303.C
Cogitatio turpis mentem tuam non subrepat. 303.B
Cogitatio sancta seruabit te, & affectio pura, & intentio recta. 98.C
Cogitatio munda de mente sordida non emanat. 378.H
Cogitatio hominis ad malum prona. 75.E
Cogitatio sancta seruabit te. 108.H
Cogitatio diues vocis paupertate confunditur. 388.M
Cogitatio mea qualiscunque deum non latet. 232.I
Cogitatio carnalis quæ sit? 94.G
Cogitatio praua delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem. 256.H.I
Cogitatio mala, est primus fluminis riuus. 390.C
ex Cogitationis inopia lingua silet. fol. 66.D
Cogitationi vanæ, & carni tanquam diabolo resistendum. 94.G
Cogitationem malam non sinas manere in corde tuo. 303.C
Cogitationem malam si homo habet in corde suo, non est siue culpa. 303.B
post Cogitationem, & locutionem venitur ad opera. 390.F
in Cogitatione quando cessat rerum terrenarum strepitus. 307.D
Cogitationes praua quæ fugiendæ. 256.E
Cogitationes, & affectiones in vnum conueniũt, vt mentem decipiant. 257.L.M
Cogitationes hominum aut vanæ, aut factæ immissiones per angelos malos, angelos satanæ. 180.E
Cogitationes vanæ à corde repellendæ. 253.F
Cogitationes hominis continua volubilitate volunntur. 263.E
Cogitationes hominum deus scit. 303.C
Cogitationes hominum deus scit, quoniam vanæ sunt. 337.A.B
Cogitationes penitus ociosæ. 97.M
Cogitationes violentæ. 97.L
Cogitationes carnales homines ad luxuriam pertrahunt carnis. 283.A
Cogitationes nostræ occidunt nos intra nos enutriæ, vt vipera à suis filiis adhuc in ventre positis necatur. 303.B
Cogitationes consumunt animam nostram veneno viperino. Ibidem.
Cogitationes mundanæ animum concupiscentiis rerum illaqueant. 282.M
Cogitationes malas dæmones suggerunt. 256.I
Cogitationes bonæ, & sanctæ. 263.G
Cogitationes ociosæ, quæ? 263.F
Cogitationum vestrarum auferte malum ab oculis vestris. 303.A
Cogitationum multiplex varietas. 263.E
Cogitationum tria genera. 97.L
Cogitationibus peccamus, non solum factis. 303.B
Cogitationibus, non sermonibus respondebat Christus. 337.B
Cognoscere se ipsum, est scientiarum præstantissima. 254.H
Cognoscere deum, est plenitudo scientiæ. fol. 260.A
Cogitatio perfecta in hac vita haberi non potest, forsitan nec oportet. 81.G
Cognitio dilectionis in domo cœlesti, est nutrimentum. 81.G
Cognito sui in lachrymis, dei autem in gaudio. 162.F
Cognitio sui in tribus stat. 398.L
Cognitio sancta seruabit nos. 91.G
Cognitio adhuc nobis incognita. 70.A
Cognitio iucunda ibi, id est, in domo cœlesti, vbi macula iam non erit. 81.G
Cognitio perfecta Trinitatis, vita æterna est. 49.L
Cohabitatio non potest esse luci ad tenebras. 40.H
Colendi, canendi, & precandi sunt sancti. 56.G
Collaterales, & coadiutores Papæ quales esse debent. 211.A.B
Colles significant dæmones. 172.I.K
Colloquium dulce, & felix consolatio est, cum meditationem tractat oratio. 42.I
Colloquia mala corrumpũt bonos mores. 308.D
Coluber missus est à diabolo, vt venenum per aures mulieris transfunderet, & sic refunderet in totius posteritatis originem. 50.F
Columba, ecclesia est, quia innocens, quia gemens. 179.A
Columba septem in se virtutes habet. 308.C
Columba non habet fel. Ibidem.
Columba gemitum habet pro cantu. Ibid.
Columba quid significatur? 178.A
Columba sæpe alienos pullos nutrit. 308.C
Columba super riuulos aquarũ sedet, vt viso accipitre veniente, se in vndas immergat, & euadat. Ibidem.
Columba rostro non percutit. Ibidem.
Columbinus oculus. 336.A
Columnæ septem, quas in nobis erigere debemus. 2.M3.A
Columnæ duæ Augustinus, & Ambrosius. 343.H
Columnæ cœli, quæ sustinet orbem terrarũ. 91.E
Comam non nutriunt milites templi iuxta apostolum. 198.D
Comedit homo Christianus, vt viuat, non viuit, vt comedat. 290.E
Comede sic, vt semper esurias. 90.I
Comede ita, vt semper habeas famem. 301.H
Comedite ante mortem, bibite post mortem, inebriamini post resurrectionem. 228.C.D
Comedere non debemus, vt venter impleatur, sed vt corpus subsistentetur. 301.G
Comedere nimis quid sit, nouerunt omnes. 290.B
Comes facundus quid præstat. 157.M
Commendatio lilij. 282.M
Comminatio terribilis, & nimis formidolosa. 160.L
Commune damnũ, cõmunis desolatio est. 360.H
Communicaturi Corpus Christi, omne venenum, id est, peccatum, euomere debent. 302.L
ad Completorium psalmi nos admonent, vt benedicamus domino. 306.H
Compungitur mens iusti quatuor modis. 297.A
Compunctio cordis, est animæ sanitas. 297.C
Compunctio bona, thesaurus est desiderabilis. 297.B
Compunctio mentis, est animæ illuminatio, tum enim anima illuminatur, cum ad lachrymas compungitur. 297.C
Compunctio perfecta omnem carnalium rerum delectationem repellit. 297.A
Compunctio duplex vna, quæ mala, quæ fecimus, ad memoriã reducimus: Altera, qua sustiramus propter æternæ vitæ desiderium. 297.A
Compunctio vnigenitum Christum dei filium facit habere in se. 297.D
Compunctio ad lachrymas à domino peccatorẽ visitari signum est. 297.A
Compunctio spiritum sanctum reducit ad se. 297.C
Compunctio lachrymarum, & peccatorum remissio. Ibid.
per Compunctionem ad lachrymas sancti obtinuerunt veniam peccatorũ suorum apud deũ. 297.B
per Compunctionem ad lachrymas quid Dauid obtinuerit. Ibid.
Conatus iugis ad perfectionem, perfectio reputatur. 378.E
Conceptio immunda in solũ Christum non cadit. 11.I
Conceptio beatæ Mariæ virginis an fuerit sancta non asserit Bernardus quia tunc hoc nõdum decreuerat ecclesia. 362.L
Conceptio, in qua nihil pudoris, nihil sordis, nihilque corruptionis est, quæ. 11.H
Conceptio Christi purissima. I
Conceptionẽ nostrã immũdam tollit Christus. 11.I

de Conceptione virginis Mariæ quæstionem Berniardus ad auctoritatem, & examen Romanæ ecclesiæ remittit. 362.M
Conceptus Christi sine pudore. 11.I
Conceptus sine semine. 11.M
Conceptus non habetur festus, qui de spiritu sancto non est, & de peccato est. 362.L
Consilium cogit deus, init consilium. 389.A
Concordia ad faciendum peccatū mala est, concordia ad faciendum bonum, bona est. fol. 304.F
Concordia malorum, contrarietas est bonorum. Ibidem.
Concordia, & pax omnibus hominibus amantur. 299.A
Concordia, & pax omnibus hominibus necessariæ. 299.A
Concordia deo magis placet, quàm ieiunia, orationes, & sacrificia. 304.G
Concordiæ virtus est nobis necessaria. 304.G
Concordiam rumpit contentio. 299.C
Concordiam, & charitatem magis, quàm cætera omnia diabolus timet. 304.G
Concupiscentia viri illecti enervauerat nos. 24.I
Concupiscentia mundi plus, quam substātia nocet. 237.K
Concupiscentia mundi sic transit, vt ignis deficit, deficientibus lignis. 20.B
Concupiscentia quæ potissimum parte castigari debet? 199.E
Concupiscentia nostris insita membris ex Adā manat. 199 K
Concupiscentia mundi transit. 301.B
Concupiscentia reuiuiscente sopitur ratio, ligatur consuetudo. 234.B
Concupiscentia, quæ à progenitore corporū descendit, nunquam in hac vita mortali à carne recedit. 199 K
Concupiscentia carnalis omnem rationis vsum amittit totusque homo fit carnalis. 268.A
Concupiscentiæ venenum humani corporis membra occupauit. 17.A B
Concupiscentiæ carnales vnguentum suauitatis exterminant. 166.F
Concupiscentiam peccati extinguit timor domini. 23.G
Concupiscentiam in qua parte vehementius sæuire constat. 17.B
Concupiscimus nos, quæ? 12.K
non Concupiscies, exponitur ibi. 407 M
non Concupisces meliora in rebus mundi. fol. 299.D
non Condemnabit iustum, qui misertus est peccatoris. 366.L
vt Condemnetur vnus, pro multorum saluatione melius est quam vt per vnius licentiam multi pereliātur. 299.F
Condimentum necessarium. 85.D
ad Condimentum omne sal cum fame. 325.A
Conditor est, & consortem se reputat Christus. 176.H
Conditor inuenit suam sibi rebellem creaturam, id est, animā, inueniet & ipsa suam sibi rebellem pedisequā. 199.E
Confidentia tua semper in Christo. 294.M
Confiteor ei peccata mea cui omnia nuda sunt, & aperta. 254.H
Confitetur Paulus Dei filium coram hominibus non verbo, neque, lingua, sed opere, & veritate. 45.F
Confitetur peccata sua homo per virtutem simulatus. 252.H
cum Confiteris mala tua, sacrificium est deo spiritus contribulatus. 353.H
Confitentur se nosse deum, factis autem negant. 10. L
Confitemini humiliter, & deuote. 123.L
vt Cōfiteamur ratio mouet, & deus cogit. 79.E
si Confiteamur peccata nostra, non decrunt veris Iudæis purificationes hydriæ. 23.E
si Confiteamur iniquitates nostras, dimittet nobis peccata nostra deus. 52. B
Confiteri peccata tua nō erubescas, quoniam omnia in cofessione lauantur, & nullum peccatū dimittitur, nisi prius confiteatur. 257.L
Confitendo qui reatum suum verbis alleuiat veniam sibi abiudicat? 144.A
Confitendum humiliter, purè, & fideliter omne, quod remordet conscientiam. 143.K
Confitenda non est pars vna peccatorum, & altera reticenda. 79. B
Cōfitēda nō sunt leuia, et grauia diffitēda. 79.B
Confitenda prius peccata sua, quàm ad expugnanda accedamus aliena. 41. D
Confitenti, & pœnitenti nascitur lux mundi. 390. G
ad Confitentē responsio patris spiritualis. 256.B
Confitentes peccata cum gemitu venturo paramus hospitium. 40.G.H
Confessi sunt purè & humiliter Cain, & Iudas, sed non fideliter. Et cur hoc? 79. C
Confessi si fuerimus peccata nostra, deus dimittet nobis peccata nostra. 284. L
Confessio peccatorum debet excolere conscientiā. 254. G
Confessio Petri gloriosa. 398.K
Confessio extorta, non est confessio. 78.M
Confessio magnum est sacramentum. 78.M
Confessio vera & vera pœnitentia est, quando sic pœniteat hominū peccasse, vt crimen non repetat. 257. I
Confessio debet fieri sacerdotibus, tanquam testibus. 251. D
Confessio sacerdotibus cur facienda? 251.D
Confessio sacerdotibus facienda probatur ex cap. 5. Iacob. 251. D
Confessio, peccatoris est vita, iusti gloria. fol. 353.H
Confessio velox, velociter meditum facit. fol. 256.E
Confessio vbi, ibi in conspectu domini pulchritudo est. 41.E
Confessio est iustorum. 106.B.C
Confessio, est peccatori necessaria, & iustum nihilo minus decet. 353.H
Confessio fit ore ad salutem. 9. L
Confessio vana noxia. 143.M
Confessio per Iudam notatur. 113. E
Confessio, est pulchritudo in conspectu domini. 10. D
Confessio non deesse debet, vt digni simus susceptione dominica. 9. L
Confessio ficta, est vulpina conscientia. 251. G
Cōfessio humilis in malis factis melior est, quàm in bonis superba gloriatio. 101.H
Confessio quæ peccatum plangit, alia est, alia quę laudem canit. 79.F
Confessio est bonum animæ ornamentum. 79.F
Confessio debet esse vera, nuda, & propria. 399.C
Confessio non est dinidenda diuersis sacerdotibus. 251. C
Confessio dei nulla in inferno. 59.H
Confessio non est vtilis, nisi sit in oris veritate, & cordis puritate. 251.C.D
Confessio, est bonum animæ ornamentum. fol. 353.H
Confessio peccatorem purgat, & iustum reddit purgatiorem. Ibidem.
Confessio simulata, non est confessio, sed duplex confusio. 256.D
Cōfessio humilis prouocat compassionem. fol. 256.D
Confessio decor, & stola vocatur ibi. 9.L
Confessio ad abbatem. 255.I
Confessio via est, sine qua nemo peruenit ad patrem, quàm qui perdit, deum perdit. 78.K
Confessio superba, & fallax multo periculosior, quàm procax, & obstinata defensio. 233.K
Confessio vbi, ibi pulchritudo. 353.H
Confessio peccatorum conscientiam bonam excolere debet. 260 K
Confessio ficta. 258.D
Cōfessio simulata, gradus superbiæ nonus. 233.K
Confessio pura peccati, quàm dulce sapiat pietati. 21. L
Confessio peccatorum in ecclesia fit. 395. E
Confessio fidelis quomodo sit futura. 144.A.B
Confessio infidelis nihil Iudæ, & Cain profuit, quoniam diffisi sunt. 144.B
Confessio est scopa, qua carcer hominis mundatur, & ornatur. 59.I
Confessio secreta vt perfecta sit tria debet habere. 270.E
Confessio oris est purè facienda. 79.B
Confessio perit à mortuo, tanquam qui non sit. 353.H.234.G
Confessionis gradus. 79.A.B
Confessionis septem gradus. 398.I.& sequent.
Confessionis humilitas. 10.C
Confessionis refugium, remedium solum nobis constitutum est, post baptismum. 256.D
Confessionis numinum dat lingua. 107.B
Confessioni iungitur decor, iungitur pulchritudo. 353.H
Confessionē debet semper comitari myrrha, & thus, id est, mortificatio carnis, & oratio cordis. 112.C
Confessionem generat humilitas sacerdotis. fol. 78.L 79.E
Confessionem quatuor impediunt. 144.A
Confessionem vt humilem, ita & simplicem esse oportet. 114.D
Confessionem memoria mundatur. 256.D
per Confessionem puram habetur venia. 353. G.H
Confessionem ama, ob quam amaris. 27.A
ad Confessionem corscindatur. 116.E
Confessionem quatuor impediunt pudor, timor, spes, desperatio. 10.C
Confessione apparemus vestiti, qui non possumus in vestitu innocentiæ, seu iustitiæ. 13.G.
Confessione omnia peccata lauantur. 353.H.22.H.256.C.D 3.F
in Confessione habenda fiducia est de bonitate dei. 301.C
Confessione opera bona commendantur. 353.H
Cōfessione ad presbyterum emergimus de abyssis vitiorum. 78.L
Confessione donec peccata lauētur, manent. 32.B
in Confessione fit peccatorum remissio, & exinanitio. 395.E
absque Confessione iustus iudicatur ingratus, & peccator reputatur mortuus. 313 H
in Confessione lauat nos deus, lachrymarum imbre, sudore pœnitentiæ. 81.A
in Confessione est omnis spes veniæ, & misericordiæ, nec potest quis à peccato iustificari, nisi prius fuerit confessus peccatum. 252.H
à Confessione sacratissima qui excludantur? 78.M
Confessores veri, qui. 9.M
Confessores seminauerunt iustitiam. 29.K
Confessores, & martyres quo differunt. 29.K
Confessus, securus iam suscipe cum, qui in Bethleem nascitur. 9. L
Confessorum collegia. 70.K
Confessorum & martyrum memoria celebratur. 82. G
Confusio, pauor, & mœror in penetralibus regum sunt. 206. D
in Congregatione fidelium deus habitat, & requiescit. 299. L
Coniugem turtur si amiserit, eius naturæ est, vt alterum amplius non quærat. 297.E
Coniuges deus inuiolabili ligat sacramēto. 328.F
Coniugium ante nuptias medium esse liquet: in coniugatis puri boni vim obtinet. 328.I
Coniugium cum & fieri licet, & non fieri: factum iam solui non licet. 328.I
Coniugium spirituale, in quo duo nō in vna carne, sed in vno spiritu. 178.A
Coniugium ibi nota esse sacramentum. 328.F
Coniunctio corporis, & animæ exquisita tormēta non diu sustinet. 399.H
Connubium sanctum, castúmque in Christo, & in ecclesia. 191. G
Connubium Christi, & ecclesiæ spirituale. fol. 196. M
Connubium honorabile, & torus immaculatus si de ecclesia tollātur, quid secuturum. 181.H
Connubium sanctum animæ cum verbo. 195.B
Conradus rex Romanorum. 375.A
Conscientia perpetua est, quæ nunquam finitur, sicut nec anima, quæ non potest esse sine conscientia. 252.G
Conscientia propria vnicuique est liber. 260.K
Conscientia est inseparabilis gloria, vel confusio vniuscuiusq; pro qualitate depositi. 263.L
Conscientia accusat. 251.I
Conscientia, est speculum mundum, & purum totius religionis. 260.K
Conscientia est ędificanda sed prius mundanda. 252. G
Conscientiæ meæ damnat me, quāquam iudicium diuinum me nondum damnet. 261. E
Conscientia bona est domini vnica. 260.K
Conscientia bona nullum certius testimonium futuræ beatitudinis. 263.K
Conscientia munda quæ. Ibid.
Conscientia pura est, cui deus peccata sua non imputat. Ibid.
Conscientia mala contristat animam. 263.L
Conscientia mala nulla est pœna maior. 263.L
Conscientia iusti, paradisus est. 407.C
Conscientia diciur quasi cordis scientia. 263.I
Conscientia citius, quàm scientia apprehenditur, & vtilius retinetur. Ibid.
Conscientia bona nihil est iucundius, nihil securius? 260.I
Conscientia bona, est speculum mundum, clarum, & purum totius religionis. 254.B
Conscientia mala, & tranquilla nihil est peius, & infelicius. 263.B
Conscientia felix, in qua misericordia & veritas obuiauerunt sibi. 252.H
Conscientia humana, est domini vinea. 254.G
Conscientia prauæ nulla grauior pœna. 257.A
Conscientia mala propriis agitur stimulis. Ibid.
Conscientia propria te condemnat, si publica fama te condemnat. Ibid.
Conscientia proprij reatus non me requiescere sinit. 261.E
Conscientia hominis abyssus multa. 256.M
Conscientia mea, & proximi abyssus imperscrutabilis. 2. M
Conscientia bonus titulus est religionis, & benedictionis. 260. I
Conscientia sit plena, vt deum conducat ad hospitium. Ibid.
Conscientia bona nihil iucundius in hac vita possidetur, nihilque securius. 263.K
Conscientia quando illustratur. 260.H
Conscientia, est inseparabilis gloria, vel confusio vniuscuiusque pro qualitate depositi. 252.G
Conscientia bona est, quæ peccata præterita punit, & puniēda committere refugit. 253.K
Conscientia recta, cui suum peccatum displicet, & alieno non consentit. 253. K
Conscientia tranquilla quæ omnibus est dulcis, & nulli grauis. 253.K
Conscientia munda est, quæ benè sibi conscia. 253. L
Conscientia ędificanda est, sed prius mundanda. 260.A.B
vbi Conscientia pura, ibi vita secura. 197.I
Conscientia hominis est quasi mare magnum, & spacioſum. 262. G
Conscientia felix, non sibi in aliquo conscia. 262. H
Conscientia bona, titulus est religionis, templum Salomonis, ager benedictionis. 254.A
Conscientia si fuerit bona, premat corpus, trahat mundus, frendat diabolus, illa erit secura. 260. I
Conscientia bona est, quæ præterita peccata punit, & puniēda committere refugit: quæ & si peccatū sentiat, peccato non consentit. 262.K
Conscientia bona lætificat animam. 263.K
Conscientia bona in die iudicij plus valebit, quàm marsupia plena. 325. H.I
Conscientia peccatoris semper est in pœna. 303.C
Conscientia bona, quæ habet in corde puritatem, in ore veritatem, in actione rectitudinē. 263.I
Conscientia mala quæ. Ibid.
Conscientia carcer, ratio, & memoria tortores sunt peccatori. 59. H
Conscientia rei semper in pœna est. 257. A
Conscientia mala, & turbata. 263. D
Conscientia vulpina, quid? 251.G
Conscientia tranquilla, rara est auis in terra. 262. L
Conscientiā pauci quærunt, multi scientiā. 253.L
Conscientia nostra erit noster iudex in die iudicij. 255.C
Conscientia, & mens immūdorū est polluta. 181.M
Conscientia ipsa est accusatrix, memoria testis, ratio iudex, timor carnifex. 57.A
Conscientia quod accusat memoria testificatur, & quod ratio iudicat timor excruciat. 57.A
Conscientia nostra domus vocatur, in qua post militiam quiescimus. 252.F
Conscientia, est cordis scientia. 254.A
Cōscientia sanata, corp⁹ cōsequēter sanatur. 114.A
Conscientia bona, & turbata quæ. 262. L
Conscientia felix quæ. 10.M
Conscientia quotuplex. 114.C
Conscientia duplex. 260.I
Conscientia hominis, abyssus multa. 262. G
Conscientia bona futurę beatitudini nō est vllius remediū, nec certius testimonium. 260. I
Conscientiæ fiducia fidelis, fortitudo tua. 209.M
Conscientiæ bonæ elegans descriptio. 263.K
Conscientiæ nostræ testimonium, gloria nostra hęc est. 129.I. 67.K
Conscientiæ vermem nunc sentiri optimum est, cum possit etiam suffocari. 201.D
Conscientiæ dotes. 260. I
Conscientiæ domus septē columnis est ædificanda. 252.M
Conscientiæ hominū multæ sunt, sed nulla melior est illa, qua seipsum cognouit homo. 260.L
Conscientiæ bonæ & malæ definitio. 263.I
Conscientiam bonam faciunt in nobis duo, pœnitentia, & continentia. 105. B
Conscientiam illuminatam tres inimici moliuntur extinguere. 11.A
Conscientiam rodit temporaliū dispersus: rivus quà fluit, canat terram. 212. A.B
Conscientiā pauci quærunt, multi scientiā. 263.I
Conscientiam, in qua peccatum latet voluntas ędi, & ratio exceratur. 81.F
Conscientiā deus, & homo mundabit. 252.G.H
Conscientiam debemus nobis, puritatem proximo, fidem deo. 105. B
Conscientiam bonam duo reddunt, pœnitere de malis, & abstinere à malis. 336.D
Conscientiā deus, & homo mundant. 260.A.B
in Conscientia non sit infirmitas modicæ fidei nutans. 209.H
Conscientiarum quatuor modi. 262.K
Conscius nihil mihi sum rara vox est. 207.F
Consecrat sacerdos Christi corpus. 302.M
Consecrant sacerdotes corpus, & sanguinem domini. 391.L
Consecratur in mensa Corpus Christi, & sanguis. 182. A
Consecratio dominici sanguinis sacerdotibus solis commissa est. 404.A
Consecratio episcoporū facit pœnitentes templi sanctos. 82. C
Consecratio corporis Christi, & ministerium ministrorum Christi. 114.I
Consecratio corporis, & sanguinis Christi in Missa. 341. K
post Consecrationem panis, & calicis priora accidentia, quæ remanent, in aere pendere, dicebat nouus in Francia theologus hæreticus. 366.C
in Consecratione corporis & sanguinis Christi quot necessariò requiruntur? 341.K
Consensus non est, vbi non est voluntas. 215.I
Consensus non est, nisi voluntarius. 215.I
Consensus noster diuinæ voluntati subiiciendus. 95.M
Consensus solus reos non facit. 253.K
Consensus vbi, ibi voluntas. 215.I
Consensus voluntatis nos iustos probat, aut iniustos: & beatos, vel miseros facit. 215.L
Consensus voluntarius est, nō necessarius. 215.L
Consensus non est idem, quod sensus. 215.K
Consensus, nutus est voluntatis spontanens, vel habitus animi liber sui. Ibid.
Consentibile, & consubstantiale non idē. 186.C
qui Considerat semetipsum non exquirit, quod in aliis reprehendat, quia in semetipso multa reperit quæ lugeat. 307.F
Consideratio tua, verbum tuum. 206.I
Cōsideratio in quatuor capita diuiditur. 206.H
Consideratio confusa disterminat, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, fucata explorat. 205. G

Universidad de Deusto
Biblioteca

Consideratio agenda præordinat, acta recogitat. 205.G
Consideratio in prosperis aduersa præsentit, in aduersis quasi non sentit. 205.G
Consideratio purificat mentem, regit affectus, dirigit actus, componit mores, vitam honestat, & ordinat. 205.G
Consideratio humanarum, & diuinarum rerum scientiam confert. Ibid.
Cõsideratio à cõtemplatiõ distinguitur. 206.G.H
Consideratio vana est, quid sueris, & quid sis. 207.K
Consideratio propriæ naturæ ad pietatem magnum momentum afferre solet. 207.I
Consideratio est, qua qui simus, & vnde assumpti, attendamus. 206.K
Consiliarius fidelis, Christus. 4.E
Consiliarius se exhibebat serpens, simulabat amicum, cum deciperet. 194.F
Consilium iustorum quid. 352.C
Consilium inscrutabile. 396.I
Consiliũ nullũ filij sui Maria potuit nescire. 20.L
Consilium creditur amicis. 97.E
Consilium à sapiente, sermo à Propheta quærendus est. 230.G
Consilium Apostoli de vtendo vino non negligimus. 236.G
in Consilium Papa quales assumere debet. 211.D
Consilium impiorum quo pacto sit? 109.D
Cõsilium impiorum itur quatuor modis. 109.D
Consilium non est contra consilium dei. 332.H
Consilium dei nulli etiam beatorum angelorum prius, quam virgini reuelatum. 344.H
Consilium omnino occultum, quod. 239.B
Consilium impiorum est, terrena cœlestibus, visibilia inuisibilibus præponere. 109.C
Consilium init deus, cogit consilium. 389.A
Consilium humanum stagitantes, consilium diuinum amisere ducatum. 19.F
Consilium melius nullum est, quam si exemplo tuo fratrem docere studeas. 2.L
Consilium homo liberum perdidit per quod habebat prius posse non peccare. 217.F
Consilium secretum, secretũ quærit auditũ. 352.D
Consilium secretum est, quod solis creditur amicis. 26.G
Consily diuini sacramentum oportebat aliquandiu principi mundi celari. 6.C
Consilio diaboli, quod Filij dei est, Adam & Eua subripere tentant. 1.E
cum Consilio fac omnia, & post factum non te pœnitebit. 211.D
in Consilio viri probati, non probandi sunt eligendi. 211.D
Consilio omnia facienda. 333.H
in Consilio, in obsequio boni sunt habendi contubernales. 333.H
Consilia secreta in sapientia viri excellentes rimantur. 22.A
Consilia sua deus nobis dicit, per hominem, per spiritum, per mandatum. 57.C
Consilia non sunt perfecta absque prudentia, & benevolentia. 335.E
Consilia propinantur de fonte sapientiæ. 113.K
Consiliorum mater, est sapientia. 335.F
Consultatio senioris adhibenda est contra lenitatem. 62.F
Consolatur Spir. paracletus hic in spe, in vita in re. 317.B
Consolatur deus nos in omni tribulatione. 16.A
Consolatur nos spei fiducia. 25.E
non Consolatur garrulos Christi infantia. 16.B
non Consolãtur lachryma Christi cachinnantes. 16.B
Consolatio mundialis vilis, & ad nihilum vtilis. 11.G
Consolatio mundialis veræ consolationis est impedimentum. Ibid.
Consolatio nunc multiplex arguentis conscientiæ reuelat cruciatum. 201.E
Consolatio bona est de spe salutis æternæ. 85.K
Consolatio nõ est vbi est fratris desolatio. 341.M
Consolatio penitus nulla in gehenna. 89.M
Consolatio secularibus vana. 54.H
Consolatio nostra abundet per Christum. 11.G
Consolatio spiritualis quænam sit. 18.C
Consolatio & salus miserorum. 11.G
Consolatio miserorum pendet ex ore virginis Mariæ. 8.L
Consolatio diuina est preciosa. 242.M
Consolatio nugatoria, est prorsus inanis, & friuola. 201.I
Consolationis lac administrat bonitas. 22.A
Cõsolationem quisquis ignorat esse necessariam, superest vt non habeat dei gratiam. 18.C
Consolationem mundialem nobis offerre non licet. 11.G
Consolationẽ miserã obtinuit Cain, quam quærebat, & oblitus est consolationis maximæ. 242.M. 243.A
Consolationem agnoscere non potest, qui desolationem non nouit. 18 B C
Consolationes, & voluptates sunt animæ desolationes. 258.A
Constantes, firmi, & feruidi quotidie in arcem virtutis excrescunt. 410.H.I
Constantia martyrum, & pertinacia hæreticorũ nihil habent simile. 182.F
Constantia virum virtutis ostendit. 196.I
Consubstantialis deo imago sua. 192.K
Consubstantiale, & consentibile nõ idem. 186.C
Consuetudo peccandi, duodecimus superbiæ gradus. 234.B
Consuetudo, & natura, duo sunt pedes, quibus vti debemus. 119.M
Consuetudo vertitur in naturam. 263.C
Consuetudo voluntatis corruptæ plurima sæpe vitia quasi naturalia effuere facit. 246.M
Consuetudo ligat. 234.B
in Consuetudinem praui mores abeunt facilè. 204.I
per Consuetudinem prauam multa sunt vitiata, prauo vsu multa sunt profundata. 209.H
Consuetudine peccandi etiam cum nescio pecco. 254.K
Consummatio ei deest, qui initium non apprehendit. 91.G
Consummatus in breui expleuit tempora multa. 378.E
Contaminatio vbi multiplex, opus est etiam ibi multiplici tribulatione. 97.A
Contemplatio prima, est admiratio maiestatis. 215.D
Contẽplatio secunda intuetur iudicia dei. Ibid.
Contemplatio tertia occupatur circa, memoriam beneficiorum. Ibid.
Contẽplatio à cõsideratione distinguitur. 206.G
Contẽplatio dicitur cibus in hac vita, vbi vescimur in sudore pane nostro. 120.C
Contemplatio honorũ dei nos quidẽ vestit citer, sed nõ perfectè, nisi cũ deo satiat. 121.H
Contemplatio quomodo fit. 111.C
Contemplatio quid sit. 267.G
Contemplationis multa genera. 21.I
Contemplationis varij gradus. 212.G
Contemplationis beatæ excessus duo. 169.I
Contemplationis quatuor species. 215.D
Contemplationis radius suauissimus. 42.G
Contemplationis lecto pro amore Christi iacere. 297.L
Contemplationem tria impediunt. 61.M
in Contemplatione dormiens, deũ somniat. 145.E
Contemplatores quos? 120.F
Contemne viuens, quæ post mortem habere non potes. 257.B
Contẽptor sacramẽti sanctificari nõ potest. 343.H
Contemptor nullus erit, si vsurpator non sit, aut admodum rarus. D.E
Contemptor veritatis, est causa nostræ cæcitatis. 332.C
Contemptus in facilioribus, minusque onerosis damnabilior, quàm actus laudabilior æstimatur. 219.I
Contentio concordiam rumpit. 299.C
Contentio conturbat oculum mentis. Ibid.
Contentio lites parit, pacem cordis extinguit, rixas gignit, iurgia seminat. Ibidem.
Contentio faces odiorum accendit. Ibidem.
Contentio mentis oculum conturbat. Ibidem.
Contentiones, & rixæ vbi regnant, ibi esse non potest perfecta religio. 299.A
Contentiones ex inuidia, & detractione oriuntur. Ibidem.
Contentiosi carnales vocantur, spiritum non habentes. 66.I
Continens aliud, aliud castus. 397.A
Continens est in medio vtrobique sumens participium. Ibidem.
Continentes, & castè viuentes, deo in scipsis præparant habitaculum. 300.K
Continentia facit hominem proximũ deo. Ibid.
Cõtinctia vbi permanet, ibi deus habitat. Ibid.
Continentia, est murus fortitudinis nostri. 81.H
Continentia peccatum à corpore expellit. 137.C
Continentia in terris rara. 181.H
Continentia crebris, validisque tentatoris ictibus resistere nõ potest, nisi diuina gratia probatur. 61.G
Continentiæ panis. 107.D
Continentiæ meritum nullum est absque charitate, seu iustitia. 153.L
Continentiæ virtus quando perfecta? 61.F
Continentiæ virtus quando perfecta? 61.F
Continentiam perfectam ante omnia quære, quã debes tibi ipsi. 41.F
in Continentia qui perseverant, luxuriæ assultus sentiunt. 397.I
Continentia meritum apud deum non habet. 137.C
Contorior verspillis quis, & quid machinatur hominibus. 390.C.D
Contrarium nihil nobis, nisi nos ipsi. 251.E
Conremisit terra tunc, quando peccator ad lachrymas commouetur. 297.A
Contumaciam vult deus nos ponere. 75.E
Conualles plorationis quid sit? 61.G
Conuictio beata, quam adinuicem susurrant oratio, & meditatio. 42.I
Conuentus episcoporum necessarius, 378.I
Conuentus deo placens, angelis familiaris. 51.G
Conuersatio corporis, si sola fuerit, nulla erit. 26.I
Conuersatio ecclesiæ rectorum misera. 23.K
Conuersatio nostra sit in corde. 24.K
Conuersatio indisciplinata angelos sanctos offendit. 336.M

Conuersio peccatoris vnius magnum suscitat gaudium in cœlestibus. 345.C
ad Conuersionem cum venimus, luctamen cõtra diabolum sumimus. 304.G
Conuersionis perfectæ formã. 24.A
Conuersus Paulus, conuersionis minister factus est vniuerso mundo. 23.H
Conuiuium nostrum iam paratum est. 67.B
Conuiuium triplex celebrat sapientia. 228.C
Conuiuium celeberrimum, & regale. 35.K
Conuiuium magnum, vbi nobis misericordia, iustitia, & gratia apponuntur. 31.F
in Conuiuio corporali ante cibus, quàm potus apponitur, cur. 228.C
Copula cordium sanctior est, quam corporum. 295.I
Cor non est paratum, quod non est confirmatum. 13.G
Cor dei patris quale erga nos. 19.C
Cor Iudaicum durum, & obstinatum. 81.A
Cor triplex. 114.E
Cor hominis profundum est, & imperscrutabile. 27.G
Cor, & fides adinuicem coniuncta. 11.C
Cor, eorum insipiens obscuratum est, exponitur ibi. 194.F
Cor nostrum nihil dignius proficere potest, quàm vt ei se restituat, à quo factum est. 385.I
Cor sapientis, vbi tristitia. 26.E
Cor hominis prauum, & imperscrutabile. 336.M
Cor vbi locatum sit? 272.K
Cor sapientis, vbi tristitia, cor stultorum vbi lætitia. 87.C
Cor suum confortare, & sustinere dominum, virtutis est. 196.I
Cor illius aruit, ex quo comedere oblitus est panem suum. 13.K
Cor hominis euacuari suis cogitationibus non potest, sicut abyssus exhaurirí nequit. 256.M
Cor hominis prauum, & inscrutabile. 256.M
Cor elatum, & durum, & expers pietatis, ignarum compunctionis. 83.K.L
Cor humanum lachrymas nesciens, durum est, & impurum. 83.L
Cor contritum, & humiliatum non despicit dei maiestas. 337.D.E
Cor vnum, & anima vna commendatur. 26.A
Cor solum hominis politum ipsam diuinitatis substantiam considerat. 78.K
Cor ad bona, & mala præparandum. 304.I
Cor tenere nimis difficile est, & ab illicita cogitatione seruare. 249.F
Cor mundandum est, vt deus videatur. 203.E.F
Cor hominis confirmet panis. 13.G
Cor prauum dat tristitiam, cui homo sapiens resistit. 297.F
Cor nouit se, sua, & multa alia. 263.I
Cor tuum serua omni custodia, quoniam ex ipso vita procedit. 303.B
Cor sum qui exaltat, coram deo immundus est. 269.C
Cor meum non est in potestate mea, neque cogitationes meæ. 254.I
Cor se nouit sua conscientia, & multa alia, quãdo nouit se appellatur conscientia. 254.A
Cor custodiendum, & lingua retinenda. 265.C
Cor hominum quando deo datur. 385.I
Cor vbi, ibi dilectio: vbi dilectio, ibi dilecti mansio. 35.L
Cor hæsitans, & titubans deus non amat, sed stabile, & confirmatum. 13.I
Cor hominis cur sit in sinistro latere. 126.D
Cor humanum factum est, vt suum videat creatorem. 91.B
Cor non dolet, quod oculus non videt. 70.K
Cor intumentis quomodo seratur. 163.H
Cor omni custodia seruandum. 125.M
Cor ex se sua, & alia nouit. 260.I
Cor quando nouit se, conscientia appellatur. 260.I
Cor quando alia post se nouit, scientia nominatur. Ibidem
Cor eius exangue est, qui oblitus est comedere panem suum. 13.G
Cor solum hominis rationis est capax, & mysteriorum susceptibile diuinorum. 78.K
Cor non vident homines. 9.A
Cor vnum, & animam vnam facit adhæsio, siue voluntas multitudinis credentium. 74.B
Cor scindatur gladio spiritus, quod est verbum dei. 26.L
Cor hominis euacuari nõ potest à cogitationibus suis. 262.G
Cor sapiens, vbi tristitia, & cor stultorum, vbi lætitia. 31.I
Cor tristitia claudítur, & lætitia aperitur. 283.C
Cordis vitianos impediunt, quæ 25.I
Cordis duritia sagittis dei potentibus non penetratur. 61.F
Cordis nostri ostium, est os nostrum. 285.A
Cordis humilitas quid facit sola. 12.K
Cordis duri nemo vnquam salutem adeptus est. 204.K
Cordis puritas bonos fructus fert. 378.G
Cordis charitas, est plenitudo legis. 145.F
Cordis natura, est puritas. 91.A.B
Cordis impotentia non est grauior phrenesis. 201.B
Cordis puritas quid. 410.D
Cordis intima in inferno vermes crudeles mordebunt. 249.L
Cordis abyssus. 202.E
Cordis puritas in duobus consistit. 336.A
Cordis instabilitas. 257.I
Cordis oculi quadripartita diuisio. 219.D
Cordis speculum, & facies hominis. 310.A
Cordis iniquitas est, non carnis vitium. 150.I
Cordis hebetati est indicium propriam non sentire vexationem. 204.M
Cordis nostri dilectio, est consummata dilectio. 385.M
Corde filij Israel in Ægyptum redierunt. 123.K
Corde in nobis nihil est fugacius. 251.A
in Corde bono scientiæ puritas. 118.E
in Corde suscipitur misericordia, in corde habitat Christus. 24.K
in Corde est initium boni operis, aut mali. 303.B
in Corde loquitur pacem in plebem suam, & in eos, qui conuertuntur ad cor. 24.K
Corda hominum quo modo diuina gratia monet? 254.E
Corda Iudæorum carnalia. 108.F
Corda hominum non prius auro satiabuntur, quàm aura corpora satientur. 203.B
Corda pura in die iudicij plus valebunt, quàm astuta verba. 325.H.I
Cordium copula sanctior est, quàm corporum. 295.I
Cordibus lapideis meritò cultri lapidei debebantur. 19.L
in Cordibus oboritur mœror, cum in capitibus est languor. 404.M
Cordubani, duo testamenta sunt, vel continentia, & castitas. 402.G
Cornua quatuor. 78.G
Corona ampla perfectum monachum non facit. 319.I
Coronæ miseriæ Christi est spinea. 19.B
Corona paupertatis, & miseriæ Christi. 19.B
Coronam martyrij etiam infantibus pro Christo interfectis tribuit ecclesia. 182.C
Coronabitur sola perseverantia, solã accipiet brauium. 410.H
Corpus Christi purissimum. 1.K
Corpus Christi etiam ecclesia. 23.I. 43.E. 182.A
Corpus Christi, multitudo credentium. 208.K
Corpus Christi duplex. 140.K
Corpus Christi de meo est, & meum est. 18.F
Corpus Christi manducare, quid? 276.C
Corpus Christi spiritualiter manducare, quid? 244.F
Corpus Christi manducare sub sacramento, & non rem sacramenti quid. 302.K
Corpus Christi quoties mãducatur, & eius sanguis quoties bibitur. 35.M
Corp⁹, & sanguis Christi, cibi dulces sunt. 181.D
Corpus Christi sacrum in Missa. 341.K
Corpus Christi rediuiuum clauso exiit tumulo, quòd clauso virginis vtero processit in vitã, & ad discipulos clausis introiuit ianuis. 39.I.K
Corpus Christi, mãducat, & sanguinẽ bibit, qui pie, & fideliter affectus est. 244.G
Corpus Christi in sacramento est oblatio. 312.M
Corpus Christi proprium de virgine natum, est in sacramento altaris. 302.K
Corpus de pane, & sanguis de vino ecclesiastico more conficitur. 341.K
Corpus dominicum accipimus, in illibato altaris sacramento. 123.H
Corpus Christi verum est in sacramento altaris, quod in cruce pependit. 392.M
Corpus & sanguinem Christi in sacramento malus non accipit spiritualiter ad suam salutẽ, sed in dicium ad suam damnationem. 302.L
Corpus domini accipimus in illibato altaris sacramento. 123.H
Corpus & sanguinem redemptoris sui mandu cat, & bibit homo. 276.C
Corpus Christi manducatur in sacramento altaris. 302.K
Corpus verum Christi, est sacramentum altaris, & verus sanguis. 302.M
Corpus Christi nutrit, & sanguis in corpus Christi, & membra. 182.A
Corpus Christi quotidie offertur. 389.L
Corpus domini edendum in mysterio. 86.M
Corpus suum velari in sacramento altaris cur voluerit Christus. 342.L
Corpus dominicum dat vitam mundo. 9.L
Corpus dominicum, est piæ religionis symbolum. 314.D
Corpus Christi in sacramento mali, & indigni accipiunt. 302.L
Corpus Christi communicaturi, omne venenum, id est, peccatum, euomere debent. 302.L
Corpus Iesu vtrem veterem nostri corporis reficit. 9.L
Corpus domini spiritualiter mãducare, & sanguinem bibere, quid? 35.L
Corpus suum, & sanguinem Christus cur sumi voluerit. 392.L
Corpus Christi communiter multi simulati, & falsi religiosi accipiunt. 314.D
Corpus Christi in ecclesia quibusdam est vita, quibusdam est pœna, & supplicium peccati. 302.M
Corpus Christi sacerdotes sumunt ore. 313.Q

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corpus Christi ad altare sacerdotis manibus tractatur. 256.B
Corpus Christi in mensa consecratur, & sanguis. 182.A
Corpus, & sanguinem domini consecrant sacerdotes. 391.L
Corpus domini consecrat sacerdos. 302.M
Corpus Christi sacerdotes ad altare manibus suis pertractant, exemplo Bernardi. 262.C
Corpus domini alius accipit ad salutem, alius ad damnationem. 302.L
Corpus domini qui cum Iuda traditore accipit, cum Iuda condemnatur. 302.L
Corpus Christi qui cum Petro, & cæteris fidelibus accipit in corpore Christi sanctificatur. 302.L
Corpus Christi vniuersa ecclesia tam veteris, quã noui testamenti. 275.D
Corpus Christi in virgine ex nihilo creatum esse, existimauerunt nonnulli. 31.E
Corpus corrumpi non potest, nisi prius corruptus fuerit animus. 299.A
Corpus recipietur malorum, non ad pœnitentiã, sed ad pœnam. 201.D
Corpus, quod corrumpitur, aggranat animam, sed amore, non mole. 193.L
Corpus suum animæ deum diligenti valet infirmum, valet & mortuum, valet & suscitatũ. 228.A
Corpus propter animam, anima propter deum, deus propter seipsum diligitur. 331.D
Corpus ad pœnitentiæ fructum animæ valet, valet ad requiem, postremò ad consummationem. 228.A
Corpus damnatorum eximaniri non valebit in tormentis. 201.D
Corpus non omne, sed corpus humilitatis configurabit Christus corpori claritatis suæ. 16.B
Corpus Cain si perimatur, grande damnũ, grandis iactura, quãdoquidẽ anima periit. 242.M
Corpus constat ex quatuor elementis, animam triplici vi subsistit. 109.I
Corpus suum qui custodierit, bonum castellum seruabit. 59.G
Corpus affligendum est aliquando, sed non conterendum. 244.I
Corpus non queat anima regere, quæ noluit à deo regi. 199.E
Si Corpus tuum stat in ecclesia, & foris vagatur mens tua, perdis mercedem tuam. 306.G
Corpus nostrum grabatus, cur. 34.I
Corpus mortuum est propter peccatum. Ibid.
Corpus cum occiderint homines, animæ non habent vltra quid faciant. 31.K
Corpus voluptate non satiatur. 238.A
Corpus corrumpun: quatuor quæ? 109.I
post Corpus nos viuimus: sed ad ea, quib⁹ beatè viuitur, nullus accessus patet, nisi per corpus. 135.H
Corpus tuum custodi incolume ad obsequium creatoris 399.F
Corpus ob peccatum mortuum est. 126.M
Corpus, quod abstinentia frangit, ignis luxuriæ non exurit. 301.G
Corpus quor illecebras habere videtur? 97.A
Corpus qui dedit, dabit vestimentum. 305.I
Corpus tuum non potest esse sine tactu. 274.D
Corpus vbi deerit, actus haberi nõ poterit 201.C
Corpus suum anima resumere desiderat, ipsumque glorificatum. 228.B C
Corpus, quod corrumpitur, aggranat animam. 10.C
Corpus tuum regendum accepit, spiritus tuus. 2.L
Corpus nostrum reformabit Christus configuratum corpori claritatis suæ. 3.D
Corpus suum qui custodit, bonum castellum custodit. 110.F
Corpus in regionem suam animam trahit. 74.A
Corpus sanctum in terra non videt corruptionem. 1.H
Corpus non est animæ locus. 110.M
Corpus hic est in regione sua, anima peregrina & exul. 3.M
Corpus cum occiditur, etiam anima non moritur. sed anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. fol. 197.K
Corpus ab anima diuidi non potuit, nisi moriendo: nec ipsa à deo, nisi moriendo. 199.E
Corpus propter animam, anima propter deum, deus propter se ipsum. 218.K
Corpus gesto mortis, carnemque peccati. 337.C
Corpus nostrum ager vocatur. 252.G
Corpus nostrum à nobis est diligendum. 312.L
Corpus facias seruire sanctitati. 10.L
Corpus istud est, quod dare possumus. 18.F
Corpus habet necessarium spiritualis creatura, quæ nos sumus. 135.H
Corpus incorruptibile pacificus noster aptauit sibi. 12.H I
Corpus labore fatigatum, minùs delectatur flagitio. 306.F
Corporis & sanguinis Christi venerabile mysterium. 399.L
Corporis veritas, & virtus gratiæ spiritualis est in Eucharistia. 392.L
Corporis Christi susceptioni confessio præesse debet. 9.L
Corporis sui & sanguinis sacramentum Iesus suis omnibus apostolis in cœna distribuerat. 314.D
Corporis & sanguinis Christi sacramentum quid operatur in nobis. 35.A
Corporis & sanguinis Christi sacramentum vocatur terribile. 264.E
Corporis & sanguinis Christi sacramentum panis supersubstantialis. Ibidem.
Corporis Christi consecratio, est ministerium ministrorum Christi. 114.I
Corpus Christi accipere volenti quid faciendũ est. 302.K
Corporis dominici sacramentum altaris in mensa sacrosancta percipimus. 67.D
Corporis dominici, & sanguinis pretiosi inuestituram habemus. 35.A
Corporis, & animæ integra societas erit in cœlesti patria. 250.B
Corporis quadrifaria compositio. 40.B.C
Corporis huius miseri necessitates multæ nos detinent. 10.C
Corporis purgatio quinquepartita. 106.I
Corporis septem bona. 57.A.B
Corporis pulchritudinẽ qui diligit, seipsum decipit. 309.I
Corporis pulchritudinem dum considerãt homines, stulti sunt. Ibidem.
Corporis vita, est anima. 199.E
Corporis voluptas, malum & afflictio bonum. 15.D
Corporis vita, est anima, per quam mouetur, & sentit. 40.K.L
Corporis corruptio quadrupertita est, tripertita est animæ. 109.I
Corporis natura, est sanitas. 91.A
Corporis corruptio oneri sit, non natura. 220.L
Corporis humani membra Leuiathan occupauit. 17.A.B
Corporis voluptatem qui colit infelix. fol. 2.H.
Corporis decorem deus non requirit, sed animæ pulchritudinem. 309.I
Corporis fragilitas considerandа, cur. fol. 399.
Corporis afflictio non sola impedit, impedit & concupiscentia. 28.D
Corpus pulchritudo fallax est, vana, terra, cinis, & deceptio est hominis. 309.I
Corporis vita, est anima. 105.F
Corporis conuersatio, si sola fuerit, nulla erit. fol. 26.I
Corporis sunt quatuor partes, in quibus maximè vigent elementa quatuor. 109.I
Corporis occupatio, est à deo quædam absentatio. 220.M
Corporis gestu animus prodit ur. 296.L
Corporis huius occupatio, & necessitas grauis est. 25.I
Corporis sensus cibi recedit, animam sua mors comitatur euntem. 57.F
Corpori necessaria, panis, sol, & aer. fol. 22.F
Corpori tuo debes disciplinam, vt dignos faciat pœnitentiæ fructus. 2.M
Corpori pauca sufficiunt. 2.H
Corpori dominico aquilæ tres assident. 119.F
Corpori sanitatem non debemus in spirituali exercitio. 91.D
Corpori tuo debes custodiam, vt non regnet in eo peccatum. 2.L.M
à Corpore Christi abscissus, Satanæ miser incorporatur. 26.C
Corpore longè dignior anima. 3.K
Corpore Christi viuũt angeli in cœlis, & homines in terris. 302.M
in Corpore robusto animus mollior, atque tepidior, iacet. 378.G
Corpore dominico alimur. 119.G
in Corpore suo Christus salutis epulas ministrauit. I.
In Corpore, & sanguine Christi conficiẽdo quot necessario requiruntur. 341.K
in Corpore quolibet est vita, infernus, ac naturalis motus. 215.K
in Corpore debili atque infirmo, fortior viget promptiórque spiritus. 378.G
in Corpore pulcherrimo, nõ solùm morbus, sed & nauus prorsus displicet. 377.B
à Corpore Iesu tres riui salutis fluxerunt. fol. 119.G
in Corpore possumus mala pati, & bona operari. 116.L
Corpora sunt sancta propter animas. 80.K
Corpora sua animæ recipere volunt. 227.M
Corpora martyrum tenemus vadia, & obsides. 10.E
Corpora duo habet Cristus. 58.K
Corpora nostra sancta esse quis dubitet. fol. 80.K 70.D
Corporum resurgentium dotes. 79.F
Corporum, & animæ coniunctio diu exquisita non sustinet. 399.H
Corporum valetudinem in vsum consumimus vitiorum, bona mentis in vsum expendimus vanitatis. 57.B
Corporibus opus habent spiritus supercœlestes. 135.I
Corporibus rediuiuis inebriamur in vita immortali. 228.C
Corporibus nostris muri Hierusalem cœlestis restaurandi sunt. 10.E
Corpusculum nostrum, vile mancipium. 370.A
Corporea cogitare, ridiculum est. 185.A
Corporalia exercitia quæ? 244.I
Corporalia exercitia propter spiritualia, non spiritualia propter corporalia. 243.H.I
Correctio fraterna debet fieri cum magno moderamine. 410.I
in Corrigendis vitiis ne sis vemissior, nec seuerior in parcendis. 335.G
Corrigiam domini Ioannes Baptista soluere non potuit. 390.L
Corripit Deus, flagello piæ castigationis exercet in disciplinam. 305.A
Corripit iustus in misericordia, adulatur peccator in impietate. 345.G
Corrumpunt corpus quatuor, quæ? 109.I
Corruptio animæ tripertita est, quadripertita est corporis. 109.I
Costa sublata est sine dolore de latere dormientis ad ædificandam mulierem. 25.K
Crapula ieiunium maculauerat. 23.E
Creauit homines Deus, vt supplerent locum angelorum, & ruinas Hierusalem restaurarẽt. 1.E
qui Creauit, creatur in nobis. 266.H
Creata sunt omnia ex nihilo potentissimè. 51.B
Philosophi, curiosi, & vani rectius appellantur. 51.B
Creata sunt omnia in Deo. 21.I
Creatio tanquã horti satio, sine plantatio. 149.B
Creator creaturæ erat creaturæ 390.M
Creator in creaturis inspicitur. 22.B
Creator, & creatura non pari vbertate fluunt, nõ magis quàm fitiens, & fons. 195.E
Creatura rationalis ad hoc se debet diligere, vt beata sit. 117.C
Creatura ingemiscit, ac parturit vsque adhuc. 10.D
Creatura nulla sine deo subsistit. 21.I
Creatura vanitati subiecta est non volens. 332.E 10.D
Creatura omnis bona. 239.M
Creatura spiritualis, quæ nos sumus, necessariũ habet corpus. 135.H
Creatura armatur ad vlciscendam sui iniuriam creatoris. 67.K
Creaturæ expectatio, reuelationem filiorum Dei expectat. 332.E
Creaturæ in pondere, & numero, & mensura factæ sunt, solus creator his omnibus caret. fol. 110.L
Creaturæ sumus nobiles. 47.I
Creaturas duas rationis capaces, & beatitudinis Deus fecerat. 1.F
Credo, propter quod & loquor. 317.E
Credit virgo, fide concipit. 9.G
Credit cirò, Ieuis est hæreticus in Frãcia maqui Credit cirò, Ieuis est hæreticus in Frãcia male interpretatur. 365.D
Credunt Deum, & Deo dæmones, in Deum tamẽ non credunt. 79.F
Creditur corde ad iustitiam. 9.L
Credere deum, & credere in deum quid sit. 79.F
Credere deo quid sit? 79.F
Credere in deum, est in eum sperare, & eum diligere. 105.B
Credere, est quodam modo non videre. 13.D
Credendo cognoscitur veritas. 231.C
Credendo, die dominicum vidit Abrahã. 13.E
Credentium multitudo, est corpus Christi. fol. 208.K
Credibilia testimonia Domini facta sunt nimis. 18.C
Crudelis dissipatio est, non plane fidelis dispensatio. 210.A
Crudelis, & execranda malitia, quæ. 41.L
Crudeles plane, qui nequaquam proximos diligant, tanquam se. 242.M
Crudeles Iudæi, & incredeli. 6.F
Crudelitas miseratione digna. 60.M
Crudelitas manus corrumpit. 109.K
Crudelitas Herodiana, est Babylonia crudelitas. 19.F
Crudelitas quænam arguitur. 240.D
Crux nostra verè inuicta est. 81.B
Crux illi est omne cui mundus inhæret, qui raptus est vsque ad tertium cœlum. 28.I
Crux lignum vitæ est eam apprehendentibus. 77.C
Crux fuit, & martyrii tota vita Christi. 279.B
Crux significabatur per virgam Moysi. 323.H
Crux mihi sunt omnia, quæ mundus amat. 28.I
Crux triplex dura proponitur villico iniquitatis. 57.E.F
Crux facta est statera corporis Christi, quod est ecclesia. 43.E
Crux gloriosa terram conglutinat cœlo, hominem consociat angelo, & peccatorem reconciliat Deo. 320.E
Crux ipsa nos sumus, cui Christus memoratur affixus. 11.M
Crux testis est, quid Christus fecerit nobis. 322.D
Crux ambientium. 208.K
Crux Christi de quatuor generibus arborum facta fuisse refertur: de Cypresso, de Cedro, de oliua, & de palmis: Cypressus in profundo, Cedrus in longo, oliua in alto, palma in lato. 292.G
Crux est signaculum regium. 291.I
Crux bona diu desiderata. 91.E
Crux dominica in quatuor fuit. 33.G
Crux est sedes ſpõſalis, in qua verus ſponſus ſpõſam ſuam eccleſiam ſibi copulauit, & propriꝫ ſacratiſque ſanguinis effuſione ſubaranit. 280.E
Crux preciosa est, & habet exultationem. 77.C
Crux Christi gratia, & virtus. 90.A
Crucis torcular. 235.C
Crucis cornu super caput habeamus aduersus superbiam. 78.F
Crucis verbum, virtus Dei est. 396.G
Crucis cornua quatuor virtutum gemmis ornãtur. 39.G
Crucis miracula duo ibi referuntur. 409.C
Crucis victoriosæ regale vexillum adorandum in nomine Christi. 37.D
Crucis Christi profundum, latum, lõgum, & altum exponuntur. 292.G.H
Crucis serui. 282.B
Crucis ignominia vertitur in gloriam. 107.F
Crucis signo, id est, passionis dominicæ recordatione cogitationes pranas reprimimus. 283.A
Crucis lignum missum in panem nostrũ. 278.H
Crucis & mortis ignominiam subire Christum tria compulerunt. 117.E
Crucis Christi crucifixi titulus quid significat? 291.I
Crucis in ignominia gloriatur anima fidelis. 226.D
Crucis Christi inimicus diabolus. 346.G
Crucis trophæum ditauit gemmis quatuor consummatio dominicæ passionis. 35.G
Crucis formam habet homo. 11.M
Crucis dominicæ trophæũ prophetæ, & Moyses prædicabant. 344.E
Crucis signum malis cogitationibus opponendũ. 409.B
Crucis ligna cancellantur. 279.L
Crucis verbum Iudæis scandalum est. 40.E
Crucis maledictum pertulit Christus. 7.G
Crucis, cui Christus fuit affixus, vna pars de arbore palmæ facta fuisse dicitur. 292.G
Crucis ignominia gratia est ei, qui Crucifixo ingratus non est. 151.H
Cruci affixit christus chirographum decreti, quod contrarium erat nobis. 75.B
Crucem ascendit caluus noster mundo pro mundo expositus. 159.C
Crucem ferre & non mori, est simulatio hypocritarum. 194.F
Crucem ferre, est se ipsum mortificare. 294.F
Crucem qui portat, debet mundo mori. 294.F
Cruem non suam cum Simone Cyreneo portant hypocritæ. 29.B
Crucem palma, Crucifixum vitis significat. fol. 292.H.I
Crucem ferre, & non mori hypocritarum est. 267.D
ante Crucem quid dicendum est orantibus. fol. 408.L
in Cruce persistamus, moriamur in cruce. 39.M
Cruce sequimur Christum, & asperitatem crucis sine vnctione ferre non possumus. 81.A
Cruce Christus totum mundum simul & inferos subiugauit, qui regnauit à ligno fortus Iesus. 289.C
in Cruce passus est deus impassibilis. 107.A
in Cruce nos gloriam inuenimus. 40.E
in Cruce tres quondam fuisse legimus, tres in carcere. 242.H
in Cruce Christi agnosce hæreditatem in laboribus plurimis. 207.B
in Cruce salus nostra. 78.E
Crucifigatur vetus homo. 48.L
Crucifigi, genus mortis ignominiosum. H.I
Crucifixus si Christus nõ esset redemptio secuta non fuisset. 292.I
Crucifixum iri pro dæmonibus in æve denno Christum impudenter putauit Origenes. 173.A
Crucifixum Paulus videbat mundum obligationibus vitiorum. 28.I
Crucifixi mundo. 9.B
Cubiculi Asylum. 397.L
Cubile Iesu triplex est. 119.I
Cuculla monachum perfectum non facit. 319.I
Cuculla multo studio procuratur. 233.L
Cucullam, & chlamydem ex eadem panno nunc miles, & monachus sibi pariuntur. 236.L
Culpa semper puniri poterit, nec vnquam poterit expiari. 201.D
Culpa tanto grauior, quanto res sacrior apparet. 341.I
Culpa primordialis. 36.B
Culpa est hominis conceptio. 249.H
Culpa tum emendatur, caput serpentis conteritur. 303.C
Culpa nunquam in inferis poterit deleri. 201.D
Culpa tanto numerosior, quanto vita longior. fol. 249.D
Culpa propria post baptismum inquinamur. 22.H
Culpas fratris redarguere, nullũ vtilius, aut efficacius auxilium. 2.L

Universidad de Deusto
Biblioteca

Culpam facilis sequatur venia, ex qua graue damnum non oritur. 328.M
Cultris lapideis à IesuNaue circũciso facta memoratur. 19.L
Cultus dei in tribus consistit, fide, spe, & charitate. 109.C
Cultus lectorum superfluus, mundities creditur. 236.C.
Cupiditas sua mercenario, qua ipse arctatur. 228.F
Cupiditas est res cordis. 129.B
Cupiditas ex cordis inedia, & oblitione procedit. Ibidem.B
Cupiditas rectè à superueniẽte claritate ordinatur, quando. 228.K
Cupiditas quomodo à charitate ordinatur. fol. 331.D
Cupiditas nunquam fuit sine auaritia, nec superbia sine cupiditate. 305.C
Cupiditas putetur, vt virtus roboretur. 176.E
Cupiditas, quæ virginem facit tabesam noue dictum. 320.H
Cupiditas carnalis vbi regnat, ibi non est dei charitas. 295.I
Cupiditas nostra, vel amor noster necessario à carne incipit. 228.K
Cupiditas graue peccatum est, omnium criminũ materia est. 305.D
Cupiditas quid sit. 124.I
Cupidinis arcus pereũt, cum corpori nostro subtrahitur cibus, & potus. 317.D
Cupiditatis suæ flammam qui non extinxerunt, non est mirum, si inferni ignibus deputentur. 305.
de Cupiditatis radice duo mala prodeunt. fol. 335.L
per Cupiditatem Indas vendidit Christũ. 305.D
Cupiditate exclusa, iam non est nobis collactatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus mundi rectores, &c. 314.L
Cupiditate sublata, expanditur ingens sinus desiderij, ad cœlestia. 61.F
Cunabula veneranda. 390.M
Cura deo quanta sit eius, attendat homo. fol. 18.D
Cura ventris cauenda est. 301.G
Cura est deo de bobus. 1.F
Curam nostri sic habere debemus, vt curam proximi non negligamus. 298.F
Curam carnis ne feceritis in desideriis. 290.B
Curam auget serpens, dum incitat gulam. fol. 232.G
Curæ temporaliũ rerum ab intentione dei auertunt animum. 296.H
Curis cœlestibus simul seruire, & terrenis negotiis, difficile est. Ibidem.
Curis terrenis qui se implicat, ab amore dei se separat. Ibidem.
Curia Romana bonos facilius recipere, quàm facere consueuit. 211.D
Curiositas, periculosa præsumptio est. 307.F
Curiositas primus superbiæ gradus. 232.D
Curiositas vitanda. 256.L
Curiositas sine inquietudine insatiabilis. fol. 228.D
Curiositas cauenda vitæ alienæ. 307.F
Curiositas laudabilis quæ. 1.C
Curiositas, si non vincitur, generat experientiam mali. 115.F
Curiositas corrumpit oculos. 109.I
Curiositati pes vagus, & indisciplinatus oculus famulantur. 201.H
Curiosus non satiatur curiositate. 89.K
Curiosi inueniunt, quo delectentur, & non inueniunt miseri, quo subsistententur. 237.C
Curris per denia, & longè ante morieris, quàm hoc circuitu peruenias ad optatum. 226.M
Currus tractus à tribus hominum generibus. 109.G
Currus Pharaonis, quid. 163.C.119.K
Currus tres in scriptura inueniuntur. 119.K
Curruum quatuor sunt species. 118.M
Custodia, & disciplina cui debetur. 2.L
Custodia vnitatis. 11.B
Custodia oris semper vtilis, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. 212.C
Custos sui fidelis quis? 336.L
Custos religionis est silentium. 23.E
Custodes tres Eremitæ deputati. 244.B
Cypressus in cruce Christi quid significet? 291.H
Custodes ecclesiæ sunt Apostoli, & viri Apostolici. 191.B.C

D.

Dæmon blandus latet interdum in proferendo sermones. 386.B
in Dæmonem ex homine transire. 126.B
Dæmones in pẽdulo huius aeris vagi, ventosiq; vagantur. 129.K
Dæmones æterna nobis inuident. 126.A
Dæmones significantur per colles. 172.I.K
Dæmones non poterat latere, quod scirent homines. 6.C
Dæmones indigni cœlos conscendere, ad terram tamen descendere dedignantur. 129.K
Dæmones animam terrebunt. 249.E
Dæmones deum, & deo credunt, in deum autem non credunt. 79.F
Dæmones etiam aperta impugnatione grassantes, corpora hominum verberant. 310.L
Dæmones suscipiunt animas malorum hominum in die mortis eorum, vt sint tortores in pœnis, qui fuerunt suasores in vitiis. 311.C
Dæmones in noctibus occurrentes conturbant sensus hominum per visiones. 310.L
Dæmones credunt, & contremiscunt, sed timor non est in charitate. 336.G
Dæmonum, non hominum quæ viæ sunt? 129.I
Dæmonum officium, quod? 251.M
Dæmonum est malas cogitationes suggerere, nostrum est illico illas expellere. 256.I
Dæmonum vias videamus, cauеamus, & fugiamus. 129.B
Dæmonum habitatio est in aere isto infimo, & caliginoso. 173.A
pro Dæmonibus dominum in aere crucifixum iri putauit Origenes impudenter. 173.A
Dæmoniis, siue vitiis bellum virtute indicitur. 197.H.I
Dæmonium meridianum superbiæ spiritus curdicatur. 78.E
Dagon. 390.F
Damascus interpretatur fundens sanguinem. 323.M
Damasci aquas prætulit aquis Israelis Syrus ille leprosus, insipienter. 199.B
Damnatio nulla iis, qui sunt in Christo. 3.M
Damnationis sententiam omnes in Adam accepimus. 1.F
Damnatum quid est? 214.H
Damnati in inferno per millia millium annorũ cruciandi, nec inde vnquã liberandi. 249.L
Damnati morientur, vt semper viuant. Ibidem.
Damnati inuocabunt mortem, & non venient. 214.I
Damnati in vtero, antequam nati. 50.G
Damnandis, & reprobis tribulatio parit pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturbatio desperationem, & illa interimit. 333.M
Damnatos diabolus cruciat, exemplo damnati diuitis. 367.A
Damnum commune, communis desolatio est. fol. 360.H
Damna ciuitatis angelorum ex hominibus resarcientur. 191.H
Dan, & Ior duo fluuij Iudæ, quibus se balneãt iusti. 119.L
Daniel post visionem graniter infirmatur. fol. 390.A
Daniel bonus, cuius spiritum suscitauit deus, vt conuinceret iniqua iudicia, & sanguinem innoxium liberaret. 337.G
Daniel in vili edulio, & labore abstinentiæ sanctus tanquam iumentum saluatorem portans. 32.G
Dauid humiliatus in primo gradu veritatis. 231.C
Dauid quinque lapides quid significant? fol. 54.F
Dauid duas vias proposuisse videtur. 232.C
Dauid Psalmi quonam pacto intelliguntur. fol. 244.H
Dauid videtur sanctus, & sine peccato natus. 362.F
Dauid non est radix Christi, sed ipse radix Dauid. 40.A
Dauid virga pastoralis propulsat aduersarium. 120.D
Dauid filio parricidæ lachrymas fundebat, & se non profuturas, pias tamen. 331.I
Dauid rex, & propheta vidit diem domini, & gauisus est, quomodo. 24.G
Dauid aquam, quam desiderauerat, potare timuit. 235.M
Dauid in spiritu ante sedentem in thronis raptus, legerat in quodam promptuario mysteriorum, quæ? 391.I
Dauid vir sanctus secundum cor dei. 394.B
Dauid prophetarum eximius, deo viuenti charissimus. Ibidem.
Dauid, cum peccauit, charitatem non perdidit. 274.B
Dauid super doctores suos, & seniores domum sibi intelligentiæ audacter præsumit. 344.C
Debemus primum nobis, secũdum proximo, tertium deo. 41.E
Debetur vita æterna dei mandata custodientibus. 397.B
Debitum non soluisset homo, si corporaliter non patereтur. 199.E
Debitum mortis soluit Christus, & reddidit vitam. 199.G
Debitum peccati, mors. 199.F
Debita fratri quomodo reddimus. 2.L
Debitum soluere pro altero peccatore non sufficit
Debitum soluere pro altero peccatore non sufficit peccator mortis, cum moriatur quisque pro se. 199.G
Debito periculosiori tenentur, qui pro multis animabus reddituri sunt rationem. 2.M
Debiles sumus ad operandum. 4.D
Debilium imbecillitas, qua refrenãtur, ne quod velint malum perficiant. 57.B
Decalogus ibi pactis exponitur. 407.K.L
Decalogum legis necesse est nos implere per auxilium gratiæ. 27.C
in Decanum, vel Archidiaconũ nullus ordinetur, nisi Diaconus, vel presbyter ordinetur. 210.C
non Decet, aut expedit omne, quod licet. 209.I
Decipitur is, qui in temporalibus gaudiis gaudet & lætatur. 309.M
Declaratio sermonum illuminat, & intellectum dat paruulis. 196.B
Decor tuus splendor bonæ opinionis. 209.H
Decreti chirographum quod, aduersus nos erat Christus deleuit. 75.B
Decretis sanctorum patrum bene cogitare, benedicere, & benefacere admonemur. 117.K
Dedicatio domus, vel templi per manus Pontificum. 80.M
Dedicatio ecclesiæ anniuersaria celebratur. fol. 81.M
Dedicationis ecclesiæ, siue templi vel etiam domus Dei modus, & ceremoniæ per Pontifices obseruandæ. 80.M
in Dedicatione ecclesiæ sermo. 80.K
Defensio peccatorũ octauo superbiæ gradu. 233.K
Defensio peccatorum rimus quartus. 390.G
Defensor rarus, calumniatores multi. 205.M
Definitio Dei, siue potius descriptio, & proprietates. 214.F.G
Defunctum plangere pium est. 71.K
Defunctos fideles lugere non debemus, quos ad requiem migrasse non dubitamus. 311.E
pro Defunctis igitur non debemus plorare, sed Deo gratias agere, cur? Ibid.
pro Defunctis fidelibus pietas lugere iubet, fides tamen pro eis plorare vetat. Ibidem.
pro Defunctis ora. 306.C
pro Defunctis preces fundere debemus Deo, vt eos dignetur de pœnis eripere. 311.E.F
Delectatio diuina, & non carnalis. 28.A
Delectatio carnis, super omnia mala. 256.A
Delectatio carnis per laborem vincitur. 306.D
qui Delectatio est, & gloria angelorum, ipse factus est salus, & consolatio miserorum. 11.G
Delectationes in dextera Dei vsque in finem. 171.C.12.A
Delectabilis aspectus hominis, in quem peccatũ non cadit. 22.L
Delicati non rapiunt regnum cœlorum, sed violenti. 410.H
Deliciæ carnis damnandæ. 2.H
Deliciæ mentis, non ventris: animi, non corporis: spiritus, non carnis: rationis, non sensualitatis quæ. 112.G
Deliciæ spirituales, quæ. 407.G
Deliciæ spirituales iustorum, & sanctorum, est altaris sacramentum. 392.G
Deliciæ angelorum Christus. 67.E
Deliciæ quòd tardant, molestum est. 31.L
Deliciis affluit Christus, & spiritualium saporũ dulcedine. 21.A
Deliciis mens assueta, multas contrahit sordes. 359.K
in Deliciis periclitatur castitas. 204.B
Delictum originale graue, quod non solum personam infecit, sed & naturam. 34.B
Delictũ à primo homine manauit, à summo cœlo egressio gratiæ. 366.L
Delictum est defectio boni: Peccatum est perpetratio mali. 249.F
pro Delicto Adæ morimur omnes. 34.A
Delictorum purgatio, est gratia baptismi. 34.M
Dementiæ extremæ est, ea appetere, quæ nunquã satiant, nec temperant appetitum. 226.M
Denarius, qui promittitur laboratibus. 405.M
Denarius solidus millenarius, & quadratus, quis? 407.K
Denarius linealis, quid. 407.M
Denigratio vnius facit multos candidos, non cũ tingitur culpa, sed cum afficitur cura. 154.F
Dentes nihil intra se pati possunt: non est dolor, sicut dolor eorum. 113.A.B
Dentium vsus. B
Dentibus homines monasticæ professionis comparantur, cur. 113.B
Deplorat Christus infans Adæ filiorum peccata. 15.E
Deprecatio ad virginem Mariam, & laus elegantissima. 64.A
Descendendum, vt ascendamus. 304.D
Descriptio situationis monasterij Claræuallis. 409.G
Deserimus in hac vita quatuor rerũ obsequiis, carni, mundo, diabolo, & Deo. 117.D
Desertum significat mundum. 291.M
Desertum est quoddam vita ista mortalis. 117.H
Deserti genus est quadrifarium. 118.M
Desertorum est triformis species. 117.H
Desides regnum cœlorum non rapiunt. 410.H
Desides non rapiunt regnum cœlorum, sed violenti. Ibidem.
Desidia omnium malorum mater. 101.F
Desiderium electorum est triforme. 118.C
Desiderium habendi si dimittis, multum dimittis. 296.F
Desiderium diuitiarum torquet animã. 202.A
Desiderium vitæ perennis hominem incitat ad perfectum. 117.F
Desiderium est voluntatis. 405.A
Desiderium ducit ad perfectam dilectionem. 332.D
Desiderium æternum, & inexplicabile, nesciens egestatem. 228.D
Desiderij praui visceus volare non patitur, & detrahit mentem. 10.C
Desiderij non erit finis, sed adimplebitur lætitia. 195.G
Desiderij fructus, est perfecta charitas. 332.D
Desideria omnia, quo pacto dissoluuntur. 10.D
Desideria carnis instigat serpens callidus. 27.I
Desideria carnalia sunt peccati pœna. 108.I
Desideria secularia quæ? 106.E
Desideria nostra in tribus maxime constituta videntur. 12.L
Desideria mala in cordibus nostris tres inimici insufflant. 11.A
Desolationem qui non nouit, nec consolationem agnoscere potest. 18.B.C
Despectione sui quis decrescit, proficit in cognitione Dei. 44.G
Desperandum nullatenus, donec in terra sumus constituti. 75.B
Desperatio in inferno est tertium malum 107.D
Desperationem quomodo parturiat ignorantia Dei? 162.K
Desperatio auget peccatum. 392.C
Desperatio maior est omni peccato. 302.C
Desponsata est Ioseph maria necessaria. 6.E
qui Detrahit, & qui detrahentem libenter audit, vterque peccat, 299.C
non Detrahas peccatori, sed condole. 303.H
Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim. 208.D
Detrahens & qui eum libenter audit, peccat. 299.C
Detrahentem omnes vituperant. 303.G
Detrahentes latrant, quasi canes. 303.G
Detrahentes rodunt vitam proximorum. 303.H
Detrahentes fuge, tanquam serpentes. 299.C
Detrahentes infundunt venenum mortiferum in auribus se audientium. 299.C
Detrahentes, & audientes pari reatu tenentur. 303.H
Detractio graue vitium est. 303.G
Detractionis genus simile operi Balaã. 338.M
Detractor occultus, vulpes pessima, sed non minùs adulator blandus. 179.I
Detractoris lingua maleſuada. 91.K
Detractoris lingua, est gladius triceps. 91.L
Detractorem omnes reprehendunt. 303.G
Detractores Deo odibiles vitam amittunt. 91.K
Detractores mordacissimi, & blandissimi adulatores. 210.I
Detractores Deo odibiles, tanquam persecutores. 23.M
Detractores illic vocantur hæretici. 182.B
Deuotio timori permixta ipsum nõ annullat, sed castificat. 228.K
Deuotio quod largitur aliud, aliud quod molitur ambitio impatiens subiectiouis. 210.A
Deuotionis nostræ gratiam quatuor adaugent. 117.F
Deus prius pollicetur, quæ dare disposuit. 9.C
Deus diligendi causa quæritur. 225.D
Deus, & homo an mutua manducatione se tractent? 186.A
Deus nos præuenit tribuendo, quod tribuat nobis. 9.D
Deus aliis locutus est in aure, aliis in ore, alius in manu factum est verbum domini. Ibidem.
Deus sedet in Thronis. 145.I
Deus venit ad hominẽ, dum homo venit ad Deũ, venit homo credendo. 318.B
Deus nobiscũ nobis similitudine carnis, nobiscũ vnitate. 2.B
Deus quod habet, hoc est Deus. 213.I
Deus vnus sumus est. 213.L
Deus scit omnia in nobis. 12.M
Deus vnitatem animi plus diligit, quàm loci. 304.F
Deus fecit nos propriis manibus, id est, propria virtute. 297.I
Deus quærendus, quo modo? 300.C
Deus Iesus non desperat homines. 146.A
Deus aliter in rationalibus creaturis, quàm in in cæteris est. 7.B
Deus aliter in bonis, quàm in malis est per efficaciam. 7.B
Deus ita est in irrationalibus creaturis, vt tamẽ non capiatur ab ipsis. Ibidem.
Deus à rationalibus creaturis omnibus capi potest per cognitionem, à bonis capitur per amorem. 7.B
Deus in solis bonis est, & cum ipsis propter concordiam voluntatis. Ibidem.
Deus non habet sui generis, cui valeat comparari. 110.M
Deus init consilium, cogit concilium. 389.A
Deus est auctor salutis, liberum arbitrium ipsius tantum capax. 215.H
Deus Christus mori potuit, quoniam homo erat. 199.G
Deus omnia fecit propter seipsum. 227.K
Deus nos nihil habere voluit, quod per Mariæ manus non transiret. 11.F.G
Deus quid est? quo nihil melius cogitari potest. 213.I
Deus nihil aliud est, quàm ipsa diuinitas. 213.I
Deus diuersa in diuersis spiritibus, id est, angelis operatur. 213.E.F

Universidad de Deusto

Deus media semper amat. 66.B
Deus non diligitur sine præmio. 226.K
Deus vbi erat, antequam mundus fieret, cum Euangelista dicat, in mundo erat, in se ipso erat. 213.H
Deus simplex, & trinus est. 213.I
Deus non modo vnus sibi, sed in se vnus est. fol. 213.L
Deus nihil in se, nisi se habet. Ibidem.
Deus alius in persona, alius in natura. 218.D
Deus homo apud homines manes mortalis mortalibus dat vitæ mandatum. 318.F
Deus verborum, & cordis inspector est. 308.A
Deus natura, angeli gratia superiores sunt. fol. 212.I
Deus nõ caret libero arbitrio, nec diabolus cur? 218.D
Deus vt videatur, cor mundandum est. 203.E.F
Deus quid est? voluntas omnipotens, benevolentissima virtus, cæteraibi vide præclara. fol. 214.F
Deus tranquillus tranquillat omnia. 150.B
Deus in templo sancto suo, deus in cælo sedes eius 18.G
Deus non videbitur oculo turbato. 91.B
Deus facit, quod vult sola ipsa facilitate volendi, sine æstu, sine motu, sine præiudicio loci, vel temporis, vel causæ, vel personæ. fol. 191.H
Deus pondere, mensura, & numero cæret. 110.L
Deus impassibilis passus est in cruce. 107.A
Deus non minus iustus, quam misericors. 15.M
Deus à nobis sine modo amari meruit. 226.I
Deus ab initio modum acceptat, & nihil vnquam immoderatum ei placuit. 17.A
Deus non fecit filium, sed genuit. 7.L
Deus locutus est facie ad faciem pluribus ante, & post diluuium. 394.A
Deus terribilis super filios hominum in iudiciis suis. 199.A
Deus incomprehensibilis vult comprehendi. fol. 282.G
Deus in opere suo nostræ reparationis potentiam suam, & prudentiam ostendere voluit. 6.D
Deus quomodo diligendus. 225.D
Deus magis amicus est tibi, quàm ipse tibi. fol. 85.A
Deus amat, vt charitas, nouit vt veritas, sedet vt æquitas, dominatur vt maiestas, regit vt principium, tuetur vt salus, operatur vt virtus, reuelat vt lux, assistit vt pietas. 213.F
Deus non solũ potenter, sed etiam sapienter quæcunque voluit, fecit. 6.D
Deus sedet in angelorum agmine. 74.A
Deus noster, est ignis consumens. 63.A
Deus ponitur in præsepio, vagit in cunis, flagellatur, conspuitur, crucifigitur, ponitur in sepulchro, inter duos lapides clauditur excelsus, & immensus. 11.E
Deus interminabilem fœlicitatem suis largitur. 117.D
Deus non amat cor hæsitans. 13.I
Deus fœminæ obtemperat. 5.A
Deus homo in oculis hominum sobriè, & piè cõuersatus, vera locutus, mira operatus, indigna passus. 199.K.L
Deus omnia propter se ipsum fecit. 51.B
Deus descendit in limum nostrum. 11.D
Deus de Deo genitus ante secula. 9.G
Deus, est lumen incircunscriptum. 62.A
Deus amatur, quia charitas est. 114.H
Deus venit ad hominem, subueniendo, illuminando, implendo. 318.B
Deus solus est, qui frustra nunquam queri potest. 214.F
Deus, & homo est, qui generatur. 11.L
Deus quid est? non minus pœna peruersorum, quàm humilium gloria. 214.G
Deus gloriam solus habere non vult. 332.K
Deus cum amat, non aliud vult, quàm amari. 195.D
Deus solus melior seipso esse idcireo non vult, quia non valet. 348.M
Deus & homo. 390.G
Deus trinitas est, deus trium singularum personarum. 213.I
Deus matrem suam singulari in cœlis donaturus gloria. 5.D
Deus non pedum passibus, sed desideriis quæritur. 195.G
Deus in homine est, & homo in deo per charitatem. 186.C
Deus, substantia vna est, personæ tres. 213.M
Deus nõ occidet animas seruorum suorum fame, aut siti. 305.I
Deus est impassibilis, sed non incompassibilis. 152.D
Deus aggrauat super nos manum suam. 1.E.F
Deus hic est, sed ego hic non sum. 86.I
Deus in hac vita tribus modis homines castigat. 304.L
Deus multum meruit de nobis, qui dedit seipsum nobis. 225.D
Deus virtutum, & scientiarum sons. 405.K.L
Deus vbique regnat, vbique maiestas eius, sed fortè gratia non ita. 74.A
Deus multos non exaudit ad volũtatem, vt exaudiat ad salutem. 257.H
Deus reuelat paruulis abscondita sapientibus. 1.B.C
Deus specialiter est cum Maria, cum sit cum omnibus sanctis. 7.B
Deus ipse per se, in se omnia fecit. 213.H
Deus, & limus noster in persona vna vniti. fol. 11.C.D
Deus, qui dedit nobis animam, dabit & escam. 305.I
Deus non officinam quæsiuit, non opificem. fol. 213.H
Deus non deerit suo proposito. 183.M
Deus à te non requirit, quod tibi non dedit. fol. 296.G
Deus solus maior est charitate. 145.F
Deus tribus modis nos interrogat. 118.G
Deus se hominibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis auctori. 5.B
Deus vêter est, quibus gloria in confusione cibi. 2.H
Deus Iesus se mortalibus parentibus suis credit, & subdit. 146.A
Deus in sanctis suis gloriosus. 74.A
Deus falli non potest, quia sapientia est, nec effugi, quia vbique est, neque corrumpi, quia iustitia est. 258.M
Deus nusquam est, & vbique est, quia nec abest vlli, nec vllo capitur loco. 86.
Deus modis quatuor nos visitat. 119.A
Deus vult à se requiri, quod pollicetur. 9.C
Deus omnium, conseruus seruorum apparere voluit. 36.C
Deus suus venter est. 239.B
Deus est charitas, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. 318.B
Deus subiectum fieri non potest, forma enim est. 213.L
Deus pendet ad vbera, ponitur in præsepio, ligatur in cunis. 388.C
Deus de fœmina virgine dignatus est carnem sumere. 395.I
Deus timetur, quia omnia per potentiam potest. 114.H
Deus est, cui secula nec accesserunt, nec decesserunt, nec cotterna tamen. 213.G
Deus est, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ibidem.
Deus diligẽdus est ob multiplicẽ causam. 225.D
Deus diligendus est, propter semetipsum quia summè bonus, & nos creauit, ex nihilo. fol. 295.G
Deus se diligi facit, qui & cætera bona facit. 227.F
Deus, qui cernitur mirabilis in sanctis suis, mirabilem se exhibuit in matre sua. 5.C
Deus inest nobis, vt efficiat, vt infundat, vel potius vt infundatur, vt participetur. 213.E
Deus est pater spirituum. 74.M
Deus quid est? longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. 214.K
Deus vbique æqualiter totus est per suam simplicem substantiam. 7.B
Deus in limo nostro pertulisse dicitur. 11.D
Deus intus, homo foris. 406.G
Deus pater genuit, quem concepit. 7.C
Deus est spiritus. E.
Deus si tecum erit, vbicunque fueris, nunquam solus esse poteris. 252.K.L
Deus vt bonorum operum pius retributor, ita quoque scelerum æquissimus iudex. 214.G.H
Deus pater verbum fecit abrenunciatum. 13.M
Deus vbique præsens est. 303.C
Deus, & homo adinuicem coniuncti. 11.C
Deus ex lege viuit. 330.M
Deus nobiscum vtique, sed per sinistram. 12.A
Deus omnipotens tacet. 388.M
Deus est summum bonum. 295.F
Deus amari non dignatur cum aliquare, quæ propter ipsum non amatur. 274.F
Deus, est longitudo sine protensione, latitudo sine distentione. 214.M
Deus est immensus, qui omnia fecit in mensura. 215.A
Deus, est sublimitas, & profundum. 215.A
Deus est naturale lumen animæ. 274.G
Deus, est vera animæ vita. 128.H
Deus, qui à seculo est, factus est infans diei vnius. 13.M
Deus amat integrum munus. 173.I
Deus est altior cœlo, inferno profundior, terra latior, mari diffusior. 86.I
Deus propè per essentiam, longè per gratiam à peccatoribus. 323.E
Deus est magnitudo, iustitia, sapientia. 193.C
Deus bonus in se sperantibus. 2.I
Deus nascitur, virgo parit. 390.M
Deus cinerem induit, vt iumenta manducarent panem angelorum. 391.I
Deus in Emanuel liquescit, & deficit. 142.H
Deus angelorum, hominum deum se etiam nominat. 142.I
Deus discernit cogitationum vias, & medullas affectionum. 202.D.E
Deus charitas, non honor est. 195.C
Deus sibi matrem elegit. 244.L
Deus patiens est, vltionem peccatorum differendo. 120.B
Deus bonus, qui in proximo adiuuat. 241.L

Deus ipse pro nobis rogat secundum quòd homo quando nos facit se rogare deum. 317.A
Deus totum hominem saluum facit. 16.A
Deus, est æternitas. 213.F
Dei maiestatem videbitis, quomodo intelligi debet. 12.H
Dei voluntas sit in electis spiritibus, quando efficitur, cum ipso vna voluntas. 74.B
Dei hominis sacra imago astat oranti. 146.H
Dei timor ad imaginationem deducit. 22.I
Dei filium degenerem suspicari, fas non est. fol. 1.C
Dei proprietates. 213.K
Dei potentiam in rerum natura contemplamur, in forma sapientiam, bonitatem in vsu. 21. I
Dei notitia causa est, vt homo aliquid sit, ignorantia facit vt nihil sit. 332.C
Dei filij sunt, quicunque spiritu Dei aguntur. fol 109.G
Dei visio, vita æterna est. 203.F
Dei inimicus constituitur, qui huius mundi est amicus. 335.H
Dei regnum non est in sermone, sed in virtute. fol. 44.F
Dei seruis nec omnia in hoc mundo optata succedũt. 32.I
Dei imitatorem quo modo te probare possis. fol. 209.H
Dei pedes spirituales. 136.F
Dei nomen sanctissimum est, & sanctissimis deliciis plenum. 37.G
Dei nomen addere humanitati Deus curauit. 18.D
Dei amor vnum cupit habere solum. 317.H
Dei quod est, immundum esse non potest. fol. 228.F
Dei inuisibilia vtcunque intellectu percipiuntur. 62.A
Dei qui est, non videbit mortem, donec viderit Christum domini. 24.H
Dei visio non est inanis, quæ non nisi in similitudine constat 12.H
Dei sessio in Thronis tranquillitatem summam significat. 213.C
Dei imago, Deus filius, homo, & angelus. fol. 275.L
Dei magnitudinis non est finis. 226.I
Dei visio iocunda, & æterna. 321.D
Dei verbum vbi est, non deest Panis. 13.I
Dei faciei visionem nec Moyses impetrare potuit. 33.A
Dei ignorantia desperationem sui autem superbiam gignit. 162.G
Dei amor nihil aliud quærit, nisi solum Deum. 317.H
Dei maiestas innotuit Philosophis. 14.A
Dei natura nullâ potest deprauari malitiâ. fol. 21.I
Dei domus duæ sunt. 119.K
Dei esse, est omnium esse. 213.G
Deo qui adhæret, non quidem vnum, id est, non vna substantia, sed vnus spiritus est. 73.K.C
Deo adhærere bonum est. 227.A
Deo quando similes erimus? 32.H
Deo soli idem est facere, quod dicere. 8.K
Deo soli inest esse, quod beatum esse, atque hoc primum & purissimum, simplex. 193.F
Deo credimus per fidem promissorum, qui quicquid promittit, veraciter complet. 105.B
Deo quanta sit cura eius, attendat homo. 18.D
Deo non places, volens placere hominibus. 335.I
Deo obnoxij sumus propter tria. 118.G
Deo militamus pietatis operibus humiliter instendo. 117.D
Deo præsens est, qui Deum amat. 220.M
Deo qui vacat, ad tumultuosam fratrum querimoniam non aspirat. 60.C
Deo si non places, non eum placas. 335.I
Deo vacare, ociosum nõ est, imò est negotium negociorum omnium. 243.G.H
Deo qualem te praueris, talis oportet appareat tibi Deus. 184.K
Deo soli idem loqui, quod velle. 8.K
Deo, diabolo, carni, & mundo in hac vita deseruimus. 117.D
Deo cura est de bobus. 1.F
Deo vni seruitur vbique, vni regi militatur. 220.C
Deo placere sine fide est impossibile, & hominibus sine lenitate, 12.I
Deum qui dicit se nosse, & eius mãdata nõ custodit, mendax est. 10.L
Deum qui non nouit, mendax. 2.I
Deum lætari. 5.L
Deum vagientem, sed miseros consolantem. 5.L
Deum nosse confitentur, factis autẽ negant. 10.L
Deũ in Eucharistia tenet sacerdos, & aliis dando porrigit. 391.L
Deum non quærenti, quæ virtus ascribi possit? 195. G
Deum timere, est nulla mala facere. 295.A
Deum auctorem quod habet, non est parui pendendum, & de cœlo ducit originem. 210.A
Deum, & angelos tribus inuestigamus, opinione, fide, & intellectu. 212.I.K
Deum & dominum angelorũ Maria suum audacter appellat filium. 5.A
Deum blasphemant in suis operibus tyranni, & rectores seculi. 404.E.F
Deum timere, est nostra tota beatitudo. 70.H
Deum quærere, magnum est bonum. 195.G
Deum quæ habuit filiũ, super omnes choros exaltabitur angelorum. 5.A
Deum non diligit, qui hominem odit. 295.I
Deum quis persequitur cum Herode 19.F
Deum videre si desideras, cor tuum ab omni lepra peccati mundificare non negligas. fol. 317.
Deum videbit homo ad volũtatem, habebit ad voluptatem, fruetur ad iucunditatem. fol. 249.M
Deum peperit Maria, & de Deo concepit. 7.G
Deum timentibus oritur sol iustitiæ. 13.F
Deum laudamus in sanctis exemplo sancti Victoris. 56.H
Deum diligere, est bonum primum in donis, vltimum in profectibus. 195.G
Deum credimus per fidem signorum, qui talia potest, & omnia potest. 105.B
Deum cognoscere, plenitudo est scientiæ. 260.A
Deum non latet cogitatio mea, qualiscunque. fol. 232.I
Deum diligendi causa, deus est. 225.D
Deum Maria genuit. 11.F
Deum qui non diligit, cæcus est. 317.G
Deum amans anima ex ipso viuit, vti corpus ex ipsa. 220.M
Deum cœli nasciturum Abraham præuidit. 13.C
Deum quando diligimus? 322.L
Deum, & deo credunt dæmones, in deum non credunt. 79.F
Deum non diligit, qui dei præcepta contemnit. 295.I
Deum diligere quid est? 322.K
Deum qui diligit, bonus est. 295.F
Deum fallere non possumus, quia nouit abscondita cordis. 95.H
Deum peperit virgo. 5.D
extra Deum nullus est locus. 303.C
in Deum non cadit peccatum. 16.H
in Deum Pharaoni Moyses constituitur. 394.A
in Deum credere, est in eum sperare, & eum diligere. 105.B
per Deum omnia, ne alium authorem arbitreris. 213 G.H
si Deum in veritate amas, pro amore illius ocium recusas. 306.F
Deo nihil sublimius. 11.D
cum Deo manere non possumus, si in hoc seculo vnanimes esse nolumus. 298.C
cum Deo si vis semper esse, semper ora, semper lege 306.C
de Deo quid boetius senserit. 213.L
de Deo quæ dicuntur spiritualiter vestiganda. 74.E
ex Deo omnia sunt, creabiliter, non seminaliter. 213.G.H
in Deo sunt quatuor potentia, sapientia, charitas, & veritas, vel eternitas, quod vnũ est. 275.H
in Deo immortalitas perfecta, & absoluta. fol. 193.I
in Deo tanquam in speculo nos videmus. 12.H
ex Deo, & homine cataplasma cõfectum est quod sanaret omnes infirmitates. 11.F
in Deo non est aliquid, quod non sit deus. 228.F. 331.A
in Deo omnia, nõ quasi in loco, sed quasi in virtute. 213 H
in Deo multa esse dicuntur, sed multa vnum. 213.I
in Deo si diuersa putemus, non quaternitatem habueris, sed centenitatem. 213.I
in Deo sint omnia, sic ipse in omnibus est. 213.H
Deos tres non dicimus, dicentes Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. 213.M
Deitatem non designat quaternitas, sed orbem disterminat. 213.I
Dextera Dei quid? 405.D.396.F
in Dextera Christus misericordiam tenet, in sinistra ignem immobiliter. 46.I
in Dextera Dei delectationes vsque in finẽ. 12.A
in Dextera Dei delitiæ, in sinistra sunt medicinæ. 11.H
Dextri lateris negligens, sinistri verò cultor. 126. D
Diabolus liberè in malam corruit, & perstitit. 216.D
Diabolus quotidie in claustra intrat, & si quẽ inuenit ociosum, statim accusat. 306.E
Diabolus quoddam in hominem ius, etsi non iure acquisitum, sed nequiter vsurpatum, iustè tamen permissum habuit. 366.H
Diabolus in oculis secularium hominum terribilis est, sed in oculis electorum Dei vilis est. 310. H
Diabolus suspensus in aere, intuens angelos descendentes, & ascendentes, nescit quid ipsi audiant in cœlis, & quid nuncient in terris. 232.M
Diabolus est opprobrium hominum, & angelorum. 173.B
Diabolus amara suggerit, mundus vana, caro mollia. 251.M
Diabolus Christi magnum pietatis sacramentũ deprehendere non potuit? 34.E.F
Diabolus impellit, sed non euertit, siquidem tuã

Universidad de Deusto
Biblioteca

si negaueris assensum. 196.D
Diabolus cruciat damnatos, exemplo diuitis damnati. 367.A
Diabolus princeps Aegypti, hoc est, tenebrarũ. 109.B
Diabolus non amplius tentat electos quàm permittat deus. 310.F
Diabolus blandis, & lenibus mentibus luxuriam, aut vanam gloriam proponit. 257.C
Diabolus ciuè decipit eum, quem ociosum inuenit. 306.E
Diabolus locum in aere isto in pœnam suam inter cœlum, & terram sortitus est. 173.B
Diabolus, & homo ascendere præposterè voluerunt. 107.G
Diabolus post casum suũ inuidia cruciante malè, sollicitus de supplantando homine. 47.K
Diabolus seipsum de cœlo superbus, nullo impellente, præcipitauit. 196.D
Diabolus mentibus asperis iram superbiam, vel crudelitatem proponit. 257.D
Diabolus, & membra eius, sicut nunquam volunt reluctari peccato, sic nunquam possunt pœnam declinare peccati. 217.L
Diabolus cum seruos dei tentat, eorum vtilitatibus seruit. 310.F
Diabolus statẽs in paradiso impulit inuidus, et euertit, sed consentientes, non resistẽtes. 196.D
Diabolus in Abraham, cæterósque electos dominium habuisset, ad cruciandum eos, si non liberati fuissent in fide futuri. 367.A
Diabolus ille serpens sibi induerat versutiam, cum se, vt deciperet consiliarium exhibebat, & simulabat amicum. 194.F
Diabolus insanit, insanit hostis humani generis, sciens quòd modicum tempus habet. 404.I
Diabolus immemor quæ via decidit, illuc postea redire non potuit. 251.F
Diabolus sanguinem animarum sitit. 77.D
Diabolus, & Satanas à Christo in inferno ligatus. 46.E
Diabolus non videtur, & ideo ab eo minus nobis cauemus. 251.K
Diabolus de corde peccatoris expellitur, vbi peccatum remittitur. 136.E
Diabolus nunquam ius aliquod in homine habuit, nisi fortè deo permittẽte, vt carcerarius, dicebat hæreticus. 366.D
Diabolus Arium instituit suis artibus, quãdo. 403.A
Diabolus domini passione non eguit, quia non resurgit. 34.E
Diabolus per Gelboe designatur. 173.B
Diabolus sagaciter, & multiformiter nos tentat. 257.C
Diabolus ingiter malum machinatur. 252.A
Diabolus, & deus non carent libero arbitrio. 218.D
Diabolus semper cupit tentare seruos dei. 310.G
Diabolus est impulsor, impulsor mũdus impulsor homo. 196.C
Diabolus nox est, nox angelus Satanę, nox Antichristus. 187.B.C
Diabolus prius seduxit fœminam, & postmodũ virum per fœminam vicit. 6.D
Diabolus sæpe per speciem boni decipit seruos dei. 310.G
Diabolus, est serpens lubricus. 310.H
Diabolus non est iussor vitiorum, sed solum modo incensor. 310.G
Diabolus in tota vita cupit hominem decipere, sed amplius in fine. 310.H
Diabolus auctor superbiæ 312.L
Diabolicas vias à natura hominis alienas esse quis nesciat. 129.D
Diabolus in furore iudicatus est. 184.F
Diabolus quos viuentes accendit ad vitia, morientes subitò nititur pertrahere ad tormenta. 311.A.B
Diabolus est rex super omnes filios superbiæ. 323.H
Diabolus ecclesiam multis modis persecutus est. 405.A
Diabolus impius factus, homines in paradiso à pietate deiecit. 109.C
Diabolus nihil tantum timet, quantum concordiam, & charitatem. 304.G
Diabolus cum decipere quærit, prius naturam vniuscuiusque intendit. 310.H
Diabolus nisi in aere non inuenit locum. 232.L
Diabolus dissipat animas, cum fidelem populũ per tentationem necat. 310.F
Diabolus non dubitat finem mundi ciò assuturum. 314.E
Diabolus melior a pollicetur, quã non videt. fol. 346.G
Diabolus plus cõfidit in adiutorio carnis, quoniam magis nocet domesticus hostis. 251.M
Diabolus in veritate non steit, qui non innixus est verbo, qui in sua virtute confisus est. fol. 196.F
Diabolus potestatem habet in corpora hominum, & in corda. 182.F
Diabolus impellit omnes, sed solos auertit amicos suos, id est, consentaneos sibi. 196.D
Diabolus fortassis sedere voluit, quia in sua virtute stare non valuit. 196.F
Diabolus lapsus est ex voluntate, sed ex voluntate resurgere iam liberum non habet. 217.F
Diabolus ecclesiæ mysteria non cognoscit in terris. 232.M
Diabolus liuore malitiæ impellit. 196.D
Diabolus à fœmina virgine seductus, & à viro Christo debellatus. 6.D
Diabolus electos dei possidebat. 367.A
Diabolus crucis Christi inimicus. G.
Diabolus iustam habuit potestatem in homines, non iustam voluntatem. 366.H
Diabolus primus à pietate recessit. 109.C
Diabolus perpetuam captiuitatem suis largitur. 117.D
Diabolus à duobus bolis dicitur. 239.A
Diaboli atrium, mundus erat, & homines vasa eius. 366.H
Diaboli sagittæ frigore vigiliarum, & iciuniorum parcitate sunt extinguendæ. 310.F
Diaboli iugo pressum non potes attollere caput. 151.A
Diaboli cõsilio, quod silij dei est, Adam, & Eua subripere tentant. 1.E
Diaboli viæ sunt circuitio, & circumuentio. fol. 129.L
Diaboli dominio qui debuit, homo qui soluit. 366.I
Diaboli lucta periculosa. 17.I
Diaboli malitia expositos iustè à deo captiuauerat nos. 24.I
Diaboli sagittæ, quæ? 251.L
Diaboli oculi omne sublime vident. 129.M
Diaboli astutias non ignorant viri spirituales. 166.C
Diabolo ignis paratus. 71.I
Diabolo resistamus, & fugiet à nobis. 24.K
Diabolo Christus prudenter in carne laqueum absondidit. 146.D.E
Diabolo abrenunciamus in baptismate. fol. 89.E
Diabolo, carni, mundo, & deo in hac vita deseruiens. 117.D
Diabolo nihil desiderabilius, quàm instinctio charitatis. 298.B
Diabolo iustè adductus erat homo, sed misericorditer liberatus. 366.H
Diabolo militamus honorum profectibus inuidendo. 117.D
Diabolum potestatem, & dominium super hominem habere dicebat hæreticus. 366.D
Diabolum vincis inimici dilectione. 298.B
Diabolum, quasi leonem incredulus timent. fol. 310.H
Diabolum qui vincit, eo nihil est fortius. 310.F
in Diabolũ luctamẽ sumimus, cum ad conuersionem venimus. 304.G
Diabolo prævaricante, & angelis eius, alij non prævaricati sunt, non quia non potuerunt, sed quia noluerunt. 217.F
cum Diabolo luctaturos expedit nos esse nudos. 35.F
Diaboli in isto aere infimo, & caliginoso habitant. 173.A
Diabolicum est perseuerare in malo. 1.G
Diabolicum est, de scripturis sanctis aliquid nõ sanctè vsurpare. 122.I
Diabolicarum tentationum vitia fragilia sunt. 310.H
Diaconi nomen solemni administratione interpretatur. 211.I
Dialogus cuiusdam, & dei diuinus. 408.H.I
Dictare quo pacto oportet. 348.G
Dictantium in mente tumultus, vbi multitudo perstrepit dictionum. 348.G
Dies superuentura a nescis quid pariat. 241.M
Dies prima, secunda, tertia, quæ? 21.M
Dies secundus quis? 10.I
Dies octaua cur post solemnitates præcipuas celebratur. 17.B
Dies vltima venit; & forsan hodie erit. fol. 249.K
Dies vltima attende quàm citò veniet. 262.E
Dies crastina ei non illucesceret, cui non luxerit hodierna. 12.H
Dies sanctificatus illuxit nobis. 12.I
Dies, quam fecit dominus. 10.B
Dies natalis domini celebratur. 17.H
Dies salutis, non voluptatis. 240.I
Dies rationis, in qua veritas innotescit. 54.K
Dies annũciationis dominicæ sacratissima. 31.F
Dies ortus Mariæ ab ecclesia festiuus, & sanctus habetur. 362.F
Dies Epiphaniæ deuota, & venerabilis per deuotã, & venerabilem magorum deuotionem. 18.H.18.G
Dies, cui sãcti sæpius maledixisse noscũtur. 10.I
Dies redemptionis nouæ, quomodo significabatur. 10.B
Dies, qua nascimur, potiꝰ nox debet vocari. 10.I
Dies in tres partes diuidi debet, quomodo? fol. 306.D 10.E
Dies Adæ, dies peccati. Ibidem.
Dies maledicta, quæ. 10.I
Dies mortis melior die natiuitatis, ait ille. 393.L
Dies, qui labitur à primi hominis lapsu vsque ad finem mundi. 10.I
Dies solemnis cæteris diebus Iudæis celebrior, quis. 393.D
Diem dominicum vidit Abrahã credẽdo. 13.E

Diem caliginis fecit inimicus. 10.B
Diem extremum Christus quo modo nouerat, & ignorabat. 230.I
Diem mortis cur Deus nobis incognitum esse voluit? 311.B.C
Diem iudicij postulant martyres. 10.E
Diem tenebrosum incurrit Adam. 10.I
Die eodem Maria concepit quo Susannæ sanguis liberatus, & adultera à Christo in templo absoluta. 31.F
Die lucidissima conditus Adam. 10.I
Dies notabiles, & inter cæteros insignes magis, qui sunt? 33.B
Dies sacri quadragesimæ. 348.F
Dies pleni pietate, & gratia. 34.K
Dies festi nunc festiuus frustrantur solẽnitate. fol. 375.B.
Dies duo commendantur. 10.I
Dies tres sunt, de quibus legimus, vnus in Adam, alter in Christo, tertius cum Christo. fol. 10.I.
Dierum numerus brevis, & finis incertus. fol. 17.H.I.
Difficile est Deum, & mundum diligere. fol 226.H
Difficile est, imò impossibile, vt præsentibus quis fruatur bonis, & futuris, vt hîc ventrẽ, illic mentem impleat. 257.B
Dignitas sine scientia non prodest. 225.F
Dignitas hominis, est liberum arbitrium. fol. 225.F.
Dignitas summi Pontificis, & auctoritas. fol. 207.G
Dignitas hominis primi, & honor qualis. fol 391.I.
Dignitas absque scientia inutilis. 225.I
Dignitatis gloria, & non pœna nunc attenditur. 337.E.
Dignitates sunt qui virtutes putant. 207.F
ad Dignitates ecclesiasticas pueri, & adolescentuli promouẽtur nunc, & de sub scrula transferuntur ad principandum presbiteris. 337.E
Dignitas potest affectum exprimere, quo modo vultus. 340.M
si Diligis in veritate proximum tuum, in tranquillitate est cor tuum. 298.B
Diligit omni tempore, qui amicus est. Ibidem
Diligit ille Christum, qui pro suo posse ipsius sagit obseruare mandatum. 317.I
non Diligit Deũ, qui Dei præcepta cõtẽnit. 295.I
qui Diligit iniquitatẽ, odit animã suam. 194.M
Diligit in primis seipsum homo propter se. 228.K
Diligit Deus plus mentem mundam, & sanctã, quàm terrenam substantiam. 296.F.G
qui Diligit proximum, non potest facere homicidium, non adulterium, nec cætera. 298.C
qui Diligit hominẽ morituꝝ plus quàm oportet carnaliter, multùm in terra demersus est. fo. 298.B.C.
Diligit homo in secũdo gradu Deum, propter se, non propter ipsum. 228.I
Diligit minùs, cui minus donatum est. 225.K
si Diligit homo sine simulatione fratrem, citò placat Deum patrem. 298.C
Diligunt plus, qui se dilectos intelligunt. 225.K
Diligunt munera pastores, nec possunt pariter diligere Christum: quia manus dederunt mammonæ. 190.M
Diligebant apostoli carnaliter, sed non rationabiliter. 146.F
Dilexit te Christus sine modo, sine modo eum diligere debes. 312.D
Dilexit Deus gratis & etiam inimicos. 225.E
Diligebant Apostoli dulciter, sed minus prudẽter. 146.F
Dilige inimicos tuos propter Deum. 298.D
vt Diligas proximum tuum tanquam teipsum, sufficit. 145.B.C
Diligere patris est. 184.D
Diligere nemo potest perfectè Deum, & mundũ. 296.H.
Diligere proximum purè quo modo potest, qui in Deo non diligit? 227.F
Diligere debemus pximos nostros, sicut nosmetipsos, si præcepta dei custodire volumus. 298.C
Diligere inimicos magis diuinum est, quàm humanum. 280.I.K
Diligere Deum sine proximo non poteris, nec proximum sine Deo. 298.B
Diligere Deum quid est? 322.K
Diligere summum bonum, est summa beatitudo. 295.F
Diligere omnia æqualiter non debemus. Ibid.
Diligere studeamus omnes homines fideles, sicut nosmetipsos. 298.D
Diligere proximum, in Deo non potest, qui Deum non diligit. 227.F
Diligere debemus homines in animo, sed non in domo. 308.K
Diligere proximum quid? 322.K
Diligere Deum, magnum est bonum, primum in donis, vltimum in profectibus. 195.G
Diligere nemo potest simul Deum, & seculum. so. 296.H
Diligens Deum anima ex ipso vivit, vti corpus ex ipsa. 220.M.
Diligenti Deum animæ valet corpus suum infirmum, valet & mortuum, valet & suscitatum. 228.A.
non Diligentes proximos suos, tanquam se, sunt crudeles. 242.M
Diligitur Deus non sine præmio. 226.K
Diligitur corpus propter animam, anima propter Deum, Deus propter seipsum. 331.D
Diligi Deus se facit, qui & cætera bona facit. fo. 227.F.
Diligendus Deus primo loco, secundo proximus. 295.G.
Diligendus est creator in cunctis creaturis, & cunctæ per ipsum creaturæ. 317.C
Diligendus est Deus ob multiplicem causam. fol. 225.D.
Diligendus Deus quo modo. 225.D
Diligendus Deus sine intuitu præmij. 226.K
Diligendi modi sunt quatuor. 120.E.F
Diligendi Deũ modus est, ipsum sine modo diligere. 226.I
Diligendi Deum causa deus est. 225.D
Diligendi sunt viri, quia sunt opus Dei, sed extra domum. 308.K
Diligendi causa Deus quæritur. 225.D
Diligendo proximum, purgas oculum mentis ad videndum Deum. 298.B
Diligendo Christus excessit modum, pro te moriendo. 312.D
Diligendum est à nobis corpus nostrum. 322.L
Diligentia est animæ adhibenda ne à Deo omninò deseratur. 268.D
cum Dilecto milia milium, & decies centena milia circa dilectum, & nemo ad dilectum. fol. 155.B.C.
Dilectio non erit consummata, si corda hominũ quadam dubietate tanguntur. 385.M
Dilectio, quæ tendit in Deum, tendit in immensum, & in infinitum. 226.I
Dilectio Christi duplex, 322.I
Dilectio Apostolorum erat contra salutem eorum. 146.F
Dilectio donum domini est, nullum hoc dono Dei est excellentius. 249.B
Dilectio, est soror charitatis. 298.D
Dilectio mentem eleuat, malitia demergit. fol. 298.B.
Dilectio Christi probatum monachum reddit. 320.K.
Dilectio vbi, ibi & dilecti mansio. 35.L
Dilectio carnalis non debet esse inter seruos dei, sed spiritualis. 298.B
Dilectio fortis esse, vt mors, dicitur. 295.G
Dilectio separat animam à mundo, & carnali amore. 295.G
Dilectio peccatum extinguit, quod animæ vitã expulerat, animamque restituit innocentiæ. 336.C.
Dilectio duas habet alas, dilectionem Dei, & dilectionem proximi. 298.E
Dilectio proximi malum non operatur, quia plenitudo legis, est dilectio. 298.A
Dilectio, quæ ex Deo est, & deus est, propriè Spiritus sanctus dicitur. 249.B
Dilectio terrena, animalis, diabolica, quæ? fol. 367.M.
Dilectio fortis, vt mors, imò verè fortior, quàm mors. 277.I.
Dilectio tuam fidem animet, actio probet. fol. 150.M.
Dilectio, causa quæsitionis: quæsitio fructus dilectionis est, & certitudo. 195.K
Dilectio donum spiritus est. 352.A
Dilectio maritat animam verbo. 195.B
Dilectio consummata, est cordis nostri directio. 385.M.
Dilectio Dei sola, nec dilectio proximi sola valet ad vitam æternam consequendam. 298.E
Dilectio, est Vita, & odium mors. 297.I
Dilectio fortis, vt mors, mortem in nobis, non vitam occidit. 336.C
Dilectio Dei probatur in obseruatione, & custodia mandatorum Christi. 317.M
Dilectio ardẽs quàm citò cõsumat peccatũ. 12.L
Dilectionis probatio, est operis exhibitio. 317.M
288.A.
Dilectionis, pacisque tranquillitas seruanda. fol. 410.K.
Dilectionis probatio, est operis exhibitio. fol. 317.A.
Dilectionis cognitio in domo cœlesti, est nutrimẽtum. 81.G
Dilectionis gradus. 331.E
Dilectionis virtute nihil Deo specialius. 298.B
Dilectionem amplectamur. 7.M
per Dilectionem operatur vera fides catholica. 404.F.G.
Dilectione pari est optãda vita æterna omnibus hominibus. 295.I
Dilectione inimici diabolum vincis. 298.B
in Dilectione quæ non operatur anima mortua est. 218.B
pro Dilectione Petrus non pepercit vitæ suæ. fol. 146.G.
Diluuium triplex. 395.D
Diluuium vitiorum. 395.E
Diluuium iniquitatis. Ibidem
Diluuium Inferni, peccati, & mundi. 395.F
Diluuii primi, secundi, & tertii pisces, qui. fol. 395.FG

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diluuio præunte consummationem deus faciet. 395.F
Dina filia Iacob quomodo decepta. 301.C
Disciplina, est mater nostra. 299.D
Disciplina omnis in præsenti seculo videtur non esse gaudij, sed mœroris. 319.L
Disciplina corripit, scientia pascit, bonitas attrahit. 114.E
Disciplina, & custodia cui debetur. 2.L
Disciplina inamabilem, bonitas amabilem, scientia docilem reddit. 114.E
Disciplinæ regula Christus. 118.E
Disciplinæ, & vitæ legem qui abiicit, infœlix. 264.B 197.B
Disciplinæ virga quid?
Disciplinæ sæculo mens nõ exculta multas contrahit sordes. 359.K
Disciplinam vult Deus nos discere. 75.E
Disciplinã, id est, castigationem qui diligit, sapientiam, quoque diligit. 299.H
Discipulus Christi quis? 19.G
Discipulus vnusquisque illius est, cuius doctrinam sequitur. 298.A
Discipulus qui vult esse Christi, studeat proximos suos, tanquam seipsum diligere. 298.A
Discipuli Christi, sunt fideles omnes. 298.A
Discas tibi ipsi præsse. 410.L
Discordia locũ sibi fieri diabolo, manifestũ est. 81.K
Discordias, qui seminat inter seruos Dei est maledictus. 304.F
Discretum esse oportet. 410.L
Discretio ibi est maximè necessaria, vbi vehemẽs æmulatio. 169.I
Discretio, est mater virtutum. 112.F
Discretio non tam est virtus, quàm quædam moderatrix, & auriga virtutum. 169.I
Discretio vbi potissimum tenenda. 399.E.F
Discretio omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit, & decorem. 169.I
Discretio est ordinatrix affectuum, & morũ dolctrix. 169.I.K
Discretionis virtus absque charitatis feruore iacet. 149.G
Discretionem tolle, & virtus vitiũ erit. 169.I.K
Dispar sexus in vnum collocatus, illuc prouocat instinctum carnis, quo nascitur. 308.H
Dispensandum, non dissipandum. 210.A
Dispensatio non planè fidelis, est dissipatio crudelis. 210.A
Dispensatio est excusabilis, vbi necessitas vrget. 210.A
Dispensatio laudabilis est, vbi prouocat vtilitas. Ibidem.
Dispensatorem esse mysteriorum Dei magnum, & mirabile est. 204.C
Dispensatores sunt episcopi, sed ad ædificationẽ, non in destructionem. 210.A
Dissensiones, & scandala angelos ad indignationem prouocant. 66.H
Dissidium amarum. 14.K
Dissimulant Pharisei peccata sua, vbi nnenerint aliena. 31.K
Dissimulatio est propriæ infirmitatis, iniquitatis, inutilitatis. 119.C
Dissimulatores simplicissimi, & malignissimi proditores. 210.I
Dissipatio crudelis, est dispensatio non planè fidelis. 210.A
Distinctiones Ecclesiæ non temerè confundendæ, & perturbandæ. 209.G
Diuerticula semper, & reclinatoria reprobat filius hominis. 66.B
Diuescit Christus virtutum perfectione. 21.A
Dues est, cuicunque in sua paupertate benè conuenit. 243.M
Dues cogitatio vocis paupertate confunditur. 388.M
Dues, propter nos factus est pauper. 13.F
Dues est omnibus Deus, qui inuocant eum. 227.D
Diuites opibus Patriarchæ, sed humiles fuisse leguntur. 305.E
Diuites de pauperibus facti intumescunt. 9.A
Diuitum oculis seruitur de sumptibus egenorum. 237.C
Diuitum consuetudo non est, vt ad pauperes veniant. 1.I
Diuitum bona, sunt diuitiæ. 57.B
Diuitibus verba vendere, quid. 9.B
Diuitiæ salutis cum gloria nouitatis. 11.I
Diuitiæ periturę, & honores incerti. 267.D
Diuitiæ multis sunt exitiales. 296.G
Diuitiæ nostræ, boni mores, & virtutes. 305.H
Diuitiæ nostræ, quæ? 11.M
Diuitiæ nunquam sine peccato acquiruntur. fol. 296.H
Diuitiæ nuncupantur mammona. 57.L
Diuitiæ dicuntur iniquæ non propter se, sed propter iniquitatis effectum. 57.L.M
Diuitiæ, & gloria in sinistra Christi. 9.K
Diuitiæ tuæ sint boni mores. 296.K
Diuitiæ, sunt bona diuitum. 57.B
Diuitiæ pertrahunt hominem vsque ad mortem. 296.G.
Diuitiæ nihil, nihil sapientia, si in corde non redundauerit fluuius charitatis. 43.D
Diuitiæ omnes, & gloria mundi non est aliquid in comparatione Dei. 1.I
Diuitiæ salutis, & vitæ. 11.L
Diuitiæ perducunt hominem, vsque ad periculũ corporis & animæ. 296.G
Diuitiæ fallaces, quæ? 184.A
Diuitiæ veræ, non opes sunt sed virtutes. 3.C
Diuitiarum amor insatiabilis. 202.A
Diuitiarum possessio non est culpabilis. 238.B
Diuitiarum causa præcipua fugienda est. fol. 237.K.
Diuitiarum desiderium torquet animam. 202.A
Diuitias terrenas libenter contemnunt, qui perfectè sperant cœlestia. 305.G
Diuitias terrenas contemne, vt acquirere possis cœlestes. 296.G
Diuitias qui amat, fructum non capiet ex eis. 305.C.
Diuitias terrenas Abraham, Isaac, & Iacob habuerunt. 238.B
Diuitias, & paupertates ne dederis mihi, orat sapiens. 28.E
qui Diuitias possident, valde rarum est, vt ad requiem perueniant. 296.H
de Diuitiis ad paupertatem descensus maledictus. 401.C
in Diuitiis humilitas periclitatur. 204.B
Diuinitas ipsa, Deus est. 213.I
Diuinitas se induit, vt appareret hominib°. 337.E
Diuinitas quarta, quæ Deus non est, non est adoranda. 213.I
Diuinitas corporalibus oculis nõ videtur. 276.I
Diuinitas humana. 390.G
Diuinitatis plenitudo habitat in Christo corporaliter. 11.H
Diuinæ similitudinis summum gradum summi angeli tenent, nos infimum, Adam tenuit medium, dæmones nullam. 217.L
Diuisio cessabit, cum venerit plenitudo. 26.A
Diuisiones sunt non cœlorum, sed beatitudinum. 153.G.
Diuisione res melius innotescit. 218.D
Dinortium triste. 14.K
quod Docuit verbo Christus, iam clamat verbo. 18.L.
Doceamus iniquos vias domini. 390.L
Docere nec in docto est in promptu, nec in monacho est in usu. 348.G
Docti fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudierunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. 154.D
Doctor magnus Iesus Christus. 7.L
Doctor, & medicus est Iesus. 20.D
Doctores sancti hæreticis occurrunt, quo modo. 403.A.
Doctores sancti martyribus successerũt. 402.M
Doctrina B. Bernardi. 408.L
Doctrinæ viri per patientiam nosciur. 128.L
Doctrina spiritus non curiositatem, sed charitatẽ accendit. 137.H
Doctrina nulla sine deo instruitur. 21.I
Doctrina pietatem beati Benedicti probat. 29.D
Doctrina de cathedra pestilentiæ derivata. 390.K.
Doctrina sanctorum ita expellit vitiorum tenebras, sicut sol oriens caligmem. 308.L
Doctrinam suam Iesus magister omnium sanctus non esse suam. 366.E
Doctrina, & eruditione indiget cæcitas. 160.E
Dogmata praua hæreticorum, mali sunt imbres. 176.B
Dolor capitis in membra redundat. 404.M
Dolor in passionibus, labor in actionibus est. 85.B
Dolor sanctorum triformis. 118.D
Dolor noster sit semper in conspectu nostro. 390.L
Dolor gratuis citum habiturus est exitũ, aut insensibilitatem, aut sanitatem. 204.I
Dolor continuus, & acerbus, diuturnus esse non patitur. 204.I
Dolor, quem omnibus huius mundi deliciis mẽs compuncta præponit. 22.A
Dolor inconsolabilis. 241.M
Dolor, quem nemo sapiens subterfugit. 207.G
Dolor medicinalis, per quem stupor lethalis animi excluditur. 207.G
Dolor quantus sit parientium mulierũ, nullus hominum nouit, nisi quæ experta sunt. 286.H
Dolorem patietur peccator, sine fine. 84.L
Dolorẽ patietur virgo Maria. 37.P
Dolorẽ non intulit matri, qui dolores totius mũdi tulit. 11.K
Dolorem & laborem plerique patiuntur, sed necessitas in causa est, non voluntas. 34.G
Dolore non caret, plaga recens. 204.H
sine Dolore nemo filiorum Adæ hic viuit, nemo sine labore. 85.C
Dolores sæni erant tortores in anima matris Iesu. 38.E
Dolorum maxima materia. 52.H
Dolus omnis prohibetur. 407.M
Dolosi, et callidi viri proprium est, humilitatẽ prætendere, cum aliquid obtinere voluerit. 211.C
Dominus vbique præsens est. 303.C
Dominus quærẽdus est, dũ inueniri potest. 27.C
Dominus magnus, & laudabilis nimis, parvulus natus est nobis. 13.F
Dominus angelorũ in pauperib° pascitur. 375.G
Dominus veniet expectantibus eum in veritate. 22.F

Dominus, spiritus est. 407.G
Dominus hominem constituerat dominum domꝰ suæ. 10.D
Dominus ad nos veniet à nuptiis reuertens inebriatus vino veritatis. 22.F
Dominus soporem in se ipsum immisit, & factus est secundus Adam. 25.K
Dominus quãdo veniet, scire nõ possumus. 10.K
Dominus sublimis, sed non ita proponitur tibi. 26.H
Dominus vbi sedet. 119.B
Dominus spiritus est. 60.A
Dominus familiaris, satuũ nutrit seruum. 96.G
Domini corpus, & sanguinem conficerant sacerdotes. 391.L
Domini Corpus in illibato altaris sacramento accipimus. 123.H
Domini matris miraculum. 390.M
Domini nostri sunt angeli. 66.E
Domino qui adhæret, vnꝰ spiritus est cũ eo. 67.A
Dominium prælatorum duplex. 405.E
Domina mundi Maria virgo. 50.G
Domina est Maria. 8.L
Domina mundi mater Christi. 37.K
à Domina nostra rei habent veniam, iusti gratiã, angeli lætitiam. 120.E
Dominico corpori aquilæ tres assident. 119.F
Dominandi libidine nullum venenum plus timendum, nullúsque gladius. 208.G
qui Dominatur animo suo, melior est vrbium expugnatore. 17.L
Dominationes dominantur, sed sub domino dominantur, & seruiunt pariter. 213.D
Domus non manu facta. 11.A
Domus æterna quæ? 318.B
Domus dei duæ sunt. 119.K
Domus, id est, tẽplum, sancta est propter corpora. 80.K
Domus ista terrestris si dissoluatur, animus ædificationem habet nõ manufactam, sed æternã in cælis. 378.D
Domus, in quam nullus inimicus intrat. 11.A
Domus, quæ constituitur viuis ex lapidibus angelis, cilicet, & hominibus. 81.B
Domus hęc, in qua habitamus ex omni parte sui ruinam nobis minatur. 252.F
Domus laudis in cœlo, hic orationis. 81.G
Domus Iacob, quæ? 8.C
Domus, quæ æterni regis est oppidum obsessum ab inimicis, quæ? 81.G.H
Domus, id est, templum, per manus Pontificum dedicata est domino. 80.M
Domus lætitiæ in cœlo, hic militiæ. 81.G
Domus ecclesiæ sunt conuenticula fidelium deo seruientium. 300.E
Domus vna si nos contineat, & voluntas diuersa separet, nihil prodest. 304.G
Domus orationis infima. 82.D
Donum dei, virtus est, deputanda in donis optimis, descendens, & ipsa desursum à patre verbi. 196.F.G
Domũ episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas, horum disciplina custos. 212.B
Domum orationis speluncam latronum factam zelatus est dominus. 209.A
in Domo Dei gratiarum actio, & vox laudis. 12.A.
in Domo hac nostra tria charitatis ordinatio distribuit, sanctam cõtemplationem, fraternã administrationẽ, suiipsius pœnitentiam. 60.E
Donũ naturæ grãde nobis est in anima. 195.A.
Dona ineffabilia in bonitate misericordiæ Dei viri excellentes rimantur. 22.A
Dona Sancti Spi. 21.B.C
Dona Dei quæ sint? 76.E
Dare plus te delectet, quam accipere. 305.C
Dare quod possumus, corpus istud est. 18.F
Dare melius est, quàm accipere. 305.C
Dare beatius est, quàm accipere. 350.E
Dona septem spiritus sancti contra septem vitia. 90.C.
Dormit in die hominis anima præ tædio. 12.G
qui Dormiunt, nocte dormiunt. 11.F
Dormies somnum tuũ, & nihil inuenies in manibus tuis. 350.I
Dormire inter duos cleros, quid? 396.I.K
Dormitum quonam pacto sit eundum. 244.L
Dormiẽs in contẽplatione, Deum somniat. 145.E
Dormientium primitiæ Christus. 14.C
Dorsum nostrum, quod? 296.L
Dotes corporum suscitatorum. 70.D
ô Doxa, doxa (ait Sapiens) an milibus mortalium nihil aliud, quàm auriũ inflatio vana. 202.A.
Draco immanis bestia, flatu Igneo quicquid attigerit, necat. 130.L
Dulcedo omnium dulcedinum, est sacramentum altaris. 392.G
Dulcedo in sermonibus quid confert. 400.G
Dulcedinem stillarunt montes. 4.G
Duma interpretatur silentium. 324.C
Duritiam congruam seruis, filiis commutauit in mansuetudinem Christus. 19.L
Durus esto tibi ipsi, numquam alis. 410.M
Duces habent animalia, feræ, aues, & apes fol. 246.L.M.

E

EBriatus Loth, dormiuit cum filiabus suis. 301.K.
Ebrietas graue peccatum est. 301.I
Ebrietas inter homicidia, & adulteria, & fornicationes reputatur. 301.I.K
Ebrietas eiicit hominem à regno Dei. 301.K
Ebrietas expellit hominem à Paradiso. Ibidem.
Ebrietas demergit hominem in infernum. Ibid.
Ebrietas mortale crimen est. 301.I
Ebrietas corpus debilitat, animã illaqueat. fo. Ibidem.
Ebrietas generat perturbationem mentis. Ibid.
Ebrietas auget fœtorem cordis. Ibidem.
Ebrietas nutrit flammam fornicationis. Ibidem.
Ebrietas ita alienat mentem, vt homo nesciat semetipsum. Ibidem.
Ebrietas solet euertere mentes, atque omnino reddere immemores sui. 228.C
Ebrietas nihil aliud est, quàm manifestissimus dæmon. 301.L
Ebrietas duplex. 106.E
Ebrietas est tumultuosa, vinũ est res luxuriosa. 301.I.
Ebrietas Sancti spiritus. 273.C
Ebrietas sobria. 19.K.228.D
Ebrietas, quæ non inducit fastidium. 113.E
Ebrietatis quot genera. 118.A
Ebrietatem fugiat adolescens, tanquam venenũ. 264.K.
Ebriam se non negat sponsa, nou vino, sed amore. 169.F
Ebrius homo ita est à semetipso alienus vt nesciat vbi sit. 301.I
Ebrij Apostoli fuerunt in die Pentecostes nõ musto, sed Spiritu Sancto. 169.F
Ebrij qui fuerint, non omnes eodẽ modo debriantur. 118.A
qui Ebrij sunt, nocte ebrij sunt. 12.F
Ecce quàm bonum, & quàm iucundum exponitur. 110.C
Ecce vicit leo de tribu Iuda exponitur. 106.E
Eccl. corpus Christi. 23.I.112.B.182.A.289.D
Ecclesia Romana caput omnium est. 375.K
Ecclesia Romana purpuratur multitudine martyrum. 394.I
Ecclesia Romana, est locus, quem constituit dominus dominũ domus suæ, & Principẽ passionis suæ. 374.G.H
Ecclesia mater Romana lætis amplexibus colligit filios. 357.E
Ecclesia sancta Romana, Ecclesiarum mater. fo. 212.C.
Ecclesia Romana mater, vt Deus pater. 357.C
Ecclesia Romana, est locus terribilis, terra sancta, locus Petri, locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius. 274.D
Ecclesia Romana valde clemens est, sed nihilo minus potens. 357.D
Ecclesia Romana omnium ecclesiarum mater, & magistra. 394.I
Ecclesia Romana summa, sed nõ sola apostolica à Deo instituta. 209.L
Ecclesia soror Christi, quia ex vno patre: sponsa, quia in vno Spiritu. 137.M
Ecclesia turpiter annullatur, conculcantur apud nos sancta. 372.C
Ecclesia Sanctorum communis. 170.I
Ecclesia sancta hodie clamat: ecce in pace amaritudo amarissima. 405.A
Ecclesia quintum non recipit euangelium. fol. 366.E
Ecclesia potest habere loculos, quorsum? 314.F
Ecclesia multis purificationibus opus habet fol. 22.G
Ecclesia quotidiè multipliciter, & miserabiliter experitur 239.B
Ecclesia vetat cohabitionem viuorum, & fœminarum iis, qui continentiam vouerunt. 18.C
Ecclesia vniuersalis, vinea domini, Christi vxor, & sponsa. 319.K
Ecclesia in terra fundata supra firmam petram. 232.L
Ecclesia vniuersalis toto orbe diffusa Papæ est commissa. 207.I
Ecclesia vulnerauit cor sponsi sui. 10.H.I
Ecclesia habet consilium, & spiritum sponsi, & Dei sui. 10.H
Ecclesia Sanctorum electorum vias rectitudinis, & simplicitatis suæ timore inchoat, sed charitate consummat. 308.A
Ecclesia cum in scripturis diuinis verba vel alterat, vel alternat, fortior est illa compositio quam positio prima verborum. 10.I
Ecclesia posita in superbiam seculorum. 241.I
Ecclesia primitiuorum præsolatur nos. 70.K.L
Ecclesia habet meritã, sed ad promerendum, nõ ad præsumendum. 184.A
Ecclesia non est vna anima, sed multarum vnitas, vel potius vnanimitas designatur. 178.B
Ecclesia Christi quare ab vniuersitate gentium suscepta est, & non Sinagoga. 155.G.H
Ecclesia persecutionibus crcuit. 156.E.F
Ecclesia vniuersa tam veteris, quàm noui testamenti, corpus est Christi. 275.D
Ecclesia ex diuersis peccatoribus congregata, mulus est. cur? 402.M
Ecclesia opugnatur à filiis suis. 156.E
Ecclesia suos lapides induit auro, & suos filios nudos deserit. 137.C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesia habet pacē apud extraneos, sed filij nequam sæuiunt in eam, qui propriam matrem cuiscerant. 405.A
Ecclesiæ cernit auctorem vitæ, & gloriæ confixū clauis, perculsum lanceæ, opprobriis saturatum, tandem dilectam animam suam ponere pro amicis suis. 225.K
Ecclesia per indoctos prælatos, malósque pestē afficitur. 264.A
Ecclesia, si cella vinaria, in qua est vinum Euāgelicæ prædicationis. 295.F
Ecclesia spiritum sponsi, pariter & dei sui habet. 32.D
Ecclesia quām Ioannem Bapt. honorat. 394.I
Ecclesia habitat in hortis, quæ iam viriditate, & spe bonorum operum est repleta. 306.I
Ecclesia Dei pastoribus, non raptoribus, est commissa. 403.D
Ecclesia nondum ad perfectam purificationem peruenit. 22.G
Ecclesia peregrinans duabus consolatur rebus. 178.I
Ecclesia sponsa Christi læta in prole mater, sed in amplexibus sponsi lætior. 197.A
Ecclesia vniuersa est corpus Christi. 392.K
Ecclesia vniuersa quod portat, nobis onerosum non sit. 27.B
Ecclesia in foraminibus petræ. 179.A
Ecclesia Metensis graui episcopi, & clericorum contentione periclitatur. 363.G
Ecclesia habet caput in cœlo, & pedes in terra. 232.M
Ecclesia tota est virgo in anima nullam habens maculam, in fide, & spe, & charitate incorrupta. 285.K
Ecclesia ista promptuarium est eorum, qui in cœlis conscripti sunt. 392.F
Ecclesia ait per Salomonem, charitate vulnerata ego sum. 225.K
Ecclesia habet, vnde præsumat sed non merita. 184.A
Ecclesia commissa est Pastori, idest Papæ Romano. 374.H
Ecclesia mater, mulier fortis. 26.B
Ecclesia, est columna fidei, & firmamentum veritatis. 355.B
Ecclesia Salomonem in diademate cernit, quo coronauit eum mater sua. 225.K
Ecclesia Parisiensis in tristitia sedet, destituta proprio pastore, & nemo est, qui de substituēdo alio mutare audeat. 372.C
Ecclesia Lugdunensis inter galliæ ecclesias præeminuit honestis studiis, & laudabilibus institutis. 362.E
Ecclesia primitiuorum est in cœlis. 13.L
Ecclesia fulget in parietibus, in pauperibus eget. 237.C
Ecclesia non fallitur, sanctum reputans Mariæ virginis natiuitatis diem. 362.H
Ecclesia quomodo Christum nunc habeat. 75.I
Ecclesia gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus nouit. 350.B
Ecclesia ab initio sui vulpes habuit. 170.I
Ecclesia perfectorum intus recumbit. 142.B
Ecclesia Christi delectatur humilibus & asperis. 296.I
Ecclesia Remensis in interitum cadit. fol. 343.G
Ecclesia assimilatur turturi. 309.C
Ecclesia prædestinatorum, & vinea Domini. 178.H
Ecclesia habet oculum tentationis. 166.C
Ecclesia columba est, quia innocens, quia gemens. 179.A
Ecclesia felix, cui nec merita sine præsumptione, nec præsumptio absque meritis deest. 184.A
Ecclesia materialis, est locus terribilis, & dignus omni reuerentia. 83.F
Ecclesia mater. 10.H
Ecclesia transmarina. 374.M
Ecclesiæ Romanæ prærogatiua super vniuersas orbis ecclesias. 357.D
Ecclesiæ Romanæ dictum est, quod Christus Petro dixit: pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. 365.C. 394.I
Ecclesiæ Romanæ potestati qui resistit, ordinationi dei resistit. 357.D
Ecclesiæ Romanæ zelus, & auctoritas stat pro Hur, & Aaron super populum Dei ad ipsam meritò referimus non quæstiones, sed lasiones fidei, & iniurias Christi. 364.H
Ecclesiæ Romanæ clementia abuti noli, ne eius potentia opprimaris. 357.D
ad Ecclesiæ Romanæ auctoritatem, & examen quæstionem de conceptione virginis Mariæ Bernardus remittit. 362.M
Ecclesiæ totius cura pastoralis Petro commissa est, post trinam negationem. 55.F
Ecclesiæ fides magna. 182.C
Ecclesiæ, & muli collatio. 402.L
Ecclesiæ fides erat in sola virgine Maria in triduo illo passionis Christi. 38.K
Ecclesiæ plaga insanabilis. 403.H
Ecclesiæ forma, quæ in terra est, exemplar habet in cœlo. 209.M
Ecclesiæ ordinum distinctiones non temerè confundendæ, neque perturbandæ. 209.G
Ecclesiæ, Synagogæ reputantur, sanctuarium dei sanctum esse negatur, sacramenta non sacra censentur, dies festi festiuis frustrantur solemniis. 375.B
Ecclesiæ dedicatio anniuersaria celebratur. 81.M
Ecclesiæ magister quid ait. 399.H
Ecclesiæ sacramena, sunt portæ Sion, sine quibus ecclesiam non intramus. 118.F
Ecclesiæ adeps, & medulla sunt virgines Christi. 285.K
Ecclesiæ ordines tres. 14.F
Ecclesiæ prælati languent in cupiditatibus suis. 404.M
Ecclesiæ Pastores ibi culpantur acerbè. 404.M
Ecclesiæ sponsus, & aduocatus, meridies verus, & æternus. 160.E
Ecclesiæ sancti doctores martyribus successerūt. 402.M
Ecclesiæ super vniuersum statum intendit consideratio summi Pontificis. 210.B
Ecclesiæ totius solicitè nobis proponamus exempla. 27.B
Ecclesiæ ministri quæ iubent, facienda. 7.K
Ecclesiæ amaritudo amara in persecutione tyrannorum, sed amarior in versutia hæreticorum, sed amarissima hodie per prauitatem desideriorum. 405.A
Ecclesiæ mæror quantus post prælibata gaudia. 362.A
Ecclesiæ claues annullantur, dum nemo episcoporum vlciscitur iniurias dei. 363.E
Ecclesiæ auxilium venit de cœlo, & de terra. 191.C
Ecclesiæ quatuor tentationum genera. fol. 159.M
Ecclesiæ libertas salua esse debet. 371.C
Ecclesiæ ordines qui? 209.I
Ecclesiæ custodes Angeli sancti, & vigiles spiritus, & animæ iustorum. 191.C
Ecclesiæ fide salutem consequuntur parauli baptizati. 182.C
Ecclesiæ magna charitas, quæ ne emulæ quidem Synagogæ suas delicias inuidet. 192.F
Ecclesiæ prælati habent ecclesiæ claues, quibus claudunt, & nemo aperit. 405.E.F
Ecclesiæ ordines seruentur. 210.B
Ecclesiæ typus in patribus præcessit. 163.C
Ecclesiæ procerum studium quale esse debeat. 206.L 151.L
Ecclesiæ nigredo vnde. 407.H
Ecclesiæ casus similis est turri. 407.H
Ecclesiæ ministri in vsus luxuriæ victum parum consumere non verentur. 149.L
Ecclesiæ pastores pascere debent verbo, exemplo, & sanctarum fructu orationum. 369.F
Ecclesiæ prælatorum munus. 13.H
de Ecclesiæ ministris quid blatterare soleāt hæretici. 182.D
Ecclesiæ rectores graniter carpuntur 23.L
Ecclesiæ rectorum misera est conuersatio. 23.K
Ecclesiæ ministros, Christus non parat aures, vt audiat: sed flagellum, vt ferat. 206.B
Ecclesiæ terra sanguine martyrum impinguata. 104.G
Ecclesiæ domus sunt conuenticula fidelium deo seruientium. 300.E
cōtra Ecclesiæ ritum nulla ratione placebit præsumpta nouitas. 362.L
in Ecclesiæ side peccata sibi remitti fideliter credendum est. 79.C
Ecclesiæ dei præst Pontifex Romanus. 374.L
Ecclesiā æthiopissā Moysis vxor figurabat. 23.A
Ecclesiam dilatatam Apostoli de vita discedētes, martyribus commiserunt. 402.M
Ecclesiam sibi Christus non habentem maculam exhibebit. 22.G
Ecclesiam scandalizat, qui continentiam vouit, si fœminam non eiiciat. 181.C
Ecclesiam multis modis diabolus persecutus est. 405.A
qui Ecclesiam non agnoscunt, non est mirum, si ordinibus ecclesiæ deirahunt. 182.D
in Ecclesia Romana resarciuntur damna fidei, vbi non potest fides sentire defectum. 365.C
in Ecclesia primitiua credentium erat cor vnum, anima vna, & omnia communia. 35.G
in Ecclesia fit peccatorum confessio. 395.E
in Ecclesia vasa sacra. 255.F
in Ecclesia si corpus tuum stat, & foris vagatur mens tua, perdis mercedem tuam. 306.G
in Ecclesia qui sceleratè viuunt, & communicare non desinunt, quàm grauiter peccent. fol. 302.K
in Ecclesia Christiani (tanquam in agro) sunt constituti. 321.G.H
in Ecclesia nihil est preciosius, nihil optabilius bono, vtilèque pastore. 376.M
in Ecclesia cantus mētes hominum lætificat, peccatores ad lamenta inuitat. 306.G
Ecclesiarum omnium solicitudo sedula incumbit Romano Pontifici. 206.M
Ecclesiarum vniuersitas Petro cessit. 207.H
Ecclesiarum facultates, patrimonia pauperum. 239.F
Ecclesias videmus dotatas, & ditatas à potentibus, & diuitibus, qui in operibus bonis diuites. 238.F.E
Ecclesias incendunt tyranni & raptores seculi. 404.E
Ecclesiis dei quales nunc præsunt pastores. fol. 377.C
in Ecclesiis non sint, qui seruiant regi. 381.G
in Ecclesiis crebra mala accidunt occasione electionum. 361.C
Ecclesiasticorum ambitio, & auaritia quanta. 337.E.F.337.G.H
ad Ecclesiasticas dignitates pueri, & adolescentuli promouentur, & de sub fernla transferuntur ad principandum presbyteris. fol. 337.E
ad Ecclesiasticas curas curritur in clero, à doctis pariter, & indoctis. 337.G
Eden voluptatem sonat. 71.A
Edenda tria in sanctis apponuntur nobis. fol. 119.I
Edulium trifarium carnis apponitur nobis ad edendum. 119.D
Edendum domini corpus in mysterio. 86.M
Effraim fructificationem sonat. 13.H
Effraim, quasi columba seducta, nō habens cor. 219.E
Effusio nominum Christi. 142.H
Effusio sanguinis pro Christo, magnæ fidei est probatio deo, & hominibus. 343.I
de Egenorum sumptibus seruitur oculis diuitū. 237.C
Elegit deus non multos nobiles, non multos potentes, non multos sapientes. 330.F
Electi tria præstolantur in futuro. 118.H
Electorum omniū profectus quatuor gradibus distinguitur. 116.B
Electorum quædā signa numerantur. 25.E.F.G. 45.I.K
Electorum tres ordines significantur quomodo. 105.L.M
Electorum desiderium est triforme. 118.C
Electorum exercitium est triforme. 118.G
Electorum tota ecclesia coronabitur. 125.I
Electorum ecclesia nunquam secundum prædestinationem penes deum non fuit. 191.H
Electis suis propè est dominus, cum longè esse videatur. 174.E
Electos tria in futuro manent. 118.C
Electos dei diabolus possidebat. 367.A
in Electos dominiū habuisset diabolus ad cruciandum eos, si non liberati fuissent fide futuri. 367.A
in Electis spiritibus voluntas dei sit, quando eis efficitur cum ipso vna voluntas. 74.B
Electionis vas de plenitudine parauli accepit. 11.G
Electiones ecclesiasticæ ad quos pertinent. fol. 381.G.H
Electiones episcoporum prohibentur fieri. fol. 372.C
Eleemosyna magnam præstat fiduciam apud altissimum. 145.D.E
Eleemosynæ largitas eleuat ad cœlum, vt auaritia mergit hominem in infernum. 305.C
Eleemosynis opera carnis redimenda. 177.E
Elingues sunt omnes prophetæ, & muti. fol. 390.A
Eliphaz totus inhorruit. 42.H
Elizabeth conceptus ab angelo nunciatur Mariæ, cur? 8.H.I
Elizabeth felix, ad quam properat mater saluatoris. 393.H
Elizabeth prophetauit. 8.H
cum Elizabeth virginalis integritas manſit, quid? 393.I
Elogium apud Ethnicos, quod in parabolam iam vertitur. 209.B
Eloquentia Ciceronis vitium reneuatur. 390.I
Eloquium domini ignitum valde. 94.M
Eloquia domini, eloquia casta sunt. 265.E
Emissiones sunt tres paradisi. 112.C
Emaus interpretatur desiderium consilij. fol. 42.F
Emanuel nobiscum deus. 12.A.6.A.13.F
Emanuel condidit arcam, id est, Mariam. fol. 395.G
Engaddi potest accipi monasterium regulare. 319.K
Engaddi duplex interpretatio. 366.C
Enoch, & Helias felices. 46.M
Enoch translatus, Paulus raptus, & Helias raptus, redemptor noster elenatus. fol. 231.M
Enoch transfertur, Noe eligitur, Abraham vocatur, Isaac diligitur, Iacob deum facie ad faciem contemplatur, Ioseph Saluator mundi vocatur. 394.A
Ephraim fructificationem sonat. 13.H
Ephraim quasi colūna seducta non habens cor. 219.E
Epicurus, atque Hippocrates, corporis alter voluptatem, alter bonam valetudinē præsertim magister Christus vtriusque rei cōtemptum prædicat. 157.C
in Epicuri, & Hippocratis schola quid discitur. 240.I
Epicurum Iouinianum Hieronymus, cæteráque cæteras hæresium, & schismatum pestes trucidarunt. 104.H
Epiphania domini celebratur. 19.D
Epiphaniæ dies celebris. 18.G
Epiphania est apparitio. 19.D
Ephiphaniæ dies deuota, & venerabilis per deuotam magorum veneratiōnem. fol. 18.H
Episcopalis auctoritas. 342.K.L
Episcopalis dignitas quàm dignissima. fol. 330.C
Episcopale officiū quæ maximè ornant, & nobilitant? 333.G.H
Episcopale, sacerdotale, & pastorale onus sine consilio administrari non posse. 335.F
ad Episcopalem dignitatem quis, & quomodo promoueri debeat. 330.C
Episcopatus Martini ornatum, vultúmque non commutauit. 75.L
pro Episcopatu terra, & mari curritur. fol. 209.F
Episcopus Romæ est Petri hæres. 375.K
Episcopus Romæ caput omnium est. Ibidem.
Episcopus orbis, est Papa Romanus. 374.M
Episcopus Romanus solus habet plenitudinem potestatis. 374.L
Episcopus ad quid claues regni cœlorum accepit. 205.E
Episcopus peccata dimittit. 205.E
Episcopus offert deo bonus mediator preces, & vota populorum. 336.A
Episcopus, est sacerdos dei altissimi. fol. 335.H
Episcopus inuestitur per baculum, & annulum simul. 34.M
Episcopus quamò debet distare à plebe. fol. 115.L
Episcopus in omnibus suis actis, vel dictis nihil sinum quærat. 336.A
Episcopus suo munere fungens, non solum Pontificis officium, sed & Etymologiam nominis, pōtem vtique seipsum faciens inter deum, & proximum. 336.A
Episcopus mandatum Apostolicum exequi debet. 378.A
Episcopus debet honorificare ministerium suum grauitate morum, maturitate consiliorum, actuum honestate. 333.G
Episcopus fit, non nascitur. 207.K
Episcopus si dicat, nolo esse sub archiepiscopo: aut abbas, nolo obedire episcopo: hoc de cœlo non est. 210.A
Episcopi domum quid deceat? 212.B
Episcopi munus, & potestas. 336.A
Episcopi prospectus procinctum parit, nō ocium. 206.M
Episcopi nomen non dominium, sed officium significat, speculatorem, vel supermtendentem sonans. 206.M
Episcopi cathedra, specula est. Ibidem.
Episcopo, cæterísque ecclesiæ præpositis obediendum. 375.F
Episcopo Romano incumbit omnium ecclesiarū sedula solicitudo. 206.M
Episcopum esse, & peccatorem, non repugnat. 182.D
Episcopum quid planè deceat? 350.E
Episcopum spernere, quàm graue sit peccatum. 328.L
Episcopi habent ecclesiæ claues, quibus claudūt, & nemo aperit: & aperiunt, & nemo claudit. 405.E.F
Episcopi ridentibus aspiciunt oculis, siue quæ faciunt mala, siue quæ patiuntur. 209.K
Episcopi accerbè carpuntur. 335.K
Episcopi claues regni cœlorum deo auctore susceperunt. 335.C
Episcopi boni, amici sunt sponsi. 392.G
Episcopi falcem in alienam messem non extendant. 205.E
Episcopi multi diabolo hodie eliguntur. 403.E
Episcoporum tentatio duplex. 140.I
Episcoporum aliorum potestas certis actibus alligatur limitibus, Papæ in ipsos extenditur. 207.I
Episcoporum gladius. 355.E
Episcoporum ministerium quibus rebus ornandum. 335.G
Episcoporū consecratio facit templi parietes sanctos. 82.C
Episcoporum manus sacratæ. 81.M
Episcoporum ministerium, non est dominium. 335.G
Episcoporum dum nemo vlciscitur iniurias dei, iustitia in ecclesia deperit, annullantur ecclesiæ claues, episcopalis omnino vilescit auctoritas. 363.E
Episcoporum electiones prohibentur fieri. 372.C
Episcoporum auctoritas in clericos. 210.C
Episcoporum iumenta gradiuntur onusta gemmis. 335.L
Episcoporum conuentus necessarius. 378.I
in Episcoporum superfluas copias vita nostra cedit. 333.K
Episcopis licet archiepiscopos creare. 357.D
Episcopis quid detrahere soleant hæretici. fol. 182.C
Episcopos reuereamur, labores verò eorum vereamur. 140.I
Episcopos non obseruemus, sed honoremus. Ibid.
Epulas salutis pacifices noster in corpore suo immisit. 12.I

Universidad de Deusto

Epulas fastidimus puras, quas sic natura creauit. 236.F
Equorum tres sunt species. 118.I
Equos velices, & fortes cupiunt milites templi. 198.D.E
Eremita nouus quomodo instituendus? 243.G
Eremita se obedisse dixit auxilium à se petenti, cur? 23.C
Eremitæ votum est speciale. 309.F
Eremitæ prudens animus, & deo deditus habere se debet in sella sua, sicut paterfamilias in domo sua. 244.M
Eremitæ surgunt nocte media in nocturnis vigiliis. 244.E
Eremi solitudo quantos ex monasteriis spiritu feruentes suscepit? 180.C.D
in Eremo ipsa multa pericula habentur. fol. 266.H
Error tunc fit, cum ille, qui plorare debet, videt. 309.M
Error veritati cedit, velit nolit. 391.C
Error Gilberti Pictauiensis episcopi. 193.C
Erroris Origenis confutatio. 173.A
Erroris, & mendacij spiritu ne seducaris. 146.E
Errores quorundam negantium nuptias, & circa baptismum paruulorum, purgatorium ignem, & orationes pro defunctis. 181.F.G. per totum serm.
Erraui sicut ouis, quæ periit. 2.C
Errauimus ab vtero, in vtero damnati ante quàm nati. 50.G
Eruditi tutius, quàm erudire. 386.B
Eruditio non docet, sed exercitatio in mandatis dei. 352.F
Esaias propheta in nocturnis lectionibus de sluminibus disputauit de quibus? 320.C
Esaias Aaronicos flores exposuit. 6.A
Esaias serra scissus fuit. 349.K
Esaiæ labia immunda sunt. 389.M
Esaiæ, Ioanni Bapt. & Zachariæ veritas peperit odium, & odium mortem. 349.K 242.M
Esau infelix, cur. 109.C
Esau vestes, honestas vitæ, & maturitas disciplinæ. 118.F
Esau non de carne, sed de lente fuit reprehensus. 235.L
Escam ventris, & ventrem deus destruet. fol. 56.M
Esse omnium, deus est, non materiale, sed causale. 135.G
Essentia diuina singulariter simplex est. fol. 193.A.B
Essentiæ tres in Christo, vna persona. 214.C
Essentiæ, & principij ratio propriè deo cõuenit. 213.F.G
Esuries periculosa, quæ liberos addcit miseræ seruituti. 88.C
Esuries insti sempiterna, sempiternam meretur refectionem. 378.E
Esurici nostræ tres mensæ apponuntur. 119.E
per Ethicam eligitur bonum, reprobatur malum. 104.M
Ethnicorum elogium, quod iam in parabolam vertitur. 209.B
Eua mater cur exultare, & Adam pater lætari debet. 5.F
Eua, & Adam sicut omnium parentes, sic omnium fuerunt peremptores. 5.F
Eua nimium crudelis, per quam serpens antiquus ipsi viro virus infudit. 62.I
Eua non habuit scientiam, quæ seducta est in prænaricationem. 31.C
Eua per ignorantiam peccauit in paradiso. fol. 301.M
Eua perdidit misericordiam, cum in sua exarsit concupiscentia. 30.E
Eua peccauit, inquietudine spiritus agitata. fol. 67.K
Eua sextum peccatum fecit, quando? 108.E
Eua duabus maledictionibus subiacuit, Adã vni, serpens tribus. 286.H
Eua beata esset, si post culpã, cõsolationem quæsiuisset lachrymarum, & conuersa ad pœnitentiam veniam citius obtinuisset. 67.M
Eua seducta est, non Adã, sed amore Euæ subuersus. 77.K
Eua turre ad Mariam cur. 5.F
Eua, spina fuit: Maria rosa. 395.I
Eua, bauris virus peritura, & perituros parituram. 232.G
ô Eua in paradiso posita es, vt cum viro operaris, & custodias illum. 232.F
ô Eua, graue iugum super omnes filios tuos vsque in hodiernum diem. 232.G
ô Eua, perit salus, non destitit partus. Ibidem.
Eua anima immortalis, immortalitati suæ gloriæ fucum mortalitatis innexit, affectando mortalia. 194.G
Euæ maledictio in virgine Maria est mutata. 11.I
Euæ maledictio non cadit in Mariam Christi matrem. 11.L
Euæ oculi venenati. 408.F
Euæ prudentia defuit. 239.D
Euæ super omnes filias graue iugum, & dura necessitas. 7.E
Euæ filij, superbi. 408.E
Euæ opprobrium in omnes pertransiit mulieres. 5.F
Euam serpens decepit, non impulit, non coegit. 89.F
Euam sequentes proni sumus ad malum. fol. 408.E
Euam diabolus seduxit, & illa virum sibi subdidit. 109.C
Euam virginem Beelzebub magister verminm supplantauit. 284.B
ex Eua malum ortum est prius. 5.F
Euangelium, est speculum veritatis, quod neminì blanditur. 54.H.I
Euangelium neminem seducit, talem in eo se quisque reperiet, qualis fuerit. 54.H.I
Euangelium ob quod scriptum est? 54.H
Euangelium quid frequentat, qui Euangelio nõ obedit? 240.G
Euangelium suum Paulus per reuelationem accepit. 344.B
Euangelium quintum ecclesia non recipit. fol. 366.E
Euangelium secundum Petrum non est recipiendum. 366.E
Euangelium annunciantes de euangelio viuere debent. 245.G
Euangelium nouum populis, & gentibus cuditur, noua proponitur fides. 364.L
Euangelij principium, Ioannes Baptista. fol. 393.D.E
Euangelio sacrosancto tacto, Mediolanenses Lotharium in suum regem, & Romanorum Imperatorem receperunt. 357.K
in Euangelio forma veritatis. 118.E
Euangelista primus fuit Ioannes Bapt. prædicans Euangelium regni. 394.K
Euangelista, vnus mons inter cæteros montes nõ modicus. 4.G
Euangelistæ ore nihil superfluum diffluxit. fol. 4.G
Euangelizat Paulus non vt comedat: sed comedit, vt Euangelizet: eo quòd amet non cibum, sed euangelium. 226.K
Eucharistia, est hostia, quæ non iam est panis, sed caro, quæ pependit in cruce 392.H
Eucharistia, est septimus panis, quoniam panis, quem ego dabo, caro mea est. 54.M
Eucharistia est cibus non ventris, sed mentis. 392.H 311.M
Eucharistia, est sacrificium. 393.B
Eucharistia sacrificium pacis dicitur. 220.K
Eucharistia illic vocatur sacramenta terribilia. 264.E
Eucharistia per excellentiam, dicitur panis angelorum. 391.M
Eucharistiæ institutio, & ordo. 391.M
Eucharistiæ formæ præscriptio in pane, & vino. 391.M
Eucharistiæ etymologia. 391.M
Eucharistiæ præsentia. 391.L.392.E.F
Eucharistiæ sacramentum quid operatur. fol. 35.A
Eucharistiæ sacramentum sacerdotes conficiunt. 391.L
Eucharistiæ sacramentum dignè sumentibus. ad vitam valet, indignè ad mortem. fol. 244.G
Eucharistiæ duæ partes extra calicem quid significant. 392.K
Eucharistiæ tertia portio quæ in calice, siue in sanguine ponitur, quid significat? 392.K
Eucharistiam ibi vocat mysteria, Bernardus. fol. 169.B.C
Eucharistiam sieri præcepit Christus discipulis. 391.M
Eucharistiam dignè, vel indignè sumentibus quid contingit. 392.A
ad Eucharistiam qui irreuerenter accedunt, canes sunt. 392.A
in Eucharistia caro, & sanguis Christi ministrãtur. 172.K
in Eucharistia panis mutatur in carnem. fol. 392.I
in Eucharistia vinum in Christi sanguinem mutatur. 341.K
in Eucharistia consecratur corpus Christi, & sanguis. 182.A
in Eucharistia cur dominus voluerit corpus suum velari? 392.L
in Eucharistia est veritas corporis &, virtus gratiæ spiritualis. 392.L
in Eucharistia deum tenet sacerdos, & aliis dãdo porrigit. 391.L
in Eucharistia panis angelorum, & vitæ sacerdotum ministerio mortalibus quotidie præparatur. 391.M
in Eucharistia ille, à quo est gratia, sumitur. 391.M
in Eucharistia cum vino aqua mixta quid. fol. 392.K
in Eucharistia fides est necessaria, scientia rationis supernacua. 392.I
in Eucharistia quot necessariò requiruntur. fol. 341.K
in Eucharistia quid repræsentatur. 392.H
in Eucharistia tria sunt attendenda. 392.M
in Eucharistiæ sacramento, post consecrationem, panis & calicis accidentia quæ remanent in aere pendere, dicebat hæreticis in Francia. 366.C
Euentu simili omnia in hoc seculo sustinemus. 304.K
Eugenius Papa est Petri hæres. 374.E
Eugenius Papa Petri locum tenet, & potest vno ictu extinguere Ananiam, vno Simonẽ magum. 374.L
Eugenij Papæ Apostolatus. 374.K
Eunomiani hæretici Eunomium habuerunt principem. 181.G
Exacerbatio vtilis. 60.M
Exaltatio filiorum hominum vana, & mendax. 92.D
Exemplum orbis Ioannes Baptista. 393.D.E
Exemplum bonum seminemus hominibus per opera aperta. 29.F
Exemplum Christi ieiunantis nobis est imitandum. 27.C
ad Exemplum nostrum posuit deus virtutes sanctorum. 298.H
Exemplo qui cæteros scandalizat quàm grauiter peccet. 23.M
Exemplo iam clamabat Christus, quod docuit verbo. 18.L
Exemplo tuo fratrem docere debes. 2.L
Exempla sanctorum patrum semper inuitant ad bene operandum. 298.K
Exempla bene viuendi à sanctis patribus sumimus. 298.L
Exempla iustorum propone tibi, patrum exempla sint tibi imitamenta disciplinæ. 298.M
Exempla sanctorum patrum, sunt ecclesiæ calciamenta. 298.L
Exempla ecclesiæ totius nobis solicitè proponamus. 27.B
Exempla iustorum imitando considera. 198.M
Exempla sanctorum si secuti fuerimus, post hãc vitam cum eis in cœlo regnabimus. 298.K
Exempla sanctorum ad conuersionem, vel recommendationem fidelium multum possunt. 298.H
Exercitium electorum est triforme. 118.G
Exercitium parit samem, ociũ fastidium. 326.B
Exercitium vires in omni labore subministrat. 243.K
Exercitia Christiani. 401.M.402.A
Exercitia virtutis. 410.E
Exercitia sua singulis horis tribue. 410.L
Exercitia spiritualia non propter corporalia, sed corporalia propter spiritualia. 243.H.I
Exhortatio, & cõsolatio sunt lac vberum sponsæ 138.K
Exhortatio salubris ad expianda vitia, & insequendas virtutes. 203.LM
Exhortatio ad pœnitentiam, vt prius humiliati, post exaltantur. 204.B
Exilium commune quod. 358.I
in Exilio quis suam paruulus est, & humilis, & valde letificat exules? 11.G
Expectatio molesta. 241.L
Expectatio creaturæ, reuelationem filiorum dei expectat. 332.E
Expectatio læta, nec dubia, quæ Christi morte firmata est. 178.I
Expectatio iustorum, lætitia. 183.A
non Expedit, aut decet, omne quod licet. 209.I
Experientia ipsa vos erudit, ipsa vexatio dat intellectum. 129.A
Experimentum fallax. 154.M
Experimenta septem, sine quibus vera salus non est. 143.G
Expositio Gilleberti episcopi suspecta. 193.C
Exulum patria, veritas. 406.D
Exultare facimus angelos, quando? 10.F
Exultatio in peccatis, quintus riuus. 390.I
Exultationis vox, & salutis in tabernaculis peccatorum 9.F
Ezechiel polluto pane vescitur. 390.A
Ezechielis porta Mariam designabat. 406.K

F

FAba ventrem repleti, mentẽ superbia, cibis damnamus faginatos. 235.L
Fabulatores, mimos, & magos milites templi abominantur. 198.D
Fac omnia cum consilio, & post factum non pœnitebis. 211.D
hoc Facite in meam commemorationẽ, exponitur. 392.B
nihil Facias propter temporalem opinionem, sed propter æternam mercedem. 298.H
nihil Facias propter famam, sed propter vitam æternam. 298.H
Facere, & loqui idem est soli deo. 8.K
Facere, & loquimultum differunt apud homines non apud deum. 8.K
Facere in tempore fuit, sed fecisse in æternum manet. 214.I
quod Faciendum erit, diligenter tracta apud te, & cum his, qui te diligunt. 211.D
Facere id debemus, ad quod venimus. 85.A.B
Faciens vetita, contẽnit diuinæ præcepta. 301.M
non Faciens, & multis vapulabit. 225.H
Facta factis compensari oportet. 363.K.L
Factum quod est, factum non esse non potest. 214.I
post Factum sera retractatio est. 211.D
Facti sumus omnes in verbo Dei sempiterno. 8.L
Facetiæ plus, quàm iustitiæ. 209.B
Facies Dei Sinai. 144.K
Facies hominis, est speculum cordis. 310.A
Facies est, quæ in facie est conuersatio. 26.E
Facies sit munda ab oleo peccatoris. 26.G
Facies animæ, sit intentio. 163.L & sequent.
Faciem lauare, & vngere caput, exponitur. 26.D.E
Faciem cum auertit dominus, perturbationis est, non reprobationis. 66.A
Faciles sumus ad seducendum. 4.D
Facundus comes quid præstat? 157.M
Fallacia vitæ præsentis, quæ sit. 83.I. & seq.
Fallacia vitæ huius longã se esse mentitur. 83.M
Fallax gemitus. 83.I
Fallax vita brevem se esse fatetur. Ibidem.M
Fallax experimentum. 154.M
Fallere, & falli, malum. 376.K
Falsarios damnant leges seculi. 303.F
Falsitas diaboli deprehensa est. 2.E
Falsitas, & dubietas. 144.F
Falsitas, & dubietas, duæ sunt filiæ ignorantiæ pessimæ. Ibidem.
Falsitas humano iudicio punitur. 303.F
Falsitatem sapere aliud est, aliud de veritate dubitare. 144.F
Falsitate seduci posse, & veritate reduci nõ posse, turpe est. 373.F
Falsum testimonium ne dicas, ibi explicatur. 407.M
Falsus testis non erit impunitus. 303.F
Fama volat. 326.I
in Fama non sit nauus malæ speciei. 209.H
Fama non valebit vendicare virtuti, quod esse vitium conuicerit conscientia. 185.I
Fama non virtutem maiorem, etsi illustriorem reddit. 185.I
Famæ odor non sufficiet excusare vitium conscientiæ decoloris. 185.I
Famelici clamant, ô Pontifices. 335.K
Fames erat in terra, & filij prophetarum habitabant coram Heliæo. 113.F
Fames valida, quæ. 13.I
Fames periculosa, quæ liberos addicit miseræ seruituti. 88.C
Fames coegit Israel intrare in Aegyptum, sitim reperit ibi nouum dominum, & seruus efficitur. 109.B
Fames, & sitis luxuriam vincunt. 301.F
Fames non sapor appetitum prouocet. 169.E
Fames cum sale ad omne condimentum satis est. 326.A
non Fames panis, neque sitis aquæ, sed audiendi verbum Dei, compellit multos intrare in Aegyptum. 109.B
per Famem, & sitim luxuria destruitur. fol. 301.E.F
Fames dulcia reddit, quæ fastidium facit insipida. 326.B
Familiaritatis gratia inter animam, & verbũ oritur, quo modo. 184.I
Familiaritas & confabulatio eorum, qui turpiter, & indisciplinatè viuunt, nobis fugienda est. 265.A
Familiaritas sæpe vincit, quos vitium superare non potuit. 308.H
Fastidimus epulas puras, quas natura sic creauit. 236.F
Fatui præcordia, sicut rota currus frenum portans, & murmurans. 305.H
Fatui, & vecordes viam deserunt. 403.B
Felicitas huius mundi breuis est. 296.I
Felicitas summa est, vbi summum bonũ 249.M
Felicitas nostra, & fistinitas, est in timore Dei. 70.H
Felicitas est, quod futurum est. 216.K
Felicitatem summam afflicti reputãt, eximi molestiis, & summam beatitudinem, carere miseria. 128.D
Felix homo est, cui præsto est, cum voluerit habere filium Deum. 259.F
Felix homo est, qui sic ambulat sapienter, ne cadat: aut si ceciderit, vt statim resurgat: felicior verò est qui nunquã cecidit, felicissimus autem est, qui iam cum Deo regnat. 259.F
Felix anima, quæ. 9.G.97.D
Felix Elizabeth, ad quam properat mater saluatoris. 393.H
Felix, qui passiones corporis sui propter iustitiã ordinat, vt quicquid patitur, propter Dei filium patiatur. 34.I
Felix hora, sed brevis hora. 42.G
Felix Maria, cui nec humilitas defuit, nec virginitas. 5.C
Felix, cuius cogitatio omnes actiones suas ad iustitiã dirigit. 34.I
Felix, qui declinauerit à malo, quod est culpa, & fecerit bonum. 82.D
Felix anima, quæ peccatum sentiens, peccato non consentit. 262.L
Felix anima, quæ angelis spectatibus præbuit gaudium, pariter & miraculum sui. 196.E
Felix conscientia, non sibi in aliquo conscia. 262.H
Felix mensa, beata mensa, in qua Christus cõuiuatur. 313.I
Felices, qui satiantur ex adipe frumenti. 88.K
Felices, qui non inquinauerunt vestimenta sua 62.G.

Universidad de Deusto

Felices planè, qui soli iam deo viuunt, soli vacant intelligendo, diligendo, frendo. fol. 49. D
Felices qui presenti seculo nequam se aduenas, & peregrinos exhibent. 28. G
Feneſtræ tres ſunt contemplatiuorum. 119. G
Feneſtræ quinque, quid? 402. I
Fera peſſima quæ? 41. L
Fereulum imputribile fecit ſibi pacificus noſter, corpus incorruptibile aptans ſibi .12. H. I
Fercula preciosa, ſed vaſa non adeo preciosa. 22. M
Fercula ferculis apponuntur, & pro ſolis carnibus à quibus abſtinetur, grandia piſcium corpora duplicantur. 236. F
Fercula ad nutrimentum ſolida, ad medicinam efficacia. 35. E
Ferculũ inſtorum, eſt altaris ſacramentum. 392. G
Feria ſexta. 361. B
Ferrum ignitum, & candens, igni ſimillimum fit. 227. K
Feruere multò melius, quàm lucere. 73. D
Feſtiuitas omnium ſanctorum. 67. B
Feſtiuitas ſanctis gratior eſt, qua intenditur epulis animarum. 67. C
Feſtiuitas Ioannis Baptiſt. cœlis etiam celebris, & famoſa. 393. L
Feſtiuitatum numeroſitas ciues decet, non exules. 362. I
Feſtiuitatibus ſanctorum magna eſt gaudiorum materia, ſed maxima dolorum. 52. H
in Feſtiuitatibus ſanctorum tria vigilanter cõſideranda. 52. G
Feſtiuis diebus erudicdus animus, & excitandus affectus. 19. D
Feſtus dies cæteris diebus Iudeis celebrior, quis. 393. D
Feſtus non habetur conceptus, qui de ſpiritu ſancto non eſt, & de peccato eſt. 362. L
Feſtus dies oblationis Ieſu Chriſti infantis in templo celebratur. 24. K
Feſtus dies apoſtolorum agitur, ſcilicet Petri, & Pauli. 53. E
Feſtus dies natalis dominæ noſtræ. 347. D
Feſti dies nũc feſtiuis fruſtrãtur ſolenniis. 375. B
Feſtis gaudiis eccleſia ſanctorum preciosam mortem, vel etiam quorundam natiuitatem prædicat. 362. H
Feſtum annunciationis dominicæ ſacratiſsimũ. 31. F
Feſtum Ioannis Bapt. 51. G. & ſeq.
Feſtum Ioannis Bapt. Paganis etiam lætum eſt, & ſolenne. 51. M
Feſtum Sanctorum, & ſummorum apoſtolorum Petri & pauli. 52. H. I
Feſtum beati Petri, ſiue Stephani, & cæterorũ. 67. B
Feſtum Epiphaniæ celebre. 18. G
Feſtum Mariæ omni anno cum exultatione vniuerſæ terræ eccleſia celebrare ſuſcipit. fol. 362. H
Feſtum omnium ſanctorum. 69. 70
Feſtum Epiphaniæ domini celebratur. 19. D
Feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ ab eccleſia acceptt Bernardus. 362. F
Feſtum ortus Mariæ ab eccleſia indubitanter feſtiuum, & ſanctum habetur. Ibid.
Feſtum annuum ſolis Machabæis ex omnibus antiquis inſtis pari cum noſtris martyribus venerationc cur decreuerunt patres. 349. I
Feſtum Petri & Pauli agitur lætum. 53. F
Feſtum ſancti Benedicti celebratur. 28. L
Feſtum dominicæ natiuitatis celebratur. 12. E
Feſtum dominicæ annunciationis. 30. M
Feſtum purificationis beatæ Mariæ virginis. 24. 25. & ſeq.
Feſtum diem Chriſtus in Hieruſalem cum exultatione colit. 21. G
Feſtum Pentecoſtes celebratur. 50. L
Feſtum dedicationis eccleſiæ. 80. K
Feſtum aduentus domini ſemel in anno ab vniuerſa eccleſia celebratur. 2. H
Feſtum dominicæ natiuitatis grande. fol. 13. M
Feſtum natalis domini etiam nocte celebratur. 13. E
Feſtum nullius hominis natiuitatis in auctoritatis arcem recipit eccleſia, præter paucos, quos. 393. L
Feſtum natiuitatis nullius, niſi domini, Mariæ & Ioannis eccleſia celebrat. 407. K
in Feſto Mariæ Magdalenæ ſermo. 58. B
Feſto die mos Iudæorum honeſtus. 20 F. G
in Feſto Pentecoſtes ſermo. 49. K
Feſta ſanctorum patrum ſanxit autoritas, votiuis præuenienda ieiuniis. 76. K
Feſta ſanctorum abſtinentiæ purificatione præmiſſa, celebranda ſunt. 76. K
Feſta verè Paſchalia quæ ſunt. 392. G
Feſta ſanctorũ magis ad animas, quàm ad corpora pertinent. 67. B
Feſta ſanctorum vigiliis, in ſpiritu, & veritate celebranda. 52. F
Feſta die mortis martyrum, non natiuitatis coriũ ſolemnizat eccleſia, cur. 393. L
Ficus eſt populus Iudaicus, fragilis carne, paruulus ſenſu, animo humilis. 177. D
Ficus ſignificat eos, qui ſuauiores ſunt in moribus: vineæ, qui ſpiritu ſunt feruentiores. 177. L
Ficus flores non habet, ſed pro floribus groſſos mittit. 177. D
Ficus erunt, non groſſi, qui. 241. K
Fidelis conſiliarius, Chriſtus. 4. E
Fidelis anima ſuſpirat dei præſentiam inhianter, & in memoria requieſcit ſuauiter. fol. 226. D
Fidelis anima primo comedit panem ſuum: ſed heu, in ſudore vultus ſui. 228. B
Fidelis verè quis eſt. 12. K
Fidelis Ioſeph, & prudens, quem dominus conſtituit ſuæ matris ſolatium, ſuæ carnis nutricium. 6. H
Fidelis anima ſibi non inuitatur. 12. K
Fidelis obediens neſcit moras. 400. G
Fidelis ſui cuſtos quis? 336. L
Fidelis in modico, cenſetur dignus munere ampliori. 26. E
Fidelis animæ cibus qualis. 228. B
Fidelis homini magis & inter flagella fidendũ. 378. K
Fidelem omnem hominem indica tuum eſſe fratrem. 298. B
Fideles omnes diſcipuli Chriſti ſunt. 298. A
Fideles omnes homines, ſicut noſmetipſos, ſtudeamus diligere. 298. D
Fideles intelligimus per comas Chriſti. 302. H
Fidelium canticæ quatuor ſunt. 119. L
Fidelium arma ſunt tria. 118. I
Fides magna eſt, ſed nihil valet ſine charitate. 294. F
Fides eſt virtutum omnium fundamentum in anima Chriſtiana. 266. C
Fides rara in terris prophetarum tempore. fol. 134. F
Fides catholicæ ſingulari prærogatiua Filium dei natum de virgine, conceptum de Spiritu ſancto confitetur. 393. G
Fides ratiocinationi præſcitur. 401. L
Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. 401. L. 365. D
Fides noſtra vincit mundum. 45. A
Fides non eſt exiſtimatio, ſed certitudo. 366. C
Fides, & cor humanum adinuicem coniuncta. 11. C
Fides ex auditu, ſed ex viſu confirmatio eſt. 177. B
Fides Magorum, Latronis, & Centurionis fidem ſuperexcellit. 19. B
Fides quàm ſit oculata, quàm lynceos habet oculos. 19. C
Fides, non pœna facit, vt martyrium ſiue baptiſmo ad ſalutem ſufficiat. 343. I
Fides ſimplicium irridetur. 364. H
Fides nulla proderit huic, ſi cum poſſit, non percipit ſacramentum. 343. K
Fides tertia, quæ. 11. E
Fides ſuadenda eſt, non imponenda. 182. F
Fides Abrahæ tam manifeſtè approbata eſt, vt incarnationis Chriſti primus meruerit accipere promiſsionem. 69. K
Fides ficta quæ? 336. E
Fides mortua vitam dare non poteſt. fol. 336. G
Fides non valet, ſi non operatur ex dilectione. 352. A
Fides illuminauit rationem, ſpes erexit memoriam, charitas purgauit voluntatem. 105. A
Fides non eſt omnium, ne eorum quidem, qui nomine tenus ſunt fideles. 242. C
Fides, ſi habet hæſitationem, infirma eſt. 212. K
Fides dæmonum non adducitur in examinationem, vacua, charitate mortua eſt. fol. 336. G
Fides eſt quoddam æternitatis exemplum. 13. D
Fides ſola, & mentis, ad deum conuerſio ſine effuſione ſanguinis, & perfuſione aquæ ſalutem ſine dubio operatur, quomodo intelligendum. 343. K
Fides Chriſtiana non eſt, vt academicorũ quæſtiones, quorum eſt dubitare de omnibus, ſcire nihil. 26. C
Fides Magorum certa, cur. 19. E
Fides vera, & plena præceptã vniuerſa complectitur. 343. K
Fides noſtra vincit mundum. 13. D
Fides comparata ſinapi, tollit montes. fol. 188. C
Fides ducit ad plenam cognitionem. 332. D
Fides ficta eſt, quæ ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit. 105. C
Fides, neceſſe eſt, vt auditus præceſſerit. 343. B
Fides eſt alia præceptorum, alia ſignorum, alia promiſſorum: id eſt, qua credimus in deum, qua credimus deum, qua credimus deo. 105. B
Fides lucem non extinguit, ſed cuſtodit. fol. 158. B
Fides nuſquam, nuſquam innocentia tuta. fol. 370. K
Fides inſtorum, quæ eſt fundamentum, non eſt in terris, ſed in domino. 110. B
Fides ſi in te obdormiuit, humanam conſule rationem. 242. H

Fides eſt neceſſaria in ſacramento altaris, ſcientia rationis ſupernacua. 392. I
Fides cordis ſinè oris fide, aut nulla eſt, aut parua. 78. K
Fides non coniectando, vel opinando habetur in corde. 366. B
Fides in mente, Chriſtus in fide, mens in corde, cor in pectore. 249. A
Fides cordis inſtitiam, oris verò confeſsio ſalutem docet. 78. K
Fides noſtra deum ſentit ſummè potentem ſummè ſapientem, ſummè bonum. 108. A
Fides nequaquam vi extorquetur, ſed exemplis, atque ratione ſuadetur. 294. E
Fides, quæ fluctuat, manis eſt. 366 B
Fides ambiguum non habet: aut ſi habet, fides nõ eſt, ſed opinio. 212. K
Fides Abrahæ quanta. 400. B
Fides neſcia falli, fides inuiſibilia comprehendẽs ſenſus penuriam non ſentit. 155. A
Fides purgabit, quem turbauit impietas. 154. L
Fides communis catholicum verum non facit. 404. F. G
Fides vincit mundum, quæ? G
Fides tertia, quæ. 11. E. F
Fides quod amatur, eſſe adſerit, ſpes promittit. 274. B.
Fides, via eſt ad intelligendum. 116. K
Fides magna, magna meretur. 158. L
Fides, & actio nociat ſtatim inuiſibilis animi. 150. L
Fides quærenda eſt ante omnia. 12. I
Fides tranſgreditur fines rationis humanæ, naturæ vſum, experientiæ terminos. 155. A
Fides mortua, quæ ſine operibus eſt. 105. C
Fides non ficta quid. 105. C
Fides perfecta, vinum optimum. 292. C
Fides noſtra in quo mira videatur? 11. E
Fides ſymboli antiquis patribus inſtis prægnanta fuit. 343. L M
Fides quidem verax, ſed experimentum fallax. 27. M
Fides ſinè operibus mortua, vt corp⁹ ſinè anima. 294. F. 10. L
Fides à quibus violenter exigitur, ij perſeuerare in ea nequaquam poſſunt. 294. E
Fides inuicta permanet. 310. F
Fedes falſa, fides non eſt. 219. G
Fides moritur refrigeſcente charitate. 40. L
eſt Fides præceptorum, ſignorum, & promiſſorũ. 105. L
Fides Eccleſiæ in triduo paſsionis Chriſti in ſola virgine Maria erat. 38. K
Fides Eccleſiæ magna. 182. C
Fides, ſpes, charitas, pura ſunt bona. 328. H
Fids nouã proponitur, eu angelium nouum populis, & gentibus cuditur. 364. L
Fidei præclara deffinitio. 212. K
Fidei acceptiones variæ. 319. H
Fidei trifaria diuiſio. 336. E
Fidei damna reſarciuntur in Romana eccleſia, vbi fides non poteſt ſentire defectum. 365. C
Fidei attribuitur victoria, cuius eſt etiam vita. 45. A
Fidei lumen Abraham. 400. B
Fidei vita charitas eſt. 40. L
Fidei Mariæ gnum cælorum comparatum. 14. L
Fideiiudicium inſtum. 27. L
Fideifructus, eſt intellectus. 332. D
Fidei fortitudo cui deeſt, in eo Chriſtus non naſcitur. 13. I
Fidei oculus innenit theſaurum, quem. 133. B

Fidei veritas eſt, quod promiſit ipſe filius Dei. 27. M
Fidei columna, eſt Eccleſia. 355. B
Fidei integritatẽ prauis moribus nõ corrumpas. 294. F
Fidei modicæ mutans infirmitas non ſit in conſcientia. 209. H
Fidei nihil reſeruans, omnia vſurpat humanũ ingenium. 364 H
Fidei mors eſt, ſeparatio charitatis. 150. M
Fidei magnæ probatio deo, & hominibus eſt pro Chriſto ſanguinis effuſio. 343. I
Fidei non eſt, ſed perfidiæ, ſidere ſibi ipſi. 12. K
Fidei vitam opera atteſtantur. 40. K
Fidei Chriſtianæ profeſsio quæ? 98. L
Fidem habere diſce in matre domini magnam in mirabilibus. 234. D. E
Fidem verecundia decorare diſce. 234. D. E
Fidem Ioſeph domino ſuo ſeruans, dominæ noluit commiſceri. 6. H
Fidem Mariæ Elizabeth prophetante, laudatã agnominus. 8. H
Fidem facium dictis oculi loquentis. 340. M
Fidem habemus: ſed mortua eſt ſinè operibus, & nos mortui cum ipſa. 404. I
Fidem primam auris audiuit, ſed oculus non vidit. 11. E
Fidem reſcindet in malis promiſsis. 309. G
Fidem nemo putat eſſe negandam viſui, & auditui. 337. B
Fidem ſuſtendre, fas non eſt. 195 M
Fidem non polluas malè viuendo. 294. F
Fidem ſolam interdum ſufficere ad ſalutem, ſinè baptiſmo. 343. I
Fidem tuam dilectio animet, actio probet. 150. M
Fidem ſecundam oculus vidit. 11. F
Fidem debemus deo, conſcientiã nobis, puritatẽ proximo. 105. B
per Fidem Chriſtus habitat in cordibus noſtris. 225. A
per Fidem deus nobiſcum eſt, donec videre mereamur per ſpecim. 249. A
per Fidem hic ambulamus, necdum per ſpeciem. 392. D
per Fidem in deo viuimus, per ſpẽ mouemur, & promouemur, per amorem agimur. 246. K
per Fidem promiſſorum credimus deo, qui quicquid promittit, veraciter complet. 105. B
per Fidem ſignorum credimus deum, qui talia poteſt, & omnia poteſt. 105. B
per Fidem in cordibus noſtris habitat Chriſtus 24. I
per Fidem præceptorum credimus in deum. fol. 105. B
per Fidem anima fidelis ambulat in carne manens. 228. B
Fide iã rorabat ſanguis Chriſti antiquis patribus, quod credẽ ẽt in eum, qui erat paſſurus. 367. A
Fide quod rationẽ præuenit, laudatur Maria puniitur Zacharias q̃ fidem ratione tentauit Abraham commendatur, qui contra ſpem in ſpẽ credidit. 365. E
Fide Iacob perfecti, reputandi ſunt in domo Iacob. 8. C
Fide eccleſiæ ſalutem conſequuntur paruuli Baptizati. 182. C
Fide aliena, macula ab aliis contracta in baptiſmo emundatur. 343. L
in Fide Chriſtus, fides in mente, mſẽ in corde, cor in pectore. 249. A
Fide in dei filios adoptamur. 45. A

Fide deus habitat in cordibus noſtris. 30. A
Fide credenda eſt Trinitas, quam non mente cõpimus, nec intelligimus. 190. G
Fide virgo Maria concepit, fide peperit. 14. L
Fide mundans corda eorum. 12. I
in Fide ſanitas eſt, quia qui crediderit, ſaluus erit. 11. G
de Fide ſola fruſtrà blanditur, qui bonis operib⁹ non ornatur. 294. F
de Fide parabola. 401. L
de Fide Chriſtiana nemo clericus vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis publicè tractare conetur. 368 C. D
ex Fide iam non eſt, quod ex auditu non eſt. fol. 212. M
in Fide catholica quales ſunt veri Chriſtiani? 319. H
in Fide eſto fortis, decorus in gloria, & probaſti te imitatorem dei. 209. H
ſinè Fide non ſunt, qui in teſtimonium fidei baptiſmi gratiã receperũt, ſcilicet infantes. 182. C
ſinè Fide quid eſt martyrium, niſi pœna? 343. I
ſinè Fide ad ſalutem nihil ſuffecit. 343. I
Fidere ſibi ipſi, non fidei ſed perfidiæ eſt. 12. K
Fidens in huius vitæ tenebris, & lubrico eſt infelix. 202. C
Fiducia ſolatium eſt. 31. H
Fiducia ſpei conſolatur nos. 25. E
Fiducia valde læta. 193. E
Fiducia fidelis conſcientiæ, fortitudo tua. fol. 209. H
Fiducia capax eſt miſericordiæ 32. A
Fiduciam in ſe ipſo habere, non confidentiæ, ſed diffidentiæ mgis eſt. 12. K
Fiduciam in nulla lætitia huius ſeculi habere. 32. H
Figmentum noſtrum nouit dominus. 241. M
Figulus lutum induit, vt iumenta manducarent panem angelorum. 391. I
Filiæ magnæ miſericordiæ quatuor ſunt. 90. B
Filiæ ignorantiæ peſſimæ duæ ſunt.
Filiæ Sion vndique egrediuntur. 13. L
Filiæ non bonæ quæ pungunt. 168. I
Filiæ duæ ſanguiſuge voluntatis propriæ, vanitas & voluptas clamantes affer, affer. 93. F
Filius regis ſuper cœleſtis Hieruſalem egreſſus. 402. D
Filius Dei de corde patris venit in vterum virginis matris. 1. G
Filius dei venit à ſummo cœlo in inferiores partes terræ. 1. G
Filius dei carnis veritatem, ſed peccati ſimilitudinem ſumpſit. 148. D
Filius dei quomodo veniſſe dicitur, qui ſemper vbique fuit? 2. G
Filius dei non venit, qui aberat, ſed apparuit, qui latebat. 2. G
Filius dei humanã, in qua agnoſceretur, induit formam. 2. G
Filius dei deſcendit ad nos, vt regni ſui faciat cohæredes. 9. G
Filius dei per virginem Mariam ad nos deſcendit. 2. E
Filius ſeipſum, & patrem reuelat per oſculum, id eſt, per ſpiritum ſanctum. 137. G
Filius egreditur de vtero patris æternitate. fol. 389. D
Filius dei in multis fratribus eſt primogenitus. 9. I
Filius à patre proceſsit, & venit in mundũ. 29. G
Filius ſinè labe peccati. 11. L
Filius dei non venit ſinè gloria. 9. G

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filius dei, salus. 9.G
Filius dei apparuit, vt nos adiuuaret, & erudiret. 106.E
Filius dei spiritus dicitur. 51.A
Filius hominis non venit, vt indicaret, sed vt saluaret mundum. 2.D
Filius dei assumpsit carnem, non commixtionem passus, neque diminutionem, nec ante carnem, nec post carnem. 34.H
Filius Dei quicquid habuit per naturam, filius hominis habet per gratiam. 314.I
Filius hominis manet nobiscum vsque ad seculi consummationem. 51.H
Filius dei purissimam carnem, & animam sanctissimam vnierat sibi, & liberè moderabatur actiones corporis sui. 34.H
Filius dei est omnino similis patri. 316.F
Filius cur sit incarnatus, non pater, aut Spiritus sanctus. 31.A.B
Filius dei venit ad nos, non locum mutando, sed præsentiam suam nobis per carnem exhibendo. 36.C
Filius dei occiditur verbo, occiditur exemplo. 256.B
Filius dei est hæres, & hæreditas nostra erit. 9.H
Filius hominis diuerticula, & reclinatoria semper reprobat. 66.B
Filius altissimi scientiæ clauem habet. 1.E
Filius altissimi est clauis Danid. Ibidem
Filius altissimi claudit, & nemo aperit. fol. 1.E
Filius dei cur descendit. 9.K
Filius dei traditurus est regnum patri, quod acquisiuit. 10.G
Filius cur aduenit, & liberauit nos, non pater, & Spiritus sanctus. 1.C
Filius dei quare factus est homo. 9.H
Filius dei est eiusdem dignitatis cum patre. fol. 1.C
Filius virginis, est flos de radice Iesse. 2.D
Filius dei cur Christus nominari voluit. 9.H
Filius à patre missus dedit fidem, post filium missus Spiritus sanctus, & dedit charitatẽ. 105.A
Filius dei flos campi est, & non horti. 2.D
Filius dei factus est parus ex magno. 9.I
Filius dei paulo minus ab angelis minoratus. 14.L
Filius dei cur venit. 17.E
Filius dei, & pater vnum sunt, quomodo intelligendum. 73.K.L
Filius egreditur de vtero patris identitate, quoniam idem est cum patre. 389.D
Filius est virtus, & sapientia patris. 259.E
Filius non solum voluit ad terras descendere, sed etiam innotescere. 18.G
Filius dei denuò per circuncisionem natus est. 17.H
Filius dei die natiuitatis suæ minoratus est ab angelis. 17.F
Filius dei dominatur in tota terra Ægypti. 37.B
Filius dei factus est hominum frater, & hominis filius, factus est homo. 9.I
Filius talis, qualis pater. 12.M
Filius reconciliauit, pater creauit, spiritus sanctus conformauit. 112.K
Filius hominis quid est? 230.K
Filius dei sedet in throno, iudicans omnia. 73.E
Filius dei se exinaniuit maiestate, & potentia, non bonitate, & misericordia. 14.A
Filius dei quodã modo immolatur adhuc quotidie. 13.E
Filius sapiens, gloria patris. 9.G
Filius noctis, & tenebrarum, qui? 9.G
Filius furoris Satanas. 184.E
Filij dei nomen quare vocamus Iesum. 9.H
Filij sui causa deus angelos perdidit multos, homines vniuersos. 1.F
Filij iniuriam non dissimulat pater. 1.E
Filij dei scientiam surripere voluit homo. fol. 1.F
Filij occasione creaturas suas Pater amittit. Ibi.
Filio, patríque natura, essentia, voluntas non modò vna, sed vnum. 186.B
Filio dei assignatur lux qui est candor vitæ æternæ. 12.C
Filio dei omnes inuident. 1.F
Filium non fecit deus, sed genuit. 7.L
Filium dei necesse est deum esse. 19.I
Filium dei natum fuisse, tria sapit. 9.H
Filium virginis habeamus in manibus. fol. 390.M
Filium impia Synagoga nobis peperit officio quidem matris, sed non matris effectu. fol. 13.L
Filium audacter suum apellat Maria deum, & dominum angelorum. 5.A
Filium quæ habuit deum, super choros exaltabitur angelorum. Ibid.
Filium dei crucifigere, quid aliud est, quàm facere mala, vt veniant bona. 273.K
Filium dei degenerem suspicari, fas non est. 1.C
Filium dei non esse de patris substantia, dicit nouus in Francia theologus. 365.E
Filij dei caro est vere cibus. 67.D
Filij Adam genus auarum, & ambitiosum. 3.B
Filij Adam gloriam, quæ ab inuicem est, quærunt. 30.A
Filij Adam infœlices, cur. 1.B
Filij hominum vani. 3.C
Filij noctis, & dici. 52.G
Filij principum principes, & filij regum sunt reges. 1.C
Filij dei sunt, quicunque spiritu dei aguntur. 109.G
Filius innocentibus patris iniquitas non debet imputari. 335.A
Fimus quomodo in lapides conuertitur. 53.D
Finire pauorum est, incipere multorum. fol. 410.H
Finis eorum, qui euangelio non obediunt, quis. 3.D
Finis vitæ præsentis cohærere debet futuræ principio. 53.G
Finis consumptionis, non consummationis, qui. 226.M. 227.A
Finis bonus, vita æterna. 132.L
Fines nostrorum operum sunt tres, qui. 119.K
Flagellat deus hominem ante peccatum, ne malus fiat. 304.L
Flagellatur homo à deo post peccatum, vt emendetur. 304.L
Flagellum tabernaculo nostro non appropinquabit vbi actum ab eo fuerit omne peccatum. 128.H
Flagello qui non corriguntur, temporali pœna, & æterna damnantur. 305.A
Flagellis si hic atterimur, in iudicio purgati inueniemur. 304.K
Flagellis domini carnalis voluptas atteritur, & virtutes animæ roborantur. 319.L
Flagitia in nobis, facinora in proximos peccando committimus. 61.L
Flere est impossibile in cœlo. 38.L
Fleuisse ter dicitur Iesus. 119.B.
Flendum interdum, sed ne quid nimis. fol. 153.C
Fleudi forma, quæ. 152.M
Flentes proiiciuntur in hanc vitam miseram. 304.K
Flentes ad tumulum Lazari non prohibuit, nec arguit, sed flenti cum flentibus Christus. 153.A
Fletus multus apud multos, sed fructus nullus. 152.H
Fletus, & stridor dentium, quare maledictis attribuatur? 127.A.B
Fletus, & stridor vnde. 127.B
Fletus nostri super mortuos non est infidelitatis signum, sed conditionis indicium. 153.A
Fletibus satia te in alienis mœroribus. fol. 298.F
Floruit virginis aluus. 2.E
Flos campi, & non horti, Filius dei. 2.D.E
Flos virgineus è virginali thalamo Mariæ egressus. 388.B
Flos campi cur potius appellari voluerit Christus, quam horti, vel thalami? 168.F
Flos boni operis marcet, nisi aliis, atque aliis pietatis actibus reparetur. 168.C
Flos, quam prosperè desiderant angeli. 2.D
Flos, ad cuius odorem reuiuiscunt mortui. Ibidem. Ibid.
Flos, filius virginis. Ibid.
Flos triplex virginitas, martyrium, bona actio. 168.E
Flos triplex vbi nascatur? 168.E
Flos virgæ Aaron quid figurabat. 5.I
Flos manens in flore concipitur. 282.D
Flos triplex, horti, campi, thalami. 168.C
Flos triplex, virginitatis, martyrij, & bonæ operationis. 168.B
& sequent. per totum ferm.
Florem æterni viroris Mariæ viscera protulere. 2.E
Flores apparuerunt in terrâ, cum resloruit caro Christi. 176.C
Florum vitis odor serpentes fugat. 177.H
Florum vitis nostræ, id est, Christi odor. fol. 290.G.H.I.K.L
Floribus respersus lectulus, conscientia est bonis operibus referta. 168.C
Flumen malum, riui pessimi, riui exterminantes qui. 390.K.L
Flumen vocatur, non quòd trãscat, sed quòd abundet. 84.E
Flumen, fluxus humani generis est. fol. 390.C
Flumen olei lætitiæ. 37.H
Flumen, quod affluat, non quod fluat, & vel effluat. 84.E
Flumen preciosum septemplicis gratiæ. 37.H
Fluminis impetus, qui lætificat ciuitatem dei. fol. 405.L.228.D
Flumina gratiarum ad fontem reuertũtur, vnde exeunt, vt iterum fluant. 26.D.40.M
Fluminum, & fontium origo, mare. 405.H
Fluuius vniuersam terræ superficiem irrigans, est Iesus. 389.B
Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. 23.B
Fluuius sextus quis? 390.K
Fluuij

Fluuij, quibus peccatores se lauant, duo sunt. fol. 119.L
Fluuij duo sunt, quibus iusti se balneant. 119.L
Fœcunda virginitas. 390.G
Fœcunditas cum virginitate in Maria. 5.A
Fœcunditas virginalis. 390.G
Fœcunditas coniugalis bona est, melior autem castitas virginalis. 60.B
Fœcunditas incomparabilis, quam virginitas simul comitatur, & humilitas. 5.C
Fœmina, & vir diuersi sunt per naturam. fol. 308.H
Fœmina casta non quærit terrena dona, sed cœlestia. 309.A
Fœmina secularis seculum laudat. 308.D
Fœmina secularis quid agit cum sanctimoniali. 308.E
Fœmina religiosa quãdo ad monasterium venit Christum in sponsum suscipit. 309.C
Fœmina redditur pro fœmina, prudẽs pro fatua humilis pro superba. 5.F
Fœmina peccatrix inducitur Christum supplex alloquens. K.L
Fœmina singulariter veneranda. 5.G
Fœmina redditur pro fœmina, prudens pro fatua humilis pro superba & c. 5.F
Fœminã prius diabolus seduxit, & per fœminã virum vicit. 6.D
per Fœminam deformati in insipientiam sumus, per fœminam reformati ad sapiẽtiam. 196.H
Fœneratores Christianos, Iudæos baptizatos conuenit appellari. 382.D
Fœnum, panis angelorum factus est. 391.K
Fœnum verbum dei factum est propter nos. fol. 18.C
Fœnum de prato virginalis vteri collectum, factum est refectio iumentorum. 391.K
Fomes cupiditatis cur post baptismum manet. 34.M
Fomenta ignis tria in nobis. 119.G
Fons vitæ. 14.G
Fons diuinitatis. 396.C
Fons humanitatis. 396.C
Fons vitæ plenus in seipso, & plenus seipso. fol. 145.C
Fons vitæ, timor domini. 22.I
Fons vitæ, in quo habitat, & vnde manat plenitudo omnium gratiarum. 12.C
Fons vitæ inexhaustus. 11.G
Fons vitæ, & initium sapientiæ timor domini. 23.F
Fons vberrimus omnium gratiarum. 37.G
Fons puritatis Mariæ proles. 25.B
Fœno suo viuũt homines in terris, & sancti sunt. 391.K
Folium de arbore nec sine causa cadit. 4.G
Folia vitis pene omnium arborum foliis sunt præstantiora. 279.H
Fomenta ignis tria in nobis. 119.G
Fomes totius nequitiæ intus periculosus fœnit. 97.B
Fomes cupiditatis post baptismum relinquitur. 34.M
Fons viuus patens est domui Dauid. 407.C
Fons, qui ascensum nescit, sed descensum. 12.A
Fons inexhaustus pietatis diuinæ. 26.C
Fons domino proprius, & non bibit alienus ex eo 24.H
Fons vitæ, charitas est. 220.M
Fons ad altiora non ascendit, quam sit locus eius vnde procedit. 12.B
Fons derivatus vsque ad nos. 64.M
Fons viuus, qui in quatuor se feriues diffundit. 148.B
Fons indeficiens, vita æterna. 64.M
Fons largissimus omnis boni. 37.H
Fons qui nunquam poterit exhauriri. 14.C
Fons est Christus dominus, vnde lauemur. fol. 14.C
Fons gratiæ non in cor hominis carnalis, & terreni non ascendit. 12.C
Fons misericordiæ est omnibus necessarius. 14.F
Fons olei de terra erupit in natiuitate Christi. 388.B
ad Fontem vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant 26.D
de Fonte turbido limpidus non emanat riuus. 378.H
ex Fõte putei Pontificis alienus nõ bibat. 205.C
Fontes quatuor irrigant hortum dei. 34.G.H
Fontes, quibus lauãtur animæ, tres sunt. 34.I.K
Fontes quatuor, veritas, sapiẽtia, virtus, & charitas. 113.H
Fontes Saluatoris. 396.C
Fontes quatuor nobis in semetipso Christus exhibet. 14.G.14.E
Fontes quatuor irrigant hortum dei. 119.H
Fontes Israel quid? 396.C
Fontium, & flumium origo mare. 405.H
Foramen arctissimum nos expectat. 238.B
Foramen acus quas sarcinas nõ admittit. 238.B
Forma veritatis in Euangelio. 118.E
Formatio hominis, institutio est moralis. 245.K
Formoso, & forti da parem, contabescet. 83.K
Fornax accensa ambitionis, auaritiæ, inuidiæ. 97.A
Fornicatio triplex, humana, mũdana, & diuina. 395.C.266.I
Fornicatio quotuplex. 407.L
Fornicatio spiritualis, quæ? 301.C
Fornicatio cordis est idolorum seruitus. 301.C
Fornicatio animæ, seruitus idolorum est. 300.M
Fornicatio prima, tela oculorum sunt, secunda verborum, sed qui non capitur oculis, potest resistere verbis. 300.M
Fornicatio inter septem vitia maximum scelus est. 301.A
Fornicatio maior est omnibus peccatis. 301.A
Fornicatio omnia mala superat. 301.A
Fornicatio grauior est morte. 301.A
Fornicatio carnis, adulterium est. 300.M
Fornicatio non solum maculat corpus, sed & cõscientiam. 301.A
Fornicatio per carnis immunditiam templum dei violat. 301.A
Fornicator seipsum dehonestat. 15.K
Fornicationis prima sagitta, est oculus. 301.A
Fornicationis nuncij sunt oculi. 301.A
Fornicationis sagittas oculorum visio mittit in mentem. 301.A
Fornicatione coinquinari, deterius est omni peccato. 301.A
Fornicationes, adulteria, & incestus in Clero. 203.M
Fornicatores, & adulteros iudicabit deus. fol. 301.A
Fortis vir non est minus laudabilis in luctu, quàm in bello. 297.B
Fortis non est, cui non crescit animus in ipsa rerũ difficultate. 383.K.L
Forti, & formoso da parem, contabescet. 83.K
Fortes quidam soli dicuntur? 148.K
Fortium fortitudo, vt ad bona cõualescant. 57.B
Fortior concutiat minus fortem. 14.H
Fortius nihil eo, qui diabolum vincit. 310.F
Fortiora te ne scrutatus fueris. 410.L
Fortitudo nostra est in silentio. 23.E
Fortitudo fidei cui deest, in eo Christus non nascitur. 13.I
Fortitudo facit, vt perseueranter virtutum tenearur affectus. 21.C
Fortitudo, est tristitia confortata. 105.K
Fortitudo, est simplex via domini quæ obedientia est. 400.F
Fortitudo, est firmitas animi aduersus ea, quæ temporaliter sunt molesta. 56.K
Fortitudo est nobis necessaria, quæ secunda species est virtutis. 28.D
Fortitudo belli est de cœlo, non in multitudine exercitus. 198.E
Fortitudo, & timor, vnum sunt. 388.I
Fortitudo tua, gaudium domini. 209.H
Fortitudo, quã non parit prudẽtia est temeritas. 205.H
Fortitudo vera in Christi passione. 148.K
Fortitudo, & iustitia sedem habent voluntatem, quia voluntas iusta debet esse, & fortis. fol. 109.D
Fortitudo, est mentis vigor inter aduersa, & prospera erectus. 407.C
Fortitudo nostra, gaudium domini. 178.G
Fortitudo necessaria, qua resistitur impiorum cruciatibus. 109.D
Fortitudo nostra, gaudium domini. 83.E
Fortitudo vindicat, prudentia inuenit, iustitia quærit, temperantia possidet. 205.L
Fortitudo martyris ex petra est. 178.G
Fortitudo tua, fiducia fidelis conscientiæ. fol. 209.H
Fortitudo domini Mariam salutat. 391.B
Fortitudo est, temperantia est, iustitia est, modum tenere. 205.K
Fortitudo, est virtus omnium tentationum sustinens insultus. 283.H
Fortitudo nascitur de tristitia, & amore. 105.K
Fortitudinis causa est tristitia, & amor fructus. 205.K
Fortitudinis mater, est prudentia. 205.H
Fortitudinis nostræ verbs hic, in cœlo ciuitas requiei nostræ. 81.G
Fortitudinis nostræ verbs, est Sion. 81.H
Fortitudinem seminauerunt martyres. 29.K
Fortitudinem induunt, qui obedientes sunt. fol. 400.F
Fortitudinem infirmari. 5.M
Fortitudine opus est aduersus tentamẽta peccati. 202.G
Foueam habuit hæreticus. 390.H
Foueã foderũt, retribuẽtes mala pro bonis. 34.D
Foueam fodit, qui dolo machinatur aliquem decipere. 278.G
Fractio panis, id est, sacra scriptura. 288.D
Fragiles sumus ad resistendum. 4.D
Fragilitas corporis consideranda cur. 399.H
Fragilitas humana duo timet, pudorem, & dolorem. 11.K
Fragmenta tria panis accipienda. 55.E
Fragrantia vestimentorum Isaac quid significat. 198.M
de Frãcia tota Hæricus hæreticus fugatus. 375.C
apud Francigenas iuramentum soluere, probro ducitur, quamlibet publicè male iuratum sit. 371.C
Frater noster, non angelorum cur factus sit Deus. 92.K
Frater noster Christus. 19.I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Frater adiuuans fratrem, ambo consolabuntur. 376.B
Fratri debita quo modo reddis 2.L
Fratrem docere debes exemplo tuo. 2.L
*Fratres tuos fuge, si vis inuenire salutem.*352.D
Fratrum amator. 11.B
Fraterna correctio debet fieri cum magno moderamine. 410.I
Fraus, & circumuentio, & violentia inualuere super terram. 205.M
Friuola prorsus, & inanis nugatoria consolatio. 201.I
*in Fronte aliquando lepram, aliquando Thau, aliquando laminam auream gerimus.*119.B
Frontosa temeritas est planè odibilis. 239.I
Fructus vitis, sanguis est martyris. 177.I
Fructus amarus, sed salubris. 396.K
*Fructus bonus, qui animarum esurientium & sitientium iustitiam, & esca & potus est.*7.D
Fructuum differentiæ. 29.H
Frui deo quid sit, & quòd hoc non docet lingua, sed gratia. 198.M
*Fructùdo mortalibus, mortalitas induitur.*194.G
Fruges consumere nati. 290.E
Frumentum charitatem significat. 57.I
Fucatum non placet. 264.G
Fucus vanitatis. 405.C
Fuge rem, & tene nomen. 233.G
Fugere perfectionem, non est culpa fugientis, sed persequentis. 325.B
Fugere quorsum decet, ne flagellum diuinum nobis appropinquet. 128.M
Funda in quo conflictu est necessaria. 54.G
Fundum sine fundo, cuius altum sine termino. 37.G
Funiculus triplex, qui difficilè rumpitur. 55.K
Funiculus triplex difficilè rumpitur, curiositatis, voluptatis, & vanitatis. 30.F
Fures veniunt latenter nocendo, latrones apertè sæuiendo. 404.F
Fures ingemiscite, quia locus vester magnus est in pœnis. 404.A
Furum socij Adam, & Eua. 1.E
Furoris filius Satanas. 184.E
in Furore diabolus iudicatus est. 184.F
*Furtum non feci, non pasces in cruce coruos.*219.I
Furtum non facies, exponitur. 407.M
in Futuro seculo nullum salutis remedium obtineri poterit. 116.L
in Futuro seculo remittitur, vel purgatur aliquod peccatum. 182.D
Futura qui præuident per spiritum prophetiæ, non tamen omnia præuident. 233.A

G

*Gabriel, id est, Domini fortitudo.*391.B4.H
*Gabriel nuncupatiuè tantum dei fortitudo, vel virtus, dicitur, Christus substantiue.*4.H
*Gabriel Paranymphꝰ filio regis delectus,*401.E
Gabriel à deo missus, vt verbum patris per aurem virginis in ventrem, & mentem ipsius eructaret, vt eadem via intraret antidotum, qua venenum intrauerat. 50.F
Gabriel angelus non est de minoribus. 4.H
Gabriel archangelus Iesu nomen sancto ore sanctæ virgini enoluit. 388.I
*Gabriel ad Mariam hyemis tempore venit.*402.E
Gabriel cur à deo missus ad virginem Mariam. 4.G.H
Gabrielis, Michaelis, & Raphaelis nomina nosse multum est, nam ex eorum vocabulorum auditu, & cognitione beati sumus. 341.E
Gabrielem ad virginem Mariam mitti cur decebat? 4.H
Gabrieli soli ex omnibus beatis spiritibus, conceptionem filij sui reuelauit deus prius quam virgini. 4.H
*Garrulos non consolatur infantia Christi.*16.B
Gaudeamus intus, & non sub sole. 52.A
Gaudeamus in natiuitate beati Ioannis Bapti. 52.A
Gaudere in quibus debemus. 26.K
Gaudendum in bono alieno magno magis quam in proprio paruo. 169.L
Gaudium post tristitiam subit, post laborẽ quies. 183.L.M
Gaudium in spiritu Sancto, gaudium de regno Dei, non gaudium carnale, non gaudium seculare, nõ gaudium, cuius extrema luctus occupat. 92.C.D
Gaudium domini fortitudo tua. 209.H
Gaudium sanctum, & securum, in spiritu sanct. 26.K
Gaudium domini, fortitudo nostra. 178.G 83.E
Gaudium tuum sit semper in cœlo. 310.A
Gaudium vita bona semper habet. 257.A
Gaudium in hac valle miseriarum, lachrymarum pane condiendum est. 52.H
Gaudium vnũ Angelorũ, & hominum. 250.B
*Gaudium magnum angelus euangelizat.*15.A
Gaudium magnum seminemus angelis per occulta suspiria. 29.F
Gaudium tam angelis erat, quod omni populo erat futurum. 15.H
Gaudium suscitat magnum vnius peccatoris conuersio in cœlestibus. 345.C
Gaudium gaudio cumulatum, quando. 8.H
Gaudium semper habet mens secura. 303.C
Gaudium, quod nemo tollit. 405.M
Gaudio res plena. 11.H
Gaudio spes plena. 11.H
in Gaudio ab vtero oritur Ioannes Bapt. ceteri homines in tristitia. 393.K
*Gaudia, lætitiæ, dulcedo, vita perennis.*249.M
Gaudia, & fercula iustorum, est altaris sacramentum. 392.G
Gaudiorum magna materia, sed maxima dolorum. 52.H
*Gaudiorũ frequentia est patriæ, non exilij.*362.I
*Gedeon quomodo hostes in fugã conuertit.*398.A
Gedeonis viri, qui corpore prostrato de flumine biberunt, digni ad prælium ire non fuerunt. 235.M
Gedeonis vellus quid figurabat. 5.I.406.K
Gehenna ardens est, ergo ibi est ignis, contra impios huius temporis. 67.L
Gehennæ filius sit, qui post indulgentiam delictorum, in easdem denuo sordes inciderit. 59.K
Gehennæ ardor extingat in te ardorem luxuriæ. 301.E.310.K
Gehẽna nihil potest intolerabilius cogitari. 89.L
in Gehenna nullus vnquam cibus. 27.E
in Gehenna penitus nulla consolatio. 89.M
Gehennalis regio quàm dura. 401.I
Gehennalis regio, quarta regio est. 79.M
*Gehennalis cõsideratio, portitor intentionis.*120.E
in Gehennali regione ignis est, qui non succenditur. 97.M
Gelboe designat diabolum. 173.B
*Gelboe montes, vbi abiicitur clypeus Saul.*120.B
Geme semper, & plange. 206.B
*Generatio diuina, & humana in Christo.*120.E
Generatio cœlestis, est æterna prædestinatio. 86.L
Generatio triplex tractatur. 102.L.M
Generatio voluntaria voluntarium exhibet sacrificium. 102.M
*Generamur omnes in peccatrice voluptate.*34.M
Generatio est cœlestis, est æterna prædestinatio. 150.B.86.L
Generatio cœlestis falli non potest. 25.E
Generatione casta nihil pulchrius. 11.H
Generationes hominum multæ. 102.L
Genitalia corrumpit voluptas. 109.K
in Genitalibus membris aqua viget. 109.I
Gentes misericordia, Iudei meritis gloriantur. 141.L
Gentes, quæ bella volunt, diffipentur & abscindantur, qui nos conturbant. 198.A
*Gentium plenitudinem Iudæis præire oportet.*fol. 208.I
Gentium plenitudo perueniat, necesse est. 208.I
Gentium magister quid censuit. 209.F
Gentiles si essent similes Iudæis, sustinendi forent potius, quàm gladiis expetendi. 382.E
Genus humanum triplici morbo laborat. 116.M
*Genus auarum, & ambitiosum, filij Adam.*3.B
Genus omne humanum naufragat. 373.F
Genus scribendi ad suadendum efficax. 237.G
Genera hominum sunt tria, quibus deus loquitur pacem. 88.L
*Gerardus monachus iacuit per triduum oculis clausis in mentis excessu quid viderit.*409.D
*Gerardo monacho, quẽ ibi deplorat Bernardus, Dominus dederat linguam eruditam.*152.D
Germanici sacci. 209.F
*Germen domini, Iesus Christus solus de mundissimo conceptus semine, & si in similitudine carnis, non tamen in carne peccati.*50.D
Germinat virga Iesse de tortuosa radice generis humani. 389.A
Gestus corporis, signum est mentis. 296.L
Gigas est filius hominis. 51.G
Gilberti Pictauiensis episcopi. 193.C 319.L
Gladius orationis. 355.E
Gladius episcoporum. 120.G
Gladius dei, sermo viuus, & efficax. 91.L
Gladius triceps est lingua detractionis.
Gladius Ecclesiæ duplex, vnus ad sacerdotem, alter ad militem, siue imperatorem pertinet. 210.M
Gladius vbique, ignis vbique partibus nostris. 404.I
Gladiũ qui accipit, gladio peribit. 175.M
Gladium exerat vterque fidelium in ceruices inimicorum. 198.A
Gladium exerat vterque fidelium in ceruices infidelium.
Gloria sanctorum intus, non foris est. 151.G
Gloria vera, & summa est, deo placere. 151.G
Gloria patris, filius sapiens 30.B.C
Gloria summa quæ 12.L.M
qui Gloria est angelorum, ipse factus est salus, & consolatio miserorum. 11.G
Gloria humilium, est deus, & peruersorum pœna. 214.G
Gloria nostra, conscientiæ nostræ testimonium est. 3.C 269.H
Gloria mundi vana.
Gloria magna est, si cui nocere potuisti parcas. 256.M 11.G
Gloria angelorum.
Gloria expectat eos, quibus fuerunt gloriosa certamina. 300.I
Gloria fallax, & vana claritas. 132.M
Gloria temporalis, & voluptas carnis, cauete, ne impediant vobis iter regni cœlestis. 369.K

Gloria

Gloria patris, Filius sapiens. 9.G
Gloria vera, quæ est à spiritu veritatis. fol. 3.C
Gloria, & diuitiæ in sinistra Christi. 9.K
Gloria Mariæ tribuenda. 8.A
Gloria mundi, gloria est carnis. fol. 146.K
Gloria, quæ sine virtute est, indebita venit, periculosè captatur. 55.L
Gloria, Filius dei. 9.G
Gloria inanis est, quæ ab hominum ore venit extrinsecus. 112.C
Gloria huius mundi modica. 296.I
Gloria vana corrumpit concupiscentiam. fol. 109.I
qui Gloria est in altissimis patris, factus est in terra pax hominibus bonæ voluntatis. fol. 11.G
Gloria vana, quæ. 3.C
Gloria vana significatur per basiliscum. 131.G
Gloria vera, quæ. 225.G
Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. 129.I
Gloria vana meritò nuncupatur, veritatis solido fundamento carens. 225.G
Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. 68.K
Gloria omnis cœlorum famulatur. 278.E
Gloriæ meritò non est homini in terra. fol. 70.M
Gloriæ mater, virtus. 55.L
Gloriæ rex, est virtutum dominus. 3.H
Gloriæ pondus æternum. 84.E
Gloriæ secularis qui colit vanitatem, infelix. 2.H
Gloriam propriam ante oculos humanos ne quæras, sed auctoris. 26.F
Gloriam ne quæras tuam, sed dei. 26.E
Gloriam qui quærit, non satiatur. 203.B
Gloriam mundi humilitate calcamus. 3.D
Gloriam deus solus habere non vult. 332.K
Gloriam dei nemo potest simul amplecti, & gloriam mundi. 296.H
Gloriam inanem metuebat Christus. 18.K
Gloriam deus sanctis suis communicat. fol. 332.K
Gloriam mundi damnat Christus. 15.C
Gloriam puram, & perfectam habent angeli. 17.E
Gloriam, quæ ab inuicem est, filij Adam quærunt. 30.A
Gloriam meam si ego quæro, gloria mea nihil est. 336.C
Gloria singulari deus matrem suam in cœlis donaturus. 5.D
Gloria mundi qui delectantur, carnales sunt. 146.K
Gloriæ sol non orietur ei, cui sol iustitiæ ortus nõ erit. 12.H
Gloria dei egent omnes. 17.E
Gloria esto decorus, in fide fortis, & probasti te imitatorem dei. 209.H
Gloriosa res est, homines vnius moris habitare in domo. 104.B
non Gloriosa vestis, non gloriosa domus, sed ipsa gloria nobis promittitur. 84.E
Gloriosius nihil sibi putat Paulus, quàm Christi portare opprobium. 151.H
Gloriatur securus, qui in domino gloriatur, hoc est in veritate. 345.G
Gloriatur Christianus in morte Pagani, quia Christus glorificatur. 197.M
Gloriabatur angelus iustus in multitudine virtutis suæ, vnde perpetuam despectionem incurrit. 284.K
Gloriari oportet in cruce Christi. 11.M
Gloriandum potius in laboribus, quàm in profectibus putauit Paulus. 210.G
Gloriatio secura vbi? 70.M
Gloriatio secura erit, cum erit vnicuique laus à deo. 87.L
Glorificatio perfecta nobis reposita. 15.A
Godescalcus abbas montis sancti Martini, vir religiosus, & sanctus. 370.G
*Golias exprobrat agminibus sanctorum eò audacius, quò sentit Dauid non adesse.*364.M
Golias non sustinet lapis iactum. 54.G
Golias suo ipsius gladio occidendus. 54.G
*Golias, id est hæreticus, suas nouitates catholicorũ patrũ doctrinæ præfert, & fidei.*364.M
Golias est quidem deuictus, sed forsitan adhuc viuit. 54.H
Golias quo pacto occidendus. Ibid.
Golias superbus significat. 54.C
Goliæ armiger Arnaldus de Brixia. 364.M
Gomorræ, & Sodomæ similes essemus, nisi dominus reliquisset nobis semen. 4.I
Grabatus nostrum corpus est & cur? 34.I
Grabatum suum quis tollit, & in domum suam it. 34.I
Gradus triplex. 77.F
Gradus quatuor ita iuncti sunt simul, vt sint.
Gradus animæ bonus, & quo & solo ad beatam ascendit vitam. 193.G
Gradus triplex timoris 187.I
Gradus tres, viuere, benè viuere, & beatè viuere atque ex primo, tanquam inferiori, ad duo reliqua ascendimus. 193.F
Gradus hominum quatuor. 92.A
Gradus humilitatis duodecim. & sequent. 229.C.
Gradũ honorum in Ecclesia qui? 209.I
Gradus triplex ascendendi in cœlum. fol. 107.H
Gradibus quatuor, causæ quatuor nos retrahunt. 268.I
Grande malum, propria voluntas. 186.H
Gratia non solum peccata lauat, sed & merita donat. 22.G
Gratia adiuuat ad bonum, defendit contra malum. 252.H
Gratia dei mater nostra. 308.A
Gratia dei solnitur funiculus iniquitatis. fol. 75.A.B
Gratia semper datur humilibus. 15.I
Gratia dei animæ cibus. 31.F
Gratia adiuuat ad bonum, defendit contra malum, erudit ad vtrumque discernendum. 260.B
Gratia pronunciationis nominis Iesu Christi. 9.F
Gratia contemplationis quid facit. 259.L
Gratia gratis datur, etiam cum emitur, gratis emitur, quia quod datur pro ea, nobis melius retinetur. 41.B
Grata ignominia crucis ei, qui crucifixo ingratus non est. 151.H
Gratia triplex ibi significatur, plena, singularis, & generalis, quas inuenit Maria. fol. 31.M.32.A
Gratia dat virtutem resistendi peccato. fol. 260.B
Gratia nos facit benevolos, liberum arbitrium volentes. 216.L
Gratia contemplationis nihil iucundius, nihil vtilius. 259.M
Gratia dei an vbique? 74.A
Gratia habet hinnuli hilaritatem. 188.M
Gratia loricatus Stephanus martyr. 391.B
Gratia triplex. 61.H
Gratia ex multis delictis in iustificationem: peccatum ex vno in condemnationem. fol. 34.B
Gratia dei nos præuenit, vt bonum velimus. concomitatur nos, vt bonum incipiamus, 294.I
Gratia diuinæ semper solet esse familiaris virtus humilitas. 9.A
Gratiæ consummatio, perpetuitas vitæ. 260.A
Gratiæ plenitudo non poterat constare in Mariæ insola virginitate. 62.G
Gratiæ inuentrix, virgo Mariæ. 2.F
Gratiæ septemplicis flumen preciosum. fol. 37.H
Gratiæ fluenta quò non peruenerunt. 12.C
Gratiæ modus excellentior in virgine Maria, quàm in Stephano martyre. 391.B
Gratiæ fortitudo iungitur Stephano. 391.B
Gratiam multò maiorem recepit Maria, quàm apostoli. 6.M
Gratiam nostræ deuotionis quatuor adaugent. 117.F
Gratiam singularem inuenit Maria. 31.M. 32.A
Gratiam generalem inuenit Maria. 32.A
Gratiam tolle, non erit vnde saluetur. fol. 215.H
Gratiam vt nobis deus infunderet, quod vehiculum nobis prouidere voluit. 66.C
Gratiarum flumina reuertantur ad locum, vnde exierunt, vt iterum fluant. 140.M
Gratiam si cupimus inuenire, abstineamus à vitiis, & de præteritis dignè pœniteamus. 32.C
Gratiam humilibus dat, superbis resistit. 9.A
Gratiam dei angeli ad nos reportant. 10.E
Gratiam in referendo discas non esse tardus, aut segnis. 35.H
Gratiam dei non habet qui ignorat consolationem. 18.C
Gratiam solis humilibus dat deus. 82.H
Gratiam habuit Stephanus martyr sublimiori genere, quàm reliqua martyrum multitudo. 391.B
Gratiam attulit Christus, cum venit. 230.D
per Gratiam dei multa bona possumus operari. 294.I
Gratia, & veritate plenus parunlus. 11.H
Gratia singulari in terris deus matrem præuenit. 5.D
Gratia dei destituti, non aliud quàm terra aridæ sumus. 5.I.K
sine Gratia dei nulla est humana industria. 259.F
Gratiarum dator Spiritus sanctus. fol. 8.E
Gratiarum diuisiones diuersis sunt traditæ sacramentis. 34.M
Gratiarum distinctiones, sed vna domus. 235.G
Gratiarum actio quæ? 246.A
Gratiarum actio, & vox laudis in domo dei. 12.A
Gratiarum actio omnis deo accepta non est, sed quæ de pudica & mera simplicitate procedit. 141.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gratiarum omnium fons & herrimus. 37.G
Gratias magno Ieoni de tribu Iuda. 131.A
Gratias magno Ieoni de tribu Iuda. 131.A
Gratuitum oportet esse beneficium, vt sit beneficium. 363.L
Gregorius Papa sanctus. 344.C
Gregorius Papa vir apostolicus. 216.K
Gregorius Papa, vrbe obsessa, extremam partem Ezechielis eleganter exposuit. 205.M
Gregorius beatus Papa negat planè habere fidem meritum, si ei humana ratio præbeat experimentum. 365.D
B. Gregorium Papã vrbis obsidio, & ensis barbarus non terruit. 205.M
Gressus honestus qualis debet esse? 264.G
Guibertina persecutio. 371.A
Gula diuersis saporibus satiari non potest. fol. 261. D
Gula vnde delectatur, venter inflatur, corpus infirmatur, & sæpe mors sequitur. Ibid.
Gula expectationis impatiens. 258.B
Gula dum se inclinat voluptati, ipsa luxuria roboratur. 317.D
Gula si sola peccauit, sola ieiunet. 27.D
Gula, & fornicatio cur afflictione corporali indigent. 266.A
Gulæ concupiscentia in quinque modos diuisa. 266.I
Gulam coercere. 10.L
Gulam ciborum omni studio despicere debemus. 301.G
Gulam dum incitat serpens, auget curam. 232.G
Gustus corporaliter licet exerceatur: tamen saporem introrsus generat. 274.D
Gustus, solus est sensus, quo magis indiget humana vita. 89.C
Guttur insatiabili ardet ingluuie. 261.D

H

Habemus de fonte misericordiæ ad diluendas culpas. 14.E
Habetis nunc fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam, ait Paulus. 132.L
Habitaculum dignum quis parat deo. 260.D
Habitamus sæpe in cœlestibus, cum adhuc re ipsa in terris peregrinemur. 220.L
Habitans in petra, quid mirum si ad modum petræ durauerit? 178.F
Habitare in adiutorio altissimi. 122.I
Habitatio periculosa. 122.M
Habitus sanctus, sanctus sit animus 296.M
Habitus optimus religiosorum, id est, monachorum, est mutatus. 310.C
Hædi peccatum significant, & sunt vagi, & petulantes corporis sensus. 160.M
Hædi pelles, quibus cœlum, & manus Iacob obuolutæ sunt, quid denotant. 154.G
Hæreditas tota simul corrupta est. 10.D
Hæreditas non reparabitur, donec reparentur hæredes. 10.D
Hæreditas, quæ beatos suos facit hæredes, quæ? 316.L
Hæresis imprægnata de spiritu falsitatis. fol. 381.I
Hæresis, meretrix sacrilega, sapientia infernalis, subuersio pietatis. Ibidem.
Hæresis clam, penè vbique serpit apud aliquos, sæuit palam. 208.I
Hæresis paruulos ecclesiæ passim, & publicè deglutire festinat. Ibidem.
Hæresis quibus causis ecclesiam adoritur. fol. 208.K
Hæresis Pelagiana. 367.F
Hæresis virus ecclesiam catholicam penè totam infecit. 208.K
Hæreses multorum cum libro Abailardi hæretici à mortuis surrexerunt, & apparuerunt multis, quæ dormierant. 367.K
Hæreticus, Abailardus cum de Trinitate loquitur, sapit Arium: cum de gratia, sapit Pelagium: cum de persona Christi, sapit Nestorium. 367.M
Hæreticus Abailardus sine regula monachus, sine solicitudine prælatus. 368.A
Hæreticus Abailardus homo sibi dissimilis: intus Herodes, foris Ioãnes, totus ambiguus. 368.A
Hæreticus Abailardus nihil nescit omniũ, quæ in cœlo, & quæ in terra sunt, præter seipsum. Ibidem.
Hæreticus Abailardus in libris suis profanas vocum nouitates inducit, disputans de fide contra fidem, verbis legis legem impugnat. 367.M
Hæreticus Arnaldus de Brixia, homo est neque manducans, neque bibens, solo cum diabolo esuriens, & sitiens sanguinem animarũ. 368.E
Hæreticus Petrus Abailardus ascẽdit vsque ad cœlos, & descendit vsque ad abyssos. fol. 307.K
Hæreticus Abailardus nihil videt per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem omnia intuetur. 367.M
Hæreticus Arnaldus ab ineunte ætate in arte dialectica lusit, & in scripturis sanctis insanit. 365.D
Hæreticus in Francia ponit in cœlum os suum, & seruatur alta Dei, redíensque ad nos, refert verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Ibidem.
Hæreticus in Francia dum multum sudat quomodo faciat Platonem Christianum, se probat Ethnicum. 366.C.D
Hæreticus murmurat, paruulos non sinens venire, paruulorum baptismo detrahens. fol. 32.F
Hæreticus Henricus quanta mala in ecclesiis deiecit. 375.B
Hæreticus Henricus versatur in terra sub vestimentis ouium lupus rapax. Ibid.
Hæreticus Henricus homo apostata, monachus fuit. 375.D
Hæreticus ita confertissima spinositate densatus est, vt vndique punctionibus, & aculeis vestiatur. 390.H
Hæreticus si sit hypocrita, peccatum est supra modum peccans. 181.F
Henricus Hæreticus quanta mala in ecclesiis fecit. 375.B
Hæreticus habuit foueam. 390.H
Hæreticus, est vulpes vineam demoliens. fol. 181.A
Hæretici Abailardi liber extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad Romam propagines eius. 367.K
Hæretici vnius vocem siluerunt in eo omnes propheticæ, & apostolicæ voces. fol. 375.C
Hæreticum Arnaldum Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italiã vult recipere. 368.G.H
Hæreticum Abailardum nihil est, quod lateat siue in profundum inferni, siue in excelsum supra, ironicè dictum. 367.K
Hæretici victu, & habitu habentes formam pietatis, sed virtutem eius abnegãtes, quò decipiant plurimos, transfigurant se in angelos lucis, cum sint Satanæ. 364.M
Hæretici, & schismatici sunt subuersi, & subuersores, canes ad scissionem, vulpes ad fraudem. 208.H
Hæretici à fructibus suis cognoscuntur. fol 375.B
Hæretici impiissimè inquiunt diuinitate deum esse, sed diuinitatem deum non esse. fol. 193.B
Hæretici quid ecclesiæ ministris detrahere soleãt. 182.D
Hæretici suas nouitates catholicorũ patrum doctrinæ, & fidei præferunt. 364.M
Hæretici quod faciũt per prauа dogmata, praui pastores faciunt per mala exempla. fo.s 404.K
Hæretici impiissimè disputant magnitudinem quæ deus magnus est, sapientiam, quæ sapiẽs iustitiam, quæ iustus, diuinitatem, quæ deus. 193.B
Hæretici ignem purgatorium non credunt. fol 182.D
Hæretici duplices, manifesti, & occulti. fol. 180.I
Hæretici prauа dogmata disseminãt in populo. 404.F
Hæretici gladio coercendi ab illo qui non sine causa gladium portat. 182.F
Hæretici dicũt se esse successores apostolorum, & apostolicos se nominant, sed sui apostolatus signum nullum ostendere possunt. fol. 182.A
Hæretici credunt Christum inclusum suis antris. 182.A
Hærtici illic vocantur canes, & detractores. 182.B
Hæretici mortuos viuentium auxiliis fraudant, Sanctorum, qui decesserunt suffragiis viuos spoliant. Ibid.
Hæretici Manichæi Manem habuerunt principem, Sabelliani Sabellium, Eunomiani Eunomium, Nestoriani Nestorium. 181.G
Hæretici oues sunt habitu, astu vulpes, actu, & crudelitate lupi. 181.F
Hæretici reputantes turpitudinem in solis vxoribus existere, sicque nuptias negantes. Ibid.
Hæreticorum finis interitus, horum nouissima incendium manet. 182.E
Hæreticorũ prauа dogmata, mali sunt imbres. 176.B
Hæreticorum pertinacia, & martyrum constãtia nihil habent simile. 182.F
Hæreticorũ validissimus malleus Augustinus. 193.C 182.F
Hæreticorum martyres. 182.F
Hæreticis omnibus vna intẽtio semper fuit, nẽpe gloriam captare de scientiæ singularitate. 180.K
Hæreticis probatum est, mori magis, quam cõuerti. 182.E
Hæreticos, martyribus decedentibus, diabolus instituit suis artibus. 403.A
Hæreticos Papa corrigere debet, ne pereant, aut ne perimant, coercere. 208.H.I
Hæreticos quot secta, apud Hæreticos, vel Schismaticos quot sectæ, tot noctes. 188.M

in Hæreticos populus non irruere debet. fol. 182.F
Hasta orationum Christi non est auersa. 279.F
Hauritis aquas in gaudio de fontibus saluatoris exponitur. 14.E.F
Haymericus ecclesiæ Romanæ Diaconus, & Cardinalis, & Cancellarius. 225.B
Hebdomadæ sacra, quæ vulgo pœnosa dicitur, quid agant vniuersi Christiani? 33.H
Helias interpretatur dominus, vel dominus fortis. 113.D
Helias, & Enoch felices. 46.M
Helias comedit carnes, Ioannes Bapti. minimè. 394.A
Helias innoxiè carnem comedit. 235.L
Helias, & Ioannes cingebantur zona pelliceа. 119.B
Helias 3. annis, & 6. mensibus clausit cœlum. 394.B
Helias cur operuit vultum. 42.H
Helias vsque adhuc, conseruante domino, manus mortis euasit. 27.C
Helias, & Paulus raptus, translatus Enoch, redemptor noster eleuatus. 231.M
Heliæ ascensio ascensionem domini præfigurabat. 47.B.C
Heliam Idololatris exhibere debent legati Papæ. 211.E
per Heliam intelligitur quilibet iustus. fol. 113.D
Helisæus, salus domini interpretatur. 113.F
Helisæus mortuus mortuum vitæ restituit. fol. 394.B
Helisæus propheta mortuum suscitauit, sed alterum, non seipsum: Iesus autem alios, & seipsum suscitauit. 39.L
Helisæus verus in Caluariæ loco ab insensatis pueris irrisus, risum suis insinuauit aternũ. 199.C
Helisæum auaris exhibere debent legati Papæ. 211.E
Henricus hæreticus homo apostata monachus fuit. 375.D
Herba humilis, est Nardus, & pectus purgat: vnde nardi nomine humilitas designatur. fo. 61.D
Herbarum quatuor species sunt in horto dei. 119.L.M
Herodes Ioannem libenter audiebat. 356.M
Herodes cruciatur Christo nato. 388.C
Herodes non mirum, si turbetur. 19.E
Herodes, & Pilatus facti sunt amici in die passionis Christi. 150.G
Herodes Christum videre voluit, sed non bona voluntate, non meruit. 134.I
Herodes non timuit diuinis coli honoribus. 207.F
Herodiana malitia, Babylonica crudelitas est. 19.F
Herodianus execrandus animus. Ibid.
Herodianum iuramentum. 372.D
Hieremias & Ioannes de peccatis, & in peccatis concepti sunt: Christus autem de Spiritu sancto. 393.B.H
Hieremias antè sanctificatus, quàm natus. 337.F
Hieremias, & Ioannes soli leguntur in vtero sanctificati. 393.F
Hieremias in vtero sanctificatus, Ioannes Spiritu sancto repletus. 393.F. 407.I
Hieremias etsi in peccato conceptus est, nascitur tamen sine peccato. 393.G
Hieremias in prophetam consecratus, Ioannes in plus, quàm prophetam. 393.M
Hieremias nescit loqui, quia puer est. 389.M. 390.A
Hieremiæ admiranda sanctificatio. 393.G
Hieremiæ in vtero sanctificatio longè minor, quàm Ioannis. 393.F
Hierico ruinas qui reædificabit, maledictus. 367.K
in Hiericho non est ascendendum. 44.I
in Hierico abduci. 74.M
Hieronymus Epicureum Iouinianum, cæteráque cæteras hæresium, & schismatum pestes trucidarunt. 104.H
Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Hilarius sancti doctores martyribus successerũt. 402.M
Hieronymi sententia grauis. 469.E
Hierusalem, quæ sursum est, mater nostra. 156.A 236.K. 212.L
Hierusalem habet atrium, habet portas, habet templum. 22.B
Hierusalem renes deus scrutabitur in lucernis. 202.F
Hierusalem cœlestis desiderat animabus restaurari. 48.H
Hierusalem ciuitas dei. 19.E
Hierusalem alia ab ea, quæ nunc est, in qua regnauit Dauid, multò ista nobilior. fol. 8.B
Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. fol. 48.M
Hierusalem ciuitas regis magni. 25.D
Hierusalem cœlestis. 22.B
Hierusalem obliuisci. 116.B
Hierusalem noua in terra. 66.G
Hierusalem vera, quæ? 10.A
Hierusalem, visio pacis. 10.A.19.E
Hierusalem præelecta fuit passioni Christi, Bethleem natiuitati, Nazareth conceptioni. 344.I
Hierusalem, quæ sursum est iugiter potat deus. 37.H
Hierusalem, quæ nec vicitudines patitur, nec custodibus eget. 82.A
Hierusalem, mirum est, quòd cum Herode turbetur. 19.E
Hierusalem, ad quam Christus ascendit, est cœlestium secretorum contemplatio. 21.A
Hierusalem mater prophetarum, & Apostolorum. 198.I
Hierusalem quænam de cœlo descendit. M
Hierusalem supernæ primus parens noster designatus est ciuis. 391.I
Hierusalem ciuitas despectiuè cur castellum vocata. 391.F
Hierusalem muri restaurandi sunt de puluere isto, cilicet, corporibus nostris. 10.E
in Hierusalem Christus assumit deliciis. fol. 21.A
in Hierusalem ciuitate regni magni satietas est, & affluentia summa. 25.G
in Hierusalem nec luctus nec clamor. 71.A
Hilaritas leuat, & subleuat. 77.F
Hilaritas in obedientiæ executione quid confert. 400.G
Hilaritas in fronte, scurrilitas in signis, vanitas apparet in incessu. 233.E
Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus sancti doctores martyribus successerunt. 402.M
Hippocrates, & Epicurus, corporis alter voluptatem, alter bonam valetudinem præfert: magister noster Christus vtriusque rei contemptum prædicat. 157.C
in Hippocratis schola, & Epicuri quid discitur. 240.I
Hispaniæ populi salus præ auro viluit. fol. 208.I
Historia satis admirabilis. 22.M
in Historia sacra omnia sunt supernis mysteriis plena. 4.G
Historiæ quidem delectant, cum leguntur, sed non ædificant, quin potius mentem inficiunt, quæ. 245.L
Homiliæ in laudibus virginis Mariæ. fol. 4.F
Homo natus de muliere, & ob hoc cum reatu. 207.L
Homo natus ad laborem, non ad honorem. 207.L
Homo breui tempore viuit, ideóque cum metu. Ibidem.
Homo repletus multis miseriis, & propterea cum fletu natus. Ibid.
Homo in tristitia nascitur. 393.K
Homo voluntariè peccando, volens perdidit viuere, nolens perdat & viuificare. fol. 199.E
Homo vetus quomodo in nobis erat. 3.K
Homo primus magnum erudiuit sacramentum. 13.B
Homo virtutis bona non tantùm coram deo, sed etiam coram hominibus prouidebit. fol. 185.I
Homo, & deus in mutua manducatione sese traiiciant? 186.A
Homo quomodo nõ humiliaretur coram humili deo? 18.I
Homo, & deus vnum dici non possunt, vnus tamen spiritus certa, & absoluta veritate dicuntur. 186.C
Homo videt in facie, deus intuetur cor. fol. 337.C
Homo agnosce dignitatem tuam, & gloriam cõditionis humanæ. 14.H
Homo nascitur, quando sol iustitiæ ortus in animo, peccatorum illuminat tenebras. 17.H
Homo spiritualis omnia iudicat. 163.E
Homo attendat, quanta sit cura eius deo. 18.D
Homo beatus, qui semper est pauidus. 330.G
Homo preditus est ratione instar angeli. fol. 172.G.H
Homo nescit, si sit dignus amore an odio. fol. 25.E
Homo tunc est perfectus, quando est charitate plenus. 295.I
Homo in deo per charitatem, & deus in homine est. 186.C
Homo terra, & puluis disce obedire. 5.B
Homo miser natus est ad laborem. 240.L
Homo venit ad deum credendo, obediendo, intuendo, capiendo. 318.B
Homo omnis, qui alium in corpore persequitur, prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur. 257.I
Homo nihil boni habet proprium. 294.H
Homo, cognosce honorem tuum. 84.K
Homo suo sine alieno impulsu cadere potest. 196.D
Homo, & deus est, qui generatur. 11.L
Homo non est in vita sua laudandus. 332.L

Universidad de Deusto
Biblioteca

Homo factus in honore, cum honorem ipse non intelligit. 225.G
Homo omnis vult sibi morem geri. 381.C
Homo non solum reconciliatur, sed etiam sapiens efficitur. 276.C
Homo nihil aliud est, quàm sperma fœtidum, saccus stercorum, cibus vermium. 249.H
Homo omnis vertitur in non hominem. Ibid.
Homo ad properandum potis. 193.K
Homo secularis in gum Christi magis lapidem, quam panem reputabit. 31.D
Homo exterior corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. 378.G
Homo omnis infirmus, miser, & impotens. fol. 231.D
Homo vt aliquid sit, est notitia dei. 332.C
Homo cur substantia simul sit, & forma. 75.A
Homo quicquid facit in hoc mũdo, est vanitas. 84.I.K
Homo distat modicũ ab angelo propter corpus de terra. 172.G.H
Homo tristis quærit semper implere ventrem. 84.I
Homo lege in corde tuo. &c. 82.L
Homo miser recognosce teipsum. 84.H
Homo iustè diabolo addictus erat, sed misericorditer liberatus. 366.H
Homo natus ad laborem. 358.M
Homo filij dei scientiam surripere voluit. fol. 1.F
Homo illic petit exui à suis cupiditatibus. fol 261.C
Homo de terra, & de terra viuit, & in terram reuertetur. 249.K
Homo non gustasset mortem in æternum, si cauisset peccatum. 199.E
Homo carnalis non percipit, quæ sunt spiritus dei, sed stultitia illi videntur. 242.K
Homo vanitati similis factus est propter carnẽ. 249.G
Homo nunquam debet esse sine metu. 307.H
Homo dei non reuerteretur ad deum, nisi is, qui de terra est, & terra est, in terram iret. 379.L
Homo enim formam crucis habet. 11.M
Homo, qui more bestiali incubuit terrenis, morte bestiali excedet terris. 194.I
Homo virtutis, cui nec damnosa scientia, nec infructuosa dignitas manet. 225.I
Homo de humore liquido. 249.C
Homo impulsor, impulsor diabolus, impulsor mundus. 196.C
Homo impulsor sibi est, & suimet præcipitator. Ibidem.
Homo pauper, nudus, natus ad laborem, implumis auicula. 331.I
Homo corruptus, est naturale domicilium luxuriæ, & vitiorum omnium prostibulum. fol. 272.I.
Homo sapiens tristitiæ resistit. 297.F
Homo malus nunquam tute secum habitat, & nemo molestior est ei, quàm ipse sibi. fol. 245.B
Homo cur pecoribus comparatur? 225.G
Homo plorans & cinlaus traditur huius mũdi exilio. 249.C
Homo assiduè variatur per prospera, & aduersa ignorat, & quando moriatur. 249.D
Homo, quem fructum expectas in mundo, cuius fructus ruina est, cuius finis mors est. fol. 252.C
Homo ibi petit exui omni peccato. 261.E
Homo quid habet ab exitu materni ventris? 318.M
Homo bestia factus est. 123.E
Homo perditionis ad laqueum currit, & debitam in se damnationis sententiam accelerat. 377.E
Homo vnguento vnctus lætitiæ, redditur suauis, & mitis. 149.D
Homo in conceptu, in ortu, in vita, & morte comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. 194.I
Homo natus ad laborem. 85.B
Homo solus inter animantia liber. 193.L
Homo spiritualis, qui omnia diiudicat, ipse à nemine iudicabitur. 199.B
Homo ne affectes hominum dominari, vt non dominetur tui omnis iniustitia. 208.G
Homo sibi derelictus labitur quotidie de malo in peius. 23.G
Homo pudicus, & angelus differunt, sed felicitate, non virtute. 335.M
Homo de humo, limus de limo. 249.K
Homo primus descendit de Hierusalem in Hierico. 30.D
Homo nõ poterat venestiri, vel ablata sibi vestimẽta recipere, nisi Christo amitteret sua. Ibid.
Homo Seraphim factus est, & creator Seraphim homo factus est. 73.A
Homo iram dei tantùm sensit, & non furorem: angelus in furore punitus, imò damnatus. 184.E
Homo perdidit liberum consilium, per quod prius habebat posse non peccare. 217.F
Homo spiritualis, qui omnia diiudicat. 209.I
Homo omnis quis dicatur? 246.I
Homo vetus crucifigatur. 48.L
Homo sponte repulit vitam, cum viuere noluit. 199.E
Homo duplex vnius qui secundum carnem vivit, alter qui secundum spiritum ambulat. 128.M
Homo est sub se. 88.A
Homo cœlestibus spiritibus similis. 75.A
Homo vanitati similis factus est. 332.C
Homo magnus in oculis suis. 382.I
Homo quod non seminauerit, nec metet. 12.G
Homo non est, qui viuat, & non videat mortem. 14.K
Homo in peccatis nascitur luciferi machinationibus. 393.K
Homo inimicus machinatur insidias. 402.A
Homo & Deus. 390.G
Homo primus non in carne peccati, nec in similitudine carnis peccati creatus est. 34.E
Homo natus est ad laborem, sed non ad laborem creatus. 103.I
Homo semetipsum pondere suæ corruptionis impellit. 196.D
Homo, fuge homines: religionem elige, & saluaberis. 104.D
Homo miser, qui totus pergens in ea, quæ foris sunt. 26.I
Homo quodammodo cœlum est. 75.A
Homo pacatus quis? 203.G
Homo sola voluntate cecidit ẽ foueã peccati. 217.F
Homo diu magnus habitus inter suos, videri se ipso inferior erubescit. 355.G
Homo primus ab ipso suæ creationis exordio amictus quatuor virtutibus. 30.C
Homo, animal oneriferum suæ mortalitatis. 131.M
Homo hominis (nisi ipso indicante) non intelligit cogitatum. 343.C
Homo remissus quid præstare solet. 410.H
Homo primus bestiis omnibus liberè imposuit nomina. 30.D
Homo primus terræ dominus stabilitus est. fol. 391.I
Homo in primis propter se, seipsum diligit. fol. 228.K
Homo ex anima rationali, & humana carne subsistit. 84.F
Homo transgressor inuentus est diuinæ legis, inueniet ipse aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ. 199.E
Homo liber, quia homo: miser, quia seruus: liber, quia deo similis, miser, quia deo contrarius. 194.A
Homo vnde superbit cuius conceptio culpa. fol. 249.H
Homo peccando mortem inuenit, & vitam amisit. 199.E
Homo peccauit, quia liberum ei fuit. 217.E
Homo non te subijcias carni, nõ sis amator mũdi. 84.L
Homo inueniet locum tabernaculi, vbi panem angelorum manducabit, vbi? 202.K
Homo virtutum, est cœlum: & virtus est sidus. 153.L
Homo inuenit seipsum repentina conuersione propter infirmitatem iacentem in stabulo. fol. 391.K
Homo verspellis, & versutus, iustitiæ inops, propriæ conscientiæ inimicus. 380.B
Homo acceperat misericordiam, custodem scilicet & pedissequam, quorsum. 30.C
Homo excellentissimus Ioannes Baptista. fol. 393.C
Homo, qui de terra est, vsque ad terram nos deprimit, & vsque ad inferos deprimere conatur. 379.C
Homo Christus solus sub sole sine macula inuẽtus est. 37.A
Homo sine culpa foris apparebat Christus. 22.L
Homo magnus Iesus Christus. 7.L
Homo quare factus est Filius dei. 9.H
Homo, & deus adinuicem coniuncti. 11.C
Homo nouus, qui nullius vnquam vetustatis est capax. 13.E
Homo foris, deus intus. 406.G
Homo nouus, & verus homo veram carnis nostræ susceptt originem, sed fermentum vetus concupiscentiæ non suscepit. 31.E
Homo deus in oculis hominum sobriè, & piè conuersatus, vera locutus, mira operatus, indigna passus. 199.K.L
Homo si voluntariè non moreretur, meritũ mors illa non habuisset. 199.F
Homo si corporaliter non pateretur, debitum nõ soluisset. 199.E
Homo qui debuit diaboli dominio, homo qui soluit. 366.I
Homo, & diabolus ascendere præpostere voluerunt. 107.G
Homo nesciebat in terris precium Christi. 9.K
Homo ab æstu animi, nec à motu corporis, animique liber est in operando. 191.H
ô Homo sub te appetitus tuus, illic explicatur de libero arbitrio. 27.K
Hominis affectus delectabilis, in quem peccatũ non cadit. 22.L
Hominis primi dignitas, & honor ante lapsum qualis. 391.I
Hominis vice nullam deus condidit creaturam, cur. 1.G

Hominis dei sacra imago astat oranti. fol. 146.H
Hominis terror super cuncta animantia terræ imminere decernitur. 225.F
Hominis viui sepultura, est otiositas. fol. 410.L
Hominis miseria. 84.F
Hominis magna est miseria, cum illo non esse, sine quo non potest esse. 84.K
Hominis dignitas, est liberum arbitrium. fol. 225.F
Hominis miseria ibi describitur. 316.E 34.B
Hominis summum bonum. 406.D
Hominis nativitas, est in culpa, ideò & in pœna. 103.I
Hominis anima tanquam in die dormit præ tædio. 12.G
Hominis totum bonum amare creatorem suum. est. 250.A
Hominis formatio, institutio est moralis. fol. 245.K
Hominis animalis perfectio. 243.L
Hominis pars eminentior, anima. 225.F
Hominis carnalis, & terreni in cor non ascendit fons gratiæ. 12.C
Hominis nullius natiuitatem in auctoritatis arcem recepit ecclesia, præter paucos, quos. 393.L
Hominis nativitas immunda, vita peruersa, mors periculosa. 116.M
Hominis definitio. 206.I
Hominis filius quid est? 230.K
in Hominis primi casu cecidimus omnes. 34.M. 35.A
Homini eruditor erat necessarius. 30.C.D
Homini prodesse potest charitas aliena, cur? 1.G
Homini est cum mundo corpus. 14.H
Homini quæ insunt, nemo nouit, nisi spiritus hominis, qui in eo est. 331.H
Homini primo, si non peccasset, quid obtigisset. 406.D
Homini inest cupiditas, timor, & amor. 97.G
Homini soli inter animantia posse peccare datum est. 217.E
Hominem plasmatum non de terra, sed de limo, non sine causa dictum est. 97.M
Hominem veracem, & iustum deus fecit. 14.I
Hominem peccantẽ deus non distulit, sed protinus expulit de paradiso. 89.M
Hominem deus eo modo sibi reconciliauit, quo eum cecidisse nouerat. 6.D
Hominem totum Christus salvum fecit in sabbato. 3.K
Hominem omnem fidelem tuum indica esse fratrem. 298.B
Hominem venasci an necessariò oporteat. fol. 342.M
Hominem redemit Christus sexta feria in patibulo, qua fecerat hominem initio. fol. 39.M
Hominem totum deus salvum fecit. 16.A
Hominem deus rectum fecit. 14.I
Hominem supplantauit aliena malicia. 1.G
Hominem fecit rectum deus rectus. 150.I. 108.A
Hominem constituerat dominus dominum domus suæ. 10.D
Hominem, & angelum condidit creator ad intelligendum se. 116.I
Hominem nasci denuò oportet. 17.H
in Hominem quoddam ius, etsi non iure acquisitum, sed nequiter vsurpatum, iustè tamen permissum diabolus habuit. 366.H
Homine in pecus mutato, cibus cœlestis mutauit se in pabulum pecoris. 391.K
ab Homine primo manauit delictum, à summo cœlo egressio gratiæ. 366.L
ex Homine, & deo cataplasma confectum est, quod sanaret omnes infirmitates. 11.F
ex Homine in Dæmonem transire. 126.B
Homines ad quod nati. 12.F
Homines creauit deus, vt locum, & ruinas Hierusalem restaurarent. 1.F
Homines tales diligendo, qui fecit, ne tales remanerent, ipse æquè diligendo dedit & angelis, nè tales fierent. 225.E
Homines erunt similes angelis dei. 252.B
Homines angelis sociati, sine vlla carnis infirmitate in perpetuum manebunt. 252.C
Homines duo sunt vetus, & nouus, Adam vetus, Christus nouus. 108.K
Homines omnes nascuntur viæ ciuitatis habitaculi prorsus ignari. 24.I
Homines nos de nihilo creati sumus. 29.L
Homines, & iumenta saluos facit Christus. 13.F
Homines plasmati, & reparati, angeli creati, & confirmati. 405.I
Homines infœlices perennt in hoc mari magno, & spacioso. 1.B
Homines freno suo viuunt in terris, & sancti sunt. 391.K
Homines generationis huius quibus sunt similes. 1.B
Homines nos in sordibus generamur, in tenebris confouemur, in doloribus parturimur. 34.A
Homines omnes natura æquales genuit deus. 149.D
Homines erant vasa diaboli, & mundus atriũ eius. 366.H
Homines sunt boni, & iusti, & sancti, non per se, sed per gratiam dei. 294.L
Homines vniuersos, angelos multos deus propter filium perdidit. 1.F
Homines, non arbores amat homo deus. fol. 179.K
Homines iumenta erant. 391.I
Homines comedunt verbum fœnum factum. 391.K
Homines, & iumenta saluabit dominus. 24.G
Homines sicut arbores vidit aliquis. 110.K
Homines domum suam desertam relinquunt; cum eam saluatoris hospitio dignam exhibere negligunt. 59.I
Homines cur florent? 297.C
Homines habent triformem statũ viuendi. 117.F
Homines vnius moris habitare in domo, gloriosares est. 104.B
Homines duo sunt sibi inuicẽ aduersãtes. 379.M
Homines bono in moribus superbia depranato, facti sunt æqualitatis impatientes. 149.D
Homines tres, tres ecclesiæ ordines quomodo significent. 101.M
Homines communem habent vitam cum arboribus, sensum, & appetitum, æquè & vitã cum pecoribus. 215.L
Homines corporis voluptate, & seculi vanitate pascuntur. 61.F
Homines nec in summo, nec in tuto sunt, sed in canto. 129.K
Homines tribus modis in hac vita deus castigat. 304.L
Homines sunt amandi non intus, sed foris. 308.K
Homines sunt qui fœdus cum morte inierunt, & cum inferno pactum pepigerunt. 59.G
Homines insulsi qui? 85.E
Homines scioli, qui? 12.I.K
Homines amantes, & curam carnis perficientes, quid non sapiunt? 12.I.K
in Homines diabolus iustam habuit potestatem non iustam voluntatem. 366.H
in Homines etiam electos dominium habuisset diabolus ad cruciandum eos, si non liberati fuissent fide futuri. 367.A
Homines resurgent vnusquisque in ordine suo. 238.H
Hominum nemo scit, quæ sunt in homine nisi spiritus hominis, qui in ipso est. 87.K
Hominum quatuor genera, quorum omnium nullum est, quod faciat bonum, nisi vnum. 109.K
Hominum nullus cum vna ala poterit volare in cœlum. 298.E
Hominum fuge turbas, quæ pronæ sunt ad vitium. 308.M
Hominum quorundam nõ humanum solum, sed diabolicum est in malo persecurare. 129.D.E
Hominum dies brevis. 132.M
Hominum societatem in terra fuge, vt in cœlo habeas societatem angelorum. 296.I
Hominum tria genera incedunt per viam mentis. 109.G
Hominum singula genera aliquid habent laboris, aliquid voluptatis. 238.G
Hominum quatuor genera regnum cœlorum possidentium. 115.I
Hominum tria genera. 97.K
Hominum generationes multæ, quæ. 102.L
Hominum ortum tristitia comitatur. 393.L
Hominum decus, Ioannes Bapt. 393.E
Hominum factor homo factus. 5.D
Hominum frater factus est Filius dei, & factus est homo. 9.I
Hominum numerus maior, quàm angelorum adesse non est credendus. 51.G
Hominibus sine lenitate placere, nõ est possibile. 12.I
Hominibus non impossibile esset omne verbum, si facilè esset facere, quod dicere volunt. fol. 8.K
Hominibus malis ne coniungaris. 308.L
Hominibus electis cautum est à peccato, & tutũ à miseria. 216.G
Hominibus in necessitate qui subuenit, seruauit angelos à tali necessitate. 225.E
Hominibus placere volens, deo non places. 335.I
ex Hominibus ciuitatis angelorum damna resarcientur. 191.H
Homicida non est miles Christi, sed malicida. 197.M
Homicidam esse non expedit siue mortuo, siue viuo, siue victori, siue victo. 197.K
Homicidium quot modis sit. 407.L
Honestas deo grata, & angelorũ amica. 244.K
Honor, & dignitas hominis primi qualis. 391.I
Honor sanctis quomodo debetur. 407.K.L
Honor plurimus debetur apostolis Christi. 53.E
Honor primus Ioannis. 393.D
Honor secundus Ioannis Bapt. 393.E
Honor Sanctis debetur, exemplo virginis Mariæ. 405.K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Honor, qui ab amore non venit, non honor, sed adulatio est. 195.C
Honor absorbuit intellectum. 374.G
Honor irreprehensibilis. 382.K
Honor regis iudicium diligit. 1.F
Honoris gloria, & non pœna nunc attenditur. 337.E
Honoris alitu dinem affectando, mundo militamus. 117.D
Honori totum datur, sanctitati nihil, aut parum. 210.K
Honorem tuum, ô homo, cognosce, & honora creatorem tuum. 84.K
Honorem tribue vnicuique homini secùdum dignitatem. 300.A
Honorum gradus in Ecclesia qui? 209.I
Honorum omnium idcirco non est finis, quia nihil in eis summum singulariter reperitur, vel optimum. 226.M
Honore omni virgo dignissima. 5.G
Honore se inuicem præueniunt milites templi. 198.D
Honores Ioannis Bapt. per totum sermonem. 393.C
Honores incerti, & perituræ diuitiæ. 267.D
Honores decem Ioannis Bapt. primus. 393.D *secundus ibidem.E.F. tertius.H. quartus.I quintus.I. sextus.394.A. septimus.D. octauus.E.F. nonus. Ibidem.G.H. decimus.I*
ad Honores non tanta alacritate currerent homines, si eorum sentirent oncra. 337.E
Honoribus diuinis sunt qui coli non timuerunt, vt Nabuchodonosor, Alexander, Antiochus, Herodes. 207.F
Honorat veritatem, qui. 3.A
Honorat ecclesia Sanctos, exemplo Ioann. Bap. 394.I
Honorat Pharisæus deum labiis, cordis autem sententia ei ipsum. 141.B
Honorant sancti angeli matrem sui regis. fol. 5.C
Honora patrem, exponitur ibi. 407.L
Honora integritatem carnis, vitæ sanctitatem. 362.F
Honorent priores suos, qui sunt iuniores. 342.A
Honorare patrem, & matrem iubetur homo, sed de amore tacetur. 195.E
Honorandi, canendi, & precandi sunt sancti, exemplo sancti Victoris. 56.G
Honorati incedere volunt, placere student hominibus qui. 238.M
Hora transit, transit & pœna. 84.D
Hora vana, & parua mora. 150.A
Hora felix, sed breuis mora, quia factum est silentium in cœlo quasi media hora. 42.G
Hora regularis. 194.M
Horæ canonicæ. 306.G.H
Horatij duo versiculi ibi citantur elegantissimi. 238.H
Hortus conclusus, anima sancta dicitur. fol. 310.E
Hortus triplex, in quo animæ electæ spatiantur. 119.D
Hortus & campus quomodo differant? fol. 168.D
Hortum dei quatuor fontes irrigant. 119.H
in Hortum voluptatis internæ non pedibus, sed affectibus introitur. 202.L
in Horto dei sunt herbarum quatuor species. 116.L.M
in Horto voluptatis internæ non commendatur arborum copia, sed virtutum decora planatio. 202.L
Hospites, & peregrini sunt in hoc seculo sancti viri. 296.B
Hostia placabilis, deo placens hostia, hostia viua, quæ? 25.D
Hostia acceptabilis deo, est facere bonum omnibus pro deo. 250.K
Hostia conficeratur in missa. 341.I.K
Hostia est sacramentum altaris. 392.H
Hostia virgineis manibus offertur in templo. 24.L
Hostiam preciosam, quã habuit obtulit pro nobis Christus. 25.C
Hostiam carnis viuam immolant sacerdotes. fol. 119.F
Hostiæ verè pacificæ in templo immolantur. fol. 198.G
Hostias mortuas morituro domino Iudæus offerebat. 25.D
Hostes domesticus plus nocet. 251.M
Hostes, quibus tradimur, tres sunt.
Hostes duo, peccatum, & mors, id est, mors corporis, & animæ. 14.B
Hostes multos habemus, quos. 10.A
Hostes tribus sagittis sauciantur. 117.I
Humanitas diuina. 390.G
Humanitas dei vbi innotescit, iam benignitas latere non potest. 18.C
Humanitas Christi apparuit in nostræ infirmitatis susceptione: diuinitas in miraculorum exhibitione. 323.F
Humanitas absorpta videtur in deitatem, non quòd mutata sit substantia, sed affectio deificata. 62.I
Humanitatis in Christo fuit esurire, mori. fol. 323.F
Humanitatis schola, quæ. 231.I
Humanitati addere nomen dei curauit filius dei. 18.D
in Humanitate nostra videbitur dominus maiestatis. 44.M
Humana natura verbo vnita, quæ tunc erat patibilis, & mortalis. 314.K
Humana natura à peccato penitus in Christo aliena est inuenta. 14.C
Humana fragilitas duo timet, pudorem, & dolorem. 11.K
Humana natura per se stare non potest integra, nec per se ipsam resurgere iam corrupta. 29.L
Humana conditio duplici substantia subsistit. 16.A
Humana diuinitas. 390.G
Humanæ conditionis excedit dignitatem, hominem de terra terrenum, in cœlum ad Christũ ascendere. 314.K
Humanum cor lachrymas nesciens, durum est, & impurum. 83.L
Humanum ingenium quid tentat? 364.H.I
Humanum ingenium omnia vsurpat, fidei nihil reseruans. 364.H
Humanum genus est pauper. 391.L
Humanum genus benignissimus pastor quærit. 2.C
Humanum genus machinationibus Luciferi in peccatis concipitur. 393.H
Humanum genus triplici morbo laborat. 116.M
Humanum omne genus naufragat. 373.F
Humanũ genus inter omnia animalia, digniori fama, & digniori potentia dignus reperitur. 258.K
Humani generis fluxus, est flumen. 390.C
Humbertus monachus decreuerat aquam bibere semper, si non restitisset Bernardus. 80.D
Humbertus monachus mortuus suis nos intercessionibus protegit apud patrem. 80.H
Humilis simplicitas quàm sit nobis necessaria. 19.I.K
in Humberti deuoti monachi obitu sermo. 80.A
Humberto monacho non placuit mundus, nec ipse mundo. 80.B
Humilis sublimitas. 390.G
Humilis peccator, & superbus valde differunt. 390.H
Humilis peccator melior est, quàm iustus superbus. 300.K
Humilis coinquinatus sequitur agnum, & virgo superbus, sed non quocunque ierit. 5.B
Humilis non conrẽdit iudicio, nec præcedit iustum. 337.D
Humilis, & mitis corde Paulus factus est. 24.E
Humilis debet esse satisfactio, & verecũda, qua emendatur superba transgressio. 135.E
Humile omne ducitur probro inter palatinos. 210.K
Humilem populum consolatur Deus. 16.B
Humilem esse in abiectione, non magnum est. 9.A
super Humilem, & quietum Spirit. Sanct. requiescit. 12.C
Humiles gratis respicit Christus. 31.E.F
Humilia semper excelsus respicit, qui alta à longè cognoscit. 62.H
Humilibus Deus dat gratiam, resistit superbis. 9.A
Humilibus Deus dat gratiam. 11.M.82.H.15.I
Humilibus delectatur Christi ecclesia. 296.I
Humilium gloria est Deus, & peruersorum pœna. 214.G
Humanitas prius quàm appareret, latebat benignitas. 18.C
Humilitas casum nescit. 304.D
Humilitas nos Deo reconciliat. 15.I
Humilitas vbique prædicatur. 29.A
Humanitas sit plena, & integra. 205.B
Humilitas ante omnia sectanda. 381.L
Humilitas sublimis virginis Mariæ. 9.A
Humilitas specialis, quàm non abstulit, sed extulit fœcunda virginitas. 5.C
Humilitas est totius spiritualis fabricæ fundamẽtum. 348.A
Humilitas sola commendari videtur ab angelo. 15.I
Humilitas cœlitus anunciatur. 15.I
Humilitas absque exemplo, quòd deus Fœminæ obtemperat. 5.A
Humilitas, & virginitas quòd Mariæ non defuit, ipsa fœlix. 5.B
Humilitas ducit ad veritatem. 229.L
Humilitas quàm necessaria. 337.E
Humilitas septem gradus descensionis habet. 118.B
Humilitas custos est pudicitiæ, & patientiæ mater. 265.M
Humilitas est remedium primum contra superbiam, quæ est primum peccatum. 67.I
Humilitas, & pietas, sunt spiritualia vestimẽta. 235.L.
Humilitas, est virtutum stabile fundamentum. 215.D
Humilitas, est virtus, quæ animam perfectè Deo subditam secure facit vincere. 108.A
Humilitas, est bonus fundus. 207.D
Humilitas in diuitiis periclitatur. 204.B
Humilit. soluto id ist, ex cõsueto deo placet. 165.H

Humilitas per obedientiam acquiritur. 108.A
Humilitas exaltationẽ æternã promeretur. 153.E
Humilitas confessionis. 10.C
Humilitas semper solet esse gratiæ diuinæ familiaris virtus. 9.A
Humilitas est inuentura gratiam in oculis pietatis. 337.D
Humilitas, est propugnaculum, turrisque virtutũ. 336.H
Humilitas per sexũ fœminẽ commẽdatur. 395.I
Humilitas ipsance irascitur, nec alios irasci permittit. 257.H
Humilitas vera aperit oculos. 44.G
Humilitas duplex. 3.D
Humilitas seruatur, si virtus proficit. 324.D.E
Humilitas singularis, quæ. 394.D
Humilitas debellat superbiam inimicam gratiæ & initium peccati. 336.H
Humilitas comparatur auroræ. 112.E
Humilitas sine socio, quod deo fœmina principetur. 5.A
Humilitas honorata, est virtus prorsus magna & rara. 9.A
Humanitas glorificata vt sol fulgebit in cœlesti patria. 250.B
Humilitas, est fũdamentũ, custosq; virtutũ. 13.M.
Humilitas est contẽptus propriæ excellẽtiæ. 336.I
Humilitas, est via tutissima ad dum sequẽdũ. 5.B
Humilitas, & mansuetudo, gemina paruitas. 24.E
Humilitas sublimis, humilis sublimitas in rege quantum nitescunt. 400.I
Humilitatis virtus maxima, maximéque necessaria est. 24.M
Humilitas cordis quid facit sola. 12.K
Hmilitas nardi nomine designatur. 61.D
Humilitas potest dæmoniũ debellare superbiam, tyrannidem hominum. 207.E
Humilitas sola potest animas nostras saluare. 13.M
Humilitas tam benigna vt in omnibus non suam sed dei voluntatem in se fieri præoptet. 273.D.E
Humilitas homini Christiano maxime congrua. 63.I
Humilitas magna Christi, & Ioannis Baptistæ. 18.I
Humilitas Christi admirabilis, & patiẽtia singularis. 33.K
Humilitas sine modo, mors Christi. 392.B
Humilitas Saluatoris nostri Dei apparuit. 18.B
Humilitas Christi confundit superbiam nostræ vanitatis. 18.K
Humilitas Christi adoranda. 19.B
Humilitas magna nimis. 15.A
Humilitas quid? 231.A.B.229.M
Humilitatis via bona est, qua veritas inquiritur, charitas acquiritur, & generationes sapientiæ participantur. 230.C.D
Humilitatis virtus habet tria, quæ? 118.C
Humilitatis vis. 256.I
Humilitatis schola, quæ. 9.B
Humilitatis radices in aliũ mittit Maria virgo. 2.E
Humilitatis octauus gradus. 220.B
Humilitatis, & mansuetudinis suæ nobis exemplum reliquit Christus. 6.D.E
Humilitatis professio. 348.C
Humilitatis schola quæ. 231.I
Humilitatis perfectio super tria sedet. 257.I
Humilitatis gradus duodecim & sequẽt. 222.C
Humilitatis radius illuminet cor tuum. 17.M
Humilitatis virtus magna. 400.I
Humilitatis duæ species, duabus superbiæ opponuntur. 336.K
Humilitatis viam quærẽdo, non laboras, superbiæ gradibus inuentis. 232.D
Humilitatis panis. 107.D
Humilitatis virtutem si appetis, viam nõ fugias humiliationis. 348.A
Humilitatis perfectio, agnitio veritatis. 230.D
Humilitatis est magnæ, inferiorem se exhibere æquali, aut æqualem inferiori. 20.A
Humilitatis non mediocris venera est insigne oblata tãta gloria nõ obliuisci humilitatẽ. 9.A
in Humilitatis typo scala Iacob monstrata est. 230.A
sub Humilitatis pallio superbiam inducere. 79.B
ab Humilitatis rectitudine si qui virgines deuiarint, non ipsi sequuntur agnum, quocunque ierit. 5.B
Humilitatis corpus cõfigurabit Christus corpori claritatis suæ. 16.B
Humilitatis viam dat legem dominus. 230.A
Humilitatis magister Christus. 26.I
Humilitatis formam tradidit discipulis veritatis magister. 231.G
Humilitatis effecta. 336.H
Humilitati nescio quo pacto familiarius semper propinquare solet diminitas. 337.E
Humilitatẽ à deo habes commendatam in natiuitate Christi. 11.M
Humilitatem deus operatur in anima quasi quĩque sensibus. 195.F
Humilitatem non obliuiscebatur mater dei 9.C
Humilitatem nostram non sustinet inimicus. 81.I
Humilitatẽ necessariam esse post patientiã. 17.L
Humilitatem prætendere, viri callidi & dolosi proprium est cum aliquid obtinere voluerit. 211.C
Humilitatem nobis commẽdauit, quam speciali sui voluerit honorare præsentia. 337.E
Humilitatem Christus nobis voluit exhibere. 19.M
Humilitatem à Christo discamus. 7.M
Humilitatem veram quatuor conferunt. 119.A
Humilitate nulla splendidior gemma in omni ornatu summi Pontificis. 207.E
Humilitate nisi omne agatur, quod agitur, custodiatur, citò perit. 256.K
Humilitate quid ditius, qua regnum cœlorum emitur. 11.M
Humilitate contumacia aliorum sanatur. 341.M
Humilitate calcamus gloriam mundi. 3.D
Humilitate tota ad misericordiã dei curramus. 27.L
Humilitate, & paupertate Christus cõplacet sibi. 9.K
Humilitate quanta Saul Philistæorum agmina prostrauerat? 400.I
Humilitate illustrior apparet, quo celsior cæteris est aliquis. 207.E
Humilitate Christi omnes nos sublenamur. 32.A
sine Humilitate qui virtutes congerit, puluerem in ventum portat. 101.H
Humiliat se deus, & tu te exaltas. 5.B
Humiliare se ipsum volenti, nihil facilius. 26.I
Humiliatur aliquis nequiter, interiora autem eius plena sunt dolo. 13.D
Humiliari si non poteris, non poteris ad humilitatem prouehi. 348.A
Humiliatus oculs coerceatur in pœnitentia. 27.D
Humiliatus Dauid in primo gradu veritatis. 231.C
Humiliatus fuit Christus infra omnes homines. 278.E
Humiliatio, via est ad humilitatem. 348.A
Hyades, & Oriones quid significant. 43.I
post Hyadas, & Orionas apparet interiora Austri. 43.H
Hydræ amputata sunt quinque capita, sed hex innumera surrexerunt. 203.M
Hydria, quæ est iciunium. 106.G
Hydriæ cur vino implentur? 106.K
Hydriæ lapideæ sunt, non tam propter duriciem, quàm stabilitatem. 22.I
Hydriæ vacuæ, & plenæ vento, quæ? 22.I
Hydriæ sex positæ his, qui post baptismum in peccata labuntur. 22.G
Hydriæ quæ aqua sunt implendæ. 23.G
Hydriæ appositæ purificandis Iudæis quid significant? 22.G
Hydriæ nuptiarum, quibus affuit Christus quid significant? 22.H
Hydriæ quo veneno aliquando sunt plenæ. 23.G
Hydriæ sex quid significant? 23.D.E
Hydriæ cur lapideæ sunt? 106.I
Hydriæ plenæ veneno quæ? 106.K
Hydriæ aquæ plenæ cur dicuntur. 106.K
Hydriæ cur implentur ad summum. 106.L
Hydriæ sex quid significant. 106.F
Hyemis tempus quid significet? 176.F
Hymnorum, psalmorumque dulcedo quid facit. 345.D
Hymnum composuit Bernardus metri negligẽs, vt sensui non deesset. 384.I.K
Hypocrisis est fermentum pharisæorum. 403.G
Hypocrisis virus hæreditarium omnem posteritatem infecit. 194.F
Hypocrisis iam cœpit, cum primi parentes frondibus nuditatem suã tegere conarẽtur. 194.F
Hypocrita iciunio suo emat oleum peccatoris. 26.G
Hypocrita dicet, gloria mea non est testimonium conscientiæ meæ. 336.M
Hypocrita verba sanctorum habet, vitam non habet. 266.C
Hypocritæ caput, non est Christus. 26.F
Hypocritam virum circumspectum, & amicum conscientiæ propriæ calumniantur palatini. 210.K
Hypocritæ, arbores sunt, quæ fructum faciunt, sed non suum: cum Simone Cyrenæo crucem portantes non suam. 29.I
Hypocritæ foris candidi, intus sordidi. 269.C
Hypocritæ dupliciter damnantur. 266.C
Hypocritæ arboribus citius, quam oportet pullulantibus conferuntur. 29.B
Hypocritarum est, crucẽ ferre, & non mori. 26.D
Hypocritarum tristitia nõ in corde, sed in facie. 26.E
Hyssopo aspergit nos deus, quæ humilis herba est & pectoris purgatiuæ quid significat. 81.A 166.K

I

Iacob ipse est, qui Israel 8.C
Iacob pro Rachel cur septennium à die despõsationis labore desudat. 397.L
Iacob nõ, nisi prius cognita Lia, desideratos Rachelis amplexus meruit obtinere cur. fol. 236.B
Iacob scala in typo humilitatis monstrata est. 230.A
Iacob quater luctatus est. 119.A
Iacob supplantator, & luctator cur. 8.C

Universidad de Deusto

Iacob fecit tres turmas. 45.E
Iacob deum facie ad faciem cõtemplatur, Enoch transfertur, Noe eligitur, Abraham vocatur, Isaac diligitur, Ioseph saluator mundi vocatur. 394.A
Iacob necessitate famis descendit in Aegyptum. 242.F
Iacob fide perfecti, reputandi in domo Iacob. 8.C
Iacob domus, quæ? Ibidem.
Iacobus frater domini occisus est, vbi defunctus est eius frater. 207.H.I
Iactantia cauenda. 304.A
Iactantia quid? 105.E
Iactantia, quartus gradus superbiæ. 233.D.E.F
Iactantiam nota in multiloquio. 233.G
Iactator ieiunia laudat, commendat vigilias, exaltat orationes super omnia. 233.D
Iactator non curat te docere, vel à te doceri ipse, quod nescit, sed vt scire sciatur, quod scit. fol. 233.F
Iacula leonis rugientis sunt ignita. 202.G
Ianitor inexorabilis. 239.A
Ianitor triplex ad portas, memoriæ, voluntatis, & rationis. 108.I
Idida, id est, dilectus domini in regno. 105.H
Idololatra esse conuincitur, qui plus amat mundum, quàm deum. 352.B.C
Idololatræ sunt, qui se faciũt religiosiores aliis. 41.L.M
Idololatræ facti sunt, qui aliud, quàm deũ quærunt. 283.F
Idololatria quid. 407.K
Idololatriæ scelus est, non acquiescere, & quasi peccatum auiolandi repugnare. 41.L
Idolorum seruitus, auaritia est. 239.B
Ieiunium non solum est abolitio peccatorum, sed extirpatio vitiorum. 27.E
Ieiunium non solum obtinet veniam, sed & promeretur gratiam. 27.E
Ieiunium non solum delet peccata præterita, quę commisimus, sed & repellit futura quæ committere poteramus. Ibidem.
Ieiunium orationi deuotionem, & fiduciam donat. Ibidem.
Ieiunium quadragesimæ commendant Moyses, & Helias, quamuis magni, tamen conserui nostri. 27.C
Ieiunium quadragesimale Iesus commendat. Ibidem.
Ieiunium à sancto Moyse tanquam hæreditario iure traditur. 27.B
Ieiunium seruore toto amplectendum, quod Helias commendat. 27.C
Ieiunium orationem roborat, oratio sanctificat ieiunium, & domino repræsentat. 27.E.F
Ieiunium subleuetur penna orationis. 27.F
Ieiunium habuit Pharisæus, ieiunium sanctificauit, Ieiunauit bis in sabbato, sed vna ala nitens, ieiunium non peruenit in cœlum. fol. 27.F
Ieiunium corporis, est capitis vnctio, & carnis inedia, refectio cordis. 26.G
Ieiunium regulare. 145.M
Ieiunium maculauerat crapula. 23.E
Ieiunium sanctificate, vocate cœtum, ait scriptura. 27.F
Ieiunium quadragesimale tota deuotione suscipiendum, quod non sola abstinentia commendat, sed multo magis sacramentum. 27.B
Ieiunium duas habeat alas, sanctimoniam, & pacem, sine qua nemo videbit deum. 27.G
Ieiunium soluisse non existimabant sancti patres in charitate comedendo. 289.M
Ieiunium saluare, quo redimuntur æterna supplicia, dum remittuntur hoc modo peccata. 27.E
Ieiuniũ debet quisque exercere propter seipsum. 106.I
Ieiunium significatum per hydriam. 106.G
Ieiunium, & oratio inuicem sociantur. 27.E
Ieiunium perfectum, quando interior homo ieiunat. 301.E
Ieiunium Christi est cõmune omnibus Christianis. 26.B
per Ieiunium oratio facilius penetrat cœlum. 301.E
Ieiunium luxuria extinguitur. Ibidem.
per Ieiunium, & orationem mens hominis coniungitur angelis, & copulatur deo. Ibidem.
per Ieiunium quando abstinet, & aresci caro, tunc deum sitit. 301.F
per Ieiunium, & orationes vincuntur dæmones. 301.E
per Ieiunium fornicatio superatur. Ibidem.
Ieiunij obseruatio, præparatio est ad proximam celebritatem. 76.L
Ieiunio nostro, vt facilè cœlos penetret, alæ duæ, orationis, scilicet, atque iustitiæ. 27.F
Ieiunio vitiorum remoto, cætera à domino reprobantur, vt scriptum est, Esa. 58. In diebus ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ inueniuntur. 27.D
Ieiunio simul afflicti simus, si simul patibulo cũ Andræa non simus affixi. 76.M
Ieiunio qui pascitur, delicias non curat. 77.E
Ieiunio breui ieiunia redimuntur sempiterna. 27.E
Ieiunia sunt corporis exercitia. 244.I
Ieiunia laudat iactator. 233.D
Ieiunia resoluunt Psalmi ad horam dici nonam. 306.H
Ieiunia nostra sint deuota. 27.B
Ieiunia fortia arma sunt aduersus tentationes dæmoniorum. 301.E
Ieiunia quis eorum probet, qui ad lites, & contentiones ieiunant? 201.F
Ieiunia moderata debent esse, ne nimis debilitet stomachum. 301.F
Ieiuniorum regula. 251.H
Ieiuniorum malagma. 145.D
Ieiuniorum regula custoditur. 26.K
Ieiuniorum parcitate, & vigiliarum frigore sagittæ diaboli sunt extinguendæ. 310.F
Ieiunius solennia præcuenienda. 76.L
Ieiuniis caro iuuenum in monasterio viuentium frangenda. 264.D
Ieiunus quid patiatur, nescit plenus. 230.E
Ieiunus ieiuno, & æger agro quantò propinquius, tantò familariùs compatiuntur. fol. 230.E
Ieiunat ille bene, qui ab omnibus vitiis declinat. 301.F
Ieiunat alius studio vanitatis, cui dicitur, facie tuam laua. 26.G
Ieiunauit Christus non in virtute diuinitatis, sed humanitatis suæ natura. 279.B.C
Ieiunarũt duobus modis sancti homines, custodientes corpora, & animas suas, scilicet à vitiis, & artibus. 298.I
Ieiunabunt simul pariter omnes. 27.B
Ieiunet auris, nequiter pruriens à fabulis, & rumoribus. 27.D
Ieiunet oculus, qui deprædatus est animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiam anima ipsa. 27.D
Ieiunet oculus à curiosis affectibus. Ibidem.
Ieiunet gula sola, si peccauit sola, & sufficit. fol. Ibidem.
Ieiunet lingua à detractione, & murmuratione, à vanis verbis. Ibidem.
Ieiunet manus ab ociosis signis. Ibidem.
Ieiunet multò magis anima ipsa à vitiis, & propria voluntate sua. Ibidem.
Ieiunent & cætera membra, si peccauerunt. Ibidem.
Ieiunare, vigilare, & legere à prælatis iuberi, vel prohiberi possunt. 328.H
Ieiunare, vigilare, & legere in iussu & prohibitione media sunt. Ibidem.
Ieiunare eum cum Christo, magnum non est, qui sessurus est ad mensam patris cum ipso. fol. 26.B
Ieiunasse Christum propter nos certum est. 27.C
Ieiunandum longè amplius à vitiis, quàm à cibis. 26.L
Ieiunandum non est à pane lachrymarum. Ibid.
Ieiunandi virtutem impetrat oratio, & ieiuniũ gratiam promeretur orandi. 27.E
Ieiunantes Christi imitandum est nobis exemplum. 27.C
Iesus magnus agnoscitur sacerdos. 15.H
Iesus in Bethleem, in Nazareth qualiter vixit. 21.A.B
Iesus Christus nascitur in Bethleem, hæc prouinciatio quantam referat suauitatem. 9.F
Iesus Aegyptum posuit latibulum suum. 20.D
Iesus Christus sic de sola virgine generatur, vt vermis de sola terra. 282.H
Iesus Christus vermiculus humilis. Ibid.
Iesus in Bethleem nascitur, latet in Aegypto, nutritur in Nazareth. 20.D
Iesus erat vir necdum etiam natus sapientia, nõ ætate. 5.M
Iesus non minus sapientia conceptus, quàm natus, paruus, quàm magnus. Ibidem.
Iesus Hebraicè, Latinè, saluator interpretatur. 312.C.12.M.289.B.290.G
Iesus vocatur ab hominibus, qui vocatur ab angelo prius, quàm in vtero conciperetur. fol. 16.K
Iesus angeli, & hominis saluator: sed hominis ab incarnatione, angeli ab initio creaturæ. Ibidem.
Iesus admirabilis in natiuitate, consiliarius in prædicatione, deus in opere, fortis in passione, pater futuri seculi in resurrectione, princeps pacis in perpetua beatitudine. 106.C
Iesus per omnia se nostræ paupertati conformauit. 20.I
Iesus ex duobus locis voluptatis egressus, ex vtero patris, & ex vtero virginis. 389.B
Iesus fidelibus suis quotidie locum præparat, carnem suam passam demonstrando. 316.B
Iesus est flos campi, & lilium conuallium. fol. 176.C
Iesus non venit sine salute. 9.G
Iesus in triduo illo, in quo quærebatur à matre, quæritur vbi fuerit, quo vsus hospitio, quibus cibis aluus, &c. 20.C
Iesus in Hierusalem cum non regnauerit, quomodo ei deus sedem dedit Dauid patris sui. 8.A
Iesus Christus virgo natus de virgine quam virgini commendauit purissimo beato Ioanni. 284.C

Iesus duritiam duris congruam seruis filiis commutauit in mansuetudinem. 19.L
Iesus amplexatus est nos per laborem, & dolorẽ nostrum. 34.I
Iesus multo nobilius natus ex patre, nasci temporaliter non indigebat ex matre. 7.M
Iesus Christus paruulus natus sed malitia, non sapientia. 7.M
Iesus voluntatem nostram sumpsit in infirmitatẽ. 20.H
Iesus quomodo medicina. 143.A
Iesus cum esset duodennis in Nazareth, erat subditus Mariæ, & Ioseph. 172.H
Iesus est vita, & salus. 42.F
Iesus lõge aliter à patre, quam à matre egreditur. 389.B
Iesus dulcis in voce, dulcis in facie dulcis in nomine, dulcis in opere, dulcior apparebit in dei visione. 392.D
Iesus nouit, qui sunt eius. 7.K
Iesus salus est. 392.D
Iesus quasi vnus è turba pauperum stipem per ostia mendicabat. 20.I.K
Iesus quare post triduum meritò inuenitur à matre. 20.I
Iesus in illo triduo, quo à matre quærebatur, quid agebat, & vbinam erat. 20.I
Iesus semper etiam in conceptione æquè fuit plenus spiritu sancto. 5.M
Iesus Christus verus homo, & frater noster. fol. 19.I
Iesus Christus filius Dei nascitur in Bethleẽ indæ. 9.F
Iesus positus in præsepio, spiritualium cibus effectus est inuentorum. 20.E.F
Iesus saluator interpretatur. 290.G
Iesus verus homo noster contaminari nõ poterat. 289.L
Iesus solus sub sole sine macula inuentus est. fol. 37.A
Iesus in Bethleem pauperescit, in Nazareth ditescit, in Hierusalem deliciis affluit. 21.A
Iesus sub parentum disciplina erat. 20.D
Iesus quando volebat, & quibus volebat, sapiẽs apparebat. 6.A
Iesus cum Deo in vnam assumptus est personam. 20.M
Iesus puer discebat, non docebat. 20.E
Iesus in mundo præsens erat, & absens. fol. 323.E
Iesus Christus, est nostra fortitudo, & firmamentum nostrum. 396.A
Iesus quàm suauissimus est, cuius breuis absentia maxima doloris materia est. 20.L
Iesus semper virilem animum habuit, etsi semper vir in corpore non apparuit. 6.A
Iesus Martyrum caput. 391.H
Iesus duo nostrum Iesum typo præcesserunt. fol. 7.I
Iesus venit quærere, saluum facere quod perierat. 9.G
Iesus Christus magnus homo, magnus doctor, magnus propheta. 7.L
Iesus fabri filium patiitur se appellari, & putari. 18.K
Iesus, est fluuius vniuersam terræ superficiem irrigans. 389.B
Iesus magister omnium suam doctrinam fatetur non esse suam. 366.E
Iesus est medicus, & doctor. 20.D
Iesus agnus cum lana, & lacte venit. 19.L
Iesus à natura habet, vt sit saluator. 17.C
Iesus constitutus est rex super Sion mõtem sanctũ 8.B
Iesus quomodo sios triplex. 168.F
Iesus Christus venit per aquam, & sanguinem. 45.C
Iesus duodennis ad templum ascendit. 20.D
Iesus Christ⁹ filius dei nascitur in Bethleem Iudæ, longo exponitur sermone. 12.M. & sequentibus.
Iesus agnus mansuetus omnem austeritatẽ abstulit. 19.L
Iesus erat subditus matri suæ, & Ioseph. fol. 17.L
Iesus nomen non vacuum, aut inane portat. 16.K
Iesus vocatur tanquam dei filius. 16.K
Iesus non palam ambulabat apud Iudæos, quod conspirassent aduersus eum. 145.L
Iesus quod de stirpe Dauid duxerit originem nemo dubitat. 8.A
Iesus Christus non in Hierusalem ciuitate regia. 9.I
Iesus cernitur aliquando fortis, & potens in prælio. 21.G
Iesus dicitur fleuisse. 119.B
Iesus in cruce omnium dolorum suorum immemor exclamat, ignoste illis. 34.C
Iesus necessarius perditis, optabilis miseris, vtilis desperatis. 12.M
Iesus nazarenus à Iudæis innocenter condemnatus à gentibus crucifixus. 36.A
Iesus simul cum patre, & Spiritu sancto coæqualis, & substantialis. 20.I
Iesus vt in nobis concipitur, & nascitur, ita crescit, & nutritur. 20.F
Iesus Christus filius dei heri, & hodie & in æternum. 13.B
Iesus iustitia perfecta, beatitudo perfecta, sapientia perfecta. 20.M
Iesus abscondit modicum faciem suam à nobis, non vt discedat, sed vt lateat. 20.F
Iesus Christus quodammodo immolatur adhuc quotidie. 13.E
Iesus Christus propter animas venit, & propter corpora est venturus. 16.B
Iesus regnabit in æternum in domo Iacob. fol. 8.C
Iesu vocabulum omnes prophetæ aut nescierunt, aut penitus tacuerunt. 388.I
Iesu vocabulum non prius ab hominibus decuit efferri in mundum, sed à quadam sublimiori natura. 388.I
Iesu nomen cœlitus inditum. 16.K
Iesu nomen ab angelo vocatum, non impositum. 17.C
Iesu nomen vocatum fuit in circuncisione. fol. 289.B
Iesu vocabulum quid sonet. 388.I
Iesu nomen bene dulce. 18.E
Iesu Christi nomina. 17.C
Iesu nomen ab æterno impositum. 17.C
Iesu nomen super omne nomen. 17.C
Iesu Christi sex nomina. 106.D.E
Iesu Christi natiuitas qualis. 9.F
à Iesu Naue cultris lapideis Circũcisio facta memoratur. 19.L
Iesu quãdo dedit Deus sedem Dauid patris sui. 8.B
Iesu vocabulum omni adoratu, cultúque dignissimum. 388.I
Iesu nomen est innatum. 17.C
Iesu nomen non inditum ab humana, vel angelica creatura. 17.C
Iesu nomen Archangelus Gabriel sancto ore sanctę virgini enoluit. 388.I
Iesu pedes tutus peccatoribus locus. 21.L
in Iesu nõ est magni nominis vmbra, sed veritas. 16.K
Iesu cubile triplex est. 119.I
Iesu data est sedes Dauid non typica, sed vera, non terrena, sed cœlesti. 8.B
Iesu corpus dominicum dat vitam mundo. 9.L
Iesu pietas excedit omnem criminum quantitatem, & numerositatem. 9.H
Iesu forma triplex fuit. 120.D
Iesu Christi nomina. 106.C
de Iesu quicquid secũdum substantiã dici potest de eo potuisse dici etiam cum in vtero fuisset matris, non ambigit Bernardus. 20.M
à Iesu corpore tres salutis riui fluxerunt. fol. 119.G
Iesum Christum natum fuisse, tria sapit. fol. 9.H
Iesum leni castigatione mater, & eius nutricius castigant. 22.B
Iesum qui non amat, anathema sit. 146.B
Iesum Christum vidit oculis suis Paulus in paradisum raptus. 159.G
Iesum laudamus in Sanctis exemplo Sancti Victoris. 56.H
Iesum Christum subire crucis, & mortis ignominiam tria compulerunt. 117.E
Iesum cur vocamus filium dei. 9.H
Iesum Christum Iudei non deum, sed parum hominem fuisse credunt, & mortem eius credũt, sed resurrectionem adhuc non admittunt. fol. 314.B
Iesum sequi aliud est aliud tenere, aliud & manducare. 367.H
Iesum manducare, est vita beata. 367.H
Iesum Christum colueulcare qui dicuntur. fol. 319.H
Iesum sibi proponere quid sit. 143.A
Ignatius discipuli, quẽ diligebat Iesus auditor. 125.
Ignis diabolo paratus. 71.I
Ignis tria habet, fumum, lucem, ardorem. fol. 97.L
Ignis purgatorius post hanc vitam. 401.H
Ignis æternus. 84.L
Igais fomenta tria in nobis. 119.G
Ignis à die exitus sui peccatores exurit, beatitudo electos lætificat. 311.C
Ignis infernalis exterius carnem tuam comburet, vermis interius conscientiam corrodet. 256.H
Ignis infernalis ad examen stricti iudicis. fol. 311.F
Ignis nouus elapsus è cœlo, per os Gabrielis in aurem intrauerat virginis. 51.K
Ignis in quem descenret, nisi in propriam voluntatem? 41.K
Ignis viget in oculis. 109.I
Ignis, & vermis duo mala sunt in inferno. fol. 107.C
Ignis, & aqua vt simul esse non possunt, sic nec Spirituales, & carnales delitiæ. fol. 327.D
Ignis, qui non extinguitur. 127.B
Ignis, & sulphur in inferno. 318.A
Ignis purgatorius debet perficere, quod in confessione minus fecerimus. 78.M
Ignis in inferno. 57.F
Ignis in inferno est, qui non tepescit, vermes, qui non moriuntur. 57.A

Ignis æternus præparatus est Lucifero. 29.I
Ignis in inferno sic consumet, vt semper reseruet, sic tormenta aguntur, vt semper renouentur. 249.L
Ignis infernalis scilicet, vbique ex ruptis regnabit habenis. 249.D
Ignis vbique in partibus nostris, vbique gladius. 404.I
Ignis ardens in inferno. 401.I
Ignis concupiscentiæ carnalis, & inuidiæ, & ambitionis, quem saluator noster in nobis extinguere venit. 24.M
Ignis est, qui non succenditur in regione gehennali. 79.M
Ignis quo accenduntur candelæ in ecclesia prius sacerdotali benedictione consecratus? 24.L
Ignis, qui semper ardere præcipitur in altari. 85.D
Ignis quotidianus sacrificium Aaro assumpsit. 14.E
Ignis, & stupa in vnum posita, flamas nutriunt. 308.H
Ignis consumens deus noster est. 63.A
Ignis, qui præparatus est, declinandus. 204.B
Ignis sacer, qui? 24.M
Ignis duplex mittitur in terram, à deo videlicet, & à diabolo. 24.M
Ignis tria habet, fumum, lucem, & ardorem. fo. 97.L
Ignem suum habet aduersarius noster. 24.M
per Ignem in carne miseri cruciabuntur, in spiritu conscientiæ per vermem. 249.L
Ignem alienum si quis in diuino offerre præsumpserit sacrificio, morietur in iniquitate sua. 24.M
Ignem purgatorium non credunt hæretici. fol. 182.D
Ignem inuoluimus. 209.L
in Igne æterno in æternum, & vltra, ardebunt miseri. 249.L
Ignibus æternis mali cum diabolo deputandi sunt. 331.G.228.M
Ignibus inferni deputantur, qui cupiditatis flammam non extinxerunt. 305.D
Ignibus perpetuis impiorum anima addicitur. 110.B
Ignitum est valde eloquium domini. 94.M
Ignorantia mulieris seductæ excæcauerat nos. 24.I
Ignorantia securiorem, securitas segniorem facit, non nequiorem. 219.E
Ignorantia non excusat. 2.I
Ignorantia facit, vt homo nihil sit. 332.C
Ignorantia sui valde cauenda. 225.G
Ignorantia sui superbiam, dei autem desperationem gignit. 162.G
Ignorantia nostra, est impedimentum grauissimum, & periculosissimum. 25.I
Ignorantia omnis an sit damnabilis. 161.G
Ignorantia gloriam non habet, quæ. 225.H
Ignorantia, vitiorum omnium mater. 266.C
Ignorantia dei, sistem salutis aufert. 162.C
Ignoratia tacetur quod est, & prædicatur quod non est. 332.E
Ignorantia fugienda, vnde tot mala oriuntur. 161.D
Ignorantia dei, & sui pessima, quippe quæ immentis hominem comparabile facit. 161.C.D
Ignorantia duplex, dei, & sui, & notitia similiter duplex. 162.C.D
Ignorantiæ matris pessimæ, duæ sunt pessimæ filiæ. 144.F
per Ignorantiam pecoribus, & dæmonibus sociamur, per quam? 225.H
Ignorat dux itineris viam. 239.B
Ignorare bona à quo procedunt, pessimum. fol. 225.G
Ignorando bonum, anima est cæca. 196.B
Ignoranti se quid comingat. 162.B
ad Ignoscendum multus est deus, multus ad vlciscendum. 18.F
Illecebras quot corpus habere videtur. 97.A
Illocalis est deus. 389.C
Illuminatio animi. 252.E
Imago dei mens hominis, in qua sunt tria, quæ? 249.B
Imago sacra hominis dei astat oranti. 146.H
Imago sua deo est consubstantialis. 192.K
Imago dei verbum, anima verò ad imaginem dei facta. 192.I
Imago & quod ad imaginē est, à vicino se multum resipiunt. 193.F
Imago dei quot modis accipitur. 192.I.K
Imago Dei, Deus Filius, homo & Angelus. fol. 275.L
Imago dei in homine in gehenna vri poterit non exuri, ardere, sed non deleri. 30.E
Imago crucifixi ab animo nostro nunquam recedat. 269.A
Imagini suæ deus nullam creaturā creauit, præter hominem. 159.C
Imaginem terrestris prius portemus, necesse est, deinde cœlestis. 228.K
Imagines sanctorum reuerendæ. 237.C
Imagines sanctorum sunt sacræ. Ibidem.
Imaginariæ rerum inferiorum similitudines ab angelis ingeruntur animæ diuinitatem contemplanti. 164.H
Imbecillitas debilium, qua refrenantur, ne quod velint malum perficiant. 57.B
Imber bonus, & malus multiplex. 176.B
Imber nō bonus, Philosophorum ventosa loquacitas. 176.B
Imber saxorum volat in Stephanum. 391.G
Imbres mali sunt, hæreticorum prauæ dogmata. 176.B
Imbres sunt mali traditiones Pharisæorum. fol. 176.B
Imitari quid non possumus. 14.A
Imitator Christi tria debet agere. 118.H
Imitatorem dei quomodo te probare possis. fol. 209.H
Immoderatum quidquam nunquā deo placuit. 410.L
Immolant vinam carnis hostiam sacerdotes. fol. 119.F
Immolatur Christus quodam modo adhuc quotidie. 13.E
Immolantur in templo hostiæ verè pacificæ. fol. 198.G
Immortalitas in deo perfecta, & absoluta. fol. 193.I
Immortalitas vera, & integra nec mutationem, nec finem recipit. Ibidem.
Immunditia operum quare significata. 396.A
Immundus immundum non erubescit. 206.A
Immundum mens, & conscientia est polluta. 181.M
Immundis, & infidelibus nihil est mundum, sed mens, & conscientia eorum est polluta. Ibidem.
Impatientia animæ, perditio est. 85.F
Impedimentum grauissimum, & periculosissimum, ignorantia nostra. 25.I
Impedimenta septem, quibus à mandatorum obedientia retardamur. Ibidem.
Imperium Pharaonis subiuganit Christus. 37.B
Imperantibus mala non est parendum. 328.G
Imperatores elegit deus ad subueniendum ecclesiæ in tempore malo. 357.L
Impietas velit nolit, pietati cedit. 391.C
Impietas in deum maxima, quæ? 390.H
Impietas impij erit super eum: & iustitia iusti erit super eum. 374.I
Impietas fidei inimica magnum locum tenet in domo, & regno Pharaonis, id est, principis magni spiritualis, atque inuisibilis regis Ægypti. 163.K
Impius primus factus diabolus, homines in paradiso à pietate deiecit. 109.C
Impij mors, non est dei voluntatis. 16.A
Impiorum refugium triforme. 118.L
Impiorum princeps diabolus, qui primus à pietate recessit. 109.C
Impiorum consilium quomodo fit. 109.D
Impiorum consilia initur quatuor modis. Ibid.
Impiorum consilium est visibilia inuisibilibus, terrena cœlestibus præponere. 109.C
Impœnitentia cordis non est grauior phrenesis. 202.B
Impossibile est, peccantem latere. 201.D
Impudentiæ radix, est impunitas. 210.C
Impudicitiæ indicium, est loquacitas. 285.C
Impulsor diabolus est, impulsor mundus, impulsor homo. 196.C
Impunitas ausum parit, ausus excessum. 211.B
Impunitas, est incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix. 210.C
Impuritas, & vanitas ante omnia fugiatur. fol. 241.C.D
Incarnatio Christi per Patriarchas, & Prophetas prænunciata, & ardentissimè ab eis expectata. 134.C. & per totum sermon.
Incarnatio domini diabolo erat celanda. 6.C
Incarnationis mysterium tria in se considerandа continet. 114.I
Incarnationis domini sacramentum, abyssus imperscrutabilis. 31.A
Incarnari voluit Christus, vt carnales homines ad amorem suum traheret. 146.H
Incedens, stans, & sedens faciem semper habeto deorsum reuoluens in animo, quòd pulueres. 269.C
Incessus noster maturitate plenus, gravis, & honestus esse debet. Ibidem.
per Incessum sæpe proditur, qualis sit animus. 264.F
Incestus, adulteria, fornicationes, & luxuria, iniquitas, ambitio, & superbia in clero regnant. 203.M
Incipiunt à minimis, qui in maxima prorumpunt. 267.D
Incipere multorum est, paucorum finire. 410.H
Incommodum triplex eiicit de domo inhabitantem, fumus, stillicidium, mala vxor. 90.C
Incommoda minus sentit, qui minus suam necessitatem considerat. 13.D
Incorporeorum mensura in tempore est, non in loco. 110.L.M
Incredulitas Zachariæ castigata. 8.H
Incredulitatis vitium per quod remedium correctum est. 292.A.B
Incredulitatis vitio qui vrgebantur, à serpentibus occisi sunt. 291.M
Incredulitatis vitio cuncta penè vitia inueniuntur oriri. 291.M
Increduli, & crudeles Iudæi. 6.F
Increduli diabolum timent, quasi leonem. 310.H
Incuria, est parens omnium malorum. 210.C
Incuriæ soboles, est impunitas 210.C
ad Induendum quæritur, non quod vtilius, sed quod subtilius inuenitur. 236.I.K
Indulgentia abūdat, quatenus abundāt peccata 22.G
Indulgētiam talem quisque accepturus est à deo, qualem ipse dederit proximo suo in se peccāti. 257.H
Indumenta mollia, animi mollitiem indicant. 236.M
Indumenta spiritualia, sunt pietas & humilitas. 235.L
Inebriat amor dei ad contemptum mundi. fol. 407.F
Inebriamur in vita immortali, corporibus redituis. 228.C
Inebriamini post resurrectionē, bibite post mortem, comedite ante mortem. 228.C.D
Inebriati meritò, qui ad nuptias agni introduci merentur. 228.D
Ineptiæ ridendæ, aut lugendæ magis. fol. 236.I
Inexorabilis Ianitor. 239.A
Infamatio fit triplici voce. 57.B
Infamia nostra ex tribus prodit. 57.C
Infans Christus sine sorde. 11.L
Infans, cuius vnius diei vita super terram, mundus est à sorde. 11.L
Infans vnius diei à sorde non est mundus. fol. 23.D
Infantes sine sorde non nascuntur aliena. fol. 343.L
Infantes nullam propriam habent culpam. fol. 343.L
Infantes baptizantur, quod vident hæretici. fol. 182.B
Infantes baptizantur per fidem alienam. 343.L
Infantes baptizati salutem consequuntur fide ecclesiæ. 182.C
Infantes, si absque baptismo moriantur, salutem habere non possunt, cur. 343.L
Infantes non habet cœlum, habet ecclesia. fol. 183.L.M
Infantium renatorum neminem carere meritis, sed Christi habere merita. 183.M
Infantibus trucidatis martyrium ad salutem sufficit. 16.E
Infantibus pro Christo interfectis coronam martyrij tribuit ecclesia. 182.C
Infantibus generationem ex Adam non nocere qui ait, cum Pelagio sapit. 367.G
Infantibus sine vllo propriæ voluntatis vsu nunc baptismus, vt quondam circumcisio, ad salutem sufficit. 16.E
Infectum est, quod probari non potest. 220.I
Infelix, qui fictè prostratus. 13.D
Infelix qui gloriæ secularis colit vanitatem. fol. 2.H
Infelix, qui fidit in huius vitæ tenebris, & ludibrio. 202.C
Infelix, qui voluptatem colit corporis. fol. 2.H
Infelices magistri qui? 390.K
Infernus non confitebitur deo. 333.B
Infernus hic incipit, alibi perficitur cum anima vitio, caro supplicio atteritur. fol. 395.E
Infernus non erit, si propria cesset voluntas. fol. 41.K
Infernus est succumbenti tentationibus post acceptam remissionem. 86.E
Infernus habet solos malos. 116.F
Inferni lacus non habet fundum nisi desperationis profundum. 121.B
Inferni pœnam voces propheticæ, euangelicæ & apostolicæ nobis minantur. 9.M
Inferni ignibus deputantur, qui cupiditatis flāmam non extinxerunt. 305.D
Inferni pœnarum varia genera. 401.I
Inferni diluuium. 395.F
in Infernum Adam cecidit. 299.F
Inferno nemini datur exire. 59.H
cum Inferno quidam pactum pepigerunt, & cum morte fœdus inierunt. 59.G
in Inferno nulla dei confessio. 59.H
in Inferno tria mala. 107.C
in Inferno cur non est locus indulgentiæ, lætitiæ, pœnitendi licentia, licentia emendationis, locus confessionis. 302.C
in Inferno solum peccatum, & pœna peccati 99.C
in Inferno sic consumit ignis, vt semper reseruet, sic tormenta aguntur, vt semper renouētur. 249.L
in Inferno iuxta qualitatem culpæ pœnam sustinebit vnusquisque gehennæ. 249.L
in Inferno vermes crudeles mordebunt intima cordis. 249.L
in Inferno ignis est, qui non tepescit, vermes qui non moriuntur. 57.A
in Inferno duo mala sunt, vermis, & ignis. fol. 107.C
in Inferno animæ cruciantur sine spe veniæ & misericordiæ. 258.H
in Inferno ignis ardens. 401.I
in Inferno qui sunt, redimi non possunt. 401.H
in Inferno qui torquet, nunquam fatigatur, nec qui torquetur, aliquando moritur. 249.L
apud Inferos nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt. 311.A
Infida sunt, quæ mundus suis amatoribus erogare videtur. 202.C
Infidelitas Zacharię linguę obligatione multata tur. 233.B
Infidelitate insipientius nullum est genus insipientiæ. 208.H
Infirmitas roborans. 5.M
Infirmitas carnis valde bona est, quæ hominem ducit ad animæ sanitatem. 304.L
Infirmitas optanda, quæ Christi virtute compensatur. 151.H
Infirmitates corporis leuius sustinemus, si mala, quæ fecimus, ad memoriam reduxerimus. fol. 304.M
in Infirmitatibus non est murmurandum. 304.M
Ingenium tardum reum hominem non statuit. 215.M.216.A
Ingenium humanum quid tentat? 364.H.I
Ingenium humanum omnia vsurpat, fidei nihil reseruans. 364.H
Ingratitudo apud deum, petitionibus negat effectum. 90.G
Ingratitudo ventus vrens, siccans sibi fontē pietis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ. 171.B
Ingratitudo hostis gratiæ, inimica salutis. 54.M 55.A
Ingrato quod datur, nunquam non perit. 35.H
Inimicus homo machinatur insidias. 402.A
Inimicus ex corde, de inimico nulla gaudia suscipit, nisi cum eum videt oppressum. 386.A
Inimicus dei constituitur, qui amicus est huius mundi. 335.H
Inimicus amicum simulans iram maximam meretur. 203.H
Inimicus fecit diem maledictam. 10.B
Inimicus noster callidus semper exquirit, vnde nos decipere possit. 310.F
Inimicus quò nullus interat. 11.A
de Inimici casu qui gaudet, ciò veniet super eum malum. 298.F
Inimicum diligis propter deum. 298.B
Inimici tres validissimi. 11.A
Inimici tres hominis, corpus, mundus & diabolus. 251.K
Inimicos & gratis dilexit deus. 225.E
Inimicos diligere magis diuinum est, quàm humanum. 280.I.K
Iniquitas onus graue. 131.L
Iniquitas, & luxuria principatur in Clero. fol. 203.M
Iniquitas malitiæ proles. 144.H
Iniquitas, cuius non miseretur deus est, cum homo defendit, quod deus odit, & peccatum iustitiam asserit, vt omnipotenti resistat. 263.C
Iniquitas egressa est ab iis qui videntur regere populum. 23.K
Iniquitas cui dominatur, hic seruus est. 205.B
Iniquitas meæ si magna est, multò maior est domini pietas. 27.G
Iniquitas, est mors animæ. 82.I
Iniquitas si nulla dominetur, nulla nocebit aduersitas 126.A.130.M
Iniquitas sibi mentitur. 226.M
Iniquitas cordis est, non carnis vitium. 150.I
Iniquitas patris filiis innocentibus non debet imputari. 335.A
Iniquitas odio digna sempiterno. 232.K
cui Iniquitas dominatur, non præualet surgere. 151.A
Iniquitatis paries. 391.B
Iniquitati arma, datum miserorum refugium. 209.A
Iniquitatem qui diligit, odit animam suam. fol. 194.M
Iniquitates nostræ omnibus populis nudabūtur. 262.E
Iniquius nihil, quàm contemnere veritatem. fol. 332.C
Iniquus post mortem ducitur cruciandus, iustus vero post laborem quiescit securus. 311.C
Iniquos doccamus vias domini. 390.L
Initiū non apprehendēti cōsummatio deest. 91.G
Initium Iudæ laudatur, sed finis vitæ illius condemnatur. 300.B
Iniuriam filij non dissimulat pater. 1.E
Iniurias recordari, solet magis instigare, quàm mitigare discordias. 325.B
Iniustitia in marsupio hic includitur sed iuste deus iudicabit in illo iudicio. 403.D
Innocentes trucidati inter martyres coronati. fol. 16.D
Innocens non eris, si punias eum, cui parcendum esset: aut parcas ei, qui fuerat puniendus. fol. 208.B.C
Innocentium in Papam suscipit rex Francorum Anglo. & Hispanorū, & recognoscunt singularem pastorem animarum suarum. 355.B
Innocentia & humilitas geminus animæ decor. 166.K
Innocentia nusquam tuta, fides nusquam. 370.K
Innocentia seruatu facilior, quàm pœnitentiam congruam agere. 399.H
Innocentia iustitiam inchoat, beneficentia consummat. 206.F

Universidad de Deusto
Biblioteca

Innocentiæ amator, pacis amiens, patiētiæ cibus. 58.E
Inobediens Maria Aaronis soror, & lepra percussa. Itemque Ozias rex. 299.K
Inobediens Ionas à pisce absorptus est, Saul regnum perdidit, & in hostium manus deuenit. 299.K
Inobedientia primi parentis sicut mortem genera uit, ita obedientia Christi generauit vitam. 299.M
Inobedientia quælibet minima monachis sufficit ad immunditiam. 91.H
Inobedientia est causa morbis, omnes experimur, omnes morimur propter eam. 85.F
Inobedientia sequitur superbiam matrem suam. 265.L
Insania sancta. 273.C
Insania, qua insani erant martyres inter tormēta ridentes. 273.C
Insatiabilis amor diuitiarum. 202.A
Insatiabilis curiositas sine inquietudine, quæ. 228.D
Inscitiæ nostræ tarditatē erudit dominus tribus modis. 117.G
Insidiæ latent, quas deprehendere non potes, & ipse non potes deprehendi. 202.E
Insidiæ latent, quas latere non possis, noli esse securus. 202.D
Insidias machinatur inimicus homo. 402.A
Insigne paupertatis aduersarij valde reformidant. 9.C
Insipiens mitte vires, pensa finem, excogita modum. 232.H
Insipiens tu, qui merces cōgregas in saccum pertusum. 3.C
Insipientium sua simplicitas, qua humiliantur, ne superbiant. 57.B
Insipientia mulieris saporem boni excluſit, quia serpentis malitia mulieris inspientiam circunuenit. 196.H
Insipientia, mulieris cor, & corpus impleuit. fol. 196.H
Insipientia ipsam propemodum stultam fecit sapientiam fidei. 208.I
Insipientiæ nullum genus infidelitate insipientius. 208.H
Insolentiæ mater, est impunitas. 210.C
Institutiones beati Augustini. 327.H
Instructio fratrum pertinet ad misericordes, spiritus lenitatis ad mites. 231.A
Insulsi homines qui?. 85.E
Intellectus non remanet extra, non hæret in superficie, sed profunda rimatur. 187.K
Intellectus est fructus fidei, perfecta charitas desiderij. 332.D
Intellectus est rerum spiritualium, & inuisibiliū. 31.D
Intellectus falli non potest, opinio potest. 212.K
Intellectus verus non modo veritatem, sed notitiam veritatis habet certam. Ibidem.
Intellectus definitio. Ibidem.
per Intelligētiam sumus similes Filio, per memoriam Patri, per voluntatem Spiritui sancto. 249.B
Intelligētiæ tribuimus omne, quod scimus. Ibid.
Intentio, est facies animæ. 163.M
Intentio in ratione consistit. 98.C
in Intentione duo necessaria requiruntur. 163.M
Intercessio sanctorum. 399.K
Intercessionibus suis nos protegunt sancti apud patrem, exemplo Humberti monachi. 80.H
Inuident omnes filio dei. 1.F
Inuidere quid est, nisi malum videre? 130.I
Inuidens homini Satanas, in eo peperit iniquitatem. 1.E
Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. 76.D.346.G
Inuidia caret, sola miseria quia nemo inuidet misero. 303.I
Inuidia, est animi tinea, sensum comedit, pectus vrit, mentem afficit. 256.K
Inuidia accusat nos. 255.C
Inuidia, est valde grauis oculi pruritus. 74.B
Inuidia caret miseria. Ibidem.
Inuidia, est venenum. 23.G
Inuidia, est oculus venenatus, & fascinans. fol. 130.L
Inuidia cuncta germina virtutum concremat. 303.I
Inuidia tinea est animæ. 303.I
Inuidia tristis nihil est. 258.E
Inuidia corrumpit iram. 109.I
Inuidia cruciante diabolus post casum suū male soliciius de supplantando homine. 47.K
Inuidia malum omni virtuti contrarium. fol. 303.I
Inuidiæ miserabilis cruciatus. 202.A
Inuidiæ bonitas opponenda. 303.I
Inuidiam Herodianam Ioseph fugiens Christū in Aegyptum portauit. 6.H
ex Inuidia oriuntur contentiones. 299.A
Inuidus liuor alienæ felicitate, & gloria torquetur. 74.H
Inuidus alienum bonum, suum facit inuidendo peccatum. 256.K
Inuidus, est membrum diaboli. 303.I
Inuidum hîc debellauit Christus. 6.D
Inuisibilia visibilibus sunt præferenda. 82.B
in Inuisibilibus visibilium causa consistit. Ibidem.
Inuitus nemo à diabolo vincitur. 27.K
Inuitus nemo saluatur. 218.E
Inuocatur dulciter Nicolaus in coruscationib⁹, & procellis. 79.G
Inuocare debemus angelorum auxilia in omni necessitate nostra. 66.F
Inuocatus deus quibus se infuderit. 268.H
Inuocata virgo beata, in necessitatibus, nulli defuit. 61.D
Ioannes Baptist. in vtero Spiritu sancto tantundem repletus, quantum Apostoli die Pentecostes. 393.F
Ioannes nascēs honoratur, quia nascitur sanctificatus. 53.F
Ioannes Baptista erat lucerna ardens, & lucens. 73.C
Ioannes Baptista fidelis lucifer, qui venit prænunciare splendorem. 73.C
Ioannes strauit sibi in lato charitatis. 149.H
Ioannes, & Helias non sunt vsi carnibus. fol. 290.D
Ioannes Bapt. natus, ostendit medicamentū vulneri. 394.C
Ioannes Bapt. vir bellator etiam à vētre matris, & ab adolescentia. 393.K
Ioannes Bapt. in natinitate sua lætitiam mundo resudit. Ibidem.
Ioannes Baptista adhuc in vtero matris cum esset Christum agnouit. 18.H
Ioannes Baptista magnus coram domino. 393.G
Ioannes angelico promissus oraculo, sanctificatus in vtero. 51.L
Ioannes Baptista Euangelij principium. fol. 393.D.E
Ioannes Bapt. nascitur in gaudio, homines cæteri in tristitia. 393.K
Ioannes erat ardens erga peccatores constantia liberæ increpationis. 51.K
Ioannes luxit exemplo, digito, verbo. 51.L
Ioannes in spiritu, tanquam angelus creditur. 51.I.K
Ioannes Bapt. in templo nunciatur, Christus in thalamo. 393.E
Ioannes Bapt. ab Archangelo in loco digniori, tempore sanctiori, & apertiori miraculo prædicatur. 393.E
Ioannes Baptista & Hieremias in peccatis, & de peccatis concepti sunt: Christus verò minime. 393.G
Ioannes in vtero repletus spiritu sancto, Hieremias sanctificatus. 407.I
Ioannes Baptista sanctorum splendor, iustorum gloria, lætitia angelorum, &c. 393.C
Ioannes Baptista fuit primus Euangelista, prædicans euangelium regni. 394.K
Ioannes exultauit in vtero, quod non est auditū à seculo. 393.H
Ioannes Baptista cœlorum perambulat officinas. 393.C
Ioannes Bapt. Apostolus, & Apostolorū princeps fuit. 394.K
Ioannes Bapt. est Helias. Ibidem.
Ioannes Baptista consanguineus Christi, sponsæ præparator. 393.C
Ioannes Baptista domini corrigiam soluere non potuit. 390.L
Ioannes virinque testamenti patribus præpositus, vel æquatus. 394.I
Ioannes Bapt. fuit primus homo missus à Deo. 394.K
Ioannes Baptista virgo, imò virginitatis insigne speculum, pudicitiæ titulus, castitatis exemplum. Ibidem.
Ioannes Baptista martyr fuit, & lumen martyrum inter natiuitatem mortémque Christi. 344.K
Ioannes in plus quàm prophetam consecratus fuit. 393.M
Ioannes Baptista nobilioris generis generositatem oblitus, soli vacat diuinitati. Ibidem.
Ioannes Baptista est monachorum propositum, Anachoretarum principium, totius religionis assertio. Ibidem.
Ioannes Baptista creatura est nobilior. fol. 394.D
Ioannes Bapt. ianua vitæ, conuersationis splendor, decus hominum. 393.E
Ioannes Baptista angelus, & inter angelos electus. 394.K
Ioannes Baptista reliquit mundum, homines fugit, patriam nescit, parentes aspernatur, & in solius diuinitatis apicem defigit obtutum. 393.M
Ioannes Baptista lucifer fuit. 73.B
Ioannes leonem audierat, & agnum vidit. fol. 33.B
Ioannes Bapt. puer ad eremum spiritu ducente deductus est. 393.L
Ioannes vbique maior, in omnibus singularis, mirabilis super omnes. 394.I
Ioannes pœnitentiam, & regnum cœlorum primus ostendit. Ibidem.
Ioannes Bapt. propheta fuit, imò plus quàm propheta. Ibidem.
Ioannes amicus sponsi est. 52.E
Ioannes Bapt. manibus attrectat carnem Christi de virgine sumptam. 394.D
Ioannes Bapt. virgineis manibus virginē Christum irrigat. 394.E
Ioannes Baptista infudit aquam capiti creatoris. 394.D
Ioannes Bapt. cœli rore pascitur, nihil coctum accepit. 394.A
Ioannes Bapt. amicus sponsi, sibi inimicus. fol. 393.L
Ioannes hominum omnium primus regni cœlorum mentionem fecit. 394.B
Ioannes Bapt. Patriarcha, imò Patriarcharum finis, & caput. 394.I
Ioannes Bapt. nudum tenet, quem Cherubim, & Seraphim non audent aspicere. 394.E
Ioannes totius medius Trinitatis est in baptizando Christo. 394.G
Ioannes, & Hieremias soli legūtur in vtero sanctificati. 393.F
Ioannes Bapt. ad Seraphim apicem translatus. 394.K
Ioannis Baptistæ in vtero materno sanctificatio longè maior, quàm Hieremiæ. 393.F
Ioannis Baptistæ priuilegia. 393.C
Ioannis Baptistæ natiuitas etiam Paganis læta est, & solemnis. 51.M
Ioannis Bapt. natiuitas etiam cœlis famosa, & celebris. 393.K
Ioannis Bapt. honores decem: Primus. 393.D. secundus. Ibidem.E.F. tertius. H. quartus. I. quintus. L. sextus. 394. A. septimus. D. octauus. E. F. nonus. Ibidem. G. H. decimus. I
Ioannis Bapt. secundus honor. 393.E
Ioannis Baptist. honores per totum sermonem. fo. 393.C
in Ioannis Bapt. honorem post Saluatoris nomen Ecclesia Romana cōsecrata est, & designata. 394.I
Ioanni Bapt. nullus similis. 393.C
Ioanni agamus gratias, & eo mediāte transeamus ad Christum. 52.E
Ioanni Bapt Esaiæ, Zacharie veritas odium peperit, & odium mortem. 349.K
Ioanni Bapt. primum Trinitas se reuelauit. fol. 394.I
Ioannem Bapt. longè glorioſior virtus repleuit, quàm Hieremiam. 393.G
Ioannem Christus latere non potuit. 18.H
Ioannem regibus exhibere debent Papæ legati. 211.E
Ioannem non prædicatio, sed inspiratio docuit, quem repleuit spiritus in vtero matris suæ. fo. 51.K.
Ioannem Bapt. Iesus quærit, desiderat, ad eum venit. 394.D
Ioannem Bapt. quàm honorat ecclesia. 394.I
Ioannem Bapt. ventosa felicitas, & aduersitas turbida non inflexit. 394.H
ad Ioānem Bapt. à principio mundi in toto humano genere non est inuenta dulcedo, cur. fo. 394.B
ad Ioannem Bapt. ab Adam organum nostrum versum est in vocem flentium. 394.C
de Ioanne quod dictum est, de nullo dici potest. 394.H
Ioannes Euangelista virgo. 284.L
Ioannes in pectore, Thomas in latere, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio cœlo secreti gratiam sunt assecuti. 149.H
Ioannes nepos Mariæ virginis. 38.D.284.C
Ioannes lilium fuit castitatis 282.E
Ioannes sanctorum voces audiuit. 69.I
Ioānes virginem Mariam post passionem Christi, in domo suaretinuit, & seruauit. fol. 39.B
Ioannes bibit diuinitatis sacramentum. fol. 313.M
Ioannes bibit calicem salutaris, & secutus est dominum, sicut Petrus. 16.D
Ioannes Mariæ traditur pro Iesu, seruus pro domino, discipulus pro magistro, Filius Zebedæi pro filio Dei, homo purus pro deo vero. 63.M
Ioannes, & Maria virgo ambo martyres. fol. 38.D.E
Ioannes apud angelos martyr. 16.E
Ioannes si sic mansit, diuini fuit consilij. fol. 16.D
Ioannis castitatem cum laudamus, non vituperamus coniugium Abrahæ. 282.K
Ioanni non fit iniuria, si quid ignorasse creditur. 344.C
Ioanni, & Petro nec argentum, nec aurum erat. 238.D
Ioanni quis sanctorum similis in castitate venit æquandus. 285.D
Ioannem diligebat Iesus, non plus omnibus, sed familiarius, vt per pacem exiret de vita, non per passionem. 313.M.314.A
Ioannem adolescentem legimus, quanuis nulli seniorum in virtute fuerit secundus. 264.M
Iob interpretatur dolens. 280.L
Iob laudatur, quòd sua patienter amisit. fol. 332.M
Iob benè disposuit substantiam huius mundi. 32.G
Iob magis prophetizando, quàm affectādo imprecatur. 236.D
Iob patientia in tribus experta. 24.F
Iocatum fuisse Christum nusquam legimus. fol. 3.G
ad locū pronus, facilis, ac prōptus in risu. 233.E
Ionæ prophetæ signum non expectandum. 410.C
Ionathas ex gustu mellis, non carnis, morti adiudicatus. 235.L
Ior, & Dan duo stinuij Iudæ, quibus se balneāt iusti. 119.L
Iordanis virtutem Naaman sensit in corpore, quam vniuersus fidelis populus in anima experitur. 199.B.C
Iordanis nostri deuotus deo famulatus sæpe probatus extitit, quando? 199.B
Iordanis sinus lætus, qui suscipit Christum, qui se Christi gloriatur consecratum baptismate. 199.B
Ioseph frumenta seruauit, non sibi, sed omni populo. 6.H
Ioseph domino suo fidem seruans, dominæ noluit commiscere. Ibidem.
Ioseph castus. 32.G
Ioseph saluator mundi vocatur, Enoch transfertur, Noe eligitur, Abraham vocatur, Isaac diligitur, Iacob deum facie ad faciem contemplatur. 394.A
Ioseph cum pincernæ & pistore regis carcerali custodiæ mancipatus. 242.H
Ioseph verus Christus cum sceleratis duobus reputatus est. 242.H
Ioseph cum præuidisset exaltationem suam non tamen præsciuit sui venditionem, quānis propior esset venditio, quam exaltatio. 233.A
Ioseph data est intelligentia in mysteriis somniorum. 6.H
Ioseph venditus, Christi venditionem præfigurauit. Ibidem.
Ioseph tunica. 235.C
Ioseph nobilis genere, sed nobilior mente. 6.H
Ioseph non degenerauit à patre suo Dauid. Ibidem.
Ioseph tanquam alterum Dauid dominus inuenit secundum cor suum. 6.I
Ioseph faber pauper. 41.M
Ioseph mystery nō fuit ignarus, quod nemo principum huius seculi nouit. 6.I
Ioseph descendit de regia stirpe, de domo Dauid. 6.H
Ioseph cur vir vocatur ab Euangelista. fol. 6.G
Ioseph angelus nomen Christi docuit, & causam eius. 18.D.E
Ioseph necessariò desponsata est Maria. fol. 6.E
Ioseph sponsus Mariæ virginis humilis, ac timoratus. 4.I
Ioseph de Mariæ puritate comprobauerat. fol. 6.F
Ioseph quare nolebat traducere Mariam. fol. Ibidem.
Ioseph cum esset iustus, noluit Mariam traducere. Ibidem.
Ioseph sponsus Mariæ ita pauper, vt victum, & vestitum artificio quæreret. 305.F
Ioseph custos virginitatis Mariæ. 11.F
Ioseph dispensatorie pater dei & dictus, & creditus. 6.G
Ioseph vir Mariæ illi Ioseph Patriarchæ confertur. 6.H
Ioseph fidelis, & seruus prudēs, quem dominus constituit suæ matris solatium, suæ carnis nutricium. 6.H
Ioseph Mariæ sponsæ suæ pudicitiæ factus est fidelissimus testis quomodo. 6.C
Ioseph cur noluit habitare cum Maria. fol. 6.F.G
Ioseph virum nominat Euangelista, non quòd maritus, sed quòd homo virtutis erat. 6.G
Ioseph locum quidem obtinens sponsi, re autem vera seruus, & dispensator; qui sanè pater vocatur, magis autem nutricius est. 16.K.M
Ioseph an maritus fuit Mariæ. 6.G
Ioseph dominam suam domini sui matrem virginem agnoscens, continens fideliter custodiuit. 6.H
Ioseph vir Mariæ panē viuum è cœlo seruādum accepit tam sibi, quàm toti mundo. Ibidem.
Ioseph non est dubium, quin bonus, & fidelis homo fuerit, cui mater desponsata Saluatoris. Ibidem.
Ioseph nutritius Christi. 22.B
Ioseph Herodianam inuidiam fugiēs, Christum in Aegyptum portauit. 6.H
Ioseph, qui saluauit mundum. 235.C
Ioseph sonat accrescens, vel augmentum. 35.F
Iosue non prius angelum amicum suscipit, quàm esse amicum nouerit. 160.B
Iouinianum Epicureum Hieronymus, cæteráque cæteras hæresium, & schismatum pestes truncidarunt. 104.H
Ira nihil perniciosius. 410.K
Ira, & affectus duæ sunt causæ caliginis. fol. 208.B
Ira, & odium tantum inter se distant, quantum festuca à trabe. 303.L

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ira oculus mētis turbatur, odio extinguitur oculus cordis. 303.L
Iræ filij si non nascerentur non opus esset renasci. 184.E
Iræ & vitæ sunt, operā carnis. 304.G
Ira hominis iustitiam dei non operatur. 303.K
Iræ tria genera. 266.K
Iram nemo magis meretur, quàm amicum simulans inimicus. 293.H
qui Ira sciatur citius, & ad pacem citò reuertitur, melior.
Irascuntur citò nonnulli, sed ad pacem citò redeunt. 303.K
Irascuntur tardius nonnulli, & ad pacem tardius reuertuntur. 303.K
Iram si rēperare non potes, non te rapiat furor. Ibidem.
Irasci plus quàm irascendum sit peccatum peccato addere est. 341.H
Isaac ab angelis nunciatus. 393.E
Isaac diligitur, Enoch transfertur, Noë eligitur, Abraham vocatur, Iacob deum facie ad faciem contemplatur, Ioseph saluator mundi vocatur. 394.A
Isaac in agrum quondam exierat, in quem? 207.C
Isaac non moritur, sed aries. 242.D
Isaac sapiens fuit, sed tamen errauit in sensibus. 154.M
Isaac oculi caligant, palatum seducitur, fallitur manus, non fallitur auris. 154.L
Isaac vestimentorum fragrantia quid significat. 198.M
Isachar asinus fortis. 396.L
Israel videns deum interpretatur. 71.D
Israel sanctus in medio Sion. 26.H
Israel cibi ires sunt. 120.D
Israel montes exp ndunt ramos suos. 120.B
Israel olim sanctificabatur in iustitiis carnis. 12.E
Israel virgo corruit, & non est qui subleuet eā. 369.H
Israel filij captinati à Babyloniis terminum acceperunt annorum septuaginta. 25.H
Israel carnalis. 12.E
Israelitæ ad ægyptum nulla est societas. 71.E
Iubilei verissimi dies. 51.F
Iucunditas cachinatio putatur. 236.C
Iucunditas cordis, vita est hominis. 297.E
Iuda confessionem sonat. 9.L
Iudas Ischarioth erat diabolus. 313.F
Iudas mercator nequam. 312.D
Iudas Scariotis Ita, à vico, in quo ortus fuit, qui alio nomine marmotis dicitur, siue mala mors. 312.E
Iudas non loculum, sed loculos habebat. 239.A
Iudas per cupiditatem vendidit Christum. 305.D
Iudas & Petrus in vna mensa in cœna domini de pane consecrato accepit, bonus in vitam, malus in pœnam. 392.A
Iudas Iscarioth contra Christum lenauit calcaneum. 313.G
Iudas cecidit in mundo de schola saluatoris. 97.I
Iudas à domino electus in apostolum memoratur. 239.A
Iudas traditor domini fuit filius Simonis Scariotis. 312.E
Iudas loculos habebat. 314.F
Iudas Scarioth benè cœpit, sed malè finiuit. 300.B
Iudas dum sitit lucrum, tendit ad laqueum. fol. 312.F
Iudas suspendit seipsum, diabolo immittente. fol 182.F
Iudas quis est, & pœnam Iudæ sustinebit in inferno? 305.L
Iudæ loculi quid significant 314.F
Iudæ initiū laudatur, sed finis vitæ illius cōdēnatur. 300.B
ex Iudæ, & Leui tribu sacerdotes sumuntur, Aaron, & Christus, & eorum successores. 119.F
in Iudæ cor diabolus immisit, vt traderet Iesum, non credens esse deum. 312.E
Iudæ quanti sunt, qui panē domini manducant, & dominum in operibus suis calce percutiunt. 313.G
Iudam in sacerdotio, Saulē in regno deus elegit. 330.F
per Iudam confessio notatur. 113.E
in Iudam introiuit Satanas, vt plenius possideret, in quem iam intrauerat. 314.D
Iudæa infelix, quia lucem oderat. 19.E
Iudæus cur prohibetur comedere porcos? 29.B
Iudæus, siue Paganus nequaquam aculeis incitatur amoris, quales ecclesia experitur fol. 225.K
Iudæi quocumque post se suam seruitutē trahūt, & vbique dominos offendunt suos. 204.M
Iudæi sunt lapides. 34.E
Iudæi crudeles, & incredvli. 6.F
Iudæi habent terminum suum, qui præteriri non poterit. 208.I
Iudæi veri quo modo erimus. 9.M
Iudæi occiderunt agnum Dei in suam pernicie, sed in nostram salutem. 17.G
Iudæi non immemores odij, quo oderant Patrem, exercent illud in filium. Ibidem
Iudæi Christū Iesum non Deum, sed purū hominem fuisse credunt, & mortem eius credunt, sed resurrectionem adhuc non admittunt. 314.B
Iudæorum lætitia vertetur in luctū, & tristitia Apostolorum est versa in gaudium. 312.C
Iudæorum mos in sponsalibus celebrandis. 6.B.
Iudæorum mos honestus. 20.F.G
Iudæorum corda carnalia. 108.F
Iudæorum blasphemias vicit in patibulo leo de tribu Iuda. 39.E
Iudæorum seruitute nulla grauior, nulla turpior. 204.M
Iudæorum promissa salus in fine prosperabitur, & conuersio. 382.E
Iudæis Dei potestas in signis innotuerat. 14.A
Iudæis Gentium pleniudinem præire oportet. 208.I
Iudgis vestium scissio crebra nō cordium. 26.L
Iudæis id moris fuit, vt ascendentes ad diem festum, seorsum viri, seorsum mulieres incederēt, cur? 20.F.G
Iudæos Christus in passione seduxit. 40.D
Iudæos alloquimur non litera, sed spiritu. 9.M
Iudaicus populus duræ cernicis. 6.F
Iudaicum cor durum, & obstinatum. 81.A
Iudaicam sobolem constat Petri sedem in Christi occupasse iniuriam. 358.A
Index durus in semetipsum nō sibi parcit 60.M
Index omnium non est acceptor personarum, timeat nobilis. 330.G
Index solus constitutus est viuorum, & mortuorum, qui finxit corda vniuersorum. 357.D
Index Christus nec fallitur verbis, nec flectitur donis. 325.I
Index in hac vita non videtur, & est propeiu futura vita videbitur, & erit longè. 311.G
Indices orbis qui? 210.E
Iudicium diuinum duplex. 311.F
Iudicium duriūs, qui præsunt, timeat potestas. 330.G
Iudicium incipit à domo dei, vt suos, quos nouit index, cum venerit, inueniat iudicatos. 199.B
Iudicium carnis ex animæ pendet. 240.I
Iudicium non habent animalia ratione carentia, quo se iudicent, siue regant, sed ne instrumentum quidem iudicij, id est, rationem. 193.K.L
Iudicium durissimum his, quā præsunt, exiguo autem conceditur misericordia. 338.D
Iudicium mundi si exijt & iudicium mei, restat tamen iudicium dei. 262.H
Iudicium odij, iudicium timoris, iudicium amoris, quid? 231.B
Iudicium triplex, proprium, humanum, & diuinum. 98.B
Iudicium ex vno in condemnationem, gratia ex multis delictis in iustificationem. 366.L
Iudicium nunc est mundi, nunc princeps huius mundi ciicietur foras, hoc est, de corde tuo. fo. 199.B
Iudicium, quod aliis imponis, ipse portabis. fol. 257.A
Iudicium erit cœli, quādo ipsum vocabitur cœlum desursum, & terra discernere populum suum. 199.B
Iudicium districtum. 402.G
Iudicium diligit amor patris, & honor regis. fo. 1.F
Iudicium graue his, qui præsunt. 364.E
Iudicium tuum frequenter pericliari non decet. 211.C.D
Iudicium non est, vbi non est libertas. 215.M
Iudicium fidei iustum. 27.L
Iudicium diligit honor regis. 3.A
Iudicium, est rationis. 405.A
Iudicium graue veniet his, qui præsunt, & potentes patientur tormenta potenter. 23.L
Iudicium, & iustitia præparatio sedis dei. 3.A
Iudicium mundi in omnibus arguitur, subuertitur, confutatur. 13.C
ad Iudicium sumitur sacramentum absque spiritu. 159.D
Iudicij extremi diem Christus quomodo nouerat, & ignorabat. 230.I
Iudicij futuri timor procedit fraternæ charitatis exercitio. 345.D
Iudicij diem postulant martyres. 10.E
Iudicij expectatio terribilis. 58.G
die Iudicij tellus sudore madescet. 398.E
in Iudicij die nullus homo sine timore esse poterit, quando cœli mouendi sunt, & terra. 311.G
die Iudicij increpabile corpus ardebit, nec interibit. 398.E
Iudicio dei in ambiguis seruа sententiam. fol. 257.A
Iudicio etiam proprio se de sua confessione, committere, securum non est. 327.G
Iudicio dei quid terribilius? 89.L
Iudicia tria sunt, alienum, proprium, diuinum. 119.A
Iudicia tria notanda, humanum, suum cuiusque proprium, & diuinum, & eorum definitiones. 108.G

Iudicia dei, abyssus multa. 199.A
Iudicia profunda in potentia dei. 22.A
Iudiciorum dei abyssus multa. 352.G
in Iudiciis personarum acceptio summopere vitanda. 208.D.E
in Iudiciis deus terribilis super filios hominum. 358.C
Iudica teipsum. 410.M
Iudica sic alios, vt ipse iudicari cupis. 257.A
Iudicat iudicantes præsumptuosus. 233.I
non Iudicat hominē deus de præterita vita, sed de suo fine. 300.B
Iudicatur quidam in hoc seculo per tribulationem, quidā in futuro iudicabuntur per ignē. 311.F
Iudicabitur à nemine homo spiritualis, qui omnia diiudicat. 199.B
Iudicabitur vnusquisque in die mortis suæ. fol. 300.B
Iudicare quempiam de suspicione, valde periculosum est. 257.A
Iudicare nō venit Christus, sed saluare terram. 14.B
Iudicandum secundum fidem, nō secundum faciem. 51.G
Iudicandus astabit Lucifer. 29.H
Iugum Christi, iugum hominis est. 237.M
Iugum graue super omnes, & totos filios Adā. 34.A
Iugum importabile super filios Adam. 228.G
Iugum graue super omnes filias Euæ. 7.E
Iugum tollens inuenit requiem, relinquens omnia, centuplum accipiet. 242.C
Iugum legis graue, & præmium vile. 156.I
Iulianum Apostatam fefellit ambitio. 315.F
Iumentum Christi pium. 28.M
Iumentum, cui insidet Christus, quid significat? 32.G
Iumentum Christi dum quis voluerit esse, nō indignetur. 32.M
Iumentū Austri nō est, qui portare negligit onus fratris sui. 324.G.H
Iumenta homines erant. 391.I
Iumenta cognoscunt possessorem suum, & præsepe domini sui. 17.F
Iumenta, & homines saluos facit Christus. fol. 13.F
Iumentorum, id est, hominum refectio qualis. fol. 391.K
Iumenta austri. 324.F.G
Iumenta episcoporum gradiuntur onusta gemmis. 335.L
Iuramentum prohibe tibi tolle vsum iurandi. 303.G
Iuramentum soluere, apud Francigenas probro ducitur, quamlibet malè publicè iuratum sit. 371.C
Iuramentum Herodianum. 372.D
Iuramento non indiget veritas. 303.G
Iuramenta illicita non esse tenenda. fol. 371.C
quod Iuramus facere malum, non implere debemus. 303.G
si non Iuraueris, nunquam peierabis. Ibid.
Iurare qui non appetit, peierare non poterit. fol. 303.F.G
Iurare periculosum est: vsus iurandi facit cōsuetudinem periurij. 303.G
Iurare est, simpliciter dicere. 334.L
Iurandi vsus ducit hominem ad periurium. 303.G
Iurandi vsum tolle. Ibidem.
Iurgia sunt semper inter superbos. 298.M
Iussio abbatis, vel Papæ permissio licitum facere non valet, quod purum malum est. fol. 328.M
Ius naturæ vsurpatio extenuat, aut exterminat. 209.C
Ius quoddam in hominem, & si non iure acquisitum, sed nequiter vsurpatum, iustè tamen permissum habuit diabolus. 366.H
Iustè viuit homo ad proximū, iustè ad seipsum. 106.F
Iustitia, dum suum modum excedit, crudelitatis vitium ignit. 251.G
Iustitia maxima, & plena est se inferiorem exhibere etiam ipsi inferiori. 20.A
Iustitia terret, scientia docet, misericordia fouet. 21.M
Iustitia, est timor ordinatus. 105.L
Iustitia, virtus est, quod suum est, vnicuique tribuens. 2.K
Iustitia ad diem primam pertinet. 21.M
Iustitia in corde, panis in domo. 9.L
Iustitia panis est. Ibidem.
Iustitia est reddere cuique suum. 19.M
Iustitia duplex. Ibidem.
Iustitia ex fide est. 9.L
Iustitia est, fortitudo est, temperantia est, modum tenere. 205.K
Iustitia, est omne genus ad præcepta Dei. fol. 407.C
Iustitia dei est, non peccare: hominis iustitia est, indulgentia dei. 150.A
Iustitia nostra à patre nobis factus est Filius Dei. 12.H
Iustitia nobis factus est Christus à deo patre. 20.A
Iustitia nostra, recta forsitan, sed non pura. fol. 74.F
Iustitia hominum quomodo recta. 74.F
Iustitia primum hominis non modò recta, sed etiam pura fuit, quandiu peccatum non sensit. 74.F
Iustitia quærit, prudentia inuenit, vindicat fortitudo, temperantia possidet. 205.L
Iustitia, & voluntas dei, ipsa dei substātia sunt. 74.G
Iustia dei cur sit sicut mons? 74.G
Iustitia redit, ablato peccato: & morte mortua, reuertitur vita. 199.G
Iustitia est animæ vita. 352.A
Iustitia cohæret cum prudentia, & fortitudine. 205.H
Iustitia, & pax se osculatæ sunt. 4.G
Iustitia perfecta quæ. 227.F
Iustitia orta est de terra. 185.D
Iustitia est virtus, quod suum est cuique tribuens, erga proximos est necessaria. fol. 15.I
Iustitia hominis est in sanguine redemptoris. 366.L
Iustitia stricta, & angusta valde, quæ. fol. 19.M
Iustitia, est rectitudo voluntatis, quæ nec amat peccare, nec peccato consentire. 109.D
Iustitia iudicans sedeat. 244.D
Iustitia angelis non nata, sed à deo collocata. 74.F
Iustitia nobis à Christō generatione, non institutione est restituta. 367.F
Iustitiq est in duobus, in innocentia, & in beneficentia. 106.F
Iustitia hominis est, indulgentia dei non peccare, iustitia dei. 150.A
Iustitia nunc laboriosa videtur. 20.A
Iustitia prima. Ibidem.
Iustitia, & fortitudo sedem habent voluntatem, quia voluntas iusta debet esse, & fortis. fol. 109.D
Iustitia plena. 20.A
Iustitia, est via, per quam ad lætitiam venitur. Ibidem.
Iustitia meritum est, & materia, lætitia verò præmium. Ibidem.
Iustitia in absolutione peccatorum, sapientia in prædicatione. 148.D
Iustitia fac it, ne sit virtutum vsus immoderatus. 21.C
Iustitia meritum quærit, misericordia misericordiam intuetur. 331.I
Iustitia sola vtique in cœlo. 59.C
Iustitia vera in Christi misericordia. 148.K
Iustitia ordinaria quid? 109.D
Iustitia legis, si qua erat, non osculum, sed aculeum magis habebat. 30.M
Iustitia Christi nobis imputatur. 199.G
Iustitia villæ iura tuetur, dicens: quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. 56.M
Iustitia melior, quàm pecunia, quòd hac ditet, & repleat arcam, illa animam. 332.M
Iustitia proximo, sobrietas nobis, pietas deo exhibeatur. 241.E
Iustitia vanitatem seculi impugnat. Ibidem.
Iustitia, est reddere vnicuique, quod suum est. 56.K.26.F.116.A
Iustitia non est, vt innocens moriatur pro impio, sed misericordia. 199.F
Iustitia, & sobrietas pietatem fouent. 241.E
Iustitia non est approbanda, quæ temperantiæ moderamine non frenetur. 205.I
Iustitia iusti super eum erit: & impietas impij erit super eum. 374.I
Iustitia est opus, vt operemur bonum. 202.G
Iustitia, est perfectio animæ rationalis. 109.E
Iustitia thronum præparat. 30.L
Iustitia dei aliud iudicare non potest, nisi quod merentur opera tua. 249.K
Iustitia perfecta Iesus. 20.M
Iustitia temperantiæ necessaria est. 205.I
Iustitia iusti hominis non erit secura ad examen stricti iudicis. 311.G
Iustitia angelorum longè inferior, quàm diuina. 74.F
Iustitia, & iudicium præparatio sedis Dei. 3.A
Iustitia in ecclesia deperit, cum episcoporum nemo vlciscitur iniurias dei. 363.E
Iustitiæ zelus, quo accendimur aduersus delinquētes, tanquam pietate ducti erga eam, quā contemni videmus, iustitiam dei. 41.A
Iustitiæ merces salutare non seculi, sed domini est. 183.A
Iustitiæ sol quando oritur in animo nascitur homo. 17.H
Iustitiæ sol deum timentibus orietur. 13.F
Iustitiæ sol cui non ortus erit, ei sol gloriæ nō orietur. 12.H
Iustitiæ osculum quid est. 252.H
Iustitiæ sol prodit, & redarguit opera tenebrarum. 209.C
ad Iustitiæ acquisitionem sunt aliæ virtutes. fol. 109.E
Iustitiæ perfectio quomodo sequitur. 395.E
Iustitiæ amator inquirit iustitiam. 209.B
Iustitiæ cultus, est silentium. 303.D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iustitiæ vigor semper feruidus, sed nunquã præceps. 333.E
Iustitiæ arma à dextris, & à sinistris quærenda. 25.A
Iustitiæ portæ, sunt virtutes mediæ, quas temporaliter exercemus. 118.F
Iustitiæ falce germina virulenta præcidi semper necesse est. 28.D
Iustitiæ portio prior, non peccare: secunda, peccatum pœnitentiam damnare. 30.E
Iustitiæ sol qualis? 10.K
Iustitiæ temperantia modum imponit. 205.I
Iustitiam ordinariam Adam habuisse videtur, qui malo consentiens, quod erat vtile, deseruit. 109.D
Iustitiam seminauerunt Confessores. 29.K
Iustitiam qui esurit, non poterit non satiari. fol. 203.B
Iustitiã homo perdidit, cum Eua serpẽtis Adam mulieris voci obediuit potius, quam diuinæ. 30.E
Iustitiam homo primus, qua regeretur, accepit. fol. 30.D
Iustitiam tenere, parum est, nisi & diligas. fol. 209.B
Iustitiam beati Benedicti vita probat. 29.D
Iustitiam quo modo diligit, amans seipsum, & odio habebit iniquitatem? 41.C
Iustitiam si amas, appellationes non affectas, sed sustines. 209.B
Iustitiã inchoat innocentia, beneficentia consummat. 106.E
ad Iustitiam qui erudierunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. 154.D
contra Iustitiam non est, vt innocens moriatur pro impio: sed iustitia non est, at misericordia. 199.F
contra Iustitiam ne amicum quidem respicere fas est. 331.M
ad Iustitiã satis esse videtur, vt vnus vni moriens vitam restituat. 199.H
per Iustitiam Iesus in templum reducitur. fol. 405.C
in Iustitia immensus est Deus, infinitus, sicut in misericordia. 18.F
Iustitia iustus non satiatur. 89.K
Iustitiæ feruenti nobis zelo sectanda. 30.M
Iustitiæ multæ pereunt per vnum peccatum. fol. 301.M
Iustus ex fide viuit, beatus ex intellectu. 332.D
Iustus nimium esse noli. 348.L
Iustus non minus Deus, quàm misericors. 15.M
Iustus erat Paulus, cui reposita fuerat corona iustitiæ. 151.F
Iustus negari non poterit. 210.G.H
Iustus primus Abel, & primus martyr. 292.F
Iustus si semper viueret, semper iustior esse cõtenderet. 378.D
Iustus desiderat ad Deum, sicut ceruus ad fontes aquarum. 332.D
Iustus ex fide viuit. 13. ex Abac. 2.C.D
Iustus securè moritur. 351.A.B
Iustus longè se facit à consilio, & consilio malignantium. 352.C
Iustus, sine sapiens nunquam non viuet. 179.I
Iustus quis est. 19.G
Iustus post laborem quiescit securus, iniquus verò post mortem ducitur cruciandus. fol. 311.C
Iustus corripit in misericordia, peccator adulatur in impietate, 345.G
Iustus non ad annum, vel ad tẽpus, sed in æternum diuino se mancipat famulatui. 378.D
Iustus non iustitia satiatur. 89.K
Iustus omnis spe, & formidine nititur. 294.G
Iustus tædium patitur de mora vitæ huius. 311.A
Iustus esse nimium noli. 120.G
Iustus sit modius, æquísque sextarius. 56.M
Iustus amor qualis. 227.H
Iustus, iniustúsve à voluntate, non à potestate quis dicitur. 366.H
Iustus occisus est iniustè pro iniustitia. 276.B
Iustus cùm esset Ioseph, noluit Mariam traducere, cur. 6.E
Iustus intelligitur per Heliam. 113.D
Iustus esse vnusquisque ex eo incipit, ex quo sui accusator extiterit. 252.H
Iustus etsi non mortem non cauet, tamen non panet. 351.A.B
Iustus altiora se non præsumet, sed loquetur cum iusto. 108.A
Iustus, cum de corpore isto egreditur, pertimescit, ne supplicio dignus sit. 311.B
Iustus est sapiens, & iustus ex fide viuit. fol. 179.H
Si Iustus fuero, non leuabo caput. 208.A
Iusti anima, sedes sapientiæ. 2.K.74.A. 24.K
Iusti oratio cœlos penetrat. 19.G
Iusti mors bona, propter requiem. 351.B
Iusti anima, sedes, & templum dei est. 405.B
Iusti conscientia paradisus est. 407.C
Iusti esuries sempiternam, sempiternam meretur refectionem. 378.E
Iusti semita recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. 52.H
Iusti bona vinea, imò bona vinea iustus. 129.I
super Iusti caput benedictio domini. 405.E
Iusti semita recta est. 227.B
Iustum non condemnabit, qui misertus est peccatori. 366.L
Iustum qui non vult, iusta eius voluntas non est. 217.M
Iustum est inferiorẽ superioribus obedire. 74.L
Iustum non potest non esse, quod iusto placet iudici. 304.M
Iusti priores pacem æternæ beatitudinis non apprehenderunt. 30.M
Iusti se balneant duobus fluuiis, qui sunt Ior, & Dan fluuij Iudæ. 119.L
Iusti homines de hoc mortali corpore, sine graui vexatione, egrediuntur. 311.B
Iusti qui soli dicuntur. 148.K
Iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum. 3.D.8.D
Iusti quatuor, sancti, & perfecti, qui? 24.F.G
Iusti omnes sunt lingua. 117.M
Iustorum expectatio, iustitia. 294.G
Iustorum consilium quid est? 352.C
Iustorum multæ tribulationes. 395.F
Iustorum multæ tribulationes, & de omnibus his liberabit eos dominus. 16.A
Iustorum tribulationes quæ? 87.F
Iustorum est confessio. 106.C
Iustorum expectatio, lætitia. 183.A. 29.K
Iustorum vita vinere studeamus. 53.G
Iustorum exempla propone tibi, patrum exẽpla sint tibi imitamenta disciplinę. 298.M
Iustis non est lex posita, hoc est non tanquam inuitis posita, sed voluntariis. 331.C
Iustificamur amore, timore vocamur. 351.I
Iuxta Christum manere quid 320.M

L.

Labia duo cognitionis, & deuotionis parare debet sponsa ad osculum. 137.I
Labia dolosa claudenda, & linguæ vaniloquæ præcidendæ. 205.M
Labiis solis orare. 95.G
Labiis circunstantiæ ostium ponendum est. fol. 92.A
Labius deum honorat Pharisæus, cordis autem sententia seipsum. 141.B
in Labiis tuis pone signaculum. 303.E
Labor nullus durus videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. 409.E
Labor in actionibus, dolor in passionibus est. 85.B
Labor continẽtiæ, & rigor disciplinæ Psalmorũ, hymnorúmque dulcedine releuantur. 345.D
Labor est vanus, qui studio vanitatis assumitur. 202.A
Labor suspicionis anxius. Ibidem.
Labor securus, quem nullus valebit euacuare defectus. 210.G
Labor optimus, qui. 235.M
Labor, & dolor afflictio spiritus ex omnibus, quæ sub sole sunt. 25.L
Labor si terret, merces inuitet. 207.B
Labor Christi difficillimus, humani generis fuit reparatio. 34.H
Labor placet supernis ciuibus. 15.F
Laboris nostri merces est visio dei. 61.G
Laboris omnis remedium, alterius laboris initium est. 89.K
Laboris, & voluptatis aliquid hominum singula genera habent. 238.G
Laborem, & dolorem multi sustinent homines, quem non considerat deus, cur? 34.G
Laborem & vtilitatem qui seminarunt, metent honorem, & quietem. 29.H
Laborem viæ dominus nobis proponit, laboris mercedem. 229.L
Laborem, & dolorem plerique patiuntur, sed necessitas in causa est, non voluntas. 34.G
ad Laborem est homo natus. 85.B
ad Laborem cum veneris, quid dicendum. fol 409.A
per Laborem homo sæpe vincit libidinem. fol. 306.F
per Laborem carnis delectatio vincitur. 306.D
Labore corpus fatigatũ, minus delectatur flagitio. 306.F
Labore nemo ex omnibus filiis Adæ hîc visine Labore nulla virtus. 85.C
uit, nemo sine dolore. 410.H
Labores manuum nostrarum manducamus ante mortem. 228.C
Laborum sanctorum suorum mercedem reddet deus. 210.G
Laboribus magnis ad magna præmia peruenitur. 410.H
ex Laboribus, & sudoribus vitã tuã capta. 386.D.E
in Laboribus potius, quàm in profectibus gloriandum putauit Paulus. 210.G
in Laboribus plurimis, in cruce Christi agnosce hæreditatem. 207.B
Laborat ille legitimè, qui in bonis operibus perseuerat vsque ad diem mortis suæ. 300.D.E
Laborabat plus omnibus Gerardus, & minus accipiebat. 152.E
Laborant cum Christo, sed cum Christo non regnant, qui. 234.L
Laborantes in corpore vocantur ad cibũ. 228.A

Laborantes in agro paupertatis, duo habent irrigua. 396.D
Laborantes cibat sapientia. 228.C
Laborantibus promittitur denarius. 405.M
Laborantibus, & pauperibus dies sanctificatus illuxit. 16.C
Laborantibus dignè pro deo dabitur regnum dei. 306.F
Lac consolationis administrat bonitas. 22.A
Lac, & mel fluxerunt colles. 4.G
Lac ouis duo continet, butyrum, & cæsum. 2.C
Lac capiti nocet, ait Hippocrates. 157.D
Lactis dulcedo, quid vini austeritas designat? 41.B
Lacrymæ Christi super Lazarum fuerunt testes naturæ, non diffidentiæ. 153.A
Lacrymæ Christi non consolantur cachinnantes. 16.B
Lacrymæ Christi infantis clamant. 15.L
Lacrymæ, & vagitus Christi. 15.D
Lacrymæ Christi mihi & pudorem pariunt, & dolorem. 15.E
Lacrymæ sunt panis, à quo ieiunandum non est. 26.L
Lacrymæ pœnitentiam, vinum eorum. 156.G
Lacrymæ, quę in vinum mutantur. 19.K
Lachrymæ pœnitentiæ, & confessionis. Ibidem.
Lacrymæ felices, quæ. 240.M
Lacrymæ vbi abundant, ibi graues cogitationes non propinquant, aut saltem radices non agunt. 297.E
Lacrymæ fœlices per quas maculæ interiores purgantur, ac peccatorum incẽdia extinguntur. 268.A
Lacrymæ dulcissimæ, quæ? 21.M
Lacrymæ pœnitentis quantæ sunt. Ibidem.
Lacrymæ vbi fuerint, ibi accenditur spiritualis ignis, qui secreta mentis illuminat. 297.B
Lacrymæ pœnitentium pro baptismate reputantur apud deum. Ibidem.
Lacrymæ de thesauro pietatis erumpentes, pulsant cœlos. 359.A
Lacrymæ testes amoris sunt. 318.C
Lacrymæ atque suspiria signa sunt, sine nuntij spiritus sancti ad animã aduenientis. 268.A
Lacrymæ deuotionis, quæ. 19.K
Lacrymarum panis, panis doloris. 85.D
Lacrymarum vallis sit, quomodo. 407.D
Lacrymarum assiduitas, & contritio spiritus animam immitem domat. 67.L
Lacrymarum imbre, confessione, & sudore pœnitentiæ lauat nos deus. 81.A
Lacrymarum quatuor genera. 19.K
Lacrymas fundit Christus infans, pro quibus sanguinem postea fudit. 15.E
Lacrymas compunctionis nesciens, lætatur magis, cum malè fecerit, & in rebus pessimis exultat. 203.K
Lacrymas fundebat Dauid Filio parricidæ, & si non profuturas, pias tamen. 331.I
Lacrymas qui desiderio Christi non largitur, nõ perfectè amare Christum conuincitur. 317.F
Lacrymas citò inuenit, & resoluitur in gemitũ, qui habet sensum doloris. 244.A.B
Lacrymas nescius cor humanum, durum est, & impurum. 83.L
Lacrymis purgatur oculus caligans. 202.K
in Lacrymis conscientiam nostram baptizemus, quia post baptismum vitam inquinamus. fol. 297.B
Lacrymis delemalitias, & miserias tuas, quia voluntate propria peccasti. 84.H
Lacrymis Christi facies in cruce erat turgida. 279.C
Lacus inferni non habet fundum, nisi desperationis profundum. 121.B
Læta semper appetere, proprium est superborum. 233.D
Lætum cor bonam valetudinem facit. 297.F
Lætitia finem possidet. 105.K
Lætitia detestanda. 390.I
Lætitia vera, vbi secura æternitas. 249.M
Lætitia Iudæorum vertetur in luctum, & tristitia Apostolorum versa est in gaudium. fol. 312.C
Lætitia sempiterna erit Sanctis. 229.A
Lætitia, est iustorum expectatio. 29.K.84.E
Lætitia falsa miseria nulla miserior. 216.I
Lætitia temperata, est ipsa temperantia. 105.K
Lætiti a de præsenti gaudet. Ibidem.
Lætitia nostra erit de iustitia, quando Christus apparebit vita nostra. 20.A
Lætitia si vis animi vinere, noli multa habere. 257.B
Lætitia præmium est: iustitia verò meritum, & materia. 20.A
Lætitia inepta, tertius superbiæ gradus. 233.D
Lætitia adimplebitur, sed desiderij non erit finis, ac per hoc nec quærendi. 195.G
Lætitia sequitur timorem. 105.K
Lætitiæ vox sonuit in terra nostra. 9.F
Lætitiæ signa relinquamus. 83.M
Lætitiæ via, est iustitia. 20.A
Lætitiæ domus in cœlo, hîc militiæ. 81.G
Lætitiam comitetur tristitia. 105.K
Lætitiam temperat tristitia. Ibidem.
Lætitiam tristari. 5.L
Lætitiam qui quærit de transitoriis, non poterit non transire cum transeũtibus his, de quibus erat. 20.A.B
de Lætitia, & tristitia nascitur temperantia. fol. 105.K
in Lætitia nulla huius seculi habetur fiducia. fo. 32.H
Lætificat ciuitatem dei fluminis impetus. fol. 228.D
Lætatur Babylon, cum malefecerit. 87.A
Læua quidem leuat, dextra suscipit. 11.H
Læua medetur, & iustificat, dextra amplectitur, & beatificat. Ibidem.
Læua manus quid. 396.F
Laicus cum labore, sed clerici sine labore volũt possidere totum mundum. 404.L.M
Lamentandum magis super flumina Babylonis. 125.E
Lampades nostræ quòd extinguantur, conqueri caueamus. 120.H
Lapsus primi hominis. 161.A
Lampades septem thronum electæ mentis illuminant. 119.D
Lanam quærit ouis à capra prouerbium. fol. 347.E
Languent ecclesiæ prælati in cupiditatibus suis. 404.M
Languor cum est in capitibus, mœror oboritur in cordibus. Ibidem.
Lapidassent Mariam Iudæi, si eam Ioseph dimisisset. 6.F
Lapis, & panis quomodo idem significent. 61.K
Lapis quadrus quis? 120.F
Lapis angularis pacificauit per sanguinem suũ, quæ in cœlis sunt, quæ super terram. fol. 24.H.I
Lapides viui, & rationales. 66.F
Lapides vini, qui 10.E
Lapides vini Trinitatis mysteria norunt. 81.C
Lapides sunt Iudæi. 34.E
Lapides quinque Dauid quid significant. 54.F
Lapides secum quinque tollat, quisquis superbiæ vitium debellare festinat. 54.G
Lapides lapidem percutiunt. 391.F
Lapides sanctuary, quid? 404.M
Laqueus diaboli, diuitiæ sunt. 123.G
Larnales malorum spirituum facies. 97.C
Latere peccantem, est impossibile. 202.D
Latria nulli debetur, nisi soli Deo. 407.K
Latria quid? Ibidem.
Latro Christum regem pronunciat. 19.C
Latro rectus pessimus. 14.I
Latro eadem die meruit cum domino esse in paradiso. 32.E
Latro ille sanctus salutis cõpedium est adeptus, vno eodẽmque die latrocinia cõfessus, & in gloriam introductus. 330.D
Latro ille felix quàm longum cursum compleuit, qui consummatus in breui expleuit tempora multa. 400.K
Latrones veniunt aperiè sæuiendo: fures latenter nocendo. 404.F
Latrones innocentiæ vestem diripiant. fol. 120.E
Latrones, qui nobis optima quæque furantur, quatuor sunt. 120.C
Latrones Syriæ, qui? Ibidem.
Latus Christi dextrum, & sinistrum, quid significet. 125.I.K
Lauandi nunc tempus est. 23.D
Laudabilis nõ est verè, qui bonus est cum bonis, sed verè laudabilis, qui bonus est cum malis. 308.L
Laudabilis est verè, qui in societate malorum est bonus. 308.L
Laudabilis curiositas quæ. C.
Laudatio non est secura, nisi post mortem. 80.F
Laudatio rectos decet. 353.H
Laudamus deum in sanctis, exemplo sancti Victoris. 56.H
Laudæ virtutũ eorum, quorum iam certa victoria est. 70.G
Laudet te os alienum, sileat tuum. 15.C
Laudaueris neminem in vita sua. 332.K
Laudatur, & admirabilis prædicatur, qui post aurum non abiit. 333.C
Laudatur Iob, quòd suæ patienter amisit. 332.M
Laudamur mendaciter, delectamur inaniter, vt vani sint, qui laudantur, & mendaces, qui laudant. 332.E
Laudantur, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. 7.F
Laudandus non est homo in vita sua. 332.L
Laus vana, & seductoria, qua laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Ibidem.
Laus domini sit semper in ore nostro. 390.L
Laus elegantissima ad virginem Mariam. fol. 64.A
Laus deo non ficta, vt Hypocritæ, sed syncerè, & deuotè referenda. 141.H
Laus blanda, & periculosa, cum laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur. 345.G
Laus cuique secura à deo quomodo sit futura. 141.G
Laus captata, nec ad deum relata, furtum est. Ibidem.
Laudis nostræ oblatio, quam deo immolamus, triformis esse debet. 217.K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Laudis domus in cœlo, hîc orationis. 81.G
Laudis felix commutatio vbi, & laudare beatũ est, & laudari. 70.I
Laudem qui non appetit, nec contumeliam sentit. 304.A
ob Laudem nihil facias, sed propter æternam remunerationem. 298.G.H
Lauduni de prostibulo ventris suum deo sanctuarium restitutum est. 338.M
Laurentius, & Vincentius ardebant holocausto. 291.A
Laurentius, & Vincentius vsti. 104.G
Lazarus dormiebat, quia dei amicus erat. 53.G
Lazarus quatriduanus in monumento quid significet. 60.L
Lazari cur nulla fit mentio in euangelio Marthæ, & Mariæ. 59.M
Lazaro pauperi iam sanguis Christi rorabat, quòd ipse credidisset in eum, qui erat passurus. 367.A
Leæna sæuissima quæ? 41.L
Lectio, & oratio sunt arma, quibus diabolus expugnatur. 306.C
Lectio diuina valdè nobis est necessaria. fol. 306.C
Lectio nos ad orationem instruit, & ad operationem. Ibidem.
Lectio nos informat ad actiuam, & contemplatiuam vitam. Ibidem.
Lectio varia, & fortuita, non ædificat, sed reddit animum instabilem. 244.G
Lectio, est via ad scientiam. 348.A
Lectio exterioris literæ modicum sapida est, nisi glossam & interiorem sensum sumat ex corde. 268.B
Lectio est vtilis, & eruditio, sed multo magis vnctio necessaria. 239.C
Lectio seruit intentioni. 244.H
Lectio non docet, sed vnctio: non litera, sed spiritus. 352.F
Lectio difficilium scripturarum fatigat, non reficit teneriorem animum. 245.L
Lectio, est fundamẽtum meditationis, orationis, & contemplationis. 268.E
Lectio mittit nos ad meditationem. Ibid.
Lectio, oratio, & operatio valde necessaria. fol. 306.E
Lectio demit errorem vitæ, subtrahit hominem à vanitate mundi. 306.D
Lectio, & oratio sunt instrumenta, quibus æterna beatitudo acquiritur. 306.C
Lectio quid sit. 267.G
Lectionis vtilitates. 306.D
Lectionis, meditationis, orationis, & contemplationis effectus. 267.G
Lectionis modum similis meditatio sequi solet. 245.L
per Lectionẽ sensus, & intellectus crescũt. 306.D
per lectionem docemur, quid faciamus: per orationem mundamur à peccatis. 306.C
Lectione instruimur, operatione beatificamur, oratione mundamur. 306.E
de Lectione quotidiana aliquid quotidie in vetrem memoriæ dimittendum est. 244.H
in Lectione qui deũ quærit, omnia, quæ legit, cooperantur ei in bonum. Ibid.
Lectus animę, in quo pausat, tripertitus est. 119.C
Lectulus Salomonis, quid. 408.A
Lectulus & nox secretum habet. 197.D
in Lecto quid agendum. 409.D
Lectorum superfluus cultus, munditia creditur. 236.C

Legati cœlestes festinant. 30.G
Legati Papæ quales debeant esse. 211.E
Legatorum Papæ Munia. 211.E.F
Legas, aut ores semper. 410.L
cum Legimus, deus nobiscum loquitur. 306.C
Legere & meditari, tam bonis, quàm malis commune est. 267.L
Legenti quid agendum. 409.B
Legumina ventosa sunt, ait Hippocrates. 157.D
Lenitatis spiritus pertinet ad mites. fol. 231.A
Leo de tribu Iuda manifestè Leonem conculcauit. 131.I
Leo de tribu Iuda Iudæorum blasphemias vicit in patibulo. 39.E
Leo de tribu Iuda, est Christus. 9.I
Leonis catulus suscitatus est paterna voce. 39.H.I
ad Leonis rugitum nulla bestia stare potest. 131.A
Leonem Ioannes audierat, & agnum vidit. 33.B
Leonem euasimus, sed incidimus in draconem, qui nõ minus forsan noceat sedens in insidiis, quàm ille rugiens de excelso. 364.L
Leonina rabies quieuit, ecclesia pacem recepit. 150.D
Leonina rabies. 371.A
Lepra duplex est in corde. 41.H
Lepra superbiæ septempliciter nos occupauit. 41.H
Lepra immundissima animi quæ. 41.L
Lepra proprij concilij eo perniciosior est, quòd magis occulta, & quanto plus abundat tanto sibi quisque sanior esse videtur. 41.L
Leprosus ille Syrus planè mentitus est, quando? 199.B
Lethifer locus, in quo ignis ardens. 401.I
Lex æterna, creatrix, & gubernatrix vniuersitatis. 331.A
Lex omnium sine lege non est. Ibid.
Lex alia à spiritu seruitutis promulgata in timore, alia à spiritu libertatis data in suauitate. 331.C
Lex domini charitas. 228.F
Lex excludit pœnitentiæ locum, veniam negans, emendationis ignara. 58.C
Lex vinum durum, & aridum, consecratum feritati, deriuatum Israeli, saluatori propinatum. 58.C
Lex dei, immaculata charitas est. 228.F
Lex bona charitas, & suauis. 331.D
Lex ignea. 21.H
Lex æterna, creatrix, & gubernatrix vniuersitatis. 228.G
Lex pietatis, quæ? 26.I
Lex domini, lex mentis meæ: voluntas mea, lex in membris meis. 194.B
Lex peccati in membris omnibus inuenitur. 47.B
Lex, est domini charitas, quæ trinitatem in vnitate cohibet. 330.M.331.A
Lex in Baptismate Christi terminatur. fol. 394.E
Lex, & ratio prauum vsum vincant. 309.H
Lex Mosayca de muliere immunda suscepto semina explicatur. 25.A
Lex alia à spiritu seruitutis, alia à spiritu libertatis. 228.I
Lex naturalis quæ? 91.B
Lex æterna fugitiuum posuit sibi contrarium. 228.H
Lex tota in his duobus mandatis pendet, declinare à malo, & facere bonum. 12.G
Lex naturalis quid potest, & quid prodest. fol. 225.I
Lex tua te constringit. 257.A
Lex vbi non est, nec præuaricatio. 343.B
Lex dura duris, & lapideis promulgata, parata percuere, nesciens miserari. 58.C
Legis præcepta decem. 407.K
Legis decalogũ necesse est nos implere per auxilium gratiæ. 27.C
Legis nouæ animalibus sex alæ insunt. fol. 119.I
Legis iugum graue, testibus ipsis Apostolis. fol. 156.I
Legis graue iugum, & vile præmium. 156.I
Legis finis est Christus, ad iustitiam omni credenti. 366.L.230.D
Legis plenitudo, cordis est charitas. 145.F
Legis diuinæ transgressor inuentus est homo, inuenit ipse aliam legem in mẽbris suis repugnantem legi mentis suæ. 199.E
Legem Deus promulgauit priori non similem, ea ad cautelam fuerat, hæc ad Medelam. 17.A
Legem dat dominus viam humilitatis. 230.A
Legem nullam prorsus habebat Christus in mẽbris suis repugnantem legi mentis suæ. 34.I
Legẽ qui non audit, eius oratio erit execrabilis. 19.G
Legem seruus, & mercenarius habent non à domino, sed quam ipse sibi fecerunt. 228.G
Legem qua redditur ad veritatẽ, B. Benedictus per duodecim gradus disponit. 230.A
ex Lege Deus vinit. 330.M
in Lege veteri duæ sunt arcæ. 119.K
sub Lege factus est, qui legem dedit. 17.H
Leges seculi damnant falsarios, leges seculi puniunt mendaces. 303.F
Leges Iustiniani, non Dei quotidie perstrepit in palatio. 205.A
Leges Iustiniani, non tam sunt leges, quàm lites, & cauillationes subuertentes iudicium. fol. 205.A
Legislator dulcis, & rectus, est dominus. 230.A
Leniatham forabitur maxilla. 30.K
Leniathan additamentum magis in ea parte regnat, in qua Iudeis fiebat circumcisio. 16.K
Leniathan humani corporis membra occupauit. 17.A.B
Leues sunt, qui circumferuntur omni vento doctrinæ. 62.D
Leuitas facit propositum mutare, pusilanimitas relinquere. 110.C
Leuitas animi, secundus gradus superbiæ. 233.F
Leuitatis filia, est nouitas. 362.L
Leuita gloriosus Stephanus. 391.D
Leuitæ gloriosus sumuntur, ex Leui tribu, & Iudæ sacerdotes sumuntur, Aarõ, & Christus, & eorũ successores. 119.F
Lia fœcundior, licet Rachel formosior. 138.G
Lia actiuam vitam, Rachel contemplatiuam significabat. 307.A
Lia est fœcunda in filiis, quia multi actiui, & pauci contemplatiui. 307.A
Liæ fœcunditas. 167.K
Libanus mons, qui dicitur de albatio, quid sit gnat. 407.H
Libani turris, quæ. Ibidem.
Liber homo solus inter animantia. 193.L
Liber homo, quia similis Deo: miser, quia contrarius Deo. 194.A
Liber homo, quia homo: miser, quia seruus. Ibid.

Liber Abailardi sententiarũ, inscriptus qualis. 364.I.
Liber Abailardi hæretici surrexit à mortuis, & cum eo multorum hæreses, quæ dormierãt, surrexerunt, & apparuerunt multis. 367.K
Liber est vnusquisque sua conscientia. 254.G
Librum sanctum quanta veneratione legere debeamus. 179.G
Libri mali transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. 364.L
Libri valant: & qui oderunt lucem, quoniam mali sunt, impegerunt in lucem, putantes lucem tenebras. 364.L
Libros nostros conferamus cum libro vitæ. fol. 263.L
in Libris sacris spelunca inueniuntur tres. 119.M
in Libris nostris quæ scribi debent? 362.L
Libera ratio non sic in nobis, vt in Adam. fol 25.M
Libera voluntas nos facit nostros, mala diaboli, bona dei. 216.M
Libera volũtas animæ humanæ data est. fol. 273.A
Liberum homo perdidit cõsilium per quod prius habebat posse non peccare. 217.F
Liberum arbitrium etsi habuerit initium nescit tamen occasum. 217.I
Liberum arbitriũ non sicut potest perse de bono in malum corruere, ita per se de malo in bonũ poterit respirare. 217.H
Liberum arbitrium non poterit destruere quæcũque aduersitas, vel necessitas. 217.G.H
Liberum arbitrium his verbis nota, homo est sub se. 88.B
Liberum arbitrium tolle, & non erit, quod saluetur. 215.H
Liberum arbitrium tam in malo, quam in bono integrum perseuerat. 217.G
Liberum arbitrium nos facit volentes, gratia benuolos. 216.L
Liberum arbitrium dicitur libera volũtas. 215.I
Liberum arbitrium operari dicitur, dum consentit. Ibid.
Liberum arbitrium tantum est salutis capax, deus est ipsius auctor. 215.H
Liberum arbitrium illic probatur. 27.K
Liberum arbitrium manet post peccatum. 217.F
Liberum arbitrium cur sic vocetur? 193.K
quod Liberum fui est, vbi peccat, ibi se indicat. 215.L
Liberum arbitrium, est in homine dignitas. fol. 225.F
Libero arbitrio nõ caret deus, nec diabolus cur. 218.D
Libere diabolus in malum corruit, & perstitit. 216.D
Libere deus, & angelus permanet bonus. fol. 216.D
Liberata voluntate, tunc suus est, & seipso libere vtens animus, & bonus fit animus. 246.H
Libertas arbitrij sola remansit ad pœnam. fol. 217.E
Libertas ibi, vbi & voluntas. 194.A
Libertas duplex, naturalis, & spiritualis. fol. 194.A
Libertas à miseria quæ? 216.A
Libertas ibi non est, vbi coactio adest. 122.E
Libertas ecclesiæ saluæ esse debet. 371.C
Libertas, vbi spiritus Domini. 216.A
Libertas prima habet plurimum honoris, secunda virtutis plurimum, nouissima cumulum iucunditatis. 216.B

Libertas omni seruitute seruilior, quæ. 338.C
Libertas superior consilij, est posse non peccare, non peccare inferior. 217.D
Libertas vbi non est, nec meritum, ac per hoc nec iudicium. 215.M
Libertas ibi non est, vbi est necessitas. fol. 215.M
Libertas vbi, ibi voluntas. 215.I
Libertas vbi non est, ibi nec meritum. fol. 193.K
Libertas peccandi vndecimus superbiæ gradus. 234.A
Libertatis acceptiones. 216.B
Libertatem suam amisit homo in eligendo & agendo. 246.H
Libertatem comitatur iudicium. 215.L
Libertatem solus sibi vindicat à peccato, qui peccatum non fecit. 216.C
Libertate spirituali Christus nos liberauit, vt ait Apostolus. 194.A
Libertates tres, arbitrij, consilij, & complaciti. 217.C.D
Libertates tres Christus habuit. 216.C
Libido tangendi perniciosa. 97.A
Libido cedit rebus: luxuria cedit operibus. fol. 306.F
Libidinis vitio vterque sexus laborat. 265.
quid Libidini, & virgini? 390.F
quod Licet, non continuò decet, aut expedit. fol. 209.I
Licent omnia, sed non omnia expedium. fol. 209.L
Licentia Apostolica quomodo quærenda? 329.A
Lignum vitæ quod? 179.H
Lignum vitæ, est Christus solus. 169.B
Lignum prophetarum. 320.E
Lignum vitæ est apprehendentibus Iesum. fol. 169.B
Lignum fructiferum est in domo dei, ac per hoc lignum viuens. 179.H
Lignum vitæ est, quod aquas Marath per Moysem dulcorauit. 85.D
Lignum quid significat 1.Cor.3. apud Paulum? 97.K
Lignum vitæ, quod portauit fructum salutis virgo Maria. 2.E
Ligna sancti patres fuerunt. 395.I
Ligna sunt omnes iusti. 117.M
Lilium bonum veritas. 185.B
Lilium cõuallium, id est, humilium corona. 168.G
Lilium est iustitia. 185.D
Lilium paratum ante faciem omnium populorũ. 185.C
Lilij commendatio. 282.M
Lilij candor humiles significat. 168.B
Lilij radix commendatur in tribus. 282.M
Lilio veritas competenter comparatur. 185.C
Lilia spiritualia. 185.A
Lilia quid sunt? 184.L
Lilia splendidissima vernant in horto concluso. 202.M
Lilia virginitatis decus, humilitatis insigne supereminentia charitatis. 66.B
tot Lilia, quot virtutes. 185.E
Limus noster, & deus in persona vna vniti. fol. 11.C.D.
Limus quidquid pertulit, deus in illo pertulisse dicitur. 11.D
Limus paradysi fuimus, nũc vero limus profundi 12.A
Limo terreno vim vitalem miscuit deus. fol. 11.C
Limo nostro adiecit vim sensibilem deus. 11.C
Limo nostro vim rationalem immisit. Ibi.
Limo nostro deus seipsum coniunxit. Ibi.
Limum nos esse manifestum est. 12.A
Limum nostrum addidit honorare. 11.C
in Limum nostrum deus descendit. 11.D
Limo nostro nihil vilius. 11.D
Lingua inquinat nos per vaniloquia & mẽdacia. 23.E
Lingua efficacior, quam litera. 340.M
Lingua contentiosa si frenum non habeat, nullus cum ea in pace viuere poterit. 299.B
Lingua rixosa veneno est plena. 299.B
Lingua modicum est membrum, tamen nisi refrenatur, totum corpus maculat & corrumpit. 299.B
Lingua animæ est feruor deuotionis. 167.D
Lingua membrum est teterum, sed teneri vix potest. 91.M
Lingua substantia quidem membrum exiguum, atque infirmum est, sed vsu magnum, atque validum. 91.M
Lingua modicum membrum est, sed nisi caueas magnum malum. 91.M
Lingua facile labitur. 91.M
Lingua silet ex inopia cogitationis. 66.D
Lingua detractoris cur sit crudelior mucrone, quo dominicum latus confossum est. 91.L
Lingua rixosa est veneno plena. 299.B
Lingua detrahens vbi regnat, ibi esse non potest pax integra. 299.A
Lingua magniloqua, & sedes prima, est res mõstruosa. 207.E.F
Lingua pacifica compescet lites. 151.C
Lingua labitur, vt anguilla, penetrat, vt sagitta 257.G
Lingua tollit amicos, multiplicat inimicos. 257.G
Lingua mouet rixas, seminat discordias. 257.G
Lingua longè volubilior est, quam dextera. fol. 85.I
Lingua leuius ad verbum mouetur, quàm dextera ad actum. 85.I
Lingua omni fallacia plena est, & nocuit plus quam omnia membra. 255.A
Lingua detractoris maleſuada. 91.K
Lingua audax, & frons inuerecunda quid loquatur quid ve agat, non curat. 265.B
Linqua quintuplex, dissoluta, impudica, magniloqua, dolosa, maledica. 91.I
Lingua duplex dei, & animæ per totum sermonem. 91.K
Lingua viperea quo modo vno flatu tres occidit 91.L
Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero. 305.I
Lingua vnde acuatur, non quærendum, sed vnde animus excitetur 21.A
Lingua detractoris est gladius triceps. 91.L
Lingua ostendit conscientiam. 303.D
Lingua est dissoluta in sermonibus ociosis. 91.H
Lingua dat nummum confessionis. 107.B
Lingua ligat, & ligari non potest. 257.F
Lingua lingit adulando, mordet detrahendo, occidit mentiendo. 257.F
Lingua dicitur, quia lingit. 257.F
Lingua omnium erit vna in cœlesti patria. fol 250.B
Lingua, non persona suspecta habenda. 91.M
Lingua tua non te perdat. 303.E
Lingua tua non te damnet. 303.E
Lingua, & sermonis vtilitas magna. 92.A
Linguæ tria aromata, quæ? 41.C

Universidad de Deusto

Linguæ vitia. 257.F
Linguæ quanta virtus. 324.C
Linguæ in potestate est mors, & vita. 257.G
Linguæ dolosæ, & maledicæ diuisio. 91.I
Linguæ resolutio frequens quantum afferat dissolutionis. 285.D
in Linguæ manibus mors, & vita. 348.H
Linguæ tuæ pone claustra silentij. 303.E
Linguam suam adhærescere palato sentiunt, quibus deest sermonis copia. 41.D
Linguam tuam religa, si vis esse religiosus, quia sine linguæ religatione religio vana est. 285.D
Linguam nemo domare potest. 41.C
Linguam suam docuerunt grandia loqui, cum operentur exigua. 210.I
Linguam suam præcipuè virgines Christi moderentur. 284.G
Linguam nullus hominum domare potest. fol. 390.E
Linguam à dolo prohibeamus, declinemus à malo, & faciamus bonum. 390.L
Linguam nullus nouit, nisi rex angelorum, & angeli eius, & qui sunt in genere Israel, & ciues Hierusalem. 276.G
Linguam suam cum monet verbum, volens ad animam loqui, non potest anima non sentire. 167.D
Linguam suam qui custodit, custodit animam suam. 257.G
Linguam corrumpit loquacitas. 109.I
Linguam tuam refrena, & eris religiosus. fol. 299.B
Linguam suam, & ventrem qui non custodit, monachus non est. 257.G
in Lingua acer viget. 109.I
in Lingua fructus pretiosissimus frequenter reperitur. 92.A
Linguæ vaniloquæ præcidendæ, & labia dolosa claudenda. 205.M
Linguas nostras à murmuratione custodiamus, cur? 305.H
Linguas suas docuerunt loqui mendacium adnocati forenses, diserti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate. 206.A
Linguosus vir non dirigetur super terram. fol. 229.G. 285.D. 248.H
Linum fumigans extinguimus. 41.A.B
Lites occasio tollens. 304.E
Lites semper despiciunt mites. 298.M. 299.A
Lites inter religiosos quàm turpes. 299.A
Litera minus efficax, quàm lingua. 340.M
Literæ Pythagoricæ bifium. 273.A
Literæ sensus est ineptus, & insulsus, indignúsque planè, qui recipiatur in scriptura tam sancta, & authentica. 179.F
Literatus odit socium. 83.K
Literati, & religiosi specialius præcæteris debent videre deum per intelligentiam, & affectum. 43.G
Literaturam qui cognoscit, timeat. 330.G
Linoris crudele tormentum. 202.A
Loculi Iudæ quid significent. 314.F
Locus nullus est extra deum. 303.C
Locus Esa.7. ecce virgo, &c. exponitur. 6.A
Locus, quem constituit dominus dominum domus suæ, & principem passionis suæ, est Romana sedes. 374.G.H
Locus. 1. Ioann. 5. tres sunt, qui testimonium dant in terra, exponitur. 45.D
Locus Hier. 9. mors ascendit per fenestras, nostras, exponitur. 279.L
Locus ille 80. psal. de petra melle saturauit eos, exponitur. 3.I
Locus Apocaly. 6. explicatur. 10.E
Locus magnus in regno dei. 238.I
Locus terribiliter metuendus. 51.G
Locus sine deo quis? 213.H
Locus vnicuique rei, finis est substantiæ. fol. 110.M
Locus veræ quietis. 150.B
Locus medius tutus est. 207.M
Locus nullus passionis in cœlo esse potest. 99.C
Locus Petri, locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius. 374.G
Loci explicatio, qualis esset ista salutatio. 7.G.H
Locum à terra exteriorem cœlum tenet: sol, luna, & sidera superiorem. 225.A
Loca tria sunt, & singula suos habent habitatores. 79.L
Loca tria, quæ animæ mortuorum pro diuersis meritis sortiuntur. 401.H
Loca tria sunt cœli: terra, infernus: & habet singula habitatores suos: cœlum solos bonos: terra mixtos: infernus solos malos. 116.F
inter Loca sancta, ac desiderabilia sepulchrum Christi tenet quodam modo principatum, cur? 199.D
Locorum variorum Paradisi super cœlestis læta descriptio. 401.K
Locusta non est cibus, nec pilus cameli vestitus humanus. 51.L
per Logicam cognoscitur verum, & falsum. 104.M
Longanimitatis est deus, reos ad pœnitentiam inuitando. 120.B
Loquacitatis vitium deuitent virgines pudicæ, si volunt pudicitiam conseruare. 285.C
Loquacitas linguam corrumpit. 109.I
Loquacitas ventosa philosophorum, non bonus imber est. 176.B
Loquacitas omnis est signum impudicitiæ, quæ non potest esse cum pudicitia virginali. 285.C
Loqui idem est, quod velle soli deo. 8.K
Loqui, & facere idem est soli deo. Ibid.
Loqui homines facilè possunt, quod volunt, etiã quod nullatenus facere possunt. Ibid.
Loqui quomodo decet. 410.L
Loqui multum, stultitia est. 257.F.303.E
Loqui & facere multum differunt apud homines, non apud deum. Ibid.
Loquendi licentiam Christus habet à patre. 18.K
Loquendi mensuram ne transeas. 303.E
Loquendi, & tacendi modus est. 265.E
Loquendi verbum non transeas. 303.E
Loquendum non multum, vbi senes sunt. fol. 265.L
Loquendum de nullo siniſtrè, nisi in confessione cum non potes aliter peccatum tuum manifestare. 269.L
Loquentis oculi fidem faciunt dictis. 340.M
Lorica ferrea in conflictu vtilior, quàm stola linea. 15.I
Loth nepos Abrahæ de susceptione angelorum exultauit. 375.G
Loth de Sodomis exire præcipitur. 397.M
Loth ardente Sodoma saluatur: est monasterium. Ibidem.
Loth inebriatus, dormiuit cum filiabus suis. 301.K
Lucas eleuans interpretatur. 42.B
Lucam fuisse cum alterum discipulum, qui in Emaus ibat, existimauit D. Gregorius. 43.B
Lucerna pedibus meis, verbum tuum ex psal. centes. octa. 196.B
Lucernæ, seu candelæ ardentes in manibus. 24.L.M
Lucernæ tres sunt. 118.E
Lucernæ, quæ noctem vitæ huius illuminant, sunt tres. 119.G
Lucernas in manibus tenere, quid significat? 300.M
Lucifer iudicandus astabit. 29.H
Lucifer fecit, vt Cain fratricida. 393.K
Lucifer ille, sed non iam lucifer, sed tenebrifer, & vesperus, dixit sedebo in monte testamenti, similis ero altissimo. 29.G
Lucifer erubescе, qui iam manè oriebaris. fol. 393.I
Lucifer, quòd altissimi similitudinem vsurpare tentauit, corruit. 1.C
Lucifer miser habuit. 73.B
ô Lucifer quantò magis ad alta sistinas, tantò celerius ad occasum declinas. 232.M
ô Lucifer mane oriebaris, imò nõ iam lucifer, sed noctifer, aut etiam mortifer. 232.M
Lucifer fuit Ioannes Baptista. 73.B
Luciferi machinationibus factum est, vt humani generis vniuersitas in peccatis concipere-ni. 393.K
Lucifero melius cessisset, si ignifer; non Lucifer fuisset. 73.B
Luciferum syderibus cunctis clarius micantem æterna caligine obtenebrauit superbia. 1.E
Lucta diaboli periculosa. 17.I
Lucta molesta, sed fructuosa, quia & spœnam habet, adhibet & coronam. 262.L
Luctare cum angelo, ne succumbas. 65.M
Luctandum est cum vitiis, & concupiscentiis. 8.C
Ludus bonus, quo Michol irascitur, & deus delectatur. 348.B
Ludus bonus, quo efficimur opprobrium abundantibus, & despectio superbis. 348.B
Ludus bonus, qui hominibus ridiculum, sed angelis pulcherrimum spectaculum præbet. 348.B
Ludus iucundus, honestus, grauis, & spectabilis quis? 348.B
Ludus castus, & religiosus quis. Ibid.
Ludorum spectacula milites templi abominantur. 198.D
Lugent nunc, sed tunc non consolabuntur, qui. 234.M
Lugebat Christus infans ex compassione. fol. 15.D.E
qui Luget peccata, bibit amaritudinem. fol. 166.C
Lugeant carnaliter suos mortuos, qui resurrectionem negant. 311.E
Luge alienos mœrores, vt tuos. 298.F
Lugere pro defunctis fidelibus pietas iubet, fides tamen pro eis plorare vetat. 311.E
Lugere in hac vita peccata nostra melius est, vt à domino veniam consequamur in futuro. fol. 310.B
Lugere cum timore Christi, melius est, quàm cum timore inferni. 297.E
Lugendum abundanter, quia lugendi tempus aduenit. 202.I
Lugendi appetitus pretiosus. 73.D
Lugendi sunt illi homines, quos demones pertrahunt ad pœnas inferni: non autem illi, quos angeli perducunt ad gaudia paradisi. 311.E
in Luctu nõ est minùs laudabilis vir fortis, quã in bello. 297.G
Lugdunensis ecclesia præeminuit honestis studiis & laudabilibus institutis. 362.E
Lumen inextinguibile. 406.C
Lumen vitæ, est veritas. 229.M
Lumen naturale animæ, est deus. 274.G
Lumen illuminans, lux omne lumen illuminans, & conseruans in æterno splendore. 37.G
Lumen mutuatum nunquam in eodem permanet statu. 51.I
Lumen scientiæ. 10.K
Lumina mille millena fulgurantia ante thronum diuinitatis à primo diluculo. 37.G
Luna splendet sine feruore, modo plena modo exigua, modò nulla videtur. 51.I
Luna in passione Christi omne suũ amisit inbar dolendo. 38.F
Luna vna, quòd æquè non sit altera. 213.L
Luna habet absque feruore splendorem. 73.D
Luna quid designare solet? 62.L
Luna, sol, & sidera locum tenent superiorem. fol. 225.A
Lunæ claritas non nisi à sole est. 153.L
Lunæ lux erit, sicut lux solis. 133.D
Lupa rapacissima quæ? 41.L
Lupus rapax Henricus hæreticus. 375.B
Lupi dentes plus timeo, quam virgam pastoris. 338.C
Lupi in pastorem, id est, episcopum, insiliunt. fol. 335.I
Lupi qui. 210.L
Lux est verbum. 196.B
Lux mundi obtenebrata est. 236.M
Lux fulget, in tenebris nouæ de cœlo. 15.A
Lux omnibus iucunda, sed euadenti de potestate tenebrarum iucundior. 183.L
Lux nascitur in eo, qui cõfessus fuerit, & pœnituerit. 390.G
Lux significat vitam iusti, nox vitam peccatoris. 112.E
Lux lunæ erit, sicut lux solis. 133.D
Lux nostra tempus est, vt luceat coram omnibus hominibus. 81.B
Lux inaccessibilis. 12.A
Lux non lucens. 5.L
Lucem videre nõ possumus, donec tenebras intuemur. 139.D
Lucem inaccessibilem oculus non vidit. 12.A
Lucem dum habemus curramus, ne tenebræ nos comprehendant. 307.L
Luxuria carnem debilitat, fractámque celeriter ducit ad senectutem. 300.I
Luxuria ciborum, & potuum quando dicitur? 283.A
Luxuria magnus princeps regis Aegypti est. 163.G
Luxuria flagitium est, auaritia spiritualis nequitia. 397.H
Luxuria ciũ decipiet homines ocio deditos. 306.F
Luxuria cõinquinat corpus super omne peccatũ. 397.I
Luxuria non dominatur remota saturitate. 301.E
Luxuria perducit hominem ad pœnas inferni. 301.A
Luxuria mergit hominem in infernum. Ibid.
Luxuria mittit hominem ad tartarum. fol. 301.A
Luxuria inimica est deo. 301.A
Luxuria cedit operibus, libido cedit rebus. 306.F
Luxuria cedit industriæ, & labori. Ibidem
Luxuria per famem, & sitim destruitur. fol. 301.E.E
Luxuria semper est adiunctæ saturitati. 301.H
Luxuria, & iniquitas principatur in Clero. 203.M
Luxuria roboratur, dum gula se voluptati inclinat. 317.D
Luxuria dicit, ego regnabo. 8.D
Luxuria impugnat continentiam, auaritia misericordiam. 397.H
Luxuria citò decepit hominem vagantem. fol. 306.F
Luxuria grauius vrit, quem ociosum inuenit. fol. 306.F
Luxuriæ currui duo aurigæ præsident, ignauiæ torpor, & infida securitas. 165.I
Luxuriæ currus duobus equis trahitur, prosperitate vitæ, & rerum abundantia. 163.I
Luxuriæ assultus sentiunt, qui perseuerant in cõtinentia. 397.I
Luxuriam qui diligit, non satiatur. 203.B
Luxuriam ingulare oportet. 10.L
Luxuriam stulti homines amorem appellare præsumunt, quod verius odium possit appellari. 283.A
Luxuriam fames & sitis vincunt. 301.E.F
Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas. 301.I
Luxuriosus luxuriosum non erubescit. 206.A
Luxuriosus, & castus sibi repugnant. 397.A
Luxuriosus tota nocte vigilat, non solum patiẽter sed libẽter, vt suam expleat libidinem. 34.G
Luxuriosi sunt largi, & quomodo? 163.I
Luxuriosi est, motus sentire, & motibus cõsentire. 397.A
qui Luxuriatur, quamuis videatur viuens, tamẽ mortuus est. 301.A

M

Macceria non lapidum congeries, sed sanctorum cõmunio accipitur. 178.H
Macceriarum acceptiones variæ. Ibidem. I.K
Machabæi Martyres. 349.I
Machabæi causam, & formam noui Martyrij tenuerunt. 349.K
Machabæi, quia instar martyrum nostrorum libare diis alienis, patriámque legem deserere venuebant, in ecclesia celebrantur annua veneratione. 349.K
Machabæorum veneratio in ecclesia exhibetur. 349.I
Machabæis solis ex omnibus antiquis iustis annuam celebritatem pari cum nostris martyribus veneratione cur decreuerunt Patres. fol. 349.I.384.K
Machabæos tempus à nouis martyribus disiungit, coniungit antiquis. 350.C
Machabæos tempus à nouis martyribus disiungit, coniungit antiquis: genus vero nouis aggregat, & segregat à veteribus, cur? 384.L 350.C
Macula odibilis, quæ beatam nobis adimit visionem. 203.F
Macula à primo homine manauit. 22.H
Macula propria vbi est, ibi propria quoque purgatio iure requiritur. 97.A
Matula grauis est, non solum nœuus si in actionibus monachorum, vel minorum inanda ærumresidet negligentia. 91.H
Magdalena Christum resurgentem prima meruit videre, cur. 300.B
Magdalena meruit esse Apostolorum Apostola. 300.L
Magister vnus in cœlo, & in terra. 343.A
Magister, qui habet solus clauem sapientiæ fol. 21.H
Magister, qui docet solus hominem scientiam. 21.H
Magister ecclesiæ quid ait. 399.H
Magister omnium Iesus suam doctrinã fatetur non esse suam. 366.E
Magister gentium parentes filiis, nõ filios debere censuit thesaurizare parentibus. 209.F
ad Magistrum respicere quidquid à discipulis delinquitur. 236.M
Magistri infelices qui? 390.K
Magistri ecclesiarum grauiter carpuntur. 23.L
Magistrorum sententiæ non est nostrum præferre sensum. 328.H
Magnus, cui præsens felicitas si arriſit, nõ arriſit. 208.C
Magnus, qui incidens in aduersa non excidit, vel parum à sapientia. 208.C
Magnum est, se ipsum vincere. 17.L
Magni est animi, tormenta contemnere. 399.H
Magus adorat Christum. 390.M
Magi ab oriente venerunt, ortum solem institiæ quærentes. 18.G
Magi insipientes facti sunt, vt fierent sapientes. 28.G
Magi humanum flagitantes consilium, diuinum amisere ducatum. 19.F
Magi offerunt munera Christo, adhuc vbera sugenti. 18.M
Magi tres venientes non modò ab Oriente, sed etiam ab occidente. 13.H
Magi adorauerunt nouum virginis partum, sequentes noui sideris ductum. 18.G
Magi lactentem puerum adorant. 18.G
Magi quod deum agnoscant, indicat adoratio, indicat thuris oblatio. 18.M
Magi in fide superexcellunt latronem, & centurionem. 19.B
Magorum deuota veneratio deuotum fecit, & venerabilem Epiphaniæ diem. 18.H
Magorum fides certa vnde noscitur 19.E
Magorum munera indicant tria. 19.C
Magis quòd apparuit Christus, mirabile magis. 18.M
Magos ad terrenum documentum conuersos signum cœleste deseruit. 19.F
Magos qui adduxit, ipse & instruxit. 18.H
Magos qui foris per stellam admonuit, ipse in occulto cordis edocuit. 18.H
Magos prædocuit spiritus, quod postea prædicauit Apostolus. 18.G
Magos, Mimos, & fabulatores Milites templi abominantur. 198.D
Maiestas dei Philosophis abundantibus in suo sensu innotuit. 14.A
Maiestas omnipotentis Dei penetrat omnia elementa. 303.C
Maiestatis scrutatio formidolosa. 179.B
Maiestatem dei videbitis, quo modo debeat intelligi? 12.H
Mains monasterium. 328.A
Maiorum auctoritati cede, deser digna seruitia maioribus. 300.A
Malagma iciuniorum. 145.D

Universidad de Deusto

Maledicenti tibi, benedictionem appone. 304.F
Maledictio Euæ in virgine Maria est mutata. 11.I
Maledictio Euæ in Mariam Christi matrem nõ cadit. 11.L
Maledictio antiqua excluditur mulierum. 30.M
Maledictio mutata in benedictionem. 11.K
Maledictionibus tribus serpens subiacuit, Euæ duabus, Adam vni. 286.H
Maledicta sterilis tantum in Israel. 7.E
Maledicta non erit vltra in Israel. 7.G
Maledictus qui peccat in spe. 109.L
Maledictus, qui reædificabit ruinas Hierico. 367.K
Maledictum crucis pertulit Christus. 7.G
Maledici regnum dei non possidebunt. 303.H
Malicida est Christi miles, non homicida. fol. 197.M
Malitia summa mentis, est ocium incers. fol. 243.G
Malitia magna est, tui te non misereri. 199.A
Malitia, Luxuria, & Auaritia vbi dominentur? 163.G
Malitia diaboli expositos inste à deo captiuauerat nos. 24.I
Malitia visa est vicisse ad tempus, inde se victam dolet in æternum. 196.H
Malitia currum habet quatuor rotis consistentẽ. 163.G
Malitia, est amare malum. 109.E.F
Malitia non omninò poterit ex cordibus nostris extirpari, donec in mundo fuerimus. 28.D
Malitia magnus princeps est spiritualis, atque inuisibilis ipsius regis Aegypti. 163.G
Malitia sapor est mali, vnde & à sapore sapientia. 276.D
Malitiæ currus trahitur duobus equis admodũ pernicibus, terrena potentia, & seculari pompa. 163.H
Malitiæ currui præsident aurigæ duo, tumor, & liuor. 163.H
Malitiæ proles est iniquitas. 144.I
Malitiam vincit sapientia in mentibus, ad quas intrauit. 196.H. 5.F
Mala pura quæ sunt. 328.H
Malus homo nunquam tute cum habitat, & nemo molestior est ei, quã ipse sibi. 245.B
Malus semper iurgia quærit. 298.M
Malus auferatur, ne malos generet. 350.G
qui Malus est inter bonos culpandus, & laudãdus, qui bonus est inter malos. 308.L
Mali sapor ab animæ præcordiis auellendus. 396.B
Malum ortum est prius de Eua. 5.F
Malum, quod nemo videt nullus reprehendit. 251.L
Malum volendo anima est mortua. 196.B
Malum inopinatum fortiter ferit. 307.M
Malum grande, propria voluntas. 186.H
Malum, quod nemo videt, nemo arguit. 354.B
Malum inflexibilis, & obstinatæ mentis punitur æternaliter, licet temporaliter perpetratum. 378.E
Malum vbi adest, flagellum appropinquat. 128.M
Malum vnum multa bona perdit. 294.F
Malum bonis non adiungas. Ibidem.
Malum omne panditur ab Aquilone. 361.D
Malum poterit esse magnum, quod constat voluntarium non fuisse. 341.I
Malum duplex ligno paratur infructuoso, secuvis, & ignis. 152.B
Malũ triplex, bororis, doloris, & pudoris. 97.I
ad Malum semper prona est hominis cogitatio. 75.E
in Malum prona est omnis ætas ab adolescentia. 34.I
per Malum vnum pereunt multa bona. 301.M
in Malo perseuerare, quorundam hominum non solum humanum, sed diabolicum est. 129.D
Mala quotidie crescunt, & subtrahuntur bona. 249.D
Mala non occurrunt timenti dominum, sed in tentatione deus liberabit illum à malo. fol. 295.A
Mala omnia eueniunt nobis propter peccata nostra. 294.K
Mala tria in inferno. 107.C
Mala nõ minima de magnis bonis oriri solent. 195.G.H
Mala ne facias alteri, ne tu pàtiaris similia. 298.F
Mala & qui facit & qui sustinet morietur. 304.K
Mala expectata tolerabiliter feruntur. 307.L
Mala ea grauia sunt, quæ cogitata non fuerunt. 307.M
Mala duo aduersus animam militant. 133.H
Mala multa docuit otiositas. 410.L
Mala etiam omnia cooperãtur nobis in bonum. 84.C
Mala pro bonis retribuentes, foueam foderunt. 34.D
Mala duo in inferno, vermis, & ignis. fol. 107.C
Mala duo magna restant, mors, & iudicium. 403.C
Malorum hominum odium habere melius est, quàm consortium. 308.M
Malorum omnium parens, est incuria. 210.C
Malorum multorum sentina, est otiositas. 410.L
Malos vita, iniquos caue. 308.L
per Malos deus facit bona bonis. 136.B
Mammona diuitiæ nuncupantur. 57.L
Manasse tribus citra Iordanem substitit. 13.I
Manasses vterque oblitiosus, quomodo? 13.H
Manasses, qui super Cherubim sedet. Ibid.
Mandatum ab initio homini Deus contulit. 17.A
Mandatum nouum quid. 315.D
Mandatum dulce posuit dulcis dominus. 315.B
Mandatum nouum nobis proponit amoris, qui dilexit nos. 315.B
Mandatũ leuissimũ, & omnino mensura. 17.A
Mandata dei decem ibi paucis percuruntur, & exponuntur. 407.K.L
Mandata domini in timore obseruari debent. 23.G
Mandata dei multi habent in libro, non in animo, multi in voce, non in opere, multi in memoria, non in vita, multi in verbo, non in exemplo. 317.I
Mandata dei custodiunt, qui timent dominum. 295.A
Mandata diuina carnalis Israel omnia transiere. 12.E
Mandata dei suos obseruatores, tãquam clypei, muniunt. 407.M
Mandata dei custodientibus vita æterna debetur. 397.B
Mandatorum dei iugum suaue. 37.D
in Mãdatis duobus lex tota pendet, declinare à malo, & facere bonum. 122.G
in Mandatis dei exercitatio docet, non eruditio. 352.F
Mandor, cum arguor. 185.M
Manducat, & bibit homo corpus, & sanguinem redemptoris sui. 276.C
Manducamus carnem Christi: caro enim Christi verè est cibus. 158.C
Manducat Christi corpus, & sanguinem bibit, qui piè, & fideliter est affectus. 244.G
Manduca, vt semper esurias. 301.H
Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur, ait impius. 83.M
Manducare corpus domini spiritualiter, & eius sanguinem bibere, quid. 35.L.244.F
Manducare Christi corpus spiritualiter, quid. 244.F
Manducare corpus Christi, quid. 276.C
Manducare oportet agnum Paschalem. 367.H
Manducatur in mysterio Christi caro. 169.B
Manere cum Christo quid. 320.M
Manere in Christo quid sit. 320.I
Manere longè à Christo quid. 320.M
Manere iuxta Christum quid. Ibid.
Manichæum, multosque alios Augustinus propulit. 104.H
Manichæum hæreticum debita sententia condemnauit. 368.C
Manichæi Manem habuerunt principem. 181.G
Manna absconditum. 332.C.D
Manna absconditum est, nomen nouum est, quod nemo scit, nisi qui accipit. 202.M. 203.A
Manna illud absconditum non eruditio, sed vnctio docet: nec scientia, sed conscientia comprehendit. 203.A
Manus tua, consensus tuus. 196.C
Manus dextra, & læua quid. 395.F
Manus per Ananiam impositio quid in Paulo effecit. 24.D
Manus episcoporum sacratæ. 81.M
Manus sacerdotum sunt sacratæ, & sacrant tremenda mysteria. 335.H
Manus non sunt ciò cuiquam imponendæ, exemplo Ananiæ, & Pauli exemplo. 24.C.D
Manus quid si cessant, & non cesset pectus. 337.B
Manus accipere, quàm dare potẽtiores, & promptiores. 209.I
Manuum nostrarum labores manducamus ante mortem. 228.C
Manus à malo opere innoxias habere non sufficit, nisi à prauis cogitationibus mundemur in mente. 267.I
Manus corrumpit crudelitas. 109.K
Manus nefarias qui sibi ipsi iniicit, non carnem, sed mentem lacerat, & corrodit. 201.B
Manus mundas habere homini seculari magnum est, monacho magnum non est. 91.G
in Manibus quarũ propriè tactus est, terra viget. 109.I
Mansiones domini duæ, vna in via, altera in patria. 318.F
Mansiones domus dei quænam sunt? 315.M. 316.A
Mansuetudo, & humilitas, gemina parunitas. 24.E
Mansuetudo, & lenitas commendantur. 12.K
Mansuetudinis argumenta duo in sponso. 138.E
Mansuetudinis suæ exemplũ reliquit Christus. 6.D.E
Mansuetudinem Christi imitemur. 7.M
Mansuetudine, & obedientia cruciatur inimicus. 81.I
Mansueti hæreditabunt terram. 357.E
Mare rubrum, seculum hoc designat. 313.H
Mare seculum hoc significat. 207.I
Mare origo fontium & fluminum. 405.H. 140.L
Maris stella. 13.K
Margarita preciosa. 315.BC. 405.M
Margarita preciosa amplectenda. 103.B
Margarita preciosa quid designat. 397.C
Maria interpretatur maris stella. 6.I
Maria pia virgo 8.C
Maria, rosa fuit: Eua, spina. 395.I
Maria est stella ex Iacob orta. 6.I
Maria à lege mosayca de purificatione libera. 25.A
Maria Aaron virga significabatur eius flore Christus. 5.I
Maria quibus figuris in veteri testamento designata. 406.K
Maria virgo quo modo exprimitur. fol. 1.L & 2.A 9.I
Maria mater domini fuit antè sancta quàm nata. 362.H
Maria sola generali maledicto libera. 11.K
Maria virgo intra materna viscera sanctificata. 393.F. excusa Berna.
Maria non de spinoso, & bisulco Iudæorum populo, & arido procreata est. 325.H.I
Maria descendit de domo Dauid. 6.I
Maria ex regibus orta, generosa ex stirpe Dauid. 63.C
Maria virgo vnde orta, inde Christi caro sumpta. 214.F
Maria virgo, est scala, rubus, arca, sidus virga, vellus, thalamus, porta, hortus, aurora. fol. 395.B
Maria delictum non habuit. 59.M
Maria in ortu suo, & vita ab omni peccato custodita fuit immunis. 362.H
Maria à natura conseruata, à lege venerata, à gratia prælecta. 394.M
Maria virgo à seculo electa, ab altissimo prænotata, ab angelis seruata, à prophetis promissa, à patribus figurata. 5.F
Maria reuerenda angelis, desiderata gentibus, Patriarchis, prophetisque prænotata, electa ex omnibus, prælata omnibus. 362.F
Maria virgo innocens fuit ab originalibus, & ab actualibus peccatis. 407.H
Maria non valuit prius sancta esse, quam esse: hoc dicit disputatando Berna. nam hoc tunc nondum erat in ecclesia decretum. 362.I
Maria nascitur. 388.M
Maria ab initio tradita fuit archangelo seruanda. 344.L
Maria necessario desponsata est Ioseph. 6.E
Maria virgo paupercula. 35.E
Maria grauida fuit, sed non grauata. 7.G
Maria nescivit virum & genuit filium. 7.G
Maria est mater, cuius deus est pater. 7.G
Maria deum peperit, & de deo concepit. 7.G
Maria turbata in sermone Angeli sed non perturbata. 7.H
Maria quòd turbata est in sermone angeli, verecundiæ fuit virginalis. 7.H
Maria, cum ad eam ingressus est angelus, orabat in secretario pudici cubiculi, clauso super se ostio. 6.L
Maria ostium suum super se claudebat hominibus non angelis. 6.M
Maria non dubitat de facto, sed modum requirit & ordinem. 8.E
Maria sola est, cui dicitur: quod ex te nascetur, sanctum vocabitur filius dei. 63.F
Maria virgo diabolum, & angelos sanctos latuit, quod esset mater dei futura. 344.L
Maria virgo fœcunda. 13.K
Maria mater dei eligitur, & ancillam se nominat. 9.A
Maria fide concepit, fide perperit. 14.L
Maria, quæ generat, mater, & virgo est. 11.L
Maria virgo credit, fide concipit. 9.G
Maria virgo deum peperit. 5.D
Maria quem concepit, genuit deus pater. 7.C
Maria genuit tibi deum. 11.F
Maria protulit angelorum cibum. 407.I
Maria verbum in voce, martha in carne suscepit. 60.C
Maria. θεοτόκος. 408.A
Maria peperit, sed non cum tristitia. 7.G
Maria nescinit in concipiendo concupiscentiam, nec in pariendo dolorem. 362.F
Maria pariens, dolorem non sensit, quo loco illud figuratum. 5.H
Maria sine grauamine granida, sine dolore puerpera. 63.C
Maria non habet locum in diuersorio. 336.B
Maria sine corruptione fœcunda. 63.C
Maria virginitatis primiceria. 63.C
Maria virgo, virga sublimis. 2.E
Maria contra triplicem foraicationem habuit remedia. 395.C
Maria sola sine corruptione concepit, sine grauamine tulit, sine dolore filium parturiuit. fol. 63.F
Maria fuit pudibunda, quod euangelio probatur. 63.F.G
Maria virgo peperit, & post partum virgo permansit. 11.K
Maria propositum pudicitiæ non violauit. 7.B
Maria plane magna, casta virginitate. 407.G
Maria aptè sideri in virginitate integra confertur. 6.I
Maria virgo virginũ prima castissima, sanctissima. 282.D
Maria virgo ante partum virgo post partum. 315.A
Maria murus fortissimus, qui nec ante partum, nec in partu, nec post partum potuit violari. 407.G
Maria virgo aperta non fuit, probatur per Ezec. 44. de porta inguer clausa. 25.B
Maria mater & virgo. 390.G
Maria mater sine corruptione. 11.K
Maria cur accepit virginitatis donum. 5.E
Maria saluo pudore concepit, & sine corruptione peperit. 23.C
Maria mater est sine corruptione virginitatis.
Maria virgo parturit, virgo permanet. 9.G
Maria Christi mater integra. 16.H
Maria sine iniquitate concepit, & salua integritate peperit. 18.I
Maria virginitatis flore nõ amisso, benedictum protulit fructum. 292.E
Maria est hortus conclusus. 64.D.E
Maria carne virgo, mẽte virgo virgo professione. 5.G
Maria peperit virgo nõ parta à virgine fuit. 362.K
Maria virgo pro virginalis continentiæ voto sigillata. 36.C
Maria virgo virginum. 395.G
Maria virgo dolorem in pariendo non sensit. fol. 37.F. 11.I
Maria virgo concepit illæso pudore, peperit sine dolore. 38.K
Maria cum dolore non parturiuit. 7.E
Maria à dolore parturientium aliena. 11.K
Maria Christifera. 125.C
Maria ab angelo salutata munda quidem inuenta est, sed non planè vacua. 59.F
Maria non eguit purificatione. 105.L
Maria purificatur, Iesus circumciditur, præbentes exemplum pœnitentibus. 105.L
Maria Christum filium lactauit. 37.K
Maria mater dei pro nobis orat. 407.E
Maria compatietur nobis, si pie fuerit inuocata. 23.B
Maria gratiæ inuentrix, mediatrix salutis, restauratrix seculorum. 362.F
Maria debet vocari in auxilium in omnibus huius sæculi maris tempestatibus. 6.I.K
Maria nostra solicita est, si quid forte deest in nuptiis. 23.A
Maria pie à nobis pulsata, non dedit necessitati nostræ. 23.B
Maria virgo omni honore dignissima. 5.B
Maria vita amabilis, desiderabilis, & delectabilis. 408.B
Maria domina est salutanda. 20.K. 408.C
Maria inter Christum, & ecclesiam constituta. 63.A
Maria adiuua imbecillitatem nostram. 64.H
Maria virgo angelorum domina. 38.L
Maria virgo inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis. 2.F
Maria virgo intercedit pro nobis. 2.F
Maria compassa est ad nuptias eas celebrantiũ verecundiam, sicut misericors, sicut benignissima. 22.F
Maria mater angelorũ, mater misericordiæ. 37.M
Maria virgo domina, aduocata, & mediatrix nostra. 2.E
Maria domina cibat hodie pauperes tuos. 64.A
Maria quod virgo est, ex audita est pro reuerentia in causa totius generis humani. 11.F
Maria virgo beata ascendens in altum, dabit ipsa quoque dona hominibus, hinc colligendũ diuos nostra causa deum obsecrare. 59.C
Maria regina quo modo intelligi debet. 405.E.F & seq.
Maria virgo Domina mea. 315.A
Maria virgo apud suum misericordem filium excusat peccatum nostrum. 9.E
Maria trahe nos post te hinc colligendum nos diuos precari. 59.B
Maria mater dei domina nostra. 20.D
Maria multum est solicita de miseris. 408.B
Maria regina mundi, regina cœli, regina misericordiæ. 405. I.50 G 37.K. 588.C 59.C.8.L
Maria virgo nos ducit ad venerandã cunabulã 390.M. 40 8.F
Maria merito facta est omnium domina, quæ se omnium exhibebat ancillam. 63 H.I
Maria mater misericordiæ exoratur. 23.B
Maria mater misericordiæ. 23.B
Maria adiuuat, & liberat nos. 408.E
Maria regina misericordiæ. 408.A
Maria terribilis, vt castrorum acies ordinata. 64.G
Maria virgo virginum, sancta sanctorum, lumen cæcorum, iustorum gloria, peccatorum venia. 406.A
Maria regina sancta sanctorum. 405.F
Maria virtutum auctrix, & scientiarum sanctæ sanctarum. 405.H

Universidad de Deusto
Biblioteca

Maria sancta sanctorum melonymicè dicitur. 405. L
Maria est bellatrix egregia. 64. G
Maria suum audacter appellat filium deum, & dominum angelorum. 5. A
Maria nullum filij sui consilium potuit nescire. 20. L
Maria virgo omnibus generationibus vitam, & gloriam genuit 50. H
Maria virgo post filium præcellit splendore virtutis, & scientiæ. 405. H
Maria felix, cui nec humilitas defuit, nec virginitas. 5. C
Maria sola beata inter mulieres. 11. K
Maria omnia arbitrata est vt stercora, vt Christum lucrifaceret. 7. B
Maria filij sui mysteria sanctis apostolis prædicanda commisit. 20. M
Maria fidelis, quæ salutis antidotum viris, & mulieribus propinauit. 62. I
Maria ager plenus, plena virtutum, plena gratiarum. 407. I
Maria pulchra inter mulieres. 8. L
Maria solem mundo inuexit, desideratum gentibus. 63. F
Maria est lectulus Salomonis. 408. A
Maria virgo domina, & nasus speciosus. fol. 407. H. 8. L
Maria gratiam singularem inuenit. 31. M. 32. A
Maria mater Iesu erat inter eas fœminas, quæ ministrabant ei eúmque sequebantur. 37. K
Maria gratia plena, exponitur toto sermone. 394. L. M
Maria virgo comes individua adhæsit lateri Christi filij. 394. L
Maria filij sui Christi parabolas, ænigmata, dicta, & opera auidius ebibit, luculentiúsque alijs edidit. 394. L. M
Maria virgo prudens, non erat de numero fatuarum virginum. 60. A
Maria omnibus firmamentis firmius firmamentum. 406. I
Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, iusta in confessione. 106. C
Maria in lectulo dominum quæsiuit, quæsiuit in tumulo, nec inuenit. 99. C
Maria spiritum habuit scientiæ, per quem timoris, & pietatis distributio fieret inconfusa. 31. C
Maria longè plus gratiæ diuinæ accepit, quàm apostoli. 6. M
Maria mater Christi est decus paradisi, gaudiũ cœli. 38. K
Maria mater sapientiæ. 8. A
Maria gratia hominibus per fœcunditatem, angelis per virginitatem, deo per humilitatem. 105. E
Maria virgo, lignum vitæ, quod portauit fructum salutis. 2. E
Maria mater Iesu, quæ vitem tulerat, ter beatissima. 279. I
Maria, est viola humilitatis, lilium castitatis, rosa charitatis. 64. E
Maria de plenitudine filij differentius accepit à cæteris. 7. C
Maria laudatur, quòd rationem fide præuenit. 365. E
Maria virgo, cœlestis planta. 2. E
Maria virgo regia gemmis ornata virtutum. 5. E
Maria est aurora. 407. I
Maria virgo nunquam fidem perdidit. fol. 38. K. I
Maria virgo in altum mittit radices humilitatis. 2. E
Maria, stella maris. 406. B. 13. K
Maria virgo, & martyr, non ferro carnificis, sed acerbo dolore cordis. 315. A
Maria martyr in anima fuit. 63. M
Maria virgo, & Ioannes ambo martyres. fol. 38. D
Maria virgo est plus quàm martyr. 63. M
Maria super omnes cœlos angelorum meruit eleuari. 284. I
Maria super omnes est, quia prima in terris angelicam proposuit ducere vitam. 61. C
Maria assumpta fuit in cœlum, vt æternum gaudea cum filio. 37. K
Maria meritò super angelos exultata est, quæ infra viduas, & pœnitentes sese inclinabat. 63. I
Maria nunquam super omnes angelos glorificata ascendisset, nisi prius infra omnes homines humiliata descendisset. 64. G
Maria exaltata est super choros angelorum. fol. 362. F
Maria regina nostra præcessit nos. 59. B
Mariæ natiuitatem meminit. 359. L
de Mariæ virginis conceptione quæstionem Bernardus ad auctoritatem, & examen Romanæ ecclesiæ remittit. 362. M
Mariæ subditus erat Christus, & Ioseph propter Mariam. 5. A
Mariæ virginitas maior est, quàm angelica puritas. 61. C
Mariæ fœcundæ virginis amplectitur cœlum præsentiam, terra memoriam veneratur. 64. K
Mariæ virginis gloria singularis, & excellens prærogatiua, quæ? 31. B
per Mariæ manus transiit, quod nos deus habere voluit. F. G
Mariæ Ioseph sponsus pudicitiæ factus est fidelissimus testis, quo pacto. 6. C
Mariæ desponsatio, & Thomæ dubitatio pulchrè conferuntur. 6. C
Maria vbera virginea. 23. C
Mariæ desponsatio fuit illa, quæ & dubitationis Thomæ. 6. B
Mariæ conceptus Elizabet ab angelo nunciatur, cur. 8. H. I
Mariæ præsentia totus illustratur orbis. 59. B
Mariæ virginis misericordia totius mũdi reparationem obtinuit, salutémque impetrauit. 61. D
Mariæ perpetua virginitas in dubium vocari nequit. 6. C
Mariæ virginis purificatio celebratur. 25. A
Mariæ diadema duodecim prefulget stellis. fol. 63. C
in Mariæ generatione rutilat fulgor. 63. C
Mariæ in proposito erat hominum fugere frequentias, & colloquia, cur. 6. M
Mariæ typus, arca testamenti. 395. G
Mariæ venter mirabilis. 408. G
Mariæ in honorem quinque virgilij versiculi citantur. 407. E
Mariæ natiuitatem ecclesia celebrat. 407. K
Mariæ commendare memento quicquid deo offerre paras. 66. C
Mariæ, & solis collatio. 405. H
in Mariæ honorem quater in anno melos nobilissimum concinitur. 405. F
Mariæ virginis sorores. 37. M
Mariæ gremium virgineum. 19. H
Mariæ fœcundissimæ emissiones, Paradisus. 291. D
Mariæ virginis sponsus humilis, & timoratus, scilicet Ioseph. 4. I
Mariæ ex ore pendet salus totius generis Adam. 8. L
Mariæ laudes quatuor versiculis celebrantur. 406. I
Mariæ orationis suffragium impetrandum. 6. K
Mariæ multa virtutum multarum nomina, & appellationes. 406. K. L
Mariæ fidei regnum cœlorum comparatum. 14. L
Mariæ fructus super omnia benedictus. 7. C
Mariæ virginitatem cum commendamus, viduitatem Annę non reprobamus. 282. L
Mariæ virginis fulgore cœlestis patria clarius rutilat. 59. B
Mariæ viscera æterni vroris florem protulere. 2. E
Mariæ laudes quatuor sermonibus, & virtutes narrantur. 405. E. F & sequent.
Mariæ encomij summa. 395. K
Mariæ fidem, Elizabeth prophetante laudatam agnouimus. 8. H
Mariæ viscera virtutem pietatis imbuerunt. 22. G
Mariæ mens antè repleta, quàm venter. Ibidem.
Mariæ ab vtero cum processit Christus, ab animo non recessit. Ibidem.
Mariæ nomen euoluitur. 389. A
in Mariæ ventre deus gloriæ reclinabatur. 389. A
Mariæ venter cœlis, terris, & elementis capacior. 389. A
Mariæ vteri virginalis templo, locus dignior in terris non fuit, in quo filium dei maria suscepit. 59. C
Mariæ nec facultas, nec voluntas dandi dona hominibus deesse potest. 59. C
Mariæ pietati non defuit fides, voci gratuitas, efficacia voto. 234. E
Mariæ gloria tribuenda. 8. A
Mariæ exitus ab vtero matris suæ fuit sanctus, festiuus, ac latus. 362. H
Mariæ ex ore pendet consolatio miserorum. fol. 8. L
Mariæ excellentiam arca Noë significat. 395. D
Mariæ in responsione deus proposuit saluare mundum. 8. L
de Mariæ virginis conceptione apostolicæ sedis auctoritas erat consulenda. 362. L
Mariæ virginis sanctum reputans natiuitatis diem, non fallitur ecclesia. 362. H
Mariæ fœcunditas nobis tria contulit. 118. H
Mariæ nomen de thesauro diuinitatis euoluitur, cum modus redemptionis quæritur. 389. A
Mariæ fructus, est vita æterna. 31. M
in Mariæ visceribus nouem menses Christus corporaliter requieuit. 59. C
Mariæ orationes quantum in conspectu altissimi placuerint, angelus indicauit. 6. M
Mariæ ortus festiuus, & sanctus ab ecclesia indubitanter habetur. 362. F
Mariæ similis non fuit, nec erit in æternum. 11. E
Mariæ matri Christi non decidu flos virginitatis. 16. I
Mariæ matri Christus nec abstulit quidem incorruptionem. 11. L
Mariæ datum est, quòd indignus eras, cui donaretur. 11. F
Mariæ maritus an fuit Ioseph. 6. G
Mariæ placent nuptiæ nostræ. 22. B
Mariæ virgini consilium dei prius quàm angelis reuelatum. 344. H
Mariæ ocium, & Marthæ negotium. 164. B
Mariæ virgini matri suæ in natiuitate nihil Christus attulit læsionis. 11. I
Mariæ pro minimo erat, displicere hominibus, dũ posset se virginem castam præbere deo. fol. 7. E
Mariæ virginis Martyrium in dominicę passionis historia commendatur. 63. L
Mariæ Assumptionis festum ab ecclesia accepit Bernardus. 362. F
Mariam lapidaẽssent Iudæi, si eam Ioseph dimisisset. 6. F
Mariam non cognouit Ioseph, donec peperit filium suum primogenitum: non enim post cognouit, quod illic probatur. 186. K
Mariam Christus suam matrem benedixit in cœlis, qui maledictum pertulit crucis. 7. G
Mariam virginum reginam absque omni peccato decuit ducere vitam. 362. H
Mariam de eius puritate comprobauerat Ioseph. 6. F
Mariam cogitans, non erras. 6. K
Mariam virginem sancta Trinitas sanctificauit. 395. G
Mariam virginem beatam inuocatam in suis necessitatibus nemo sibi defuisse inuenitus est. 61. D
Mariam in aliquo reprehensam non legimus. 8. H
Mariam virginem salutat fortitudo domini. 391. B
Mariam illic summè orat Bernard. 37. M
Mariam virginem condidit Emmanuel. 395. G
Mariam reges venerantur in Bethleem. 388. C
Mariam matrem suam deus in terris singulari præuenit gratia. 5. D
Mariam rogans, non desperas. 6. K
Mariam sacerdotalis virga sine radice floruit. 63. C
Mariam virginem quænam præfigurabant. 63. C. D
Mariam cur Ioseph traducere nollebat. 6. F
Mariam super omnes angelorum choros exaltatam, nefas est dubitare. 62. L
ad Mariam quid accedere trepidet humana fragilitas. 62. I
ad Mariã virginem laus elegantissima, & deprecatio. 64. A
ad Mariam angelus missus nunciare virginalem conceptum, non creare. 8. G
ad Mariam nulli hominum facilis patebat accessus. 6. M
ad Mariam virginem antequam Gabriel à deo missus peruenire, inuenit deum virgineis illapsum visceribus. 389. A
ad Mariam Gabriel hyemis tempore venit. 402. E
ad Mariam tanquam plenius edoctã Gabriel loquens indicat nomen Christi solum. fol. 18. D
in Mariam matrem non cadit Eue maledictio. 11. L
in Mariam Eua transfusa est. 62. H
per Mariam virginem cœlum repletum est, & infernus euacuatus. 61. D
per Mariam cœlũ repletum est, & infernus euacuatus. 61. E
cum Maria specialiter deus est licet sit cum omnibus sanctis. 7. B
ex Maria filius, deus & homo prodiit. 63. D
in Maria deus posuit solem, & lunam: Christum, & ecclesiam. 406. K
in Maria angeli lætitiam, iusti gratiam, peccatores veniam inuenerunt in æternum. fol. 50. H
in Maria sola virginitas, & fœcunditas obtauerunt sibi. 11. D. E
in Maria virginitas ex fœcunditate, & ex virginitate fœcunditas. 63. E
in Maria plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter, in Stephano non. 6. M
in Maria quatuor virtutes morales, & tres theologicæ. 106. C
in Maria, & per Mariam, & de Maria benigna manus omnipotentis quidquid creauerat, recreauit. 50. H
in Maria tria mirabilia operatus est deus. fol. 118. G. H
in Maria inuenire est, prærogatiuas gratiarum duodecim. 63. B. C
in Maria excellentior gratia, quàm in martyre Stephano. 391. B
in Maria virgine sola ecclesiæ fides erat in illo triduo passionis Christi. 38. K
in Maria virgine virginum terra benedicta, est redemptio plantata. 292. D
in Maria quod semel factum est, factum in alia non fuerat, nec fiet in æternum. 11. E
in Maria cum virginitate fœcunditas. 5. A
in Maria sancta Trinitas fuit. 106. A
in Maria coruscat mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, martyrium cordis 63. C
in Maria virgine duæ fuerunt sorores Maria, & Martha, quomodo? 407. H
sine Maria nihil refectum est. 389. A
sine Maria nihil refectum est, sicut sine deo nihil factum. Ibid.
Maria, & Martha duę sorores in Maria virgine fuerunt. 407. H
Maria optimam partem elegit. 236. A
Maria fuit intelligentia spiritualis Mariæ virginis. 407. H
Maria Magdalene super omnes, excepta virgine Maria, dolebat, & plorabat. 37. M
Maria Magdalena secularis fuit, sed tamen Christum resurgentem vidit, & apostolorum apostola esse meruit. 300. L
in Mariæ Magdalenæ festo sermo. 58. B
Maria soror Moysi. 23. A
Marmotis, siue mala mors est vicus, in quo Iudas traditor domini ortus fuit; qui vicus alio nomine dicitur Schariot, à quo Iudas iste Schariotis nuncupatur. 312. E
Martha rationalis erat prudẽtia Mariæ virginis. 407. H
Marthæ negotium, & mariæ ocium. 164. B
Martinus presbyter Cardinalis Papæ legatus quàm optimus. 211. F
Martinus tres mortuos suscitauit. 75. I
Martinus cœcis visum, surdis auditum, mutis loquelam, claudis gressum, aridis sospitatẽ reddidit. Ibid.
Martinus lucerna erat ardens, & lucens. Ibid.
Martinus, dies in quibus fuerit vebus. Ibid.
Martini hostibus quid contigerit? 76. A
Martinum non pigeat imitari. 79. I
Martyr virgo maria, non ferro carnificis, sed acerbo dolore cordis. 315. A
Martyr Maria virgo fuit in anima. 63. M
Martyr fuit Ioannes Bapt. & martyrum lumen inter natiuitatem, mortémque Christi. 344. K
Martyr Ioannes apud angelos. 16. E
Martyr Stephanus apud homines, cuius voluntaria passio euidenter apparuit. Ibid.
Martyr beatus, Clemens. 76. E
Martyr est in toto, in petra, in visceribus Iesu. 178. G
Martyr primus Abel, & primus iustus. fol. 292. F
Martyris fortitudo ex petra est. 178. G
Martyris sanguis, fructus est vitis 177. I
Martyrio qui sint idonei? 168. G
Martyres beatitudine sine corporibus consummari non possunt, nec ea recipiunt sine nobis. 10. E
Martyres desiderant nos, & aduentum nostrum expectant, ac libenter audiunt bona de nobis. 10. E
Martyres læta aure clamorem puerorum hic morantium percipiunt: nota. 345. E
Martyres licet terreantur, rident: feriuntur, gaudent: occiduntur, & ecce triumphant. 277. L
Martyres infantes coronati. 16. D
Martyres, & confessores quo differunt? 29. K
Martyres quando vestientur stolis duplicibus. 10. E
Martyres, & Apostoli inuitati in tempore gratiæ præ cæteris. 35. M
Martyres erant insani, inter tormenta videntes. 273.
Martyres fortitudinem seminauerunt. 29. K
Martyres iudicij diem postulant. 10. E
Martyres flagitant vindictam. 360. E
Martyres nõ vindictæ cupidi, perfectionem desiderant beatitudinis. 10. E
Martyres noui, & veteris testamenti qua ratione discrepant. 384. K. L. 349. K
Martyres ambo Maria virgo, & Ioannes. 38. D. E
Martyres hæreticorum. 182. F
Martyribus vniuersis tam veteris, quàm noui testamenti equè conuenit pro iustitia occubuisse. 349. K
Martyribus successerũt sancti doctores. 402. M
Martyrium constantia, & pertinacia hæreticorum nihil habent simile. 182. F
Martyrum multitudine Roma purpuratur. 394. I
Martyrum mors, eorum natalitia nominatur. 393. L
Martyrum segetes ex semine superno terra promissionis protulit. 198. I
Martyrum beatorum ossa confracta sunt in animis hominum impiorum, & contrita dentibus bestiarum. 87. E
Martyrum diem mortis, non natiuitatis ecclesia solennizat, cur. 393. L
Martyrum, & Confessorum memoria celebratur. 82. G
Martyrum reliquam multitudinem superauit Stephanus martyr. 391. B
Martyrum duces Petrus, & Paulus præclari martyres. 52. I
Martyrum corpora tenemus vadia. 10. E
Martyrum caput Iesus. 391. H
Martyriũ virginis Mariæ in dominicæ passionis historia commendatur. 63. L

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martyrium ad meriti cumulum antecellit. 343. I
Martyrium sine fide quid est nisi pœna. fol. Ibidem.
Martyrium sine sanguine triplex. fol. 119. M
Martyrium vnicum. 45.E
Martyrium testimonium est. 76.H
Martyrium infantibus circumcisis suffecit ad salutem. 16.E
Martyrium Vincentij quale. 114. A
quod Martyrium grauius, quàm inter epulas esurire, paupertate premi inter diuitias. 68.G
Martyrium cordis coruscat in Maria virgine. 63. C
Martyrium vt ad salutē sine baptismo sufficiat, facit fides, non pœna. 343. I
Martyrium non aliunde, nisi ex fidei merito. Ibide.
Martyrij veri genus, est paupertas voluntaria. 68. G
Martyrij coronam etiam infantibus interfectis pro Christi ecclesia largitur. 182.C
Martyrij genus est, quędam effusio sanguinis in quotidiana corporis afflictione. 45.E
Martyrij florem Stephanus sibi præuendicat. 391. G
Martyrij tria genera, opus solum, voluntas sola, opus & voluntas: in Stephano opus, & voluntas: in Ioanne voluntas sola: in innocentibus opus solum. 16.D
Masculus non circuncisus, peribit anima eius de populo suo. 17.F
Mater communis quæ. 34. A
Mater & virgo Maria. 390. G
Mater Christi integra. 16.H
Mater ex tempore, sed virgo, nec parare potuit incorruptio corruptelam. Ibid.
Mater Christi virgo. 15. A
Mater & virgo adinuicem coniuncta. 11.C
Mater salutis, virgo Maria. 2. F
Mater misericordiæ Maria. 23 B
Mater verbi incarnati est in cœlū assūpta. 60.H
Mater non potest oblinisci filij vteri sui. 379.C
Mater Maria sine corruptione. 11.K
Mater Maria sine corruptione virginitatis. fol. 11 L
Mater noua nouam accipit benedictionem. 30. M
Mater Christi est virgo, eius pater fœminam nescit. 314. I
Mater, & virgo est quæ generat. 11. L
Mater virgo, quam despondit apostolus vni viro. 16.L
Mater simul vt esset, & virgo, à seculo non est auditum. 5. A
Mater prophetarum, & apostolorum ciuitas sancta Hierusalem. 198. I
Mater nostra est genitrix gratia dei, apud quam vna columba eligitur. 308. A
Mater ecclesia Romana, vt deus pater. fol. 357. C
Mater insolentiæ, est impunitas. 210.C
Mater simoniæ, est auaritia. 335.G
Matris domini miraculum. 390. M
Matri dolorem non intulit, qui dolores totius mundi tulit. 11. K
Matri suæ Christus nihil in natinitate attulit læsionis. 11. I
Matri quidem Christus non ablulit incorruptionem. 11. L
Matrem suam deus in cœlis donaturus singulari gloria. 5 D
Matrem sui regis honorant Angeli sancti. fol. 5.C
Matres sanctæ animas prædicando, aut meditando intelligentias pariunt spirituales. fol. 196.M
Matertera sæua Synagoga abortiuū facere voluit. 13. L
Materiam frustra Philosophi quærunt: non eguit materia deus. 213.H
Matrimonium, ibi nota sacramentum esse. fol. 328.F
Matrimonium cum & fieri, & non licet, factum iam solui non licet. 328.I
Matrimonium ante nuptias inter media bona reponitur: in coniugatis puri boni vim obtinet. Ibidem.
Matrimonium carnale duos in carne vna constituit: spiritualis autem copula multò magis duos cōiungit in vno spiritu, id est, Christum, & Ecclesiam. 137.M
Matthæus primus noui testamenti scriptor. fol. 55.E
Mediator noster tribus deo reconciliauit homines. 31.C
Mediatores nobis traditi sunt sancti. 52.I
Mediatores salutis sancti, exemplo Mariæ virginis. 362.F
Medium est virtus. 290.E
Medium tene, si non vis perdere modum. fol. 207.M
Medium est sedes modi, & modus est virtus. Ibidem.
Medium vitiorum virtus tenet. 176.E
extra Medium habitationem omnem, sapiens exilium reputat. 207.M
Medius locus tutus est. Ibidem.
Media semper amat deus. 66.B
Media naturalia ad quid prosunt. fol. 400.D
Media duo, passio, & resurrectio. fol. 396.I
Media sunt quædam, quæ pro modo, loco, tempore, vel persona, & mala possunt esse, & bona. 328.H
Mediocria omnia sunt vtilia. 309.H
Mediolanensis ciuitas ab errore liberata, & relicto schismate, ad Catholicam rediit vnitatem. 357.E
Mediolanenses in gratiam domini Papæ, & Ecclesiæ vnitatem recepti sunt. 357.K
Medicamina noua, quæ 11.H
Medicamina animarum nostrarum sunt Christi facta. 41.C
Medicamentum pœnitentiæ. 145.D
Medicina serò paratur, cum mala per lōgas mnaluere moras. 367.L
Medicina dulcissima, omnem morbum expellēs. 320 D
Medicina quomodo est Iesus? 143. A
Medicina delicata nimis, quæ. fol. 236.I
Medicus veniet ad ægros. 10.H
Medicus pius, & sapiens. 11 H
Medicus, & doctor est Iesus. 20.D
Medicus verus Christus non vstione, & cauterio curat, sed vnctione. 13. A
Medicus tibi semper præsto est, paratus est. fol. 244.B
Medicus animarum descendit ab altitudine sua. 1.K
Medicus animarum deus, animæ procurat tentationes, immittit tribulationes. 233.B
Medicum qui spernit quo modo sanari poterit? 390.H
Medicum Iesum fugientes multi pereunt. 13. A
in Medico non est, semper releuetur vt ægr, in quo? 210.G
Meditata omnia leuiori euentu accedunt. 307.L
Meditatio quid sit? 267.G
Meditatio quid præstat? 42.F
Meditatio quid docet? 77.L
Meditatio, & oratio sibi ad inuicem copulantur. 42.F
Meditatio, quid appetendum sit, diligentius inquirit, & thesaurum nobis effodit: sed eum obtinere non potest, mittit nos ad orationem. 268.E
Meditatio, & oratio tranquillū deo parant hospitium. 44.D
Meditatio pia super (Salue regina.) 408 A
in Meditationibus sanctis feruentes esse oportet. 410.H
Mel quid significat. 2.D
Mel, quod fugit Israel de petra. 405.M
Mel, & lac fluxerunt colles. 4.G
Melius est mori, quam fornicari. 301. A
Melius est viā iustitiæ non cognoscere, quàm post cognitionem retrorsum conuerti. 300.C
Melius est plus egere quàm plus habere. 305.G
Melius est, vt pereat vnus, quàm vnitas. fol 350.H
Melius est habere malorum odium, quàm consortium 308.M
Melius est ab homine iugulari, quàm æterno iudicio damnari. 300. A
Meliora non concupiscas in rebus mundi. fol. 299.D
Meliora non eligas in temporali causa. fol. 299.D
Meliora non quæras in transitoriis rebus. fol. Ibidem
Melos nobilissimum in honorē Mariæ quater in anno concinitur. 405.F
Membrum qui Dei est, pauper sit spiritu. fol. 35.G
Membrū tandiu dolet, quandiu in corpore cōsistit. 298.C
Membrum, quod dolorem non sentit, mortuum est. 251.I
Membra sequuntur caput suum. 26.B.15.I
Membra nostra sanguine Christi consecrata. fol. 390.F
Membra nostra sanguine Christi viget. 106.I
in Membris genitalibus aqua viget. 106.I
Memores nostri sunt Sancti in conspectu Christi. 56.H
Memoria sanctorum delectat. 56.G
Memoria præteritorum, vermis, qui non moritur. 214.I
Memoria martyrum, & confessorum celebratur. 82.G
Memoria sanctorum quid excitat in nobis. fol. 70. K
Memoria conuersionis Pauli memorantibus vtilis inuenitur. 23.H
in Memoria cōuersionis Pauli peccator spem veniæ concipit. Ibidem
Memoria sanctorum in terra celebratur, exēplo. 64.K
Memoria Apostolorum celebratur. 53.E
Memoria conuersionis Pauli frequentatur. fol. 23 H
Memoria mundatur per confessionem. fol. 114.D
Memoria, est animæ stomachus. 161.L
Memoria cecidit in tres species cogitationum. 105. C
Memoria peccatorum hominem reddit humilem apud se. 117. F
Memoria ardoris gehennæ extinguat in te ardorem luxuriæ. 310.K
Memoria durat, anima durante, sed qualis? 214. I
Memoria patriæ cœlestis, memoria voluntatis. 120. E
Memoria in generatione seculorum, præsentia in regno cœlorum. 226.B
Memoria angelorum celebratur. 66.C
Memoria dulcis quę. 226.B
Memoria labilis hominem reum non statuit. 215.M. 216. A
Memorię suggerit bona Sp. bonns in cogitationibus sanctis. 50. B
Memoriæ attribuim° omne, quod scimus. 249.B
Memoriæ ianitor, recordatio professionis. 120. E
Memoriam sanctorum veneramur, non quòd eorum interfit, sed nostra. 70.I
Memoriam facilè delet oblinio. 3. I
Memoriam inquinat operatio praua. fol. 114. D
per Memoriam patri similes sumus, per intelligentiam filio, per voluntatem Spiritui sancto. 249. B
Mendacium apud omnes damnatur. 303. F
Mendacium loquentes veritas perdit omnes. 112. B
Mendacium leue, graue periurium imputatur. 334. L
Mendacium nullum est instum. 303.F
Mendacium omne in omnibus est peccatum. Ibid.
Mendacium manifestum testimoniis manifestis, & paucis veritatis confutatur. 344.F
Mendacium qui dubiè profert, non mentitur. 144. G
per Mendacium alienam vitam non defendas. 303. F
Mendacium quid? 407. M
Mendacij omne genus fugiendum. 256.L
Mendacij genus, quod facilè dimittitur. 303. E
Mendacij omne genus summo studio cauendum est. Ibid.
Mendacij spiritu ne seducaris. 146.E
Mendacio quæ societas cum veritate? fol 112. B
Mendax quisnam est? 10.L
Mendax est, qui deum non nouit. 2. I
Mendax Satanas, & pater eius, quomodo intelligendum. 1. E
Mendaces, & vani filij hominum. 92.E
Mendaces puniunt leges seculi. 303.F
Mendaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur. 303. E
Mentitur, qui veritatem, quam nescit, affirmat. 144. G
Mentiri non potest, qui non loquitur. fol. 303.F
Mentiendo neminem decipias. Ibid.
os Mentiens, occidit animam. 303. E
Mentitus est planè Syrus ille leprosus, qui nescio quas Damasci aquas aquis prætulit Israelis. 199.D
Mentis, signum gestus corporis. 296.L
Mens assueta deliciis, nec exculta disciplinæ sarculo, multas contrahit sordes. 359.K
Mens nostra tertium spiritum discretionis habeat. 41.B
Mens ideo dicitur, quòd meminit, vel eminet in anima. 275.D
Mens est quædam vis animæ, qua inhæremus deo, & fruimur. Ibid.
Mens casta, & religiosa non desiderat à seculāribus amicis accipere dona, sed à Christo. 309. A
Mens nostra quomodo deo placeat. 137.C
Mens deuota tria meritò requirit. 159.B
Mens, quam semel affecerit charitas, sui iuris esse non sinitur. 342.H
Mens multitudine ciborum lassata, perdit vigorem orationis. 301. F
Mens occupata in terrenis curis, semper est in angustijs. 296.G
Mens beata, quam sibi totam vendicauit sapor boni, & odium mali. 196.I
Mens sui meminit, sēque intelligit, ac diligit. 249. A
Mens rationalis est, quā nihil similius est illi summæ sapientiæ. Ibid.
Mens deo dicata, sic caueat minora vitia, vt maiora. 267.D
Mens malè sibi conscia propriis agitatur stimulis. 303. C
Mens secura leniter sustinet tristitiam. fol. Ibidem.
Mens, & conscientia immundorum est polluta. 181.M
Mens per oculos capitur. 301. A
Mens pia est templum deo sanctum, & altare optimum, cor eius. 250.K
Mens ad contemplandum deum non est libera, quæ terrena concupiscit. 305. C
Mens mala, & trāquilla nec deum timet, nec hominem reuerētur. 263 B
Mens casta plus gaudet in luctu, quàm in risu. 310.B
Mens bona, bona possessio est. 265. C
Mens nostra cœlestis est. 306. A
Mens imperterrita fiducialiter agit, nec mutat, nec mutatur. 391. C
Mens tua non vacet variis perturbationibus. 410. L
Mens imago dei est, in qua sunt tria, memoria, intelligentia, & voluntas. 249. A. B
Mens bona semper habet gaudium. 303. C
Mens in corde, cor in pectore, Christus in fide, fides in mente. 249. A
Mens beata, quæ se induit castimoniæ decus. 196. L
Mens mundatur per lectionem. 114. D
Mentis oculus alta videre non potest, si eū claudit puluis terrenæ cupiditatis. 305. C. D
Mentis oculus alta non videre potest, quem puluis claudit concupiscentiæ. 309. D
Mentis malitia summa, est ocium incrs. 243. G
Mentis oculus est mundandus, vt mereamur videre spiritum veritatis. 317. C
Mentis suscitatio, magnum, & mirabile sacramentum. 41. D
Mentis bona in vsum expendimus vanitatis. 57. B
Mentis nummo tria aromata emenda sunt. 41. C
Mentem mundam, & sanctam deus plus diligit, quàm terrenam substantiam. fol. 396. F. G
Mentem tuam turpis cogitatio non subrepat. 303. B
de Mente sordida, munda cogitatio non emanat. 378. H
in Mente fulget quod est in opere. 378. H
in Mente arbitry est libertas. 75. A
in Mente ista tria habeas quid fuisti, quid es, quid eris. 269. M
Mentes beatæ, & æternæ quomodo à nobis intelliguntur, ibi docetur. 212. L
Mensa propositionis duodecim panum. fol. 407. F
Mensa beata, mensa felix in qua Christus conuiuatur. 313. I
Mensa, ad quam residēt fideles epulaturi cum Christo incarnatio eius est. 35. D
ad Mensam Christi, ad illámque panem angelorum nemo accedat, nisi mente, & corpore purificatus. 403. L
ad Mensam altaris quinam frequentius accedunt. 392. G
in Mensa, & de mensa incarnationis dominicæ refectio acquiritur opulenta. 35. D. E
in Mensa Corpus Christi, & sanguinem consecrandi potestas data. 182. A
in Mensa sacrosancta altaris sacramentum dominici corporis percipimus. 67. D
Mensæ tres staturi nostræ apponuntur. fol. 119. E
de Mensis duabus sermo. 103. I
Mensura in loco, & tempore consideratur. fol. 110. L
Mensura incorporeorum in tempore est, non in loco. 110. L. M
Mensuram sine mensura Christus promittit. fol. 25. H
Mentio vltima de placito dei pro iactura salutis nulla cunctatio. 210. K
Mercator non insipiens Christus. 2. M
Mercator prudens, qui. 382. D
Mercator nequam Iudas. 312. E
Mercatores, qui mercantur regnum cœlorum. 115. K
Merces inuitet, si labor terret. 207. B
Merces quædam virtutis est in hac vita. 354. K
Mercedem laboris deus nobis proponit. fol. 229. L
Mercedem accipiet quisque secundum proprium laborem. 375. I
Mercedem reddet deus laborum sanctorum suorum. 210. G
Mercede propria non est cariturus, qui calicem aquæ frigidæ pro domino dederit. 127. H. I
Meridies dantur omnibus meretricibus. 237. L
Mercenarius quis. 404. C
Mercenarius non facit gratis 228. F
Mercenarius non rapitur ad contemplandam veritatem, qui propriam quærit vtilitatem. 86. F
Mercenario sua cupiditas, qua ipse arctatur. 228. F
Mercenarij multi sunt. 404. C
Mercenarij timete, quia periculum vestrū grande est in terris. 404. A
Mercenarios à pastoribus persecutio segregat, & discernit. 204. D
Meretrix impręgnata de spiritu falsitatis. fol. 382. I
Meretrix sacrilega, hæresis. 382. I
Meretur gratiam patientia sanctæ conuersationis. 41. F
Meretur magna fides magna. 158. I

Meretur humilitas exaltationem æternam. 153. E
Meretur regnum æternum voluntaria paupertas. 153. E
Meretur præmium verus amor. 226.K
Mereteur plurimum gloriæ mors pro Christo. 197. M
Merentur opera nostra. 249.K
nihil Merentur animalia ratione carentia, quòd libertate careant. 193.K
Merito possumus nullis operibus vitam æternam sed gratis datur & illa. 29. L
Meruit iustus ab impiis, summus ab infimis, ab infirmis omnipotens. 225.E
Meruit virgo Maria super omnes cœlos angelorum elevari. 284.I
Meruit esse Apostolorum Apostola Maria Magdalena. 300.L
Meruit latro eadem die cum domino esse in paradiso. 32.E
Meruit multum deus de nobis, qui immeritis dedit seipsum nobis 225. D
Meruit Maria benedictionem, quam non amisit. 63. D
Meruit Magdalena Christum resurgentem videre, cur? 300.B
Meruit deus à nobis amari sine modo. fol.
Meruit videre Christum Anna prophetissa. 300.K.L
ad Merendum homo potis. 193.K
Mereris tantum, quantum vis. 253.A
Meritum tuum tantum crescit, quantum crescit voluntas tua bona. 253..A
Meritum magnum si habere vis, fac magnam voluntatem tuam. 253.A
Meritum totum hominis in voluntate est. 252.M 253. A
Meritum tuæ virginitatis, ô virgo minuet pœnã meæ iniquitatis. 311. M
Meritum virginis Mariæ. 63. D
Meritum virginum sublime. 287.H
Meritum, & præmium sibi est amor. 195.D
Meritum mortis, est peccatum. 199.F
Meritum non est, vbi nec libertas. 193. K
Meritum non est, vbi non est libertas. 215.M 193. K
Meritum cur nullum sit in animalibus ratione carentibus? 193. K
Meritum mors non habuisset, si homo non voluntariè moreretur. 199.F
Meritum iustitia est, & materia, lætitia verò præmium. 20. A
Meritum iustitia quærit, misericordia misericordiam intuetur. 331.I
Meritum fidei Christianæ Petrus Abailardus enacuare nititur. 367.K
Meritum continentiæ nullum est absque charitate seu iustitia. 153. L
Meritum peccati tulit Christus, suam nobis donando iustitiam. 199. G
ad Meritum satis est, de meritis non præsumere. 183.M
ad Meritum sufficit, scire, quòd non sufficiant merita. 183. M
ante Meritum præmium exigere, ordo præposterus est. 167.K
ob Meritum vnius cuncti periere minores, & nunc saluantur vnius ob meritum. fol. 38. D
Meritum habemus. 11.G
Meriti eiusdem non sunt omnes virgines. 286. D
ad Meriti cumulum antecellit martyrium. fol. 343.K
Meriti maioris est credere nunc in deum, quia eum non videmus, quàm si eum videremus. 316.H
Merito peccatorum meorum dispar est causa pœnarum, non sunt tanta supplicia, quanta extiterunt peccata. 305.A
pro Merito sanctitatis vnumquemque hominem venerare. 300.A
pro Merito operum suorum, vnicuique locũ facit misericordia. 298.G
Merita habet ecclesia, sed ad promerendum, non ad præsumendum. 184.A
Merita sine præsumptione ecclesiæ non desunt, nec præsumptio sine meritis. 184.A
Merita Spiritus donat, & præmia nihilo minus ipse redonat. 29.M
Merita donat gratia, & peccata laud. 22.G
Merita hominum talia non sunt, vt propter ea vita æterna debeatur ex iure. 29.M
Merita habere cures, habita, data noueris. fol. 184.A
Merita apud Christi humanitatem, apud diuinitatem autem præmia habemus. 396.D
Merita omnia dei sunt dona, ita homo magis propter ipsa deo debitor est, quàm deus homini. 29.M
Merita nõ omnino sufficiunt, sed initium quoddam, & velut fundamentũ fidei sunt habenda. Ibidem.
Merita omnia quid sunt ad tantam gloriam? Ibidem.
Merita in quatuor constant. 81.B
Meritorum lumina in vita æterna distinctè fulgebunt. 287.I
Meritorum penuria, paupertas perniciosa: præsumptio spiritus, fallaces diuitiæ. 184.A
Meritorum eminentia non inflatur spiritu pauper. 35.G
Meritorum discretor, est in iudicio Christus, in regno distributor præmiorum. 19.B
cum Meritorum, & virtutum incremento. B. Victor viuens inter peccatores, translatus est. 56.F
pro Meritorum diuersitate Christus in iudicio mitis, ac suauis apparebit electis, improbis terribilis. 311.F
Meritis cauere neminem infantium venatorum, sed Christi habere merita. 183.M
in Meritis dines fuit Martinus. 75.I
in Meritis suis habitare. 122.M
pro Meritis bonis anima in cœlo collocatur, aut in inferno pro peccatis cruciatur. 249.L
pro Meritis diuersis tria sunt loca animæ mortuorum destinata. 401.H
Meridies tota dies, & vesperam nesciens. 159.E
Meridies verus, & æternus, sponsus & aduocatus ecclesiæ. 160.E
Metent honorem, & quietem, qui seminarunt laborem, & vtilitatem. 29.H
Metretæ duæ quæ sunt? 23.F
Metretæ duæ Hydriarum singularum quid significant. 22.I
Metu rapacių animum, id est, dæmonũ super fluenta sacrarum scripturarum sedeamus, ne improuisi præda inimicis nostris fiamus. 307.K
Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis nomina nosse multum est, ex eorum vocabulorum auditu, & cognitione beati sumus. 341.E
Miles Christi defensor Christianorum reputatur. 197.M
Miles impauidus vt corpus ferro, sic animum fidei lorica induitur, nec dæmonem timet, nec hominem. 197.I
Miles Christi non sine causa gladium portat. fol. 197.M
Miles Christi securus interimit, interit securior. Ibidem.
Miles Christi non est homicida sed malicida. fol. Ibidem.
Miles, & monachus nunc ex eodem panno partiuntur sibi cucullam & chlamidem. fol. 236.L
Militem, & regem non nisi duo terrimi parietes abiungunt. 393.I
Milites templi in communi viuunt, iucunda & sobria conuersatione, absque vxoribus, & liberis. 198.C
Milites templi nullo tẽpore otiosi sedent, ne gratis panem comedant. 198.D
Milites templi scaros, & aleas, & venationem detestantur. Ibidem.
Milites templi mimos, magos, fabulatores, cantilenas, & ludorum spectacula, tanquã vanitates, & insanias falsas respuunt. Ibidem.
Milites templi irruũt in aduersarios, hostes velut oues reputant, etsi pauciores sint. 168.E
Milites templi, veri Israelitæ pacifici ad bella procedunt. Ibidem.
Milites templi equos veloces habent & fortes. fol. Ibidem.
Milites templi honore se inuicem præueniunt fol. 198.D
Milites templi capillos tondent, scientes iuxta apostolum, ignominiã esse viro, si comam nutrierit. Ibidem.
Milites Christi armari non appetunt. 9.C
Milites Christi securi præliantur prelia domini sui. 197.M
Militum templi conuersatio qualis esse debet. fol. 198.C
Militia approbatur crebra veterum attestatione. 198.B
Militia verè sancta, & tuta quæ? 197.I.K
Militia secularis clypeũ portat in latere sinistro, cœlestis autem virumque latus tegit. 126.E
Militiæ nouum genus ortum nuper auditur in terris. 197.H
Mimos, & magos milites templi abominantur. 198.D
Minister Christi, Christum sequitur. 56.F
Minister Christi quo modo conuersari debet. fol. 98.B
Minister domini dominum imitetur. 209.G
Minister bonus, qui carnem in cibum, sanguinẽ in potũ, animã in præcum ministrauit. 172.K
Ministrum esse Christi, magnum, admirabile est prorsus, & mysteriorũ dei esse dispensatorem. 304.C
Ministri dei fideles, & prudentes esse cur debẽt. 74.H
Ministri ecclesiæ in vsus luxuriæ victum pauperum consumere non verentur. 149.L
Ministri ecclesiæ quæ inbent, faciendа. 7.K
Ministri ecclesiæ templum domini sanctum polluunt. 204.A
Ministri Christi antichristo seruiunt. 403.H
Ministri ecclesiæ spurci, & mali non Deum placant, sed irritant. 204.A
Ministris dei communia vestimẽta tria sunt. fol. 119.C
Ministros ecclesiæ Christus non parat aures, vt audiat: sed flagellum, quo feriat. 206.B

de Ministris ecclesiæ quid hæretici dicere, & blatterare soleant. 182.D
Ministerium ministrorum Christi triplex. 114.I
Ministerium Episcoporum, non est dominium. 335. G
Ministerio sacerdotum panis angelorum, & vitæ mortalibus quotidie præparatur. fol. 391. M
Ministratio est, statio angelica. 74. C
Minuta duo habemus, corpus, & animam. 25. D
Mirabilis aquarum mutatio. 18.M
Miraculum matris domini. 390.M
Miraculum fuit, quòd virgo peperit. 394 L
Miraculo omni mirabilius quid. 11.C
Miracula maiora facta sunt postquam ascendit Christus ad patrem per eũ, quàm ea, quæ fecit in propria persona. 316.H
Miracula verè noua, quæ? 11. I
Miracula à Diuo Martino facta. 75.I
Miracula sanctorum post eorum mortem exemplo Sancti Stephani. 391.H
Miracula beati Benedicti sanctitatem probant. 29. C. D
Miracula magna sunt ortus, & occasus solis, terræ fœcunditas, temporum vicissitudo. 11.I
Miraculum miraculo additum, vbi? 8.H
Miracula crescunt, vbi. 11.L
Miracula duo cruces ibi referuntur. fol. 409.C
Mirum quid in fide nostra. 11.E
Miser quis sit. 121.L
Miser est, qui desiderat, quod assequi non potest. 271. C
Miser fieri voluit Saluator, vt misereri disceret. 230.E
Miserum, vel beatum vita sensus, vel appetitus per se faciunt. 215.L
Miseri nos, & miserabiliter nati. 401.E
Miseri miserum in hac lucem induxerunt. 249.C
Miseris graue, quibus & viuere labor est. 25.L
Miserorum salus, & consolatio. 11.G
Miserorum refugium datum arma iniquitati. 209. A
Miserorum consolatio pendet ex ore virginis Mariæ. 8. L
Misera ciuitas, in qua regnat Herodes. 19.E
Miseria grauis post tantillam voluptatẽ. 249.K
Miseria cavet inuidia. 74.H
Miseria nulla verior, quàm falsa lætitia. 216.I
Miseria magna est hominis, cum illo non esse sine quo non potest esse. 84.K
Miseria generalis humano generi triplex. 4.D
Miseria sicut multiplicatur, sic & misericordia. 22.G
Miseria à regno beatitudinis aliena. 121.L
Miseria à regno beatitudinis est aliena. fol. 271. C
Miseria humana quanta. 84.F
Miseria fratris verius misero corde sentitur. 230. E
Miseriæ humanę descriptio. 34.B
Miseriæ sunt musicæ moriturę. 34.D
Miseratio dei est occulta. 302. B
Miseratio erga impios ibi nulla futura est, vbi nulla sperandа correctio. 127.E
Miseratio hominis circa se, & circa proximum suum: misericordia autem domini super omnem carnem. 298.G
Miserationum thesauri sunt penes Christum positi. 75.B
qui Miseretur alteri misericordiam à deo consequetur. 298.G
Misericors non tam est deus, quàm ipsa est verè misericordia. 15. M
Misericors qui in alterum non fuerit, misericordiam dei inuenire non poterit. 298.G
Misericors si fueris, animæ tuæ benè facies. Ibidem.
Misericordes, in beatitudinum numero prius, quàm mundicordes ponuntur. 230. D
Misericordes citò in proximis veritatem deprehendunt. 230.D
inter Misericordes deputari non potest, qui in seipso mitis non est. 231.A
Misericordia ad diem tertiam spectat. 21.M
Misericordia qualis ancillam reficere, & dominam interficere? 236.C
Misericordia domini ab æterno est. 18. C
Misericordia nostra multiplex. 16. A
Misericordia misericordiam mutuetur. 331.I
Misericordia domini dei delet peccatum. fol. 260. B
Misericordia autem domini à compatiendo alieneę miseriæ vocabulum sortita est. 298.G
Misericordia cœlum omne perlustrat. 30.K
Misericordia dei vsque ad nubes. 30.H
Misericordia domini ab æterno, propter prædestinationem: & in æternum, propter beatificationem. 351. I
Misericordia miseris dulcius sapit, quàm vlla alia virtus. 61. E
Misericordia ædificabitur in cœlis. 323.G
Misericordia beatæ virginis totius mundi reparatione obtinuit, salutémque impetrauit. 61.E
Misericordia multiplicatur, sicut miseria. 22.G
Misericordia esca hominum. 31. F
Misericordia vera non indicat, sed afficit. 331.I
Misericordia magna magnus peccator opus habet. 89. M
Misericordia modò delet peccatum, modo dat virtutem resistendi peccato. 252. H
Misericordia facit locum vnicuique secundum meritum operum suorum. 298. G
Misericordia in medio templi. 24. G
Misericordia nõ, vbi non est beneuolentia. 298.G
Misericordia per oleum significatur. 57. H
Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. 4.G
Misericordia & veritas. 390.G
Misericordia domini ab æterno. 15.M
Misericordia sua plenum saccum pater deus in terram misit. 18.C
Misericordia Saluatoris ab æterno, & vsque in æternum. 230.E
Misericordia, cui dicì est repromissa. 10. I
Misericordia bona est, misereri animæ tuæ. fol. 236. D
Misericordia quæ est crudelitas, quę. Ibid.
Misericordia fouet, iustitia terret, scientia docet. 21. M
Misericordia inordinata, & irrationalis, quę. 226.D
Misericordia non est, vbi non est beneuolentia. 257. A
Misericordia in corde suscipitur, in corde habitat Christus. 24. K
Misericordia ei deesse non potest, qui se cognoscit in veritate. 252. H
Misericordia crudelitate plena quæ. 236.C
Misericordiæ fons omnibus est necessarius ad quẽ Noé, Daniel, & Iob debẽt pperare. 14.F
Misericordiæ magnæ quatuor filiæ. 90. B
Misericordiæ mater Maria. 23 B
Misericordiæ operibus charitas dei demonstratur. 288. A
Misericordiæ suæ vnctione sanat Christus contritos corde. 9. G
Misericordiæ sagena, quæ. 367.G
Misericordiam primo omniũ attulit nobis Christus. 14.C
Misericordiam qui consequuntur nullam. 3.F
Misericordiam prebe sine murmure. 298.G
Misericordiam qui facit, offert sacrificium. Ibid.
Misericordiam nunquam deseras. Ibid.
Misericordiam homo acceperat, custodem scilicet, & pedissequam, quærsam. 30.C
Misericordiam dei noli contemnere, si non sentire vis iustitiam. 18.F
ad Misericordiam dei confugiendum. 10.D
Misericordia priora sibi vendicat. 18.F
in Misericordia immẽsus est deus, & infinitus. Ibid.
Missa. 327. E
Missa est sacrificium. 341.K
Missa sacrificium pacis vocatur. 220.K
Missa celebratur, eique ministratur. 341. I
Missam ibi vocat mysteria. 169.B.D
Missam quotidie celebrari, nota in his verbis: audimus quotidie Sursum corda. 129.K
ad Missam eundum est. 66. I
ad Missam cum ventum fuerit, quid dicendum. 408. M
in Missa hostia consecratur. 341.I.K
in Missa caro, & sanguis Christi ministrantur. 172. K
in Missa Deus mundum indubitanter sibi reconciliat. 210. K
Missarum solemnia. 11.G
Missarum celebranda solemnia. 69.D
Mites in seipso qui non est, inter misericordes deputari non potest. 231.A
Mites semper desiciunt lites. 398.M
inter Mitratos discurrere calamistratos non decet. 212.B
Mixtio triplex. 14. G
Mixtio bona nõ est corporeæ sensualitas & euangelicæ traditionis, & quæ illa sit. 96.H.I
Moab tritur atus est sub domino. 43.F
Moab interpretatur de patre. 323.L
Moab superbus est valde. 1.G
Modestia illic commendatur. 12.D
Modestia animi probat sapientem. 196.I
Modestus dominus maiestatis apparuit inter homines. 12.D
Modestus moderabitur curas, temperabit à superfluis, non deerit necessariis. 208.A
Modestum esse decet. 410.L
Modico naturæ contenta. 238. M
Modius sit iustus, æquisque sextarius. 56.M
Modus est virtus. 207.M
Modus difficillimè tenetur in eo, quod bonum esse creditur. 243. G
Modus vitæ est sanctus, honestus, castitate decorus. 235.A
Modus diligendi deum, est deum diligere sine modo. 226. I
Modum iustitiæ imponit temperantia. 205.I
Modum excogita, pensa finem, mitte vires. 232. H
Modum sibi præscriptum homo transgressus. 17. A
Modum tenere, iustitia est, temperantia est, fortitudo est. 205.K
Modum ab initio deus acceptat, & nihil vnquã immoderatum ei placuit. 17. A
Modum protinus ipsi homini præscripsit deus, mandatum conferens. 17. A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modum rursus deus instituit, legem promulgans, sed non priori similem vsquequaque. 17.A
Modum si non vis perdere, tene medium. fol. 207.M
Modi sedes est medium, & modus est virtus. 207.M
Mœror, pauor, & confusio in penetralibus regum. 206.D
Mœror est cordibus, cum languor est in capitibus. 404.M
Mœrorem semper habebo amicum quousque videbo deum saluatorem meum. 317.E
Mœrores alienos, vt tuos luge. 298.F
Molestias attenuat futura præcogitatio. 307.L
Molestum est, quòd deliciæ tardant. 311.L
Molles in suis moribus sunt fluidi more aquæ præcipitis, & ad ima descendunt. 410.H
Mollia indumenta, animi mollitiem indicant. 236.M
Mollities, & fastus vestimentorum, & equorum honestas putatur. 236.C
Mollities viri, astutia serpentis, bladitia mulieris conspirauerunt aduersus Christum. 187. D.E
Mollities viri illecti à propria concupiscentia euernauerat nos. 24.I
Monachus vbi professus fuerit, ibi stabilis esse debet. 329.K
Monachus nihil agat, nisi quod communis monasterij regula, vel maiorum cohortantur exempla. 229.G
Monachus felix, & beatus, qui. 317.M
Monachus cum loquitur, sine risu cum grauitate, humiliter pauca verba rationabilia loquatur. 229.G
Monachus non debet esse facilis, nec promptus in risu. 229.G
Monachus, qui sui creatoris seruat mandatum, qualis? 317.M
Monachus vsque ad interrogationem ne loquatur. 229.G
Monachus, qui sui negligens, alios curiosè circunspicit, dum quosdam suscipit superiores, quosdam despicit inferiores. 233.C
Monachus nihil agat, nisi quod communis monasterij regula, vel maiorum cohortantur exempla. 220.B
Monachus ipso corpore humilitatem se videntibus indicet. 229.I
Monachus more Moysi cornutam faciem velare debet. 270.F
Monachus sit, quasi Melchisedech. 270.F
Monachus cum seculari loquens, ori suo custodiam adhibeat, vt nihil proferat, quod non ædificet audientem. 270.D
Monachus falsus religiosus, & falsus tonsuratus, Iudæ traditori similis est. 314.D
Monachus non debet esse medicus, cur. fol. 157.D
Monachus est contemptor mundi, & sui. 323.D
Monachus Humbertus decreuerat aquam bibere semper, si non restitisset Bernardus. 80.D
Monachus quomodo se habere debet in cella sua. 244.M
Monachus non est, qui linguam suam, & ventrem custodire non potest. 257.G
Monachus habitu, non conuersatione. fol. 261.M
Monachus verus ibi ex suis adiunctis describitur. 317.M
Monachus, & miles nunc ex eodem panno partiuntur sibi cucullam, & chlamydem. 236.L
Monachus nomine Gerardus iacuit per triduũ oculis clausis in mentis excessu, quid viderit. 409.D
Monachis plenus cernitur mundus. 197.I
Monachus fuit Apostata, Henricus hæreticus. 375.D
Monachi imago, & non monachus. 322.M
Monachi summa virtus est humilitas, summum verò vitium superbia. 266.
Monachi religio an sit in habitu, vt in corde. fo. 236.L
Monachi officium, non est docere, sed lugere. fo. 348.G
Monacho propria possidenti, purum malum est. 328.I
Monacho proficienti modus sit sua vita, non aliena. 220.G
Monachum nihil adeo decet, atque humilitas. 63.I
Monachum perfectum non facit cuculla nec tonsura, nec ampla corona. 319.I
Monachum probatum Christi dilectio reddit. 320.K
Monachum diabolus sibi subiicit per cenodoxiam, quia per eam ab humilitatis culmine deiicitur. 266.G
Monachi dignum est dent parentibus suis, quod misericorditer damus extraneis. 296.D
Monachi liberè debent recusare, si abbas, aut etiam angelus de cœlo contraria iusserit professioni. 329.K
Monachi, debẽt studere silẽtio, iciuniis, vigiliis, orationibus, operæ manuum. 358.E
Monachi odio habere debent impedimenta parentum suorum, quę eos à recto itinere deuiãt. 296.D
Monachi corpore claustrales, mente vagi, & nũquam stabiles. 214.C
Monachi claustrum execrants, & auditorium diligentes. Ibidem.
Monachi ad mensam non solùm faucibus cibum capiant, sed etiam aures verbum dei exhauriant. 270.D
Monachi nouitij quid attendere debent. 177.H
Monachi hutusce temporis, quantum distant à diebus. D. Antonij. 236.E
Monachi cum precium affectant in vestibus, mutercułæ in suo studio vincuntur. 9.C
Monachi surgunt media nocte in nocturnis vigiliis. 244.E
Monachi cur in claustris, & in syluis absondantur. 124.A
Monachi vota sunt specialia. 309.F
Monachi diuionenses viri religiosi sunt. 331.M
Monachorum propositum, anachoretarum principium, Ioannes Bapt. 393.M
Monachorum multi pro amore suorum parentum inuoluuntur terrenis curis. 296.C
Monachorum duritiæ qui se tradit, qualis esse debeat. 267.D
Monachorum ordo, est abiectio, humilitas, voluntaria paupertas, obedientia, pax, gaudium in spiritu sancto, esse sub magistro, sub abbate, sub regula, sub disciplina, & cætera. fo. 358.E
Monachorum quorũdam manus omne alienum patrimonium, id est, pontificum insignia, diripiebant. 338.E
Monachorum peruersorum vitiorum catalogus. 23.B
Monachis omnibus huius tẽporibus fermè cõmunis est professio. 220.A
Monachis ad immunditiam minima quælibet inobedientia sufficit. 91.H
Monachorum insignia quæ? 338.E
Monachos paupertas super omnes thesauros nobilitat. 332.L
Monachos suos Abbati licet ducere, quò libet, & docere, quod volet, quandiu vixit. fol. 328.F
inter Monachos intemperantia in comessationibus, & potationibus, in vestimentis, & lectisternijs. 236.C
Monachos ad tantam deuenisse inertiam, quis credidisset, cum ordo cœpit monasticus? 236.E
Monachis claustra quæ verba replent. 237.I
Monasterium, est terra, quam Deus demonstrauerat Abrahæ. 297.E
Monasterium significatur per Loth Sodomæ egressum. 396.M
Monasterium regulare significatur per Angaddi. 319.K
Monasterium apostolorum. 305.M
Monasterium manus. 328.A
ad Monasterium venitur, non vt diuitiæ terrenæ habeantur, sed vt virtutes spirituales acquirantur. 299.D
ad Monasterium non venitur, vt in delicijs in eo viuatur. 305.G
ad Monasterium quando religiosa fœmina venit, Christum in sponsum suscipit. 309.C
ad Monasterium multi veniunt, vt ibi gloriantur viuant. 321.F
in Monasterium quo pacto sit veniendum? fol. 305.L.M
Monasterij intra parietes melius est quiescere, quàm apparere in conspectu populi. 310.E
Monasterij religiositas, vbi silentium ordinis. 299.A
Monasterij religiositas ad nihilum deuenit, annullata charitate fraternitatis. 299.A
Monasterij Claræualles descriptio. 409.G
Monasterio quenquam egredi dum non est, nisi certis de causis. 332.A
de Monasterio qui ad seculum descendunt, efficiuntur nigri, sicut carbones frigidi. 300.C
de Monasterio qui ad seculum fugiunt, à societate angelorum separantur, & dæmonibus sociantur. 300.D
in Monasterio quæcũque sunt, omnibus sunt cõmunia. 305.K
in Monasterio sunt sancti Apostoli Iesu Christi, & Iudas Scarioth, & Ananias cum vxore sua Sapphira. 305.L
in Monasterio melius est pro Christo paupertatem sustinere, quàm in seculo multas diuitias habere. 310.D.E
in Monasterio serui Dei plus debẽt diligere legumina, quàm opulenta cõuiuia in seculo. 310.D
in Monasterio qui plus quàm oportet, requirit, Christum tentat. 305.I
in Monasterio qui res terrenas requirit, in Christum peccat. Ibid.
in Monasterio sunt quidã morbo phrenetico laborantes. 322.M
in Monasterio est vita sancta, spiritualis, cęlestis quieta, pacifica, tranquilla, casta, virtutibus plena. 300.F
in Monasterio quid agendum? 205.G
Monasteria stagnis meritò comparantur. 77.E
inter Monasteria vicinitas, fomes scãdali. 220.C
Monasteriorum monstrositas. 237.D
Monasteriis religiosis sub incubatore destructio imminet. 374.A
Monasteriis quietem Papæ legati relinquere debent 211.F
de Monasteriis religiosis nullus professorum sine licentia sui senioris egrediatur. 219.I
in Monasteriis vanitates, ac superfluitates Sancti patres non instituerunt. 236.C
in Monasteriis conuersantibus duo sunt obseruãda: subiectio Abbati, & stabilitas in loco. 329.I
in Monasteriis recipiuntur omnes spe meliorãdi: at curia Romana bonos facilius recipere, quã facere consuevit. 211.D
in Monasteriis diuersis, obseruantiis diuersis deo seruitur. 220.A
Monasterialis disciplina inter cætera pœnitentię instituta meruit hanc prærogatiuam, vt secũdum baptisma nuncuparetur, cur? fol. 220. E.F
Monastica vita, est via regia paradisi. 104.C
Monastica regula præcipit, vt de nocte ad psalmos vigiletur. 326.B
Monasticæ disciplinæ professio. 28.L
Monasticæ vitę admonitio. 300.E.F
Monasticam regulam omnes per omnia monachi sequi debent. 329.L
Monasticam vitam quæ nobilitare solent? 338.E
Monialis virgo non suscipiat dona, vel literas in occulto. 308.M
Mons montium quis. 4.G
Mons gratiæ Christus est. 75.B
Mons dei excelsus. 227.I
Mons magnus, in quo omnes thesauri sapientiæ. 99.A
Mons non modicus, beatus Euangelista. 4.G
Mons coagulatus, mons pinguis. 227.I
Mons, in quem ascendit angelus, & diabolus factus. 47.K
Montes Israel expanduni ramos suos. 120.B
Montes, ibi angeli dicuntur. 172.F G
Montes stillarunt dulcedinem. 4.G
Montes Samariæ nimis eriguntur. 120.B
Montium quatuor genera sunt. 120.B
Monstrum horrendum, quod? 26.C
Monstrum in ecclesia facere quid? 209.M
Monstruosa res est, gradus summus & animus infimus: sedes prima, & vita ima & cætera. 207.E F
Monumẽtũ clausum Christi quid significat. 42.I
Mos prauus corrigendus. 205.M
Mos Iudæorum in sponsalibus celebrandis. 6.B
Mos Iudæorum honestus in die festo. 20.F.G
Morem sibi geri vult omnis homo. 381.C
Mores praui in consuetudinẽ abeũt, facile. 204.I
Mores hominis pandit, qualis sermo ostenditur, talis animus comprobatur. 256.L
Mores boni, sunt diuitiæ nostræ. 105.H
Mores tuos compone. 410.M
Moribus prauis qui non renunciat, semet ipsum abnegat. 296.B
Mora breuis in hoc mundo nobis est. 74.L
Morbus animæ, peccatum. 3.L
Morbus animæ qualiscunque inueteratus, ante faciem Christi nullus stare poterit. 9.H
Morbo triplici laborat genus humanum. 116.M
Mors insatiabilis homicida. 80.A
Mors crudelissima, amarissima, terribilis, & ipso horrenda auditu. 30.K
Mors bestia crudelis, amaritudo amarissima, fœtor, & horror filiorum Adam. 80.A
Mors est crux horribilis malis, ad quam quotidie festinant, & non attendunt. 57.F
Mors viuax quæ? 214.I
Mors preciosa Christi non poterat fieri, nisi per peccatum. 367.E
Mors Christi preciosa, & vita laboriosa: vtraque vero admodum necessaria. 199.D
Mors in Christi morte fugatur. 199.G
Mors Christi mortem destruxit, eius vita vitam instruxit. 199.D
Mors Christi viuifica. 37.F
Mors Christi est mihi à morte redemptio. 199.D
Mors Christi potentior, & efficatior est in bonum quàm peccata nostra in malum. 30.A
Mors Christi, opus sine exemplo, humilitas sine modo, donum sine precio, & gratia sine merito. 392.B
Mors hominis Christi pro altero valuit, quia & iustus erat. 199.G
Mors Christi reuerenda, præ omnibus sacramẽtis effectuosa. 35.G
Mors Christi prius profuit, quàm fuit. 391.M
Mors Christi, mors est mortis meæ quia ille mortuus, vt ego viuerem. 199.M
Mors pro Christo plurimum gloriæ meretur. fol. 197.M
Mors, quam miles Christi irrogat, Christi est lucrum. 197.M
Mors Christi mortuos viuificat. 37.A
Mors intrauit in mundum. 346.G
Mors peccatorum mala in amissione mundi, peior in dissolutione corporis, pessima in tormẽtis inferni. 110.B
Mors prima animæ, secunda corporis. 114.F
Mors animæ, separatio à deo. 114.F
Mors corporis, separatio animæ à corpore. fol. 114.F
Mors dulcis est miseris, suauis amarè viuentibus iucunda tristibus. 311.D
Mors dira, & inexorabilis. 71.G
Mors in vitam impegit. 71.H
Mors est à vita absorpta. Ibid.
Mors opus diaboli. Ibid.
Mors bona non vitæ, sed mortis. 336.C
Mors bona vitam adimit, non perimit. 336.C
Mors vitam ad tempus adimit, restituendam in tempore, duraturam sine tempore. 336.C
Mors fidei, est separatio charitatis. 150.M
Mors in bello tanto præciosior quanto & gloriosior. 197.I
Mors suæ animam comitatur euntem. 57.F
Mors est posita secus introitum delectationis. fol. 239.D
Mors in ollis carnium: mors in deliciis est. 239.D
Mors famosa, & horrenda eorum, quos terra vinos deglutiens, transmisit ad inferos. 371.A
Mors bona, quæ vitam non aufert. 171.H
Mors iusti bona, propter requiem. 351.B
Mors viuificans. 5.M
Mors est, carnis sapientia. 157.C
Mors sanctorum preciosa. 76.D
Mors, & vita in manibus linguæ. 348.H
Mors in anima peccati, non naturæ est. 193.I
Mors nouissima destruetur, quando? 14.C
Mors non habet, quid faciat animæ. 80.A
Mors nouissima inimica destruetur. Ibidem.
Mors reddet corpora hominũ, quæ repleunt squalore, & sputis. Ibid.
Mors in nouissima dierum stulta remanebit. fol. 80.B
Mors in perpetuum morietur. Ibid.
Mors felix, quæ peregrinũ immaculatũ seruat, imo penitus alienum facit ab hoc seculo. 28.H
Mors inimica nouissima donec destruatur, non implebitur promissio. 16.F.G
Mors victoriosa obstupescit. 39.E
Mors etsi non perpetuo, dominatur, manet tamen propter veritatem Dei, vel ad tempus in nobis. 199.M
Mors peccatorum pessima, vbi nõ subuenit vita. 174.F
Mors absorpta erit in victoria. 10.I
Mors animæ, iniquitas est. 82.I
Mors secunda nunquam peroccidit, sed semper occidit. 214.I
Mors bona mortem contemnens: bona mors vitam conferens sempiternam. 277.L
Mors corporis vicit ad tempus, vt vinceretur in æternum. 277.L.M
Mors victa, quia surrexit à mortuis Christus. Ibidem.
Mors est iacenti in peccatis ante conuersionem. 86.E
Mors vbique te expectat, tu quoque si sapiens fueris, vbique eam expectabis. 249.K
Mors à morte, vita ab errore, à peccato gratia liberauit. 199.M
Mors per iustitiam suam peregit victoriam. Ibidem.
Mors vndique per fenestras intrare cõtendit. fol. 97.B
Mors intrat ad animam per fenestras. 201.K
Mors est tribulatio septima. 97.C
Mors animæ, est peccatum. 352.A
Mors preciosa, quam commendat vita. 107.M
Mors prima exprimi non potest. 277.L
Mors in olla, interpretatur. 113.F.G
Mors non habuisset meritum, si homo nõ voluntariè moreretur. 199.F
Mors intrauit in orbem per suggestionem serpentis. 292.B
Mors non laudabit Deum. 86.F
Mors ponit finem omnibus malis in hac vita. 311. D
Mors repentè venit, dum nescimus. 257.B
Mors, & vita bonum, & malum, ante nos sunt posita, vt ad quod voluerimus, manum extendamus. 249. M
Mors peccatorum pessima, preciosa mors sanctorum. 30.K
Mors festinat per tristitiam. 297.F
Mors, & vita est in potestate linguæ. 257.G
Mors ne intret per fenestram oculorum tuorum, cane. 301.D
Mors separet inter corpus nostrum, & nos: quod peccatum separat inter nos, & deum. 199.E
Mors carnis sapientia. 7.F
Mors est, vita præsens cur? 297.C
Mors posita est secus introitum delectationis. fol. 15.D
Mors sicut per peccatum in orbem, sic per fenestras intrat ad mentem. 232.E
Mors impij, non est dei voluntatis. 16.A
Mors, & peccatum ex vno in omnes processit. 199.K
quòd Mors operata est mortem, nihil cõgruentius spiritualis corporalem, culpabilis pœnalem, voluntaria necessariam. 199.E
Mors corporis quid sit? 143.C
Mors, est transitus ad vitam. 276.I.& K
Mors est, sapere secundum carnem. 40.L
Mors animæ, est otiositas. 410.L
Mors animæ peccatum est. 143.C
Mors, est peccati debitum. 199.F
Mors animæ & corporis sine spe veniæ &

Universidad de Deusto
Biblioteca

misericordia. 249.L
Mors sola certa. 74.L
Mortis somnum excepit Christus. 25.K
Mortis debitum soluit Christus, & reddidit vitam. 199.G
Mortis, & crucis ignominiam subire Christum tria compulerunt. 117.E
Mortis genus ignominiosum, crux. 28.H,I
Mortis preciosæ species. 107.M
Mortis meritum, est peccatum. 199.F
Mortis peccator non sufficit soluere debitum pro altero peccatore, cum quisque moriatur pro se. 199.G
Mortis diem cur deus nobis incognitū esse voluit. 311.B.C
Mortis memoria contra omnia mala remedium. 409.F
Mortis amplius monet ad pietatem, quàm vitæ recordatio. 199.D
Mortis corpus gesto, carnémque peccati. 337.C
Mortis meditatio, vita est hominis sapientis. fo. 307.I
Mortis causa, est inobedictia, omnes experimur, omnes morimur propter eam. 85.F
Mortis dies melior est die natiuitatis, ait sap. fo. 393.L
Mortis differendæ oritur fiducia noua. 241.M
Morti iniquæ omne semen Adæ erat obnoxium lege primordialis culpæ. 36.B
Mortem si quotidie ad memoriam reducimus, libenter omnia terrena despicimus. 296.F
Mortem non videbit, qui dei est, donec viderit Christum domini. 24.H
Mortem moriendo Christus securam reddidit. 199.D
Mortem necauit Christis, vt viueremus per illū. 36.A
Mortem Christus, qui non meruit, pertulit. fol. 199.G
Mortem superat Christus prius in se ipso. 14.C
ad Mortem Christi tria præcipuè respiciunt. fol. 35.G
Mortem debellaturus in omnibus nobis Christus, quando suscitabit mortalia corpora nostra. 14.C
Mortem spiritualium optant sibi etiam carnales, quorum tamen vitam abhorrent. 147.B
Mortem & si iustus non cauet, tamen non pauet. 351.A.B
Mortem non gustasset in æternum homo, si peccatum cauisset. 199.E
Mortem pretiosam quæ faciunt. 119.A
Mortem pati melius est, quàm mala iussa implere. 300.A
Mortem operatur prudentia carnis. 29.I
Mortem animæ operatur peccatum. 114.F
Mortem corporis operatur pœna peccati. Ibid.
Mortem sanctorum, tria faciunt preciosam. 108.A
Mortem non formidat, qui mori desiderat. 197.I
Mortem martyrum, eorum natalitia ecclesia vocat. 393.L
Mortem nostram non vult Deus. 382.C
Mortem innocabunt damnati, & non veniet. fo. 214.I
Mortem peccatoris non vult, qui mori voluit pro peccatoribus. 90.A
Mortem mortuam videt ecclesia, & mortis autorem triumphantem. 225.L
ad Mortem viæ ducentes, trifariam diuiduntur. 117.L
ante Mortem comedite, bibite post mortem, inebriamini post resurrectionem. 228.C.D
Morte Christi mors mortua est. 14.M
Morte quid horribilius? 89.L
Morte mortua reuertitur vita, quemadmodum ablato peccato, redit iustitia. 199.G
Morte corporali perfectè moritur mūdo, vt perfectè viuat deo homo. 276.K
Morte inter homines nihil plus horretur. 53.F
in Morte Iesus myrrha, in resurrectione botrus est. 166.B
in Morte Christiani regis liberalitas aperitur, cum miles remunerandus educitur. 197.M
Mortes duæ sunt, & totidem resurrectiones. fo. 114.F
in Mortibus hominum terra commota est. 270.K
Moritur iustus securè. 351.A.B
Moritur vita nostra non pro suis necessitatibus, sed pro nostris. 278.H
Morimur in terra, sicut in terra orimur. 74.L
Morimur omnes pro Adæ delicto. 34.A
Moriuntur nunc homines in peccatis suis, quòd non adsint sacerdotes. 375.B
qui Moriuntur in domino si beati sunt, num multò magis, qui pro domino moriuntur? fol. 197.I
qui Moriuntur malè, plorandi sunt, non autem illi, qui benè finiunt. 311.E
Morietur viuens Christus. 280.L
Moritur, & qui mala facit, & qui mala sustinet. 304.K
Morientur miseri, vt semper viuant. 249.L
Morere mundo, dum viuis in carne. 351.B
Moriatur in lectulo, siuè in bello, sine dubio in cōspectu domini mors sanctorum eius. 197.I
Mori cur varò quisque velit. 403.C
Mori mundo in carne debes, ne moriaris in anima Christo. 311.A
Mori debet mundo, qui crucem portat. 294.F
Mori magna est infirmitas, sed benè mori virtus immensa. 33.K
Mori benè melius est, quàm malè viuere, melius est non esse, quàm esse infeliciter. 311.D
Mori potuit Christus deus, quoniam homo erat. 199.G
Mori nō possum pro fratre, sicut voluit Christus mori pro nostra salute. 315.E.F
Mori melius est, quàm fornicari. 301.A
Mori certum est, sed incertum quando, aut quomodo, vel vbi. 249.K
Mori securè, & piè viuere nobis necessarium. fol. 199.D
Mori timuit Christus, vt non timeas mori. 312.C
Mori mille mortibus elegerunt iuuenes, & virgines, & senes magis, quam à fide deficere. fo. 11.E
cum Mori non audes, quomodo viuere potes? fo. 351.B
Moriendo in temporalibus pœnis tormenta recedunt, in æternis moriendo æternus dolor succedit. 305.A
nisi Moriendo corpus ab anima diuidi non potuit: nec anima à deo, nisi peccando. 199.E
Moriens, vel viuēs, quid metuat, cui viuere Christus est, & mori lucrum? 197.I
Morientibus resurgendi spem fecit Christus. fol. 199.D
Moriturum Christum indicat Myrrha. 18.M
Moriturum qui se quotidie existimat, facilè contemnit omnia. 296.F
Morituri nascimur, quia prius morimur nasciturі. 232.G
Mortuus est Christus, & mortem necauit, vt viueremus per illum. 36.A
Mortuus est, qui murmurat. 209.L
Mortus mundo æquè blanda huius seculi, sicut aspera spernit. 28.I
Mortuus iam ille, qui peccata sua defendit. fol. 234.F
Mortuus vbi requieuit, deuotionis plus nescio quid sentitur, quàm vbi viuens conuersatus est. 199.D
Mortuum est corpus ob peccatum. 126.M
à Mortuo, tanquam qui non est, perit confessio. 334.G
Mortui reuiuiscunt ad floris odorem. 2.D
Mortui carbones, qui. 395.K.L
Mortui recenter duo leguntur resuscitati à Christo, tertius iam quatriduanus. 234.F
Mortui sumus, & vita nostra abscōdita est cum Christo. 28.G.H
Mortui non fuissent primi parentes, si in obedictia mansissent. 284.H
Mortuorum primogenitus Christus. 14.C
Mortuis cōfitemur compassionem, & orationem. 91.D
Mortuos tres suscitauit Martinus. 75.I
Mortuos suos carnaliter lugeant, qui resurrectionem negant. 311.E
Mortuos nostros non debemus plorare, sed pro eis orare. 311.E
Mortuos, qui benè moriuntur, cum lugeo, mihi noceo, & illis non proficio. Ibidem.
Mortuos viuentium hæretici fraudant auxiliis. 182.B
Mortuos septem Stephanus post mortem suscitauit. 391.H
pro Mortuis orationes fiunt. 182.B
Mortalibus frenendo, mortalitas induitur. fol. 194.G
Mortalitas integra, & perfecta in duobus præcipuè consistit. 109.B
Mortalitatis saccus, est Christi diadema. 18.M
Morticinium vita induit, vt iumenta manducarent panem angelorum. 391.I
Motus internus, ac naturalis est in quolibet corpore. 215.K
Motum natura informet. 264.G
Motus sentire, est naturale: & motibus consentire, criminale. 397.B
Moyses dum vineret in hoc mundo, impetrare nō potuit facies dei visionem. 33.A
Moyses, qui venit nō in aqua solum, sed in aqua, & sanguine. 364.M
Moyses, & Abraham pacem æternæ beatitudinis non apprehenderunt. 30.M
Moyses mansuetus. 32.G
Moyses in aqua venit, à qua & nomen accepit, vt Moyses vocaretur. 45.C
Moyses populum eductum de terra Aegypti, in terram, quàm promiserat, non introduxit. 206.E
Moyses ostendit se de dei notitia plus aliquid præcedentibus patribus accepisse. 344.C
Moyses ascendit in caliginem, in qua erat deus, & datur ei multiplex præceptorum auctoritas. 394.B
Moyses, Aaron, & Samuel assumuntur in sacerdotium. 120.E
Moyses assumitur in ducem populo Iudæorum, & Pharaons in deum constituitur. 394.A
Moyses quondam ad dominum, quasi amicus ad amicum loquebatur. 166.I
Moyses, & prophetæ crucis dominicæ trophæum prædicabant. 344.E
Moyses eductus populum de Aegypto meliorē illis pollicitus est terram. 206.D.E
Moyses non ausus est aspicere contra dominum. 42.H
Moyses æthiopissam duxit vxorem, sed nō potuit æthiopissæ mutare colorē, quid significat. 21.M
Moyses fugit, imperitioris linguæ factꝰ est nobis. 389.M
Moysi manus graues, fultibus Aarō & Hur. fol. 156.I
Moysi virga in serpentem conuersa quid significat. 292.B
Moysi promittit plurima creator omnium. 58.M
Moysi virga diuidit mare rubrum. 120 D
Moysen qui fecit, à moyse quærit licētiā feriendi. 58.M
Moysen ægyptiis exhibere debent legati Papæ. 211.E
per Moysen deus fecit in ægypto magnalia, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. 394.A
Mulier inter solem, & lunam. 63.A
Mulier amicta sole. Ibid.
Mulier felix benedicta in mulieribus. 14.L
Mulier fortis, mater ecclesia. 26.B
Mulier timens deum, ipsa laudabitur. 353.D
Mulier vana, & garrula ne infundat in aures tuas mortis venena. 308.F
Mulier prior strauit sibi in tuto humilitatis fol. 149.H
Mulier saluabitur per generationem filiorum, si permanserit in fide cum lenitate. 182.C
Mulier propter virum, non vir propter mulierem. 243.H
Mulier secularis, est Sirena maris. 308.E
Mulier secularis, organum est Satanæ. 308.E
Mulier nox propter ignorantiam: serpens nox propter malitiam. 105.G
Mulieris seductæ ignorantia excæcauerat nos. 24.I
Mulieris inspiētia cor, & corpꝰ impleuit. 196.H
Mulieris blanditiæ, astutia serpētis, & mollities viri conspirauerunt aduersus Christum. 187. D.E
Mulieris inspientia saporem boni exclusit, quia serpentis malitia mulieris inspientiam circūuenit. 196.H
Mulieris fragile corpus. 5.H
Mulieris mens lubrica. Ibid.
Mulieris sexus infirmitatem nouerat Salomon. Ibidem.
Mulierem fortem quis inueniet, multo magis quis fortem, & nobilem. 353.E
Mulieres laicæ à virgine sacra vitentur. 308.D
Mulierum antiqua excluditur maledictio. 30.M
Mulierum secularium verba, sunt Sirenarum cantus. 308.F
Mulierculæ in suo studio vincuntur, quando à monachis precium affectatur in vestibus. 9.C
Multiloquium non declinat peccatum. 303.E
Multiloquium non esse. 410.K
in Multiloquio nota iactantiam. 233.G
in Multiloquio veritas periclitatur. 204.F
Multiloquia non effugiunt culpam. 303.A
Multum olei, parum vini. 388.H
Multorum incipere est, paucorum finire. 410.H
Malus sponsæ Christi datur. 402.L
Mulus ex diuersis animalium speciebꝰ nascitur. 402.L
Muli, & ecclesiæ collatio. Ibidē.
Munditia spiritualis exigitur. 12.F
Munditiæ amator deus est, cor pollutum habitare non potest. 253.E
Mundandus est oculus mentis, vt mereamur videre spiritum veritatis. 317.C
Mundamini, qui fertis vasa domini. 203.L
Mundialis machina tota expalluit, & expauit, & in antiquum chaos sunt omnia reuocata, quando. 34.B.C
Mundus est æger, ait veritas. 90.I.207.B
Mundus hic est carcer. 17.H
Mundus, est stabulum. 361.K
Mundus, est via peccatorum. 109.F
Mundus dicitur pluribus modis. 317.G
Mundus despiciendus propter Christum. 301.C
Mundus retinet argentum, & aurum. 239.A
Mundus nō cognouit in sapientia deum. 396.G
Mundus transit, & concupiscentia eius. 301.B
Mundus erat atrium diaboli, & homines vasa eius. 366.H
Mundus amore carnali vincitur, & vita carnalis excluditur. 146.L
Mūdus quot oblectamēta habere videtur. 97.A
Mundus penè totus nox est. 188.M
Mundus quænam amat? 28.I
Mundus etiam dicitur, rerum transeuntium amatores. 319.A
Mundus à quo vincitur. 13.C
Mundus plenus est spinis. 168.K
Mundus totus in maligno positus. 28.D
Mundus vana suggerit, diabolus amara, Caro mollia. 251.M
Mundus quæcunque amat, sunt mihi crux. 28.I
Mundus transitoriā sublimitatē largitur. 117.D
Mundus cum suis concupiscentiis transit. 351.F
Mundus quæ suis amatoribus erogare videtur, sunt infida. 202.C
Mundus amat nihil. 318.M
Mundus Christum non videbit, id est mundi amator. 317.G
Mundus sic transit, sicut lignis deficientibus deficit ignis. 20.B
Mundus suas portas habet, quibus ingreditur ad eum. 118.E
Mundus iste totus ad vnius animæ precium æstimari potest. 249.H
Mundus à filiis dei vincitur. 45.A
Mundus habet hæc sola, concupiscentiam carnis concupiscentiam oculorum, & superbiā vitæ. 30.F
Mundus dicitur amator mundi. 317.G.H
Mundus non videt deum, quia non habet cor mundum. 317.G
Mundus ploret, rideat, pereat, transeat, nunquā marcescit conscientia. 260.I
Mundus vento vanitatis impellit. 196.D
Mundus est impulsor quia in maligno positus est. 196.D
Mundus impulsor est, impulsor diabolus, impulsor homo. 196.C
Mundus monachis plenus cernitur. 197.I
quæ Mūdus odit, necesse est, vt diligātur à deo. 296.B
Mundus est creditus Papæ Romano. 207.B
Mundus non potest odisse vos, Pontifices. 335.K
Mundi domina virgo Maria. 50.G
Mundi domina mater Christi. 37.K
Mundi acceptio. 317.G
Mundi amor qualis, qualis est & dilectio mūdi. 318.M
Mundi amatorem odit spiritus Christi. 317.B
Mundi amatoribus post resurrectionem non apparuit Christus. 317.F
Mundi amatores, mundi nomine vocātur. 317.G
Mundi amatores multa patiuntur aduersa. 32.
Mundi amator non videbit Christum. 317.G
Mundi amor totum mundum quærit, & nunquā satiatur. 317.H
Mundi huius amicus, inimicus dei constituitur. 335.H.404.D
Mundi amicus excluditur à concilio amicorum dei. 351.G
Mundi amicus esse nolo, ne cadam. 196.D
Mundi aduersitatibus serui dei plus gaudent, quàm prosperitatibus delectantur. 266.B
Mundi principi resistendum in fide. 45.A.B
Mundi saluator Ioseph vocatur. 394.A
Mundi gloria, gloria est carnis. 146.K
Mundi cōcupiscentia plus nocet, quam eius substantia. 237.K
Mundi vitam qui cōtempserunt, ipsorum est regnum cœlorum. 369.M
Mundi huius felicitas breuis est. 296.I
Mundi huius omnia tibi dedit deus: & tu propter omnia relinquis eum. 84.G
Mundi sapiētia tumultuosa est, nō pacifica. 14.D
Mundi contemptus, & carnis afflictio, sunt duæ orationis alæ 19.H
Mundi gloria vana. 296.H
Mundi sapientia maledicta, quantos supplātat. 240.F
Mundi huius in opere magno tria cogitare debemus, quid sit, quo modo sit, ad quid sit constitutus. 51.A
Mundi sapientia inimica est deo. 14.D
Mumdi gloriam humilitate calcamus. 3.D
à Mundi cura si te remouueris, mentis requiem semper habebis. 296.G.H
de Mundi contemptu sermo. 296.F
in Mundi rebus meliora nō concupiscas. 299.D
per Mundi fallacia oblectamenta vagabundus est animus. 226.M
Mundi diluuium. 395.F
Mundi finem citò affuturum, non dubitat Satanas. 314.F
Mundum diligis, & deum relinquis. 84.G
Mūdū qui diligit, semper est in angustia. 296.H
Mundum, & deum simul diligere difficile est. 296.H
Mundū quicunque diligit, deū nō diligit. 317.G
Mundum qui amat, nunquam satiatur. 203.B
Mundum qui plus amat, quam deum impius atque idololatra esse conuincitur. 352.B.C
Mundum vincit, quòd natum est ex deo. 45.A
Mundum vincit nostra fides. 13.D
Mundum istum exprimit Aegyptus. 390.C
Mundum qui plus sequitur, quam deum: sequitur diabolum, & ibit cum eo in supplicium eternum. 249.K.L
Mundum calcare, & carnē nos domare oportet. 241.B
Mundum præsentem sancti homines despexerūt, vt æternum regnum acquirerent. 298.H
Mundum videbat Paulus crucifixum vitiorum obligationibus. 28.I
Mundum iuxta Platonem tanto excellentius animal esse, quanto meliorem animam habet spiritum sanctum dicebat nouus in francia theologus hæreticus. 366.C
in Mundum hunc nihil intulisti, nec quicquam auferes. 350.I
in Mundū nihil intulimus, & nihil auferre possumus. 239.A
ante Mundum qui fuerit, latet: & quid futurum post consummationem. 73.G
Mundo crucifixi. 9.B

Universidad de Deusto

Mundo viuere, mors est. 353.L
* Mundo anima mortua, viuet. 86.M
Mundo mori debet, qui crucem portat. 294.F
Mundo morere, deus viuis in carne. 351.B
Mundo mortuus æquè blanda huius seculi sicut aspera spernit. 28.I
Mundo hoc exeuntē illuminat deus lumine scientiæ suæ. 10.K
Mundo, carni, diabolo, & deo in hac vita deseruimus. 117.D
Mundo grande, & generale bonū, quod. 209 C
Mundo militamus anarithiæ æstibus anhelādo, honoris altitudinem affectando. 117.D
in Mundo tria sunt nigriora, & deteriora omni malo. 302.A
in Mundo tria sunt, quibus non sunt meliora. Ibidem.
in Mundo quæ sunt, seruis dei contraria sunt. 296.B
in Mundo hoc non sumus in nostra ciuitate, sed in peregrinatione. 297.D
pro Mūdo toto deus animam suam dare voluit, quam pro anima humana dedit. 249.H
Mundus dicitur, qui est ab omni sorde lotus, & mundus. 317.H
Mundus à sorde nec infans quidem vnius dici. 23.D
Mundicordes quos vocat pater cœlestis? 203.I
Munitiones, quibus anima vallatur, tres sunt. 119.C
Munus integrum amat deus. 173.I
Munus ecclesiæ prælatorum. 13.H
à Munere omni qui manus suas excutit, regem sanctorum in gloria sua videbit. 309.D.E
à Munere omni manus tuas excute, si tu in excelsis vis habitare. Ibidem.
Munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. 309.D
Munera magorum ad Christum quid significāt. 19.G
Munuscula miranda & solatia quæ Christus nobis dedit gemitus sunt, & lacrymæ. 268.A
qui Murmurat, mortuus est. 209.L
qui Murmurat venenū diaboli habet in lingua. 305.I
qui Murmurat pro cibo, aut potu, vel vestimento, Christum tentat. 305.I
Murmurare periculosum est nobis. 305.H
Murmurare contra prælatos, quantum damnū. 400.F
Murmuratio, est graue peccatum. 305.H
Murmurationibus aurem ne præbeas. 299.B
Murus contumeliæ. 81.H
Murus fortissimus, quis? 407.G
Muscæ sordidæ, & purgentes naturæ decorē fœdantes, sunt mundus, & cōcupiscentia. 166.F
Muscæ carnalium cupiditatum exterminandæ. 166.H
Muscæ morituræ, miseriæ sunt, muscæ morituræ, blasphemiæ sunt. 34.D
Musto pleni erant Apostoli. 169.F
Mutatio omnis, est mortis quædam imitatio. fol. 193.I
Mutatio aquæ in vinum. 22.K
Mutationum tria sunt genera. 118.K
Myrrha Christus potatur. 36.M
Myrrha quid significat? 298.I
Myrrha licet amara sit, tamen perutilis, conseruat enim corpus mortuum. 19.H
Myrrha, res amara, dura, & aspera tribulationem significat. 165.K
Myrrha, qua in cruce potatus est Christus. 35.K
Myrrha Christum morituram indicat. 18.M
Myrrha amara amaritudinem passionis significat. 278.I
Myrrha acetum mixtum remedium fuit sitis Christi. 278.F
Myrrhæ fasciculus afflictionum multitudo. fol. 35.K
Myrrhæ fasciculus, Christus in passione. Ibid.
Myrrhatum vinum Iudæi dabant Christo bibere cum felle mixtum. 36.L
Mysterium incarnationis tria in se considerāda continet. 114.I
Mysterium reverendæ commemorationis paucis celebrare licet. 244.F
Mysterium natiuitatis Christi etiam angelis inuestigabile. 9.F
Mysterium sacrum, in quo cantatur. 251.F
Mysterium venerabile corporis, & sanguinis Christi. 399.L
Mysterium regni dei est, Apostolis reuelatur in aure. 26.H
in Mysterio corpus domini edendum. 86.M
in Mysterio Christi caro manducatur. 169.B
Mysteria Trinitatis lapides viui norunt. 81.C
Mysteria tremenda sacerdotum sacratæ manus sacrant. 335.H
Mysteria, id est, Eucharistiā veneramur. 169.D
Mysteria loquitur spiritus, ait Apostolus. 187.I
Mysterium dei esse dispensatorem magnum, & mirabile est. 204.C
Mysteriis supernis omnia sunt plena in historia sacra. 4.G

N

Naaman interpretatur desensus. 41.H
Naaman Iordanis virtutē in corpore sensit, quam vniuersus fidelis populus, inbente Christo, in anima experitur. 199.B.C
Naamā leprosum noster Helisæus septies in Iordane mergi præcepit, quid significat. 41.H
Nabuchodonosor non timuit coli diuinis honoribus. 397.F
Nardus sponsæ fragrātissimum præstat odorem in horto concluso. 202.M
Nardi nomine quid intelligendum? 165.C
Nardo herba humili & calida, humilitas charitate calens designatur. 165.E
Nascitur verbum infans. 9.G
Nascitur homo, quando. 17.H
Nascimur omnes in peccatis. Ibid.
Nascimur omnes in die maledicta. 10.B
Nascimur germanius ex deo secundum spiritū, quàm secundum carnem ex Adam. 199.I
Nascimur omnes viæ ciuitatis habitaculi prorsus ignari. 24.I
Nascimur morituri, quia prius morimur nascituri. 232.G
Nascimur vniuersi in die tenebroso. 10.I
Nasci hominem denuò oportet. 17.H
Nasci cum sanctitate paucis datum fuit. 362.L
Nascēte Christo fons olei de terra erupit, templum Romæ, quod vocatur æternum, corruit. 382.B
Natus est secundò dei Filius per circumcisionē. 17.H
Natos ex Adam, excepto Iesu, vniuersos respicit illud: in iniquitatibus conceptus sum: excludē virginem Mariam cum ecclesia. 362.L
Natos tuos, vt potes, in deo nutrias. 386.E
Nasus speciosus, quis. 407.H
Nasus ecclesiæ similis est turri. Ibidem.
Natalis domini dies celebratur. 17.H
Natalis diui Ioannis Bapt. 51.G. & sequent.
Natale domini solemnitas triplex comitatur. fol. 16.D
Natalis sancti Benedicti celebratur. 28.L
Natalitia martyrum, mors eorum nominatur. 393.L
Nathan parabolæ. 209.K
Nathanael senserat florem in Nazareth natum: dicens, à Nazareth potest aliquid boni esse. 198.L
Natiuitas Christi posuit tenebras latibulum suum. 13.B
Natiuitas Christi illibata sanctitate, honorabilis mundo, amabilis hominibus. 9.F
Natiuitas Christi supra naturam: sed pro natura. 9.G
Natiuitas hominis est in culpa, ideo & in pœna. 103.I
Natiuitas terrena perdit me, generatio cœlestis conseruat me. 366.L
Natiuitatis humanæ solennitas non celebratur. 53.F
Natiuitatis die melior est dies mortis, ait sapi. 393.L
Natiuitatem nullius hominis in auctoritatis arcem recepit ecclesia, præter paucos, quos. Ibidem.
Natiuitatem nullius ecclesia celebrat, nisi domini, Mariæ, & Ioannis. 407.K
in Natiuitate Mariæ sermo. 64.K
Natura modico contenta. 238.M
Natura simplex, multiplici antefertur. 213.I
Natura fragilis, & infirma. 227.D
Natura iugiter necessarium habet protectorem, quem habuit & creatorem. 217.F
Natura humana per se stare nō potest integra, nec per se ipsam resurgere iam corrupta. 29.L
Natura ipsa, quod ex se est, nō modo iustitiæ, sed etiam iniustitiæ capax inuenitur. 74.F
Natura, & consuetudo, duo sunt pedes, quibus vti debemus. 119.M
Natura cordis, est puritas, 91.A.B
Natura corporis, est sanitas, 21.A
Natura amoris magisteriū sibi retinuit. 272.H
Naturæ propriæ consideratio ad pietatem magnum momentum afferre solet. 207.K
Naturæ vitium industria informet. 264.G
Naturæ ius ipsum vsurpatio extenuat, aut exterminat. 209.C
Naturæ lex quid potest, & quid prodest. fol. 225.I
Naturam citò inflectit vsus. 265.A
Naturam qui condidit, ipse & protegit. 227.F
Naturale quicquid est, facile est. 243.D
Naturale nullum vitium, virtus verò omni homini naturalis est. 246.M
Naturalia quasi vitia consuetudo sæpe efficere solet. 246.M
Nauicula, ecclesia omnium sanctorum. 339.M
Nauicula sua, id est, abbatia, aut præpositura quisque contentus sit. 403.C
Naues ecclesias significant. 207.I
Nauigat omne genus humanum. 373.F
Nazareth interpretatur filios. 176.C.2.C.4.I. 282.D.21.B.31.M
Nazareth, id est, flos cernitur, in qua is, qui natus est in Bethleem, tanquam fructus in flore est deus infans. 198.L
Nazareth prælecta fuit cōceptioni Christi, Hierusalem passioni, Bethleem natiuitati. 344.I
Nazareth Iesus sancta sua præsentia nobilitauit. 20.D.E
Nazareth Iesus septemnis inhabitans, duodecimum annum feliciter expectauit. 21.B
Nazareth, vbi Christus nutritur, virtutum est exercitatio. 21.A
in Nazareth ciuitate parua thesaurus magnus latet, licet homines, non deum. 31.M
in Nazareth Christus diuescit. 21.A
Nazarenus florens interpretatur. 290.K.282.D
Necessariū nobis pie viuere & securè mori. 199.D
Necessarij sint tibi multi, vnus tantum sit tibi consiliarius de mille. 325.L
Necessaria nobis in verbo dei inueniūtur. 123.M
Necessaria duo sunt, doceri, & iuuari. 215.H
Necessaria tria maximè: primum debemus nobis secundum proximo, tertium deo. 41.E
Necessariora corpori panis sol, & aer. 225.F
Necesse habemus addere: dimitte nobis debita nostra. 13.K
Necessitas prima, ob quam anima incipit quærere verbum. 196.B
Necessitas vbi, ibi non est libertas. 215. M
Necessitas dura & graue iugum super omnes filias Enæ. 7.E
Necessitas specialiter corpori tribuenda videtur. 129.A
Necessitas ex infirmitate carnis procedit. 129.B
Necessitas quodam modo voluntaria. 193.L
Necessitas non habet legem. 170.E
Necessitas huius corporis grauis est. 25.I
Necessitas carnis est quædam loquela. 227.H
Necessitas nostra fuit, & necessitas dura sedentium in tenebris, & vmbra mortis. 367.B
Necessitatem suam qui minus considerat, minus sentit incommoda. 13.D
Necessitates cōtemplationis deliciis prælati præponunt. 22.B
Necessitates multæ corporis huius miseri nos detinent. 10.C
Nescio meipsum, si me non inspicio. 251.H
Nescis quid superuentura pariat dies. 241.M
Nescit, sanus, quid sentiat æger. 230.E
Negotiatio Christi amplectenda. 401.D
Negotiator summus, qui? 401.C
Negociatores terræ Themā procul absint. 401.C
Negociatores & milites multa pericula sustinēt, vt ad incertos honores, & peritūras diuitias perueniant. 267.E
in Negotiis pietas periclitatur. 204.B
Nemo nostrum inuitus à diabolo vincitur. 27.K
Nemo sustinere potest, nisi alterna requie foueatur. 25.L
Nemo mundus à sorde, nec infans, cuius vnius diei vita super terram. 11.I
Nemo, qui non habuerit peccatum. 150.A
Nemo, ex omnibus filiis Adæ sine labore hic viuit, nemo sine dolore. 85.C
Nemo saluatur inuitus. 218.E
Nemo duri, cordis salutem vnquam adeptus est. 204.K
Nemo in hoc seculo quod vult, habere potest: nec iustus iustitia satiatur. 89.K
Nemo tibi propinquior est. 41.F
Nemo scit hominum, quæ sunt in homine. 87.K
Nemo est mūd⁹ à delicto in conspectu dei. 302.C
Nemo legitur sanctificatus intra maternæ viscera præter Hieremiam, & Ioannē Bap. 393.C
Nephtalin ceruus emissus interpretatur. 137.B
Nequam dicitur, quasi nequaquam id est in nullo penitus appareat bonus. 219.D.213.D
Nestorianam quoque hæresin Chalcedonēsis synodus confutauit. 368.C
Nestoriani Nestorium habuerūt principē. 181.G
Nestorius in Ephesina synodo condignam sui erroris damnationem accepit. 368.C
Nicodemus amicus Iesu. 343.D
Nicodemus venit ad Iesum nocte, in splendore multo sapientiæ. 148.G
Nicolaus ab vtero electus. 79.G
Nicolaus in omnibus periculis inuocatur. 79.G
Nicolaus in patronum assumitur in corruscationibus & procellis. Ibid.
Nicolai nomen in ore tenetur in die tribulationis. Ibid.
ad Nicolai sanctum nomen glorificandum pagani sicut & christiani summa reuerentia adnolant. 79.H
Niger foris, in cute niger, non intus. 154.F
Niger est, sed formosus, id est Christus. 154.H
Nigra sunt vitia, virtus candida est. 185.I
Nigra sum, & formosa, quo modo intelligendū. 151.C.D.E. & seq.
Nigrum quod est, non continuo est deforme. 151.C
Nigredo ecclesiæ vnde. 151.L
Nigredo felix, quæ mentis candorem parit. 151.F
Nigredo in pupilla non dedecet. 151.C
Nihil celatur ante deum. 303.C
Nihil in eodem statu permanet. 25.A
Nihil mihi conscius sum: rara vox est. 207.F
Nimietas omnis in vitio deputatur. 309.H
Nineuitæ ad pœnitentiam expectati sunt. 383.K
Nobilis timeat, quia iudex omnium nō est acceptor personarum. 330.G
Nobiles de ignobilibus in ecclesia multi, intumescunt. 9.A
Nobiles non multos, sed ignobilia mundi elegit deus. 353.E
Nobiles ad honores ecclesiasticos admitti, quod periculum est? 360.F
Nocere quæcunque possunt, sub cœlo sunt. 123.A
Noë arca quid. 395.D
Noe eligitur, Enoch trāsfertur, Abraham vocatur, Isaac diligitur, Iacob deum facie ad faciem contemplatur, Ioseph saluator mundi vocatur. 394.A
Noli esse securus, latent insidiæ, quas latere non possis. 202.D
Noluit anima regi à deo, non queat regere corp⁹. 199.E
Nomen adonai gloriosum. 394.B
Nomen dei, est gloria eius. 28.F
Nomē Dei addere humanitati de⁹ curauit. 18.D
Nomen domini venit de longinquo. 1.H
Nomen Dei Sanctissimum est, & sanctissimis deliciis plenum. 37.G
Nomen Iesu super omne nomen. 17.C
Nomen Iesu cœlitus inditum. 16.K
Nomē Iesu vocatum fuit in circumcisione. 289.B
Nomen Iesu bene dulce. 18.E
Nomen Christo nō inditum ab humana, vel angelica creatura. 17.C
Nomen Christo innatum est. 17.C
Nomen Christi ab Angelo vocatum, non impositum. Ibidē.
Nomen Christo ab æterno impositum. 17.C
Nomen filij dei cur vocamus Iesum. 9.H
Nomen dulcissimum, quod? 28.L
Nomen tene, & fuge rem. 233.G
Nominis magni vmbra nō est in Iesu sed veritas 16.K
in Nomine Iesu non petit, qui argentum, aurum, & alia eiusmodi petit. 316.L
pro Nomine Christi huius mundi substantia relinquenda. 19.G
Nomina Christi. 17.C.106.C
Nomina sex Iesu Christi. 106.D.E
Nomina Christi magna. 17.C
Nomina Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis nosse multum est, ex ipsorū spirituum auditu, & cognitione beati sumus. 341.E
Nomina omnibus bestiis primus homo liberè imposuit. 30.D
Non assumas nomen dei tui in vanum explicatur. 407.K.L
Nomina, & Sanctimoniales. 353.M
Nouit dominus figmentum nostrum. 241.M
Nosce teipsum, aut egredere post greges sodalium tuorum. 225.G
Notitia dei causa est, vt homo aliquid sit, ignorantia dei facit, vt nihil sit. 332.C
Notitia suipsius tribus partibus continetur, ac primum quid simus, considerandum est. 206.I
Nouacula Dei. 408.M
Nouitas æterna 390.G
Nouitas nulla ratione placet contra Ecclesiæ ritū 362.L
Nouitas est mater temeritatis, soror superstitionis filia leuitatis. 362.L
Nouitas triplex, & vetustas triplex. 108.K
Nona æternitas. 390.G
Nouum militiæ genus ortum nuper audituri in terris. 197.H
Nouum, quod semper innouat mentes. 13.E
Noui testamenti primus scriptor Matthæus. 55.F
Noui testamenti fundamenta quis primus posuit 394.C
Nouitij monachi quid attendere debent? 177.H
Nox frigida, quid. 407.I
Nox vitam peccatoris, lux significat vitam iusti 112.E
Nox est indaica perfidia. 188.M
Nox, & lectulus secretum habet. 197.D
Nox diabolus est, nox Angelus Satanæ, nox etiam Antichristus. 187.B.C
Nox erat aliquando, quando nemo poterat operari. 12.F
Nox erat in vniuerso orbe, ante veri luminis ortum. 12.F
Nox erat in singulis nostrum ante suam cuiusq; conuersionem. 12.F
Nox profundissima quando erat super vniuersam faciem terræ? Ibi.
Nox præcedit auroram. 407.I
Noctis filius qui? 12.G
Noctis nomine aduersitas designatur in sacris scripturis. 124.F
Nubes violentæ, & turbidæ. 176.B
Nubes tenebrosæ, quæ? 22.M
Nubis appellatione peccator exprimitur. 57.E
Nudi nascimur in hac vita, nudi exituri sumus de hac vita. 305.D
Nudi pauperes clamant Pontifices. 335.K
Nugæ, & risus proferuntur in ventum, nihil de salute animarū, nihil de scripturis &c. 236.F
Nugatoria consolatio, est prorsus friuola & inanis. 201.I
Nullus homini tam improbus exactor, quàm vēter. 257.C
Nullum ante iudicium condemnes. 257.A
Numerus dierum breuis, & finis incert⁹. 17.H.I
Numerus sexagenarius secundus. 300.I
Numerus centenarius tertius gradus est qui prò virginitate deputatur. 300.I
Numerus tricenarius significat fœdera nuptiarum. Ibid.
Numerus sexagenarius significat continentiam viduarum. Ibidē.
Numerus ternarius, & quaternarius quid significant? 106.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nuncium Christi qui accipit, Christum accipit. 313.I
Nuptiæ paratæ sunt. 10.G
Nuptiæ nostræ placent Mariæ. 23.B
Nuptiæ, quibus affuit Christus, desponsationis sunt non copulationis. 23.C
Nuptiæ turpitudinem in coitu solæ excusant. fo. 181.F
Nuptiarum tres sunt species. 118.I
Nuptiarum numerositatem in hominibus turtur red arguit. 176.M
ad Nuptias agni omnes vocati sumus. 76.G
ad Nuptias aquam bibi dominus non est passus. 235.M
ad Nuptias spirituales nos omnes vocati sumus. 22.M
ad Nuptias agni qui introduci merentur, inebriantur. 228.D
de Nuptijs filij regis parabola. 402.D
Nutricius noster Spir. Sanct. 22.C
Nutrix transgressionum, est impunitas. 210.C

O

OBedientia prælato reddenda. 2.K
Obedientia cordis, reverentia cordis est. Ibidem.
Obedientia leprosa non commendatur. 85.C
Obedientia sola virtus est, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertásque custodit. 265.C
Obedientia fidelium populorum flores, & fructus pariat. 210.B
Obedientia primum vitis nostræ vinculum. fol. 278.C.D
Obedientia, talaris est tunica, quam Ioseph singulariter induit. 35.F
Obedientia Christi vitam generauit, sicut primi parentis inobedientia mortem. 299.M
Obedientia melior, quàm victimæ. 237.I
Obedientia aperiet, quem inobedientia clausit. 154.L
Obedientia Christi data est contra inobedientiam Adæ. 22.H
Obedientia bona vestis, bona vestis charitas. 26.M
Obedientia summa in Christo, cum inclinato capite tradidit spiritum. 39.G
Obedientia sola fidei meritum possidet. 265.I
Obedientiæ regula bonam voluntatem regat. fo. 243.M
Obedientiæ virtus, quæ semper militat veritati, aduersus veritatem accingi non debet. fol. 329.H
Obedientiæ virtus in Abraham quanta. fol. 400.C
de Obedientiæ virtute sermo. 399.M
Obedientiam senioribus præsta, & famulare humiliter imperijs eorum. 300.A
Obedientiam non esse constat, facere malũ, quolibet iubente, sed potius constat inobedientiam esse. 328.G
Obedientiam multum colorat obsequẽtis in sermonibus dulcedo. 400.G
Obedientiæ primus gradus quis? 400.E
per Obedientiam malum fieri non debet. 265.I
Obedientia cruciatur inimicus. 81.I
in Obedientia si permansissent primi parentes, mortui non fuissent. 284.H
Obedias ita homini, vt non offendas voluntatẽ Dei. 300.A
non Obedias illi, qui malè tibi facere mandauerit. Ibidem.
Obedire in malo noli cuiquam potestati. Ibid.
Obedire inferiorem superioribus iustum est. fol. 74.L
Obedire nobis sufficiat. 77.K
Obedire disce homo terra, & puluis. 5.B
Obediendum non est mala imperantibus. fol. 328.G
Obediendum episcopo, cæterisque ecclesiæ prepositis. 375.F
Obediendi formam pueris sanctis Iesus in euãgelio tradidit. 146.A
Obediens esto cunctis in bonis præceptis. fol. 300.A
Obediens fidelis nescit moras. 400.G
Obediens quãtò plus deo fuerit homo, tantò ampliorem ab eo mercedem accipiet. 252.C
Obediens vir loquitur victorias. 299.M
Obedientes fortitudinem induunt. 400.F
Oblectamenta quotquot fuerint mala, tot erunt tormenta dira in pœna. 251.I
Obeditio valde iniustè exigitur, vbi non præcesserit auditio. 343.B
Obeditio gratior in difficilioribus agendis, quàm grauior præuaricatio iudicatur. 219.I
Oblatio satis delicata. 25.C
Oblatio Corporis Christi in sacramento. 302.M
Oblatio est Christus in Eucharistia. 392.A
Oblatio acceptabilis. 19.H
Oblatio, in qua tres fuerunt, qui? 25.D
Oblatio nostra qualis esse debet? Ibid.
Oblatio nostræ laudis, quam deo immolamus, triformis esse debet. 117.K
Oblatio thuris indicat, Magos agnoscere deum. 18.M
non Obliuiscuntur nostri in conspectu dei Sancti. 56.H
Oblinio facilè memoriam delet. 3.I
Obseruantiæ Sancti Benedicti. 327.H
Obseruãtijs diuersis, in monasterijs diuersis deo seruitur. 220.A
Obstinata voluntas, & rebellis est impatiens, & monitis peior & minis durior, & acerbior blandimentis. 202.H.I
Obstinati hominis sermo mordax, & amarus. 130.K
Obstinati peccauerunt peccatum diaboli, & diaboli sententia percelluntur. 184.F
Obstinatio non permittit nos ad alterius cor ingredi. 62.F
Occasio peccati subtrahenda est. 90.E
Occasio voluntatem peccandi sæpe fecit, & facit. 308.H
Occasionem quærit, qui vult recedere ab amico. 220.H
Occasus bonus, cum ad correptionẽ iusti stat homo, & corruit vitium. 175.B
non Occides, ibi explicatur. 407.L
Occulta videt, qui fecit abscondita. 303.C
Occulta tria sunt, quæ? 114.D
Occupatio circa corpus, est à deo quadam absentatio. 220.M
Ocium postponit propter deum, qui diligit tota mente deum. 306.F
Ocium contemnis omni tempore, si ex toto corde deum diligis. Ibid.
Ocium parit fastidium, exercitium famem. fol. 326.B
Ocium Mariæ, & Marthæ negotium. 164.B
Ocium est omnium tentationum, & cogitationũ malarum sentina. 243.G
Ocium iners, est summa mentis malitia. 243.G
per Ocium Salomon se inuoluit in multis fornicationibus, & per cupiditates fornicationis adorauit idola. 306.D.E
Ocio deditos homines luxuria citò decipit. fol. 306.F
Ocio non est locus, vbi sedula vrget solicitudo omnium ecclesiarum. 206.M
in Ocio cauendum est ocium. 208.D
Ociosus omnis in desideriis est. 12.G
Ociosus omnis est in desideriis, desideria autem pigrum occidunt. 265.M
Ociosus nunquam sis. 410.L
Ociosus nunquam est seruus dei. 243.G
Ociosum si quem in claustris inuenit diabolus, statim accusat. 306.E
Ociosum verbum quid? 284.G.390.F
Ociosum est id, quod nullam habet vtilitatem, vel vtilitatis intentionem. 243.H
Ociosum diabolus citò decipit. 306.E
Ociosum non est vacare deo, imò est negotium negotiorum omnium. 243.G.H
Ociosa manus, & sedes prima, yes est mõstruosa. 207.E.F
Ociosi nunquam sedent milites templi, ne gratis panem comedant. 198.D
Ociosis regnum dei non dabitur, sed in seruitio dei studiosis. 306.F
quò Ociosior est sapientia, eò exercitatior in suo genere. 196.G
Ociositas fugiẽda, mater nugarum, nouerca virtutum. 208.D
Ociositas, est mors animæ, & omnium malorum sentina. 410.L
Ociositas, est hominis viui sepultura. Ibid.
Ociositas inimica est animæ. 23.E
Ociositas multa mala docuit. 410.L
Octaua dies cui post solemnitates præcipuas celebratur. 17.B
Octauæ Pentecostes. 364.G
Oculus columbinus. 336.A
Oculus clementiæ. 128.L
Oculus mẽtis est mundandus, vt videamus spiritum veritatis. 317.C
Oculus duplex interior, & exterior, eorúmque discrimen. 62.A
Oculus vt cernat lucem, & salute indiget. Ibid.
Oculus, est prima sagitta fornicationis. 301.A
Oculus caligans, purgatur lachrymis. 202.K 219.D.E
Oculus pius quis? 274.C
Oculus, quo videtur deus, est charitas. 274.C
Oculus respicit, & mentis sensum auertit. 251.K
Oculus mentis alta videre non potest, quem puluis concupiscentiæ claudit. 309.D
Oculus simplex quis? 219.E.
Oculus simplex, & oculus nequam quid? fol. 213.B.C
Oculus simplex spiritualis intentionis. 66.M
Oculus nequam, dupliciter malus. 219.E
Oculus simpliciter malus. Ibidem.
Oculus venenatus, & fascinans. 130.L
Oculus quod non videt, cor non dolet. 70.K
Oculus non aliter viuit, quàm articulus. 89.A
Oculus cæcus quis? 219.D
Oculi cordis quadripartita diuisio. 219.D
Oculi tam grauis pruritus non est, quàm inuidia. 74.H
Oculo superbo veritas non videtur, Syncero patet. 179.E.F
Oculo turbato non videbitur deus. 91.B
Oculum qualem requirit deus? 219.D
Oculum vtrunque tria sunt, quæ ad videndum impediunt. 62.A
in Oculo non est veritas, non sapientia. 154.L.M
Oculi sponsæ duo sunt. 119.B
Oculi loquentis fidem faciunt dictis. 340.M

Oculi

Oculi diaboli omne sublime vident. 129.M
Oculorum tela, prima tela sunt, secunda verborum. 265.M
Oculorum custodia plurimum proficit ad tuitionem castitatis. 264.D
Oculos corrumpit curiositas. 109.I
Oculos basilisci cauete. 131.G
in Oculis viget ignis. 109.I
Odit animam suam, & carnem, cui gehennæ cumulos mercatur in dies. 201.B
Odit animam suam, qui diligit iniquitatem. 194.M
qui Odit hominem, deum non diligit. 303.L
qui Odit fratrem suum, odit charitatis auctorẽ. 315.H
qui Odit fratrem suum, homicida est. 303.L
Odisse debemus, quæ deus oderit. 95.K
Odientes ad pacem inuita, discordantes ad concordiam reuoca. 256.M
Odibilis macula, quæ beatam nobis adimit visionem. 203.F
Odium parit veritas. 338.M
Odium à corde tuo expelle. 303.M
Odium separat hominem à regno dei, à paradiso, à cœlo. 303.K
Odium veritatis iudicium nescit. 231.B
Odium tam carnis suæ, quàm animæ non in affectu, sed in effectu potius inuenitur. fol. 201.B
Odium malorum hominum habere melius est, quàm consortium. 308.M
Odij non immemores Iudæi, quo oderant patrẽ, exercent illud in filium. 17.G
Odio habere homines non debemus, sed vitia. 303.K
Odio, an amore dignus sit homo, nescit. 25.E
qui Odio habet proximum suum, circundatus est tenebris. 298.B
qui in Odio manet vritur. 220.H
Odiorum faces accendit contentio. 299.C
Odor violæ suauis est, & salubris. 282.A
Odor omnium odorum suauitas, dominus Iesus est. 314.G
Odoratus cogitationem impedit. 251.K
Offerunt nobis angeli munera dei, non sua. fol. 66.E
Offerunt angeli deo nostros sudores, nõ suos, nostras non suas lachrymas. 66.E
Offerebat Iudæus morituro domino mortuas hostias. 25.D
Offerre deo quicquid paras, memento commendare Mariæ. 66.C
Offertur Corpus Christi in sacramento. fol. 302.M
Offertur quotidie corpus Christi. 399.L
Officium episcopale quæ maximè nobilitant, & ornant? 333.G.H
Officium sacerdotum admirabile est, etiam angelorum oculis. 404.A
Officium sacerdotale quadripertitum. 119.F
Officium, & potestas sacerdotum. 391.K.L
Officium monachi, non est docere, sed lugere. fol. 348.G
Officia tria Pastoris ecclesiastici. 369.F
Officia quatuor virtutum cardinalium. fol. 21.C
Oleum in lampade quid sit. 398.A
Oleum in vasis repositum à virginibus quid sit. 398.A.B
Oleum pascit, lucet, & vngit. 388.I
Oleum de saxo durissimo. 405.M
Oleum fatuæ virgines quale non habeant. fol. 298.B
Oleum in vasis nil prodest, nisi sentiatur in mẽbris. 142.F
Oleum aspersit inferos. 142.K
per Oleum significatur misericordia. 57.H
Oleum, quod exhilarat faciem hominis. fol. 388.G
Oleum triforme. 118.A.142.M
Olei multum, parum vini. 388.H
Oleo materiali etiam corporaliter ecclesia consueuit eos vngere, qui baptizandi sunt spiritu lenitatis. 166.D
Oleum, cur sponsi nomen comparetur? 142.F
Olias interpretatur protectio mea. 395.G
Olias in opere socium habuit Bezeleel. Ibid.
Oliua in cruce Christi quid significat? fol. 292.H
Omnes prophetæ elingues sunt, & muti. fol. 390.A
Omnes suum stomachum sequuntur. 371.B
non Omnes omnia tenent, etiam boni Christiani, quæ sunt in euangelio, omnes tamen secũdum euangelium viuunt. 220.A
Omnia deus fecit propter seipsum. fol. 227.K
Omnia fecit deus propter te, & tu propter omnia dimittis temetipsum. 84.G
Omnia omnibus est, qui omnia ministrat, nec quicquam est omnium propriè. fol. 135.G
Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis. 211.D
Omnia modò dantur in pondere, & mensura, & numero, sed veniet dies, quando omnia sunt cessatura. 25.H
Omnipotens est ille, cui omnia possibilia sunt. 196.E
Omnipotentiam verbi nihil clariorem reddit, quàm quòd omnipotentes facit omnes, qui in se sperant. 196.E
Onerifera animal homo timore suæ mortalitatis. 131.M
Onus, quod portandum imponis, ordo pulcherrimus est, vt portes prior. 369.E
Onus graue iniquitas. 131.L
Onus graue, peccata sua portare. 131.M
Onus beneficiorum, dulce onus. 131.L
Onus primum Babylonis est, quod necesse est, vt auferatur ab humeris nostris. 323.I
Onus Philistiim. 323.L
Onus Moab. Ibidem.
Onus Damasci. 323.M
Onus Aegypti. 324.A
Onus deserti maris. Ibidem.
Onus Dumæ. 324.C
Onus Babylonis tripliciter miseros onerat, labore, timore, & dolore. 323.K
Onus Babylonis, est radix malorum. 324.K
Onus in Arabia. 324.D
Onus vallis visionis. Ibidem.
Onus Tyri. 324.E
Onus iumentorum Austri. 324.F
Onera vndecim ore prophetico Esaias describit nobis. Ibi vide. 323.I
Opes multis hominibus generauerunt mortem. 296.G
Opinio, si habet assertionem, temeraria est. fol. 212.K
Opinio potest putari intellectus, intellectus opinio non potest. Ibidem.
Opinio falli potest, intellectus non potest. Ibidem.
Opinionis bonæ splendor, decor tuus. fol. 209.H
Opinionis definitio. 212.K
Oppidò cuilibet tria maximè necessaria. fol. 61.F
Opportunitas fugienda peccati. 90.E.F
Opprimunt potentiores vbique pauperiores. fol. 205.M
Oppressorum partes passim præripiuntur. fol. 209.A
Optimus canon, qui proiicit auaritiam ex calũnia, non à conscientia tantùm. 212.C
Opus mirabile in Christo Trinitas. 11.D
Opus habet vocem suam. 57.C
Opus magnum salutis: homines, & iumenta saluos facere venerat Christus. 33.D
Opus terrenum non incuruet, quem fides cœlestiũ erigit. 150.M
Opus, est vocis virtus. 369.F
Opus suum homo spiritualis trinâ quadam consideratione preuenit. 209.I
Opus tuum tale erit, intentio tua qualis fuerit. 298.G
Operis boni flos marcet, nisi aliis, atque aliis pietatis actibus continuè reparetur. fol. 168.C
Opere instruebat Christus, ore tacebat. fol. 18.L
Opera tenebrarum quo pacto designata. 396.A
Opera tenebrarum in lucem prolata, arguentur à luce. 202.E
Opera tenebrarum sol iustitiæ red arguit. 209.C
Opera lutea fiunt sub ingo Pharaonis, id est, dissoluta, & sordida. 109.C
Opera nostra in seruore agenda sunt. 24.M
Opera bona confessione commendantur. 353.H
Opera sua omnia veretur sapiens. 3.A
Opera tria, tres mixturas fecit omnipotẽs in Assumptione nostræ carnis. 11.C
Opera salutis agere non possumus, nisi adsit spiritus saluatoris. 78.C
Opera misericordiæ non debemus omnibus hominibus æqualiter. 295.I
Opera ieporalia, æternitatis velut semina iacitũtur. 202.C.D
Opera nostra merentur. 249.K
Opera Christi tria clamant, quæ? 14.H
Opera singula, singula aromata. 140.C
Opera sine fide non saluant. 96.M
Opera quasi semina sunt mercedis æternæ. fol. 202.C
ad Opera venitur post cogitationem & locutionem. 390.F
Operum bonorum deus est retributor pius, & scelerum æquissimus vindex. 214.G
Operum bonorum retributio in vita futura expectatur. 311.A
Operum suorum virtutem annunciabit populo suo. 18.C
Operum immunditia, quare significatur. 396.A
Operum bonorum argumentum efficax, resurrectio Christi. 30.A
Operibus Adæ omnia subdita vanitati. 10.D
Operibus bonis benè insudat, qui ea, quæ benè inchoauit, consummat. 300.E
Operibus misericordiæ charitas dei demonstratur. 288.A
Operis boni nihil habere possumus, nisi hoc dederit deus. 29.I
Operibus nullis æternam vitam promereri possumus, nisi gratis detur & illa. 29.I
in Operibus tuis considera nouissima tua, & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

æternum non peccabis. 311.C
Operari possumus bona multa per gratiam dei. 294.I
Operari dicitur liberum arbitrium, dum consentit. 215.I
Operari bonum in hac vita tantum est licitum. 311.A
Operatio Trinitatis triplex. 231.G
Operatio, lectio, & oratio valde necessaria. fol. 306.E
Operatio in vita futura non expectatur, sed bonorum operum retributio. 311.A
Operatio prava inquinat memoriam. 114.D
Operatione beatificamur. 206.E
Operatione duo nobis deum auferunt. 61.K
Oratio duabus alis cœlos penetrat quibº. 19.H
Oratio iusti penetrat cœlos. 27.F
Oratio Bernardi magnifica ad virginem Mariam. F
Oratio & meditatio sibi ad invicem copulantur. 42.F
Oratio quantò efficacior, tantò callidius impediri solet ab aduersario. 27.G
Oratio & meditatio tranquillum deo parant hospitium. 44.D
Oratio inter tria pastoris ecclesiastici officia est maior. 369.F
Oratio morientis Stephani non potuit inefficax esse. 391.G
Oratio illius, qui habet odium in corde, nihil proficit. 306.B
Oratio duobus modis impeditur, ne impetrare quis valeat postulata quibus. 257.H
Oratio cordis est, non labiorum. 257.E
Oratio tantò crebrior debet esse, quantò est vilior. 306.A
Oratio nostra grauior inimici tentatione. 81.I
Oratio duobus impeditur modis, ne impetrare quisque possit, quod postulat, quibus. fol. 306.I
Oratio frequens extinguit impugnationem vitiorum. 310.K
Oratio fundit suspiria, pię deuotionis stillat aromata, tota resoluitur in lamenta. 42.F
Oratio sit sine cessatione, oratio sit frequens. 306.B
Oratio curat peccatorum recordationem. 62.B
Oratio cordis est, non labiorum. 306.A
Oratio, quæ deo non est execrabilis. 19.G
Oratio continuè superat tela diaboli. 310.L
Oratio est prima virtus aduersus tentationum incursus. 310.K
Oratio, est remedium aduersus tentationes demonum. Ibidem.
Oratio, lectio, & operatio valde necessaria. 306.E
Oratio apud deum non munda, quorum hominum? 405.C
Oratio totis viribus se ad dominum erigit, ab eóque thesaurum desiderabilem, nempe contemplationis suauitatem impetrat. 268.E
Oratio cius erit execrabilis, qui auertit aurem, ne audiat legem. 19.G
Oratio timida cœlum non penetrat. 27.H
Oratio tepida lãguescit, eò quòd non habeat vigorem. 27.H
Oratio temeraria ascendit, sed resilit, nec tantùm non obtinet gratiam, sed & meretur offensam. Ibid.
Oratio fidelis, & humilis, & feruens, cœlum sine dubio penetrabit, vnde certum est quòd vacuare dire non poterit. 27.H.I
Oratio, quæ pro virtutibus est animæ, sit ab omni impuritate libera. 28.C
Oratio, quæ sit pro æterna vita, sit in omni humilitate, præsumens de sola miseratione diuina. Ibid.
Oratio infructuosa non erit, si fecerimus, quod monemur in Psalmo: si delectemur in domino. 27.M
Oratio prius quàm egressa sit de ore nostro, deus scribi iubet eam in libro suo. Ibidem.
Oratio de ore tuo non cadat. 306.B
Oratio frequens diaboli iacula submouet. fol. Ibidem.
Oratio deuota est reclinatorium piæ operationis. 43.C
Oratio quotidiana diaboli tela exuperat. fol. 306.B
Oratio est prima virtus aduersus tentationũ incursus. Ibidem.
Oratio superat tentamenta inimicorum, vincit dæmones, superat immundos spiritus. Ibidem.
Oratio dæmoniis omnibus prænalet. 306.B.C
Oratio duas habet alas, quas? 19.H
Oratio per ieiunium facilius penetrat cœlum so. 301.E
Oratio iusti penetrat cœlos, quomodo intelligendum. 178.K.19.G
Oratio est pura, quãdo in suo tempore superfluæ cogitationes non conturbant. 306.A
Oratio, quæ pro temporalibus est, sit circa solas necessitates restricta. 28.B.C
Oratio tantùm modò in hac vita effunditur in remissionem peccatorum: Psalmorum autem decantatio significat perpetuam laudem dei in æterna gaudia. 306.G
Oratio peccatoris duobus modis impeditur. fol. 116.M
Oratio fidelis oratio dominica. 64.K
Oratio, & laus elegantissima ad virginem Mariam. 64.A
Oratio quid sit? 267.G
Oratio est mentis deuotio, id est, conuersio in Deum, per pium & humilem affectum. fol. 257.D
Oratio qualis esse debet. 27.G.H.I
Oratio est hominis deo adhærentis affectio. 246.A
Orandi modi quatuor quemodo fieri debeant. 95.G
Oratio quid doceat. 77.L
Orationis Mariæ suffragium impetrandum. 6.K
Orationis domus hîc, in cœlo laudis. 81.G
Orationis domum factam speluncam latronum zelatus est dominus. 209.A
Orationis domus infima. 82.D
Orationis gladius. 319.L
Orationis intentio firmiter est astringenda quibus modis. 117.A
Orationis deuotæ exercitatio præbet bonorum operum fulcimentum. 43.C
Orationis sint arma assidua. 306.B
Orationis dominicæ expositio. 28.C
Orationi insistens Paulus triduo sine cibo manet. 24.C
Orationem Papæ timeat, qui eius admonitionem contempsit. 212.D
Orationem suam nemo parui pendat. 27.M
Orationem, & compassionem confitemur mortuis. 91.D
Orationem mundam non habet, qui cõpunctionẽ cordis, vel contritionẽ non habet. 297.A
ante Orationem præpara animam tuam. fol 306.A
per Orationem, & lectionem vitia destruuntur, & virtutes in anima nutriuntur. 306.C
per Orationem mundamur à peccatis, per lectionem docemur, quid faciamus. Ibid.
Oratione mundamur, lectione instruimur, operatione beatificamur. 306.E
Oratione dimitti a gratiam sub quotidiani panis nomine postulamus. 14.F
in Oratione à Deo longè est animus, qui cogitationibus seculi est occupatus. 306.A
in Oratione vigilare facit venter vacuus. fol. 301.F
de Oratione sermo. 306.A. & sequentibus.
Orationes Mariæ quantùm placuerint in conspectu altissimi, angelus indicauit. 6.M
Orationes, & laudes, quibus Bernard. Mariam Iesu matrem interpellat ibi lege. 37.I & sequentibus.
Orationes sunt pro mortuis. 182.B
Orationes, quæ imperantur primo loco habendæ. 270.E
Orationes, & præces pro his, qui in inferno sunt, suspendæ & cur hoc. 79.M
Orationes quædam breues, & simplices, sicut eas format voluntas. 245.M
Orationis tempore deus in cœlo cogitandus, nec mens oratorij tecto, & axis spatio retardari debet. 95.H
Orationes sanctorum thure significantur. 19.G
Orationum instantia facit templi parietes sanctos. 82.C
Orationum quotidianum sacrificium. 243.H
Orationum hasta Christi non est auersa. 279.F
Orationibus sicut iuuamur, ita psalmorum moderationibus delectamur. 306.G
Orationibus vigilandum pro his, qui in locis purgatoris emundantur, & cur hoc. 79.M
in Orationibus feruentes esse oportet. 410.K
Oras nunc veraciter, quando aliud in corde non cogitas. 306.A
Orat pro nobis Christus, quo modo? 317.A
Orat Christus non solum pro persequentibus, & calumniantibus, sed etiam pro occidentibus se. 280.B
Orat virgo Maria pro nobis apud filium nostrũ excussans peccatum. 9.B
Orat Mariam Christi matrem Bernard. 37.M
Orat sapiens, diuitias, & paupertates ne dederis mihi. 28.E
Orat nemo, nisi quod credit, & sperat. 9.C
cum Orat quisque, Spiritũ sanctum ad se vocat. 306.B
Oramus veraciter tunc, quando aliunde non cogitamus 257.E
Oramus, vt adueniat regnum domini, quo videlicet nobis plena sit de regni potestate securitas. 28.E
cum Oramus, spiritum sanctum ad nos vocamus. 257.E
Orant pro nobis sancti. 52.G
Orant sancti pro nobis argumento virginis Mariæ. 6.K.407.E
Orant sancti hac vita defuncti pro domini grege, exemplo beati Benedicti. 29.E
Orant sancti pro nobis apud patrem, exemplo Humberti monachi. 80.H
Orant Christus pro transgressoribus, vt non perirent. 8.A
Ora iugiter, precare deum diebus, ac noctibus. 306.B
Ora pro amicis tuis, ora pro inimicis. fol. 306.C
Ora pro omnibus fidelibus viris, & defunctis. Ibidem.
Ores semper, aut legas. 410.L
Ores pro malis hominibus, vt de malo ad bonũ conuertantur. 306.C
Oremus ergo Sanctos, vt ipsi propitium nobis reddant amicum suum. 52.I
Orare deum mente, semper bonum est. 306.G
Orare quòd oporteat sanctos hac vita functos, & quòd ipsi pro nobis intercedant, nota ex Ioanne Bapt. 52.E
Orare eos, non pro eis, qui in cœlo sunt debemus. 79.M
Orare, melius est, quàm legere. 306.C
cum Oramus, cum deo loquimur. Ibid.
Orare volentes iubemur intrare cubiculum secreti gratia. 197.D
Orare solis labiis. 95.G
Orare nos decet sanctos, exemplo. 64.A
Orare pro fratre, nullum vtilius, aut efficacius auxilium. 2.L
Orare melius est cum silentio cordis, quàm solis verbis sine intentione mentis. 306.A
Orare ante tempus, est prudentia. Ibidem.
Orare non cessat adhuc Paulus pro hominum conuersione. 23.H
Orare quomodo oportet? 257.D
Orandum pro omnibus. 11.B
Orandum non esse pro his, qui in cœlo sunt. 79.M
Orandum pro vita æterna tota pietate, totóque desiderio. 28.B
Orandum nobis est pro necessitatibus animæ & feruentius. Ibid.
Orandum est nobis, vt à deo tria obtineamus. 28.A.B.C
Orandum est pro mortuis, non plorandum. fol. 311.E
Orandum est pro mortuis, vt eos deus dignetur de pœnis eripere. 311.E.F
Orandi modi quatuor. 95.B
Orandi tempus præterire, est negligentia. fol. 306.A
Orandi sunt sancti, colendi, & canendi, exemplo sancti Victoris. 56,G
Orandi sancti, quòd oranda virgo Maria. 6.I.K
Orando quid considerari debeat? 117.A
Orando bibitur vinum latificans cor hominis. 145.E
Orando petenda est ianua regni. 300.C
Orando aures audientium suspiriis implere non oportet, sed intentè deum in cubiculo cordis sui orare. 269.D
Oranda est Maria mater misericordiæ, & non deerit necessitati nostræ. 23.B
Orandus deus in cœlo, licet vbique sit. 95.H
Orans vnus, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet deus? 10.M
Orans Mariam virginem, non desperas. 6.K
Oranti hominis Dei sacra astat imago. fol. 146.H
Orantem impedit tumultus carnalium cogitationum. 257.E
Orantes nos vident angeli. 29.F
Orantibus angelos sanctos astare credimus, offerre deo preces, & vota hominum. 136.M
Orantibus angeli astare solent. 6.L
Orbis iudices qui? 210.E
in Orbem vniuersum qui iussi sunt ire, orbem circuierunt non præsentia corporis, sed mentis prouidentia. 207.C
Ordo præposterus, ante meritum exigere præmiũ. 167.K
Ordo est pulcherrimus, vt onus, quod portandũ imponis, tu portes prior. 369.E
Ordo ecclesiæ seruetur. 210.B
Ordo cleri sacratissimus. 203.L
Ordo vitæ tenendus est. 264.L
Ordo modum tribuit, & decorem, etiam perpetuitatem. 169.I
Ordo quid est. 114.E
Ordinis pulchritudinem seruare consueuit deus. 6.D
Ordinem sacrum pellicula discolor decolorat. 210.D
sine Ordine qui peccauerunt, sine ordine peribũt. Ibidem.
Ordines tres ecclesiæ. 14.F
Ordines Ecclesiæ distincti, qui? 209.I
ad Ordines sacros passim curritur, & angelicis spiritibus reuerenda ministeria homines apprehendunt sine reuerentia. fol. 203.M
Ordinum distinctiones in Ecclesia non esse temerè confundendas. 209.G
Ordinantur omnia sub vno capite Deo vsque ad Angelos, & Archangelos. 209.210.A
Ordinatum te in omnibus exhibeas. 410.L
Organum Satanæ, mulier secularis. 308.E
Organum nostrum ab Adam vsque ad Ioannẽ versum est in vocem flentium. 394.C
Origenes ibi perstringitur. 99.B
Origenes in aere dominum glorię denuò pro dæmonibus crucifigi impudenti mendacio affirmauit. 173.A
Origo fontium, & fluminum omnium mare. 140.M
Origo virtutum, & scientiarũ omnium est Christus. Ibidem.
Origo omnium bonorum, quæ. 410.G
Originale peccatum omnes contrahunt præter virginem Mariam. 407.H.I
Originale delictum graue, quòd non solum personam infecit, sed & naturam. 34.B
Originale peccatum paruulis non nocere qui ait, cum Pelagio sapit. 367.G
contra Originale peccatum præter baptismum multa alia remedia antiquis fuerunt. fol. 343.D
Originale peccatum in totam posteritatẽ diffunditur. 50.F
Originale peccatum in vtero contrahimus. 50.G
Originale peccatũ in antiquis patribus delebat Circumcisio. 278.D
Originale peccatum antiquis in adultis fide, & sacrificiis, in pueris parentum fide expiabatur. 343.D
Originalis culpæ rubiginem Circumcisionis cultellus eradebat. 34.M
Originali concupiscentia & si ex Adam infectus sum, in Christi gratia spirituali perfusus sum. 366.K
Orimur in terra, in terra morimur. 74.L
Oriones, & Hyades quid designant? 43.I
post Orionas, & Hyadas apparent interiora australi. 43.H
Ornatum non vestitum appetimus. 236.I
Orphani Græcè, Latinè pupilli. 317.F
Os loquitur, & fallit. 251.K
Os patris intelligitur filius. 111.G
Os quid si silet, necdum cor quiescit? 337.B
Os tuum aperiat interrogatio. 303.E
Os nostrum, ostium cordis nostri. 285.A
Oris nostri ianua claudenda. 285.A
Oris custodia semper vtilis, quæ tamen affabilitatis gratiam non excludat. 212.C
Ori tuo pone custodiam. 303.E.92.A
Ore suo vt aliquis condemnetur, graue malum est. 265.D
Ore Christus tacebat, sed instruebat opere. fol. 18.I
Oscitationes septem. 143.G
Osculum, de quo scriptum est, osculetur: & cat. 405.M
Osculum dilectionis, & pacis. 137.K
Osculum institiæ quid est? 252.H
Osculum felix per quod deus agnoscitur, & diligitur. 137.L
Osculum pacis quid est? 252.H.I
per Osculum oris dei, spiritum sanctum intelligendum. 137.L
Oscula tria sunt. 120.C
Oscula tria sunt: primum pedum secundum, manuum: tertium oris. 111.A
Osee fornicariam, & adulteram ducit vxorem. 390.A
Ostia, per quæ transitur ad vitam, tria sunt. fol. 119.H
Ouasola quot modis versantur? 236.F
Ouis centesima, quæ erranit, quæ? 2.C
Ouis lac duo continet. Ibidem.
in Oue duo reperies, quæ? Ibid.
Oues qui dimittit in pascua sine custode, pastor est non anium, sed luporum. 191.E
Onium, & pastorum omnium Papa est pastor. 207.H
Ouibus non debet Papa dominari, sed lupos de mare. 207.D
Ouilia Christi vastant tyranni, & raptores seculi. 404.E
Ozias rex lepra percussus, quòd cõtra legem dei sacrificare voluisset. 299.K

P

Paganus, sine Iudæus nequaquam talibus aculeis incitatur amoris, quales ecclesia experitur. 225.K
Pagani melius est, vt occidantur, quàm relinquatur virga peccatorum super sortem iustorum. 198.A
Pagani non necandi essent, si aliter possent à nimia infestatione, & oppressione fidelium cohiberi. Ibidem.
Palam arguendi sunt, qui palam nocent. 299.F
Palatinorum mores. 210.K
Palatum nouellis seducitur condimentis. 236.F
Paleæ Aegypti quid significant? 109.B
Pallet omnis amans. 397.L
Pallium alicui tollere, est ei auferre omnem terrenam delectationem, omnémque substantiam temporalem. 199.G
Pallia, quibus nostra nuditas operitur, quatuor sunt. 120.B
Palma victoriam sui significatione prætendit. 302.I
Palma in cruce Christi quid significat? fol. 292.A
Palma arbor victoriam significat. 292.H
Palma crucem, vitis crucifixum significat. fol. 292.H.I
Palpani, non fodi parietem, prouerbialiter dictum. 211.I

Universidad de Deusto

Panis, sol, & aer corpori necessaria. fol. 225. F
Panis angelorum per excellentiã dicitur Eucharistia. 391. M
Panis angelorum, qui nescit putrescere, est Eucharistia. 399. H
Panis angelorum, panis viuus, panis quotidianus. 22. K
Panis angelorum sacerdotum ministerio quotidie mortalibus præparatur. 391. M
Panis angelorum factus est fœnum. 391. K
Panis est dei, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. 367. I
Panis angelorum beatissimus, dominus Iesus. 311. M
Panis angelorum, est Christus. 302. M
Panis delicatissimus angelorum. 292. A
Panis de cœlo viuus, caro domini quæ verè est cibus super omnia. 33. E
Panis domini nos sumus. 44. F
Panis bonus, sed esurienti. 216. I
Panis dominus nobis factus est. 44. F
Panis integer, thesaurus absconditus, sapientia occulta, quæ vtilitas in his omnibus est. 14. L
Panis continentiæ. 107. D
Panis humilitatis. Ibid.
Panis & vinum sunt cibi, & potus substantiæ principales. 392. L
Panis, & lapis quomodo idem significent. fol. 61. K
Panis animæ cum fastidio sumptus, non scientiæ nutrimentum, sed tormentum conscientiæ importat. 161. G
Panis qui de cœlo descendit, gustandus. fol. 397. C
Panis cor hominis confirmat. 407. F
Panis primus verbum dei, secundus obedientia, tertius obedientia sancta. 54. L. M
Panis septimus est Eucharistia. 54. M
Panis animæ verus. 31. C. D
Panis charitatis. 107. D
Panis viuus, sermo dei. 3. I
Panis, & aqua vita hominis. 290. B
Panis, quem fregit dominus in Emaus discipulis duobus, erat panis gratiæ 44. D. E
Panis lacrymarum, panis doloris. 85. D
Panis, à quo iciunandum non est, quis. 26. L
Panis multipliciter accipitur in sacra scriptura. 314. A. B
Panis in carnem mutatur in Eucharistia. fol. 592. I
Panis supersubstantialis, est sacramentum corporis, & sanguinis Christi. 264. E
Panis cor hominis confirmet. 13. G
Panis non deest, vbi est verbum domini. 13. I
Panis fuit dominus, quem traditor Iudas accepit intinctum. 314. B
Panis, vita, & charitas, vnum sunt. fol. 405. K
Panis esuriens. 5. L
Panis abundantia, fuit Sodomæ peccatum. fol. 290. C
Panis fractio, id est, sacra scriptura. 288. D
Panis confractio hora dies sexta. 306. H
Panem angelorum manducat homo. 276. C
Panem intinctum rodit, qui filiũ virginis ante omnia secula fuisse contradicit. 314. B
Panem de cœlo viuum dat nobis deus. 67. D
Panem cœlestem nemo est, qui requirat, nemo qui tribuat. 236. F
Panẽ angelorũ mãducauit homo explicat. 391. I
Panem suum qui oblitus est comedere, eius cor exangue est. 13. G
Panem suum qui oblitus est comedere, cor illius aruit. 13. K
Pane suo viuunt angeli in cœlis, & beati sunt. 391. K
de Pane corpus Christi, & de vino sanguis ecclesiastico more conficitur. 341. K
Panes tres, quibus suos pascit Bernardus, sanctitas, institia, & pietas sancti Benedicti abbatis. 28. M
Panes septem quid significent? 54. L. M
Panes sunt quatuor, quos de via veniens quærit amicus: continentia, humilitas, charitas. fol. 120. F
Panes admodum splendidi, & sapidi. 407. G
Panes, quibus alimur in hac vita, tres sunt. fol. 119. F
Panum duodecim propositionis mensa. fol. 407. F
Panum quatuor differentiæ in scripturis reperiuntur. 119. E
Panibus tribus reficiendus est conuersus proximus. 107. D
Panibus quinque Christus in cœna reficit Apostolos. 33. E
Papa Romanus, est princeps episcoporum, hæres Apostolorum. 207. G
Papa, est ouium, & pastorum vnus omnium pastor. 207. H
Papa quid agere debet domi suæ, ibi docetur. 211. K
Papa, est potestate Petrus. 207. G
Papa in consilium quos, & quales assumere debet. 211. D
Papa in plenitudinem potestatis vocatus est. fol. 207. I
Papa quibus virtutibus ornari debet. fol. 208. A. B
Papa cui irascitur, is deum sibi iratum, non hominem putet. 212. D
Papa præest ecclesiæ Romanæ, ecclesiarum matri, non dominæ deo auctore. 212. C
Papa qualem se præstare debet. 212. C. D
Papa est Christus domini. 212. D
Papa est Pharaonis deus. Ibidem.
Papa, vel summus Pontifex quales esse debeat. 206. I
Papa est mundi villicus, non dominus. fol. 207. B
Papa oues pascendas, non premendas suscepit. 207. D
Papa dominus. 362. D
Papa domare debet lupos: sed ouibus non dominari. 207. D
Papa infidelibus debitor est, Iudæis, Græcis, & Gentibus. 208. H
Papa legatos quales habere debet. fol. 211. E
Papa quales collaterales, & coadiutores habere debeat. 211. A. B
Papa successit Apostolis in hæreditatem. fol. 208. F
Papa Romanus est in Petri Apostoli cathedra. 368. D
Papa Romanus est Petri successor. fol. 365. C
Papa Roma. Petri locum tenet, & potest vno ictu extinguere Ananiam, vno Simonẽ Magum. 374. L. 365. D
Papa Roma. caput omnium. 375. K
Papa quod concesserit, an malum esse desinat, aut minoratum? 329. B
Papa Romanus ecclesiæ Dei præest. fol. 374. L
Papa Romanus plenitudinem habet potestatis. Ibidem.
Papa Romanus est orbis episcopus. fol. 374. M
Papa, si causa exiterit, episcopo cœlum claudere, ipsũ ab episcopatu deponere, & tradere Satanæ potest. 207. I
Papa Gregorius vir apostolicus. 219. K
Papa sanctus Gregorius. 344. C
Papa deus natura, angeli gratia superiores sunt. 212.
Papa Romanus est Petri hæres. 375. K
Papa Eugenius est Petri hæres. 374. E
Papa Eugenius altiorem locum sortitus est, sed non tutiorem: sublimiorem, non securiorem. 374. G
Papa Eugenius adeptus est sedem illius, qui dixit: pecunia tua sit tecum in perditionem. fol. 374. I
Papa Eugenius procedit deauratus, multa circundatus varietate: hinc à Bernardo carpicundatus varietate: hinc à Bernardo carpitur. 210. K
Papæ interest, dare operam, quam possit, vt incredeli conuertantur ad fidem, conuersi non auertantur, auersi reuertantur. 208. A
Papæ apostoli sunt parentes. 208. F
Papæ apostolatu quid dignius, quid salubrius ad conscientiã, honestius ad famam, vtilius ad exemplum? 212. C
Papæ spiritum iræ timeat, qui hominem non veretur, gladium eius non formidat. 212. D
Papæ Romani auctoritas, & dignitas. 207. G & 325. H
Papæ orationem timeat, qui admonitionem eius contempsit. 212. D
Papæ voluntati obedire, nihil securius. 339. G
in Papæ domini gratiam, & ecclesiæ vnitatem mediolanenses recepti sunt. 357. K
Papæ munus describitur, & abusus. folio. 210. L. M
Papæ Eugenij apostolatus. 374. K
Papæ Eugenij luxus reprehenditur. fol. 210. L. M
Papæ Romano incumbit solicitudo omnium ecclesiarum. 206. M
Papæ Roma. forma sanctorum præfigitur, apostolorum proponitur gloria. 207. B
Papæ Romano mundus est creditus. Ibidem.
Papæ Romano mundus est creditus. Ibidem.
Papæ vniuersalis ecclesia tota orbe diffusa est commissa. 207. I
Papæ Romano commissa est sponsa Christi. fol. 367. L
Papæ Innocentio tanquam filij patri obediunt cum vniuerso clero reges Fraciæ, Almaniæ, Angliæ, Scotiæ, Hispaniarũ, Hierosolymorũ
in Papam
in Papam Innocentium suscepit rex Francorum, Anglorum, & Hispanorum, & recognoscunt singularem episcopum animarum suarum. 355. B
pro Papa orandum. 358. M
Papale negotium. 210. I
Parabola de fide. 401. L
Parabola de nuptiis filij regis. 402. D
Parabola triplex lectionis vnius triplicem commendat gradum. 108. A
Parabolam, quæ est apud Matthæum de tribus satis Christi personæ accommodat Bernard. 214. D. E
Parabolæ Nathan. 209. K
Paracletus per quem in cœlis est conuersatio nostra, virtus ex alto. 47. G
Paradisus noster Christus dominus est. 14. E
Paradisus, terra deliciarum. 67. L
Paradisus super cœlestis quinta regio est. fol. 79. M
Paradisus, conscientia iusti est. 407. C
Paradisus cœlestis, quis? 275. A
Paradisus claustralis 401. G. 79. L
Paradisi supercœlestis descriptio. 401. K
Paradisi ad infernum magna est dissimilitudo. 401. D
Paradisum suum spiritualem habet anima. fol. 114. G
Paradisum voluptatis internæ, non reputes esse locum corporalem. 202. L
Paradisum surripit serpens, pomum porrigens. 232. G
Paradisum habemus multò meliorẽ, quàm primi parentes habuerunt. 14. E
in Paradisum non pedibus, sed affectibus intratur. 202. L
de Paradiso per peccatum primi hominis eiecti sumus, sed per gratiã dei ad paradisum nos peruenire credimus. 294. I
pro Paradiso, quem perdidimus, restitutus est nobis Christus. 113. H
Paradisorum tria genera. 120. A. B
Parasceue, id est, præparatio. 12. I
Parcit deus in hac vita peccatoribus, & iustis non parcit, in vita futura contrà. 304. M
si Parcas ei, qui fuerat puniendus, aut punias eum, cui parcendum esset, innocens non eris. 207. B. C
Parcitas putatur auaritia. 236. C
Pardus vbi mutat varietatem suam. 21. M
Parendum non est malæ imperantibus. 328. G
Parens omnium malorum, est incuria. 210. C
Parentes suos monachi odio habere non debent, sed impedimenta eorum, qui à recto itinere deuiant. 296. D
Parentum erga liberos suos munera. 149. A
Parentibus nos debitores constat esse, quandiu de mundo sumus. 23. C
Parentibus cur non liceat obedire, sola causa, deus est. 352. M
Paries iniquitatis. 391. B
Paries vbi continuus, ibi nulla fenestra, quid. 402. I
Parietes templi consecratio episcoporũ facit sanctos. 82. C
Parisij nobilis Galliarum ciuitas. 209. D
Parisiensis ecclesia in tristitia sedet, proprio destituta pastore, & nemo est, qui de substituẽdo alio mutire audeat. 372. C
Pars illa, quæ cecidit, à deo reparanda est, quãdo? 82. M
Partus solus Iesu Christi, sine dolore. 9. F, 15. A. 11. I. M
Partus corruptionis Ignauus. 9. G
Paruitas gemina, humilitas, & mansuetudo. 24. E
Paruitas interior, & exterior, non paruæ virtutes. Ibidem.
Parnitatis exemplum. Ibidem.
Parnulus datus est parnulis, vt magnus detur magnis. 11. H
Paruuli baptizati salutem consequũtur fide ecclesiæ. 182. C
Paruuli regenerati quòd absque scientia rerum spiritualium exeuntes de corpore ad beatam vitam transeant, hoc illis confert gratia, non natura. 135. H
Parunlis Christianorum Christi intercluditur vita. 375. B
Parunlis generationem ex Adam nõ nocere quã dicit, cum Pelagio sapit. 367. G
Parui non est pendẽdum, quod deum habet auctorem, & de cœlo ducit originem, vt ecclesia. 210. A
Parum parua decent. 278. E
Pascha interpretatur transitus. 312. B
Pascha Iudæorum vmbra Christi de hoc mundo transituri. Ibidem.
Pascha figuratum Christus compleuit, & verum protinus inchoauit. 19. L
Pascha piissimum. Ibidem.
Paschalem agnum oportet manducare. 367. H
Paschalia festa verè quæ sunt. 392. G
Pascit hîc Christus, sed non in saturitate. fol. 159. G
cum Pascit, pascitur Christus. 185. L. M
Pascimur carne Christi, veneramur mysteria. fol. 169. D
Pascimur carne Christi: caro enim Christi verè est cibus. 158. C
Passer solitarius in tecto, quid significat. fol. 246. D
Passer vnus nec sine patre cœlesti cadit super terram. 4. G
Passio saluans. 5. M
Passio domini quibus prodest. 34. G. H
Passio, & resurrectio, duo media. 396. I
Passio Iesu omnes passiones omnium nostrũ propulsauit. 33. H
Passio domini potentissima ad exhaurienda omnium generæ peccatorum. 34. E
Passio domini homini data, non angelo, quia non egrit, non diabolo, quia non resurgit. fol. 34. E
Passio Christi misericordiæ, & miseria est, resurrectio autem potentiæ. 396. I
Passionis domini rosa. 289. A
Passionis Christi monimenta. 225. M
Passionis Christi fructus quantus. 396. I
Passionis locus nullus in cœlo esse potest. fol. 99. C
Passionem Christi non illum diem vnum appellamus, quo mortuus fuit, sed totam vitam illius. 279. B
Passione sua gloriam clemens promeruit. 76. D
Passus est in cruce Deus impassibilis. 107. A
Pastor bonus quis? 404. B
Pastor est non onium, qui dimittit oues in pascua absque custode. 191. E
Pastor bonus Iesus Christus, carne sua nos pascit. 158. B. C
Pastor bonus in ecclesia, rara auis est ista. 379. M
Pastor benignissimis genus humanum quærit. 2. C
Pastoris boni munus. 40. M
Pastorem quid deceat? 335. I
Pastore bono, & vtili in ecclesia nihil est pretiosius, nihil optabilius. 376. M
Pastores paucos, excõmunicatores multos, atque raptores in ecclesia dei habemus. 403. D
Pastores quales nunc in ecclesiis dei præsunt. 377. C
Pastores ad curam tam vigiles non reperiuntur, quam alacres ad cathedram. 403. K
Pastores & Prophetæ abierunt in terram, quam ignorauerunt. 239. D
Pastores volunt peccare, sed non flagellari cum hominibus: vnde timendum est, ne flagellẽtur cum dæmonibus. 404. M
Pastores veri qui? 160. M
Pastores quicunque hodie sunt vtinam mercenarios gregi exhibere se vellent, non lupos. fol. 204. D
Pastores ecclesiæ debent pascere verbo, exemplo, sanctarum fructu orationum. 369. F
Pastores faciunt per praua exempla, quod hæretici per praua dogmata. 404. K
Pastores ecclesiæ illic carpuntur acerbè. fol. 404. M
in Pastorem, id est, episcopum lupi insiliunt. fol. 335. I
Pastorum beatitudo, est persecutio. 204. D
Pastorum omnium, & ouium Papa est pastor. fo. 207. H
Pastorum munera. 116. I
Pastoribus ecclesiæ quatuor necessaria. fol. 403. D
à Pastoribus mercenarios persecutio segregat, & discernit. 204. D
Pater nunquam de cœlo descendisse, aut ad teras missus fuisse legitur. 231. L
Pater filio, & spiritui sancto semper cooperatur. Ibidem.
Pater, non dissimulat inimicam Filij. 1. E
Pater, Filius, & Spiritus sanctus hi tres vna misericordia, vt vna essentia, vna sapientia, vna maiestas. 15. M
Pater zelauit pro filio. 1. C
Pater spiritus dicitur. 51. A
Pater diligit Filium, affectu vtique diuino. fol. 26. D
Pater creauit, filius reconciliauit, spiritus sanctus conformauit. 112. K
Pater pauperum, non repellet preces pauperum. 379. B
Pater non exiit seminare semen suum, sed filius à patre processit, & venit in mundum. fol. 29. G
Pater sine dubio porta cœli, scala illa erecta est, & descendunt angeli super filium hominis. 51. G
Pater Christi fœminam nescit, eius mater est virgo. 314. I
Pater est verus, id est, veritas, filius item, itẽque spiritus sanctus, & hi tres vnus verus, id est, vna veritas. 193. D
Pater qualis, talis filius. 12. M
Paterfamilias qualis est, tales & domestici. 71. I
Patris os intelligitur filius. 111. C
Patris diligere est. 184. D
Patris gloria, filius sapiens. 9. G
Patris amor, & honor regis iudicium diligit. 1. F
Patris iniquitas filius innocentibus non debet imputari. 335. A
Patri filióque natura, essentia, voluntas non modò vna, sed vnum. 186. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patrem in suâ personâ, licet nusquam non sit, nusquam tamen inuenio nisi in cœlis. 231. L
Patrem honora, ibi exponitur. 407.L
Patrem tuum interroga, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. 62. F
in Patre totus filius, & totus in verbo Pater. 186. C
Patres antiqui non mox ad cœli gaudia, sed ad inferni tenebras descenderunt. 349.I
Patres sancti, ligna fuerunt. 395. I
Patrum exempla sint tibi imitamenta disciplinæ. 298. M
Patrum sanctorum vitas desiderate, & inuenietis viam. 114.H
Patrum sanctorum virtutes ibi lege. 298. K
Patrum spiritualium scientia secundum incrementa temporum creuit. 344. C
Patrum termini non transgrediendi. 11. B
Patrum sanctorum decretis, & exhortationibus benè cogitare, benè dicere, & benè facere admonemur. 117.K
in Patrum illustrium sensibus, & actibus cautum esse oportet. 210. D.E
Patribus iustis iam sanguis Christi vorabat, quod in eum crederent, qui erat passurus. 357. A
Patribus nostris sapientiores non sumus. 342.M
Patribus nunquid doctiores, & deuotiores sumus? 362. E
Patria exulum, veritas. 406. D
Patria, in quâ nec numerus est, nec mensura, nec pondus. 25. G
Patria fertilis, ciuitas cœlestis. 249. M
Patria cœlestis clarius rutilat virgineæ lampadis irradiata fulgore. 59. B
Patriam nostram à longè salutamus. 82.F
Patiens est, qui non reddit mala pro malis, sed potens est sustinere etiam nocentem. 203.G
Patiens melior est viro forti. 17.L
Patiēs est deus vltionem peccatorum differendo. 120. B
Patientes qui sunt? 115. H
Patientes possident animam suam. 115. G
Patientia dei ad pœnitentiam te adducit. 90. A
Patientia tibi expedius semper tecum sit. 386. E
Patientia, est via ad pacem. 348. A
Patientia probationem, probatio spem, spes autē non confundit. 333 M
Patientia Christi singularis, & humilitas admirabilis. 33.I.K
Patientia Iob in tribus experta. 24. F
Patientia pauperum non peribit in finem. 41. F. 20. E
Patientia capax institiæ. 32. A
Patientia noscitur doctrina viri. 128.L
Patientia, est antemurale fortitudinis nostræ. 81. H
Patientia sanctæ conuersationis gratiam promeretur. 41. F
Patientia opus perfectum habet. 364.E
Patientia, est bonus cibus pauperum, quæ nō peribit in finem. 85. D
Patientia vera, est pati vel agere contra quod libeat: sed non præter quod liceat. 329.D
Patientia canina non commendatur. 85 C
Patientia non bona est, cum possis esse liber, seruum te permittere ferri. 204. M
Patientiæ virtus magna. 204.L
Patientiæ virtus est, pauperiem æquo animo ferre. 333.C
Patientiam tria subruunt. 118.L
Patientiam Christus in amarissima passione retinuit. 280.L
Patientiam operatur tribulatio in sanctis, & electis. 333.M
Patientiam qui non seruauerit, perdet iustitiam, hoc est, vitam, & animam. 31.L
Patiuntur plerique laborem, & dolorem, sed necessitas in causa est, non voluntas. fol. 34.G
Pati voluit Saluator, vt compati sciret. 230.E
Pati quod non vis, non facias alteri. 298.F
Patriarchæ Isaac oculi caligant, palatum seducitur, fallitur manus, non fallitur auris. fol. 154.L
Patriarcham Hierosolymorum Bernardi epistola. 362.M
Patriarchæ diuites opibus, sed humiles fuisse leguntur. 305.F
Patriarchæ, & prophetæ adorauerunt Christum in carne nasciturum, & morituram. 377.I
Patriarchæ, & Prophetæ sunt montes, & colles. 1.M.
Patriarchæ in spelunca duplici sepeliuntur. fol. 119 M 120.A
Patriarcharum finis, & caput Patriarcha Ioannes. Bapt. 394.I
Patrimonia pauperum, facultates ecclesiarum. 239.F
Patronus efficax Christus. 4.E
Patroni Sancti vocantur. 52. H
Patroni sunt fideles sancti, exemplo Beati Victoris. 56.G
Paucorum prudentia est. 205.L
Pancorum fuisse, multorum incipere est. 410.H
Pauidus homo, beatus. 330.G
Paulus vocem domini audiebat, sed faciem domini non videbat, quoniam erudiebatur ad fidem. 23.M
Paulus ignotum persequebatur, ideo consecutus est misericordiam. Ibidem.
Paulus non euangelizat, vt comedat: sed comedit, vt euangelizet: eo quòd amet non cibum, sed euangelium. 226.K
Paulus persequebatur Christum, qui Christi mē bra trucidabat in terris. 23.I
Paulus raptus, Helias raptus, Enoch translatus redemptor noster eleuatus. 231.M
Pauls persequebatur crudelissimus, infidelium repente mutatus est prædicatorem. 23.I
Paulus raptus in paradisum, audiuit verba ineffabilia, & Iesum Christū vidit oculis suis. 159.G
Paulus erat iustus, cui reposita fuerat corona iustitiæ. 151.F
Paulus nihil sibi gloriosius putat, quàm Christi portare opprobrium. 151.H
Paulus per reuelationem euangelium accepit. 344.B
Paulus, & Petrus duo luminaria magna. fol. 400.A
Paulus in tertio cœlo, Petrus in sinu Patris, Thomas in latere, Ioannes in pectore secreti gratiam assecuti. 149.H
Paulus conuersus, cōuersionis minister factus est vniuerso mundo. 23.H
Paulus verbum insolens religiosissimè vitauit, in quo? 210.G
Paulus in laboribus potius, quàm in profectibus gloriandum putauit. 210.G
Paulus repente de Saulo factus. 330.E
Paulus in somniis fortè præuidit Ananiam sibi venturum. 24.D
Paulus desit esse Saulus. 24.E
Paulus factus est humilis, & mitis corde. Ibid.
Paulus verè cæcus erat. 24.B
Paulus ardebat, quasi esset radio solis accensus. 279.A
Paulus apostolus malè cœpit, sed benè finiuit. 300.A.B
Paulus & Petrus apostoli vt in vita sua dilexerunt se, ita in morte non fuerunt separati. 51.I
Paulus blasphemus fuit, sed non in Spiritū Sanctum, ideo consecutus est misericordiā. 24.A
Paulus & Petrus præclari martyres, martyrum duces, apostolorum principes. 52.I
Paulus triduo manet sine cibo in oratione persistens. 24.C
Paulus erat hostis triturans in arca domini. fol. 242.F
Paulus victu simplici, vestitúque contentus, hæc ipsa labore manuum acquirebat. 238.D
Paulus struxit sibi in intimo sapientiæ. 149.H
Paulus side regna vicisse sanctos inquit. 45.A
Paulus adhuc non cessat ab hominum conuersione exemplo, oratione, doctrina. 23.H
Paulus Romæ gladiatur. 394.I
Paulus in verbis breuis, in sententiis copiosus. 92.
Pauli sons magnus & indeficiens. 131.I
Pauli anima erat candida, ei sapientia sedebat in ea, ita vt sapientiā loqueretur inter perfectos. 151.F
Pauli conuersionis memoria frequentatur. 23.H
Pauli conuersatio cum tota esset in cœlis, non recusabat quandocūque necessaria erat hominibus in terris. 274.I
Pauli quod nigrum est, speciosius omni ornatu extrinseco, omni regio cultu. 151.G
Pauli excellentia per stimulos carnis reprimitur, & ipse reuelationibus crebris attollitur. 233 B
Pauli scripta quo modo legēda, vt in eius sensum ingrediatur? 244 G
Paulo inter gentes credita est sylua vinearum. fol 156.M
Paulo circunfusa erat claritas, non infusa. 23.M
Paulo Petrus apostolus sapientiam datam esse agnouit. 113.K
Paulum apostolum quis dubitat esse sapientem? Ibidem.
Panor, & mœror, & confusio in penetralibus regum. 206.D
Pauperiem æquo animo ferre, virtus patientiæ est. 333.C
Pauper sit spiritu religiosus, nihil faciens ex propria voluntate. 35 G
Pauper sit spiritu, qui membrum dei est. Ibidem.
Pauper venit Christus, nē diabolus haberet, quod auferret. 319.E
Pauper fuit Ioseph sponsus Mariæ ita, vt victū, & vestitum artificio quæreret. 305.F
Pauper pro nobis factus est ille, cui cœlestia, & terrestria seruiunt. 305.F
Pauper in natiuitate, pauper in vita, pauper in cruce Christus. 298.F
Pauper factus est propter nos, qui diues est. 13.F
Pauper non erit vltra, qui omnīū bonorum datorem pro hæreditate tenebit. 316.L
Pauper adamatus est ab inope. 185.B
Pauper ille, qui de cœlo descendit. 20.E
Pauper est genus humanum. 391.L
Pauper ē vna hora, lōgua ætate diuitē facit. 79.K
Pauperes sunt multi, quos ipsa paupertas non facit beatos, sed miseros. 305.D
Pauperes nōnulli sūt beati, quia paupertatē propter deum sustinent. 305.D
Pauperes beati, non rebus, sed spiritu. 350.E
Pauperes sancti, qui vocantur? 245.G
Pauperes sumus, parum dare possumus, attamen reconciliari pro minimo si volumus id, est pœnitentia. 18.E.F
Pauperes non quosque dominus, sed pauperes spiritu dicit esse beatos. 397.C
Pauperes veri, qui? 3.E
Pauperes videmur, & sumus. 103.F
Pauperes facti diuites intumescunt. 9.A
Pauperes facti diuites, gen⁹ suum erubescunt, & infimos dedignantur parentes. 9.A
Pauperum patientia non peribit in finem. 41.F
Pauperum amicitia regum amicos constituit, amor paupertatis reges. 350.H
Pauperum est regnum cœlorum. 350 H
Pauperum beatitudo diuinitus commendata, prædicata mundo, credita hominibus. 67.H
Pauperum vita in plateis duitum seminatur. 210.K
Pauperum cibus, est patientia, quæ non peribit in finem. 85.D
Pauperum penuria clamat, Pontifices. 335.K
Pauperum latera velleribus ouium suarum calefaciebat Iob. 32.G.H
Pauperum marsupia exhausta sunt. 373.I
Pauperum bona penuriæ suæ, quibus castigantur ne per incontinentiam defluant. 57.B
Pauperum est regnum cœlorum. 238.E
Pauperū preces non repellet pater pauperū. 379.B
Pauperum patrimonia facultates ecclesiarum. 239.F
Pauperum res non pauperibus dare, par sacrilegij crimen esse dignoscitur 239.F
Pauperum patientia non peribit in finem. 204.E
Pauperum exilitis terra commota est. 270.K
de Pauperum sumptib⁹ seruitur oculis diuitum. 237.C
Pauperibus, & martyribus pariter regnum cœlorum promittitur. 68.G
Pauperibus, & laborantibus dies sanctificatus illuxit. 16.C
Pauperibus suis deus procurat solatia. 402.K
Pauperibus proscriptionem inducunt, tyranni & raptores seculi. 404.E
in Pauperibus eget ecclesia, fulget in parietibus. 237.C
in Pauperibus angelorum dominus suscipitur, pascitur, operitur, visitatur, & redimitur. fol. 375. G
Pauperior cultus quid efficit? 245.D.E
Pauperiores vbiq; potentiores opprimunt 205.M
Pauperescit Christus perfecta mundi abrenūciatione. 21.A
Pauperem, qui despicit deo iniuriā facit. 304.A
Paupertas voluntaria, est genus veri martyrij. 68.G
Paupertas voluntaria introducit hominem in regnum cœlorum. 305.G
Paupertas sancta, est magna dignitas. 350.I
Paupertas pernicios a, penuria meritorum pressio spiritus, fallaces diuitiæ. 184.A
Paupertas Christi ditior cunctis opibus. 11.M
Paupertas, quæ lateralem quærit adiunctam sibi paupertatem. 35.G
Paupertas monachos super omnes thesauros nobilitat. 332.L
Paupertas quid proderit, si pauper in murmurationem deuciat? 67.K
Paupertas voluntaria nemini quicquā inuidet. 105.F
Paupertas thesauris seculi preciosior. 123.I
Paupertas voluntaria regnum æternum promeretur. 253.E
Paupertas non reputatur virtus sed paupertatis amor. Ibid.
Paupertas nostra ditata est preciosis Ignatij reliquiis. 125C
Paupertas spiritualis, quæ? 35 F
Paupertas voluntaria, quæ? Ibid.
Paupertas voluntaria est magistra virtutum, radix est vitiorum immoderata rerum affluētia. 35 F
Paupertas, est insigne, quod aduersarij valde reformidant. 9.C
Paupertatis penna cìò volatur in regnum cælorum. 3.E
Paupertatis in agro laborantes, duo habent irrigua. 396 D
Paupertatis forma est nobis dimissa à patribus nostris iure hæreditario. 245.C
Paupertatis voluntariæ nobilis titulus, quam verbo prædicauit Christus. 35.F
Paupertatis titulus re vera nobilis. 332.L
Paupertatis, & miseriæ corona Christi. 19.B
Paupertatis vtilitatem amplectere, & tuum erit cœlum. 67.I
Paupertatis amor vnde nascitur. 273.H
Paupertatis ager plenus. 396.M
Paupertatis nobis Christus reliquit exemplum. 56.I
Paupertatis duas vias amatorum significat dug sorores Maria & Martha. 105.F
Paupertati non tam promittitur, quā datur. fol. 3.E
Paupertati nostræ Iesus per omnia se cōformauit. 20.H.I
Paupertatem sacrat Christus, in corpore suo dedicat. 15.H
Paupertatem non qui habent, sed qui amāt, sunt beati. 347.C
Paupertatem, & virginitatem beatæ mariæ prospice, quæ tam dines in domino fuit. 305.F
Paupertatem voluntariam hominibus verba persuadentia. 237.I
ad Paupertatem de diuitiis descensus maledictus. 401.D
Paupertate Christi omnes nos locupletamur. 32.A
Paupertate, & humilitate Christ⁹ complacet sibi. 9.K
Paupertate vocis dines cogitatio confunditur. 388.M
Paupertate regnum cælorū emitur, passione pro Christo absque dilatione percipitur. 68.H
Paupertates, & diuitias ne dederis mihi, orat sapiens. 28.E
Pax animæ rationalis, est cognitionis, actionisque consensio. 114.D.
Pax corporis, & animæ, ordinata vita, & salus animantis. 114.D
Pax hominis, & dei, ordinatā in fide sub eterna lege obedientia. Ibidē.
Pax hominum, ordinata concordia. Ibidē.
Pax cœlestis, est concordissima societas fruendi deo, & viuendi in eo. Ibid.
Pax cum rege venit. 30.L
Pax est in hoc seculo, in qua manentes, hostem vincimus. 318.L
Pax erit in futuro, cum sine hoste regnabimus. 318.L
Pax nostra erit in futuro, cum tradiderit regnum Christus patri deo. Ibid.
Pax exuperat omnem sensum, ab apostolis non potuit capi. 12.A.B
Pax nostra est ipse, qui fecit vtraque vnum fol. 149.B
Pax prima nos liberat à peccato, secunda nos reconciliat domino.
Pax in terra factus est hominibus bonæ voluntatis, qui gloria est in altissimis patris. fol. 11.G
Pax animæ irrationalis est, ordinata requies appetitionum. 114.D
Pax vbi, ibi deus. 404.H
Pax, quæ exuperat omnem sensum, quæ. fol. 10.A
Pax, & concordia omnibus hominibus amātur. 299.A
Pax temporalis quanta fuit, cum venit Christus 1.L
Pax integra ibi esse non potest, vbi regnat detrahens lingua. 294.A
Pax corporis est ordinata temperantia partium. 114.D
Pax cum deo, pax cum proximo, pax cum seipso est quærenda. 70.N
Pax nostra Christus, qui fecit vtraque vnum. 328.E
Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. 114.E
Pax ficta, vt in Iuda & mordinata vt in Adā, & Eua. 115.G
Pax, quæ exuperat omnem sensum, est pax super pacem. 12.B
Pax ciuitatis, & domus quæ? 114.D
Pax integra ibi esse non potest, vbi lingua detrahens regnat. 304.M
Pax nulla est inter Babylonem & Hierusalem, sed bellum. 100.G
Pax super omnia sectanda. 381.L
Pax, & iustitia se osculatæ sunt. 4.G
Pax dei exuperat omnem intellectum. 225.I 73. H.12.A
Pax sola Christiana, quam dominus relinquit, & dat discipulis suis. 115.G
Pax à paganis, & pax ab hæreticis, sed nō profecta à filiis. 160.E
Pax dei est illa, quæ exuperat omnem intellectū. 70.A
Pax, & concordia omnibus hominibus necessariæ. 299.A
Pax est vinculum amoris, & indissolubilis cōpago charitatis. 318.M
Pax duplex. 319.A
Pax triformis: ficta, vt in Iuda, inordinata vt in Adam, & Eua: vera, quam Christus reliquit discipulis suis. 120 F
Pacis angeli amarè flebant. 18.C
Pacis mentionem facere saltem apud nos probro ducitur. 370.K
Pacis osculum quid est? 252.H.I
Pacis princeps Iesus. 17.D
Pacis non erit finis. Ibidem.
Pacis sacrificium Eucharistia vocatur. fol. 220.K
Pacem fictam, falsam, sophisticam, palliatam dat mundus. 318.M
Pacem primo homini, quæ foueretur, & delectaretur addidit manus benignissima creatoris. 30.D
Pacem, & sanctimoniam sectemur, sine quā nemo deum videbit vnquam. 132 M
Pacem reconciliationis habeamus ad deum fol. 10.A
Pacem Adam, & Eua amiserunt quia nō pax cum impiis. 30.F

Universidad de Deusto

Pacem qui vident, dissolui desiderant. 10. A
Pacem mentis semper habebis, si te à strepitu terrenarum actionum subtraxeris. 296. H
Pacem, & sanctimoniam sectemur, sine qua nemo videbit deum. 30. B
Pacem & vnitatem à nobis super omnia angeli exigunt. 66. G
Pacem incomprehensibilem auris non audiuit. 12. A
Pacem habet ecclesia apud extraneos, sed filij nequam seruiunt in eam, qui propriam matrem enecerant. 405. A
Pacem in hoc seculo perfectam non habemus. 10. A
Pacem sequentium tria sunt genera. 120. F
ad Pacem se dirigat cogitatio nostra. 10. A
in Pace factus est locus dei. 175. A
in Pace ne sis perfidus, nec leuis in amicitia. 256. M
Pacatus homo quis. 203. G
Pacati dicuntur, qui pacem recipiunt. 115. G
Pacifica virgo sapiens est. 304. E
Pacificus noster salutis epulas in corpore nostro ministrauit. 12. I
Pacifici possident animam suam, & aliorum, in quibus faciunt pacem. 115. G
Peccatum duobus modis committitur. 301. L
Peccatum quatuor modis committitur in corde, quatuor etiam modis perpetratur in opere. Ibid.
Peccatum quo pacto committitur? Ibid.
Peccatum nihil est. 29. L
Peccatum in opere quomodo committitur 301. L
Peccatum tribus modis committitur, per ignorantiam, per infirmitatem, & per industriam. 301. M
Peccatum, & mors ex vno in omnes processit. 199. K
Peccatum, est mors animæ. 352. A
Peccatum nullum dimittitur, nisi prius confiteatur. 257. L
Peccatum originale delebat in antiquis patribus circumcisio. 278. D
Peccatum in deum cadere non potest. 18. I
Peccatum qui non habuerit, nemo. 160. A
Peccatum quintum commisit Adam, qui propriam culpam retrorsit in vxorem. fol. 108. D
Peccatum Adam nobis iusto dei iudicio, licet occulto imputatur. 22. H
Peccatum est graue, murmuratio. 305. H
Peccatum nostrum apud suum misericordem filium excusat Maria. 9. E
Peccatum per confessionem proditum, citò curatur. 256. E
Peccatum quartum commisit Adam, qui consensit mulieri. 108. D
Peccatum fuit, vbi libido non defuit. 362. K
Peccatum in foribus est, nisi ipse aperias, non intrabit. 97. B
Peccatum singulare grauissimum, quod commissum est in dominum maiestatis. 34. B
Peccatum Adæ imputabitur mihi, & Christi iustitia non pertinebit ad me? 199. I
Peccatum separet proinde mors inter corpus nostrum, & nos. 199. E
Peccatum est perpetratio mali, delictum est desertio boni. 249. F
Peccatum non remittitur pœnitentia, sicum possit, non restituit peccator ablatum. 343. K
Peccatum originale omnes cõtrahunt præter virginem Mariam. 407. H. I
Peccatum nullũ ita coinquinat corpus, sicut luxuria. 397. H
Peccacum solum in inferno est, & pœna peccati. 99. C
Peccatum manifestando decrescit, tacendo crescit. 304. B
Peccatum Adæ non solum personam, sed & naturam infecit. 91. A
Peccatum Adæ, & Enæ actuale in posteris originale transfunditur. 395. K
Peccatum breue tempore, vel opere, longum esse constat in pertinaci voluntate. 378. E
Peccatum quippe præcesit, vt sequeretur mors: quod sanè si cauisset homo, mortem non gustasset in æternum. 199. E
Peccatum Adæ fide Christiana generatione, non institutione in nos traductum confitemur. 367. F
Peccatum vbi remittitur, diabolus de corde peccatoris expellitur. 136. E
Peccatum omne tam originale, quàm personale deletum est, quomodo. 34. C
Peccatum omne per pœnitentiam recipiet indulgentiam. 30. H
Peccatum tertium fuit, quando mulier virũ quoque secum traxit in culpam. 108. C
Peccatum à corpore mortali continentia expellit. 137. C
Peccatum quia nihil, nulla potest foraminis angustia retineri. 239. A
Peccatum supra modum peccans, si hæreticus sit hipocrita. 181. E
Peccatum primorum parentum in totam posteritatem refunditur. 50. F
Peccatum Adæ parulis nõ nocere qui ait, cum Pelagio sapit. 367. G
Peccatum in deum non cadit. 14. K
Peccatum in propria persona vicit Christus. 14. B
Peccatum Sodomæ, fuit abundantia panis. fol. 290. C
Peccatum penitus auferri non poterit, donec liberemur à corpore. 3. M
Peccatum est valde grande, accusare deum optimum. 284. L
Peccatum triplex, quod innaluit super terram. 33. M
Peccatum, est mortis meritum. 199. F
Peccatum originale in vtero ante, quàm nati cõtrahimus. 50. G
Peccatum qui non fecit, non dedignatus est se peccatorem reputari. 16. H
Peccatum sextum commisit Eua, quæ culpam suã reiecit in serpentem. 108. E
Peccatum non cadit in deum. 16. M
Peccatum originale in adultis fide, & sacrificiis, in pueris parentum fide expiabatur antiquis. 343. D
Peccatum secundum commissum est per inobedientiam mulieris in paradiso. 108. C
Peccatum licet temporaliter perpetratum, tamen æternaliter punitur, cur. 378. E
Peccatum per infirmitatem grauius est, quàm per ignorantiam. 301. M
Peccatum ex vno in condemnationem, gratia ex multis delictis in iustificationem. fol. 24. B
Peccatum non deest in nimio sumptu panis. 290. C
Peccatum originale graue, quod non solum personam infecit, sed & naturam. 34. B
Peccatum quàm citò consumat ardens dilectio. 21. L
Peccatum septimum factum est extra paradisum per Cain. 108. E
Peccatum vitarunt sancti homines, quomodo? 298. I
Peccatum, morbus animæ. 3. L
Peccatum, est mors animæ. 143. C
Peccatum primum, superbia. 67. I
Peccatum primum factum est in cœlo per superbiam. 108. C
contra Peccatum primum, remedium primum apponit dominus, hoc est, humilitatem. fol. 67. I
contra Peccatum originale præter baptismum multa alia remedia fuerunt. 343. D
aduersus Peccatum originale sanctificatio in vtero matris valuit Hieremiæ, & Ioanni Bap. 362. G
in Peccatum actio nostra vertitur tribus modis. 57. C
ob Peccatum corpus mortuum est. 126. M
per Peccatum vnum multæ iustitiæ pereunt. 301. M
per Peccatum vermis, qui moritur innatus, hæsit firmiter, nec vnquam deinceps auellendus. 214. I
Peccati pœna sunt carnalia desideria. fol. 108. I
Peccati meritum tulit Christus, suam nobis donando iustitiam. 199. G
Peccati omnis initium superbia. 1. E
Peccati notitia, est initium salutis. 256. C
Peccati fomes post baptismum relinquitur. fol. 34. M
Peccati susceptum iugum à cernicibus excutere, difficilis res est. 40. B
Peccati occasio, & opportunitas fugienda. 90. E. F
Peccati verecundia oculos tuos leuare erubesce. 302. E
Peccati similitudinem, sed carnis veritatẽ sumpsit Christus. 146. D
Peccati originalis infamia Cain primus pollutus fuit, quod primus fuit natus. 393. K
Peccati diluuium. 395. F
Peccati cogitatio decolorat, affectio vulnerat, consensus animam necat. 87. F
Peccati notitia initium est salutis. 251. G
Peccati prima causa. 406. F
Peccati primi parentis tres fuerũt auctores, Eua, diabolus, & Adam. 31. C
Peccati alicuius in futuro seculo fit remissio, vel purgatio. 182. D
Peccati cõcupiscentiam extinguit timor domini. 23. G
Peccati originalis lex à primis parentibus in nos traducta est. 34. M
Peccati debitum, mors. 199. F
Pietati, & rerum æternarum considerationi in primis vacandum est. 205. F
Peccato resistendi dat virtutem gratia. fol. 260. B
Peccato manente, non est reconciliatio. fol. 367. C
Peccato interueniente, homo quãdam vim patitur, sed à voluntate, non à natura. 193. L
Peccato modo non alieno, sed proprio sumus compediti. 34. B
Peccato redacti in nihilum, per verbum iteratò creati sumus, vt simus initium aliquod creaturæ eius. 214. E
Peccato primorum parentum facta est caro rebellis

Peccato ablato, redit iustitia, & morte mortua, reuertitur vita. 199. G
pro Peccato tuo contingit, quidquid tibi aduersi euenerit. 256. M
sine Peccato nullus homo. 311. F
Peccata nostra separant inter deum, & nos. 10. K
Pecata dimittit episcopus. 205. E
Peccata sumãt nullo misericordiæ studio. 90. C. D
Peccata venialia. 24. A
Peccata non solum grauia, sed et leuia sunt cauenda. 257. B
Peccata multa leuia vnũ grande efficiunt. 257. B
Peccata sua sæpe confitenda. 410. C
Peccata curantur per confessionem. 62. B
Peccata quatenus abundant, abundat & indulgentia. 22. G
Peccata sua post dorsum dum viuimus ponere. 328. F
Peccata sua qui defendit, iam mortuus. 234. F
Peccata nemo dimittit, nisi solus deus. 17. D
Peccata nostra si confiteantur, non deerunt veris Iudæis purificationis hydriæ. 23. E
Peccata filiorum Adæ Christus infans deplorat. 15. E
Peccata tua plãge incessanter homo miser. 84. H
Peccata qui luget, bibit amaritudinem. 166. C
Peccata sua dissimulant Pharisæi, vbi inuenerint aliena. 31. K
Peccata nostra celare non possumus, quia conscientia ea secum portat. 251. I
Peccata à quibus cauere nõ possumus ante mortem. 35. B
Peccata ad mortem. 35. B
Peccata manent, donec confessione lauẽtur. 32. B
Peccata omnia in confessione lauantur. 3. B
Peccata quòd possit remittere deus, certum est, sed vtrum velit, adhuc in quæstione est. 52. D. E
Peccata tua prius confitearis, quàm ad expurganda accedas aliena. 41. D
Peccata aliena animæ imputantur propter carnẽ 249. G
Peccata, & vitia oriuntur ex nobis virtutes nobis à deo dantur. 294. I
Peccata non solum lauat gratia, sed & merita donat. 22. G
Peccata sibi dimitti in fide ecclesiæ fideliter dicendum est. 79. C
Peccata multi accusabunt. 256. G
Peccata à quo deleri possunt? 29. M
Peccata sua portare, est onus graue. 131. M
Peccata sua quisque ignorat tandiu quandiu curiosè aliena considerat. 256 L
Peccata tua confiteri non erubescas, quoniam omnia in confessione lauantur. 353. H. 257. L
Peccata nostra Christ⁹ in profundum maris proiecit. 10. H
Peccata punita, & non iterata nihil possunt obesse. 203. C
Peccata cum lachrymis ad memoriam reuocare debent serui dei. 302. H
Peccata populi comedent, explicatur ibi. 190. M
ob Peccata nostra omnia mala euenient nobis. 294. K
Peccatorum omnem quantitatem pietas Iesu ẽxcedit. 9. H
Peccatorum remissio, est dominica passio. 29. M. 30. A
Peccatorum maculas abluit, qui lachrymas diligit. 302. I
Peccatorum remissio haberi non potest, nisi per indulgentiam dei. 29. L
Peccatorum defensio, octauus gradus superbiæ. 233. K
Peccatorum remissio est lachrymarum. 297. C
Peccatorum confessio fit in ecclesia. 395. E
Peccatorum recordatio, amaritudinem, non iucũditatem facit. 139. D
Peccatorum memoria hominem reddit humilem apud se. 117. F
Peccatorum remissio, & extinctio fit confessione. 395. E
Peccatorum remissionem spiritus sanctus operatur. 50 B
Peccatorum vltionem differendo patiẽs est deus. 120. B
Peccatorum suorum veniam sancti apud deum per compunctionem ad lachrymas obtinuerunt. 297. B
Peccatorum purgator non fuit dedignatus pro nobis subire remedium peccatorum. 278 D
in Peccatorũ absolutione iustitia, in prædicatione sapientia. 148. D
in Peccatis exultatio, quintus vitus. 390. I
in Peccatis genus humanum concipitur Luciferi machinationibus. 393. K
in Peccatis nascimur omnes, & renascimur in gratia, quam in baptismate percipimus 17. H
in Peccatis suis nunc moriuntur homines, quod non adsint sacerdotes. 375. B
in Peccatis excusationes fiunt multis modis. fol. 233. K
Peccat, qui pro inimicis suis non orat. 306. B
Peccat homo sæpe per assiduitatem. 308. H
Peccat in Christum, qui in monasterio res terrenas requirit. 305. I
Peccat licentius vagum, & male liberum vulgꝰ cum non sit qui arguat. 209. K
Peccat granius, qui in publico delinquit, quàm qui in abscondito. 301. M
Peccat dupliciter, qui in publico peccat, quia peccat, & alios peccare demonstrat. Ibid.
non Peccat, qui natus est ex deo: quia generatio cœlestis seruat eum. 150. B
Peccamus non solum factis, verum etiam cogitationibus. 303. B
si Peccamus, iam de peccato nullam excusationẽ habemus. 298. K
Peccamus, quia placet, vt faciamus. 396. A
per quæ Peccasti, per hæc & torqueberis. 257. G
Peccauit Adam per industriam, Eua per ignorantiam. 301. M
Peccauit homo, quia liberum ei fuit. 217. E
Peccauit vnus, & omnes tenentur rei. 199. H
Peccauit peccatum grande Petrus apostolus, & fortassis quo grandius nullum est, & sic vt nihil de singularitate sui primat⁹ amitteret. 52. K
Peccauimus omnes in Adam. 1. E. F
Peccauimus omnes in Adam nescientes. 22. H
Peccarunt angeli desertores non ex ignorantia, seu infirmitate. 1. F
qui Peccarunt sine ordine, sine ordine peribunt. 210. D
Peccare velle, malum est: peccare peius, in peccato perseuerare pessimum: nolle pœnitere, mortale. 254.
Peccare scienter, quàm graue sit. 23. M. 24. A
Peccare in spe non oportet. 2. D
Peccare posse soli homini inter animantia datũ est. 217. E
Peccare volunt clerici, sed non flagellari cum hominibus: vnde timẽdũ est, ne flagellentur cum dæmonibus. 404. M
Peccare per industriam multò grauius est, quam per infirmitatem. 301. M
non Peccare propter amorem dei melius est, quam propter timorem inferni. Ibidẽ.
non peccare melius est, quã peccatũ emendare. Ib.
non Peccare, dei iustitia est: hominis iustitia, indulgentia dei. 150. A
Peccandi consuetudo, duodecimus superbiæ gradus. 234. B
Peccandi libertas vndecimus superbiæ gradus. 234. A
Peccandi obstinata voluntate non est grauior phrenesis. 201. B
Peccandi consuetudine, etiam cum nescio pecco. 254. K
Peccãdi occasionem qui dederit, à charitate dei decidet. 308. G
Peccando voluntariè volens homo perdidit viuere, nolens perdat & vinificare. 199. E
Peccando homo vitam amisit, & mortẽ inuenit. 199. E
Peccando deus optimus amittitur, gehennalis acquiritur, quorum commutationem nullus nisi prorsus insanus appetit. 280. C
nisi Peccando anima à deo diuidi non potuit, nec corpus ab ipsa, nisi moriendo. 199. E
ad Peccandũ sine deo parati sumus, sed per gratiam dei à peccato liberamur. 294. I
Peccans omnis est superbus. 301. M
Peccantẽ videt bonus, & malus angelus, videt accusator, & testium multitudo. 202. D
Peccantem angelum non expectauit deus, sed præcipitauit. 89. M
Peccantem latere, est impossibile. 202. D
Peccantium omnium vitium, quod? 390. I
Peccantium pro diuersitate alij portãdi sunt, alij castigandi. 299. E
Peccator adulatur in impietate: iustus corripit in misericordia. 345. G
Peccator magnꝰ magna misericordia opꝰ habet. 89. M
Peccator omnis tunc à domino se visitari cognoscit, quãdo ad lachrymas cõpungitur. 297. A
Peccator quando ad lachrymas commouetur, terra tunc contremiscit. 297. A
Peccator humilis melior, quàm iustus superbus. 300. K
Peccator mortis non sufficit soluere debitum pro altero peccatore, cum quisque moriatur pro se. 199. G
Peccator per pœnitentiam habet veniam. 302. C
Peccator bonis præsentibus detentus, nihil in futurum expectat. 183. A
Peccator, quia peccauit exlex, quia voluntate perstitit agere contra legem. 194. B
Peccator quilibet duobus modis debet flere peccata sua. 302. G
Peccator humilis, & superbus valde differunt. 390. H
Peccator demersus quis? 390. K
Peccator, qui in extremo fluminũ est ægypti quis 399. K
qui Peccator est debet orare deum sicut æger medicum. 116. M
Peccatoribus mortem nou vult, qui mori voluit pro peccatoribus. 90. A
Peccatoris oratio duobus modis ẽpeditur. 116. M
Peccatoris vnius conuersio magnum suscitat gaudium in cœlestibus. 345. C
Peccatorem qui constituit, alius: alius qui iustificat à peccato. 366. K
Peccatorem, & episcopum esse non repugnat. 182. D

Universidad de Deusto

Peccatorem nunc deus expectat, dissimulat, sustinet vsque ad senium. 90. A
Peccatores videbunt Iesum in corona miseriæ. 105. I
Peccatores ad pœnitentiam vndique currunt, natura, & consuetudine delicati. 204. C
Peccatores peccatorem in peccato suo genuerunt, & de peccato nutriuerunt. 249. C
Peccatores se lauant duobus fluuiis. 119. L
Peccatores misericorditer saluat deus. 31. F
Peccatores secreto admonendi. 299. F
Peccatorum via, est mundus. 109. E
Peccatorum omnium remissionem sanguis Christi clamat in cordibus electorum. 30. A
Peccatorum est modus duersus. 299. E
Peccatorum hominum in medullas acriter nimis apis nostra aculeum suum infiget. 2. D
Peccatorum mors pessima, vbi non subuenit vita. 174. F
Peccatorum defensio, rius quartus. 390. G
Peccatoribus locus tutus pedes Iesu. 21. L
à Peccatoribus longè salus. 174. E
Peccatrix beatissima. 21. L
Peccatrix formosissima. 55. F
Peccati lex in carne est. 75. A
Peccatrix, sancta Christi discipula vocatur. 82. C
Peccatrix illa fœmina Christum inducitur supplex alloquens. K. L
Peccatrix anima deo fœtet magis, quàm hominibus putridus canis. 262. A
Pecunia tánquam palea est habenda. fol. 208. D. E
Pecunia sic non replet, vel minuit animi famem, quo modo nec corporis ventus. fol. 227. C
Pecunias amare, nihil peius. 305. C
Pecuniam qui diligit, non satiatur. fol. 203. B
Pecuniam, non iustitiam concupiscunt oculi hominis mundani, & omne sublime vident. 203. K. L
Pecuniosus, si ditescere viderit alterum, cruciatur. 83. K
Pecuniosi homines ad ecclesiasticos honores perueniant, & sanctitatem sibi applaudunt, vestium, non mentium mutatione. 9. A
Pecori voluntarius consensus deest. 215. I
Pecorum, & arborum est vita, sensu altera vigens, altera carens. 193. G
Pecoribus, & arboribus idem non est esse, quod viuere. 193. G
Pedes duo sunt, quibus vti debemus, natura, & consuetudo. 119. M
Pedes duo qui sunt? 397. A
Pedes sunt animæ affectiones. 35. B
Pedes dei spirituales. 136. F
Pedes dei duo: misericordia, & iudicium. 111. I
Pedes domini duo sunt misericordia, & veritas. 111. A
Pedes Iesu tutus peccatoribus locus. 21. L
Peius nihil, quàm culpam cognoscere, nec detestare. 257. I
Pelagiana hæresis. 367. F
cum Pelagio sapit, qui ait infantibus generationem ex Adam non nocere. 367. G
Pellis Salomonis. 153. G
Pellem æthiopissa mutauit. 134. M
Pelliceam cur Euangelij prædicatores habeant. 402. F
Pennæ columbæ, sunt perfecti sanctæ ecclesiæ. 396. I
Pennæ Christi ferunt à quibus feruntur. fol. 342. C
Pentecostes die compleuit deus desiderium nostrum, ecclesiæ vnitatem. 381. I
Pentecostes dies, dies remissionis, dies exultationis, dies verissimi iubilei. 51. F
Pentecostes octauæ. 364. G
Pentecostes dies quando complebuntur? 50. D
Perditio aliorum, tua sit cautio. 257. B
Perditionis totius & omnis peccati initium, est superbia. 78. F
Peregrinatio nostra Mariam aduocatam præmisit. 59. B
Peregrinus prudens. 28. I
Peregrinus via regia incedit. 28. G
Peregrinus ad patriam suspirat, ad patriam tendit, vestitum, & victum habens, non vult aliis onerari. 28. G
Peregrini elegans descriptio. 28. G
Peregrini longè sumus à patria. 18. B
Peregrini sunt sancti viri, & hospites in hoc seculo. 296. B
Peregrinum cognosce te in hoc mundo; quia non est hic patria tua. 310. A
Perfecti quiq; magna se discretionis subtilitate conspiciunt, ne ad deteriora vnquam vel in cogitatione dilabantur. 219. K
Perfectio significatur per centum. 57. H
Perfectio animalis hominis. 243. L
Perfectionis vinculum, est charitas. 81. G
Perfidiæ est non fidei, sibi ipsi fidere. 12. K
Perierunt multi propter speciem carnis. 264. D
Peribunt sine ordine, qui sine ordine peccauerũt. 210. D
Perire necesse est, charitatem non habentem. 66. K
Periclitantur castitas in deliciis, humilitas in diuitiis, veritas in multiloquio, charitas in hoc nequam seculo. 204. B
Periclitantur multi propter opes. 296. G
Periculum duplex. 120. E
Periculum duplex vitandum. 111. F. G
Periculum grãde, & lucta grauis aduersus domesticum hostem. 27. K
Periculum suum videre, & non cauere. fol. 188. F
Periculum horrẽdum cauẽdum, nimirum ignis, qui præparatus est, declinandus. 204. B
Periculum horrendum est, si te vel modicè plus vero extollas. 162. H
Periculum re vera grande, audire quenquam de se supra, quàm sentit in se. 348. B
Periculum singulare, singularem exigit operam. 378. L
Periculum graue aduersus domesticum hostem pugnare. 252. A
Pericula vndique. 251. L
Pericula septem, quibus impedimur. 25. I. K
in Periculum multi deuenerunt propter diuitias. 296. G
Pericula minus pauet, qui minus suam considerat necessitatem. 13. D
Periculosa diaboli lucta. 17. I
Periculosum, vitam cum hominibus malis ducere. 308. M
Periculosa tempora non instant iam, sed extant. 205. M
Periurium quid, & quot modis. 407. M
ad Periurium hominem ducit iurandi vsus. 303. G
Periurij consuetudinẽ vsus iurandi facit. Ibid.
Peierare non poterit, qui iurare non appetit. fol. 303. F. G
Permissio Papæ, vel abbatis iussio licitum facere non valet, quod purum malum est. fol. 328. M
Pernicios a paupertas, penuria meritorum: præsumptio spiritus, fallaces diuitiæ. 184. A
Perscutio indubitanter mercenarios à pastoribus segregat, & discernit. 204. D
Persecutio, & temporalis omnis aduersitas pro loco, & tempore prudenter aliquando fugienda. 33. C
Persecutio, est pastorum beatitudo. 204. D
Persecutio, cum necesse fuerit, viriliter toleranda. 33. C
Persecutio nunquam deest Christiano, sed neque Christo. 23. K
Persequitur Christum, qui exemplo cæteros scandalizat. 23. M
Persecutio humana quousque sæuire potest? fol. 126. A
Persecuio Guibertina. 371. A
Persecutionem sustineamus, necesse est. 31. L
Persecutionem fugere, non est culpa fugientis, sed persequentis. 325. B
Persecutionem in Christo patiuntur, qui piè viuere volunt, ait Apostolus. 180. A
in Persecutione, & aduersitate tota humana vita versatur. 33. C
in Persecutione sunt primi, qui videntur in ecclesia gerere principatum. 23. K
Persequebatur Christum Paulus, qui Christi mẽbra trucidabat in terris. 23. I
Persequuntur Christum, qui ab eo Christiani dicuntur. 23. K
Perseuerantia quandam æternitatis imaginem præ se fert. 215. C
Perseuerantia sola est, cui æternitas redditur, vel potius cui æternitati hominem reddit: diceute domino. 215. C. D
Perseuerãtia sola coronabitur, sola accipiet brauium. 410. H
Perseuerantia singularis, est filia regis. 400. K
Perseuerantia, est virtus boni operis. 300. B
Perseuerantia triplex, imitatio sanctorum, breuitas temporum, fragilitas corporum. fol. 399. G
Perseuerantiæ præclari effectus. 356. L
si Perseuerueris in bonis operibus vsque ad finem, saluus eris. 300. G
Perseuerantibus promittitur salus, præmiũ datur perseuerantibus. Ibid.
Persona non confundit in Christo substantias. II. D
Persona vna in Christo, tres substantiæ sunt. 213. B
Persona vna, duæ naturæ in Christo. 396. H
Persona vna in Christo sine confusione substantiarum. 214. C
in Persona vna vnitus deus, & limus noster. II. C. D
in Personam, vnam tẽuencre in Christo verbum, anima, & caro, non confusione substantiæ. II. D
Personæ tres verè vnum sunt. 213. M
Personæ tres, substantia vna, deus vnus. 213. M
Personæ seorsum à substantia cogitantur. fol. 213. M
Personæ non scindunt vnitatem, vnitas non minuit Trinitatem. II. D
Personarum trium singularum deus est. 213. I
Personarum Trinitatis distinctio, & consideratio. 365. H & seq.
Personarum Trinitatis diuisio. 23. G
Personarum Trinitatis vna, ea demque virtus tria in tribus gradibus operatur. 231. H
Personarum pluralitatem in deo faciunt proprietates, essentia tamen vna, & simplex est. fol. 213. M
Personarum acceptio in iudiciis summopere vitanda. 208. D. E
Personarum acceptio non est apud deum. fol. 24. G
Personas tres in summa trinitate credimus, & confitemur. I. C
in Personis Trinitas, vnitas in substantia. II. D
Pertinacia hæreticorum, & constantia martyrũ nihil habent simile. 182. F
Pertinax vir quid nouerit? 130 K
Perturbationib⁹ variis nõ vacet mẽs tua. 410. L
Pestis aduocatorum generalis. 206. B
Petendum à deo, & sperandum ei nobis est. 28. B
Petitiones cordis in tribus constant. 28 A. B
Petitiones cordis, quas approbat iudiciũ rationis. 28. A
Petra, est verbum. 179 A
Petra in cælis, in illa firmitas, atque securitas est. 178. C
Petra refugium hæreticis. 178. C
ex Petra martyris est fortitudo. 178. G
Petrus peccauit non spernendo, aut odiendo Christum, sed se nimis amando. 218. H
Petrus, & Andreas ad iussionis vocem secuti sunt redemptorem. 240. E
Petrus fuit rosa charitatis. 282. F
Petrus apostolorum princeps. 368. B
Petrus probatur summus Pontifex. 207. I
Petrus, & Paulus sunt magistri nostri, & docẽt nos vsque in hodiernum diem. 52. L
Petrus, & Paulus non docuerunt Platonẽ legere non Aristotelis versutias inuersare. 52 M
Petrus cogitatum suum iactans in domino, reiectis omnibus, secutus est eum. fol. 240. G
Petrus peccauit per timorem ancillæ Christũ negans. 301. M
Petrus vitæ suæ non pepercit pro dilectione. fol. 146. G
Petrus sedebat ad prunas non minus gelido corde, quam corpore. 175. L
Petrus, & Paulus duo luminaria magna. fol. 400 A
Petrus erat tota anima doctus diligere, sed adhuc infirmus. 166. G
Petrus in sinu Patris, Paulus in tertio cœlo, Ioannes in pectore, Thomas in latere secreti gratiã sunt assecuti. 149 H
Petrus Simonem magum spiritu oris sui in aere attigit. 52. L
Petrus & Iudas in vna mensa in cœna domini de vno pane consecrato accepit: bonus in vitam, malus in pœnam. 302. A
Petrus, & Paulus nobis sunt traditi magistri, & mediatores, quibus nos securè committere possumus. 52. I
Petrus, & Paulus duo lumina magna, quos de in corpore ecclesiæ suæ constituit, quasi geminum lumen oculorum. 52. I
Petrus strauit sibi in luce veritatis. fol. 149. H
Petrus, & Paulus non sactitabant, vt Papa Eugenius. 210. K
Petrus, cum peccauit charitatem non amisit cur? 274. B
Petrus peccauit peccatum grande, & fortassis quo nullum grandius est, & sic vt nihil de singularitate sui primatus amitteret. 52. K
Petrus vnicus Christi vicarius designatus. 207. I
Petrus claues regni cœlorum accepit vt, precedat sententia Petri sententiam cœli. 52. L
Petrus in thesauros sapientiæ intrabit, qui claues accepit. 184. G
Petrus, siue Petri officium. 210. L
Petrus Romæ crucifigitur. 394. I
Petrus, & eius frater Andreas crucifixi. 104. G
Petrus crucifixus, Paulus decollatus eodem die. 53. F
Petrus, & Paulus Apostoli vt in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non fuerunt separati 52. I
Petrus Apost. Romæ sepultus. 374. H
Petrus, & Paulus præclari martyres, martyrum duces, apostolorum principes. 52. I
Petri post grauem lapsum lachrymam video, sed precem non audio, nec tamen de indulgentia dubito. 234. D
Petri locus, locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius. 374. G
Petri Apostoli successor, est Romanus Pontifex. 365. C
Petri Pontifex Romanus tenet sedem. 365. D
Petri hæres, est Papa Roma. 375. K
Petri claues, quæ? 184. G
Petri hæres, est Papa Eugenius. 374. E
Petri locum qui tenet, id est, Papa Roma potest vno ictu extinguere Ananiam, vno Simonẽ magum. 374. L
Petri Apostoli solennitas, & cæterorum sanctorum. 67. B
in Petri Apostoli cathedra est, Romanus summ⁹ Pontifex. 368. D
Petro Apostolo traduntur claues regni cœlorum, Paulo magisterium gentium. 52. I
Petro post trinam negationem, totius ecclesiæ pastoralis cura commissa est. 55. F
Petro credita est cura vinearum, id est, animarum 156. M
Petro Christus curam omnium crediturus prius eius studuit probare benenolentiam & prudentiam, quo modo? 335. F
Petro vnuersitas ecclesiarum cessit. fol. 207. H
Petro Christus totam ecclesiam commisit. 207. H
Petro nouum iter, & noui typus itineris seruabatur. 238. D
Petro Apostolo quid dulcius, qui tam dulciter ad se omnes conuocat peccatores. 52. I
Petro, & Ioanni nec argentum nec aurum erat. 238. D
quid Petro cum Mago? 390. F
Petrum Apostolorum principem nota. fol. 86. M
in Petro tria inueniuntur. 118. K
Petrus Abailardus Christianæ fidei meritum euacuare nititur. 367. K
Petrus Abailardus hæreticus multitudinem trahit post se, & populum, qui sibi credat, habet. 367. L
Petrus Abailardus hæreticus ascendit vsque ad cœlos, & descendit vsque ad abyssos. fol. 368. K
Petrus Abailardus hæreticus in libris suis profanas vocum nouitates inducit, disputans de fide cõtra fidem, verbis legem impugnat. 367. M
Petulantia ipsa est, quæ disseminauit infamiam. 57. B
Pharao quid sit. 266. G
Pharaonis currus quis. 119. K
Pharaonis imperium subinguit Christus. 37. B
Pharonis imperium effugere, & Aegyptum egredi, quid sit? 202. I
Pharaonis magistri operum tres sunt. 118. L
in Pharaonis exercitu multi alij sunt Satrapæ, & equites, in familiam domini irruentes. 201. B
Pharisæus vbi solus non expurgat superbiam suam? 21. M
Pharisæus ille orans non raptor, non adulter, non iniustus, bis in sabbato ieunabat, decimas dabat, sed erat elatus. 32. B. C
Pharisæus se solum decipit, quem solum excipit, dum cæteros damnat. 231. D
Pharisæus exufflat misericordiam, dum diffamat miseriam. 231. D
Pharisæus cõfirmat de omnibus præter se 231. D
Pharisei dissimulant peccata sua, vbi inuenerint aliena. 31. K
Pharisæorũ traditiones, mali sunt imbres. 176. B
Philargyria triplex. 266. K
Philippum, & Andream si ostiarios habuerim⁹, repulsam omnino non patiemur. 142. K
Philistiim interpretantur cadentes potione. fol. 323. L
Philistæorum vaccæ quid significant? 296. D
Philosophia summa sapientum huius mundi est. 87. I
Philosophia in scientiam rerum humanarum, & diuinarum diuiditur. 276. E
in Philosophia Christiana non decet, nisi quod licet. 209. I
Philosophi frustra materiam quærunt, non cognit materia deus. 212. H
Philosophi quasi inimici. 22. B
Philosophi scrutatores maiestatis dei opprimebantur à gloria. 14. A
Philosophorum ventosa loquacitas, non bonus imber est. 176. B
Phinees fornicantibus exhibere debent legati Papæ. 211. E
Phrenesis nulla grauior, quam impœnitentia cordis, & peccandi obstinata voluntas. fol. 201. B
per Physicam cognoscitur commodum & incommodum, id est, quid in vsum assumendum, quid respuendum sit. 104. M. 105. A
Pie viuit homo quantum ad deum. 106. F
Pietas, est dei cultus. 90. D. 15. K. 241. E. 298. F. G
Pietas ad omnia vtilis est. 298. G. 244. I
Pietas deo debetur. 244 B
Pietas Iesu excedit omnem criminum quantitatem, & numerositatem. 9. H
Pietas in negotiis periclitatur. 204 B
Pietas est in duobus. 106. F
Pietas, & humilitas, sunt spiritualia vestimenta. 235. L
Pietas quærenda est à rerum omnium domino. 91. C
Pietas nimia dissolutionem disciplinæ parturit. 251. G
Pietas domini maior quãmea iniquitas. 27. G
Pietatis excogitatio ineffabilis. 230. M
Pietatis lex quæ. 26. I
Pietatis sacramentum magnum est. fol. 11. E. F
Pietatis spiritus effectus. 399. M
Pietatis primus gradus quis? 330. C
Pietati cedit impietas, velit nolit. 391. G

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pietatem beati Benedicti doctrina probat. fol. 29. D
ad Pietatem amplius monet mortis, quàm vitæ recordatio. 199. D
Pietatem sobrietas, & iustitia sonet. 241. E
Pietate diabolus primus recessit. 109. C
Pium est defunctum plangere. 71. K
Piger lapidabitur de stercoribus boum. 242. F
Piger propter frigus arare noluit. 57. D
Piger dehonestatur ab hostibus in ocio suo. 110. L
Pigro quid faciam maligni spiritus. 110. L
Pigris, & tepidis non dabitur regnum dei. fol. 306. F
Pigritiæ vitium, quietis virtutem imitatur. 251. G
Pilatus erat membrum diaboli. 366. H
Pilatus, & Herodes facti sunt amici in die passionis Christi. 150. G
Pinguis venter non gignit subtilem sensum. fol. 301. F
Pisces primi, secundi, & tertij diluuij, qui. 395. F
Pisces de stagno, & de lutosa aqua complexioni non congruunt, ait Hippocrates. 157. D
Piscinæ tres in scriptura reperiuntur. 119. G
cui Placet deus, deo displicere non potest. 151. A
Placere hominibus volens, deo non places. fol. 335. I
Placere hominibus sine lenitate, non est possibile, non plus quàm deo sine fide. 12. I
Plaga Satanæ desperata est. 103. D
Plaga recens, dolore non caret. 204. H
Plangere defunctum pium est. 71. K
Planta cœlestis, virgo Maria. 2. E
Platonis argutias, & Aristotelis versutias non intellexit Bernardus. 51. C
Platonis dictum de patre, & filio. 389. E
Platonem Petrus, & Paulus legere non docuerunt. 52. M
Plenitudo legis, cordis est charitas. 145. F
Plenus nescit, quid patiatur iciunus 230. E
Plorat quippe Christus, non sicut cæteri, aut certè non quare cæteri. 15. D
Plorat Christus infans, vt cæteri. 15. L
Plorare pro defunctis fidelibus pietas iubet, fides tamen pro eis lugere vetat. 311. E
cur Plorent homines. 297. C
Plorandi sunt in morte illi homines, quos homines cum ignorantia rapiunt. 311. E
Plorationis prima hominis vox. 34. A
Pluuia voluntaria, quæ. 407. C
Pœna facit pro nobis aduersus culpam, vt vel omnino non sit, vel sit minor. 103. H
Pœna vna implicat, quos vnus amor in crimine ligat. 249. K
Pœna peccati sunt desideria carnalia. 108. I
Pœna nulla fuisset in terra, nisi iniquitas præcessisset. 99. C
Pœna nulla grauior praua conscientia. 257. A
Pœna guttatim bibitur, aliquando sumitur, per minutias transit. 84. D
Pœna perueršrũ est deus, & humilium gloria. 214. G
Pœna temporali, & æterna damnantur, qui sub flagello non corriguntur. 305. A
Pœna peccati, & solum peccatum est in inferno. 99. C
Pœnam inferni nobis propheticæ, euangelicæ, & Apostolicæ voces minantur. 90. M
Pœnam habebit peccator sine remedio. 84. L
Pœnam euadunt, non coronam acquirunt, qui. 219. I
Pœnam, sicut nec culpam, deus non fecit. 103. I
Pœnarum recordatio hominem solicitat ad bene agendum. 117. F
Pœnarum inferni varia genera. 401. I
Pœnas inferni time. 305. A
Pœnitentia quàm actu difficilis. 399. H
Pœnitentia, est prima vox clamantis in deserto. 394. C
Pœnitentia vera, & vera confessio est, quando sic pœnitet hominem peccasse, vt crimen non repetat. 257. I
Pœnitentia nostra suauis est, & delectabilis per gratiam spiritus adiuuantis, & amaritudo nostra dulcissima. 81. B
Pœnitentia vltrix est vitiorum, & virtutum altrix. 79. A
Pœnitentia mea, cibus Christi. 185. M
Pœnitentia nulla remittitur peccatum, nisi peccator restituat, si posit, ablatum. 343. K
Pœnitentia amara ad tolerandum, sed ad conualescendum saluberrima. 396. K
Pœnitentia est infructuosa post mortem. fol. 201. B. C
Pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem. 261. I
Pœnitentia quo pacto agenda. 399. F
Pœnitentia iniungitur peccatori, & pœnitenti à sacerdote. 341. I
Pœnitentiæ medicamentum. 145. D
Pœnitentiæ tres sunt species. 118. K
Pœnitentiæ labore corpus castigatur, & flamma concupiscentiæ restinguitur. 76. I
absque Pœnitentiæ multo labore dimissa sunt peccatrici multa peccata, quoniam dilexit multum. 330. D
Pœnitentiæ labor est nobis molestus. 78. B
Pœnitentiæ necessaria sunt tria. 118. B
Pœnitentiæ sudore, confessione, & lacrymarum imbre lauat nos deus. 81. A
Pœnitentiæ verbum dulce, & glorioſum, verbũ regni cœlorum lætum, & adorandum. fol. 394. C
Pœnitentiæ remedium superbia Moab non admittit. 1. G
ad Pœnitentiæ fructum corpus animæ valet. 228. A
Pœnitentiam quis dignè agat. 302. B
Pœnitentiam, & regnum cœlorum Ioannes Bapt. primus ostendit. 394. I
Pœnitentiam multi abominantur, & fugiunt. 81. A. B
Pœnitentiam qui non desiderat ardenter, videtur operibus dicere, non indigere se pœnitentia. 9. M
Pœnitentiam agere volenti quid agendum est? 120. G
ad Pœnitentiam agendam tria sunt necessaria, tempus, corpus, locus. 116. K
ad Pœnitentiam reos inuitando, longanimis est deus. 120. B
ad Pœnitentiam conuersi, angelos exultare facimus. 10. F
ad Pœnitentiam peccatores vndique currunt, natura, & consuetudine delicati. 204. C
Pœnitentiam habere, dolere est: pœnitentiam agere, remedium doloris est. 201. C
per Pœnitentiam omne peccatum recipiet indulgentiam. 300. H
ad Pœnitentiam exhortatio, vt prius humiliati, post exaltentur. 204. B
per Pœnitentiam appropinquat regnat cœlorum. 15. D
ad Pœnitentiam totum huius vitæ tempus est institutum. 27. C
sine Pœnitentia reconciliari non possumus. fol. 18. F
pro Pœnitentia septem psalmi pœnitentiales iniunguntur. 341. I
Pœnitere oportet non verbo tantum, & lingua, sed spiritu, & veritate. 40. I
Pœnitere nolunt angeli desertores. 1. F
Pœnitere qui non vult, diuinam non confitetur bonitatem. 9. M
Pœnitens nõ est sed irrisor, qui adhuc agit vnde pœniteat. 302. G
Pœnitenti, & confitenti nascitur lux mundi. 390. G
Pœnitentium lacrymæ, vinum eorum. 156. G
Pœnitudo sine correctione non proderit. fol. 10. L. M
Pollutio omnis immunda, fornicatio dicitur. 300. M
Polymita tunica quid significat. 235. C. D
Pomum porrigit serpens, & surripit Paradisum. 232. G
Pondus æternum. 25. H
Pondus sine pondere. Ibid.
Pontifex summus, vel Papa qualis esse debeat. 206. I
Pontifex summus malum non concedit, nisi mendacio circumuentus, aut importunitate victus. 319. B
Pontifex summus, se infimum nosse debet. fol. 207. F
Pontifex camelis pueri Abrahæ tribuere debet. 205. C
Pontifex flagellum tenet. 206. B
Pontifex Roma. caput omnium. 375. K
Pontifex Romanus, est potestate Petrus. fol. 207. G
Pontifex Romanus præst ecclesiæ dei. fol. 374. L
Pontifex est pons inter deum, & proximum. 336. A
Pontifex Roma. est Petri hæres. 375. K
Pontifex Romanus, est successor Petri. fol. 365. C
Pontificis Romani sedes prima. 207. F. F
Pontificis summi authoritas, & dignitas. 207. G 328. L
Pontificis summi ornatus. 207. E
Pontificis solius est Romani, peremptoriam dare sententiam ad depositionem episcoporum: solus habet ille plenitudinem potestatis. fol. 374. L
Pontificis summi est per vniuersum orbem discrepare, an ea, quæ à maioribus decreta sunt, inuiolatè seruentur. 210. B
Pontificis vita multis patet periculis, cui omnia necesse est ferre tentationes. 335. D
Pontifici Romano omnium ecclesiarum solicitudo sedula incumbit. 206. M
Pontifici sæculo est opus, non sceptro. fol. 206. L. M
Pontifici impossibile est, cathedræ dicere posse, vale. 205. B
Pontifici Romano mundus est creditus. fol. Ibidem.
Pontifici Romano commissa est sponsa Christi. 367. L
Pontificem omnes participant. 205. C
Pontificem nostrum decebat tentari per omnia. 33. C

à Pontifice summo summa supervenit authoritas. 338. I
in Pontifice summo nihil turpius est, quam proprium quæstum, non subditorum profectum quærere. 209. E
sub Pontifice vno, & summo primate, vel Patriarchæ, & cæteri ordinentur. 210. A
Pontifices magis ecclesiastica, quàm secularia munera obire debent. 205. L
Pontifices, mundus non potest odisse vos. fol. 335. K
Pontifices dicite, nunquid aurum à freno repellit frigus, siue esurient pauperis? fol. 335. K
Pontifices illiberali seruitute implicantur, si non tam dei, quàm iurisperitorum leges in aulis ipsorum perstrepunt. 204. M
Pontifices dicite, non quidem in sancto, sed freno, quid facit aurum. 335. K
Pontifices penuria pauperum clamat. fol. Ibidem.
Pontifices acerbè, & vere carpuntur. fol. Ibidem.
Pontificum iumenta gradiuntur onusta gemmis. 335. L
Pontificum manus sacratæ. 18. M
in Pontificum superfluas copias vita nostra cedit. 335. K
Populus talis, qualis sacerdos. 335. H
Populus sine murmure, vbi? 249. M
Populus duræ ceruicis. 6. F
Populus in hæreticos non irruere debet. 182. F
Populi capita, sunt sacerdotes. 404. M
Populo duræ cernicis cultellus erat necessarius. 19. L
Porcus cur in sacrificiis prohibetur offerri? fol. 29. B
Porcorum cibus, quis? 29. B
Porcos Iudæus cur prohibetur comedere. Ibid.
Porcos cur legio illa maledicta postulat? fol. Ibid.
Porri accẽdunt choleram, ait Hippocrates. fol. 157. D
Porta cœli pater. 51. G
Portæ Hierusalem, quid significant? 22. B
Portæ quinque, quinque sensus. 251. K
Portæ æternales, sunt præcipuæ virtutes. fol. 118. F
Portæ Sion, ecclesiæ sunt sacramenta, sine quibus ecclesiam non intramus. 118. F
Potens despicit imbecillem. 14. I
Portandi sunt omnes. 11. B
Potens valdè in cœlis, qui tam magnus, & potens extitit in terris, beatus Benedictus. 29. D
Possessio diuitiarum culpabilis non est. fol. 238. B
Potentiores vbique pauperiores opprimunt. 205. M
Potentia temporalis fragilis, & caduca. fol. 296. I
Potentia dei describitur ab effectis. fol. 21. I. K
Potentiæ triplex genus. 14. L
Potestas sacerdotum, & officium. fol. 391. K. L
Potestas nulla est post deum, tanta quanta sacerdotum. 391. L
Potestas timeat, iudicium durum his, qui præsunt. 330. G
Potestas dei innotuerat Iudæis in signis. fol. 14. A
Potestas dei est. 16. A
Potestas apostolica à deo instituta, & summa. 209. L
Potestatis nostræ est, diuinæ inspirationi acquiescere. 259. F
Potestatis nostræ est, & ignauiæ, vt labamur. Ibid.
Potestati sacerdotum nihil in cœlo, vel in terra comparari valet. 391. L
Potestati cuiquam in malo obedire noli. fol. 300. A
Potestatem iustam habuit diabolus in homines, non iustam voluntatem. 366. H
Potestates cur angelorum quidam ordo vocatur? 145. H
Potestates siue mundi sint, siue ecclesiæ, non debemus contemnere quia omnes sunt à deo ordinatæ. 299. I
in Potestatibus, id est, in illis angelis, præcellit fortitudo. 213. E
Potus delectat, sed sitientem. 216. I
Potus verus, sanguis Christi, cibus verus eius caro. 367. H. I
Præbenda ecclesiæ. 327. E
Præcentor Trecensis. 332. A
Præceptum aliud carnale, aliud spirituale. 119. A
Præcepium nouum quid? 35. D
Præcepta legis decem. 407. K
Præcepta moralia, & figurativa in lege veteri inueniuntur. 108. F
Præcepta dei qui contemnit, deum non diligit. 295. I
Præcepta diuina contemnit, faciens vetita. fol. 301. M
Præcepta suos obseruatores, tanquam clypei muniunt. 407. M
Præcepta non bona dederat præceptorum dator. 394 C
Præcepta legis decem ibi paucis exponuntur. fol. 407. K. L
per Præcepta. 10. legis, ac geminam circumcisionem ad Christum venitur. fol. 230. A
si Præcepta dei volumus custodire, sicut nosmetipsos, debemus proximos nostros diligere. 298. C
Præceptorum in veteri lege genus duplex inuenitur. 108. F
Præceptorum multiplex Moysi datur auctoritas. 394. B
de Præceptorum luce transitur ad lumen præmiorum 109. B
Præceptis dei nullius prohibitio obuiare valet. 328. H
Præceptis qui solis contenti sunt, pœnam euadunt, non coronam acquirunt. 219. I
Præco dei est, qui clamat sobrij estote, & vigilate. 12. F
Præcordia, fatui, sicut rota currus fœnum portant, & murmurant. 305. H
Prædator magnus Christus, cur. 9. K
Prædestinatio nulla est præciosa principio. fol. 225. F
Prædestinatio, est, potius præparatio. fol. 351. M
Prædestinatio æterna, est cœlestis generatio. 150. B
Prædestinationis argumentum. 25. F
Prædestinationem suam vult impleri deus. 10. G
Prædestinati sumus in charitate, & benignitate ab æterno. 10. G
Prædicando multi sunt catholici, qui operando sunt hæretici. 404. K
Prædicatio Christi ædificat. 105. F
in Prædicatione sapientia, in absolutione peccatorum iustitia. 148. D
Predicatores verbi dei sunt in agro. 306. L
Prædicatores non ab re prophetæ appellantur, cur. 113. F
Prædicatores plures per prava exempla faciunt, quod hæretici per praua dogmata. 404. K
Prædicatores cur habent pelliceam? 402. F
Prædicatorum ordo, fluuius est se extendens, diuersas terras irriget. 77. E
Prælatus disciplinam, & custodiam subdito debet. 2. F
Prælato obedientia reddenda. 2. K
Prælatum interrogare debemus in his, in quibus voluntas nostra suspensa est. 95. K
Prælati intelliguntur per custodes ciuitatis quia sanctæ ecclesiæ statum custodiunt. 299. G
Prælati sanctæ ecclesiæ fortes ideò dicuntur, qui perfecti sunt in obseruatione mandatorum dei. 299. L
Prælati ecclesiæ omnes gladios tenent, id est, spirituale verbum, quo prædicando vitia subditorum debent reprimere. 299. L
Prælati ecclesiæ cur ensem super femur suum tenent. 299. M
Prælati non sunt parui pendendi, quos Christus minimè parui pendit. 27. F
Prælati ecclesiæ languent in cupiditatibus suis. 404. M
Prælati ecclesiæ grauiter carpuntur. 23. K
Prælati debent custodire ac regere gregem dominicum magna vigilantia, atque solicitudine. 299. L
Prælati ecclesiæ ad bella spiritualia sunt instructi. Ibidem.
Prælatorum timor est trifarius. 118. C
Prælatorum auctoritas. 400. F
Prælatorum ecclesiæ munus. 13. H
Prælatorum dominium duplex. 405. E. F
Prælatorum iussio, & prohibitio non est contemnenda. 328. H
Prælatis tria sunt necessaria. 118. K
Prælatis vice domini obediendum. 95. M
Prælatis non obtrectandum. 400. F
Prælatis tuis nunquam rebellis existas, præpositis tuis in nulla causa contradicas. 300. A
Prælatis nostris quando sumus contumaces, deũ contemnimus. 299. I
Prælatis nostris quãdo rebelles sumus per superbiam, & inobedientiam, contra dei præcepta facimus. 299. I
Prælatos nostros ideo diligere debemus, & verba eorum benignè suscipere, quia per increpationes suas auferunt à nobis proprias voluntates, & mundi cupiditates. 299. G
Prælatos in ecclesia designant bases in templo. 299. E
apud Prælatos cupidos non reputatur animarũ casus, nec salus. 138. L
à Prælatis nostris melius est nos corripi in hoc sæculo pro negligentiis nostris, quàm in futura vita damnari. 299. H
Præliaturis Israelitis contra Beniamin designauit deus ducem. 206. B
Prælibatio quædam est in præsenti, consummatio, & plenitudo in futuro manet. 45. F
Præmium amanti proponitur, amanti debetur. 226. K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præmium non habent, qui non habuerunt labo-
ris certamen. 300. I
Præmium datur perseuerantibus, salus promit-
titur perseuerantibus. G
Præmium, & meritum sibi est amor. fol.
195. D
Præmium sui laboris habebit monachus verus
dominum Iesum. 317. M
Præmium iustitia est, iustitia verò meritum, &
materia. 20. A
Præmium est videre deum, viuere cum deo, vi-
uere de deo, esse cum deo, qui erit omnia in o-
mnibus: habere deum, qui est summum
bonum. 249. M
Præmium exigere ante meritum, est ordo præpo-
sterus. 167. K
Præmium singulare virginum. 287. B
Præmium virginum spirituale. 287. H
Præmium habet verus amor, sed id quod ama-
tur. 226. K
Premium promittitur inchoantibus, sed perseue-
rantibus datur. 295. K
Præmium quod Christus est, habere desideras,
illius sermonem serues. 318. A
Præmiorum spei testimonium ascensio Christi.
30. A
ad Præmia magna non peruenitur nisi per ma-
gnos labores. 410. H
Præparatio rerum cognitio est, quo sensu accipi-
endum? 149. M
Præpositis tuis in nulla causa contradicas.
300.
Præputia tria præcidenda. 119. A
Prærogatiua ecclesiæ Romanæ. 365.
Præesse tibi ipsi discas. 410. L
Præsentia plures, quàm futura præferunt. fol.
264. B
Præsepe gloriosus auratis soliis. 11. M
Præsumptio septimus gradus superbiæ. fol.
233. I
Præsumptio spiritus, fallaces diuitiæ. fol.
184. A
Præsumptio cedit Spiritui sancto, & vani-
tas spiritus humani, velit nolit. fol.
391. C
Præsumptuosus quid agit. 233. I
Præuaricatio non est, vbi non est lex. fol.
343. B
inter Prandendum quantum fauces dapibus,
tantùm aures pascuntur rumoribus, quibus
totus intentus, modum nescias in edendo.
236. F
Praua operatio inquinat memoriam. fol.
114. D
Prani mores in consuetudinem abeunt facilè.
204. I
Precandi, colendi, & canendi sunt sancti. fol.
56. G
ad Precem citius iudex flectitur, si peccator à
prauitate sua corrigatur. 306. A
Preces aures domini violenter irrumpunt.
280. C
Preces pauperum, sunt arma nostra. 379. B
Preciosa est diuina consolatio. 242. M
Preciosa fercula, sed vasa non adeò preciosa.
22. M
Pressura nostra quadriformis. 118. D
Primatus Petri. 207. I
Princeps apostolorum in profundum negationis
submergitur. 86. L
Principi mundi oportebat aliquandiu celari di-
uini concilij sacramentum. 6. C
Principem omnis possessionis suæ hominem do-
minus constituerat. 10. D
Principes Zabulom, & Neptalim, hoc est, consi-
tentium, continentium, & contemplantium.
137. B
Principes dominus errare fecit in inuio tion in
via. 206. D
super Principes effusa est contentio. Ibid.
Principatus, qui angeli dicuntur, quem in cœlo
ordinem sortiti. 145. H
Principatus præsunt, & regunt, sed reguntur &
ipsi, ita vt regere iam non norint, si regi de-
fecerint. 213. D. E
Principium nihil sibimet extitit. 213. G
Principium quod habuit, primum non fuit.
Ibidem.
Principium nequaquam cœpit, sed totum ab ip-
so cœpit. Ibid.
Principium laudabile, quod condignum conse-
quitur finem. 333. D
ad Principium suum quodque recurrit. 193. H
Principij, & essentiæ ratio propriè deo conuenit.
213. F. G
Principia in rebus multa dicuntur, sed respectu
posteriorum. 213. G
Prioriſſa, & abatiſſa in monasterio. fol.
305. M
Priuilegia Ioannis Baptistæ, per totum sermonẽ.
393. C
quod Probari non potest, mihi infectum est. fol.
220. I
Probatio dilectionis, exhibitio est operis. fol.
317. M
Probationis est non reprobationis, cum dominus
faciem suam auertit. 66. A
Probati viri in consilio sunt eligendi, non pro-
bandi. 211. D
Processio secunda instituta. 24. G
Processio in ramis palmarum nobis multa mi-
nistrat. 32. H
Processio meritò repræsentatur in ramis palma-
rum, quæ eo die facta est. Ibidem.
Processio festiua. 24. L
Processio fit binis, & binis candelas habenti-
bus in manibus, ipsas quoque succensas. fol.
24. L
Processio à quatuor celebrata, quæ per quatuor
orbis climata solennibus gaudiis ad memo-
riam reuocatur. Ibidem.
Processio exultatione vniuersæ ecclesiæ in omni
loco, & ab omni gente celebratur. 24. F
Processio cur sit binis, & binis. 24. L
Processio in ramis palmarum. 32. D
Processio planctum habet, passio planctum. Ibid.
Processio à quatuor celebrata. 24. F
Processionis gloria Christus est honoratus. fol.
32. D
Processionis gloria Christus voluit sublimari,
qui paulò post sibi nouerat imminere diem
passionis. Ibidem.
Processionis gloria tolerabilem reddit passionis
laborem. 32. E. F
Processioni in ramis palmarum passio coniun-
cta est. 32. H
Processionem turbat, si quis solitarius incedere
curat. 24. L
Processione præsenti cœlestis repræsentatur. fol.
32. E. F
in Processione irrationabili iumento Christus
insidet. 32. F
in Processione cœlestis patriæ repræsentamus
gloriam. 32. E
in Processione domini nec iniquus locum habet,
nec stultus. 33. A
in Processione triplex obsequium exhibetur sal-
uatori. 32. E. G
in Processione Christi in ramis palmarum qua-
tuor ordines. 32. L
in Processione humilitatẽ exibere voluit Chri-
stus, in passione patientiam. 32. K
Prodigia, & signa facere quis potest? fol.
391. B
Proditor fuit Adam. 17. G
Proditores maligniſsimi, & simpliciſsimi dissi-
mulatores. 210. I
Profectus hominis donum dei est. 294. H
Professio fidei Christianæ, quæ? 98. L
Professio vitæ solitariæ secundi baptisma voca-
tur. 220. E. F
Professio monastica post annum probationis lap-
sum. 315. K
Professio est communis ferme monachis omnibus
huius temporis. 220. A
Professio salua cuique sua manet in cœnobiis
bene ordinatis. 220. B
Professionis locus sine mutandus. 219. I. K
Professorum nullus de monasteriis religiosis sine
licentia sui senioris egrediatur. 219. L
Profitenti monacho modus sit sua vita, non alie-
na. 220. G
Profunditas plana. 5. L
Prohibitio nullius præceptis dei obuiare valet.
38. H
Proles sons puritatis. 25 B
Promeruit Clemens gloriam sua passione. 76. D
Promissio est impia, quæ scelere impletur.
309. G
Promissio iucunda, & votis omnibus ample-
ctenda. 84. A
Promissio oris vbique est vna, sed non vna est
omnibus cordis intentio. 220. A
Promissio diuina, sed longua valde dilatio, &
molesta expectatio est. 241. L
Promissores largissimi, & parcissimi exhibito-
res. 210. I
quod Promisisti malum, non facias. 309. G
non Promittas, quod facere non potes. fol.
390. G
non Promittere melius est, quàm fidem promissi
non soluere. Ibidem.
ad Promittendum ne sis citus. 335. G
Pronus ad iocum, facilis ac promptus in risu.
233. E
Prophetæ magnus Iesus Christus. 7. L
Propheta fuit, & plus quàm propheta Ioannes
Baptista. 394. I
Propheta interpretatur, videns. 113. F
à Propheta sermo, consilium à sapiente quæren-
dum est. 330. E
Prophetæ & Patriarchæ adorauerunt Christum
in carne nasciturum, & moriturum. fol.
177. I
Prophetæ, & Patriarchæ sunt montes, & colles.
1. M
Prophetæ, & Moyses Crucis dominicæ trophæũ
prædicabant. 344. E
Prophetę, & pastores abierunt in terram, quam
ignorauerunt. 239. D
Prophetæ videntes appellati sunt fol.
184. M
Prophetę olim quasi non inter homines erant sui
temporis. 103. C
Prophetę Christum viderunt, quia sic vocati
sunt, id est, videntes 184. M
Pro phet
Propheteę salutandi. 178. K
Prophetæ omnes elingues sunt, & muti. fol.
390. A
Prophetarum siquidem vnus fuit spiritus, licet
diuersis modis. 6. A
Prophetarum eximius Dauid. 391. I
Prophetarum filij, sunt filij prædicatorum. 113. E
Prophetarum tempore in terris fides rara.
134. E. F
Prophetarum chorum spiritus sanctus, ordina-
uit & infudit sed de cœlestis regni gloria
nihil prophetauit. 394. B
Prophetarum, & apostolorum mater Hierusalẽ.
198. I
Prophetia necdum cessauit, cur? 103. B
Prophetia finem accepit in Christi Baptismate.
394. E
Prophetiæ in Christo impletæ. 9. K
Prophetauit Elizabeth. 8. H
Propinquior tibi nemo. 41. F
Propone nihil esse, quod tibi accidere non possit.
257. B
Propositum voti qui frangit, in præceps ruit.
220. H
Propria voluntas paradisum spoliat, & ditat
infernum. 397. D
Proprietas vbi, ibi singularitas. 330. M
Propriis sensibus non fidendum. 410. L
Prosperitas multò plures extollit, quàm frangit
aduersitas. 32. I
Prosperitas stultorum perdet illos. 263. C
Prosperitas rerum secularium occidit stultum se-
cularem. 32. I
in Prosperis animus non est laxandus, nec in
aduersis deiciendus. 207. C
Prodesse soli non decet. 209. F
Protoplasti super graui, & singulari peccato ad
confessionem requisiti sunt. 383. K
Prouerbium Ethnicorum: duos cernos pingues
nouimus. 209. B
Prouerbium, squama squamæ coniungitur.
391. C
Prouerbia illic duo. 230. E
Proximo puritatem debemus, conscientiam no-
bis, fidem deo. 105. B
Proximo suo qui cauat foueam, cadet in illam.
298. E
Proximo suo qui parat laqueum, peribit in illo.
Ibidem.
Proximũ non perfectè diligit, qui illi in necessi-
tate non succurrit. Ibid.
Proximum qui diligit, non potest facere homi-
cidium, non adulterium, nec cætera. fol.
298. C
Proximum diligendo, purgas oculum mentis
ad videndum deum. 298. B
Proximum suum qui despicit, peccat. fol.
298. E
Proximum suum qui odio habet, circundatus
est tenebris. 298. B
Proximum tuum vt diligas tanquam teipsum,
sufficit. 145. B. C
Proximum qui non diligit, supereſt non diligat
deum. 315. H
Proximum sine deo diligere non poteris, deum
sine proximo. 298. B
Proximũ tuum si in veritate diligis, in tranquil-
litate est cor tuum. Ibid.
Proximum in deo diligere non potest, qui deum
non diligit. 227. F
Proximum diligere quomodo purè potest qui in
deo non diligit. Ibid.
Proximum diligere quid. 322. K
Proximos nostros quando diligimus? 322. L
Proximos qui non diligunt, tanquam se, crude-
les. 242. M
Proximos nostros, sicut nosmetipsos diligere de-
bemus, si præcepta dei custodire volumus.
298. C
cum Proximis suis qui quotidie contendit, cito
in scandalum cadit. 298. M
Prudens longioris vitæ non abducetur incerto.
208. A
Prudens est aspis, ne verbum mortis audiat, &
moriatur. 308. B
Prudentes boni qui? 33. A
Prudentes non boni, iniqui sunt. Ibid.
Prudentes soli dicendi, qui Christi doctrina
sunt imbuti. 148. K
Prudentiam nobis seminarunt angeli sancti.
29. I
Prudentia serpentina militet aduersus venena-
tas maligni astutias. 384. A
Prudentia ab vilibus inutilia discernit, & do-
cet, quid tenendum, quid ve reiciendum.
109. D
Prudentia carnis in fouea vulpis. 240. G
Prudentia carnis inimica est deo. 15. C
Prudentia carnis mortem operatur. 29. I
Prudentia est scire quid ex te, & quid ex dei
adiutorio possis. 227. G
Prudentia facit, ne sit virtutum indistincta con-
fusio. 21. C
Prudentia inuenit, iustitia quærit, vindicat for-
titudo, temperantia possidet. 205. L
Prudentia vera in Christi doctrina. 148. K
Prudentia, custos familiæ. 56. K
Prudentia est media, & quasi quædam arbitra
inter voluptates, & necessitates. 205. H
Prudentia est opus, ne cum fatuis virginibus re-
probemur. 202. G
Prudentia est cognitio rerum appetendarum, &
fugiendarum. 56. K
Prudentia paucorum est. 205. L
Prudentia, est ratio docta. 109. E
Prudentia, & temperantia sedem habent in ra-
tione, quia ratio prudens debet esse, & tem-
perata. 109. D. E
Prudentia, est timor probatus. 105. K
Prudentia, seu sapientia inesse creaturæ non po-
test vel in malo, nisi per rationem. 215. K
Prudentia seculi, stultitia nominatur. 15. C
Prudentia format temperantiam. fol.
205. H
Prudentia est fortitudinis mater. Ibid.
Prudentia, est diuinarum, humanarúmque re-
rum scientia. 407. C
Prudentiæ suæ non innitendum. 410. L
Psallentibus angeli dignanter admiscri solent.
135. M
Psalmus in corde, vt cibus in ore sapit. fol.
137. A
Psalmi faciunt nobis gratas esse vigilias noctis.
306. H
Psalmi pronunciant nobis horam diei primam
cum exultatione lucis. 306. H
Psalmi consecrant nobis horam diei tertiam.
Ibid.
Psalmi nos lætificant hora diei sexta in panis
confractione. 306. H
Psalmi nos admonent, vt benedicamus domino
ad completorium. 306. H
Psalmi nos deo commendant hora diei vespe-
tina. Ibid.
Psalmi ad horam diei nonam iciunia soluunt,
& nos satiant. Ibid.
Psalmi septem pœnitentiales pro pœnitentia in-
iunguntur. 341. I
Psalmi Dauid quonam pacto intelliguntur?
244. H
Psalmorum moderationibus sic delectamur, vt
orationibus iuuemur. 306. G
Psamorum cantus oblectat aures audientium,
& instruit animas fidelium ad bene viuen-
dum. 306. I
Psalmorum, hymnorúmque dulcedo quid facit.
545. D
Psalmorum suauitate compuncti, peccata sua lu-
gent. 306. G
Psalmorum decantatio aliquando commouet
nos ad lacrymas, aliquando inuitat nos ad
orationem. 306. G. H
Psalmos qui fideliter, & intenta mente decan-
tat, quodam modo angelis dei sociatur.
306. G
in Psalmis est iter laudis, quo ad æternam lau-
dem peruenire possis. 306. K
Pseudoprophetæ apostolicæ sedi non obedire per-
suaserant ciuitati Mediolanensi. 357. D
Pudet elogij, quod apud Ethnicos iam vertitur
in parabolam. 209. B
Pudet ad negotium honestatis rationem non pos-
se in homine, quod natura possit in volu-
cre. 177. A
Pudicitiæ titulus Ioannes Bapt. 394. K
Pudicitiam superbia inquinat. 5. C
Pudicus homo, & angelus differunt, sed felici-
tate, non virtute. 335. M
Pudor, & dolor duo sunt, quæ timet humana
fragilitas. 11. K
Pudor de præteritis nouę conuersationis temperat
austeritatem. 345. D
Pudore saluo Maria concepit, & sine corruptio-
ne peperit. 23. C
Puellæ, quæ euertunt sensum nostrum, tres sunt.
119. E. F
Puer bonus Samuel, qui loquenti deo promptus
aderat auditor. 337. F
Puer senex sicubi promotus inuenitur, opus dei
est his qui tales non sunt. 337. G
Puer centum annorum maledictus est. 337. F
Pueri, si absque baptismi perceptione moriun-
tur, salutem habere non possunt. 343. L
Pueri baptizantur per fidem alienam. Ibid.
Pueri vnde dicti. 265. L
Pueri, & adolescentes ad ecclesiasticas dignita-
tes nunc promouentur, & de sub ferula ad
principandum presbyteris. 377. E
Pueri à puritate, id est, à virginitate dicti.
265. L
Pueris sine vllo proprię voluntatis vsu nunc bu-
ptismus, vt quondam circumcisio, ad salutem
sufficit. 16. E
Pueris trucidatis martyrium ad sanctitatem
suffecit. Ibid.
Puerus est simplicitas naturalis. 19. I
Pueris sanctis Iesus in euangelio formam obe-
diendi tradidit. 146. A
in Pulcherrimo corpore, nõ solum morbus, sed &
nævus prorsus displicet. 377. B
Pulchritudo corporis fallax est, vana, terra, ci-
nis, & deceptio est hominis. 309. I
Pulchritudo carnis vana est & putredo, & ver-
mis. 301. B
Pulchritudo castitatis magis delectat mentem,
quàm pulchritudo fornicationis. 301. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pulchritudo animæ gemina. 166. K
Pulchritudo, est gloria fallax. 353. D
Pulchritudo tua sit bona vita. 296. K
Pulchritudinem corporis qui diligit, seipsum decipit. 309. I
Pulchritudinem corporis dum considerant homines, stulti sunt. Ibid.
Pulchritudinem carnis dum attendunt homines, retiaculis diaboli præpediuntur. Ibid.
per Pulchritudinem corporis multi alligantur in peccatis. Ibidem.
Pulchritudine corporis quando homo gaudet, mens eius elongatur ab amore creatoris. fol. 296. M
in Pulchritudine corporis non delectatur deus, sed in animæ puritate. 309. I
non Pulchritudine carnis, sed pulchritudine mētis sinde placere deo. 296. K
in Pulchritudine locus virtutis non ponitur. 264. I
Puncta octo, quibus peruenitur ad perfectionem vitæ spiritualis. 409. C. 410. C
si Punias eum, cui parcendum esset, aut parcas ei qui fuerat puniendus, innocens non eris. fol. 208. B. C
Punimur inde, vnde delectamur. 251. I
Puniri semper poterit culpa, nec vnquam expiari. 201. D
Pupillos & viduas spoliant tyranni, & raptores seculi. 404. E
Purgat sola secundi Adæ tribulatio. 96. M
Pugnabit pro Christo orbis terræ aduersus insensatos. 19. B
Purgatur aliquod peccatum in seculo futuro. 182. D
Purganda sunt duo, intellectus & affectus, felices Helias, & Enoch. 46. M
Purgatio iure requiritur, vbi est macula propria. 97. A
Purgatio quinque partita corporis. 106. I
ad Purgationem quibusdam proficit temporalis pœna. 311. F
Purgationes septem dedit Christus ante passionem suam, post resurrectionem totidem cibos salutares & suaues. 41. G
Purgatorius ignis debet perficere, quod in confessione minus fecerimus. 78. M
Purgatorius ignis post hanc vitam. 401. H
Purgatorium nota in his verbis quia post hanc vitam in purgabilibus locis centupliciter quæ fuerint hic neglecta, redduntur vsque ad nouissimum quadrantem. 80. I
Purgatorium, vbi sunt purgandi, qui redemptionem expectant. 401. H
Purgatorium admittitur per tres sanctarū animarum status. 69. D
Purgatorium esse ignem probatum per locum Matth. 12. 182. D
Purgatorium ibi nota ex orationibus, quæ pro defunctis fiunt. 311. E
Purgatorium ignem non credunt hæretici. fol. 182. D
Purgatoriis in locis qui patiuntur contristandū est, nota hic purgatorium. 91. D
in Purgatoriis locis qui emundātur, orationibus nostris ad satisfactionem adiuuantur. 79. M
Purificatio beatæ Mariæ celebratur. 25. A
Puritas, est cordis natura. 91. A. B
Puritas cordis quid. 410. D
Puritas quid est? 105. B
Puritas ad tertium veritatis gradū rapit. 231. G
Puritas cordis in duobus consistit. 336. A
Puritas tria confert. 118. F
Puritas, id est, virginitas in pueris regnare debet. 265. L
Puritatis fons Christus. 25. B
Puritati tria sunt necessaria. 118. F
quid Puritati, & corruptioni. 390. F
Puritatem debemus proximo, conscientiā nobis, fidem deo, 105. B
Purpura quomodo fit. 303. B
Pusillanimitas facit propositum relinquere, leuitas mutare. 110. D
Pusillanimitas, & simulatio contraria sunt. so. 238. A
Puteus altus, quis. 31. A
Pythagoricæ literæ bivium. 273. A

Q.

QVadragesima est sacramentum. 27. D
Quinquagesima requiei, & inbileus annus. 50. C
Quadragesima, est tempus militiæ Christianæ. 26. B
Quadragesimæ cūctis diebus miseræ huius vitæ continuanda est. 27. C
Quadragesimæ certus dierum numerus cur positus est. 28. I
Quadragesimæ dies sacri. 348. F
Quadragesimæ tempus, est vita præsens, quinquagesima quietem sanctorum significat, quæ est post mortem. 50. C. D
Quadragesimæ sacrum tempus. 31. F. 28. K
Quadragesimæ, & quinquagesimæ tempora illa duo celebramus. 50. C
Quadragesimæ obseruatio vna omnium est, quicunque in eandem fidei cōueniunt vnitatem. 26. B
Quadragesimam celebramus ante passionem Christi, quinquagesimam post resurrectionem. 50. C
in Quadragesima seruore maiore dominus est quærendus. 27. D
Quinquagesimæ finis cum venerit cōpletis diebus Pentecostes, aderit plenitudo spiritus. fol. 50. D
Quadragesimale ieiunium tota deuotione suscipiendum, quod non sola abstinentia commēdat, sed multò magis sacramentum. 27. B
Quadragesimali ieiunio ab ipsis quoque licitis abstinemus. 27. E
Quadripertita diuiso oculi cordis. 219. D
Quadrus lapis. 120. F
Quærit anima verbum, cui consentiat ad correctionem, quo illuminetur ad cognitionem. 195. M
Quærit anima mea verbum, sed quæ à verbo prius quæsita sit. 195. H
Quære verbum, cui consentias, ipso faciente, vt consentias. 196. B
Quæri frustra deus nunquam potest, qui solus est. 214. F
Quæri semel non sufficit tantus est animæ languor, tantáque in reditu difficultas. 195. I
Quærentes frustrari solent tribus rationibus. so. 188. F
Quæstionis causa, dilectio: quæsitio, fructus dilectionis est, & certitudo. 195. K
Quæstiones non quærendæ, sed deuotio. 21. A
Quæstum æstimant pietatem ecclesiæ rectores. so. 23. I
Quæstum humilem facere, ne erubescas, si imbecilitas, & impossibilitas deest. 386. E
Quæstuosum, & honestum commercium quod? 336. C
Quatuor virtutibus armantur homines, ne in consilium impiorum eant 109. D
Quatuor corrumpunt corpus, quæ? 109. I
Quartus riuus, defensio peccatorum. fol. 390. O
Qualis vis haberi, talis esto. 296. M
Qualis es in facie, talis esto in opere. fol. Ibidem.
Qualis es in vultu, talis esto in actu. fol. Ibidem.
Qualis paterfamilias, tales & domestici eius. 173. A
Qualem sese fecerit in hac vita, talem inuenerit exiens ab hac vita. 201. C
Quales sumus, nosse possumus ex parte: quales autem futuri sumus, id nosse pœnitus nobis impossibile est. 25. F
Qualitas in Deo nulla. 331. A
Qualitates corporum in die vltimo resurgentiū. 70. D
Quarto die resuscitatus est Lazarus: quarta vigilia venit ad discipulos Iesus: & in hac vigilias quatuor, cur? 406. M
Quaternitas orbem disterminat, non designat deitatem. 213. I
Quæ videntur, temporalia sunt: quæ non videntur, æterna. 241. I
Quem Deus negligit, corrigere nemo potest. 350. G
Qui in odio manet, vritur. 220. H
Qui hoc facit quod nullus, mirantur omnes: proverbium. 205. L
Quies sessionis, & honor iudicij. 29. H
Quies perpetua ab omni strepitu secularium, & inge silentium, cogit cœlestia meditari. 345. D
Quietis amatorem, & sibi vacantem, inutilem dicunt palatini. 210. K
Quietis amator. 22. D
Quietis veræ locus. 150. B
Quintus riuus quis? 390. I
Quisquis ante obitum carnis non redierit ad seipsum, in se ipso maneat necesse est in æternum. 201. C

R.

RAbies Leonina quieuit, ecclesia pacem recipit. 371. A
Rachel significabat vitam contemplatiuam, Lia actiuam. 307. A
Rachel duos filios habet, quia duo sunt genera contemplatiuorum. Ibidem.
Rachel ouis, vel videns principium interpretatur, quia contemplatiui simplices, & innocentes sunt, sicut oues. Ibidem.
Rachel formosior, sed Lia fœcundior. 138. G
Rachelis desideratos amplexus non, nisi prius cognita Lia, Iacob meruit obtinere cur? 236. B
Radius suauissimus contemplationis. 42. G
Radix impudentiæ, est impunitas. 210. C
Radix lilij commendatur in tribus. 282. M
si Radix in vitio, & ramus. 185. I
Raphaelis, Gabrielis, & Michaelis nomina nosse multum est, nam ex eorum spirituum audītu, & cognitione beati sumus. 341. E
Raptores, & tyranni seculi, incendunt ecclesias, vastant ouilia Christi spoliant pupillos, & viduas. 404. E
Rara auis in terra, quæ. 405. I
Rara vox est ista: nihil mihi conscius sum. fol. 207. F
Rarum est omne pretiosum. 326. B
Ratio data est voluntati, vt eam instruat, non destruat. 215. K
Ratio dum voluntati tuæ repugnat, bellum gerit contra intestinum. 397. B
Ratio, est instrumentum iudicij. 193. L
Ratio cecidit in triplicem ignorantiam. fol. 105. C
Ratio habenda est mediocritatis, & temporis. 207. M
Ratio principij, & essentiæ propriè deo conuenit. 213. F. G
Ratio suos quosdam tramites certos, & directas semitas habet, quibus incedit. 274. H
Ratio in iudiciis sæpe fallitur. 139. K
Ratio docet amorem, & amor illuminat rationem. 274. H
Ratio maiorem habet sobrietatem, amor beatitudinem. 274. H
Ratio non expectatur, vbi affectio trahit. 331. I
Ratio, & lex prauum vsum vincant. fol. 309. H
Ratio in te vacat, viget in te sensus. fol. 84. G
Ratio inuenit, ratiocinatio quærit. 246. I
Rationis definitio, siue descriptio. Ibid.
Rationis est percipere sapientiam, voluntatis virtutem. 111. I
Rationis vsus carnali concupiscentia omnino amittitur. 268. I
Rationem illustrat sapientia. 111. I
Rationem diabolus perturbauit in simplicibus. 405. A
Rationem ad negotium honestatis pudet in homine non posse, quod natura posit in volucre. 177. A
Rationalis creatura ad hoc se debet diligere, vt beata sit. 117. C
Ratiocinatio quærit, ratio inuenit. 246. I
Ratiocinatio, est rationis inquisitio. Ibidem.
Rebellio, decimus superbiæ gradus. 233. M
Rebellis, & obstinata voluntas est impatiens, monitis peior, minis acerbior, & blandimentis durior. 202. H. I
Rebellem creaturam suam conditor inuenit, nempe animam: inueniet & ipsa suam sibi rebellem pedisequam. 199. E
Rechab, & Banaa, qui occidunt Hisboseth in strato suo: quid hoc significat. 120. B
Reconciliari debemus tribus, hominibus, angelis, deo. 115. E
Reconciliatio inter deum, & homines quo modo facta. 395. E
Reconciliatio cœli, & terræ facta est. fol. 149. B
Reconciliatio tanquam germinatio satorum, vel plantatorum. 149. B
ad Reconciliationem perge festinanter. 303. L
Recordatio pœnarum hominem solicitat ad bene agendum. 117. F
Recordatio mortis amplius, quàm vitæ ad pietatem mouet. 199. D
Rectus est deus, rectum fecit hominem. fol. 150. I
Redarguere culpas fratris, nullum auxilium vtilius, aut efficacius. 2. L
ad Reddendum ne sis tardus, dator ne sis prodigus. 335. G
Redemptio nostra inexplicabilis. 143. I
Redemptio est plantata in terra, benedicta in virgine virginum maria. 292. D
Redemptionis nostræ modos alios fuisse omnipotenti ad manum, quis negat. 367. B. C
Redemptor veniet ad venditos. 10. H
Refectionem sempiternam meretur, esuries iusti sempiterna. 378. E
ad Refectionem cum veneris, quid agendum. 409. A
Refugium impiorum triforme. 118. L
Refugium miserorum datum arma iniquitati. 209. A
Refugij sex ciuitates. 120. A
Regina virginum. 5. D
Regina cœli virgo Maria. 50. G
Regina cœli mater crucifixi. 37. M
Regio felix quæ? 159. C
Regio quinta, est paradisus supercœlestis. 79. M
Regio quarta, est gehennalis regio. Ibid.
Regio gehennalis dura. 401. I
Regnabit in æternum Iesus in domo Iacob. 8. C
Regnum cœlorum pauperibus, & martyribus pariter promittitur. 67. H
Regnum cœlorum fidei Mariæ comparatum, cur. 14. L
Regnum cœlorum quis rapit? 410. H
Regnum dei non dabitur vagantibus, sed pro deo dignè laborantibus. 306. F
Regnum dei, charitas. 405. K
Regnum cœlorum à quibus emendum. 57. G
Regnum cœlorum possidentium quatuor sunt genera. 115. I
Regnum cœlorum nullus, qui murmurat, accipit. 305. H
Regnum cœlorum pauperum est. 350. H
Regnum dei non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. 235. K
Regnum cœlorum est eorum, qui contemserunt vitam mundi. 369. M
Regnum dei non est in sermone, sed in virtute. 44. F
Regnum dei non est in sermone, sed in veritate. 235. K
Regnum veritatis vim patitur. 187. K
Regnum Iesu super Sion. 8. B
Regnum cœlorum, & pœnitentiam Ioannes Baptist. primus ostendit. 394. I
ad Regnum nobis ab initio paratum, nos parare est necesse. 96. K
ad Regnum dei via non est sine primitiis regni. 201. L 201. L
Regni cœlorum verbum lætum, & adorandum. 394. C
Regni cœlorum claues Petro Apostolo traduntur. 52. I
Regni Iesu non erit finis. 8. D
Regni Claniger. 262. K
Regni dei mysterium est, apostolis reuelatur in aure. 26. H
Regni cœlorum mentionem fecit Ioannes Bapt. hominum omnium primus. 394. B
Regni cœlestis apud Patriarchas non fit mentio. 394. A
Regna terræ, & iura regnorum tunc sana atque illæsa suis dominis persistunt, si diuinis ordinationibus, ac dispositionibus non resistunt. 378. I
Regula generalis. 219. I. 160. H. I
Regula disciplinæ Christus. 118. E
Regula ieiuniorum. 251. H
Regula sancti Benedicti. 318. L
Regula generalis quæ? 160. I
Religio à religando dicitur. 176. I
Religio sancta destruitur per adolescentem inuerecundum. 264. A
Religio, inquis, in habitu non est, sed in corde, lege ibi rationem. 236. L
Religio vallo disciplinæ munita. 104. B
Religio in hac vita corporalium sacramentorū valet. 276. I
Religio virtutibus ornata. 104. A
Religio vana est sine linguæ religatione. fol. 285. D
Religio ibi perfecta esse non potest, vbi regnant rixæ, & contentiones. 299. A
Religio venit in opprobrium, & contemptum. 270. K
Religio, habitaculum dei, & angelorum, religio vita beata, vita angelorum. fol. 104. A
Religionis cohabitatio, est propria ciuitas refugij simplicitati. 245. B
Religionis totius speculum mundum, purum, est bona conscientia. 254. B
Religionis piæ symbolum, est corpus dominicum. 314. D
Religionis assertio Ioannes Baptista. fol. 393. M
Religionis speculum mundum, est conscientia. 260. K
Religionis totius insigne Paulus hoc sermunculo comprehendit: gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. 57. C
Religionis custos est silentium. 23. E
Religionis veræ insignia tria. 35. G
Religionem elige, & saluaberis. 104. D
Religiosus esse non potest, qui linguam non refrænat. 299. A
Religiosus sit pauper spiritu, nihil ex propria voluntate. 35. G
Religiosus vir conuentus secularium hominum fugere, & societatem seruorum dei requirere debet. 310. E
Religiosi, & literati specialius præ cæteris debent videre deum, per intelligentiam, & affectum. 43. G
Religiosi viri plus debent amare olera inter suos fratres, quàm multitudinem ciborum inter diuites. 310. D
Religiosa fœmina quando ad monasterium venit, Christum in sponsum suscipit. 309. C
Religiosa tristitia aut alienum luget peccatū, aut proprium. 58. E
Relinquens omnia, centuplum accipiet. fol. 242. C
Reliquiæ sanctorum faciunt templi parietes sanctos. 82. C
Reliquiæ sanctorum in templo ab episcopis consecrato honorantur. 82. A
Reliquiarum sanctarum sancta præsentia honorari nescitur. 81. M. 82. A
Reliquiis preciosis Ignatij nostra est ditata pauertas. 125. C
Remedium salutis nullum in futuro seculo, obtineri potest. 116. L
Remedium contra omnia mala, mortis memoria. 409. F
Remedium ad fugiendum prauas cogitationes. 256. E
Remedia crebrò mutata, nocent. 244. A
Remedia animi sunt, carnis aduersa. fol. 304. M

Universidad de Deusto
Biblioteca

Remensis ecclesia cadit in interitum. fol. 383.G
Remissio peccatorum haberi non potest, nisi per indulgentiam dei. 29.L
Remissionem omnium peccatorũ sanguis Christi clamat in cordibus electorum. 30.A
Remissionem peccatorum Spirit. sanct. operatur. 50.B
Remissi non rapiunt regnum cœlorum, sed violenti. 410.H
Renasci hominem an necessario oporteat. fol. 342.M
Renasci opus non esset, si non nasceremur filij iræ. 184.E
Renouatur vitium Ciceronis eloquentia. fol. 390.I
Reparatio futura est in fine seculi. fol. 149.B
Repetitio sermonis, confirmatio est operis. 316.K
non Reprehendas vitam alienam. 303.H
Reprehendere vitam alienam qui vult, peccare desinat. 307.F
Reprehendere in nos multa possumus, si benè nos consideramus. 299.A
Reprehensibiles sumus, si diligentius aliena, quàm nostra vitia reprehendimus. fol. 299.A
Reprehensor vbi nõ timetur, securus accedit tentator. 251.L
Reprobat semper filius hominis diuerticula, & reclinatoria. 66.B
Reprobationis non est, sed probationis, cum dominus faciem auertit. 66.A
Reprobi amant temporalia. 109.G
Reprobi tria sperare dicuntur. 118.H
Reprobi aliquando sunt, sicut fumus, quia in sua altitudine euanescunt. 118.H
Requies cum voluptate, quæ? 391.H
Requies tuta, & firma securitas infirmis est in vulneribus saluatoris. 178.C
Requiei nostræ ciuitas est in cœlo, fortitudinis nostræ ciuitas hîc. 81.G
Requiem anima quando habere non poterit. 260.C
Requiem mentis nunquam habent, qui curis terrenis se implicant. 296.G
Rem sacramenti nemo accipit, nisi dignus & idoneus. 244.G
Rem fuge, & nomen tene. 233.G
Responsoria 12. cum antiphonis. 27. suis in locis disposuit Bernardus. 384.K
Resurrectio in die nouissimo erit completa. 317.G
Resurrectio dominica celebratur. 132.L
Resurrectio animæ prima, secunda corporis. 114.F
Resurrectio, & passio Christi, duo media. 396.I
donec Resurrectio requiem sequatur, non habent sancti in cœlo totum, quod delectet. 33.G
post Resurrectionem inebriamini, bibite post mortem, comedite ante mortem. fol. 228.C.D
Resurrectiones, quæ fuerunt ante Christum, potius suscitationes sunt, & præambulæ resurrectionis Christi. 39.K
Resurrectiones duæ, & totidem mortes. fol. 114.F
Resurrexit Christus primitiæ dormientium. 14.C
Resurrexit Christus, vt cadere non adiiciat, qui solus attigit immortalitatem. 39.L
Resurrexit omnium vita cum Christo. 31.C
Resurrexerunt cæteri mortui, iterum morituri. 39.K
Resurgent homines vnusquisque in ordine suo. 238.H
Resurrexisse Christum, alios dicimus suscitatos. 39.L
Resurgendi stem morientibus fecit Christus. 199.D
Resurgentium corporum qualitates. 70.D
Resuscitati à Christo duo recenter mortui, & tertius iam quatriduanus leguntur. 234.F
Retractare sæpius, quod facis, turpe est tibi. fol. 211.C
Retractatio D. Bernardi de gradibus humilitatis. 219.I
Retractatio sera, post factum: ante factum tracta. 211.D
Retributio bonorum operum in vita futura expectatur. 311.A
Retributionis genera sunt quatuor. 118.E
Reuelat deus paruulis abscondita sapientibus. 1.B.C
Reuelauit paucis seipsum Christus. 34.F
per Reuelationem Paulus suum Euangelium accepit. 344.B
Reuerentia corporis, obedientia corporis est. fol. 2.K
Reus homo nunquam securus est. 303.C
Reus est, non qui accusatur, sed qui conuincitur. 257.A
Rex regum solus beatus, & solus potens, & dominus dominantium. 193.H
Rex Christus pro diademate, est in sacco mortalitatis. 18.M
Rex cœli, & terræ regnum regibus in terra donauit, daturus & in cœlo, si iustè administrent. 338.G
Regis honor, & amor patris iudicium diligit. 1.F.3.A
Regis sit libera, & semper salua potestas. fol. 278.D
in Regis Christiani morte liberalitas aperitur, cum miles remunerandus educitur. 197.M
Regi honor non est truncum in manibus tenere imperium. 376.B
Regi qui seruiant, non sint de ecclesiis. 381.G
Regem, & militem non nisi duo tenerrimi parietes abiungunt. 393.I
Reges, & imperatores elegit deus ad subueniendum ecclesiæ in tempore malo. 357.L
Reges sunt, & sacerdotes omnes electi, eos oportet oleo vnctionis vngi. 118.A
Reges matrem dei venerantur. 388.C
Regum quis ita securus, vt nullum timeat. fol. 323.K
in Regum penetralibus pauor, mœror & confusio. 206.D
Ridebant martyres inter tormenta. 273.C
Ridendum rarò, à cachinis autem semper abstinendum. 269.M
Risisse Christum nusquam legimus. 3.G
Risus tuus non sit excussus coram hominibus. 269.D
Risus, & iocus vbi abundant, ibi perfecta non regnat castitas. 310.B
Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit. 309.M
Risus cordis mellifluus. 42.G
Risus, & nugæ proferuntur in ventum, nihil de scripturis sacris nihil de salute animarum. 236.F
Risum quasi errorem deuita, & temporalem lætitam in luctum commuta. 309.M
Risum suis insinuauit æternũ Helisæus verus, qui in Caluariæ loco ab insensatis pueris irrisus fuit. 199.G
in Risu stultus exaltat vocem suam, sapiens autem vix tacitè ridebit. 309.M
Riuus, qui fluit, canat terram: sic decursus temporalium rodit conscientiam. 212.A.B
Riuus secundus quis? 390.A
Riuus tertius, est actio prima. 390.F
Riuus quartus, defensio peccatorum. 390.G.H
Riuus quintus quis? 390.I
Riuus sextus quis? 390.K
Riuus septimus quis? Ibidem.
Riuus omni hominis se infundens. 390.I
Riuus exundans, qui nullis obicibus repellitur. 390.C
Riui tres salutis à corpore Iesu fluxerunt. 119.G
Riui pessimi, viui exterminantes qui? 390.K.L
Rixæ, & contentiones vbi regnant, ibi esse non potest perfecta religio. 299.A
Rixosa lingua veneno est plena. 299.B
Rogat homo, quod deus dat, ipse pro nobis rogat, qui nobis rogata dat. 317.A
Roma, est sedes apostolica, & caput imperij. fol 376.B
Roma quando hactenus aurum resudit? 209.F
Roma purpuratur multitudine martyrum. fol. 394.I
Romæ sisteris, domi sedere satius. 209.B
Romanus Pontifex, est successor Petri. 365.C
Romanus Papa, est Petri hæres. 375.K
Romanus Pontifex est in Petri cathedra. 368.D
Romanus Pontifex, est potestate Petrus. 207.G
Romanus Pontifex ecclesiæ dei præst. 374.L
Romani Papæ auctoritas. 325.H. 328.L
Romani Pontificis auctoritati omnino fas est contradicere. 328.L
ad Romani Pontificis summi apostolatum opertet referri pericula quæque, & scãdala emergentia in regno dei, ea præsertim, quæ de fide sunt. 365.C
Romano Pontifici mundus est crediturus. 207.B
Romano Pontifici summo commissa est sponsa Christi. 367.L
Romano Pontifici incumbit sollicitudo omniũ ecclesiarum. 206.M
Romana sedes, est locus, quem constituit dominus dominum domus suæ, & principem omnis passionis suæ. 374.G.H
Romana sedes, est terribilis locus, terra sancta, locus Petri, locus principis apostolorum, vbi fletecrunt pedes eius. 274.G
Romana sedes, est altior locus, sed non tutior, sublimior, non securior. Ibidem.
Romana sedes sacra, & apostolica, diuinis regalibusque priuilegiis singulariter sublimata. 375.K
Romana sedes, est cathedra in ruinã multorum. 374.M
Romana sancta ecclesia, ecclesiarum mater. fol. 212.C
Romana ecclesia omnium ecclesiarum mater, & magistra. 394.I
Romana ecclesia mater, vt deus pater. 357.C
Romana ecclesia valde clemens est, sed nihilo minus potens. 357.D
Romana ecclesia summa, sed non sola apostolica à deo instituta. 209.L

Romana curia bonos facilius recipere, quàm facere consueuit. 211.D
Romanæ ecclesiæ auctoritas, & zelus stat pro Hur, & Aaron super populum dei, ad ipsam meritò referimus non quæstiones, sed læsiones fidei, & iniurias Christi. 364.H
Romanæ Ecclesiæ potestati qui resistit, ordinationi dei resistit. 357.D
Romanæ Ecclesiæ super vniuersas orbis ecclesias Ibid.
ad Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, & examen quæstionem de conceptione virginis Mariæ Bernardus remittit. 362.M
Romanæ ecclesiæ clementiã abuti noli, ne eius potentia opprimaris. 357.D
Romanæ ecclesiæ dictum est, quod Christus Petro dixit: Pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. 365.C.394.I
in Romana Ecclesia resarciuntur damna fidei, vbi non potest fides sentire defectum. fol. 365.C
Roma, est caput imperij, & Apostolica sedes. 376.B
Romanorum proteruia, & fastus. 210.F
Romanus populus, est gẽs insueta paci, tumultui assueta. Ibidẽ.
Rosa charitatis. 282.C
Rosa rubens, & ardens. 288.H
Rubus, quem vidit moyses, quid. 395.C
Rusticitas sancta veneranda magis, quàm verbosa loquacitas. 308.A
Rusticitas sancta sibi soli prodest. 308.A
Rusticitatem sanctam melius est habere, quam eloquentiam peccatricem. 308.A

S

Sabbatum requiem sonat, non donat. fol 176.B
Sabbatum mentis. 17.M
Sabbati diem obserua exponitur. 407.L
Sabbatizare quid. 410.E
Sabelliani Sabellium habuerunt hæresiarcham. 181.G
Saccus paruus, sed plenus quis. 18.C
Saccus mortalitatis. 18.M
Saccum plenum misericordia sua deus pater misit in terram. 18.C
Sacci Germanici. 209.F
Sacerdos magnus, & summus Pontifex est Papa Romanus. 207.G
Sacerdos deum in Eucharistia tenet, & aliis dãdo porrigit. 391.L
Sacerdos Summus Christus. 36.H
Sacerdos consecrat corpus domini. 302.M
Sacerdos magnus agnoscitur Iesus. 15.H
Sacerdos si illiteratus, vel indiscretus sit moueri non debemus, id enim humilitatis signum est, quæ generat confessionem. 78.L
Sacerdos qualis talis & populus. fol. 335.H
Sacerdos dei altissimi est. 335.H
Sacerdotis ministerio panis angelorum & vita, mortalibus quotidie præparatur. fol. 391.M
Sacerdotis vestis triplex esse debet. 119.H
Sacerdoti commissa est anima nostra. 78.L
Sacerdoti dei obedire, necesse est. 338.I
Sacerdotem deus imposuit super caput nostrum. 32.M
Sacerdotes dei induuntur iustitia. 32.M
Sacerdotes sine debita reuerentia sunt, & sine Christo deinde Christiani. 375.B
Sacerdotes, & reges oportet oleo vnctionis vngi. 118.A
Sacerdotes, immolant viuam carnis hostiam. fol. 119.F
Sacerdotes volunt peccare, sed non flagellari cum hominibus vnde timendum est, ne flagellentur cum dæmonibus. 404.M
Sacerdotes sunt capita populi. 404.M
Sacerdotes quanti sunt, sed falsi sacerdotes, qui panem Christi, corpus Christi sumunt ore, & Christum conculcant pede. 313.G
Sacerdotes consecrant corpus, & sanguinem domini. 361.L
Sacerdotes testes cordi nostro & ori sunt addendi. 251.D
Sacerdotes manibus suis ad altare Christi corpus pertractant, exemplo Bernardi. 262.C
Sacerdotes mali sunt Iudæ Ischarioth. fol. 313.G
Sacerdotes Aaron, & Christus, & eorum successio sumuntur ex tribu Leui & Iudæ. 119.F
Sacerdotes ibi culpantur acerbè. 404.L.M
Sacerdotum sanctimonia floreat. 210.B
Sacerdotum præclara, & reuerenda potestas. fol. 361.L
Sacerdotum potestati nihil in cœlo, vel in terra comparari valet. 391.L
Sacerdotum officium admirabile est etiam angelis. 404.A
Sacerdotum manus sunt sacratæ, & sacrant tremẽda mysteria. 335.H
Sacerdotum non est talis potestas post deum. 391.L
Sacerdotum potestas, & officium. 391.K.L
Sacerdotibus solis, non angelis dominici sanguinis conferatio commissa est. 404.A
Sacerdotibus, id est, successoribus Apostolorum Corpus Christi consecrandi potestas data. fol. 182.A
Sacerdotibus quid detrahere soleant hæretici. 182.D
sine Sacerdotibus sunt plebes. 375.B
in Sacerdotibus nonnullis vestium cultus cernitur plurimus, virtutũ aut nullus aut exiguus 335.G
Sacerdotale officium quadripertitum. 119.F
Sacerdotalis virtutis virga. 34.L
Sacerdotales viros quærimus qui plures habeãt Sacerdotes. 392.B
in Sacerdotium tres assumuntur, Moyses, Aarõ, & Samuel. 120.E
Sacramentum ablutionis pedum, quid significat? 35.B
Sacramentum altaris. 364.I
ad Sacramentum dominicæ synaxis turbatus non accedat. 220.K
Sacramentum dei altissimi est suscipiendum non discutiendum. 343.B
Sacramentum altaris vera Christi est caro, & verus sanguis. 302.M
Sacramentum altaris, est sacrificium. 393.B
Sacramentum altaris, cibus est non ventris, sed mentis. 392.H
Sacramentum altaris Christus fecit manibus suis in cœna Paschali. 392.B
Sacramentum altaris, est sacramentum sacramẽtorum, amor amorum, dulcedo omnium dulcedinum. 392.G
Sacramentum dominici corporis in altaris mensa sacrosancta percipimus. 76.D
Sacramentum altaris à bonis, & à malis essentia, non æque salubri efficacia accipitur. fol. 392.A
Sacramentũ altaris prænobile, mysterium supereminentis gloriæ. 392.E
Sacramentum altaris qui irreuerenter sumunt canes sunt. 392.A
Sacramentum altaris, est hostia, quæ non est panis, sed caro, quæ pependit in cruce. 392.H
Sacramentum altaris dicitur corpus Christi proprium de virgine natum. 302.K
Sacramentum altaris, & rem sacramenti bonus accipit. Ibidem
Sacramentum altaris magnum. Ibidem
Sacramentum altaris accipere solum, & non rem sacramenti aliud est, atque sacramentum, & rem simul sumere. Ibidem.
Sacramentum corporis, & sanguinis præciosi Christi duo in nobis operatur. 35.A
Sacramentum de edenda carne, & de bibendo sanguine Christi, quid significat? 29.I
Sacramentum corporis sui & sanguinis Iesus suis omnibus apostolis in cœna distribuerat. 314.D
Sacramentum sicut accipit ad vitam dignus, sic ad mortem suam, & iudicium indignus. 244.G
Sacramentum enim sine re sacramenti sumenti mors est, res vero sacramenti vita æterna est. 244.G.35.L
Sacramentum absque spiritu ad iudicium sumitur. 159.D
Sacramentum nisi percipiatur, cum possit, nulla fides proderit. 343.K
Sacramentum baptismi iterari non licet. 45.E
Sacramentum dicitur sacrum signum, sine sacrũ secretum. 34.L
Sacramentum magnum, & mirabile, mentis suscitatio. 41.D
Sacramentum incarnationis domini abyssus imperscrutabilis. 31.A
Sacramentum magnum in aduentum domini latet. 1.C
Sacramentum pietatis magnum est. 11.E.F
Sacramentum pietatis magnum, quod in carne manifestum est. 13.E
Sacramentum diuini consilij oportebat aliquan diu principi mundi celari. 6.C
Sacramentum semper nouum, quod. 13.E
Sacramẽtũ magnũ primus homo eructauit. 13.B
Sacramentum circuncisionis originalis culpæ rubiginem cultellus eradebat. 34.M
Sacramentum circuncisionis, & baptismi cur susceptit Christus. 19.L
Sacramenti contemptor sanctificari non potest. 343.H
Sacramenti altaris præstantia. 342.E.F
Sacramenti altaris duæ partes extra calicẽ quid significant. 342.K
Sacramenti altaris tertia portio in calice, sivè in sanguine posita quid significat. 392.K
Sacramenti dominici corporis, & sanguinis præciosi inuesturam habemus. 35.A
Sacramẽti eucharistiæ formæ præscriptio in pane & vino. 391.M
Sacramenti rem nemo percipit, nisi dignus & idoneus sit. 244.G
Sacramenti res præter sacramentum, vita æterna accipientis. 35.L.M
Sacramenti Eucharistiæ institutio, & ordo. fol 391.M
Sacramenti locum retinet sermo fidelis. 343.G
Sacramenti tui fides sit firma. Ibid.
Sacramento inuiolabili deus ligat coniuges, &

Universidad de Deusto

nota coniugium esse sacramentum. 328.F
in Sacramento altaris illibato corpus dominicũ accipimus. 123.H
in Sacramento Eucharistiæ panis mutatur in carnem. 392.I
in Sacramento altaris fides est necessaria, scientia rationis supernacua. Ibidem.
in Sacramento altaris veritas palliata, in cœlis manifesta. 392.C
in Sacramento Eucharistiæ ille, à quo est omnis gratia sumitur. 391.M
in Sacramento altaris in terris sponsum habes, in cœlis habiturus es sine velamento. fol. 392.C
in Sacramento altaris adora deuotius salutem mundi pro te passam, vitam pro te mortuam, fortitudinem infirmatam. 392.B
in Sacramento aqua cum vino mixta quid? fol. 392.K
in Sacramento altaris illibato, corpus domini accipimus. 123.H
in Sacramento altaris tria attendenda. 392.M
in Sacramento altaris deus mundum sibi reconciliat. 220.K
in Sacramento vera nobis adest Christi substantia. 75.H
in Sacramento altaris non est alimentum temporale, sed æternum. 392.H
in Sacramento altaris quid repræsentatur. fol. Ibidem.
in Sacramẽto altaris cur dominus voluerit corpus suum velari? 392.L
in Sacramento altaris est veritas corporis, & virtus gratiæ spiritualis. Ibidem.
in Sacramento Eucharistiæ Christus est conuiuium, & oblatio. 392.A
in Sacramento altaris, post cõsecrationem, panis, & calicis accidentia, quæ remanẽt, in aere pendere dicebat nouus Theologus in Francia hæreticus. 366.C
Sacramenta nostræ salutis præostensa fuerunt à patribus. 163.C
Sacramẽta terribilia iis qui sibi ad mortem sumunt? 264.E
Sacramenta, non mirum est, si pro diuersitate tẽporum mutata sint. 19.L
Sacramenta vendentium commercia iniqua arguuntur à luce. 202.E.F
Sacramenta Christi si refugitis, nihil vobis commune cum Christo. 40.I
Sacramenta indignè tractata, & vsurpata magis habent damnationem, quia debitam veneracionem non habent. 209.C
Sacramenta sui sanguinis dominus condidit. 235.M
Sacramenta ecclesiæ, sunt portæ Sion, sine quibus ecclesiam non intramus. 118.F
Sacramenta altaris omnes frequenter percipiunt planè, sed diuersè. 302.K
Sacramenta cur alligantur corporalibus. fol. 276.I
Sacramenta omnia quorsum sunt instituta? fol. 34.M
Sacramenta nunc non sacra censentur. 375.B
Sacramentorum omnium initium baptismus. 34.M
Sacramentis diuersis traditæ sunt gratiarum diuisiones. Ibidem.
Sacramentis quid acceptius? vsurpata tamen ab indignis, indignè tractatis, minimè acceptantur. 209.C
de Sacramentis ecclesiæ non fideliter nunc disputatur. 364.L
præ Sacramentis omnibus mors Christi effectuosa. 35.G
Sacra in scriptura nullum verbum superfluum. 4.G
Sacra vasa in ecclesia. 255.F
Sacræ virgines. 5.C
Sacræ virgines gaudium huius mundi contemserunt propter Christum. 283.C
Sacrum ordinem pellicula discolor decolorat. fo. 210.D
Sacri ordines sunt ministeria angelicis spiritib⁹ reuerenda. 203.M
Sacri gradus nunc dati sunt in occasionem turpis lucri. 23.L
Sacrorum attendenda est maiestas. 341.I
Sacræ scripturæ eo spiritu sunt intelligendæ, quo scriptæ. 244.G
in Sacris libris spelunca inueniuntur tres. fol. 119.M
Sacrificium Aaron quotidianus ignis assumpsit. 14.E
Sacrificium vespertinum, & matutinum Christus. 25.C
Sacrificium cordis contriti quàm gratum sit deo. 21.L
Sacrificium, est Eucharistia. 393.B
Sacrificium pacis Eucharistia vocatur. 220.K
Sacrificium, est missa. 341.K
Sacrificium orationum quotidianum. 243.H
Sacrificium laudis immolamus Christo. 36.B
Sacrificium laudis offerunt Ioseph, & Maria, sacrificium Simeon, & Anna suscipiunt. 24.L
Sacrificium gratum, quod? 19.H
in Sacrificio Missæ deus mundum sibi indubitanter reconciliat. 220.K
Sacrificia quatuor. 120.A
Sacrificiorũ multitudo Christi baptismate propellitur. 394.E
Sacrilegium est, quicquid de altario retinetur, præter victum, & vestitum. 327.E
Sacrilega manus circunquaque desæuit. 372.C
Sagena misericordiæ, quæ. 397.G
Sagena charitatis non desinit. 228.L
Sagittæ diaboli, quæ. 251.L
Sagittas propriè habet dominus noster, quibus hostes suos vulnerat. 117.I
Sagittis tribus hostes vulnerantur. Ibid.
Sal cum fame ad omne condimentum satis est. 326.A
Sal, quod nulli sacrificio deesse inbetur. fol. 85.E
Salomon verus Christus esse intelligitur. fol. 299.L
Salomon, id est, pacificus. 105.H
Salomon, est pacifici nomen. 133.L
Salomon figurabat Iesum Christum. 105.H
Salomon per otium se inuoluit in multis fornicationibus, & per cupiditates fornicationis adoranit idola. 306.D.E
Salomonis pellis. 153.G
Salomonis lectulum sexaginta fores ambiunt, scilicet prælati. 299.L
Salomonis lectulus sacrum sepulchrum Christi significabat. 198.F
Salomonis lectulus, est congregatio fidelium, in qua deus habitat. 299.L
Salomonis lectulus est cõgregatio seruorum dei. 299.M
Salomonem sapientia cumulauit singulari deus. 394.B
Salomonem Ecclesia cernit in diademate, quo coronauit eum mater sua. 225.K
Saluare multos, bonum est: excedere autem, & cum verbo esse, multò iucundius. 197.A
Saluatur nemo inuitus. 218.E
Saluantur pauci. 10.L
Saluantur tres, qui. 13.H
Saluator quomodo didicit. 230.E
Saluator præuidens ruituram Hierusalem fleuit super eam. 153.A
Saluator noster tandiu est in mœrore, quandiu pertinax in errore ait Origenes. fol. 99.B
Saluator meus, ait Origenes, luget peccata mea. Ibidem.
Saluator mundi Ioseph vocatur. 394.A
Saluator vt sit Christus, à natura habet. fol. 17.C
Saluatoris nomina. Ibidem.
Saluatorem quis persequitur cum Herode. fol. 19.F
Salubris est infirmitas, quæ per diuinam correptionem mentem à duritia frangit, & humiliat. 257.C
Super Salue regina sermones quatuor. 405. & sequent.
Super Salue regina meditatio pia. fol. 408.A
Salus longè à peccatoribus. 174.E
Salus est filius dei. 9.G
Salus perseuerãtibus promittitur, præmium perseuerantibus datur. 300.G
Salus, quæ nunquam finitur. 321.D
Salus à iustitia separari nequit, nec contrà. fol. 78.K
Salus, & consolatio miserorum. 11.G
Salus, est adoptio filiorum dei. 405.I
Salus à solo deo datur libero arbitrio accipere eam volenti. 215.H
Salus ex ore Mariæ pendet totius mundi. fol. 8.I
Salus perrara fuit antiquis temporibus. fol. 344.A
Salus vera, quæ non potest timere defectum. fol. 17.D
Salutis vitam melius est non noscere, quàm post cognitionem retroire. 311.I
Salutis compunctio est, quam commendat conscientiæ latitudo. 43.C
Salutis nullum remedium in futuro seculo obtineri poterit. 116.L
Salutis tres riui à corpore Iesu fluxerunt. fol. 119.G
Salutis Mater virgo Maria. 2.F
Salutis signa, & iudicia manifesta nobis data sunt. 25.E
Salutis spes vnde. 12.M
Salutis auctor deus est, liberum arbitrium tantum ipsius capax. 215.H
Salutis signa in quibus non videntur. 25.F
Salutis epulas pacificus noster in corpore suo ministrauit. 12.I
Salutis vox sonuit in tabernaculis peccatorum. 9.F
Salutis initium, est peccati notitia. 251.G
Salutis spem aufert, ignorantia dei. 162.C
Salutis initium, est notitia peccati. 256.C
Salutis antidotum intrat ad nos ea porta quæ venenum serpentis ingrediens, vniuersitatem humani generis occuparat. 31.A
Salutis opus magnum: homines, & iumenta saluos facere venerat Christus. 33.D
Salutem nostram operatus est Christus in medio terræ, in vtero videlicet virginis Mariæ. 33.D.34.F.50.G
Salutem vnquam nemo duri cordis adeptus est. 204.K
contra Salutem tuam cogites nihil. 206.I
de Salute animarum nihil, nihil de scripturis sacris, sed nugæ, & risus proferuntur in vtũ. 236.F
Salutauit Iesus discipulos post resurrectionem. 117.E
Salutandi prophetæ. 178.K
Salutationis tria genera in euangelio inuenimus. 117.E
Salutationes vendere matronis, quid. 9.B
Saluus factus es pro nihilo, non de nihilo tamen. 131.D
Salui esse non possumus absque fide, spe, & charitate. 144.M
Saluos facit homines, & iumenta Christus. fol. 13.F
Salubris curiositas quæ. C.
Samariæ vineas quando plantabimus? 44.C
Samariæ vaccæ pingue. 43.H
Samariæ montes nimis eriguntur. 120.B
Samaritanus noster nobis à latrone pessimo vulneratus attulit vinum, & oleum. 388.G
Sampson factum ex succensis vulpium caudis quid figurat? 182.E
Samuel, Moyses, & Aaron assumuntur in sacerdotium. 120.E
Samuel populo inordinatè regem petenti, inuitus Saulem inunxit. 346.I
Sanctificabatur olim Israel in iustitiis carnis. 12.E
Sanctificatus nemo legitur in vtero, præter Hieremiam, & Ioannem Bapt. 393.E
Sanctificatio perfecta vnde?. 12.K
Sanctificatio perfecta nobis indicitur. 12.E.F
Sanctificatio Hieremiæ admiranda. 393.G
Sanctum facit affectio sancta. 215.B
Sanctum illud est, quod non datur videre corruptionem. 31.E
Sanctum hominem tria faciunt. 108.A
Sancta rusticitas sibi soli prodest. 308.A
Sancta rusticitas venerãda magis quàm verbosa loquacitas. 803.A
Sancta apud nos conculcantur, ecclesia tupiter ancillatur. 372.C
Sancti Samuelis locum Balduinus rex Hierosolymitanus donauit, & mille aureos, de quibus ædificaretur. 377.G
Sancti orandi, exemplo. 64.A
Sancti sunt orandi, cum Maria in auxilium sit nobis vocanda. 6.I.K
Sancti Angeli honorant sui regis matrem. 5.C
Sancti mediatores salutis, exemplo virginis Mariæ. 262.F
Sancti laudandi, quorum iam certa victoria est. 70.G
Sancti in conspectu Christi sunt memores nostri, exemplo sancti Victoris. 56.H
Sancti patroni vocantur. 52.H
Sancti sunt nobis in mediatores. 52.I
Sancti ex hoc mundo ad patrem transeũtes sancta nobis pignora reliquerunt. 71.C
Sancti in terra positi omnia poterant, quid nõ poterunt in æterna felicitate viuentes? 53.E
Sancti mortales adhuc imperium vitæ, & mortis videbantur habere, quanto magis nunc cũ nimis confortatus est principatus eorum. 53.E
Sancti sunt canendi, colendi, & precandi. fol. 56.G
Sancti ciues cœlestis ciuitatis suæ ruinas instaurari desiderant. 10.E
Sancti quò magis proficiunt, eo maiori onere vanitatis fatigantur. 324.D
Sancti martyres lætæ aure clamorem puerorum hic viuentium percipiunt: nota. 345.E
Sancti excurgunt in adiutorium nobis. 56.G
Sancti orant pro nobis. 52.G
Sancti dei sunt domestici. 137.A
Sancti sunt aduocati, & patroni fideles, exemplo Sancti Victoris. 56.G
Sancti quam potentiores sunt in cœlis, quitam potentes fuerunt in terris? 52.I
Sancti pro nobis intercedunt apud patrem exẽplo Humberti monachi. 80.H
Sancti hac vita functi pro domini grege intercedunt, exemplo beati Benedicti. 29.E
Sancti in patria solicitè sunt de nobis, cur. fol. 52.G
Sancti nos desiderant. 70.L
Sancti pro nobis orant exemplo. 407.E
Sancti in cœlo nondum totum habent quod delectet, donec requiem resurrectio sequatur. fo. 33.G
Sancti non egent bonorum nostrorum, nec quicquam eis nostra deuotione præstatur. fol. 70.I
Sancti dei homines quandiu fuerunt in hoc seculo, non cessarunt currere in bonis operibus, quibus? 298.H
Sancti homines desiexerunt præsentem mundũ, vt æternum regnum acquirerent. 298.H
Sancti viri peregrini sunt, & hospites in hoc seculo 296.B
Sancti ludibria verba, vincula, & occisiones passi sunt. 101.I
Sancti amici dei videntur mori oculis insipientium, indicantur potius obdormire. 53.G
Sancti non verbo, & lingua, sed opere, & veritate nos monent suos imitatores esse, sicut ipsi Christi fuerunt. 74.K
Sancti multum sunt soliciti de miseris, exemplo deiparæ. 408.D
Sancti homines vitauerunt peccatum quo modo. 298.I
Sancti omnes vnde sancti? 16.C
Sanctorum exempla si secuti fuerimus, post hanc vitam cum eis in cœlo regnabimus. fol. 298.C
Sanctorum memoria quid in nobis excitat. fol. 70.K
Sanctorum patrum virtutes ibi lege. 298.K
Sanctorum patrum vitam quanto amplius legimus, si exempla eorum sequi nolumus, tanto amplius culpabiles sumus. 298.K
Sanctorum patrum exempla, sunt ecclesiæ calciamenta. 298.L
Sanctorum exempla semper inuitant ad bene operandum. 298.K
Sanctorum solennitates ad animas magis quam ad corpora pertinent. 67.B
Sanctorum memoriam veneramur, non quod eorum interfit, sed nostra. 70.I
Sanctorum mors preciosa. 76.D
Sanctorum virtutes deus posuit ad exemplum nostrum. 298.H
Sanctorum dolor triformis. 118.D
Sanctorum scientia quæsit. 93.F
Sanctorum animæ meruerunt ingredi tabernaculum domini. 75.C
Sanctorum festiuitatibus, quid agendum. 52.H
Sanctorum duæ species in cœlestibus & in terrenis. 80.K
Sanctorum recordationes, vt sacies deuotos accedunt animos. 70.K
Sanctorum mortem tria faciunt preciosam. fol. 108.A
Sanctorum hominum vita cæteris hominibus bene viuendi debet esse norma. 308.L
Sanctorum doctrina ita expellit vitiorum tenebras, sicut sol oriens caliginem. 308.L
Sanctorum intercessio. 399.K
Sanctorum reliquiæ templi parietes sanctos faciunt. 82.C
Sanctorum vita, doctrina, & mors ipsa pro nobis facit. 54.A
Sanctorum memoria in terra celebratur, exemplo virginis Mariæ. 64.K
Sanctorum omnium festum celebratur. 69.70.
Sanctorum suffragia postulamus, quod rident hæretici. 182.B
Sanctorum tria genera, nec facilè quartum aliud in hominibus reperiri potest. 16.D
Sanctorum suffragia sunt nobis desideranda, vt ad beatitudinem aspirare possimus. 71.C
Sanctorum festa patrum sanxit authoritas. fol. 76.K
Sãctorum corpora apud nos in pace sepulta sunt. 71.D
Sanctorum solennitates vigiliis, in spiritu & veritate celebrandæ. 52.F
Sanctorum memoria delectat, exẽplo Sancti Victoris. 56.G
Sanctorum in festiuitatibus tria vigilanter considerantur. 52.G
Sanctorum, qui decesserunt, suffragiis viuentes spoliant hæretici. 182.B
Sanctorum imagines reuerendæ. 237.C
Sanctorum gloria nunquam sepelietur. 71.D
Sanctorum passiones, & gesta cui sunt proponẽnda? 245.K.L
Sanctorum potestas post mortem eorum. fol. 391.H
Sanctorum exempla ad conuersionem &, emendationem fidelium multum possunt. fol. 298.H
Sanctorum alius alio castior, alius alio patientior, alius alio in charitate sese nentior. fol. 281.L
Sanctorum patrum decretis, & exhortationibus bene cogitare, bene dicere, & bene facere admonemur. 117.K
Sanctorum sanctimoniæ congratulamur deuotione solenni. 82.C
Sanctorum aduocatio. 119.E
Sanctorum patrum vitas desiderate, & inuenietis viam. 114.H.I
Sanctorum electorum ecclesia vias rectitudinis, & simplicitatis suæ timore inchoat, sed charitate consummat. 308.A
in Sanctorum virtutem intende ad bene operandum, intende ad bene viuendum. 298.M
Sanctis Apostolis plurimum debetur honoris. 53.E
Sanctis honor debetur exemplo 405.F
Sanctis honor qualis debetur. 407.K.L
Sanctis gloriam deus communicat. 332.K
Sanctis solennibus votis, & magno affectu gratulandum. 71.D
Sanctis animabus imitationem debemus. 91.C
Sanctis, & electis suis prope est dominus, cum longe esse videatur. 174.E
Sanctos vita hac functos orãdos & eosdem pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis intercedere, nota ex Ioanne Baptista. 52.E
Sanctos honorat ecclesia, exemplo Ioannis Bapt. 394.I
Sanctos oremus, vt ipsi propitium nobis reddant amicum suum. 52.I
Sanctos suos non relinquet, in æternum cõseruabuntur. 226.G
Sanctos in terrenis sanctificat deus, in cœlestibus beatificat. 80.K
in Sanctis eius laudamus dominum. 406.K
in Sanctis suis gloriosus est deus. 74.A
Sanctis mediatibus ad illum mediatorẽ ascendere poterimus. 52.I.K
in Sanctis suis deus gloriosus apparere dignatur, ne solus habeat gloriam. 332.K
à Sanctis angelis auxilium quærendum est. fol. 91.C
in Sanctis laudamus deum, exemplo Sancti Victoris. 56.H
de Sanctis cogitare, quodam modo eos videre est. 70.K
à Sanctis patribus exempla bene viuendi sumimus. 298.L
Sanctam societatem qui relinquunt, à societate dei elongãtur atque dominio diaboli subiugantur. 300.D
Sanctior est copula cordium, quàm corporum. 295.I
Sanctarum scripturarum scientiam amet adolescens pius. 264.K
Sanctimonia sacerdotum floreat. 210.B
Sanctimoniam sectemur, & pacem, sine qua nemo deum videbit vnquam. 132.M
Sanctimonialis fœmina, quæ cum viro sola loqui desiderat, stultitia in mente eius regnat. 308.K
Sanctimonialis fœmina, quæ Christum perfectè diligit, dona ab hominibus non recipit. fol. 309.C
Sanctimonialis fœmina, quæ accipit ab hominibus, in quibus delectatur, ordinem suum contemnit. 309.B
Sanctimonialis fœmina non debet hominibus clare sudariola, pectines, corrigias, vel specula, aut fascias. 308.M.309.A
Sanctimonialis Christi velata non debet ab amicis suis accipere vanitatis dona. 309.A
Sanctimonialis fœminæ sic debet sine intermissione lugere, vt se à peccatis suis possit lauare. 310.B
Sanctimonialis iuuenum fugiat societatem. fol. 308.I
Sanctimonialis si accipiendo, vel donando hominibus placere desiderat, deum perfectè nõ amat. 309.D
Sanctimonialis fœmina, quæ Christum perfectè diligit, adulterinum amorem non recipit. fol. 309.C
Sanctimonialis fœmina verè habet in se maculam, si diligit preciosa vestimenta. 296.M
Sanctimonialis fœmina, quæ donis delectatur secularibus, magna vanitate decipitur, & signum demonstrat meretricis. 309.A
Sanctimonialis fœmina si in mente veram castitatem haberet, plus lachrymas, quàm lætitiã temporalem amaret. 310.B
Sanctimonialis si perfectè Christum diligeret, non rideret. 310.B
Sanctimonialis fœminæ menti si sanctus amor inesset, dona vanitatis ab hominibus nõ acciperet. 309.A
Sanctimonialis nomen nesciant viri. 308.I
Sanctimonialis fœminæ cor per risum homo cognoscere potest. 310.A
Sanctimonialis fœminæ conscientiam vanam risus, & ioci ostendunt. Ibidem.
Sanctimonialis fœminæ cor quale sit, demõstrat risus, & iocus turpis. Ibidem.
si Sanctimonialis mens terrenis donis delectatur, perfectè cœlestia non contemplatur. fol. 309.D
cum Sanctimoniali nullus loquatur singulariter. 308.K
Sanctimoniales fœminæ si faciũt in monasterio, quod mulieres seculares in domo, satis culpabiles sunt coram deo. 309.A
Sanctimoniales fœminæ si delectabilia dona dant suis amicis, sicut facere solent meretrices, vbi est honestas? 309.B
Sanctimoniales fœminas turpe est illud facere, quod facere solent meretrices. 309.K
Sanctimonialium fœminarum mulæ pro amore suorum parentum inuoluuntur terrenis curis. 296.C
Sanctuarium dei nunc sanctum esse negatur. 375.B
Sanguis dei, & hominis, id est, Iesu Christi non est fastidiendus. 288.L.M
Sanguis Christi meracissimus fide, memoria, & intuitu spirituali bibendus. 288.M
Sanguis Christi, verè est potus, & caro eius, verè est cibus. 367.H.I
Sanguis verus Christi est in Eucharistia, qui fluxit de latere. 392.M
Sanguis Christi adorandus. 37.D
Sanguis, & caro redemptoris nostri quibus efficitur salus & vita. 264.
Sanguis Christi iamrorabat sanctis patribus, quòd crediderint in eum, qui erat passurus. 367.A
Sanguinis Christi præsentia, & efficacia. 392.A
Sanguis Christi de vino, & corpus de pane, more ecclesiastico conficitur. 341.K
Sanguis Christi quoties bibitur, eiusque corpus quoties manducatur. 35.M
Sanguis martyris, fructus est vitis. 177.I
Sanguis quæ in terra, & in cœlis sunt, pacificauit: non quæ apud inferos sunt, nisi vno modo. 188.H
Sanguis præ cæteris humoribus dicitur naturæ cognatus. 120.F
Sanguis animæ meæ, voluntas mea. Ibid.
Sanguinis pretiosi, & corporis dominici sacramenti inuestituram habemus. 35.A
Sanguinis Christi effusio secunda inuenitur in sudore sanguineo orantis, & agonizantis. 289.C
Sanguinis Christi effusio quinta fuit in flagellatione crudelissima. 289.F
Sanguinis Christi effusio quarta fuit in corona spinea. 289.E.F
Sanguinis Christi effusio prima in circumcisione fuit. 289.B
Sanguinis Iesu Christi effusiones septem. Ibidem.
Sanguinis Christi effusio tertia fuit in vellicatione genarum. 289.E
Sanguinis effusio pro Christo, magnæ fidei est probatio. 343.I
Sanguinis Christi effusio sexta fuit in fossione clauorum. 289.H
Sanguinis Christi vox inualuit multò plus, quàm vox sanguinis Abel, clamans in cordibus electorum remissionem omniam peccatorum. 30.A
Sanguinis Christi bibendi, & eiusdem carnis edendæ sacramentum quid significat. 29.I
Sanguinis minuẽdi duplex est causa: interdum qualitas, interdum quantitas obest. 120.F
Sanguinis dominici consecratio sacerdotibus solis commissa. 404.A
Sanguinis sui sacramenta dominus condidit. 235.M
Sanguinem agni dei bibimus. 171.H
Sanguinem suum in potum, carnem in cibum, animam in precium ministrauit bonus minister Christus. 172.K
Sanguinem, & corpus redemptoris sui homo manducat, & bibit. 276.C
Sanguinem, & corpus domini consecrant sacerdotes. 391.L
Sanguinem Christi qui dicunt pollutum. fol. 319.H
Sanguinem Christi seruandum acceperunt, qui pro animabus reddituri sunt rationem. fol. 2.M
Sanguinem, & corpus suum Christus cur sumi voluit. 392.L
in Sanguinem Christi in Missa vinum mutatur. 341.K
Sanguinem in circuncisione immaculatum pro nobis effudit saluator. 17.B
Sanguinem Christus toto corpore sudauit. 289.D
Sanguine Christi membra nostra consecrata. fol. 390.F
Sanguisugam fuge. 238.A
Sanguisugæ duæ sunt insatiabiles. Ibid.
Sanitas in nobis non est à planta pedis ad verticem vsque. 16.K.L
Sanitas est perniciosa, quæ ad inobedientiam ducit. 257.C
Sanitas est corporis natura. 91.A
Sanitati insidiatur voluptas. Ibid.
Sanus nescit, quid sentiat ager. 230.E
Sanis & valentioribus vtile est infirmari, ne plus latentur in rebus terrenis, quàm debent. 304.L
Sapiens reputat exilium, omnem extra medium habitationem. 207.M
Sapiens videt indoctum. 14.H.I
Sapiens verbis innotescit paucis. 229.G
Sapiens non fis in oculis tuis. 410.L
Sapiens Dauid, sapiens Salomon fuit, sed secundis rebus alter ex parte, alter ex toto desidis rebus alter ex parte, alter ex toto desipuit. 208.C
Sapiens est, qui dicere possit: dolor meus in conspectu meo semper. 207.G
Sapiens, si sapiens erit, bibet de fonte putei sui primus ipse. 206.H.I
Sapiens quantò magis foris es, tantò magis intus efficeris. 84.F
Sapiens vir ædificat domum suam supra petrã. 178.B
Sapiens, permanet, vt sol: stultus, vt luna mutatur. 73.D
Sapiens plus quàm oportet, qui? 12.G
Sapiens quis? 333.C
Sapiens est is, qui iustus. 179.H
Sapiens, siue iustus nunquam non viuet. 179.I
Sapiens cor, vbi tristitia & cor stultorum, vbi lætitia. 32.I
Sapiens fuit Isaac, sed tamẽ errauit in sensibus. 154.M
Sapiens erit sollicitus seruare vineam suam non minus, quàm excolere. 129.I
Sapiens breuem sermonem facit. 303.E
Sapiens apparebat Iesus quando, & quibus volebat. 6.A
Sapiens meritò dicendus est, qui loquẽdi tempus nouit. 265.E
Sapiens est qui cum sapientibus ambulat. fol. 308.M
Sapiens putatur stultus dum non loquitur. fol. 348.A
Sapiens non odio habet carnem suam. 325.G
Sapiens veretur omnia opera sua. 3.A
Sapiens quis dicatur? 116.B
Sapiens qui vult esse, stultus fiat, vt sit sapiens. 18.G
Sapiens nihil incultum desertumque in se derelinquet. 179.G
Sapientis ardor internus, foris lucet. 51.I
Sapientis est hominis iacturam periculi præuidere. 307.I
Sapientis cor, vbi tristitia, cor stultorum vbi lætitia. 87.C.26.E
Sapientis verba quasi stimuli, & sicuti clani in altum defixi. 120.K
Sapientis in ore requiescit thesaurus desiderabilis. 67.F
Sapienti soli conuenit habere vineam qui vitam habet. 172.H
Sapienti viro sua vita vinea est. 179.G
Sapientem probat animi modestia. 196.I
Sapientem sapor facit, sicut scientia scientem: sicut diuitiæ diuitem. 149.M
à Sapiente consilium, à propheta sermo quærẽdus est. 330.E
Sapientes fugiunt super insipientes regnare. fol. 276.G
Sapientes sunt, vt faciant mala ait propheta. 33.A
Sapientes, vt faciant mala qui? 105.M
Sapientes sunt Cleri, vt faciant mala, bonum autem facere nesciunt. 210.I
Sapientes sunt, vt faciant malum aduocati forẽses. 206.A
Sapientium sua scientia, qua illuminantur, vt perficiant. 57.B
Sapientiores non sumus, quam patres nostri. fol. 342.M
Sapientia nihil diuitiæ, si in corde non redundauerit fluuius charitatis. 43.D
Sapientia inimica est deo. 105.M
Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. 105.M 105.M
Sapientia quondam occulta exhibetur in carne. puit. 15.D
Sapientia mensam ponit, refocillat esurientem, & salutaribus reparat alimentis. fol. 90.G
Sapientia vincit malitiam. 276.D
Sapientia non inuenitur in terra suauiter viuẽtium. 90.I
Sapientia à sapore dicitur. 276.D
Sapientia principum mundi. 276.D
Sapientia nobis Christus à patre factus est. fol. 24.I
Sapientia sobria est in pœnitudine peccatorum præteritorum. 90.K
Sapientia multis modis intelligitur. fol. 105.M
Sapientia vincit malitiam, dum Satanam conuertit dei virtus, & dei sapientia Christus. 90.C
Sapientia dei, quasi perdix, fouet filios quos non peperit. 118.F
Sapientia dei falli non potest. 21.I
Sapientia erudit, & informat, virtus adiuuat. 106.E
Sapientia mundi tumultuosa est, non pacifica. 14.D
Sapientia habet sui generis superbiam. fol. 271.M
Sapientia quasi infirmata est. 107.A
Sapientia est vbique contingens propter mundiciam suam, & nihil inquinatum in eam incurrit. 186.I
Sapientia, & virtus patris filius est. fol. 259.E
Sapientia animalis, & diabolica quæ? fol. 105.M
Sapientia, quę ædificauit sibi domum quænã est. 106.A
Sapientia in plateis clamat. 86.M
Sapientia quasi medium locum tenet habens hinc continentiam, inde misericordiam. fol. 397.H
Sapientia dat virtutẽ & fortitudinem plebi suę. 397.I
Sapientia carnis mors. 7.F
Sapientia vincat malitiam. 34.C
Sapiẽtia in prædicatione, iustitia in absolutione peccatorum. 148.D
Sapientia trahitur de occultis. 90.I
Sapientia abscondita est, & incarnata. fol. 97.G
Sapientia carnis mors est, & vmbra mortis. fol. 169.C
Sapientia perfecta Iesus. 20.M
Sapientia mundi inimica est deo. 14.D
Sapientia dei describitur effectis. 21.I.K
Sapientia incarnata. 44.E
Sapientia dei Christus, cui semper in promptu est instituere ignorantes. 4.E
Sapientia digne in mente constituntur. fol. 275.C
Sapientia vnius est decor angeli, atque animæ. 188.B
Sapientia, quæ ex deo est, sola salutaris est fol. 14.D
Sapientia singulari Salomon cumulatus. fol. 364.B
Sapientia est in corde, sapor in palato. fol. 154.M
Sapientia vere incarnata, & velata. fol. 15.C.D
Sapientia ad ostia singulorum pulsat. 59.G
Sapientia temperantiæ frenum non respuit. fol. 205.I
Sapientia dei vbique attingens propter mundiciam suam. 199.C
Sapientia, qua sapiens est, & dicitur, lignum vitæ est apprehendentibus eam. fol. 179.H
Sapientia dum sensum carnis insatuat, purificat intellectum, cordis palatum sanat & reparat. 196.H
Sapientia iam bonum sapit sano palato, sapit ipsa sapientia, quà in bonis nullum melius. fol. 196.H
Sapientia triplex celebrat conuiuium. 228.C
Sapientia per aurum in scripturis designatur. 395.M
Sapientia necessaria est ad salutem. 85.F
Sapientia omnium potentior. 76.G
Sapientia, est consiliorum mater. 335.F
Sapientia illustrat sapientiam, virtus afficit rationem. 111.I
Sapientia verè est, quæ turpia lucra contemnit. 333.B
Sapientia Iesu Christi pacifica, non abundans in suo sensu. 14.D
Sapientia cibat laborantes. 228.
Sapientia, est candor vitæ æternæ. 151.F
Sapientia vincit malitiã, vincens in bonis mala. 196.A
Sapientia, & verbum non desiexit fabrum, & fœminam. 146.A
Sapientia mundi maledicta quantos supplãtat. 240.F
Sapientia vincit malitiã: explicatur toto sermone 395.M
Sapientia in tribus ore affluit. 90.L
Sapientia est, cuius precium nescit homo. fol. 202.M
Sapientia de occultis trahitur, nec in terra suauiter viuentium inuenitur, ita suauitas. 202.M
Sapientia hominis lucet in vultu eius. fol. 276.F
Sapientia carnis voluptuosa est, nõ pudica. 14.D
Sapientia dei apparuit in rerum gubernatione. 14.A
Sapientia quo ociosior, eo exercitatior in suo genere. 196.G
Sapientiæ clauem magister solus habens. fol. 21.H
Sapientiæ stultitia cedit, velit nolit. fol. 391.C
Sapientiæ laus est, sponte appetere. fol. 333.C
Sapientiæ spiritus est benignus. 399.M
Sapientiæ non vnicus, sed multiplex. 26.A
Sapientiæ sedes, anima iusti. 2.K
Sapientiæ arca. 395.D
Sapientiæ luci non est societas, & tenebris ignorantiæ. 166.I
ex Sapientiæ vena virtus quadripertita procedit. 202.L.M
Sapientiæ est, gustare, & videre quoniam suauis est dominus. 196.I
Sapientiæ primi, & purissimi fructus qui sunt. 137.B
Sapientiæ triuium, ethica, logica & physica. fol. 104.M
Sapientiam qui retinuerunt, contraria sibi fortuna inuenientur plures, quam qui prosperã nõ perdiderunt. 208.C
Sapientiam incarnatam decuit vincere spiritualem malitiam. 6.D
Sapientiam fidei stultam propemodum inspientia fecit. 208.I
Sapientiam pauci volunt, scientiam multi. fol. 260.H
Sapientiam inuenisti, si prioris vitæ peccata defleas. 90.K
Sapientiam absconditam nemo principum huius mundi cognouit. 178.L
Sapientiam quæras, per quam tibi sapiat deus, & mundus despiat. 397.C
Sapientiam nunc vincit malitiam in mentibus, ad quas intrauit. 196.H
Sapientiam scribe in ocio ait sapiens, ergo sapientiæ ocia negotia sunt. 196.G

Universidad de Deusto

Sapientiam si inuenies corde, ore affluet prudentia. 90.I
Sapientiã frustra quærit, qui in lectulo suo quærit. Ibidem.
Sapientiam diuinam falli est impossibile. fol. 15.C
Sapientia instrui. 5.L
Sapientiam omnes quærimus, omnes concupiscimus eam. 90.I
per Sapientiam mundus in sapientia sua deum agnoscere non potuit. 18.G
Sapietiam percipere, rationis est: voluntatis, virtutem. 111.I
ô Sapientia infernalis, contraria Prophetis, & Apostolis inimica. 382.I
Sapientia ipsa sapientior nemo. 30.C
in Sapientia mundus non deum cognouit. fol. 396.G
in Sapientia qui operantur, non peccabunt. fol. 90.I
qui Sapit altum, opus eius, & patientia vanum sapit. 85.E
si Sapis, eris contentus mensura, quàm tibi mensus est deus. 206.L
Sapiat nemo plus, quàm oportet, ne dum lucem sectatur, in tenebras impingat. 60.H
Sapere secundum carnem, mors est. 40.L
Sapere ad sobrietatem, monile bonum. 164.F
Sapor noster quis? 396.B
Sopor in Adam immissus nostro non similis. 25.L
Sapor alius est cœli, alius est terræ. 113.G
Sapor angelorum quis. 396.B
Sapor in palato, in corde sapientia est. 154.M
Sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut diuitiæ diuitem. 149.M
Saran vocari tres viri præcipiunt. 394.G
Sarepthane panem purgatorium ministrat infame. 119.F
Satanas, tanquam fulgur de cœlo cecidit 1.C
Satanas inuidens homini, in eo peperit iniquitatem. 1.E
Satanas in veritate non stetit. Ibid.
Satanas nihil fecit, tantum cogitauit superbiam. Ibidem.
Satanas furoris filius. 184.E
Satanas non dubitat finem mundi citò affuturam. 314.E
Satanas in ictu oculi irreparabiliter præcipitatus est. 1.E
Satanas in Iudam introiuit, vt plenius posideret, in quem intrauerat. 314.D
Satanas transfigurat se in angelum lucis. 18.A
Satanas mendax. 1.E
Satanas, & diabolus à Christo in inferno ligatus. 46.E
Satanæ angelus nox, nox diabolus, nox Antichristus. 187.B.C
Satanæ organum, mulier secularis. 308.E
Satanæ plaga desperata est. 103.D
Satietas nobis est pro victu, nec vestitum non appetimus, sed ornatum. 236.I
Satietas cum securitate, quæ. 391.H
Satietas sine fastidio quæ. 228.D
Satisfactio debet esse humilis, & verecunda, qua emendatur superba transgressio. 135.E
Satisfactio condigna, est mala facta corrigere, & correcta non reiterare. 252.G
ad Satisfactionem veni antequam dormias. fol. 303.L
Satiari noli, ne euomas. 90.I
Saturato cibus, potúsque nõ sunt grata, sed gratia. 216.I
Saturitas ciborum suscitat luxuriam carnis. fol. 301.H
Saturitas vbicunque abundauerit, ibi luxuria dominabitur. 301.I
Saturitate panis Sodoma periit. 56.M
Saul princeps constitutus à domino. 239.A
Saul in spelunca latronum purgat ventrem. fol. 119.M
Saul clypeus abiicitur in montibus Gelboe. fol. 120.B
Saulem in regno, Iudam in sacerdotio deus elegit. 330.F
Scacos, & aleas detestantur milites templi, abhorrent venationem, nec animum rapina delectantur. 198.D
Saxorum imber volat in Stephanum. 391.G
Scala Iacob quid? 229.B
Scala Iacob in typo humilitatis monstrata est. 230.A
Scala Iacob duodecim habet gradus inter duo latera, quid. 395.B
Scala Iacob, generalis est ecclesia, quæ ex parte adhuc militat in terris: & ex parte iam regnat in cœlis. 306.L
Scala in somnis Iob quæ. 315.C
Scala charitatis erigitur in monte pacis. fol. 107.K
Scala triplicis gradus. 107.I
Scala ipsa recta nostra est vita. 229.B
Scalæ Iacob dextrum latus, quid? 395.B
Scalæ latera quæ. 241.B
in Scala Iacob sunt tres homines hominum, seculares, actiui, & contemplatiui. 306.L
in Scala, quam vidit Iacob, sunt positi omnes ad vitam æternam prædestinati. Ibid.
Scandalum vbi, ibi charitatis est detrimentum. 346.G
Scandalum quàm graue peccatum. 328.L
Scandalum non habet sanctus amor. 298.B
Scandalum melius est vt veniat, quàm vt veritas relinquatur. 236.C.334.E
Scandalum non amouet, qui continentiam vouit, si fœminam non amouet. 181.D
Scandalum fit tripliciter. 66.M
in Scandalum citò cadit, qui cum proximis suis quotidie contendit. 298.M
Scandali amaritudinem non habet verus amor. 298.B
cum Scandalo filiorum dei quicquid sit, non ei placet. 27.F
Scandala necesse est, vt veniant, sed non suaue. 364.K
Scandala tollere debemus. 2.L
Scandalorum suggestor quis? 346.G
Scandalizat ecclesiam, qui continentiam vouit, si fœminam non eiiciat. 181.C
Scandalizantur, qui audiunt. 209.L
Scandalizati qui fuerunt audientes de sacramento carnis, & sanguinis Iesu Christi? fol. 29.I
Scariotis dicitur Iudas à vico, in quo ortus fuit, qui alio nomine Marmotis dicitur, sine mala mors. 312.E
Schisma quantum malum sit in ecclesia. fol. 371.A
Schismaticis deus est iratus. 363.G
Schola Christi quæ? 315.H
Schola Christi, & auditorium spirituale. 51.G
Schola spiritus. 51.C
Schola humilitatis, quæ. 9.B
Schola virtutum. 85.K
in Schola Christi triplici doctrina erudimur. fo. 114.I
in Schola Hippocratis, & Epicuri quid discitur. 240.I
Scholares pueri, & impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promouentur ad ecclesiasticas dignitates. 331.E
Scientia in osculo datur, id est, in spiritu sancto. 137.I
Scientia, quæ est omnium. 10.K
Scientia pascit, disciplina corripit, bonitas attrahit. 114.E
Scientia docet, iustitia terret, misericordia fouet. 21.M
Scientia ad diem secundam pertinet. Ibidem.
Scientia bona quæ veritate subnixa. 161.I
Scientia in secundo gradu operans, quæ? fo. 10.L
Scientia, quæ in primo gradu operatur, quæ? Ibidem.
Scientia docilem, disciplina imitabilem, bonitas amabilem reddit. 114.E
Scientia administrat vinum exultationis. fol. 22.A
Scientia inflat. 3.I
Scientia nulla melior est illa, qua cognoscit homo seipsum. 258.K
Scientia stomacho animæ ingesta, & igne charitatis non decocta, in peccatum reputatur. 161.L
Scientia obest, si virtus defuerit. 225.F
Scientia absque virtute damnabilis. 225.I
Scientia spiritualium patrum secundum incrementa temporum creuit. 344.C
Scientia vera quæ sit? 101.H
Scientia duplex, quomodo? 225.F
Scientiæ plenitudo, est deum cognoscere. 260.A
Scientiæ lumen. 10.K
Scientiæ fructus in quo consistat. 161.K
Scientiæ puritas in corde. 118.E
ad Scientiæ lumen non rectè proditur nisi iustitiæ germen præcedat ad animam. 352.F
Scientiam sanctarum scripturarum amet adolescens pius. 264.K
Scientiam qui addit, addit & dolorem. 10.L
Scientiam multi quærunt, pauci verò conscientiã. 253.L.263.I
Scientiam multi volunt, sed pauci sapientiam. 260.H
Scientiam scripturarum ama, & carnis vitia nõ amabis. 410.L
Scientiam qui apponit, apponit & dolorem. fol. 70.C.29.C
Scientiam filij dei homo surripere voluit. 1.F
sine Scientia dignitas non prodest. 225.F
Scientiæ hominum multæ sunt, sed nulla melior est illa, qua cognoscit homo seipsum. 254.H
Scientiarum alia inflans, alia conuertens. fo. 161.I
Scientiarum, & virtutum fons, deus. 405.K.L
de Scientiis sentiendum, quod de cibis dicitur. 161.K
Scibat Christus per naturam, sed nõ per experientiam. 230.H
Scito quo tempore dicas, 303.E
Scias, quid sis, & quòd à teipso non scis. 225.G
Scire viuere non parua res est. 52.M
Scire non possumus, quando dominus venict. 10.K
Scire tuum nihil est, nisi scire tuum hoc sciat alter. 57.G

Scire quid faciendum sit, & facere, non est eiusdem facilitatis. 215.G
Scire quid facere oporteat, nihil prodest, nisi detur velle facere. 188.A
Sciens, & non faciens, multis vapulabit. fol. 225.H
Scientia multa, non probatur, nisi sciendi modum scierit. 161.K
Scienti, & non facienti peccatum est. 207.D
Scienda multa nesciuntur, cur? 343.B.C
Scissio vestium apud Iudæos crebra, nõ cordium. 26.L
Scorpioni non est in facie, quod formides, sed pũ cauda. 211.C
Scribendi genus ad suadendum efficax. fol. 237.G
Scriptura sacra, est puteus Iacob, ex quo hauriũtur aquæ, quæ in oratione funduntur. 270.C
in Scriptura inueniuntur tres currus. 119.K
in Scriptura nullum verbum superfluum. fol. 4.G
Scripturæ sacræ eo spiritu sunt intelligendæ, quo scriptæ. 244.G
Scripturarum sensus triplex. 112.I
Scripturarum auctoritate, malè cogitare, malè dicere, & malè facere prohibemur. fol. 117.G
Scripturarum scientiam ama, & carnis vitia nõ amabis. 410.L
Scripturarum sanctarum scientiam amet adolescens pius. 264.K
Scripturas diuinas legens beatus, si verba vertit in opera. Ibidem.
de Scripturis Sacris nihil, nihil de salute animarum, sed nugæ, & risus proferuntur in ventum. 236.F
de Scripturis sanctis aliquid non sanctè vsurpare diabolicum est. 122.I
in Scripturis sæpe significans ponitur pro significato. 8.B
in Scripturis omnibus legentis initium debet esse timor domini. 244.H.I
in Scripturis sanctis tria quæruntur. fol. 149.A
Scrutatio maiestatis formidolosa. 179.B
Scurrilitas in signis, in fronte hilaritas, vanitas apparet in incessu. 233.E
Secretum nox, & lectulus habet. 197.D
Secretum est, quod solis creditur amicis. fol. 26.H
Secretum consilium secretum quærit auditum. 352.D
Secreta cœlestia angeli norunt. 18.A
Secreta sua Deus nobis trifariam notificat. 57.C
Secularis fœmina seculum laudat. 308.D
Secularia desideria quæ? 106.E
Secularium rerum prosperitas occidit stultum secularem. 32.I
Seculum præsens mixtum est secularibus, & spiritualibus virus. 32.H
Seculum præsens dum manet, manet magis. fol. 32.I
Seculum hoc nequam, quod suos sic beat amicos, vt dei faciat inimicos. 351.G
post Seculum hoc duo sunt futura secula valde diuersa. 32.I
Seculo viuere, mors est. 353.L
Secunda filij dei apparitio. 19.I
Securitas cum æternitate, quæ? 391.H
Securitas firma infirmis est in vulneribus saluatoris. 178.C
Securitas nusquam, neque in cœlo, neque in paradiso, multò minus in mundo. 97.I
Securus esse noli, latent insidiæ, quas latere non possis. 203.D
Sedes Apostolica quid habet præcipuum. fol. 363.K
Sedes Romana, est cathedra in ruinam multorũ. 374.M
Sedes prima Pontificis Romani. 207.E.F
Sedes Romana, est Petri sedes. 375.K
Sedes Romana, caput omnium. Ibid.
Sedes Romana, est locus terribilis, terra sancta altior, sed non tutior, sublimior, non securior: locus Petri, locus principis Apostolorum, locus, quem constituit dominum domus suæ, & principem passionis suæ. fol. 374.G.H
Sedes prima, & vita ima, res est monstruosa. fol. 207.E.F
Sedes sapientiæ, anima iusti. 2.K
Sedis Apostolicæ prærogatiua. 365.C
Sedet dominus vbi. 119.B
Sedere duo significat, potestatem iudiciariam, & subiectionem voluntariam. 35.G
Segnities inimica est animæ. 23.E
Segregantes se ipsos, qui sunt. 24.L
Seipsum nosse oportet vt deum timeamus, deum autem nosse debemus, vt ipsum diligamus. 162.C
Semen Chanaan, & non Iuda. 31.I
Semen Apostolorum sumus, & nepotes eorum, quomodo. 54.B.C
Semen nobis nisi dominus Sabaoth reliquisset, sicut Sodoma fuissemus. 4.I
Semen Abraham floruit in mirabilibus in Aegypto. 4.I
Sementis modica detractio non modicum est detrimentum. 122.G
Seminant, dum nesciunt, seminant dum occultant homines iniquitatis mysteria. 202.D
Seminauit pater panem de cœlo, Filius veritatem, Spiritus Sanctus charitatem. 29.G
Seminauit filius dei in terra nostra: ipse enim est, qui exiit seminare semen suum. 29.G
Seminauit in terra nostra Spiritus Sanctus, & ipse venit. 29.G
Seminauit in terra nostra tota Trinitas. Ibid.
Seminarunt angeli: Apostoli, martyres, confessores, & virgines in terra nostra. Ibid.
Seminarunt angeli in terra nostra, quando cadentibus aliis, ipsi steterunt. Ibidem.
qui Seminarunt laborem, & vtilitatem, metent honorem, & quietem. 29.H
Semita iusti recta est. 227.B
Senario figuratur seculi abrenunciatio. 42.I
Senectus ætate doctior fieri debet. 264.A
Senectus venerabilis non diuturna, neque numero annorum computata. 337.F
Senectus venerabilis non annorum, sed virtutũ numero computata. 275.C
Senes omnium virtutum inopes, animos iuuenũ reprobæ vitæ morbo inficiunt. 264.A
in Senibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in pueris adolescentibus verecundia commendatur. 264.C
Sensorum, & adolescentium pulchra copula. fol. 246.L
Senioribus præsta obedientiam, & famulare humiliter imperiis eorum. 300.A
in Senonẽsi prouincia Christus quæritur ad perdendum. 339.E
Sensibilia insensibilibus præseruntur. 193.G
Sensu corporis citò recedit. 57.F
Sẽsus literæ est ineptus, & insulsus, indigniusque planè, qui recipiatur in scriptura tam sancta, & authentica. 179.F
Sensus vitalis in corpore motus vigens extinsecus. 215.K
Sensus non est idem, quod consensus. Ibid.
Sensus non est idem, quod appetitus. fol. 215.I.K
Sensus, & vita non sunt idem in rebus naturalibus. 215.I
Sensus sunt cancelli, & senestræ, quæ? fol. 174.C
Sensus hominis ad malum sunt proni. 39.G
Sensus omnis ab anima est. 14.I
Sensus quinque sunt spirituales, quibus charitas viuificat animam. 274.C
Sensus scripturarum triplex. 112.I
Sensibus propriis non fidendum. 410.L
Sententia Hieronymi grauis. 409.E
in Sententia ne sis præceps. 335.G
Sentina multorum malorum, est otiositas. fol. 410.L
Sepeliuntur Patriarchæ in spelunca duplici. fol. 119.M.120.A
Septimana sacra, quæ vulgo pœnosa vocatur, quid agant vniuersi Christiani. 33.H
Septimus vinus quis. 390.K
Septuagesima celebratur, cuius nomen in vniuersa ecclesia celebre satis habetur. 25.G
Sepulchrum Christi vigilanter custoditur. 198.F
Sepulchrum Christi inter sancta, ac desiderabilia loca tenet quodam modo principatum, & deuotionis plus nescio quid sentitur, vbi mortuus requieuit. 199.D
Sepultura hominis vini, est otiositas. 410.L
Sequuntur Christũ in paupertate sua, sed in gloria non sequuntur, qui. 234.M
Seraphim toti diuino igne succensi, succendunt vniuersa, vt singuli ciues sint lucernæ. 213.A
Seraphim ardent, sed igne dei, vel potius igne deo. 213.D
Seraphim nomen est superiorum spirituum, ordinis vnius de nouem summi, atque supremi. 73.A
Seraphim sex alæ sunt. 119.I
Seraphim cur alas accipiant. 74.D
Seraphim in terra rex noster in terra venit fabricaturus. 73.B
Seraphim seruidum, & incensum sonat. 74.E
Seraphim, incendentia, vel incensa dicuntur. 145.L
Seraphim ardens, vel incendens interpretatur. 73.B
Seraphim stant immutabiles quidem, sed suo modo, non in comparatione Trinitatis. 73.E
Seraphim astant domino præsidenti, deuotum ministerium, & plenum reuerentiæ obsequiũ exhibentes. 74.B
Seraphim ad thronum de scabello volantia. fol. 232.I.M
Seraphim sua veneratione, venerabiles sunt. fol. 74.H
Seraphim statio immutabilitatem, & alæ alacritatem promittunt. 73.F
Seraphim nomen est ordinis angelorum summi, atque supremi. 74.B
Seraphim stant extendentes se, & intendentes in eum, in quem prospicere concupiscunt. 73.E
Seraphim stant attoniti, & suspensi in contemplatione sedentes in throno. 75.D.E
Serphim amant, sed non quantum deus, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo deus. 213. D
Seraphim homo factus est & creator Seraphim factus est homo. 73. A
in Seraphim duobus duplex intelligitur creatura rationabilis, angelica, & humana. 73. A
Sermo dei viuus, & efficax. 25. F
Sermo dei, panis viuus est, & cibus mentis. fol. 3. I
Sermo à propheta, consilium à sapiente quærendum est. 330. E
Sermo vanus demonstrat vanam conscientiam, lingua ostendit conscientiam. 303. D
Sermo vanus citò polluit mentem. Ibid.
Sermo qualis ostenditur, talis animus comprobatur. Ibid.
Sermo tuus sit irreprehensibilis. 303. D. E
Sermo mutus, & nullus fructus, res est monstruosa. 207. E. F
Sermo viuus, & efficax, exemplum est operis. 369. E
Sermo quidem viuus, & efficax exemplum operis est, plurimum faciens suasibile quod dicitur. 29. D
Sermo vanus vanæ conscientiæ est index. fol. 256. L
Sermo viuus acceptior est, quàm scriptus. fol. 340. M
Sermo diuinus, aqua sapientiæ salutaris. fol. 147. M
Sermo dei quàm efficax. 320. B
Sermo, qui insonuit, ædificat multos. 352. H
Sermo vanus citò polluit mentem, & facile agitur, quòd libenter auditur. 256. L
Sermo cur lenis, & cur grauis. 91. M
Sermo turpis de ore vestro ne exeat. 390. E
Sermo dei currit velociter. 400. G
Sermo mordax, & amarus inuenitur in ore hominis obstinati. 130 K
Sermo non popularis, sed angularis, & priuatus, quis? 392. G
Sermo non sonans, sed penetrans: non loquax, sed efficax, quis? Ibid.
Sermo quidem viuus, & efficax exemplum est operis, facilè persuadens, quod intendimus. 41. E
Sermo sua lex timor ipse, quo constringitur. fol. 228. F
Sermo bonus, bonum inuenit locum. 238. A
Sermo incunditate plenus auditus est. 9. F
Sermo ociosus non erit absque iudicio. 303. D
Sermo fidelis retinet locum sacramenti. fol. 303. G
Sermo multorum ora pertranseuns, singulorum linguis crescit. 91. K
Sermo in vigilia natiuitatis domini. 9. F
Sermo in Epiphania domini. 18. B
Sermo de Sancto Stephano. 390. M
Sermo ad clerum in concilio Rhemensi. fol. 403. B
Sermonis genus perutile, est contra vitia loqui. 19. D
Sermonis vtilitas magna. 92. A
Sermonis abundantia quibusdam inest, sed quæ dicunt, minus sapiunt, minus acceptantur. 41. D
Sermonis repetitio, operis est confirmatio. fol. 316. K
Sermonis turpitudo fugienda. 303. D
Sermonis inopia quibus inest, hi linguam suam palato adhærescere sentiunt. 41. D
Sermonem breuem facit sapiens. 303. E
Sermonum declaratio illuminat & intellectum dat paruulis. 196. B
Sermonum dulcedo multum colorat obedientiam obsequentis. 400. G
Sermonum suorum vnusquisque rationem est redditurus. 303. D
in Sermonibus ociosis est lingua dissoluta. 91. I.
Serpens hostis humani generis. 252. A
Serpens cunctis animalibus callidior. 74. I
Serpens dicitur mortifer, quia per suggestionem serpentis mors intrauit in orbem. 292. B
Serpens sibi induerat versutiam, cum se vt deciperet, consiliarium exhibebat, simulabat amicum. 194. F
Serpens callidus mille nocēdi artibus corda hominum tentare non cessat. 27. K
Serpens malignus duo imposuerat creatori, quæ. 2. E
Serpens tribus maledictionibus subiacuit, Euæ duabus, Adam vni. 296. H
Serpens nox propter malitiam: mulier nox propter ignorantiam. 105. G
Serpens antiquus constituit sibi sedem in monte. 29. A
Serpens auget curam, dum incitat gulam. fol. 232. G
Serpens obturat aurem suam, ne audiat incantatorem. 208. B
Serpens bibiturus, omne venenum euomit. fol. 302. L
Serpentis astutia, blanditiæ mulieris, & viri mollities conspirauerunt aduersus Christum. 187. D. E
Serpētis ænei à Moyse in deserto erecti expositio. 292. B. C
Serpentis prudentia à Christo cōmendata. 125. M
Serpēti callido nullum est desiderium, nisi effundere sanguinem animarum. 27. I
Serpentes sibi inuicem sibilant. 391. C
Serpentes fugat vitis odor. 177. H
Seruilis est timor, quandiu ab amore non manumittitur. 195. C
Seruit dignè deo, qui bonum opus quod cœpit, vsque ad consummationem perducit. 300. E
Seruitur vbique vni deo, vni regi militatur. fol. 220. C
Seruitus coacta miserabilis, sed affectata miserabilior. 205. B
Seruitus nulla grauior, & turpior, quàm seruitus Iudæorum. 204. M
Seruus primus, qui sibi timet, qui. 228. E
Seruus non est maior domino suo. 17 K. L
Seruus est, cui dominatur iniquitas. 205. B
Seruus, qui diligit ex toto corde dominum suum, illius tota virtute satagit obseruare præceptū. 315. C
Seruum fatuū nutrit dominus familiaris. 96. G
Seruo vsurpante sibi gloriam domini sui quid nequius. 195. H
Serui dei semper debēt laudare nomē dei. 306. I
Serui dei plus debent diligere legumina in monasterio, quàm opulenta conuiuia in seculo. fo. 310. D
Seruorum conseruus apparere voluit, deus omnium. 36. C
Seruis dei nec omnia in hoc mundo optata succedunt. 32. I
in Seruis, & ancillis dei non est quærendus cultus corporis, sed simplicitas mentis. 308. A
Sessio dei in Thronis, tranquillitatem significat. 213. C
Setim quid. 395. I
Sexta feria. 361. B
Sextus fluuius quis. 390. K
Sexta feria redemit hominem Christus in patibulo quæ fecerat hominem initio. 39. M
Sexus viri, & fœminæ diuersus est. 301. H
Sexus vterque libidinis vitio laborat. 265. I
Sibilant sibi serpentes ad inuicem. 391. C
in Sicilia qui se regem facit, contradicit Cæsari. 358. A
Sidus præfulgidum. 10. K
Sidera, sol, & luna locum tenent superiorem. 225. A
Sidus tanquam stella illustrauit fines orbis. 395. B
Significans in scripturis sæpe ponitur pro significato. 8. B
Signum Ionæ prophetæ non expectandū. 410. C
Signum Crucis quid potest. 409. C
Signa magna, & prodigia quis facere potest. 391. B
Silentium, est iustitiæ cultus. 303. D
Silentium est custos religionis. 23. E
Silentium fructuosum est quoniam tacendo apud homines deo melius loquimur. 265. D
Silentium cum magno seruandum. 285. A
Silentium custodiebant summa cum vigilantia sancti patres. 303. D
Silentium inge, & ab omni strepitu secularium perpetua quies, cogit cœlestia meditari. 345. D
Silentium quando sit in anima. 307. D
Silentium sit amicum tuum. 303. E
Silentium, culus iustitiæ est. 348. H
Silentium ordinis, vbi religiositas monasterij. 299. A
Silentium ipsum, actus est verecūdiæ maximus. 265. B
Silentium multos onerat, & granat quies. 324. C
Silentium in cœlo, id est, in anima cur non fiat hora integra sed quasi media. 307. D
Silentij legem Pythagoras discipulis suis dedit, vt tacentes per quinquennium loqui discerēt. 265. C
Silentij vitiosi sex species. 106. F
Silentio non semper studendum. 285. A
in Silentio est reliquarum virtutum ocium. 265. B
in Silentio est fortitudo nostra. 23. E
Silebat multo tempore Christus, inanem gloriam metuens. 18. L
Simeonis prophetia. 63. L
Simeon ex omnibus felix, cuius senectus in misericordia vberi. 134. I
Similis similem quærit. 259. D
Similis similem anima quærit anima, de ratione naturę. 194. L
Similis cum simili coniungi solet. 308. M
Simon, dicitur obediens. 312. E
Simon obediens in auditione auris. 240. E
Simoni Christus in spiritu pietatis apparuit. 41. B
Simonem magum spiritu oris sui in aere Petrus attigit. 52. L
Simoniæ mater, est auaritia. 335. G
Simplex, & rusticus quo modo sanctitatem existimare debet. 308. A
Simplex natura, multiplici antefertur. 213. I
Simplicem fallit astutus. 14. H. I
Simplices non boni, stulti sunt. 33. A
Simplices boni qui? 33. A
Simplicium fides irridetur. 364. H
Simplicitas est pueris naturalis. 19. I
Simplicitas generalis in omni anima cum originali duplicitate perseuerat. 194. F
Simplicitas

Simplicitas columbina. 384. A
Simplicitas sit in gressu, in incessu honestas. 296. L
Simplicitas humilis quàm sit nobis necessaria. 19. I. K
Simulata quæ sunt, diuturna esse non possunt. 266. C
Simulatio, & pusillanimitas contraria sunt. 238. A
Simulationis definitio. 275. I
Singularitas quintus superbiæ gradus. 233. G
Singularitas vbi, ibi angulus. 228. F
Singularitas vbi, ibi angulus: vbi angulus, ibi sordes, siue rubigo. 330. M
Sinistra dei quid? 12. D. 405. D
Sinistri lateris cultor, dextri verò negligens. 126. D 69. L
Sinus Abrahæ vbi. 81. H
Sion, est vrbs fortitudinis nostræ. 8. B
Sion mons sanctus. 13. L
Sion filiæ vndique egrediuntur. 118. F
Sion portæ, sunt ecclesiæ sacramenta, sine quibus ecclesiam non intramus. 23. K
Sion arcem occupauerunt, qui in ecclesia videntur gerere principatum, & tradunt incendio ciuitatem. 28. I
in Sion deus deorum de virtute in virtutem videbitur. 8. B
super Sion montem sanctum constitutus est rex Iesus. 308. E
Sirena habet caput virginis, & posteriora piscis. 308. E
Sirena vt cantu decipit nautas, ita secularis fœmina decipit Christi seruos. 308. F
Sirenæ cantus sunt fugiendi. Ibidem.
Sirenes vsque in exitium dulces. 388. K
Situationis monasterij Clarævallis descriptio. 409. G
Sobriè viuit homo ad se ipsum, iustè ad proximum. 106. F
Sobrietas sine temperantia facit, ne sit virtutum immoderata progressio. 21. C
Sobrietas nobis exhibeatur, iustitia proximo, pietas deo. 241. E
Sobrietas, & iustitia pietatem fouent. Ibid.
Sobrietas voluptatem carnis impugnat. Ibid.
Sobrietas, austeritas creditur. 236. C
Sobrietatem, & sobrietatis socias virtutes occidit homo inimicus, quis? 402. B
Sobrius victus quid. 108. A
Sobrius somnus sobriū cibum, sobriúmque sensum sequitur. 244. M
Societas quæ felix est. 264. M
Societas integra corporis, & animæ erit in cœlesti patria. 250. B
Societas concors carnis, & spiritus erit in cœlesti patria. Ibidem.
Societatem sanctam qui relinquunt, à societate dei elongātur, atque dominio diaboli subiungantur. 300. D
Sodoma panis abundantia periit. 56. M
Sodomæ peccatum, fuit abundantia panis. fol. 290. C
Sodomæ, & Gomorræ similes essemus, nisi dominus nobis reliquisset semen. 4. I
de Sodoma exierunt virgines, quæ exierunt obniam sponso. 397. M
Sodomitæ non de auditu, sed magis de visu puniti sunt. 383. K
Sol vnus est, quòd non sit alter. 213. L
Sol, & luna, & sidera locum tenent superiorem. 225. A
Sol ineratin sidere, orieus in vespere. 395. B
Sol latuit in sidere. 321. K
Sol iustitiæ deum timentibus orietur. 13. F
Sol iustitiæ quando nascitur in animo, nascitur homo. 17. H
Sol iustitiæ qualis. 10. K
Sol iustitiæ vel arguit, & prodit opera tenebrarum. 209. C
Sol gloriæ non oritur ei, cui sol iustitiæ ortus nō fuerit. 12. H
Sol non omnes, quibus lucet calefacit, sic sapientia quos docet multos, non continuò etiam accendit ad faciendum. 149. M
Sol, panis, & acr corpori necessaria. fol. 225. F
Solis lux erit septempliciter. 133. D
Solis claritas erit septempliciter, id est, sicut lux septem dierum. 3. D
Solis splendor igneus est. 51. I
Solis ortus, & occasus sunt magna miracula. 11. I
Solstitium perenne, quando iam non inclinabitur dies. 159. G
Solatium vitæ huius magnum est, si habeas, cui pectus tuum aperias. 264. M
Solennia missarum. 11. G
Solennia clementis celebramus. 76. D
Solennia ieuniis præuenienda. 76. L
Solennitas natiuitatis domini. 47. G
Solennitas dominicæ annunciationis. 30. M
Solennitas triplex natale domini comitatur. fol. 16. D
Solennitas sancti Andreæ. 91. E
Solennitas dominicæ natiuitatis grandis est. fol. 13. M
Solennitas dedicationis ecclesiæ. 81. 82.
Solennitas Ascensionis gloriosæ. 46. E
Solennitas Natiuitatis humanæ non celebratur. 53. F
Solennitates sanctorum ad animas magis, quàm ad corpora referuntur. 67. B
Solennitates sanctorum vigiliis in spiritu, & veritate celebrandæ. 52. F
Solennitates præcipuæ. 17. B
Solennitatum nomen celebre satis. 1. B
Solennitatibus quid agendum. 19. D
Solennizat ecclesia diem mortis martyrum, non natiuitatis, cur. 393. L
Solicitudines enim rerum mentem conturbant. 296. G
Solliciti sunt de nobis in patria. 52. G
Solicitos nos quousque super propinquis carnis nostræ oportet esse. 23. D
Solitariæ vitæ exemplum dedit Christus. fol. 36. E
Solitarius, est erroneus. 83. K
Solitudo ne tibi sit horrori. 244. B
Solitudo maxima adhibenda. 269. L
Solitudo superborum, quæ. 83. K
Solitudo beata, est vita monastica. 104. B
Solitudo inuia, lata est via. 83. L
Solitudo negotiorum cœlestium apotheca. 104. C
Solitudinis amator, est superbus spiritus, id est, diabolus. 74. C
Solium non machinam corpoream, sed angelicā creaturam significat. 74. A
Solia duo deus habet. 119. I
Soluere debitum pro altero peccatore peccator mortis non sufficit, cum quisque moriatur pro se. 199. G
Solutio census, seruitij signum est. 278. I
Solus non habitare poterit super terram. 83. K
Soli prodesse nen decet. 209. I
Somnia, & auguria contemne in omni vita tua. 310. M. 311. A
Somnia deceptoria, & auguria mendacia, vtraque vana sunt. 310. M
Somnia quædam eueniunt per saturitatem. fol. 310. L
Somnia multa eueniunt ex illusione immundorum spirituum. Ibidem.
Somnia, & auguria si obseruaueris, citò decipiens. 310. M
Somnia quamuis ita eueniunt, sicut pronunciant dæmones, tamen credenda non sunt. Ibidem.
Somnia similia sunt auguriis, & qui ea obseruant, augurari noscuntur. Ibidem.
Somnia quamuis quædam sint vera, tamen non sunt credenda. L. M
Somniis fides non adhibenda, quamuis videantur esse vera. 310. M
Somniis credere non debemus, ne fortè decipiamur in illis. Ibidem.
de Somniis nulla nobis sit cura, spes nostra in deo semper sit firma. Ibidem.
in Somniis Paulus fortè prænidit Ananiam sibi venturum, vt ei imponeret manum. 24. D
in Somniis, vel auguriis qui spem suam ponit, nō confidit in deo. 310. M
in Somniis nullam habeamus fiduciam, in deo ponamus spem nostram. Ibidem.
Somnus felix cum requie, quis? 391. H
Somnus fatuarum virginum qualis. 398. C
Somnus prudentium virginum. Ibid.
Somnus carnalis, & brutus, & lethens abominandus est seruo dei. 244. M
Somnus tuus sit sepultura corporis suffocati. fol. 244. L
Somnus est res suspecta, & magna ex parte ebrietati similis. Ibidem.
Somnus erit dilectis domini. 97. C
Somnus sobrius sobrium cibum, sobriumq; sensum sequitur. 244. M
Somnum mortis excepit Christus. 25. K
Somnolentus omnis in ebrietate est. 12. G
Soporatus Christus miserationis affectu. 25. K
Sordidum qui tetigerit, sordidabitur. 308. M
Spectaculum Christus fit, & opprobrium mundo, & hominibus. 279. D
Spectaculum facti sumus & angelis, & hominibus. 29. F
Spectaculum facti sumus non solum huic mundo, sed angelis, & hominibus. 10. E
Spectacula ludorum milites templi abominantur. 198. D
Speculatorem episcopi nomen sonat. 206. M
Speculum cordis, est facies hominis. 310. A
Speculum mentis plerunque in verbis resulget. 264. D
Speculum veritatis, est euangelium, quod nemini blanditur. 54. H. I
Speculum mundum religionis est conscientia sobria. 260. K
Speculum principale ad videndum deū. 253. D
Specula est, episcopi cathedra. 206. M
Speculorum duo genera, vnum seculare, alterum spirituale, quod est sanctum euangelium. fol. 403. M
Spelunca duplex, in qua Patriarchæ sepeliuntur. 119. M. 120. A
Spelunca, in qua Saul purgat ventrem. 119. M
Speluncæ in libris sacris inueniuntur tres. Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sperat frustrà, qui contemptu suo gratiam à se repellit, sicque fuam prorsus euacuat. 122.L
Sperare in iniquitate nolite. 2.D
Sperantibus in se deus bonus. 2.I
Spes sine vita virtutum, non est spes. 406.A
Spes est in virtute, quasi scintillatio in fomite: subitabe fomitem, interit, & emoritur. fol. 405.M. 406.A
Spes plena gaudio. 11.H
Spes nostra salue, quid. 405.M
Spes, fides, charitas, pura sunt bona. 328.H
Spes promittit. 274.B
Spes ipsa non langueseat. 320.F
Spes erexit memoriam, fides illuminauit rationem. 105.A
Spes nostra pendet ex homine deo, non tamen quia homo, sed quia deus est. 139.C
Spes, quæ videtur, non est spes. 401.L
Spes sola apud Christum miserationis obtinet locum. 31.H
Spes media est inter timorem, & securitatem. 406.A
Spes salutis vnde? 12.M
Spes veniæ oritur de fide præceptorum. 105.B
Spes gratiæ oritur de fide signorum de fide promissorum spes gloriæ. Ibid.
Spes quæ videtur, non est spes. 294.F.G
Spes nostra in deo semper sit firma, & de somniis nulla nobis sit cura. 310.M
est Spes veniæ, gratiæ, & gloriæ. 105.C
Spei fiducia, & materia, quæ. 25.F
Spei fiducia consolatur nos. 25.E
Spem nostram triplex ratio discutit, & roborat. 119.C
Spem resurgendi morientibus fecit Christus. fol. 199.D
Spem non habeas in rebus temporalibus. 311.C
per Spem in deo mouemur, & promouemur: per fidem viuimus, per amorem agimur. 246.K
Sperare tria dicuntur reprobi. 118.H
in Spe qui peccat, maledictus. 109.L
Spina quid sit. 168.K
Spinæ in terra sunt, in carne nostra sunt. Ibid.
Spinis plenus est mundus. Ibid.
Spirat spiritus sanctus, & inde spiritus. 187.A
Spiritus mundi loquitur vana. 263.H
spiritus quatuor loquuntur assiduè, spiritus mundi, spiritus carnis, spiritus diaboli, spiritus dei. 263.H
Spiritus carnis loquitur, cum mollia carni appetimus. Ibid.
Spiritus diaboli loquitur, quando amara cogitamus. Ibid.
Spiritus dei loquitur, quando dulcia meditamur, & loquimur. Ibid.
Spiritus est deus. 74.E
Spiritus superbus, id est, diabolus, solitudinis, & solitariæ præsumptionis amator. 74.C
Spiritus veritatis docet nos omnem veritatem. 399.M
Spiritus ante faciem nostram Christus dominus. 146.I
Spiritus alta dei scrutatur. 74.E
Spiritus sanct. propriè sanctus, quòd sit donum patris, & filij, omnem sanctificans creaturã: quamuis pater quoque & spiritus sanctus: Itémque & filius & spiritus. sanctus sit. 51.A
Spiritus paracletus à patre, & filio, par vtrique, in orbem terræ perfunditur. 37.H
Spiritus à filio, spiritus à patre, vnus ex ambobus, vniens ambos. Ibid.
Spiritus sanctus cõfirmauit, pater creauit, filius reconciliauit. 112.K
Spiritus sanctus operatur remissionem peccatorum. 50.B
Spiritus domini requieseit super humilem, & quietum. 410.L
Spiritus sanctus non dispergere, sed colligere venit. 93.K
Spiritus dei in te dormit, & vigilat in te spiritus mundi. 84.G
Spiritus bonus in nobis manet, monet, & docet monet memoriã, rationem docet, monet voluntatem. 50.B
Spiritus sanctus subtrahit se vt alis quasi expansis supra nos volitans ad volandum nos prouocet. 268.C
Spiritus loquitur mysteria, ait Apostolus. 187.I
Spiritus est dominus. 60.C
Spiritus dei totum implet. 303.C
Spiritus est, qui loquitur, spiritualia spiritualibus comparans. 150.I
Spiritus dei, non noster sanctificat. 141.G
Spiritus sanctus zelotypus sponsus est, qui si fortè alium amatorẽ receperimus, statim discedat, à nobis. 268.D
Spiritus sanctus si quam in nobis maculam, siue rugam viderit, oculos statim auertit: nullam enim immunditiam sustinere potest. 268.E
Spiritus sanctus non attendit sexuum differentiam. 393.L
Spiritus sanctus fons aquæ salientis in vitam æternam. 12.D
Spiritus rectus quinta columna domus conscientiæ. 253.C
Spiritus sanctus nutricius noster. 22.C
Spiritus sanctus, Patris, & Filij amor est, & voluntas. 273.A
Spiritus prophetarum siquidem vnus fuit licet diuersis modis. 6.A
Spiritus sanctus super humilem, & quietum requieseit. 12.C
Spiritus sanctus habet circa nos suos nuncios, quasi sagacissimos exploratores, vt videant quomodo conuersemur. 268.D
Spiritus sancti operatio duplex. 111.F
Spiritus sancti dona septem. 42.A
Spiritus sancti feruor cur animam aliquãtulum relinquit. 268.C
Spiritus sancti bona voluntas est. 245.A
Spiritus sapientiæ est benignus. 399.M
Spiritus sancti dona. 21.B.C
Spiritus pietatis effectus. 399.M
Spiritus summus, & incircunscriptus. 136.C
Spiritus Christus dominus, pater Spiritus deus, sed specialiter Spiritus sanctus dicitur Spiritus, quòd ab vtroque procedat. 51.A
Spiritus sapientiæ non vnicus, sed multiplex. 26.A
Spiritus sanctus, quasi specialiter spiritus dicitur, quòd ab vtroque procedat. 51.A
Spiritus mansuetudinis effectus. 166.D
Spiritus vitæ erat in Phialis septem. 144.C
Spiritus sancti septem dona contra septem vitia. 90.C
Spiritus sanctus post filium missus, dedit charitatem. 105.A
Spiritus adoptionis filiorum descendit in nos. 19.K
Sponsus, id est, nomen Iesu cur cibus sit? 142.M
Spiritus fructus, est charitas. 407.F
Spiritus sanctus procedit à patre, & filio. fol. 106.A.B
Spiritus sapietiæ benignus est, sed non liberabit maledictum à labiis suis. 109.L
Spiritus Sancti visitatio quæ? 397.F
Spiritus Sanctus ebrietas. 273.C
Spiritus vnitas, vinculum est perfectionis. 30.B
Spiritus afflictio sub sole. 67.C
Spiritus domini malè exagitat Saul, quo modo intelligendum. 310.G
Spiritus diuinus omnis in mensura factus est, præter diuinum. 110.M
Spiritus fortior, atque promptior viget in corpore debili, atque infirmo. 378.G
Spiritus manifestatio vnicuique datur ad vtilitatem. 49.M
Spiritus promptus non sentit infirma rugosæ carnis. 378.C
Spiritus sancti processio. 49.L
Spiritus multiplex cur à sapiente describatur. 168.D
Spiritus doctrina non curiositatem, sed charitatem accendit. 133.H
Spiritus superceleste opus corporibus habent. 135.I
Spiritus beati, & ciues cœlestes distincti in personas, dispositi in dignitates, ab initio in ordine suo stantes. 212.L
Spiritus beati visione satiantur. 118.I
Spiritus sunt administratorij, qui curam habent nostræ salutis. 118.H
Spiritus nullus per se nostris mentibus applicatur. 136.A
Spiritus hominis in appetitu boni subtilis, & efficacis naturæ conditus. 246.G.H
Spiritus hominis propriam habet conditionem, nec in massa creatur, sed inspiratur. 14.H
Spiritus noster non est præsentior vbi animat, quàm vbi amat. 220.L
Spiritus præsumptio, fallaces diuitiæ. 184.A
Spiritus reprobi participatione gratiæ spiritualis, non viuacitate industriæ naturalis destituti. 344.L
Spiritus infida corporis societate, & stulta mũdi sapientia corrumpuntur. 143.D
Spiritibus cœlestibus homo similis. 75.A
per Spiritus administratorios illuditur magni æstimia. 74.H.I
Spiritui Sancto cedit præsumptio, & vanitas spiritus humani velit nolit. 391.C
Spiritum sanctum si non videmus, videt tamen ille nos semper, plenus oculis antè & retro. 268.C
Spiritum tertium discretionis mens nostra habeat. 41.B
Spiritum veritatis viri impij, & mendaces accipere non possunt. 317.B
Spiritum huius mundi non accipere oportet, sed spiritum qui ex deo est. 78.C
Spirituum sanctorum indefessa noscitur custodia vigilare. 82.A
Spiritum Sanctum esse animam mundi dicebat nouus in Francia theologus hereticus 366.C
in Spiritum Sanctum blasphemia, est scienter delinquere. 24.A
in Spiritum Sanctum blasphemia est irremissibilis. Ibidem.
Spiritum sanctorũ nullam potentiam constituit in Francia hereticus. 365.E
Spiritu sancto repleri, multò excellẽtius est, quàm sanctificari. 393.F
Spirituum cœlestium vnitas perfecta. fol. 81.B

Spirituum

Spirituum beatorum nomina nosse multum est, nam ex eorum auditu, & cognitione beati sumus, vt Michaelis, Raphaelis, & Gabrielis. 341.E
Spirituũ quatuor genera, pecoris, noster, angelicus, & qui condidit istos. 135.H
Spiritu sapientiæ illuminati sunt viri spirituales. 166.C
Spiritu dei quicunque aguntur, hi filij sunt dei. 109.G
Spiritu sancto repletus, adhuc filius iræ tiõ manet. 362.G
Spiritu mendacij, & erroris ne seducaris. fol. 146.E
Spiritu fortitudinis Christus de baptismo in desertum egressus est. 36.E
Spiritu mortuus est, viuens carne. 86.F
Spirituum pater deus est. 74.M
Spiritibus superioribus datum est sine peccato, & miseria perdurare. 217.L
in Spiritibus electis voluntas dei sit, quando eis efficitur cum ipso vna voluntas. 74.B
Spirituale non prius, sed quod animale. fol. 228.K
Spiritualis homo, qui omnia diiudicat. fol. 290.I
Spiritualis homo, qui omnia diiudicat, ipse à nemine iudicabitur. 199.B
Spiritualis creatura necessarium habet corpus, quæ nos sumus. 135.H
Spiritualis studij lucra. 170.M
Spirituales pedes dei. 136.F
Spirituales viri non ignorant astutias diaboli. 166.C
Spiritualia exercitia non propter corporalia, sed corporalia propter spiritualia. 243.H.I
Spiritualia indumenta sunt pietas, & humilitas. 235.L
Spiritualiter manducare Christi corpus quid? 244.F
Splendor bonæ opinionis, decor tuus. 209.H
Sponsus tripliciter considerat. 142.M
Sponsus, & aduocatus ecclesiæ, meridies verus, & æternus. 160.E
Sponsus non modo amans, sed amor est, quis? 195.C
Sponsus prius est, quem alter nemo contingat, nec filius quidem. 195.E
Sponsus noster amicam sponsam suam appellat. 278.B
Sponsus, & sponsa non pari vbertate fluunt. fo. 195.E
Sponsi vocabula multa per diuinam paginam sparsa. 142.G
Sponsi, & sponsæ copula cur differtur. fol. 397.K.L
Sponsi nomen, cur oleo comparetur? 142.F
Sponso Christo nihil formosius. 185.B
Sponsa abũdat amore, hoc contentus est sponsus. 195.E
Sponsa sancto amore flagrans. 182.K.L
Sponsa domini mei, vas bonum. 182.L
Sponsa fatua Synagoga, quæ sponsi gratiam contemnit. 183.E.F
Sponsa dei nunc abluitur. 23.D
Sponsa dei in nuptiis cœlestibus sponso suo sine omni macula præsentatur. Ibidem.
Sponsa vna omnes simul. 22.M
Sponsæ oculi duo sunt. 119.B
Sponsæres, & spes vnus est amor. 195.E
Sponsæ duo sunt vbera, vnum congratulationis, alterum compassionis. 111.D
Sponsæ, vel sponsi nomen vnde dicitur. fol. 397.K
Sponsæ singulæ quasi animæ singulorum sunt. 22.M
Sponsæ apud Iudæos vsque ad tempus nuptiarũ sponsis tradebantur, cur. 6.B
Sponsam licet Christus vult gloriosam, non habentem maculam, aut rugam: non tamẽ quærit talem. 52.E
in Sponsalibus celebrandis mos Iudæorum. 6.B
Spuria vitulamina. 409.G
Squama squamæ coniungitur, nec spiraculum incedit per eas prouerbium. 364.M.396.A. 391.A
Stabulum, est mundus. 391.K
Stabulum preciosissimum, quod. 9.I
Stadium Christiani. 321.E
Stadium locus est, in quem curritur. 42.I
qui Stat, si non vult cadere, non fidat sibi, sed nitatur verbo. 196.F
qui Stas, da gloriam deo, & dic: statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. 196.F
Statio domini, angeli, & hominis quomodo intelligenda. 74.B
Statores tres sunt imminentes, horum diabolus liuore malitiæ, mundus vento vanitatis, homo semetipsum põdere suæ corruptionis impellit. 196.D
Statua quæ apud Danielẽ, mysticè explicatur. 395.M.& seq.
Stella paucis à natiuitate regis nostri diebus Gentium primitias apparuit. 19.D
Stella maris. 13.K
Stella nascitur in excelsis, & deus in terris. fol. 388.B
Stellæ Iacob ortæ radius vniuersum orbẽ illuminat. 6.I
Stellæ vocantur ad audiendos sermones Christi, & dicunt: adsumus. 399.B
Stephanus Iesuita gloriosus. 391.D
Stephanus gratia loricatus. 395.B
Stephanus Martyr opere, & voluntate. 16.D
Stephanus Martyr apud homines, cuius voluntaria passio euidenter apparuit. 16.E
Stephanus Martyrij florem sibi præuendicat. 391.G
Stephanus gratiam habet sublimiori genere, quàm reliqua martyrum multitudo. 391.B
Stephanus plus dolet persequentium peccatum, quàm sua vulnera: illorum iniquitatẽ, quàm suam mortem. 391.G.H
Stephanus clamat voce magna, quia magna vtique charitate. 391.G
Stephanus absorptus in claritatis abyssum. fol. 391.H
Stephanus quid faciebat, vt videret Iesum stãtem à dextris virtutis dei. 391.D
Stephanus post mortem septem mortuos suscitauit. 391.H
Stephani martyris animus ignitus in vocem veritatis erupit. 391.B
Stephani luminosa facies non refrenat insanos. 391.D
Stephani morientis oratio non potuit inefficax esse. 391.G
Stephanum lapidem lapides percutiunt. fol. 391.F
in Stephanum volat saxorum imber. 391.G
Stercora planè vilia ad aspectum, sed ad fructũ vtilia. 53.C
Sterilis maledictã tantum in Israel. 7.E
Sterilis in Israel subiacebat maledicto. fol. 177.A
Stillicidia super terram stillantia exigua. fo. 25.H
Stola prima in baptismate. 89.E
Stola prima, est felicitas, & requies animarum. 69.E
Stola secunda, est immortalitas, & gloria corporum. Ibidem.
Stolis duplicibus quando vestiuntur martyres. 10.E
Stomachus, & intestina nimio cibo, & potu sæpe sunt distenta. 261.D
Stomachus animæ, est memoria. 161.L
Stomachus hominis felix, cur. 236.G
Stomachum suum omnes sequuntur. 371.B
Studentes omnes omni tempore oris silentio, inuicem cordis loquuntur affectu. 275.A
Studij spiritualis lucra. 170.M
Stultitia sine superbia, nonnunquam simplicitas inuenitur. 245.B
Stultitiã velit nolit sapientiæ cedit. 391.C
Stultitia est apud deum, huius mundi sapientia. 24.K
Stultitia est, multum loqui. 257.F
per Stultitiã verbi deo placuit, saluos facere credentes. 97.G
per Stultitiam prædicationis placuit deo saluos fieri credentes. 18.G.H
Stultus in risu exaltat vocem suam, sapiens autem vix taciè ridebit. 309.M
Stultus quod viuit, mors potius quàm vita esse censetur. 179.H
Stulti vineæ, & vita tota stimis, & tribulis sylueseit. 179.H
Stultum, & extremæ dementiæ est, ea semper appetere, quæ nunquam satiant, nec temperant appetitum. 226.M
apud Stultum cuncta neglecta, cuncta iacentia, cuncta inculta, & sordida inuenies. 179.G
Stulti homines, dum cõsiderant pulchritudinem corporis. 309.I
Stultorum prosperitas perdet illos. 263.C
Stultorum societas multos decipit. 265.A
Stultorum cor, vbi lætitia, cor sapientis, vbi tristitia. 87.C
Stultis nihil diu placet. 410.H.I
Sub sole penuria, est super solem abundantia. fo. 379.M
Subditus erat Christus Mariæ, & Ioseph propter Mariam. 5.A
Subditorum non profectum, sed quæstum proprium quærere, animi est parui deiectique. 209.E
Subiectio vera propter deum, propriæ voluntatis est mortificatio. 265.F
Sublimis dominus, sed non ita proponitur tibi. 26.H
Sublimitas humilis. 390.G
Substantia diuina non est corporalis. 74.E

Universidad de Deusto Biblioteca

Substantia animæ est in consilio, in ratione, in memoria, in iudicio, &c. 110.M
Substantia nostra limosa, & glutinosa nimis exterior, & interior. 233.K
Substantia una personæ tres, deus vnus. fol. 213.M
Substantiæ tres in Christo vna persona sunt. fol. 213.B
Substantiæ nomine aliquid certum, fixumque præfigitur. 366.C
Substantias in Christo non confundit persona. 11.D
Successores omnes cupiunt esse Christi, imitatores pauci. 191.A
Successores Apostolorum pudeat lumen non esse mundi, sed modij, mundi autem tenebras. 182.A
Successores pastorum ecclesiæ multi, sed imitatores pauci. 403.K
Successoribus apostolorum Corpus Christi conficiendi potestas data. 182.A
Sudauit Christus sanguinem toto corpore. 289.D
Suffragium orationis Mariæ virginis est impetrandum. 6.K
Suffragia Sanctorum postulamus. 182.B
Summarij non leuati sarcinis, onusti nihilominus repatriant vel onusti. 209.F
Summa philosophia, est assidua mortis meditatio. 269.F
Summus Pontifex se infimum nosse debet. fol. 207.F
Summus nemo fit repente. 77.L
Summus Pontifex non concedit malum, nisi circumuentus mendacio, aut importunitate victus 329.B
Summi Pontificis authoritas, & dignitas. fol. 207.G
Summi Pontificis sanctitati non credere, & tantæ eius maiestati non obedire, nefas esse dicimus. 377.G
Summum bonum diligere, est summa beatitudo. 295.F.197.I
Superbia, initium omnis peccati. 1.E
Superbia Luciferum syderibus cunctis clarius micantē, æterna caligine obtenebrauit. Ibid.
Superbia sicut est origo omnium criminum, ita est ruina omnium virtutum. 256.I
Superbia vnus est de principibus maioribus regis ægypti spiritualis, atq; inuisibilis. 163.K
Superbia est grandis, & grossa trabes. 235.I
Superbia nulla maior, quàm cum vnus homo toti congregationi iudicium suum præfert, tanquam ipse solus habeat spiritum dei. 41.L
Superbia, primum est peccatum. 67.I
Superbia intolerabilis est, velle dominari. fol. 107.G
Superbia quadruplex. 105.E
Superbia est mater auaritiæ, & cupiditatis. 305.C
Superbia nunquam fuit sine cupiditate, nec cupiditas sine auaritia. Ibid.
Superbia cum tentat, quid rogitandum. 409.E
Superbia Moab pœnitentiæ remedium non admittit. 1.G
Superbia vult nobis esse rex. 8.D
Superbia est, quenquam velle docere meliorem se. 294.C
Superbia, est propria voluntas. 109.E
Superbia est suspecta deo, & odiosa. 251.F
Superbia homines natura æquales, inæquales inter se facti sunt. 149.D
Superbia bestia triformis. 266.K
Superbia est initium omnis peccati, & totius perditionis. 72.F.162.G
Superbia quid? 231.A
Superbia intolerabilis est superiori se præponere. 20.A
Superbia stulta, vel superba stultitia à tabernaculo iustorum procul sit semper. 245.B
Superbia prima parens malorum omnium. fol. 144.I
Superbia operis quid? 105.E
Superbia non est sine cupiditate, nec contra. fol. 303.M
Superbia est omnium peccatorum pessima. 256.I
Superbia latens oritur intrinsecus. 112.C
Superbia corrumpit animam rationalem. 109.I
Superbia qui inflatur, non viuit. 52.M
Superbia est, & delictum maximum vti datis, tanquam inanis. 225.H
Superbia cæca quid. 336.I
Superbia vana quid. Ibidem.
Superbia, est appetitus propriæ excellētiæ. Ibid.
Superbia pudicitiam inquinat. 5.C
Superbia est in peccato prima, & in cōfitēdo postrema. 256.I
Superbia grauior morbus. 92.D
Superbia nata est in cœlo. 251.F
Superbia angelum primum in diabolum mutauit. 1.E
Superbia est omnium malorum radix. 303.M
Superbia, & gratia in eodem non cohabitant animo. 251.F
Superbia tunicata. 235.L
Superbia grādis, & grauis est, præferre se æquali, & aut æquare prælato. 19.M.20.A
Superbia detestanda. 2.H
Superbia dominatur in clero. 203.M
Superbiæ nonus gradus, simulata confessio. fol. 233.K
Superbiæ duodecim gradus in tres colligi possunt. 233.M
Superbiæ duæ species. 336.I
Superbiæ duabus speciebus, duę humilitatis opponuntur. 336.K
Superbiæ primus gradus curiositas. 232.D
Superbiæ secundus gradus, animi leuitas. fol. 233.C
Superbiæ tertius gradus, inepta lætitia. 233.D
Superbiæ quartus gradus, iactantia. 223.E.F
Superbiæ quintus gradus, singularitas. 233.G
Superbiæ sextus gradus, arrogantia. 233.H
Superbiæ septimus gradus, præsumptio. 233.I
Superbiæ octauus gradus peccatorum defensio. 233.K
Superbiæ decimus gradus, peccandi libertas. 234.A
Superbiæ undecimus gradus, peccandi consuetudo. 234.B
pes Superbiæ expulsus est. 74.C
Superbiæ gradibus inuentis, nō laboras in quærendo viam humilitatis. 232.D
Superbiæ gradus omnes. 233.C.D.& sequent.
Superbiæ pes non tibi veniat, si vis non timere impulsorem. 196.E
Superbiæ pes ruit, cum irruit. 366.B
Superbiæ lepra septempliciter nos occupauit. fol. 41.H
Superbiæ, & gratiæ diuersum est hospitium. 251.F
Superbiæ argumentum, est priuatio gratiæ. fol. 173.H
Superbiæ canticum cātauit angelus in cœlo periturus. 284.G
Superbiæ vitium debellare qui festinat, quinque secum tollat lapides. 54.G
contra Superbiæ peccatū dictum est: beati pauperes spiritu. 108.C
Superbiæ auctor diabolus. 312.L
Superbiam suam vbi non expurgat solus Pharisæus? 21.M
Superbiam tantum cogitauit Satanas, nihil fecit 1.E
Superbiam inducere sub humilitatis pallio. 78.B
Superbiam nostræ vanitatis humilitas Christi confundit. 18.K
Superbiam deprimas. 10.L
ad Superbiam reflendam, multum valet propriæ voluntatis exclusio. 399.E
aduersus Superbiam habeamus super caput cornu crucis. 78.F
per Superbiam anima corrupta, fallitur duobus modis: in cognitione sui, & cognitione Dei. 109.I
per Superbiam primum peccatum est factum in cœlo. 108.C
Superbientibus angelis si Deus non pepercit, quanto magis tibi putredo, & vermis? 1.E
Superbus in valle corruit, & conquassatur: humilis descendit, & minimè periclitatur. 199.A
Superbus excusat peccatū suum: humilis accusat, sciens quia deus non bis iudicat in idipsum. Ibidem.
Superbus non attendens, quàm horrendum sit, incidere in manus Dei viuentis, facile prorumpit in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Ibidem.
Superbus lucifer lucem, non ignem ferens, casum fecit, & non volatum. 74.E
Superbus diabolus seipsum de cœlo, nullo impellente, præcipitauit. 196.D
Superbiæ quartus gradus, iactantia. 233.E.F
Superbus peccator, & humilis valde differunt. 390.H
Superbus est valde Moab. 1.G
Superbus, vanus existit. 233.C
Superbus homo similis est diabolo. 303.M
Superbus voluntatem suam vult fieri, & Deus vult fieri suam. 12.C
Superbus vir nec decorabitur, nec voluntatem suam ad finem perducet. 267.D
Superbus est omnis peccans. 301.M
Superbus quibus in rebus voluntatē suam vult fieri? 12.C
Superbus omnis extollitur supra deum. Ibidem.
Superbe si vis erubescere, humiliat se Deus, & tu te exaltas. 5.B
Superbo oculo veritas non videtur, sincero patet. 179.E.F
Superbum expulit de supernis Deus. 6.D
Superbi agunt vsquequaque iniquè, & nemo audet mutire contra. 373.A
Superborum solitudo. 83.K
superborum est, læta semper appetere, & tristia deuitare. 233.D
Superborum oculos humiliabit deus. 16.B
Superbis, & libidinosis plus dominatur diabolus. 266.C
Superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. 9.A. 11.M
Superbis resistens deus, propria calcat virtute superborum colla. 2.A
Superbis nobis manentibus, quid prodesset diabolum à Deo vinci. 6.E.
Supererogatio remunerabitur. 25.E
Superflua tolle & salubria surgunt. 76.G

Superstį

Superstitionis soror, est nouitas. 362.L
Supplicia tanta non sunt, quanta extiterunt peccata. 305.A
Surditas desperata quæ? 130.K
Sursum corda audimus quotidie. 129.I
Susanna si in pomœrio incautè non se lauisset, in mortis periculum non incidisset. 285.M
Susannæ vir honorator omnium Iudæorum fol. 31.L
Suscitauit septem mortuos Stephanus post mortē. 391.H
Suscitati à Christo duo recenter mortui, tertius iam quatriduanus leguntur. fol. 234.F
Suspicionis labor anxius. 202.A
Suspicio non patitur credere nos ab aliis amari. 62.F
Suspiramus amore, & dolore. 408.E
Susurrantibus auditum non præbeas. 303.H
in Syluis aliquid amplius inuenies, quam in libris. 351.D
in Syluis ligna, & lapides docebunt te, quod à magistris audire non possis. 351.D
Symbolum piæ religionis, est corpus dominicum. 314.D
Symboli fides antiquis patribus insitis prægnita fuit. 343.L.M
Synagoga cur sit in tenebris? 143.B
Synagoga sponsa fatua, quæ sponsi gratiam contemnit. 183.E.F
Synagoga impia dei filium nobis peperit officio quidem matris, sed non matris effectu. 13.L
Synagogæ Satanæ. 391.B
Synagogæ filij qui fuerunt. 155.G
Synagogam matrem Christus reliquit. 23.A
Synodalis concio. 403.B
Synodi reuerendissimæ inducio iniuriam facit, si quis semel iudicata, & rectè disposita, iterum disputare contendit. 368.D
Syria latrones, qui? 120.C
Syrus ille Leprosus planè mentitus est in quo? 199.B

T.

TAbernaculi locum inueniet homo vbi panem angelorum manducabit vbi? 202.K
Tabernacula tria, quæ. 110.B
Tabesam virginem cupiditas facit. 310.H
Tabernacula sua in domicilia turpissimæ captiuitatis commutare. 128.E
Tacebat ore Christus: sed instruebat opere fol. 18.I
Tace vsque quo interrogeris. 303.E
Tacere qui nouit, sapiens est. 265.C
Tacendi, & loquendi modus est. 265.E
Tacendo citius vinces. 304.K
Taciturnitas regularis est, vbi sanctitas religionis, vbi silentium ordinis, vbi religiositas monasterij. 299.A
Tactus, sensus est totus corporalis. 274.D
Tactus est omniū infimus, & cæteris ignobilior. 274.F
Tædium, & accidiam procul pellit sanctarū varietas obseruationum. 345.D
Talentum cum vsura repetendum. 141.G
Tarditas non improbatur, quę grauitatem redolet, leuitatis abolet notam. 355.B
Tarditatem nostræ insciæ erudit dominus tribꝰ modis. 117.G
Catholicus falsus longe plus nocet, quàm si verus appareret hæreticus. 181.B
Temeritas Burdini. 371.A
Temeritas frontosa est plane odibilis. fol. 239.I
Temeritatis mater, est nouitas. 362.L
Temperantes soli, qui Christi doctrinam imitari student. 148.K
Temperantia iustitiæ modum imponit. 205.I
Temperantia possidet, iustitia quærit, fortitudo vindicat, prudentia inuenit. 205.L
Temperātia nascitur de lætitia & tristitia. 105.K
Temperantia, & prudentia in ratione sedem habent, quia ratio debet esse prudens & temperata. 109.D.E
Temperantia, est lætitia temperata. 105.K
Temperantia vera in Christi vita. 148.K
Temperantia est opus, ne audiamus quod audiuit ille miser epulo. 202.G.H
Temperantia reprimit illicita desideria. 109.D
Temperantia, est refrenatio cupiditatis, aduersus ea, quæ temporaliter delectant. 56.K
Temperantia est, iustitia est, fortitudo est, modum tenere. 205.K
Temperantia quid. 407.C
Temperantia in quibus versatur. 205.H
Temperātiæ causa, est tristitia, est fructus lætitia. 105.K
Temperantiam format prudentia. 205.H
Temperātiæ sanctæ virgines seminauerunt. 29.K
cum Temperātia quæ fiunt, salubria sunt. 390.H
Temperate facere omnia prudentia est. 309.H
Tempestas maris subita terrorem suscitat. 307.M
Templum dei est anima deū habens in se. 260.B
Templum Iudæorum totum figura fuit. 238.C
Templum deus Pater, filius eius splendor, Spiritus Sanc. charitas. 249.M
Templum, est locus terribilis, dignus omni reuerentia. 83.F
Templum dei sanctum, quod sumus nos. 24.I
Templum sanctum est deo mens pia, & altare optimum, cor eius. 250.K
Templum virginalis uteri. 9.G
Templum domus domini est. 82.G
Templum domini sanctum ministri ecclesiæ polluunt. 204.A
Templum Romæ, quod vocatur æternum corruit nascente Christo. 388.B
Templum adit Iesus duodennis. 20.D
Templum deo ædificare studeamus. fol. 260.D 252.L
Templum per manus pontificum dedicatum est domino. 80.M
Templum dei, est anima iusti. 403.B
Templum dei est anima deum in se habens. fol. 252.I
Templum spiritus sancti. 276.C
Templū Salomonis est conscientia bona. 254.A
Templum militum templi est Hierosolymis, in quo pariter illi habitant. 198.F
Templum militum templi Hierosolymis est famosissimo illi Salomonis impar, sed non inferius gloria. 198.F
Templum Hierosolymis militum templi & illud Salomonis quo differunt. 198.F
Templum ornatur sedulis, & synceris obsequiis 198.G
Templi parietes sanctos facit episcoporum consecratio, angelorum visitatio. 289.C
in Templo consecrato vigilant angeli. 12.A
in Tēplo à matre Christus inuenitur non in quolibet loco. 22.A.B
in Templo consecrato ab episcopis reliquiæ sanctorum honorantur. 82.A
in Templo hostias vere pacificas immolant milites templi. 198.G
Tempus in tria diuiditur, in præsens, præteritum & futurum. 116.K.L
Tempus fructificandi. 29.C
Tempus orandi præterire, est negligentia 306.A
Tempus hoc animabus non corporibus est assignatum. 240.I
Tempus habent omnia, animabus nunc operam dare necesse est. Ibidē
Tempus in hac vita est acceptabile, & dies salutis. 311.G
Tempus lauandi nunc est. 23.D
Tempus nullum longum videri debet quo gloria æternitatis acquiritur. 409.E
Tempus irreuocabile volat. 80.I
Tempus sanctum quadragesimæ. 28.K
Temporis nihil tam deperit de vita nostra quam quod somno deputatur. 244.L
cum Tempore non transibit, quod tempora trāsit. 214.I
Tempora quatuor sunt. 119.A
Tempora duo celebramus, quadragesimæ vnum, alterum quinquagesimæ. 50.C
Tempora periculosa non instant iam, sed extant. 205.M
Temporū vicissitudo, est magnum miraculum. 11.I
Temporalis potentia fragilis, & caduca. 296.I
in Temporali causa non eligas meliora. 299.D
Temporalia sunt, quæ videntur: quæ non videntur æterna 241.I
Temporalia amant reprobi. 109.G
Temporalium rerum curæ ab intentione dei auertunt animum. 296.H
Temporalium rerum in amore qui defigitur, in deo nullatenus delectatur. 229.H
Temporalium discursus conscientiam rodit, rivus quà fluit, terram cauat. 212.A.B
Tenebræ ante lucem stare non possunt. 398.A
Tenebræ densissimæ quando erant super vniuersam faciem terræ. 12.F
Tenebræ ingeruntur pro luce in castellis & vrbibus. 364.L
Tenebræ Ægyptus interpretatur. 71.D
Tenebrarum opera quo pacto designata. 396.A
Tenebrarum principes viam nostram obsident in aere collocati. 10.A.B
Tenebrarum participes visa luce bonorum operū terrentur. 398.A
Tenebrarum opera sol iustitię redarguit. 209.C
Tentat deus nos in multis. 66.A
Tentat nos dominus, vt sciat, si diligamus eum, an nō. 243.G
Tentat Christum, qui pro cibo, vel potu siue vestimento murmurat. 305.I
Tentat nos diabolus sagaciter, & multiformiter. 257.C
Tentat diabolus ex ea parte qua nouit excrescētem humorem facile inclinari ad vitia. 310.H
qui Tentant nos, non dormitant neque dormiūt. 380.C
Tentare non potest diabolus nisi ei deus licentiā dederit. 310.G
Tentatur acedia bonum propositum. fol. 283.H.I
Tentari per omnia debebat Pontificem nostrum. 53.C
aduersus Tētamēta peccati opus est fortitudine. 202.G
Tentatio inimici est grauis, sed longe grauior illi oratio nostra. 81.H
Tentatio nulla prænalebit, si non in magnis, & mirabilibus ambulemus. 29.A
Tentatio vehemens. 202.I

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tentatio iustos homines probat, vasa figuli fornax. 333.M
Tentatio est vita hominis super terram. 70.M 335.D
Tentationis à laqueo caue. 25.I
Tentationis motum excitare potest inimicus, sed in te est si volueris, dare, seu negare consensum. 27.K
Tentationem diabolus hominibus adhibet secundum humorum conspersionem. 266.B
Tentationes, quas diabolus commouet ad interitum hominum, sæpe conuertit deus ad profectum animarum. 310.F
Tentationes diaboli nunquam sustinere possent serui dei: nisi deus refrenaret eas. 310.F.G
Tentationes sunt vulpes. 180.A
Tentationes sunt diuersæ pro temporum diuersitate. 180.A
Tentationes humanæ quæ? 87.G
Tentationes necesse est venire. 180.A
Tentationes procurat animæ medicus animarum deus, immittit tribulationes. 233.B
Tentationes omnes ferre necesse est Pontifici. 335.D
Tentationes quatuor, quibus scuto domini circundari necesse habemus. 124.E
Tentationum diabolicarum vitia fragilia sunt. 310.H
Tentationum omnium, & cogitationum malarum sentina, est ocium. 243.G
in Tentationibus susceptorem habemus deum. 123.D
in Tentationibus ad deum confugiẽdum, & ab eo auxilium humiliter postulandum. 123.C
Tentator securus accedit, vbi non timetur reprehensio. 251.L
Terminum sibi constitutum homo est prætergressus. 17.A
Termini quos posuerunt Patres, non transgrediendi. 11.A
Terra nostra fertilis. 14.F
Terra promissionis vniuerso orbi remedia salutis porrigit. 198.I
Terra promissionis ex semine superno, martyrum segetes protulit. Ibid.
Terra benedicta, omnium gentium præferens benedictionem. 278.C
Terra, quæ non accepit operationem humanam, sed aqua spiritus sancti irrigata fuit. fol. 278.C
Terra obliuionis, & afflictionis, quæ. 401.I
Terra cordis nostri spinas, & tribulos germinat nobis. 41.B
Terra commota est in mortibus hominum, in exilijs pauperum, diuitum quoque vinculis, & carceribus. 370.K
Terra contremuit, quia cœpit deus cœli perdere terram suam. 382.A
Terra habet mixtos habitatores. 116.F
Terra locus solidus est, vbi sedet Ecclesia fundata supra firmam petram. 232.L
Terra maledicta operibus Adæ. 10.D
Terræ fœcunditas, est magnum miraculum. fol. 11.I
Terræ species est quadriformis. 118.M
Terram visitauit deus, non acrem, quoniam misericordia domini plena est terra. 173.A
in Terra nulla fuisset pœna, nisi iniquitas præcessisset. 99.C
Terrena inhabitatio sensum deprimit, multa cogitantem. 226.E
Terrena habitatio sensum multa cogitantem deprimit, vt ad cœlestia non assurgat. fol. 24.K
Terrena natiuitas perdit me, generatio cœlestis cõseruat me. 366.L
Terrena bona qui affectat, cœlestia non sperat. 309.D
Terrena cœlestibus, visibilia inuisibilibus præponere, impiorum consilium est. 109.C
Terrena debemus expendere, cœlestia desiderare. 296.A
Terrena nobis in vsu esse debent, cœlestia verò in desiderio. 296.A
Terrena omnia ad interitum sunt. 194.G
Terrenum opus non incuruet, quem fides cœlestium erigit. 150.M
Terrenum omne est anceps, & caducum. fol. 178.B
Terrenorum 4. appetentia densat tenebras. 164.G
Terrenis curis qui se implicant, nunquam requiem mentis habent. 296.G
Terrenis curis qui se implicat, ab amore dei se separat. 296.H
Terrenis negotiis simul seruire, & cœlestibus curis, difficile est. Ibid.
Terrenas res qui in monasterio requirit, in Christum peccat. 305.I
Terrenas diuitias libenter contemnunt, qui perfectè sperant cœlestes. 305.G
Terrenas occupationes absque peccatis ministrare nimis difficile est. 249.F
Terrenas res sine peccato nullus administrat. 296.H
in Terrenis curis mens occupata, semper est in angustijs. 296.G
qui Terrenis incubuit more bestiali, terris excedet morte bestiali. 194.I
Terrestris imaginem prius portemus, necesse est, deinde cœlestis. 228.K
Terror hominis supercuncta animantia imminere decernitur. 225.F
Testamentum pietatis, & testimonia veritatis. 82.L
Testamentum eorum, qui bona sua largiuntur causa mortis, non nisi in mortuis confirmãtur. 332.M
Testamenti noui fundamenta quis primus posuit? 394.C
Testamenti noui primus scriptor Matthæus. 55.F
Testimonium in tribus consistit. 29.L
Testimonium credibile nimis, quod. 9.I
Testimonium conscientiæ nostræ, gloria nostra hæc est. 179.I.68.K
Testimonium verum amoris dei quod. 87.M
Testimonium falsum ne dicas, ibi exponitur. 407.M
Testimonia domini credibilia facta sunt nimis. 18.C
Testis falsus non erit impunitus. 303.F
Thaxis naues conterimus in spiritu vehementi. 41.A
Themam terræ negotiatores procul absint. fol. 401.C
Theobaldus pietatis cultor penè traditus est in animam inimicorum eius. 270.K
θεοτόκος Maria virgo. 408.A
Thesaurus preciosus quis? 396.M
Thesaurus iræ cumulatur simul cum thesauro pecuniæ. 239.A
Thesaurus magnus latet in Nazareth ciuitate parua, latet homines, non deum. 31.M
Thesaurus desiderabilis requieuit in ore sapientis. 67.F
Thesaurus ingens in fictili vase. 133.B
Thesaurus incomparabilis. 323.A
Thesaurus bonus, bona margarita, cor tuum bone Iesu. 277.M
Thesaurus non in sylua, sed in agro absconditus. 396.M
Thesaurus desiderabilis, est bona compunctio. 297.B
Thesaurum inter spinas quærere, quid. 396.M
Thesaurum inuentum absconde. 15.C
Thesauri, quos thesaurizare debemus, tres sunt. 119.E
Thesaurizas, & ignoras cui congregas. 401.E
Thomas Didymus, id est, dubius, sine dubitans. 316.D
Thomas strauit sibi in solido fidei. 144.H
Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu Patris, Paulus in tertio cœlo secreti gratiam sunt assecuti. Ibid.
Thomas vir religiosus Prior sancti Victoris ab impijs crudeliter excerebratus. 360.G
Thomæ dubitatio, & Mariæ sponsatio pulchrè conferuntur. 6.C
Thronus Christi præsepium.. 18.G
Throni sedent, sed insidentis beneficio. 213.D
Throni supra omnes spiritus sunt. 145.I
in Thronis sedet deus. 145.I
Thuribulum sacrosanctum, quid designat. fol. 395.K
Thuribuli carbones, sunt opera Christi. fol. 395.K
Thuris oblatio indicat, quòd Magi deum agnoscant. 18.M
Thure significantur orationes sanctorum. 19.G
Timeo magis malum, quod facio in abscondito, quàm quod in aperto. 251.L
Timet aliter seruus dominum, atque aliter filius timet patrem. 295.E
qui Timet deum propter pœnas inferni, non habet in se timorem castum, sed seruilem, quia non habet perfectam charitatem. 295.D.E
qui Timet adhuc, in illo nõdum est perfecta charitas. 295.B
qui Timent dominum, probent corda sua. fol. 295.A
qui Timent dominum, custodiunt mandata eius. Ibidem.
qui Timent dominum, non erunt increduli. fol. 294.M
Timent enim, quia nouerunt spiritalem cibum. 22.K
Timeat, qui cognoscit literaturam. 330.G
Timeat nobilis, quia iudex omnium non est acceptor personarum. 330.G
Timere incipit homo, cum incipit credere diem iudicij. 295.B
Timere deum, est nostra tota beatitudo. 70.H
Timendum nihil, vbi? 11.A
Timenti dominum non occurrunt mala, sed in tentatione deus liberabit illum à malo. fol. 295.A
Timenti dominum bene erit in extremis, & in die mortis suæ benedicetur. Ibid.
Timentes elatione, aliud cantant, quàm libri habeant. 257.G
Timor timore solet expelli. 130.M
Timor dei ad ima cogitationem deducit. fol. 22.I
Timor seruo sua lex, quo constringitur. fol. 228.F

Timor

Timor, & amor priuatus non conuertunt animã. 228.E
Timor domini, fons vitæ. 22.I
Timor futura cauet. 105.K
Timor per aquam intelligitur 106.K
Timor domini primus est, ne cruciemur in gehenna. 23.G
Timor domini secundus, ne excluſi à visione dei, priuemur inestimabili gloria. 23.G
Timor omnis domini, sicut aqua extinguit ignẽ, sic extinguit peccati concupiscentiam. 23.G
Timor ordinatus, est iustitia. 105.L
Timor tentatio est. 124.G
Timor mundanus est malus. 225.B
Timor domini est, sicut paradisus. 295.A
Timor domini, est initiũ dilectionis eius. 295.A
Timor inferni, & amor dei nos ab omni peccato custodit immunes. 295.A
Timor prælatorum est trifarius. 118.C
Timor manet in seculum seculi castus, & filialis. 331.D
Timor qui manet in seculum castus & filialis. 228.K
Timor castus de amore descendit. 295 C
Timor domini locum charitati præparat. Ibidẽ.
Timor domini, est sapientia, & disciplina. fol. 294.M
Timor domini prima gratia est spiritus sancti, sine qua nullum bonum pullulare potest. 101.F
Timor domini, fons vitæ, initium sapientiæ. fol. 23.F.295.A
Timor perutilis domino suo. 57.E
Timor humanus est, quando timemus pericula carnis, vel perdere bona mundi propter quod peccamus. 295.B
Timor domini expellit peccatum. 295.A
Timor domini cautum facit hominem, atque solicitum. 295.A
Timor dei vbi non est ibi perditio est animæ. fol. Ibidem.
Timor vbi non est, ibi dissolutio vitæ est. 295.A
Timor vbi non est ibi abundantia peccatorum. Ibidem.
Timor quadriformis est. 57.F
Timor mundanus facit recedere à malo pro euitatione pœnæ. 57.F
Timor seruilis facit à malo abstinere pro euitatione pœnæ mali retinens voluntatem. 57.F
Timor initialis, est timor gehennæ, de quo dicitur initium sapientiæ timor domini. 57.F
Timor filialis est, de quo dicitur: timor domini sanctus permanet in seculum seculi. 57.F
Timor domini totius religionis est exordium. 101.F
Timor domini, simplicitas reputatur, ne dicam fatuitas. 210.K
Timor seruilis bonus est, quo modo? 295.B
Timor domini reprimit vitium. 295 A
Timor domini semper emendat. Ibidẽ.
Timor domini radix omnium bonorum. 101.F
Timor domini duplex. 23.F.G
Timor probatus est prudentia. 105.K
Timor administrat panem doloris. 22.A
Timor, & fortitudo, vinum sunt. 388.I
Timor expellat peccatum, negligentia nõ admittat. 53.G
Timor pœnæ non est in charitate, quia perfecta charitas eum foras mittit. 295.E
Timor seruilis est, quandiu ab amore non manumittimur. 195.C
Timoris triplex gradus. 107.I
Timoris dies prima. 54.I
Timoris dei consummatio, est sapientia. 265.A
Timoris faciem exterminant vita & dulcedo. 406.A
Timoris spiritus validior, & vehementior est ad resistendum peccato, quàm pudor & dolor. 89.M
Timori permixta deuotio ipsum non annullat, sed castificat. 228.K
Timorem Christus ad patrem habuit, sed iustum & filialem. 275.M
Timore vocamur, amore iustificamur. 351.I
cum Timore gehennæ homo recedit à peccato. fol. 295.B
Tituli Christi crucifixi expositio. 291.I
Tondent capillos milites templi. 198.D
Tonsura perfectum monachum non facit. 319.I
Tonsura manet, vestis necdũ mutata est, ieiuniorum regula custoditur, statutis psallitur horis sed cor longe est à domino. 26.K
Tonsurati multi sunt, & falsi religiosi. 314.D
Torcular calcaui solus, & de gentibus nõ est vir mecum. 235.C
Tormentum linoris crudele. 202.A
Tormenta contemnere, magni est animi. fol. 399.H
Tormenta recedunt moriendo in pœnis temporalibus. 305.A
Tormenta exquisita corporis & animæ coniunctio non diu sustinet. 399.H
Tormenta pro Christo ab hominum omni genere susceptа. 379.G
Tormenta erunt sine interuallo, & sine temperamento. 256.G.H
Torrens turbidus quis? 390.E
Torrens, quem non potuit trãsnadare Hælisæus, quis? 392.I
Torrentes iniquitatis. 390.C
Torrentes sunt quinque. 118.L
Tracta ante factum, quia post factum sera retractatio est. 211.D
Traditiones Phariſæorum, mali sunt imbres. fol. 176.B
Traditionibus diuinis synagogæ satanæ desternuntur. 378.C
Transgressionum nutrix, est impunitas. 210.C
Transgressor legis diuinæ homo inuentus est, inueniet ipse aliam legem in membris suis repugnantem legimentis suæ. 199.E
Tranquillitas hæc est vera, cum tota mens in se ipsa colligitur. 257.F
Tranquillitate in media vitiorum syrtibus incauti, & desides obruuntur. 267.E
Tranquillitate animi nihil preciosius. 410.K
Tranquillas deus tranquillat omnia. 150.B
non Transibit cum tempore quod tempora trãsit. 214.I
Tres in carcere olim fuisse legimus, tres in cruce. 243.H
Tria sunt, quæ impediunt contemplationem fol. 61.M
Tria sunt occulta, quæ? 114.D
Tria sunt loca, cœlum, terra, infernus, & habent singula habitatores suos, cœlum solos bonos, terra mixtos, infernus, solos malos. 116.F
Tria sunt in anima. 405.A
Tria habet ignis, fumum, lucem, & ardorem. 97.L
Tribulatio præsens, est via vitæ. 32.E
Tribulatio damnandis, & reprobis parit pusillanimitatẽ, pusillanimitas perturbationẽ, perturbatio desperationẽ, & illa interimit. 333.M
Tribulatio tria confert. 118.G
Tribulatio operatur patientiam in sanctis & electis. 333.M
Tribulatio vtilis, quæ probationem operatur fol. 133.A
Tribulatio necessaria, quæ in gloriam vertitur, & coronam parit. 133.A
Tribulatio septima mors est. 97.C
Tribulationis camino purgati. 304.M
Tribulationis nostræ momentaneum, & leue põdus. 133.B
in Tribulationis diebus nomen Nicolai tenetur in ore. 99.G
in Tribulatione alterius & tu esto tristis, cum infirmis esto infirmus. 298.F
Tribulationes iustorum multæ. 395.F
Tribulationes iustorum quæ? 87.F
Tribulationes sex sunt contra desideria cordis. 97.B
Tribulationes immittit medicus animarum de tentationes animæ procurat. 233.B
Tribulationes corporis, & cordis nostri multiplicatæ sunt. 16.A
Tribulationes multæ iustorum, & de omnibus his liberabit eos dominus. 16.A
Tribulationes licet abundent pro Christo sed abundant & consolationes per ipsum. 97.B
Trinitas beata memor misericordiæ suæ lapsum nostræ naturæ reparauit. 105.A
Trinitas summa nobis in Christo Trinitatem exhibuit. 11.D
Trinitas in personis, trinitas in substantia. Ibid.
Trinitas sola vere est, sola sefruitur, sola nullius eget. 37.E
Trinitas tota seminauit in terra nostra. 29.G
Trinitas creatrix, ex qua cecidit creata trinitas, memoria, ratio, & voluntas 105.C
Trinitas in virgine conceptum est operata diuinum. 344.L
Trinitas est, per quam resurgit ratio, fides, spes, charitas. 105.C
Trinitas tota amat. 226.F
Trinitas sola hoc sibi vendicat vt non sit aliud, atque aliud, non aliter & alibi. 193.B
Trinitas futura non expectat, præterita non recogitat, præsentia non experitur. 193.B
Trinitas, fides, spes, charitas. 105.A
Trinitas loca omnia continet, quæque suis locis ordinat, nusquam contenta locorum. 193.B
Trinitas sola in semet manens quod habet est, quod est semper vno modo est. 193.B
Trinitas sola sedet, quæ sola habet immutabilitatem. 73.E
Trinitas illa beata creauit quandam trinitatẽ ad imaginẽ suã, animã scz rationalẽ. 104.L
Trinitas primum Ioanni Bap. se reuelauit. 394.I
Trinitas est, amen deus. 213.L.M
Trinitatis mysterium scrutari, temeritas est, credere pietas est, nosse vita & vita æterna est. 214.A
Trinitatis sacramentum magnum est, & quidem venerandum, non scrutandum. 214.A
Trinitatis mysteria norunt lapides viui. 81.C
Trinitatis summæ noticiam habebimus. 250.A
Trinitatis vnitas arcem tenet, quatres personæ vna substantia sunt 213.B
Trinitatis personarum scita consideratio. 365.H
Trinitatis perfecta cognitio, vita æterna est. 49.L
Trinitatis nomen prioribus seculis obuelatum, in Baptismate Christi relucet. 394.G
Trinitatis apertio triplex. 331.G
Trinitatis personarum diuisio. 231.G
Trinitatis firmissimum, & indissolubile vinculum 51.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trinitatem non minuit vnitas, personę non scindunt vnitatem. 11.D
Trinitatem charitas in vnitate quodam modo cohibet in vinculo pacis. 228.F
Trinitatem ipsam puro mentis intuitu videbimus. 250.B
in Trinitate vnitas maximè commendatur. 328. E
sub Trinitate tempora omnia transeunt. fol. 193.B
in Trinitate ponit gradus in Frãcia hæreticus. 365. E
Tristis si vis esse nunquam, benè vive. 303.C 257. A
Tristis inuidia nihil est. 258.E
Tristis homo semper quærit implere ventrẽ: cur non pascis animam esurientem. 84.I
Tristis esto in tribulatione alterius. 303.L
Tristi viro exsiccantur ossa. 297. F
Tristitia comitetur lætitiam. 105.K
Tristitia confortata est fortitudo. 105.K
Tristitia temperat lætitiam. *Ibid.*
Tristitia religiosa aut alienum luget peccatum, aut proprium. 58. E
Tristitia est omnis boni impedimentum. 257.H
Tristitia, vbi cor sapientis. 26. E
Tristitia flectit cervicem cordis. 297.F
Tristitia, est soror dubietatis. 277.G
Tristitia secularis omnium malorum spiritum est pessimum. 297.G
Tristitia hypocritarum non in corde, sed in facie. 26. E
Tristitia, est cordis plaga. 297.E
Tristitia elongabitur à te, si in bona vita perseueraueris. 303.C
Tristia corda consolatur vsus cantandi. fol. 316. G
Tristitia est vnum ex septem principalibus vitiis. 297.H
Tristitia cor, sicut vermis lignum rodit, & tinea vestimentum. 297. I
Tristitia comitatur hominum ortum. 393.L
Tristitia secularis seruos dei lædit, atque allidit. 297. G
Tristitiæ vitium triplex. 266. K
Tristitiæ locus non est in cœlo, sicut nec culpæ. 99. C
Tristitiæ ægritudo quantùm noceat. 400.G
Tristitiam maximè in conuentu dissimulare decet, hilaritatémque in facie prætendere. 269. C
Tristitiam carnalem spiritus sanctus non sustinet, sed spiritualem lætitiam. 290.G
Tristitiam secura mens leuiter sustinet. fol. 303. C
Tristitiam inuenimus, vt solatium quærebamus. 42. G
per Tristitiam mors festinat. 297.F
de Tristitia & lætitia nascitur temperantia. 105.K
Triuium sapientiæ, ethica, logica, & physica. 104. M
Trophæum crucis ditauit gemmis quatuor consummatio dominicæ passionis. 39.G
Tullius dulcescit. 388.I
Tunica Ioseph. 235. C
Tunica domini inconsutilis quid significat. fol 30. D.E
Tunicæ, quibus vestimur. 119. H
Turpis sermo de ore vestro ne exeat. 390.E
Turpe est ei, qui se supra cæteros iactat, si non plus cæteris aliquid agat, per quod vltra cæteros appareat. 233.G
Turris euangelica quæ sit? 61. G
Turtur luctus amica, solitudinis incola forma simplicitatis exemplum castitatis. 246.D
Turtur ex quo coniugem suum perdidit, nunquam alterum quærit, quia adulterinum amorem non recipit. 309. C
Turtur vidua in iugis montium, & in summitatibus arborum frequenter conuersatur. 177. A
Turtur docet nos pudicitiam, terrena despicere, & amare cœlestia. *Ibid.*
Turtur, est auis castissima, apostolos, vel cæteros doctores significans. 297.C
Turtur tempore suæ viduitatis sanctæ viduitatis opus strennè, atque infatigabiliter exequitur. 177. A
Turtur si coniugem amiserit, eius naturæ est, vt alterum amplius non quærat. 297.E
Turtur tempore suæ viduitatis vbique gemit, nec vnquam in viridi ramo residet. 177. A
Turtur inferioribus fœcundatur, & gaudet in fructibus humilitatis. 246.D
Turturis vox fuit, non à principio, sed ista: Crescite, & multiplicamini. 177. A
Turturi assimilatur ecclesia. 309.C
Tyranni, & raptores seculi incendunt ecclesias. 404. E
Tyrus interpretatur angustia. 324. E

V

VAccæ Philistæorum quid significãt. 296.D
Vacuum in conspectu domini apparere, est prohibitum. 24. L. M
Væ, qui ambulantes in carne deo placere non possunt, & placare velle præsumunt. 203.K
Væ portantibus crucem, nõ sicut Saluator suam, sed sicut ille Cyrenæus alienam. 234.L
Væ væ, in domo dei horrendum videmus. fol. 239. A.B
Væ, perpetuum est in gehenna. 89. M
Væ filius iræ, qui fideles sese mediatores pacis, vt peccata populi comedant mentiuntur. fol. 203. K
Væ vobis diuites, qui habetis consolationem vestram. 238.E
Væ, væ misero: de stercoribus boum lapidabitur piger. 242.F
Væ soli. 17.K
Væ non à gladiis, sed à labiis iniquis & à lingua dolosa. 375. M
Væ, inquam, semel, & væ iterum portantibus crucem Christi, & non sequẽtibus Christum. 234. L
Væ nobis, qui viuim⁹ plangere, quæ pertulimus: dolere, quæ sentimus: timere, quę expectamus. 371. A.
Væ semel, & iterum pauperibus superbis. fol. 234. L
Væ citharœdis citharizantibus, non vt illi de Apocalypsi in citharis suis, sed verè vt hypocritæ in alienis. 234. L
Valere plus mente, quàm carne desiderandum. 304. M
Valetudinem bonam lætum cor facit. 297.F
Valetudinem corporum in vsum consumimus vitiorum, bonam mentis in vsum expẽdimus vanitatis. 57. B
Vallis est ad ambulandum eligenda, cur? 29. A
Vallis laudatur vbique, vbique humilitas prædicatur. 29. A
Vana gloria mundi. 296.H
Vanitas cum pulsat, quid cogitandum. 409.D
Vanitas apparet in incessu, hilaritas in fronte, in signis scurrilitas. 233. E
Vanitas, & voluptas, filiæ duæ sanguisugæ voluntatis propriæ clamantes, affer, affer. 93.F
Vanitas omnia sunt, quæ ad veritatem æternitatis non perducunt. 406.G
Vanitas, & impuritas ante omnia fugiatur. 241. C. D
Vanitas erroris in quibus est. 406.G
Vanitas est, quidquid homo in hoc mundo facit. 84. I. K
ô Vanitas vanitatum, sed non vanior, quàm insanior. 237. C
Vanitas curiositatis procedit à vanitate mutabilitatis. 406.F
Vanitas anfractibus secum ludit. 226.M
Vanitas circa varias delectationes languentem animum inuoluit. 255.D
Vanitatis appetitus, est contemptus veritatis. 332. C
Vanitati aures, & lingua seruiunt. 201.H
Vanitati omnia subdita operibus Adæ. 10.D
Vanitati creatura subiecta est non volens. 332. E. 10.D
Vanitatem gloriæ secularis qui colit infelix. 2. H
Vanitatem seculi impugnat iustitia. 241.E
Vanitatem mundi damnat Christus. 15.C
Vanus vtique labor, qui studio vanitatis assumitur. 202. A
Vani filij hominum. 3. C
Varietas sanctarum obseruationum accediam, & tædium procul pellit. 345.D
Varietas tollit fastidium. 236. F
Vas electionis de plenitudine paruuli accepit. 11. H
Vas bonum, sponsa domini mei. 182. L
Vasa domini qui fertis, mundamini. 203.I
Vasa sacra in ecclesia. 255. F
Vbera virgineæ Mariæ. 23. C
Vbi te inuenero, ibi te iudicabo. 300.B
Vecordes, & fatui viam deserunt. 403.B
Velle non possum, nisi gratia dei sit mecum. fol. 259. E. F
Velle bonum nobis à deo datur. 294. I
Velum in capite Sanctimonialis. 353. M
Velum nigrum castitatis, & sanctitatis est signum. 296.M
Velum sacrum est, opus sit sanctum. 296.M
Veli nigredo munditiam, & puritatem demonstrat animi. *Ibid.*
Venandis hominibus quales venatores laqueos parent. 123. E
Venationes putant appellationes, quę? 209.B
Venantius habitum monachalem piè susceperat, impiè reiecerat. 220.D
Venatores venandæ hominis animæ studentes cornu non sonant, ne audiantur. 123. E
Vendentium sacrauenta iniquã commercia arguentur à luce. 202. E. F
Venenum nullum, nullum gladium plus formido, quàm libidinem dominandi. 208. G
Venenum concupiscẽtiæ humani corporis membra occupauit. 17. A. B
Venerare vnumquemque hominem pro suo merito sanctitatis. 300. A
Veneranda est magis sancta rusticitas, quàm verbosa loquacitas. 308. A

Venia facilis sequatur culpam, exqua grauedãnum non oritur. 128.M
Venialia peccata. 24. A
Venter suus factus est deus. 239.B
Venter per obnoxia dum distenditur, mens, caro & castitas incontinẽtiæ necesse est famuletur. 317. D
Venter pinguis non gignit sensum tenuem. fol. 264. K
Venter quando immoderatè reficitur, corpus ad luxuriam excitatur. 301. G
Venter pinguis non gignit subtilem sensum. fol. 301. F
Venter vacuus, in oratione vigilare facit. *Ibid.*
Venter Mariæ mirabilis. 408.G
Venter, dum nescit, onerat, sed varietas tollit fastidium. 236.F
Venter, vbi cibi repletus est, ibi ignis luxuriæ succensus. 301. G
Ventris cura cauenda est. *Ibid.*
Ventis tribus maligniſsimis, & validiſsimis expositi sum⁹, carni, diabolo, & mũdo. 11. A
Ventris importunitas improba. 257. C
Venter præcepta non audit, poscit, appellat. 257. C
Ventrem, & ventris escam deus destruet. fol. 56. M
Ventri, & luxuriæ sunt dediti hi quorum deus venter est. 164. A
Venti nomine malignus spiritus significatur. fol. 57. E
Ventosa loquacitas philosophorum, non bonus imber est. 176.B
Verbum breue quod. 9. F
Verbum cœlesti suauitate refertum. 9 F
Verbum in principio dulce erat, dulcius caro factum, dulciſsimum in cruce suspẽsum. 390.M
Verbum, vt fœnum fieret, latuit in virgine, sol in sydere, artifex in opere. 391. K
Verbum consolatorium auditum est. 9. F
Verbum, est petra. 179. A
Verbum quærit anima, cui consentiat ad correctionem. 195. M
Verbum diutius, pleniusq; superabundat in bonis, vtpote sapientia vincit malitiã, vincens in bonis mala. 196. A
Verbum dei quanto amplius ruminatur in ore tanto dulcius sapere debet in corde. 314.G
Verbum inspiratum, verbum indicatum verbum eructatum. 105. G
Verbum dei propter nos factum est fœnum. fol. 18 C
Verbum caro factum est, abyssus impenetrabilis 31. A
Verbum & caro. 390. G
Verbum crucis, virtus dei est. 396. G
Verbum dei, est lux vera, quæ illuminat omnem hominem. 109. B
Verbum quotuplex. 390. E
Verbum, & sapientia non desiexit fabrum, & fœminam. 146. A
Verbum venit ad carnem, deus ad hominem & verbum caro factum est, & deus factus est homo. 316. E
Verbum ociosum quid? 390. F. 284. G
Verbum nullũ superfluũ in Historia sacra. 4. G
Verbum domini vbi est, non deest panis. 13. I
Verbum sapiens quærit à stulto prouerbium. fol. 347. E
Verbum carnis veritatem, sed peccati similitudinem sumpsit. 145. D
Verbum non est super terram, quod non reueletur prophetis dei. 134. E
Verbum nascitur infans. 9. G
Verbum omne non esset impossibile hominibus, si eis facile esset facere, quod dicere volũt. 8. K
Verbum, quod terra, quod inferi, & superni expectant. 8. L
Verbum insolens religiosissimè vitauit Paulus. 210. G
Verbum infans. 5. L
Verbũ dei qui non audiunt, ipsi ex deo non sunt. 25. F
Verbum comedunt homines fœnum factũ. 391. K
Verbum tuum, consideratio tua. 206. I
Verbum scurrile non sufficit peregrinari ab ore, procul & ab aure relegandum. 208. D
Verbum de deo natum angeli comedunt. fol. 391. K
Verbum quæro, cui consentias, ipso faciente, vt cõsentias. 196. B
Verbum nec sapientia, nec iustitia est, sed tamen vtriusque capax, & possunt ei hæc abesse, & adesse, abesse autem facilius. 34. I
Verbum hominis acrem verberat, vnde & verbum dicitur. 53. B
Verbum est infans, cuius ne ipsa quidam infantia tacet. 15. L
Verbum, quod cœlum, & terram implet, in Augusto collocatum est præsepio. 13. M
Verbum irreuocabile volat. 41. D
Verbum, anima, & caro in Christo in vnam cõuenere personã, non cõfusione substantiæ. 11. D
Verbum fecit abreuiatum deus pater. 13. M
Verbum carnem, deus cinerem, figulus lutum, vita morticinium induit, vt iumenta mãducarent panem Angelorum. 391. I
Verbum quinquepertitũ latè patẽs in scriptura. 54. E
Verbum quinquepertium. 54. F
Verbum dei, qua ratione ad animam loquatur, & anima ad verbum? 167. C. D
Verbum lux est. 196. B
Verbum Angelus factum est, nõ legitur, sed verbum caro factum est. 230. G
Verbum virtus, verbum sapientia est. 196. F
Verbum deo non præteruolat, nec subterfugit cogitatio. 337. D
Verbum dei si seruaueris, ab eo seruaberis. 3 I
Verbum hominis, est res vilis, & volatilis. 53. B
Verbum habitauit in nobis obumbratũ carne. 53. C
ad Verbum non est ociosa animæ generosa cognatio. 194. L
Verbi locutio, est doni infusio. 167. D
Verbi diuini qui patitur ægestatem, cogitur intrare in ægyptum, id est in tenebras. 109. B
Verbo humana natura vnita, quæ tunc erat patibilis, & mortalis. 314. K
Verbo quod docuit Christus, iam clamabat exemplo. 18. L
Verbo solo omnia corpora creauit deus, & spiritus omnes. 135. G
in Verbo dei necessaria nobis inueniũtur. 123. M
in Verbo dei sempiterno facti sumus omnes. fol. 8. L
sine Verbo nec surgere ad bonum, nec stare in bono possumus. 196. F
Verba inhonesta fugienda, verbum reiiciendum quod non ædificat audientes. 257. L
Verba, quæ loquitur Christus, spiritus & vita sunt. 86. M
Verba duo sunt. 120. D
Verba vendere diuitibus, quid. 9. B
Verba tua sint pauca. 303. E
Verba de cœlestibus scriniis desumpta ad virginem loquebatur Angelus. 391. A
Verba vitæ sunt, verba hominũ deũ timentium. 308. L
Verba sua ante vnius cuiusq; factum stabunt in die iudicij. 303. D
Verba sapientis quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi. 120. K
Verborum copia multis non suppetit. 41. D
in Verbis refulget plerunque speculum mentis. 264. D
Verbis paucis sapiens innotescit. 229. G
in Verbis non sis facilis, & in operibus difficilis. 309. F.
Verbosulus adolescens, eloquentiæ studens & sapientiæ inanis, iustitiæ hostis reputetur. 211. C
Verecũda granitas quã nobis necessaria. 19 I. K
Venerandæ cunabula. 390. M
Verecundo adolescente quid amabilius? 197. C
Verecundia quomodo suos habeat scopulos. fol. 265. A
Verecundia est virginibus cognita. 19. I
Verecundia, est soror continentiæ. 197. B. C
Verecundia, est testis innocentiæ. 197. C
Verecundia, est lampas pudicę mentis iugiter lucens. 197. C
Verecundia, est expultrix malorum. 197. C
Verecundia tanquàm color in facie. 163. M
Verecundia, est gloria conscientiæ, famæ custos, vitæ decus, virtutis fedes, virtutum primitiæ, naturæ laus, & insigne totius honesti. 197. C
Verecundia est geminum animi bonum. 197. C
Verecundia quam pulchra virtus. 264. C
Verecundia laudabilis virtus. 263. M
Verecundia in oculis est. 264. D
Verecundia solet esse in genis. 297. E
Verecundiæ amatores exemplum sumant de matre domini. 264. E. F
Verecundiæ virtus laudanda. 265. B
Verecundiæ præcepta. 264 per. to.
à Verecundia prima quædam vitæ fundamenta ducantur. 264. L
Veritas, & misericordia obuiauerunt sibi. 4. G
Veritas habet capreæ oculos. 184. M
Veritas non indiget iuramento. 303. G
Veritas circuit orbem terræ, & nemo mundus à sorde. 30. K
Veritas in mandatis eius volet nimis. 231. C
Veritas fidei, quænam est? 27. M
Veritas in primo gradu reperitur seuera, in secundo pia, in tertio pura. 231. G
Veritas in multiloquio periclitatur. 204. B
Veritas, dominus est. 225. G
Veritas, quibus innotuerit dat charitatem. 230. D
Veritas odium parit. 338. M
Veritas, sapientia, voluntas corde concipitur, & ex corde generatur. 259. E
Veritas perdit omnes, qui loquuntur mẽdacium. 112. B
Veritas oculo superbo non videtur, syncero patet. 179. E. F
Veritas ipsa est Christus. 11. C
Veritas & misericordia. 390. G
Veritas, est lumen vitæ. 229. M
Veritas vna eademq; Trinitatis personarũ triã in tribus gradibus operatur. 231. H
Veritas in nobis non est, quæ sola lauat, & sola saluat. 23. D. E
Veritas innotescit humilibus, humilibus ergo dat gratiam. 230. D
Veritas apprehenditur duodecim gradibus ascẽsis, quibus. 230. A

Veritas nemini blanditur. 66.K
Veritas liberabit nos. 1.B
Veritas ipse est, qui in Bethleem nascitur. fol. 13.K
Veritas est cinara sine condimento gratiæ. fol. 188.M
Veritas patebit in cœlesti patria. 250.B
Veritas dei permanebit in æternum. 30.H.I
Veritas neminem palpat. 81.K
Veritas domini manet in æternum. 2.E
Veritas credendo cognoscitur. 231.C
Veritas ipse est, qui est. 241.I
Veritas loquitur, quæ nec falli, nec fallere potest. 67.H
Veritas nonnunquam odium parit. 345.K
Veritas ipsa monet in euãgelio præcingere lumbos. 48.M
Veritas in quibus inquirenda. 230.D
Veritas mentiri non potest. 313.I
Veritas susceptæ carnis apparuit. 19.H
Veritas emicuit, næuus apparuit. 369.C
Veritas pura non nisi puro corde videtur. fol. 230.E
Veritas lilium bonum. 185.B
Veritas non est in oculo, non sapientia. 154.L.M
Veritas non in gustu, et si suauitas est. 154.L
Veritas Christus tibi lucescat. 146.E
Veritas vbi totum occupat, eò non intrat vanitas. 70.H
Veritas Ioanni Baptist. Esaiæ, & Zachariæ peperit odium, & odium mortem. 348.K
Veritas non amat angulos, non ei diuersoria placent. 49.H
Veritas dolore vrgente intrinseco taciturnitatis impatiens, prorumpit in medium. 373.A
Veritas in medio stat, disciplina communi, communi vita, communibus studiis delectatur. 49.H
Veritas humiliter auditur, sed sine periculo non prædicatur. 313.B
Veritas, exulum patria. 406.D
Veritas, est animæ vita. 89.A
Veritas, & misericordia ad diem constituta non redeunt, anxiæ plurimum, non inuento quod desiderabant. 30.L
Veritatis secundus gradus, quis. 231.E
Veritatis viam qui gestit accipere, qualis est? 321.A
Veritatis spiritui contraria est falsitas. 144.G
Veritatis agnitio, humilitatis perfectio. 230.D
Veritatis contemplatio in hac vita inchoatur, sed in futura iugi perpetuitate celebratur. 257.K.L
Veritatis spiritum impij, & mendaces accipere non possunt. 317.B
Veritatis testimoniis paucis, & manifestis manifestum mendacium confutatur. 344.F
Veritatis arcana rapiunt ad cœlum. 231.M
Veritatis magister tradidit discipulis humilitatis formam. 231.G
Veritatis speculum, est euangelium, quod nemini blanditur. 54.H.I
Veritatis agnitio in tribus gradibus consistit. 230.D
Veritatis vino inebriatus à nuptiis reuertens, Christus venit ad nos. 22.F
Veritatis constantia, inter plurima virtutum insignia, præcipuè laudatur. 334.L
Veritatis iudicium nescit odium, nec amor propriæ excellentiæ. 231.B
Veritatis solidum. 406.C
Veritatis spiritus docet nos omnem veritatem. 399.M
Veritatis contemptus, est causa nostræ cæcitatis.
Veritas in vocem animus Stephani martyris ignitus erupit. 291.B
per Veritatis contemplationem eruditur homo ad iustitiam, consummatur ad gloriam. 259.L
Veritatis tres gradus. 231.G
Veritatis regnum vim patitur. 187.K
Veritatis spiritum vt videre mereamur, mundãdus est oculus mentis. 317.C
Veritatis onus leue est. 342.B
Veritatis contemplationi qui vacare vult, requiescere debet à malis operibus, & cogitationibus superuacuis. 259.L
ad Veritatis tertium gradum puritas rapit. fol. 231.G
in Veritatis primo gradu Dauid humiliatus. 231.C
Veritatis forma in Euangelio. 118.E
Veritatis solido carens fundamento gloria, vana est. 225.G
Veritati cedit error, velit nolit. 391.C
Veritate Adam, & Eua priuati, quomodo. 30.F
Veritate malùt apud homines periclitari, quàm humilitate, cum apud deum periclitantur vtrinque. 233.K
Veritate, & gratia plenus paruulus. 11.G.H
cum Veritate, & mendacio quæ societas. 112.B
de Veritate dubitare aliud est, aliud sapere falsitatem. 144.F
in Veritate est regnum dei, non in sermone. fol. 245.K.
quod à Veritate discordat, iniquitas est. 303.F
Veritatem plenè cognoscere quisnam curat? 231.B
Veritatem qui affirmat, quam nescit mentitur. 144.G
Veritatem quærit altissimus. 399.C
Veritatem contemnere, nihil iniquius. 332.C
Veritatem quando intelligis, vel alium intelligere facis, Christum gignis. 259.E
Veritatem in proximis misericordes citò deprehendunt. 230.D
Veritatem destruentibus qui non resistit, tantum destruit, quantum Christi ecclesiam meritũ ædificat. 308.A
Veritatem nihil ita absque labore manifestam facit, vt breuis, & pura narratio. 206.A
Vermis qui non moritur. 127.B
Vermis qui non moritur, memoria præteritorum. 214.I
Vermis, qui non moritur, innatus per peccatum hæsit firmiter, nequaquam deinceps auellendus. 214.I
Vermis, qui non moritur, non cessat rodere conscientiam, cáque pastus, esca vtique inconsumptibili, perpetuat vitam. 214.I
Vermis conscientiæ nunc mordeat, vt moriatur, & paulatim desinat mordere. 201.D
Vermis mordendo rodat putredinem, vt rodendo consumat: & ipse quoque pariter consumatur. 201.D.E
Vermem conscientiæ sentiri nunc optimum est, cum possit etiam suffocari. 201.D
Vermem mordacem horreo, & mortem viuacem. 214.I
Vermes crudeles in inferno mordebunt intima cordis. 249.L
Versipellis contortor quis, & quid machinatur hominibus. 390.C.D
Vespera dici finis est, & noctis principium. 324.D
Vestimentum pretiosum ad vanam solam gloriam quæritur. 296.L
Vestimenta spiritualia, sunt pietas, & humilitas. 235.L
Vestimenta pigeiosa quæ desiderat Sanctimonialis, adhuc perfectè seculum non contempsit. 296.M
Vestimenta religiosorum hominum hodie sunt mutata. 310.D
Vestimenta communia ministris dei tria sunt. 119.C
Vestimenta mollia, animi mollitiem indicant. 236.M
Vestimentá pretiosa nemo quærit nisi ad vanam gloriam. 296.L
Vestimenta seruorũ dei qualia esse debent? 296.I
Vestimenta mollia dicuntur, quia mollem faciunt animum. Ibid.
Vestimenta preciosa si diligit Sanctimonialis fœmina, verè habet in se maculam. 296.M
Vestimenta sint sancta, opera sint sancta. Ibid.
Vestimenta integra seruemus, vt seruata est integra tunica saluatoris. 27.A
Vestimenta tua, & calciamenta tua nec nimiũ sint preciosa, nec multum vilia. 296.K
Vestimentorum Isaac fragrantia quid significat, & eadem vestimenta. 198.M
Vestimentis præciosis nemo vult indui, nisi vbi ab aliis possit videri. 296.L
Vestimẽtis mollibus delectatur regis cura. 296.I
Vestis nostra est trifaria. 118.F
Vestis, qua sacerdos vti debet, est triplex. 119.H
Vestis tenera ornatum non facit clericum, sed munditia mentis. 296.I
Vestis nigra insinuat humilitatẽ mẽtis, vile vestimentũ denunciat mũdi contẽptum. 296.M
Vestem preciosam si amat Sanctimonialis fœmina, non est sine macula. 296.M
Vestes enim virtutes sunt. 26.M
Vestes Esau, honestas vitæ, & maturitas disciplinæ. 118.F
Vestium scissio apud Iudæos crebra. 26.L
Vestium luxus interdictus. 210.C
Vestium forma, deformitatis mentium, & morũ indicium est. 210.D
Vestium magis color, quàm virtutum inquiritur. 9.C
Vestibus non preciosis studе placere deo, sed moribus bonis. 296.K
Vestibus albis induuntur, qui ad altaris officiũ accedunt. 41.D.E
Vestitus non appetitur, sed ornatus. 236.I
in Vestitu nesis notabilis. 335.G
Vetita faciens, cõtemnit diuina præcepta. 301.M
Vetus homo crucifigatur. 48.L
Vetus nunquã, quod fructificare nõ cessat. 13.E
ad Veterem hominem homines, & ad filium hominis filij hominum pertinent. 78.I
Vetustas triplex, & nouitas triplex. 108.K
Vexatio dat intellectum. 129.A.204.M
Vexilla regis prodeunt in nobis. 407.F
Via est ad bonũ, & via est ad malum. 232.C
Via ardua, quæ. 396.L
Via vitæ, est tribulatio. 32.E
Via peccatorum, est mundus. 109.E
Via, quę ducit ad vitã, trifariã diuiditur. 117.M
Viæ multæ sunt, magnum itaque viatori periculum. 128.M
Viæ, quæ videntur hominibus bonæ. 231.F
Viæ, quæ ad mortem ducunt, trifariam diuiduntur. 117.L
Vias duas Dauid proposuisse videtur. 232.C

Vias domini doceamus iniquos. 390.L
Viatori periculum magnum, quoniam viæ multæ, & viarum multa genera. 128.M
Vicarius nescit domini voluntatem. 239.B
Vicinitas inter monasteria, fomes scãdali. 220.C
B. Victor corpore terras, mente cœlos inhabitabat. 56.F
Victor viuens inter peccatores, translatus est. Ibidem.
Victor duro, ac diuturno martyrio viuentem sui corporis hostiam immolauit. 56.D.E
S. Victori virtus, nec gloria deest. 55.L
Victoria infelix, vbi superans hominem, succumbis vitio. 197.K
Victoria belli non in multitudine exercitus, sed de cœlo fortitudo est. 198.E
Victoriosi si hic fuerimus, in cœlo erimus gloriosi. 81.G
Victus sobrius quid? 108.A
Victum, & vestitum ob duplicem causam deus nobis ministrat. 124.E
in Victu nesis superfluus, nec notabilis in vestitu. 335.G
Videt occulta, qui fecit abscondita. 303.C
quæ Videntur, temporalia sunt, inuisibilia, æterna. 82.B
Vidua humilis melior est, quàm virgo superba. 300.K
Vidua lugens peccata sua melior est, quã virgo iactans semetipsam de virginitate sua. 300.K
Vidua plorans iniquitates suas melior est quàm virgo extollens semetipsam de meritis suis. Ibidem.
Viduarum præcepta. 382.E.F
Viduas non debet despicere virgo. 300.K
Viduas, & pupillos spoliauit tyranni, & raptores seculi. 404.E
Vigiles vtinam tam reperirentur ad curã, quàm alacres currunt ad cathedram. 191.A
Vigilibus nostris parum est, quòd non seruant nos, nisi & perdant. 191.A
Vigilat raptor vestitus ferro, vt diripiat prædam vigilat fur, vt domũ perfodiat alienã. 34.G
Vigilat tota nocte luxuriosus, non solum patienter, sed libenter, vt suã expleat libidinẽ. 34.G
Vigilare facit in oratione venter vacuus. 301.F
Vigilandum est tota solicitudine aduersus nostrum aduersarium. 27.B
Vigila, & ora. 306.B
Vigilia prima est rectitudo operis. 11.B
Vigilia secunda quid. Ibidem.
Vigilia tertia quid. Ibid.
Vigiliã statutam qui non obseruat, indignus est lætitia solenni. 76.L
in Vigilia qui animã affligere venuit, indignus cẽsendus est requie, et exultatione festiua. 76.L
Vigiliæ in solennitatibus sanctorum ad quod proponuntur. 52.F
Vigiliæ fiebant nocte. 1.E
Vigiliæ nocturnæ. 327.E
Vigiliæ noctis supra gregem cogitationum, & actionum nostrarum custodiendæ. 11.A
Vigiliæ solennes. 145.M
Vigiliæ sunt corporis exercitia. 244.I
Vigiliæ aliæ carnalium, aliæ spiritualium. 52.F
Vigiliarum sanctarum nomẽ quibus frustra sonat. 52.F.G
Vigiliarum frigore, & ieiuniorum parcitate sagittæ diaboli sunt extinguendæ. 310.F
Vigiliarum obscruantia significatur quarta hydria. 23.E
Vigiliarũ frigus, extinguit ardorẽ luxrię. 301.H
in Vigiliis nocturnis nocte media surgunt monachi. 244.E
in Vigiliis cuiusq; sancti cogitare debemus quid faciemus in solennitatibus sanctorum. 52.H
in Vigiliis Sanctorum necesse est vigilare hominẽ spiritualẽ, qui solẽnitates corũ celebrare desiderat in veritate, & spiritu. 52.F
Vigor animi est cedere nescius pro tuẽda ratione. 196.D
Villico suo dominus comminatur ter, ante legem sub lege, sub gratia. 57.C
Vincentius & Laurentius vsti 104.G
Vincentij martyrium quale. 114.A
Vinculum perfectionis, spiritus vnitas. 30.B
Vinculum perfectionis, est charitas. 81.G
Vincere semetipsum, magnum est. 17.L
in Vindicta ne sis vehemens. 335.G
Vindictæ non sunt cupidi martyres. 10.E
Vindictam tribus modis in hostes exercet deus. 119.C
Vindictam flagitant martyres. 360.E
Vinea domnica? quæ 180.I
Vinea Domestica quæ. Ibid.
Vinea bona iusti, immo bona vinea iustus. 179.I
Vinea domini Sabaoth. 374.M
Vinea domini, est ecclesia prædestinatorum. fol. 178.H
Vinea domini vniuersalis ecclesia, est Christi vxor, & sponsa. 319.K
Vinea in fide plantata, stercorata pœnitentium lachrymis. 156.G
Vinea viro sapienti sua vita est, sua mens, sua conscientia. 179.G
Vineæ stulti tota spinis sylueſcit, & tribulis, & vitæ. 178.H
Vinea non potest esse, vbi vita non est. Ibid.
Vineæ vastatio, id est, & conscientiæ hominis detrimentum. 180.A
Vineæ vastatio vulpem affuisse indicat. 181.B
Vineæ dei nunquam infestationes, nunquam infidiæ decrunt. 179.I
Vineam habere soli sapienti conuenit, qui vitam habet. 178.H
Vineæ sunt animæ. 178.A
Vineis florentibus, omne reptile venenatum cedit loco. 177.H
Vinum sunt fortitudo, & timor. 388.I
Vinum nobis deus ad lætitiam dedit, non ad ebrietatem donauit. 301.K
Vinum exterminauit multos. 301.I
Vinum ne intucaris, quando floreſcit. Ibidem.
Vinum in iucunditate creatum est, non in ebrietate Ibidem
Vinum myrrhatum Iudæi dabant Christo bibere cum felle mixtum. 36.L
Vinum temperatè potatum facit hominem ad orationem solicitum, & in dei seruitio acutum. 301.L
Vinum scientiæ seculare. 138.G
Vinum aliud est, quod lætificat cor vnius hominis, aliud quod lætificat multos. 138.G
Vinum dominus ipse bibit ita, vt vini potator appellatus sit. 235.L.M
Vinum apostolis dominus bibendũ dedit. 235.M
Vinum cum mẽsura potatũ, sanitas est animæ, & corporis. 301.K
Vinum triforme est in scypho Dei. 119.H
Vinum conditum, fides bonis virtutum operibus condita, & exercitata intelligitur. 292.C
Vinum nunquam redoleat adolescens, si vult esse religiosus, & sapiens. 264.K
Vinum optimum fides perfecta. 222.C
Vinum res est luxuriosa, & tumultuosa ebrietas 301.I
Vinum hîc nonnunquam deficit, gratia scilicet deuotionis, & feruor charitatis. 23.B
Vinum inebrians quotuplex. 118.A
Vinum myrrhatũ cum felle mixtũ suspectũ. 37.F
Vinum intemperatum, venenum est. 301.K
Vinum sine mensura, superat mentem. Ibidem.
Vinũ nouũ, sed habitantibus super terrã. 50.M
Vinum, & similа, nullum & pinguia corpori militant, non spiritui. 226.A
Vinum, & panis, sunt cibi, & potus substantiæ principales. 392.L
Vinum exultationis administrat scientia. 22.A
Vinum asperum, & insuaue bibunt hi, qui vias vitæ aggressi, & ingressi, tribulationibus corporis, & animæ contorquentur. 263.A
Vinum facit contra potantem. 267.D
Vinum accipitur aliquando pro desiderio seculari. 111.D
Vinum lætificans cor hominis, bibitur orando, vinum spiritus. 145.E
Vinum contemplationis. 138.G
per Vinum multi à dæmonibus capti sunt. 301.L
Vinum in sanguinem mutatur in sacramento altaris. 392.I.K
Vinum in missa in sanguinem Christi mutatur. 341.K
Vinum non sacratum super hostiam consecratam fusum in sanguinem Christi mutatur. 341.K
per Vinum multum grauatur mens 301.K
per Vinũ luxuria crescit, luxuria nutritur. Ibid.
Vini flumen in cœna æterna paratum est. 23.B
Vini parum, olei multum. 388
Vino comparatur carnalis affectus. 138.H
Vino modico vti satius est propter infirmitatem, quàm multa aqua ingurgitari per auiditatẽ. 235.L
Vino veritatis inebriatus, à nuptiis reuertens Christus venit ad nos. 22.F
de Vino viendo apostoli consilium non negligimus. 236.G
ex Vino sacramenta dominus sui sanguinis condidit. 235.M
Violentia, fraus, & circunuentio inualuere super terram. 205.M
Violenti rapiunt regnum cœlorum. 410.H
Vipera à filiis suis adhuc in ventre positis occiditur. 303.B
Vipera sicut à filiis suis in vtero positis lacerata perimitur: ita nos cogitationes nostræ intra nos nutritæ, occidunt. 256.I
Vir sapiens ædificat domum suam super petram. 178.B
Vir non propter mulierem, sed mulier propter virum. 243.H
Vir, & fœmina diuersi sunt per naturã. 308.H
Vir cecidit per fœminam, iam non erigitur nisi per fœminam. 5.F
Viro sapienti sua vita vinea est. 379.G
Virum virtutis ostendit constantia 196.I
Viri spirituales sunt illuminati spiritu sapientiæ. 166.C
Viri excellentes in tribus sublimiora, & profundiora rimantur. 22.A
Virago dici potest, quæ à viro Christo per animi fortitudinem separata non est. 271.G
Virga Moysi est crux. 323.H
Virga sacerdotalis virtutis. 34.I
Virga Moysi in serpentem conuersa exponitur. 292.B
Virga Aaronica non solum floruit, & fron-

Universidad de Deusto

duit, & fructum emisit. 5.I
Virga Aaron interpretatur vberrimè. Ibidem.
Virga Iesse germinat de tortuosa radice generis humani. 389.A
Virga de radice Iesse procedens, quid significat. 2.D
Virga disciplinæ est illi, qui pudendis affectibus imminens, lubricæ ætatis motus, actusq; leues coercet, comprimit insolentes. 197.B
Virga Aaron florida Mariam figurabat. 5.H
Virga Aaron quid figurabat. 5.I
Virga Aaronis potens. 394.B
Virgæ tres sunt: virga Moysi, quæ diuidit mare rubrum, virga Aaron, quæ confert sacerdotium, virga Dauid pastoralis, pulsans aduersarium. 120.D
Virgilius blandiebatur Bernardo. 388.K
Virginalis fœcunditas. 390.G
Virginalis integritas mansit cum Elizabeth. fo. 393.I
Virginalis vteri templum. 9.G
Virginalis puritas nihil valet sine operibus charitatis. 288.B
Virginalis castitas melior est, quàm fœcunditas coniugalis. 60.B
Virginalem cõceptum nunciare, non creare missus est Angelus. 8.G
Virginalem castitatem quæ amiserunt per violentiã, an virginali præmio spoliandæ. 285.M
Virginitas fœcunda. 390.G
Virginitas Mariæ maior, quàm angelica puritas. 61.C
Virginitas sicut in matre Maria specialis sine exemplo, sic in filio singularis, & vnica fuit humilitas. 35.E
Virginitas non est inflata, sed admonita, quia nimis est excelsa. 300.G.H
Virginitas inter omnes virtutes flos meruit appellari. 282.K
Virginitas vbi fœcunditas inxta rerum ordinẽ nunquam prædicatur. 11.D
Virginitas Mariæ à sponso suo Ioseph comprobata. 6.E
Virginitas est præclara, & pudicitiæ virtus, si modò non aliis maculatum lapsibus infirmetur. 286.D
Virginitas votiua est acquirenda, & cõseruãda propter tria futuræ gloriæ commoda. 286.H
Virginitas sine humilitate fortasse habet gloriam, sed non apud deum. 62.G
Virginitas nunquam decidet. 284.C
Virginitas, vbi fœcũditas, non cõseruatur. 11.D
Virginitas, & fœcunditas in Maria obuiauerunt sibi. 11.D.E
Virginitas non prodest carni, vbi habitat iracundia mentis. 300.H
Virginitas si labitur, nullo modo reparatur. Ib.
Virginitas in corpore nihil proderit, si charitas, aut humilitas à corde discesserit. 300.I
Virginitas carnis nihil habet, vbi non est integritas mentis. 300.H
Virginitas singularis, quam non temerauit, sed honorauit fœcunditas. 5.C
Virginitas, & humilitas quòd Mariæ non defuit, ipsa felix. Ibidem.
Virginitas perpetua Mariæ in dubium vocari nequit. 6.C
Virginitatis Mariæ Ioseph custos. 11.F
Virginitatis donum cur accepit Maria. 5.E
Virginitatis flos Mariæ non decidit. 16.I
Virginitatis bonum est duplicatum. 300.H
Virginitatis flore non amisso mater Christi benedictum protulit fructum. 292.E
Virginitatis murus constans, qui 407.G.H
Virginitatis insigne speculum Ioannes Baptista. 394.K
Virginitatis votum virgini Mariæ inspirauerat deus. 5.D.E
Virginitatem Maria non accepit, sicut nec sanctum fœnum viriditatem. 161.C
Virginitatem Mariæ cum commendamus, non viduitatem Annæ reprobamus. 283.L
Virginitatem habet angelus, sed non carnem, sanè felicior, quàm fortior in hac parte. 353.I
cum Virginitate fœcunditas in Maria. 5.A
Virgo Maria, planta cœlestis. 2.E
Virgo parturit, virgo permanet. 9.G
Virgo vt esset aliqua simul, & mater à seculo non est auditum. 5.A
Virgo Maria nos ducit ad venerandã cunabula. 340.M
Virgo natura est pauida, simplex, & verecunda. 4.I
Virgo virginum, Maria. 395.G
Virgo, cui defuerit oleum, à nuptiis excludetur. 202.H
Virgo, & mater adinuicem coniuncta. 11.C
Virgo Maria vnde orta, inde Christi caro sumpta. 214.F
Virgo Deum peperit. 5.D
Virgo credit, fide concipit. 9.G
Virgo est Christus Iesus natus de virgine, quam virgini cõmendauit purissimo B. Ioãni. 284.C
Virgo lætabitur in Choro. 44.M
Virgo virginum prima. 282.D
Virgo Maria virgo carne, virgo mente, virgo professione. 5.G
Virgo Ioannes. 284.C
Virgo omni honore dignissima. 5.G
Virgo honesta, gaudiũ tuum sit semper in cœlo. 310.A
Virgo Christus est & virginis filius, & virginem coniugem vult habere. 397.K
Virgo Maria inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis. 2.F
Virgo Maria aduocata nostra, domina nostra, mediatrix nostra. F
Virgo, regia via est, per quam saluator aduenit. 2.E
Virgo dei genitrix, virga est de radice Iesse, flos filius eius. 2.D
Virgo peperit, & post partum virgo permansit. 11.K
Virgo honesta, sit oratio tua pura. 306.C
Virgo Sanctimonialis fugiat iuuenum societatem. 308.I
Virgo parit, nascitur deus. 390.M
Virgo Christus ex virgine cõceptus, natus virgo de virgine, cum virgine permansit virgo, auctor, custos, amator, & remunerator virginitatis. 287.B
Virgo Maria in altum mittit radices humilitatis. 2.E
Virgo & mater est quæ generat. 11.L
Virgo quod peperit à seculo non est auditũ. 11.D
Virgo, virgineque filius Christus. 394.E
Virgo Maria ab initio tradita fuit archangelo seruanda. 344.L
Virgo quòd est Maria, exaudita est pro reuerentia sua in causa totius generis humani. 11.F
Virgo non est, quæ non habet mentis, & corporis castitatem. 285.L
Virgo casta septem filios habet quos. 300.L
Virgo non diligat societatem virorum. 308.G
Virgo lingosa stulta est, virgo sapiens paucis vitur verbis. 303.E
Virgo charissima benè cogites, quid deo voueas. 309.E
Virgo Ecclesia est tota in anima. 285.K
Virgo Israel corruit, & non est, qui sublenet eam. 369.H
Virgo corpore, & non mente, non habet præmium in remuneratione. 300.G
Virgo fœcunda. 13.K
Virgo regia gemmis ornata virtutum. 5.E
Virgo regia falsa non honore. 362.E.F
Virgo capiẽs agnum imitari, ambulet cum agno, qui in via omnium virtutũ ambulat. 287.D
Virgo, quæ deo vult placere, non debet muliere castè viuentes contemnere. 300.K
Virginis filium habeamus in manibus. 390.M
Virginis matris Mariæ fama seruatur integra. 6.E
Virginis vterus, secundum vitis nostræ vinculũ. 278.D
Virginis aluus floruit. 2.E
Virginis Mariæ laudes scribere desiderat Bernardus. 4.E.F
Virginis ab ore nunquam recedat dulce nomen Iesu dulcissimi. 287.H
Virginis os perdit virginitatem suam. 284.L
quid Virgini, & libidini? 390.I
Virginem suam qui matrimonio iungit, benè facit, qui non iungit, melius facit. 7.F
Virginem esse, magnum est, sed virginem matrem esse, longè maius. 63.E
Virginem carnem habere nihil prodest, si mente quis nupserit. 300.H
Virginem esse matrem cur voluit deus. 5.E
à Virgine fœmina diabolus seductus. 6.E
cum Virgine sacra nullus loquatur singulariter. 308.K
in Virgine mirare fœcũditatem, prolem venerare diuinam. 362.F
in Virgine Maria, mutata est Euæ maledictio. 11.I
Virgines sequũtur, quocũq; pergit Christus. 283.C
Virgines sacræ. 5.C
Virgines non sunt fatuæ mente, & corpore, sed prudentes. 300.G
Virgines Christi sunt adeps, & medulla ecclesiæ. 285.K
Virgines pudicæ loquacitatis vitium deuitent. si volunt virtutem pudicitiæ conseruare. 285.C
Virgines õniũ virtutũ matres efficiantur. 286.H
Virgines Sodoma exierunt, quæ exierũt obuiam sponso. 397.M
Virgines de suis meritis gloriantes, hypocritis comparantur. 300.H
Virgines sunt quædam corpore, quæ cogitatione fornicaria deuirginantur. 397.K
Virgines beatæ, quarũ sponsus vltra mori non potest, quarũ filij, id est virtutes semper virẽt. 287.A
Virgines feliciores erunt in æterna beatitudine. 300.H
Virgines sanctæ temperantiã seminarũt. 29.K
Virgines, quæ verè virgines sunt, semper patuidæ & nunquam debent esse securæ. 7.G
Virgines in vasis fictilibus thesaurum portant præciosum. Ibidem.
Virgines in Christo fœderatæ, non fœdatæ mũdi complexibus. 142.C
Virgines, & casti qui perseuerant angelis dei efficiuntur æquales. 257.C
Virgines Christi adhuc in terra viuentes, angelorum ducunt vitam. 286.B

Virgines

Virgines solæ sequentur solem iustitiæ Christum, quocunque ierit. 287.I.288.A
Virgines bonos esse, summum bonum est, & summa gratia, quia hi soli sequuntur agnum quocunque ierit. 285.C
Virgines omnes non sunt eiusdem meriti. 286.D
Virgines mundi sunt flores. 282.D
Virgines iam in mente sua cœlum portant quod ipsas est laturum. 287.A
Virgines sequuntur agnum, quocunq; ierit, quia caro agni virgo est. 287.B
Virgines cantant canticum nouum, quod nemo alius cantare potest. 7.F
Virgines sunt quatuor, quas in coniugium sociare debemus. 112.B
Virgines in tota ecclesia dei excellunt, tanquam flores in gramine. 282.D
Virgines & casti angelis Dei erunt æquales. 300.H
Virgines sacræ gaudium huius mundi contemserunt propter Christum. 283.C
Virgines sint cautæ, oculorum, & aurium fenestras discant obserare. 285.M
Virginum præmium spirituale. 287.H
Virginum in laudibus singulariter canitur, quod sequuntur agnũ quocũque ierit. 5.A.B
Virginum multæ excludentur, quia superbarum nulla ingreditur. 282.E
Virginum regina. 5.D
Virginum prudentia. 398.A
Virginum singulare præmium. 287.B
Virginum vestis, est sincera integritas. 118.F
Virginum fœminarum vsque ad altitudinẽ quæ Virginum fœminarum vsque ad altitudinẽ dignitatis Mariæ virginis altissimæ peruenit. 286.D
Virginibus virtus quæ necessaria? 286.A.B
Virginibus est cognata verecundia. 19.I
Virginibus solis quodnam canticum in regno Dei dabitur cantare. 5.D
Virginibus summo studio loca, & tempora corraptoribus opportuna sunt cauenda. 285.M
Virginea vbera Mariæ. 23.C
Virgineus flos è virginali thalamo Mariæ egressus. 388.B
Virtus candida est, nigra sunt vitia. 185.I
Virtꝰ sine discretione loco vitij reputatur. 309.H
Virtus est bonus vsus liberæ voluntatis. 272.D
Virtus, in qua omnis fortitudo contraria debellata est. 158.B
Virtus nulla accedit non quærenti Deum. 195.G
Virtus est medium. 290.E
Virtus non parua, paruitas exterior, & interior. 24.E
Virtus omnis homini naturalis, vitium nullum naturale. 246.M
Virtus vera finem nescit, tempore non clauditur. 378.D
Virtus boni operis, perseuerantia est. 300.B
Virtus est quoddam quasi stabile fundamentũ, super quod sapientia ædificet sibi domum. 196.I
Virtus tenet medium vitiorum. 176.E
Virtus summa est infirmata. 107.A
Virtus triplex, humilitas, castitas, & charitas. 112.E
Virtus adiuuat, sapientia erudit, & informat. 106.E
Virtus, & vmbra fugans dæmones, tutans homines. 158.B
Virtus vniuersa vbi consistit? 33.C
Virtus vera, quæ sæpe in prosperis non apparet, eminet in aduersis. 153.L
Virtus nulla est, quæ contrarium non habeat inuidiæ malum. 303.I
Virtus discretionis absque charitatis feruore iacet. 149.G
Virtus gradus est ad gloriam, virtus mater gloriæ est. 55.L
Virtus patientiæ magnã. 204.L
Virtus triplex animæ. 40.B
Virtus in viris, si rara est auis in terris, quanto magis in fœmina fragili, & mobili. 353.E
Virtus in nobili homine nescio quo pacto plus placet. Ibidem.
Virtus de necessitate facta, laudanda, sed magis ea quam eligit libertas. Ibid.
Virtus in pace acquiritur, in pressura probatur, approbatur in victoria. Ibid.
Virtus magna est, si non lædas, à quo læsus es. 256.M
Virtus nulla magis necessaria, quàm simplicitas humilis. I.K
Virtus nulla sine labore. 410.H
Virtus sacramenti corporis, & sanguinis Christi quid operatur? 35.A
Virtus prorsus magna, & rara, est humilitas honorata. 9.A
Virtus perfecta, Christus. 20.M
Virtus si proficit, seruatur humilitas. 324.D.E
Virtus vocis, est opus. 369.F
Virtus quadriperitita vnde procedit. 202.L.M
Virtus contenta candore conscientiæ, vbi sequi non poterit odor famæ. 185.I
Virtus medium illum occupat. 205.I.K
Virtus nostra longè est à vera virtute. 3.E
Virtus familiaris gratiæ diuinæ semper solet esse humilitas. 9.A
Virtus excrcitata clarior est, eóque probatior, quò officiosior. 196.G
Virtus est sidus, & homo virtutum, cœlum. fol 153.L
Virtus in infirmitate, hoc est, in humilitate perficitur. 336.H
Virtus renelata molestiis, in dei potentia roboratur. 227.L
Virtus & patientia patris, filius est. 259.E
Virtus non potest cum vitiis pariter crescere. 176.E
Virtus est modus 207.M
si Virtus defuerit, scientia abest. 225.F
Virtutis quædam merces est in hac vita. fol. 354.K
Virtutis arma, quibus arma nequitiæ expugnantur, quæ sunt. 118.B
Virtutis quadrifaria perfectio. 239.D
Virtutis homo bona prouidebit non tantum coram deo, sed etiam coram hominibus. 185.I
Virtutis homo erat Ioseph. 6.G
Virtutis exercitium, est affectus beatitudinis. 28.A
Virtuti tribuendum est, si necessitas fuerit, quod debetur necessitati. 399.H
Virtutem triplicem nobis in ecclesia primitiua sanctus Lucas commendat. 48.H
Virtutem percipere, voluntatis est, rationis sapientiam. 111.I
Virtutem operum suorum annunciabit populo suo. 18.C
Virtute bellum vitiis, siue dæmoniis indicitur. 197.I
Virtute peruenitur ad gloriam. 3.H
Virtutes cæteræ sunt ad iustitiæ acquisitionem. 109.E
Virtutes quatuor cardinales. 21.C
Virtutes Spiritus Sancti. 21.B.C
Virtutes quatuor principales ad mores pertinentes. 106.A
Virtutes morales quonam pacto sint acquirẽdæ. 148.K
Virtutes tres, quæ pueris, & adolescẽtibus magis conueniunt. 263.M
Virtutes in occulto crescunt, in publico decrescunt. 304.C
Virtutes sanctorum patrum ibi lege. 298.K
Virtutes sanctorum post eorum mortem exemplo Sancti Stephani. 391.H
Virtutes, quæ in Papa esse debent. 208.A.B
Virtutes sanctorum posuit deus ad exemplum nostrum. 298.H
Virtutes, quæ angeli dicuntur, excitant cordã torpentia hominum innouatione signorum. 213.E
Virtutes non natura, sed vsus facit. 208.B
Virtutes, veræ diuitiæ sunt. 3.C
Virtutes, & boni mores, diuitiæ sunt nostræ. fol. 305.H
Virtutes angeli quidam cur vocantur. 145.H
Virtutes nõ possunt remanere cum vitiis. 305.H
Virtutes à deo dantur nobis, vitia verò, & peccata oriuntur ex nobis. 294.I
Virtutes perdimus, si pro cibo, vel potu murmuramus. 305.H
Virtutes præcipuæ, sunt portæ æternales. 118.F
Virtutes quatuor cardinales in Christo verè. 148.K
Virtutes septem in se habet columba. 308.C
Virtutes sunt nostræ vestes. 26.M
Virtutes nihil aliud sunt, nisi ordinatæ affectiones. 216.L
Virtutes connexæ sunt, & ex se inuicem aliæ ab aliis oriuntur. 205.G
Virtutes cæteras qui sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat. 44.F
quot Virtutes, tot lilia. 185.E
Virtutes mediæ, quas temporaliter exercemus, sunt portæ iustitiæ. 118.F
Virtutes diuinitus collatæ. 58.H
Virtutes esse non possunt, si ab inuicem separentur. 30.C
Virtutum mater, discretio. 112.F
Virtutum consummatio. 28.E
Virtutum gemmis quatuor coronæ crucis ornantur. 39.G
Virtutum, & scientiarum fons, deus. 405.K.L
Virtutum moderatrices quæ. 21.C
Virtutum meditullia bis vna, & intima. 205.K
Virtutum omnium ruina est superbia. 256.I
Virtutum gemmis virgo regia ornata. 5.E
Virtutum perseuerantia vnde. 27.A
Virtutum omnium radix, est charitas. 295.I
Virtutum insertio quomodo fit. 395.E
Virtutum regina charitas. 315.G
Virtutum fundamentum, & custos, est humilitas. 13.M
Virtutum dominus, est rex gloriæ. 3.H
Virtutum stabile fundamentum, est humilitas. 215.D
Virtutibus non admisceas vitium. 294.F
Virtutibus quatuor cardinalibus nihil est vtilius. 21.C
Vires exercitium in omni labore subministrat. 243.K
Viscus praui desiderij, & delectationis terrenæ detrahit mentem. 10.C
Visibilia temporalia sunt: inuisibilia, æterna. 82.B

Universidad de Deusto

Visibilia inuisibilibus, terrena cœlestibus præponere, impiorum consilium est. 109.C
Visibilium causa consistit in inuisibilibus. 82.B
Visio dei non est inanis, quæ non nisi in similitudine constat. 12.H
Visio dei, est merces nostri laboris. 61.G
Visio dei iocunda, & æterna. 321.D
Visio dei, confirmatio est. 203.F
Visitatio Spiritus Sancti, quæ. 397.F
Visitat nos deus modis quatuor. 119.A
Visus in digniori corporis loco sedem habet. fo. 274.G
Visus sibi vendicat amoris similitudinẽ. 89.C
Visus ad videndum deum naturale lumen anima creatus, est charitas. 274.G
Visus, vis est quædam animæ mera, & potens, & pura. 274.F
ad Visum gradus est auditus. 164.G
Vita tota Christi, crux fuit & martyrium. 279.B
Vita actiua, est panem esurienti dare. 306.M
Vita bona hominẽ reddit laudabilem, sic mala vita reprobũ, & confusione dignũ. 263.L.M
Vita æterna, est visio dei. 203.F
Vita fidei, charitas est. 40.L
Vita æterna, fons indeficiens. 64.M
Vita ista à stellis inchoat. 304.K
Vita quæ destituuntur, ad benè, beateq; viuendum nihil proficiunt. 193.H
Vita nostra cedit in episcoporum superfluas copias. 335.K
Vita malos, cane iniquos. 308.L
Vita contemplatiua, est charitatem dei, & proximi tota mente retinere. 306.M
Vita quanto longior, tanto culpa numerosior. fo. 249.D
Vita omnem vitam viuificans. 37.G
Vita nostra moritur non pro suis necessitatibus, sed pro nostris. 278.H
Vita secura, vbi pura conscientia. 197.I
Vita præsens, mors est, sur? 297.C
Vita ista mortalis, est quoddam desertum. 117.H
Vita foueam, in quam alium vides coram te cecidisse 257.B
Vita dum longa expectatur, cito deserit malè conscium. 340.H
Vita vniuscuiusque non agnoscitur, nisi conscientia. 254.B
Vita Sanctorum hominum cæteris hominibus bene viuendi debet esse norma. 308.L
Vita, panis, & charitas, vnum sunt, 405.K
Vita est pecorum, & arborum, sensu altera vigens, altera carens. 193.G
Vita sapientis hominis, mortis meditatio est. fo. 307.H
Vita æterna, est patrem, & filium cum spiritu sancto cognoscere. 249.A.B
Vita actiua est bona, sed multo est melior contẽplatiua. 306.M
Vita, & viuens in gradu vno non stant. 193.G
Vita æterna est vitalis, ista est mortalis. 311.A
Vita bona semper gaudium habet. 257.A
Vita æterna, est perfecta Trinitatis cognitio. fol. 49.L
Vita, & mors bonum, & malum ante nos sunt posita, vt ad quod volucrimus manum extendamus. 249.M
Vita siquidem deus animæ est, ipsa corporis. fol. 199.E
Vita, institiam beati Benedicti probat. 29.D
Vita seculi laboriosa, carnalis, terrestris, litigiosa, contentiosa, irgiis plena, luxuriosa, vitiosa. 300.F

Vita æterna, bonus finis, quæ finem non habet. 132.L
Vita morticinium induit, vt iumenta manducarent panem angelorum. 391.I
Vita moriens quæ? 214.I
Vita præsens eludit miseros amatores suos. fol. 139.L
Vita venit ad mortuos. 10.H
Vita Christi quidem laboriosa, sed mors preciosa: vtraque vero admodum necessaria 199.D
Vita omnium cum Christo surrexit. 31.C
Vita contemplatiua in hoc seculo incipit, sed in cœlo perficitur. 307.F
Vita ista breuis, & caduca. 311.A
Vita hominis, est iucunditas cordis. 297.F
Vita veræ animæ, quæ? 13.I
Vita hominis aqua, & panis. 290.B
Vita nostra Christus apparebit. 20.A
Vita deus, & anima est. 193.H
Vita contemplatiua est beatior, & perfectior, quã actiua. 307.A
Vita est in quolibet corpore, intern⁹ ac naturalis motus. 215.K
Vita beata, est Iesum manducare. 367.H
Vita & dulcedo exterminant faciem timoris. fol. 406.A
Vita Christi vitam instruxit, eius mors mortem destruxit. 199.D
Vita reuertitur morte mortua: & ablato peccato, redit iustitia. 199.G
Vita dicenda non est, qua soli viuitur morti. fo. 83.L
Vita nõ idem quod sensus in rebus naturalib⁹. 215.I
Vita vera animæ, deus est 128.H
Vita secura, vbi absque formidine mors expectatur, imo & optatur cum dulcedine. fol. 197.I
Vita exposita vitiis, latissimos habet hinc inde terminos, quia nullos terminos habet. 83.L
Vita præsens fragilis est, & incerta. 122.M
Vita cum sterilitate quo modo esse potest. fol. 179.H
Vita, quæ nunquam moritur. 321.D
Vita, sensus, vel appetitus, nec miserum per se faciunt, nec beatum. 215.L
Vita quantumvis longa, nihil est ad quæstionẽ futuræ gloriæ. 86.H
Vita animæ, est iustitia. 53.G
Vita iustorum viuere studeamus. 53.G
Vita Christi, viuendi mihi regula extitit: mors à morte redemptio. 199.D
Vita æterna debetur dei mãdata custodientib⁹. 397.B
Vita est arborum, & pecorum, sensu altera vigens, altera carens. 193.G
Vita hominis super terram fallax est, nec simplicibus fallere consuevit. 83.I
Vita continentium in claustro & eremo. 112.E
Vita ista est lachrymis plena. 304.K
Vitæ huius miser status. 255.E.F
Vitæ solitariæ professio vocatur secũdum baptisma. 220.E
Vitæ meritis, non scientiæ multi deo placuerunt. 161.H
Vitæ fons inexhaustus. 11.G
Vitæ huius nouitas parum placet. 26.L
Vitę perennis desiderium hominem incitat ad perfectum. 117.F
Vitæ æternæ candor, filius dei. 12.C
Vitæ fons, timor domini. 22.I
Vitę longinquitas in dextra Christi. 9.K

Vitæ lignum, solus est Christus. 169.B
Vitę amator vnus, scz Christus. 169.B
Vitę suę non pepercit Petrus pro dilectione. fol. 146.G
Vitę cœlestis dulcedinem qui quantum fieri potest, perfectè cognouerit, ea quæ in terris amauerat, libenter derelinquit. 57.L
Vitæ fons, est charitas. 220.M
Vitæ solitariæ Christus dedit exemplum. fol. 36.E
Vita genitrix, virgo Maria. 2.F
Vitæ ordo tenendus est. 264.L
Vitæ huius magnum solatium est, vt habeas, cui pectus tuum aperias. 264.M
de Vitæ huius mora tadiũ patitur iustus. 311.A
Vitam tuam capta ex laboribus & sudoribus. 386.D.E
Vitam reddidit Christ⁹, & debitum soluit mortis. 199.G
Vitam pro te mortuam adora deuotius in sacramento altaris. 392.B
Vitam propriam ordina. 410.M
Vitam amisit homo peccãdo, & mortem inuenit. 199.E
Vitam contemplatiuam Rachel, Lia actiuam significabat. 307.A
Vitam in carne agere cœlibem arduum. 7.G
Vitam homo sponte repulit, cum vincre noluit. fo. 199.E
Vitam cũ hominibus malis ducere periculosum. 308.M
Vitam mundi qui contempserunt, ipsorum est regnum cœlorum. 369.M
Vitam alienam qui vult reprehendere peccare desinat. 307.F
ad Vitam ducens via, trifariã diuiditur. 117.M
in Vita hac qui bona receperit, cruciabitur in futura. 202.H
in Vita æterna corporis, & animæ plena & perfecta erit beatitudo. 28.B
in Vita hac est tẽpus acceptabile, & dies salutis. 311.G
Vitis vna sunt Christus, & Ecclesia. 293.K
Vitis primo nata de vite, est deus genitus de deo. 278.C
Vitis fructus sanguis est martyris. 177.I
Vitis nostra violam habuit humilitatis, liliũ castitatis, rosam patientię & charitatis. 281.L
Vitis folia pene omnium arborum foliis sunt præstantiora. 279.H
Vitis nostræ corpori conformari nos oportet. fol. 279.F
Vitis nostrę vincula. 278.C.D.E
Vitis nostrę primum vinculum. 278.C.D
Vitis nostrę fructus incorruptibilis 288.D
Vitis odor serpentes fugat. 177.H
Vites, & vulpes spirituales. 179.G
Vitium omnium peccantium, quod? 390.I
Vitium Ciceronis eloquentia renouatur. fol. 390.I
Vitium si patet confessione, sit ex magno pusillum si latet, sit ex minimo magnum. 256.E
Vitium incredulitatis per quod remedium correctum est. A.B
Vitium animę, non est naturę abolitio. 195.B
Vitium sępe est, quod virtus putatur. 251.G
Vitium vitare, melius est, quam emẽdare, ne forte cum incurreris reuocare non possis. 256.E
Vitium nullum naturale est, virtus verò omnis homini naturalis est. 246.M
Vitium accidię quid? 283.B
Vitium virtutibus non admisceas. 294.F

Vitia accęsabunt animam. 249.E
Vitia diabolicarũ tẽtationũ fragilia sunt. 310.H
Vitia sunt nigra, candida virtus est. 185.I
Vitia duo hæc non facilè separantur, otium, & somnolentia. 12.G
Vitia in homine ante conuersionem habent pacem, quando autem expelluntur, grauius contra hominem insurgunt. 295.K
Vitia reprehendere, est genus sermonis perutile. 19.D
Vitia, & peccata oriuntur ex nobis: virtutes nobis à deo dantur. 294.I
Vitia penè cuncta ex incredulitatis vitio inueniuntur oriri. 291.M
Vitia capitalia septem intelliguntur per septem gentes ex terra promissionis eiectas. 266.K
Vitia quasi naturalia consuetudo sæpe efficere solet. 246.M
Vitia cordis impediunt nos, quæ sunt? 25.I
ad Vitia vnde corruisti, inde sustines tormenta. 305.B
in Vitia cur anima facilè cadat? 267.D
Vitiorum radix immoderata rerum affluentia. 35.F
Vitiorum impugnationem extinguit oratio frequens. 310.K
Vitiorum virus nisi festinanter eiiciatur, interiora corrumpit. 257.L
Vitiorum vltrix, & virtutũ ultrix est pœnitentia. 79.A
Vitiorum medium virtus tenet. 176.E
Vitiorum extinctio sit in confessione. 395.E
Vitiorum iussor non est diabolus, sed solum modo incensor. 310.G
Vitiorum diluuium. 395.E
Vitiis vita exposita, latissimos habet hinc inde terminos, quia nullos terminos habet. fol. 83.L
Vitiis carnis nostræ seruire nobis familiare magis, quàm actiones, & passiones eius ordinare. 34.I
Vitiis, siue dæmonibus virtute bellum indicitur. 197.H.I
Vitiis alienis nõ intẽdas, sed tuis propriis. 303.H
Vitulamina spuria. 409.G
Vituli, quos domino immolare debemus, tres sunt. 118.D
qui Viuit perfectè, non habet vnde in inferno damnetur, sed vnde in cœlo coronetur. 225.C
Viuimus nos post corpus: ad ea, quibus beatè viuitur, nullus nobis accessus patet, nisi per corpus. 135.H
Viuimus vnbra Christi, qui per fidem ambulamus, & carne ipsius pascimur, vt viuamus: Caro enim Christi verè est cibus. 158.B.C
dum Viuimus, inter laqueos currimus. 266.I
Viuat Christus in illo, qui non viuit in se. 28.H
Viuere quo modo potes, vbi mori non audes? 351.C
Viuere mundo, mors est. 353.L
Viuere, & beate viuere, vnius excellentiæ, & paris fastigij non sunt. 193.F
Viuere, benè viuere, & beatè viuere tres gradus sunt, atque ex primo, tanquam inferiori ad duo reliqua ascendimus. 193.F
Viuere homo perdidit volens, voluntariè peccando nolens perdat & viuificare. 199.E
Viuere pie, & secure mori nobis necessarium. 199.D
Viuere scire non parua res est. 52.M
Viuendo Christus viuere docuit, & mortem moriendo securam reddidit. 199.D

Viuens contemne, quæ post mortem habere non potes. 257.B
Viuens vel moriens quid metuat, cui vincre Christus est, & mori lucrum? 197.I
Viuens carne mortuus est spiritu. 86.F
Viuentium duo sunt genera, quæ sentiunt & quæ non sentiunt. 193.G
ad Vlciscẽdum multus est deus, multus ad ignoscendum. 18.F
Vltionem peccatorum differendo patiens est deus. 120.B
Vltio sempiterna desæuiet, quod nunquam possit culpa deleri. 201.D
Vmbra Christi, caro eius. 169.B
Vmbra, & virtus fugans dæmones, tutans homines. 158.B
Vnanimes in hoc seculo si esse nolumus, cum deo manere non possumus. 298.C
Vnda sine ortu. 37.G
Vnguentum pietatis. 58.K
Vnguentum triplex, compunctionis, deuotionis, pietatis. 111.E.F
Vnguentum contritionis. 58.F
Vnguentum deuotionis. 58.I
Vnguentum suauitatis exterminant canales cõcupiscentiæ. 166.F
Vnguentum conficere anima pauperis quodnam debet. 139.D
Vnguenta propitiationis, & misericordiæ. fol. 58.M
Vnguenta quatuor, sapientiæ, iustitiæ, sanctificationis, & redemptionis. 248.H
Vnguenta tria sunt. 120.D
Vnguentorum tres species. 138.M
Vngit Christum, qui bonus eius odor est in omni loco. 26.E
Vnxit pater filium præ participibus, &c. 26.C
Vnxit pater filium præ participibus suis, accumulans super eum vniuersa charismata benignitatis, mansuetudinis, & suauitatis. 26.D
Vnctum filium pater misit ad nos, quem nobis exhibuit plenum gratiæ, & miserationis. 26.D
Vnctum à patre est caput nostrum, & nihilo minus vngi postulat à nobis. 26.D
Vnctio capitis, & ieiunium corporis, & carnis inedia, refectio cordis. 26.G
Vnctio ipse Christus. 9.G
Vnctionis suauitas Christus. 13.B
Vnctione misericordiæ suæ Christus sanat contritos corde. 9.G
Vnigenitus dei in multis fratribus est primogenitus. 9.I
Vnitas perfecta cœlestium spirituum. 81.B
Vnitas tam hic, quàm ibi vna consistit in vna charitate. 235.G
Vnitas sanctorũ alia est, alia facinorosorũ. 62.B
Vnitas tanta est, vt sit homousion, id est, patris, & filij eadem substantia. 271.K
Vnitas interior multiplicitatem constringit glutino pacis. 26.A
Vnitas in Trinitate maximè commendatur. 328.E
Vnitas sanctorum gemina. 62.D
Vnitas Trinitatis arcem tenet, qua tres personæ vna substantia sunt. 213.B
Vnitas spiritus, vinculum est perfectionis. 30.B
Vnitatis diuisores, qui. 41.L
Vnitatis custodia. 11.B
Vnitatis acceptiones quædam. 214.A.B
Vnitatis bonum duobus modis seruatur. 62.E
Vnitatem, quam quisque sibi ipsi habet, tria sol-

lent impedire. 62.E
Vniuersa ad suam originem, quantum in eis est, tendunt, & in eam semper partem sunt procliuiora. 29.L
Vniuersitas ecclesiarum Petro cessit. 207.H
Vnus peccauit, & omnes tenentur rei. 199.H
Vnus melius est vt pereat, quam vnitas. 350.H
Vocabulum (Iesu) quid sonet. 388.I
Vocationes tres sunt. 120.C
Volat irreuocabile verbum. 41.D
Volendo malum, anima est mortua. 196.B
Volenti nihil facilius, quàm humiliare seipsum. 26.I
Volẽtes nos facit liberum arbitrium, gratia benignos. 216.L
Voluntaria paupertas introducit hominem in regnum cœlorum. 305.G
Voluntariè homo peccando volens perdidit viuere, nolens perdat & viuificare. 199.E
Voluntariè incarnatus, voluntariè passus, voluntariè crucifixus. 199.G
non Voluntarium malum poterit esse in agnum? 341.I
Voluntarius consensus aliud est, aliud naturalis appetitus. 215.I
Voluntarius consensus pecori deest. Ibid.
Voluntarius est consensus, alias non esset consensus. Ibidem.
Voluntas bona nec dari potest inuito, nec auferri nisi volenti. 252.L.M
Voluntas vna nobis cum deo sit. 28.E
Voluntas propria sanguinem Christi euacuat, ditioni diaboli mundum subingat. 397.D
Voluntas vbi non est, nec consensus. 215.I
Voluntas dei vt sanctissima sic & sacratissima res est. 239.B
Voluntas propria aduersatur deo. 397.D
Voluntas propria deum impugnat. 397.C
Voluntas domini prius angelos creauit. 28.C
Voluntas bona non est, si non operatur, quod potest. 252.A
Voluntas hominis, est potestas dei. 252.M
Voluntas hominis est, quia velle in voluntate hominis est, & ideo totum meritum in voluntate est. 252.M.253.A
Voluntas dei sicut in cœlestibus creaturis, sic etiã fit in terris. 28.C
Voluntas diuina ipsa facta est etiam angelorum. 28.C
Voluntas propria paradisum spoliat, & infernũ ditat. 397.D
Voluntas, cuius ruina tripertita est. 105.A
Voluptas experta libẽter repetitur, repetita blãditur. 234.B
Voluntas mea, ipsa est lex in membris meis legi diuinæ recalcitrans: lex domini, lex mentis meæ. 194.B
Voluntas prauа minuatur, quæ, quæ morbi causa est spiritualis. 320.F
Voluntas posita in miseria, non desinit esse voluntas, sed dicitur misera voluntas. 217.G
Voluntas sicut in bono, ita etiam in malo æquè perdurat. Ibid.G
Voluntas vbi, ibi libertas. 215.I
Voluntas propria est interior, facultas secularis exterior. 397.C
Voluntas est motus rationalis, & sensui præsidens, & appetitui. 215.K
Voluntas nihil facit sine ratione sibi comite. Ibidem.
Voluntas libera animæ humanæ data est. fol. 273.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Voluntas tunc erit perfecta, cum plenè fuerit bona, & bene plena. 217.B
Voluntas nostra non erit perfecta, quousque suo creatori perfectè sit subiecta. 217.B
Voluntas enim est, quæ se, cum esset libera seruũ fecit peccati, peccato assentiendo. 193.M
Voluntas nihilo minus est, quæ se sub peccato tenet voluntariè seruiendo. 193.M
Voluntas volentis est, non volentis. 193.M
Voluntas non tenetur non volens. Ibidẽ.
Voluntas quia volens, seruam seipsam facit. 193.M
Voluntas vbi, ibi & libertas. 194.A
Voluntas humana adimplere studeat quod diuina sanxit auctoritas. 376.B
Voluntas propria, est superbia. 109.E
Voluntas mutari potest, sed non nisi in aliam voluntatem, vt nunquam amittat libertatem. 215.
Voluntas insanis, & infantibus non est, nihil quod faciunt bonũ vel malũ eis imputatur. 215.M
Voluntas nihil liberum habet nisi se, merito non iudicatur nisi ex se. 215.M
Voluntas est simplex affectus capax tam boni, quàm mali, bono replendus, cum adiuuatur à gratia malo, cum sibi dimissus deficit in semetipso. 273.A
Voluntas solarum hominem statuit. 216.A
Voluntas sola nulla vi, & nulla cogitur necessitate. Ibidẽ.
Voluntas sola est, quæ totius operis ornat effectũ. 400.E
Voluntas eius iusta non est, qui non vult, quod iustum est. 217.M
Voluntas nostra nõ nos subiicit deo, sed eius gratia. 217.A
Voluntas mea, sanguis animæ meæ. 120.F
Voluntas sufficiet, vbi deesse vides facultatẽ explendi. 348.A
Voluntas tua si voluntati diuinæ concordat, iam non propria voluntas est, sed communis. 397.D
Voluntas dei sola certa est. 397.D
Voluntas obstinata, & rebellis est impatiens, monitis peior, minis durior, & acerbior blandimentis. 202.H.I
Voluntas mala damnatorum in tormentis perdurat. 217.M
Voluntas nostra nos mancipat Diabolo non ipsius potestas. 217.A
Voluntas propriè dicitur, cum assentimus, cui se liberum inclinat arbitrium. 41.K
Voluntas nos ab arboribus & pecudibus distinguit. 215.L
Voluntas iacet, vbi facultas non suppetit. fol. 195.I
Voluntas propria cesset, & infernus non erit. fol. 41.I.K
Voluntas quibus orta natalibus? 273.A
Volũtas animam primum ad deum mouet, amor promouet, charitas contemplatur, sapientia fruitur. 275.A
Volũtas est, qua nihil est similius Spiritui sancto. 249.B
Voluntas quæ sit præceptoris, non considerant ministri, & vicarij Christi. 24.B
Voluntas dei fit in electis spiritibus, quando eis efficitur cum ipso vna voluntas. 74.B
Voluntas propria, grande malum. 186.H
Voluntas propria subuertit corda hominum, & rationis oculos claudit. 41.C
Voluntas facit vsum, vsus exercitium. 243.K
Voluntas peccato in deterius mutatur. 193.L
Voluntas, cum sit illecta, non valet excludere necessitatem. 193.L
Voluntas communis, charitas est. 41.C
Voluntas libera nos facit nostros, mala diaboli, bona dei. 216.M
Voluntas superba quantumuis prudens sibi videatur, dimittenda sibi est, & abigenda. 245.B
Volũtas quasi in Pythagoricę literæ bivio libera constituta est. 273.A
Voluntas diaboli semper est iniusta, sed permittente deo iusta est potestas eius. 310.G
Voluntas in quibusdam sine opere sufficiens est, non autem contrà, opus. 16.F
Voluntas liberatur, quando efficitur charitas. 246.H
Voluntatis est, percipere virtutem rationis sapiẽtiam. 111.I
Voluntatis humanæ quatuor sunt genera. fol. 117.C
Voluntatis dei non est mors impij. 16.A
Voluntatis proprię exclusio multum valet ad rẽfellendam superbiam. 399.E
Voluntatis est desiderium. 405.A
Voluntatis consensus nos iustos probat aut iniustos: beatos, vel miseros facit. 215.L
Voluntatis tuæ est, inimicum tuum facere seruum tuum, vt omnia tibi cooperentur in bonum. 27.K
Voluntatis bonum duplex. 217.B
Voluntati dei qui non dissentiunt, deum sibi specialiter iungunt. 7.B
Voluntati diuinæ, & propriæ simul obedire non poteris. 397.D
Voluntati ratio data est, vt instruat illam, non destruat. 215.K
Volũtati tuæ dum repugnat ratio, bellum geritur intestinum. 397.A
Voluntatem angelicam voluntas illa æterna in se omnino absorbuit. 28.C
Voluntatem nostram non facere docemur. fol. 229.C
Voluntatem animi sæpe signa exteriora ostendũt. 400.G
Voluntatem suam vult fieri deus, & superbus vult fieri suam. 12.C
Voluntatem hodie deprauat diabolus in omnibus hominibus. 405.A
Voluntatem propriam nihil præterea odit vel punit deus. 41.I
Voluntatem dei qui vult facere, discat frangere suam. 78.D
Volũtatem suam deus in quibꝰ rebus vult fieri. 12.C
Voluntatem suam relinquere difficile, & alterius voluntati deseruire. 400.E
Voluntatem iniustam esse duo comprobant. fol. 217.M
Voluntatem afficit virtus. 111.I
Voluntatem qui mutant, difficile est, vt non simul & vultum mutent. 400.G
per Voluntatem sumus similes Spiritui sancto, per intelligentiam Filio, per memoriam Patri. 249.B
Voluntate obstinata non est grauior phrenesis. 201.B
Voluntate prę legi vti, est indecens. 209.I
Voluntate mala sumus diaboli. 217.A
Voluntate sola homo cecidit in foueam peccati. 217.F
Voluntate imperfecta saluatur quis, vbi deest facultas operis. 16.F.G
Voluntate liberata, tunc suus est, & seipso vtens liberè animus, & bonus sit animus. fol. 246.H
Voluntatis Ianitor, memoria patriæ cœlestis. fol. 120.E
Voluntate propria homo peccat. 84.H
à Voluntate, non à potestate iustus, iniustusue quis dicitur. 366.H
à Voluntate, non à natura homo patitur, peccato intercueniente. 193.L
in Voluntate est animæ vita. 120.F
sine Voluntate non bene aliquid agitur, etiam si bonum esse videatur. 400.E
in Voluntatibus corrupti, & abominabiles facti sunt. 229.C
Voluntarię si non moueretur homo, meritũ mors illa non habuisset. 199.F
Voluptas cum satietate, quæ. 391.H
Voluptas carnis, & gloria temporalis cauete, ne impediant vobis iter regni cœlestis. fol. 369.K
Voluptas summa quæ? 12.I.M
Voluptas gutturis, quæ tanti hodie æstimatur, vix duorum obtinet latitudinem digitorum. 201.M
Voluptas quos superare non potuit, assiduitas superat. 308.H
Voluptas omnis in tribus causis vacat. 79.I
Voluptas, & vanitas elationem cordis fouere nouerunt. 241.E
Voluptas summa, est Patrem, & filium cum spiritu sancto cognoscere. 249.A.B
Voluptas corporis malum. 15.D
Voluptas quo modo designatur. 395.M
Voluptas insidiatur sanitati. 91.A
Voluptas corrumpit genitalia. 109.K
Voluptas perfecta, & sancta, quæ. 70.M
Voluptas peruersa directo tramite tendit ad optimum; festinat ad id vnde possit impleri. 226.M
Voluptatis internæ paradisum, non reputes esse locum corporalem. 202.L
Voluptatis, & laboris aliquid habent hominũ singula genera. 238.G
Voluptati si seruitur, non seruitur sanitati. fol. 91.A
Voluptatem carnis sobrietas impugnat. 241.E
Voluptatem corporis qui colit, infelix. 2.H
Voluptate corpus non satiatur. 238.A
Voluptates corporis declinantes, caueamus seculi vanitatem. 341.B
Voluptates, siue consolationes sunt animæ desolationes. 258.A
Voluptosus non satiatur voluptate. 89.K
Votiua virginitas est acquirenda, & conseruanda propter tria futuræ gloriæ commoda. 286.H
Votum suum qui in bonis nõ consummauerit, inter infideles peribit. 309.F
Votum suum qui deo non vult reddere donum cœleste à deo non accipiet. 309.F
Votum qui cogitat deserere, non est Bethleem iste, non est domus panis. 13.I
Votum virginitatis Mariæ inspirauerat deus. 5.E
Voti propositum qui frangit in præceps ruit. fol. 220.H
in Voto turpi mutato decretum. 309.G
Vota sua qui non explent, deo displicent. fol. 309.G
Vota communia, & specialia. 399.F

Vota sua qui deo persoluere negligit, quo modo se putat à deo accipere dona cœlestia? 309.F
Vota sua qui deo reddere negligit, inter infideles condemnabitur ille. 309.F
Vota communia sunt ea, quæ in baptismo promisimus. Ibid.
Vota specialia sunt, quando aliquis se monachum fieri, aut canonicum, aut eremitam promittit. 309.F
Vota tua te soluere, quæ distinxerunt labia tua. 326.L
quod Vouisti incaute, ne expleas. 302.G
qui Vouit, si non reddiderit, saluus esse non poterit. 309.F
non Vouere melius esset, quam post votum promissa non soluere. 309.F
Vouendo quis se debitorem fecit. 309.F
Vouens, & non soluens, peierat. 219.M
Vox murmurationis nõ auditur in domo, in qua Christus suscipitur. 60.C
Vox illa non mediocris: non requiro datum, sed fructum. 209.F
Vox rara est ista: nihil mihi conscius sum. fol 207.F
Vox turturis audita est in terra nostra id, est vox Apostolorum in ecclesia prædicantium. 297.D
Vocis paupertate Dines cogitatio confunditur. 388.M
Vocis virtus, est opus. 369.F
Voci tuæ memento dare vocem virtutis. 369.E
Vocem primum plorationis edimus in hanc lucẽ progressi. 34.A
Vocem suam habet cogitatio, & opus. 57.C
Voces diuersæ, semitę multę, sed vnum per eas significatur, vnum quæritur. 214.L
Voces suas habent affectus. 182.K
Vrbs fortitudinis nostræ Sion. 81.H
Vrbs fortitudinis nostræ hic, in cœlo ciuitas recenter. 81.G
ad Vrbes refugij consolandum. 204.B
Vritur, qui in odio manet. 220.H
Vsurpatio ipsum ius naturæ aut extenuat, aut exterminat. 209.C
Vsurpatio sæpe rebus etiam pretiosissimis precij gratiam non modo demit, sed adimit. fol. 209.C
Vsurpatio quandam videtur inducere contẽptus necessitatem. 209.B.C
Vsurpationem tolle, & contemptus excusationem non habet. 209.D
Vsurpator non sit, & contemptor nullus erit, aut admodum rarus. 209.D.E
Vsus auctoritati cedat. 309.H
Vsus facit exercitium, voluntas vsum. 243.K
Vsus boni à regula non discordant. 220.A
Vsum prauum ratio, & lex vincant. 309.H
Vsu prauo multa sunt profunda ta. Ibid.
Vter nouus fiat ad conferuandum vinum nouum 390.L
Vtilis est tribulatio, & vtiles huius vitæ præsuræ. 304.K
Vtilitas communis, & propria. 210.A
Vtilitas summa quænam est? 12.L.M
Vtilitatem, & laborem qui seminarunt, metent honorem, & quietem. 29.H
Vulcani officina studiis cœlestibus mancipata. 345.D
Vulgus vagum, & male liberum licẽtius peccat, cum non sit, qui arguat? 209.K
Vulgus grauis, & actus lenis, res est monstruosa. 207.E.F
Vulnus eo insanabile, quo insensibile sit. 204.I
Vulnera Christi morientis, erant vulnera matris dolentis. 38.E
Vulpes quomodo capta reputetur? 180.K
Vulpes deprehensæ, quæ demoliebantur pretiosissimam vineam. 375.F
Vulpes sunt tentationes. 180.A
Vulpes, & vites spirituales. 179.G
Vulpes pessima, occultus detractor, sed non minus adulator blandus. 179.F
Vulpem affuisse indicat, vineæ vastatio. 181.B
Vulpina conscientia, quid. 251.G

Υ.

Yvo legatus Papæ Innocentij. 370.K

Ζ.

Zabulon, habitaculum certitudinis interpretatur. 137.B
Zacheus quàm obediens Christi mandato. fol. 400.G.H
Zacharias punitur, quòd fidem ratione tentauit. 365.E
Zachariæ infidelitas linguæ obligatione multata. 233.B
Zachariæ, Ioanni Baptistæ, & Esaiæ veritas peperit odium, & odium mortem. 349.K
Zachariæ incredulitas ab angelo castigata. 8.H
Zacharias Archangelus alloquitur die solenni de Ioanne nascituro. 393.D
Zebedæi filij in simplicitate ambulantes, magnũ aliquid ausi sunt, sed ad gradũ nihilominus sunt reducti, per quę fuerat ascendẽdũ. 160.F
Zelauit pater pro Filio. 1.C
Zelatus est dominus domum orationis factam speluncam latronum. 209.A
Zelus iustitiæ, quo aduersus delinquentes accendimur tanquam pietate ducti erga eam quã contemni videmus iustitiam dei. 41.A
Zelus patris in Angelum grauiter vindicauit. 1.F
Zelus ad animam quantus est. 171.F
Zelus feruentissimus dei, vinum est expressum de botro Cypri. 166.H
Zelus pietatis suauiter adest, efficaciter expiat. 184.H
Zelus domus tuæ comedit me. 166.H
Zeli vinum in charitate feruentis reconditur. fol 149.E
Zelum tuum inflammet charitas. 146.E
Zelum habens absque scientia, dum prodesse festinat, inuenitur obesse. 240.I
Zelum dei qua ratione sumus habituri. fol. 79.C
Zelo Phinees repletus. 166.H
Zelo feruere debent animarum pastores. 190.L

FINIS INDICIS.

REGISTRVM QVATERNIONVM.

ã a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO.

Omnes Quaterniones præter. FF. Et OO terniones.

REGISTRVM INDICIS.

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm.

Omnes Terniones præter. *mm* duernionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vo
Vol
ej
Volu
Volu
va
Volu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca